GLOSSARIUM

MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS

CONDITUM A CAROLO DUFRESNE

DOMINO DU CANGE

CUM SUPPLEMENTIS INTEGRIS

MONACHORUM ORDINIS S. BENEDICTI

D. P. CARPENTERII

ADELUNGII, ALIORUM, SUISQUE

DIGESSIT

G. A. L. HENSCHEL.

Tomus Tertius.



PARISIIS,

EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES,

INSTITUTI REGII FRANCIÆ TYPOGRAPHI.

1844.



Digitized by Google

GLOSSARIUM

MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS.

TOMUS III.

Digitized by Google

SIGLÆ BENEDICTINORUM :

¶ Præponitur vocabulis de novo additis.

☞ Præponitur explicationibus quibus aut apertius Cangii sententia explanatur, aut emendatur opinio.

[ ] Includuntur quæ in ipsum textum Cangii inserta sunt.

SIGLÆ NOSTRÆ :

* Additamenta CARPENTERII separatim posita.

[*] Additamenta CARPENTERII Cangiano textui inserta.

** Voces novæ quæ in hac editione accesserunt.

[**] Additamenta Editoris suis locis inserta.

Iis quæ sunt Adelungii subjectum ADEL.

Digitized by Google

GLOSSARIUM

AD SCRIPTORES

MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS.



E LITTERA numeralis, quæ 250. designat. Unde versus : A quoque ducentos, et quinquaginta tenebit.

E in superscriptione Cantilenæ, ut æqualiter sonetur, eloquitur. Ita Notkerus Balbulus Opusc. *Quid singulæ literæ in superscriptione significent Cantilenæ.* Vide *A*.

☞ E pro *A* interdum ponitur, ut *Condemnetus* pro *Condemnatus*, in Privilegio ann. 696. apud Felibian. Hist. San-Dionys. pag. XVII. *Ebonnatus* pro *Abonnatus*. Insuper pro *Ai*, ut *Esantia* pro *Aisantia*. Passim pro *Æ* quia similis est pronuntiatio. Sæpe etiam pro *I*, ut *Basileca*, pro *Basilica*, *Possedere* pro *Possidere*, et apud Antiquos *Amecus* pro *Amicus* : etiamnum promiscue scribimus *Eis* et *Iis*, *Deis*, et *Diis*.

* E, *Præpositio vel privativa, ut Enervis; vel intensiva, ut Enarro, vel pro Extra, ut Educo.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

EADELINGUS, [Nobilis.] Vide *Adalingus*.

* **EAGIUM**, Ætas, nostris etiam alias *Eaige*, pro *Age*. Charta Phil. V. ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 250 : *Convenerunt quod Constancia de Fuxo, domina Mirapicis, habeat et ad ipsam pertineant dispositio et regimen personæ, familiarium, sumptuum ac expensarum Gastonis de Levis, filii sui minoris Eagio.* Vitæ SS. Vict. Paris. fol. MSS. ex Cod. 28. S. 100. v°. col. 2 : *La forme de Saint Marc fu tele, lonc nés, sourciz vautis, biaus par ux* (yeux), *les cheveux cercelés, longe barbe, de très bele composition de cors, de moien Eaige.* Vide supra *Aagiatus* et *Aegiatio*.

EAHTAYN. Leges Ethelredi Regis Angl. cap. 6 : *Et si Eahtayn occidatur, pertineat infractio pacis intra Curiam, vel adjacentias ejus, Eahtayn personatur plena wera.* Ubi Somnerus Eahtayn, octo homines, vel numerum hominum octonarium interpretatur. [** Fœdus Anglorum et Danorum cap. 5. § 2. in Anglo-saxonico eahta mon.]

EALAHUS, Anglo-Saxonibus, Caupona, vel popina : ab Eale [vel Ealaƀ] cerevisia, et hus, domus : unde Anglis *Alehouse*, pro compotationis domo. Occurrit hæc vox in Legibus Aluredi Regis West-Saxiæ.

¶ **EALD**, Saxonice, Vetus, antiquus; unde Johannes Abbas Æthelingiensis dictus genere *Eald-Saxo*, hoc est, ex veteri Saxonia, in Actis SS. Benedict. sæc. 4. part. 2. pag. 507. et 508.

¶ **EALDORMANNUS**, a Saxonico Ealdor-man, Senior, Senator, Tribunus, Comes, Præfectus provinciæ. *Consessus Episcopi cum Comite vel Ealdormanno*, apud Hickesium in Dissert. Epistol. pag. 4. Vide *Aldermannus*.

EALSCOP, Cerevisiæ confector, Cerevisiarius : vox Anglo-Saxonica. Leges Presbyterorum Northumbrensium cap. 41 : *Si Presbyter ebriosus, aut scurrilis, aut Ealscop fuerit, compensato.* [** In Anglosaxonico Ealascop, quod Bosworthus male interpretatur *an aleshop, alehouse*, scop enim hic est Poeta, unde eala-scop, Qui in cauponis contilenas canit, *joculator*.]

¶ **EARINUS**, Gr. ἐαρινός, Vernus, ab ἔαρ, Ver. Tertull. de Habitu mulier. cap. 8. *Earinæ oves*, id est, Vernæ, virides. Martiali *Earinus* nomen est formosi adolescentis ab eadem origine.

EASTINTUS, Natus ex Orientali plaga, a Saxon. Eastinne, Orientalis plaga vel regio, ab East, Oriens et Inne, Cubiculum, caverna, cella, et per translationem, plaga, regio. Leges Edwardi Senioris : *Si sit Eastintus, si sit Northintus, emendet, sicut scriptura pacis continet.* [** Concil. Exoniens. cap. 7. § 3 : Gif hit sy her inne, gif hit sy east inne, etc. Sive sit in hac, sive sit in orientali, sive sit in boreali parte regni, etc. East, Oriens, orientalis plaga, inne, In, intra, quod sæpe post substantivum ponitur.]

¶ **EAUER**, Aqualis, Angl. *Ewer*, Gall. *Aiguierre*. Testamentum anni 1386. apud Th. *Madox* Formul. Angl. pag. 427 : *Thomæ filio meo* XXIIII. *discos argenteos*, XII. *saucers*, II. *bacynes et* II. *Eauers*, *etc.*

¶ **EBAL**, *Acervus lapidum*. Vocab. Sussannæi.

* **EBANUS**, Ebenus, Ital. *Ebano*, Gall. *Ebene*. Invent. MS. thes. Sedis apostol. ann. 1295 : *Item quatuor cassedulas de ebore fractas, et unam de Ebano guarnitam de argento.*

* **EBATUM**, a veteri Gallico *Ebat*, Delectatio, oblectamentum. Charta ann. 1438. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 261. col. 1 : *Quia plerumque, tam ipsæ moniales quam cives, manentes et habitantes civitatis*

Digitized by Google

Nemausi, ad umbras ipsarum salicum acciperent placitum et Ebatum.

EBBA, Refluxus, recessus maris, Anglis *Ebbe*. Bracton. lib. 4. tract. 1. cap. 5 : *Si extra regnum in peregrinatione fuerit, . . . dilationem habebit* 40. *dierum et duorum floddorum, et unius Ebbæ, quia de ultra mare, etc.* Lib. 4. tract. 3. cap. 3. §. 1 : *Habebit spatium de ultra mare* 40. *dierum et unius Ebbæ et unius fluctus.* Lib. 5. tract. 2. cap. 2. §. 3 : *In quibus essoniis dabitur delatio ad minus* 40. *dierum et unius flud et unius Ebbæ.* Vide Briton. pag. 115. v. [** De etymo vide Grimm. Gramm. Germ. tom. 3. pag. 384.]

* Hinc Normannicum adagium, ubi de bonis male partis quæ male dilabuntur, sermo est : *Tout ce qui vient d'Ebe, s'en retournera de flot.* Rectius dicerent : *ce qui vient de flot, s'en retourne d'Ebe*, ut monet *de Brieux* in Origin. Vide *Ledo.* Nostris *Ebée* dicitur, Valvula canalis aquarii, vulgo *Vanne.* Lit. remiss. ann. 1444. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 142 : *Icelluy Henriet ala sur la chaussée dudit estang, pour lever l'une des Ebées ou vannes du moulin.*

¶ **EBDOMADA** Penosa, Hebdomada Sancta, *Pœnalis*, quæ præcedit diem Resurrectionis Christi; Gall. *Semaine peneuse.* Chron. Britan. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 353 : 11. *Nonas Aprilis* IV. *feria de Ebdomada quæ dicitur Penosa.*

* **EBDOMADALIS**, pro *Hebdomadalis*, qualibet septimana recurrens. Charta Caroli C. ann. 886. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 347 : *De mercatis annalibus in supradictis locis medietas, et de Ebdomadalibus summa integritas.*

¶ **EBDOMADARIUS.** V. *Hebdomadarius.*

¶ **EBEARE**, Beatitudine privare. Onamast. apud Martinium : *Ebeo*, ἀπομακαρίζω. Perottus in Epigr. 115. Martialialis : *Ebeo, Beatitudine privo, cujus passivum Ebeor, a quo Ebeati dicuntur, qui felicitate aliqua ceciderunt.*

EBEDIU, Tributum Cambrobritannis notum, quod Nobilium heredes capitali provinciæ Domino post mortem antecessorum suorum pendunt, adeundi patrimónii causa, quod nostris *Relevium.* Ita Spelmannus ex Cod. Landavensis Ecclesiæ, ubi plura. [** Occurrit pluries et semper *amobragio* conjunctum in Composit. inter Abbatem de Enlly et Canonicos secular. de Aberdaron. ann. 1201. in Ellis Leges et Consuetudines Walliæ, pag. 252]

¶ **EBENINUS**, Coloris ebeni. Vita S. Dunstani, Maii tom. 4. pag. 346 : *Horum apicellorum tenuem congeriem, vix Ebenina titulatione styloque fuscanti concretam.* Hic doctissimus Editor : *Ebenina titulatione* indicari puto scriptionem per atramentum; est enim Ebenum colore nigrum.

EBEREMURDRUM, vel Aberemurdrum, Murdrum manifestum, seu *apertum murdrum* : a Saxonico æbere, id est, probatum, vel manifestum; et mord, murdrum, homicidium. Ejusmodi autem habebatur crimen istud, ut de eo *componere* non liceret, seu data pecunia ac emenda illud expiare ac redimere : et ut est in Legibus Canuti Regis cap. 60. apud Bromptonum, *Eberemurder inemendabile erat.* [** cap. 61. in Anglosaxon. distincte æbere morð.] Leges Henrici I. cap. 12 : *Ex his placitis quædam emendantur centum solidis, quædam wera, quædam wita, quædam non possunt emendari quæ sunt Husbreche, et Bernet, et Openthef, et Eberemorth, etc.*

¶ **EBIBATUS.** Vide *Epibata.*

* **EBIDIS**, Pauper. Libell. de Rem. peccat. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 47 : *Qui per fraudem comedit* (morticinum) *et scit, et est inops et Ebidis, vij. diebus pœniteat.* Vide *Ebiones.*

¶ **EBIONES**, *Pauperes.* Vet. Onomast. San-Germ. num. 501. [** Vide Isidor. Orig. lib. 8. cap. 5. sect. 36.] Est ab Hebræo אביון, Pauper : a quo et *Hebionitæ* hæretici, qui ut habet S. Hieronymus in Isaïam 66. pro humilitate sensus nomen Pauperum susceperunt. Asserebant Christum esse purum hominem, ut ceteros et viro et muliere natum, Legemque Mosaïcam necessario observandam.

¶ **EBIS**, *Gurdus.* Papias. Forte pro *Hebes.*

** **EBITAFFIUM**, pro Epitaphium, in Chron. Lauresham. ad ann. 795.

* **EBITUDO**, pro Hebetudo, in Præfat. ad Lib. *Agani* ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Opus hujus libelli ex privilegiis, ... usque nunc distuli per ordinem colligendo edere, cum propter Ebitudinem mei ingenii, vel rusticitatem inculti sermonis, etc.*

EBIYMIUM. Vide *Embrymium.*

* **EBOLITURA**, a Gallico *Eboulement*, Dijectio, ruina. Charta locat. præposit. Ambian. ann. 1292. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 252 : *Item in cambiis, in custodia et Ebolitura seu ruptura chiminorum, etc.*

* **EBONNAGIUM**, Jus quod majoribus villarum maxime competit in defigendis *bounis* seu metis in terris vassallorum. Charta Phil. V. pro abbat. Regalisloci ann. 1317. in Reg. 76. Chartoph. reg. ch. 292 : *Tradimus etiam eisdem vendas, cirothecas et Ebonnagia, quæ ratione fundi terræ ad dictam majoriam noscuntur quomodolibet pertinere.* Ita quoque legitur in Chartul. dictæ abbat. part. 1. ch. 46. Vide *Bonagium* in *Bonna* 2.

¶ **EBONNATUS**, Determinatus, definitus, Gall. *Abonné.* Bulla Adriani IV. Papæ in Chartulario S. Crispini Suession. : *Duos cereos trium librarum, dimidium sextarium olei et acerram thuris Ebonnatis.* Charta Curiæ Noviom. in eodem Chartul. : *Tertia parte ejusdem terræ, scilicet duabus boveriis in una parte metatis et Ebonnatis.* Vide *Abonnati.*

EBOR, pro *Ebur.* Lucas Abbas Montis S. Cornelii in Cantica Canticor. : *Ebor quandiu carne obtegitur, non apparet pretiosus.*

¶ Eborarius, Artifex eboris, in L. 1. Cod. de excusatione Artificum. (10, 66.) Vet. Inscriptio apud Grut. pag. 65 : *L. Plotio Sabino Eborario.* [** *Eburarius*, in Cod. Theod. eod. tit. const. 2. (13, 4.) et in Inscript. ap. Murator. 947. 6.]

Eboratus, Eburneus, eburnus : occurrit apud Sidon. lib. 8. Epist. 8. 12. *Eburati lecti, Eburata vehicula*, apud Plautum.

* **EBORS**, quid sit declarant Statuta Astæ pag. 83. r° : *Nullus possit laborare de lana curta, quæ appellatur Ebors, nisi quod poni possint et valeant libræ tres pro una quaque pecia.*

¶ **EBRALDUM Mutuum**, Idem quod *Coactum.* Vide in *Mutuum.*

¶ **EBRIAMEN**, Liquor qui potest inebriare. Tertullianus de Jejunio cap. 9 : *De Samuele mater, Et vinum, inquit, et Ebriamen non bibet.*

¶ **EBRIARE**, Inebriare. Macrob. lib. 7. Saturn. 6 : *Mulieres raro Ebriantur.* Ampelius cap. 12. de Signis : *Quibus vinum dedit, Ebriati sunt.* Vita MS. Winwaloei : *Furioso guttis invidiæ venenosis, quasi vino, per cuncta viscera Ebriato, etc.*

* Nostris alias *Yvraing*, pro *Ivresse*, Ebrietas. Charta Joann. ducis Brit. ann. 1433. ex Bibl. reg. : *S'il y a aucun desdiz chappellains en Yvraing continuel, etc.* Unde *Yvroin*, pro *Ivrogne*, Ebriosus. Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 219 : *Lequel Jehan a tousjours esté homme de petit gouvernement, Yvroin, rioteux et mesdisant. Yvraisse* et *Yvresse* dixerunt de muliere ebria. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. ch. 60 : *Icelle Ysabel a esté tousjours Yvresse une fois ou deux chascun jour.* Aliæ ann. 1404. in Reg. 158. ch. 362 : *Laquelle femme estoit de très-mauvaise vie et deshonneste, et avec ce estoit souvent Yvraisse.* Hinc *Yvrois*, ad ebrium pertinens, in aliis ann. 1385. ex Reg. 126. ch. 225 : *Icellui Guillot, qui estoit tout yvres, ... leur respondi en Yvrois que ce lui avoit fait Robin.*

¶ **EBROS**, Ebroicæ, Urbs Normanniæ, Gallice *Evreux. Comitissa de Ebros*, pro Ebroicensis, bis legitur apud Rymerum tom. 5. pag. 617. col. 1.

¶ **EBULLARE**, Sigillum litteris apponere. Vide post *Bulla.*

EBULLIRE, metaphorice, Cum abundantia et copia erumpere. Tertull. lib. de Idololatria : *Priusquam hujus monstri artifices Ebullissent, sola templa et vacuæ ædes erant.* In Scorpiaco : *Tunc omnes martyriorum refragatores Ebulliunt.* Regula Magistri cap. 54 : *Intrantium ad oratorium fratrum examen Ebulliat.* Historia Translat. S. Sebastiani cap. 11 : *Evangelizans omnibus quaquaversum ad Sancti exequias Ebullientibus.* Will. Brito lib. 1. Philipp. :

Certantes cavcis simul Ebullire videres.

Lib. 7 :

Quos ubi nostra cohors videt Ebullire deorsum.

Vide Vitam S. Deicoli Abb. cap. 8. [Capitulare ann. 794. cap. 13 : *Experimento enim didicimus, in anno quo illa valida fames inrepsit, Ebullire vacuas annonas a dæmonibus devoratas, et voces exprobationis auditas.*]

EBULLIUM, Ebullitio, Gall. *Bouillon.* Vetus Scheda apud Mabillonium tom. 5. Sanctorum Ordin. S. Benedicti pag. 68 : *Anno* 1149. *Deo permittente et volente pios martyres manifestare, e loco in quo sepulti jacebant, scilicet sub lapide Presbyterii., Ebullium sanguinis exilivit, etc.* Infra post : *Secundum Ebullium, etc.*

¶ **EBULUM**, ἐλλέβορος, *Helleborus.* Supplem. Antiquarii.

* **EBUTARIUS.** Charta immunit. pro monast. S. Galli apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 961 : *Cunctos vero Ebutarios vel consules, qui res suas*

Digitized by Google

tradiderunt eidem ecclesiæ, vel antea traditari sunt, in perpetuo suo (sub) *defensione ejusdem ecclesiæ per hanc nostram auctoritatem consistant.* Ubi legendum suspicor, *Tributarios vel censuales.*

¶ **EBUTYRATUM** Lac, Ex quo *butyrum* expressum est, in Medicina Salern. pag. 201. edit. 1622.

¶ **ECANTARE**, Vana spe deludere, verbis fallacibus lactare. Epistola Anonymi ann. 1204. de capta urbe Constantinopol. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 785 : *Quo facto, juvenis Imperator Ecantavit nobis, quod toti exercitui per annum integrum victualia largiretur, et quod decem millia equitum ad annuum Terræ-Sanctæ succursum ad sumtus suos haberet.*

ECBOLUM. S. Augustinus in Breviculo collat. 3. cap. 13 : .... *Missos peterent divinos Codices exurendos, ... et qui ab eo vellent aliqua Ecbola, aut quodcunque accipere, etc.* Occurrit rursum cap. 15. ubi Interpres putat *Ecbolam hic sumi* pro parte, aut fragmento divinorum Codicum, quos integros tradendos a Christianis imperabant Tyranni.

¶ **ECCENTROS**, ἔκκεντρος, Habens centrum a centro terræ diversum. Utitur Martianus Capella.

¶ **Eccentricus**, ἐκκεντρικός, Eadem notione, apud Astronomos.

* **ECCERRE**, *Ecce, per Cererem*, in vet. Glossar. ex Cod. Reg. 7613. *Eccere*, apud Plaut. et Terent. Vide *Eccire* et Meurs. lib. 1. Exerc. critic. pag. 21.

¶ **ECCIRE**, ἰδού, *Ecce*. Gloss. Lat. Gr. Sangerm.

1. **ECCLESIA.** Gloss. Lat. Gr. : *Conventus*, Ἐκκλησία. Gloss. Lat. MS. Regium : *Ecclesia, Evocatio, vel collectio, conventus.* Gloss. MSS. ad Canones Concil. : *Ecclesia, Convocatio.* [Lib. 1. Maccab. 3. 13 : *Congregavit Judas congregationem fidelium et Ecclesiam secum.*] Amalarius lib. 3. de Eccl. offic. cap. 2 : *Ecclesia est convocatus populus per ministros Ecclesiæ ab eo qui facit unanimes habitare in domo. Ipsa domus vocatur Ecclesia, quia Ecclesiam continet.* Epistola Cyrilli Alexandrini Patr. Alexandr. inscripta Aurelio et Valentino Episcopis et omni sanctæ Congregationi in Carthaginensi Synodo congregatæ sic clauditur : *Et alia manu, Deus et Dominus sanctam Ecclesiam, id est, congregationem custodiat.* Edictum Constantini et Licinii pro Christianis apud Lactantium lib. de Mortibus persecutor. num. 48. *Corpus Christianorum* vocat, quod Christiani ipsi *Ecclesiam : Quæ omnia corpori Christianorum protinus ... tradi oportebit.* Et mox : *Quoniam iidem Christiani non in ea loca tantum, ad quæ convenire consueverunt, sed alia etiam habuisse noscuntur ad jus Corporis eorum, id est Ecclesiarum, non hominum singulorum pertinentia.* Anonymus in 3. Rhetoricor. Aristot. pag. 165 : Ἐκκλησία, λέγεται ὅταν συνδρομὴ γίνηται πολλῶν χάριν τινὸς βουλῆς καὶ σκέψεως. Ammonius : Τὴν ἐκκλησίαν λέγουσι τὴν σύνοδον τῶν κατὰ τὴν πόλιν. [Qua notione etiam Conventui Monachorum applicatur a S. Bernardo in Epist. ad Episc. Senonensem tom. 1. edit. Mabill. 1690. col. 261 : *Quod juris est Monasterii sui perdat propter verbum incaute a se inconsulte-que prolatum, et absque Ecclesiæ suæ assensu.*]

Ita vocem hanc Græcam sumi passim notum est; sed postea pro loco ipso in quo congregationes fiunt, usurpari cœpit, proinde pro templo seu æde sacra publico pietatis exercitio et cultui divino destinata, in quam convenit fidelium cœtus. Quod nuperum non esse arguunt quæ leguntur apud S. Paulum 1. Cor. 11. Nam cum dixisset vers. 18. *Quum convenitis in Ecclesiam*, mox versu 20. repetens, *quum convenitis eodem loci* indicans ἐκκλησίαν non tam denotare multitudinem eorum qui conveniebant, quam locum in quem conveniebant. Et vers. 22 : *Enimvero num domos non habetis ad edendum et bibendum? an Ecclesiam Dei contemnitis?* Ubi Ecclesia pro domo in quam convenitur sumi certum est. S. August. Epist. 157 : *Sicut appellamus Ecclesiam, basilicam qua continetur populus, qui vere appellatur Ecclesia, ut nomine Ecclesiæ, id est, populi qui continetur, significemus locum qui continet, etc.* Idem in Quæst. super Levitic. lib. 3. quæst. 57 : *Ecclesia dicitur locus, quo Ecclesia congregatur, etc.* Gerardus Episcopus Cameracensis in Synodo Atrebatensi ann. 1025. cap. 3 : *Porro ipsa domus id circo vocabulum habet Ecclesiæ, quia continet Ecclesiam, id est populum convocatum ab eo qui facit unanimes habitare in domo.* S. Germanus Patr. CP. in Theoria Mystica : Ἐκκλησία ἐστὶ ναὸς Θεοῦ, τίμιος ἅγιον, οἶκος προσευχῆς, συνάθροισις λαοῦ, etc. Lactantius lib. de Mortib. persecutor. num. 12 : *In alto enim constituta Ecclesia ex palatio videbatur.* [** Tertullian. de Idolol. cap. 7 : *Tota die in hanc partem zelus fidei perorabit, ingemens Christianum ab idolis in Ecclesiam venire, de adversarii officina in domum Dei.* Vide etiam Forcellinum.]

Primæ Ecclesiæ Romæ a Beato Petro constructæ et consecratæ dedicationem referunt vetera Martyrologia die Kal. Aug. Quæ autem illa sit, et an adhuc supersit, disquirunt in primis Franciscus Maria Florentinus ad vetus Martyrolog. Lucæ evulgatum exercit. 11. et Cardin. Bona lib. 1. Rerum Liturgic. cap. 19. n. 1.

Primam vero Ecclesiam palam et publice a Christianis conditam, eam esse Romæ, quam S. Salvatoris vocant, tradit Nicolaus PP. Epist. 7. ad Michaelem Imp. : *Ecclesia Salvatoris, quæ ab auctore vocatur Constantiniana, et quæ prima in toto terrarum orbe constructa est.*

Prima denique in honorem Deiparæ ædificata, fuit Diospolitana, seu Liddensis, 18. miliarib. ab Hierosolymis, quam a SS. Petro et Joanne, ipsa adhuc vivente Deipara, ut et ejusdem in ea repositam imaginem a S. Luca depictam, testatur Joannis Damasceni seu Orientalium Synodica ad Theophylum Imp. pag. 115. De qua legendi præterea Simeon Logotheta in Leone Armenio n. 5. et Anonymus de imagine Deiparæ quam *Romanam* vocabant, apud Lambecium lib. 8. de Biblioth. Cæsar. pag. 380. Id alii Tortosæ seu Antarado in Syria adscribunt : illic enim Ecclesiam divæ Virgini a Petro et Paulo cum Antiochiam properarent, propriis manibus ædificatum, ex veteri traditione scribit Willebrandus de Oldenburgo in Itinerario Terræ Sanctæ. Vide quæ de hac æde adnotamus ad Joinvillam pag. 98. Sed et in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis exstat Charta Joan. Regis Franciæ ann. 1356. qua is memorat scriptum esse in libris antiquis ejusdem Ecclesiæ, *eam ab antiquissimo tempore fundatam, videlicet adhuc vivente beata Maria virgine gloriosa.* [Sed hæc ut credantur omnia, fide opus est, non Criticorum inquisitione.]

Ecclesia, nude pro Cathedrali apud Procopium lib. 2. de Bello Persico cap. 9. ubi de Antiochenæ urbis direptione a Chosroe Persarum Rege : Ἐς τὸ ἱερὸν ἀπὸ τῆς ἄκρας καταβαίνειν, ὅπερ ἐκκλησίαν καλοῦσιν. Et cap. 10 : Ἡ μὲν οὖν ἐκκλησία, καθαιρεθείσης τῆς πόλεως, ἐλείφθη μόνη, etc.

¶ Ecclesia, nude etiam pro *Parochia*. Charta ann. 1095. apud Lobinellum Hist. Britan. tom. 2. col. 145 : *Pateat igitur donasse me S. Martino.... meijuris Ecclesiam quam in parrochia Redonensis Episc. sitam, in honorem B. Audoeni Archipræsulis Rotomag. exstructam, quam Ecclesiam de Revocaria vocant.*

* Sic nostris etiam *Esglise*, pro Parochiæ districtu et territorio. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 1 : *Iceux mariez, qui estoient taverniers, alerent boire et essaier en l'Esglise d'Ardin, qui est forte des vins de Mabile Ratande.* Aliæ ann. 1406. in Reg. 160. ch. 353 : *Jehan le Telier estoit demourant en l'Esglise de Warmileouasses, ... et Martin le Telier à Bulles, assez prés d'icelle Esglise. Yglise*, pro *Eglise*, non semel in Testam. ann. 1317. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 379.

¶ Ecclesia, Domus, ut videtur, Curionis, Gall. *Le Presbytere.* Canones Hibern. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 4 : *Nemini Clericorum auferri debet locus quem anni circulo inhabitaverit, super quem Ecclesiam, id* (id est) *domum suam ædificaverat... In hac Synodo judicatum est : In quocumque loco Sacerdos ædificaverit Ecclesiam suam, id* (id est) *domum suam in uno anno, hæreditas ejus erit sempiternum.*

* *Eglise*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1460. ex Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 117 : *Le suppliant et son compaignon entrerent dedans l'Eglise, en laquelle ils trouverent une femme, qui se disoit chambriere du curé dudit lieu de Bricy, couchée en ung lict, etc.* Eodem nomine appellatur Eremitæ habitaculum, cui scie licet capella seu sacellum adjunctum est in aliis Lit. ann. 1467. ex Reg. 195. ch, 151 : *Ung hermite qui.. faisoit sa demeur. en une petite Eglise, nommée Nostre Dame de Primecumbe, ... prés Sommieres.*

¶ Ecclesia, Monasterium. Charta anni 1176. apud Miræum tom. 1. pag. 713. col. 2. pro Monachis Marchianensibus : *Vinagium et pidagium de omni vino, quod Fratres ducunt ad Ecclesiam, ad opus suum, per transitus nostros libere transire et nihil omnino a ductoribus vini exigere, etc.* Charta ann. 1166. Hist. Eccl. Meld. tom. 2. pag. 54 : *Ego Ansoaldus Dei patientia Compendiensis Ecclesiæ humilis minister.* Idem infra dicitur *Abbas Compendiensis.* Statuta MSS. Augerii II. Episc. Conseran. : *In virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, ne aliquis*

Digitized by Google

Monachus solus absque uno saltem Monacho socio in villis seu Ecclesiis commoretur, id est, *Prioratibus*, a majori Monasterio fere pendentibus, quo mitti solebant Monachi, vulgo dicti *Obedientiarii*.

* Charta Auberti Latiniac. abb. ann. 1223. in Chartul. Campan. fol. 280. col. 1 : *Cum discordia verteretur inter nobilem virum Theobaldum illustrem comitem Campaniæ et Briæ palatinum ex una parte, et nos ex altera, super gisto quod idem comes dicebat se habere pro voluntate sua in Ecclesia nostra, quotienscumque ad Ecclesiam veniebat : tandem pro remedio animæ suæ et antecessorum suorum admensuravit idem gistum ad centum libras Pruvinensis monetæ . . . . . Concessit supradictus comes . . . . duos matricularios in Ecclesia, unum carpentarium, etc.*

** Ecclesiæ apostolicæ. Vide *Apostolicæ Ecclesiæ* et librum de Concordia S. et I. lib. 7. cap. 17. § 6. et 7. et cap. 4. § 7. Cangio sunt Cathedrales omnes, Petro de Marca, Quas apostoli fundaverant.

* Ecclesia Articularis, Ab alia dependens, alterius membrum, capella, apud Leuckfeld. in Antiq. Walckenried. part. 1. cap. 12. pag. 179. ubi inter privil. ord. Cisterc. illud recensetur : *Tam in Ecclesiis nominari capitalibus, quam in Articularibus sive capellis.*

Ecclesiæ Baptismales, *ubi baptismus celebratur*, ut est apud Attonem Episcopum in Capitul. cap. 20. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. 30 : *Presbyteri plebium, qui Baptismales Ecclesias tenent, et minoribus Presbyteris præsunt.* Occurrit passim, in Concilio Vernensi ann. 755. Meldensi ann. 845. can. 48. Ravennensi sub Joanne VIII. can. 12. in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. § 17. 24. 29. tit. 10. § 4. [** Pippin. 1. 18. 26. Lothar. I. 84.] et lib. 3. tit. 47. in Capitulis Caroli C. tit. 41. cap. 11. [** Synod. Pontigon. ann. 876 : *Ecclesias Baptismales quas plebes appellant.*] in Hist. Pergamensi tom. 3. pag. 399. etc. [Quibus in locis per *Ecclesias Baptismales* fere debent intelligi *Parochiales ;* quamvis et æliæ principales quandoque possint intelligi, in quibus bis in anno, in Pascha scilicet et Pentecoste solemni ritu Baptisma conferri consuevit.] [* Charta Hugon. abb. S. Dion. in Chartul. episc. Paris. fol. 29 : *Mauricius Parisiensis episcopus in Novavilla beati Dionisii . . . . Ecclesiam Baptismalem ædificandam nobis benigne concessit, et ut circatas et sinodalia, et cetera parrochialia debita episcopo et archidiacono persolvat, et fontes, et cimiterium, campanas et cetera parrochialia absque omni exceptione, sicut matrix et baptismalis Ecclesia obtineat, et proprii sacerdotis præsentia gaudeat.*] [** Vide *Baptisterium*, *Ecclesia Baptismalis.*]

* Ecclesia Capitalis, Aliarum caput, à qua aliæ dependent. Vide supra *Ecclesia Articularis.*

Ecclesiæ Cardinales, quæ vulgo *Parochiales*. Charta Caroli III. Imp. et Ludovici Imp. ann. 908. apud Cælestinum et Ughellum in Episcop. Bergomensib. : *Monasteriis, Xenodochiis, vel Ecclesiis baptismalibus, aut Cardinalibus, seu Oraculis, etc.* Vide *Cardinalis.*

Ecclesia Castellana. Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 499 : *Goisfredus autem Gomercii municeps eundem cum thesauro, quem ferebat, honorifice detinuit, et magistratum Castellanæ Ecclesiæ, ubi 4. erant Canonici, usque ad mortem concessit*, id est, Ecclesiæ, quæ in Castello erat : diversa ab ea, quam vulgo *Extramuraneam* vocabant.

Ecclesia Cathedralis, Episcopalis, in qua Episcopus sedet in *Cathedra*. Vide Concilium Tarraconense ann. 516. can. ult. et in voce *Cathedra.*

Ecclesia Catholica, dicitur nostris quæ in toto orbe diffunditur, *quam generaliter omnes amplectuntur*, ut est apud Optatum lib. 1. et in Decreto Julii I. PP. apud Ivon. lib. 1. Decret. *quæ per totum terrarum orbem diffunditur*, ut ait S. Augustinus Epist. 107. *Quod ejus cultus per omnes pene mundi terminos emanavit, Catholica vel universalis vocatur*, ut Boetius lib. de Sancta Trinitate. *Non enim*, inquit Isidorus lib. 8. Orig. cap. 1. et lib. 1. Sentent. cap. 19. n. 6. *sicut conventicula hæreticorum in aliquibus regionum partibus coarctatur, sed per totum orbem terrarum dilatata diffunditur.* Adde eumdem lib. 1. de Ecclesiasticis officiis cap. 1. Marius Mercator lib. Subnotat. cap. 9. § 7. pag. 33 : *Ecclesia universalis, quam Græco sermone Catholicam dicimus.* Vincentius Lirinens. Commonitorio I : *In ipsa Catholica Ecclesia magnopere curandum est, ut id teneamus quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est; hoc est enim vere proprieque Catholicum, etc.* Et cap. 25 : *Catholicum vere esse* ait, *qui in fide fixus et stabilis permanens, quidquid universaliter antiquitus Ecclesiam Catholicam tenuisse cognoverit, id solum sibi tenendum credendumque decernit.* Scribit Lactantius lib. 4. cap. 30. singulos *cœtus hæreticorum* existimasse suam esse Ecclesiam Catholicam, et Catholicos voluisse videri et dici, cum primam hanc esse Ecclesiæ Christianæ conditionem pro certo haberent : sed cum id probare haud possunt, eo res veniebat, ut eamdem nostris tandem ultro concederent; quod non semel insinuat S. Augustinus lib. de Vera relig. cap. 7. lib. de Util. creden. cap. 7. et Contra Epist. Manichæi cap. 4. Hinc magna illa de hoc titulo Controversia inter Catholicos Romanos et Donatistas, de qua idem Augustinus lib. 3. Contra Crescon. in Brevic. Collat. 3. cap. 3. Epist. 48. 163. et alibi sæpe, Collat. III. Carthag. cap. 101. Optatus, Tertullian. et Pacianus Epist. 1. ad Sympronianum, cujus hæc sunt : *Ne æstues, Frater, Christianus mihi nomen est, Catholicus vero cognomen, etc.* Vide Gregorium Turon. lib. 6. cap. 40.

Catholicæ nude, dictæ olim Ecclesiæ Catholicorum, cum eas etiam hæretici ipsi hac appellatione agnoscerent. S. Augustinus contra Epist. Manich. cap. 4. *In Catholicæ*, inquit, *Ecclesiæ gremio me tenet ipsum nomen Catholicæ : quod non sine causa inter tam multas hæreses sic ista Ecclesia obtinuit, ut cum omnes hæretici se Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui ubi ad Catholicam conveniatur, nullus hæreticorum, vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere. Concilia Catholicæ*, in lege 1. Cod. de Episc. (1, 3.) id est, Clerus Ecclesiæ Catholicæ.

Catholicæ dictæ præterea majores et Episcopales civitatum Ecclesiæ, quod omnium quodammodo essent, nec uni plebi addictæ, ut parochiales : vel quod eæ viris ac feminis paterent, ut etiam parochiales. Ita Epiphanius in Hæresi Arianorum majorem Ecclesiam urbis Alexandriæ καθολικήν, ut Damascenam Theophanes ann. 2. Justiniani Rhinothmeti, Sophianam Ancyræ in Galatia Eleusius in Vita S. Theodori Syceotæ num. 58. 89. magnam Ecclesiam CP. τὴν καθ' ὅλου Nicephorus lib. 15. cap. 22. vocant. Sed et auctor est Guilleterius, nuperus et eruditus Scriptor, in Athenis hodiernis pag. 214. 271. Ecclesiam ejusdem Urbis Cathedralem *Catholicon* vulgo a Græcis appellari. Sane ita Vita S. Nili Junioris pag. 72. et 123. καθολικὴν ἐκκλησίαν Episcopalem vertit Caryophyllus. [** Vide Marin. in Pap. Dipl. num. 75. not. 4. pag. 257. et Coustant. in Epistol. Pontif. pag. 835. not. a. et 1057.]

Catholicæ Ecclesiæ, dictæ etiam Parochiales. Jo. Diaconus in Episcopis Neapolitanis, in Sotere : *Hic Catholicam Ecclesiam beatorum Apostolorum in civitate constituit, et plebem post S. Severum secundus instituit.* Occurrit præterea in Bulla Benedicti VIII. PP. Ind. 1. apud Ughellum in Episcop. Portuensib. tom. 1. pag. 139. [Hac etiam notione accipi videtur in Canonibus Hibern. tom. 4. Anecd. Marten. col. 4 : *Quod si mundialis hominis pecunia ablata sit ab Ecclesia, et Ecclesia sit Catholica et ab omni censu libera, damnum Domino restituetur, et usura ejus erit Ecclesiæ.*] Apud Græcos virorum Monasteria et in eis constructa oratoria viris tantum, mulierum mulieribus patent; quod de Sanctimonialium Monasteriis omnino prodit Auctor Vitæ S. Nili Junioris pag. 70. Quod etiam apud Latinos obtinuisse in iisdem Sanctimonialium Monasteriis, seu potius oratoriis, ubi interdictum viris ingressum, præterquam Presbyteris ad agenda Missarum solennia, testatur Anonymus in Vita S. Liobæ cap. 1. ut vicissim mulieribus in Monachorum oratoria, cap. 22. præterea Vita S. Theofredi cap. 9. Vita S. Leutfredi cap. 6. Anonymus in Mirac. S. Bertini lib. 2. cap. 12. etc. Vide Greg. M. lib. 4. Ep. 44. Eæ vero Ecclesiæ, quæ viris et mulieribus, quales sunt parœciæ, patent, καθολικαὶ dicuntur, seu *generales :* atque hac notione usurpant passim, Synodus Trullana can. 59. Codinus de Offic. cap. 1. Leo Grammatic. pag. 459. 472. [Symeon Logotheta in Michaele n. 11.] Jo. Anagnosta de Excisa Thessalonica cap. 20. Vide Eleusium in Vita S. Theodori Syceotæ n. 35. præterea Gloss. med. Græcit. in Καθολική. Sed et inde apud Messanenses, Ecclesia Græcorum etiamnum *Catholica* nude appellatur, quicquid dicat Bonfilius Constantius in Messana lib. 3. pag. 21. Porro in majoribus civitatibus ab ipsis fere Christianismi initiis, Presbyteri per singulas regiones erant dispertiti, quo morientibus facilius subvenirent : qui quidem domicilia sua habebant juxta suam quisque Ecclesiam, ut est apud Epiphanium in hæresi Arianorum : atque inde origo variarum in urbibus Ecclesiarum parochialium.

Ecclesia Cemeterialis, seu *Templum cemeteriale*, apud Lambertum Ardensem

Digitized by Google

pag. 166 : *Sepultus est in Templo Cemeteriali juxta sepulchrum uxoris suæ.*

* Ecclesia Civica, Quæ est intra civitatem. Charta ann. 1286. in Suppl. ad Miræum pag. 142. col. 1 : *Retinentes nobis.... medietatem oblationum,... quæ fient in denariis, ... sive projiciantur vel ponantur in truncho infra Ecclesiam civicam, vel extra.*

* Ecclesia Chrismalis, Eadem quæ *Baptismalis* et *Parochialis*. Charta Manass. episc. Aurelian. ann. 1158. in Chartul. S. Aviti : *Capellam illam, quæ est Coboliis* (leg. de Esqueboliis) *in villa baati Aviti, quæ usque ad tempus nostrum sine proprio sacerdote et sine cimiterio extiterat, crismalem constituentes Ecclesiam, proprium sacerdotem et cimiterium ei addiximus.*

¶ Ecclesia Collegiata, vel *Collegialis*, Quæ est *Collegii* Canonicorum. Voces Recentioribus notissimæ.

* Ecclesia Conventualis, In qua est collegium canonicorum vel monachorum. Vide in *Conventus* 5.

Ecclesiæ Curiatæ, Parochiales, quibus præsunt Curiones, apud Hermannum Lerbeckium in Chronico Comitum Schawemburgens. pag. 7. [Concilium Salmuriense ann. 1313 : *Ad officium Archidiaconorum spectat examinatio Clericorum ad sacros Ordines et.... ad Curatas Ecclesias promovendorum.* Vide *Curata Ecclesia.*]

* Ecclesia Decimalis, Quæ alteri decimam debet. Martyrol. eccl. Pistor. tom. 1. Biblioth. Pistor. pag. 54 : *Ecclesia S. Vitalis est Decimalis et suburbana capituli majoris ecclesiæ Pistoriensis.*

* Ecclesia Decimata, Quæ jus habet percipiendi decimam. Charta Ludov. reg. Germ. ann. 905. inter Probat. Hist. S. Emmer. Ratisbon. pag. 97 : *Tradidit idem Druont Ecclesiam decimatam, casam cum curte, etc.*

Ecclesia Diœcesana, Parochialis, in Lege Wisigoth. tit. 5. § 6. Vide *Diœcesis.*

¶ Ecclesia de Domo, Italis Ecclesia Cathedralis quam vulgo vocant *il Duomo.* [** Germanis etiam, præsertim in Archiepiscopi Coloniensis diœcesi.] Vita B. Henrici Baucenensis tom. 2. Junii pag. 374 : *Circa plateam Ecclesiæ de Domo.* Vide *Domus* 2. lin. *Domus nude etiam, etc.*

Ecclesiæ Episcopales, Majores, quæ sub dispositione Episcopi sunt. Ita interpretatur Savaro de Ecclesiis Claromont. lib. 1. cap. 34.

* Ecclesia Filialis, Quæ alteri subjecta est, nec proprium habet sacerdotem. Charta Wernh. episc. Patav. ann. 1308. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 218. col. 2 : *Annectimus .... alterum medium inter utrumque ibidem, et duas Ecclesias filiales, etc.* Vide *Ecclesia mater.*

Ecclesia Forensis, Parochia, respectu majoris Ecclesiæ. Chron. Montis-Sereni ann. 1151. de quodam Hallensis Ecclesiæ Canonico : *Qui Forensi Ecclesiæ jam per annos 14. præerat, mortuo Præposito substituere modis omnibus intendebat.*

¶ Ecclesia Imperatoris, *Imperatricis, et Comitum ac Vassallorum*, in Capitul. Caroli Calvi tit. 52. eadem notione qua infra *Regales.*

* Ecclesia Incastellata, Ad modum castri aut castelli munita. Constit. Petri I. reg. Aragon. ann. 1200 : *Ecclesias quoque incastellatas sub eadem pacis et treugæ defensione constituimus.* Charta Jacobi I. itidem reg. Aragon. ann. 1263 : *Ecclesias autem illas in hac defensione non ponimus, in quibus castella sunt facta.* Vide *Incastellare.*

* Ecclesia Inreconciliata. Vide infra *Ecclesia reconciliata.*

* Ecclesia Laicorum, Pars ecclesiæ, quæ Navis dicitur, in qua laici consistunt. Constit. monast. S. Petri montis tom. 2. Monum. sacr. antiq. pag. 437 : *Sciendum autem quod in Ecclesia laicorum, quæ navis dicitur, loqui licebit de licentia de utilibus et honestis.*

¶ Ecclesia Libera, *id est, sine persona.* Ita legitur in Charta Henrici Leodiens. Episc. tom. 3. nov. Gall. Christ. Instr. col. 154. Cum Episcopi Ecclesias Monasteriis concedebant, illas personatui obnoxias, aut ab illo Liberas interdum statuebant. Liberæ erant Ecclesiæ a *persona*, cum extincto pastoris seu *personæ* titulo hujusmodi Ecclesiis per Vicarios deserviebatur. Cum vero personatui erant obnoxiæ, Clericus deligebatur qui Ecclesiæ titulo et aliqua proventuum parte gaudebat, reliquo in Monachorum Canonicorumve usus concesso, qui illi Ecclesiæ Vicarium committendum curabant. Personatu autem vacante, rursum Ecclesia ab Episcopo impetrabatur per præstationem quamdam, *Altarium redemptionem*, vulgo nuncupatam.

* Ecclesia Major, Eadem quæ *Matrix*, Cathedralis. Charta Conradi episc. Traject. ann. 1088. in Batav. sacr. pag. 135 : *Ut omnes ecclesiæ prædictæ matrici Ecclesiæ sive majori prædictæ, perpetuis temporibus sint subjectæ.* Interdum a Cathedrali distinguitur, ut videre est mox in *Ecclesia minor.*

Ecclesia Mater, pro Cathedrali in Synodo Romana sub Silvestro PP. cap. 17. in Concilio Islebonensi cap. 29. in Charta Brunonis Tullensis Episcopi, etc. *Ecclesia mater et capitalis*, in Legibus Henrici I. Regis Angliæ cap. 19. Dicitur etiam *Ecclesia Mater*, apud Rainardum Abb. Cisterciensem in Institut. cap. 32. respectu *Ecclesiæ filiæ*, seu quam Ecclesia mater genuit, et quæ ab ea profluxit. Vide *Pater Abbas.*

Ecclesia Mater, Eadem quæ Baptismalis, in Orig. Murensis Monasterii pag. 34. 35. *Mere Eglise de Paroisse*, in Legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 1. Charta Hugonis Capeti Regis ex Tabulario Fossatensi fol. 13 : *Videlicet Ecclesias duas, quarum una est mater Ecclesia* (villæ Mansionum) *in honore B. Remigii, et alia capella in honore S. Germani, etc.*

Ecclesia Matrix, Cathedralis, apud Gregorium de Verbor. signific. cap. 22. in Concilio Moguntino I. can. 8. Islebonensi can. 9. apud Ordericum Vitalem lib. 5. pag. 548. 551. etc. Agobardus de Privilegio et jure Sacerdotii cap. 12 : *Nos ab Ecclesia non recedimus, nec spernimus Matrices Ecclesias* : sic legendum puto pro *nutrices.* Codex Canon. Ecclesiæ Africanæ can. 123 : Ἐὰν ἐν τοῖς ματρικίοις, ἤγουν ἐν ταῖς καθέδραις, ἐπίσκοπος ἀμελὴς γένηται. *Matrices cathedræ*, in Conciliis Africanis can. 90. *Matrices* nude pro Metropolitanis et Cathedralibus apud Ferrandum Diac. in Brev. cap. 11. 17. 38. [Innocent. III. PP. in Epist. ad Abbatem Alcobatiensem, Concil. Hisp. tom. 3. pag. 411 : *Nos enim per Matricem Ecclesiam, Cathedralem intelligere volumus, non Romanam.*] [* Vide supra] *Ecclesiæ baptismales.*]

Ecclesia Matricularis, Eadem notione, in Chartis Ludovici Pii Imp. et Ratoldi Episcopi Veronensis apud Ughellum in Episc. Veronensib. pag. 603. 604. 1072. et apud Helmodum lib. 1. cap. 90.

Ecclesia Matricialis, in Synodo Ravennensi sub Joanne VIII. cap. 12. *Matricalis*, in Epist. Alexandri III. PP. apud Baronium ann. 1148.

Ecclesia Matrix, Eadem cum Baptismali, [seu Parochiali] apud Urbanum I. PP. in Epist. decret. cap. 1. et Lindwodum in Provinciali Cantuariensis Ecclesiæ lib. 3. tit. 13. Alexander III. PP. in Appendice Concilii Lateranensis III. part. 1. cap. 7 : *Nec eos duas Matrices Ecclesias, quarum unam sufficere sibi videbitis, tenere permittatis.* Adde part. 5. cap. 3. [Hist. MS. Beccens. Monast. pag. 425 : *Oratorium illud nunquam augmentabitur, nec in Capellam aut Matricem Ecclesiam convertetur.* Charta ann. 1133. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 25 : *Censui et censeo, ut singulæ prædictæ Ecclesiæ sint Matrices Ecclesiæ.... et Canonici possideant et procurent Ecclesiam de S. Romano ut Matricem, etc.* Altera ann. 1185. ibid. pag. 73 : *Capellam quoque de Esbeliaco statuimus perpetuis temporibus fore Matricem Ecclesiam; ita quod de cætero Meldensis Episcopus in ipsa primum instituat Sacerdotem, Dominus Abbas S. Germani, secundum; Episcopus, tertium, etc.* [** Chart. ann. 1165. ap. Gudenum in Cod. Diplom. tom. 1. pag. 251. Alia ann. 1315. ibid. tom. 3. pag. 117 : *Ecclesiam et villam in Husen, quæ Matrici Ecclesiæ in Lychen filialis existit.*]

* Ecclesia minor, Quæ cathedrali subdita est. Charta ann. 1037. apud Ughell. tom. 1. Ital. sacr. col. 444 : *Per præceptum suæ confirmationis corroboravit omnem terram sui episcopii, tam ad matricem ecclesiam pertinentem infra et extra civitatem suam, quam ad cæteras Ecclesias majores et minores, videlicet plebes et capellas, sive monasteria ad prædictam ecclesiam respicientia.*

Ecclesia Obedientalis, quæ alteri Ecclesiæ subdita est. Charta Heliæ Barensis Archiepisc. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 865 : *Libertavit Ecclesiam omnium SS. in Cuti, et Obedientiales ejus, quas habet et habitura est.*

* Pro Cella seu præpositura a nobiliori monasterio dependente, occurrit in Vita B. Bonfil. tom. 7. Sept. pag. 521 col. 1 : *Præterea quædam Obedientialis Ecclesia erat ipsi monasterio in diœcesi Fulginate, ad cujus regimen abbas et fratres de communi consilio transmittendum Bonfilium decreverunt.* Vide infra in *Obedientia* 1.

¶ Ecclesia Parochialis, Cui Parochus seu Curio præest. Passim occurrit.

Ecclesiæ Patriarchales Romæ, Summo

Digitized by Google

Pontifici immediate subjectæ. Vide Baronium ann. 1057. n. 19. 20. 21.

Ecclesia Per se, nulli alteri Ecclesiæ subjecta, id est, quæ proprium Presbyterum habet, ad discrimen *Capellarum*, quæ sub Parochiis sunt. Hincmarus Remensis Ep. 7. ex Labbeanis : *Dicunt enim quia ex quo memorari ab his, qui in carne sunt, potest, quoniam ipsa Ecclesia per se fuit semper, et nulli alteri Ecclesiæ fuit subjecta.* Infra : *Evidentibus documentis invenerunt, quod ipsa Ecclesia de Follanæbraio nunquam Ecclesiæ in Codiciaco fuerit subjecta, sed Presbyterum semper habuerit.*

* Quæ *per se stat*, ut legitur in Ch. Gileb. comit. Clarim. ann. 1091. ex Chartul. Cluniac. : *Obtinuimus apud Leodicensem episcopum Henricum, ut prædicta ecclesia* (S. Symphoriani) *per se stet, nulli obnoxia servituti, jus proprium habens baptismi atque sepulcri, nullique aliquem respectum solvens, nisi quatuor tantum denarios episcopo Leodicensi, in cujus parrochia sita est.*

* Ecclesia Plebesana. Cui *plebanus* seu parœcus præest, parœcia. Locum vide in *Plebes*.

¶ Ecclesia Personatui Obnoxia. Vide *Ecclesia Libera*.

Ecclesia Plebalis, seu Parochialis, in Charta Conradi Episcopi Pataviensis in Chronico Reichesperg. ann. 1156. et ann. 1169. *Ecclesia Plebeiana*, in Historia fundationis Cœnobii Melicensis in Austria pag. 631. Vide *Plebs*.

* Ecclesia Plebitanea, Eodem significatu. Vita S. Arnulfi tom. 3. Aug. pag. 246. col. 2 : *Quodam tempore, dum cujusdam vici plebitaneam Ecclesiam esset dedicaturus, etc.*

* Ecclesia Præbendalis, Eadem quæ nunc *Collegiata* dicitur, in qua scilicet *Præbendarii* seu canonici deserviunt. Charta Galteri ann. 1208. in Chartul. episc. Paris. fol. 74. v° : *Statuimus quod in ipsa ecclesia, pulsatis per horas distincte campanis, certis horis et determinatis, tanquam in Præbendali Ecclesia, horæ canonicæ celebrentur honeste.... Servitium Dei faciant cum reverentia et honore, sicut in magnis Præbendalibus Ecclesiis fieri consuevit.* Vide in *Præbenda*.

* Ecclesia Prima, Ita appellatur cathedralis Lugdunensis, in Pacto inito inter reg. et archiep. capitulumque Lugdun. ann. 1320. ex Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 125. r° : *Nous Pierres par la souffrance de Dieu arcevesques, Estienne doyens, et tout le chapitre de l'Eglise premiere de Lyon, etc.* Vide infra *Sedes* 2.

Ecclesia Principalis, Cathedralis, in Lege Wisigoth. lib. 4. tit. 5. § 6.

¶ Ecclesia Principalis, Romana, in Sermone Johannis VIII. PP. ad Synodum Rom. ann. 877. ubi Carolus Calvus renuntiatus est Imperator.

¶ Ecclesia Principalis, Major, Baptismalis sive Parochialis, in Capitul. Caroli Calvi tit. 5. [** ap. Tolosam ann. 844.] cap. 7.

* Ecclesia Reconciliata, Jus decimæ recuperatum, vel restauratum; decimam quippe *Ecclesiam* nuncuparunt, ut videre est infra. Charta ann. circ. 951. apud Ughell. tom. 1 Ital. sacr. col. 722 : *Campis, silvis, appendiciis, montibus, vallibus, pascuis, Ecclesiis reconciliatis et inreconciliatis, pratis, pascuis, etc.* Vide in *Reconciliari*.

¶ Ecclesiæ Regales, Quæ ad Regem ratione Fundationis et jure Patronatus pertinent aut quæ sunt Census Regii. Charta H. Abbatis S. Genovefæ ann. 1228. in Chartul. Sangerman. fol. 195 : *Præterea ratione tulliæ quam Abbas et Conventus Fossatensis solent facere in dictis hospitibus, quando Dominus rex suas Regales Ecclesias talliat.*

* Ecclesia Secundaria, Quæ secundum obtinet locum. Ita appellantur Ecclesiæ collegiatæ in oppositione ad cathedralem ecclesiam, in Ch. ann. 1345. ex Lib. Sal. A. eccl. S. Thom. Argent. fol. 27.

* Ecclesia Sedalis, Eadem quæ *Baptismalis*, Parœcia. Charta ann. 819. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 747 : *Ego Petrus gratia Dei episcopus.... Lucanæ civitatis.... ordinare videor te Andripertum presbiterum,... in nostra Ecclesia sedalem sancti Donati, sita prope murum hujus Lucanæ civitatis; in eo vero tenore, ut in tua sit potestate ipsa Dei ecclesia, una cum casis et omnibus rebus ad eam pertinentibus abendum, resedendum, gubernandum, usufructuandum, et officium Dei die nocteque recto moderamine faciendo, et nobis obediendum.* Alia ann. 838. ibid. tom. 2. col. 974 : *Scivi, Jacobum episcopum abentem ecclesia sancti Fridiani, ubi ejus corpus requiescit, ... et ita eum ordinabat, sicut alias Ecclesias sedales, et pertinens erat de isto episcopio sancti Martini .... Scibi, Jacobum episcopum habentem ecclesiam sancti Fridiani, ubi in corpu requiescit, et imperantem sicuti in ceteris Ecclesiis sedalibus : et pertinebat episcopatui sancti Martini.* Ubi *Ecclesia Sedalis* dici videtur, quod peculiari ratione a sede episcopali penderet; alioquin de Ecclesia cathedrali, ubi sedet episcopus, intelligitur. Vide in *Sedes* 2.

Ecclesia Senior, Matrix, cathedralis, in Actis Episcopor. Cenoman. pag. 111. 157. 181. tom. 4. Analector. Mabillonii. Charta Palladii, Episcopi Autisiodor. apud eumdem Mabillon. l. 6. de Re Diplomat. pag. 465 : *Reliquas duas partes ad lumen Ecclesiæ Senioris S. Stephani reservatas.* Infra : *Ad basilicam Seniorem S. Stephani.* [Paulus Emeritensis Diaconus in libro de Vita et miraculis Emeritensium Patrum : *Tam in thesauro S. Eulaliæ, quam in thesauro Ecclesiæ Senioris, quæ vocatur S. Hierusalem.* Sic et Gregorio Turonensi *Ecclesia Senior* vocatur, quæ aliis Major, item Cathedralis vel Matrix. Ita Valesius inter Valesiana pag. 86.] [** Chron. Moissiac. ad ann. 813 : *Sepelierunt eum in Aquisgrani palatio, seniore in Ecclesia, quam ipse fabricare jusserat.*] [* Vide in *Senior*.]

¶ Ecclesia Subalaris, Gall. *Eglise Succursale*. Chron. Bonæ-spei pag. 286 : *Ego Jacobus Curatus Ecclesiæ Parochialis de Lestinis in monte.... considerans quod Parochianis meis de Vellereille ubi est ecclesia Subalaris, seu Succursus, propter locorum distantiam, imminebat periculum, etc.*

* Ecclesia Villana, Ruralis. Acta Episc. Cenom. apud Mabill. in vett. Analect. ult. edit. pag. 304 : *Ecclesia vero ad instar Villanæ Ecclesiæ redacta, uno tantum colitur sacerdote, fame dispersis ubique canonicis.*

Ad Ecclesiam Confugere. Vide *Pax Ecclesiæ*.

¶ Ecclesias Facere, Visitare supplicationis causa. Phrasis Italis haud infrequens. Miracula B. Ambrosii Senens. tom. 3. Martii pag. 224 : *Quæ D. Beccha donavit prædictum Pagnum, cum fortiter actu febriret, S. P. Ambrosio promittens cunctas Ecclesias et eidem certas reverentias se facturam.*

Ecclesiæ olim in secularium bonis censitæ : quipe eo ævo, quo Abbatiæ *in Commendam* viris proceribus, cæteræ etiam minores Ecclesiæ viris aliis militaribus, a Regibus identidem concessæ sunt : vel ipsimet in dominiis suis singuli eas usurparunt Domini, quod supra attigimus in *Abbas Miles*. [* Ecclesias laici ita sibi proprias, lege etiam approbante, existimabant, ut episcopales abbatialesve ecclesias pro libito mulieribus quoque ipsis concederent. Charta ann. 1037. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Multum declarat auctoritas et lex Romanorum et Gotorum et Salicorum, ut unusquisque homo de propriis rebus suis dare, aud cedere, aud condonare voluerit, licentiam habeat ad faciendum. Quapropter ego in Dei nomine Poncius dono tibi dilectæ sponsæ meæ, nomine Majoræ, episcopatum Albiense, et civitatem, et monetam, et mercatum et vineas in dominio,.... et medietatem de episcopatu de Nemauso,.... et medietatem de abacia sancti Egidii.* Vide supra *Abbacomites* in *Abbas*.] Ecclesiarum autem nomine fere semper intelliguntur decimæ Ecclesiasticæ, cæteræque obventiones, quæ ex jure Curionibus debentur, quas ii sibi reservabant; cum Curionibus ipsis ad divinum persolvendum servitium pensiones duntaxat annuas, de quibus convenerat, conferrent. Agobardus lib. de Dispensatione cap. 15 : *Nunc non solum possessiones Ecclesiasticæ, sed ipsæ etiam Ecclesiæ cum possessionibus venundantur.* Concilium Cabilonense II. can. 26 : *Perlatum est ad nos, quod inter hæredes Ecclesiæ in rebus propriis constitutæ, dividantur, etc.* Charta Ludovici VI. Regis Fr. ann. 1122 : *Tradit Monacho donum Ecclesiarum et decimarum ad ipsum locum pertinentium.* Charta Rainaldi Archiep. Remensis ann. 1128. tom. 13. Spicileg. Acheriani pag. 307 : *Sparnacensem Ecclesiam ob remedium animæ suæ... in manu nostra hujusmodi libertate donavit, cum prædictus Comes Theobaldus præfatam Ecclesiam a progenitoribus suis quasi hæreditario jure sibi derelictam teneret, et Abbatiam Ecclesiæ suæ Waleramno Domini Andreæ Dapiferi sui filio dedisset, etc.* Hugo Flaviniac. pag. 133 : *Ad Herbodivillam in Vapra Ecclesiam unam,.... et ad Lidiniacum quartam partem unius Ecclesiæ, et mansum unum, etc.* Vide pag. 167. Joan. Sarisberiensis Epist. 125 : *Inter cætera Miles quandam Ecclesiam, quam 40. annis inconcusse tenuerunt, eis molitur auferre, quam adversus Ecclesiam Domini Laici apud nos perniciosissime vendicant.* Adde Epist. 231. 232. Charta ann. 1082. ex Tabulario S. Andreæ Viennensis : *Ego Emmo et uxor mea Elizabeth... donamus... monasterio su-*

Digitized by Google

pra memorato, et Humberto Abbati et monachis ejus... quartam partem Ecclesiæ matris in honore B. Petri Apostoli sacratæ, cum his appendiciis, videlicet cum quarta parte oblationum altaris, et cum quarta parte cimiterii, et cum quarta parte decimarum, de milio videlicet et panicio, et omni legumine et cannabe, et de omnibus bestiis, et de cunctis primitiis, excipiuntur decimæ frumenti, siliginis et avenæ. Tabular. S. Albini Andegav.: *Radulfus Vice-Comes cum uxore sua Amelina S. Albino et Monachis ejus Ecclesiam de Luchiaco partim quingentis sol. sicut habebat solidam et quietam vendidit, partim pro anima sua.... dono dedit scilicet altare cum oblatione tota et sepultura tota, sicut habebat, et terram juxta Ecclesiam, etc.* Acta Episcopor. Cenomanensium in Gervasio cap. 31 : *Similiter et Ecclesiam me vivente dimidiam, et decedente totam, nisi ante placuerit, in territorio Letdunis sitam.* [Chartul. Ecclesiæ Auxitanæ cap. 86 : *Concessi Deo et B. Mariæ Ausciensi quartam partem Ecclesiæ de Saisano, tam in decimis, quam in Ecclesiastico, quam hereditario jure possidebam.*] Exstat præclara hujusce abusus testis Charta alia Rainaldi Episcopi Andegavensis, ex qua hæc excerpsimus : *In exordio nascentis Ecclesiæ cum author omnium, id est Deus, Apostolis suis præcepisset, dicens, Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ, et illi juxta autoris vocem præcepta complerent, cœpit fides augeri et crescere : ex eo tempore, viri religiosi relinquentes sua eidem autori Deo et cœnobia construentes, et hæreditates suas ibidem derelinquentes, quatenus in locis illis Monachi sive Clerici seu ancillæ Dei Deo deservientes haberent victualia, nonnulli etiam comam capitis abscindentes, Christo domino colla tradentes, atque ita factum est, ut maximus pars hujus seculi in hæreditatem Sanctis Dei sit tradita : sed inardescente invidia sæculi hujus et cupiditate grassante, Reges qui vestigia virorum religiosorum sequi deberent, cœperunt easdem hæreditates vendere, Episcopis Episcopatus, Abbatibus Abbatias, atque ipsi Episcopi seu Abbates a monasteriis abstrahere, cum deberent magis augere quam minuere, et hominibus sæcularibus in hæreditatem dare. Unde usque hodie mos inolevit, ut eas in hæreditate habere videantur. Quapropter ego Rainaldus, Andecavorum Episcopus, Ecclesias, quas quondam in Episcopatu sancti Mauricii habere dinoscor, anno ab Incarnatione Domini* MI. *fratribus nostris Canonicis, ibidem Deo deservientibus integras restituo, etc.* Arnulfus Lexoviensis Epist. 1. ex iis, quæ habentur in tom. 13. Spicilegii Acheriani : *Cum vero reclamante semper Ecclesia nostra Parochiales Ecclesias et decimationes emptionibus, aut quibusdam illicitis modis de manu laica, sacrilega temeritate, Monachi præsumpserint occupare, seculari potestate semper defensi sunt, etc.* Historia Abbatiæ Condomensis nuper edita a viro doctissimo Luca Acherio tom. 13. Spicilegii pag. 495 : *Dedit B. Petro Condomensi et ejusdem loci habitatoribus tres partes decimationis Ecclesiæ S. Martini de Lira,... hac interposita conditione, ut fratres Condomensis Ecclesiæ easdem tres partes Ecclesiæ a creditoribus.... quibus præfatus A. de Lescura eas obligaverat de 400. solidis Morlanensis monetæ, redimendo persolverent.* Pag. 496 : *Concedo B. Petro Condomensi octavam partem Ecclesiæ de Gardera, quam libere possideo, etc.* Et pag. 497. *Decimatio Ecclesiæ de Gardera* dicitur. Rursum pag. 498 : *Arnaldus de la Serra Miles, divina inspiratione pertractus, a sententia data de illicitis decimarum detentoribus absolvi cupiens, in manu Heliæ Episcopi Aginnensis et R. Abbatis dedit B. Petro Condomensi medietatem Ecclesiæ de la Saira, sive de Maiomont, cum omnibus appendiciis suis.* Adde pag. 489. præterea Capitul. Caroli M. l. 5. cap. 44. [** 99.] Addit. 3. Capitul. cap. 25. [** 51.] Concilium Meldense can. 41. 42. Concil. Francoford. ann. 794. can. 54. Concil. Claromontan. can. 6. 7. Ordericum Vital. lib. 5. pag. 582. 587. et Dominicum de Prærogat. Alodior. cap. 12. [** Guerard. in Prolegom. Chartul. S. Petri Carnot. § 11.] Vide *Advocatio, Altare, Patronus.*

* Charta ann. 1088. ex Chartul. Auxit. : *Nobilis quædam mulier Palumina dedit Ecclesiam de Marcellano in manu Willelmi archiepiscopi, hoc est, honores ecclesiasticos et totam dominationem ecclesiæ.* Hinc

* ECCLESIAM EMERE nihil turpe iis sonabat; quippe qui suum redimere et quocumque modo recuperare putabant, et etiamnunc aliqui arbitrantur, licitum. Chartul. Major. monast. pro pago Vindoc. ch. 1 : *Fulbertus.... Carnotanus episcopus. Notum fieri volumus.... qualiter monachi S. Martini Majoris monasterii nostram adierunt præsentiam humiliter deprecantes ut.... Ecclesiam, Navoil nomine,... eis emere emptamque possidere imperpetuum concederemus. Quod ita fecimus..... Coemunt ergo eam, et non minimo pretio in posterum sibi vindicant ab Rotberto quodam vassallo et a duobus filiis ejus,... qui eandem Ecclesiam de Walterio filio Hamelini tenent, sub cujus jussu et assensu S. Martini monachis venali conditione de reliquo habendam concedunt.* Chartul. S. Vinc. Cenoman. fol. 164. r. : *Ego Avesgaudus abbas monasterii S. Vincentii emi quandam Ecclesiam S. Petri, quæ dicitur Curtis-laboris, de Willelmo vicario Bellismi, ei dans pro ipsa Ecclesia quatuor libras denariorum et societatem ecclesiæ nostræ, per favorem et voluntatem episcopi Sagiensis, Ivonis nomine, etc.*

2. ECCLESIA, Fastigium thuribuli, quod in modum et ad formam ædis sacræ assurgat. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Lond. ann. 1295 : *Duo turibula argentea, exterius totaliter deaurata, cum opere gravato et levato, cum Ecclesiis et turribus, et 16. campanellis argenteis appensis, et catenis albis argenteis, ponderis 11. marc. 20. den. Item 2. thuribula argentea, exterius totaliter deaurata, cum Ecclesiis, turellis rotundis, et circulis gravatis, etc.* Usurpatur etiam pro Ciborio, quo altare tegitur apud Ademarum Caban. in Abb. S. Mart. Lemov. apud Labbeum tom. 2. Bibl. : *Hic composuit super altare Salvatoris Ecclesiam ex auro et gemmis et argento, quam vocant Muneram.*

* ECCLESIALES, Ecclesiæ servitio addicti, vel qui ab Ecclesia sub annuo censu tenent. Conc. Trevir. ann. 1152. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 72 : *Clerici et Ecclesiales, et res eorum a duce et ab advocatis et a venatoribus non inquietabuntur..... Servitium vero quod venatores ab Ecclesialibus exigebant, ex toto dimissum est.* Vide in *Ecclesiasticus* 4.

¶ ECCLESIALIS PECUNIA, Quæ pertinet ad Ecclesiam, in Capitulari 2. Carlomanni ann. 743. cap. 2. lib. 5. Capitul. c. 3. et lib. 6. cap. 425.

ECCLESIANI, appellati a Cæsarianis, qui pro Ecclesia stabant, durante schismate inter Sacerdotium et Imperium, in Hist. Trevirensi pag. 225 : *Quasi regii honoris proditores contumeliis afficiebant insultantes, eos Ecclesianos appellantes.*

* ECCLESIANUS, Ecclesiasticus, ad ecclesiam spectans. Willel. Brito Philippid. ubi de Auriflamma :

> . . . . . Letania qualiter uti
> Ecclesiana solet certis ex more diebus.

¶ ECCLESIARCHA MAGNUS, ὁ μέγας Ἐκκλησιάρχης. Sic Patriarcha CP. vocatur in Histor. Concil. Florent. sect. 3. cap. 10. [** Alio sensu vide in Glossar. med. Græcit. voce Ἐκκλησιάρχης, col. 364.]

¶ ECCLESIARCHES, Ecclesiæ Præfectus, in Amalthea, et alibi.

ECCLESIARE, *Convocare, vel concionari, quod et Ecclesiarizare invenitur.* Auctor Breviloqui.

* ECCLESIARIUS, ut *Ecclesianus.* Charta ann. 1115. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 318 : *Qui contra hanc nostram offersionis cartam.... per quovis ingenium infringere quæsierit, tunc a liminibus Ecclesiariis extraneus efficiatur.* [** Lusitanis olim *Egrejairos* erant Donationes Ecclesiis factæ. Vide S. Rosa de Viterbo in hac voce Elucidarii tom. 1. pag. 390.]

¶ ECCLESIASTÆ, Dicti hæresis Lutheranæ Prædicatores, in Epist. Joan. Sturmii ad Regem Daniæ Christianum III. apud Ludewig. tom. 5. pag. 338 : *Sed Dux Wirtenbergensis omnino hunc virum* (Brentium) *apud se manere vult, ad se consolandum, ad confirmandos reliquos Ecclesiastas, ad dandam significationem professionis Evangelicæ.* Sic seipsi appellarunt non semel.

¶ ECCLESIASTICA. Necrologium Prioratus de Fontanis, tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 470 : *Domna Emelina, sacrata Deo, venerabilis Clerica et honorabilis Priorissa claustralis, doctrix nobilissima et bona Ecclesiastica.... quia prædicationis pollebat vigore, omnium sororum in Deum provocabat affectum.* Ubi per *Ecclesiasticam* intelligo *Concionatricem*, quæ suis sermonibus Sorores suas ad pietatem excitabat, a Græco ἐκκλησιαστής, Concionator.

¶ ECCLESIASTICA FEMINA, Mulier conditionis obnoxiæ, sic addicta Ecclesiæ, ut ab ea non posset recedere. Lex Ripuariorum tit. 16. § 1 : *Si quis feminam regiam* (id est *fiscalinam*) *aut Ecclesiasticam parientem interfecerit, trecentis solidis culpabilis judicetur, aut cum triginta sex juret.* Vide *Ecclesiastici viri.*

ECCLESIASTICÆ LITERÆ, Eædem cum *Formatis* et *Commendatitiis*; quæ abeuntibus Clericis in aliam diœcesim ab Episcopo dabantur. Lupus Ferrariensis Epist. 122 : *Literas etiam eum Ecclesiasticas habere a venerabili Episcopo nostro G. certissime scio.*

Digitized by Google

nec impedire aliquid, si Deus eum vocat, quo juste infirmari possit electio. Vide S. Hieronymum lib. 2. in Ruffinum cap. 5.

ECCLESIASTICUM, nude, pro jure Ecclesiastico, seu eo, quod ad Ecclesiam spectat. Tabularium Abbatiæ Conchensis in Ruthenis, ch. 35 : *Totum vobis dono insuper illa Ecclesia cum ipso Ecclesiastico, quæ est fundata in honore sancti Stephani, etc.* [Charta ann. 948. tom. 3. Annal. Bened. pag. 495 : *Quæ donatio hoc pacto facta est, ut Abbo Clericus ipsam Ecclesiam retineret cum suo Ecclesiastico.*] Charta Sanctii Regis Aragoniæ ann. 1093. apud Catellum in Comitib. Tolos. pag. 93: *Cum Ecclesiis et Capellanis suis, quæ ibidem erunt, si voluntas Dei fuerit, cum decimis et primitiis simulque oblationibus et pertinentiis suis, cum omni Ecclesiastico suo.* Occurrit rursum infra. Charta Sanctii Regis Aragonum æræ 1131. apud Antonium *de Lepez* in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 7: *Dono et Ecclesiam S. Cæciliæ cum decimis et primitiis et cum oblationibus suis, sive cum omni Ecclesiastico suo, et cum cuncta medietate de suo termino cum suis pertinentiis.* Infra : *Cum Ecclesiis et Capellaniis, quæ ibidem fuerint,.... cum Ecclesiastico earum sine ulla reservatione, etc. Ecclesiasticus honor,* eadem notione. Idem Tabularium Conchense ch. 464 : *Confirmo tam prædictam Ecclesiam, quam etiam totum Ecclesiasticum honorem, qui ad Senioratum de Malavilla pertinet.* Adde ch. 496. et Anton. Brandaon. tom. 3. Monarch. Lusitan. pag. 285, v. 286. v. et lib. 10. cap. 14. [** Ch. ann. 1147. apud S. Rosa de Viterbo, voce *Egrejairo.*] Vide *Jus ecclesiasticum.*

1. **ECCLESIASTICUS**, Christianus, et opponitur Gentili, ut est apud S. Hieronymum in Præfat. lib. de Ecclesiast. Scriptoribus.

2. **ECCLESIASTICUS**, Clericali et Ecclesiastico ordine donatus, qui *Clericus Ecclesiasticus* dicitur ad discrimen Acephalorum, apud Isidorum lib. 2. de Ecclesiasticis officiis cap. 3. Quodvultdeus Diaconus in Epist. ad S. Augustinum libro de Hæresib. ejusdem Augustini præposita, *Ecclesiasticum* vocat Epistolæ perlatorem, quem Augustinus in præcedenti Epistola *Subdiaconum* indigitaverat. Concilium Vasense can. 3. statuit, *Presbyteros non per quemcumque Ecclesiasticum, sed per Subdiaconum* Chrisma ab Episcopis petere debere. Ita usurpant lex 49. Cod. Th. de Decurion. (12, 1.) lex 5. 20. 21. eod. Cod. de Episcop. (16, 2.) Silvester Giraldus in Topogr. Hibern. dist. 3. cap. 26 : *Viri, qui Ecclesiastica gaudent immunitate, et quos viros Ecclesiasticos vocant, quanquam Laici et uxorati, comis quoque prælongis trans humerum diffusis, solum armis renunciantes, in signum protectionis,* [f. professionis,] *Pontificali impositione, amplas in capite coronas gestant.* Leo Ost. lib. 2. cap. 98 : *Pandulfus Marsorum Episcopus, vir nobilis et Ecclesiasticus, ad hoc Monasterium venit.* Vide eumdem lib. 3. cap. 64.

3. **ECCLESIASTICUS**, qui in Ecclesia Catholica est, Catholicus. Sanctus Hieronymus Epistola 62. cap. 1 : *Nos nec Ecclesiam scindimus, neque a Patrum Communione dividimur, ab ipsis ut ita dicam, incunabulis Catholico sumus lacte nutriti. Nemo namque magis Ecclesiasticus est, quam qui nunquam hæreticus fuit.* Et lib. 2. in Ruffinum cap. 4 : *Ecclesiastici et Catholici viri.* Adde cap. 8. eumdem in Epist. ad Ctesiphontem adversus Pelagium cap. 1. Epist. 78. in Prologo ad lib. 6. in Esaiam, in cap. 22. 30. ejusdem Esaiæ, in cap. 3. Hieremiæ. Gesta Purgationis Cæciliani : *Adhibete Conclericos et Seniores plebis, Ecclesiasticos Viros, et inquirant diligenter, etc.* Decretum Synodi Sardicensis in Fragm. S. Hilarii pag. 9 : *Vehementer autem admirati sumus, quatenus eum, qui aliter, quam in vero est, audet Evangelium prædicare, quidam qui se Ecclesiasticos esse volunt, facile ad Communionem recipiunt, etc.* Vide præterea Isidorum Hispalensem de Scriptoribus Ecclesiasticis in Aprigio. [** Mar. Mercatorem pag. 69. et Glossar. med. Græcit. voce Ἐκκλησιαζικός, col. 365.]

4. **ECCLESIASTICUS**, Sacræ Scripturæ interpres, apud S. Isidorum in Prologo ad lib. Geneseos.

Ecclesiasticus Baculosus, [Episcopus, vel Abbas, utens baculo pastorali.] Vide *Baculosus.*

Ecclesiastici Viri, Homines, Liberti, vel liberi, qui ad Ecclesiam pertinebant, eique ita erant addicti, ut ob ea recedere non liceret, in Capitul. Caroli M. lib. 4. cap. 3. lib. 5. cap. 8. [** 10.] *Homines Ecclesiastici seu fiscalini,* eodem lib. 5. cap. 210. Distinguntur autem a mancipiis Ecclesiasticis in Concilio Suessionensi II. can. 12. quæ appellabantur *Servi Ecclesiastici,* vel *Ecclesiæ.* Vide in voce *Servus* et *Ecclesiastica femina.*

¶ **ECCLESIOLA**, Capella, Sacra ædicula, res ad eam pertinentes. Charta Adefonsi Regis Toleti pro Monasterio Casæ Dei æra 1216 : *Confirmo... Monasterium S. Juliani de Lamano cum suis Ecclesiolis et suis Collaciis et Parrochianis.* Hist. Comit. Ardens. apud Ludewig. tom. 8. pag. 526 : *Ardensis Ecclesiolæ altare cum ejusdem altaris pertinenciis.* Statutum Capituli S. Martini Turon. de Statione in festo S. Georgii ann. 966. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 88 : *Eligant Fratres unum S. Martini gregis Sacerdotem religiosum et Deum timentem, cui sine aliquo munere malæ cupiditatis prænominatam Ecclesiolam S. Georgii, cum omnibus rebus sibi ipsi traditis commitant.*

¶ Ecclesiuncula, Eadem notione. *Extat Ecclesiuncula dicata D. Secundo,* in Actis SS. Junii tom. 1. pag. 57.

* Ecclesiola, Parvum monasterium. Epist. 42. Hugon. Metelli tom. 2. Monum. sacr. antiq. pag. 389 : *Postmodum vero crescente fidelium fratrum numero, Ecclesiola indiguit cremento.* Vide in *Ecclesia.*

¶ **ECCLIPSARE**. Vide *Eclipsare.*

¶ **ECCLOGIUM**, Elogium vel Eloquium, oratio, ut opinor. Meisterlin. Hist. Rerum Noribergens. apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 124 : *Post etiam pace facta inter reductos Senatores et expulsores, ne quid in civitate mali paterentur, existentes, amphiboletico Ecclogio decepit intransque civitatem cum incredibili plausu excipitur.*

* **ECCO**, pro Echo. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 20. pag. 43 : *Intollerabilibus ictibus partes aereas adjacentes in tonitrua, in rugitus flumina, nemora in mugitus, in reboaciones valles, in Ecco prædia..., resolvi terribiliter coegerunt.*

* **ECCONA**, *La monacha villana.* Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Ego,* 1.

* **ECCONIZARE**, Resonare, instar echo respondere. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 110. pag. 297 : *Ecconizant nubes lituorum mugitibus, æthereos sinus inquietat campanarum sonitus, ascendunt ad astra modulamina psallentium.* Vide *Echonizare.*

¶ **ECETARIUM**, Prima litterarum rudimenta. Vita MS. S. Winwaloei fol. 18. verso : *Statimque sub unius diei curriculo cunctas totius Ecetarii pleniter notas edicens,* (*ediscens,*) *etc.* Vide *Abecedarium.*

¶ **ECHAETA**. Vide *Escaeta.*

¶ **ECHALATUS**, Palus, pedamentum, quo vitis innititur, Gall. *Echalas.* Fragmentum Edicti S. Ludovico attributi apud *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. pag. 294 : *Quod ipsi cultores vinearum Duni Regis non afferant Echalatos vel ligna vinearum, in quibus ad locagium operantur, præter voluntatem eorum quorum sunt vineæ, ann.* 1265. Vide *Eschara.*

* **ECHANDILARE**, Mensuras ad examen publicarum mensurarum exigere, Gall. *Echantiller* et *Echantillonner.* Libert. Vienn. ann. 1361. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 433. art. 45 : *Quod nullus civis Viennæ vendens vinum proprium per se, uxorem vel propriam familiam suam, ad mensuram domini signatam Echandiletur.* Vide infra *Escandilare.*

¶ **ECHANGIUM**, Gall. *Echange,* Permutatio, Res re permutata. Charta Philipp. Archiep. Bituric. ann. 1257. apud Thomassetium in Biturig. pag. 91 : *Eisdem Decano et Capitulo reddere et assignare in perpetuum competens Echangium, seu competentem recompensationem.* Charta Guidonis Archiep. Bituric. ann. 1279. apud eumdem Thomassetium pag. 116 : *Si voluerimus facere stagnum seu stagna, et nobis sit necessarium capere de pratis, terris seu vineis, tantummodo ipsorum hominum* (S. Palladii) *hoc nobis licebit exinde, reddendo alibi Echangium situm in villa seu dominio S. Palladii... ad valorem rei quæ ad hoc capi continget.* Vide *Eschangiare.*

¶ **ECHEETA**. Vide *Escaeta.*

* **ECHENAIS**, Echeneis, Piscis genus. Bestiar. MS. cap. 120 : *Echenais, est semipedalis pisciculus, nomen sumpsit quod navem adhærendo teneat, licet ruant venti, sæviant procellæ, navis tamen quasi radicata in mari stare videtur, nec moveri potest..... Hunc Latini morum appellant.* Vide infra *Plota.*

¶ **ECHETLE**, *Rectum lignum aratri, quod inter arandum continet arator, tumque aratrum promovet,* in Vocabulario Sussanæi.

¶ **ECHEVINUS**, Scabinus, Judex urbanus, Gall. *Echevin.* Charta Gaufridi Prioris S. Pauli de Bosco ann. 1191. inter Anecdot. Marten. tom. 1. col. 638 : *Et de proponendo Majore et Echevinis et Juratis, et omnibus aliis, fiat secundum quod consuetudo de Vercy docebit.* Vide *Scabini.*

¶ **ECHEUTA**. Vide *Escaeta.*

Digitized by Google

¶ **ECHIOMA**, Species exactionis mihi ignota. Historia liberationis Messanæ a Rogerio Comite Normanno, apud Baluz. Miscell. tom. 6. pag. 192. et Murator. tom. 6. col. 623 : *Adjunginus etiam quod nullo unquam tempore in eadem civitate.... tallia, collecta, angaria, perangaria, Echioma, gabellæ, mutuum, extorsio jaciatur, imponatur, etiamsi Rex quacumque necessitate productus contra regni statuta vel secundum collectaret.*

¶ **ECHOICUS, Resonans**, ab ἠχώ, Sonus. *Elegi Echoici*, quorum principium et finis idem est, apud Sidon. lib. 8. Ep. 11. Sirmondi notas vide p. 90.

* 1. **ECHONES**, *Sacerdotes rustici*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. Vide *Ego*.

* 2. **ECHONES**, in plurali, apud Germ. Cabillon. episc. in vita Phil. III. tom. 11. Reliq. MSS. Ludewig. pag. 65 : *Num si orbiculos, quos bombardarum petras appellant, conjeceris, a concussis rupibus nisi reflexos sonos, quos Echones dicunt, pro risu reportabis.*

¶ **ECHONIZARE**, *Respondere instar Echo*. Barthii Glossar. ex Roberti Monachi Historia Palæst. :

In girum montes cum vallibus Echonizabant.

¶ **ECHONOMUS**, pro *Oeconomus*. Chartularium S. Crucis Kemperl. : *Noscant Dunguallonum Echonomum, qui vulgo Seneschal appellabatur, falsam intulisse calumpniam Benedicto Abbati S. Crucis, et ejus Monachis de quibusdam suis terris.* Et alio in loco : *Gregon Echonomus, qui vulgo vocatur Senescalus.* Vide *Oeconomus* et *Senescallus*. ** *Echonemus*, in Charta Lothar. Imperat. ann. 845. in Alsat. Diplom. num. 101.]

* **ECHTEDINGHT**, vox Germanica. Charta Ernesti ducis Brunsvic. ann. 1335. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 29 : *Item si duo vel plures commiserunt delictum qualecunque,..... præco civitatis accusabit illos pro tali delicto in plebiscito, quod dicitur Echtedinght.* [** Judicium ex jure et more habendum statuto tempore, ter plenumque in anno. Vide Haltausii Glossar. Germ. voce *Echtding*, col. 249.]

* **ECHTWART**. Vide infra *Egthwart*.

¶ **ECHUDIUM, Eschudium**, ab aqua cadente sic dictus alveus molendini. Terrarium Villænovæ in Dombis ann. 1395 : *Juxta Echudia molendini.* Charta Thossiacensis ann. 1462. signata *Bonet* : *Et labescendo aquas Echudiorum molendini.* Altera Charta Thossiac. ann. 1404 : *Juxta lecum d'ous Eschiés ;* ubi *Eschiés* idem est quod *Eschudium*. Vide *Bedum* et *Eyquatcium*.

ECIVERARE, Corpus refodere, in Vita Balduini Lutz. Archiep. Trevir. lib. 2. c. 6.

¶ **ECITUM**, *Periculum*. Gloss. Isid. ubi *l. legendum* : *Exitium, Periculum*, ut Grævius conjectat. Gloss. Lat. Græc. : *Exitio, κίνδυνο*, et Græco-Latinæ : Κινδύνῳ, *Exitio*.

ECLAFFA, Alapa. Charta Libertat. urbis Seynelli ann. 1285 : *Si garsia dicat aliquid probo homini et muliori, quod sit turpe, vel maler det ei unum Eclaffa, non debet bannum.* Occitanis *Esclafa* est *Ecacher*, [Obtercre.] [**Cambris *Clapa* est Ferire, Germ. *Klappen, klopfen*. ADEL.]

¶ **ECLIGNIATIO**. Vide *Escligniatio*.

ECLIPSARE, Evanidum facere, apud Petrum de Vineis lib. 1. Ep. 14. [** *Enclipsare*, apud Pertz. Leg. tom. 2. pag. 340. lin. 21.] lib. 3. Ep. 45.

* Obscurare, officere. Testam. ann. 1430. inter Probat. tom. 3. Hist. Lothar. col. 638 : *Quoniam prothoplasti rubigine humana continuata conditio sic cellulæ memoralis Eclipsatur officio, ut oblivioni facilitet teneantur universa, quæ gerimus in hac parte labili, etc.* Elmham. in vita Henr. V. reg Angl. edit. Hearn. cap. 73. pag. 209 : *Regalis vero præclara nobilitas, quam nulla infidelitatis tenebra Eclipsare,.... valebat, etc.*

¶ **Eclipsari**, Eclipsin seu defectionem pati. *Ecclipsatus est totus sol*, in Diario Belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. pag. 134. Hinc metaphorice apud Rymer. tom. 3. pag. 691. col. 2 : *Decorem Ecclesiæ et Regni.... quamplurimum Eclypsari;* apud Labbæum tom. 1. Bibl. MSS. pag. 507. in Hist. Episcoporum Autiss. : *Ecclypsata consuetudo prædicta extitit.* Hinc etiam

¶ **Eclipsatus**, Mortuus. Jacob. de Voragine in Chronico Januensi apud Murator. tom. 9. col. 47 : *Anno Domini* MCCXXXIX. *fuit tanta eclipsis solis, ut nulla ætas meminerit tam magnam... Isto eodem anno supradictus Archiep. Otto reverendæ memoriæ et famæ fuit similiter Eclipsatus, qui lucem corporalem perdidit, sed lucem cœlestem invenit.*

¶ **Eclipticus**, Defectuosus, imperfectus, non integer. Monachus Campidonensis in Vita B. Hildegardis Reginæ, April. tom. 3. pag. 799 : *Jubilans ex miraculosa quam in se experiebatur operatione, Ecliptica usa est oratione.* Petrus Comestor in Sermone ad Sacerdotes : *Erudimini qui judicatis terram*, paulo post medium : *Non enim sufficit Sacerdoti vita interrasilis, ut cum bonis simul operetur mala, nec vita Eclyptica, ut quandoque declinet a malo et faciat bonum.*

* **Eclipticatus**, Exstinctus, deletus. Anonymi Leob. Chron. ad ann. 1314. apud Pez. tom. 1. Script. Aust. col. 913 : *Eclipticata amicitia, ab invicem discesserunt (Ludovicus et Fridricus).*

¶ **Eclypsatio**, Defectio solis vel lunæ, Gall. *Eclipse*. Rolandin. Patav. de Factis in Marchia Tarvisina lib. 4. cap. 12 : *Duravit eclypsis solis fere per duas horas.... Ipse tamen dominus Imperator, quamvis non ignoraret causam Eclypsationis, ut credo, hac re miraculosa ostendens se tanquam conterritum.* Notæ sunt superstitiones antiquorum, cum sol vel luna patiebatur eclipsim. Deficientem lunam et, ut somniabant, patientem tumultuoso sonitu solari nitebantur : unde de muliere clamosa lepide Juvenalis :

Una laboranti poterit succurrere lunæ.

* **ECLOSA**, ut *Exclusa*, Locus ubi concluduntur aquæ, Gall. *Ecluse*. Charta ann. 1295 : *Eclosam molendinorum suorum usque ad chenales, etc.* Vide infra *Exclotoria*.

¶ **ECLUSA**, Idem. Vide *Exclusa*.

¶ **ECLYPSARE**, **Eclypsatio**. Vide *Eclipsare*.

¶ **ECONES**, *Sacerdotes rustici*. Gloss. Isid. Vide *Ego*

¶ **ECONNOMALIA**, pro *Oeconomalia* ab *Oeconomus*. *Alicui locum assignare secundum Econnomalia*, apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 416. idem est quod Locum assignare secundum receptam consuetudinem, dignitatis habita ratione ; Galli dicimus *Selon le ceremonial* : quod in aulis Regum observari solet, ubi quisque suum habet locum assignatum pro dignitate.

¶ **ECONOMICUS**, pro *Oeconomicus*, Homo frugi, rei temperans, Gall. *Bon menager*, in Menoti Sermonibus Quadragesim. fol. 121. recto.

* **ECORNARE**, a Gallico *Ecorner*, Angulum rei cujusvis frangere. Arest. ann. 1391. 10. Ap. in vol. 8. arestor. parlam. Paris. : *Dicebant quod per quadrigas et equos eorum muri Ecornati fuerant et ad ruinam devenerant.*

ECORS, *Sine corde vel consilio alienus, ejectus* Papias

* *Ecors, couart*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide supra *Caudatus*.

* **ECPERUSAN**, Ludi genus. Constit. Feder. reg. Sicil. cap. 78 : *Ecperusan, id est, ludus, ubi pondus dentibus elevatur.*

ECQUINNA, Papiæ, *Multitudo collecta, et in unum congregata*. An ex ἐκκεῖνον, quæ vox vix Græca est. [** *Ecquinnam*, in cod. reg. 7644.]

¶ **ECSTASIS**, Gr. ἔκστασις, Gall. *Exstase*, Animi a sensibus alienatio. Legitur in Agnelli libro Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 178. col. 1.

¶ **ECTA**, πλωκτὶς ἄρτου, *Pustula in pane*. Suppl. Antiq. [* Castigat. in utrumque Glossar. : *Ecta*, φλοκτὶς ἄρτου. Reg. *Hecta*. Germ. φλόκτης ἄρτου, absque explicatione.] [** Vide Festum in *Hetta*, ibique interpretes.]

* **ECTERRE**. Charta ann. 855. in Append. ad Marcam Hisp. col. 789 : *Et in Ecterre Terraferente modiatas viiij. qui infrontat in terra salustrii.* [** Nomen loci videtur : *et in Ecterre terra ferente modiatas 9. etc.*]

ECTETA. Vide *Zeta*.

* **ECTHICALIS Febris**. Vide in *Ethicalis*.

¶ **ECTICA**, Febris species qua laborans tabescit, Gall. *Etique*. Magister Giraudus in Vita S. Johannis Valentin. Episcopi, inter Anecdot. Marten. tom. 3. col. 1701. B : *Custos sepulchri Giraldus nomine in Ecticam ceciderat, qui* voto facto, *sospitatem* consecutus est. Vide *Etica*.

¶ **ECTROMA**, Gr. ἔκτρωμα, Abortus, apud Tertullianum adv. Hæret. cap. 7.

* **ECUDERE**, *Fabricare, excutere*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

* **ECULENTUS**, Edax. Vita S. Godelevæ tom. 2. Jul. pag. 413. col. 2 : *Saxa consumens vetustas, plura adeo vitiata dentibus Eculenta consumpserit oblivione, etc.*

EDA, *Basterna*, In Gloss. Isidor, et apud Papiam : forte quasi *edra*, ex Gr. ἕδρα. [Excerpta Pith. habent. *Excedra*. Cl. Schefferus lib. 11. 6. de Re vehiculari conjicit legendum esse *Seda*, et id significare locum in quo consident, qui et *Sedes*. Grævius Cangii nostri conjecturam respuit atque suspicatur scripsisse Glossarum auctorem, *Esseda, Basternæ*, ut significarit, basternam fuisse genus essedi seu vehiculi. Suspicionem fulsit Glossis Fausti Romani, ubi habetur : *Essedum, Basterna, Gallicum vehiculum.*]

Digitized by Google

* **EDALIUS**, *De manzare*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Vide infra *Edulio*.

¶ **EDEATRÆ**, *Qui præsunt regiis epulis*, ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων. Festus. Græci dicunt ἰδιάτρους.

¶ **EDECUMATIO**, ἀποδεκαταίωσις, i. Decimatio, in Glossis Lat. Græc. San-Germ.

EDECUMATUS. Walerannus Nuvemburgensis Episcopus in Epist. præfixa lib. S. Anselmi Cantuariensis Archiep. de Sacramentorum diversitate : *Cum Minerva de literarum professione aliquid præsumere ineptissimum est, ac inter Edocumatos literarum sectatores ratiocinandi probabilitate fidem facere, non nostram attigit facultatem.* Sed legendum *Edecumatos.* Gloss. Gr. Lat. : *Edecumatus*, Ἀδέκαστος, ὁ Ἀδωροδόκητος, id est sincerus, insignis, præclarus, præcellens, ut est judex, qui muneribus non corrumpitur. [* Cod. reg. in Castigat. ad utrumque Glossar. : *Indecimatus, incorruptus.*] Apud Festum Pauli Diaconi habetur *Edecimata, Electa*, id est præclara : unde legendum videtur *Edecumata :* ut apud Papiam, pro *Edicomatus, Ejectus*, rescribendum *Edecumatus, Electus.* [Vocabulo *edecumarit*, quo usus est Siricius Papa Epist. 1. ad Himerium n. 14. probata Cangii interpretatione, hanc subjicit notam Petrus *Coustant* tom. 1. Epist. Rom. Pontif. col. 635. Hinc et nos apud Aurelium Symmachum..... lib. 3. Epist. 49. et 51. ubi *viros Decumatæ virtutis* legimus, præferendum censemus *Edecumatæ*, quomodo in veteri cod. Benigniano haberi ad marginem Epist. 51. annotatur. Quid vero Symmachus in Epist. 49. ad Eutropium sibi velit his verbis, *In gravido non habeo quod amicitiæ meæ viros Edecumatæ virtutis adjungis*, planius eloquitur in Epistola 51. ad eumdem, quam sic exordiatur : *Ago quidem studio meo* (f. tuo) *uberes gratias, quod mihi familiaritatem probatissimi cujusque concilias.* Unde apertum est, id ipsi esse *Edecumatum*, quod probatissimum, maxime cum in cad. epistola 51. inferius Eutropium roget, *ut unum aut alterum æque Decumatæ* (verius in MS. Benign. *Edecumatæ*) *honestatis* sibi inveniat.]

¶ **EDELINGUS**, Nobilis. Vide *Adalingus.*

* *Edel*, eodem significatu, in Gest. Brit. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1461 :

De quoy assez li fit par letre, (l. parlerre)
Et par les gens de son ostel,
Qui lui disoit moult d'un Edel.

* *Elin*, eadem notione, apud Froissart. vol. 4. cap. 77 : *Plusieurs nobles hommes, qu'ils appellent au pais* (de Frise) *les Elins, c'est-à-dire les gentils hommes ou les juges des causes, etc.*

¶ **EDENIARE SE**, Crimen a se amoliri sacramento. Pactus Legis Salicæ tit. 75. apud Eccardum pag. 137. ex MS : *Si vero jurent, quod superius diximus, et se per sacramento Edeniaverint, nulla eis compositio requiratur.* Vide *Idoneare se* post *Idoneus.*

EDENTATUS. Auctor Græcismi :

Dente carens edentulus est, sed natus habere ;
Qui dentes habuit, nec habet dentes, nec habebit,
Est Edentatus : prior est infans, vetus alter.

[Plautus habet simili notione : *Nimis velim improbissimo homini malas Edentaverint*, hoc est, Dentes excusserint : hinc in Glossario Sangerman. num. 501 : *Edentare, Dentes excludere ;* pro quo forte legendum *Dentes excutere.* Macrob. lib. 1. cap. 3 : *Sunt alia scommata minus aspera, quasi Edentatæ belluæ morsus.*]

* **EDENTULUS**, *Infans dicitur, cum careat dentibus.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide *Edentatus.*

** **EDERE**, Exemplum descriptum paginæ gestorum aut constitutionis publica auctoritate exhibere. Hinc frequens formula *gesta tibi edantur ex more*, et in Prologo Breviarii : *Aianus... hunc codicem... edidi atque subscripsi.* Vide Savinium in Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 2. cap. 8. § 14. not. f. Marin in Pap. Diplom. passim. et fr. 1. § 1. D. de edendo. (2.13.)

EDHILINGUS, Nobilis. Vide *Adalingus.*

1. **EDIA.** Knyghton. lib. 5 : *Qualiter quoque onera incumbentia Regi et regno, levius ad Ediam communitatis supportari poterunt.* Ubi *edia*, Gallicum est *aide*, auxilium, *Secours.*

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. *Edia, aise. Ediare, aisier. Ediatus, aisié.*

* 2. **EDIA**, Cibaria, Gall. *Vivres, alimens.* Lit. ann. 1398. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 259 : *O crudelitas inhumana! pro contegendo veste molli, altoque statu, et delicatis Ediis uno fovendo cadavere, nullus eorum curat plurium interitum animarum.*

* **EDIBILIA**, Eodem significatu. Charta ann. 1319. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 401 : *Dictæ etiam gentes blada, legumina, et alia Edibilia plurima.... afferebant, et apud Carcassonam vendebant.*

¶ **EDICATUS**, pro *Vindicatus*, ut puto. Judicatum ann. 850. Marcæ Hisp. col. 783 : *Ille autem in suis responsis dixit, quod suam professionem habuit de isto Leone legibus Edicatas.*

EDICILIUM, EDICILITAS, in veteri Gloss. Lat. Gall. *Conciergerie ; Edilis, Concierge.* Sed legendum *Ædilitium, ædilicitas*, ut apud Joannem de Janua in *Edilicium.*

* **EDICOMATUS.** Vide in *Edecumatus.*

* **EDICTALES**, Qui secundo anno juri studebant, nuncupati, quod Edictum prætoris iis exponebatur. Vide Calv. Lex. jurid.

* **EDICTALIS CONSTITUTIO, LEX**, Præceptio, sanctio, *Edictum.* [** *Edictalis* Dirksenio, Quod vim constitutionis generalis habet.] Conc. Terracon. ann. 1291. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 292 : *Hac Edictali constitutione sancimus, ut si quis clericus famæ suæ prodigus, etc.* Annal. Cæsenat. apud Murator. tom. 14. Script. Ital. col. 1166. ad ann. 1328 : *Hac Edictali lege, de nostrorum principum ac procerum consilio et assensu, sancimus, etc.*

* EDICTALIS EPISTOLA, Eadem notione. Dipl. Ruperti Rom. reg. ann. 1401. apud Lam. in Delic. erudit. part. 3. Hodoepor. Charit. pag. 856 : *Concedimus et largimur cum omnibus eorum juribus..... atque districtibus hac Edictali nostræ benignitatis epistola.*

EDICTIO ut *Edictum.* Vide Formulam 16. ex Baluzianis.

* **EDICTOR.** Placit. ann. 927. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 19. col. 2 : *Ego Ugbertus, gratia Dei sedis Nemausensis episcopus, Edictor, mandatarius de jam dicta ecclesia S. Mariæ, etc.* Ubi legendum opinor, *et Ictor mandatarius.* Et quidem paulo infra habetur : *Ictor, qui est mandatarius de jam dicto episcopo, etc.*

1. **EDICTUM**, Quævis regalis Constitutio vel præceptio, in Decretione Childeberti Regis cap. 4. in Edicto Chlotarii II. Regis, in Concilio Parisiensi V. can. 24. in Capitul. 2. ann. 805. cap. 4. in Capitul. 4. ejusdem anni cap. 5. etc. Præsertim vero ita Legum Longobardarum codicem a se compactum, appellari præcepit Rex Rotharis, ut auctor est Paulus Warnefridus lib. 4. cap. 44. lib. 5. cap. 33. Id etiam habetur in titulo Legibus Longobardicis editionis Heroldi præfixo pag. 205. Charta Desiderii et Adelchisi Regum in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 8 : *Fecimus eum apprehendere. et in vincula mittere, et omnes res ejus, secundum quod Edictum continet paginæ, impublicare.* Vide Henric. Valesium ad Eusebii Histor. Eccles. lib. 9. cap. 10. et infra in voce *Indictum.* [** Regum Ostrogothorum leges hoc nomine romanis opponuntur, ap. Cassiodor. lib. 9. ep. 18. et alibi. Vide Savin. Histor. Jur. rom. med. temp. tom. 2. cap. 11. § 61. not. a. et § 64. not. c.]

2. **EDICTUM**, pro *Indictum*, seu its nundinis San-Dionysianis, quam *Indictum* vulgo vocant, usurpavit Odo de Diogilo lib. 1. de Profect. Ludovici VII. Regis in Orientem pag. 15 : *Illo anno in quarta feria Pentecostes Edictum accidit.* Vide *Indictum.*

¶ 3. **EDICTUM**, Proclamatio. Consuetud. Tolos. rubrica de in jus vocando : *Si vero non comparuerit accusatus, debet tubicinari per civitatem et burgum Tolosæ tribus Edictis vel tubicinationibus.*

4. **EDICTUM**, Bannum, [seu Jus vendendi Domino competens, hominibus suis a venditione cessantibus, vel non vendentibus nisi certo pretio ipsis per *Edictum* indicato.] Concilium Parisiense VI. ann. 829. lib. 1. cap. 52 : *Pauperibus sibi subjectis solent Edictum imponere, ut nullus illorum tempore messis modium frumenti, nec tempore vindemiæ modium vini majori pretio, quam quod ab eis constituitur, vendere præsumant.* Charta ann. 1104. apud Duchesnium in Historia Castrovillana : *Et omnes justitias, consuetudines et corveias, roagium, teloneum, Edictum, et furnum, et quæcumque in eadem villa possidebant.* Alia Hugonis Ducis Burgundiæ ann. 1182. apud Perardum pag. 300 : *In villa, quæ Poissons dicitur, Dux nec Edictum, nec aliquam exactionem, nec jus aliquod habet.* Consuetudo Lorriacensis ann. 1187 : *Nullus Lorriaci vinum cum Edicto vendat, excepto Rege, qui proprium vinum in cellario suo cum Edicto vendat.* Charta ann. 1228. ex Tabulario Campaniæ fol. 360 : *Nullus apud Calvimontem vinum cum Edicto vendat, excepto Comite, etc.* Charta ann. 1241. apud Thomasserium in Consuet. Bituric. lib. 3. cap. 15. pag. 419 : *Nulli eorum vendere licebit ad bannum : mihi autem licebit vendere vinum ad bannum semel in anno, per mensem tantum.* Vide *Bannum vini.*

* Homag. Raym. de Alesto præstitum Simoni Montisfort. ann. 1217. in Reg. feudor. senescall. Carcass. etc. fol. 61. v° : *Ad mutationem domini debetis vos et hæredes*

Digitized by Google

vestri levare vexillum vestrum in turre mea de Alesto, et signum seu Edictum vestrum facere ibi clamare.

5. **EDICTUM**, pro *Banno* quod pro matrimonis fieri solet in Ecclesiis, in Concilio Sarisberiensi ann. 1217. cap. 13. et in Statutis Odonis Paris. Episc. cap. 7. § 1.

¶ 6. **EDICTUM**, Conventus. Statuta Academiæ Paris. apud Acher. Spicil. tom. 6. pag. 386: *Nos Decanus et Collegium facultatis Decretorum Parisiensis, matura deliberatione prehabita pro statuendo, ut moris est, tribus Edictis solemniter evocatis.* Sic dicitur Conventus, ut puto, quod soleret *edictis* convocari.

¶ 7. **EDICTUM**, Statutum, Regula; hinc *Edictum Augustinicum*, pro Regula S. Augustini. Vita S. Petri *de Chavanon* cap. 4. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 698: *Deus autem suorum fidelium messem augmentare volens, numerum supradictum visitans, in unum plures adunavit ei Regularium, qui sequantur victum Apostolicum, secundum Edictum Augustinicum nihil habentes in hoc mundo proprium.*

* **EDIDA**, *Salomone*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Edila*.

* **EDIFICAMENTUM**, Comparatum, acquisitum, Gall. *Acquet*. Tabular. S. Albini Andegav.: *Quidquid Edificamenti vel mobilis possessionis habere poterit in decessu de hac vita suo, monachis S. Albini conferat.* Ibidem: *Sui Edificamenti partem, quo non de patrimonio suo habebat, sed de proprio labore cum uxore sua emerat, atque coedificaverat, etc.* Rursum: *Illud Edificamentum, quod simul coemerant et coedificaverant, etc.* Ubi de vinea, quam vir et uxor simul S. Albino concedunt.

¶ **EDIFICIUM**, pro *Ædificatio*, Exstructio, *Reparatio et Edificium fortalicii*, in Litteris ann. 1358. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 339.

¶ **EDILA**, *id est, Dilectum, quo nomine dictus est Salomon.* Papias in MS. Bituric. Est pro Hebræo *Iedidiah*, quod varie efferunt Interpretes.

* **EDILIS**. Custos domus regiæ, Gall. *Concierge*. Charta Phil. Pulc. in Reg. sign. Pater Cam. Comput. Paris. fol. 203. v°.: *Sunt Ediles aliqui seu conciergii in domibus nostris.... constituti.* Vide supra *Ædilis* 2. et *Edicilium*.

¶ **EDILITAS**, Caritas annonæ. Vita sancti Ricardi Episc. April. tom. 1. pag. 293: *Quodam siquidem Edilitatis tempore ad quadam S. Viri eleemosynam inopinata concurrente inopum copia.* Vide *Edulitas*.

¶ **EDILITIUS**, *qui ex ædile est scriba.* Papias cum Glossis Isidor. Grævius censet scribendam, aut *Ædilitius Exædilis*, aut *Edilitius scriba*, qui est ædilium scriba.

* **EDIPETA**, *Che demanda l'altrui.* Glossar. Lat. Ital. MS.

¶ **EDIPSIA**, *Difficultas anhelitus*, apud Papiam et in Glossario Sangermann. n. 501. scribitur pro *Dyspnia* a Græco δύσπνοια, Difficultas respirationis.

¶ 1. **EDITIO**, Spectaculum. Idatius in Fastis Consul.: *Valentiniano III. et Eutropio Consulibus quinquennalia Arcadius Aug. patris cum Theodosio Aug. patre suo Edictibus ludisque celebravit.*

* Acta SS. Abdon et Sennen tom. 7. Jul. pag. 138. col. 1: *Alia die venerunt et nuntiaverunt Decio, quia ursi et leones in cavris mortui fuissent; Decius autem iratus jussit sibi Editionem in amphitheatro parari.*

¶ 2. **EDITIO**, Declaratio est, qua actor de sumptibus et litis expensis solvendis sese obligat, et qua etiam accusator se simili pœnæ subjicit in causa criminali, cum inscriptionem fecit: quod etiam eveniebat in causa civili. Sic incertus Auctor in notis ad veteres formulas secundum Legem Romanam. [** Bignon. ad Formul. 29.] Consule Pitiscum in Lexico. et vide Sirmondi Formulam 29. [** Marin. ad Pap. Dipl. num. 79. pag. 265. ubi *editio narrationum* videtur *actio edita*.]

* 3. **EDITIO**, Diploma, instrumentum, charta. Dipl. Ludov. VI. pro monast. Tiron. ann. 1121. in Append. tom. 6. Annal. Bened. pag. 636. col. 1: *Has autem nostrarum perennitatum et regiarum largitionum Editiones nemo infringere quomodolibet audeat in futurum.* [** Pro *Edictiones*.]

* **EDITITIUS**, *Judex, quem una pars elegit.* Glossar. vet. ex Cod. regio 7613.

* **EDITOR**, *Lo hostiario*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Ædilis*.

* **EDITUERE**, *Edicto* promulgare, edicere, nostris alias *Editer*, eadem acceptione. Charta ann. 1224. inter Ordinat. reg. Franc. tom. 4. pag. 375. art. 3: *Et septem dies de banno vini, quod debemus accipere, et Editui jubere in vigilia Assumptionis Beatæ Mariæ: et si differremus accipere, illud non possemus anno illo recipere.* Quæ rursum leguntur ibid. pag. 378. Stat. ann. 1399. tom. 8. earumd. Ordinat. pag. 338. art. 18: *Que il soit Edité et publié que aucun marchans, etc.* Lit. ann. 1400. ibid. pag. 397: *Certaines ordonnances aient esté et soient pieça faictes et Edites par nos prédécesseurs et nous, etc.* Vide supra *Edictum* 3.

* **EDITUM**, pro *Edictum*, Constitutio, præceptio. Lit. ann. 1350. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 62: *Volentes et per nostrum Editum auctoritate nostra regia decernentes, quod, etc.*

EDITUS. Præceptum Dagoberti Regis de Episcopali dignitate Cadurcæ urbis conlata Desiderio Thesaurario: *Ut dum satis nobis est in Palatio nostro necessarius, ipsi nobis quodammodo violentium inferamus, et eum ab Editibus propriis profectui publico procuremus. Sed dum nobis, sicut diximus, eum ab Editibus nostris auferamus, etc.* Ubi *Editibus*, idem valet ac *Ædibus*, nisi ita legendum sit.

EDLINGUS, Nobilis. Vide *Adalingus*.

¶ **EDOCATRIX**, pro *Educatrix*: qua voce usus est Columella. Gloss. Sangerman.: *Altrices, nutrices vel Edocatrices.*

** **EDOCTE**, Adverb. ap. Virgil. Grammat. pag. 73.

* **EDOGMADA**, Edogmata, pro Hebdomada, in Constit. canon. Reatin. ann. 1250. apud Cl. V. Garam. in Ind. ad Hist. B. Chiaræ pag. 543. col. 2. Vide mox *Edomata*.

* **EDOMADA**, similiter pro Hebdomada, in Lit. ann. 1355. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag 164.

* **EDOMATA**, pro Hebdomada. Eadem notione. Charta ann. 1221. tom. 1. Hist. Cassin. monast. pag. 317. col. 1: *In tempore messis et binemiæ, unum diem de persona per unamquamquam Edomatam.*

¶ **EDOMENORIUM**, f. pro *Domanium*. Charta ann. 1362. ex Archivis Trevoltii: *Juxta Edomenorium, seu terras de Chardenort.*

¶ **EDONEUS**, pro *Idoneus*, in Formulis Andegav. art. 49. et apud Mabill. Diplomat. pag. 470.

EDOPORIUM, *Victus vel cibus*, in Gloss. MSS.

* **EDOR** *quondam appellatum ab edendo; quia eo primo usi sunt homines; sive quia in sacrificio ipsius generis panis ad aras offerebatur: unde et adorea, sacrificia.* Gloss. MSS. Sangerm.

EDORSARE, in veteri Gloss. Lat. Gall. *Dorser, rompre le dos, ou couper.* Joan. de Janua: *Edorsare, dorsum scindere, præcipue ab anteriori parte; unde Edorsatus dicitur equus ab anteriori parte per dorsum scissus. Exdorsuare piscem* dixit Plautus in Aulular. Vide *Redorsare*.

¶ **EDOTARE**, Exornare. Acta SS. April. tom. 2. pag. 10: *Erexit capellam S. Domnii et compulcherrime pavimentis Edotavit.*

* **EDUCARE**, *Eligere, proferre, liberare*, in Gloss. MS. Sangerm.

1. **EDUCERE**, pro *Educare*, dixit Sidonius post Plautum, et aliquot veteres, quos laudat Savaro ad lib. 3. Epist. 3.

Educere Se *per æneum, aut per compositionem*, in Lege Salica tit. 59. est purgare se per aquæ ferventis judicium, etc. Vide *Ducere*.

* 2. **EDUCERE**, *Eligere, aut proferre, liberare, instruere, emovere, excludere, expellere, evellere, eximere, ejicere, extrahere, subvertere, eruere, loco pellere. Educit, tempus protrahit, prolatat, tempus ampliat, procrastinat, differt, moratur, tergiversatur. Educit tempus, moras nectit, trahit.* Eædem Glossæ. MS. Sangerm.

EDUCILLARE, [Vinum particulatim vendere.] Vide *Ducillus*.

¶ **EDULI**, *Voratores, degulantes.* Gloss. Isid.

* **EDULIO**, *Lo manzatore, e cibo.* Glossar. Lat. Ital. MS.

EDULITAS, Fames ex annonæ caritate. Petrus Blesensis Epist. 141: *Desævit morbus pestilens, et Edulitas invalescit.* Utitur et Epist. 91. Hac notione videtur usurpasse Papinianus in leg. 17. de Compens. (16, 2.): *Ideo condemnatus, quod arctiorem annonam Edulitatis tempore præbuit, etc.* ubi quidam legunt *ædilitatis*. [Lampridius in Alexandro Severo: *Cum Edulitatem P. R. ab eo peteret, interrogavit per curionem, quam speciem caram putarent.* Vide *Edilitas*.]

¶ **EDULUM** *ab edendo dictum, quasi prægustativa comestio.* Papias. Edulium aliis idem est quod obsonium, seu quidquid ad manducandum apponitur præter panem.

* **EDULUS**, pro Hædulus, in Invent. ann. 1476. ex Tabular. Flamar.

EDUNIARE, [Crimen a se amoliri per sacramentum.] Vide *Idoneus* [et *Edoneare*.]

EFA. Vide *Euca*.

* **EFEBIAM**, *indeclinabile, Bordel.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide infra *Effeminatorium* [** et *Ephebia*.]

* **EFFACERE**, Facere. Acta SS. Anath.

Digitized by Google

et Audac. tom. 2. Jul. pag. 679. col. 2 : *Anatholia respondit : Effac quod vis ; quoniam ego numquam dæmoniis immolabo.*

* **EFFACIATUS**, a Gallico *Effacé*, Deletus, obliteratus. Comput ann. 1402. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 170. col. 2 : *A domino Hugone Yverni, pro lectura, vocata la Margarita, desisa et Effaciata, ij. solid. vj. denar. Turon.*

¶ **EFFAMEN**, Effatum, sententia. Occurrit apud Martianum Capellam et in Concilio Tolet. XVI.

¶ **EFFANDAMENTUM**, ut opinor, a Gallico *Fente*, Fissura. Charta Petri de Roteys Vicarii Tolos. ad Bajulos ann. 1272 : *Et quod omnes prædicti fustes et trabes et perticæ sint sine omni Effandamento.*

* **EFFASILATUS**, *Exerto humero, hoc est, extra filium* (l. sinum) *manum proferens.* Gloss. Mss. Sangerm. [** E Placido. *Effafilatus* in cod. reg. 7644. et apud Maium tom. 3. pag. 460. et tom. 5. pag. 660. Exscripsit PlacidusFestum in *Effafilatum*, apud quem *Exalfilato* vel *expapillato* ex Plauto restituendum esse monuerunt viri docti.]

* **EFFATE**, *Sine effectu.* Infra : *Effecte, sine effectu*, in iisdem Glossis.

* **EFFATICUM**. Vide infra *Exaticum.*

¶ **EFFATUARE**, Fatuum reddere. Dudo de Ducibus Norman. apud Chesnium : *Quorum consilium Effatuans, etc.*

EFFATUI, *Vaniloqui, sine effectu*, in Glossis Isidori.

* **EFFEBUS**, Effebiolus, *Clarus, lucidus, Prov. Clar.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

* **EFFECTIVUS**, Efficiens. Vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 255. col. 1 : *Cum infra secreta Canonis Hostiam elevans, deprompsisset verba sacramenti Effectiva, quando panis in Corpus, et vinum in Sanguinem Domini transubstantiantur, etc.*

¶ **EFFECTUALITER**, Reipsa, Gall. *En effet*, in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 194. col. 2. apud Rymerum tom. 3. pag. 318. col. 2. et alibi.

¶ **EFFECTUARE**. Vide *Effestucare.*

* **EFFECTUM**. De Effecto, Gall. *En effet*, Reapse. Charta ann. 1337. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 43 : *Quæ de Effecto possidet seu possedit in dicto loco de Castronovo.*

¶ **EFFECTUOSE**, pro *Affectuose. Effectuose supplicantes*, apud Rymerum tom. 1. pag. 308. col. 2.

¶ **EFFECTUS**, *Lassatus, fatigatus, languidus, fractus, sine effectu.* Papias MS. [** Vide Forcellinum in *Effetus*. Scribitur etiam *Effætus*. Reinard. Vulp. lib. 4. vers. 111 :

Sex ovibus quondam summis illectus ad esum,
Et plus dimidio ventris inanis eras,
Vix libata tibi hic una est, Effœtus abisti, etc.]

* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Effectus, sans fruit. Effectus, fructus*, in Gloss. Mss. Sangerm.

* **EFFEMES**, *La causa da ogni di.* Glossar. Lat. Ital. Ms.

EFFEMINARE, Castrare, in Glossis Isonis ad Prudentii Peristeph. Hym. 14. v. 190.

Effeminati, Masculi, qui virilia patiuntur, *molles*, seu *qui in semetipsis feminas profitentur*, inquit Salvianus. Alcuinus de Off. divinis : *Sunt Effeminati, qui vel barbas non habent, sive qui alterius fornicationem sustinent.* Utitur etiam Gregorius Mag. lib. 4. Ep. 14. *Effeminati in viros pudoris contaminatione fœdari* dicitur Roma in Collat. Legis Mos. tit. 5. Apud Esaiam cap. 3 : *Et Effeminati dominabuntur eis.* Ubi Aquila, auctore Hieronymo, ἀναλλάπτας vertit, *qui se mutent, et turpitudinis exerceant vices.* Vide eumdem in cap. 4. Oseæ. *Puerilia stupra*, apud Ammianum lib. 23. Bacchus θηλυδρίου παιδὸς παιδαγωγός, dicitur Theodoreto de Græc. affect. serm. 7.

EFFEMINATORIUM, *Domus meretricum*, Lupanar, in Gloss. Isid.

* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Effeminatorium, Bordel, Prov. quasi effeminat et evertit.*

* **EFFERATUM**, a Gallico *Effroy*, Terror. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 448 : *Dictum Guillelmum ob hoc per capucium ceperat, propter quod, ac etiam propter Efferatum, Gallice Effroy, equi dicti Arnaldi, dictus Guillelmus ad terram cecidit.* Sed et vox Gallica *Effroy*, pro Tumultuoso motu et seditione, occurrit in aliis Lit. ann. 1358. ex Reg. 86. ch. 222 : *Comme Guillaume Lanyeux demourant à Dueilg, ait esté comme capitaine avec plusieurs autres du plat pays d'environ, aus Effroiz qui derreinement et n'agaires ont esté faiz par lesdites genz contre les nobles dudit royaume, à abatre en plusieurs lieux forteresses, et dissiper leurs biens et aucuns mettre à mort, etc. Effraé* vero pro Ira commotus, apud Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 107 : *Le Roy fu forment Effraé, et li dit que moult estoit hardi quant il avoit tenu nulles convenances ne paroles au Soudanc, sanz parler à li.* Occurrit rursum ibid. pag. 118.

* **EFFERENTER**, Magno cum apparatu. Chartul. x. sæc. ex Cod. reg. 2777. fol. 19. laudatum tom. 3. novi Tract. diplom. pag. 140 : *Similiter exemplar imperialium litterarum, quæ Niceæ missæ sunt sancto Concilio dum adhuc pissimus imperator in Tracia resideret, ut deberet inde Efferenter in Calchedona migrare.* Vide *Efferentia.*

¶ **EFFERENTIA**, Elatio. *Mundanæ elationis Efferentia*, in Vita S. Apollinaris Episc. Valentiæ ad Rhodanum, apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col 780.

* **EFFERVESCERE**, Metaphorice, Cum abundantia et copia erumpere. Chron. Pet. Azar. ad ann. 1331. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 233 : *Inter hæc rumores multi in Bononia Efferbuerunt, in quibus plurimi Bononienses per stipendiarios in ipsa civitate fuerunt interfecti.* Vide *Ebullire.*

¶ **EFFESTUCARE**, Per *Festucam* cedere, abdicare, Gall. *Déguerpir*, Leodiensib. *Effestuer.* Charta anni 1250. apud Miræum tom. 2. pag. 1233. col. 1 : *Nos ambo dictas justitias terrarum Episcopi... reportavimus libere et absolute werpivimus et Effestucavimus in manus illustris Dominæ M. Flandriæ et Hannoniæ Comitissæ.* Occurrit in Histor. Lossensi part. 2. pag. 18. inter Instrum. tom. 3. Gall. Christ. col. 46. ex quibus locis aliisque similibus emendandam puto Chartam anni 1228. apud Miræum tom. 2. pag. 851. col. 2. ubi sic habetur : *In eleemosynam perpetuam reportando Effectuavit*, pro quo, ni fallor, legendum *Effestucavit.* Vide *Festuca.*

¶ **EFFESTUCATIO**, Abdicatio. Charta Henrici Leodiensis Episc. ann. 1154. in Tabulario S. Nicasii Rem. : *In eodem capitulo guirpitionem et Effestucationem fecerunt.* Rursum legitur apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 2. pag. 257. et apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 436.

* *Effestukement*, in Charta ann. 1287. ex Chartul. Namurc. in Cam. Comput. Insul. fol. 7. r° : *C'est werp, raport et Effestukement, si comme deseure dit est, bien et souffissaument fais.*

* **EFFETA** *per duo ff scribendum*, in Gloss. Mss. Sangerm. Vide *Epheta.*

* **EFFETUS**, *Lassus, defatigatus*, in iisd. Gloss. pro *Effectus.* Vide supra in hac voce.

¶ **EFFEVUS Libellus**, Diploma Pontificium, Mabillonio. Fridegodus in Vita S. Wilfridi Episcopi cap. 47 :

Ut jubar introiit, juharis ceu nectar opimi
Protulit Effevum liquido flavore libellum
Hisce characteribus, etc.

¶ **EFFEXEGESIS**, *Explanatio superioris sermonis, Exageratio, ut serpens res mortifera.* Papias. *Effexegesis* pro *Exegesis* a Græco ἐξήγησις credo perperam irrepsisse.

¶ **EFFIALTES**, pro *Ephialtes*, Incubus, apud Papiam.

EFFICABILIS, *In omnibus expeditus.* Gloss. Isid.

EFFICACIA, Efficiendi vis, Gallis *Efficace.* Utuntur Ulpianus in leg. 33. de Usuris, (22, 1.) et in leg. 9. Cod. Th. de Executor. (8, 8.) [** Adde lib. 1. tit. 15. const. 6. de offic. Vicar.] [Plinius lib. 11. cap. 5. de apibus. Vetus Inscriptio apud Grut. pag. 465. n. 5 : *Promoto xviro stlitibus judicandis oratori maximo, Decuriones et plebs Coloniæ Asculanorum propter humanitatem, abstinentiam, Efficaciam, etc.* Hoc est, Virtutem strenui atque efficacis viri. Sed quia, inquit Faber in Thesauro, *Efficacia* a calore naturaque ignea est, et itaque facile abripi et transilire limites potest, et injustitiæ fieri affinis, cum aliquid magis urget, quam par est, et æqui patitur ratio, ideirco miratur Ambrosius, in fratre suo Satyro *Efficaciam* simul et *Innocentiam* fuisse, Oratione ejus funebri. Sane et apud Græcos δεινός, et strenuum seu efficacem et iniquum atque atrocem, sive amarum et asperum notat, ut Servius auctor est. Vide *Acer* in eodem Fabri Thesauro.] *Efficaciter* dixit Seneca lib. de Brevitate vitæ cap. 6. [Plinius lib. 28. cap. 11 : *Efficacius rogare.* Plin. Jun. lib. 6. Epist. 6 : *Efficacissime coercere.* rursus Plin. Major. cap. laudato, *Efficacissime sanari*, lib. 26. cap. 12. *Efficaciter irruere*, id est, cum impetu strenue, fortiter, in Breviario Histor. Pisanæ ad ann. 1264.]

EFFICALE, Efficax. Chronic. Windesemense lib. 2. cap. 18 : *Fuit eorum firmum Efficaleque præsidium.*

¶ **EFFICATIO**, Effectus; exsecutio, Gall. *Effet, Accomplissement.* Litteræ Roberti Trecensis Episc. ann. 1232. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 969 : *Nec faciet quominus dicta donatio Efficationem et plenissimam habeat firmitatem.*

¶ **EFFICATIVE**, Reipsa, Gall. *En effet*,

Digitized by Google

Acta S. Ansueri Mart. Julii tom. 4. pag. 105 : *Quo moreretur Efficative vitam consequi sempiternam.*

* **EFFICATUS**, Effectus, exsecutio. Lit. remiss. ann. 1378. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 17. col. 2 : *Dictam nostram ordinationem cassando, revocando et annullando, et nullus Efficatus seu efficaciæ esse decernendo, etc.* Vide *Efficatio.*

EFFICAX MAGISTERIA. Vide *Magister officiorum.*

* **EFFICIALITER**, Efficaciter, Gall. *Avec force.* Conc. Regiense ann. 1285. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 197 : *Presbyteri parrochiales parrochianos suos... moneant frequentius Efficialiter, et inducant ad decimas hujusmodi fideliter præstandas.*

¶ **EFFICIATUS**, f. pro *Officiatus*, Gall. *Officié.* Charta Henrici VIII. Regis Angl. ann. 1516. apud Rymer. tom. 13. pag. 542. col. 1 : *Contra Theolonarios, Custumarios, Stapalarios, Efficiatos, Mercatores, etc.*

¶ **EFFICIENTIA**, Sententia *facta* seu lata. Bartholomæus Episc. Laudun. in quodam Judicio apud Acherium Spicil. tom. 8. pag. 174 : *Hanc itaque Efficientiam præsenti scripto firmari præcepimus, quod testium subscriptione et sigilli nostri impressione roborari curavimus.*

* **EFFICIUM**, pro *Officium*, Liturgia sacra. Quæst. magist. Odon. de Missa ex Cod. Ms. Carolilocri : *Officium dicitur quasi Efficium, mutata prima littera propter decorem sermonis.*

EFFIDATUS, Papiæ *Præterritus.* In edito [et in MS. Bituric.] habetur *Perterritus.*

EFFIGIARE, Effingere, depingere. Octavius Felix : *In lapides Effigiatos unctos et coronatos.* Sidonius lib. 6. Epist. 12 : *Sacravit templis, formavit statuis, Effigiavit imaginibus.* Solinus in Præfat. Polyhist. : *Ante omnia Effigiant modum capitis.* Paulinus lib. 3. de Vita S. Martini :

Effigians clypeo insanam cristisque Minervam.

Idem lib. 4 :

— quæ munere Christi
Effigians illam quam Christo judice sumpsit.

Prudentius in Psychomach. :

— Nam viscera limo
Effigiem.

Ordericus Vitalis lib. 4 : *Scriptisque laudabilia virtutum suarum monimenta Effigiavit.* Hanc vocem reponunt viri docti in leg. ult. Cod. Theod. de Excus. artif. (13,4.) *Ad Effigiandos sacros vultus*, cum in edit. legatur *Efficiendos.* Utitur etiam idem Prudentius in Cathemer. Hym. 10. Peristeph. Hym. 4. etc. (Pro Imitari vero, seu repræsentare sumitur in Prologo Vitæ S. Dympnæ Mart. Maii tom. 3. pag. 479 : *Assimilatus quæ fortuito gestus humanos Effigiare videtur.*) *Effigia, Effigies*, dixit Plautus.

¶ **EFFIGIATIO**, Figmentum, in Actis SS. April. tom. 3. pag. 99.

¶ **EFFIGIATOR**, Qui effingit sive sculpendo sive pingendo. Legenda de SS. Martyribus apud Hamburgh et in Ebbekestorp reconditis, a Leibnitium tom. 1. Scriptor. Brunsvic. pag. 184 : *Horum etiam memoriam cervinum libris extendere, decorum est scriptoribus, honestum cælatoribus, ingeniosum Effigiatoribus et pulchrum pictoribus.* Hic *Effigiator* idem videtur qui Sculptor, isque solus.

EFFIGIES, Species. Siculus Flaccus de Condit. agror. : *Congeries lapidum in Effigie maceriarum.* Supra : *In Specie maceriarum congerunt lapides.* Scriptores alii Gromatici : *Termini cursorii in Effigiem tubuli.*

EFFIGIUM, Ἀποτύπωμα, *Effigies*, in Gloss. Gr. Lat.

* Hinc nostris *Efficher*, pro *Imaginer*, Animo fingere. Poem. reg. Navar. Cantil. 16. tom. 2. pag. 37 :

Beau douz amis bien me puis Efficher
Que j'aing dou mont toute la mieuz vaillant,
La plus cortoise et la mieuz avenant.

¶ **EFFILICARE**, Filices exstirpare ut terra arabilis fiat, Gall. *Essarter, Défricher.* Litteræ Galonis Copellæ ann. 1229 : *Ego tradidi Ecclesiæ Strum. XXVI. mensuras Ternienses jacentes in sartis ad Effilicandum in perpetuam souturam libere et pacifice possidendas, ita scil. quod Ecclesia jam dicta totam terram arabit et seminabit.*

¶ **EFFLAGRATIO**, *Altum et luculentum incendium.* Barthius in Glossario ex Guiberti Histor. Palæst. Cicero dixit ea notione *Deflagratio.*

* **EFFLUCTIO**, Effluentia, eluvies, diluvium. Charta ann. 1330. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 425 : *Ut cloacæ purgentur et Effluctiones illarum.*

¶ **EFFLUERE**, A virtute deflectere, Viam virtutis deserere. Arnulphus Sagiens. Archidiac. contra Girardum Engolism. Episcop. apud Acher. Spicil. tom. 2. pag. 362 : *Illis enim quorum eatenus ardentes monasticus ordo frænebat affectus, traditæ dispensationis occasio licentiam comparat Effluendi; nihilque ad periculum religionis efficacius est, quam irreligiosum sustinere pastorem.*

¶ **EFFOAGIUM**, Lignatio, tantum ligni in silva sumendum, quantum ad *focum* est necessarium, Gall. *Chauffage.* Charta Roberti Episcop. Lingon. ann. 1235. inter Instrum. tom. 4. Gall. Christ. col. 207 : *Cum Abbas et Conventus S. Benigni Divion. dicerent se habere usuagium in nemoribus de Villa-Comitis... ad omnia quæ vellent facere ad opus domus de Chasne, videlicet ad Effoagium ejusdem domus et ad opus furni.*

* Gallico *Effouage*, vel *Effouage.* Testam. Hugon. V. ducis Burg. ann. 1314. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 152. col. 2 : *Donons... l'usaige en nos boys de Voisins au chapelain, qui desservira en ladite chapele, por son Effouage.* Libert. villæ *de Perrices* ann. 1347. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 32. art. 8 : *Lesdiz homme et femmes auront leur usage en tous les bois nombannez* (nou bannez) *pour marrenage, Effouage et closure de terres gaaignables.* Vide *Foagium* 2.

* **EFFOARE**, Calefacere, Gall. *Chauffer.* Charta ann. 1255. in Chartul. Buxer. part. 13. ch. 4 : *Dedimus monachis Buxeriæ . . . . furnum nostrum de Saverauges,... et usuagium plenum et liberum ad Effoandum ipsum furnum in omnibus les Batheyt de Saverauges.*

EFFOCARE, Fauces elidere, veteri Interpreti Juvenalis Sat. 15. v. 222 : *Quæ in somnis Effocabitur propter dotem.*

EFFOLARE, [Leviter lædere, Gall. *Affoler.*] Vide *Affolare.*

¶ **EFFONDATUS**, Effusus in epulas et luxum. Nicolaus *de Hanqueville*, Ord. FF. Min. circa ann. 1300. in Sermone S. Laurentii : *Sobrius potus est sanitas animæ et corporis; ergo superfluitas est destructio utriusque. Certe multi Christiani sunt Effondati et nimis fentati quasi equi, et ita pejores sunt equis.* Pro *fentati* puto legendum *fœdati.*

* **EFFONDRARE**. Vide infra *Effrondare.*

EFFORCIALITER, Cum copiis militaribus, cum *efforcio : Avec forces.* Matthæus Paris ann. 1213 : *Tu ita Efforcialiter venias cum equis et armis.* Idem in Vitis Abbatum S. Albini : *Promiserunt, quod Efforcialiter vobis subvenirent de pecunia sua.* Vide *Efforcium.*

EFFORCIARE, *Distringere*, Mulctare, cogere. Regiam Majestatem lib. 1. cap. 7. §. 16 : *Si ipse tenens ad primum diem non venerit, ejus plegii in misericordia Do. Regis erunt, et super placito capitali ipsi plegii Efforciabuntur.* Ubi Skenæus, distringentur, *Sal be poinded et distrenziet.* Aresta ann. 1259. 1. Reg. Parlam. fol. 15 : *Conquerebantur homines de Balagniaco, quod Petrus de Balagniaco armiger Efforciabat eos, et plura damna eis inferebat propter garennam suam, etc.* Charta Adami Episcopi Meldensis ann. 1289. in Tabulario ejusdem Ecclesiæ fol. 83 : *Et si nobis Episcopo de dictis mobilibus in villis Decani et Capituli Efforcietur, nos Decanus et Capitulum dictam fortiam tenebimur amovere, etc.* [Charta Comitissæ Augi, apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1142 : *Dominus Rex me non Efforciabit de me maritando, nec heredes mei firmabimus, nec infortiabimus forteriicias aliquas a puncto in quo sunt modo.*]

* Nostris *Efforcier*, pro Effringere, vulgo *Forcer.* Charta ann. 1406. ex Bibl. reg. : *Et vist que la serreure de ladite chappelle avoit esté Efforciée à Dagues. Efforcer*, pro Ingravescere, apud Villehard. paragr. 19 : *Sa maladie* (de Thibaut) *crût et Efforça tant, que il fist sa devise et son lait, et départi son avoir.*

EFFORCIAMENTUM, seu **APPORCIAMENTUM**, Districtio vel inquisitio. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 280 : *Et idem Abbas veniet per aliquem liberum hominem attornatum suum, qualem præsentare voluerit ad Efforciamentum Curiæ tantum.* Charta Edw. III. tom. 2. pag. 832 : *De tribus virgatis terræ... quietis de... sectis curiæ, et adventibus, et Alforciamentis.*

¶ **EFFORCIARI**, Niti, conari. Gallis. *S'efforcer.* Charta ann. 1323. ex Tabulario Argentoliensi : *Nisi sunt seu Efforciati facere explecta justitiæ.*

¶ **EFFORCIATA FEMINA**, Cui vis illata est, a Gallico *Forcer.* Archivum Abbatiæ Buzeii : *Ego Eudo Dominus de Ponte... concessi duabus illis Abbatiis totum mercatum meum de Ponte cum omni justitia et districto, præterquam de femina Efforciata et latrone suspendendo.*

* **EFFORCIATE**, Cum multis copiis militaribus, Gall. *En forces*, alias *Efforciément.* Charta Margar. comit. Fland. ann. 1256. ex Chartul. sign. *Decanus* S. Pet. Insul.

Digitized by Google

fol. 178. r° : *Cum nos viros venerabiles decanum et capitulum Insules rogavimus, ut hospites suos nobis accommodarent, et eos apud Enghien mitterent honorifice et Efforciate cum armis, pro corpore nostro custodiendo et honore nostro salvando.* Lit. Ludov. X. ann. 1315. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 70. r° : *Enjoignez de par nous estroitement que tretuit selonc l'estat de chascun .... viengnent appareilliez si souffisamment et si Efforciément en armes et en chevaus, etc.* Vide *Efforcialiter.*

EFFORCIATUS, Spissus : Gallis, *Renforcé.* Testamentum Willelmi, cogn. Longa spada, Comitis Sarisberiensis tom. 2. Monastici Angl. pag. 931 : *Unam Dalmaticam de croceo cendallo bene Efforciato.*

Efforciati Nummi, [dicti sunt quorum materia purior erat minusque adulterata.] Charta Bernardi Episc. Santonensis ann. 1151. apud Sammarthanos : *Dedit* 10. *libras Efforciatorum nummorum.* Alia ann. 1330. apud eosdem in Episc. Tolonensib. : *Octo libras Reforciatas habet.* Tabular. S. Mariæ Santon. ann. 1168 : *Decem solidi Enfortatorum.* Vide *Moneta fortis.* Tabular. S. Dionysii Novigenti, ex Charta Roberti de Mauritania : *Dedit* 5. *solidos Dunensium Exforciatos.*

EFFORCIUM, Exercitus, copiæ militares : Gallis *Forces*, vel *Effort.* Acta Innocentii III. PP. pag. 13 : *Familiares Regis ad summum Pontificem clamare cœperunt, ut eis cum Efforcio mitteret protectorem.* [Vide *Exforcium.*]

* **EFFORESTARE**, Terras de forestæ jure demere, et in pascua aut culturam redigere, idem quod *Deaforestare.* Vide in *Foresta.* Chartul. S. Austreg. Bitur. fol. 59. v° : *Si nemus venumdetur vel Efforestetur, totum erit capituli.*

* **EFFORIS**, Foris. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Deffora, Prov. foris, Efforis.*

EFFOROS. Synodicon Raphaelis Archiep. Nicosiensis pro Græcis sub ann. 1252. editum cum Constitutionib. Nicosiensib. post cap. 32. in Præfat. : *Scribentes aliqua breviter circa hæc, et ea tam Græcis Episcopis, quam Efforos, et aliis regni prædicti Græcis Clericis, etc.* Cap. 7 : *Quam Constitutionem tam ab Episcopis, quam a Presbyteris, Efforos, Magistris, Capellanis,... præcipimus inviolabiliter observari.* Cap. 24 : *Prædicta omnia per Episcopos volumus in suis locis... exponi... Hoc idem præcipimus Efforos in suis locis, item Magistris, Capellanis Græcis, qui sunt in civitatibus, vel alibi constituti.* Ubi *Effori* videntur esse Plebani, Curiones, ex Gr. ἔφοροι, *inspectores, præsides*, cujusmodi forte erant *Ephori* apud Lacedæmonios.

EFFORSARE, Munire. [Confirmatio privilegiorum Ecclesiæ Narbon. ann. 1165.] apud Acher. tom. 13. Spicil. pag. 319 : [*Liceat jam dicto Pontio Archipræsuli et successoribus suis omnia castra, quæ nunc habet et possidet... condirigere et Efforsare.*]

¶ **EFFORTIARE.** Vide *Efforciare.*

¶ **EFFRACTARIUS**, ut mox *Effractor.* Willelmus Monachus sancti Dionysii in Epistola anni circiter 1155. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 443 : *Habet præterea vallis nostra ex rupibus excisas specus, in quibus incolæ se suaque medis nivibus tuentur a frigore, æstivis mensibus a calore. In his nec vinum corrumpitur, nec granum infatuatur, non putrescit fructus, nec timetur Effractarius.*

EFFRACTORES, Qui januas effringunt, ædes per vim ingrediuntur, effractis januis. Gloss. Lat. Gr. : *Effractores*, θυρεπανοίκται. *Effractarius*, θυρεπανοίκτης. *Effracturæ latronum*, apud Paulum lib. 5. Responsor. *Effractor et fur*, de dæmone, in Passione S. Afræ apud Velserum. Pseudo-Marcellus de Conflictu S. Petri et Simonis Magi : *Ego enim cum ejus essem discipulus, malignum, et infanticidam, et maleficum illum, et Effractorem cognoscerem, deseruí eum, etc.* Lex Burgund. tit. 29. §. 3 : *Effractores omnes, qui aut domos aut scrinia expoliant.* Tit. 89 : *Effractores domuum.* Occurrit apud JC. Vetus Consuet. Turon. tit. ult. : *Crocheteurs, aussi larrons, qui ont fait bris, doivent estre pendus et estranglez.*

Exfractor, Eadem notione. Acta S. Quirini Mart. n. 9 : *Horum autem* (qui in carcere detinebantur) *quidam Exfractores sunt, alii adulteri et malefici, ac diversorum criminum rei.*

EFFRACTUS, Fractus animo, pavidus, Gal. *Effrayé.* Gesta Philippi III. Regis Franc. pag. 534 : *Ulterius pertransire non audentes, Effracti et vacui, ad illum, qui eos miserat, redierunt.*

* *Effréé*, eodem sensu, in Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1 :

Theophylus est en angoine
Et Effréés trop durement.

* **EFFRÆNIS**, Effrænatus. Willel. Malmesbur. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 243 : *Ubi considerari potuit ingenita et Effrænis viri barbaries, etc.*

EFFRETARE, Fretum, seu amnem pertransire. Baldricus lib. 1. Chron. Camerac. cap. 97 : *Quia iste fluvius, si quando imbres incumbant, in tantum excrescere solet, ut absque navigio Effretari non possit, etc.*

* **EFFRONDARE**, pro *Effondrare*, Demergere, a vet. Gall. *Effonder* et *Effondrer*, eadem acceptione. Charta Phil. VI. reg. Franc. ann. 1337. ex Bibl. reg. cot. 15 : *Et ipsam barcham in mari Effrondaverant.* Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 130 : *Il avoit bien huit cens personnes en la nef qui touz feussent sailli és galies pour leur cors garantir, et ainsi les eussent Effondées.* Le Roman *de Garin* ibid. in Glossar. :

La barge Effondrent, etc.

* Sed non uno significatu *Effondrer* nostris usitatum. Pro Effodere, in Ch. ann. 1321. ex Chartul. 23. Corb. : *Lesquelx marés porront et poent lesdits religieux tourber et Effondrer toutesfois que il leur plaira.* Scalpello incidere, ut sanies effundatur, sonat, in Lit. remiss. ann. 1368. ex Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 519 : *Plures moletas, quas dicebat ipsum equum habere in tibiis, flebotomavit, Gallice Effondrit.* Pro Exenterare, vulgo *Eventrer*, in aliis Lit. ann. 1470. ex Reg. 195. ch. 478 : *Ne tirez pas ribaudailles; car se vous tirez, je vous Effondrerai.*

* **EFFRONS**, Impudens. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Effrons, sans honte, vel effronté.* B. de Amor. in Spec. sacerd. Ms. cap. 44. de Verecundia :

Numquam sis Effrons; nam virtutum pudor est fons:
Effrons sive biffrons non est a sordibus insons.

Vide *Effronter.*

EFFRONTER, Impudenter, apud Gaifferium Monachum in Vita S. Lucii PP. n. 6. Vopiscus in Numeriano : *Consilii semper alti, nonnunquam Effrontis, sed prudentis.*

¶ **EFFRUTICARE**, Pullulare, germinare instar fruticis, apud Tertullianum lib. 1. ad Nationes cap. 5. et lib. de Anima cap. 27.

* **EFFUCTIO**, φλυαρῶ. Glossar. Lat. Gr. ubi cod. San-germ. *Effutio.*

* **EFFUCTURUS**, Obventurus. Charta ann. 1138. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 483 : *Quidquid etiam mihi vel meis successorio jure, sive alio modo Effucturum est, hoc totum plenarie tibi cedo, ut dominus sis, etc.*

¶ **EFFUGACIO**, ἀποφυγή, *Effugium.* Suppl. Antiq.

¶ **EFFUGARE**, Abire vel abducere quasi fugiendo, apud Thomam *Madox* Formul. Anglic. pag. 108 : *Licebit præfatis Abbati et Conventui et successoribus suis, in prædicto manerio nostro... distringere et districciones ibidem ad tunc inventas capere, abducere, et Effugare, et penes se retinere, quousque dictus annualis redditus viginti solidorum seu aliqua parcella ejusdem... sint persoluta.* Apud S. Augustinum Serm. 1. Feria 2. Pentecostes, *Effugari* est in fugam ejici, ut et apud S. P. Chrysologum Serm. 12. extr.

EFFUGUS, *Fugitivus, vel extra fugiens, qui scilicet continue et sæpe fugit.* Joan. de Janua.

* **EFFUNDAMENTUM**, Fundus, ager. Charta ann. 952. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med ævi col. 133 : *Scola sacerdotum de ecclesia beatæ Dei genitricis Virginis Mariæ, quam nos ipsis jugalibus in nostro proprio Effundamentum edificavimus, quæ nos libere et possidere visi sumus in loco et fundo, quæ vocatur flumen Vedre, etc.* Vide *Fundamentum* 1.

EFFUNDARE, Papiæ MS. *Radicitus eruere*, quasi *e fundo* : perperam edit. *Effuncare*, licet ita etiam alius MS. præferat. [Bituricensis habet *Effungare.*]

* **EFFUSIONES**, Loci, in quibus sal ex caldariis in patellas effunditur. Bulla Innoc. III. PP. pro monast. *de Tart* ann. 1200. inter Probat. tom. 1. Hist. Burg. pag. 91. col. 1 : *Et quindecim Effusiones salis, et sex solidos, et tres denarios, quos habet ex dono Stephani quondam Metensis episcopi.* Vide *Sedes salinariæ* in *Sedes* 4.

¶ **EFFUSORIUM**, ἐκχυτήριον. Gloss. Lat. Græc. San-German. Janus in Supplemento Antiquarii legit : *Effusorium*, ἔκχυσις, *Effusio.* Vide *Fusorium.*

* **EFFUSUS**, Effusio, effluvium. S. Vict. Rotomag. episc. lib. de Laude SS. apud D. *Le Beuf* tom. 2. Collect. var. Script pag. 14 : *Nullus Effusus sanguinis ad præsens, nec persecutor insequitur, et replemur gaudio triumphorum.* A Latino *Effuse*, nostri *Effondément* dixerunt, pro *Abondamment.* Hist. Caroli VI. pag. 105 : *Ils le remercierent humblement, en baisant la terre et en pleurant Effondément.*

Digitized by Google

¶ **EFFUTARE**, ὁμολογεῖν, *Confiteri*. Gloss. Lat. Gr. Sangerman.

¶ **EFICARE**, Judicium ann. 862. inter Instrum. tom. 1. novæ Hist. Occitanæ col. 116 : *Tunc decrevimus judicium per Gothorum legem, et ordinavimus Randrico misso nostro, ut super ipsas res venire faciat, et de furtibus Petrone Eficat, et partibus Richimiro mandatario Richimiro Abbate jure revestire faciat.* Suspicor legendum *Efforciat*; eadem enim videtur notio. Hic agitur de Petrone, qui rem Abbatis Richimiri propriam vendiderat. Juxta Legem Wisigothorum in prædicto Judicio laudatam lib. 5. tit. 4. § 8 : *Qui alienam rem vendere vel donare præsumpsit, Duplam se domino cogatur exsolvere.* Ad hanc legem, ut puto, referuntur hæc verba : *De furtibus Petrone Eficat*, hoc est, si recte interpretor, *efforciat*, seu muletet Petrone, quod rem suam vendere præsumpserit. *Furtibus* pro *furtis* hic esse existimo. Vide *Efforciare* et *Furtus*. [* potius *Eficere*; f. pro Efficere : adeo ut sensus sit, de furtis Petrone inquirat vel efficiat, etc.] [** f. *de foribus Petrone ejiciat.*]

EFORA. Orig. Murensis Monasterii pag. 10 : *Librum Regum cum Job et Thobia, et Judith, et Hester, et Machabæorum, et Paralipomenon, et Efora.* Pag. 30. *Duo libri Machabæorum, et Paralipomenon, et Eforus.* [Mendum est pro *Esdras*.] [** An *Judicum* ?]

¶ **EFRANGERE**, Effringere. Testam. anni 690. apud Felibianum Histor. San-Dionys. pag. xi : *Ut nullus cum illa persona, quæ voluntatem nostram aut deliberationem Efrangere voluerit, communecare non præsumat.*

* Hinc nostris *Effresler*, eodem significatu. Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1 :

> La grans cloche de no clochier,
> Qui oe se degne mie lochier,
> Se n'est pour fu ou pour meslée,
> Brisié fu et Effreslée.

* *Efracer*, pro Dilacerare, vulgo *Déchirer*, in Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 275 : *Icellui Biset procedant de pix en pix le prit et ahert par tele maniere, qu'il lui Efraça mantel, chaperon et aumusse.*

* **EFRICUM**, Idem quod Italis *Ripa*, Gallis, ex Acad. Cruscanis, *e ogni tagliamento di terreno*, Incisio agri, fossæ species, qua agri separantur, et distinguntur. Constit. Neapolit. Mss. : *Si duorum terræ sunt confines, quarum una est eminentiori et alia inferiori, sive in loco depresso, ... ex ostendatur sive distinguatur una terra ab alia per terminos finales, vel per instrumenta publica, per quos dicatur et declaratur esse ejus, qui inferiorem terram, sive terram, quæ est in loco depresso, habet, ut quod servatur in ripa, idem in eo, quod secundum vulgarem usum loquendi Neapolis Efricum dicitur, haberis* (f. habebit), *terram ulterius, sive in loco depresso, potest prope ripam sive Efricum cum bobus junctis arare terram suam, et in tantum quantum potest. cum ipsis bobus junctis arando terram suam poterit appropinquare ad ripam et Efricum.*

* **EGALARE**, Egallare, Æquare, census et servitia inter vassallos cohæredes æqua portione partiri. Terrear. Bellijoc. ann. 1529. fol. 96. v° : *Debere confitetur .... unum denarium Viennensem monetæ prædictæ de annuo servitio, Egalato cum dicto Michon.* Infra : *Egallato.* Hinc

* Egallatio, Partitio, divisio, in eodem Terrear. fol. 8. r° : *Item novem denarios Viennenses, ... Egallatione facta inter dictos. confitentes, Bonitum et Johannem Crozier.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Egalesa, Prov. æqualitas, parilitas. Egaument*, æqualiter, in Charta ann. 1391. ex Reg. 140. Chartoph. reg. ch. 93 : *Vint livres de rente annuelle et perpétuelle, à distribuer Egaument à ceulx, qui seront au long desdites messes. Inguument*, eodem intellectu, in Chron. S. Dion. tom. 3. Collect Histor. Franc. pag. 287 et *Oelment*, in Charta Joan. comit. Catalaun. ann. 1232. ex Reg. Comitat. Clarimont. : *Les amendes seront Oelment communes de moy et dou prieur de Bragny. Onniement*, eadem notione, apud Bellom. Ms. cap. 14. Vide infra *Equantia*.

¶ **EGALATIO**, Exæquatio. V. *Exgalatio*.

¶ **EGALDIUM**, Idem quod infra *Esgardium*, Judicium, sententia. Consuetud. Lemovic. art. 41 : *Satisfacto de meliorationibus, si quas fecerit acquisitor, ad Egaldium Consulatus.*

* 1. **EGALISARE**, Ex æquo partiri. Pactum inter Ludov. dom. de Castro-novo et homines ejusd. loci ann. 1461 : *Ex dictis habitatoribus eligentur quatuor probi viri, qui dictam talliam Egalisabunt, tam super se, quam super alios habitatores.* Vide *Peræquatores*.

* 2. **EGALISARE** Pondus, Illud ad exemplar expendere Stat. Avenion. lib. 1. rubr. 24. pag. 96 : *Habeat curia penes se simile pondus Parisiense legale, et alia pondera legalia ad ponderandum scuta, testones et alias monetas, cum quibus pondera legitimentur seu Egalisentur.*

¶ **EGALITAS**, Æquitas. Charta Petri *de Briand* Abb. S. Joannis Angeriac. ann. 1595. e Chartulario ejus Monasterii pag. 557 : *Nos de vita, moribus, probitate, Egalitate, experientia et industria fratris Johannis Pasquier... debite certiorati, etc.*

* **EGALLARE**, Egallatio. Vide supra *Egalare*.

¶ **EGALUM**. *De egalo*, id est, Æque, pariter, Gall. *Egalement*. Formula exorcismorum apud Baluz. tom. 2. Capitularium col. 664 : *Ut vos non offendat Dominus de radio solis, sicut vos offendit de Egalo flos in nomine sanctæ Trinitatis. Amen.*

* **EGAUNNUM**, pro *Engannum*, Fraus, dolus. Chartul. de Domina in Delphin. ch. 11 : *Si quid juris in supradicto honore habebant, totum fideliter et sine Egnunno ad prædictum monasterium de Domina donaverunt.* Vide *Ingenium* 1. Hinc *Egéner* et *Esgéner*, pro Fraudare, nocere, ut videtur, in Lit. ann. 1375. tom. 6. Ordinat. reg. pag. 148 : *En quoy le commun de ladicte ville et du pais d'environ, qui achate sel en ladicte ville, a esté et est moult fraudé et Egéné par lesdiz vendeurs.* Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 215 : *Plusieurs gens apportoient du sel en petiz vaisselez et le mussoient pour nous Esgéner et tolir nostre droit.* Pro Imminuere, privare, vulgo *Appauvrir, diminuer*, in aliis Lit. ann. 1407. tom. 9. earumd. Ordinat. pag. 312 : *Sans grever partie ou Egéner son droit.* Charta ann. 1322. ex Tabul. S. Pet. Carnot. : *Et nous reguardens en pitié et meus de bone volenté, ne voulens pas que l'église fut Esgénée des dons que l'on leur avoit fais, etc.*

¶ **EGEATOR**, *Hortator navis, a mari Egeo*. Gloss. Isid. ad quas recte Grævius; De mari Ægeo nugæ. Lege ex Papia : *Egetor*, ἡγήτωρ Græce, *Hortator*; nimirum κελευστής.

* Rectius in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Egeator, locator navis, Nauchier, Prov.*

¶ **EGENTIA**. Charta Henrici Regis Angl. in Hist. Harcur. tom. 3. pag. 151 : *Sciant me reddidisse et præsenti carta confirmasse Baldino filio Gisleberti Servienti meo totas Egentias suas et ministeria sua.* Legendum *Sergentias*, Gall. *Sergenterie*. Officium *Servientis*, seu Apparitoris, Gall. *Sergent*. Vide *Serviens*.

EGERARE, apud Papiam MS. est *Spernere, detestari, execrare*.

¶ **EGERIA**, *Noxia*. Gloss. Isid. Optime Reinesius in Variis lib. 1. cap. 8. correxit *Nixia*; quod Egeria sit nympha, quæ præsit puerperiis. Sunt verba Grævii.

¶ **EGESTAS**, Infirmitas. Albin. Alcuin. Flaccus in Miraculis S. Richarii April. tom. 3. pag. 455 : *In gravissimam incidit Egestatem, ita ut nec se valuisset in aliud vertere latus.*

EGESTUOSUS, Egenus, egens : *Mendicus*, Isidoro in Gloss. *Miseriis oppressus*, Papiæ. Gloss. Gr. Lat. : Ἐνδεής, *Egestuosus, indigens, indiga*. Salvianus lib. 2. de Gubern. Dei : *In comparatione dudum sui Egestuosus, in comparatione sui solus.* Idem lib. 4 : *Obsecrans, ne homini misero et Egestuoso rem ac substantiam suam tolleret.* Utitur et lib. 5. et 7. et ad Eccles. Cathol. lib. 3. et 4. ut et Victor in Epit. in Cocceio Nerva.

* **EGESTUS**, Exundatio, Gall. *Décharge*. Charta ann. 1322 : *Dicto Bernardo Petrus la Veruha dedit aquagium et Egestum sive meatum per terras et prata ejusdem domicelli ad aquandum.*

¶ **EGETOR**. Vide *Egeator*.

* **EGGHEWAPENE**, vox Germanica. Charta Ernesti ducis Brunsvic. ann. 1335. apud Ludewig tom. 10. Reliq. MS. pag. 27 : *Item si aliquis incusatur de hujusmodi læsionibus, nemo potest vel debet proscribi, morte accepta, nisi læsio fiat cum armis, quæ vocantur Egghewapene.* Vide *Wapeldrinc*. [** Sunt Arma acuta. Vide Haltaus. Glossar. Germ. col. 254. voce *Ecke-waffen*.]

* **EGIDIARE**, pro *Ægidiare*, cum Ægide pugnare, certare. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Egidiare, Escrémir*. Vulgatius, *Escrimer*. Vide infra *Ensiludium*.

EGIDIENSES Denarii, Qui cudebantur in civitate S. Egidii, vel nummi Comitum Tolosæ, qui *Comites S. Egidii* vulgo appellabantur. *Solidi Egidiensium denariorum*, in Charta Gibelini Archiep. Arelatensis ann. 1106. [* Vide in *Moneta Baronum*.]

EGILDE. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 88 : *Si quis alium fugiens, ut ira decertantium vel causa persequentium sæpius impetravit, præcipitio vel aliquo moriatur, reddat eum, qui injuste perfugiebat, nec*

Digitized by Google

sibi mortem intulisse, nec Egilde meruisse videatur. Vide *Gildum.* [**Al. egilde jacuisse.*]

* **EGILOPA, EGILOPIUM.** Vide supra *Ægilops.*

¶ **EGISO.** Glossarium Segueriano Codici præmissum : *Orrescens, dispiciens, seu in rustico proverbio, Egiso.*

¶ **EGITURA,** Egestas, Tertulliano adv. Marc. lib. 4. cap. 24.

EGLECOPALA, Genus Cretæ seu margæ columbinæ Gallis, ut auctor est Plinius lib. 17. cap. 8.

¶ **EGLISIA,** pro *Ecclesia,* Hisp. *Iglesia,* Gall. *Eglise,* in Instrumentis ann. 821. et 873. tom. 1. novæ Hist. Occitanæ col. 56. et 125.

* Bis legitur in Lit. ann. 1411. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 617. et 618. *Eglegie,* apud Petr. de Font. in Consil. cap. 21. art. 52.

EGLITRÆ, [EGLIDRIÆ, f. Aqualis, Gallis *Aiguiere,* ab *Hydria,* Vas liquidorum.] Apud Tyronem in Notis, eo Capite, ubi vasa plura recensentur pag. 164. lego, *Amma, Ammula, Catacussis, Eglitræ, Pelvis.* Pag. seq. *Candelabrum, Cicendilæ, Eglidriæ, Stuppa, Bitumen.*

1. **EGO,** *nis, et Egona, æ, sæculum,* Papiæ. *Egones penultima producta, sunt Sacerdotes rustici.* Joan. de Janua. [Gloss. Isid. *Egones, Sacerdotes rusticorum.* Supra : *Econes, Sacerdotes rustici.* Papias habet, *Ægones.* Consule Grævium in Notis ad Glossas Isidori.]

** 2. **EGO.** Virgil. Grammat. pag. 13 : *Ego autem diphtongo careat, et sic declinetur : Ego, Egis, et præterito tempore egi brevatum, etc.*

¶ **EGOMENUS,** pro *Hegumenus,* Abbas. Elias Episc. Jerosol. in Epistola pro Malaceno Episcopo, apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 434 : *Si et per totum estis imitatores Christi, Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Egomeni, Reges, Comites, etc.*

EGONICUS, Formula veteris Formatæ apud Baluzium tom. 2. Capitul. pag. 84 : *Scientia quidem non extollitur a nobis, quia nec potest Homerica, sed, ut ita dicamus, ut in pluribus non civilibus, sed exterioribus vulgo Egonica.*

EGONIUM. Vetus interpres Moschionis, apud Josephum Scaligerum Epist. 327. ἐῶπες, *Egonium.* An *Egovium?* nos enim *Egout* dicimus *sordium* eluviem, cloacam.

EGRADATIM, pro *Gradatim.* Gauterius Cancellar. de bellis Antioch. pag. 454 : *De gestis prius edisseram, ut Egradatim enarrando partem malorum, etc.*

EGRAGINARE. Fragmentum Petronii : *Itaque per scutum, per ocream Egraginavi, quemadmodum ad illam pervenirem.*

* **EGRANIUM,** Vectigalis species, an pro lignis quadratis? inter Redit. præposit. Corbol. ex Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 108. r°. col. 1 : *Teloneum merrenii, iij. lib. Egranium, viij. lib. consuetudo carpentariorum, lx. sol.*

¶ **EGRAPSI,** pro *Subscripsi,* Græcissans dixit Christianus Autissiod. Episc. apud Mabill. de Re Diplom. lib. 6. Tabella 57.

* **EGREDARIUM,** Graduum series, Gall. *Escalier.* Testam. Burgond. de Podio Luper. ann. 1350. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Actum.... infra cameram pensenham, quæ subtus magnum Egredarium, quo ascenditur supra magnam aulam.* Charta ann. 1369. ex Tabul. Montis-maj : *Asportaverat duas parvas campanas de cloquerio majori et unam aliam parvam prope Egredarium dicti monasterii.* Form. MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 32. v°. : *Talem sic percussum, vulneratum et maletractatum per eos de dicto campanali ipsius ecclesiæ per Egredarium temere projecerunt.* Comput. ann. 1400. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 150. col. 1 : *Pro clavellis... emptis per Stephanum Coli fusterium, qui aptavit l'avantpiech Egredarii domus consulatus de novo.*

* **EGREDATUM,** Eadem notione. Charta ann. 1328. ex Tabular. Massil. : *Item compleatur Egredatum fustæ portalis Guillelmi de Massilia.*

¶ **EGREDI,** Educere. Translatio S. Angeli Carm. Maii tom. 2. pag. 60 : *Antiquiores cives assueverunt illam* (arcam) *Egredi a cancellis et clausuris.*

EGREGIATUS, seu *Egregii* titulus honorarius, concessus ut plurimum iis, qui in Palatio militaverant, aut quibus provinciæ commissæ fuerant, Primipilaribus post emeritam militiam, et Cæsarianis, ut est in Cod. Th. leg. 1. de Honorar. codicill. (6, 22.) leg. 3. de Cohortal. (8, 4.) leg. 1. de Cæsarian. (10, 7.) leg. 5. de Decurion. (12, 1.) ex quibus colligitur, *Egregiatum* dignitate *Perfectissimatu* inferiorem fuisse. Ad hos titulos honorarios respexit Lactantius lib. 5. Divin. instit. cap. 13 : *Nemo denique Egregius, nisi qui bonus : nemo Clarissimus, nisi qui opera misericordiæ largiter fecerit : aut Perfectissimus, nisi qui omnes gradus virtutis impleverit.* Vide eumdem lib. de Mortibus Persecutor. n. 21.

* **EGREGIÆ,** *Extantiæ,* in Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Rursum infra : *Extantiæ, Egregiæ vel essentiæ.*

* **EGREGIE,** Dure, acriter. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Cœpit eum, et Egregie fecit eum verberari.*

* **EGREGISSIMUS, EGREGIOSISSIMUS,** pro *Egregiissimus,* maxime egregius. Charta ann. 1448. ex schedis Mabill. vol. 7. fol. 211. r° : *Cum Egregissimo et potentissimo principe et metuendissimo domino D. Francisco duce de Britannia.* Alia Caroli VII. reg. Franc. ann. 1426. ex Reg. Cam. Comput. Paris. ab ann. 1421. ad 1436. fol. 99. v°. : *Attendentes Egregiosissima, maxima, arduissima et memorandissima, quæ prudentissime nobis impendit obsequia,.. Gilbertus Motern, nunc dominus dicti loci de Fayeta marescallus Franciæ, etc.*

¶ **EGRESSORIUM** Noæ, Locus ubi Noë egressus est ex arca. Beros. lib. 3.

* **EGRESSUS,** Fructus seu proventus prædii. Chron. S. Benig. Divion. apud Acher. tom. 1. Spicil. pag. 370 : *Cum mancipiis plurimis, ... exiis et Egressis, omnibus rebus exquisitis et inquirendis.* Vide *Exius.*

EGREX, *Eximius, eminens.* Gloss. Isid. [Ab *Egrex,* quæ eadem vox est atque *Egregius,* quasi selectus e grege, fit *Egregior* apud Lucretium lib. 4 :

Nam nihil Egregius, quam res discernere.

Et Juvenalem Sat. 11 :

Egregius cœnat, meliusque miserrimus horum.]

¶ **EGRIMONIUM,** ἀῤῥωστία, *Morbus, infirmitas.* Supplement. Antiquarii. Vide *Ægrimonium.*

* **EGRIPUS,** f. Pomarium, Gall. *Verger.* Pactum inter episc. Neapolit. et abbat. monast. SS. Serg. et Bac. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 455 : *Et a parte meridiei est Egripus, qui est in terre et campu, qui vocatur Catitianum..... Primo termine marmoreum, quod est Silici, qui est fictus in scriptum Egripum a parte meridiei, etc.* Pluries ibi. Vide *Ægripomium.*

¶ **EGROISIATURA,** Cutis unguibus perstricta, Gall. *Egratignure.* Privilegium Thossiaci in Dumbis ann. 1310. art 24 : *De verberatura cum sanguine, si clamor factus sit, Dominus debet habere* VI. *sol.... nisi sit sanguis narium vel Egroisiatura.*

¶ **EGROTATITIUS,** *Qui frequenter ægrotat.* Gloss.

* **EGROTICIUS,** ἀσθενείτης, in Gloss. Lat. Gr. MSS. ex Castigat. ad utrumque Glossar.

* **EGRUNUM,** Gall. *Egrun.* Nomen genericum omnium olerum acrium. Comput. præposit. Paris. ann. 1321. in Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. fol. 246. v°. : *De fructibus, Egrunis et quinqueria pro l. lib. xij. sol. per annum.* Consuet. Aurelian. apud Thaumass. ad calcem Assis. Jerosol. pag. 472 : *Le Egrun qui croit dedans la banlieue, ne doit point de coustume, se la charge ne vaut quatre deniers obol. Engrun,* in charta ann. 1342. ex Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 316 : *Des fruiz, des aux, des oignons et autres Engruns.* Stat. ann. 1412. in Lib. 1. statut. artif. Paris. fol. 38. r°. : *Nulz ne peut estre regratiers à Paris de fruit ou d'Esgrin, c'est assavoir d'aulx ou d'ongnons, d'eschaillongnes et de toute maniere de tel Esgrin, s'il n'achette le mestier du roy. Esgrun* in Lit. ann. 1409. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 486. Vide *Acrumen.*

* **EGTHWART,** ECHTWART. Vide *Egwort.*

* **EGUA,** pro Equa, jumentum, Gall *Cavale.* Vide infra *Equalia.* Testam. Berengar. Bern. ann. 1061. ex Bibl. reg. cot. 17 : *De meo quidem mobile luxo ad filium meum Bernardum Eguas quatuor.* Hinc

* **EGUESINUM ANIMAL,** Eodem significatu, in Charta ann. 1379. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Animalia vero Eguesina brava consueverunt dare pro banno, pro quolibet animali de die, denarios quatuor, et de nocte denarios octo coronatorum..... Animalia vero equina et mulatina, etc.* Vide infra *Eyguesinum Avere.*

¶ **EGUESERIUS,** Equorum custos. Ordinatio Curiæ Caroli Comitis Provinciæ ann. 1274. e MS. D. *Brunet* fol. 69. v° : *Et vacheriis singulis decem bestias bovinas, et singulis Equeseriis quinque bestias cavalinas* (donent.) Ab *Equiso* qui curat equos factus est *Egueserius;* quocirca f. melius legeretur *Equiserius.*

EGUETI, Dos, vox Cambrica, in Legibus Hoëli Boni Regis Walliæ cap. 12. [*Davies* in suo Diction. Cambro-Britan. habet, *Egweddi, Dos.*]

¶ **EGUEYRIA,** Aqualis, Gallis *Aiguiere.* Inventarium vassellæ ann. 1347. in Hist. Dalph. tom. 2. pag. 555. col. 2 : *Item,*

Digitized by Google

duas Egueyrias clausas argenteas deauratas, signatas eodem signo, cum picheriis supradictis. Rursus occurrit pag. seq. col. 2.

* EGUEZERIUS, Eigueserius, Equarum custos vel dominus. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Dixit quia ipse stabat pro Eguezerio.* Transact. ann. 1501. ex iisd. sched. : *Nec debeant solvere... pro jure calcaturarum.... Eigueseris, seu illo vel illis quibus tales equæ, seu tale abere rossatinum erit, nisi vicesimam summam.* Vide infra *Equarius.*

EGUMENUS, [Abbas.] Vide *Heguenus*

* EGUMINUS, *Lo picolo signore*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Egomenus.*

EGWORT. Hermannus *de Lerbecke* in Chron. Comitum Schawenburgens. pag. 32 : *Jus silvæ, quod Theutonice Egwort dicitur. Jus commune secandi ligna in silva, quod dicitur Achtwort*, in Charta ann. 1319. laudata a Meibomio. In alia ann. 1224 : *Dedit ipsis licentiam et communitatem silvæ, quæ dicitur Achtwort.* [* Jus silvæ seu ligna cædendi in silvis. Charta Godefr. comit. Arnsberg. ann. 1368. inter Probat. tom. 2. Annal Præmonst. col. 277 : *In juribus, vulgariter Echtwart dictis, inter nemora et sylvas, quæ markæ vocantur,.... nunquam aliquid juris habuimus..... Dictis juribus Egthwart in ipsis sylvis et markis, tanquam bonis Deo et sibi appropriatis,....quietepotiantur.*][** Vide Haltaus. Glossar. German. col. 251. sqq. voce *Echtert*, et Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. [illegible]

¶ EGYPTIANI. Errones, ut supra *Ægyptiaci.*

* EHEDING. Charta Herman. march. Landsberg. ann. 1303. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 378 : *Expedire tamen videtur judiciarium vel judicii casum, qui Eheding vel Ehending nominatur, ibidem locum habere volumus.* [** Vide *Echtedinght.*]

¶ EHUSSOEC. Consuetud. Furnenses ex Archivio S. Audomari : *Qui ad domum alterius cum armis venerit contra Ehussoec, in quo invenitur, non forefecit, nisi cum armis quis aliter forefecerit.* Belgis *Kus-soet* est Osculum dulce : quare suspicor *Ehussoec* hic esse Osculum pacis, quod judicum auctoritate sibi invicem dabant dissidentes in signum reconciliationis, contra quam qui secus erat. Vide Consuetud. Antverp. tit. de Pace. pag. 33. edit. Colon. 1553. Lege *Hussoec*, Irruptio violenta in aedes alterius. Vide Warnkœnig. Histor. Flandr. tom. 3. pag. 243. et Haltaus. Glossar. Germ. voc. *Haussuchung* et *Heimsuchung*, col. 851. et 869.]

EIA, Insula, a Saxonico Eage. In libro Immunit. sect. 2. *Rameseia*, exponitur Insula cervorum : apud Huntindonensem, Terra, ubi cervi : apud Matthæum Westmonasteriensem ann. 833. *Seiapeia*, Insula cervi. Interdum *aquam* sonat : unde Insulæ locorum, qui aquis sunt vicini, et paludibus, plerique in *eia* sæpe desinunt apud Anglos. Hinc nostri *eauë*, vel *e* pro aqua acceperunt. Vide Lexicon Runicum Olai Wormii in *Ei*, [et Glossarium Teuton. Schilteri in *Ach.*]

EJECTA, Repudiata. Canones Apostolorum cap. 18. ex versione Dionysii Exigui : *Si quis viduam et Ejectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, etc.* Græca habent ἐκβεβλημένην.

* EJECTINUM, Quidquid ad litus maris ejicitur. Charta ann. 1319. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 273 : *Decima.... totius Ejectini, quod in illis finibus dicitur verese.* Vide *Ejectus* 2.

¶ EJECTAMENTUM, Ejectivum, Idem quod mox *Ejectus*, seu Merces quæ post naufragium ad littus ejiciuntur. Vide *Varechum.*

EJECTIO, Verbum forense, alias *Dissaisina* in rebus immobilibus, ut tenementis et terris, cui opponitur *Spolium*, sive *Spoliatio*, quæ dicitur de rebus mobilibus, ut catallis, bobus, ovibus, pecunia. Ita Skenæus. Charta Austindi Burdegal. Archiepiscopi apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 7. n. 5 : *Terram a me emptam Ejicio, etc.* Ordericus Vitalis lib. 5. pag. 569. 570 : *Hæreditario jure possideo Normanniam, ipsamque de manu mea, dum advixero, non Ejiciam.*

1. EJECTUS. Monasticum Angl. tom. 2. pag. 388 : *Rex fundavit dictum hospitale super decem Leprosis ... et dicunt, quod dicti Leprosi erunt de Ejectibus civitatis Lincolniæ ex donatione D. Regis Angliæ.*

2. EJECTUS, Ejectum, Jactura, quod vulgo *Jet* nostris dicitur : cum scilicet ingruente tempestate merces e navi in mare projiciuntur, navis ipsius et vectorum servandorum causa, ut est apud Nilum lib. 2. Epist. 246. Liber Ramesiensis Ch. 95 : *Reginsted cum libertate adjacente, et omni maris Ejectu, quod Wrec dicitur, Ecclesiæ Ramesiensi largitus est.* [Hoc est, cum omnibus mercibus in littus ejectis post naufragium.] Edw. Confessor, et ibidem in Charta Willelmi I : *Confirmo atque concedo Reginstedæ cum omnibus ad se pertinentibus, et cum omni maris Ejectu, quod Wrec appellamus. Jactura maris*, dicitur in alia Charta ejusdem Willelmi in Ch. 176 : *Sciatis me concessisse ... Tol et Theam, et latrocinium, et Jacturam maris apud Ringstede et Brancastre.* Charta Henrici Regis Angl. ann. 1226 : *Et si de navi taliter periclitata aliquis homo vivus evaserit, et ad terram venerit, omnia bona et catalla in navi ista contenta remaneant, et sint eorum, quorum prius fuerant, et eis non depereant nomine Ejecti.* Mox : *Si vero infra prædictum terminum nullus venerit ad exigenda catalla sua, tunc nostra sint et hæredum nostrorum nomine Ejecti, vel alterius, qui libertatem habet Ejectum habendi.* Ita exarata habetur hæc vox in hac Charta, descripta apud Cleyracum de Consuet. maris pag. 102. At in Regesto Burdegalensis Constabulariæ Cameræ Comput. Paris. fol. 195. pro *Ejecto*, *Wreccum* scribitur. Vide Leges maris Oleronenses art. 8. Contractus Marit. art. 23. 32. 33. præterea Legem Rhod. *de Jactu*, [et infra *Varechum.*]

* 3. EJECTUS, Exceptus. Charta ann. 1178. in Chartul. Clarifont. ch. 48 : *Sine omni decima et terragio, Ejecto jure messorum.*

* EIGUESERIUS. Vide supra *Egueserius.*

* 1. EJICERE, exonerare, Gall. *Décharger.* Chartul. Compend. fol. 69. r°. col. 1 : *Dolium vini si Ejectum fuerit ab aqua, obolum debet et denarium de witragio.*

* 2. EJICERE, Lanceam, telum in aliquem conjicere, contorquere. Charta ann. 1096. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 2 : *Qui Ejexerit lancea aut alia arma per ira, fora de sua casa, sessuginta solidos pro feritum, etc.*

** 3. EJICERE Desuper se crimen, se purgare, in Leg. Longob. Rothar. cap. 7. Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Sich Entschütten*, col. 343.

* EJICIUM, Rei possessæ dimissio, qua quis ab illa ejicitur. Charta ann. 1061. apud Marcam lib. 4. cap. 7. Hist. Bearn. : *Satisfeci ergo sibi principi..... tali pacto, ut per seipsum manu ac voce auctor fieret, terram a me emptam Ejicio et Guillelmi, filio Guillelmi qui pater existens suprascriptam terram mihi vendiderat.*

* EIKARISTIALE, Sacra pyxis, in qua asservatur Eucharistia, ex vet. Pontif. XII. sæc. tom. 3. novi Tract. diplom. pag. 139. Vide infra *Eucharistiale.*

¶ EILNECIA, Major ætas, Gall. *Ainesse.* Vide locum in *Messuagium capitale.*

* Vel Jus primogeniti, *Eneeische*, apud Belloman. MS. cap. 13.

¶ Einecia, Einescia, Einecius, Eadem notione. Vide *Ainescia* et infra *Esnetiæ Jus.*

** EINUNGA, Pacta conventa unanimi consensu condita, a Germ. *Einung.* Chart. Joh. de Weinheim ann. 1268. in Guden. Syllog. pag. 256 : *Non licebit eisdem villanis deinceps ligna crescentia in terra dictæ curiæ resecare sine fratrum licentia speciali; nec aliquam Einungum facient, nisi de fratrum consilio et assensu.* Constitut. Rudolphi Imper. ann. 1277. in Alsat. Diplom. num. 698 : *Quando facta fuerit cum consilio, quod dicitur Eynunge vulgariter, ordinatio super silvas, transgressor ipsius abbati tenebitur ad emendam.* Inde etiam *Emendæ* ipsæ sic dicuntur in chart. ann. 1517. ibid. num. 1450. Vide Haltaus. Glossar. col. 307.

EIPERICUS, Asturco, pullus equitii generosi, in Decretis S. Ladislai Regis Hungariæ lib. 3. cap. 28.

¶ EIRAUDUS, Area, seu locus, ubi frumentum teritur, quibusdam in provinciis *Eiral.* Charta fundationis B. M. de Fontanellis inter Instrumenta tomi 2. Gall. Christ. col. 420 : *Præterea dedimus eis minagium Rochæ... et unum Eiraudum, apud Pereyum juxta Ecclesiam S. Michaelis, liberum et immunem ab omnibus costumis et rebus aliis.*

* Vel potius Ager, qui nec colitur nec aratur, idem quod *Area* 1. Vide in hac voce. Neque aliud sonat Gallicum *Eyral*, in Lit. remiss. ann. 1455. ex Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 55 : *Se meut debat et question acause de certains Eyraulx assis entre le villaige de la Bastide et le villaige de Veyrieres.... Advint que certains pruniers estant dedens lesdiz Eyraulx, etc.*

¶ EISIAMENTUM, Eissancia, Jus utendi in alieno prædio rebus non suis, Gall. *Aisance.* Donatio anni 1155. apud Marten. Collect. Ampliss. tom. 1. col. 833 : *Omnibus animalibus eorum in toto territorio de Amblevi, quod est juris mei, pascuorum*

Digitized by Google

beneficia et omnes Eissancias concessi. Vide *Aisantia.*

¶ **EISSADONUS**, Parvus ligo, Massiliensibus *Aissadon.* Statuta Massil. lib. 5. cap. 52 : *De omnibus infra scriptis* (Fabri) *possint accipere, sicut inferius continetur, et non aliter, videlicet de causando quendam Eyssadonum* (*Eissadonum* in MS.) *sicut convenerint.*

* Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Pignoravit quemdam.... de tribus Eissadonis.*

* **EISSALET**, Essalet, Nomen venti apud Massilienses, idem, ut videtur, qui Italis *Siroco*, nostris *Sud-est.* Charta ann. 1291. ex Tabul. Massil. : *Item dom Stephanus de Sancto Paulo patronus alterius galeæ consuluit, quod non est ad præsens tempus ad navigandum cum dictis galeis in Cataloniam, cum sit Essalet et sit ventus contrarius. Dominus Jacobus Masselesius patronus alterius galeæ consuluit, quod cum tempus sit à l'Eissalet, et plus foras, et sit ventus, quo non est tempus navigandi in hoc præsenti viagio Cataloniæ, etiam quanto durabit hic ventus.... Item Bartholomæus de Ibelna naucherius dixit, quod ventus est ad Eissalet, et non est tempus navigandi in hoc paregio.*

* **EISSARIATA**, Eyssariata, Exariata, Collis inculta et lacunosa, a vulgari Provinciali *Eyssariade*, sulcus ab eluvie formatus. Charta ann. 1460. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Versus solis occasum, usque certos limites plantatos inter duas Eyssariatas de la Chauma vinateria, tendendo usque ad rial Caborel, et a dicto riali ascendendo per Eissariatam, quæ protendit ad vallem de Cores...,.. Usque ad iter de Oriolo descendendo ad Exariatam versus orientem, usque ad vallatum, etc.*

¶ **EISSEGUUM**, f. Latrinæ, cloaca, Gallis *Egout*, ab *Exguttum* a *Gutta*, inquit Menagius in Etymol. [* Nequaquam; est enim *Eisseguum* a vulgari Provinciali *Eisseguo* vel *Huisseguo*, semita, via strictior, Gall. *Sentier.*] Gall. Statuta Massil. lib. 1. cap. 34. § 2 : *Rector teneatur eligi facere... tres probos viros... qui teneantur terminare et sopire... quæstiones omnes... de carreriis, et finibus, et de Eisseguis dandis extra civitatem, etc.*

* **EISSUC**. Vide infra *Exsuchium.*

* **EITA**. Inscript. vet. apud Bertolum in Antiq. Aquilej. pag. 198 : Julie Gaudentiæ, filiæ dulcissimæ, quæ.... loco peregreno Eita decessit. Ubi suspicantur nonnulli pro *Vita* scriptum esse.

EJUCARUM, Genus vasis, εἶδος σκεύους, Gl. Lat Gr. [** *Elaucrum labrum*, ap. Caton. de R. R. cap. 10. et 11.]

¶ **EJUNCIDUS**, ἰκλιπωθείς, Tenuis factus. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. Vide Lexicon Martinii.

¶ **EJUS**, pro *Suus*, contra Grammaticæ leges vel usum frequenter ad Nominativum verbi refertur apud Gregorium Turon. et alios : quod monere visum est, ne quis erret ex ambigua loquendi ratione.

ELABORARE, [Acquirere,] Elaboratus, [Acquisitus.] Vide *Labor.*

* **ELABORATUS**, Qui labori vacare præ infirmitate vel ætate non potest. Fundat. hospit. Cusani ann. 1458. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 436. col. 1 : *Ordinamus ut in dicto hospitali ..., teneantur... Elaborati senes, quinquagenarii et ultra.*

¶ **ELACRIS**, pro *Alacris.* Acta S. Cassiani apud Ill. Fontainum ad calcem Antiq. Hortæ pag. 345 :

> Unde Elacres una dicebant voce sonora,
> Est Cassianus nobis adeo recolendus,
> Nobilitate nitet, etc.

¶ **ELAPTUARIUM**, Idem quod infra *Electuarium*, Sorbitionis species. [** Papias *Elactuarium.*] Computum ann. 1333. in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 279 : *Pro claridine et Elaptuario, taren.* 1. Infra pag. 280 : *Pro Elaptuario facto pro Domina in Marsilia de consilio medici Domini, taren.* XVI. Rursum pag. 284 : *Item in munitione facta apud Lugdunum per fratrem Simonem, de speciebus, cera, Elaptuariis et pannis lineis,* XXXIII. *flor. ob. gros.* In MS. D. *Lancelot* habetur *Elapsuarium.*

¶ **ELAQUEARE**, Eripere e *laqueis*, Liberare. Concil. Tolet. XV : *Cupiens periclitationis hujus Elaqueari periculo, fiducia illa qua vobis vicinum esse Deum non ambigo, vestris hæc pertractanda sensibus vestrisque judiciis dirimenda committo.*

* **ELARGAMENTUM**, Dimissio, eductio, a Gall. *Elargissement.* Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 320 : *Hujusmodi processu pendente, Elargamentum dicto prisonario.... faciat.* Memor. C. Cam. Comput. Paris. fol. 148. r° : *Die iiij. Aug.* 1354. *Elargamentum prisionis Philippi Andreæ, capti pro xjm. den. auri ad scutum et aliis summis pecuniæ; elargatus per dominos consilii.* Arest. parlam. Paris. ann. 1394. in Hist. Lugdun. pag. 77. col. 1 : *Et postea de persona ejus informatus, quia repererat ipsum non bene sensatum, et miseram esse personam, fuerat elargatus; pendente vero tempore Elargamenti, etc.* Vide mox

¶ 1. **ELARGARE**, Gall. *Elargir*, Libertate donare, educere e custodia. *Elargare sive laxare a prisona*, apud Rymer. tom. 10. pag. 778. col. 2. ubi pluries repetitur verbum *Elargare.*

* Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 16. 1° : *Die vij. Martii* 1360. *Guillelmus Poivre prisionarius..... fuit Elargatus per villam Paris. usque ad crastinum Ascensionis proximum, datis plegiis Jacobo de Marna, etc.* Lit. Caroli VI. reg. Franc. ann. 1392. in Hist. Lugdun. pag. 123. col. 2 : *Dictus prisionarius tibi reddi debet carceribusque nostris Lugdunensibus mancipari, ac ibidem remanere pendente processu,.... vel per te, si casus exigat, Elargari.*

* 2. **ELARGARE**, Differe, procrastinare. Judic. ann. 1345. 23. Febr. in vol. 2. arestor. parlam. Paris. : *Cum Baillivus dictas partes ut prisonnarius arrestasset, et usque ad certum diem eorum prisionem Elargasset, etc.* Vide infra *Eslargamentum.*

* 3. **ELARGARE**, Amplificare, augere. Chron. Joan. Whethamst. edit. Hearn. pag. 371 : *Ad declarandum et ostendendum eidem* (vestræ excellentiæ) *ac eciam ad Elargandum fidem nostram et ligianciam erga metuendissimam personam vestram. Eslasement*, Ampliatio, in Charta ann. 1243. ex Reg. 3. feud. episc. Met. fol. 187. v°. in Bibl. reg. : *Nous avons fait paix dou bestenz, qui estoit entre nous de l'Eslasement des fossez dou chastel de Conflans.* Vide *Elargatio* 2.

¶ 1. **ELARGATIO**, ibidem, Emissio e custodia, Gall. *Elargissement.*

¶ Elargimentum, Eadem notione, apud eumdem Rymerum non semel tom. 8. pag. 275. col. 1. et pag. 306. col. 2.

¶ Elargitus, Emissus e custodia, Gall. *Elargi*, semel et iterum in iis ipsis locis proxime laudatis.

2. **ELARGATIO**, Ampliatio. Chronologia Augustiniana Cantuariensis : *Charta de Elargatione Curiæ.* [*Madox* Formul. Angl. pag. 165 : *In Elargacionem cimeterii, mansi et clausi prædictorum.* Hac etiam notione sumitur Gallicum *Elargissement.*]

* **ELARGIRE**, ut supra *Elargare* 1. Arest. parlam. Paris. ann. 1385. ex Cod. reg. 9822. 2. fol. 152. v° : *Curia parlamenti, domino Philiberto tenente sedem, Elargivit certos prisionnarios laicos de Barro super Albam.*

¶ **ELASSEFIERI**, Lassitudine deficere, in Lexico Philosoph. Goclenii.

¶ **ELATA** Palmæ, Ejus tenellum germen in altum sese extollens. Cant. Cant. 5. 11 : *Comæ ejus sicut Elatæ palmarum, nigræ quasi corvus.* Hunc locum commentans Hamelinus de Verulamio in suo libro de Monachatu apud Marten. Anecd. tom. 5. col. 2. ait : *Comæ Ecclesiæ sunt fideles, qui Deo adhærent, et bene agendo quasi in capite pendentes honorem conferunt : bene Elatis palmarum comparantur, quæ valde in altum crescunt, et inferius graciles ac in summis grossiores fiunt.*

ELATERARE, Ad latus ponere, *Mettre à costé.* Vita SS. Severini et Victorini : *Paululum se ex aggere Elaterat pavens.*

* **ELATIO**. Elationes Dicere, Elate, superbe et arroganter loqui Epistola civium Biterrensium ann. 1212. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 57 : *Tantam rixam fecit sive mesleiam in civitate Biterris, dicendo Elationes et arrogantias, atque etiam convicia, etc.*

¶ **ELATIVUS**. Gloss. Lat. Gr. : *Elativa*, ἐκφορικά.

¶ **ELAVEIDIUM**. Vide *Eslaveidium.*

* **ELBIDÆ**, *Uvæ dictæ a colore inter nigrum et album.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. [** Vide Isidor. Orig. lib. 19. cap. 28. sect. 7. et lib. 17. cap. 6. sect. 26. Germanis dici *Elbischer Wein* auctor est Adelungius.]

¶ **ELCAMBIARE**, Permutare, Gallice *Echanger.* Charta ann. 1208. inter Probat. Hist. Comitatus Ebroic. pag. 10 : *Si forte decem ucras boschi garantizare non potero... alibi jam dictis Canonicis Elcambiare tenemur.* Fortassis melius legeretur *Escambiare.* Vide *Cambiare.*

ELEÆ, Elementa, literæ Alphabeticæ. Vita S. Samsonis Episcopi Doleusis lib. 1. cap. 10. in Actis SS. Ord. S. Benedicti : *Eodemque die vicenas Eleas, tesseraasque agnovit totas.*

* **ELEBORIUM**, Scandula, tegula tabularis, Gall. *Esseau.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Eleborium, Essole.*

¶ 1. **ELECTA**, Moneta minutior in usu

Digitized by Google

ann. 1233. Chartarium Abbatiæ de Burgomedio : *Ægidius Abbas Burgi-medii Blesensis attendens utilitati suæ Ecclesiæ concessit pignore Richerio Mauboiner per* c. *libras et* xx. *libras Turon. sex modios frumenti valentes duos denarios minus Electa, et sex modios avenæ valentes unum denarium minus Electa.*

¶ 2. ELECTA, Vidua. *Sanctarum Monegundis Electæ et Priscæ virginis*, in Actis SS. Julii tom. 1. pag. 313.

* 3. ELECTA, Instr. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 13 : *Monetam et Electam, id est bannum; medietas redituum de placitis, etc.* Vide *Electi* 2.

** ELECTA JUSTITIA. Vide in *Justitia.*

* ELECTARE, Ructare. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613 : *Electat, ructat.* Vide *Electrat.*

¶ 1. ELECTI, Beati, qui jam cœlo potiuntur, Gall. *Elus*, in Statutis Monasterii S. Claudii pag. 99. et alibi; Apostoli vero Petrus 1. Epist. 1. 1. Paulus Rom 8. 33. Coloss. 3. 12. 2. Tim. 2. 10. Tit. 1. 1. *Electos* vocant Christianos adhuc viatores. *Vocati, Electi, et fideles*, Apocal. 17. 14.

* Martyrol. MS. S. Joan. Laudun. 31. sæc. exaratum ad 1. Maii : *In monte Laudano Eustasii Electi.* Calendar. MS. abbat. Bennac. ord Præmonst. 14. aut 15. sæc. ad 3. Jun : *Chrotildis Electæ. Eslis*, eodem sensu quo Lat. *Electus*, in Vita J. C. MS. :

Lors vint nostre sire en un mont,
Avec lui trois de ses amis
Des plus letrés, des plus Eslis,
Sains Jehans, Jakes et Perron.

¶ 2. ELECTI, qui et *Sacramentales* dicti, Testes ei, qui jurabat, adjuncti : de quibus plura in *Juramentum.* Leges Caroli M. apud Murator. tom. 1. part. 2. part. 99. col. 1 : *Et quæ in Ecclesiis juranda sunt, vel cum* VII. *Electis aut* XII. *esse debeant, quales potuerint legibus inveniri.* Non semel memorantur *Electi* apud Thomassinum in Bituric. pag. 123.

3. ELECTI, sic nuncupati quidam hæretici ex secta Manichæorum, qui nec carnibus vescebantur, nec uxores ducebant : Ἐκλεκτοὶ καὶ ἐκλεκταί, in Anathematismo hæres. Manichæor. apud Cotelerium in Notis ad Recognit. Clement. pag. 373. de his S. Augustinus Epist. 74. et lib. 2. de Morib. Manichæor. cap. 13. 16. 18. 19. Possidius in Vita ejusdem S. Augustini cap. 15. 16. Leo I. PP. Serm. 5. de Jejunio, Prosper Manichæus in Anathematismo Manichæor. cap. 3. apud Sirmond. tom. 1. Concil. Gall. S. Hieronymus in Epist. ad Ctesiphontem adversus Pelagium cap. 2. Auctor Prædestinati lib. 1. hæresi 46. Archelaus Mesopotamiæ Episcop. in disput. adversus Manichæum, etc. Vide *Auditores.*

4. ELECTI, ut est in Ceremoniali Romano lib. 1. sect. 10. appellantur *Promoti ad Ecclesias, sive Monasteria ante suam consecrationem, sive benedictionem, quam infra tres menses sumere debent.* Neque enim appellantur Episcopi sive Abbates, *et quamvis utuntur Episcopali sive Abbatiali habitu, non tamen possunt uti paramentis et mitris sine speciali indulto Pontificis*, etc. Vide Willelmum Neubrigensem lib. 2. cap. 22. [** *Archielecti* dicuntur Archiepiscopi electi. Vide in hac voce.]

* Sive papali sive episcopali dignitate donandi. Bulla plumbea imaginibus SS. Petri et Pauli insignita Electos in Romanos Pontifices et necdum consecratos, literas suas obsignasse jam observatum est supra in voce *Bulla.* Dipl. Clement. VII. ann. 1378 : *Clemens Electus episcopus, servus servorum Dei..... Datum Fundis sub bulla capitibus apostolorum Petri et Pauli consignata, qua utuntur ad apostolatus apicem assumpti ante sui coronationem, viij. Kal. Oct. assumptionis nostræ anno* 1. Electis in episcopos jus ecclesiarum suarum bona administrandi competebat, ut discimus ex Charta Gaufr. Meld. episc. ann. 1209. in Chartul. Barbell. pag. 880 : *Noveritis quod dum potestatem Electi haberemus ante consecrationem nostram, decimas novalium totius parrochiæ de Nigella..... Stephano clerico de Prærriis, quamdiu ipse vixerit, salvo jure cujuscumque ecclesiæ,... concessimus possidendas.*

5. ELECTI, Qui ad baptismum sunt electi, baptizandi, in lib. 1. Sacrament Eccl. Rom. cap. 26. 33. et in Missali Gallicano vet. pag. 449.

* 6. ELECTI, Iidem interdum qui *Jurati* vel *Scabini* appellantur; iis nominibus promiscue designantur in Libert. castri S. Joan. ann. 1227. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 386 : *In primis, ut eligant quatuor homines, qui..... talem habeant potestatem,.... qualem habent apud Divionem major* (et) *jurati communiæ Divionensis : ... et illi quatuor jurati possint mutari per singulos annos.... Et illi duodecim denarii erunt quatuor scabinorum.... Si quis autem exterior de manentibus in castro conquestibus* (conquestus) *fuerit, jus recipiat et faciat in castro coram quatuor Electis.* Infra semel et iterum legitur.

* 7. ELECTI etiam vocabantur olim, qui a tribus regni ordinibus selecti, *auxilia* seu tributa in publicis comitiis regi concessa, ex æquo inter cives partiebantur. Lit. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 422 : *Quibuscumque commissariis et Electis ad indicendum, levandum et exhigendum dictas imposiciones in diocesi Carcassonæ destinatis, etc.* Ab ejusmodi *Electis* originem habent judices inferiores, quos *Elus* etiam nunc appellamus, qui de iis, quæ ad vectigalia pertinent, judicant. Ne in singulis proferendis himius videar, consule accuratissimos indices ad Ordinat. reg. Franc.

* 8. ELECTI DIPLOMATARII. Vide supra *Diplomatarius.*

* ELECTIO, Constitutio, Charta *communiæ* sic appellari videtur, quod facultas officiales *communiæ* eligendi per eam penes cives remaneat. [** Quia cives eam talem *elegerant.* Vide *Chorta.*] Charta Henr. ducis Brabant. pro communia Bruxel. ann. 1229. ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 24. r° : *Quilibet burgensis et filii burgensium, qui habent quindecim annos vel amplius, jurabunt pacem et hanc Electionem observare.... Si quis hanc Electionem infregerit, etc.*

* ELECTIONARIUS, Elector, ad eligendum deputatus. Stat. ant. Florent. lib. 1. cap. 1. ex Cod. reg. 4621. fol. 12. r°. : *Quod camerarii et casserius cameræ dicti communis possint, teneantur et debeant solvere incontinenti dictis Electionariis et eorum notario salarium, ad rationem pro quolibet eorum, ... libras sexaginta, ... et in unum mensem.... debeant dicti Electionarii elegisse rectorem illum, ad cujus electionem faciendam electi fuerint.* Stat. Ord. S. Joan. Hieros. ann. 1584. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1842 : *Electione peracta, Electionarii a conclavi discedunt, comparentque coram præceptore electionis ac universo fratrum cœtu.*

¶ ELECTORES, Collegium Novemviratus potentissimæ in Imperio dignitatis; unde in Bulla Aurea *Illustres Imperii Principes*, ejusdemque *decus, columnæ, latera, propinquiora membra, etc.* vocitantur. Inter præcipuas Electorum prærogativas primum locum obtinet jus Imperatorem *virtute Regni et Principatuum suorum* eligendi, eumdemque, si necessitas et utilitas publica postulet, ab Imperio removendi; non tamen ut scribunt quidam, sine reliquorum Principum consensu. Vide Electorum Sententiam exauctorationis Winceslai Romanorum Regis, apud Goldastum tom. 1. pag. 139. Majores sunt Imperii Officiales, Imperatoris Consiliarii, citra quorum consensum in multis, quæ ad Imperii administrationem spectant, nihil rite aut valide peragi potest. *Qui de eorum nece factionem inierit, vel factionis sacramentum dederit* Majestatis reus declaratur. Jus habent cudendi monetam. In solemni Imperiali Curia omnes cujuslibet dignitatis præcedunt. Privilegio gaudent *de non appellando*, quod per Recessum Imperii ann. 1654. renovatum ipsisque denuo est confirmatum. Hactenus Bulla Aurea. Vide præterea Limnæum lib. 1. Jur. publ. Imp. cap. 20. et lib. 2. cap. 1. ubi Electorum jura et prærogativæ fusius recensentur. Ab anno 1647. vel 1654. Fratres salutantur a Rege Francorum.

* *Eliseurs de l'Empire*, in Hist. Caroli VI. reg. Franc. ad. ann. 1400. pag. 144.

Elegantissimus quoque Electoralis ornatus et vestitus : Electorum Ecclesiasticorum, toga est *ex panno coccineo rubro, pellibus ex albo et nigro variegatis, quas hermelinas vocant, suffulta et prætexta : pileus quoque ex ejusdem coloris panno, pellibusque variegatis prætextus; Secularium, et paludamentum holosericum rubrum, pellibus hermelinis suffultum et prætextum, pileusque ejusdem materiæ, coloris ac prætexturæ.* Limnæus ibid. lib. 2. cap. 1. n. 13.

Septem ab initio instituti, haud dubie quia totidem Imperii Officiales, Septemviri sunt appellati; tres Ecclesiastici, Laici quatuor. Unde versus pingui crassaque Minerva olim decantati :

Maguntinensis, Trevirensis, Coloniensis,
Quilibet Imperii fit Cancellarius horum,
Et Palatinus Dapifer, Dux Portitor ensis,
Marchio Præpositus Cameræ, Pincerna Boemus;
Hi statuunt Domino cunctis per sæcula summum.

Qui Septemviralis Senatus in Novemviratum exinde provectus est; de duobus recentioribus suo ordine dicemus.

Non eadem vero omnium Electorum jura eædemque prærogativæ. Ecclesiastici electione et suffragio hanc obtinent digni-

Digitized by Google

tatem; Seculares, si Regem Bohemum excipias, succedunt et jure hæreditario Electoratum possident. Hi jure utriusque suffragii, sui nimirum et alieni in electione gaudent; illi sui tantum. Ecclesiastici non nisi expleto trigesimo suæ ætatis anno in Archiepiscopos atque adeo in Electores cooptari possunt; Laicis sufficit decimus octavus annus completus ut suo fungantur officio. Bulla Aurea cap. 7. num. 2. Ut autem quid ad unumquemque eorum pertineat, quodve jus sit proprium et singulare penitius cognoscatur, de singulis seorsim paucis est agendum.

Archiepiscopus Moguntinus Collegii Electoralis Decanus, Principes Coelectores monere tenetur de obitu Imperatoris, et futuram electionem Litteris patentibus significare. Harum litterarum formulam, si videre libeat, reperire est in Bulla Aurea cap. 18. In electione Imperatoris Coelectorum suffragia colligit, quibus suum addit calculum. B. A. cap. 4. num. 2. 3. Imperatorem electum proclamat. Decreta Imperialia solus subsignat, quia Archicancellarius Germaniæ. Vide *Archicancellarius.*

Archiepiscopus Trevirensis, secundus Elector et Archicancellarius per Galliam universam, seu potius eam Galliæ partem, quæ Regni Arelatensis nomine censebatur, primus suum fert suffragium. B. A. cap. 4. num. 3.

Archiepiscopus Coloniensis, tertius Elector et Archicancellarius per Italiam, secundus eligit. B. A. ibid.

Rex Bohemiæ, ratione Regiæ dignitatis inter Seculares primus Elector et Imperii Archipincerna, tertius eligit. B. A. cap. 4. num. 1. et 3. Albertus Stadensis Abbas in Chron. ad ann. 1240. et incertus Auctor in Chron. Sclavicis ad annum 1245. scribunt Regem Bohemiæ non eligere, *quia non est Teutonicus.* Quod intelligere licet ex Chron. Engelhusii et Andreæ Presbyteri Ratisbonensis, ubi de Ottone III. et ex Dubravio, qui in Hist. Boiemica lib. 6. narrat: *Additus tamen sex illis Principibus posthac Rex Boiemus fuit, Elector septimus ad tollendam discordiam quæ inter pares numero, pari suffragio concurrente, nonnunquam intercedebat.* Quod ita indubitatum nonnullis visum est, ut a Rudolpho Imperatore id factum esse scribat Cromerus lib. 3. de Rebus Polonorum; imo Instrumentum Rudolphi ann. 1299. refert Windekius in Comment. de Elector. orig. cap. 1. Horum tamen omnium sententiam scite refellit Limnæus lib. 2. Jur. publ. Imp. cap. 7. num. 1. Vide *Archipincerna.*

Dux Bavariæ, hodie Imperii Archidapifer, quartus eligit. Electorali dignitate primus potitus est Maximilianus, qua ann. 1623. a Ferdinando II. in Diæta Collegiali donatus, cum Palatinus Rheni, perduellionis titulo, ea exauctoratus fuisset. Quod ann. 1648. art. 4. Pacis Westphalicæ, Bavariæ Duci confirmatum fuit, ita tamen ut linea Wilhelmina exstincta, familiæ Palatinæ restitueretur Electoratus. Vide Struvium Syntag. Hist. Germ. Dissert. 35. § 20. Post obitum Ferdinandi III. ann. 1657. Vicariatus Imperii officio, loco Palatini Electoris, functus est Dux Bavariæ: litem intendit Palatinus, sed adhuc sub judice lis est.

Dux Saxoniæ, Imperii Archimarescallus et ejusdem Vicarius, vacante Imperio, in locis ubi Saxonica jura servantur: quintus eligit. B. A. cap. 4. n. 3. et cap. 5. n. 2.

Marchio Brandeburgicus, Imperii Archicamerarius, sextus eligit. B. A. cap. 4. n. 3.

Palatinus Comes, olim inter Seculares secundus Elector et Imperii Archidapifer, nunc Archithesaurarius, septimus eligit: Quod definitum est art. 4. Pacis Westphalicæ ann. 1648. cum Carolus Ludovicus in Palatinatum inferiorem est restitutus, atque octavus Electoratus ipsius causa institutus est. Vacante Imperio ejusdem est Vicarius in partibus Rheni et Sueviæ. Coram eo Imperator conveniri potest. B. A. cap. 5. n. 1. et 3.

Dux Hannoverensis, Viennæ 12. Martii ann. 1692. nonus Elector creatus et Imperii Archivexillifer, octavus eligit: de quo *Schramb* in Chr. Mellicensi part. 10. n. 42. pag. 920. hæc habet: *Novemviratus ab Augustissimo Leopoldo est constitutus, crearite Ernestum Augustum Principem Hannoverianum in Electorem nonum, et Collegii Electoralis Signiferum . . Hac nova dignitate Electorali, qua acatholicus Palatinatus Princeps insigniebatur, cum nuper calculus Protestantium Electorum, (ex eo quod Dux Neoburgicus catholicus Palatinatus Electoratu fuerit condecoratus) esset minutus, resarcie batur.* Ad Electorum vero officia in Imperatoris coronatione quod spectat eorumque in sessionibus ordinem et alia jura, vide Limnæum lib. 2. cit. cap. 1.

Quæ hactenus dicta sunt de dignitate, prærogativis, juribus et officiis Electorum a nemine, quod sciam, in dubium revocantur, ut pote quæ ex Bulla Aurea, quæ ceu fundamentum Collegii Electoralis haberi debet, eruta sint et descripta. At vero longe aliter res se habet cum de eorumdem institutione et origine agitur. Tot fere sententiæ, quot hac de re Scriptores, nullum quippe exstat monumentum, ut ipsis visum est, unde quicquam certi expiscari liceat. Utrinque Viri doctissimi pro diversis sibique invicem oppositis opinionibus stant decertantque, inter quos litem dirimere non sine temerario ausu forte quivis tentabit. Præcipuas ex iis prius hic exponere libet, quam id quod nobis probabilius visum fuerit aperiamus. Qui cæteras nosse voluerit adeat Thulemarium qui eas omnes congessit cap. 7. dissert. 12. Syntag. Jur. publ. et Jo. Guillelmum Janum in judiciis Eruditorum de orig. Electorum.

Prima est eorum qui Collegii Septemviratus institutionem Gregorio V. et Ottoni III. acceptam referunt. Eam sic proponit nihil hæsitans Windekius in Comment. de orig. Elect. cap. 1: *Ergo*, inquit, *Electores cum consensu Ottonis III. ann.* 997. *sanctione a Gregorio V. lata, sed a Sylvestro II. ann.* 1000. *promulgata, constitutos compertum habeo, tum ex pluribus MSS. tum ex cusis Historicis.* Fucum facit Windekius; quæ enim profert argumenta aut ad rem non pertinent, aut levioris sunt momenti, quam ut rem tantam definire valeant: et id sensit ipse Windekius, cum adductis argumentis quæ ipsi gravissima videbantur, subinde fatetur cæteros Principes in electione Imperatoris adfuisse, non quidem ut eligerent, sed ut quem vellent eligendum Septemviris proponerent. Hæc enim fateri, causa cadere est. Windekio hac in re consentit Gewoldus lib. de S. R. I. Septemvir. quos refutat Limnæus lib. 2. sæpius cit. cap. 1.

Huic opinioni prævere sine dubio antiqui Chronicorum Scriptores qui omnes fere ubi de Ottone III. mentionem fecerunt, eodem tenore Electorum institutionem referunt. Ita Martinus Polonus, Andreas Presbyter Ratisbonensis, Engelhusius, Nauclerus vol. 2. Chronogr. gener. 34. et alii. Suppositiliam vero Gregorii V. de electionibus Imperatorum sanctionem, quam melius forte non verius, inter Constitutiones Ottonis IV. recenset Goldastus tom. 3. Constitut. Imper. his verbis refert Limnæus lib. 2. cit. cap. 1. n. 1: *Imperatorum nullus hæreditariam dignitatem vindicato. Principes sex, sacri Ordinis tres, profani totidem, eum deliguntο. Hi discordes si fuerint, Bohemiæ Regem cooptanto.* Immerenti Baronio injuriam fecerunt qui eruditissimum virum hujus sententiæ patronum arbitrati sunt. Scribit quidem ille sub ann. 996. tom. 10 Annal. pag. 913. potestatem eligendi Germaniæ Regem, in Imperatorem postea adsumendum, Principibus Germaniæ a Gregorio V. factam; sed diserte negat ex eo tempore ad septem tantum Electores id spectasse; quod probat ex Epist. ad Innocentium III. PP. de electione Ottonis IV. Baronio præiverat Bellarminus lib. 3. de Translat. Imperii.

Rectius ergo utrumque Cardinalem accensebis inter defensores sententiæ, quæ ab Innocentio IV. in Concilio Lugdunensi ann. 1245. celebrato, id factum esse defendit. Nec sua huic opinioni deest probabilitas: præter quam enim quod circa hæc tempora in electione Imperatorum prævalere cœpit Electorum auctoritas, certum est ab Innocentio IV. Fridericum II. Imperiali dignitate in hac Synodo privatum fuisse, præceptumque a Rom. Pontifice Ecclesiasticis Electoribus, ut Henricum Thuringiæ in ejus locum sufficerent. Thomas *Wikes* tom. 2. Hist. Anglic. Scriptorum pag. 45. in Chron. ad ann. 1245. scribit: *Innocentius Papa, convocatis universis Ecclesiæ Prælatis, celebravit generale Concilium apud Lugdunum, in quo sententialiter degraduvit Imperatorem Fridericum, decernens ipsum finaliter amovendum ab Imperio ..... præcepitque Coloniensi, Trevirensi, Moguntinensi Archiepiscopis, ut Henricum dictum Langravium Uthuringum eligerent in Regem Teutonicorum, quod et factum est.* Vide etiam Chron. Alberti Stadensis ad ann. 1240. Engelhusii tom. 2. Collect. Leibnitii pag. 1117. et Walter. Hemingford. ad ann. 1250.

Tertia de Electorum origine nobis super est exponenda sententia, quam doctissimi quique Germanici Scriptores amplexati sunt. Hæc autem statuit id accidisse *præcipue sub Friderico II.* (verba exscribo Myleri) *absque ulla interveniente singulari Constitutione, qualem nullus scriptor veridicus allegare aut producere potest, sed modo*

Digitized by Google

latenti, et insensibiliter quasi, cum tacito Ordinum Imperii consensu. His apprime consonat Limnæus lib. 3. Jur. publ. Imp. cap. 1. *Statuo*, inquit, *Collegium hoc Electorale, non tam speciali et expressa alicujus Constitutione, quam consuetudine sensim Ordinum consensu approbata, introductum, postque aliquot mutationes intervenientes, tandem a Carolo IV. et reliquis Imperii Proceribus Aurea Bulla firmatum fuisse.* Vide Nicolaum Mylerum Archologia Ordinum Imper. cap. 9. n. 4. Conringium de Republ. Imper. Germ. Exercit. 5. thes. 23. et seq. Crusium lib. 5. Annal. Suevicorum part. 2. cap. 7. Onuphrium Panvin. de Comitiis Imper. cap. 6. Michael. Schiffererum de orig. Elector. thes. 16. apud Arum. vol. 1. Besoldum de election. et succes. lib. 2. Dissert. 3. n. 4. et seq. Aventinum lib. 5. Annal. Boiorum, Goldast. in Constit. Imp. tom. 1. Struvium Syntag. Hist. Germ. dissert. 22. § 15. Natal. Alexandrum part. 2. sæc. IX. et X. Heissium in Hist. Imp. lib. 5. n. 1. Hoffmann. in Lexico ad vocem *Electores*, et alios.

Quibus vero argumentis et probationibus hæc sententia, jam tot Eruditorum Virorum calculis approbata, fulta sit et munita paucis repræsentabo. Et quidem repudiata s. mel Gregorii V. Constitutione, de qua nullus Scriptor ab Ottonis ætate ad Fridericum usque II. meminit, ne ipse quidem Gratianus qui circa ann. 1151. Decreta, Constitutiones et Statuta Pontificum collegit; rem demonstrare videtur silentium omnium Historicorum qui de rebus Germanicis diligentius scripserunt; nemo quippe eorum, *neque Hermannus, neque Romerius*, verba sunt Aventini lib. cit. *neque Sigibertus, neque Otto noster, Guntherusve poeta, et cæteri quique proximi horum temporum gravissimi diligentissimique Scriptores, ullam Electorum mentionem faciunt: profecto non omissuri tantam rem, si uti nostro sæculo sunt, illa tempestate Principes illi, constituendi Cæsaris legem et prærogativam accepissent.* Quod quidem argumentum, quamquam gravissimum sit, potest tamen et alio roborari, quo res pressius urgeatur. Constat testimonio Historicorum omnes Ottonis III. in Imperio Successores usque ad Fridericum II. vel jure hæreditario, vel omnium Principum suffragiis Imperium obtinuisse. De Henrico II. et Conrado ejus successore, id testatur Otto Frinsingens. Chron. lib. 7. cap. 7. et 8. De Henricis IV. et V. Abbas Urspergens. in Chron. ad ann. 1053. et 1106. De Lothario Continuator Sigeberti in Chron. ad ann. 1126. De Conrado III. laudatus Otto lib. 7. cap. 22. De Friderico I. idem Otto lib. 2. de Reb. gest. Frider. cap. 1. Guntherus, et Chron. S. Ulrici ad ann. 1152. De Ottone IV. et Friderico II. citatus Urspergens. ad ann. 1220. Iis addi possunt Ditmarus lib. 5. pag. 52. Wippo de Vita Conradi Salici ann. 1024. Ordericus Vitalis ann. 1124. pag. 882. Radevicus lib. 3. cap. 16. Fridericus I. in Epist. apud Baronium ann. 1156. Matth. Paris ann. 1245. 1257. pag. 456. 633. Roger. Hovedenus pag. 776. Willel. Brito lib. 4. Philipp. pag. 141 :

Est etenim talis dynastia Theutonicorum,
Ut nullus regnet super illos, ni prius illum
Eligat unanimis Cleri Procerumque voluntas.

Ex quibus omnibus manifestum est Electores non prius, cæteris Principibus exclusis, Imperatorem elegisse, quam mortem obiisset Fridericus II.

His præmissis quæ nostræ sententiæ illustrandæ necessaria duximus, jam quod probabilius nobis visum est, ea qua nos decet verecundia, præsertim in rebus obscuris, proponendum. Nec longe profecto ab ea, quam modo exposuimus, sententia aberrabimus. Itaque, ut rem ab initio repetamus, certum videtur post Ottonem III. rationem succedendi in Imperio innovatam fuisse, suffragiisque, habita interdum natalium ratione, electos deinceps Imperatores, qui prius solo jure hæreditario nataliumque privilegio sceptro potiebantur. Hæc aperte significant omnia Historiæ Germanicæ, quæ supersunt, monumenta. Nec alia fuit, ut opinor, errandi occassio Scriptoribus, qui Electorum originem ad hæc tempora retulerunt. Cum autem in eligendo Imperatore potiorem partem haberent septem Imperii Officiales, iique potentiores essent Germaniæ Principes, sensim pedentimque ad hanc devenere auctoritatem, ut sibi potestatem, cæteris Principibus exclusis, eligendi Imperatorem tribuere tentarent. Ne gratis vero id dixisse videamur, consulendus vetus Auctor de Beneficiis a Struvio citatus Syntag. Hist. Germ. dissert. 22. § 15. ubi legere est : *Rex quem eligunt Teutonici, cum Romam vadit ordinari, secum ibunt de jure sex Principes qui primi sunt in ejus electione.* Idem docet Speculum Saxonicum lib. 3. art. 57 : *In Principis electione primus erit Episcopus Moguntinensis, secundus Treverensis, etc. secundum hoc omnes Illustres Imperii tam Seculares quam Spirituales eligunt.*

Ut ut sit de eorum in electione Imperatoris præeminentia, Collegii Septemviralis institutionem ad Caroli IV. tempora, ad annum scilicet 1356. quo Bulla Aurea, prævia deliberatione Imperii Officialium, reliquorumque ejusdem Procerum et Ordinum consensu, promulgata est, referendam arbitramur; vel ut mentem nostram apertius explicemus, existimamus nullo, quod indubitatum sit, monumento probari posse ante Bullam Auream septem Electores pleno sibique proprio jure, quo scilicet ab electione alii Principes excluderentur, Imperatorem elegisse. Nec enim inficias imus prius exstitisse Principes, qui Electores appellarentur, quique in eligendo Imperatore potiores partes agerent. Hæc aperte significare videtur successiva Imperatorum series, qui, ad Bullæ Aureæ promulgationem, suffragiis aliorum Principum, præter septem Electores in hac Constitutione designatos, Imperium adepti sunt. Unus in exemplum sufficiat Carolus IV. hujusce Legis celeberrimæ parens, quem ad regium culmen electum refert Albertus Argentin. in Chronico ad ann. 1348. partim a Principibus electorali postea privilegio donatis, partim ab aliis quos inter Electores non recenset Bulla Aurea. Nec minoris est momenti quod in Bulla Aurea nullius Edicti, Legisve, aut Constitutionis, quæ Electorum jura numerumque prius assignaverit, occurrat mentio : neque enim id tacendum erat in Constitutione quæ solo novitatis titulo poterat repudiari a Principibus quos constanti assertoque sibi hactenus jure spoliabat. Iis addi potest Epistola Benedicto PP. XII. scripta ann. 1338. ab omnibus Electoribus, Rege Bohemiæ excepto, quæ legitur apud Goldastum tom. 1. Constitut. Imper. pag. 100. Hanc scio suspectæ fidei viris quibusdam eruditis videri : ex ea nihilominus, cum spuriam nemo, quod sciam, certo probaverit, quædam observabo, atque imprimis hanc epistolam, quæ Bullam Auream decem et octo annis tantum præcessit, sex Electorum nomina præferre; in ea tamen aliorum Coelectorum expressam repetitamque ab iis Principibus fieri mentionem. 2°. Illos diserte profiteri eam, quam in eligendo Imperatore habent potestatem sibi *ex consuetudine vel de jure* competere. Quid hoc dubium? rogo; itane scripsissent Electores eodem jure, quo per Bullam Auream, iisdemque privilegiis jam decorati? Num Coelectores, promulgata semel Bulla Aurea, usquam agnoverunt? Hinc igitur recte Septemviratus Collegii originem institutionemque repetimus. Notandum 3°. Electores minime persuasos fuisse jus suum electorale Romanis Pontificibus acceptum referri debere. Sed præstat locum exhibere, ut quisquis prudens æquusque rerum æstimator judicet : *Gravamur non modice, et turbamur ex intimis, cum reverendam sacrosanctum Romanam Ecclesiam, matrem nostram, et ipsius Summos Pontifices, . . . ac sacrosanctum Imperium, et Imperatores seu Reges ipsius, quorum defensio ad nos ac omnes alios Coelectores præ cæteris mundi Principibus specialiter pertinere dinoscitur, sicut temporibus præsentibus videmus, ad invicem discordare.* Infra : *Cum aliis omnibus Principibus Electoribus Imperii in unum fuimus congregati, . . . et firmavimus jurejurando per Sacramenta corporaliter a nobis et omnibus Coelectoribus nostris præstita; quod jura, honores, bona, libertates et consuetudines dicti Imperii, et nostra, nobis in electione Imperii competentia et consuetudine vel de jure, manuteneamus, defendamus et illibata conservemus, . . . et quod hoc non obmittamus propter aliqua pericula rerum et personarum, aut præcepta .... contra Imperium et nos vel Coelectores nostros; per quæ dicto Imperio ac nobis et Coelectoribus nostris .... posset præjudicium generari.* Ibid. : *In prædicto Parlamento per nos et alios Coelectores nostros . . . . sententialiter diffinitum : quod vacante Romano Imperio is, qui eligitur concorditer, vel a majore parte Principum Electorum, pro Rege Romanorum ab omnibus est habendus : et quod nec nominatione, approbatione, confirmatione, consensu, vel auctoritate Sedis Apostolicæ, super amministratione bonorum et jurium Imperii indiget, sive titulo Regio assumendo: quodque jura et bona Imperii amministrare et gubernare poterit, et de jure et consuetudine, nulla Sedis Apostolicæ super hoc licentia habita vel obtenta.* Hæc clariora sunt quam ut fusiori expositione indigeant; cætera itaque Lectoris judicio permittimus, quæ otiose fortassis annotaremus.

Digitized by Google

ELECTRAT, *Ructat*. Papias. [Bituric. MS. habet *Electat*, forte pro *Ejectat*.] Vide *Electare*.

¶ **ELECTRUM**, Mixtura quædam æris et stanni, nomen sumens cum electro a coloris similitudine. Nicol. Bertrandus in Vita B. Guillelmi Eremitæ Augustin. : *Disciplinabat enim se catenis tribus Electri vel de latone.* Rocho *le Baillif* in Diction. Spagyr. : *Electrum, est septem metallorum in unum conjunctio.*

* S. Flori Mss. fol. 58. v° : *Interdicimus ne quisquam cum calice ligneo, vel vitreo, vel stagneo, ... vel de Electro infra fines diocesis nostræ ulterius celebrare præsumat.* Comput. Ms. fabr. S. Pet. Insul. ann. 1495 : *Item Johanni Maldenner liquefactori Tornacensi, pro omnibus columnis et arquetis de Electro, servientibus ad clausuram capelle B. M. de Trillia, ponderan. insimul ij. mil ix. c. iiij^{xx}. xij. lib. pretio v. sol. pro qualibet libra.* Idem est, ni fallor, quod *Eleutre* appellatur in Chron. S. Dion. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 151 : *Ovec ce dona un autre grant vaissel d'Eleutre, si est ornez ou milieu et tout entor de grant plenté de sardenes et de granez.*

1. **ELECTUARIUM**. Isidorus lib. 4. cap. 9 : *Electuarium, vocatum eo, quod molle sorbeatur.* Matth. Silvaticus : *Electuarium, id est, mollis sorbitio.* Ex Græco ἐκλειγματάριον ab ἐκλείχειν, *delingendo evacuare.* Alii ab *electis speciebus* dictum volunt. Joann. de Janua : *Electuarium dicitur ab electione rerum, e quibus conficitur.* Electuariorum alia sunt dulcia, quædam amara, quædam acria, de quibus Champerius. Octavius Horatianus lib. 4. Rer. medicar. : *Ad Tussim, Electuarium, etc.* Cæsarius lib. 7. cap. 48 : *De pyxide, quam in manu portabat, Electuarium per cochlear hauriens, singulis in os mittebat.* Brocardus in Descript. Terræ Sanctæ : *Habent poma citrina magna, ex quibus optima conficiunt Electuaria.* [Statuta Ecclesiæ Cadurc. ann. 1289. inter Anecdot. Marten. tom. 4. col. 699 : *Parasti species vel Electuaria, non causa medicinæ, a ut vinum tibi melius saperet, et ad bibendum te fortius incitaret.* Statuta Arelat. MSS. art. 137 : *Non vendant Electuarium corruptum.*] Vide Constitut. Siculas lib. 3. tit. 34. § 4. Durandum lib. 6. Ration. cap. 7. num. 20. etc. Utuntur passim Medici. Guiotus Pruvinensis in Biblia MS. de Medicis :

> S'ils reviennent de Monpellier,
> Lor Lectuaire sont moult cher ;
> Los, dient-ils, ce m'est avis,
> Qu'ils ont gigimbrat et pliris, etc.

* *Laituaire*, in Vita S. Ludov. edit. reg. pag. 350 : *Disoit souvent li benoiez rois nostre Laituaire tel, ou, noz choses teles fussent bonnes à cest malade.* Occurrit etiam in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 3 :

> L'ame toute s'esbruche
> Quant ele sent tel Laituaire.

* *Opiate Leiture*, in Lit. remiss. ann. 1467. ex Reg. 200. Chartoph. reg. ch. 64 : *Lequel médecin ordonna en la boutique d'un apoticaire d'icelluy lieu de Pezenas plusieurs beuvrages.... et opiatas Leitures en diverses fois.*

Electarium habet perpetuo Cælius Aurelianus Siccensis lib. 1. de Tardis passion. cap. 4. lib. 2. cap. 7. 13. lib. 3. cap. 1. etc. Λατευάριον et Λατευάριν pro ἐλεκτουάριον habet Myrepsus sect. 1. cap. 74. 498.

2 **ELÆCTUARIUM** *et florem bellatorum* dixit Lambertus Ardensis pag. 84. [Pro quo nos diceremus *l'Elite et la fleur des troupes.*]

ELECTUBILIA. Vita S. Desiderii Episcopi Cadurcensis cap. 18 : *De præsidio meo vestimenta, scamnalia, mensalia, et Electubilia, aurum, vel argentum, etc.* Sed legendum, ut præfert Codex MS. *Lectuaria* : nam editiones binæ hujus Vitæ ex mendoso apographo prodierunt. Utramque cum ipso archetypo contulit Stephanus Baluzius.

¶ **ELECTUS**. Vide *Electi*.

1. **ELEEMOSYNA**, Misericordia, seu *Merces*. Concilium Francoford. ann. 794. cap. 3 : *Idcirco domnus noster misericordia motus, præfato Tassiloni... culpas perpetratas indulsit, et gratiam suam pleniter concessit, et in sua Eleemosyna eum in amore dilectionis visus est suscepisse.* Charta Ludovici Pii ex Tabulario Fossatensi f. 8 : *Cujus petitioni in Eleemosyna nostra libenter aurem accommodare placuit.* [Lupus Ferrar. Epist. 45. ad Carolum Calvum : *Tangat itaque vos affectus eorum, per quos esse cœpistis. Instaurate eorum Eleemosynam ingenti periculo utermissam. Ne obliviscamini vestri; etenim vos jam Eleemosyna indigetis.*] Codex Epistolarum S. Bonifacii Archiepisc. Moguntini Epist. 115 : *Nobis quoque paterna hæreditate spoliatis pro vestra Eleemosyna auxiliari... utcumque faciatis.* Adde Epist. 117. Concilium Vernense ann. 755. cap. 6. 23. Remense II. cap. 42. Formulas vett. Bignonii cap. 31. Capitulare Pipini Regis Italiæ cap. 6. Capitulare I. ann. 802. cap. 29. Epistolam Caroli Magni ad Offam regem, Capitulare 6. ann. 809. cap. 7. Chartam Ludovici Pii apud Mabillonium tom. 5. Vitar. SS. Ord. S. Bened. pag. 68. etc. Vide *Merces*. Eadem notione

* Nonnunquam nostris *Aumosne*, idem sonat quod recte factum, pium opus, vulgo *Une action louable, une bonne œuvre.* Bellom. Ms. in Consuet. Bellovac. cap. 12 : *Creons que bien et Aumosne seroit de contrester tiex testamens.* Libell. suppl. ad Phil. VI. ann. 1336. in Reg. B. Cam. Comput. Paris. fol. 82. r°. : *Primo, dit le signifiant que oncques si grant Aumosne ne fu faite, comme ce que vous avez commencié de faire sus vos officiers, de faire enquerre sus eulx.* Lit. remiss. ann. 1393. in Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 513 : *Que c'estoit greigneur Aumosne que d'aller à S. Jacques. Aumogne* vero, pro *Aumone*, eleemosyna, in Ch. ann. 1245. ex Chartul. S. Apri Tull. ut et *Aumorne*, in Invent. ann. 1306. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1202. et 1203. *Amoigne*, in Ch. ann. 1262. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 28. col. 1.

Eleemosyna Regum, in Capitul. 6. ann. 819. cap. 7 : *De viduis et orfanis et pauperibus vel omnibus impotentibus, ut in Eleemosyna Dominorum nostrorum Regum eorum justitiam plenius accipiant.*

Eleemosyna Carucarum : *pro aratris.* Lambardo : *Arationis Eleemosyna ;* sulælmesse, in Canonibus Saxon. Edgari cap. 54. i. aratri vel arationis eleemosyna, a sulh, aratrum, et ælmesse, eleemosyna. Concilium Æthamense ann. 1009. cap. 10 : *Jura Deo debita unusquisque annuatim recte pendito, aratri scilicet Eleemosynam decima quinta nocte a Paschate. Aratrales Eleemosynæ*, in Decretis Synodalibus ejusdem Concilii cap. 10. Denarius in singulas carucas impositus, pauperibus in eleemosynam erogandus, ab Ethelredo Rege, ut quidam ferunt, impositus. Leges ejusdem Regis cap. 1 : *Ut detur de omni caruca denarius, vel denarium valens. Eleemosyna carucarum*, in Legibus Canuti Regis cap. 11. Saxon. 7. Ejusdem Canuti Epistola ad Ethelnotum Metropolitanum Britanniæ, apud Ingulfum, Matthæum Westmonast. Florent. Wigorn. et Rad. de Diceto ann. 1031 : *Antequam ego in Angliam veniam, omnia debita, quæ Deo secundum legem antiquam debemus, sint persoluta, scilicet Eleemosynæ pro aratris, et decimæ animalium ipsius anni procreatorum, et denarii, quos Romæ ad S. Petrum debemus.*

Eleemosyna Regis. Leges Edwardi Confessoris cap. 10. de Denario S. Petri : *Quoniam denarius hic Regis Eleemosyna est.* Simeon Dunelmensis de Gestis Angl. ann. 887 : *Ethelelm Comes Wintoniensium Eleemosynam Regis Elfredi detulit Romam. Eleemosyna S. Petri* dicitur in Epistola Paschalis PP. apud Eadmerum lib. 5. Novor. pag. 113. 1. edit. Vide *Denarius S. Petri.*

* Eleemosyna Regis. Inter privilegia regis Francorum, quæ enumerantur in Reg. sign. *Pater.* Cam. Comput. Paris. fol. 195. v°. illud notandum recensetur : *Item quod Elemosinæ, quas dominus rex faciet, cedant loco restitutionis.*

Eleemosyna Paschalis, quæ etiamnum obtinet in Episcoporum Palatiis. Anastasius in Hadriano PP. pag. 112 : *Ubi Fratres nostri Christi pauperes, qui ad accipiendam Eleemosynam in Paschalem solemnitatem annue occurrere et lavari solebant.* Vide Gaufredum Vosiensem 1. part. cap. 30. Probat. Hist. Monmorenciacæ pag. 410. et Henric. Valesium ad Euseb. de Vita Constant. lib. 4. cap. 22. etc.

Eleemosyna Rationabilis, quæ ex bonis intestatorum sequestrabantur ad pias causas, de quibus pluribus agimus in voce *Intestatus.* Charta Libertatum oppidi *des Ais* in Biturig. ann. 1301 : *Si vero aliquem mori contigerit propinquorum generis sui, qui meus sit vel femina, meam habere eschetam ad solutionem prædictæ censæ, et nisi aliquis hæres præsens fuerit, sex electi omnes res suas servabunt per annum et diem : et si infra annum et diem hæres venerit, omnia sua habebit, salva tamen Eleemosyna ratione abili.* Infra : *Vel sine hærede mori contigerit, respectu sex electorum habebit Eleemosyna rationabilis.*

* Jacere in Elemosina dicitur, cum quis gratuito sepelitur. Chartul. priorat. de Guilcio fol. 15. r°. : *Miles quidam, nomine Godefridus, ... dispensante Deo, devenit ad mortem. Cujus obitum filii parentesque plangentes monachos, qui tunc temporis Guilcio morabantur, supplicite petierunt ut corpus sepulturæ traderent : quod monachi secundum posse suum honorifice fecerunt. Post tumulationem vero, ne pater eorum in Elemosina jacere videretur, filii ejus Walicherius atque Johannes donaverunt Deo et*

Digitized by Google

S. Albino ejusque monachis sex denarios de censu, quos illi monachi reddebant.

2. **ELEEMOSYNA**, nude dicuntur Ecclesiarum possessiones : *Tenementa quæ conceduntur per donationem Ecclesiis Cathedralibus, Conventualibus, Parochialibus, viris religiosis, ut pro donatoris et suorum tam vivorum quam mortuorum animabus apud Deum orationibus et divinis officiis intercedant.* Ita **Bracton**. Paschasius Ratpertus in Vita Walæ Abb. Corbeiensis lib. 2. cap. 2. ubi Wala ad Ludovicum Pium : *Quid est quod das, quando honores Ecclesiarum, immo, ut sentio, onera quæ largiris? quod si res Domino jure Eleemosynarum legitime consecratæ sunt, Ecclesiarum ejus sunt; quia suis pauperibus, et specialiter sibi servientibus legaliter datæ sunt.* [Charta Zuentebaldi Regis Lotharing. ann. 896. apud Doubletum pag. 809 : *Et nullus unquam dominator adveniat qui hoc infringere audeat; quod si aliquis proteriter hanc Eleemosynam infringere incipiat, pruntius in iram Dei.... incurrat.*] Consuetudo Normanniæ art. 103. quatuor species tenuræ statuit, per homagium, per divisionem, per eleemosynam, et per vadium : et art. 139. ait, possessionem per eleemosynam esse quidquid Ecclesiis aut viris religiosis confertur. In Regiam Majestatem lib. 2. cap. 23. §. 2. et apud Glanvillam lib. 7. cap. 1. *Episcoporum et Abbatum Baroniæ* dicuntur esse *de Eleemosyna Domini Regis et antecessorum ejus.* Decreta Regni Anglicani apud Clarendum ann. 1164 : *Si calumnia emerserit inter Clericum et Laicum, vel e converso de ullo tenemento, quod Clericus velit ad Eleemosynam attrahere, Laicus vero ad Laicum feudum, etc.* [Index MS. Beneficiorum Eccl. et Diœc. Constantiens. fol. 22. verso : *Et totum manerium supra et infra dictas domus est in Eleemosyna; alia est in feodo laicali.* Et fol. 59 : *Eleemosyna Presbyteratus continet dimidiam acram terre, et est manerium Presbyteratus situm in eadem Eleemosyna.*] Leges Simonis Comitis Montisfortis : *Cuilibet Militi sive rustico licitum erit legare in Eleemosyna de hæreditate propria usque ad quintam partem ad consuetudinem et usum Franciæ circa Parisius, salvis tamen Baroniis, et forciis, etc.* Chronicon Mauriniacense lib. 2 : *Apud Longum Pontem, quod regulare Cœnobium antecessorum Milonis Eleemosyna erat.* Epistola 104. ex Sugerianis, de quadam decima : *Conquerimur super Hugonem Brostin, qui antiquam Eleemosynam Regum Franciæ, quæ est apud Calerium..... quietam et liberam inquietat et aufert.* Monastic. Anglic. tom. 2. pag. 827 : *Prohibemus etiam, quod nullus Vicecomes vel Minister, seu alia persona magna vel parva, infra Eleemosynas suas hominem capere, verberare, ligare audeat.* Charta ann. 1190. apud Radulfum de Dicto : *Nulla fiet recognitio, si Charta, vel alio modo Eleemosynatam esse possessionem probare poterit; sed ad Ecclesiasticos judices remittatur.* [Charta ann. 1220. ex Archivo Abb. Belli-loci : *Dedit etiam Juhellus de Medana omnem talliam, et medietatem quam percipiebat in terra Canonicorum Belli-loci, cum omni jure et dominio, quod habebat in omnibus terris et frodis Elemosynatis et omnibus hominibus suis in Elemosyna dictorum Canonicorum commanentibus.* Charta ann. 1261. ex Tabul. Abb. S. Sulpitii : *Bertrannus de S. Egidio Miles, Dominus de Monstabeton, de consensu Tilonis filii sui concessit Conventui S. Sulpitii quod homines Monialium habeant usum in saltibus Elemosynatis eisdem monialibus a Domino Comite Britanniæ.*] Adde Statuta Alexandri III. Regis Scotiæ cap. 20. Statuta 2. Roberti I. Regis Scot. cap. 1. § 7. Monast. Anglic. tom. 2. pag. 827. etc.

¶ **Eleemosynata**, Eadem notione. Præceptum Scacarii Paschæ apud Cadomum ann. 1222. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 52 : *Præceptum est quod Abbas de Barberio per cartas Comitis de Meullent et Henrici Regis habeat unam Eleemosynatam a Roberto Manuion, quia cartæ confirmant donationes et eleemosynas, quas Monachi illi poterunt acquirere.*

¶ **Eleemosyna**, Prædia vel etiam pecunia quæ mercedis loco dabantur pro celebranda Missa. Concil. Hispal. ann. 1512. tom. 4. Conc. Hispan. pag. 11. col. 1 : *Mandamus et ordinamus, ut cum aliquis Sacerdos receperit Eleemosynam seu portionem pro celebranda Missa seu Missis, teneatur illas celebrare eademmet die vel tempore commendato.* In Conc. Tolet. provinc. ann. 1582. ibid. pag. 209 : *Graviori doloris sensu est a Patribus auditum, magnum Missarum numerum in quibusdam Ecclesiis.... omitti vel differri, propter veteris Eleemosynæ tenuitatem.* Et in Synodo diœcesana Valentina ann 1584. ibid. pag. 287 : *Accipiat autem Clerus pro singulis hujusmodi Missis solidorum decem Eleemosynam, non eo plus.*

Eleemosyna Libera, seu *Libera Eleemosyna.* Bracton. lib. 4. tract. 5. cap. 2. n. 24. et lib. 5. cap. 9 : *Et quamvis hujusmodi terræ dentur in Liberam Eleemosynam, non solum dantur Ecclesiis, sed et personis tenendæ in Baronia.* Charta Philippi Augusti ann. 1219. in ejus Regesto Herouvalliano fol. 163 : *Domum Dei de Gonessia... ab omni sæculari potestate et dominio tanquam Eleemosynam in perpetuum Liberam esse concedimus.* Alia ann. 1227. ex Tabul. S. Arnulfi Crispiac. : *Recognovit, se contulisse in perpetuam et Liberam Eleemosynam Capellam B. Mariæ de Louvery, etc.*

Libera autem Eleemosyna dicitur, quod nulli servitio vel redhibitioni aut censui obnoxia sit. Charta Gaufredi Comitis Mauritaniæ in Bibl. Cluniacensi pag. 543 : *Et omnia, quæ data sunt vel danda ab aliis in futuro, ita Libera esse volo, ut neque ego, neque succedentes mei, neque per bannum, neque per teloneum, neque per vicariam, neque per collationem nostrorum Militum, neque per aliam quamvis modicam consuetudinem Monachos de servitio Dei disturbent, neque suis hominibus inferant inquietudinem. Ista omnia dona Libera ita esse volo, etc.* Vide Cowellum lib. 2. Instit. tit. 3. §. 24. [** Glanvillam lib. 9. cap. 2. et mox *Eleemosyna pura.* Placit. Cantebr. 10t. 2. ann. 9. Joh. in Abbrev. Placit. pag. 56 : *Utrum terra de Pappeworth, quam Elena de Pappeworth tenuit, quam D. Rex dedit Roberto Rusell sit de Libera Eleemosyna D. Regis et si illam de jure dare possit, dicitur quod tota terra est libera Eleemosyna D. Regis et quod ipse de jure illam dare potest cui voluerit. Ubi est terra ab omni feudalitatis nexu libera, quamvis non ad ecclesiam pertineat.*]

Eleemosyna Ecclesiastica. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 46 : *Hanc itaque Ecclesiam et omnia ad illam pertinentia concessi et dedi Athelwado Clerico, filio Erlavi Sacerdotis, libere et quiete tenere, sicut decet Ecclesiasticam Eleemosynam.* Vide *Jus Ecclesiasticum.*

¶ **Elermosyna**, Forte prædia seu feuda, quæ Advocatis Ecclesiarum mercedis loco ex possessionibus ecclesiasticis tribuebantur. Charta ann. 1205. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 102 : *Item diximus per sacramentum nostrum, quod si Clericus teneat aliquid de quo Laicus conqueratur, et Laicus dicat se tenere illud nomine Eleemosynæ.* Chartul. S. Vandreg. tom. 1. Instr. ann. 1267 : *Juravit insuper dictus Rogerus tactis sacrosanctis Evangeliis spontanea voluntate coram nobis, quod in dictis masura, ædificio, gardino et dimidia acra terræ ratione hæreditatis, petitionis, successionis, conquestus, dominii, Eleemosynæ, seu quarumque alia ratione sibi competenti nihil de cætero reclamabit.*

Eleemosyna Pura, id est, *in qua Princeps nihil terrenæ retinet sibi jurisdictionis, seu dignitatis : et hujus Eleemosynæ totalis jurisdictio ad Ecclesiasticam pertinet dignitatem. Nullus autem in Normannia potest de frodo suo Laicali Puram facere Eleemosynam, sine concessione et assensu Principis principalis, etc.* Ita Jura et Consuetudines Normanniæ cap. 117. [** Apud Anglos etiam *Liberæ Eleemosynæ* jurisdictio ad curiam Christianitatis spectabat, ut est in Rot. ann. 8. Joh. Oxon. 15. in Abbrev. Placit. pag. 54. Plura apud Altaserram de Jurisdictione Eccles. lib. 6. cap. 12.] [Lindanus Hist. Teneremund. lib. 2. cap. 2. pag. 111. edit. ann. 1612 : *Philippus Bonus concessit olim in puram Eleemosynam cudere nummos æreos pretii quatuor obolorum Flandricorum quas mittas vocant.*] Vetus Charta Gallica apud Seldenum de Titulis honorariis 2. parte cap. 5. § 24 : *Il ne tient rien en chief du Roy, ne per Baronnie, mais en pure et perpetuelle Almoigne.* Vide Littletonem, et Chartam ann. 1205. post Ordericum Vitalem pag. 1060.

¶ **Eleemosyna Laudabilis.** Epitome Constitut. Eccl. Valent. tom. 4 Collect. Conc. Hisp. pag. 186. col. 2 : *Ordinarunt quod signa Laudabilis Eleemosynæ de cætero dum pro tempore vacabunt, dentur per vota Canonicorum.* Ibid. pag. 167. col. 1 : *Ordinarunt quod si quis habens signum Laudabilis Eleemosynæ Denconesa illud alicui resignare voluerit, ejus non possit admitti resignatio, etc.*

¶ **Elemosynas Conflare**, hoc est, Colligere. To. 2. Hist. Britann apud Lobinellum col. 1609 : *Multorum relatione percepimus quod nonnulli abusores sive truffatores absque sedis Apostolicæ et nostris litteris Conflant Elemosynas.* Eadem notione in Concil. Tarracon. provinc. ann. 1591. tom. 4. Collect. Conc. Hisp. pag. 557. legitur : *Eleemosyna questuata*, id est, emendicata.

Charta Eleemosynaria, qua quis aliquid Ecclesiæ confert. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ : *Signum Dragoni,*

Digitized by Google

qui Cartam Eleemosynariam istam scribere et firmare rogavit manu ejus firma. Occurrit pluries in eodem Tabulario. Vetus Charta sub Roberto Rege, ex Tabul. S. Ambrosii Bituric.: *Hanc igitur Eleemosynariam Chartam, et decretum nostræ voluntatis volumus esse firmum et inconvulsum, etc.* Tabul. S. Eparchii Inculism. fol. 49 : *Si quis homo aut ullus de parentibus meis istam Cartam Eleemosynariam infrangere aut inquietare præsumpserit, etc.* Adde fol. 118. Vide Ruffinum in Comitib. Provinciæ pag. 58.

1. Elemosynaria, nude, in Charta Amblardi Episcopi, regnante Radulpho Rege, in Tabulario Ecclesiæ Cadurcensis : *Qui Eleemosynariam istam ullo modo inquietare voluerit, apponat quod sua lex jubet, et petitio sua nullum obtineat effectum ; sed hæc Eleemosynaria firma et stabilis permaneat.* [Charta Amblardi Archiep. Lugdun. ann. 978. regnante Lothario in Francia inter Instrum. tom. 4. Gall. Christ. col. 5 : *Itaque jurejurando præcepi vadiatoribus meis..... ut chartam meæ Elemosynariæ integram et expressam facerent supradictis Monachis.* Ibid. col. 6. indiscriminatim habetur *Elemosynaria* vel *Elemosyna.*] Tabularium Abbatiæ Conchensis in Ruthenis Ch. 339 : *Si advenerit ullus homo, aut ullus de parentibus meis, qui contra donatione vel Eleemosynaria ista ire, aut agere, tentare vel inrumpere voluerit, etc. Charta Eleemosynaria,* in Ch. 408.

3. **Eleemosyna**, Domus Monasterio vel Ecclesiis adjuncta, in qua eleemosynæ pauperibus erogabantur ab Eleemosynario ; proprie *Hospitale pauperum. Aumosne*, in Charta Gallica ann. 1274. in Prob. Hist. Castilion. pag. 63. Tabularium Eleemosynæ S. Pauli Viennensis : *Eleemosyna pauperum, quæ Græce dicitur Synodochium.* Concilium Islebonense apud Ordericum lib. 5 : *Si erraticum habere,* (pecus) *quod vulgo dicitur Weredif, in Curiam Sacerdotis vel Clerici, qui in atrio manent, venerit, vel in Eleemosynam ejusdem Ecclesiæ, vel in atrium, Episcopi erit.* Hugo Flaviniacensis pag. 169 : *Illum, qui contra justitiam tumidus superbiebat, captum, in Eleemosyna S. Vedasti sedere, et de Eleemosyna vivere instituit.* Vita Godefridi Comitis Campebergensis cap. 2 : *Cæcus quidam in illius degebat Eleemosyna, etc.* [Bulla Alexandri III. PP. ann. 1173. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 37. col. 2 : *Terras planas poterit acquirere Ecclesia pro Canonia vel pro Elcemosina, ita quod fiat sine interventu pecuniæ, et in obedientiis suis decimas, gardas, vicarias et omnia alia ad obedientiam pertinentia.* Similia repetuntur pag. 38. col. 1. Miracula S. Gibriani tom. 7. Maii pag. 622 : *Paralysi percussus est, et in Eleemosynam S. Remigii delatus.* Charta ann. 1275. ex Tabular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 820 : *Vendidi viris Religiosis Abbati et Conventui S. Vandregesilli quamdam masuram terræ cum ædificiis supra positis, quam habebam in dicta parochia.... sitam intra keminum Domini Regis ex una parte et campum dictum Aoyn ex altera, et adboutata dicto campo Aoyn usque ad domos Elemosinæ dictorum Religiosorum.* Occurrit alibi non semel.]

2. **Eleemosynaria**, Eadem notione : *Aumonerie*, in Consuetudine Turonensi art. 59. 295. et Juliodunensi cap. 5. art. 1. ubi, inter jura quæ ad Barones spectant, recensetur. *Domus Eleemosynaria*, apud Marbodum in Vita S. Roberti Abbatis Casæ Dei num. 4. in Miraculis S Eutropii Episc. Santon. n. 28. apud Cencium Camerarium in libro Censuum Ecclesiæ Romanæ, Guigonem in Statutis Ord. Cartusiensis cap. 79. Udalricum lib. 3. Consuetud. Cluniacensium cap. 24. et Christianum in Vita S. Geraldi Abbatis Grandis Silvæ n. 30. Tabular. Dalonensis Monaster. fol. 49 : *Factum est hoc ante Domum Eleemosynariam d'Autafort an. Dom. Incarn.* 1182. Laurentius Leodiensis in Episcopis Virdunensib. : *Eleemosynariamque novam integraliter cum Capella construxit.* Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 109 : *Qui fidelis procurator Eleemosynariæ S. Mariæ extiterat.* [Ordinarium Canonicorum Regul. S. Laudi Rotomag. : *Pauperes ducantur ad Eleemosynariam, ubi data unicuique præbenda, in eorum arbitrio relinquitur vel ibi comedere vel secum deportare.*] Occurrit præterea apud Guillelmum in Chronico Andrensi ann. 1161. in Vitis Abbatum S. Albani pag. 24. in Statutis Synodalib. Guillelmi Majoris Episcopi Andegavensis ann. 1314. cap. 13. in Concilio Andegavensi ann. 1365. cap. 21. in Historia Sabaudica Guichenonis pag. 43. in Historia Segobiensi Colmenaresii cap. 15. § 12.

* Quo significatu *Aumonnie* et *Aumosne* nostri usurparunt. Testam. Mariæ *de Craon* ann. 1317. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 379 : *Nous donnons et lessons toutes nos robes.... pour fere chasubles et paremens de yglises de l'Aumonnie de Chasteaugontier, de l'Aumonnie de Segré, etc.* Lit. admort. ann. 1481. in Reg. 209. Chartoph. reg. ch. 55 : *Nicolas Rougeville a de nouvel fait édiffier ung hostel-Dieu ou Aumosne pour recueillir, loger et héberger les poures malades, pélerins, passans et indigens.*

3. **Eleemosynaria**, Officium et munus Eleemosynarii. Willelm. Thorn ann. 1128 : *Decima prædicti molendini Eleemosynariæ S. Augustini solvatur.* Nam unicuique Officiorum Monasticorum assignati erant certi reditus, quibus eorum necessitatibus subveniretur. [Bulla Pauli PP. de sæcularizatione Monasterii Insulæ Barbaræ tom. 1. pag. 261. Maceriarum ejusd. loci ann. 1549 : *Ac Eleemosynariam in unum et unam Eleemosynarii, et Cantoriam in unum et unam Cantoris.*]

¶ 4. **Eleemosynaria**, Stipendiaria seu illa cui eleemosyna datur. Miracula S. Udalrici Episcopi August. inter Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 468 : *Eleemosynaria quædam Abrahami, Frisingensis Episcopi civitatis de villa quæ dicitur Camera, etc.* Vide *Eleemosynarii* 2. et *Eleemosynaria*, 7.

¶ 5. **Eleemosynaria**, Loculi seu potius arcula, ubi reponuntur eleemosynæ, nostris *Tronc.* Synodus Valentina ann. 1584. tom. 4. Concil. Hisp. pag. 290. col. 1 : *Impensæ* (pro cereis in altari accendendis) *sumentur ex Eleemosynariis B. Mariæ Virginis et animarum patinis, ubi eleemosynæ abundaverint.*

6. **Eleemosynaria**, Gallis *Aumoniere*, Marsupium, ex quo promi solent Eleemosynæ. Charta Simonis de Balgenciaco ann. 1149. in Tab. S. Euvertii Aurel. : *Et super altare ipsius Ecclesiæ per Eleemosynariam meam lapidem beryllum intus habentem propria manu imposui.* [* Invent. Ms. thes. Sedis Apostol. ann. 1295 : *Item unam Elemosinariam de argento deauratam, cum tribus pedibus, et coperculo et manica. Cupa Elemosinaria*, ibid.]

Almonaria, Almoneria, Eadem notione. Computus Ballivorum Franciæ pro termino Candelosæ ann. 1268 : *Expensæ, pro cendatis, bourra ad gambesones, tapetis, sargiis, etc. pro chirothecis, Almonariis, et aliis.* Alius computus pro termino Ascension. ann. 1269 : *Relictæ Joannis Godeluche pro Almoneriis lacus serici, etc. Aumonieres à las de soye.* Willel. de Podio Laurentii cap. 21 : *Protulit literas de sua Almoneria, dicens : Legite istas literas.* Gaces *de Brulez*, Cantu 24 :

Moult i a de ceux
Qui deslient Aumosniere,
S'en font lor aniaux
E j'en sui bouté ariere.

Le Roman *de la Rose* :

Lors a de s'Aumosniere traite
Une petite clef bien faite.

Le Roman *d'Aubery* MS. :

Ou Aumosniere, ou ceinture, ou anel.

Le Roman *du Renard* MS. :

Cis Pelerin qui là dormoit,
Une riche Aumosniere avoit,
Qui ert laciée à sa coroie.

Aumosnieres ou bourses Sarazinoises, in Statutis MSS. Artificum Parisiens. tom. 1. pag. 168. 169.

Almonarium, Eadem notione, in Charta Rogeri de Frifhid : *Et dedit mihi dimidiam marcam argenti, et unum aureum byzantium infra Almonarium.* Ubi perperam Spelmannus *armarium* vertit.

¶ **Eleemosynaliter**, In elecmosynam. Vita B. Nicolai Eremitæ tom. 2. Act. SS. Maii pag. 708. A : *Per quem eadem domina præfato Eremitæ Eleemosynaliter cibos sæpe miserat.* Eadem vox occurrit in Bullario Carmelit. pag. 624.

¶ 1. **Eleemosynare**, Dare in Eleemosynam Ecclesiæ, Monasterio vel pauperi. Tabular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 11 : *Vel quibuscumque eas vendere aut donare seu Eleemosynare voluerit.* Charta ann. 1205. apud D. *Brussel* de Usu feudorum tom. 2. pag. xxv : *Nunquam vidimus...quod aliquis redderet decimas de fenis, vel de genestis aut de boscis, nisi prius fuerint Eleemosynatæ.* Apud Rymerum tom. 10. pag. 243 : *Super centum solidis annui redditus, monetæ currentis, quos idem Willielmus illis Eleemosynaverat.* Charta ann. 1214. ex Chartar. S. Vincentii Cenoman. : *Herbertus Dominus de Guerchia coram nobis constitutus Eleemosynavit Abbatiæ S. Vincentii totam decimam suam de Montguson.* Charta Matildis Filiæ Roberti Bethuniæ Domini ann. 1216. ex Tabular. S. Bartholomæi Bethun. fol. 32 : *Quintum bostellum molnariæ in molendino de Coisiaus Eleemosynavi.* Charta Humberti de Bello-joco et Isabellis de Mello ex Tabular. Capituli Autiss. : *Pro quietatione et admortizatione sexdecim libratarum terre moventium de feodo nostro..... quas idem Episcopus* (Guido de Mello) *Eleemosynaverat perpetuo Decano et Capitulo*

Digitized by Google

Autiss. Ex Chartulario S. Martini Pontisar.: *Johannes de Brecuria Abbas S. Martini juxta Pontisaram Elemosinavit* XL. *sol. pro faciendo Anniversarium suum.*

* 2. ELEEMOSYNARE, Eleemosynas colligere, mendicare. Acta S. Pet. Gambac. tom. 3. Jun. pag. 537. col. 1 : *Quod ipse et socii ejus pauperes eremitæ facientes vitam Apostolorum, intuitu pietatis et misericordiæ, posset pro sustentatione et victu suo quærere in modum Eleemosynandi super plateis.* Vide infra *Eleemosynarius* 1.

* 4. ELEEMOSYNA, Idem quod *Capellania*, Munus et beneficium ecclesiasticum. Stat. Mss. S. Flori fol. 61. v°. : *Præcipimus ut clerici, qui Helemosinas seu capellanias a fidelibus per civitatem nostram et diocesin. pro tempore ordinatas in posterum recipient, infra duos menses a receptione hujusmodi computandos, se personaliter debeant præsentare, ut videre possimus an honesta sit eorum vocatio, et utrum digni sint ad talia vocari, et ut a nobis licentiam et auctoritatem recipiant celebrandi et orandi pro animabus eorum, qui capellanias seu Helemosinas hujusmodi ordinarunt.*

* 5. ELEEMOSYNA, Prædium sub annuo censu, titulo *Eleemosynæ*, hominibus servilis conditionis concessum. Charta Ludov. comit. Blesens. et Clarim. ann. 1197 : *Omnes homines in dominio meo et in Elemosinis meis Castriduni manentes, talliam michi debentes, ... quitto et immunes esse concedo.... Si quid de censa hac reddenda ea die defecerit, defectus die crastina in duplo a burgensibus de dominio meo communiter michi reddetur. Similiter unaquæque Elemosina per se et per majorem suum censam suam ea die reddet. Omnes de dominio meo et de Elemosinis meis Castriduni manentes, qui de mea servili conditione erant, et eorum hæredes et teneuras, ab omni jugo servitutis meæ penitus quitto et absolvo.* Vide infra *Elemosynarii* 6.

* ELEEMOSYNARIA, 1. 2. 3. 4. 5. 6. Vide post *Eleemosyna*, 3.

* 7. ELEEMOSYNARIA, Mulier, cui *eleemosynæ* seu legata pia distribuenda committuntur. Charta ann. 936. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 20. col. 1 : *Ego in Dei nomine Teutildes, Deodevota, qui fuit Elemosynaria de filio meo Autberto, qui fuit condam, sicut ille in sua recta memoria suppliciter precavit, sic dono.... manso, que vocant Magalia, ... ad jam dicta ecclesia, pro anima mea et filio meo Autberto. Ausmonier,* eadem acceptione, in Testam. Joan. II. ducis Brit. ann. 1302. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1185 : *Premiérement je veil e commant que par les mains de mes Ausmoniers e exécutours dessous nommés, mes debtes et mes laiz soient paiés.* Rursum infra non semel : *Ausmoniers ou exécuteurs.* Vide *Eleemosynarii* 2. et *Eleemosynaria* 4.

1. ELEEMOSYNARIUS, Qui ædi *Eleemosynariæ*, in Monasteriis præest, et qui Eleemosynas Monachorum et aliorum pauperibus distribuit. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 14. quod inscribitur *de Officio Eleemosynarii* : *Ad eleemosynam faciendam* eligi debet unus de *Fratribus pius et mansuetus, ut per pietatem compati sciat indigentibus, et per mansuetudinem possit etiam importunitatem petentium tolerare. Ad hujus officium pertinet terras, et vineas, et nutriturus, et si qua alia sunt, quæ proprie ad Eleemosynam pertinent, secundum consilium et prudentiam Abbatis manutere. De panibus decimam accipiat; reliquias refectorii tam de panibus, quam de cibariis et vino ipse habebit;.... oportet autem in eleemosyna distribuenda Eleemosynarium magna uti discretione, ut infirmioribus quibusque teneriora et delicatiora reservet, et ut eos forte, qui ex consortio aliorum erubescere potuissent, si qui tales advenerint, seorsim sedere faciat, ut secretius, quod eis impertiendum est, sumere possint, etc.* Lanfrancus in Decretis pro Ord. S. Benedicti cap. 8. sect. 3 : *Eleemosynarius aut per se perquirat, aut per veraces et fideles homines cum multa sollicitudine perquiri faciat, ubi ægri et debiles jaceant, qui non habeant, unde se sustinere valeant, et ingressus domum blande consoletur ægrum, et offerat ei, quod melius habet, et sibi intelligit esse necessarium, etc.* [Occurrunt in Capit. Carol. C. tit. 48. cap. 14.] [** Convent. Ticinens. ann. 876.] Describitur etiam Eleemosynarii officium ab Udalrico lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 24. Ejusmodi vero Eleemosynariorum monasticorum meminerunt Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 487. S. Anselmus lib. 3. Ep. 117. Sugerius in Testamento suo, Matth. Paris ann. 1254. pag. 598. Chronicon Andrense pag. 357. Regula Hospitalariorum cap. 15. Historia Monasterii S. Nicolai Andegavensis pag. 100. etc. Tenebantur porro Ecclesiarum possessores et Monachi decimas bonorum suorum seu redituum pauperibus elargiri. Addit. 1. Capitul. cap. 49 : *Ut de omnibus in eleemosynam datis tam Ecclesiæ quam fratribus, decimæ pauperibus dentur.* Petr. Damian. lib. 2. Epist. 14 : *Enim vero et copiosiora in pauperes alimenta proficiant, datur in Monasteriis et Eremis decimæ quorumque proventuum, et non modo pecorum, sed et ornitum pariter et ovorum.*

2. ELEEMOSYNARII interdum dicti, qui Eleemosynas morientium pauperibus distribuebant, qui vulgo *Executores testamentorum* appellantur, quibus legata pia distribuenda committuntur. Testamentum Aldrici Episc. Cenoman. in ejus Vita pag. 190 : *Præscripti et præordinati ad nostram Eleemosynam faciendam.* Gregorius Turonens. de Vitis Patrum cap. 8 : *Post cujus obitum non pauca ab Eleemosynariis pro Sancti memoria capiebat.* Capitularia Caroli C. tit. 43. [** ap. Carisiac. ann. 877.] § 12 : *Si nos in Dei sanctorumque ipsius servitio mors præoccupaverit, Eleemosynarii nostri, secundum quod illis commendatum habemus, de eleemosyna nostra decertent.* Alio loco [** Capit. secund. ejusd. ann. cap. 4.] : *Volumus.... quod si aliquis Episcopus vel Abbas, aut Abbatissa, vel Comes, aut vassallus noster obierit,..... nullus ad illorum eleemosynam faciendam Eleemosynarios eorum impediat.* [Testamentum Acfredi Ducis Aquitanorum ann. 928. apud Baluzium tom. 2. Capitul. col. 1533 : *Quamobrem obsecro vos.... ut sitis Eleemosynarii mei, sicut estis fidelissimi amici, ita sitis meurum rerum distributores.*] Testamentum Poncii Raimundi Comitis Tolosani et Rutenensis, ex Archivis Ruten. : *Omnes res mobiles donet Eleemosynarius meus Deo, et ad sanctos Presbyteros, et ad pauperes pro anima mea.* Tabularium Brivatense Ch. 46 : *Nos Hasterius et Hicterius Eleemosynarii Odiloni, qui fuit quondam, per fideicommissum, quem ipse nobis commisit, dedimus Deo et S. Juliano in stipendia fratrum pro anima Odiloni aliquid ex suis rebus, quæ conquestu illi advenerunt, etc.* Ibid. Ch. 159 : *Nos.... Eleemosynarii Garnerii, qui fuit quondam, per fideicommissum auctoritate, quam de manu ejus accepimus ad sua omnia distribuenda, cedimus, etc.* Tabularium Conchensis Abbat. in Ruthenis Ch. 27 : *Iscafredus et Frotardus..... Eleemosynarii Umberti donaverunt pro anima ejus ad ipsa casa Domini Dei, etc.* Adde Ch. 158. et Excerpta Egberti Archiep. Eborac. cap. 40. Dicti etiam

ELEEMOSYNATORES: Charta vetus apud Perardum in Burgund.: *Quos testes et Eleemosynatores de mea volo esse substantia.* Vide Joan. Sarisberiensem Epist. 57.

3. ELEEMOSYNARII interdum dicti, qui eleemosynas testamento relinquebant. Capitula Ludovici Pii Addit. 1. § 50 : *Ut prætermissis partitionibus Psalterii, Psalmi speciales pro Eleemosynariis et defunctis cantentur.* Eadem habentur in Vinea Benedictina cap. 50. [Ut hunc locum illustret Baluzius, hæc affert ex Libello supplici, quem Monachi Fuldenses obtulerunt Carolo Magno : *In secunda quoque feria unius cujusque septimanæ orationem pro omnibus Eleemosynas nobis tribuentibus, id est, eundem psalmum L. quem tota congregatio juxta corpus B. Martyris simul prostrata cantavit, cum oratione Dominica et versibus. Pro defunctis ergo fratribus nostris commemorationem, quam quotidie bis habuimus, id est, post matutinam celebrationem et vespertinam, quæ est antiphona videlicet Requiem æternam, et prima pars psalmi Te decet hymnus Deus, versus et collecta.*]

ELEEMOSYNARII SUMMORUM PONTIFICUM, qui eorum eleemosynas diatim pauperibus distribuunt. Gesta Innocentii III. PP. pag. 150 : *Universales oblationes, provenientes ad pedes ipsius, secundum antiquam consuetudinem accipiebat Eleemosynarius erogandas.* Mox : *Circuibat et investigabat diligenter Eleemosynarius ejus pauperes ac debiles, maxime Nobiles, dabatque illis sigilla, ut per eos, qui ipsa referrent, singulis hebdomadibus acciperent ad victum, etc.* Ita

ELEEMOSYNARII EPISCOPORUM, in Concilio Oxoniensi ann. 1222. can. 2. et in Provinciali Eccl. Cantuariensis Lindwodi lib. 1. tit. 12.

ELEEMOSYNARII REGUM FRANCIÆ. Horum dignitas alia prorsus fuit a Capellanorum dignitate, licet aliter censuerit Frisonius. Id præ cæteris arguit Statutum S. Ludovici, quod describitur a Miramontio lib. de Præposito hospitii pag. 50 : *Nul n'ait chambre en l'hostel du Roi que celui, qui porte le Sel, et le grand Maistre d'hostel, et la Chambre aux deniers, le Chapellain, et l'Aumosnier.* Aliud Statutum Philippi Pulchri : *Toutes chambres sont ostées devers le Roy, fors le Maistre d'hostel, la Chambre aux deniers, les Chappellains, les Confes-*

Digitized by Google

seurs, l'Aumosnier, et le Sel, qui auront chambre. Quæ totidem verbis habentur præterea in Statuto pro Regio hospitio a Philippo Longo exarato Turonibus 17. Nov. ann. 1317. Eleemosynarii S. Ludovici Regis, qui illius *erogabat* eleemosynas, meminit Gaufredus de Belloloco de Vita et conversat. S. Ludov. cap. 8. et Nangius in ejusdem Regis Vita sub ann. 1248. Exstat Charta ejusdem Principis ann. 1269. apud Brolium lib. 3. Hist. Parisiensis pro Typhlocomeo Parisiensi, in qua Eleemosynarii regii habetur mentio. Ex hinc occurrunt aliquot Regum Eleemosynarii, verbi gratia,

Fr. Joannes des Granges Prior Vallis Scholarium, sub Philippo Pulcro, a quo testamenti executor cum aliis dictus est anno 1311. Hunc excepit

Fr. Joannes de Grandpré, qui Eleemosynarius regius inscribitur ann. 1314.

* Guillelmus Morini *Eleemosynarius regius*, in Charta Caroli IV. ann. 1325. ex Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 433.

Mag. Silvester de la Cervelle (al. *de la Servolle*) Eleemosynarius Regis Caroli V. mense Aprili ann. 1367. nominatur.

Ægydius des Champs, postmodum Episcopus Silvanectensis ann. 1409. apud *Monstrellet* 1. vol. cap. 55. Alios præterea recenset hac dignitate insignes Frisonius, atque in iis

Petrum Cauchon, Bellovacensem Episcopum, sub ann. 1431.

* Mag. Phil. Aymenon de Ennanio *in Combralia Lemovicensis diocesis oriundus, serenissimique principis regis Karoli VI. quondam Elemosinarius*, in Necrol. eccl. Paris. Ms. ad II. Non. Decembr.

Joannem d'Aussi Episcopum Lingonensem, sub Carolo VII.

Joannem de Brevicoxa, postmodum Genevensem Episcopum, ann. 1421.

Joannem Baluam Episcopum Ebroicensem, ac demum Cardinalem, sub Ludovico XI.

Joannem l'Huillier Decanum Parisiensem, sub Ludovico XI. et Carolo VIII.

* Johannes Nepveu *abbas hujusce monasterii, Elemosinarius et sacer oricularius christianissimi regis Francorum*, in Necrol. Ms. B. M. de Josaphat ad V. Non. Mart. Obiit ann. 1498.

Aucta postmodum, et novo titulo donata ea dignitas : nam qui primum nude Eleemosynarii dicebantur, postmodum *Magni Franciæ Eleemosynarii* appellati; qui quidem in Regum aula deinceps primas tenuere, cum ad id obeundum munus delecti fuerint viri vel pietate ac doctrina, vel natalibus illustres. Primus autem hacce appellatione donatus legitur

Joannes de Reli doctor Theologus, Regi Carolo VIII. a Confessionibus, Episcopus Andegavensis, nobilissima *Reliorum* ad Hesdinum in Atrebatibus familia oriundus, cujus Elogium descripsit præ cæteris Joannes Launoius in Historia Navarræ Collegii, sub ann. 1488. Post hunc

Franciscus de Moulins Abbas S. Maximi in Aurelianis, *Magnus Franciæ Eleemosynarius* occurrit in Tabulis Typhlocomei Parisiensis ann. 1500. Deinde

Goffridus de Pompadour in Camera Computorum Præses, Petracoricensis, mox Aniciensis Episcopus, Gulferii D. *de Pompadour* et Isabellæ *de Combort* filius, sub Carolo VIII. et Ludov. XII.

Adrianus de Goufier, Cardinalis *de Boissi* ann. 1516.

Franciscus le Roy de Chauvigni, Jacobi Archiepiscopi Bituricensis frater, sub Francisco I.

Joannes le Veneur Cardinalis, Episcopus Lexoviensis ann. 1530. ut est in Francico Ceremon.

Philippus de Cossé, Constantiensis Episcopus, sub ann. 1535.

Petrus Castellanus Matisconensis Episcopus, vir singularis eruditionis, de quo Thuanus lib. 3. Sammarthanus in Elog. viror. illustr. et Pet. Gallandius in ejus Vita, nuper e nostra Bibliotheca edita a Stephan. Baluzio.

Antonius Sanguin Cardinalis *de Meudon*, sub Henrico II.

Ludovicus de Brezé, Episcopus Meldensis, sub eodem Rege, cujus exequiis hac insignis dignitate interfuit ann. 1559. ut est in Ceremoniali Franc.

Carolus de Humieres Episcopus Bajocensis, eadem donatus ann. 1578.

Jacobus Amiot Melodunensis, Episcopus Autisiodorensis, Magnus Franciæ Eleemosynarius a Carolo IX. cui Præceptor a parente datus fuerat, institutus. Obiit ann. 1593.

Reginaldus de Beaune, Bituricensis ac deinde Senonensis Archiepiscop. Mortuus ann. 1606.

Jacobus Davy Cardinalis *du Perron*, Senonensis Archiepiscopus, sub Henrico IV. et Ludovico XIII. Obiit ann. 1618.

Franciscus de la Rochefoucaud, Cardinalis.

Alphonsus-Ludovicus du Plessis de Richelieu Cardinalis, Archiepiscopus Lugdunensis, Magnus Franciæ Eleemosynarius ad fidelitatis sacramentum admissus 24. Martii ann. 1632. per Rupifucaldii Cardinalis renuntiationem.

Antonius Barberinus Cardinalis, Archiepiscopus Remensis.

Emmanuel-Theodosius *de la Tour d'Auvergne* de Bouillon Cardinalis ann. 1672.

¶ Petrus du Cambout de Coislin Cardinalis, Episcopus Aurelianensis. Ob. ann. 1706.

¶ Tussanus de Forbin de Janson Cardinalis, Episcopus Bellovacensis. Obiit 24. Martii 1713.

¶ Armandus-Gasto-Maximilianus de Rohan Cardinalis, Episcopus Argentoratensis ad fidelitatis sacramentum admissus 10. Junii 1713. [* Obiit 19. Jul. ann. 1749.]

* Armandus de Rohan de Soubize, Cardinalis, qui in successorem receptus fuerat 6. Jan. ann. 1745. mortuus est 28. Junii ann. 1756.

* Fredericus Hieronymus de Roye de la Rochefoucauld, Cardinalis, 12. Julii ann. 1756. sacramentum regi pro hac dignitate præstitit. Obiit 29. Aprilis ann. 1757.

Magni porro *Eleemosynarii* apud Reges nostros quanta hodie sit dignitas et prærogativa, accipe ex laudato Petro Gallandio in Vita Petri Castellani, Matisconensis Episcopi : *Est enim is honoris gradus omnium Ecclesiasticorum in Gallia facile princeps; quo qui donatus est, Regi e somno excitato inter primos salutatores adesse solet, et de eo cognoscere, quo in loco et tempore rem sacram peragi velit : Aulæ totius Regiæ unicus Episcopus est : quocunque in loco per totum regnum Rex versetur, ab eo Sacramenta petere solet : Sacello regis ordinando, Cantoribus ejusdem et Sacerdotibus omnibus Aulam sequentibus præest : dispensatio Regiæ in pauperes beneficentiæ et pauperum omnium curatio ejus unius propria est : ad ejus etiam curam pertinet per universum regnum iis omnibus pauperum peregrinorum domiciliis, quæ tum Ptochodochia, tum Xenodochia appellant, atque etiam iis, quæ lepra infectis olim a Regibus attributa sunt, administratores idoneos præficere, præposteros et mutilos loco movere. Quæ si etiam ab aliis quam Regibus condita primum, in eundem finem et censu dotata sunt, et præter Conditorum et Institutorum mentem, contraque æquum et bonum quid in iis geratur, ejusdem est omnem animadversionem ad se revocare, numerum leprosorum, aut aliorum miserorum explere, ad referendas rationes omne Procuratorum et administratorum genus cogere, corrupte, infideliter, aut socorditer in suo munere versatos exigere, aliosque in eorum locum subrogare : omnia quoque Sacerdotia, quæ regiæ potestatis sunt, quæ plurima sunt, præter Episcopatus et Abbatias donare et conferre. Ad ejus quoque officium pertinet primo quoque Regis in oppida ingressu maleficos carceribus inclusos regia venia eis concessa laxare, et liberos impune emittere.*

Eleemosynarii apud Anglos officium describitur in Fleta lib. 2. cap. 23.

—4. **Eleemosynarii** denique ipsi pauperes, quibus Eleemosyna erogatur, in Vita S. Adalberti Pragensis, apud Bzovium : *Quotidianis diebus quinquagenos Eleemosynarios habere solitus erat, quos in Apostolici nominis honorem dape et potu satiabat.* [Miracula S. Udalrici Episc. inter Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 469 : *Nobilis quædam matrona... quemdam claudum Eleemosynarium præcepit comitari secum.* Vide *Eleemosynaria* 4.]

* Charta Phil. I. reg. Franc. ann. 1092. in Chartul. Compend. fol. 61. r°. col. 1 : *Hæc autem omnia.... eo tenore ecclesiæ tradidimus, ut per singulos annos, infra quadragesimales dies, pascant fratres ecclesiæ Elemosinarium unum in elemosina Karoli, pro salute et remedio animæ meæ, etc.*

5. **Eleemosynarii,** Alia notione. Charta Natranni Episcopi Nivernensis, ex Tabular. Eccl. S. Cyrici Nivern. : *Dedit etiam idem Præsul prædictis Canonicis alodum quemdam sibi ad Antidio consanguineo suo eo tenore dimissum in eodem pago Nivernensi et in villa Pusco situm, clausum videlicet, sibi cohærentem, cum terra, et prato, et silva, et quidquid illi olim Antidius dimisit, et ipse postea ab Eleemosynariis suis comparavit, ipsis Canonicis possidendum perpetuo dimisit.* In eodem Tabulario Chart. 40. hæc lego : *Hieronymus, Isembardus, Guido Eleemosynarii, et Cumenus dant mansum unum cum vinea, .. re-*

Digitized by Google

gnante Rodulfo Rege. [Iidem videntur qui *Eleemosynarii* 3.]

6. **ELEEMOSYNARII**, Alia rursum, ni fallor, notione, in Charta Fundationis Abbatiæ de Fonteneto in Normannia sub Willelmo Notho, in 106. Regesto Tabularii Regii ch. 370 : *Dedit unum vavassorem cum 12. acris terræ . . . dedit quoque omnes Eleemosynarios de Coudello, qui habitant juxta silvam, et omnem terram, quæ est habilis ad arandum, etc.* Alia ann. 1143. in Conciliis Normannicis pag. 146 : *Quinetiam ea, quæ Galerannus Comes Mellenti vobis concessit, videlicet unum Eleemosynarium apud Villevillam, et decimam de Extaldis, etc.* [An iidem qui Vassalli ?]

* Qui prædium, *Eleemosyna* dictum, colunt, homines alicujus ecclesiæ servitio adscripti. Arest. scacar. S. Mich. ann. 1282. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 41. v°. col. 1 : *De habendo consilium qualiter debeat procedi contra homines Elemosinarios, asserentes se esse liberos et exemptos ab omni justitia seculari, de qua libertate usi fuerint usque nunc, sicut dicunt; licet domini, a quo* (sic) *fuerint dati dicti Elemosinarii et concessi, talem justitiam non haberent, quod possent facere elemosinas modo prædicto. Habito consilio, concordatum fuit, quod dicti homines non possint habere nisi talem franchisiam, qualem possent concedere domini, a quo elemosinati.* Neque alii esse videntur *Eleemosynarii* ex Tabul. eccl. S. Cyrici Nivern. in *Eleemosynarii* 3. Vide *Eleemosyna Pura* et *Eleemosyna* 5.

* 7. **ELEEMOSYNARIUS**, Qui *eleemosynam* corrogat, stipis coactor, Gall. *Quêteur.* Vita S. Claræ tom. 2. Aug. pag. 762. col. 1 : *Et statim omnes fratres ad ministrum remisit, nolens habere Eleemosinarios, qui panem corporalem acquirerent, postquam panis spiritalis Eleemosynarios non habet.* Quo secundo loco *Eleemosynarii*, metaphorice intelliguntur Verbi divini prædicatores. Vide supra *Eleemosynare* 2.

* 8. **ELEEMOSYNARIUS**, adject. Ad *eleemosynas* pertinens. *Charta eleemosynaria* in *Eleemosyna* 2. *Cupa eleemosynaria*, vide supra in *Cupa* 2.

¶ **ELEEMOSYNARIUM**, Eleemosyna publica seu generalis. Necrologium S. Benigni Divion. a Mabillonio laudatum in Actis SS. Benedict. sæc. 5. pag. 23. ubi de venerabili Aigrino Episc. Lingon. : *Adjecit... duarum quoque decimas et paratas Ecclesiarum in Asnineo et in Longo-vico consistentium, ob diem anniversariorum depositionis sui corporis et sanctorum Ecclesiæ Lingonensium Eleemosynario et solemni officio celebrandum.* Formulare Anglic. Thomæ *Madox* pag. 79 : *Abbas et Monachi dederunt et concesserunt dicto Fulconi in vita sua officium collocutorii, cum iis quæ ad officium pertinent, scilicet per duos dies unum panem Monachi et duos panes Squierii; et quolibet die duas ciffatas cervisiæ, et unum ferculum de Eleemosynario, et potagium quod ad officium pertinet; et dimidium marcam per annum, et unam vestem pelliceam.*

¶ **ELEEMOSYNATA**. Vide *Eleemosyna* 2.

¶ **ELEEMOSYNATIO**, Idem quod *Eleemosyna* 2. Donatio. Charta ann. 1220. ex Tabul. S. Vincentii Cenom. : *Monachi hujus Eleemosinationis nolentes esse ingrati, dederunt Radulfo* ex. *solidos Cenomanenses.* Charta ann. 1251. ex Archivo B. M. de Bono-nuntio Rotomag. : *Ex dono et Eleemosinatione nostra tenebunt et possidebunt.* Charta Thomæ Goherii ex Chartul. S. Fromondi : *Ego concedo et confirmo hanc Eleemosinationem esse perpetuam.*

ELEEMOSYNATOR, Qui eleemosynam frequenter largitur, in Vita Godefridi Comit. Campeberg. cap. 1. [Vide alia notione in *Eleemosynarii* 2.]

¶ **ELEEMOSYNATRIX**, Mulier eleemosynis dedita. Gocelinus Monach. de Translatione S. Augustini Cantuar. tom. 6. Maii pag. 430 : *Sopitæ namque Eleemosynatrici præstantissima forma.*

¶ **ELEFANTIOSISSIMUS**. Vide *Elephantiosus.*

ELEGUS, Elegiacus, Elegicus, [ab ἔλεγος, Lamentatio, Luctus.] Papias : *Elegi, versus miserorum.* Sidonius lib. 2. Ep. 8 : *Næniam funebrem non per Elegos, sed per hendecasyllabos, etc.*

Elegus, Miser. Ugutio : *Elegus, Miser. Elegia, Miseria.* Gloss. Lat. Gall. : *Elegia, Misere, ou traité de misere. Elegius, Miserable, ou vers faits de misere. Elegiacus, idem.* Abbo lib. 2. de Bello Parisiaco vers. 91 :

Certabant Elegi scapulis cornuque juvenci.

Ubi Abbo operis sui Glossator, *i. miseri.* Infra vers. 101 :

....Multant Elegum, multantur et ipsi.

Et lib. 1. vers. 367 :

Sæpe quidem cerebrum cervice trahunt Elegorum.

Uffingus Monach. in Carmine de S. Ludgero Episcopo Mimigardensi :

Inter et hos Elegi recolas miserier hædi
Uffingi, etc.

[** Unibos vers. 9 :

Tristis sors mugientium
Bovem rapit novissimum,
Jam res minor fit Elegi
Egestate vocabuli.]

Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 690 : *Et contemptis Elegi supplicationibus, ipsum... per fenestras præcipitavit.* [Acta SS. Julii tom. 1. pag. 335. de S. Swithuno : *Ad catenatum accessit mulierculam dulcibus affaminibus interrogans, quid haberet Elegam.*]

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. *Elegus, chétif.* Ab ἔλεγος, Lamentatio, luctus, unde fortassis *Esgélonner*, Lamentari, ejulare. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 128. Chartoph. reg. ch. 206 : *Le suppliant veant ainsi estre destruit et exillié de son estat et chevance, comme tout désesperé et courciez se Esgélonna en la rue.*

Elegius. Alcuinus Poem. 177 :

Tu quoque virtutum meritis mihi, Sancte Sacerdos,
Elegius precibus auxiliare tuis.

Ubi leg. forte *Elegiis*, et *meis.*

Elegicus, Eadem notione occurrit apud Aldhelmum de Virginitate cap. 14 : *Ex ipsius Elegica scriptione conjecturam capesso.* Sic leg. pro *Elogica.* Hist. Obsid. Jadrensis lib. 1. cap. 35 : *Elegica et lugubria induerunt vestimenta.* Lib. 2. cap. 9 : *Orbati parentes Elegicas exuunt vestes, nuptialesque... assumunt.*

¶ Elegiaris, Eadem notione. Vide locum in *Mensurnum.*

ELEMENTA, Solem et lunam et reliquos planetas appellavit Hieronymus in Epist. ad Hedybiam, quæst. 4 : *Omnis hebdomada in Sabbatum, et in primam, et in secundam, et tertiam, et quartam, et quintam, et sextam Sabbati dividitur, quas Ethnici idolorum et Elementorum nominibus appellant.* [Lactantius lib. 2. Instit. divin. cap. 6 : *Duplici ergo ratione peccatur ab insipientibus : primum quod Elementa, id est, Dei opera Deo præferunt : deinde quod Elementorum ipsorum figuras humana specie comprehensas colunt. Nam solis lunæque simulachra humanum in modum formant, etc.*] Ita Leo M. Serm. 7. de Nativitate Domini, Maximus Taurinensis Homilia de Luna, etc. sic etiam στοιχεῖα Græci aliquot Scriptores solem et lunam vocant, Chrysostomus Homil. 58. in Matthæum, Gregorius Nyssenus in Vita S. Macrinæ, Theodorit. lib. 5. Hist. 39. Martyrium S. Acepsimæ num. 4. Nicetas in Manuele lib. 7. pag. 432. Edit. Reg. etc. [Vide Gloss. mediæ Græcit. in Στοιχεῖον, col. 1453. c.]

* **ELEMENTARIS. Chaos Elementare**, Quatuor elementa ad invicem mixta, in vita B. Raym. Lulli tom. 5. Jun. pag. 663. col. 2.

* **ELEMENTATUS**, Ex *elementis* seu literis compositus. *Characterum autem apicibus artificiose Elementatum ;* apud Cheviller. de Orig. impress. pag. 14.

¶ **ELEMENTITIUS**, Pertinens ad elementa. *Elementitia substantia*, apud Tertullianum de Anima cap. 32.

ELEMENTUM, de cibo et potu usurpat Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 15 : *Nam esus illi panis tantum hordeaceus erat et aqua, de utrisque Elementis libras singulas per dies singulos sumens.*

** **ELEMONIA**. in chart. Chilper. ann. 716. pro *Eleemosyna* Vide *Elimonia.*

* **ELEMUS**, pro *Elmus* vel *Ermus. Lumen S. Elemi*, vulgo *Feu saint Elme*, Helena. Mirac. Mss. Urbani V. PP. : *Facto voto, invocantes dominum Urbanum papam, incontinenti apparuit eis lumen S. Elemi, et videntes hoc signum fuerunt valde consolati.*

¶ **ELEMOSYNA**. Vide *Eleemosyna.*

ELENCHUS. Ugutio : *Elenchus, titulus libri, quia totum opus illuminat. Unde Evangelium secundum Lucam sic intitulatur : Elenchus Lucæ, i. Titulus.* Ita etiam Jo. de Janua.

* *Elenche*, eodem significatu accipi videtur, apud Guignevil. in Peregr. hum. gen. Ms. :

Je songe festes et dimenches
Pour lirre aucunes fois Elenches
Pour menchonges emmanteler,
Et faire les voirs ressambler.

* **ELENODIUM**, mendose pro *Clenodium*, Res quævis pretiosa, in Epist. cardin. de Varembone ann. 1442. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 268.

¶ **ELENTHERIUM**. Vide *Eleutherium.*

¶ **ELEPHANTIA**, Lepra sic dicta quod cutem reddat elephanti corio similem. Utitur Celsus et alii recentiores. *Horrendissima Elephantiæ lepra*, in Vita S. Antonini Abb. Surrentini, sæc. 4. SS. Benedict. part. 1. pag. 428. *Elephantiasis*, apud Plinium a Græc. ἐλεφαντίασις. Gloss. Lat. Gall. San-German. MS : *Elephancia, Une maniere de mesclerie.*

¶ **ELEPHANTICUS**, Qui *Elephancia*

Digitized by Google

laborat, apud Julium Firmicum lib. 8. cap. 28. *Elephantiaca contagio*, ejusdem libri cap. 19. Vocem *Elephanticus* notione morali usurpans Lactantius lib. 4. Divin. Institut. cap. 26. habet : *Leprosi enim vere atque Elephantici debent haberi, quos vel infinitæ cupiditates ad scelera, vel insatiabiles voluptates ad flagitia compellunt, et dedecorum maculis inustos, labe afficiunt sempiterna.*

¶ **ELEPHANTIOSUS**, Eadem notione, apud S. Augustinum de Genesi ad litteram, et in Actis SS. Januarii tom. 1. pag. 86. *Elephantiosissimus*, in Chronico Novaliciensi lib. 2. cap. 5.

ELEPHANTUS, pro Ebore. Gloss. Lat. Gr. : *Ebor*, ἐλέφας οὐ τὸ ζῶον, ἀλλ' ἡ ἐκ τοῦ ὀδόντος ὕλη. *Eburnum*, ἐλεφάντινον. Gloss. Græc. Lat. : Ἐλέφας, τὸ ὀςοῦν, *hoc Ebur*. Ελεφαντοῦργος, *Eburarius*. Dioscorides, ubi ait, Ebur hordei succo, quem Græci ζύθον dicunt, perfusum, tractabilius in opere fieri : Εὐεργὸς δὲ καὶ ὁ ἐλέφας γίνεται βρεχόμενος αὐτῷ. Quo loco Plinius perperam *Elephantem* pro ipso animali cepit, ut observarut viri docti. Ratbertus de Casib. S. Galli cap. 10. [** Pertz. pag. 72. lin. 10.] : *Lectionarium Elephanto et auro paratum*. Vide Goldastum ad hunc locum. *Elephantinus liber*, apud Vopiscum in Tacito, qui *Eboreus Codex* Ulpiano leg. 52. de Legat. tertio. (32.) Martianus Capella lib. 3 : *Ferculum, quod levi exterius Elephanto prænitebat.*

ELEPHAS, Scriptoribus nostris, pro litui vel tubæ specie crebrius usurpatur. Quod proboscidem, seu, ut vocat Plinius, manum elephanti referat, vel, quod cornu eboreum fuerit. [** *Tuba Eburnea Rolandi*, apud Turpinum cap. 24. quæ a poetis vulgo *Oliphant* dicitur.] Le Roman *de Garin* :

Les cors as roches commencent à charier,
Sonnent cil greille, e cil Olifant cler,
Cil menuel prennent à rechignier.

Alibi :

Cest Oliphan en ma main me baillez,
Il le regarde, et en greille, et en chief,
De six virolles dor fin estoit liez,
La guige estoit d'un brun paille entailli.

Idem Poeta :

Sonnent buisines, cornent cil Olifant.

Le Roman *de Guillaume au Court-nez* MS. :

Plus de cent Oliphant i tonnent la bondie.

Chron. MS. Bertrandi *de Guesclin* cap. 8 :

Sonnoient hautement trompes et olifant.

Alibi :

Là oist-on sonner trompes et Olifant.

Alter Poeta :

La sounent moieniaux, tropes, et Olyfant.

Laudatur ab Olao Wormio in lib. de Cornu aureo pag. 27. vetus cantilena Islandica, quam sic Latine vertit : *Per viginti milliaria Gallica audiebatur sonus Olivanti, dum scutorum expugnator cornu inflavit durissimum.* Ubi miror, viro doctissimo non venisse in mentem cornu elephantinum, dum ait, *Olivantum* nomen fuisse cornu istius. Adde eumdem pag. 29.

ELEPHORIUM. Vide *Esophorium*

ELESREFOLS. Tabular. S. Eparchii Inculismensis fol. 89 : *Ipse post acceptum modium vini pro feodio suo, suscipiet Elesrefols sine ingenio, et secundum mensuram et rationem.*

ELESSIOR, *Falsus laudator*. Papias.

¶ **ELEVAMENTUM**, Exstructio in altitudinem, Gall. *Elevation*. Testamentum Anglici Episcopi Alban. Card. ann. 1388. apud Stephanot. tom. 10. Fragm. Hist. MSS. pag. 333 : *Volo et ordino, quod funus sive corpus meum, cum ab anima separatum fuerit, sepeliatur integre et sine diminutione et Elevamento quibuscumque ante majus altare Ecclesiæ Monasterii supradicti.* Quæ verba *sine diminutione et Elevamento* sic interpretor ut lapis sepulcralis planus sit, non demissus aut Editus. Vide mox *Elevare*, 1.

¶ 1. **ELEVARE**, Verbum Italicum, Gall. *Elever*, Attollere, exstruere. Breviarium Histor. Pisanæ apud Murator. tom. 6. col. 168. E. : *Eodem anno* (1101.) *Pisani ceperunt Liceiam sive Licaiam et Elevaverunt Yappam.* Vereor ne hic *elevare* sit pro Gallico *Enlever*, Occupare.

Elevare Puerros *de sacro fonte*, in Concilio Albiensi can. 15. tom. 2. Spicilegii Acheriani. Vide *Levare*.

* 2. **ELEVARE**, Auferre, Gall. *Enlever*. Pactum inter Aymer. de Narb. et abb. de Quadrag. ann. 1317. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 433 : *Item quod pro dicta compulsione dictus dominus abbas et sui, per se seu gentes suas, possit.... portas seu januas domorum ipsarum a cardinibus Elevare, et secum pro pignoribus asportare.* Vide *Levare* 2. *Enlever* vero, pro *Relever en bosse*, Eminentes figuras sculpere, apud Joinvill. in Hist. S. Ludov. edit. Cang. pag. 25 : *Il fist entailler et Enlever par image l'Anunciation de la Vierge Marie.* Comput. Rob. de Seris ab ann. 1332. ad 1344. in Reg. 5. Chartoph. reg. fol. 3. r°. : *Deux corsez de scorpions semez, Enlevez, bordez d'or de Chippre.* Unde *Enleveure*, et *Eslevure*, ipsa prominentia, ibid. fol. 5. r°. : *Les billetes d'orfaverie de haute Enleveure dorez à fleur.* Invent. Ms. jocal. Edwardi I. reg. Angl. ann. 1297 : *Item un autre petit dorei ouvrei d'ymages pourtraites sans Eslevure.*

* 3. **ELEVARE**, Imponere, exigere, Gall. *Lever un impôt*. Charta ann. 1206. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 11. v° : *Ego non possum Elevare novas costumas ad Castellionem vel infra bannileugam Castellionis.* Vide *Levare* 3.

* 4. **ELEVARE**, Valere, Gall. *Valoir*. Comput ann. 1334. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 86. col. 2 : *Solvi dicto Nerio Bertache xxv. florenos auri de florenis sive papenos, qui Elevant xv. libras, xij. solidos, vj. denarios.*

* 5. **ELEVARE**, Removere, Gall. *Retirer*. Sent. contra Florent. ann. 1311. apud Lamium inter not. ad Hist. Sicul. Boninconi. part. 3. in Delic. erudit. pag. 206 : *Requisiti per ambasciatores ipsius domini regis, quod exercitum, quem habebant contra Arretinos, facerent Elevari sub certa pœna, quod facere cessaverunt.* Nostris vero alias *se Eslever*, idem quod vulgare *Se délivrer, accoucher*. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 151 : *Après ce que ladite Guillemette fu cheue la seconde fois, s'en ala, ... et trois jours après ladite Guillemette se Esleva d'un enfant, laquelle estoit tout nouvellement grosse.* Aliæ ann. 1472. in Reg. 197. ch. 229 : *Icelle femme enfouit son enfant en l'un des boutz de la granche, où elle s'en estoit Eslevée et acouchée.* Puerpera, vulgo *Accouchée*, in aliis ann. 1394. ex Reg. 146. ch. 216.

ELEVATIO. Leges Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 18 : *Adulter reddet pro stupro injuriam, cum una Elevatione, illi, cujus uxorem violaverit, quia de genere hostilitatis est. Pro palpatione primum in vulva, quæ dicitur Gouys, reddet injuriam sine Elevatione.*

Elevatio S. Crucis. Vide *Exaltatio*.

ELEUFUGA. Alanus lib. 3. Anticlaudiani cap. 6. de Geometria :

Hujus tyrones curantis Eleufuga terret,
Atque prius cogit illos exire, profundum
Quam littus subeant, labique, quam in arte laborent.

¶ **ELEVIGATA**, *Purificata*. Papias : ab *Elævigare*, Complanare, polire.

¶ **ELEUTHERIUM**, κάθιμα, περιδέραιον, Ornamentum colli. Gloss. Lat. Græc. MS. Sangerman. Perperam in Supplemento Antiquarii, *Eleutherium*... περιδέραιον.

* Monile, signum libertatis. *Elutherium* legit Vulcanius in Castigat. ad utrumque Glossar.

ELIBERARE, pro *Liberare*. Acta Proconsularia Martyrii SS. Didymi et Theodoræ n. 8 : *Et nunc misit in habitu militis agnam Eliberare suam. Eliberatio*, pro *Liberatio*, apud Thwroczium.

* **ELICATHOR**, pro *Eliquator*, Canalis ligneus, quo aqua ducitur ad rotam molendini. Reparat. factæ in senescal. Carcass. ann. 1335 : *Item pro præparando Elicathorem dicti molendini, et pro faciendo ab una parte dicti Elicathoris unam cannam parietis cum calce, etc.*

¶ **ELICATORES**, ὑδρόσκοποι, Aquarioli. Janus Laurenberg. in Supplemento Antiquarii. *Aquarioli*, Festo sunt, *Mulieram impudicarum sordidi adseclæ*, qui iis scilicet aquam ministrant ad lavandum; ὑδρόσκοποι vero Græcis, Speculatores aquarum, qui rimantur ubi lateant; quare minus accurata est Jani interpretatio. Pro *Elicatores* puto legendum *Eliquatores* ab *Eliquare*.

* **ELICES**, *Sulci in maribus per quos aquæ eliciuntur*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. Vide *Elix*.

* **ELIDERE Intentionem** dicitur in jure, cum quis intentatum sibi crimen eluit atque a se amolitur. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 124 : *Ad docendum et ostendendum de innocentia .... Domini Ymberti, ... et ad Elidendum intentionem curiæ .... domini auditoris curiæ cameræ Apostolicæ, etc. Eslider* vero, pro Attingere leviter. Gall. *Glisser*. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. ch. 26 : *Lequel exposant marcha oultre soubz le cop, et ne fu point attaint du fer; mais tant seulement du manche par la teste en Eslidant.* Vide supra in *Clidare*.

¶ **ELIDIARE**, Elidicare, etc. Vide *Elitigare*.

ELIGAMENTUM, ἔνδιμα, in Gloss. Græc. Latin. MS. Editum *alligamentum* habet.

¶ **ELIGANTES**, *Urbani, Eliganter, Facete, joconditer*. Janssonius in Auctario Glossarum Isid. Sunt pro *Elegantes* et *Eleganter*.

* **ELIGIBILIUS**, Melius, magis præferendum. Chron. Jac. Malvecii apud Mura-

Digitized by Google

tor. tom. 14. Script. Ital. col. 820: *Scripserat nihilominus ipse Patritius Romanus Brixianis Eligibilius eos Longobardis confœderatos pacem habere, quam cum illis diro guerrarum discrimine dubioque exitu contendentes, deleta patria, eisdem etiam denique subjacere. Eligié*, non multum dissimili notione, de eo scilicet, quod pretio æstimari non potest, dicitur in Poem. Alex. Ms. part. 1 :

Son escu est à or à un vermeil lion,
Et son cheval ferrant, qui vaut tous les Gascon,
Ne seroit Eligié pour un mui de mangon.

* *Eslete*, Optio, vulgo *Choix*, in Charta ann. 1303. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1181 : *Cinc cens livrées de rente à l'Eslete de ladite Katerine. Eslire* vero nostri usurparunt, pro Intelligere, putare. Chron. S. Dion. lib. 2. cap. 17 : *Cil qui c'estoire lisent, ne doivent pas Eslire que tuit li roi, que nous nommons ci, fussent roi de France, fors cil seulement, qui tenoient leur siege à Paris de leur royaume.*

¶ **ELIGIDICARE.** Vide *Elitigare.*

ELIGMA, Eligmatium, ἐλιγμάτιον, Medicamentum, quod ori inditum, sensim liquefit, et deglutitur. Matth. Silvaticus : *Eligmata, Medicinæ, vel potiones calidæ.* Occurrit apud Octavium Horatianum lib. 2. Rerum medic. cap. 16. Vide Goræum in ἐλίγμα.

¶ **ELIMES**, ἄπειρος, παρόριος, Qui extra limites degit. Gloss. Lat. Græc. Sangerman.

* **ELIMINARE**, pro *Elimare*, ut opinor, Intento animo expendere. Charta ann. 1200. in Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 143 : *Hii inspecta et Eliminata veritate, jam dictam causam ... diligenter et attentius investigantes, quicquid super ea bona fide diffinierint aut abjudicaverint, ratum omnino habituri.*

ELIMITARE, In exilium agere, extra regni *limites* propellere. Vita S. Deicoli Abbatis Lutrensis cap. 2 : *Dei famulum... Burgundionum regnum Elimitare fecit.* Hoc est, extra regni Burgundici limites exulare coegit.

¶ Elimitatus. [* Limitibus circumscriptus, intra legitimos limites positus.] Concil. Tolet. XII. inter Hispan. tom. 2. pag. 681 : *Ecce in brevi complexa vel exarata devotionis meæ negotia in hujus tomi complicatione agnoscenda perlegite, perlecta discutite, discussa Elimitatis ac decretis titulorum sententiis definite.*

* **ELIMONIA**, pro *Eleemosyna*, in vet. Inscript. laudata a D. *Lancelot* inter Comment. Acad. Inscript. tom. 6. pag. 667 : *Hanc capsam ex Elimonia Carolo rege, etc.* Quod de Limania minus apte interpretati sunt Auctores Gall. Christ. tom. 2. col. 254. ut jam monuit eruditus vir Academicus.

¶ **ELIMOSINA**, pro *Eleemosyna*, in Diplomate Ludovici Pii, apud Ludov. *Laguille* Histor. Alsat. Probat. pag. 44.

¶ **ELIMPIDARE**, Limpidum seu clarum facere, elucidare. Vide *Limpidare.*

* **ELINGARE**, pro *Elinguare.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Elingare, Eslengar. Prov.* Vide *Elinguatio.*

ELINGUATIO, Γλωσσοτομία, in Gloss. Græc. Lat. MS. Γλωσσοτομῶ, *Elinguo*, in eodem Gloss. perperam in edito, *linguacio*, et *linguo.* Est autem *Elinguare*, linguam secare. [Cornel. Fronto libro de nominum verborumque differentia : *Elinguis habet linguam, sed usu ejus caret; Elinguatus amisit.*]

ELINGUITAS, Infantia, ineruditio. Vita S. Marculfi in proœmio : *Nihil enim in hujus mortalitatis curriculo dignius agitur, quam si Elinguitas nostræ loquacitatis in Dei laudibus jugiter moderetur.*

* **ELITORES**, *Hortulani*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. sed legendum *Olitores.*

ELIQUARE, Apud Papiam, *Declarare*; *Eliquata, Purgata, Aperta, Manifestata.*

¶ **ELISÆI**, Jacobo de Vitriaco apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 281. iidem sunt qui *Assessini*, seu Populi Orientales, de quibus actum in voce *Assasini.*

ELISIMUS. Fortunatus lib. 6. Carm. 12 :

Hæc tibi Elisimo modulatus simplice cantu,
Sed tonat archetypho barbitos inde sono.

Vide, quæ ad hunc locum annotat Browerus.

ELITIGARE, in Notis Tyronis pag. 198. et in Veteribus Formulis apud Bignonium pag. 367. 369. 393. edit. 1. [** Formul. Sirmond. 40. 42. Bignon. 12.] [in Legibus Ludovici II. Imp. apud Muratorium tom. 1. part. 2. pag. 161. col. 1.] est extra omnem *litem* et controversiam ponere, ita ut qui *Elitigato ordine* possidet, pleno jure et absque ullius reclamatione possidere dicatur. Quæ quidem vox postmodum depravata et immutata : quippe pro *Elitigare, Elidicare*, et pro *Elitigatus, Elidegatus* et *Elidiatus, Elidictus*, occurrunt non semel. Charta Caroli M. pro Monasterio S. Dionysii : *Sed sicut ipsum mercatum cum omnibus teloneis legaliter evindicaverunt, et actores ipsius Monasterii.... ipsum teloneum ad integrum Elidicaverunt, ita.... firmum atque concessum omni tempore habeant.* Alia Pipini Majoris domus pro eodem Monasterio : *Ut sicut constat, quod ipsas res per legem et justitiam in Palatio nostro evindicaverunt, vel receperunt,... habeant evindicatas, atque Elidegatas.* Charta Theoderici Regis Fr. pro eod. Monast. : *Ad integrum omnia et ex omnibus, inspecta eorum instrumenta, omni tempore habeant vindegata, atque Elediata.* Placitum Chlodovæi III. Regis, apud virum doctissimum Joan. Mabill. tom. 4. Actor. SS. Ordin. S. Bened. pag. 619 : *Ita ut præsentaliter ipso locello prædictus Chrotcharius ad partes ipsius Ingrammo omni tempore habuit evendecatum atque Elidictum.* Placitum aliud pag. seq. : *Habeant evindecatum atque Ajudicatum.* Placitum Caroli C. ann. 22. in Tabul. S. Dionysii Ch. 38 : *Ut memoratum Deodato monachum una cum Antreneo Majorem partibus S. Dionysi talem notitiam recipere jussimus, per quem supradictis servis ad ipsum servitium inantea teneant atque Elidicant, et sit inter eos postmodum ex hac re soluta et definita atque inconvulsa causa. Elidigutus*, in alio Placito Chilperici ibid. pag. 622. Formula vetus apud Bignon. cap. 7 : *Propterea jubemus... ut ipsam terram ipse Abbas habeat, atque Elidiata sit postmodam ex hac re, omnique tempore subita causatio.* Formulæ Lindenbrogianæ for. 52 : *Quieto ordine vel Elidiato valeas possidere.* Form. 30 : *Sine ullius judicis consignatione pars monasterio nostro, Elidiato ordine præsentaliter revocare facias dominium.* Form. 167 : *Habeat evendicatum vel Elidiatum.* Adde Præceptum evindicatorium Caroli M. in Chron. Laurishamensi pag. 59. ex his emendanda, ni fallor, Charta Hispanica æræ 1016. apud Antonium *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5 : *Et si aliquis homo venerit, qui contra eos voce vel judicio suscitaverit, aut aliqua calumnia petierit, nullus firmet super eos; sed illos dent duodecim homines, et Delindent se de quocumque judicio illis petierint.* Ubi videtur legendum *Elidicent.*

¶ Eligidicare. Præceptum Carolomanni Regis pro Monasterio Prumiensi, tom. 1. Ampliss. Collect. col. 33 : *Jubemus, ut ab hac die ipsa silva de jam dictis partibus nostris, una vena de ipsa fontana, habere debeant evindicatu atque Eligidicata tam nostris quam futuris temporibus.*

Delitigari, Judicari, extra litem poni. Decreta Colomani Regis Hungariæ : *Ducis ministri, qui in mega judicis sunt.... ante Comitem et judicem, minores vero, ante judicem Delitigentur.*

¶ **ELIX**, ἀναπνοὴ ὑγετοῦ, *Fistula aquæductus.* Supplem. Antiquarii. Festus habet : *Elices, Sulci aquarii, per quos aqua collecta educitur e liris.* Columella : *Sulcos aquarios nonnulli Elices vocant.* Et leg. 1. § 9. D. de aqua et aquæ pluv. (39, 3.) : *Sulcos aquarios qui ἕλικες appellantur, si quis faciat.*

* **ELIXATURA**, *apud Paulum capitulo de ægritudinibus mamillarum, pro sappa accipitur, et sic debet accipi, quando sine determinatione reperitur.* Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

* **ELIZARIA**, Ager, ut videtur, exaratus, proscissus, idem quod *Exartus.* Charta ann. 990. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 144 : *Ego Willelmus vicecomes guirpisco atque dimitto Deo ipsum ecclesiam S. Tiberii, ... cum ipsos boschos, et cum ipsas Elizarias, et cum ipsos pascarios, etc.* Vide infra *Elzetus.*

* **ELLAICI**, Lusoriæ tesseræ. Charta ann. 1334 : *Item quod nulla persona ludat ad taxillos, nec ad Ellaicos infra dictum castrum nec ejus territorium.* Fortassis mendose scriptum, pro *Escaccos*, pronuntiatione Provinciali. Vide *Scacci.*

* **ELLECTI**, Vide supra *Electi* 7.

* **ELLERA**, vox Italica, Hedera. Chron. Estense ad ann. 1347. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 442 : *Coronatus fuit magnificus miles dom. Nicolaus tribunus Romanus in S. Maria majori a populo Romano et cleris dictæ urbis, et imposuerunt ei sex coronas, primam quercus, secundam Ellerœ, etc.*

¶ **ELLUATUS**, Κάκσμος, *Spurcus.* Supplem. Antiquarii cum Glossis Lat. Græc. Sangerman. Scribendum *Helluatus*, Vorax.

¶ **ELLUDIES**, ἀρευσία, *Aratio.* Idem Supplement.

* Adde ex Castigat. ad utrumque Glossar. post Vulc. leg. *Illuvies*, pro *Elluvies*, ἀλυσία.

* **ELLUTARE**, Luto oblinere, nostris *Emboer*, et *Enfanger*, in luto demergi. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Autare, Ellutare, colluture, Prov. Enfan-*

Digitized by Google

gur. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 212 : *Icellui enfant et son chapperon estoient honni de boë, et lui demanda pourquoi il pluroit, et qui l'avoit ainsi Emboé.* Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1 :

Quant se quida arriere traire.
Il Enfanga si durement
En espierres du pavement, etc.

* *Eschaboter* et *Esclaboter* olim, pro *Eclabousser*, Luto vel aqua respergere. Lit. remiss. ann. 1441. in Reg. 176. ch. 76 : *Icellui Loyset féry d'un baston contre terre pour Eschaboter ung mont d'enfans, qui estoient assez près.* Aliæ ann. 1461. in Reg. 189. ch. 513 : *Hennericq d'un baston qu'il avoit, frappa en ladite eaue, tellement que la grigneur partie des supplians furent Esclabotez et moullez; . . . . ou contempt de ladite moulleure et Esclaboteure, etc.*

¶ **ELLYPSIFORMIS**, Formam habens *ellipticam* seu curvam. Acta SS. Julii tom. 3. pag. 719. de S. Henrico Imp.: *Ensem S. Henrici proprium bissecantem... habentem manubrium Ellypsiforme ex crispato ligno buxino, longum tribus fere pedibus, latum sesquipollice.*

¶ **ELMA**, Genus morbi, in Historia MS. Abbatiæ Gemmeticensis pag. 53.

¶ **ELMETUS**, Ital. *Elmetto*, Gall. *Heaume*, Cassis, galea. Processus anni 1430. in Histor. Dalphin. pag. 64. col. 1 : *Præfato Marescallo, qui semper spem de victoria habuit, genibus flexis manibusque junctis ad cœlum erectis, et Elmeto suo a capite deposito, etc.*

¶ **ELMETTUS**, Eadem notione, apud Rymer. tom. 12. pag. 641. Jovius in Vita Sforziæ : *Hic est ille Albericus* (Balbianus,) *qui equitem cataphractum, ea specie, quam videmus, formavit et instituit : adinvento hoc conclusæ duplicisque galeæ genere, quo nunc maxime utimur, et Gothico nomine Elmettum vocitamus.* Vide *Elmus*.

¶ **ELMUNIMUS**, Dignitatis nomen apud Sarracenos Caliphæ proprium. Vide *Miramomelinus*.

¶ **ELMUS**, ut supra *Elmetus*, Galea. Computum anni 1333. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 275 : *Aim. de Cisciaco pro emendo uno Elmo et alia arma pro Domino, unc. 1. taren. XII.* Caffarus lib. 1. Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 261 : *Cum loricis, et Elmis, et aliis armis.* Obertus Cancellar. lib. 2. eorumdem Annal. tom. 6. Murat. col. 304 : *Extraxit de capite suo Elmum, et deposuit scutum, etc.* Rursum occurrit apud eumdem Muratorium tom. 8. col. 431. tom. 12. col. 791. 804. Rymer. tom. 4. pag. 779. 809. tom. 5. pag. 569. etc. Plerique scripserunt *Helmus*. Vide in hac voce.

¶ **ELOCARE**, Conducere, Gall. *Louer*. Vide *Exponere*.

¶ **ELOCATIO**, Conductio, Gall. *Louage*, in Lege Salica tit. 31.

* **ELOCHARE**, a vet. Gallico *Eslocher*, Commovere, concutere, vulgo *Ebranler*. Arest. ann. 1342. 8. Jun. in vol. 3. arestor. parlam. Paris. : *Eidem Oudeto dentes superiores successive cum quibusdam tenallis traxerat, ... cæteros dentes tali modo Elochando, quod idem Oudetus . . . . comedere non potuerat.* Lit. remiss. ann. 1447. ex Reg. 179. Chartoph. reg. ch. 60 : *Pour ce que le suppliant vit que le petit Jehan s'efforçoit de courir sus à icellui Nicolin, il Eslocha ledit espieu et en frappa ledit petit Jehan. Les clous de quoy les planches de la nef estoient atachiez, estoient tous Esloschez*, apud Joinvill. in Hist. S. Ludov. edit. reg. pag. 3. Vide supra *Dislocare* 1.

¶ **ELOGA**, *Initium*, *exordium*. Papias.

1. **ELOGIUM**, Vox in malam partem interdum sumpta, maxime pro brevi annotatione criminis, uti observatum ab Henrico Valesio ad lib. 14. Ammiani pag. 15. [*Infami satis Elogio notare*, in Actis Synodi Flaviniac. ann. 894. apud Mabill. tom. 3. Annal. Bened. pag. 294. Testamentum. S. Remigii apud Miræum tom. 1. pag. 5. col. 2 : *Elogium segregationis a corpore Christi ab omnibus ei porrigatur.*] Sigefridus Episcopus Moguntinus Epist. 1. *Quia audistis Elogio simoniacæ hæreseos eum esse notabilem.* Gozechinus Scholasticus : *Dicis, quid mihi et Leogio, quod olim insolenter deserens, turpi notarim Elogio?* Mox : *Dic ergo, nunquid Elogium intuli legiæ?* Infra : *Non Elogii notam, sed honoris coronam.* [Arnulphus Lexov. Episc. in Epistola ad Alexandrum Papam, apud Acher. Spicil. tom. 2. pag. 497 : *Sublatoque pristinæ servitutis Elogio, Ecclesia Dei lætabunda procedat, etc.*] Ita eadem vox usurpata legitur de exhæredatione, in leg. 4. Cod. Th. de Legit. hæred. (5, 1.) [** Vide Burmann. ad Petron. cap. 53. et Forcellin.] [Statuta Avenion. rubrica 59. de Testamentis art. 1 : *Sæpe contingit multos decedere intestatos, quod non facile reperiri possint septem testes, quibus sua Elogia fideliter et secreto committant;* hoc est, rationes cur ita testamentum disponant, hunc v. g. exhæredent filium : qua notione Tullius in Cluentiana : *Unum est etiam quod maxime me conturbat; quod Elogium recitasti de testamento Cn. Egnatii patris, hominis honestissimi, se exhæredasse filium, quod is ob Oppiniaci damnationem pecuniam accepisset.* Sic et Quintilianus lib. 7. cap. 4 : *Si exhæredatum a se filium pater testatus fuerit Elogio, propterea quod is meretricem amaverit.* Fulgentius de Prisco Sermone: *Elogium est hæreditas in malo. Cornelius Tacitus libro Facetiarum : Cæsi itaque morum Elogio in filiis relicto.*] *Sub Elogio præconis fustibus cæsus*, apud Spartianum in Severo. [Papias : *Elogia, Laudes... Carmina vel criminalia mala... Ordo criminum, Titulus cujuslibet rei.... Proverbium.... Ignominia, Textus gestorum malorum, Responsum divinum.* Similia habent Johannes de Janua et Isidorus in Glossis : ad has Græv ium consulito.]

* 2. **ELOGIUM**, Testamentum. Testam. ann. 1145. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 331 : *Ultimam in rebus suis dispositionem fecit, et hoc ultimum Elogium condere curavit in hunc modum, etc.* Charta ann. 1365. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 660 : *Ex dono et elemosina defuncti Petri Bertrandi olim cardinalis Ostiensis in suo Elogio seu ultima dispositione.* Alia ann. 1380. in Reg. 117. ch. 80 : *Defunctus Robinus et defuncta Maria uxor ejus pia consideratione et spiritali devotione succensi in suis Elogiis, sive testamentis aut supremis voluntatibus... unam capellaniam fundari . . . . . sagaciter ordinarunt.* [** Vox hac significatione passim occurrit in Justinian. Codice.]

* 3. **ELOGIUM**, Inquisitio juridica de alicujus vita et moribus, apud Chopin. de Leg. And. part. 1. pag. 627. col. 2.

1. **ELONGARE** dicitur Princeps, cum alicui debitori ex certa causa dat inducias solvendi debita. *Elongamentum*, ipsæ litteræ Principis, quæ nostris *Lettres de respit*, vel *d'Estat*. Gloss. Gr. Lat. : Μακρύνω, *Elongo*. Μακρύνω, *Longo*. Usatica Majoricarum Regni MSS. : *Statuimus, quod si aliquis de aliquo debito obligatus tenetur, semel a nobis vel successoribus nostris fuerit Elongatus, et aliud postea de eodem debito specialiter vel simul cum aliis debitis obtinuerit Elongamentum, illud secundum Elongamentum non prosit eidem.* Curia Generalis Barcinon. ann. 1291. MS.: *De Carta vel Littera Elongamenti, de qua consueverunt dari 50. solidi pro mille in anno.* Exstat Charta Jacobi Regis Arag. ann. 1268. 18. Kal. Jul. cujus titulus est : *Ut aliquis non Elongetur, qui habeat bona mobilia.* Vide Foros Aragon. Edit. 1624. f. 15. v. et Observantias ejusdem regni lib. 9. tit. 1. qui est *de Elongatione debitorum*, et Michaelem *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. Vide *Litteræ Elongamenti*.

¶ 2. **ELONGARE**, Procul amovere, amandare, Gall. *Eloigner*, Ital. *Allontanare* : hac notione pluries occurrit in Psalmis et aliis Scripturæ libris, ut et apud Murator. tom. 8. col. 230. 517. Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 72. etc.

* *Eslongier*, eodem sensu, in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1 :

Moines devint, chen est la soume
Par le conseil du bon preudoume;
Pour le siécle plus Eslongier,
Bertauder fist et rouoignier
Son chief c'avoit blont et poli.

* Hinc *Esloignance*, Recessus, in Poem. reg. Navar. tom. 2. pag. 99. cantil. 43 :

Partir voel de vostre gent
Par vostre Esloignance.

* 3. **ELONGARE**, Auferre, abripere, detrahere, Gall. *Enlever*. Epist. reclamat. ad Ludov. Pium tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 399 : *Suggerere conabor, qualiter a me peccatore et mea sorore paterna hereditas nostra erat primo Elongata, et adhuc etiam abstracta.* Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 13 : *Billonum a monetis regiis Elongando, fundendo, rechassando et etiam affinando, etc.*

¶ 1. **ELONGATIO**, Extensio, productio, Gall. *Allongement*. Usus stagnorum Villarici et Bressiæ, apud Guichenonum [in Probat. pag. 170. et Revellum pag. 266. et 267 : *An licitum sit Elongare et altiare calceatam sui stagni inferioris, et an possit altiationem et Elongationem calceatæ ipsius stagni inferioris comprehendere majorem comprexiam prædiorum.*

¶ **ELONGATIO GUERRÆ**, Induciæ, Gall. *Treve*, a Gallico *Eloigner*, Removere vel differre. Charta B. Connestabuli Arverniæ, apud Baluzium Hist. Arvern. tom. 2. pag. 90 : *Sed tamen dictam Elongationem guerræ promisit se bona fide servaturum usque ad terminum prætaxatum.*

Digitized by Google

* 2. **ELONGATIO**, Literæ principis, quibus dat inducias solvendi debita, nostris *Lettres de respit* vel *d'estat*. Constit. Jacobi I. reg. Aragon. ann. 1251 : *Concedimus... quod numquam de cetero elongabimus aliquem vel aliquos debitores vel fidejussores vestros ab aliquibus, quæ vobis vel aliquibus vestrum debent vel debebunt, de quibus a nobis semel sunt vel fuerint elongati, volentes et concedentes vobis, quod si forte causa ignorantiæ vel alio quoquo modo aliquem vel aliquos debitores vel fidejussores vestros secundo vel pluries elongaverimus ab illis debitis, de quibus a nobis semel fuerint elongati, quod secundas Elongationes, vel plures, si pluries fuerint, non teneamini aliquatenus observare : immo non obstantibus dictis Elongationibus, secundo vel pluries factis, possitis ipsos debitores et fidejussores vestros compellere et pignorare ad solvendum debita, quæ vobis debent vel debuerint aliquo modo.* Vide *Elongare* 1. *Ehloigne*, pro *Délay*, dilatio, in Assis. Jeros. cap. 35 : *Convient au plaidoier ses fuites et ses eschampées et ses Ehloignes faire.*]

1. **ELOQUENTIA**, Lingua, idioma, *Dacisca*, *Romana Eloquentia*, apud Dudonem lib. 3. de Morib. Norman. pag. 112. [Acta S. Winwaloei MSS. : *In verba sussannationis et convicioram tam detestanda erumpebat, quæ non licet Christiana Eloquentia pronuntiari.*]

2. **ELOQUENTIA**, Lectio. Helgaudus in Roberto Rege : *Eloquentiæ tantum incumbens, ut nullus laberetur dies, quin legeret Psalterium, et exoraret cum sancto Davide.*

** **ELOQUENTIOLA**, apud Virgil. Grammat. pag. 2.

* **ELOQUET**. Libert. castri de Monteolivo ann. 1312. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 500. art. 3 : *Quod construat* (construat) *unusquisque vias secundum proprium domum, Eloquet purget, etc.* Ubi in Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 172. lego *Eloques* vel *Eloquer* cum nota abbreviationis, f. pro *Eloquerium*, quod Emissarium aquarium, vel pavimenti incile interpretor, Gall. *Evier, ruisseau.*

* **ELOURDATUS**, Attonitus, stupefactus, ictu sopitus, Gall. *Etourdi*, alias *Alourdé*, *Eslourdé*, *Eslourdi*, et *Enlourdi*; unde *Eslourdement*, stupor, vulgo *Etourdissement*. Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 314 : *De dicto ictu fut multum perterritus et quasi totaliter Elourdatus, et fere vacillando et titubando ad terram cecidit.* Aliæ ann. 1387. in Reg. 132. ch. 37 : *Lequel suppliant cuidant que il ne frust que Eslourdé du cheoir, etc.* Aliæ ann. 1401. in Reg. 156. ch. 50 : *Icellui Drouin frappa ledit exposant sur la teste tel cop, que il chey à terre tout Eslourdé.* Aliæ ann. 1407. in Reg. 162. ch. 203 : *Symon Thibault frapa Guillaume Courtois de son baston un seul cop en la teste, dont il fu Alourdé, et cheut à terre.* Aliæ ann. 1408. in Reg. 163. ch. 109 : *Le suppliant avoit esté très-bien batu de tant de cops orbes, qu'il en estoit tout Eslourdy.* Aliæ ann. 1409. ex eod. Reg. ch. 368 : *Duquel cop icellui Havis cheu à terre tout Enlourdi.* Denique aliæ ann. 1467. ex Reg. 200. ch. 130 : *Le suppliant tous eslourdi du coup de pierre .... pour ledit Eslourdi du coup de autrement, il tumba à terre.* Hinc *Alourdement*, Fallacia, dolus, deceptio, vulgo *Surprise*, *tromperie*, a verbo *Alourder*, Decipere, in errorem inducere, in Charta ann. 1424. tom. 2. Hist. Leod. pag. 446 : *S'il advenoit que par seduction ou Alourdement de curatier ou curatresse, ... filhe desous l'eage de douze ains fusse emminnée par aucune personne; que chis ou celle qui ainssy l'emmonroit ou l'aroit Alourdée .... fussent cascun, oultre l'amende que loy donne, à une voie de Oultremeire, etc.*

¶ **ELUBIUM**. Constantiensis : *Pelagus*, *Elubium* : quod pro *Eluvium* videtur esse positum. Vide *Pelagus*.

ELUCIDARIUM. Ita appellavit S. Anselmus, seu quis alius Anonymus librum, quem scripsit de Summa totius Christianæ Theologiæ in Præfat. *Titulus itaque operi, si placet, Elucidarium præfigatur; quia in eo obscuritas diversarum rerum elucidatur.* [Vide *Lucidarius.*]

¶ **ELUCUBRATUS**, *Excussus vi telorum.* Barth. in Glossario ex Baldrici Hist. Palæst.

¶ **ELUCUBRE**, *Languidum.* Papias MS. In Edito *Lucidum* : quo sensu oritur a verbo *Elucubrare.*

* **ELUDERE TEMPUS**, Consumere, Gall. *Passer le tems.* Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 16 : *Verba truffatoria seu jocosa et ociosa ad tempus Eludendum inter se proferendo, etc.*

¶ 1. **ELUDIUM**, Jocus, ludus. Miracula S. Augustini Cantuar. n. 58 : *Inter hæc Eludia vel seria.* Isid. Chron. Regum Gothorum : *Sæpe etiam lacertos contra Romanos insolentias ac irruptiones Wasconum movit, ubi non magis bella tractasse, quam potius gentem quasi in palæstra Eludii pro usu utilitatis videtur exercuisse.*

2. **ELUDIUM**, *Deceptio*, in Glossis MSS. Vide *Conludium.*

* **ELUERE**, Præstare, tueri, cavere ab evictione, Gall. *Garantir*. Charta ann. 1261. inter Monum. eccl. Aquilej. cap. 75. col. 749 : *Eidem domino patriarchæ promisit* (Ulricus dux Carinthiæ) *Eluere omnia et singula, quæ ei donaverat.*

¶ **ELUIES**, σέλματα, *Transtra, tabulata navis.* Supplementum Antiquarii.

* Gloss. Lat. Gr. : *Eluies*, σέλματα, ἀνοδία. Ubi Vulc. emendat, τέλματα.

* **ELUMINARIA**, Luminare. Charta ann. 1150. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1545 : *Per unumquemque annum duo milliaria de oleo, id est, in opere S. Marci, et aliter Eluminariam persolvere debemus.* Vide *Luminare.*

¶ **ELUMINATUS**, Excœcatus. Sidon. lib. 8. Epist. 11 : *Quis ita gemino obtutu Eluminatus, qui exanimati cadavere inspecto non statim signa vitæ colligeret extortæ.*

¶ **ELUSCARE**, Luscum facere. Gloss. Græc. Lat. Ἐκτυλφόω, *Excæco*, *Elusco.* Utuntur Ulpianus leg. 5. § ult. Dig. ad Legem Aquil. (9,2.) et Marcellus leg. 27. Dig. de pignorib. vel hypoth. (20,1.) Vide *Luscus.*

¶ **ELUSCATIO**, Cœcitas. Gloss. Cyrilli : *Eluscatio*, ἀποτύφλωσις.

* 1. **ELUSIO**, Derisus, illusio. Lit. Joan. reg. Franc. ann. 1353. in Memor. C. Cam. Comput. Paris. fol. 133. r° : *Iidem decani et capitula* (ecclesiarum Morinensis et S. Audomari) *divinum timorem detestabili cæcitate postponentes, in Elusionem Dei et clavium S. matris Ecclesiæ, eisdem sententiis* (excommunicationis) *obtemperare contempnunt.* Arest. parlam. Paris. ann. 1394. ex Cod. reg. 9852. 3. 3. fol. 84. r° : *Quamvis præmissa in nostræ jurisdictionis vituperium facta fuissent, adhuc tamen quidam molendinarius, Cartula nuncupatus, in nostri contemptum et Elusionem, quemdam asinum equitans præpostere, penuncellum liliis depictum ad caudam ipsius asini ligatum per villam trahebat, clamando : Nos amplius regem non habemus, totum lucratum est.*

* 2. **ELUSIO**. IN ELUSIONEM BANNI, id est, Nomine banni. Lex Godefr. Camerac. episc. Ms. ann. 1227. art. 47 : *Nullus omnino bannus, vel præceptum, vel commandesia, vel quocumque modo nominetur, quidquid sit in Elusionem banni, fiat, nisi per episcopum.* Versio Gallica : *Nus bans, nus commandemens, nule comandise, u comment ke on l'apiau, koi ke ce soit en non de ban, ne soit fait, se n'est par l'eveske.*

¶ **ELUSORIUS**, Fallax, Gall. *Illusoire. Elusoriæ versutiæ*, in Charta anni 1196. apud Miræum tom. 2. pag. 1197. col. 2.

¶ **ELUTIUS**, *Aquatius.* Papias, ab *Eluere.*

¶ **ELUUS**, Fulvus, Gall. *Fauve.* Papias : *Falvus*, *Fulvus*, *Eluus.* Varro legit *Heluus* haud absimili notione.

* **ELZETUS**, f. Ager qui in longum protenditur; nisi idem sit quod supra *Elizaria.* Charta sub Alex. archiep. Vienn. in Chartul. ejusd. eccl. fol. 69. r°. col. 2 : *Ego Jermundus reservo michi Elzetum, qui terminat de uno latere fluvio Walabro.*

¶ **EMANATORIUM**, Fons, Gall. *Fontaine*, sic dictus ab Emanare, *Couler.* Meisterlinus Hist. Rerum Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. pag. 34 : *Aquæductum porro Consules a longe per navalia subterranea introduxerunt, hinc indeque per civitatem locis opportunis, tam ad usum incolis, quam pro ornatu, Emanatoria fecerunt.*

EMANCARE, [Mutilare.] Vide *Mancus.*

EMANCEPS, *Famulus a servitute liberatus.* Gl. Isid.

EMANCIPARE, A servitute liberare. Saxo Grammaticus lib. 6 : *Supervenit alius.... qui prioris exemplo conditionem fateri jussus, ancillam se cujusdam in matrimonio habere, ejusque domino Emancipandæ conjugis gratia rusticum opus dependere testabatur.*

EMANCIPARE, Ab obsidione liberare. Sugerius in Ludovico VI. cap. 7 : *Ipse vero manu potenti disruptis et defossis circumquaque omnibus municipiis, Acutummontem Emancipavit, et tam armis quam victualibus eorum sophismata denodans, copiosum reddidit.*

1. **EMANCIPATIO**, Cujus apud nostros ea erat formula, quæ habetur in Regesto Feodor. Burgundiæ 2. part. fol. 211 : *Nos Hugo, Dux Burgundiæ, not. fac. præsentes litteras inspecturis, quod in nostra præsentia specialiter constitutus propter hoc Robertus Miles filius noster petiit Emancipari a nobis, seu liberari a patria potestate. Nos vero vi-*

Digitized by Google

dentes et attendentes ipsius Roberti consensum et voluntatem circa Emancipationem habendam et dandam a nobis, mutuo consensu interveniente ex parte nostra et ex parte dicti Roberti ipsam præsentem Emancipationem acceptantem legitime Emancipamus a sacris, seu a patria potestate. In cujus testimonium præsenti Emancipationi ad requisitionem dicti Roberti sigillum nostrum duximus apponendum. Dat. die Sabbathi post Festum B. Lucæ Evangelista. ann. D. 1272. [In Historia Dalphinali tom. 2. pag. 84. legimus, Humbertum Delphinum anno 1297. Ind. XI. tertio Nonas Febr. coram Guillelmo de Ruino Officiali Curiæ Gratianopoli constitutum, Hugonem filium emancipasse eum *capiendo per manum, dando eidem Hugoni et concedendo liberam auctoritatem, et etiam potestatem standi in judicio; mutuum accipiendi, testamentum, codicillos, seu ultimam voluntatem faciendi, et cujuslibet contractus inhiendi, et generaliter omnia alia faciendi, quæ quilibet paterfamilias, et sui juris constitutus, facere potest vel debet, etc.*] Exstant aliæ emancipationis formulæ in tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 263. et apud Rollandinum in Summa Notariæ cap. 7. Rubr. 5.

* Formulam emancipationis recentiorem subjicio ex Tabul. S. Vict. Massil. ann. 1400 : *Antonius Masarati, filius Jacobi, in præsentia judicis alterius curiarum Massiliæ, præsente ibidem patre suo, flexis genibus rogavit instanter et requisivit humiliter et devote dictum Jacobum patrem suum, ut placeret eum emancipare et a sua potestate liberare. Qui quidem Jacobus, audita requisitione prædicta dicti Antonii filii sui, ipsum continuo Emancipavit, et a sacris suis et a sua propria potestate dimisit, relaxavit ipsum Antonium filium suum, juris et patrem-familias fecit, accipiens eum per manum dextram, coram ipso judice et me notario ac testibus, liberavit ipsum a manu sua atque a sua propria potestate, dans, concedens etc.* Adde Formulas MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 2. r°. [** Vide Grimm. Antiq. Juris German. pag. 462. et Mittermaier. Princ. Jur. German. § 372.]

☞ Cum autem hujuscemodi emancipationes solummodo fieri solerent, petentibus filiis, si præ minori ætate hanc postulare non posset puer emancipandus, tum consensus Regis requirebatur juxta Legem Jubemus 5. Cod. de Emancip. lib. 8. tit. 49. quod observatum legimus in emancipatione Ludovici septennis filii natu majoris Caroli Comitis Valesii ann. 1325. Ejus emancipationis formulam a Carolo IV. Franc. Rege datam exhibent Acherius Spicil. tom. 8. pag. 266. et *de Lauriere* in suo Juris Gallici Glossario. Videsis etiam Consuetud. Pictav. art. 311. et Britan art. 526.

☞ Sed non una hæc erat emancipationis causa vel ratio. Fiebat etiam per liberorum conjugium, et domicilium a paterna domo separatum : quod etiamnum statuitur in Consuet. Pictav. art. 312. Engolism. art. 120. Britan. art. 527. Santon. art. 2. Rupell. art. 2. Juxta quasdam alias Consuetud. ad emancipationem satis est, ut liberi, videntibus ac scientibus parentibus, proprium habeant domicilium. Vide Consuetud. Catalaun. art. 7. et Rhem. art. 7. quod ad solos pertinet ignobiles, non ad nobiles masculos juxta Consuetud. Pict. art. 113. Puellas quod spectat, sive nobiles sint, sive plebeiæ, parentum jure matrimonio eximuntur fiuntque maritorum. Pictav. art. 314.

*Ea erat apud Normannos emancipationis lex, ut filius, saltem per annum a die, quo sui juris factus fuerat, computandum, in domo paterna manere non posset. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 316 : *Regnaut de Reux émancipé et mis hors d'avecques son pere, si comme l'en a accoustumé à faire au pays de Normandie,.... vint devers sondit pere pour avoir de l'argent à soy monter et armer, et ne se loga pas en l'ostel de sondit pere, pour cause de l'émancipation dessusdite, qui est tele, que puis que un homme a émancipé son filz et mis hors d'avecques soy, il ne le doit recuillier ne logier jusques à ce que an et jour soit passé.*

☞ Emancipabantur etiam qui ad vigesimum ætatis annum pervenerant. Rhem. art. 6. 8. Catalaun. art. 7. 8. et Sedan. 5. 7. et in quibusdam provinciis liberi omnes mortua matre : quod hodieque statuunt Consuetudines Montarg. cap. 7. art. 3. Vitriac. art. 100. 143. Castri-Novi art. 134. Carnot. art. 103. Durocass. art. 93. Hæc post *de Lauriere* in Glossario jam laudato.

☞ Neque abs re futurum est, opinor, si cum eod. Cl. Scriptore observemus, non eam quidem fuisse veterum Francorum in filios potestatem, ut eos possent interimere, sed tamen penes patrem fuisse filios vendere, si necessitas compellebat; legimus enim Capitul. lib. 6. cap. 4. [** ex Exod. cap. 21. vers. 7. et 8.] : *Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur sicut ancillæ exire consueverunt. Si placuit domino suo cui vendita est, dimittat eam liberam, et ad alium populum non licet eam vendere.* Vide Edictum Pistense cap. 34. tit. Codicis, de patribus qui filios distraxerunt, (4, 43.) et Formulam Andegav. 48. [** de Sanguinolento.]

☞ Non solum autem pater apud antecessores nostros, verum etiam mater vendendorum filiorum jure gaudebat, si fidem habemus Auctori Vitæ S. Juniani tom. 2. Bibl. MS. Labbei pag. 573 : *Cumque puer velociter jussa explesset, renuntiavit patri dicens : Mulier paupercula est, cui et panis defecit, nec unde emat habet. Quo audito jussit eam in conspectu suo adstare, hilari vultu et paterno affectu interrogans, cur tanto ejulatu fleret, et clamoribus eum inquietaret. At illa respondit : Vere Dei famule et Sacerdos, scias me fame periclitari; panis deest, emptio nulla, fames quotidie invalescit, et ecce prægnans morior : quamobrem tuam adivi clementiam, ut si me de periculo famis eripueris, sim tibi perpetuo ancilla, et filius quem utero gesto servus sempiternus, quem cum enutriero tuis manibus et jugiter servire instituam. Tantum adjuva me ne peream.* Vide Consuetud. Vitriac. art. 100. et 148.

☞ Verum prisca Francorum barbarie, imperantibus tertiæ stirpis Regibus, sensim mitigata, tam leniter tamque indulgenter filii a parentibus habiti sunt, ut Accursius, qui circa annum 1200. florebat, dicat ad tit. Institut. de patria potestate (1, 9.) : *Aliæ vero gentes quædam ut servos tenent filios, ut Sclavi, aliæ ut prorsus Absolutos, ut Francigenæ, etc.* Hinc colligunt quidam, nullum tunc temporis in Francia jus fuisse patrum in filios; at conjecturam explodunt tum Consuet. Vitriac. art. 100. Rhem. art. 6. et 7. Montarg. cap. 7. art. 2. Borbon. art. 168. Pictav. art. 316. Catalaun. art. 7. Sedan. art. 5. Carnot. art. 103. Castri-Novi art. 133. Bituric. tit. 1. art. 3. Britan. art. 498. quæ paternum jus agnoscunt omnes, tum etiam nostri veteres Practici. Auctor magni Franciæ Consuetudinarii, qui scribebat anno circiter 1368. ait lib. 2. cap. 40. pag. 263. desinente : *Par la Coutume notoire de la Prevôté et Vicomté de Paris, laez ou don qui n'est point causé, laissé ou donné à aucun enfant étant en la puissance du pere, est propre acquest au pere et mere, en la garde de qui il est, voire encore s'il y a cause, et ladite cesse.* Adde pag. 264. 265. et *des Mares* Decis. 248. Idem patrium jus plane confirmant *emancipatoriæ litteræ* tum jam memoratæ, cum aliæ plures in Historiis familiarum illustrium relatæ. Vide Hist. Castellionis ad Matronam pag. 180. Probat. et Perardum in Burgundicis pag. 521.

* Paternæ potestatis haud modica depravatio aliquando invaluit, cum scilicet patres filios, necdum etiam natos, clero vel monachatui manciparent. Vide infra in *Oblati* 1.

2. **EMANCIPATIO**, in Monasteriis dicitur, cum Monachus ad aliquam dignitatem promovetur, et eo ipso ab obedientia Superioris eximitur. S. Bernardus Epist. 87 : *Promotio Abbatis, Emancipatio filii est.* Idem Epist. 252 : *Quasi..... Emancipatio filii ad Capitulum, et non potius ad solum spectet Abbatem.* Rad. de Diceto ann. 1179 : *Rogerus a Collegio sanctæ Trinitatis ad supradicti loci curam in Abbatem assumptus ab Alexandro PP. 5. Kal. Febr. Tusculani benedictionem, et in signum Emancipationis indultæ mitram, annulum, chirothecas accepit.* Chronicon Mauriniacense lib. 3. de Macario Cluniacensi Monacho electo in Abbatem Mauriniacensem : *Prælibatos itaque Monachos Cluniacum mittimus, et ut ab Abbate loci illius Macarium a jugo obedientiæ absolvi et Emancipari postulent, intimamus.* Infra : *Asserens, se nunquam ei benedictionis consuetudinem impensurum, nisi plenius a jugo obedientiæ cognosceret absolutum.*

Emancipatoriæ Litteræ, quæ ab Abbate in eum finem Monacho electo dantur, in eodem Chronico Mauriniacensi : *Literas Emancipatorias postulanti* (Archiepiscopo Senonensi) *ostendunt, etc.* Ex quibus conficitur ad hoc, ut Monachus in Abbatem alterius Monasterii electus benedicatur, necesse fuisse, ut emanciparetur a suo Abbate, tametsi ipsa promotione emanciparetur; quod præterea docent sequentia, descripta ex Polyptycho Monasterii S. Remigii Remensis : *Anno ab Incarnatione* 1097. *postquam de Galliis Urbanus PP. Romam redierat, misit litteras Manassi Remensi Episcopo, non priori simoniaco deposito, sed successori M. catholico, pro Roberto Abbate S. Remigii, qui Monachus fuerat S. Martini majoris*

Digitized by Google

Monasterii, in quem diœcesani Episcopi Remensis Ecclesiæ præjudicium fecerant, dicentes, eum de judicio et justitia Abbatis sui pendere, et ejus obedientiæ et disciplinæ subesse debere, et de eo in Capitulo suo, sicut de Monacho suo tractare, quod his verbis cassavit Romana Ecclesia, et Romanæ Sedis Apostolicus : Urbanus Episcopus servus servorum Dei, venerabili Fratri M. Remensi Archiepiscopo salutem et Apostolicam benedictionem. Abbatis S. Remigii causa in præsentia nostra et Confratrum nostrorum Episcoporum et Cardinalium diligentiori discussa est inquisitione et ad hunc tandem finem perducta, judicium Episcoporum prolatum super eum cum hac ratione reprobatum noveris, quia postquam filius a patre Emancipatus est, sub curam et dominationem patris redire districtione legum non cogitur, nisi sponte ipse rogaverit. Promotionem enim Abbatis Emancipationem accipimus, et ideo sub potestatem Abbatis redire non debere judicamus. Exstat formula alia ejusmodi emancipationis apud Jacob. Petitum post Pœnitentiale Theodori pag. 143. Vide Petrum Blesens. Epist. 90. et S. Anselmum Cantuariensem lib. 2. Epist. 42. 52. lib. 3. Epist. 32. 139. Quinetiam si Abbas ipse ad majorem dignitatem v. g. Episcopalem proveheretur, totius Conventus consensus requirebatur, ut ex S. Anselmi lib. 3. Epist. 6. 7. 8. colligitur. Vide Vitam Aldrici Episcopi Cenoman. num. 54. 55.

** EMANCIPATIO CANONICORUM dicebatur actus quo a Scholastici potestate *juniores canonici* emancipati, in *capitulum et chorum* solemni more deducebantur. Vide Statuta Ecclesiæ Binguensis ap. Würdtwein. Subsid. Diplom. tom. 1. pag. 175. sqq. et Mindensis tom. 10. pag. 141. ubi hæc : *Dum Canonicus... emancipari desiderat.... de mane hora capituli per scholasticum vel ejus vices tenentem decano et capitulo presentabitur, et inquiratur de litteraturæ sufficientia, de idoneitate personæ et habilitate ejus ad Emancipationis actum legitime subeundum et de aliis circumstantiis opportunis; ex tunc per decanum in loco claustrali ad hoc ut moris est debite locabitur seu reponetur, ibidem die ac nocte continuis usque ad horam capituli diei immediate subsequentis permansurus nec a claustro interim recessurus; qui tunc eadem hora primo prostratus emancipabitur sive a primis scolis eripietur per decanum, et eodem contextu et hora deferetur eidem juramentum et jurabit statuta, etc.... Sed quia alia consuetudo de servitio per canonicos sic emancipatos tempore emancipationis dudum observata, videlicet quod talis canonicus expensas graves et inutiles circa effrenatam multitudinem hospitum quos ad prandium tamquam convivas invitare consueverat, propter quod multis debitorum oneribus gravabatur, etc.... quam consuetudinem reputamus abrogare... duximus statuendum quod ad armarium ecclesiæ 5. marcas... ad fabricam ecclesiæ totidem et ad structuras et reparaciones et emendas edificiorum claustri 2. marcas provisoribus ad hujus officia deputatis ante ereptionem ipsius canonici de carcere in paratu pecunia expedire et solvere teneatur, etc.* Vide *Scholasticus.*

3. **EMANCIPATIO** etiam dicitur de Ordinibus religiosis, qui ab Ordinariorum jurisdictione exempti, Sedi Apostolicæ nullo medio subjiciuntur, apud Joan. Sarisberiensem lib. 7. Policrat. cap. 19. ubi in ejusmodi emancipatos gravius invehitur.

EMANCIPATIO MONASTERII, Exemptio a jurisdictione Ordinarii. Vita B. Heldemari Eremitæ cap. 5 : *Paschalem Papam super Emancipatione sui cœmiterii sollicitat, et quod petit impetrat.* Vide Barthol. Fizen. in Hist. Leodiensi pag. 365. § 16.

4. **EMANCIPATIO**, Disvestitio, traditio. Charta Wiboldi veteris Corbeiæ Abbatis ann. 1152. in Monumentis Paderbornensib. pag. 105 : *Cujus possessionis emptæ a prædicto venerabili Episcopo legitimam per hæc scripta Emancipationem facientes, etc.* Ita usurpant Acta S. Forannani Abbatis Walciodorensis ann. 15.

* 5 **EMANCIPATIO**, f. pro *Mancipatio*, Addictio. Stat. crimin. Saonæ cap. 37. pag. 78 : *Si quis eorum contra inhabitionem* (inhibitionem) *præsentem præsumpserit quandocunque postea ad civitatem Saonæ vel districtum* (redire) *et capi poterit seu haberi per magistratum prædictum, teneatur ipse magistratus ipsum talem iterum expellere, eum etiam puniendo usque ad Emancipationem triremium* (sic) *per tres annos.*

* **EMENDAMENTUM**. Vide infra *Emendamentum* 4.

EMANERE, Extra domum manere, vagari, peregrinari. [Papias in Codice Bituric. : *Emanere, Excubare.*] Gloss. Gr. Lat. : Ἐκκοιτῶ, *Emaneo, Emanet*, διαμένει, παννυχιόει. Gloss. Lat. : Græc. *Emansio*, παννυχισμός. *Emensiones*, ἐκκοιτισμοί, ἀπόκειτοι. Vide Cujacium lib. 6. Observat. cap. 26.

EMANSORES, in Gloss. Lat. Gr.: Ἀπόκοιτοι, λησταί. Gloss. Gr. Lat. : Ἐξώκοιτος, *Emansor*, [*Qui diu vagatus ad castra regreditur*, Modestino leg. 3. § 2. Dig. de re milit. (49, 16.)] Petrus Blesens. Ep. 142. de Monachis vagis : *Transfugæ et Emansores a claustro effræne, vagi et Sarabaïtæ.* Contra, *Mansores*, qui domi manent, resident. Vita S. Theodardi Archiepisc. Narbon. apud Catellum pag. 757 : *Sive Mansor, sive idem esset viator.*

¶ **EMANITAS**, Immanitas, crudelitas. Privilegium Agiradi Carnot. Episc. ann. 696. apud Felibianum Hist. San-Dionys. pag. xvii : *Secundum statuta canonum de objecto Emanitatis crimene feriatur.*

* **EMANITATUS**, pro *Emanatus*, promulgatus. Stat. Freder. Traject. episc. ann. 1318. in Batav. sacr. pag. 180. col. 1 : *Sciendum quod, tam decani christianitatis quam provisores, ecclesiarum rectores decretales libri septimi noviter Emanitatas, quas nobis hic astantibus, cum ea qua decet reverentia, publicamus.*

¶ **EMANO**. De sanctitate Glastoniensis Ecclesiæ tom. 1. Monastici Anglic. pag. 7. col. 2 : *Si quis Emano aliquod ædificium juxta locasset, quod ab umbratione sua lucem impediret Ecclesiæ, statim patuit ruinæ.* Pro *Emano* puto legendum *e vicino*. Utriusque persimilis erat scriptura in antiquis libris, ubi neque voces separabantur, neque litteræ *i* punctum superponebatur, adeo ut facillime labi potuerit lector minus attentus.

¶ **EMANSOR**. Vide *Emanere*.

EMARCUARE, Marcidum reddere, facere. Stephanus Eddius in S. Wilfrido cap. 62 : *Credo enim indubitata fide, hanc meam manum incurvatam, et brachium longo tempore Emarcuatum, in eo lavacro per sancti sudoris commixtionem, Deo volente, posse sanari.*

EMARCUM, Gallis veteribus, vitis genus mediocris vini. Columella lib. 3. cap. 2.

* **EMAS**, *La profondita*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

EMASCULARE, *Enervare, debilitare, castrare.* Jo. de Janua. [Utitur Apuleius Met. 7. ut et voce *Emasculator* Apol. pag. 321. pro *Sodomita*, ἀρσενοκοίτης.]

** **EMATHOICA**. Richer. lib. 3. cap. 5 : *Rex ... pedestri lapsu decidens, multo epatis dolore vexatus est. Nam quia in epate sanguinis sedem phisici perhibent, ea sede concussa, sanguis in Emathoicam redundavit. Cui sanguis copiosus per nares et gulam diffluebat.* Forte pro *Emarhoidam* a Αἱμορροΐς, Sanguinis effluvium scripta aut a Αἱματῖτις, Vena sanguinaria, derivata vox.

¶ **EMATIO**. Charta Fundationis Trisagii Ord. Cisterc. inter Instrum. tom. 2. Gall. Christ. col. 422 : *Præterea dedit eisdem Monachis alias terras, quas ab aliis, tam per Emationem, quam per Emptionem eis acquisivit.* An pro *Cambitio*, Permutatio, Gall. *Echange ?*

¶ **EMATRIUM**, Moneta minutior, ut videtur. Gregor. Monach. in Chronico Farfensi, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 421 : *De casale Nictonis Caroci cum suis consortibus denarii* xxii. *et* x. *Ematria.*

¶ **EMAUDUS**, Gall. *Email*, Ital. *Smalto*, Encaustum. Inventar. Ecclesiæ Anic. ann. 1444 : *Item duo tasselli argenti pro cappis ponderis* xii. *unciarum et dimidiæ, quorum unus est quadratus ad modum voraginis, cum uno Emaudo cadrato, et in quatuor cornibus quatuor lapides.* Sunt qui hanc vocem deducunt ab Hebræo *Hasmal*, quod bis legitur apud Ezechielem, quodque *Electrum* vertit S. Hieronymus.

¶ **EMAX**, *Tenuis, macer; vel qui amat aliquid emere.* Papias. Posteriori significatu Latinis haud ignotum. Gloss. Lat. Gall. : *Emax, Achetable.*

EMBADIA FORMA. Anonymus Gromaticus : *Termini si duo in unum fuerint, Embadiam formam ostendunt : si autem ambo quadri fuerint, naturalem lapidem in* 15. *pedes ostendunt, etc.* Ἐμβάδια et ἔμβατα Græcis dicuntur τὰ τῶν ἀνδρῶν ὑποδήματα, ut est apud Varinum.

* Adde ex Animadv. D. *Falconnet* : *Embadon*, Area circuli, apud Auct. Geomet. et Gromat. vulgatum ab Andr. Schott. inter Auct. Rei agrar. edit. a Gœsio sub tit. *Ordines finitionum* pag. 247. In Varino scribitur : Ἐμβάς, τὰ ὑποδήματα ἀνδρεῖα. *Embas, adis*, ἐμβάς, cothurnus, in Lex. Martin.

* **EMBALMATA**, *Alexandro capitulo de Reumatismo ventris, sunt intinctiones seu salsamenta in quibus morselli contingunt.* Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

* **EMBARICIA**. Stat. Guil. archiep. pro universit. Tolos. ex Cod. reg. 4222. fol. 68. v° : *Cum.... institores seu stationarii hujus studii, per quos deberet pandi et aperiri major copia librorum, et fori Embaricia*

Digitized by Google

caristiam librorum et raritatem inducant. Ubi fortassis legendum, *Exuberantia*, pretii scilicet immoderatio.

¶ **EMBASSATOR**, Legatus, Gall. *Ambassadeur.* Legitur apud Rymerum tom. 3. pag. 703. col. 1. Vide *Ambascia.*

* **EMBAXARIA**, Legatio, mandata rei cujuscumque faciendæ alicui cura, provincia, Gall. *Commission.* Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 21. ex Cod. reg. 4659 : *Statuimus quod in Embaxariis nullus mittatur, nisi semel in anno; et intelligimus Embaxariam, si extra jacuerit per noctem.* Hinc

* **EMBAXATOR**, Embaxiator, Hisp. *Embaxador*, Legatus, ibid. cap. 2 : *Arbitrio consulum omnium vel præsentium relinquatur utrum ipsi iverint vel miserint Embaxatores pro facto communis, et possint mittere Embaxatores longe per duas dietas.* Lit. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 186. col. 1 : *De bona intentione, quam erga civitatem nostram atque Embaxatores nostros vobis pridem missos, etc.* Instr. ann. 1384. inter Probat. tom. 3. ejusd. Hist. pag. 70. col. 2 : *Cum ipsi legati.... ad ipsum dom. nostrum regem accederent,.... gentes bastardi Caylarii.... dictos Embaxiatores inter Lunellum et Montempessulanum morti inhumaniter tradiderunt. Embaisseur*, in Lit. ann. 1407. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 297. et *Embaxadeur*, in aliis Lit. ejusd. an. ibid. pag. 310. Vide *Embassator* et infra *Imbaxiator.*

¶ **EMBAXATURA**, Legatio, Ital. *Ambasciata*, Gall. *Ambassade.* Occurrit apud Sebast. Fanton. Histor. Avenion. tom. 2. pag. 110. in Charta ann. 1251.

¶ Embaysaria, Embaysatoria, Eadem notione, in Statutis Arelat. MSS. art. 76. *Embayssaria*, in Conventione Caroli Comitis Andegav. et Provinciæ cum Arelatensibus ann. 1251. e MS. D. *Brunet* fol. 58. verso.

¶ Embaysator, Embayssator, ut *Embassator*, in iisdem Statutis art. 76. et 78.

EMBDOLA, *Idola.* Papias. [In Amalthea legitur *Emdola.*]

* **EMBELA**, Consilium, molitio, militaris expeditio, ut videtur, Gall. *Entreprise.* Charta ann. 1294. ex Reg. comit. Fuxens. : *A generali et felici expeditione vel Embela principis et domini regis Franciæ, quod pro deffensione regni sui, in quo publica versatur utilitas, possit vel debeat excusari.* Vide infra *Empresia.*

¶ **EMBLA**, Equus sarcinarius, sic dictus ab *Embola*, Transvectio mercium. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. xxvi : *Unum præesse Subzemblerio et Embleriis nostris volumus, qui Emblerius major debeat nuncupari et de nostris Emblis sit solicitus.* Pluries ibid. occurrit *Zembla*, eadem notione, *z*, ut videtur, addito euphoniæ causa. [** *Ambladór cavall*, Catalonice Gradarius, tolutarius equus. Gallice *Cheval qui va l'amble.* Vide Forcellinum in *Ambulatura* et infra *Equus Ambulatorius.*]

EMBLASMA, pro *Emblema.* Testamentum Perpetui Episcopi Turonensis : *Juliæ Perpetuæ Crucem parvam ex Emblasmate, in qua sunt de reliquiis Domini, do, lego.*

EMBLEMA, ex Gr. ἔμβλημα, quod operi cuipiam adjicitur ornatus gratia, Opus tessellatum, musivum, etc. *Eminens sculptura*, Joanni de Janua dicitur. Papias : *Emblema, superabundantia, vel obscuritas, quod celatur.* Gloss. Lat. Gall. : *Emblema, sculture apparente, ornement de vaisseaux.* Dudo lib. 3. de Morib. Normannor. pag. 90 : *Supellectilium ubertate locuples, rerumque omnium Emblemate dives.* Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini :

Emblema, gemma, lapis, toreumata, thura, falerna.

Rabanus apud Browerum Antiq. Fuld. lib. 2. cap. 10 :

Ecce Crucis lignum, quo Christus sæcla beavit,
Emblemate inclusum arx tenet ista Crucis.

Ubi, ut et apud Fortunatum, secunda corripitur. Vita S. Sori Eremitæ n. 6 : *S. Martyris mausoleum opere polymito, auro gemmisque miro construxit Emblemate.* [** Vide Forcellinum.]

¶ **EMBLERIUS**, Cui cura jumentorum sarcinariorum est commissa. Vide *Embla.*

1. **EMBOLA**, Transvectio mercium, quæ in navim injiciuntur. *Felix Embola*, in leg. 2. C. de Navibus non excus. lib. 11. tit. 4. in Nov. Theodos. de Navib. ultra etc. Αἰσία ἐμβολή, in Edicto Justiniani 13. cap. 4. § 1. ubi sic appellatur solemnis et annua *publicarum specierum transvectio*, quæ ex Ægypto fiebat CPolim, quæ alias *sacra Embola* dicitur in leg. 10. C. de Sacros. Eccl. (1, 2.) et Nov. 163. cap. 2. est enim ἐμβολή quidquid εἰς ναῦν ἐμβάλλεται, ut observatum a Salmasio ad Vopiscum pag. 387. [Ut felix esset *Embola* Romani singulis annis apud Ostiam sacrificium instituerant placandis ventis et sedando mari, similiaque sacrificia habebant pro conservatione fructuum, florum, etc.] Thwroczius in Salomone Rege Hungar. cap. 49 : *Rex igitur et gloriosi Duces fere omnibus paganis interfectis, et omnibus Christianis a captivitate liberatis, una cum felice Embola totius Hungariæ, cum triumpho victoriæ, gaudentes redierunt.* Vide Blazium Ortizium in Itinerario Adriani VI. Papæ n. 44. pag. 460.

¶ Embolanus. Vide in *Embolus.*

* 2. **EMBOLA**, Alia notione, si tamen mendum non est, in Charta ann. 1272. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 56 : *Dicit, sibi videtur jus commune esse domino regi, cum in adventum regiæ majestatis et suæ felicis Embolæ, omnes, omnium cessante privilegio, certatim debeant occurrere, et ei sua ministeria exhibere.* Quid si legatur, *et suæ felicis sobolis?*

1. **EMBOLIS**, Embolum, Embolim, Græcis ἐμβολισμός, Additio, additamentum, proprie autem dicitur, quod Epistolæ jam scriptæ additur, vel quod extra præcipuam illius materiam ad calcem rejicitur. *Chartam insertitiam* vocant Centuriatores Magdeb. alii *Postscriptum.* Epistola Pauli PP. ad Pipinum Regem : *In Embolim vero direxit nobis a Deo protecta Excellentia vestra præfatum vos Desiderium admonuisse, Reges Neapolitanos ac Cajetanos constringere, ob restituenda patrimonia protectori vestro B. Petro, etc.* Alia Adriani PP. ad Carolum M. : *Emisit nobis Stephanus Neapolitanus Episcopus per suos apices,... in quibus Embolum posuit, significans nobis de nefando Adalgiso, etc.* Vide tom. 3. Hist. Franc. pag. 717. 745. 747. 770. Baron. n. 860. num. 35. etc.

Embolim, Eadem notione, apud Leonem III. Epistol. 5. 9.

2. **EMBOLIS**, seu Embolum, apud Scriptores Ecclesiasticos, dicitur pars illa qua clauditur Dominica oratio *Sed libera nos a malo*, quia, ut ait S. Cyprianus Serm. 6. et ex eo Amalarius lib. 3. de Eccl. Offic. cap. 29. *in consummatione orationis venit clausula, universas petitiones et preces nostras collecta brevitate concludens.* Ordo Romanus : *Sequitur in altum Prefatio Dominicæ orationis, et Oratio Dominica cum Emboli sua, in qua tres articuli orationis inveniuntur.* Vide Card. Bona lib. 2. Rerum Liturgic. cap. 15. n. 2.

* Pro conclusione cujusvis officii ecclesiastici usurpari videtur, in Ritual. MS. eccl. Senon. in Cœna Dom. fol. 70 : *In eo vero loco ubi solemus uvas benedicere, consecratur oleum pro infirmis concluditurque conclusione*, Per quem hæc omnia semper Domine bona creas etc. *Unde intelligimus Embolum esse supradicti officii.*

¶ **EMBOLISMALIS** Annus. Gervasius Tilber. Otiorum Imperial. cap. 6 : *Est ergo annus circumvolutio siderum, et hic nunc Lunaris constans* cccliv. *diebus, nunc Solaris constans ex* ccclxv. *et quadrante, scilicet sex horis. Nunc Bissextilis constans ex* ccclxvi. *diebus; nunc Embolismalis, id est, Superexcrescens, qui* ccclxxx. *dies excedit, habens tredecim lunationes.* Vide mox *Embolismus* 1. et supra vocem *Annus* pag. 293.

1. **EMBOLISMUS**, ἐμβολισμός, Saltus lunæ seu superexcrescentia anni solaris super lunarem, [sive ut loquitur Isidor. lib. 6. Orig. cap. 17 : *Superaugmentum, eo quo expleat numerum annorum communium quibus undecim lunares dies deesse cernuntur,*] de quo præter Durandum lib. 8. cap. 10. et cæteros Compotistas, sic vetus Codex Victorinus : *De primo Embolismo. Sunt Epactæ* 22. *in primo anno Embolismi, tertio in ogdoade. Ideo Luna in Kl. Septemb. et Octob.* est. *in Kl.* 27 *Novemb. et Decemb.* 29. *quæ ipsorum est Luna* 2. *quæ est prima* 4. *Nonas Decemb. et finitur* 32. *Kl. Januar. Embolismi est. Ipsa autem Luna, quæ est prima in Kl. Januar. ipsius est, quam* 30. *terminare debes, si autem bissextus fuerit in illo anno* 30. *sunt* 4. *lunationes simul, id est Embolismi Januar. Februar. Martii. De secundo Embolismo. Secundo anno Embolismi, sexto in ogdoade, sunt Epactæ* 25. *et est Luna in Kl. Sept.* 30. *quæ ipsius est. Luna vero quæ est prima* 4. *Non. Sept.* 30. *in Kl. Octobr. Embolismi est. Luna quoque quæ est prima*, 6. *Non. Octobr. et* 3. *Kl. Novembr. finitur* 29. *Octobr. est. Ipsa autem quæ secunda in Kl. Novembr. et Decembr. habetur, ipsorum est : quæ vero est in Kl. Januarii* 4. *ipsius est. De tertio Embolismo. Sunt Epactæ* 17. *tertio anno Embolismi, ultimo in ogdoade, et* 10. *est Luna in Kl. Sept. et Octobr.* 22. *in Kl. Novemb. et Decembr.* 24. *in Kl. Januar.* 26. *in Kl. Febr.* 27. *in Kl. Martii* 26. *in Kl. April. et Maii*, 27. *in Kl. Junii et Julii*, 29. *in Kl. Augusti prima, in Kl. Septembr.* 3. *Unam ætatem Lunæ in Kl. April et Maii non invenies Epactas et regulares, ideo quod*

Digitized by Google

Luna, quæ 2. *Non. Martii est prima, et in Kl. April.* 27. *ut supra dictum est, et* 2. *Non. April.* 30. *Embolismi est. Lunatio, quæ prima cognoscitur esse in Non. April. Aprilis est et Paschalis, quæ* 30. *in* 14. *Kal. April. terminatur. Illa autem quæ prima est* 4. *Non. Maii, et* 4. *Non. Junii est,* 30. *Maii est. Ita autem quæ* 6. *Non. Julii est,* 1. *et* 2. *Kl. Aug.* 30. *Julii Luna est : quæ vero prima in Kl. Augusti est, in Kl. vero Sept.* 4. *sicut ordo postulat. Nam si non esset una ætas Lunæ in Kl. April. et Maii, non* 14. *sed* 15. *Luna evenerit in Paschali termino, qui est* 14. *Kl. Maii, et fieret error in Pascha, sive in Kl. mensium. De quarto Embolismo. Sunt in* 4. *anno Embolismi,* 3. *in Endecade, Epactæ* 20. *estque Luna in Kl. Sept. et Octobr.* 25. *in Kl. Nov. et Decembr.* 27. *quæ ipsorum est Lunatio, quæ* 2. *Nov. Decemb. notatur prima, et* 29. *in Kl. Jan. et* 29. *Non. ipsius Embolismi est. Illa quoque quæ prima in Non. Januar. et* 30. *in Kl. Febr. Januarii est. Et ipsa quæ inchoatur* 1. 4. *Non. Febr. et* 6. *Non. Mart.* 29. *Febr. est. Luna itaque quæ prima est* 5. *Non. Mart. et in Kl. April.* 30. *Martii est. Ipsa quæ est* 1. 4. *Non. April. Aprilis est, nec non et ipsa, quæ prima est Kl. Maii, Maii est. Si bisextus evenerit* 4. *Lunæ* 30. *erit idem Embolismi Januar. Mart. Febr. De quinto Embolismo. Sunt in* 5. *anno Embolismi,* 6. *in Endecade,* 23. *Epactæ, Lunaque in Kl. Sept. et Octobr.* 28. *in Kl. Nov.* 30. *quæ ipsorum est. Illa autem, quæ in* 4. *Non. Novemb. est,* 1. *et in Kl. Decembr.* 30. *Embolismi est. Luna vero quæ in* 4. *Non. Decembr. prima terminatur, ac* 4. *Kl. Jan.* 29. *prænotatur, Decembris est, et quæ est* 2. *in Kl. Jan. Januarii est. Reliquæ autem Lunationes rectum cursum tenent. De sexto Embolismo. Sexto anno Embolismi,* 9. *in Endecade sunt Epactæ* 26. *nullatenus tamen Lunam Embolismi per ipsas Epactas reperies, nisi ad Epactam anni communis superioris, quæ est* 15. *revertaris : secundum quem Luna est in Kl. August.* 29. *quæ illic terminata ipsius Augusti est. Illa autem quæ* 4. *Non. Aug. prima prænotatur,* 30. *pridie Kl. Sept. Embolismi est. Nullus error nullumque * ccisum oritur in ipso anno inter Embolismum et regulares. Luna quoque quæ prima notatur in Kl. Sept. ipsius est, cæteri autem suum tenent ordinem. De septimo Embolismo. Septimo anno Embolismi, in Endecade* 11. *decennovennalis sunt Epactæ* 18. *idemque Luna, quæ in Kl. Januar.* 27. *habetur, ipsius est : ipsa autem, quæ in Kl. Febr.* 28. *Febr. est, nec non et ipsa, quæ notatur in Kl. Mart.* 27. *ipsius est. Luna vero quæ computatur* 1. *in* 3. *Non. Mart. et* 28. *in Kl. April.* 30. *et in* 3. *Non. April. Embolismi est : ipsa autem quæ* 1. 2. *Non. April. et* 28. *in Kl. Maii, et* 29. 6. *Non. ejusdem, Luna Aprilis est. Illa quoque quæ est prima* 5. *Non. Maii,* 30. *in Kl. Junii Luna Maii est. Iterum ipsa, quæ est prima* 4. *Non. Jun. et* 29. *prid. Kl. Julii, Luna Junii est : nec non et illa, quæ prima est in Kl. Julii* 30. *et in* 3. *Kl. Aug. quæ est saltus Ægyptiorum, Luna Julii est, ipsaque quæ non* 2. *secundum computum ; sed tertia computatur propter saltum in Kl. Aug. et* 6. *Kl. Sept. Augusti est. Illa quoque quæ iterum prima est* 5. *Kal. Sept. et* 36. *Kal. Octob. Sept. et iterum ipsa, quæ prima est* 5. *Kal. Octob. et* 29. 8. *Kl. Novemb. Octobris est : ipsa vero quæ et iterum* 1. *est* 7. *Kal. Nov. et* 7. *in Kal. ejusdem,* 30. *quoque* 8. *Kal. Decemb. Novembris est.*

2. **EMBOLISMUS.** Thomas Cantipratanus lib. 2. de Apib. cap. 15. § 2 : *Quamquam et vix aliter dici potest, cum quis in una virtute præpolleat, ut in abstinentia, parsimonia cibi, eosque qui Embolismum, vel naturaliter, vel usualiter patiuntur secum abstinere etiam cogit invitos.* Ubi Colvenerius re cum Medicis collata, censet *Embolismum* hic perperam dici pro *bolimo*, seu βουλίμῳ ingenti nempe fame ; qua de voce, præter Medicos, A. Gellius lib. 16. cap. 3.

¶ **EMBOLUM.** Vide *Embolis.*

EMBOLUS, Imbolus, Urbis angiportus Græcis Bysantinis, Ἔμβολος. [Caffarus lib. 1. Annal. Genuens. ad ann. 1157 : *Amicum de Mirto Constantinopoli legatum miserunt pro exigendis Scalis et Embolo promissis.*] Charta ann. 1161. apud Ughellum in Archiep. Pisanis : *Tibi... concedimus Ecclesias videlicet, Embolum, et Scalas, et Stateram, quæ sunt in CPoli.* In alia ann. 1224. apud eumdem, fit mentio *Emboli Pellipartorum* in urbe Pisana, nos diceremus, *le quartier des Tanneurs.* Ita Cinnamus lib. 6. n. 10. ait, ab Alexio Comneno Imp. concessum Venetis στενωπὸν ἐν Βυζαντίῳ ἐν Ἐμβόλον ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί. Sic autem appellabant Byzantini ut plurimum porticus, quæ in urbe sparsim erant ; unde postea vox ipsa regionibus, in quibus eæ erant, attributæ, ut docuimus ad Alexiadis Anneæ pag. 160. Papias : *Imbuli dicti, vel quia sub volumine sunt, vel quia sub his ambulamus ; sunt enim platearum porticus hinc inde.* Charta ann. 1208. apud eumdem Ughellum tom. 7. pag. 278 : *Et apotheca in Imbulo Amalfiæ.* Hinc emendandus Erkempertus edit. Caraccioli pag. 45 : *Tota urbs Sicopolis igne cremata est, ita ut ne una quidem domus remaneret inusta, præter Empolis aulam.* Legendum *Emboli aulam.*

Embolani, Qui in *Embolis* istis commorabantur, aut potius, qui iis præerant. Charta laudata ann. 1161 : *Ita ut neque Archiepiscopus, neque Consules Pisani, neque Missatici, neque Vicecomes, neque Embolani, qui modo sunt, vel pro tempore erunt, nec aliqua persona occasione Pisanæ civitatis potestatem habeant aliquo modo de prædictis omnibus vendendi, vel pignorandi, aut alienandi.*

* **EMBOSSARE**, Os obstruere. Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 16. r° : *Philippus de Lernaco domicellus et Petrus de Area dixerunt sibi, quod quadam nocte invenerunt dictum beguinum in ponte de Alato, et statim ceperunt, et Embossaverunt eum taliter, quod non posset clamare.*

EMBOTUM, Infundibulum, Occitanis *Embut*, nostris *Entonnoir.* Hinc

Embotum dicta concavitas palati, quod infundibuli vicem præstet. Constantinus Afric. lib. 3. Pantechn. cap. 11 : *Hæc via quanto plus descendit, tanto magis se rotundat atque stringit, cuidam postea jungenda glandi, quæ concava et rotunda sicut sphæra, vicinatur ossi colotorio simili. Hoc autem os superpositum est palato. Concavitas ista Embotum est vocata ; quia sicut vinum per Embotum, ita superfluitates nostræ grossæ per hanc influunt. Embotum autem illud ex pelliculis componitur a secundina matre egredientibus*, etc. [Vide *Embutum.*]

EMBRACITORES, JC. Anglis et Cowello lib. 4. Instit. cap. 52. dicuntur causarum personarumque illiciti defensores, qui suas pœnas sibi constitutas habent, a Gallico *Embrasser* appellati, quod quascumque causas defendendas suscipiant et amplectantur. Anglis, *Embrasour*, vel *Embraceour.* Vide Rastallum.

¶ **EMBRASAMENTUM**, Exustio, incendium, Gallice *Embrasement.* Arrestum Parlamenti Paris. ann. 1331. pro Alta justitia Monasterii Bonæ-vallis, ex Archivis ejusdem loci : *Super casibus simplicis occisionis, Embrasamenti, facti in latrocinio, thesauri inventi et recolati, etc.*

* **EMBREXIUS**, Tegulæ species, Imbrex, Ital. *Embrice.* Convent. Saonæ ann. 1526 : *Quod fornaxarii debeant pro unaquaque fornaxata sive cocta laterum, ... seu tegularum, vel cupporum, aut Embrexiorum, etc.* Vide infra *Imbex* et *Imbrium.*

EMBRIMIUM, in Glossis MSS. *Matta ex grosso papiro tenuiter pectinata.* Cassianus Collat. 1. cap. 23 : *Iisdem ipsis, quibus insidebamus psiathiis admonens incubare, Embrimiis pariter capiti nostro cervicalium vice suppositis, grossioribus papyris in longos gracilesque fasciculos coaptatis. Embrimii* mentio est etiam apud Cyrillum in Vita S. Euthymii Abb. n. 90. et in Apophthegmat. Patrum num. 7. Vox, ut videtur, Ægyptiaca, cujus notio hic satis indicatur, quæ etiam reponenda videtur in Regula S. Pachomii cap. 14 : *In die Dominica, vel oblationis tempore, nullus deerit de hebdomadariis, sedens in loco Ebiymii, psallentique respondens, ex una duntaxat domo, in majori servat hebdomade.* Nam quod ad hunc locum commentatur Holstenius, vix probem, qui *Ebiymium* esse præcentorem vel cantorem existimat, voce ab Ægyptiis ex Græco εὐφήμιος, aut εὐφώνιος detorta. Frustra etiam vocem hanc Casaubonus Exercit. 1. ad Annal. Baronii suspicatur formatam a ἐρίζειν, *dormitare*, et somnum levem capere. [Vide Gloss. mediæ Græcit. in Ἐμβρίμιον.]

EMBROCARE, ἐμβρέχειν, seu ἐμβροχὴν facere, infundere. Glossar. S. Benedicti cap. de Medicina : *Fomentum*, ἐμβροχή. Matth. Silvaticus : *Embroca, i. infusio, quam nos dicimus fomentum : et Embrocatio, i. infusio, scilicet quando ab alio infunditur et aspergitur.* Occurrit non semel apud Alexandrum Iatrosophistam lib. 1. Passionum. Vide Gorræum in Ἐμβροχή.

* **EMBROERE**, f. Glutino linire, Gall. *Empeser*, vox artis pannificæ, in Stat. renovat. ann. 1466. pro pannif. Carcass. ex Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121 : *Item quod paratores dictæ villæ Carcassonæ seu minsteriales* (ministeriales) *ejusdem debebunt et tenebuntur bene, decenter et sufficienter parare et aptare dictos pannos, tam in garnlando, quam in versando et Embroendo.*

EMBRUM. Gloss. Lat. Græc. : *Embrum*, πραγμάτιος, ἰπιδλαξής. leg. forte πραγματίας, vel πραγματικός, *negotiosus*, in Gloss. Gr. Lat. Nescio, an ad hanc vocem spectent hi versus ex veteri Poemate vernaculo MS.

Digitized by Google

cui titulus est : Le Roman *du Chevalier au Barizel :*

Ains trueve les gens si Embrons
Et si crueux et si felons.

[Le Roman *de Floire* MS. :

Sire merci de nos Barons,
Que ge vois penssis et Embrons.

Le Roman *de Partonopex* MS. :

Partonopex se tient Embrons
Trestot les jors tant com est long.]

* Adde ex Castigat. ad utrumque Glossar. leg. *Enibrum*, πράγματος ἐπιβλαβές. Vide Scaliger. ad Festum in *Enubro*. Nihil emendandum puto; si quidem vox Gallica *Embron*, idem mihi videtur quod vulgare *Embarrassé*, negotiis distentus; unde interdum, pro Sollicitus, morosus, iracundus; hinc forte *Embruir*, Irasci, invadere, et *Embruissement*, Aggressio. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 156 : *Icellui Valerin s'avance et se Embruy si fort et tellement contre ledit prestre, que dudit coutel il le bleça.* Aliæ ann. 1366. ex Reg. 97. ch. 152 : *Lesquiex par maniere d'assault et d'Embruissement, à armes descouvertes.... vindrent audit hostel, etc.* A voce *Embron*, vel ab *Inbricare*, haud dubie, *Embronchier* dixerunt, ut hominem dubium et incertum significarent. Vita J. C. MS. :

Pilates fu moult Embronchiés;
Car bien sot c'a tort fu jugiés.

* Et certe *Embruncher* et *Embrunchier* passim, pro Implicare, involvere, tegere, operire, vulgo *Embarrasser, entortiller*, unde *Embrunchement*, ipsa involutio. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 123. ch. 174 : *Icellui Henri vint contre Guillaume Gourden, et lui Embruncha son chapperon, et lui donna du poing sur la teste.* Aliæ ann. 1395. in Reg. 147. ch. 232 : *Leurs chapperons telement Embrunchiez entour leurs testes, que on ne les cognoissoit.* Rursum aliæ ann. 1410. ex Reg. 165. ch. 68 : *Icellui Tassart frappa le suppliant d'un baston, tant qu'il lui embruncha son chaperon devant ses yeulx; et ledit suppliant qui ne veoit goute, pour cause dudit Embrunchement, etc.* Vide infra *Inbricare*. Hinc *Embroiloir* appellatur baculus quidam ad usum carri, in Lit. remiss. ann. 1412. ex Reg. 166. ch. 326 : *Un baston appellé Embroiloir de charrette.*

* **EMBRUMIA**, Matta, Gall. *Natte*. Andr. Floriac MS. lib. 2. Mirac. S. Bened. : *Correptis itaque a Deifica mensa peplis, nullumque signum reperientes exustionis, simulque omnia salva animadvertentes, usque ad minimam Embrumiarum stipulam, etc.* Vide *Embrimium*.

* **EMBUBA**, *Arabice, Sugtorium, scilicet canula, qua sugitur aqua, vel aliud liquidum quod cadit in aurem.* Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

EMBUCHIÆ, Insidiæ, ex Gall. *Embuches*, occurrit apud Continuatorem Nangii ann. 1358.

* Nostris *Embrunche* et *Embuchement* vel *Embuschement*, pro *Embuscade*; a verbo *Embucher*, Insidiari. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 278 : *Icellui Guillaume vint par une nuit acompaigné de deux compaignons et se Embucha près du Chastel.* Aliæ ann. 1381. in Reg. 120. ch. 144 : *Le suppliant... se mist en Embranche acompaignez de pluseurs autres en certaine granche près du chastel de Cousant tous armez. Les dessus nommés ont fait plusieurs Embuchemens environ la maison du suppliant pour le trover et cuidier mettre à mort*, in aliis ann. 1369. ex Reg. 100. ch. 287. Guill. Guiart. ad ann. 1194 :

Mais entre Blais et Fronteval,
Orent un jour celéement
Anglois fait un Embuschement
En une forest, etc.

Vide infra *Imbosca*.

EMBULUM, Rostrum navis, ἔμβολος. Fragmentum Petronii : *Quorum imam partem, quasi Embulum navis æneum finiebat.* Hesychius : Ἀφανιτικῶς δέ φασι τὸν τῆς νεὼς ἔμβολον τὸ χάλκωμα τὸ περιτιθέμενον κατὰ τὴν πρῷραν.

¶ **EMBUNUM**, ut *Embutum*, in Inventario anni 1342. ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Din. num. 38.

¶ **EMBUTUM**, ut supra *Embotum*, Infundibulum. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351. ex libro viridi fol. 53 : *Abbas debet habere ibi semales, lagenas, Embutum, cancillum, et acetum, et vas, in quo teneatur.*

* Inventar. ann. 1320. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Item unum Embut et duas calcadoyras. Item unum Embutum*, in altero ann. 1379. *Ensonnil*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1457. ex Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 336 : *Le suppliant se transporta en l'ostel de son frere, pour avoir et prendre ung sien entonnouer ou Ensonnil, qui estoit à entonner et couler son vin.*

* **EMCONBRARE**, pro *Encombrare*, Oppignerare. Scacar. S. Mich. ann. 1210. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 17. v°. col. 2 : *Debet deliberare hoc quod elemosinavit et Emconbravit de feodis loricæ et escaetis.* Hinc *Amconbrer*, pro Possessionem censu aut annuo reditu onerare, in Charta ann. 1255 : *Et ce cist éritage estoit Amconbreis de wagiere ou de sans* (cens) *ou d'autre chose, etc.* Vide infra *Incombrare* 2.

¶ **EMDOLA**, Idola. Vide *Embdola*.

EMEDIUM, *Vehiculum*, in Glossis Isid. et Pithœanis. [Grævius putat scripsisse Isidorum, *Epirhedium* ex Juvenali Satyra 8. vers. 66 :

Tritoque trahunt Epirbedia collo
Segnipedes.]

* **EMELICUS**, *Jugleour*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Aliud Lat. Ital. MS : *Emelicus, lo joculatore.*

1. **EMELIORARE**, Meliorem reddere. Veteres Formulæ Pithœi cap. 38 : *Et quidquid ibidem adtrahere et Emeliorare poteris.* Occurrit præterea apud Baldricum Noviom. lib. 2. cap. 35. [Sirmondum Formula 35. Martenium tom. 1. Amplisst Collect. col. 16. etc.] Hinc *Emelioratio*, quod nostris *Amelioration* dicunt. Vetus Charta apud eumdem Baldricum lib. 1. cap. 52 : *Hæc omnia cum omni integritate et Emeliorutione ad præfatam Ecclesiam revertantur.* Infra : *Ullo modo non habeamus postestatem dandi, vel commutandi, aut alienandi, nisi ad salvandum, et Emeliorandum.* [*Meliorata res* apud Marculfum lib. 2. Formula 5. Sirmondum Form. 18. 34. etc.] Vide *Meliorare*.

* *Emmiudrement*, eadem acceptione, in Charta ann. 1235. ex Chartul. sign. *Decanus* S. Petr. Insul. fol. 129. v° : *Le vallant de lxx. sols doit il laisser à l'emmiudrement de la maison.*

* 2. **EMELIORARE**, Corrigere, emendare. Conc. Ratispon. ann. 932. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 53 : *Tum demum hi, quibus maxima cura est injuncta pastoralis, semetipsos fraterno caritatis amore monere curabant, ut si aliquid in semetipsis dignum esset emendationis, haud segniter Emeliorare studerent.*

* **EMELLUS**. Charta ann. 1424. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Constitutus in præsentia et audientia magnifici et potentis viri dom. Hectoris de Petra..... in parvo Emello inferiori hospitalis Christi pauperum S. Spiritus ipsius civitatis.* Sed male lectum aut scriptum pro *tinello*. Vide *Tinellus*.

* **EMELUMENTUM**, pro Emolumentum, in Charta ann. 1265.

¶ **EMEMBRARE**, Membra truncare. Fulcherius Carnot. Præfat. in Hist. Jerosol. : *Quos... audivimus... pro amore Christi Emembrari, crucifigi, excoriari, sagittari, secari, et diverso martyrii genere consummari.* Et metaphorice in Edicto Philippi III. Franc. Regis ann. 1275 : *Ita tamen quod pro eleemosynis, seu admortisationibus hujusmodi, eorum tenutæ non Emembrentur, seu etiam deformentur.* Vide *Exmembrare*.

* *Emoignier* et *Esmougnouner*, eodem sensu, in Charta Edwardi I. reg. Angl. ex Lib. albo domus publ. Abbavil. fol. 19. v° : *Ou il avenoit aus* (les bourgeois d'Abbeville) *Emoignier chu meffaitéeur d'aucun membre en aus deffendant, etc. Ou il avenoit aus Esmougnouner chu meffaitéeur, etc.* in Ch. Alienoris ejus uxoris ibidem.

¶ **EMEMBRIS**, Sine membris, enervis. Gloss. Lat-Gall. Sangerm. MS. : *Emembris, Sans membre, c'est sans force.*

EMEMOR, *Oblitus*, Papiæ [et Joan. de Janua.]

1. **EMENDA**, Pecuniaria mulcta, compensatio damni, emendatio, quæ arbitrio judicis irrogatur. Willelm. Armoric. lib. 1. Philipp. pag. 103 :

Quod quicquid tulerant clero clerive colonis
Præcedente prius Emenda restituerunt.

Differt vero *mulcta* ab *emenda : mulcta* enim judici, *emenda* parti læsæ datur. Speculum Saxonicum lib. 3. art. 53. § 2 : *Judex in suo judicio mulctam habet, et non Emendam*, [** Germ. *Gewedde unde nene Bute*] *eo quod judex agere non potest et judicare : nemini vero emendatur, nisi actori. Ideoque illustribus Emendam non competere, injuste ab aliquibus vulgatum est.* Lib. 1. art. 53. et lib. 2. art. 6. *Emenda* definitur *satisfactio*. Sed et hoc notandum, quod legitur art. 5 : *Post quindenam reddenda sunt debita, quæ in judiciis acquiruntur : post sex hebdomadas mulcta, et post mulctam per quindenam præstatur Emenda, etc.* Adde lib. 1. art. 8. § 4. art. 42. § 3. art. 53. § 4. lib. 2. art. 8. 11. § 1. [** Vide *Boeta*, 3. et [Grimmii Antiq. Jur. German. pag. 657. num. 13. ubi sæpe apud Germanos etiam *Emendam* judicem spectare recte monetur. Vide inter alias chartam ann. 1313. ap. Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 89.]

At secus obtinuit apud nos : nam *Emenda*

Digitized by Google

judicem spectat, vulgo *Amende*. Petrus de Vineis lib. 3. Epist. 37 : *Semper crescit culpa, quamdiu differtur Emenda, et mora, quæ ingruit, donec purgetur, morosior judicatur.*

☞ Quod hic dicitur *Emendam* apud nos Judicem spectare, non ita accipiendum, ut nulla sit exceptio; legimus enim in Litteris Caroli primogeniti Johannis Franc. Regis ann. 1357. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. pag. 206 : *Si quis alicui aliqua convicia vel opprobria vel alia verba contumeliosa irato animo dixerit, et inde fiat clamor, dicto Baillivo in duobus solidis et dimidio puniatur, et faciat Emendam injuriam passo.* Et mox : *Emendet injuriam passo.* Consuetud. Augustæ Auscicorum MSS. art. 33 : *Item consuetudo est ibidem, quod si aliquis deliquerit vel damnum dederit alicui propter quod delictum vel damnum debeat condemnari ad Emendam faciendam injuriam passo et ad legem solvendam Domino, prius debet fieri Emenda injuriam passo, quam Domino solvi pœna.* [** Vide *Emenda*, 4. et 5.]

* Emenda Honorabilis, Mulcta honoraria. Gall. *Amende honorable*. Arest. parlam. Paris. ann. 1394. ex Cod. reg. 9852. 3. 3. fol. 86. v° : *Petrus Burle, Petrus Guernerii..... ad Emendam honorabilem faciendam nudi in camisiis, facibus accensis in manibus suis tenentes* (condemnarentur). Aliud ann. 1472 : *Horum ratione ad faciendum Emendam honorabilem in curia nostra,... et ulterius pro emenda utili in 2000. lib. Paris. erga dictum Anaxam condemnavit.*

¶ Emenda in Usu Appellationis, de qua hæc in Antiquo Stylo Parlamenti part. 1. cap. 25 : *Dum appellatur a sententia lata in patria Juris scripti, et per Curiam pronunciatur bene judicatum, et male appellatum, appellans nullam debet Emendam, sed secus si sic pronunciaretur in patria Consuetudinaria, quia appellans compelleretur ad solvendum Regi 60. libras Parisienses pro Emenda. Item ubi pronunciaretur bene appellatum et male judicatum, si Judices sint patriæ Juris scripti, a quibus est appellatum, nullam debet Emendam, sive sint Judices regii, sive alterius; secus si sint patriæ Consuetudinariæ, quia tunc Judices regii, Baillivi vel Præpositi nullam debent Emendam, et si pronuntiaretur contra, scilicet bene judicatum, ipsi appellantes, si sint Baillivæ alterius quam Regis, debent Domino 60. libras, si sint homines judicantes, debetur eis Emenda, juxta locorum consuetudinem unde appellatur : sed de stilo in hoc casu, vel alias per consuetudinem regni Franciæ generalem non est certa determinatio Emendæ. Item Judicibus regiis nulla solvitur Emenda in casu prædicto, quia in casu converso nullam solverent Emendam, sed Regi solvitur Emenda, etc.*

¶ Emenda Dampnorum, quæ nobiles passi fuerant in servitio Principis, quæque ab eo erant compensanda, in Histor. Dalphinali tom. 2. pag. 262. ex Computo ann. 1334. [** Vide *Emenda*, 4.]

Emendæ Factæ et Gagiatæ, in Aresto ann. 1290. in Regesto B. f. 83. v. *Emende de gage*, in antiqua Consuetud. Perticensi cap. 16. art. 19. *Gager l'amende*, in Consuet. San-Paulana art. 32. Statutum S. Ludovici ann. 1255. cap. 17 : *Emendas autem pro maleficiis seu debitis, a Balivis nostris levari non volumus, nisi in foro, aut judiciario publice de bonorum consilio fuerint judicatæ, vel æstimatæ, quamvis antea fuerint Gagiatæ.*

* Emendam Gagiare, Vadem de *emenda* solvenda constituere, vel etiam mulctam solvere. Charta curiæ Camerac. ann. 1399 : *Genu plicato per traditionem sui caputii Emendam gagiavit in manu dom. præpositi in ecclesia Cameracensi. Gagiavit emendam ad burellum*, passim in Memorial. Cam. Comput. Paris. Stat. ann. 1362. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 411. art. 7 : *Tous les baillis et seneschaux en la fin de leurs assises, avant qu'il se partent, tauxeront toutes les Amandes gagées.*

Emenda Plicata. Charta Gallica ann. 1300. in Regesto Philippi Pulcri Regis Fr. ann. 1299. ex Tabul. Regio num. 54 : *Ce n'est pour leur propre dete connue où prouvée, ou pour Amende ployée, ou connue ou pour plege, etc.* [* Vide infra *Plicare Emendam.*]

Plena Emenda. *Plenæ Emendæ meditas*, in Legibus Opstalbomicis Frisiæ cap. 34. [** Vide Grimmii Antiq. Jur. pag. 653. num. 8.]

¶ Emenda Simplex septem solidorum est et sex denariorum in Consuetudinibus Pictaviensi art. 25. 36. 76. etc. Engolismensi art. 14. et Angeriacensi art. 8. 10. 11. *Grossa* vero est sexaginta solidorum vel plurimorum. Ita D. *de Lauriere*, apud quem aliæ etiam sunt emendæ, nimirum

¶ Arbitrariæ, quæ pro Judicis arbitrio, et *Consuetudinariæ* quæ Consuetudinibus locorum definiuntur. Sed hujus Cl. Scriptoris Glossarium est consulendum ad vocem *Emende*.

* Emenda Recordi. Charta Aymer. vicecom. de Rupecavardi ann. 1296. in Reg. 77. Chartoph. reg. ch. 311 : *Item Emendam recordi, videlicet quæ debetur et solvi consuevit ex eo quod aliquis cadit a recordo, tauxamus et reducimus ad quinque solidos tantum.* Vide infra *Recordum*.

* Emenda Utilis, Pecuniaria. Vide supra *Emenda honorabilis*.

Inemendabile Delictum dicitur, quod *Emenda* vel mulcta pecuniaria non eluitur, sed morte punitur, aut est in Regis misericordia, ut est in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 12. Leges Kanuti §. 2 : *Si quis intra parietes Ecclesiæ homicidium faciat, hoc Inemendabile sit.* Et §. 90 : *Infidelitas erga dominum secundum legem sæculi Inemendabile est.*

Emendare, Mulctam inferre, perperam actum resarcire, restaurare, reparare. Leges Edwardi Confess. cap. 35 : *Domino Regi graviter Emendare debent.* Rigordus ann. 1209 : *Et cum nullo ad hoc privilegio se tueri possent, generali consuetudine contra eos faciente, petiit Rex, ut hoc Emendarent. Ipsis autem Emendare nolentibus, Rex eorum regalia confiscavit.* Mox : *Emenda tandem facta et Regi soluta... recuperaverunt omnia, quæ a Rege fuerant confiscata.* Vide Leges Bajwar. tit. 1. cap. 12. *Finita Causa et Emendata*, in Lege Alamann. tit. 94. *Emendatione data*, ut ibi statuitur. [** Reinard. Vulp. lib. 2. vers. 1072 :

Has medici voces confirmat curia clamans :
Emendare reum vel luere ausa decet;
Tam reus hic quater est abbas et episcopus idem,
Quam lupus esse solet laicus atque rudis.
Pœna coæqua nefas aut Emendatio penset, etc.]

Ecclesiæ Emendatæ vel restauratæ, Capit. Caroli M. lib. 1. cap. 122. [**116.] [Synod. Aquisgrana can. 27 : *Ut domus Ecclesiarum et tegumenta ab eis sint Emendata qui beneficia exinde habent.*] *Beneficia Emendata*, i. instaurata Capitul. lib. 4. cap. 38. Adde Capitul. 2. ann. 813. cap. 19. [*Emendatio stagni*, apud Th. *Madox* Formul. Anglic. pag. 276. *Emendatio Monasterii*, in Præcepto Caroli Calvi tom. 1. Ampliss. Collect. col. 163. *Emendatio domorum et sepium*, apud Kennettum Antiquit. Ambrosden pag. 76. *Emendare domum*, in Chronico Fontanell. apud Acherium. tom. 3. Spicil. pag. 230.]

¶ Emendare Legem suam, Mulctam lege vel judicio illatam persolvere. Leges Caroli M. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 95. col. 1 : *Si jurator vicerit, Legem suam accusator Emendet.* Chartular. Dunense Charta IIII^xx. XIII : *Judicatum est Furerium* (qui arcam in alodio S. Martini fregerat) *legem suam Monacho Emendare debere, et Emendavit et totam persolvit.*

Emendare Equum, in Glossar. Sambuci ad Leges Hungaricas, est licitari, emptitare, seu potius alterum dare juxta valorem amissi : [quod maxime fieri consueverat a Principibus, qui equos in suo servitio amissos subditis nobilibus aliisve restituere tenebantur. Hujus rei exempla plura profert doctissimus Auctor Histor. Dalphin. tom. 1. pag. 48. et 49. Unicum exscribo : *Si vero Equus vel Equi morerentur in servitio Domini Dalphini, idem Dominus Dalphinus teneatur ipsum Emendare.* Simili etiam modo] usurpat Pet. de Vineis lib. 5. Epist. 69. [*Pro emendis duorum equorum, quos amiserat in servitio...* 50. *lib. Morlanorum*, apud Rymerum tom. 2. pag. 237. Vide *Equi Appretiati* in *Equus*.]

¶ 2. **Emenda**, Satisfactio seu Pœna monastica delinquentibus imposita. Regula reformationis Monasterii Mellicensis ann. 1451. in Chronico ejusdem Monast. pag. 410 : *Pro errorum diversitate in Cultu Divino commissorum solent secundum consuetudinem triplices fieri Emendæ sive humiliationes.*

¶ 3. **Emenda**, Teli genus. Canonizatio B. Notkeri, Aprilis tom. 1. pag. 599 : *Sagittarius eum per crus cum Emenda penetravit.*

* 4. **Emenda**, Damni reparatio, Gall. *Dédommagement*. Libert. Petræ-assis. ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 647 : *Quicumque voluerint possint absque licentia alicujus construere pontem super flumen Agoti, et firmatoria facere ubicumque videbitur eis fore expediens, facta emenda seu satisfactione.*

* 5. **Emenda**, Satisfactio de jure læso, vel de illata injuria. Charta ann. 1202. in Chartul. Latiniac. : *Hujus transgressionis præsumptionem publice in capitulo nostro, assistente conventu et multis aliis, tam militibus quam burgensibus et servientibus, per annulum suum in manu dom. Johannis abbatis Emendavit* (Blancha comitissa Tresensis). Alia ann. 1273. in Chartul. episc.

Digitized by Google

Paris. fol. 138 : *Mathæus dominus Monmorenciaci miles.... Emendam fecit eidem episcopo, in episcopali domo Parisius in camera officialis Paris. de hoc, quod eos* (milites) *non miserat, sicut tenebatur.* Aliam notatu dignissimam satisfaciendi perperamque actum reparandi rationem, vide sis supra in *Caputium* 1. Huc etiam spectant quæ leguntur in Poem. Alex. MS. part. 2 :

Douze furent par conte, chascun au poing tenoit
S'espée par la poiute, que bien senefioit
Misericorde ou mort, ou il s'umelioit. ...
O xij. compaingnons (Emenidus) s'est à la voie mis
Deschaus, en nues testes, en cotes de samis,
Chascun tenoit s'espée toute nue à son pis....
A jenoillions se mist sor le marbre listé,
S'espée li offri, quant il ot conjuré
Par les Dieux de son regne, Venus et Dyané;
Que face de son corps toute sa volonté,
Ou de mort, ou de vie, ou li emprisouné.

¶ **EMENDABILES INIMICI**, qui recensentur in *Memento vivorum* Missalis MS. annorum circiter 600. apud Martenium Itiner. litter. tom. 2. pag. 206. ii videntur qui sunt *emendandi* et de quorum conversione non est desperandum. *Emendabilis* Tito Livio et Senecæ dicitur ille, qui potest corrigi.

¶ 1. **EMENDAMENTUM**, Incrementum, Gall. *Melioration*, ut *Amander* dicimus pro *Meliorer*, Meliorem efficere. Charta Curiæ Suess. ann. 1260 : *Obligaverunt dictam domum cum omnibus appendiciis et cum omni Emendamento et acquestu.*

* Melior rei alicujus status. Charta Phil. V. ann. 1318. in Reg. donor. Caroli IV. ex Cam. Comput. Paris. fol. 3. r° : *Salvis eisdem Emendamentis seu meliorationibus quibuscumque, per eos circa loca firmarum.... apponendis.*

¶ 2. **EMENDAMENTUM**, Donum in peccatorum remissionem Ecclesiæ oblatum. Conventus Episcoporum apud Helenam ann. 1058. inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 225 : *Destructores Ecclesiæ dederunt Emendamentum ad Canonicam S. Eulaliæ pro peccatorum suorum redemtione.* Ibidem : *Dono et Emendo Deo omnipotenti et sanctæ Eulaliæ ad Canonicam, villam quæ dicitur Salellas.* Ibidem : *Si quis.... contra hanc scripturam donationis et Emendationis.*

¶ 3. **EMENDAMENTUM**. *Panis de Emendamento*, f. Panis vilior, a Gall. *Amender*, quod interdum significat Rei alicujus pretium minuere. Contractus anni 1297. e Chartulario Fiscamn. : *Quolibet die Dominica totius anni unum panem de Emendamento.* Alterum ejusd. Chartul. Instrumentum ann. 1302 : *Et quolibet die unum panem de Emendamento, quem percipiebam ibidem ratione mei ministerii in pistrino.*

* 4. **EMENDAMENTUM**, Emendatio : dicitur etiam de mensuris, quæ ad exemplar exiguntur, et emendantur. Arest. ann. 1277. in Reg. 2. *Olim* parlam. Paris. fol. 37. r° : *Recordata fuit curia quod major et burgenses de Rupella in judicio proprietatis super Emendamento et adjustamento mensurarum in Rupella contra dominum regem succubuerunt.* Stat. Massil. Mss. lib. 1. cap. 33 : *Statuentes etiam quod illi qui voluerint esse cursores in prædictum modum, antequam incipiant suum officium exercere, jurent ad sancta Dei evangelia.... quod attendant omnia quæ in hoc Emendamento scripta sunt.* Ubi edita habent, *Emandamento.*

¶ **EMENDARE**, Satisfacere, etc. Vide in *Emenda* 1. et *Emendamentum* 2.

¶ **EMENDARE TERRAM**, Gallice *Amender*, Illam stercorare. Vide locum in *Faldare.*

* **EMENDARE CANDELAM**, Emungere, Gall. *Moucher.* Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 883 : *Et inter hæc sciendum; quoties subdiaconus legit, unus duorum minorum custodum ebdomadariorum emungit, vel Emendat et candelam in lectione.* Vide supra in *Emenda* 5.

¶ 1. **EMENDATIO**, Mulcta pecuniaria, apud Lobinellum in Glossario ad calcem Histor. Britann. Marten. tom. 2. Collect. Ampliss. col. 81. *Prohibere super Emendationem*, Gall. *Defendere sous peine d'amende* in Chartulario S. Vandreg. tom. 2. pag. 1989. Vide *Emendare* in *Emenda.*

* *De plana Emendacione, douze deniers*, in Ch. commun. Clarim. ann. 1248. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 600. art. 2. Vide infra *Planus.*

¶ 2. **EMENDATIO**, Donatio facta Ecclesiæ propter delictum. Vide *Emendamentum* 2.

¶ 3. **EMENDATIO PANIS ET CERVISIÆ**, Jus statuendi pondus panis et mensuram cervisiæ feudorum Dominis olim in Anglia concessum; unde in qualibet ejusdem regni jurisdictione inferiori etiamnum exstat *Ale-taster*, id est, Prægustator cervisiæ, qui præstito primum sacramento invigilat, ne quid præter leges fiat in venditione panis et vini. Instrumentum ann. 1123. apud Kennettum in Antiquit. Ambrosden. pag. 196 : *Ad nos spectat.... Emendatio panni, panis, et cervisiæ, et quidquid Regis est, excepto murdredo et latrocinio probato, prout chartæ nostræ testantur.*

* Malim de mulcta pecuniaria interpretari; quæ scilicet ab iis exigitur, qui fraudem in venditione harum rerum committunt.

* 4. **EMENDATIO**, Lectio. Cærem. vetus eccl. Carnot. Ms. in Nativit. Dom. : *Puer cum candelabro et cereo præcedit subdiaconum ad Emendationem epistolæ.*

¶ 1. **EMENDATOR**, Magistratus in urbe Janua, fortassis idem qui Censor apud Romanos, Præfectus morum, qui delinquentes *emendat* et male facta corrigit, etc. Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1229 : *Celebrato Consilio ante Kalendas Augusti juxta formam Capituli de Emendatoribus eligendis, fuit de voluntate Consilii, quod dictus dominus Jacobus de Balduino solus deberet esse Emendator, qui Capitula emendavit, et ipsa per libros distinxit usque ad finem sui regiminis.* Caffarus lib. 3. eorumdem Annal. ad ann. 1190 : *Præsenti quidem anno nova et inaudita per Emendatores constituta fuerunt, unde nimium novæ et inauditæ causæ evenerunt in civitate... fuit enim per Emendationem* (MS. : *Emendatores*) *constitutum, ut Consules justitiæ, qui vetusta et antiqua consuetudine solebant in Palatiis D. Archiepiscopi pro tribunali sedere... prædictum vetustam solemnem sedem relinquerent; et... apud S. Mariam de Castello placita tenebant*, (vel *tenerent*, ut in MS.) *etc. Dictatores et Emendatores treugæ*, apud Rymerum tom. 1. pag. 199. col. 1. in Litteris Johannis Regis Angl. ann. 1215.

2. **EMENDATOR**, apud Cartusienses, de cujus officio sic Statuta antiqua ejusdem Ord. cap. 40 : *De Emendatore : In Ecclesia, in Refectorio et in Claustro, excepta recordatione, ille emendat, cui injungitur a priore. Emendator emendat in omnibus, quæ soli dicimus, excepto quod ad recordationem emendat ille, qui et juxta librum, etc.*

** 3. **EMENDATOR**, *Emendans*, Qui satisfactionem dat. Vide *Emenda*, 1. Reinard. Vulp. lib. 2. vers. 1111 :

Emendantis agens ritum lupus utraque tendit
Brachia regalem cernuus ante thorum,
Obnixusque caput placantia supplice gestu
Emendatoris dicere verba parat.

* **EMENIUM**. Theod. *de Niem* de Vita et fatis Constant. Joan. XXIII. tom. 2. Conc. Const. part. 15. cap. 10. col. 349 : *Hic etiam Balthasar, dum aliquis forensis transitum faceret per Bononiam, et aliquod Emenium aut jocale portaret,.... si illud forte gabelliatoribus Bononiensibus.... statim non ostenderet, permisit ut bonis omnibus ille propterea spoliaretur.* Ubi legendum opinor, *Encænium*, donum, munus. Vide in hac voce et mox *Ementum* 2.

¶ **EMENSITAS**. Vide *Empsicheus.*

EMENTARE, Mentem auferre. Victor III. PP. lib. 1. Dial. : *Leo vero rugiens irruit in eum... sicque eum Ementatum ac seminecem relinquens, disparuit.* [Vita S. Aldhelmi, Maii tom. 6. pag. 90 : *Tunc Ementati hostes ceteri, omnia quæ in Monasterio erant fecerunt relinqui.*]

* **EMENSURATE**, Parce, cum parcimonia, Gall. *Avec épargne.* Regula Hospit. S. Jac. de Alto passu ann. circ. 1240. ex Tabul. archiep. Paris. cap. 10 : *Si vero* (fratres) *non invenerint, qui tribuant eis, Emensurate emant unum solum victum, unde vivere possint.*

¶ **EMENTULARE**. Mentula seu peni privare. Hist. Novientensis Monasterii, inter Anecdot. Marten. tom. 3. col. 1154 : *Comes eum de lapidatione suæ domus interpellat, et subito tactus furore, denudatum Ementulari imperat.*

* Vita et Mirac. S. Majan. circa ann. 893. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 13 : *Rogerius autem major filius vicecomitis noluit tenere juramentum sui patris; et festinans ad Carcassonam, multos eorum violenter cepit, quos exoculavit et Ementulavit, etc.* Chron. Lirense Ms. ad ann. 1217 : *Nocte adveniente se armaverunt milites et satellites, et usque ad domum sacerdotis perrexerunt, et frangentes domum, sacerdotem Ementulaverunt, quod totum circa partes illas excoriaverunt.*

1. **EMENTUM**, *Excogitatio*, in Gloss. Pithœan. [Vide *Eminisci.*]

* 2. **EMENTUM**, Præstationis species ex ovibus et porcis; f. *Encæniam.* Vide in hac voce. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 74. r° : *Dono unum mansum et octo sextarias terræ, simul etiam Ementum ovium ibi commorantium..... Qui aut modo, aut postea ibi habitaturi advenerint, isti mihi Ementum reddent; ceteri vero..... sancto Johanni Ementum dabunt : Ementum vero porcorum mo-*

Digitized by Google

nachi ibi commanentis ipsius erit. Vide supra *Emenium.*

* **EMER**, Mensuræ vinariæ species. Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 671. col. 1 : *De vino modios, Emer quinque; quinque Emer seu modii faciunt omam.* (Leg. *amam*). [** Amphora, Germ. *Eimer.* ADEL.]

* **EMERE**, Ad censum recipere, Gall. *Prendre à ferme.* Libert. Briancz. ann. 1343. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 731. art. 32 : *Concessit et ordinavit quod nulli quicumque officiales Dalphinales dictæ balliviæ, seu nobiles ejusdem Emere possint vel colligere aliquos redditus seu census alicujus ecclesiæ,.... exceptis illis qui accessaverunt pro tempore accensamenti, quibus liceat recolligere per tempus in accensamento contentum.* Vide infra *Emptio* 2.

¶ **EMERGENS**, *quasi extrinsecus evenit, et nihil commune habet cum negotio; sed Incidens intrinsece respicit negotium principale.* Ita Vocabular. Juris utriusque : juxta tamen vim vocis *Emergere*, Oriri, *Emergens* e causa nasci videretur, ut sequens *Emergentiæ*. [** Ita persequitur auctor Vocabul. jur. utr. : *Quamvis enim utrumque oriatur ex circumstantiis, tamen in hoc interest, quod Incideus ex circumstantiis causæ vel negotii principalis et Emergeus ex circumstantiis judicii vel processus. Unde:*

Incidens perimit, Emergens jurgia differt.]

¶ **EMERGENTIÆ**, Quod emergit ex aliqua re vel causa. Acta SS. Junii tom. 3. pag. 548. de B. Petro Gamba-curta : *Cum omnibus et singulis incidentiis, Emergentiis, dependentiis, annexis.* Chartul. Æduense in Litteris anni 1447 : *De et super præmentionatis controversiis et debatis, ab iisque dependentiis et Emergenciis unanimiter convenerunt.* [** Reditus accidentes, emergentes, præcipue Emendæ judiciariæ. Charta Vendit. bonor. monaster. Corbeiens. ann. 1310. ap. Guden. cod. Diplom. tom. 2. pag. 779 : *Et eidem tamquam suo vero domino obediant, et de omnibus Emergenciis ceu Emersis a die dictæ rendicionis ipsi Gerardo satisfacient.*]

EMERITUM, Præmium, quod datur pro *emerito labore*, ut loquuntur lex 3. Cod. Th. de Princip. Agent. (6, 28.) et lex 7. eod. Cod. de Re militari. (7, 1.) Modestinus in leg. 3. D. de Re militari (49, 16.) : *Qui militiæ tempus in desertione implevit, Emerito privatur.* Arrius Menander leg. 5. eod. : *Præmia et Emeritum capiet.* Hygenus : *Erut tunc præmium terra, et pro Emerito habebatur.* Utitur etiam alio loco. *Emeritum stipendium*, apud Plautum in Mostellaria.

* **EMERITUS**, Præteritus. Lit. Caroli VI. ann. 1418. tom. 10. Ordinat. reg. Franc. pag. 485 : *Quibus commoti sumus, improbis ac perditis viris, per hoc jam Emeritum lustrum regnum nostrum turbantibus, nullum præstare consensum.*

* **EMERLETARE**, Turris vel muri fastigium pinnis seu *merletis* distinguere, Gall. *Creneler.* Stat. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 197. col. 2 : *Item reparentur parietes, quæ sunt extra dictum portale per modum barbacanæ; et fiat in eisdem alata circumquaque desuper, et Emerletentur.* Vide *Merlare* 2.

¶ **EMETRITA FEBRIS**, in Miraculis B. Ambrosii Senens. Martii tom. 3. pag. 225. eadem quæ paulo inferius *Emitritea.* Semitertiana a Græco ἡμίτριτος.

* **EMEYRAGIUM**, Tributi vel præstationis species. Libert. Bellivis. ann. 1333. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 162. art. 21 : *Mandamus quod ipsi sint franchi..... aliis leydis, pedagiis, vectigalibus,.... quocumque nomine nuncupentur, vel nuncupari possint, feuagiis, Emeyragiis, pasturis, etc.* Sed *Avenagiis* legendum suspicor. Vide *Avenagium* 1.

¶ **EMFLETHONATUS**, Armatus acie ferrea. Regestum *Probus* ann. 1348. fol. 139 : *Pro ducentis garrotis Emflethonatis et empennatis folio cupri.* Vide *Flethonus*, et *Carrellus.*

* **EMFRIA**, *dicta eo quod sit sextarii medietas; continet autem ciatos novem, ut habetur ex textu Alexandri, capitulo de Disinteria, de lacte dando.* Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

EMICADIUM, Isidoro lib. 20. cap. 7. *Vas olearium*, quasi dimidius *Cadus.* Hinc emendandum Gloss. Anglo-Saxon. Ælfrici : *Emicudium* Elefat, i. lecythus, ampulla olearis. Legendum enim *Emicadium.* [Forte etiam pro *Emicedium* legendum est *Emicadium* apud Fulcuinum de Gestis Abbatum Lob. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 578. [** Pertz. Script. tom. 4. pag. 70. lin. 45.] ubi sic habetur : *Pulpitum quoque Evangelii tali modo fecit, ut essent quatuor Emicedia altrinsecus e regione in modum crucis posita, quæ ex ære ductilia, et ad libitum artificis per loca scalprata et deaurata.*] [* Lubentius emendarem *Emiciclum*, pro *Hemicyclum.*]

EMICATIM, *Splendenter*, Jo. de Janua. Alia notione utitur Sidonius lib. 2. Ep. 13 : *Emicatim prosiliens.*

¶ **EMICEDIUM**, EMICUDIUM. Vide *Emicadium.*

¶ **EMIGRANEA**, Dolor capitis, Gall. *Migraine*, a Græco ἡμικρανία. Vide *Soda.* Papias habet : *Emigranius, Vermis capitis*, et Codex Bituric. MS. *Emigranus, etc.* Vide *Hemigranea.*

¶ **EMILIANUS**. Vide *Gignadius.*

EMINA, [Species mensuræ; unde *Eminagium, Eminale, Eminata.*] Vide *Hemina.*

* **EMINATIM**, Generatim, Gall. *En gros.* Translat. S. Modoaldi tom. 3. Maii pag. 77. col. 2 : *Deinde fide symboli prælibata, et confessione plebis Eminatim suscepta, de indulgentia et remissione præsentium omnium, pro sanctorum precibus et meritis collata, cunctos admodum audientes lætificavit.* Eminus interpretantur docti Editores.

EMINENTIA, Titulus Honorarius Regum et Imperatorum, in Epistolis Francicis 38. 41. 49. tom. 1. Hist. Franc. apud Nicolaum PP. Epist. 40. Joannem VIII. PP. Ep. 72. Gregor. VII. lib. 1. Epist. 75. 85. lib. 2. Epist. 3. lib. 4. Ep. 17. in Charta Lotharii Regis Provinciæ ann. 855. tom. 12. Spicilegii Acheriani pag. 132. in Epistola 10. Alexandri PP. ad Willelmum Regem Anglorum, etc. Papæ tribuitur a S. Anselmo lib. 3. Epistola 37. [et a Richardo Cantuariensi Archiepiscopo in Epistola ad Alexandrum III. Episcopis etiam a Gregorio M. lib. 2. Epist. 22. Ind. 11. Lupo Ferrar. Epist. 125. Petro Blesensi Epist. 23. et 68. Ærdulpho seu Erdulpho Roffensi Episc. Epist. ad Lallum Archiep. Mogunt. et ad Walchelium Wentanum, Spicil. Acher. tom. 2. pag. 410.] Novissime vero *Eminentiæ* et *Eminentissimi* titulus ut proprius, concessus fuit ab Urbano VIII. PP. Decreto 10. Junii ann. 1630. Cardinalibus, ut et Electoribus Imperii, et Magistro Hospitalis Hierosolymitani. Vide Frisonium in Apparatu ad Galliam Purpurat. cap. 10. Mercurium Francicum tom. 16. pag. 592. [** et Glossar. med. Græcit. voce Ἐξοχώτατοι, col. 407.]

EMINERE, pro Imminere. Vita S. Projecti ex Cod. Atrebat. : *Quia jam dies S. Paschæ Eminebat.* Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 68 : *Quod si finitis septem psalmis, in proximo, prout æstimare possunt Fratres, exitum* (infirmi) *viderint Eminere, adjungant* 15. *Psalmos.* Sic vulgo dicimus *peril Eminent*, pro *imminens periculum.*

* Charta ann. 1399. ex schedis Pr. *de Mazaugues* : *Quod cum propter quasdam ingruentes necessitates et Eminentia nunc pericula, etc.*

EMINICULÆ, *Eminentes in memoria.* Papias. [Glossar. Sangerman. n. 501 : *Eminiculus, Eminens.*]

¶ **EMINISCI**, pro Comminisci. Gloss. Isid. : *Eminiscitur, in memoriam reducit.* Vide *Ementum.*

¶ **EMINITAS**, Eminentia, excellentia. *Scientiæ Eminitas*, in Actis SS. April. tom. 1. pag. 50. de S. Gilberto Episc.

* **EMINO**, Favus mellis, Gall. *Rayon, gâteau de miel.* Charta ann. 1342. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 238 : *Item unum Emino mellis, debitum quolibet anno de captennio.*

¶ **EMIOLA**, *id est Scapha compositum ab Emi, id est, Dimidium, et Olon, Totum, quasi continens totum et dimidium : id est, Usura quæ continet totum et alteram ejus partem, ut si de quatuor solidis accipiantur in fine anni sex.* Vocabul. Juris utriusque. Græci dicunt ἡμιολία, subaudito μοῖρα, Portio.

* **EMIOLIUS**, pro *Hemiolius*, Gr. ἡμιόλιος, Numerus sesquialter. Dudo apud Duchesn. Hist. Norman. pag. 68 :

Et diapente melodia rite Emiolia sancit,
Servata lege artis arithmeticæ.

Consule musicos.

EMIR, sic appellant Turci et Saraceni, Magnates, et urbium ac oppidorum præfectos. Will. Tyrius lib. 10. cap. 46 : *Adducti sunt coram Domino Rege, sedente pro tribunali, procurator civitatis, qui lingua eorum dicitur Emir, et juridicus, etc.* Lib. 15. cap. 11 : *Magistratus tamen, quem ipsi vocant Emir, nobilis homo et potens, etc.* Lib. 21. cap. 23 : *Solent enim Turcorum Satrapæ, et majores Principes, quos ipsi lingua Arabica vocant Emyr, etc.* Vide *Amir.*

¶ **EMISEXCLA**, *dicta quod sit dimidia sextula; quæ sic scribitur,* Ψ. Papias. Vide *Hemissecla.*

* **EMISFERIUM**, pro Hemisphærium, Ital. *Emisperio.* Chron. Malvecci apud Murator. tom. 14. Script. Ital. col. 938 : *Per idem tempus, anno videlicet* 1264. *stella cometes tam mirabilis apparuit, qualem nullus,*

Digitized by Google

tunc vivens unquam viderat; nam ab oriente cum magno fulgore surgens, usque ad medium Emisferii versus partes occidentis comam perlucidam pertrahebat.

¶ **EMISPERA**, Sphæra media. Vide *Spera*.

EMISSARIUS, *Percussor, Sanguinarius*, in Glossis Isidori. Papias : *Emissarius, flagitiosus, satelles, homicida :* [qui scilicet *emittitur* ad aliquem interficiendum.] Lampridius in Heliogabalo : *Romæ denique nihil egit aliud, nisi ut Emissarios haberet, qui ei bene vasatos perquirerent, etc.* [Hoc est, Exploratores, quos etiamnum *Emissaires* appellamus, Itali *Emissari.*]

* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613 : *Emissarius, parricida, homicida, sicarius, satelles, latro, gladiator, percussor, excussor, sanguinarius, grassator, prædo, pirata, flagitiorum et luxuriæ satelles.*

Emissarii, in Mamotrecto ad 2. Reg. cap. 22. *dicuntur Cursores, qui emittuntur ad facta Principum adimplenda.*

Emissarius, et admissarius equus, in hoc differunt, quod admissarius est equus, qui ad tempus inter equas admittitur ad coitum : sed Emissarius est, qui semper equabus interest. Breviloq. Ebrardus Betun. in Græcismo cap. 9 :

Emissarius est extra cursum quasi missus,
Currere non cessat, quia prolem gignit equabus.

Mamotrectus 16. Levit. : *Emissarius dicebatur, qui in desertum emittebatur. Item Emissarius dicitur equus proletarius, sive imprægnator equarum.* Vide eumdem ad Ezechiel. 33. Joan. de Janua : *Emissarius, equus fortis et velox, qui extra alios eligitur, et ad equas mittitur ad coitum.* Gloss. Lat. Gall. : *Emissarius, Cheval estallon, mis aux champs pour engendrer.* [Aliud Sangerman. MS. : *Emissarius, une maniere de cheval, fort etalon, courtier, ou coureur d'aucun Seigneur, ou foreur, ou bateilleur, ou maqueriau.*] Gregorius M. lib. 10. Epist. 42 : *Decem equarum capita, cum Emissario suo.* Beda lib. 2. Hist. Angl. cap. 13 : *Rogavit sibi Regem arma dare, et equum Emissarium quem ascendens ad Idola destruenda venit.* Capitulare de Villis cap. 13 : *Ut equos Emissarios, id est, Waranjones bene procideant.* Matthæus Vindocinensis in Tobia :

Nec plures habeat velut Emissarius, Annam
Thobias sociam destinat esse thori.

Matth. Westmon. ann. 1014 : *De Emissario cui insederat, cecidit.* Anno 1079 : *Ab ipso vulneratus in brachio, de suo dejectus est Emissario.* Vide veter. interpret. Biblior. Levit. 16. Eccles. 33. Mich. 1. Aribonem in Vita S. Corbiniani n. 12. 17. Fletam lib. 2. cap. 73. § 21. et supra in verbo *Admissarius.*

* *Misodour* et *Missaudour*, eadem notione. Le Roman *d'Athis* Ms. :

Là ot maint naturel cheval,
Et destriers de pris et Misodours,
Enseignes de pluseurs coulours.

Le Romam *de Robert le Diable* Ms. :

As armes ceurent qui ains ains,
L'Emperere tous premerains,
Dont est montés el Missaudour.

Amissarius, pro *Admissarius* dici interdum supra observatum in voce *Admissarius.* Ita nempe usurpat Paschasius Radbertus in Epitaphio Walæ Abbat. Corbeiensis lib. 2. cap. 7. ubi de Bernardo Comite Septimaniæ : *Quando sceleratus Naso vocatus est ab Spaniis, Amissarius ille, qui cuncta reliquit honesta, in quibus erat ordinatus, et immersit se fatuus ad omnia cœni volutabra :* ubi perstringitur, ut Judithæ Augustæ adulter : *Naso* vero vocitatur, quod forte simus fuerit, vel contra *nasutus :* adeo ut a nostris Guillelmus *au Court-nez* appellatus deinceps fuerit, seu ob brevitatem nasi, seu ob longitudinem, ironice nempe. Vide Catellum in Hist. Tolosana et alios.

* **Emissor Literarum**, an Nuntius, tabellarius? Reg. senat. min. Argent. ad ann. 1419. fol. 3. ubi inter productos testes recensetur *Kirward, Emissor literarum.* Rursum infra : *Bilgerin, Emissor literarum.*

Emissus, apud Papiam, *dicitur cervus; quando cervam sequitur.* Hæc absunt in MS. Collegii Navarræi, ubi ista habentur : *Emissus, species poculi, uno spiritu bibitur.* [Utrumque habetur in MS. Bitur. sed pro *Emissus, species poculi*, legitur *Emistis.*] [** Ex Isidor. Orig. lib. 20. cap. 5. sect. 4.]

¶ **Emistis.** Vide *Emissus.*

¶ **Emitonium**, ut Semitonium, Gall. *Demiton.* Vox musica, quæ occurrit in Epistola anni 969. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 312. Melius *Hemitonium* legeretur a Græco ἡμιτόνιον.

¶ **Emitritea Febris**, a Græco ἡμιτριταῖος, Semitertianus, Gall. *Fievre hemetritée*, Ital. *Emitritea Febbre.* Occurrit apud Murator. tom. 7. col. 206. Vide *Emetrita.*

** **Emittere**, Libellum conscriptum ei cujus interest tradere, quod post traditionem rei venditæ demum et absolutionem chartæ a notario ipso factum passim memoratur; charta ann. 746. ap. Brunett. pag. 523 : *Ego Gadilupu post traditione cunplevi et emisi.* Alia ann. 763 ibid. pag. 576 : *Ego qui supra Uboald notarius post tradita complivi et Emisi.* Ita forte legendum pro *Scrisi* non *scripsi*, ibid. pag. 567. in chart. ann. 759. ubi etiam videndus versus 5. et 6. Vulgo scribebatur *Post tradita complevi etdedi.* Confer Brisson. in *Cautionem Emittere.*

* **Emitus**, Emptio. Chartul. Arremar. ch. 155 : *Ego Milo comes Barri super Secanam concessi ecclesiæ Arremarensi petrosam Acrimontis et omnes alias, quæ sub dominio et potestate mea consistunt* (cum) *curribus et equitibus* (f. equis) *eorum, salvis Emitibus et salvis gedemitibus; et si forte alieni aliquid comniserint, reddent dampnum.* Vide supra *Emere.*

¶ **Emmanuensis**, pro *Amanuensis. Ego Bodolenus Emmanuensis subscripsi*, in Privilegio Aigliberti Episc. Cenoman. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 205.

Emme christen, vox Saxonica, Frater in Christo. Leges Edwardi Confess. cap. 36 : *Fratrem suum... quod Angli dicunt Emme Christen.* [** Wilkins. his emne-Cristen. Hoveden. his euen-christen. Utrumque est *Conchristianus*, qui Christi legem æque sequitur; emne vel efne Anglo-saxonibus Juxta significat.]

Emola, *Vas coquinarium, sicut Caldaria vel Coculum. Esdræ 2. Hostias coxerunt in Emolis. Ubi Græci habent in æneis ollis, et dicitur Emola, quasi imola, ab immolando, quia ibi hostiæ immolabantur, vel quasi ænea olla.* Ita Joan. de Janua. Sed legere debuit *ænulis*, vel *inulis*, hoc est, *æneis*, seu *ollis.* Locus est 2. Paralipom. cap. 35 : *Pacificas vero hostias coxerunt in lebetibus, et cacabis, et ollis.* Græc. καὶ τὰ ἅγια ἔψησαν ἐν τοῖς χαλκείοις καὶ τοῖς λέβησιν, etc. [Interpres Esdræ lib. 3. cap. 1. ℣. 12. reipsa habet, ut refert Jo. de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS. : *Emola, Vaissieau de cuisine, si comme Chauder ou pot.*] Vide *Æneum, Ænulum*, et *Aqua fervens.*

¶ **Emolare**, ut Emolere, Acuere. Vide *Emolumenta* 2.

* **Emolcurator**, Pensitationis pro frumenti molitura exactor. Arest. ann. 1341. 18. Sept. in vol. 3. arestor. Paris. : *Abbas et conventus Montis-regalis erant in possessione ponendi in prædictis molendinis Emolcuratorem et molinarios.* Vide infra *Emolutum* et *Molta* 2.

Emolere, Exacuere, ex Gall. *Esmoudre.* [Jura Villæ de Villereys, tom. 9. Spicil. Acher. pag. 193 : *Item, si quis percusserit alium de gladio Emoluto, et percussus de illo ictu mortuus fuerit, percussor ad nostram remanebit voluntatem. Qui gladium Emolutum contra alium irato animo traxerit, in decem solidis pro justitia puniatur, emendet injuriam passo*, in Litteris anni 1357. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 207.] Vide *Arma moluta.*

* Nostris *Esmoldre* et *Esmeudre;* unde *Esmoleur.* Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 402 : *Le suppliant faisoit Esmoldre une forces.* Aliæ ann. 1460. in Reg. 190. ch. 139 : *Le suppliant se party de sa borde ou habitation, pour aller Esmeudre sa coignée à la forge de Pey. Comme Jehan Danay vigneron eust baillié un fessouer pour amollier à l'Esmoleur*, in aliis ann. 1334. ex Reg. 66. ch. 1461.

¶ **Emolimenta**, Arma acuta et polita. Odo de varia fortuna Ernesti Bavariæ Ducis, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 372 :

Deinde viros acres ducens ad bella ducentos,
Et quadringintis dans Emolimenta lanistis,
Assiduis armis Agarenos concutit, urbes
Obruit, et villas flamma populatur et arva.

Vide *Emolumenta* 2. et *Arma moluta.*

¶ 1. **Emolimentum**, Curriculum, spatium. Miracula S. Gibriani cap. 1. Maii tom. 7. pag. 620 : *Post namque Emolimenta annorum a venerabili Comite Haderico, divino admonitu, a propriæ sepulturæ suæ loco sublatus in Ecclesia præfati Antistitis almi, in scrineo argenteo decenter adornato, juxta eumdem Sanctum conditus est.*

* 2. **Emolimentum**, pro Emolumentum. Charta Pet. Bermundi ann. 1338 : *Et devestiens me ego dictus domicellus de Emolimentis prædictis etc.*

Emologare, Confirmare, laudare, approbare, nostris *Emologuer.* Occurrit non semel apud Augustinum Mussatum de Gestis Henrici VII. lib. 1. cap. 6. lib. 3. 10. 16. etc. [in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 125. Formulari Anglic. Thomæ *Mudox* pag. 35. apud Baluzium. Hist. Arvern. tom. 2. pag. 168. etc.] Vide *Homologare.*

* *Emologer*, in Charta Joan. dom. *de Cramailles* 1339. ex Chartul. S. Vinc. Lau-

Digitized by Google

dun. : *Et icelles* (lettres) *volons, loons, gréons, approuvons, et expressément Emologons par ces présentes.* Paulo ante : *Laquelle chartre ou sentence arbitrale est ratefié, approuvée et expressément Ethimologuée par lettres infixées en ladite chartre.*

¶ **EMOLOGATIO**, Confirmatio, in Charta ann. 1309. ex Chartulario S. Vandreg. tom. 1. pag. 933.

1. **EMOLUMENTA**, pro tributis, usurpari in Cod. Th. observatum a viris doctis.

¶ 2. **EMOLUMENTA**, Arma *moluta*. Extractum Computi ann. 1324. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 326. col. 2 : *Item una mola ad emolandas ferramenta, gladios et alia Emolumenta ferrea pro* XV. *d. gran.* Vide *Emolimenta*.

EMOLUTUM, *proprie Lucrum molendini*, in Glossis Lat. Gall.

* Quod ex frumento molito percipiatur, sic dictum ; unde etiam Gallicum *Esmouter, moltam* percipere. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 268 : *Lequel prestre dist au meunier qu'il Esmoutast ou prist mouture de Guillaume de Banquemare, qui lors mouloit ; auquel il respondi qu'il estoit bien tost de l'Esmouter ou moulturer, et qu'il n'avoit à peine moulu.* Vide supra *Emolcurator*.

* **EMONDÆ**, **Esmundæ**, Decerpti vel exscissi rami, Gall. *Emondes*. Charta Thomæ comit. Pertic. ann. 1214. in Reg. forest. comitat. Alenc. et Pertic. ex Cam. Comput. Paris. fol. 55. v° : *De arboribus quas in usu nostro capimus, non habent copellos nec Esmundas.... De omnibus arboribus quas donamus, dictas Gervasius et dicti ejus hæredes unum denarium Cenomanensis monetæ, et copellos et Emondas percipiunt.* Vide infra *Emunda*.

* **EMORBIS**, *Maladie à fame*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

¶ **EMOPLIS**. Vide *Embolus*.

* **EMORGIUS**, *Che pissa sangue*. Glossar. Lat. Ital. Ms.

* **EMORTUALE**, Ritualis liber Sagiensis de administranda Eucharistia et Extremaunctione, in quo et agonizantium preces, simul etiam exsequiales continentur, ita appellatur ; imo et editus ann. 1739. eodem titulo inscribitur, teste D. *Le Bœuf*.

* **EMOYCUS**, *Mango, agaso, pastor, pastorculus, pecudarius, pastor, Prov.* Glossar. ex Cod. reg. 7657. Vide *Ennos*, 2.

* **EMPARA**, Id omne quo quis defenditur vel protegitur, quo ictus declinatur. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 336 : *Credendo percutere de dicto glad o dictam Mariam ejus uxorem pro ipsam vulnerando et potissime occidendo, fecit dicta Maria clipeum seu scutum et Emparam de dicta Katherina eorum filia.* Vide supra *Amparare* 3. Interdum idem quod Protectio, tutamen, tutela. Vide in *Amparare* 1.

* 1. **EMPARAMENTUM**, Protectio, tutela. Vide in *Amparare* 1.

¶ **Emparantia**, Protectio, Tutela. Vide *Amparare*, 1.

* 2. **EMPARAMENTUM**, munitio, propugnaculum, nostris *Emparement*, a verbo *Emparer* et *Emperer*, munire ; quo sensu intelligendum *Emparare* 2. Charta ann. 1368. in Chartul. Richardi abb. S. Germ. Prat. fol. 9. r° : *Præceptum fuit et mandatum ecclesiam prædictam* (S. Germani) *muris, propugnaculis et fossatis, aliisque Emparamentis necessariis claudi, circumdari seu fortificari debere.* Charta Car. V. reg. Franc. ann. 1380. ex Chartul. episc. Carnot. : *Et ont desja dit lesdits hommes.... que ils ne contribueront audit Emparement, ne ne feront guet en ladite forteresse.... Vous faites contraindre tous les manans en la ville et paroisse de Pontgoeing.... à Emparer et fortifier la tour et nef dessusdites. Pour la fortification et Emparement de la ville de Meaulx etc.* in alia ann. 1406. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 326. Charta ann. 1400. in Reg. 155. ch. 221 : *Comme Ysabeau de Meulent.... ait entencion de faire Emparer et fortifier ledit hostel de la Riviere, etc.* Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. ch. 137 : *Damoiselle Jehanne de Vendosme, dame de Bertecourt, nous a fait exposer que.... pour la garde et deffense de son chastel,.... elle a fait Emperer et gariter et enforcier sondit chastel.* Ch. ann. 1408. inter Probat. domus de Castelleto pag. xxviij : *Pour.... toute icelle place Emperer et enfourcier de murs, de tours, de tranchiez et de fossez. Ampérer*, in Ch. ann. 1419. ibid. pag. xxxj. Adde Ordinat. reg. Franc. tom. 3. pag. 362. art. 5. pag. 647. art. 3. tom. 5. pag. 16. art. 1. pag. 720. et tom. 8. pag. 258. Vide supra *Amparamentum* 1.

1. **EMPARARE**, [Tueri]. Vide *Amparare*.

¶ 2. **EMPARARE**, Præparare vel exstruere. Computum anni 1324. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 132. col. 1 : *Pro Emparando et cooperiendo magnum chafallum Villæ in summa* L. lib. III. *s.* III. *d.* Vide *Emparamentum* 2.

* **EMPARATOR**, Intercessor, Practicis nostris *Opposant, qui met empéchement*. Charta ann. 1271. ex Reg. feudor. Aquit. sign. JJ. rub. in Cam. Comput. Paris. fol. 48. r° : *Promittens.... se portaturum super prædictis bonam et firmam perpetuo garentiam contra omnes Emparatores et petitores, qui in prædictis justitia et dominio aliquid peterent, vel impedimentum præstarent vel defferrent. Impeditores*, infra fol. 50. r°. Vide supra *Amparator* et infra *Impechiare*.

¶ **EMPARENTIA**, ut *Emparantia*, Tutela, protectio. *Monasterium istud.... volumus sub nostra protectione, Emparantia, custodia et securitate gaudere*, in Instrumento Ecclesiæ Aqu. pag. 68. tomi 1. Gall. Chr. col. 1. Vide *Amparare*.

¶ **EMPASTATA**, Farcimen, Gall. *Paté*. Transactio Abbatis et Monachorum Crassens ann. 1331. ex libro viridi fol. 53 : *Artrocrea sive Empastata, cazatas sive pastillos, etc.*

* **EMPEDIA**, *Gallive, Empangne*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Vide *Empenha* et infra *Impedia*.

* **EMPENARE**, Manubrium aptare, Gall. *Emmancher*. Libert. villæ de Portello ann. 1405. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 586 : *Dictus faber.... debet Empenare sive caussare quemlibet vomerem in rotundo pro uno denario Turonensi.* Quo sensu intelligenda etiam quæ in v. *Empennatus* laudantur. *Espener*, Sagitta pennis instructa ferire, in Lit. remiss. ann. 1421. ex Reg. 171. ch. 513 : *Le suppliant trait d'une fleche à icellui Fouquel et le Espena en l'espaule.*

* **EMPERIA**, *La experientia*. Glossar. Lat. Ital. MS.

¶ **EMPEDITIS**. Vide in *Epidecen*.

¶ **EMPENHA**, Hispan. *Empeña*, Gall. *Empeigne*, Calcei pars superior, Tegmen. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351 : *Sabaterius facit ad minus cuilibet ipsorum tria paria sotularium, et postea tot solas vel Empenhas quot poterunt rumpere.*

¶ **EMPENNATUS**, Pennatus, pennis instructus, Gall. *Empenné*. Dicitur de jaculis, sagittis, etc. quibus pennæ aptantur, plumatiles levioribus, grandioribus æneæ. Regest. *Probus* ann. 1348. fol. 139 : *Pro* 400. *carellis tam de uno pede quam de duobus, garnitis flethonibus et Empennatis : et pro* 200. *garrotis emflethonatis et Empennatis folio cupri.* Extractum Computorum ann. 1348. et 1349. Hist. Dalph. tom. 2. pag. 583. col. 2 : *Pro* 300. *fletonibus carellorum Empennatis pro garnisone Castri.*

EMPHANISTICUM, Quod a Clericis ab Episcopo ordinatis ex more dabatur Clericis aliis, quorum cura erat, Clericorum recens ordinatorum nomina in matricula describere et *insinuare*, quæ vis est vocis, quam habes apud Julianum Antecess. cap. 131. et in Justin. Nov. 56. [** Vide Glossar. med. Græcit. in Ἐμφάνισις, col. 384. et Marcam de Concordia S. et I. lib. 6. cap. 10. sect. 6.]

¶ **EMPHIOTÆ**, pro *Emphyteotæ*, Gall. *Emphyteotes*. Charta Ruberti Comitis Palatini Rheni ann. 1356. apud Ludewig. tom. 5. pag. 576 : *Nec non vassallis, feudis, eudatariis, militibus, clientibus, civibus, judicibus, sculletis, rusticis, Emphiotis et ad glebam adstrictis.*

EMPHIS, *Terroribus, conviciis*. Papias edit. et MS.

* **EMPHYTEOSIS**, Prædii vel fundi sub certis conditionibus perpetua locatio, Practicis nostris *Emphythéose*. Passim occurrit. *Spuria* nuncupatur in vet. Poem. a Thaumass. laudato inter notas ad Assis. Hieros. pag. 251. ubi de Castellano Couciaci :

> Dans son goban mie n'est close
> La spurieuse Emphiteose,
> Que contemne la noble gent,
> Qui naist et meurt quant et l'argent.

Cujus contractus origo ad Zenonis imper. tempora referenda est. [** Zeno circa hunc contractum definitiones novas sanxit, cum a quarto inde sæculo admodum usu frequentaretur. Vide *Winspeare, Storia degli abusi feudali*, tom. 1. pag. 104. et Murator. Dissertat. 36. in Antiq. Ital. tom. 3.]

* **EMPHYTEOTA**, **Emphyteotor**, Qui per *Emphyteosim* possidet, nostris *Emphytéote*. Charta ann. 1290. ex Chartoph. Occit. : *Quos tres denarios de quolibet modio salis dicti facherii, Emphyteotæ seu feudales dare consueverunt et debent jure dominii. Affeudatarii sive Emphyteotæ dicti nobilis Joannis de Gorsolis*, in Invent. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. Stat. crimin. Saonæ cap. 35. pag. 77 : *Quicumque verus et directus dominus cujuscumque terræ vel possessionis... impune possit ingredi de die... cum voluntate illius Emphyteotoris vel fructuarii.*

EMPHYTEUTICARII, Qui per precariam possident, seu *per Emphyteuseos contractum*, ut est in Lege Longobard. lib.

Digitized by Google

3. tit. 1. § 37. tit. 10. § 4. [** Ludov. Pii 55. Lothar. I. 84.] in Capit. Caroli M. lib. 2. cap. 29. [** ex Julian. Nov.] *per libellum et Emphyteusim*, in Charta Ugonis et Lotharii Italiæ Regum ann. 934. apud Ughellum tom. 2. pag. 123. Charta Aystulfi Regis Longob. ann. 753. apud eumdem Ughell. tom. 2. pag. 108 : *Aut homines tam ingenuos, libertos, quamque servos super terram ipsius Ecclesiæ manentes, sive Emphyteuticarios, etc.* Vide Petrum Damian. lib. 4. Epist. 12. et Bignonium ad Marculfum.

* **EMPHYTEUTICUS**, Ad *Emphyteusim* pertinens. *Bona feudalia et Emphyteutica*, in Bulla ann. 1510. ex Contin. mag. Bullar. part. 4. pag. 12. col. 1.

* **EMPIDEMIA**, pro *Epidemia*, Morbus contagiosus et popularis. Charta ann. 1481. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 16. col. 1 : *Super provisione danda pauperibus ægrotantibus, et dietim prætextu pestis Empidemiæ applicantibus in hospitali militum, etc. Impidimié*, Ejusmodi morbo laborans, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 4 : *Icellui Guillaume ala veoir un sien frere, qui avoit la bosse et estoit Impidimié.* Vide infra *Epidimia*.

¶ **EMPILENTIA**. Vide *Epilepticus*.

EMPINIONES. Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte venandi cap. 50 : *Sunt præterea quatuor pennæ et duræ in ala positæ, extra has decem forinsecas, et adhærent illi parvo ossi forinseco, quæ dicuntur esse loco pullicis : hæ quatuor vocantur Empiniones, et sunt minores pennis, et majores plumis.* Adde cap. 50.

EMPIRAMENTUM, Deterioratio, ex Gall. *Empirement*. Charta Alani Episcopi Autissiod. : *Empiramentum fossati Comitis est.* [*Empirance et perte de vin*, in Chartulario Gemetic. tom. 3. pag. 128.]

* *Empirement* dixerunt nostri quidquid corrumpere vel depravare potest. Stat. pro candelarum opificibus ann. 1294. in Reg. 205. Chartoph. reg. ch. 304 : *Que ilz ne mettent en la chandelle point d'Empirement. Empirer*, pro Maledicere, vulgo *Décrier*, in Lit. remiss. ann. 1475. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1496 : *Jehan Blatier dist au suppliant qu'il les avoit Empirez, et les avoit nommez et baillez par escript ; à quoy ledit suppliant respondi qu'il ne les avoit point Empirez, ne blasmez. Empirier* vero, pro Nocere, incommodum importare, in Poem. Rob. Diaboli MS. :

> Adonc ne l'osent aprochier ;
> Ains lanchent pour lui Empirier
> Gaurelos, et maches li ruent.
> C'est merveilles qu'il ne le tuent.

Emplever, pro *Empirer*, ut videtur, Deterius efficere, in Lit. ann. 1401. tom. 8. Ordinat. reg Franc. pag. 479 : *Ils se doubtent que les mortuaires, et vaccans d'icelui prieuré... se pourroient perdre ou Emplever, etc.*

* **EMPIRISMA**, *Alexandro, capitulo de frenesi de cura, i. fomentatio.* Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

EMPLAGIUM. Isidorus lib. 19. cap. de Retibus : *Minus autem rete, Emplagium dicitur, a plagis.* Ex Græco ut videtur, Ἐμπλάγιον ἀπὸ τοῦ πλαγίου, quia oblique et transverse tenduntur in viis, cujusmodi sunt δίκτυα ἐνόδια, apud Pollucem.

* Legendum esse *Semiplagium* jam monitum est. Vide in hac voce.

¶ **EMPLASSEARE**, a Gallico *Emplacer*, Locare. Necrolog. MS. Corbeiense ad calcem : *Tria quartaria Emplasseans in terra Benedicti.*

* **EMPLASTICULA**. Inventar. monast. Cassin. ann. 1497. tom. 2. Hist. ejusd. pag. 599. col. 2 : *Item quatuor effigies oculorum argenteæ cum una Emplasticula et una mammula.* An imago, figura? Vide *Plasticus.*

* **EMPLASTRATIO**, Emplastrorum confectio. Chron. Joan. Whethamst. pag. 402 : *Habens igitur ex gracia tunc secum cirurgicum, in arte hujusmodi Emplastrationis doctum et sufficienter instructum, etc.*

¶ **EMPLASTRUM**, a veteri Gallico *Plastre*, Modus agri, Solum ædificiis aptum. Tabularium Matiscon. seu Liber incatenatus fol. 183 : *Emi a Stephano Canonico duo Emplastra* xx. *solidos Lugdunensis monetæ, in quibus duas domos ædificavi.* Vide *Plastrum* [* et supra *Amplastrum.*]

* **EMPLAZARE**, ab Hispanico *Emplazar*, In perpetuam locationem seu emphyteosim concedere. Testam. Constant. Sancii ann. 1269 tom. 1. Probat. Hist. genea. domus reg. Portugal. pag. 22 : *Hæreditates, quas dimitto monasterio S. Crucis, prædicti fratres.... nullo modo possint eas vendere, nec commutare, nec pignorare, nec Emplazare.* Academ. Hispan. in Diction. *Emplazar*, citare, diem alicui indicere; quæ notio huic loco ægre aptari potest.

* **EMPLECHA**, Exactionis seu tributi species. Compromis. inter Geraudum Amici et commun. Avenion. ann. 1234. ex Cod. reg. 4659 : *Quistæ et Emplechæ, retroactis temporibus consuetæ, remaneant salvæ eidem Geraudo Amico in omnibus bonis immobilibus eorumdem hominum.* Vide infra *Explechia.*

EMPLEIA, ex Gallico, *Employ*. Jus utendi, fruendi. Charta Jausserannæ de Medullione ann. 1223. tom. 7. Spicil. Acheriani : *Dono 7. mansiones hominum... et ipsos homines, et jus, et quasi jus, et actionem, et Empleiam, quod vel quam in ipsis hominibus, et in eorum successoribus... habeo.* Mox : *Et Ecclesiæ prædictæ prædicti homines et eorum successores Empleiam et servitium facere teneantur.*

¶ **EMPLUMAILHE**, Vox Occitana, Species aucupii. Vide *Vara.*

* **EMPOLINOVICATUS**, f. Tumefactus, Gall. *Boursouflé*. Mirac. MSS. Urbani V. PP. : *Habebat faciem Empolinovicatam et discoloratam, et ventrem inflatum, et erat magna ponderositate totius corporis.*

EMPONEMA, ex Gr. ἐμπόνημα. Julianus Antecessor cap. 34 : *Emponemata dicimus ea, quæ labore contrahentis in agro meliorata sunt.* Adde cap. 202.

* Charta ann. 1301. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 232 : *Quæ meliorationes sive Emponemata summum ducentaram marcharum argenti, sub fide veritatis excedunt.... Jus monasterii nostri et nostrum sentiamus et cognoscamus aperte felici meliorationi gaudere, votivaque Emponematorum in feodis nostris, quæ idem Guillelmus tenet a nobis, incrementa succedere.*

EMPONEMB, Unum e 12. auguriis, de quibus in verbo *Venta*, quod sic describitur a Michaële Scoto de Physionomia cap. 56 : *Emponemb est augurium, quando homo, vel avis, venit a latere sinistro et transit ad dextram, nec eam vides repausare, sed evanescit a te : tunc est tibi bonum signum super negotio.*

¶ **EMPOR**. Edictum Johannis Franc. Regis ann. 1361. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. pag. 498 : *Et si aliqui arrendatores seu Empores propter finantiam dictarum impositionum sint vel fuerint nobis in aliquo obligati, etc.* Censeo præferendum *Emptores*, ut legitur in alio exemplari. [* Vide *Emere* et *Emptor*, 2.]

* **EMPOYSONARE**, a Gallico *Empoisonner*, Veneno exstinguere. Charta ann. 1300. ex Tabul. Massil. : *Probi viri piscatores..... conqueruntur apud judicem, quod nonnulli piscatores ipsius civitatis et aliunde, eorum salutis immemores, in læsionem multiplicem et periculum omnium hominum civitatis prædictæ, pisces cum tays, lathosela, et veneno alio, sive poyson, in mari occidunt et capiunt pisces.... Unde dominus locumtenens et dictum consilium statuit ad cognoscendum dictos pisces..... Empoysonatos, etc. Apoisoner*, eodem sensu, apud *Plagon* in Hist. Guill. Tyrii tom. 5. Ampl. Collect. Mart. col. 688 : *Quant il* (le roi Jean) *fu en Acre, si li firent aucunes gens acroire que sa fame voloit Apoisoner sa fille, dont il tenoit le roiaume.* At vero *Empoisonner*, In *sortem* mittere, fascinare, incantare, vulgo *Ensorceler*, sonat, in Lit. ann. 1480. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 554 : *Perrete la Baudouyne Empoisonna le suppliant et lui bailla ung mauvais morceau, tellement que acause de ce et depuis ledit temps, il ne s'est peu, ne peut aider, labourer, ne gaigner sa vie : mais a tousjours depuis esté, comme encores est, en langueur ; et se cognoissant ledit suppliant, afin d'avoir alligence et garison, et que ladite Boudoyne lui voulsist oster le mauvais morceau qu'elle lui avoit baille.* In Ch. sequenti : *Le suppliant disoit par icelle la Baudoyne estre ensorcelé, et que trois ans avoit qu'elle le tenoit en son sort.* Unde *Empoisonneresse*, pro Venefica, vulgo *Sorciere*, in aliis Lit. ann. 1389. ex Reg. 137 : *Jame meu de mauvaise voulenté repondit à ladite Jeanne qu'elle estoit une fausse putain, vielle sorciere ou Empoisonneresse, et qu'il regnioit Dieu, s'il ne la faisoit ardoir et tous ceulx de son hostel.* Vide *Impotionare.*

EMPRENDIMENTUM. Fori Aragon. lib. 4. tit. 4 : Ut monopolia, etc. : *Quia propter monopolia, conventicula, Emprendimenta, congregationes, convenientias, etc.* Gallis *Entreprise*, Usurpatio. [* Vide mox *Empresia.*]

¶ **EMPRENEMENTUM**, Eadem notione. Statuta Arelat. MSS. art. 90 : *Juramenta et Emprenementa, vel nota seu confraternitatis, vel conspirationis non fiant in tota villa.*

* **EMPRENTA**, a Gallico *Empreinte*, Nota, signum impressum. Lit. ann. 1411. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 628. art. 10 : *Falsos albaranos seu Emprentas fabricando, etc.* Vide infra *Expressare.*

* **EMPRESIA**, Aggressio, facinus, conatus, consilium, nostris alias *Emprise*, Hisp.

Digitized by Google

Empressa. **Charta ann.** 1384. inter Probat. tom. 3. **Hist. Nem.** pag. 65. col. 2 : *Item ponunt quod supra nominati.... sollicitarunt comunitates et singulares faciendi liguam et Empresiam contra gentes armorum domini ducis, et ut non veniret ad patriam.* Le Roman *de Cleomades* MS. :

Trop longhement et à anuy
Vous tenroie, se recorder
Vous voloie, et tout deviser
Les Empriser, les ferreis,
Les batailles, les poigneis.

Emplaite, eodem **sensu**, apud Froissart. vol. 4. cap. 68 : *Anglois sont gens de fait et d'Emplaite; et aux cas que vous les ayez, vous en ferez bien vostre Emplaite et besongne.* Pro Consilium, vulgo *Projet*, in Lit. remiss. ann. 1389. **ex Reg.** 138. Chartoph. reg. ch. 223 : *Le suppliant fit tant pardevers sa femme, qu'elle lui recongnut ladite Emprinse, et en présence de son pere lui fit confesser les convenances et Emprises du prestre et d'elle.* **Sed et vox** *Emprinse*, idem est quod Lusoria **certatio**, vulgo *Reprise, partie de jeu.* Lit. **remiss.** ann. 1454. in Reg. 191. ch. 49 : *Lesquelz jouerent une autre Emprinse,..... laquelle derreniere Emprinse ou passade iceulx Millas et Casal, qui avoient perdu la premiere Emprinse, gagnerent.* Vide *Imprisa.*

EMPRESTARE, [**Impræstare**,] Accommodare, præstare, **mutuo** dare, ex Hispan. *Emprestar.* [Gall. *Prêter.*] Fori Oscæ ann. 1247. fol. 5 : *Postquam terminus fuerit transactus, in quo debuit recuperare suam pecuniam creditor, qui eam Imprestavit.* Vide in *Præstare.*

EMPRISIA, [**Molitio**, Gallis olim *Emprise*, nunc *Entreprise.* Edictum Johannis Franc. Regis **ann.** 1355. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. **pag.** 21 : *Et à l'aide de Dieu, pour obvier à la mauvaise voulonté et Emprise de nos ennemis, etc.*] [* Lit. remiss, ann. 1364. in **Reg.** 94. Chartoph. reg. ch. 54 : *Per gentes temporales dicti domini episcopi Albiensis fuit facta Emprisia contra nonnullos latrunculos.*] Vide *Imprisia.*

* **EMPRODERE**, *Excludere*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

EMPROSOPUS, ex Græco ἐμπρόσωπος, Qui coram adest, vel qui personam alterius repræsentat. Sidon. in Panegyrico Aviti :

..... Procerum tum maximus unus,
Dignus qui patriæ Personam sumeret, infit.

Chronicon. S. Sophiæ Benevent. ann. 1037 : *Quamobrem per rogum Joannis Galiardi, et Imperiali Emprosopo, etc.* Charta Rogerii Ducis Italiæ **ann.** 1088. apud Ughellum **tom. 9. pag. 629** : *Stratigotis, Prosopiis, Vicecomitibus, etc.* Legendum puto, *Emprosopis.* **Concilium** Calchedonense Act. 1 : Διὸ, εἰ συγκατατεθέντα οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι, ἵνα εἰσδεχθῶσιν οὗτοι οἵτινες ὑπὲρ τοῦ προσώπου τοῦ ἁγιωτάτου μοναχοῦ πράττειν ἕτοιμοί εἰσιν, εἴπωσιν. Theophanes pag. 312 : Ἐντυλίξαντες τοῦ Παπᾶζιν ὡς ἐκ τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἰδιῶτα ὄντα, ubi Hist. Misc. *in persona sua vice deputatum.* Balsamon. in Synod. Trullan. **in princib.** : Ἀγάπητοι δέ εἰσιν οἱ ἐκ προσώπου λεγόμενοι, οἵτινες καὶ μερικὴν δικαιοδοσίαν ἔχουσι. **Vide** Leonem in Tacticis cap. 4. § 7.

EMPROTORTONUM, ἐμπροσθότονον, Morbus contrahens caput ad scapulas; de quo Cælius Aurelian. lib. 3. Acut. cap. 6. Joannes de Burnino Archiep. Viennensis in Epist. de Canonizatione Stephani Diensis Episcopi : *Mulier quædam .... quæ in tantum afflicta fuerat Emprotortono, quod nullatenus dextrorsum, sinistrorsum, nec ad cœlum poterat respicere.* Leg. *Emprostotono.*

* **EMPRUMPTUM**, a Gallico *Emprunt*, Mutuum. Comput. ann. 1479. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 338. col. 1 : *In fine levæ sive rotuli Empruptorum hujusmodi expensarum descripta, etc.* Vide infra *Impruntare* et *Impruntatum.*

¶ **EMPSICHEUS**, a Græco ἔμψυχος, Spirans, vivus. Appendix ad Agnelli librum Pontif. apud Muratorium tom. 2. pag. 195. col. 2 : *Hic autem Minas, quem memoravimus, infirmatus est graviter, eratque ejus infirmitas febris vehemens, quæ intestanter eum atque flagranter agressa est, et fere omne corpus ejus humore extinguens ad Empsicheam emensitatem desiccationemque produxit :* ubi *Empsichea emensitas* tantam videtur ægrotantis maciem indicare, ut solus in eo spiritus superesse videatur, quales fere sunt, qui laborant ectica.

* **EMPTATUS**, Insitus, Gall. *Enté.* Charta ann. 1315. ex schedis Pr. *de Mazaugues* : *Pomerii et pererii tamen habeantur pro non fructiferis, nisi essent Emptati.* Vide infra *Entare.*

EMPTICA, Navis oneraria, mercatoria. Glossar. Gr. Lat. MS. : Ἀγόραιος, *Empticus* : editum *Empticius*, habet. Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini :

Martinum mea prora vehat, sacra Emptica nautæ
Dulcis apex, spes fida ratis, leve pondus amantis
Mercis onus suave est.

Infra :

Mergit in undosum tumulatam sarcina proram
Ut petat ad portum, rerum facit Emptica jactum.

* **EMPTICUS**, Emptione acquisitus. Charta ann. 8. Pippini reg. apud Meichelbec. tom. 2. Hist. Frising. pag. 27 : *Itaque tradedi atque transfundavi propiam hereditatem atque Empticam in jam predicto loco.* [** Adde aliam ibid. pag. 123.]

¶ 1. **EMPTIO**, Quod præstatur domino feudali pro emendi facultate. Charta Mathildis Comitissæ Nivern. ann. 1244 : *Liberæ sint et immunes ab omni pedagio, leidis, venditionibus et ab omnibus exactionibus, etc.*

¶ **Emptio Terræ**, Præstatio domino facienda cum terram emit : de qua dictum est in voce *Auxilium* pag. 512. Charta anni 1153. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 157 : *Rogaverunt me supradicti Monachi, ut eis quasdam consuetudines quas eis D. Gaufredus pater meus dederat, confirmarem, scilicet censum, ostagium, Comitis esum, maritationem, Terre Emptionem, corporis sui redemptionem : quod et ego libenter feci.*

* 2. **EMPTIO**, Locatio, Gall. *Ferme.* Libert. S. Anton. in Ruthen. ann. 1369. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 505. art. 20 : *Quod si aliqua persona dicti loci debebat aliqua arreragia in thesauro Ruthenensi, ratione Emptionis aliquorum emolumentorum vel alia de causa, omnia arreragia prædicta hucusque nunc eis remittimus.* Vide supra *Emere* et *Emptor*, 2.

1. **EMPTOR**, Officium aulæ Regiæ, cui incumbit *oves et boves et porcos emere, et inde forum Regis capere, sed cum taxatione fide dignorum, quantum valet ad opus Regis, et quantum valuerint per quindenam ante adventum suum in partibus illis, etc.* Fleta lib. 2. cap. 17.

* 2. **EMPTOR**, Qui vectigalia colligit, et inde statutum pretium reddit, Gall. *Fermier.* Lit. ann. 1270. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 412 : *Cum minores baillivi nostri Emptores redituum nostrorum in Arvernia seu attensatores, multipliciter injuriosi actenus extiterint eisdem, ipsos consules et singulares de communitate multiplicibus exactionibus indebitis molestendo, etc.* Stat. datiar. Riper. cap. 17. fol. 15 : *Item quod quælibet persona, portans seu conducens aliquas mercantias ,... teneatur et debeat præstare patientiam cuilibet Emptori vel Emptoribus ipsorum datiorum. Emptores carcerum*, in Ch. ann. 1424. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 215. col. 2.

EMPTURIUM, [**Emptorium**, *Le lieu où on achete, quod et Empturium dicitur, Marché*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm. MSS. Emporium.] Synodus Francoford. ann. 794. cap. 3 : *In omni loco, in omni civitate, et in omni Empturio, similiter vadant isti novi denarii, etc.* Ita in MS. Codice legi monet Baluzius, ubi Sirmondus *Emporio* edidit.

¶ **EMPUSA**, ἔμπουσα, Genus spectri varias induens formas, ita dictum, ut quidam putant, παρὰ τὸν ἑνὶ ποδίζειν, quod uno incedat pede. Fingitur alterum asininum. Utuntur quidam e recentioribus, et Aristophanes inter Græcos.

* **EMPYEMA**, vulgo *Empyéme*, Collectio puris in pulmonia. Occurrit passim. *Empyicus*, qui eo morbo laborat, apud Marcell. Emperic. Ita D. *Falconet.*

¶ **EMULENTUM.** Acta S. Cassiani cap. ubi de Obitu S. Simplicii Episc. apud III. Fontaninum ad calcem Antiq. Hortæ pag. 357 :

Cujus stelligeris perlatum pneuma choreis
Donatum serto, necnon celebri Emulento.

Vereor ne mendum sit in hac voce; at qui corrigi queat, non video nisi forte legendum sit *Amuleto :* quod utcumque posset accommodari loco citato.

* Ex sequentibus verbis, *vivit, splendet*, haud ægre suspicor legendum *Eduletum*, pro Edulium. Et quidem paradisum Mahometico more nonnihil effingit Poeta laudatus.

** **EMULIS**, Utilis, vox ficta ut a qua *Emolumentum* duceretur. Virgil. Gramm. pag. 98 : *Etenim quicumque hance, quam nos valde Emulem putamus, ita defendunt peritiam, etc. Emulitas* apud eumdem pag. 113 : *Philosophiæ artes sunt multæ .... quæ non tam Emulitatem, quam curiositatem prætendunt.*

¶ **EMUNATA**, Idem quod infra *Emunitas*, Immunitas, privilegium. Præceptum Childerici Regis circa ann. 720. apud Marten. Ampliss. Collect. tom. 2. col. 18 : *Emunata de Monasterio Estabula seu Malmundario ut non debeat alter Abbas esse, nisi quos ipsi Monachi voluerint eligere.* Vide *Emunis.*

Digitized by Google

EMUNCTORIA, Forcipes ad emungendum lychnum, inter vasa ac ministeria sacra reponuntur a Durando lib. 1. Rat. cap. 3. n. 28. Occurrit Exod. 25. ubi Mammotrectus : *Emunctorium est instrumentum quo temperantur lapides [lampades,] vel lucernæ.* Glossæ MSS. : *Emunctorium, unde candela muncatur : hinc Emungo.* Papias : *Emunctoria, sunt forfices ad emungendas lucernas.* Græcus Bibliorum interpres ἀπαρυστήρας. [Gloss. Lat. Gall. MSS. Sangerman. *Emunctorium, Instrument à moucher la chandelle.* Hodie *Mouchettes* appellamus.]

* **EMUNCTORIUS**, Ablatus, subreptus. Charta ann. 894. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 676 : *Et quicumque contra hoc nostræ immunitatis præceptum aliquid contradicere vel violare præsumpserit, sciat se sicut et alias res Emunctorias compositurum et emendaturum.*

* **EMUNDA** dicitur de ramis exscissis vel decerptis, Gall. *Emonde.* Reg. forestæ de Broton. ex Cod. reg. 4653 : *Talis est usus forestæ Brotonniæ, quod omnes illi, qui reddunt pro consuetudine forestæ avenas et garbas..... possunt et debent capere sine emenda semper consuetudinem forestarii in Brotonna, videlicet Emundam desuper suam rotam.* Vide supra *Emondæ.*

EMUNIS, Immunis. Balbus in Catholico : *Emunis et Immunis dicitur, qui liber est a muneribus.*

EMUNIRE, Immunem et *Emunem* reddere, facere. Gloss. Lat. Gr. : *Emunit,* ἀσφαλίζεται, ὀχυροῖ. Charta Pipini Regis Franc. pro Monasterio S. Dionysii : *Petiit ipse Abbas . . . ut per confirmationem nostram vel deliberationem nostram tale Emunire deberemus præceptum.*

¶ EMUNITARE, Eadem notione. Diploma Ludovici Germanici apud Eccardum Origin. Hasburgo-Austriac. col. 108 : *Qualiter prædictus locus S. Stephani a Duce Alberto fundatus erat, et per constitutionem Chylderici Regis Emunitatus, etc.* [** *Emunidatus,* ap. Hergott. pag. 34. Cod. Prob. Geneal. Habsburg.]

EMUNITAS, Hostiensi in Summa, est *Libertas concessa Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis, et rebus aliis ad eas spectantibus : et dicitur ab Extra et Munia, i. officia vel onera, a quibus Ecclesiæ sunt immunes.* Generatim est quodvis privilegium, a Principe concessum, vi cujus, viri, Ecclesiæ, ac prædia sub ejus protectione esse intelliguntur. [Præceptum Childerici I. Regis Franc. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 5 : *Liceat ipso Abbate Daumero et successores ejus . . . sub omni Emunitate vel tuitionis nostræ sermone valeant tenere atque possidere, etc.*] Capitularia Caroli C. tit. 43. [** ap. Carisiac. ann. 877.] cap. 20 : *Eorum, qui nobiscum vadunt beneficia et villæ sub Emunitate maneant.* Capitula ad Legem Salicam cap. 2 : *Si quis in Emunitate damnum fecerit.* Synodus Vernensis ann. 755. cap. 19 : *Ut omnes Emunitates per universas Ecclesias conservatæ sint.* Adde Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 13. [** 15.] Chronicon. S. Vincentii de Vulturno lib. 1. pag. 679. Spicilegium Acherianum tom. 12. pag. 154. Diplomata apud Doubletum in Hist. Monast S. Dionysii pag. 699. 700. 701. 822. Walafridum Strab. in Vita S. Galli cap. 12. Ratbertum de Casibus S. Galli cap. 2. 3. 6. etc. Ejusmodi *Emunitatum* formula exstat apud Marculfum lib. 1. Form. 3. [Vide *Mundiburnium*, et D. *de Lauriere* Præfat. tom. 1. Ordinat. Reg. pag. IX.] [** De Immunitatibus ecclesiis et nobilibus concessis videndus Eichhorn. in Histor. Jur. German. § 172.]

EMUNITAS, Ambitus Monasterii, intra quem *immunitatis* jus erat. [Charta anni 1165. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 1010 : *Primum quidem quemdam locum prope Alesinam pantano circumdatam versus Septentrionem, in quo Ecclesia B. Clementis quondam fuerat, nunc autem obruta funditus cernitur, cum Emunitate undique quinquaginta passuum eidem Monasterio ad ædificandum habere jugiter concedimus.*] Chron. Montis-Sereni ann. 1205 : *Ædificium Curiæ, quæ Præpositi vocatur, construxit. Ambitum Emunitatis claustri muro amplexus est, etc.* Charta Chlotarii Regis, pro fundatione Monasterii Wissemburgensis (fictitia) ibid. pag. 272 : *Reliqua vero familia legitimo loco et tempore ter in anno pro justitia facienda ad placitum advocati debet convenire, et in provicium* (proficuum) *advocati, si præsens est, singuli singulos denarios solvere, exceptis his, qui sunt in Emunitate.* Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 69 : *Quendam laicum debitorem suum ab Emunitate monasterii . . . . vi abstraxit.* [Vide *Dextri*, lin. *Dextrorum præsertim, etc.*]

¶ EMUNITER, Absque ulla servitute. Marculfus lib. 2. Form. 36 : *Sed ipsum omnibus diebus vitæ tuæ aut hæredis tui Emuniter debeatis possidere, vel quidquid exinde facere volueritis liberam habeatis potestatem.*

EMUNITORIÆ RES, Quæ sub emunitate consistunt. Charta Ludovici Regis ann. 894. pro Isaaco Gratianopolitano Episcopo, ex Tabular. ejusdem Ecclesiæ fol. 77 : *Et quicunque contra hoc nostræ immunitatis præceptum aliquid contradicere vel violare præsumpserit, sciat se sicut et alias res Emunitorias compositurum et emendaturum.*

* **EMURALAMII**, Genus Turcici peditatus. Laonic. Chalcon. lib. 5 : *Signiferi, quos Emuralamios nominant, etc.* Hæc post Car. de Aquino in Glossar. milit.

* **EMUSCARIUM**, a Gallico *Emouchoir*, Flabellum ad abigendas muscas, cujus usus in liturgiis sacris. Arest. parlam. Paris. ann. 1321. 9. Maii in Reg. *Olim : Item Eunum muscarium argenteum, cum uno parvo vase argenteo ad reponendum Corpus.* Vide *Muscarium.*

* **EMUSILIS**, *Rex avidus in auspiciis.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

¶ **EMUTARE**, pro *Immutare*, apud Marculfum lib. 2. form. 13. 14. 23. 24. 30. Sirmondum form. 43. Lindebrogium form. 58. 59. etc. Sed et apud Quintilianum lib. 8. cap. 2. legitur : *Emutatis in perversum dictis.*

¶ **EMUTIRE**, *Edicere, proloqui.* Onomast. ad calcem tomi 3. SS. Aprilis.

* Nostris contra *Esmuys*, qui loqui non potest. Joinvill. in S. Ludov. edit. reg. pag. 24 : *Il* (S. Louis) *estoit Esmuys et ne pouoit parler.* Vide supra *Amusus.*

* **EMYM**, *Horribiles vel terribiles gigantes*, in Glossar. ex Cod. reg. 7613.

EN et ENA, Voces nobilium utriusque sexus nominibus præponi solitas apud Beneharnos, scribit Marca lib. 7. cap. 16. num. 5. quæ quidem idem sonant quod *Dominus*, vel *Domina :* nec apud Beneharnos duntaxat, sed et apud Catalanos et Aragonenses, ut ex Raimundo Montanerio in Chronico Regum Aragon. ex Historia Expugnatæ Minoricæ Insulæ, et Chronico Petri Regis Aragon. editis a Michaele Carbonello, passim colligitur. Nescio an huc spectet epitaphium, quod descripsit Catellus lib. 2. Rerum Occitan. pag. 171 :

En Ramon Arnaldus jacet hoc in marmore clausus, etc.

Vide Andream Boschum in sua Catalania pag. 574.

☞ Eodem spectare suadet hujus vocis usus alias in Occitania frequens, atque etiamnum vigens in superioribus partibus hujus provinciæ saltem apud plebeios ; sed arbitror apud Occitanos iis vocibus illos designari, qui inferioris sunt originis, et reipsa distinguuntur a nobilibus : quorum proprio nomini vox *Dominas* aut *Domina* aliave similis, ut *Miles*, fere semper præfigitur. Codex MS. Bibl. Domini *de Chalvet* Senescalli Tolos. de Hæreticis Albigensibus : *Premisit garcionem suum et precepit ei, ut pararet cenam in castris in hospitio d'Ena Saca.* Et infra : *Ermegaudus Vena de Regalimonte venit ad ipsum dicens sibi, quod duo de illis Bonis hominibus, qui dicuntur heretici, quorum unus vocabatur R. Delboc maritus olim d'Ena Cabriagia, de Albia et socius ejus cujus nomen ignorat ipse, ut dicit, erant in domo Guillelmi de Mauriano.*

* *Ena* vel *Na* premiscue mulieres natalibus insignes nominibus suis præposuisse dubitari non licet. Id quidem jam monuerat Petrus de Marca, testis hac in re locuples, lib. 3. Marcæ Hisp. cap. 9. pag. 262. Quod pluribus Instrumentis, quæ ad domum *de Guiscard* pertinent, confirmat D. *de Serigny*, in Reg. 4. Armor. gener. pag. 2. et 3. in quibus, ut observat, nusquam *Ena*, sed *Na* perpetuo legitur. Iis addo Chartam donationis pro Claristis de Monte Marsano diœcesis Atar. ann. 1270 : *En Gaston et Na Matta ;* quæ unica voce perperam scribunt nonnulli. Eviluit tamen postea ejusmodi titulus, uti docet idem de Marca loco laudato, ab eoque abstinuere proceres aliique ; cui successit vox *Don*, post nuptias nimirum Ferdinandi regis Aragonum cum Isabella regina Castellæ. Vide infra *Na* 2.

ENACH, Emenda, Scotis, vel satisfactio, quæ datur alicui pro aliquo delicto seu injuria. Occurrit in Regiam Majestatem lib. 2. cap. 12. § 7. lib. 4. cap. 36. § 7.

¶ **ENACTUS**, Actus, constitutus, decretus. Charta Edwardi VI. Angl. Regis ann. 1548. apud Rymerum tom. 15. pag. 173. col. 1 : *Cum per quemdam actum in Parliamento . . . inter alia statuta pro republica nostra edita, ordinatum, Enactum et stabilitatum fuerit, quod, etc.* Forte leg. *Exactum.* [* Forte leg. *Edictus.*] [** Nihil mutandum, Anglis *to enact*, Jubere.]

¶ **ENAFODIA**. Vide *Exafoci.*

¶ **ENAFOTI**. Vide *Enaphoti.*

ENAMELATUS, ENAMELYD, vox An-

Digitized by Google

glica, Encaustice, pictura encaustica. Occurrit passim in Inventario ornamentorum Ecclesiæ Eboracensis in Monastico Angl. tom. 3. pag. 170. et seq. *Ammaylare*, ibidem pag. 332. Gall. *Emailler*. [Vide *Smaltum*.]

* EN-AMONT, vox vulgaris, Sursum, nunc *En-haut*. Charta Hugon. de Baucio ann. 1210. ex schedis Pr. *de Mazaugues* : *Trado in acaptum perpetuum omnibus hominibus Castilionis..... paludem meam, sicut vadit de Barbegal ad En-amont.*

ENANTARE. Fori Aragon. lib. 1. fol. 25. edit. 1624 : *Statuimus et ordinamus, quod omnes literæ, quæ impetratæ vel obtentæ fuerint amodo contra forum et consuetudinem regni Aragonum, ad impediendum officium Justitiæ Aragonum, quod ipsa Justitia non possit Enantare, vel procedere, nec Justitiam facere partibus, secundum quod suo officio convenit, etc.* Lib. 3. pag. 49 : *Cum processus, qui habitus est ad unum effectum et finem, prout est Ecclesiasticus, ad alium finem sive Enantamentum quod ad alium effectum tendit, subsequi non debeat, etc.* Lib. 4. pag. 115. v° : *Illi contra quos dicti processus, Enantamenta, vel executiones fient, etc.* Pignorare. Vide *Nantum*. [** *Enantare* est Procedere et *Enantamentum*, Processus, a Latino *in ante*. Vide *Sanchez* in Glossar. Poem. *del Cid*, voce *Enadran*.]

* ENANTAMENTUM, Proscriptio, abalienatio, ab Hisp. *Enajenamiento*. Charta Petri III. reg. Aragon. ann. 1351 : *Licet criminosi aliqui per aliquem ex vobis... banniti fuerint, vel a pace et treuga ejecti per alios officiales forsitan ignaros de hujusmodi bannimento vel Enantamento... hujusmodi bannitos vel a pace et treuga ejectos receptare non desinunt.*

ENAPHOTI. Anastasius in Paschali PP. pag. 152 : *Fecit jam prædictus Pontifex canistra Enafoti ex argento duo pens. lib.* 10. In Valentino II. pag. 163 : *Obtulit.... canistra Ennafodia duo pens. lib.* 15. ubi canistra videntur esse ἐνὸς φωτός, vel ἐννέα φωτῶν, *unius*, vel *novem luminum*, hoc est ἐνὸς φωτὸς, vel ἐννεαφωτα. Vide *Exafoci*.

* ENARE. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Dessennar, Prov. Enare, delirare, furire.* Ibidem : *Enare, furere, Enrabiar, Prov.* Hinc, ni fallor, *Enrabasseur*, pro Demens, furibundus, protervus, in Lit. remiss. ann. 1472. ex Reg. 197. Chartoph. reg. ch. 345 : *Icelluide la Tare disoit... que ledit Jehan Madone estoit faulx, traite, Enrabasseur.* Unde etiam *Enresdie* et *Enrederie*, Protervitas, Gall. *Effronterie, impudence*. Poema inscriptum *Le Mesdisant* :

Caers vil a tant de boidie,
De traison et d'Enresdie, etc.

Chron. Bert. Guescl. :

Et brochant le cheval si come par Enrederie.

Guill. Tyr. lib. 5. cap. 17 : *Proterve nimis asseverabat.* Quæ Gallice redduntur, *par une Enrederie*. *Enreué* vero et *Enredé*, pro Pertinax, a ratione devius, Gall. *Extravagant, Opiniatre*, apud Petrum de Font. in Consil. cap. 15. art. 27 : *Et se l'uns ou li autre est si Enreués, ke il ne demandent nul amesurement, etc.* Stat. pro pistoribus ex Lib. statut. artif. Paris. in Cam. Comput. fol. 4. v°. : *Se cil qui l'amende a faite, est si Enredés ou si folz que il ne veulle obéir au commandement du maistre, etc.* Vide supra *Delirus*.

ENARGIA. Henricus Rosla in Herlingsberga :

Sed licet anxietas premat, ac Enargia cunctos,
Vota tamen solvunt regnatori, etc.

Forte *Anergia*, ex Gr. ἀνεργία, otiositas, signities.

¶ ENBROUDATUS, Angl. *Imbrodered*, Gall. *Brodé*, Acu pictus. *Una capa totaliter de auro... Enbroudata nobiliter cum imaginibus*, apud Rymer. tom. 9. pag. 273. col. 1.

* ENCABUM, vel ENCABUS, f. pro Cacabus, Gall. *Chauderon*. Inventar. MS. bonor. Raym. de Villanova ann. 1449 : *Item una tina bagnaressa clausa, in qua sunt stubæ, una cum quodam Encabo æris et aliis fornimentis dictæ tinæ.*

ENCÆNIA, ἐγκαίνια, Templorum dedicationes. Quintilianus Declamat. 323 : *Dedicatio est illa, quæ denuo inducit, quæ sede destinata locat.* Papias : *Encænia, initia, vel novi templi dedicationes.* Gloss. MS. : *Dedicationes, Encænia.* Glossæ MSS. ad Conciliorum Canones : *In Enceniis, id est, dedicationibus novis.* Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 35 : *Quandocumque novum aliquid fuerit dedicatum, Encænia vocatur :* [quæ sunt S. Augustini Tract. 48. in Johan. circa initium. Gloss. MS. Sangerman. Lat. Gall. : *Encenia, Commencemens, ou nouvelles festes, si comme dedications d'Eglise, estrennes.*] Fortunatus lib. 3. Poem. 4 :

Cum Salomon coleret generosi Encænia templi.

Adde eumdem de Vita S. Medardi cap. 19. Theodulfus lib. 2. Carm. 4 :

Extiterant quondam Solymis Encænia facta.

ENCÆNIÆ, feminino genere, apud Milonem Monachum Elnonensem in Histor. Translationis S. Amandi n. 4 : *Sacræ scilicet Encænias Basilicæ, etc.*

ENCÆNIUM, numero singulari. Eadem notione. Hericus Monach. de Mirac. S. Germani cap. 18 : *Quod sibi constaret evidentissimam impediri Encænii functionem.*

Encæniorum templi varii sunt ritus, quorum præcipuus is, quod Sanctorum reliquiæ recondantur sub altaribus. Charta Alexandri Archiepiscopi Viennensis, in Tabulario ejusdem Ecclesiæ fol. 67 : *Quo opere perfecto, Richardus sanctæ Vivariensis Ecclesiæ Episcopus, ob meo jussu atque rogatu, ad eundem venit Oratorium, et more Episcopali illud consecrari studuit, atque pignora Sanctorum in honore sanctæ Genetricis Mariæ in pila altaris ibidem recondidit, etc.* Huncce ritum observant Scriptores alii, S. Ambrosius Epist. 85. Paulinus Epist. 12. pag. 145. Beda lib. 5. Hist. cap. 12. 21. Cyrillus in Vita S. Euthymii n. 122. Gregorius M. lib. 5. Epist. 145. Gregorius Turon. de Gloria Confess. cap. 20. Candidus apud Browerum in Antiq. Fuld. lib. 2. cap. 4. 114. Balsamon. lib. 1. Resp. 38. Synod. VII. cap. 7. Baron. ann. 389. n. 83. etc.

Oleo sacro inunguntur parietes, quod præter authores qui de Officiis Ecclesiasticis scripserunt, docet Historia Dedicationis Ecclesiæ Cavensis num. 5. apud Bolland. 4. Mart.

Lustrantur aqua benedicta intus et exterius. Vide Tabularium Lemovicense ann. 1095. apud Beslium pag. 509. 510. et Hemeræum in Augusta Viromand. pag. 124.

Diebus tantum dominicis Encænia fieri debere sanxit Concilium Cæsaraugustanum ann. 688. can. 1.

Ad Ecclesiarum dedicationes vicinos Episcopos evocatos testantur Scriptores. Gaudentius Brixiensis tract. in Dedicat. Basilicæ SS. 40. Martyr. : *Nam ut venerandas Sanctorum reliquias haberemus, Deus noster tribuit, ... et hodie, ut adepti summorum Sacerdotum præsentiam, dedicationem celebrare mereamur, ipse concessit. Convenerunt enim sanctissimi Antistites et Apostolici viri, ad persolvendum beatissimis Patribus et præceptoribus suis debitæ devotionis obsequium, ut ubertate plenissima benedictionum spiritualium ditaremur.* Fortunatus lib. 3. Poem. 4. ad Felicem de Dedicatione Ecclesiæ suæ :

Convocat egregios sacra ad solennia Patres.

Adde S. Augustinum Epist. 251. S. Ambrosium Epist. 5. Vitam S. Athanasii pag. 22. Sozomenum lib. 4. cap. 13. Vitam S. Bernardi Archiep. Viennensis tom. 6. Vitar. Ord. S. Benedicti. Epist. 58. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc. Candidum Monachum apud Browerum in Antiq. Fuld. lib. 2. cap. 4. Fulbertum Epist. 118. Hemeræum in Augusta Viromand. pag. 124. etc.

Convivia publica parabantur in Encæniis, de quibus copiose Savaro ad Sidonium lib. 4. Epist. 15. Vide *Dedicatio*.

Deferebantur reliquiæ præcipuæ totius diœceseos, quæ, finita dedicatione, in suas Ecclesias referebantur : de quo more agunt Baldricus in Chron. Camerac. lib. 3. cap. 49. Hist. Translationis S. Lifardi Abbat. cap. 4. in tom. 1. de SS. Ordin. S. Benedicti, Fragm. Hist. Aquitan. pag. 81. edit. 1596. Charta Austindi Burdegal. Episcopi ann. 1062. apud Sammarthanos in Archiep. Ausciens. Hemeræus in Augusta Viromand. pag. 124. etc. Has et cæteras Encæniorum seu dedicationis Basilicarum ceremonias attigerunt Gregorius M. in libro Sacram. pag. 147. ubi Menardus, Ivo Carnot. Serm. 4. de Reb. Eccles. Rhabanus lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 45. Durandus lib. 7. Ration. cap. 48. Durantus de Ritib. Eccl. lib. 1. cap. 24. vetus Charta ann. 1186. apud Ughellum in Episcopis Veronensibus pag. 761. etc.

Celebrabantur etiam *Encænia* urbium, ut et eorum anniversarii dies, quorum ritus et ceremonias pluribus descripsimus in nostra CPoli Christiana : præterea Thermarum, Statuarum, et aliorum de novo excitatorum operum publicorum, uti sparsim observamus in ea lucubratione. Vide *Dedicatio*.

ENCÆNIA, Initia. Alanus in Anticlaudiano cap. 3 :

Et veluti quædam cantus Encænia donat
Auribus, etc.

ENCÆNIARE, ἐγκαινίζειν, Initiare, vel aliquid prima exercere, vel induere : unde vestem novam *encæniat*, qui primo eam induit vel portat. Ita Jo. de Janua ex Papia : *Encæniare novum aliquid induere.* Gloss. Lat. Gall. : *Essaier de nouvel.* [Aliud

Digitized by Google

Sangerman. : *Encenio, Commencer, ou de nouvel exercer, ou vestre estrener.*] [* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521 : *Encenia, idem quod Innovationes, Gallice Estregnetz. Enceniare, Estrener, Gallice.*] Durandus lib. 7. Ration. cap. 1. num. 27 : *Nam et si quis tunica induitur, Encæniare dicitur :* [quod a S. Augustino mutuatus est Tract. 48. in Johan. ubi : *Jam et usus habet hoc verbum : Si quis nova tunica, etc.*] Epitaphium Aligerni Abbatis Casinensis, de Monasterio Casinensi de novo instaurato :

Quod quia frustratum fuerat tum temporis, ille
Nisibus omnigenis Enceniarat hiatus.

Ethelwerdus lib. 4. cap. 4 : *Enceniavit in Wintonia urbe arduam turrim, quæ tum noviter fuerat structa in honore Dei Genitricis Mariæ.* Gesta Rerum Francor usque ad Robertum, MSS. ex Bibl. Loiselliana ann. 1013 : *Floriacense Cœnobium casuali conflagratum est incendio : sed eo insistente infra biennium est instauratum et Enceniatum.* Innocentius III. PP. in Epist. ad Parisium Archiepisc. Panormitam. apud Lelium part. 2. § 82. pag. 46 : *Noverat enim tanquam doctus, quia Quod nova testa capit, inveterata sapit, et ideo ne acesceret, quod vasi quis infunderet : nam sincerum vas tui pectoris adhuc recens non permisit, nisi recenti Enceniari liquore, nec massam teneram passum est malitiæ aut nequitiæ corrumpi fermento.* [Appendix ad Agnelli lib. Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 192. col. 1 : *Quod autem vir sanctus de Lunificii opere victum sibi quotidianum quæritabat, simplicitatem ejus sanctam commendat ; quia nimirum decebat, ut ovis Domini rationis, quæ illius Agni, qui tollit peccata mundi, vellere Encæniata, non aliunde quam de ovium mundorum videlicet animalium tegmine, suam suorumque sustentaret vitam.* Joh. Longinus in Actis S. Stanislai Episc. Cracov. Maii tom. 2. pag. 273 : *Secundo rationabili modernorum more auctorum, qui nova compilantes opera, reverendis consueverunt Pontificibus, aut prælucidis in Theologia Magistris, vel Doctoribus aliis Encæniare, etc.*]

¶ **ENCÆNISSARE**, Lætari, ut fit in *Encæniis* juxta La Cerdam. Vide *Sancenissare.*

ENCÆNIUM, pro *Exenium*, Donum, munus. Ebrardus Betun. in Græcismo cap. 11 :

Fercula sunt Epulo : sed sunt Encennia Dona,
Quæ quandoque probis causa mittuntur honoris.

Durandus lib. 6. Ration. cap. 7. n. 21 : *Senescalchi vel alii servitores, vel portantes Encænia, non solvunt jejunium, si prægustant cibos ante dominos.* Ubi vetus interpres Gallicus pag. 177 : *Les Seneschaux, les Queux, les Cuisiniers et serviteurs des grands Seigneurs, qui portent presens de viande, etc.* Itinerarium Gregorii XI. PP. : *Offerunt tibi Encænia, etc.* [Bernard. *de Breydenbach* Itiner. Hierosol. pag. 222 : *Quatuor potentissimis viris suis convicinis Encenia transmittit.* Liber de Doctrina Novitiorum Ord. Grandimont. cap. 5. inter Anecd. Marten. tom. 5. col. 1834 : *Encenia non mittas per mensam, nisi forte illi qui iuxta te sedet : quia Encenia fratribus facere non ad te pertinet, sed ad Abbatem vel Priorem conventualem, qui de cibis ante se apportatis possunt debilibus et delicatis facere pitantiam pro substentatione naturæ sine scandalo.*] Vide *Exenium.*

* Comput. ann. 1483. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 20. col. 1 : *Quia ex deliberatione consilii fuit conclusum quod fieret Encennium sive donum dicto domino gubernatori, pro suo jocundo adventu, usque ad summam decem librarum Turonensium, etc.* Hinc patet appellationis ratio.

ENCÆNIARE, Muneribus quempiam donare. Joannes a Leydis in Chronico Belgico lib. 13. cap. 2 : *Qui postquam repatriare cum cæteris Principibus decrevisset, legaliter fuit Encæniatus a Wennaro Marchione Ferrariæ.* Utitur præterea lib. 28. cap. 2. ut et Chronicon Belgicum pag. 187. [Vide supra alia notione.]

ENCALCARE. Vide *Encercare.*

¶ **ENCANTARE**, Auctionari, Sub hasta vendere, Italis *Incantare*, Nostris *Vendre à l'encan.* Statuta Arelat. MSS. art. 153 : *Pellierii et Incantatores Arelatis jurent, quod bene et fideliter vendant et Encantent omnes res, quæ sibi traditæ fuerunt ad Encantandum vel vendendum.* Vide *Incantare* 2.

¶ **ENCANUM**, Gall. *Encan*, Ital. *Incanto*, Auctio, hasta publica. Litteræ Petri Infantis Arragon. Senescallo Provinciæ ann. 1332 : *De quibus Encanum publicum tenuerunt in loco S. Felicis.*

* **ENCARCERATUS**, Monachus inclusus in cella privata, idem qui *Reclusus.* Vide infra *Incarcerati.*

* **ENCAUSAR**, *Prov. Fugare, in fugam vertere.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Nostris quoque *Enchaucer, Enchaucher* et *Enchausser*, pro Persequi, insectari, quod et *Enchasser* dixerunt; unde *Encaus, Enchauz, Encauchier* et *Enchaussement*, Insectatio, persecutio. Villehard. paragr. 71 : *Li Grieu lor tornent les dos ; . . . . et li nostres les Enchaucent bien une liue grant.* Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 12 : *Moult en ocist en fuiant, il les Enchausa jusques à un flueve, qui est apelez Hester.* Ibid. lib. 5. cap. 24 : *Ebrouinz les Enchauça, et fist d'eulz en cel Enchauz si grant occision, etc.* Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 278 : *Yceulx supplians courechiez de ce que il supposoient ledit Estienne estre feru à mort, Enchaucherent icellui Hues, et le battirent.* Aliæ ann. 1376. in Reg. 110. ch. 85 : *Et pour doubte que ycellui son cousin ne feust tuez par ledit de Vaux, qui très-fort l'envaissait et l'Enchaussoit, etc.* Rursum aliæ ann. 1359. in Reg. 90. ch. 180 : *Ycellui Vincent embrasé de mauvais esperit commença à Enchasser ledit Jehan.* Inde etiam *Encaucer*, Litem persequi, apud Pet. de Font. in Consil. cap. 35. art. 38 : *On demande se li fix, qui tout jors Encauce pour demander hyretage, etc.* Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 110. ch. 209 : *Lequel Berny le poursuioit asprement, ... et les autres aussi complices dudit Berny lui faisoient grant Enchaux.* Aliæ denique ann. 1358. in Reg. 90. ch. 119 : *Icellui des Poulies vit que . . . . il ne povoit eschever et soy départir par le grant et aspre Enchaussement et approchement que ledit Fromage li faisoit, et que plus ne povoit fuir etc.* Le Roman *de Robert le Diable* MS. :

Quant Robiers voit que l'Encaus ciesse,
Que tout courent al gaaigner, etc.

Le Roman *de Cléomades* MS. :

Lors veissiés parmi ces plains,
Et parmi mons, et parmi vaulx
Grans pourrieres et grans Encaus.
Trestout li chans estoit jonchiés
De mors, de navrés, de blechiés, ...
Tant avoit li Enchaus duré.

Ibidem :

Trop longhement et à enuy
Vous tenroie, se recorder
Vous voloie, et tout deviser . . . .
Les fuirs, ne les Encauchiers,
Les retours, ne les ralyers,
Ki y furent donsqu'achevée.

ENCAUSTUM, ex Græc. ἔγκαυσον. Gloss. Gr. Lat. : Ἔγκαυσον, *Recremandum.* Papias. Msc : *Encausta, Pictura, quæ vetus molitur.* Rectius Gloss. Eccl. Parisiens. : *Pictura, quæ ex cera molitur.* Jo. de Janua : *Encaustum, Tinctura scribendi.* [Perperam Gloss. Sangerman. Latin. Gall. MSS. : *Encaustrum, Encre pour escrire.*] Matth. Silvaticus : *Medad, Medadi, Arab. i. Encaustum scriptorum et maxime Saracenicum, quod Dioscorides atramentum vocat.* S. August. lib. 13. contra Faustum cap. 18 : *Imputet ergo sibi Encausti munditia, quæ corio inhæsit agnino,* i. pergameno. Fortunatus in Ep. ad Syagrium lib. 5. Poem. : *Lacrimantes oculi querelas mihi finxerunt, ad vicem Encausti, et admirabili modo, aqua, quæ delere solet, per fletus scripsit.* De Encaustica pictura ita dicta agunt Plinius lib. 35. cap. 11. lib. 36. cap. 25. Vitruvius, Marbodeus lib. 1. de virtutib. herbar. cap. 3. et alii.

INCAUSTUM, pro *Encaustum*, Ital. *Inchiostro*, Gall. *Encre.* Gloss. Saxon. Ælfrici : *Incaustum vel atramentum*, Blæc. Balterus Monachus in Vita S. Fridolini Abbat. n. 2 : *Et Incaustum seu membrana non adfuit.* Bracton. lib. 5. tract. 5. cap. 17. § 2 : *Licet aliud pergamenum, et aliud Incaustum.* Ita in Fleta lib. 2. cap. 27. § 5. Charta ann. 1228 : *Quæ propter Incausti et chartæ vitium aboleri incipiebant.* Statuta Ordinis *de Sempringham : Calefactorium nullus ingrediatur,... excepto Præcentore ad planandam tabulam, quam non scribat tempore laboris, et ad calefaciendum Incaustum, et scriptoribus ad siccandum pergamenum.* Vetus Notitia seu Judicatum, apud Rocchum Pirrum tom. 1. Notit. Sicil. pag. 311 : *Unde ad certitudinem dictæ sententiæ posuimus nostra sigilla et Dominus Rex posuit suum signum per litteras rubeas, et signum Crucis fecit ad suam confirmationem, et fecimus instrumentum Episcopo et Domino Gilberto cum alphabetho cum Incausto* (perperam *incastro*) *rubeo de donatione et contractibus.* Gaufredus Monachus de Gestis in causa Giliberti Porretani : *Attulit chartam, calamum et Incaustum.* Occurrit in Regula S. Cæsarii ad Virgines in Recapit. cap. 7. apud Udalricum lib. 2. Consuet. Clun. cap. 36. lib. 3. cap. 18. Lanfrancum in Decret. pro Ord. S. Bened. cap. 17. Thomam Walsingh. pag. 258. in libro Usuum Cisterciens. Ord. cap. 72. in Statutis Guigonis pro Ord. Cartusiensi cap. 7. § 9. in Monast. Anglicano tom. 1. pag. 277. etc.

* Nostris *Enque*, ut in Charta ann. 1323. ex Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. Paris. fol. 169. r°.

Digitized by Google

Sacrum Encaustum, Scripturæ species, qua solis Principibus uti fas erat, purpurea videlicet, *cum cocti muricis et conchylii ardore*, in leg. 6. Cod. de Divers. rescript. (1, 23.)

Encautum, Scripturæ species, quæ fit per adustionem et cestrum, ἐγκαυμένον. Gloss. Lat. Græc.: *Encaustum*, ἐγκαυμένον, ἐσφαλισμένον. Lex 4. Cod. Th. de Extraord. muner. (11, 16.) : *Manuque propria perscribant atque Encausto nomina adnectant. Tabulis, vel Encausto et cerussa conscribere*, in leg. 1. eod. Cod. de Veteranis. (7, 20.) [Vide Pancirolum lib. 1. var. lect. cap. 77.]

Encautaria, seu **Encautarii**, civitatum et provinciarum libri Censuales et publici, in leg. ult. Cod. Th. de Censu (13, 10.) et leg. 9. de Agricol. (Cod. Just. 11, 48.) *Encauti breves*, libri in quibus nomina et modus censualis possessionis continebantur, in leg. un eodem Cod. de Collegiat. (Cod. Just. 11, 18.)

Encautum, Charta ann. 1289. apud Anton. Brandaonum. tom. 4. Monarch. Lusitan. pag. 279. v. [* Interdictio, vetitum. Leg. Alph. III. ann. 1251. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 53 : *Dominus rex Portugaliæ et comes Bolaniæ fecit cum consilio suorum ricorum hominum et suorum filiorum de algo tale Encautum,... Pectetur istud Encautum domino regi per omnes illos, qui ibi cum eo fuerint.* Vide *Incautare*.] Vide *Cautum*.

¶ **Encefalus**, Celebris, summus, a Græco ἐγκέφαλος, qui in capite est. Acta S. Frederici Episc. tom. 4. Julii pag. 461 : *Nomen autem ejus, divina providente clementia, per universam terram in tantum subito factum est Encefalum, ut etiam regales verberaret aures, et a cunctis honoraretur.*

Encengia, [Modus agri.] Vide *Andeciaga*.

* *Ensange* et *Encenge*, eodem significatu, nostris. Charta ann. 1394. ex Lib. pitent. S. Germ. Prat. fol. 124. v°. : *Un Ensange et un tercel de pré. Une Encenge de terre arable.... Une Encenge de vigne*, in alia ann. 1384. ibid. fol. 130. v°. Vide *Andecinga*.

* **Encenia**, f. pro *Encenta*, Locus palis cinctus ad capiendos pisces, vel pro *Exclusa*. Vide in hac voce. Charta ann. 1145. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 426 : *Terras, vineas, aquas, pesquerias, Encenias, molinos, montes.... dono.*

* **Encenium**, Convivium; et illud maxime, quod in solemni alicujus inauguratione paratur : unde vocis origo. Vide in *Encænia*. Tabul. eccl. Massil. : *Anno 1496. 1. Martii, fuerunt soluti de pecuniis capituli, tam in piscibus emptis quam in aliis expensis, pro Encenio facto per capitalum R. D. O. episcopo Massiliæ, die suæ consecrationis factæ Aquis in ecclesia S. Salvatoris, die Dominica 28. Februarii, etc.* Acta S. Sebaldi tom. 3. Aug. pag. 770. col. 2 : *Sed illico quadam vice cum post suam prædicationem Encenium charitatis secum faceret, discipulo suo, nomine Dionysio, Bacchi potum ipsis præcepit ministrare.* Vide alia notione in *Encænia* et *Encænium*.

* **Encennia**, Monilia, gemmæ, annuli, aliaque id genus pretiosa, Gall. *Joyaux*. Testam. Joannæ comit. Tolos. ann. 1270. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 594 : *Item legamus et relinquimus eidem Philippæ omnia nostra Encennia, scilicet anulos, et monilia, et certa* (serta) *sive coronas aureas et lapides pretiosos.* Vide supra *Encænnium*.

* **Encenserium**, Thuribulum, acerta, Gall. *Encensoir*, alias *Encencier*. Acta capitul. eccl. Lugdun. ex Cam. Comput. Paris. ad ann. 1343. fol. 95. v°. col. 1 : *Item unum Encenserium argenti deauratum.* Lit. remiss. ann. 1473. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1159 : *Jehan le Bourrelier prestre.... print et vola ung Encencier d'or du poix de six marcs, quatre unces et dix sept esterlins d'or.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Encentiar, Prov. Turibulum, ignibulum.* Vide *Encensiar* et *Incensum* 1.

¶ **Encensiar**, Gall. *Encensoir*, Hisp. *Encensario*, Ital. *Incensorio*. Inventarium ann. 1377. ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Massil. n. 988 : *Item Encensiar sive turibulum argenti.*

Encercare, Inquirere, Gall. *Chercher, enchercher*. Tertia Curia Generalis Cataloniæ sub Jacobo II. Rege Aragon. ann. 1311 : *Et inquirant, et indagent, seu Encerquent contra dictos Officiales.* Vide *Circare*.

* Nostris *Encercer* et *Encerchier*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Encercar, Prov. explorare, investigare. Encercamet, Prov. rumor, scrutinium. Enquerre* et *Encerchier*, in Stabil. S. Ludov. cap. 46. Guill. Guiart. ad ann. 1267 :

> Ha! comme il est souvent planté
> Es chieres nues qu'il Encerce,
> Maugré Espaingnols leur rens perce.

Vide supra *Cercare* 2.

Encalcare, Eadem notione. Usatici Barcinon. MSS. cap. 64 : *Omnes homines habentes seniores,... neque guaytent personas eorum, nec Encalcent, nec requirant, nec vulnerent, nec capiant.* In tit. capitis, legitur *incalcet*. [** *Encalsar* Catal. Fugientem insequi. Vide *Encausar*.]

¶ **Encetecia**, **Encetegna**. Vide *Enceteria*.

Enceteria, *Machina lignea, qua amphora sustinetur*, in Glossis antiquis apud Casaubon. ad Athenæum, ubi existimo vocem corruptam ex *Incitega*, seu ἐγγυθήκη, uti repositorium vocabant Veteres, quod ad Festum observat Josephus Scaliger. [Papias habet : *Encetegna, Macinola* (Machinola) *lignea, qua amphora sustinetur.* Pro quo Gloss. Vet. Sangerman. legit : *Encetecia, etc.*]

¶ **Encheramentum**, An a Gallico *Enchere*, Pretii augmentum, vel Auctio, Licitatio? Computus anni 1202. apud D. *Brussel* de Feudorum usu tom. 2. ad calcem pag. CLXXVI : *Expensa... pro molendinis de Chaalete*, LXXV. *s. Præpositus de dono*, X. *l. pro Encheramento præposituræ de Cepeio.* Vide *Incheramentum* [* et mox *Encherare*.]

* **Encherare**, Auctionem facere, Gall. *Mettre l'enchere*. Charta Alfonsi comit. Tolos. ann. 1253. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 492 : *Si aliquis voluerit monetam prædictam Encherare, a nobis vel mandato nostro non possemus Encheramentum recipere, etc.* Vide *Incariare*.

* **Encheria**. Vide infra *Incheria*.

* **Enchia**, Coxendix, Gall. *Hanche*. Libert. Bellivis. ann. 1313. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 162. art. 20 : *In venacionibus aprorum retinemus nobis caput et umgulas; et de venacionibus ursorum Enchiam, etc.* Vide *Anca* 1.

¶ **Enchiridio**, ut mox *Enchiridium*. Vita S. Aldhelmi Episc. tom. 6. Maii pag. 87. C : *Sed egregio Enchiridione monitos, sedulaque oratione sublevatos ad veritatis reduxerat viam.*

Enchiridium, ἐγχειρίδιον, apud Paulum Diac. in Præfat. ad Vitam S. Mariæ Ægypt. [Hoc nomine S. Augustinus excellentissimum Opusculum de Fide, Spe et Charitate insignivit, quod manibus facile gestari posset vel potius continuo deberet, utpote, continens res ad salutem maxime necessarias. Hero de Machinis Bellicis utitur pro Jaculo manuali, et Pollux pro Gladiolo et ejuscemodi armis, quæ sint ad manum et possint facile gestari.]

¶ **Enchirium**, Manuale a Græco χείρ, Manus. Acta S. Leonis Papæ III. Junii tom. 2. pag. 588 : *Tum epitrachelium quoque et Enchirium auro variegata et ornata.*

Enchori, **Encores**, **Incores Lapides**, apud Gromaticos et Agrimensores, dicuntur indigenæ, nativi, nati in ipso solo, quasi ἐγχώριοι, ut censet Rigaltius. Frontinus : *Sed et lapides Incores signati sint.* Arceriana fragmenta : *Alii ponunt silices, alii Tiburtinos, alii Enchoros, alii peregrinos, alii autem politos et scriptos.* Quibus in locis *Incores* et *Enchori*, lapides sunt, quos idem Frontinus de Condit. agror. et Latinus *petras naturales*, Balbus *nativas*, Innocentius *lapides nativos, quod est ex ipso solo*, Mago denique et Vegoia, *saxa ex ipso metallo* vocant. Nam et *lapidum metalla*, præter Ulpianum dixit Senator lib. 3. Epist. 9. ut et leg. 1. et 13. Cod. Theod. de Metal. (10, 19.) Nec aliud, opinor, sonat ἐγχώριγον, apud Annam Comn. lib. 4. Alex. pag. 72. Constantinum de Adm. Imp. cap. 29. Codinum Orig. CP. et alios, quibus id vocabuli sumitur pro materia ipso in loco, ubi ædificatur, eruta, quod pluribus disceptamus in Notis ad Alexiadem. His opponuntur *lapides peregrini*, apud Siculum Flaccum de Condit. agror. pag. 5. Ordericus Vitalis lib. 9. pag. 739 : *Subitoque sapientum consilio murum de lapidibus impolitis, et sine cæmento inter civitatem et oppidum ædificavere. Ipsa enim materia opportunum, ut defenderent se, Christianis præstitit auxilium.* Vide Salmasium de Jure Attico pag. 356. Sic denique vocem *Incoris*, pro indigena usurpat Joannes Subdiaconus lib. 6. Vitæ Patrum Libello 1. num. 12 : *Duo fratres erant ei vicini, unus peregrinus, et unus Inchoris.* Sed et *Enchoria avium genera*, dixit S. Hieronym Ep. 140.

¶ **Encimum**, Occisio mulieris prægnantis vel fetus ejus. Consuetudo Andegav. : *Encis, si est quand l'en fiert femme enceinte, et elle et l'enfant se meurent.* Charta anni 1265. ex Archivo S. Albini Andegav. : *Excepta villicaria seu jurisdictione trium delictorum, videlicet raptus, mutri, et Encimi.*

Digitized by Google

Charta Gallica Heliæ Abbat. Nobiliac. ann. 1293. apud Stephanotium tom. 4. Antiq. Pictav. MSS. pag. 946 : *C'est à sçavoir que la grant Justice, moyene et basse, en cas de rapt, de Encis, de murtre, de traïson, de bannir, et és cas qui desservent mort.* Vide Menagii Etymol. Gall. ad vocem *Encis*, et infra *Ensicium*.

* *Ensuis*, eodem sensu, in Lib. nig. episc. Carnot. : *Toute seigneurie et toute justice haute et basse, c'est asavoir rat et murtre et Ensuis en tout mon demaine.* Hinc emendanda Ordinat. ann. 1301. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1167. art. 8. ubi unica voce *Lancis* legitur pro *l'ancis : Lancis si est femme enceinte quand l'en a fiert ou enfant l'i est.* Vide *Intuscisum*.

* **ENCINUS**, Machina quæ crepitum edit. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 191. ex Cod. reg. 4624 : *Si aliquis canis vel catula inventus vel inventa fuerit in alienis vineis, altenis vel plantatis vinearum, postquam uvæ ceperint vayrare et maturari, quousque fuerint vindemiatæ, sine croco sive Encino longo ab hasta uno bono semisse seu medio pede, etc.*

¶ **ENCLESIS**. Vide *Encleticare*.

¶ **ENCLETI**, *Gloriosi*. Papias pro *Inclyti*.

ENCLETICARE, Inclinare, ἐγκλίνειν. Alanus in Planctu naturæ : *Caput demissione profunda dejectum, humiliter Encleticabat in terram.*

* Italis *Inchinare*, inflectere, salutare, nostris *Encliner*. Le Roman *de Robert le Diable* MS. :

Li bourgois et li cytoain,
Et li courtois et li villain
Contre lui vont, salut li rendent, ...
Tout l'Enclinoient as mains jointes.

Hinc *Enclin*, Inclinatio corporis, salutatio, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :

S'uns dolans fait un acroupie,
Et un Enclin devant s'ymage, etc.

Vide infra *Inclinare* 2.

Encleticus, ἐγκλιτικός, Inclinatus. *Enclesis*, seu potius *Enclisis*, ab ἔγκλισις, inclinatio. Idem in Anticlaud. lib. 3. cap. 6 :

Encleticum gerit illa caput, nec corporis ullam
Jacturam patitur, sed lumen legat in imum,
Ut quibus insideat mens Enclesis illa loquatur.

Liber miraculorum S. Eadmundi Angl. Regis apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 828 : *Ad signum vero triumphi insignis Eadmundi hic Encliticus morti contiguus, etc.* Ibid. col. 833 : *Accubat Enclelica nocte eadem* (matrona) *in Ecclesia, ut erat solita, consuete Sancti suffragium præstolatur, etc.* Gloss. Lat. Gall. MSS. Sangerman. : *Enclesis, Inclination; Encleticus, Enclin.*]

** **ENCLIPSARE**. Vide *Ecclipsare*.

¶ **ENCLUGIA**, Arvernis, *Encluge*, Gall. *Enclume*, Incus. Instrumentum Ecclesiæ Brivat. ann. 1365 : *Informatio facta super Enclugia Petri Bodet, quæ fuit inventa in hospitio seu fargia, in qua moratur Jocobus de Ulmo.*

* Alias *Encluge*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Encluge, Prov. Incus.* Leudæ major. Carcass. MSS. : *Item pro carga grossa de Encluges, xij. den. Turon.* Versio Gallica ann. 1544 : *Item pour chaque charge grosse d'Enclumes, etc.* Vide infra *Englumen*.

¶ **ENCŒNIARE**. Vide *Encæniare*.

ENCOLPISMUS, ἐγκολπισμός, apud Horatianum lib. 3. Rer. medic. cap. 2. pag. 72. dicitur infusio, quæ fit in sinum, quod alias per pessum aut nastale medici fieri præcipiunt. *Encolpizare*, apud eumdem lib. 4. pag. 83. Encolpismum adhibere : *Primo diffumigatur mulier,... et Encolpizatur pigmentis.* Matth. Silvaticus : *Encolpismus, i. injectio alicujus medicaminis in matricem. Hinc Encolpizare, medicamentum in matricem injicere, quasi insinuare*, Glossar. Græc. Latin. : Ἐγκολπίζω, *insinuo*. [Priscian. 3. 5 : *Encolpismo uti.* Vide Reinesium Var. Lect. pag. 515.]

ENCOLPIUM, ex Gr. ἐγκόλπιον. Anastasius ad Act. 5. VIII. Synodi : *Crucem cum pretioso ligno, vel cum reliquiis Sanctorum ante pectus portare suspensam ad collum, hoc est quod vocant Encolpium.* [Acta. SS. Junii tom. 2. pag. 588. de S. Leone III. Papa : *Misimus fraternæ vestræ Beatitudini Encolpium aureum, cujus alterum latus crystallo est inclusum, alterum opere fusili effigiatum.*] Theosterictus in S. Niceta num. 33 : Ἐξήνεγκεν δὲ ὅπερ ἐπεφέρετο ἐγκόλπιον ἱσοριτμένον, καὶ ἐν ὑποκρίσει τοῦτο προσκυνῶν, etc. De ejusmodi Encolpiis plura diximus ad Alexiadem Anneam pag. 247. 248. Vide *Phylacterium* [** et Glossar. med. Græcit. col. 345. 1709.]

¶ **ENCOLPIZARE**. Vide *Encolpismus*.

* **ENCOMA**, Mensura ad quam exigebantur milites. Vide *Incoma*.

* **ENCOMBRARE**, Oppignerare. Scacar. S. Mich. apud Falesiam ann. 1210. ex Cod. reg. 4653. A : *Judicatum est quod ille a quo petit fieri portionem, debet liberare hoc quod elemosynavit et Encombravit de feudo loricæ et escaetis.* V. infra *Incombrare* 2.

¶ **ENCOMBRARE**, Impedire, etc. Vide *Combri*.

¶ **ENCORES**. Vide *Enchori*.

ENCRATICI. Iso Magister in Glossis : *Encrates, abstinens Græce, hinc Encratici hæretici, qui creaturas Dei damnant, dicunt non esse bonum manducare carnem, et bibere vinum.* Encratitæ, Adoni Viennensi ann. 425. et aliis. Vide *Continentes*.

¶ **ENCUDO**, ἄκμων, *Incus*. Supplem. Antiquarii.

ENCUMBRARE, ut *Encombrare*. Vide *Combri*.

ENCYCLIA, Litteræ Encyclicæ, circulares. Vide Baron. ann. 586. n. 50. Meursium in Gloss. [et Glossar. mediæ Græcitatis.]

* Consule dissertationem Fr. Domin. *Bencini* de hujusmodi Litteris editam Turin. ann. 1728.

¶ **ENCYCLOPÆDIA**, ἐγκυκλοπαιδεία, Disciplinarum series ostendens omnium artium inter se connexionem, seu ut habet Quintilian. lib. 1. cap. 10 : *Orbis ille doctrinæ quem Græci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant.* Vita S. Ildephonsi inter Concilia Hispan. tom. 2. pag. 569 : *Et omnium scientiarum Encyclopædiam absolveret.* Vitruvius Præf. lib. 6. habet : *Encyclios doctrinarum omnium Disciplina.*

* **ENDECUNUS**, an Tripes? Invent. ann. 1361. ex Tabul. D. Venciæ : *Item unum Endecunus ferreum.* Vide infra *Endes*.

* **ENDEGUS**, Indicus color, Ital. *Indaco*. Stat. Placent. lib. 6. fol. 80. v°. : *Sive de colore seu de medietate ab homine cum suo reppo sartoris albo et Endego, etc.*

¶ **ENDELLUS**, Tantum spatii quantum quis divaricatis cruribus dimetiatur. Vide *Andellus* in *Andena* 2.

¶ **Endens**, Eadem notione ibidem.

* **ENDENEURA**, Idem quod *Indentura*. Vide in hac voce. Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 213 : *Alius rotulus continens magnam Endeneuram de tractatu inter regem Johannem* (Franciæ) *et regem Eduardum Angliæ.*

* **ENDEROCARE**, **Enderrocare**, Diruere, dejicere, demoliri. Pactum ann. 1142. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 498 : *Nullo modo eos manuteneam, usque faciam tibi reddi Balagerium et Durnuanum, et faciam jurari tibi Granolletum, et faciam Enderocare castellum novum de Villamuro.* Aliud ann. 1143. ibid. col. 500 : *Si castellum Villamuri, quod Guillermus Ato ibi fecit, non poterit ipse comes facere Enderrocare, ad melius quod poterit guerreget tantum hoc ipse comes usque Enderocatus sit sine inganno Rogerii.* Vide supra *Derocare*.

* **ENDES**, Coquinarium instrumentum, tripes, Gall. *Trépié*. Invent. ann. 1449 : *Item unum Endes ferri.* Glossar. Prov. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Endes, Prov. tripes.* Vide supra *Anderius*.

* **ENDESA**, Eadem notione. *Item unam Endesam ferream*, in Invent. ann. 1320. ex Tabul. S. Vict. Massil.

¶ **ENDETICUS**, Alligatus. Onomast. ad calcem tomi 5. SS. Junii. Est a Græco ἐνδεῖν, Illigare.

¶ **ENDICA**. Vide *Entheca*.

ENDIMITA, *Vestimentum*, Ugutioni, ex Græc. ἔνδυμα, indumentum.

¶ **ENDO**, *Mansuetus*. Glossar. San-Germ. MS. n. 501. Veteribus Latinis *Endo* vel *Indu* idem erat quod intus, a Græco ἔνδον, unde voces pleræque sequentes

¶ **Endocantum**, ἀσφαλιμένον, *Incautum*. Supplem. Antiquarii.

¶ **Endoclusus**, ἐνκεκλεισμένος, *Inclusus*, in Glossis MSS. Sangerman. Lege ἐνκεκλεισμένος, ut in Supplemento Antiquarii : *Endoclusa*, ἐνκεκλεισμένη.

¶ **Endodicare**, Indicare Gloss. San-Germ. et aliæ Lat. Gr. : *Endodecarit*, μηνύσει.

¶ **Endofestare**, Infestare. Glossar. Lat. Græc. : *Endofestabat*, ὀργίζετο.

Endogenia, *Natura. Endogenitus, naturalis.* Ugutio. [Jo. de Janua addit : *Endogenice, naturaliter.*]

¶ **Endogestum**, *Indigestum*. Papias; ex quo corrigendus MS. Bituric. ubi perperam, *Endocetum*.

¶ **Endoitium**, *Initium*. Lexicon Martinii.

¶ **Endopescere**, quasi *Impescere*, Immittere. Gl. Lat. Græc. : *Endopesco*, ἐνίημι.

¶ **Endopetitus**, Impetitus. Gloss. Lat. Græc. *Endopetitus*, ἀνωθεὶς ἐνδετίρω. Hinc emendenda ficta vox *Endopicus*, de qua Martinius in Lexico.

¶ **Endoplorare**, Implorare. Supplem. Antiquarii : *Endoplorat*, ἐπικάλεσον, *Imploret*. Melius ἐπικαλεῖ, nisi pro *Implorat*, legas cum Papia, *Implorato*.

¶ **Endoriguus**, Irriguus. Gloss. Lat. Græc. : *Endoriguus*, ἔνρειθρος, καθάρειθρος, me-

Digitized by Google

lius quam in Supplemento Antiquarii, in quo : *Endoriguum*, ἔνριθρον, καταίριθρον. Ῥιθρον, Fluentum dixit Homerus non semel, et ῥίθρον per syncopen alii.

ENDOTHYS. Hieron. Rubeus in Histor. Ravenn. ex MS. ait Maximianum Archiepisc. donasse Ecclesiæ Ravennati *Endothyn bissinam pretiosissimam omnem Christi Dei historiam continentem* : præterea adjunxisse *ex auro aliam Endothyn ; in qua auro textili pictæ erant omnium qui illum præcesserant, Archiepiscoporum imagines.* Ubi recte viri docti ἐνδύτην aut legi aut intelligi debere censent. Nam et Græcos mappam altaris majorem, seu mantile quod insternitur altari, ita vocitare, auctor est Goarus ad Eucholog. etsi potior videtur conjectura hic ἐνδύτην sumi pro velo, quo altaris pars anterior tegebatur. [Id confirmat Agnellus in libro Pontif. cum ait de S. Victore : *Fecitque Endothim super S. Ecclesiæ altarium Ursianæ ex auro puro cum staminibus sericis ponderosa nimis mediam habens coccam ; et inter quinque imagines suam ibidem cernimus, et subtus figuratos pedes Salvatoris grafia contexta est purpurata.* In hunc locum vide Muratorium tom. 2. pag. 104. ubi integram approbat Cangii nostri explicationem.] Vide Descriptionem nostram S. Sophiæ num. 65. ubi adde apud plerosque Scriptorum ἐνδύτην masculino generi efferri.

¶ **ENDROMA**, pro *Endromis*, Villosa vestis, qua utebantur in δρόμῳ, hoc est, cursu vel palæstra. Luitprand. Hist. lib. 2. cap. 17 : *Enimvero dum ante eum sine femoralibus, curta indutus Endromade, ductus Regis ad pedes concitus caderet, genitalium ostensione membrorum ad risum omnes commovit.* Martialis 4. Epigr. 19 :

Doas peregrinam mittimus Endromiden.

Polluci lib. 3. extr. *Endromides* dicuntur Calcei ad cursum expediti, τὰ τῶν δρομέων ὑποδήματα. Vide Salmasium de Pallio pag. 310.

¶ **Endromes**, *Endromedis*, *Fors vestemanz comme est peaulz de mouton*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS.

¶ **Endromidatus**, Endromide vestitus. Sidon. lib. 2. ep. 1 : *Endromidatus exterius, interius fasciatus.*

¶ **ENDURA**, Albigensium hæreticorum abstinentia. Limborch. Sent. Inquisit. Tolos. pag. 179 : *Mortem tibi infligis, quia posuisti te in illa abstinentia, quam heretici vocant Enduram, in qua Endura jam per sex dies sine cibo et potu stetisti, nec voluisti comedere, nec adhuc vis*, etc. Non solebant autem illi hæretici in *Endura* se ponere, nisi in extrema infirmitate, ne bonum, quod in hæresi se accepisse somniabant, denuo amitterent : quare et venæ sectione, balneatione adjuncta, mortem etiam sibi accelerabant. Idem Limborch. pag. 59 : *Hereticus dixit post hereticationem prædictæ infirmæ, quod non daret sibi cibum aliquem cum pinguedine nisi aquam ad bibendum... quod vellet iterum reconciliari ad sectam Hereticorum, quia peccaverat in ea comedendo post dictam hereticationem, contra ordinationem dicti Heretici.* Et pag. 70 : *Dicta Guielma posuit se in Endura, ut moreretur in ea, et balneabat se et in dicto balneo fecit sibi minui.* Rursus pag. 94 : *Quæ se posuerat in Endura, ut citius moreretur.* Item pag. 204 : *Posuit se in Endura Hereticorum, in qua Endura sine infirmitate alia multis diebus perdurans fuit hereticata... antequam moreretur.* Vide ibidem pag. 28. 89. 138. etc.

¶ **ENEBRÆ**, Aves in auguriis aliquid fieri inhibentes. Vide *Inhibræ*.

¶ **ENECEA**, Pars primogeniti. Vide *Ainescia*.

¶ **ENECTERE**, Explicare, enodare. Vita S. Dunstani, tom. 4. Maii pag. 357 : *Rogavit... quatenus sibi visionis suæ somnia nuper promulgata solvendo Enexuisset.*

* **ENEMA**, *proprie vocatur decoctio, quæ per clysterem injicitur.* Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

* **ENEPGUERTH**, **Enepwert.** Vide infra *Morganegiba*.

¶ **ENERGIA**, Gr. ἐνέργεια, Operatio, actus, efficacia, conatus, labor. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MSS : *Energia, efficace, effort, agilité, angoisse de courage, labeur, occupation.* Rythmus Satyricus de temporibus Rotberti Regis, apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 533.

Orbis magni monarchiam dolus Landrici nititur
Per energiæ studium solemniter evertere.

ENERGIMA, ex Græc. ἐνέργημα, Operatio. Prudentius in Apotheosi v. 464 :

Audiat insanum bacchantis Energima monstri.

Ubi Iso Magister : *Illusionem, vel imaginem, furias, etc. Energima, imaginatio vel fantasia : unde qui fantasias dæmonum patiuntur, Energumeni dicuntur.* Sed hic contra quantitatem peccat Prudentius, cum penultima longa esse debuerit.

* **ENERGITAS**, *La levita*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Energia*.

ENERGUMENI, Papiæ, *Dæmoniaci, Energumeni sunt qui contempta Catholica doctrina, operationes diabolicas imitantur.* Vide Concilium Carthaginense IV. can. 92. Arausicanum I. can. 13. 16. [Antiq. Collectionem Canonum, apud Acherium tom. 11. Spicil. pag. 133. et infra *Exorcisare.*]

¶ **ENERVITAS**, Inertia, in Actis SS. Maii tom. 7. pag. 28.

** **ENESIS**. Vide *Æsnesis*.

ENETA. [Avis aquatica, Gall. *Anete.*] Vide *Aneta*.

ENEYA, [Hæreditaria pars primogeniti, Gall. *Droit. d'ainesse.*] Vide *Ainescia*.

* **ENFIOTHECARIUS**, **Enfitocharius**, Ad *Emphyteosim* pertinens. Charta ann. 1033. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 15 : *Precaria atque Enfiteocharia nomine concedere dignemini tantumodo ad abendum.* Et col. 16 : *Abendum tradidi precaria atque Enfiothecaria nomine.* Vide supra *Emphyteosis.*

¶ **ENFITEARE**, *Negare*. Gloss. San-German. MS. n. 501. Papias habet, *Enfiteuri :* quæ vox formata videtur ab ἀμφιθέω, Circumcurro, in orbem eo, nisi legendum sit *Inficiari.*

¶ **ENFITEUCUS**, *Quod ex ficis bonis apparentibus accipitur.* Papias. [** Pro *fiscis* in cod. reg. 7609. *fisci* habetur. Ita etiam in Glossar. cod. reg. 7644. ubi *Enfiteutici.*]

¶ **ENFITEUTICARIUS**, ut *Emphiteotecarius*, seu in *Emphyteusim* datus. Charta anni 1001. apud Mabill. Diplom. tabella 51 : *Quæ prædictæ res juris S. Ravenn. Ecclesiæ Enfiteuticario modo postulatis largiri.*

* **ENFLURA**, a Gallico *Enflure*, Tumor, Ital. *Enfiatura.* Mirac. MSS. Urbani V. PP. : *Passa quamdam Enfluram in cavilia sinistra.*

ENFORTATI. Vide *Efforciare*.

* **ENFORZATI Solidi**, Moneta, cujus materia purior erat, minusque adulterata. Lib. censuum eccl. Rom. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 884 : *In episcopatu Xanctonensi, ... ecclesia S. Petri de Archiaco tres solidos Enforzatorum illius terræ.* Vide in *Efforciatus.* [** Vide *Inforciati* in *Moneta.*]

¶ **ENFRACHESCERE**, *Francum*, seu liberum et immunem reddere, Gall. *Affranchir.* Charta Petri Regis Aragon. ann. 1206 : *Præterea Enfrachesco et liberos et immunes facio omnes fratres, et homines, et omnes res prædictarum domorum per totam terram meam.* Vide *Affranchire.*

ENFRANQUIMENTUM, Immunitas, Gall. *Affranchissement.* Secunda Curia Generalis Cataloniæ sub Jacobo Rege Aragon. ann. 1299 : *Quod non possumus facere donum, vel gratiam, nec venditionem, nec Enfranquimentum, nec aliquo alio modo relaxare bovaticum illis personis, etc.* Vide *Affranquire.*

* **ENFRATICA** *dicit Oribasius vocari quæ facile corrumpuntur in cibis.* Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959. [** f. Emphthartica.]

* **ENFRAXIS**. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 106 : *Si autem de Enfraxi, i. constipatione, dolores in auribus fiant, etc.* [** Ἔμφραξις.]

* **ENGAN**, **Enganum**, Ars, machinatio, fraus. Charta ann. 1037. ex magn. Chartul. S. Vict. Massil. fol. 37 : *Sine ullo Engan.* Pactum inter Ildefons. Tolos. et Raym. Barchin. comit. ann. 1125 : *Sicut vos, vel aliqui per vos, ad utilitatem vestram melius intelligere potestis per fidem sine Engan ..... Et de hoc spectabo vos sine vestro Engan per menses sex .... Et de hoc expectabimus vos sine vestro Engano per menses sex.* Vide *Engannum*

¶ **ENGANNADOR**, Vox Hispana, Deceptor, Impostor. Legitur in Legibus Alfonsinis part. 7. tit. 16. lege 9.

* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Engannador, Prov. dolosus, subdolus. Engannar, Prov. Decipere.* Unde *Engignier*, eodem sensu, in Vita J. C. MS. :

Quant virent qu'il les guerpi,
Chil remeisent grain et irié,
Qui si estoient Engignié.

¶ **ENGANNARE**, Hisp. *Engañar*, Decipere. Occurrit in Charta Petri Regis Aragon. ann. 1205. ex Spicilegio Acheriano tom. 8. pag. 223. *Enginer*, apud Thomasserium in Bituric. pag. 102.

ENGANNUM. [Fraus, dolus, Hisp. *Engaño.* Charta ann. 1028. pro Ecclesia Ruthenensi, inter Instrum. tom. 1. Gall. Chr. pag. 49 : *Erimus adjutorio D. Deo et S. Petro sine Enganno.* Juramentum Canonicorum Anicii, inter Instrum. tom. 2. Gall. Chr. col. 356 : *Et hæc omnia.... fideliter et sine Enganno attendam.* Rursum habetur in Vita B. Ildegarii Episc. Barcin. Martii tom. 1. pag. 482. et 491. in Charta

Digitized by Google

Rogerii Comitis Carcasson. ann. 1136. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 386. etc. *Engan*, Marcæ Hisp. col. 1096. 1111. 1112. 1157.] Vide *Ingenium* 1.

ENGARIA, [Præstatio jumentorum vel plaustrorum per viam rectam.] Vide *Angaria*.

ENGASTER. Vide *Hogaster*, Porcellus.

¶ **ENGENIATOR**, Machinator et inventor bellicorum tormentorum operumque, Gall. *Ingenieur*. Computus ann. 1336. Hist. Dalph. tom. 2. pag. 280 : *Johanni Engeniatori.... flor.* XX. Idem appellatur *Magister ingeniorum* in Computo ann. 1334. Vide *Ingenium* 2.

* Alias *Engigneur*. Froissart. 1. vol. cap. 60 : *Il y avait en Mortaigne un Engigneur très-bon maistre.... si leva au chastel un engin.*

* **ENGINGATUS**, Contextus, ut videtur; si tamen asserta est lectio. Arest. parlam. Paris. ann. 1321. 9. Maii in Reg. *Olim : Item unum scutum elevatum aeri formæ de armis Burgundiæ Engingatum de serico.* Galli diceremus, *travaillé en soie.*

¶ **ENGLARATUS**, Glarea stratus. Annal. Mutin. apud Murator. tom. 11. col. 66 : *De anno* 1262. *Evacuata fuit civitas Mutinæ de omni letamine, et contratæ fuerunt Englaratæ, et multi porticus saleguti.*

* **ENGLATA**, pro *Oglata*. Vide in hac voce. Charta ann. 9. Roberti reg. ex Tabul. Gellon. : *Placuit animo Raimundi.... ut Gerardo abbati S. Salvatoris Gellonensis.... mansum unum cum apendaria dominica in comitatu Lutevense.... in casis, casaliciis, curtis, Englatis, ortis.... commutaret.*

* **ENGLERIUS**, vel **Englesius**, Anglicanus, ab Angl. *English*. Hist. belli Forojul. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1206 : *Cum pluribus balistreriis et arceriis Englesiis venerunt currentes usque ad bivium olim Antonii a Porta. Engleriis* editum ex eadem Hist. in Append. ad monum. eccl. Aquilej. pag. 51. col. 2. *Dames Englesches de Saint Saan*, in Ch. ann. 1310. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 325. v°. col. 2. Vide *Englescheria*.

ENGLESCHERIA, vox formata ex Saxonico *Englisc*, *Anglicus*, quasi, *nativitas Anglica*. Est autem forma juris, qua quis Anglus origine ac nativitate esse probatur. Cujus vocis origo inde nata, quod, ut ait Bracton. lib. 3. tract. de Corona cap. 15. § 3 : *In diebus Canuti Regis Danorum, qui post Angliam acquisitam et pacificatam, rogatu Baronum Anglorum, remisit ad Daciam exercitum suum, et ipsi Barones Angliæ erga ipsum Regem Canutum fidejussores extiterunt, quotquot Rex in Anglia secum retineret, firmam pacem per omnia haberent. Ita quod si quis Anglorum aliquem hominum, quos Rex secum adduxit, interficeret, si super hoc defendere non posset judicio Dei, scilicet aqua vel ferro, fieret de eo justitia : si autem aufugeret et capi non posset, solverentur pro eo* 66. *marcæ, et colligebantur in villa, ubi quis esset interfectus, et ideo quia interfectorem non habuerunt : et si in tali villa pro paupertate colligi non possent, colligerentur in hundredo, in thesauro Regis deponendæ.* Hac autem via suorum securitati consulendum existimarat Canutus, quod haud ita pridem Æthelredus Rex sub prætextu inspiciendorum armorum uniuscujusque patriæ, uno eodemque die Danos omnes per Regnum universum Angliæ occidisset, ut est in Legibus Edwardi Confess. cap. 35.

Post hæc igitur si quis per *murtrum* cæsus esset, Anglorum intererat probare eum qui occisus erat, Anglum esse, non vero Danum, ut a præstatione et solutione 66. marcarum eximerentur : idque probabant per *Englescheriam*, seu *Englescheriæ præsentatione*, coram Coronatoribus, *per duos masculos ex parte patris, et per duas fœminas ex parte matris de propinquioribus parentibus interfecti*, uti pluribus idem Bracton. exsequitur § 7. Quæ quidem lex a Danis ad Normannos transiit; nam postquam Normanni Angliam occuparunt sub Guillelmo Notho, suæ securitati modo simili cautum esse voluere, ut si Francigena, id est Normannus, occideretur, illius qui eædem perpetrarat justitia fieret, hoc est, vel plecteretur, vel judicio Dei se defendere ille teneretur; denique si aufugeret, et capi non posset, villa aut Hundredus pro ejusmodi homicidio aut murdro 66. marcas exsolveret vel certe 46. ut est in Legibus Willelmi Nothi cap. 53. Porro, ut est apud eumdem Bractonum § 2. et in Fleta lib. 1. cap. 30. § 1. et 2 : *Interfectus pro Francigena reputabatur, nisi Englescheria rite coram justitiaris præsentaretur.* Abrogata est tandem lex ista Statuto ann. 14. Edwardi III. ann. 1340. ut Stanfordius refert lib. 1. cap. 10. *Anglescheria* scribitur in Fleta. [** *Angleceria*, in Abbr. Placit. Rich. I. pag. 18. col. 2. Vide ibid. Rich. I. pag. 13. col. 2. pag. 17. col. 1. 2. pag. 19. col. 2. et Phillips. Histor. Jur. Angl. tom. 1. not. 315ª tom. 2. pag. 328. et infra *Francigenæ*.]

¶ **ENGLUMEN**, Incus Gall. *Enclume*, in Inventario munitionum castri Sommeriæ ann. 1260.

* A vet. Gallico *Englume*. Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 213 : *Un martel et une Englume à batre faulx à faucher. Une Englume ou Englumel, i. ob.* in Pedag. Peron. ann. 1295. ex Chartul. 21. Corb. fol. 355. Vide supra *Enclugia*.

ENGORGARE, ex *Ingurgitare*, [Gallice *Engorger*, Obducere, impedire.] Fori Aragon. lib. 3. tit. de Rivis : *De duobus molendinis quorum unum super aliud sit constructum, si illud quod est inferius Engorgat quod est superius, etc.*

¶ **Engorgata Piscaria**. Sententia arbitralis ann. 1292. inter Abbbatem et Consules de Gimonte : *Et ad bordas similiter faciendas et super Engorgutis piscariis et piscationibus, etc.*

¶ **ENGRIPHUS**, *Azymeus, id est, subcinericius panis*. Glossar. Sangerman. n. 501. Melius legeretur *Encryphius*, a Græco ἐγκρύπτειν, intus abscondere, unde ἐγκρυφίας ἄρτος, Luciano.

ENGRUNAGIUM. Tabular. S. Eparchii Inculism. fol. 77 : *Requirebat* 1. *arietem*, 1. *carucam ad sata sua ferenda*, 1. *gallinam, Engrunagium fabarum, et in mansionario, qui terram illam colebat explegium suum.* Et fol. 130 : *Bernardus siquidem Duzac in unoquoque maisnamento mansi et borderiæ, quæstum fabarum, quæ vulgo dicitur Engrunatges, faciebat.*

* **EUGUAYNARE**, Inducere. Comput. ann. 1363. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 261. col. 2 : *Solvit magistro Stephano Vesiani pro duobus magnis lapidibus necessariis in quibus debent Enguaynari las paransbandas pontis dormen S. Anthonii. Enhacher*, non dissimili notione, dicitur de agris, quorum partes extremæ inter se implicantur, in Chartul. Latiniac. fol. 259. v°. : *Quatre arpens et demy qui se Enhachent par le bout.... Item cinq arpens trois quartiers de terre en une piece Enhachée aux deux bouz.*

* Aliud vero sonat *Engaignier*, Irritare nimirum, in Lit. remiss. ann. 1366. ex Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 220 : *Icellui Jehan venoit pour Engaignier ledit Robin, auquel il avoit fait paravant signifier une sauvegarde.... Lequel Robin Engaigné et esmeu de ce, etc.*

* **ENGUENALHA**, Lues, contagio. Mirac. MSS. Urbani V. PP. : *Passus fuit longo tempore unam Enguenalham in coxia.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Engue, Prov. Inguen.* Vide *Inquinaria*.

ENGUERA. Fori Oscæ 1247. f. 9 : *Debet dare* 60. *sol. pignorator pro calonia, et pignus reddere, et Engueras tales quales judicat forus, etc.*

* **ENGUERNARE**, f. pro *Engrennare*, Moletrinæ infundere, Gall. *Engrener*. Libert. Pontis-Urson. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 640. art. 32 : *Famulus qui servit et Enguernat, per annonam precium suum recipit quantum pugno suspenso levaverit.* Vide *Ingranare*.

* **ENGUISSE**, vox vetus Gallica, qua Tributum, vectigal, collatio significatur. Charta Humb. Basil. episc. ann. 1404. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 229 : *Ab omni steurarum et petitionum, in Gallico dictorum Enguisses,.,.,. et actionibus quibuscumque exempti sint.* Vide *Quæsta*.

¶ **ENIBRA**, ἐναντία, Contraria. Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerman. dicuntur de avibus contraria seu adversa minantibus in auguriis. Vide *Inhibræ*.

ENICA. Gloss. Eccles. Paris. MS. et et Gloss. Regium Cod. 1013. *Enica*, *Adultera*. [Eadem habet Papias. Glossæ Isid. addunt *Mœcha* : Quid tamen et unde sit *Enica*, haud facile divinatu.] [** Vox hebraica, uti et sequens.]

ENICI, *Idolorum cultores*, in Gloss. MS. Eccl. Paris. sed legendum *Ethnici*.

¶ **ENIGMANEUM**, *Genus masculinum*. Papias. [** e Placido.]

ENIM, non semel redundanter usurpat Lucifer Calaritanus, nulla necessitate vel notione, quemadmodum Græci δέ. *Cur me incusas quod Enim sim.* Interdum pro *autem* usurpatur. Regula Magistri cap. 82 : *Hoc enim ne sit in aliquo, frequenter omnes scrutentur a Præpositis.* Anastasius Bibl. in Nicolao I. pag. 209 : *Fecit Enim in confessione ipsius sacratissimæ Basilicæ jugulum de auro, etc.* Eckeardus de Casibus S. Galli cap. 3 : *Scio, inquit ille, et optime scio, nam Enim semper facit, quod semper fecit, etc.*

* **ENIMENTUM**, Prædium rusticum,

Digitized by Google

maxime si, ut puto, legendum est *Tenimentum*. Vide in *Tenere* 1. Pactum inter Henr. IV. reg. et Pisan. ann. 1081 apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 19: *Firmiter statuimus quemquam hominum, nisi communi consensu eorum, nec rasas apprehendere, nec dissipare, nec sigillare infra civitatem Pisæ, neque in burgis, si foras civitatis ipsi habuerint Enimenta.*

¶ **ENJOALARE**, Tradere ornatus gemmeos aureosve, quos Galli dicimus *Joyaux*. Charta Johan. Boherii ann. 1409. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 413: *Item dictus dominus Delphinus debet et promisit Enjoalare dictam Johannam, et eam munire de jocalibus capitis et aliis decentibus secundum statum partium prædictarum.* Vide *Jocalia*.

* Nostris etiam *Enjoeler*. Contr. matrim. inter dom. Bonnam et Amed. Sabaud. ann. 1372. in Reg. Joan. ducis Bitur. ex Cam. Comput. Paris. fol. 19. v°.: *Item est accordé entre lesdites parties que ledit mons. le duc garnira ladite madame Bonne, et ledit mons. le conte la Enjoielera selon son estat. Enjoiller*, in altero ann. 1406. tom. 2. Probat. Hist. Brit. col. 772. Vide infra *Injoquare*.

¶ **ENISACRUM**, ἐρυσίπελας, *Erysipelas, sacer ignis*. Supplem. Antiquarii.

¶ **ENITIA PARS**, Quæ pertinet ad primogenitum, Gall. *Droit d'Ainesse*. Vide *Ainescia*.

¶ **ENITITUM**, pro *Enixum*. Guibert. lib. 1. de Vita sua cap. 3: *Diutinis cruciatibus agitata, et hora propinquante tortionibus augmentatis, cum in partum naturaliter putaretur Enititum, etc.*

¶ **ENIXISSIMA**, ἀσφαλισστάτη, *Tutissima*, in Supplemento Antiquarii.

¶ **ENIXUS** passive, Partus, editus. Concil. Tolet. XVI. inter Hispanica tom. 2. pag. 738: *Ante sæcula ex Dei patris substantia genitus, in fine sæculorum de Virgine Maria, Evangelio teste, Enixus*,

ENLATERNA. Tabularium Carnotense ann. 1225: *Et eadem domus debet fieri de decem Enlaternis*. Occurrit ibi rursum.

* **ENLEIHIS**, Supellectilis lectualis pars; vox fortasse corrupta. Charta ann. 1500. inter Probat. tom. 3. Hist. Lothar. col. 331: *Licheriis, Enleihibus, pulvinaribus, bassaghis, linteaminibus, etc.*

* **ENMELES**, *Canora vox modis et numeris composita*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

* **ENMESSURA**, a Gallico veteri *Emmesure*, vulgo *Charge*, Accusatio, criminatio; quo sensu dicimus *Imposer un crime*. Charta ann. 1318. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 344: *Jehan de Vignoy.... fust tenuz en prison.... pour la souppeçon de la mort Colinet... Lidiz Jehan de Vignoy aloit délivrés du cas de la souppeçon et de la Emessure* (sic) *deuantdite*. Alia ann. 1334. in Reg. 69. ch. 181: *Comme au promovement et denunciation de mestre Symon de Buissy procureur du roi nostre syre, il eust esté douné à entendre.... que Jehans Pepins citoienz de Reins estoit diffamez ou renommez de aler ou envoier aus fausses forges de monnoye.... Ledit Jehans Pepins devoit estre absouls et delivrez des souspeçons, Emmessures et cas dessusdiz*. Ibid. titulus Ch. 91: *Confirmatio absolutionis Stephani Boussiau burgensis de Louvriaco super impositione, sive Enmessura cujusdem asseguramenti per eum infracti*. Vide supra *Amessuras*

* **ENNA**, Lorum vel filum, quod Chartis appenditur. Charta ann. 1315. ex Tabul. S. Victor. Massil.: *Patentes litteras sigillo cereæ rubeæ cum Ennis pergameni sigillatas*. Inquisit. ann. 1342. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 32: *Litteras regias originales in prædicto vidimus insertas, sigillatas sigillo regio in cera viridi et in lacz seu Enna de cerico. Enne* vero, Anas fera appellatur in Costum. Paris. ex Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. fol. 34. r°.: *Le sommier de poulaille, de conins, d'ouës, de perdriz, de mallars, de Ennes et de plouviers, iij. den.*

ENNAFODIUS. Vide *Enaphoti*.

* **ENNANNUM**, Ædificium parvum alteri appensum, f. ab Hispan. *Enano*, parvus, brevis. Libert. Barchinon. MS. ann. 1283: *Item est consuetudo quod si de lucernis, cloacis, parietibus et Ennannis, qui sunt in honore qui teneatur pro aliquo, etc.* Charta Jacobi II. reg. Aragon. ann. 1301: *Insinuacionem accepimus continentem quod bajulus Barchinonæ temporibus retroactis nonnullis constituendi Ennanna aliaque ædificia licentiam concessisse, etc.* Quæ Charta sic inscribitur: *Inhibitio facta per dominum regem Jacobum bajulis Barchinonæ super Ennannis construendis*.

¶ **ENNOMIO**, γραφεὺς κληρονόμων, *Notator hæreditatum*, in Supplemento Antiquarii. Fictum videtur a Græco ἔννομος, legitimus.

¶ 1. **ENNOS**, *Habitator vel profundum*. Jo. de Janua.

2. **ENNOS**, Ennoycus. Ebrardus in Græcismo cap. 9. et Brito in Synonymis:

> Mango caballorum sit porcorumque bubulcus,
> At asini pastor sit agaso, boumque bubulcus,
> Mulio mulorum, Ennoycusque caprarum,
> Nam caper est Ennos, oviumque sit opilio dux.

* **ENNUTIGIUM**, Vespera. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 259: *Quasi hora Ennutigii, Guillelmus Aymes de Rigny habens secum unum magnum cutellum seu ensem, etc.* [** Ignitegium.] Vide infra *Noctanter. Ennuit*, Hodie, vulgo *Aujourd'hui*, in aliis Lit. ann. 1390. ex Reg. 138. ch. 232: *Jerenye Dieu, se tu ne le comperras Ennuit quelque part que tu ailles.... Colin Raoulliaus oncle de Barigot lui dit: Beau neveu, va t'en, tu es bien taillié de faire Ennuit une grant folie*.

¶ **ENOCHILIS**, *Piscis stagneus, id est, anguilla*. Gl. Sangerman. n. 501. Græcis ἔγχελις, Anguilla unde *Enochilis*, non satis recte.

* **ENOCILIS**, *Piscis stagneus, quæ latine anguis*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Vide *Enochilis*.

* **ENODATIO**, Solutio, divisio. Vita S. Chrodog. tom. 1. Sept. pag. 770. col. 2: *Beati viri corpus absque ulla Enodatione membrorum incorruptum reperiunt, et velut recenti depositione.... adhuc insolutum manebat*.

¶ **ENODUS**, ἄζος, ὁ μὴ ἔχων ὄζον, Odore carens. Gl. Lat. Gr. Sangerman. Alia notione, pro *Enodis*, sine nodo seu simplici sumit Hieronymus, si vera est Erasmi correctoris conjectura: sed pro *Enoda fides*, quod vellet Erasmus, legendum *otiosa fides* probatur in Diariis Trevoltianis Junii ann. 1717. pag. 999. quæ si tanti est, potes consulere.

* **ENOGRATUS**. Chron. Johan. *Bayone* tom. 5. Gall. Christ. col. 880: *Anno m. lvi. Mathildis cœnobii, quod dicitur Andela, religiosa abbatissa,... cujus pignora, argenteus scilicet calix, albique pallii capsula Mediani cœnobii habetur, (Enogratus) mortale hic consummat fœdus*. An ingratiis nostris, Gall. *à notre grant chagrin?*

ENOLA, in veteri Glossario Saxonico; redditur Pærl, i. unio, margarita, *perle*. Ubi Somnerus legendum putat *gemmula, lunula*, vel *muræna*. [f. Enulum, wear.]

ENORMATE, *Cui addi minus nihil potest*, in Glossis Isidori. [Excerpta Pith.: *Enormatæ, cui addi minuive potest*. Sed potior est lectio Papiæ qui habet:

ENORMIS, [*Ingens, sine mensura, vel forma, cui nihil addi minuive potest*. Sic Papias. Pro Clarus, illustris, accipitur in Actis S. Cassiani apud Ill. Fontaninum ad calcem Antiquit. Hortæ pag. 344:

> Hinc pius Antistes Zonis, post Martyr Enormis,
> Instruxit verbo, redimivit stigmate pulchro.

Et pag. 359:

> In Suggesta ergo Pastor suffectus Enormis,
> Sicut eques notas comiter moderabat habenas.]

Vide *Abnormis*.

¶ **ENORMITARE**, Norman excedere. Vita S. Forannani, April. tom. 3. pag. 817: *Ne recedens ab ea justitia, contra eam Enormitet*.

¶ **ENORMITAS**, Excessus normæ, mensuræ atque etiam numeri. Diomed. in Præfat.: *Qui rusticitatis Enormitate incultique sermonis ordine sauciant, imo deformant examussim normatam orationis integritatem. Exilitas crurum et Enormitas pedum*, apud Senecam lib. 2. de Animi tranquillitate cap. 18. *Enormitas stipendii*, apud Spartianum in Caracalla cap. 2. et Geta cap. 6. Tertul. de Anima cap. 43: *Omnis natura aut defraudatione aut enormitate rescinditur*. Guibertus l. 1. de Vita sua cap. 8: *Confluit Enormitas ut miremur tantam hominum frequentiam. Enormitas scelerum*, in Maceriis Insulæ-Barbaræ tom. 1. pag. 73.

* **ENOTARE**, Notare, detegere. Translat. S. Troph. tom. 2. Jul. pag. 234. col. 2: *Cumque Domini sucerdotes diu tentarent ex qua parte latentem tumuli thesaurum possent Enotare, etc.*

* **ENQUANTIUM**, Auctio, hasta publica, Gall. *Encan*. Charta ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 349: *Vindiderunt.... emolumentum Enquantii,... et Enquantium ponit ad manum domini regis*. Vide in *Incantare* 2.

¶ **ENQUESTA**, Inquisitio, Gall. *Enquête*. Legitur in Instrumento anni 1338. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 371. col. 1. et alibi.

¶ **ENRABIADA HORA**. Vide in *Hora*.

ENSA, pro *Existens*, ab *Esse*. Charta Pisanorum Capitanei, apud Guesnaium in Annalib. Massiliensib. pag. 397: *Domino et Patronis unius galeæ vocatæ S. Catalinæ, tunc Entis in portu Massiliæ*. [Et infra: *Ex una galea tunc Ente prope plagias civitatis Massiliæ*.]

¶ **ENSA**. *Ad Ensa*, Deinceps, in posterum. Charta ann. 1204. apud *La Faille* tom. 1. Annal. Tolos. pag. 54. Probat.:

Digitized by Google

Scilicet de omnibus illis quærelis, quas inter se fecerint de illa die ad Ensa, quo concordia antiqua inter homines Tolosæ et homines de Rabastensis olim facta fuerat.

* **ENSAISINARE**, a Gallico *Ensaisiner*, In possessionem mittere. Charta ann. 1299 : *Ensaisinavit per librum de feodo Malefolii, quod deguerpivit Odoardus Dumontés.* Sed et *Ensaisiner*, pro Capere, subripere, vulgo *Se saisir, prendre*, dixerunt nostri. Lit. remiss. ann. 1413. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 179 : *Disoit l'en contre icellui Jehan qu'il c'estoit Ensaisiné furtivement d'une coste-hardie,.... dont il fu trouvé saisi. Laquelle suppliante eust prins et se feust Ensaisinée furtivement d'une robe de drap vert*, in aliis ann. 1419. ex Reg. 171. ch. 96.

¶ **ENSALMUS**, Incantatio certis superstitiosis precibus constans, inquit Hofmannus in Lexico, cujusmodi fuit oratio illa, *Crux Christi salva me*, a quodam Græco Archiep. composita, de qua Diana part. IV. tom. 3. Resol. 62. Vide Hieron. Bardum Tract. Medico-Politic. Has precum formulas vocant Hispani *Ensalmadores* a verbo *Ensalmar*, Fascinare, vel præstigiis uti, Gallice *Enchanter*. Vide Concil. Mexicanum anni 1585. inter Hispana tom. 4. pag. 373.

* Hisp. *Ensalmo*, Incantationis species, sic dicta quod in ea certis Psalmorum versiculis potissimum uterentur, ut observant Academici Hispani in suo Diction. quibus præiverat Naudæus in Apol. illust. vir. artis magicæ postulat. cap. 14. Exstat opusculum de Incantationibus seu *Ensalmis* auctore Eman. de Valle de Moura Lusitano editum Eboræ ann. 1620.

ENSAPERDA, *Quoddam unguentum*, Papiæ.

* **ENSARIUS**, Ensium artifex. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Ensarius, faiseur d'espées.*

ENSATUS, *Ense armatus*. Joan. de Janua.

* **ENSAYALADUS**, Hispan. *Ensayalado*, Sago indutus. Vita S. Ignat. Loyolæ tom. 7. Jul. pag. 671. col. 1 : *Erant id temporis Ignatio socii tres.... eodem panno vestiti..... Quos propterea a panni similitudine Ensayalados vulgo, Hispanico vocabulo, appellabant.*

¶ **ENSEIGNAMENTUM**, Ratio, argumentum, probatio in litigiis, Gall. *Enseignement*. Chartular. Monasterii S. Quintini pag. 132 : *Poterit causam ostendere per Enseignamentum Scabinorum, quare ad illam non ierit submonitionem.* Statuta Lossensia cap. 2. n. 7. apud Johan. Mantelium Hist. Comitum Loss. part. 3. pag. 11 : *Item quand l'on a Enseignement contre quelconque de le devoir panner, etc.*

* Vel potius Judicium, sententia, maxime quæ per judices ædilitios profertur; *Ensengnement*, in Lit. ann. 1346. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 144 : *Par sentence ou Ensengnement de eschevins de ladite ville de Bethune, etc.* Infra : *Par la sentence ou jugement desdiz eschevins.* Rursum ibid. *Sentence ou Ensengnement.*

¶ **ENSENIATOR**, Vexillifer equestris, ab Italo *Insegna*, Vexillum, Gall. *Enseigne*, *Guidon*. Chronicon Dominici de Gravina, apud Murator. tom. 12. col. 706 : *Quos* (equites) *quum Rex vidit, regratians Enseniatori, illos, datis armis et equis, acquisitoribus suis liberari mandavit.*

* **ENSENIUM**, Munus, donum, oblatio. Vide infra *Exenium venationis.*

* **ENSENNUM**, Merces, pretium, Gall. *Salaire*. Comput. ann. 1351. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 142. col. 1 : *Quibus* (præconibus) *dedi, factis dictis præconisationibus, pro Ensennis,.... xx. den.*

* **ENSERATUS**, Cera imbutus. Comput. ann. 1334. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 87. col. 2 : *Item solvi Petro Duranti piperario de uno palmo telæ albæ Enseratæ, in qua plicavi arrestum regium nundinarum, etc.* Vide infra *Inseratus.*

ENSICIUM, *Occisio facta cum ense*, Ugutioni. Alia videtur apud nostros vocis *Encis* notio. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 25 : *Rat est fame efforciée. Encis si est feme enceinte, quant l'en la fiert, et elle meurt de l'enfant.* Vide ibi Notas nostras, [et supra *Encimum.*]

¶ **ENSIFERI**, Ordo militaris Livoniæ, de quo vide Lexicon Hofmanni.

ENSIGNE, Sanguine minuti, phlebotomati, Gallis, *Qui ont esté saignez*, vel ipsa sanguinis minutio. Statuta Ecclesiæ Leichefeldensis in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 244 : *Si Vicarius Ensigne fuerit, duas noctes solummodo quietis habebit, communionem non amittat. Et quod solum 4. Vicarii, videlicet 2. ex utraque parte chori quolibet mense solum Ensigne recipient in festis tam 3. quam 9. lectionum, duplicibus festis, diebus Dominicis et festis omnino exceptis : proviso tamen quod si aliquis vel aliqui de dictis Vicariis diebus Dominicis et festivis ex causa opportuna Ensigne recipiant, quod horis intersint Canonicis et Missis... sub pœna perdendi communiam diurnam.* Charta Gallica ann. 1282. in Hist. Monast. Deiparæ Suession. : *Et si volons.... que toutes les Dames et les rendues qui aprés l'auleluie se saineront, aient leur Sainiez ainsi come en autre tams.*

* **ENSILUDIUM**, Ludicra cum ensibus decertatio. Contin. Chron. Estens. ad ann. 1364. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 487 : *Dominus marchio fecit fieri Ensiludium in palatio suo.* In usu quoque fuit apud nostrates ejusmodi ludus. Lit. remiss. ann. 1426. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 477 : *Le suppliant se feust transporté à ung lieu près de Bayeux, ouquel avoit grant nombre de gens assemblez pour ung jeu publique qui y estoit, c'est assavoir de l'espée à deux mains.* Aliæ ann. 1450. in Reg. 176. ch. 775 : *Le suppliant et pluseurs autres estant assemblez en nostre ville de Paris en l'ostel de la pie près S. Gervais, pour aprandre à jouer et eulx ébatre du jeu de l'espée à deux mains soubz maistre Guillemet de Montroy, etc.* Neque aliud sonat vox *Escremie* in Lit. remiss. ann. 1395. ex Reg. 149. ch. 100 : *Lambelin qui tenoit une grosse, et ledit suppliant un badelaire commencierent à eulz esbatre et jouer du jeu de l'Escremie, et en getter l'un à l'autre.* Unde *Escremir*, in aliis ann. 1390. ex Reg. 138. ch. 150 : *Oudinet le Fevre, pauvre varlet feure tira un badelaire qu'il avoit, et en reculant commença à Escremir contre eux qui le suivoient,..... en Escremissant, etc.* Chron. MS. Bertr. Guescl. :

Car il savoit assez d'estour et d'Escremie.

Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :

Ele (la Vierge) set tant de l'Escremie,
Que de tous cex m'Escremira,
Et par tout me garandira.

* *Esmoucher*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1399. ex Reg. 154. ch. 595 : *Icellui Bery commença à Esmouchier et deffendre de son coustel, et en soy Esmochant en bleça les aucuns.* Aliæ ann. 1403. in Reg. 158. ch. 329 : *Sacha icellui Frelon un petit coustel,.... et s'en prist à Esmoucher et demener contre ledit Bourdois,..... aussi que s'ils voulsissent jouer du boucler.* Unde etiam *Esquarmuncher*, in Lit. remiss. ann. 1380. ex Reg. 118. ch. 458 : *Lequel exposant... tira un coustel ou baselaire qu'il portoit à sa ceinture, et en féri ledit Besançon en soy Esquarmunchant.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Dimicare, Esquermir.* Vide *Scrama.*

* **ENSIS** A Estoc, Cuspidatus. Arest. parlam. Paris. ann. 1268. in Reg. *Olim* fol. 56 : *Sufficienter inventum est quod dictus Boso dictum Ademarum percussit cum Ense a estoc in dextro latere propria manu, et de ipso ictu cecidit dictus Ademarus.* Cui opponi videtur ensis, qui *Batue* nuncupatur, in Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 188 : *Perrin Bonnot, qui avoit une Espée batue en sa main, de laquelle il avait joué le jour dessusdit au jeu du bouclier.*

* Ensis Garnitus, Vagina sua instructus. Charta ann. 1276. ex Tabul. archiep. Auxit. : *Et faciat dicto domino archiepiscopo unum Ensem garnitum trium solidorum Morlanorum in signum cognitionis, etc.*

* Ensis Justitiæ, Quem defert tortor. Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 182. Chartoph. reg. ch. 316 : *Pierre Regnault bourreau de la ville de S. Omer s'en ala vestir et quérir en la ville une grant espée, que les bourreaux dudit S. Omer ont accoustumé de porter, que on appelle communément l'Espée de justice.*

* Ensis Segovianus, Qui et nude *Segovianus* dicitur, in Segovia Hispaniarum urbe fabrefactus. Acta Inquisit. Tolos. ad ann. 1244. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 441 : *Petrus Aura similiter jactabat se de morte ipsorum* (Inquisitorum) *dicendo, quod cum quodam Segoviano percusserat in eos.* Stat. synod. eccl. Carcass. ann. 1270. cap. 2. ex Cod. reg. 1613 : *Prohibemus insuper clericis universis quod Enses Segovianos, cultellos acutos, incongruos non defferant.*

¶ **ENSOINE**, in Litteris anni 1306. dicitur *Consuetudo quædam* apud Audomarenses olim in usu pro *Sonia* seu excusatione quam quis affert, quominus juri stare possit. Vide in *Sunnis.*

* **ENSUCARE**, a Provinciali *Ensuquar*, In caput ictus impingere, Gall. *Assommer*; *Suq* Provincialibus, capitis vertex. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. *de Mazaugues* : *Postea dixit quod audivit dici quod Petrus d'Arassa; Ensucaverat Stephanum Gergola in dicto territorio.* Infra : *Ensucavit quemdam pastorem.* Rursum : *Vidit eum Ensucatum.*

Digitized by Google

¶ **ENTA**, f. *Manerium* seu Domus, ubi quis *est* seu habitat. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 14 : *Idem quoque Odo dedit nobis olcam ad Entam Godefridi sitam, pro excambio illius terre, que erat juxta cimiterium.* Vide *Ens.*

¶ **ENTALLIATUS**, Incisus, Gall. *Entaillé.* Concil. Vallis-Oletan. anni 1323. inter Hispan. tom. 3. pag. 571 : *Jubemus itaque, ut nullus conjugatus comam aut barbam nutriat, deauratos aut Entalliatos sotulares, tunicam cordatam, cappas, vestes virgatas vel partitas portare.... præsumat.*

* Unde nostris *Entailleur*, Cælator, *Ciseleur, Graveur.* Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 199 : *Tassin Croiz, Hanequin Godefroy et Jehan Duffle Entailleurs d'images, etc.* Aliæ ann. 1481. in Reg. 209. ch. 185 : *Jacques Hacq poure homme Entailleur de ymages demourant en nostre ville d'Amiens, etc.*

¶ **ENTALUM** *vel Entali est alumen scissum*, Rocho *le Baillif* in Diction. Spagyrico.

* **ENTARE**, Inserere, Gall. *Enter.* Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 47. ex Cod. reg. 4624 : *Persona quæ in aliena sorte..... arbores parvas alevatas, ibidem Entatas vel non Entatas, nundum tamen fructifferas... inciserit, erradicaverit, vel ceperit, etc.* Hinc *Anthaisons*, Juniores arbores recens insitæ appellantur, in Lit. remiss. ann. 1448. ex Reg. 179. Chartoph. reg. ch. 237 : *Le suppliant apperceut la chievre qui broustoit ses antes; que sa chievre avoit mengié et destruit ses Anthaisons. Enthe* vero, pro Meatus, incile, canaliculus, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 140. ch. 281 : *Icellui munier fist un faulz conduit, appellé une fausse Enthe oudit moulin, par lequel conduit pouoit cheoir occultement blé ou farine, senz ce que aucun s'en apperceust.* Vide infra *Entus.*

¶ **ENTASSATOR**, Qui messem congerit et in struem ordinat, a Gallico *Entasser*, In struem componere. Charta Nicolai Abbat. Corbeiensis ann. 1158. ex Tabulario ejusdem Monasterii : *Dicens esse sui juris instante tempore Augusti mensis se positurum in campis nostris secatores segetum, carrucatores frugum decimarumque in horreo nostro, Entassatorem garbarum, batatores bladi, etc.*

** **ENTCERA**, Entecru, pro *Integro*, in Tradit. Sangallens. ann. 745. ap. Neugart. Cod. Diplom. Alemann. num. 14. et 15.

¶ **ENTELLINUS**, Idem, ut videtur, quod Cæstus, seu Arma quibus pugiles pugnare consueverant. Ratherius in Apologetico, tom. 2. Spicilegii Acher. pag. 232 : *Qui pugnis vel potius cestibus, ut hæc ita pro Virgilianis dictum sit Entellinis, in gremio Ecclesiæ inter se dimicantes.* [** Vide Æneid. lib. 5. vers. 443. sqq.]

ENTELMA, Entilma, Præceptum, mandatum, a Græco ἐντέλλομαι, *Mando;* ἐντελμα apud Georg. Acropolit. cap. 68. Glossæ Nomicæ MSS. Reg. Cod. 396 : Μανδάτον, ἐντελμα. Leo Ost. lib. 1. cap. 51 : *Hic Symbaticus cum esset Imperialis Protospatarius... Entilma fecit prædicto Abbati de Monasterio S. Sophiæ, etc.* Regestum Petri Diaconi apud Angelum a Nuce : *Ego Symbatico Entilma facio tibi Regem Prando.* Et infra : *Videntes et cognoscentes nostram Entilmam.* In altero Præcepto, ibidem : *Entelma facta a Joannatio Imperiali Protospathario et stratigo Langobardiæ, etc.* Perperam *Entolina* habetur apud Luithprandum, pro *Entelma.* Vide Ughellum tom. 8. pag. 68. et Notas ad Cinnamum pag. 475.

¶ **ENTENADUS** Filius, Idem qui Privignus, Gall. *Beau-fils*, Hisp. *Andado* vel *Alnado.* Vide locum in *Viduitas.*

¶ **ENTENNA**, *Insecta.* Gloss. in Amalthea.

¶ **ENTERIA**, *Intestina*, ut lego, apud Jo. de Janua. Rectius *Entera*, ad ἔντερον, in Amalthea.

¶ **ENTERRAMENTUM**, Gall. *Enterrement*, Humatio, sepultura. Ludicra provisio Cardinalatus relata superius in *Abbas Conardorum : Tua talis qualis vita et sancta reputatio cum bonis servitiis, Enterramentis ac obsequiis, quæ olim nobis et cathedræ nostræ perforatæ fecisti, etc.* Alludit Scriptor parum gravis ad hæc Gallica verba, *Service, Enterrement, Obseques*, quæ totidem munia sunt defunctis debita, inde ridiculi arrepta causa, quod nostrum Gallicum *Service* perinde significet feralia defunctis et obsequia vivis præstita.

ENTHECA, Enthica, Inthica, Reconditorium, ex Græco ἐνθήκη. Glossarium MS. Ecclesiæ Parisiensis : *Enticam Græco nomine repositam rei copiosæ substantiam appellamus.* [** Ex Isidor. Origin. lib. 15. cap. 5. sect. 8.] Gloss. Sax. Ælfrici : *Entheca, suppellex*, in-edclise, [** Bosworth. in-eddisc] vel in-orf. Glossæ Audomarenses : *Encheca, Repositorium, vel servatorium, sive pecunia, vel opes. Memoriæ Entheca*, apud Placiadem Fulgentium in Biblioth. Labbei tom. 1. pag. 668. Glossæ aliæ MSS. : *Entheca, pecunia commerciis destinata.* Glossæ veteres : *Merces*, ἐνθήκη. Ita *Entheca* promiscue pro pecunia deposita ad quosvis usus, et thesauro, usurpatur. S. Augustinus in Serm. de Diversis 49. cap. 4 : *Enthecam nobis habere non licet, non enim est Episcopi servare aurum.* Cassianus lib. 4. de Cœnob. Institut. cap. 14 : *Cumque totam Enthecam Cœnobii suam credat esse substantiam, etc.* Anastasius Bibl. in Versione Vitæ S. Joannis Eleemosyn. a Leontio scriptæ num. 14 : *Emit Enthecam, et misit in navem.* Num. 55 : *Erat autem summa multa Enthecarum suarum : habebant enim tantum vestimenta, et argentum, et alias res altiores, ut computaretur pondus.... Centenariorum* 30. [*Entheca cordis*, in Miraculis S. Gibriani, Maii tom. 7. pag. 620. col. 1.] [** Germ. *Schrein des Herzens.* Vide *Armariolum.*] Apud JC. ἐνθήκην, fundum, seu fundi instructum significare observat Salmasius lib. de Modo usurar. pag. 24. 25. Vide Senatorem lib. 2. Epist. 4. Apuleium, Jurisconsultos, etc. [** Pro mantica, hippoperis occurrit in Ruodlieb. fr. 1. vers. 19:

Nullus et hunc alius sequitur, nisi scutifer unus,
Qui vehat Enthecam rebus variis oneratam.

Vide ibid. fr. 3. vers. 561. fr. 9. vers. 37. et Murator. Antiq. Ital. tom. 2. col. 885. et 1198.]

Enthica, pro *Entheca* haberi in leg. 12. Cod. Th. de Operibus public. (15, 1.) observarunt alii.

Inthica, in Regula Magistri cap. 27. extremo.

Enthica, ibidem cap. 93.

Endica, vox etiam Italica. Vita B. Luchesii Tertiarii num. 2 : *Frumenta ejus et blada singula observabat, Endicas, ut vulgo dicitur, faciens, etc.*

Enthecarius, *Negotiator*, Ugutioni.

Enthecare, In horrea recondere, apud Fulgentium lib. 1. Mythol.

Entheca. Eadmerus de Æde sacra Cantuariensi : *Venerabilis Odo corpus B. Wilfridi... in editiori Entheca, ut ipsemet scribit, hoc est in majori altari, quod in Orientali Presbyterii parte parieti contiguum de impolitis lapidibus et cæmento extructum erat, digniter* collocaverat. [Vide *Decussare.*]

** **ENTHRONISTICUM**. Vide in *Thronus.*

ENTILMA. Vide *Entelma.*

ENTOLIN. Luithprandus in Legatione : *Cum Entolin, id est præceptum... non haberent.* ex Gr. ἐντολήν. Glossæ Gr. Lat. : Ἐντολή, *Commissum, Mandatum.* Hinc ἐντολιτχάριοι. Mandatarii, in Concilio Ephesino pag. 302. edit. 1618. Vide *Entelma.*

ENTOMA, Insectum, quasi ἔντομα. Vita S. Senorinæ Virg. num. 4. de Ranis : *Tunc Senorina garrulas animalium molestorum voces consopire disponens, ne in cæterum perstreperent, imperavit : quod evenit; nam ulterius nullum hujus generis in termino illo conspectatur Entoma.*

* **ENTONADE**, Infundibulum. Vide infra *Plenaderium.*

¶ **ENTONARE**, Hisp. *Entonar*, Gall. *Entoner*, Præcinere, aliis in cantando præire. Statuta Petri Episc. Helen. ann. 1375. inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 607. col. 2 : *Cantor chori dictæ Ecclesiæ Helenensis, qui omnibus horis diurnis et nocturnis habet esse in dicta Ecclesia pro Entonando et incipiendo ipsis horis.* Vide *Intonare.*

* **ENTORCA**, Entorcha, Cereus intortus, tæda, Gall. *Torche.* Comput. ann. 1372. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 320. col. 1 : *Item solvi Bertrando Aujacii speciatori Nemausi, pro iiij. Entorcis sive brandonibus habitis ab eodem, ponderantibus xx. libras, ij. grossos, medium, pro libra; quæ Entorchæ erant necessariæ dominis consulibus Nemausi, etc.* Vide supra *Antorca* et mox *Entorticium.*

¶ **ENTORIDIA**, ἐν τῷ μεταξύ, *Interea.* Gloss. Lat. Gr. Sangerman. Janus in Supplemento Antiquarii legit *Interidea.* Puto legend. *Inter id, ea*, divisis vocibus, hoc est, *Interid* vel *Interea.*

* Castigat. in utrumque Glossar. Leg. : *Endoteridea*, pro *Interidea.* Vide Meurs. lib. 1. Exercit. crit. pag. 69.

* **ENTORTICIUM**, ut supra *Entorca.* Stat. confrat. S. Affrod. ann. 1393. in Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 313 : *Accendant et illuminent dicta Entorticia et dictos cereos.* Vide *Entortitius.*

¶ **ENTORTITIUS**, Fax, tæda, Gall. *Torche.* Testamentum Mascaronæ Comitis Ruthen. ann. 1291. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 551 : *Damus dictæ Ecclesiæ unum Entortitium quatuor librarum semel.* Charta ann. 1380. ex Archivo

Digitized by Google

S. Victoris Massil. armar. Ruthen. num. 15 : *Sacrista S. Genesii tenetur annis singulis in Natale Domini dare domino Priori unum Entortitium quatuor librarum ceræ factum et operatum sine fraude.* Statuta MSS. ejusd. S. Victoris ann. 1405. et seq. : *Dicta Monialis solvat unum Entortitium duarum librarum.* Vide *Tortisius.*

* **ENTRAPELIA**, perperam pro *Eutrapelia*, εὐτραπελία, apud Alan. in Dial. super deplorat. Gall. calamitatis pag. 456.

¶ **ENTRATA**, Vox Italica, Gall. *Entrée.* Introitus, ingressio. Memoriale Potestatum Regiensium apud Murator. tom. 8. col. 1175 : *Dixit Capitaneus dicti domini Marchionis, quod intrare volebat, et si dictus Capitaneus volebat sibi dare Intratam . . . et habito consilio respondit, quod sibi daret Entratam, sed non libenter.*

* Charta ann. 1217. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 39 : *Casalia ipsa . . . . concedimus . . . cum omnibus suis Entratis et cum omnibus suis foris, quæ in eis ad jus nostrum spectant.* Chron. Bergom. ad ann. 1406. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 927 : *Et venit, et fecit Entratam super uno equo rubeo, valoris, ut dicitur, circa florenorum vj.* Vide *Intrata* 1.

¶ **ENTRATA**, Jus, ut opinor, aliquo intrandi et ibidem hospitandi. Charta Senioris Galisdosani æra 1124. apud Stephanotium tom. 1. Antiquit. Vascon. MSS. pag. 667 : *Dono B. Petro Generensi Ecclesiam S. Juliani de Serve cum terris et aliis ad dictam casam pertinentibus, ut sedeat meliorata illa casa, et fabricent jam dictam Ecclesiam, et habeantur ibi Clerici qui cantent in illa Ecclesia die quotidie, et ego, vel filii mei, et posteritas mea per secula cuncta, et habeamus ibi Entrata et exitas, et servitium et bona amore, et nos quod amparemus eam similiter de totas gentes.* Vide *Gistum* et *Procuratio.*

ENTREGA, In integrum restitutio, vox Hispanica, occurrit in Observantiis Regni Aragon. lib. 5. tit. de Fidejussorib. § 32.

* *Entreget* nostris, idem quod vulgo *Jeu de passepasse, tour d'adresse*, Præstigiæ. Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 127 : *Le suppliant et Marques par esbatement prindrent des festuz et les mistrent sur le plat d'un coustel moullié de leurs salives, en feignant qu'ilz savoient bien jouer d'Entreget.* Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1 :

> En la vile un Juis avoit,
> Ki tant d'engieng et d'art savoit,
> D'Entreget et d'enfantement,
> De barat et d'encantement, etc.

Entrejetterie, eadem notione, apud Guignevil. in Peregr. humani gener. Ms. :

> Gieus de tables et d'eschequiers,
> De boulles et de merelliers,
> De dés et d'Entrejetterie,
> Et de mainte autre musserie.

* **ENTREMAILLUM**, Retis species. Gall. *Tramail.* Pactum ann. 1303 : *Possint piscare cum copis, et tempore Quadragesimali cum filatis et aliis ingeniis quibuscumque, Entremaillo duntaxat excepto.* Vide *Tramallum.*

* **ENTREMULA**, Viscera, exta, Gall. *Fressure*, sic dicta quod tremula sint. Homag. præstitum Aymer. vicecom. Narbon. ann. 1273. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. col. 59 : *Tenetis pro ipsa vicaria . . . usaticum carnis de bocairia et Entremulas bocairiæ, videlicet de qualibet tabula carnes qualibet septimana, una vice, ad opus avium, et qualibet die sabbati de qualibet tabula unam Entremulam.*

* **ENTREMUTIA**, Entremuya, Infundibulum molendini, nostris alias *Entremuye*, nunc *Trémie*. Pactum inter abbat. et consul. Aureliaci ann. 1350. in Reg. 78. Chartoph. reg. ch. 246 : *Item quod bladum ponderatum, quod fuerit ingranatum, non levabunt de Entremutia, in qua projectum fuerit, etc.* Aliud inter Arn. de Villa-nova et homines de Trans. ann. 1283 : *Postquam posuerint dicti homines bladum suum in Entremuya, quod monerius non possit removere dictum bladum de dicta Entremuya.* Lit. remiss. ann. 1478. in Reg. 201. ch. 195 : *Le suppliant geta le blé dedens le molage du molin, et puis descendit de ladite Entremuye, etc.* Id est, de loco ubi est infundibulum. Vide *Tremuia.*

¶ **ENTRENIER**, forte pro *Entremets*, saltem eadem notione, scil. Medium prandii ferculum. Charta Petri Abb. de Talmundo ann. 1366. de Aquariatu : *Item tenebitur dictus Aquarius dare et ministrare dictis Religiosis, in quatuor festis principalibus . . . totum generale dumtaxat, et Abbas tenebitur facere Entrenier et pictantiam, et ulterius pictantiam in cœna.*

* **ENTUS**, Insitum, Gall. *Ento.* Stat. Astæ pag. 9. v° : *Et teneatur nudo sacramento inquirere et capere lignamina virida et sicca vinearum, et omnia scalvamina et plantas et Entos arborum, etc.* Vide supra *Entare.*

* **ENVANARE**, ab Hispan. *Envainar*, In vaginam mittere : unde metaphorice pro Fossatis aliisve propugnaculis locum includere, munire. Comput. Ms. senescal. Bellicadri ann. 1360 : *Dominus Guiraudus Amici miles dom. Ruppefortis capitaneus electus ad custodiam turris capitis pontis Avinionensis, qui de ordinatione senescalli Bellicadri, seu ejus locumtenentis, et consilii ejus, præ timore inimicorum, qui tunc occupaverant locum S. Spiritus, fecit Envanare seu bolcrestare turrim prædictam, etc.* Vide infra *Invannare.*

¶ **ENUBILARE**, Nubes seu tenebras dissipare, illuminare. Occurrit apud Tertull. adver. Marc. lib. 4. cap. 36. Apolog. cap. 35. de Anima cap. 3. Quiricum Episc. in Epistola ad Tajonem inter Concil. Hisp. tom. 2. pag. 532. Mabillonium Liturg. Gall. pag. 444. etc. Hinc

¶ **Enubilatus**, Illustratus, apud S. Paulinum Carm. ad Cytherium versu 667.

¶ **ENUCLEANTER**, pro *Enucleate*, Clare, dixit Anastasius in Vita S. Hadriani Papæ, apud Murator. tom. 3. pag. 179. col. 2.

* **ENUCLEARE**, Crescere. Acta S. Cassiani tom. 3. Aug. pag. 29. col. 2 : *Ex eadem hora tam de finitimis quam de longinquis regionibus, Regis æterni magnus atque mirabilis Enucleavit affectus.*

* **ENVERNISSARE**, a Gallico *Vernisser*, Glutinoso liquore linire. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 257. col. 1 : *Solvit magistro Bernardo pictori, qui depinxit astam dicti penoni et eandem Envernissavit, pro toto ij. gross. iiij. den.*

ENULESTIO, Enulestinium, τυμὸς ὀσπρίων, in Gloss. Gr. Lat. [Janus in Supplem. Antiquarii pro *Enulestium* habet *Enulestum*, ὄσπριον Græcis est legumen.]

* Castigat. in utrumque Glossar. Cod. Sangerm. habet nude *Evulsio.* Vulc. emendat, *Leguminum evulsio* : at regius habet *Evulsitium.*

¶ **ENULUM**, *Caldarium.* Gloss. Isid. Festus habet *Ænulum* : quod est quasi *Ahenulum* diminutivum *Aheni.*

¶ **ENULUS**, νεβρός, *Hinnulus.* Supplem. Antiquarii. Gloss. Lat. Gr. Sangerman. : *Enulon*, νεβρόν.

¶ **ENUR**, *est Fumus aquæ occultus, ex quo lapides generantur.* Roch. *le Baillif* in Diction. Spagyr.

¶ **ENUSQUAM**, εἴ που, Sicubi, in Glossis Sangerm. Lat. Græc.

¶ **ENXENIUM**, Munus, donum. Appendix ad Vitam S. Humilitatis, Maii tom. 7. pag. 831 : *Qui die noctuque mihi dant confortamenta et de suis divitiis Enxenia.* Vita S. Joan. Gualberti, Julii tom. 3. pag. 348 : *Regina etiam grata mitteret Enxenia.* Vide *Exenium.*

* **ENZENGAT**, Frusta mali aurei saccharo condita, Gall. *Orangeat.* Comput. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 193. col. 1 : *Solvit eidem pro . . . . viij. onciis confimentorum, videlicet drageya perlata, Enzengat et manu Christi, etc.*

¶ **ENZENIUM**, ut *Enxenium.* Acta S. Franciscæ Rom. Martii tom. 2. pag. 113 : * *Enzenia nobis portastis, ut nos ex eis consolaretis.*

* **ENZES**, Aucupii species. Constit. Mss. Alfonsi II. reg. Aragon. ann. 1333 : *Quod nullus audeat capere columbos alienos ab Enzes, simbells, ne fillats, vel alio modo.*

¶ **ENZIA**, Enziacus. Vita S. Hugonis Monachi Æduensis, sæc. 5. Benedict. pag. 98 : *Enziacus namque quasi Laudabilis seu Laudativus dici potest. Enzia quoque Argolice, Laudes latialiter nuncupatur.* Origo fortassis Græcum Αἶνεσις, Laus, vel ut legitur apud Callimachum αἰνεσία.

¶ **EOBLAGIÆ**. Capitul. Aquisgran. 817. ad calcem Chronici Casin. Angeli de Nuce art. 59 : *Ut Eoblagiæ Fratribus a Presbyteris in refectorio dentur.* Lege et vide *Eulogiæ.*

EODORBRYCE, vox Saxonica, sepis fractio : ab Eodor, sepes, et Bryce, fractio : occurrit in Legibus Aluredi Regis Westsaxiæ cap. 45. editionis Saxonicæ 36.

EOLOGIA. Formula Andegavensis 2 : *Quia conjunxerunt mihi culpas et meas magis necligentias pro furta quid fieri, unde ego in turmentis fui, et Eologias feci, et morte pericolum ex hoc incurrere debui, etc.* [Idem videntur quod *Eulogiæ*, Munus debitum, coactum.] [* Idem videtur quod *Elogium.* Vide in hac voce.] [** *Eologia* pro *Eulogia* in Vita S. Galli ap. Pertz. Script. tom. 2. pag. 12. lin. 11. et pag. 17. lin. 3.]

¶ **EOLUS**, Αἴολος, Varius. Gloss. Lat. Græc.

EORLA, et **Eorl**, Comes, Dux, Consul, Anglo-Saxonibus, vox Danica, ut quidam volunt : quod in dubium vocat Somnerus in Glossario Saxonico. Certe *Jarl*, Danis

Digitized by Google

priscis, Barones appellari observat Wormius. Ethelwerdus lib. 4. cap. 3 : *Consules ruunt, quos illi Eorlas solent nominare.*

¶ **EOUS**, Cœlestis, a Græco ἠῶος. Jacobus Cardin de Canonizatione S. Petri Cælestini, Maii tom. 4. pag. 482 :

... Moresque senex complexus Eous,
Prosequitur.

Eoa munera, id est, ab Oriente allata in Hymno Epiphaniæ.

EPACARE, Pacare, Gallis *Appaiser*. Baldricus lib. 1. Chron. Camerac. cap. 93 : *Walterum multa mercede donabat, plus pollicitus, si quovis modo tantæ pestis molimina Epacaret.*

EPACTA. Papias : *Epactas Latini vocant adjectiones annuas, lunaresque per undenarium numerum usque ad tricenarium in se revolventes, quas ideo adjiciunt, ut lunaris emensio rationem solis sequatur. Luna enim juxta cursum suum* 28. *dies* [29. dies cum dimidio] *lucere dignoscitur, et fiunt in anno lunares dies* 354. *remanentque ad cursum solarem dies* 11. *quos adimunt : absque iis enim non invenies lunam, quota sit in quolibet anno, mense, vel die. Istæ Epactæ semper* 11. *Kl. April. inveniuntur, quo quota fuerit luna, tota erit Epacta eodem anno : continentur enim Epactæ circulo decemnovennali.* Vide Dionysium Exiguum de Ratione Paschæ, Isidorum [** in Origin. lib. 6. cap. 18. sect. 29. quem exscripsit Papias], et Compotistas : præterea ex neotericis Scaligerum lib. 7. de Emend. temp. Gassendum de Calend. Rom. etc. [et supra vocem *Annus*, pag. 293.]

¶ **Epacta Major**, et *Epacta minor*. Charta Umberti Episc. Gratianop. ann. 1012. apud Mabill. lib. 6. de Re Diplom. 581 : *Facta est Charta hujusmodi an. ab Incarn. Dom.* MXII. *fer.* V. *luna* XXV. *Indict.* X. *Epacta majore* III. *minore* XXV. *concurrente* III. *cyclo decemnovenali* VI. Cum tot sint *Epactæ majores* quot *Concurrentes*, quos suo loco diximus esse *Epactas* solis, patet *Epactas majores* et solares non distingui; *Minores* vero *Epactæ* eædem sunt quæ lunares. Vide *Concurrentes* et vocem *Annus* pag. 294.

EPACTIO, vel Apactio, in Tabular. S. Dionys. Lemovic. Chart. 5. Pactum. Vide *Apactare*.

EPADIRE, *Dicere*, *manifestare*, Ugutioni. [Papias MS. Bituric. : *Epadiam, Dicam, Manifestem?*]

EPANAGNOSTICON, ut ait Anastasius Bibliothec. ad Synodum VIII. *dicitur Scriptum quod palam legitur.*

¶ **EPANALEPSIS**, Ἐπανάληψις, Repetitio. Ordericus Vitalis in Historia Eccles. apud Duchesnium Scriptor. Norman. pag. 716 : *Materiam scribendi nuper ab Uticensi Ecclesia corpi, sed ampla terrarum regna velut in ecstasim raptus prospexi, longe lateque oratione volitavi, et per plura perlustrans longissimam Epanalepsin protelavi.*

EPANLEUM, *Ascensio tortuosa*, Papiæ. [Vide *Epaulcum*.]

¶ **EPANOCLISTUS**, Superne clausus, ab ἐπάνω, Supra, et κλειστός, Clausus. Anastasius in Hormisda : *Regnum de auro purissimo Epanoclistum cum catenulis suis, habens in medio crucem auream.*

* **EPAR**, RIS, *Fosse*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

* **EPARCUS**, a Græco ἔπαρχος, Præfectus. Instruct. Pisan. legat. ad Alex. imper. CP. ann. 1199. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1492 : *Præterea studeant legati quod omnia pro Pisana civitate data, sint libera, nec aliquo modo supponantur, vel subjaceant Eparco et vestario.* [** Ap. Liutpr. Antap. lib. 3. cap. 26.] Vide *Epartus*.

EPARTUS, *Perfectus*. Papias. [Legendum *Eparchus* a Græco ἔπαρχος, *Præfectus*. MS. Bituric. habet *Eparcus*.]

EPATULA, *Aqua*. Papias. [** Glossar. in cod. reg. 7644 : *Epatula, patula aqua.*]

¶ **EPAVA Apum**, in Statutis S. Claudii pag. 73. dicitur de apibus perditis et a nemine repetitis, Gall. *Epave d'abeilles*. Generatim *Epave* vel *Espave* Practicis nostris dicitur de animalibus errantibus, quorum verus ignoratur dominus, quæque proinde fiunt Dominorum ad quos pertinent hujusmodi jura caduca. Vide D. *de Lauriere* in Glossario Juris Gallici et infra *Espava*.

¶ **EPAULEUM**, *Ascensio tortuosa*. Glossar. Sangerman. num. 501. Unde illud, dicat qui potest. Certe aliud omnino est ἐπαύλιον, quod Græcis est Villa, vel ἐπαυλία, quod est dies secundus a nuptiis, quo muneribus donantur sponsus et sponsa.

* **EPDOMADA**, pro *Hebdomada*. Charta G. comit. Fores. ann. 1219. ex Tabul. S. Th. in Fores. : *Conventui sanctimonialium dedi et concessi meru et bona voluntate in una Epdomada unam quartam salis in foro Montisbrisonis; et hanc quartam debet reddere qualibet septimana ille, qui pro me tenebit mensuram salis.* Hinc

* **EPDOMEDARIUS**, pro *Hebdomadarius*. Testam. Petri de S. Ylario ann. 1177. ex Bibl reg. cot. 17 : *Capellanno de Luirano dimitto . . . . duos superpellicios et unam flaciatam et unum frænum, quæ habet Petrus Epdomedarius in pignore.* Ubi nomen proprium, non officii, esse existimo.

** **EPELEMTICA Passio**, pro *Epileptica*, in Hincmar. Remens. Annal. ad ann. 866. ap. Pertz. tom. 1. Scriptor. pag. 472. lin. 37. Vide *Epilempticus*, in *Epilepticus*.

¶ **EPENDETON**. Vide *Epidecen*.

¶ **EPENDIX**, pro *Appendix*, in Chartario Eccl. Auxitanæ cap. 55.

¶ **EPENDYTES**. Vide *Epidecen*.

¶ **EPERBOLIRE**, Ebullire. Vita S. Moduennæ, Julii tom. 2. pag. 303 : *Vident fluvii verticem contra se statim intumescere et Eperbolire.*

* **EPERDICA**, vel Eperdita. Charta Theob. episc. Ambian. ex Cod. reg. 4184. fol. 14. r° : *Quadriga quæ vendit ferrum, de centum Eperdicis debet unam.*

* **EPERLECHA**, Præstationis vel servitii species, idem f. quod *Escaeta*. Charta ann. 1236. in Chartul. Raym. VII. comit. Tolos. pag. 264 : *Confirmantes furna et molendina, aquas, aquarum decursus prædictis dominis Cadarossæ, et Eperlechas in eorum hominibus.*

EPHALMATORES, apud Jul. Firmicum lib. 8. Mathes. cap. 8. sic dicti quod saltu corpora ejacularentur, a Græco ἅλμα. Vide Manilium lib. 5.

EPHEBIA. Ἐφηβία, *prima pars adolescentiæ*, Papiæ, *vel juvenum eminens pulchritudo, vel collectio Epheborum*. Alexander :

Quo prostant pueri, locus est Ephebia dictus.

Machab. lib. 2. cap. 4. v. 9 : *Super hoc promittebat et alia centum quinquaginta, si potestati ejus concederetur gymnasium et Ephebiam sibi constituere.* Ubi *Ephebia* locus est ubi prostituebantur Ephebi : seu ut est in Mammotrecto, *Prostitutio, vel prostibulum puerorum*. Brocardus in Descript. T. S. lib. 2. cap. 2. Edit. Venetæ 1513 : *Loco lupanarium plerumque in urbibus constituunt Effebias.* Gloss. Isid. : *Ephebion, locus constuprationis puerorum imberbium. Virorum lupanaria*, in Constit. Valentiniani tit. 5. Collat. Legis Mosaïcæ. Vide *Feminare, Molles*.

EPHETA, vox Hebraica, i. *Adaperire*, quam in Baptismi ritu ac orationibus admittit Ecclesia, impie vero irridet Calvinus ac fœde conspuit, cum eam osculentur Patres Ambrosius, Augustinus, cæterique Scriptores, utpote profectam a facto Servatoris, qui cæci mutique aures et linguam obliniit sputo.

¶ **EPHIBATA**. Vide *Epibata*.

* **EPHIBATI**, *Laici*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. Vide *Epibata*.

¶ **EPHICERNA** et Epicerna, *Anathema*. Papias. Ab ἐπικήρος, Proscriptus, diris vel letho devotus.

¶ **EPHIPHANIA** pro *Epiphania* constanter scribitur in Lectionario Gallicano, itemque in Missali Gothico, mendose quidem, sed veteri more, ut observat Mabillon. Liturg. Gall. pag. 117. Vide *Epiphania*.

EPHOLÆ, pro *Epulæ*, in leg. 20. Cod. Th. de Paganis. (16, 10.) Vide Conjecturas Jac. Gotofredi.

¶ **EPHORICA Dignitas**, in Compendiosa beneficiorum expositione fol. 37. est Dignitas illa Magistratuum, quos Ephoros vocabant Lacedæmones.

EPHOT, vel Ephod, Amictus, vestis Sacerdotalis. Exstat in Missa veteri ab Illyrico edita Oratio *ad induendum Ephot vel amictum*. Eucherius Lugdun. : *Ephod, vestis Sacerdotalis, quæ superindumentum, vel superhumerale appellatur. Est autem velut in caracallæ modum, sed sine cucullo, etc.* Vide Interpretes Biblior. ubi hæc vox Hebraïca non semel reperitur.

¶ **EPIASTER**, Alveus, Gall. *Ruche*, ab *apis*, ut conjecto, dictus : quare f. leg. *Apiaster*. Ebirhardus in Summaria Traditionum vett. Fuldens. cap. 4. apud Schannattum pag. 299 : *Ratboto de Wormazfeld tradidit S. Bonifacio omnem eluboratum suum, hoc est porcos* LX. *vaccas* VI. *oves* XII. *Epiastros.* XL. Vide *Apiastrum*.

¶ **EPIBATA**, *Inscensor*, in Barthii Glossario ex Guiberti Hist. Palæst. *Institor*, Mabillonio ex Vita S. Hugonis Monachi inter Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 97. ubi sic habetur : *Cui* (Bernoni sancto Abbati) ... *Hugo per omnia fidissimus adjutor exsistens, qui creditum sibi talentum a Domino, ut Epibata sagacissimus, amplificare studebat.* Fridegodus in Vita S. Wilfridi Episc. cap. 17 :

Frugiferis gravida gaudebant horrea glebis,

Digitized by Google

Epibatæ faciles ausu sprevere latrones.

Epibatæ, Gr. Ἐπιβάται, proprie dicuntur Milites classiarii, vel qui nave conducta utuntur; metaphorice vero Laici qui conscenderunt Ecclesiæ navim, cujus proretæ, naucleri, nautæ sunt Clerici. Gloss. Isid.: *Epibatæ, Laici.* Johan. de Janua: *Epybata, Laicus vel superveniens. Hic nihil habet negotii in navi; sed naulo dato in alias terras transire disponit.* Hinc emendo Canones Hibernes apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 10. ubi: *Antiqui decrevere Sancti, ut Episcopus pro capitalibus peccatis* XXIIII. *annis pœniteat, Presbyter* XII. *Diaconus* VII. *Sic Virgo Lectorque et Religiosus, Ebibatus autem* IIII. melius enim *Epibatus* legeretur, ut satis patet. Vide Lexicon Militare Caroli de Aquino.

¶ **EPIBATEGI**, ἐπιβατηγεῖ, Naves vectoriæ. Memorantur leg. 1. § 12. D. de exerc. act. (14, 1.)

¶ **EPICÆDIUM**, vel **EPICEDIUM**, Carmen ad laudem defuncti decantatum. Placidus Diac. in Supplem. Virorum Illustr. Casin. cap. 8. de Angelo: *Scripsit... carmen heroicum de ineffabili Jesu Nomine... Epicædium in mortem Domini. De Jesu beneficiis in homines, etc.* ἐπικήδειον, cadavere nondum sepulto, ἐπιθάφιον, completa sepultura, θρῆνος, nullo tempore statuto, solebat decantari.

EPICAUSTORIUM, in Glossis MSS. est: *Eminentior locus in ædificio ad speculandum, vel solarium puellare;* apud Joan. de Janua, *Instrumentum quod fit super ignem causa emittendi fumum. Item est locus unguentorum ubi se ungebant ad ignem, vel ubi unguenta fiebant ad ignem, vel denique locus discernendi causas; et in qualibet harum significationum accipitur in Passione S. Thomæ.* Locus habetur apud Ordericum Vitalem lib. 2. pag. 412: *Ecce januas hic disponam et ad ortum solis ingressum; primo Proaulam, secundo Salutatorium, in tertio Consistorium, in quarto Tricorium, in quinto zetas hyemales, in sexto zetas æstivales, in septimo Epicaustorium, et triclinia acubitalia, etc.* Papiæ etiam, *Epicaustorium*, est *locus unguentorum.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MS.: *Epicaustrum, stri, Epicausteres, cheminée, ou le lieu des ontguemans, ou le lieu de discernales causes.* Hist. Subreptionis S. Crucis in Chron. Mellicensi pag. 257: *Et calices cum aliis cleinodiis in Epicauterio coquinæ in quodam foramine recondidit.*]

* Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120: *Epicaustorium, Gallice astres. Alio modo dicitur Tabula vel cathedra.*

¶ **EPICEDIUM**. Vide *Epicædium.*

¶ **EPICITHARISMA**, ἐπικιθάρισμα, Ultima pars fabulæ. Tertull. adv. Valent cap. 33: *Epicitharisma post fabulam.*

* Citharæ sonus, in fine fabulæ adhiberi solitus ad reficiendos animos, longioris auscultationis tædio affectos, ut scribit Martin. in Lexico.

EPICŒNUS. Gloss. Gr. Lat. ἐπίκοινον. *Promiscuum, Epicœnum.* Utitur Quintilianus lib. 1. cap. 7. 10.

* **EPICROCULUM**, *Pallium tenue meretricum, a croceo colore sic dictum.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. Vide *Epicrocus.*

EPICROCUS. S. Columbanus Ep. 3: *Idcirco quamvis trisulcus arcuato vulnere scorpius insurgat, in his, de quibus scriptum est extendere linguam suam, sicut arcum mendacii, qui nova quæque, licet Epicroca, judicant, etc.* Ubi leg. videtur *Epichrona*, ex ἐπίχρονος, vel ἐπιχρόνιος, *vetustus.*

☞ Haud scio an non aliunde quærenda sit vocis *Epicroca* notio, quam a Glossatoribus. Papias habet: *Epicroca, Perlucida.* Janus in Supplemento Antiquarii: *Epicrocum*, τιλαυγές, *Lucidum.* Quod hauserunt ab aliis, quibus *Epicrocum genus est amiculi croco tinctum, tenue et perlucidum*, ut habet Festus. Nævius apud Varronem de Lingua Lat.: *Amictus erat Epicroco.* Glossar. Lat. Græc.: *Epicrocum*, ἐφθῆτος εἶδος, ἢ σχοινίον ἁρμένου κατώτερον. Ex his omnibus emendandum Glossar. MS. Bituric. ubi perperam, *Epipigra, Perlucida*, pro *Epicroca.*

¶ **EPICTACIUM**, Mandatum, a Græco ἐπίταξις, quod idem significat. *Epictacium jussionis tuæ*, in Chartario Ecclesiæ Auxitanæ cap. 41.

EPICURIUS, ex Græco ἐπίκουρος et ἐπικούριος, Adjutor, defensor. Hesych. ἐπίκουρος, βοηθός. Vita S. Vitalis Siculi n. 23: *Quod eidem civitati fieret Epicurius maximus et defensor.*

* **EPICUSTERIUM**, *Sedes sutorum.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Vide *Epicaustorium.*

EPIDECEN, vel **EPIDICEN**, Vestis Monachorum, Ugutioni: sed videtur perperam scripta vox, pro *Ependytes.* Est autem ex Græca formata ἐπενδύτης, qua indigitatur vestis exterior, quæ Monachis Egyptiis pellicea, seu melotes, Occidentalibus ut plurimum lanea. *Superindumentum* vertit S. Augustin. in Quæst. super Judic. lib. 7. cap. 41. Ita usurpat S. Athanasius de Virg.: Ὁ ἐπενδύτης σου μέλας. *Tunica tua sit nigra.* Gloss. Græc. Lat.: Ἐπενδύτης, *Instata*, (legendum forte *Instrata*, vel *Instita*,) *hæc superaria.* Gloss. Lat. Græc.: *Superaria*, ἐπενδύτης. Joan. cap. 21. de S. Petro: Τὸν ἐπενδύτην διαζωσάμενος. Evagrius in Vita S. Antonii cap. 23: *Lavit Ependyten suum.* Ubi quædam Additiones addunt *scapulare*, quomodo forte hæc vox intelligitur apud Pachymerem lib. 4. cap. 7. Hieronymus in Vita S. Hilarionis: *Pelliceum habens Ependyten.* Perperam vero Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062: Ἐπενδύτης, τὸ ἐσώτατον ἱμάτιον, ὃ καὶ ὑποκάμισον λέγεται. Ita Suidas confundit ἐπενδύτην, et ὑποδύτην, quæ est *Interula.* Vide Nicol. Fullerum lib. 2. Miscell. Sac. cap. 11. et Salmasium ad Tertul. de Pallio pag. 379. Homagium Gerardi *de Ventadour*, ann. 1362: *Amotis Capuciis, et jupileis, et amotis zonis, cultellis, et in cotardia, cum de subtus cotardiam, ut dixerunt, tunicam aliam decentem non haberent.*

EPENDETON, in Gloss. Saxon. Ælfrici: Cop, vel hoppada, vel ufresrud, i. Ependytes, seu vestis quæ aliis insternitur.

EPPENDIS, *Amphibalum*, in Glossis MSS.

EPIDETES, in Vita S. Aventini Presb. cap. 2: *Vestimentum autem ejus ad membra corporis hirsutum cilicium, tunica squallida, cingulum pelliceum, Epidetem habens laneam, cucullam vetustam.*

EMPEDITIS. Mammotrectus ad Legendam S. Hilarionis: *Empeditis, Vestis Monachorum congruens honestati usque ad pedes descendens in modum Diaconalis Dalmaticæ.*

Nescio an *Ependyten* intelligant Assisiæ Hierosol. MSS. cap. 94: *Les Chevaliers qui se combatent pour murtre, ou pour homecide, se doivent combatre à pié, et sans coiffe, et estre roignés à la reonde, et estre vestus de cotes vermeilles, ou de chemises, ou de doubles Decende courtes jusques au genoill, et les manches copées jusques dessous le coude, etc.*

¶ **EPIDEMIA**, Morbus contagiosus et popularis, ab ἐπὶ et δῆμος, Populus, Gall. *Epidemie.* Passim occurrit. Vide *Epidimia.*

* Nostris etiam *Epidimie.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 17: *Finablement la bosse èt Epidimie le print, de laquelle et de la batteure, il ala de vie à trespassement. Impedimie*, in aliis ann. 1400. ex Reg. 155. ch. 583: *Pour l'Impédimie et la mortalité qui a esté et encores est en laditte ville d'Arras et environ, ledit Baudet qui estoit et a esté Impédimié et prins de la bosse. Espidimié*, infra in ch. 299. Vide supra *Empidemia.*

EPIDENDÆ. Felix Monachus Gyrwensis in Vita S. Guthlaci n. 5: *Peractis vero mensium Epidendarumque cursibus, cum pariendi tempus immineret, etc.* Uticensis Codex, uti monet eruditus Mabillon, *mensium Epipendarum dierum cursu* absque copula præfert. Ex quibus satis patet barbaro hoc et incerti licet etymi vocabulo innui totos illos novem menses, quibus uterum gerit mulier. Editio vero Bollandina hoc loco præfert: *Peractis vero mensium hebdomadarumque cursibus.* Ubi Henschenius monet vocem *Epidendarum*, quæ in aliis codicibus reperitur, poni pro *Interpendentium:* sed id meræ est conjecturæ ac incertæ. Alia suggerit eruditus Cotelerius in Notis ad tom. 1. Monumentor. Ecclesiæ Græcæ pag. 715.

* **EPIDERMEN**, perperam pro *Epidecen*, vestis monachorum. Vide in hac voce. Andr. Floriac. lib. 4. Mirac. S. Bened. Mss: *Cumque me ad simile opus propatulo jam Epidermine, cum clericali birro aptato, etc.*

¶ **EPIDETES**, **EPIDICEN**. Vide *Epidecen.*

* **EPIDIALIS**, pro *Epidimialis*, contagiosus. Mirac. Mss. Urbani PP. V: *Patiens febrem Epidialem cum bossa, etc.* Vide in *Epidimia.*

¶ **EPIDIMIA**, ut *Epidemia*, Morbus popularis. Sæpius occurrit præsertim apud Scriptores Italicos. Hinc

¶ **EPIDIMIALIS AER**, apud Nicolaum Specialem lib. 1. de Rebus Siculis cap. 15. hoc est Pestilens et contagiosus.

¶ **EPIDIMIALIS MORBUS**, apud Murator. tom. 12. col. 470.

¶ **EPIDIMIARIA PESTIS**, in Epist. Johan. de Monsteriolo apud Marten. Collect. Ampliss. tom. 2. col. 1417.

EPIDIPNIS, ἐπίδειπνον, *Postcœna*, [Bellaria, Gall. *Dessert.*] Fragm. Petronii pag. 60: *Nec ullus tot malorum finis fuisset, nisi*

Digitized by Google

Epidipnis esset allata, turdis, iligine, uvis assis, nucibusque fartis. [Martial. lib. 11. Epigr. 32 :

Hic seras Epidipnidas parabit.]

¶ **EPIDOMETICI**, *Dicuntur qui habebant sub se mensuratores, qui mensurabant hospicia, et in eminente loco describebant nomina eorum, qui ibi habebant hospitari.* Vocabul. Juris utriusque. Vox formata ab ἐπί et δομή, Domus, ædificium.

¶ **EPIFORA**, Ἐπιφορά, Medicis, Fluxio in aliquam corporis partem irruens. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MS. : *Epifora, une maniere d'ordure des yeux, la toile.* Vide *Fremiticus.*

* Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 1. Passion. cap. 93 : *Nescio an hoc melius sit ad ypopas aliud collirium, vel ad chimosas et Epyforas reumaticas.*

* **EPIGIUM**, *Warcoles*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Vide infra *Vercolennm.*

* **EPIGRAMMA**, perperam editum ex Charta Roger. Sicil. reg. ann. 1129. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 404. pro *Epistagma.* Vide in hac voce.

* **EPIGRAPHIUM**, Epitome. Chron. Trenorch. inter Probat. ult. Hist. ejusd. abbat. pag. 16 : *Hic denique Epigraphium inserendum, et de beati Philiberti vita virtutibus gloriosa silendum, vel transitu, quoniam hæc a præcedentibus sufficienter edita pernoscuntur.* Vide *Epilogium* 2.

¶ **EPIGRARE**, pro *Epigrafare*, si bene conjecto, a Græco ἐπιγράφειν, Chartam subscriptione firmare. Chartularium Aptensis Eccles. fol. 110 : *Acta commutationis carta* XIIIo. *Julii regnante Rodulfo, Indictione.* IV. *Martinus Epigrare et firmare præcepit, manu sua roboravit.*

EPIGRI. Isidorus lib. 19. Orig. cap. 19 : *Epigri et clavi sunt, quibus lignum ligno adhæret.* Ita etiam in Glossar. Isid. Gloss. Saxon. Ælfrici : *Epigri, vel clavi :* Nægles, i. Clavi. Meursius in Gloss. *Epiuri* rescribendum censet. Gloss. Gr. Lat. : Γόμφοι, ἐπίσυρτοι, *Compages.* Hesychius : Ἐπίσυρτοι, ἅπαν ξύλινον. Vide eumdem Meurs. [Verum et ipse Seneca de Benef. 2. 12 : *Nisi in os Senatoris ingessisset Imperator Epigros suos.* Ita Gronovius restituit, cum vulgo legeretur *pigros.* Vide ejus notas pag. 628. et Gataker. in Cinno 2. 19. pag 273.]

* **EPILATUM**, *Leve adjutorium*, ex Glossis ad Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 1. Passion. cap. 144 : *In pleureticis enim et ventrem deduci oportet, et non solum clysteri, sed et Epilatis uti necesse est.*

¶ **EPILEMPSIA**, Epilempticus, etc. Vide *Epilepticus.*

EPILEPTICUS. Gloss. Lat. Gr. : *Caducos*, ἐπιλήπτους. Emendandum, *Caducus*, ἐπιλήπτικός, et in Gloss. Græco Lat. Willelm. Apul. lib. 1. de Gestis Normannorum :

Dum sedi Michael Epilepticus Imperiali Præsidet.

S. Bernardus in Vita S. Malachiæ cap. 30 : *Erat autem Epilepticus, et cadebat frequenter.* Vide Gregor. Turon. lib. 4. Hist. cap. 12. lib. 5. cap. 5.

Epilepticus, pro *Epilepticus*, scribitur apud Plinium lib. 3. de Medicina cap. 10. Jul. Firmicum lib. 6. cap. 31. lib. 7. cap. ult. Conradum Marpurg. de Vita S. Elizabeth pag. 288. in Vita S. Samsonis Episcopi Dolensis lib. 2. cap. 3. apud Joan. de Deo in Pœnitentiario lib. 5. cap. 6. etc.

Epilentiscus, apud S. Odonem lib. 4. de Vita S. Geraldi cap. 8.

Epilempticus. Charta Ethelredi Regis Angl. tom. 1. Monastici Anglic. : *Si quis tam Epilempticus philargyriæ seductus amentia, etc.* Utitur etiam Alexander Iatrosophista lib. 1. Passionum cap. 8. et alibi non semel. Vide *Epelemtica passio.*

Epilencia. Gloss. Lat. Gall. : *Epilencia, le mal de quoi on chiet.* [Aliæ Sangerman. : *Epilensia, le mal de quoi l'on chiet.*]

¶ Epilenticus, *Celui qui a tel maladie, et Epilensiatus, Idem*, in iisdem Glossis Sangerm.

Empilentia. Ugutio : *Empilentia, passio sic dicta, quia mentem apprehendens, et corpus possideat, etc.* Ita apud Cantipratan. *Epilentia*, pro *Epilepsia.*

¶ Epilempsia, in MS. Bituricensi.

Epilensia, et Epilencia, in Vita S. Lamberti Episcopi Venciensis, et apud Michaëlem Scotum lib. de Physion. cap. 12. Egidius Corboliensis MS. de Virtutib. medicaminum :

Per momenta suos Epilensiæ domat omnem
Aurea nequitiam.

Epilensis, in Statutis Ordinis *de Sempringham* pag. 735. *Epilenticus* ibid. [et in Capitulis General. S. Victoris Massil. MSS.] *Epilense*, etiam nostris olim. Vide Guillelmum *Tardif* Lectorem Caroli VIII. Reg. Franc. in tractatu de Falconaria parte 2. cap. 5. Gariopontus lib. 1. cap. 7 : *Epilepsia dicta est a mentis et sensus oppressione, quibus occupatis, corpus etiam occupatur.* [*Epilentica passio*, apud Bernardum *de Breydenbach* Itin. Hierosol. pag. 106.]

¶ Epileuticus Morbus, pro *Epilenticus*, tom. 3. Anecd. Marten. col. 1741.

EPILOGARE, *Iterare*, in Glossis MSS. Regiis. Italis, *Epilogare*, idem valet ac recapitulare, seu breviter repetere, ac in Epitomem redigere, ut observat Aleander in Responsione ad Occhial. Andræas Monachus Fontis-Evraldi de Morte B. Roberti de Arbresello : *Pœnitebat ex altera parte ex hoc quod omnia mandata non observaverat, et ut omnia ejus verba dicam Epilogando, se servum inutilem fuisse per omnia plangebat ejulando.* Alanus de Insulis in Planctu naturæ : *Illuc turtur suo viduata consorte, amorum Epilogare dedignans, bigamiæ refutabat solatia.* Rursum : *Tunc Hymenæus solenniori vultu lætitiæ gratiarum actiones Epilogans, etc.* [S. Bernardus de Consideratione : *Libet jam et hunc claudere librum, sed in calce aliqua velim vel ante dicta quasi Epilogando repetere.* Vita B. Agnetis de Montepolitiano num. 67. April. tom. 2. pag. 806 : *Ceteris omissis, quædam Epilogando in præsenti paragrapho, Deo dante, narrabo.*]

¶ **EPILOGATIO**, *Epilogacion, c'est longue chose briefment recitée.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS.

1. **EPILOGIUM.** Gloss. Lat. Regium : *Epilogium, novissima pars controversiæ, quæ preces tantum habet, vel narratio miserationis.*

2. **EPILOGIUM**, Epitome. Epist. Alexand. IV. PP. apud Baron. ad ann. 1148 : *Qualiter scilicet 28. titulis eorumque Sacerdotibus tota urbs* (Roma) *distributa sit, quatenus posteris nostris, quasi Epilogio comprehensa, lucidiora sint.*

* 3. **EPILOGIUM**, Finis, conclusio, ad calcem 2æ. part. Comment. Alber. de Rosate Bergom. JC. ad lectur. Cod. pag. 206 : *Pro fine hujus libri et operis epilogo seu Epilogio gratias agamus Domino et B. V. Mariæ.*

EPILOGONIUS Terminus, Qui ratione potius et animo concipitur, quam per evidentia signa. Vitalis et Arcadius Gromatici : *Terminus a ferro taxatus si fuerit, et subditum nihil habuerit, Epilogonius nuncupatur.*

1. **EPILOGUS**, Epitome. Vita S. Drausii Episcopi Suess. n. 20 : *Paucis de plurimis sub Epilogo recitatis.* [Sermo de S. Valentino Episc. inter Acta SS. Maii tom. 7. pag. 544 : *Hujus talis ac tanti Valentini Præsulis, unde superius Epilogum* (Breve encomium) *fecimus, latuit mortalibus corpus.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MSS. : *Epilogus, a, um, Epilogues. Epilogus* Latinis, ut ἐπίλογος Græcis, est Peroratio; sed hoc notum.]

2. **EPILOGUS**, Epitaphium. Ordericus Vitalis lib. 12. pag. 874 : *Versibus hexametris Epilogum brevem super illo edidi.*

* 3. **EPILOGUS**, Mimus, scurra. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Epilogus, gengleur.*

EPILORICUM, ἐπιλουρίκιον, Vestis quæ loricæ insternitur. Regestum Petri Diaconi Casin. n. 146 : *Misit unum Epilloricum de dorso suo oxii deauratum.* Vide Rigaltium et Meursium in ἐπιλουρίκιον, et Dissertat. 1. ad Joinvillam.

¶ **EPIMELETA**, ἐπιμελητής, Curator bonorum a Magistratu constitutus, leg. 46. § 1. D. de admin. et per. tut. (26, 7)

¶ **EPIMELIA**, Græc. ἐπιμέλεια, Cura, assiduitas. Martianus Capella lib. 2 : *Epimelia et Agrypnia dilecta Philologiæ mancipia.*

EPIMENIUM, ἐπιμήνιον, Gloss. Isid. : *Epimenia, senia*, seu *xenia.* Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013 : *Epimenia, exenia quæ dabantur per singulos menses.* Ita etiam Gloss. Isid. Ugutio : *Epimenia, orum, expensæ, vel exennia, vel tributa, quæ dantur per singulos menses post defectum lunæ, i. post novilunium.* Gildas sapiens de Excidio Britanniæ : *Item queruntur non affluenter sibi Epimenia contribui, occasiones de industria colorantes, et ni profusior ejus magnificentia cumularetur, testantur se cuncta Insulæ, rupto fœdere, depopulaturos.* Paulo ante annonæ verbo utitur : *Impetrant sibi annonas dari, etc.* Vita S. Maglorii Episc. Dolensis cap. 27 : *Regi suadebant ut viros strenuissimos navigandi peritos inquireret, qui eandem navem cum tantis Epimeniis Maglorio incolumem præsentarent.* Usus est hac voce Juvenalis Sat. 7. ad quam vide veterem interpretem, et Pithœum.

EPIMETRUM, Quod a conlatoribus, susceptoribus specierum annonariarum supra et præter modum collationis dabatur ad levandum dispendium in leg. 15. Cod. Th. de susceptor. (12, 6.) *Pour le deschet*, inquit Jac. Gotofredus.

Digitized by Google

¶ **EPINEPHRIDIUM**, ἐπινεφρίδιον, Pinguedo renum. Fulg. 2. Myth. : *Epinephridia formandis fœtibus opponuntur.*

EPIPANTI, pro *Hypapanti*, in Charta anni 1119. apud Catellum lib. 5. Rerum Occitan. pag. 870 : *Festum B. Mariæ quod vocatur Epipanti*, i. Occursus, Purificationis. Vide *Hypapanti.*

EPIPEDONICUS TERMINUS, Medius, ἐν ἐπιπέδῳ [id est, in loci superficie.] Frontinus : *Sunt et medii termini, qui dicuntur Epipedonici.*

EPIPHANIA, Festum quod Christiani celebrant ex antiquo ritu 6. Januarii, ut ex Ammiano lib. 21. colligitur. De nominis ratione ambigunt doctiores, etsi in eam videantur ire sententiam, ut putent ita dictum, quod cum hac die Baptismatis Christi solemnitas agatur, tunc primum Christus cœperit gentibus manifestari, qui antea latuerat omnibus, atque adeo ipsi ejus Prodromo, qui in Evang. Joan. cap. 1. 31. ait, *Ego nesciebam illum.* S. Hieron. lib. 1. in Ezech. cap. 1 : *Epiphaniorum dies huc usque venerabilis est, quod huic tempori congruit, quando dictum est, Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.* Id etiam adstruit Joan. Chrysost. in Homil. de Baptismo Christi, qui auctor est ita dictum festum, quod Christus in Baptismo ἐπεφάνη, id est, demonstratus est, innotuit, cœlesti voce.

Isidorus vero Hispal. lib. 1. de Off. Eccles. cap. 26. vult Epiphania esse dicta, quoniam stella ἐπεφάνη, apparuit in cœlo, quando scilicet Magi Christum jacentem in præsepio adoraverunt. Nam hac die non Baptismum Christi duntaxat, sed et Adorationem Magorum et primum in Cana miraculum celebrant Christiani. Consentit Ptolemæus Silvius in Laterculo : VIII. *Id.* (Januar.) *Epiphania, quo die interpositis temporibus, et stella Magis Dominum natum nuntiabat, et aqua vinum facta, vel in amne Jordanis Salvator baptizatus est.* Papias : *Epiphania, Græce Apparitio dicitur, vel manifestatio : hoc enim die Christus sideris indicio Magis apparuit adorandus, vel in Baptismate ostensus est, vel quo primo signo aquam in vinum mutans se propalavit.*

Alii censent abusive *Epiphaniæ*, seu *Epiphaniorum* appellationum huic inditam festo : quippe cum plurimæ Ecclesiæ in diem illum Natalem Domini referrent et Baptisma, quod de Ægyptiacis testantur diserte Cassianus Collat. 10. cap. 2. et Jo. Chrysostomus Hom. in Lucam cap. 2. de Græcis Asiaticis et Syris, Epiphanius in Panar. Hær. 51. Natalis vero Christi ἐπιφανείας, et ἐπιφανίων nomine donetur a Patribus, quia tunc primum apparuit nascendo Christus : factum postea ut Ecclesia CPolitana, quæ Romanæ usum amplexa, natalem Christi cœpit celebrare die 25. Decemb. priorem nomenclaturam diei sextæ Januar. attribuerit, ut quæ prius colebatur tanquam Natalis Christi. Lexicon Græc. MS. Reg. Cod. 2062. et Suidas : Ἐπιφάνεια, ἡ τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐνσαρκος εἰκονομία. Ita Natalem Domini vocat Zonaras in Juliano, quem Ammianus loco laudato *Epiphania.* Vide Casaubonum ad Annal. Baron. Exercit. 2. cap. 11. eumdem Baron. ad Martyrol. et Jacobum Gotofred. ad leg. 5. Cod. Th. de Spectacul.

* Ridiculi cujusdam apud Parisios usus, parum dissimilis ab eo quem *Charivari* dicimus, in vigilia hujusce festi olim habiti, mentio fit in Lit. remiss. ann. 1353. ex Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 246 : *Cum in vigilia Epiphaniæ Domini . . . ipse Johannes et plures alii sui socii causa solacii ivissent de nocte per villam Parisius percutiendo pelves, prout est in eadem vigilia fieri solitum, etc.* Vide [** Grimm. Mythol. Germ. pag. 173.] et infra *Montina;* ubi quid simile legitur. Religiosius alibi colebatur isthæc vigilia, ut discimus ex Ordinar. Rotomag. Ms : *Vigilia Epiphaniæ, quam plures diverse colunt; alteri prandent, alteri jejunant : nobis autem jejunando colere congruum videtur : . . . sed ecclesia Rothomagensis non jejunat propter solemnitatem Nativitatis Domini.* Vide infra *Festum Apparitionis* in *Festum* 1.

¶ **EPIPHIA**, *Epiphiorum, Aornemens de chevaulx, si comme freins, petraus. Inde Epiphyare, i. Equum ornare.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. Leg. *Ephippia* a Græco ἐφίππιον.

¶ **EPIPHYLLIS**, ἐπιφυλλίς, Ultimus in summo vitis palmite racemus, qui plerumque parvis rarisque acinis sero maturescit, quoniam postremus conceptus est, ideoque inutilis, et in vindemia plerumque negligitur. Vide Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 6. *Epiphyllides sunt et ampullæ meræ*, proverbium in blandiloquos, et verbis magis instructos quam factis. Hæc Fabri Thesaurus. Vide Erasmi Adagia.

¶ **EPIPIGRA**. Vide *Epicrocus.*

EPIRHEDIUM, Currus, vox hibrida. Ex Græco ἐπί, et *rheda* dictione Gallica. Papias : *Epirhedia, majora vehicula.* Contra [MS. Bituric. et] Ugutio : *Epirhedia, proprie minora vehicula.* Britannicus ad istud Juvenal. Sat. 8. vers. 66 :

> .... Trito ducunt Epiredia collo
> Cornipedes.

Epirhedium ait currum significare, vocabulumque Romanos, auctore Fabio, ex duobus peregrinis suum fecisse. Gellius vero auctor est quosdam sensisse vocabulum totum esse barbarum. At veteri ejusdem Juvenalis interpreti, *Epirhedia, ornamenta rhedarum, aut plaustra* dicuntur. Jo. de Garlandia in Synonymis :

> Sunt supra redam partes Epiredia dictæ.

Acta S. Marcelli PP. lib. 1. cap. 3 : *Quem etiam opprobrio Christianorum in die processionis suæ, ante Epirhedia sua protrahi fecit nudum et ligatum.* Vide Quintilianum lib. 9. cap. 7.

* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 4120 : *Epiredium, barouestes.* Quo sensu occurrit in Comput. fabr. S. Pet. Insul. Ms. ann. 1367 : *Item pro quodam Epiredio, xij. sol.*

EPIRO, NIS, *Memoria*, Ugutioni.

¶ **EPIRRIPTARIUM**, Græcis recentioribus, ἐπιῤῥιπτάριον, Vestis quæ humeris injicitur ἀπὸ τοῦ ἐπιῤῥιπτεῖν, Injicere. Calyptræ species est, quæ caput et humeros tegit, cujusmodi est Canonicorum Regularium *Froccus* hyemali tempore. Vita S. Stephani Sabaitæ, Julii tom. 3. pag. 545 : *Labore ergo fessus, parvum quod gestabat Epirriptarium deposui ac bibere tentavi per otium.* Vide Gloss. mediæ Græcit.

EPISCOPA, uxor Episcopi, seu illius qui postea in Episcopum consecratus est. Concilium Turonense II. can. 13 : *Episcopum Episcopam non habentem nulla sequatur turba mulierum.* Vide Baron. ann. 34. n. 289. Sic *Episcopissa*, uxor, concubina Episcopi. Acta Episcoporum Cenomanensium [* tom. 10. Histor. Franc. pag. 385.] in Mainardo : *Quadam enim die cum ægrotare cœpisset, placuit, ut sanguinem minueret : qui dum esset flebotomatus, nocte insecuta dormivit cum Episcopissa, etc.* [Abbatissas etiam quandoque dictas fuisse *Episcopas* conjectant Macri fratres ex quodam Ecclesiæ S. Praxedis lapide, ubi de reliquiis a S. Paschali Papa eo translatis fit mentio. Sic ibi : *Quocirca et in ipso ingressu Basilicæ manu dextra, ubi utique benignissimæ genitricis, scilicet dominæ Theodoræ Episcopæ, corpus quiescit.* Erat, inquiunt, Theodora ejusdem Papæ mater, forsan Abbatissa, quæ etiam Antista dicebatur; nam sicut Episcopus et Antistes synonyma sunt, sic Episcopa et Antista.]

* **EPISCOPALE**, Quod ab episcopo cantatur dictum, in Ordin. eccl. Ambr. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 893 : *In die Parasceve post cantatam Tertiam presbyter vel archiepiscopus vadit post altare, et dicit* Dominus vobiscum. *Et minor diaconus indutus rubea alba ascendit pulpitum, et dicit lectionem Esaiæ prophetæ in majori tono Evangeliorum . . . . Cantatur Episcopale aut sacerdotale, sive diaconile jussu archiepiscopi.* Vide in *Episcopus.*

* **EPISCOPALES**, Qui partes episcopi tuentur, vel ejus familiares. Gualt. Hemingford. de Gest. Eduardi I. reg. Angl. ad ann. 1300. pag. 190 : *Qui præsentatus episcopo, absque difficultate admissus est; sed cum installari debuisset, invenit Richardum priorem in stallo suo reclamantem ut prius et appellantem. At illi Episcopales et quidam falsi fratres appositis manibus extraxerunt christum Domini de loco suo, tradentes custodiæ.* Vide *Episcopani.*

* **EPISCOPALIS**, nude pro Episcopi filius. Charta ann. 1017. ex magno Chartul. S. Vict. Massil. : *Bernardus abbas et monachi S. Victoris fecerunt placitum cum filiis Geraldi Episcopalis.* Erat autem Geraldus filius Ingilranni episcopi Cabellic. et Adalgudæ ejus uxoris. Vide Instr. tom. 1. Gall. Christ. pag. 155. col. 2. Eodem titulo Ricavus subscribit Chartam Bertranni Forojul. episc. patris sui in eodem Chartul. pag. 122. ubi et *Episcopus medius* inscribitur : *Ego Bertrannus gratia Dei annuente Forojuliensis ecclesiæ indignus episcopus,... et ego Ricavus medius Episcopus hoc donum firmo.* Vide *Episcopa.*

EPISCOPALISSIME. Anastasius Bibl. in Versione Vitæ S. Dionysii a Methodio conscriptæ : *Et cum excoluisset Athenas, ac si quidam fructifer amplissimus, Episcopalissime venit Romam, præceptorem etiam in hoc imitatus.* Ubi vir doctissimus Petrus Franc. Chiffletius vim vocis Græcæ haud bene cepisse Anastasium observat, ἐπισκεπτάτως, *Directe ad scopum, quem sibi Dei instinctu proposuerat, etc.*

Digitized by Google

¶ 1. **EPISCOPALITER**, Episcopali more, ut decet Episcopum. S. August. Confess. lib. 5. cap. 13 : *Peregrinationem meam Episcopaliter dilexit.* De modis observandis in Coronatione Regis Hungariæ apud Ludewig. tom. 6. pag. 344 : *Assistentibus omnibus Episcopis, similiter Episcopaliter indutis.*

* 2. **EPISCOPALITER**, Episcopali auctoritate. Charta Gaufridi Carnot. episc. ex Chartul. argenteo S. Pet. Carnot. fol. xi : *Has tres ecclesias in ea quam antiquitus habuisse noscuntur libertate a synodo et circada, seu qualibet alia exactione, salvo episcopali jure, permanere Episcopaliter decerno.*

¶ **EPISCOPANI**, Episcopo addicti et subditi. Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 5 : *Cum Abbatiani in Episcopanos, et Episcopani in Abbatianos indebito hoste fuerent.*

¶ **EPISCOPARE.** Vide post *Episcopus.*

¶ **EPISCOPATIO**, Dignitas vel jura Episcopatus. Diarium belli Hussitici, apud Ludewig. tom. 6. pag. 180 : *Pro prælatiis, dignitatibus, personatibus, plebaniis aliis et Episcopationibus, et venditionibus indulgentiarum.*

¶ 1. **EPISCOPATUS**, Munus Episcopale, dignitas, reditus. Epist. Ludovici XII. ann. 1498. ad Philippum Electorem Palatin. apud Ludewig. tom. 6. pag. 118 : *Et de parte sua dabit illi bonos Episcopatus in regno suo, et de primis vacaturis.*

* Nostris *Episcopalité.* Charta Ludov. Jun. reg. Franc. ann. 1147. ex Tabul. episc. Paris. fol. 21 : *Quando Episcopatus in manus regias devenerit, consuetudinarios reditus et talliam statuto tempore episcopo debitam, ministeriales nostri et successorum nostrorum ex regio mandato possint accipere.* Lit. Caroli V. ann. 1375. tom. 2. Probat. Hist. Brit. col. 105 : *Tous les profits et émolumens, qui à nous . . . . appartiennent pour raison du régale de ladite Episcopalité . . . . Si vous mandons . . . . que ladite Episcopalité vous lui faciez délivrer, ou à ses gens pour lui.*

¶ 2. **EPISCOPATUS**, Diœcesis Episcopo subjecta. Manasses Archiep. Remens. Epist. ad Lambertum Atrebat. Episc. tom. 5. Miscell. Baluz. pag. 327 : *In toto autem Episcopatu divinum officium interdicatur.* Et pag. 329 : *Eum in Tullensem Episcopatum traduxerat; ubi postquam Tullensis Episcopus eum esse didicit, vocato ad se Duce Theoderico ceterisque Episcopatus sui Principibus, etc.*

3. **EPISCOPATUS**, urbis Venetæ regiones appellantur in Statutis Venetis lib. 1. cap. 8. *Vescovado.*

* **EPISCOPELLUS**, diminut. ab *Episcopus.* Comment. Benzon. Episc. Albens. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. Mss. pag. 230 : *Duo igitur Episcopelli sustentant manus unius provinciæ regulelli.* Occurrit præterea apud Lucam Cusent. et Marten. de Offic. divin.

** **EPISCOPIANI** apud Byzantinos Officiales quidam Chartophylacis, qui Episcoporum ratiociniis vacabant. Vide Glossar. med. Græcit. in hac voce col. 426. et Aprod. 73.

** **EPISCOPICIDA**, apud Adalbold. in Vita Henric. II. Imperat. cap. 15.

* **EPISCOPISSA.** Vide *Episcopa.*

¶ **EPISCOPIUM.** Vide *Episcopus.*

EPISCOPUS, ex Gr. ἐπίσκοπος; quo nomine magistratus aliquos e suis vocabant Athenienses, qui per provincias et regiones suæ ditioni commissas excurrebant, quo eas in officio et fide continerent : Latini vero eos qui præerant pani, leg. ult. § 7. D. de Muner. et honor. (50, 4.) cujusmodi forte fuit ille cujus mentio est in veteri inscriptione apud Jof redum in Notit. urbis Niciensis pag. 6. Eucherius : *Episcopus superinspector, et ideo Propheta ait, Speculatorem te posui domui Israel.* [In Auctario Janssonii ad Gl. Isidori : *Episcopus, visitator.* Amalarius in Eclogis de Officio Missæ : *Græce quod dicitur Episcopus, hoc Latine Superintentor interpretatur, quia superintendit, quia supervidet.*] Glossar. Lat. MS. Regium : *Episcopus, Visitator, superspector, speculator.* S. Augustin. lib. 19. de Civit. Dei cap. 19 : *Episcopatus nomen est oneris, non honoris. Græcum est enim, atque inde ductum vocabulum, quod ille qui præficitur superintendit, curam eorum scilicet gerens.* Ibidem libro primo cap. 9 : *Ad hoc speculatores, hoc est populorum Præpositi constituti sunt in Ecclesiis, ut non parcant objurgando peccata.* Rabanus Poem. 4 :

Tu decus es populi, vocitaris Episcopus ipse,
Et Superintendens, dux eris atque gregis.

Et Poem. 10 :

Nam superintendens pie, Episcopus ipse vocaris.

Vide S. Hieronymum Epist. 85. Synodus Romana sub Eugenio II. PP. cap. 3 : *Episcopum bono opere consistere oportet, ut factis congruentibus luceat, ut optimus speculator existat, etc.* Et cap. 26. de Episcopo : *Cum sit optimus Prospector.* Nicolaus PP. Epist. 12. Append. : *Frustra speculatores dicimur, si venientem lupum a longe non cernimus. Frustra enim Episcopi, id est, Superinspectores, vocamur, si futurum exitum per antecedentia signa minime contemplamur.* Adnuntiatio Herardi Archiep. Turon. in Concilio Suession. III : *Hoc enim speculatorum officium est, quo nomine nos Episcopi, non merito, sed gratia nominamur a Domino, ut imminentia prospicientes pericula, his quorum salutem suscepere, adnuntient.* In Charta Inæ Regis Anglorum Occidentalium a Spelmanno inter Concilia ann. 725. edita, *Daniel Inspector plebis Dei* subscribit. Vide epistolas Sigefridi Episcopi Moguntini apud Tengnagelium, Amalarium in Eclogis de Officio Missæ pag. 1357. Innocentium III. lib. 1. de Sacrif. Missæ cap. 7. Rabanum lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 5. Hincmarum Remens. Opusc. 14. n. 5. etc.

Episcopos Apostolorum successores esse et dici colligitur ex Cypriano Epist. 66. D. Hieronymo Epist. ad Evagrium, D. Gregorio Hom. 26. in Evang. Clemente Ep. 1. ad Jacob. fratrem Domini, etc.

☞ Diversis nominibus variisque titulis olim donati Episcopi pro variis temporibus et personis quibuscum aliquid egere negotii. Hanc in titulis honorariis varietatem vel maxime attulit aut dignitas Ecclesiarum quibus præerant, aut eximia quorumdam ex iis sanctitas. *Summi Sacerdotes* dicti a S. Clemente Epist. 1. ad Cor. cap. 28 : *Summo quippe Sacerdoti sua munia tributa sunt : et Sacerdotibus locus proprius præstitutus est.* Quod ad sæculum xi. usque perseveravit. *Summi Pontifices* in Lege Bajwar. tit. 11. § 2. et ab anonymo Scriptore de miraculis S. Florentii quem citat Mabill. Diplom. lib. 2. pag. 55. Circa initium xi. sæculi Frotharius Nemausensis Episc. *Summus Pontifex* appellatur in Chartario Albiensi, Diplom. ibid. pag. 63. Vocati etiam *Papæ.* Fragmentum Epist. Dionysii Alex. ad Philemonem apud D. *Coustant* tom. 1. Epistolarum Rom. Pontif. pag. 262 : *Hanc ego regulam et formam a Beato Papa nostro Heracla accepi.* Hunc titulum soli Rom. Pontifici reservandum censuit Charibertus Francorum Rex ann. 582. quem tamen subinde aliis Episcopis aliquando rursus concessum legimus usque ad tempora Gregorii VII. Vide *Papa. Principes* appellantur in Canon. Hibern. Spicil. Acher. tom. 9. pag. 25 : *Synodus : Oportet Principem omnia pensare per manus ministrorum in usus parochiæ, et subjectorum et pauperum.* Quod ibid. sæpius recurrit. Episcopos vocat *Præsules* Julius PP. Ep. ad Euseb. apud D. *Coustant* tom. 1. pag. 382. n. 18 : *Jamque antiquos Præsules, qui multos annos in Episcopatu transegerant.* Quo titulo ipsi etiam usi sunt (a Prædictis quippe, modestiæ causa constanter abstinuere) ut patet ex Charta Johannis Sistaricensis Episc. ann. 812. cui subscribentes Episcopi sese *Præsules* ferunt, apud Mabill. Diplom. pag. 614. Nuncupatos etiam *Presbyteros* legimus in Epist S. Irenæi ad Victorem PP. apud D. *Coustant* tom. 1. pag. 103 : *Sed et Presbyteri illi qui ante Soterem Ecclesiæ præfuerunt, quam nunc gubernas, Anicetum dicimus.* A Rom. Pontifice compellati *Filii*; a Presbyteris *Fratres*, ut videre est in Epist. inter Cyprianicas 26. quod et ab Abbatibus et Monachis sæpius factitatum probat Mabill. Diplom. lib. 2. pag. 66. Qui electi erant, sed nondum ordinati dicebantur *vocati Episcopi.* De omnibus tamen qui ita subscribunt id nolim dictum; constat enim plures jam in Episcopatu seniores hoc modo subscripsisse. Animi ergo summisse de se sentientis potius signum est quam ordinationis nondum acceptæ, nisi res aliunde constet. Denique non semel *Throni Dei* vocati sunt Episcopi in Capitularibus Regum nostrorum : cujus appellationis exempla relata sunt in *Doctor* 1. *Vicarii Christi*, in Capitularibus Caroli Calvi tit. 2. ex Synodo ad Teudonis villam, tit. 27. § 7. ex Epistola Episcoporum ad Ludovicum Regem, et alibi. *Apostolici*, ut dictum est in *Apostolicus* 1. *Sancti* nude apud Gregorium Thaumaturg. in Epistola Canon. Vide Marculfi Præfat. in librum 1. Formul. etc.

* *Humiles* imo et *Humillimos* sese interdum inscribunt episcopi. Privil. Joan. VII. PP. ann. 878. tom. 3. Annal. Bened. pag. 219 : *Datum . . . . per manum Walperti Humillimi Episcopi sanctæ Portuensis ecclesiæ etc.* Charta ann. circ. 906. in Chartul. eccl. Vienn. fol. 38. v°. col. 2 : *Alexander sanctæ Viennensis ecclesiæ Humilis Episcopus.* Pluries occurrit ibi. Alia exempla vide

Digitized by Google

sis tom. 5. novi Tract. de re diplom. pag. 473. etc.

☞ Qui vero fuerit modus eligendi Episcopum primis Ecclesiæ sæculis nostri non est instituti longius persequi. Monere tantum sufficiat Episcopum e Clero Ecclesiæ cui præficiendus erat, de suffragio Cleri et consensu plebis ab Episcopis ejusdem Provinciæ assumtum vix ubique et semper fuisse. Cum tamen difficile prorsus esset ab unoquoque quem vellet eligendum cognoscere, id subinde arbitrio trium aut quatuor virorum aliquando permissum est, certo tempore adsignato quo inter se concordarent. Sic ann. 1265. *per viam compromissi ad certæ candelæ consumtionem* electum Johannem *Malé* in Episcopum Dolensem legimus in Epist. Capituli Dolensis ad Vincentium Archiep. Turon. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 962. Id etiam in Anglia usu receptissimum fuisse testantur Annales Waverleienses tom. 2. Hist. Anglic. Scriptorum. Exteriori aliqua nota distinctos fuisse Episcopos jam sæculo IV. innuere videtur S. Athanasius in Hist. Arian. de Monach. num. 20. ubi refert publicum scortum ab Arianis secreto in cubiculum Euphratis noctu immissum reperisse dormientem virum quem Episcopum esse ut cognovit totis viribus exclamavit. Verum quæ fuerit illa nota haud in promtu est definire. Sæculo sequenti Cælestinus Epist. 4. apud D. *Coustant* tom. 1. pag. 1066. quosdam Episcopos exagitat quod Monachorum ritu, pallio uterentur, aut præcinctis lumbis sacra peragerent; additque moribus, non vestimentis Episcopos a Laicis debere distingui. Unde non absurde colligi datur, nullo exteriori habitu a ceteris tunc fuisse distinctos. Quæ pugnantia ut quoquo modo concilies, dicendum videtur eosdem usus non ubique eodem tempore viguisse. Qui plura voluerit adeat Eruditos Viros qui hac de re ex professo scripserunt.

☞ Mortuo Episcopo, Ecclesiæ viduatæ regimen, quoad bona Episcopatus ad Laicos jure propinquitatis aut dominii interdum pertinuisse probat Charta Hasculfi ex Archivo Majoris Monasterii apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 150 : *Hasculfus D. G. Dominus Comburnii et signifer S. Samsonis. Cum de jure Iseldis uxoris meæ ad me pertinet vacante sede Dolensi res regere Pontificales, et de terris et hominibus Archiepiscopi tanquam Archiepiscopus disponere; ea que me concedente in presentia mea fiunt, tantum vigoris et roboris efficaciet juris habeant, et ita rata sunt, dum vacat sedes, tanquam si coram Archiepiscopo et eo concedente fierent.*

* Nostris *Veske*, in Charta ann. 1297. *Vesque*, in Poem. Ms. Rob. Diaboli :

Archevesque et Vesque et hermite.

Episcopus Abbas. Vide infra *Episcopi vagantes.*

Episcopus Cardinalis, id est proprius, Gall. *En chef*, in capite, *quomodo Abbatem Cardinalem* dici, supra annotavimus. Gregor. M. lib. 2. Ind. 11. Epist. 24. de Episcopo visitatore : *Et præter ordinationes Clericorum, cætera omnia tanquam Cardinalem et proprium te volumus agere Sacerdotem.* Ita *Presbyterum, Sacerdotem, et Episcopum Cardinalem*, pro proprio Episcopo alibi non semel usurpat, lib. 1. Epist. 77. 79. lib. 2. Ind. 10. Epist. 25. Ind. 11. Epist. 13. 14. lib. 12. Epist. 2. Hadrianus II. PP. Epist. 11. de Actardo Nannetensi Episcopo, qui a paganis Ecclesia sua pulsus fuerat : *Decernimus hunc sanctissimum... Actardum Ecclesiæ, quæ forte suo fuerit viduata rectore, penitus incardinari, quatenus in ea constitutus officia Episcopalia... exerceat, etc.* Idem porro Actardus Nannetensis ad Turonicam sedem postea incardinatus, *Cardinalis Metropolitanus et Archiepiscopus Turonicæ Ecclesiæ*, dicitur in Epistola ejusdem Hadriani PP. ad Episcopos Synodi Duziacensis edita a Sirmondo : ut Frotharius Burdegalensis Archiepiscopus ad Bituricensem Ecclesiam incardinatus, dicitur *Cardinalis factus in Bituricensem Ecclesiam*, in Epist. 8. Joannis VIII. PP. Vide ejusdem Epist. 13. et 14. Epistola Urbani II. PP. de Lamberto Episcopo Atrebat. tom. 5. Spicilegii Acheriani pag. 553 : *Vestram ergo dilectionem literis præsentibus admonemus, atque præcipimus, ut ei deinceps tanquam Cardinali Episcopo, tanquam Beati Petri manibus consecrato subesse et obedire curetis.* Adde Epistolam Hugonis Archiep. Lugdun. ibidem pag. 552. Alia Epist. ejusdem Urbani tom. 3. ejusdem Spicil. pag. 124 : *Per præsentis itaque privilegii paginam... statuimus, ut Atrebatensis Ecclesia deinceps semper Cardinalem sortiatur Episcopum.* Hic autem agitur de Episcopatu Atrebatensi, qui unitus Cameracensi, ab eo avulsus fuit ab Urbano PP. dato ei Episcopo Cardinali, seu proprio. Bulla Anacleti II Antipapæ pro Erectione Abbatiæ Cephaludensis in Episcopatum, apud Rocchum Pirrum tom. 1. pag. 309 : *Præfatam Ecclesiam sedem Episcopalem fore deinceps.... decernimus, in qua Cardinalem Episcopum volumus de cætero permanere, qui per manus Archiepiscopi Messanensis mysteria consecrationis accipiat.* Aliis *Episcopus proprius* dicitur. Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 97 : *Mandavit etiam Clericis Tornacensibus ut ad eum irent, libertatem recepturi proprii Episcopi.* Et cap. 114 : *Novum pastorem Tornacensibus destinat, et eos ab obedientia Noviomensis Episcopi absolvit, usque semper habeant proprium Episcopum auctoritate privilegii sui promulgavit.* Vide Hadriani PP. Epist. 15. Diurnum Romanum cap. 3. tit. 11. Hincmarum Rem. Opusc. 45. cap. 8. 12. Flodoardum lib. 3. Hist. Rem. cap. 21. lib. 4. cap. 6. Concilium Duziacense I. pag. 299. 301. 302. edit. Celloti, et Franciscum Florentem ad lib. 7. Decretal. pag. 267. 268.

Erant præterea Episcopi quibus id indultum erat privilegium, ut Romanæ sedis Cardinalibus accenserentur; quod quidem jus attributum Archiepiscopo Magdeburgensi aiunt. Historia Fundationis ejusdem Archiepiscopatus edita ab Henrico Meibomio : *Ordinavit et privilegio Apostolicæ auctoritatis sanxit ac confirmavit eum in omni ordine Ecclesiastico primatum habere, omnium Ecclesiarum Archiepiscoporum qui in Germania sunt ordinati... et inter Cardinales Episcopos Romanæ sedis consortium habere : præterea 12. Presbyteros, 7. Diaconos, 24. Subdiaconos Cardinales ad morem sanctæ Romanæ Ecclesiæ ordinare, qui ad principale altare ministrantes quotidie, excepto jejunio, dalmaticis, festis vero, sandaliis uterentur.*

Episcopi Cardinales, Quibus jus eligendi summum Pontificem datum est in Concilio Romano ann. 1059 : *Statuimus, ut abeunte hujus Romanæ universalis Ecclesiæ Pontifice, in primis Cardinales Episcopi diligentissime simul de electione tractantes mox ipsi Clericos Cardinales adhibeant, sicque reliquus Clerus et populus ad consensum novæ electionis accedat, etc.*

Episcopi Cathedrales, ad discrimen Chorepiscoporum, in Capitulari Aquisgran. ann. 803. cap. 6. et lib. 7. Capit. cap. 424. Vide *Cathedra.*

Episcopus Catholicæ Ecclesiæ ita summi Pontifices seipsos indigitarunt non semel. Vide Italiam sacram tom. 1. pag. 396. 502. etc.

Episcopi Commendatarii. Observat Onuphrius, Avenione, sede Pontificum Romanorum ibi translata, nulla habita antiquissimi instituti ratione, nullum fere Cardinalem creatum, qui non haberet Episcopatum, vel in titulum, vel in commendam, vel in perpetuam administrationem, eaque omnia nomina Avenione inventa : eamque consuetudinem ad sua tempora perdurasse, in quibus eo deventum fuerat, ut unus Cardinalis Presbyter vel Diaconus non unum tantum haberet in commenda Episcopatum, sed aliquando tres, quatuor, vel quinque, et aliquando sex : cui rei impositus fuit modus in Concilio Tridentino.

Episcopus Episcoporum, Vide Notata a Savarone ad Sidon. lib. 1. Epist. 6. et Franciscum Turrianum lib. 2. pro Epist. Pontific. cap. 2. præterea Monachum Sangallensem lib. 1. de Carolo Mag. cap. 27.

Episcopi Exempti a Jurisdictione Metropolitani, et sedi Romanæ immediate subjecti nonnulli recensentur. Vide Baron. ann. 1057. n. 24. Eugenium II. PP. Epist. 7. Acunha in Episcopis Portensib. in Lusitania part. 2. cap. 1. Ughellum in Italia sacra tom. 1. etc. Vide etiam *Suffraganeus.*

¶ Episcopus Fatuorum, Festi fatuorum præses. Statuta MSS. Capituli S. Audomari : *Item et quia temporibus retroactis multi defectus et plura scandala, deordinationes et mala, occasione Episcopi Fatuorum et suorum evenerint, statuimus et ordinamus quod de cætero in festo Circumcisionis Domini Vicarii cæterique chorum frequentantes et eorum Episcopus se habeant honeste, cantando et officiando sicut continetur plenius in Ordinario Ecclesiæ.* Vide *Kalendæ.*

Episcopi Forenses, in Diurno Romano cap. 1. tit. 8. dicuntur eadem ratione, qua *Presbyteri forenses*, de quibus suo loco, Episcopi scilicet alienæ Diœceseos quam Romanæ.

¶ Episcopus Innocentium, Qui Choro in festo SS. Innocentium præerat. Hujus ludicri Episcopi quædam ornamenta exhibet Inventarium ornament. et Reliq. Ecclesiæ Noviom. ann. 1419. ex Archivo ejusdem : *Item una parva Crossea argentea ad baculum nigrum pro Episcopo Innocentium. Item tres sendales rubeæ. Item aliæ parvæ sendales pro Episcopo Innocentium.* Et in Breviario ad usum Ecclesiæ saris-

Digitized by Google

burg. edito Londini ann. 1555. et asservato Pontisaræ in Monast. Benedictinarum Anglic. pro Festo Innocentium : *Pueri chori suum habebunt Episcopum.* Vide infra *Episcopus Puerorum.*

¶ Episcopi Legales, Legitime et canonice electi, vita et doctrina conspicui. Gregor. PP. VII. Ep. 49. lib. 2. tom. Concil. Labb. col. 104 : *Iterum cum mentis intuitu partes Occidentis, sive Meridiei, aut Septentrionis video, vix legales Episcopos intuitu et vita, qui Christianum populum Christi amore, et non sæculari ambitione regant, invenio.*

* Episcopus Medius. Vide supra in *Episcopalis.*

* Episcopi Nullatenses, Nullius sedis, qui carent clero et populo. Conc. Armen. ann. 1342. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 313 : *Episcopi vero nullatenses sunt isti. Dominus Johannes. Dominus Constantinus, etc.*

¶ Episcopus Ordinum, a sacris ordinibus, quos conferre solet, sic dictus Episcopus coadjutor, vulgo *Suffragant*, in Historia Monasterii S. Laurentii Leodiensis, apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 1145.

Episcopus Palatii dicitur Leo quidam in Vita S. Adelberti Episc. Pragensis, n. 20. Idem forte qui *Episcopus Regalis Capellæ* dicebatur, apud Bohemos : quippe Charta Caroli IV. Imper. data Pragæ ann. 1366. pro incolis oppidi de Romanis in Delphinatu, quæ habetur in Tabulario Regii Regesto ann. 1363. etc. ch. 97. ita clauditur : *Ego Johannes E. G. Colmucensis Episcopus Regalis Capellæ Boem. Comes, et sacræ Imperialis aulæ Cancellarius vice... Moguntinensis Arch... recognovi.* [Et in Charta Ludovici Regis Aquitanorum pro Monasterio Nobiliacensi apud Stephanotium Antiq. Pictav. MSS. part. 3. pag. 238 : *In Dei nomine Reginpertus seu indignus vocatus Episcopus sive Caspalanus Hlodoico Regis Adquitaniorum.*] Sic porro dicti videntur Episcopi, qui ex indulgentia summi Pontificis in Palatio Regum morabantur, ut essent cum quibus ii de rebus Ecclesiasticis tractarent. Concilium Francofordiense cap. 55 : *Dixit etiam Dominus Rex in eadem Synodo, se a sede Apostolica, id est, ab Hadriano Pontifice licentiam habuisse, ut Angilramnum Archiepiscopum in suo Palatio assiduo haberet propter utilitates Ecclesiasticas. Deprecatus est eamdem Synodum, ut eo modo, sicut Angilramnum habuerat, ita etiam Hildeboldum habere debuisset, quia et de eodem, sicut et de Angilramno, Apostolicam licentiam habent. Omnis Synodus consensit, et placuit eis eum in Palatio esse debere propter utilitates Ecclesiasticas.* Ad hoc porro delecti Angilramnus Episcopus Metensis et Hildeboldus Archiepiscopus Coloniensis, ut Capellæ Regiæ præessent, atque adeo Cleri Palatini curam gererent. Nam Archicapellani dignitate functi sunt. Hinc Hilduinus Archicapellanus, *sacri Palatii antistes* dicitur Agobardo in Epist. ad Proceres Palatii. Vide *Archicapellanus*, et Codicem Carolinum Epist. 26.

Ejusmodi Episcopos habuisse etiam Croatorum Reges, testatur Thomas Archidiaconus in Hist. Salonitana cap. 15 : *Voluerunt etiam Croatorum Reges, quasi specialem habere Pontificem, petieruntque ab Archiepiscopo Spalatensi, et fecerunt Episcopum, qui Croatensis appellabatur, posueruntque sedem ejus in campo in Ecclesia S. Mariæ virginis juxta castrum Tiniense. Hic multas obtinuit parochias, habuitque prædia, et possessiones per totum pene Regnum Croatiæ, quia Regalis erat Episcopus, et Regis curiam sequebatur, eratque unus ex Principibus aulæ.* Sed et Reges Hungariæ, quod colligere est ex Diplomate Calomani Regis ann. 1108. quod exstat apud Joannem Lucium lib. 3. Hist. Dalmat. cap. 4. quod subscribitur a *Petro Absarensi Episcopo et generalis Domini Regis curiæ.*

In Concilio Agathensi ann. 506. subscribit inter Episcopos Gothicos *Petrus Episcopus de Palatio :* at cur ita indigitetur, non omnino constat inter eruditos, cum nulla civitas *Palatii* nomenclatura occurrat in veteribus Notitiis. Neque enim ausim contendere Petrum fuisse ex Episcopis Palatinis de quibus egimus. Marca in Histor. Beneharnensi pag. 847. fieri posse existimat, ut is Palentiæ in Hispania ex Metropoli Toletana, quæ tum a Gothis tenebatur, fuerit Episcopus, ita ut Petrus in aula Alarici tum commorans, Concilio Agathensi interfuerit.

¶ Episcopi nomen nonnunquam Presbyteris inditum, qui munia quædam obibant Episcopalia, prædicationem scilicet, baptismi collationem, Presbyterorum variis in locis institutionem et alia id genus. Hinc Sancti complures, inquit Mabillonius in Actis SS. Benedict. sæc. 3. part. 2. pag. 409. præcipue in Belgio, Episcopi dicuntur qui tamen nusquam consecrati sunt Episcopi : quod fusius probat in Præfat. ad partem 1. ejusdem sæculi num. 37. S. Anscharius in Vita S. Willehadi Episc. Bremensis cap. 8 : *Hac itaque de causa septem annis prius in eadem Presbyter est demoratus parochia ; vocatus tamen Episcopus, et secundum quod poterat cuncta potestate præsidentis ordinans.*

¶ Episcopi Portatiles, Qui Clero carent et populo. Concilium Lugdun. ann. 1449. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 377. n. IV : *Pro ipsis ordinibus nihil recipiant ordinatores, nec Episcopi Portatiles, et ordinandi per tales Portatiles seu Episcopos carentes Clero et populo examinentur.* Vide mox *Episcopi vagantes.*

* *Evesque Portatif*, eodem sensu, in Satyra Menip. pag. mihi 90. Vide notam ibi.

Episcopi Primæ Sedis, Primates, in Concilio Carthag. III. can. 26. Milevit. II. can. 24. Carthag. V. in procemio, in Capitul. Caroli M. lib. 7. c. 17. [** 29.] etc. [** Vide Glossar. med. Græcit. in Πρωτόθρονος, col. 498.]

Episcopi in Vicem *Metropolitanorum constituti*, in Synodo Vernensi ann. 755. can. 2. 4.

* Episcopus alterius episcopi *capellanus et vicarius* inscribitur, in Lit. remiss. ann. 1372. ex Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 179. *Guillaume de Cerceau, de l'ordre des freres Prescheurs, poure Evesque de Capré, oultre Naples dix lieux ou environ, chappellain et vicaire de nostre très-cher et féal cousin l'archevesque de Rouen etc.*

Episcoporum, quos *in partibus infidelium* vulgo dicimus, non omnino vetus est inventum, quod quidam tum primum putant introductum, cum Latini Hierosolymitanis provinciis a Sarazenis pulsi, in Latinorum provincias sese receperunt, ubi ad vitæ sustentationem attributæ iis Episcopatuum, uti vocant, *Coadjutoriæ.* Vide Altaserram lib. 1. Dissertat. Juris Canon. cap. 7.

* *Episcopus Bethleemiticus*, frater Guillelmus *de Valan*, regi Carolo VI. a confessionibus, pensione annua XXIIII. lib. Turon. donatur literis ann. 1385. in Reg. 128. Chartoph. reg. ch. 75.

Episcopus Puerorum. [Idem qui *Innocentium.*] Concilium Salzburgense ann. 1274. can. 17 : *Ad hæc quidam ludi noxii, quos vulgaris elocutio Episcopatus puerorum appellat, in quibusdam Ecclesiis exercentes adeo insolenter, quod nonnunquam enormes culpæ, et gravia damna subsequuntur. Ex ipsis hos ludos in Ecclesiis et a personis Ecclesiasticis de cætero fieri prohibemus, nisi forte pueri 16. annorum et infra fuerint, qui hujusmodi ludos exercent, quibus alii, seniores ipsi nullatenus se misceant ac intersint.* Vide *Kalendæ.* [Testamentum Domini *Le Serop* apud Rymer. tom. 9. pag. 273 : *Et etiam capa et casula, tunica et dalmatica, cum omni apparatu, quas habeo pro Episcopo Puerorum.*] [* Hinc *Episcopatus puerorum*, pro Sumtus in festo Innocentium faciendi, in Stat. eccl. S. Dion. Leod. ann. 1350. tom. 2. Monum. sacr. antiq. pag. 442 : *Statutum est quod ultimus receptus in canonicum, qui in perceptione erit fructuum, et non fuerit foraneus, cujuscumque sit ordinis, solvet Episcopatum puerorum illius anni et semper, quousque alius de novo receptus fuerit canonicus, nisi canonicus scolaris sub virga existens, ipsum exemerit qui tenetur solvere dictum Episcopatum, quamdiu fuerit sub virga, et si duo sub virga fuerint, ultimus receptus tenebitur.*] [** Vide Chart. Episcop. Mindens. ann. 1319. 1330. et 1392. apud Würdtwein. in Subsid. Diplom. tom. 10. pag. 77. 103. et 152. Haltaus. Calend. med. ævi edit. German. pag. 168. ad diem 28. Decembr. et Dürrii Commentat. histor. de Episcopo Puerorum, quæ prodiit Moguntiæ ann. 1755. Dicitur etiam *Episcopus Scholariorum*, Germ. *Schulbischof.*]

* Episcopus Capellæ Regis, Idem videtur qui nunc *Maître de la Chapelle* nuncupatur, Inspector. Charta ann. 1262. ex Chartul. AD. S. Germ. Prat. fol. 63. r°. : *Domus in vico de hyrundele contigua ex una parte domui defuncti Danielis vinetarii, et domui Episcopi capellæ regis ex altera.* In alia ann. 1250. ibid. fol. v°. : *Domus Episcopi de capella domini regis.* Vide *Episcopus Palatii.*

* Episcopus Turcorum, Supremus Mahumetanæ sectæ sacerdos, apud Nangiacum pag. 346.

Episcopi Vagantes, *Qui parochias non habent*, in Concilio Vernensi ann. 755. can. 13. [** *Vacantes.* Vide *Vacans Ecclesia.*] Σχολάζοντες in Synodo Antioch. can. 16. et apud Zonaram in Theodosio Jun. Ἀπόλιδες et σχολάζοντες, in Concilio Ephesino act. 5. pag. 664. Edit. Labbei; quibus interdum castra quædam dabantur, in quibus sua munia obirent, ut apud Gregorium

Digitized by Google

Turon. lib. 4. Hist. cap. 18. lib. 5. cap. 5. Interdum etiam ut essent qui ad infidelium conversionem pergerent, ut apud Baldricum Noviom. lib. 2. cap. 37. in Vita S. Ursmari tom. 1. Histor. Franc. pag. 688. apud Baudemundum in Vita S. Amandi n. 9. Petrum Damian. in Vita S. Romualdi n. 62. 64. Vide Mabillonium in Præfat. ad tom. 3. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti n. 37. [et tom. 4. pag. 313. in Vita S. Virgilii Episc. Saltzburg. n. 13.] Alias, ut ait Anselmus Cantuar. lib. 3. Ep. 167. ad Muriardachum Regem Hiberniæ : *Episcopus nisi certam parochiam et populum, cui superintendat, habeat, constitui secundum Deum non potest, quia nec in sæcularibus nomen vel officium pastoris habere valet, qui gregem quem pascat, non habet.* Vide *Chorepiscopus.*

Episcopi etiam nullis perinde parochiis donati, concedebantur a summis Pontificibus, exemptis ab ordinarii jurisdictione monasteriis, qui in iis munia Episcopalia exercerent, ex Monachis ab Abbate electi, et in Episcopos ab earum regionum in quibus consistehant Monasteria, Episcopis consecrati : cum alias liceret ex privilegio Monachis exemptis indulto, *cujuscumque ordinis gradum suscipere ubicunque Abbati placeret, et ad Abbates qui consecrandi erant, quemcunque vellent Episcopum advocare*, ut est in Bullario Cluniacensi pag. 9. 11. 12. Exstat hujusce moris exemplum in Bulla Stephani II. PP. pro Monast. S. Dionysii a Mabillonio edita, ex qua hæc excerpsimus : *Nos etiam idem et habere vobis Episcopum per singulare privilegium concedimus, qui de vobis ab Abbate, vel a fratribus, in Monasterio vestro electus, et a fratribus nostris Episcopis de illa regione consecratus, illa vestra Monasteria a vobis ædificata provideri, et vice nostri nominis ubi et ubi fuerint regat, et prædicationi tam in ipso vestro Monasterio, quam in sibi subjacentibus deserviat.* Adde Sirmondum tom. 2. Concil Gall. præterea librum 1. Mirac. S. Dionysii cap. 6. et supra laudatum Mabillonium in eadem Præfat. n. 35. 36. Idem privilegium sancti Martini Turon. Ecclesiæ fuisse firmant Urbani II. PP. Ep. 11. et 12. apud Mosnerium in Defensione jurium Eccles. S. Martini Turon. cap. 2. [Quod testantur etiam veteres Annales Masciacenses apud Labbeum tom. 2. Biblioth. nov. ubi legitur : *Anno saptingentesimo nonagesimo Andegarius Episcopus Monasterii S. Martini obiit.*] Neque id exemplo caret; legimus enim apud Sozomenum lib. 6. pag. 31. Barsen et Eulogium Monachos Edesenos Episcopos creatos, non alicujus urbis, sed honoris duntaxat gratia, tanquam ad recompensanda ipsorum præclara facinora, ἐν τοῖς ἰδίοις μοναστηρίοις. Quod si ita sese res habuit (cum non desint qui horum Pontificiorum diplomatum fidem convellere annixi sunt, atque in iis Joannes Launoius in Dissertat. in eam rem edita, et Carolus Cointius in Annalib. Eccl. Fr. ann. 786.) Episcopi isti in Monachorum numero ac ordine non censebantur : cum Episcopis, qui abdicata dignitate in Monasteria concedebant, ordines Ecclesiasticos impertiri, vel munia Episcopalia facere non liceret : in quam rem exstat Epistola Silvestri II. PP. in laudato Bullario Cluniacensi pag. 11. adeo ut Episcopos ejusmodi exemptos fuisse ab obedientia Abbatis par sit credere. Episcopos porro qui abdicata dignitate in Monasteria secedebant, Episcopi nomen retinuisse, contendit Petrus Francisc. Chiffletius in Animadversionib. in S. Ferrandum redivivum pag. 388.

Episcopus Abbas. Vita S. Ursmari Abbatis Lobiensis : *Et quia locus se obtulit reddendæ dubitantibus et quærentibus rationis, cur scilicet* (S. Ursmarus) *dictus sit Episcopus, cum Lobia non sit sedes Episcopalis, pro tempore expediendum est paucis. Quia enim, ut præfatum est, intentus erat semper lucrandis animabus, et quia multi barbaricæ gentis, ut suprædicti Flandrenses, adhuc detinebantur vanis idololatriæ superstitionibus, prædicandi tantum gratia, sicut competebat rudimentis novellæ fidei, est ordinatus Episcopus, quod factum quoque de S. Amando legimus. A quo etiam locus Lobiensis tantum dignitatem est adeptus, partim ob hoc, partim quia locus regius regia munificentia est constructus, ut nulli committeretur, nisi primum ordinatus esset Episcopus. Quæ dignitas perduravit etiam in multos successores, qui leguntur fuisse Episcopi et Abbates : de qua etiam adhuc tantum superest in eo loco, ut Abbati liceat uti sandaliis, tunica Subdiaconali, habere potestatem ligandi atque solvendi, et ubique uti annulo aureo et chirotecis.* In Charta Ludovici Pii apud Meurissium in Episcopis Metensib. pag. 185 : *Magnulfus Episcopus et Abbas Monasterii* Gorziensis dicitur : sed an ex Abbatibus Monasteriorum, de quibus egimus, fuerit, incertum. Vide *Abbas Episcopus.*

** Episcopi Villani. Vide *Chorepiscopus.*

* Episcopus Urbis, suffraganeus Romani Pontificis, ex Mabil. in Museo Ital. pag. 147.

* Episcopus, f. Chorepiscopus, si mendum non est, ut monent docti Editores ad Mirac. S. Hildeg. tom. 5. Sept. pag. 697. col. 2 : *Daniel sacerdos juratus idem dicit. Episcopus loci ejusdem juratus idem dicit.* Haud scio an non intelligendus sit pastor, custos ovium ; quo sensu accipienda quoque videtur hæc vox in Actis S. Jeronis tom. 3. Aug. pag. 477. col. 1 : *Sanctum virum sacerdotem Dei Jeronem, juxta Noortwych populum regentem, ac in fide Christiana Episcopos instruentem, repererunt.*

Episcopare, *Episcopatum habere, vel gerere*, Ugutioni. Arnulphus Lexov. Episc. pag. 42 : *Quod adeo verum est, ut defuncto sæpedicto Episcopo, eum qui successit Episcopari Ecclesia Romana nulla ratione permiserit.* S. Bernardus Epist. 234 : *Non poterat Episcopari turpis infamisque persona.* [Et in Vita S. Malachiæ Episc. tom. 1. col. 667. edit. ann. 1690 : *Quod nullus alius videretur dignior qui Episcoparetur in prima sede.* Chron. Monasterii Novaliciens. lib. 3. cap. 14 : *Erat ibi eo tempore S. Theodorus Episcopus, qui tunc ibi Episcopabat.*] Utuntur Gregorius Turon. lib. 1. de Mirac. cap. 33. Petrus Damian. lib. 1. Epist. 10. lib. 8. Ep. 5. Joan. Sarisberiensis lib. 7. cap. 18. et Epist. 234. Justus Abbas in Serm. ad Cistercienses, Fulbertus Episc. Carnot. Epist. 31. Alexander II. PP. Epist. 18. Eadmerus lib. de S. Anselmi similitudinib. cap. 23. etc. Ἐπισκοπεῖν, apud Ignatium in Epist. ad Roman. n. 9.

¶ Episcopare, novum Episcopatum creare. Bartholomæi Scribæ Annales Genuens. lib. 6. ad. ann. 1239. apud Murat. tom. 6. col. 481 : *Eodem anno Dominus Jacobus Prænestinus Cardinalis Apost. Sedis Legatus venit Januam, et de Janua ivit ad partes ultramontanas, et sicut a Domino Papa habuerat in mandatis, respectu Communis Januæ, et ex summa gratia, Ecclesiam Nauli Episcopavit, et eam univit Ecclesiæ Briniati, existente Episcopo Domino Guilelmo Canonico Januo, et sic de burgo Nauli fecit civitatem.*

¶ Episcopari, Pro Episcopo se gerere. Vita sancti Raynerii tom. 3. Junii pag. 442 : *Ille tanquam Episcoparetur, omnibus studiose intendens, ad fenestram supra viam sese illis ostendit.* Si tamen *Episcopari* hic non sit accipiendum in nativa significatione verbi ἐπισκοπεῖν, superinspectare, superintendere.

Episcopale Romanorum, Historia Episcoporum Romæ apud Herkempertum in Hist. Langobard. pag. 20. quæ *Liber Episcopalis* dicitur in Codice Thuano Damasi, seu Anastasii Bibl. de Vitis PP. *Episcopalis liber, qui Gesta Pontificum Romanorum titulatur,* in Concilio apud Theodonis villam ann. 935.

Episcopalia, Episcopatus insignia, *annulus et baculus,* in Historia Trevirensi pag. 231 : *Sed quia ab homine excommunicato et laico Episcopalia suscepisti, Episcopalia inquam, annulum et baculum, etc.* Ita rursum pag. 241. Capitulare Francoford. ann. 794. cap. 8 : *Gaerbodus, qui se Episcopum esse dicebat, et suæ ordinationis testes non habuit, qui tamen Episcopalia a Magnardo Metropolitano Episcopo consecutus est, etc.*

Episcopalia, Præstationes quæ Episcopis fiunt, *Synodaticum.* Charta Walteri Episcopi Cestrensis in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 61 : *Concedimus etiam ut prædictus Abbas et quisque successorum ejus sit Decanus de omnibus Ecclesiis quæ datæ sunt Ecclesiæ suæ in Derbysira,... nec quisquam præsumat eum judicare, nisi solus Episcopus; Episcopalia reddat vel reddere faciat de Ecclesiis Decanatus sui, etc.*

1. Episcopium, Episcopalis dignitas, Episcopatus : ἐπισκοπή, in Canonib. Apostol. can. 69. Justiniano in Nov. 123. cap. 1. Theophani, Gregorio Presb. in Vita S. Gregor. Theol. et aliis. Ratherius Veron. Episcopus Epist. 1. ad Joan. PP. : *Datum Episcopium est meo domino Hilduino, jure stipendiario.* Vita sancti Wolbodonis :

> Sedit Episcopio ter denis mensibus : in quo
> Febre lacessitus moritur.

Utuntur Stephanus Episc. Leod. in Vita S. Lamberti cap. 4. Walafridus Strabo de Mirac. S. Galli lib. 2. cap. 16. 18. Notitia Wambæ Regis, Monachus Sangall. in Carolo M. lib. 1. cap. 3. Anastas. de Exilio S. Martini PP. Baldricus Noviom. lib. 1. cap. 19. 30. 34. Domnizo lib. 2. cap. 18. et alii passim, inprimis Diurnus Romanus cap. 5. tit. 10.

** Episcopia, Eodem sensu. Vita antiq. S. Galli ap. Pertz. Script. tom. 2. pag. 11 :

Digitized by Google

Si ergo per eum Deus liberaverit filiam meam, ditabo eum muneribus et dabo ei urbis Constantiæ Episcopiam.

¶ 2. EPISCOPIUM, Diœcesis ipsa Episcopo subjecta. Charta ann. 1109. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 268 : *Ipse quoque Johannes Episcopus concessit nobis et quidquid in Episcopio suo habebamus et quidquid exinde acquirere possemus.* Vetus Breviarium ad usum Monast. S. Germani Autissiod. XIII. sæculi, ad diem Novemb. 8 : *Instituit* (Episcopus).... *sublimiter fieri ab omni cœtu humano ejusdem Episcopii festivum diem omnium Martyrum, Confessorum ac Virginum qui intra confinia hujus tumulata consistunt.* Vita S. Severi Episc. Abrinc. tom. 1. Febr. col. 191 : *Et quoniam adhuc eo tempore in Episcopio plurimi vanissimo tenebantur idolorum errore.* Vita S. Guilielmi Abbat. Divion. tom. 1. Jan. pag. 59 : *Sed prædictum Monasterium in Vercellensis urbis Episcopio situm, atque ejusdem Episcopi ditioni subjacebat.* Rursum occurrit in Additamentis ad Chronic. Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 960. et in Capitulari Metensi anni 757. § 5. [** Adde Chart. ann. 990. ap. Marin. in Pap. Dipl. pag. 255.]

3. EPISCOPIUM, ipsa Ecclesia Cathedralis. Translatio S. Marci Episc. Atinensis n. 7 : *Et eadem nocte deputatis Clericis, in hymnis et spiritualibus canticis tota nocte pervigiles jussit manere, ut facto mane, ad Episcopium ejusdem urbis cum laude et gloria deportaret.* Occurrit rursum infra. Apud Theophanem Cerameum, homilia quarta habita dicitur ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς ἐπισκοπῆς, id est, in Ambone Cathedralis Ecclesiæ. [** Marius Mercator pag. 171 : *Synodo congregata in Ephesiorum metropoli et sedentibus in Episcopio rev. et rel. episcopi Memnonis sanctissimi et Deodilectissimi Episcopis, etc.*] [Vide Ἐπισκοπεῖον in Glossario mediæ Græcitatis.]

¶ 4. EPISCOPIUM, Domus Episcopi. Capitulare 2. anni 802. cap. 9 : *De adulteriis et inlicitis causis perpetratis tam per Episcopia et monasteria virorum et puellarum quamque inter seculares homines.* Additio 3. ad Capitularia cap. 79 : *Sed priusquam ad consecrationem presbyteratus accedat, maneat in Episcopio discendi gratia officium suum, tamdiu donec possint et mores et actus ejus animadverti.* Synodus Meld. cap. 26 : *Suggerendum est.... ut Episcopium, quod Domus Episcopi appellatur, etc.* Vide Appendicem ad Formulas Marculfi cap. 8.

¶ 5. EPISCOPIUM, Reditus Episcopatus. Charta ann. 971. apud Lobinell. tom. 2. Hist Britan. col. 251 : *Huic Manguene dedit Gualterius Episcopus frater suus S. Ciricum de Episcopio.*

** EPISCOPALIS AUDIENTIA. Vide *Audientia*, 1. et Codic. Theodos.

¶ EPISCYNIUM, Supercilium, ab ἐπί et σκύνιον, Cilium, summa palpebra. Tertull. de Pallio cap. 4 : *Censoriæ intentionis Episcynio disperso.* Vide Turneb. Adversar. lib. 7. cap. 20. et Salmas. de Pall. pag. 342.

EPISIMUS, ex Gr. ἐπίσημος. Epistola Joannicii Regis Bulgar. in Gestis Innocent. III. PP. pag. 70 : *Misi autem ad præsens in signo parvæ recordationis examita duo Episima dupla, unum est rubeum, aliud est album.* Perperam editum est *examina duo Episima.* Ubi *examita Episima* seu ἐπίσημα, sunt tesseris auro textis vel purpureis clavata. Ita ἐπίσημον ἰσθῆτα apud Laertium in Aristotele interpretantur viri docti. Vide *Asemus.*

¶ EPISTAGMA, Sigillum, ut videtur, dictum, ab ἐπισταγμός, Instillatio, quod cera instilletur ad sigillum imprimendum; nisi forte legendum sit *Epistigma* ab ἐπιστίζειν, Notis compungere; unde Sussannæus in Vocabular. : *Epistigma, Subscriptio.* Charta Rogerii Siciliæ Regis ann. 1129. apud Murator. tom. 6. col. 623 : *Nec ad regii Epistagmatis nec exemplorum cogantur solutionem.* Et col. 626. in Charta Willelmi Regis Siciliæ ann. 1160 : *Ad hujus autem concessionis et munificentiæ nostræ memoriam ac perpetuo stabile firmamentum præsens hoc privilegium nostrum per manus Matthæi nostri Notarii scribi jussimus, nostroque quo utimur Epistagmate roboratum.*

EPISTILE, pro *Epistola*, Fridegodus in S. Wilfrido Episcopo cap. 30 :

Alfrido Regi direxit Epistile Petri.

EPISTOLÆ, Chartæ et tabulæ veteres, diplomata, cæteraque, quibus negotia gerebantur, instrumenta, quod in Epistolæ modum conciperentur, atque adeo illius salutatione, in cujus scribebantur gratiam, inscriberentur. Hujusmodi Epistolarum formulæ exstant apud JC. non paucæ, quæ postmodum, inclinato imperio, crebriores esse cœperunt, uti observare est præsertim ex Senatoris formulis : unde quidam existimarunt a Gothis, Longobardis, Francis, cæterisque Arctois Gentibus in Italicas Gallicasque plagas dimanasse. Et certe apud nos Epistolarum invaluisse usum docent plus satis Formulæ Marculfi et aliorum, et infinita propemodum diplomata. En aliquot in exemplum. Testamentum S. Cæsarii Arelat. Episcop. : *Et si cui aliquid per Epistolam, aut per pittacium, aut verbo, pietatis intuitu contuli, valere volo.* Vetus Charta sub Chlotario Rege apud Doubletum lib. 3. cap. 2. *Sed quia votus meus fuerat, ut per paginam testamenti villas ipsas superius nominatas basilicæ S. Dionysii concedisse, seu ut mos est loci illius, habetur per Epistolas delegasse, etc.* Alia Caroli Martelli, apud eumdem cap. 4 : *Si quis... contra hanc Epistolam donationis nostræ... venire voluerit.* Quæ tamen Charta in formam Epistolæ non concepta est. Tabularium Brivatense ch. 296 : *Quem per Epistolam cessionis in sua elemosyna pro suis luminaribus condonavit.* Mitto reliqua.

De Epistolis Canonicis et aliis agimus alibi suis locis in adjectis. [De *Patentibus* et *Clausis* in voce *Sigillum secretum.*]

¶ EPISTOLÆ FARCITÆ, Quæ leguntur in sacris liturgiis, nec solis constant Scripturæ verbis, verum plures etiam continent paraphrases intermixtas, quibus quodammodo *farciuntur*, hincque dicuntur *farcitæ.* Vide in *Farsa* 2.

* EPISTOLÆ DOMINICALES, SANCTORUM, Quæ diebus Dominicis et festivis Sanctorum in sacris liturgiis leguntur. Chartul. majus S. Vict. Massil. fol. 95. v°. : *Ipsa semodiata de vinea et terra nominata donavit pro filio suo Aicardo pro psalmis, himnis, canticis, et Epistolas dominicales et sanctorum.*

¶ EPISTOLARE. Vide *Epistolarium.*

EPISTOLARIS, Amanuensis, *Ab Epistolis*, Secretarius. Saxo Grammaticus in Præfat. ad Hist. Danicam : *Regius Epistolaris effectus.* Ἐπιστολεύς, in veteri Inscriptione apud Mabillon. tom. 4. Analector. pag. 503. Vide leg. 7. Cod. de Palatin. largit. lib. 12. tit. 23. [** et Glossar. med. Græcit. in Ἐπιστολάριοι col. 428. et Append. col. 73.]

¶ EPISTOLARITER. Vide *Epistolatim.*

EPISTOLARIUM, Liber Epistolarum S. Pauli et aliorum, qui legitur in sacris Liturgiis. Leo Ost. lib. 3. cap. 19. (al. 20.) : *Librum quoque Epistolarum ad Missam describi facient.* Infra : *Similiter fecit et de Sacramentariis.... et duobus nihilominus Evangelits et Epistolario uno. Nam usque ad illud tempus in Plenario Missali tam Evangelia quam Epistolæ legebantur : quod quam esset tunc inhonestum, modo satis advertitur.* Adde cap. ult. ejusdem libri, et lib. 4. cap. 90. al. 92. et Vita Abbat. S. Albani, [necnon Bernardi Monachi Ordinem Cluniac. part. 1. cap. 14.]

EPISTOLARE, Eadem notione in Usib. antiq. Ord. Cisterciensis cap. 54. [et in Hist. Mediani Monasterii pag. 242.]

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Epistolare, Epistolarium, liber epistolarum, Epistolier.* Inventar. S. Capellæ Paris. : *Un Evangelier et un Epistolier de grans volumes.*

EPISTOLARIUS, Nuntius, Epistolarum lator. Salvianus lib. 5. de Gubern. Dei : *Veniunt plerumque novi nuntii, novi Epistolarii a summis Sublimitatibus missi, qui commendantur Illustribus paucis ad exitia plurimorum.*

EPISTOLATIM, per Epistolas. Alvarus in Vita S. Eulogii n. 3 : *Non odiose, sed delectabiliter Epistolatim in invicem egimus. Epistolariter* eadem notione dixit Scriptor Vitæ S. Gaugerici Episc. Camerac. lib. 1. cap. 10.

* EPISTOLELLA, diminut. ab *Epistola*, brevis lectio, quam *Capitulum* vocant, ex Epistolis S. Pauli aliisque libris sacris desumta, quæ ad Horas ecclesiasticas recitatur, vulgo *Capitule.* Constit. Franc. Pizzolpassi archiep. Mediol. ann. 1440. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 933 : *Volentes insuper et mandantes, quod in diebus, quibus de sancto aliquo divinum celebrabitur officium, Epistolellæ ad Tertiam, Sextam et Nonam speciales, prout inveniuntur in officio Ambrosiano dicantur... Certas Epistolellas, ut eorum verbo utamur, quæ in Tertiis, Sextis et Nonis ordinatæ sunt, breves quidem valde et compendiosas in Matutinis dicunt, loco ipsarum lectionum.* Vide *Capitulum* 3.

EPISTOLIUM, Litera formata. Synodica Concilii Sardicensis in Fragm. S. Hilarii pag. 17 : *Et ne ignorantes eorum accipiant literas communicatorias, id est Epistolia, quos justa Sententia degradavit.* Infra : *Omnes fratres et Coepiscopos nostros tuis admonere digneris, ne Epistolia, id est literas communicatorias eorum accipiant.* Concilium Turonense II. cap. 6 : *Ut nullus Clericorum vel Laicorum, præter Episcopos, Epistolia facere præsumat.*

Digitized by Google

¶ **EPISTOLOGRAPHUS**, Scriptor Epistolarum. Utitur Notkerus Balbulus lib. de Interpretibus Scripturæ cap. 6.

* **EPISTULA**, pro *Epistola*, Charta, Diploma, apud Meichelbec. tom. 1. Hist. Frising. pag. 52 : *Acta hæc Epistula, accepit eam ipse Timo propriis manibus coram testibus seu cæteris adstantibus, atque hæc consentientibus, involuto palleo ipsam Epistulam super altare posita tradidit in manibus, etc.* Vide *Epistolæ*.

** **EPITA**, a Gr. ἔπειτα ap. Virgil. Grammat. pag. 87. et 88.

¶ **EPITAPHISTA**, Scriptor epitaphiorum. Sidonius lib. 1. Epist. 9 : *Merito enim collata vestris mea carmina non Heroicorum phaleris, sed Epitaphistarum næniis comparabuntur.*

1. **EPITAPHIUM**, pro sepulcro, in veteri Inscriptione apud Gruterum 669.

2. **EPITAPHIUM**, Quævis inscriptio, apud Sugerium lib. de Reb. in Administr. sua gestis cap. 28. et lib. de Consecrat. Eccles. S. Dionys. pag. 354. Descripsit eruditus Mabillonius in Vita S. Radbodi Hexasticon, hoc titulo : *Radbodi Epitaphium de viatico Christi*, [et aliud Gallicum Guillelmus a Vetulis Fontanellensis Monachus in quodam Regesto MS. fol. 14. quod et hic exscribere visum est. Sic inscribitur : *Epitafle à mettre sur la porte de Marcoussis.*

En l'an sept cens et quatre que regnoit
Hildebert Roy au Royaume de France,
Et que son peuple en paix entretenoit,
Le gouvernant et gardant de souffrance,
Il confera de la volunté france
De Marcoussis la noble seigneurie
Au bon Abbé de la royalle Abbie,
Que l'on nommoit pour lors la Fontenelle,
Est fist bastir une Eglise nouvelle,
Au nom de Dieu et du bon saint Vandrille,
Lequel estoit de Royalle famille,
Avant ce don quatre ans trepassé :
Ce noble Roy en soit recompensé.]

¶ 3. **EPITAPHIUM**, Sermo funebris. Sic suos de Vita venerabilis Walæ Abb. Corbeiensis libros inscripsit Paschasius Radbertus, quos statim ab ejus morte orationis funebris vice aggressus est; eum ad modum, inquit Mabillonius, quo Ursus S. R. E. Subdiaconus, ejus temporis auctor, Basilii Magni *Epitaphium* appellat Orationem funebrem, quam de eo scripsit Gregorius Nazian. Locus iste habetur in Ursi præfatione ad Vitam Basilii Amphilochio adscriptam, his verbis : *Sane notandum est, quia cum quidam legunt in his actibus, quæ S. Amphilochius scripsit, discrepasse autumant ab his quæ S. Gregorius Nazianzenus in Epitaphio hujus magni viri commemorat.*

* **EPITATISTA**, *Lo scriptor de Epistole.* Glossar. Lat. Ital. MS.

EPITECTICUM, *Epitecticalis terminus*, voces Agrimensorum, forte ita dictus, inquit Rigaltius, quia sit ἐπιδεικτικός, et recturam aliorum terminorum ostendat et commonstret. Auctor incertus : *Lapides nativos, quod est, ex solo ipso, Centuriales in Epitecticum adsignamus.* Item : *Terminus, si aliquid fictum habuerit super se aurum*, (f. æreum) *aut plumbum, aut stannum Epitecticum, hoc est massatium fabricatum inter censa Centuriæ.* Vitalis et Arcadius : *Terminus Epitecticalis, sive in finitione agri, sive Præfecturæ, extenditur in pedes 400. et pedes 800. in quadrifinio vero si plus quatuor lapidibus fuerint inventi, Epitecticales vocantur : nam terminus iste vocatur maximus.*

EPITENDESION, vox male confecta ex Græc. ἐπὶ τῶν δεήσεων : dignitas in Ecclesia CP. de qua Codinus, et ejus Commentatores. Epistola Michaelis Palæologi Imp. ad Joannem XX. PP. apud Waddingum ann. 1277. n. 4 : *Et honorabilissimo Archidiacono cæteri Imperialis cleri, et Epitendesion ejusdem sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ Georgio Metochitæ, etc.*

* **EPITHANIA**, pro Epiphania, in Constit. canon. Castell. apud Cl. V. Garamp. in Dissert. 6. ad Hist. B. Chiaræ pag. 207.

¶ **EPITHEMA**, ἐπίθημα, quod rei alicui superimponitur. Vita S. Guilielmi Eremitæ, Febr. tom. 2. pag. 456 : *Infundens oleum consolationis cum vino mordaci Epithematis.*

* Unde *Epithemare*, *Epithema* admovere, in Velsch. Syllog. observat. pag. 87.

¶ **EPITHEMIUM**, pro *Epitimium*, ut infra. Paulus Bernriedensis in Vita S. Gregorii VII. Papæ, Maii tom. 6. pag. 131 : *Mittentes supplices ad apostolicam sedem nuntios, Epithemium pœnitentiæ postulantes.*

* **EPITHETICΩS**, Vulgariter. Mirac. S. Bertini tom. 2. Sept. pag. 599. col. 1 : *Plurimaque pro sui numerositate (veluti Epitheticως loquamur) magnus exercitus ab omnibus dicebatur.*

¶ **EPITHYMIA**, ἐπιθυμία, Desiderium. Vita S. Frederici Episc. Julii tom. 4. pag. 460 : *At cum sanctioris vitæ Epithymia, vigiliis et orationibus jejuniisque jugibus, pro Christi nomine corpus suum cœpit affligere, etc.*

¶ **EPITHYMUM**. Vide *Epitumum*.

¶ **EPITIMIA**, ἐπιτιμία, Bona existimatio. Modest. leg. 21. § 2. de Tut. et Cur. (26, 5.) *Manente Eptimia.* Alii exponunt ut *Epitimium*.

EPITIMIUM. Gloss. Gr. Lat. ἐπιτίμιον, Pœna, mulcta : sed proprie pœna legibus Ecclesiasticis indicta Clericis delinquentibus. Anastasio ad VIII. Synod. *Epitimium*, est *increpatio, vel indulta pœna pro culpis.* Joannes Diacon. lib. 2. Vitæ S. Gregor. M. cap. 45 : *Tristatus est, quia antequam exiret de hac vita, non solvit eum ab excommunicationis Epitimio.* [Albertus Abb. Miciac. Epist. ad Johannem XVII. Papam, apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 440 : *Monasteriis novos indiculorum libros corroboretis, quibus ipsæ Congregationes ab omni strepitu quiete Deo servire possint, maxime sub Epitimio excommunicationis.*] Ἐπιτίμιον τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ νόμου, apud Palladium in Vita Chrysostomi pag. 21. editionis D. Emerici Bigotii. Vita S. Nili Junioris pag. 47 : Ὅρκοις αὐτὸν καὶ ἐπιτιμίοις φρικωδεστάτοις ἀπό τε τῆς ἁγίας τριάδος καὶ τῶν ἁγίων πατέρων ὑπέβαλε τοῦ καταδέξασθαι αὐτὸν αὐτοῖς ποιμένα, etc. Vide S. Basilium et Anonymum qui ei subjungitur περὶ ἐπιτιμίων, Pachymerem lib. 7. cap. 6. 22. lib. 9. cap. 24. lib. 11. cap. 6. et Notas ad Cinnamum pag. 458. [Præterea Morinum lib. 1. de Pœnit. cap. 1. n. 14. et superius *Epithemium*.]

¶ **EPITIMUM**, Flos thymi. Vide *Epitumum*.

EPITOGIUM, Britannico ad Juvenalis Sat. 6 : *Est genus vestis quod togæ superinduebatur.* Joan. Sarisberiensis lib. 8. Policrat. cap. 11 : *Hic cepa tunicatior, densatus pellibus et Epitogiis, chlamydi penulam superducit.* Occurrit in Notis Tyronis pag. 157. apud Quintilianum lib. 1. cap. 9. Dicitur etiam vestis superior Clerici ἐπιτόγιον, in Vita S. Joannis Theristæ cap. 1. [in Actis MSS. B. Yvonis non semel.] Vide in vocibus [*Alna* et] *Caphardum*. Concilium Londinense ann. 1342. cap. 2. de abusu Clericorum in vestibus : *Epitogiis ac clocis uti patenter videmus.* [Statuta Ecclesiæ Cadurc. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 727 : *Omnibus* (Clericis) *etiam prohibemus, ne Epitogium, tabardum, seu mantam foliatam* (folratam) *usque ad oram curtam sic deferant, quod vestis inferior notabiliter videatur.*] Vide tom. 4. Hist. Academiæ Parisiens. pag. 390. [et Lobinelli Glossarium ad calcem Hist. Britann. *Epythogium foderatum*, apud Rob. *Goulet* in Compendio Jurium Univers. Paris. fol. 13.]

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Epitogium, housse.* Aliud ex Cod. 7692 : *Epytogium, houce vel secot.* Leg. *Sercot.* Memor. D. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1263. fol. 53. v°. : *Injunctum fuit.. omnibus clericis* (cameræ) *quod de cætero habeant et defferant Epithogia longa, honesta, ipsaque defferant in camera et extra per villam continue. Conjugati vero in mantellis forratis penna alba vel nigra, et capucia forrata similiter vel Epithogia curta saltem ad honorem et decentiam cameræ supradictæ incedant, veniant et recedant. Epitogium anaptum*, indecens, ut videtur, in Inquisit. ann. 1217. apud Spon. tom. 2. Hist. Geneu. pag. 419. Fuit quoque mulierum vestis, ut colligitur ex Testam. Hugæ viduæ ann. 1347. in Chartul. Anton. Massil. fol. 220 : *Item lego Vivandæ Michaelæ de Massilia tunicam et Epitogium meum panni coloris pebrati pro diversis servitiis mihi per eam impensis.*

¶ **EPLITOGIUM**, pro *Epitogium*. Statuta Cisterc. ann. 1433. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1585 : *Abbates et Monachi.... a gestatione camisiarum linearum, giponum, tunicarum nigrarum, diploidorum, Epilitogiorum, aut aliorum quorumcumque habituum inordinatorum prorsus abstineant.*

* **EPITOGUS**, ut *Epitogium*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Epitogus i. Sourcot.*

EPITOLIUM, in Notis Tyronis pag. 184. balneares ædes.

EPITOMA. Ermenricus Monachus Augiensis de Grammatica : *Sed et hactenus rivo jucundissimo ac in omni virtutum stemmate præfulgido ex primoribus fontibus totius Europæ emananti Cohæres, Hludovico scilicet dilectissimo Regi nostro, qui licet augustiori limite terrarum, virtute tamen vincit Herculem Centauros domitantem, et agilitate Ulissem. Interroga Sclavos in gyro, et non miraris Epitoma meum.* Id est laudes meas, [vel memoriam i. quæ memoro; *Epitoma* namque apud Papiam significat *memoriam.*]

¶ **EPITOMARE**, Epitomen facere, non semel apud Scriptores inferioris ævi. Vide Fabri Thesaurum et Lexicon Goclenii.

¶ **EPITOMARIUS**, *Abbreviator*, Papias.

¶ **EPITOMATOR**, Idem, in Thesauro Fabri.

Digitized by Google

EPITOMIUM, pro *Epitome*, apud Ordericum Vitalem lib. 4. pag. 537.

¶ **EPITRACHELIUM**, ἐπιτραχήλιον, Collare. Locum vide in *Enchirium*.

* **EPITRIMUS**, Hippodromus, ut post Maffeum monent docti Editores ad Acta SS. Firmi et Rust. tom. 2. Aug. pag. 420. col. 1 : *Sequenti vero die præcepit sibi tribunal in Epitrimo circi præpari, et sanctos Dei Firmum ac Rusticum conspectibus suis præsentari.*

* **EPITRITUS**, Gr. ἐπίτριτος, Sesquitertius. Dudo apud Duchesn. Hist. Norm. Script. pag. 68 :

> Sesquioctava tonum quoniam proportio claudit,
> Et diatessaron pax Epitrita ligat.

Vide *Diapason* et Lex. Martin.

¶ **EPITROPUS**, ἐπίτροπος, Curator, cui rei alicujus cura committitur. Testam. Bernardi Comitis Armaniaci ann. 1302. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1409 : *Constituimus et ordinamus Epitropos et fidicommissarios ac executores et distributores prædicti testamenti nostri R. P. D. Amenevum Archiep. Auxitan. Fecit Testator ipse suos Epitropos et testamenti executores nos præscriptos*, apud Acherium Spicil. tom. 9. pag. 287.

EPITUMUM, Epitimium. Ordericus Vital. lib. 7. pag. 659 : *Ducatum Normanniæ, antequam in Epitumo Senlac contra Heraldum certassem, Roberto filio meo concessi, etc.* Idem lib. 10. pag. 775 : *Ultra pontem Engueniæ in Epidimio spatioso tentoria figi præcepit.* Quibus locis hæ voces *Campum* procul dubio sonant, sed etymon inquiro. Apud Isidorum lib. 17. Originum pag. 9. *Epitimum*, seu *Epithymum, est flos timi, vel thymi.*

EPI TU YKIACON. Anonymus Barensis in Chron. ann. 1032 : *Et adduxit Anatolyki Epi tu ykiacon*, id est, ἐπὶ τῶν οἰκιακῶν. Dignitas in Palatio CP. qui λογοθέτης τῶν οἰκιακῶν dicitur Pachymeri lib. 1. cap. 13. lib. 2. cap. 21. lib. 5. cap. 13. in Gloss. Lat. Gr. *Domesticus*, est οἰκεῖος, οἰκιακός. Ex quo forte hunc magistratum præfuisse Domesticis Palatii conjectarunt viri docti. Sed in nostra Constinopoli Christiana, eumdem fuisse cum eo, quem veteres *Comitem rerum privatarum* vocabant, pluribus ostendimus.

EPIURUS, Clavus ligneus, γόμφος, ἐπίουρος, in Gl. Gr. Lat. Occurrit apud Palladium lib. 11. tit. 8. et S. August. de Civitat. Dei lib. 15. cap. 27. Vide *Epigri.*

* **EPLEMA**, *Lo impiastro*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

¶ **EPLITOGIUM.** Vide in *Epitogium.*

EPLOCEUS. Vetus Interpres Juvenalis Sat. 6. v. 571 : *Membrana Mathematicorum, ut octus diurnos, quæ assidua tractatione colorem suum mutavit, et Eplocea facta est, colorem fecit, ut succinum.* Leg. forte *Glaucea.*

¶ **EPOCHA**, Mensura temporum seu Terminus fixus a quo numerantur anni; Epocha Christianorum est Nativitas Christi Domini, ex quo Dionysius cognomento Exiguus eam, quæ *Diocletiana* dicebatur, abrogavit. Tot fere fuerunt *Epochæ*, quot populi : sed de iis consulendi Chronologistæ. Vocis etymon ἐποχή, Inhibitio, retentio, sicque dicitur, quod *Epochis*, tempora sistantur et terminantur. Vide *Æra* et *Annus.*

¶ **EPOMIS**, ἐπωμίς, Superhumerale. Vide locum in *Circumpedes.* Sussannæus in Vocabulario : *Epomis apud Erasmum significat capitium magisterii, notat etiam cervicem.*

¶ **EPONDENALE**, f. pro *Expositionale.* Vide in *Spondalis.*

¶ **EPOPTA**, ἐπόπτης, Inspector, inspectator. Utitur Tertull. initio libri contra Valentinianos, ubi totam mysteriorum Atticorum scenam et apparatum explicans ait : *Diutius initiant, linguam consignant, cum Epoptas ante quinquennium instituunt, ut opinionem suspendio cognitionis ædificent, etc.* ubi *Epoptæ* iidem sunt qui *Mystæ* sacra discentes mysteriisque majoribus necdum initiati; aliis tamen Scriptoribus ἐπόπται juxta vim vocis Inspectores erant arcanorum et ad ipsa sacra interiora majoraque mysteria admittebantur. Vide Scaligerum ad lib. 3. Tibulli et lib. 5. de Emendat. temp. et Casaubonum ad Athenæum.

EPOREDICA. Plinius lib. 3. cap. 17 : *Oppidum Eporedia, Sibyllinis libris a populo Romano condi cœptum. Eporedicas Galli bonos equorum domitores vocant.* Merula sic dictos putat, quasi *Opperiiders*, Belgice, i. *primos equestris militiæ, magistros equitum*, vel *equisones eximiores.* Alii alia censent. Id constat ejusdem originis haberi debere nomen appellativum Gallici Ducis, *Eporedigis* dicti Cæsari lib. 7.

¶ **EPPENDIS.** Vide *Epidecen.*

¶ **EPROPINARE Cervesiam**, Bibere vel eam singulatim divendere. Mirac. B. Stanislai Can. Regul. Maii tom. 1. pag. 782 : *Heduiginis Bycliangyna de Casimiria commisit tempore æstatis cervesiam braxare, et cum adhuc esset in braxatorio, destructa est a tempestate aeris in tantum, quod omnino alba et fœtida effecta est. Cum votum fecit ad sepulcrum pii P. Stanislai, et statim meliorata est, in tantum quod eam totam Epropinaret.*

EPTATICUS. [Septem priores libri veteris Testamenti, vulgo *Heptateuque.* Legitur in Anecdotis Martenianis tom. 5. col. 107.] Vide *Heptaticus.*

¶ **EPTEUS**, Septimanus, ab ἑπτά, Septem. Vide *Typica febris* in *Typus.*

¶ **EPUDORATUS**, Epudoris, *Sens vergogne, neant honteux.* Gl. Lat. Gall. Sangerman. Sine pudore.

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Epudoratus, Epudorius, sans honte, afronté.* Vide *Expudoratus.*

* **EPULÆ**, Cibaria. Lit. remiss. ann. 1359. in Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 120 : *Cum dictus Stephanus in stallo... existeret.., ad vendendum publice cibaria et Epulas assatas et decoctas. Idem Guillelmus injurias dicendo tam de persona quam de Epulis etc.*

* **EPULARE**, pro Epulari, in Vita S. Maximi tom. 1. Jan. pag. 92. col. 1.

EPULATITIUS, *Qui epulis dat operam.* Glossarium Isidori.

EPULICENIUM, *Vas in quo epulæ ad cœnam feruntur*, Ugutioni.

¶ **EPULONIUS**, Epulis deditus. Scriban. de Passione Christi cap. 18 : *Magis diligere breves Epulonios dies, quam breves jejunos Lazuri.*

¶ **EPULUM.** Chartular. Vindocin. Ch. 374. ann. 1079 : *Venditoribus inter censum et suæ consuetudinis Epulum* XVIII. *den. reddendi sunt omni anno ad diem festum Palmarum.*

¶ **EBYBATA.** Vide *Epibata.*

* **EPYCEPHIUM**, Capitis tegmen. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Epycephium, couverture de chief.*

* **EPYFORA.** Vide supra *Epifora.*

* **EPYLEUTICUS**, Epilepticus. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 300 : *Qui ex morbo caduco seu Epyleutica passione frequenter affligitur.*

¶ **EPYMENIA**, *Xenia quæ dantur per singulos menses.* Glossar. Sangerman. num. 501. Lege *Epimenia*, et vide *Epimenium.*

¶ **EPYPHÆA**, *Lippitudo oculorum.* Idem Gloss. Legendum *Epiphea* ab ἐπί et φάος vel φῶς, Oculus.

* **EPYPHIUM**, pro Ephippium. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Epyphia dicuntur ab epi, quod est supra; et phanos, quod est apparere, scilicet illud quod apparet in loco equi, Gallice Parade.* Vide *Epiphia.*

¶ **EPYPPIA**, *Maccor equorum.* Idem Glossar. Leg. *Ephippia, Macor*, ab ἐπί et ἵππος, Equus.

* **EPYROGUS**, *Fumiere*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

* **EPYSIUM**, *Colier*, in eod. Glossar.

* **EPYTHALAMUM**, *Garderobe, vel bal, que l'en chante à coucher la bru*, ibidem.

¶ **EPYTHOGIUM.** Vide *Epitogium.*

* **EQUALIA**, Equa, Gall. *Cavalle*, alias *Eque.* Inquisit. MS. ann. 1448 : *Per eum calcavit ipse loquens in ipso castro* (de Grauleriis) *blada cum suis Equaliis, et audivit fieri præconisationes ipsius nobilis Francisci de non calcando in eodem castro suo seu ejus territorio, nisi cum Equaliis per eundem nobilem Franciscum ordinatas seu ordinandas.* Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 139 : *Le suppliant habitant de Tarbe en Digorre loua les jumens ou Eques de Raymond de Fort de Bearn pour piquer ou batre son mil ou blé; lesquelles jumens ou Eques etc.* Pluries ibi. Vide supra *Equa.*

* **EQUALIS**, *Chorus* vel *chaurus*, χωρός. Salmas. ad Plin. pag. 1258. 6260. ex Castigat. ad utrumque Glossar.

* **EQUANTIA**, Æquatio. Terrear. Bellijoc. : *Debita Equantia prius inter.... confitentes.... facta, etc.* Vide supra *Egalare.*

EQUARE. Vetus Scholiastes Juvenalis Sat. 2. v. 144 : *Gracchi filius habitu gladiatoris plerumque ad infamiam Equabat, retiarius enim fuit*, f. pro *Equa* vehebatur, vel leg. *Equitabat.*

* **EQUARIA**, Equorum grex, Gall. *Haras.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Equaria, Prov. armentum equorum et aliorum jumentorum. Polia, idem.* Charta pro monast. de Fontan. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 371 : *Si constitueret in eadem silva vaccarias, aut Equarias, vel porcarias, seu caprareas, sive ovilia, dederunt similiter omnes decimas fœtuum et aliorum redditiuum.* Vide *Equaritia.*

EQUARITIA, Equorum grex, *Equaria* Varroni lib. 2. de Re rust. *Equile, Equitium*, Tacito, et aliis. Joannes de Janua :

Digitized by Google

Equaritia, est armentum equorum, vel vaccarum. Perperam ibi *Equiritia.* Descriptio Monasterii S. Galli apud Canisium tom. 5. Antiq. lect. pag. 781 : *Domus Equaritiæ :*

Hic fœtas servabis equas, tenerosque caballos.

Cæsarius Heisterbach. lib. 7. cap. 39 : *Venientibus eis in quemdam saltum, poledrus Equaritiam, id est, gregem equarum de longe pascere conspexit.* Lib. 11. cap. 17 : *Habebat Conventus dextrarium pulcherrimum, quem Equaritiæ suæ propter fœtum nobilem deputaverat.* [** Tradit. Sangall. ann. 849. in Neugart. Cod. Diplom. Alem. num. 324 : *Dimidietatem Equaritiæ meæ et totam vaccaritiam meam.* Adde chart. Henric. I. Imperat. ann. 929. ap. Erath. Cod. Diplom. Quedlinb. n. 6. pag. 6.]

EQUARIUS Gloss. Lat. Gr. : ἱπποφορβός, *Equarius, equipastor.* Jo. de Janua : *Equarius, custos equorum.* Ita in Gloss. Lat. Gall.

* Et equarum custos. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. *de Mazangues : Et quod Equarii et vacquerii Arelatis custodiebant equas et vaccas.* Vide supra *Equezerius.*

* **EQUATISSA**, *La femina a cavallo.* Glossar. Lat. Ital. MS. Vide supra *Equalia.*

1. **EQUES**, Equus, aut equa. Gesta Regum Francor. cap. 24 : *Ascensisque Equitibus abscessit.* Eckeardus Junior. de Casibus S. Galli cap. 1 : *Sternatur utique, ait, ambulatrix mea... ascendensque Equitem illam velocissimam.....circa Nonam aderat Cœnobio.* Cap. 10 : *Equite ascenso S. Gallum noctu invadens claustrum clandestinus introiit.* Adde Vitam S. Aicadri Abbat. Gemetic. cap. 11. Vitam S. Hunegundis Virg. cap. 13. Chronicon Fredegarii cap. 90. [** Walthar. vers. 216. 602. 1227. 1443.] etc. Ita *Equitem* usurparunt Gellius, Marcellus, Macrobius, Servius, etc.

* 2. **EQUES**, Titulus honorarius militi inferior, ut observat Murator. ex vett. Inscript. tom. 16 Script. Ital. col. 214. Inscript. ann. 1234 : *Dominus Remundus de Annibaldis Eques Romanus et Senensium potestas fecit fieri hoc opus etc.* Alia ann. 1300 :

Ursus qui legitur, de Floris campo vocatus,
Matthæi filius Equitis de fonte renatus.

Rursum alia ann. 1394 : *Johannes Acutus Eques Britannicus, dux ætatis suæ cautissimus et rei militaris peritissimus habitus est.* Consule ibi Murator. et Dissert. 6. P. Honor. de S. Maria pag. 106. et 107.

¶ **Equites Christi**, Monachi Christianæ militiæ peculiariter addicti. Grandamoldis Matrona sic alloquitur viatores in suo Epitaphio, tom. 4. Annal. Bened. pag. 552 :

Quinque mihi nati fuerant, Equites duo Christi,
Ordine dissimili tres Equites alii.

Equites, ita dicti nescio qui viri obnoxiæ conditionis, in Charta Philippi I. Regis Fr. ann. 1050. pro Ecclesia S. Audoeni Rotomag. tom. 13. Spicil. Acher. pag. 287 : *Et beneficium totum quod Gueslinus Clericus tenet a supradicto Roberto de Barnavilla, et 40. aeras de terra, et 2. rusticos, et decimam de equabus suis, et duos Equites, scilicet Goscelinum et Osbertum, etc.* Vide *Caballaria*, [** et Guerard in Prolegom. ad Chartul. S. Petri Carnotens. § 25. Adelungio iidem videntur, qui in Saxonia *Pferdner, Pferdebauern* dicuntur, Rustici equis in structi.]

* **Eques**, pro Viro obnoxiæ conditionis, in Charta ann. circ. 1082. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 73 : *Ego Bernardus filius Ospaci trado cœnobio beati Stephani.... prata quæ habeo ad Balpalmas et unum Equitem cum terra sua, qui eadem prata custodit.* Vide in *Eques* 1.

* 3. **EQUES**, Monetæ species, eadem quæ *Scutum* appellabatur. Comput. MS. fabr. S. Pet. Insul. ann. 1460 : *Dom. Guillelmo Morel pro scriptura trium codicum de officio dedicationis, pro quolibet codice unum Equitem.* (*Tunc temporis l'escu valoit* 49. *solz.*)

* 4. **EQUES**, Urceus aquarius, Gall. *Aiguiere* vel *Eguiere*; forte etiam quod equitis formam referret, sic dictus. Testam. Brunon. archiep. Colon. ann. circ. 965. in Suppl. ad Miræum pag. 295. col. 1 : *Cuppam auream, sigillum, ... Equitem argenteum a Maguntiaco archiepiscopo datum.... trado.*

* 5. **EQUES**, indeclin. usurpatur in Lit. Joan. reg. Franc. tom. 3. Ordinat. pag. 77. ann. 1356 : *Barragium possint a transeuntibus per locum prædictum exigere et levare, videlicet a quolibet Eques transeuntium per locum eumdem unum denarium Turn.* Comput. ann. 1399. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 154. col. 1 : *De exitis diversimode Eques per dominos consules etc.*

EQUESTER, Papiæ dicitur *ille qui certaminibus medius intervenit, per quem utraque pars rectam fidem sectatur, et tunc videtur dici ab æquus.* Sequester. Gl. MS. Ecclesiæ Parisiensis : *Eques et Equester unum est.* Aliud porro sonat apud Guillelmum Bibliot. in Adriano II. PP pag. 222 : *Cum die quadam a.... PP. Sergio consuetudinaliter denariis 40. perceptis domus suæ portas revertens ingredi vellet, ac præ multitudine peregrinorum, quæ ibi fiducialiter more solito, velut ad horreum commune confluxerat, omnino nequiret : misericordia motus, Equestri suo retulit, nil sine tantis fratribus in tantillis denariis sibi esse commune.* Intra : *In qua redundatione cum miraretur Equester non solum defecisse denarios, etc.* An *Equistrator?* Ita videtur innuere Petrus de Alectis Episcopus Senogalliensis in Itiner. Gregorii XI. PP. : *Equestres, seu habenarum Præsulis directores, erant manipulis induti panno simili.* [Vide *Equinus.*]

¶ **EQUEVALENTER**, Gall. *Equivalament*, Pari seu tanto valore. Legitur in Instrumento ann. 1271. e Chartulario Fiscamnensi

EQUIALE, Equile. Glossar. Saxonicum Ælfrici : *Equiale*, hors-ern, i. equorum locus : sic paulo ante *Bovidle*, pro *Bovile.*

EQUICINIUM, Officina ubi equi ferrantur. Wichbild Magdeburgense art. 125 : *Nullus faber construere potest in platea angarium, seu Equicinium, hoc est officinam ubi equi sufferrantur,... sine civium consensu.*

¶ **EQUICIUM**, συνιππία, ἀγὼν ἵππων, *Grex equorum.* Supplem. Antiquarii. Vide *Equitium.*

¶ **EQUIES**, ἔξοδιον, *Exitus.* Supplem. idem. [* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. MSS. *Exequies.* f. *Exequiæ.*]

EQUIFER, Equiferus, in Glossario Lat. Gall. *Maucheval*, id est, malus equus : ἵππος ἄγριος. Aristoteli. Gloss. Saxon. Ælfrici : *Equifer*, vilde cynnes hors, i. indomitus equus. Glossarium MS. Ecclesiæ Parisiensis, de Equis : *Sunt autem hi de agresti ordine orti, quos Equiferos dicimus. Equiferi*, apud Capitolinum in Gordianis, et in Gordiano III. *Agrestis caballus*, in Epist. 1. Gregorii III. PP. ad Bonifacium Moguntin. *Equus silvaticus*, in Epist. 13. Zachariæ PP. ad eumdem Bonifacium. Vide Notas nostras ad libr. 2. Cinnami.

EQUILIBRATOR [Regis, Idem, ut videtur, qui alias *Magister Regis*, hodie *Gouverneur du Roi.*] Vide *Æquilibrator.*

EQUILOCUS, seu Æquilocus, Par. Simeon Dunelmensis de Gestis Angl. ann. 882 : *Elfred Rex Saxonum audacissimus, Ducum navali prælio suffultus, contra paganicas naves in mari congressus est. Ex quibus ipse Equilocus duas potenti virtute naves exuperavit, occisis omnibus qui in eis erant.*

¶ **EQUIMULGA**, Qui mulget equas, apud Sidonium lib. 4. Epist. 1.

¶ **EQUINOCEPHALUS**, Vox ibrida, ab *Equo* et κεφαλή, Caput. Gervas. Tilber. de Otiis Imp. cap. 73 : *Equinocephali jubas equorum habentes, validissimi immensis dentibus, flammam spirantes, etc.*

¶ **EQUINUM**, Equestris palæstra, Equestre curriculum. Electio Potestatis Hortæ ann. 1359. apud Ill. Fontaninum ad calcem Antiq. ejusdem urbis pag. 417 : *Et tenetur die lunæ ante carnisprivium ponere in Equinum dictæ civitatis, veluti consuetum est, unum anulum de argento, valoris medii floreni, ad quod currere possint cives Ortani.*

¶ **EQUINUS**, ἱππικὸς ἄνθρωπος, *Equester, Eques*, in Supplem. Antiquarii.

* **EQUIRIA**, *Cursus equi, Prov. Cors.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide infra *Equitatio* 3.

¶ **EQUIRITIA**. Vide *Equaritia.*

1. **EQUISTATIUM**, *Stabulum ubi equi stant.* Johannes de Janua.

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Equistatium, estable à chevaux.*

* 2. **EQUISTATIUM**, Officina, ubi equi ferrantur. Lit. remiss. ann. 1368. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 519 : *Qui marescallus dictum equum posuit in Equistatio, Gallice travail, et ipsum, prout sibi visum fuit, ex pedibus ibidem alligavit.*

¶ **EQUISTRACIUM**, *Estable à chevaulx*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS.

EQUISTRATOR, qui nude *Strator* cæteris Scriptoribus, nostris *Escuier*, ἀναξολεύς, de quo Manilius lib. 5.

Aut onerabit equos armis, aut ducet in arma.

i. herum armatum in equum imponet, uti vult Scaliger. Auctor Vitæ S. Cypriani : *Venerunt ad eum Principes duo, unus Strator officii Galerii Maximi Proconsulis, qui Aspasio successerat, et alius Equistrator a custodiis ejusdem officii, etc.*

* **EQUITA**, Equitis ordo, dignitas. Charta Alph reg. Castel tom. 6 Jul. Act. SS. pag. 56. col. 2 : *Quisquis ex illis* (Mozarabibus) *Equitam voluerit in quibusdam*

Digitized by Google

temporibus, equitet, et intret in mores militum. Ubi *Equitare* est inter Equites seu milites adscribi. Vide infra *Equitatura* 4.

¶ **EQUITANTIA**, ut *Equitatura*. Brevis Hist. Cartusiensis, apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 155 : *Eo tempore magis paupertatis et humilitatis ardore succensus dictus Episcopus, volnit Equitantias suas vendere omnes, et diviso pauperibus pretio propriis pedibus in prædicatione discurrere.*

¶ **EQUITARE SUPER BESTIAS.** Vide *Diana.*

* **EQUITARE BANNITOS**, Perquirere, provinciam percurrendo, utrum *bannum* suum servent. Charta Phil. Comit. Fland. pro libert. *franci* et castel. Brug. ex Cam. Comput. Insul. : *Castellanus Equitabit bannitos, si vocaverit, sin autem officiales comitis et castellani Equitabunt, et hoc semel in anno, et si scabinis visum est, bis; et si adhuc opus est, ter. Ubicumque inceperint, totum perequitabunt; nisi sinuam* (f. soniam) *aut præ comite aut præ ægritudine monstraverint... Finita omni equitatione sua, comes habere poterit veritatem suam.* Vide alia notione supra in *Equita.*

1. **EQUITATIO**, [Exercitus vel necessitas eundi in exercitum.] Vide *Hostis*, [** et chart. ann. 1225. in *Albanus*, mox *Equitatura*, 2. et *Equitatus*, 1.]

¶ 2. **EQUITATIO**, Idem quod mox *Equitatura.* Jura Pontis Avenion. inter Acta SS. April. tom. 2. pag. 261 : *Ut de singulis Equitationibus* 11. *denarios, de asino* 1. *denarium . . . habeant.*

* 3. **EQUITATIO**, Equorum cursus. Ordinat. ann. 1296. in Reg. *Olim* parlam. Paris. : *Item quod durante guerra regis tornearnenta, jostæ vel Equitationes non fiant.*

¶ **EQUITATOR**, Cui cura est equorum. Litteræ Johannis Franc. Regis ann. 1360. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 479 : *Concedimus eisdem (Judæis) quod nulli magistrorum hospiciorum nostrorum, municionum nostrarum, Equitatores, captores, forrerii, aut alii officiari nostri, etc.*

* Nostris olim *Chevaucheur*, officium in stabulo regio. Lit. remiss. ann. 1360. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 678 : *Ad requestam Girardi de Longo campo Equitatoris nostri ad Avinionem litteras tunc ex parte nostra deferentis, etc.* Vide supra *Caballerius* in *Caballus.*

1. **EQUITATURA**, Equus seu animal quo quis vehitur; vulgo *Chevauchure, monture.* Pandulfus in Vita Gelasii PP. : *Abbas Uticensis adveniens . . . 30. ei Equitaturas præparavit.* Dynamius Patricius in Vita B. Martii Abbatis Bodanensis cap. 2 : *In urbe Lugdunensi vice alia suas Equitaturas recuperavit.* Chronicon Reichersperge use pag. 275 : *Exercitus et Equitaturæ nostræ ad nimiam erant devolatæ inediam.* Et pag. 282 : *Castrametati sunt juxta quamdam magnam aquam, ubi Equitaturæ nostræ bene gramine refectæ fuerunt.* Petrus Abaelardus in Hist. de Calamit. suis cap. 15 : *Dic quadam de nostra lapsum Equitatura, manus Domini vehementer collisit.* Adde S. Bernardum de Vita et morib. Relig. cap. 7. initio, et Epist. 276. Lucam Tudens. æra 1109. Concil. Parisiense ann. 1212. part. 3. can. 12. Guigonem in Vita S. Hugonis Episcopi Gratianopolitani n. 12. eumdem in Statut Ordin. Cartusiensis cap. 19. Rodericum Tolet. lib. 8. de Reb. Hisp. cap. 13. Hugonem Monachum Epist. ad Pontium Abbat. Cluniac. Petrum Vener. in Statutis Ordinis Cluniac. cap. 40. Joan. Sarisber. Epist. 182. 285. 286. Golfridum Vindoc. lib. 3. Epist. 16. Constitut. Sicul. lib. 3. tit. 38. § 4. Innoc. III. PP. lib. 1. Epist. 14. lib. 15. Epist. 4. Gesta ejusdem PP. pag. 116. 133. Willelmum Neubrig. lib. 3. cap. 23. Stephanum Tornac. Epist. 224. Edit. Molineti, Petrum de Vineis lib. 5. Epist. 49. 70. Matth. Westmonast. pag. 217. Will. Malmesbur. pag. 221. Concilium Ravennense ann. 1317. cap. 11. Miracula S. Eutropii Episc. Santon. num. 29. etc. Est etiam

2. **EQUITATURA**, Idem quod *Chevalcheia*, Exercitus. Speculum Saxon. lib. 2. art. 11 : *Reus etiam ab ostagio seu Equitatura tunc liberatur.* [Jacob. Episcop. Accon. Epist. ad Honorium III. Papam, de Gestis in Terra S. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 287 : *Sed sciatis quod plures ex nostris in eadem amissi sunt Equitatura, quam capti ab alienis.* Litteræ Johannis Franc. Regis ann. 1360 apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. pag. 478 : *Ipsos ab omnibus impositionibus, subsidiis, maletoltis, gabellis et subventionibus, exercitu, Equitaturis, villarum et fortaliciorum custodiis . . . . quittos ramanere volumus.* Vide *Hostis.*]

* 3. **EQUITATURA**, Equus clitellarius, jumentum sarcinale. Inventar. MS. ann. 1366 : *Item servire Romanæ ecclesiæ infra Italiam de centum equitibus decenter armatis cum uno equo ad arma, et duabus Equitaturis ad minus per quemlibet et v. c. peditibus.* Vide *Sagmarius* in *Sagma.*

* 4. **EQUITATURA**, Equestris dignitas. Acta S. Franc. de Paula tom. 1. Apr. pag. 156. col. 1 : *Postmodum ad conventum fratrum Minimorum prope Turones accessit* (Gregorius de Vico) *et spretis ac relictis mundo, Equitatura et omnibus quæ habebat, habitum dicti ordinis ibidem suscepit.* Vide supra *Equita.*

* 1. **EQUITATUS**, Exercitus, servitium militare. Charta Nic. abb. S. Joan. Laudun. ann. 1196. ex Tabul. ejusd. monast. : *Homines ipsius pacis talem nobis Equitatum persolvent, quod in die proprio negotio ecclesiæ nostræ propriis sumptibus cum armis venient, ita quod ad villas suas die secunda redire poterunt.* Vide in *Hostis.*

* 2. **EQUITATUS**, adject. Equo instructus. Mandat. senesc. Bellicad. ann. 1489 : inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 50. col. 1 : *Adeo quod ipsi.... subjecti ad ipsum bannum et retrobannum, essent prompti et parati ad arma, Equitati et armati decenti modo, prout tenentur.*

EQUITIARIUS, Qui *Equitiorum* curam gerit, Armenti custos. Gloss. S. Bened. cap. de Agricultura : *Equitiarius*, ἱπποκόμος. Firmicus refert *Equitiarium* futurum, qui natus fuit oriente Centauro, lib. 3. cap. 13. Est autem

EQUITIUM, Equorum armentum, apud Ulpianum : συνωρίς, seu ἀγέλη ἵππων in Gloss. Gr. Lat. Vide Scaligeram ad lib. 5. Manilii, et Leges Forestarum Scoticarum cap. 8. § 1.

* **EQUITIBIALE**, *Gall. Jambes.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

* **EQUITINA**, Equitum turma, Gall. *Compagnie de cavalerie.* Charta ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem pag. 183. col. 2 : *Obtulerunt illi missi pro universitate Nemausensi liberaliter et graciose.... de quinque milibus numorum de clavis equitum de facto bene minutorum duarum Equitinarum, et de mille servientibus armatis equitibus.*

¶ **EQUITIO**, Equus quo quis vehitur. Sebast. Fanton. tom. 2. Hist. Avenion. pag. 83. in Charta Consulum Avenion. ann. 1195 : *Concessimus ut de singulis Equitionibus duos denar. de asino unum den de carrello quatuor den. de singulis peditibus singulos obolos, etc.* Supra legitur *Equitatio.* Vide *Equitatura* 1.

* **EQUITISSA**, *Chevaucheresse*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide supra *Equitator.*

* **EQUITIUM**, f. Equorum stabulum, vel grex. Vide supra *Equaria.* Charta ann. 1200. apud Berner. inter Probat. Hist. Bles. pag. 4 : *Adelicia Blesensis comitissa ibidem Equitia fecit.* Vide alia notione in *Equitiarius* [** Eadem omnino notione. *Custodes Equicii Regis*, memorantur in Abbr. Rotul. tom. 1. pag. 234. b. Suht. rot. 10. et pag. 273. b. Essex. rot. 12. et tom. 2. pag. 53. b. 71. b. 97. b. etc. *Equi, jumenta et Equitia*, pag. 257. b. Ebor. rot. 5. *Custodia equorum, jumentorum, pullanorum et Equicii*, ibid. pag. 211. b. Ebor. rot. 23. *Equos, equas, et pullanos de Equitio Dom. Reg.* Oxon. rot. 11. pag. 131.]

* **EQUITRACTIO**, Supplicii genus, cum quis ad caudam equi alligatus per urbem trahitur. Chron. Claustro-Neoburg. ad ann. 1227. apud Pez. tom. 1. Script rer. Austr. col. 481 : *Alium equo ad caudam ligatum et confuse per civitatem tractum rotatur* (l. rotavit).... *quorum unus.... civis Winnensis Equitractionem et postea rotationem pertulit.*

* **EQUITURA**, Equus vel animal, quo quis vehitur. Gualter. Hemingford. de Gest Eduardi I reg. Angl. ad ann. 1300. pag. 189 : *Habebat enim secum episcopum jubileum, qui ab ejus episcopatu per Sarasenos expulsus morabatur cum eo, cum Equituris sex.* Vide *Equitatura* 1.

¶ **EQUONOMUS**, Papiæ, *Ministerialis, vel qui modo Advocatus dicitur.* Leg. *Oeconomus.*

EQUORABILITER, [Navigio, Navigando.] Vide *Æquorare.*

¶ **EQUOTUS**, *Privatus.* Gloss. Isid. Excerpta Pith. *Privatus vita.* Grævius putat legendum *Evitatus*, quod est *Vita privatus* Papiæ. Vide *Evitatus.*

EQUULEUS, Patibulum, furca cui decollatorum Martyrum cadavera affigebant. S. Eulogius lib. 3. Memorial. SS. cap. 8. de Martyre decollata : *Nec mora consternatis corruens membris, Equuleo deorsum versa suspenditur* Cap. 10 : *Nec mora ut erat Uncis indutum cadaver sporta immissum alveo projici Principes mandaverunt, nec sicut cætera occisorum cadavera, aut pro foribus neglexerunt, aut Equuleo sus-*

Digitized by Google

penderunt. Cap. 17 : *Confestim exanime corpus cujusdam homicidæ patibulo.... capite deorsum suspendi præcepit.* Ita passim lib. 1.

EQUUS. Equi Albi, ut olim triumphantium fuere, quod docent Demsterus lib. 10. Antiquit. Romanarum, et alii Criticorum filii; ita et Principum in solennibus in urbes ingressibus. Sugerius in Ludovico VI. pag. 318. de Innocentio PP. : *Albo et palliato Equo insidentem educunt.* Adde pag. 290. Acta Alexandri III. ann. 1177. de ejus ingressu in urbem Jadertinam : *Itaque præparato sibi de Romano more Albo Caballo, processionaliter duxerunt eum per mediam civitatem, etc.* Continuator Nangii de Ingressu Caroli IV. Imp. in urbem Lutetiam : *Et fut mis sur un Cheval sur le destrier que le Roy lui avoit envoié à S. Denys, lequel estoit morel : et semblablement monta le Roy des Romains sur celui que le Roy lui avoit envoïé, lequel estoit pareillement morel. Et apensement le Roi de France les leur donna de celui poil, qui est plus loin et opposite du blanc, pource qu'és coustumes de l'Empire, les Empereurs ont accoustumé entrer és bonnes villes de leur Empire, et qui sont de leur Seigneurie, sur un Cheval Blanc : si ne vouloit pas le Roy que en son Royaume le feit ainsi, afin qu'il ne peust estre noté aucun signe de domination : et ce temps partit le Roy de son Palais, monté sur un grand Palefroi Blanc, richement ensellé tout tout aux armes de France, etc.* Vide Hadrianum Valesium ad Berengeri Imper. Panegyricum pag. 205. Joannes VIII. PP. pro Ecclesia et Episcopo Ticinensi : *Sancimus etiam Apostolica auctoritate, tuisque successoribus Crucem habere, et quocunque volueris ferre. Pallium quoque similiter concedimus, nec non Album Equum coopertum equitare in Ramis palmarum, et secunda feria post Pascha.* Bulla alia Honorii III. ann. 1217. pro eodem Episcopo : *Fraternitati siquidem tuæ inter sacra Missarum solennia pallio uti, et tam tibi quam successoribus tuis in processione Palmarum, et feriæ secundæ post Pascha, Equum Album udone coopertum equitare, nec non et Crucem inter ambulandum præferre concedimus.* Adde Leonem Grammatic. pag. 470. Scylitzen. pag. 682. Edit. Reg. Innocent. III. lib. 1. Epist. pag. 36. Edit. Venet. Jacob. Cardinalem lib. 1. de Coronat. Bonifacii VIII. cap. 9. [** Vide Grimmii Antiquitat. Jur. Germ. pag. 255. sqq.]

* Equus, nude, pro Equo majore et cataphracto, quo utebantur potissimum in bellis et prœliis. Libert. Dalphin. ann. 1349. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 39. art. 2 : *Si ex quo barones, nobiles, vel alii mandati pro dictis cavalgatis, recesserint de eorum domibus,... amiserint Equum, rossinum vel sommerium quemcumque, ipse dom. delphinus et successores ejusdem teneantur et debeant dictum Equum, rossinum seu sommerium emendare.* Interdum

* Equus Ad Arma dictus; *Chevaulx d'armes*, in Libert. Villæ-novæ Ruthen. ann. 1368. tom. 5. earumd. Ordinat. pag. 396. art. 7. Inquisit. ann. 1270. in Access. ad Hist. Cassin. monast. part. 1. pag. 318. col. 2 : *Si contingat infra dictos quindecim dies dictum Equum ad Arma mori, periculum et casus ipsius equi erit dictæ universitatis. Equus conveniens armis*, in Ch. ann. 1116. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 58. *Equi de armis*, in alia ann. 1281. ibid. col. 79. [** *Equus Armiger*, in alia ann. 1252. ibid. tom. 2. col. 485.]

* Equus Ambulatorius, Tolutarius, Gall. *Qui va l'amble.* Charta ann. 1097. ex Tabul. S. Pet. Carnot. : *Accepto a nobis quodam ambulatorio Equo centum solidos appretiato, etc.* Dipl. Caroli III. imper. ann. 880. tom. 5. Corp. diplom. : *Duo equi, unus currens, alter Ambulans, etc.*

Equi Appretiati, dicebantur Equi militares vassallorum qui ad Regum aut Principum *submonitiones* in castra proficiscebantur. Eorum enim, priusquam ad bella aut prælia sese accingerent, equi æstimabantur, ut si in bellis ac prœliis interfici, perire, vel mori contingeret, eorum pretium dominis a Rege aut Principe restitueretur, seu, ut tum loquebantur, *restauraretur.* Vetus Charta apud Seldenum de Titulis honorariis 2. part. cap. 5. § 39 : *Domino Joanni de Segrave Bannereto pro vadiis suis, Domini Jo. de S. Joanne Bannereti, 11. Militum et 41. Scutiferorum suorum, a 1. die Octob. quo die Equi sui fuerunt Appretiati, usque ad tertium diem ejusdem mensis, utroque computato per tres dies, cuilibet Bannereto 4. solidos, cuilibet Militi 2. solidos, et cuilibet Scutiferorum suorum per diem 12. denar.* Duplici porro pretio æstimabantur ejusmodi equi militares, majori ac minori : ita ut Scutiferis, qui equis majoris pretii veherentur, majus daretur stipendium, minus qui minoris. Ut plurimum vero majus equorum pretium 25. librarum erat, licet pluris valerent. Hæc universim discere est ex Computis *Thesaurariorum guerrarum Regis*, asservatis in Camera Computorum Paris. ex quibus ad hæc firmanda sequentia descripsimus. Ex Computo Bartholomæi *du Drach*, ann. 1338 : *Despense : Pour Chevalier Banneret 20. s. tourn. par jour, pour Chevalier Bachelier 10. s. pour Escuier monté au pris 6. s. 6. den. pour Escuier monté au moins de pris 5. s. pour Gentilhomme à pié 2. s. tourn. pour Sergent à pié 12. den. et pour Arbalestrier 15. den. tourn.* Computum Joan. *du Cange* ann. 1340 : *On compte par jour aus Chevaliers à Banniere 30. s. t. aus Chevaliers Bacheliers 15. s. t. à Escuier monté sur cheval de 25. livres et au dessus, 7. s. 6. d. à Escuier monté sur cheval du pris dessous 25. livres, 5. s. t. et à chascun Sergent de pié 2. s. t.* Denique Computum ejusdem Barthol. *du Drach* ann. 1350 : *L'en a compté par jour pour Chevalier Banneret 30. s. t. pour Chevalier Bachelier 15. s. t. pour Escuier monté au pris, 7. s. 6. d. t. pour Escuier monté à non pris 5. s. t. pour Archer à cheval, 4. s. t pour Archer et Arbalestrier à pié 3. s. t. pour Sergent à cheval 2. s. t. et pour homme d'armes à pié 4. s. t.* Et mox : *Compte fait aux gensdarmes. Monseig. Gui de Neelle, Sire de Mello, Mareschall de France, Capitaine dessus nommé, pour les gaiges de lui Banneret, 1. Chevalier Bachelier et 26. Escuiers montez au pris, etc.* Ex prædictis igitur colligitur bifariam censitos equos militares, eosque qui majoris censebantur pretii, *Cheveaux de prix*, appellatos : quæ etiamnum loquendi ratio obtinet. Le Roman *de Roncevaux* MS. :

Et sui monté el bon Cheval de pris.

Le Roman *de Gaydon* MS. :

Un Chevalier sor un Destrier de pris.

Le Roman *de Garin* MS. :

En Destre meinent les Auferrans de pris.

Infra :

Girbert se sist sor le Cheval de pris.

Le Roman *de Girard de Vienne* MS. :

S'or me donnez ce bon Destrer de pris.

[Vide *Emendare equum.*]

¶ Equus Arabicus. Le Roman *d'Athis* MS. :

Chevaulx d'Espaigne et Arabis.

[** Vide *Farius* et Glossar. med. Græcit. in Φάραξ, col. 1665.]

Equus Armatus, Præstationis species. Charta ann. 1306. in 9. Regesto Philippi Pulcri Ch. 14. ex Tabul. Regio : *Exceptis 30. solidis censualibus, quos Faciunt Domino Regi quidam nobiles dicti loci pro Equo armato, etc.*

* Equus Bradus, pro *Badius*, ni fallor, Color equi. Vide supra *Bradus.*

Equi Canonici Militares, Qui ex canone seu in canonem ad militares usus præstabantur, in leg. 3. Cod. Th. de Equorum conlat. (11, 17.) Adde tit. Qui a conlatione tironum vel equor. excus. tit. de Stratoribus, tit. de Oblat. equor. eodem Cod. et Just. Vide præterea quæ ex Frotharii Tullensi Epist. 21. de equis adnotamus, qui in canonem, seu in *donum* Regibus nostris ab omnibus dari solebant, in Dissert. 4. ad Joinvillam pag. 154. 155. quibus adde S. Basilium Epist. 423. Capitulare 3. Caroli M. ann. 803. in Addit. cap. 2. Capit. 5. ejusdem ann. cap. 20. et Constantin. de Adm. Imp. cap. 50. 51.

¶ Equus Capitosus. Vide *Equus indomitus.*

Equi Cataphracti, Cooperti. Vide infra *Equus vestitus.*

** Equus Crucitans vel Cructans. Chart. ann. 1335. ap. Guden. in Cod. Diplom. tom. 2. pag. 1065 : *Dextrarium meum cum Equo meo Crucitante.* An Tolutarius? Vide *Cructans.*

Equi Curatoricii, in leg 29. Cod. Th. de Annona et tribut. (11, 1.) *qui curatoricio nomine flagitantur*, in leg. 2. eodem Cod. de Equor. conlat. (11, 17.) ii forte quibus *Curatores* in provinciis ad peragenda negotia utebantur, quique iis a provincialibus subministrabantur. Vide Conjecturas Jacobi Gotofredi.

¶ Equus Cursorius *Abbatis de Gimonte*, in Charta anni 1351. ex Regesto 80. Chartophylacii Regii. Nostris *Coursier*, Bellator equus. Vide *Cursor Equus* in *Cursor* 6.

Equi Detruncati. Concilium Calchutense ann. 787. cap. 19 : *Equos vestros turpi consuetudine Detruncatis, nares funditis, aures capulatis, verum etiam et surdas redditis, caudas amputatis : et quia illos illæsos habere potestis, hoc nolentes cunctis odibiles redditis.*

** Equus Dimidius, Mulus, in chart. ann. 1336. in Alsat. Diplom. num. 966. Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 255.

Equus Domitus, vel Equitatus, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 3.

Digitized by Google

§ 4. et in Legibus Forestarum Scoticarum cap. 8. § 2.

¶ Equus Emissarius. Vide *Emissarius.*

¶ Equi Frisii, quos a Frisio aliquo inventore dictos conjicit Carolus de Aquino in Lexico militari, Trabes sunt, ut exponit idem Auctor, ad figuram exagonam dedolatæ, ex quibus clavi prominent, ad hostium ac præsertim equorum incessum infestandum et remorandum. Equos dici existimat, vel quod hostium equos infestant, vel quoniam similes sunt trabibus, quæ domorum fastigia suffulciunt, et a Latinis quidem *Cantherii*, a Gall. *Chevrons*, ab Italis dicuntur *Cavalli*. Horum formam exhibet *Mollet* in Agonibus Martis.

Equi Hermogeniani, olim in pretio, a quodam *Hermogene*, a quo forte distrahebantur, aut curabantur, dicti *Hermogenis Equi*, in leg. 1. Cod. Th. de Equis curulibus (15, 20.); *Hermogeniani* vero in leg. 1. eodem Cod. de Grege domin. (10, 6.) ubi Gotofrodus.

Equus Indomitus et Capitosus, cui opponitur *Equus domitus*, in Quoniam Attachiam cap. 48. §. 10. 11.

** Equi Magni, Qui a grege separati in equilibus custodiebantur, in Abbr. Rot. tom. 2. pag. 218. Lond. rot. 20. Vide *Equus Domitus.*

¶ Equus Palliatus. Vide *Equus vestitus.*

Equi Palmati, Palmatii, Equi Cappadoces, olim in pretio, a quodam *Palmatio* Cappadoce ejusmodi equorum curatore et nutritore, qui *Andavili* oppido prope Tyanam habitabat, dicti, ut habet Itinerarium Hierosolymitanum, seu Burdegalense. Vide Gloss. Basilic. in Παλματίους. De his copiose egit Jacobus Gotofred. ad leg. 1. Cod. Th. de Grege dominico (10, 6.). Joannes de Janua *Palmatos* equos, *spadiceos* interpretatur, seu fulvi et rubicundi coloris, sicut est palma, vel quod palmæ figuram in cruribus haberent. In veteri Inscript. apud Sponium tom. 3. Itiner. pag. 24. ubi varia Equorum nomina describuntur.: Palmat. Ap. 11. S. Basilius Homil. πρὸς τοὺς πλουτοῦντας, de divitum equis : Ἵπποι παμπάλαιοι καὶ εὐγενεαλογούμενοι ἀπὸ εὐγενείας πατέρων, ὥσπερ οἱ ἄνθρωποι. Vide Eustath. Swartium lib. 3. Analector. cap. 7.

¶ Equus Phaleratus. Vide *Equus vestitus.*

* Equus Pili bay scuri. Charta ann. 1319. ex Tabul. dom. de Vencia : *Cujus Raymundi Latili garcio.... equitabat unum roncinum pili bay scuri.* Id est, obscuri, vulgo *Bay brun.*

Equus Servitii. Tabular. Vindocinense fol. 246 : *Ceteram terram Girardus Abbas dedit Guiscelino, et concessit in feodo habendam Servitio unius Caballi annuatim, ad summonitionem domini Abbatis, vel ipsius vicarii reddendi.* Fol. 275 : *In molendino Cortorii habemus unum Equum Servitii, et 2. den. censuales.* Tabular. Absiense fol. 5 : *Finivit et concessit placitum quod in ea habebat, et Equum de Servitio, et omne servitium excepta decima blaiorum, etc.* Alibi : *Et concesserunt se eam garire et defendere de Equo, de placito, et omnibus Servitiis.* Rursum : *Quinque solidos quos in terra Garnerii Audebert pro Equo de Servitio mihi retinueram.* Hinc *Cheval de service*, in Consuetudine Andegav. art. 177. Castellinovi art. 11. 21. Perticensi art. 76. Drocensi art. 12. Dunensi art. 24. etc. Vide *Runcinus.*

Equus ad Stallum, Admissarius, in Legib. Wisigoth. lib. 8. § 4. unde nostri *Estalon.* Vide *Stalonus.*

* Equus Stellatus, Stella in fronte signatus. Tabul. collegii. S. Martial. Tolos. ex Cod. reg. 4223. fol. 82. r° : *Dictus Guillelmus cum bayardo, modicum stellato, etc.* Monstra ann. 1339. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 182 : *D. Arnaldus de Yspania miles et baro cum Equo bayardo claro, stellato in longitudine frontis, æstimato cl. libras Turon.*

¶ Equus Stratus. Vide mox *Equus vestitus.*

* Equi Vascones. Vide infra *Gasconienses.*

Equus Vestitus, Sago instructus, apud Arnoldum Lubecens. lib. 2. cap. 4. M. Justinus Lippiensis in Lippiflorio pag. 137 :

> Tyro noster adest equitum pulcro comitatu,
> Quos ornant phaleræ, splendida vestis Equi.

Palliatus apud Sugerium in Ludovico VI. pag. 318. *Equus phaleratus*, non semel in Annalibus Colmariensib. S. Basilius Homil. πρὸς τοὺς πλουτοῦντας, de Equis : Τάπητες ἀλουργεῖ κοσμοῦντες τοὺς ἵππους ὥσπερ νυμφίους. Apud Constantin. de Adm. Imp. cap. 51. extr. : Ἱππάρια ἐζωμένα καὶ χαλινωμένα. *Equus coopertus*, apud Albertum Argent. pag. 131. *Equus stratus.* Anselmus Episcopus Havelbergensis lib. 3. Dialog. cap. 12 : *Isti ingressi urbem cum magna honorificentia suscepti die Dominico, advocati sunt in processionem ad sanctam Dei Genitricem ad Blachernas in tanto honore, ut etiam de Palatio Caballos stratos eis dirigeret cum obsequio Pietas Imperialis, ut sic eos susciperet. Equi cooperti*, seu bellici, vel quibus in bellis utebantur. Charta Edwardi I. Reg. Angl. apud Gulielmum Prynneum in Libertat. Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 787 : *Fecit nobis servitium suum... cum Equo cooperto, etc.* Joan. Britton in Legibus Angliæ cap. 53 : *Tantost soit enquis queux fuerent à la disseisine à baner despleyé, ou à Chevaux couverts, ou autre force d'armes. Cheval couvert et ensellé*, apud Wilharduinum n. 83. Rotulus Cameræ Computorum Paris. cui titulus *Compte du voyage de Gascoigne qui fu l'an.* 1294. *et* 1295 : *Pour les gages M. Bertran Massole retenu aus gages accoutumés pour luy et 2. Escuiers, etc. Et estoit luy et autre à Chevaux couvers, et un autre sans Cheval couvert.* Infra : *Pour 11. Escuiers à Chevaus couvers à chascun 7. sols. 6. d. par jour, et pour deux qui n'ont pas Chevaux couverts, à chascun 5. sols.* Hos sic describit Chronicon Colmariense ann. 1298. ubi de Dextrariis : *Hi equi Cooperti fuerunt Coopertoriis ferreis, id est, veste ex circulis ferreis contexta.* Sic etiam describuntur ejusmodi equi vestiti ab Hemricurtio lib. de Bellis Leodiensibus cap. 41 : *A cely temps des werres, et encor par l'espasse de dix ans apres les pais faites, tos Chevaliers et Escuiers d'honneur soy kebatoient sor destriers, ou sor corsiers de tel bonteit, qu'il soy powissent sus assegureir, et estoient for hautes selles de tournoy sans satoir, tos Coviers de covertures overées d'œvres de brosdure de leurs blazons armoiez et estoient armiez de plates de bons harnas de menut fer, et hiet sor les plattes bons riches wardecors d'armes armoiez de leurs blazons, et avoit cascon un heaume sur son bachinet à on timbre bin jolit, et plusiers Saingnors Chevaliers et atres y avoit, qui al desos de lor covertures avoient lors destriers armeis de covertures de menuës mailhes de fier por la dotanche de leurs chevaz.* Philippus *Mouskes* in Hist. Francor. MS. :

> Ses Cevaus fu de fier Couvers,
> Par desure ot un cendal piers,
> A flours d'or les armes le Roi
> De France, et s'ot touj le conroi.

Vide Notas nostras ad Villharduinum, [** Glossar. med. Græcit. in Στρώσια, col. 1468. et Συρτόν, col. 1493. et supra in *Dextrarius.*]

Equos ejusmodi vestitos in Nobilium funeribus offerri solitos, docet vetus Ceremoniale Gallicum. Vide *Heriotum.*

Equum et Arma Patrum *senioribus suis dare* tenebantur majorum Valvasorum filii, qui in eorum beneficia succedebant, ut est in Constitutione Conradi et Henrici II. Imp. lib. 3. Legis Longob. tit. 8. § 4. et lib. 3. Feudor. Vide *Heriotum.*

¶ 1. **Era** pro *Aira*, Area, seu Ager vel locus incultus, Gall. *Aire.* Chartarium Ecclesiæ Auxitanæ cap. 108 : *De alia Era. Duæ Eræ fuerunt, ambæ erant et adhuc sunt francdads S. Mariæ, ita tamen quod si Cellarius habeat clamorem de eis, quinque solidos habet pro lege de una Era.* Donatio Borelli Comitis Barcin. ann. 964. in Appendice Marcæ Hispan. col. 884 : *Faciant ad jam dictam Ecclesiam.... jornols novem ad ipsas vineas, et jornals duos ad messes colligendas, et jornals duos ad ipsa Era;* id est, locum sive tectum sive apertum, ubi frumentum teritur. Charta Philippi Aug. Fr. Regis ann. 1211. apud Marten. Ampliss. Collect. tom. 1. col. 1100 : *Ab Era S. Venantii usque ad cuneum muri per viam pratorum S. Juliani, et a cuneo muri usque ad Ligerim, totum est de eleemosyna Regum Franciæ.* Ut *Area* quandoque, sic *Era* pro Cœmeterio posset accipi hoc in posteriori loco. Vide *Area.*

¶ 2. **Era**, Pecuniarum subsidium ab *Æs, æris.* Littera Regis Aragon. Edwardo I. Angl. Regi, apud Rymer. tom. 2. pag. 461 : *Per loca terræ nostræ, ad defensionem ejusdem, adjutorium sive Era colligitur et præstatur; unde fit armata, cum qua poterimus, etc.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MSS. : *Era, Ere, Decime, monnoie.*

¶ 3. **Era**, Supputatio, numerus, sectio capitis, etc. de quo supra in *Æra* 1. Aimoinus in Vita S. Abbonis Abb. Floriac. cap. 11 : *Sed et idem venerabilis Abbo... scribens, quid capitula, Eræ, sive adnotata, quæ in Evangeliis habentur, inter se discrepent, etc.*

4. **Era.** [Initium aliquod fixum, unde anni numerantur.] Vide *Æra* 2.

** **Erabamus** pro Eramus, Ital. *Eravamo*, in Chron. Salernitano cap. 117. ap. Pertz. Scriptor. tom. 3. pag. 531. lin. 42.

¶ **Eradicare**, Expellere, quasi radicitus avellere. Ottobonus Scriba lib. 3.

Digitized by Google

Annal. Genuens. ad ann. 1196 : *At quum videret se eos minime posse de campo et castris Eradicare, et nihil proficere posse... retraxit se cum militia sua et fortia.*

ERADICARIUS, Radicitus avulsus. Faustus Regiensis Serm. ad Monachos : *Quid gravius, quando subito, tanquam aliquis repentinus Eradicarius de loco ad quem te Dominus vocaverat,... oblivisci loci illius, in quo primum et dulcissimum immutationis habitum et nomen secularis exueris.*

¶ ERADICATIO, Exstirpatio non semel in Bibliis sacris; interitus, cædes, Tertulliano de Resurr. carnis cap. 27 : *Post Antichristi Eradicationem agitabitur resurrectio.* Juramentum fidelitatis Ordinum regni Daciæ Christierno Regi ann. 1523. apud Ludewig. tom. 5. pag. 322 : *Postremoque cum effusione sanguinis nostri, etiam Eradicatione floris Danice Nobilitatis... victoriam adversus prædictum regnum obtinuimus.*

¶ ERAMEN, pro *Æramen*, Opus ære confectum. Vide in *Æramentum*.

* 1. ERAMENTUM, pro *Æramentum*, Opus ex ære confectum. Glossar. Lat. Ital. Ms. : *Eramentum, lo instrumento de metallo.*

* 2. ERAMENTUM, *Enrieulement*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

** ERANARII, Qui stipitem accipiebant. Alii scribunt *Arenarii*. Vide in hac voce et Glossar. med. Græcit. in Ἐρανάριοι, col. 432. et Append. col. 74.

ERANEM EQUUM *vulgus vocat, quod in modum ærei sit coloris.* Papias. [** Ex Isidori Orig. lib. 12. cap. 1. sect. 53.]

* ERANGO, Piscis genus. Tract. de Piscibus ex Cod. reg. 6838. C. cap. 49 : *Aquila secunda pastinacæ species est, quæ dicitur a Genuensibus rospo, id est bufo et pesce ratto, a nonnullis ratepenade, ab Aquitanis tarefranke, ab aliis falco, ab aliis Erango et ferraza. Latera veluti alæ expansæ magis in angulum desinunt quam in priore* (pastinaca); *a quibus ratepenade, id est vespertilio, nuncupatur.*

¶ ERANUM, Moneta minutior ex ære apud Siculos in usu. Vide locum in *Cantarium*.

* ERARE, Ducere, nostris olim *Errer*, eadem acceptione. Vide *Erraticus*. Inquisit. ann. 1288. in Access. ad Hist. Cassin. monast. part. 1. pag. 388. col. 1 : *Macellarii tenentur ire per contratas Erando bestias, et ipsas macellare ad expensas curiæ.* Sed et *Errer*, pro Iter facere, ambulare; unde *Erre*, Iter et quidquid itineri necessarium est, in Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 177 : *Si apparelierent leur Erre sanz le conseil dou commun et dou roy ... Li conte venoient et Erroient par nuit.* Froissart. vol. 1. cap. 9 : *Cependant la roine Ysabel fist appareillier son Erre et ses besongnes.* Guill. Guiart. :

Parmi les grans chemins pleniers,
Bissi pour aler en cele Erre,
Le comte de Blois de sa terre.

Le Roman *de Rou* ad calcem Joinvill. edit. reg. in Glossar. *Le jour dormoit, la nuit Erroit.* Inde *Desarer*, pro *Aller ça et la*, errare, in Vitis Patrum Mss. :

Un jor se mist à Desarer,
Et leis le rivage à aler.

Hinc etiam *Esrier*, pro Viator, apud Guignevil. in Peregr. hum. gen. Ms. :

De che certes ont grant mestier
Tout pelerin et tout Esrier,
Qui passent par ieelle terre :
Car on y est tousjours en guerre.

Esrer, pro *Derrer*, apud eumd. Vide infra *Escerpa*.

¶ ERATOR, *Debitor, reus, obligatus.* Glossar. Sangerman. n. 501. Scribe et vide *Ærator*

*. ERAVENENDERA, vox corrupta videtur, f. pro *Cravenendera*, aut quid simile; quæ tamen idem sonat, ut opinor, quod *Incantator*, præco publicus. Libert. Figiaci ann. 1318. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 663. art. 13 : *Ipsique consules instituere poterunt correctarios, prozonetas, Eravenenderas et incantores quos et quot volunt et volent, et distituere eosdem.* [** F. ab *Arrhabo* formata vox.]

¶ ERBAGIUM, Jus herbarum succidendarum. *De pasnagio et de Erbagio*, in Tabulario S. Sergii Andegav. Vide *Herbagium*.

* Vel pascendarum. Charta Gaufr. vicecom. Castridun. ex Chartul. B. Magdal. ejusd. loci : *Erbagium propriis animalibus, et pasnagium porcis, etc.*

¶. ERBALDUS, Germanice, Vir audax. Walafridus Strabo in Visione Wetini num. 4 :

Dicitur Erbaldus, verso sermone Vir audax.

¶ ERBAND, vel *Erbannum*, Exercitus *herebanno* seu citatione aut submonitione subditorum coactus. Vide *Erbannum* post *Herebannum*.

¶ ERBATICUM, Idem quod *Erbagium*. Codex MS. Iruninonis Abb. Sangerm. fol. 21. v°. col. 1 : *Incol. S. Germani... ad tertium annum propter Erbaticum germia* 1. Vide in *Herbagium*.

¶ ERBEJARE, Herbas depascere. Statuta Massil. lib. 5. cap. 19. § 5 : *Item quicumque Erbejara in aliena, seu alienis vineis, vel in alieno devenso, vel in alieno prato, vel devenduda solvat pro banno* XII, *den. et de nocte* V *sol.* Vide *Herbajare*.

¶ ERBERGAMENTUM, Tobinello in Glossario ad calcem Hist. Britan. Domus. Gall. *Herbergement*. Vide *Hereberga*.

* ERBERJAGIUM, Jus *gisti* ac *procurationis*, seu divertendi in domum vassalli et in ea hospitandi; vel præstatio pecuniaria pro ejusdem redemptione. Charta ann. 1190. ex Tabul. Nivern. : *Publice professi sunt* (Willelmus comes Nivern. et filius ejus) *se nullum penitus gistium vel Erberjagium in locis sancti Cyrici habuisse.* Vide in *Herberga*.

* ERCHIA, Candelabrum ecclesiasticum in modum *occæ* seu trigoni confectum, nostris *Herce*. Ordinar. Ms. S. Pet. Insul. ann. circ. 1400 : *Feria v.* (hebdomadæ sanctæ) *ad matutinum circa horam quintam vespertinam accenduntur viginti septem cerei super Erchiam positam super altare B. Mariæ in choro, qui per singulos psalmos in nocturnis et per singulas antiphonas, et ad* 3. 6. *et* 9. *responsoria, et antiphonas in Laudibus extinguntur; ultimus vero cereus extinguitur cum incipitur antiphona ad* Benedictus. Vide *Hercia* 2.

¶ ERCIARE, Occare, Gall. *Hercer*. Chartular. SS. Trin. Cadom. fol. 20. v°. : *In Oistrehan habemus* XXIX. *vilanos plenarios... acram terræ arant per annum... et Erciant et seminant de semine nostro.* Vide *Erptia*.

¶ ERCIATURA, Occatio, Gall. *Hersage*. Legitur in eod. Chartulario fol. 61.

* ERCINIA, *La roseza de rame*. Glossar. Lat. Ital. Ms.

* ERCTUM, Hæreditas, patrimonium. Vide *Herctum*.

¶ ERCULINUS, Sciurus, Gall. *Ecureuil*. Paulus Venetus lib. 3. cap. 48 : *Varia producens animalia, ut sunt Rhondes, Armelini, Erculini varii, Vulpes nigræ, etc.*

* ERECLITARIA, ERECLITRA. Charta S. Bern. abb. Clareval. ann. 1145. inter Probat. tom. 1. Hist. Burg. pag. 46. col. 1. quæ etiam exstat inter Epist. ejusd. num. 426. col. 375. edit. 1690 : *De illis qui pisces vendunt, comes habet quatuor Ereclitarias, in quibus episcopus nihil accipit..... Similiter in aliis victualibus faciant. Ereclitram habet episcopus in omnibus victualibus quadraginta diebus lx.* Ubi legendum puto *Credentiariam* et *Credentium*. Vide *Credentia* 6.

* ERECTIO, Suspendium, ut videtur. Charta Pipini reg. Aquitan. pro monast. S. Florent. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 264 : *Si vero in eadem immunitate reus repertus fuerit vel ductus, a nemine distringatur nisi a jam dicti loci mandatorio; nisi forte exinde ipsius latronis fuerit Erectio.* [** f. *Ereptio* vel *Eruptio*. Vide *Ereptor*.]

* EREGIA, *Prov. Hæresis. Eirge, Prov. hæreticus*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Italis *Eresia*, eadem notione. Vide infra *Heregia*.

* EREMANNI, Iidem qui *Herimanni*. Vide infra in hac voce.

¶ EREMIA. Vide in *Eremus*.

¶ EREMICOLA, ut *Eremita* S. Hieronymo.

¶ EREMIPETA, Qui petit eremum Tertulliano.

EREMITÆ, Monachi qui vitam solitariam in *eremis* agunt, *quorum vita est devitare sæculi tumultus, et permanere in cellulis suis, quatenus vacent orationi et silentio*, aiebat S. Stephanus Fundator Ordinis Grandimontensis, apud Geraldum in ejus Vita cap. 3. Philoni, εἰ ἐρημῖται; Chrysostomo, εἰ τειχῶν ἔξω ποιοῦνται διατριβὰς ἐν κήποις, ἢ μοναγρίοις, ἐρημίαν διώκοντες; eidem ἐρημοπολῖται. Nazianzeno, εἰ τῇ ἐρημίᾳ ἐνδιατιθέμενοι, εἰ τὴ ἐρημίαν κατειληφότες, εἰ τῆς ἐρήμου πολῖται. Vide *Anachoretæ*.

EREMITÆ, pro quibusvis Monachis, in Charta Hispanica æræ 1016. apud Antonium de Yepez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5. pag. 445.

EREMITORIUM, Habitaculum Eremitæ, *Ermitage*. Robertus *de Chorcon* Cardinalis in Tract. de Pœnitentia quæst. 1. cap. 39 : *Sed esto quod nullum inveniat claustrum, nisi tali rapina infectum, vel aliquod Eremitorium, nisi latronibus obsitum. Eremitorium Fratrum Minorum*, apud Albertum Stadensem ann. 1244. H. Knyghton lib. 5 : *Eremitorium in bosco D. Ducis petiit, ibique domum hanc aliquanto tempore coluit.* Occurrit præterea in Vita Endei Abbatis Araniensis n. 7. 21. apud Innocentium III. PP. lib. 13. Epist. 61. et in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 18. 50. Adde Luithprandi Pseudochron. pag. 309.

EREMITA, Cui competit ejusmodi cella, qui ei deservit, apud Gul. Prynneum in

Digitized by Google

Libert. Eccles. Anglic. tom. 3. pag. 1250 : *Robertus Capellanus liberæ Capellæ Dom. nostri Regis juxta Knypelgat, et loci ejusdem Herrmita, etc.*

FRATRES ERREMITORIORUM, Religiosi Ordinis Fratrum Minorum, qui loca deserta et solitaria, *Eremitoria* nuncupata, sub disciplina Fr. Pauli incolebant. Sed paulo post defecit hoc nomen, inquit Waddingus ann. 1375. n. 44. dum ab Eremitoriis ad occupanda etiam et reformanda majora Cœnobia Conventualium transierunt.

EREMITAGIUM, in Regesto Philippi August. Herouvalliano fol. 172. et lib. 2. Epist. Innoc III. pag. 415. Edit. Venetæ, [necnon in Litteris Geraldi Episcopi Utic. ann. 1424. apud Stephanotium tom. 2. Antiquit. Occitan. MSS. pag. 495. Galli dicimus *Hermitage*.]

¶ EREMITALIS, Spectans Eremitas, in iisd. Litteris Geraldi Episc.

¶ EREMITANUS FRATER, pro *Eremita*, tom. 2 Hist. Dalphin. pag. 274. *Eremitanus Ordo Fratrum S. Augustini*, in Venditione anni 1410. Hos Augustinianos, alias discalceatos et intonsos, nunc autem a paucis annis calceatos et tonsos, etiamnum appellamus, *Les Hermites de S. Augustin*, Parisiis *Les Petits Peres*, ad distinctionem aliorum Ordinis S. Augustini Monachorum.

* EREMITÆ *Ermoufles* deridendo a dæmonibus appellari videntur, in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1 :

> Mais quant tenons par les illiers
> Ces nonains, ces convers, ces moines,
> Ces chevaliers, et ces canoines,
> Ces papelars et ces Ermoufles,
> Asnes les tient pires qu'escoufles.

EREMUNCULA, in Vita S. Domitiani.

1. EREMITARE, Vitam eremiticam ducere. Laurentius Leodiensis in Episcopis Virdunensib. pag. 327 : *Ibi Rotbertus venerabilis nostri Cœnobii Monachus cum duobus sociis primum Eremitavit, etc.* Utitur etiam Felix Gyrwensis in Vita S. Guthlaci num. 17.

2. EREMITARE, vel HERREMITARE, Vastare. Chronic. Gothor. seu Lusitan. era 904 : *Et maris littora Heremitavit atque destruxit.* Ibid. : *Conimbriam ab inimicis possessam Heremitavit.*

EREMITAS, Vastatio. S. Eulogius in Documento Martyrii : *Proponunt vobis . . . Eremitatem Ecclesiarum, compeditionem Sacerdotum, dispersionem ministrorum.*

¶ EREMITICA SILVA, Deserta, tom. 4. Annal. Bened. pag. 712. col. 1. Vide *Eremus*.

¶ EREMITORIUM. Vide in *Eremitæ*.

¶ EREMITTERE, *Contra hostes e munimentis pugnare.* Barthii Glossarium ex Raimundi Agilei Hist. Palest.

¶ EREMODICIUM, Ἐρημοδίκιον, Desertio causæ, quæ fit cum actor vel reus per absentiam suam defugiunt judicium. Juxta Bleynianum Institut. lib. 4. pag. 489 : *Id inter contumaciam et Eremodicium est differentiæ, quod contumacia respectu rei, ad quem mandatum de comparendo dirigitur, proprie dicatur : quemadmodum et Eremodicium respectu actoris, ut ita ad eum, per quem introducitur causa, magis referendum videatur. Vel, ut quidam volunt, et fortasse melius, Eremodicium contrahatur elapso a vera contumacia triennio. Juxta alteram doctrinam Gloss. in Dict. L. Etsi sine §. fi. in verb. eremodiciis. ex eremodicio lis amittitur, non autem ex deserto vadimonio.*

* Adde ex animadversionibus Pr. *de Mazaugues* : Hesychius ἐρήμην δίκην interpretatur μονομερῆ ἀγωγήν, id est, Judicium ex uno litigatore constans, cum reus, qui se non stetit in judicio, condemnatur; quod in jure Romano non admittitur : nam *Eremodicium* ad rei et actoris absentiam refertur, ex Cujacio. Exstat hæc vox in L. 7. § 12. ff de minorib. (4. 4.) ubi Gothofredus notat apud Gallos dici *Peremption d'instance. Heremodicium* non semel legitur in L. 13. ff judicat. solv. (46, 7.) et in L. properandum 13. § 3. et 4. Cod. de judic. (3, 1.) ubi *Eremodicium ventilatur.* Vide Brisson. de Verb. jurid. significat. ad hanc vocem.

¶ EREMUNCULA. Vide *Eremitæ*.

EREMUS, Incultus, *Erema terra*, inculta :

> . . . . Immunis, rastroque intacta, nec ullis
> Saucia vomeribus.

Heremps, in Consuetudine Solensi tit. 13. art. 1. 3. 4. *Terme Herme*, in Marchiensi art. 425. Burbonensi art. 331. Arvernensi cap. 28. art. 3. Gloss. Græc. Lat. Ἔρημος. *Deserta.* Lex 4. Cod. de Censib. lib. 11. tit. 49: *Omne territorium censeatur, quoties defectorum levamen exposcitur, ut sterilia atque jejuna his, quæ culta vel opima sunt, compensentur.* Ubi Cujacius notat quosdam Cod. pro *jejuna* habere *Erema*, et Græcos hæc verba sic extulisse, τὰ ἔρημα μετὰ τῶν εὐθαλῶν συμψηφίζονται. Michaël *del Molino* in Repertorio fororum Aragon. in v. *Ganatum : Si illa hæreditas est Herema, et talis quæ non possit rigari nisi de cœlo, etc.* Præceptum Caroli M. pro Hispanis ann. 812 : *Erema loca sibi ad laborandum porpriserunt.* [Præceptum Ludovici Pii ann. 821. Marcæ Hisp. col. 767 : *Cellulas quas ipsi ab Eremo construxerunt.*] Præceptum Carlomanni Regis ann. 881 : *Terras quas ex Eremo traxerunt, quiete possideant.* Charta Sanctii Navarræ Regis apud Oyhenartum pag. 99 : *Cum omnibus terminis et pertinentiis . . . . cum Eremo et populatu.* Alia Petri Episcopi Aginnensis ann. 1246 : *Eundem montem cum suis pertinentiis licet desertum, nemorosum, et Eremum, ad nostrum dominium ratione feudi pertinere dicentis.* Alia Willelmi Comit. Tolosæ ann. 1080 : *Ipsum boscum cum omnibus terminiis, affrontationibus, exiis, et regressis suis, omnia et in omnibus, cultum et Eremum, sine reservatione.* [Vita S. Judoci Presbyteri n. 12. inter Acta SS. Benedict. sæc. 2. pag. 569 : *Posthæc vero præcepit Haymo, ut incideretur Eremus, qui erat in ayro densissimus, quatenus locus ille habitationem Dei famulo redderet aptam.* Spinetum hic esse intelligendum ex superioribus liquet.] Adrevaldus de Translat S. Benedicti cap. 1 : *Ita ut in Eremi vastitatem loca prius desiderabilia conversa viderentur.* Cap. 2 : *Qui locus ad Eremum redactus cœpit esse ferarum . . . . habitatio. Eremæ hæreditates*, in Testamento Jacobi Regis Aragon. ann. 1272. Vide Foros Beneharn. rub. *de Herbages* art. 13.

INHERMÆ TERRÆ, Cultæ, in Charta ann. 1148. apud Joffridum in Nicia pag. 168.

EREMIÆ DIFFICILES, ex Græco ἐρημίαι, apud Lucilerum Calaritanum lib. 1. pro S. Athanasio.

¶ ERENACHUS, Ecclesiastica dignitas apud Hibernos. Vide *Herenachus*.

** EREPTOR, Libertatis vindex, qui vincula rumpit. Rhaban. Maurus de reverent. filior. ad Ludov. Pium cap. 12 : *Ereptori et defensori tuo Domino Christo in omnibus gratias agas.*

¶ EREPTORIA, *Adimenda, reddenda.* Gloss. Isid. In Excerptis Pithœan. omittitur *Reddenda.* Credit Grævius, posteriorum temporum Scriptores *Ereptoria*, dixisse bona, quæ eripiuntur seu adimuntur. Vox *Reddenda* fortassis adjecta est, quod injuste ablata sint restituenda.

ERETINA. Charta Desiderii Morinorum Episc. in Chronico Andrensi pag. 474 : *Quod si forte in hieme, vel ex abundantia pluviarum, vel ex resolutione nivium aquæ nimiæ inundantia fieret, quam vulgo Eretinam vocant, etc.*

* ERGA, Versus, Gall. *du côté de.* Charta ann. 1010. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 185 : *Et per ipsa bia pergentibus in partibus Septentrionis usque bullone, qui descendit Erga campu, qui dicitur de Erverusse.* Libert. civit. Caturc. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 326. art. 10 : *Infra duas leucas a civitate prædicta, Erga dictum locum.* Charta ann. 1406 : *Sicut se extendit de fonte et pascurali au brun Erga la Vinhole, ... per quam* (viam) *publice itur de nemore nobilis viri Aymerici Borgne domicelli Erga Turallium ex altera.* Pluries ibi. [** Prudent. Annal. ad ann. 842. ap. Pertz. tom. Script. 1. pag. 438. lin. 27 : *Erga Parisiorum Lotitiam fluvium Sequanæ transiens.*]

ERGALIUM, ἐργαλεῖον. Instrumentum. Luithprandus lib. 6. cap. 3 : *Per versabile, quod supra laquearium est, Ergalium in mensam subvehuntur.* [** *Argalium* lib. 6. cap. 5. *Ergalium*, cap. 8. ap. Pertz. tom. 3. pag. 338. 339.]

¶ ERGARE. Gloss. Isid. : *Ergat, circat.* Leg. *Errat, circat.* Vide Grævium.

¶ ERGASTARIUM, Radericus Frising. de Gestis Friderici I. Imper. lib. 2. cap. 2 : *Nam et fabrorum et opificum multitudo, et mercatorum copia . . . sequitur exercitum cum suis papilionibus ac Ergastariis.* Murator. annotat in uno MS. legi *Ergasteriis.* Vide *Ergasterium*.

¶ ERGASTERIACUS, Artifex, apud Muratorium tom. 1. part. 1. col. 1.

ERGASTERIUM. Glossæ MSS. : *Ergasterium, Monasterium, vel officina medicorum, vel operatorium.* Iso. Magister : *Ergastron, Operatorium.* Ἐργαστήρια, Tabernæ mercimoniis deputatæ : passim in Cod. Th. et Justin. Vide Jac. Gotofredum ad leg. 4. Cod. Th. de Operib. publ. (15, 1.) [Pro theca sacrarum reliquiarum accipit Bernerus Abbas in Translatione S. Hunegundis Virginis, inter Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 225 : *Summopere efflagitaverant, ut eis concederetur mutationi adesse, sanctaque ossa propriis conspicere oculis . . . Clauso*

Digitized by Google

igitur tandem cum diligentia solertiaque honorabili Ergasterio, cum cereis et thuribulis et crucibus de crypta erumpunt, etc.]

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Ergasterium, Ouvrouer.*

¶ **ERGASTICUS**, ἐργαστικός, Efficax, operosus. Martian. Capella lib. 6. pag. 231 : *Ergastica schemata, quæ faciendæ cujuslibet formæ præcepta continent. Ergasticus* Jurisconsultis idem est qui Operarius. Vide *Ergaticus.*

* Quo sensu occurrit etiam in Cod. Theod. lib. 14. tit. 27. leg. 1. de Alexandrinæ plebis primatib. Ubi consule Jac. Gothof. qui multa de *Ergosiotanis* congerit aliamque a Dionysio in voce *Ergaticus* laudato profert sententiam. *Ergasterium*, in Hist. Miscell. Pauli Diac. pag. 718. ad ann. 775. Vide *Ergasteriacus.*

¶ **ERGASTULARIUS**, Pertinens ad ergastulum. Ammian. lib. 14. extr. : *Eunus quidam, Ergastularius servus, ductavit in Sicilia fugitivos.* Utitur Colmella, pro eo qui præest mancipiis in ergastulo conclusis.

¶ **ERGASTULARIS**, Eadem notione. Sidon. lib. 7. Epist. 9 : *In tenebris Ergastularibus constitutus.*

* Acta S. Valer. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 3 : *Qui* (Photinus) *cum aliis* 48. *martyribus, persecutorum instantia comprehensus, Ergastularibus tenebris mancipatur.*

* **ERGASTULUM**, Compedes, quibus rei vinciuntur in ergastulo, Gall. *Entraves.* Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 278 : *Cum dicti justitiarii captum adduxissent eundem Johannem cum duobus pedibus in Ergastulo seu compede ponendo,.... nonnulli carnales aut alii ipsius Johannis amici de nocte ad dictum carcerem clandestine accesserunt, murumque lapideum dicti carceris ad latus versus campos perforarunt, et ibidem intrantes dictum compedem seu Ergastulum, in quo dictus Johannes erat positus, cum quodam cutello ad modum sciræ facto scinderunt, et dictum prisionarium a dicto carcere extraxerunt.*

ERGATA, Operarius. Papias : *Ergata, vicinus, vel operator.* Gloss. S. Benedict. cap. de Agricultura, *Operarii*, ἐργάται. Testatur Casaubonus ad Suetonium in Vespas. cap. 2. Epirotarum agmina patriam quotannis relinquere, et ulteriora ditionis Turcicæ adire, operis simul et quæstus faciendi gratia, et ab iis *Ergatas* patrio sermone dici. Italis *Ergata* idem est ac *organum.*

ERGATICUS, uti legunt Notæ Tyronis, idem forte qui *Ergasticus.* Gloss. Græco-Lat. : Ἐργαστικός, *operosus : Ergasticos* enim vocari operas quæ in operibus publicis conductis ab aliquo quasi Principe et magistro gubernantur, ait Hotomannus. Sed an iidem cum *Ergosiotanis*, de quibus in leg. 5. Cod. de Episcop. audient. (1, 4.) addubitant viri docti. Ubi Dionysius Gotofredus probabili conjectura pro *diocœtæ ergosiatanorum* emendat *ergositonarum :* ita ut fuerint præfecti eorum qui Alexandriæ frumentum comparabant, quasi ἐργοσιτῶναι : *sitonæ* enim dicuntur qui frumento comparando præficiuntur.

¶ **ERGATIVUM** *Contemplativum.* Papias.

¶ **ERGODIOCTES**, Gr. Ἐργοδιώκτης, Exactor operis. Walafridus Strabus in Prologo ad Vitam S. Othmari Abb. Sangall. : *Quem etiam in hac occupatione instantissimum Ergodiocten sine tædio læti sustinuimus.* Vide Glossar. mediæ Græcit.

ERGODOCHIUM, Officina, ex Græc. ἐργοδοχεῖον. Sermo Petri Damiani de S. Severo : *Audistis, fratres carissimi, ex B. Severi, dum legeretur, historia, qualiter illum Deus de lanificii Ergodochio sustulit,* i. gynæceo. Vide in hac voce.

ERGOLABUS, Operarius, operarum redemptor. Gloss. Græco-Lat. : Ἐργολάβος, *redemptor.* Lexic. Gr. MS. Reg. : Ἐργολάβους, τοὺς ὑπὲρ τινῶν ἔργων μισθὸν λαμβάνοντας. Infra : Ἐργολάβος, ὁ ἐπὶ μισθῷ κακουργῶν, ἐξ οὗ καὶ τὸ ἐργολαβεῖσθαι, ἡ κρίσις. Glossæ nomicæ MSS. : Ἐργολάβος ἐστὶν ὁ χρήματα διδεχὼς ἐπὶ τῷ ἐκχωρηθῆναι ἀγωγήν. De significatione hujus vocabuli videndi Cujacius lib. 8. Obser. cap. 31. et alii passim.

ERGOSIATANI. Vide *Ergaticus.*

* **ERGUA**, pro Erga. *Nolens Ergua ipsum ingratus remanere*, in Charta ann. 1322.

** **ERGUM**, Causa. Virgil. Grammat. pag. 15 : *Etiam ex aliis Ergis genetivus in ium pluralis finiri solet.* Pag. 75 : *Cujus rei Ergum inquirenti mihi, ita exsolvit dicens.*

¶ **ERGUMINIS**, *id est, Abbas.* Papias in MS. Bitur. Lege et vide *Hegumenus.*

* **ERIA**, *La lana*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

¶ **ERIBANNUM PLENUM COMPONERE** dicebatur qui solvebat 60. solidos, quod non perrexisset in exercitum post evocationem. *Eribannum* legit Muratorius in Legibus Caroli M. tom. 1. part. 2. pag. 98. col. 2. pro *Heribannum*, quod habetur infra in voce *Herebannum.*

¶ **ERICIT**, *Custodit.* Papias. Gloss. San-German. n. 501. *Erictare, Custodire.* Melius Papias, si bene conjecto, ab *Ericius* 2. [** Ἐρκίτης Suidæ ὁ φύλαξ]

1. **ERICIUS**. Papias : *Icinus, marinum animal, a terrestri Icino nomen traxit, quem vulgus Ericium vocat.*

2. **ERICIUS**, Machina bellica. Otto de S. Blasio cap. 23 : *Cæsar itaque omnem reliquum apparatum, quem ad expugnationem civitatis fecerat, scilicet talpas, vulpeculas, Ericios, cattos, (talibus enim censentur nominibus) exuri præcepit.* [Hac notione vocem *Ericeus* usurpavit Cæsar de Bello Civ. lib. 3. quam exponunt Machinam infestis undique horrentem telis. Lambertus in Histor. Comit. Ardens. apud Ludewig. tom. 8. pag. 475 : *Turrim ... quis nesciat apud Sangatam ab eodem Comite Balduino firmatam et fossatis circumcinctam et Ericiis et propugnaculis munitam.* Et pag. 547 : *Reparato exterioris Ardensis munitionis valli fossato et amplificato, et sepibus et Ericis consepto.* Quibus in locis *Ericii* idem sunt quod Livio Portæ pendulæ Nostris *Herse :* qua etiam notione vocem hanc usurpavit Salustius. Sed si veram indigitant originem melius scriberetur *Heritius* cum aspiratione; derivant enim ἀπὸ τοῦ ἔρκειν, Arcere.]

* *Erice* vocat Phil. *Mouskes :*

> Et si ont bien leurs murs ourdés,
> Et de nouvel fais et fondés
> Les Erices ont pris et raiens.

* **ERICOPARTA**, *Lo gran principe.* Glossar. Lat. Ital. Ms.

¶ **ERICTARE**, Vide *Ericit.*

* **ERICUTALIS**, f. pro *Eritudalis*, Dominicus, proprius. Bulla Greg. IX. PP. ann. 1231. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 398 : *In Clarholte curtim Ericutalem cum decima, novam curtim cum decima, etc.* Vide *Eritudo.*

ERIGENA, vulgo dictus Joannes, qui *Scotus* Ingulpho pag. 870. vixitque sub Carolo Calvo, et cujus scripta varia circumferuntur, quod Hibernus esset. *Eriugenam*, non *Erigenam* vocari in veteribus Codicibus, monet Sirmondus ad Concilium Valentinum III. *Irenses* porro non semel Hibernos vocat Ordericus Vitalis lib. 11. et 12. nostri *Irois*, ex hodierna etiam appellatione : nam Hiberniam *Erin* vocant. Guill. *Guiart* MS.

> Arriva là Richart li Rois,
> Normans, Anglois, Iscos, Irois.

Et anno 1212 :

> Tout i r'ot li Cornevalois,
> D'Escos, d'Yrois, et de Galois.

Sed et Hibernos Scotorum nomine innotuisse palam est. Vide Gratianum Lucium in Cambrensi everso pag. 148. 338.

¶ **ERIGERE**, pro *Exigere* bis terque legitur in Litteris anni 1363. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 63.

ERILIS, [Principis filius.] Vide *Herilis.*

* **ERILIUS**, *Inferius*, in Glossar. Cassin. ann. circ. 700.

¶ **ERILIZ** *Teutisca lingua, Armorum depositio*, in Legibus Lotharii I. Regis, apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 143. col. 1. Vide *Herisliz.*

¶ **ERIMANIA**, Exercitus. Vide *Arimania* post *Herimanni.*

ERIMARIUS. [Miles sub Comite aliisque Officialibus militans in oppidis et castris.] Vide *Herimanni.*

ERINACEUS, κτεὶς κναφικός. [Pecten fullonium.] Ita emendat Salmasius in Gloss. Gr. Lat. pro *Remaceus.*

* **ERINUS**, Hesternus, Gall. olim *Ersoir* vel *Hersoir*, nunc *d'hier.* Charta ann. 1501. in Reg. 4. Armor. gener. pag. 13 : *Cum.... contractum fuerit matrimonium et die Erina in facie sanctæ matris Ecclesiæ solennisatum, etc.* Judic. ann. 1507. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 88. col. 2 : *Satisfaciendo ordinationi Erina die per dictum dominum consulem latæ, etc.* Chron. S. Dion. lib. 4. cap. 8. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 256 : *Ersoir, dist-il, à la vesprée..... Lors respondi uns de ses compainz : Encore routes tu la viande que tu mangas Hersoir.* Ubi Aimoin. lib. 3. cap. 81. habet : *Cum hesterno vespere..... Cui socius : Tu, inquit, pridianas adhuc ructans epulas, etc.* Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 211 : *L'exposant meu des injures et villenies que lui avoit faites et dites ledit Perrin, lui dist ces paroles : Ribaut tu me vouloies Ersoir tuer d'un espie, sans ce que je t'eusse meffait, etc.* Vide infra *Herinus.*

¶ **ERIOLUS**, Incile, elix, sulcus aquarius, Gallis *Rigole.* Charta Dumbensis ann. 1379 : *Aimonelus debet duos den. pro dimidia exclosa facta in Eriolis domini necessaria ad adza-*

Digitized by Google

candum dictum pratum; et debet capere aquam in dictis Eriolis pro adzaquando prata.

* **ERIPENNUS**, Modus agri, idem qui *Arapennis*. Vide in hac voce. Chartul. S. Sulpit. Bitur. fol. 17. v°: *Ego Ramnumnus miles dono abbati Humberto et congregationi sancti Sulpitii decem Eripennos de terra, qui sunt siti retro mansionem clavellum ad Solemgiaco.*

¶ **ERIPES**, Pedibus valens, pro *Æripes*, æreos habens pedes. Appendix ad Agnelli lib. Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 196. col. 2: *Qui dum velocissimus cursibus uteretur, loripes conversus est de Eripede.* Gloss. Sangerman. num. 501: *Eripis, Velox.* Aliud Lat. Gall.: *Eripes, Qui a pied d'airein.*

¶ **ERIPICA, ERIPICARE.** Vide *Erptia.*

* **ERIS**, *Ventris modicum*, in vet. Glossar. ex. Cod. reg. 7613. Ubi emendandum *Contentionis Dea.*

¶ **ERISCLID**, pro *Eriliz* legi in Estensi Codice monet Muratorius loco in *Eriliz* citato.

* **ERISIBE**, *Erugo, vel rubigo messium*, in Glossar. Cassin. ann. circ. 700.

¶ **ERISIPELA**, pro Erysipelas, ἐρυσίπελας, Tumor ex ferventi sanguine ortus, Gall. *Eresipele.* Vide locum in *Farsa.* [** *Erisipilatum corpus* ap. Richer. lib. 1. cap. 11. *Erysipilata papula*, ibid. cap. 65. Vide *Erysipelatæ Turgido.*]

* **ERISPILIA**, *La feza e puza.* Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Erisipela.*

¶ **ERITLID**, pro *Eriliz*, apud Muratorium tom. 1. part. 2. pag. 103. col. 2. ex Legibus Caroli Mag.

¶ **ERITUDO**, *Dominus, dominatio, proprietas*, δεσποτεία. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. Melius aliæ apud Janum in Antiquario: *Erus*, δεσπότης, *Eritudo*, δεσποτεία. Ibidem ex Festo: *Nam Erus antiqui scripsere Græco ἔρως, unde ἐρατος.* Idem Festus habet: *Eritudo, Servitudo*, unde *Erus* etiam pro *Servus*, veriusque accipitur quam pro *Dominus* juxta vim antiqui ἔρως; sed si pro *Herus*, recte dicitur Dominus. Gloss. Sangerman. MSS. n. 501: *Erutudo, Dominatio.* Vide *Heritudo.*

* **ERLOTUS**, Ganeo, nebulo. Vide supra *Arlotus.*

¶ **ERMA TERRÆ.** Vide *Ermus.*

ERMANA, Papiæ. *Calamitas.* Ita etiam in Gloss. MS. Eccl. Parisiensis. [** Leg. *Ærumna.*]

¶ **ERMANTATUS**, Scutis gentilitiis ornatus, Gallice *Armoirié*, vel potius idem qui infra *Esmaillatus*, vel *Esmantatus*, Gall. *Emaillé.* Testamentum Beatricis de Alboreya Vicecomitissæ Narbonæ inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1524: *Item, legamus Conventui sororum Minoretarum de Asdhano unum salinum argenti, in quo quidem salino est deboyschatus unus dracho Ermantatus cum signis, sive armis nostris, cum branchia, sive arbore de coralhio, cum linguis serpentinis.... Item... unum alium salerium Ermantatum cum branchia de coralhio et linguis serpentinis.* Vide *Armentatus.*

* **ERMASSIUS**, Ager incultus, vel etiam qui coli non potest. Charta Caroli IV. ann. 1327. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 492: *Item idem Johannes quemdam Ermassium seu heremum, pro quo servit unam eminam ordei.* Neque aliud forte est *Ernel*, in Charta ann. 1321. ex Reg. 61. ch. 156: *Pour un petit Eurnel* (sic) *seant au dessouz du mostier de Chambors,.... lesquiex gire* (f. *grue*) *et Ernel souloient rendre etc.* Vide *Eremus* et infra *Hermassium.*

* **ERMAUDUS**, Lapis pretiosus viridis coloris, smaragdus, nostris *Emeraude*; nisi sit Encaustum, Gall. *Email.* Inventar. ann. 1419. ex Tabul. monast. Montisol.: *Unum calicem cum sex cadimiris, et cum tribus armoribus, et cum patella argenti.* Vide *Emaudus* et *Esmaraldus.*

¶ **ERMELINUS**, ut mox *Ermena*, Pellis muris Pontici. Vide in *Hermellina.*

¶ **ERMENA**, Pellis muris Pontici, Vellus Armeniacum, Gall. *Hermine.* Testament. Beatricis de Alboreya Vicecomitissæ Narbonæ ann. 1367. in Anecd. Marten. tom. 1. col. 1524: *Item, legamus Conventui sororum Minorum Biterris raubam nostram de scarlata sanguinea, cum caputio operato de floribus Ermenis et perlis.* Vide *Hermellina.*

* **ERMENII**, pro *Armenii.* Barel. serm. in festo S. Domin.: *Prima* (regula) *fuit Basilii, sub qua militant monachi Orientales seu Græci, et fratres Ermenii vulgo dicti; quæ regula est satis dubiosa.* Vide *Erminii.*

¶ **ERMENSUL**, Priscorum Saxonum fanum vel idolum. Vide *Irminsul.*

¶ **ERMINATUS**, Ornatus *erminis. Subtus regalibus indumentiis depictis et Erminatis*, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 872.

¶ **ERMINEA**, ut *Ermina. Cappæ cum cappuciis etiam suffultis ex Ermineis*, in Epitome Constitut. Eccles. Valent. inter Concil. Hisp. tom. 4. pag. 175.

ERMINII, apud Radulfum de Diceto, et alios, iidem sunt quos Geographi *Armenios* vocant, nec erat quod se hic torqueret Somnerus. Vide *Hermellina.*

ERMINSTREAT, Una e quatuor Angliæ viis militaribus celebrioribus, quam eæ intersecant ac percurrunt, olim a Romanis exstructis. Harum primam *Watlingstreat* (de qua Vita Offæ II. Regis pag. 19.) et *Werlamstreat*, quod per Verolamium duxerit; alteram *Ikenildstreat*, quod ab Icenis initium habuerit; tertiam *Fosse*, quod fossa, ut putant, utrinque munita fuerit; et quartam *Erminstreat*, Germanico vocabulo appellitant, a Mercurio, quem sub nomine *Irminsull*, i. *Mercurii columna*, Germani coluerunt: qui quidem Græcis ἑρμῆς dicitur, quod viis præesse crederetur. Hæ viæ quatuor *Cheminii regales* dicuntur in Legibus Edwardi Confess. cap. 12. et 13. quorum *duo*, inquiunt, *in longitudinem regni, alii duo in latitudinem distenduntur.* Hi *pacem Regis* habere dicuntur, ita ut qui delicta in iis committunt, Regis judicio nude subjaceant. Quod et statuitur in Legibus vernaculis Willelmi Nothi § 30. ubi tres tantum ex his viis militaribus recensentur, *Wetlingstreet, Ermingstreet*, et *Fosse*: quarta omittitur *Ikenildstreat.* Notum autem *streat*, his locis, *stratam*, seu viam denotare. Horum itinerum meminit præterea Robertus Glocesterensis in Poem. Anglico MS. ex Bibl. Bodleiana, apud Will. Dugdalum in Antiquitatib. Warvic. pag. 6:

Faire weyes many on ther ben in Englonde,
But four most of all ther ben I understonde,
That thurg an old kyng were made ere this,
As men schal in this boke aftir her telle iwis.
Fram the South into the North takith Ermingestrete
Fram the East into the West goeth Ikeneldstrete,
Fram Southeast to Northwest, that is sum del grete,
Fram Dover into Chestre goth Watlingstrete.
The ferth of thise is most of alle that tilleth fram Toteneys,
Fram the one end of Cornwalle anone to Cateneys,
Fram the South west to Northest iuto Englondes ende,
Fosse men callith thiske way that by mony town duth wende.
Thise foure weyes on this londe kung Belin the wise
Made and ordeyned hem with gret fraunchise:
For whoso dide therein ony theffe obter ony woue
Ile made juggement therof and gret vengeaunce ynouz.

Vide Galfridum Monumethensem lib. 1. cap. 18. [** Grimm. Mythol. German. pag. 212. sqq.] et infra *Pax Regis.*

¶ **ERMINUS**, ut *Ermina*, in Litteris Caroli Franc. Regis pro Monspeliensibus ann. 1381.

ERMISINUS, pro *Cremasinus*, Gallice *Cramoisi*, in Processu de Translat. S. Antonini pag. 768. apud Bolland. tom. 1. Maii.

* Nequaquam; est enim Sericus pannus subtilis, Ital. *Ermisino*, nostris *Armoisin*, ut ex loco laudato patet: *Sandalibus ex Ermisino rubeo etc.* Ita quoque interpretantur docti Editores. Unde *Armoiseur*, hujusce panni artifex, in Lit. remiss. ann. 1421. ex Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 484: *Lesquelz entrerent en la maison d'un Armoiseur et là prindrent chacun une huvette ou capeline.*

* **ERMOFRODITUS**, pro *Hermaphroditus.* Vide infra in hac voce.

¶ **ERMONYE**, pro Armenia. *Nuncii de Ermonye*, apud Rymerum tom. 4. pag. 678. col. 2.

¶ **ERMULA**, *Statua sine manibus.* Papias. Vide *Irminsul*, et mox *Ermulus.*

ERMULUS. Aldhelmus Abbas Malmesburiensis: *Et ubi pridem ejusdem nefandæ natrices, Ermuli, cervulique cruda fanis colebantur stoliditate in profanis, versa vice discipulorum gurgustia, imo almæ oraminum ædes, architecti ingenio fabre conduntur.* Ubi Usserius Armachanus ad *Erminsul* Saxonum deum hic alludi putat, de quo suo loco agimus: sed indubie legendum *hinnuli*, ut habet S. Augustinus. Locum vide in *Cervulus.*

ERMUNIUS. Vide *Infanciones.*

¶ **ERMUS**, pro *Eremus*, Incultus. Diploma Guillelmi et Fulconis Vicecomitum Massil. ann. circiter 1060. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 356: *Et in territorio quod dicitur Albania, cum suis altaribus, et cum suo alode et suis adjacentiis... cum suis garricis et pascuis cum Ermis et boscliis ipsis, etc.* Chartularium Aptense fol. 25. v°: *Est pecia de terra Erma, quæ habet consortes de uno latus, etc.* Vide *Eremus.*

* **ERNAUDINI**, Monetæ species, eadem quæ supra *Arnaldensis.* Inquisit. ann. 1311. in Reg. *Olim* parlam. Paris.: *Quatuor libras monetæ Ernaudinorum in valore sexaginta quatuor solidorum Turonensium.*

¶ **ERNES**, Spicæ a messoribus derelictæ, a Germano *Ahr*, Spica, *Ernde*, Messis, *Ernden*, Metere, unde quibusdam in locis *Ern*, Spicas derelictas legere, Gall. *Glaner.*

Digitized by Google

Kennettus in Glossario ad calcem Antiq. Ambrosden. : *Conducto ad præparandum usque ad caretam* XXIX. *seliones... ordei cum les Ernes viz.* VIII. *den.*

¶ **ERNESIUM**, Anglis *Earnest*, Arrha, Gall. *Erres*, *Denier à Dieu*, apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 91 : *Hæc indentura testatur, quod Frater Willelmus Abbas de Pipewell vendidit omnia blada sua... Hugoni de Meriton mercatori de Coventre pro* XL. *lib. argenti, de quibus idem Abbas recepit unum denarium ratione Ernesii super vendicionem prædictam.*

* **ERO**, *Lignum*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. Aliud sonat apud Plinium.

EROGARE, *Rogum* seu donativum distribuere Leo III. PP. Epist. 4 : *Promittens ei thesaurum absconditum multum, per quod populum Erogare debuissent.* [*Erogare pecunias ex ærario*, apud Ciceronem.] Vide *Rogn.*

EROGATARIUS, Eadem notione qua *Erogator*, de qua voce mox. *Erogatarii Ecclesiastici*, qui legata in pios usus erogant et distribuunt. Synodus Pontigon. ann. 876. cap. 14 : *Ut quotiens divinum judicium aliquem Ecclesiæ Præsulem e sæculo vocaverit, nullus ad suimet perditionem facultates ejus invadat, diripiat; sed Erogatariis et Eleemosynariis Ecclesiasticis, cum ipsius Ecclesiæ constituto œconomo, liberum sit canonico more, juste, rationabiliterque deputata successuro reservare, vel quibuscunque, sicut expedit, pro ejus spiritu distribuere.* Baldus ad l. Nulli C. De Episc et Cleric. hac etiam voce utitur pro testamentariis executoribus. Vide *Eleemosynarius.*

EROGATOR, Testamentarius executor, qui ultimam voluntatem testatoris exequitur, et ab eo relicta legata in pios vel alios sibi indictos usus, erogat et distribuit. Unde *Distributores* dicuntur ejusmodi executores in veteri Charta apud Ughellum tom. 7. Ital. Sacræ pag. 566. Gloss. Gr. Lat. Ἐξοδιάζω, *Erogo, expendo* Capitulare Pipini Regis Italiæ ann. 793. cap. 9. et Lex Longob. lib. 2. tit. 20. § 5 : *De filia cujus pater per manum Erogatoris omnes servos suos jussit fieri libertos, quia contra legem esse videtur, statuimus, etc.*

Rogator pro *Erogator*, in Testamento Audonis Episcopi Veronensis exarato anno 11. Ludovici Pii Imp. apud Ughellum.

Erogator Militaris Annonæ, in l. 16. C. de Castrensi pecul. lib. 12. tit. 36. qui *rogam* militibus et stripendia persolvit, de qua dignitate agit Gregorius M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 77. et 130. *Erogatio*, distributio, ἐξοδιασμός, in Gloss. Græco-Lat. et in d. l.

Erogator Obsoniorum, apud Senatorem lib. 12. Epist. 11. qui obsonia a Principe collata populo distribuebat.

¶ **EROGATORIUM**. Gloss. Isid. : *Vestiarium, Erogatorium.* Vide *Vestiarium.*

* **EROICUM**, *La bataya*, in Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Heroicus.*

¶ **EROISA**, Apum examen in arboris cavo. Instrumentum ann. 1083. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Brit. col. 173 : *De omnibus vasis apum, quæ in tota sylva illa reperta fuerint, quæ vasa truncos vocant vel Eroisa.* Hæc vox forte derivatur ab Aremorico *Er-wez*, in ligno, vel ab articulo *er* pro *ar* et Aremorico *Rusk*, Alveus apum, paululum, ad dulciorem sonum, immutata terminatione.

* Vel *Eroisum*, Germ. *Reusch*, Angl. *Ruse*, nostris *Ruche*, ejusdem originis atque Latinum *Riscus*, ut vult D. *Falconet.*

¶ **ERONIUS**, pro *Erroneus*, Falsus, Gall. *Erroné*, Angl. *Erroneous. Factum justiciariorum prædictorum, ut sibi videbatur Eronium, præcipere vellent revocare*, apud Rymerum tom. 8. pag. 575. col. 1.

EROOD. Charta Premisl'i Marchionis Moraviæ ann. 1235. pro fratribus Hospitalis S. Francisci Pragensis, apud Waddingum tom. 1 : *Absolvimus autem villam illam ab omni jure quod spectat ad usus principum, sive in jure quod datur de capite, vel Erood, vel pro fure.*

* **EROSNA**, male pro *Crosna*. Vide supra *Crovina*, mastruca. Charta ann. 1105. inter Delic. erudit. Lamii part. 3. Hodoepor. Charit. pag. 1100 : *Pro ipsa investitione et refutatione launichild exinde fecerunt istorum ominibus jam dictorum comiti Erosna una.*

* **EROTEMATA**, Quæstiones, passim, auctore D. *Falconet.*

¶ **ERPES**, *Cingulus, id est, Impetigo*, in Glossis MSS. ad Alexandrum Iatrosoph. Sic dicitur ἀπὸ τοῦ ἕρπειν, Serpere, repere. Vide alium locum in *Frigulitus.*

¶ **ERPICA**, Erpicare, Erpicarius. Vide *Erptia.*

§ ¶ **ERPIGENUS**, Qui serpit, grassatur, ab ἕρπης, morbus serpens, et γένος, genus. Acta consecrationis Ecclesiæ Cuxanensis ann. 974. in Appendice Marcæ Hisp. col. 909 : *Postquam Salvator, Erpigena omnium ineffabiliter calcata morte, resurgens et exuvios atri raptas de fauce profundi, evehit excelsum, etc.*

¶ **ERPILLUM**, *Cicer agreste.* Papias in MS. Bituric. Est pro Græco ἕρπυλλον, de quo Dioscor. lib. 3. cap. 46.

ERPLANT, *id est, Terra accrescens*, quasi *aerdet plan*, Terra plana : in Charta Winemari Castellani Gandensis in Prob. Hist. Guinensis pag. 66.

ERPTIA. Adalardus in Statut. Corbeiens. Abbat. cap. *De ordinatione hortorum : Ipsi dent unusquisque ad hortum cui deservit in tertio anno aratrum, id est, jugum cum amblacio et conjunctis.... et in quarto Erptiam ad hortum excolendum.* Hic *Erpicam*, instrumentum ad terendas glebas interpretatur vir doctus, nostris *Erce*. Ugutio : *Erpica, est instrumentum rusticorum ad terendas glebas, et trahitur a bobus, unde dicitur Erpica, quasi arpica, ab arpe, quod est rapere, quasi arapeta, aratra petens : prius enim terra aratur, postea Erpicatur, et hinc Erpicarius, qui Erpicam trahit et facit.* Ex his patet *Erpicam* non esse hortorum, sed agrorum. [Papias MS. Bituric. : *Erpicarius, Qui Erpicam trahit, qua terra planatur.* Hinc emendandum Glossar. Lat. Gall. Sangerman. MS. ubi : *Eripica, Herce à hercer terre; Eripicare, Hercer terre :* leg. enim *Erpica, Erpicare.*] [** Vide *Herpix*, Occa, Gall. *Herse.*]

ERRA, pro *Arrha*, quomodo *Erres* dicimus. Glossæ MSS. : *Arra, i. erra. Arraboni, id est, vadimonium, etc.*

* Charta ann. 1338. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 216 : *Fecit voce præconia palam et publice.... præconizare.... ut si quis esset qui Erras ponere vellet in dictis domibus..... quod ipse huc personaliter accederet.*

¶ **ERRADIARI**, Errabundum vagari animi gratia. Miracula S. Amalbergæ, Julii tom. 3. pag. 109 : *Quodam tempore duæ mulieres in territorio de Brabantia juvenes... gradiebantur et Erradiabantur in platea quadam.*

* Deambulare, Gall. *Se promener.* Vide supra *Erare. Esbanoier* nostris alias, pro Oblectare se, ludere, recreare. Lit. remiss. ann. 1455. in Reg. 183. Chartoph. reg. ch. 33 : *Lesquelx se retrahirent en ung jardin.... pour dancer et eulx Esbanoier, comme l'en fait communement aux nopces.* Vita J. C. Mss. :

Li rois ala un jour cachier,
En la forest Esbanoier.

Guill. Guiart. ad ann. 1265 :

Et toutesfois que il vouloient,
Aus chans Esbanoier aloient.

* Unde *Esbanoys*, Lætitia, gaudium, ludus, in Chron. Bertr. Guesel. Ms. :

De menestriers y fust moult grant li Esbanoys.

* *Esbatant*, Lætus, hilaris, a verbo *Esbatre*, in Lit. remiss. ann. 1399. ex Reg. 154. ch. 277 : *Icellui Petitpain qui est homme joyeux et Esbatant etc.* Sic *Esbatre* active sumitur, in aliis Lit. ann. 1374. ex Reg. 105. ch. 509 : *Jehan de Verrignas qui avoit Esbatu les bonnes gens de la ville de Foullay à joner d'une cornemuse etc.* Pro ludere vero, animum recreare, passim occurrit. Hinc *Esbatement*, pro *Amusement*, Occupatio jocosa. Charta ann. 1358. in Reg. 90. ch. 92 : *Considérez plusieurs bons, loyaulx et agréables services,.... avec plusieurs bons Esbatemens que nostre amé sergent d'armes Jehan Musart, dit Darras nous a faiz etc.* Sed et pro loco amœno recreandisque animis apto, legitur in Lit. ann. 1364. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 473 : *Lequel* (hostel de S. Pol) *est hostel solennel et de granz Esbatemens. Tourneant et Esbaticant*, id est, inambulando, et spatiando in Stat. ann. 1344. tom. 2. earumd. Ordinat. pag. 223. art. 8.

¶ **ERRAMENTA**, Practicis nostris *Erremens*, Ultimus litis status seu ultimæ litigantium actiones. Litteræ Ludovici Franc. Regis ann. 1236. super homagio de Supplevilla in Tabulario S. Clodoaldi : *De expensis autem factis pro dictis querelis et arreragio equi annalis servicii emende, et omnibus Erramentis occasione predictarum querelarum habitis, idem Gaufridus de Capell. partes hinc inde absolvit, et per dictum suum quittavit.* Adjorn. Regis Angliæ apud Rymerum tom. 2. pag. 635 : *Responsuri ac juri parituri secundum omnia Erramenta, et quod justum fuerit audituri.* Arrestum Parlamenti Paris. anni 1322 in Hist. Harcur. tom. 3. pag. 239 : *Quod cum non fecisset, mandaverunt et Petrum de Constantiani prædictos citari coram se ad certum diem, secundum processum et Erramenta prædicta processuros, cum intimatione.* Hujus vocis etymon *Arrha;* quoniam exhibita litis instrumenta in civilibus causis locum habent arrharum in criminalibus olim dari solitarum. Id manifeste nos docet Bellomanerius cap. 61. pag. 318. sub finem, ubi

Digitized by Google

vocem *Erremens* vocibus *Gages de batailles* opponit. *Chascun doit savoir*, inquit, *que li plet des apiaux soit de défauts de droit ou de faire jugement, comment que li apiaux soit demenez, ou par gages ou par Erremens d'où plet le Cour où li apiaux est, doit être demené selon le coutume de lieu, où li apiaux fût faits, selon la Coutume qui courut ou tant que li apiaux fût fets, etc.* Idem cap. 50. pag. 271. versus finem : *Chascuns de Quemune... puet aussint bien apeler de défaut de droit et de faus jugement, come feroit un étrange, qui ne seroit pas de Quemune, et doit li ap aux demenez par le Seignor, à qui le ressort que le Quemune appartient, et non pas par Gages de Latailles, mais par les Erremens d'où plet.* Eumdem vide cap. 7. pag. 49. lin. 7. et 8. et supra vocem *Adrhamire*.

* Petitiones juridicæ, litis instrumenta, imo et jura Chartis vel ex consuetudine firmata. Charta Hug. primogen. comit. Regitest. ann. 1221. in Chartul. Campan. fol. 213. r°. : *Si vero invenerit* (arbiter) *quod ex parte dominæ meæ* (Blanchæ comit. Trecens.) *sit aliquid interceptum..... contra me vel gentes meas secundum Erramenta mea; ipsa ad dictum ejusdem Simonis reddi faciet quod fuit intercceptum.* Charta Drochonis de Melloto ann. 1222. ex Chartul S. Steph. Autiss. : *Compromisimus in easdem videlicet de terris, quas homines de Egligny venientes ad S. Mauricium tenent ad costumam vel tertias, ... tali modo quod dicti tres, quantum ad terras prædictas, inquirent bona fide consuetudines, Erramenta et tenentias, quæ tam nos quam capitulum obtinuimus.* Sentent. arbitr. ann. 1223. ibid. : *De terris vero quæ sunt ad tertias vel costumas, inquisitis omnibus et cognitis quodcunque circa hoc investigare vel inquirere potuimus, etc.* Scacar. S. Mich. ann. 1223. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 22. r°. col. 2 : *Radulphus et Rogerus poterunt attornare alium, si voluerint; ita quod omnia Erramenta prioris attornati computaverunt.* Unde *Erramenter*, Litigare, postulare. Lit remiss. ann. 1378. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 36 : *Jaquier Girart prist à parler audit Pierre Martin teles paroles en effect : Pierre Martin, tu m'as fait semondre et Erramenter de privileges par ceulz de chapitre de Reims.* Nostris olim *Errammenl* et *Erraument*, idem quod Continuo, nunc *Incontinent, aussitôt.* Vitæ SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol 360. v°. col. 1 : *Stateus releva de mort Erraument, et si aoura l'Apostre.* Le Roman de *Cleomades* Ms. :

Au roy Erramment respondy,
Que pour chou n'iert pas venus la.

ERRAREI, *Errantes*, in Gloss. Isidori.

ERRARIUS, Errans, vagans. Charta Thomæ Maresealli et Comit. Nottynghamiæ tom. 2. Monastici Anglic. pag. 240 : *Habebunt etiam præfati Canonici cignos suos Errarios, quantos voluerint, natantes et nidificantes cum pullis et cincolis eorum, depascentes et errantes in omnibus aquis meis, etc.*

ERRATICUS, Errabundus, vagus, vagabundus, Italis *Erratico*. Gloss. Gr. Lat. : Πλάνος, *Erraneus*, *Erraticus*, *seductor*. Cornel. Fronto : *Erraticus, et potest errare, et solet. Erraticus, animus est qui solet errare, et desinit.* Vita S. Deicoli Abb. Lutrensis num. 15 : *Cumque vir sanctus per eremum, quasi Erraticus viator, convenientia manendi loca disquireret. Erraticum pecus, quod vulgo dicitur Weredif*, in Concilio Islebonensi cap. 27. quod nostris *Espave*. Errandi verbum de pecoribus proprie efferi docet Maro Ecl. 7. vers. 7 :

Huc mihi dum teneras defendo a frigore myrtos,
Vir gregis ipse caper Deerraverat.

Plauto in Bacchid. *Errantia pecora*, solivaga et seorsim pascentia dicuntur. [Le Roman d'*Athis* MS. :

Or ne vous chault à demeurer,
Car tout sui prest de vous Errer.

Ubi *Errer* idem videtur quod conducere.]

* Unde *Errandonner*, Incomposito agmine ire, apud Froissart. 1. vol. cap. 277 : *Si venoient* (les Anglois) *tout Errandonnant, bannieres et pennons ventelans.*

ERRATOR, Papiæ *debitor, reus, obligatus*. Sed legendum *Ærator*.

¶ **ERRENISARE**, Lætari, triumphare, ab εἰρήνη, *Pax*. Vide *Sancenissat*.

¶ **ERRHINUM**, ῥῖνον, Quod tegit nasum. Vide *Nasale*.

¶ **ERROLUS**, Errans, vagus. Alphabetum orationis S. Isidori Episc. Hisp. April. tom. 1. pag. 341 : *Et paterna pietate sume precor Errolum.*

ERROR, *Vaticinatio*, in Gloss. Isidori.

ERROVAGARE, Vagari, errare, hinc inde discurrere, Alemannis *Irrivagen*. Eckehardus Junior de Casib. S. Galli cap. 7 : *Compulit tamdem Cralo fratres Errovagari, post arsuram solitos claustro stabiles vivere.*

* **ERSATUS**, Chartul. Pontisar. : *Dedit Radulfus miles monachis S. Martini Pontisarensis Ersatos de Clery, et ex hoc habuit sexaginta solidos.* An pro *Essartos* ex mutatione *s* in *r*? Vide *Exartus*.

ERTHMIOTUM, Conventus vicinorum terræ. Vocem Somnerus deducit a Saxonico eard, terra, et gemote, vel mote, Conventus. Solebant quippe convenire ad vicinorum inter se discrepantium querimonias summarie audiendas et sedandas, arbitrio comparium Curiæ vel convassallorum. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 57 : *Ita ut ne damnum incurrat... aliquando in divisis, vel in Erthmiotis suum hominem ubique manu teneat, aliquando super ipsam terram.*

ERVATIO, *Enervatio, exinanitio*. Papias.

¶ **ERUBESCIBILIS**, De quo erubescendum est. *Fuga Erubescibilis nimis*, in Opusculo Gualvanei de la Flamma, apud Murator. tom. 12. col. 1823.

* Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 83. Chartoph. reg. ch. 5 : *Hanc* (pillorii) *pœnam publicam et Erubescibilem eidem imponentes.*

* **ERUBIGINARE** *vel* ERUGINARE, *Desrouyller. Eruginator, desrouylleur ou fourbisseur.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide infra *Eruginator*.

* **ERUCA**, *Escalongne vel chatepelose.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7692. Chartul. Latiniac fol. 240. v° : *La somme d'Eschalongnes, obole.*

ERUCTUARE, Evertere. Acta S. Sabiniani cap. 1 : *Tunc loquitur Imperator Crispino Præsidi in ira sua, ut exeat currens in furore suo, et milites principales in toto orbe Eructuent Christianos, et destruant eos.* Alii Cod. habent, *Evertant*.

¶ **ERUDERATUS**, Expurgatus, sanatus. Vita S. Johannis Abb. Parmensis, sæc. 5. SS. Benedict. pag. 724 : *Nactus est manum dexteram ita a cancro Eruderatam, ut nullatenus pristinæ incommoditatis pene inveniretur vestigium. Eruderare* dixit Varro pro Ruderibus expurgare.

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Fambréer, Eruderare. Frambée, Eruderatus.* Ubi *Eruderare*, est rudera terere ad mortarium conficiendum, quo pavimenta terrena inducuntur.

¶ **ERUDIMENTUM** Doctrinæ Papias suum appellavit *Elementarium*, hoc est, Glossarium, in Præfatione.

ERUDIRE, Mederi, remedium dare. Gregorius Turon. in Vita MS. S. Felicis : *Cumque profluente sanguine nullus manum ad Erudiendum auderet apponere, etc.*

¶ **ERUDIS**, Indoctus. Vide *Inrudis*.

¶ **ERUDITAS**, Eruditio, in Actis SS. Julii tom. 1. pag. 112. de S. Sparchio.

ERUDITORIUM, διδασκαλεῖον παιδευτήριον, Academia, Schola publica. Vita S. Deicoli Abbatis Lutrensis num. 7 : *Ut.... in omnibus transmarinis Eruditoriis nulli pateret secundus.*

¶ **ERUDNÆ**, ἴσιδος, (lege ἔριδος vel ἔριδες, i. Rixæ.) Gloss. Lat. Gr. Sangerman.

* Adde ex Castigat. ad utrumque Glossar. leg. *Erucinæ*. Vide Salmas. ad Hist. Aug. pag. 130.

¶ **ERUGA**, pro *Eruca*, Genus plantæ, Gall. *Roquette*. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 312. in Ordinatione Humberti II. super numero et ordine mensarum : *Cum una libra de carnibus falsis, et dimidio rotulo de carnibus bovinis in aqua, cum mustarda et Eruga pro salsamento.* Rursus occurrit ibidem.

* **ERUGINATOR**, Armorum politor, Gall. *Fourbisseur*. Arest. parlam. ann. 1412. in Lib. 1. stat. artif. Paris. ex Cam. Comput. fol. 55. v°. : *Ad supplicationem magistrorum juratorum Eruginatorum seu fourbissorum ensium villæ nostræ Parisiensis, etc.* Vide supra *Erubiginare*.

¶ 1. **ERUGINATUS**, Æruginosus, metaphorice Morosus. Vita S. Severi Archiep. Ravennæ, apud Murator. tom. 2. pag. 189. col. 2 : *Si quis superciliosus Eruginata mente et insulsa objectione B. viro detrahat, etc.*

* 2. **ERUGINATUS**, Lebetum faber, Gall. *Chaudronnier*, in can. 4. Conc. Andegav.

¶ **ERUGO**, pro *Hirudo*, Gall. *Sangsue*. Papias : *Erugo, Sanguisuga vel tinea.*

¶ **ERULI**, *Domini*. Gloss. Isid. Excerpta Pyth. addunt *Domnuli*. Vide *Eritudo*.

* **ERUNDO**, χελιδών. Leg. Hirundo, ex Castigat. in utrumque Glossar.

¶ **ERUS**, Erutudo. Vide *Eritudo*.

* **ERYSIPELATA** Turgido, Erysipelas, tumor ex fervente tenuique sanguine cum flavæ bilis permixtione existens, quem Latini sacrum ignem appellant, ut monent docti Editores ad Acta S. Gauger. tom. 2. Aug. pag. 688. col. 2 : *Nunc autem quoniam Erysipelata turgido præter spem sensim resoluta, etc.*

Digitized by Google

ERZA, [Occa Gall. *Herce.*] Vide *Hercia.*

* **ESACAR**, vox vulgaris, Ponere in sacco. Instr. ann. 1213. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 59. col. 2 : *Ponit Bertrandus quod Stephanus venit ad Esacar erbam in prato domini episcopi.* Vide infra *Essacare.*

¶ **ESAIANI** Ægypto dicti sunt Acephalorum quidam ab Esaia Diacono, qui e Palæstina missus Alexandriam, ut eorum Episcopus esset, sed non receptus ab omnibus est. Hofmannus ex Breviario Liberati cap. 18.

¶ **ESAMENTUM**, Jus utendi in alieno fundo rebus non suis. Vide *Aisantia.*

* **ESBAIA**, Canalis ad educendas aquas superfluas. Charta Ludov. X. ann. 1314. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 128 : *Pro fimo, quem præpositus noster de Bellomonte.... in domibus eorumdem* (prioris et conventus ejusdem loci) *capiebant.... pro exclusis et Esbaiis molendinorum nostrorum.* Vide *Baia* 2. et *Esbia.*

¶ **ESBARDARE**, Scandulis tegere, ab Hisp. *Barda*, Scandula, Gall. *Bardeau.* Charta ann. 1382. ex Archivo Massil. : *Item plus pro omnibus adventagiis, vid. 2. palmorum canandi, et pro implendo dictam turrim, et pro avantagio crotæ, et pro angueriis, et Esbardando solerium et crotam.*

¶ **ESBATHAMENTUM**, f. Ambulacrum, vel locus amœnus recreandis animis aptus, a Gallico *Esbatement*, Recreatio animi. Litteræ Garini Abb. Vallium Sarnaii ann. 1261. ex Tabulario Portus Regii : *Quem quidem censum debebat Conventus Portus Regii... terra et prato sitis inter duos rivos duos solidos, et pro Esbathamento tres denarios.*

* Legendum procul dubio *Estachamentum.* Vide in hac voce.

¶ **ESBATRE**, Species ferramenti. Statuta Massil. lib. 5. cap. 52 : *De fabris quantum debeant accipere... de palo ferreo et de Esbatre tres obolos.*

* Abest particula *et* in iisd. Stat. Mss. unde verbum esse manifestum est.

¶ **ESBIA**, Exbia. Canalis ad educendas aquas restagnantes. Usus stagnorum Bressiæ apud Guichenonum Probat. pag. 170. et Revellum pag. 285 : *Item, an domini possint Esbias suorum stagnorum in quacumque parte calceataram facere seu Esbiare et illas claudere.* Charta Thossiac. in Dumbis signata *Bonet* ann. 1455 : *Licentia datur faciendi molendinum cum omnibus Exbiis et cæteris ædificiis necessariis.* Vide *Bedum.*

¶ Esbiare, Aquas superfluas et restagnantes educere, mox in *Esbia.*

* **ESBOEILLARE**, Eviscerare, Gall. *Eventrer*, alias *Esboeler* et *Esboueler.* Inquisit. ann. 1266. in Reg. *Olim* parlam. Paris. : *Comminatus fuit quod ipsum eviscceraret et Esboellaret.* Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1. :

> Se tu la porte ne nous ouvres,....
> T'Esbouclerai comme un chien.

Bestiarius Ms. :

> Dou pié trenchant comme alemele
> Si forment que tout l'Esboele.

* *Esbouler*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 342 : *Le signifiant lui respondi derechief que se elle ne se taisoit et ne lessoit en paix le devant dit signifiant, il la Esbouleroit.* Aliæ ann. 1391. in Reg. 142. ch. 65 : *Pierre de Choques dist au suppliant que se il aloit querre lesdiz fagos, il Esbouleroit ses chevaulz. Escrabouller*, in aliis ann. 1478. ex Reg. 206. ch. 189.

¶ **ESBONACHIUM**, Jus Competens Majoribus villarum ex *bonnis* seu metis defigendis. Litteræ Officialis Paris. de emptione Majoriæ de Berrone ann. 1266. in Tabulario Calensi : *Vendidit... partem suam vinorum et metatorum sive Esbonachiorum... exceptis censibus et subcensibus.*

Esbonare, Esbonagium, [Eadem notione.] Vide *Bonna.*

* **ESBONDATIO**, Terminus, limes; a verbo *Esbundare*, nostris *Esbonder*, limitem figere. Charta ann. 1280. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. : *Cum quæstio verteretur inter nos episcopum Laudunensem ex una parte et nos abbatem et conventum S. Vincentii ex altera super limitatione seu Esbondatione territorii ecclesiæ S. Vincentii prædictæ contra territorium episcopatus.... Item habebunt prædicti religiosi justitiam limitandi, cercheminandi et Esbundandi in treffundo suo.* Alia ann. 1290. ex eod. Chartul. : *Li chemin.... demourra dores-en-avant à tousjours de telle leesse, comme il est ore tous Esbondés.* Vide *Bonna* 2.

* **ESBORRARE**, *Borram* seu tomentum avellere, artificibus nostris *Esbourrer.* Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 120. ex Cod. reg. 4659 : *Teneantur Esborrare pannos antequam parentur. Exborare*, in iisd. Stat. ex museo meo. *Esbrouer*, eodem significatu, in Stat. pannif. Rotomag. ann. 1424. ex Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 151 : *Ne pourra nul mouiller les draps jusques à ce qu'ilz soient seellez tous escruz, ou qu'ilz aient prins congié aux boujonneurs de les Esbrouer seulement. Esbusquier*, in aliis Stat. ex Lib. rub. fol. magno domus publ. Abbavil. art. 13 : *Tous pareurs seront tenus de bien et soufisaument parer les draps qui baillés leur seront et y Esbusquier.*

* **ESBOZIGARE**, f. Officinas seu tabernas ædificare, vel In culturam redigere. Stat. ann. 1352. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 152. col. 1 : *Item quod nulla persona sit ausa..... accipere ab aliquo aliquid de dictis patuis, causa rompendi, Esbozigandi, plantandi, seu aliter innovandi in aliquo loco patuorum Nemausi.* Vide supra *Boziga* et mox *Esbuscare.*

ESBRANCATURA, Ramorum abscissio, ex Gallico, *Esbrancheure.* Rogerus Hovedenus pag. 784 : *Qui autem forisfecerit in foresta Regis de viridi, sive per culpaturam, sive per Esbrancaturam, etc.* Vide *Branca.*

* **ESBRIGA**, Later, Gall. *Brique.* Proces. crimin. ann. 1488. ex Tabul. D. Venciæ : *Invenerunt... multos lateres fractos et Esbrigas.*

* **ESBUNDARE**, Limites figere. Vide supra *Esbondatio.*

* **ESBURSARE**, Pecuniam e *bursa* seu crumena depromere, Gall. *Débourser.* Apocha ann. 1423. in Tabul. S. Vict. Massil. : *Tam pro pecuniis per eundem dominum baronem mutuatis, quam etiam pro alimentis præstitis, et aliis usque in præsentem diem Esbursatis et factis, etc.* Vide *Exbursare.*

¶ **ESBUSCARE**, Provincialibus *Desboucar*, Vepreta exstirpare, tollere. Ordinatio Judicis Aquensis ann. 1471. Regest. *Columba* fol. 282. ex Camera Comput. Provinciæ : *Videant et inspiciant, si vallata circumquaque sint debite curata, reparata, constructa et Esbuscata.... si teneriariæ, sive ripæ aquæ fronteriæ... non sint legitimæ, curatæ, Ebuscatæ et reparatæ.*

* Nostri *Esboutures* dixerunt dumeta. Charta ann. 1457. in Chartul. sign. *Cæsar* Corb. fol. 23. r°. : *Lesquelles terres par longue continuation de temps et au moyen de nosdiz bos se soient abocquies et peuplés en partie d'aucuns menus bos, que on dit Esboutures ou espailles.* Hinc *Congnée Esbouchaire*, securis qua tignarius faber ad dolanda tigna utitur, in Lit. remiss. ann. 1464. ex Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 426.

¶ 1. **ESCA**, Modus agri. Fundatio Prioratus S. Petri de Soldiaco ann. 1070. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 481 : *Tres Escas terræ, ubi seminantur duo modii frumenti et amplius.* Forte leg. *Acras.*

2. **ESCA**, Glandatio, *Glandée* Gallis; *Maste* Germanis et Anglis. Lex Bajwar. tit. 21. § 2 : *Si quis aliena nemora præciderit, si portat Escam, et rubus est, cum solido et simili componat.* Edit. Heroldi, *ubi porcorum Esca et robur est.* Charta Alemann. Goldasti 62 : *Per singulos annos 2. corvadas de grano bono non scusso, 1. de spelda, et alterum de avina, et quando Esca est, porcum solido valentem 1. et quando Esca non est, arietem bonum.* Lex Longob. lib. 1. tit. 23. § 3. [** Rothar. 354.] : *De porcis, si in Esca alterius paverint, et inventi fuerint, etc.*

Escaticum, vel Eschaticum, Ead. notione ac origine. Charta Friderici Imp. ann. 1178. apud Ughellum tom. 7. Italiæ sacræ pag. 1434 : *Cum casis, ædificiis, ... pascuis, capilo, aquario, herbatico, Escatico, etc.* Alia Aistulfi Regis Longobard. ann. 753. apud eumdem tom. 2. pag. 107 : *Quod si in ipsis silvis aliquis roncare fecerit, aut si peculia pabulaverit, redditum, Escaticum, seu caseum ad fratres Nonantulæ famulantes perveniant totum.* Occurrit præterea apud eumdem tom. 5. pag. 221. et in Chron. Farfensi pag. 664. Pag. vero 657. *Scaticum*, pro *Escaticum* habetur.

3. **ESCA**, *vulgo dicitur quod fomes sit ignis.* Papias. Ἔσκα, Græcis : Hispanis *hyesca.* [** *Esca* in Diction. Academ. Matrit.] Vide Gloss. med. Græc. Guigo II. Prior Cartusiensis in Statutis ejusd. Ord. cap. 28. § 5 : *Ad ignem focile, Esca, lapis ignitus, ligna, securis.* [Miss. Mozarab : *Offertur vero Episcopo petra et Esca et excussorium.*]

* Munitio Peronæ in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 97. v°. : *Et ligna et ferrum quod sufficit ad xl. dies secundum ciburia, Escam fuesil et chaillou ad faciendum ignem novum.* Medicis *Esca*, quævis materia ustioni partium apta, ex D. *Falconet.* Theod. Prisc. lib. 2. cap. 21 : *Escas et cauteres partibus thoracis infigo.* Consule Reines. var. Lect. lib. 3. cap. 1. Ἰσκαι in Alex. Trallian. Vide Glossar. med. Græcit. in hac voce. [** Confer Livium lib. 25. cap. 39.]

¶ **ESCAANCHIA**, Escaancia, Escaangia, Iisdem notionibus quibus mox *Escaeta.* Chartularium Monasterii S. Quintini in

Digitized by Google

Insula pag. 125 : *Omnes Escaanciæ et omnia forisfacta partiri debent.* Hic *Escaancia* Jus est Domino competens ratione *forisfacti* seu delicti, ut per se patet. Verum id non ita clarum est in omnibus locis mox subjiciendis. In priori saltem *Escaangia* posset accipi pro certo censu quotannis percipiendo. Charta anni 1238. ex Chartulario S. Vandreg. tom. 1. pag. 500 : *Ita tamen quod nec dicti Radulfus Burgensis et Johannes Louvel, nec eorum hæredes Monachis S. Vandregisilli reddent servitium, nec Escaangiam quam iidem Monachi in dicto tenemento annuatim percipiunt sive percipient. Imo ego et hæredes mei dictis Monachis prædictum servitium cum Escaangia reddere tenemur annuatim supra nostrum aliud feodum. Tenenda igitur Joanni Louvel et suis hæredibus omnia prædicta, quæ eidem vendidi, libere... reddendo inde mihi et meis hæredibus pro omnibus querelis et Escaangiis quoddam par cyrotecarum, vel tres denarios monetæ currentis.* In antiquo Normanniæ Stylo tit. de Successionibus pag. 301. edit. 1552. *Escaetes* sunt Prædia vel redditus jure successionis possessa, de qua notione Charta anni 1268. ex Chartulario Fiscamnensi : *Juraverunt insuper... quod in dicto campo seu dicta terra ratione hereditatis, elemosine, petitionis, conquestus, Escaanchie, domini... nihil de cetero reclamabunt.* Similia leguntur in Charta anni 1270. Chartularii S. Vandreg. tom. 1. pag. 29. et in altera Charta Officialis Rotomag. ann. 1282. ex Tabulario B. M. de Bono-Nuntio Rotom. Charta anni 1235. ex parvo Chartulario Gemeticensi cap. 118 : *Tradidi feodum et hereditagium totam Escaanciam, quam habebam in parochia S. Petri de Warengevilla.* Vide in *Escaeta* voces *Escanchia* et *Eschanchia.*

¶ Esciauntia, Eschaauntia, Bona in fiscum Domini feudi cadentia, cum quis sine hærede moritur. Sic in quatuor Chartis Tabularii Corbeiensis ann. 1219 : *Recognoverunt se in omnibus.... nullum omnino jus habere, nec in majoria nec in mortuis manibus... nec in Escaauntiis illorum, qui ibidem sine hærede moriuntur.* Eadem habent duæ ejusdem Tabul. Chartæ : *Nec in Eschaauntiis illorum, qui ibidem sine hærede moriuntur.*

* Nostris etiam *Escaanche.* Charta ann. 1268. in Reg. 4. Armor. gener. pag. 8 : *Quod in dictis duodecim solidis annui redditus ratione hæreditatis, Escaanchiæ, seu quacumque alia ratione sibi competenti nichil de cetero reclamabit.* Alia ann. 1310. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 368. v°. col. 2 : *Jamais sur ladite terre ne demanderai, ne ferai demander par moi, ne par autre, chose nule par raison d'Escaanche, ne de droiture naturel, etc.* Vide infra *Escahentia.*

* **Escabotum**, Scabotum, a Provinciali *Escaboue*, Grex, Gall. *Troupeau.* Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Scabotum ovium dicti Andreæ intraverat in quoddam bladum dicti territorii.* Infra : *Vidit accipere pasquerium de singulis Escabotis ovium, quæ pascebant ibi, unum annoje.*

* Aliud sonat *Escabort;* est enim vox contumeliæ, quæ idem forte significat quod *Escabousseur*, quo homo fraudulentus, vulgo *Trompeur*, indigitatur. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 343 : *L'exposant qui est boiteux et mutilez de ses jambes, tant qu'il le convenoit aler à une pontence, par grant chaleur ledit Murat lui dist qu'il estoit un faulx, mauvaix boiteux, Escabort, avec plusieurs autres paroles injurieuses.* Aliæ. ann. 1390. in Reg. 140. ch. 22 : *Escabousseur, qui vault à dire ou puis* (d'Aunis) *trompeur de gens.*

* **Escacarium**, a Gallico *Echiquier*, Suprema curia apud Normannos. Charta pro capit. Carnot. ann. 1375. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 299 : *Item supra nemoribus desuper dictum pontem S. Petri, quæ tenuit in feodali firma seu feodo firmo Johannes de saint Lienart, xx. lib. Turon. ad duos terminos Escacarii.* Vide *Scacarium* in *Scacci* 1.

* **Escadaffault**, vox vulgaris, pro *Echafaud*, Tabulatum altius eductum. Ch. ann. 1379. in Cod. reg. 8542. 6. fol. 152. r°. : *Existens apud Montempessulanum serenissimus princeps dom. Ludovicus regis quondam Francorum filius.... extra portale saunneriæ super quodam Escadaffault, in quo si quidem Escadaffault lata steterat sententia contra villam Montpessulanam, etc.* Vide mox *Eschafaudus* et *Scadafale.*

* 1. **Escadere**, Decidere, deficere, Gall. *Déchoir.* Charta S. Ludov. ann. 1263. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 297 : *Si vero contingeret quod aliquod stallorum prædictorum Escaderet pro portione census dictum stallum contingente, aut si combustio, vel aliquis alius casus fortuitus eveniret per quod halla prædicta, sive aliquod stallorum prædictorum dampnificaretur, etc.*

* 2. **Escadere**, Advenire, Gall. *Echoir.* Pactum inter Carol. VIII. reg. Franc. et Ferdin. reg. Castel. ann. 1493. inter Observat. ad Hist. Carol. VIII. pag. 667. art. 17 : *Et similiter recipientur et recuperabuntur denarii terminorum Escadutorum et debitorum, sicuti Escadent usque in diem dictæ possessionis.* Vide *Excadere.*

* 3. **Escadere**, Jure hæreditario obvenire; nostris *Exchoiter*, verbum activum, pro *Hériter*, jure hæreditario obtinere. Homag. Poncii *Amenein* ann. 1214. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 28 : *Feci hominagium ligium..... domino Simoni comiti Leycestriæ..... de tota terra Guillelmi Amenein, quæ ipsi erat Escaduta, quam mihi dedit.* Libert. hominum *de Boussac* ann. 1427. in Reg. 179. ch. 42 : *Item qu'ilz puissent Exchoiter et succéder les ungs ès autres, et avoir les biens, exchoite et succession quelconque les ungs des autres par droit de succession et hoirrerie à eulx appartenans.* Vide *Excadere.*

* **Escaducha**, Occupatio rerum mobilium vel immobilium ex delicto et forisfactura, vel ex alia qualibet causa. Charta ann. 1230. ex Bibl. reg. : *Habeat* (episcopus Biter.) *ea, quæ occupaverat per Escaducham comes Montisfortis. Eschéete*, eodem sensu, in Assis. Hierosol. cap. 146 : *Se le fié vient en la main dou seignor par Eschéete, ou par défaut de service ou autrement, etc.* Vide *Escaeta.*

* **Escaduta**, Eadem notione. Charta Ermeng. abb. Montisol. ann. 1231. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 446 : *Excipimus tamen, quod de cætero non liceat bajulo nostro alienare, dare ad acapitum, vel vendere, seu impignorare possessiones vel Escadutas nostri monasterii absque nostro consilio et voluntate expressa.*

* **Escaementum**, Eodem intellectu. Charta Mauric. Episc. Paris. in Chartul. ejusdem fol. 47. v° : *Hudeardis de Victoricio, assentientibus filiis Reginaldo et Godofrido, dedit in uxorem filiam suam Sancelinam, quæ erat femina nostra de corpore, cuidam libero homini, Drogoni scilicet Saviniaco. Et nos pietatis intuitu eidem Drogoni concessimus..... quod si contingeret eum decedere sine liberis, nullum de bonis ejus habebimus Escaementum.*

Escaeta, Escharta, Escheta, Escheuta, Excaeta, Escadentia, Escasura. [** Adde *Escaanchia, Escaauntia, Escaducha, Escaduta, Escaementum, Escahentia, Excadentiæ* et *Excaducum*, quæ voces suis locis videndæ sunt.] Horum vocabulorum non una semper, sed varia et diversa est significatio. Nam interdum, et ut plurimum, sic appellantur bona, prædia, immobilia vel mobilia quævis, quæ ex delicto et forisfactura vassalli vel alio quolibet casu cadunt in fiscum Domini feudi. Ita Rastallus, et practici Angli. Vide Britton. pag. 27.

Duplicis porro generis *Eschetas* statuunt Leges Baronum Scoticor. seu Quoniam Attachiamenta cap. 48 : *Escheæ* enim *accidunt, quandoque in mobilibus, quandoque in terris et tenementis :* in mobilibus, veluti ἀδεσπότοις, quæ nullius Domini sunt, Thesauris, rebusque aliis inventis, animalibus confiscatis, etc. in immobilibus, veluti bonis et prædiis damnatorum, proditorum, sine hærede decedentium, [** bastardorum *sine hærede defunctorum* et usurariorum apud Glanvill. lib. 7. cap. 16. et in Rotul. Abbrev. passim.] [nothorum, ut apud Perardum in Burgund. pag. 350. debitam talliam non solventium statuto tempore, in Charta ann. 1457. ex Bressia, etc. *Nihil* autem, ut est ibidem § 13. *judicatur Escheta, nisi propter culpam aut transgressionem alicujus partis, quam ipsa res tangit.* Quæ quidem bona, *Caduca* dicuntur jurisconsultis. Gloss. Lat. Græc. : *Caducum*, τὸ χωρεῦν εἰς τὸν φίσκον. Ita in Charta Guillelmi Episc. Paris. ann. 1244. apud Brolium in Histor. Paris. lib. 2. pag. 283. 2. edit. et aliis, *caducum* vox usurpatur.

Interdum et sæpe sumuntur hæ voces pro legitimis hæreditatibus, quæ quibusvis obveniunt : unde ut ab escaetis, quæ ex delicto vel ex defectu hæredis Dominis feudi obveniunt distinguantur, sæpe *Eschaetæ* vocabulo additur vox *recta*, id est, *legitima*, ut quæ ex lege obvenit : quæ etiam *Recta hæreditas* dicitur in Legibus Henrici I. cap. 1. Charta ann. 1279. apud Duchesn. in Probat. Hist. Burgund. pag. 94 : *Salvo sibi et hæredibus suis recto caduco, sive recta Escheeta, et alio jure futuro, si in præmissis contingeret evenire.* Vide Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 21. [Bellomanerius cap. 14. pag. 79 : *Echoite si est quant hiretage descend du côté par la defaute de che que chil qui muert n'a nus enfans, ne nul qui de ses enfans soit issus, si que*

Digitized by Google

ses hiretages échoient à son plus prochain parent, si comme à ses freres ou à ses sereurs, et se il n'a nus freres à ses oncles; se il n'a ne freres ne sereurs, ou à ses antains; ou se il n'a ne freres, ne sereurs, ne oncles, ou à ses cousins germains, ou à son plus prochain parent dedant le quart degré de lignage. Litteræ Guidonis Comitis Nivern. ann. 1231. insertæ Litteris Caroli primogeniti Johannis Franc. Regis. ann. 1356. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. pag. 118 : *Si aliquis vel aliqua sine filio vel filia decesserit, Escheeta mortui vel mortue sine mercamento aliquo ad propinquiorem liberum heredem deveniet. Quod si statim hujusmodi propinquior heres Escheetam non requisierit, anno et die reservabitur justo heredi per manum dictorum quatuor burgensium. Si autem ipse propinquior heres infra annum et diem Escheetam non requisierit, dum tamen requirere potuerit competenter, deinceps super hoc nullatenus audietur, ymo ad nos plenarie deveniet Escheeta.* Aliæ Philippi cognomento Audacis ann. 1281. ibid pag. 216 : *Comitatus Pictavensis ex Escheeta prædicti patrui nostri ad nos devenerit.*]

Escaeta cum Hæredr. Gervasius Tilberiensis lib. 2 : *At cum pater familias, miles, vel serviens, de Rege tenens in capite fata debita solverit, relictis tamen liberis, quorum primogenitus minor est annis, reditus quidem ejus ad fiscum redeunt : sed hujusmodi non simpliciter Eschaeta dicitur, sed Eschaeta cum hærede, . . . de ipsa hæreditate per regios Officiales tam ipse hæres, quam cæteri liberi necessaria percipiunt.* Vide *Custodia*, *Hæres*, et *Warda*. Varie porro hæ voces exaratæ leguntur :

Escaeta, in Vitis Abbatum S. Albani pag. 88. apud Radulfum de Diceto ann. 1191. Matth. Paris pag. 394. et alios.

¶ Echaeta. Charta Itherii de Mengnac Domini de Closis ann. 1278. apud Thomasserium, in Biturig. pag. 110 : *Quod Echaëta seu successio ipsorum tam de bonis mobilibus, quam de immobilibus deveniat ad propinquiorem de genere eorumdem.*

Eschata, et Escheta, Eschaeatae, Anglis *Escheat*, apud Mat. Paris pag. 179. Littleton. sect. 4. Tho. Walsingh. pag. 100. [et in Charta Theobaldi Comitis Campaniæ ann. 1233. pro Abbate Molismensi.]

¶ Eschaancia. Charta anni 1234. ex Archivo B. M. de Bono nuncio Rotomag. : *Totum illud tenementum meum, quod habui de Eschaancia avunculi mei.*

¶ Escanchia. Charta Officialis Rotomag ann. 1303 : *Juraverunt . . . quod . . . ratione hereditagii, successionis, petitionis, divisionis, dominii, conquestus, Escanchiæ, dotis, dotalitii, seu donationis propter nuptias, seu quocumque alia ratione sibi competente vel competitura in dicto annuo redditu nichil reclamabunt in futurum.*

¶ Eschanchia. Chartular. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1670 : *In terris, ædificiis, vineis, redditibus, ripparüs, censibus, homagiis, redevanchiis, et aliis quibuscumque ad me spectantibus, quæ omnia possidebam de Eschanchia cognati mei Johannis de Fraxinis defuncti.* Vide Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1277.

Eschета, in Leg. Baron. Scotic. loco cit. in Statutis Roberti III. Regis Scotiæ cap. 28. in Regiam Majest. lib. 2. cap. 55. § 2. 3. in Itinere Camerarii Scotiæ cap. 34. etc.

Escheuta, in Libertat Montis regalis apud Guichenon. in Histor. Bress. in Consuet. Comitatus Burgund. art. 100. Autisiodor. veteri art. 39. Biturícensi tit. 19. art. 16. 33. etc.

¶ Escrita, apud Thomam *Madox* Formul. Anglic. pag. 374 : *Ego Ricardus de Waletun quietum clamavi . . . redditum viginti solidorum, et regale servitium, et wardos, et Esceitas, et cartum, et quidquid juris mihi . . . evenire potuit, etc.*

¶ Excidentia. Charta M. Abbatis S. Vedasti Atreb. in Chartulario v. ejusdem Abbatiæ pag. 1 : *Dominium et justitiam et Excidentias justitiæ nobis integre detinemus.* Charta anni 1243. in Chartular. S. Vandregesili tom. 1. pag. 384 : *Quod ego et hæredes mei tam per Excidentium, quam aliter de cætero habere poteramus.*

¶ Excidre, Obtingere, obvenire, Gall. *Echoir.* Instrument. anni 1242. ex Chartulario S. Vandregisili tom. 1. pag. 505 : *Cum omni jure, libertate et domin.o quod . . . habebam, et quæ mihi et meis hæredibus accidere poterant et Excidere de cætero.* Charta P. Ducis Britanniæ min. ann. 1237 apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 335 : *Nos tradidimus domino nostro Regi Franciæ omnes terras, quas de eo tenemus in Francia . . . et etiam terram hæreditariam fratris nostri . . . si interim nobis Excideret, tenendas in manu sua, etc.*

Excadentia, in Consuetud. Siculis lib. 1. tit. 77. [et in Charta Officialis Rotom. ann. 1279. ex Archivo B. M. de Bono Nuncio.] *Terræ Escadentiales*, in Fleta lib. 6. cap. 1.

¶ Eschasuca, apud Acherium tom. 8. Spicil. cap. 242.

Escasura. Charta de Chableiis in Tabulario Campan. Thuano fol. 189 : *Comes habet Escasuras apud Chableias omnium hominum liberorum, et suorum, et omnium extraneorum qui non habent Dominum.* Charta Libertatum Villæ de *Villereys* ann. 1253 : *Escasuræ ad propinquiorem hæredem devenient.* [Charta Philippi II. Franc. Regis ann. 1204. apud D. *Brussel* de Feudorum usu tom. 1. pag. 7 : *Quidquid idem Comes habebat citra mare Angliæ, et quidquid de Escasura ipsius Comitis ad eam jure hereditario devenit, et poterat devenire citra mare Galliæ.* Martenius noster tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1048. habet *Excasura*. Hist. vero Harcur. tom. 4. pag. 2174. *Excasina* perperam.] Vide Roverium in Reomao pag. 259.

¶ Excassura. Charta fundationis Monasterii Veteris pediculi ann. 1172. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 887 : *Item, domnus Matthæus Vanne et dominus Stephanus Putet dederunt eisdem Fratribus censum manus firmæ cum omni justitia et dominatione, et cum Excassura, si forte evenerit.*

¶ Exoasura. Acta Abbatum S. Germani Autissiod. cap. 13 : *Excasuræ decedentium nequaquam ad alios homines, licet propinquos, sed tantum ad homines Ecclesiæ devolvantur.* Et cap. 10 : *Nam cum dimidia pars domus ex quadam Excasura jus Monasterii devenisset, aliam medietatem emit.* Charta P. Comitis Nivern. ann. 1104. pro Burgensibus Autissiod. apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 326 : *Certum est, quod franchi homines suas habent in integrum Excasuras, et habebunt in perpetuum.* Codex MS. redituum Episcopatus ejusdem urbis : *Excasura, hoc est, manus mortua . . . Excasuræ emptæ a Guillelmo Armigero . . . Domus de Valen, quæ fuit de Excasura x. sol. Excasuræ, sive manus mortua circa lx. lib.*

¶ Excaucia. *Pro hereditate vel Excauciis uxoris suæ*, in Litteris Ferrandi Comitis Flandriæ ann. 1214. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 842. Mallem *Excauciis.*

Escaduca, in Charta ann. 1243. in Regesto Comitum Tolosæ fol. 88 : *Albergas, successiones, Escaducas, furnos, etc.*

¶ Escaduta Legitima, in Charta anni 1311. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 579.

¶ Escasuta. Vide locum in *Francalia.*

¶ Escata. Inquisitiones factæ in loco Oysentii, pro juribus Comitis, Hist. Delphin. tom. 1. pag. 20. col. 2 : *Debet respondere domino Comiti de duabus partibus bannorum et Escatarum, quæ eveniunt quum tenentur dicta placita.*

¶ Eschaamentum. Charta Ludovici filii natu majoris Philippi Aug. pro Communia Atrebat. ann. 1211 : *Duodecim Scabini debent eligere quatuor probos viros, qui debent recipere omnia Eschaamenta civitatis, et de eis debent reddere computationem Scabinis.*

¶ Eschaementum. Chartular. SS. Trinit. Cadom. fol. 33. v° : *Quæ ad eum pertinent tam in hominibus, quam in campis . . . in censis, et in reguarz, et in omnibus Eschaementis, quæ ad Dominum pertinent.*

¶ Escheementum, infra in *Forismaritagium.*

¶ Eschayda. Charta Guillelmi Alamelæ ann. 1276. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 526 : *Excepta successione sive l'Eschayda, quæ utrique dicturum partium posset inantea evenire.*

¶ Eschraincia. Charta Archidiaconi Rem. ann. 1241. ex Tabulario S. Nicasii : *Nisi aliquid ratione dotis vel Escheancie reclamabunt.* Charta Curiæ Suess. ann. 1261 : *Tertiam partem totius hereditatis eorum et totius Escheancie, etc.* Rursus occurrit apud Miræum tom. 1. pag. 770.

¶ Escheta. Homagium ann. 1205. apud D. *Brussel* tom. 1. de Feudorum usu pag. 108 : *De portione, quæ me contingit de Escheta Comitis Barri super Secanam, deveni homo ligius illustris dominæ meæ Blanchæ Comitissæ.*

¶ Eschoites. Charta Commun. Divion. apud Perardum in Burgund. pag. 335 : *Dedi . . . omnes Escheoites in homiaibus, quæ ad me venire debent.*

¶ Escheita, infra in *Evenimentum.*

¶ Eschoeta, apud Thomasserium in Biturig. pag. 123.

¶ Eschoita, apud eumdem Thomass. pag. 732.

¶ Eschouета, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 487.

¶ Eschuta, in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 134. et alibi. *Espava seu Eschuta apum*

Digitized by Google

et quorumcumque animalium, inStatutis S. Claudii ann. 1448.

ESCAETOR, **Escaetor**, Magistratus apud Anglos, cujus munus erat, res in fiscum Principis quolibet jure redactas in provinciis diligenter exquirere et colligere : *Escheators*, vulgo. Articuli Episcoporum Angliæ in Additam. ad Matth. Paris : *In tantum jam crevit malitia, quod Escaetores non ad bona Abbatum et Priorum usui decedentium deputata, manus extendunt, verum etiam ad blada instaurata, etc.* Will. Thorn ann. 1306 : *Walterus de Gloecstr. Eschaetor.* Idem ann. 1316. in Charta Edward. II : *Ita quod nullus Escaetor, seu alius minister noster... se intromittat.* Vide eumdem ann. 1363. Monast. Angl. tom. 1. pag. 48. Concil. Lambethense ann. 1261. cap. *de Custodia Eccles.* Edw. Cokum ad Littletonem sect. 4. Fletam lib. 1. cap. 20. § 60. Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 2. pag. 978. etc. In Charta Gallica apud eumdem Thorn ann. 1388 : *Eschetour.* Ejusmodi erant *Cæsariani, qui bona ad Principem devoluta veluti vacantia occupabant*, in leg. 2. Cod. Th. de Bonis vacantib. (10, 8.)

Habent, ait Spelmannus, vel potius habuere, Magnates aliquot hujusmodi Officialem : suum autem Rex in unoquoque Comitatu Angliæ, qui a Magno Thesaurario annuatim constitutus, fisco militat et piscatur, exacto vero ministerii sui anno, iterum infra triennium non ad idem recipiatur exequendum. Stat. Henrici VIII. cap. 8. et ann. 3. ejusd. cap. 2. [Vide Kennettum in Glossario ad calcem Antiquit. Ambrosden.]

Escaetria, Officium *Escaetoris*, in veteri magna Charta fol. 160. 161. etc.

Subescaetor, Locum tenens ac Vicarius *Escaetoris*, in Fleta lib. 1. cap. 20. § 60. et apud Gul. Prynneum in Libertatibus Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 847. *Eschetours et Dessouth-Eschetours*, apud Britton. cap. 21.

* **ESCAHENTIA**, Legitima hæreditas, quæ alicui obvenit vel obvenire potest, nostris alias *Enchene*, *Eschéeste*, *Eschéison*, *Eschoiste*, *Eschoete*, *etc.* Charta Folqueti de la Forsa et Aymer. Berm. ann. 1407. ex Tabul. Flamar. : *Se devestiens totaliter et exuens de omni jure, deverio, actione, possessione, proprietate, parte, portione et Escahentia sibi pertinentibus.* Charta ann. 1270. in Chartul. S. Pet. de Monte : *Hoadrois et Hawions donent et aquitent pour Dea et en aumône à l'agleise de S. Pierre lour menandies davant dites, et tous lour pris et toutes lour terres où qu'il les ont, et l'Enchene qu'il doivent avoir après la mort la maraistre Hawion.* Alia ann. 1299. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 63. v°. col. 2 : *Denisot afferma par devant nous en droit qu'il avoit, recevoit et poursuivoit de la succession des devans Jaques son pere et Perronnelle sa mere que de l'Eschéeste de feu Jaquet et de Robin ses freres.... vint livres de Parisis.. pour sa partie, porcion, daision et Eschéeste qui li appartenoit.* Rursum alia ann. 1301. ibid. fol. 142. r°. col. 1 : *En ladite composition ait esté reservez à moi ladite Hyroleut les aeneages en l'Eschoaste dudit Gilbert.* Charta ann. 1254. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1326 : *Com il eust contenz..... pour Eschéison de la descendue, etc. Eschoete*, in Lit. ann. 1293. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 514. art. 1. Vide supra *Escaanchia* et *Escaeta.*

ESCAIRE, Jure hæreditario obvenire, Gall. *Echoir*, alias *Eschayter.* Scacar. Paschæ ann. 1219. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 20. r°. col. 2 : *Judicatum est.... quod custos talis sit, quod hæreditas puellæ non possit ei Escaire ex morte puellæ vel sororum suarum.* Charta ann. 1294. ex Chartul. episc. Carnot. : *Je Guace de Loygni..... fuis assauvoir à tous que je ay gagé à R. pere en J. C. et seigneur monsgr. Symon par la grace de Dieu evesque de Chartres à faire toute sa volonté haut et bas de la finance du rachat du fié et des appartenances de la terre de Loygni, laquelle m'est Eschayté de la mort monsgr. Girart jadis seigneur de Loygni mon frere.* Vide supra *Escadere* 3.

* **ESCALA**, Locus, ut videtur, ubi religionis causa congregantur Judæi. Testam. Isaac medici Carcass. Judæi ann. 1305. ex Chartoph. reg. Montispessul. : *Item volo et mando Vitali filio et hæredi meo infrascripto, quod ipse faciat fieri nomine meo unam coronam.... ad opus rotuli quod ego feci fieri ad opus Escalæ Judæorum Carcassonæ.*

¶ **ESCALARE**, Gall. *Escalader.* Scalis muros ascendere. *Fortalitia obsessa, assalhiata, debellata, Escalata clandestine nec furtive capta*, apud Rymerum tom. 8. pag. 618. col. 2. [* Vide infra *Eschallare.*]

* **ESCALFATOR**, Instrumentum cibariis recalefaciendis aptum, Hisp. *Escalfador*, Gall. *Réchaud.* Invent. ann. 1361. ex Tabul. D. Venciæ : *Item duos Escalfatores de aramo.*

ESCALIARE. Eximinus Salanova de Privilegiis Baronum Aragon. : *Item possunt Escaliare in villis regalibus ubi sunt vicini tantum.* Vide *Scalia.*

* **ESCALINGIA**, Terra paludosa, ut opinor; nisi sit nomen loci. Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5189. fol 43. r° : *Dominus Guillelmus Demenanni medietatem terrarum de terra Paan S. Valerii et medietatem Escalingiarum.* Vide *Scalinga.*

* **ESCALIS**, Discus, patina. Vita B. Osan. tom. 3. Jun. pag. 684 col. 1 : *Cum mensæ accubuisset, universum tempus in distribuendis rebus, quas suo imponebant Escali, consumebat.*

ESCALIUM. Charta Sanctii Regis Navarræ æræ 1158. apud Blancam : *Confirmo etiam . . . omnes decimas terrarum, villarum, Escaliorum, et omnium alodiorum suorum, etc.*

¶ **ESCALLARDUM**, a Gallico *Echalas*, Palus, adminiculum, ridica, pedamentum. Chartular. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1291. in Charta anni 1279 : *Juravi insuper ego dictus Gaufridus, quod prædicti clausi sarmento, dictis Escallardis ego nec hæredes mei nihil poterimus nec in omnibus in dicto clauso existentibus vel pertinentibus de cætero reclamare.*

¶ **ESCALLATA**, Coccum, Gall. *Ecarlate.* Codex Legum Norman. apud Ludewig. tom. 7. pag. 187 : *Ebur, roballum, lapides prettosos, insuper Escallatam, warmigrium, et pelles sebelinas, etc.* Vide *Scarlatum.*

* Comput. MS. ann. 1244 : *Pro quatuor alnis Escallatæ violetæ pro domina comitissa, alna xxviij. sol. cxij. sol.* Testam. Phil. episc. Sabin. ann. 1372 : *Item mantellum estellatum* (l. escallatum) *foltatum de penn de Narbona.... Item capam et mantellum Escallatæ muretæ cum capuciis foltatis dominæ de Podio nepti meæ. Escarlate brune*, purpuram intelligo, in Lit. remiss. ann. 1406. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 444 : *Une piece d'Escarlate brune, et une autre d'escarlate vermeille. Esquallate*, in Reg. sign. *Pater* Cam. Comput. Paris. fol. 251. r°.

¶ **ESCALMAMENTUS.** Vide *Eschalmamentus.*

ESCAMBIUM, [Permutatio, Gall. *Echange.* Sententia arbitralis anni 1235. ex Tabulario S. Nicasii Remensis : *Dicebat dictam Ecclesiam alias terras in Escambium et commutationem recepisse.* Occurrit rursus infra, et apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 1277. et alibi non semel.] Vide *Cambiare.*

** **Escambium Competens**, Præstatio indemnitatis ob rem evictam. Glanvilla lib. 3. cap. 1 : *Et nota quod cum constiterit, eum qui trahitur qd Warrantum, debere ei Warrantisare rem illam, de cetero non poterit eam perdere is, cui Warrantisare debet eam, quia si res illa in curia disrationetur, tenebitur ad Competens Escambium, si habuerit, unde id facere possit.* Vide *Escannicum.*

** **Escambium Campionis**, *Si... producatur alius Campio, quam ille qui duellum vadiavit*, apud eumdem Glanvillam lib. 8. cap. 8.

** **ESCAMEN**, Esca. Esbasis vers. 1113 :

> Mortis hic est annus virosa Escamine tectus,
> Propinat mortem dum fingit ferre salutem.

¶ **ESCAMPSOR**, Nummularius, Gall. *Changeur.* Consuetud. Lemov. art. 42 : *Aurifabri sive deaurarii et Escampsores annulos, monilia, zonas et garlandas argenteas, etc.* ubi versio Gallica sic habet : *Orfevres, Changeurs de bagues, ceintures, perles et semblable orfeverie, etc.* Vide *Campsor* post *Cambiare.*

¶ **ESCANCHIA.** Vide in *Escaëta.*

* **ESCANCIUS**, Pincerna, a poculis, Gall. *Echanson.* Charta Ludov. VII. ann. 1138. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 200 : *Ita nos Ebrardum servientem nostrum,... et Escancium meum..... recipimus custodiendum.* Vide *Escantio* et *Scancio.*

¶ **ESCANDA**, ut *Esca*, Cibaria, si bene conjecto. Mabill. tom. 4. Annal. Bened. pag. 460. ad ann. 1044 : *Ex villis monasterio Coriensi subjectis annuus census præbebatur de Escanda, de sicera, de carnibus et de sale.*

¶ **ESCANDALEUM**, Mensuræ genus pro liquidis. Litteræ cujusdam Judæi ann. 1471. Hist. Massil pag. 307 : *Item lego eleemosynæ Judæorum, quæ vocatur Mahor, unum Escandaleum olei annis singulis distribuendum in qualibet vigilia magni jejunii Judæorum.* [* Vide *Scandalium* 1.]

* **ESCANDILARE**, ut supra *Echandilare*, Mensuras ad examen publicarum mensurarum exigere, nostris alias *Escandillier*,

Digitized by Google

nunc *Echantillonner*. Charta ann. 1489. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 280 : *Jus et facultas Escandilandi et signandi quascumque mensuras tam bladi, vini, olei, salis, ... illasque tradendi, visitandi, marquandi, nec non etiam ulnas tam panni, quam etiam telæ, etiam dandi, Escandilandi et marcandi.* Libert. villæ *de Chagny* ann. 1282. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 381. art. 6 : *Peuvent et doivent tenir et avoir boisseaut et mesure de vinz et de oile, qui davent estre Escandilliez à la mesure du soignour. Espnaler, Espneler* et *Espaler*, eodem significatu Picardis nostris. Charta ann. 1262. in magn. Chartul. nig. Corb. fol. 180. r°. : *Avons vendu .... toute nostre mairie.... en quelesconkes choses que che fust..... en desgren au moelin, du boistel faire* et *Espneler au moelin*. Alia ann. 1314. in Chartul. Regal. loci part. 1. ch. 70 : *Et mesmement* (auront droit) *de penre les mesures dudit molin, ou faire penre par leurs gens, d'Espnaler et de justifier lesdites mesures toutes fois et quantes li cas s'i offerront.* Infra *Espailier*. Charta commun. S. Valer. ann. 1376. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. : *Item toutes mesures doivent estre taillées et Espalées par le bailly, par le maieur et par les eschevins.* Chartul. 23. Corb. ad ann. 1448 : *Pourveu toutes voyes que lesdites aunes, pois et mesures eussent préalablement esté Espalées à l'espal des mesures desdits religieux.* Vide *Eschantillare* et infra *Scandaglare*.

* **ESCANDIS**, Stipes, palus, Gall. *Pieu*. Joan. Germ. Cabill. episc. in vita Phil. Boni apud Ludewig. tom. 11. Reliq. MSS. pag. 33 : *Perlongas pixides, quas grossos bombardes dicunt, ad bases turrium complantantur, eas forti stipite, quem Escandis nuncupant, colligant, etc.*

* **ESCANGIA**, Permutatio, Gall. *Echange*. Charta ann. 1219. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 221 : *Robertus de Erlons feodarius meus in præsentia mea recognovit se quosdam redditus.... pro tribus galetis terræ arabilis sitæ apud Erlons in Escangiam contulisse. Ego autem præfatam Escangiam cum Margareta uxore mea ratam habui et firmam approbavi.* Vide in *Cambiare*.

* **ESCANGIUM**, Eadem notione. Charta ann. 1186. ex Chartul. Vallis B. M. dicœ. Paris. : *Dederunt vineam suam de Naissel assensu uxorum suarum et liberorum monachis de Valle B. M. in Escangio pro vinea de la Heise.* Nostris *Anteschanger*, pro Vicissim permutare. Charta Hugon. Archiepisc. dom. *de Partenay* ann. 1268 : *Lesquaus choses il nos Anteschange, e laisse, e quipte.* Vide *Escambium*.

¶ **ESCANNA**. Vide *Essanna*.

¶ **ESCANNICUM**, ut *Escambium*, Commutatio vel Compensatio. Gall. *Echange*. Instrum. anni 1079. apud Severtium in Episcopis Matiscon. pag. 114 : *Eo tamen pacto ut si aliquid inde haberent supra medietatem, unde ipse Hugo Escannicum non haberet, hoc illi dividerent.* Vide *Escambium Competens*.

¶ **ESCANTIO**, A cyathis, pincerna, Gall. *Echanson*. Liber niger Scaccarii pag. 350 : *De Escantionibus. Quatuor tantum debent servire simul vice sua, etc.* [* Vide supra *Decancius* et *Scancio*.]

* **ESCAPIAMENTUM**. Vide in *Escapium*.

¶ **ESCAPINUS**, ut *Scabinus*, Assessor in judiciis, Gall. *Echevin*. Placitum anni 783. apud Mabill. lib. 6. de Re Diplom. pag. 501 : *Ibique veniens Advocatus S. Dionysii... nobis suggerebat dicens, eo quod inter Riferonem Comitem et suos Escapinios in pago Tellas, in mallo publico, etc.* Vide *Scabini*.

* **ESCAPITIS**, Prælatio, quæ fortuito qualibet ex causa domino feudi obvenit; nisi sit pro *Accapitis*, præstatio scilicet, quæ nomine *relevii* domino capitali redditur. Vide in *Accaptare*. Charta C. dominæ Larreii ann. 1237. ex Cod. reg. 9612. A. B. N. : *Concessi.... ecclesiæ Alberippæ centum solidos Divionenses censuales percipiendos singulis annis in perpetuum in censibus de Rie ad festum beati Remigii.... Si vero census tantum non valeret, id quod deficeret de prædictis centum solidis perciperetur a fratribus dictæ ecclesiæ in Escapitibus prædictæ villæ de Rie.*

ESCAPIUM, Evasio, fuga, Anglis *Escaping*, ex Gallico *Eschapper*, et Angl. *to Escape*, Effugere, evadere, ex *captione* se subducere, [*Scapha*, Aremoricis *Achap*,] unde vocis origo : quæ quidem usurpatur apud Anglos, de reo aliquo detento, et in carcerem misso, qui libertate donatur, antequam judicio, seu judicis sententia et præcepto liberetur. Duplex autem est *Escapium : voluntarium*, cum quis reus in crimine deprehensus et detentus, liber abire permittitur : alterum *neglectum Escape*, dicitur, cum scilicet idem reus detinetur, ac per negligentiam seu incuriam custodis evadit, custode non admodum laborante in eo rursum comprehendendo. Utroque casu, is cujus custodiæ incumbit reus, ejusdem criminis quo reus, damnatur, et si feloniæ, tanquam felo, si proditionis, tanquam proditor punitur. [** Placit ann. 33. Edw. I. Oxon. rot. 19. in Abbrev. Placit. pag. 253 : *Eo quod custos gaolæ et castri Oxoniensis permisit quandam Alticiam de Droys, quæ convicta fuit et adjudicata morti, sed quia prægnans fuit remittebatur gaolæ.... evadere, et ad evasionem illam consenciens fuit idem custos adjudicatur.... et dicit quod clericus est.... et garcio suus quem misit cum prædicta Alicia adjudicatur, quod suspendatur, etc.*]

Reorum autem custodia non tantum Carcerarium spectabat, sed et loci incolas adeo ut si reus per eorum incuriam evaderet, ii *Escapii*, quam dixi, pœnam incurrerent. Quinetiam si quis homicidium intra urbem commisisset, et ille ex urbe evasisset, incolæ *Escapii* pœna tenebantur, ut pluribus hanc materiam exequuntur Auctor Fletæ lib. 1. cap. 20. § 75. cap. 48. § 7. Guillelmus Stanford. in Placitis Coronæ lib. 1. cap. 26. et seqq. ut et Rastallus verbo *Escape*, et Cowellus lib. 4. Instit. tit. 18. § 14.

Cum igitur non leve esset onus urbium incolis reos custodiendi, ab eo sæpe exempti leguntur, beneficio Principum. Charta Gilberti Tisoni summi Vexillatoris Angliæ in Monast. Angl. tom. 1. pag. 372 : *Sint quieti in civitatibus, burgis,... et de omni terreno servitio et seculari exactione : similiter de sectis curiæ.... et de murdro, et latrocinio, et Escapio.* Alia Charta ibidem pag. 977 : *Et omnia amerciamenta, redemptiones,... necnon omnimoda Escapia felonum, de et in villa, terris, etc.* Charta Henrici III. tom. 2. pag. 660 : *Et sint quieti.... de murdro, de francoplegio... de Escapiis latronum, de roberiis, etc.* Adde pag. 511: Charta Philippi Ebroicensis pro incolis Mellenti anno 1320. in Tabulario Prioratus sancti Nicasii pag. 72 : *Lesdiz habitans de la ville de Meulant et des Muriaux.... ne sont tenus à gaitier les prisonniers estans en notre geole de Meulent et des Muriaux : més s'il avenoit que aucun, ou aucuns malfaiteurs occissent un homme, ou feissent aucun murtre ou autre meffait, ou aucune malfaçon, et il se boutoit en monstier, ou en lieu semblable, lesdits habitans seront tenus à gaitier : més hors la ville ils n'iront point gaitier, ne n'y seront contrains.* Willelm. Thorn ann. 1268 : *Et si ille qui captus fuerit per prædictum Abbatem infra prædictas bundas et metas evaserit de prisona dicti Abbatis, non debebunt respondere de ipso Escapio coram Justitiariis.* Vide Statutum 1. Westmonasteriense cap. 3. et Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 39. 81. lib. 2. cap. 35. et Consuetud. localem *de Menetou*, apud Thomasserium pag. 196. *Incarceratorum Evasio* dicitur in Charta Thomæ Regis Manniæ ann. 1055. tom. 1. Monastici Anglic. pag. 718 : *Et quod habeant incarcerationem, et incarceratorum Evasionem, et furcas seu patibulum super terram suam.* Vide Radulfum in Vita S. Richardi Episcopi Cicestrensis n. 37. et Gul. Prynneum in Libertatibus Ecclesiæ Anglic. tom. 3. pag. 765.

* **Escapiamentum**, Idem. Charta Henr. VI. reg. Angl. ann. 1457. in Chron. Joan. Wethamst. pag. 425 : *Propter Escapiamentum dicti domini Egremond extra prisonam nostram et ipsorum custodiam.* Nostri *Se embler* dixerunt, pro Effugere, evadere, vulgo *S'échapper*. Lit. remiss. ann. 1406. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 148 : *Les supplians forjurerent nostre pais de Normandie,.... et furent conduis.... jusques à Traessy, auquel lieu.... ilz se Emblerent et eschapperent de ceulx qui les conduisoient.* Hinc *Embler le tonlieu*, pro Solvendo vectigali se subducere, vulgo *Frauder les droits*, in Charta ann. 1249. ex Chartul. 21. Corb. fol. 99 : *Et s'il avenoit cose par aventure que aucuns Emblast ou forchelat le tonlieu, etc.* Inde etiam accersenda vox *Escap*, Effugium, nunc *Echappatoire*, in Poem. Rob. Diaboli MS. :

> Mais ains ne me vausistes croire,
> Ainchois teniez tout à faloise,
> Et à Escap et à folie,
> A gas et à mélancolie.

* *Eschampée*, eodem sensu, in Assis. Hieros. cap. 33 : *Die toutes les raisons et les Eschampées que il pora trover à ce que il ne devra respondre.* Unde *Eschamper*, in Lit. remiss. ann. 1422. ex Reg. 172. ch. 47 : *Lequel cheval effroyé et espouvanté acoup se Eschampa de costé, ou recula parmi de grosses pierres.* Vide *Escapium*.

¶ **Exschapium Latronis**, in veteri Glossario apud H. Vanleium de ant. Litter. Septentr. pag. 284.

¶ **ESCAR**, Lapideus agger ad ripam fluvii, Gallis *Quai*. Legitur in Statutis

Digitized by Google

Massil. MSS. lib. 1. cap. 51. § 3. ubi Edita habent *Scar.* Vide in hac voce.

¶ **ESCABA**, Combustio. Vide *Scara.*

ESCARAMIS. Gauterius Cancellarius de Bellis Antioch. pag. 454 : *Adeo belli campo clauditur, montium vallumque aditus Escaramis obfuscantur, quod nec unius fugientium illibatus pertransire potuit.* Leg. forte, *et a ramis.*

¶ **ESCARCELLA**, Crumena scortea, Gallis *Escarcelle*, ab Italico *Scarcella*, Crumena. Extractum computi ann. 1336. Hist. Delph. tom. 2. pag. 307. col. 2 : *Item pro duabus pariis caligarum, pro una corrigia et una Escarcella pro Domino*, III. *s.* v. *d. gr.*

¶ **ESCARETA**, pro *Escaeta*, quod vide. Litteræ Thomæ Prioris S. Michaelis in periculo maris ann. 1217. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 862. A. : *Exceptis placitis, relavagiis et servitiis vavassorum ad equum, et aliis Escaretis in prædictis maneriis, quæ nobis volumus reservari.*

¶ **ESCARGATA**, Escarquaita, Excubiæ. Vide *Scarguayta.*

ESCARIA, *Mensa escis plena*, Ugutioni.

¶ **ESCARIARE**, quasi *Esgardiare*, Dijudicare. Cognita causa dirimere. Codex Legum Norman. cap. 19. § 6. apud Ludewig. tom. 7. pag. 301 : *Notandum etiam est, quod desreniator, si verba dimiserit vel mutaverit, que ei in desresnatione fuerint Escariata, ejus desresina reprobatur.* § 7. *Et similiter, si quis coadjutor defuerit, vel verba Escariata dimiserit vel mutaverit, vel etiam si ad desresinam oporteat evocari, vel compelli, vel attrahi.*

* Vel potius Dictare, Gall. *Dicter, suggérer*, a veteri Gallico *Escarir*, eodem significatu. *Eschariare* habet Codex MS. ex Bibl. reg. sign. 4651. Ordinat. MS. super Duellis apud Camerac. : *Uns des eskievins.... prent le main de celui ki a apelet et li met sor les Sains, et dont li devise-on et Escarit sen sairement en la veue et en l'oye de sen adversaire.* Ubi in Edicto Phil. Pulc. edito in voce *Duellum* : *Alors le mareschal ou conseiller.... prent l'appellant par ses deux mains, ostées des gantelets, et luy dit que il die les paroles après luy que il dira, et les met sur la Croix.* Hinc *Eskérisseeur*, qui dicenda suggerit, in Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 29. r°. ubi de Duello : *Chil qui claime doit premiers venir ad Sains devant le visconte et devant le maieur et les eskevins, et en leur presence doit baillier sa vouerie et sen droit de chele querele à sen campion, et li autres au suen, et doit jurer li campions par ledit de l'Eskérisséeur, que li viscuens et li maires i meteront ou jour.* [** Germanis *den Eid staben*; confer *Eschara*, Palus.]

* **ESCARIUM**, Census pro jure pascendi greges persolutus. Charta Henr. imper. ann. 1040. apud Murator tom. 16. Script. Ital. col. 38 : *Et ubicumque supra terram ejusdem ecclesiæ residentes greges pascere videntur, nulli herbaticum sive Escartum dare, nisi Aquileiensi ecclesiæ debeant.* Vide *Esca* 2.

ESCARIUS. Vetus Pœnitentiale apud Morinum : *Si est ministerialis, si est negotator, si est monetarius, si est Escarius*, etc. Infra : *Si est Escarius, non teneat annonam familiæ.* Idem videtur cum Cellerario.

ESCARLETUM, [Coccus, Gallis *Ecarlate.*] Vide *Scarlatum.*

¶ **ESCARRAZONATA.** Vide *Excarrazonata.*

ESCARRETA. Inquesta de Foresta Andeliaci in Regesto Herouvalliano Philippi Augusti Reg. fol. 123 : *Habent suam Escarretam per liberationem Vicecomitum, et furcos fagi ad suas domos faciendas.* Forte pro *Carreta.* [Vide *Escarreya.*]

* **ESCARREYA**, Jus palos, quos *Escaras* vocabant, exscindendi. Unde emendanda vox *Escarreta* supra. Charta Phil. Pulc. ann. 1312. in Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 159 : *Repertum extitit quod.... in dicta foresta habebant.... Escarreyam bosci de quercu per livreiam viridarii ad ædificandum.* Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. ch. 68 : *Furtive ceperat prædictus Johannes certam quantitatem lignorum, Escaras vulgaliter vocatorum. Fagos, bourrées, Escaras et autres choses*, in Reg. Corb. 13. sign. *Habacuc* ad ann. 1509. fol. xj. v°. Vide *Eschara* 1. infra *Escharso* [** et *Scara*, 2.]

* **ESCARRUM**, Angulus Gall. *Encognure.* Pactum inter Guichard. dom. Bellijoc. et Guichard. de Marziaco ann. 1317. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 474 : *Usque ad Escarrum ejusdem muri eundo juxta cimiterium S. Germani, et ab illo Escarro muri usque ad Escarrum domus Johanneti Giraudi etc.*

* **ESCARTUS**, perperam pro *Essartus*, Ager recens proscissus. Charta Henr. I. reg. Angl. ann. 1130. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 129 : *De Roberto de la Barduna de uno Escarto et partem decimæ etc.* Vide *Exartus.*

* **ESCASAMENTUM**, Casa, domus, ædificium. Charta ann. circ. 1230. in Chartul. Barbel. pag. 501 : *Gildouinus abbas Fontis Johannis vendidit... vineam,.. quam eleemosina defuncti Gunterii habebat, insuper et Escasamentum quod adhuc expectabat.* Vide *Casamentum* 2.

ESCASSA. Usatici Barcinonenses MSS. editi a Raimundo Bereng. et Adalmodi Comitib. Barcin. cap. 2 : *Si vero fuerit captus, et in ferris, vel in Escassa missus, per mediam mortem sit emendatus, requisitus, et cæsus, vel vulneratus, sive in tavega missus, vel per redemptionem distractus, sit per mortem emendatus.* Cap. 9 : *Si amplius erit retentus in Escaza, sive in ferris, vel in tavega missus, vel in quocumque vinculo aut custodia, detentus*, etc. Idem videtur quod *cippus*, [forte ad instar grallarum, quas Galli dicimus *Echasses* efformatus.]

ESCASURA, [Escasuta, Escata.] Vide *Escaeta.*

* **ESCASURA** Christiana, an Bonorum quæ ad clericos vel ad ecclesiam pertinent; an eorum quæ a decedentibus ecclesiæ conceduntur? *Christianitas* enim et bona ecclesiastica et clericos designavit, ut videre est in hac voce. Charta ann. 1263. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 208. r°. : *Danieta domina de Vilorcello recognovit.... se vendidisse... Guidoni episcopo Lingonensi... medietatem Escasuræ Christianæ.* Vide in *Escaeta.*

ESCATICUM. Vide in *Esca* 2.

¶ **ESCATILIS**, Qui potest comedi. Tertull. de Patientia cap. 5 : *Post mannæ Escatilem pluviam, post petræ aquatilem sequellam desperant de Domino.*

ESCAUDA, Navis amnicæ species, *nostris* olim nota. Aresta anni 1258. in 1. Regesto Parlam. fol. 10 : *Quoniam debent solvere costumam apud Pontem Audemari de lignis suis, quæ ipsi faciunt adduci de venda prædicta per aquam in batellis seu Escaudis suis ad lignagia ibidem facienda, etc.*

☞ Eadem, ut puto, notione Le Roman *d'Athis* MS. :

> Ne esquippe n'y trouvissiez
> Ne feust chargié à sa maniere,
> Et si com sa laçon requiere :
> Car ès Eschas sont les armeures, etc.

* Non alia videtur esse, quæ *Escarpoise* appellatur inter Redit. comit. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. : *Se doit une nef Escarpoise ki seil amainne, viij. solz... Li Escarpoise ki mainne blet u autre grain, doit iiij. solz.*

¶ **ESCAUDEIS**, Species porci. Vide locum in *Baco.*

* Gallica vox est, qua significatur porcus, cujus pili aqua calida avelluntur, Gall. *Echaudé.* Chron. abbat. Corb. MS. fol. 5. v°. : *De porco uslato etc. De porco Escaudé etc.* Vide *Excaldare.*

* **ESCAUDETUS**, Panis leviter coctus. *Hescaudel*, in Charta ann. 1329. ex Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 298 : *Item à la saint Remy quarante-deux deniers. Item demy Hescaudel. Escaudis*, unde *Escaudisseur*, qui ejusmodi panes facit, in Stat. pro pistor. Atrebat. ann. 1355. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 511. art. 14 : *Et leur Escaudis et tout autre pain qui est tournez pour vendre etc.* Et art. 15 : *Chil vuastilier ne cil Escaudisseur etc.* Charta Pet. de Maloleone ann. 1230. ex Tabul. S. Dion. : *Concesserunt singulis diebus unam michiam in pistrino suo, vel unum Escaudetum in festis, item duas justas vini, etc.* Vide *Eschaudati* et infra *Eschaudetus.*

¶ **ESCAUSERIUS**, f. Scutarius, Gall. *Ecuier.* Chronicon S. Martial. Lemovic. apud Stephanotium tom. 1. Fragm. Hist. MSS. : *Erat in Lemovico castro quidam Miles nomine Petrus, Escauserius S. Martialis. Hic cum Abbati Cluniac. Hugoni familiaris existeret, A. Lemovic. Vicecomiti, ut monasterium S. Martialis Cluniacensibus traderet, sæpissime persuadebat.*

¶ **ESCAZA.** Vide *Escassa.*

* **ESCAZUCHA**, Quidquid fortuito obvenit, sive jure hæreditario, sive alia qualibet ratione. Testam. Raym. VI. comit. Tolos. ann. 1209. inter Probat. tom. 3. Hist Occit. col. 215 : *Totum residuum quod ego habeo.... aliquo jure, vel aliqua ratione, vel succesione, vel Escazucha, etc.* Charta Simon. Montisfort. ann. 1211. in Reg. 30. Chartoph. reg ch. 126 : *Similiter habeas.... omnes Escazuchas et obventiones præsentes et futuras.* Vide supra *Escaducha.*

¶ **ESCEITA.** Vide *Escaeta.*

¶ **ESCENDERE**, Contingere, Gallice *Echoir.* Supplem. Antiquarii : *Escendit*, συμβαίνει, *Descendit, accidit.*

¶ **ESCENGIA**, Census in blado percipiendus, Gall. *Ensenge.* Charta ann. 1253. ex Tabulario Floriac. : *Girardus quittat et concedit quidquid habet in grangia de Figiaco, scil. vigesimam partem bladorum....*

Digitized by Google

receptionem Escengiarum, etc. [* Vide infra *Esscengia.*]

ESCENLA, Scindula, *Escengle*, Gallis. Charta ann. 1257. in M. Pastorali Eccl. Paris. lib. 9. ch. 25 : *Domos ejusdem grangiæ, sive appenditia cooperta de Escenlis et stramine.* Occurrit etiam in Regesto Herouvalliano Phil. Aug. f. 118.

Essendola, Eadem notione. Tabular. Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 114 : *Et* 1. *cartallum de fabis, et* 3. *trainas de lignis, et* 10. *faxos de majeria, et* 5. *Essendolas, obra et manobra, et per vindemias* 2. *costas.*

* **ESCENNA**, f. pro *Escenla*, Scindula, asser sectitius ad tegendum aptus. Glossar. Provinc Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Eyssendol, Prov. scindula, quod scindatur.* Chartar. Norman. ex Bibl. reg. Cod. 4653. A. fol. 84 : *Burgenses de Lyons et de Bellovidere habent in foresta.... fagum et quercum per liberationem, si faciant domum tectam de Escenna. Escande* et *Eschaule* nostris, eodem significatu. Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 433 : *Un plain panier de petits coippeaux ou Escandes de bois.* Hinc emendanda Statuta ann. 1399. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 366. ubi *Estende* et *Esterde* editum, pro *Escende.* Charta Joan. Atrebat. comit. Augi ann. 1379. in Reg. 115. ch. 348 : *Donnons à nostre très cher et très amé filz Philippe d'Artois... son franc maisonner de chesne,... et late, Eschaule, etc.*

ESCENUM. In formula 3. ex Andegav. titulus ita concipitur : *Hic est venditio de homine in Esceno posito.* Titulus Form. 28. Marculfi lib. 2 : *Qui se in servitio alterius obnoxiat.* Vide *Sunnis.* [** Confer *Eschenum.*]

ESCEPTA. Vide *Escheppa.*

* **ESCERPA**, a vet. Gallico *Escerpe*, nunc *Echarpe*, Fascia, balteus, zona : unde *Escerpa*, oblatio, quæ sacerdoti a peregrinantibus fiebat pro benedictione *Escerparum.* Charta ann. 1173. in Chartul. Cluniac. : *Capellanus habere debet confessiones, Escerpas, baptisteria, reconciliationes mulierum, etc.* Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 136 : *Colinet Luillier sacha un grant couteau badelaire qu'il portoit à Escerppe pendu à son col.* Ubi male scriptum *Escreppe.* Vita J. C. MS. :

Vous alestes en mon sermon,
Portant Escerpes et bourdon.

Esquerpe apud Guignevil. in Peregr. humani gener. MS. ubi de Eucharistia :

Et c'est li pains que doivent mettre
Li pelerin en leur Esquerpe.

Quomodo etiam legendum pro *Esquerre* supra :

Tantost après me pourpense
Qu'Esquerre et bourdon me faloit,
Et qu'avoir me les convenoit :
C'est cose moult bien avenant
A cascun pelerin esrant.

Vide in *Burdones* et infra *Escharpa.*

ESCEWINGA, [Tributum nundinarum dominis feudalibus a mercatoribus exsolutum.] Vide *Scavagium.*

* **ESCHAAMENTUM**, **Eschaantia**, ut supra *Escazucha.* Necrol. MS. Paris. ad xij. Cal. Oct. : *Quoddam Eschaamentum apud Orli, quod venditum fuit quadraginta libris de voluntate capituli, ab Odone archidiacono possessore ejusdem domus.* Charta ann. 1268. ex Chartul. Campan. fol. 520. v°. col. 2 : *Si quod in aliis partibus terræ castri Portuensis ad fratres suos et sorores suas pertinentibus eidem Radulfo ex Eschaantia fratrum suorum et sororum suarum seu hæredum eorumdem in posterum perveniret.* Vide in *Escaeta.*

* **ESCHACUS**, Modus agri, Vasconibus *Escach.* Charta ann. 1346 : *Tres conchatas vinearum, et octo Eschacos vinearum etc.* Vide infra *Estiro.*

* **ESCHADERE**, a Gallico *Echoir*, Obvenire. Charta ann. 1319. ex Tabul. Savigniac. : *Et quandocumque contigerit redditus et rendam de Drace obvenire vel Eschadere per mortem illius qui tenet dictos redditus, actum est quod dominus Bellijoci teneat Draciacum.* Vide supra *Escadere* 3.

¶ **ESCHAETOR.** Vide *Escaetor.*

* **ESCHAFAUDUS**, Tabulatum vel Tigillum quo tabulata fulciuntur, Gall. *Echafaud, Etaye.* Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 128 : *Cum dicti Guillelmus et Johannes quemdam caminum de plastro... reparassent mediantibus estessibus, qui Eschafaudi vulgariter nuncupantur;.... et dum præfati deponuntur per ipsos operarios Eschafaudi etc.* Hinc *Eschauffauder*, Fulcire, tabulatum construere, et *Eschauffaudis*, ipsa constructio. Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 167. ch. 454 : *Lequel maçon et son compaignon alerent Eschauffauder le lieu où ilz devoient besoingner,.... et pour ledit Eschauffaudement faire furent emprunter du merrien.* Aliæ ann. 1471. ex Reg. 195. ch. 642 : *Pour ce que iceulx charpentiers avoient besoing d'eulx establir ou Eschaufauder,.... et que à leur establissement ou Eschauffaudis etc.* Vide *Eschaffaudus.*

ESCHAFFAUDUS, Tribunal, pulpitum editius, Gall. *Eschaffaud.* Ordo ad consecrandum Regem Franc. editus a Renato Benedicto : *Primo paratur solium in modum Eschaffaudi aliquantulum eminens, etc.* De vocis origine vide quæ adnotamus ad Joinvillam, [et Menagium in Orig. Gall.]

* **ESCHAIETA**, ut *Escaeta*, quidquid fortuito obvenit. Charta ann. 1317. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 145 : *Item nonaulla cavadia et quædam corveya cum emolumentis obvenientibus et Eschaietis præmissorum.* Vide supra *Escazucha.*

* **ESCHAILLO**, **Eschaillonus**, Scala, gradus. Pactum ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 681 : *Nos dalphinus et comes* (Sabaudiæ) *damus et dabimus concorditer potestatem ordinandi et discernendi limitationes hujusmodi sive per Eschaillonum S. Apri, et per ripariam de Bievro, sive per flumen de Guyer.... seu de Eschaillone S. Apri etc. L'Eschaillon de saint Aure*, in Ch seq. *Eschalho* ex eadem Charta in Reg. Cam Comput. Paris. sign. *Vienne* fol. 35. v°. Nomen loci ab ejus situ inditum.

* **ESCHALACIUS**, a Gallico *Eschalas*, Pedamentum cui vitis innititur. Inquisit. forestæ de Reste in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 94. r°. col. 1 : *Comes Suessionnensis in illa parte forestæ, quæ dicitur Siccum alnetum, habet Eschalacios ad proprias vineas.* Unde *Eschalacier*, Pedare, in Lit. remiss. ann. 1396. ex Reg. 151. ch. 131 : *Pour ce que en icelles vignes... failloit mettre et employer lors environ dix javelles d'eschalas pour icelles du tout Eschalacier, etc.* Vide infra *Escharsonare.*

* **ESCHALATUS**, Eadem notione. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 489 : *Apportavit ad domum habitationis suæ unum fasciculum sive onus passillorum sive Eschalatorum, Gallice Eschalais, ad quos vineæ ligantur.*

¶ **ESCHALGAITA**, Excubiæ. Regestum *Probus* fol. 12. ad ann. 1262 : *Exceptis nobilibus et illis qui debent gaytam et Eschalgaytam..... omni tempore guerræ debent gaytam et Eschalgaitam.* Vide *Scarguayta.*

* **ESCHALHO.** Vide supra *Eschaillo.*

¶ **ESCHALLA**, Scala, Gall. *Echelle.* Vide locum in *Hurdamentum* post *Hurdicium.*

* **ESCHALLARE**, **Eschellare**, Scalis muros ascendere, a vet. Gallico *Escheller* et *Eschiéler*, nunc *Escalader* : unde *Eschallamentum*, nostris *Eschélement* vel *Eschiellement*, ipsa admotis scalis ascensio. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 352 : *Plures malefactores ipsum accusaverant fore consentientem de Eschellando quasdam villas, quæ numquam fuerant Eschallatæ, et quæ, si Escheltatæ fuerant, hoc fuit factum ipso ad dictas partes Pulliæ existente,... quia dicto baillivo de prædictis Eschallamentis non constabat ipsum armigerum fore culpabilem, ipsum a dicto carcere relaxavit.* Aliæ ann. 1359. in Reg. 90. ch. 500 : *Plusieurs charretes qui menoient eschielles au chastel d'Alleux, qui estoient pour Escheller icellui. Eschieler*, in Lit. ann. 1365. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 582. *Eschelier*, in aliis ann. 1380. ex Reg. 118. ch. 431. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 91. ch. 377 : *Plusieurs bonnes villes, chastiaulx et forteresces.... estoient prises tant par Eschélement comme autrement.* Aliæ ann. 1373. in Reg. 104. ch. 145 : *Lequel chastel de Gonzac par l'Eschiellement de nos ennemis fu prins. Eschiélemens et arsins de villes, chasteaulx, maisons*, in aliis ann. ann. 1408. ex Reg. 162. ch. 362. Hinc *Eschalleur*, in ejusmodi ascensione exercitatus, in Lit. remiss ann. 1445. ex Reg. 177. ch. 189 : *Icellui Guilleteau dist au suppliant que le sire de Pons* (qui estoit en prison) *avoit fait venir deux des meilleurs Eschalleux de son pays, qui avoient failli deux fois à le mettre hors..... Le suppliant lui fist ung petit Eschallement de corde de viij. toises de long.* Le Roman *du Chevalier Délibéré* MS. :

Pour la grant cité de Dieu prendre,
Et pour les cieulx beaux Escheller, etc.

Vide *Escalare* et *Scalare.*

¶ **ESCHALMAMENTUS**, Superior pars trunci, ubi arbor in ramos dividitur. Charta Petri de Roteys Vicarii Tolosæ ad Bajulos de conditione materiæ ann. 1272. in Consuetudinib. MSS. Tolos. fol. 27. e Bibl. D. Abbatis *de Crozat : Faciatis fieri per magistros et carpenturins vestros fustas bonas et puleras et de legitimis peciellis, videlicet quod peytrales de cor et de abiete de* VI. *brachiatis et de* V. *et de* IV. *quod illas habeant infra trances et infra Eschalmamentos.... et quod*

Digitized by Google

trabeti de terna brachiata habeant suas paiellas infra trancos et infra Escalmamentos, etc.

* **ESCHAMENTUM**, Hæreditas, successio, quæ alicui obvenit. Charta ann. 1235. ex Chartul. Vallis B. M. dicec. Paris. : *Dedit præterea tres jornellos terræ apud Crucem de Sendeucort, quas habuit de Eschamento Odelinæ sororis suæ, excepta decima.* Vide supra *Eschaamentum*.

ESCHANCHIA. Vide *Waterpain*.

¶ **ESCHANCHIA**, Eschancia. Vide in *Escaeta*.

¶ **ESCHANDELHO**, Eschandiliare, etc. Vide *Eschantillare*.

ESCHANGIARE, ex Gallico *Eschanger*, Commutare. Vetus Charta in tom. 1. Monastici Anglic. : *Et unam virgatam Eschangiavi ibidem pro illa virgata.*

Eschangire, in alia ann. 1197. in Probat. Hist. Vergiac. pag. 122. Vide *Cambiare*.

¶ Eschangium, Permutatio, Gallice *Echange*, apud Thomasserium in Biturig. pag. 728.

* **ESCHANJATIO**, Permutatio, Gall. *Echange*. Charta ann. 1219. in Chartul. Buxer. part. 6. ch. 26 : *Petrus li Bergiers... dedit in Escangio Deo et B. Mariæ de la Boissere et fratribus ibidem Deo servientibus unam pecium vineæ.... Istam autem Eschanjationem tenentur dictus Petrus li Bergiers et uxor sua... dictis fratribus... imperpetuum... garantire.* Vide *Eschangiare*.

* **ESCHANSONNUS**, a Gallico *Eschanson*, a poculis, pincerna. Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 25. v°. : *Petrus d'Espineuse in comitatu Clarimontis in Belvacensi præstitit ad burellum dictum juramentum 27. Sept. 1381. et est Eschansonnus dicti domini Karoli. Eschansonus*, in Instr. ann. 1401. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 159. col. 1.

ESCHANTILLARE, vel Eschandillare, Mensuras ad examen publicarum mensurarum expendere, exigere : Gallis *Eschantillonner*. Charta Libertatum Montis regalis in Bressia ann. 1287. apud Guichenonum : *Et si dicatur mensura falsa vel ulna, ad mensuras vel ulnas Escantillandas vocentur duo vel tres burgenses meliores de villa, et ille cujus est mensura vel ulna, et in præsentia eorum Eschantilletur, et videatur utrum sit falsa vel non.* Eadem habet Charta Libertatum Villæ Bellijoc. ann. 1274. Hinc *Escandillonage*, apud Sanjulianum in Cabilone pag. 394. pro eo jure, quod in mensuris comprobandis Domino feudi competit.

¶ Eschandilia, Exemplar ad quod mensuræ sunt exigendæ, Gall. *Echantillon*. Arrestum parlamenti Paris. ann. 1472 : *Ulnasque non consuevisse signari, sed Eschandiliari in Eschandiliis publicis.*

¶ Eschandelho, Eadem notione supra in *Bajulus confratriæ*.

¶ Eschandillæ Tabernarum, in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 369.

¶ **ESCHANTILLIO**, a Gallico *Eschantillon*, Exemplar. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 331. v°. : *Transcriptum litterarum domini regis concessarum Cælestinis Parisiensibus, per quas permittitur eis quod possint facere fluere per conductus fontis hospitii S. Pauli usque ad domum suam,.... usque ad quantitatem grossitiei capitis unius spinteris mediocris. Cum quo transcripto alligantur Eschantilliones sub quodam sigillo rubeo. De anno 1402.* unde *Escantaillon*, pro *Estantaillon*, legendum in Stat. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 253. art. 8.

* **ESCHAOTA**, Fasciculus fili, Gall. *Echeveau*, alias *Eschet*, *Eschevete*, et *Escaigne*. Arest. ann. 1380. 16. Jun. in vol. 7. arestor. parlam. Paris. : *Septem Eschaotas filati albi;... septem Eschaotas tam parvas quam magnas fili nigri.* Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 38 : *La suppliant prins..... trois Eschez de fillet.* Aliæ ann. 1401. in Reg. 156. ch. 158. *Deux Eschevetes de fil.* Rursum aliæ ann. 1409. in Reg. 163. ch. 467 : *Le suppliant a prins et emblé ès ysles de Suresnes et de Puteaux.... certaines Escaignes de fil. Trois eschevaulx ou Escaignes de file, qui pouoit valoir huit frans ou environ*, in aliis Lit. ejusd. ann. ex Reg. 164. ch. 184. *Eschief*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1394. ex Reg. 147. ch. 95 : *Le suppliant print six ou huit Eschiefs de fil blanc.* Hinc *Eschavoir*, Devolutorium, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. ch. 3 : *Laquelle femme desvuidoit du file en un Eschavoir.*

* **ESCHAPOLUS**, Lectualis quædam supellex, vel vestis species. Arest. ann. 1380. 16. Jun. in vol. 7. arestor. parlam. Paris. : *Unum coopertorium panni bruni,.... et unum Eschapolum panni albi. Eschapin* vero, pro Crepida, vulgo *Pantoufle*, in Lit. remiss. ann. 1384. ex Reg. 125. Chartoph. reg. ch. 81 : *Icellui Thevenin estant en une houppelande, sanz autre vestement fors sa chemise et en Eschapins, etc.* At *Eschar*, vestimenti genus videtur, in Lit. remiss. ann. 1466. ex Reg. 201. ch. 110 : *Jehan Chavet laissa.... ses esclos qu'il avoit en ses piez, tous piez nuz et en Eschar s'en courut.*

1. **ESCHARA**, Pedamentum cui vitis innititur, vulgo *Eschallas*, vel *Escharas*, quasi *scalula*, Latinis *Ridica*. Quidam a Græco χάραξ vocis etymon accersunt. Gloss. Græc. Lat. : Χάραξ, *sudis, ridica*. Onomast. : *Ridicæ*, μόγλοι. Ulpianus l. 11. § 3. D. Quod vi aut clam, etc. (43, 24.) : *Si quis in vineas meas venerit, aut Ridicas abstulerit.* Charta Mauricii Episc. Parisiensis ann. 1189. in Tabul. S. Maglorii : *Boscum habeat in Foresta... ad ædificandum et ad Escharas vinearum, etc.* Occurrit passim in Regesto Philippi Augusti Herouvalliano. [Charta Rotrodi Rotomag. Archiep. ann. 1168. Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1388 : *Concedimus insuper in foresta nostra Escharas ad vineas prædictæ terræ.*]

¶ 2. **ESCHARA**, Rocho *le Baillif*, in Dictionario Spagyr. *est Mortua ac livida caro, a carne sana separata.*

* **ESCHARCELLUS**, Cognomen Hildeberti cujusdam, in Charta ann. 1095. haud dubie a veteri Gallico *Eschars*, Parcus, avarus. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Escharceté, esparnableté ou sobriété, Parcitas. Eschars, parcus. Escharcément, parce.* Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 8 : *Icellui Renouf dist qu'il n'estoit que un Eschars et un larron-cel.* Aliæ ann. 1395. in Reg. 149. ch. 151 : *Hennequint dit que le plus Eschars, ou le plus large paieroit ledit escot.* Chron. Bertr. Guescl. MS. :

> Eschars prince n'ira ja honneur conquestant.

Le Roman *de Cléomades* MS. :

> Car ne vault riens princes Escars,
> S'il avoit d'or chargiés mil chars.

Unde *Scharseté*, Ital. *Scarsita*, Parcitas, avaritia. Le Roman d'*Alexandre* MS. part 2 :

> Orgueilh, Scharsetés, envie, outrecuidiers, etc.

Escarsément, Parce, moderato seu viliori pretio, Gall. *Au plus bas prix*, in Invent. jocal. Edwardi I. reg. Angl. ann. 1297 : *Item une coupe d'or haute et de ample ouvrage sans pieres, poise cinq marcs, Escarsément prisié le march dix lib.* Ita *Escarsse* dicitur, qui parcus est in solvendo quod debet, in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 153. ch. 118 : *Henry Dupuis qui tenoit à ferme l'imposition de la marchandise de pourpointerie de la ville d'Abeville trouva Pierre Loncheron que ledit Henry disoit à lui estre Escarsse pour cause de ladite imposition.* Hinc monetariis *Escharcer*, imminuere, et *Escharceté*, imminutio. Mandat. Joan. reg. Franc. ann. 1351. tom. 2. Ordinat. pag. 428 : *Ne puisse faire l'euvre de nos doubles dessusdits, plus Escharcée d'un grain de la loy que vous leur deviserez.* Consule *Poullain* de Monet. pag. 432. *Boisard* pag. 24. et 27. etc. Inde etiam accersenda videtur vox *Aescheri*, qua aliquis paucis viris comitatus significatur, in Poem. Garini :

> Mes n'alez mie de gent Aescheri,
> Qu'en ceste terre sont tuit vostre anemi.

Vide *Scardus*.

* **ESCHARFACH**, vox nautica, f. Tabulatum, Gall. *Pont*. Contract. navium Massil. ann. 1268. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Noster* fol. 287. r°. : *Si dominus rex Franciæ voluerit habere aliquas naves ad Escharfach, etc.*

ESCHARGAITA, [Escharguaita, etc. Excubiæ, Gall. *Le Guet*.] Vide *Scaraguayta*.

* *Escharguete* etiam nostris, pro Excubitor, vulgo *Sentinelle, qui fait le guét*. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 147. Chartoph. reg. ch. 38 : *Wyardet le permentier Escharguete de nostre chastel de Passavant, etc.* Hinc emendandus Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 615. ubi *Escharguiles*, pro *Eschargaites*. Ita *Eschauguette*, pro *Escharuette*, legendum in Ch. ann. 1343. apud Thaumasser. inter notas ad Consuet. Bitur. pag. 429.

¶ Eschargaytare, Excubias agere. Inquisit. *de Moras* ann. 1262. in Regesto *Probus* fol. 42 : *Illi de castro et de mandamento debent gaytare et Eschargaytare castrum, et illi de burgo burgum.* Visitatio ann. 1347. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 67. col. 2 : *Item quod quatuor gaytas et duas Eschargaytas in dicto burgo constitui faciat, qui noctium temporibus ibidem in dicto burgo gaytent et Eschargaytent.*

* Nostris *Escarguiter*, *Escharguitier* et *Escherguitier*. Vide in *Scaraguayta*. Charta Phil. dom. Jonvil. ann. 1354. in Reg. 82.

Digitized by Google

Chartoph. reg. ch. 338 : *Item lidit habitant doivent gaitier et Eschergaitier ladite ville touttefois que mestier serait.* Vita J. C. MS. :

Cil s'esvillierent qui dormoient,
Qui malement Escargaitoient.

Unde *Eschaugueter*, pro Insidiari, Gall. *Epier, guetter*, in Lit. remiss. ann. 1483. ex Reg. 209. ch. 268 : *Icellui Michel espia et Eschaugueta le suppliant.* Sed et *Eschargueter*, pro Vexare, molestiam exhibere, Gall. *Tourmenter, chagriner*, occurrit in aliis Lit. ex Reg. 170. ann. 1418. ch 267 : *Icellui Denisot Escharguetoit et attainnoit tousjours le suppliant en le injuriant. Eschage* vel *Escharge*, in Lit. ann. 1371. tom. 7 Ordinat. reg. Franc. pag. 391. art. 4. de servitio excubiarum interpretatur doctus Editor : at vocem corruptam esse suspicor, quæ præstationem agrariam significare mihi videtur; idemque fortassis quod *Tasca* 2. Vide ibi.

* **ESCHARIARE**. Vide supra *Escariare*.

* **ESCHARONÇONNUM**, Census qui pro jure tigna seu palos, quos *Escharsones* appellabant, exscindendi, exigebantur. Vide supra *Escarreya*. Reditus Roiæ in Reg. 34. bis Chartoph. reg. fol. 91. v°. col. 2 : *Sex minas de Bernastre ad modium Paris. et valet in talliis et foagiis et Escharonçonnis, xvij. lib. iij. den. minus.* Vide supra *Escharso*.

* **ESCHARPA**, ut supra *Escerpa*. Charta Rob. Cabilon. episc. ann. 1188. in Chartul. Cluniac. ch. 322 : *Capellanus habere debet confessiones, Escharpas, baptisma, etc.* Vide mox

* **ESCHARPIA**, a Gallico *Echarpe*, Balteus, zonæ species qua vestes constringuntur. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 76 : *Ipsi servientes nisi fuerunt tollere et amovere dictis mercatoribus enses suos, quos secum in Escharpia deferebant.* Memor. H. Cam. Comput. Paris. fol. 4. r°. ad ann. 1413 : *Johannes de Pulligny, dictus Chappellain, scutifer ordinatus custos.... coffrorum in quibus ponuntur seu poni consueverunt Escharpiæ, colleria, monilia seu fermalia, et alia jocalia pro corpore regis.* Antiquus est, Francorumque proprius balteorum alborum usus, maxime in præliis. Guill. Guiart. ad ann. 1304 :

Pour les uns les autres connoistre
A trébuchemens et à tours,
Ont entre eus tous sus leur atours,
Et les grans gens et les menues
Escherpetes blanches cousues.

Et ubi de prælio ad Montem in pabulis :

Lors fait faire commandement
Par le bannier qui en l'ost crie,
Que tout homme de sa patrie
Face tant, comment qu'il la tranche,
Qu'il soit seigniez d'Escherpe blanche
Pour estre au férir conneus.

Infra :

Ains que li midiz fust tournez
Fu tout l'ost le Roy atournez
Sus beaus garnemens et sus ferpes
Çà et là de blanches Escherpes.

* **ESCHARSO**, Pedamentum, cui vitis innititur, Gall. *Echalas*, alias *Escharson*, *Eschastasson*, *etc.* Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 231 : *Propter suspectionem furationis . . . certorum Escharsonum et ceptolorum captorum in vineis vicinorum ipsius Madole, et in suis delatorum, etc.* Aliæ ann. 1356. in Reg. 85. ch. 119 : *Item d'avoir emblé en la vigne Simone dou puis de Acy deux faissiaus d'Escharsons. Six jarbes d'escalas ou Escharçons*, in aliis ann. 1419. ex Reg. 172. ch. 20. Aliæ ejusd. ann. in Reg. 171. ch. 15 : *Eschaslassons ou bastons à ploier et soustenir vigne, etc. Escherson*, in Lit. ann. 1384. ex Reg. 124. ch. 337 : *Jehan Affilet et Guillaume Tribou avoient acheté ensemble un cent d'Eschersons, ... et emportez en leurs vingnes.* Chartul. sign. *Ezéchiel* Corb. ad ann. 1423. fol. 198. r° : *Pour le faichon d'un millier d'Escharchons, ij. solz iiij. den. Escharde*, non alio sensu, in Lit remiss. ann. 1441. ex Reg. 176. ch. 387 : *Avec une Escharde ou baston de chesne qu'il avoit en sa main, etc. Eschesse*, idem quoque videtur, in aliis ann. 1374. ex Reg. 106. ch. 182 : *Icellui Hennequin entra en sa maison, et prist une Eschesse et puis issy hors, et en féry ledit Colart.* Vide supra *Escarreya*. Hinc

* **ESCHARSONARE**, Pedare, vulgo *Echalasser*. Arest. parlam. Paris. ann. 1314. in Reg. *Olim : Judicatum est abbatem et conventum S. Remigii Remensis esse in saisina scindendi boscum suum et ducendi ad domos suas pro vineis suis Escharsonandis, et aliis aisamentis suis.* Vide supra *Eschalacius*.

* **ESCHARTARE**, Interculare silvas et eas in culturam redigere, Gall *Essarter*; unde *Eschartum*, Ager exaratus. Charta Will. comit Pontiv. ann. 1219. in Lib. nig. 2. S. Vulfr. Abbavil. fol. 18. v° : *Johannes comes Pontivi nemus juxta Abbatisvillam, quod bruslium appellatur, Escharture præcepit. . . . Canonici in quibusdam Eschartis ejusdem nemoris decimam receperant.* Vide in *Exartus*.

¶ **ESCHASSA**, Fulcrum subaxillare. Processus de Vita Yvonis, Maii tom. 4. pag. 571 : *Obviavit Henrico sic contracto, eunti cum potentiis seu Eschassis.* Nostris *Echasses* sunt Grallæ. Vide *Escassa*.

¶ **ESCHASUCA**, Eschata. Vide *Escaeta*.

* **ESCHASURA**, Bona, quæ quolibet casu cadunt in fiscum domini feudi Charta H. episc. Trecens. in Chartul. Floriac. fol 31. r° : *Cum discordia venisset inter priorem de Diaco ex una parte, et liberos Ysabellis de Aquis ex altera super eo quod idem prior petebat Eschasuram.* Vide supra *Escaducha*.

¶ **ESCHATICUM**. Vide in *Esca* 2.

ESCHAUDATI Panes, qui Parisiensibus *Eschaudez*, leviter coeti. Charta Episcopi Paris. ann. 1202. in Tabulario Episc. Paris. ex Biblioth. Puteana, nunc Thuana, fol. 56 : *Ego Episcopus inducere bona fide studebo Capitulum Parisiense, ut panes, qui Eschaudati dicuntur, et oblatæ, et vinum, quæ solent reddi Clericis Parisiensibus in vigilia Ascensionis Domini..... quitentur.* Regestum peagiorum Paris. : *Le jour de la feste de saincte Geneviefve, qui est és foiries de Noel, si ont li peagier de petit pont, et le Prevost de Paris à chascune feste 12. sestiers de vin, et 12. Eschaudez, et 2. sols, et 12. Eschaudez petits.*

* **ESCHAUDETUS**, Panis leviter coctus, nostris *Eschaudé*. Charta ann. 1243. in Chartul. S. Dion. pag. 206. col. 2 : *Percipient centum panes conventuales et quinquaginta Eschaudetos in pistrino ecclesiæ beati Dionysii.* Alia ann. 1231. ibid. pag. 227. col. 1 : *Concesserunt singulis diebus unam michiam in pistrino suo, vel unum Eschaudetum in festis.* Tabul. capit. Carnot. ad ann. 1241 : *Cum ecclesia nostra consuevisset et teneretur canonicis ecclesiæ Carnotensis et etiam clericis de choro non canonicis, cibum et potum in tribus processionibus, quas ipsi faciunt ad ecclesiam nostram, exhibere, videlicet feria v. post Pascha quosdam panes, qui vulgariter vocantur Eschaudez, etc.* Vide supra *Escaudetus*.

¶ **ESCHAUGUETA**, Excubiæ, Gall. *Le Guet*. Vide in *Scaraguayta*.

¶ **ESCHAYDA**, Escheancia. Vide *Escaeta*.

* **ESCHEAMENTUM**, Hæreditas, successio quæ alicui obvenit. Charta Odonis episc. Paris. ann. 1199. ex Chartul ejusd. fol. 51 : *Si autem herbergagium aut terram ad aliquem per Escheamentum devenire contigerit, qui non sit mansionarius in villa, etc.* Vide supra *Eschamentum*.

ESCHECCUM. Jurata, seu Inquisitio apud Matth. Paris ann 1240 : *Si habuerint venationem illam, vi, aut permissione prædecessorum prædicti Abbatis, vel per Escheccum.* Et mox : *Vel si habuerunt venationem per vim, vel ex remissione prædecessorum Abbatis S. Albani per Escheccum, ut idem Abbas dicit.* Ubi Watsius *Escheccum*, vertit increpationem, vetationem, interruptionem, a *Check* Angl. increpare; *Check*, Chaucero, est impedire, inhibere ne faciat, vel eat aliquis.

* *Eschequer*, nescio unde, pro *Jetter de côté et d'autre*, Disjicere, in Lit. remiss. ann. 1382. ex Reg. 122. Chartoph. reg. ch. 151 : *Icellui Rogier atout un glaive dont il lança et Eschequa après eulx, etc.*

¶ **ESCHEEMENTUM**, Escheta. Vide *Escaeta*.

* **ESCHELLARE**. Vide supra *Eschallare*.

* **ESCHENTIA**, Idem, ut opinor, quod mox *Eschenum*. Charta Anselmi milit. dom. de Buissiaco ann. 1260. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 461 : *Quittavit quicquid juris habet, vel habere potest, ratione homagii, servitii, Eschentiæ seu debitionis, etc.*

¶ **ESCHENUM**. Charta Henrici Trecensis Comitis Palatini ann. 1189. ex Archivo Monasterii S. Urbani : *Statutum etiam fuit, quod si homo S. Urbani.... in terram meam mansurus venerit, Eschenum suum tantummodo solvet, sed ab eo plus exigere non licebit.* Vereor ne mendum sit in hac voce, cujus eadem forte notio est, quæ *Hostisii*, seu præstationis ab *Hospite* quotannis domino loci exsolvendæ. Vide *Hospes*. [** Confer *Escenum*.]

* Præstatio, ut videtur, quæ ex condicto a vassallis domino exsolvitur. Charta ann. 1323. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 199. v° : *Dictus Guillermus* (tradidit) *præposituram sive sergentiam perpetuam de dicto Montigneio, de Villa-nova et de Champis . . . . cum omnibus juribus et pertinentiis ejusdem præposituræ, videlicet laudibus venditionum, ... percipiendo uno*

Digitized by Google

Escheni in medietate des Escheniz villarum prædictarum in festo beati Remigii in capite Octobris. Ubi forte legendum *Escheviz*, ut et supra *Eschevum*. Vide infra *Escheuta*.

ESCHEPPA, Eskeppa, Mensuræ frumentariæ apud Anglos species. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 823 : *Richardus de Revesbia recepit unam bovetam in Sticcefordia per idem servitium per annum, excepto quod Escheppa bracii quam debet dare, erit de avena.* Charta Henrici III. Regis Angl. ibidem pag. 488 : *Ex dono Roberti filii Gilberti dimidiam Eskeppam frumenti.* Vide *Sceppa*. [** *Scapha*, *Scapilus*, et confer Bosworthi Glossar. Anglosaxon. voce Sceap.]

Escepta, tom. 2. pag. 96 : *Et* 30. *Esceptas vivæ annonæ de molendino de Hungflet.*

Eskippa. Vide in *Mina*.

ESCHETA. Vide *Escaeta*.

* **ESCHEUDUS**, Canalis ad educendas aquas superfluas. Terrear. Bellijoc. ann. 1529. fol. 131. r° : *Cum jure ... construendi becia, Escheudos, terrellos et exclusas necessarias ad dictum sarritorium construendum. Escheue*, pro alveo molendini, in Lit. remiss. ann. 1410. ex Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 360 : *Icellui Jehan cuidant aler frapper sur la roë du moulin, ... chut en l'Eschene, par ou coule l'eaue de la riviere dudit moulin.* Hinc *Escauvaus*, Canalis, per quem aqua effluit, in Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 35. r° : *Li Escauvaus, qui est deseur le pont Setine, ne puet estre estoupés fors de wason et de ramille.* Vide *Echudium*, *Eschua* et supra *Esbain*.

* **ESCHEVELLAGIUM**, idem forte quod *Chevagium*, Capitis census, nostris *Chevage*. Recognit. feud. dom. de Veteriponte ann. 1366 : *Item vint soulx de cens ou environ et de Eschevellages.* Vide in *Capitale* 5.

* **ESCHEVINAGIUM**, Locus ubi *Eschevini* seu judices urbani congregantur et causas civiles dijudicant, domus publica, vulgo *Hôtel-de-ville*, alias *Eschevinage*. Charta commun. Rotomag. ann. 1204. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 672. art. 5 : *Si major et eschevini sederint in Eschevinagio, et loquente majore aliquis verba ejus interruperit, etc.* Art. 7 : *Si major et Eschevini sedent in Eschevinagio, et tunc aliquis contrarietur alii in audientia, erit in misericordia majoris et eschevinorum. Eschevinatus*, pro Officio *eschevini*, ibid. pag. 673. art. 12. Libert. Angeriac. ibid. pag. 679. art. 3 : *Le sain sonnant, tous les eschevins, conseilliers et pairs s'en vont oudit Eschevinage.* Adde pag. 682. art. 7. Vide infra in *Scabini*.

¶ **ESCHEVINATUS**, Eschivinatus, Gall. *Echevinage*, Officium *Eschevini*. Legitur in Charta Communiæ Rotomag. apud *de Laurier* tom. 1. Ordinat. pag. 308. et apud Chesnium Histor. Norman. pag. 1067.

¶ **ESCHEVINUS**, Eschivinus, Consul, Magistratus, Gall. *Echevin*. Memorantur passim. Vide *Consultores* et *Scabini*.

* **ESCHEURS** vel Eskeurs, Vox vulgaris, quæ inclamari solebat in rixis publicis. Vide infra *Haro*. Lit. remiss. ann. 1344. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 326 : *Jehan Daoust frappa ledit Bernes d'un halot ou bras et le fist sainnier, et commença lors li Escheurs, auquel survint ledit Henry Jorron.* Aliæ ann. 1363. in Reg. 101. ch. 59 : *Assés tost après fu apperçu que ledit Enguerran estoit navré et que il se mouroit ; dont lors fu crié Esheurs, auquel cry s'enfuirent lesdis Ferron et Regnaut.* Huc spectare videtur *Escheus*, forte pro Rixator, vulgo *Querelleur*. ex Bestiar. Ms. :

Chi mondes est si desloiaus, . . .
Si Escheus et si guerroiant, etc.

* **ESCHEUTA**, Reditus species, alius ab *Escaeta*, fortassis Præstatio, quæ ex condicto a vassallis domino pensitabatur, *Eschié* et *Eschief* vulgo dicta, a verbo *Eschever* et *Eschiéver*, Pacisci, convenire ; unde *Eschiévement*, Conventio, pactum. Charta Ren. *de Choiseul* milit. dom. *de Bourbonne* et *de Verecourt* ann. 1316. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 423 : *Je ai Eschevei et aboonei apperpetuité pour touzjours .... tous mes hommes et fames de ladite ville de Verecourt.* Libert. *de Perusses* ann. 1347. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 32. art. 1 : *Mes diz hommes et femmes de Perrices, avec toute leur posterité pour moy, pour mes hoirs .... Eschieve et débonne perpétuelment aux débites et redevances et services qui s'ensuient.* Art. 2 : *Il payera à moy ou à mes hoirs par chascun an cinq soulz Tournois de rente ou Eschief* Et pag. 34 : *Lequel affranchissement, Eschiévement et débonnement.... je promest .... bien et loyaument tenir et garder.* Charta Henr. Dalph. episc. Metens. regent. Dalph. ann. 1323 : *Tertiam partem judicaturorum, compositionum et Escheutarum quarumcumque ad nos in locis prædictis ... spectantium, ... venditionibus, judicaturis, compositionibus et Escheutis.* Alia ann. 1405. apud Spon. tom. 2. Hist. Geneven. pag. 115 : *Prout in diversis inde confectis literis dicturum donationis, concessionis, et confirmationis sententiæ definitivæ, Escheutæ et commissionis, etc.* Charta Milon. *de Marchais* ann. 1210. in Reg. 66. ch. 122 : *Garbagium nostrum, et vicecomitatum nostrum, et omnes Eschiés, sicut erant in blado et denariis ... quittum clamavimus.* Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Bel* fol. 119. v° : *Touz émolumens appartenans à ladite ville* (d'Agenville) *tant en hommages, feus, corvées, gelines, courratages, et une rente appellée Eschiez.* Ibid. fol. 128. r° : *En laditte baille* (de Chaumont) *a 54. fuis, qui peuent valoir pour redevance de Eschié par an au jour de la feste S. Remy environ 52. s. Tour.* Charta Phil. V. ann. 1316. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 20 : *Item quosdam alios redditus dictæ villæ* (d'Aubepierre) *vocatos Eschiez. Item quamdam aliam redibentiam, vocatam Eschiez, debitam in quolibet festo S. Remigii*, in alia ejusd. reg. ann. 1318. ex Reg. 56. ch. 510. *Toutes les rentes, les Eschiés de blés*, in Charta ann. 1339. ex Chartul eccl. Lingon. fol. 281. r°. Alia ann. 1354. in Reg. 84. ch. 21 : *Puieront lesdiz hommes de Réecourt et leurs hoirs pour cause de leur Eschié à tousjours chascun an seze livres de Tournois.* Privil. villæ *de Chaseaux* ann. 1312. in Reg. 60. ch. 220 : *Chascuns qui ara autres bestes à charrue, porra mettre ses chevaus à la charrue, ... se mestier li est, sans payer Eschief, et se il li mettent plus d'un tor, il en deroit l'Eschief entier..... Se aucuns deladitte ville deffaut de paier Eschief, ou censive, ou redevance, etc.* Charta ann. 1321. in Reg. 61. ch. 123 : *Guyot sires de Clermont ..... a loué, otroié, confermé, ratifié et aggréé cestdit abonnement, cestdit affranchissement et cestdit Eschief. Eschets*, eadem notione, in Glossar. Jur. Gall. si tamen legendum non est *Eschiés*. Vide supra *Eschenum* et infra *Eschivire* et *Eschivium*.

¶ **ESCHEUTA**, Eschevta. Vide in *Escaeta*.

¶ **ESCHIES.** Vide *Echudium*.

¶ **ESCHIFFA**, Architectis nostris, *Eschiffre*, Murus scalarum basis, quo tota illarum moles sustinetur. Computum Castellani de Turre ann. 1324 : *Pro una Eschiffa et uno furno factis in magno castro* 60. *sol.* 4. *den.* Computum Vienn. in Delphinatu ann. 1318 : *Item pro Eschiffis factis* LV. *sol.* Vide *Eschisa*.

* Vox haud bene intellecta ; idem quippe quod *Schiffa* et supra *Chiffa*, Munimenti genus, specula, Gall. *Guerite*, alias *Eschiffe*, *Eschifle* et *Eschiphe*. Lit. remiss. ann. 1360. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 463 : *Comme Guillaume Beauvallet et Odet Chopillet fussent ordenés à faire l'arriereguet en aucunes parties de la ville d'Aucerre, et une nuit entre les autres eulz feissent leurdit arriereguet et feussent venuz à une des Eschiphes d'icelle ville, et à icelle eussent uché et dit, qui est là ; .... celui qui devoit faire le guet en icelle Eschiphe leur respondi moult rudement, qu'en avez-vous à faire vous?* Rursum occurrunt eædem Lit. in Reg. 90. ch. 502. ubi bis legitur *Eschiffes*. Charta Guill. episc. Lingon. ann. 1363. in Reg. 105. ch. 83 : *Comme de nouvel en la forteresse de la ville de Montsanion soient cheuz et ruinez deux pans des murs, ensembles les Eschiffes qui sus estoient. Eschif*, in Comput. ann. 1374. tom. 2. Hist. Autiss. pag. 262. Pro domuncula legitur in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 195. ch. 1086 : *Lesquelz linceulx le suppliant lya par les deux cornetz, et les attacha à une Eschiffe ou petite maisonnette.* Vide infra *Eschopa*.

¶ **ESCHILLA**, Campanula, Italis *Squilla*, Gall. *Cloche*. Instrum. Ecclesiæ Brivat. ann. 1365 : *Porta claudetur usque ad horam de Eschilla.* Vide *Skella*.

* Nostris alias *Eschelle* et *Eschielle*. Lit. remiss ann. 1410. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 126 : *Jehan Dagaut print la corde de la cloche ou Eschelle establie sur icelle tour pour resveiller le guet, et icelle cloche ou Eschielle eust sonné si fort etc.* Vitæ SS. Mss. ex Cod 28. S. Vict. Paris. fol. 406. r°. col. 1 : *Li abbes les mena en refroitour, ou li premiers signes de l'Eschielle fu sonez.* Vide supra *Chillæ*.

* **ESCHINARE**, a Gallico *Echigner* vel *Echiner*, Multare, egregie verberare. Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 9 : *Dictus Johannes dicit quod tædebat eum quod ipsi Philippo non fregerat renes, et Eschinaverat, et morti tradiderat eundem.* Unde *Eskené*, Dimissus, fractus, in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1 :

Aval la vile vit un homme . . . .
Maigre, remis et Eskené.

Digitized by Google

ESCHIPARE, Gall. *Esquipper*, Instruere. Vox a re nautica desumpta : naves enim bene adornatæ dicuntur, quæ suis *Scaphis* instructæ sunt. *Scaphas* porro vernacule *Esquifs* appellamus. [** Scip, Navis, Anglosaxonibus, etc.] Matth. Paris : *Naves bene Eschipatas bonis et probis marinellis.* Charta Philippi Aug. ann. 1207. in Normannicis Andr. Duchesnii : *Nulla navis de tota Normannia præterquam de Rothomago poterit Eskippare ad Hyberniam.* Vide Henr. de Knyghton pag. 2718. Ab hac porro voce *Esquifs*, derivata alia *Esquiver*, vitare, sese subducere; quod qui in majoribus navigiis tempestate actis et agitatis de vita periclitantur, in scaphas ut plurimum sese demittant, atque ita imminentis mortis periculum vitent. Vide *Eskippare* et *Esquibare*.

* **ESCHIRAPA**, Vasis genus. Arest. ann. 1380. 16. Jun. in vol. 7. arestor. parlam. Paris. : *Duos pitalphos, unam Eschirapam stagni, unum patrolam etc.*

¶ **ESCHISA**, f. pro *Eschifa*. Computum ann. 1324. Histor. Dalphin. tom. 1. pag. 132. col. 1 : *Pro merlando vinteno burgi dictæ villæ, pro faciendis tribus Eschisis, pro emparando et coperiendo magnum chafallum villæ in summa* L. *lib.* III. *s.* III. *d.* Vide *Eschiffa*. [* Idem quod mihi *Eschiffa*.]

ESCHIVIRE, Eschivare, [Sibi vindicare, addicere, assumere, Gall. *S'approprier*.] Regestum feodorum Campaniæ fol. 73 : *Ipsi autem Præpositi non poterunt Eschivire forisfactum, quod non erit plus quam* 20. *solid. nisi per Dominam Comitissam, nisi de homine errante : si tamen forisfactum illud non fuerit de furto vel raptu vel de multro. Forisfactum quod non montabit plusquam* 20. *sol. Eschivabit Præpositus et Scribanus, et duo probi homines villæ, quos Domina Comitissa ad hoc faciendum apponet, etc.* [Nostris *Esquiver*, Fugere, est, Vitare vel eludere. Fortassis inde fieri pouit *Eschivare*, Rem quasi furtim auferre, sibique asserere. Vide versionem Gallicam D. *Brussel* tom. 1. de feudorum usu pag. 435. Litteræ ann. 1455. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 35 : *Avons ordené et ordenons que pour Eschiver les fausses postes et le peril qui en peut avenir, etc.* Aliæ ann. 1356. pag. 130 : *Item pour Eschever et relever les subgez du royaume des grans mises et depens. Pour Eschever le peril de feu,* ibid. pag. 371.

* *Eschivire forisfactum*, idem mihi videtur quod *Abonare* mulctam ex forisfacto debitam, id est eam moderari atque de ea convenire; quo sensu *Eschever* a nostris usurpatum monuimus supra in *Escheuta*. Hinc

* **ESCHIVIUM**, Præstatio quæ ex condicto a vassallis domino pensitatur, idem quod supra *Escheuta*. Charta ann. 1270. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 172. v° : *Erardus de Ortis domicellus . . . recognovit se . . . . imperpetuum concessisse Guidoni episcopo Lingonensi. . . . quartam partem omnium Eschiviorum de Ortis, partem suam curvatarum carrucarum servitiorum nativitatis Domini, censuum pratorum, etc.*

¶ **ESCHOCHARE Lignum**, Eum terere, seu ejus corticem eximere, Gall. *Broyer*. Polyptych. Fiscam. ann. 1235 : *Et debet fena facere, coadunare et adducere, et debet tundere et Eschochare sexaginta cheria lini.* Vide *Exchuchare*.

¶ **ESCHOETA**, Eschoita, etc. Vide *Escaeta*.

* **ESCHOPA**, Eschopia, Essopia, a Gallico *Eschope*, [** Germ. *Schoppen*. Adel.] Officina, domuncula, tugurium. Liber nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 39. v° : *Domus Petri Lothoringi et Eschopæ subtus domum dicti Petri, cum alia Eschopa versus pontem, debent ecclesiæ de annuo censu xiiij. lib. Paris.* Charta ann. 1291. in Lib. albo domus publ. ejusd. urbis fol. 76. v° : *Septem libras Puris. super tribus domibus seu Eschopis contiguis sitis in cellario Abbatis villæ, . . . et octo libras Paris. quas Jacobus Lormerius debet . . . . ratione duarum Essopiarum seu mansionum contiguarum, quæ sita sunt in dicta cellaria.* Hinc

* **ESCHOPARIUS**, Qui *Eschopam* tenet, *Eschopier*, in vet. Consuet. municip. Ambian. et *Essopier*, in Lit. ann. 1403. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 599. art. 3. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 83. Chartoph. reg. ch. 6 : *Pro aliquibus casibus, de quibus dictus Petrus erga Johannem dictum Courtois Eschoparium negotiari habebat, etc.* Vide in *Schoppa*.

ESCHOT, [Contributio.] Vide *Scot*.

¶ **ESCHUA**, pro *Esclusa*, Locus ubi concludantur aquæ, Gall. *Ecluse*, vel idem quod *Eschies* aut *Eschudium*, Canalis ad derivandas aquas superstagnantes. Computus anni 1202. apud D. *Brussel* de Feudorum usu tom. 2. ad calcem pag. CXCVI : *Pro pallicio de Eschuis fossatorum faciendo, et pro minutis expensis et nunciis,* XIX. *l. et* V *s. Andeg.* Vide *Echudium*, *Escheudus* et *Exclusa*.

¶ **ESCHUDIUM**. Vide *Echudium*.

ESCHUMELLUS. [* Modus agri, vel forte idem quod *Cheminellus* supra, semita ex utraque parte vineis consita.] Tabular. Fossatense ann. 1282. fol. 144 : *Possidebant ex eorum hæreditate duo arpenta et dimidium terræ arabilis, et duos Eschumellos treilleiæ vineæ, etc.*

¶ 1. **ESCHUTA**, Quod obvenit alicui vel hereditario jure vel dominico. Vide *Escaeta*.

¶ 2. **ESCHUTA**, Escouta, Hisp. *Escucha*, *Espia*, Gallis *Espion*, quibus etiam *Ecoute* est Locus observando quid agatur aut dicatur aptus; hinc illud Gallicum *Etre aux Ecoutes*, Aucupium auribus facere; hinc etiam apud Sanctimoniales *la Sœur aux Ecoutes* dicitur illa quæ Sororis alterius cum extraneo sermonem habentis dicta observat et facta. Computa Dalphin. tit. Graisivod. anni 1334. fol. 42 : *Pro diversis espiis seu Eschutis missis per eum diversis temporibus in Sabaudium ad sciendum statum Sabaudiensium, etc.* XIV. *lib.* Ibid. fol. 238 : *Pro diversis consultationibus spiis et Escoutis et aliis imminentibus* VII. *lib.* X. *s.* Vide *Collocare* sub finem.

* Froissart. vol. 1. cap. 17 : *Aussi leur convenoit continuellement guetter, ... et envoyer Escoutes, ... parquoy si ces Escoutes oyoient gens emouvoir etc. Escoutete*, Excubitor, in Hist. compend. Caroli VII. pag. 341. Unde *Faire escout* vel *Donner escot*, pro Explorare, speculari, Gall. *Epier*, in Contin. Guill. Tyrii apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 622 : *Li mandoit . . . que li Crestiens s'en devoient la nuit fuir, et s'il ne le voloit croire, feist faire Escout qui orroit la noise au port.* Ibid. col. 687 : *Il avenoit que chascun haut home faisoit l'eschargaite une nuit à son tor, tant que cele nuit eschai au cardinal. Cele nuit donnerent Escot, si comme il soloient faire, et se merveillerent que ce pooit estre.*

* **ESCIERE**, an Tributum, quod pro statione in portu exigebatur? Charta Amauri comit. Montisf. ann. 1239. ex Tabul. Corb. : *Noveritis quod pro xv. libratis redditus, quas assignare debebamus nobili viro G. vicedomino Ambianensi domino Pinconii, assignavimus eidem apud Conflatum in portu remigium et mediatatem Esciere.*

¶ **ESCIFER**, Qui fert escas. *Esciferæ volucres*, apud S. Paulinum Natali S. Felicis 4. de Corvis Eliæ.

¶ **ESCIT**, *Lentus*. Glossæ Isidori. Lege *Esculentus* cum Grævio, forteque addendum *Pinguis*. Vide *Esculentia*.

* **ESCLAFARE**, Infligere, impingere, quo sensu vulgari locutione *Flanquer* dicimus. Inquisit. ann. 1210. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 49. col. 2 : *Ipse cum decem vel cum viginti armatis venirent ad domum B. de Geolon, et quemcumque prius inveniret, ... Esclafaret ei talem ictum, quod non oporteret ei alium dare.* [** Vide *Eclaffa*.] *Esclaffer de rire*, pro Cachinnum tollere, vulgo *Eclater de rire*, apud Rabelais. lib. 1. cap. 11. et 20.

* **ESCLATIDOR**, Canalis ad educendas aquas superfluas, seu alveus molendini, idem quod supra *Escheudus*. Charta ann. 1237. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 73. col. 2 : *Ita etiam quod juxta prædicta staria tenebit dictus Petrus de Fons locum mundum curatum in profundo de iiij. palmis, et in latitudine per unam cannam et duos palmos, quod libere possit ibi currere aqua de sobrevers, seu Esclatidor molendini canonici.* Vide *Echudium* et infra *Sclaffitorium*.

* **ESCLAVA**, Esclavus, Calceus lignarius, quod *Esclavorum* seu servorum calceamentum esset, vel quod confectus ex *Esclichio* seu ligno sectili sic dictus, Gallice *Sabot*, alias *Esclop*. Leudæ Nem. circa finem 15. sæc. inter Probat. tom. 4. Hist. ejusd. urbis pag. 77. col. 2 : *Item pro quolibet Esclavo aut Esclava, duo denarii Turonenses.* Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 368 : *Item fustes, trabes, cabirones, latas et alia necessaria ad ædificandum domos et cabanas, vasa vinaria, arquas, Eselops, et aliorum quorumque fustarum supletalia necessaria de dictis nemoribus et forestis acceperant.* Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 187. ch. 291 : *Giraut Germer se party du village de Fagiole et s'en tira avec ses Esclops ou solliers de bois chaussés.* Aliæ ann. 1466. in Reg. 201. ch. 110 : *Jehan Chavet laissa . . . . ses Esclos qu'il avait en ses piez, tous piez nuz . . . . s'en courut.*

* *Esclas*, Servus, captivus, si tamen legendum non est *Esclos*, apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 646 : *Il voidierent le chastel de fames et d'enfans et*

Digitized by Google

de fiebles gens, et de tous les Esclas qui dedens estoient .... Quant le charpentier vist que li Sarrazins furent tuit fors du chastel, il vint à deus Esclas Crestiens, etc. Vide *Sclavus*.

* *Esclaut* appellatur Brachium sinistrum, in Lit. remiss. ann. 1407. ex Reg. 162. ch. 16 : *Le suppliant frappa icelui Audinet le Noir en l'Esclaut braz, audessus du coude un cop tant seulement, dont mort s'ensuyt.* Nisi legendum sit *Esclant* ut et *Esclange*, pro *Esclauche*, in aliis Lit. ann. 1413. ex Reg. 167. ch. 259 : *Icellui Manise feust navré ou costé de l'Esclauche bras.* Aliæ rursus in Reg. 189. ch. 113 : *Le suppliant frappa du raillon sur la hanche et sur le neu de la cuisse Esclauche. Esclenche*, apud Guill. Guiart. ad ann. 1297 :

A main, ne sai droite ou Esclenche,
Au plus vistement qu'il peut trenche,
Les cordes à quoi l'en le hale.

Hinc potior videtur *Esclanche* quam *Esclauche*.

¶ **ESCLAVINA**, Vestis vilior. Vide *Sclavina*.

¶ **ESCLAUSA**, Locus ubi concluduntur aquæ, Gall. *Ecluse*. Charta anni circiter 1185. ex parvo Chartulario S. Victoris Massil. fol. 146 : *Colligat ibi ligna ad reficiendam Esclausam molendini.* Alia ann. 12. regnante Rodulfo ex Archivo ejusd. Monasterii, armar. Arelat. num. 22 : *Nos venditores sumus de una Esclausa de subtus Ecclesia, per tale pretium sicut boni homines pretiaverunt.* Vide *Exclusa*.

* Alias *Esclause* et *Esclousure*. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 25 : *Guillaume Largier vint à ladite Esclousure* (infra *Esclause*) *et s'efforca l'ouvrir oultre le gré et volenté du suppliant, lequel déboutant icellui Largier le fist tumber dans le besal ou rase dudit molin.*

1. **ESCLAVUS**, [Captivus, Gallice *Esclave*.] Vide *Sclavus*.

* 2. **ESCLAVUS**. Vide supra *Esclava*.

* **ESCLICHIUM**, Asser, palus, tigillum sectile, nostris *Eclisse*, a verbo *Esclicher*, Dividere, separare. Charta ann 1337. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 257 : *Concedimus ut ipse* (Johanes) *in dicto flumine* (Rhodani) *infra terminos villæ de Grigneu sitæ juxta dictum flumen, unum vel plura molendina habere et tenere possit et valeat super navigiis, cum Esclichiis firmis, tamen non in alveo dicti fluminis infixa, etc.* Charta ann. 1363. in Reg. 95. ch. 141 : *Ladite tour et manoir doivent estre séparés, Esclichés et départiz desdiz hommaige et pairie.* Alia ann. 1371. ex Chartul. 21. Corb. fol. 206. v°. : *Requerant en grant instance que ledite vente je come sires voulsisse gréer, consentir et accorder, et les onze muys de grain dessusdits Esclichier, oster et séparer de soudit fief qu'il tient de my. Le résidu des terres ostées et Esclichées de la maison et cense de Guisy*, in Reg. 13. sign. *Habacuc* ejusd. monast. ad ann. 1511. fol. 85. *Esclisier*, eadem acceptione, in Ch. ann. 1459. ex Chartul. 23. ibid. Hinc *Esclisement de fief*, in Comput. MS. baillivi Insul. ann. 1420. Vide infra *Feudum minuere*.

* Aliud vero sonat *Esclissier*, Traha scilicet, quæ ex asseribus compingitur, vehere, in Stat. scabin. Macer. ad Mosam MSS. : *Se aucuns marchans ..... vouloient faire roullier leurs vins, qui seroient près du rivage, sans porter, Esclissier ou charrier, ils doivent pour chacune queue de vin vij. den. comme s'ils estoient Esclissiez etc.* Unde *Esclaidage* dicitur Tributum, quod pro ejusmodi vehiculo exigitur, in iisd. Stat. : *Sont tenus tous fermiers dudit Esclaidage de sougnier toutes fortes cordes, charrios, Esclisses, etc. Ordonnance comment la ferme de l'Esclaidage se doit lever*, ibid.

ESCLIGNIATIO, [vel *Escluniatio*, Jus inquirendi per domos res furto ablatas. Singulare est Justitiariis Comitum Bellovac. sed alibi permissum. Mandari non debet hæc inquisitio, nisi præsente Justitiario aut ejus locum tenente : ita intelligendus Plinius cum ait *Per parietes inquiritur.*] Vetus Inquesta apud Louvetum in Hist. Bellovac. tom. 2. pag. 334 : *Dicit quod Episcopus habet omnimodam justitiam in villa, videlicet multrum, raptum, sanguinem, anvoirre*, (leg. *Avoutre*, i. adulterium) *Escligniationem, et viariam.*

* *Escluignement* et *Esclung*, nostris eadem notione. Charta ann. 1262. in magn. Chartul. nig. Corb. fol. 180. r° : *Avons vendu... toute nostre mairie... en quelesconkes choses que che fust,.. en ajournemens, en cherquemanemens, en Escluignemens, etc.* Lit. remiss. ann. 1401. ex Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 389 : *Jehan Capon se plaigny de ce vol à justice et requist qae Esclung fu fait; lequel Esclung lui fu adjugié; et par icellui Esclung fu trouvé en un fumier en la maison de l'exposante grant planté desdites pommes.* Aliæ ann. 1454. in Reg. 184. ch. 489 : *En laquelle ville d'Agenville le lieutenant du bailli de Rue sercha et fist Esclung par les maisons et habitations d'icelle ville, et tellement que il trouva ledit sac et laine.* Hinc *Esclugnier* et *Escluigner*, pro Perscrutari, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :

Se soutiennent les Escluignons,
Moult trouverons en lor affaire
D'angles de coi Dex n'a que faire.

Et infra :

Esclugnier faites sa maison,
Se li murdres n'i est trovés, etc.

Eodem sensu a Lat. Exquirere, *Esquerir* legitur in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 105. ch. 22 : *Depuis icellui Vitet entra en l'ostel dudit Robert et Esquist l'ostel pour savoir se il pourroit trouver ledit prestre; et après ce que il ot cerchié l'ostel, et que il ne pot trouver icellui prestre, etc.* Aliæ ann. 1375. in Reg. 107. ch. 244 : *Furent les lieux visitez et Exquis, tant que ledit fils fu trouvé.*

¶ **ESCLOSA**, ut *Esclusa*. Legitur in Charta Sebusiana. Vide *Exclusa*.

¶ **ESCLUSA**, Agger aquis oppositus, Gall. *Ecluse*. *Esclusa molendini*, in Charta anni 1284. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 134. *Molendinum cum duabus Esclusis*, in Chartulario S. Fromondi pag. 1. Vide *Exclusa*.

* **ESCLUSAGIUM**, Pensitatio, quæ a domino feudi exigitur pro jure habendi *esclusam*. Reg. S. Justi in Cam. Comput. Paris. fol. 235. v°. : *Esclusagia molendinorum, cloturam culturarum et pratorum.* Hinc *Escluser, Esclusam* facere, in Ch. ann. 1339. ex Tabul. S. Joan. Laudun. : *Quant il veulent peschier leur estant d'Escoussant, il peuent Escluser la riviere dessus le pont et faire rigollas pour ladite riviere escouler. Esclusier* vero est Aqua vel luto respergere, vulgo *Eclabousser*, in Lit. remiss. ann. 1393. ex Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 269 : *Icellui Sarquin eust commencié à férir en l'eaue d'un baston qu'il tenoit et eust moullié ledit Pierre; ... persévérant de mouillier et Esclusier ledit Pierre, etc.* Vide in *Exclusa*.

¶ **ESCLUVIAMENTUM**, Pensitatio Domino feudi debita pro jure habendi *exclusam*. Charta Hugonis Domini de Husseia ann. 1224. ex Tabulario Corbeiensi : *Ego vero dictam Præposituram.... quitavi in perpetuum cum omni jure ad eam pertinente videlicet justitiis.... assenamentis, vicecomitatu, Escluviamentis, antesolariis, stakis figendis cum omnibus censibus, etc.*

¶ **ESCO**, Γυψῶ, *Gypso superinduco*. Suppl. Antiquarii.

* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. *Esco*, γυψῶ. MSS. *Ceso*.

* **ESCOBALARIA**, Scoparia, quæ *scopis* purgat, in maj. Chartul. S. Vict. Massil. Vide mox *Escobolerius*. A verbo

* **ESCOBARE**, Verrere, *scopis* purgare, Gall. *Balayer*, Provinc. et Occit. *Escoubar*; unde *Escoube*, Scopæ, vulgo *Balay*, in Lit. remiss. ann. 1406. ex Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 130 : *Une grant Escoube ou balay, dont l'en nettoye le blé batu en l'arée.* Stat. ann. 1350. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 138. col. 2 : *Quod quilibet debeat Escobare suam fronteriam et vigare qualibet die Sabbati.* Hinc *Escobat*, Virgis cæsus, in Chron. MS. Monspel. ex Cod. reg. 4656 : *L'an 1364. le pilori fust dressé, ... et ung homme y fust foeté ou Escobat.* Vide mox *Escobilhæ*.

* **ESCOBER**, Casus seu ingruens necessitas, qua vassallus domino capitali vectigal ex jure vel consuetudine præstare tenetur, idem quod *Auxilium*. Charta ann. 1303. in Reg. 3. Armor. gener. part. 1 : *Petrus Flamenc recognovit et confitetur se esse homo franchus et liberæ conditionis Bernardi Cati domicelli, et promisit dicto domicello domino suo dare ad quatuor causas sive Escobers, prout est de hominibus franchis dare suis dominis in patria* (Lemovicensi) *consuetum, videlicet ad quamlibet causam sive Escober quinque solidos.* Alia ann. 1328. ibid. : *In quolibet casu consueto quatuor Escobers.* Vide *Scobere* 2. et *Scobrones*.

* **ESCOBILHÆ**, Sordes quævis, purgamenta, Gall. *Ordures, balayeures*, Provinc. et Occit. *Escoubilles*. Stat. ann. 1368. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 279. col. 2 : *Quod nulla persona sit ausa prohicere Escobilhas sive fimum infra circumcirca muros civitatis prædictæ, nec in fossatis.* Vide infra *Scoba* 1.

* **ESCOBOLERIUS**, Clericus, cui ex officio ecclesiam *scobis* purgare incumbit; quod ad Ostiarium spectabat. Testam. Petri de S. Hilario ann. 1177. ex Bibl.

Digitized by Google

reg. cot. 17 : *Capellano de Luirano dimitto unum mantellum, quod Guillelmus Escobolerius habet de me in pignore.* Vide *Scobolerius.*

* **ESCOCHEIUM**, Quod alicui, ut videtur, jure hæreditario obvenit, hæreditas seu successionis pars. Charta Phil. Aug. ann. 1222. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 120. r°. col. 1 : *Nos Elæ sorori quondam comitis de Alenchon concedimus Escocheium tenendum in perpetuum, sicut fuit assignatum hæredibus dicti comitis pro excambio de Essayo : ita quod dicta Ela et hæredes sui tenebunt Escocheium de nobis, sicut dominus Escocheii ipsum Escocheium tenere solebat.* Assis. apud Cadom. ann. 1234. ex Cod. reg. 4653. A : *Nullus potest uni eorum qui ei succedere debent aliquid dare vel vendere de his quæ jure hæreditatis debent ad eos devenire; ita quod partem alterius diminuat, ut fuit judicatum de filio Maleti cui domina Ala dederat Escocheium.* Sed forte loci nomen est proprium.

* **ESCOCIA**, pro *Escroa*, ni fallor, a vet. Gallico *Escroe*, Panni species. Arest. ann. 1397. 2. Mart. in vol. 9. arest. parlam. Paris. : *Inferiores hallæ in quibus..... venduntur pannorum peciæ et Escociæ. Escroes ou pieces de draps*, in Instr. Gall. ad calcem ejusd. aresti. Costum. Paris. ex Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. fol. 34. v°. : *Les grans tiretaines de Cuen, ij. solz. Les Escroes d'icelle ville, xij. den.* Stat. pannif. Rotomag. ann. 1378. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 365 : *Ne doit aucun drapier porter.... ses draps ou Escroes tistre, fouler ne laver hors de la ville de Rouen.* Pro panno tot ulnarum adhiberi videtur in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 136 : *Quatre aulnes de Brusselles et deux Escroues d'autre drap montant à trois quartiers de drap.* [** Germ. *Kotze* est Vestis intonsa, gausape. ADEL.]

* 1. **ESCODATUS**, Hircus castratus, Occit. *Escouatat.* Vide supra *Coittum.* Leudæ min. Carcass. MSS.: *Item de duodena Escodatorum apparatorum, tres denarios.* Id est, pellium hircorum castratorum. *Escoillié*, pro Eunuchus, in Vit. SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 245. r°. col. 1 : *Suinz Mathez l'apostres entrez en cele cité et herbergiez en l'ostel de l'Escoillié de Candace Roi, etc. Escouller*, Testiculos avellere, in Lit. remiss. ann. 1389 ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 48 : *Laquelle Perrette s'adrecoit tousjours à prandre le suppliant par dessoubz, et disoit que par le sang Dieu elle l'Escoulleroit.* Vide *Excoliatus.*

* 2. **ESCODATUS**, Cui præcisa est cauda. Reg. feudor. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 39. r°. : *Debent trahere currum duæ vaccæ Escodatæ vel sine caudis.*

* **ESCOERIA**, Merx coriacea, seu vectigal quod ex ea percipitur, Belgis *Schoen*, calceamentum. Charta Phil. Pulc. ann. 1292. pro locat. præposit. Ambian. in Reg. donor. Cam. Comput. Paris. fol. 149. r°. : *Omne jus nobis competens.... in theloneo bladi et aliorum granorum, viezeriæ, Escoeriæ, bateriæ, piscis, etc.* Ubi Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 252. præfert *Esteria*; sed male, ut videtur. Pedag. *de Cappi* in Chartul. 21. Corb. fol. 345. v°. : *Chasçuns fardeaulx d'Escoerie ou de freperie doit ij. den.* Redit. comitat. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. : *Se li avoirs est vendus, u acatés en fieste, et on le porte à col, se c'est Escoherie, u corduans, u crue oevre, li fardiaus doit deux deniers.* Charta Margar. comit. Fland. ann. 1274. ex Chartul. 1. Fland. ch. 266. in ead. Cam. : *Nous avons donné à loyal cense..... no tonlieu dou blei, de l'Escoherie, de le viés ware, lingers et langes, etc.* Hinc *Escohier*, Artifex coriaceus, in Chron. Bald. d'*Avesnes* MS. lib. 7. cap. 77 : *Le Cambrelenc manda un Escohier pour un sien pelichon rapareiller.* Vide supra *Coherium* et *Escofferius.*

¶ **ESCOFFERIUS**, Qui vendit *coria*, Coriarius, Gall. *Tanneur*, apud Sabaudos *Escoffier*, Calcearius, Nostris *Cordonnier.* Charta Thossiac. ann. 1404 : *Hugoninus Giraud Escofferius Thossiani tenet quandam parvam pesam terræ, in qua situs est suus pelanus juxta becium d'ous eschies ex Meridie.* Altera Calomontis ann. 1397 : *Johannes mercator Escofferius.* Hinc *Bancha Escofferiæ* et *Scamnum Escofferiæ*, Officina *Escofferii*, alias *Escoffraie.* Hinc etiam forte *Stallus Escoirs*, in Privilegio Leduini Abb. S. Vedasti ann. 1036. ex Chartulario S. Vedasti Atrebat. pag. 243. ubi sic legitur : *Qui facillas vendit, in anno 1. facillam. Qui ferrum palarum, in anno 1. ferrum. Qui manubria palarum, in anno 1. manubrium. Stallus Escoirs in Sabbato 1. obol.* Etiamnum Ambroniaci platea est dicta *de l'Escoffraie*, in qua plures habitant coriorum et pellium mercatores.

¶ **ESCOGOCIA**, Adulterium, raptus virginum vel viduarum. Donatio ann. 1071. Marcæ Hisp. col. 1162 : *Dono ad præfato cœnobio* (Cuxanensi).... *omnes apparatus, sive albergas, sive census, sive usaticos, sive homicidia, sive Escogocias, sive arsina, etc.* Vide *Cucucia* in *Cugus.* [* Vide infra *Esguogozamentum.*]

¶ **ESCOLITHA**, apud Provinciales, Cloaca, eluvies, effluvium, Gall. *Egout*, *Ecoulement. Possunt recipere versaduras et Escolithas resclausæ et bedalis*, in Regesto *Columba* ex Camera Comput. Provinciæ. [* Lege *Escobilha.* Vide supra in hac voce.]

* **ESCOLLATA**, perperam pro *Escallata*, in Charta ann. 1335. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 492. Vide supra *Escallata.*

ESCONDIRE, EXCONDIUM. Vide *Excondicere.*

* **ESCONSA**, Cæca laterna, nostris alias *Esconse.* Vide supra *Absconcia.* Chartul. eccl. Carnot. ann. circ. 300 : *Debet* (matricularius) *cum luminari sufficienti posito in Esconsa ostendere sacerdoti orationem.*

¶ **ESCONTRUM**. Vide *Excontrum.*

* **ESCOPARE**, ut supra *Escobare*, Verrere, *scopis* purgare, Gall. *Balayer.* Castigat. pœnit. ex Cod. 36. S. Mart. Lemov. sæc. 10 : *Dic mihi, rogo te, quomodo te pœnitentiam agere profiteris, qui quotidie pœnitenda committis;.... qui ad ecclesiam rarius quam sæcularis accedis, qui ecclesiam tuis manibus non Escopas, etc.* Vide *Scoba.*

* *Escopir* vero nostris est Spuere, sputis conspurcare. *Inspuere, Escopir*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Aliud Gall. Lat. ex Cod. 7684 : *Escopissement, crachement, screa, sputamen. Escopir, cracher, screare.* Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 20 : *S. Remis récitoit la maniere de la passion Jhesucrist, comme il fu liés à l'estace, batuz et Escopis.* Contin. Guill. Tyr. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 588 : *Lors Jesus Christ Escopi à terre, et prist un poi de boe, etc.* Vitæ SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 10. v°. col. 2. ubi de S. Anast. : *Li un le batoient de verges, li autre li Escupissoient en la face.* Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 71 : *Icellui Lambin se prist à Escrupir ou crachier contre terre en injuriant ledit exposant de parole.* Vita JC. MS. :

> Il le (J. C.) depinchent, rechignent li,
> Enmis le vis l'ont Escopi
> Li fel Juis, li malcuvert.

* **ESCOPARIUS**, ESCOPARIA, Qui vel quæ *Eschopam* seu officinam vel domunculam tenet. Lib. 2. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 45. v°. : *Mathæus Escoparius vij. sol. 1. den. minus ad Natale.... Mathildis Escoparia vj. sol.* Ch. ann. 1301. ibid. fol. 136. v°. : *Jacobus dictus l'Eschopier et Johanna dicta l'Eschopiere, etc.* Vide supra *Eschoparius.*

* *Escopasse*, Vestis ex tela confecta, vulgo *Souquenille*, in Lit. remiss. ann. 1481. ex Reg. 207. Chartoph. reg. ch. 114 : *Bernard Grant vesti une Escopasse de toille, etc. Escopel* vero, Pertica seu tigillum sectile videtur, in aliis Lit. ann. 1474. ex Reg. 195. ch. 1212 : *Icellui Andrieu lui rebouta le cop d'un Escopel ou baston qu'il avoit apporté en menant ses beufz.* Ut et *Escoperche*, in Instr. ann. 1470. quomodo forte legendum, in Lit. ann. 1315. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 600 : *Lates et Escorberges, etc.* Vide supra *Esclichium.*

ESCORAGIUM. Scacarium Paschæ apud Falesiam ann. 1221. in Regesto Joannis de S. Justo, in Camera Comput. Paris. : *Judicatum est quod forestaria quæ contagrum suum, et Escoragium suum in foresta de Bonsmoulins, quæ destructa est modo de arboribus, nihil in ea capient, sicut in herbagio, vel in brueria, vel hujusmodi terra Escoragium* (sic) *vel Escoragium, cum in foresta illa evenerit.* [Idem videtur quod *Escoriatio.*]

* Hæc utcumque emendare licet ex Cod. reg. 4653. A : *Judicatum est quod foristaria quæ tocagium* (leg. estocagium) *suum et Escoragium in foresta de Bonsmoulins, quæ destructa est modo de arboribus, nihil in ea capiet, sicut in herbagio, vel in brueria vel hujusmodi, nisi tantum estocagium vel Escoragium, cum in foresta illa evenerit.* Vide infra *Escorca* et *Escorciare.*

¶ **ESCORAMENTUM**, ut *Instauramentum*, Suppellex, *Instrumentum.* Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 596. ex Regesto Parlamenti ann 1408 : *Ad restituendum ante omnia et in domibus ipsius Episcopatus utensilia et instauramenta supradicta vel talia, prout rationis esset, reponendum, aut eorum justum valorem, vel de aliis utensilibus et Escoramentis fulciendum et muniendum dictas domos, prout instructæ et munitæ erant tempore decessus dicti Bernardi.* [* Leg. *Estoramentum.* Vide in hac voce.]

Digitized by Google

* **ESCORCA**, Cortex, Ital. *Scorza*, Gall. *Ecorce*. Chartul. S. Sulpit. Bitur. fol. 85. v°. : *Habebit vicarius.... de unaquaque quadrigaria lignorum unam buscam, et de Escorcis similiter.* Hinc forte virgam vimineam seu vinculum ex cortice intextum *Escorte, Escortelle* et *Escortoire* appellabant. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Bel* fol. 156. r° : *En recognoissance dudit fié et service il feront au roy un lien de limier et une Escortelle, sans Escorte.* Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch 187 : *Jehan des chiens serviteur et braconier de nostre amé et féal cousin et chambellan Guy seigneur de la Trémoille.... donna de son Escortoire ou verge, qu'il tenoit en sa main, deux ou trois cops audit hoste.* Nisi legendum sit *Estorte, Estortelle* et *Estortoire*, vinculum nempe ex tortilibus virgultis, ut infra in *Extorta*. Vide infra *Escorciare* et *Scortia* 2.

* **ESCORCHERIA**, a Gallico *Ecorcherie*, Laniena, locus ubi mactantur et excoriantur boves, etc. Charta ann. 1316. in Chartul. S. Maglor. ch. 176 : *Nobis episcopo Paris. licebit in aqua et loco prædictis construere seu construi facere unum pontem, qui incipiet de domo Symonis Tyberii sita in Escorcheria Paris. etc.* Stat. ann. 1408. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 356 : *Excoriari seu macturi consueverunt solum et dumtaxat infra dictam villam Bitterris, videlicet in quodam loco diucius ad hoc destinato, vocato lo Escoriador, aliter la boquaria.* Vide infra *Escorgare*.

* **ESCORCIA**, Putamen, Gall. *Ecale*. Stat. pannif. Carcass. renovata ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121 : *Item quod nullus possit.... tingere seu tingi facere aliquos pannos.... in lana seu filatura cum Escorcia nucis.*

* **ESCORCIARE**, Corticem avellere, Gall. *Ecorcer*. Pactum inter Joan. dalph. et Petr. Barral. ann. 1319 : *Ordinamus quod homines et singulares personæ universitatis prædictæ* (de Alavardo) *in et de nemoribus dictæ vallis non possint inposterum aliquatenus Escorciare seu escorcias vel ruschias percipere seu habere. Escorchage* nuncupatur Præstatio, quæ pro eo jure domino forestæ solvitur, in Ch. ann. 1343. ex Tabul. Castri Radulphi. Vide supra *Escoragium*.

* **ESCORGARE**, Excoriare, pellem detrahere, Gall. *Ecorcher*. Stat. ann. 1352. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 150. col. 2 : *Item quod nulla persona sit ausa Escorgare sive prohicere animalia mortua, nisi in boysseria Nemausi consueta.* Vide supra *Escorcheria*.

ESCORIATIO. Rogerus Hovedenus pag. 784 : *Qui autem forisfecerit in foresta Regis de viridi, sive per culpaturam, sive per foditionem turvarium, sive per Escoriationem more*, [hoc est, per evulsionem erices,] *sive per culpationem desub nemore*, etc. [Habetur *Excoriatio* in *Culpatura* 2.]

* **ESCORIO**, Hordei species, Gall. *Escourgeon*. Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 96. Chartoph. reg. ch. 427 : *Furtive ceperat certam quantitatem gerbarum Escorionis.* Vide infra *Scario* 2.

* **ESCORRADORIUM**, Cursus aquæ, rivulus. Charta ann. 1318. ex Tabul. S. Maur. : *Durat pecia terræ de dicto molendino usque ad bozulum situm in dicto prato ante primum Escorradorium sive ichac versus rivum de Gasquis.* Vide supra *Corratorium*.

ESCOSUS, *Escis plenus, pinguis, crassus.* Ugutioni.

¶ **ESCOT**, Contributio, *Conjectum*. Vide *Scot*.

* **ESCOTUM**, Symbolum, a Gallico *Ecot*. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 457 : *Quilibet in ejus simbolo seu Escoto vinum bibere inceperunt.* Vide *Scot*.

ESCOTUS, pro *Scotus*, quomodo nostri *Escots* dicebant, quos hodie *Escossois*. Formula 15. ex Baluzianis : *Vadit tanquam latro, ad aura psallit, ut Escotus mentit, semper vadit toritus, et occidit quod nunquam vidit.* Nempe solemne est peregrinantibus, ut fuere Scoti, mentiri. Joan. Molinetus Valentianensis pag. 25 :

> Atheniens, Turcs, Barbarins, Escots,
> Gauls, Espaignols, Hongrois, Bretons, Gallots.

[Litteræ Johannis Regis Franc. ann. 1360. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1458 : *Et qu'ils ne feront autres alliances avec lesdits Escos en aucun temps à venir contre les Rois et royaume d'Angleterre.*]

* Alias *Escot*. Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 148 : *Colart de Benachin escuier Escot, familier de nostre chier et bien amé Stewart archediacre de S. Andrieu, estudiant à Paris, fils de nostre très-cher et très-amé frere le roy d'Escoce*, etc. Vide *Scoti*.

* **ESCOUFFLE**, Monetæ Flandrensis species, a milvo, quem *Escouffle* appellamus, in ea, ut probabile est, insculpto, sic dicta. Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 174 : *Icellui exposant s'en ala en la ville de Ailly sur Noye* (près Amiens) *et print en la bourse dudit Nicolas une piece de monnoie d'argent, nommée Escouffle, du pois de xij. deniers.* Aliæ ann. 1398. in Reg. 153. ch. 483 : *Le suppliant presta audit Alixandre jusques à la somme et valeur de xlviij. solz Parisis, un Escouffle, monnoie de Flandres pour xij. deniers Par. Une piece de monnoye, que l'en dit une Escouffle*, in aliis ann. 1399. ex Reg. 154. ch. 679. Chartul. sign. *Ezechiel* Corb. fol. 260. v°. : 1°. *Le Escouffle vault ij. gros, le gros iij. estrellins.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Escouble, milvus.*

¶ **ESCOUTA**. Vide *Eschuta* 2.

¶ **ESCRA**, Species vasculi apud Hibernos. Vita S. Moduennæ, Julii tom. 2. pag. 303 : *Protulitque vasculum argenteum, quo potum Hibernenses Principibus haurire solent, quod vocant Escra.*

* **ESCRANNIA**, Præstationis species. Assignat. dotalit. Joan. regin. Franc. ann. 1319. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 69 : *Item pro Escranniis et coustumis octo modia et septem sextaria. Escregne* vero, vel *Escrienne* etiamnum rusticis, pluribus in locis, dicuntur cameræ, ubi hyeme mulieres vel puellæ simul convenientes nendo pervigilant ad mediam noctem. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. ch. 130 : *Comme les exposans environ deux heures de nuit feussent alez en la ville de Combertrix de costé Chaulons pour eulx esbatre avec les jeunes filles à marier, et femmes qui filoient ès Escregnes, comme il est acoustumé à faire en temps d'iver, en laditte ville et pays d'environ.* Aliæ ann. 1478. in Reg. 206. ch. 189 : *Willemet Maillart saichant que le suppliant estoit de nuit aux Escriennes,.... où estoit entre les autre jeunes filles Maroye Clocque.* Quod ibi linum præparatur seu excutitur, *Escrusserie* dicitur, in Lit. remiss. ann. 1460. ex Reg. 189. ch. 485 : *Lesquelz freres alerent au soir à la serie pour veoir les jeunes filles à l'Escrusserie de lin.* Vide *Screo*.

* **ESCRANNUM**, an idem quod infra *Escrinium*? Comput. MS. ann. 1239 : *Adam de Mellente pro Escrannis factis ad Meledunum, xx. sol.* [** Germ. *Schrannen* sunt ligna concellatim loco sepis posita. ADEL.]

¶ **ESCRINIUM**, Gallice *Escrin*, Scrinium, cimelium. Charta anni 1311. apud Baluzium tom. 2. Histor. Arvern. pag. 141 : *Retinuit dictus donator... omnia utensilia et jocalia et vasa argentea quæcumque.... et potiora et Escrinia et animalia quæcumque.*

* Arca, arcula; unde *Escrinée*, et *Escrinet*, quarum artifex *Escrinier* appellabatur. Inventar. Guid. *de Kaours* magist. monet. ann. 1321. in Reg. A 2. Cam. Comput. Paris. fol. 12. v° : *Item un Escrinet a trébucher.* Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 54 : *Il fut ordené que par maniere d'esbatement seroit donné un joyel ou présant au jeu de barres.... avec l'Escrinée, ainsi qu'il est acoustumé à faire au jeu de pris.* Unde emendandæ Lit. ann. 1389. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 279. art. 3. ubi editum *Estrivée*. Aliæ ann. 1404. in Reg. 158. ch. 425 : *La suppliante print un petit Escrinet ou forcier fermant à clef,.... ouquel Escrinet ou forcier avoit un escu en or.* Rursum aliæ ann. 1411. in Reg. 166. ch. 152 : *Colart Monnart Escrignier pour lors qu'il demouroit à Tournay*, etc. *Pierre Buridan Escrinier ou charpentier de menyserie demourant en la ville de Guise en Thieresse*, in aliis Lit. ann. 1454. ex Reg. 191. ch. 107. Vide *Scrinium*.

¶ **ESCRIS**, Eadem notione. Inventarium Ecclesiæ Aniciensis ann. 1444 : *Item quatuor mappæ de cirico in quodam Escri fusteo rotundo*, etc.

* **ESCRIVETUM**, Theca calamaria, Gall. *Ecritoire*. Charta ann. 1328 : *Item unum Escrivetum de argento.* Vide *Scripturale*.

* **ESCROA**, a Gallico *Escroue*, Professio feudalis, qua scilicet quis feudalium prædiorum cum suis limitibus ac terminis, atque adeo juribus ac oneribus descriptionem domino capitali ex debito offert : *Escroe* enim appellant nostri schedam; in qua per ordinem res describuntur. Arest. 28. Nov. ann. 1386. in vol. 10. arestor. parlam. Paris. : *Quod dictus miles compelleretur ad tradendum saltem denominamentum et Escroam, quæ contra usum et consuetudinem patriæ et loci est.* Lit. remiss. ann. 1367. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 406 : *Plusieurs biens, comme blez, vins et autres choses pris de plusieurs bonnes gens, auxquelz pour ce que paiez n'estoient, eussent esté faites et baillées plusieurs cédules ou Escroes de ce qui deu leur estoit; desquelles cédules ou Escroes*, etc. Vide infra *Scroua*.

* Sed et ligamen pergamenum, *Escroe*

Digitized by Google

appellatur, in Charta ann. 1399. ex Chartul. 23. Corb.: *Icellui bailly... avoit juré grant serment que ledit procès seroit scellé, et l'avoit reprins en sa main, rentourteillié, et le lye d'une Escroe de parchemin en plaçant et mettant de la cire sur ladite Escroe pour icellui procès sceller.* Haud scio an inde *Escroux*, pro Contractus emptionis vel venditionis conclusio, in Libert. villæ *d'Aigue-perse* ann. 1374. ex Reg. 198. ch. 360: *Se aucuns marchans ou autres estrangiers achaptoient aucunes denrées dedans ladite ville, et le marché se faisoit en la présence d'aucuns des habitans de ladite ville,... ou y sourvenoient tantost à l'Escroux du marché, ils y auront leur part.*

¶ **ESCRONELLUM**, Species retis ad capiendos pisces. Vide *Saurarium*.

ESCROWETUS, Prætor, ex Belgico *Scoutet*, *Escoutet*. Charta Ferrandi et Joannæ Comitum Flandr. ann. 1228. pro Scabinagio Duacensi, apud Buzelinum pag. 517: *Videlicet quod transactis* 13. *mensibus Scabini, qui exient a Scabinagio, debent eligere* 4. *burgenses in villa de Duaco in* 4. *Escrowetis, etc.* Sed videtur leg. *Escowetis*.

* Unde *Escouteterie*, pro Officio *Escouteti* seu prætoris. Charta ann. 1330. ex Chartul. 2. Fland. ch. 296. in Cam. Comput. Insul.: *Renunchons... à nostre manoir de Ardemborch,.... à le Escouteterie de la ville de Ardembourch, et à toutes les droitures et choses qui y appartiennent.* Vide *Scultetus*.

ESCUA, Escæ, Edulia. S. Isidorus hymno in SS. Torquatum et Socios:

> Mittunt asseculas Escua quærere,
> Ut fessa dapibus membra reficerent.

ESCUAGIUM, [Obligatio pergendi in exercitum vel præstatio pro feudo militari.] [* Feuda Norman. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 160. v°. col. 1: *Philippus de Blarru tenet unum feodum lorieæ de rege; unde debet unum annum et dimidium diem de custodia apud Vernonem ad custum suum et ad submonitionem domini regis; et in anno quo facit custodiam, non debet Escuagium, et debet exercitum et equitatum ad suum custum.* Charta ann. 1225. ex Bibl. reg. cot. 19: *Præfati vero homines et hæredes eorum de tenementis præfatis reddent Escuagia et capitalia auxilia.*] Vide *Scutagium*.

¶ **ESCUALLATA**. Vide *Escuellata*.

* **ESCUALLIUM**, Patena, scutella, Gall. *Escuelle*. Charta official. Paris. ann. 1332. ex Tabul. S. Germ. Prat.: *Bona mobilia quæ sequuntur, videlicet viginti libras sterlingorum Angliæ,.... unam maletam, quædam Escuallia, duo calcaria, duo paria sotularium, etc. Escuale*, apud D. *Bouquet* tom. 1. Jur. publ. Franc. pag. 320: *Et me doit-on trouver en ladicte maison pos de scovire* (l. coivre) *pailes de covire ou d'airain, pos, platins, Escuales et cousserons d'estain.* Ubi male editum *Escueales*. *Escuellier*, Scutellarum mercator, in Lib. 1. Stat. artific. Paris. ex Cam. Comput. fol. 188. r°.: *Quiconques veult estre Escuellier à Paris, c'est assavoir vendierres d'escuelles, de hanaps de fust et de maudre, des anges, fourches, pelles, hasches, pasteux, et toute autre fustaille, estre le peut.* Ludi inter duas scutellas mentio fit in Lit. remiss. ann. 1374. ex Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 508: *Lesquelx jouerent ensemble toute nuit.... à croix et à pille, et entre deux Escuelles, et à autres jeu.* Vide *Escuella*.

¶ **ESCUANGIUM**, ut *Escuagium*. Chartularium S. Vandregesili tom. 1. pag. 515: *Reddendo inde mihi... decem et octo denarios monetæ currentis annui redditus.... excepto Escuangio Domini Regis, quum venerit in feodo, de quo prædictæ peciæ terræ moventur.*

* **ESCUARE**, Tabulatione, *Scutum* dicta, ad excutiendos imbres munire, alias *Escuer*, nostris. Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 96. r°. col. 2: *Tornellæ erunt de vj. pedes spissitudinis et x. pedes concavitatis, et duo paria stagiarum, et scutum et krenellum magis altum quam murus... Tota turris* (de Ribemont) *volvenda, planchanda et solennda* (sic) *et guernelanda et Escuanda; et turriculam quæ erat ante portam oportet volvere, et desuper facere* 1. *Estage et guernelare et Escuer.* Vide in *Scutum*.

ESCUBIERA, Libertates concessæ Barcinonensib. a Pet. Rege Arag. ann. 1283. MSS. cap. 91: *Concedimus quod cesset Escubiera, et quod de cætero non sit Escubiera in molendinis.* [Forte idem quod *Escluviamentum*.] [** Forte ab *Escoba* formata vox significat Purgamenta, quod scopis everritur. Vide *Scopaticum* et *Scopatura*.]

¶ **ESCUCHONETUS**, Gall. *Ecusson*, Lamina per quam inducitur clavis in foramen serræ. Inventar. Ecclesiæ Noviom. ann. 1419: *Item duo coffreti pares trium pedum longitudinis vel circiter ferrati et armurati armis de le Boissiere; Escuchoneti autem cuprei sunt.*

* Idem potius videtur quod *Scuchonnetus*, Scutum gentilitium. Vide in hac voce. Hinc *Escucéné* et *Escuchené*, Scutis gentilitiis ornatus, in Inventar. MS. jocal. Eduardi I. reg. Angl. ann. 1297: *Une coupe esmaillié et Escucenée* (infra *Escuchenée*) *desus et desous de France, de Navare, de Flandre, de Braybant et de Pontiu. Esquigironné*, Angulatus, vox heraldica, in Reg. Castel. ad ann. 1404: *Noble homme Jehan de Garancieres... dit qu'il avoit laissé le jour précédent son seel à un sien serviteur, auquel avoit empreint deux lions tenans un escusson et trois chevrons; le premier Esquigironné avec une croisette pour différence des armes du seigneur de Garancieres son frere.*

¶ **ESCUDELEYR**, Scutorum opifex, a Gallico *Ecu*, Scutum. Charta anni 1308. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 783: *Escuileleyr, freneyr, et celeyr, et carnifices tres denarios* (solvunt) *quilibet pro annata.*

* **ESCUDELLORIUS**, **SCUDELLORIUS**, Parva scutella, Occit. *Escudelo*. Instr. ann. 1438. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 159. col. 1: *Item xiiij. Scudellorios, cum aurelha, non brunitos. Item ii. Scudellorios brunitos.* Et pag. 260. col. 1: *Scutellas, platellos, et alia propter poteriam, et xiij. Escudellorios*, etc. Vide infra *Escutella*.

* **ESCUDELONUS**, Eadem notione. Comput. ann. 1334. inter Probat. tom. 2. ejusd. Hist. pag. 88. col. 1: *Lucavi quinquaginta pernbsides, et quinquaginta Escudelonos*, etc. Vide infra *Scudelo*.

¶ **ESCUDERIA**, Stabulum, Gall. *Escurie*. Histor. Dalphin. tom. 2. pag. 433. col. 1, in Conventionibus Dalphini cum Agouto de Baucio: *Sitque unus ex dictis Scutiferis Forrerius, et alius Magister Escuderiæ seu marescalliæ suæ.* Vide *Scura*.

ESCUDERIUS, Scutifer, ex Gallico *Escuier*, sed proprie famulus: nam ita famulos suos vocabant Monachi, ut supra in voce *Armiger* docemus. Charta Raimundi Abbatis Moissiacensis ann. 1212. in Regesto 3. Tabularii Regii Ch. 13: *Nos nec alii Monachi quicunque fuerint, et Escuderii nostri, vel eorum, nihil dabimus in portu de Moissiaco, sed ibi liberum transitum et reditum habemus.* Infra: *In uno quoque manso* 3. *minas frumenti, et* 3. *minas avenæ, et albergam duobus Militibus, et duobus Escuderiis*, etc. Vide *Escuerius*.

* **ESCUDETUS**, Gall. *Ecusson*, Ital. *Scudetto*, Scutum, insigne. Comput. ann. 1380. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 29. col. 2: *Solvi magistro Bernardo pictori, pro emendo duos palmos telæ albæ, pro faciendo xij. Escudetos armorum comunis, et sex palmos telæ blavæ pro faciendo xij. Escuts armorum domini nostri regis.*

¶ **ESCUELLA**, Scutella, Gall. *Ecuelle*. Polyptych. Fiscamn. ann. 1235: *Nicolaus Lohier tenet unum masagium, unde reddit sex solidos ad Natale, et debet culcitram et linteamina in adventu Abbatis, Escuellas et ciphos, etc.* Nostra vox *Ecuelle* sæpe sumitur in Instrumentis pro parva aridorum mensura. Sic in Statutis Gallic. Scabinorum Maceriarium ad Mosam, e Bibl. D. *de Cangé*: *La quarte doit* XII. *d. p. la demie quarte* IX. *d. p. l'Escuelle* VI. *d. p. le picotin à l'avoine...* XII. *d. p.* Enumeratio mobilium, immobilium et redituum Nosocomii Commerciaci e Codice MS. ejusdem urbis pag. 25: *Les heritages qui appartiennent à la holiere, seans ou ban, et finage de Leronville.... doivent chascun an six Escuelles assis sur plusieurs heritages.* Vide *Scutella*.

¶ **ESCUELLATA SPONSARUM**, Species tributi, quod recens nuptæ tenebantur exsolvere. Histor. Dalphin. tom. 1. pag. 143. ex Computo ann. 1202: *Item pro tributo viduarum maritatarum* VI. *lib.* XII. *s. Item pro Escuallatis* (melius pag. 113. *Escuellatis*) *sponsarum remissæ sunt ei de gratia.* Computa Castellan. Grasivod. ann. 1333: *De coroatis boum, Escuellatis nuptarum, de successionibus, etc.* Vide *Espaules*.

* **ESCUERIUS**, a Gallico *Ecuier*, Scutifer; non raro idem quod famulus, præsertim ubi de clericis vel monachis agitur. Charta ann. 1234. ex Bibl. reg. cot. 19: *Ego Johannes de Ferreriis miles dedi, concessi et feodavi Roberto de Jumeliis Escuerio meo pro homagio suo et servitio, quod mihi fecit, quadraginta solidos annui redditus.* Pactum inter Odon. episc. Paris. et Joan. abb. S. Genov. ann. 1202. inter Instr. tom. 7. Gall. Christ. col. 227: *Extra septa canonicorum sex servitores, scilicet tres Escuerii abbatis, unus serviens capicerii, etc. Thomas Damport Escuier de chambre du Duc de Bedford*, in Lit. ann. 1432. ex Reg. 175. Chartoph. reg. ch. 178. Vide *Escuderius* et in *Scutiferi*.

* **ESCUIRERE**, Ob crimen aliquod per urbem traducere, f. pro *Escurrere* vel *Ex-*

Digitized by Google

currere. Charta ann. 1342. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 697 : *Item quod gentes dicti domini de Revello fecerunt Escuirere et bannire per loca prædicta quemdam hominem et quamdam mulierem.... deprehensam in adulterio*. Vide *Currere* et *Trotare*. [** f. pro *Excoriari*, Virgis cædere, Provinc. *Escorjar*; nisi sit pro *Exquirere*.]

* **ESCULARIUS**, an Cocus, qui escas præparat, in Sent. arbitr. Guill. archiep. Lugdun. ann. 1335. ex Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 385. ubi inter varios cives Matisconenses, quorum artes designantur, occurrit *Gauffredus Esclarius*. Vide *Esculentia*.

ESCULENTIA, *Pinguedo*, in Gloss. Isid. Libellus, precum Marcellini et Faustini pag. pag. 65 : *Hic erat in eadem urbe Roma Presbyter miræ continentiæ, non vino stomachum relevans, non carnis Esculentia corpus curans, sed oleo solo escas asperiores mitigans, etc.*

¶ **ESCULETUM**, pro *Esculentum*, in Statutis Arelat. MSS. art. 175.

ESCULEUM, Amplum spatium circa ædem. Charta Joannæ Reginæ Castellæ ann. 1225. in Histor. Eccles. Abbavill. cap. 27 : *Retentis nobis et hæredibus Pontivi alta justitia, pomerio et Esculeo*. Etiamnum Picardi nostri *Esculus* vocant spatium quod sibi retinet qui longius prosilire cupit. Chronicon Bertrandi Guesclini MS. :

Pour monter au destrier, prenoit son Esculie.

Vox videtur efficta ab eo spatio quod *scuti longitudinem* occupat, nisi referatur ad spatium 12. pedum, de quo Additio ad Legem Frisionum tit. 3. § 24. Lex Ripuar. tit. 70. § 1. et 2. Leges Rotharis Longob. tit. 18. § 8. [** 47.] Vide *Scutum*.

* Vel **ESCULEUS**, Eadem notione qua *Esculus*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7646. : *Esculus, arbor glandifera*. Quod autem eo sensu intelligenda sit Charta a Cangio laudata, manifestum fit ex Ch. Mariæ comit. Pontiv. ann. 1247. in 2. Lib. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 20. et 76. quam confirmat Joanna reg. Castel. non ann. 1225. sed 1255. in qua legitur : *Retentis mihi et hæredibus Pontivi* (in dicto nemore de Cresciaco) *alta justitia, pomerio et mellerio. Esculle* vero, Globulus ligneus, qui clava propellitur, idem quod supra *Choulla*, in magn. Coustum. pag. 88. Sed leg. *Estulle*. A voce autem *Esculus*, qua spatium, quod sibi retinet, qui longius prosilire cupit, vulgo *Escrousse*, significatur apud Picardos, eodem Cangio interprete, accersendum videtur, verbum *Esculer*, quod de vehementi vento, qui ex impetu interdum stat, dicitur in Chron. S. Dion. lib. 3. cap. 12. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 227 : *Li venz.... tournoit les homes si forment, quant il Esculoit, que à bien petit que il n'en meroient*.

* **ESCULSA**, pro *Esclusa*, ni fallor, Gall. *Ecluse*. Terrear. Bellijoc. ann. 1529. fol. 645. r°. *Una cum facultate... manutenendi in dicta riparia de Magier unam Esculsam pro capiendo aquam*.

* **ESCULUS**. Vide supra *Esculeum*.

¶ **ESCUMATOR**, Pirata, Maritimus prædo, Gall. *Ecumeur de mer*. Regestum Parlamenti ann. 1374 : *Cognitionem et punitionem omnium prisiarum.... per marinarios, Escumatores vel alios factorum perpetratorum*.

* Cujus navigatio *Escumerie* appellatur. Lit. Caroli V. reg. Franc. in vol. 6. arestor. parlam. Paris. ann. 1371 : *Lesquelles denrées et marchandises.... furent prises et robées en mer par certains Escumeurs de mer de la coste de Normandie*. Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 34 : *Robin Fosse dist au suppliant que se il le vouloit croire ilz seroient riches et auroient la finance des compaignons du pays de Brotaigne, qui estoient venuz d'Escumerie, et arrivez avec eulx audit lieu de Harefleu. Aquoy le suppliant se consenti, et la nuit ensuiant ainsi que ils estoient couchiez prez de la chambre où estoient couchiez lesdiz Escumeurs, etc.*

* **ESCURA**, Stabulum equorum, vel Horreum in quo fruges reconduntur, Gall. *Ecurie, grange*. Charta ann. 1354. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 822 : *Cum domibus, albergamentis, boriis, Escuris, grangiis, etc.* Alia ann. 1374. in Reg. 106. ch. 113 : *Item acquisivit quamdam Escuram, sitam in castro Lemovicensi prope arborem pigam*. Hinc *Escuier*, Stabulo condere, in Lit. remiss. ann. 1379. ex Reg. 115. ch. 307 : *La mere dudit Regnaut dit à son filz qu'il se demourast à l'ostel.. . pour Escuier et mettre en toit leurs vaches*. Vide *Scura* et *Scuria*.

* **ESCURARE**, vox pannificum, vulgo *Escurer*, Detergere, Gall. *Dégraisser*. Stat. pannif. Carcass. renovata ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121 : *Item quod casu quo reperiatur aliquis pannus,.... qui esset vel sit Escuratus, ambroatus, seu alias quovis modo paratus in toto vel in parte, etc.* Stat. ann. 1359. tom. 3. Ordinat. reg. Fr. pag. 416. art. 19 : *Que aucuns ne puisse ou doie soubz ycelle paine Escurer au foulon aucuns draps à sain*. Aliud sonat *Escuré*, Securum scilicet, qui sine cura est, in Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 2. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 156 : *Les Alains trouverent Escurés, qui d'euls ne se prenoient garde etc.*

¶ **ESCURATUS**, ut mox *Escurellus*, in Litteris Caroli V. Franc. Regis ann. 1367. pro Monspeliensibus, de forma vestium.

¶ **ESCURELLUS**, Sciurus, Gall. *Ecureuil. Pro pelliciis Escurellorum*, in Computo anni 1202. apud D. *Brussel* Tract. de Feudorum usu tom. 2. ad calcem pag. CLVI. Nova Gall. Christ. tom. 2. col. 294 : *Canonici deferunt cappas et almutias de griseis... et Capellani de cirogulis sive d'Escurolz*. [* Charta Guill. dom. *de Pesmes* ann. 1250. in Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris. fol. 421. v°. col. 1 : *Trois mil et vc. aunes de toilles d'Alemaigne, et trois milliers et vc. d'Escuriaus.*]

* **ESCUTARIUS**, Armiger, Gall. *Ecuier*. Vide *Scutarius*.

* **ESCUTELLA**, Scutella, patena, Hisp. *Escudilla*. Leudæ Nem. circ. fin. 15. sæc. inter Probat. tom. 4. Hist. ejusd. civit. pag. 77. col. 2 : *Item pro quolibet mercerio aut quocumque extraneo vendente Escutellas,.... una Escutella. Item de centum Escutellis, quatuor Escutellas*, in Leud. minut. Carcass. Mss. *Aceuelle*, pro *Ecuelle*, in Consuet. Aurel. Mss. Hinc quod scutellæ formam referat vas, in quo ignis thuribuli ponitur, *Escussiau* appellatur in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 180 : *Icellui Jehannin prist en l'esglise cathédral d'Auceurre un encencier,.... et en vendi deux chesnez et un Escussiau qui estoit audit encencier*. Vide supra *Escudellorius*.

¶ **ESCUTUM**, ut *Scutum*, Tesseræ gentilitiæ, Gall. *Ecu*. Testam. anni 1367. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1525 : *Item legamus Conventui fratrum Minorum Carcassonæ unam cupam argenti deauratam, cum suo pede et signatum circumquaque*, Escus verts, *et in medio unum Escutum cum arboribus*.

* *Escutel*, in Comput. Rob. de Seris ex Reg. 5. Chartoph. reg. fol. 3. r° : *Six selles de guerre garnies de cordouan vermeil à un Escutel de bordeure*.

ESDEVENIMENTUM, [Quod obvenit alicui vel ex hæreditate vel alio modo.] Curia Generalis Gerundensis ann. 1321. sub Jacobo II. Rege Aragonum MS. : *Super exitibus, proventibus, Esdevenimentis vel juribus officii sibi commissi*. [Vide *Evenimentum*.]

¶ **ESDIRE**, ut infra *Excondicere*, Excusare, satisfacere. Charta ann. 1122. ex Chartulario Aptensi fol. 16 : *Nec auferemus tibi vel tuis, nisi pro forisfacto quod nec emendare possitis aut velitis*.

* **ESEDUM**, pro *Essedum*, in Glossis ad Doctr. Alex. de Villa-Dei : *Essedum, currus quo claudi portantur*.

ESENCIA, [Jus fruendi re aliena, Gall. *Aisance*.] Vide *Aisancia*.

* **ESENTUS**, pro *Exemtus*, immunis, Ital. *Esento*. Charta Bern. abb. Cassin. ann. 1273 : *Set omnino a præstatione prædictorum sint liberi et Esenti. Essenti*, in Diar. Ital. D. Montisfalc. pag. 324.

* **ESEX**, pro *Esox*. Vide in hac voce. Hist. Richar. Cluniac. tom. 1. Collect. var. script. D. *Le Beuf*. pag. 411 : *In adventu ejus et ingressu.... diei noctisque unius spatio in clausa monachorum centum magni caperentur pisces Eseces, qui vulgo salmones dicuntur*.

¶ **ESFORCIUM**. Vide *Exforcium*.

¶ **ESGAGIUM**, Fundus oppigneratus, Gall. *Fonds engagé, hypothequé*. Consuetud. Lemovic. art. 69 : *Præterea emphiteotæ et alii qui debent census annuos, si non solvant ad diem statutum casum vel canonem, vel etiam pensionem, non sunt ex hoc de Esgagio puniendi; sed ille cui debetur census, canon vel pensio potest pignorare pro censu suo, vel canone, vel etiam pensione in terra de qua sibi debetur, nec debet aliqua arte vel ingenio aliquid attentare propter quod Esgagium debeatur seu etiam exigatur*. Vide *Vadium*.

* Mulcta videtur pro censu ad indictam diem non persoluto, vel fidejussio, ut mox

* **ESGAIDUM**, Fidejussio. Charta ann. 1283. in Chartul. archiep. Bitur. fol. 105. v° : *Item voluerunt quod ipsi procuratores, et quilibet ipsorum possint facere talias et Esgaida pro promissis perficiendis*. Vide *Gaid*.

* **ESGARDAMENTUM**, Jus, potestas sententiam, causa inspecta et cognita, ferendi executionique mandandi. Homag. præstat. Aymer. vicecom. Narbon. ann. 1273. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 59 : *Tenetis pro ipsa vicaria.... Esgardamentum*

Digitized by Google

frangendi panes et spargendi per plateam, si ultra rationem... vendatur panis in foro. Vide infra *Esgardium* 2.

* **ESGARDIATOR**, Inspector, rebus examinandis præfectus. Lit. ann. 1351. in vol. 2. arestor. parlam. Paris. : *Ut Esgardiatores atque draparii villæ Catalaunensis, etc.* Protocol. vet. ex Cod. reg. 4184. fol. 60. v°. : *Esgardiatores super aliis victualibus ponere.... niteris, etc.* Pro arbitro, vide sis in *Esgardium* 1.

1. **ESGARDIUM**, Esguardium, Judicium, sententia judicis cum cognitione causæ, Gallis *Esgard. Escardium*, seu *Scardium*, in Statutis Ordinis Hospital. S. Jo. Hieros. tit. 2. § 23. tit. 8. § 1. 2. et seqq. : *Gallica vox est, et significat rationem, considerationem, seu, ut sic dicam, respectum. Quod quidem Scardium est antiquissimum et primum judicium domus Hospitalis*, tit. 19. de Verb. signific. § 9. Constitut. Siculæ lib. 3. tit. 17 : *De vassallo delinquente in Dominum, Dominus potest de eo quod tenet ab ipso, ipsum per Exguardium dissaisire.* Id est, judicio parium suorum interveniente. Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. cap. 23 : *Or dit Esgart ou connoissance n'est mie une mesme chose : car l'on fait d'une parolle conoissance de court, ne Esgart peut hom faire d'une parolle, pourquoy il est clere chose que Esgart et connoissance ne est mie une meime chose.* Cap. 29 : *Et se preigne à lui d'Esgart, que court ne peut faire Esgart d'une parolle. La Court Esgarde, demander conseil par Esgart de Cour, se mettre en l'Esgart de la court sauf son retenail*, in iisdem Assisiis Hierosol. cap. 3. 4. 5. 6. 7. 8. etc. *S'aerdre à l'Esgart de sa partie*, cap. 28. *Premier Esgart, second Esgart*, cap. 30. *Se prendre à sa partie d'Esgart*, cap. 29. [* Regula hospit. S. Jac. de Alto passu ann. circ. 1240. ex Tabul. archiep. Paris. cap. 61 : *Frater si pro aliqua offensa in justitiam* (sic) *per Esguardium fratrum sit, etc. Eswart*, pro Statutum, vulgo *Réglement*, in Lit. ann. 1399. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 337. art. 9.] [Charta ann. 1291. inserta in Litteris ann. 1358. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 294 : *Soixante sols pour l'amende, ou l'Eswart du Maieur et des Eskevins devant diz.* Et pag. 295 : *Se aucuns mauffacterre quois que il fust, estoit pris, en chu lieu, en l'eskevinage d'Abbeville seroit amenés et jugiez à l'Esbbart des Eskevins.*] Guillelmus *Guiart* ann. 1209 :

> Li Rois vouast pour ce qu'en pais fussent
> Que l'Esgart de sa Court eussent.

Le Roman *du Renard* MS. :

> Itel amande li fera
> Come vostre Cour Esgardera.

Alibi :

> N'a pas esté a bon escole
> Isangrin pour jugement faire,
> Dont il li venist miex a taire,
> De faire Esgard ne jugement.

Disours et Esgardours, i. Judices, arbitri, in Charta Jacobi Episc. Metensis ann. 1251. apud Hieronym. Vigner. in Alsaticis pag. 140. [*Esgardator*, et *Esgardiator* non semel apud Rymerum.] Hinc formula in pronuntiationibus arestorum, *ayant esgard, etc.* Vide Chronicon Petri IV. Regis Arag. lib. 3. cap. 30. 31. et supra in voce *Consideratio*, mox *Esgardum*, 1.

Esgardare, Judicare, Sententiam ferre. Codex Leg. Normann. cap. 64. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 269 : *Hoc vidi et audivi, et quod curia Esgardaverit super hoc, facere sum paratus.*

* 2. **ESGARDIUM**, Rerum venalium inspectio et examinatio. Arest. ann. 1351. 30. Apr. in vol. 2. arestor. Parlam. Paris. : *Ipsi major et jurati villæ de Hamo habeant juridictionem seu Esgardium super victualibus.* Vide supra *Esgardiator. Esgardeure* vero, pro Aspectus, contuitus, in Poem. Alex. Ms. part. 2 :

> Joennes et avennans et vermeus et rouvens,
> De simple Esgardeure, de biau contenemens.

Regardeure, eadem acceptione, in Poem. *de Vacce* Ms. :

> Oilz droiz et apers out et douce Regardeure.

¶ 1. **ESGARDUM**, ut *Esgardium*, 1. Litteræ Philippi Audacis Regis Franc. ann. 1277. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordin. Reg. pag. 67 : *Si contra ordinacionem venerint in toto vel in parte, id ad bonum Esgardum Vicecomitis, qui pro tempore fuerit, emendetur.* Edictum Philippi Pulcri Fr. Regis ann. 1302. apud Menesterium Hist. Lugdun. pag. 82. col. 2 : *Si vero de cetero per aliquem vel aliquos contra prædicta fuerit attentatum, ut dictum est, graviter puniantur, damnaque restaurabuntur... ad Esgardum Consilii nostri.* Charta anni 1369. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 350 : *Ad Esgardum duorum proborum virorum per dictas partes eligendorum.* Et apud Rymerum tom. 2. pag. 856. col. 1 : *Ad quos bonorum virorum electorum seu eligendorum hinc inde refertur judicium vel Esgardum, seu in quibus de inquisitione vel examinatione per eosdem facienda fit mentio.* Vide *Awardum.*

* 2. **ESGARDUM**, Modus, ratio. Charta Adami *de Vilers* ann. 1227. in Chartul. Campan. fol. 339. v° : *Dedit mihi xxx. libratas terræ assidendas ad Esgardum terræ, et dominus Mathæus de Tosquino debet eas mihi assidere ad Esgardum terræ.* Practici nostri dicerent, *Au regard de etc.*

* **ESGARRARE**, Poplites incidere, nostris *Esgarter, Esjarrer, Esgerreter*, et *Esjarreter.* Charta official. Lemov. ann. 1326. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 206 : *Item et quod postmodum iidem clerici..... dictum quondam presbyterum Esgarraverunt et sibi poplites eciderunt.* Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 69 : *Monseigneur Raoul de Wanou.... avoit esté Esjareté à la grant bataille etc.* Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. ch. 338 : *Icellui prieur accorda à iceulx supplians certaine somme d'argent pour batre et Esjarreter lesdiz Audreaz.* Aliæ ann. 1417. in Reg. 170. ch. 16 : *Lequel Valeton dist que s'il trouvoit le suppliant, il le Esgerreteroit lui et ses bestes.* Aliæ ann. 1474. in Reg. 195. ch. 1379 : *Lesquelz compaignons alerent en la maison de Tassart Dupuys pour les Esgarter et affouler.* Rursum aliæ ann. 1442. in Reg. 176. ch 182 : *Lesquelz dirent qu'ilz seroient bien contens qu'icellui Fabre donnast à Pasquier ung cop sur la jambe, et qu'il feust Esjarré d'une jambe seulement. Esgarrade*, Arvernis, idem quod Grave vulnus. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. ch. 267 : *Une grant Esgarrade par le visage, qui vault autant à dire comme une très grant plaie.*

* **ESGRATINEURA**, a Gallico *Esgratigneure*, Cutis evulsio. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 494 : *Vulnus modicum erat, et non apparebat esse nisi quod Esgratineura. Esgriffure*, eodem sensu, a verbo *Esgriffer*, Unguibus notare, vulgo *Egratigner.* Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 132. ch. 273 : *Combien qu'il n'y ait plaie ouverte, ne mehaing, fors seulement ainsi comme une petite Esgriffure à sang. Lui fist une Esgrifure ou esgratigneure sur le nez*, in aliis ann. 1463. ex Reg. 199. ch. 1. Aliæ ann. 1367. in Reg. 97. ch. 396 : *Lequel Rifflart bati, féri et Esgriffa ledit Colin de mains et de poins en la teste et par le visage. Esgraffer*, eadem notione, in Litt. ann. 1455. ex Reg. 189. ch. 41 : *Le suppliant mist icellui Quenivet soubz lui, et lors ledit Quenivet l'Esgraffa au visaige. Arraffler*, eodem quoque sensu, in aliis ann. 1394. ex Reg. 146. ch. 83 : *Lequel Charle navra et Arraffla des ongles le-dit Naudin parmi le visaige et ès yeux jusques au sang.*

ESGRINIRE. Liber Ordinis seu Regula S. Victoris Parisiensis MS. cap. 48 : *Meusæ lector aperte, et distincte, et tractim legat, et dum legit aurem accommodet Priori, ut si quando emendaverit, intelligere possit quod emendet, humiliter dicat si non intelligit, versum reincipiat, et hoc totiens faciat, quotiens Priorem propter hoc Esgrinire cognoverit.* Ubi *Esgrinire*, est nostrum *Gronder*, vel *Rechigner*, Grunnire.

¶ **ESGUARDIUM.** Vide *Esgardium.*

* **ESGUOGOZAMENTUM**, Adulterium, seu ejusdem cognitio et judicium. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Escogossar, Prov. curucare.* Charta ann. 1142. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 495 : *Demandabam.... placitare per meam curiam, præter homicidium et Esguogozamentum.... Nec placitare* (cogatur) *per curiam meam vel successorum meorum, nisi in duobus delictis, homicidio scilicet et Esguogozamento.* Hinc *Esguoceresse*, Mulier libidinosa, meretrix. Vitæ SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 311. r°. col. 1 : *Liquels ournemens fait les Esguoceresses et les sers amer en pellerinage, et en les aigues defundre.* Vide *Escogocia* et *Excogaciamentus.*

¶ **ESIBILIS**, Aptus ad edendum, Comestibilis. *Panis quoque Esibilis et bene præparatus*, in Regula Reformat. Monasterii Mellicensis in Chronico ejusd. loci pag. 336. Occurrit etiam in Actis SS. Maii tom. 7. pag. 454. Aprilis tom. 3. pag. 888. apud Raim. Duellium Miscell. lib. 1. pag. 83. etc.

* **ESICIARIUS**, Fartor. Testam. Grun. Porcelli inter supposit. Inscript. a Grut. editas pag. 18 : *Donabo.... bubulariis intestina, Esiciariis femora, etc.* Vide Lambec. ad hoc Testam. lib. 3. de Bibl. Cæsar. pag. 357. et *Esiciatus.*

¶ **ESICIATUS**, Fartus, cujus venter impletus est minutali. Vet. Epigramma de Ansere farto apud Hofmannum in Lexico :

> Eminet impletus pullorum carnibus anser
> . . . . . ventrisque soluti
> Truditur e medio Esiciata nitens.

Vide *Isicium.*

Digitized by Google

ESINGÆ : dicti Reges Cantiæ, ab Ochta cognomento *Ese*, Æthelbyrthi Regis avo : ita Ethelwert. lib. 2. cap. 2.

* **ESIRDATUS**, Tonsus, rasus. Leudæ major. Carcass. Mss. : *Item pro cargua de Esirdatis, iij. sol. Turon.* Ubi versio Gallica ann. 1544 : *D'une charge de peaux tondues etc.*

¶ **ESITAMENTUM**, Jus fruendi rebus non suis, Gall. *Aisance.* Vide *Aisancia.*

ESKEATA. Vide *Escaeta.*

ESKEPPA, **Eskippa**, Mensura frumentaria apud Anglos. Vide *Escheppa, Mina.*

¶ **ESKIPARE**, Instruere, armare, Gall. *Equipper.* Vide *Esquipare.*

¶ **Eskippamentum**, Instructio navis, Gallice *Equippement.* Passim occurrit apud Rymerum tom. 5. pag. 4. 6. 12. 24. 67. 127. 134. 135. et alibi.

¶ **Eskippare Boves** *et ad partes Flandriæ traducere*, apud eumd. Rymer. tom. 12. pag. 137. col. 1. pro Contrudere in navem, Gall. *Embarquer.* Vide *Eschippare.*

¶ **ESLAGIUM**, Ager urbi vel pago vicinior, ex quo decimas percipere solet Rector parochiæ, Normannis *Ailage.* Instrum. autographum ann. 1481. ex Archivis B. M. de Bono-nuncio Rotomageus. : *Asserendo illam peciam terræ fore et esse Eslagium, et in ea habere jus percipiendi decimas.* Septies recurrit in illo Instrumento. Vide *Aalagium.*

* **ESLARGAMENTUM**, Dilatio, procrastinatio, Gall. *Délay*, alias *Eslargessement.* Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 33 : *Per longum tempus in processu prisionarium, tam per Eslargamentum de assisia in assisiam, quam aliter eumdem* (Aymericum) *detinuit.* Charta ann. 1346. in Reg. 75. ch. 530 : *Icellui Guerart et sesdiz complices se estoient meffaiz.... de mil livres à apliquier à nous pour cause d'un Eslargessement à lui fait par nostre baillif d'Amiens, pour ce qu'il se deust estre presentez en l'assise d'Amiens en habit lays, et il se presenta en habit de clerc en déclinant nostre jurisdiction.* Vide supra *Elargare* 2.

* **ESLARGARE**, Emittere, libertate donare. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 192 : *Ipsum clericum infra portas villæ Claromontis prisionarium Eslargivit.* Vide supra *Elargare* 1.

¶ **ESLAVEIDIUM**, Pluviales aquæ per itinera camposque decurrentes, rusticis Dumbensibus *Laveides* et *Availles.* Charta Thossiac. ann. 1462 : *Debet sex denarios pro licentia sibi data de capiendo aquam... Eslaveidiorum labentium ab itinere de Thossiaco ad Castellionem Dumbensem.* Et infra : *Omnia Eslaveidia cadentia per itinera de sancto Stephano.*

* Nostris *Lavasse*, alias *Elavasse* et *Eslavasse.* Charta Galt. *d'Estrommel* ann. 1308. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 309 : *Disoie encores que lidiz religieus* (du mont S. Martin) *me grevoient ès ce qu'il avoient tourné par un certain cours les yaues tourbles hors de leurdit vivier de Makincourt, et ainssy par temps d'Elavasses, etc.* Non semel ibi. Sentent. arbitr. ann. 1313. in Reg. 53. ch. 50 : *Se il avenoit que li yauue dudit biés s'encreussent par Eslavasses, ou en autre maniere par quoy li habitant y fuissent damagiét, lidis religieus.... seront tenus de rompre l'escluse. Très souvent les coulis pleines et Eslavasses redondoient ès fossez d'icelle ville,* in Ch. ann. 1448. ex Chartul. 23. Corb.

* **ESLUARE**, Dumeta succidere et in culturam redigere. Charta ann. 1407. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xxix : *Cum nobilis Alziacius de Pratocomitali... olim tradiderit Johanni Gontardi.... quamdam rameriam.... ad ipsam rameriam Esluandum,.... et pratum in ea faciendum ad et per sex annos. Eslauer*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1425. ex Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 335 : *Icellui Perrin dist à l'exposant que c'estoit grant honte à lui de se venter qu'il avoit Eslaué le jour plus de demi arpent de bois,... que il en copperoit plus en un jour que l'exposant n'en Eslaueroit en deux.*

¶ **ESMAGIUM**, Jus quoddam Ducis Britanniæ minoris et Nannetensis Episc. commune. Instrum. Ecclesiæ Nannet. apud Lobinellum tom. 2. Histor. Britan. col. 331 : *Assignamus ei* VII. *libras currentis monetæ quæ de Esmagio primo exierunt a prima die Maii quousque in integrum persolvantur habendas in perpetuum.* Aliud Instrum. ejusd. Ecclesiæ ann. 1259. tomi citati col. 421 : *Eudo Archidiaconus Nannet. et Renerius Senescallus ejusdem loci. Notum facimus universis, quod nos a nobili viro D. Johanne Duce Britannie... ex una parte, et a R. P. Jaleranno D. G. Nannet. Episcopo ex altera, electi arbitri de contentione, que inter eos vertebatur, super articulis, qui in presentibus litteris continentur, dictum nostrum proferimus de predictis articulis in hunc modum. Super articulo de turre nova, quod dicto Comiti et successoribus ejus, remanente dicta turre cum clausura sua, dictus Comes et successores sui solvent in perpetuum Episcopo Nannet. et successoribus suis* LV. *sol. annui redditus super portione quam idem Comes perceperit in Esmagio Nannet.... Super archa communi in loco tuto reponenda : Dicta archa deponetur sub fida custodia in feudo Comitis de consensu Comitis et Episcopi, in loco idoneo ab eis eligendo.... et Allocatus Comitis unam clavem habebit, et Allocatus Episcopi aliam; et ambo Allocati jurabunt, quod fideliter colligent ea que ad dictum Esmagium pertinebunt et quod unus sine altero vel ipsius voluntate nichil colliget, et quidquid collectum fuerit, fideliter in dicta archa reponetur, nec unus sine altero aliquando liberabit super his quæ ad dictum Esmagium pertinebunt.* Pluries recurrit in eod. Instrumento.

¶ **ESMAILLATUS**, Distinctus, vermiculatus, ornatus, Gall. *Emaillé. Nodulus Esmaillatus, Lozengia Esmaillata, Tassellus argenteus deauratus et Esmaillatus, Tabulatum Esmaillatum, Tassellus argenteus et Esmaillié Gallice, etc.* in Inventario Ecclesiæ Noviom. ann. 1419.

* **ESMAILLIATOR**, Encaustes, Gall. *Emailleur.* Reg. 54. Chartoph. reg. fol. 52. v°. ad ann. 1317 : *Item dominus rex concessit Garnoto Esmailliatori unum operatorium supra magnum pontem.* Vide mox

* **ESMAILLIATUS**, Encausto ornatus, distinctus, Gall. *Emaillé.* Inventar. S. Capel. Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg. : *Quod caput habet unam coquciam desuper firmatam cum una verula Esmailliata.* Aliud Gall. : *Et a* (le chief) *une coquasse d'argent sur la teste fermant à une viz Esmaillée.* Vide *Esmaillatus* et mox *Esmaldus.*

¶ **ESMAILLUS**, Encaustum, Gall. *Email.* Invent. Noviom. mox laudatum : *In dicta cruce sunt quinque Esmailli.* Ordinarium MS. Eccles. Lexoviensis : *Acolitus deferens crucem cum Esmaillis.*

* **ESMALCTUM**, Encaustum. Vide in *Smaltum.*

* **ESMALDUS**, Eadem notione, Gall. *Email.* Invent. S. Capel. Paris. ann. 1335. in Reg. J. Chartoph. reg. ch. 7 : *Item unum pulchrum et pretiosum paramentum thobaliæ altaris, cum magnis Esmaldis aureis ad ymagines,.... et deficiebant.... septem gemmæ et unus Esmaldus.* Aliud ann. 1363. ex Bibl. reg. : *Item unus pulcherrimus calix aureus cum sua patena aurea nobilissime esmaillata Esmaldis aureis. Esmaillerie*, Opus encausto ornatum, in Lit. remiss. ann. 1417. ex Reg. 169. ch. 526 : *Lequel de Gennes ne fu oncques de mestier : mais estoit tant subtif et imaginatif que il faisoit.... orfavreries d'or et argent, Esmailleries et autres choses, comme se il eust esté maistre.* Vide infra *Esmaudus.*

¶ **ESMALTATUS**, ut *Esmaillatus*, in Inventario ann. 1347. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 555. et 556.

* **ESMALTULUM**, diminut. ab *Esmaltum*, eodem significatu. Invent. Ms. thes. Sedis Apost. ann. 1195 : *Item unam cupam de cristallo, ... in pede tria Esmaltula virideria rotunda.*

ESMALTUS, pro *Esmaillus*, in Inventar. ann. 1347. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 555. et 556. ut et infra in voce *Timbrum.*

* **ESMANDARE**, pro *Esmendare*, Satisfacere, reparare. Ordinat. Caroli delph. ann. 1357. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Vienne* fol. 18. v°. : *Teneatur idem Guido fidejubere sufficienter.... de Esmandando, juri stando et parendo in curia nostra.* Vide in *Esmenda.*

¶ **ESMANTATUS**, ut *Esmaillatus. Scutum Esmentatum*, in Instrumento anni 1332. ex Archivis S. Victoris Massil. Vide *Amantatus.*

¶ **ESMARALDUS**, Lapis pretiosus viridis coloris, Nostris *Emeraude*, Anglis *Emerald.* Legitur apud Thomam *Madox* Formul. Anglic. pag. 423.

* **ESMARAUDUS**, Smaragdus, Ital. *Smeraldo*, Gall. *Emeraude.* Inventar. factum Avenione ann. 1364. apud Garamp. in Disquisit. de sigil. Garfagn. pag. 87 : *Item una alia mitra magis nobilis, munita de grossis saffiris, Esmaraudis, balasiis, etc.* Vide *Esmaraldus.*

¶ **ESMATATUS**, ut *Esmaillatus. Scutum Esmatatum*, in Charta anni 1352. ex Archivo S. Victoris Massil. num. 342. armarii Massil.

* **ESMAUDUS**, ut supra *Esmaldus.* Necrol. eccl. Paris. Ms. ubi de calice et laminis argenteis emptis : *Aurum Esmaudorum est ij. marchæ, quinque estellingis minus.*

¶ **ESMENDA**, ut superius *Emenda*, Emendatio, compensatio. Autenticum Jacobi Regis Majoric. ann. 1332. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Facta satisfactione ali-*

Digitized by Google

qua, sive Esmenda. Episcopus Botentinus (Butuntinus) in quadam epistola Massiliensibus directa : *Si qua sunt dampna illata per gentes Regis Aragonum aut foriseca... procurarent quod fierct Esmenda.* Testamentum Guillermi de Turre ann. 1315. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 539 : *Donec totaliter ultimam voluntatem... meam, exequias, legata, debita, clamores, et Esmendas solverint et compleverint. Sub refectione, restitutioneque et integra Esmenda omnium et singulorum dampnorum, expensarum, etc.* in Schedis Præsidis *de Mazaugues* non semel.

* *Esmande*, in Ch. ann. 1270. ex Tabul. S. Mich. in Eremo : *Et en oustre en aient pris, heu ou recehu Esmande de sept solz et sex deniers.*

¶ ESMENDARE, Emendare, satisfacere, reparare, compensare. Conventio Caroli Comitis Andegav. et Provinciæ ann. 1251. e MS. D. *Brunet* fol. 59. v° : *Rapinas factas tam in trocellis quam in rebus aliis, in stratis publicis terre vel aque... Esmendent.* Statuta Massil. lib. 1. cap. 54 : *Qui duo probi homines... teneantur... facere Esmendari et restitui a molneriis molendinorum damnum datum seu factum in blado male mouto.* Confirmatio transactionis ann. 1463. ex Archivo Præsidis *de Mazaugues : Instrumenta quæ possint dictari, corrigi, refici et Esmendari.*

* **ESMERARE**, Merum seu purum reddere vel purgare, ad *Esmerum* seu ad monetarum in metallo probitatem, vel ad *Legem*, ut cum monetariis loquar, revocare. Vide *Exmerare.* Charta Phil. V. ann. 1317. in Reg. 54. Chartoph. reg. fol. 43. v°. : *Significavit nobis.... rex Majoricarum illustris quod cum nos in parte nostra, quam habemus in Montepessulano, nostram faceremus cudi monetam in monetagio nostro, quod noviter de Sumidrio apud Montempessulanum mutatum extitit, ex hoc valde dicto regi, juri et juridictioni suæ præjudicetur, ut dicit, qui cum ad Esmerum auri et argenti Montispessulani, quod ad ipsum pertinet, ... totum argentum quod portatur ad dictum monetagium debeat Esmerari, ut dicit; hoc fieri gentes nostræ nullatenus patiantur.... Non impediatis quominus Esmerum auri et argenti, in operibus tamen aurifabriæ habere, tenere et exercere possit.* Charta Leon. Sublac. abb. ann. 936. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 804 : *Accepimus nos suprascripti venditores a vobis suprascripti emptores... videlicet in argento bono optimo Esmeratos librum justoque pensantem.* Huc etiam referenda quæ ex Stat. Massil. laudantur in voce *Esmerus*, quæ de Encausto minus bene exponuntur. Hinc

* ESMERUM, Id quod monetarii domino, cujus est moneta, exsolvunt ex rei monetariæ probitate. Contract. matrim. ann. 1156. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 556 : *Ego Guillelmus Montispessulani dominus in Dei nomine ducens te Mathildem.... dono et mitto tibi.... balnea Montispessulani et Esmerum argenti.* Cujus vocis originem a *Merus* repetere videtur Cangius in v. *Exmerare;* quæ fortassis accersenda est a Gallica *Esme*, pondus, et *Esmer*, ponderare. Charta ann. 1415. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 160 : *Lesquelz marchans tiennent secretement en leurs hostelz pluseurs autres grans et greigneurs pois qu'ilz appellent Esmes, ... pour Esmer leurs denrées.* Unde sicut metaphorice *Peser* usurpamus, ita *Esmer* dixerunt pro Æstimare, opinari, censere. Cons. Pet. de Font. cap. 32. art. 3 : *Encoi il convient Esmer caubien cascuns i eust de preu et de damage.* Chron. Franc. Ms. desinens ad ann. 1322. sub ann. 1097 : *Si estoit li os des Chrestiens Esmés à bien trois cens mille hommes.* Le Roman *d'Athis* Ms. :

Esmer leur veullent combien sont,
A trois mille les ont Esmez,
De bien faire tous conraez.

Garin *le Loherans* :

Tant en i a que nus nes puet Esmer.

Aesmer, eodem sensu, apud Phil. *Mouskes* :

Droit à l'entor de mi-quaresme,
Si com l'estor al voir Aesme, etc.

Hinc *Esme* et *Esmance*, pro Æstimatio, opinio, vulgo *Estimation*, *opinion*. Guill. Guiart. ad ann. 1212 :

Et de gens d'autres nations,
Que nombrer ne les sarrions
Par compte certain, ne par Esme.

Alibi :

Lois et Clotaires li tiers
Tindrent le roiaume, à mon Esme,
Puis vint Childeric li deusiéme.

Le Roman *de Robert le Diable* Ms. :

Et bien le cuident par Esmance
Qu'il ne fu pas d'itel semblance
Li blans chevaliers que il virent.

* Ejusdem originis videntur voces Gallicæ *Aesmer*, *Aymer*, *Esmer*, *Haumer* vel *Hausmer*, pro *Ajuster*, *dresser*, *mirer*, *viser*, Dirigere, intendere, collineare. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 386 : *Fremin print une coignée ; et atout icelle va courre sus, et icelle enteser ou Aesmer sur le suppliant,.... lequel doubtant le cop de ladite coignée Aesmée sur lui, etc.* Aliæ ann. 1408. in Reg. 162. ch. 191 : *Andrieu d'Azencourt print hors des mains d'une desdittes bachelettes le baston, ... et le Ayma devant ou contre le visage du suppliant, faisant semblant de le en vouloir férir par les dents.* Aliæ ann. 1398. in Reg. 153. ch. 558 : *Le suppliant, qui éstoit courroucié et eschauffé, tira son coustel, ... duquel il Esma et cuida férir saditte femme.* Unde *Faire esmance*, eadem acceptione, in aliis ann. 1452 ex Reg. 184. ch. 248 : *Le suppliant voulant obvier au péril.... fist Esmance d'un espieu qu'il tenoit, sans navrer aucunement icellui Jaquet.* Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. ch. 445 : *Jehannin Armenault, qui avoit une pierre en sa main, Hauma son cop et en la getant droit contre Gauchet.* Aliæ ann. 1418. in Reg. 170. ch. 221 : *Icellui Cosseron sacha son espée, Hausma son cop, en cuidant bailler de saditte espée au travers du visage. Hemer*, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1386. ex Reg. 130. ch. 58 : *Lequel Estienne d'iceulx baton et coutel Hema roidement.... contre lesdiz André et Mace, tant que se il les en eust attains, ilz eussent esté affolez. Hesmer*, in aliis ann. 1421. ex Reg. 171. ch. 496. Neque forte aliud sonat *Hutisser* in Lit. remiss. ann. 1466. ex Reg. 194. ch. 207 : *Le suppliant esmeu de challeur Hutissa ung petit baston, qu'il portoit et fist muniere d'un vouloir férir icellui Ducastel.*

* **ESMERAUDA**, a Gallico *Emeraude*, Smaragdus. Comput. Ms. ann. 1245 : *Pro duabus Esmeraudis xl. sol.* Vide *Esmaraldus* et *Smaraudа.*

* **ESMERUM**. Vide supra in *Esmerare.*

¶ **ESMERUS**, Encaustum, Gallice *Ematl.* [* Male, ut videre est in *Esmerare.*] Statuta Massil. lib. 1. cap. 57 : *Statutmus inviolabiliter observandum, ne aliquis homo sit ausus facere argentum nisi in Esmero Communis Massiliæ, et quod ille vel illi qui habebunt inde Esmerum, teneantur speciali sacramento facere in dicto Esmero argentum bene et legaliter, etc.* Pluries occurrit ibi.

* **ESMOTAEUR**, vox vulgaris, f. Flagellum, Gall. *Fléau.* Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 444 : *Cum uno magno baculo, vocato ad partes Esmotaeur, ... nisus fuit eundem percutere.*

* **ESMUNDÆ**. Vide supra *Emondæ.*

* **ESNA**, Scopus uvarum, Gall. *Marc*, alias *Ainsne*, et forte *Esne.* Charta ann. 1278. ex Chartul. Vallis B. M. dicec. Paris. : *Eustachius quondam vicecomes Mesiaci miles, olim in extremis laborans, legavit abbati et conventui Vallis B. M. ut ipsi religiosi possent aquam ponere in Esnis suis vineurum, quas possident in parochia et territorio de Mesiaco.* Alia ann. 1330. in Reg. 66. Chartoph. reg ch. 414 : *Les bonnes gens du pais.... doivent de tous les vins que il pressent le disime pot, le disime muy, ou le desime tonnel, et demeure touz les Ainsnes au Seigneur.*

¶ **ESNETIÆ** Jus, id est, Primogenituræ, Gallis, *Droit d'ainesse*, apud Spelmannum in *Æsnecia.* Vide *Ainescia.*

¶ **ESO**, pro *Esox*, Piscis genus. Lerbeccius in Chronico Episcoporum Mindens. apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 176 : *Esones et alios pisces in copia.* Vide *Esox.*

¶ **ESOCIUS**, Eadem notione. Vide *Esox.*

¶ **ESOLNA**, Assula. Vide *Esportium* et *Essanna.*

¶ **ESONO**. Anastasius Bibl. in Epitome Chronici Casin. apud Murator. tom. 2. pag. 352. col. 2 : *Aquinum cum Ecclesiis, villis.... portubus, aquis, aquarumve decursibus, silvis, pedaticis, phociis, Esononibus, nosocomiis, omnia et in omnibus Patri Benedicto in perpetuum concessit.* Si *Phocia* sit pro *Phoca*, Vitulus marinus, dici potest *Esono* esse pro *Esox*, quod vide suo loco.

ESOPHICUS. Alcuinus Poem. 198 :

Hæc studiis floret sacris, Esophica jura
Perlegit, et tractat clanculo dicta senum.

An vox hæc usurpata pro *Philosophica*, an vero legendum, *et Sophica*, lector judicet.

ESOPHORIUM, ἐσωφόριον, Interula, vestis interior. Glossarium Camberonense : *Esophorium, vestis interior, id est, camisia, quæ a Marciano* (Capella) *Interula vocatur.* Glossæ MSS. : *Esophorium, vestis quæ fibula collo penditur.* Anastasius Bibloth. in versione Vitæ S. Joannis Eleemosynarii a Leontio Episc. scriptæ num. 38 : *Expo-*

Digitized by Google

liuit se Esophorium suum, quod illius melius erat, et dat ei. Epist. Basilii Maced. Imp. ad Hadr. PP. in fine VIII. Synodi : *Transmisimus autem Sanctitati vestræ... vestimenta diaspra* 3. *Esophorin dicitrinum cancellatum unum.* Hucbaldus Monachus Elnonensis in Vita S. Rictrudis cap. 9. apud Mabillonium : *Crebra ducens jejunia, Esophorio amicitur cilicino.* Ita legendum pro *Elephorio*, ut est editum.

ESORTA, æ, *Canabum*. Ugutioni.

ESOX, Piscis, cujus meminere Plinius, Isidorus lib. 20. cap. 2. Gregorius Turon. lib. 1. de Glor. Confess. cap. 6. Severus, Paulinus et Fortunatus in Vita S. Martini, Adamnanus Scotus de S. Columba cap. 24. Chronicon Montis-Sereni ann. 1171. etc. Glossæ Latinæ Saxonicæ cap. de Piscibus : *Esocius, vel salmo*, Lex : vel Læx, i. salmo. [*Esox, Esocis, Salmo piscis.* Papias in MS. Bituric. Editus, *Esme, Salmo piscis.* Charta anni 1252. in Histor. Mediani Monast. pag. 319 : *Dederunt.... medietatem Esocium, qui vulgo Salmones vocantur.*] Flodoardus lib. 14. Carm. 18:

Sumsit tres de quinque Esoces, ad prandia tollunt.

Adde Legem Wisigoth. lib. 8. tit. 4. § 29. Hesychio ἔσοξ est piscis, qui non alius ab *esoce* : nam et *isocem* dixit Ardo Mon. in Vita S. Benedicti Abb. Anianensis n. 96. edit. Mabillonii. [Vide *Eso.*] [** *Unum Esocem, qui vulgariter Chlobhausen dicitur*, in chart. ann. 1337. apud Huber. in Austria ex Archiv. Mellic. Germ. *Hausen.* ADEL.]

¶ **ESPAERIUS**, Ensium faber, a Gall. *Epée*, Ensis, gladius. Computum Johan. Humberti ann. 1328. ex Adversariis D. *Lancelot* : *Amandrico Espaerio pro quodam gladio empto, etc.*

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Espéer, qui vent les espées, spatarius, vel qui facit spatas.*

* **ESPAFUT**, Nostris armorum genus, f. Gladii latioris species. Lit. remiss. ann. 1370. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 892 : *Les aucuns armez de costes de fer, les autres portans et aians hachettes, Espafus, espées, bouccliers et autres manieres d'armeures.* Aliæ ann. 1384. in Reg. 125. ch. 236 : *Colart prist un Espafut et féri le suppliant de rechief. Jehan de Lourme armé de haubergon et garni d'un Espafu, etc* in aliis ann. 1415. ex Reg. 168. ch. 240. Vide *Espata.*

* **ESPAGIUM**, f. Jus sibi vindicandi res furatas, et de iis cum earum dominis componendi, ut ipsis restituantur. Charta Henr. III. reg. Angl. ann. 1232. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 584 : *Pro licentia concordandi de Espagiis latronum et robberiis, de seisina et de placitis et querelis, etc.* Vide *Espatgium.*

¶ **ESPALLA**, ut *Spalla*, a Gall. *Epaule*, Armus ferarum, vel etiam porcorum, etc. quem *tenentes* dominis sæpius præstare tenebantur, vel pecunia redimere. Rotulus XII. sæc. de Prioratu S. Pauli de Tartas in Archivo Casæ Dei : *Ex quibus exeunt duo equi... duæ gellinæ ad Kal. et duas Espallas.* Antiq. Recogn. Albæ ripæ in Regesto *Probus* f. 67 : *Tenent insimul de Comite* I. *cartile... et debent inde* III. *myt. frum. et* V. *quartas vini et* XII. *denar. pro Espalla.* Similia mox repetuntur ibid. Vide *Spalla*, et *Coppa* post *Cupa* 3.

ESPALTUM. Charta Gaufridi Ducis Aquitan. ann. 1076. ex Regesto 66. Tabularii Regii ch. 602 : *Cuncta etiam quæ egomet ad præsens dono, scilicet quantum ex silvis meis necesse fuerit, tam Ecclesiæ, quam officinis, excepto Espalto, vel ea quæ alii fideles de casamentis ad me pertinentibus dedere, ... annuo et concedo, etc.* [Vide *Exspaltum*.]

* Et **EXPALLUM**, Idem videtur quod *Espaud* et *Espaut* alibi appellatur. Charta Gaufr. episc. Carnot. in Reg. 104. Chartoph. reg. ch. 49 : *Concessit in eadem foresta ubique, excepto in defensis, quæ dicuntur Espaud, pascua equis fratrum, etc.* Alia Otton. ducis Aquit. ex Reg. 185. ch. 157 : *Concedimus quod fratres de Gratia B. M. accipiant imperpetuum de lignis, quantum opus habebunt, ... etiam in defensis, quæ dicuntur Espaut.* Forte quod palis ejusmodi loca claudantur, sic dicta. Vide infra *Espaules* et *Espaulum.*

ESPANDAGIUM. Vetus Charta inedita : *Ego G. Comes Andegavensis pro salute animæ meæ et uxoris meæ.... dimitto Espandagium quod in Montigniaco scilicet villa Canonicorum B. Petri de Coeia causa foagii mei capiebatur. Præcipio itaque, et sigillo meo confirmo ne amplius capiatur, sed mina legitimæ mensuræ tantumodo capiatur, etc.*

* Intelligendum videtur de præstatione quadam avenæ, quæ ad cumulatam mensuram exigebatur. Aliud est *Espendouere*, Furcæ species scilicet, in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 91 : *Le suppliant la frappa* (sa femme) *par le costé au travers des flans d'une Espendouere de bois, dont il chargeoit le fumier. Espensément*, Sparsim, in Bestiario Ms. :

Tant fait qu'en la vigne est montés,
Ou plus a de roisins plentés;
Si le crolle si durement,
Que il chieut Espensément.
Quant à terre sont espandus, etc.

* **ESPANNUS**, Spithama, quantum manu extensa metimur, a veteri Gallico *Espan*, nunc *Empan*. Comput. Ms. redit. et expens. eccl. Paris. ann. circ. 1381. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Uno trahe x. pedum longitudinis et unius Espanni latitudinis.* Stat. ann. 1377. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 304. art. 12 : *Les roolles de copie auront trois Espans de long, et un Espan d'escripture en lé.* Reditus comit. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. : *Et si a li quens comme avouweis.... en fenail mois de candeille de chire, quan qu'il en puet Espaner entre ses deux mains, et de le longheche d'Espane et demie.* Vide *Spanna.* *Espaneir* vero Expiare, crimen eluere, vulgo *Expier*, sonat in Serm. 20. ex Cod. Ms. S. Vict. Paris. : *Que l'an esgardast par quel poine il devroit Espaneir lo peichié que il auroit fait.*

* **ESPARVAGIUM**. Libert. Cadomi ann. 1426. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 569 : *Item prædicti burgenses poterant conferre.... quatuor personis officium deonerandi sal existens in wasis in riparia, et officium de l'Esparvage in riparia d'Oulne. Espériage* legitur in Confirm. earumd. libert. ann. 1466. ex Reg. 202. ch. 51 : *Item peuent lesdit bourgeois.... donner l'office de l'Esperiage en la riviere d'Oulne.* Ubi naucleri littorarii, vulgo *Lamaneur*, officium significari videtur.

ESPATA, pro *Spatha*, [Gladii latioris genus, Græcis σπάθη. Vincentius Cigault de Bello Italico : *Voluit ipse Deus vincere Anglicos per femellam, cum de fmella ageretur, et cognitionem rei incognite eidem Pucelle* (Aurelianensi) *attribuit de Espata ab illa nuncupata apud sanctam Katherinam de fert boix existente.*] Vide *Testinia.*

¶ **ESPATGIUM**, Jus sibi vindicandi animalia deperdita, quorum dominus ignoratur. Instrument. Eccl. Aniciensis ann. 1365 : *Quædam equa fuit inventa de Espatgio et ducta ad Curiam.* Vide *Cocha.*

* **ESPATLA**, Armus, aut membrum ferarum, vel porcorum, quod vassalli dominis sæpius præstare tenebantur. Charta ann. 1150. ex Cod. reg. 5132. fol. 106. v°. : *Et tenent bajuli istius honoris ad fevum ij. mansos, ... et lxxij. Espatlas de carne.* Vide *Espalla* et *Spalla.*

¶ **ESPAVA**, **ESPAVIA**, Gall. *Espave*, dicitur de animalibus aberrantibus quorum dominus ignoratur, quæ aut longe fugerunt *Expavefacta*, aut vagantur et dispalantur sine certo custode vel domino, ut habetur in antiqua Consuetudine Perticensi, sed et de rebus aliis mobilibus, quæ domino carent, hominibus ipsis extra regnum natis, rebusque nonnunquam immobilibus, ut prædiis, quæ inter jura dominorum caduca recensentur. Passim occurrit vox *Espaves* in Consuetudinibus Gallicis. Litteræ Johannis Franc. Regis ann. 1352. apud Acherium tom. 10. pag. 220. pro Fundatione Canonicorum S. Audoeni prope S. Dionysium : *Ut dictas forefacturas et Espaves integraliter tradant et reddant gubernatori seu præceptori dictæ domus... et de quacumque forefactura et Espave mobili vel immobili cujuscumque valoris existat, etc.* Ibidem pag. 219 : *Concedimus et donamus per præsentes ad opus dictæ domus, omnes forefacturas tam in hæreditatibus quam in mobilibus, et omnes Espavias, seu Espaves vulgariter, quæ in regno nostro evenient et ad nos pertinebunt, propter crimina lezæ Majestatis, et alia quacumque de causa, cujuscumque valoris existant, convertendas in dotationem dicti Collegii Canonicorum. Espava apum*, in Statutis Monasterii S. Claudii. Vide *Epava, Espavis* et *Expava.*

* Quod de feris etiam, quæ intra alicujus dominium reperiuntur a venatoribus fugientes, intelligitur, ut jam dictum est in voce *Spaviæ*. Charta ann. 1278. in Chartul. episc. Paris. fol. 143 : *Dicens quod illum* (cervum) *capiebat ratione altæ justitiæ, eo quod cervus ille a casu, qui vulgariter dicitur de Espave, venerat ad partes illas.*

* **ESPAVEA**, Eadem notione. Charta ann. 1311. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 517 : *Habent eædem religiosæ S. Mariæ Andegavensis mensuras ad vinum et bladum, et omnes Espaveas seu Espaves ibidem inventas et repertas.* Sed et *Espaves* dixerunt res ex forisfactura fisco addictas. Stat. ann. 1378. tom. 6. Ordinat. reg Franc. pag. 390. art. 26 : *Et ès forfaitures et Espaves qui seront trouvées par lesdiz maistres des*

Digitized by Google

orfevres, du prouffit que nous y avons, les-diz orfevres en auront le quint denier.

* **ESPAULA**, a Gallico *Espaule*, Armus. Charta ann. 1225. in Chartul. Arremar. ch. 94 : *Reddet dictus abbas annuatim..... tres panes, unum sextarium vini et duas Espaulas porcinas, etc.* Libert. Belliv. ann. 1333. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 162. art. 20 : *In venacionibus aprorum retinemus nobis caput et umgulas; et de venacionibus... bicharum Espaulam.* Vide supra *Espatla.*

¶ **ESPAULES.** Charta Guillelmi Abb. Floriac. ann. 1296 : *Burgenses de Castellione remanebunt et erunt quitti et immunes... de omnibus redebentiis... de omni hospitagio, de ferculis nuptiarum vocatis Espaules, de agrentio, de fusticulis, etc.* Vide *Escuellata sponsarum*, et *Espalla.* Charta Officialis Paris. ann. 1264 : *Merramentum.... scilicet duo millia et centum de chevrones, item quingentos et duodecim peanios, item quingentos esteuz et Espaules potis, item viginti tria milia de late eidem Abbati* (*S. Germani a Pratis*) *reddere et restituere tenetur.* Hic *Espaules* species est materiæ, at quænam illa sit non satis video. Juxta Borellum *Espautier les arbres*, est earum ramos inutiles amputare : sed neque eo indicatur vocis *Epaules* certa notio.

* Prima notione idem est quod *Missus* 1. Jus nempe quod domino competit ex singulis çibis, qui in vassallorum nuptiis apponuntur. Altera vero tigillum seu palum significare existimo. Neque aliud videtur *Espraule*, in Consuet. Camerac. Mss. : *Li carée de mairien doit à le porte une Espraule.* Vide supra *Espaltum* et mox

* **ESPAULUM**, Locus palis circumseptus, nostris *Espaule*, ut jam jam dictum est. Charta Ricardi reg. Angl. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 49. v°. col. 2 : *Duella, tam de Marchato quam de Cainone, sunt archiepiscopi, si fuerint inter homines suos; et solent fieri in Espaulo apud Cainonem.* Vide supra *Espaltum.*

* **ESPAVUS**, Alienigena, extraneus, qui dimisso proprio domicilio, alio migrat, ibique sedes figit, nostris *Espave.* Notæ ex vet. Reg. commissar. ann. 1378. Cod. reg. 5991. A : *Espaves sont hommes et femmes nez dehors le royaume, de si loingtains lieux, que l'en ne peut ou royaume avoir congnoissance de leurs nativitez : et quant ilz sont demourans au royaume se peuent estre ditz Espaves.* Lit. remiss. ann. 1347. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 269 : *Comme Jehan de saint Pol se fust alez esbatre avecques une femme Espave venue à S. Riquier et Pontieu, etc.* Charta ann. 1315. in Reg. 81. ch. 605 : *Nonnulli homines et feminæ nostri de corpore, Espavi, aubenæ et bastardi, etc.* Jus vero in *Espavos*, appellatur *Esonie*, in Charta ann. 1270. ex Chartul. Latiniac. fol. 124 : *Erant in possessione cum aliquis extraneus veniebat ad commorandum in dicta villa, quod vulgariter appellatur aubanie vel Essonie, ipse efficiebatur de dominio ipsorum.* Vide supra *Albani* et infra *Expaveyus.*

* **ESPAZERIUS**, Aquarius, aquæductuum exstructor, vulgo *Espasier.* Testam. ann. 1336. ex Cod. reg. 8409. fol. 37. r°. : *Ego Bernardus de Lacis Espazerius de Montepessulano facio meum testamentum.* Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 384 : *Icellui Talhade envoya un Espasier dudit Montpellier appellé Jehan Morel, ... un fustier ou charpentier appellé Micheau Valdun.* Vide *Spacerium.*

* **ESPEC**, vox vulgaris, nunc *Pivert.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Espec, picus, quidam avis.*

ESPEDITAMENTUM. Vide *Expeditare.*

* **ESPERATUS**, Desperatus, ad desperationem adductus, Gall. *Désespéré.* Instr. ann. 1384. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 61. col. 2 : *Quod populus minutus videns ita se exheredari, non obstante quod contribuerant dictæ deffensioni, et dicti nobiles non contribuebant, et sic ab utroque latere erant immuues, populus dictarum communitatum quasi fuit Esperatus, et cepit murmurare contra consules et rectores villarum. Espoir* vero, pro *Peut-être, vraisemblablement*, Fortasse, probabiliter, apud Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 123 : *Doutai que se il portoit au roy la pez, que Espoir c'estoit un assacis, un mauvez homme et pourroit ocirre le roy.*

* **ESPERGICIA**, pro *Spargicia*, editum ex eadem Odonis Charta inter Probat. tom. 1. Hist. Burgund. pag. 95. col. 1. Vide in hac voce.

ESPERICLUS. Testamentum Gerardi de Abbatisvilla Archidiaconi Pontivensis in Ecclesia Ambianensi ann. 1271. in Hist. Comitum Pontivens. pag. 205 : *Et meliorem culcitram quam habeo Parisius, et unum coopertorium de Espericlis, et quatuor linteamina.* [* Leg. et vide *Esperiolus.*]

* **ESPERIOLUS**, Sciurus, Gall. *Ecureuil.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Esperiolus, animal est, Gallice Escurnes.* Aliud ex Cod. 7679 : *Espiriolus, escureul.* Vide supra *Escurellus.*

¶ **ESPERO**, Calcar, Gall. *Eperon.* Vide locum in *Vicarii servi.*

* Ejusdem nominis monetæ Alemannicæ mentio fit in Chron. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 3. col. 1 : *Item pour ce que mossenhor du Puy .... avoit .... fait décrier et abatre les petits blancs d'Alamaigne, appellés de la rodete, autrement de l'Esperon, etc.* Ita etiam appellatur baculus ad usum carri, in Lit. remiss. ann. 1452. ex Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 115 : *Ung baston que l'en appelle au pais* (Valognes) *ung Esperon. Ung baston approprié à l'usage de charrete, appellé Esperon*, in aliis ejusd. ann. ibid. ch. 170. *Esperonne* dicitur in Lit. remiss. ann. 1426. ex Reg. 173. ch. 594 : *Icellui Huguenin ala contre le suppliant à tout une Esperonne à quoy trayent les chevaux à la charrue.* Vide infra *Sparro.*

* **ESPERONNUS**, Calcar. Vide in *Spourones.*

ESPERVERIUS, [**Esparvarius**, Accipitris genus, Gall. *Epervier.*] Vide *Sparvarius.*

* **ESPEUSALATA**, Modus agri, *conquatæ* pars quarta Reg. feudor. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 34. r° : *Petrus de Barra vij. denarios et obolum et octavum bladi pro una conquata terræ et quadam Espeusalata, seu quarta parte conquatæ, et una pecia prati. Reymondus de Ugor vij. denarios ob. et octavum bladi pro una conquata et una Espeusalada terræ, quæ tenet ibidem.* Vide *Concha* 3.

* **ESPEYSO**, Sponsio. Libert. Montifer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154 : *Item, qui facit sponsionem seu Espeyso Montisferrando, si succumbat, de ea non dabit, nisi velit, nisi unum sextarium vini.* Vide *Espisio.*

¶ **ESPIA**, vox Hispanica, Explorator, Gall. *Espion*, alias *Espie.* Charta Guillelmi Ducis Aquitaniæ, apud Stephanot. tom. 1. Antiq. Benedict. in Vasconia pag. 511 : *Si quis miserit inde Espiam, et aliquis per viam captus fuerit, qui eum misit salvitatem infregit, et nisi se purgare hinc potuerit, salvitatem ibi non habebit.* Computus Vienn. ann. 1314 : *In expensis nunciorum, Espiarium et aliis necessariis*, XI. *lib.*

* Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 40 : *Les Turs ..... sorent par leur Espies que le roy l'avoit deffendu.* Occurrit passim. Vide *Spio.* Ude *Espiement*, Insidiæ, vulgo *Embuscade.* Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 47 : *Icellui Pierre fist pluseurs aguez et Espiemens sur et contre ledit Hennequin Pepin pour le cuidier grever et dommagier en corps et en biens, ou mettre à mort.*

¶ **ESPICIÆ**, Aromata, Gall. *Epices.* Computum anni 1324. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 132. col. 2 : *In diversis quantitatibus de Espiciis et de salsa et de aliis sibi necessariis in summa* VI. *lib.* IIII. *s.* I. *d.*

* **ESPICIARIUS**, a Gallico *Epicier*, Qui omne genus speciorum vendit. Charta ann. 1327. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 583 : *Domus Petri dicti le Vaillant Espiciarii, etc. Espié*, inter res aromatarias recensetur, in Lit. ann. 1349. tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 320. art. 3. Vide *Espiciæ* et *Speciarius* in *Species* 6.

¶ **ESPICURNANTIA**, Officium obsignatoris litterarum regiarum, a Saxonico Sparran, obdere, obsignare, sigillare. Kennetus in Glossar. ad calcem Antiquit. Ambrosden. : *Per serjeantiam Espicurnantiæ in Cancellaria Domini Regis.* Vide *Spigurnellus.*

* **ESPIETUS**, Pilum, hastile, spiculum, nostris etiam *Espiet*, et *Espiot*, vulgatius *Espieu*, Hisp. *Espeton.* Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 556 : *Quem Marotum cum uno Espieto percussit, ex qua percussione mors fuisse dicitur insecuta.* Arest. parlam. Paris. ann. 1338. in Reg. 71. ch. 296 : *Item sex lanceas, item duos Espieus, etc.* Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. ch. 38 : *Icellui Josset .... print en sa main un baston, appelé communément Espiet, ... et féry le suppliant dudit Espiet un grant cop sur l'espaule. Espriet*, pro Remo, legitur in Lit. ann. 1450. ex Reg. 176. ch. 773 : *Pour ce que le suppliant n'avoit point d'aviron ou Espriet à conduire le batelet.* Aliæ ann. 1450. ex Reg. 186. ch. 7 : *Le suppliant prinst ung baston ferré, appellé Espiot. Le navrerent ou corps d'un Espoit ou espée*, in aliis Lit. ann. 1384. ex Reg. 125. ch. 150. Gladii species est in Lit. remiss. ann. 1355. ex Reg. 84. ch. 735 : *Cum quodam ense seu gladio evaginato, nuncupato Espoy de guerre, supervenit.* Aliæ ann. 1457. in Reg. 187. ch. 65 :

Digitized by Google

Les supplians portants chascun ung baston ferré, c'est assavoir ... Hugonin du Plan ung Espy. Vide infra *Expiotus.*

* **ESPINAIRIA.** Leudæ maj. Carcass. Mss.: *Item pro cargua d'Espinairia, iij. sol. Turon.* Ubi legendum videtur *de speciaria*, ut colligitur ex versione Gallica earumdem ann. 1544 : *D'une charge d'episseries, etc. Espode*, species quædam, in Chartul. Latiniac. fol. 240. v° : *Espode, j. den. la livre.*

¶ **ESPINGLA**, Acicula, Gall. *Epingle.* Etymon *Spinula*, juxta Nicottum, vel *Spilren*, quod idem est Celtis et Aremoricis. Computus Vienn. ann. 1318. fol. 123 : *Item pro rauba brunetæ nigræ Dominæ, et pluribus aliis necessariis in dicta rauba, et pro Espinglis et bellis.*

* **ESPINGLARIUS**, Espinglerius, Acicularius, Gall. *Epinglier*, alias *Espingleur, Espieuler.* Arest. parlam. ann. 1320. in Lib. 1. stat. artif. Paris. ex Cam. Comput. fol. 157 : r° : *Cum inter Espinglarios Parisienses ex una parte, et boutonnarios ejusdem villæ ex altera certa judicata seu arresta .... prolata fuissent, etc.* Aliud ann. 1321. ex Cod. reg. 9822. 2. fol. 164. v° : *Inter Espinglerios et bonneterios villæ Paris. fuit facta quædam ordinatio, etc.* Lit. remiss. ann. 1368. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 331 : *Icellui Barthelemi dist qu'icellui signifiant rendroit les espingles que il avoit prinses à un Espingleur. Jehan du Parc Espieuler,* in Lib. nig. S. Pet. Abbavil. fol. 22. r°. *Espinglier*, Acicularum theca, in Lit. remiss. ann. 1456. ex Reg. 183. ch. 113 : *Ung petit Espinglier à mettre espingles de drap.* Vide *Espingla* et *Spinula.*

¶ **ESPINGLES**, ut *Espingla*, in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 216. ex Computo anni 1327 : *Pro emendo bursas, zonas, Espingles, ad dandum Dominabus, etc.*

¶ **ESPIONES**, recensentur inter armaturas et munitiones inventas in castro Carcassonensi ann. 1294. ubi forte idem sunt quod Enses, a Gall. *Espées.* [* f. idem quod supra *Espietus.* Vide in hac voce.]

* **ESPIRIOLUS**, Vide supra *Esperiolus.*

¶ **ESPISIO**, Sponsio, Pignus, Gall. *Gagure.* Consuetud. Lemovic. art. 44 : *Item, consuetudo est in dicto castro, quia si aliquis cum altero faciat Espisionem, non tenet nisi ad valorem unius sextarii vini infra villam.* Vide *Espoisso.*

* **ESPLECHIA.** Jus utendi aliqua re. Dicitur potissimum de nemoribus. Pactum ann. 1514. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Et ad tres Esplechias dumtaxat, videlicet pro calefaciendo, pro ædificando et pro aratri componendis, de quibus dumtaxat remanebit facultas dominis et hominibus dicto nemore se juvando, non aliter nec alio modo.* Vide *Esplencha* et *Expletum* 2.

¶ **ESPLECTUM**, Espleitum. Vide *Expletum.*

¶ **ESPLENCHA**, Esplenchare, Splenchare, Esplenchia, Explecha. Privilegia Raymundi Berengarii Aquensibus concessa Kal. Maii ann. 1206. apud Pittonem Hist Aquens. pag. 114 : *In recompensationem vestræ fidelitatis... licentiam, franchesiam et libertatem in terris cultis et incultis quibuscumque et quorumcumque locorum distantium circa civitatem meam Aquensem, spatio quinque leucarum, pascendi, pasturgandi quorumcumque animalia vestra, necnon Splenchandi et bosqueirandi, seu ligna scindendi pro vestro beneplacito tradimus, etc.* Ibi laudatus Historiographus Jus *Splenchandi* exponit Facultatem pecorum pascendorum post messem, quam facultatem, inquit, Arelatenses vocant *lou drech d'Esplencho.* Hanc in sententiam citat Fortium, qui in suis ad Decisiones Stephani notis decis. 9. duplicem distinguit pascendi facultatem, *viridis* pascui et *vacui* : *Viridis* seu pratorum tempore quo herbæ virent, et silvarum tempore quo glans est; *Vacui* seu pratorum exscisso feno, agrorumve collectis fructibus : quod ultimum *Expleches* vocant Arelatenses. Dubitari tamen potest, propter adjunctas voces *Bosqueirandi seu ligna scindendi*, an *Esplenchandi* facultas in laudata Charta non sit idem quod jus lignorum in nemoribus ad certos usus exscindendorum, ut *Espletum* accipitur in Charta anni 1256. e Tabulario Sangermanensi : *Quæ omnia teneo in feodum cum toto usuario sive Espleto, quod habeo in foresta quæ dicitur Castrum Mauri.* Certe ipsa vox *Explecha* amplius quid interdum significat quam nudam in locis vacuis pascendi facultatem. In Sententia arbitrali ann. 1497. inter Dominos et Communitatem Calliani legimus : *Ex adverso ipsa Universitas de Calliano, seu habitantes in eadem, dicunt et asserunt, ipsos homines habuisse, et in præsentialiter habere, ac fuisse in antiquissima et vera possessione pastorgandi, eyssartandi, leignerandi, fusteiandi, glandeiandi et omnes Explechas in eodem territorio faciendi :* quo in loco vox *Explecha* significare videtur quasvis *aisantias* seu commoditates usuales ex eo territorio percipiendas. Neque satis scio an æque pateant voces *Esplencha* et *Esplenchare* in confirmatione privilegiorum urbis Aquensis per Renatum Provinciæ Regem ann. 1477. apud laudatum Pittonem pag. 118 : *Ob illius grata et grandia servitia et alia virtutum merita diversis privilegiis et præcipue facultate depascendi, bosqueirandi, Esplenchandi circunquaque per quinque leucas decorraverunt cunctos Cives Aquenses tanquam bene meritos in prædictis eorum privilegiis, usibus, facultatibus et Esplenchis manutenere et tueri, quocumque impedimento sublato.* His in locis *Esplecha* vel *Esplencha* idem prorsus videtur quod *Expleta*; quæ vox in Consuetudinibus Ausciorum, ut dicetur infra, non solam significat pascendi facultatem, sed etiam venandi piscandi et ligna in nemoribus exscindi. Certum tamen est quibusdam aliis in locis ad solum pascendi jus has voces esse restringendas. Conventio Civitatis Arelatensis cum Ludovico II. Comite Provinciæ ann. 1385. art. 19 : *Item retinet dicta Universitas pactua Castelleti, Montismajoris et Auriculæ, et quæcumque alia, tam piscationes quam venationes, lignairagia et Esplechas quorumcumque pactuorum territorii Arelatensis.* Altera Conventio inter Dominum de Rupe et Priorem S. Ægidii Arelat. ann. 1379 : *Habeat jus, Expletum et usum cum averibus suis, et aliis quibus voluerit, depascendi.* Vide *Expletum* 2.

ESPLETUM. Vide *Expletum.*

* **ESPLINGA**, Acicula, Gall. *Epingle.* Lit. official. Senon. ann. 1336. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 22 : *Quædam magna quantitas Esplingarum, et plures aliæ res et nummatæ diversæ de nummatis mercenariæ.* Vide supra *Espinglarius.*

¶ **ESPOISSO**, Sponsio, pignus, Gall. *Gageure.* Charta anni 1303. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 783 : *Item qui fecerit Espoisso, quicumque sit, solvat unum sextarium vini sub cumbens optinenti.* Quæ sic lingua patria habentur in altera Charta anni 1270. pag. 512 : *Qui fai Espoisso à Bessa ia ta grans no sera que ia do s'is vol mas 1. sesteir de vi.* Vide *Espisio.*

¶ **ESPOLIÆ**, Messis, fructus, Gall. *Depouille.* Litteræ Officialis Paris. de Emptione Majoriæ de Berrone ann. 1266. in Tabulario Calensi : *Vendidit partem suam Espoliarum de Jamaco et aliunde.*

* **ESPONDARIUS**, Tutor, qui pro pupillo *spondet.* Testam. Bert. de Galhaco ann. 1293. in Reg 4. Armor. fener. pag. 2 : *Constituit executorem testamentarium et tutorem et curatorem Espondarium prædictis liberis suis prænominatum Bernardum de Galhaco fratrem suum.* Vide *Spondarius.*

ESPONDERIUS, [Limitaneus. Testam. Guigonis Dalphini ann. 1267. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 5. col. 1 : *Hugo Dux Burgundiæ... Castra sibi assignet in quibus prædictas mille libras percipiet, quæ tamen castra non sint in Esponderiis terræ meæ.* Hoc est in locis limitaneis, seu in confiniis, Gall. *sur les frontieres.* Litteræ Humberti II. Dalph. ann. 1334. ejusd. tom. pag. 247 : *Vosque nihilominus castra Esponderia visitetis.*] Statuta Delphinalia pag. 38 : *Qualiter nobiles possunt facere domos fortes.... dummodo dictæ domus non fiant in locis Esponderiis, seu limitrophis.* Vide *Spondarius.*

☞ Gallo-Belgis *Esponde* dicitur Lecti pars anterior, qua notione Le Roman d'*Athis* MS. :

> Prophilias du lit leva,
> Par le congié d'Athis s'en va,
> Au lit s'en vint droit à l'Esponde,
> Mais ny entrast pour rien du monde.

Infra :

> Moitié joyeulx, moitié doulant,
> Entra au lit passa l'Esponde.

Italis *Sponda*, Margo, ora et alia hujusmodi. [** Vide Forcellinum in *Sponda*]

* **ESPORARIUS**, Lignarius faber, qui tigilla, *Espaures* vel *Espoures* dicta, parat. Reg. forestæ de Broton. ex Cod. reg. 4653 : *Talis est usus forestæ Brotonniæ, quod omnes illi, qui reddunt pro consuetudine forestæ avenas, ... possunt et debent capere.... emundam ..... lignifabri, et caronnii, et tynerarii, et Esporarii, quando manovre prædictorum operariorum erit inde remota.* Vide mox *Esporium.*

* **ESPORDIUS**, Armorum genus, fortassis quo *spallæ* seu humeri teguntur, Gall. *Epauliere.* Munit. castr. dom. reg. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 94. r°. col. 2 : *x. loriculæ, v. scuta, x. Espordii ferri.*

ESPORIUM. [* Tigillum, vulgo *Espoure.* Vide supra *Esporarius.*] Charta pro Vicariis Biturigensibus ex Tabul. S. Sulpitii Bitu-

Digitized by Google

ric. : *Habebit.... ex uno quoque asino qui portat ollas ad vendendum, unum potum : de quadrigario Esporiis, unum Esporium, similiter una esolna, et similiter unam latam de lignis quæ intrant.*

* **ESPORLARE**, dicitur vassallus, cum domino capitali propter feudi investituram, *sporlam* seu *relevium* præstat, clientelam profiteri; *Esporler*, in Consuet. Burdeg. art. 82. 83. 85. 88. 93. et 94. Reg. feudor. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 21. v° : *Debent ipsi partiari ambo decem libras Burdegalensium de sporla in mutatione domini solvere in una bursa alba, vel in duabus bursis, quilibet centum per se, si velit Esporlare.* Vide infra *Sporlare* et *Sporta* 2.

* **ESPOUSSORIUM**, Stragulum, vel id quod detergitur. Comput. Ms. ann. 1245 : *Pro saccis et Espousoriis, xj. sol. pro houciis lingiis et de burello, cxvj. sol. Espoussete*, non multum dissimili notione, pro sacco vel detrito panno scilicet, in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1079 : *Ouquel chemin le suppliant trouva un Espoussete, en laquelle il bouta les tasses et autres utenctles par lui prinses, et icelles mist au bout de son espée pour porter sur son col.*

* **ESPOZADA**, *Prov. Nimpha, pro beneficio absolucionis, quia abluitur. Sponsa.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

* **ESPRAVICURA**, Servitii species, an cura *Espraverii*, Gall. *Epervier?* Charta ann. 1301. in Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 122. v°. col. 1 : *Dicta domus remansit et adhuc remanet libera ab omnibus aliis censibus, redditibus, redevantiis, servitute, Espravicuris, pressoragiis, etc.* Vide mox

* **ESPREVERIUS**, quibusdam *Eprevier*, Accipitris genus. Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 202. v° : *Unus Espreverius, unus anser, etc.* Vide *Sparvarius*.

¶ **ESPRINGALA**, Balista validior, qua telum emittitur, Gall. *Springale* vel *Espringale*. Vide locum in *Muschetta*, [* et vocem *Spingarda*.]

¶ **ESQUAQUERIUM**, Scacarium, Gall. *Eschiquier* : de quo plura in *Scacarium*. Litteræ Guillelmi Senescalli Aquitaniæ pro Monasterio S. Crucis Burdegal. ann. 1383. ex Archivis ejusdem : *Quasdam litteras nobis præsentatas in castro regio Burdegalæ, videlicet in Esquaquerio dicti castri.*

¶ **ESQUARTA**, Mensura frumentaria, eadem quæ *Quarta*. Litteræ Heliæ Archiep. Burdigal. anni 1192. pro Monasterio S. Crucis, inter Instrum. tom. 2. Gall. Chr. col. 286 : *Item quod mater dictæ mulieris per compositionem in ipsa Ecclesia duas Esquartas frumenti retinuit annis singulis quoad viveret persolvendas.*

* **ESQUEVINAGIUM**, Districtus, jurisdictio *Esquevinorum* seu judicum urbanorum, nostris etiam *Eschevinage* et *Esquevinage*. Arest. ann. 1346. 8. Apr. in vol. 3. arestor. parlam. Paris. : *Dicti scabini erant in possessione judicandi super omnibus personis .... captis pro quocumque casu in dicta villa Duacensi, Esquevinagio et banleuca. Et aussi, se le débat estoit de chose qui feust advenue dedens leur banlieue, en leur Eschevinaage, seroit jugiée par eschevins*, in Lit. ann. 1370. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 367. Stat. ann. 1355. ibid. pag. 509. art. 1 : *Et quant lidit maires est fait et Esquevin, il vont pardevers Esquevins d'Arras.* Et art. 2 : *Par toute le ville et dedans l'Esquevinage d'Arras, etc. Exavin*, in Ch. ann. 1285. ex Chartul. S. Petri de Monte : *Li maires et tuit li Exavin et toute li communiteis de Lixieres, etc.* Vide infra in *Scabini*.

* **ESQUEVINESSIA**, Gall. *Esquevinesse*, Pellitium ex *Esquirolis* seu sciuris. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 427 : *Quandam pravam vestem de acoleto forratam de Esquevinessiis, quoddam supertunicale forratum de grossis variis .... cepit.* Reg. feud. et redit. comitat. Clarimon. ex Cam. Comput. Paris fol. 9 : *Item d'une panne d'Esquevinesse, le vendeur doit ij. den. et l'acheteur ij. den. Escuireus et Esquevinesches, le millier v. sols*, in Reg. sign. *Pater* ex ead. Cam. fol. 248. r°. Ita etiam legendum, pro *Esquemnestes*, in Lit. ann. 1315. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 600. Vide infra *Esquirolus*.

* **ESQUEYRA**, Equile, stabulum equorum, Gall. *Ecurie*. Terrear. villæ *de Busseul* ex Cod. reg. 6017. fol. 24. v° : *Item unam gallinam pro quadam Esqueyra contigua in dicto hospicio juxta viam communem.* Vide supra *Egua* et *Eguezerius*.

* **ESQUIGUEYTA**, ut supra *Eschargaita*, Excubiæ. Reg. feud. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 32 v° : *Item tenentur* (habitatores Millani castri) *custodire castrum ipsum et villam eorum expensis et in personis et in corporibus propriis et eorum familia de gueytis et Esquigueytis.*

ESQUILLA, [Tintinnabulum.] **ESQUILLATUS**, [Qui defert *Esquillam*.] Vide *Skella*.

* Nostris *Esquelle* et *Esquille*. Ordinar. Ms. S. Pet. Aureæ-val. : *Tunc pro Prima non pulsabitur illa Esquilla in mane, de qua pulsatur pro Prima de levée. Esquelle*, in Stat. ann. 1390. et 1403. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 358. art. 6. et tom. 8. pag. 601. art. 14. Lit. remiss. ann. 1464. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 598 : *Lequel Grasset print l'une des brebis qui portoit une Esquille au col.* Vide supra *Eschilla*.

* **ESQUINA**, Imbrex porci, Gall. *Echinée*. Consuet. Mss. S. Crucis Burdegal. ante ann. 1305 : *Cellarius .... dat .... unam peciam bovis, et sex dornos dictarum Esquinarum porci.* Leudæ min. Carcass. Mss. : *Item de macellariis quadam die Jovis a quolibet porco, inde remota Esquina, j. denar.*

¶ **ESQUIPARE**, Navem instruere, Gall. *Equipper*. Edictum Philippi Aug. Franc. Regis ann. 1207 : *Nulla navis de tota Normannia, præterquam de Rothomago, poterit Esquipari ad Imberniam, excepta una sola, cui semel in anno de Cæsaris Burgo, licitum erit Esquipare, etc.* Duchesnius in Normannicis pag. 1063. legit *Eskipare*. Vide *Eschipare*.

* Hunc locum sic emenda ex Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 150 : *Nulla navis de tota Normannia, præterquam de Rothomago, poterit Esquipare ad Yberniam, etc.* et interpretare Navigare, Gall. *Mettre en mer, faire voile ;* quo sensu *Equiper* usurpat Froissartes vol. 3. cap. 29 : *Entrerent dedans* (la nef) *et Equiperent en mer.* Ibid. cap. 27 : *Entrerent audit vaissell, et singlerent et Escliperent en mer vers le royaume d'Angleterre.* Ita quoque Guill. Guiart. :

Chascun d'eus la Croix sus lui mise,
En mer s'Esquipent à Venise.

* Aliis præterea notionibus *Esquipper* dixerunt nostri. Pro *Eclabousser*, Aqua lutosa respergere, in Lit. remiss. ann. 1434. ex Reg. 175. ch. 370 : *Le suppliant ne sceut la cause pourquoy icellui Jehan lui Esquippa l'ordure du ruissel de la rue encontre lui.* Elabi, vel Reflectere, vulgo *Glisser, réjaillir, sauter* sonat, in aliis Lit. ann. 1469. ex Reg. 195. ch. 223 : *Le suppliant getta un baston après les pourceaulx, ... en telle maniere que en glissant ou Esquippant oultre, ledit baston ala cheoir sur le chief d'une jeune fille. Eskipeson* vero, pro *Equipage, fourniture*, in Ch. ann. 1379. tom. 2. Probat. Hist. Brit. col. 220 : *Et aura aussi ledit duc pour luy et toutes lesdites gens convenable Eskipeson pur leur passage en la mer.*

¶ **ESQUIROLUS**, Sciurus, Gall. *Ecureuil*. Vetus Collectio MS. Statutorum Eccl. Aquensis : *Clerici beneficiati cappas portent de pellibus Esquirolorum forratas.*

* Leudæ min. Carcass. Mss. : *Item de duodena d'Esquiroll. iij. ob.* Unde *Esquirelle*, Pellitium ex *esquirolis*, in Ch. Math. ducis Lothar. ann. 1250. ex Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris. : *Huardus miles de la Fuillée .... recognovit se recepisse et habuisse octo marchas argenti, mille et quingentas Esquirelles.* Vide *Esquevinessia* et *Squirelus*.

* **ESSACARE**, In saccum mittere, Gall. *Ensacher*. Comput. ann. 1380. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 29. col. 1 : *Solvi Petro Mariote et cuidam alteri extraneo, qui .... portaverunt ad hospitium senescalliæ xxv. sestaria avenæ .... præsentata domino senescallo, et dicta xxv. sestaria mensuraverunt et Essacaverunt.* Vide infra *Saccare*.

* **ESSAGIUM**, Jus quod ex probata monetarum materia magistro monetario competit, ipsaque rei monetariæ probatio. Ordinat. Caroli dalph. ann. 1357. ex Reg. Cam. Comput. Paris sign. *Vienne* fol. 18. v° : *Ipse magister..... habeat punctas, levatas, Essagia et electionem Essagiorum .... Quod nullus Essays ligæ vel ponderis, nec recursus possit haberi ad monetam expeditam.* Vide *Essayamentum*.

* **ESSAITA**, Eadem fortassis notione. Charta Ebali vicecom. *de Ventedorn* inter Probat. Hist. Tutel. col. 438 : *Similiter do ..., Essaitam et decimum et præferentiam de omni re, ac sepulturam, et omnia sicuti ad ecclesiam pertinent.*

1. **ESSAIUM**, Examen, *Essai*. Vide *Caiagium*, et *Dealbare*, et Oct. Ferrarium in *Saggiare*, [et mox *Essayum*.]

* Hinc *Essaier* pro *Examiner*, Alicujus periclitari doctrinam. Stat. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 441. art. 2 : *Que aucun barbier... ne doit faire office de barbier en ladicte ville et banlieue de Paris, se il n'est Essaïez par ledit mestre et les quatre jurez.* Unde etiam *Essaieur de pourceaux*, Inspector suarius, in Lit. remiss. ann. 1378. ex Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 314 : *Perrin Landry langnieur ou Essaieur de pourceaux.... print douze deniers*

Digitized by Google

du langoiement..... Le prevost de Montlehery lui défendi vendre et langoyer pourceaux en la chastelenie dudit Montlehery.

* 2. **ESSAIUM**, Panni species. Charta Maurit. episc. Cenoman. ann. 1227. ex Tabul. monial. S. Juliani de prato : *Inhibemus etiam ne moniales habeant tunicas de corleto Castridunensi, aut sargia de Bonavalle, aut Essaio de Normannia;... mantellis etiam non utantur nisi de præfatis pannis,... aut de Essaio de S. Dionysio.*

* Aliud vero sonat *Essaie*, Stramen scilicet, in Lit. remiss. ann. 1406. ex Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 163 : *Lesquelx se logerent en un cuignet des borgeries, ou il avoit un tas d'Essaies à brebis ouquel ilz furent, attendant que icelle Gilon venist quant jour sero t affourer icelles brebis.*

* **ESSALATUS**, Sella instructus. Acta Inquisit. Carcass. MSS. ann. 1308. fol. 39. r° : *Guillelmus frater suus quadam nocte... tradidit sibi mulum, seu mulam, Essallatum et infrenatum.*

* **ESSALET**. Vide supra *Eissalet.*

¶ **ESSAMPLATUS**, pro *Essartatus*, de quo infra. Instrum. ann. 1205. ex Archivo Fontis Danielis : *Junellus Dominus Meduanæ dedit Abbatiæ Fontis Danielis decimam partem reditus sui de terra Essamplata in foresta.* Vide *Exartus.*

* Sic *Essamblir*, pro Dumeta succidere et in culturam redigere, vulgo *Défricher*, in Lit. remiss. ann. 1460. ex Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 3 : *Le suppliant a prins à défricher et Essamblir pluseurs terres et héritaiges qui estoient en grans buissons et labiers.*

ESSANNA. Charta Philippi Aug. ann. 1216. in Regesto Herouvalliano fol. 74 : *Si vero contineatur in buco, vel in cocheto merrenum ad dolia faciendo, reddent pro quolibet milliario 4 den. et si ibi contineantur Essannæ ad clavos, reddent pro quolibet milliario 4 den.* Occurrit ibi pluries; ubi *Essanna* est id quod vulgus *Essangles* vocat, asseres scilicet sectitii, quibus tecta operiuntur. Fol. 93. *Esçanna* scribitur : *Navis ad lignum, ad fœnum, ad Esçannas, ad minutum merrenum, etc.* Fol. 159 : *Si faciant domum tectam de Essanna.* [Idem videtur *Esolna* in *Esporium*, ut etiam *Essoulla* suo loco.]

* Nostris quoque *Essanne*. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 119 : *Icellui Raoulet monstroit audit Guist une Essanne de bois, dont il avoit fait la semblance d'un coustel.* Sed et variis appellationibus idem significaverunt. *Eschaugne* et *Essaugne*, in Chartul. Corb. sign. *Ezechiel* ad ann. 1421. fol. 95. r°. *Esseul*, in Coust. Paris. ex Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. fol. 37. v°. Lit. remiss. ann. 1426. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 599 : *Le suppliant fist un trou en la couverture d'icelle maison, qui estoit couverte d'Essil ou d'Essaule vieille.* Aliæ ann. 1467. in Reg. 195. ch. 36 : *Estienne Noquin dist au suppliant qu'ilz tirassent hardiment, et que s'il avoit une petite Essaulne de boys, qu'il retourneroit bien toutes leurs fleches.* Denique aliæ ann. 1483. in Reg. 209. ch. 262 : *Colin Robine voult frapper Jehan Blandel d'une Essale, laquelle il print en la couverture de la maison.*

* **ESSARCITUS**, pro Exercitus. Lit. ann. 1356. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 354 : *Datum in Essarcitu nostro ante Bretholium.*

¶ **ESSARTUM**, Essartare. Vide *Exartus.*

¶ **ESSARUM.** Edictum Philippi Pulcri Francor. Regis, apud *de Lauriere* tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 159 : *Essarum nostrum dictæ villæ parabitur et ponetur in tali statu, quod dicti mercatores absque solutione caagii poterunt suas denariatas et Mercaturas bono modo onerare et exonerare de die et de nocte.* Lubentius legerem *Escarum*, quod puto Aggerem lapideum ad ripam fluminis, Gall. *Quai*. Idem *de Lauriere* in summario hujus articuli ducto ex Gallico exemplari habet. : *Le pavé de la ville, les Quais et les issues seront mis en bon estat, etc.* Vide *Escar.* [* Leg. *Essayum*. Vide infra hanc vocem 2. notione.]

¶ **ESSAVARE**, Exsavare, Trahere. Charta Thossiac. ann. 1461 : *Pro licentia piscandi in riparia Sugonæ... absque trahendo seu Essavando aut Exsavando ad terram.* Altera Charta anni 1449. signata *Bonet* : *Sive trahendo, sive Exsavando ad terram.*

* A veteri Gallico *Essaver* et *Essiaver*, Effluere, decurrere, vulgo *s'écouler*. Sent. arbitr. ann. 1313. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 53 : *Aura dedans ce mur ou clouture un treillich de fer par où les yaues de la ville se porront Essiaver.* Charta ann. 1322. in Reg. 74. ch. 443 : *Lequel moelin il feront el dit manoir à Essiaver l'iaue parmi cedit manoir, en faisant venir l'iaue par dessus et Essiaver dessous.* Chartul. Corb. sig. *Ezechiel* ad ann. 1415. fol. 18. r°. : *Regeter le fossé.... et faire tant que le vivier se puis Essaver, et qu'il soit à secq. Esseaver* vero, pro *Vuider*, Evacuare, in altero sign. *Habucuc* ad ann. 1511. fol. 92 : *Et il sera tenu ledit prendeur de Esseaver et oster chacun an tout le bos abatu. Esseuwer*, pro Exsiccare, in Ch. ann. 1235. ex Chartul. sign. *Decanus* S. Pet. Insul. fol. 129. v°. : *Sis libres doit il mettre as fosséis faire por les teres Esseuwer. Excegner*, eodem sensu, in Cod. reg. 9493. fol. 11. v°. : *Foucé qui Excegne les bas champs.* Hinc mox *Essaveria.*

* **ESSAVEGOTUS**, Corbis species. Charta ann. 1434. ex Tabul. Massil. : *Ordinamus quod piscatores possint reponere et reponi sinant pisces in vasculis quibuslibet, cujuscumque formæ et capacitatis existant, sive sint banastoni, canastelli, sive sint Essavegotorum.*

¶ **ESSAVERIA**, Agger stagni, quo concluduntur aquæ. Charta anni 1269. ex Tabulario S. Nicasii Remensis : *Debemus habere et retinere imposterum vantalla Essaverie vivarii nostri... nec poterimus sedum vel solium dicte Essaverie dicti vivarii alties elevare quam modo sit.*

* Vel potius qua aquæ excurrere possunt seu evacuari, Gall. *Bonde d'un etang*, alias, *Essiaviere*, *Esse*, et *Esseau*. Charta ann. 1281. in Chartul. Montis S. Mart. part. 7. fol. 124. r°. col. 1 : *Consent ke li abbés et li couvens... pussent... faire noviaus cliiers, Essaviers et raieres. Jehan Grossin musnier ouvrist les Esses de son moulin*, in Lit. remiss. ann. 1473. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1008. Lit. ann. 1295. in Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 301. v° : *En travers la cauchié doit avoir un Esseau, que le seigneur de Corbon et Guillaume du Mesnil doivent mettre et tenir en estat; car il ne sert que à eulx à esseaver leurs prez.* Unde *Essaigouere*, Incile, sulcus aquarius, vulgo *Rigole, tranchée*. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. ch. 362 : *Icellui Servatu saichant lesdiz deux champs.... estre moult chargiez d'eaues, ... vint à leurdiz champs aiant une pelle ferrée en sa main, et faisant voie et Essaigouere aux eaues. Essayau*, Fluxio, corrivatio, Gall. *Ecoulement*, in Ch. ann. 1308. ex Reg. 72. ch. 309 : *Il pouront.... eslarguir le cours de l'yaue.... pour avoir mieuls l'yaue son Essayau.* Inde etiam *Essau*, et *Essiaw*, pro vulgari *Evier*, Emissarium aquarium. Chartul. Corb. sign. *Cæsar* fol. 86. r° : *Congié pour faire... un Essau en son estable.* Belloman. MS. cap. 24 : *Il ne m'afiert pas à faire mon essuyer ne mon Essiaw de ma quizine etc. Essuyer*, in Ch. ann. 1400. ex Chartul. Latiniac. fol. 217.

¶ **ESSAYAMENTUM**, Jus seu Emolumentum Inquisitoris et Probatoris monetarum, a Gall. *Essay*. Ordinatio anni 1342. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 420. col. 2 : *Remedia vero ligæ et ponderis punctas, levatas, Essayamenta, et alia jura et privilegia habeatis, quæ in nostris monetis antea habebatis.* [* Vide supra *Essagium.*]

¶ **ESSAYATOR** Monetarum, Inquisitor, Probator, Gall. *Essayeur*. Legitur in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 215. col. 1.

¶ 1. **ESSAYUM**, Gall. *Essay*, Probatio. Charta Hugonis Comitis Marchiæ; apud Stephanotium tom. 5. Fragm. Hist. MSS. : *Notum facio omnibus, quod intuitu Dei et salutis nostræ Essayum monetæ nostræ Grandimontis Ecclesiæ in puram et perpetuam eleemosynam dedimus.* Rursum occurrit tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 414. col. 1. Vide *Essaium.*

* *Dicti magistri monetarum, possint facere fieri sua Essaya de dicta boyta*, tom. 2. Hist. Dalph. pag. 417. col. 1.

* 2. **ESSAYUM**, Locus onerandis et exonerandis navibus aptus. Edict. Phil Pulc. ann. 1309. in Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 172 : *Essayum nostrum dictæ villæ parabitur et ponetur in tali statu, quod dicti mercatores absque solutione caagii poterunt suas denariatas et mercaturas bono modo onerare et exonerare.* Ita etiam habet Reg. 72. ch. 176. ut videre est in v. *Cayu*. Unde patet male editum *Essarum* tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag 159. quod iterum probat vox Gallica *Essay*, eadem notione, in Ch. Rob. de Veteriponte ann. 1330. ex Chartul. S. Joan. in valle : *En fesant touz les pons, Essays et chaucées de Dalence, de Chevreau et de la Chaucée.*

* **ESSCENGIA**, Modus agri, idem quod *Andecinga*. Vide ibi. Charta ann. 1236. in parvo Reg. S. Germ. Prat. fol. 44. v°. col. 2 : *Recognoverunt se vendidisse abbati S. Germani de pratis Paris. quamdam Esscengiam terræ sitæ, ut dicitur, apud Paretum juxta cimiterium ecclesiæ ejusdem villæ.* Vide *Escengia.*

1. **ESSE**, Status, *Estat, condition, comportement*. Capitularia Caroli C. tit. 11. cap. 5. [** apud Valentian. ann. 853. Adnunt.

Digitized by Google

Karol.] : *Et Comites ac cæteros fideles nostros admonemus, ut ipsi sic suum Esse et vivere ordinent, qualiter propter illorum necessitatem vicini eorum ac pauperes non opprimantur.* Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 601 : *In omni Esse suo venerabili pollebat modestia, etc.* Lib. 8. pag. 688 : *Et in omni Esse suo sese modeste gerere nitebatur.* Lib. 11. pag. 840 : *In Claustro Monachorum diu sedit, Esse eorum consideravit.* Alio vero sensu videtur accipi vox Gallica, *Estre*, in consuetudine Nivernensi tit. 26. art. 13. tit. 31. art. 1. 6. 16. 27. tit. 34. art. 5. 7. 16. ubi pro gentilitate, seu consanguinitate videtur sumi, vel certe pro *Statu* ac conditione. Guiotus Pruvinensis in Biblia MS. de Cartusiensibus :

Leur ordre ne blasme, ne lor Estre,
Més por riens ge n'i voldroie estre,
Trop ont estroit et dur convine.
Chascun fet pour lui sa cuisine.

¶ 2. **ESSE** pro Ire, ut Galli dicimus *Etre* pro *Aller*. Breviarium Hist. Pisanæ, apud Murator. tom. 6. col. 171 : *Ad quod castrum vincendum Pisani Fuerunt cum quinquaginta navibus, plattis et schafis, etc.* Vide *Fuit*.

* Comput. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 190. col. 2 : *Pro loqueriis novem ronssinorum, quos equitarunt quatuor ex dominis consulibus,... cum Fuerunt ante ad eventum uxoris Petri Scatisse.* Phrasis Gallica : *Lorsqu'ils ont été au-devant.*

¶ 3. **ESSE** AD ALIQUEM, Gall. dicimus, *Estre à quelqu'un*, De alicujus familia esse. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 55 : *Quidam nuncius dicens se Esse ad dominum Montismorenciaci, bustam quendam de armis dicti domini secum deferens, etc.*

* 4. **ESSE** DE GUERRA, Gall. *Estre en guerre*, Bellum gerere, esse in armis. Charta Eduardi reg. Angl. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 57. v°. : *Cum barones partium illarum* (Vasconiæ) *quasi continue ad invicem Sint de guerra, etc.*

* 5. **ESSE** DESUPER, Supereminère. Vide supra *Desuper esse* 2.

** 6. **ESSE** INTER, Interesse, adesse. Charta Sangallens. ann. 745. ap. Neugart. Cod. Diplom. Alem. num. 15. tom. 1. pag. 21 : *Ego Quolfivinus Fui inter ubi hunc cartalu facta est.*

ESSEDUM, ESSEDA. Servius ad illud Virgilii, Georg. lib. 3. vers. 204 :

Belgica vel molli melius feret Esseda collo.

ait *Belgica Esseda esse Gallicana vehicula.* [Papias MS. Bituric. : *Esseda sunt Gallorum vehicula, quibus Reges victi captivi ducuntur. Essedum, Basterna, vehiculum.* Hinc emenda Glossar. Sangerman. MS. n. 501. ubi perperam : *Esserta, Basterna.*] Glossæ Isonis Magistri : *Essedum, genus vehiculi Gallicani, i. Sambuch, quasi assedum, ab assidendo dictum.* Jornandes de Reb. Goth. cap. 2. de Britannis : *Non tantum equitatu, vel pedite, verum etiam bigis, curribusque falcatis, quos more vulgari Essedas vocant.* Ubi malim *Esseda* : nam *Essedum* dixit Propertius lib. 2. El. 1. vers. 86 :

Esseda cælatis siste Britanna jugis.

Lib. 4. El. 3. vers. 9. de iisdem :

Hibernique Getæ, pictoque Britannia curru.

De *Essedis* et *Essedariis* Britannicis agunt etiam Cæsar lib. 4. de Bello Gall. cap. 24. et 33. et Cicero lib. 7. Ep. 6. et 10. Vide Ausonium Epist. 21. [et Pitiscum in Lexico Antiquit. Rom. et Carolum de Aquino in Lexico Militari.]

* **ESSELLA**, Assula, segmentum. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 125 : *Dictam monetam abscondit retro caminum operatorii sui, et posuit ante de Essellis ne reperiretur. Essellete*, in Stat. ann. 1384. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 101. art. 14. Unde *Esselleter*, inter asseres premere, in Arest. ann. 1395. 13. Febr. ex vol. 8. arestor. parlam. Paris. : *Ordinatum fuerat quod non venderentur panni.... tincti mala tinctura,.... neque etiam inter asseres pressurati, quod Gallice vocant Esselletez.* Stat. pro pannif. Paris. ejusd. ann. ibid. : *Quiconque vendra draps qui aient esté ou soient Essellez, ou maltaints, ou non entresuivans en teinture etc.* Hinc etiam *Esselée*, Sepimentum ex assulis, in Charta ann. 1347. ex Chartul. Regal. loci part. 1. ch. 156 : *Item une estable tenant à ladite maison close d'une Esselée, et est li combles à apentis.* Vide infra *Essoulla* et *Estella*.

ESSENDOLA. Vide *Escenla*.

* **ESSENNUM**, Retis species, Sagena, Gall. *Seine* vel *Senne*. Charta Ric. reg. Angl. ann. regni ejus 1. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 130 : *Exceptis molendinis et anguillis, quæ captæ sunt ad Essennum.*

1. **ESSENTIA**, Substantia, subsistentia : vox Scholasticis et Philosophis non hodiernis duntaxat familiaris, sed et veteribus. Quintilianus lib. 3. cap. 7 : Οὐσίαν, *quam Flavius Essentiam vocat : neque sane aliud est ejus nomen Latinum.* Adde eumdem lib. 2. cap. 15. S. Hilarius in fragm. pag. 34 : *Essentia ex eo, quod semper est, nuncupatur; quæ quia extrinsecus opis ad continendum se nunquam egerit, et substantia dicitur, quod intra se id, quod semper est, et in æternitatis suæ virtutem subsistat.* S. Augustinus lib. 2. de Morib. Manichæorum cap. 2 : *Itaque ut nos jam novo nomine ab eo, quod est esse, vocamus Essentiam, quam plerumque substantiam etiam nominamus* Id vocabuli Ciceroni asseruisse Senecam observavit Muretus lib 5 Variar. utitur etiam Sidonius in Epithal. Polemii.

¶ 2. **ESSENTIA**, *Status, Condtio.* Gasp. Barthii Glossarium ex Hist. Palæst. Baldrici Dolensis : *Postquam vero fuerunt Turci edocti de nostra Essentia, cæperunt paulatim urbe exire, nostros peregrinos undique coangustare, non solum ex una parte; sed undique erant latentes obviam a nobis a mare et ad montaneam.* Vide *Esse* 1.

¶ 3. **ESSENTIA**, Possessio. Henric. Huntindon. de Contemptu mundi, apud Acherium Spicil. tom. 8. pag. 182 : *Nescio quid magis afferebat ei certa spes in futurum regnandi, quam patri suo ipsa Essentia regni, quia patri magnum regnandi spatium jam præterierat.*

* 4. **ESSENTIA**, Usus, jus utendi. Charta W. *Mermerel* milit. ann. 1226. ex Tabul. Fossat. : *Concessi etiam eis* (monachis) *Essentiam tocius terræ meæ apud Bonolium, quittantes eis quicquid solebant mihi dare pro herbagio.* Forte pro *Esentia*. Vide in *Aisantia*.

* 5. **ESSENTIA**, Existentia, qua res actu existit, ratio existendi. Testam. cardin. Talayr. de Petragor. ann. 1360. ex Cod. reg. 4223. fol. 110. r°. : *Salubri meditatione pensantes quod præsentis vitæ conditio statum habet instabilem, et ea quæ visibiliter habent Essentiam, tendunt visibiliter ad non esse, etc.* Occurrit etiam inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 459. Arest. ann. 1414. 12. Maii in vol. 11. arestor. parlam. Paris. : *Optio quoque hujuscemodi locum habebat,... quando in uno batello seu una navi xix. dolia seu peciæ vino plenæ ejusdem formæ seu Essentiæ, qualitatis existebant, et ad unum solum mercatorem pertinebant.*

* **ESSENTUS**. Vide supra *Esentus*.

ESSERE, ADESSERE, pro *Esse*, occurrit in veteribus Chartis aliquot apud Perardum in Tabulis Burgundicis pag. 33. 34. 35. et 36. Vetus inscriptio Romæ in Eccl. IV. Coronator. : *Cod estis fui, et quod sum Essere abetis.*

* **ESSERMENTARE**, Sarmentis vineam purgare, vel pampinare. *Espuler*, pro *Ebourgeonner*, in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 112 : *Laquelle Jehanne demanda à icelle Laurence s'elle seroit bien à elle pour Espuler ès vignes.* Charta ann. 1357. in Reg. 89. ch. 521 : *Item octo corveyas a mulieribus.... solvere consuetas pro vineis domini dicti loci* (de Nantiau) *Essermentandis, Gallice Essermenter.* Ita *Esserber*, pro Herbas evellere, sarrire, vulgo *Sarcler*, dixerunt. Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 103. ch. 324 : *Lequel Remion estoit en un jardin, qui estoit son oncle Robert le Moine du bourg de Vèelle ou il Esserboit.*

¶ **ESSERTA**. Vide *Essedum*.

* **ESSERTUM**, Ager exaratus, ad culturam recens proscissus. Charta Henr. Hosati inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 535 : *Dedi totam decimam Esserti mei de Standene.* Vide *Exartus*.

¶ **ESSETUS**. Computus anni 1202. apud D. *Brussel* de Feudorum usu tom. 2. pag. CXLVII. ad calcem : *Pro galeis reparandis* X. *sol. Pro cordis ad essetos pendendos circa murum* XII. *s. et dimid.*

* **ESSINUM**, Modus agri. Charta pro eccl. Laudun. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 442 : *Item dicti decanus et capitulum acquisierunt.... tria Essina et viginti quatuor virgas nemoris.* Vide supra *Aissinus*.

¶ **ESSINUS**, Species mensuræ frumentariæ, Gall. *Aissin*. Charta Theobaldi de Valliacoann. 1168. ex Tabulario Corbeiensi : *Quartam partem cujusdam molendini, quam antea jure hæreditario apud Valliacum a S. Petro tenui, deinceps sub jure suo libere possidendum concessi B. Petro de Corbeia, hac interposita conditione, ut quamdiu in domo mea et hæreditate mea manerem, sexdecim Essinos annonæ de eodem molendino acciperem.* Charta Curiæ Suessionens. ann. 1252. in Tabulario S. Medardi : *Se vendidisse recognovit... redditus subnotatos, quos se habere dicebat... videlicet viginti Essinos bladi hyemalis uno bueto minus.* Vide *Assinus*.

Digitized by Google

* **ESSIULARE**, Sibilare, Gall. *Siffler*. Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 36. v° : *Unus dictorum hæreticorum Essiulet, et quidam alius, qui veniebat ad eos, ut credit, respondit similiter sibulando.*

* **ESSO**. Charta ann. 1023. apud Murator. tom. 1. Antiq. Italic. med. ævi col. 188 : *Et si qualiscumque omo servus vel angilla jam dicti archiepiscopi battiderit.... ad Esso componat, sicut ad liberi homines et ad liveras feminas.* Id est, eamdem mulctam componat, ac si liberum hominem verberasset.

* **ESSOIGNIA**, **Essoignare**. Vide infra in *Sunnis*.

* **ESSOLIUM**, Axis, Gall. *Essieu*, alias *Esseul* et *Essoul*. Charta ann. 1239. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 349 : *Ita etiam, quod omnes transeuntes mercatores per cheminos forestæ supradictæ, qui coustumas dicto Jacobo debuerint, poterunt capere in dicta foresta pro unaquaque quadriga duodecim hairas eisdem necessarias, et Essolium unum. Un Essoul de char*, in Lit. remiss. ann. 1375. ex Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 12. Aliæ ann. 1388. in Reg. 132. ch. 325 : *L'une des roës d'icellui chariot yssi hors de l'Esseul, pour ce qu'il n'y avoit point d'esse.*

¶ **ESSONIA**, Excusatio causaria, Ejuratio vadimonii propter impedimentum, Gallice *Essoine* vel *Exoine*. *Essoniator*, Excusator in causis et litigiis, Gall. olim *Exoineur*, *Exoniateur*. *Essoniare*, Excusationem proponere. Vide *Sunnis*.

¶ **ESSONIUM**, Impedimentum. Chirographum ann. 1209. apud Marten. Ampliss. Collect. tom. 1. col. 1092 : *Comitissa vero jurari fecit super animam suam, quod ipsa et successores sui Domini Campaniæ infra quadraginta dies, postquam ab Essonio suo fuerint expediti, reddet Simoni vel hæredibus suis Musteriolum in eodem statu, in quo eos illud constiterit accepisse.* Litteræ Matthæi Ducis Lotharing. ann. 1220. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 881 : *Ipsi autem infra quadraginta dies, postquam de Essonio, vel de guerra sua liberati erunt, tenentur mihi reddere per juramentum suum castrum illud ita munitum et in eo puncto, in quo eis traditum fuerit bona fide.* Vide in *Sunnis*.

* Hinc *Dessonier* et *Dessounier*, Impedimento liberare, expedire. Charta ann. 1270. ex Chartul. S. Petri de Monte : *Et doit Dessonier ces choses davantdites de toutes rentes et de toutes droitures qu'elles doient.* Alia circ. ann. 1280. ibid. : *Et doie Dessounier à mien toutes ces choses davantdites et retenir.* Vide infra in *Sunnis*.

* **ESSOPIA**. Vide supra *Eschopa*.

¶ **ESSOULLA**, Assula, seu asser sectilis ad tegendum aptus. Chartular. S. Vandregisili tom. 1. pag. 84 : *Et præterea veteres Essoullas de Monasterio, quæ non poterunt mitti in opere, et insuper quidquid libertatis et proventus in supradicto Monasterio habere consuevi*

* Nostris *Esseule*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Esseule, comme de quoy l'on couvre les maisons, scindula. Item pour cent millier d'Esseule, ij. solz. vj. den.* in Reg. sigo. *Pater* Cam. Comput. Paris. fol. 249. v°. Vide supra *Essella*.

* **ESTA**, Sedes in foris et nundinis, ubi merces venum exponuntur, mensa, Gall. *Etau*. Charta ann. 1301. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 169. v°. col. 2 : *Jura furnorum, molendinorum, Estarum, tabularum, etc. Establerie*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1412. ex Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 365 : *Sur les estauls ou Estableries de la corraterie de Besiers etc.* Unde *Establier*, qui ad *stallum* merces suas divendit, in Stat. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 253. et *Baston estaullier*, quo fulcitur ejusmodi mensa, in Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 206. ch. 76. Vide *Stabellum* et *Stallum* 1.

* **ESTABILITAS**, Vox fori Normannici, cum scilicet res, de qua est controversia, in manu regis ponitur, donec judicio decisa fuerit. *Héritage qui est demandé par Establie*, in Consuet. Norman. cap. 66. et 91. Scacar. apud Cadom. ann. 1236. in Reg. S. Justi Cam. Comput Paris. fol. 25. r°. col. 2 : *Guillermus de Reniers miles petiit ab hominibus suis quædam servicia. Ipsi dixerunt se fecisse illa servicia; sed nec* (per) *feodum, nec per costumam miles habuit saisinam illorum serviciorum. Petebant homines Estabilitatem : miles tanquam saisitus volebat se defjendere per duellum tantum. Judicatum est quod homines debebant et poterunt habere breve de sordemanda.* Vide *Stabilia* 2.

ESTABLIA. Monast. Anglic. tom. 1. pag. 922 : *Sint quieti de thesauro portando, de chacuis, Establiis, scotallis regalibus, de purprestura, etc.* [Judicium Scacarii Normanniæ XIII. sæculi, apud D. *Brussel* de Feudorum usu tom. 2. pag. 965 : *Audivi ibi, quod minor bene potest procedere per duellum vel Establiam*, hoc est, Breve Ducis Normanniæ, quo in manu Regis ponitur feudum vel tenementum, donec oborta de eo lis dirimatur.] Vide *Stabilia* 2.

* Primo loco *Establiam* interpretor de stabulo, seu obligatione vassallorum recipiendi equos domini in stabulo; alterum vero sic emendo ex Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 27. v°. col. 1 : *Audivi ibi quod minor bene potest perdere* (sic sine nota abbreviationis) *ad finem per duellum vel per Establiam.* Ubi idem quod supra *Estabilitas*.

¶ **ESTACAMENTUM**. Vide *Stacamentum*.

* **ESTACARE Placitum**, Illud firmare *vadiis* receptis; quod ad judicem vel dominum pertinebat. Vide in *Stacamentum*.

* **ESTACATURA**, Locus palis circumseptus ad capiendos pisces. Charta Claremb. dom Cappar. ann. 1235. in Chartul. Arremar. ch. 221 : *Prior de Cappis debet piscem per totam aquam de Follis..... exceptis vannis et becis et Estacaturis molendini.*

¶ **ESTACHADA Batalia**, Duellum seu certamen singulare, *ligatum*, initum et perfectum, ut opinor, ab Hispano *Estacada*, locus clausus ubi pugnatur. Charta ann. 1065. Marcæ Hisp. col. 1136 : *Damus vobis..... medietatem de totas ipsas justitias, exceptus.... de ipsa civitate... fecerint homicidium, aut fregerint pacem, aut habuerint aliquod placitum unde batalia sit Estachada.*

¶ **ESTACHAMENTUM**, Sepimentum, ut conjecto, seu locus palis, Gall. *Estaches*, clausus. Gall. Christ. tom. 4 col. 808. Johannes II. Abbas Clarævallensis ann. 1281 : *Literis suis profitetur, sibi minime licere facere Estachamentum in quodam loco, nisi de voluntate Episcopi Lingonensis.* Vide *Estecha*.

* Vel potius Agger aquis oppositus, quo scilicet aquæ concluduntur; quod fulciatur palis sic dictus, Gall. *Ecluse*. Charta quæ supra indigitatur his concipitur verbis in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 230. r°. : *Saichent tuit que nous de la volunté et dou consentement de Guy evesques de Leingres avons fait un Estamchement dessoz Gevroles.* Vide infra *Estanchia*.

¶ **ESTECHARE**, Alligare, Gall. *Attacher*. Ordinatio ann. 1340. super Officio Marescalliæ, Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 394 : *Item ipsos equos fretari, estreliari, acomari, letieras eis fieri et bene Estachari facere cum omni diligentia teneatur.*

* **ESTACHIA**, Acicula, id quo vestis coustringitur. Comput. MS. ann. 1239 : *Pro liiij. duodenis laqueorum et pro Estachils habitis per Odonem de Cormall. cxiiij. sol.* Vide *Stacha*.

ESTACO, Taberna, officina. Charta ann. 1163. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 268 : *Concedo prænominatæ Ecclesiæ... et absque servitio 3. Estacones in civitate Laodiciæ, cum suis omnibus continentiis, ut in eis ipsi Malfetani maneant, stent, ac super Stacones, prout voluerint, ædificent atque laborent. Habent itaque prædicti Estaconi ab oriente viam, ab occidente habent portum maris, etc.*

* Locus, ubi quis sedet, stat, nostris alias *Estaçon*. Charta ann. 1308. in Reg. 40. Chartoph. reg. ch. 31 : *Nos quatre Estaçons mouvans de l'éritage nostre seigneur le roy, assis en la ville d'Orliens, fesanz le coing de la chaucerie.* Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. ch. 40 : *Icellui Godefroy porta lors ledit mandement en l'ostel ou Estaçon de Pierre Bertaut clerc de ladite prévosté.* Aliæ ann. 1412. in Reg. 167. ch. 41 : *Lesquelx entrerent ou change ou Estaçon d'un nommé Andrieu Griu changeur.* Hinc *Estacenex*, Campsores seu nummularii, qui ad mensam sedent, appellantur in Pedag. Divion. MSS. : *Li estaulx des changeours et des Estacenex, chascun paiera iij. solz en ladite foire.* Vide infra *Estagilis*.

* **ESTAGA**, Domus, in qua quis stat, habitat. Vide in *Stagium* et *Stare* 4.

* **ESTAGARIUS**, in Charta Phil. Pulc. ann. 1222. ex Reg. B. Cam. Comput. Paris. fol. 150. r°. pro *Estagiarius*, ut ex ead. Ch. legitur in *Stagium*, Qui *estagam* seu domum habet in aliquo loco, nostris *Estagier*. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 262 : *Lesquelx Regnaut et Chiviere s'entrestoient fait adjorner en la court du sire de Clerc, dont ils sont Estagiers.*

¶ **ESTAGERIUS**, ut *Estagiarius*.

ESTAGGA, Idem quod *Estagium*, Gallis *Estage*. Charta W. D. Montispessulani ann. 1103 : *Dono etiam vobis totum sestairalaticum omni die et nocte in Montepess.... et si Dominus Montispess. acciperet letdam de villanis de Sustantionensi Comitatu qui haberent domos in Montepess. et non starent in Montepess. per Estaggum, habeatis sestairalaticum.* Id est, qui in Montepessulano

Digitized by Google

domos habere tenentur. Vide *Stagium*.

* **ESTAGIA**, Domus habitatio. Vide in *Stagium*.

¶ **ESTAGIARIUS**, Qui *Etagium* seu Domum habet in aliquo loco vel qui debet *Stare* in castro Domini. Vide *Stagium*.

* **ESTAGILIS**, Officina, apotheca. Charta ann. 1224. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 295 : *Boscos, bartas, domos, casalaggios, Estagiles, vineas et prata, etc. Maison Estagiere*, in Lit. remiss. ann. 1466. ex Reg. 202. Chartoph. reg. ch. 37 : *Le suppliant trouva grant nombre de personnes, qui venoient de la grange et estoient ja plus près de la maison Estagiere de son frere que de laditte grange*. Vide *Estaco*.

¶ 1. **ESTAGIUM**, a Gall. *Etage*, Cœnaculum, domus, vel obligatio, qua vasallus tenetur *Stare* in castro Domini sive ad illud custodiendum sive ex alia ratione. Regestum Campaniæ fol. 43. apud Dom. *Brussel* tom. 2. de Feudorum usu pag. 689 : *Clarembaudus de Capis, ligius de duobus feodis, scilicet de Vicecomitatu, et de Capis et Git cum suis appenditiis. Et debet Estagium pro Vicecomitatu*. Pro *debet Estagium* mox infra legitur, *et debet custodiam*. Rursum occurrit eadem notione ibid. tom. 1. pag. 124. Pro Cœnaculo vero seu Tabulato, in Charta Officialis Autissiod. ann. 1278 : *In quibus* (domibus) *sunt quatuor Estagia cum cellario*. Litteræ Officialis Paris. ann. 1291. ex Tabulario Calensi pag. 270 : *Recognoverunt in jure coram nobis se adcensasse quandam domum... continentem a parte vici in primo Estagio de fronte duas thesias dimidio pede minus vel circiter, et in longo sex thesias vel circiter, et in Estagio superiori tres thesias*, etc. Vide *Stagium*.

¶ **Estagium Facere**, Canonicis idem est quod *Præsentem esse*, Gall. *Resider*. Charta Petri Abb. S. Benigni Divion. ann. 1259. ex Archivis ejusdem Abbatiæ : *Qualiter Canonici debent facere Estagium. Canonici prædictæ Capellæ in eadem de cætero facient Estagia personaliter anno quolibet per duos menses et septimanas in ipsa Capella antiquitus institutas.... Capellani, qui Missas habent vel habebunt in prædicta Capella, residentiam continuam in ea facient*.

* 2. **ESTAGIUM**, Mansio, commoratio, idem quod *Residentia*. Charta ann. 1246. ex Chartul. S. Pet. Carnot. : *Prædictus miles et Petronilla uxor ejus, necnon et armiger prædictus numquam de cætero habebunt nec facient Estagium suum sive residentiam suam in terra vel dominio seu potestate monasterii S. Petri Carnotensis*.

* 3. **ESTAGIUM Stagni**, an idem quod supra *Estachamentum*? Charta ann. 1265. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 996 : *Excambiavimus.... etiam unum Estagium cujusdam stagni in terra nostra prope terram ipsius Eudonis super rivulo, qui descendit de Saent Genery ad aquam, quæ vocatur seu nuncupatur Aute*.

* **ESTAGNA**, Mansio, commoratio. Vide in *Stagium*.

* **ESTAGNUM**, Stannum, **Estagnatus**, Vas stanneum, quævis suppellex ex stanno; unde *Estaymier*, ejusmodi vasorum artifex, vulgo *Potier d'étain*. Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 117 : *Les supplians porterent vendre ledit plon à un Estaimyer* (sic);.... *et ce fait ledit Estaymier ou autre les denonça*. Invent. ann. 1361. ex Tabul. D. Venciæ : *Item duodecim parasides Estagnatas... Item duos frascos de Estagno*. Instr. ann. 1438. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 260. col. 1 : *Poterii præffati.... promiserunt.... bene et diligenter furnire præsentem villam Nemausi.... de bona poteria, scutellis Estagnatis, scudelloriis, etc. Estanh*, pro *Estain*, ibidem non semel. Vide *Stannum* 3.

* **ESTAGRARIUM**. Vide infra *Estragerium*.

¶ **ESTALAGIUM**, ut *Estallagium*. Inter varia regii domanii officia in villa Laudunensi recensetur *Officium Estalagii super calceyam et introitus domorum*, in Memoriali D. Cameræ Comput. Paris. pag. 57. v°. ann. 1362.

* Sive in foris et mercatis, sive in domo seu, ut aiunt, ad *fenestram* officinæ, nostris *Estallage*, *Estallage* et *Estellaige*. Charta Unfredi *de Rohon* confirmata a Carolo IV. ann. 1324. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 42 : *Concessi Roberto Postello.... domum suam.....ab omni servitio quietam,... exceptis istis,... quatuor* (nummis) *Estalagii, etc.* Chartul. Latiniac. fol. 242. v°. : *Quiconques soit cordouanner... tenant ouvrer et fenestres ouvertes sur rue au dit Laigny, il doit par chacun an pour le droit d'Estaillage douze den. Tour. Estaillaige*, in Libert. Jonvil. ann. 1354. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 296. art. 14. Charta ann. 1208. ex Chartul. 23. Corb. : *Jou ay vendu et escangié..... toutes les justices que jou avoie à Corbye, les cambaiges, les Estallages*, etc. Terrear. Castell. ad Sequanam ex Cod. reg. 9898. 2 : *Item que mondit seigneur de Lengres, avec mondit seigneur de Bourgoigne, a droit de prendre..... de toutes personnes foraines,... qui viennent demeurer audit Chastillon ung trehu, qui s'appelle francmarchief et Estellaige, qui est tel que pour eulx affranchir de ventes perpétuelement en icelle ville*, etc. Vide *Stallagium* in *Stallum* 1.

* **ESTALARIA**, Pali in fluvio fixi ad sustinendum rete eisdem annexum in piscium capturam, nostris *Estalliere* et *Estalée*. Reg. forest. de Broton. ex Cod. reg. 4653 : *Monachi Gemeticis* (habent) *vj. haistrias ad Estalariam de Wigeria*. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 147. Chartoph. reg. ch. 256 : *Guillot Noguet disoit avoir une Estalée de tramaux à pascher poissons de mer*. Vide *Estalarius* et *Stalaria* 2.

¶ **ESTALARIUS**, Pali in fluvio fixi ad piscationem. Charta anni 1279. ex Chartulario S. Vandreg. tom. 1. pag. 970 : *De omnibus aliis participibus meis tam in Estalariis Sequanæ, quos habebumus, quam in batello de la Mesterée et redditibus seu pertinentiis ejusdem batelli currentis in aqua Sequanæ ad portum de Calido becco*.

¶ **ESTALE**, f. Vas ad usum mensæ, ab Anglicano *Stall*, Mensa. Mandatum anni 1428. apud Rymerum tom. 10. pag. 392. col. 1 : *Duo millia vasorum de electro, ut in Estulibus, parapsidibus, discis, sausariis et ollis*.

¶ **ESTALLAGIUM**, [Tributum pro licentia vendendi *ad Estallum*.] Vide in *Stallum*.

* **ESTALLAMENTUM**, Assignatio, addictio, oppigneratio. Charta Henr. VI. reg. Angl. in Chron. Joan. Whethamst. pag. 376 : *Omnimodis debitis et compotis nobis debitis et pertinentibus, quæ vigore litterarum nostrarum patencium, seu brevium nostrorum de magno vel privato sigillo, aut per Estallamentum sive assignaciones respectuata existunt, omnino exceptis*. Vide supra *Estabilitas*.

¶ **ESTALLUM**, Mercatorum sedes in foris et nundinis. Codex MS. censuum Episcopatus Autissiod. : *Omnes de villa residentes ad Estallum debent per quamlibet quindenam unum obolum, et illi extra villam vendentes similiter ad Estallum debent in quolibet sabbati unum obolum*. Et infra : *Quisquis vendat unctum diebus sabbatis ad Estallum, quilibet debet obolatam*. Vide *Stallum*.

* **ESTALLUS**, Relicta ad propagationem quercus, nostris *Etalon*; unde *Estalionner*, silvam ejusmodi *estallis* instructam relinquere. Reg. forest. de Broton. ex Cod. reg. 4653 : *Isti* (forestarii) *debent servare Estallos de haya Mauri*. Chartul. Corb. 13. sign. *Habacuc* ad ann. 1514. fol. 224 : *A charge qu'ils seront tenus Estalonner lesdits bos de cent estalons en chascun journel bons et souffisans*.

* **ESTAMENHA**, Lanea interula, vel panni species, nostris *Estamine*. Comput. ann. 1399. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 153. col. 1 : *Pro Estamenha pro coquo, 1. gross. medium. Pro iiij. palmis telæ*, etc. Leudæ maj. Carcass. MSS. : *Item pro cargua d'Estamenhis, iij. sol. Turon*. Ubi versio Gallica ann. 1544 : *D'une charge d'Estamine*, etc. Chron. S. Dion. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 343 : *Et toutesvoies fist-il tant vers l'abbé que il enporta une coule et une Estamine*. Vide *Estamina*.

¶ **ESTAMINA**, Textum subtile, Nostris *Estamine*. Charta Guillelmi de Burgo Officialis Lugdun. pro Monasterio Insulæ Barbaræ, in Maceriis hujus Monasterii tom. 1. pag. 200 : *Camerarius det et dare teneatur cuilibet Monacho... in festo omnium Sanctorum quasdam Estaminas ad valorem sexdecim solidorum Viennensium*. Vide *Staminea* et *Estamenha*.

¶ **Estamineta**, Eadem notione. *Vestimentum de Estamineta*, in veteri Indiculo ornamentorum S. Martialis Lemovicensis.

¶ **ESTANCHIA**, Agger aquis oppositus, a Gallico *Estancher*, Impedire ne fluat aqua. *Juxta levatam vel Estanchiam*, in Adversariis V. Cl. D. *Aubret*.

* Quod palis fulciatur sic dictus. *Estanchat*, eodem sensu, in Charta ann. 1334. ex Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1383 : *La mote de Neuzy, les maisons estans en icelle, les fosses avec leurs giés et l'Estanchat estanz environ*, etc. *Estanche* vero, pro Vivario piscium, in Charta ann. 1386. ex Reg. 129. ch. 190 : *Estanches ou carpieres à garder et nourrir poisson*. Vide supra *Estachamentum* et infra *Stancarium*.

¶ **ESTANCIA**, pro *Escancia* vel *Eschansia*, Quod obvenit alicui. Charta Margaretæ Comitissæ Flandriæ ann. 1251. e Tabulario Audomarensi : *Extraneos hospites in suo prædicto feudo non recipiant..... præter illos, ad quos hæreditas adveniet, in prædicto fundo jure successorio, reliqui per*

Digitized by Google

maritagium vel per Estanciam fundum intraverint. Vide *Escaeta.*

* Hinc *Estanchié*, Qui jure hæreditario succedit. Charta ann. 1348. in Chartul. Godef. dom. Asperim. fol. 25. v°. ex Bibl. reg. : *Comme nous aiens entendu qu'il est à présent escheus à releveir..... uns fiefs tenu dou chastel de Kievraing,..... et que li hoirs et Estanchiés doudit fief a refuseit et débatut à délivrer liget pour le cause doudit fiés à noble home no chier et bien amei mons. Aubert Turk chevalier, etc.*

* **ESTASFORDIUS**, Panni species in burgo *Stenfordia* texti, unde nomen. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679 : *Pannarii sunt nimia cupiditate fallaces : vendunt enim pannos albos et nigros,..... radiatos, Estanfordios.... male tenendo pannos et ulna curta cum pollice fallaci.* Vide infra *Stanfortis.*

* **ESTANNUS**, Idem videtur quod *Stagium*, Obligatio scilicet, qua vassallus tenetur *Stare* in castro domini sui, sive pro eo tuendo contra hostes, sive ex alio debito. Charta Phil. III. ann. 1279. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 284 : *Cum cives Xantonenses in nostra curia proposuissent se dominis Xantonensibus ad exercitum non teneri, nisi eadem die, qua a suis domibus recedunt, possint reverti, Estannis dumtaxat exceptis;... præceptum fuit restitutionem sibi fieri.... de eo quod ab eis pro nobis levatum fuerat pro financia dicti exercitus, rata dictæ financiæ, dictos Estannos contingente, pro nobis retenta.* Vide infra *Estilguachia* et *Stagium.*

* **ESTAPLA**, a Gallico vet. *Estaple*, nunc *Etape*, Emporium, forum publicum, in civitatibus præsertim maritimis constitutum, ubi merces extraneæ publice distrahuntur. Privil. mercat. Harefloti ann. 1344. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 126 : *Domibus fustes et ligna necessaria pro ædificandis domibus pro curia dicti gubernatoris, et pro pondere et pro aliis ædificiis necessariis ad Estaplam mercaturæ in villa prædicta.* Lit. Phil. VI. ad ann. 1336. in Reg. B 2. Cam. Comput. Paris. fol. 66. r°. : *D'un tounel vendu en l'Estaple sur la charrete, xij. den. Par. Une Estapple de gaudes*, in aliis ann. 1397. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 186. Unde *Estappler*, Venum exponere, in Chartul. Corb. 13. sign. *Habraac* ad ann. 1514. fol. 227 : *Les bledz et autres grains que on vendit sans Estappler et sans mesurer au marchié, etc.* Aliud sonat *Estappe*, Palum nempe, in Lit. remiss. ann. 1479. ex Reg. 205. ch. 321 : *Faire rompre et coupper les paulx et Estappes de la pescherie.* Vide *Estapula* et *Stapula* 1.

¶ **ESTAPULA**, Emporium, forum. Instrum. ann. 1314. de Stapula Regis Franciæ, apud Rymer. tom. 3. pag. 482. col. 1 : *Olim mercatoribus lanarum regni vestri et aliarum partium conversantibus in eodem, qui Estapulam suarum mercaturarum prædictarum apud Anwers extra regnum nostrum tenere solebant, venientibus, etc.* Testam. Guillelmi Montispessulani ann. 1211. apud Acher. Spicil. tom. 9. pag. 166 : *Istius publicationis ultimæ voluntatis juratas depositiones sub præsentia et testificatione multorum suscepit dominus G. de Flexio Magal. Episcopus in Estap. suo de Montepessulano.* Statuta Scabinorum Maseriæ ad Mosam e Bibl. D. *de Cangé : Touchant l'Estaplage. Primo, Tous marchans forains, qui vendront vins à Maisieres et és fauxbourgs, doivent pour queue* VI. *den.* Vide *Stapulæ.*

* **ESTAQUA**, a vet. Gallico *Estaque* vel *Estache*, Postis, palus, unde pro Pila, columna. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 118 : *Je alai au roy là où il se seoit en un paveillon, apuié à l'Estache du paveillon.* Inventar. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 266. col. 2 : *Item quædam caxia cum Estaquis de cristallo, et quibusdam reliquiis.* Hinc *Estaque* appellatur Locus pilis suffultus, ubi judices sedent, vel ipsum *pilorium*, in Lit. remiss. ann. 1458. ex Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 16 : *Ainsi que le suppliant.... se partoit de l'Estaque ou auditoire dudit lieu de Corbie, etc. Estaque*, pro paxillo, vulgo *Poteau*, legitur in Ch. ann. 1249. ex Chartul. 21. Corb. fol. 99. v°. et apud Bellom. MS. cap. 69 : *Aucune fois avient il que un hons tret avecques autres aus Estaques.* Ubi signum palo affixum significatur. *Estiquete*, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. ch. 259 : *Comme le suppliant et plusieurs autres compaignons de la ville de Neelle.... eussent pris jeu aux grans billes à férir à l'Estiquete, etc.* Aliæ ann. 1387. ex Reg. 131. ch. 109 : *Lesquelx compaignons de leurs arcs trayoient aux bersaulz et à l'Estiquette, etc. Jouerent ensemble aux platines de fer de chevaulx au plus près de deux Estiquettes*, in aliis ann. 1457. in Reg. 189. ch. 213. Hinc fortassis *Estempel* dicitur Decursio, sive pedestris sive equestris, quia loco metæ, palus stans figitur, in lib. 4. Consol. Boetii MS. :

> Quant aucuns court à l'Estempel,
> Il court pour gaaigner le chapel;
> C'est li loiers qu'il doit avoir.

Ejusdem originis vox *Estombel*, qua Palus cuspide ferrea munitus ad stimulandum boves significatur. Lit. remiss. ann. 1470. in Reg. 196. ch. 266 : *Le suppliant print son baston que l'on appelle* (en Auvergne) *Estombel, duquel il touchoit ses bœufs.* Vide infra *Estecka.*

* **ESTAR**, Domus, ubi quis *stat*, manet. Vide in *Stare* 3.

¶ **ESTARE**, Domus, ubi quis *stat* seu habitat. Testam. Guidonis Gueregiati ann. 1177. Spicilegii Acheriani tom. 9. pag. 152 : *Factum est atque completum in castello de Armazanicis in Estari, quod fuit R. de Armazanicis.* Vide *Stare.*

* Charta ann. 1171. ex Chartul. Casæ Dei : *Concedo.... unam partem Estaris;... de Estari non debent quartana, sed caminum. Estre*, eadem acceptione, in Charta ann. 1328. ex Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 112 : *Guillaume le Hayer nous segnifia que il avoit acquis.... un Estre.... oveques métayrie à quatre beux et prez et pasturages.* Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 125. ch. 105 : *Guillot Perier ala en l'ostel et l'Estre de Michau des Haies, dit Mace, et entrast ou tait ou estable aux bestes d'icellui Estre. Estaire*, pro *Ester*, Stare, vulgo *Estre débout*, in Vita J. C. MS. ubi de S. Joseph :

> El temple derier l'uis se trait,
> Sa verge tint, iluec s'Estait.

Estre en Estant, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1394. ex Reg. 147. Chartoph. reg. ch. 81 : *Comme ilz furent touz levez pour eulz en aler d'icelle taverne, firent traire un pot de cervoise en l'aire de l'ostel, eux estans en Estant pour boire au départir.*

¶ **ESTASIS**, pro *Extasis*, a Græco ἔκστασις, Raptus animi extra sensus, Gall. *Extase.* Legitur in Agnelli libro Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 66. col. 1.

* **ESTATICUM**, Thesaurus. Vide in *Scatz.*

* **ESTATUS**, a Gallico *Estat*, Ordo. Comput. ann. 1380. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 28. col. 2 : *Ad finem ut tres Estatus se possent congregare, et dominus noster papa prælatis daret licentiam, etc.* Vide *Status* 6.

* **ESTAULAGIUM**, Præstatio pro *Staulis* seu *stallis*, pro jure scilicet ea habendi in foris et mercatis, nostris etiam *Estaulaige.* Vide *Staulus* 2. Charta ann. 1270. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 145. r°. : *Dicti homines capituli et canonicarum de civitate et burgo et suburbio Lingonensi eodem modo solvent ventam et Estaulagium, sicut et homines nostri de civitate et burgo et suburbio Lingonensi;.... et si contingat nos vel successores nostros hominibus nostris vendere Estaulagium, promittimus et tenemur bona fide pro nobis et successoribus nostris, qui pro tempore fuerint, vendere prædictis hominibus eodem modo sicut nostris.* Libert. villæ *de Grancey* ann. 1348. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 160. art. 3 : *Octroyons qu'ilz soient.... franc et quitte d'Estaulaiges, d'esminaige et de toutes vantes des choses vendues et eschetées par leur.* Vide supra *Estalagium.*

* **ESTAURAMENTUM**, Quidquid ad vitæ necessaria pertinet, ut *Stauramentum.* Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ab ann. 1248. ad 1269. ex Cod. reg. 1245. fol. 90. v°. : *Visitavimus hospitale de Novo-castro... Habent satis Estauramenta, ut pote bladum, avenam, carnes, vinum, cervisiam, et sinceram.* Vide infra *Estoramentum.*

* Hinc *Estauceure*, pro Vestitus et ornatus quilibet; unde *Estaucier*, Vestire, ornare, tom. 1. Fabul. pag. 126 :

> Et feist faire Estauceure,
> Et preist teile vesteure,
> Come à jone home convanroit.

Ibidem pag. 129 :

> Come vallez fu Estauciée,
> Et fu de boens houzians chauciée,
> Et de robe à home vestue.

Inde etiam fortassis *Este*, pro Ornamentum ecclesiasticum, capa scilicet, vulgo *Chape*, in Charta Rodulp. ducis Lothar. ann. 1341. ex Hist. Med. monast. pag. 353 : *Lidis religious, ablé et couvent ont promis.... de recevoir à procession tous nos successeurs ducs de Loherenne à toujours maix, lai premere foix qu'il vanront en lor englise,... et venir à l'encontre revestis en lor Estes jusques à lai premere porte.*

* **ESTAZOS**, Officina, apotheca. Charta Ludov. de Bellojoco ann. 1290. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 646 : *Item nec etiam pro aliis bonis immobilibus lotgiis sive Estazos, etc.* Vide supra *Estaco.* Quid

Digitized by Google

autem fuerit nostris *Pourcel estayé*, explicaut Lit. remiss. ann. 1421. ex Reg. 171. ch. 412 : *La char d'un pourcel Estayé, qui est à dire, les ossemens et costellettes qui estoient dessus le lart dudit pourcel.*

¶ **ESTECHA**, Postis, palus, paxillus, Gallis *Estache*, vel *Esteche*. Charta Joan. de Vergeio Senescalli Burg. anno 1278 : *Inter illos 4. postes vel Estechas qui verturtur juxta domum, etc* Vide *Staca*. Willelm. *Guiart* in Philippo Augusto :

A donloueres et à hasches
Vont desrompant piex et Estaches.

Infra :

Les Estaches du pont assaillent.

Idem Anno 1025 :

Cil qui sont de hardies taches,
Embattent le feu és Estaches.

Hinc, cum palis vel ad palos pugna, *Estacheis* dicitur in Chronico Bertrandi Gueselini MS. :

A nos François se vont fierement assemblant,
Fier fu l'Estecheis, quant se vont encontrant.

Infra :

Là peust onoir marteleis grant,
Et grant Estacheis, et fouleis pesant.

* Et *Estace*. Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 20. tom. 3. Collect Histor. Franc. pag. 171 : *Comme il* (Jesus-Christ) *fu liés à l'Estace, batuz et escopis.* Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 144. Chartoph. reg. ch. 77 : *Le jour de la feste S. Laurens un chat eust esté lié ou estachié à une Estache ou estoc estant en une fosse plaine d'eaue, et eust esté ordené et crié publiquement de par les seigneurs dudit Montfiucon* (sic)... *que qui estrangleroit ledit chat aus dens, les mains liées derriere le dos, il auroit quarante solz Parisis.* Hinc *Prendre Estache*, Navim ad palum alligare, quam ob rem tributum exigebatur. Lit. Caroli VI. ann. 1383. in Reg. 124. ch. 222. et in Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 67. v°. : *Ottroyons que les maistres mariniers dudit royaume de Castelle soient francs de prendre Estaches pour leurs nefs et navires en touz les pors de nosdiz royaume et seignories.* Unde emendandum *Escache* tom. 4. Ordinat. pag. 430. art. 14. Inde *Estachette* dimin. in Lit. remiss. ann. 1348. ex Reg. 77. ch. 228 : *Icellui vallet se jouoit d'un coustel à autres compaignons estant ou chemin d'entre S. Denis et Paris à un jeu que l'on dit à l'Estachette.* Vide supra *Estaqua* et infra *Staca* 2.

* **ESTELAGIUM**, Idem quod supra *Estalagium* et *Estaulagium* Redit. præposit. Ambian. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. fol. 91. r°. col. 2. part. 1 : *In Estelagio, quod in Sabbato colligitur, lx. sol.*

* **ESTELLA**, Assula, segmentum, nostris etiam *Estelle*. Arest. ann. 1303. in Reg. *Olim* parlam. Paris fol. 106 : *Nitebantur facere rengias, Estellas et forellos, ac cætera opera de corio et ligno necessaria pro ensibus.* Ubi significantur assulæ, quibus compingitur vagina. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 130. Chartoph. reg. ch. 163 : *Ipsa significans Johannem Bergoin maritum suum quadam Estella fustea.... percussit.* Aliæ ann. 1379. in Reg. 114. ch. 349 : *Icellui Jehannot.... oy le cop d'une busche appellée Estelle.* Rursum aliæ ann. 1410. in Reg. 164. ch. 289 : *Comme le suppliant s'en feust alé querir en une estuillerie, nommé ayse, ... une voiture d'Estaille. Estoille*, in aliis ann. 1425. ex Reg. 173. ch. 348 : *Icellui Charmillon print une busche à faire feu, nommée esclat ou Estoille.* Non alia, ut videtur, notione, *Estenet* in Lit. ann. 1396. ex Reg. 151. ch. 147 : *Icellui Astruc d'un Estenet de bois qu'il avoit en sa main, féry ledit Vigier un cop sur la teste.* Et *Eytene*, in aliis ann. 1460. ex Reg. 190. ch. 134. *Esteil* vero, Postis, vulgo *Poteau, jambage de porte*, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 163. ch. 321 : *Icellui Perrinet bouta sa hache entre l'uis et le postel ou Esteil, ou il le devoit clorre.* Vide supra *Essella*.

* **ESTELLATUS**. Vide supra *Escallata*.

* **ESTELLUS**, Pali in fluvio fixi ad sustinendum rete eisdem annexum in piscium capturam. Charta ann. 1034. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Ego Clemens episcopus Cabillonensis dono.... de aqua ad piscandum de superiori Estello usque in illum Estellum, qui est prope gurgitem, quem vocant patenam.* Vide supra *Estalaria*.

1. **ESTEMA**. [* Membri, ut videtur, abscissio, mutilatio.] Fori Oscæ ann. 1247. sub Jacobo I. Reg. Arag. f. 32 : *Si homo infantionis occideret hominem infantionis, talem homicidium potest Dominus ejus occidere in captione, fame, siti, aut frigore, non faciendo de illo aliquam justitiam vel Estemam. Quod si justitia corporalis habeat fieri de eo, tradatur Bajulo Regis, quia omnes justitiæ, aut Estemæ corporales spectant ad dominum Regem.* Observantiæ Regni Arag. lib. 9. tit. de Salva infantionum, § 10 : *In causis vero criminalibus, et ubi debet fieri Extema corporis aut membri, recurrendum est ad Dominum Regem, etc.* [Vide *Extema*.]

Stema, in iisdem Observant. lib. 6. tit. de Privilegiis Militum § 10.

¶ 2. **ESTEMA**, Papiæ. *Ramusculi, quos faciunt, cum gradus cognationum partiuntur, ut puta ille filius, ille pater.* Est pro *Stemma*. Eadem, qua Papias, notione Plinius dixisse videtur lib. 35. cap. 2 : *Stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas.*

¶ **ESTEMARE**. Vide *Extema*.

* **ESTEPA**, Palus, tigillum. Vide *Stepa*.

ESTER, Ignis sacer, morbi species. Acta S. Dympnæ Virg. num. 9 : *Habet enim ignis ille apud Archiatros plura nomina : dicitur quippe Ignis sacer, ignis persicus, et ignis infernalis, et est qui Ester dicitur Græco vocabulo.* Ex Gr. ἀστήρ, Titio, torris.

¶ **ESTERA**, Seditio. Charta Guidonis Comitis Flandriæ pro Ecclesia S. Barthol. Bethun. ann. 1257 : *Omnes justitiæ sanguinis, latronis, violentiæ, mesleyæ, burinæ, Esteræ et immuratorum.*

* Hinc *Estere*, Seditiosus, in Lit. remiss. ann. 1480. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 461 : *Ung surnommé le Scellier homme fort Estere et de grant courage, etc.*

* **ESTERIA**. Vide supra *Escoeria*.

¶ **ESTERIUM**, pro Æstuarium, Canalis quo intrat æstus maris. Lobinellus in Glossario ad calcem Hist. Britan. Fundatio Monasterii Sarmaciæ Ord. Grandimont. ann. 1192. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 646 : *Concessimus memoratis Priori et Bonis hominibus in dicto locò servientibus prata de Audillec, sicut duo Esteria, pro quibus mare ascendit et descendit, distinguunt.*

* Nostris *Ester* et *Estier*. Charta Henr. V. reg. Angl. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 44. r°. : *Aqua appellata la Blanqua descendit usque ad bocam Sterii de Correyano, ubi dictum Esterium cadit in mari, vocato Geronda.* Alia ann. 1312. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 522. v°. : *Une piece de terre..... ainsi comme elle se levet, o le fons du fossé, qui est et fiert à l'Estier du port dessous le chasteau,.... ainsi comme ledit Estier et ledit fossé se estandent.* Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 390 : *Comme les supplians feussent en un vaisseau, nommé gabarre, estant sur eaue en un lieu nommé l'Ester du port de Corsse près de ladite ville de saint Jehan d'Angely,.... oudit Ester sur l'eaue estoit aussi un autre gabarre,... et estoit en la fin dudit Ester à l'entrée de la ditte riviere.* Vide *Exterium*.

ESTERLINGUS, Sterlingus, voces Anglis, et inde cæteris nationibus familiares in re monetaria. Trifariam vero accipitur *Esterlingus*, seu *Sterlingus* : primo pro monetario pondere, deinde pro qualitate monetæ, tertio denique pro quapiam monetæ specie.

Esterlingus, priori significatione, seu pro monetario pondere. Assisa Davidis I. Regis Scotiæ de Ponderibus et mensuris : *Imprimis Sterlingus debet ponderare* 32. *grana boni et rotundi frumenti.* Eadem habentur in Assisa de Pond. et mens. Roberti III. in illius Statuto cap. 22. § 6. sed additur secus ea tempestate esse, *propter minorationem monetæ.* Statuta Edw. I. : *Denarius Angliæ, qui vocatur Sterlingus, rotundus sine tonsura, ponderabit* 32. *grana frumenti in medio spicæ, et* 20. *Denarii faciunt unciam, et* 12. *unciæ faciunt libram.* Adde Fletam lib. 2. cap. 12. § 1. et Foros Morlanenses art. 18. Hocsemius in Adolfo a Marka Episc. Leod. cap. 18. ait, *in provincia Coloniensi unciam* 20. *Sterlingos ponderare, sterlingum* 36. *vel circiter hordei grossi grana, sive speltæ,* 8. *vero uncias marcam adæquare.* In Regesto *Pater*, in Camera Computor. Paris. fol. 204. dicitur *Esterlingus* appendere 4. obolos Turon. : *Chascun Estellin doit pezer* 3. *oboles Tournois.* Solidus vero ponderalis appendebat 12. obolos. Vide in *Marca*.

☞ Eadem vox *Estellin* pro unciæ parte minutiori, etiam ubi non fit sermo de re monetaria, pluries accipitur, in Edicto Johannis Franc. Regis ann. 1350. apud *de Lauriere* tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 352. n. 13 : *Bled couste trente-huit sols le septier. La paste du pain d'un denier de Chailly pese cinq onces et demie ; et le pain cuit quatre onces treize Estellins.* Occurrit eodem num. ut et seqq. passim. Vide *Esterlingus*.

Esterlingum, pro monetæ qualitate, usurpat Matth. Paris. ann. 1247 : 50. *millia librarum denariorum Viennensium, quorum quilibet denarius valet* 3. *obolos Esterlingorum.* Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap.

Digitized by Google

37 : *Moneta nostra, videlicet Sterlingi, non deferatur extra regnum per mercatores regni.* Joan. Sarisber. Ep. 31 : *Centum marchas Sterlingorum... tradidit.* Jo Bromptonus : *Promisit se daturum Regi Franciæ 4000. millia Sterlingorum pro expensis suis.* Matth. Paris. ann. 1235. pag. 104 : *Marcas bonorum et legalium Esterlingorum*, 13. *solidis et 4. Esterlingis pro marca qualibet computatis.* Lambertus Ardensis pag. 256 : *Pecuniam denariorum Esterlingorum... ei distribuit.* Charta Henrici III. Reg. Angl. ann. 1261. apud Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 2. pag. 981 : *In centum marcis bonorum, novorum, et legalium Sterlingorum, tresdecim solid. et 4. Sterling. pro qualibet marca computatis, etc.* Eadem fere habentur pag. 1035. Le Roman *de Garin le Loherans* MS. :

Et trois cens mars de Deniers Esterlins.

Le Roman *de Rou* MS. :

Més je ne suie mie venus
En cest pais ô tans escus,
Pour ses Estellins recevoir,
Més pour la terre toute avoir.

Statuta MSS. Aurificum Parisiensium : *Nul Orfevre ne peut ouvrer à Paris d'argent, que il ne soit aussi bons, comme Esterlins, ou meilleurs.*

Sterlingus, pro monetæ specie, quam *denarium Sterlingum* vocabant. Matth. Paris. ann. 1247 : *Præcepit Dominus Rex.... ut quicumque deinde Esterlingus in regno suo pondere non legalis inveniretur, statim funderetur.* Infra : *Eodem tempore moneta Esterlingorum, propter sui materiam desiderabilem.... cæpit deteriorari et corrumpi per illos falsarios monetarum, quos Tonsores appellamus, adeo ut vix interiori circulo nummi parcendo, limbum literatum totaliter asportarent.* Ordinatio Philippi Regis Franc. et Henr. II. Reg. Angl. pro subsidio Terræ Sanctæ ann. 1184 : *In terra Regis Angliæ cismarina 2. den. Andegavensis monetæ, et in Anglia unus Sterlingus persolvetur.* In Tabulario S. Bertini ann. 1230 : *Sub pœna mille marcharum Sterlingorum majoris ponderis.* In veteribus Tabulis Cameræ Comput. Paris. legi S. Ludovicum statuto ann. 1265. vetasse ne *Esterlingi* altiori pretio quam 4. Turonensium caperentur, idque ad 15. mensis Augusti, eoque elapso illorum penitus usum interdixisse. De sterlingorum Anglicorum *recti ponderis* in Francia valore, idem statuitur Statuto Philippi Pulcri ann. 1289. mens. Aug.

☞ Statutum S. Ludovici mox a Cangio laudatum edidit *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 95. cui alterum præmisit ejusdem anni ibid. pag. 94. ubi *Esterlingi*, seu *Estellins* (Gallica sunt hæc duo Statuta) quatuor Turonensibus pariter æstimantur. Currebant autem in Galliis nostris *Esterlingi*, quod in iis plures olim provincias Angli possiderent.

* Charta ann. 1219. ex Bibl. reg. : *Tenetur integre sine difficultate persolvere in proximis nundinis S. Johannis Trecensis apud Trecas.... triginta marcas bonorum novorum et legalium Sterlingorum, scilicet xlij. solidis et quatuor Sterlingis pro marca qualibet computandis.* Idem pretium *Sterlingis* assignatur in Ch. ann. 1232. apud Cencium inter Cens. eccl. Rom. Alia ann. 1324. in Reg. C. Chartoph. reg. ch. 28 : *Estellins chacun buillié pour cinq petiz deniers, gros Tournois d'argent à un O chacun pour quinze deniers.* Liber nig. S. Petri Abbavil. scriptus ann. 1487. fol. 53. r° : *Lesquelz vingtz sols d'Estrelins sont estimez chacun an à six escus, qui vallent vij. livres, iiij. sols.* Vide infra *Stellingus*.

De vocis etymo et origine discrepant viri docti, quorum sententias breviter retexam, uti lectori, quæ magis arriserit, liceat amplecti. Lindwodus ad Provinciale Cantuar. Eccl. lib. 3. tit. 13. a voce Anglica *Starling*, quæ *Sturnum* sonat, deducit, et dictum vult quod in nummis Eduardi Confessoris deprehenderit quatuor aves effictas ad Crucis ibi depictæ latera. Sed an Sturni sint, vel Columbæ, vix quispiam pro certo affirmarit. Deinde in cæteris Regum Anglo-Saxonum nummis nullam prorsus reperire est dilineatam avem.

Buchananus ait Scoticum vulgus *Sterlingum* dictum existimare, a castro *Starlin*, et *Striveling*, nuncupato. Verum etsi sterlingorum mentionem fieri in veteribus Regum Scoticorum legibus certum sit, nemo tamen sanæ mentis inde sterlingorum originem manasse censeat, nisi certis argumentis probetur in eo castro cusos primum sterlingos.

Watsius sterlingos denominatos censet, a *starro*. Ita vero apocham, seu *adquietantiam*, vocabant Judæi Anglici, ita ut probati nummi sic appellati sint, quod scilicet tam boni purique essent, ut eos non recusarent vel ipsi Judæi : vel a voce Anglica *Starre*, id est, stella, quod plerique veterum Anglicorum nummorum stella insigniti sint. Nam et *Starlingus*, perinde ac *Sterlingus* scribi annotavit Spelmannus.

Somnerus vocis originem a Saxonico accersit, steore, i.e. lex, canon, regula, quod ejusmodi nummi, pondere, forma et materia *legales* sint, seu regulares. Unde vulgo probata moneta, *bona et legalis*, dicitur : *ling*, addito in vocis productionem, uti in plusculis Anglicis vocabulis factum observat.

Postrema denique super vocis etymo sententia, quam amplectuntur Cambdenus in Scotica, Spelmannus, Jacobus Waræus in Antiq. Hibernic. cap. 25. et alii, ea est quam ex Annalibus Anglicis erutam scribunt, a Germanis scilicet Daniæ vicinis, quos ab Orientali situ, *Esterlingos* appellamus, *Esterlingos* nummos nuncupatos : seu, ut in iisdem Annalibus habetur, quod ii in Angliam aliquando venientes artem purgandi argenti et feriendi intulerint : vel (quod mihi videtur probabilius) quia Normanni nostri, ut primum in Angliam sedem fixerunt, Willelmo Notho duce, veteres regionis incolas, origine Saxonicos, nulla alia denominatione donarent, quam ea quæ apud Francos in usu passim habetur, *Esterlingorum* nempe, qua appellatione ii Germaniæ populi, qui in Daniæ confiniis habitabant, vulgo innotescebant. Unde cum Anglo-Saxonicorum Regum monetam denotare vellent, quæ probatior erat quam Francica et Normannica, *monetam Esterlingorum*, id est, Regum Saxonum dicebant, eam scilicet quæ ante Normannorum in Angliam ingressum in commerciis obtinebat. Paulo aliter Cambdenus, scribens Esterlingos a Joanne Rege in Angliam primum evocatos ad argentum in suam puritatem redigendum. Utcumque se res habeat, constat ante Normannos Anglicos vix in quopiam diplomate aut scriptore vocem *Sterlingorum* usurpatam reperiri. Primus enim, ni fallor, Ordericus Vitalis eam extulit, vocabulo parum immutato, jam ab ann. 1066. nam *libras Sterilensium* vel *Sterilensis monetæ*, vocat non uno loco, pag. 495. 523. 544. 580. 602. 768. 786. 788. quæ aliis *Sterlingorum* dicuntur. Sed et observandum pag. 495. Anglicam monetam a *Sterilensi* videri distinguere, dum ait Mainerio Abbati 44. *libras Angliæ monetæ* Monasterio S. Ebrulfi erogatas a Lanfranco Archiep. Cantuar. et a Rogerio *de Sappo* 40. *libras Sterilensium* eidem missas Abbati : ubi Anglica moneta pro *usuali*, Sterilensis vero pro probata sumitur.

Jam vero Saxones Germanicos, a quibus originem duxere Anglici, *Osterlingorum*, seu *Esterlingorum* appellatione Scriptoribus nostris innotuisse, probant plus satis Annales Francorum veteres, qui ita dictos observant quod ad austrum, seu ad Orientem habitarent, aliorum Saxonum respectu, qui ad Septentrionem et ad Occidentem vergebant. Quippe olim Saxonia, seu potius Saxonum ditio, procul in Germaniam protendebatur; dividebaturque in tres potissimum provincias, quarum una ad Orientem, altera ad Occidentem, tertia ad Aquilonem porrigebantur. Hanc Saxoniæ partitionem docet plane Witikindus lib. 1. Gest. Saxon. pag. 7. dum ait *in Orientales populos, Angarios, atque Westualos*, Saxones fuisse divisos. Quod etiam ante Witikindum agnoverat Poeta Saxonicus lib. 1. de Gestis Caroli M. ann. 772. vers. 24 :

Quot pagos, tot pene Duces, velut unius artus
Corporis in diversa forent hinc inde revulsi,
Sed generalis habet populos divisio ternos,
Insignita quibus Saxonia floruit olim.
Nomina nunc remanent, virtus antiqua recessit.
Denique Westfalos vocitant in parte manentes
Occidua, quorum non longe terminus amne
A Rheno distat. Regionem solis ad ortum
Inhabitant Osterlingi, quos nomine quidam
Ostvalos alio vocitant, confinia quorum
Infestant conjuncta suis gens perfida Sclavi.
Inter prædictos media regione morantur
Angarii, populus Saxonum tertius, horum
Patria Francorum terris sociatur ab Austro,
Oceanoque eadem conjungitur ex Aquilone.

Osterlingorum donominationis rationem ipsa prodit appellatio. Dicti enim, quia ad Austrum, aliorum Saxonum respectu, habitabant. Haud procul ab Obacro statuuntur a Poëta Saxon. ann. 775. vers. 40 :

Inde movens Carolus regiones venit ad illas,
Quos Osterlingi retinent, seditque locatis
Ad fluvium castris, qui nunc Ovacra vocatur.

Ex quibus abunde patet Osterlingos eosdem esse qui alias in Annalib. Francor. et in Vita Caroli M. ann. 775. *Austrelindi* vocantur, ubi perperam libri omnes editi, *Austreleudi*, præferunt. [** Utroque loco Poetæ Saxon. Pertz. legit *Osterliudi*.] Nec scio, quod fere ausim affirmare, an mendum irrepserit in Annal. Franc. Metens. ann. 688 : *Pippinus successibus prosperis Orientalium Francorum, quos illi propria lingua*

Digitized by Google

Osterlindo vocant, suscepit principatum: Nam pro *Francorum* restituendum censuerim, *Saxonum*, et pro *Osterlindo*, faciii emendatione, *Osterlinds*.

Fuit igitur Saxonum gens in tres potissimum distributa populos, *Osterlingos* nempe, *Angarios* seu *Angrarios*, et *Westfalos*. Postremorum manet etiam appellatio in Westfaliæ provncia, Rheno finitima.

De Osterlingis crebra est mentio in Annalibus Franc. Hi numero cæteris præpollebant, ut est in Annalib. Bertinianis ann. 841: *Saxonibus, qui Stellinga appellantur, quorum multiplicior numerus in ea gente habetur.* Ubi obiter observandum jam inde non modo *Osterlingorum* nomen in *Sterlingorum* appellationem contrahi cœpisse, sed et littera *r*, in *l*, mutata, *Stellingos*, vocatos, uti vocem hanc in re monetaria extulisse Francos posterioris ævi constat. [Litteræ Philippi Augusti Francorum Regis ann. 1211. apud *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. pag. 31 : *Et volui et concessi eisdem (Monetariis,) quod ipsi pro mercede operariorum* (f. *operarum*) *eorum habeant et percipere valeant de* XVI. *marchis et* XL. *Stellingis* LX. *solidos et* IV. *denarios ad marcham de civitate Trecensem.*] Willelmus *Guiart* ann. 1204 : *Qui coustassent tant d'Estellin.*

* **ESTERMINARE**, Extra terminos ejicere, abigere. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Eyssilhar, Prov. exulare, Exterminare.* Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 44. v° : *Quidam beguinus fuerat absconditus seu Esterminatus, quia volebat decipere et tradere inquisitoribus Petrum et Guillelmum Auterii hæreticos.* Vide *Exterminium*.

* **ESTESSUS**, Gall. *Etaye*, Fulcrum, tabulatum. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 128 : *Cum dicti Guillelmus et Johannes quemdam caminum de plastro..... reparassent mediantibus Estessibus, qui eschafaudi vulgariter nuncupantur, etc.*

¶ **ESTEVENENSIS**, vel STEPHANENSIS MONETA. Vide in *Moneta Baronum*.

* A Gallico *Estevene*, Stephanus. Bestiar. MS. :

Li coulons qu'est stephanin
Nos doit saint Estevene nonchier,
Qui pour Dieu se laissa pener.

Unde *Estevenon*, nomen proprium mulieris, Stephania, in Ch. ann. 1297. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 11. r°. col. 2 : *Jehan Fouguet le Genne et Estevenon sa femme, etc.*

¶ **ESTIBULATIO**, pro *Stipulatio*, Sponsio, promissio. Vide in hac voce.

¶ **ESTICKE**, Numerus anguillarum. Vide *Stica*.

¶ **ESTIFER**, *Ferens estatem vel estum.* Jo. de Janua.

¶ **ESTIGIA**, Idem quod *Hostisia*, ut patet ex Charta Benjamini Abb. Branensis ann. 1213. cujus inscriptio est, *De duabus Estigiis;* tenor vero *Nos duas Hostisias, quas habebamus, etc.* Habetur in Tabulario S. Medardi Suessionensis. Vide *Hospitatus* in *Hospes*.

* **ESTILGUACHIA**, Obligatio, qua vassallus tenetur excubias agere in castro domini sui, idem quod supra *Eschargaita*. Charta Guid. vicecom. de Combornio ann. 1284. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 424 : *Ipsos* (homines nostros) *ab omni questa, tallia, Estilguachia et manobra, ... excepta Estilguachia, si cum aliquo barone vel bona villa nos seu successores nostri guerram haberemus, liberamus.* Vide supra *Estannus* et mox

* **ESTILLUS**, Sommus, Angl. *Sleepe*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Estillus, sompne.*

* **ESTIMA**, Æstimatio, pretium, valor, Gall. *Estimation*. Charta ann. 1299 : *Bajulus ad instantiam illius qui recipit damnum et emptoris talarum facit pignorare malefactores usque ad Estimam prædictam factam per taxatores eosdem.* Alia ann. 1326. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 104 : *Quia vero Estima pretii Estimam rerum ad dictam donationem pertinentium videtur excedere, etc.* Vide *Æstimium* et infra *Extima*.

* **ESTIMAGIUM**, pro *Esmagium*, in Charta. ann. 1163. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 617. Vide in hac voce.

* **ESTIMERE**, Facultates et omnia quæ sunt in bonis, idem quod *Averium*. Charta Rob. de Cociaco dom. *de Pinon* ann. 1213. in. Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 116 : *Si quis mansionariorum de Pinon in ipsa villa manere renuerit, ejus possessionem, quæ vulgo Estimere nuncupatur, sine reclamatione possidebimus.*

ESTIMIUM, *Æstimatio, quæ species est opinionis, velut de visu.* Papias. Hinc nostris *Estime*. [Vide supra *Æstimium*.]

* **ESTIMUM**, Major ætas, cui sua est existimatio, opinio. Charta ann. 1183. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 169 : *Hoc est sacramentum et pactum, quod dominus Wecello et Gabriel ejus filius de Camino fecerunt hominibus et communi Tarvisii : quod pactum et sacramentum filii prædicti Gabrielis, quando erunt ad Estimum, nisi fuerint clerici, debent facere.*

* **ESTIRO**, Modus agri. Reg. feudor. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 27. r°. : *Nec ab aliquo vivente tenebant aliquid, nisi ab ipso domino rege, exceptis decem Estironibus terræ, quos dicti Arnaldus et Vitalis de Sauboar tenent, ... et exceptis septem Estironibus terræ, quos prædictus P. de Cabanes tenet cum iiij. den. Burdegal. de feodo.* Privil. concessa ab Eduardo reg. Angl. habitatoribus Salveter. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 658 : *Item statuimus quod quilibet burgensis dictæ villæ possit retinere de terris et possessionibus, quas habebit circa villam, duo boves per aratrum excolere poterunt bono modo, et unum Estironem terræ pro orto, et ad opus vinearum unam conquatam terræ.* Vide supra *Espeusalata*.

1. **ESTIVA**, [Johanni de Janua, *dicuntur loca in nemoribus, ubi in estate bestiæ sub umbra morantur, ut vitent calorem; unde Estivare, ad umbram in estate quiescere.*] Vide *Æstiva*.

¶ 2. **ESTIVA**, Dolium. Inventar. ann. 1341. ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Arelat. num. 1 : *Item unum inbucum magnum et aliud parvum, unam Estivam de fuste.*

* Hinc forte *Estivelot*, vasis genus, in Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 117. v°. ad ann. 1365 : *Un pot de demi lot d'estain, trois Estivelos et deus sausserons d'estain.*

* **ESTIVAGIUM**, Jus quod ex piscibus percipiebatur. Charta ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 305 : *Item sur le prin et l'Estivaige piscium apud Caynonem, etc.*

1. **ESTIVALIA**, *Ocreæ*, in veteri Vocabulario Juris utriusque. Species calceorum sunt, de quibus jam in *Æstivalia*. *Estivalibus etiam largis seu botis altis pro calceamentis utantur*, in Capitulo generali S. Victoris Massil. ann. 1312. *Nullus vir vel mulier audeat portare iu suis Estivalibus sotularibus vel botinis punctas dictas de Polayna*, in Litteris Caroli V. Franc. Regis ann. 1367. pro Monspeliensibus de forma vestium. Vide mox *Estivallus*.

* *Estuvaux*, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 312 : *Uns Estuvaux, deux besasses, etc. Estivall*, apud Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 26. Le Roman *de Perceval* ibid. in Glossar. :

Uns Estivaus forrés d'ermine
Chauça li rois, etc.

ESTIVALLUS. Statuta Ord. Cartusiensis ann. 1368. 2. part. cap. 1. § 1 : *Quicunque incisos sotulares, quos vulgus Estivallos vocamus, portaverit aut inter duo linteamina jacere præsumpserit, etc.* [Rursum occurrit in quodam Codice MS. S. Martialis Lemovic. n. 58. pag. ult. ubi de Raymundo Abb. et in Computo J. Humberti sub Guigone Dalphino ann. 1328. *Estivellus*, in Spicilegio MS. Fontanell. pag. 422. Vide *Estofferius* et] *Æstivalia*.

¶ **ESTIVATICUS**, Æstivus. Vide *Corrogata*.

¶ **ESTIVELLUS**. Vide *Estivallus*.

¶ **ESTIVUM**, Æstas, Gall. *Esté. Præsenti Estivo, præterito Estivo*, passim in lib. Sentent. Inquisit. Tolos. a Ph. Limborch. edito.

* **ESTOBLAGIUM**, Præstatio pro facultate depascendi porcos in stipulis, nostris *Estoblage* et *Estoublage;* a voce *Estouble*, Stipula vel culmus, nunc *Esteule :* unde *Esteuler*, Stipulas colligere, in Ch. ann. 1343. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. : *Que nous avons aisement de Esteuler audit terroir de Bucy*. Charta ann. 1114. ex Tabul. episc. Carnot. : *Item confirmamus eis Estoblagia et quadrigagia, quæ ultra nos super ipsis terris habent.* Alia ann. 1242. ex Cod. reg. 5456 : *Item totam decimam Estoblagii porcorum et herbagii ovium, quos burgenses habent, percipient.* Alia ann. 1309. in Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 118 : *Le pasnage et l'Estoublage des pors aus homes de la ville, lx. solz Par.* Denique alia ann. 1401. in Reg. 162. ch. 341 : *Iceulx prévostz et chacun d'iceulx..... doivent avoir sur l'Estoblage d'icelle forest chacun six deniers Tournois.* Lit. remiss. ann. 1470. in Reg. 196. ch. 280 : *Ainsi que les supplians faisoient pasturer leurs beufs arans en une Estouble ou garet, etc. Estroble*, eadem notione, in aliis ann. 1469. ex Reg. 197. ch. 107 : *Les supplians firent mener leurs beufz et porceaulx en leurs Estrobles ou chaumes*

Digitized by Google

dudit champ pour illecques les faire paistre. Vide *Estoublagia* et *Stoublagium*.

* **ESTOCAGIUM**, ut *Estochagium*, Jus stipites exstirpandi. Locum vide supra in *Escoragium*. *Etançot*, Truncus, stirps, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 38 : *Estienne Clément..... chei à terre sur un tronc d'arbre coppé, que l'en dit au pais* (Lyonnois) *Etançot*. Idem forte sonat vox *Esgot*, nisi sit pro Surculus, in Lit. Phil. ducis Aurel. ann. 1361. ex Reg. 124. ch. 357 : *Oudit usnige peuent prendre.... la fouchiere et les racines d'icelles érachier et fauchier à quelconques ferremens qu'il leur plaira, hors l'Esgot des chesnes.*

* Aliud sonat *Estoicage* in Ch. Andr. *de Chauvingni* dom. Castri Radulfi ann. 1325. ex Reg. 65. bis ch. 278 : *Avons franchi.... Ameline fame feu Grangier.... et touz leurs hoirs masles et femeaux.... de taille,.... vendes, Estoicage et de toutes autres costumes.* Ubi idem videtur quod *Estocage* in Consuet. *de Surene* art. 3. Census scilicet, qui pro *relevio* solvitur. Vide *Extocare*.

¶ **ESTOCHAGIUM**, Lignatio seu Jus percipiendi ligna in silvis. Charta Theodorici *de Sanzeilles* ann. 1217. in Tabulario S. Nicasii Rem. : *Forestarius Estochagium suum in nemore accipiat*. Altera Nicolai de Ruminiaco ann. 1214 : *Famuli nemora custodient et suum Estochagium .... ad medietatem inter se dividient*. Vide *Stoc*.

¶ **ESTODIRE**, pro *Studere*, Curare. Charta Childeberti III. Franc. Regis. ann. 694. apud Felibianum Hist. Sandionys. pag. xv : *In autoricio eus Estodiant defensare.*

* **ESTOFFA**, nostris *Estoffe*, Res seu materia quævis, unde aliquid conficitur vel ornatur. Arest. parlam. ann. 1368. in Lib. 1. stat. artif. Paris. fol. 306. r°. ex Cam. Comput. : *Consueverunt dicti mercerii.... a mercatoribus foraneis Estoffas eboris, iweor, seu burnei, et alias diversas denariatas ad dictum eorum ministerium cutellorum necessarias .... emere .... Consueverunt etiam dicti mercerii suas Estoffas diversis artificibus villæ Paris. tradere ad opus et ministerium cutellorum faciendum.* Charta Rob. abb. Marchiens. ann. 1312. in Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 106 : *Et se en aucun temps, tant comme il le* (manoir) *tenront, gros marien y falloit par enviesissure, livrer leur devons l'Estofe au devant dit manoir.* Stat. ann. 1407. in Reg. 162. ch. 188 : *Aucun dudit mestier .... ne face canderons, canderetes ou pos d'arain de vielle Estoffe sans reffondre. Le suppliant devoit paier le mire et les Estoffes qu'il conviendroit pour saner la playe*, in Lit. remiss. ann. 1469. ex Reg. 195. ch. 260. Unde *Estofer*, Instruere, munire. Pactum ann. 1318. in Reg. 59. ch. 150 : *Li habitant estoient tenuz et devoient amener nostre vins à leur voitures pour Estofer nostre hostel.* Hinc *Estoffure*, Ornamentum, vulgo *Garniture*, in Invent. MS. eccl. Camerac. ann. 1401 : *Un cornet d'yvoire sans Estoffure.* Et *Estoferesse*, Sacculorum seu crumenarum artifex, Gall. *Boursiere*. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 114. ch. 64 : *Alipson l'Aigueleite Estoferesse de bourses demourant à la Croix du Tirouer, etc. Estoufferresse*, eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1369. ex Reg. 100. ch. 429 : *Jehanne la Poulaine Estoufferresse de bourses de soye en la rue de la Harpe à Paris. Gens d'Etoffe*, Virtute illustres, apud Froissart. 2. vol. cap. 27 : *Thomas Trivet n'avoit en sa compaignie que cent lances : mais c'estoient tous gens d'Etoffe.* Vide *Stuffare*.

¶ **ESTOFFATUS**, Instructus, munitus, Gallice *Etoffé*. Chronicon Bonæ Spei pag. 264 : *Tenebuntur exhibere mille et sexcentas dictas corrueas de curribus munitis et Estoffatis rationabiliter sine dolo.* Charta Walteri de Hamello ann. 1217. ex Tabulario Corbeiensi : *Volui etiam et concessi, quod si decima ipsa undecim modios bladi, sex scilicet frumenti et quinque avenæ ad mensuram Corbeiæ plenarie Estoffatos singulis annis non valeret, defectum undecim modiorum prædictorum de meo teneor adimplere.* Ubi *plenarie Estoffatos* idem est quod bene mensuratos et impletos. Vide *Stuffare*.

¶ **ESTOFFERIUS**, Cælator, intertextor, Gall. alias *Estoffeur*. Extractum Computi Joan. Humberti de exitu sigilli D. Guigonis Dalphini ann. 1328. in Adversariis Domini *Lancelot : Item, pro unis estivallis et quatuor paribus sotularium ad opus Domini solvit Granjono Estofferio Gratianopolitano*, xx. *Turonenses argenti ... Item solvit cuidam Estofferio qui moratur Gratianopoli ante domum Johan. sellerii pro estivallis Domini*, xviii. *sol.* Ordinatio Humberti II. pro Hospitio Dalphinali ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 308. col. 2 : *Item, Johannes Vitoni et Franciscus sint Codurerii nostri ... Item, Colinus sit Estoferius noster.* Vide *Stuffare*.

* Leg. *Escofferius*, qua notione etiam intelligendum. Vide in hac voce.

¶ **ESTOLIUM**, [Classis, navis, vel etiam Exercitus terrestris.] Vide *Stolus* 2.

* **ESTOLUM**, Classis, Gall. *Flotte*. Lit. Sold. ad Pisan. apud Lamium inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 1. in Delic. erudit. pag. 209 : *Quando nostrum Estolum exiit, eum imperamus ut non tangant aliquem* (de) *vestra gente.* Vide *Stolus* 2.

* **ESTON**, inter minutas fruges, si tamen bene lectum est, recensetur. Charta ann. 1244. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 124. r°. : *Si vero vechia non triturata vendita fuerit, vel abbas Eston non trituratam retinere voluerit, habebit ipse duas partes et major tertiam.* Forte pro *Escou*, aut quid simile. Vide supra *Escorio*.

* **ESTOPA**, a Gallico *Etoupe*, Stupa. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 336 : *Cape de Estopis et ponas sibi in vulnere, adeo quod ulterius non valeat sanguinare.* Unde nostris *Estoupillon*, Id quo aliquid obturatur. Aliæ ann. 1427. in Reg. 173. ch. 80 : *Le suppliant coppa l'Estoupillon d'une cane ou cruche qu'il portoit, en laquelle avoit de la servoise.* Vide infra *Extopare*.

¶ **ESTOPPARE**, Impedire, a Gallico *Estoupper*, Angl. *to Stop*, Obturare. Charta Edwardi IV. Angl. Regis ann. 1473. pro Episcopo Dunelmensi, apud Rymer. tom. 11. pag. 783. col. 2 : *Et quod nec præfatus nunc Episcopus, nec successores sui, occasione præmissorum seu alicujus eorum, per acceptationem præsentium, de libertate prædicta (obolorum fabricandorum) aliquo modo in futurum Estoppentur seu præjudicentur; set omnibus libertatibus et reguliis suis per antea gaudeant et utantur, præsentibus non obstantibus.*

* **ESTOQUETUS**, Hisp. *Estoque*, Verutum, gladius. Invent. ann. 1361. ex Tabul. D. Venciæ : *Item unum Estoquetum.* Vide *Stochus*.

* **ESTOQUUM**. De Estoquo, Punctim, Gall. *d'Estoc*. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 462 : *Dictum Johannem Squatii a parte retro in squinis sive renibus uno magno ictu de Estoquo percussit Johannes Vincentii.* Unde *Estiquer, Estocer, Estochier* et *Estoquer* nostris, pro Punctim ferire, Hisp. *Estoquear*. Lit. remiss. ann. 1367. in Reg. 99. ch. 208 : *Icellui Ancel et ses complices férirent et Estoquerent de bastons ferrez et de coutiaux après ledit exposant.* Aliæ ann. 1365. in Reg. 98. ch. 671 : *Hannequin de la Wagne chaudrelier cuida et voult Estochier et férir ledit Jehan d'un coutel.* Aliæ ann. 1372. in Reg. 104. ch. 96 : *Icellui Heulin eust trait son coustel, duquel Estoca par trois fois ledit Jehan.* Occurrit rursum ibid. ch. 241. Aliæ ann. 1374. in Reg. 105. ch. 274 : *Icellui bastard et ses complices se avancerent vers la porte de la ville que il trouverent fermée et y Estiquerent de lances et de piques en faisant assaut fourmel. Icellui Jehan Estiqua ou ficha de son plançon sur le rondel, tant qu'il le fendi*, in aliis ann. 1418. ex Reg. 170. ch. 197. Vide infra *Stocum*.

¶ 1. **ESTOR**, Johanni de Janua, *Vorator, epulo, manducans, mandax, ardelio, ab Edo, es.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MSS. : *Estor, ris, Mangeur, Gouliart.* Vide *Estrix* et *Goliardus*.

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Estor, Goliart, ou grant mangeur. Estrix, Gloutonne.*

¶ 2. **ESTOR**, oris, *Clavus quo temoni aptatur jugum*, apud Laurentium in Amalthea.

* **ESTORAMENTUM**, Quidquid ad vitæ et vestitus necessaria pertinet, nostris *Estoirement* et *Estorement*, eadem notione, et pro omni apparatu, sive bellico, sive domestico, a verbo *Estorer*, Instruere, vulgo *Meubler*. Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 318 : *Le Roi Estora ladite meson de liz et d'autres ostillemenz, qui leenz estoient nécessaires.* Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ab ann. 1248. ad 1269. ex Cod. reg. 1245. fol. 23. v° : *Plura habent Estoramenta et sufficientia usque ad annum.* Charta ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 918 : *Comme lesdiz moines aient peu de bois pour leur Estoirement de chaufer et ardoir, ne pour leurs édifices faire, etc.* Pactum inter Joan. ducem et episc. Maclov. ann. 1365. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1603 : *Des blez.... que ils feront charger pour convertir en vins ou autres vivres et denrées pour lours Estorementz etc.* Lit. ann. 1374. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 55. art. 2 : *Ordonnons que Marie nostre fille soit contente de cent mil frans que nous lui avons ordonné donner en mariage, avecques tels Esturemens* (infra

Digitized by Google

non semel *Estoremens*) *et garnisons, comme il appartient à fille de roy de France.* Christ. Pisana in Hist. Caroli V. part. 2. cap. 9 : *Et ainssi de tous Estoremens de guerre se pourvey.* Infra : *Envoya le roy gens d'armes en bel et bon Estorement.* Charta ann. 1357. in Reg. 89. ch. 103 : *Huches, huchiaus et autres communs Estoremenz d'ostel, etc. Pierre Canin avoit baillé à tiltre de loier audit Demia certains instrumens ou Estoremens,* in Lit. remiss. ann. 1399. ex Reg. 154. ch. 518. Vide supra *Estauramentum* et infra *Estornamentum.*

¶ ESTORAMENTA LECTORUM. Quidquid ad instruendos lectos necessarium est, forte pro *Instrumenta.* Charta Philippi VI. Franc. Regis ann. 1340 : *Quod fuerint in possessione et saisina talis libertatis et immunitatis quod dictus Archiepiscopus existens in villa Remensi, aut gentes suæ, lectos, culcitras, cussinos, coopertoria, aut alia Lectorum Estoramenta, in domibus istorum conquerentium capere nequeunt, nisi ad hoc eorumdem conquerentium voluntas occurrat.*

* ESTORCHERA, Joan. Germ. Cabillon. episc. in Vita Phil. III. ducis Burgund. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. Mss. pag. 68. ubi caput 40. inscribitur : *De cohortibus quas Estorcheras appellant.* Perperam haud dubie pro *Escorcheras :* ibi enim sermo est de iis militum turmis, quos *les Escorcheurs* vocabant; de quibus ita Monstrel. in vol. 2. ad ann. 1437. fol. 150. v° : *Lesquels* (François) *on nommoit en commun langage les Escorcheurs. Et la cause pourquoy ils avoient ce nom, si estoit pour tant que toutes gens qui estoient rencontrez d'eux, tant de leur party comme d'autre, estoient dévestuz de leurs habillemens tout au net jusques à la chemise : et pour ce quand iceux retournoient ainsi nuds et dévestuz en leurs lieux, on leur disoit qu'ils avoient esté entre les mains des Escorcheurs.* Lit. remiss. ann. 1441. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 85 : *Aucuns compaignons de guerre, nommés ou pays* (Laonnois) *les Escorcheurs, avoient, ou les aucuns d'eulx, bouté le feu en une maison.* Vide infra *Scoriarii* et *Excoriatores.*

¶ ESTORIATUS, Acu pictus, figuris intextus. Charta ann. 1377. ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Massil. n. 988 : *Item unam stolam pulchram Estoriatam imaginibus B. Mariæ cum manipulo.* Vide *Historiare* 2. et *Historiatus.*

¶ ESTORIUM, ut infra *Estoverium,* Subsidium, nutrimentum corporis, et generalius quidquid convenit necessariumve est ad victum, vestitum, conditionem, ut olim *Estovoir.* Charta Henrici Regis Angliæ circ. ann. 1155. apud D. *Brussel* de Feudorum usu tom. 2. pag. 111. ad calcem : *Vidua post mortem mariti sui ... si de castro recesserit, statim provideatur ei domus competens, in qua possit honeste morari, quousque dos sua ei assignetur secundum quod prædictum est, et habeat rationabile Estorium suum.*

* ESTORNAMENTUM, Quidquid ad navim instruendam conducit. Charta ann. circ. 1256. inter Probat tom. 3. Hist. Occit. col. 522 : *In quibus* (pecuniis) *idem dom. rex tenetur dom. comiti pro navibus suis de Ruppella, quas habuit idem dom. rex, et pro Estornamento ipsarum.... Vel si non placeat dom. regi solvere hujus pecuniam; quod saltem dom. comiti tradam unam de navibus suis cum Estornamento ejus, etc.* Vide supra *Estoramentum.*

* Aliud sonat *Estoscement,* Caute scilicet, in Lit. remiss. ann. 1378. ex Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 233 : *Michelet de Voir a telement menée ladite Simonne, que il a eu compaignie à elle, et les a ledit Mathe trouvez ensemble couchiez en sa propre maison Estoscement enfermez.*

* ESTORRESSA, Emendatio, mulcta, compensatio. Charta ann. 1308. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 341 : *Pro quolibet porco mentito, quem habent ultra numerum quem asserent se habere, quinque solidos pro pœna seu Estorressa sui mendacii solvere tenentur.*

ESTOUBLAGIA. Charta Odonis Archiep. Rotomagensis ann. 1262. in Regesto archivi regii 31. fol. 27 : *Costuma denarii et oboli, vendæ, furni, molendina, molta sicca, Estoublagia, quarriagia, messeria, servitia vavassorum, servitia rusticorum, etc.* Vide Concilia Ecclesiæ Rotomag. pag. 268. Vox formata ab *Estouble.* Will. *Guiart* in Historia Francica MS. ann. 1304 :

La ens gist d'armes et de nus,
Par jaschieres, et par Estoubles.

Infra :

Et grant planté de charretons,
Par Estoubles et par bruieres.

Ubi *Estouble* videtur esse quod *Esteule,* stipula, vel culmus. Unde *Estoublage* fuerit onus colligendi vel censitandi stipulas post peractam messem, ad rusticarum ædium tecta. Sed hæc sunt meræ conjecturæ. [Vide *Manducalis.*] [* Vide supra *Estoblagium.*]

ESTOVERIUM, significat apud Practicos, ait Cowellus, quandoque nutrimentum corporis, quandoque potestatem capiendi ex aliena silva lignum foco, aratris et sepibus reparandis necessarium.

Prima notione dicitur *Sustentatio rationabilis,* in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ cap 3. §. 5. Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 22. n. 4 : *Vidua... quousque dos sua sibi assignetur,... habeat rationabile Estoverium suum interim de communi.* Statuta secunda Roberti I. Regis Scot. cap. 22. § 5 : *Si idem captus fuerit de felonia, tunc residuorum catallorum suorum, ultra Estoverium suum prædictum, Domino Regi remaneat.* Assisiæ Hierosol. MSS. cap. 122 : *Le Seignor li doit donner ses Estouviers souffisament, tant come il sera en cel sien service, tout soit ce que il n'ait mie en fié Estouvieres heus.* Adde cap. 250. 267. Willelmus Guiartus de S. Thoma Cantuariensi :

Mais il trouva tel recouvrance,
El vaillant Roy Lois de France,
Qui lui bailla son Estouvier
Sept ans, sans soi de lui mouvoir.

[Le Roman *d'Athis* MS. :

Or vous convient moult enseignier,
De pou parler de pou mouvoir,
C'ils nous diront vostre Estovoir.]

Vide Bracton. lib. 2. cap. 40. § 1. lib. 4. tract. 1. cap. 38. § 2. cap. 41. § 1. Fletam lib. 1. cap. 26. § 2. lib. 2. cap. 41. § 33. 34. cap. 25. § 1. Brittonum pag. 117. Skeneum de Verborum significat. Vide *Estoverium,* Glossarium ad Villharduinum, et infra in voce *Stuffare,* [supra vero in *Estorium.*]

Altera notione. Statutum 2. Westmonasteriense cap. 29 : *De Estoveriis bosci, proficuo capiendo in bosco, de nucibus et glandibus et aliis fructibus colligendis, etc.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 849 : *Quicquid ei necesse fuerit ad usus proprios, et ad omnia Estoveria sua, tam ad omnes grangias suas intra forestam, etc.* Adde pag. 875. 938. 1001. et Brittonum cap. 60. [Thom. *Madox* Formul. Anglic. pag. 122.]

* Quidquid alicui necessarium est. *Estavoir,* in Bestiario Ms. :

Tousjours est par coustumement
En une place solement ;
Nule fois ne s'en quiert mouvoir,
Car tout i a son Estavoir.

* *Estevoir,* Res quævis, negotium, quidquid ad aliquem spectat, in Charta ann. 1262. ex Chartul. S. Pet. Insul. sign. *Decanus* ch. 156 : *Et le m'ait donné frankement sans les quatre coses, c'on apiele justice haute, ensi ke jou sui tenus de l'église aidier et consellier, et de venir et d'aler à ses consaus et à ses Estevoirs, soulonc çou ke jou serai requis de par li.*

¶ 1. ESTRA, Porticus, Gall. *Galerie.* Inquisitio anni 1279. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 20. col. 2 : *Et vidit et audivit, quando dominus Petrus de Morgiis in Estra domus Episcopalis Dyensis recognovit, et confessus fuit publice, etc.* Charta concordiæ initæ inter Hugonem II. Episc. Gratianop. et Guigonem Comitem qui vocatur Delphinus, in Chartulario Eccl. Gratianop. : *De Estra Aimonis statutum est, ut destrueretur, quando Estræ Episcopi destructæ essent.* Charta Thossiac. ann. 1404 : *Tenet quamdam domum altam et bassam cum Estris existentibus ante dictam domum : habet plateam Stamni subtus Estras suas. Estre* vel *Estrée,* Gallis veteribus erat Iter, a quo dici potuerunt *Estræ,* quod facilem aditum pandant. Vide *Strata.*

* Atrium aliis ædificiis, murisve aut alio sepimento circumdatum et superius apertum, Gall. *Cour,* in Inquisit. ann. 1279. supra laudata, ut mihi videtur. *Estre,* eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1393. ex Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 513 : *Guillemet le Prévost demoura en l'Estre ou la court dudit hostel,.... et il estant oudit Estre ou court il oy bien crier les commissaires sur les faulx marchans de sel.*

2. ESTRA, Ædificium alteri appensum, vel domuncula, tugurium, Gall. *Appentis, maisonnete.* Charta ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 273 : *Gallinas renduales debitas per particulas quæ secuntur; .... borda deffuncti Mathæi Eyraudi, meteria deffuncti Gileti de Caturco, Estra deffuncti Colini Morelli, Estra Borrellerii.* Neque aliter interpretor Chartam ex Chartul. Gratianop. 2. loco propositam supra. *Estre* et *Estrage,* eodem sensu, nostris. Recognit. feud. dom. *de Buri* ann. 1366 : *Une place assis en la ville de Cangi jouste l'Estre Noel Foacier d'une part, et jouste l'Estre feu Regnaut Pinart.* Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 153. ch. 119 : *Hugues Crestien avoit fait faire un Estre sur les*

Digitized by Google

murs de ladite ville de Vienne. Aliæ ann. 1466. in Reg. 194. ch. 212 : *Le suppliant et sa femme allerent demeurer en ung petit destrage* (sic) *qu'ilz avoient prins à rente,... ouquel Estraige ils ont tousjours demouré. Estraige* vero, pro Area, ubi frumentum excutitur, in Lit. remiss. ann. 1462. ex Reg. 198. ch. 279 : *Ainsi que le suppliant battoit du blé.... en l'aire ou Estraige de l'estel de lui et de son frere.* Aliud sonat *Estre* in aliis Lit. ann. 1477. ex Reg. 203. ch. 61 : *Le suppliant... passant son chemin par l'Estre de Beauchesne, ouquel Estre demouroit lors un nommé Jehan Berry etc.* Ubi iter, seu via publica significatur. Vide infra *Estrada*.

* 3. ESTRA, Fenestra, præsertim ubi merces levioris momenti venum exponuntur, *Estro* Provincialibus, nostris quoque *Estre*. Sic intelligenda videtur Charta Thosiac. ann. 1404. in *Estra*, 1. prolata. Le Roman *d'Athis* Ms. :

> Aux Estres soit demain en hault.

Infra :

> Et quant sera le grant tournois,
> Mostés aux Estres se verrois.

* *Estaure*, eadem notione, in Judic. ann. 1312. in Reg. *Olim* parlam. Paris. fol. 135 : *Issues, saillies, huisseries, huvrelas, appentis, Estaures, ou manuels apuys, ne autres manieres d'ouvrages ou édifices és fros de la ville de S. Richier.* Pro loco ubi quis stare potest, *Estre* legitur, in Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 176. v° :

> Le premier Lundi de Quaresme,
> Du mois de Mars le jour huitiéme,
> Qui est en la fin de l'iver,
> Messire Guy de Champdiver
> Fu installé en la présence
> Du maistre chancellier de France
> En la Chambre des Comptes maistres,
> Et ly fu ordené ses Estres
> Au bout dessoubz pour ly lever,
> Quand il vouldra, sens ly grever.

Quæ ultima non unam ob causam exscripta censebit oculatus lector.

¶ ESTRADA, Via strata, Gall. *Estrade*, Ital. *Strada*. Chartular. Camalariensis Monast. Diœc. Anic. : *Donavit unum campum à l'Estrada et alterum ad aulanertum*.

* Charta ann. 1080. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 311 : *Manifestum est quæ Petrus comes interpellavit et rancuravit.... de ipsis aquis, et de ipsa herba, et de ipsa petra, et de ipsis Estradis.* Hinc *Estrader*, Itinera obsidere, vulgo *Battre l'Estrade*, in Lit. remiss. ann. 1444. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 206 : *Ung jour ainsi que le suppliant et ses compaignons aloient Estrader par le pais, ilz trouverent ung homme.... chevauchant une jument, laquel ilz lui osterent.*

* ESTRAERIUM, ESTRAGERIUM. Vide *Estrajeriæ*.

ESTRAJERIÆ, Caduca, derelicta, bona quæ in fiscum ex quavis causa cadunt, proprie alienigenarum et *extraneorum*, quos nostri vulgo *Estrangers* vocant : hic enim *je*, tanquam *g* effertur. Regestum Cameræ Comput. Paris. : *Estrahiere, c'est quant un homme par ses demerites est executé par crime de leze Majesté, et vaut autant à dire comme confiscation au Souverain.* Tabulæ conventionis Roberti Teneremundæ Domini cum Canonicis Camerac. ann. 1302. apud Lindanum in Tenerem. lib. 3. cap. 6. num. 23 : *Si Catallum Estrajers inveniatur in teneamento Ecclesiæ Cameracensis, etc.... si vero illud quod est Estrajers sit terra vel immobile, etc.* Arrestum ann. 1307. in Tabular. S. Quintini in Insula pag. 11 : *Super eo quod dicti Religiosi asserebant se esse in saisina capiendi, levandi, apportandi, et habendi Estrajerium, seu forisfacturam in suo districtu de Insula.* Edictum Philippi Magni Regis Franc. 28. Maii ann. 1320. de Receptoribus domanii : *Item ils ne signifieront à personne de quelconque estat ou condition qu'elle soit les aventures qui escherront en leurs receptes, comme mainmortes, Estrajers, et autres revenus, etc.* Computum terræ Campaniæ ann. 1348 : *Mains mortes, fors-mariages, et autres avantures en cette baillie. De l'Estrajere de Humbelet justicie à la Ferté sur Aube. Justitia spaviæ, quod Gallice dicitur Estrahere*, in 1. Reg. Parlamenti ann. 1260. fol. 22. *Espaves ou Estrajers*, in Consuet. municipali Salæ et Bailliviæ Insulensis tit. 1. art. 27. *Estrejures de bastards*, in Consuetud. S. Audomari art. 7. *Extrajure*, in antiqua Monstroliensi art. 44. [*Estrayeure et chose espave*, in Boloniensi art. 111.] *Attrajere* in Consuet. Vitriac. art. 1. ubi jus istud explicatur, et art. 15. 36. 79. in Calvimontensi art. 50. Lotharingiæ tit. 6. art. 5. etc.

¶ EXTRAHERIA. Litteræ Philippi Franc. Regis in Chartulario S. Quintini in Insula pag. 60 : *In casu possessionis et saisinæ habendi, capiendi et levandi Extraheriam et foresfacturam... intentata super predictis Extraheria et forefactura.* Et pag. 62 : *In casu proprietatis ratione Extraheriæ sive foresfacturæ.* Alium locum vide in *Expava*.

¶ EXTRAHITURA. Charta anni 1224. e Tabulario Corbeiensi : *Omnes Extrahituræ, infractiones tramitum, emendationes sanguinum, etc.*

* ESTRAERIA, ESTRAHERIA, ut *Estrajeriæ*. Notæ in veteri Reg. commissar. ann. 1378. ex Cod. reg. 5991. A : *Estrayeres sont les biens demourez de tels albains et espaves, qui sont demourans ou royaume, et vont de vie à trépassement sans hoir naturel de leurs corps nez ou royaume. Estrayeres pareillement sont les biens des bastars, qui vont de vie à trépassement, sanz hoirs naturels de leurs corps; et tels biens appartienent au roy. Plusieurs autres seigneurs veulent nommer tels biens, biens vacans; et par ce les lievent comme biens vacans : mais ilz ne doivent mie ainsi estre entendu; car biens vacans, sont biens d'aventure, comme ung cheval eschappé que l'en ne sceit à qui il est, une bourse trouvée en ung chemin, ung homme incongneu trové mort ou murdry en ung chemin. Et telles choses et semblables appartiennent au hault justicier, et les doit garder en forme ou valeur ung an, et rendre à celui qui y vouldroit clamer et monstrer droit.* Charta ann. 1233. ex Tabul. S. Gauger. Camerac. : *Item si aliqua fuerit Estraeria, præpositus nihil habet in omnibus istis.* Alia ann. 1280. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. : *Item in Estraeriis exceptis mobilibus foraneorum, quæ erunt episcopi Laudunensis.... Tali modo quod tota commoditas Estraeriæ, quæ erit in villa et territorio de Creutis etc.* Locat. præposit. Ambian. ann. 1292. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 252 : *In omnibus bannis fractis, Estraeriis seu derelictis etc. Estraherias et espavas ex aliis casibus quibuscumque pertinentes eisdem concedimus*, in Ch. Phil. Pulc. ann. 1292. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 398. r°. Redit. comit. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. : *Si a li quens à Jemappes le truef et le Estraijer. Estrayures*, in Pacto ann. 1324. ex Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 2. Tabul. S. Joan. Laudun. ann. 1375 : *Item une vigne qui leur vint par Estraiere. Estrée*, eadem acceptione, in Charta ann. 1320. ex Reg. 59. ch. 459 : *Se aucune Estrée, ou espave, ou autre forfaiture en cas de haute justice y avient etc. Espaves et Estraners*, in Libert. Insul. ann. 1392. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 544. art. 13. pro *Estraijer*, ut supra. Unde *Estréer son fief*, Feudum domino capitali remittere, in Assis. Hierosol. cap 190 : *Qui se veaut départir dou pais, ou en aucune maniere laisser son fié, il le doit comander au seignor; car la comande est plus seure chose, et mains y a de péril que l'Estréer... Mais garde se bien en quel point il Estraiera ou comandera son fié etc.*

* ESTRAGERIUM, Idem videtur quod *Estraeria*; nisi sit Tributum, quod a novis incolis, pro jure standi in castro, domino pensitabatur. Charta ann. 1189. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 357 : *Petrus vero de Brion dedit prædictæ abbatiæ census dei de Motaia, et medietariam, et hortos, et nemus, et venditiones, et Estragerium, et omne dominium suum.* Minus bene *Estagrarium* ex eadem Charta editum inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 354.

EXTRAHURA, Idem quod *Estrajeria*. At JC. Anglis dicitur proprie res derelicta, *Wayvium* : præsertim vero animalia et pecora, quæ oberrantia reperiuntur in feudo aliquo, quæ post annum et diem, nisi a Domino vendicentur, ad Dominum feudi pertinent. Cowell. lib. 2. tit. 1. § 45. et Rastallus in verbo *Estray*. Adde Jo. Britton. pag. 26. 30. 81. etc. Vide *Extraria*, *Wayvium* : præterea Christophorum de S. Germano in Dial. de Fundamentis legum Angliæ cap. 18. pag. 59. v°.

¶ EXTRAHURATA, Eadem notione, apud Rymerum tom. 14. pag. 366. col. 2.

¶ ESTRAMEN, Stramentum, culcita, Gall. *Paillasse*. Acta SS. Junii tom. 2. pag. 61. de SS. quatuor Martyr. Gerundens. : *Jacente dicta puella in quodam Estramine, quia aliter stare non poterat nisi jacendo.* Alterum locum vide in *Galnapis*.

* A Gallico *Estrain*, stramen, vulgo *Paille*. Charta ann. 1299. in Chartul. S. Vandreg. : *Noef vins garbes d'Estrain, c'est asavoir sexante de formentas, sexante d'orjas et sexante d'avenas.* Le Roman *de Robert le Diable* Ms. :

> Et commande c'on li voist
> A porter ferre, Estrain et paille
> Dessoubz le vaute, ou le chiennille,
> Là face là le lit au fol.

Estrein, in Poem. Garini :

> Tu ne vaus pas l'Estrein sor coi tu gis.

Vide *Stramen* 2.

Digitized by Google

* **ESTRANGURIA GUTTA**, Morbi genus, catarrhus, fluxio. Charta ann. 1263. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 553 : *Propter infirmitatem validam guttæ Estranguriæ, quæ me quasi continue vexat.* Vide *Gutta* 2.

ESTRE, pro *Esse*, in Pacto Legis Salicæ tit. 76. § 1. edit. Heroldi, unde nostrum *Estre*.

ESTRECIATUS, Arctatus, Gall. *Estreci*, ex voce *Strictus*. Rogerus Hovedenus pag. 783 : *Inquirendum est.... de viis Domini Regis Estreciatis.* Joan. Britto de Jure Anglico pag. 32 : *Puis soit anquis de gors levez en euves communes, et des euves et des chemins estoppez, ou Estreites, etc.* [Guillelmi Archiep. Tyr. continuata Historia Belli sacri apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 732 : *En ce tant avint en Antioche que une gent que l'en appelle Turquemans s'escumerent par Estrif d'at ainement et d'ennui, que l'en lor faisoit, et se pristrent à grever la terre d'Antioche, et à corre et à grever les casiaus et tuer les vilains.* Le Roman *d'Athis* MS. :

Nous n'en pourrons eschaper vif,
Entré sommes en fol Estrif.

Sic infra *Estrier*, Premere, urgere

Des gués leur tollent la charriere,
Et les Estrient par derriere.]

* *Chemins que on a estoupés ou Estrechiés*, apud Bellom. Ms. cap. 9. *Estrener*, pro Cogere, vulgo *Contraindre, forcer*, apud Guill. Guiart. ad ann. 1269 :

Tost sont cil de là si menez,
C'on les a de fuire Estrenez.

¶ **ESTREGBORDS**, Axes, Tabulæ abiegnæ, apud Kennettum in Glossario ad calcem Antiquit. Ambrosden.

¶ **ESTRELINGUS**, ut *Esterlingus*, Parvum pondus, minuta pars unciæ. Obituarium MS. Eccl. Morinensis fol. 8 : *Duo panes celarii ponderis, quilibet duarum unciarum et quinque Estrelingorum.* Chartular. M. S. Vedasti Atrebat. : *Une miche doit peser* 34. *onces* 12. *Estrelins et demi.*

* **ESTRENA**, Munus, donum, Gall. *Etrene*. Stat. pro Jud. Apamiens. ann. 1279. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 71 : *Si qui Judæorum Apamiensium faciat filiolum, non sit ausus dare eidem filiolo pro Estrena, nisi usque ad xij. denarios Tolosanos.* Necrol. Ms. eccl. Bitur. : *Quilibet canonicus habebit duos solidos pro Estrenis.* Sermo in die Circumc. ex Cod. Ms. XIV. sæc. S. Vict. Paris. : *Aujordui solent metre lor créance an Estrenes, et dient que bien ne puet avenir à icelui qui n'est Estrenez. Estraigne*, pro Tempore quo *strenæ* dantur, in Charta ann. 1327. ex Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 263 : *Item trente sols Tournois de menus cens, portans los et ventes, à païer chascun an aus Estraignes. Estrene*, Reditus species, in Ch. Phil. VI. ann. 1328. ex Reg. donor. ejusd. reg. fol. 29. v°. : *Item les illes du chié du pont et les Estrenes d'Alomme, c'est assavoir la coppe des souches, l'erbe et autres petites illettes, qui sont en Loire, prisié vint livres l'an.* Vide *Strena.*

¶ **ESTRENGUEDOIRA**, Instrumentum doliariorum, Gall. *Estreignoir*. Munitiones et machinæ bellicæ castri Sommeriæ in Occitania : *Item* IIII. *limæ*, II. *Estrenguedoiras ad stringendum dolia, etc.*

ESTREPAMENTUM, vox forensis, Destructio, quasi exstirpamentum. In Brevibus Regiis Anglicis non semel occurrit *vastum et Estrepamentum facere.* Vide Rastallum verbo *Estrepment.* Charta Alemanica 17. apud Goldastum : *Quidquid in saltu Swarzwal.... hodierna die Extirpatum et cultum haberent. Faire Wast ou Estrepement du tenement tenu en doüaire*, in Statuto Glocestriensi ann. 6. Edw. I. cap. 13. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1 : *Li Bers les doit ardoir, et les prés arer, et les vignes Estreper, et les arbres cerner.* Will. *Guiart* in S. Ludovico :

N'est à trois lieues prés des portes
Remese de vigne cepée,
Qui ne soit arse, ou Estrepée.

¶ **ESTRIDA**, *quam veteres canapum nominaverunt.* Papias. MS. Bituric. habet : *Excreta, Plena malitia. Hæc est ira quam Canopum veteres nominaverunt.* [** Pro *ira* legendum *terra*, scil. Ægyptus, terra tribulationis.]

¶ **ESTRIF**, **ESTRIS**, **ESTRIVIUM**, **ESTRIVUM** : Species sagittæ. Epistola Guidonis de Dampetra ad Philippum Aug. ann. 1113. apud Marten. Ampliss. Collect. tom. 1. col. 1114 : *Gualerannus de Corbelles et Robertus tradiderunt mihi de munitione de Tornoilles hæc quæ sequuntur :* XI. *balistas corneas,* VII. *ad Estrivium et* III. *ad duos pedes et unam ad tor.... et duas Archas quarellorum unam ad Estrif, et alteram ad duos pedes, et* II. *tors, etc.* Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* de Feudorum usu tom. 2. ad calcem pag. CXCVII : *Consergii Lorriaci* 64. *miliaria* (carellorum) *à Estrif, et* 15. *miliaria ad duos pedes.* Ibidem pag. CXL : *Pro* 20. *millibus quarellorum à Estris* 70. *lib. et pro bistis et pro ducendo Parisius* 48. *s.* Et pag. CLXXIX : *Et pro clavibus et pro Estrivis ad balistas* 24. *s.*

* Vel potius *balistæ*, quæ a forma, vel a materia, aut a ratione eas tendendi, aut ab iis quæ emittunt, denominationem habebant, utjam monui supra voce *Balista.* Munit. castr. dom. reg. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 93. r°. : *Pictaviæ. x. balistæ ad Estref et ij. balistæ ad duos pedes.... Losdunum iv. balistæ ad duos pedes et vj. ad Estrevium, xx^m. quarelli ad Estrevium.* Vide infra *Stapha* 2.

* Aliud sonat *Estrif*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Estriver, certare. Estrif, certamen, Estriveur, certator.* Infra : *Estriver, noyser, jurgare.* Guill. Guiart. :

L'Estrif en la mer recommance.

Hist. Franc. MS. ubi de Guerino episc. Silvanect. : *Il estoit l'un des hommes, qui mieux cognoissoit les vaillans et preudommes chevaliers du roy Philippe, car en maint Estrifs les avoit veus.* Le Caton *en Roman :*

Fols est qui en la mer Estrive,
Qui nagier puet selonc la rive.

* *Estrif* et *Estrivement*, pro Jurgio, rixa. Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 178 : *Li empereres* (Frederic) *estoit contraires à l'Eglise.... et duré avoit longuement cet Estrif. Fust meu un Estrif de paroles*, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 17. Aliæ ann. 1415. in Reg. 169. ch. 200 : *Acause de ce se sourdy entr'eulx si grant attaynement ou Estrivement, etc. Sans Estris de jugement*, in Lit. ann. 1359. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 364. quod in aliis passim sic exprimitur : *Sine strepitu judicii.* Vide in *Planum.*

¶ **ESTRILIARE**, Equum distringere, Strigili defricare, Gall. *Etriller.* Ordinatio ann. 1340. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 394. col. 2 : *Item, ipsos equos fretari, Estriliari, acomari, letterias eis fieri et bene estachari facere cum omni diligentia teneatur.* Vide *Striliare.*

¶ **ESTRIS**, **ESTRIVIUM**, Vide *Estrif.*

* **ESTRIVERIA**, a Gallico *Etriviere*, Habena scandularia, lorum cui stapes alligatur. Arest. parlam. Paris. ann. 1304. in Reg. *Olim* fol. 64 : *Declarantes quod licet dicti selarii sui officii ratione pectoralia, Estriverias et culerias de duobus cortis suere non possint, etc.*

* **ESTRIVUS**, Strigilis, Gall. *Etrille*, in eod. Arest. : *Declarantes quod licet dicti selarii sui officii ratione.... nec strigiles seu Estrivos* (non possint) *facere aut fabricare, etc.* Vide *Estriliare.*

ESTRIX, *Femina gulosa.* Jo. de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS. : *Estrix, Mangeresse ou Gloutonne.* Vide *Estor.*]

¶ **ESTROMENTUM**, Instrumentum, Charta, in Placito Chilperici III. Franc. Regis ann. 716. apud Mabill. lib. 6. de Re Diplom. Charta 32.

¶ **ESTRUERE**, pro Exstruere, componere. Appendix ad Agnelli lib. Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 188. col. 2 : *Græcis et Latinis literis eruditus, multa volumina Estruit.*

* Nostri *Estroer*, pro Perforare, vulgo *Trouer, percer*, dixerunt. Le Roman *de Garin* :

Sor son escu féri un sodoier,
Que il li fist Estroer et percier.

¶ **ESTRUMENTUM**, pro Instrumentum, Charta, in Chronico Monasterii Novaliensis apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 752.

¶ **ESTUARIUM**, pro *Æstuarium*, Balneum, apud Bernardum *de Breydenbach* Itiner. Hieros. pag. 223.

¶ **ESTUFFAMENTUM**, Omne genus panni, quem Galli *Etoffe*, Angli *Stuff* vocant. Occurrit apud Rymerum tom. 10. pag. 619. col. 1.

¶ **ESTUGERUM**, ut mox *Estugium.* Inventarium ann. 1377. ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Massil. n. 988 : *Item unum calisem argenti super deauratum cum patena et armis luporum, et cum Estugero; item quasdam canetas argenti cum Estugero corii bolhiti.*

ESTUGIUM, ex Gallico *Estuy*, Theca, occurrit non semel in Charta ann. 1231. apud Catell. in Occitan. pag. 901 : [*Estugium de corio bolhito*, in Inventario ann. 1358. ex Archivo S. Victoris Massil. Vide *Estugerum.*]

* Inventar. MS. eccl. Aniciens. ann. 1444 : *Item quoddam Estoy corporalium de panno nigro Damacii. Estui* præterea appellarunt naviculam, in qua pisces servantur. Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 194 : *Icellui Rondel les passa en un petit batel oultre la riviere de Suine et jusques à l'Estui dudit Bachelier, lequel*

Digitized by Google

ilz despecerent, et en icellui prindrent xxiij. anguilles. Estuyer, pro Scrinio, conditorio, arca, apud Froissart. vol. 1. cap. 148 : *Ces brigans brisoient maisons, coffres et Estuyers, et prenoient ce qu'ils trouvoient.* Hinc *Estuyer,* Theca includere, in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 104. ch. 365 : *Lequel suppliant dist audit Perrin : me welz tu tuer en franchise, Estuye ton coustel, ou je le te osteray.* Unde *Restuyer,* pro Gladium in thecam seu vaginam recondere, in Lit. remiss. ann. 1387. ex Reg. 135. ch. 21 : *Lequel Jaquet descendi de sur son cheval, et Restuya son espée qu'il avoit tiré.* Sed et *Estuyer,* pro Horreo condere, legitur in aliis ann. 1413. ex Reg. 167. ch. 167 : *Icellui Guillaume.... qui en Estuyant en son hostel ledit foing avoit très-bien beu, etc.*

ESTUNUM. Testamentum Heccardi Comitis Augustodun. apud Perardum pag. 26 : *Uno fanono viridi, cum brusdo, uno de gliso, uno Estuno* (f. de stuno) *cum sirico amnistrare.*

* **ESTURGIUS,** a Gallico *Esturgeon,* Acipenser. Vide supra *Asturgius.*

* **ESTURJONUS,** Eadem notione. Charta ann. 1312. in Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 49 : *Omnis estraeria extranea, sicut de Esturjono, de thesauro invento.... ad jus et superioritatem regalem spectantibus, nobis perpetuo remanebunt.* Vide *Sturgio.*

¶ **ESTUS,** Status, Quod aliquis *est.* Vetus Formulæ Andegav. art. 25. de eo qui seipsum vendit : *Vindedimus a vobis Estus nostros cum omni peculiare quod habemus aut locare poteremus, manso et terra vel vineias, etc.*

ESUADIRE. Charta MS. W. D. Montispessulani ann. 1013 : *Vicarius, nec illi qui placitabunt placita Montispessulani pro eo non Esuadirant ullum placitum Montispesullani propter hominem illum.*

* *Esuadriant* editum inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 361. Vide supra *Estacare placitum;* unde hæc forte emendari possunt. [** Forte idem quod *Vadiare.* Vide in hac voce. ADEL.]

¶ **ESVANUARE,** f. *Esvaluare,* Æstimare, compensare, Gall. *Evaluer.* [* Nequaquam; de jure enim ,agitur, quo quis fundum ad manum suam ponere potest propter censum non solutum.] Instrum. anni 1282. ex Chartulario S. Vandreg. tom. 1. pag. 508 : *Quam dictam masuram dictus Robertus et ejus hæredes poterunt justiciare et Esvanuare per redditum supradictum sine aliquo contradicto.* Aliud Instrum. Gall. ann. 1298. ibid. pag. 509 : *Laquelle masure dessus dite édifiée ledit Guillaume et ses héritiers pourront justisier et Esvanuer sans contredit pour la rente sourtenue,* vel potius *sousteuue,* ut habet secundus amanuensis.

ESUNARE, inquit Spelm. pro *Essoniare.* Computus antiquus penes Camerarium Scacarii : *Et cum dies placiti mei venit, non potui pro mea infirmitate adire, sed nisi Esunatores qui me Esunaverunt apud Cantarbur.* Sed non advertit vir doctus scriptum *Esuniatores,* et *Esuniaverunt* pro *Essonatores,* etc. Vide *Sunnis.*

¶ **ESURUS,** Famelicus. Acta SS. April. tom. 2. pag. 379 :

> Esuris alimenta simul, nexisque levamen,
> Hospitibus pandens adytum, etc.

ESUS. Pastus, [procuratio. Charta ann. 1153. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 157 : *Rogaverunt me supradicti Monachi, ut quasdam consuetudines, quas eis dominus Gaufredus pater meus dederat, confirmarem, scilicet censum, ostagium, Comitis Esum, maritationem, terre emptionem, corporis sui redemptionem.*] Charta ann. 1342. [ex Tabulario Nantoliensi in Pictavibus :] *Amplius Dom. Prior habet a me unum Esum cum duobus paribus epularum coxatarum et assatarum.* In Tabulario S. Michaelis Ulterioris portus ann. 1101. Guillel. Comes Augi dimittit *consuetudinem edendi, quam in eadem abbatia die festivitatis S. Michaelis cum suis hominibus ipse et Comitissa habebant.*

* **ESWARDIATOR,** Inspector, rebus examinandis præfectus, *Eswarde,* in Stat. MSS. scabin. Macer. ad Mosam : *Lequel sergent au rapport des Eswardes.... y apposera à ses depens ledit marc au feu sur chacune tonne ainsi souffisament eswardée.* Unde *Eswardage,* quod ejusmodi inspectori solvitur, ibid. : *Les fermiers de l'Eswardage des harens en la ville de Maisieres doient avoir pour chacune mande de harens, deux harens.* Arest. parlam. Paris. ann. 1373. 27. Aug. in Reg. 22. fol. 83. r°. : *Præpositi, jurati, scabini, Eswardiatores communiæ Tornacensis, etc.* Vide supra *Esgardiator.*

* **ESYAMENTUM,** Quidquid alicui proprium est, quo pro libito uti potest. Charta ann. 1445 : *Quæ omnia sita sunt extra villam Allavardi foris posterlam alborum, et cohærent Esyamenta dicti nobilis Joannis Gilbergii a partibus biziæ et occidentis, etc.* Vide infra *Kysia.*

* **ET** interdum pro *Vel* in veteribus Chartis, ut monent probantque Auctores novi Tract. diplom. tom. 4. pag. 576.

* **ETALLIZARE,** Componere, conficere, ut videtur. Docum. artium ante ann. 900, scripta apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 371 : *De vitri arena. Arena, unde vitrum Etallizatur, est enim et lapis, et ipsi vitri coloris.* Leg. fortassis *Cristallizatur.* Vide supra *Cristallum.* [** An *Metallizatur?*]

¶ **ETALLUM,** Locus ubi venalia proponuntur, Gallis *Etal* vel *Etau,* Pluteus venalitius. Instrument. anni 1241. ex Archivo S. Gildasii de Nemore : *Constancia nobilis Domina Pontis-castri dedi Abbatiæ S. Gildasii de Nemore quoddam Etallum, quod habebam apud Pontem-castri... ita tamen quod mansionarius, qui fuerit in dicto Etallo, bannum meum ad vinum meum venundandum, sicut Burgenses mei de Pontecastri custodiat.*

ETARCHARTEA. Lex Bajwar. tit. 9. cap. 11. § 2 : *Superiorem vero virgam, quam Etarchartea vocamus, quæ sæpis continet firmitatem, si eam injuste resciderit, etc.* In quibusdam MSS. *Etarita* legi monet Lindenbrogius. Anglis, Icenis præsertim, *Edar,* et *Ethar* idem sonare testatur Spelmannus. [** *Etar,* Sæpis et *Gartja,* Virga. Vide Graffii Thesaur. Ling. Fr. tom. 1. col. 157. tom. 4. col. 256.]

* Vide Schilt. Glossar. in *Etheron. Ethaliers* apud Cenomannos vocantur Virgultorum fasces, quibus agri clauduntur. *Estamperche,* Pertica erecta, in Lit. remiss. ann. 1458. ex Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 319 : *Un engin ou estoit lié une Estamperche.*

¶ **ETARITA.** Vide *Etarchartea.*

* **ET CÆTERA,** Vox primum in notis, brevitatis causa, a notariis adhibita, quæ dehinc, cum instrumenta luculentius scribebant, explicabatur. Passim legitur : *Dantes, etc. Cedentes, etc. Constituentes, etc. Promittentes etc.* Etiam nunc in usu apud nostros notarios sub hac formula : *Promettant, etc. Obligeant, etc.*

¶ **ETELECHE.** Vide *Filaterium.*

¶ **ETERNALITER,** In æternum. Non semel occurrit. Vide *Æternaliter.*

* **ETERNARE,** Æternæ memoriæ commendare. Litteræ Alberonis de Veldsberg Dapiferi, apud Ludewig. tom. 4. pag. 43 : *Ne gestarum rerum memoria processu temporis evanescat aut pereat, discretorum virorum prudentia eas solet per litteras Eternare.* [** *Civium sigillis fecimus Eternari,* in charta ann. 1252. ap. Kopp. Init. Fœder. Helvet. pag. 6.] Vide *Æternare.*

¶ **ETEROCLITUM,** Idem quod *Diversiclinium.* Vide in hac voce.

¶ **ETESA,** Armorum vel armaturæ species. Odo l. 2. de varia Fortuna Ernesti Bavariæ Ducis inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 320 :

> Ad fera bella viri veniunt, quos inter in armis
> Sexcenti fulgent equites clypeisque coruscant.
> Lunatas Morini peltas, Etesasque comati
> Apportant Galli, Germani quas agitata
> Funda jacit glandes; hi fustibus, ære minantur,
> Præustis animas jaculis penetrantibus illi.

ETFUNDUS, Fundus, ager. Ordericus lib. 7. pag. 657 : *Ingentem exercitum Galliæ in duas partes dimisit Rex Henricus, ut nostros opprimeret Etfundos geminis irruptionibus.*

¶ **ETHATIA.** Pactus Legis Salicæ tit. 2. art. 8 : *Si quis porcum anniculum furaverit Malb. inzymis Ethatia* CXX. *den. qui faciunt sol.* III. *culpabilis judicetur, excepto capitale et delatura.* Locus hic videtur corruptus Eccardo, qui legendum censet, *in azymis sehsatia.* Vocula *in,* inquit, hoc loco est præpositio nostra *in. Zymis* idem est ac *Zuuymis,* Duplum et duplex a *Zuuey, Zuuy,* Duo formatum. *Sehsatia* vel *Sechsatia* compositum est ex *Sechs,* Sex, et *Tia,* Decem, quod supra etiam *Tehun,* nobis Saxonibus *Tein,* Germanis cæteris *Zehn* effertur, unde sexaginta designat. Hac ratione *in zymis sehsatia* erit *in duplo sexaginta;* Germanice : *Zweymahl sechzig :* Bis enim sexaginta denarii faciunt CXX. qui in lege nominantur.

* **ETHEETA,** pro *Eschaeta,* ni fallor. Charta ann. 1224. ex Chartul. Campan. fol. 87 : *Contra alios homines suos ligios de feodo dicti comitis non existentes, quos modo habet vel in futurum per Etheetam est habiturus, non obligat se erga Theobaldum comitem Campaniæ supradictum.* Vide in *Escaeta.*

ETHELINGI, [Nobiles.] Vide *Adalingus.*

¶ **ETHICA,** nude, vel *Ethica febris,* quam Medici *Hecticam* a Græco ἑκτικός, Habitualis, ab ἕξις, Habitus, Febris solutu difficilis, Gall. *Hectique.* Occurrit in Actis S. Martii tom. 3. pag. 869. Maii tom. 4.

Digitized by Google

pag. 480. Junii tom. 1. pag. 793. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 503. etc. *Ethicus morbus*, in Anecdotis Martenianis tom. 3. col. 1892.

¶ ETHISIS, Eadem notione, apud Tiburtium Navarrum in Miraculis S. Francisci Solani, Julii tom. 5. pag. 896.

* ETHICALIS FEBRIS, Hectica, Gall. *Fievre étique*. Acta B. Amadei tom. 2. Aug. pag. 604. col. 2 : *Cum quædam puella..... febre Ethicali afficeretur, essetque multum extenuata, etc. Ecthicalis*, ibid. pag. 582. col. 1. Vide *Ethica*.

* ETHICE. Inter aliquot monasteria abbati Cluniacensi subjecta memoratur *Monasterium sancti Eugendi Ethice*, in Charta Frider. I. imper. ann. 1153. ex Chartul. Cluniac. ch. 214. Forte pro *Euthice*, feliciter.

* ETHIQUETA. Vide infra *Etiquetta*.

¶ ETHNA. Litteræ Bartholomæi Camerarii Franciæ ann. 1220. mense Novemb. ex Archivo Sangerman. : *Et sciendum, quod ipsi Burgenses habebunt Ethna sua pressorata ad quintam ollam ad torcular Abbatis prædicti in eodem territorio ædificatum*. In Chartulario AB. fol. 48. recentior manus correxit, *Et vina*. Non male, ut puto.

* Vox, ut opinor, mendose scripta, pro *Esna*. Vide supra in hac voce.

¶ ETHNIKE. Donatio Deodati Clerici facta Monasterio Sithiensi ann. XXXII. regni Karoli gloriosissimi Regis [** Guerard. pag. 66.] : *Mancipia cum omni Ethnike et peculiari eorum, campis, silvis pratis, etc.* Charta Waldberti pro eod. Monasterio apud Folquinum : *Vendidi et tradidi... mancipium unum cum omni Etneke et peculiari suo, etc.* Forte idem est quod Familia, a Græco ἔθνος, Gens natio, et metaphorice Societas et genus hominum. Vide tamen ne idem sit quod *Etica*. [** Anglosaxonibus Ead, Possessio, unde Eaden, Angl. *given up, conceded, granted*, apud Bosworthum. Vide *Alodis*.]

* ETHYRODIANI, *Hæretici, qui dicunt Mariam virginem ante partum, non post partum*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. [** Ap. Papiam *Ethivodiani*, sed leg. *Elvidiani*, ex Isidor. Orig. lib. 8. cap. 5. sect. 57.]

* ETIA, Modus agri. Charta pro canonicis Castrivil. ann. 1373. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 158 : *Sub quadam masura sita ou Churtri, cum duabus Etiis vingnearum sitis in Buxi, triginta solidi Turonenses*. Vide supra *Estiro*.

¶ ETICA, *Proprietas, Eticon, Proprium*. Gloss. Isid. Neutrum intelligit Grævius.

* ETIQUETTA, a Gallico *Etiquette*, Schedula inscripta. Inventar. Chartar. reg. ann. 1482. fol. 96 : *Nunc includuntur litteræ in quodam saculo cotato in Etiquetta viiˣˣ. xvj*. Ibid. fol. 114 : *In Ethiqueta sive membranula pergameni, etc.*

ETLEHA. Capitulare de Villis cap. 40 : *Ut unusquisque judex per villas nostras, singulares, Etlehas, pavones, fasianos,... semper habeant*. Leg. *Et Lehas*. Nostri etiamnum *Layes*, apri feminas vocant.

ETLIDUS. Vide *Lidus* post *Litus*.

¶ ETNEKE. Vide *Ethnike*.

* ETRIDIA, *Indigne vel moleste*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

* ETRONUS, *Senza regno*. Glossar. Lat. Ital. MS.

* ETTHESAAL. Leg. Danicæ lib. 3. §71. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 183 : *Item statuendum est, quod in quolibet saal sit summa xxx. marcarum in prompta pecunia et nullus cognatus emendare cum cognato suo cognatum, tamen si pace privatus fuerit, tunc solvant cognati duo Etthesaal semel et non sæpius*. Vide *Gorsum*.

ETUNIARE, pro *Idoneare, Etuniatus*, pro *Idoneatus*, in aliquot Codd. Legis Ripuar. tit. 39. cap. 2. uti monet Steph. Baluzius. Vide *Idoneus*.

* ETYMOLOGICARE, Etymologiam vocis scrutari, explicare. Vita S. Domin. tom. 1. Aug. pag. 559. col. 2 : *Dominicus, qui* (Domini) *custos, vel a Domino custoditus Etymologicatur, etc.*

¶ 1. EVACUARE, Vacuum seu irritum redderre. Epistola Stephani VI. Papæ adv. Selvam et Hermemirum : *Volens ipsius sanctorumque Apostolorum ejus instituta.... penitus Evacuare*. Vide *Exvacuare*. [* Vide hanc vocem in *Vacuus*.]

* 2. EVACUARE, Ventrem exonerare, vox Italica, Gall. *Vuider*. Charta ann. 1196. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 92 : *Et dixit, quod pater Ezali Ervaconni debebat canes curiæ ducere ad Evacuandum pro suo feudo, quod a curia tenebat*.

* EVACUARIUM, Apochæ species. Vide in *Vacuus*.

* EVACUATIO, Abdicatio, rei possessæ dimissio; *Evacuationis Charta*, qua quis ad majorem auctoritatem coram judicibus vel testibus rem aliquam ad alium transfert. Charta ann. 1105. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 367 : *Facta carta Evacuationis vel diffinitionis hujusmodi xv. Kal. Julii.... Sign. Guillelmus Udalgarii, qui hanc scripturam donationis et Evacuationis fieri firmavi et testes firmare rogavi*. Vide *Exvacuare* et *Finis* 1.

EVACUATORIA, [Apochæ species.] Vide *Vacuus*.

EVADARI, *Reposcere, flagitare*. Papias, [et Gloss. Isidori.]

* *Evadant*, pro Invasor, aggressor, in Lit. pro restaur. commun. Tornac. ann. 1370. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 378. art. 26 : *Que s'aucuns forains couroit sus, ou faisoit assault ou invasion contre les bourgois,.... et les bourgois... mutiloit ou mettoit à mort l'assaillant ou Evadant, etc.*

¶ EVADIATUS, Is a quo ratione *forisfacti vadium* seu pignus ablatum est. Charta Florenciæ Calensis Abbatissæ in Tabulario ejusd. loci pag. 183 : *Si autem vel latro vel alius homo aliquid forefactum faciens in illa prata inventus et captus vel Evadiatus fuerit... justitia omnino nostra est*. Vide *Vadium*.

* EVAGATORIUM. Ita inscribitur Peregrinatio Felicis Fabri Dominicani. Vide Amœnit. liter. tom. 3. pag. 51. et Bibl. Script. Prædicat. tom. 1. pag. 872.

¶ EVAGIUS. Charta Theobaldi Abb. Floriac. ann. 1250 : *Item dictus Hugo debet citare Evagios et alios balliviæ suæ coram Cellerario*. Puto legendum *Estagios* vel *Estagiarios*. Vide in hac voce.

¶ EVALUATIO, Gall. *Evaluation*, Æstimatio. Legitur in Registro Parlamenti ann. 1450. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 396.

¶ EVANADOTUS, εὐανάδοτος, Cibus qui facile digeritur. Vide *Incorporatio*.

* Vox Græca bonæ notæ, Cibus optimus, εὔχυμος, εὔπεπτος. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959 : *Euanadotum vinum, Alexandro bene nutribile, ab Eu, quod est bene; et anadosis, redditio*.

EVANGELIARIUM, Liber, in quo continentur Evangelia, quæ in singulis Missis leguntur aut cantantur, quem, ut hodie habetur, a D. Hieronymo compositum scribit Honorius Augustod. l. 1. cap. 88. [Gesta Gaufredi de Loduno, apud Mabillonium tom. 3. Analect. pag. 391 : *Collectarium epistolarum, Evangeliarum, Missale et duos ordinarios*.]

EVANGELISTARIUM, Eadem notione. Chronicon Fossæ novæ ann. 1196 : *Quatuor Evangelistaria argentea, 12. cruces argenteæ*. Vide Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 384. Εὐαγγελιςάριον Græcis recentioribus, de quo pluribus Leo Allatius Dissert. 1. de Libris Eccles. Græcor. ubi de lectione Evangelii in Ecclesia multa commentatur. [** Vide Montef. Palæogr. Gr. pag. 386. 387.]

* Nostris *Evangelier*. Invent. Gall. S. Capel. Paris. : *Un Evangelier et un épistolier de grans volumes*. Reg. sign. *Pater* Cam. Comput. fol. 164. v°. ubi de inauguratione regis et reginæ : *L'Evangile leue, li graindres des arcevesques et des évesques doit prendre l'Evangelier et porter au roy et à la royne à besier*.

** EVANGELISMI FESTUM, Dominica Rogate. Vide in *Dominica*.

* EVANGELISTA, Lætus nuntius. Eo nomine intitulatur S. Nicolaus in Charta ann. 1325. ex Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 528 : *Ce fu fait l'an de grace mil ccc. vint et chinc le Vendredi jour de feste saint Nicholas Euuangeliste*. An quod nomen Græcum Νικόλαος, victor populi, boni ominis est? an quia puellis, ut fert vulgi opinio, connubium proxime futurum nuntiat.

EVANGELIUM, seu Evangelii lectiones ex veteri instituto stantes audiisse fideles pluribus probat Henric. Valesius ad lib. 3. Philostorgii cap. 5. pag. 208. [et D. *Coustant*, tom. 1. Epist. Rom. Pontif. col. 738.] Evangelium nudato ense in Vigilia Natalis Domini, in Matutinis, Moguntiæ legit Carolus IV. Imperator, ut est in M. Chronico Belgico pag. 286. Continuator Nangii ann. 1378. de eodem Carolo : *Et pour ce que de coustume l'Empereur dit la septiesme leçon à Matines, revestu de ses habits et enseignes Imperiaux, il fut avisé par les gens du Roy, que ou Royaume ne le pourroit il faire, ne souffert ne lui serpit*. Berrius in Carolo VII. pag. 87. de Sigismundo Imp. : *Le lendemaint vint l'Empereur à la Messe S. Pierre de Rome, et le Pape chanta la Messe, et l'Empereur dit l'Evangile en l'habit de Diacre*. Vetus Ceremoniale MS. cap. *Comme on fait un Empereur : Le Pape doit chanter la Messe, et le Roy de France y peut estre, et doit dire l'Epistre : en son absence, le Roy de Sicile la doit dire : l'Em-*

Digitized by Google

pereur doit dire l'Evangile, et y estre couronné Empereur à S. Pietre de Rome, etc.

¶ Evangelia Parvula, hoc est, Evangeliorum particulas in Schedulis descriptas, inter superstitiosa phylacteria recenset S. Hieronymus in Matthæum cap. 23.

¶ Evangelium Plenarium, Liber ecclesiasticus, in quo omnes ex Evangelio lectiones in sacris liturgiis recitari solitæ continentur. [* Mallem quatuor Evangelia simul compacta intelligere.] Hariulfus l. 2. Chronici Centul. cap. 10 : *De libris, Evangelium unum auro scriptum cum tabulis argenteis auro et lapidibus pretiosis mirifice paratum unum; aliud Evangelium plenarium unum.* Vide *Missale plenarium.*

Purgatio per S. Evangelium. Anastas. Bibl. in Pelagio PP : *Qui Pelagius tenens Evangelia, et Crucem Domini super caput suum, in ambonem ascendens, satisfecit cuncto populo et plebi, quia nullum malum peregisset contra Vigilium.* Marcellinus Comes de eodem Pelagio : *Apud S. Petrum ambone ascenso, Evangelioque super caput suum posito, juramento se crimine purgavit.*

Divinatio per Evangelii Inspectionem. Vide *Sortes Sanctorum.* [** Et Glossar. med. Græcit. in Συγὸς τοῦ εὐαγγελίου col. 468.]

Evangelium in Dorso Portare. Tabularium Ecclesiæ Landavensis, in Monast. Anglic. tom. 3. pag. 192 : *Et Rex circuiens totum territorium, et portans Evangelium in dorso, cum Clericis ferentibus Cruces in manibus, et aspersa aqua benedicta, simul cum pulvere pavimenti Ecclesiæ et sepulchri, in omnibus finibus perambulavit per totum, facta maledictione et excommunicatione ab omnibus uno ore, illis specialiter quicunque locum istum cum suo territorio, et finibus istis subscriptis, ab Ecclesia Landaviæ, et a Postoribus illius in æternum separaverit; data autem benedictione servaturis in pace.* Similia habes pag. 198 : *Et Rex Arthuis circuiens territorium totum in giro suo, sparso pulvere sepulchri S. Ciuwanchi discipuli S. Dubricii per totum confinium, antecedente sancta Cruce, cum aspergine aquæ Benedictæ, et præsente Episcopo Comeregio, cum suo Clero, solus Rex portabat Evangelium in Dorso confirmans eleemosynam factam pro anima patris sui.*

* Evangelii Concentus, Canticum Evangelicum *Magnificat* recte interpretatur Mabill. ad vit. S. Arnulfi sæc. 6. Bened. part. 2. pag. 550 : *In vigilia Dominicæ Ascensionis ad concentum sancti Evangelii intra synaxim vespertinam, etc.* Neque enim, ut monet Vir doctissimus, alia pars sancti Evangelii cantata fuisse videtur tunc temporis in synaxi vespertina. Id autem omnino aperte probat Officium proprium S. Emmer. tom. 6. Sept. Act. SS. pag. 512. col. 2. et pag. 514. col. 1. ubi ad Vesperas legitur : *Antiphona ad Evangelium;* quæ etiam nunc in monasterio S. Emmerammi ad *Magnificat* cantatur, ut ex priore ejusdem monasterii testantur docti Editores.

¶ Evangelius Domini Abbatis, hoc est, Capellanus, ut conjicit Mabillonius Annal. Bened. tom. 5. pag. 299. ad annum 1092.

¶ Evangelizare, Scripturas probare, Practicis.

¶ Evantatgium, Jus præcipuum, prærogativa, Gall. *Avantage.* Charta Officialis Claromontensis ann. 1354. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 319 : *Post mortem tamen dictæ Ysabellis sint et remaneant... in omni eventu de constitutione dotis prædictæ duo millia dictorum florenorum auri... in Evantatgium ac majoritatem procreatis liberis ab ipsa Ysabelle et ab alio viro, si contingebat, procreandis.* Vide *Aventagium.*

* Evanuare, Dissipare, e conspectu tollere, Gall. *Faire évanouir.* Vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 264. col. 2 : *Sed sanctus singulas species illusorias, edito signo crucis Evanuavit.*

Evanutus, Elapsus. Petrus de Alectis Episcop. Senogall. in Itinerario Gregorii XI : *Evanutis octo diebus Pentecostes, adest dies sanctæ Trinitatis.* Utitur non semel.

¶ Evare, *Provocare.* Glossar. Sangerman. n. 501.

* Eo spectare videtur vox *Esvaudie*, qua jurgium, rixa significatur, in Lit. remiss. ann. 1412. ex Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 240 : *L'exposant espouenté d'icelle noise sailli de son hostel,... et rencontrant Martin Fromont lui dist : Qui te fait faire ces Esvaudies?*

Evasio Latronum, in Fleta lib. 1. cap. 20. § 12. Vide *Escapium.*

Evastare, pro Vastare, ἐκπορθοῦν, in Gl. Græco-Latinis.

* Eubanus, *Uno ligno*, in Glossar. Lat. Ital. MS. [** An *Ebenus*, Germ. *Ebenholz?* Adel.]

* Eucarmen, Antiphona, quæ ad oblationem in Liturgia sacra canitur. Grad. Albiense xi. sæc. ex Bibl. reg. : *Offertoria vocantur Eucarmina, quæ super hostias oblatas Domino canit Ecclesia.*

¶ Eucharis, εὔχαρις, Gratiosus. Interpres Eccli. 6. 5 : *Lingua Eucharis in bono homine abundat.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MSS. : *Eucaris, Gratieux.*

Eucharistia, ex Gr. εὐχαριστία, sacrum Christi Corpus in Missæ sacrificio confectum, de qua appellatione audiendus in primis Michael *Dufresne* Soc. Jesu Presbyter, frater ὁ μακαρίτης, in Dissertation. sacris ac historicis ineditis de Antiquis Sacramentorum ritibus, diss. 4. cap. 2 : *Præterea huic etiam Sacramento ab institutione factoque Servatoris, idque præcipuum Eucharistiæ nomen inditum est. Quippe sacri testantur Evangelistæ, cum illud institueret, Patri Redemptorem egisse gratias,* εὐχαριστῆσαι. *Ita* cap. 26. *Matthæus, de Calice saltem.* Et accipiens Calicem gratias egit : εὐχαριστήσας ἔδωκεν αὐτοῖς. *Tum Luc. 22. cap. de ipso pane* : Et accepto pane, *inquit*, gratias egit, εὐχαριστήσας ἔκλασε. *Paulus denique easdem omnino usurpat voces hoc de Sacramento agens in Epist. 1. ad Corinth. cap. 11.* Accepit panem, et gratias agens fregit, ἔκλασεν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε. *Hoc igitur Sacramentum id nominis ab exemplo Servatoris obtinuit, quod etsi non extet in Scriptura, usurpat illud Syrus Paraphrastes antiquissimus, usurpat Ignatius in sua ad Smyrnenses Epistola, Justinus, Irenæus, aliique primorum Ecclesiæ sæculorum scriptores; ut nihil dicam de recentioribus. Quo in vocabulo, quod a parte una totam Domini designat actionem, qua Deo Patri gratias egit, antequam panem vinumque consecrans, merito nonnulli observant quomodo Filius Dei umbras legis ad veritatem traduxerit. Quippe mos fuit populo Judaico convivium illud in quo Paschalis Agnus edebatur, poculo claudere, quod Poculum laudis appellabant. Exploratum autem ab gratiarum actione dictam Eucharistiam, ut pluribus explicat Homil. 6. in Matthæum Chrysostomus : nec enim probatur quod in Libris Orig.* εὐχαριστίαν bonam gratiam *S. Isidorus interpretatur : cui S. Thomas assentitur 3. pag. 73. a. 4. quod nomen petitum ait vel ex significatione futuræ gloriæ, quia gratia Dei vita æterna, ad Rom. 6. vel ex re quam continet, Christo videlicet, qui summa Gratia.* Eucharistiæ vocem passim usurpat Cyprianus Epist. 11. et alibi, ut et Patres alii, cujus aliquot et præcipuos ritus hic perstringemus.

* *Eucharistici* panis forma præscribitur in Stat. MSS. eccl. S. Laur. Rom. : *Ordinarunt quod sacratissimum Corpus Domini nostri Jesu Christi in parvis formis et rotundis factum sit, et non per frusta pro infirmis reservetur.*

Olim quotidie sacram Eucharistiam sumebant fideles, quod jam inde ab Apostolis usitatum fuisse docent non uno loco eorum Acta, ut et Cyprianus de Orat. Dominica. [Et quod maxime notandum, Canon. Apost. 6. et 7. a communione separantur omnes sive Clerici sive Laici qui Sacris intersunt, et sanctis Mysteriis abstinent.] At desiit mos iste Romæ, Hieronymi potissimum ætate, ut ipsemet testatur in Epist. ad Lucam et Beticum, et in Apologet. ad Pammachium : Mediolani vero sub S. Ambros. ut patet lib. 4. et 5. de Sacrament. in Africa denique usque ad S. Augustini ætatem, ut colligere licet ex d. lib. S. Ambrosii de Sacrament. et lib. 2. de Serm. Dom. S. Chrysost. Homil. 61. ad populum Antioch. 3. in Epist. ad Ephes. et 17. ad Hebræos, eodem Augustino Epist. 118. cap. 2. etc.

☞ Refrigescente sensim charitate, eo deventum est ab Eucharistia abstinentiæ, ut coacti fuerint Episcopi leges ferre ad compellendos fideles ad sacram communionem præcipuis saltem festivitatibus. Pascha, Pentecoste, Natali Domini communicandum statuunt Eliberitani Patres in Fragmentis can. 2. Idem decernit Concil. Epaon. can. 35. Agathense can. 18. habet : *Seculares qui Natale Domini, Pascha et Pentecosten non communicaverint, Catholici non credantur, nec inter Catholicos habeantur.* Simili modo in Capitularibus Regum nostrorum lib. 2. cap. 45. præcipitur, *Ut si non frequentius, vel ter laici homines in anno communicent, nisi forte quis majoribus quibuslibet criminibus impediatur.* Vide Concilium Turon. III. can. 50. Reginonem lib. 2. cap. 195. Burchardum lib. 5. cap. 17. Ivonem part. 2. cap. 27. Gratianum dist. 2. de consecrat. cap. 16. *Et si non.*

Eucharistia in manus fidelium data. S. Augustinus Serm. de Temp. 252 : *Omnes viri quando communicare desiderant, lavant*

Digitized by Google

manus suas, et omnes mulieres nitida exhibent linteamina, ubi Corpus Christi accipiant. Vide Baron. ann. 690. n. 55. Binium ad Concil. Toletan. I. Menardum ad Sacramentar. Gregorii pag. 378. Henric. Valesium ad Eusebii Hist. Eccles. lib. 7. cap. 9. Virum doctissimum Joan. Mabillonium in Præfat. ad tom. 3. sæculi 3. Benedictini num. 11. Card. Bona lib. 2. Rerum Liturgic. cap. 17. num. 3. etc.

☞ *Eucharistiam* accipientes, cum dixisset sacerdos : *Corpus Christi*, respondebant, *Amen*. S. August. Serm. 272 : *Audis Corpus Christi, et respondes Amen.* Et lib. 12. cont. Faustum cap. 10 : *Habet enim magnam vocem Christi sanguis in terris, cum eo accepto ab omnibus respondetur, Amen.* Idem testantur Cornelius PP. Epist. ad Fabium Antioch. Hieronymus Epist. ad Pammach. Ambrosius lib. 4. de sacram. cap. 5. et alii.

Eucharistiam domum delatam, et in arca asservatam, scribunt Tertullianus sub finem libri ad Mart. lib. 2. ad uxor. [S. Cypr. lib. de Lapsis.] S. Augustin. lib. 3. contra Crescon. cap. 11. Basil. M. Epist. 289. Joan. Moschus cap. 29. 79. etc. Verum id can. 3. Concilii Cæsaraugustani vetitum, quo anathematizatur is qui Eucharistiæ gratiam acceptam in Ecclesia non consumpserit. Vide Baron. ann. 57. n. 149. 150. ann. 293. n. 2. [Concil. Tolet. I. cap. 14. Capitul. lib. 7. cap. 473.]

Eucharistiam in sacra Liturgia a se confectam, in Communionis Symbolum, sibi mutuo impertiebant Sacerdotes ac Episcopi ; cujus moris exemplum habetur apud Evagrium lib. 1. cap. 13. initio.

☞ Eam ob rem etiam mittebatur Episcopis et Sacerdotibus qui sacro non interfuerant. Testis est Irenæus Epist. ad Victorem PP. apud D. *Coustant* tom. 1. Epistolar. Rom. Pontif. pag. 106 : *Verum qui te præcesserunt Presbyteri, quamvis minime observarent (eundem ac tu morem) Ecclesiarum Presbyteris qui observabant, Eucharistiam miserunt.* Vide Epist. Innocentii ad Decentium ibid. pag. 856.

Eucharistiam a jejunis sumptam testantur [Tertullianus lib. 2. ad uxor. cap. 5. S. Ambrosius Serm. 8. in Psal. 118. n. 48.] S. August. Epist. 118. cap. 6. Concil. Carthag. III. can. 29. S. Eligius Noviom. Episc. Homil. 8. S. Dorotheus doctr. 9. Walafridus Strab. lib. de Reb. Eccles. cap. 19. Capitula Theodori Cantuar. cap. 50. etc. [S. Johann. Chrysostomus Epist. 143. calumniatores refellit, qui eum accusarant, quasi Eucharistiam quibusdam non jejunis tradidisset. In quibusdam tamen Ægypti Ecclesiis post cœnam offerebatur Sabbato, dubaturque non jejunis, si Socrati lib. 5. cap. 22. et Sozomeno lib. 7. cap. 19. fides habeatur.]

Eucharistiam, seu Hostiam sanctam, de manu Episcopi sumebant Presbyteri recens promoti, quam usu quotidiano usque ad quadragesimum diem consumebant. Vide Fulbert. Carnot. Ep. 2.

Eucharistia olim data, suscepta Extrema Unctione. Vide Usus antiquos Ordin. Cisterciensis cap. 93. Ricuifum Suessionensem in Statut. ann. 889. cap. 10. et quæ annotat Menardus ad Sacrament. Gregorii pag. 334. [et Mabill. in Præfat. ad tom. 3. sæculi 3. Benedict.]

☞ *Eucharistiam* a sæculo IV. in Ecclesia adservatam fuisse etiam sub utraque specie, testis est S. Chrysostomus in Epist. 4. ad Innocent. PP. apud D. *Coustant* tom. 1. pag. 783 : *Neque hic malum stetit ; sed ubi sacra erant reposita ingressi milites, quorum aliqui, ut comperimus, initiati non erant, viderunt omnia quæ intus erant, et Sanctissimus Christi Sanguis, ut in tanto tumultu, in prædictorum militum vestes effundebatur.* Mediolani in dolio aureo, ut scribit S. Ambr. Epist. 4. n. 4. quod in Sanctuario repositum erat, servabatur. Nec aliter intelligendus, ut arbitror, Anastasius in Vita Nicolai PP. I. apud Murat. tom. 3. col. 253 : *Fecit autem (Nicolaus) in Basilica Salvatoris... Cruces de argento purissimo, quæ pendent ante Figuram substantiæ Carnis ejusdem Domini nostri Jesu Christi.* Vide Cyprianum lib. de Lapsis, Basilium Epist. 389. Cyrillum Alexand. in Præfat. adv. Antropomorphytas, Vitam sancti Galli cap. 19. etc.

☞ *Eucharistiam Presbyter semper habeat paratam, ut quando quis infirmaverit, aut parvulus infirmus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur,* lib. 1. Capitul. cap. 155. lib. 5. cap. 57. Vide lib. 6. cap. 178. Walterum Aurel. cap. 7. Reginonem lib. 1. cap. 69. Burchardum lib. 5. cap. 10. Ivonem part. 2. cap. 20.

* *Eucharistia*, quæ asservatur, post quindecim dies renovanda statuitur ibid. : *Ordinarunt quod de xv. in xv. diebus sacratissimum Corpus Christi renovetur, et capsa seu vas in quo reponitur super calicem bene mundetur,... et quotienscumque Corpus Christi renovatur, fenestra in qua reponitur ab araneis et pulveribus mundetur et pannus circum circa ponatur, quos rectores ipsi mundos et sine pulveribus servare teneantur.*

Eucharistia infantibus statim post baptismum etiam lactentibus data, ut est in Ordine Romano, et apud Alcuinum in Ordine ad Baptismum, et Hugonem a S. Victore lib. 2. Speculi Eccl. cap. 20. Vita MS. S. Gervasii Diaconi Cenomanensis Mart. : *Dicebant enim quod in hora qua sæpedictus Pontifex, peracto baptismate in os illius infantis, sicut moris est, sanctum Christi Corpus misit, in labiis illius guttam sanguinis vidit, etc.* Cæteris porro infantibus non modo datam Eucharistiam, sed etiam porrectum sacrum Calicem, scribunt S. Cyprianus lib. de Lapsis, S. Augustinus Epist. 23. 106. 107. lib. 3. de Trinitate cap. 10. lib. 3. contra Crescon. cap. 11. contra 2. Epist. Pelagianor. cap. 22. lib. 4. cap. 4. lib. 1. contra Julian. cap. 4. 6. lib. 3. cap. 1. lib. 1. de Peccator. merit. cap. 19. 20. Jesse Ambian. Episc. etc. Adde Lanfrancum Epist. 33. et ibi notas D. Lucæ Acherii, Menardum ad lib. Sacram. Gregorii pag. 106. Joan. Garnerium ad Marium Mercatorem tom. 1. pag. 79. et Card. Bona lib. 2. Rerum Liturg. cap. 19.

* Ejusdem ritus meminit antiquissimus Ordo eccl. Ambros. ubi et Hostiam sacro Sanguine intinctam iisdem porrectam fuisse observare est, apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 844. Peracto baptismate sequitur communio, quæ sub his verbis ministrabatur : *Corpus Domini nostri Jesu Christi sanguine suo tinctum conservet animam tuam in vitam æternam. Amen.*

Eucharistiam, seu *Hostias consecratas* in libro Manuali, itinerantes Presbyteros Hibernicos a collo suspenso deferre olim solitos, testatur Silvester Giraldus in Topogr. Hibern. dist. 2. cap. 19. [Idem de Monachis extra Monasterium exeuntibus innuit inscriptio quam initio cujusdam codicis, in quo Gregorii M. expositio in Ezechielem continetur, antiquissimo characterе scriptam legisse se monet Mabill. Analect. tom. 4. pag. 40 : *Oportet Monacho ubicumque exierit, Eucharistiam semper secum vehat.* Vide Gregorium M. Præfat. in Job, et lib. 3. Dialog. cap. 36.]

Eucharistiam, seu panem Eucharisticum, in sanguine intinctum sumebant interdum Laici, quod *mixto sacrificio communicare* vocat Missa antiqua ex Codice Ratoldi Abbatis Corbeiensis, quod tamen non semel vetitum. Vide Micrologum cap. 26. Paschalem II. PP. Ep. 32. Ivon. Carnot. part. 2. Decret. cap. 85. Concilium Londoniense ann. 1175. can. 16. Ernulfum Roffensem Episcopum Ep. 2. tom. 2. Spicileg. pag. 432. Joan. Abrincens. de Off. Eccl. pag. 19. præterea Marcam ad Canon. 28. Concilii Claromontani, et ad calcem Hist. Beneharn. in Addition.

* Sanguine intincta præcipue ægrotis data ut eam facilius deglutirent : unde Paschalis II. PP. in Epist. 32. in qua hunc ritum pro laicis improbat, exceptionem addit hanc : *Præter in parvulis, ac omnino infirmis, qui panem absorbere non possunt.* Missale MS. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 844 : *Impositio manuum super infirmum :* nempe Olei sancti unctio, subinde additur : *Communica eum, et dic : Corpus Domini nostri Jesu Christi sanguine suo tinctum conservet animam tuam etc. Oratio : Domine sancte Pater, te fideliter deprecamur, ut accipiente fratre nostro sacrosanctam hanc Eucharistiam Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi, etc.* Rituale MS. monast. Bobiens. ibid. col. 845 : *Et cum viderint eum ad exitum appropinquare, dandum est illi Corpus et Sanguinem Domini, etiamsi ipso die comedisset... Et cum posuerit in ore ipsius Eucharistiam, dicat sacerdos : Corpus Domini Jesu Christi Sanguine suo inlitum intinctum mundet te, etc.*

☞ *Eucharistia* ori moribundorum infusa, lib. 5. Capitul. cap. 120. 140. et in Canonibus Isaaci Episc. Lingon. tit. 1. § 5. et 20.

Eucharistiam mortuis datam, et in os missam, antequam humo mandarentur, observare est ex Concilio III. Carthag. cap. 6. et Autisiod. can. 12. 36. Crisconio cap. 247. ubi id vetatur.

Eucharistiam dari energumenis, vetant Capitularia Attonis Episc. cap. 76. [Si dociles sint, permittunt Concilia Araus. can. 14. et Arelat. II. can. 39.]

* *Eucharistiam* ægrotis deferebant laici, cum presbyter infirmus aut absens erat. Stat. synod. Guid. Lexov. episc. ann. 1321,

Digitized by Google

ex Cod. reg. 4653 : *Nec permittant* (sacerdotes) *diocesanos deferre infirmis sanctum Corpus Domini, nisi in necessitate, cum sacerdos fuerit absens vel infirmus.* Vix perspicio quo spectat caput 12. Stat. eccl. Turon. ann. 1396. b. ex cod. reg. 1237 : *Inhibetur presbyteris ne hostias sacratas dent pueris nullomodo, nisi communicandi causa in die Paschæ.* Obscurior. videtur Gallica versio ibid. : *Il est deffendu aus prestres que ilz ne donnent par nulle maniere aus enfans les hosties sacrées, fors le jour de Pasques pour paour d'escommynges.* Quod de *Eulogiis* videtur intelligendum. Vide *Eulogiæ* 2.

Eucharistia in *navibus* delata legitur apud S. Ambros. lib. de Obitu Satyri fratris, lib. 3. de Offic. cap. 36. Gregorium M. PP. lib. 3. Dial. cap. 37. Matthæum Paris ann. 1247. Joinvillam in S. Ludovico pag. 8. et 112. Sed id peculiari privilegio sancto Regi indultum a Legato Apostolico, scribit in ejus Vita Gaufridus de Belloloco cap. 9. ut nempe sacram Eucharistiam *in* Ægyptum profecturo in navigio suo deferre liceret : *quod alii peregrini quantumcumque magni facere non solebant.* Vide *Missa sicca.*

Sacram Eucharistiam in vase aureo in equo albo delatam in solenni in urbem Romam summi Pontificis ingressu, scribit Martinus Ballaius sub ann. 1533 : *Lui etant assis sur une chaire portée sur les espaules de deux hommes, et en ses habits Pontificaux, hormis la tyare, marchant devant lui une haquenée blanche, sur laquelle reposoit le Sacrement de l'Autel, et estoit ladite haquenée conduite par deux hommes.*

¶ Eucharistia, Pro sacra pyxide, seu Ciborio, Gall. *Ciboire.* Hist. MS. Beccens. Monast. ex Archivo ejusd. pag. 96. n. 2 : *Festinato ivit Abbas, sed nullam in Eucharistia invenit hostiam.* Et pag. 581. num. 17 : *Dedit dono Ecclesiæ S. Petri de Pratellis Eucharistiam, ubi Corpus Domini debet esse super altare.*

Eucharistia, pro Festo sancti Sacramenti, non semel in Ordinario MS. Ecclesiæ Rotomagensis.

* Occurrit etiam in Obituar. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5191. fol. 121. v°.

Purgatio per Eucharistiam, iis, quas *vulgares* vocant, videtur accenseri, cum unicum *Sacramentum*, seu *juramentum* pro Canonica receptum sit; etsi ab ipsis summis Pontificibus et Episcopis legatur inita, et in Conciliis approbata; in quibus ejusmodi purgatio per divinæ *Eucharistiæ*, seu Sacramenti Dominici perceptionem, Sacerdotibus potissimum imponitur, a quibus juramentum exigere nefas ducebant, ne manus, per quam Corpus et Sanguis Christi conficitur, juramento polluereturque. Concilium Triburiense cap. 21 : *Laicus per juramentum si necesse sit, se expurget; Presbyter vero vice juramenti per sanctam consecrationem interrogetur, quia Sacerdotes ex levi causa jurare non debent. Manus enim per quam Corpus et Sanguis Domini conficitur, juramento polluetur? Absit*, etc. ubi *Consecrationem* intelligo, non in Sacerdotem, sed Corporis et Sanguinis Christi Sacramentum, inter Missarum solemnia : quod indicat Concilium Wormaciense cap. 10 : *Si Episcopo aut Presbytero causa criminalis, hoc est homicidium, adulterium, furtum, et maleficium imputatum fuerit, pro singulis Missam celebrare debet, et communicare, et de singulis ibi imputatis innocentem se ostendere.* Idem Concilium cap. 15 : *Sæpe contingit, ut in monasteriis furta perpetrentur, et qui hæc committant, ignorentur. Idcirco statuimus, ut quando ipsi fratres de talibus se expurgare debuerint, Missa ab Abbate celebretur, vel aliquo cui ipse Abbas præceperit, præsentibus fratribus, et sic expleta Missa, omnes communicent in hæc verba : Corpus Domini sit mihi ad probationem hodie.* Vide Notas Binii ad hoc Concilium, et Capitulare Aquisgran. de Vita et conversatione Monachorum cap. 64. Leges Kanuti Regis cap. 5. edit. Saxonicæ, et apud Bromptonum, Presbytero, si *Sacramentales* non habeat, *super sanctum Corpus Domini se purgare* permittunt.

Ita apud Ditmarum lib. 2. pag. 25. cum Abraham Frisingensis Episcopus, quod a Julitta Henrici Bavarici Ducis uxore, ac tum vidua, impensius dilectus fuisset, ab aliquot invidis infamaretur : ea extincta, in die ejus depositionis, ab eodem Antistite Missam cantante sic expurgata est : *Ante communionem, is versus ad populum, quæ merita ejus fuerint, circumstantibus indixit : hoc, inquiens, delictum, quo diffamata fuit, si hæc unquam commisit, faciat omnipotens Pater Filii suimet Corporis et Sanguinis salutare remedium mihi provenire ad judicium, et ad debitam damnationem, animæque ejus ad perpetuam salvationem. Ac tunc cum mentis ac corporis innocentia sumpsit unicum cunctis fidelibus remedium. Credidit que populus, quamvis sero, et cum detractione injusta plus ei profuit, cum nocere studuit.* Nec absimile illud quod profert exemplum Adam Bremensis cap. 147. et ex eo Albertus Stadensis ann. 1051. ubi ait in Concilio Moguntino, *Spirensem Episcopum Sibiconem, cui adulterii crimen intendebatur, examinatione Sacrificii purgatum esse.* Sic apud Reginonem ann. 941. Fridericus Archiepiscopus conspirationis in Imperatorem accusatus, *publica se examinatione, perceptione Corporis et Sanguinis Domini coram populo in Ecclesia purgavit.*

Eodem perinde se judicio purgavit Gregorius VII. apud Lambertum Schafnab. ann. 1077 : *Absoluto eo* (Henrico Imp) *ab excommunicatione, Papa Missarum solemnia celebravit, confectaque sacra oblatione, Regem cum cætera, quæ frequens aderat, multitudine, ad altare evocavit, præferensque manu Corpus Dominicum, Ego, inquit, jampridem a te tuisque fautoribus litteras accepi, quibus me insimulabas Sedem Apostolicam per simoniacam hæresim occupasse,... et licet multorum idoneorum certe testium adstipulatione crimen refellere queam, ... ego tamen ne humano potius quam divino niti videar testimonio, ut satisfactionis compendio omnem omnibus scandali scrupulum de medio auferam, ecce Corpus Dominicum, quod sumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ, ut omnipotens Deus suo me hodie judicio vel absolvat objecti criminis suspicione, si innocens sum : vel subitanea interimat morte, si reus. Hæc et alia, ut solenne est, præfatus verba terribilia, quibus Deum causæ suæ æquissimum judicem, et innocentiæ assertorem adesse precabatur, partem Dominici Corporis accepit, et comedit, etc.* Vide eumdem ann. 1050. *Extitit*, inquit Glaber Rodulph. lib. 5. cap. 1. *quidam nostro tempore in Clericali habitu, dum jure culparetur quodam crimine, contigit ut sumeret audacter judicio examinis donum Eucharistiæ, Calicis videlicet sanguinis Christi : cui protinus per medium umbilici egredi visa est pars candidissima quam sumpserat ejusdem sacrificii, dans procul dubio evidens indicium reatus se indigne percipientis. Illico vero confitens, quod prius negaverat, digne pœnituit.*

Non pauca alia istiusmodi per Eucharistiam purgationis a Presbyteris, Clericis, ac Monachis initæ exempla suggerunt Scriptores : in quibus præ cæteris insigne admodum est, quod ex Tabulario Flaviniacensi descripsere Sirmondus post Concilium Remense ann. 894. et Chifflet ius in Historia Trenorchiensi pag. 242. quo Gyrfredus Monachus Flaviniacensis objectum sibi crimen cædis Adalgarii Episcopi Heduensis in Synodo per Eucharistiæ sumptionem diluit, ubi hæc habentur : *Quod tertio sub testificatione S. Spiritus clamari jubentes, et nihil prorsus verisimile reperientes, sanciverunt communi consilio, ut quia nec convictum, nec etiam confessum experiebantur, tamen quia ventilatum, et usquam locorum erat divulgatum, ut ab omni suspicione liberrimus redderetur, in viciniori Synodo, quam omni reverentia dignus Gualo Antistes erga filios Ecclesiæ celebraret, Corporis Christi et Sanguinis illo examine, quod solum verius probatur et terribilius, immo salubrius creditur, a flagitio divulgato publice expiaretur. Eo scilicet tenore eumdem prius testificantes, ut si in aliquo conscius tanti piaculi foret, nullo modo ad sacra sumenda accederet : et si forte temerarie præsumeret, censura sancti Spiritus, et auctoritate Apostolorum Principis ab ipso vivifico redemptionis nostræ pretio extorris fieret, et cum Juda Domini proditore damnatus, æternis irremediabiliter suppliciis addiceretur. Sin vero immunem se esse per omnia pernosceret, fisus misericordiæ Dei, tanti muneris donum ad salutis suæ remedium saluberrime percipere non diffideret; quod omnibus usquequaque satis fuit. Igitur Pastor piissimus misericordia motus, illius causa apud Flaviniacum cœnobium et castrum publicum sanctam Synodum propriæ Ecclesiæ colligens, juxta statuta supradictorum Antistitum, Missarum solemniis deductis, omnibus in unum qui adfuere in primori Ecclesia S. Petri collectis, jam suprafatum præmonuit virum, ut sicut sibi ipsi conscientia dictaret, ad sacra sumenda, aut etiam refugienda quoquo vellet modo seipsum præfigeret. Quique in nullo hæsitans, Deum sibi et ipsum quod percepturus erat redemptionis pretium in testimonium et judicium invocans, fidissime, omnibus in prospectu positis, quæque supra fuerant præfixa votis omnibus peregit.* Mox additur in purgationis ejusmodi fidem datum accusato instrumentum. Historia Trevirens.

Digitized by Google

pag. 245. de quodam Sacerdote de hæresi suspecto : *Contra ille timens, ne Presbyterii privaretur honore, respondit ob hujus suspicionis notam abolendam libenter velle summæ examinationis subire sententiam. Quod dictum cum placuisset omnibus, jussus est Missam celebrare, et sacrum Canonem, qui Secreta, vel Actio dicitur, sicut cætera, excelsa voce decantare, ut qui mysterio pretiosi Corporis et Sanguinis Christi præsumpsisset detrahere, ipsius probaretur virtute. Missa itaque decursa, ubi ad communicandum perventum est, Episcopus verba imprecationis hujusmodi intulit, dicens : Si vivificum hoc salutis nostræ Sacramentum, quod manibus tenes, non vere Corpus Christi et Sanguinem esse ausus es impio ore garrire, cum istius mysterii contestatione interdico quoquomodo præsumas accipere : si vero non ita, sed Catholice profiteris, accipe, et accepit. Verumtamen qualiter idem redemptionis munus ad damnationem sui in os ejus intraverit referre supervacaneum non judicavi. Cum enim esset in examinationis anxietate constitutus, omnipotenti Deo de admissis pœnitentiam, de futuris custodiam pollicens, corde contrito supplicavit, et obtinuit ab instanti confusione liberari.* Aliud exemplum ejusmodi judicii per sacram Eucharistiam initi in Imbricone Augustensi Episcopo recitat Bertholdus Constantiensis ann. 1077. Prædictis denique addendum videtur quod habent Leges Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 25. ubi de Sacramentis et jurejurando : *In alio casu novem dies dantur Domino ad connumerandum qualiter juramentum præstiterit : Sacerdoti vero ad idem dantur inducie usque ad tempus quo possit Missam celebrare.*

Fatendum tamen non ipsis duntaxat Sacerdotibus propriam fuisse ejusmodi per divinam Eucharistiam purgationem : cum hanc ab Eulalio Arvernensi Comite, a quo matrem suffocatam ac strangulatam fama erat, exegerit Cantinus ejusdem civitatis Episcopus, apud Gregorium Turon. lib. 10. cap. 8. Cum enim ad communicandum ventum esset, et Eulalius ad altare accessisset, *ait Episcopus : Rumor populi parricidam te proclamat esse, ego vero utrum perpetraveris hoc scelus, an non, ignoro : idcirco in Dei hoc et Beati Martyris Juliani statuo judicio. Tu vero si idoneus es, ut adseris, accede propius, et sume tibi Eucharistiæ particulam, atque impone ori tuo. Erit Eeus inspector conscientiæ tuæ. At ille accepta Eucharistia communicans abscessit.* Eamdem legem olim præscripsit Adrianus PP. Lotharii Regi Lotharingiæ. Chronicon Reicherspergensis Monasterii ann. 870 : *Lotharius Rex ab Adriano vocatus Romam venit, qui cum ab eodem Præsule interrogaretur, si monita prædecessoris sui Nicolai PP. hactenus observasset, et jusjurandum custodisset, et ille mentitus, omnia se observasse respondisset : et Proceres et Optimates qui cum eo venerant, eadem testificarentur, nec ulla persona inveniretur, quæ contra Regem legitimum auderet certamen inire controversiæ : Adrianus PP. dedit Regi, et omnibus consciis, qui accedebant, communionem Corporis et Sanguinis Domini de manibus suis ad Missarum solemnia : ita ut si vera essent quæ ipsi testificati fuerant, proficeret eis in vitam æternam. Ita Lotharius Roma egressus morbo corripitur, et Placentiam civitatem perveniens, diem clausit extremum* 6. *id. Aug. Omnes etiam sui, qui ausu temerario communionem sub tali contestatione porrectam sumere præsumpserunt, divino judicio percussi, ab hac luce substracti sunt, antequam subsequens anni rediret principium.* Eadem narrant Annales Francorum Metenses, et Regino ann. 869. Florentius Wigorn. ann. 870. et Radulphus de Diceto ann. 872.

Simili pariter lege obstringere voluerat Henricum Imp. Gregorius VII. PP. quod ille renuit, conscientia sua prohibitus, uti habet Schafnaburgensis ann. 1077. Meminit præterea Helgaudus in Vita Roberti Regis Franc. ejusmodi per Eucharistiam examinationis, formulamque indicat : *Præsuli cuidam de Domino non bene sentienti, et quærenti pro quibusdam causis probationem in corpore Domini nostri Jesu Christi, indigne tulit Rex... et scripsit ei in his verbis : ... Miror qua ratione quæsieris pro tuis iniquissimis imperiis, et pro infestato odio, quod erga Dei servos habes, examinationem in Corpore et Sanguine Domini, et cum hoc sit quod a dante Sacerdote dicitur, Corpus Domini nostri Jesu-Christi sit tibi salus animæ et corporis, cur tu temerario ore et polluto dicas, si dignus es accipe, cum sit nullus qui habeatur dignus? cur divinitati attribuis ærumnas corporis, et infernum doloris humani divinæ connectis naturæ?* Adde Albertum Stadensem ann. 1224. et Guibertum lib. 3. de Vita sua cap. 13.

Priusquam autem quis admitteretur ad ejusmodi purgationem, tenebantur, sacramento ad sancta Evangelia præstito prius, se culpa exuere. S. Leo PP. aut quis alius, ex MS. : *Statutum ait, ut per quatuor sancta Evangelia testetur, qui verum dicere probatur, antequam Communicet, et deinde sub judicis flamma relinquatur.* Vide Judicia Withredi Regis Cantuarior. cap. 23.

* **EUCHARISTIALE**, Vas in quo Eucharistia asservatur, in Pontif. Mogunt. Ms. fol. 110. v°. *Eucharistiale vasculum*, in altero antiquissimo Pontif. Vide infra *Missa Eucharistialis.*

¶ **EUCHETÆ**, vel **EUCHITÆ**, Græcis Εὐχῆται, Orantes. Sic dicti sunt quidam hæretici, qui solas preces ad salutem satis esse somniabant. De his Epiphan. Hær. 80. August. Hær. cap. 58. Rhodig. 2. 16.

* **EUCHIMUS**, Gr. εὔχυμος, Optimus. Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 1. Passion. cap. 31 : *Sint omnes cibi Euchimi.* Ubi Glossæ : *Euchimi, bonos humores generantes.* Vide supra *Euanadotus.*

* **EUCHONOMUS**, pro Œconomus, semel et iterum in Charta Henr. comit. ex Lib. albo episc. Carnot. et in alia Phil. I. reg. Franc. ann. 1105. ibid.

* **EUDILIA**, *Service fait à homme.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

EUDOXUS, ex Gr. εὔδοξος, Gloriosus. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 6 :

Cui queat Eudoxas moriens committere caulas.

[**Forte Fidelis, Εὐδεξία enim recta fides dicitur ab Epiphan. Vide H. Stephan. Thesaur. ling. Græc. edit. Didot. tom. 3. col. 2231.]

EVE et *Treve*, dicuntur nativi de avo et tritavo, quorum majores servitutem servierunt. Ita Skeneus lib. de Verb. significat.

EVECTIO, Diploma, codicillus, libellus, quo cursus publico utendi facultas datur. Gloss. Gr. Lat. : Σύνθημα, *sigillum, evectio.* Alibi : Ἐκκομιδὴ πράγματος, *Evectio, exportatio* Nestorius Patr. CP. contra Pelagianos apud Marium Mercatorem pag. 130 : *Evectionem regiam non habentes, cursu regali iter quo pacto conficient?* Theodericus Rex apud Senatorem lib. 5. Ep. 5 : *Ut sive Gothus sit, aut Romanus, qui sine nostra, vel eorum, quorum interest, Evectione veredum præsumit attingere, per unum equum centum statim solidos a te cogatur exolvere.* Idem lib. 6. Ep. 3. *Præfectorum Prætorio* muneris fuisse innuit *Evectiones* dare. Passim in Cod. Theod. et Justin. tit. De cursu public. de Muneratiis, De Commeatu, etc. apud Symmachum lib. 1. Epist. 6. lib. 4. Ep. 48. lib. 7. Ep. 95. lib. 9. Ep. 20. S. Augustinum lib. 5. Confess. cap. 13. et Ep. 55. Serm. de Temp. 180. B. Hieron. in Hilarione, Gregorium Tur. lib. 9. Hist. cap. 9. Marculfum lib. 1. form. 11. Sulpitium Severum lib. 2. Hist. Paulinum lib. 4. de Mirac. S. Martini, Sidon. lib. 5. Ep. 20. etc. Exstat præterea formula istius Evectionis apud S. Athanasium Apologia 2. de fuga sua pag. 787. eumdem vide in Epist. ad Solitar. pag. 821. Hinc

EVECTIO, pro ipsis *Equis*, seu *Equitaturis*, ubi de visitationibus Episcoporum et Archidiaconorum, etc. in Statutis Hugonis V. Abbatis Cluniac. pag. 1467. Bibl. Cluniac. in Concilio Toletano VII. can. 4. Lateranensi III. sub Alexandro III. can. 4. Lateranensi IV. sub Innocentio III. can. 11. 33. Albiensi ann. 1254. can. 58. Viennensi ann. 1267. can. 2. Londinensi ann. 1268. cap. 19. Synodo Santonensi ann. 1282. can. 4. (ubi Concilium Sarisberiense ann. 1217. can. 77. habet *equos :*) apud Stephanum Tornac. Epist. 130. 690. in veteri Charta apud Jacob. Petitum post Pœnitentiale Theodori pag. 685. etc.

EVECTIO NAVALIS, apud Victorem Vitensem lib. 3. de Persecut. Vandal. pag. 42. pro ipsis navibus : *Omnis simul civitas Evectione Navali de proximo confugit.* Fredegar. ann. 767 : *Inde Navali Evectione per Ligerim fluvium usque ad Sellus castrum... pervenit.*

EVECTIUNCULA, apud Paulum Diacon. Emeritensem lib. de Episc. Emerit. in S. Masona cap. 10. ubi perperam editum, *Eventiunculis.* Vide *Synthema.*

* **EVEGERE**, pro Evehere, Gall. *Voiturer.* Charta ann. 869. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 721 : *Et ipso nostro grano vel vino redditum quamque exenia et operas.... studere et triturare, atque Evegere facere, dare et consignare debeamus.* Alia ann. 957. ibid. tom. 3. col. 719 : *Illi vero, qui de villa Lemonta videntur esse, non debent olivas premere, nec ligna ad ipsas olivas dare, nec Evegere ipsum oleum, sed tantum debent omnes colligere, et vasa eorum ad utilitatem prædictæ olivæ, quantum opus est, debent dare, seu et simul omnes debent ceteri adjuvare ad incaricandum, prout necesse fuerit.* Vide *Evectio.*

* **EVELLATIO**, Destructio, quasi Evulsio. Charta ann. 1331. in Reg. 66. Char-

Digitized by Google

toph. reg. ch. 524 : *De quibus* (fossatis) *erant et eorum prædecessores fuerant in possessione pacifica vel quasi a tempore Evellationis seu destructionis murorum, et implectionis fossatorum seu vallatorum Tholosæ.* Vide mox

* **EVELLATUS**, Evulsus. Hist. translat. S. Corn. PP. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 374 : *Demptis acutis vepribus, surculisque silvarum radicitus Evellatis omnibus, etc.* Nostri *Esrachier* et *Esrager*, eodem sensu, dixerunt. Charta ann. 1343. in Chartul. S. Vinc. Laudun. : *La poursuite... de bos coppé ou Esrachié etc.* Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 262 : *Icellui Hennequin empoigna ledit Colin par sa barbe en le tirant et sachant si fort qu'il en Esragn une partie. Esragier* et *Esrajer*, eadem acceptione. Vita J. C. Ms. :

Pour chou fist Diex l'arbre Esragier.

Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1 :

Et si durement l'esraja,
Ca ses dens sa langue Esraja.

Errager, in Poem. Alex. Ms. part. 1 :

Un Grieu qui tint sa lance, qui ert venus jouster,
Du poing li Erraga, le cuir en fist vouler.

* **EVELLENS-PALUM**, Cognomen, Gall. *Arrache-pel.* Chartul. S. Petri Carnot. ch. 10 : *Ingelgerius de Merevilla et Odo cognomine Evellens-palum, etc.*

¶ **EVELLERARE**, Vellere, spoliare. Willelmus Brito lib. 7. Philipp. v. 189 :

Dum lupus ejus oves dumis Evellerat aspris.

¶ **EVENDEGATUS.** Vide in *Evindicare.*

¶ **EVENDICARE**, Sibi asserere, obtinere, Gall. *Revendiquer.* Charta Hedeni Ducis ann. 704. apud Marten. Ampliss. Collect. tom. 1. col. 14 :... *qui Dominum tradidit, et insuper inferat tibi una cum cogente fisco auri libras v. argenti pondo xv. et nec sic quidem quod repetit Evendicare valeat.* Vide *Evindicare.*

* **EVENIENTER**, Casu, fortuito. Vocabul. compend. ex Summa Januens. voce *Accido : Evenienter, advénamment, eschéamment.*

¶ **EVENIMENTUM**, Possessio obveniens alicui : quod varie fit, ut supra dictum est in *Escaeta.* Charta anni 1371. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 377 : *Totum jus et omnem actionem, successionem, Evenimentum* (l. evenimentum) *et escheytam, quæ mihi nobili Annæ... pertinere poterunt.*

* **EVENTAGIUM**, Jus præcipum, prærogativa. Charta Theob. comit. Campan. ann. 1224. de partitione inter liberos masculos bonum post obitum parentum suorum, in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. : *Si haberent inter se domum fortem, secundonatus haberet eam cum omni Eventagio de feodis, carrucagiis, pratis, vineis, aquis, stagnis, quæ essent infra parrochiatus villæ in qua esset domus illa... Ita quisquis eorum haberet in suo castello Eventagium castelli, sicut superius est expressum.* Vide supra *Aventagium* 1.

EVENTAMENTUM, Eventus, casus, Gall. *Evenement.* Schedula MS. oblata Concilio Constantiensi : *Reducentes ad memoriam processum, acta, Eventamenta, sententias et pronuntiationes dudum Pisis contra Petrum de Luna... factas, facta et latas, etc.*

* Locum citatum vide apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1209. ubi rursum legitur : *Prædictos processus, acta, Eventamenta et sententias.... cassamus et annulamus.* Unde manifestum fit de litis instrumentis intelligendum, legendumque fortassis *Erramenta.* Vide supra in hac voce.

1. **EVENTARE**, Aerem sibi vel alteri concitare, vel captare, *Eventer.* Mich. Scotus lib. 1. Mensæ Philosophicæ cap. 5 : *Est quærendus locus tranquillus et frigidus, et a vento Eventatus.* Lib. 4. cap. 17 : *Et cum ille Eventaret se, etc.* [Le Roman. *de Partonopex* MS. :

Gaudins est oisgus du tornoi,
Partonopex enmaine o soi
Pour ax esbatre et Esvanter,
Se vont un poi pour ax ester.]

* Hinc nostris *Esventour*, Flabellum. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 43 : *Le suppliant trouva d'aventure un Esventour de plumes, duquel il esventa le feu, où l'en faisoit laditte fausse monnoye.* Ejusdem originis *Esventoir*, et *Esventeure*, pro Dolii umbilico, vulgo *Bondon.* Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 140. ch. 294 : *Le treu ou Esventoir parmi lequel l'en mettoit le vin oudit tonnel.* Aliæ ann. 1413. in Reg. 168. ch. 97 : *De laquelle queue de vin le suppliant but par pluseurs foiz a un chalumeau par le bondon ou Esventeure.*

* 2. **EVENTARE**, Alia notione, apud Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 2. Passion. cap. 129 : *In quibus autem non satis Eventare aut desiccare opus habemus, utilissimi sunt sacelli de furfuribus facti.*

* **EVENTATIO**, Aeris captatio et ejusdem impressio. Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 314 : *Vulneravit in capite, ita quod infra quatuor dies, forte propter suum malum regimen et Eventationem seu majoris aeris quam oportebat sumptionem, diem suum clausit extremum.*

¶ **EVENTIO**, pro Eventus, Casus, dixit Bernardus Monachus in Ordine Cluniac. part. 1. cap. 17.

1. **EVENTURA**, Fortuna Gall. *Avanture.* Lambertus Ardensis pag. 251 : *Senes et decrepitos, eo quod veterum Eventuras, et fabulas, et Historias ei narrarent,... venerabatur.* Vide *Aventura.*

* 2. **EVENTURA**, Caducum, seu quidquid ex confiscationibus et *escaëtis* domino feudi aut prædii quasi fortuito obvenit. Stat. super redit. Dalph. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Vienne* fol. 48. r° : *Erunt domino grossæ emendæ pretium prædictum excedentes et compositiones grossæ, Eventuræ extraordinariæ et confiscationes.* Vide *Aventura* 3.

* **EVENTUS**, Adventus, Gall. *Arrivée.* Comput. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 190. col. 2 : *Pro loquertiis novem ronssinorum, quos equitarunt quatuor ex dominis consulibus,.... cum fuerunt ante ad Eventum uxoris Petri Scutisse.* Deliber. consul. Nem. ann. 1358. ibid. pag. 203. col. 2 : *Quod solvatur financia, et manuleveturusque ad Eventum illorum, qui accedere debent apud Biterris, etc.*

* **EVERA**, *La mondicia*, in Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Everriatores.*

¶ **EVERBERARE**, *Vi quadam excitare, impetrare.* Barthii Glossarium ex Baldrici Hist. Palæst.

EVERCLUM. Papias : *Sagenæ, retia, verundum Græce, vulgo Everclum dicitur.* [**In Gloss. cod. reg 7644 : *Vulgo autem Nerunclum dicitur.*] Latini *Everriculum, et verriculum* rete piscatorium vocant. Ulpianus in. l. Injuriarum, D. de Injuriis (Lib. 47. tit. 10. fr 13. § 7.) : *Si quis me prohibeat in mari piscari, vel Everriculum, quod Græce σαγήνη dicitur, ducere.*

¶ **EVERCORES.** Vide *Euves.*

¶ **EVERENDA**, *Distollentia.* Papias.

* **EVERNARE**, malim pro Invitare, quam pro Enervare, ut suspicantur docti Editores ad Acta S. Fiacrii tom. 6. Aug pag. 604. col. 2 : *Multis nim fallaces divitiæ malignandi præstitere occasiones : dum vel ad luxuriem Evernant, vel ad superbiam inflant.*

¶ **EVERRIATORES**, *Qui defunctorum umbras colligunt.* Glossar. Sangerman. num. 501. Quid hæc sint nos docet Festus, a quo *Everriator vocatur, Qui, accepta jure hæreditate, justa facere defuncto debet : quæ si non fecerit, seu quid in ea re turbaverit, suo capite luat : Id nomen ductum a Verrendo. Nam exverræ sunt purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quæ fit per Everriatorem, certo genere scoparum adhibito, ab extra verrendo dictarum.*

¶ **EVERSALICA** Minor, Scripturæ genus. Vide in *Scriptura.*

EVERTERE Pecora, Caballos, Injuria occidere, vel disperdere dolo malo : in Legibus Wisigoth. lib. 8. tit. 4. § 20. tit. 5. § 7. et in Lege Burgund. tit. 49. § 4.

EVEX, [Episcopus, Gall. *Evesque*, ut videtur Hofmanno, haud sine probalitate.] Versus scripti in Codice Evangeliorum, in Chronico Novalicensi cap. 19. tom. 2. Hist. Francor. pag. 227 :

Frodoinus qui pridem Pastor et inclytus Evex;
Nam per decies quater stabuli custos oviumque est.

¶ **EVEXUM** Poli Clima, in Translatione S. Guthlaci, April tom. 2. pag. 55. idem quod Virgilio *Convexum cœlum; Convexum* autem, ut exponit Festus, *est ex omni parte declinatum, qualis est natura cœli, quod ex omni parte ad terram versus declinatum est.* Verum fortassis etiam legendum, *Convexum poli clima.*

¶ **EUFORTUNIUM**, Bona fortuna, in Vita B Lidwinæ n. 10. April. tom. 2. pag. 308. Glossar. Lat. Gall. Sangerm. [* et ex cod. reg. 7684.] : *Bonne fortune.*

* **EUGA**, f. Inguen, Gall. *Aine*, Mirac. Mss. Urbani PP. V : *Habebat febrem pestialem et bossam in Euga.*

* **EUGE**, *Esjoys-toy*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

¶ **EUGIUM**, pro Nota silentii in Musicis. Tempora silentii quinque modis accidunt, quæ ad Hebræorum accentus accommodans Franciscus Junius Hebrææ Grammaticæ lib. 4. cap. 9 : *Primus* inquit *intervalli modus est diastema δίχρονον, quem prisci Latini Eugrum vel Eugium, duo justa tempora capiens : secundus est diastema χρόνιον, quod unius est temporis, Latine Distina : tertius est diastema ἡμιχρόνιον, dimidium justi temporis complectens : quartus est τεταρτήμοριον χρόνου, quadrantem habens tem-*

Digitized by Google

poris, quale spatium apud Musicos susspirium vulgo seu tempora proprie dicentur : intervalla *ac prope nullum.* Sed silentii quantitates *quod angustissimum temporis spatium obtinet appellatur : quintus est diastema* ἄχρονον, autem sunt proportiones sonorum inter ipsos, ut diatessaron. Illud Eugium videtur sumi ab ea significatione, qua est paxillus, quo sonus duorum temporum velut obstruatur; sicut *Distina* est a Distinendo, id est, remorando. Hæc paulo fusius post Martinium.

¶ **EUGUMENUS**, mendose pro *Egumenus*, vel *Hegumenus*. Vide *Hegumeni*.

¶ **EUHODIA**, Gr. εὐοδία, Prosperum iter. Utitur Tertull. ad Scapul. cap. 4.

¶ **E VICINIO**, Statim. Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 44 : *Ad offerendum itaque nobis in hac parte subsidium vestra devotio non moretur, quod totum et integrum E vicinio vobis.... reddere pollicemur.*

* **EVICOME.** Passio Alberti pueri tom. 2. April. pag. 836. col. 2 : *Et ad suos* (sanguinem) *in panis massam* (*quem illi Evicomen, quasi Dei auxiliatoris omen, appellant*) *fundendum mittunt.*

EVICTIO. Vetus Calendarium Romanum editum ab Ægidio Bucherio ad Victorii Canonem Paschalem, mense Octob. *Evictio Tyranni*, i. victoria relata de Tyranno.

* **EVIDARE** Fabas, Excutere, siliquis exuere, Gall. *Ecosser.* Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 652 : *Cum ipsæ mulieres certam quantitatem fabarum.... pro certo pretio Evidare promisissent, etc.*

¶ **EVIDENTIA**, Præsentia, conspectus. Charta Guillelmi D. Montispessulani ann. 1103. *Facta* dicitur IX. *Kal. Febr. in Evidentia et audientia Stephani de Cerviano.... et in Evidentia et audientia Guillelmi Bertrandi de Monte-rotundo.* Simili modo altera ejusdem anni Charta Guillelmi Episc. Nemaus. *Facta* dicitur *feria* VII. *luna* XIII. *nono Kal. Febr. in Evidentia et audientia Stephani de Cerviano et.... in Evidentia et audientia Guillelmi Bertrandi de Monterotundo.* Vide *Videntia.*

EVIDENTIÆ, Chartæ, tabulæ, instrumenta, testimonia, quibus jus prædiorum firmatur, quod rem evidentem faciant, unde ut plurimum ejusmodi diplomatum initia ita concipiuntur : *Notum sit omnibus præsentibus et futuris. Evidentiæ Ecclesiæ Christi Cantuariensis* habentur cum cæteris Anglicis Historicis editis ann. 1652. in quibus continentur variæ donationes prædiorum huic Ecclesiæ factæ. Vide Edw. Cokum ad Littletonem sect. 485. [et Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1464.]

* **EVIDENTALE Judicium**, apud Perard. in Burg. pag. 149. Idem quod *Evinditale Judicium.* Vide ibi.

* **EVIDERE**, Evidens esse. Chron. Angl. Th. *Otterbourne* pag. 4 : *Ejus vero* (Angliæ) *sufficientia, sive excellens prærogativa ex hoc Evidet quod, etc.*

¶ **EVIGESCERE**, Vigorem amittere, marcessere. Tertull. de Anima cap. 38 : *Quæ cibis sustineatur, denique derogatis eis Evigescat.*

EVIGILANS-Canem. Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 487 : *Post obitum Herberti Senioris* (Comitis Cenomanensis) *qui vulgo Evigilans-canem cognominabatur, propter gravissimas infestationes, quas a perfidis affinibus suis Andegavensibus incessanter patiebatur, etc.* Et lib. 4. pag. 532. de eodem Herberto : *Et vulgo, sed parum Latine, cognominari Evigilans-canem pro ingenti probitate promeruit. Nam post mortem Hugonis patris sui, quem Fulco senior violenter subjugarat, in eundem arma levans, nocturnas expeditiones crebro agebat, et Andegavenses homines et canes in ipsa urbe, vel in munitioribus oppidis terrebat, et horrendis assultibus vigilare congebat.* Acta Episcoporum Cenoman. pag. 315 : *Erat autem uxor ejusdem Marchisii Gesrendi nomine, filia Herberti Cenomanorum Comitis, qui vocatus est Evigilans-canem.* Neque id nomen joculare Herberto duntaxat proprium fuit : nam in Tabulario S. Albini Andegav. occurrit nescio quis Miles, *Martinus, Evigila-canem* pariter cognominatus.

Evigilans-Stultum : sic appellabant boni illi Monachi campanam, quæ pulsabatur ad Matutinos : quod tepescente eo ævo pietate, *stultos* eos, qui e lecto exurgerent, quo procederent in Ecclesiam ad concinendos hymnos matutinos, existimarent. Vetus Charta ann. 1183. in Tabulario Domus Dei Andegav.: *Item quatuor Capellani in Eleemosynaria positi non habebunt præter unum tintinnabulum, neque sonabunt, antequam tintinnabulum quod Evigilans-stultum dicitur, sonuerit.* Stultum scilicet, cujusmodi fuit Vigilantius ille, qui nocturnas vigilias carpebat, atque ob id *Dormitantius* a S. Hieronymo appellatus est.

¶ **EVIGILARE Dormientes**, Expergefacere, Gall. *Eveiller*, in Actis SS. Martii tom. 1. pag. 806. et Julii tom. 2. pag. 408.

** **EVIGILATOR**, Ἀφυπνιστής, Officium monasticum apud Græcos, cui scilicet cura incumbit evigilandi monachos. Vide Glossar. med. Græcit. in hac voce col. 160. et Append. 32. d. *Excitator* vero, Ἐξυπνιστής, qui cæteros monachos in sacris liturgiis dormitantes excitat. Vide ibid. col. 408.

¶ **EVIGORARE**, Vigore privare. Tertull. de Pallio cap. 4 : *Exuviæ mollitæ et Evigoratæ et exeduratæ.* Idem Apolog. cap. 17 : *Anima libidinibus ac concupiscentiis Evigorata.*

* **EVIMATURUS**, pro *Ævimaturus*, senex, γέρων, in Castigat. ad utrumque Glossar. Vide *Evitaneus.*

* **EVIMETA.** Tabul. S. Vict. Massil. : *Hæc scriptio anno* 1035. *incarnationis Domini est facta,..... et a nonnullis roborata, quæ sit sine Evimeta intacta.* [** *Sine ævi meta*, i. e. in perpetuum.]

¶ **EVINCTI**, *Coronati.* Papias. *Revincti.*

EVINCULARE, Evinculis solvere, liberare, apud Sugerium in Ludov. VI. cap. 1.

EVINDICARE, Evincere, rem seu possessionem judicio, vel lata sententia sibi asserere, obtinere. Placitum Chlotarii III. Regis Franc. in Actis SS. Ord. S. Benedicti pag. 617 : *Jubemus ut memoratus Chaino Abbas vel pars basilicæ sui S. Dionysii ipsa villa Nocito una cum omne merito, vel integritate sua, inspecta ipsa strumenta, sicut per ipsas declaratur, absque repetitione memorata Angantrude vel suis hæredibus omne tempore habeant Evendegatum.* Adde pag. 619. Flodoardus lib. 2. Hist. Remensis cap. 4 : *Quasdam quoque res a quibusdam pervasas, apud Regiam Majestatem, agente præfato Sonnatio Archidiacono, Evindicasse reperitur.* Adde lib. 2. cap. 6. 17. 19. lib. 3. cap. 10. 16. Concil. Duziac. I. part. 2. pag. 204. Annales Bertin. ann. 867. Chron. Besuense pag. 520. 522. Hincmarum Opusc. 13. n. 7. Opusc. 17. pag. 260. Opusc. 35. pag. 606. Marculfum lib. 2. form. 9. Vitam Aldrici Episc. Cenoman. pag. 135. 136. 140. Baldricum lib. 1. Chr. Camerac. cap. 85. Chartam Caroli C. apud Baluzium in Append. ad Capitul. n. 65. etc. [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Behaben mit Urteil*, col. 119.]

EVINDICATORIUM. *Charta Evindicatoria, Præceptum Evindicatorium*, in Chronico Laurisham. ann. 776. Sententia judicis, qua quis in rei controversæ possessionem mittitur, vel in ejus possessione contra invasores conservatur; ubi hæc formula inseritur : *Taliter visi fuimus judicavisse, ut de hac causa omni tempore ipse Abbas habeat Evindicatum atque elitigatum, et sit illis in postmodum ex hac re sublata causatio.* [*Præceptum Evindicationis*, in Gestis Aigliberti Episc. Cenoman. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 189. *Certa* pro *Carta Evindicatoria*, in Necrologio Laureshamensi inter Vindemias Litter. Fred. Schannatti pag. 36.]

EVINDITALE Judicium, vel forte *Evindicale*, datum videtur contra eum qui re cujuspiam ablata, in jus vocatus, ad placitum, nulla missa vel nuntiata *sunnia*, seu excusatione, venire distulit : tunc enim is cui res ablata erat, eam judicio secundum loci legem lato *Evindicabat*, seu *evincebat.* Exstat illius formula apud Marculfum lib. 1. form. 37. *Judicium Evindicatum*, in Formulis MSS. Cod. Reg. 1197.

* **EVINGO.** Vide *Unitas.*

* **EVIRGINARE**, Virginem corrumpere. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Despuizelar, Prov. Evirginare, corrumpere.*

¶ **EVIRIATUS**, pro *Eviratus.* Gloss. Lat. Græc. Sangerm. : *Eviriatus*, ἀπόκοπτος, ὁ εὐνοῦχος, Castratus.

¶ **EVISCUS**, Planta medicinalis. Vide locum in *Bauculus.* [** et Forcell. in *Hibiscus*, Gr. Ἴβισκος, Germ. *Eibisch.*]

¶ **EVITANEUS**, *Qui in ævo durat.* Gloss. Isid. in Editione Grævii. Cangius noster melius legit *Ævitaneus*, ab *Ævitas*, ut *Ætaneus* ab *Ætas.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS. : *Evitaneus, Perdurable.*

¶ 1. **EVITARE**, Vitam aufferre, Occidere. Papias : *Evitatus, Vita privatus, vel perterritus.* Hoc verbo usus est vetus Poeta apud Ciceronem tertia Tusculana :

> Hæc omnia vidi inflammari,
> Priamo vitam Evitari.

Vide Lipsii lib. 11. Antiq. Lectionum cap. 11. unde Grævius censet corrigendum quod in plerisque Glossis habetur : *Evirat, Examinat, Evacuat;* legendum quippe juxta hunc Scriptorem *Evitat* pro *Evirat.*

* 2. **EVITARE**, Impedire, prohibere, Gall. *Empêcher.* Chron. Veron. ad ann. 1243. apud Murator. tom. 8. Script. Ital. col. 634 : *Et ab alio capite dicti pontis erat Entius rex filius ipsius imperatoris cum Parmensibus extrinsecis, defendentes et Evitan-*

Digitized by Google

tes quod victuaria non intrarent in Parma.

EVITUDO. Bonitus Subdiac. in Vita S. Theodori Ducis n. 13 : *Hujus profectionis rumor, varias distentus per urbes, æmulos tuos ingenti Evitudine vibrat.* Ubi Bollandus *An evidentia et claritate? an hebetudine et stupore?*

1. **EULOGIA**, Εὐλογία, ipsum Eucharistiæ Sacramentum. S. Paulus 1. ad Cor. 10. 16 : Τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν. *Calix benedictionis, cui benedicimus.* Quia Christus dum hocce divinum Sacramentum instituit, *gratias agens, benedixit, dedit discipulis suis, etc.* Μυστικὴ εὐλογία, pro Eucharistia apud Cyrillum in Epist. ad Calosyrium. Interdum pro hostiæ particula quæ communicantibus porrigebatur, apud eumdem Cyrillum Epist. ad Nestorium, et Clement. Constit. lib. 8. etc. Atque hac notione *Eulogiæ* vocem accipi censent quidam in Vita S. Melanii Episc Rhedon. n. 22. quod improbat Bollandus. Vide S. Augustinum Epist. 86. Jo. Moschum cap. 25. et Chartam Fulconis Comitis Andegavensis apud Saminarthanos in Abbatibus Roncerei. Postmodum

2. **EULOGIÆ** vocabulo donati panes, qui in Ecclesia offerebantur ad Sacrificia, et benedicebantur, ex quibus pars aliqua seligebatur ad Christi corpus conficiendum. Germanus Patr. CP. in Mystica Theoria : Ἀπαρχή, ἤ καὶ ἄρτος, καὶ εὐλογία, καὶ ἀπαρχὴ λεγομένη, ἐξ ἧς τὸ κυριακὸν σῶμα διατίθεται, etc. Distribuebantur autem eulogiæ istæ iis qui ob impedimentum quodpiam diebus festis et Dominicis *communicare non erant parati*, ex Decreto Pii PP. apud Burchardum lib. 5. cap. 27. et Concilio Nannetensi cap. 9. atque adeo ipsis Catechumenis, qui jus sumendæ Eucharistiæ non habebant : quibus id erat loco Sacramenti, vel etiam *Sacramentum* quoddam, uti appellat S. Augustinus lib. 2. de Peccat. remiss. cap. 26. laxiore videlicet notione, quia precibus sanctificabatur. Unde non desunt qui in Concilio Carthaginensi III. can. 5. quo vetatur per Paschales dies Catechumenis *Sacramentum* dari, Eulogias intelligi censent. Atque inde, panem illum ἀντίδωρον vocarunt Græci, quod vicem δώρου præstaret, hoc est, divinæ Eucharistiæ, quam δῶρον, et ἅγια δῶρα nuncupabant, ut in voce *Munus*, observamus. [** Vide Glossar. med. Græcit. in Εὐλογία, col. 437.]

Distribuebatur, inquam, post Missam per Sacerdotem cunctis præsentibus, paulo ante dimissionem. Leo IV. Papa de Cura pastorali : *Eulogias post Missas in diebus festis plebi distribuite.* Liturgia S. Basilii : Μετὰ τὴν εὐχὴν ἐξέρχεται ὁ ἱερεύς, καὶ ἐὰς ἐν συνήθει τόπῳ δίδωσι τὸ ἀντίδωρον, εἶτα ποιεῖ ἀπόλυσιν. Et summa cum animi submissione et cultu ex manu Sacerdotis, oris osculo prius salutata recipiebatur. Cabasilas : Οἱ γοῦν σὺν εὐλαβείᾳ πάσῃ δέχονται, καὶ καταφιλοῦσιν τὴν δεξιάν, ὡς ἂν προσῴτως ἁψαμένην τοῦ παναγίου σώματος τοῦ Χριστοῦ σωτῆρος, καὶ τὸν ἐκεῖθεν ἁγιασμὸν, καὶ δεξαμένην, καὶ μεταδοῦναι τοῖς φάσκουσι πιστεύειν. Quippe ait S. Augustinus lib. 2. de Peccat. remiss. cap. 26 : *Hic panis quamvis non sit Corpus Christi, sanctus est tamen, et sanctior cibis quibus alimur.* Unde θεῖος ἄρτος, *divinus panis*, dicitur Pachymeri lib. 5. Hist. cap. 8 : Ἐν μεταλήψει τοῦ θείου ἄρτου, ὃν ἀντίδωρον λέγουσιν.

Atque inde, quemadmodum sacra Eucharistia, a jejunis manducabatur, et si quis jejunus non esset, et si acciperet, vicino porrigebat ad manducandum : quod etiamnum observari in Ecclesia Græca tradunt Allatius lib. 3. de Eccl. Occid. et Orient. consens. cap. 9. § 1. et Goarus ad Eucholog. De Eulogiis post Missam distributis agit etiam Pius Papa et Martyr lib. 2. Quinque libror. cap. 117. et ex eo Hincmarus in Capitulis Presbyteris suæ parochiæ datis ann. 752. cap. 7 : *Ut de oblatis quæ offeruntur a populo, et consecrationi supersunt, vel de panibus quos deferunt fideles ad Ecclesiam, vel certe de suis, Presbyter convenientes partes incisas habeat in vase nitido et convenienti, ut post Missarum solennia, qui communicare non fuerunt parati, Eulogias omni die Dominico, et in diebus festis exinde accipiant, et illa unde Eulogias Presbyter daturus est, ante in hæc verba benedicat, et sic accepturis distribuat, etc.* Eadem habent Concilium Nannetense ann. 895. cap. 9. et Regino de Vita et conversatione Presbyter. cap. 61. Fundatio Monasterii S. Vincentii ad Lisbonam : *Factum est autem, ut populus ad Ecclesiam iturus, peractis Missarum solennibus, Eulogiis vel pane benedicto cuperet præmuniri. Ita enim quotidie consueverat.*

Eulogiarum primam institutionem Synodo Antiochenæ sub Constantio celebratæ videtur adscribere Balsamon ad can. 2. sed illas antea in usu fuisse ex Scriptoribus constat. Vide S. Augustin. lib. 3. contra Petilianum cap. 16. Atque hæc quidem *Eulogias* publicas spectant, quæ scilicet populo post peractam sacram Liturgiam distribuebantur. Aliæ porro fuere

3. **EULOGIÆ** privatæ, quas Episcopi ac Presbyteri ultro citroque dabant et accipiebant, ab ipsis a quibus mittebantur, benedictione consecratæ, et ut plurimum *panes* ab iis *benedicti*, quo nomine interdum appellantur, ut a Flodoardo lib. de Pontificib. Roman. in Calixto pag. 603 :

Panem pro grato benedictum munere legat.

Qui quidem mittendarum ultro citroque ab Episcopis et Sacerdotibus Eulogiarum mos inde forte fluxit, quod olim Episcopi qui invicem communicabant, in communionis indicium vicissim sibi Eucharistiam mitterent, ut testatur Eusebius lib. 5. Hist. cap. 26. quod postea vetitum in Concilio Laodiceno apud Balsamonem : Περὶ τοῦ μὴ τὰ ἅγια εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα εἰς ἑτέρας παροικίας μεταπέμπειν. Unde *Communicare se de Eulogia alterius*, in Vita sancti Melanii Episcopi : *Post cujus* (Missæ) *celebrationem, antequam recessissent ab invicem, dedit eis beatus Pontifex in caritate cum Dei gratia et sua benedictione : Beatus vero Marsus præferens jejunium Dei caritati, et Eulogiam, qua communicare debuit, vilipendens, particulam quam acceperat a S. Melanio, in sinu suo cadere permisit.* Infra : *Post cujus absolutionem, mox versus est serpens in pristinam Eulogiam, quam assumens B. Marsus, gaudens se communicavit de ea, quod prius malo suo facere neglexerat.* Vita B. Stephani Abb. Obazinensis lib. 1. cap. 23 : *Et ex his, quæ sibi offerebat, Eulogias fratribus illis, prout poterat, exhibebat.*

Eulogiæ vero, sive panes, sive cibi alii, in mensa ab Episcopis, Abbatibus, aut Sacerdotibus benedictione consecrabantur, ac postea distribuebantur, ut est in Vita S. Huberti cap. 12. Capitula Monachorum ad Augiam directorum cap. 7 : *Ut in refectorio facta benedictione veniant duo Presbyteri ad Abbatem frangentes panem, et dant ipsi Eulogiam cæteris fratribus, antequam accedant ad mensam.* Mittebantur etiam cum literis salutatoriis, quarum formulam exhibet Marculfus lib. 2. form. 42. 43. 44. ad quas pariter literas spectant Epistolæ 9. 10. et 11. ex iis quæ scriptæ sunt ad Desiderium Episcopum Cadurcensem apud Canisium tom. 5. Antiq. lection. Has *Eulogias salutis* appellat Gregorius Turon. in Vita S. Maurilii Episc. Andegav. cap. 8 : *Eulogias salutis sibi dari ab eodem fideliter postulavit : quas dum B. Sacerdos sanctificatas illi de more porrigeret, languor qui Monachum diutius fatigaverat,... evanuit.* Has etiam attigit Poeta Christianus in *Gratiarum actione pro susceptis Eulogiis*, editus a Guill. Morellio :

Quid quod crebro etiam mittis pia verba salutis,
Pluribus et donis hicque domique oneras.
Sic mea nunc redolet proles velut inclita rara
Munera divino quæ benedicta cluunt.

De ejusmodi *Eulogiis* ac panibus benedictione consecratis agunt passim Scriptores, quos indicasse sufficerit : S. Basilius in Regula cap. 133. Paulinus in Epist. ad Alypium, et in Epist. ad Romanianum, S. Fructuosus in Regula edita in pace cap. 23. Regula S. Columbani cap. 10. Regula Magistri cap. 76. Gregorius Turon. lib. 4. Hist. cap. 16. lib. 5. cap. 14. lib. 6. cap. 5. lib. 8. cap. 2. 20. lib. 10. cap. 16. de Gloria Confess. cap. 31. Fortunatus lib. 11. Poem. 8. 11. Hincmarus Remensis in Capitul. ad Presbyt parochiæ suæ cap. 7. 16. Theophanes ann. 40. Theodosii junior. Additio 1. ad Capitula Caroli M. cap. 68. Flodoardus lib. 2. Hist. Remens. cap. 11. pag. 219. lib. 3. cap. 3. pag. 590. Vita sancti Thuribii Episcopi Cenomanensis num. 7. Vita S. Genovefæ num. 11. Vita sancti Salvii Ambian. num. 4. Vita S. Præjecti n. 6. Vita S. Melanii Episcopi, Vita S. Medardi cap. 7. Vita S. Sori Eremitæ n. 6. Medibardus in Miraculis S. Walpurgæ lib. 2. n. 3. Baudemundus in Vita S. Amandi n. 25. Vita S. Joannis Abbat. Reomaensis lib. 1. n. 13. lib. 2. n. 4. Petrus Damiani in Vita S. Romualdi n. 88. Eckeardus Junior de Casib. S. Galli cap. 2. Ratherius Veronensis in Synodica ad Presbyteros pag. 262. Aimoinus lib. 3. Hist. Franc. cap. 21. Patriarchium Bituricense cap. 30. pag. 37. etc. His addenda quæ in hanc rem congessere Baronius ann. 313. Albaspinæus lib. 1. Observat. Eccles. cap. 8. Pithœus ad Capitula Caroli M. Durantus lib. 2. de Ritibus Eccles. Haeftenus lib. 4. Disquisit. Monastic. tract. 7. disq. 4. Sirmondus lib. de Azymo cap. 6. Card. Bona lib. 2. Rerum Liturgic. cap. 23. etc.

4. **EULOGIÆ** dicta præterea quævis munera, quæ offeruntur, non tam ex de-

Digitized by Google

bito, quam ex convenientia : verbi gratia, lib. 1. Reg. cap. 25. 27. Quod Davidi ab Abigail offertur a Vulgato Interprete *Benedictio*, a LXX. Εὐλογία dicitur.] In Regula S. Benedicti cap. 54. vetantur Monachi *a parentibus suis nec a quoquam hominum, nec sibi invicem Litteras, Eulogias, vel quælibet munuscula accipere, aut dare sine præcepto Abbatis.* [His concinunt Acta Reformationis Monasterii *Blankenau* ann. 1420. apud Schannattum Diœces. Fuld. pag. 323 : *Prohibemus omnes vanas deductiones... et quod nullæ Eulogiæ sive litteræ dirigantur.*] In Concilio Meldensi ann. 845. cap. 45. ubi prohibentur Episcopi munuscula a Presbyteris exigere, hæc verba adduntur : *Decet tamen Presbyteros cum voluntariis Eulogiis tempore congruo visitare et venerari suos Episcopos.* Ita apud Leonem IV. PP. Ep. ad Episcopos Britanniæ cap. 3. non cogendos Presbyteros ad sacra Concilia *Eulogias* deferre statuitur; ut apud Hincmarum Remensem in Capitulis ad Archidiaconos cap. 5. *Eulogias* nisi sponte oblatas a Presbyteris accipere vetantur iidem Archidiaconi. Eodem sensu ac significatu passim usurpatam vocem hanc pro munusculis quibusvis observare est apud Gregor M. lib. 11. Ep. 49. Eginhard. Epist. 52. Theophanem pag. 84. [Fortunatum in Vita S. Radegundis Reginæ lib. 2. num. 6. inter Acta SS. Benedict. sæc. 1. pag. 327.] In Definitione Synodi II. Duziacensis de Doda Monacha cap. 2. etc. [Pro eleemosynis vero habetur in Vita S. Wlmari Abb. num. 11 : *Sanctus vero Wlmarus indesinenter reficiebat eas (Sanctimoniales) inquiens : Abundanter ministrabit vobis Dominus alimentum, sicut per Evangelium pollicetur dicens :* Primum quærite regnum Dei, et hæc omnia adjicientur vobis. *Sed sicut vir Domini prædixerat, ita sæpius contigit evenisse. Num aliquando antequam exhortatio finiretur, tabella percutiebatur adnuntians Eulogias advenisse.* Occurrit rursus hac notione num. 13.]

5. **EULOGIÆ** denique vox postmodum accepta pro munere debito, seu, ut tum loquebantur, pro *dono coacto*, vel pro quavis pensitatione vel præstatione, adeo ut in malam partem sæpe usurpetur. Polyptychus Floriacensis : *Unusquisque mansus ingenuilis et servilis debet in Eulogiis panes* 6. *ad carnem den.* 2. *etc.* Chronicon Virdunense Hugonis Flaviniacensis : *Ea lege ut ipsi quoad vivant, illo fruantur, et debitum synodale Ecclesiæ S. Mammetis solvant, paratam et Eulogias.* Charta Isaaci Lingonensis Episcopi in Tabul. Flaviniacensi : *Nostrum quoque memoriale et successorum Pontificum hujus sanctæ Lingonensis Ecclesiæ debito venerationis obsequio percelebrent, et debitum synodale, quod S. Mammeti debetur, paratas scilicet et Eulogias statutis temporibus persolvant.* Alia Roberti Episcopi Lingonensis ex Tabulario Cluniacensi Ch. 160 : *Ea videlicet conditione ut salvum et integrum in ea perseveret jus Lingonensi Ecclesiæ, suis scilicet temporibus, paratæ et Eulogiæ reddantur.* Chronicon Besuense pag. 524 : *Ut omnibus annis in corvata Monachorum jornalem unum de tritico, et alium de avena persolverent, et Eulogias, et in cera* 2. *denarios.* Et pag. 548 : *Et carroperam et censum cum Eulogiis.* Denique pag. 609 : *Archidiaconibus... debita servitia exhibeant, paratas et Eulogias suo tempore communiter persolvant.* Charta Udonis Episc. Tullensis ann. 1069. apud Hieronymum Vignerium in Hist. Alsat. pag. 128 : *Non hospitabitur Comes, nec inde accipiet ullum debitum vel servitium propter* (i. præter) *Eulogias et carratas vini quas ei dant officiales.* Charta Caroli Calvi apud Sanjulianum in Tornutio pag. 510 : *Exquirere... aut mansionaticum, aut paratam aut parafredum aut Eulogias non præsumant.* Tabular. Eccles. Augustodunensis ann. 937 : *Repererunt etiam in villa Frodolfenci mansos* 4. *vestitos et ingenuiles, quæ solvit Eulogias.* [Primordia Calmosiacensis Monast. lib. 1. n. 4. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 1164 : *Cum his quoque (agris scilicet pratis, etc.) Eulogias, quas ex parte Ecclesiæ ipse Theodoricus et antecessor ejus consueverant accipere simul contradidit : videlicet porcum unius anni, denarios* 12. *et* 12. *panes, et tria receptacula in anno.*] Adde Perardum in Burgundicis pag. 60. [** et Eginhardi Epist. 52. Vide *Eulogium*, 2. et 3.]

¶ **Eulogiæ Synodales.** Vide *Synodalis census.*

Eulogiarius, in Notis Tyronis pag. 192. Eulogiarum confector, aut donator.

¶ **EULOGICUS.** In pervetusto Necrologio Bibliot. Floriac. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 147. num. 86. laudato : *Anno Incarnationis Domini* DCCC LXVIII. *panis oblatus est Sennis ad benedicendum, ex quo plurimi Deo gratias agentes, Eulogicos sumpserunt.* Vide *Eulogia* 3.

EULOGIOSE. Baldricus lib. 2. Chr. Camerac. cap. 1 : *Hujus vero familiares mœrore affecti, Dominum triste incusabant, et maxime in S. Mariam Eulogiose fremebant.* Ubi Colvenerius recte, ni fallor, *elegiose*, reponit, id est, flebiliter, dolenter. Vide *Elegus.*

1. **EULOGIUM**, pro *Elogium.* Liber de disciplina Scholarium cap. 1 : *Nugatoriæ lo juacitatis Eulogio perusa*, ubi S. Thomas : *Eulogium, sapientia, bona fama, vel testimonium dicitur.* Matthæus Paris in Vitis Abbatum S. Albani pag. 73 : *Fecerat plura de ipso Eulogia in laudem ipsius.* Vide Andr. Monachum in Vita S. Ottonis Episcopi Bamberg. lib. 2. cap. 11.

2. **EULOGIUM**, Epistola missa ad aliquem, vice muneris quod *Eulogia* vulgo dicitur. Epistola Caroli M. ad Offam Regem : *Cum decent Reges potentes et famosos amicitiæ fœdere convinciri, ... vestræ Serenitati hoc Eulogium duximus destinandum.*

¶ 3. **EULOGIUM**, Munusculum. Vita S. Liudgeri Episc. lib. 1. cap. 25 : *Munere prævio studuit sibi placare eum, mittens quasi Eulogium, vas testeum pergrande melle plenum.*

¶ 4. **EULOGIUM Angelicum**, Salutatio Angelica. Menoti sermones Quadragesim. fol. 1. recto : *Recurramus ad thesaurariam ipsius, videlicet gloriosissimam Virginem Mariam offerentes ei Angelicum Eulogium : Ave gratia plena.*

¶ 5. **EULOGIUM**, Dispositio, propositum. Concilium Trevir. ann. 1310. num. 74. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 256 : *Et nihil est quod magis debeatur hominibus, quam ut eorum supremæ voluntatis Eulogia impleantur.* Eadem habentur in Statutis MSS. Augerii II. Episc. Conseran. ann. 1280. Vide *Elogium.*

* Testamentum, ut supra *Elogium* 2. Bulla Innoc. IV. PP. in Chartul. Compend. fol. 43 : *Mandamus quatenus prædictos abbatem, majorem et alios ut ab hujusmodi præsumptione desistant, juxta desiderium decedentium de bonis ipsorum, ut tenentur, extremum Eulogium exsequantur,.... compellas.* Testam. ann. 1440. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 403 : *Concedens.... omnimodam potestatem dictis suis fidei-commissariis et executoribus præsentis sui ultimi Eulogii, etc.*

¶ 6. **EULOGIUM**, Prædictio, vaticinium. Sebastianus Perusinus in Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii col. 320 : *Huic numero forte alludit Virginis Eulogium, quo prædixit, etc.* Et col. 388 : *Impletum est Eulogium et irrefragabile vaticinium, quod prædixerat.*

¶ 7. **EULOGIUM**, Dictum sapienter, aptum responsum. Vita S. Gumberti tom. 4. Julii col. 70 : *Illud tamen viri sapientis semper ad memoriam revocabat Eulogium.* Vide S. Carauni tom. 6. Maii col. 750 : *Spiritus S. gratia repletus, castitatis flore comptus, hoc reddebat eis Eulogium.* Hac notione Tullius in Catone Majore cap. 20 : *Solonis sapientis Elogium est, etc.*

8. **EULOGIUM**, Sermo, dictio quævis. Passionarius Galeni in Præfat. : *Si quis intente desiderat cognoscere intentionem totius libri, prius cursim relegat hæc prænotata capitula, quæ brevi Eulogio in fronte hujus libelli prænotata repererit.*

¶ 9. **EULOGIUM**, Consuetudo. Chron. Wormat. apud Ludewig. tom. 2. pag. 84 : *Wolframus ergo custos Ecclesiæ S. Pauli, miratus eum longi concubinatus Eulogio perstitisse, hortari cepit quod incestus copulam commutatione matrimonii adornaret.*

* Vox in malam partem interdum, sumpta, ut *Elogium* 1. Vide in hac voce.

* **EULOIA**, Munus debitum, præstationis species. Notitia vet. ex Cod. reg. 3562. initio : *Prima area, quam tenet Langaudus, habet in longum pedes xxv..... debet denarios iiij. cum Euloias.* Vide *Eulogiæ* 5.

¶ **EUMENICUS**, Infernus. Acta SS. Julii tom. 4. pag. 103. de S. Ansuero Mart. : *Per quos Slavi doctrinis docti roris mellici, et erepti a latrinis carceris Eumenici.* Sic per ἀντίφρασιν ab εὐμενής, Benevolus, amicus, dicitur infernus cacer, quemadmodum ab eadem radice εὐμενίδες appellantur Furiæ, licet immites fingantur et ut plurimum malevolæ. Gl. Lat. Gall. San-German. MS.. *Eumenis, Forcenerie d'enfer.*

¶ **EUMORPHUS**, Græce εὔμορφος, Formosus, in Translatione S. Wandregisili, inter Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 203.

* **EUNICIZATUS**, *Castrato*, in Glossar. Lat. Ital. Ms. pro *Eunuchizatus.* Vide in *Eunuchus.*

¶ **EUNICUS.** Vulcanius : *Eunicus*, εὔνικος. Idem est qui mox *Eunuchus.*

EUNUCHUS, Dignitas in palatiis Imperatorum, cui cubiculi augustalis cura erat, Cubicularius. Leo Nov. 98 : Καὶ τῆς εὐνῆς ἀνυπόπτους φύλακας εἶναι, τοῦτο γὰρ ἡ κλῆσις

Digitized by Google

ἐγγυᾶται. *Eunuchus sacri Cubiculi ministeriis adhæsurus*, in l. penult. C. Just. de Præpos. sacri cubic. (12,5.) Evagrius lib. 4 : Οἱ τοῖς βασιλικοῖς ἐξυπηρετούμενοι κοιτῶσιν, οὓς εὐνούχους ἡ συνήθεια καλεῖ. Apud S. Ambrosium Epist. 27. ad Valentinianum II. quidam Gallicanus Præpositus Cubiculi *Eunuchus Regius* nuncupatur, velut apud Isidorum Pelusiotam alius, *Eunuchus Palatinus*. *Eunuchi* tiner præcipuos aulæ Davidis Magnates recensentur lib. 1. Paralip. Primus vero Eunuchorum ἀρχιευνοῦχος dicitur in Chronico Alexandr. ann. 5. Valentiniani, et in Synaxariis et Menæis 28. Decemb. in S. Domna. Μέγας τοῦ παλατίου εὐνοῦχος, apud Theophanem ann. 1. Mauricii. Scribit Julianus Imp. in Misopogone, antequam Imperium iniret, Eunuchum fuisse nomen honoris, suo vero tempore contumeliæ : et Lampridius, Heliogabalum plerosque Eunuchos rationibus et procurationibus præposuisse, iisque veteres dignitates sustulisse Severum. [** Vide Glossar. med. Græcit. in Ἀρχιευνοῦχος col. 130. et de Eunuchorum monasteriis ead. voce in Append. col. 27. d.]

¶ EUNUCHARE, Castrare, Eunuchum facere, apud Brompt. pag. 1046. Usus est Varro apud Nonium.

¶ EUNUCHIZARE, Eadem notione, in Actis SS. Martii tom. 1. pag. 650. Julii tom. 3. pag. 753. etc.

¶ EUNUCHINUS. S. Hieron. Epist. 22. ad Eustochium : *Impudenter erigunt facies Eunuchinas.*

¶ EUNUCHINATUS, apud Tertullianum.

EVOCATORIÆ, Epistolæ, quibus absentes ad Comitatum evocabantur a Principe, aut quibus iis, qui Principis aspectum ambiebant, veniendi facultas dabatur. Nam sine *Evocatoria* ad Comitatum venire omnibus non licebat, leg. 3. C. Theod. (6,23.) et Justinian. (12,16.) de Decur. et Silent. : *Permissa veniendi ad Comitatum licentia præter Evocatoriæ securitatem.* Utriusque generis formulam exhibet Senator lib. 7. Epist. 34. et 35. Jornandes de Reb. Getic. cap. 57. ait Zenonem Imp. Theodericum Ostrogothorum Regem *Evocatoria ei destinata, ad se in urbem venire præcepisse.* Adde Sidon. lib. 8. Epist. 12. et Zachariam PP. Epist. 9. ad Bonifac. Mogunt. Episcop. præterea Juretum ad lib. 4. Symmachi Epist. 5.

EVOCATUS. Gloss. MS. Eccl. Paris. : *Evocati, qui militant sine sacramento.* Vetus Gloss. cap. de Militia : *Evocatus*, ταξίαρχος. Vide Isidor. lib. 9. cap. 3. et JC. [** Glossar. med. Græcit. voce ἰουάκατος, col. 518.]

¶ EVOLAGIUM, Jus aquæ et piscium stagni, alibi *Volagium*. Qui fruitur jure *Evolagii* debet solvere census fundorum stagni dum aquis plenum est, nisi alia fuerit conventio, secundum Chartas et Terrearia Calomontis. Sic testis oculatus Vir Cl. D. *Anbret* in Adversariis.

* EVOLATUS, Dicitur de arbore ventorum vi ad terram dejecta. Reg. 54. Chartoph. reg. ad ann. 1317. fol. 33. r° : *Dominus rex concessit Stephano coquo dominæ reginæ unam cadrigatam bosci sicci, stantis, et viridis jacentis et Evolati pro suo ardere in foresta regia de Bieria.* Et fol. 44. r° : *Unam quadrigatam.... bosci sicci, tam stantis et erepti, quam viridis jacentis seu prostrati.* Vide supra *Cabulus.*

* EVORATUS, mendose unica voce editum ex Charta Henr. VI. imper. ann. 1191. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Chron. imperat. Leon. Urbevat. pag. 201 : *Hæc omnia sæpe dicto monasterio omni Evorata, etiam firma jubemus permanere.* Ubi leg. *Evo rata.*

* EUPERPIA, *La belleza*, in Glossar. Lat. Ital. Ms. pro *Euprepia*. Vide in hac voce.

¶ EUPREPIA, *Pulchritudo, decor*. Gloss. Sangerman. n. 501. a Græco εὐπρέπεια, Decor eximius. Prosa S. Martialis in MS. S. Martialis Lemovic. n. 40 :

Concelebremus sacram
Hujus diei Euprepeiam.

Fridegodus in Vita S. Wilfridi Episcopi cap. 40 :

Ut tua præcluibus gliscens Euprepia sceptris.

* EVRAYDARE, In carcerem conjicere, vel manum injicere in aliquem. Charta ann. 1334 : *Item quod nulla persona.... recolligat fayditos, bannitos, latrones.... infra dictum castrum nec ejus territorium; imo si videret eos, quod ipsos capiat seu Evraydet, aut saltem manifestet.*

¶ EVROC. Vide *Ewoech.*

¶ EURYTHMIA, εὐρυθμία, Concinnitas, corporis decens et aptus motus. Anonymus in Translatione S. Sebastiani cap. 13 : *Ecce vir quidam ephebus Eurythmiam domni Sebastiani prætendens, etc.*

* EUSEBIA, Gr. εὐσέβια, Pietas, misericordia. Formula quæ passim occurrit in libris, qui prelo primum subjecti sunt; ac præcipue ad calcem Psalterii in Bibl. Cæsarea asservati, ubi fol. ult. v°. hæc legebam ann. 1751 : *Præsens spalmorum* (sic) *codex venustate capitalium decoratus,... et ad Eusebiam Dei industrie est consummatus,.... anno Domini* 1457. Vide supra *Characterizare.*

* EUSSINUS, Arboris species, Ilex, ni fallor, Gall. *Yeuse*. Vide *Fuves*. Charta ann. 1391. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 59 : *Item quod in dictis nemoribus... sunt arbores modicæ et batæ, et nullomodo abiles pro hedificiis construendis vel reparandis,.... videlicet buxi, Eussini, etc.* Nostris *Eusse de l'ueil*, Pars oculi orbiculata, ut videtur. Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 182. ch. 7 : *Le suppliant frappa Jehan Chiron.... d'un baston sur l'Eusse de l'ueil. Eux*, et *Euz*, pro *Yeux*, in Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 166. et in Vita ejusd. reg. ibid. pag. 389. *Eusse*, pro *Esse*, Rotæ retinaculum, in aliis Lit. ann. 1386. ex Reg. 129. ch. 195 : *L'exposant osta l'Eusse de l'esseau d'icelle charrete.*

* EUSTOMACHIUS, *Bonus stomacho*, in Glossis ad Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 1. Passion. cap. 3 : *Sint omnes cibi euchimi et Eustomachii.* Vide *Eustomachus.*

¶ EUSTOMACHUS, εὐστόμαχος, Conducens stomacho. Theod. Prisc. de Diæt. cap. 7 : *Ovum molle plus est Eustomachum, quam sorbile.*

* EUTERONOMIUM, pro *Deuteronomium*, Secunda lex. Abrogat. festi Stult. ann. 1394. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 140. col. 1 : *In qua quidem archa recondita erant urna aurea, manna, tabulæ testamenti, virga Aaron, liber de Euteronomio reconditus in latere archæ... In libro de Euteronomio, secundæ legis, id est Evangelii, intelligitur in Christo consumatio.*

¶ EUTHECA, Theca pretiosior, ab εὖ et θήκη, Repositorium. Transmissio reliquiarum S. Odulphi ann. 1274. apud Johan. Mantelium in Hist. Lossensi part. 2. pag. 32 : *Hunc enim toti terræ nostræ, ob multiplicia miraculorum insignia, venerabiliter in sacratissimis Ecclesiæ nostræ Euthecis et pretiosissimis gazophilaciis reconditum.*

¶ EUTICE FLERE, in Vita B. Petri Urseoli Ducis Venet. apud Mabill. Sæc. 5. Bened. pag. 886. idem videtur quod Abundanter flere ab εὖ et τήκω, Liquefacio, unde efformari potuit εὐτήκως Græce pro quo Latine dictum *Eutice.*

¶ EUTYCHES, Gr. εὐτυχής, Felix, apud Fridegodum in Vita S. Wilfridi cap. 21.

EUTYCHEUM, ita dictum videtur Prætorium Præfecti Augustalis Alexandriæ, in leg. 1. C. Th. de Alexandrinæ plebis Primatibus, (14, 27.) cujus subscriptio ita concipitur : *PP.* (i. proposita) *Alexandriæ Eutycheo.* Vox efficta ex Gr. εὐτυχεῖν, forte quod ab Alexandria Romam et Constantinopolim advenirent *Felices Embolæ*, atque adeo in Prætorio Præfecti Augustalis ea pararentur. Ep. 32. MS. Mich. Pselli : Εἰ μήπω λέγεις τὴν εὐτυχῆ Ἀντιόχειαν, τὴν χρυσῆν Ἀλεξάνδρειαν. Vide Cujac. lib. 23. Observ. cap. 3. et J. Gotofredum ad hanc legem.

EWA. Glossar. Keronis : *Lex, Ewa. Testamentum, Ewa.* Vox Germanica vetus, Anglo-Saxonibus etiam familiaris. Capitulatio Caroli M. de Partibus Saxoniæ edita ab Holstenio cap. 7 : *Similiter quidquid aut eorum omnibus factum fuerit, omnia tripliciter faciant restaurare, et secundum eorum Ewa componere.* Ibidem cap. 10 : *De malefactoribus, qui vitæ periculum secundum Ewa Saxonum incurrere debent.* Adde cap. 8. Legem Aleman. tit. 6. Capitula ad Legem Bajwar. § 11. Capitularia Caroli M. lib. 3. cap. 65. lib. 4. Addit. 2. cap. 34. [** 35.] lib. 6. cap. 250. Legem Longob. lib. 1. tit. 14. cap. 9. [** Carol. M. 30.] *Ewe*, in Legib. Normannicis Willelmi Nothi cap. 17. Vide Steph. Baluzium ad Capitular. pag. 1075. 1186. [** Vide Grimm. Mythol. German. pag. 58. Eichhorn. Histor. Jur. German. § 144. not. e. Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 510.]

EPA, si Vendelinum audimus, idem sonat ac *Ewa*, in Lege Salica Edit. Heroldi tit. 31. ubi *Landovefa*, eidem est, jus publicum, *lex hominum.* Hunc adi.

¶ EUVES, vox Provincialis, Ilices, Gallis *Yeuses*. Transactio ann. 1501. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues : Non possint... aliquas evercores, nec Euves aglanderatas acomare.*

¶ EWALAPUT. Vide *Walapaus.*

* EUVANNAMENTUM, Umbraculum, ligneum projectum, Gall. *Auvent. Euvant*, in Stat. Avenion. lib. 1. rub. 46. art. 1. pag. 129 : *Ad decorem civitatis ordinamus, ne posthac projecta seu tigna, vulgo dicta Euvans, quæ extra parietes domus protenduntur, fiant.* Inquisit. super destruct. bast. Sabranorum ann. 1363. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 82. r° : *Item Euvannamentum turris*

Digitized by Google

factum circumcirca.... devastatum.... Item Euvannamentum januæ turris totaliter destructum.

¶ **EWARIA**, f. Officium Aquarii, ab Anglico *Ewer*, Aqualis. Charta anni 1447. apud Rymerum tom. 11. pag. 182. col. 1 : *Sciatis quod per quandam supplicationem, nobis per dilectum servientem nostrum Robertum Boley, servientem Ewariæ nostræ, exhibitam, accepimus qualiter, etc.* Item : *Valetto Ewariæ nostræ.*

* Officium ejus qui reditus ex aquis percipit; *Ewage* enim, ea notione, occurrit in Charta Margar. comit. ann. 1274. ex Chartul. 1. Fland. ch. 263. in Cam. Comput. Insul. : *No feuage par tiere et par ewe,.... nos throsnes, nos cambages et nos Ewages de Valenchienes. Eve*, pro *Eau*, aqua, legitur in Mirac. S. Ludov. edit. reg. pag. 392. Occurrit præterea in Ch. ann. 1326. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 248.

EWBRICE, *Adulterium et infractum conjugium* exponitur in Legib. Edmundi Regis § 4. apud Bromptonum ubi perperam *Ewice* editum : vox Anglo-Saxonica efficta ex E w, conjugium, et B r y c e, violatio : Belgis, etiamnum *Ewen*, sive *Hewen*, est matrimonii lege jungi : *Evebreken*, legem sacramenti violare, adulterari.

¶ **EWE**. Vide *Euva*.

¶ **EWER**, Anglis, Aqualis, Gall. *Aiguiere*. Occurrit apud Rymerum, tom. 8. pag. 117. col. 1. et apud Th. *Madox* Formul. Anglic. pag. 432.

EWECK, Oppidani, villani. Occurrit in Legibus Hungaricis, apud Sambucum. At Albertus Molnarius in Dictionario Hungarico Latino habet *Evroc.*

EWRII, Hungaris, Finium custodes, viarumque observatores, quarum securitati, ne in iis furtum committeretur, invigilabant : divisi erant in centurias et decurias. Vide Decreta S. Stephani Regis Hung. lib. 2. cap. 17. lib. 3. cap. 1.

* **EUXONIA**, Idem quod *Essonia*, Excusatio ob ingruens impedimentum proposita. Charta ann. 1496. in Lib. nig. S. Petri Abbavil. fol. 112. v° : *Si impeditus fuero, eis meam Euxoniam denunciare faciam et procurabo.* Vide *Essonium* et in *Sunnis*.

* **EUZARE**, f. Manubrium aptare, Gall. *Emmancher*, Stat. Montis-reg. pag. 269 : *Item statutum est quod ferrarii teneantur.... Euzare sapam seu massam pro denariis sex.*

* **EUZIERIA**, Provincialibus, idem quod *Area* 1. Ager, qui nec colitur, nec aratur. Charta ann. 1197. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Confrontatam cum affari Jacobi de Balma eundo usque ad Euzieriam del Vidil sequendo lo valon, draya in medio.*

* **EUZOMA**, *Juscella*, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 2. Pass. cap. 67 : *Multas Euzomas semper fugere oportet.*

¶ **EX DE POST**, Ex eo tempore, Gall. *Du depuis*, vulgatius nunc *Depuis*. Legitur apud Baluz. tom. 2. Histor. Arvern. pag. 342. ex Regesto Parlamenti anni. 1403.

¶ **EX NUNC**, Ex hoc tempore, *Ex tunc*, Ex eo tempore, passim apud Scriptores ævi medii.

¶ **EX POST**, Eadem notione, apud Acherium Spicil. tom. 6. pag. 207.

** **EX IN ANTEA**, Eodem sensu, in Pace Princip. ad Rhen. ann. 1259. ap. Kindling. Anecd. Monast. tom. 3. pag. 197.

¶ **EXACIARE**, Exacuere, excitare, ut opinor. Rather. Veronens. de Contemptu Canonum, apud Acherium tom. 2. Spicil. pag. 199 : *Falsa veris, opinabilia certis atque conjungam, rumusculos hic congeremus pro valentia vestros, quo vos utique Exaciem cunctos, quæ dicatis, quæve de me, quali quoque sensu dicere valeatis, per quamdam præveniens anticipationem hujuscemodi, similem cui ante me, credo, de se nullus fecit, de me promere tento ipse relatum. Legat ergo qui volet et de me proferat, pejus quidquam si valet.*

¶ **EXACINARE**, Acinos ex uvis eximere. Medicina Salern. pag. 103. edit. 1622 : *Belle nutriunt Exacinatæ* (uvæ,) *pectus et pulmonem juvant : stomachum, jecur et lienem corroborant.*

¶ **EXACISCLARE ARCAM**, in antiquis Inscriptionibus, quid significet, inquirit Ph. a Turre Monument. vett. Antii pag. 355.

* Discerpere, in frusta scindere, Gall. *Mettre en pieces. Ascle* vocant rustici Dombenses cujusvis rei particulam, fragmentum. Bertolo in Antiq. Aquilej. pag. 222. *Exacisclare*, Destruere est id, quod *ascia* est constructum

* **EXACTA**, Exactio. Dipl. Pipp. reg. ann. 753. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 700 : *Nec ulla Exacta, nec consuetudines, nec illos dinarios quatuor, de omnes naciones qui ibidem ad ipso mercado adveniunt, etc.* Vide *Exactura*.

EXACTARE, pro *Exigere*. Diploma Dagoberti Regis pro Monaster. S. Dionysii : *De ipso mercado ex ipsa mercimoniu Exactare potuerit.* Aliud ejusdem Dagoberti : *Quidquid exinde fiscus noster poterat Exactare.* Vide [Chartam emunitatis Childeberti Regis Franc. apud Mabill. tom. 3. Analact. pag. 222. Theodorici II. Reg. Fr. apud Miræum tom. 1. pag. 128. col. 1.] Præceptum Caroli M. pro Hispanis edit. a Steph. Baluzio, [aliud ejusd. Caroli Præceptum edit. tom. 1. apud Marten. Ampliss. Collect. col. 43. Chartam Ludovici Pii apud Miræum tom. 2. pag. 932. col. 2. alteram Chartam ejusd. Imper. Marcæ Hisp. col. 767.] Capitula Caroli C. pag. 37. 109. 1. Edit. [**Synod. Belvac. ann. 845. cap. 5. Apud Silvac. ann. 853. cap. 9.] Chronicon S. Vincentii de Vulturno pag. 679. tom. 4. Actor. SS. Ord. S. Benedicti pag. 618 Passim.

** **EXACTATIO**, Exactio, in Capit. Carol. C. locis modo laudatis.

¶ **EXACTIO**, *Crudelitas*, Barthius in Glossario ex Gauterio de Bellis Antiochen.

EXACTIONARE, Idem quod *Exactare*, Exigere, per vim auferre. Occurrit semel ac iterum apud Joann. de Beka in Chronico Trajectensi pag. 46. 57. 1. Edit. [et supra in *Depracticare*.]

¶ **EXACTIONARIUS**, Exactor. *Ut nullus Judex publicus aut Exactionarius*, apud Marten. tom. 4. Anecdot. col. 75.

* **EXACTIVUS**, Qui exigi solet, Gall. *Exigible*. Chartul. B. M. de Josaphat : *Furnus monachorum Josaphat, qui juxta portam Divionensem situs est, liber et immunis sit in perpetuum ab omni Exactiva consuetudine, quam in illo antecessores mei vel ego antea de jure exigere consuevimus. Exactif*, Qui exigit, in malam partem sumitur, in Lit. ann. 1474. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 325. col. 2 : *Cotin, qui est homme Exactif et fort importun, etc.*

EXACTOR, Publicanus, τελώνης. Gloss. S. Benedicti : *Exactor*, ἀπαιτητής. Apud Harmenopulum lib. 1. cap. 12. § 31. Ἀπαιτητὴς δημόσιος. Glossæ Biblicæ MSS. : *Exactores, expectatores tributi.* S. Augustin. lib. 2. de Civit. Dei cap. 19. *Exactores* vocat, quos Lucas cap. 3. *Publicanos.* Idem Epist. 124 : *Ut nullas Exactorum molestias paterentur.* Salvianus lib. 5. de Gubernat. Dei : *Leviores his hostes quam Exactores sunt : et res ipsa indicat, ad hostes fugiunt, ut vim exactionis evadant.* Senator lib. 5. Epist. 39 : *Exactorum quoque licentia fertur amplius a provincialibus extorqueri, quam nostro cubiculo constat inferri. Exactor tribut. civit. Gall.* in veteri Inscript. *Exactor vel publicus minister*, in Bulla Agapeti PP. apud Sanjulianum pag. 278. Adde Legem Longob. lib. 3. tit. 1. § 42. [** Lothar. I. 41.] et quæ passim habentur in Codice tit. de Exactionib. tributor. et alibi. [** Vide Savin. Histor. Juris Rom. med. temp. tom. 1. § 129.] *Exactor tributorum*, in Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 217. [** 369.] *Exactor fiscalium præstationum*, apud Firmicum lib. 4. cap. 3. lib. 6. cap. 3. *Exactor Regiarum annonarum*, apud eumdem lib. 3. cap. 12. *Exactores rerum publicarum*, in Charta Hlotharii Imper. filii Ludovici Pii, in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 4. pro facultate erigendi mercatum absque teloneo : *Igitur comperiunt publicarum rerum Exactores, etc. Exactores publicarum*, i. rerum, vel consuetudinum ac præstationum, in Capitul. Caroli M. lib. 6. cap. 122. [** 124.] *Exactores Reipublicæ*, in Charta Lotharii Imp. apud Beslium pag. 260. [** *Rei publicæ judices et Exactores*, in chart. ann. 798. apud Schannat. in Histor. Wormat. tom. 2. num. 1.] *Exactor loci*, in Trad. Fuldensib. lib. 2. Trad. 209. *Exactor sæcularis*, in Charta Henrici I. Regis Franc. ann. 1036. apud Loisellum in Bellovaco pag. 253. *Exactor regalium operum.* Chronicon Fontanellense cap. 16 : *Exactor operum regalium in Aquisgrani Palatio regio, sub Heinhardo Abbate.. a Domino Rege constitutus est.* Vetus Inscriptio : *Q. Annio Januario Exactori operum publ.* [*Exactor sacri Palatii*, apud Johannem Mon. in Prologo ad Vitam S. Odonis Abbatis Cluniac. inter Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 150. ubi Mabill. conjectat publicæ pecuniæ Præfectum intelligendum esse.] Ἐξάκτωρ, apud Jo. Tzetzem chil. 5. cap. 17. v. 610. Joannes Euchaitarum Episcop. :

Μυσογράφος χθὲς εὐτυχὴς νεανίας,
Καὶ σήμερον πάρεστιν Ἐξάκτωρ νέος.

[Vide Glossarium mediæ Græcitatis.]

¶ **EXACTURA**, Exactio. Baluz. tom. 1. Hist. Arvern. pag. 29. ex Chartulario S. Odilonis : *Omnes consuetudines malas et importunas... Exacturas, vestituras etiam de omnibus terris... perdonavit.*

* **EXACUCERE**, Punctim ferire. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 288 : *Idem Mathæus retrocessit modicum, et uno ictu vibravit et Exacucit in latere seu ventre ejusdem Jacobi sub costa; de quo ictu idem Jacobus .... fuit mortuus.*

Digitized by Google

EXADELPHUS, ἐξάδελφος, Fratris filius, patruelis. Julius Africanus lib. 7. Hist. Apost.: *Et accepit Hyrtacus Exadelfus Imperium ejus.* Chronic. S. Vincentii de Vulturno lib. 3: *Alter Grimoaldus Exadelfus ei successit.* Sic etiam ex sorore nepotem vocat Petrus Damian. lib. 6. Epist. 29. pag. 567.

EXADITUARE, *Excludere ab adytis*, in Gloss. Isid.

EXADONIARE, [*Idoneum* seu innocentem se probare.] Vide *Idoneus*.

¶ **EXADUM**, Species vehiculi. Vide *Broeta*.

¶ **EXADUNARE**, ut *Adunare*, Addere, conjungere. Greg. Monachi Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 594: *Adunata et Exadunata sunt modiola* CCCC. *et in monte de Caballara et in Seliora modios* VII.

¶ **EXADVOCATUS**, Qui fuit Advocatus, in Lexico Martinii.

EXÆQUARE, [Æqualiter partiri. *Dividere et Exæquare*, apud Marculfum lib. 2. form. 13. in Appendice form. 39. 47. 49. Sirmondum form. 25. Bignonium form. 18.] Gloss. Lat. Gr.: *Exæquatio*, ἴσωσις. *Divisio et Exæquatio inter consortes*, apud Marculfum lib. 1. cap. 20.

* **EXÆRES**, *Navis exordium*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

* **EXÆRUGINARE**, *Fourbir; inde Exæruginator, fourbisseur*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Exaggare, Démonceler.* f. pro *Exaggerare*. Vide infra *Examorare*.

EXAFOCI. Anastasius in Benedicto III. PP.: *Obtulit Canistra Exafoci ex argento purissimo.* Sed legendum indubie *Exafota*, ex Gr. ἑξάφωτα, id est, canistra sex luminibus, lucernis, vel candulis instructa. Ita in Leone II. *Canistra Enafoti*, et *Canistra Enafodia*, perperam pro *Enafota*, id est, unius luminis, ἑνὸς φωτός, nisi quis malit legere *Enaenfota*, seu ἐνταέφωτα, novem lucernis instructa. Atque ex his emendandus idem Anastasius pag. 123: *Canistrum ex cede Cafoti pensant. libras* 12. *et semis.* Legendum enim *Excædecafoti*, seu ἑκκαιδεκαφώτων, *sedecim luminum*, quomodo rectius præferunt alii Codd. *Excedecafoti*. Vide *Afocis*.

¶ **EXAGA**. Vide in *Exagium* 3.

EXAGEG. Vide *Alchaz*.

EXAGELLA, Trutina, seu potius quota pars quæ unicuique hæredum ex successione obvenit: legitima pars hæredis, cum aliis veluti ad *exagium*, seu trutinam exæquata. Ennodius in Vita B. Epiphanii Episc. Ticinensis pag. 413: *Ninguido aere, et quali solent homines ad tecta confugere, Ravennam egressus est, et per omnes Æmiliæ civitates celer venit, tanquam ad sepulcri receptaculum properans, omnibus Sacerdotibus in itinere positis munificus, communis, affabilis, et quasi Exagellam relinquens, seipso præstantior.* Id est, Sacerdotibus omnibus, ac si hæredibus, ex suis bonis concessa legitima portione. Utitur etiam S. Zeno Veron. Serm. 6. ad Neophytos. Hinc *Exagellario titulo* possidere, aut relinquere. Regula Magistri cap. 91. ubi de bonis Monachi: *Audite regulæ nostræ a patribus salubre statutum consilium. De portione ejus tres fiant partes æqualiter, una distributa Abbatis manibus pauperibus vel indigentibus erogetur: aliam vobis, vel fratribus suis pergens ille ad Comitatum Sanctorum Exagiliario manus titulo derelinquat: tertiam vero partem viatici sui utilitate deferat secum Monasterii usibus profuturam.* Ubi legendum videtur *Exagellario*.

* **EXAGGATIO**, *Agrévance*, in Glossar. ex cod. reg. 7692. Forte pro *Exaggeratio*. Vide mox

* **EXAGGERARE**, Exasperare, Gall. *Aigrir, irriter*. Epist. Hinc. Rem. ann. 870. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 534: *Contra domnum regem in tantum te sine ratione contumaciter erexisti ut... et a te Exaggeratus duriora ingerenda tibi proponeret.... Sed tu, addens pejora prioribus, sic domnum regem.... iterum Exaggerasti, ut etc.*

¶ **EXAGIES**, ἀρτοῦ ἐντυπή, *Panis subactio*. Supplem. Antiquarii. Gloss. MSS. Sangerman. habent *Exagios*. Lege *Exagium*, ut mox in hac voce.

¶ **EXAGILIARIUS**. Vide *Exagella*.

1. **EXAGIUM**, Trutina, et certæ ponderationis genus, inquit Cujacius. Gloss. Græco-Lat.: Ἐξάγιον, *Pensitatio*. Ἐξαγιάζω, *Examino, perpendo*. Rursum: Ἄρτου ἐντυπή, *Exagios*, leg. *Exagium*, ponderis scilicet nota quæ pani imprimitur, σαθμὸν interpretatur Casaubonus ad Suetonium. Matth. Silvaticus in Pand.: *Exagion est nomen ponderis, et est idem quod aureus, et est sexta pars* 3. *etc. Exagium*, apud Saladinum de Ponderibus, *est pondus unius* 3. *cum dimidia* 90. *granorum tritici* Additque Solidum solo nomine differre ab Exagio. Versus MSS.:

> Exagium solido differt a nomine solo,
> Si solidum quæris, tres dragmas dimidiabis.

Hac notione passim *Exagium* usurpat Constantinus Africanus in libris de Morborum curat. In veteri Inscriptione præcipitur submota *micandi* consuetudine pecora *sub Exagio* vendi. *Ratio docuit utilitate suadente consuetudine micandi summota, sub Exagio potius pecora vendere, quam digitis conludentibus, etc.* Nov. Theodosii de Pret. solid.: *De ponderibus, ut fraus penitus amputetur, a nobis aguntur Exagia, quæ sine fraude debeant custodiri.* Cassianus Collat. 1. cap. 22: *Sive illa quorum pondus ac pretium ærugo vanitatis arrodens, Exagio seniorum adæquari non sinit.* Zeno Serm. 6. ad Neophytos: *Habetis aginam, Exagium facite, quemadmodum vultis ponderate.* Adde Zonar. tom. 3. pag. 162. Ἐξάγιον vero pro pondere apud veteres Medicos non semel usurpatum, observat Jo. Crato ad Dioscor. lib. 2. Parabil. cap. 67. et Leonhardus Fuchsius ad Myrepsum sect. 1. cap. 5. [Charta Richeri Virdun. Episc. ann. 1099. apud Mabill. lib. 6. de Re Diplom. Ch. 166: *Coram Camerario fidelitatem tam de pondere, quam de Exagio, hoc est de metalli* (monetarum) *sincerate, rite faciat.*] Vide Dissertationem nostram de Nummis Imperat. Constantinopolitan.

2. **EXAGIUM**, Examen, purgatio, judicium Dei. Vetus Instrumentum apud Guesnaium in Annal. Massiliens. ann. 850: *Illum transgredientis terminum, petierunt sibi aliud spatium, in quo possent facere Exagium, quo peracto, Dei judicium contra se videntes, recesserunt dolentes.* Vide *Examen* 1. et *Essayum*.

3. **EXAGIUM**. Vetus Charta ann. 1025. tom. 7. Spicilegii Acheriani: *Mansum unum, quem tenet Guibaldus, cum carte et Exagio suo, et cum ipsis arboribus.* Alia apud Columbum lib. 1. de gente Simiana n. 11: *Hoc est, mansum unum cum Exagio suo pertinente ibidem in Apta civitate, etc.* Alia ibid. n. 12: *Mansos duos cum chartis, [curtis] et Exagiis suis, cum campis cultis et incultis, etc.* Ubi *Exagium* videtur esse *Exiagium*, Exitus, proventus. Vide *Exitus*.

¶ **EXAGUM**, Exaga, Eadem notione. Divisio bonorum, quam fecit Braidingus Benedicto Aniano, apud Mabillonium tom. 2. Annal. Bened. pag. 719. col. 2: *Curtes, Exagæ et regressæ, terras et vineas cultas et incultas, ortos, oglatis, arboribus, etc.* Et paulo post: *Et in villa Calvaniacus similiter domos, curtes, oglatos, ortos, Exaga et regressa eorum, terras et vineas, etc.* Rursus occurrit ibid. Chartularium Aptensis Ecclesiæ fol. 92. verso: *Arnaldus Presbyter dat et cedit ad Ecclesiam S. Mariæ et S. Castoris mansum cum exago suo.* Ibidem fol. 125: *Cedo tibi ipsa vinea cum ipso campo, cum ipso casale, cum Exago suo, quod ibi consistit.* Ibidem fol. 129: *Quantum visus sum habere in casalicis, curtis, Exavis, vineis, campis, etc.* Et fol. 140: *Vendidimus vobis casales disruptas cum curtis et Exagis suis, etc.* Chronicon Novaliciense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 746: *Commutavimus cum ædificiis, cortiferis, exavis, ortis, vineis, campis.* Ead. habentur apud Mabillon. lib. 6. Diplom. pag. 507. *Exagum cumunale*, vulgari idiomate, *La sortie commune*, in Authentico Arelat. fol. 14. verso: *Consortes de uno lacus Exago Cumunale de uno fronte cum rata publica.*

¶ **EXAGUSTA**, *Infesta*. Papias in MS. Bituric. Editus habet: *Exhausta, Infecta.*

* **EXALABRARE**, *Alabro* filum evolvere, Gall. *Devider*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Exalabrare, desmoyder.* Vide supra *Alabrum*.

¶ **EXALAPARE**, Alapis cædere. Passio SS. Cypriani et Justinæ, Anecd. Marten. tom. 3. col. 1646: *Comes autem jussit eum suspensum ungulari; beatam autem virginem crudis nervis in manus cædi, et Exalapari a duobus spiculatoribus.* [** Vide *Expalmari*.]

¶ **EXALMATUS**. Synodus Oriolana ann. 1600. inter Hisp. Concilia tom. 4. pag. 739 col. 1: *Invaluit quorumdam hominum superstitiosa nequitia, qua sub religionis prætextu et salutis corporalis mentita spe, miseros homines inducunt, ut relictis artis medicinæ remediis ad ligaturas et alias superstitiones confugiant. Quod ne posthac fiat, omnes et quascumque incantatorum, vel ut vulgo dicitur, Exalmatorum orationes, preces et figmenta a nostra diœcesi explodimus, cum sint superstitionibus et erroribus plena.* Vide *Ensalmus*.

EXALODIS, Idem quod *Alodis*, Proprium, proprietas. Tabul. Monasterii Brivatensis: *Placuit... ut res congruas tam Ecclesiasticas, quam Exalodes una cum consensu... Regis Karoli et Ranulphi Episcopi inter se communicare et concambire debuissent.* In Probat. Hist. Arvern. pag. 10. apud Justellum.

* **EXALRARE**, f. Fodere vel exhaurire. Charta ann. 1228. in Lib. nig. S. Petri

Digitized by Google

Abbavill. fol. 308. r° : *Et sciendum quod ego et hæredes mei dicta fossata vel marisca, sine licentia prædictorum prioris et conventus expressa, non potero noctare, vel Exalrare, vel aliquem cursum facere.*

¶ **EXALTARE**, pro *Exartare*, *r* in *l* mutato, ut alibi sæpe, et in ipso sequenti exemplo, ubi *Flichium* est pro *Frichium* pari mutatione. Silvas in culturam redigere. Litteræ Officialis Paris. anni 1273. in Tabulario Calensi pag. 59 : *Recognovit, quod omnes terras de censiva dictæ Abbatissæ et Conventus, seu camp'parte moventes et in flichiis existentes Exaltare poterit et reducere ad agriculturam.* Vide *Exaltatus*.

¶ 1. **EXALTATIO**, Exstructio, vel Restauratio. *Exaltatio turris incendio diruta*, apud Marchisium Scribam lib. 5. Annal. Genuens. ad ann. 1222.

¶ 2. **EXALTATIO**, Fastus. Tertull. de Cult. fœm. cap. 3 : *Exaltatio non convenit professoribus humilitatis.* Diversis notionibus, sed notis accipitur apud vulgatum Interpretem veteris Testamenti, ut Exod. 17. 15. Psalm. 149. 6. Prov. 3. 35. etc.

¶ **Exaltatio Monetæ**, apud Rymerum tom. 12. pag. 67. et 85. de accessionibus factis pretio monetarum, Gall. *Augmentation.*

** **Exaltatio Crucis**, Festum Ecclesiast. 14. Sept. Vide Glossar. med. Græcit. in Ὕψωσις, col. 1651.

* **EXALTATUS**, Ager exaratus, in culturam redactus, idem quod *Exartus*. Charta ann. 1059. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 14 : *Do etiam ego Robertus comes eidem ecclesiæ* (Ulterioris-portus).... *decimam... omnium Exaltatuum earumdem sylvarum, ubicumque fiant.* Vide *Exaltare* et mox *Exaltus*.

* **EXALTERATUS**, a Gallico *Altéré*, Imminutus, depravatus. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 94. Chartoph. reg. ch. 39 : *Ex hiis gravi desolatione percussus, ac sensu suo quasi Exalteratus, etc.*

¶ **EXALTIO**, Elevatio. Anonymus apud Spelmannum : *Absis est illa pars circuli, in qua principium Exaltionis in suo circulo incipit elevari.*

* **EXALTUS**, pro *Exartus*, ex frequenti mutatione *r* in *l*; Ager proscissus, exaratus. Assign. dotal. Joan. reginæ Franc. ann. 1319. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 69 : *Item pro novis Exaltibus duo modia, quatuor minæ.* Vide supra *Exaltatus*.

* **EXAMARICARI**, Amariorem facere, inamarescare. Vetus Interp. Comment. Orig. in Matth. : *Plorat Petrus ex amaritudine peccati, Examaricans in pœnitentia fletum suum.*

¶ **EXAMANTISSIMUS**, pro *Amantissimus*, id est, valde dilectus. *Ego Sulpitius dono tibi Examantissima conjux, etc.* apud Marten. in nova Collect. vett. Scriptorum part. 2. pag. 2. edit. 1700.

¶ **EXAMBICARE**, pro *Excambicare*, vel *Excambiare*, Rem cum re commutare, Gall. *Echanger*. Charta anni 1339 in Hist. Comitatus Ebroic. Probat. pag. 12 : *Quod si Eustachia uxor mea aliquid in donatione mea ratione dotis reclamare voluerit post decessum meum, hæredes mei tenebuntur Exambicare dominæ dictæ dictam dotosam de valore ad valorem alibi in hæreditate mea.* Vide *Cambiare*.

¶ **EXAMBIRE**, pro *Ambire*, Desiderare. S. Cyprianus in Epistola ad Hispanos de Basilide : *Ut Exambiret reponi se injuste in Episcopatum, de quo fuerat juste depositus.*

1. **EXAMEN**, Examinatio, Purgatio, judicium Dei. *Examinatio ignea*, in Actis Concilii Lateran. sub Alexandro II. PP. apud Baron. ann. 1063. n. 22. Regino ann. 941 : *Publica se Examinatione, perceptione Corporis et Sanguinis Domini, coram populo in Ecclesia purgavit.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 62 : *Ab adventu Domini usque ad Octabas Epiphaniæ... non est tempus leges faciendi, i. vel jurandum pro fidelitate domini, vel concordia, vel bellum, vel ferri, vel aquæ, vel alias leges Examinationis tractari. Legitimo Examine monstrare, etc.* cap. 87. *Ad Dei judicium se Examinare*, in Capitulis Caroli C. tit. 39. § 3. [** ap. Carisiac. ann. 873.] Vide *Judicium Dei*.

¶ **Examen Pedale**. Vide *Vomeres igniti*.

Examinatio Plagarum. Anastasius in Hormisda PP. pag. 34 : *Hic invenit Manichæos, quos etiam discussos cum Examinatione plagarum exilio deportavit.*

* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Examen, esprouvement, vel languete de balence.*

2. **EXAMEN**, pro *Origo*, apud Abbonem in Præfat. ad libros de Bellis Parisiac.

* 3. **EXAMEN Dotis**, JC. dicitur Donatio, quæ uxori a marito fit in compensationem dotis, quam ipse ab ea accepit; unde nomen. Vide supra *Dos*, 1.

* **Examen Abbatum**. Electi in abbates monasteriorum, ecclesiæ Lugdunensi subditorum, in capitulo solemni ratione solebant interrogari, ut discimus ex Actis ejusd. capit. in Cam. Comput. Paris. ad ann. 1341. fol. 171. r° col. 2 : *Pro ipso* (electo in abbatem S. Regneberti) *examinando ipsum adduxerunt ad capitulum, et ipsum introduxerunt in domo thesauri, ubi ipsum, præsentibus dictis dom. Guidone et Hugone in litteratura, videlicet lectura, cantu et quæstione juris examinaverunt.* Quod et erga abbatissas fiebat, præter quæstionem juris, ut docetur infra.

** **EXAMENTUM**. Virgil. Grammat. pag. 9 : *Sunt tamen quædam nomina, quæ duas per omnia declinationes habere noscuntur, ut lætitia lætamen, calciamentum calciamen, Examentum examen, etc.*

EXAMETUM, Examitum, Pannus holosericus, Græcis recentioribus ἑξάμιτος, de qua voce Meursius in Gloss. Leo Ost. lib. 3. cap. 19 : *Alia Exameta Phrygio nihilominus in gyro circumdata. Dalmatica Exameta auro et albis a pectore pedibus manibusque insignita.* Adde cap. 73. Occurrit apud Will. Tyrium lib. 13. cap. 27. lib. 21. cap. 23. in Vitis Abbatum S. Albani pag. 92. apud Æneam Sylvium Epist. 142. Ughellum tom. 7. Ital. Sacr. pag. 289. etc. Ex quibus emendanda Gesta Innocentii III. PP. pag. 70 : *Examina duo episcopa duplica*, pro *Examita duo episcopa duplica*. Rectius pag. 138 : *Dalmaticam de optimo Examito rubeo, etc.* Pag. 150 : *Pretiosam vestem de exameto rubeo.* [Apud Ill. Fontaninum ad calcem Antiq. Hortæ pag. 401 : *Idem Papa dicitur dono dedisse Ecclesiæ Ortanæ unam planetam de Examito rubeo cum aurifigio decenter ornatam.*]

Xamitum, in Chartis variis apud Ughellum tom. 1. pag. 1083. 1085. tom. 7. pag. 1274. 1275. Ξάμιτος, apud Anonymum de Nuptiis Thesei.

Sciamitum. Liber Anniversariorum Basilicæ Vaticanæ apud Jo. Rubeum in Vita Bonifacii VIII. fol. 345 : *Item undecim planetas diversorum colorum de Scyamito, panno Tartarico, et Diaspro.* Bocacius : *Vestita d'uno Sciamito verde.*

Samitum. Chron. Reichersperg. : *Et misit ei... duodecim Samitas, et duos scyphos aureos... fratri Saladini Sabidino misit sex Samitas et duas vestes Imperiales.*

Sametum, in Chron. Valciodorensi pag. 579. et in Vita Balduini Lutzemburg. Archiep. Trevir. lib. 2. cap. 10.

Samitum, Samittum, *rubeum, croceum, viride Samitum*, apud Conradum Moguntinensem Episc. in Chronico; *Rubeum Samitum* apud Joannem de Vitriaco lib. 3. initio. Occurrit præterea apud Arnoldum Lubec. lib. 2. cap. 5. Matth. Paris pag. 122. Petr. Blesens. Epist. 66. Vincent. Belvac. lib. 31. cap. 143. lib. 32. cap. 35. Rollandinum in Chron. lib. 1. cap. 13. in Vita Caroli Abbat. Villariensis cap. 4. n. 18. in Synodo Coloniensi ann. 1280. in Præfat. etc.

Samis et Samit. Vincentius Belvac. lib. 30. cap. 85 : *Deferunt canistrum... ornatum undique serico vel Samite, atque margaritis et monilibus circumdatum.* Hinc emendandus Will. Brito lib. 12. Philipp. pag. 244 :

.... Nullum
Indumenta tegunt, nisi Samis byssus, et ostrum.

Peperam enim *Samnis* editum. *Samit lividum, Samit purpureum*, in veteri Charta apud Catellum lib. 5. Rer. Occitan. pag. 901. Le Roman *de Garin* MS. :

L'enfant Girbert envoia un Samit,
Et le mantel à son col li pandi.

Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regii, ann. 1351 : *Pour 6. pieces de Samit vermeil en graine, pour faire cotes et manteaux fourrez de menu vair aux Chevaliers nouveaux nommez dessus, la veille de leur Chevalerie, etc.*

¶ **Examinatum Rubrum**, in Chronico Episcoporum Hildeshem. cap. 25. apud Leibnitium Scriptor. Brunsvic. pag. 749.

Aurisamitum, Samitum ex auro. *Drap d'or.* Vetus Charta apud Rocchum Pirrum in Episcop. Agrigent : *Unam cappam de diaspero Aurisamito vel Tartarisco aureo de sindone foderatum, etc.*

Ejusmodi vocabulorum primigenia quibusdam videtur origo *Samit* : cum et hodie *alutum*, seu scorium tenue, et pilis ademptis emollitum, et in usum vestium concinnatum *Samisch* vocent Belgæ, inferioris Germaniæ dialectus *Semen*, ut auctor est Cluverius lib. 1. Germ. antiq. cap. 16. unde postea traducta vox ad quosvis pannos lævores, atque adeo holosericos. Kilianus *Sammet* Theutonicum seu nostrum *Samit*, quasi

Digitized by Google

Samnitum sericum dictum putat. Sed et Barthius ad lib. 12. Philipp. vocem a loco quodam ortam putavit. Verum hæ videntur levioris momenti conjecturæ, cum potius Græcæ originis censeri debeat vocabulum, ut ἑξάμιτος dictus fuerit sex liciis seu filis textus, quemadmodum μονόμιτος, simplici licio, τρίμιτος, ternis liciis, πολύμιτος, multis liciis, etc. Ebrardus Bethuniensis in Græcismo cap. 10 :

Est, mihi crede, Mitos filum, sed fabula Mithos :
A Mitos, Examitum ; de Mithos, Mithologia.

¶ **EXAMINA.** Vide *Exametum.*

1. **EXAMINARE** dicuntur apes, quæ una coeunt, et in examen congregantur. Apuleius de Virtutibus herbarum cap. 6 : *Ne apes Examinent et effugiant.* [Unde apud Barthium in Glossario *Examinati* dicuntur in *Examina* seu agmina redacti, ex Baldrici Hist. Palæst.]

* *Exainer*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1465. ex Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 75 : *Le suppliant ala aider.... à mettre à point un exain ou bournay de mouches à miel, qui icellui jour estoit Exainé ou vergier d'icellui Charretier.*

* 2 **EXAMINARE**, Ad disquisitionem vocare. Leg. S. Steph. reg. Hungar. tom. 1. Sept. Act. SS. pag. 548. col. 1 : *Nemo etiam quemlibet clericum in publico, nisi ecclesia Examinare præsumat.*

** **EXAMINATA PECUNIA**, ut *Parata pecunia.* Vide *Paratus*, 2. et *Examinatum Argentum.* Chart. ann. 1256. in Wenck. Hist. Hassiac. tom. 2. num. 154. pag. 181 : *Pro 80. marcis et una Examinata Pecuniæ.*

* **EXAMINATIA**, Examen, doctrinæ periclitatio. Stat. Univers. Aurel. ann. 1336. ex Cod. reg. 4223. A. fol. 55. r°. : *Quando imminebit bachalariorum Examinatia facienda, etc.*

¶ 1. **EXAMINATIO**, Examen. *Habita super eis Examinatione et inquisitione diligenti inventum est, etc.* in Transactione Caroli II. Regis et Comitis Provinciæ cum Capitulo S. Salvatoris Aquensi ann. 1292. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues.* Vide *Examen* 1.

* 2. **EXAMINATIO**, f. Invocatio. Cærem. Rom. MS. fol. 9 ubi de Consecratione Papæ electi in Episcopum : *His dictis electus procumbet cum mitra in faldistorio ante altare in suis scabellis, et per unum ex subdiaconis fit letania. Nam Examinatio antiqua sanctorum et alia præcedentia omittuntur.* Nisi *sortes sanctorum* hic indigitari quis existimet. Vide *Examen* 1. [** Vide *Sancta*, 1.]

EXAMINATOR, Dignitas apud Longobardos. Vide Chartam Siconis Principis in Chron. S. Sophiæ Benevent. pag. 628. [*Examinatores* post *Geolarios* recensentur inter Officiales Præposituræ Paris. in Edicto Caroli Pulcri Franc Regis ann. 1325. Vide Tract. de Politia tom. 1. lib. 1. tit. 11. cap. 1. 2. 3. etc.]

* **EXAMINATORIUS**, Ad probationem conducens. Tertul. de Scorp. cap. 7 : *Utique per tormenta ignium et suppliciorum, per martyria fidei Examinatoria.*

¶ **EXAMINATUM ARGENTUM**, Probatum, Gall. *De bon aloy*, in Chronico Ecclesiæ Hamelensis Auctore Johanne de Polda, apud Leibnitium, Scriptor. Brunswic. tom. 2. pag. 510. *Argentum igne Examinatum*, in Psalmo 11. 7. *Sicut examitur argentum*, Ps. 65. 10.

¶ **EXAMINATUM RUBRUM, EXAMITUM.** Vide *Exametum.*

* **EXAMORARE**, f. pro *Exammontare*, Ex acervo detrahere, Italis quippe *Ammontare* est Congerere, acervare, cui addita præpositione *Ex*, oppositum significare voluit Stephanus de Infestura MS. ubi de Innocentio VIII. PP : *Ubi aliqua domus fœni reperiebatur, absque ulla licentia, ac si ipsorum esset, Examorabatur ; et sic cives Romani et habitantes in Urbe tam ab inimicis quam a defensoribus nostris deplectebantur omni die.* Vide supra *Exaggare.*

EXAMPLARE, [Ampliare, extendere, augere. Joan. Longinus in Vita S. Stanislai, Maii tom. 2. pag. 222 : *Qui suam horridam et olidissimam libidinem in brutorum amorem Examplabat, animum a bellicis artibus ad sordida quæque et nefanda traducens.* Charta anni circiter 1100. ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Ebrodun. num. 9 : *Mansiones.... modo Examplatæ sunt in antea, quia latior erat via quam modo.*] Vide *Exemplare.*

¶ **EXAMPLARIUM, EXAMPLATA TERRA.** Vide *Exemplum.*

¶ **EXANCINGUM**, f. Modus agri, idem quod *Ancinga.* In Charta fundationis Abbatiæ S. Salvatoris apud P. *Benoit* Hist. Tull. p. LXXX. Probat. inter ea quæ dat Udo Episc. Tullensis in alodo Steivelt enumerat, *Annonam Exancingi et croadi et pastum copiosum multitudini porcorum.* Vide *Andecinga.*

¶ **EXANCLARE**, pro *Exantlare*, apud Papiam. Vita S. Rigoberti MS. e Bibl. B. M. Roncensis : *Statuit S. Rigobertus novem mansis Ecclesiæ S. Hilarii adjacentibus puteis intra Monasterii septa non deesse oborta occasione Exanclandis, rudera latrinarum efferre, etc.* Putei *Exanclandi*, hoc est Exhauriendi et purgandi. Vita MS. S. Winwaloei, fol. 70. v° : *Quod autem firme et inreprehensibiliter sive relatu, sive exemplaribus pro certo Exanclamus* (i. e. *exantlamus*, eruimus) *illud procul dubio intimare curabimus.* Gloss. Lat. Sangerman. MS. : *Exanclare, Puisier*, Haurire. Simplex *Anclare* apud Livium est Ministrare; item Haurire apud Festum, a *Græco*, inquit ἀνελῶ : quod etymon indicat præferendum esse *Antlare*, hac ultima notione.

¶ **EXANCORARE**, Anchoras vellere, solvere, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. *Desancrer.*

* **EXANESCERE**, pro Evanescere, aut saltem eodem sensu, in Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 137 : *Quoniam ea quæ geruntur, cum ex transitu temporum, tum ex defectu hominum adnullata Exanescunt, etc.*

¶ **EXANGUACHA**, Custodiæ, Gall. *le Guet.* Vide *Guaccia.*

EXANGULARE, *Per angulos inquirere*, in Glossis MSS. Regiæ Bibliothecæ.

EXANGYSIS Julius Africanus lib. 5. Hist. Apostol. : *Quid jam vobis pro Exangysi relinquam?* Ubi recte monet editor Græcam vocem esse ἐξαγγύησιν, id est, vadimonium, pignus.

* **EXANHELARE**, Peroptare. Hist. episc. Autiss. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 132 : *Ad quam* (electionem) *nonnulli non zelo spiritali, sed anxia honoris ambitione Exanhelabant.*

¶ **EXANIMARE**, neutr. Animam agere, exspirare. Vita SS. Paterni et Scubilionis, April. tom. 2. pag. 429 : *Quidam puer Milevo nomine a serpente percussus est, quo jam Exanimante Sanctus vir accessit, ne puer morte decederet.*

¶ **EXANTHEMA**, ἐξάνθημα, Quod efflorruit, metaphorice Pustulæ subrubræ, Leves eruptiones humorum per cutem florescentium. *Papulas, Exanthemata et impetigines tollit*, in Epistola Alphonsi Ciaconii ad Principem Cardinalem, apud Marten. tom. 3. Collect. Ampliss. col. 1323.

EXANULARE, Annulum deponere, apud Sugerium lib. de Administr. sua cap. 31.

¶ **EXANUM.** Vide *Exagum.*

EXAPLA, *Exempla*, in Gloss. Pith. [cum Isidorianis. Glossar. Sangerm. n. 501 : *Exapla, Sex inplica.* Papias MS. Biturcensis : *Exapla, Sex implica, Sex angularis.* Editus vero : *Exaplois, Exemplaribus.* In omnibus emendandum cum Reinesio in variis : *Hexapla, Secupla :* Gloss. Græc. Lat.: ἑξαπλοῦν, *Sextuplum.* Respiciunt, ut conjecto post Grævium, Glossarum sutores *Hexapla* Originis]

* **EXAPTOTUS**, *De sey pede.* Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Exapla.*

** **EXAQUARI**, Aquæ spatium emeti. Richer. lib. 2. cap. 59. ap. Pertz. Script. tom. 3. pag. 600 : *Navesque paratas cum remis invenit, quas tirones cum armis ingressi, navigant ac Exaquantur.*

¶ **EXAQUATIO**, Privilegium Ledunii Abb. S. Vedasti Atrebat. de censu ann. 1036. e Chartulario v. ejusdem loci pag. 243 : *Si venditur aut emitur vinum ad Exquationem, id est, ad probationem, de unoquoque tonello debet emptor* 11. *denar. et venditur* 11. *denar.*

* **EXAQUATORIUM**, Canalis, per quem aqua decurrit. Pariag. inter reg et abb. Gemondi ann. 1322. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 53 : *Item retinuerunt dicti abbas et scindicus sibi et dicto monasterio molendina.... cum paxeriis, Exaquatoriis, etc.*

¶ **EXAQUESCERE**, Aquosum fieri. Utitur Censorinus de Die Nat. cap 18.

EXAQUIA. Michaël *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. voce *Magnates : Magnates Aragonum possunt recipere in commandam oves et alias bestias sive ganata villanorum, et cum eis facere ad Exaquiam, id est, ad medias : ita tamen quod ex hoc herbajarii Domini Regis non lædantur propter dictam communionem, sive commandam.* Vide Chronicon Petri IV. Regis Arag. lib. 3. cap. 9.

* Quasi *Exæquia;* ibi enim sermo est de animalibus, quæ colono nutrienda traduntur, quorum quæstus et damnum inter eos ex æquo dividuntur : quod *Exiguer* appellant Consuet. Nivern. tit. 21. art. 9. 10. 14. Bituric. tit. 17. art. 1. 2. 3. Burbon. art. 553. etc. Vide supra *Catallum.*

EXARATUM. Vide *Exartus.*

¶ **EXARCHATUS.** Vide *Exarchus.*

¶ **EXARCHIATRUS**, Qui *Archiatri* seu Medici Principis comitatus munere defunctus est. Vide Cod. lib. 10. tit. 52. leg.

Digitized by Google

6. de Profess. et supra vocem *Archiatri*.

EXARCHUS, Ἔξαρχος, Gloss. Græc. Lat.: Ἔξαρχοι, *Proceres, Principes*. Ἔξαρχοι τῶν φρατριῶν, Duces factionum, apud Cedrenum.

EXARCHI ITALIÆ, vel *Ravennæ*, qui ab Imperatoribus CPolit. in Italiam cum Imperio mittebantur. Quorum ea erat potestas, *ut ministerium Imperialis fastigii peregisse* in Italia dicantur in Diurno Romano cap. 2. tit. 4. Horum passim meminerunt Gregor. M. lib. 1. Epist. 32. Anastasius Bibl. in Vitis PP. pag. 47. 49. 50. 59. 60. 63. 66. 69. 70. 72. 77. 83. 107. Leo Ost. in Chronico Casin. Horum præterea seriem habes apud Hieron. Rubeum et Scaligerum in Canonib. Isagogicis pag. 155. Vide *Catapanus*, [et Glossar. mediæ Græcitatis.] [** Dicitur etiam *Præfectus*. Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. tempor. tom. 1. § 113. not. g.]

EXARCHATUS RAVENNÆ a Pipino Ecclesiæ Romanæ concessus. Anastas. in Stephano III. PP. Paul. Diac. lib. 6. Hist. Longob. cap. 61. Annal. Francor. ann. 756. etc.

EXARCHUS AFRICÆ. Apud Gregor. M. Ep. 59. et 72. libri 1. inscriptæ sunt, *Gennadio Patricio et Exarcho Africæ*.

EXARCHUS, Dignitas, ut videtur, militaris, in vet. Inscript. apud Gruter. 528. 7.

EXARCHI dicuntur Pipinus et Carolus Martellus Majores domus, non semel in Chronico Fontanellensi cap. 2. 3. 9.

EXARCHUS DIOECESEOS, Dignitas Ecclesiast. quæ Patriarchica minor, major vero Metropolitana erat, uti pluribus probant Justellus ad Canones Eccl. universæ, Morinus lib. 1. Exercit. cap. 15. Sirmondus in Propemptico cap. 3. Allatius de Consensu Ecclesiæ lib. 1. cap. 8. Meursius, Ludovicus Thomassinus, etc. Vide Notitiam Græcam post Codinum Goari pag. 406. et Joannem Cameniatam de Excidio Thessalon. cap. 30. Nicolaus I. PP. Epist. 8. ad Michaelem Imp.: *Porro scripsit nobis Imperium vestrum, ut Theognostum, qui a fratre et Coepiscopo nostro Ignatio super quasdam provincias Exarchatus pondus suscepisse dignoscitur, etc.*

EXARCHUS, Dignitas in Ecclesia CPolitana apud Codinum de Offic. cap. 1. n. 41. de qua Gretzerus et Goarus ad eumdem pag. 15. 176.

EXARCHI MONASTERIORUM, in Novella Justiniani 135. cap. 4.

** EXARCHONTES. Ex Liutprandi Legat. habet Cangius in Glossar. med. Græcit. Append. col. 70. voce Ἐξαρχόντης. *Haud multo post magistro Exarchontæ accurrunt.*

EXARCHUM REGNI BURGUNDIÆ, *et summum Principem Consilii sui, et in omnibus faciendis agendisque suis præcipuum*, Heraclium Archiep. Lugd. instituit Fridericus I. Imp. Bulla sua aurea anni 1157. quam descripsit Paradinus lib. 2. cap. 35. [et Auctores novæ Gall. Christ. tom. 4. Instrum. col. 17. Idem Imp. eamd. dignitatem contulit Johanni *de Belles mains* Heraclii successori Præcepto ann. 1184. quod refert Menesterius inter Probat. Hist. Lugdun. pag. 35. col. 1.]

EXARCIA, Funalis apparatus navium, Hispanis *Xarctas*, nostris *Cordage*. Gloss. Gr. Lat. Ἐξαρτία παντὸς πράγματος, *hoc instrumentum*. Græci Byzantini ἐξάρτιον appellabant instrumentum navis. Ita Harmenopulus lib. 2. tit. 11. § 9. Vide Notas ad Cinnamum pag. 452. Charta Alfonsi Regis Arag. ann. 1325 : *Quod si forsan dictæ galeæ, vel ex eis aliqua, aut aliquæ perderentur, vel Exarciæ illarum, ... quod restitueremus valorem ipsarum cum Exarciis et apparatibus earumdem.* Secunda Curia Generalis Catalaniæ sub Jacobo Rege Arag. ann. 1299. MS : *Quod non possit aliquis extrahere de terra nostra istas res prohibitas, scilicet peguntam, cepum, alquitranum, fustam, canabum, filum, Exarciam, ferrum, nec arma.* Chron. Petri IV. Regis Arag. lib. 3. cap. 24 : *Anam presentar à ladita Verge una galera ab totes ses Exarcies d'argent en reverentia de la victoria, etc.* Vide *Sarco*, Oct. Ferrarium in *Sarte*, et Gloss. med. Græcit. in Ἐξάρτιον.

¶ EYSSARTIA, SARCIA, Eadem notione. Statuta Massil. lib. 3. cap. 16 : *De Sarcia non facienda nisi de canabo femello. Statuimus quod corderii omnes de Massilia teneantur speciali sacramento se non facturos per se, vel per alios, gumenas, vel prohicios, vel amannos, vel hostas, nisi de canabo femello et filo subtili, et si quis contra hæc fecerit, ipsum Essartiam dictam perdat, si eam habeat; sin autem illius Essartiæ dictæ estimationem.* Ibid. § 2 : *Similiter eisdem pœnis subjaceant omnes de Massilia quicumque fecerint fieri alicubi prædictam Eyssartiam, si eam apportaverint.*

* Nostris *Essarcle*. Charta ann. 1338. in Reg. B. Cam. Comput. Paris. fol. 135. r° : *Pierres Eaviaz chevaliers ira quérir vers Narbonne et Beliers quatre cent mariniers avironneurs, et les amerra ès parties par deça pour les mettre en deux galées, que les gens du roy li baudront toutes garnies d'armeures, de cordailles et d'autres apparauls, que l'en appélle Essarcie.*

* **EXARCOLA**. Jovius Hist. lib. 4 : *Janizari peculiari prærogativa Exarcolam, hoc est, pileum album aurea anteriore fascia, et cristis insignem acinaci impenetrabilem, demissaque per tergum lata cauda cervices munientem, pro galea gestant.* Hæc post Carolum de Aquino in Glossar. milit.

¶ **EXARDIUM**, EXARDUM. Vide *Exartus*.

¶. **EXARENTASMA**, f. Ornamentum, ut Aulæum, vel aliud hujusmodi a Græco ἐξαρτίζειν, Ornare, instruere. Hugonis Falcandi Histor. Sicula, apud Murator. tom. 7. col. 256 : *Nec vero nobiles Palatio adhærentes silentio præterire convenit officinas, ubi in fila variis distincta coloribus serum vellera tenuantur, et sibi invicem multiplici texendi genere coaptantur .... Hic Exarentasmata circulorum varietatibus insignita, majorem quidem artificum industriam, et materiæ ubertatem desiderant, majori nihilominus pretio distrahenda.*

* Ad quem locum rursus idem Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 406. hæc annotat : Carusius *Exanthemata* legendum suspicatur, ita ut fuerint telæ floribus intextis speciosæ, unde fortassis pro *Circulorum* emendandum opinatur *Flosculorum*.

* **EXARERE**, Exarescere. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Exarere, Estre sec.*

* **EXARIATA**. Vide supra *Eissasiata*.

EXARICHUS, Agrorum colonus, arator, Hispanis. Vitalis Episcopus Oscensis, apud Hieron. Blancam in Comm. Rer. Arag. pag. 731 : *Si quis Peytertus fuerit Exarichus Infancionis, peytabit ut alii, et de omnibus bonis suis.* Fori Oscæ ann. 1247. f. 5 : *Cum homo aliquis habet in sua hæreditate Exaricum, si forte alius homo habuerit clamum de prædicto homine, et propter illum pignoret ipsum Exaricum, talis est Forus, quod si Exaricus vult se defendere secundum directum, etc.* Fol. 30 : *Cum Christianus oves pignorat Judæo, aut etiam Sarraceno, pro aliqua querimonia quam habet de suo Exarich Christiano, etc.* Adde Observantias Regni Arag. lib. 6. tit. de Privilegiis Militum, § 5.

* **EXAROCRARE**, Succernere, Gall. *Bluter*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Exarocrare, passer vel beluter*. Forte pro *Excernere*.

* **EXARRARE**, Augere vel instruere. Boninconi. part. 1. Hist. Sicul. in Delic. erudit. pag. 328 : *Deinde suasionibus pontificis excitati numero navium ampliore classem Exarrant, bellum contra Fridericum intentaturi.* Vide supra *Exarcia*.

¶ **EXARSUS**, Incensus. *Adhuc sua malitia Exarsus*, in Actis S. Austregisili, Maii tom. 5. pag. 233 *.

¶ **EXARTARE**, EXARTARIUS. Vide in *Exartus*.

* *Excerter*, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 97 : *Jean Poinchon estant allé en un pré,... qui estoit à Thomas Frapilly pere de sa femme, pour luy aider à Excerter et gitter de ruyne ledit pré, etc.* Vide in *Exartus*.

EXARTHRARE, Membra dissolvere, disrumpere, ex Græco ἐξαρθρεῖν, apud Julianum Antecessor. Nov. 125.

* **EXARTUARE**, Artus seu membra dissolvere, disrumpere. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Exartuare, desmembrer*. Vide *Exarthrare*.

EXARTUS, EXARTUM, EXARTES, ESSARTUM, ASSARTUM, SARTUS, SARTUM : voces unius ejusdemque notionis, quam ita prodit liber Scacarii Anglici parte 1. cap. 13 : *Essarta vulgo dicuntur quæ apud Isidorum Occationes nominantur : quando scilicet forestæ, nemora vel dumeta quilibet pascuis et latibulis ferarum opportuna succiduntur, quibus succisis et radicitus evulsis terra subvertitur et excolitur.* Mox subdit, *vastum*, ab *Essarto* differe, quod *vastum* dicatur nemus, seu foresta, in qua succisæ multæ arbores, quasi *vastatum*.

De horum vocabulorum etymo discrepant viri doct. Spelmannus *Essartum* a Latino *Exertum* dictum putat, quod est evulsum et eradicatum. Alii a *Sarrire*, quod est sarculis fodere, purgare; unde *Sarrura* et *Sarritura*, frugum vinearumque a noxiis herbis purgatio. Alii denique ab *Exaro*, undo *Exaratum*, ager exaratus, proscissus, et per contractionem *Exartum*, uti scribi passim in vetustioribus Chartis observare est. Quam ultimam sententiam fulciunt Tabulæ veteres in Chronico Besuensi, ann. 5. Ludov. Imp. pag. 513. ubi *Exaratum*

Digitized by Google

scribitur : *Ædificiis desuper positis, campisque, pratis, sylvis, Exaratis, pomiferis, etc.* [** Vide Grimm. Antiquit. Jur. German. pag. 524.]

EXARTUM ursupat Lex Burgund. tit. 13 : *Si quis . . . in sylva communi Exartum fecerit : aliud tantum spatii de sylva hospiti suo consignet, et Exartum quem fecerit, remota hospitis communione possideat.* Tit. 41 : *Si quis in Exarto suo focum fecerit, etc.* Ita et tit. 55. § 2. et tit. 67. et in Lege Bajwar. tit. 16. cap. 1. § 1. et 2. in Lege Longob. Edit. Heroldi tit. 13. in Capit. Car. M. lib. 7. tit. 200. [** 276.] in Concilio Aurelian. III. cap. 28. Cabilonensi cap. 18. apud Ordericum Vital. lib. 3. pag. 466. etc. Charta Albitii Comitis (Genevensis) apud Guichenon. in Hist. Bress. pag. 215 : *Trado quoque villam de Chiviliaco . . . cum pascuis, Exartis, et cunctis pertinentiis eorum.* Charta ann. 1196. in Probat. Hist. Drocens. pag. 241 : *Et quidquid in toto territorio Laussiniaco diruptum et extirpatum est, quod vulgo dicitur Exars.*

EXARTES. Charta Caroli Regis in Tabulario Ademarensi : *Karolus gratia Dei Rex. Quia veniens carissimus avunculus noster Rudolfus Comes, humiliter petit Magnificentiam nostram, quatenus sanctis Fratribus sub monastico ordine in cellula quæ Dervum vocatur, conferremus stirpes, vel, ut vulgo dicitur, Exartes quosdam, quos ex rebus Tricassinensis Comitatus ipsi proprio labore de heremo ad agriculturam perduxisse noscuntur, ... Cauzlenus Notarius ad vicem Hludowici recognovit.*

EXARTERIA. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 25 : *Exartarias vero quas fuerunt Bernardi Bernarii, ipse Bernardus Bernarius dimisit prædictam decimam de prædictis Exartariis in manu Hugonis Episcopi, etc.* Occurrit in Tabulario Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 56.

ESSARTUM. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 17 : *Placitum quoque forestarum, . . . de Essartis, de cæsione, de combustione, de venatione, etc.* Capitula Placitor. Coronæ sub Ricardo I. Rege Angl. apud Rogerum Hovedenum : *Et videnda sunt in regardo nova Essarta et vetera imbladata post ultimum regardum, etc.* [Charta anni 1212. inter Instrum. tom. 4. nov. Gall. Christ. col. 192 : *Dedi etiam eisdem Fratribus ad ædificationem ejus vallem cum declivis lateribus a stagno usque ad Essartum magistri Johannis, etc.* Index MS. Beneficiorum Eccl. Constantiens. fol. 81. verso e Musæo D. *de Cangé : Transaction faite.... pour les dixmes novales des fiefs et Essarts de ladite paroisse.*] Le Roman *du Renard* MS. :

Tant est alez les tros menus,
En son Essart en est venus.

Le Roman *de Guillaume au Court-nez* MS. :

Vecz le lé où il gist près de lez cel Essart.

ESSARTUM, in Chronico Fontanell. cap. 6. pag. 203.

ASSARTUM, apud Matth. Paris pag. 180. in Additam. pag. 100. apud Will. Thorn ann. 1178. Bractonum lib. 4. Tract. 1. cap. 38. § 11. in Fleta lib. 2. cap. 41. § 1. etc.

ASSARTA, fem. gen. tom. 1. Monast. Angl. pag. 113.

EXARDIUM et EXARDUM, in Charta Ludovici Regis Franc. ann. 1147. apud Sammarth. in Abbat. Barbell.

SARTUS. Charta Gerardi Decani S. Quintini ann. 1127. in Tabulario Abbatiæ Montis S. Martini : *Silvestris autem terra quæ Sartus vocatur, ab Ecclesia obtinebitur.* Adde Hemerum in Augusta Viromand. pag. 120.

SARTUM, Charta Placitor. Coronæ apud Hovedenum pag. 785 : *Nova autem Sarta erunt in manu Regis. Si vetera Sarta imbladata sunt de frumento, vel siligine, etc.* Adde Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 106. 316.

QUIETUS ET LIBER *a Sartis, vel Essartis*, in Privileg. Henr. I. Regis Angl. apud Spelm. et tom. 1. Monastici Angl. pag. 316. ubi sic : *Liberam et quietam esse constituit.. ab omnibus auxiliis, et lestagiis, et Sartis, et clausuris, et omnibus operibus Castellorum, et parcorum, et pontium, etc.* Spelmannus putat *quietationem* istam spectare *boscorum*, ut vulgo loquimur, *degradationes*, ita ut si quis in forestis *Essarta* fecerit, in illum non inquiratur.

EXARTARE, SARTARE, ESSARTARE, ASSARTARE, Interlucare silvas, et dumeta succidere, et in culturam redigere, Gallis, *Essarter*. Lex Bajwar. tit. 16. cap. 1. § 2 : *Habeo testes qui hoc sciunt, quod labores de illo campo semper ego tuli, nemine contradicente Exartavi, mundavi, possedi usque hodie, etc.* Lex Burgund. Addit. 1. tit. 1. § 1 : *Observandum viam publicam, vel inter agros communiter divisam, nec possideri, nec intercludi, nec Exartari posse.* Sed hic *Exartari*, videtur accipiendum pro *artari*. Charta Caroli M. apud Perardum in Tabulis Burgundicis pag. 13 : *In silvis Exartandis, et terris laborandis.* Charta ann. 1231. in Tabulario Campaniæ Thuano fol. 295 : *Cum nos vellemus Essarture, et ad terram arabilem redigere nemora nostra, etc.* [Charta anni 1233. apud Thomasserium in Biturig. pag. 233 : *In nemore quod Exsartabitur. Boscos non potero Essartare*, apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1106. Charta Johannis Domini Commerciac ann. 1312. in MS. Codice ejusdem urbis fol. 172 : *Et ne devoient lesd. pourteries rien vendre desd. bois et donner ny Dessarter sans l'octroie Desdits Signours de Morville.*]

EXARTARIUS, Operarius, qui *exartat* silvas. Charta Alienordis Reginæ Angl. apud Beslium pag. 598 : *Exartarias pro fossorio 3. den. dabit.*

¶ EXARTATOR, Eadem notione, in *Cinerarius*.

¶ EYSSARTARE, EYSSARTAJARE. Sententia arbitralis ann. 1497. inter Dominos et Universitatem Calliani : *Sunt in possessione . . . de eodem territorio disponere .... pro Eyssartelando, fusteiando, rusqueiando, etc.* Mox dicitur *Universitas de Calliano fuisse in possessione pasturgandi, Eyssartandi, leignerandi, fusteiandi, glandeiandi et omnes explechias in eodem territorio faciendi.*

¶ EYSSARTUS, pro *Exartus*, non semel ibidem.

SARTARE, in veteri Charta apud Hemereum in Augusta Virom. ann. 1191 : *Valis Gerardi et medietas nemoris de Berencourt, quod dicitur Forestel, Sartanda et excolenda conceduntur, etc.* Hinc emendanda Lex Vervini ann. 1233. art. 2. ubi perperam editum *terram Sarrandam*, pro *Sartandam*.

ASSARTARE, apud Will. Thorn. ann. 1178. *Asserter vignes, bois*, in Consuet. Bituric. tit. 15. art. 8. et Trecensi art. 177.

* EXASIA vel EXASIUM, Canalis, ut videtur, per quem aqua superflua excurrit. Charta Alani de Montetenero in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 543 : *Cum omnibus et singulis dictorum molendinorum pertinentiis, scilicet chauceiis, Exasiis, exclusis, etc.* Vide supra *Escheudus* et *Exaquatorium*. [** German. infer. *OEse* est Stillicidium, canalis, haustrum, *OEsen*, Haurire. ADEL.]

¶ EXASTERANS, *Ubertim fluens, vel exhaurtens*. Papias.

* EXATERIUS, Idem forte qui alienigena, vel qui dumeta succidit. Constit. Petri I. reg. Aragon. ann. 1200 : *Sancimus ut nullus in mansis nostris vel ecclesiarum... acaptes sive exactiones aliquas exigere vel facere præsumat.... Exaterios et bordarios, pelliparios, sutores, textores et omnes ministeriales sub hac pace et securitate constituimus.* Vide *Exartare* et *Exarchus*.

¶ EXATERRA. Glossæ saltem sæculi ad calcem Collectionis Canonum MS. e Bibl. D. *Chauvelin* Custodis sigillorum regiorum : *Extorrens* (Extorris) *Exaterra, vel alienus*.

EXATICUM. Papias : *Cantarinum, genus ordei, i. Exaticum.* [Sic dictum, *quod spicæ ejus sex ordines habeant*, ut est in MS. Biturie. Vide *Cantarium*.]

* Unde emendandum Glossar. vet. ex Cod. reg. 7646. ubi pro *Exaticum*, legitur *Effaticum*.

EXAUCTORITAS, Exauctoratio, qua quis suo gradu dejicitur, in leg. 35. Cod. Th. de Cursu. (8,5.)

* Vide Loisell. Tract. de Ordin. cap. 9. art. 9.

¶ EXAUDIBILIS, Facilis et promtus ad exaudiendum. Occurrit in Testamento Rudesindi, tom. 3. Concil. Hisp. pag. 183. col. 2. et in Chronico Siciliæ, tom. 3. Anecd. Marten. col. 13.

* Charta ann. circ. 1065. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 426 : *Ecce B. Martine, quod grate obtuli, exacte requiris; vere, ut decet, Exaudibilis es in voto, sed carus in negotio.* Quod jam pridem a Clodoveo rege dictum fuerat ex Chron. filii Petri Bechinni ad ann. 693 : *Clodoveus inde rediens Turonis venit, et multa B. Martino obtulit, equum etiam suum, quem ante pugnam dederat; datis centum solidis nullatenus movit, sed datis aliis centum solidis, statim solutus est. Tunc rex ait : Vere B. Martinus bonus est in auxilio, sed carus in negotio.*

¶ EXAUDIBILITER, in Exceptione Urbani II. Papæ ab Aganone Episcopo Augustod. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 83.

* EXAUDINARE. Charta ann. 1117. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 234. col. 2 : *Et concedimus ipsi homini, et qualemcumque terram ad sanum Exaudinaverit, in hereditatem habeant ad respondendum,*

Digitized by Google

etc. An pro *Excaudicare?* Vide infra in hac voce.

* **EXAUDITIO**, Benevolentia. Charta Loth. reg. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 654 : *Si piis petitionibus summo regi Christo in cœnobiis militantium nostræ Exauditionis aurem declinaverimus, etc.* Ubi aliæ ejusd. reg. Chartæ habent, *Clementiæ.*

* **EXAUGERARE**, Augere, accrescere. Charta Galt. episc. Camerac. ann. 1095. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 508 : *Ad usus autem fratrum in hoc loco Domino famulantium beatique Augustini regulam observantium Exaugerandos, etc.*

* **EXAUGESCERE**, Deficere. Acta S. Gauger. tom. 2. Aug. pag. 688. col. 2 : *Quorum* (miraculorum) *quia multiplex copia et series materiosa succrescit; contraque meum ingeniolum in superiori labore consumptum, penitus Exaugescit, etc.*

EXAUREARE, Aura seu leviori vento in aere sese purgare, aerem captare, quod faciunt falcones, *s'Airier.* Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte venandi cap. 54 : *Consueverunt namque rapaces circa medium diem sublime volare, præcipue in æstate, et in diebus calidis ad refrigerandum se in sublimi, et Exaureandum.*

* **EXAURICULARE**, Aures abscindere, supplicii genus in fures præsertim statutum, quod *Essoreiller* nostri dicebant. Vide supra in *Auris.* Inquisit. ann. 1351. ex Tabul. Bellijoc. : *Exauriculatus per officiarios Bellijoci.*

¶ **EXAUTORIZATUS**, Quasi extra auctoritatem, Qui defugit auctoritatem et disciplinam contemnit. Meisterlini Historia rerum Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. pag. 20 : *Legio denique Germanica Romæ caput Cæsaris custodiens per vigilias licentiata et Exautorizata, ignominiæ suæ ultorem Deum habuit.*

¶ **EXAVUM**. Vide *Exagum.*

EXBANNIARE, Exbannire, Bannire, proscribere. Tho. Walsingham. ann. 1306. pag. 90 : *Flandrenses omnes ex Anglia Exbanniavit. Exbannire*, apud Petrum de Vineis lib. 5. Epist. 111. et 112. ubi formula *exbannitionis* refertur. [Rursum occurrit in Breviario Hist. Pisanæ ad ann. 1172. apud Murator. tom. 6. col. 186. in Chron. Trivetti ad ann. 1213. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 723. in Chronico Siciliæ, apud Marten. Anecd. tom. 3. col. 66. etc.] Vide *Bannum.*

¶ Exbannimentum, ut *Bannimentum*, Proscriptio. Diploma Jacobi Insulani Card. ann. 1415. apud Ill. Fontaninum in Appendice Antiq. Hortæ pag. 463 : *Et vos et vestrum quemlibet ab omnibus Exbannimentis. condemnationibus, pœnis, censuris ac processibus, sententiis, diffidationibus ... absolvimus.*

¶ Exbanditi, Proscripti, in Bulla Bonifacii PP. IX. in eadem Appendice pag. 444. *Exbanniti*, ead notione, apud Murator. tom. 12. col. 1041.

¶ **EXBIA**. Vide *Esbia.*

¶ **EXBLATARE**, Reditus terræ, vineæ vel prædii percipere. Placitum anni 862. inter Instrum. tom. 1. novæ Hist. Occit. col. 113. *Iste Duvigildus hoc* (curtem, terram et vineam) *invasit de illorum potestate malum ordinem injuste infra istos duos annos, et Exblatavit hoc injuste.* Vel est pro *Expletavit*, quod idem significat apud auctores medii ævi, vel pro *Exbladavit* : ut enim *Imbladare* dixerunt Agrum *blado* vel segete conserere; sic et *Exbladare* dicere potuerunt, *Bladum* colligere, et inde quosvis fructus demetere. Vide *Bladum.*

* **EXBONATIO**, Metarum positio juridica, nostris *Esbonnage*; a verbo *Esbonner*, Limites figere. Charta Ingelranni Codic. ann. 1267 : *Consenserunt quod fiat Exbonatio alia a prædicta ipsarum bannileugarum; nos pro hæredibus et successoribus nostris in hoc consentimus, quod fiat, et ipsam Exbonationem, quæ fiet, observabimus in futurum.* Alia ann. 1293. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 201. v°. col. 1 : *Item quiconque voudra Esbonner oudit terroir par nous ou par nostre commandement, sera fais li Esbonnages; et pour chascune bonne deux deniers Parisis seront paié.* Vide supra *Esbondatio.*

* **EXBONNARE**, Ex pacto statuere, moderari; unde *Esbonner*, subditorum servitia aut præstationes vendere, commutare, vel certis finibus definire. Charta ann. 1161. in Chartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol. 8. r°. : *Dotem etiam altaris de Aeenils, sicut testimonio et sacramentis legitimorum hominum Exbonnata est,.... Thenoliensibus cedere debere dixerunt.* Alia ann. 1378. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 98 : *Icellui chevalier Ancel sire de Pontmolain franchi et Esbonna ses hommes et femmes de serve condition... Il estoient paravant ledit Esbonnement audit chevalier.* Lit. manumiss. ann. 1387. in Reg. 163. ch. 353 : *Avons iceulx Jehan Tinet et Peronelle sa femme.... Esbonné et par ces présentes Esbonnons, mettons et ostons hors de la servitude de mortemain et formariage.* Vide *Abonare* 2.

* **EXBORARE**. Vide supra *Esborrare.*

* **EXBRANCARE**. Ramos avellere. Charta ann. 1316. ex schedis Pr. *de Mazaugues* : *Si ipsam arborem Exbrancaverit, teneatur... emendare xij. denarios. Estrouver*, eadem notione, in Charta ann. 1358. ex Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 157 : *Si poet lidiz censiers toutes les sauls.... Estrouver de trois ans en trois ans.* Nisi forte legendum sit *Estronner* vel *Estroncer*, hoc est, ad truncum usque scindere, quomodo de salicibus fieri solet. Vide *Exbranchiare.*

EXBRANCHIARE, Ramos avellere, ex Gallico *Esbrancher.* Fleta lib. 2. cap. 41. § 5 : *Inquiratur utrum bosci deteriorati fuerint de subbosco, et Exbranchiatura et deterioratio subbosci, et Exbranchiaturæ scribantur per se.*

¶ **EXBRIGARE**, Extra *brigam* ponere, Lite et jurgio liberare. Charta anni 1350. apud Ludewig. tom. 6. pag. 413 : *Quam venditionem ratam et gratam et invariabilem tenere spondemus, bona fide et absque dolo... eadem bona Exbrigando ab omni impetitione usque ad finem anni et diei veditionis, more consueto et observato.* Vide *Briga.*

EXBROMARE. Apitius lib. 6. de Re culin. cap. 1 : *Rapas quoque ut Exbromari possint, lavabis de olla, et iterum lavabis.* Ubi alii Codd. habent *Expromi.* Vide *Bromosus.*

¶ **EXBUÆ**. Vide *Exibus.*

¶ **EXBURSARE**, Pecuniam e *Bursa* seu crumena depromere, Gall. *Débourser.* Charta ann. 1478. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. xxix : *Debebunt præfati Consules ... dare et realiter Exbursare atque solvere, etc.* Litteræ Caroli VIII. Regis Franc. Duci de Borbonio, apud Marten. tom. 2. Itiner. litter. pag. 386 : *Scripsi generali Balhardo de Normandia quatenus larga manu Exburset omnia, quæ per vos ordinata fuerint.* Etiam occurrit in Actis S. Secundi, Martii tom. 3. pag. 808. Vide *Bursa.*

¶ **EXCAANCIA**, Quod obvenit alicui, Gall. *Ce qui Echoit à quelqu'un.* Charta Corbeiensis : *Tertiam partem terræ ... quæ devoluta est jure hereditario ad uxorem meam prædictam de Excaantia Roberti de S. Albino defuncti ... residuas autem duas partes Excaanciæ ejusdem Ecclesiæ Corbeiensis Capitulo vendidimus.* Vide *Escaeta.*

* **EXCADENTIA**, Legitima hæreditas, quæ alicui obvenit. Charta ann. 1261. ex Chartul. 23. Corb. : *Dicta siquidem domicella.... receperat excambium, videlicet totam Excadentiam, quæ ipsi Johanni ex parte patris et matris poterat obvenire.* Vide supra *Escahentia.*

EXCADENTIÆ. *Excadentiæ Curiæ* in Regno Siciliæ, nostris *Parties Casuelles* : Caduca bona quæ in fiscum cadunt, seu ex comisso, seu alia quavis ratione. Bulla Alexandri IV. ann. 1255. in Regesto Vatic. lib. 1. Epist. 574 : *Cum igitur intendamus ad præsens eidem nobili in regno Siciliæ de aliquibus bonis ad demanium, seu Excadentias Curiæ pertinentibus, ... providere, etc.* Ita Constitut. Siculæ lib. 1. tit. 84. 85. lib. 3. tit. 5. Diploma Constantiæ Imperatricis apud Rocchum Pirrum tom. 1. pag. 131. Fleta lib. 6. cap. 1. etc.

Scadentiæ, apud Petrum Diaconum lib. 4. Chron. Casin. cap. 96.

Scaditio, Eadem notione, in Præcepto Pandulfi Principis Capuæ, apud Camillum Peregrinum in Hist. Longobard. lib. 1. pag. 231. ubi perperam servitii militaris speciem fuisse ait. Aliud Præceptum Roberti II. Capuanorum Principis ann. 1128. apud Angelum a Nuce pag. 521 : *Similiter et terras quas relinquunt homines qui sine hæredibus moriuntur, quæ dicuntur Scaditiones.* Vide *Escaeta.*

¶ **EXCADERE**, In aliquem cadere, ei obvenire, Gall. *Echoir.* Charta P. Episc. Meldensis ann. 1229. in Tabulario Meldensi fol. 59 : *Si vero terra bladata Excadat in prædictis villis et territoriis sive justitiis earum, sicut erit bladata ad propinquiorem heredem deveniet.* Vide *Escaeta.*

¶ **EXCADUCUM**, Quod alicui obvenit jure hæreditario, aliave ratione. Charta ann. 1273. e Tabulario Portus Regii : *Johannes de Ormaio Miles dedi* xv. *lib. Paris. annui redditus, quæ mihi obvenerunt in Excaduco sive successione Johannis dicti Briare Militis.* Vide *Escaeta.*

EXCAETA. Vide *Escaeta.*

* **EXCAITA**, Quidquid in fiscum cadit, seu ex commisso, seu alia quavis ratione. Bened. abb. Petroburg. de vita Henr. II. reg. Angl. edit. Hearn. tom. 2. pag. 569. ad ann. 1189 : *Ricardus rex constituit*

Digitized by Google

Johannem..... custodem et receptorem omnium Escaitarum suarum in Anglia. Vide *Escaeta.*

EXCALCEATI; Hæretici, qui excalceatos ambulare debere homines adserebant, inquit Philastrius. [Salvianus lib. 3. de Gubern. Dei habet : *Ambulare Excalcios præcipit.*]

EXCALDARE, Leviter coquere, in aquam calidam immittere, *Eschauder.* Petrus Cellensis lib. 5. Epist. 7 : *Est proverbium, Excaldatus aquam timet.* Vide Apitium lib. 8. cap. 6.

EXCALDARE SE, In thermis lavari. *Excaldationes*, lavationes in calidis balneis, apud Vulcatium Gallican. in Avidio Cassio, et Spartianum in Albino. Vide ibi Casaubon. et Salmasium, et supra *Eschaudati.* Joan. Britton. cap. 1 : *Et puis vist le Coroner et les jurors que lui voer le cors et les playes et les coups, ou si ascun ait esté estranglé, ou Eschaudé, ou par autre peine à mort issuè.*

* Nostris alias *Eschauder*, pro Exasperare, ad iracundiam provocare. Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 75 : *Icellui Guillaume meu de courroux contre Jehan sans terre en le voulant Eschauder, etc. Eschauffé* vero pro *Etouffé*, Calidis vaporibus suffocatus, in aliis Lit. ann. 1455. ex Reg. 187. ch. 138 : *Pour ce qu'il faisoit froit ledit de la Vernale faisoit bailler du feu avec du charbon de pierre audit prisonnier,.. lequel on trouva mort et Eschauffé.* Ita quoque intelligendus videtur Joan. Britton. supra laudatus. At minus nota mihi vox *Eschau*, in Lit. remiss. ann. 1379. ex Reg. 116. ch. 54 : *Le valleton soillart de ladite cuisine sonna une paelle..... Le maistre d'hostel leur dist, est-il maintenant temps d'estre en cuisine, et print ladite paelle et la frota sur un chotier ou Eschau de ladite cuisine, ainsi comme on a acoustumé à faire, et après ce le ressua.* Locus forte, ubi vasa coquinaria mundantur. Vide supra *Escheudus.*

¶ **EXCALGAYTUS**, Excubiæ. Vide *Scagnaita.*

EXCALLERIUS. De hac voce audiendus Ammiratus lib. de Familiis Neapolitanis pag. 56 : *Essendo chiamato à tempi de Federigo Imperadore sotto l'anno 1248. Jacobo Tomacello Imperiale Excallerio, ne sapendo quel che volesse dire, ho finalmente ritrovato, non dinotar altro, che Proposto, o Proveditore delle fabriche regie. Perciocche sotto il Re Carolo primo si legge di giudice Francesco da Melfi, et un altro essere Excallerio delle mura di Manfredonia, et perche si vede, che queste opere erano fatte* ad Extalium, *che e quelle che si dice, dar in sommo, non so se da questa voce fosse formata quell' altra dell' Excalerio.*

¶ **EXCAMBIARE**, Permutare, Gall. *Eschanger*, in Chart. Ludov. Pii inter Acta SS. Benedict. sæc. 4. part. 1. pag. 224. in altera ejusd. Imp. apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 1424. apud Th. *Madox* Form. Angl. pag. 155. etc. Vide *Cambiare.*

¶ **EXCAMBIARE**, Eadem notione, in Charta Gilonis de Cuisiaco Militis ann. 1238. ex Archivo Cameræ-fontis.

¶ **EXCAMBITARE**, apud *Madox* Form. Angl. pag. 187.

¶ **EXCAMBIATOR**, Trapezita, mensarius, supra in *Cambiare* et apud Th. *Blount* in Nomolexico.

¶ **EXCAMBITIO**, Permutatio, in Charta anni 1169. apud Miræum tom. 2. pag. 829. col. 1. in altera Charta anni 1178. apud Thomassserium in Biturig. pag. 139. et alibi pluries.

¶ **EXCAMBIUM**, Eadem signicatione, in Charta Azonis Episc. Atrebat. ann. 1235. Concilio Turiasonensi, inter Hispanica tom. 3. pag. 494. in Edicto Philippi VI. Franc. Regis ann. 1328. etc. Vide *Excangium.*

¶ **EXCAMERE**, ut *Excambire.* Chartular. SS. Trinit. Cadom. fol. 30 : *Dedit terram Fraxini, quam Regina Excamsit sanctæ Nariæ Bajocensi.*

¶ **EXCAMIARE.** Eodem intellectu, supra in *Exquamiare* post *Cambiare.*

¶ **EXCANCIA**, Bonum caducum, obveniens, de quo supra in voce *Escaëta.* Charta Guidonis Comitis Flandriæ ann. 1237. in Tabulario S. Barthol. Bethun. : *Nullum aliud jus, nullumve aliud dominium, nullamve Excanciam . . . potest habere.* Charta Petri Episcopi Atrebat. ann. 1259. ex eod. Tabulario : *Cum omni justitia, dominio et Excantiis quæ ad dictum redditum pertinere noscuntur.*

* **EXCANDALUM**, Damnum, detrimentum, Gall. *Esclandre.* Stat. ann. 1400. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 400 : *Ex præmissis Excandalum pullulabit, nisi per nos super præmissis de remedio provideatur opportuno.* Vide infra *Scandalum* 1.

¶ **EXCANDENTIA**, Paleæ leviores et cætera purgamenta e frumentis in area tritis *cadentia.* Charta anni 1221. in Tabulario S. Richarii : *Pro Straminibus, hautumnis et omnibus Excandentiis, et quidquid in grangia reclamare poterat, novem sextarios bladi et octo sextarios avenæ percipiet.*

¶ **EXCANDIDARE**, Candidum reddere, dealbare. Remigius Autissiod. Homilia in feriam IV. post Dominicam IV. Quadragesimæ : *Sed quid prodest exterius Excandidare cutem?* Vide *Candidarius.*

EXCANGIUM, Exchangia, ex Gallico *Eschange*, Permutatio. In Monastico Anglic. tom. 1. pag. 326 : *Decem acras in Excangio pro vigulto meo, etc.* Et infra : *Dedi eis in Exchangiam corucroftam vicinam suis ædificiis.* [Charta Philippi Aug. Franc. Regis, in Ampliss. Collect. tom. 1. col. 1003 : *Interim donat et concedit uxori suæ domum suam de Cruissi cum omni terra pro Exchangio domus de Livreio.*] Vide *Cambium* post *Cambiare.*

EXCANONICARE, Canonicatum alicui auferre, apud Petrum Blesens. Epist. 21.

¶ **EXCANTIA.** Vide *Excancia.*

EXCAPILLARE, Papias : *Excapillare, Exerere, discooperire.* Glossar. MS. Eccles. Paris. : *Excapillato, Exerto brachio ad mammam.* Vide *Expapillare* [** et *Effasilatus.*] [Lex Salica ex MS. tit. 76. apud Eccardum pag. 137. *De muliere cæsam vel Excapillatam*, id est, Cui denudati sunt capilli, Gall. *Decoiffé. Si quis mulierem Excapillaverit, ut ei obbonis ad terra cadat, sol.* XV. *culp. jud.* Et mox : *Si servus mulierem ingenuam percusserit aut Excapillaverit, aut manum suam redemat, aut sol.* V. *reddat.*]

¶ **EXCAPILLATUS**, Denudatos et sparsos habens capillos. Passio SS. Agapes et Chioniæ, April. tom. 1. pag. 249 : *Omnes autem sui sive uxor sive ancillæ, Excapillatæ in occursum ejus venerunt.*

EXCAPITARE, Decapitare, caput amputare. Henricus Huntindonensis lib. 2. pag. 365 : *Novem semper Excapitati sunt, et decimus remansit.*

* **EXCAPSATUS.** Helynandus ad ann. 1150. tom. 7. Bibl. Cisterc. pag. 194. col. 2 : *Quædam* (acus) *ut vulgo dicitur, Excapsatæ, quædam admittendis idonea filis foramina præferentes, etc.* Ubi Aciculæ, Gall. *Epingles*, et Acus, vulgo *Aiguilles*, significantur, unde *capsam* appellasse verisimile est acus foramen, quo cum careant aciculæ, *Excapsatæ*, dictæ sunt.

¶ **EXCARCERARE**, E carcere educere, in Synodo Hispal. ann. 1512. inter Hisp. tom. 4. pag. 6. col. 2.

¶ **EXCARITUS**, In *scaras* seu partes distributus, etc. Vide *Scarire.*

EXCARNARE, Carne spoliare. S. Zeno Veronensis Serm. 8. de Exodo, *Excarnatum umbram tractabilem* vocat hectica febre laborantem.

¶ **EXCARNIFICARE**, Σαρκοφαγεῖν, Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerm. Carnem vorare; Latinis est Dilaniare.

EXCARPSUS, pro *Excerptus.* Vide Capitulare 4. Caroli M. ann. 805. Epistolam Cathwlphi ad Carolum M. sub finem, Lambecium lib. 2. Commentarior. de Biblioth. Cæsarea pag. 854. et quæ annotat Stephanus Baluzius ad Capitular. tom. 2. pag. 1067.

EXCARRAZONATA. Vetus Inquesta ann. 1211 : *Item prohibuit homines Comitis Tolosani qui faciebant Excarrazonatum in loco in quo est modo Castrum Vasionense, ne eam facerent, et excommunicavit : et Episcopus fecit portare ligna dictæ Excarrazonatæ ad Palatium ad comburendum.* Joannes Columbus a quo refertur, lib. 2. de Gestis Episc. Vasionensium, id vocabuli sibi ignotum esse, forteque mœnium aliquod genus significare ait. [Sebast. Fanton. tom. 2. Hist. Avenion. pag. 356. legit *Escarrazonata* : quod vocabulum a Latino-barbaro *Eschara*, Pedamentum, efformari potuit, vel forte a *Scara*, Acies, et *Zonare*, Cingere : quia hujuscemodi præsidio veluti *cingebantur* copiæ militares, ut ab hostibus facilius sese defenderent. Hæc munitionis species eadem forsitan est, quæ Latinis Vallum, Nostris *Palissade* : quæ notio si vera est, ab *Eschara* et *Zonare Escarrazonata* effingi potuit perfacile.]

EXCARRICARE, [Exonerare.] Vide *Carricare* 1.

¶ **EXCARTELLATUS**, Quadripartitus, Gall. *Ecartelé.* Dicitur de scutis gentilitiis quadrifariam divisis : *Portabit nomen et arma Excartellatu in medietate de Beaufort et de la Tour*, in Contractu matrimonii ann. 1445. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 734.

* Hinc *Escartelnige* appellatur lapis sepulcralis quadratim dissectus, in Epitaph. quod legitur part. 3. ult. Hist. Trenorch. pag. 257 :

Digitized by Google

Soubs ce pierreux Escartelaige,
Gist un notable personnaige,
D'Olchisy et Pristy curé,
Receveur loyal estimé
De ce monastere en son aage,
Maistre André Fugier bon corage
Estoit.

¶ **EXCASINA**, male pro *Escasura*. Vide in hac voce post *Escaeta*.

¶ **EXCASSURA**. Vide in *Escaeta*.

EXCASTRARE, Ἐξοπλίζειν, alibi ἐκτέμνειν. *Excastratio*, ἐκτομή, in Gloss. Gr. Lat. Gloss. Isid.: *Excastratus, Excoliatus*. Scribonius Largus cap. 9 : *Sinapi ex aceto tritum, et non Excastratum*. Vide Gellium lib. 9. cap. 9. et infra *Incastrare*.

* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar.: *Excastro*, ἐξοπλίζω, *debello*, in Cod. reg.

¶ **EXCASURA**. Vide in *Escaeta*.

EXCATTARISARE Fragment. Petronii : *Quid, inquit Habinnas, Excattarisasti me, ut tibi emerem fabam vitream?*

¶ **EXCATURIZARE**, Aqua calida perfundere. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MS. : *Excaturizo, as, Eschauder*.

¶ **EXCAUCIA**. Vide *Escaeta*.

* **EXCAUDICARE**, Caudices avellere. Tertull. lib. de Pudic. cap. 16 : *Ut intelligas quanta securi censuræ omnem silvam libidinum cædat et eradicet et Excaudicet, etc.*

1. **EXCAVERE**, *Præcavere*. Gloss. Isid.

* 2. **EXCAVERE**, *Bannire*, Edicto publico proscribere, interdicere; unde *Excavementum*, Proscriptio. Arest. ann. 1372. ex Tabul. S. Joan. Laudun. : *Pro dictarum obligationum debito sive summis non solutis, debitores a dictæ pacis terminis banniverant et banniebant, quod bannimentum, Excavementum vocaverant et vocabant, ipsosque bannitos.... a dicta pace expellebant eis inhibendo et dicendo ne terminos dictæ pacis deinceps intrarent; quod si facerent, eos caperent et in terra infoderent.... In possessessione et saisina.... compellendi per expulsionem seu exclusionem et interdictionem dictæ communiæ ac jurium et libertatum ejusdem, quæ exclusio, Excavementum dicebatur;.... ipsosque malefactores, si rebelles aut absentes se redderent, a dicta communia Excavendi et excludendi.*

¶ **EXCAUSARE**, f. *Causam* seu litem intendere, instruere. Vett. Formulæ Andegav. art. 50 : *Quicquid exinde ad vicem meam prosequere et Excausare, vel admallare eas faceas : et quicquid per hunc mandatum egeris, feceris, gessertsve, etenim me habiturum esse cognusce ratum.*

* **EXCAUSARIUS**, Qui *causas* seu vices alterius agit. Codex S. Mart. Lemov. ubi plura de juribus *Excausarii : Excausarius non habet potestatem distringuere judicem sancti Martialis, neque vadium accipere, nisi tantum abbas.*

¶ **EXCEDECAFOTI**. Vide *Exafoti*.

* **EXCEDERE** Hominem. Decedere, mori, in notula marginali Cod. reg. 7887. fol. 16. r°. : *Excessit hominem Jordanus proconsul* Lemovicensis, ut videtur : codex quippe erat ad usum S. Martialis Lemov. Vide infra *Exire* 4.

EXCELLARE, *Cum uxore esse*, in Gloss. Isid. infra *Excilare*, *Cum uxore esse in libertate*. [*Excilare* male dictum putat Græv ius pro *Excellare*. Est autem *Excellare*, si bene conjicit Reinesius, Extra cellam vivere, relicta professione monastica, libere cum uxore in sæculo vivere.]

* **EXCELLENS** Dominus, dicitur Doctor medicus, in Testam. Jac. de Grassa ann. 1519 : *Ordinavit suos... dispositionis finalis executores.... Joannem de Grassa,.... et Excellentem dominum Augustinum Grifony in medecina doctorem civitatis Grassæ*. Quippe ad *Doctorem* pertinere non opinor.

EXCELLENTIA, Titulus Principum, atque adeo Imperatorum. Anastasius Bibl. in Hadriano PP. pag. 106. de Carolo M. : *Eosque recipiens ejus Excellentia, denuo repedavit Papiam*. Ibidem : *Excellentissimus ac benignissimus Carolus Rex : Excellentissima Hildegarda Regina. Vestra Augustalis Excellentia*, in Epist. 5. Nicolai PP. ad Michaelem Imp. CP. et Epist. 55. Adde Capitula Caroli C. tit. 5. cap. 8. Alcuinum Ep. 23. Epistolas Francicas tom. 1. Hist. Franc. 39. 40. 49. 52. Joannem VIII. PP. Epist. 52. 54. Gregor. VII. PP. lib. 1. Epist. 18. lib. 3. Epist. 10. Joan. Mabillonium tom. 2. Analector. pag. 687. et quæ observavit Bivarius in Comment. ad Pseudomaximi Chron. pag. 65. et seqq. [Observat Mabillonius lib. 2. Diplom. cap. 7. summos quoque Pontifices *Excellentiæ* titulo quandoque fuisse donatos; Eo quippe, inquit, Hadrianum Papam affecit Carolus M. in Epistola apud Chesnium tom. 2. Epist. 22. eumdemque Alcuinus Epist. 33. Leonem III. Kenulfus Rex Merciorum apud Willelmum Malmesbur. fol. 16. Paschalem II. Ivo Carnutensis. Hunc quoque titulum Leutherico Senonum Antistiti tribuit Fulbertus Carnut. Episcopus, eumdemque S. Bernardus Ricuino Tullensi.] [* Charta ann. 1182. ex Chartul. S. Corn. Compend. fol. 112. r°. col. 1 : *Domino suo Dei gratia venerabili Silvanectentium episcopo, G. Thenoliensis abbas salutem et reverentiam. Sciat Excellentia vestra, etc.*]

* Eo præterea insignitur Dalphinus, in Charta ann. 1391. ex Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 95 : *Notum fieri volumus universis nos reperiisse in recognitionibus dalphinalibus.... per dom. Guigonem Borrelli commissarium in hac parte ab Excellentia dalphinali specialiter deputatum receptis.*

* Per Excellentiam, Phrasis Gallica, *Par excellence*, Excellenter, egregie. Lit. Caroli reg. Franc. primog. ann. 1357. ex Bibl. reg. : *Nos igitur qualiter in ipsa sacrosancta capella divinum servitium fuit hactenus Per excellentiam celebratum, etc.*

¶ **EXCENNIUM**, ut *Exennium*, Munus, donum. Limborch. Sent. Inquisit. Tolos. pag. 63 : *Aliquæ personæ apportaverunt eis ibi Excennia de comestibilibus*. Vide *Exenium*.

* **EXCENTOR**, pro Executor. Decreta Placent. ad calcem stat. fol. 114. r°. : *Significato nobis per presbiterum Gerardum rectorem ecclesiæ santi Protaxii de Placentia et Manfredum ferrarium fabricum Excentores quondam presbiteri Oberti, etc.*

¶ **EXCEPTACULUM**, ut Receptaculum, quo aliquid excipimus. Tertull. de Spectaculis cap. 2 : *Non sumsimus aures ad Exceptaculum maliloquii.*

¶ **EXCEPTARE**, Excipere, demere, numero eximere, Gall. *Excepter*, Ital. *Eccettuare*. Gregor. Monachus in Chronico Farfensi, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 457 : *Exceptatæ sunt res de opitanis, quæ in hoc Monasterio reservatæ sunt*. Et col. 512 : *Hugo Abbas tradidit ei in feudum ipsas res usque in Saltum et usque Turanum... Exceptavit Ecclesiam S. Agathes*. Rursum occurrit col. 593. Vide *Excepturare*.

* *Essienter*, apud Bellom. MS. cap. 7 : *Nous en Essieutons les cas qui touchent au roy*. Vide infra *Excepto*.

¶ **EXCEPTATIO**, Exceptio. *Nullam exinde fecimus reservationem vel Exceptationem*, in Cambio anni 969. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 960.

* **EXCEPTATUM** Officium, an Usu receptum? Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 915 : *Expositio Exceptati.... Statui ordinem Exceptati officii tam de psalmis cum antiphonis, quam de homeliis, et de vesperis, et matutinis, et missis Dominicalibus seu psalterio, ubi incipiatur post Epiphaniam, hactenus a multis dubitatum, secundum morem et institutionem Mediolanensis ecclesiæ posteris per futurum compendiose perstringere et evidenter patefacere.*

* 1. **EXCEPTIO**. *Exceptionis pagina*, apud Maff. Istor. diplomat. pag. 172. ex Instr. med. sæc. VII. Libellus seu Charta, qua quis prædium sub annuo censu ad vitam utendum accipit vel concedit, ut observant Auctores novi Tract. diplomat. tom. 1. pag. 267. quod a notariis, qui *Exceptores* appellabantur, aiunt illi, notis excipiebatur, sic dicta; nisi forte ita nuncupatam malis ab exceptionibus in ea appositis; nimirum quod censu non soluto, vel morte usufructuarii interveniente, ad dominum prædium illud reverteretur. Vide *Præstaria* et *Precaria* 1.

* 2. **EXCEPTIO**, Festum S. Martini quarto Idus Maii in Gallia celebratum, cujus appellationis rationem prodit Odo Cluniac. in Hierol. Macri voce *Subventio* : *Hæc est igitur gloriosa, solemnisque Exceptio, qua archipræsul Turonensis Martinus ab exilio revertens, ab alumnis suis officiose adeo excipitur.* [** Hagiologion Franco-Galliæ, quod ex Martyrol. Bituric. edidit Labbeus : *Septimo Idus Mart. Apud Saxiacum Exceptio reliquiarum SS. Cancii, Canciani etc.*]

* **EXCEPTIONES**, Excepta, pro *Excerptiones* et *Excerpta*, non semel occurrunt, ut videre est apud Baluz. in notis ad Ant. August. dialog. de Emendat. Gratian. pag. 425. [** et apud Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. part. 2. cap. 9. § 49. not. b.]

EXCEPTO, adverbium, Præter. S. Isidorus : *Habuit enim Christus animam prudentem, intellectualem, Excepto divina natura, ut humanitas integra fieret*. Ita Cod. MS. Gesta Dagoberti Regis Franc. cap. 35 : *Excepto Comitibus plurimis, qui Ducem super se non habebant*. Adde Leges Wisigoth. lib. 5. tit. 7. § 12. Leg. Longob. lib. 2. tit. 18. § 3. [** Aist. 3.] Capit. 5. Caroli M. ann. 803. cap. 2. Chron. S. Vincentii de Vulturno pag. 690. Epistolas Francicas tom. 4 Hist. Franc. Epist. 559. Anastasium in S. Zepherino PP. Concilium Narbonense

Digitized by Google

ann. 589. cap. 4. Capitul. ann. 804. cap. 6. Capitul. 1. ann. 806. cap. 1. 3. etc. Occurrit etiam non semel in Veteri Testamento, Genes. cap. 9. etc.

* Nostris *Essieuté*, eadem acceptione. Charta ann. 1302. ex Chartul. 21. Corb. fol. 101 : *Hormis et Essieuté tout le fief que je tieng de monseigneur le comte de saint Pol. Excepté*, pro vulgari *Sauf*, in Lit. remiss. ann. 1400. ex Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 70 : *Un frere de l'ordre de S. Augustin, nommé frere Richart, respondi audit Courdant, en disant tu es un mauvais ribaut de ce que tu dis... Lequel Courdant courroucé lui respondi telles paroles : vous y mentez, Excepté chappellenie.* Hoc est, salvo honore clericali.

EXCEPTIS, Eadem notione. Julius Africanus lib. 6. Hist. Apost. : *In quo spatio amplius quam sexaginta millia virorum baptizati sunt, Exceptis parvulis et mulieribus.* Id est, *præter parvulos et mulieres.* Utitur alibi Marcellinus Comes in Justiniano : 20. *Leones*, 30. *pardos*, *Exceptis aliis feris in amphitheatro simul exhibuit.* Stephanus Eddius in Vita S. Wilfridi cap. 6 : *Ita ista* (Bruuechildis) *Exceptis Sacerdotibus et Diaconibus, novem Episcopos occidere jussit.* Vita B. Gregorii Trajectensis : *Ut ante obitum suum 400. circiter Monachorum, Exceptis pulsantibus, et aliis minoribus personis... pater exiterit et præceptor.*

EXCEPTOR, Notarius, amanuensis, qui acta judiciorum describit, judicis sententiam excipit. Glossæ Isonis Magistri ad Prudentium : *Scribas, Exceptores, qui dicta judicis et responsa Martyris excipiebant.* Collatio 1. Carthagin. cap. 10 : *Qui Excipiendi funguntur officio.* Jul. Firmicus lib. 3 : *Seu scribas vel Exceptores*, etc. Ennodius in Vita S. Epiphanii Episc. Ticinensis : *Notarum in scribendo compendia, et figuras varias verborum multitudinem comprehendentes brevi assecutus, in Exceptorum numero dedicatus enituit.* In Ecclesia B. Laurent. Mart. Romæ :

Hinc pater Exceptor, Lector, Levita, Sacerdos.

Vetus Inscriptio : *Exceptor Præsidis Provinciæ.* Auctor Homiliæ de Natali S. Genesii : *Cum secretus adhuc Dei famulus in Exceptorum ordine militaret,... piam dexteram ab excipiendo.... temperavit.* Acta SS. Tergeminorum n. 19 : *Neon autem Exceptor, qui ipsa gesta scripsit.* Petr. Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 66 : *Logothetam, Exceptorem et Auditorem Imperii illum constituit.* S. Augustin. Ep. 108 : *Si enim notarius non mendose Excipit, aut scripsit.* Ep. 110 : *A notariis Ecclesiæ Excipiuntur quæ dicimus.* Vide eumdem lib. 3. contra Crescon. cap. 29. Collat. 1. Carthag. cap. 1. Concilium Calchedon. act. 1. pag. 96. 117. edit. 1618. et S. Eulogium lib. 3. Memorial. Sanctorum cap. 2. et 15. Occurrit passim in Notit. Imp. in Cod. Theod. et Justin. etc. [** Vide Savin. Histor. Jur. roman. med. temp. tom. 1. cap. 2. § 16. et Cramer. Supplem. ad Brisson. pag. 22. not. 8.]

PRIMICERIUS EXCEPTORUM, Primus Exceptorum, seu primus inter Exceptores. Hujus dignitatis formulam habet Senator lib. 11. for. 25.

EXCEPTORES, Ἐκλήπτορες, *Publicorum vectigalium Exceptores*, apud Julianum Antecess. [** Vide Glossar. med. Græcit in Ἐκλήπτωρ, col. 366.]

EXCEPTORIA, Exceptorium. Gloss. Isid. et Glossæ MSS. Ecclesiæ Paris. : *Exceptoria, cisterna, lacus, collectoria.* Papias : *Exceptorium, collectorium, lacus.* Gloss. Gr. Lat. : Ἐκδοχεῖον, *Exceptorium.* Hoc sensu cisternas δεξαμενὰς vocant Græci. Gloss. Gr. Lat. : Δεξαμενή, *Cisterna, lacus.* Hesychius : Δεξαμεναί, ὑδάτων δοχεῖαι. *Exceptoria aquarum*, Ecclesiastic. 39. 22. ubi Mamotrectus, *receptacula.* Gr. Interpres, ἀποδοχεῖα ὑδάτων. Itinerarium Hierosolym. : *Sunt ibi et Exceptoria magna aquæ subterraneæ et piscinæ magno opere ædificatæ.* Infra : *Ibidem modo jussu Constantini Imperatoris basilica facta est,... habens ad latus Exceptoria, unde aqua levatur, et balneum a tergo, ubi infantes lavantur.* Siculus Flaccus : *De superioribus vicinisque agris defluentes aquas Excipiunt, ne inferiores terræ laborent.* Cæsarius Arelat. Serm. 9. ad Monachos : *Ecce præparo Exceptorium cordis mei influenti per vos aquæ divinæ, etc.*

¶ EXCEPTUARE, *Exceptionibus cavere.* Gocl. Lex Phil. Addimenta ad Chronicon Casauriense, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 984 : *Exceptuasti in Batuniano viginti modiorum terram.* Vide *Exceptare.*

* Ital. *Eccettuare. Salvis etiam superius Exceptuatis in statuto*, in Stat. crimin. Riper. fol. 28. v°. Correct. stat. Cadub. cap. 109 : *Præterquam in concessis et Exceptuatis casibus per statuta.*

¶ EXCEPTUATIO, Exceptio. Chron. Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 976 : *Nullam fecisti reservationem, nec Exceptuationem.* Similia leguntur in Charta ann. 969. apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 1542.

¶ EXCEPTUM, Præceptum. Charta Sigismundi Regis Burgund. de fundatione S. Mauritii Agaunensis in Maceriis Insulæ Barbaræ tom. 1. pag. 31 : *Instituimus, ut omnes obediant ei, et sine Exceptis illius nihil agatur.*

* EXCERCITIUM. Vide infra *Excercitium* 1.

¶ EXCEREBRARE, Cerebrum excutere; Ad insaniam adigere, Gall. : *Faire tourner la cervelle.* Gloss. Gr. Lat. : Ἐξεγκεφαλίζω, *Excerebro.* Vet. Interpres Isaiæ 66. 3 : *Qui mactat pecus, quasi qui Excerebret canem.* Tertull. adv. Marc. lib. 4. cap. 11 : *Inflatus es utribus veteribus et Excerebratus es novo vino.* Hoc autem significatu legitur *Excerebratus*, in Vita S. Morandi, Junii tom. 1. pag. 352.

* Nostris *Escerveler.* Chron. S. Dion. lib. 3. cap. 13. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 228. ubi de Hermenegilde : *L'escervela d'une coignié.* Lit. remiss. ann. 1469. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 315 : *Icellui Pierre print ung queminel et s'en ala vers ledit Jehan, en disant que d'icellui il donroit si grant cop, qu'il le Escherveleroit.* Le Roman *de Robert le Diable* MS. :

Là u les troeve chà et là,
Rubiers tant en Escervela,
Et tant en occist de sa lance.

¶ EXCEREBRATIO, Cerebri amissio, insania, Gall. *Cervelle tournée.* Acta SS. Julii tom. 2. pag. 519 : *Videretur periculum Excerebrationis et dementationis ipsi imminere.*

* EXCERNERE, *Fluere*, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Pass. cap. 142 : *Quod si.... non secundum naturam venter Excernat, sed inordinate, plusquam debet, fluat, ut ipsam dejiciat virtutem, etc.*

* EXCERPTUM Ivonis, Liber, cujus meminit Reginbertus episc. Brixin. in Ch. ann. 1140. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 688. Vide *Exceptiones.*

EXCERVICARE. Lex Salica tit. 36. § 1 : *Si quis... ritortas quibus sepes continetur, capulaverit, aut tres cambortas Excervicaverit, etc.* In margine Edit. Heroldi, *wt-kerven*, i. *concidere.* Vetus Interpres Philonis Judæi quæst. 76. in Genesim : *Hoc modo deficiente continentiæ verbo Excervicante contumaces, vitiorum intemperantia decurrit.*

¶ EXCESSIO, vel Excessus, Immoderatio, intemperantia, Gall. *Excés*, Ital. *Eccesso.* Roland. Patav. de Factis in Marchia Tarvisina lib. XI. cap. 18 : *Et nisi quod dubitabant Ecclesiæ indignationem incurrere, plus forsitan in suis Excessionibus processissent.* Cod. Estens. habet, *Excessibus.*

¶ EXCESSIVITAS Expensarum, Superfluitas, nimietas, Gall. *Dépenses Excessives*, in Concilio Tarraconensi ann. 1591.

* *Excessiveté*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1362. ex Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 472 : *L'exposant avoit confessé avoir prins par Excessiveté de vin lesdittes choses.*

* EXCESSIVUS, Immodicus, immoderatus, Ital. *Excessivo*, Gall. *Excessif.* Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 588 : *Prædictus Hugo qui de sua natura multum Excessivus et calidus.... existebat*, etc. Aliæ ann. 1381. in Reg. 119. ch. 290 : *Irruendo fortiter contra eosdem Excessivos ictus baculorum et ensium etc.* Correct. stat. Cadub. cap. 134 : *Cuicunque condolenti de livellorum exactione nimia et Excessiva etc.*

¶ EXCESSOR, Immoderatus, inobediens. Promissio Alberti Ducis Austriæ ann. 1341. apud Ludewig. tom. 5. pag. 528 : *Contra eosdem rebelles et Excessores sæpe dicto Marchioni vel sibi substitutis manu potestativa assistere, adhærere et coadjuvare debebimus.* [** Occurrit in Chart. ann. 1445. ex Diplom. Kilon. ap. Westphal. Monum. Cimbr. tom. 4. col. 3311.]

¶ ECCESSUALIS, Excedens, immoderatus. Vita S. Adalberti, Junii tom. 5. pag. 100 : *Eatenus temperat appetitum, ut satisfaciat usuali delectationi, non Excessuali succumbat oneri.*

1. EXCESSUS, Quod excedit, nostris *le Surplus.* Statuta Collegii Navarræi Paris. ann. 1315. apud Joan. Launoium : *Si autem quis ab extra venerit, et sex diebus comederit, solvet bursam similiter cum Excessu, etc.*

* 2. EXCESSUS, Flagitium, delictum, Gall. *Excès*, Ital. *Eccesso.* Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. *de Mazaugues* : *Puniendo etiam curia Arrelatis pro Excessibus commissis.* Annal. Bertin. ad ann. 839. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 202 : *Quo palam omnibus ad genitoris vestigia suppliciter procidente, et præteritorum Ex-*

Digitized by Google

cessuum veniam humiliter postulante etc. [** Vide Haltaus. Glossar. German. col. 488. et 1817. Mulcta delicti dicitur *Excessus* in Epistol. ann. 1303. ap. Lappenb. in Docum. Init. Fœder. Hanseat. pag. 229.]

** 3. **EXCESSUS CLERICORUM** dicuntur, cum in officiis obeundis nimium agunt. Vide Decretal. lib. 5. tit. 31. de Excess. Prælat. Gallice *Excès de pouvoir*

¶ **EXCHAETA**, apud Th. *Madox* in Formulari Anglic. pag. 194. Idem quod superius *Escaeta*.

¶ **EXCHALCIARE**, Ære spoliare, Nummos auferre. Porphyrio in Horat : *Belle te nummularius ille Exchalciavit.* Jocus est in furacem, nummos de mensa subtractos in calceos sibi infarcientem. Vide Cæl. Rhod. 19. 9.

¶ **EXCHALGAYTA**, Excubiæ. Vide *Scaragayta*.

* **EXCHANGIUM**, a Gallico *Echange*, Permutatio Charta ann. 1219. in Chartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol. 29. v°. : *Hoc Exchangium factum fuit apud Chans in præsentia mea.* Vide *Excangium*.

¶ **EXCHEETA**, Idem quod *Escaeta*, in Computo anni 1292. apud D. *Brussel* pag. CLXXX. ad calcem tomi 2. de Feudorum usu.

* **EXCHERTUS**, Insertus, additus. Stat. Perus. pag. 3 : *In qua sententia per dictum nostrum consilium pronuntiatum extitit inter cætera, feuda quæcumque, res, bona, et jura feudalia, quas et quæ dictus dominus Jacobus frater noster carissimus a nobis tenebat, fore commissas et commissa nobis, et nostris Exchertas et Excheta*

* **EXCHINTONATA**, Fascis cingulo astricta, ut videtur, ab Italico *Cintolo*, cingulum, cinctus. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 46. ex Cod. reg. 4624 : *Si vera dossas prædictorum fresugiorum vel leguminum.... ceperit, et inde faldatam, Exchintonatam,... aut aliter usque ad quantitatem unius situlæ et infra exportaverit, solvat pro qualibet vice pro bampuo solidos v.*

¶ **EXCHIRGAITIA**, Excubiæ. Vide *Scaragayta*.

EXCHUCHARE. Vetus Charta in Tabulario Fiscanensi fol. 71 : *Si arbor ipsi abscissa fuerit, homines ipsius possunt ibi Exchuchare ad stipitem, quamdiu robur ipsius arboris ibi jacuerit.* f. pro *Exsuccare*, Gall. *Essucer*. [** Vide *Eschochare*.]

* **EXCICOTUM**, EXICOTUM, Symbolum, Gall. *Ecot*. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 195 : *Cum dicti fratres ab ipsa taberna recederent absque eo quod Excicotum sive scotum solvissent... Aliud Exicotum sive scotum debebat.* Vide supra *Escotum*.

¶ **EXCIDENTIA**, EXCIDERE. Vide in *Escaeta*.

* **EXCIDIUM**. Jus domini superioris in bona vassalli decedentis, simul et quod nomine *relevii* domino exsolvebatur ab hærede, ut eorum possessionem adire legitime posset. Charta Hugon. abb. S. Germ. Prat. in Chartul. ejusd. monast. sign. tribus crucibus fol. 66. v°. col. 2 : *Parvulo autem qui remanserat viam universæ carnis ingresso, possessionis ejusdem hæreditas per Excidii consuetudinem ad nostrum dominium redacta est. Fratres itaque et parentes prænominati Adalardi diligenter commoniti ut ipsam possessionem ab universo debito liberarent, et Excidium nostrum a nobis relevarent; illis vero redimere sive relevare nolentibus, Gillebertus miles... super eam propter Excidium nostrum xxxij. libras nobis accomodavit.* Vide *Relevare*.

¶ **EXCILARE**. Vide *Excellare*.

* **EXCIMATICUS**, pro Schismaticus, in Charta ann. 1065. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 198 : *Et cum omnibus hereticis et Excimaticis tenebrosa partem possideat.*

EXCIMICARE, Ἐκκοπίζειν, Gloss. Gr. Lat. MS.

* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. : *Excimico*, ἐκκοπίζω.

¶ **EXCINIUM**. Vide *Exenium*.

EXCIPIUM. Isidorus lib. 18. cap. 7 : *Venabula dicta sunt quasi venatui habilia. Excipia, quia venientem excipiunt, quasi Excipiabula, excipiunt enim apros, etc.* Respexit illud Martialis in Apophoretis Epigram. 30 :

> Excipient apros, expectabuntque leones,
> Intrabunt ursos, sit modo firma manus.

Ubi *Excipere* artis venatoriæ est vocabulum. Gratius in Cynegetico :

> Ille etiam valido primus venabula dente
> Induit, et proni moderatus vulneris iram,
> Omne moris Excepit onus.

At auctor Gloss. Arabico-Lat. et idem Isidorus in Glossis [ut et Gloss. Sangerm. n. 501.] videntur legere *Excipulum*, aiuntque venabulum ita appellasse veteres. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS. : *Excipulum, Espie à bouter contre le port Sanglier.*]

* *Excipulum* quoque habet Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Excipulum, espiet à férir sangler.*

EXCIPULUM, Ἐκδεχεῖον, in Gloss. Gr. Lat. [Plinius lib. 25. cap. 7 : *Incisæ conto* (herbæ) *subditis Excipulis, ventriculo hædino, humor lactis videtur effluere;* ubi intelligit vasculum, quo liquor excipitur, ne effluat ; sed lib. 9. cap. 22. de anguillis Benaci lacus et Mincii fluvii, fossam intelligit vel instrumentum quoddam, quo pisces excipiuntur : *Hiemato*, inquit *lacu, fluctibus glomeratæ volvuntur, in tantum mirabili multitudine, ut in Excipulis ejus fluminis ob hoc ipsum fabricatis, singulorum millium globi reperiantur.*] Vide *Excipium*.

* **EXCISURA**, Imum fossati solum, vel ejus incisura. Charta H. episc. Matiscon. ann. 1234. in Chartul. Cluniac. : *Quod de vercheria sua et de clauso vineæ in Excisura fossatorum cadet et obveniet, et quod infra fossata continebitur, ecclesiæ Cluniacensi dedit.*

* **EXCITATORIA**, Rixa, jurgium. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 26 : *Supranominatis propter hoc ad iram excitatis, accidit quod in illa Exitatorie* (leg. *Excitatoria*) *dictus Johannes Mensart ex gantellis ferreis vel calibeis et ense suis præfatum Johannem le Borgnet.... percussit.*

EXCLAMARE, Alta voce pronuntiare. Vox liturgica, quæ in libris Ecclesiasticis Græcorum per ἐκφωνεῖν passim redditur. Diurnus Romanus cap. 7. tit. 17 : *Omnes diaconites et pauperes Christi, qui ibidem conveniunt, Kyrie eleyson Exclamare studeant.* Vide Gloss. med. Græcit. in Φωνή.

* Nostris *Esclamasse*, Exclamatio seu expostulatio. Lit. remiss. ann. 1367. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 462 : *Icelle Hurée dist à ladite suppliante que elle avoit les choses dessusdites, et que elle les lui rendroit, ou elle feroit telle Esclamasse, que elle en auroit honte et blasme.* Gloss. Gr. Lat. : Ἐξαλαπίζω, *Exclamo*. Rectius codex Sangerm. : *Expalmo*. Vide *Expalmare* 1.

1. **EXCLARARE**. Anonymus [Nicolaus de Jamsilla Muratorio] de rebus Friderici II. Imp. : *Cumque... armati omnibus armis quasi ad pugnam venissent... et se Exclarassent in aciem ante civitatem, etc.* Idem : *Visa est quædam acies equitum in quodam loco eminenti Exclarata consistere, etc.* id est, Expansa.

** 2. **EXCLARARE**, Declarare, pronuntiare. Stat. crimin. Saonæ pag. 127 : *D. Horatius Lercarius gubernator Saonæ, visis dictis litteris, et habitis summariis informationibus oretenus a personis fide dignis de contentis in eis, Exclaravit nullam dandam esse solutionem dicto M. vicario occasione revisionis processuum criminalium, attenta decima parte condemnationum, quæ ei solvitur.*

¶ **EXCLAVATIO**. Bartholomæus Scriba l. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1230 : *Requisitis primo Astensibus, quod prædictos detentos facerent liberari et termino dimitti, tandem ex Decreto Consilii Januæ obsides de Aste, qui erant in Janua, dati fuerunt dicto Guillelmo Embriaco, ut eos custodiret pro Communi Januæ, et quod easdem commoditates et Exclavationes eis posset facere, quæ sibi et aliis secum captis fierent et fiebant.* Ut per *Commoditates* bonam, sic per *Esclavationes*, a Gallico *Esclave*, Captivus, malam intelligo tractationem. Vide *Sclavus*.

¶ **EXCLETUM**. Greg. Mon. in Chronico Farfensi, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 395 : *Et cuidam viro Presbytero concessit res cum piscinis* v. *ad linum macerandum in Decano, et de Excleto in casale Surinæ, et vineam de Riello.*

* **EXCLIPTICARE**, *Deficere, deffalhir, Prov.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

* **EXCLORARE**. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 205. ex Cod. reg. 4622. A : *Si quis alium in Taurino vel districtu malo et irato animo sine gladio percusserit in personam, vel personaliter Exclorayerit vel pulsaverit in capite sine sanguine, solvat duplum.* Vide infra *Excrolare*.

¶ **EXCLOSA**, ut mox *Exclusa*. Locus habetur in voce *Eriolus*.

* **EXCLOSORIUM**, Aquarii canalis valvula, cataracta, vulgo *Pale*. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 335 : *Item quod dictus Girinus.... venit de nocte ad retrocursum, sive le rerebiez aquæ molendini, vocati del Faugias, et ibi Exclosorium dicti retrocursus aquæ cepit.* Hinc *Esclourre un moulin* dicitur, cum demissa cataracta et aqua alio decurrente, molendini rota versari cessat. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. ch. 268 : *Le suppliant dist que le moulin ne moudroit plus de tout le jour, ainsois l'Esclourroit.*

¶ **EXCLOTORIA**, Eadem significatione. Charta concordiæ inter Capitulum Autis-

Digitized by Google

siod. et Præmonstratenses S. Mariani ann. 1216 : *Fratres S. Mariani viam habent liberam sibi et suis, quando opus fuerit, per aquam, terram, pontem, inter præliatorium et molendina, ad exclusam et Exclotoriam nostram, quæ est in ponticulo, per quem aquæ derivantur ad eos, et Exclotoriam illam, quamdiu molendina non moluerint, libere et absque contradictione per se vel per suos levare poterunt.*

* *Esclotouaire* et *Escloutoire* vero, Retis species, tragula, Gall. *Traineau*. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 128. Chartoph. reg. ch. 65 : *Un engien nommé Escloutoire, duquel on prent les oiseaux à la nuit.* Aliæ ann. 1397. in Reg. 153. ch. 140 : *Lesquelz prinrent à un harnois, appellé Esclotoueres, à prendre oiselles de nuit, plusieurs poissons.* Denique aliæ ann. 1408. in Reg. 162. ch. 182. bis : *Depuis que ledit Jehannin eust souppé, s'en alla aus Esclotouaires autour de la maison etc.*

1. **EXCLUDERE**, Erogare, promere, in leg. 16. C. Th de Erog. milit. ann. (7, 4)

* 2. **EXCLUDERE**, Præcludere, Gall. *Boucher l'entrée*. Judic. inter episc. Lingon. et ducem Burg. ann. 1153. inter Probat. tom. 1. Hist. Burg. pag. 48. col. 1 : *Quæro, inquit episcopus, ut novos muros Divionis (dux) destruat, quia abbatias nostras Excludunt et super terram nostram fiunt.*

EXCLUSA, ex Gall. *Escluse, Clusa*, Locus ubi concluduntur aquæ. *Conclusio aquarum*, in Lege Wisigoth. lib. 8. tit. 4. § 30. Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 18 : *Defixisque per flumen palis, aggregatis lapidum magnorum acervis Exclusam fecit, etc.* Fortunatus lib. 10. Poem. 12 :

Inde per Exclusas cauta rate pergimus undas,
Ne velut piscem me quoque nassa levet.

Synodus Metensis ann. 753. cap. 4 : *Ut ipsos per nullam occasionem ad pontes et ad Exclusas, aut navigio detineatis.* Charta Henrici III. Regis Angl. in Monastico Anglic. tom. 1 : *Et ripam Savernæ in foresta sua ad tenendam Exclusam piscariæ vel molendini de Ettona.* Alia Humberti I. Comitis Sabaudiæ apud Guichenonum : *Donamus Exclusam ad capiendos pisces factam, et in aqua quæ vocatur Lisa, positam.* Tabularium Dervense : *Faciebat proclamationem de firmamento cujusdam molendini, quod dicunt Exclusam.* Vide Probat. Histor. *de Chasteauvillain* pag. 5. etc.

¶ **Exclusa**, in Charta Th. Abbatis S. Germani a Pratis pro manumissione hominum de Antogniaco ann. 1248. e Tabulario ejusdem Abbatiæ.

¶ **Exclusus**. Capitul. Pipini Regis ann. 755. in Synodo Vernensi cap. 26 : *Et de peregrinis similiter constituimus... ut ipsos per nullam occasionem ad pontes vel Exclusos aut navigatio detineatis.* Capitular. ejusd. Regis ann. 757. cap. 6 : *Ad pontes et ad Exclusos aut navigio non teneatis.* Baluzius in indice ad calcem tomi 1. Capitul. utrobique legit *Exclusæ*.

¶ **Exclusatorium**. Tabular. S. Cypriani Pictav. fol. xlv. in Hist. MS. pag. 269 : *Damus illis viam per terram nostram ad eam transeuntia et ripam per terram nostram, concedimus illis ad Exclusatoria jactare sine ulla contradictione.*

Clusa, Eadem notione, apud Lambert. Ardens. pag. 143.

Sclusa. in Lege Salica tit. 24. § 3 : *Si quis Sclusam de farinario alieno ruperit, etc.* Statuta Corbeiensia Adalardi lib. 1. cap. 7 : *Omne materiamen quod ad illud molinum emendandum pertinet, adducere, Sclusam emendare, molas adducere, etc.* Adde Capitulare ann. 813. cap. 35. [Pithœus in Glossario Legis Salicæ ex Anonymo in Pipino : *Astulphus Rex Langobardorum supradictam justitiam vetando Sclusas Longobardorum petiit.* Aimoinus vocat *Clausuras* : quæ sunt montium aditus angusti, ut dictum est suo loco.]

Slusa, in Charta anni 1136. in Hist. Guinensi pag. 91. ex Flandrico *Sluyse*.

Exclusagium, Pensitatio quæ a domino feudi exigitur pro jure habendi exclusam. Charta Ranulfi *Meschines* in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 398 : *Dedi in puram Eleemosynam... Exclusagium et stagnum de piscaria et molendino de Wederhalle.* Alia Henrici III. R. Angl. ibid. pag. 587 : *Et duo Molendina in eodem manerio cum aquis, Exclusagiis, et cum tota moltura ejusdem manerii.* Adde tom. 2. pag. 8. [et vide *Escluviamentum*.]

Slusagium. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 868 : *Ex dono Richardi filii Lucæ, Slusagium unum super terram suam, ad molendinum Monachorum fulloricum.*

Exclusator, Cui competit pensitatio ex facultate habendi *exclusam* alicui concessa. Vetus Notitia in Tabulario Eccl. S. Laudi Andeg. : *Hæc est conventientia inter Sanctimoniales Ecclesiæ Caritatis et S. Laudi Canonicos de supradicto ductili, ut æqualiter mittant Canonici et Sanctimoniales quæcumque necessaria fuerint ad ædificationem ductilis... et æqualiter accipiant omnes profectus, qui inde exituri sunt de piscibus, excepto quarto pisce Comitis, et quarto pisce Exclusatorum.*

1. **Exclusaria**. Ballivia seu Præfectura *Exclusarum*, in Monasteriis. Innocent. III. PP. l. 13. Ep. 55 : *Bucheria Domini, Exclusaria, tabernaria, et forestaria.*

* 2. **Exclusaria**, ut *Exclusa*, Locus ubi concluduntur aquæ. Charta Phil. Pulc. ann. 1308. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 120 : *Item molendinum de Torota cum Exclusaria.*

Exclusaticum, Tributum quod a prætereuntibus ad *exclusas* pensitatur. Tabulæ Caroli M. apud Doubletum pag. 708. 709 : *Nullum telloneum, neque Exclusaticum, neque decimum, nec barganat cum, etc.* Infra : *In nullo modo, nullo telloneo, ut nullo Exclusatico, infra Regna Franciæ et Italiæ seu ubicumque, neque decimum exigere, nec exactare non debeatis.* [Annal. Benedict. tom. 4. pag. 304 : *Urso Miles restituit S. Petro Carnutensi medietatem de Exclusatico molendinorum ejusdem Cœnobii.*]

* **Exclusarius**, f. pro *Exclusorius*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Exclusarius, portier. Exclusor, idem.* Vide mox *Exclusor*, 1.

* **Exclusi**, Obsessores, Gall. *Assiégeans*. Elmham in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 62. pag. 167 : *Tanto inclusorum anxia furibundaque severitas correspondenti certamine in Exclusorum præjudicium instancius anelabat.* Vide supra *Excludere* 2.

1. **Exclusor**, Exclusorius. Ugutio : *Exclusor, janitor, qui foras excludit homines.* Jo. de Janua : *Atriensis, i. janitor, ostiarius, Exclusarius, patiginarius, januarius.*

* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Exclusor, Exclusorius, hostiarius, janitor.* Aliud Gall. Lat. ex Cod. 7684 : *Exclusor, janitor, portier.*

2. **Exclusor**, Faber ferrarius vel argentarius. S. Augustinus Enarrat. in Psalm. 67 : *In arte argentaria Exclusores vocantur, qui de confusione massæ noverunt formam vasis exprimere.* Vita S. Egwini Episc. Wigorn. cap. 3 : *Et cum conflandi ferrum locus esset aptissimus, et fabris, et ferri Exclusoribus maxime repleretur.* [Adde Epistolam Gibbonis Floriac. ad Gregorium V. PP. pag. 404.]

Exclusores Dæmonum, dicti Exorcistæ. Translatio S. Joannis Abbat. Reomaensis n. 9. de Energumeno : *Unde cum collo ejus statim hærerent, pro more, Exclusores dæmonum ferri præfati patris, ita agitatur, ut exenteratim disrumpi... cerneres.*

Excociare. Monastic. Anglic. tom. 2. pag. 71 : *Et pratum de Elmore, quod Rogerus de Cokeham Excociavit.*

* F. Glebas frangere, vel dumetis purgare.

* **Excodicare**, *Circa codicem terram aperire*, in Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. Aliud Lat. Gall. ex Cod. 521 : *Excodicare, cherfoir.* Pro *Serfouir*, Sarrire, runcare. [** Vide Murator. Antiquit. Italic. tom. 2. col. 1012. D. et Forcell. in hac voce.]

Excœcatio, inter pœnas judicum sententiis decretas interdum recensetur. Vide *Abacinatus*.

Excogere, pro *Cogere* non semel apud Innocentium Agrimensorem pag. 227. 232.

¶ **Excogociamentus**, Adulterium, vel raptus virginum aut viduarum. Charta Bernardi Atonis Vicecomitis ann. 1114 : *Excepto placitum de Judeis... et exceptis ipsos homicidios et Excogociamentos, quos ego et uxor mea et infantes nostri retinemus in nostro dominio.* Vide *Cucucia* in *Cugus*. [* Vide supra *Esguogozamentum*.]

¶ **Excola**, Alienigena, apud Eymerum tom. 3. pag. 766. col. 2.

¶ **Excolata**, Carnis decoctum, aposema, Italis *Scolata*. Miracula B. Ægidii, April. tom. 3. pag. 245 : *Rogo ut mihi facias Excolatum, ut ex ea vobiscum manducem hoc sero.*

* **Excolatus**. *Solulares Excolati*. Vide infra in *Subtalares*.

Excolentia, a voce *Excolere*. Lex Longob. lib. 3. tit. 9. § 8. [** Lothar. I. 26.] : *Si ultra tres numerus (fratrum) excreverit, unus semper propter domesticam curam, atque rerum communium Excolentiam remaneat.*

Excoliatus, *Excastratus*, in Glossar. Lat. MS. Reg. : *Ecouillé* a κόλεος, testiculus *Couille*. Vide *Extesticulatus*. Gloss. MS : *Ementulare, Escoulier*. Gloss. Gr. Lat. : Μονορχις, *unitestis, unicoleus*. [* Vide supra *Escolatus* 1.]

Excolicus. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 53 :

Digitized by Google

Hactenus Excolicum quanto sudore anodilum
Emerit, exposui.

¶ **EXCOLIDUS** Ager, Squalidus, inculus, apud Auctorem de Limitibus Agrorum.

* *Esconlourable*, eadem notione, in Bestiar. Ms. :

En tai et en limon se moulle,
Et illuec se devoitre et souille,
Pour estre plus Esconlourable.

* **EXCOMIARE**, Licentiam abeundi facere, imo ejicere, expellere. Decr. Placent. ad calcem Stat. fol. 107. v° : *Preterea volumus quod si in aliqua vicinantia vel contrata habitaverit aliqua mulier inhoneste vitæ vel famæ, ita quod de* (ea) *ipsi vicini propter ejus inhonestatem male contententur, talem Excomiari facere debeatis.* Italis *Scommiare*, Veniam abeundi petere. Vide *Comiatus*.

* **EXCOMMIATUS** *vel expulsus*, in Stat. Castri Rebaldi lib. 1. pag. 22. r°.

* **EXCOMMUNICARE**, Obtestari. Placit. ann. 920. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 18. col 2 : *Cum ibidem fuissent, domnus Ugbertus episcopus Excommunicavit homines commanentes de jam suprascriptas villas per Dominum Patrem omnipotentem et Jhesum Christum filium ejus unicum Dominum nostrum, ut veritatem dicant.* Aliud sonat vox Gallica *Excommunier*, Exsecrari nempe et imprecari, in Fragm. versionis Passionis D. N. J. C. secundum Matth. laudato tom. 17. Comment. Acad. Inscript. pag. 725 : *Et cil* (S. Pierre) *encommançoit Excommunier et jurier ke ju ne sai ke cist hom soit ke vos dites.* Ubi Textus sacer cap. 26. v. 74. habet : *Tunc cœpit detestari et jurare quia non novisset hominem.* Et S Marcus cap. 14. v. 71 : *Ille autem cœpit anathematizare et jurare etc.* Vide in *Excommunicatio*.

EXCOMMUNICATIO, A communione fidelium prohibitio. Leges Alfonsi IX. Regis Castellæ 1. part. tit. 9. leg. 1 : *Descomulgacion es sentencia que extranna et aparta al home contra quien es dada, à las veces de los Sacramientos de la santa Eglesia, et à las vegadas de la compannа de los leales Cristianos. Et descomulgacion tanto quiere decir como descomunalcon que aparta, et descommulga los Cristianos de los bienes espirituales, que se facen en santa Eglesia. Et son dos maneras de descomulgamiento, la una mayor que vieda al home que non pueda entrar en la Eglesia, nin haya parte en los Sacramentos, nin en los otros bienes que se facen en ella, nin se pueda accompanar con los otros fieles Cristianos. La otra es menor, que departe à ome tan solamiente de los Sacramentos, que non haya hi parte nin pueda dellos usar.* S. Cyprianus Epist. 28 : *Si quis... ausus fuerit ante sententiam nostram Communicare cum lapsis, a communicatione nostra arcentur.* Epist. 41. *A communicatione cohibere* dixit. S. Augustinus de Genesi ad literam lib. 12. cap. 40 : *Tunquam Excommunicatus, sicut etiam in hoc paradiso, id est, Ecclesia, solent a Sacramentis altaris visibilibus homines disciplina Ecclesiastica removeri.* Idem lib. 1. de Corrept. et gratia cap. 15 : *Quia et ipsa quæ Damnatio nominatur, quam facit Episcopale judicium, qua pœna in Ecclesia nulla major est.* Excommunicatio, quam disciplina invexit Ecclesiastica, successit veteris synagogæ gladio, et præfigurata eo fuit, ut docent Cyprianus lib. 1. Epist. 11. et Hieron. Epist. 1. ad Heliodor. Augustin. de Fide et oper. cap. 2. Vide Baron. ann. 57. n. 11. et seqq. Morinum in Exercitat. Eccl. lib. 2. etc. [Varias vero Excommunicationis formulas apud Baluzium tom. 2. Capitul. col. 663. et seqq. in Hist. Eccl. Eccl. Meld. tom. 2. pag. 173. in Statutis Eccl. Trecor. ann. 1371. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1121.]

* Varie hanc vocem, ut et verbum *Excommunicare* reddiderunt nostri. *Escumeniement*, in Ch. Theob. comit. Campan. ann. 1256. apud *Brussel* tom. 2. de Usu feud. pag. 1018. col. 2. *Escommeniement*, in Lit. Phil. Pulc. ann. 1314. ex Reg. sign. *Pater* Carr. Comput. Paris. fol. 153. v°. *Excommeniement*, in Lit. remiss. ann. 1456. ex Reg. 183. Chartoph. reg. ch. 103. Aliæ ann. 1359. in Reg. 87. ch. 231 : *Icellui Colin aust esté Escomminchié en plusieurs Escomminges etc. Escommiage*, in aliis ann. 1389. ex Reg. 135. ch. 210. *Escumenge*, in Lit. ann. 1405. ex Reg. 160. ch. 259. *Escumminge*, in Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. fol. 291. r°. *Escumenier*, in Ch. Guid. episc. Lingon. ann. 1262. ex Chartul. Campan. fol. 208. col. 1. *Escomenier*, in Chartul. Carnot. ad ann. 1306.

¶ **EXCOMMUNICARE ECCLESIAM**, Interdicere, vetare ne in ea divinum peragatur officium, apud Canisium tom. 6. Lect. antiq. pag. 1155.

Excommunicationis species sex recensent Canones Hibern. lib. 39. cap. 1 : *A celebratione, a communicatione Missæ, a cohabitatione, a benedictione, a conloquio pacifico, a commensu.* Adde cap. 4. 7. 8. et 11. et lib. 44. cap. 32. et Scripta S. Patricii pag. 26. 32. Has fere attigit Concilium Vernense ann. 755. cap. 9 : *Et ut sciatis qualis sit modus istius excommunicationis, in Ecclesiam non debet intrare, nec cum illo Christiano cibum vel potum sumere, nec ejus munera quisquam accipere debet, vel osculum porrigere, nec in oratione se jungere, nec salutare, antequam episcopo suo sit reconciliatus.* [Quæ omnia uno versiculo resumuntur :

Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

Cujus regulæ exceptiones altero versu sic exprimuntur :

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.]

Vide præterea Isidorum in Regula cap. 16. Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 42. [** 62.] lib. 6. cap. 92. 140. [** 93. 142.] lib. 7. cap. 216. [** 295.]

EXCOMMUNICATIO A PACE, *Missa, et mensa*, Episcopis inflicta qui parochiam alienam invadunt, in Canonib. Hibern. lib. 1. cap. 22.

MAJOR et MINOR EXCOMMUNICATIO. Synodus Nemausensis ann. 1284 : *Dicitur autem Major Excommunicatio, cum dicit Prælatus, Excommunico te.... Talis excommunicatio separat excommunicatum a communione fidelium, et participatione et perceptione Sacramentorum. Minor autem Excommunicatio,* [quæ locum non habet in Galliis,] *dicitur, cum quis communicat excommunicato majori excommunicatione : et tunc participans excommunicato, est remotus a perceptione Sacramentorum : ita non debet recipere Eucharistiam vel alia Sacramenta, quousque fuerit absolutus. Interdictum dicitur cum dicit Prælatus, Interdico te; vel dicit, Suppono te Ecclesiastico interdicto; vel, Interdico seu prohibeo tibi ingressum Ecclesiæ : et talis interdictus, et ille qui est Majori Excommunicatione ligatus, non debent intrare Ecclesiam quandiu sunt in sententia, sed nec juxta Ecclesiam stare, quando divina officia celebrantur, etc.* [Lib. 6. Capitul. cap. 190. et Isaacus Lingon. Episc. tit. 9. cap. 8 : *Ut excommunicatus a Sacerdote, quandiu in ipsa est Excommunicatione majores natu vel Episcopos accusare non præsumat. Quod si præsumpserit, non recipiatur, sed aut Majori Excommunicationi subjaceat, aut ab Ecclesia pellatur.* Hinc Excommunicationem majorem puto idem atque anathema : quod olim ab Excommunicatione simplici distinguebant.] De minori Excommunicatione, Sulpitius Severus lib. 3. Hist. Sacræ, ubi de Synodo Cæsaraugustana : *Additum etiam, ut si quis damnatos in communionem recepisset, sciret in se eandem sententiam promerendam.* Bertholdus Constant. ann. 1089 : *In tertio autem gradu* (anathematis) *eorum communicatores posuit, quos etsi non Excommunicaret, adeo tamen eos externa communione commaculatos asserult, ut in Catholicam societatem sine absolutione et pœnitentia recipi non deberent, videlicet qui excommunicatis salutatione, osculo, oratione, convictu, et ignoranter communicassent.* Vide Pachymer. lib. 7. cap. 6.

☞ Aliæ rursus distinguuntur Excommunicationis species. Antiquissima est Excommunicationis distinctio *Medicinalem* inter et *Mortalem*. Medicinalis erat cum quis, crimen suum confessus, injunctam pœnitentiam ultra subibat. Ea vero aut ad mortem usque, pro gravioribus scilicet criminibus, aut ad præfinitum tempus præscribebatur. Mortalis qua quis ob hæresim aut crimen in quo obstinate perseverat ab Ecclesia habetur ut Ethnicus et Publicanus. Utriusque meminit Augustinus Serm. 357 : *Nos vero quemplam a communione prohibere non possumus, quamvis hæc prohibitio nondum sit Mortalis, sed Medicinalis, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo sæculare sive ecclesiastico judicio nominatum atque convictum.* Vide Dupin. tr. Hist. de Excommunicationibus.

☞ Recentior distinctio quam *a jure*, et *ab homine* appellitant, vel *sententiæ ferendæ*, et *latæ sententiæ*, seu *ipso facto incurrendæ*. *A jure* dicitur quam lex delinquentibus intentat. *Ab homine* vero quæ a Superiore cum aliqua temporis, personæ, locive circumstantia profertur. *Sententiæ ferendæ* vocant quam meretur quis ob factum a Lege interdictum. *Latæ* autem *sententiæ*, vel *ipso facto*, ea est quæ eo ipso quo, etiam nemine conscio, fit actio prohibita, incurritur, ita ut nulla alia requiratur sententia. Hujus profecto difficile erit vel unum exemplum apud Antiquos reperire. *Casus in quibus*, recentioribus sæculis, *quis excommunicatur ipso facto a jure* fusius recensentur in Statutis Ecclesiarum

Digitized by Google

Cadurc. Ruthen. et Tutel. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 742. et seqq.

☞ Olim Excommunicatio ab anathemate nihil differebat. At in sequioribus sæculis haud leve discrimen inter utrumque interjectum est. Gratianus causa 3. qu. 4. refert *Engeltrudam uxorem Bosonis non solum Excommunicatione, quæ a fraterna societate separat, sed etiam Anathemate, quod ab ipso Christi corpore, quod est Ecclesia, recidit, crebro percussam esse.* Vide cap. 11. qu. 3. *Nemo Episcoporum* et *Audi*, cap. 5. qu. 2. *Præsenti*, etc. Concil. Turon. ann 570. cap. 24 : *Necatori pauperum, qui res pervadit ecclesiasticas, psalmus* CVIII. *dicatur, ut veniat super eum illa maledictio, quæ super Judam venit, qui dum loculos ferret, subtrahebat pauperum alimenta, ut non solum Excommunicatus, sed etiam Anathematizatus moriatur.* Et Hadrianus PP. II. Epist. 25 : *Non solum Excommunicationis nexibus innodabitur, verum etiam vinculis anathematis obligatus in gehenna cum diabolo deputabitur.*

* *Excommunicationum* species earumque ferendarum ritus exhibet Pontif. Ms. eccl. Elnensis : *Super Excommunicationis et absolutionis formam prænotandum est quod triplex est Excommunicatio; minor, major et anathema .... Analthema vero, id est sollempnis Excommunicatio, pro gravioribus culpis profertur hoc modo etc. Et est notandum quod in prolatione anathematis debent duodecim sacerdotes episcopum circumstare et lucernas, id est candelas ardentes, in manibus tenere, quas in conclusione, id est in fine anathematis, projicere debent in terram et pedibus conculcare : quæ candelæ, sicut sal infatuatum projici et ad nullum usum ulterius poni possunt.* Ejusdem moris testis est Charta Eustacii de Campanis ann. 1210. inter schedas Mabill. : *Omnes isti* (sacerdotes) *sacris vestimentis induti, pulsatis campanis, candelis accensis, Excommunicabunt illos, qui hanc eleemosinam ab usibus eorum alienare præsumpserint.* Vide in *Candela*.

* Nec minori pompa atque apparatu lata Excommunicationis sententia adversus Chartarum futuros violatores, ab iis, ad quos spectabat earum utilitas; quod etiam a monachis, ex licentia tamen Romani pontificis, factum non semel legitur. Charta Rob. abb. Corb. ann. 1136. ex magno Chartul. nig. ejusd. monast. fol. 89. v° : *Ut autem hoc privilegium permaneat ratum, auctoritate Domini Dei nostri et clavigeri celi B. Petri et dom. papæ Innocentii II. et nostra, qui eorum vice, auctore Deo, huic ecclesiæ præsideo; ego et sacerdotes nostri sacramentalibus jugi divini stolis induti, et omnes fratres reliqui tenentes lucernas ardentes in manibus nostris, conservatoribus hujus sancti et devote peracti privilegii portas inferi horribiles claudimus, et civitatis Jherusalem cœlestis duodecim portas ex singulis margaritis pandimus. Scienter vero violatoribus hujus privilegii nos idem omnes de manibus extinctas projicientes lucernas, regni cœlestis januas claudimus et horribiles inferi portas pandimus, ut cum Datan et Abiron et cum Juda de jure traditore viventes, hoc est scientes in eas decrust, et cum dive carnali filio sancti Abrahæ in flammis sulfureis sepulti, non adjiciant ut inde resurgant.* Bulla Alex. PP. III. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 68. r° : *Præterea abbati* (Vindocinensi) *et successoribus ejus præcipimus, ut quocienscumque tu* (episcopum Carnot. alloquitur) *vel tui successores eis justitiam negaveritis, tociens ipsi oppressores monasterii sui nostra auctoritate Excommunicent, et quos excommunicaverint, in vestræ diocesis ecclesiis non suscipiatis, sive suscipi consentiatis.*

☞ Regum et Principum id singulare fuit privilegium, ut si cui excommunicato Rex communicaret, statim Ecclesiasticæ communioni restitueretur. Id ex Capitularibus Regum auctoritate Episcoporum constitutis refert Ivo Carnot. Epist. 171 : *Si quos culpatorum Regia potestas, aut in gratiam benignitatis receperit, aut mensæ suæ participes effecerit, hos et Sacerdotum et populorum conventus suscipere ecclesiastica communione debebit; ut quod principalis pietas recipit, nec a Sacerdotibus Dei extraneum habeatur.* Idem exstat in Conc. Toletan. XII. cap. 3. Vide Gregor. Tur. lib. 5. Hist. cap. 19. et lib. 7. cap. 7. Regibus nostris id quoque concessum est a Rom. Pontificibus, ut in terra Regia nemo excommunicationem vel interdictum ferre posset, nisi speciali mandato Sedis Apostolicæ. Literæ Philippi VI. ann. 1335. apud *de Lauriere* tom. 2. Ordinat. Regum Franc. pag. 103 : *Ad nostrum pervenit auditum, quod licet a Sede Apostolica Nobis et nostris prædecessoribus per plures Rom. Pontifices, per privilegium sit indultum, ut nullus in terra Regia Excommunicationis, vel interdicti sententias proferat, absque mandato Sedis Apostolicæ.* Sed hoc privilegium non omnibus Gallis sapit.

* Nemo, sive ex ministris, sive ex familia regis, absque ejusdem aut senescalli illius consensu excommunicari debet, ut definit Scacar. Rotomag. ann. 1205. in Reg. S. Iusti Cam. Comput. Paris. fol. 25. v°. col. 2 : *Item ecclesiastica persona non debet Excommunicare baronem vel baillivum regis, vel servientem, vel clericum domus suæ, rege non requisito vel senescallo suo.*

* An vero jure aut injuria lata fuerit ab archiepiscopo sententia excommunicationis vel interdicti, judices fore eligendos inter diaconos presbyterosve, omissis episcopis, conveniunt Philippus Augustus rex Francorum et Richardus rex Angliæ in Pacto ann. 1195. ex Reg. 3. Chartoph. reg. ch. 5 : *Si contigerit quod archiepiscopus Rothomagensis in terram regis Franciæ aut suorum sententiam interdicti vel excommunicationis miserit, dominus rex Franciæ poterit assignare ad Andeliacum et ad ea quæ archiepiscopus ibi habet et ad ejus pertinentias, usque dum duo diaconi vel presbyteri, quos rex Franciæ per sacramentum suum bona fide ad hoc elegerit, et duo diaconi vel presbyteri, quos nos per sacramentum nostrum bona fide elegerimus, decreverint utrum interdictum vel excommunicatio juste latum fuerit, an injuste. Si decreverint quod juste, rex Franciæ prædicto archiepiscopo reddet Andeliacum et ea quæ interim exinde levaverit, et ad verbum dictatorum faciet emendari. Si vero decreverint quod injuste positum fuerit, ea quæ rex Franciæ de Andeliaco et de ejus pertinentiis levaverit, in deperdito erunt archiepiscopi, et archiepiscopus interdictum vel excommunicationem solvet.*

Excommunicatio inter pœnas monasticas recensetur in Regula S. Benedicti cap. 23. 24. 25. in Regula S. Isidori cap. 16. sub finem, in Regula Magistri cap. 19. 23. 80. etc. Ea autem varia fuit, interdum *a mensa*, interdum *ab oratorio*, ut est in Regula Magistri cap. 13. Cæsarius Arelatensis serm. 14. ad Monachos Lerinenses : *Illis ipsis qui apud nos gravius delinquunt, nullam tristiorem, nullamque acerbiorem possumus invenire sententiam, quam a corpore congregationis abscisi sine prece abscedant. A mensæ participatione privari*, in Regula S. Donati cap. 69. ubi exponitur cujusmodi est ea excommunicatio, ut et in Regula Magistri cap. 23. Vita S. Benedicti Abbat. Anianensis : *Tanta erat ejus sollicitudo, ut si vel modica grana leguminum, vel exiguæ porri comæ cauliumque folia ab eo neglecta inventirentur, mox digna Excommunicationis advertebat sententia, cujus probaretur esse delictum.* Veteres consuetudines Ordin. S. Benedicti de septem modis pœnitentiæ : *Primus ammonitio semel ac iterum atque tertio. Secundus correptio publica coram omnibus absque Excommunicatione. Tertius Excommunicatio pro levioribus culpis. Quartus Excommunicatio pro gravioribus culpis. Quintus verberum vindicta, vel corporis castigatio. Sextus oratio communis ab omnibus. Septimus expulsio de Monasterio.* [Excommunicatio Monastica sicut et Ecclesiastica in majorem et minorem dividitur. Utriusque formam videre est apud Schramb. Chronic. Mellicens. pag. 331. col. 2 : *Excommunicatio regularis Minor est privatio a communis mensæ Fratrum consortio, ut quando quis in terram comedit, etc. Major est quando frater excluditur tam a refectoris quam a choro, ita ut publice solus nil audeat incipere aut facere, vel quando separatur a Conventu in loco privato, sive in carcere includitur.*] Vide Cumeanum Abbatem de mensura pœnitent. cap. 2. et Vitam S. Eupraxiæ virg. n. 20. De hac excommunicationis specie pluribus disserit Haefienus lib. 8. tract. 5. disq. 1. et seqq. Ad ejusmodi excommunicationes monasticas referri potest Charta Hugonis Abbat. S. Dionysii ann. 1193. ex Tabul. ejusdem Monast. : *Eos autem, qui contra hanc constitutionem nostram aliquatenus venire præsumpserint, de clavo et corona domini solenniter in capitulo nostro accensis candelis Excommunicavimus.* [Alia Luciamæ Abbatissæ Farmonasterii ann. 1168. Hist. Meld. tom. 2. pag. 57 : *Et si quis hanc nostram institutionem quassare præsumpserit, et inde damnum ad pretium duodecim denariorum fuerit, sciat se inde reum esse, et a quatuor Sacerdotibus in Capitulo coram omni Conventu excommunicatum.* Notandus est hic ritus, quo Sacerdotes in Capitula Monialium introducuntur ad promulgandam excommunicationem, quam ipsæ non poterant promulgare.]

☞ Apud Cistercienses, Dominica Palmarum, generalis quædam excommunicatio ferebatur a Capituli Præside in conspiratores, incendiarios, fures, proprieta-

Digitized by Google

tem habentes, aliosve maleficos, ut habetur in Statutis ejus Ordinis ann. 1183. 1184. 1300. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1255. 1257. 1497. ex antiquis vero Constitutionibus Ordinis Vallis-Caulium promulgabatur Dominica Passionis, ibid. col. 1658. et 1660

Excommunicari Cibo. Pœnitentiale Egberti Archiep. Eborac. cap. 25 : *Si quis Clericus superbire præsumpserit, sæpius proprio Excommunicetur Cibo.* Id est, *in pane et aqua pœniteat*, ut est in cap. 32.

Excommunicatio ob Debita *non soluta* interdum inflicta, ut colligitur ex Stabilim. S. Ludov. lib. 1. cap. 121. et ejusd. Edicto ann. 1245. Pontesiæ exarato. Vetus Consuetudo Franciæ lib. 3 : *Si un homme*, animo indurato *se laisse en Excommuniment par an, l'Official dit qu'il le peut convenir sur crime de heresie. Toutefois puis que l'Excommuniment est pour cause de debte, ce n'est mie si propre heresie que l'en le doive poursuivre.* In Concilio Marciacensi ann. 1326. cap. 55. *Vetatur, ne locus ullus pro pecuniario debito supponatur Ecclesiastico interdicto, sine Sedis Apostolicæ speciali licentia.* Concilium Herbipolense ann. 1287. cap. 29 : *Nonnulli, sicut audivimus, pro maritorum seu filiorum debitis, uxores seu matres Excommunicant, ordinaria fulti jurisdictione. Quod juri et æquitati contrarium reputantes, id fieri de cætero prohibemus, nisi mater et uxor succedant in bonis moriti, seu filii, defunctorum.* Videtur deesse *patris.* Habentur exempla ejusmodi excommunicationum in Manuali placitorum, in Parlamento 3. Febr. ann. 1364. et apud Radulphum de Rivo in Engelberto a Marka cap. 5. Vide Stephanum Tornac. Epist. 39. 40. et tom. 6. Spicilegii Acheriani pag. 481. 494. En aliud ineditum : *In nomine, etc. Quod anno 1350. venerabilibus et discretis viris N. N. ex parte una, et nobili vero D. Galchero de Lauda Milite Trecensis diœcesis, ex altera, etc. Joannes Maurelli Præpositus Ecclesiæ S. Crucis Leodiensis Curiæ Cameræ D. Papæ generalis Auditor, discretis viris Trecensi et Parisiensi Officialibus ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem in Domino. Vobis committimus quatenus nobiles et magnificos viros dominos Joannem de Noeriis, Comitem de Joigniaco, Senonensis diœcesis, Robertum de Grattis, Dominum de Murisallo, Eduensis diœcesis, Gaufridum Dominum de sancta Liveria, Cathalaun. diœc et Hugonem Dominum de Vulpillerits, Lingon. diœces. Milites, Galterum de Lauda, Dominum de Soylleriis, Trecensis diœcesis, et Anseletum de Brecuria, Rothomagensis diœcesis, domicellum et familiarem commensalem D. N. Papæ, ab Excommunicationis sententia in eos lata propter solutionis moram cujusdam debiti 1500. florenorum auri, etc. absolvatis. Actum anno et mense prædictis.* Vetantur etiam hujusmodi excommunicationes in Consuet. Britan. art. 6. [Jam eas prohibuerat Bonifacius PP. VIII. ann. 1302. Sub ejus tamen Successoribus iterum valuisse, imo ab ipsismet usurpatas, ubi de re eorum agebatur, certum est ex Charta ann. 1341. inter Instrum. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 437 : *Anno 1341. Ind. 9. die 22. mens. Aug. Illustris Princeps Dom. Humbertus Dalphinus Vienn. tam in solutum et recompensationem sexdecim millium et ducentorum auri ponderis Florentiæ, in quibus tenetur SS. Patri Benedicti PP. XII. quam Dei et S. Matris Ecclesiæ contemplatione, ut absolutionem Excommunicationis qua tenetur ligatus pro dicto debito mereatur obtinere.*] Cæterum huc referri potest, qui olim obtinuit mos inhumanus, ut creditori liceret mortuum debitorem humo mandari prohibere, nisi debito satisfactum esset; cujus quidem meminit S. Ambrosius in Tobia cap. 10 : *Quotiens vidi a feneratoribus teneri defunctos pro pignore, et negari tumulum, dum fœnus exposcitur.* Et Edictum Theoderici Regis cap. 75 : *Si quis autem sepeliri mortuum, quasi debitorem suum adserens, prohibuerit, honestiores bonorum suorum partem tertiam perdant, et in quinquennale exilium dirigantur : humiliores cæsi fustibus perpetui exilii damna sustineant.* [** Conf. Paul. R. S. lib. 5. tit. 26. § 3.] Vide Menæa in S. Donato 7. Augusti.

Excommunicatorum corpora insepulta, nec corrupta. Vide *Imblocatus.*

Excommunicati tenebantur intra annum absolutionem ab Episcopis impetrare, et Ecclesiæ satisfacere, ad idque cogebantur a judicibus sæcularibus. Edictum S. Ludovici ann. 1228. a nobis allatum in Not. ad Joinvillam : *Et si aliqui per annum contumaces extiterint, ex tunc compellantur redire ad Ecclesiasticam unitatem, ut quos a malo non retrahit timor Dei, saltem pœna temporalis compellat. Unde præcipimus quod Ballivi nostri omnia bona talium excommunicatorum mobilia et immobilia post annum capiant, nec eis aliquo modo ea restituant, donec prædicti absoluti fuerint, et Ecclesiæ satisfecerint.* [Et in Stabilim. ejusdem Regis lib. 1. cap. 123 : *Se aucuns est excommuniés un an et un jour, et li Officiaus mandast à la justice laie, que il le contrainsist par la prise de ses biens, ou par le cors..... Et si ne le doit pas prendre pour que ce soit de detes, més la justice doit tenir toutes les choses en sa main, sauf son vivre jusques à tant que il se soit fet absoudre. Et quand il sera absous, il paiera neuf lib. d'amende, dont les soixante s. seront à la justice lae, et les six liv. seront à l'autre justice, et les doit avoir par la main de la justice laie. Et se il étoit souspeçonneus de la foy, la justice laie le devroit prendre adoncques, et envoier au juge ordinaire; car quand sainte Eglise ne puet plus fere, elle doit apeler l'aide des Chevaliers, et la force.... Et quand li juges l'auroit examiné, se il trouvoit que il feust Bougres si le devroit fere envoier à la justice laie, et la justice laie le doit faire ardoir.*] Interdum etiam ad absolutionem petendam a judicibus Regiis cogebantur sub pœna carceris, ut ibi docuimus ex Chronico Abbatum Castrens. cap. 19. Vide eumdem Joinvillam pag. 13. In Anglia ad id tenebantur intra 40. dies, quibus elapsis, Ordinarius Cancellarium regni de ea re certum faciebat, qui continuo ad Vicecomitem *breve* mittebat, quod de *excommunicato capiendo* dicebatur; vi cujus excommunicatum in carcerem compingebat. Si ille Ecclesiæ satisfecisset, tunc aliud *breve* ad Vicecomitem mittebatur, quod de *excommunicato deliberando* vocabatur. Ita Bracton. lib. 5. de Except. cap. 23. § 3. 4. Fleta lib. 6. cap. 45. § 2. et Rastallus verbo *Excommengement.* Quod si denique post dictos 40. dies Barones vel alii et eo amplius excommunicationem in se latam sustinuissent, eorum subditi ab eorum fidelitate absolvebantur, et eorum terra interdicto supponebatur, eorumque feuda in manus superioris domini transibant, quousque injuriam passis et Ecclesiæ ab eisdem fuisset satisfactum competenter, ut est in Chartis Anglicis apud Gul. Prynneum in Libertatibus Anglicis tom. 2. pag. 358. et 410. [et in Tabulario Episcopatus Ambian. f. 5. v°] Agunt de hac re Concilia varia, Triburiense ann. 821. cap. 5. apud Campiniacum ann. 1238. cap. 18. Bitterrense ann. 1246. cap. 36. Copriniacense ann. 1260. cap. 15. Lambethense ann. 1261. cap. de *Excommunicatis* capiendis, Burdegalense ann. 1262. cap. 1. 2. Coloniense ann. 1266. cap. 38. Langiense ann. 1278. cap. 6. apud Pontem Audomari cap. 1. Synodus Santonensis ann. 1282. cap. 2. Senonensis sub Petro Archiep. cap. 2. Avenionensis ann. 1326. cap. 41. Concil. Londinense ann. 1342. cap. 13. Synodalia Statuta Anonymi ann. 1287. cap. de Sententiis tom. 2. Concil. Angl. Provinciale Ecclesiæ Cantuariens. lib. 3. tit. 28. lib. 5. tit. 17. Vide præterea Stabilim. S. Ludovici lib. 1. cap. 121. et aliud ejusd Edictum Pontesiæ exaratum ann. 1245. a nobis laudatum ad ead. Stabilim. Hemereum in Augusta Viromand. in Regesto pag. 51. Legem Friderici I. Imp. apud Conrad. Usperg. ann. 1187. veterem Consuetud. Normann. cap. 21. etc.

☞ Durius etiam aliquando actum est contra excommunicatos, præsertim cum absolutionem petere et Ecclesiæ facere satis non festinabant; lapides projiciebant in domum excommunicati, feretrum deferebant quasi illius funus curaturi, aliaque similia factitabant quæ nec a jure nec ab Episcopis permitterentur, ut discere est ex Concilio Avenion. ann. 1337. apud Baluzium in Conc. Galliæ Narbon. pag. 352. ubi genuinam lectionem restituimus ex ipso Concilii autographo quod vidit vir probatæ fidei D. *le Fournier : Statuimus quod abinde in antea nullus ecclesiasticam jurisdictionem exercens, contra Excommunicatos ab ipsis, quantocunque tempore Excommunicationis sententiam animo sustinuerint indurato, procedat ad faciendum projici lapides in domum Excommunicationis sententia innodati, vel faciendum venire capellanum indutum veste sacerdotali, vel alios ad domum Excommunicati prædicti, vel portandum literbiam seu ferret* (l. *libitinam seu feretrum*) *vel alia similia quæ a jure non reperiuntur expressa, sed aliis a jure provisis* (l. *permissis*) *remediis utatur ad pœnam contumacium aggravandam.*

* Addere placet antiquius eadem de re monumentum, aliaque, unde manifestum fiat eubiqu eosdem viguisse ritus. Juram. præst. a recipiendis in studio Montispess. ex Ch. S. Ludov. ann. 1230. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 350 : *Juro . . . quod contra eumdem* (episc. Magalon). *ejusque ecclesiam non me scienter opponam, nec etiam aggravandi excommunicatos per eum, aut per ejus vicarium seu officialem, qui in*

Digitized by Google

sua malitia persistentes, ad obedientiam sanctæ matris ecclesiæ venire contempserint, per projectionem lapidum, et portationem feretri seu beræ ante domos ipsorum excommunicatorum; et alias juxta modum et consuetudinem in dicto episcopatu, contra tales excommunicatos ab antiquo observatos. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 168 : *Toutes les festes et Dimenches le curé de la ville venoit tout revestu à grant procession portanz la croix et l'eaue benoite, à l'uis dudit Jaquelin chanter et getter pierres à sa porte.* Aliæ ann. 1383. in Reg. 122. ch. 379 : *Lors icellui Perrin... lui dist : male santé te suye; nous te saluons bien et courtoisement, nous ne sommes pas escomeniez, ... et tu nous huches, aux veaulx, aux veaulx.* Rursum aliæ ann. 1449. in Reg. 180. ch. 64 : *Le suppliant fist porter, ainsi qu'il est acoustumé de faire oudit pays* (de Comminges), *quant ung homme est ainsi excommenié, engregié et rengregié, une biere, ou l'on met les mors, devant l'huys d'icellui Jehan Loo.*

* Inflicta quoque non semel excommunicatio bestiis agros depopulantibus, facta tamen prius ipsis monitione; cujus moris testis est Comput. ann. 1479. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 342. col. 1 : *Item solverunt pro litteris monitoriis a curia domini officialis impetratis, ad instantiam dominorum consulum Nemausi, contra mures, darbos et talpas et alia animalia fera dampnum inferencia in fructibus excretis in campis.* Solemnis vero est hac in re sententia officialis Trec. ann. 1516 : *In nomine Domini. Amen. Visa supplicatione seu requesta pro parte habitantium loci de Villanoxa Trecensis diœcesis nobis officiali Trecensi in judicio facta, adversus bruchos seu erucas, vel alia non dissimilia animalia, Gallice Hurebecs nuncupata, fructus vinearum ejusdem loci a certis annis, et adhuc hoc præsenti anno, ut fide dignorum testimonio, et quasi publico rumore asseritur, cum maximo incolarum loci et vicinorum locorum incommodo depopulantia, ut prædicta animalia per nos moneantur, et remediis ecclesiasticis mediantibus compellantur a territorio dicti loci abire, etc. visisque, etc. Nos auctoritate qua fungimur in hac parte, prædictos bruchos et erucas et animalia prædicta, quocumque nomine censeantur, monemus in his scriptis sub pœnis maledictionis et anathematisationis, ut infra sex dies a monitione in vim sententiæ hujus, a vineis et territoriis dicti loci de Villanoxa discedant, nullum ulterius ibidem, nec alibi in diœcesi Trecensi nocumentum præstitura. Quod si infra prædictos dies, jam dicta animalia huic nostræ admonitioni non paruerint cum effectu, ipsis sex diebus elapsis, virtute et auctoritate præfatis, illa in his scriptis anathematisamus et eisdem maledicimus.* Hanc sententiam et alias haud absimiles aliorum officialium refert Theoph. Raynal. in tract. de Monit. et Excomm. cap. 12. qui consulendus omnino est, ut et Malleolus de Exorc. Vaïrus de Fascin. et Mart. *de Arles* in tract. de Superstit. contra maleficia seu sortilegia, quæ hodie vigent in orbe terrarum, edito Romæ ann. 1560. Vide supra *Darbus*.

¶ EXCOMMUNICATOR, Qui sententiam fert excommunicationis. Statuta Synodalia Ecclesiæ Leodiens. in Anecd. Marten. tom. 4. col. 874 : *Si autem sic absolutus convaluerit ab infirmitate sua, tunc accedat ad suum Excommunicatorem cum litteris ejus qui eum absolvit, continentibus absolutionem, et qualiter fuerit absolutus; et tunc ipse absolutus faciat id quod Excommunicator ei injunxerit super his pro quibus fuerat excommunicatus.*

EXCOMMUNIONES, Excommunicati, passim in Canonibus S. Patricii cap. 17. 18. 20. 27.

EXCOMMUNIS, Excommunicatus. Concilium Arelat. II. cap. 30 : *Ut Ecclesiæ inimici habeantur Excommunes.* Turonense II. cap. 24. ex Cod. Bellovac. : *Non solum Excommunis, sed etiam anathematizatus moriatur.* Alii Codd. habent *Excommunicatus.* [Canon. Hibern. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 2 : *Clericus inter epulas cantans .... Excommunis sit.*]

¶ EXCOMMUNITER, Communiter, una. Litteræ Prælatorum Normanniæ super contentione juris patronatus Ecclesiarum ann. 1200. apud Acher. Spicil. tom. 9. pag. 155 : *Et quatuor Presbyteri et quatuor Milites jurabunt super sacrosancta, et Episcopo exinde Excommuniter, sive Archiepiscopo, quod ipsi octo dicent, ad quem spectare debeat donatio Ecclesiæ de jure patronatus.*

¶ EXCOMMUNUS, ut *Excommunis*. Veteres formulæ Andegav. apud Mabill. Analect. tom. 4. pag. 248 : *Et a liminibus Ecclesiarum, Basilicarum vel omnium Sacerdotum Excommunus, accipiat illam maledictionem, quem Judas Scariotis accipiat.*

¶ EXCOMNUS, Eadem notione, in Charta ann. 766. apud Felibianum Hist. San-Dionys. pag. XXIX.

¶ EXCOMPARATIO, Comparatio, acquisitio. Charta Adalindis Comitissæ, apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 14 : *Quantum Acfredus Comes et ego suprascripta Adalindes ibidem habuimus tam de alode, quam de Excomparatione, id est, domos cuopertas, casales, curtes, hortos, etc.*

¶ EXCOMPUTARE, Computare, numerare. Bulla Clementis VI. ann. 1349. Histor. Dalphin. tom. 2. pag. 609. col. 2 : *Sed dictam summam in prima solutione facienda de hujusmodi pecunia solvenda tibi omnino Excomputare, etc.*

* EXCONCILIARE ALTARE, Interdicere, vetare ne in eo sacra peragatur Liturgia. Bulla Leonis PP. IX. ann. 1050. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 107 : *Insuper auctoritate apostolica judicamus ut nulli archiepiscoporum, episcoporum.. aliquem pertinentem ad ipsum monasterium excommunicare vel anathematis vinculo innodare, seu aliquod altarium ejusdem loci vel aliquam ecclesiam Exconciliare liceat.* Vide in *Reconciliare*.

EXCONDICERE, Excusare, satisfacere, purgare se sacramento, affirmare. Capitula Caroli C. tit. 39. [** ap. Carisiac. ann. 873.] § 3 : *Ad mallum veniant, et ibi aut se legaliter, ut permisimus, Excondicant : aut si se Excondicere non potuerunt, quod male fecerint legaliter emendent.* Hincmarus Opusc. 31 : *Quia fratri Hadulfo missaticum tuum commiseris,... de quo missatico non se Excondixit.* [Vide *Exdicere*.]

ESCONDIRE, Eadem notione. Pactum inter Episcopum Meldensem et Comitem Campan. ann. 1218. in Tabulario Camp. Bibl. Thuan. f. 276. et in Tabular. Eccl. Meldensis fol. 18 : *Et si ad submonitionem prædictam non venerint, Escondient quod non audierint submonitionem, vel emendabunt quod non venerunt. Si autem venerint ad submonitionem, Escondient, vel emendabunt illud quod eis objicietur a Præposiot de his quæ pertinent ad mercaturam, etc.* Occurrit ibi pluries. Charta Communiæ Nantoliensis ann. 1233. quæ est Radulfi Comitis Suession. : *Et dicta die tenetur mihi vel servienti meo emendare per 7. sol. et dimid. monetæ Suessionensis, vel se Escondire quilibet, cui admissum imponeretur super alio quam super latrocinio, septima manu hominum. Et si latrocinium imponatur, Escondiet se vicesima una manu hominum. Et si dicta die placiti Excondita non capiam, extunc non potero aliquem super his querelare; imo omnino extunc quieti et absoluti remanent, quantum ad illa Escondita.* [Extractum libri *S. Just* fol. 27. r°. apud D. *Brussel* tom 1. de Feudorum usu pag. 173 : *Abbas S. Michaelis dicebat se non esse submonitum. Serviens in assisia attornatus dicebat se submonuisse eum ad manerium suum de Bretevilla, absentem tamen; sed serviens, qui custodiebat manerium, dicebat se citasse. Abbas dicebat, quia Baro Regis est, et quod ad vocem talis servientis non debebat intrare legem de Escondicenda submonitione. Judicatum fuit quod debebat.* Illud autem observant, in contentionibus hujuscemodi eum, qui *escondierat* submonitionem, *emendam* non exsolvisse, licet servientes præsentes essent et jurare parati se submonitionem fecisse, quoniam, ut ait *Des Fontaines* apud *de Lauriere* in Glossario, *Leur offre à jurer encontre le serment de ciaux qui Escondirent le semonce ne peut rien faire.* Qua in re eadem erat et franci hominis et villani conditio. Sed cum Dominus propter defectum *gagia* seu pignora ceperat, si francus homo illa repeteret, ei reddebantur ante *escondium*, secus autem villano, nisi fuisset prohibitus suo sacramento. Ratio discriminis est juxta laudatum *des Fontaines; Que moult plus est tenu li frans hom à son Seigneur par le raison de l'iretage, ke li vilains par ses rentes payant, par quoi on puet plus guidier pour le franc hom qui ne sceut pas le semonce, ke pour le vilain.* Quod explicat regulam 30. Institut. Loyselli lib. 1. tit. 1.] Curia Generalis Cataloniæ ann. 1321. MS. : *De bausiatoribus et traditoribus, qui fidem suam noluerunt Escondire... possint præstare auxilium et favorem reptato volenti se Escondire, sicut possunt alii Barones Cataloniæ.* Vide *Bosiare* et *Intercipere*. Chronicon Petri IV. Reg. Aragon. lib. 3. cap. 31 : *E apres mossenyer Gil Royg de Liori dixeren que eren apparellats d'Escondir la fe de Don Pedro de Exerica.* Leges Willelmi Nothi vernaculæ cap. 50 : *Si est ascons qui blamez seit dedinz le hundred e 4. humes le retent, si 12. main s'espurget, e se il s'en fuist dedenz la chalenge, li Sire rende sun were : e si l'un chalenge le seignour, que per li s'en seit alé, si s'Escundie sei 6. main, e s'il ne pot, envers*

Digitized by Google

li Rei l'ament, e cil soit utlage. Id est : *Si quis absconsus est, qui intra hundredum accusatus, et a 4. hominibus rectatus sit, duodecima manu se purget, et si fugerit post calumniam, dominus reddat weram suam, et si quis calumniaverit, seu in jus vocaverit dominum, quod per suum factum abierit, purget se sexta manu; quod si non potest, emendet versus Regem, et sit utlagatus.* Hic enim cæcutiit Seldenus. Adde cap. 16. Le Roman *du Renard* MS. :

Si que j'en feroie un joise,
De chaude yaue et de fer chaud,
Mais non Escondire que vaut :
Lasse chaitive mal ostrue.

Alibi :

Gel com jugeront mi barou,
Qui l'en doit faire de larron,
Et con de felon trahitour,
N'en partirés sans mauvais tour,
Se ne vous povés Escondire
De quanque l'en vous voudra dire.

Le Roman *de Thibaud de Mailly* MS. :

Au plet en Champfleury
A la grand departie,
Tuit y sommes semons,
Nuns ne s'en Escondie,
Ne je ne voi nului,
Qui ja s'en essonie.

Interdum ea vox pro *vetare* usurpatur. Pactum Tongrense ann. 1403. in Magno Recordo Leodiensi pag. 25 : *Lidit fermetteurs ne puissent Escondire de faire leur chace, quant chacun d'eux venra à son tour, de ce afaire, sans mettre en ce Escondit ne empeschement.* Et pag. 57 : *Que li Maire de Liege ne autre li puist deffendre ou Escondire, etc.* Et pag. 41 : *Et de ce ne peut on venir à loy, ne Esconduire nul, se ce n'est pour monstreir paiement par quittance, etc.* Adde pag. 119. Hinc vulgaris vox *Esconduire* apud nos, pro, aliquem re infecta dimittere, vel repellere.

¶ Excondirum. Privilegium Fratris Andreæ de Coloors domorum Militiæ templi in Francia Præceptoris ann. 1215. in Tabulario S. Remigii Rem. : *Si maluerimus aliquis Fratrum nostrorum secundum consuetudinem loci illius super hoc faciet Esconditum, ad quam emendum vel Esconditum faciendum tenebimur quotiens fuerimus requisiti.*

* *Escondist*, Damni reparatio, compensatio, quæ parti læsæ tribuitur, in Libert Castrivil. ann. 1286. apud D. *Bouquet* tom. 1. Jur. publ. Franc. pag. 414 : *Qui dira lait de cords à autre, ... cinc sols d'amande et l'Escondist .... Qui clamera homme marié coup, sexante sols, et femme mariée de bon nom, putain, sexante sols et l'Escondist. Escondit*, Denegatio, vulgo *Refus*, in Lit. remiss. ann. 1413. ex Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 273 : *Nonobstant l'Escondit et reffuz fait par icellui Paillole, etc. Esconduit*, alio significatu, in Ch. ann. 1333. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 201. col. 1 : *Promet lidis messire Henris .... non mie venir encontre pour lui ne pour autre, ne pourchacier que d'autres y veigne en reculer, ne en Esconduit.* Id est, neque occulte, neque aperte, quod vulgariter dicebant, *Ne en repost, ne en appert.* Vide supra *Apparentia* 3.

Escondium. Charta Guillelmi de Marigneo Armigeri ann. 1257 : *Et sciendum est, quod si ego dictus Guillelmus Armiger, vel meum mandatum aliqua animalia sæpe dictorum hominum vel hæredum suorum invenerim in aliquo forefacto nemorum meorum, potero capere vadimonium, si mihi placuerit; sed oportebit ut procedam per plegios : et si dictus homo cujus habeo vadimonium, petit ostensionem loci, oportebit quod ego sæpedictus Armiger vel meum mandatum eam concedat : et si forefactum cognoverit, oportebit quod emendet, videlicet pro quolibet animali 2. den. Turon. Si autem negaverit, gagiabit unum Escondium, et ego dictus Guillelmus vel meum mandatum capiam juramentum Escondii in domo Militum Templi de Marigneo per manum meam coram Templariorum, ad usus et consuetudines patriæ.* Infra : *Et si aliquos jam dictorum hominum vel hæredum suorum in dictis nemoribus meis secantes, vel in callibus animalia servantes invenerim, secationem vel servationem ad usus et consuetudinem emendabunt, vel etiam Escondibunt per manum meam, et manus hæredum meorum coram Templariis vel eorum mandato.*

Excondire, Excundire, Idem quod *Excondicere*. Jacobus I. Rex Aragon. in Constitutionib. Catalaniæ MSS. : *Si aliquis nobilis aliquem Militem suum reptaverit, vel aliquam aliam querimoniam habuerit, et ipse Miles velit se Excondire de reptamento illo secundum Usaticos Barcinonenses, et de aliis querimoniis directum facere, secundum quod debuerit, et dominus Scondimentum suum, vel directum noluerit accipere, etc.* Alibi, *se de bausia Excondire.* Occurrit ibi non semel, et in Curia Generali Barcinon. sub Petro II. Rege Arag. cap. 22. ubi *Excundire* scribitur. Curia Generalis Catalan. ann. 1321 : *Quod possit fidem suam Excundire per batalliam.* Libellus Catalanicus MS. de Batallia facienda : *Et si aquell qui reptat es no vol venir à la Cort, ne Escundir sa fe, deu len forçar la Cort, etc.* Vide Probat. Hist. Turenensis pag. 35.

¶ **Exconsules**, *dicti quod jam a Consulatu exierint sive discesserint peracto vicis suæ anno.* Glossar. Sangerman n. 501. ex Isidoro lib. 9. Orig. cap. 3. *Exconsules* memorantur apud Lampridium, Sidonium lib. 1. Epist. 11. et alibi.

¶ Exconsulares, Eadem notione non semel.

* **Excontrare**, Permutare. Petrus de Vineis lib. 5. Epist. 57 : *Licentiam eis taliter Excontrandi de nostra gratia concedere dignaremur.* Vide *Excontrum.*

Excontrum, Permutatio, quod *contra* aliam rem, seu pro alia reddatur. Proprie autem est, cum obses loco alterius obsidis cum licentia discedentis, aut dimissi, datur. Petrus de Vineis lib. 5. Ep. 57 : *Supplicarunt obsides de Montefulconis,... apud Capuam commorantes, ut cum velint pro seipsis Excontrum personarum condecens exhibere, videlicet fratrem pro fratre, etc.*

* **Excoparе**, Verrere, *scopis* purgare. Stat. Saluciar. collat. 3. cap. 89 : *Quod quilibet habens domum in platea Saluciarum, teneatur ipsam ejus domum usque ad medium plateæ bene Excopare.* Vide supra *Escopare.*

Excopiare, Exscribere, Gall. *Copier.* Chronicon Windesem. lib. 1. cap. 2 : *Libros SS. Patrum per eos describi fecit et Excopiari.* [Legitur apud Marten. tom. 4. Collect. Ampliss. col. 1152. et alibi.] Vide *Copia.*

Excordari. Commodianus Instr. 21 : *Excordaris, homo, si putas ut ipsi te salvent.* Id est, aberras.

Excordatus, Corde privatus. Sugerius in Ludovico VI. cap. 16 : *Quia vecors vivus fuerat, mortuus est Excordatus. Cor siquidem extis ereptum fraude et iniquitate turgidum, palo imponunt, etc.*

* *Escuerssser*, Dolore cordis affici, graviter se habere, vulgo *Avoir mal au cœur, se trouver mal.* Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 96 : *La suppliante en soy esbatant, elle qui estoit grosse d'enfant . . . se frust bleciée et Escuerssé tellement qu'il convint qu'elle partist dudit hostel.* Vide supra *Cordia* 3.

Excoriare, Virgis vehementius cædere, Gall. *Escorcher.* Fridericus I. Imper. de Pace tenenda : *Si quis quinque solidos valens, aut amplius, furatus fuerit, laqueo suspendatur. Sin minus, scopis et forcipe Excorietur et tondeatur.* Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 37 : *At illi indignati, virgis Excoriaverunt eos, et decalvatos ad dominum suum remiserunt.* Vide Sicamam ad Leges Frisionum tit. 9. Gloss. Saxon. Ælfrici : *Excoriatus*, Be Beflæ, a Beflean, decorticare, excoriare, unde forte nostrum *Befler quelqu'un*, Subsannare, irridere quempiam tanquam cæsum virgis. [** Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 470. voce *Bifilljan.*] [In Legibus Rotharis, apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 43. col. 2. *Excoriare*, est Corium detrahere : *Si in flumine animal cujuscumque mortuum fuerit, aut ubicumque, et alius homo cujus non fuerit, Excoriaverit, componat solidos* XII.] [** Vide Leg. Sal. emend. tit. 68. supra *Decorticare Caballum.*] [Occurrit iterum hac notione in Memoriali Potestatum Regiensium ad annum 1218. et in Consuetud. Auscitorum MSS. ann. 1301. art. 88. et 89.] [** Gesta Episc. Virdun. cap. 2. apud Pertz. Scriptor. tom. 4. pag. 40 : *Vidimus coram hominis cum cruore usque ad nates Excoriatam.* Vide *Decoriare* et mox *Excorticare.*]

* Supplicii genus, in Charta ann. 1328. ex Reg. donor. in Cam. Comput. Paris. fol. 30. r° : *Item en tous cas là ou l'en fait justice, li mounier de la ville* (de Baugency) *font l'exécution à leur coust, soit pendre, ardoir, boulir, enfouir, Escorcher et fuster. Excoriation*, Morbi genus, in Lit. remiss. ann. 1427. ex Reg. 174. Chartoph. reg. ch. 42 : *Icellui Jacques fut surprins d'une très griefve maladie, nommé Excoriation ou autrement, et pour avoir et trouver garison d'icelle feust alez en la ville de Bourges, de là à Tours, et dudit Tours à Lyon sur le Rosne, et de là à Avignon, etc.*

Excoriare Cruces, Aurum et argentum ab iis expilare, apud Radevicum lib. 3. de Gest. Frider. cap. 10.

¶ **Excoriatio.** Vide *Escoriatio.*

* **Excoriator**, Lanius, Gall. *Boucher.* Charta Phil. Pulc. ann. 1295. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 2 : *Cum valleti Ex-*

Digitized by Google

coriatores Parisienses liberaliter concesserint quod ultima subventio, quæ pro necessitate regni nostri a subditis nostris exigitur et levatur, ab eisdem præstetur et levetur hac vice, etc. Vide supra *Escorcheria.*

* 1. **EXCORIATORES** metaphorice nuncupati, qui lites provocant, in Synod. Andegav. ann. 1302. apud Bochet. pag. 1174.

** 2. **EXCORIATORES**, Quædam militum turba. Vide *Estonchera* et *Scoriatio.* Felic. V. PP. Epist. ann. 1442. in Alsat. Diplom. num. 1326. tom. 2. pag. 369 : *Quasdam Excoriatores vulgariter sic nominatos, aliosque armigeros et iniquitatis filios.* Chart. ann. 1445. num 1343. ibid. : *Der Telffin des künigs von Frankkrich sun, mit den Franzosen und bösen lüten, den man spricht den Schindern, etc.*]

¶ **EXCORPORARE** Se, A corpore seu societate discedere. Vincent. Lirin. Commonitorii cap. 2 : *Julianus se collegarum sensui aut incorporare neglexit, aut Excorporare præsumpsit.*

* **EXCORRENTIÆ**, Caduca bona, quæ in fiscum *excurrunt* vel cadunt, seu ex commisso, seu alia quavis ratione. Charta Amalr. vicecomit. Narbon. in Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 22 : *Retinemus feoda et retrofeoda,.... incursus et Excorrentias ipsorum feodorum et retrofeodorum.* Vide *Excadentiæ.*

¶ **EXCORRIGIARE**, Corrigiam solvere. Vide *Decorrigiare.*

1. **EXCORTICARE**, [Caudam animali detrahere, Gall. *Ecouer.* Vett. Formulæ Andegav. art. 34 : *Et ipsa animalia per sua menata aliquas mortas fuerunt, et ipsa pecora illi Excorticassit, posteaque mortas fuerunt,.. Et ipse illi taliter locutus fuit, quod nec sua animalia numquam menassit, nec per sua menata ipsa animalia degere numquam habuissit, nec de manus suas Excorticatas numquam fuissent.*] Vide *Decorticare.* [** Corium detrahere.]

* 2. **EXCORTICARE**, Corium detrahere, Gall. *Ecorcher.* Chron. Ast. ad ann. 1311. apud Murator tom. 11. Script. Ital. col. 233 : *Tunc omnes, qui captierant a Brixiasis, Excorticabantur, et pellis et caput extendebantur super muros civitatis.*

* **EXCORTIZARE**, Cutem evellere. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 217 : *Dictus exponens quandam situlam fusteam, in qua erat aqua, accipiens, aquam ipsam super caput dicti Mignoti effudit, quam effundendo, situla ipsius Mignoti vultum attigit et modicum Excortizavit.*

* **EXCORZARE**, Corticem avellere, Ital. *Scorzare*, nostris *Ecorcer.* Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 121. ex Cod. reg. 4622. A : *Item quod nullus audeat vel præsumat Excorzare plantas aliquas seu arbores alienas.* Vide supra *Escorciare.*

¶ **EXCOTERE BLADUM**, Excutere, exterere, flagellare perticis. Sententia arbitralis inter Dominos et Universitatem Calliani ann. 1497 : *Ordinamus quod pro necessitate liceat dictis hominibus ad succurrendum Excotere de blado excreto in dictis Mauris ante tempus medii mensis Julii, et quantitatem bladi sic Excoti intimare debeant dicto calcadurerio.*

* Nostris alias *Escourre* et *Escoudre.* Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 349 : *Icellui Jehannot gaignoit sa journée pour batre et Escourre blé.* Aliæ ann. 1450. in Reg. 186. ch. 45 : *Il seroit bon qu'ilz alassent batre ou Escourre du blé.* Aliæ ann. 1459. in Reg. 188. ch. 250 : *Le suppliant estoit en sa grange ou il Escoudoit ou batoit des gerbes de seigle.... ayant ung fleau ou Escoussour, ainsi que l'en a accoustumé de faire au pays d'Auvergne.* Unde *Escoux*, f. Area ubi frumentum excutitur, in Terrear. dom. *de Nerenx* ex Cod. reg. 9899. fol. 40. r°. : *Item plus quatre deniers et malhe Tournois de cens pour une Escoux... Item plus demie geline de cens pour une peason et Escoux.* Vide *Excussorium* in *Excussor* 1.

* *Ecoter*, rusticis Dombensibus, idem quod vulgo *Etéter*, Arborem decacuminare. Hispanis, *Ecotados* in arte heraldica, Rami amputati significantur.

* **EXCREARE**, pro Exscreare. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Escreare, Esriler.*

1. **EXCREDERE**, Facere ut aliquis non credatur. Synodus Bajocensis ann. 1300. cap. 63 : *Excommunicamus sortilegia de Sacramentis Ecclesiæ facientes,.... et qui ad conjungendum et disjungendum falsa matrimonia, vel ad Excredendum aliquem, scienter deponent testimonium falsitatis.*

* 2. **EXCREDERE**, Mutuare, nostris alias *Croire.* Acta S. Sebaldi tom. 3. Aug. pag. 771. col. 2 : *Sed cum hospitaliter illum tractare vellet, et vas lucidum, in quo potus cernitur, non haberet, a vicinoquodam vitrum solenne Excredidit.* Vide supra *Credere* 1.

** 3. **EXCREDERE**, Eximere sontem aut captivum a vinculis, sponsione data. Epistol. ann. 1330. in Guden. cod. Diplom. tom. 2. pag. 1056 : *Deprecamur... quod idem noster concivis a sui captivitate usque ad Domini nostri Coloniensis adventum Excredatur.* Vide Haltaus. Glossar. Germ. col. 73. voce *Ausburgen.* Ita etiam intelligenda sunt, quæ laudantur in *Excredere*, 1. et in *Excreditus.*

* **EXCREDITUS**, Cujus sponsio seu cautio nondum accepta est. Charta ann. 1327. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic: ab *Hontheim* pag. 111. col. 1 : *Si capti fuerimus.... tunc infra annum et diem post nostram captionem, et quamdiu Excrediti et induciati fuerimus, aliquam exactionem solvere non debebimus pro nostra liberatione.* Vide in *Recredere.*

* **EXCREMENTUM**, Incrementum, accretio. Charta Phil. Aug. ann. 1207. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 110. r°. col. 2 : *Damus terram, quæ fuit Johannis Mauduit et Roberti Mauduit, integre cum omnibus Excrementis et melioramentis, quæ in eadem terra. Escroistre*, pro *Accroitre*, Accrescere, augere, in Ch. ann. 1322. ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Esgardans que iceulx religieux estoient moult estreins et moult enserrés dedens les fermetés de nostre chastel de Bruroles, et ne se povaient pas bien largir ne Escroistre sans nostre assentement, etc.* Alia ann. 1458. ibid. : *Voulons... aussi Escroistre et augmenter les biens de l'Eglise, et non les diminuer.*

¶ **EXCRESCENTIA**, EXCRESCENS, Fortuita Clericorum obventio, Gall. *Le casuel.* Charta Elizabeth Reginæ Angl. ann. 1560. pro Capellano suo, apud Rymer. tom. 15. pag. 580. col. 2 : *Cum præeminentiis, jurisdictionibus, libertatibus, privilegiis, titulis, quotidianis distributionibus, Excrescentiis, alloeationibus, aliisque proficuis, commoditatibus, etc. Fructus, quotidianas distributiones, Excrescentes, etc.* ejusdem tomi pag. 704. col. 1.

¶ **EXCRETA**. Vide *Estrida.*

* **EXCRETORIA** Casa, Ab aliis secreta ac seorsim posita, interpretibus doctis Editoribus ad vitam B. Schetzel. tom. 2. Aug. pag. 178. col. 2 : *Veniens autem ad Excretorias ejusdem viculi casas, si quem ibi pauperculum et honestæ conversationis hominem manere cognosceret, ad eum libentius divertebat.* Ubi, iisdem notantibus, editio Chiffletii ac tria MSS. habent *Extractorias.*

* **EXCROLARE**, Italis *Scrollare*, Quassare, agitare, nostris *Croler.* Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 162. ex Cod. reg. 4622. A : *De pœna illius qui incideret seu Excroluret alienam arborem.* Vide infra *Grollare.*

EXCRUSTARE, Crustam auferre. Monasticum Angl. tom 1. pag. 210 : *Duas imagines... quarum unam auro et gemmis Excrustavit.* [Radulphus Cadom. de Gestis Tancredi, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 196 : *De argento milites creare iste pervertendo et depravando vocat Ecclesias Excrustare.* Vide novam Gall. Christ. tom. 3. col. 863.] Vide *Decrusare.*

* Metaphorice pro Spoliare, detrahere. Charta ann. 1146. inter Probat. tom. 2. Hist. Lothar. col. 324 : *Si quis autem hæc beneficia ecclesiæ data Excrustare voluerit, anathema sit, donec ecclesiæ satisfecerit.* Franco Legiens. apud Jarland. Chrysop. ex Cod. Clareval. sæc. XII. in festo Invent. S. Crucis : *Quod autem rex* (Salomon) *Excrustavit totum aurum de ligno.*

* **EXCRUTARE**, pro *Excrustare*, Eodem significatu. Charta Henr. episc. Tull. ann. 1163. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 660 : *Ne ullus cujuscumque conditionis homo, sive nobilis sive ignobilis, super his omnibus injuriosus ecclesiæ vestræ existat, vel aliquid horum Excrutare præsumat.*

* 1. **EXCUBARE**, E cubili surgere, Gall. *Sortir du lit.* Comœd. sine nomine act. 6. sc. 4. ex Cod. reg. 8163 : *Mane nimis est, ante lucanum applicui, nondum Celius Excubavit, ostia clausa sunt.* Vide *Excubiture.*

¶ 2. **EXCUBARE**. Vide *Excubiæ* 4.

* **EXCUBIA**, Vigil, excubitor. Stat. Avenion. MSS. cap. 15. ex museo meo : *Ab hoc tamen statuto excipimus notarios, scriptores et cursores, et Excubiam turris episcopalis.*

1. **EXCUBIÆ**, proprie sunt Vigiliæ custodum, παννυχίδες, νυκτοφυλακίαι, νυκτηγερσίαι, ut est in Glossariis. At sequioribus sæculis hæc vox sumpta est pro quovis gravamine, aut quavis injusta molestia, quæ subditis infertur a dominis. Lex Long. lib. 3. tit. 9. § 2. [** Lothar. I. cap. 8.] : *De illis hominibus qui res suas alienaverunt, ubicumque super eas resident, distringat eos Comes per Excubias publicas, sicut lex continet.* Ubi Glossa, *id est, servitium ad pontes*

Digitized by Google

restaurandos. [Muratorio tamen *Excubia* nihil hic aliud sonare videtur quam urbium custodia.] Paschalis I. PP. in Confirmatione privilegiorum Eccles. Ravennat. apud Rubeum lib. 5. pag. 237 : *Nec nullum molestia, aut angarias, aut gravamina, aut Excubias quilibet inferre parti sanctæ tuæ Ecclesiæ, etc.* Charta Caroli Imp. in Chronico Farfensi pag. 658 : *Aut homines ejusdem Monasterii... distringendos, vel ad publicas Excubias compellendos, aut ullas redibitiones, vel quaslibet occasiones requirendas, etc.* Adde pag. 667. Fundatio Abbatiæ Pinarolensis ann. 1078 : *Similiter cum areis suis, teloneis, aliisque Excubiis, et conditionibus jure inde exigendis.* Charta Marini PP. ann. 883. apud Ughellum tom. 4. pag. 896 : *Pro omni Excubia et expeditione tam palatina quam hostili, etc.* Alia Widonis Imper. ann. 895. ibid. pag. 1342 : *Nullasque redhibitiones, aut publicas Excubias, nullas angarias facere sive persolvere cogantur.* Adde pag. 1345. Vide *Scubiæ.*

2. **EXCUBIÆ**, Vigiliæ Ecclesiasticæ. Gloss. MSS. Eccl. Parisiensis : *Excubia, officia vigiliarum. Excubias celebrare, agere,* apud Liberatum Diac. cap. 20. in Vita S. Arnulfi Episc. Metensis cap. 23. 25. in Vita S. Virgilii Arelat. Episc. apud Lambertum in S. Heriberto Coloniensi Archiep. n. 13. etc.

Excubium, Eadem notione. Isidorus Pacensis Episc. in Chron. æra 680 : *Fassus est,.... quod quadam nocte se ab hostiariis Ecclesiæ B. Petri Apostoli expetiisse Excubium, etc.* id est, ut in ea excubias seu vigilias ageret.

3. **EXCUBIÆ**, pro *Exuviæ*, Reliquiæ Sanctorum. Vita MS. S. Juliani Episc. Cenoman. : *Equi qui lecticam sanctarum gestabant Excubiarum, etc.* Vita S. Popponis Abbat. n. 59 : *Sæpe limina adiens Apostolorum, sæpe etiam, atque, ut ita dicam usitatius, Excubias cæterorum frequentans sanctorum.* Ibi enim *Exuvias*, id est, reliquias legendum puto.

4. **EXCUBIÆ**, Jus quod *Wardæ* dicitur, *Droit de garde*, quod scilicet Vassalli ac Tenentes debent in Castris Dominorum. Charta Theobaldi Comitis Blesensis ann. 1131 : *Habeo talem consuetudinem in burgo de Camariaco, quod homines castri illius burgi pergunt mecum in exercitum, et in expeditionem, et si ibi castrum firmavero, illud claudent de palis et virgis, et in castro nihil plus facient præter hoc quod corpus meum Excubabunt.*

* Pactum inter reg. Carol. II. comit. Prov. et capit. S. Salvat. Aquens. ann. 1292. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Dicebant etiam Excubiam seu custodiam faciendam in dicto burgo de die vel de nocte, cum armis vel sine armis ad præfatum dominum regem seu præfatam curiam jure debito pertinere.* Hinc *Excubicibilis.*

¶ **EXCUBIALE Obsequium**, Obsequium excubitoris seu vigilis, apud Johannem Sarisber. lib. 2. Polycratici cap. 27.

¶ **EXCUBIARE**, Excubare, Excubias agere. Franchesiæ habitatoribus Belli-visus ann. 1256. concessæ per Guillelmum de Bello-videre, Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 59. col. 1 : *Item, habitatores castri et burgi debent Excubiare et gaytare,... Excepto quod Nobiles gaytare et Excubiare tenentur.* Charta Henrici de Soliaco pro habitantibus Castrum de Aiis ann. 1301. apud Thomasserium in Biturig. pag. 123 : *Quotiescumque Burgenses, si moniti fuerint a Præposito villæ vel ejus mandato, villam tenebuntur Excubiare.*

* **EXCUBICIBILIS**, Qui *excubias* agere tenetur. Charta ann. 1457 : *Recognoscentes dicti assensatarii se fuisse et esse causa et ratione præmissorum assensatorum justiciabiles et Excubicibiles seu quevtabiles ejusdem domini, causa et ratione dicti ejus castri, justitiæ et castellaniæ de Droiz.*

¶ **EXCUBICULARIUS**, Defunctus munere cubicularii, leg. 13. Cod. de excusat. libert. [** Cod. Theod. lib. 11. tit. 16. const. 15. de extr. s. sord.]

EXCUBITARE, **Excubitum**. Gloss. Gr. Lat. : Παρακοιμῶμαι, *Excubito.* : Ἐκκοίτησις, *Excubitum. Excubitare* igitur dicitur qui e strato exsurgit, sed proprie qui ad alterius salutem vigilat. Gloss. Gr. Lat. : Πανυχίς, *hoc Excubitum, pervigilium.* Παρακοίμησις, *Excubitum.* Alibi : Ἀγρυπνία, *lucubratio, Excubitum, pervigilium.* Hinc *facere Excubitum*, est vigilare. Vegetius lib. 3. cap. 8. et Modestus de Vocabul. rei militaris : *De singulis centuriis quaterni equites et quaterni pedites Excubitum nocte faciunt.* Rufus in Legibus militaribus : Καταλιπὼν τὰς περιαγρυπνίας καὶ ἐξκούβιτα.

Excubitus, Eadem notione. Jul. Firmicus lib. 3. cap. 14 : *Faciet Scutarios, vel Imperatorum Protectores, vel qui proprio Excubitu salutem Principibus servent.* Sic vero potissimum appellabantur universim cohortes custodiæ Palatinæ addictæ. *Constantinopolitanum enim Palatium ob Imperatoris salutem multorum præsidiis militum custodiebatur,* ait Luitprandus lib. 1. cap. 4. et lib. 5. cap. 9. Corippus lib. 3.

Ingens Excubitus divina palatia servans.

Idem lib. 1.

...Clypeis pia terga tegebat
Ingens Excubitus.

Anastasius in Hist. Eccl. : *Populus Scholariorum et Excubituum.* Idem in Histor exilii S. Martini PP. : *Fecit eum inclausum sub multa custodia, præcipiens Excubiti custodibus, ut nullus penitus sciret civitatis, quia est in eodem Excubitu.* [Agnelli liber Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 178. col. 1 : *Fregerunt januam ipsius Excubiti calce percussi, et extraxerunt eum foras.*] Τῶν ἐξκουβίτων τάγμα, cohors excubitorum, apud Annam in Alexiade lib. 4. et Constantinum de Them. pag. 36.

¶ **EXCUBITATOR**, ut *Excubitor*, sed malus, qui non excubat, nisi ut circumveniat. Bodonis Chron. Clusin. apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 367 : *O dementiam! Domini pulchrum exercitum, sive Virginum choros filii diaboli circumdant, sed supervacaneo labore Excubitatores atteruntur.*

¶ **EXCUBITI**. Papias MS. Bituric. : *Liba, Panes, tonsuræ, barbæ, qui Excubiti dicuntur.*

EXCUBITOR. Gloss. Gr. Lat. Ἀγρυπνητής, *Vigil, Excubitor.* Alibi : Πανυχιστής, *Excubitor.* Rursum : Παρακοιμητής, *Excubitor.* Procopius lib. 2. Vandal. cap. 12 : Ὃς τῶν ἐξκουβιτώρων ἦγεῖτο, οὕτω γὰρ τοὺς φύλακας Ῥωμαῖοι καλοῦσι. *Timarchus Excubitor,* apud Gregor. M. lib. 8. Epist. 52. His qui præerat, *Comes Excubitorum* dicitur, Nicephoro Patr. CP. in Heraclio, et aliis a Meursio et Fabroto ad Cedrenum, et Alamanno ad Procop. Hist. arcan. laudatis. [*Excubitor Tribunus*, apud Suetonium in Claudio cap. 42. et *Excubans Tribunus*, in Nerone cap. 9. Apul. lib. 2. Doctr. Plat. pag. 26 : *Excubitorum loco militet juventus pro utilitate cunctorum.* Utitur etiam Cæsar de Bello Gall. lib. 7. Hæc igitur vox potuisset prætermitti.] Vide Gloss. Basil. [** Glossar. med. Græcit. in Ἐξκουβίτωρ col. 403. et Append. col. 70. Σκούλκαι, col. 1396. et Τετράδια, col. 1450.]

EXCUBITORIUM, Idem quod Excubitus, Locus palatii in quo excubabant milites excubitores. Anastasius in Collectaneis : *Duxeruntque in custodiam Excubitorii.*

¶ **EXCUBITUM**, **Excubitus**. Vide *Excubitare.*

EXCUBIUM. Vide *Excubiæ* 2.

¶ **EXCUBIUS**, Excubitor, vigil. Ordinatio Humberti Dalphini ann. 1348. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 274 : *Ecclesia, Sacrista, et Capitulum de Romanis habuerunt... pro servitio Ecclesiæ, Sacristæ et capituli inter cæteros cellarium, panaterium, baycellerium, mantilium dutorem, coquum, coqulum, porterium, Excubium, campanarum pulsatorem, etc.*

¶ **EXCUBUS**, ut *Excubitor.* Johan. Sarisber. lib. 2. Polycrati cap. 27 : *Vulgo dici solet, Quovis Excubo vigilique mendacior est.*

* **EXCUDIA**, *Excutia* Plauto, Vestiaria scopula, Gall. *Vergette.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Excudia, Gallice Escou-veste.* Vide infra *Exscudis.*

* **EXCUGUATHIÆ**, Excubiæ, vigiliæ. Lit. ann. 1079. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 46. art. 5 : *Jurent autem publice dicti consules.....de eorum officio mandare vel facere mandari gathias et Excuguathias et alias custodias, quando videbitur expedire curiæ nostræ. Gatas et Excurgatas* editum ex iisdem Lit. in Reg. 129. Chartoph. reg. ch. 119. tom. 7. earumd. Ordinat. pag. 155. Sed minus attente lectum est; ibi enim habetur : *Gachas et Excurgachas;* et infra *Gache vel Excurgache.* Vide supra *Eschargaita.*

¶ **EXCULARE**. Chronicon Siciliæ, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 7. Imperator *cepit dictum Maniachium per barbam et Exculavit eum.* Id est, interfecit, ut laudatus Editor interpretatur in Glossario ad calcem tomi 5. procul dubio quod articulus, unde hic locus excerptus est inscribatur *de Deceptione et morte dicti Maniachii* (sic) nullaque sit alia vox in integro articulo, qua occisio illa significetur. Haud contemnenda sane ratio; vereor tamen ne forte legendum sit *Exoculavit :* ex oculorum evulsione mors subsequi potuit.

EXCULCATOR. Vide *Collocare.*

EXCULEUS, *Importunus*, in Gloss. Arabico-Lat.

* **EXCULIT**, *Dicit aut sculpit*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

* **EXCULPARE**, Exculpere, Ital. *Scultare*, Gall. *Sculpter.* Charta ann. 1402. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 175. col. 1 : *Magistro Johanni Joculari, pro ejus*

Digitized by Google

labore et salario impensis in faciendo seu Exculpando duas ymagines lapideas, positas in capella castri regii Nemausi.

¶ **EXCULPATIO**, Culpæ liberatio. Roland. Patav. de Factis in Marchia Tarvisina lib. 4. cap. 3 : *Rogamus eos propter ipsorum Exculpationem, et ne cresceret aliqua rixa in Padua, quam Dominus noster Imperator optabat in pace tenere præ cæteris locis, quod paucis diebus parum longe de civitate secederent.*

EXCULTARE. Ratherius Veron. de Qualitatis conjectura, [tom. 2. Spicilegii Acher. pag. 203.] : *Sede, non tibi dicit; non sedentem vero Excultare nequaquam omittit.* Vide *Collocare.*

¶ **EXCUNDIRE**. Vide in *Excondicere.*

¶ **EXCUNEATUS**, Cuneo spectatorum ejectus. Apuleius lib. 3. Florid. : *Extimus quisque Excuneati queruntur.* In theatris subsellia erant per cuneos disposita; circa cuneos viæ, ubi spectabant, qui locum non habebant in subselliis : hos *Excuneatos* vocat Apuleius. Tertull. de Spectaculis : *Apud spectacula in via statur.*

* **EXCUNIARE**, Collocare, condere, vel Excutere. Charta ann. 1065. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 198 : *Iterum concedimus.... adunare omnem laborem ex ipsas nominatibas terras, et Excuniare in scripta area Pictula Fabrita pertinente scriptæ nostræ sanctæ Neapolitanæ ecclesiæ in sempiternum.*

* **EXCUPARE**, Exsecare, rumpere, Ital. *Scoppiare.* Arest. ann. 1341. 12. Sept. in vol. 3. arestor. parlam. Paris. : *Cum ensibus evaginatis quandam canaberiam.... cum suis complicibus Excupaverat.* Lit. ann. 1366. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 390 : *Animalia sua grossa ut alia in vineis ipsis vindemiatis per modum pasqueragii immittunt; quæ vineæ ex eo dampnificantur, destruuntur et multimode Excupantur.*

¶ **EXCUPATOR**, Qui scopis purgat. Leges Palat. Jacobi II Regis Majoric. inter Acta SS. Junii, tom. 3. pag. XL : *In nostro reposito sint duæ persona, quæ Excupatores nominentur; ipsi enim tam cameras nostras quam palatia scobare et mundare teneantur.*

* **EXCURGACHÆ**, EXCURGATÆ. Vide supra *Excuguathiæ.*

1. **EXCURSUS**, Qua aquæ excurrere possunt, seu evacuari. Charta ann. 1217. apud Duchesnium in Probat. Hist. Castaneor. : *Dedi... liberam licentiam faciendi et habendi in dominio meo et feodo de Chaillec quemdam Excursum liberum et immunem ab omni costuma et exactione ad excurrendas aquas de maresiis de Langun... Aquæ autem... excurrent, et tenentur excurrere... per prædictum Excursum, etc.* Vide Gall. Christ. Sammarth. in Abbat. Absiæ ann. 1217.

* 2. **EXCURSUS**, Præstatio, quæ in avena exsolvebatur, ob *Excursum* seu *percursum* subditis a domino concessum; vel pastio in alterius domini pascuis. Vide *Percursus.* Charta Odon. I. ducis Burg. ann. 1101. inter Probat. tom. 1. Hist. Burg. pag. 34. col. 1 : *Item Excursum, quem mareschalci et armigeri ducis apud Longum-vicum inter villam faciebant, ulterius fieri prohibeo. Percursus* legitur in Ch. Hugon. II. ann. 1102. ibid. pag. 35. col. 1.

1. **EXCURTARE CABALLUM**, in Lege Salica tit. 40. § 15. in Lege Aleman. tit. 70. § 2. 3. *Caudam auferre*, Gallis, *Escouer* [et *Escourter.*] Leges Wisigoth. lib. 8. tit. 8. § 3 : *Si quis alieni caballi comam turpaverit, aut caudam Curtaverit.*

* 2. **EXCURTARE**, Contrahere, Gall. *Accourcir*, Ital. *Scortare*. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 90 : *Canape capsam levans aqua balneatur; tunc canape restringitur ac Excurtatur, et Excurtato canape, campana elevari potest ad locum deputatum.*

¶ **EXCUSA**, Gall. *Excuse*. Ital. *Scusa*, Excusatio. Concil. Lugdun. ann. 1527. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 413 : *Johannes Ferlat Notarius civis Lugdun. Procurator R. P. D. Stephani de Niceyo Abb. dicti Monasterii, ad hoc ab eo fundatus, in publico docuit procurationis instrumento, producto et dimisso, allegans ipsius R. Abb. gravem infirmitatem, petendo propter ipsam a personali præsentia Excusam.*

¶ **EXCUSADI**. Vide *Excusati* sub finem.

¶ **EXCUSAMENTUM**, Excusatio, apud Martian. Capellam lib. 8. pag. 272.

1. **EXCUSARE**, Recusare, renuere. Gloss. Gr. Lat. : Παραιτοῦμαι, *Excuso, recuso, evito.* Pontius Diaconus in Vita S. Cæsarii : *Magis enim dignus efficitur, qui quod meretur, Excusat.* S. Benedictus in Regula cap. 65. et Grimlaicus in Regula Solitar. cap. 15 : *Non liceat... collum excutere de sub jugo regulæ, quam sub tam morosa deliberatione licuit ei Excusare.* Regula S. Basilii cap. 69 : *Si licet alicui Excusare opus quod ei injungitur, et aliud quærere?*

* Inquisit. ann. 1288. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 388. col. 1 : *Interrogatus a quo tempore acuratius Excusat domum suam a præstatione gallinæ, dixit quod etc.* Vide mox *Excusatio.*

2. **EXCUSARE**, Purgare se a crimine. Gloss. Græc. Lat. : Ἀπολογοῦμαι, *Excuso me.* Gloss. aliæ MSS. : Ἐκκούσσιτν, ἐκδικᾶται. Sic *Excusatio* in Gloss. vet. apud Menardum : *Apologia vel apologesis, Excusatio. Hinc apologeticus, sermo Excusativus.* Gloss. Gr. Lat. : Ἀπολογία, *Excusatio, purgatio, satisfactio.* Vide Petrum Fabrum lib. 3. Semestr. cap. 23. pag. 357.

3. **EXCUSARE**, Absolvere, reum liberum dimittere. Hist Episcop. Eystetensium ann. 1129 : *Probabili septem probabilium virorum testimonio canonice Excusatus.*

EXCUSATI autem potissimum dicebantur dimitti servi, aut liberti, qui cum pro qualibet culpa ad Ecclesiam veniæ impetrandæ causa confugissent, dominis reddebantur, de omni pœnarum genere securi, et ad servitium consuetum redibant, datis prius a dominis ad Evangelia sacramentis de concessa venia, et quod nullam iis pœnam pro ea culpa, a qua absoluti erant, irrogarent. Quod si domini sacramenta violassent, excommunicatione, tanquam perjuri, mulctabantur. Ita passim in Concilio Aurelianensi I. can. 1. et 3. Aurel. III. can. 13. Aurel. IV. can. 24. Aurel. V. cap. 22. Ilerdensi sub Joanne II. PP. can. 8. apud Gregor. Turon. lib. 5. Hist. cap. 3. 4. 49. lib. 9. cap. 20. de Vitis Patrum cap. 5. in Vita S. Joan. Abb. Reomaensis lib. 1. cap. 3. n. 16. etc.

EXCUSATI in Monasteriis, videntur ii qui ad Ecclesias vel ad Monasteria confugiebant, et majoris securitatis gratia iis se quodammodo in servos dabant. Charta Caroli M. in Chronico S. Vincentii de Vulturno lib. 1. pag. 679 : *Vel reliquas possessiones quæ... ibi sunt datæ, vel delegatæ, seu etiam Excusatos, seu offertos, qui in præfatis Monasteriis legitime jam subjecti sunt, vel qui devote offerre se cum suis rebus voluerunt.*

EXCUSATI, Liberi, *Quieti*, nos *Quittes* dicimus. Charta Henrici Magnopolensis Domini ann. 1323. apud Pontanum lib. 7. Rer. Danicar. pag. 434 : *Ac pro omnibus obligationibus... quitos dimittimus et Excusatos.* Alia Waldemari Daniæ Regis apud eumdem : *Et tunc pro tali equo dato suo... liber est et Excusatus.*

EXCUSATI. Andreas Dandulus in Chron. MS. in Urso Duce Venet. ann. 879 : *Hic in Heraclia civitate de qua progenitores sui originem duxerant, palatium construxit, et licentiam tribuit in Rivo-alto paludes cultandi, et domus ædificandi contra orientem et insulam, quæ Dorsum durum vocatur, eo consulente composita est : quæ gentibus aliquibus ad servitia Ducis deputatis, qui Excusati Ducatus dicti sunt, concessa est : et usque in hodiernum diem omnes in eodem degentes territorio,* [melius quam *sextario*, quod legitur apud Murator. tom. 11. col. 188.] *piscatores et aucupatores, de his quæ capiunt tenentur tributum annuum persolvere Duci.* Ex eo exscripsit, quæ habet Petrus Marcellus in Urso Particiaco Duce XIII. Sansovinus in Venetia lib. 6. sequentia ex veteri Instrumento profert : *Excusati de Muriano, et eorum nomina, et sunt 44. Excusati de Mazorbo, et isti sunt de majoribus, et sant 24. etc. hæc sunt nomina Excusatorum qui servient in Palatio, et sunt 104. nomina Excusatorum nostri Palatii, et sunt* 198. Sansovinus hoc loco *Excusatos* dictos censet quasi *Scutatos*, quos *Scutiferos* vocavit ætas posterior. Sed vix est ut id probem : quin potius hac videntur appellatione donati propter indulgentiam munerum civilium et personalium, qua gaudebant ex quadam officii et functionis prærogativa, uti sunt hi de quibus est titulus *De Excusationibus artificum*, Cod. Theod. lib. 13. Vide quæ de his observamus in Notis ad Alexiadem Anneam.

EXCUSATI, in Chartis Hispanicis, videntur perinde appellati qui ab oneribus publicis excusantur, et soli *Glebæ* serviunt. Charta æræ 1049. apud Anton. *de Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 5. pag. 465. v. : *In villa Castro* 2. *Casatos : in Cupiellos* 4. *Escusatos : in Raneto* 2. *Casatos, etc.* Charta Sanctii Regis pro fundatione Monasterii Deiparæ de Naxara æræ 1090 : *Sanctum Pelagium de Cerasso cum sua hæreditate : alium sanctum Pelagium in ejusdem Cerassi suburbio, cum suo Excusato.* Charta Ferdinandi I. Regis Castellæ æræ 1100. apud eumdem *Yepez* tom. 1. pag. 38. Appendic. : *Hæc supradicta omnia decima damus cum suos Excusatos.* Alia Alfonsi VII. Regis æræ 1175. tom. 7 : *Et prædictum Monasterium habeat duodecim Excusatos in Zamora, et in termino suo, quos ipsi Monachi elegerint, et sint Excusati de martiniega, et de fossado, et de fossadera, et de omnibus*

Digitized by Google

servitiis et exactionibus regalibus, excepta moneta ferrea : et ipsi Excusati persolvant omnia tributa ipsi Monasterio, et quartam pro aliis operibus, etc. [Charta Aldefonsi Castellæ Regis æra 1230. apud Stephanotium tom. 4. Fragm. Hist. MSS. pag. 288 : *Do et concedo Deo et S. Joan. Baptistæ Monasterio de Burgis.... x. Excusatos in barrio sancti Johannis vicinos directos qui domui S. Johannis et Priori et Monachis serviunt quoscumque Prior sancti Johannis elegerit excusandos : et sint illi x. Excusati ab omni pecto, posta, fossado, fossadera, pedido, facendera, et ab omni prorsus regio et alio tributo et gravamine in perpetuum, et ab omni regia exactione semper liberi et immunes existant.* Regula Toribii Archiep. Limæ inter Concilia Hispan. tom. 4. pag. 676. col. 1 : *Oeconomus Ecclesiæ et ejus fabricæ, habet munus exigendi omnes redditus qui ad eam pertinent, tam de novenis et mediis, quam de Exceptis vulgo Excusados, superfluis et redemptionibus domorum, censibus, sepulturis, eleemosynis et aliis rebus.*]

EXCUSATICUM. In Capitulari Sicardi Principis Beneventani edito a Camillo Peregrino, cap. 29. ita concipitur, *Ut non tollatur a tertiatoribus Excusaticum et porcos.* Textus vero capitis deest in MS. ubi quid sit *Excusaticum*, non est proclivis divinatio. Sunt quibus est glans quercea, qua pascuntur porci, ita ut *Excussaticum* legendum sit, quod excutiantur glandes a quercubus ad victum porcorum. Sed hæc non omnino arridet conjectura. Alii legendum volunt *Exclusaticum*, de qua voce alibi. Sed quid habet commune exclusaticum cum porcis ? Alii denique volunt *Excusaticum* esse ipsam pensitationem quæ exsolvebatur pro excusatione seu immunitate a muneribus publicis, quæ ἐξκουσσία appellatur in Diplomate Imperatoris Joannis Palæologi pro Narbonensibus, a nobis descripto in Familiis Augustis Byzantinis.

* Feliciori, ut videtur, conjectura proponit Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 8. restituendum *Escaticum*, quo significatur præstatio, quæ pro esca seu glandatione porcorum exsolvi solitum erat, ut dictum est in *Esca* 2. Vide supra *Escarium*.

EXCUSATIO, Excusatum, Immunitas ab aliquo onere, Gall. *Exemption*. Inquisit. ann. 1371. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 427. col. 2 : *Item universitas tenetur Excusato tarenis sex.* Et pag. 429. col. 1 : *Homines de Vallerotunda tenentur cameræ pro Excusatione bajuli et castaldi anno quolibet in tarenis xviij. et ipsi homines non tenentur dare castaldum, neque bajulum rectori.*

EXCUSATOR, in Lege Alemannor. tit. 6. § 2. et 5. Reus qui se a crimine excusat, aut certe qui rem quampiam sibi petitam debere negat.

EXCUSATORIA, Epistola, qua quis se excusat. Vide Diurnum Romanum cap. 3. tit. 14.

* Vel etiam qua alicujus excusatio approbatur. *Excusatio* quoque interdum appellata, ut videre est apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 599.

* **EXCUSATUM.** Vide supra *Excusatio.*

¶ **EXCUSATUS**, Excusatio. Acta S. Cassiani apud Illust. Fontaninum in Appendice Antiq. Hortæ pag. 358 :

> Compelluntur illi, defenditur ipse viritim,
> Hi precibus pugnant, ille Excusatibus obstat.

¶ Excusatus, adjective. Vide *Excusati.*

¶ **EXCUSSARE**, Frequenter excutere, apud Tertullianum de Virg. veland. cap. 7.

* *Escouir* et *Escourre* nostris, eadem notione. Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 287 : *Icellui Vincent Escoui ledit espie en disant j'en ferai ainsi. En escouant lequel espie, le fer saillí hors du manche ou de la hante, et vola dedans la gorge dudit Jehan.* Aliæ ann. 1450. in Reg. 176. ch. 774 : *Le suppliant commença à hocher ou Escourre les poires.* Mirac. MSS. B. M. V. lib. 3 :

> Quant on fait son mantel Escourre,
> Ne s'en va pas toute la pourre.

* Unde *Esquoux*, pro Excussus, in Lit. remiss. ann. 1403. ex Reg. 158. ch. 176 : *Et ainsi que icellui suppliant apperceut que tout le glan dudit chesne estoit abatu, choisi et Esquoux.* Vide supra *Excotere.*

¶ Excussatus, Excussus, apud Paulum leg. 46. § 6. D. de adminis. tut. (26, 7.)

Excussio, Frumenti nempe. Concilium Vernense ann. 755 : *De opera tamen rurali, arato, aut vineæ sectione, Excussione, vel sepe*, (die Dominico) *consuimus abstinendum.* Totidem habentur in Capitulis Caroli M. lib. 7. cap. 200. [** 276.]

Excussio, Alia forte notione, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 40 : *Pundbreche* (infractura parci) *fit pluribus modis, emissione, evocatione, receptione, Excussione.* Intelligitur forte crimen ejus qui venationem alterius de manibus excutit.

* **EXCUSSO**, a Gallico *Ecusson*, Scutum, insigne. Comput. ann. 1498. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 71. col. 1 : *Item pro armis sive Excussonibus habuit frater Franciscus Berarderii summam trium librarum.* Vide supra *Escudetus.*

¶ 1. **EXCUSSOR**, Spicarum in area tritor, Gall. *Batteur en grange.* Charta anni 1253 : *Omnia quæ pertinent ad grangiam... Excussores ligare tenebuntur.* Occurrit in altera Charta anni 1220. ex Tabulario B. M. de Charitate.

Excussores Segetum in *granicis* ponere, inter jura dominica recensetur. Charta Philippi Reg. Fr. ex Tabul. S. Victoris Paris. : *Custodes decimæ ponere debet Ecclesia S. Victoris et Theobaldus de Ultrevoisin : Excussores etiam quotquot necessarii fuerint ex consensu partium apponentur Et tam custodes quam Excussores, et tractores, qui in campis decimas colligunt, fidelitatem facient Ecclesiæ S. Victoris. Excussores nihil habent facere de foragiis, nisi quæ extra clausuram projiciat.* Vide in *Mestivarius.*

Excussorium, Area ubi frumentum excutitur. Gloss. Sax. Ælfrici : *Excussorium :* flor on huse. Belgis *Vloer.*

2. **EXCUSSOR**, *Parricida, homicida, sicarius, satelles, latro, etc.* in Gloss. MS. Eccl. Paris.

* **EXCUSSURA**, Excussio, qua grana e spicis in terram cadunt. Excerpta ex Lib. mirac. S. Genov. Cod. reg. 4182. apud D. *Le Beuf* tom. 3. Dissert. pag. 42 : *Si vero expectarent donec aer humidus serenaretur, Excussuram iterum messis maturissimæ formidabant. Escoussure de loups*, Luporum præda appellatur, in Reg. forest. comit. Alencon. ex Cam. Comput. Paris. fol. 101. r°. : *Item l'Escoussure de loups, c'est assavoir quant une beste est estranglée de loups ; et il les treuvent, dient qu'il la peuent prendre.* Vide *Recussa.*

EXCUTERE, Eripere de manibus alterius, *Enlever, Tirer des mains de quelqu'un.* Lex Salica tit. 10. § 9 : *Si qua pecora propter damnum messis alienæ inclausa fuerint, aut minentur, qui eu Excutere vel expellere præsumpserit, etc.* Lex Wisigoth. lib. 7. tit. 2. § 20 : *Si quis furem captum aut reum alicui Excusserit.* Lib. 8. tit. 3. § 14 : *Si quis expellenti de frugibus pecora Excusserit.* Utitur hac notione Paulus lib. 1. Sentent. tit. 30. [Persius Satyra 6. vers. 100 :

> Calidumque trientem
> Excutit e manibus.

Litteræ ann. 1231. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 117 : *Quod si forte caperetur* (burgensis) *burgenses possent captum Excutere a quocumque capiente sine se mefacere.*] In Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 51 : *Excutere namium, est si quis viam tollat, et avertat retro namium ipsum.* Adde cap. 40 : *Oculum, auriculam, nasum, manum, pedem Excutere*, in Lege Ripuar. tit. 26. *Digitum de pede Excutere*, in Edicto Rotharis Regis Longobard. tit. 44. § 25. 26. etc. [** 114. sqq.] [*Excutere oculos*, Plautus dixit pro Eruere.]

* Nostris alias *Estordre, Estortre.* Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 212 : *Icellui Giefroy pour soy eschapper s'Estordi esoeut de lui, et en soy Estordant et eschappant, etc.* Aliæ ann. 1389. in Reg. 136. ch. 200 : *Icellui exposant.... en soy Estordant desdiz sergens, etc.* Aliæ ann. 1387. in Reg. 132. ch. 187 : *Estienne le Jay arresta le suppliant,.... et tantost d'iceulx se Estorti, et se tray devers son pere.* Aliæ ann. 1397. in Reg. 152. ch. 74 : *Pour ce qu'ilz ne le vouloient laissier aler, veant et sentant les grans villenies et injures que on lui faisoit, se Estorty tant qu'il s'eschappa de leurs mains. Esteurdre* et *Esturdre*, eodem significatu. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 126. ch. 278 : *Quant l'exposant se senti ainsi batu et villenné, il s'Esturdi d'eulx et leur eschappa. Icellui Hastenc s'Esteurdi pour avoir son baston*, in aliis ann. 1398. ex Reg. 154. ch. 16. Guill. Guiart :

> Pour s'ame à l'ennemi Estordre.

* **EXCUTIA Ventriculi**, Instrumentum ad everrendum stomachum, apud Heister. Institut. chirurg. cap. 100. ex animadv. D. *Falconet.*

¶ **EXCUTUM**, pro *Scutum*, infra in *Vicarii servi.*

¶ **EXDICERE**, ut supra *Excondicere*, Excusare, etc. Vetus Formula apud Muratorium tom. 1. part. 2. pag. 81 : *Si vero appellaverit, Exdicat se.* Altera Formula apud eumd. tom. 2. part. 2. pag. 91. col. 1 : *De torto approbet appellator, si potuerit : sin Exdicat se appellator, aut emendet.* Et pag. 132. col 1 : *Petre, te appellat Imperator, aut ejus Advocatus, quod tu habuisti epistolam ipsius domni Imperatoris in despectione. Non feci. Ergo Exdic te solus.* Et infra : *Petre, appellat te Martinus, quod tu*

Digitized by Google

modo ordine tulisti sibi solidos VI. *toloneum illic, ubi non fuit rectum... Da sibi vadimonium, si recordatus fueris, ut ei illud teloneum secundum suam legem emendes; sin autem, ut te Exdicas secundum tuam legem.*

EXDIGNUS, *Non dignus*, in Glossis Arabico-Lat.

EXDOMARII, Sine domibus et foris versantes. Decreta Colomani Regis Hung. lib. 1 : *De civilibus Exdomariis* 8. *denarios præcipimus colligi.*

EXDORSUARE. Gloss. MS. Eccl. Paris. : *Exdorsuandum, Judicandum.* [Idem habent Glossæ Isid. ad quas recte monet Grævius pro *Judicandum* legendum esse, ut apud Nonium, *Nudandum dorso*. Hac notione Plautus dixit, *Murenam Exdorsua;* et Apuleius, *Disquammari et Exdorsuari pisces solere.*]

* **EXDOSSARE**, Italis *Sdossare*, E dorso deponere, levare. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 46. ex Cod. reg. 4624 : *Si vero dossas prædictorum fresagiorum vel leguminum Exdossaverit vel ceperit, etc.*

* **EXECARE**, pro Exsiccare. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Execare, Essorbir.*

* **EXECATORIUM**, Canalis, per quem aqua decurrit, pro *Exaquatorium*. Vide supra in hac voce. Pariag. inter reg. et monast. Grandis-silvæ ann. 1290. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 25 : *Item molendina cum suis paxeriis et Execatoriis et aliis pertinentiis suis et marguillis.... sint perpetuo per medium inter dictum dominum regem et dictum monasterium. Cum suis paxeriis et Execatoribus*, ex eadem Charta pariagii in Reg. 77. ch. 431.

* **EXECATUS**, *Excisus*, ἐκτετμημένος, pro *Exsecatus*. MSS. *castratus*, ex Castigat. in utrumque Glossar.

EXECRABILITAS, utitur Apuleius lib. de Philosophia.

EXECRARI dicitur mensa altaris, si superior tabula in qua principaliter fit consecratio, mota, vel in sui forma mutata, vel enormiter, puta ultra medietatem, fracta sit : tunc enim iterum consecrari debet. Vide Durandum lib. 1. Ration. cap. 6. n. 32.

* **EXECREARE**, *Rsboueler*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. pro *Exenterare*, ut opinor. Vide in hac voce.

* **EXECUTA**, Idem quod *Precaria*, prædii ecclesiastici concessio ad vitam sub annuo censu. Charta Alberti archiep. Magdeburg. ann. 1383. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 473 : *Item nos et nostri successores nullam Executam seu precariam extraordinariam faciemus in bonis ecclesiasticis temporalibus et mundanis.* [** Idem quod *Precaria*, 2, Questa, roga, tributum quod exigitur, Germ. *Bede.*]

¶ 1. **EXECUTARE**, Exsequi, perficere, Gall. *Executer*. Conventus Episcoporum apud Caspem in Aragonia, inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 646 : *Ita quod illud, quod nos novem... publicaremus, vel alias pro Exequtusione capitulorum inter dicta parlamenta concordatorum faceremus, aut Executaremus quovis modo, haberetur pro facto constanti, valido atque firmo.* Constitutiones Ludovici de Canossa Episc. Bajoc. ann. 1518 : *Et mandata nostra absque mora exequantur et exequi procurent, atque Officiariis nostris reportent Executata et relata, sub pœna pecuniaria et emenda arbitraria.* Testamentum Audæ de Lasserano Dominæ de Bonluco ann. 1351 : *Item dicta Domina testatrix, ut suum supradictum testamentum Executari valide possit, ordinavit, etc. Litteræ Executatæ*, in Decreto Curiæ Paris. ann. 1446. ex Chartulario Æduensi. *Executare promissum*, apud Baluzium tom. 7. Miscell. pag. 100.

* Lit. ann. 1365. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 568 : *Qui servientes habeant et habebunt de cetero plenariam potestatem Executandi, levandi, arrestandi, pignorandi et capiendi omnia bona, etc.*

¶ **EXECUTARE BONA DEBITORIS**, Eum sublatis pignoribus ad solvendum æs alienum adigere. Consuetud. Tolosæ art. 3 : *Quamvis etiam fuerit allegatum primo principalem debitorem fore conveniendum, et bona sua Executare, etc.*

* 2. **EXECUTARE**, Extremo supplicio afficere, Gall. *Exécuter*. Memor. H. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1423. fol. 164. v°. : *Fuit appunctatum et deliberatum quod donum factum per regem... super hereditagiis deffuncti magistri Johannis de Rouvres.... propter ejus demerita Executati, expedietur;... et ita de cetero pro aliis quibus similiter donum fiet per regem super bonis et hereditagiis illorum, qui propter eorum demerita per justitiam Executabuntur.*

* **EXECUTERE**, Eadem notione, in Arest. parlam. Paris. ann. 1343. ex Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 62. v°. col. 1 : *Qui per nos seu alios condempnati et Executi ad mortem fuerunt, etc.* Hinc

* 1. **EXECUTIO**, Pœna capitis, animadversio, Gall. *Exécution*, in eod. Arest. ibid. col. 2 : *Alia bona... ipsis acquisita per condempnationem et Executionem dicti Hugonis.... Quodque dictus Hugo* (de Crusiaco) *per nos condempnatus ad mortem, et justiciatus fuerat propter plures errores, corruptiones, favores et infidelitates, quos contra nos et rempublicam commiserat, eo tempore quo ipse fuerat præsidens in parlamento nostro Parisius.*

* 2. **EXECUTIO**, Pignorum ablatio. Libert. Dalph. ann. 1349. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 48. art. 33 : *De quibus* (commissis) *non esset ad debitam Executionem deventum, etc.*

* 3. **EXECUTIO**, Exsecutoris testamentarii potestas. Necrol. Ms. eccl. Paris. ad Non. Oct. : *Quæ quidem volumina fuerunt posita et inauthenata in libraria ecclesiæ in una bancha nova, sumptibus Executionis dicti defuncti. Exéquterresse*, pro *Exécutrice*, cui exsequenda committitur suprema voluntas, in Ch. ann. 1320. ex Tabul. episc. Paris. : *Aeole Marie par la grace de Dieu royne de France dessus dicte, principale Exéquterresse du testament, ordenance ou derreniere volenté de nostredit chier seigneur et pere.*

* 4. **EXECUTIO CAMPI**, *Duelli* seu monomachiæ exsecutio. Charta Ludov. VII. reg. Franc. ann. 1152. in Chartul. Maurign. ch. 83 : *Et cum abbas Landricus Executionem campi et bellum vellet adducere Maurigniacum, etc.* Vide supra *Campus* 3.

* **EXECUTOR NEGOTII CRUCIS**, Ad provocandas expeditiones sacras deputatus, qui cruces et privilegia cruci adscripta distribuebat. Charta ann. 1264. ex Bibl. reg. : *G. miseratione divina Tyrensis archiepiscopus Executor negotii Crucis in regno Franciæ, nec non in Cameracensi, Leodiensi, Tullensi, Metensi et Virdunensi civitatibus et dyocesibus a sede apostolica deputatus, etc.* Vide in *Crux*, pag. 680. col. 2.

EXECUTORES, in libris Jurisconsultorum, dicuntur qui judicum mandata, et decreta exequuntur. *Executor Comitis, judicis, civitatis*, in Lege Wisigoth. lib. 12. tit. 2. Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 225. [** 378.] : *Si quis hanc constitutionem violaverit, in magistratu positus* 10. *librarum auri pœna mulctabitur. Si Executor est, in Decanicis Ecclesiarum recludatur pœnas luiturus, et officium perdat.*

¶ **EXECUTORES CHALENTI**, Eadem, ut opinor, notione; *Chalentum* enim hic idem puto quod *Calengum* vel *Calengam*, seu litem vel actionem qua quis rem suam repetit apud Judices. Litteræ Philippi Franc. Regis ann. 1307. apud *le Brasseur* Hist. Ebroic. Probat. pag. 29 : *Restat quod frater noster prædictus et ejus successores tenebuntur solvere singulis annis Executoribus Chalenti et aliis feodis et eleemosynis in castellania de Meullento 427. libras et 3. solidos et 8. denarios Turon. et nos et successores nostri Reges Franciæ reddemus et solvemus residuum de quo est onerata castellania de Meullento.* Quæ sic exprimuntur in alia ejusdem Regis Charta Gallica ann. 1298. ibid. pag. 25 : *De ce rendra nostre tres chier frere Loys Comte d'Evreux aux Executeurs Chols et aultres fiefs, etc. Feudatariis* annumerantur *Executores Chalenti*, quod, si recte conjecto, suum tenerent officium fiduciario jure, ut *Servientes* seu Apparitores non raro tenebant. Vide in *Servientes.*

EXECUTORES, Exactores. Isidor. lib. 10: *Exequutor, ab exequendo, idem et Exactor.* Petrus Chrysol. Serm. 25 : *Idem ipse est et Executor et debitor. Impietas Executorum*, apud Sidon. lib. 4. Epist. 24. quæ eadem Epist. dicitur *Exactorum circum latrantium barbara instantia.*

EXECUTORES denique *appellati* judices vel alii a Principe delegati, qui Episcoporum in Conciliis, contra sæculares, statuta executioni mandari curarent, ab ipsis Episcopis ad id fere semper postulati. Concilium Milevitanum II. cap. 16 : *Placuit præterea ut Exequutoribus in omnibus justis desideriis impertiatur.* Cap. 25 : *Si in matricibus Cathedris Episcopus negligens fuerit adversus hæreticos, conveniatur a vicinis Episcopis,.... quod si ex die quo convenitur, intra sex menses, si in ejus provincia Executio fuerit, et non eos ad unitatem Catholicam convertendos curaverit, non ei communicetur.* In Cod. Canon. Eccl. Afric. *Executores* ἐπιξαργαῖαι dicuntur can. 96. Ἐκβιάζαι. Ἤρισαν πρὸς τούτους ὡς ἐκβιάζας ἐν πάσῃ τοῖς τῆς ἐκκλησίας χρειώδεσι πέντε ἐπιλεγῆναι αἰτηθῆναι, οἵ τινες ἐν ταῖς διαφόροις ἐπιμεριοθήσονται ἐπαρχίοις. Concilium Toletan. IV. can. 3 : *Omnes autem qui causas adversus Episcopos aut judices aut potentes, aut contra quoslibet alios habere noscuntur, ad idem Concilium concurrant, et quæcunque examine synodali a quibuslibet prave usur-*

Digitized by Google

pata inveniuntur, Regii Executoris instantia, justissime his, quibus jura sunt, reformentur; ita ut pro compellendis judicibus vel sæcularibus viris ad Synodum Metropolitani studio idem Executor a Principe postuletur.

☞ Romanorum quoque Pontificum Exsecutores fuere, *qui tamquam Exsecuturi apostolicæ sedis sententiam* destinabantur, ut loquitur S. Augustinus in sua ad Cœlestinum PP. Epistola. Horum munus erat, ut recte exponit D. *Coustant* tom. 1. Epist. Rom. Pontif. col. 1062. eos quorum intererat convenire, ac de dicta sententia admonere et certiores facere, ut si intra certos dies judicata re stare nollent, velut rebelles haberentur ac segregarentur. Hinc et actus ille quo conveniebantur *Conventionis* perinde et *Exsecutionis* nominibus donabatur : quod demonstrat idem D. *Coustant* locis adductis, quos videre potes loco citato. Nobis satis sit observare Afris parum placuisse hujusmodi Exsecutores, ut patet ex eorum Epistola ad eumd. Cœlestinum PP. num. 5 : *Exsecutores etiam clericos vestros quibusque petentibus nolite mittere, nolite concedere; ne fumosum typhum sæculi in Ecclesiam Christi, quæ lucem simplicitatis et humilitatis diem Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere.* Innuit Augustinus in Epistola jam laudata n. 4. clericos illos Exsecutores potestatum et militarium manuum præsidium, quo apostolicæ sedis sententiam exsequerentur, interdum adhibuisse. Sed hic Afri fastum in eis, non violentiam arguunt, inquit Coustantius noster hic omnino consulendus.

¶ Executor Officii, in antiquo Ecclesiæ Sarisburiensis Breviario edito Londini ann. 1555. passim dicitur idem qui alibi *hebdomadarius Sacerdos*, is scilicet qui per hebdomadam integram in Choro fungitur munere Sacerdotis.

* Ordinar. Ms. S. Petri Aureæ-val.: *Missa finita, Executor officii incipiat* Deus in adjutorium, *et dicuntur Vesperæ de B. M.* Infra : *Executor officii, sive ebdomadarius, etc. Eseuqiteur,* pro *Executeur,* in Charta ann. 1274. ex Chartular. Vallis N. D.

¶ Executor Testamenti, Illius curator, quem spectat testatoris placita perficere, Gall. *Executeur Testamentaire.* Imperantibus in Francia stirpis Merovingicæ Regibus, raro Curatores testamentorum instituebantur; quod testatores hisce temporibus gravissimas imponerent hæredibus pœnas et mulctas, si suas ultimas voluntates rescindere præsumerent. Accedebat excommunicatio a Conciliis Gallicanis decreta in omnes et singulos, qui quovis colore bona Ecclesiis legata retinerent. Verum octavo sæculo hic usus cœpit abrogari, tumque hæredes mortuorum bona omnia, nulla testamentorum habita ratione, invaserunt sæpissime. Hinc Exsecutorum oborta necessitas. Quanta fuerit eorum potestas, nos docet Donatio Raymundi de Medullione facta Raymundo filio, cum emancipatus fuit anno 1281. Vult pater, *Ut castra Barreti, Villæ-franchæ et Saduroni possint* (Executores Testamentarii) *sua propria auctoritate absque alicujus Judicis licentia capere et possidere, fructus et obventiones percipere, quousque plenarie prædictæ eleemosynæ, remunerationes, sive dona fuerint soluta.* Infra : *Et quod dictus Raymundus non patietur aliquod impedimentum fieri contra voluntatem prædicti patris, quæ quidem si per dictum Raymundum non fuerint observata, feudum superius sibi datum committatur, ex eo quod prædicta non observaret.* Denique additur : *Et pro exequenda ultima voluntate præd. Dom. Patris nostri quondam, venditionis titulo tradimus vobis castrum et villam de Molanis sub hac forma, videlicet, quod dict. castrum teneatis in feudum francum ab executione prædicta, quousque dicta executio finita fuerit.* Hæc ex Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 106. Vide ibi Venditionem prædicti castri de Molanis, *Executorio nomine et ex potestate* Exsecutoribus *data et commissa in prædicto Testamento* facta *propter magnam et evidentem utilitatem et necessitatem executionis prædictæ, et pro exequenda ultima* testatoris *voluntate.*

¶ Executrix Testamenti, apud Th. *Madox* Formul. Anglic. pag. 427.

** Executor Donationis. Vide *Salamannus.*

¶ Executoriæ Litteræ, Specialia Pontificum maximorum mandata seu rescripta, quæ pro beneficiorum provisionibus concedebantur, forte sic appellatæ, quod ad certos Executores eas dirigerent summi Pontifices. Ab initio hæc mandata non imponebant necessitatem, erantque quasi precariæ seu monitoriæ Litteræ in gratiam eorum pro quibus scribebantur. Deinde præceptoriæ, quibus sub pœna collationem præcipiebant, si Ordinarii non obtemperarent; ac demum Executoriæ, quibus certis mandabatur personis, ut Ordinarios reluctantes compellerent ad conferendum. Tandem summis Pontificibus ultra progredientibus, monitoriæ et præceptoriæ Litteræ antiquatæ sunt, solusque Executoriarum usus remansit, quibus Executores dari cœperunt, nedum ad compellendum, sed et ad conferendum, et revocandam Ordinarii recusantis collationem. Ita Bleynianus Instit. lib. 1. pag. 96.

* Executorialis Litera, Quæ judicium exsequendum alicui committit. Pactum inter Joan. ducem Brit. et legatos papæ ann. 1441. ex Bibl. reg. : *Cum litteris Executorialibus etiam brachii secularis invocatorialibus, etc.*

¶ 1. **EXEDA**, *Basterna*, Papias et Gloss. Sangerman. n. 501. Lege et vide *Esseda* in *Essedum.*

¶ **EXEDERE**, pro *Excedere*, Gall. *Exceder*, Modum exire. *Delinquant seu Exedant*, in Capitulis General. MSS. S. Victoris Massil.

¶ 1. **EXEDITIO**. Vita S. Althelmi n. 13. Maii tom. 6. pag. 86 : *Et cujuscumque Exeditionis sive belli turbatio inter confines fieret, loca supradicti Patris sanctitate et scientia reverenda, libera ab omni statuerunt fore servitio.* Continuator Bollandi in Glossario ad calcem reddit *Exactio*, sed puto mendum esse et pro *Exeditio* legendum *Expeditio*, Gall. *Expedition*, Exercitus, apparatus belli et bellum ipsum

* Satis arrideret Seditio; nisi fortassis idem sit quod sequens

* 2. **EXEDITIO**, Exitus, egressus, Gall. *Sortie.* Tract. Ms. de Re milit. et mach. bellic. cap. 5 : *Et viso quod dicti castellani vident se coactos quod aquam non habent bibendi pro se et animalibus suis intus castellum, nec habere possunt extra castellum Exeditionem.*

EXEDRA, Gr. Ἐξέδρα. Gloss. Gr. Lat. : Ἐξέδρα, *Triclinus.* Joan. de Janua, et auctor Mamotrecti ad 4. Regum cap. 23 : *Exedra, i. cathedra, thronus, sedes, sella, suggestus. Vel Exedra est camera secreta, vel locus thesauri, vel locus subselliorum, i. absida, vel camera, vel locus quidam separatus a palatio. Vel Exedra est genus fenestræ, quæ exterius dilatatur, et interius coartatur. Item invenitur Exedra pro gazophylacio, et etiam pro thalamo.* Ita fere etiam Gloss. MS. Eccles. Parisiens. ex Walafrido Strabone lib. de Reb. Eccles. cap. 6. ubi ait *Exedrum, esse absidam quandam separatam modicum a templo vel palatio, et dictam quod extra hæreat.* [* Gloss. Mss. Biblicæ ex Bibl. reg. : *Exedræ dicuntur Domunculæ juxta templum, in quibus habitabant ministri, et reponebantur vasa; et dicebantur Exedræ quia extra ædem. Item Exedræ dicuntur sedes assessorum ab assidendo, quasi assidræ.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521 : *Exhedra, Gallice Trelleiz.*] Sunt igitur *Exedræ* conclavia a reliquis ædificiis separata, quæ interdum porticibus adjungebantur, uti colligitur ex vet. Inscript. 65. 3. 172. 3. Regula S. Antonii ad Monachos cap. 18 : *Ne loquaris in Ecclesia, nec resideas in Exedris Monasterii.* [Vita S. Sulpicii Pii n. 19 : *Hic locus non longe a Basilicæ ponitur domo, ubi Dei Sanctus in cujusdam Exedræ loco refectionis gratia cum fratribus recumbebat.*] Monachus Altisiodorensis in Chr. ann. 905 : *Exedras quoque B. Lupi et S. Columbæ bracteis aureis atque argenteis fabrili artificio sculptis ambivit.* Concilium Nannetense can. 6 : *Prohibendum etiam.... ut in Ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio, aut in porticu, aut in Exedra Ecclesiæ.*

Interdum *Exedræ* dicuntur throni Episcoporum in Bematibus, seu ipsa Bemata, vel sacra templorum adyta. Glossæ MSS. : *Exedra, vel Cliothedrum, sedes Episcopalis.* Papias : *Exterior sedes, ubi Papa sedet, quando populus concitatur.* [Vel ut habet MS. Bitur. *quando communicat populus.*] S. Augustinus lib. 22. de Civit. Dei cap. 8 : *In gradibus Exedræ, in qua de superiore loquebar loco, etc.* Idem in Gestis cum Emerito Donatistarum Episcopo : *Cum Deuterius Episcopus Metropolitanus Cæsariensis una cum... Episcopis in Exedram processisset,* scilicet Ecclesiæ majoris Cæsariæ, etc. Vide Henric. Valesium ad Euseb. lib. 3. de Vita Constantini cap. 50.

* Exedriola, in Vita 2. S. Columbæ tom. 2. Jun. pag. 232. col. 1 : *Virgnous.... in quadam exedra, quæ oratorii adhærebat parieti, devotus orabat.... Sed et illius Exedriolæ separatum concluve, ubi se Virgnous, in quantum potuit, latitare conabatur, etc.*

* **EXEGNIUM**, pro *Exenium*, munus, donum, oblatio. Charta ann. 1196. apud Cl. V. Garamp. in Ind. ad Hist. B. Chiaræ pag. 515. col. 2 : *Promisimus.... annuatim facere Exegnium unum in nativitate Domini.*

¶ **EXEMARE**. Vide *Exeniare* post *Exenium.*

Digitized by Google

¶ **EXEMINA**, Mensura vinaria. Vide *Eximina* et *Hemina*.

¶ **EXEMPLA**, fem. gen. pro *Exemplum*, pluries apud Mabill. tom. 2. Annal. Benedict. pag. 705. Alibi non semel mendose scribitur pro *Ex epistola*, ut multis probat Stephanus Baluzius tom. 2. Capitul. col. 1241. et seq.

EXEMPLABILE, *Quod alicujus comparatione exempli simile est.* Papias.

** **EXEMPLANS**, ut *Exemplar*. Vide locum in *Exemplator*.

EXEMPLAR. In quo differunt *Exemplar* et *Exemplum* docet Rollandinus in Summa de Notaria : *Exemplar* dicitur *originalis scriptura. Genus videlicet ex quo generatur vel ducitur Exemplum, quod quidem appellatur Originale, Auctenticum. Exemplum vero quod etiam vocatur Intextum, vel Sumptum, est scriptura exemplata, generata, vel sumpta ex priori sive originali scriptura, unde versus :*

Exemplar genus est, Exemplum quod trahis inde.

Et :

Exemplar generans, Exemplum quod generatur.

Vide Salmasium de modo usurar. cap. 1. Et Goclenium in Lexico Philosoph. pag. 307.

1. **EXEMPLARE**, Describere, exemplar exprimere, effingere, Gall. *Copier*. Papias : *Exemplare, Assimilare*. Gloss. Græc. : *Exemplum*, ἀντίγραφον, ἀντίτυπον. *Exemplo*, ἀντιγράφω. Gregorius Turon. lib. 1. de Miracul. cap. 64 : *Ille vero... nocturno tempore, famulante lumine, fideliter Exemplavit.* Ratbertus de Casibus S. Galli cap. 5 : *Cum nequaquam invenisset* (Chartam) *quia omnino non erat, delatum est ei quod Amalgarius eam Exemplari tradere voluisset.* Ekkeardus Junior cap. 3 : *Epistolas canonicas Græcas.... multis sudoribus ille Exemplaverat.* Alanus de Insulis lib. 4. Anticlaudiani :

In studiis Exemplat eam, factumque sororis
Respiciens, ejus facto sua facta sigillat.

Et lib. 6 :

..... Mortisque figuram
Exemplans moritur vivens.

Idem in Planctu naturæ : *Dentes quadam sui coloris consonantia eboris faciem Exemplabant.* Utitur in eodem libello non semel, et in Anticlaudiano lib. 1. cap. 7. lib. 3. cap. 1. 2. 5. lib. 7. cap. 3. ut et Sidon. lib. 4. Epist. 16. Ruricius lib. 1. Epist. 8. Gregorius Tur. de Vitis Patrum cap. 6. Marculfus lib. 1. Form. in Præfat. Rusticus Episc. Burdegal. in Epist. ad Eucherium edita a Sirmondo ad Sidonium lib. 2. Epist. 11. S. Bonifac. Moguntin. Episc. Epist. ad Zachariam PP. apud Serrar. de Reb. Mogunt. lib. 3. cap. 15. Walafridus Strabo in Præfat. ad Visionem Wettini Monachi, etc. Adde Baronium ad ann. 745. n. 33. Columbum in Episc. Vivariensib. lib. 3. n. 2. etc.

2. **EXEMPLARE**, Explanare. Glossæ Biblicæ MSS. : *Exemplavi, Explanavi, Exemplis dilucidavi.* [Vide *Exemplificare* 3.]

3. **EXEMPLARE**, apud S. Augustinum Epist. 59. sumitur pro traducere et ludibrio palam exponere.

¶ 4. **EXEMPLARE**, Interlucare silvas. Vide *Exemplum* 2.

*5. **EXEMPLARE**, Exemplo probare. Vita S. Claræ tom. 2. Aug. pag. 761. col. 1 : *Docet novitias Christum plangere crucifixum, et simul, quod verbis docet, factis Exemplat. S'Exempler*, Exemplum ex aliquo sumere, vulgo *Prendre exemple*, apud Froissart. in vol. 3. cap. 33 : *Sachez que si vous estes pris de force, vous serez là dedans tous mis à l'espée : parquoy les autres s'y Exempleront.*

** **EXEMPLARI**, Imitari. Ruodlieb fr. 6. vers. 36 :

Exemplaris Adam, qui culpam vertit in Evam.

EXEMPLARITAS, qua quis se præbet in exemplum. Rythmus de B. Marco Minorita :

Splendor Exemplaritatis et sanctitatis integræ.

[Utitur eadem notione Menotus in Sermon. Quadragesim. fol. 144. v°.]

* Charta ann. 1525. ex Tabul. S. Germ. Prat. : *Quæ plantula observantiæ regularis illuc per Dei gratiam translata, tantorum patrum Exemplaritate vitæ et verbo doctrinæ, velut imbre spirituali, convalescat.*

¶ **EXEMPLARITER**, Ad exemplum, Gall. *Exemplairement*. Hist. Archiep. Rotomag. apud Marten. tom. 1. Collect. in 4°. part. 2. pag. 243 : *Quatenus Exemplariter correcti, et posteris sibi similibus sint terrori, et parvulis spei.*

¶ **EXEMPLARIUM**. Vide in *Exemplum* 2.

¶ 1. **EXEMPLATIO**, Descriptio, exemplum, Gall. *Copie*. Mabill. lib. 1. de Re Diplom. cap. 2. n. 9. ex Epistola Wicardi Abbat. ad Frotharium Tull. Episc. : *Mittimus dignationi vestræ donationem illarum rerum exemplatam, pariter cum ipsa et domni Imperatoris Exemplationis chartam.* Diploma Sigismundi Imp. ann. 1434. apud Ludewig. tom. 5. pag. 301 : *Coram nobis in jus comparent ad videndum et audiendum literas hujusmodi imperiales, ut præmittitur, et faciendum exemplar, vel dicendum causas rationales, quare hujusmodi transumtio et Exemplatio fieri non deberent.* Processus de S. Wernhero, April. tom. 2. pag. 733 : *Quia præscriptorum munimentorum, litterarum ac scripturæ productioni et Exemplationi.... præsens interfui.* Vide *Exemplare* 1.

¶ 2. **EXEMPLATIO**, Dumetorum purgatio, exstirpatio. Vide in *Exemplum* 2.

EXEMPLATORIUM, simili notione. Vide ibidem.

** **EXEMPLATOR**, Librarius, qui exemplar exprimit, describit. Statut. Schol. Vercell. ann. 1228. apud Savin. in Histor. Jur. rom. med. temp. tom. 3. pag. 669 : *Item habebit commune Vercellarum duos Exemplatores, quibus taliter providebit quod eos scolares habere possint, qui habeant Exemplantia in utroque jure et in theologia, competentia et correcta, tam in textu, quam in Glossa. Ita quod solutio fiat a scolaribus pro exemplis secundum quod convenit, ad taxationem rectorum.*

* **EXEMPLATURA**, Descriptio, exemplum. *De quorum actorum Exemplatura et scriptura, etc.* in Stat. Placent. lib. 6. fol. 83. r°. Vide *Exemplatio* 1.

¶ 1. **EXEMPLATUS**, Descriptus, Gall. *Copié*. Vide *Exemplatio* 1.

2. **EXEMPLATUS**, Eruncatus. Vide in *Exemplum* 2.

* **EXEMPLICARE**, In exemplum proferre. Gesta quarumdam soror. ord. Prædicat. ex Cod. reg. 5642. fol. 33. r° : *Soror Eligenta de Subtzmacte retulit priorissæ suæ ex familiaritate, quod numquam petiit aliquid a Deo quin continuo optineret, et Exemplicavit de copula maritali, a qua petiit a Deo absolvi, ut se tranferret ad frugem vitæ.*

1. **EXEMPLIFICARE**, Idem quod *Exemplare*, Ad exemplar describere. Charta Edw. III. Reg. Angliæ. tom. 2. Monast. Anglic. cap. pag. 408 : *Nos autem irrotulamentum ordinationis prædictæ... tenore præsentium duximus Exemplificandum.* Est etiam

2. **EXEMPLIFICARE**, Exemplum præbere. Inscriptio in Abbatia S. Martini Ambiani :

Hic Christo chlamydem Martinus dimidiavit :
Ut faciamus idem, nobis Exemplificavit.

Ebrardus Bethuniensis in Græcismo cap. 15 :

Scandalizare malum dicas Exemplificare.

Vide Will. Malmesbur. in Vita S. Aldhelmi cap. 5. Cæsarium Heisterb. lib. 6. cap. 5. et Joannem de Janua in voce *Parum*, [Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 198. 207.]

¶ 3. **EXEMPLIFICARE**, *Narrare*. Papias. Vide *Exemplare* 2.

1. **EXEMPLUM**, Argumentum, figura. Epistolæ Pontificum Romanor. Ep. 67. [et apud Miræum tom. 1. pag. 643. col. 1.] : *Præfulgidos atque nectareos regalis potentiæ vestræ per Arvinum Ducem suscepimus apices, in quibus referebatur, quod Palatii Ravennatis civitatis musiva atque marmora, cæteraque Exempla, tam in strato, quamque in parietibus sita, vobis tribueremus.* Anastasius in Leone III. PP. pag. 123 : *Fecit autem in Patriarchio Lateranensi triclinium majus... et in circuitu laminis marmoreis ornavit, atque marmoribus in Exemplis stravit.* Ibid. pag. 127 : *Et in pavimento marmoreis Exemplis stratis.* Ita pavimentum *Exemplis stratum*, idem est ac tessellatum, in quo diversæ formæ et figuræ exprimuntur. Hinc vestes variis *Exemplis*, et figuris ornatæ ἐξαμπλωτὰ dicuntur apud Eustathium ad Od. 2. et ἐξαμπλωτὰ πτυχία apud Nicetam in Codice Babaro-Græco, tapetes *Exemplati* et figurati, pro quo in Græco est ἀλωγροὶ τάπητες. Ita Nicolaus Alemannus in Dissert. de Lateranensib. Pariet. lib. 3. cap. 2. et Salmasius.

2. **EXEMPLUM**, Idem quod *Exartum*, *Essartis*, [Silvæ vel dumeta in terram cultam redacta. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 28 : *Concessi.... Abbatiæ S. Vincentii Cenoman. duas partes totius decimæ de feodo de la Bastine de omnibus Exemplis tam in plano quam in nemore factis et faciendis.*] Charta ann. 1126. in Tabulario Vindocinensi : *Joannes filius Goffridi Comitis Vindocinens. calumniatus est Exempla Wastinæ, quæ adjacent Villæ Dei, et saisivit.* Regestum Castrum Castri Lidi in Andibus fol. 50 : *De nemoribus Militum et feodalium de foresta, ipsi habent sua, tali conditione, ut ipsi non poterunt Exemplare, nec vendere, nec dare omne forestagium.* Fol. 47 : *Exempla etiam nemoris S. Joannis, quod de feodo Belismensi constat, quantum juxta feodum Gusæ continetur, habet in dominicum.*

Digitized by Google

In eodem Tabular. f. 54 : *Nul ne'puet vendre bois ne pleysseys és viez Essauples de Burçoy, ne és noviaus, sans asentement au Seignor de cette forest.* Vide Hist. Monast. S. Nicolai Andegav. pag. 63. 64. 87. [et Lobinel. Hist. Britan. tom. 2. col. 211.]

¶ EXAMPLUM, in Notitia initæ pacis inter Gaufridum Comitem Andegav. et Gervasium Episcop. Cenoman. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 159 : *Statuit ei dare illico de Examplis intra foresten Guastinæ, etc.*

EXEMPLARIUM, EXAMPLARIUM, Eadem notione. Charta Ludovici Regis Franc. ann. 878. ex Tabul. Eccles. Barcinon. in Append. ad Capitul. n. 110 : *Et villam Campinos cum Examplariis, ædificiis, casticiis et vineis, etc.* Charta Willelmi Comitis Belismensis apud Ægidium *Bry* in Hist. Comitum Perticensium : *Dedimus etiam Ecclesias de Domfronte, et decimas omnium agriculturarum quæ fiunt in Exemplariis forestarum prædictarum.*

EXEMPLATA TERRA, Eruncata, virgultis purgata. Charta Philippi Reg. Franc. ann. 1260. apud Saminarth. in Abbat. Fontis Danielis : *Decimam partem totius redditus... de terra Exemplata et Exemplanda in eadem foresta.* Charta Philippi Regis Fr. ann. 1206. in Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. ann. 1299. Tabularii Regii num. 57 : *Et decimam partem totius redditus ejusdem juelli* (de Meduana) *de terra Exemplata et Examplanda in eadem foresta de Fossa Loven, etc.* Alia ejusdem Philippi Pulcri Regis Franc. ann. 1310. ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 77 : *Plateas, landas, bruerias, et Examplata seu essarta, etc.*

¶ EXEMPLARE, Eruncare. Chartular B. M. de Bono-nuncio Aurelian. tit. VDA. in Transactione ann. 1205 : *Illud nemus Exemplare non poterit.*

* Nostris alias *Exempir* et *Exemplir*. Lit. remiss. ann. 1451. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 65 : *Pour laquelle cause icellui suppliant.... print ung sermeau* (ou *fermeau*) *a Exempir hayes et buissons.* Aliæ ann. 1477. in Reg. 203. ch. 61 : *En allant icellui suppliant ainsi Exemplir, essarter et deschaller les terres de son maistre, etc.*

EXEMPLATIO, EXEMPLATORIUM. Charta Gaufredi Comitis Andegavensis in Tabulario Eccles. S. Laudi fol. 81 : *Et prope ipsum locum Exemplationem quam permisi facere Joannem Clericum in eadem foresta.* Alia ann. 1067. tom. 11. Spicilegii Acheriani pag. 294 : *Dedimus... unam medituram terræ cum pratis quæ ad illam pertinent, et Exemplationes bosci de Boeria, quæ erant meæ propriæ.* Charta Goffridi Comitis Andegavorum ann. 1040. apud Sammarthanos in Episcop. Andeg. : *Et terram veterem quam ibidem habere dinoscimur, pariterque cum novalibus et Exemplationibus quæ postmodum ibi facta sunt.* [Perperam *Exemptationibus* in Annal. Benedict. tom. 4. pag. 732. col. 2.] Alia Goffridi alterius Comitis Andegav. apud eosdem Sammarth. : *Et prope ipsum locum Exemplationem quam permisit facere... in eadem foreste.* Charta Caroli C. apud eosdem in Episcopis Vivariensib. n. 34 : *Districtum quoque ex burguitate,... Melatem quoque usque ad aquæductum, cum Exemplatorio, silvis, et insulis, etc.* Infra : *Usque ad summum montis Conati, et usque ad Exemplatorium.* Vide Columbum in iisdem Episcopis lib. 1. n. 25. lib. 2. n. 49. Quidam his locis *Exemplatorium* esse putant locum in quem rivus influit. Sed cum silvis adjungatur, quæ aliquando *exemplatur*, malim existimare *sartum* significare.

Harum vocum originem vix agnoscunt ipsi, apud quos obtinent, Andegavenses : neque enim pro vero dare velim ab *Eximplere* ortas, ut *essarta*, silvarum partes fuerint *Eximpletæ*; alii melius forte divinabunt.

* 3. EXEMPLUM, *Arpago*, γρίφγρα. Germ. codex. *Hoc excipulum.* Castigat. in utrumque Glossar.

* EXEMPTARE, a Gallico *Exempter*, Eximere, liberare, immunem facere. Arest. parlam. Paris. ann. 1306. in Reg. *Olim* : *Ipsius communiæ* (de Poix) *homines ac bona eorum..... Exemptaverunt totaliter a jurisdictione et potestate dicti domini et hæredum suorum.*

¶ 1. EXEMPTIO, qua Monasteria ab episcopali jurisdictione eximuntur. Vide *Monasteria exempta.*

* 2. EXEMPTIO. Charta ann. 1201. in Chartul. Cluniac. : *Abbas Cluniacensis non exiget de prædicta domo* (Lewensi) *nisi centum solidos nomine census annui, nec aliquam ibi faciet Exemptionem.* Sed legendum existimo *Exactionem.*

EXEMPTO, pro *Excepto*, adverbialiter, in Bibl. Cluniacensi pag. 543.

EXEMPTOR, Carnifex. Thomas Cantiprat. lib. 1. cap. 25. § 8 : *Nec mora, Exemptore vocato, jubet, aperto pectore martyris, cor ejus evelli.* Apud Papiam MS. *Exemptores, Tabellarii*, in Edito *Tabularii* dicuntur. Sed legendum videtur *Exceptores.*

* EXEMPTUS. Lit. ann. 1367. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 93 : *Cum in villa, terra, castro et castelknia, de Busenceyo, sibi titulo Exempto obvento, etc.* Ubi doctus Editor emendandum proponit *Emptionis* vel *Ex empto;* quo quidem sensus apertus fit.

EXENARRARE. Glossarium MS. Ecclesiæ Parisiensis : *Exenarrabant, ignorabant.*

* EXENDOLA, Scindula, asser sectitius ad tegendum aptus; *Exil*, in Lit. remiss. ann. 1406. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 399 : *Demi cent de tuille, deux faisseaux d'Exil.* Unde *Exsil*, pro Vagina seu theca ex scindulis compacta, in aliis Lit. ann. 1464. ex Reg. 199. ch. 519 : *Ung becquet en ung Exsil en sa main etc.* Inquisit. super destruct. bastidæ Sabran. ann. 1363. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 81 v°. : *Item plancatum ante furnum copertum de Exendolis devastatum.* Vide supra *Escenna.*

¶ EXENIA, fem. ut *Exenium. Quod undique non venirent ad eos Exeniæ a fidelibus transmissæ*, in Actis SS. Julii tom. 1. pag. 115.

¶ EXENIARE. Vide post *Exenium.*

¶ EXENIM, *Valde.* Gloss. Isid. Putat Grævius *Enim* delendum esse, et significari *Ex* in compositis habere potestatem augendi, ut in *Exaugeo, etc.* suamque opinionem confirmat auctoritate Papiæ, apud quem : *Ex præpositio interdum pro valde accipitur, sic ut Excelsus.*

EXENIUM, EXENNIUM, Idem quod *Xenium*, Munus, donum, oblatio, atque adeo quævis præstatio vel tributum sub nomine doni. Papias : *Exenium, Donum, Servitium.* Glossæ MS. : *Gaza, multa Exenia.* Gloss. Græc. Lat. Cod. Reg. 85 : Ξένιον, *Hospitale, unde Latin. Exenium.* Idem Gloss. Edit. : Ξένιον, τὸ δῶρον τὸ πεμπόμενον ξένῳ, *Hospitale.* Mamotrectus ad Ecclesiastic. cap. 20 : *Exenia, id est, dona de longinquo missa, ab e et xenos, quod est peregrinum.* Editio hodierna habet *Xenia.* Catholicon parvum : *Exenium, vel Excinium, Present. Exenium nuptiale*, in Legib. Rotharis Reg. Longobard. tit. 67. [** 184.] quod ab amicis vel agnatis novæ nuptæ datur. Justus Episcopus Urgelitanus in Epist. ad Sergium Papam : *Quoddam tibi in corporali specie spiritale Exenium dirigere procuravi.* Hincmarus Remensis in Quaternion. ad Carolum Regem : *Quia idem frater noster ab eo Exenium acceperit, et patris sui beneficium ei donaverit.* Honorius III. PP : *Superflue dubitastis... quin teneantur vicesimam solvere de proventibus illis qui ex gratia, intuitu officii, vel loci Ecclesiastici provenire nascuntur, nisi forsan aliqua Exennia sint, quæ ad esculentum, vel poculentum pertineant.* Alanus de Insulis lib. 4. Anticlaudiani :

Et veluti quædam cantus Exenia donat.

Ita Cod. MS. pro *Encenia.* Occurrit passim hisce notionibus apud Scriptores, in Lege Longob. lib. 2. tit. 1. § 6. [** Roth. 184.] in Annal. Francor. Bertin. ann. 867. apud Paulum Warnefrid. l. 4. de Gest. Longobard. Alcuinum Epist. 84. Paulum Diacon. in Vita S. Masonæ Episcopi Emerit. cap. 2. Ingulfum pag. 877. Ordericum Vitalem pag. 868. Petrum Damiani in Vita S. Odilonis Abbat. Cluniac. cap. 17. Fridegodum in Vita S. Wilfridi cap. 44. Hincmarum in Capitulis ad Presbyt. parochiæ suæ cap. 12. 13. Guibertum lib. 1. Hist. Hierosol. cap. 22. Guill. Tyrium lib. 7. cap. 13. Anonymum in libro Miraculor. S. Mauri Abb. cap. 17. Anonym. Poetam de Episcopis Eboracensibus pag. 559. Simeonem Dunelmensem ann. 1044. et 1147. Gervasium Dorobern. Willelmum Briton. l. 4. Philipp. pag. 141. 145. [Guillelmum Parisiensem Episcopum in Rhetorica divina cap. 50.] Mussatum lib. 4. de Gestis Henrici VII. rubr. 2. Thomam Archidiaconum Spalatensem cap. 19. Petrum de Vineis l. 3. Epist. 67. Bractonum lib. 5. tract. 5. cap. 4. Fletam lib. 2. cap. 71. § 11. Thwroczium in Ludovico Rege Hungar. cap. 4. et alibi, in Formula 37. ex Baluzianis, etc.

Vocem porro Ulpiano notam in lege 6. D. de Offic. Procons. (1, 16.) observat Dempsterus ad l. 1. Antiq. Roman. Rosini, scribens in MS. Codice legi *Euxeniorum*, pro *Xeniorum*, uti Editi præferunt. Vide Felicem Osium ad Mussatum pag. 98. et supra *Encœnium.*

EXENIARE, Dona conferre, in Chronico Fredegarii cap. 45. [et in Appendice ad Agnelli librum Pontificalem, apud Murator. tom. 2. pag. 212. col. 1. Hincque corrigendus locus Chronici Siciliæ, inter

Digitized by Google

Anecdot. Mart. tom. 3. col. 79. ubi legitur : *Cui Dominæ Universitas hominum dictæ Panormitanæ urbis Exemavit in dicto transitu plures et diversas res comestibiles.* Legendum enim *Exeniavit.*]

* Exenium de Coquina, Dapes, ferculum. Feoda Norman. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 153. v°. col. 2 : *Henricus Waupal tenet terram suam per sergenteriam, et debet servare portam dou baile castelli Rothomagensis per liberationem sex denariorum in vicecomitatu unaquaque die, et quando rex jacebit Rothomagi debet habere unum sextarium de vino et quatuor panes et quatuor Exenia de coquina, quæ omnia movent de ducatu.* Vide supra *Coquina.*

* Exenium Venationis Ecclesiæ Romanæ in præcipuis anni festivitatibus exhibendum, cujus mittendi formula extat in Cod. reg. 4189. fol. 12. r° : *Vos requirimus.... districtius injungentes quatenus venationis Exenium, ut moris est, sic devote sicque honorifice in proximo futuro festo Nativitatis Dominicæ nobis pro Romana ecclesia faciatis,.... ita quod quinque diebus ante festum Nativitatis prædictæ, dictum Exenium, vestro nomine, coram nostra præsentia præsentetur.* Infra : *Ensenia venationis in festivitatibus Nativitatis et Resurrectionis Domini.*

¶ **EXENNIUM.** Vide *Exenium.*

¶ **EXENODOCHIUM**, pro *Xenodochium*, in Codice MS. Cathedralis Mutin, haberi testatur Muratorius tom. 1. part. 2. pag. 120.

¶ **EXENSIS**, *Hors de sens*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. Leg. *Exsensus*, ut apud Gellium.

¶ **EXENTERARE**, Sontis interanea seu viscera extrahere. Cornelius *Zantfliet* in Chronico, apud Marten. tom. 5. Collect. Ampliss. col. 392 : *Post pauca tres præcipui totius mali promotores vivi comprehensi sunt et Bavaro præsentati; quorum primarius, Jacobus dictus Babdu, in quatuor portiones apud Trajectum extitit depeciatus et Exenteratus, Helias de Flemalia in agro decollatus, Egidius Lamberti ad arborem suspensus.* Vide *Exinterare.*

Exenteratio, Exentricatio, Pœnæ species in læsæ majestatis reos, apud Anglos, apud quos eorum interanea seu viscera extrahuntur et comburuntur. Th. Walsinghamus in Ricardo II : *Auditum et confessum turpissima scelera, tractioni, suspendio, decollationi, Exenterationi, et quarterizationi, ut usu vulgari loquar, adjudicavit.* Et pag. 354 : *Adjudicatus est tractioni, suspensioni, Exentricationi, combustioni interiorum, et quarterizationi.* Sententia edita in Hugonem Dispensatorem sub Edw. II. apud Knyghtonem : *Et pur ceo que vous abbetastes et procurastes discorde entre nostre Seigneur le Roy et la Royne et les ultres del Realme, si serez Emboellez, et puis ils seront ars.*

EXEQUIE, apud S. Zenonem Veronensem in Serm. de Fide, Spe et Caritate, dicuntur lintea quibus defunctorum corpora involvuntur, vel certe ipsum, ut aiunt, funus. [Interdum Officium est pro Defuncto sollemniter celebratum, etiam absente cadavere. Charta ann. 1442. ex Schedis D. *Lancelot :* Audierat Johannem de Liveriis Episc. Vivar. *apud Valentiam dies suos clausisse extremos et ibidem corpus suum traditum fuisse ecclesiasticæ sepulturæ; quare si aliis DD. Canonicis consonum videbatur, dicit fore honestum missam et Exequias celebrari debere... quiquidem Canonici... ordinaverunt Missam sollempnem et Exequias celebrandas fore incontinenti.* Testamentum Rotherami Ebor. Episc. ann. 1498. in Libro nigro Scaccarii pag. 679 : *Do etiam et lego omnibus locis, in quibus habeo perpetuas Exequias, tales denariorum summas, quales executores mei æstimabunt honestas et salubres animæ meæ... et si forte executoribus meis, vel ad minus tribus eorum videbitur, quod Exequiæ tales erunt multum honorosæ (onerosæ) aliquibus locis... volo, quod commutent prædictas Exequias in numerum Missarum, cicius quo bene fieri poterit, pro salute animæ meæ post mortem meam per eos celebrandarum.*]

* *Exeques* nostris alias, eadem acceptione. Inventar. eccl. Camerac. ann. 1371. ex Tabul. ejusd. : *Item un drap lequel on suet mettre as Exeques des mors sur le lusel ou autre representation du corps.* Stat. ann. 1376. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. ann. 1376. pag. 188. art. 20 : *Et s'il advenoit que aucun sergent d'armes trespassast en quelque lieu que ce feust, qui n'eust de quoy l'en lui peust faire son service et sés Exeques, etc.* Vide infra *Funeralia* et *Heriotum.*

EXEQUIALES, [Monitores funerum.] Vide *Pulsatores.*

EXEQUIARE, *Exequias* celebrare. Vita B. Eusebiæ Abbatissæ Hamaticensis n. 12 : *Tunc ex more funebribus exequiis Exequiatur.* [Bernard. Guido in Histor. fundat. Conventuum Ord. Prædicat. apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 516 : *Exequiebatur corpus ejus in Ecclesia.* Nonius : *Exsequiantur, ab Exequiis, ut convivantur, epulantur.* Affert locum Varronis.] *Exequialis honor*, apud Willelm. Briton. lib. 12. Philipp. extremo.

* **EXEQUIARIUS**, quo *exequias* curat et dirigit, pecuniamque ob id erogandam distribuit. Acta Mss. monast. S. Arbogasti Argent. : *Cum distributione decem solidorum ab Exequiario monasterii.* Vide supra *Annualarius.*

EXEQUITARE, Ex equo dejicere, Gall. *Démonter.* Petrus Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 62 : *Victoria itaque Romani potiti, Normannos Exequitatos et deprædatos per vicos et oppida persequebantur.* [Camillus Peregrinus in Hist. Princip. Langobard. apud Murator. tom. 2. pag. 251. col. 2 : *Dum Capuam repeteremus, a Græcis capti exutique sumus et Exequitati : ablatisque equis et spoliis et ministris cunctis, homines argento redempti sunt. Equos recollegimus quinque.*] Occurrit apud Erchempertum in Hist. Longob. cap. 61. et in Epist. 326. tom. 4. Hist. Franc. At in Speculo Saxonico l. 2. art. 72. § 4. sumitur pro *Equitare.* Vide *Eques.*

EXEQUIUS. Testamentum MS. Guill. Jordani Comitis Ceritaniæ Id. April. ann. 42. Philippi Regis : *Et ipsas franchedas de villa Targasona, et albergas et omnes Exequios quæ habeo in villa Marechexanes, etc.* [Editum est in Appendice Marcæ Hisp. col. 1224. et seq .] Vide *Exaquia.*

* 1. **EXEQUTARE**, Pignora auferre, Gall. *Exécuter.* Charta ann. 1379. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 20. col. 1 : *Præcepistis et injunxistis Henrico de Broua subvicario regio Nemausi, nec non pluribus servientibus regiis, quod Exequtarent me et bona mea realiter et de facto.* Vide supra *Executare* 2.

* 2. **EXEQUTARE**, Pœna capitis plectere. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 275 : *Fuit ratione dicti homicidii.... ad ultimum supplicium condempnatus et Exequtatus.* Vide supra *Executare* 3.

* **EXEQUTORIA**, Practicis nostris *Exécutoire*, Literæ quibus exsecutio judiciaria permittitur. Lit. ann. 1411. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 627. art. 6 : *Valeant eorum officium exercere et exequi.... absque aliqua requisitione facienda seu petenda ab ordinariis dictarum senescalliarum sive ipsorum locorum, et absque annexa seu Exsequtoria aliquali eorumdem.*

EXERCIPES, Cursor, qui in currendo pedes exercet. Gloss. Lat. Gr. : *Exercipes*, ταχυδρόμος, δρομεύς, κούρσωρ.

EXERCITALES, Milites, qui in exercitu militant. Capitulare Sicardi Principis Benevent. ann. 836. cap. 7 : *Si quispiam Exercitalem aut militem, vel quamlibet aliam personam simpliciter ambulantem præsumpserit occidere.* Cap. 20 : *Ut non præsumat aliquis tertiatorem Exercitalem aut militem facere.* Cap. 21 : *Si tertiator absconse Exercitalis factus fuerit, aut miles.* Occurrit in Legibus Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 9. in Legib. Longob. lib. 1. tit. 9. § 21. tit. 14. § 1. 3. lib. 3. tit. 1. § 18. [** Liutpr. 62. (6, 9.) Rothar. 20. 23. Pippin. 2.]

Expeditio Exercitalis, in Capitulis Caroli Calvi tit. 31. § 27. [** Edict. Pist. ann. 864. Vide Haltaus. Glossar. voce *Reise*, col. 1544. et mox *Exercitus*, 1.]

Exercitale Iter, Gall. *Marche d'armée*, in Capitulis Caroli M. lib. 2. cap. 14. et inde in Capitulis Caroli C. tit. 20. [** i. e. Convent. Carisiac. ann. 857 : *De pace vero in Exercitali Itinere servanda usque ad marcham, etc.*]

* Exercitale seu Hostile Iter, Exercitus, obligatio pergendi in hostem. Charta Carlomanni ann. 6. regni ejusdem in Reg. 111. Chartoph. reg. fol. 169 : *Pro persona libertatis suæ iter Exercitale, sicut ceteri homines faciat.... Ceteri vero pro persona ingenuitatis suæ, sicut diximus, itinera hostilia exerceant.* Vide in *Iter.*

¶ Exercitales Homines, Milites qui colebant mansos sibi mercedis loco attributos. [** Homines liberi qui expeditionem exercitalem facere possunt. Vide Edict. Pistens. art 27. Aliter sentit Carpent. in *Exercitator.*] Donationes Ecclesiæ Saltzburgensi factæ apud Canisium tom. 6. pag. 1151 : *Et ipse Dux... tradidit ibidem in alimoniam ancillis Dei... villam quæ vocatur Einherga cum commanentibus ibidem servis et aliis Exercitalibus hominibus triginta.* Infra : *Dedit etiam... casam et curtem cum omnibus appenditiis suis et mansis* LX. *inter servos et tributales necnon et Exercitales homines.* [** *Viri Exercitales*, apud Erchemp. in Histor. Langob. cap. 34.]

Mansi Exercitales, [Qui *Exercitalibus*

Digitized by Google

hominibus attribuebantur ad culturam.] Vide *Mansus*.

** PLACITUM EXERCITALE. Vide in *Placitum*.

* **EXERCITALITER**, Cum armis rebusque aliis militaribus. Epist. Caroli M. ad Fulrad. inter Anecd. Pez. tom. 6. part. 1. col. 73 : *Ita vero præparatus cum hominibus tuis ad prædictum locum venies, ut inde, in quamcumque partem nostra fuerit jussio, et Exercitaliter ire possis, id est, cum armis atque utensilibus, nec non et cætero instrumento bellico, in victualibus et vestimentis.* Vide *Exercitualiter*. [** *Pandonulfus... Exercitaliter super Calvum profectus est, stipatus agmine Neapolitum, ibique munitionem extruens residebat*, in Erchemp. Histor. Longob. cap. 45. Armata manu.]

EXERCITARE, Bellare, bellum gerere, vel in exercitum pergere. Capitulare ann. 807 : *Memoratorium qualiter ordinavimus, propter famis inopiam, ut de ultra Sequanæ omnes Exercitare debeant.* Adde Capitul. 4. incerti anni Caroli M. cap. 7. Capitula Caroli C. apud Marsnam ann. 847. etc. Capitulare Sicardi Principis Beneventani ann. 836. cap. 19 : *Ut ubi Exercitare volueritis a nobis nullam læsionem habeatis.* Acta S. Prudentii Episcopi Garrayacensis apud Bivarium : *Aragonensis Rex Ildefonsus tam longo tempore cum exercitu suo in Saracenos Exercitando extitit, ut, etc.*

* **EXERCITAS**, [** Exercita.] Actus præsertim judicialis. Instr. ann. 1384. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 74. col. 2 : *Item ponunt,..... quod domini senescalli, judex major,.... et fere majores officiarii regii linguæ Occitanæ fuerunt in dicta civitate Nemausi, et cotidie sunt et confluunt, in eadem Exercitas justiciæ, prout ad quemlibet ipsorum tangit, tam per se quam suos servientes, familiares et ministros, faciendo et exercendo. Exerciter*, eodem sensu, in Charta ann. 1318. ex Chartul. S. Nicas. Mellet. : *Ont esté en bonne saisine paisible Exerciter toute maniere de justice au lieu contentieux. Excersité*, pro *Exercice*, exercitatio, in Reg. Corb. 13. sign. *Habacuc* ad ann. 1511. fol. 112 : *Parquoy plusieurs desdits confreres se sont retardéz et retardent de l'Excersité dudit joeu de l'arcq à main.*

* **EXERCITATOR**, Operarius mercenarius; quomodo etiam intelligendus *Exercitalis homo* in *Exercitales*. Lit. Henr. comit. Trecens. ann. 1156. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 315 : *Omnis alius Exercitator illic inhabitans, cui non esset data facultas cum bobus terram colere, duodecim denarios, secundum aliorum consuetudinem solveret.* Vide in *Exercitatores*.

EXERCITATORES MONACHI, in Vita S. Macharii Alexandr. Abb. cap. 5. et 7. in Vitis Patrum, dici videntur qui aliis *Circatores*.

EXERCITATOR EQUORUM, apud Jul. Firmicum l. 8. *Exercitator corporum*, παιδοτριβής, γυμναστής, apud Macrobium lib. 2. cap. 24. [*Exercitator* nude inter eos, qui *in navi præeminentiam habent*, numeratur apud Rymerum tom. 12. pag. 692. col. 1. Vide *Exercitor*.]

¶ **EXERCITIOSUS**, Exercitatus. Richerii Chronic. Senon. in Hist. Mediani Monasterii pag. 329 : *Veniens igitur ad villam.... invenit illum angelum sathanæ Rainaldum Baillivum Domini de Salmis in malitia nimis Exercitiosum.*

* 1. **EXERCITIUM**, Usus, jus utendi aliqua re. Lit. ann. 1368. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 210 : *Abbiensis episcopus et sui prædecessores.... habuerunt omnimodam altam, medium et bassam juridiccionem, merum et mixtum imperium, et ecium Excercitium habebat a forestis regis per duas leucas vel circa.* Charta ann. 1270. in Chartul. S. Germ. Prat. sign. AD. fol. 74. v°. col. 1 : *Quædam domus prout se comportat,.... et cum tertia parte usus seu Exercitii putei, qui est intus domum Guillelmi de Maronciis.* Vide *Usagium*.

* 2. **EXERCITIUM**, Ars, Ital. *Esercizio*. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 327. ex Cod. reg. 4622. A. : *Quilibet verberans lanam.... debeat præstare juramentum.... de non batendo sive verberando aliquam lanam pravam seu insufficientem, et de non ponendo ipsam in aliquibus tramis aut aliquo Exercitio pannorum.*

¶ **EXERCITOR**. Ulpianus leg. 1. § 15. Dig. de exercitoria actione : *Exercitorem cum dicimus, ad quem reditus et obventiones omnes proveniunt, sive is dominus navis sit, sive a domino navem per aversionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum.*

¶ 1. **EXERCITUALIS**, Gloria militari illustris. Cassiod. lib. 11. var. Epist. 1 : *Respicite Patritium Liberium, Præfectum etiam Galliarum, Exercitualem virum, etc. Rex Manfredus curas Exercituales aggrediens*, id est, militares, apud Baluzium tom. 6. Miscell. pag. 221.

* 2. **EXERCITUALIS**, Militaris, ad exercitum spectans. Epist. 40. Theod. reg. Ital. tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 7 : *Exercituales juventur expensæ : quia illos in totum devotio non debet deserere, quos pro se laborare cognoscit.*

¶ **EXERCITUALITER**, Armata manu, cum exercitu. Legitur apud Baluzium tom. 6. Miscell. pag. 293. et Ludewig. tom. 5. pag. 529. Vide supra *Exercitaliter*.

EXERCITUARE, Castra sequi, conscribere militem, Sambuco ad Leges Hungaricas.

¶ **EXERCITUM**, neutro gen. legitur in quodam veteri Chron. ad annos 778. et 779. inter Fragmenta Hist. MSS. Stephanotii tom. 4. apud Duchesnium tom. 2. pag. 6. et Muratorium tom. 2. pag. 257. col. 1. in Capitulari Sicardi Princip. Langobard.

1. **EXERCITUS**. *Exercitum* debere dicuntur vassalli, cum dominorum expeditionibus bellicis interesse, ac pro iis dimicare tenentur. Henricus Huntindon. lib. 7. de Guillelmo Rufo Rege : *Suos Exercitibus frequentissimis et geldis continuis vexabat.* Vetus Charta apud Gariellum in Episcopis Magalon. pag. 276 : *Et Exercitum faciant D. Regi, sicut et cæteri de parte Regia.* [** *Ad mandatum domini sui... extra opidum Exercitum facient*, in Chart. ann. 1312. in Alsat. Diplom. tom. 2. pag. 101.] Charta Philippi August. ann. 1185. in Hist. Vastinensi lib. 5 : *Ita et quod universi homines illius libertatis ad omnes citationes nostras nobis Exercitus et equitationes debebunt, quocumque eos ducere voluerimus.* Charta Gastonis Vicecomitis Beneharnensis ann. 1215 : *Præter Exercitum quem mihi duxi et meis hæredibus retinendum.* Aresta ann. 1294. in Regesto Parlamenti B. f. 105 : *Dom. Rex remanebit in saisina percipiendi Exercitum, seu servitium Exercitus ab Abbate S. Savini ratione homagii et juramenti fidelitatis quæ ab Abbate fiunt D. Regi.* Fol. 107 : *Exercitum et equitationem habere. Exercitalis obeditio*, in Capitulari 3. Caroli M. ann. 811. Occurrit passim. Vide *Hostis*, [** et *Placitum Exercitus Regis* in *Placitum*.]

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Exercitus, Chevauchée, ou assemblée, ou ost.*

¶ 2. **EXERCITUS**, Aulicorum turba, Proceres, Optimates. Idatius in Chronico : *Apud CPlim Marcianus a militibus et ab Exercitu, instante etiam sorore Theodosii Pulcheria Regina efficitur Imperator.* Translatio S. Germiniani Mutin. Episc. ann. 1106. apud Murator. tom. 6. col. 90 : *Nullus enim locus, nulla platea, nulla domus, nulla porticus, nullum atrium saltem vel modicum a conventu populorum poterat inveniri vacuum. Adest etiam ad hoc spectaculum Princeps Mathildis cum suo Exercitu, omnes unanimiter præstolentes tanti patris translationem.* Similis est locutio Lucæ 23. 11 : *Sprevit autem illum* (Jesum) *Herodes cum exercitu suo* : ubi Græcum etiam habet, σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ. Vide Valesiana pag. 79. [** et Glossar. med. Græcit. in Στρατόπεδον, col. 1461.]

¶ EXERCITUS BESTIARUM, Grex ferarum in silvis, apud Kennettum in Gloss. ad calcem Antiquit. Ambrosden.

* **EXERCIUM**, Munus, negotium. Stat. Cadub. cap. 28. pag. 57. v° : *Intelligatur etiam de illis, qui ad aliquod officium vel Exercium communis per consilium deputati fuerint, et non interfuerint, et quod de prædictis sibi nulla fiat remissio.*

¶ **EXERE**, Ejicere. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 133 : *Quod nisi Gaufridus de Langolio infra octo dies juri apparebit, ipse erit penitus foris banitus et quod omnes tam milites quam rustici qui cum viderint, ipsum capiant, vel a terra domini Regis Exant.* Forte pro *Exeant* active sumto, Gallice *Qu'ils le fassent sortir.*

¶ **EXERES**, *Naves sex ordinum*. Papias MS. Bituric. Sic dicuntur *Trieres* vel *Triremes*, trium ordinum.

* **EXERMIS**, Exarmatus. Glossar. Gall. Lat. ex Cod reg. 7684 : *Exermis, Désarmé.*

¶ **EXERQUIA**, ut *Exorquia*. Vide locum in *Cucucia* post *Cugus*.

¶ **EXERS MACILENTIA**, in Vita sancti Guthlaci, April. tom. 2. pag. 45. pro *Iners macilentia*, quo sensu *Dolor iners*, apud Senecam.

¶ **EXERSERUNT**, pro *Exeruerunt*, ab *Exerere*, Educere vel exportare. *Exserserunt dictum carrocium de Ecclesia majori in plateam ipsius Ecclesiæ cum magno gaudio*, in Chronico Parmensi ad ann. 1281.

¶ **EXEUS**. Vide *Exius*.

EXFAIDUM. Placitum Chlodovei III. Reg. ann. 3. editum a Mabillonio tom. 3. SS. Ord. S. Benedicti pag. 619 : *Nisi inventum fuit quod contra rationis ordinem ipsa*

Digitized by Google

subsadina contradixisset, vel in ac causa introissit, sicut fuit judecatum, ut in Exfaido et fredo solidos quindenos pro hac causa fidem facere debirit, quod ita et in præsenti persistere ausus est, fecisset. Vide *Faida.*

¶ **EXFAMILIARIS**, f. e familia. Vide *Dagewardus.*

¶ **EXFAVILLARE**, *Exeruere.* Papias.

¶ **EXFEBRUARE**, *Expurgare; Februare enim purgare est.* Glossar. Sangerman. num. 501. *Februare* Varroni Purgare est seu Lustrare : quod flammis ferventibus fieri solebat; hinc a *Fervere* dictum putant *Februare.*

* **EXFELCORARE**, Stercorare, fimo pinguefacere, Gall. *Fumer,* alias *Affiensser.* Charta Rob. Hunocurt. abb. ann. 1196. in Chartul. Mont. S. Mart. part. 7. fol. 121. v°. col. 1 : *Terram suam.... similt modo excolendam dominavit* (leg. donavit) *excepto quod non marlabitur, sed Exfelcorabitur, ubi modo Exfelcoranda est.* Reg. B. Corb. sign. *Habacuc* ad ann. 1510. fol. 19 : *Et mainneront* (les fermiers) *tous les fiens qu'il conviendra chascun an pour Affiensser les vingnes. Fambrer* et *Fiambrer,* eodem significatu, in Chartul. Latiniac. fol. 162. v° : *Aussi fumer et Fiambrer les terres et prez.* Et fol. 232. v° : *Seront tenus lesdits preneurs.... de deffricher prez et terres fumer et Fambrer près et loing.* A voce *Fambray* et *Fembroy,* Fimus. Lit. remiss. ann. 1390. ex Reg. 139. Chartoph. reg. ch. 230 : *Icellui Jehannin avoit mené aux champs deux chevaux avec une charette ou tumberel chargié de Fembroy ou marlays.* Aliæ ann. 1480. ex Reg. 207. ch. 64 : *Pour curer et nettoyer icelle maison de Fambray.* Vide infra *Fiens* 1.

* **EXFEODARE**, In *feudum* conferre. Charta Bald. comit. Fland. ann. 1201. inter Probat. tom. 2 Annal. Præmonst. col. 237 : *Hoc ei* (abbatiæ Niniv.) *statuens decretum, ne deinceps ejus advocatia de manu Flandrensium comitum duri vel Exfeodari prævaleat.* Vide *Infeodare.*

EXFESTUCARE, [Abdicare, per *Festucam* dimittere, abjicere. Passim occurrit.] Vide *Festuca.*

EXFIAT, pro *Exeat*, in veteri Inscriptione apud Gruterum 755. 1.

EXFIBULARE, Fibulam detrahere, solvere. Utitur Prudentius.

* **EXFIDA**, Pensitatio pro facultate pascendi pecora, ut videtur; nam *Fida* Academicis Cruscanis, *Terreno venduto, e assicurato per pascolo del bestiame,* ipsum scilicet pascuum. Inquisit. ann. 1371. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 427. col. 2 : *Item fida et Exfida montanearum est dicti officii* (cellararii). Et pag. 429. col. 1 : *Camera Cassinensis habet.... herbaticum, videlicet fidam et Exfidam.* Nisi intelligere malis de facultate depascendi primam et secundam herbam aut aliis depascendam locandi.

EXFINARE, Terminare, definire. Charta anni 1141. apud Ughellum in Episcopis Cumanis : *Sicut Exfinat viam quæ pergit ad stratum, etc.* Ibi rursum.

* Pactum inter episc. Neapolit. et abb. SS. Sergii et Bacchi apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 455 : *A parte Occidentis est terra vestra,.... quomodo inter se tres termines Exfinat.*

EXFOLIARE, Folia decerpere, apud Apicium lib. 4. cap. 2.

EXFORBIARE. Vetus Charta apud Ughellum tom. 9. pag. 905 : *Qui... hæc pagina hujus præcepti inanire quæsierit, vel de eis quæ continentur, minuere, aut Exforbiare voluerit, habeat maledictionem, etc.* Forte *Exforciare*, per vim auferre. Vide in hac voce mox.

EXFORCIARE, Vim inferre. [** Pippin. Reg. Capitul. Aquitan. ann. 768. ap. Pertz. vol. Leg. 2. pag. 14. cap. 7 : *Quicumque homo super suum parem dum ad nos fuerit aliquid abstraxerit aut Exfortiaverit, secundum suam legem tripliciter conponat. Exforciaverit*, in Capit. ann. 789. ibid. pag. 15.] Vetus Notitia apud Beslium in Regibus Aquitan. pag. 23 : *Ipse Agnaldus venisset super homines in sua forciae x villa Cavadado; et Exforciasset et eos batuisset injuste.* Tabularium Brivatense Ch. 114 : *Ipsas res prædictas ab ipso servo ipsi prædicti per malas occasiones invadendo tulerunt, vel Exforciaverunt.* Perperam ibi scriptum *Exforniciaverunt.* Vide *Efforciare.*

EXFORCIUM, Auxilium, ex Gall. *Effort,* [Ital. *Sforzo.*] Epistola Roberti Siciliæ Regis apud Albertinum Mussatum lib. 7. de Gest. Henrici VII. rubr. 4 : *Ac eos prompta vestri Exforcii... adhibitione juvare.* Utuntur non semel Anonymus de Gestis Friderici II. Imp. pag. 769. 800. Petrus de Vineis lib. 2. Ep. 54. et alibi, Richardus de S. Germano ann. 1198. et 1228. etc. *Esforcium*, in Foris Aragon. lib. 9. tit. de Homicidio. [*Exsforcium*, in Epistola Roberti Regis Hierusalem et Siciliæ apud Murator. tom. 10. col. 500. *Exfortium*, apud eumdem Murator. tom. 12. col. 505. 513. et 793.] Vide in *Incalcare.*

* Lit. ann. 1373. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 620 : *Et que ledit viconte, à qui ledit malfaiteur a esté délivré, requiert aux diz supplians leur Effort pour aler faire ladicte exécution.*

* **EXFORTIATOR**, Qui vim alicui infert. Stat. eccl. Reat. ann. 1303. apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 1511 : *Anathematizamus omnes et singulos, tam clericos quam laicos, invasores, occupatores, Exfortiatores, malefactores et detemptores possessionum.... ecclesiæ Reatinæ.* Vide *Exforciare.*

¶ **EXFOTUIT**, Ἐξίθαλψε, *Fovendo exclusit.* Supplem. Antiquarii.

EXFRACTOR. Vide *Effractor.*

* **EXFRACTUS**, pro Extractus. Scacar. Paschæ apud Rotomag. ann. 1228. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 23. r°. col. 1 : *Judicatum est quod de puero Exfracto de ventre matris, utrum postea fuerit usus vita etc.*

EXFREDIARE, Quasi extra pacem ponere, violare, a Saxon. frede, vel friδ, pax, friδian, protegere. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 81 : *Si quis ad arma prosiliat, et domum Exfrediet, nec tamen aliquem percutiat, dimidio forisfacto culpa consistat.*

EXFRETARE, *Navigare ultra*, in Gloss. Isid. et apud Papiam, Fretum enavigare.

EXFRUCTARE, Exfructuare, Fructus percipere. Tabularium Casauriense : *Ad usum fruendum, ad laborandum, ad Exfructuandum.* [Additamenta ad Chronicon Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 953 : *Ut omnem ipsam suprascriptam curtem et res ejus habeamus ad usum fruendi, laborandi, Exfructuandi. Usuare et Exfructuare*, in Charta anni 855. Marcæ Hisp. col. 789. Hinc metaphora ex agris ducta in dictis B. Ægidii, inter Acta SS. April. tom. 3. pag. 230 : *Beatus qui Exfructat corpus amore Altissimi.*]

* Hinc *Exfruit* nostris, pro *Usufruit, jouissance,* Ususfructus. Charta ann. 1310. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 98 : *Item les Exfruis des jardins prisiés à quarente solz.* Lit. remiss. ann. 1410. in Reg. 164. ch. 251 : *Jehan le Marois délaisseroit au suppliant la propriété d'icelles terres, réservé à lui l'Exfruit sa vie durant seulement.* Unde *Exuffructaire*, Usufructuarius, vulgo *Usufruitier*, in Charta ann. 1380. ex Reg. 117. ch. 85 : *Laquelle terre du Bec de Mortemer, dit Crespin, avecques ses appartenances, ledit des Bordes avoit achetée de Jehan de Chaallon comme Exuffructaire, et de Loys de Chaallon comme propriétaire.* Vide infra *Usufructare.*

¶ **Exfructicare**, Eadem notione, in Privilegio Caroli Crassi, apud Mabillonium tom. 3. Annal. Benedict. pag. 688. col. 1.

EXFUNDARE, Exfundata. Pactum Arechis Principis Beneventani cum Neapolitanis : *Si censilis homo de Liburia patitur oppressiones a parte de Neapolim, et voluerit Exfundare se de ipso fundo, ponit post regiam domus suæ ipsum fustem, sicut antiqua fuit consuetudo, et vadit ubi voluerit. Si autem pars de Neapolim cum parte Langobardorum potuerit revocare ipsum tertiatorem, in ipsum fundum, et fundare illum ibi, potestatem habeant, et serviat ambobus partes, sicut antea servivit.* Idem Pactum : *Si orta fuerit contentio de fundis Exfundatis, et dixerit una pars, quia ista fundora de talibus tertiatoribus fuerint.* Ibidem non semel *Fundora, Fundata, sive Exfundata* occurrunt; locos produxi in *Fundora.* Charta Pandolphi Ducis Longob. apud Ughellum in Beneventanis Archiep. : *Concedimus cum omnibus rebus Exfundatis quæ fuerunt de hominibus quæ ex hoc sæculo absque hæredes migraverunt.* Adde pag. 599. 601. 603. 604. Ubi *Fundare*, est in fundi possessionem mittere; *Exfundare* vero, ipsius fundi possessionem dimittere et abdicare. Apud Nonium Marcellum *Exfundare*, est *a fundo avertere*, ubi ex Cœlio Antipatro lib. 7. Annal. hæc citat : *Respublica amisso Exfundato pulcerrimo oppido.* [In Onomastico ad calcem SS. Junii tom. 2 : *Exfundare, Funditus evertere.*]

* **EXFUSTICARE**, in Disquisit. Pasquerii lib. 8. pag. 747. perperam pro *Exfestucare.* Vide in hac voce.

¶ **EXGALATIO**, Egalatio, Æquatio, æqua partitio census et servitiorum inter vassallos cohæredes, Gall. *Egalisation, Partage egal.* Censualis Codex Calomontis : *Secundum Exgalationem inter dictas partes factam.*

EXGARDIUM. Vide *Esgardium.*

* **EXGRAVARE**, Ital. *Sgravare*, Levare, alleviare. Mirac. S. Rosæ tom. 2. Sept.

Digitized by Google

pag. 465. col. 2 : *Quo voto facto, in continenti se sensit a dicta pœna Exgravari, et sic sanata est.* Hinc

EXGRAVATOR. Charta MS. Matthæi, Barnabovis, et Galeacii Dominorum Mediolani ann. 1354 : *Potestates et Vicarios, Capitaneos et Rectores, Exgravatores, Judices appellationum, Exactores, etc.*

* Officium municipale apud Italos, qui de querelis et molestiis judicat. Constit. reipub. Senens. ann. 1288. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 84 : *Item quod nullus possit nominari vel recipi in . . . judicem, qui debet recolligere pecuniam comuni Senensi debitam, seu avere comunis, vel pro Exgravatore, vel aliquod aliud officium comunis Senensis, etc.* Charta ann. 1315. in Delic. erudit. Lamii inter notas ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 2. pag. 350 : *Actum in castro Citernæ . . . . præsentibus . . . . sapiente viro dom. Guttio de Prato majori syndico et Exgravatore, etc.* Stat. Pallav. lib. 1. cap. 4. pag. 6 : *Et ab ejus processu, cognitione et pronuntiatione seu deffinitione non possit peti Exgravator seu consilium sapientis, nec adversus prædicta possit de nullitate, seu quavis alia exceptione opponi.*

* **EXGRUNIRE**, Exgrunitio, Grunnire, Grunnitus. Richal. abb. lib. Revelat. apud Pez. tom. 1. Anecd. part. 2. col. 383 : *Et sicut ipsi scitis aut notare potestis quam frequenter idem frater Exgrunit et excreat, ad hoc solum a malo spiritu inductus, ne audiat vocem illam optabilem spiritus boni; . . . . . quia ei semper excreationes et Exgrunitiones excitantur, quibus auditus ejus obturatur.*

¶ **EXHABITARE**, Locum habitatoribus viduare. Anonymus de Gestis Manfredi et Conradi Regum apud Murator. tom. 8. col. 590 : *Et in securitatem Principis excelsum montem Centurbii, quem olim Exhabitari fecerat Imperator, pro tutiori statione conscendunt.*

¶ Exhabitatio, Loci desertio, ibid. col. 589 : *Qui sub fortuna regia viribus instauratis, perurgens obsidionis instantia, superbiam montis ejusdem per extremæ desolationis et Exhabitationis excidium potenter edomuit.*

¶ **EXHÆREDARE**, Bonis possessis spoliare. Sugerius in Vita Ludovici Grossi apud Duchesnium tom. 4. pag. 288 : *Henricus Imperator, vir affectus parti et totius humanitatis expers, qui et genitorem Henricum crudelissime persecutus Exhæredavit.* Rigordus de Gestis Philippi Aug. apud Duchesnium tom. 5. pag. 32 : *Unde Rex Angliæ vehementer iratus, eos* (G. de Ranchonio et Vicecomitem de Castelloduno) *Exhæredare juravit.* [** Vide Beseler. *Erbvertræge*, tom. 1. pag. 18. et Haltaus. Glossar. vocib. *Enterben* et *Sich enterben.* col. 384.]

¶ Exhæreditare, Eadem notione. Capitul. lib. 6. cap. 282 : *Ne forte parentes contra justitiam fiant Exhereditati, et regale obsequium minuatur.* Salvianus lib. contra Avarit. : *Si illi tunc ob Deum donantes omnia sua, etiam se ipsos Exhæreditavere viventes, etc.* Vide Concil. Mogunt can. 6. Turon. can. 51. Cabillon. can. 2. *Exhæreditari* apud Ludewig. tom. 5. pag. 619. dicitur de terris, quarum nullus hæres est.

EXHÆRES, Ἀποκληρονόμος. Testamentum S. Remigii apud Flodoardum lib. 1. Hist. Rem. cap. 18 : *Hæc ita do, ita lego, ita testor : cæteri omnes Exhæredes estote, suntote.* Adde Marculfum lib. 2. form. 17. Vox Plauto et aliis nota.

¶ **EXHALATUS**, Mors, qua quis *Exhalat* animam. Miracula B. Simonis de Lipnica, Julii tom. 4. pag. 531 : *Unde illa mox capitis collique tumorem incurrit pergrandem, Exhalatumque e vicino præstolans semiviva recipitur ac emortua.*

¶ Exhalatus, adjective, Exanimatus. Acta S. Bonifacii Mart. Maii tom. 3. pag. 281 : *Vidit eos inter tormenta positos.... alium stipite in collo infixum et Exhalatum in terram.*

¶ **EXHAURITORIUS**, Qui exhaurit. Gloss. Isid. : *Antlia, Rota Exhauritoria.*

¶ **EXHAUSTA.** Vide *Exagusta.*

* **EXHEDRA.** Vide supra *Exedra.*

* **EXHERDARE**, Tortilibus virgultis, quæ *Hardes* appellabant, ad majorem ignominiam collo innectis, furcæ appendere, suspendere. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 110 : *Qui Petrus eidem dicitur respondisse, ... quod in hujus despectum ipsum supplicantem Exherdari faceret aut suspendi.* Vide *Hardes.*

* **EXHEREDARE** Se, Bona sua dissipare ac disperdere, Gall. *Se ruiner.* Instr. ann. 1438. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 258. col. 2 : *Præffati, inquam, poterii dixerunt quod . . . . non possent vivere, quinymo se Exheredarent, si tenebant contenta in statutis prædictis.*

¶ **EXHEREDARI**, Extra familiam, quæ naturalis est hæres, exire. Constitutio Leduini Abb. S. Vedasti ann. 1020. apud Edmund. Marten. Ampliss. Collect. tom. 1. col. 382. D : *Si noluerit, vel non potuerit redimere, dabit ei licentiam vendendi, non alicui extraneo, sed proximo generis, sui, aut alicui ejusdem legis, ne alodium placiti videatur Exheredari.* Vide *Exhæredare.*

* **EXHEREDATIO**, Exhereditatio, Bonorum spoliatio, dissipatio, jactura, Gall. *Ruine.* Stat. ann. 1368. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 140 : *Quod jam cessit et gravius cedere posset in futurum in rei publicæ scandalum et grave dampnum, ac dictorum nostrorum subditorum oppressorum.... Exheredationem, grandeque præjudicium et jacturam.* Aliud ann. 1419. tom. 11. earumd. Ordinat. pag. 42 : *In gravamen et Exhæredationem subditorum Dalphinalium etc.* Reg. feudor. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 33. r°. : *Item debent ipsum juvare pro ejus Exhereditatione evitanda.* Vide *Exhæredare.*

* **EXHESTERNA**, ἀπὸ χθές. Germ. *ex hesterno.* Reg. *ab hesterno.* Castigat. in utrumque Glossar.

1. **EXHIBERE**, Præbere alimenta et ad vitam necessaria apud JC. Lactantius de Mortib. Persecutor. n. 7 : *Hæc quoque tolerari possunt, quæ ad Exhibendos milites spectant.* Et num. 11 : *Dapibus suis sacrificabat pene cotidie, ac vicariis epulis suis Exhibebat.* [Nicolaus Trivettus in Chronico ad ann. 1165 : *Transivit igitur* (S. Thomas Cantuar.) *ad S. Columbam, Rege Francorum eum humaniter tractante, et in necessariis Exhibente, cui etiam successoribusque suis in Ecclesia Lugdunensi præbendam perpetuam assignavit.*]

Exhibitiones, Præbitiones, præstationes, tributa, etc. Charta Andreæ Laudensis Episc. apud Ughellum : *Cunctasque Exhibitiones quæ hactenus ad Laudensem comitatum de ipsa civitate, et suburbano ejus redhibitæ sunt, etc.* Usurpatur etiam eadem notione in Charta Henrici Regis Franc. ann. 1048. Locum vide in *Vicaria.*

* 2. **EXHIBERE.** Acta S. Alex. tom. 6. Sept. pag. 232. col. 2 : *Euntes ministri in vico Baccatensi præparaverunt fornacem, quoniam thermæ publicæ in eodem loco populum Exhibebant.* Id est, ut notant ibi docti Editores, Occasione thermarum erat ibi populi multitudo.

* 1. **EXHIBITIO**, pro adject. *Exhibitus*, in Lit. ann. 1350. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 34. *Eshendissement*, pro Auxilium, adhortatio, a verbo *Eshendir*, Adjuvare, excitare, in Sent. baillivi Duac. ann. 1382. ex Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 38 : *Lui* (suppliant) *maintenu desordenement oudit lieu, ainsi que pour vouloir faire Eshendissement oudit fait.* Infra : *Eshendir.*

** 2. **EXHIBITIO**, Mandatum judicis, bannus. Chart. ann. 1316. in Guden. cod. Diplom. tom. 2. pag. 453 : *Sculthetus... post primam et secundam Exhibitionem, quæ Gebott vulgariter dicitur.... tertiam Exhibitionem suam... posuit et locavit.* Eadem Germanice exstant ibid. pag. 458. ubi *gewann sinen dritten Bann.* Vide alio sensu post *Exhibere*, 1. et JC.

* **EXHIBITOR**, Qui exhibet, literarum seu instrumenti lator, Gall. *Porteur.* Procurat. ann. 1340. ex Tabul. Flamar. : *Ordinavit procuratorem suum . . . . generalem ac etiam specialem, videlicet Guillelmum de Gorsolis, sive sancti Ripperii domicellum, Exhibitorem præsentis publici instrumenti.*

¶ **EXHIBUCE.** Vide *Exibus.*

* **EXHIGERE**, pro Exigere, passim in Chartis.

¶ **EXHIMITUM**, ut supra *Examitum*, Pannus pretiosior, holosericus. Locum vide in *Dimitum.*

* **EXHINONORARE.** Vide infra *Exinhonorare.*

* **EXHITA**, Egressus obviam alicui. Comput. ann. 1380. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 26. col. 2 : *Eundo quæsitum ronsinos in Exhita facta dicto domino cardinali d'Amiés.* Et pag. 28. col. 1 : *Pro quinque Exhitis per dominos consules factis tam dominæ duchessæ, quam domino senescallo Bellicadri.*

* **EXHIUS**, Exitus. Charta ann. 883. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 21 : *Cum mansis, pratis, pascuis, silvis, Exhiis et regressis, etc.* Vide *Exitus.*

EXHOMINARE, Hominem exuere, ἐξανθρωπισθῆναι. Alanus de Insulis in Planctu naturæ, de Sodomitis :

> Humanos hominis exuit usus,
> Non humanus homo. Degener ergo
> Bruti degeneres induit artus,
> Et sic Exhominans Exhominandus.

¶ **EXHOMOLOGISTA**, Confessarius, seu Administer sacræ pœnitentiæ, ab ἐξομολογεῖν, Confiteri. Scriptura Johannis de

Digitized by Google

Ribera ad Concilium Compostell. inter Concil. Hispan. tom. 4. pag. 98. col. 2 : *Plurimi reperiuntur, qui domestico Exhomologistæ peccata præ verecundia celant, quæ extraneis libere produnt.*

EXHONORARE, *Vituperare*, in Glossis Arabico-Lat. [Gall. *Deshonorer*, Probrum, infamiam inferre, Labem aspergere. Interpres Ecclesiastici 10. 23 : *Semen autem hoc Exhonorabitur, quod præterit mandata Domini.* Et ℣. 32 : *Quis honorificabit Exhonorantem animam suam ?*] Est etiam *honorem*, id est, feudum adimere. Rathbertus : *Quid putas Imperator ? numquid vindicare te putas, hunc virum Exhonorando, et qualibet terrarum parte exulare jubendo ?*

EXHOSPITARE, Sugerius in Ludovico VI. pag. 321 : *Cum autem antequam cum filio exissemus, cum venerabili Ecclesiæ Priore Hervæo sepulturam ejus ante altare S. Trinitatis, ex opposito tumuli Caroli Imperatoris, mediante altari providissemus, occupato loco Carlomanni Francorum Regis, quia nec fas, nec consuetudo permittit Reges Exhospitari, quod proposueramus, fieri non potuit.* Id est, Regum corpora de tumulis suis extrahi, et alio transferri. Vide *Dehospitare*.

¶ **EXHUMARE**, Cadaver ex *humo* effodere, Gall. *Exhumer*. *Exhumatio*, Effossio, Gall. *Exhumation*. Utrumque legitur in Concilio Regiensi ann. 1285. can. 7. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 193.

* **EXHUMEBATUS** Pannus, Vox artis pannificæ. Arest. ann. 1395. 13. Febr. in vol. 8. arestor. parlam. Paris. : *Ordinatum fuerat quod non venderentur panni.... tincti mala tinctura, ... nec insuper Exhumerati, quod dicitur vulgari nomine Espaulez.* Cujus vocis vim explicat Stat. ann. 1403. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 171. art. 17 : *Nul ne pourra avoir drap Espaulé, c'est assavoir drap duquel la charnne ne soit aussi bonne ou meilleur comme les lisieres.*

¶ **EXIBUS**, *Pinguedo*. Gloss. Isid. Excerpta Pith. : *Exibuæ, Pinguedo*. Apud Festum legitur : *Exbuetes, Exinteratas, sive Exbuæ, quæ ebiberunt, quasi epotæ*; ubi vide Scaligerum. Post Grævium dicam : Sed quid hoc ad pinguedinem ? Quærant scutiores.

* **EXICIUS**, **Exul**, extorris, Gall. *Exilé*, alias *Eschis*. Charta Phil. VI. ann. 1337. ex Bibl. reg. cot. 15 : *Quod multi Januenses.... erant Exicii, exules et apolides civitatis suæ prædictæ*. Belloman. cap. 45. MS. : *Mais en tiex cas, se il voloit prouver que li barons fust Eschis les dix mois dessusdis et plus par mellée, ou par dettes, ou par bannissement, tele prueve ne li vaudroit pas; car il avient souvent que chaus qui sont Eschis pour tiex choses vont et viennent à le fois là ou leur femmes repairent, couvertement et en repost; et en tiex venuez porroient il engendrer. Eskiex* et *Eskix*, eodem sensu, apud Pet. de Fontan. cap. 31 art. 2 : *Quant li manseterres est Eskiex de se terre.... S'il est Eskix de se terre pour tel cas ki n'i puist entrer. Exchassé* vero, pro Absens, remotus, in Lit. remiss. ann. 1393. ex Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 484 : *Lesquelz freres, qui estoient Eschassez de la conté de Boulongne pour le fait et occasion de nos guerres.* Vide *Exiticius*.

* **EXICOTUM**. Vide supra *Excicotum*.

EXIDONEARE, [*Idoneum* reddere, Purgare.] Vide *Idoneus*.

¶ **EXIENS**, Moribundus, Gall. *Moribond*, de quo etiam dicimus, *C'est un homme qui s'en va*. Processus de Vita S. Yvonis, inter Acta SS. Maii tom. 4. pag. 557 : *Domine Yvo, veniatis pro Deo ad audiendum confessionem cujusdam infirmi Exeuntis in domo quadam.*

EXIGENDA, vox fori Anglici : ita autem dicitur conditio ejus qui quinquies in Comitatu aperto exactus, aut vocatus ad comparendum, non venit, ideoque exlex propter contumaciam proclamari potest. Ita Cowellus. Adde Rastallum verbo *Exigent*, et Brittonum pag. 5. 14.

¶ 1. **EXIGENTIA**, Gall. *Exigence*, Prout res postulant exiguntque. *Pro temporis Exigentia sermonem facere*, apud Barthium in Adversar. 44. cap. 9. ex Prudentio juniori in Vita S. Mauræ. *Juxta honestatis Exigentiam*, in Epistola anni 1497. apud Ludewig. tom. 6. pag. 106. *Juxta ordinis sui Exigenciam*, in Instrumento anni 1503. apud Th. *Madox* Formul. Anglican. pag. 336. *Juxta Exigentiam status*, in Litteris patentibus Caroli V. Franc. Regis pro Monspeliensibus ann. 1367. *Secundum sui naturam et causæ Exigentiam*, in Venditione Vicecomitatus Bellaniæ 25. Aprilis ann. 1410. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues*.

2. **EXIGENTIA**, Tributum, exactio. Rogerus Hovedenus pag. 592 : *Concessit quod... quieta sint de telonio et omnibus aliis consuetudinibus et Exigentiis.*

Exigentia, Debitum quod exigitur. Bromptonus. pag. 1183 : *Nisi Tancredus Rex Siciliæ... pacem celerius cum ipso fecerit de omnibus Exigentiis, quas ab ea exigebat.*

* **EXIGENTIÆ**, Necessaria, quæ quis, habita suæ conditionis ratione, exigere potest. Charta Godefr. Camerac. episc. ann. 1232. ex Chartul. S. Sepul. ch. 36 : *Habebit capellanus ad minus pro suis Exigentiis decem libras Cameracensis monetæ... Contentus autem erit capellanus proventibus superius expressis, ita quod nihil prorsus a domo S. Johannis pro suis Exigentiis, sive pro competentia sui beneficii poterit exigere.* Vide *Exhibere* 1.

¶ 1. **EXIGERE** Se, Rem possessam dimittere, cedere, Gall. *Se dessaisir*. Judicium ann. 782. inter Instrum. tom. 1. novæ Hist. Occitanæ col. 26 : *Et ordinavimus Milone Comite, ut de ipsas villas se Exigere fecisset, et Arloyno assertore et mandario Danielo Archiepiscopo per suum sajonem revestire fecisset.* [* Vide infra *Exire Se*.]

* 2. **EXIGERE**, Exire. Lit. ann. 1334. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 236 : *Alquerius de Deodata..... eques et armatus perpuncta..... equitando equum magnum, et Exigendo de loco de Columberio de domo hæredum Guillelmi de Bello-loco, etc.*

* 3. **EXIGERE**, pro Eligere. Charta ann. 1222. ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 21. v°. : *Insuper quicumque exactus est pro patrono causæ, ille exactus tenetur proponere verbum illius, qui ipsum Exegit.*

* **EXIGUUS**, pro *Humilis*, eo titulo Chartam sub Alex. archiep. ann. 910. in Chartul. eccl. Vienn. fol. 49. v°. col. 2. subscribit *Remegarius sanctæ Valentinensis ecclesiæ Exiguus episcopus*. Vide *Extremitas*.

EXILIARE, In exilium agere, Gall. *Exiler*. Lex Aleman. tit. 35. § 1 : *Exiliet eum de provincia*. Lex Bajw. tit. 1. cap. 11. § 4. tit. 2. cap. 10. § 1 : *Hoc in potestate Regis vel patris sui ibit, ut Exiliet eum, si vult*. Annales Franc. S. Nazarii ann. 786 : *Ibidem comprehensi sunt, et exinde Exiliati*. Ann. 787 : *Fraudulentissimos eorum in Franciam Exiliavit*. Leo Ost. lib. 1. cap. 32 : *Siconolfi filio de Salerno Exiliato*. Lib. 2. cap. 9 : *Joannes PP. de Roma Exiliatus venit Capuam*. Eckehardus Junior de Casib. sancti Galli cap. 16 : *In curtes longius sitas pane sordidiore aquaque alendos Exiliaverat*. Dositheus lib. 3 : *A quo Exiliatus est*. Adde Miracula S. Bavonis lib. 1. cap. 14. lib. 2. cap. 11. Capitul. 2. ann. 813. cap. 13. Vitam Ludovici Pii ann. 818. Vitam S. Wolphelmi Abbat. n. 33. etc. [Vide *Exilium*.]

¶ Exiliarius, Qui mittit in exsilium. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS. : *Exiliarius, Cils qui exile*.

¶ Exiliatio, Exsilium, Gall. *Exil*. Charta Lamberti Episc. Lingon. ann. 1018. pro Monasterio S. Valentini, inter Instrum. tom. 4. Gall. Chr. col. 139 : *In hujus Exiliationis lacrymosam convallem secum omne propaginis suæ traduxit genus.*

* Chron. Angl. Th. *Otterbourne* pag. 110 : *Et post Exiliationem ambos, inconsultis magnatibus, ad solum proprium revocavit* (Edwardus II. rex). *Assil* et *Essil*, eodem sensu, in Pœn. ducat. Aurel. apud Thaumass. ad calcem Assis. Hierosol. pag. 468 : *Se aucun n'a nul biens en tel forfet, il seuffre Assil perdurable*. Infra : *Essil*.

1. **EXILIUM**, Dissipatio, destructio. *Exiliare*, destruere, dissipare. Statutum Marlebridgense sub Henrico III. Rege Angl. cap. 25 : *Firmarii tempore firmarum suarum vastum, venditionem, vel Exilium non facient de domibus, boscis, vel hominibus, nec de aliquibus, quæ ad tenementa quæ ad firmam habent, spectant, etc.* [** Placit. ann. 8. Johan. Reg. Bedf. rot. 9. in Abbreviat. Placit. pag. 54 : *Milo de Everesh summonitus ad ostendendum quare ipse vastaverat boscum et terram Roberti... Robertus perdonavit eidem Miloni Exilium terræ, etc.*] Fleta lib. 1. cap. 11 : *Vastum et destructio fere æquipollent, et convertibiliter se habent in domibus, boscis et gardinis, sed Exilium dici poterit, cum servi manumittantur, et a tenementis suis injuriose ejiciuntur*. Adde lib. 4. cap. 9. § 9. et Bracton. lib. 4. tract. 5. cap. 18. § 1. Villharduinus n. 220 : *Ne remest nulle riens à Essilier fors la cité de Versoi*. Chronicon Flandrense cap. 75 : *Puis alla vers Peronne ardant ou Essilant tout le pais*. Adde cap. 89. Le Roman *de Vacces* MS. :

Ne soffrez vos homes Essilier ne porprendre.

Le Roman *de Garin* MS. :

Le resne avons Essilié et gasté,
Et meint monstier contre terre geté.

[Le Roman *de Partonopex* MS. :

Quand verront le leu de venger,

Digitized by Google

Pour moi destruire et Eissiller.

Le Roman *de la Violette* MS. :

Je n'y scay aultre jugement,
Fors de l'ardoir isnelement...
Sans le sceu de vos bons amis,
Ne soit son corps à Exil mis.]

Hinc etiam Picardi verbum *Essiller* usurpant pro, *bona dissipare. Essileurs de biens*, apud Philippum *de Beaumanoir* cap. 58.

* Bestiarius. MS. :

Chest goupil, qui tant set barat,
Que nous apelon chi renart,
Senefie le mal goupil,
Qui le peuple met en Essil.

* 2. **EXILIUM**, Peregrinatio, iter in longinqua. Vita S. Lugid. tom. 1. Aug. pag. 348. col. 1 : *Quadam autem die S. Lugidius ecclesiam circuiens, invenit post ecclesiam quatuor viros, qui in Exilium ire cogitabant; quibus Lugidius ait : Vos cogitatis ire in Exilium; ego autem dico vobis, quia locus, ubi nunc pedes vestri stant, ibi corpora vestra sepelientur.* Vide *Exul.*

¶ **EXILTA**, *Erronum marinus.* Gloss. Isid. La Cerda legit : *Erronum manus.* An bene, dicat qui potest.

EXIMENTUM, Idem quod *Exitus*, Fructus, et proventus prædii. [Judicium ann. 1165. Marcæ Hisp. col. 1340 : *Cumque de Eximentis inter eos quæstio verteretur, (prædictus enim Guillelmus Raimundi tertiam partem omnium fructuum, qui cultura et cura habitatorum Dertosæ proveniebant, inter Eximenta computabat,) diffinivit prædicta curia, ea tantum Eximenta recte appellari, quæ ad jus proprium ac fiscum regium pertinent, sive ea in leudis, questis, placitis, seu aliis quibuscumque usaticis, sive etiam terris, vineis, hortis consistant; fructus autem hereditatum eorum qui in civitate habitant, sive hi clerici sint, sive milites, sive burgenses, nullo modo inter Eximenta computari, præcipue quia ipse in eis seniorаticum vel adempramentum et mandamentum habet districtum.*] Charta Raimundi Comitis Barcinon. ann. 10. regni Leovici Regis junioris : *Et habeas tertiam partem de omnibus Eximentis ejusdem civitatis ac villæ, omniumque terrarum sibi pertinentium.* Alia Ildefonsi Regis Aragon. æræ 1211 : *Omnia Eximenta et expleta quæ exient de prædicto honore.* [Charta Philippi Pictav. Episc. ann. 1230. apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 797 : *In terragiis omnium bladorum, leguminum, linorum, carrharum, et in omni Eximento terrarum frostarum quæ de arbergamentis non fuerint, percipient semper dictus Abbas et sui similiter duas partes, et tertiam servientes.*]

EXIMEQUI, *Proxenetæ*, in Gloss. Isid.

EXIMERE, Interimere, occidere. Leges Luithprandi Regis Longob. tit. 12. § 1 : *Si quis frater fratrem suum in peccatis Exemerit, etc.* [** Murat. *Occiderit.* Luitpr. 17. (3, 3.)]

EXIMIETAS, *Sublimitas*, in Gloss. Isid. et apud Papiam. Gloss Gr. Lat. : Ἐξοχή, ἡ ὑπεροχή, *Excellentia, Eximietas, Eminentia.* Titulus honorarius, et compellatorius, qui occurrit non semel apud S. Augustin. Epist. 82. 129. 133. 135. 158. Radbertum in Epitaphio Walæ Abb. Corbeiens. pag. 513. etc.

¶ **EXIMII**, Optimates. *Eximii regni*, apud Radbertum in Vita Ven. Walæ Abb. lib. 1 cap. 13. sub finem; *Primi et Eximii palatii*, lib. 2. cap. 17.

* **EXIMINA**, pro *Hemina*, mensura frumentaria. Charta ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 241 : *Item unum malhollium .... ad censum unius Eximinæ ordei.* Infra : *Eyminæ.* Vide *Hemina.*

¶ **EXIMIUM**, pro *Exenium*, Munusculum. Statuta Arelat. MS. art. 175 : *Neque consules, neque judices.... accipiant aliqua munera vel Eximia ab aliquo cive.*

¶ **EXIMMUTUARE.** Vide *Exminutuare.*

¶ **EXINANIRE**, *In nihilum redigere*, in Barthii Glossario, ex Raimundi Agilæi Hist. Palæst. Pluries occurrit in Scripturis. *Exinanire* Latinis est Evacuare, Exhaurire, Exonerare. De Filio Dei dicitur apud Apostolum : *Semetipsum Exinanivit formam servi accipiens, etc.* [** Vide Forcellinum.]

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Anienter, amandrir, adnichiler, Exinanire.*

* **EXINANITAS**, Exinanitio. Castigat. in utrumque Glossar. : *Exinanitio, vacuitas*, ἀποκένωσις. MSS. *Exinanitas.* [** Mar. Mercator in Cyrilli Episc. Alexandr. Respons. contra Theodoret. pag. 296 : *Si vero ipsum verbum, quod erat in forma et æqualitate dei et patris, exinanisse se dicitur, quomodo rursus vel qua ratione exinanitum sit, si recuset Exinanitatem. Exinanitas autem Dei verbi est ejus, quod nescit pati conversionem, agere aliquid vel dicere humanorum, etc.* Vide ibid. pag. 262. 315. et 375.]

* **EXINANITUS**, Qui deliquium animi patitur, Gall. *Evanoui.* Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 501 : *Quodam vase tenente chopinam per ipsum supplicantem accepto, percussit in capite dictum Chicardum, unde mors inopinata secuta est; credens dictus supplicans dictum Chicardum esse solummodo prædicto ictu læsum seu Exinanitum, etc.*

* **EXINHONORARE**, Probro afficere. Pasch. Radbert. in vita vener. Walæ tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 286 : *Idcirco errat qui arbitratur Arsenium in periculum exsilii vel capitis vocari .... quod Augustum et filios Exinhonoraverit.* Mabill. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 503. edidit : *Exhinonoraverit.* Vide *Exhonorare.*

EXINTEGRO, Plene, integre, in leg. 28. Cod. Th. de Suscept. (12, 6.) [et in Instrumento anni 1327. apud Ludewig. tom. 5. pag. 481.]

EXINTERARE, Intestina eruere. Pardulus Episc. Laudunensis in Epist. ad Hincmarum Remensem : *Quæ* (volatilia) *oportet primum Exinterare, et diligenti cura sale humores exsiccare.* [Vide *Exenterare.*]

¶ **EXINUARE**, *Exemplare, Aperire.* Gloss. Sangerm. n. 501. Puto legendum *Exsinuare*, vel *Insinuare*, quod est in notitiam alicujus adducere.

* Hinc, ut videtur, *Exinete*, Dumetum quod *exinuatur*, in Lit. remiss. ann. 1410. ex Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 356 : *Comme le varlet du suppliant feust alé aux champs.. pour couper un poy de branches en une haye ou espine .... pour eulz esbatre et oster Exinete, afin de faire une haye pour prenre un lievre.*

* **EXIPERE**, pro Excipere, in Procurat. ann. 1340. ex Tabul. Flamar. et alibi passim.

¶ **EXIPPITARE**, *Rare oscitare.* Gloss. Isid. Paulo aliter apud Papiam : *Exippito, as, are, Oscitare, os aperire, hiare*, et in Glossario Sangerm. n. 501 : *Exippitare, Hiare, os aperire.*

1. **EXIRE** de aliquo crimine, eo absolvi : *Exire de latrocinio*, in Lege Salica tit. 49.

* 2. **EXIRE**, Offerre, liceri, Gall. *Mettre l'enchere.* Stat. ann. 1371. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 309. col. 1 : *Et sic continue recipere novas oblationes seu exitas ab eisdem seu aliis volentibus amplius Exire seu offerre .... Item quod nullus corraterius sit ausus revelare aliqualiter exitores qui Exierint seu Exire voluerint, etc.* Lit. ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 62 : *Et qui voluerit plus Exire, Exeat, ... et nullus fuerit seu apparuerit qui ad ipsa plus voluerit Exire seu offerre, etc.* Charta ann. 1388. in Reg. 133. ch. 127 : *Non invenit præco aliquem, qui in dictis bonis majorem exitam fecerit, seu majus pretium se daturum obtulerit, quam magistrum Johannem de Betiziaco civitatis Biterrensis, qui die præsenti Exivit ac se dare obtulit .... summam sexcentorum francorum auri.* Hinc

* **EXITA**, Auctio, licitatio, Gall. *Enchére.* Lit. ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 68 : *Præconizare fecit quod quinque supradictos et designatos census emere seu in eis Exitam seu oblacionem aliquam facere volentes, venirent et comparарent die præsenti hora vesperorum in curia ordinaria et coram Bauduchio commissario prædicto, Exitas seu oblaciones eorum .... facturi.* Charta ann. 1395. in Reg. 148. ch. 287 : *Dicta bona subhastari fecisse, ... et non reperiisse aliquem alium exitorem, qui in prædictis bonis et hereditagiis dicere seu Exitam facere vellet. Registrando etiam Exitas et encherias*, in Ch. ann. 1489. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 50. col. 2. Vide supra *Dica* 2. Inde etiam

* **EXITOR**, Licitator, Gall. *Enchérisseur.* Lit. Ludov. ducis Andegav. ann. 1376. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 334 : *Ad incantum publicum diu ducti ad precium quingentorum francorum auri quondam nomine regio existente et offerente, cum nullus alter Exitor nec emptor tutus reperiretur, etc.* Occurrit præterea in locis jam jam laudatis.

* 3. **EXIRE DE CONVENTIONE**, Pactum perfringere, violare, Gall. *Ne point tenir une convention.* Charta Petri comit. Autiss. ann. 1199. in Reg. J. Chartoph. reg. ch. 1 : *Hæc faciam jurari domino regi ab omnibus illis militibus et hominibus comitatuum Altissiodori et Tornodori, qui hæc nundum juraverunt, quos in manu mea teneo; ita quod si Exirem de aliqua istarum conventionum, ad dominum regem irent cum omnibus feodis suis absque fidem mentirі.*

* 4. **EXIRE HOMINEM**, f. pro *Exuere*, loquendi formula haud infrequens, Decedere, mori. Charta ann. 1152. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 615 : *Eodem anno*

Digitized by Google

Radulfus Monfortensis dominus hominem Exivit; cum autem appropinquaret dies ejus, etc. Vide supra *Excedere.*

* 5. **EXIRE** Se, Excedere, Gall. *S'en aller.* Charta ann. 1374. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xviij : *Bajulus.... audita supplicatione dictæ nobilis Morosæ,.... ordinavit quod dictus serviens se a dicto hospicio Exeat.*

* **EXIRETANUS.** Theodor. *de Niem* de vita et fatis Johan. XXIII. tom. 2. Conc. Constant. col. 340 : *Nec istis lucris contentus* (Balthasarus dictus Joan. XXIII. PP.) *sed amplius ditari satagens, quosdam eloquentes et audaces apostatas, de Spoleto in vicinis partibus oriundos, quos Italici Exiretanos appellant, et nuncios dicti Bonifacii* (IX. PP.) *ad prædicandas in Almania et adjacentibus provinciis indulgentias et peccatorum remissiones de omni peccato largissimas fieri procuravit.*

¶ **EXISCERARI**, pro *Exsecrari.* Papias in MS. Bituric. : *Exisceratur, Detestatur, horret.* Melius in Edito : *Execratur, Detestatur, horret.*

¶ **EXISSA**, *Disrupta.* Papias MS. Bituric. Puto legendum *Exscissa*, ab *Exscindo.*

¶ **EXISTENTIALITAS**, Vis existendi, qua quid existit. Utitur Marius Victorinus in Responsione ad Candidum Arrianum, apud Mabillonium Analect. tom. 4. pag. 161.

EXISTIMARE. Chartam commutationis anni 935. ita subscribunt apud Ughellum in Episcopis Bergomensib. pag. 613 : *Petrus qui Existimavi ut supra me subscripsi. Aroaldus qui Existimavi ut supra me subscripsi, etc.*

¶ 1. **EXITA**, pro *Exitus*, Gall. *Sortie.* Vide *Entrata.*

* 2. **EXITA**, Licitatio. Vide supra in *Exire* 2.

* 3. **EXITA**, Vectigal pro evehendis mercibus ex aliquo loco persolutum. Charta ann. 1366. in Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 55 : *Pro Exita sive exitu seu passagio centum et sexaginta sex balarum pelliam agnellorum.* Vide *Exitus* 5.

¶ **EXITARE**, *Dubitare.* Papias in MS. Bitur. Lege *Hæsitare.*

* **EXITATORIE.** Vide supra *Excitatoria.*

¶ **EXITIABILITER**, Perdite, damnose, cum exitio. S. Aug. lib. 6. Confess. cap. 7 : *Compereram, quod circum Exitiabiliter amaret.* Epistola Capreoli Episcopi Carthag. inter Concilia Hispan. tom. 2. pag. 198 : *Tantum igitur abest Deum Dei filium incommutabilem atque incomprehensibilem ab inferis potuisse concludi, ut nec ipsam adsumtionis animam credamus Exitiabiliter susceptam, aut tenaciter derelictam.*

¶ **EXITICIUS**, Exul, extorris. *Exiticiave aut bannitis*, apud Rymer. tom. x. pag. 120. col. 2. *Exititii seu banniti*, in Charta Bonifacii IX. PP. ann. 1396. apud Ill. Fontaninum in Appendice Antiq. Hortæ pag. 424. *Rebelles et Exititii dictæ civitatis*, ibid. pag. 459. in Diplomate ann. 1415. Ibid. pag. 460 : *Providemus etiam et jubemus quod aliquis Exititius dictæ civitatis non possit nec debeat in præfata civitate restitui vel remitti, nec de eorum bandis extrahi.* Rursum occurrit infra, ut et lib. 3. Rer. Sicul. Sallas Malaspinæ apud Baluzium tom. 6. Miscell. pag. 278. in Epistola Philippi Mariæ Ducis Mediolan. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1567. etc.

¶ **EXITIRE**, Periclitari. Vide *Ecitum.*

¶ **EXITITIUS.** Vide *Exiticius.*

¶ **EXITIUM**, ut *Exitus. Aquis aquarumve decursibus, Exitia et regressia earum*, apud Mabillon. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 696. col. 1.

* **EXITOR**, Licitator. Vide supra in *Exire* 2.

EXITURA, Jus exituræ, *Droit de sortie.* Ἐξιτήριον, apud Phavorin. in Lexico. Charta Rogerii Ducis Apuliæ pro Monasterio Cavensi ann. 1092 : *Prædictum vero Monasterium mercimonia sua absque omni datione, solutione, seu Exitura, libere vendat, etc.* Occurrit præterea in Statuto Honorii IV. PP. pro regni Neapolit. incolis ann. 1285. Vide *Fundicus* in *Funda.*

EXITURÆ, *Impetigines*, Matthæo Silvatico.

1. **EXITUS**, Græcis ἔξοδος, Expensæ rationum : unde ἐξοδιάσαι, in Vet. Testamento. Proprie autem dicuntur *Exitus*, Reditus annui, vel alia terrarum commoda quæ exeunt et proveniunt ex re aliqua, ut fructus terræ, et exitus tenementi. *Issues*, apud Littletonem sect. 193. nostri *Revenus* dicunt. *Exues*, in Testamento Roberti II. Ducis Burgundiæ ann. 1297. apud Duchesnium. Statutum 2. Westmonasteriense cap. 43 : *Et sciat Vicecomes, quod redditus, blada in grangia, et omnia mobilia, præter equitaturam, indumenta, et utensilia domuum, continentur sub nomine Exituum.* Vetus Charta in Monastico Angl. tom 2 : *Donationem de tota terra.... cum Exitu duorum annorum, etc.* Vide Regiam Majestatem lib. 2. cap. 22. § 2. cap. 46. § 1. et Skenæum lib. de Verbor. significat. in *Exitus terræ.* Occurrit passim.

* *Issue*, eadem notione, in Ch. ann. 1332. ex Chartul. S. Mart. Pontisar. fol. 28 : *Profiz, Issues et émolumens qui d'icelui pré pourront venir ou Issir.* Hinc

* Exitus Lignorum dicuntur Assulæ et recisamenta, vulgo *Copeaux*, quæ ex ligno exeunt et proveniunt, in Lit. remiss. ann. 1353. ex Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 810 : *Cum Robertus emisset.... coispellos seu Exitus lignorum, quæ Johannes Gosellini carpentaverat, etc.*

2. **EXITUM** Facere, pro *Exuere*, Devestiri, quasi *Exire ex re aliqua*, Rem dimittere. Tabularium Prioratus Persiaci in Burgundia apud Perardum : *Istas.... res warpiverunt, et se Exitum fecerunt pro amore Domini.* Charta Mathildis Comitissæ apud Franciscum Mariam in illius Vita : *Et mihi Mathilda Marchionissa foras exinde werpivit, et Exitum fecit.* Regestum Petri Diac. Casin. num. 244 : *Nos foras guerpivimus, et exinde ab omnibus Exitum foras fecimus, et ipsa supradicta Ecclesia S. Felici investivimus, et investiri dimisimus.* Vetus Charta in Chr. Laurisham. ann. 776 : *Sed per festucam ante nos se dixit Exitum.* Occurrit præterea in vett. formul. 69. 153. 155. 156. apud Lindenbrogium.

3. **EXITUS**, Filii, liberi, qui de aliquo *exeunt.* Statutum Westmonasteriense 2. ann. 13. Edw. I. Regis Angl. cap. 1 : *In omnibus enim prædictis casibus, post prolem suscitatam et exeuntem ab ipsis quibus tenentur, sicut conditionaliter fuit datum, huc usque habuerunt hujusmodi feoffati potestatem alienandi tenementum sic datum, et exhæredandi Exitum eorum contra voluntatem donatorum, etc.* Infra : *Licet Exitus, si quis fuerit, obiisset.* Habetur ibi non semel. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 607 : *Qui genuit Robertum de Alfreton Baronem... qui per Agnetem uxorem ejus habuit Exitum, Thomam filium et hæredem, etc.* i. ex quo natus est, etc. Galli dicunt, *duquel est issu.* Occurrit eadem phrasis pag. 869. [Charta anni. 12. Henrici IV. Angl. Regis, apud Th. *Madox* Formul. Anglic. pag. 16 : *Genuit Johannem Shapwyk Capellanum, et Priorem prædictum de modo viventem, hæredem prædictorum Willelmi et Thomæ pro defectu Exitus. Sine Exitu de corpore dicti Willelmi*, pag. 432. ejusd. Formul.]

¶ 4. **EXITUS**, in rationibus Expensum. Caffarus in Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 284 : *Præterea in fine eorum Consulatus introitum et Exitum Reipublicæ totum, quomodo et unde receperant, sicuti et ubi distribuerant, in concione facta palatii coram omnibus per ordinem in scriptis apte et lucide ostenderunt; cujus enim pecuniæ de prædicto introitu et Exitu, etc.* Hoc est, de accepto et expenso, Gall. *Recette et mise.* Commissio data Guillelmo Remervillæ ann. 1469. ex Schedis D. de S. Quintino : *Ac de eadem summa compotum teneatis ac faciatis introitum fideliter atque probe, pariterque et Exitum.*

¶ 5. **EXITUS**, Vectigal pro evehendis mercibus ex aliquo loco, Gall. *Droit d'issue*, vel *de sortie.* Diploma Lotharii II. Imp. pro Wibaldo Abb. Stabulensi ann. 1137. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 99 : *Nullum pontaticum, nullum transitum vel Exitum, nullum denique terra aquave vectigal... persolvant.* In quibusdam Consuetudinibus muncipalibus Francicis *Droit d'issue*, idem sunt quod *Laudimia*, Gall. *Lods et ventes*, aliave similia, quæ subditi dominis feudalibus debent exsolvere, cum fundum emunt, vendunt, aliave ratione comparant vel alienant. Hac notione accipitur in Consuetudinibus Aquarum Tarbellicarum tit. 9. art. 19. 20. 22. 27. 28. 34. 38. Baionæ tit. 5. art. 42. Sed in Consuetud. Hedenensi art. 4. *Droit d'issue* de eo dicitur, quod dominus percipit, cum quid e sua in alienam jurisdictionem transfertur : de quo jure etiam fit mentio in Consuetud. S. Pauli in pago Atrebat. Vide Glossarium *de Lauriere* voce *Issue.*

* 6. **EXITUS**, pro *Exercitus*, ni fallor, Expeditio militaris. Charta commun. Rotomag. ann. 1204. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 675. art. 27 : *Si communia præcepto domini regis vel justitiæ suæ debeat Exitum facere, major et eschevini providebunt quos statuant remansuros ad urbem Rothomagensem custodiendam; et qui post horam nominatam exeundi, inventus fuerit in dicta civitate.... erit in misericordia domini regis, et in misericordia communiæ de domo sua prosternenda, vel de centum solidis, si domum non habuerit.*

Digitized by Google

* 7. **EXITUS**, Actus, factum. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 159 : *Dictus Johannes de la Treille fuit longo tempore et continue ante mortem suam homo insanus, capitosus, quasi furiosus, et faciebat Exitum furiosi.*

¶ EXITUS FORI, de eo dicitur, si bene conjecto, qui deserit *forum* seu jurisdictionem legitimi domini, ut *exeat* seu transeat in alienam. Charta Roberti Comitis Mellenti tom. 4. Hist. Harcur. pag. 2173 : *Si miles vel alius et quicumque aliquando coitatevit castrum vel Exitum fori fecit, capiatur, et donec inde nobis satisfecit, teneantur feoda.*

¶ EXITUS MENSIS. In veteribus Instrumentis non semel occurrunt hæ voces *Introitus* et *Exitus mensis*, ad quarum notionem observandum a majoribus nostris menses in duas æquas partes divisos fuisse. Prioris partis, quam *Introitum* vocabant, dies naturali ordine numerabant, ita ut prima dies mensis esset prima *Introitus mensis*, sicque pergebant usque ad diem 15. Posterioris vero partis seu *Exitus* dies ordine retrogrado, ut Romani Kalendas numerabant; ultima igitur dies mensis erat prima *Exitus mensis*, penultima secunda et sic de cæteris. Lapis marmoreus in claustro B. M. Deauratæ : *Anno Domini* MCCLXXXIII. *tertia die Exitus mensis julii obiit domina Ancelina soror domini Petri de Castro novo pro qua fit Officium, etc.* Charta ex Archivis ejusdem Monasterii : *Et fuit actum hoc septimo die Exitus mensis januarii, Philippo Rege Francorum et Petro Episcopo Tholosano anno ab Incarnatione Domini* MCCCIII. [* Vide *Mensis intrans.*]

EXITUS PLACITI. Jo. Fortescutus de Laude Legum Angliæ cap. 20 : *Materiæ facti, quam legis Angliæ periti Exitum placiti appellant.... veritas per leges civiles testium depositione probari debet, in qua duo testes idonei sufficiunt; sed per Leges Angliæ veritas illa non nisi* 12. *hominum de vicineto, ubi factum hujusmodi supponitur, sacramento, judici constare poterit.* Adde cap. 26.

¶ EXITUS VILLÆ, Quod Majori et Juratis alicujus villæ solvere debebat Burgensis, qui in aliam migrabat villam seu urbem oppidumve. Arrestum Parlamenti ann. 1266. relatum apud *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 315 : *Petebant Major et jurati Compendii contra Johannem le Riche, Burgensem modo Corbiensem, quod cum ipse fuisset et adhuc esset Burgensis suus, nec unquam eis solvisset Exitum ville, solveret eis talliam sicut et alii Burgenses dicte ville, vel saltem Exitum ville et partem debiti ville eis redderet. Et ad hoc petebant per Curiam eum compelli.* Quod factum est, ut in sequentibus habetur. Hoc autem Parlamenti judicium consonum est Edicto Philippi Pulcri ann. 1287. n. 6. ibidem : *Item, il est ordené que se aucuns, ou aucune reçu à la Bourgeoisie, ou à recevoir en la fourme dessusdite, s'estoit partis ou partoit de cy en avant, d'aucun lieu, ou d'aucune Commune, il payera les tailles, les frez de la ville, de tant comme il fut tailliez, ou gité sus li, avant qu'il fut reçuz et avoez comme Bourgeois à l'autre ville, dont il aura requis la Bourgeoisie, ou la partie de doite pour Yssue de la ville.* Vide *Gabella Emigrationis.*

EXIUS, Exitus. Tabularium Bellilocense num. 130 : *Cum terris et pratis et cum ipsis broliis, cum Exiis, et regressibus.* Occurrit ibi pluries. Ita in formula 28. ex Baluzianis. Aliæ Chartæ ejusdem Tabularii habent vulgo *Exitibus.* [Chartularium Ecclesiæ Aptensis *Exeis*. Instrumentum Ecclesiæ Ruthen. tom. 1. Gall. Christ. pag. 53. col. 2 : *Cum curtes et hortos, cum Exeis et ingressis et egressis. Cum Exeis et regressis*, in Donatione ann. 810. inter Instrum. tomi 1. novæ Hist. Occitanæ col. 36. *Cum Exea et ingressea*, in Charta ann. 922. Marcæ Hisp. col. 842. *Cum Exiis et regressiis*, ibid. col. 819. ex Charta ann. 888. Vide ibid. col. 823. Acta SS. Martii tom. 3. pag. 719. Chartam ann. 825. tom. 4. Gall. Chr. Instrum. col. 265. 266. etc.] Vide *Exitus.*

EXLEGALITAS, EXLEGARE. Vide *Exlex.*

1. **EXLEX**, Alterius legis, seu Religionis, qui extra legem est. Gloss. Lat. MS. Reg. : *Exlex, extra legem.* Fulcherius Carnot. lib. 1. Hist. Hieros. cap. 11. de Christianis : *Cum civitatem ingressi fuissent, confestim cum feminis Exlegibus concubuerunt plures ex eis.* [Charta Theobaldi Episc. Ambian. de compositione inter Bernardum de Morelio et homines ejusdem villæ : *Si quis aliquem verbis contumeliosis Exlegem nominavit, decem solidos pro lege Domino dabit.*]

2. **EXLEX**, Qui beneficio legis privatur, adeo ut lege agere non valeat. [Barthius in Glossario ex Hist. Palæst. Fulcherii : *Exlex, Excommunicatus, is ad quem nec divini nec humani juris quicquam pertineat.*] Leges Edwardi Confess. cap. 19 : *Pueri vero qui ante malefactum fuerint nati vel generati, non erunt Exleges pro malefacto post generationes eorum peracto.* Adde cap. 37. Continuator Florentii Wigorn. ann. 1127 : *Clericus ab ordine deponatur, laicus vero Exlex et excommunicatus habeatur.* Ordericus Vital. lib. 10. pag. 327 : *Absit a me ut credam quod bonus Miles violet fidem suam; quod si fecerit, omni tempore velut Exlex despicabilis erit.* Charta anni 1240. in Tabulario Campan. Biblioth. Regiæ fol. 365 : *Si quis dixerit aliquem Exlegem, vel aliquid quod sit æquivalens tali convitio, 5. sol. reddet Dominis, et Majori 6. den.* Bracton. lib. 3. tr. 2. cap. 11. § 1 : *Si infra tempus illud non venerit, pro Exlege tenebitur, cum Principi non obedint, et extunc utlagabitur, sicut ille qui est extra legem, sicut Langhelesman.* Adde lib. 5. tr. 5. cap. 31. § 7. Apud nostros dicebatur ille *Perdre respons en Court*, cui juri stare haud licebat, aut cujus testimonium in jure nullum erat. Occurrit sæpe hæc formula apud Petrum de Fontanis.

EXLEGARE, Exlegem facere, beneficio legis exuere. Matth. Westmonast. ann. 1020 : *Rex Anglorum Cnuto... apud Orencestriam Concilio congregato Æthelwardum Ducem ibi Exlegavit.* Vide eumd. ann. 1021. Occurrit passim apud Scriptores Anglic. Ingulfum pag. 899. Rogerum Hoved. ann. 1065. 1070. Simeonem Dunelm. de Gestis Angl. ann. 1017. 1052. 1055. 1063. 1065. 1074. etc.

EXLEGALITAS. *Calumniari de Exlegalitate*, in Legibus Edw. Confess. cap. 38. dicitur is qui postulatur, vel accusatur tanquam *Exlex.* [Chronicon S. Trudonis apud Acher. tom. 7. Spicil. pag. 421 : *Pars maxima de illa Luiponis conjurata factione, adhuc tunc truncas manus portantes in signum damnationis et Exlegalitatis suæ*, hoc est, si bene interpretor, factorum contra legem, facinorum, et malefactorum. Vide *Exlex* 3.]

3. **EXLEX**, Factum contra legem, injuria, maleficium, delictum. Charta anni 1236. in Tabulario Ecclesiæ Ambian. Ch. 271 : *Ego Petrus Major de Fontanis... notum facio quod cum propter multiplices injurias, Exleges, et damna quæ irrogaveram Capitulo Ambian. etc.*

* *Desléel*, in Vita S. Ludov. edit. reg. pag. 381 : *Il disoit que li jugemenz de sa court estoit fauz et Desléel. Escalavorgement*, eadem acceptione, in Vit. SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 76. v°. col. 1 : *Car la Incarnations n'estoit mie faite tant solement pour la réparation de l'humain Escalavorgement etc.* Unde *Escalavorgans*, Perditus et dissolutus, vulgo *Libertin*, ibid. fol. 187. r°. col. 2 : *Uns escoliers, qui estoit avant vains et Escalavorgans, fu faiz chastes et contenanz.*

¶ **EXLORATORES**, Nebulones, iidem qui *Holerii*, de quibus in voce *Hullæ* 1.

* *Exploratores* rectius editum tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 499.

EXMELLARE, *Scalpellum vel lanceola quibus inciditur cutis.* Ita Glossæ MSS. ad illud Alexandri Iatrosophistæ lib. 1. Passion. *Sacarificantes venas cum acuto Exmellari.*

¶ **EXMEMBRARE**, Mutilare. Ratherius Veron. Epist. ad Joannem II. Papam, apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 249 : *Adjiciens amicabile satis consilium, melius scilicet esse, ut secederem, quam Milonis dolo aut Exmembrarer, aut interficerer.* Vide *Emembrare.*

EXMERARE ARGENTUM, in Capitulis Caroli C. tit. 31. [** Edict. Pist. ann. 864.] § 13. est *merum*, seu purum reddere vel purgare. Id nempe requirebatur in denariis, ut puro essent argento, et non mixto, et *pensam*, seu legitimum pondus haberent. Synodus Francoford. cap. 5 : *De denariis, si mero sunt argento, et pleniter pensantes.* Le Roman *de Parise la Duchesse* MS. :

S'il voit le roge or, et l'argent Esmere.

Vide *Merus*, [* et supra *Esmerare.*]

* **EXMETARE**, Metas ponere. Charta Andr. reg. Hungar. ann. 1214. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 19 : *Prædicta igitur sylva et pratum a duobus pritaldis nostris.... sic est Exmetata. Prima meta exit etc.* Vide supra *Exbonatio.*

* **EXMETHODIUM**, pro *Odeum*, Genus ædificii, legebatur apud Sueton. in Domit. edit. Mediol. ann. 1475. monente D. de Montefalc. in Diar. Ital. pag. 230. Ipsum consule.

¶ **EXMINA**, pro *Hemina*, Mensura frumentaria, legitur in Obituario S. Geraldi Lemovic. fol. 2. et 30. Vide *Hemina.*

EXMINUTUARE, *Pauperem facere*, in Gloss. Isid. Ugutio habet *Eximmutuare, Depauperare, pauperem facere.* Forte, *Exsumptuare.* Vide in hac voce.

EXNAMMIARE, [Namium seu pignus auferre.] Vide *Namium.*

Digitized by Google

¶ **EXNUDIUS Tertiana**, Ἀπὸ τρίτης ἡμέρας, *Nudius tertius*. Supplem. Antiquarii.

* Ex Castigat. in utrumque Glossar.: *Ex nudius tertianus.*

* **EXOBLIGARE**, Ab obligatione liberare, Gall. *Dégager*. Charta ann. 1195. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 144 : *Et si aliquid de rebus et possessionibus dictæ civitatis Castellanæ.... per nos aut per ipsum quondam dom. Petrum de Attegia, vel per suos heredes et successores mole fuerit debiti obligatum, illud ex prædicta summa argenti recolligere et Exobligare sub inferiori pœna promittimus.*

¶ **EXOCATACŒLI**, Ἐξοκατάκοιλοι, Præcipui Patriarchæ Constantinop. Officiales et Consiliarii, qui in publicis cœtibus Episcopos præcedebant. Sex enumerat Hofmannus post Macros fratres in Hierolexico, magnum Oeconomum, magnum Sacellarium, magnum Scenophylacem, magnum Chartophylacem, Præpositum parvo sacello et Protecdicum. Memorantur in actis Conc. Florent. De vocis etymo multi multa dixerunt. Potior mihi videtur opinio Roberti Creyghton in notis ad historiam ejusd. Concilii, ubi primitivum, inquit, nomen ab initio fuit ἐξικαταχέλιοι, cujus terminatio jam corrupta est in κοίλοι vel χύλοι a barbaris, et vulgo Græcorum ἔξιοι, quod extra thronum Patriarchæ sederent, sed omnino primi et proximi : et κατακέλλοι, Residentiarios significat a κέλλη et κελλίον, sedes, domuncula. Asserit idem Scriptor ibidem Exocatacœlos quinarium numerum nunquam superasse. Hunc, si cupis, consule. [** Vide Glossar. med. Græcit. in hac voce, col. 409. sqq. et Append. col. 71.]

1. **EXOCCUPARE**, Occupationibus liberare. Ugutio : *Exoccupare, expedire.* Joannes Sarisber. lib. 1 Polic. cap. 4 : *Si majoribus*, (Magistratibus) *quod quidem rarum est, eos Exoccupari contigerit.* Lambertus in Vita S. Heriberti Archiep. Colon. n. 12 : *Laborabat Exoccupari ulterius curis vitæ hujus.* Hinc *Exoccupatus*, ab occupationibus liber, otiosus : qua voce utuntur passim Scriptores, idem Sarisber. lib. 1. Policr. cap. 8. Philippus Eystetens. Episc. in Vita S. Willibaldi cap. 35. Vita S. Henrici Imp. cap. 29. Gerardus Abb. Silvæ major. in Vita S. Adelardi cap. 4. 5. Regula S. Bened. cap. 5. Petrus Venerab. lib. 1. Epist. 24. Hugo Flaviniacensis in Chron. pag. 243. Liber usuum Cisterciens. cap. 37. etc.

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Exoccupare, desliurer, deslier.*

2. **EXOCCUPARE**, De possessione dejicere. occupantem et possessorem expellere. Vetus Charta sub Henrico I. Rege, ex Tabular. Dervensis Monasterii : *Et adhuc promisit... quandam se daturum Ecclesiam, si eam posset aliquo modo Exoccupare suis Militibus.* Quibus scilicet inbeneficiata erat. Radulphus de Diceto ann. 1106 : *Militibus patris concurrentibus ad Exoccupandum pontem, milites filii a ponte repelluntur.* Chronicon Andrense pag. 379 : *Militibus concurrentibus ad Exoccupandum pontem*, qui nempe occupatus fuerat ab hostibus.

* **EXOCREARE**, pro *Exocreare*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Descausar, Prov. Discalcire, Exo cereare camberias vel stivalia.*

* **EXOCHAS**, Gr. ἐξοχάς, Tuberculum in ano genitum. S. Aug. epist. 149. edit. 1576 : *Corpore autem in lecto sum. Nec ambulare enim, nec stare, nec sedere possum, rhagadis vel Exochadis dolore et tumore.* Vide Martin. Lexic. in hac voce.

EXOCIONITÆ, in Historia Ecclesiastica Anastasii Bibliothecarii, Ariani dicti quod Constantinopoli in loco *Exocionio* dicto conventus suos agerent, uti pluribus probamus in Constantiuopoli Christiana.

1. **EXOCULARE**, Oculos evellere, excæcare, in Chronico Uspergensi in Philippo Imp. in Statutis Venetor. lib. 6. cap. 79. etc. Plautus in Rudente :

> Vos adeo, ubi ego innuero vobis, si non ei caput Exoculassitis,
> Quasi murteta juncis, item ego vos virgis circumvinciam.

Willelmus Brito libro 5. Philippidos :

> Exoculat ter quinos, etc.

Charta ann. 1266 : *Dictus Vicarius debet et tenetur, per se vel per alium, suspendere, et Exoculare, amputare membra, fustigare condemnatos cum suis expensis, ... debet cogere homines in cavalcatis, et dictos homines cadellare* (alias *capdelare*) *per se vel per alium idoneum in expensis jam dicti Domini* (de Salve)... *debet recipere castrum de dicta vicaria pro jam dicto Domino, quando sibi redduntur a vassallis, et vexillum in jam dictis castris dicti Domini ponere. Et quando dictus Dominus habet guerram, debet dicere et præcipere vassallis dictorum castrorum ex parte dicti domini, quod dicta castra muniant, et fideliter custodiant secundum morem terræ.* Occurrit etiam apud Joannem de Parisiis de Potestate Regia et Papali cap. 22. et apud alios.

¶ 2. **EXOCULARE**, Oculis seu conspectui subducere, abscondere. Vita B. Ursulinæ Parmensis April. tom. 1. pag. 727 : *Jejunia, disciplinas, orationes... omni sollicitudine et prudentia exquisita Exoculare intendebat.*

EXODIUM, Exodiarius. Jo. de Janua : *Exodium, initium cantilenæ. Hinc Exodiarius, præcentor, qui cantum incipit ante alios.* Notæ Tyronis pag. 173 : *Exodium, Exodiarius.* Vetus Inscriptio Romæ 637. 1 : *Sum victus ipse fateor a ter Consule Vero patrono, nec semel, sed sæpius, cujus libenter dicor Exodiarius.* [Glossar. Sangerman. n. 501 : *Exodiarius, in mimis est turpitudo detestabilis.* Hac quoque voce usus est Ammianus lib. 28. cap. 4. *Exodiarius* est Actor *Exodii*, seu qui fabulæ affert *Exodium*. Est autem *Exodium* Isidoro in Glossis, *Cantio in theatris ludicra et scurrilis*, versibus intexta quæ quod penitus extra fabulam esset, nomen accepit. Hac notione *Exodii* vocabulum usurparunt Suetonius et Livius. Veteres alii pro exitu vel fine cujuscumque rei acceperunt. Festus : *Exodium, Exitum.* Nonius : *Exodium est finis, a Græco tractum, quasi ἔξω τῆς ὁδοῦ, id est, contra viam.* Varr. ἑκατόμβη παρὶ θυσιῶν. *Socrates cum in vinculis publicis esset, et jam bibisset κώνειον in Exodio vitæ.* Idem ταφὴ Μενίππου. *Quod cæperas modo in via narrare, ut ad Exodium ducas.* Hinc]

Græcis recentioribus ἐξόδιον, *Exequias* sonat, ut observat Meursius, ex Gloss. Gr. Lat. : Ἐξόδιον, *Exequiæ.* Ἐξοδιαστικόν, ritus exequiarum, in Eucholog. Ἐξόδια ῥήματα, ultimæ morientium preces, in Vita S. Hesychii Thaumaturgi n. 4. Ἐξοδιακὸς κράββατος τοῦ νεκροῦ in Synodo VI. Act. 15.

* Vide Suppl. M. Velseri ad Amœnit. Liter. tom. 5. pag. 129. et 130.

¶ **EXOINA**, Exoimna, Gall. *Exsoine, Essoine, ete.* Ejuratio vadimonii, Excusatio quam quis affert, quominus juri stare possit. Vide *Sunnis.*

¶ **EXOLERARE**, Olera auferre. Vide *Olerare.*

¶ **EXOLUTIM**, Quasi Exsoluto timore, secure. Lupus Ferrar. Epist. 127 : *Verum quia non misistis equum, nec idoneum qui me Exolutim ferret, habebam.* Vide *Exsolute.*

EXOMIUM, Ἐξωμίς, Substricta ac brevis tunica, circa humerum desinens. Fabius lib. 5. cap. 10 : *Non possum togam prætextam sperare, cum Exomium pullum videam.* Ita emendat vir doctus pro *Exordium.* [*Tum vili ad corpus Exomide seu cilicio cinctus*, in Annal. Bened. tom. 5. pag. 379. Festo, *Exomides sunt comici vestitus exertis humeris.*]

¶ **EXOMNIARE.** Vide *Exsomniare.*

EXOMOLOGESIS, Ἐξομολόγησις, Peccatorum confessio, apud S. Cyprianum Ep. 11. 13. etc. et lib. de Lapsis, Tertullianum, Pacianum Ep. 3. etc. Vide Pamelium ad eosd. Auctores, et Isid. lib. 6. cap. ult.

Exomologesis, Litania publica. Concilium Moguntinum ann. 813. can. 31 : *Inter litanias et Exomologeses hoc differt, quod Exomologeses pro sola peccatorum confessione agantur : litaniæ vero indicantur propter rogandum Deum, et impetrandam in aliquo misericordiam ejus. Sed nunc utrumque vocabulum sub una designatione habetur.* Atque hac ultima notione usurpatur in Concilio Tolet. XVII. cap. 6.

** **EXONERATIO.** Vide *Stapula*, 1.

* **EXONERE.** Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641 : *Exonaris, nascaris.* Vide infra *Exoria.*

EXONIA, [ut *Exoina*, Excusatio, quam quis affert, ut non stet juri. *Exoniare*, Excusare, *Exoniator*, Excusator, *Exonium*, Excusatio.] Vide in *Sunnis.*

¶ **EXOPERARI**, Absolvere, perficere. Gloss. Græc. Lat. : Ἐξεργάζομαι, *Exoperor.*

EXOPINARE. Fragm. Petronii pag. 50 : *Viderint qui de hoc alibi* [** *Exopinassent*, al.] *Exopinissent; ego si mentior, Genios vestros iratos habeam.*

EXORABULA, Exorandi modi, apud Apuleium Florid. lib. 4.

* **EXORATIO.** Exorationum Epistolæ, Quibus aliquid exoratur. Silvest. PP. Epist. an. circ. 1001. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 428 : *Exorationum epistolis, quoties te monuimus, et ab his periculis eruere te desudamus.*

EXORBARE, Excæcare. Leo III. PP. Ep. 4 : *Uxorem vero Leonis Imperatoris Exorbavit, et filium ejus parvulum interemit.* Et infra : *Neque uxorem Leonis Imp. Exorbaverunt.*

¶ **EXORBITA**, Via latior. Vide *Carreria.*

Digitized by Google

¶ **EXORBITANTIA Motuum**, Violentissimus motus et maxime impetuosus. River. Cent. 4. observ. 35. ubi de uterina specie mali hypocondriaci gravioris : *Affligit potius mulieres quam sexum masculinum, ex debiliore, imbecilliore et teneriori systematis nervosi textura, et spirituum animalium eorumdem majori raritate, et faciliori promptitudine in varias motuum Exorbitantias.*

1. **EXORBITARE**, Ab eo quod rectum est, recedere. Utuntur Sidon. lib. 5. Epist. 16. lib. 8. Epist. 11. Jul. Firmicus de Errore profan. relig. Tertull. in Exhortat. ad castit. S. Augustinus lib. 9. de Civit. et alii sine numero.

* Vel ab usu recepto et consueto jure deviare, quo sensu sæpissime occurrit apud JC. Faber Jurispr. Papin. tom. 11. Princ. : *Jus vero succedendi ex pupillaria substitutione, speciale est et Exorbitans, ut loquuntur, a regulis juris communis.* Vide Calv. Lex. Jurid. voce *Exorbitantia.*

* 2. **EXORBITARE**, De possessione dejicere, possessorem expellere. Epist. prior. Cartus. *de Schene* in Angl. ex Tabul. Derv.: *Illustris rex Francorum Carolus..... animo ferventi, virtute parliamenti sui omnes Anglicos habentes possessiones infra ligianciam suam, de eisdem possessionibus Exorbitavit.* Vide *Exoccupare* 2.

* **EXORBITATIO**, Effrænatio, immoderatio, Gall. *Excès, déréglement.* Charta ann. 1400. inter Addit. ad observat. in Carol. VI. pag. 775 : *Propter multas prægnantes causas nos urgentes et intolerabiles Exorbitationes, etc.* Vide in *Exorbitare* 1.

¶ **Exorbitatio Disciplinæ**, apud Tertullianum de Idololatria cap. 14. [** *Exorbitationes a catholica veritate*, apud Marium Mercatorem pag. 5.]

¶ **EXORBITATOR Judaismi** *et destructor*, apud Tertullianum lib. 3. adv. Marc. cap. 6. Vide *Exorbitare*, 1.

¶ **EXORCHIA**, **Exorchus**. Vide *Exorquia.*

EXORCIDIARE, pro *Exorcisare*, in antiquissimis Cypriani Codicibus Concilii Carthag. legi monet Rigaltius ad Commodianum. Quæ quidem vox etiam legitur in Archelai Mesopotamiæ Episcopi disputat. adversus Manichæum edita ab Henrico Valesio post Socratis Historiam : *Præcepit autem electis suis... ut cum desiverint manducantes, orarent et mitterent super caput oleum Exorcidiatum, etc.* Missale Gallicanum vet. pag. 472 : *Opus ad baptizandam. Præfatio antequam Exorcidietur.* Et pag. 477 : *Exorcidio te, fons aquæ perennis, etc.* [et apud Martenium tom. 1. de Antiquis Ecclesiæ ritibus pag. 169 : *Exorcidio te, creatura aquæ, in nomine Dei Patris omnipotentis, etc.*]

EXORCIZARE, apud Scriptores Ecclesiasticos, est per divina adjurando vim inimicam expellere. Ulpianus in lege 1. D. de extraord. cognit. (50, 13.): *Si incantavit, vel imprecatus est, vel, ut vulgari verbo impostorum* (Christianorum) *utar, si Exorcizavit, non sunt ista medicinæ genera.* Duplex autem est in hominem dæmonum potestas, interior et exterior, quando videlicet animam vitiis et peccatis captam et obnoxiam tenent, vel sensus exteriores interioresque perturbant, et furorem quemdam inferunt : ergo qui malis illis curandis, sive Catechumenorum, sive Energumenorum in Ecclesia præsunt, *Exorcistæ* vocantur, preces ipsæ *Exorcismi.* Vide S. Augustinum lib. de Vita beata sub finem, disput. 2. diei, et Isidor. lib. 8. Orig. cap. 12. De divina vero Exorcistarum in dæmones potestate, qua eos de obsessorum corporibus exire compellunt, multa habent Tertullianus lib. ad Scapul. et in Apol. Cyprianus tract. ad Demetrian. et lib. 1. Epist. 6. et lib. 2. Epist. 2. Lactantius lib. 2. cap. 21. Justinus Martyr, Arnobius, Octavius Felix, etc.

Exorcismus, Isidoro lib. 2. de Eccl. Off. cap. 20. *est sermo increpationis contra immundum spiritum in Energumenis sive Cathecumenis factus, per quem ab illis diaboli nequissima virtus et inveterata malitia, vel excursio violenta fugetur.* S. Leo M. Epist. 4. ad Episcopos Siciliæ cap. 6 : *In baptizandis electis, qui secundum Apostolicam regulam, et Exorcismis scrutandi, et jejuniis sanctificandi, et frequentibus sunt prædicationibus imbuendi, etc.* Ferrandus Diacon. Carthagin. : *Celebrato solenniter scrutinio, per Exorcismum contra diabolum vindicatur, cui se renuntiare constanter respondit, etc.* Vide *Abrenuntiare*, et *Scrutinium.*

Exorcismus usurpatur etiam in rebus inanimatis, quæ scilicet benedicuntur cum adjuratione qua ab iis repelluntur dæmones : ita *Exorcismum florum, olei, chrismatis olei, olei Catechumenorum, etc.* habet Ordo Romanus : et *Aqua Exorcizata* quibusdam dicitur, quæ vulgo *benedicta*, ut supra docuimus. Optatus lib. 2 : *Exorcizatis et lavatis sine causa parietes, ut hoc nequitiæ genere subrueretis simplicissimorum hominum mentes.* Infra : *Quid iniquius quam Exorcizare Spiritum sanctum, altaria frangere, Eucharistiam animalibus projicere?* Althelmus de Laude virgin. cap. 21 :

Sic Exorcizans lychnos benedixit aquosos.

Exorcismata, Incantationes, in Constitutionibus Siculis lib. 3. tit. 42. § 3.

Exorcista. Gloss. Lat. MS. : *Exorcista, adjurans. Exorcistæ* tertium Ordinis Ecclesiastici gradum constituunt, qui *cum ordinantur, accipiunt de manu Episcopi libellum in quo scripti sunt Exorcismi, accipientes potestatem manus imponendi super energumenos, sive baptizatos, sive Catechumenos*, ut est in Concilio Chartag. IV. can. 7. Ita etiam Ordo Romanus, Sacramentarium Gregorii, Missale Francorum vetus pag. 399. Isidorus lib. 2. de Eccl. offic. cap. 13. Alcuinus lib. de Divin. offic. Amalarius lib. 2. de Eccl. offic. cap. 9. Rabanus lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 10. Ivo Carnot. serm. de Excellentia sacror. Ordinum, Honorius Augustod. cap. 177. Stephan. Eduensis Episc. lib. de Sacrament. cap. 3. Gillebertus Lunicensis Episc. de Usu Ecclesiastico, etc. Ad vocis originem, et Exorcistarum munus alludit Firmilianus in Epist. ad S. Cyprianum : *Quod hodie etiam geritur, ut per Exorcistas voce humana et potestate divina flagelletur, et uratur, et torqueatur diabolus.* Ut et Paulinus Epist. 24. sub finem : *Exorcista dæmoniis terribilis.* Et Nat. 4. Felicis pag. 545 :

... Primis Lector servivit in annis,
Inde gradum cepit, cui munus voce fideli
Adjurare Malos, et sacris pellere verbis.

Infimum Exorcistarum gradum statuere videtur Fortunatus lib. 10. Poem. 25 :

De tirone duces veniunt, de milite princeps,
Ut reliquos taceam, Justiuianus erat.
Hoc et in Ecclesia Christo tribuente refertur,
De Exorcista aliquo Pontificalis honor.

Vide Synodum Atrebatensem ann. 1127. pag. 32. Vitam S. Arnulfi cap. 5. in Bibl. Floriac. Anastasium Bibl. in S. Caio, et S. Silvestro pag. 10. 13. Capit. Caroli M. lib. 7. cap. 27. [** 42.] etc. Exorcistarum mentio occurrit apud veteres Scriptores Christianos passim, Cyprianum Epist. 2. 76. Tertullianum lib. ad Scapulam, Minutium in Octavio, Augustinum lib. 2. de Gratia Dei de peccato orig. cap. 40. et lib. 2. de Nuptiis et concupisc. cap. 29. in Epistola Cornelii PP. ad Fabium Antioch. apud Euseb. lib. 6. Hist. Eccl. cap. 31. apud S. Ignatium in Epist. ad Antioch. in Concilio Arelat. I. Laodiceno can. 24. Carthagin. IV. can. 7. 9. apud S. Hilarium lib. de Synodis, S. Epiphanium in Expositione fidei Catholicæ, Severum Sulpitium de Vita S. Martini cap. 3. Exorcistarum meminere etiam Scriptores aliquot pagani, Ulpianus loco laudato, Lucianus Epist. 30. et Julius Firmicus lib. 3. Matheseos cap. 5. et 9. Exstat liber Italicus Hieronymi Menghi Observantini, *dell' Arte Essorcistica*, edit. Bononiæ ann. 1584. [** Adde Glossar. med. Græcit. in Ἐξορκιστής, col. 406. et Append. pag. 70. Alteserram de Jurisdict. Eccles. lib. 11. cap. 4.]

¶ **EXORDIA**, fem. gen. Judicium ann. 782. inter Instrum. tomi 1. novæ Hist. Occitanæ col. 24 : *Cumque ibi residerent prescripti Missi et Judices.... ad rectas justitias terminandas, et causarum Exordias dirimendas, etc.*

EXORDIARIUS, *Qui incipit, vel exordium facit.* Ugutio. Vide *Exodium.*

¶ **EXORDINACIO**, Decretum, definitio. Placitum ann. 873. apud Mabillon. Diplom. lib. 6. Ch. 103 : *Condiciones sacrimentorum, ad quas ex Exordinacione Salamon Misso, Irimberta, seo et Judices, qui jussi sunt causas dirimere, etc.* Forte redundat syllaba *ex* mendose repetita.

EXORDINARE, Turbare, extra ordinem ponere. Gerardus Abbas Silvæ Majoris in S. Adelardo cap. 9 : *Cumque remeasset, ordinabat si quid ex suis Exordinatum fuisset.* [Sigebertus Monachus Epist. ad Leodienses ann. 1102. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 592 : *Taceo Guacherum, qui Apostolici assensu approbatus et prior ordinatus fuit, subito Exordinatum* (ex ordine dejectum seu depositum) *et excommunicatum, et alium ei superordinatum.*] Vide *Ordo.*

* Charta Car. Crassi imper. ann. 885. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 341 : *Præcipientes ergo jubemus... ut... nullus... ipsam ordinatam congregationem perturbare vel Exordinare juste præsumat.* Vide mox

* **Exordinator**, Qui sacris ordinibus alium privat. Annal. Bertin. ad ann. 866. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 94 : *Contra omnes leges ecclesiasticas sæpefatus Vulfadus pro ordinatione episcopali maledictione indutus est sicut vestimento. Cujus*

Digitized by Google

Exordinator, potius quam ordinator, Aldo Lemovicensis episcopus, in ipsa ordinatione febre correptus, in brevi moritur. Vide supra *Exordinare.*

¶ EXORDINATIO, Perturbatio, Gall. *Desordre.* S. Benedictus Reg. cap. 65 : *Hinc suscitantur invidiæ, detractiones, æmulationes, dissentiones, Exordinationes.*

¶ EXORDITUS, pro *Exorsus. Primores igitur Exorditi precibus instabant*, in Vita S. Columbæ Reat. Maii tom. 5. pag. 378. *

¶ EXORIA, Exordium. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS. : *Exoria, Exorie, Naissance.*

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Exoria vel nascentia, naissance.*

EXORIUS, *Immanis, Insipiens.* Papias. Leg. *Exormis.*

EXORMIS, *Immanis*, in Gloss. Isidori.

¶ EXORNAMENTUM, ut Ornamentum. *Exornamenta Templorum*, apud Acherium tom. 8. Spicil. pag. 289.

EXORNARE, Nudare ornatu. Anastasius Bibl. in S. Hadriano PP. pag. 104 : *Ecclesius B. Petri et Pauli Exornare fecit ejus Sanctitas, et cuncta eorum cymilia et ornatus in hanc civitatem introduxit.*

EXORQUIA. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 62 : *Statuerunt siquidem prædicti Principes, ut Exorquiæ nobilium videlicet et Magnatum, tam Militum, quam Burgensium, omni tempore in Principum potestate deveniant, videlicet omnia illorum allodia : quod quidem Principi placuit legis habere vigorem. De mobilibus vero illorum faciant ipsi Exorchi quodcumque voluerint tam parentibus quam Ecclesiis, sive pro illorum animabus en attribuant.* Cap. 98 : *De rebus et facultatibus de pagensibus sterilibus Exorchis illis ab hoc sæculo decessis, eorum sectores habeant partem illam, quam deberent habere insimul filii, si ibi remansissent, ab Exorchis procreati.*

☞ Haud scio an *Exorchus* idem sit qui sine hærede, Gall. *Sans hoir, Exorchia* vero bona defuncti, cujus nullus est hæres legitimus, proximus et directus, nullus filius, nulla progenies directa. Hæc notio cum locis citatis cohæret satis, nec cum sequentibus pugnat. Bernardi Vicecomitis Ceritaniæ Donatio ad Monasterium Cuxanense ann. 963. Marcæ Hisp. col. 883 : *Dono .... quantum habeo .... in honore S. Michaëlis de Coxano atque infra omni vicecomitatu meo, scilicet homicidiis, cugucils, arsiniis et Exorchiis et omni seniioratione.* Charta ann. 1238 : *Et ostem, et cavalcatas, et sequis, et cucucias, et Exorquias, et homicidia, et intestationes, et arsinas, etc.* Alia Rogerii Comitis Fuxensis ann. 1250 : *Enfranquimus omnes et singulos homines de valle de Meranges et eorum proles in perpetuum de Exorquia, intestia, arsina, cugucia, etc.* Michael Carbonellus in Chron. Hisp. fol. 97 : *Especialement los enfranqui quels vene los usos e coustums malsi : so es intesties, Exorquies, cucucies, etc.* Voces *Intestatio, Intestia* et *Intesties* in his locis vero *Exorquia* adjunctæ favere videntur nostræ interpretationi. Pro *Exorquia, Exerquia* legitur in *Cucucia* post *Cugus.*

* EXORS, *Excepté*, in Glossario. Gall. Lat. ex cod. reg. 7684.

* EXOSA. Charta ann. 1118. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 214 : *Et de bestiis, et vitulis, et porcis, et pecoribus, et jumentis, et volatilibus, seu qualibet rem, ferrum, arigentum, seu Exosam, suprascriptis hominibus de Tapascio usque in Bronam consuetudo fuerit reddendum.* Vocem ab amanuensibus corruptam suspicatur Cl. Editor.

* EXOSSARE, *Ossa auferre vel extrahere. Item pro Debilitare vel infirmare : ossa enim sunt solidamenta corporis et robur.* Glossar. Bibl. Ms. anonymi. Aliud Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Afebli, Exossatus.*

EXOSSATUS AGER, *sine ossibus, i. lapidibus.* Papias. [Epistola Baldrici ad Monachos Fiscamn. apud Mabill. tom. 5. Annal. Bened. pag. 523 : *Institi paulisper Agris Exossandis, oleis plantandis, etc.*]

EXOTICUS, *Odibilis*, in Glossis Arabico-Latinis.

¶ EXOVAR, EXOVARIUM, Dos, Gall. *Dot.* Pactum matrimonii inter Arnaldum de Castro-Bono Vicecomitem et Eliesendam de Cardona ann. 1206. Collect. Ampliss. tom. 1. col. 1071 : *Et concedo prædictos decem millia solidorum sua dotis sive Exovar, et illa decem millia solidorum sui sponsalitii, ut habeat super omnem meum honorem, quem ego habeo, vel habere debeo in Comitatu de Ceritania.* Ibidem col. 1070. in Charta Ermengaudi Comitis Urgellensis : *Convenimus vobis Arnaldo de Castro-Bono Vicecomiti dare Eliesendam de Cardona neptem nostram in uxorem, et cum illa in Exovario decem millia solidorum Barchinonensium, etc.*

¶ EXOUCONTII, Arii sectatores sic dicti, quod docerent Filium Dei ἐκ τῶν οὐκ ὄντων, i. e. ex nullis substantiis factum esse.

¶ EXPAALTARE CANEM, ut infra *Expeditare. Nullus dominicos Canes Abbatis et monachorum Expaaltari cogat*, apud Th. *Blount* in Nomolexico.

¶ EXPACTIO, Pactio, in Charta Bolkonis Ducis Silesiæ pro Rege Bohemiæ ann. 1337. apud Ludewig. tom. 5. pag. 615.

EXPALLUM, EXSPALTUM. Charta Gaufredi Ducis Aquitaniæ ann. 1076. apud Beslium pag. 475 : *Cuncta etiam quæ egomet ad præsens dono, scilicet quantum ex meis silvis necesse fuerit, tam Ecclesiæ, quam officinis, excepto Exspalto, vel ea quæ alii fideles de casamentis ad me pertinentibus dedere, etc.* Alia Willelmi Ducis Aquitanorum ex Tabulario S. Cypriani Pictavensis : *Dono et concedo ..... omnes consuetudines meas quæ erant in obedientia nomine Exoletia, videlicet præpositurum et bannum, et ucham, et Expallum, et biannum et friscingam, et pullos, et anseres, et annonam, etc.* [Gallis alias *Espaulx* erat mensuræ genus. Informatio obsidionis Constantinopolis ann. 1453. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1820 : *Oudit siege s'y avoit plusieurs bombardes et autres instrumens pour abattre le mur, et entre les autres une grande bombarde de metail, tirant pierre de neuf Espaulx et quatre dois d'entour.*] [* Vide supra *Espaltum.*]

EXPALMAMENTUM, vox Italica, *Spalmamento*, ex *Spalmare*, Ungere navem. Relatio legationis Ambassiatorum Ducis Andegav. ad Judicem Sardiniæ ann. 1378 : *Intrant portum Marsiliæ cum dicta galea, ubi per totum diem residuum fuerunt pro apunctando et apunctamento faciendo cum dicto Joanne Casse de naulo et Expalmamento faciendis.*

1. EXPALMARE, Palma manus cedere, percutere, depellere. Gloss. Gr. Lat. : Παπίζειν, *Expalmare, Alapare*, Gloss. Isid. : *Expalmare, Depellere.* S. Augustinus in Psalm. 103. Conc. 3. de Christo : *Ille contemptus, ille Expalmatus, ille consputus, etc.* Petrus Blesensis serm. 18. de Christo : *Vide eum in horto ligatum, in atrio Pontificis Expalmatum, sputis illitum.* Et Serm. 3. *Colaphis Expalmatum*, pro quo et Serm. 24. ait, *Palmatum colaphis.* Acta Proconsularia SS. Didymi et Theodoræ n. 4 : *Judex dixit, Expalmate eum arctius, etc.* [S. Laurent. Justinian. in Ligno vitæ tract. 1. de Fide cap. 6 : *Ducitur et Expalmatur qui vere est palma victoriæ, spinis coronatur, qui peccatorum spinas venit confringere.*] Vide Oct. Ferrarium in *Spalmare* et supra *Exalapare.*

¶ 2. EXPALMARE dicuntur Sacerdotes, cum peracta Communione digitos abluunt, ut fit in sacris liturgiis. Statuta Eccl. Aurelian. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1276 : *Nullus Sacerdos audeat bis in die celebrare, excepta die Nativitatis Domini et S. die Paschæ ... hoc tamen addito, quod si Sacerdos perfuderit in prima Missa, hoc est Expalmaverit, quod ille non præsumat celebrare.* Id est, Si digitos abluerit, et ablutionem sumserit, non præsumat secundo celebrare ob infractum jejunium. Vetus Pontificale MS. Eccl. Autissiod. de ordinatione Presbyterorum : *Pontifex .... se communicet corpus Christi et sanguinem accipiendo; quo communicato antequam Expalmet, veniant dicti novi Presbyteri ad eum et communicet eos.* Missale Autissiod ann. 1518. in Cœna Domini : *Tunc presbyter facit quod in se est, ut in aliis Missis consuetum est, et cum Expalmat, incipitur Communio.* In altero Missali ejusd. Ecclesiæ ann. circiter 1404. exarato habetur, *et cum Epuniat*, perperam, ut et in alio circa ann. 1540. typis mandato, ubi legitur *et cum Epanuat. Pelvis ad usum Expalmationis*, in veteri Necrologio Ecclesiæ Carnut. ubi *Expalmatio* forte significat hanc manuum lotionem quæ sumta digitorum ablutione fieri solet ab Episcopis Sacra peragentibus.

* 3. EXPALMARE, Italis *Spalmare*, Gall. *Espalmer*, Navem illinire bitumine, sebo, etc. Charta ann. 1388. in Tabul. Massil. : *Item pro tribus quartaronis quintalis cepi ad ungendum seu Expalmandum ipsam dextreriam.* Vide *Expalmamentum.*

EXPALMITARE, In palmitem excrescere. Pactus Legis Salicæ tit. 37. § 3 : *Si quis per alienam messem jam Expalmitantem sine via transierit.* Ubi Editiones aliæ : *Si quis per alienam messem, postquam in culmum erigitur, etc.*

* EXPANCIARE, *Panciam* seu intestina animalium evacuare. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 8. ex Cod. reg. 4622. A : *Ordinaverunt quod nulla persona, sive beccarius,*

Digitized by Google

sive quicumque alius, non præsumat Expanciare, seu evacuare aliquam panciam seu budellas alicujus bestiæ in macello Taurini.

EXPANDIOSUS. Vita S. Samsonis Episcopi Dolensis lib. 1. cap. 20. in Actis SS. Ord. S. Bened. : *Grave valde apud se reputans illud Monasterium, quippe quod jam tumultuosum et Expandiosum per patriam erat.* Id est, cujus fama longe expandebatur.

EXPANSALE. Joann. de Janua : *Aculeus, est etiam Expansale in quo expanditur pannus, vel cutis ad faciendum pergamenum.*

¶ **EXPAPILLARE**, Nudare, exerere ad papillam usque. Gerardus in Vita S. Adalhardi Abb. n. 30 : *Præparantur rudentes, impelluntur naves, et velis auræ patentibus, solvuntur anchoræ; Expapillatis brachiis aptantur remiges et antennæ.* [** Vide Festum.]

¶ **EXPARATA.** Vide *Exparta.*

EXPARES. Epistola Incerti ad Pipinum Regem, tom. 2. Hist. Francor. pag. 664 : *Quoniam vero omnia quæ dicta sunt, ille servulus vester viva voce vobis potest narrare, fuerunt quidam Expares, quos et amicos habere putabam, pectore venenoso currentes, antequam venissem, meam conati sunt accusare miseriam.* An ii, quos vulgo *Exprés* dicimus, qui ad rem certam peragendam mittuntur?

EXPARTA, *Partu vacua, Exparata, vacuata.* Papias. Ita etiam Isid. Gloss. [Varro lib. 2. de Re Rustica cap. 5 : *Pecudes Expartæ*, Effœtæ.]

¶ **EXPARTATIO**, Discessus, Gallice *Depart.* Instrum. anni 1150. ex Archivo Ecclesiæ Massil. : *In portu antiquo laudamus, quod homines Ecclesiæ nihil tribuant pro applicatione et Expartatione navium, vel pro qualibet alia mercatura sua.*

* Nostris *Espartir*, pro Dispergere, dissipare. Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 130. Chartoph. reg. ch. 266 : *Lesquelx compaignons se mistrent et Espartirent en pluseurs lieux pour dancer et esbatre en laditte feste.* Aliæ ann. 1394. in Reg. 147. ch. 17 : *Lequel de Blainville haroit son chien aus pourceaus.... pour les effréer et Espartir, afin que le suppliant ne les peust avoir ne appréhender.*

* **EXPARTIA**, *Aliena.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Vide *Experti.*

¶ **EXPARTUA**, *Patula aqua.* Gloss. Isid. Grævius existimat scripsisse Glossarum auctorem, *Expatata, Patula loca*, quod *Expatare* sit, teste Festo, *In locum patentem se dare.* Vide Scaligerum.

¶ 1. **EXPATRARE**, Perpetrare. Supplem. Antiquarii : *Expatravit*, ἐπιλίσεσιν, *Perpetravit.* Legendum ἐπετέλεσεν.

¶ 2. **EXPATRARE**, Exhæredare, ibidem : *Expatro*, ἐκχρίνω ἐπὶ συνουσίας. Gloss. Lat. Gr. Sangerman. : *Expatrare*, ἐκχρίνειν. Affine est subsequenti.

EXPATRIARE, A patria recedere. Libertates concessæ ab Henrico D. Solliaci incolis villæ *des Ays* ann. 1301 : *Non poterit jus reclamare, nisi fuerit Expatriatus, vel nondum venerit ad ætatem. Expatriez ou voyagers*, in Consuetudine Namurcensi art. 11. 33. Camerac. tit. 5. art. 9. [Leodiensi cap. 11.] *Expaïsé*, in Valentianensi art. 22. Vide *Dispatriare*, et *Forispatriatus.*

¶ **EXPATULARI**, Humerum frangere, Gallice *Espauler.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS. : *Expatulari, Despauler, c'est hoster l'espaule.*

¶ **EXPAVA**, [* Vel potius *Expavus.* Vide supra *Espavus*, et mox *Expaveyus.*] Animalia aberrantia, quorum dominus ignoratur, quæque proinde fiunt juris Domini principis locorum, ubi aberrant. Privilegium Philippi Regis Franc. in altero Chartulario Monasterii S. Quintini in Insula pag. 60 : *Bona mobilia et immobilia in dristrictu prædicto bastardorum, Expavorum, extraneorum seu aubanorum, quæ ad casum extraheriæ pertinent.* Vide *Espava.*

* **EXPAVEYUS**, Alienigena, extraneus, qui dimisso proprio domicilio, alio migrat, ibique sedes figit, idem qui supra *Espavus.* Charta ann. 1317. in Reg. 58. Chartoph. reg. fol. 14. bis v°. : *Hugo de Sarqueus et Odardus.... constituti sunt collectores manuum mortuarum, forismaritagiorum hominum et feminarum, albenorum, bastardorum, Expaveyorum in toto comitatu Campaniæ.*

¶ **EXPECIFICATIO**, Gall. *Specification*, Specialis declaratio, expressa rei designatio. Charta Aymerici Archipresbyteri de Luzciaco ann. 1278. apud Stephanotium tom. 3. Antiquit Pictav. MSS. pag. 899 : *Et ressarcituros dicto domino Abbati et ejus successoribus, vel mandato suo ea et eas ad simplex dictum suum sine aliqua taxatione judicis et sine ulla probatione, declaratione, cognicione ceu Expecificatione, et sine oppositione aliqua facti vel juris ab iisdem, vel eorum altero facienda.* Vide *Specificatio.*

EXPECTABILIS, Expectatus, Eximius, illustris. Prudentius contra Symmachum lib. 2 :

Imputat attonitæ virgo Expectabilis urbi.

Vita MS. S. Magnobodi Episc. Andegav. cap. 40 : *Secundum humanæ propaginis genealogiam Expectabiles.* Vita S. Winoci cap. 1 : *Genere quidam Expectabiles, et vita probabiles.* Occurrit præterea in Vita B. Mariani Abb. Ratisp. cap. 2. et in Chronico Monasterii Cavehsis apud Ughellum tom. 7. pag. 512. Sic *Exspectatum*, pro *spectatum* dixisse Symmachum lib. 2. Epist. 79. observat Juretus. Adde Epist. 20. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc. Gloss. Gr. Lat. : Προσδόκιμος, *Opinatus, Expectatus.*

¶ **EXPECTACULUM**, Spectaculum, in Appendice ad Agnellii Librum Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 196. col. 1. et in Vita S. Eparchii Confess. Julii tom. 1. pag. 115.

* **EXPECTANTES.** Stat. Ardacens. ann. 1356. cap. 33. apud Raim. Duell. tom. 1. Miscell. pag. 125 : *De electione Expectantium. Item quando nova fieri debet electio canonicorum ipsius ecclesiæ, qui dicuntur Expectantes.*

EXPECTANTIA, pro *Expectatio*, in Speculo Saxon. lib. 1. art. 33.

EXPECTARE, pro *Spectare*, occurrit non semel apud Innocentium Gromaticum pag. 236. [Rymerum tom. 8. pag. 578 : *Hæc historia Expectat vos, et ostendit quid debeatis facere*, in Sermone edito ad calcem Joannis Abrinc. de Off. Eccl. pag. 372. edit. 1679.] [** Vide alia in *Expectare.*]

** **EXPECTARE Jus Suum**, dicebatur actor qui citatum reum per tres dies separatim indictas usque ad finem judicii stans expectabat, causamque ita jure obtinebat. Vide Sentent. Sigismund. reg. ann. 1431. apud Haltaus. in Glossar. German. voce *Erstehen sein Recht*, col. 408.

* **EXPECTATIO**, Contemplatio, Gall. *Considération.* Charta Conani ducis Brit. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Notum sit vobis omnibus me dedisse.... Alano Rupho meo militi pro servitio suo in Expectatione sui warisum.* Vide *Expectare.*

** **EXPECTATIO Mariæ.** Vide *Festum Exspectationis. Hebdomas Expectationis* est quæ festum Pentecostes præcedit.

** **EXPECTATIVA**, Spes succedendi in feudum vacaturum. Vide Vet. Auctor. de Ben. lib. 1. cap. 27.

** **Expectativæ gratiæ**, Canonistis sunt quibus designantur successores præbendatorum ante horum obitum; quod ne fieret concilia nou semel providerunt. Vide Decretal. Gregor. IX. lib. 3. tit. 5. cap. 19. Concil. Trident. Sess. 24. cap. 19. et Marcam de Concord. lib. 6. cap. 9. sect. 4. Formulæ Expectativarum Gratiarum a sede Romana concessarum exstant apud Würdtwein. in Subsid. Diplom. tom. 5. pag. 2. sqq.

EXPECTORARE, *Exsolvere, firmaculum a pectore removere.* Ugutio et Jo. de Janua. [Festus habet : *Expectorat, Ex pectore ejicit.* Ennius apud Ciceronem Tuscul. 4. 8 : *Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo Expectorat.* Verbum illud, ut antiquum nimis repudiat Fabius 8. 3. Non semel utitur Accius apud Nonium, idemque est quod e pectore educere. Hac quoque notione accipitur in Actis SS. Maii tom. 7. pag. 275. ubi de S. Hucberto. Gerardus Silvæ-majoris Abbas in Vita S. Adelardi n. 21 : *Tandem vir Dei inter eos medius caduceator deambulat, et utrisque consultum pacis Expectorat*, id est, suadet, *ex pectore*, ex animo. *Expectoratus affectus*, Amor e pectore ejectus, in Concilio Ilerdensi inter Hispana tom. 2. pag. 284.]

* **EXPECTORATUS**, Dicitur de veste a superiori parte plus æquo aperta. Stat. synod. Mss. eccl. Carnot. ann. 1538 : *Præcipimus vestes clericorum, maxime in sacris constitutorum, esse talares, non Expectoratas, non fronciatas, non partitas, sed clausas undecumque a collo desuper.* Vide *Expectorare.*

¶ **EXPECULIATI**, Servi peculio privati. Amalth.

¶ **EXPEDENDUS**, pro *Expetendus*, in Privilegio ann. 696. apud Felibianum Hist. San-Dionys. pag. xvi.

¶ **EXPEDIBILE.** Quod expedit. *Aptum nobis et Expedibile visum est, etc.* in Concilio Tolet. IX.

¶ **EXPEDICATUS**, Cui pedes fuerunt amputati. Codex Legum Norman. cap. 23. apud Ludewig. tom. 7. pag. 196 : *Triplicitur autem dampnantur homines, prout vite merita hoc requirunt; aut per corporis destructionem, ut de suspensis, incensis, suffocatis, cecatis, mancatis, Expedicatis.*

Digitized by Google

* Textus Gallicus ex Cod. reg. 4651. habet : *Comme de ceux qui sont pendus, ou ars, ou enfouiz, ou qui ont les yeux crevez, ou les poings ou les piez couppés.* Vide *Expeditare.*

* **EXPEDICULARE** Se, Pediculos eximere, Gall. *S'épouiller.* Consuet. Mss. canon. regul. Plenipend. diœc. Bitur. : *Illo tempore quo post prandium, dormitorium est petendum, liceat cuilibet super lectum suum stare et legere, vel se Expediculare, vel pannos suos consuere.*

¶ **EXPEDIENTIA**, Res expediens. Litteræ missiles a Rege Siciliæ ad Imperatorem, apud Ludew. tom. 5. pag. 475 : *Maxime quia communis exigebat decentia et Expedientia suadebat, quod refirmata utrorumque caritas ad votiva incrementa proficeret, et turbationis olim exortæ reliquias dispositiva sinceritate deleret.*

EXPEDIMENTUM, Impedimentum, sarcinæ, *Bagage.* Epistola S. Thomæ Cantuar. Archiep. apud Baron. ann. 1167 : *Dixit se non habere* (literas) *præ manibus, quia miserat eas cum Expedimento suo usque Wintoniam.*

EXPEDIOSE, Expedite, prompte, compendiose. Vita S. Aicadri Abb. Gemeticensis cap. 11. apud Mabillonium : *Qui missi fuerant, de Viatico Expediose tractabant.*

1. **EXPEDIRE**, Dominum, seu dominium alicujus dimittere, homagio domini renuntiare. Vitalis Episc. Oscensis, pag. 732 : *Per quem Forum habes, quomodo potest Infancio se Expedire a Domino Rege, dimittendo beneficia Regi, et comandam debet recipere et custodire fideliter, sicut dominus naturalis ; qua Expeditione facta, potest cum alio, vel aliis, guerram Regi facere, salvo quod non potest ignem in terra Regis apponere : et si ad campale bellum cum aliquibus venerit contra Regem, debet transire in adjutorium Regis cum equo, et armis, ut in dicto Foro, etc.* Infra : *Expeditus de assancia, non remanet in Regno, nec in senioria Regis, et quacumque parte anni se Expediat, ammittit beneficium Regis pro toto illo anno et sequentibus.* Vide Foros Regni Aragon. lib. 7. tit. de Expeditione Infantionum, Observantias Regni Aragon. lib. 6. de Conditione Infantionum § 8. tit. de Privileg. Militum §. 16. et Michaëlem *del Molino* in Repertorio f. 232.

2. **EXPEDIRE**, Mittere, legare : dicimus, *Expedier un message.* Primum Testamentum Widradi Abb. Flavin. apud Mabillonium : *Quod vero Deus avertat, ne ibidem sanctus ordo tepescat, potestas maneat Monachis ibidem habitantibus, ad unum de sanctis Monasteriis Expedire, et per eorum salubre consilium eorum regulam emendare.*

* 3. **EXPEDIRE**, Destinare, proponere, accingere. Charta ann. 1292. apud Schwart. in Hist. finium princip. Rug. pag. 223 : *Item burgenses qui se ad petendum mare Expedierint, pro sua libera velificabunt voluntate et commodo nostro.*

* **EXPEDITAMENTUM**, Vectigal, tributum, quo persoluto quis *Expeditus* dicitur. Pactum inter Januens. et march. de Carreto ann. 1292. tom. 4 Cod. Ital. diplom. col. 1920 : *Quod in navigando, redeundo, veniendo facient sicut Januenses,.... et quod Expeditamenta solvent, sicut et quantum solvent Januenses.*

EXPEDITARE Canem, vox *Forestariis* familiaris : Canum pedes quodammodo mutilare. Legibus enim forestarum cautum erat, ut accolarum, atque adeo ipsorum Forestariorum canes *Expeditarentur*, ne cervos aut lepores regios venarentur, et ut ad feras insequendas minus essent pernices. Fiebat autem *Expeditatio canum* duobus modis, scilicet abscissione trium *ortellorum*, seu unguium pedis anterioris, puta juxta ipsam cutem, vel excisione montis pedis; quem *Pellotam* vocant. Tenentur qui in forestis degunt, molossos et majores omnes canes sic habere expeditatos sub pœna 3. solid. 4. den. Regi pendendorum : renovandaque est expeditatio quolibet triennio, juxta Legem Joannis Regis Angl. pag. 180. et Edw. I. de Forestis, quæ exstat apud Matth. Paris ann. 1215. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 843. Refert Manwodus cap. 16. § 12. *Expeditationem* istam inventam fuisse ab Henrico II. Rege Angl. vocabuloque initium dedisse in Assisia de Woodstock art. 6. Sed modum hunc de cohibendis canibus longe esse antiquiorem constat ex Legibus Canuti Regis de Foresta cap. 31. et 32. ubi eam *Expeditationem, genuiscissionem* appellat, Anglice vero *Horing.* Illius præterea mentio est in Legibus Henrici I. cap. 17. ubi *misera canum Expeditatio* dicitur. Sed et de eodem Henrico sic Ordericus Vitalis lib. 11. pag. 823 : *Omnem ferarum venationem totius Angliæ sibi peculiarem vendicavit. Pedes etiam canum qui in vicinio silvarum morabantur, ex parte præcidi fecit, et vix paucis nobilioribus ac familiaribus privilegium in propriis saltibus venandi permisit.* Meminit denique expeditationis canum idem Matth. Paris. ann. 1225. pag. 224. et Charta Henrici III. Regis Angl. tom. 2. Monast. Angl. pag. 661 : *Sint in perpetuum quieti de sectis Swanemotorum, et omnium aliorum placitorum foresiæ, et de Expeditamentis canum, et de omnibus summonitionibus, placitis, querelis.... ad forestarios et viridiarios pertinentibus.* Expeditatis canibus opponuntur qui integros pedes habent. Idem Monasticum Angl. tom. 2. pag. 165 : *Habebunt etiam iidem Canonici ad prædictas vaccarias quatuor canes cum integris pedibus, duos ad unam, et duos ad alteram, solutos noctibus, et ligatos diebus : qui si inventi fuerunt soluti a prima hora diei usque ad vesperam, custodes eorum erunt in forefacto domini, et canes in misericordia ejus.* Charta Hugonis Episcopi Dunelmensis in eodem Monastico tom. 3. pag. 92 : *Et pasturam ad omnia averia sua habebunt undique in eadem : et pedes canum eorum non sint ibi, neque ad wacheriam de Werdale truncati : sed pastores ducant eos ligatos pro feris, ad averia sua servanda pro lupis. Crura enervare* dixit eodem fere sensu auctor Queroli : *Utinam tibi crura ipsa enervasset, ne unquam inde movisses pedem.*

Impediare, Eadem notione. Vetus Inquesta apud Will. Dugdalum in Antiq. Warvicensis provinciæ pag. 665 : *Et dicunt quod audierunt antecessores dicere, quod tempore quo manerium de Sutton prædictum fuit in manibus Regum Angliæ, tota chacea fuit afforestata, et omnes canes infra forestam solebant esse Impediati, et amputati sinistro ortello. Et postquam devenerunt in manum Comitis Warwici,... licentiam habere et tenere canes opertias (sic) ex omni genere canum, et non Impediati.*

Expeditatæ Arbores, apud Fletam lib. 2. cap. 41. § 31 : *Inquiratur de quercubus et aliis arboribus Expeditatis in foresta,... vel si aliquo ingenio alio dictas quercus cædere fecerint.* Nostris *Arbres abattus par le pied.*

1. **EXPEDITIO**, Glossar. Lat. Gr. : *Expeditio, ἔξοδος ἐκδημητικὴ στρατιωτῶν.* Sed sequioribus sæculis hæc vox usurpatur pro obligatione eundi in exercitum dominii. Charta ann. 1124. apud Hemereum in Augusta Viromand. pag. 96 : *Si extra provinciam exercitum duxerit, homines villæ juxta antiquam consuetudinem Expeditionem ei tantum faciunt.* Chronicon Montis-Sereni ann. 1171 : *Ut Imperatori Saxoniam advenienti 20. talenta de ipsa Ecclesia rederentur, insuper etiam regalis Expeditio ei administraretur.* Historia Episcop. Bremens. ann. 1142 : *Concessit etiam omnes colonos Ecclesiæ ab omni censu, Expeditione, villæ, vel urbis munimine, et petitione precaria liberos et immunes. Expeditio hostilis*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 4. § 17. Charta Caroli Crassi Imp. pro Ecclesia S. Salvatoris Francofordiensi : *Et ab illo Abbate, cui prædicta capella commissa fuerit, nulla unquam hostilis Expeditio exigatur, nec ullus ei inde quicquid auferre præsumat.* Tabularium Campaniæ Bibl. Reg. fol. 363 : *Homines villæ ibunt in Expeditionem et exercitum.* Tabular. Eccles. Parisiensis : *Condonamus illis, ne ulterius in hostes nostros vel Expeditiones ire non compellantur. Expeditio exercitalis*, in 3. Capitul. Ludovici Pii cap. 7. Charta Ludovici VIII. ann. 1223. apud Hemereum in Aug. Viromand. : *Cum nos ex spirituali dominio Expeditionem et servitium pro Expeditione ad submonitionem nostram haberemus super villam, et super omnes homines ut hospites villæ Humolariensis, etc.* Vide Burchardum de Casib. S. Galli cap. 12. et infra in verbis *Hostis, Cavalcata, Equitatus.*

¶ 2. **EXPEDITIO**, Renuntiatio. Vide *Expedire* 1.

¶ 3. **EXPEDITIO**, Agendi celeritas, diligentia, Gall. *Expedition.* Litteræ Johannis Franc. Reg. ann. 1360. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. pag. 446 : *Attamen quia ipsi mercatores et vectuarii tam in eorum Expeditione quam aliter, per nonnullos venditores suorum piscium et alios in dicto ministerio deputatos Parisius, qui ad hoc fore dicuntur minus apti, ydonei et insufficientes, super hoc sepius impediuntur, etc.* Aliæ ejusdem anni Litteræ ibid. pag. 449 : *In augmentatione hujusmodi numeri* (venditorum minutatim piscium), *solliciones (solutiones) et Expeditiones dictis vectuariis faciende, facilius et celerius fient, et sic dicti mercatores et vectuarii sepius Parisius accederent et abinde recederent.* Iis

Digitized by Google

in locis agitur de *expedita* ac diligenti solutione.

¶ 4. **EXPEDITIO**, Distributio. *Faciendo Expeditionem dictarum tunicarum* (Monachis) in Litteris anni 1362. ex Regesto 92. Chartophylacii Reg. Ch. 155.

* 5. **EXPEDITIO**, Solutio, pecuniæ, rei alicujus commodo applicandæ, numeratio, traditio. Lit. ann. 1367. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 65 : *Ita quod prædictam florenorum summam, pro prædictis castris concessam, in Expeditione reali dictorum castrorum et in defensione patriæ, et non in alios usus, solvere teneantur; nec alias solutiones vel Expeditiones monetæ levandæ... facere possint, nisi de consilio eligendorum a subditis, cum auctoritate nostri gubernatoris.*

¶ **EXPEDITIO CAUSARUM**, Promulgatio decursus causarum ex judicis ordine, Gall. *Promulgation des rôles.* Litteræ Johannis Franc. Regis ann. 1363. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 652 : *Precipimus et per Curiam nostram precipi volumus et injungi omnibus actoribus, quod ex quo publicatum fuerit Expeditionem causarum alicujus Proposituræ, Baillivie, etc.*

EXPEDITIONALES SERVI, quibus in *expeditionibus* uti solebant domini, in Lege Burgund. tit. 10. § 1 : *Si quis servum natione barbarum occiderit, lectum, ministerialem, sive Expeditionalem*, 55. *sol. inferat.*

* **EXPEDITIONALITER**, Armata manu, cum exercitu. Vita Ludov. Pii tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 89 : *Æstate vero subsequente jussu patris Ludowicus rex Warmaciam simpliciter, non Expeditionaliter venit, etc.* Vide *Expeditio* 1.

EXPEDITOR, apud Sambucum in Gloss. ad Leges Hungaricas, est *Qui liberat ab onere.* Unde

EXPEDITORIÆ LITERÆ, Quietantiales, in Jure Hungarico.

EXPEDITORIÆ RES, Arma bellica, quibus quis in expeditionibus bellicis utitur. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 19 : *Suevus tam res Expeditorias, hoc est arma bellica, seu Hergeweth, quam hæreditarias, non solum in septimo tollit gradu, etc.* Vide art. 22. 24. lib. 3. art. 15. § 3.

EXPEGATORIUM, Retis species, qua capiuntur perdices, coturnices, phasiani, etc. Describitur a Petro de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 25.

* **EXPELARE**, Italis *Spelare*, Pilos radere, avellere, Gall. *Dépiler* et *Peler.* Stat. Montis-reg. pag. 203 : *Item statutum est quod aliqua persona non possit tenere, ponere vel Expelare coria in aqua Elleris juxta pontes ubicumque sint, per spatium quinque theisarum.* Vide infra *Expilatus.*

* **EXPELLERE**, Compellere, Gall. *Contraindre.* Charta ann. 1264. ex Chartul. Campan. fol. 369. v°. col. 1 : *Quandoque baillivus Treecensis, quandoque baillivus Pruvinensis, quandoque præpositus de Nogento, quandoque præpositus de Braio, quandoque præpositus Villemauri coram se nos conveniant, et etiam* (l. coram) *ipsis sine causis rationabilibus comparere Expellant. Expeller*, eodem sensu, quo Latinum *Expellere*, pro *Repousser*, in Lit. remiss. ann. 1450. ex Reg. 180. Chartoph. reg. ch. 93 : *Icellui Dupuis tira une dague,.. et s'efforça d'en frapper le suppliant, lequel mist la main au devant et Expella le coup.* Vide *Expelleuta.*

EXPELLEUTA, apud Julianum Antecess. Constit 124. § 6. qui in Novella Justiniani 128. § 6. ἐξπελλευτής dicitur : *Impulsor*, qui scilicet canonem publicum Canonicariis solvere ultro renuentes compellebat. Vide *Compulsores.*

¶ **EXPENDIBILIS**, f. Legitimi ponderis, ab Expendere, ponderare. Gregorius Monachus in Chronico Farfensi, apud Muratorium tom. 2. part 2. col. 398 : *Ad annualiter persolvendum argenti solidorum cc. denarios Romaniscos Expendibiles, et in pingui vini decimatas centum.* [* Rectius, Qui in usu est, qui *expendi* possit. Vide *Expenditus.*]

¶ **EXPENDITIO**, Expensæ. Thomas Monachus in Actis S. Etheldredæ Abb. Junii tom. 4. pag. 525 : *Hoc est decem millia anguillarum, quæ omni anno in villa quæ Wellam dicitur, pro Expenditione redduntur fratribus ad victualia.*

¶ 1. **EXPENDITOR**, Qui expendit seu exsolvit. Vide locum in *Aquagangium.*

* 2. **EXPENDITOR**, Idem qui Dispensator, œconomus, Gall. *Maître d'hôtel.* Acta B. Amadei tom. 2. Aug. pag. 582. col. 2 : *Decreverunt ipsi illustrissimi principes ac imposuerunt domino Joanni Giapano, tunc ducali Expenditori et secretario, ut cibaria pro ejusdem patris et sociorum suorum necessitate convenientia ex ducali dispensa quotidie transmitteret.*

¶ **EXPENDITUS**, Expensus, exsolutus. Charta Edwardi III. ann. 1333. apud Rymerum tom. 4. pag. 559. col. 2. de pecunia Papæ solvenda : *Præsertim cum pecunia prædicta circa negotia Ducatus prædicti Expendita fuisset.* Rursum occurrit infra.

1. **EXPENDIUM**, pro *Dispendium.* Charta ann. 1152. in Tabulario Ecclesiæ Viennensis : *In quo respectu guerræ cum magno comitatu demorantes, de propriis facultatibus vehemens passi sunt Expendium.* [Barthius in Glossario ex Hist. Palæst. lib. 11. c. XIV : *Nam totam terram in Expendio miserant.* Hoc est, spoliarant et vastaverant.]

¶ 2. **EXPENDIUM**, Expensæ, sumtus, Gall. *Depense.* Anonymus de Gestis Manfredi et Conradi Regum, apud Muratorium tom. 8. col. 610 : *Solemnes nuncii destinantur, qui sibi tanquam Regi venturo aurum, thus offerebant et myrrham, ac ei de propriis peculiis, et civitatum ipsarum, thesauros promittentes pro Expendiis necessariis ampliores.*

* Bulla Gelas. II. PP. ann. 1119. ex Tabul. S. Andr. Avenion.: *Nec clericis Avenicensibus ullo modo liceat pastus, Expendium, nec omnino aliquid commodi temporalis exigere.* Charta ann. 1127. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 33 : *Si aliquod Expendium factum fuerit, vel pro placitis, vel pro adquisitione honoris, faciant illud isti prædicti præpositi usque ad decem solidos.*

EXPENSARE, pro *Expendere*, usurpavit Scævola, in leg. 41. D. de Fideicom. libert. (40,5). [Chron. Andreæ Danduli apud Murator tom. 12. col. 497 : *Et sciatis quod, si quas expensas contingat vos facere pro eundo ad Regem, si forte abesset, vel aliter vos contingeret Expensare pro dicto facto.* Hoc est, Expensas facere. Vide mox *Expensere.*] Alias *Expensare*, pro *Compensare*, dixit Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 13.

EXPENSATICUS, Liberalis, qui largas expensas facit. Lambertus Ardensis pag. 167 : *Munificus, liberalis, et Expensaticus.*

¶ **EXPENSERE**, Expensas, sumtus facere : Gallice *Depenser. Expensas et custus, quos ipse Dux fecerit seu Expensuerit*, apud Lobinellum tom. 2. Histor. Britan. col. 1300.

¶ **EXPERDENS**, λῃστής, Fur, in Glossis Latino-Gr. Sangerman. MSS. in Supplemento Antiquarii et apud Laurentium in Amalthea.

¶ **EXPERGENCIUS**, Vigilantius, diligentius. Privilegium Agiradi Episc. Carnot. apud Felibian. Hist. San-Dionys. pag. XVI : *Liceat eis talem Gubernatorem elegire, qui honestis moribus sit, non generositatis nobilium, sed in Dei amore Expergencius atque sagacius imbutum.*

¶ **EXPERGESCERE**, Expergefacere, excitare : *Interea cœperunt me mordacissimis verbis ab inerti studio Expergescere Fratres*, apud Ardonem in Præfat. ad Vitam S. Benedicti Anian. num. 2.

* *Esperriger*, eodem sensu, in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1. ubi de Dæmonum visione :

> Tous li pais Esperrige et arde,
> D'anemis voit plus de cent mile, etc.

EXPERGIFICUS, Ἐξεγερτικός, apud Apuleium lib. 2. Florid.

** **EXPERIARI**, pro *Experiri.* Ermold. Nigellus lib. 3. vers. 151 :

> Namque semel quicumque duello hos Experiari
> Cœperit, ipse luet et genus omne suum.

¶ **EXPERIMENTALITER**, Experiendo, experimento, Gall. *Par Experience. Experimentaliter comprobare*, in Charta Ludovici Regis Siciliæ e MS. D. *Brunet* fol. 108. *Experimentaliter clarere*, in Charta ann. 1409. ex Schedis D. *de Mazaugues. Experimentaliter cognoscere*, in Vita B. Coletæ cap. 5. n. 32. et apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 477.

EXPERIMENTARE, pro *Experiri.* Utuntur non semel Octavius Horatianus lib. 4. Rerum medicarum pag. 89. 90. Alexander Iatrosophista lib. 2. Passion. et alii.

* Nostris alias *Expermenter*, vulgo *Tenter, sonder.* Sermo Maurit. episc. Paris. in Circumc. ex Cod. S. Vict. Paris.: *A icest jor solement li mauvés Crestien, selon la costume des Paiens, soloient faire sorceries et charmes; et por ce solent enquerre et Expermenter les aventures, qui sont à avenir.*

* **EXPERIMENTATOR**, Circumforaneus pharmacopola, Gall. *Operateur*, alias *Esprouveur.* Arest. ann. 1410. 29. Nov. in vol. 11. arestor. parlam. Paris.: *Johannes Cognati Experimentator et venditor, ex eo quod tyriacam inutilem et ineptam vendebat, etc.* Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 278 : *Jehan de la Tour poure jeune homme vendeur et Esprouveur de triacle.... fist faire à son varlet son espreuve si forte, que trois ou quatre heures après icelle faite, il ala de vie à trespassement.* Vide infra *Exprobare.*

EXPERIMENTATUS, Expertus, *Experi-*

Digitized by Google

menté, in Regula S. Fructuosi cap. 20. [et apud Murator. tom. 12. col. 454.]

* Arest. ann. 1499. 17. Maii inter Instr. ad vit. Guill. Menag. pag. 523 : *Ipsum appellantem, literatum, Experimentatum... in suum locumtenentem commiserat. Avoir grant Expériment*, Multarum rerum usum habere, in Lit. Caroli VI. ann. 1402. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 519 : *Acertenez.... du grant Expériment qu'il* (le duc de Bourgogne) *a des besoignes de nostre royaume, etc.*

* **EXPERIRE**, pro Experiri. Antiq. Malleac. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 181 : *Cum vicinia hostilis exercitus Experisset, etc.* [** *Experiri* pro *Reperire*, in Vita S. Galli ap. Pertz. Script. tom. 2. pag. 19. lin. 41. pro *Reperiri* ibid. pag. 18. lin. 16.]

¶ **EXPERITUS**, *Non peritus vel valde doctus*. Papias.

* *Espertement*, Prudenter, in Lit. remiss. ann. 1388. ex Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 108 : *Icellui Berout appuya telement son coustel à la poitrine dudit exposant, que s'il ne se feust Espertement reculé, il l'eust tué, ou mis en péril de mort.*

* **EXPERNARE**, Spernere, parvi æstimare, Gall. *Dépriser*. Pactum ann. 1174. inter Soldan. et Pisan. apud Lam. in Delic. erudit. inter notas ad Hist. Sicul. Boninc ont. part. 1. pag. 196 : *Ad nullum servientem duanæ non debent dare aliquid, . . . et nullum tortum non debent habere nec recipere, et nulla eorum merces non se debet Expernare, ut minus se venderet.*

¶ **EXPERTI**, *Extranei, extra partem notitiæ*. Gloss. Isid. Melius Papias : *Expers, extra partem, vel patriam, alienus, extraneus. Expertia, Extranea*, vel ut habet Johannes de Janua, *Extraneitas*. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Expers, sens partie.*

¶ **EXPERTUM**, Experimentum. *Cujus ingenium, mores et merita ab adolescentia sua probavimus et novimus ab Experto*, in Epist. Henrici III. Reg. Angl. apud Rymerum tom. 1. pag. 737. col. 2.

* **EXPETERE**, Obtinere, recuperare. Charta Roricon. episc. Laudun. ann. 15. Loth. reg. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 6 : *Idem monachi et eorum abbas, Melcallannus nomine, nitebantur Expetere terram villarum abbatiæ S. Vincentii, quam nostri fideles a longis temporibus inbeneficio tenebant.*

1. **EXPIARE**, ex Gallico *Espier*, Speculari. Tudebodus l. 2. Hist. Hieros. : *Totamque terram in Expiando miserunt*, i. Gallice, *en Espiant et cherchant de tous costez*. Vide *Spia*. [** Occurrit pluries in Chronic. Salernit. ap. Pertz. Script. tom. 3. pag. 489. lin. 29. pag. 498. lin. 14. etc.]

* 2. **EXPIARE**. Glossæ Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 680. col. 2 : *Accipit prævenda in omni corvada panes duos et cervisiæ sextarios duos : et si Expiaverit in ipsa corvada, accipit panem unum et cervisiæ sextarium unum*. An si mediam tantum corvadam expleverit?

* 3. **EXPIARE SEPULCRUM**, vox paganicæ religionis, Purificare, benedicere. Cæremon. Ms. S. M. Crassens. : *Post hæc a sacerdote Expietur sepulcrum aspersione aquæ sanctæ et hodore* (sic) *incensi*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Apaysement, purgement, expiamen. Apaysier, adoucir, nétoyer, Expiare.*

¶ **EXPIARIUM**. Gloss. Isid. : *Mappa, Gausape, Tegilla, Expiarium*. Pro *Tegilla* alii legunt *Togilla*, et pro *Expiarium* Græv ius suspicatur olim scriptum fuisse *Sudarium*, quo sudor detergetur, aut hujus notionis vox alia, ut *Orarium*. Sed tam dici potuit Isidoriano Glossatori *Expiarium*, quam Johanni de Janua, *Manupiarium*, *Gausape quasi manus pians.*

¶ **EXPIGNORARE**, Rem appositam pignori liberare, Gall. *Degager*. Appendix ad Agnelli Librum Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 208. col. 1 : *Plurima bona huic Ecclesiæ contulit*, VII. C. *libras in Expignorando possessiones Ravennatis Ecclesiæ expendit.*

* **EXPILARE**. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641 : *Expilat, occultat, exterminat, vel elapidat.*

* **EXPILATUS**, Pilis orbatus. Vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 266. col. 2 : *Denique postquam sanctus in fata concessit, equus ille Expilatus emarcuit, et usque ad interitum suum elanguit*. Vide supra *Expelare.*

* **EXPIOTUS**, Pilum, hastile, spiculum, Gall. *Espieu*. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 171 : *Cum arundine sive hasta sui Expioti, et cum postibus cujusdam basti seu sellæ, quam juxta ipsum casualiter invenit, dictum Jacobum percussit*. Vide supra *Espietus.*

EXPLACITARE, [Ex *placito* seu lite evadere.] Vide *Placitum.*

¶ **EXPLAITABILIS**. Vide *Explectabilis* post *Expletum* 1.

* **EXPLANARE**, Eruncare, interlucare silvas. Charta ann. 1143. in Chartul. Pontiniac. ch. 120 : *Nemus etiam Explanare et in agriculturam redigere, si voluerint, concedit*. Vide supra *Exemplare* 4. et infra *Explicare* 2. Hinc

* 1. **EXPLANATIO**, Ager exaratus, proscissus. Charta Rotroci comit. Pertic. ann. 1190. ex Chartul. S. Dion. Novigent. : *Concessi eisdem monachis decimas Explanationum nemoris factarum et faciendarum.*

¶ 2. **EXPLANATIO**, Finis, quasi Expletio. Guidonis Disciplina Farfensis cap. 6 : *Ad Explanationem Sacræ omnia signa pulsentur*. Et cap. 18 : *Ad inchoationem Sacræ duodecim cerei accendantur ante altare : ad Explanationem Missæ omnia signa pulsentur.*

EXPLANTARE, Eradicare, Gall. *Déplanter*. Utitur Petrus Blesensis Epist. 129. [Occurrit etiam in Actis SS. Martii tom. 1. pag. 412. de B. Petro a Castro novo.]

¶ **EXPLECHA**, **EXPLECHIA**, ut *Expletum* 2. Charta pro Communia Balneoli ann. 1208. inter Schedas D. *Lancelot : Certum est quod Domini non habent quistam, neque tallam, neque per vim Explecham in hominibus habitantibus villam*. Vide alia notione in *Esplencha.*

* **EXPLECHARE**, Uti re aliqua. Sent. arbitr. ann. 1303 : *Quod dictus dominus comes* (Pictav.) *seu ejus successores, vel alii quicumque infra limitationes supradictas devesii supradicti causa depascendi seu aliter Explechandi sua animalia ex nunc inantea non immittant nec immittere audeant seu præsumant, nec ligna scindere contra voluntatem dicti domini abbatis, seu aliter Explechare*. Vide infra *Explectare.*

* **EXPLECHIA**, Reditus, proventus terræ, prædii. Charta ann. 1212. ex Tabul. Montis-maj. : *Willelmus abbas ... pro hujusmodi restitutione constituit Willelmo prædicto comiti usumfructum in solidum, quamdiu vixerit, ... in molendinis, vineis, pascuis, ... et in omnibus Explechiis, etc.* Vide *Expletum* 2.

¶ **EXPLECIA**, ut *Expletum* 2. *Explecias, exitus et proficua*, apud Rymerum tom. 4. pag. 354. *Cum omnibus exitibus et proficuis inde provenientibus, ac etiam Expleciis*, in eod. tomo pag. 736. Rursum occurrit *Explecia* et *Explicia* eodem significatu tom. 12.

¶ **EXPLECTABILIS**, **EXPLECTUM**, **EXPLEGITOR**, **EXPLEGIUM**, **EXPLEITUM**. Vide in *Expletum.*

* 1. **EXPLECTA**, Jurisdictio. Libert. loci de Viridi-folio ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 278. art. 7 : *Quæ quidem nemora atque devesias ab omni Explecta officiariorum et firmonorum* (firmariorum) *regiorum quorumcumque exhimimus*. Vide *Expletum* 1.

* 2. **EXPLECTA**, Supellex quævis. Charta ann. 1311. in Reg. 46. Chartoph. reg. ch. 227 : *Exceptis et retentis domino nostro regi ante omnia quæ sequntur, vayssella seu Expleta, quæ in domo dicti castri pro domino rege esse solebat*. Vide infra *Expleta* 2.

* **EXPLECTAMENTUM**, Facultas utendi re aliqua, ipseque usus. Charta ann. 1299. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 77. v° : *Noveritis quandam causam diu agitatam extitisse ..... inter procuratorem dicti domini regis procuratorio nomine ex una parte, et priorem domus de Rameria ordinis de Corona nomine dictæ domus ex altera, super usu et Explectamento nemorum de Marsilhagueria, alias vocati de la Rameria*. Infra : *Calfagium aut Explectamentum*. Libert. Montisfalc. ann. 1369. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 53. art. 12 : *Quod omnes habitatores dicti loci et pertinenciarum suarum, nunc et in futurum habeant sua Explectamenta pro se ipsis et suis animalibus in aquis, herbis et nemoribus.*

* **EXPLECTARE**, ut supra *Explechare*, Frui, uti. Charta ann. 1302. ex Tabul. S. Germ. Prat. : *Nos abbas prædictus et successores nostri ex nunc in perpetuum tenebimus et Explectabimus, possidebimus et levabimus census et reditus sitos apud Theodasium una cum una granchia. Esploiter*, pro Negotiari, pecuniam fenori dare, vulgo *Faire valoir*, in Bestiario Ms. :

> Apela trois de ses serjans,
> Et bailla à l'un cinq besans....
> Les cinq besans Esploita tant,
> Qu'il en gaaigna autretant.

* **EXPLECTIVUS**, Dici videtur de silva, cujus arbores exciduntur. Charta ann. 1247. in Chartul. Raym. VII. comit. Tolos. pag. 104 : *Servitia, homagia, ... emptiones et pignora, ... tallivos et Explectivos, etc.* Ubi *Explectivus* opponitur *Tallivo*, id est, silvæ cæduæ.

* **EXPLECTUM**, Instrumentum, id

Digitized by Google

omne quo rei alicui perficiendæ utimur, nostris *Esploit* et *Exploit*. Libert. Granat. ann. 1291. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 19. art. 7 : *Quicumque de nocte intraverit vineis* (vineas) *ortos aut prata alterius,... et cum panerio, vel saco, vel capucio, aut cum alio Explecto fructus extraxerit; . . . . et si tantum modo manibus et sine alio Explecto extraxerit, etc.* Charta Phil. dom. Jonvil. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 338 : *Item lidit habitant, qui ont ou auront Esplois de cherues en ladite ville, nous devront pour chascun Esploit trois courvées de cherrue.* Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 113. ch. 243 : *Comme se feussent meues certaines paroles . . . pour cause de certains Exploiz et cordailles de vaisseaux de mer, etc.* Aliæ ann. 1452. in Reg. 181. ch. 225 : *Maistre Jehan de Tours, exécuteur de nostre haulte justice en la ville de Thoulouse, ... tenant l'Exploit avec lequel il avoit acoustumé de descapiter gens par justice*[1], *etc. Esploicte*, eadem acceptione, in aliis Lit. ann. 1467. ex Reg. 200. ch. 196 : *Les supplians prindrent leurs Esploictes, dont ilz faisoient leur fossé.* Vide *Aploidum* et *Expletum* 4. Exstat alia notione in *Expletum* 1.

* **EXPLEMENTUM**, Vide in *Expletum* 2.

¶ 1. **EXPLETA**, Jus pastus, venationis, piscationis et lignationis, de quo jam in *Esplecha*. Consuetudines Ausciorum MSS. ann. 1301. art. 54 : *Item est consuetudo ibidem quod homines de Ruscio habeant usum et Expletam lignorum omnimodam depascendi cum animalibus suis herbas, folia, glandes et ceteros fructus arborum silvestrium, aqua et alia necessaria predictis animalibus per omnes pertinentias et laborantias civitatis predicte, in quantum in die ire et redire possunt... Habent ultra hæc dicti cives Expletam omninodam apud Auxium et ejus pertinentias... venandi omnem venationem cum canibus et retibus vel filatis, et quocumque alio modo voluerint venari, et recipiendi, capiendi et piscandi in omnibus aquis, exceptis piscariis et stagnis, columberiis, claperiis et deffensiis.* Art. 55: *Consueti sunt insuper et usi cives predicti incedere* (incidere) *ligna et fustes ad suam omnimodam voluntatem pro suis Expletis et necessariis suis, illi tamen qui habitant et larem habent in civitate predicta et ejus pertinentiis, per omnes forestas et nemora Comitatus predicti, libere et absque aliquo denario, excepto quod qui operatur cum dolabro, debet solvere unum denarium Morlanum.* Vide alia notione in *Expletum* 2.

* 2. **EXPLETA**, ut jamjam *Explectum*. Charta ann. 1252 : *Qui Durantes dixit domino Amalrico, quod monachi dicti monasterii . . . ruperunt cabanam, quam fecerant in dicto opere, et picones et palas et Expletam et alia aptamenta inde asportaverunt.* Vide supra *Explecta* 2.

¶ **EXPLETAMENTUM**, **Expletare**. Vide in *Expletum*.

* **EXPLETIO**, Reditus, proventus terræ, prædii. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 133. v° : *Ego Geraldus de sancto Asterio dedi Deo sanctoque Joanni . . . . rusticos de Massalia quæ in Dupla, et Expletionem terræ, et tertiam partem de quarto.* Vide supra *Explechia*.

* **EXPLETTUM**, Opera domino debita, Gall. *Corvée*. Charta ann. 1406 : *Quittaverunt ab omni et quocumque alio genere servitutis, et quidquid juris, ... deverii ac Expletti dicti conjuges assensatores habebant.* Vide *Expletum* 3.

¶ 1. **EXPLETUM**, Actus quivis juridicus, quem quis habens jurisdictionem exercet per se vel per ministros suos. Charta Edwardi I. Regis Angl. de Jurisdictione Episcopi Agennensis apud Rymerum tom. 1. pag. 425 : *Rex universis .. Noveritis, quod cum venerabilis pater J. Dei gratia Agenn. Episcopus nobis exponeret, quod gentes nostræ in jurisdictione Agenn. communi nobis et sibi, aliqua Explectaverunt et adhuc Explectabunt per se ipsos et solo nomine nostro, ratione jurisdictionis Agennensis... Nos, licet prædecessores nostri eadem Explecta fecissent... nolentes eisdem Explectis insistere... nonobstantibus Explectis nostris... salvis etiam nobis omnibus aliis Explectis et juribus... Et quod per aliquod Explectum talium appellationum... non possit contra hoc aliquod præjudicium generari.* Litteræ Ludovici Regis Franc. ann. 1315. apud eumd. Rymer. tom. 3. pag. 522. col. 1 : *Item, intentionis nostræ non existit, nec volumus quod gardiatores... jurisdictionem dicti Ducis* (Aquitaniæ) *ratione gardiæ hujusmodi, aliquatenus impediant, vel aliquid Explectum justitiæ faciant, nec, etc.* Litteræ Philippi VI. Franc. Regis ann. 1330. 8. Febr. : *Item statuimus concedentes, quod Officiarii nostri in terris Dominorum dicti Ducatus* (Aquitaniæ) *jurisdictionem habentium non faciant aliqua Expleta, nisi in casibus ressorti et superioritatis, et in casibus istis Officiales et Servientes nostri, citationes, adjornamenta et executiones et alia Expleta per manus Dominorum jurisdictionem hujusmodi habentium, aut eorum Officiariorum fieri requirant et permittant, nisi ipsi Domini, vel eorum Officiarii super hoc requisiti, in his faciendis vel exequendis fuerint negligentes.*

* Item, Emolumentum quodlibet inde proveniens. Charta ann. 1419. in Stat. Delphin. pag. 91. v° : *Item fuit ordinatum per judices inhiberi exactoribus Expletorum ipsarum Delphinalium curiarum, ne a decem libris et infra, pro apodixa solutionis, recipiant nisi unum liardum.*

Expletum, Denuntiatio, vadimonium et quævis actio in litigiis. Arrestum Parlamenti Paris. ann. 1446. ex Chartulario Æduensi : *Per arrestum dictæ Curiæ nostræ dictum fuit, dictum opponentem ad bonam et justam causam contra dicta Expleta se opposuisse, et quod ob hoc remanebat dictus Episcopus Æduensis defensor et opponens in administrationis spiritualitatis et temporalitatis dicti Archiepiscopatus Lugdunensis gaudencia, de qua sicut dictum est, per dictos Cousinoti et Varmeni desaproprietatus seu expulsus fuerat.* Litteræ Josselini Maclov. Episc. ann. 1382. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britann. col. 648 : *Nobis dixerunt quod totum territorium et temporale nostrum et Ecclesie predicte in manu Ducis ejusdem accipiebant, et acceperunt de facto, cum de jure non possent, et nobis perhibuerunt totum Expletum de premissis.* Consuetudo Andegav. art. 411 : *Aucun ne sera receu à faire adjourner autre en demande de retrait, s'il n'est sujet ou resseant au pays auquel il fera bailler ledit ajournement, s'il ne baille pleige suffisant dudit pays et resseant en iceluy audit Sergent, auquel il requerra l'ajournement avant le faire bailler, lequel pleige sera tenu de recevoir les adjournemens, significations et Exploits dependans dudit retrait. Exploict de Sergent, Exploict de Justice*, in plerisque Regum nostrorum Edictis, ut et in Consuetud. Britan. art. 77. 92. 229. Brituric. tit. 2. art. 29. 32. Apparitoris relatio est et declaratio de vadimonii denuntiatione a se facta, exsecutione, obsignatione bonorum vel personarum comprehensione, etc.

¶ **Expletum**, Manus injectio, ablatio pignorum. Charta Senescalli Rhedonensis ann. 1250. in Archivis Eccl. Dolensis : *Cum non inveniamus in Comitatu Britanniæ extra feodum vestrum de bonis Guillelmi Buticularii Militis, unde Capitulo Dolensi de summa novies viginti et octo librarum satisfieri possit, Paternitati vestræ mandamus* (Dolensem Episc. alloquitur) *quatenus tradatis eidem Capitulo jus quod habet in buticulagio Dolensi idem Guillelmus, et si illud non sufficiat, de bonis ejus ad valorem dictæ summæ nomine pignoris tradatur Capitulo, et bannum faciatis et Expletum sicut de pignore.* Venditio ann. 1329. e Chartulario Æduensi : *Voluerunt insuper... se ac hæredes et successores suos compelli a nobis seu a nostra Curia... per captionem, distractionem seu alienationem et Explectum omnium bonorum suorum.*

¶ **Explectare**, **Expletare**, Quemlibet jurisdictionis actum exercere; Apparitoris munus obire, Gall. *Exploiter*. Charta pariagii Regem inter et Episcopum Mimat. ann. 1306. ex Tabulario Mimatensi : *Ad Episcopum et Ecclesiam Mimatensem pertinet jus... cudendi monetam ære contaminatam et monetam argenteam, levandi compensum seu paxiagium pro pace servanda, et omnia alia Explectandi pro majori potestate et seignoria sua, quæ ad majorem potestatem, regaliam et majus dominium pertinere noscuntur.* Edictum Philippi Franc. Regis ann. 1293. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1251 : *Si gentes nostræ justitiando, sicut ad nos pertinet, aliquid saisiant, capiant, vel Expletent, vel sasire vellent, capere aut Expletare, etc.* Aliud ejusd. Regis Edictum eodem ann. pro Comite Hannoniæ col. 1256 : *Philippus Dei gratia Francorum Rex Ballivo Viromandensi salutem... Hoc proviso, quod ressortum dictæ terræ Ostrevanni nullatenus per justitiam vel dominium Alemanniæ vel Hannoniæ, sed per nostrum Franciæ ressortum et superioritatem nostram, quam ibidem habemus, justiciari et Explectari permittas. Volumus insuper quod Servientes tuæ balliviæ non permittas in terra Ostrevanni justiciare vel Explectare, nisi in casibus ressorti et aliis casibus ratione superioritatis ad nos pertinentibus.* Occurrit hac notione apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. LVII. col. 1. et pag. 75. col. 1. alia vero notione mox infra in *Expletum* 2.

¶ **Explectatio Bonorum**, In ea manus injectio, eorum ablatio, apud Baluzium

Digitized by Google

tom. 2. Hist. Arvern. pag. 321. Rymerum tom. 10. pag. 203. col. 2. et in Privilegiis Equitum Melitensium pag. 21.

¶ EXPLECTATIO JURISDICTIONIS, Exercitium vel actus jurisdictionis, in Charta pariagii ann. 1306. jam laudata in *Expletare*.

¶ EXPLETATIO PERSONARUM, Manus injectio in personas. Litteræ Philippi VI. Franc. Regis ann. 1329 : *Ad hoc compellendo per captionem et Expletationem personarum et bonorum eorumdem, si et infra regnum nostrum potuerint reperiri. Exploicter le vassal*, in Consuetud. Aurelian. est in ejus bona manus injicere, cum dominus feudalis vassalli feudum *Expletat*, hoc est, illius feudi fructus facit suos vassallum spoliando.

¶ EXPLECTABILIS, EXPLAITABILIS, etc. Obnoxius *Explectationi*, qui *Explectatione* personæ et bonorum cogi potest ad solvenda domino debita servitiaque exhibenda. Venditio anni 1320. Historiæ Dalphin. tom. 1. pag. 81 : *Hugo de Breyssiaco domicellus... vendit... Henrico de Turre... los Meyers de Savsseu et homagia eorumdem, taillabiles et Expleytabiles* (vel *Explaitabiles*, ut habetur ibidem pag. 69.) *cum posteritate eorumdem ad voluntatem et misericordiam dicti domini Henrici emptoris*. Eintio anni 1329. e Chartulario Æduensi : *Vendiderunt... mansum... cum omnibus et singulis juribus aliis et pertinentiis prædictorum mansorum tailliabilibus et Explectabilibus de alto et basso, serva conditione et manu mortua*. Charta Dumbensis anni 1371 : *Bernardus Mitod recognoscit se esse hominem ligium, quittum, justiciabilem, Explectabilem et taillabilem pro medietate sui et suorum hæredum, sine reclamatione alterius domini Baronis vel superioris, et tenere de directo dominio Antonii de Saxo domino Barbarelli domum, etc.* Charta Villæ-novæ in Dumbis ann. 1426 : *Joannes Baro recognoscit se esse homo tailliabilis, corveabilis, justitiabilis, Explectabilis, manus mortuæ et servæ conditionis, atque burgensis domini Ducis Borbonii. Homines taillabiles et Explectabiles* rursus memorantur in Litteris anni 1358. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. pag. 318. Charta ann. 1446. apud Thomasser. in Bitur. pag. 106. etc.

2. EXPLETUM, EXPLETIUM, Reditus, proventus terræ, prædii, *Espleito*, Occitanis ; [*Expleit*, in Chartulario Aureliensi fol. 49. et 52.] Gallis practicis, *Explets, Exploits* ; Anglis *Esplées*. Chronicon Vosiense part. 1. cap. 66 : *Hoc anno Burgenses de Subterranea ad invicem juraverunt, ut nullum omnino Monachis darent Expletum, quod vocatur Tailliada*. Bracton. lib. 2. cap. 18. § 2 : *Item nec Expletia capere possit, quia nondum venit tempus messium nec vindemiarum. Si autem fructus non maturos præceperit, ista non debent dici Expletia, cum sint potius ad damnum quam ad commodum*. Charta Rotroci Comitis Perticensis ann. 1126. apud Souchetum in Notis ad Vitam Bernardi Abb. Tiron. : *Volumus et largimur ex nunc ipsos usus, actus, Expletum, et possessionem, nullas ferre saisinas, vel præscriptionem, etc.* Alia Raimundi Vicecom. Turenæ ann. 1276. apud Justellum : *Cum omnibus redditibus, taillis, questis, servitiis, et Expletis et aliis obventionibus, etc.* Fleta lib. 5. cap. 8. § 9 : *Poterit quis habere liberum tenementum sine usu et Expletiis*. Fori Oscæ Jacobi I. Regis Aragon. ann. 1247. f. 4 : *Et qui tenet ipsum* (haver) *in pignore, debet accipere in compotum, si quod Explectum acceperit de ipsa hæreditate*. Infra : *Et antequam accipiat Expleytos, traxerit illam de pignore ille de quo est hæreditas, etc.* [Privilegium Ermengaudi Comitis Urgell. ann. 1162. inter Concil. Hisp tom. 3. pag. 374. col. 2 : *Ex ipsa vero die, qua præfata castra in manu Comitis esse incipient, et reditibus et censibus et Expletis quæ de ipsis castris exierint prænominata castra custodiantur.*] Tabular. Eccl. Cadurcensis : *Espleita minuta per capten et per terras quas tenet Hugo, habet intra ejus Esp'eitam propter utilitatem quam consequuntur de terra, etc.* Occurrit passim. Cowellus vocem ab *expleo* deducit, quod vix crediderim. Forte quod ex *placito*, seu pacto cum *firmariis*, domino cedit ex proventibus agri.

EXPLETUM, sumiter etiam pro dominio et prædio, cujus fructus percipit dominus. Charta Arnaldi Comitis Inculismensis ann. 1199 : *Pro eo quod prædicti homines, et eorum animalia in terris meis, pascuis, et Expletis deambulabant*. Et infra : *Et volo et concedo ut liberi et securi, et eorum animalia per terras et pascua mea et Expleta eant et redeant absque ullo servitio*. Galli dicerent, *dans mes revenus*.

¶ EXPLETA, Æ. Testamentum Raymundi Comitis Tolosæ apud *la Faille* tom. 1. Annal. Tolos. Probat. pag. 127 : *Dispono ut omnes Expletæ, quæ exierint in hoc anno de omnibus meis bouariis de Tolosano mittantur in potestate hospitalis de Hyerusalem et domus Militiæ Templi, et illæ Expletæ distribuantur et dividantur amore Dei et in redemptionem peccatorum meorum*.

EXPLEGIUM, Eadem notione, in Charta A. Comitis Inculism. ex Tabular. S. Eparchii fol. 13. 14 : *Cum... multis modis gravaremus in collectis, in mestivis, in avena, gallinis, caseis, et multis aliis exactionibus et servitiis occasione Explegii, quod habebam in quibusdam terris, extrinsecus positis, etc. Explée* dicitur fol. 27. v.

¶ EXPLEGITOR, f. Qui percipit *Explegia*, nisi quis malit Exploratorem intelligi, Gall. *Espion* : quo posito forte melius legeretur *Explicitor* vel *Explicator*, quia solent exploratores *explicare* quod inspiciunt. Litteræ Episcopi Hereford. ad Henricum Regem Angl. ann. 1263. apud Rymer tom. 1. pag. 755 : col. 2 : *Quidam malivoli vestri sanguinem nostrum sitiunt, qui nos Explegitorem reputant, dicentes quod nichil in Marchia, quod vobis non revelamus*,

EXPLETIVUS, Idem quod *Expletum*. Regestum Comitum Tolosæ in Camera Comput. Paris. in Charta ann. 1247 : *Et vendidit ei dictus R. Joannes totam illam condaminam terræ, quæ vocatur del Bacudel... terras cultas et incultas, boscos et barcas, prata et pascua, taillivos et Expletivos, venationes et forestagia, etc.* Alia ann. 1236. ibid. fol. 51 : *Prata et pascua, nemora et barras, et albaretas, et ramerios, et devesios, et adempra, et Expletivos, et forestagios, etc.*

¶ EXPLEMENTUM, Eodem significatu. Charta Erardi Episc. Autiss. ann. 1272 : *Nos dictas* XX. *libras... Decano et Capitulo, consensu ipsorum super hoc accedente, assidemus et assignavimus percipiendas ab ipsis perpetuo super proventibus sigilli curiæ nostræ Autiss. et Explementis ipsius curiæ.*

EXPLETARE, *Expleta* seu reditus terræ vel prædii percipere : *Exploiter*, in Consuetud. municipalibus passim, [quod maxime dicitur de dominis feudalibus, qui ex vassallorum prædiis fructus colligunt et faciunt suos.] Edictum seu Statutum Philippi Pulcri Regis Franciæ de Nobilibus ann. 1302. art. 5 : *Ordinamus quod res, bona, maneria, et jura dictarum regaliarum manutenentur, custodiantur, et Explectentur absque detrimento ac devastatione, ac si nostra essent*. Adde Continuatorem Nangii ann. 1327. [Charta Officialis Autissiod. ann. 1276. de Præpositura S. Germani ejusd. urbis : *Cum Præpositura a tempore a quo non extat memoria, descendisset de hærede in hæredem usque ad ipsum Johannem, et eam aliquandiu tenuerat, possederat et Explettaverat sine lite*. Litteræ Johannis Franc. Regis ann. 1356. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1414 : *Cum temporalitas Episcopatus Andegavensis ad nostram regaliam ratione obitus Episcopi dicti loci nuper devenerit, vobis* (Senescallo) *tenore præsentium committimus et mandamus quatenus temporalitatem prædictam ponentes, omnes redditus, fructus et emolumenta ejusdem cum suis pertinentiis universis levare et Expletare nomine nostro... faciatis*. Vide alia notione in *Expletum* 1.]

¶ EXPLECTARE, Silvas vel arbores succidere, Gall. *Exploiter*. Fundatio Monasterii de Bosco-Raherii Ord. Grandimont. post annum 1172. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 572 : *Dicti Fratres in dictis forestis et in omnibus defossis* (f. *defensis*) *earumdem factis vel faciendis a nobis vel successoribus nostris indifferenter capiant et Explectent quidquid ad usum et ædificationem ipsorum, et domorum suarum, et omnium pertinentiarum suarum viderint expedire*. Apud Stephanotium tom. 2. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 449 : *Habebit etiam unum hominem, qui Explectabit ad collum nemus de Broeis ad omnia necessaria domus suæ*.

EXPLETATOR, Qui *Expleta* seu reditus percipit. Tabular. Nantoliense : *In Pictonib. an. 1479. homines mansionarii et Expletatores dicti territorii*. [*Exploicteurs* in Consuetudine Andegavensi art. 168. sunt Operarii demetendis segetibus adstricti. Vide *Expletum* 3.]

EXPLETAMENTUM, Idem quod *Expletum*, in Charta Philippi Regis Fr. ann. 1317. apud Argentreum in Hist. Armoric. lib. 5. cap. 34. [Lobinellum in ead. Hist. tom. 2. col. 472. Thomasserium in Biturig. pag. 730. et strictiori significatu pro cæsione lignorum apud Acherium Spicil. tom. 10. pag. 279.]

¶ 3. EXPLETUM, Opera domino debita tempore messis : *Exploit*, in Consuetudine Andegavensi. Donum Agnetis *de Bré* in Tabulario Vosiensi fol. 33 : *In manso Stephani Dugresol et Acouzac* 11. *sol. in Aug. et* 1. *popadam, et* 1. *gallinam et Expletum*

Digitized by Google

... in manso de Crotas II. *sol. ad S. Mariam in Aug. et* IV. *den. et* III. *sextar. de segl. et* IV. *de civada adferat de Comborn et* I. *gallinam et* I. *popadam et Explectum et suem. In manso Albrudes des Pirizas* I. *mod. d. gl. et* II. *sol. in Aug. et* IV. *sext. de civadue et* VI. *de vinada et Expletum et trogam et* I. *gallinam.* Vide *Expletator* in *Expletum* 2.

¶ 4. **EXPLETUM**, Corbis species ad colligendos fructus. Sententia arbitralis ann. 1292. inter Abbatem et Consules de Gimonte : *Si forte accipiant racemos, ficus vel alios fructus causa comedendi, ad aliquam missegariam vel talam minime teneantur, nisi cum sacco, panerio vel alio Expleto extraxerint dictos fructus.* Vide *Explecta*, 2. et *Explectum.*

* 5. **EXPLETUM**, Exemplum, descriptio, Gall. *Copie.* Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus quoddam aliud instrumentum possessionis, in quo continetur inter cetera Expletum litterarum exequtionis cum processu vigore ipsarum facto super receptione possessionis locorum de Flamarenxis.... Super Expleto quarumdam litterarum a dicto domino judice parvi sigilli Montispessulani et curia parva obtentarum.*

¶ **Expletum Belli**, Bellicum facinus, incursio, Gall. *Exploit de guerre.* Epistola Caroli VII. Franc. Regis apud Acherium Spicil. tom. 7. pag. 300 : *Licet alias vobis scripsissemus vos caritative et amicabiliter adhortando.... ut... ab illationibus damnorum et aliis Expletis belli adversus eum* (Archiep. Colon.) *et ejus Ecclesiam, terram et gentes abstineretis.*

* **EXPLETUS**, Immunis, exemptus. Ch. Jord. de Insula ann. 1171. inter Probat. Annal. Præmonst. tom. 1. col. 365 : *Concedo vobis et familiæ vestræ, pecoribus, jumentis et agnelis vestris padogutiam liberam, sive Expletam ab omni censu et exactione.*

¶ **EXPLETURA**, ut *Expletum* 2. Proventus, redditus. Tabular. S. Nicolai Andegav. *Goffredus puer de Candeio dedit S. Nicholao seipsum cum decima suorum reddituum et expleturarum de Candeio.* Annal. Andegav. pag. 205 : *Donavit S. Nicolao.... quidquid habebat in Ecclesia S. Sigismundi, scilicet medietatem presbyteragii et omnium Expleturarum aliarum quæ ad Ecclesiam pertinent.*

¶ **EXPLEXTARE**, Distrahere, exigere, Gall. *Debiter.* Edictum Johannis Franc. Regis ann. 1363. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 623 : *Quod dictum sal semel dumtaxat debeat et possit gabellari et non ultra, imo ex quo fuerit semel gabellatum emptor salis possit dictum sal ubique libere portare et vendere, et aliter modo quolibet Explextare.*

¶ **EXPLEYTUS.** Vide *Expletum* 2.

EXPLICABILITER, adverb. apud Diomedem lib. 1. Artis Grammaticæ.

¶ 1. **EXPLICARE Locum**, Jurisdictionem omnem in eo exercere. Instrum. anni 1297. Gall. Christ. tom. 2. col. 453 : *Idem Episcopus per gentes suas poterat condemnare, vel facere absolvi per sententiam secundum quod ei videretur et tenere et Explicare Locum tamquam verus dominus.*

* 2. **EXPLICARE**, Eruncare, colere, laborare. Charta ann. 1137. in Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 136. v° ; *Damus ... terram arabilem, quantum poterit Explicare per omnes sationes una carruca integra cum tria paria boum.* Alia Hugon. de Baucio ann. 1210. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Homines Castilionis .... possint in prædicta palude se Explicare, et fructus quos inde habuerint, quibuscuque voluerint possint etiam dare vel vendere.* Infra : *Quicumque hominum Castilionis noluerit particeps esse ad solvendum prædictos xxx. solidos censuales annuatim, ille sine voluntate aliorum in prædicta palude de ulla re non possit se Explicare, et etiam quicumque hominum Castilionis ibi modo habitantium noluerit particeps esse ad solvendum hoc acaptum, non possit se absque aliorum voluntate in prædicta palude Explicare ; sed quicumque de cætero ibi stare advenerit, soluta tamen parte sua annuatim de censu prædicto in prædicta palude possit lucrari et laborare, sicuti homines Castilionis ibi laborantes.* Nisi idem sit quod supra *Explectare.*

¶ **EXPLICIO.** Vetus Inscriptio apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 514 : *Anno centesimo post Explicionem numeri S. Victori Episcopi ciclum recapitulantem.* Hoc est post finem seu post absolutam primam periodum cycli Victoriani.

EXPLICIT, Finitur, absolvitur, cui opponitur *Incipit.* Voces frequentes in MSS. verbi gratia, *Explicit Plinii historiarum mundi liber primus, Incipit secundus.* Constat *Explicit* vocabulum minime Latinum esse, quamvis a Latino sermone ortum : sed *Explicitum* Martialis lib. 14. Epigr. 1. *Explicitum tractatum* Ulpianus dicunt, finitum significans, seu absolutum. Annotant Editores Prisciani Grammaticæ, hæc verba in fine libri 8. in MSS. Cod. inveniri : *Artis Prisciani viri disertissimi Grammatici Cæsariensis doctoris urbis Romæ Constantinopolitanæ præceptoris mei liber octavus de verbo Explicitus feliciter.* In libro veteri Psalmorum apud Anton. *de Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 1. pag. 92 : *Explicitus est liber iste a Notario Sebastiano Diacono, notum perfectionis diem 4. Kalend. Februarii æræ 987. etc.* Orosius lib. 7. cap. ult. : *Explicui, adjuvante Christo, secundum tuum præceptum.... ab initio mundi usque in præsentem diem, etc.* Sulpitius Sever. lib. 1. Hist. : *Salomon cæptum templi opus vigesimo anno Explicuit.* Lib. 2 : *Nihil territus, cæpta Explicuit.*

Explicit. Papias MS. : *Explicit, cujus prima et secunda persona non habetur in usu, quia neutrum est, nec ad homines pertinet, sed ad librum refertur.* Jo. de Janua : *Explicit, ab explico, as, derivatur. Explicit et Explicuit, verbum defectivum, i. terminatur et finitur, vel finiuntur et terminantur, nec invenitur de eo plus.* Hieronymus ad Marcellam : *Scire debemus apud Hebræos in fine librorum unum e tribus solere subnecti : ut aut Amen scribant, aut Sela, aut Salom, quod exprimit pacem, unde et Salomon pacificus dicitur : ut solemus nos completis opusculis ad distinctionem rei alterius sequentis, medium interponere, Explicit aut Feliciter, aut aliquid ejusmodi.* Testamentum Corocottæ Porcelli, cujus meminit idem Hieronymus, ita clauditur : *Explicit testamentum Porcelli sub die Kl. Lucerninas Clibanato et Piperato Consulibus feliciter.* Matthæus Vindocinensis Carmen suum in Tobiam sic claudit :

Explicit, explicitum Thobiam qui legit, instet
Thobiam merita religione sequi.

Vide Scaligeriana pag. 15. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MS. : *Explicit, Il est finis, Expliciunt, Eux sont finis, et se decline Explicit, Expliciunt, et non plus.*]

¶ **EXPLICIUM**, Idem quod *Expletum* 2. Redditus. Kennettus Antiqui. Ambrosden. ad ann. 1330. pag. 414 : *Prior S. Frideswido Oxon... fuit seisitus de prædicto manerio... capiendo inde Explicia ad valentiam quinque solidorum et amplius.*

* **EXPLICTA**, ut supra *Explechia*, reditus. Charta ann. 1096. ex magno Chartul. S. Vict. Massil. fol. 37. v° : *Donamus, imo vendimus molnare de Pirois Deo sanctoque Victori absque malo ingenio et sine omni usu et Explicta et quista et retinemento.* Vide in *Expletum* 2.

* **EXPLOITAMENTUM**, Reditus, proventus terræ, prædii. Charta ann. 1281. in Chartul. S. Dion. pag. 438. col. 2 : *Omnes alias possessiones, Exploitamenta, racheta, ventas, et alias obventiones, etc.* Vide in *Expletum*, 2.

* **EXPLUERE**, Effundere. Tract. Ms. de Re milit. et mach. bellic. cap. 46 : *Bombarda cerbotana ad longe pillulas suas Expluit, quia virtus unita est fortior dispersa.*

** **EXPLUMARE**, Plumas evellere. Reinard. lib. 1. vers. 1303 :

Malo quod edidici gallum Explumare vel aucam,
Ducere quam rigida relligione chorum.

EXPŒNITENTES, [Qui publicam egerant pœnitentiam.] Vide *Pœnitentes.*

EXPOGNA. Charta libertatum Montis Regalis ann. 1287. apud Guichenonum Hist. Bress. : *Burgenses Montis Regalis debent coquere quartallum bladi pro 5. denariis Viennensibus sine Expognas, et sine aliqua alia re vel mercede.* [In Dumbis et Bressia rustici hodie *Epoigne* vocant exiguum panem rotundum ex frumento et butyro confectum.] Vide *Pugneta.*

EXPOLIUM, Spoliatio. Papias : *Expolia, hostium præda dicta a palliis, quasi Expallia, victis cum detrahuntur. Expoliare, nudare, mundare, mactare.* Vita S. Leodegarii Episc. cap. 2 : *Quorumdam animi ob hujus causam Expolii dolore tacti.* Et cap. 16 : *Cernens autem vir ille jam post Expolium mortem sibi imminere.* Paulo ante *spolium* eadem notione habet : *Cuidam optimati eo usque in tulit Spolium.... donec pene aufferret omne ejus prædium.* Utuntur præterea Marculphus lib. 2. form. 1. Concil. Bracar. II. cap. 7. etc. Hinc *Expoliare hominem*, in Lege Salica tit. 15. et 17. Vide Isid. lib. 18. cap. 2. extremo.

Expolia, æ, *Præda, sic dicta ab expoliando.* Johannes de Janua.

EXPOMONOGERON. Tradit Ambrosius Morales lib. 16. cap. 36. Ordonium Monachum librum scripsisse, cui titulum fecit *Expomonogeron.* Quid hæc vox sonet, non plane percipio, licet Græca videatur. [** Alii *Exomologeses* librum inscribunt, qui est instar Rationalis divinorum officiorum. Vide Fabricium tom. 5. pag. 172.]

EXPOMPARE, *Vituperare, detestari.* Johannes de Janua in Catholico.

¶ **EXPONDERE**, pro *Spondere*, in Præ-

Digitized by Google

cepto Chlotarii III. Regis Franc. apud Felibianum in Histor. San-Dionys. pag. VIII. et in Addit. ad Chron. Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 931.

* *Faire Esponse*, eodem sensu, in Lib. cens. terræ *d'Estilly* ann. circ. 1430. ex Cod. reg. 9493. fol. v° : *Aucun des farescheurs de ladite faresche ne pourront faire Esponse des choses obligées à ladite faresche, s'ilz ne font Esponse de toute la faresche.* Vide supra *Espondarius* et infra *Expositio.*

¶ **EXPONDERIUS**, Limitaneus. Visitatio castrorum Dalphini ann. 1347. Hist. Dalph. tom. 1. pag. 66. col. 1 : *Castra.... Exponderia personaliter et continuatis diebus sine interpolatione qualibet visitetis.* Vide *Esponderius.*

* **EXPONENCIA**, Expositio, promulgatio. Libert. Figiaci ann. 1318. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 659 : *Attendentes igitur . . . . honestorum incholarum ipsius* (villæ) *prestinam probitatem, quorum assidua fidelitas utque prompta devocio nostris prædecessoribus et nobis exhibitæ, prout rerum Exponencia et vulgaris opinio attestantur, usque hunc innolevit.*

1. **EXPONERE**, pro *Deponere*, non semel occurrit. Non. Marcellus lib. 4 : *Exponere, deponere. Nomen virginitatis Exponere*, apud Arnobium : *Exponere Episcopos*, in Fragmentis S. Hilarii, pro *deponere. Togæ Expositio*, apud Tertull. de Pallio. *Exponere veterem hominem*, apud eumdem lib. de Resurrect. carnis. *Expositionem peccatorum de lavacro repromittit*, lib. de Præscript. hæret. [** Marius Mercator pag. 20 : *Quia nullum quod Exponerent onus habuere.* Proprie est navem exonerare, e navi dimittere, ut in sequenti. Vide Forcellinum.] Virgil. lib. 10. vers. 287 :

> .... Socios de puppibus altis
> Pontibus Exponunt.

Vide tom. 5. Spicilegii Acheriani pag. 534.

Exponere *hominem ad occidendum*, Aliquem adsciscere, ut alium occidat, in Lege Frision. tit. 2. § 1. 2. 3. 9. *Elocare*, in Lege Salica tit. 31. § 1. 3. [** Pro Dimittere, concedere, elocare, occurrit in Chart. Theoder. Episc. Misn. ann. 1473 : *Ipsumque agrum perpetue Exponere pro dicto annuo censu.* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Lassen*, col. 1195.]

* 2. **EXPONERE**, Impendere, Gall. *Employer.* Necrol. eccl. Paris. Ms. ad Non. Oct. : *Obitus pro magistro Guillelmo Evrardi in theologia professore, quondam canonico Parisiensi, qui dedit nobis sex viginti scuta auri Exposita in reparacione domus feodi de Casteneto.* Comput. ann. 1479. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 338. col. 1 : *Exposuerunt tam in carnibus, pane et vino, ac frucha xj. solidos, vj. den. Item Exposuerunt pro pane albo, empto pro dicta cena, videlicet xv. solidos*, in altero Comput. ann. 1488. ibid. pag. 48. col. 1.

* 3. **EXPONERE**, Expellere, ablegare. Charta Barthol. Laudun. episc. ann. 1141. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 318 : *Visum est Hugoni* (abb. Præmonst.) *sorores suas, quæ in eadem valle propinquas se morabantur, veluti nimis sibi propinquas removere . . . . Ego autem nolens eas ab episcopio meo Exponi, etc.*

EXPONTANEUS, pro *Spontaneus*, in Capitulari 3. ann. 789. in Append. cap. 2 : *Propria Expontanea voluntate, etc.* nisi legendum sit, *et spontanea.*

* Nostris alias *Espoyne* et *Esponge*, eadem acceptione. Libert. Auxon. ann. 1229. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 394. art. 1 : *Et ce nous ont il donné communément de leur Espoyne grey et senz force faire.* Charta ann. 1249. in magn. Chartul. nig. Corb. fol. 124. r° : *Et che ont il gréé et otriié par leur Esponge volenté. Sponge*, eodem sensu, in Charta ann. 1330. ex Chartul. 2. Fland. ch. 296. in Cam. Comput. Insul. : *Renunchons de nostre Sponge volenté, nient à ce contraint, à nostre manoir de Ardemborch.*

* **EXPONTONUS**, Hasta minor, Ital. *Spontone*, Gall. *Esponton.* Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 124. ex Cod. reg. 4624 : *Nulla persona . . . . portare audeat . . . . aliquem cultellum seu Expontonum . . . . majorem et longiorem uno pede et dimidio.* Vide *Spontonus* 1.

¶ **EXPORTELLUM**, An parva porta exterior, an foramen majus in modum fenestræ, inquit Bollandi continuator. Miracula S. Paulini Episc. Julii tom. 3. pag. 272 : *Cum enim in carcere esset cum multis, ipse solus per Exportellum exivit; custodes carcerem custodientes, nullus eum vidit nec impedimentum præstavit.* [* Italico *Sportello*, ostiolum. Vide infra *Sportellum.*]

EXPOSITE, Ἐκθετικῶς, ἀναπεπθυγμένως, Explicate, apud Gellium lib. 3. cap. 2.

* **EXPOSITIO**, Cautio, obligatio, Gall. *Caution.* Charta Henr. Rem. archiep. ann. 1235. ex Chartul. Campan. in Cam. Comput. Paris. fol. 114 : *Nos sumus plegii erga dominum regem Navarræ super Expositione rerum nostrarum patrimonialium, reddendi apud castrum Theodorici Blancham filiam suam, uxorem nepotis nostri Johannis filii comitis Britanniæ karissimi fratris nostri, si dictus Johannes, quod Deus avertat, decederet sine hærede.* Alia Gaufr. vicecom. Castrid. ejusd. ann. ibid. fol. 283. r°. col. 2 : *De hoc sumus plegii super Expositione rerum nostrarum.* Vide supra *Exponere.*

EXPOSITIONES Censuales, apud Julianum Antecess. cap. 73. dicuntur *exemplaria publici census* in veteribus Scholiis ejusdem Juliani, ἐκθέσεις apud Justinianum.

EXPOSITUM, Expositio, commentarius. Testamentum Ricolfi Episc. Helenensis ann. 915 : *Librum Rabanum unum, Expositum in Evangelium et Epistolas, Eptaticum unum, Expositum super librum Genesis unum, etc.*

* **EXPOST**, Postea, exinde. Charta ann. 1331. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 527 : *Item et quod Expost incontinenti executis præmissis, etc.* Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 393 : *Quas quidem litteras Expost, de nostra speciali gratia dicimur confirmasse.*

** **EXPRÆSIDES.** Vide Glossar. med. Græc. in Ἀπάρχωτες, col. 132.

¶ **EXPREHENDERE** Vitia, pro Reprehendere, Reprimere, apud Rymerum tom. 15. pag. 305. col. 1.

¶ **EXPRENSA** Charta, Idem quod *Expressa*, seu quod Charta exprimit. Chartularium Matisconense fol. 83 : *Quidquid in dotalitium tuum insertum est in Carta Exprensa, totum tibi dono.*

EXPRESSARE, Exprimere. Thomas Walsinghamus pag. 231 : *Post Expressata negotia sua.* [Charta Philippi Pulcri Franc. Regis ann. 1307. inter Instrum. Hist. Ebroic. pag. 29 : *Villis et earum pertinentiis superius Expressatis et assignatis.* Charta Johannis de S. Amore ann. 1375. in Maceriis Insulæ Barbaræ tom. 1. pag. 214 : *Sub dictis formis et conditionibus in litteris dictæ unionis Expressatis.* Epistola Jacobi Regis Aragoniæ apud Acherium tom. 8. Spicil. pag. 280 : *Causis inferius Expressatis.* Hinc emenda Chartam Caroli IV. Imp. ann. 1355. apud Ludewig. tom. 6. pag. 385. ubi legitur, *Punctis et clausulis de verbo ad verbum prout Expressanter superius, etc.* Lego *Expressantur.*]

* Nostris etiam *Expresser.* Charta ann. 1292. ex Tabul. S. Joan. Laudun. : *Dis sous de Paris avecques la rente qui deseur est Expressée. Esprainte*, pro *Empreinte*, Impressio, nota, in Lit. remiss. ann. 1420. ex Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 275 : *Ouquel patron de cire n'y avoit que l'Esprainte et enseigne du tuel de la serrure. Espraindre* vero, pro *Exprimer*, Succum ex re aliqua exprimere, in aliis ann. 1381. ex Reg. 119. ch. 372 : *Comme .... Baudrot Fermelet et Jehanne sa femme eussent bouté un tinel dedens le trou d'un viez ourme cheu, afin de Espraindre verguz en un auge, etc.*

* **EXPRESSIM**, Expresse, distincte, Gall. *Expressément.* Charta ann. 1203. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 303 : *Acta sunt hæc apud Ucetiam in capitulo canonicorum, præsentibus et Expressim consentientibus etc.*

** 1. **EXPRESSIO**, Enunciatio, verbum, Gall. *Expression.* Marius Mercator pag. 406 : *Quod vero in Expressionum summa noster sermo vincatur, non negabo; sed non idcirco Christi mysterium non credatur, sed magis sit merito mirabilius. Quanto enim omni est mente superius et sermone, etc.* Virgil. Grammat. pag. 69 : *Unde et hit, qui non octo, sed plures orationis partes annumerare volunt, adverbium in duas partes dividunt, unam prisco nomine adverbium vocantes, alteram expressorium. Ecce enim adverbia, quæ nominibus et aliis adverbiis applicamus, non tam adjunctionem solitam, quam sensuum Expressionem significant.* Vide *Exprimatio. Veritatis integrator et Expressor*, dixit Tertull. in Apolog. 46.

¶ 2. **EXPRESSIO**, Clausula in instrumentis *expressa.* Liga anni 1338. apud Ludewig. tom. 5. pag. 488 : *Quoad omnes et singulos suos articulos, Expressiones, promissiones et sponsiones mutuorum subsidiorum, etc.* Charta anni 1356. ejusd. tom. pag. 580 : *Sub omnibus conditionibus, modis et verborum Expressionibus.*

** **EXPRESSOR**, Expressorium. Vide in *Expressio*, 1.

¶ **EXPRESSITAS**, Diligentia, celeritas, Ital. *Prezza.* Dominicus de Gravina in Chronico, apud Murator. tom. 12. col. 719 : *Tunc jussum est per Marescallos exercitus parari trabuccos, pontes et scalas plurimas... et sic convocatis magistris quam*

Digitized by Google

pluribus incipiunt facere ingenia ipsa cum Expressitate magna.

* **EXPRETA**, *Valde consumpta*, in Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

¶ **EXPRETUS**, pro Spretus, Contemtus, apud Rymerum tom. 8. pag. 577.

EXPRIMARIO, Qui *Primarii* munus obiit. Novella Valentiniani de Episc. judicio tit. 12 : *Non corporatus urbis Romæ, vel cujuslibet urbis alterius, non curialis, non Exprimario, non aurarius.... ad Clericale munus accedat.* [** *Ex primario* scil. ordine.]

¶ **EXPRIMATIO**, ἔκφρασις, *Expressio, Eloquutio.* Supplement. Antiquarii cum Glossis Lat. Græc. Sangerman. MSS. Vide *Expressio*, 1.

¶ **EXPRIMENTALITER**, ut *Experimentaliter*, Experimento, *Par Experience*, apud Rymerum tom. 7. pag. 354. col. 1.

¶ **EXPROBARE**, Probare, demonstrare. Clemens IV. Papa S. Ludovico, apud Acherium Spicil. tom. 6. pag. 488 : *Virtuosa pietatis studia, quibus vocare solicitus per evidentia operationis indicia Exprobaris, apostolica sedes digna meditatione considerans, etc.*

* Stat. ann. 1314. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 19. col. 2 : *Ostendere teneantur monetam auri quam ponere habebunt.... ad Exprobandum si est ibi aliquis denarius de illa moneta falsus.* Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 300 : *Fuit tamen materia in dicta piscide existens illico in judicio per expertos in talibus examinata et Exprobata; et repertum quod hoc erat bonum et finum triaculam absque macula pravitatis.* Vide supra *Experimentator* et mox *Exprobrare.*

¶ **EXPROBRARE**, Examinare, ad probandum vel reprobandum. Charta Ludovici Domini Bellijoci pro civibus Tysiacensibus, apud Acherium Spicil. tom. 9. pag. 261 : *Item addimus, quod quando mensuræ in villa Tysiaci captæ fuerint, duo burgenses, vel tres de villa Tysiaci Exprobrationi ipsarum mensurarum advocentur, et sine duobus vel tribus burgensibus dictæ villæ non possint Exprobrari.* Vide *Exprobare.*

¶ **EXPRODITA**, *Exclusa.* Gloss. Isid. et Papias.

EXPROMISSUM. Capitula ad Legem Alamannor. cap. 38. Edit. Baluzianæ : *Si quis ingenuum aut ingenuam, Expromissum cujus fuit in terra miserit, 40. solidis sit culpabilis.*

EXPROMPTARE, Expromere, apud Fulgentium Placiadem de Virgiliana continentia, semel ac iterum.

¶ **EXPROPRIARE**, Quod alicui proprium est auferre, spoliare. Dicta S. Ægidii inter Acta SS. Aprilis tom. 3. pag. 235 : *Quæ sibi bona quæ Dei sunt appropriat, Deus eum Expropriat.*

EXPUDORATUS, Absque pudore. Glossar. Isid. : *Expudoratus, impudicus.* Fragmentum Petronii pag. 16 : *Caput præterea durum, frontem Expudoratum, cornu acutum... habet.* [* Vide supra *Epudoratus.*]

¶ **EXPUGNALIS**, Ad expugnandum seu oppugnandum aptus : *In muris, turribus, pontibus et domibus ac aliis defensalibus et Expugnalibus*, apud Rymerum tom. 4. pag. 508. col. 1.

¶ **EXPULPARE.** Janus Lauremberg. in Supplem. Antiquarii : *Expulpo*, ἐκσαρκῶ, *Carnem exscindo.*

* **EXPULVERARE**, Pulverem excutere, abstergere, Gall. *Epoudrer.* Rather. Veron. lib. 6. Prælоq. apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 962 : *Quo collyrio oculi inunguendi, quo bono an noxio pulvere Expulverandi, etc.* Hinc vox Gallica *Espoutre*, qua rei cujusvis minutiæ significantur. Stat. ann. 1415. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 1 : *Un minot de sel des Espoutres, c'est assavoir du fons et nettaieures desdiz nefz et bateaux.* Vide infra *Pulveratus.*

¶ **EXPUNCTA**, *Fibras pectorum*, in Gloss. Isid.

¶ **EXPUNGERE**, quod proprie Delere est, sic exponit Papias : *Expungit, Excerat. Expungit, Expugnat, efficit, peragit.*

** **EXPURGARE SE**, Innocentiam probare. Statut. Lubec. ann. 1263. art. 42 : *Quicquid homo coram judice vel judicio recognoscit, de hoc melius convinci potest, quam se possit Expurgare.* Occurrit passim. Vide Guillelm. Nothi Leg. vernac. cap. 50.

EXQUAMIARE, [Permutare.] Vide *Cambiare.*

* **EXQUILLA**, Tintinnabulum, campanula. Stat. Petri abb. Cissin. tom. 2. Hist. ejusd. monast. pag. 541. col. 2 : *Liceat tamen missam illam dicere ante missam majorem, usque ad pulsationem Exquillarum.* Vide supra *Esquilla.*

¶ **EXQUISITUM.** Donatio Rostagni Episc. facta Roman. Eccl. circa ann. 950 : *Dono ad ipsam Casam Dei... vinea una usque in Exquisitum... totum et ab integrum dono ad ipsam Casam Dei usque in Exquisitum*, id est, Absolute, omnimode. Præceptum Ludov. Pii ann. 815. inter Instr. tom. 4. Gall. Chr. col. 264 : *Totum et ad integrum, vel in Exquisitum prædictæ Ecclesiæ S. Vincentii Martyris et Congregationi ibidem Deo famulanti in nostra concessimus eleemosyna.* Charta noni sæc. labentis inter ead. Instr. col. 269 : *Totum et ad integrum vel in Exquisitum... dono, trado, etc.*

* Ubi unica voce *Inexquisitum* legendum esse existimo. [** Eodem sensu vulgo dixerunt *Quæsita et inquirenda* vel *exquisita et inexquisita*, scilicet omnia proprietatis jura tam explorata quam intermissa, neglecta et ab altero occupata.] Vide infra *Inexquisitus* et mox

* **EXQUISITUS**, Quod quis qualibet ratione, præterquam emptione, acquirit; quo ab *Inexquisito*, pecunia scilicet empto, distingui videtur. Charta ann. 20. Imper. Ludov. Pii ex Chartul. eccl. Vienn. : *Hæc omnia infrascripta, tam Exquisita quam inexquisita, prælibato sancto Maximo Regensi episcopo suisque consociis, quorum corpora secus eum fore videntur humata,... vendo. Exquis*, pro Extortus, subreptus, in Charta ann. 1471. ex Chartul. Latiniac. fol. 98. v°. : *Et s'aucune chose en estoit, ce seroient sentences particulieres, Exquises par iceulx demandeurs par inductions, menasses et autrement.* Vide *Exquisitum.*

¶ **EXREFECTUS**, Impransus, qui prandium incœptum dimittit, interrumpit. Sancti Wilhelmi Constitut. Hirsaug. lib. 2. cap. 20 : *Beneaictionem nullus causa prandii negligit, si cum ministris tempore quo Nona canitur, reficit. Nam Exrefectus eam accipit, iterumque ad refectionem redit.*

¶ **EXSARTARE**, **EXSARTUS.** Vide *Exartus.*

¶ **EXSAVARE.** Vide *Essavare.*

¶ **EXSCAMBIARE**, Permutare, Gall. *Eschanger.* Charta Ricardi *Tropin* ann. 1245. ex Archivo B. M. de Bono-nuncio Rotomag. : *Si necesse fuerit valore ad valorem Exscambiare.* Vide *Cambiare.*

EXSCARITUS. Vide *Scarire.*

EXSCATURIZARE. Will. Brito in Vocab. MS. in voce *Assare : Nota quod pulli prius Exscaturizantur in aqua calida, ut facilius deplumentur : deplumati ustulantur, ut subtiles plumæ, quæ manibus extrahi non possunt, comburantur.*

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Exscaturizare, Eschauder pour oster plume, comme qui eschauderoit un poulet pour le plumer.*

* **EXSCELERATUS**, pro Sceleratus. Mirac. S. Audom. tom. 3. Sept. pag. 405. col. 1 : *Non longe post obitum ejus, fuit quidam vir pravis moribus Exsceleratus, atque avaritiæ iniquitate accensus, etc.*

¶ **EXSCHAPIUM.** Vide *Escapium.*

EXSCUTUM, Scutum, ex Gallico *Escu.* Vide *Vicarii servi.*

* **EXSCUDIS**, Instrumentum, quo pulvis excutitur. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Exscudis, Gall. Escuche, et derivatur a verbo Excutio, quia excutit pulverem et stupas de dentibus mataxæ mundando.* Vide supra *Excudia.*

¶ **EXSECRATIO**, pro *Excreatio.* Antiquæ Consuetud. Fontanell. ex Cassiani Collatione 10 : *Cum dicitur Oratio a Sacerdote, tantum a cunctis præbetur silentium, ut nulla vox alia a Sacerdote auditur, nec sputum emittitur, non Exsecratio obstrepit, etc.*

* **EXSENODOCHIUM**, pro *Xenodochium.* Charta ann. 787. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 587 : *Constat sancto Exsenodochio, quod divina adjuvante clementia Datheus archipresbyter s. Mediolanensis ecclesiæ.... intra hanc Mediolani civitatem juxta ecclesiam majorem instruere et confermare videtur... Confirmo ut sit Exsenodochium prædictorum parvulorum in domo mea.*

¶ **EXSEQUITIO**, pro Exsecutio, apud Rymerum tom. 2. pag. 138.

* **EXSEQUTOR**, Judex, vel alius a principe delegatus, ut statutum executioni mandari curet. Charta ann. 1335. ex Tabul. Flamar. : *Cæteris servientibus, bajulis, castellanis, Exsequtoribus et officiariis regiis etc.* Vide in *Executores.*

* **EXSEVIA**, Qua aquæ excurrere possunt et evacuari, idem quod supra *Essaveria.* Charta an. circ. 1200. in Tabul. S. Petri Carnot. : *Calceiam sui stanni possunt in altum erigere, prout eis visum fuerit melius expedire : suas etiam Exsevias in eadem calceia, ubicumque voluerint, eis licet tollere et locare.*

¶ **EXSFORTIUM.** Vide *Exforcium.*

* **EXSIGILLARE**, Sigillum appositum dissolvere, Gall. *Rompre le scellé.* Charta ann. 1328. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 261 : *Item quod nocte subsequenti dicta domus, quæ pluribus sigillis fuerat sigillata, fuit per aliquos Deum vel hominem non*

Digitized by Google

verentes Exsigillata et aperta. Vide supra *Dissigillare.*

* **EXSILIARE**, In exsilium agere, Gall. *Exiler.* Translat. S. Viti mart. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 528. num. 6 : *Accusaverunt venerabilem Adalhardum, et ejecerunt eum de honore suo absque culpa, et Exsiliaverunt sine causa.* Vide *Exiliare.*

¶ **EXSIM**, Εὐθέως, *Extemplo, statim.* Supplem. Antiq. [* Pro *Exin*, ut vult Vulc. in Castigat. ad utrumque Glossar.]

¶ **EXSISA**, pro *Assisa.* Tributum in publicis *assisis* ex optimatum et populorum consensu impositum. Instrumentum ann. 1490. apud Rymerum tom. 12. pag. 391. col. 2 : *Exsisis, gabellis, vel dacits, vini, frumenti et aliorum victualium, aliter quam pro usu navium eorumdem emendorum, dumtaxat exceptis : quas Exsisas, gabellas et dacias dicti subditi Regis Angliæ in dicta civitate Pisarum solvent.*

¶ **EXSOLARE**, *Extra solum suum habitare.* Glossar. Sangerman. num. 501.

* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641 : *Exsolavit, sine termino fecit. S'Esseuler* nostris, Digredi, vulgo *s'Ecarter.* Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 136 : *Un buef se Esseula des autres et s'égara par l'espace de six jours ou des plus.* Aliæ ann. 1382. in Reg. 122. ch. 67 : *Après ce que ledit Jehannot ot soupé avecques ledit gardien des moulins, se Esseula et destourna jusques à ce que grant partie de la nuit fu passé.*

EXSOLUTE, Absolute, indubitanter. Anonymus Gromaticus : *Ipse finem Exsolute facit.* Idem : *Sine dubio Exsolute finem facit.* [Vide *Exolutim.*]

EXSOMNIARE. Gloss. Græc. Lat. : Ἐξυπνίζομαι, *Exsomnio, expergisco, expergefacio.* [Janus Lauremb. in Supplemento Antiquarii : *Exomnio*, ἀυπνίζομαι, *Evigilo.*]

¶ **EXSPALTUM.** Vine *Expallum.*

¶ **EXSPATHARIUS**, ut infra *Spatharius*, Custos corporis Imperatoris. Vide locum in *Basilicus.*

* **EXSPECTARE**, pro Spectare. Charta ann. 1389. apud Lamium inter notas ad Hodoepor. Charit. part. 2. in Delic. erudit. pag. 471 : *Sub infrascriptis modis inferius adnotatis pertineat et Exspectet in solidum et pleno jure ad dicta communia sanctæ Crucis.* Vide *Expectare.*

¶ **EXSPINARE**, *Spinas auferre vel extrahere.* Johannes de Janua.

¶ **EXSPINIS**, *Extra spinas vel sine spinis.* Idem Joh. de Janua.

¶ **EXSPOLIARE VITEM**, Ejus adminicula et pedamenta auferre, in Legibus Rotharis, apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 40. col. 2.

EXSPOLIUM. Vide *Spolium* [et *Expolium.*]

* **EXSTIMAMENTUM**, Æstimatio, Ital. *Stimamento.* Stat. an. circ. 1225. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 342 : *Et propter hanc communicationem non intelligatur terra diminuta ad Exstimamentum et ingroxamentum terrarum.* Vide supra *Estima.*

¶ **EXSTOLIUM, EXSTOLEUM.** Idem quod *Stolium*, Classis. Chronic. Siciliæ inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 81 : *Faciebat armare in Messana suum Exstolium galearum grossarum.* Occurrit ibid. col. 77. et alibi ; *Exstoleum* vero in Chronico Andreæ Danduli, apud Murator. tom. 12. col. 456. 460. etc. *Extoleum*, ibidem col. 422.

¶ **EXSTROMENTUM**, pro *Instrumentum*, in Charta Chlodovei III. ann. 691. apud Felibianum Hist. San-Dionys. pag. XI.

¶ **EXSTRUSCARE**, Evellere. Andreas de Marinis in Epist. ad Rupertum Regem Rom. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1697 : *Quamobrem adeo vitiis inveteratis mos consentit, ut ferro durata cutis Exstruscanda sit protinus, et reformanda orbis terrarum et totius Romani imperii facies deformata.* Vide *Extruncare.*

* **EXSUCHIUM**, *Scaccorum* ludus, ni fallor. Charta ann. 1379. ex Cam. Comput. Aquens. inter schedas Pr. a S. Vinc. : *Possint incedere sine lumine sine pœna, et ludere ad taxillos, ad Exsuchium etc. Et possint ludere ad Eissue sine pœna*, in alia ejusd. ann. ibid. Vide infra *Eyssuchum.*

EXSUFFLANTISSIMUS, vox ejusdem originis, cujus mox *Exsufflare.* Formula 56. ex Andegav. de dissolutione matrimonii : *Domino non dulcissimo, sed amarissimo et Exsufflantissimo jocali meo illa, etc.*

EXSUFFLATIO, vel *Insufflatio*, in Baptismi ritibus usurpata occurrit passim apud Scriptores Ecclesiasticos, qua inter renuntiandum ter repetita, significat Baptismi candidatus sese dæmonem, cui fœdam hactenus servierat servitutem, exsecrari penitus et abominari. Apud Dionysium cap. 2. Hierarchiæ Catechumenus jubetur a Pontifice conversus ad Occidentem Sathanam ter ἐμφυσῆσαι, *insufflare.* Cui ceremoniæ proxime accedunt Moscovitæ, apud quos, ut est apud Gaguinum et Heberstеinium, susceptores ac fidejussores, baptizandi nomine, ter interrogati, num diabolo renuncient, toties respondentes in terram exspuunt. Sed et in Baptismo Sacerdos ter in faciem illius qui ad Baptismum comparatur, sufflat, signum exprimens crucis capitis motu, orisque, ut est in Sacramentorum libro Gregorii, iis adjectis vocibus, *Exi ab eo sathan, etc.* De qua quidem exsufflatione agunt Cyrillus Catech. 2. Optatus lib. 4. Augustinus lib. 6. contra Julian. cap. 2. lib. 2. de Nuptiis et concupisc. cap. 17. 18. lib 5. Hypognost. et alii Patres passim, ut mirum sit Calvinum lib. 4. Instit. cap. 19. ejusmodi ritum irridere ausum, tanquam rem, ut loquitur, inanem atque fictitiam, quæ ab omni memoria totius Ecclesiæ consensu fuit comprobata, ut e Justino etiam Martyre constat dialog. cum Tryphone, Tertulliano lib. de Corona, lib. de Spectac. Cypriano, aliisque innumeris. S. Augustinus Epist. 105 : *Quod exorcizantur et Exsufflatur infantes.* Idem lib. 2. Contra Pelagium et Celestin. cap. 40 : *In remissionem peccatorum non fallaci, sed fideli mysterio baptizantur, etiam prius exorcizatur et Exsufflatur potestas contraria, cui etiam verbis eorum a quibus portatur, sese renuntiare respondent.* Sulpitius Severus dial. 3 : *Videt post tergum Avitiani dæmonem miræ magnitudinis assidentem, quem eminus (ut verbo, quia ita necesse est, parum Latino loquamur) Exsufflans, Avitianus se Exsufflari existimans, Quid me inquit, Sancte, sic aspicis?* Gregorius Turon. de Vitis Patr. cap. 18 : *Dedit autem ei Dominus et gratiam curationis, ita ut Insufflatis energumenis protinus dæmonia ejiceret a corporibus obsessis.* Vide Rabanum lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 27. etc. Hinc

EXSUFFLARE, Contemnere, despuere, rejicere : Græcis, ἐμπτύειν, ἐμφυσᾶν et κατα φυσᾶν metaphora ducta ab exsufflationibus dæmonum. Vide Vitam S. Eudociæ Mart. n. 33. Tertullianus de Idololat. : *Quo ore Christianus fumantes aras despuet et Exsufflabit.* S. Augustinus Epist. 162 : *Blasphematur hæreditas Christi, Exsufflatur baptisma Christi.* Ibid. *Exsufflata sacramenta.* Vide eumdem Epist. 50. 168. 170. 172. Tractat. 2. in Ep. S. Joann. lib. 3. contra Epist. Parmeniani cap. 4. lib. 1. contra Donatist. de Bapt. cap. 1. lib. de Unitate Eccles. cap. 18. lib. 2. contra Crescon cap. 4. 5. Dungalus contra Claudium Taurinensem : *Quia Christus Exsufflatur.* Idem : *Adversus dissipatores Ecclesiæ, adversus Exsufflatores Christi, adversus blasphematores Sanctorum ejus. Exsufflare idola*, apud Notkerum in Martyrol. 12. Januar. Vita S. Fulgentii : *Christum Regem Regum miserabiliter Exsufflaverat. Insufflare*, eadem notione, in Actis S. Ananiæ et S. Petri Martyr. cap. 1. n. 7 : *Et signo Crucis muniens labia oris sui, Insufflavit simulacra, et statim elisa sunt.* Prudentius lib. Perist. : *Ingressus ille, ut hos paratus* (sacrificii) *perspicit, Insufflat ipsos ceu videret dæmonas.*

SUFFLARE, Eadem etiam notione, apud S. Augustin. Epist. 56. ad Dioscorum : *Nomen Anaxogoræ, quod propter literarum vetustatem omnes, ut militariter loquar, literatores libenter Sufflant.* Dungalus : *Unus homo blasphemare, reprehendere, conculcare, projicere, ac Sufflare præsumit.* Vide Concilium Trosleianum ann. 909. cap. 1. Matthæum Westmonast. ann. 1085. et 1242. Arnoldum Abb. Bonæ-Spei de Operib. sex dier. pag. 98. et Henric. Valesium ad Eusebii Histor. Eccl. lib. 7. cap. 10.

¶ **EXSULITAS**, Exsilium. Vita S. Boniti Ep. Arvern. n. 4. inter Acta SS. Benedict. sæc. 3. part. 1. pag. 90 : *Non multo post inibi, ut moris erat, homines venundari, atque Exsulitatis captivitatisque pœna damnari, suo nusquam præcepit fieri decreto.*

EXSUMPTUARE, Papiæ, *Pauperum facere*, Sumptibus exhaurire ; *Pauperare*, ut est in Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. Gloss. Isid. : *Exsumptuavit, pauperavit.* Baldricus lib. 1. Chr. Camerac. cap. 120 : *Domesticos sane Exsumptuabat, locupletabat alienigenas.*

EXSURDARE, Surdum facere. Lex Alemau. tit. 60. § 1 : *Si quis alterius aurem absciderit, et non Exsurdaverit, etc.* Glossar. Latin. Græc. : Ἐκκωφῶ, *Exsurdo.*

* **EXSURPARE**, pro Usurpare, ut videtur. Libert. Figiaci ann. 1318. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 672. art. 59 : *Sed... ne valeat aliquid restringi contra prædictorum congruum et debitum intellectum, aut etiam ampliari, et perinde aliquid* (quod) *per hanc præsentem largicionem non conceditur, sibi credant Exsurpari, etc.*

EXSUS, Exitus. Primum Testamentum Widradi Abbatis Flavin. [in Actis SS. Be-

Digitized by Google

ned. sæc. 3. part. 1. pag. 684. et 685 :] *Totum illum clausum, quem nos jussimus plantare ad integrum. cum Exso et regresso, una cum manso, etc.* Infra : *Cum Exso et regresso in integrum. Cum Exitu et regressu,* in Testamento Guillelmi Ducis pro Cluniaco. Sed legendum *Exio.* Vide *Exius.*

* **EXSUTORIUM**, f. Locus ubi aliquid exsiccandum exponitur. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 46. ex Cod. reg. 4624 : *Quæ extraxerit seu exportaverit alienum canapum vel linum in et de aliena canaperia, linerea, nasoyro, Exsutorio vel repositorio etc.*

* **EXTÆDIARI**, Tædio affici. Vita Ludov. Pii tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 117 : *Ebo tandem moleste ferens talibus Extædiari, consilio petito aliquorum episcoporum, ipsé in se quamdam confessionem prædicavit.* [** Vita Deoderici I. Mettens. Episc. cap. 7. ap. Pertz. Script. tom. 4. pag. 468 : *Possem recensere plures cujusque ordinis ea tempestate insignes set nolo Extaedientur aliorum mentes vel aures.*]

** **EXTAGIUM**. Vide *Stagium.*

¶ **EXTAGNARE SANGUINEM**, Gall. *Etancher le sang*, Sanguinem sistere, claudere. Vide *Stagnare.*

¶ **EXTAIRUS**, Exortus. Tabularium Vosiense fol. 32 : *Ego Geraldus Derrocira dono B. Petro Vosiensi eorum domino Stephanum Rainaldum de Brola, filias ejus et filios omnes quoque ab his Extairos, etc.*

EXTALES, Exta. Gloss. Ælfrici : *Extales*, snædel, *vel* Bæc-þearm, i. Exta, Longanum. Papias : *Extales et ani idem sunt, i. viæ alvi purgandi.* Jo. de Janua : *Extales, viæ alvi purgandi : unde in 1. Reg. cap. 5. v. 9. Computrescebant prominentes Extales eorum etc.* Marcellus Empiric. cap. 31 : *Extalem prominentem vino lavari prius, deinde cedro ungi, et pollice propelli introrsum oportet.* Gariopontus lib. 3. Passionarii cap. 21 : *Tenasmon est passio intestinorum, quod Longaonem vel Extalem dicimus, etc.* Alcuinus Poem. 5 :

> Nec non Extales... multa pœna pudenda
> Curavit citius, Domino tribuente medelam.

Petrus Blesensis Epist. 102 : *Mures... qui Extales, id est, interiora corrodunt.* In Gloss. Lat. Græc. : *Extalis*, ἀρχός.

* **EXTALIA**, Clunes. Mirac. S. Aug. Cantuar. tom. 6. Maii pag. 398. col. 1 : *Calcanei Extalibus arctabantur infixi etc.*

EXTALIATUS. Charta Guillelmi Comitis Marsici ann. 1179. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacræ pag. 704 : *Cujus Ecclesiæ subsidio villanos quindecim in eadem terra nostra Marsici erogavimus, octo videlicet Extaliatos, quorum nomina hæc sunt, etc.* Infra : *Quos volumus semper habere liberam potestatem emendi hæreditagia ab hominibus nostris Marsici, excepto ab angariariis et Extaliatis, etc.* Alia ann. 1296. ibidem pag. 714 : *Cujus Ecclesiæ subsidio villanos 15. in eadem terra nostra Marsici erogavimus, 8. videlicet Extaliatos, quorum nomina hæc sunt... angarerios vero 7. quorum nomina hæc sunt, etc.* Ubi *Angariarii* videntur fuisse operis seu *Corveis*, *Extaliati* vero *talliis* obnoxii : nisi vox orta sit ab

EXTALIUM. Constitutiones Siculæ lib. 1. tit. 61 : *Locorum bajuli, qui a magistris Camerariis et a Curia nostra, quamquam in credentiam, vel in Extalium bajulationem recipiuntur, etc.* Et tit. 68 : *Bajulationes omnes ubique per Regnum Kalendis Septembris inchoari præcipimus, sive in Extalium, sive ad credentiam collocentur.* Charta ann. 1281. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 301 : *Cujusdam horti... quem nunc tenet in Extalium Philippus Mustaczolus.* Ammiratus lib. 1. de Famil. Neapolit. pag. 56. ait *dare ad Extalium*, idem sonare, quod *dar in sommo*, et si vocis originem ignorare se fateatur. Vide *Extallium.*

* **EXTALLERIUS**, Qui ad *Extallum* tenet, idem qui *Firmarius.* Charta ann. 1399. tom. Hist. Cassin. pag. 281. col. 1 : *Mandantes dilectis in Christo monachis, conversis, oblatis, subditis, parochianis, laboratoribus, Extalleriis, pensionariis, censuariis, etc.* Vide mox

* **EXTALLIUM**, EXTALLUM, Prædium seu villa alteri elocata ad certum tempus, sub præstatione annua vel annonaria, vel rerum ad victum necessariarum, vel denique pecuniaria, idem quod *Firma* 3. Charta ann. 1286. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 88. col. 2 : *In Extallium concedimus, damus et tradimus tibi Johanni,..... subhastatione præmissa, plus exinde offerenti omnes terras, possessiones, et jura, et proventus prædicti nostri monasterii* (S. Bened. de Teano)..... *Convenimus tamen tibi quod si infra prædictum tempus tui Extallii* (quinque scilicet annorum) *discensionum scandalum seu guerrarum emergerit, vel tempestatem aeris ingentem adeo venire contingerit, quod prædictum Extallium in partem vel totum tu, vel tui hæredes percipere non possetis,... liceat tibi... dictum Extallium tenere et percipere, quamdiu vobis fuerit de toto prædicto dampno.... integre satisfactum.* Formul. MS. Instr. fol. 34. v°. : *Discretus vir N. canonicus Pictavensis vendidit, dedit et concessit in Extallum seu ad firmam... omnes et singulos fructus, reditus et proventus præbendæ et beneficiorum, quæ optinet in civitate et diocesi Pictavensi.* Vide *Extalium.*

¶ **EXTANTIA**, Bona quæ *exstant* alicujus. Charta Guidonis Comitis Flandriæ pro Capitulo S. Bartholom. Bethun. : *Sciendum est nullum aliud jus, nullumve aliud dominium, nullamve Extantiam aliam in toto vel in parte... habere in dicta terra.* Ibidem : *Habere debent omnes Extantias bastardorum... habent infra villam... tot et tales justitias, tot et tales Extantias, tot et talia dominia, etc.*

¶ **EXTAR**, *Olla ubi exta coquebantur.* Gloss. MSS. Sangerman. Plautus adjective dixit, *Extaris olla*, eadem notione.

* **EXTARIATA**, pro *Sextariata*, Modus agri. Charta ann. 1233. ex Tabul. Busser. : *Ranulphus vendidit duas Extariatas terræ abbatissæ et conventui de Busseriis ordinis Cisterc. diœcesis Bituricensis.* Vide *Sextarata.*

* **EXTASIS**, *Defectus cordis, Gallice Pasmeson.* Glossar. Lat. ex Cod. reg. 521.

EXTELARIUS CERVUS, *domesticus, mansuefactus*, quem venatores præmittunt in silvam, quo cervi alii et hinnuli nihil metuentes periculi, illius facti socii, facilius in eorum casses aut tela incidant, cervo domestico collare, aut aliud quodlibet signum habente, ne venator erret in mittendo telo. Unde *Extelarius* dicitur, quod extra teli periculum habendus sit. Ita Wendelinus. In Gloss. Lat. Gr. *Extelare*, est ἐλευθεροῦσαι. Lex Salica tit. 36. §. 3. Edit. Heroldi : *Si quis cervum domesticum signum habentem furaverit qui ad venationem faciendam mansuetus factus est, et Telarium* (l. *Extelarium*) *potuerit adprobare, quod Extelarius fuisset, etc.* [** In aliis edit. *et testibus potuerit adprobare, quod eum in venatione habuisset.*] De cervis domesticis agunt Justinianus de Rerum divisione, et Lex Longob. lib. 1. tit. 19. §. 13. 14. [** Rothar. 320. 321. 322.]

EXTEMA, EXTEMARE, ESTEMARE. Eximinius Petrus de Salanova Justitia Aragonum apud Hieron. Blancam pag. 748 : *Bene recolit Dominatio vestra, qualiter illi, qui fecerunt in regno Valentiæ Extemam, in Regno Aragonum secundum forum Aragoniæ fuerunt castigati, quia justitia corporalis, seu Extemæ, ad vos spectant, et non debent fieri nisi per justitias vestras, vel illos, qui merum imperium habent in locis suis.* Fori Aragonenses lib. 1. pag. 14. v. edit. 1624 : *Absque cognitione judiciaria et debita secundum Forum non occidemus, non Extemabimus, nec exiliabimus, etc.* Lib. 3. pag. 31 : *Quicumque Infancio... fecerit justitiam aut Extemam de aliquo homine Regis, etc.* Jacobus I. Rex Aragoniæ in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 8 : *Pro quo* (crimine) *posset homo justitiari, vel Estemari, vel infamari perpetuo, etc.* Adde Observantias Regni Aragon. pag. 25. 35. etc. Vide *Estema.*

¶ **EXTEMPORALITER**, Extra tempus. Guibertus lib. 1. de Vita sua cap. 3. sic loquitur de se ipso recens edito : *Adeo miseranda erat exilitas, ut cadaveruli Extemporaliter nati species videretur.*

EXTENDARIUM, Vexillum. Vide *Standardum.*

EXTENDERE, Æstimare, appretiare : vox fori Anglici, quæ occurrit passim apud Bractonum, Fletam, et Anglicos Practicos. Britton. pag. 138. v : *Par mesmes les Jourours soient les terres Estendues à la very valuë.*

EXTENTA, Æstimatio, ex Anglico *Extend*, Æstimo. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 548 : *Hæc est Extenta terrarum... de terris et tenementis Prioris de Derhurste,... quantum valeant instaurare, et quantum deinstaurare, etc.* Tom. 2. pag. 321 : *Et quia onera prædicta et reprisæ eorumdem tenementorum ... in multo excedunt valorem eorumdem per æstimationem et Extentam per probos et legales viros ... factam, etc.* [*Pro Extenta et valore Comitatus Richemundiæ*, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 394. *Extenta jurium Comitis Sabaudiæ apud Costam sancti Andreæ et Boczosellum*, in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 85.] Vide Fletam lib. 2. cap. 71. § 2. Skenæum lib. de Verbor. significat. v. *Extent.* [Occurrit eadem vox apud Thomam *Madox* Formul. Anglic. pag. 122. Rymerum tom. 2. pag. 728. etc.]

EXTENSOR, Æstimator publicus, cujus munus est res hæreditarias inter compartitipes æstimare et partiri. Bracton. lib. 2. cap. 34. § 1 : *Officium Extensorum est, in rebus hæreditariis extendendis et appretiandis, quod in primis videant, quid et*

Digitized by Google

quantum sit in dominico in quolibet manerio, scilicet quot acræ terræ arabilis, vel quot virgatæ, et quantum valeat acra vel virgata per annum, . . . et in summa omnia, quæ sunt de corpore manerii, et de quibus commodum posset evenire. Adde Fletam lib. 5. cap. 9. § 5. 8. 9. 12.

¶ EXTENDERE SE. *Exercitus se Extendit ad* 150000. *armatorum*, hoc est, Complectitur 150000. armatos, apud Ludewig. tom. 6. pag. 167.

* *Estendellier*, pro *Etendre*, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :

> Ensevelir ja le voloient
> Et mettre en biere, quant le voient
> Remuer et Estendellier.

Ejusdem originis vox *Estendelle*, Linteum, quod super mensam extenditur seu expanditur. Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 162. v°. ad ann. 1391 : *Huit nappes de hostel, un autre Estendelle de fin linge, etc.*

* EXTENSE, Fuse, copiose, abundanter. Joan. ab Insula apud Lamium in Delic. erudit. pag. 23 : *Alibi Extense a me alias scriptum fuit.*

* EXTENSITAS, Extensio. Catalog. oper. B. Raym. tom. 5. Jun. pag. 699. col. 1 : *Liber de Intensitate et Extensitate.*

EXTENSIO, *Regio*, in Glossis Isidorianis.

¶ EXTENSIVA INÆQUALIS, INÆQUATA, Species scripturæ. Vide *Scriptura.*

¶ EXTENSOR. Vide in *Extendere.*

¶ EXTENSUM, Notariorum vox, Archetypum, majus scriptum, unde *nota* seu commentariolus exscriptus est. Processus ann. 1459. ex Regesto *Columba* Cameræ Comput. Provinciæ : *Et inde facta decenti collatione de nota cum suo Extenso.*

¶ EXTENTA. Vide in *Extendere.*

* EXTERCUS, pro Stercus. Stat. ann. 1408. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 356. art. 2 : *Ad hoc ut gentes non valerent infici ex putrefaccione sanguinis,... et eciam ex Extercoribus fetidis et aliter sordiciis provenientibus ex dictis animalibus.*

EXTERGIFACIUM, *Mantile, quo facies extergitur*, Ugutioni.

EXTERGIMENTORIUM, *Togilla, gausape, mantile*, Ugutioni.

* EXTERIOR, Qui extra urbem vel castrum manet. Charta ann. 1227. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 387. art. 8 : *Si quis autem Exterior de manentibus in castro conquestus fuerit, jus recipiat et faciat in castro coram quatuor electis.*

¶ EXTERIORES FRATRES, Iidem qui *Conversi*, apud Mabillonium in Actis SS. Benedict. sæc. 5. pag. 316. sic procul dubio dicti quod rebus exterioribus et temporariis vulgo occuparentur.

¶ EXTERIUM, pro *Æstuarium*. Tabularium Majoris Monasterii : *Hildebertus cognomine Escharsellus civis Nannetensis habuit ibidem duos molendinos in Exteriis marinis.* Vide *Externi.* [* Vide *Esterium.*]

¶ EXTERIUS DISCERE, pro Memoriter discere, scripsit Buschius de Reform. Monast. apud Leibn. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 930.[** Germ. *Auswendig lernen.*]

* Occurrit passim in Lib. de Imitat. Chr. *Scire Exterius.* Locutio Belgica, ut observat D. *Falconet, van Buyten leeren.*

EXTERMINARE TERMINOS, Effodere, evellere, extra fines ponere, in Lege Longob. tit. 96. [** Roth. 240.] [* Vide supra *Esterminare.*]

EXTERMINATIO, Terminus, finis, limes. Charta Caroli C. ann. 865. in Tabulario Abb. Belliloci in Lemovicibus n. 4 :... *Farinariis, pascuis, exitibus, et regressibus, et omnibus legitimis Exterminationibus.* [Similia prorsus habes in Præcepto ejusdem Caroli ann. 840. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 40. et in Charta ann. 856. inter Instrum. tom. 1. novæ Hist. Occitanæ col. 100..]

¶ EXTERMINATUS FUROR, Audax et ignitus furor. Memoriale Potestatum Regiensium ad annum 1265 : *Et tunc intraverunt civitatem dicti Mutinenses et Guelphi, et incœperunt prælium cum illis de Sesso, et expulerunt eos extra civitatem cum Exterminato furore.* Gallice *Determiné* vocamus virum audacem, temerarium et maxime confidentem.

1. EXTERMINIUM, proprie, Extra terminos ejectio. Gloss. Lat. Gr. : *Exterminium*, ἀφανισμός. Occurrit non semel apud veterem Bibliorum interpretem, Tertullianum adversus Judæos, Petrum Blesens. Epist. 86. et alios. Salvianus lib. 5. de Gubernat. Dei : *Spoliati reculis suis, et Exterminati ab agellis suis, etc.*

* 2. EXTERMINIUM, Exitium, strages, Ital. *Esterminio.* Chron. Pet. Azar. ad ann. 1362. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 395 : *Rusticus, licet invite, venit in castro Maragnani, sperans quod, quum in ipso castro esset, poneretur in Exterminiis.* Acta S. Franc. Rom. tom. 2. Mart. pag. 164. col. 2 : *Vidit animas proditorum habentes maxima Exterminia et tormenta.*

EXTERNARE, *Extraneum facere*, in Gloss. Isidor. Utitur Apuleius in Apolog. ubi Casaubon. [Hac notione Itali dicunt *Esternare.*]

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Externare, Estranger.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 95 : *Aymé ne voulut point souffrir que aucuns de ces varlés demeurast à son service; mais les en Estrangea et débouta du tout.* Vide infra *Extraneare*, 2.

EXTERNATUS, Amens. Glossæ Latino-Græcæ : *Externatus*, ἐκτὸς φρενῶν.

EXTERNARI, *Retro inclinari. Externata, id est, a se alienatu, i. extra se nata.* Papias. Synodus Rom. sub Bonifacio II. sess. 1. apud Holstenium in Collect. Rom. pag. 27 : *Miseremini homini humili et Externato animo.*

* Aliud sonat *Esternir*, Sternere scilicet, spargere, in Lit. remiss. ann. 1378. ex Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 216 : *Comme les diz Colin et Simonnet eussent Esterny du blé en la grange dudit Raoulin et enbatu, etc.*

¶ EXTERNI, vel EXTERNA. Charta Othonis Aquitan. Ducis pro B. M. de Sabluncellis, inter Instrument. tomi 2. Gall. Christ. col. 478 : *Rursus confirmo illis locum qui dicitur de Mansagro cum nemore et terra culta sive inculta, dulci et salsa, et cum Externis, et cum captione volatilium, quadrupedum et piscium.* Hac voce *cum Externis*, inquit D. Sammarthanus, intelligitur fortasse præstatio solvenda a mercatoribus, vel aliis transeuntibus, aut advenientibus, aut negotiatoribus in hac regione. Sed puto legendum *Exteriis.* Vide *Exterium.*

* EXTERNICIUM, Substramen, Gall. *Litiere.* Vide infra *Sternicium.*

* EXTERNUS, pro Hesternus, Stat. ann. 1454. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 286. col. 1 : *Quod die Martis proxime Externa, quidam mercator sive mulaterius... applicuit in Nemauso cum certis chargiis allecorum, etc.* Acta invent. SS. Vict. et Satyri tom. 5. Sept. pag. 495. col. 1 : *Accesserunt ad altare majus dictæ ecclesiæ novæ, in quo Externa die reposita fuit capsa, etc.*

EXTERRENUS, [EXTERRIMUS, EXTERRANEUS, EXTERRICINEUS.] Gloss. Gr. Lat. MS. : Ἀπόδημος, *Peregrinus, Exterrimus, Exterrenus.* Forte *Externus*, vel *Exterraneus.* Vox *Exterrimus* abest in Edito. Festus : *Exterraneus, Ex alia terra.* [*Exterraneus, quoque dicitur, et qui ante tempus natus, vel potius ejectus est. Dictus autem Exterraneus, quod eum mater exterrita alvo ejecit.* Martinius hic recte legit, *Exterricineus.*]

¶ EXTERSORIUM, Mantile, Gallis, *Essuie-main.* Occurrit semel et iterum in Statutis Ecclesiæ Leodienses ann. 1287. inter Anecd. Marten tom. 4. col. 839.

* *Essuyon*, in Lit. remiss. ann. 1471. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 586 : *Des toullons ou Essuyons à esculles.*

EXTERTIUM. Charta Hugonis Ducis Burgund. ann. 1077. tom. 6. Spicilegii Acheriani : *Præter hæc omnia ex meo jure unam condaminam, quæ sufficiat ad Extertium unius carucæ, ipsam quoque carucam instauratam et integram similiter do.* Ubi Editor ad marginem, *f. exercitium.*

* EXTERULA, Vestis exterior, quæ *Interulæ* opponitur. Hist. Franc. Sfortiæ apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 358 : *Cardinalis Capranicus abjecto pileo, abjectoque pallio, exuta etiam linea Exterula a victoribus eodem fugiens comprehenditur.*

EXTESTICULARE, Castrare. Willelmus Malmesbur. lib. 4. pag. 124 : *Dum sese segniter expurgat, cæcatus et Extesticulatus est.*

EXTESTINUS, *Alienæ gentis, extraneus*, Papiæ. Gl. Isidori : *Extestinum, extraneum.*

* EXTIMA, Æstimatio, ut supra *Estima.* Lit. Ludov. ducis Andegav. ann. 1378. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 12. col. 1 : *Exhigere et levare possint pro centum sestariis... quinque grossos argenti.... ad advaluationem et Extimam supradictam.* Instr. ann. 1391. ibid. pag. 111. col. 1 : *Item quod dicti consules, volentes facere dictam Extimam, eligunt multos homines diversorum statuum ad dictam Extimam faciendam, qui..... promittunt et jurant secundum eorum bonas conscientias extimare dicta bona.* Vide *Extimare.*

¶ EXTIMARE, pro Æstimare, apud Acherium Spicil. tom. 8. pag. 279. Baluzium Hist. Arvern. tom. 2. pag. 363. Interdum pro *Existimare* accipitur apud Scriptores Ecclesiasticos.

¶ EXTIMATIO, pro Æstimatio, apud eumd. Acherium loco citato, et apud D.

Digitized by Google

Brussel de Usu Feudorum tom. 1. pag. 674.

¶ EXTIMATOR, pro Æstimator, in Privilegiis anni 1348. ex Archivis Præsidis *de Mazaugues*.

¶ EXTIMATUS, pro Æstimatus, apud Rymerum tom. 7. pag. 18. col. 1.

¶ EXTIMUM, ut *Extimatio*, Æstimatio. Synod. Pergam. ann. 1311. apud Muratorium tom. 9. col. 576. A: *De registris et Extimis faciendis de bonis Ecclesiarum, ut collectæ et onera æqualiter persolvantur.* Eugenius IV. in Constitutione ann. 1440. in Bullario Carmel. pag. 197 : *Taxam et Extimum imposuerunt, et catasto in Archivio Ecclesiæ Pistoriensis collocarunt.*

* EXTIMARUM, Vocem corruptam suspicor pro *Sextarium* vel *Corterium*, aut quid simile; certe Mensura annonaria indicatur. Charta ann. 1361. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 78 : *Raimundus Beneyti et Bernardus ejus frater serviunt unum Extimarum frumenti census pro quadam pecia vineæ.* Vide supra *Extariata*.

* EXTIMUM, Census, tributum, quod, facta prius bonorum æstimatione, exigitur, Ital. *Estimo*. Stat. Vercell. lib. 1. pag. 22. v°. : *Item quod loca sive homines ipsorum locorum, qui sunt in Extimo communis Vercellarum, tam in curte Vercellarum quam in districtu, licet in libris Extimi contineatur scriptum homines habitantes in tali loco solvere debeant partem eis evenientem de prædictis.* Vide infra *Fumans*. Pro æstimatione extat in *Extimare*.

IN EXTINCTO. Chronicon Fredegarii cap. 110 : *Carlomannus devotionis causa in Extincto succensus, Romam advenit.* Id est, *divino instinctu*, vel *in instanti*.

* EXTINCTUS. *Ad Extinctum candelæ* liceri, usque eo scilicet quoad candela exstinguatur, phrasis Gallica, *Jusqu'à l'extinction de la chandelle*. Lit. ann. 1344. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 25 : *Legitima subhastatione præcedente..... ad Extinctum candelæ ardentis vendi et liwari legitime feci.... bona infrascripta.* Vide infra *Stinctus*.

* EXTIPENDIUM, pro Stipendium. Libert. Brianc. ann. 1343. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 727. art. 12 : *Unus grossus Turonus argenteus seu valor singulis diebus, quibus extra dictam baillivam steterunt in Dalphinales cavalgatas, pro suis Extipendiis et salario solvatur.*

EXTIRPARE. Leges Edwardi Confess. cap. 6 : *Si latro vel raptor est, quod male cepit, si ad manum est, reddat : et si illud penitus Extirpaverit, ... in integrum ei, cui damnum intulit, restituat.* Ubi *Extirpare*, est consumere, amittere. Vide *Stirpare*.

* EXTO, pro Esto, in Stat. crimin. Saonæ cap. 27. pag. 54 : *Statuerunt quod pueri,... si cum frondis vel lapidibus manu jactis inter se rixati fuerint, condemnentur,... Exto quod non fuerint doli capaces, vel etiam fuerint minores, ætatis annorum quatuordecim,..... etiam si lapsi vel lapides jacti per eos nullum percusserint.*

EXTOCARE. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 71 : *Dedi etiam eis pratum... quod Rogerus de Tocheham de grava quadam Extocaverat.* Alio pertinet vox *Estocage* in Consuetudine *de Surene* art. 3. ubi ita dicitur census 4. denariorum, qui pro relevio feudi domino solvitur.

* Eruncare, interlucare silvas, truncos, qui *Estocs* dicuntur, evellere. *Estoquer* vero, pro Glebas frangere, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 98 : *Un maillot de boys, duquel l'en Estoque les terres des champs, etc.* Vide supra *Estocagium*.

¶ EXTOLIUM, Extolium, Classis. Vide *Exstolium* et *Stolium*.

* EXTOLICUS, *Superbo*, in Glossar. Lat. Ital. MS. An eo sensu intelligenda vox *Estous*, unde *Estoutie* in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1 :

Un en i et qui desor tous
Estoit cruens, fol et Estous,
Et maintes fois par s'Estoutie
Fist honte, anui et félonie
Au saint prodome, au saint proveire.

Vide *Extollatio*.

¶ EXTOLLATIO, Elevatio, elatio. *Pro Extollatione, promotione, expositione, manutentione, etc.* apud Rymerum tom. 14. pag. 596. et 597.

¶ EXTOLLENTIA, Eadem notione, in Bibliis sacris non semel, Agnelli Libro Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 108. col. 2. Actis SS. Julii tom. 3. pag. 128. tom. 4. pag. 58. et apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 4. pag. 311. etc.

EXTOLNEARE, Teloneo, quod Angli *Toln* vocant, liberare, in Legibus Ethelredi Regis Angl. § 23. apud Brompt. [Vide *Ostensio*, Tributum.]

* EXTONQUIUS, Instrumentum piscandi. Charta Bonæ princip. Sabaud. ann. 1424. inter Stat. Perus. pag. 31 : *Eis licitum sit die noctuque ac libere et impune piscari et piscari facere ad rette, navissam, trubiam, lignoliam, bertavellos, Extonquios, extortam, et alia quævis ingenia, etc.*

* EXTOPARE, Obturare, obstruere, Ital. *Stoppare*. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 64. ex Cod. reg. 4624 : *Si aliqua persona clauserit seu Extopaverit, vel obturaverit..... aliquam seu aliquas vias publicas, etc. Estocquier*, eodem sensu, in Reg. Corb. 13. sign. *Habacuc* ad ann. 1515. fol. 247 : *A esté ordonné au cevelier de le cuisine de faire Estocquier et restouper, tant par hault comme par bas une courouye d'eaue.* Vide *Estoppare*.

EXTORPARI. Leges Edmundi Regis § 4. apud Bromptonum : *De servis si qui furentur, senior ex eis capiatur, et occidatur, vel suspendatur, et aliorum singuli verberentur ter, et Extorpentur, et truncetur minimus digitus in signum.* Forte *extirpentur*. Vide Notas ad Cinnamum pag. 458. et infra *Strepare*.

¶ EXTORQUAMENTUM, Tributum *extortum*. Instrum. anni 1236. apud Duchesnium Histor. Bethun. lib. 3. pag. 113. Probat. : *Quittat de omnibus Extorquamentis, taliis, corveis et aliis exactionibus.* Vide *Extortiones*.

¶ 1. EXTORQUERE, Expellere. Canones Hiber. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 5 : *Non oportet intra domum Dei cibum carnalem comedere, nec accubitos ad dormitationem sternere. Inde Christus vendentes et ementes Extorquebat dicens : Domus mea domus orationis vocabitur.*

* *Esturquer*, Pulsare, pellere, in Lit. remiss. ann. 1467. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 7 : *Ostellet Guisot Esturqua ou bouta aucunement contre la mahutre Colin Marchant,... et à cette cause dist : pourquoy m'as-tu Esturqué?*

¶ 2. EXTORQUERE, Torquere, Aliquid ab aliquo quærere tormentis, Gall. *Donner la torture*. *Major pars nacionis Britannicæ voluisset ipsos Extorquere, ut ipsi notificarent, etc.* apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 870.

3. EXTORQUERE, dicitur terminus, qui deflectit, nec recta linea procedit. Incertus Gromaticus : *Maritimus limes frequentius solet recte statui, quod interpretatur : Non Extorquet.* Idem : *Gammatus limes frequentius corrumpit, Extorquet, et saltum dat, ... jugum facit.* Siculus Flaccus : *Flexus, qui de limite Detorquetur.*

EXTORQUERE PEDEM, quod vulgo dicimus, *Donner une entorse au pied*. Chronicon Moriniacense lib. 2 : *Corruit, et sic pedem Extorsit, quod in omni vita sua recta ambulare non potuit.*

* *Estorcer*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1454. ex Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 220 : *Ainsi que Jehan de Morges s'efforça de frapper et poursuir le suppliant, se Estorcy la jambe blécée et la soy rompy en deux.*

¶ EXTORRENS, pro *Extorris*. Glossæ MSS. x. saltem sæculi ad calcem Collectionis Canonum e Bibliot. Domini *de Chauvelin* Custodis Sigillorum Regiorum : *Extorrens, Exaterra vel alienus.*

* *S'Estourner*, Subtrahere se, discedere, vulgo *se cacher, s'éloigner*, in Lit. remiss. ann. 1396. ex Reg. 149. Chartoph. reg. ch. 329 : *Après le trespassement d'icellui deffunt, ledit Symon, quant ce vint à sa congnoissance, s'Estourna pour doubte de rigueur de justice.*

¶ EXTORRENTIA, Exsilium. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1306. in Tabulario Mimatensi : *Jure tamen commissionis vel Extorrentiæ cujuscumque ad nos nihil proprium de locis Communitatis venire poterit, quin nobis et dicto Episcopo absque recompensatione aliqua sit commune.*

EXTORRES, apud Cyprianum Epist. 19. 20. dicuntur, qui ne Christum negare cogerentur, dimissis omnibus, se subtrahebant, qui etiam inter Confessores adnumerabantur. Nam etsi coram judice libera voce minus confiterentur, tamen facti potius, quam verborum ista confessio videbatur : dum, ut Christi fidem salvam custodirent, neve religionis dispendium paterentur, bona sua fisco possidenda dimitterent, carosque suos dulcemque patriam relinquerent, in externas regiones migrantes.

* EXTORTA, Fasciculus ex tortilibus virgultis, quo inter piscandum aliquando utuntur. Locus est supra in *Extonquius*.

EXTORTIONES, JC. Anglis, Rastallo et Cowello lib. 4. tit. 18. § 51. sunt corruptelæ Subvicecomitum, aliorumque Officialium. Definitur autem *Extortio, illicita quævis pecuniarum emunctio, vel expilatio, qua colore officii sui quis utitur.* Alias *Extortiones* dicuntur quævis exactiones illicitæ, *Malætoltæ*, Rollandino in

Digitized by Google

Chr. lib. 8. cap. 5. [Hoc sensu legitur in Charta Rogerii I. Regis Siciliæ ann. 1129. apud Murator. tom. 6. col. 623. et altera Theobaldi Comitis Campaniæ ann. 1233. pro Abbate Molismensi.] Vide *Malatolta* in *Tolta*.

* **EXTORTURA**, Tormentum, Gall. *Torture*. Instr. ann. 1384. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 71. col. 1 : *Diversos cruciatus, Extorturas dabant, donec de his quæ interrogabantur ad votum ipsorum deponebant.* Sed leg. fortassis, *et torturas*. Vide *Extorquere* 2. *Esteurse*, Distortio, in Lit. remiss. ann. 1426. ex Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 431 : *Le suppliant fist tant qu'il guaigna ladite espée par Estorse de bras sur icellui Regnault. Estorse* vero, idem quod Pressus sonat, in Chartul. S. Maglor. Paris. ch. 190 : *Ce sont les coustumes des presséors de Charronne.* 1°. *Qui aura au presséor le marc d'un tonel de vin creu en vigne, qui doit dime et prainte, il doit avoir de la seconde Estorse, ou de la tierche, deus setiere de vin.* Hinc *Estore*, metaphorice, pro Contentio, conatus, Gall. *Effort*, in Poem. Rob. Diaboli MS. :

Car ce est la fine et l'Estorse,
A l'ermite ay pris tel amorse,
Dont jamais ne me quier oster.

* **EXTRA-AGERE**, Ab eo quod conventum est recedere, contra conventiones agere. Charta ann. 811. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 957 : *Quod si in aliqua tardietate aut neglecta vel controversia inventi fuerimus Extra-agere de ea, quæ superius adfixis conditionibus etc.* Vide supra *Exorbitare* 1.

¶ **EXTRACAUTIS**, *Foris versos*. *Extraculas, Foris versos*. Glossæ Isid. Pro *Extracautis* legendum puto *Extracaules*, i. e. Extra caulam, et pro *Extraculas*, *Extracolas*, quasi colentes seu habitantes extra. Pro *Foris versos*, lubentius legerem *Foris versantes*. Scaliger emendat *Extrarius*, quem vide ad Festum. Vide etiam *Extrarius*.

* **EXTRACHA**, Idem quod *Extracta* 1. quæ vox rectius intelligi videtur de Tributo, quod pro mercibus extrahendis penditur. Charta ann. 1352. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 101 : *Pra quolibet trousello averi ponderis sex denarios Turonenses, tamen de Extracha nichil levatur. Estrace*, Origo, genus, in Bestiario MS. :

Que diroes dou mitiocrace,
D'un oisel de mauvais Estrace?
Fresnie a nom en droit Roumans,
Cest oisel est ort et puans.

EXTRACLUSUS Agri, Frontino est, *qui intra finitimam lineam et centurias interjacet, ideo Extraclusus, quia ultra limites finitimæ lineæ cluditur*.

¶ 1. **EXTRACTA**, Amplitudo, spatium amplum, Gall. *Etendue*, Angl. *Extent*. Concordia inter Regem Angliæ et Vicecomitem Frouciaci ann. 1313. apud Rymerum tom. 3. pag. 518 : *Item quod tertia pars leudæ seu Extractæ S. Æmiliani, quam celebris memoriæ D. Edwardus genitor noster gratiose restituit prædecessoribus prædicti Comitis.... restituatur eidem tenenda de nobis et hæredibus nostris.* Similia habes pag. 517. Vide *Extracha*.

2. **EXTRACTA**, Excerpta, archetypi exemplar, vel notæ inde sumptæ, nostris *Extraits*, Anglis, *Estreats*, Brittoni pag. 35. *Estrette*. Matth. Paris ann. 1254 : *Habeant Extractas rotulorum*. Occurrit etiam in Fleta lib. 2. cap. 32. § 12. et apud W. Thorn. ann. 1384.

* **EXTRACTORIUS**. Vide supra *Excretoria casa*.

EXTRACTUS, Idem quod *Extracta*, 2. in Statutis Roberti III. Scotor. Regis cap. 27.

¶ **EXTRACULA**. Vide *Extracautis*.

* **EXTRAERIA**, Jus in bona delinquentium. Charta Joan. abb. S. Remig. Rem. ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. 664 : *Retenta omni jurisdictione alta, media et bassa, excepta tamen Extraeria, si contingat, quod absit, aliquo tempore evenire.* Vide supra *Estraeria*.

EXTRAFAMILIATUS, Qui sui juris est, extra familiam positus, emancipatus, vel qui uxorem duxit. Statutum Philippi Aug. Regis Franc. de Decimis Saladinis, apud Rigordum ann. 1188 : *Si autem filius eorum, vel gener crucem habens, hæres legitimus, Extrafamiliatus fuerit, vel et si Miles non fuerit, et crucem non habeat, pro eo respectum non habebit.* Ubi *Extrafamiliatus filius* opponitur ei, qui *in manupastu* patris constitutus est, et *in familia positus* dicitur Papiano lib. Responsor. tit. 24.

* **EXTRAFIDARE**, Fidejubere, per fidem suam aliquem vadari, Gall. *Cautionner*. Charta Phil. comit. Fland. pro libert. Brug. ex Cam. Comput. Insul. : *Illi autem, in quorum parte homo occisus est, debent Extrafidari per bonos plegios quatuor ad minus.*

EXTRAFILATUS, Papiæ, *Exerto humero, quasi extra manum præferens*. [** Vide Festum.] Hinc forte vox nostris familiaris. *Extrafilé*, vel *Estrafilé*, de eo, qui cæsim vulneratus fuit. [* Neutrum dicimus; *Estafiladé* vero vulgariter usurpatur, a voce *Estafilade*, plaga cæsim inflicta.]

¶ **EXTRAHERIA**, Extrahura, Extrahura. Vide *Estrajeriæ*.

¶ **EXTRAIRE**, Ire extra, Discedere. Gregorii Monachi Chron. Farfense apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 432 : *Isti tres Extraiverunt a servitio S. Mariæ.*

¶ **EXTRAJUDICIALITER**, Extra formam judicii. *Non in forma judicii, sed Extrajudicialiter*, apud Rymerum bis tom. 5. pag. 381. *Judicialiter sive Extrajudicialiter*, apud Lud. *Laguille* in Probat. Hist. Alsat. pag. 161. col. 2.

EXTRANEÆ Mulieres, in leg. 44. Cod. Th. de Episc. (16, 2.) et in Leg. Bajwar. tit. 1. cap. 13. § 1. 2. quæ Græcis συνεισακτοι, quarum consortia interdicuntur Clericis. Ita etiam appellantur a Rufino, quæ aliis *Subintroductæ* dicuntur.

1. **EXTRANEARE**, Alienare. Charta Sanctii Regis Navarræ æræ 1045. apud Sandovallium in Episcopis Pampilonensibus : *Quæcumque exalienata vel Extraneata a perversis hominibus ab eadem Ecclesia fuerat.* Nostri etiam *Estranger*, pro *alienare* dixere. Vetus Consuetudo Normanniæ cap. 33. : *L'en doit suvoir, que le Duc de Normandie a par raison de la Duché la garde de ceux, qui sont en nonage, jusques à tant qu'ils aient 21 an accompli, par cette raison, que quant il seront issus hors de garde, il peuvent enquerir des saisines, qui à eux appartiennent; et est tenu à leur rendre, se elles ont esté induëment Estrangées.* [Le Roman d'*Athis* MS. :

Savis mon pere me het tant,
Ne me connoist à son enfant,
Ains m'a Estrangié de sa terre,
De tout son cuer me porte guerre.

Edictum ann. 1356. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 140 : *Item pour ce que les gens desdits trois etats nous ont avisé et montré moult gratieusement, comment plusieurs choses avoient été Estrangées ou temps passé par dons excessifs et inutiles.*]

¶ **Extraniare**. Charta ejusdem Sancii apud Jos. *Moret* Antiq. Navar. pag. 610 : *Damus et confirmamus... Malleolum quem senior Azenari Sanchiz miserat pro anima sua ad prædictum Sanctum in villa Formella, et pater meus Garsea Rex sæculi cupiditate inflammatus a parte S. Æmiliani habuit Extraniatum.*

* Charta ann. 1317. ex Chartul. 21. Corb. : *Ne poons vendre, despendre, n'Estrangier en autrui main etc.* Alia ann. 1330. in Chartul. S. Mart. Pontisar. fol. 40. v° : *Ne pourront aucune des dittes pieces de terre séparer, ne deviser l'une de l'autre, ne vendre, ne Estranger, fors toutes ensemble.*

* 2. **EXTRANEARE**, Extraneum facere, expellere, nostris *Estranger*, eadem acceptione. Chron. Joan. Whethamst. pag. 371 : *Laborarunt cum summo eorum conatu ad elongandum et Extraneandum nos a vestra maxime desiderata præsencia, etc.* Vide supra *Externare*.

* **EXTRANEUM Esse**, Insolens, quod extra ordinem est, Galli *Etrange*, eodem significatu, dicunt. Arest. ann. 1361. 4. Sept. in vol. 10. arestor. parlam. Paris. : *Dicebat insuper quod esset Extraneum quod capitaneus terræ de Nigella, quæ sic est nobilis, fieret, etc.* Acta S. Domin. tom. 1. Aug. pag. 607. col. 2 : *Unum tamen de solicita hujus horti custodia, quod, quanto Extranius, tanto carius enarrabo.*

EXTRANEUM Facere, Idem quod *Extitum facere*, de quo supra, Devestire, possessione exuere. Tradit. Fuldens. lib. 3. trad. 243 : *Qui seipsum de subnotatis locis, si in eis aliquid proprietatis haberet, vel habere deberet, fecit Extraneum adversus me, quatenus ego legitimam in eis haberem potestatem in meam eleemosynam tradendi, etc.* Vita S. Sifredi Episcopi Carpentoracensis, apud Vincent. Baralem pag. 133 : *Actibus sæculi se Extraneum faciens, nunquam in foro, nunquam in vico, nisi animarum lucris videbatur.*

** **EXTRANEUS**, Ex aliena terra vel potestate. Sæpe occurrit in Polyptycho Irminonis; vide ibi Guerardi indicem generalem.

EXTRARIA. Modus tenendi hundredum pag. 130 : *Item dicunt, quod unus bos niger vel unus equus, ... provenit de Extraria infra dominium ad festum Paschæ ultimo præteritum : et præceptum fuit Baillivo proclamari in foro et in Ecclesia, prout moris est, et modo ad istum eandem Cu-*

Digitized by Google

riam, præter quod dictus bos niger venditur de Extraria infra istud dominium, et modo proprietas pertinet domino, quia remansit post annum et diem, et proclamatio debita modo fuit facta. Vide *Estrajeria.*

EXTRARIUS, Papiæ, *Extraneus, alienigena.* Claudianus Mamertus lib. 1. de Statu animæ cap. 7 : *Sicut oculi sine formis corporum, atque Extrario lumine contemplari nequeunt, etc.* [*Extrariam lucem* etiam dixit Lucretius lib. 4. *Extrarium arbitrum* Suetonius in Vespasiano cap. 5. *Extraria bona* Apuleius Apol. Terent. Phorm. 4. 1. 13 : *Hanc conditionem si cui tulero Extrario.* Extrarium ab Extraneo sic distinguit Festus : *Extrarius est, qui extra focum, sacramentum jusque sit; Extraneus ex altera terra, quasi Exterraneus.* Aliter utrumque distinguit Corn. Fronto apud Calepinum, quem potes consulere.] Joannes Archithrenius lib. 1. cap. 17. :

. . . Necdum comes improbus instat
Proximus, urgenti cedens, Extrarius errat.

Utuntur etiam JC.

* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613 : *Extrarium, extra ordinem, extraneum. Extrarius locus,* qui est extra domum, in Vita S. Elphegi tom. 2. April. pag. 634. col. 1. *Estraigne*, pro *Etranger*, in Poem. Rob. Diaboli MS. :

Voiant toutes les gens Estraignes, etc.

* **EXTRATERIUS**, Qui ex extraneo dominio venit. Charta ann. 1265. in Chartul. 2. Fland. ex Cam. Comput. Insul. fol. 39. r° : *In emolumentis quæ proveniunt ex bastardis, vel de exteris, vel Extrateriis, qui vulgaliter Estraier vocantur, ecclesia duas partes, et comes tertiam partem habebit.* Vide supra *Estraeria.*

* **EXTRATES**, per oppositionem ad *Nostrates*, usurpant Scriptores Dominicani apud Echard. tom. 1. pag. 459.

EXTRATICUS, pro *Straticus*, στρατηγός, *Strategus*, seu potius *Exstratigus*, ἐκστρατηγός, qui *Strategi* functus est magistratu. Anastasius Bibl. in Constantino PP. : *Theodorus Patricius Extraticus.* Rursum in Gregorio III : *Ablata sunt a Sergio Patricio Extratico ipsius insulæ Siciliæ.*

EXTRAVAGANTES, in Jure Canonico dicuntur Pontificum Romanorum Constitutiones, quæ *Extra* Corpus Canonicum Gratiani, sive *Extra* Decretorum libros vagantur. Ita Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 71. ubi de Joanne XXII. PP. : *Hic multas fecit constitutiones utiles, quæ hodie cum in corpore Juris non contineantur, Extravagantes dicuntur.* Ita etiam Anton. Augustin. et Franc. Florens.

* **EXTRAVASATUS SANGUIS**, Extra venas effusus, passim apud Medicos, monente D. *Falconet.*

¶ **EXTREMARE**, *Extremum facere vel ultimum, vel purgare, auferre extrinsecus*, Joan. de Janua.

* **EXTREMA-UNCTIO**, Unum e septem Ecclesiæ sacramentis, ordine quintum, de quo S. Jacobus in Epist. cap. 5. v. 14. sic dictum quod iis, qui in extremis agunt, subministrari solet. Illud a Spiritu Sancto institutum fuisse, quod an alibi legatur nescio, definiunt Statuta Corisopit. ann. circ. 1380. ex Cod. reg. 1547 : *Extremaunctio est sacramentum institutum a Spiritu Sancto, per Apostolos promulgatum.*

* Varii fuere in ejus administratione ritus ac cæremoniæ. Et quidem quinque corporis sensus unctionem sacram antiquissimo ritu excepisse videntur, dehinc aliæ etiam corporis partes, ut docet imprimis rituale MS. ad usum, ni fallor, ecclesiæ Lugdun. ex Cod. reg. 940 : *Infirmus ungitur ad oculos, aures, nares, labia, manus, collum, guttur, pectus, scapulas, renes, pedes, et ubi dolor plus tenet.*

* Inungendus indumentis lineis vestiebatur, aut cooperiebatur, pluresque in cubiculo accendebantur candelæ, ut discimus ex Stat. synod. eccl. Tornac. ann. 1366. pag. 29 : *Ad sacramentum Extremæ-unctionis sæpe presbyteri moneant populum, ut indifferenter a quatuordecim annis et supra singuli, cum necesse fuerit, inungantur, ut pauperes qui pro egestate se excusant, si non possint infirmi habere multitudinem candelarum, vel indumenta linea, qui causa reverentiæ in hoc sacramento exhiberi solent, non propter hoc dimittant eos inungere, quia sufficiat una candela; et inuncti cum stupa diligenter in singulis membris extergantur, et stupæ comburantur.*

* Non una quoad hoc Sacramentum vulgi animos invaserat superstitio; has explicat Synod. Wigorn. ann. 1240. tom. 2. Conc. Angl. pag. 247 : *Sunt autem quidam, ut audivimus, qui post perceptionem hujusmodi sacramenti sanitati pristinæ restituti, nefas reputant vel uxores suas cognoscere, vel carnes comedere, vel etiam aliqua ratione nudis pedibus ambulare.* Quam falsam persuasionem non statim desiisse, probat Synod. Guid. episc. Lexov. ann. 1321. ex Cod. reg. 4653 : *Doceant sæpe sacerdotes populum hoc sacramentum* (Extremæ-unctionis) *licite reiterari,... et post susceptum licite reverti ad opus conjugale.* Consule Mabill. Præfat. ad Sæc. 1. Bened. pag. 47.

** **EXTREME**, Ultimo loco, Virgil. Grammat. pag. 85.

* **EXTREMIA**, EXTREMITA, Vocatio ad arma, Gall. *Alarme.* Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 114. ex Cod. reg. 4624 : *Quandocumque tempore alicujus guerræ cornabitur vel pulsabitur ad Extremiam in Avilliana, quilibet homo Avillianæ et ibi habitans ætatis xxv. annorum.... debeat exire incontinenti cum suo arnexio seu arnesco sibi injuncto.* Et cap. 125 : *Nisi tubicinaretur vel pulsaretur in Avilliana ad Extremitam.* Vide *Stormus* et *Stremita.*

1. **EXTREMITAS**, Titulus animi submissioris, quo de se loquendo utebantur Prælati Ecclesiastici, Jonas Aurelian. Episc. in Epist. ad Pipinum Aquitaniæ Regem, et in Epist. ad Matfredum, Landericus Paris. Episc. in Privilegio pro Monasterio S. Dionysii, Agobardus Lugdun. de Judaicis Superstit. cap. 1. etc.

* 2. **EXTREMITAS**, Austeritas. Raccolta Angel. Calog. tom. 21. pag. 218. ubi de S. Romualdo : *Mira ubi regularium exercitationum frequentia, vigiliarum assiduitas, jejuniorum Extremitas, etc.*

¶ **EXTREMIZARE**, Extremum spiritum agere. Miracula B. Kingæ Virg. Julii tom. 5. pag. 754 : *Quem dum Extremizaret, B. Cunegundi obtulit, et sanum de repente videre meruit.* Picardis nostris *Extremiser* est moribundo conferre extrema Ecclesiæ Sacramenta.

¶ **EXTRENA**, Strena, munusculum, Gall. *Etrenne.* Consuetudines Tolos. rubr. de Donationibus : *Item omnia illa, quæ in crastinum diei, qua vir duxit uxorem, dantur vel mittuntur pro Extrenis viro vel uxori, sunt similiter dicti mariti.* Vide *Strena.*

¶ **EXTRENUITAS.** Jonas Aurelian. in Præfat. ad libros de Institutione laïcali : *Tuæ nuper Strenuitatis litteras suscepi, quibus meam Extrenuitatem commonefecisti, etc.* Lege et vide *Extremitas.*

EXTREUS, *Abortivus, qui de exercitio ejicitur extra.* Papias. Legendum forte *exstrio*, vel *excicio*, pro exercitio, ut sit nostrum *Encis*, de qua voce diximus ad Stabilimenta S. Ludovici. [Vide *Encimum.*]

EXTRICARE, Papiæ, *Exterminare, profligare.* Anastasius Biblioth. in S. Joanne PP. : *Eodem tempore Justinus Imperator vir religiosus summo ardoris amore religionis Christianæ voluit hæreticos Extricare.* Ita *Extricare* apud Columellam lib. 4. est locum aliquem purgare, mundare.

EXTRILIDUS, Exalbidus, apud Gellium lib. 19. cap. 1. [ubi : *Atque ibi hominem conspicimus impavidum et Extrilidum.* Hunc Faber interpretatur, Extra læsionem positum.]

* **EXTRINCARE**, Eruncare, in culturam redigere, excolere. Charta ann. 1185. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 323 : *Willelmus* (S. Audomari castellanus) *dedit perpetuo in eleemosynam prædictæ ecclesiæ* (S. Andreæ de Nemore) *quinque carrucatas nemoris ad mensuram Monstrolii Extrincandas ad medietatem propriis expensis ecclesiæ, et seminandas de proprio, etc. Ut autem istam medietam fratres libenter acciperent,.... dedit eis unam carrucatam nemoris omnino liberam Extrincandam... Cum igitur pater meus, sicut supra dictum est, prænotatæ ecclesiæ concessisset quinque carrucatas ad medietatem Excolendas, etc.* Vide *Extricare.*

¶ **EXTROMIS**, *Extremus.* Gloss. Isid. Lege ut apud Festum *Extimus*, cui contrarium *Intimus.*

EXTRUNCARE, Truncis seu stipitibus purgare, *Essartare.* Charta Guarini Episc. Ambianens. ann. 1138. ex Tabulario Abbatiæ S. Fusciani pag. 8 : *Godefridus et Gislebertus Ecclesiæ sæpe dictæ terram, quam Extruncaverant, in Castellione dederunt : et furnellos suos in Altis Avesnis.* Glossæ Isid. : *Extruncis, arbor truncata.* [Vide *Extruscare.*]

* **EXTUMULARE**, De tumulo extrahere, effodere. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Extumulare, Deffouir.*

* **EXTURARE**, Returare, aperire, Gall. *Déboucher.* Vita B. Vict. PP. III. pag. 433. col. 1 : *Conceptam diu ambitionis flammam clibanus Exturatus evomuit.*

** **EXTUS**, Exter, alienus. Erchempert. Hist. Lomgobard. cap. 53. ap. Pertz. pag. 275. tom. 3. Scriptor. : *At ille durius hoc accipiens Extus factus est illis.* Ubi al. *hostis.*

¶ **EXTUSSIRE.** Limborch. Sentent. In-

Digitized by Google

quisit. Tolos. pag. 119 : *Pridie Nonas Januarii ann. D.* 1311. *tempore quo blada Extussiuntur.* Lege *Excutiuntur.*

* *Estoussir* pro *Tousser*, Tussire, apud Guignevil. in Peregr. humani generis MS. :

Ne deüssiés aiusi venir
Sans parler, ou vous Estoussir,

¶ **EXVACUARE** dicitur ille qui causa cadebat in litigiis, cum sententia Judicum cogebatur scripto declarare se nullum jus habere in res controversas, easque ab adversario legitime possessas esse aut deinceps possidendas. Hanc declarationem vulgo vocabant *Exvacuationem;* quia per illam litigator *Evacuabatur* seu spoliabatur rebus, quas sibi perperam arrogabat. Placitum ann. 852. in Probat. novæ Hist. Occitanæ col. 99 : *Ad tunc nos supradicti interroguvimus Odilone, si potebat habere alium scriptura, aut ullum judicium veritati, aut per testimonia, ut ipsas res ad partibus suis vindicare valuisset. Ad tunc ipse Odilo se recognobit vel Exvacuabit, quia de ipsas res superius dictas.... ego prendidi injuste mea propria præsumptione absque judicio de potestate Gondesalvio Abbati, dum ipse jure suo legibus retinuisset, quando suam recognitione simul et Exvacuasione scripti fecit. Cum nos vidissemus suam recognitione et Vacuasione... kordinavimus vel crebimus judicio, ut Bidegisus saione nostrum, ut super ipsas res venisset, et Odilone exinde exegere fecisset, et secundum legem ipso Ramnone ab omni integritate revestire fecisset a partibus Gondesalvio Abbate, sicut et fecit.* Notitia judicati ann. 874. Marcæ Hisp. col. 797 : *Sic me recognosco vel Exvacuo ab interrogatione Judicum et præsentia bonorum hominum in villa Verneto in Ecclesia S. Saturnini, et ut sacramenta fecerunt isti testes veraciter recepti per jussionem Senioris mei, et ea quæ feci recte et veraciter me recognosco vel Exvacuo in vestrorum judicio vel suprascriptorum præsentia. Facta recognitione vel Exvacuatione sub die* VIII. *Kal. Apr. ann.* XXXIV. *regnante Karolo Rege.* Similis exstat *Exvacuationis* formula ibid. col. 781. Alia apud Stephanotium tom. 8. Fragm. Hist. MSS. pag. 54. ann. 21. regnante Carolo Rege : *Recognosco me Aldebertus mandatarius, quod negare non possum, et sic facio meam professionem atque Exvacuatione, quia de ipso villare superius nominatum, unde ego per vocem Seniori meo interpellavi sonario mandaturium Arifonso Abbate injuste et malum ordine eum interpellavit atque mallavit, quia plus debet esse ipse villares cum finis et terminis suis, sicut scriptum est, alodes legitimus de ista jam dicta casa Dei atque venerabili loco suo Arifonso Abbate vel ad ejus Congregatione per illorum authoritates et pro regia donatione.* Infra *Evacuare* recurrit eadem notione. Notitia judicii ann. 869. apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 1490 : *Iterum prædicti Judices Recosindo mandatario Salomonis Comitis dixerunt : Fac cito Exvacuationem sicut superius responsum dedisti. Sic me Exvacuo ego Recosindus ab interrogatione Judicum, quod non possum diffamare ipsos testes et scripturas, nec testes ampliores nec meliores ut legibus convincere possim, ut beneficius debeat esse nec per scripturas, nec per nullum indicium veritatis, nec in isto placito, nec in alio, nec nulloque tempore, et hæc mea Exvacuatio vera est, quod negare possum in vestro supradicto judicio. Facta Exvacuatione sub die* XV. *Kal. Sept. ann.* XXVIIII. *regnante Karolo Rege. Recosindus subscripsi et feci.* Vide *Vacuus.*

* **EXVENTRARE**, a Gallico *Eventrer*, Exenterare. Mirac. S. Ludov. episc. Tolos. tom. 3. Aug. pag. 795. col. 2 : *Cum coquinarius dictum piscem Exventraret seu separaret, reperit in pisce multam pecuniam.*

* **EXUERE HOMINEM**, Mori. Charta ann. 961. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 624 : *Hugo comes..... tactus infirmitate qua hominem Exuit, etc.* Formula loquendi Scriptoribus medii ævi usitatissima. Vide supra *Excedere.*

EXUERE SE *de re aliqua*, Rem relinquere. Concilium Duziacense I. cap. 15 : *Nisi ab ipsis rebus, quas invaserat, se mox Exueret, etc.*

EXUERE SE *de latrocinio*, in Pacto Legis Salicæ tit. 50. est purgare se in jure non esse reum furti : *Istud si fecerit, Exuit se de latrocinio.* Quo loco aliæ Edit. habent *exivit*; sed perperam. Lex 12. Cod. Th. de Accusat. (9, 1.) : *Neganda est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine, quo premuntur, Exuerint. Exuere se de crimine*, apud Gregorium Turon. lib. 9. cap. 16. Cæsarius in Vita S. Cæsarii Arelat. *Ego me Exuo, etc.* Chrysost. hom. 2. in Epist. ad Rom. : Τότε ἐγκλήμα ἀποδυσάμενος τῆς ῥᾳθυμίας.

¶ **EXVERRÆ**, Sordes quæ everruntur. Vide *Everriator.*

EXUGIA, in Gloss. Anglo-Saxon. exponitur per gibsunga; [et gescinco, ubi Somnerus, forte, *Axungia.*] [** Apud Bosworthum Gesanco, *exugia* et Micgern, *exugium.* Culex quod sanguinem exsugat ita dictus videtur.]

** **EXUL** pro Peregrinus, passim. Exemplis firmat Maius Classic. Auctor. tom. 5. pag. 405. not. 2.

¶ 1. **EXULARE**, active sumitur pro Mittere in exsilium vel servitutem, in Actis S. Athanasii Episcopi Neapol. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 1059 : *Captivos... innumerabiles Saracenorum Exulabat efferitas insatiabilis.* Et infra : *Eodem igitur tempore quo Ludoycus piissimus Augustus Beneventanam provinciam Exulatione Sudan crudelissimi Ismaëlitum Regis advenit eruendam. Exulatio* hic Muratorio videtur sumenda esse pro tyrannide vel servitute. Pro *Exsilio* usurpavit Florus : *Clarissimos Principes... Exulatione multavit.*

* 2. **EXULARE**, f. pro *Exiliare*, Dissipare, destruere. Epist. monach. B. M. de Josaphat. ad Innoc. PP. ex Tabul. ejusd. monast. : *Propter exilem et exiguam dicti monasterii facultatem; quod quidem propter guerras taliter extitit Exulatum ac redditibus attenuatum, etc.* Vide *Exilium.*

EXULATITIUS. Glossæ Cyrilli : Φυγάς, *Fugitivus, Exulatitius, Jugitivosus.*

¶ **EXULATUS**, Exsilium. Messala Corvin. pag. 19. *In Exulatum perrexit.*

¶ **EXULTARE HORAM**, Horam canonicam recitare. Bernardi Monachi Ordo Cluniac. part. 1. cap. 74. num. 36 : *Qui propter Missam suam ad regularem Horam non occurrere possunt.... finita Missa ibidem ante altare quiete Exultabunt Horam.*

EXUMBRES, Ascii, seu ἄσκιοι, in Glossis Isidori.

** **EXULTIO**, Finis ac depositio faidæ. Vide Haltaus. Gloss. Germ. col. 2000. voce *Urphede.*

¶ **EXUNARE**, ut *Adunare*, Congerere. Chronicon Farfense Gregorii Monachi, apud Murat. tom. 2. part. 2. col. 471 : *Et in Ponticello modia* II. *millia Exunata... in fundo Virgiliano modios* XX. *adunata.* Ibid. col. 967. in Additamentis ad Chronicon Casaur. : *Silvas et terras cultas et incultas Exunatas per singulas petias per mensuras insimul faciunt modios trecentos.* Et col. 985 : *Silvæ per singulas petias Exunatæ insimul faciunt per mensuram modiorum mille.*

* **EXUNGUARE**, pro *Exungulare*, unguem evellere. Mirac. S. Rosæ tom. 2. Sept. pag. 474. col. 2 : *Illa autem* (monialis) *pecuniæ dono allecta unam de unguibus digitorum manus virginis violenter evulsit.... Monialis autem prædicta cernens, quia sacrilegium, quod commisit, bono modo tegi non poterat, pro eo quod ex digito Exunguato patenter quædam difformitas resultaret, etc.*

EXUNGULARE, [Ungularum ferrearum tormento cruciare. Passio S. Mammarii in Africa apud Mabillonium Analect. tom. 4. pag. 102 : *Tunc Præses jussit eos equuleo suspendi et Exungulari, et super plagas eorum sal et calcem et acetum superaddici.*] Vide *Ungulare.*

¶ **EXVOLARE**, Amandare, rejicere, apud Mabill. Liturg. Gallic. pag. 467 : *Interrogo vos qui ista* (Gesta SS.) *inter apocryphas litteras Exvolanda censetis, per quos constat Canon Scripturarum omnium divinarum?*

EXUPERARE, Superare, subjugare. Latinis *Exuperator omnium gentium*, in Nummo Constantis. *Exuperatorius mensis*, Novembris a Commodo dictus, apud Lampridium. Simeon Dunelm. ann. 882 : *Duas potenti virtute naves Exuperavit.* Vox Latinis notissima.

Est enim *Capere*, vel *Prehendere.* Leges Edmundi Regis cap. 2 : *Vult etiam, ut ibi fur pro certo cognoscetur, Thwelsindi..... consocientur, et Exuperent eum vivum vel mortuum, alterum quod poterunt.* Ita in Legibus Alfredi cap. 7. apud Bromptonum *Exsuperetur, et Episcopi judicio reservetur.* Ubi Saxonice habetur gevilde, quod idem ac *Prehendito*, vulgo *Capias :* unde Forensium apud Anglos Breve *Capias :* dictum a gevealdan, et gevildan, regnare, dominari, imperium tenere.

EXUPERANTISSIMUS, pro ἐξοχότατος, dixit Apuleius in Hermetis Asclepio.

EXURGEBAT, pro *Poterat*, apud Anastasium Biblioth. in Joanne V. PP. : *Sed et cœptum frumenti similiter vel alia diversa, quæ Ecclesia Romana minime Exurgebat persolvere.*

¶ **EXURGITARE**, *Exhaurire.* Laurent. in Amalthea ex Isidoro.

* **EXURIRE**, pro Esurire, in Comœdia sine nomine act. 2. sc. 5. ex Cod. reg.

Digitized by Google

1638 : *Exuriant* (ancillæ) *farsitæ, stent gerræ, agant inertes.*

** **EXUVIALIA**, Arma defuncti, Germ. *Heergewedde.* Chron. Osnabr. ad ann. 1424. ap. Meibom. Rer. Germ. tom. 2. pag. 248 : *Inter Johannem Episc. et consules Osnabr. fuit conventum quod Hervadia sive Exuvialia, etc.* Vide Haltaus. Glossar. Germ. col. 883. et infra *Heervadium.*

* **EXUVUS**, Exitus. Notit. MS. rer. monast. Gellon. : *Almeradus manso uno cum curte, et ortos, et Exuvos, et regressus suos, etc.* Vide *Exius.*

¶ **EYBAMD.** Charta Emenonis domini Auxelioduni pro hominibus Burgi S. Martini, apud Thomasserium in Biturig. pag. 697 : *Ut nemo illorum pergat ad pugnam, quæ alio nomine vocatur Eybamd, neque bottagium vini alicui reddat.* Vide *Herebannum.*

¶ **EYCHALGAYTA**, Excubiæ. Vide *Searaguayta.*

* **EYCHARGUETA**, Excubiæ. Charta ann. 1387. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Et se asserunt esse francos et liberos... ad modum nobilium, tempore guerræ faciendo pro custodia dicti castri Eycharguetas.* Vide supra *Eschargaita.*

* **EYCHEYUTA**, Quidquid qualibet ratione domino obvenit. Libert. Brianc. ann. 1343. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. 725. art. 8 : *Concessit dictus dom. dalphinus omnia jura sibi competencia et competitura in laudimiis,.... et omnibus aliis obvencionibus et Eycheyutis, etc.* Vide *Escaeta.*

¶ **EYGUATGIUM**, Eygacium, Alveus, canalis. Inventar. Recognit. num. 18. cap. 41. de Vouta fol. 333. verso : *Item pro Eyguatgio molendini nuncupati Guyot, sive pro transitu atque in possessione ipsius charrerii, etc.* Fol. 336 : *Item pro Eygacio dicti prati.... 11. denar.* Fol. seq. : *Item pro quodam Eyguatgio ad riganda prata.* Denique fol. 339 : *Pro Eygatgio sive perceptu atque in territorio, etc.* Vide *Echudium.*

* **EYGUESINUM AVERE**, Equorum et Equarum grex. Pactum ann. 1501. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Quod si et ubi ipse magnificus dominus non haberet aliquas equas, sive avere rossatinum sive Eyguesinum, etc.* Vide supra *Eguesinum animal.*

¶ **EYLNESCIA**, Hæreditas primogeniti. Vide *Ainescia.*

¶ **EYMERAUDUS**, Smaragdus, Lapis pretiosus, Gall. *Emeraude*, in Inventario Ecclesiæ Anic. ann. 1444 : *Perlis Eymeraudis.*

¶ **EYMINA**, Species mensuræ. Vide *Hemina.*

* Mensura frumentaria. Charta ann. 1324. ex Tabul. Flamar. : *Retentis sibi ac suis una Eymina frumenti et sex molduris.* Hinc

* **EYMINATA**, Modus agri. Testam. ann. 1469. ex eod. Tabul. : *Item plus mediam Eyminatam prati in pertinentiis dicti loci.* Terrear. S. Maurit. in Fores. ad ann. 1472 : *Dictus confitens tenetur solvere.... in quadam Eyminata terræ, etc.* Vide in *Hemina.*

¶ **EYNEIA**, ut *Eylnescia.* Vide *Ainescia.*

¶ **EYNICIUS**, Natu major, Gall. *Aîné. Eynicia filia*, apud Th. *Blount* in Nomolexico.

* **EYSCHEUTIA**, Quidquid fortuito obvenit, sive jure hæreditario, sive alia qualibet ratione. Contract. matrim. inter Margar. *Bermunde* et Fulc. de Fortia ann. 1349. ex Tabul. Flamar. : *Pro omni parte, portione, frayreschia, successione, Eyscheutia, etc.* Vide supra *Escazucha.*

* **EYSIA**, Quidquid alicui proprium est, quo pro libito uti potest. Charta ann. 1507: *Decursum aquæ bialeriæ molendinorum, troillati, batitorii et aliarum Eysiarum ipsius recognoscentis, etc.* Vide supra *Esyamentum.*

¶ **EYSIAMENTUM**, Jus utendi rebus non suis. *Madox* Formul. Anglic. pag. 163 : *Cum omnibus libertatibus, Eysiamentis et pertinenciis dictæ terræ spectantibus.* Vide *Aisantia.*

¶ **EYSSADONUS**, Parvus ligo. Vide *Eissadonus.*

* **EYSSARIATA.** Vide *Eissariata.*

¶ **EYSSARTAJARE**, Eyssartare. Vide in *Exartus.*

¶ **EYSSARTIA.** Vide in *Exarcia.*

¶ **EYSSARTUS**, pro *Exartus.* Vide in hac voce.

* **EYSSUCHUM**, *Scaccorum* ludus, ut opinor, idem quod supra *Exsuchium.* Stat. ann. 1337. ex Tabul. S. Viot. Massil. : *Quod nulla persona audeat nec præsumat ludere ad taxillos, nec ad paginas, ad Eyssuchum, etc.*

¶ **EYTE**, Insula vel locus humilis, humidus et paludosus. Vide Kennettum in Glossario ad calcem Antiquit. Ambrosden.

EZCIPHAM. Sampirus Astoricensis in Chron. æra 971 : *Rex quidem jam securus perrexit ad domum suam cum victoria magna in pace. Deinde post duos menses Ezcipham, id est, exercitus, ad ripam Turmi ire disposuit, et civitates desertas ibidem populavit.* Vox Arabica, ni fallor.

* **EZRIZENY**, Retis genus. Charta Joan. archiep. Prag. ann. 1386. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 76. col. 2 : *Item præfati nostri censuales homines.... in aquæ Multavæ cum parsis seu retibus, quæ vulgariter sachi et Ezrizeny appellantur, poterint piscari duntaxat.*

EZZISCZUN. Lex Bajwar. tit. 9. cap. 11. § 1 : *Si illam sepem ruperit, vel dissiparerit, quam Ezziszum vocant, cum uno solido est restitutio.* [Baluzius legit *Ezzisezum.*] Vide *Etarchartea.*



F LITTERA numeralis, 40. denotat; unde versus :

Sexta quaterdenos gerit F quæ distat ab alpha.

Eidem literæ si recta linea superaddatur, 40. millia significat.

F. *In superscriptione cantilenæ, ut cum fragore, seu frendore feriatur, efflagitat.* Ita Notkerus Balbulus Opusc. *Quid singulæ literæ significent in superscriptione cantilenæ.*

F, pro *Ph*, occurrit passim apud Scriptores inferioris ætatis; sed et in veteribus aliquot Inscriptionibus. Locos indicavit Josephus Scaliger indice 19.

☞ Occurrit præterea *F* pro *V* et vice versa : quo spectat Ambrosii Moralis observatio in Eulogii Vitam pag. 193 : *Tam in his duobus exemplaribus, quam in aliis pervetustis libris Mozarabum Christianorum litteris descriptis, quos mihi videre hucusque contigit, F pro V, et V pro F semper cernitur appositum. Itaque hic Referentia, non reverentia fuit scriptum; et semper Provanus non Profanus.* Jam supra vidimus *Devensum* pro *Defensum.* Sic et Latinum *Vates* a Græco φάτης, et *Vesica* a φύσικα docent esse derivata. Hispani *F* in *H* mutant quam frequentissime; sicque dicunt *Hablar* pro *Fabulari*, *Hace* pro *Fasce*, *Halcon* pro *Falcone*, etc. Pro *B* positum *F* infra videmus in *Faro* pro *Baro.*

¶ **FABA**, *est tertia pars scrupuli untus.* Roch. *le Baillif* in Dictionar. Spagyrico.

¶ **Faba Asiana**, vel *Campanica*, Phaseolus, Gall. *Haricot :* quod leguminis genus Belgæ vocant Fabas Turcicas vel Romanas. Acta SS. Junii tom. 3. pag. 451. de S. Raynerio : *Vocavit virum suum, et*

Digitized by Google

aspiciens vidit lapidem ascendere de maxilla, ad modum Fabæ Asianæ, id est Campanicæ, quam digitis accipiens traxit.

* FABA FRESA, *Feve frésée, a faba et fra-sus, quod est fractus.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7684 : *Faba frach. Prov. fabe fresa, faba fracta*, in Gloss. Provinc. Lat. ex Cod. 7657. Cui opponitur *faba solida.* Vide infra *Fresa* et *Frasus.* Ludi ad fabas mentio fit in Lit. remiss. ann. 1460. ex Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 106 : *Certain jeu, nommé à las Fabes et à une salliere du fust.*

* FABAS DICERE. Vide *Dicere Fabas.*

FABACENA, Præstatio ex fabis. Vide *Mestiverius* in *Mestiva.*

¶ FABALIA, Idem quod *Fabaria.* Tertull. lib. de Anima cap. 31 : *Pythagoras ne per Fabalia quidem transeundum discipulis suis tradidit.*

FABANA, Fabæ decoctæ. Vita S. Carilelphi : *Tantam Fabanam coxit, ut per totam hebdomadam satis haberet.* Perperam, inquit Meursius, in MS. *Fabianam.* Φαβάτον, Græci recentiores dicunt, ut idem observat.

FABARIA, in Pacto Legis Salicæ tit. 27. § 6. Campus fabis consitus. Vide *Favaria.*

FABARE, Eadem notione, in Observantiis Regni Aragon. lib. 8. tit. de furtis : *Si dominus invenerit aliquem de die in sua vinea, horto, vel Fabari, colligendo fructus, etc.*

FABARIUM, Pensitatio de fabis. Charta ann. 1241. in M. Pastorali Eccl. Paris. lib. 10. Ch. 21 : *Ita quod nihil amodo percipiet, nec in campiparte, nec in decima, nec in ædificiis, nec in lignis, nec in Faburio, nec in straminibus, item nec in vecris, etc.*

FABARIUS, Cantor, qui cibis vescebatur, qui mollem vocem reddunt. Vet. Glossar. : *Vocalis, Fabarius, Cantor.* Isidorus lib. 2. de Divin. Offic. cap. 12 : *Antiqui pridie quam cantandum erat, cibis abstinebant, psallentes tamen, leguminibus caussa vocis assidue utebantur. Unde et Cantores apud Gentiles Fabarii dicti sunt.*

* FABARII, *Cantatori di pagani.* Glossar Lat. Ital. Ms. f. pro *Fabularii.*

FABATARIA, Vasa amplissima, in quibus *fabatia*, de qua Apicius, vel puls fabata solebat apponi, apud Lampridium in Heliogabalo. [Vide Martinii et Hofmanni Lexica.]

¶ FABATRUM, Φάβατος κόκκος, *Granum fabæ.* Supplem. Antiquarii. [* Ex Castigat. in utrumque Glossar. leg. *Fabatum.* Vide Salmas. ad Hist. Aug. pag. 187.]

¶ FABEA, Παιδίσκη, Puella, *Fabeus, παῖς, Puer.* Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerman.

¶ FABELLA, Sermo brevis. Vita S. Adalberti Mart. April. tom. 3. pag. 179 : *In extremo anhelitu, cum tamen adhuc magna pars animæ superstes foret, astantibus, quorum ille adolescens unus erat, hanc Fabellam ægra voce retulit : Heu mihi! Qualis eram et quantum diversus ab illo.*

* FABELLARE, Fabulari. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Fabellare, c'est parler.* Vide *Fabulare.*

¶ FABELLATIO, Μυθολογία, Sermo de Fabulis. Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerman.

* FABER, Piscis genus. Vide supra *Aurata* et *Citula.*

* FABER DE CORONA, idem qui Regius. Charta Phil. Pulc. ann. 1300. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 119. r°. col. 2 : *Cum nos quatuor denarios Parisienses, quos Perroto Fabro de corona dedimus, pro ferris fabricandis pro nemoribus ad opus nostri, per diem percipiendos.... adjunxerimus, etc.*

** FABER GROSSARIUS. Vide *Fabri grossarii* et in *Grossarius.*

* FABERCULUS, *Petit feure; Fabrissa, femme de feure*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

¶ FABERRA, Φάβα, *Faba*, Supplem. Antiquarii.

FABERRIME, pro *Affabre*, dixit Apuleius Florid. lib. 2. [et Metamorph. lib. 2. et 11.]

¶ FABEUS. Vide *Faben.*

¶ FABIACUM, Præstatio ex fabis. Charta ann. 1211. in Chartulario Eccl. Carnot. n. 180 : *Victacum, Fabiacum, ordeiacum, investitiones, submonitiones hominum, etc.* Vide *Fabarium.*

¶ FABIANA. Vide *Fabana.*

¶ FABICORA, *Proverbium in eos qui domesticis alimentis usi cum aliis laborant.* Papias MS. Bituric. Editus habet *Fabricora.*

* FABILIA, perperam inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 401. pro *Fatalia.* Vide in hac voce.

* FABILIS, Dicendus, memorandus. Hist. invent. S. Baudel. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 4. col. 1 : *Cum hoc donum quanto est revelatum tardius, tanto Fabile talentum eos latebat, major bonitatis Dei magnificentia eis subtracta erat.* Vide supra *Fabellare.*

¶ FABIOLA, *est flos fabarum.* Roch. *le Bailliſ* in Diction. Spagyrico.

* FABIOLUM inter ornamenta vel vasa ecclesiastica annumeratur, in Ord. Ambros. eccl. Mediolan. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 881 : *Cicendelarius observator portat patenam cum manutergio volutam.... et casulam argenteam et Fabiolum argenteum, et duas alas textus Evangeliorum.* An leg. *Fasciolum?* Vide in hac voce.

¶ FABISOR, pro *Favitor*, Gall. *Fauteur.* Papias MS. Bituric. : *Fabisor, Fautor, favens.*

* FABOLARI, pro Fabulari, in Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641 : *Fabolor, fabellor.* Vide *Fabulare.*

¶ FABONIUM, FABONIUS. Vide *Favonium, Favonius.*

¶ FABRARIA, Ars ferraria. Statuta Massil. lib. 5. cap. 52 : *Ordinamus præsenti capitulo quod fabri exercentes... ministerium Fabrariæ per se, vel per alios in Massilia, vel ejus territorio non accipiant pretium, vel mercedem ultra modum infra scriptum, videlicet pro ferrando equo IV. den. de pede uno, etc.*

* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Fabraria, Prov. Fabreria.*

FABRATERIA, *Ornatus fabrorum, vel domus, vel locus, ubi fabricæ sunt*, Ugutioni. Glossæ MSS. : *Fabrateria, Fabrica, qua sedent fabri, vel ornatus equarum.* [Aimoinus in Vita S. Abbonis Floriac. sæc. 6. Benedict. part. 1. pag. 44 : *Certe qui volunt exsequi in Fabrateria menducii cupiditates suas pravas, ipsi nituntur condere leges iniquas.* Pro ipso opere utitur idem Abbo in Epist. *Qui nunc Hierosolymis exulat pro suorum mendaciorum Fabrateria.*]

* FABREFACTUS, Ars, fabrica. Chron. de S. Maria Magdal. Ms. ad ann. 1279 : *Caput vero ipsius postmodum in concha pretiosissima ex auro puro et lapidibus pretiosis miro artificio ac decoro Fabrefactu inclusit, ubi devote corpus et caput reservatur et miraculis evidentibus declaratur.*

1. FABRICA, FABRICÆ, pro operibus publicis, leg. 13. Cod. Th. de Prætorib. (6, 4.) leg. 14. 30. de Oper. publ. (15, 1.) etc. *Fabricatio publica*, opus publicum, leg. 2. de Sepulcr. (9, 17.) viol. Vide leg. 37. de Decurion. (12, 1.) eod. Cod. Proprie vero *Fabricæ* dictæ, in quibus arma fabricabantur. Ammian. lib. 14 : *Tribunos Fabricarum insimulassent, promittens arma.*

* Occurrit, eadem notione, in Correct. stat. Cadubr. cap. 116 : *Sancimus quod quotienscumque contigerit effici aliquod opus pro communi,.... massarius communis.... teneat in quaterno computum.... hominum centenarii, qui laborarent sive operas darent ad Fabricam vel opus illud quod fieret.* Pro exstructione vel refectione murorum urbis seu castri accipi videtur in Charta ann. 1319. ex Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 318 : *Item pro Fabrica dictæ villæ, duo modia frumenti.* Nisi eodem sensu intelligas, quo infra *Fabrica* 4. adeo ut civilibus perinde atque ecclesiasticis bonis attributa fuerit hæc vox.

2. FABRICA, Gallis, *Forge*, Ordinatio Hospitii S. Ludovici Reg. Franc. ann. 1261 : *Cumbellani habent.... 12. pectas candelæ minutæ, et Fabricam ad tres equos.* Occurrit ibi pluries. Id est, Cambellani habent quidquid ferri necesse est pro tribus equis, ex fabrica Regia.

* Charta ann. 1317. in Reg. 58. Chartoph. reg. fol. 3. r° : *Item concessit Felisio de Autisiodoro Fabricam seu forgiam, quam nunc habet supra magnum pontem Parisius.*

Accipi etiam videtur hæc vox pro quovis ædificio, in Lege Burgund. addit. 1. cap. 1. § 7. et in Lege Bajwar. tit. 8. cap. 2. § 1. in qua alii Codd. habent *basilica*, ut monet Steph. Baluzius, adeo ut *fabrica* et *basilica* idem fuerint. [Litteræ Alberti Imp. ann. 1300. apud Ludewig. tom. 6. pag. 40 : *Quæque Fabrica in Nuriaberg solvet* (Burgravio) *unum solidum annuatim.*]

* Pro quavis officina, quo sensu *Fabrica* utuntur Itali, legitur in Charta ann. 1048. apud Lamium in Delic. erudit. inter notas ad Hodoepor. Charit. part. 3. pag. 1034 : *Una cum casis et hedificiis et universis Fabricis suis, etc.*

¶ 3. FABRICA, Opificium quodvis ferrarium. Tradit. Fuldenses Schannatti pag. 403 : *Slavi* CXX. *singulas libras lini* (debent) *Scutatores scuta* XII. *et una Fabrica.* Extractum computi anni 1327. Histor. Dalphin. tom. 2. pag. 216 : *Cum Dominus veniret de Jostis Tollini solvit pro Fabrica* XXI. *den.* Hoc est, pro calceando equo, qua notione non semel accipitur vox *Fabrica* in Instrumentis Dalphinalibus.

¶ 4. FABRICA, Proventus Ecclesiæ, illius reparationi aliisque divinum cultum spectantibus destinati, Gallis *la Fabrique.* Addit. 4. ad Capitul. cap. 58 : *Quod in*

Digitized by Google

unaquaque ecclesia cui Episcopus præest, quatuor tam de reditibus quam de oblationibus fidelium fieri debeant portiones; ut una sit Episcopi, alia clericorum, tertia pauperum, et quarta Fabricis ecclesiasticis adplicetur. Litteræ Caroli VI. Franc. Regis ann. 1385. inter Anecdot. Marten. tom. 1. col. 1614: *Interdum contingit, ut in Ecclesiis in quibus Prælati fructus, reditus et proventus unius anni, et Fabrica fructus alterius anni percipere consueverunt.* Testamentum ann. 1423. apud *Blount* in Nomolex. Angl. : *Item lego Fabricæ ecclesiæ cathedralis Hereford.* XII. *den. Item lego Fabricæ capellæ B. Mariæ de Bromyard* XL. *den. Fabrica Ecclesiæ*, in Obituario Morinensi f. 32. Occurrit præterea apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 430. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 6. col. 2. pag. 19. col. 2. etc.

* *Frabrice*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1476. ex Reg. 204. Chartoph. reg. ch. 183 : *La Fabrice de la parroisse de Maille, etc.*

¶ FABRICALES LITTERAS appellat Clemens IV. Papa ann. 1267. in Epistola ad Archiepiscopum Hispal. inter Anecd. Marten. tom. 2. col. 476. Litteras quibus Rom. Pontifex Regi concederet licentiam accipiendi partem proventuum ad *Fabricam Ecclesiæ* pertinentium.

¶ FABRICALES DECIMÆ, Ead. notione, ibid.

¶ **FABRICARE**, Clavis figere. Acta SS. Aurei et Sociorum Mart. Junii tom. 3. pag. 51 : *Deinde duxit eos ad nemus... et eos ibi Fabricari fecit ad duas arbores, cum catenis et compedibus per fabros, ponens duos custodes super arborem.*

¶ **FABRICARIUS**. Gloss. apud Martinium in Lexico : Ξύλα ἐργάσιμα, *Ligna Fabricaria.*

* **FABRICATOR**, Cui ædificiorum cura demandata. Charta Jacobi Adriens. episc. ad calcem Stat. Mss. eccl. S. Laur. Rom. : *Qui tres scilicet canonicus et duo laici eligendi, vocentur magistri operarii seu magistri Fabricatores ecclesiæ S. Laurentii in Damaso.*

¶ **FABRICATOR** Ecclesiæ, Ædis sacræ procurator, Ædituus, Gall. *Marguillier.* Index MS. beneficiorum Ecclesiæ Constant. fol. 89. verso : *Decem libras Turon..... levandas super communiam ejusdem Canonici, si contigerit ipsum residentiam personalem facere; sin autem, supra fructibus prebendæ capientur per Fabricatorem Ecclesiæ.* Vide *Fabricerius.*

FABRICATURÆ, Vasa aurea aut argentea, aurum omne, argentumve factum, aut in vasa conflatum, in Formulis antiquis apud Lindenbrog. 49. 67. 72. 75. 77. 78. 33. in Formula 18. ex Baluzianis, Form. 82. ex Andegavensibus, etc. Gesta Regum Francorum cap. 13 : *Aurum quoque multum et argentum, Fabricaturasque speciosissimas tradens Legato, etc.* Primum Testamentum Widradi Abbatis Flaviniacensis : *Et quod superius memorari debueramus, tam aurum, quam argentum, vel reliquas Fabricaturas seu ministeria Ecclesiæ, etc.* [Litteræ Deodati Clerici pro Monasterio Sithiensi ann. 32. Caroli Regis ex Archivo Audomar. : *Fabricaturas Ecclesiarum auro argentoque, drappalia, etc. vobis per venditionis titulum, accepto pretio, Ecclesiæ vestræ a die præsenti transfirmo.* Extenta jurium Comitis Sabaudiæ ann. 1309. tom. 1. Histor. Dalphin. pag. 86 : *De quolibet vendente..... caseos, coria, Fabricaturam auri, cyphos, etc.*]

¶ **FABRICATUS** Testis, Subornatus, Gallice *Suborné*, in Depositione variorum testium coram Officiali Rotomag. ann. 1395. ex Archivo B. M. de Bono-Nuncio Rotomag.

FABRICENSES, Qui in sacris fabricis arma cudebant et fabricabant, de quibus est titulus in Cod. Th. (10, 22.) et Justin. (11, 10.) quorum Præpositi, *Primicerii Fabricæ* dicebantur. Erant Fabricæ et Fabricenses sub dispositione Magistri officiorum. Vide Cujac. Gothofred. etc.

¶ **FABRICERIUS**, Æditimus, Curator ædis sacræ, Gall. *Marguillier.* Diploma anni 1530. in Dissertatione V. Cl. Muratorii tom. 2. Anecd. pag 315 : *Convocatis... venerabilibus Canonicis et Fabricerius sacelli S. Johannis Baptistæ Modoetiæ .... cupientesque ..... Canonici et Fabricerii huic honesto voto satisfacere, etc.* Vide *Fabriquerius.*

* Nostris alias *Fabriqueur, Frabriceur*, et *Fabrisseur.* Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 215 : *Jehan Pinart procureur et Fabriqueur de la parroisse de la Revestizon, etc. Jehan Mareschal Fabrisseur de la parroisse de Maille*, in aliis ann. 1476. ex Reg. 204. ch. 183. Infra : *Fabriceur de ladite parroisse.*

FABRICIÆ Buccellæ, Gall. *Oublie.* Vide *Nebulæ.*

¶ **FABRICINA**, Officina ubi faber operatur. [** Vel potius ipsa opera in hujus officina fabricata. Guerard.] Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 72. v°. col. 1 [** Brev. 13. sect. 104.] : *Hado faber prosolvit medietatem mansi de Fabricina sua.*

FABRICINIUM, Idem quod *Fabricatura.* Capitula Caroli C. tit. 31. [** Edict. Pist. ann. 864.] cap. 23 : *Aurum vel argentum, vel quodcumque Fabricinium ex auro vel argento, etc.* Occurrit ibi iterum.

¶ **FABRICORA**, *Proverbium in eos qui domesticis alimentis usi cum aliis laborant.* Papias. MS. Bituric. habet, *Fabicora.*

FABRI Grossarii, Ferrarii, vel ærarii, ut vocantur a Plinio lib. 34. cap. 8. In Statutis antiquis Abbatiæ Corbeiensis lib. 1. cap. 1 : *Fabri grossarii sex, artifices duo.* Vide in *Grossarius.* [** Germ. *Grobschmid.* Adel.]

FABRILES Uvæ, Fumi vapore siccatæ. Cælius Aurel. lib. 4. Chron. cap. 3 : *Item Uva, et magis fumi vapore siccata, quam Fabrilem appellant.* Adde lib. 2. cap. 7. 13. lib. 3. cap. 2.

* **FABRILITER**, Fabri arte. Charta ann. 1315. ex Bibl. reg. : *Ostia dictæ turris prius firmata,.... Fabriliter aperiri fecerunt, et amotis serraturarum præpediis, introierunt ibidem.* Utitur Prudent. Apotheos. v. 519.

FABRILLA, et Fabrissa, *Uxor fabri*, Ugutioni et Joanni de Janua. [* Vide supra *Faberculus.*]

¶ **FABRIQUERIUS**, ut *Fabricerius.* Synodus Oriolana ann. 1600. tom. 4. Concil. Hisp. pag. 737. col. 2 : *Fabriquerios qui fabricæ ecclesiasticæ præficiantur, homines divites, pecuniosos, conscientiæ integritate insignes .... eligant, quibus fabricarum redditus .... et totius anni proventus committantur. Fabriquerii collectos fructus absque majori consensu Parochianorum ... minime vendant; et elapso annuali munere, intra mensem accepti et expensi rationem reddant.* Vide *Fabricator.*

FABRIRE, Fabricare. Fortunatus lib. 2. Poem. 8 :

Quod nullus veniens Romana gente Fabrivit,
Hoc vir barbarica prole peregit opus.

* **FABROSUS**, *Verboso.* Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide supra *Fabolari* et mox *Fabulare.*

1. **FABULA**, Pactum, conventio, *Pourparler.* Glossarium vetus : *Fabula, id est, pactum conditionis.* Quo notione vocem hanc usurpat non semel Lex Longobard. lib. 1. tit. 9. § 9. tit. 23. § 2. tit. 30. § 3. lib. 2. tit. 1. § 1. Leges Rotharis Regis tit. 53. 65. tit. 105. § 30. etc. apud Heroldum. [** Roth. 144. 351. 191. 178. Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 433.]

In Foris Hispanicis lib. 3. tit. 1. § 6. lib. 5. tit. 2. § 4. dicitur ille *morir sen fabla*, seu *mori sine fabula*, qui moritur intestatus, tabulis testamenti non confectis. *Mori sine lingua*, apud Tyrium. Vide *Gamales*, et *Inordinatus.*

2. **FABULA**, pro Rumore, apud Senecam lib. 3. de Benefic. cap. 23. et aliis locis, S. Hieronymum Ep. 33. ad Castrutium, Tertullianum Apologet. cap. 21. etc. Fortunatus Carm. ad Justinum Imp. :

Currit ad extremas fidei pia Fabula gentes.

Epistola Sigeberti Regis ad Desiderium Episc. Cadurcensem tom. 1. Hist. Franc. : *Dum Fabula currente a pluribus et fidelibus nostris cognovimus, etc.* Gregorius Turon. lib. 5. cap. 49 : *Fabulam fingit, quod Guntrannus Rex capere vellet Turonicam civitatem.*

3. **FABULA**, Historia, narratio. Vita S. Eparchii Abbatis Inculism. cap. 17 : *Fabulas eremitarum eis sæpius exponebat.* [Fortunatus Presbyter in Vita sancti Medardi Episcopi, apud Acherium Spicil. tom. 8. pag. 410 : *Vos, vos, inquam, qui dicimini Pastores, Abbates, Rectoresque Ecclesiarum, vos, hæc Fabula, non fabula, sed res veraciter gesta respicit, vos instruit, vos ammonet, etc.*]

FABULARE, *Fabulari*, Confabulari. Gloss. Lat. Gr. *Fabulat*, μυθύεται, λαλεῖ, κωμῳδεῖ. Italis *Favellare*, Loqui. [** Hispanis *Fablar*, hodie *Hablar.*] Regula S. Cæsarii ad Virgines : *Dum psallitur, Fabulare omnino, vel operari non licet.* Vetus Charta apud Beslium pag. 388 : *Nunciansque Hugoni ut invicem Fabularentur.* Alia Alfonsi Regis Castellæ, æræ 1129. apud Anton. *de Yepez* tom. 6 : *In sua vita, in quantum cum loquela sua poterit Fabulare.* Occurrit etiam in Synodo Rom. sub Eugenio II. PP. cap. 15. apud Joann. Sarisber. Ep. 190. in Vita S. Samsonis Episc. Dolens. lib. 1. cap. 23. 55. in Epistola scripta sub nomine Jesu Christi sub Carolo M. etc. Atque hac notione vox ista non semel usurpatur a Plauto. *Fabulas conferre*, dixit Capitolinus in Pertinace ; *Fabulæ privatæ, literatæ*, pro privatis ac doctis sermonibus, Lampridius in Heliogabalo, et in Alexan-

Digitized by Google

dro Severo. [** Marius Mercator pag. 353 : *Si passus est, quomodo impassibiliter? Si impassibiliter, quomodo passus est? Fabulemur ineffabiliter, ut sentiatur insensibiliter.*]

* *Flaboier*, pro Fabulas narrare, nugas dicere, apud Guignevil. in Peregrinat. hum. gener. Ms. :

Qu'est che, a dit le paisant,
Que m'alez vous chi Flaboiant?

¶ **FABULARIUS**, Fabulator, qui scribit vel narrat Fabulas. Lambert. Ardens. apud Ludewig. tom. 8. pag. 473 : *Tot et tantorum ditatus est copia librorum, ut Augustinum in Theologia, Areopagitam Dionisium in Philosophia, Millesium Thalem Fabularium in nenis Gentilium, in cantilenis gestoriis sive in eventuris nobilium, sive etiam in fabellis nobilium, joculatores quosque nominatissimos æquiparare putaretur.*

¶ **FABULATORIUM**, Locus Monasterii, ubi Fratres confabulantur. Utitur Martinianus Monachus a Mabillonio laudatus tom. 3. Annal. Bened. pag. 324.

* **FABULATORIUS**, Superfluus, inutilis. Stat. comitat. Venais. sub Clem. PP. VII. ex Cod. reg. 4660. A. cap. 23 : *Quia in testium attestationibus ordinandis, aliqui ex dictis notariis.... verbis Fabulatoriis, infructuosis utuntur, statuimus quod verba superflua omittendo inantea, etc.*

FABULO. Gloss. Isid. *Fabulas componens. Fabulones, fabularum inventores.* Utitur Macrobius lib. 2. Saturn. cap. 1. [** Ubi alii legunt *Sabulo*. Vide Forcell. in hac voce.] [Glossar. Sangerman. num. 501. habet : *Fabulonus, Fabularum inventor.* Vide Lexicon Hofmanni. Nostri *Fableor* dixerunt. Vetus Poëta MS. e Bibl. Coislin. :

Un Roi un Fableor avoit
A qui deduire souloit.]

* **FABULOSE**, Fabulando, Gall. *Dans la conversation.* Fragm. Hist. Brit. Armor. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 49 : *Accedens* (Nomenoius) *Ad Conoveum monasterii Redoni abbatem, virum simplicem et innocentem, et sub specie veritatis illum seducens, exposuit illi Fabulose, ut erat alloquax, de dignitate regni Britanniæ.*

FACCES, *Lenticula aquatica*, in Gloss. MS. ad Alexandrum Iatrosophistam. Vide *Falcata.*

* **FACCINERIUS**, Fascinator, præstigiator, alias nostris *Facinier*. Lit. cujusdam inquisit. ann. 1432. apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 162 : *Ager Dominicus ibidem quasi squalet incultus, licet magnas executiones de multis hæreticis et Faccineriis fecerim a duobus annis.* Lit. remiss. ann. 1455. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 109 : *Le pere des supplians venant de la ville de Riom.... commença à crier aux supplians,.... tuez ces ribaulx Faciniers et Facinieres.* Aliæ ann. 1456. in Reg. 189 ch. 87 : *Estoit commune renommée ou pais qu'icellui Jehan estoit sorcier et Facinier.* Vide *Fachinerarius.*

¶ **FACECITAS**, Elegantia. Vita S. Galterii Abb. auctore Monacho ejus discipulo, inter Acta Sanctorum Aprilis tom. 1. pag. 757 : *Non hic attendas dictorum Facecitatem, aut verborum rusticitatem, sed rei quam narraturus sum veritatem.* Vide *Facetia.*

FACELLA, dimit. a *facula*, uti hoc a *face*, vox Petrarchæ et Danti nota, *Faccellina*, Senensibus. Occurrit in Actis S. Tharaci Martyris. Pachymeres lib. 6. cap. 31 : Φακέλλους ἐκ παπύρων ποιήσαντες.

FACELLA, apud Lampridium in Heliogabalo, quid sit, vide apud Casaubonum.

* **FACELLUM**, *Lo cicero*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

* **FACEMINÆ**, *Cantilenæ, quas cantant mulieres pro pueris dormientibus, vel pro sopiendo pueros.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 521.

FACENDEIRA, [Cultura prædii rustici, species *corvatæ*, ab Hispan. *Fazer*, Facere, operari.] Charta Aldefonsi Regis Castellæ æræ 1218. in Histor. Segoviensi cap. 18. § 2 : *Absolvo etiam omnes Clericos et Sacerdotes totius regni mei ab omni Facendeira, et fossadeira, et posta, et qualibet alia pecta in perpetuum.* Vide *Fazenda.*

* **FACENDERA**, Servitii seu *corvatæ* species. Charta Ildef. reg. Castel. inter Acta SS. tom. 6. Jul. pag. 55. col. 1 : *Essent excusati et absoluti ab omni alio pecto et Facendera in toto regno.* Alia ibid. col. 2 : *Facenderam faciant in civitate Toleti.*

1. **FACERE**, Commorari. Exodi cap. 34 : *Fecit ergo ibi cum Domino Moyses 40. dies et 40. noctes, etc.* Papianus in leg. Miles, ad leg. Jul. de Adulter. (lib. 48. tit. 5. fr. 11. § 5.) : *Ne sibi computarentur dies, quos in custodia Fecisset.* Adde leg. 14. D. de Statu lib. (40, 7.) In Monumentis Christianis : *Fecit annos* XX. *etc* pro *vixit*, passim habetur, apud Gruterum 447. 3. 838. 12. 842. 7. 1051. 1. 1176. 9. In Actis Apostol. cap. 18 : Ποιήσας χρόνον τίνα. Et cap. 20 : Ποιήσας τε μῆνας τρεῖς. Occurrit hæc loquendi formula non semel apud Scriptores, Senecam Epist. 67. Capitolinum in Maximo, Julianum Antecess. Constit. 15. § 57. in Collat. Carthag. cap. 142. apud S. Jacob. Ep. 4. in Actis S. Theogenis Mart. n. 12. S. Fructuosi n. 2. in Actis SS. Nicandri et Marciani apud Carracciolum sub finem, apud Gaufridum lib. 2. de Vita S. Bernardi cap. 3. Anastasium Bibl. in S. Marcello PP. in Hist. Eccl. pag. 77. 99. Domnizonem lib. 2. cap. 18. Lupum Ferrar. Epist. 4. etc. Vide Glossar. Pithœi ad Julianum Antecess. [** et Marin. Pap. Diplom. num. 73. not. 34.]

Ubi Fecit mensis talis dies tot, etc. Loquendi formula frequens in Actis quinti et sexti sæculi, pro diei ac mensis charactere. Nicetius Episcop. Epist. 2. tom. 1. Concilior. Gall. pag. 323 : *Per festivitatem S. Martini, quam undecima die Facit November.* Vetus Epitaph. in Monast. S. Crucis Burdegalessis : *Hic requiescit bone recordationis humilis KPI. Monmolenus, qui vixit annus* CCC. (circiter) *septuaginta, aput quem nullus fuit dolus malus, qui fuit sene ira jocundus, hoc est accepit transitum sub die* VI. *Iidus Agustas, ubi fecit Augustos dies septem, anno* V. *regnum Donni nost. Chlodovei res* †. Alia bina Epitaphia conjugum paris, inventa in Ecclesia S. Acheoli juxta Ambianum ann. 1660 : †. *Leudelinus hic requiescit in pace, vixit annus* L. *defunctus est ubi ficit genar. dies* XV. †. *Valdolina hic requiscit in pace, vixit annus* XXX. *defuncta est, ubi Ficit Julius dies* XXVIII. Tabular. S. Cyrici Nivern. ch. 28 : *Theotbaldus scripsit et dictavit in mense Octobris ubi Fecit dies* 13. *anno* 1. *regnante Ludovico Imperatore.* Hujusmodi diem et mensem adscribendi formulas similes proferunt placita vetera optimæ notæ, quæ Jo. Mabillonius eruit ex veteribus corticeis membranis Monasterii S. Dionysii, quas una cum eodem viro doctissimo ac humanissimo videre contigit in Chartophylacio ejusdem Monasterii ann. 1671. et tom. 4. Actorum SS. Ord. S. Benedicti inseruit pag. 617. 618. 620. Ea autem fere semper ita clauduntur : *Datum quod Fecit mensis Augustus dies duodecim. Datum, quod Fecit mensis Junius dies quinque, etc.* Vide Vitam Aldrici Episc. Cenoman. num 69. et Acta Episcopor. Cenomanensium tom. 4. Analector. Mabillonii, ubi hæc formula passim occurrit. [et infra *Quod fecit.*]

2. **FACERE**, Gall. *Faire avec quelqu'un*, hoc est, Rem conficere, negotium peragere, pacisci. Gregorius M. lib. 2. Ind. 2. Epist. 32 : *De Neapolitana vero urbe . . . vobis indicamus, quia ut cognovimus, cum Arnulpho se Fecit, et reipublicæ contra fidem venit.* Anonymus Barensis in Chr. ann. 1073 : *Et secundo die intrante Febr. Fecit cum ipso Duce.* An 1089 : *Mortuus est Urso Archiep. et electus est Helias, et Fecit Bari cum Boamonte.* Idem ann. 1080 : *Ipse Dux Fecit fine cum Bari, et mense Aprili Fecit Taranto cum illo et Trane.*

¶ 3. **FACERE**, Colere, arare. Capitul. de villis cap. 8 : *Ut judices nostri vineas recipiant nostras, quæ de eorum sunt ministerio, et bene eas Faciant.* Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 27. verso col. 1 : *Radoardus lidus et uxor ejus lida . . . Faciunt in vinea arpen.* IIII. *in unaquaque ebdomada et curvadas* II. Ibid. fol. 28. col. 2 : *Macebodus colonus. . . Facit in vinea dimid. arpen. et Facit ortum dominicum.* Donatio anni 1164. apud Acherium Spicil. tom. 8. pag. 196 : *Adhuc etiam dederunt terram illam quæ est ad Rocum caducam, quam Faciunt Pontius Balzans et Pontius Alonis, et terminatur, etc.*

¶ 4. **FACERE**, Dare, præbere. Charta Geraldi Abb. S. Johannis Angeriac. ann. 1385. ex Chartulario ejusd. Monasterii pag. 458 : *Item qualibet die pro Fratribus mortuis nominatis in Capitulo debet Facere dominus Abbas et vinum in refectorio de Conventu.* Ibid. pag. 459 : *Item Camblentus debet Facere per medietatem Quadragesimæ .... centum pauperibus cuilibet duo allecia.* Item pag. 460 : *Debet Facere judellos et scutellas et tersoria ipso die ad faciendum Mandatum.* Rursum occurrit pag. 464.

¶ 5. **FACERE**, Tradere vel disponere. Leges Luitprandi Regis [** 64. (6, 11.)] apud Murat. tom. 1. part. 2. pag. 64. col. 1 : *De eo præcipimus, qui filiam in capillo in casa habuerit, et filium non reliquerit legitimum, ut de rebus suis amplius per nullum titulum cuicumque per donationem, aut pro anima sua Facere possit, nisi partes duas, tertiam vero relinquat filiæ suæ, sicut gloriosissimus Rotharis Rex disposuit.*

¶ 6. **FACERE**, Dicere, affirmare. Leges Rachis [** 3.] tom. 1. part. 2. apud Murat. pag. 86. col. 1 : *Si quis Langobardus qualemcumque hominem aldium aut servum*

Digitized by Google

suum Facere voluerit (i e. suum esse voluerit contendere) *et ipse ad palatium venerit ad proclamandum.*

7. FACERE AQUAM dicitur navis, quam aqua per rimas occupat : phrasis Gallica, *Faire eau*. Vita S. Deivotæ Virgin. apud Vincentium Barralem : *Ipsa autem navicula, quia fuerat destituta et sicca in littore, Faciebat multam aquam in sentina sua, etc.*

¶ 8. FACERE HOMINES, Milites conscribere, Gall. *Lever les troupes, Faires des hommes*. Occurrit apud Rymerum tom. 3. pag. 540. col. 2.

¶ 9. FACERE INDE, Inde recedere, apud Bernardum Monachum Ord. Cluniac. part. 1. cap. 34. [** Facere, Proficisci, apud Tertull. de Pallio cap. 3. *Ad illum Facit*, ubi alii legunt *vasit*.]

¶ 10. FACERE LECTUM, Gall. *Faire un lit*, Lectum sternere. Processus de Vita S. Yvonis, Maii tom. 4. pag. 557 : *Lectos ipsemet Faciebat et cubabat eosdem* (pauperes.)

11. FACERE LITERAS, Dare, mittere, scribere ad aliquem. Lupus Ferrar. Epist. 7 : *Feci autem literas ad Audoinum de tua reversione*. Saxo Grammat. lib. 13 : *Literas ad Lotharium Facit.*

¶ 12. FACERE NIHIL, Nulli esse obnoxium oneri. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 55. verso col. 1 : *Sivaldus tenet dimidium pratum, habebat de terra arabili bun. VI. et Nihil inde ante Faciebat. Remigius tenebat pratum 1. et Nihil Faciebat.* Vide *Nihil fecit.*

¶ 13. FACERE SE AD UNUM. Privilegium Ferdinandi Gonzalez pro Monasterio S. Æmiliani, inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 177. col. 1 : *Domus octo Faciunt se ad unum* : hoc est, habentur quasi una, seu uni et eidem obnoxiæ sunt præstationi.

* 14. FACERE, Esse. *Fecit* pro Fuit, apud Greg. Turon. Hist. Franc. lib. 3. cap. 37 : *Gravem eo anno et soltto asperiorem hyemem Fecit.* Galli dicimus : *Il a fait un grand hiver. Faire que fol*, pro Stulte agere, in Lit. remiss. ann. 1390. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 232 : *Avez fait que fol de ce faire : car vous n'y avez riens gaignié. Faire*, valere, se habere sonat, in aliis Lit. ann. 1389. ibid. ch. 108 : *Le seigneur d'Estouteville demanda comment le Faisoient le seigneur et la dame de Momnotrency, cuidant que icelluy Robert feust à eux.*

* 15. FACERE, Assignare, statuere. Scacar. apud Cadom. ann. 1234. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 27. v°. col. 1 : *Quando domina petit dotalium suum, reus non habebit nisi unam essogniam; et post defautam, citabitur reus ad assisiam; et si venerit, dabit defautam et Faciet dotalium; si non venerit, rex Faciet.*

* 16. FACERE, Cantare. Acta Mss. capit. Paris. : *De funeralibus reginæ Franciæ cum omnibus cæremoniis 15. Febr. 1513. Missam decantavit reverend. dom. Cenomanensis : archiepiscopus Lugdunensis evangelium Fecit, cui assistebant abbas S. Genovefæ et Guillelmus Rector canonicus; epistolam vero dom. Senonensis, cui assistebat abbas de Rota portans librum et Thomas Du Prat canonicus.* Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 509 : *xj. Kal. Januarii Rothomagi Fecimus nostrum O.*

FACERE MISSAM. Vide *Missa.*

* FACERE ANTE ET RETRO, Salutationis apud monachos species. Vide in *Inclinatio* et *Ante et retro.*

* FACERE AUDIRE, Deferre, nunciare. Charta Bern. de Turre in Chartul. Celsinian. ch. 857 : *Si autem ad tempus statutum requirere noluerit, provocabunt eum ad hoc ipsum seniores hujus loci : quod si eos audire noluerit, Facient hoc ipsud michi audire matrique et fratribus, etc.*

* FACERE CAPAS. Vide supra in *Capa* 1.

* FACERE CARNES, l'Ital. *Fare carne*, Prædari, stragem edere, facere sanguinem. Steph. de Infest. Ms. ubi de Innoc. VIII : XXJ. *Januarii* 1486. *die Sabbati de mane, cum quidam armati exivissent portam viridariam, causa Faciendi carnes, obviaverunt hostibus.*

* FACERE CENSUS, Exsolvere, præstare. Lit. ann. 1366. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 678. art. 18 : *Quod liceat emphiteotis dictos census Facientibus, eosdem census, pro precio quo darent alteri, retinere.*

* FACERE SUUM CURSUM, Effectum obtinere. Lit. ann. 1411. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 600. art. 6 : *Pars rea debet, si voluerit, vocari facere emptorem ad videndum oppositionem ipsius, cur incantus non debeat Facere suum cursum.* Vulgo dicimus, *Aller son cours.*

* FACERE DOMINUM, Alicui clientelam profiteri. Judic. ann. 1265. in Reg. *Olim* parlam. Paris. fol. 148 : *Dicebat balliwus quod bona ipsa pertinebant ad dominum regem, secundum consuetudinem terræ, et maxime villæ Feritatis Milonis, in qua pater ipsorum diu burgensis fuerat, et ibi decesserat sine Facere alium dominum infra annum et diem, postquam venit ibidem, per quod factus fuerat homo de corpore domini regis. Se faire à quelqu'un*, Alicujus domesticum et familiarem se dicere. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 98 : *Audriet fut examiné par serment, il repondit qu'il estoit à nostre oncle de Bourgogne; convaincu que non, il se Fist a nostre très-cher et très-amé oncle le duc de Berry; et après convaincu pareillement, il se Fist à nous.*

* FACERE ECCLESIAM, Illam restaurare. Charta ann. 1060. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 151 : *Novimus ex antiquitatis auctoritate institutum, ut si quis Fecerit ecclesiam, per sacrorum seriem apicum futuræ posteritati ratum faciat et notum..... Locum sancti Martini,... qui temporibus priscis sub monasticæ regula religionis viguit, ad priorem statum.... revocare disposuerunt.*

* FACERE FACTA SUA, Petitiones suas in jure allegare et probare Arest. ann. 1371. 30. Aug. in vol. 6. arestor. parlam. Paris. : *In cæteris partes ipsæ non possunt sine factis expediri; Facient igitur facta sua, et inquesta facta curiæ nostræ reportata, fiet jus.* Vide *Factum*, 3.

* FACERE FEUDUM. Vide infra in *Feudum.*

* FACERE FICUS. Vide infra in *Ficha* 2.

* FACERE FILIOLUM, Puerum e sacro fonte baptismatis suscipere. Vide infra in *Filiolagium.*

* FACERE FIRMUM, SE FORTEM, vulgo *Se faire fort*, Spondere, in se recipere. Terrear. Apchon. : *Johannes Borghade filius... pro Petro Borghade ejus patre, pro quo promisit Facere firmum et de rata habendo, etc.* Ibidem : *Pro quo se fortem Fecit et promisit Facere firmum, etc.* Vide in *Fortis.*

* FACERE HABERI, Gall. *Faire avoir*, Recuperare, restituere. Charta ann. 1221. ex Lib. albo episc. Carnot. : *De meriagio dicimus, quod episcopus debet ibi habere suum servientem, et de collecto meriagio habebit episcopus partem suam et major suam; et si fuerit defectus in meriagio, debet hoc serviens episcopi monstrare majori, et major debet Facere haberi defunctum eumdem.*

* FACERE HONOREM, Honorare, vulgo *Faire honneur*. Chron. Bergom. ad ann. 1386. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 855 : *Et fecerunt fieri pro Faciendo honorem cuique plus quam centum tortas, etc.*

* FACERE ICTUM, Petitionem conjicere, Gall. *Porter un coup*. Lit. remiss. ann. 1359. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 284 : *Volens ictum, quem dictus Erailli Facere volebat, impedire, manus suas..... obviam dicto gladio levavit, ita quod dictum ictum totaliter impedivit.*

* FACERE INVIDIAM, Phrasis Gallica, *Faire envie*. Acta Mss. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 36. r° : *Videbat quod dicti homines portabant in zonis suis cultellos seu ganivetos, qui sibi multum placebant et Fecerunt ei magnam invidiam.*

* FACERE NATURAM, Semen emittere. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 122. Chartoph. reg. ch. 38 : *Le suppliant confessa, pour doubte d'icelle gehyne et de rigueur de justice, qu'il avoit Fait nature en la bouche d'icelle femme, combien qu'il n en eust riens fait.*

* FACERE SE NESCIENTEM, Italis, *Fare il nescio*, Ignarum agere, rem de qua quis interrogatur, profiteri se ignorare. Inquisit. de forest. Breheval. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 5. fol. 127. v° : *Jureia facta super consuetudine, quam milites et presbyteri, exigunt in foresta Brehevallis per hos milites. Milo de Mesnil, Symon de Mesnil, Radulphus de Felins,.... qui Fecerunt se nescientes.*

* FACERE PARTEM, vox forensis, In aliquem litem intendere, Gall. *Se faire partie*. Charta ann. 1323. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 339 : *Citatis competenter relicta et liberis cæterisque carnalibus amicis dicti Johannis Journet, ad Faciendum partem contra dictum clericum, si sua crediderint interesse.* Vide in *Pars.*

* FACERE PULCRAM FACIEM, Gall. *Faire bon visage*, Aliquem benigno vultu excipere. Acta Mss. Inquisit Carcass. ann. 1308. fol. 36. r° : *Prædicti hæretici Faciebant ipsi testi pulcram faciem, et ostendebant ei signum dilectionis.*

* FACERE SANGUINEM, Nostris, *Faire sang*, Vulnerare, adeo ut sanguis effluat. Charta ann. 1445. in Chartul. Latiniac. fol. 42. v°. : *Icellui de Sasseville d'icellui espie le enferra et navra en la main entre deux doys, et luy Feist sang et playe ouverte.* Alia ann. 1465. ex Chartul. S. Petri Carnot. : *Lesquelz batirent plusieurs desdiz religieux, leur Faisant sanc et plaies, et les mutilans de coups orbes, tellement que mort s'en ensuit en la personne de frere Eustache Choart.*

Digitized by Google

* FACERE TACENTEM, Præstare ut quis ab instituta petitione desistat. Charta ann. 1256. in Reg. 31. Chartoph. reg. fol. 96. col. 2 : *Promiserunt in manu nostra quod ipsi Tacentes Facient Guillemum Gaufridi Pallart defuncti,.... Marquisiam et Mirabilem sorores ejusdem Guillelmi.... ab illo debito, in quo sibi tenemini ratione dicti Gaufridi patris eorumdem.* Vide *Tacitus*.

* FACERE TALITER, Gall. *Faire en sorte*. Vide infra *Taliter*.

* FACERE TANTUM, Phrasis Gallica, *Faire tant*, Tantum elaborare. Charta Guill. *de Hodenc* ann. 1241. ex museo D. *Clairembault : Guillermus Crispini Fecit tantum erga me de terra de Ferrariis, quod exinde ipsam in hominem recepi.*

* FACERE TESTAMENTUM, Illud exsequi, testatoris placita perficere. Charta Henr. II. reg. Angl. pro libert. Norman. in Reg. S. Justi Cam Comput. Paris. fol. 35. r° col. 1 : *Quod clarum fuit et residuum, relinquatur executoribus ad Faciendum testamentum defuncti.*

* FACERE TRANSITUM, Transire. Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 11. r°. : *Cum ipse Faceret transitum per Tarasconem, ivit ad domum Petri de Galacho.. Crastinum de pulcra die recessit.*

* FACERE VIDERI, Oculis subjicere, Gall. *Faire voir*. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 494 : *Ivit ad domum barbitonsoris dictæ villæ ad Faciendum videri et parari parvam plagam, quam ex dicta percussione habuerat. Se faire à veoir*, Venire in conspectum, in aliis Lit. ann. 1393. ex Reg. 144. ch. 266 : *Aucuns de ses amis adviserent icellui Hennequin qu'il se destournast et qu'il ne se Feist point à veoir devant ledit Raoul.*

* FACERE URINAM, Mingere, Gall. *Faire de l'eau*. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 122 : *Invenit dictum Johannem ad hostium patris et matris suorum Facientem urinam.*

* FACERE USAGIUM, Quod ex usu vel consuetudine debetur præstare. Charta ann. 1250. in Chartul. Sabaud. fol. 139. v°. : *Quod si comes poterit probare.... quod dicta guageria sit de feodo suo, dictus Entelmus Faciet ei usagium, ad quod tenetur de consuetudine vel de jure.* Vide in *Usagium*.

FACES. Polyptychus Floriacensis : *Solvit pullos* 3. *cum ovis* 15. *et alios pullos vindemiales cum ovis. Solvit sinapem et Faces.* Vide *Facula*, 2.

* FACESSIA, Urbanitas, comitas. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Facessia, courtiosye, débonnaireté*. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 34. pag. 88 : *Rex quoque, cui nichil generositatis regiæ, seu perfectissimæ Facessiæ defuit, etc.* Vide *Facetia*.

FACETIA, pro *Facundia*. Chunradus de Faberia de Casib. S. Galli cap. 8 : *Non juris Facetia, sed armorum copia, in qua confidebat, etc.* Et cap. 9 : *Post multam Minervæ Facetiam, cum omni dignus potestate clamaretur a cunctis, etc.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Facessia, Courtoisie, élegance, débonnaireté*. Vide *Facecitas* et *Facessia*.]

FACETIA, in singul. pro *Facetiæ*, dixit Apuleius in Apolog.

FACETIARI, Per facetiam aliquid dicere. Proverbium apud Will. Malmesburiensem lib. 1. de Gestis Pontificum pag. 213 : *In proprias laudes Facetiari, jactantia est.*

* FACETUS, Urbanus, bonis artibus et studiis expolitus. Stat. eccl. Constant. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 218 : *Herbertus quosdam canonicorum, qui sibi minus urbani, minusque Faceti videbantur, ab ecclesia Constantiensi radicitus, tanquam illiteratos et inutiles, extrudit.*

** FACEZEIROS, Cervical, pulvinus in quem *faciem* ponimus in lecto collocati, Lusit. olim *Faceiro*. Gall. *Oreiller*. Chart. Monast. de *Tarouca*, apud S. Rosa de Viterbo Elucidarii tom. 1. pag. 425 : *Ita quod faciant de culcitra et de pulvinari Facezeiros pro ad monachos.*

FACHA, Columbæ majoris species, apud Fridericum II. lib. 1. de Arte venandi cap. 9. *Faecha*, cap. 26. *Fakecha*, eodem cap. pag. 62. *Facheta*, cap. 54. pag. 126. Ex Græco φάσσα, *palumbus, palumbes*, in Glossis Gr. Lat. et apud Aristot. et alios.

* FACHARIA, ut *Facheria*, Prædium, quod colitur a colono partiario. Charta ann. 1208. inter Instr. tom. 1. Hist. Nem. pag. 47. col. 2 : *Medietatem Fachariæ seu magistriæ in prædicto molendino.* Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 53. ex Cod. reg. 4659 : *Commune dedit partem suam de molendinis ad Fachariam, ad accaptum.* Vide Mercur. Franc. mens. Oct. ann. 1735. pag. 2225.

¶ FACHERIA, Prædium quod colitur a colono partiario, vel cujus fructus in dominum prædii et colonum æquali portione dividuntur, Massiliensibus *Facherie*. Charta ann. 1395. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Pontius Lobiere Præpositus Tolonensis dat et concedit ad Facheriam, sive rentam, jura, domos, terras, perceptiones, census, servitia, trezena, tascas et arrota, quæ habet in castro de Soleriis.* Fundatio Parthenonis S. Pontii ann. 1205. ex Archivo Cathedralis Massil. : *Quecumque acquisieritis Massilie proprias vel ad Facheriam feceritis, sive ad Facheriam dabitis, etc.* Charta Barrali de Baucio pro Monasterio S. Pontii ann. 1263 : *De cætero non teneamini nec debeatis dare vintenum de aliquibus possessionibus quæ nunc possidetis... ita tamen quod si terras vestras daretis ad Facheriam aliquibus hominibus, nos de parte dictorum hominum debeamus habere vintenum.* Occurrit præterea in Statutis Massil. lib. 2. cap. 29. lib. 3. cap. 32. Vide *Medietarius* et *Partionaria colonia*.

¶ FACHERIUS, Conductor prædii, reive alterius, quam tenet ad *Facheriam*. Conventio anni 1215. inter Abbatem Psalmodii, et Guillelmum et Petrum Ricardum : *Et est sciendum quod Guill. Ricardus et fratres ejus et consobrinus eorum Petrus Ricardus cum Fachertis suis, et debent habere decem vellata in tenemento de Ribaires.* Statuta Arelat. MSS : *Statuimus quod Facherii et alii qui tenent rem aliquam a dominis, teneantur facere dominis copiam transcribendorum Instrumentorum a quibus tenent res prædictas, et versa vice domini Facheriis, qui tenent res prædictas pro eisdem, facere teneantur.* Instrum. anni 1306. ex Archivo S. Victoris Massil. Armar. Massil. 1071 : *Habitatores et Facherii territorii supradicti.* Massilienses vocant *Préfachie* eum qui *facto pretio* aliquid accepit. Occurrit passim in Statutis Massil. Vide *Partionarii*.

¶ FACHETA. Vide *Facha*.

¶ FACHIA, Silva ex arboribus incæduis, Gall. *Futaye*. Libertates S. Palladii in Bitur. ex MS. Coislin. n. 522 : *Item pro quolibet porco lactente, quem habebunt in dicto nemore, quod remanet ad Fachiam, solvant unum denar. Turon. ita tamen quod de quolibet porco lactente, quem habebunt in alto nemore communi et usagiario... nihil solvent.* Vox ducta a *Fagis*. Vide *Fagia*.

* FACHILATOR, Fascinator, præstigiator. Stat. eccl. Castrens. ann. 1358. part. 2. cap. 10. ex Cod. reg. 1592. A. : *Statuimus insuper quod rectores.... denuncient omnes et singulos parrochianos suos usurarios, concubinarios, sacrilegos, divinatores, Fachilatores et maleficos.* Vide supra *Faccinerius* et infra *Falchilla*.

* FACHINATIO, pro Fascinatio. Stat. S. Flori MSS. fol. 59. v°. : *Divinationes, sortilegia, Fachinationos,... et alia quælibet consimilia,... prohibemus. Fachurar, Prov. fascinari. Fachuras, Prov. fascinus*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

¶ FACHINERARIUS, Fascinator, sortilegus, præstigiator, Occitanis *Falchiner*. Statuta Eccl. Biterr. ann. 1342. inter Anecd. Marten tom. 4. col. 651 : *Item, incantatores, augures, sortilegos et sortilegas, aruspices, vel divinatores et maleficos... quos vulgariter Fachillners appellamus.* Statuta Eccl. Nemaus. ejusd. tom. col. 1036 : *Item Fachinerarii et divinerarii, auguratores et facientes experimenta diabolica, etc.*

* FACHINUS, Ital. *Facchino*, Bajulus, gerulus. Correct. stat. Cadubr. cap. 40 : *Non audeant nec debeant Fachini, vel alii merzarii ire per contractum Cadubrii vendendo merces, etc.* Ubi *Fachinus*, idem qui nostris *Porteballe*, Minutarum mercium bajulus. Haud scio an huc spectet vox *Fachart*, in Lit. remiss. ann. 1480. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 570 : *Le suppliant dist à icellui Gerard qu'il n'estoit que ung Fachart.* Forte idem quod *Facheux*, importunus, odiosus.

1. FACIALIS, FACIALE, Orarium, linteum tenue, quo facies extergitur. Gloss. Lat. Græc. : *Faciale*, προσώπιον. Item, Δὸς προσωπίδιον, *da Facialem*. Colloquium Scholasticum, ξύρων, προσώπιον, πυξεμάγιον, λήκυθον, *strigilem, Facialem, pedulem, ampullam*. Hypomnesticum de Anastasio Apocrisiario, inter Anastasii Bibl. Collectanea pag. 259 : *Donata etiam particula sancti orarii, id est, Facialis, quæ sibi fuerat ab eo dimissa.* Martyrol. vetus in S. Timotheo : *Ut cognosci nequirent, Facialibus velantes facies.* Versus inscripti Phylacterio, apud Hermannum lib. 3. de Miracul. S. Mariæ Laudun. cap. 1 :

Spongia, crux Domini, cum sindone, cum Faciali
Me sacrat, atque tui genitrix et virgo capilli.

Φακεόλιον, Græcis recentioribus. Gloss. MS. Reg. Cod. 930 : Θέριτρον, θέριτρον ἱμάτιον, καὶ τὸ βρέπανον, καὶ τὸ φακεόλιον. Pallad. in Hist. Laus. : Οὐκ ὀθόνην ἐφόρεσεν ἐκτὸς φακεολίου. Adde Nomocanonem editum a Jo. Bapt. Cotolerio cap. 50. et quæ ibi observat vir doctissimus, ut cæteros Glossographos.

Digitized by Google

* 2. **FACIALIS**, Ad faciem spectans. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1334 : *Hic* (Benedictus XII.) *decretalem edidit quæ incipit : Benedictus Deus in donis suis, ad decisionem quæstionis inter theologos diucius agitatam de Dei Faciali visione sanctorum et aliorum beatorum ante diem judicii.*

FACIALITER, Secundum faciem. Stephan. Juliacus in Vita B. Coletæ n. 8 : *Inturbatur vero Facialiter duobus decorata coloribus, albedine scilicet et rubedine.* [*Facialiter notus*, in Lexico Phil. Goclenii.]

* **FACIBILIS**, Qui fieri potest. Reg. sign. *Pater* Cam. Comput. Paris. fol. 136. r°. col. 2 : *Licet præmissa difficilia sint, sunt tamen Facibilia, sicut credit, si fuerint cum diligentia prosequta.*

¶ **FACIENDA**. Vide *Fazenda*.

1. **FACIES** Ecclesiæ, Ostium, limen. Wllelmus Neubrigensis lib. 3. cap. 26. de Alienora Aquitana Henrici III. Regis Angliæ conjuge : *Solutamque a lege prioris viri, in Facie Ecclesiæ, quadam, ut ita dicam, illicita licentia, ille mox suo accivit conjugio.* Formula nostris trita : *Se marier en Face de sainte Eglise.*

¶ 2. **FACIES** pro *Fascia*, Tæniola transversa scuti gentilitii, Gall. *Fasce*. Diploma Maximiliani Augusti, quo Episcopum Cameracensem Ducem creat, inter Instrum. tom. 3. novæ Gall. Chr. col. 8 : *Videlicet scutum quadripartitum habens in superiori dextra et inferiori sinistra, in campo argenteo tres Facies rubeas, latas, manubriis brevibus rubeis.*

¶ 3. **FACIES** Gladii, ut in sacris Scripturis *Os gladii*, Acies, Gall. *Fil de l'épée*. *In Facie gladii ceperunt* (civitatem) in Ogerii Panis Annal. Genuensibus ad ann. 1204.

¶ Facies Raspata, Præ ira rugis sulcata. Chronic. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 560 : *Dux autem ipse, quia juvenis fortis erat et levis, visis insidiis suæ mortis, viriliter manibus se defendens, atque horribilibus vocibus, evasit manus illorum, excussis crinibus aureis et Facie raspata.* Vide *Raspare*.

* **FACIETAS**, mendose pro Societas, in Lit. Caroli IV. imper. ann. 1355. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 186. col. 2 : *Ut dum Facietates quæstusque in Italia surgere contigerit, se mutuo... coadjuvent ad exterminandum congregationes hujusmodi.*

¶ **FACIETERGIUM**. Vide *Facitergium*.

* **FACILETUM**, ut *Facitergium*, Mappa, qua facies tergitur, in Act. MSS. monast. S. Arbogasti Argent.

* **FACILIS**, Præceps, inconsultus, ingenio fervidus. Greg. Turon. Histor. lib. 2. cap. 27 : *Unus levis, invidus ac Facilis, cum voce magna, elevatam bipennem urceo impulit, etc.*

¶ **FACILLA**, Falcula, Gallis *Faucille*. Privilegium Ledwini Abb. S. Vedasti Atrebat. de censu ann. 1036. e Chartulario V. ejusd. Abbatiæ pag. 243 : *Qui vendit hastas, in anno* 1. *hastam; qui Facillas vendit, in anno* 1. *Facillam : qui ferrum palarum, in anno* 1. *ferrum*. Catalecta veterum Poetarum de pictura mensium :

> Augustum penitus torret Phaetontius ardor,
> Quem reerat fessum gello, Facilla, melo.

Sic legendum puto, non *tabella* pro *Facilla*, ut emendat Grævius ad Glossas Isid. in vocibus *Baucatem* et *Gellonem*.

FACILLARE. Vita S. Deicoli Abbatis Lutrensis n. 35 : *Cumque nefas tale cresceret, et nemo esset, qui Facillaret, quasi licenter miserum caput tanto utebatur incestu.* Ubi Bollandus, *Facillare, est quasi fauces aperire*, i. cum nemo esset, qui de his ne quidem hiscere auderet. [A *Facilla* dictum puto *Facillare*, quod sit quasi *Facilla* secare, unde *Facillare* eo loci resecare facile interpretarer, i. cum nemo esset, qui exortum malum strenue compesceret.] Alias *Facillare, est strangulare, sive fauces opprimere*, [a *fauce* quasi *Faucillare*. Gloss. Lat. Græc. : *Facillare*, σφαγγάλιαι.]

¶ **FACILLATURA**, Omne segetum genus *facilla* secatum. Engelb. *Maghe* in Chronico Bonæ-Spei pag. 124 : *De Facillatura fratres de Corires de messoribus suis duas partes eidem Gillardo dabunt et tertium sibi retinebunt.* Ibidem pag. 176. in Sententia arbitrali : *Des debas ki estoient entre segneur Nicholon... l'Abet et le Convent de Bonne-Esperance... des deux parties dou Facillage de ces terres.*

FACILUS, Faculus. Testamentum S. Everardi Comitis apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 21 : *Spatham unam cum aureis hilcis, et cuspide aurea, et Faculum unum de auro et gemmis, baltheum unum, etc.* Infra : *Spathas duas, unam cum hilcis argenteis et aureis simul, Facilum de argento et auro unum, baltheos, etc.* Mox : *Alterum Facilum cum gemmis aureum.* [*Facilum* interpretantur Pugionem, Gall. *Poignard*. Vide ejusdem Miræi Diplom. Belg. edit. 1723. pag. 21.]

FACIMA, Favena. Charta ann. 1207. apud Ughellum tom. 7. Ital. Sacr pag. 594 : *Si ipse Presbyter* 8. *Facimas de musto et puteolo minus ab eodem Monasterio habuerit,... liceat ipsi capere de rebus ipsius Monasterii, quantum minus fuerit ipsius* 8. *Favenis de musto et puteolo, etc.*

¶ **FACINA**. Litteræ Archiepiscopi Ebredun. ann. 1290. Hist. Delph. tom. 2. pag. 54 : *Concedimus Bonino Meynerii et Johanni Boni de Bergamo, ad fodiendum et operandum quandam argenti fodinam .... ut menam, quam inde extraxerint, possint et debeant ducere in terram nostram et non alibi, et facere fornellum, molendinum, et etiam Facinam suam in territorio Ciliaci... et operari et affinare ipsam menam, et fundere et probare expensis suis propriis.* Legendum foret *Fabrina* vel *Fabrica*, Gall. *Forge :* haud scio tamen an mendum sit, cum

¶ Facinaria, Eadem notione, ut videtur, occurrat in Chartular. S. Sulpitii Bituric. f. 27 : *Cum cazis, casualibus, curtifaris, vineis, campis, pratis, pascuis, officinis, Facinariis.* At f. leg. *Farinariis.*

* **FACINORITAS**, f. pro *Facinorositas*, Scelus. Lib. 1. rer. Danic. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 127 : *Accusari curavit legitimis modis archiepiscopum Upsalensem gravibus irretitum criminibus, depositione dignis, convictum, aut Facinoritate, aut aliis competentibus viis, quibus possunt crimina inclarescere.*

* **FACIO**, pro *Factio*, fabrica. Comput. eccl. Paris. ann. circ. 1381. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Item quærendi aessellas cum merreno, pro Facione portæ granchiæ.* Vide *Factio*.

* **FACIOLUS**, Leguminis species, phaseolus, Ital. *Fagiolo*, Barel. serm. in Septuag. fol. 2. v°. col. 1. edit. ann. 1527 : *Nepos unius cardinalis ingressus ordinem grossa legumina et male condita comedebat; dum interrogaretur a cardinali quid comedisset per multos dies, fabam, inquit et Faciolos.*

¶ **FACIONARIUS**, σοσκιναστής, in Gloss. Lat. Græc. Sangerman. Laurentio in Amalthea *Facionarius*, idem est qui Factiosus. Vide *Factionarii*.

* **FACIONATUS**, Polonici fori vox. Stat. confirm. ann. 1505. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 330 : *De termino facietenus, alias Facionato. Item terminus facietenus datus, alias qui Facionatus dicitur, in una septimana dari debeat, sic dum res aliquæ arrestantur cum ministeriali, tamen si non restituit ille apud quem fit arrestatio, ponit terminum ministerialis illi, apud quem est arrestatio facta, comparendi coram capitaneo in una septimana. Citatio* seu in jus vocatio videtur, quæ personam *citatam* alloquendo fit, non scripto; aut ita ut ipse per se respondere teneatur. Vide in *Citatio*.

¶ **FACISTERCULUM**, Facistergium. Vide *Facitergium*.

¶ **FACISTOLIUM**, Facistorium, ab Hispano *Facistol*, Pluteus, analogium, Gall. *Pupitre*, *Lutrin*. Synodus Mexicana ann. 1585. in Conciliis Hisp. tom. 4 pag. 384 : *Cujus* (Cantoris) *in Facistolio cantare et servitores Ecclesiæ cantare docere... officium erit.* Ibid. pag. 398. jubetur *canenda ordinato ad id Facistorio prævideri*. Occurrit *Facistorium* apud Baluzium Miscell. tom. 6. pag. 275. sed pro sella plicatili, Gall. *Fauteuil*. Vide *Faldistorium*.

* Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : *Item unum Facistorium parvum de ebano, quod jungitur simul, sicut una tabula.*

FACITERGIUM, Facistergium, etc. Isidorus lib. 19. cap. 25. et ex eo Papias : *Facitergium et manutergium, a tergendo faciem, vel manus, dictum.* [Papias MS : *Facistergium, a tergendo faciem, linei panni esse solent.*] Willel. Brito in Vocab. MS : *Sudarium dicitur Facitergium, quo sudorem extergimus a facie.* Joan. de Janua : *Facitergium, i. togilla, sive parvulum gausape ad tergendum faciem.* Gl. Lat. Gall. : *Facitergium, Touaille.* [in Sangerm. *Touaille à torcher la face.*] Itali *Fazzoletto*, linteum tegendæ faciei dicunt. Theodulfus lib. 1. Carm. pag. 139 :

> Quo facies humore levi palmasque solemus
> Tergere, quis dandum textile munus habet.

Regula S. Isidori cap. 14. de supellectile Monachi : *Stratus erit storea, et stragulum, pellesque lanatæ duæ, galnabis quoque et Facistergium, geminusque ad caput pulvillus.* Fortunatus in Vita S. Radegundis cap. 2 : *Facistergio jacentem pulverem colligens.* Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 8 : *Facitergium dependentibus villis intextum, quod Sanctus super caput in die obitus sui habuit.* Adde Regulam Magistri cap. 17. 19. 81. Regulam S. Cæsarii ad Virg. cap. 42. Codicem Epistolarum S. Bonifacii Archiep. Mogunt. Epist. 157. etc.

Digitized by Google

[** Germ. super. *Fazeletlein*, *Fatzolin*, *Falscheinlein*, est Mappula. ADEL.]

¶ FACIETERGIUM, in Vita S. Nicetii, April. tom. 1. pag. 98.

Inter vestes sacras etiam vulgo reponitur in Chronico Fontanellensi cap. 16. in Hist. Episcopor. Autisiod. cap. 44. in Charta Hugonis Ducis Burgundiæ ann. 1077. quæ exstat in Spicilegio Acher. tom 6. in Testamento Riculfi Episcopi Helenensis ann. 915. apud Baluzium, in alia apud Antonium *de Yepez* in Chron. Ord. S. Bened. tom. 5. pag. 425. etc. [Chartularium V. S. Vedasti Atrebat. pag. 200 : *Duo pallia aurea et Facistercultum aureum.* Et infra : *Dalmaticæ* VIII. *Tunicæ Subdiac.* XI. *Facistercula tria et duo Offertoria opere plumario.*]

¶ FACTERDIUM, Eadem notione. *Pallia* XXI. *pallam* 1. *Facterdia de serico oserosa* XXIV.

FACISTERGIUM, pro quavis mappa, etiam altaris, usurpat Helgaudus in Roberto Rege Franc. : *Facistergio altaris prolixo operit, simul cum cypho, etc.*

FACITERGULA, Idem quod *Facitergium*, Mappa. Historia de Fratribus conscriptis : *Pulpitum etiam Facitergula cocco imaginata circumdari jussit, gradusque ejus tapetio velari.* Hariulphus lib. 3. Chronic. Centul. cap. 3 : *Capellum auro paratum* 1. *ex pallio* 1. *Facitercula* 2. *cappæ* 377. Translatio S. Liborii Episcop. Cenoman. cap. 24 : *Raptis seminarum Facitergulis eam contexere.*

FACITUS, pro *Factus*. Charta Jacobi Reg. Arag. ann. 1326. [Spicil. Acher. tom. 8. pag. 279.] : *Extunc dicti mercatores non expectata seu obtenta requisitione aliqua, seu Facita, a vobis vel vestris officialibus nobis facienda, aut facita justitia, etc. Facitore*, pro *factore*, dicunt etiam Itali. Vide Pergaminum in *Fare*. *Facitur*, pro *fit*, dictum ab antiquis observat Nonius cap. 10. n. 19.

¶ FACIUM, Fascis, fasciculus, Gall. *Faisceau*, *Botte*. Conventio inter Guillel. et Petrum Ricardi cum Abbate Psalmodii ann. 1215 : *Illi qui veniebant causa accipiendi levatas, debebant afferre triginta duas libras panis et unum baral plenum vini, et unum Facium porrorum, et unam eminam fabarum nigrarum.*

* 1. FAÇO, Fax, ut videtur. Testam. Galth. comit. Brenæ ann. 1309. ex Bibl. reg. : *Item ecclesiæ B. M. Virginis de Casali legamus.... unum cereum centum rotulorum cereæ et unum Façonem cereæ.*

* 2. FAÇO, a Gallico *Façon*, Opificium, artificis opera, ut infra *Factio* 4. Comput. MS. ann. 1239 : *Pro Façone robarum et capparum suæ familiæ in Pentecostes etc. Façon*, Vectem sonat, in Lit. remiss. ann. 1442. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 136 : *Icellui Vincent print la Façon ou petit levier du char etc.* Pro facie occurrit in Poem. Garini :

Mes li dus à la clere Façon.

* FACTACALIA, an Permutatio? Charta ann. 1247. ex Chartul. Raym. VII. comit. Tolos. pag. 104 : *Servitia, homagia et Factacalias, emptiones et pignora, etc.*

** FACTALE JUDICIUM. Vide in *Judicium*.

¶ FACTERDIUM Vide *Facitergium*.

¶ FACTIBILE, Quod potest fieri, Gall. *Faisable*, apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 839.

FACTICIOSUS, *Dædalus*, πολυμήχανος, Gloss. Gr. Lat. [Promtus ad multa machinanda.]

1. FACTIO, *Malitia*, *unde Factiosi, malitiosi*, in Glossis MSS. Jo. de Janua : *Factio, actus faciendi, vel ficta actio. Cum enim aliquis fingit se aliquid facere causa commodi alicujus, et facit, ut incommodet illi, Factio proprie dicitur : unde et Factio dicitur proditio, unde Factiosus, qui fingit se facere, ut prosit, facit tamen, ut noceat, unde et Factiosus dicitur proditor. Fautio et Fautiosus, a Faveo, aliud significat.* [Capitul. lib. 6. num. 384 : *Si quis scelerata Factione facultatem deprædationis dederit, vel si quis factam diviserit, vivus comburatur.*] Gloss. Gr. Lat. : *Factiosus*, ντωτερις. *Factionem*, συσκευή. Aliud Gloss. : *Factio*, σκευωρία, συσκευή. Glossæ MSS. ad Concilium Carthaginense cap. 10 : *Querimoniam, querelæ, id est, maleficia, Factio.* Vide Festum.

2. FACTIO, Leges Inæ Regis Westsax. § 30. apud Brompton. : *Qui furem ceperit, habeat inde* 10. *sol. . . . . et parentes ejus abjurent ejus Factioni.* Et § 78 : *Non cogatur liber cum servo cognationem solvere, nisi velit eum Factione liberare, nec servus cum libero.* Quibus locis Editio Saxonica Lambardi fæhpe habet, quod idem sonat ac feida, faida, guerra. Leges Henrici I. cap. 70. iisdem fere verbis : *Non cogitur liber cum servo neggildare, nisi velit ei Facionem facere, nec servus cum libero.* Concilium Duziacense I. pag. 224. Edit. Cellotii : *Eam sua Factione et quasi per forciam, et non per justitiam vindicare curavit.* Henricus Rosla in Herlingsberga :

Tum bene conjectans, quod ei nova Factio surgat.

Quod vero *Factio* hic vocatur, *fauctio* dicitur Sugerio in Ludov. VI. cap. 16 : *Interim ad Regem mittunt Ludovicum, Fauctionem significant, et quid super his præcipiat, consulunt.* Idem cap. 20 : *Hostes, cognito ejus adventu, mirabantur Fauctionem adeo cælatam ei innotuisse.* Ubi *factio* et *fauctio*, ejusdem videntur originis, et sonare non *favorem* ac animi consensum, qui alicui impenditur, sed faidam, seu capitalem inimicitiam. In Legibus Henrici I. Reg. Angliæ cap. 88. legendum *Factionem*, eadem notione, pro *fractionem : Et portet Factionem erga cognationem*, i. faidam. Vide Doubletum in Hist. San-Dionys. pag. 826.

FAUTIOSUS, Defector, qui a principe suo deficit. Sugerius in Ludovico VI. cap. 7. de Thoma de Marna : *Ipse, qui dicebatur pater ejus, Engerannus de Bova, ... illum de castro ejicere ob ejus Fautiosam tyrannidem moliebatur.* Et cap. 16 : *Cujus Fautiosi diis et hominibus exosi oppidi possessor Guido, etc.*

3. FACTIO, Corvata, exactio operarum. Charta Mathildis Comitissæ apud Ughellum tom. 2. pag. 217 : *Quod de nostris animannis de Monticulo nullos alios usus. vel Factiones deinceps requisierit.* [Eadem notione usurpari videtur vox *Faisances*, in Consuet. Norman. cap. 93.] Vide *Faucio*.

* Item, Tributum, vectigal, Ital. *Fazione*. Charta ann. 1115. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 318 : *Ego jam dictus Fulcus marchio nullam in meam, nec in meis heredibus reservo potestatem ibidem hospitandi, seu aliquam Factionem faciendi quovis modo; sed sit libera et absoluta a nobis ab omni angaria et servitute.* Stat. Mutin. rubr. 49. pag. 10. r°. : *Quod potestas sive rector civitatis Mutinæ teneatur compellere omnes laboratores possessionum, quas ipsi habent, ad faciendas Factiones antedictas* (scilicet pontes, stratas) *et præstationes civitatis Mutinæ, quas cives faciunt de suis possessionibus.* Correct. stat. Cadubr. cap. 72 : *Mandamus quod quicumque civis.... se absentaverit de territorio Cadubrii et ejus districtu per sex menses continuos, et non substinuerit onera omnia et Factiones, quæ et quas alii cives et vicini substinent, etc.* Vide infra *Fesancia*.

¶ 4. FACTIO, Fabrica. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. XXXVI : *Annis singulis rationem reddere constringetur de his quæ in Factione sive reparatione armorum fuerunt expensa.*

* Opificium, artificis opera. Obituar. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5191. fol. 143. v°. : *Qui Nicolaus Martini clocherius dedit ecclesiæ Factionem campanæ canonicorum ipsamque campanam reddidit factam in mense Augusti anno* 1437. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. reg. : *Item pulcra mitra broderiæ de nova Factione ad perlas et gemmas.* Vide supra *Façon* 2.

¶ 5. FACTIO, Facinus pravum, delictum. Vita S. Godebertæ Virg. April. tom. 2. pag. 33 : *Adjiciebat etiam Petri negationem, Latronis in cruce confessionem, lugubrem peccatricis Mariæ lamentationem, quam facile lacrimis pœnitentialibus Factionum suorum promeruerint remissionem.*

* 6. FACTIO, Concessio, pactum, contractus. Charta ann. 833. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 926 : *Interrogavimus.... ut si aberent aut præceptum vel judicatum aut testem, vel qualibet Factionem, quod ipse monasterio S. Petri pertineret ad parte S. Antemi, ita ostendere. Qui et ipsi partem una cum ipso abbate refutaverunt et dixerunt : Certe nec judicato, nec præcepto, nec ulla Factionem, necque per nulla rationem non habemus.* Vide *Factum* 2.

* 7 FACTIO, Forma, effigies, Ital. *Fazione*. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg. : *Item caput S. Blasii repositum in Factione episcopi mitrati.* Ibidem : *Item unum, sanctuarium de S. Martino in Factione militis equitantis. Ad instar unius hominis equitantis*, in Inventar ann. 1363. ibid. Aliud Gallicum : *Item un sanctuaire de S. Martin fait en façon d'un ymage qui chevauche.*

FACTIONARII, Qui *factionibus* Circorum præerant : δήμαρχοι, Byzantinis Scriptoribus, *factionum domini*, Lampridio. Gloss. Gr. Lat. : Ὁ τάγματος ἡγούμενος, *Factionarius*. Gloss. Lat. Græc. : *Factio*, τάγμα. Hac notione usurpat lex 1. Cod. Th. de Equis curul. (15, 20.) Est etiam in eodem Gloss. *Factionarius*, συσκευαστής, factiosus, qui alteri negotium facessit. Vide Bulingerum lib. de Circo cap. 47.

¶ FACTIOSUS, Malitiosus. Vide *Factio* 1.

Digitized by Google

** FACTITAMENTA, Factitatio, Factitator, Factitius, apud Tertullianum. Vide Forcellinum.

* FACTI-TECTA, pro Sarta-tecta. Helg. Flor. Epit. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 110 : *In meliorandis a se monasterii Facti-tectis etc.*

¶ FACTIVUS Sermo, Practicus, actione suffultus, in Vita S. Catharinæ Senens. tom. 3. April. pag. 879.

1. FACTOR, in Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. est *Dictor*. Alias

Factor, est idem ac *fautor*, qui alicujus partibus favet. Aimoinus lib. 3. de mirac. S. Bened. cap. 6 : *Id* (castrum) *Geraldus quidam partibus favens Adhemarianis tenebat, exclusis Factoribus Hugonis, qui partem ejusdem Castri ab Adhemaro sibi præreptam non mediocriter indignabatur.* Hugo Flaviniac. in Chron. pag. 193 : *Perpetuo anathemate cum suis auctoribus, Factoribus, sequacibus a luminibus sanctæ Ecclesiæ separatus, etc.* Nangius in Chr. ann. 1265 : *Multique alii hæretici et Factores eorum gladio anathematis feriuntur.* Adde Historiam Cortusior. lib. 9. cap. 2. et lib. 11. cap. 6. Vide *Faucio*.

** Factor, Creator. *Rerum Factor*, Walthar. vers. 1161. *Factor omnipotens*, Ecbas. vers. 383. *Factor solis*, apud Coripum de Laud. Just. lib. 1. vers. 340. *Factorem elementa tremiscunt*, Johann. lib. 1. vers. 288. Adde lib. 3. vers. 125. etc. Occurrit etiam ap. Tertullinum et Salvianum. Vide Forcellinum.

* 2. FACTOR, Qui res alterius agit, vel ejus nomine administrat, Ital. *Fattore;* unde *Factorius*, ad hujusmodi procuratorem spectans. Charta ann. 1482. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 226 : *Volentes disponere de bonis et rebus dicti hospitalis pro libito eorum et contra voluntatem dicti rectoris et Factorum suorum.* Formul. MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 17. r°. : *Gaspar mercator, Factor et procurator seu negotiorum gestor nobilis viri Melchionis,... nomine Factorio antedicto fecit et constituit etc.*

Factores, Procuratores mercatorum, Italis *Fattori*, nostris *Facteurs*. Vide *Drapperius* in *Drappus*.

* Privil. Rupel. ann. 1372. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 574. art. 12 : *Mercatores burgenses et ipsorum Factores, familiares, etc. Faiteurs*, in Lit. ann. 1364. tom. 4. earumd. Ordinat. pag. 432. art. 27.

Factores Scelebis, apud Ulpianum, ut est in Pandectis Florent. pro *fautores*, et Baldricum Noviom. lib. 1. cap. 61. *Facteurs*, nude, in Consuetud. Hannoniensi cap. 32. 33. etc. *Faiteulz*, in Magno Recordo Leodiensi pag. 55. qui crimen perpetrarunt. Concilium Silvanectense ann. 990 : *Eos quoque, qui hujus traditionis fuerunt inventores, auctores, Factores, cooperatores, etc.* Ita usurpant lex 6. D. de Re militari (49, 16.) et lex. solent. D. de Custod. et exhib. (48, 3.)

* *Faituelles*, eodem intellectu, in Charta ann. 1424. tom. 2. Hist. Leod. pag. 446 : *Et nientmoins que les Faituelles soient tenus de relivreir celle filhe deséagié saine et salve.*

¶ FACTORIA, Quæstorium, fiscus; Italis *Fattoria*, Quæstoris munus. Parisius de Cereta in Chron. Veron. ad ann. 1277 : *Eorum bona confiscata fuere cameræ seu Factoriæ Dominorum de Scala.*

* FACTORIUS. Vide supra *Factor* 2.

¶ FACTUARIUS, Factor, agens, procurator. Charta Henrici Regis Angl. ann. 1402. de solutionibus propter nuptias Blanchiæ filiæ suæ faciendis, apud Rymerum tom. 8. pag. 238 : *Ut intentiores ac ferventiores Reddituarii pariter et Factuarii nostri sint ad solvendam summam quadraginta milium Nobilium prædictam.*

1. FACTUM. Sic appellata, ut auctor est Sirmondus in Notis ad Sidonii Epithalamium Polemii, Constitutio quædam Honorii et Theodosii Augg. ad Agricolam Præf. Pr. Gall. in Codice Autisiod. quæ ab Hincmaro *Edictum* dicitur. Vide quæ de hac voce observat præterea Salmasius ad Capitolinum pag. 259. ubi *Factum* idem esse, quod πραγματικὸν Græcis, seu *Pragmatica Constitutio*, argute docet.

☞ Solitæ autem sunt Pragmaticæ istiusmodi sanctiones, nonnisi in publicis causis fieri, ad preces civitatum et provinciarum et ad suggestionem plerumque Judicum et Præsidum provinciarum : sicque dictæ sunt, quod longo tractatu et consilio habito solemniter et multa verborum dissertatione formarentur; qua ratione quidquid fit, Græcis πραγματικὸν dicitur. Sic *Constitutionis* Fl. Constantini Tyranni, qua sanxit ut VII. provinciarum Galliæ conventus Arelati, Imperii tum sede, agerentur quamque primus in Ausonianis Lectionibus vulgavit Scaliger, inscriptionem in scripta scheda hanc fuisse testatur ad Symmachum Juretus : *Factum Fl. Constantini ad Agricolam Præfectum Præt. Galliarum.* Plura vide apud Salmasium in Notis ad Vitam Gordiani. Hæc ex Hofmanni Lexico.

2. FACTUM, Inquit Spelmannus, a Forensibus Anglicis dicitur scriptum solenne, quo firmatur donum, concessio, pactum, contractus, et hujusmodi : alias charta, instrumentum contractus in scriptis conceptum, aut in scripta redactum, apud Cowellum lib. 3. Instit. tit. 22. § 10. Monasticum Anglicanum tom. 2. pag. 246 : *Prædictus vero Willelmus postea per concordium quietum clamavit libere et pacifice ab omni servitio dictum advocatiam, ... ut patet per Factum suum.* [** Placit. Pasch. ann. 8. Edw. II. Kanc. rot. 13. in Abbrev. Placit. pag. 320 : *Ricardus cognovit prædictum scriptum esse Factum suum, et non ostendit aliquod Factum speciale, quin Joanni in prædicto debito debeat teneri nisi quod prætendit prædictam verificationem, quæ in casu isto contra prædictum Factum non est admittenda, etc.*] Vide *Indentura*.

¶ 3. FACTUM, Facti seu litis expositio, vox Practicis nostris notissima, de qua sic Cl. Dom. *Fleury* Hist. Eccl. lib. 98. tom. 20. pag. 339. ubi de Urbani VI. Papæ adv. Clementem VII. defensione ad Castellæ Regem : *Nous avons ce Factum du Pape Urbain assés conforme au recit que j'ai fait de son election, et c'est la premiere fois que j'ai trouvé le mot de Factum employé en ce sens.*

¶ 4. FACTUM, Territorium, prædium. Venditio anni 1408. in Archivis D. Marchionis *de Flamarens : Vendendo dederunt.. Bernardo de Gorsolis . . . Factum quod dicitur de Sentis . . . cum terris, pratis, nemoribus et cum eorum juridictionibus et pertinentiis.* Recognitio facta per Templarios Abbati Psalmodii ann. 1265 : *Recognoscimus vobis totum Factum seu affare de la Venne.* Hoc est, Recognoscimus nos a vobis tenere prædictum seu feudum *de la Venne*. Vide *Factus*.

* Idem quod *Affare*. Charta ann. 1267. in Reg. 4. Armor. gener. pag. 2 : *Raymundus de Rastello et dom. Bertrandus de Ayrolis taliter convenerunt se insimul de venditione, quam fecerat Raymundus Ruphus de Condorseto de Facto seu affari bastidæ de Costacalida.* Testam. Rostagni de Pratocomit. ann. 1429. ibid. in Reg. 3. part. 2. pag. XXXIV : *Item plus lego eidem Alsiacio totum Factum meum et hæreditatem, quod et quam habeo et possideo in loco de Montebocherio... Volo et ordino quod dictum Factum et hæreditas supra etc. Faire*, Actum, factum, in Lit. remiss. ann. 1411, in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 145 : *Je vueil bien que chacun sache que je faiz ce Faire. Faisance* vero et *Fesance* usurparunt nostri, ut tempus, quo aliquid factum est, designarent. Lit. ann. 1360. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1473 : *Vous faisons savoir que à la Fesance de cestes, nous estiens tout sains et en bon point.* Epist. Joan. *le Maingre* ann. 1407. apud eumd. Marten. tom. 2. Anecd. col. 1331 : *Après font mencion vos distes lettres de vostre avénement à Rome, et que encore à la Faisance d'icelles vos distes lettres, n'avez fait révérence à Gregoire.*

¶ 5. FACTUM, Expeditio militaris. Hoc significatu *Factum Vasconiæ* legitur apud Rymerum tom. 1. pag. 589. col. 2.

¶ Via Facti, Gall. *Voie de fait*, Vis illata, seu violenta et coacta cum aliquo agendi ratio. *Omnia facta guerræ, inimicitiæ et Viæ facti cessabunt*, apud Rymerum tom. 13. pag. 746. col. 1.

¶ 6. FACTUM Rei alicujus, quod ad eam rem attinet, ut Gallice dicimus, *En fait de religion, En fait de politesse.* Chronic. Richardi de S. Germano, apud Murator. tom. 7. col. 130 : *Factum canapis omnino remittitur. Vendentibus vinum sive ad minutum sive ad grossum, nihil requiritur.* Hoc est, quod spectat canapem, omnis exactio remittitur.

¶ 7. FACTUM, Rei alicujus conditio, status. Charta ann. 1310. ex Schedis Præsid. *de Mazaugues : Cum ipsæ ignorent Factum et qualitatem dictarum recognitionum.* Galli dicimus *le Fait et la qualité.*

Facta Armorum, Hastiludia, *Torneamenta;* Gallis, *Faits d'armes*. Jo. Brompton. in Ricardo I. pag. 1261 : *Rex Ricardus, in Angliam transiens, statuit Facta armorum, quæ vulgo Torneamenta dicuntur, in Anglia exerceri.*

¶ Facta Manualia, in Regest. Cameræ Comput. ann. 1358. fol. 100 : *Ad facta manualia procedentes in dicta rixa;* hoc est, ad vim manifestam.

¶ In Facto Esse, Gall. *Etre au fait*, Rem apprime scire. Julian. Cæsarin. Card. Epist. ad Eugenium IV : *Quanto fuisset consultius intimare mihi prius ista, qui sum hic in Facto, ut postea Sanctitas vestra avisata de omnibus maturius deliberaret.*

Digitized by Google

1. **FACTURA**, *Creatura*. Sedulius lib. 1. Paschalis operis de Deo :

.... Cui convenit unam
Facturam servire suam.

[Otto Frising. Episc. lib. 1. de Gestis Friderici I. Imp. cap. 5 : *Non enim hic ad effandum de theologica et ineffabili generatione seu nativitate attollimur, sed tantum de ea quæ a Philosophis genitura, a nobis Factura, seu creatura dici solet, disputationem instituimus.*] [** Vide Tertullianum de anima cap. 4. Occurit hæc vox pluries apud Mar. Mercatorem pag. 42. 276. 312. in hæreticorum quos refellit dictis, ubi de filii ex patre et spiritu sancto processione agunt.]

2. **FACTURA**, Forma. [* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Factura, faiture, forme.*] Anonymus Gromaticus : *Omnes limites maritimi aut Galliei in una Factura current.* Apud eumd. *Termini Factura tornatiles*, i. rotundi, *Lapilli Factura tornatiles, sive alia Factura breviores.* Ruricius Lemovic. Episc. lib. 1. Ep. 14 : *Equum, qualem jusseras, destinavi, mansuetudine placidum, membris validum, firmum robore, forma præstantem, Factura compositum, animis temperatum, etc.* Adde lib. 2. Epist. 34. Itali *Fattezza* dicunt. Apud Claudium *Corte* Italum lib. 1. cap. 21. inscribitur *della forma et Fattezza del cavallo.* Ita *Fattura* Lanfranco Cicalæ Poetæ Provinciali, apud Joannem Nostradamum cap. 39. est egregia corporis compositio :

Nos miseri, lasciando fra le mura
La bella spolia, che fra tante nata
Al nostro tempo viste, o celebrate
Non è, chi s'assomigli à tua Fattura.

☞ Eadem notione *Faiture* dixerunt Poetæ nostrates. Le Roman *d'Athis* MS. :

Vers le Duc vint à grant alure,
Bien le cognut à sa Faiture.

Ibidem :

Ce est Athis le bien amé,
Le preux, et le bien renommé, . . .
Au corps de tres belle Faiture.

Hinc iisdem *Faitis* vel *Fetis* pro formosus, egregie compositus. Le Roman *de la Rose* MS. :

Les soureils blonds et bien tretis,
Et les yeux doulces et Fetis,
Qui riovent tonjours avant
Que la bouche le plus souvent.

3. **FACTURA**, Alia notione. Vetus Donatio apud Perardum in Burgundicis pag. 64 : *Hunc donationem fecit . . . hoc est, per suum cultellum et Facturam, et per hoc pergamenum, etc.* [Suspicor legendum *Festucam*. Vide *Investitura*.]

4. **FACTURA**. Charta Henrici I. Fr. R. ann. 1057 in Hist S. Mariæ Suession. pag. 437 : *Omnem autem justitiam, scilicet in Facturam, vicariam, et omnia ad justitiam pertinentia, etc.* Sed legendum *infracturam*.

¶ 5. **FACTURA**, Merces operæ, Gall. *La façon*, Quod pro re aliqua facienda solvitur. Computationes ann. 1270. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. pag. 422 : *De Factura de* LXXXVIII. *march. in ollis et magnis scutellis* XIX. *lib.* XVI. *sol . . . de Factura* CCCLXII. *march. in parvis scutellis, etc.* Tabularium S. Vincentii Cenoman. : *Martinus . . . dedit in vadimonium Ingelbaldo cerario suas vineas, tali tenore quod medietas vini esset pro Factura*, (i. e. cultura, qua notione etiam dicimus *Façon de vignes*) *dando decem solidos, et alia in precio census. Et ego Hugo Vicarius accommodavi Martino* X. *libras supra illam vineam quæ juxta murum est, dando in unoquoque anno decem solidos pro Factura; et ita quod pro Factura habeam medietatem vini, et altera in precio census.* Chartularium ejusdem Monasterii fol. 69 : *Sed postquam molendinum erit factum, talem partem quam accipiam, talem ad Facturas molendini mittam.* Et fol. 119 : *Eisdem Monachis eleemosinavi duo jugera terræ, quæ possidet Alesia Laraborie, habenda post mortem illius Alesiæ, et Facturam quam habebat illa Alesia in hortis de virgulto Monachorum.* An hic idem, an alius et quisnam sit intellectus oculatiori definiendum relinquo.

¶ 6. **FACTURA**, f. Pictura textilis, Gall. *Broderie*. Obituarium vetus FF. Minorum Claromont. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 727 : *Dedit indumenta rubea de damasco completa, scilicet casulam, dalmaticas Diaconi et Subdiaconi, cum cappa processionali de eodem panno cyrico cum Factura et orificiis.*

¶ 7. **FACTURA**, Sortilegium, maleficium, Italis *Fattura*, Incantatio, Gall. *Charme*. Synodus Pergam. ann. 1311. apud Muraterium tom. 9. col. 561 : *Aut incantantiones, sacrilegia, auguria, vel maleficia, quæ Facturæ, sive præstigiæ vulgariter appellantur, vel invocationes dæmonum pro futuris, vel jam commissis aliquibus præsciendis.* Bernabæus Senensis in Vita S. Bernardi, Maii tom. 5. pag. 285. * : *Unde modo aliquo surgere non valebat absque duorum auxilio, et hoc malefica arte Facturæ, seu nicromantiæ, debilitatus et paralyticus.* Et tom. 7. pag. 782. in Miraculis S. Ubaldi : *Benedico te, ó panis . . . ut sis destructio et annihilatio omnium Facturarum, ligationum, fascinationum et incantationum.* [* Nostris alias *Faiture* et *Faicturerie*. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 39 : *Raymon.... qui publiquement estoit renommé et diffamé de faire charmes, charoiz, sorceries et autres mauvestiez,..... mis certains sorceries, charoiz et Faitures soubz le sueil de l'uys de l'ostel etc.* Aliæ ann. 1446. in Reg. 178. ch. 46 : *Laquelle Jaquette et aussi son mary estoient notoirement et publiquement diffamez et accusez de cas de hérésie et Faicturerie, et avoir donné ou fait avoir pluseurs maladies à pluseurs personnes.... par leurs sorceries et Faicturerie. Faiturier* Delphinatibus, sortilegus, veneficus. Vide infra *Futuarii*.] Hinc

FACTURARI, [Fascinari.] Processus ad Vitam S. Antonini num. 18 : *Contigit lamiaria lamiis seu fascinari, vel Facturari factura dæmoniorum aut strigum, etc.*

¶ **FACTURIRE**, Cupere facere. Odo de varia Ernesti Baveriæ Ducis fortuna, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 361 :

Hi (Panothi) sicas ad bella leves, acidoque ferentes
Spicula felle lita, in Cyclopes plurima damna
Fecerunt; Dux unde dolens, et supplice questu
Regis Facturiens vindictam, deligit acres
Mille viros, pergensque viam vix quinque dierum
Illos invadit, etc.

Quidam verbum *Facturire* tribuunt Plauto, sed alii retinent *Factare*.

FACTUS, Modus agri. Capitularia Caroli M. lib. 5. cap. 151. [** 303. ex Capitul. pro pago Cenomann. ann. 800.] : *Visum est nobis.... statuere, ut quicumque de prædictis hominibus quartam Facti tenet cum suis animalibus, Seniori suo pleniter unum diem cum suo aratro in campo dominico aret.* Charta Caroli Calvi Regis Fr. ann. 22. regni Ind. 10. pro Monasterio S. Martini Turonensis ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 136 : *Quarum villarum nomina hæc sunt, id est, Burgagalus cum capellis et manso dominicato, et Factis nonaginta duobus, in quibus sunt coloniæ Cuciacus, et Arcolus, Victena, etc.* Occurrit ibi pluries. Charta ejusdem Caroli C. ann. 845. apud Beslium in Episcop. Pictav. : *In villa Bidisciaco casam dominicatam cum Ecclesia... et Factos* 10... *in villa Sion terram S. Cirici Factum* 1. *aspicientem ad Bidisciacum.... In Anadone Factos* 5. *in villa Fano Factum* 1. *et in Portiaco alterum.* Polyptychus Eccles. Floriacensis : *Habet in ipsa villa Factos, id est mansos*, 60. Vetus Charta in Actis Episc. Cenoman. pag. 235 : *Quod nos concessimus Acileo illo Facto, quem genitor suus Acibertus, qui vocatur Achita,.. tenuit, vel moriens dereliquit, usque annos quinque, ipse Achileus de ipso Facto aliud exinde non reddat, præter tantum regalia in campo dominico procurare faciat.* Occurrit etiam non semel in Tabul. S. Mauri ad Ligerim. Vide *Facia*, [et *Factum* 4.] [** Grimmius Antiq. Jur. Germ. pag. 538. manso dictos esse factos ut dispositos, constructos, scribit, ita ut mansus factus opponeretur abso. Varroni factus est tanta olearum quantitas, quanta uno tempore et opere commolitur, vel centeni modii. Vide Forcellinum.]

¶ **FACUL**, *Facile*, Gloss. Sangerm. n. 501. Utitur Varro, ut et *Difficul* pro *Difficile* Vide Festum et Nonium.

¶ 1. **FACULA**, Jacobus Auria lib. 10. Annal. Genuens. apud Muratorium tom. 6. col. 573 : *Vel dicitur Janua a Jano Deo principiorum, qui pingitur habere duas facies, scilicet ante et retro, sicut civitas Januæ prospicit ante mare et retro terram; et dicitur habere duas Faculas, id est, duas partes, Oriens et Occidens, sicut civitas Januæ habet duas portas, scilicet portam maris et portam terræ.*

2. **FACULA**, Latinis, Tæda ex arboribus pinei generis : recentioribus vero quivis caudex, stipes ad ardendum; *Basche*. Capitulare de Villis cap. 62 : *Quid de lignariis, et Faculis, quid de axilis, et alio materiamine, etc.* Marculfus lib. 1. form. 11. in Tractoria Legatorum : *Ideo jubemus, ut locis convenientibus eisdem a vobis evectio simul et humanitas ministretur, hoc est, veredos seu paraveredos tantos, panis nitidi modios tantos,... leguminum carra tanta, Faculas tantas, etc.* [** Baluzius legit : *legumina, ligna, carra tanta, faculas tantas, itemque victus ad caballos eorum.*] Tabularium S. Remigii Remensis 2. *Sunt simul exceptis lignariis et carris, quæ in ipsis villis fiunt*, 867. *Facularum*, 977. *perticarum circulorum*, 156. *scindularum*, etc. [Codex MS. Irminonis Abbatis Sangerman. fol. 60a v°. col. 2 : *Solvunt... ova* XXX. *axiculos* C. *et totidem scindolas*, XII. *dovas, circulos* VI. XII. *Faculas*. Rursum legitur fol. seq. col. 2.]

Digitized by Google

[** Vide plura apud Guerardum in indice, qui interpretatur *faculam*, Frustum ligni resinosi, in virgas tenues fissum, ad lumen faciendum, tædæ genus. Aliis etiam usibus inservientia frusta ligni faculas dictas esse testis est Varro de Ling. Lat. lib. 4. cap. 13 : *Utuntur in vinea alligando, fasces, incisos fustes, Faculas.* Cato de Re rustic. cap. 37 : *Ridicas et pulos, quos pridie in tecto posueras, siccos dalato, Faculas facito.*]

* Gloss. Cæs. Heisterbach. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 668. col. 1 : *Faculæ sunt ligna arida, quæ vulgariter appellantur aspen.*

FACULAS ACCENDERE, Superstitionis species, quam exagitant passim Concilia. Arelat. II. cap. 23 : *Si in alicujus Episcopi territorio infideles aut Faculas accenderint, aut arbores, fontes, vel saxa venerentur, etc. Candelam deferre,* in Concil. Nannetensi cap. 20. Adde Capitul. Caroli M. lib. 7. cap. 236. [** 316.] Vide Concil. Bracarense apud Burchard. lib. 10. cap. 21. Synod. Trullan. can. 65. Concil. Toletan. XII. can. 11. XVI. can. 2. [** Canut. Leg. Mundan. cap. 5. Leg. Presbyt. Northumbr. cap. 48.]

FACULARE, *Faculas, vel faces fingere vel facere*, Joanni de Janua.

¶ FACULENTUS, *Face plenus.* Papias. *Plenus luce, lucidus, clarus.* Johan. de Janua.

¶ FACULTA. Vide *Falcata.*

** FACULTAS, Collegium doctorum ejusdem artis in scholis medii ævi, Gallis *Faculté.* Vide Savin. Histor. Jur. Roman. tom. 3. cap. 21. § 85. not. B.

* FACULTATARIUS, Cui datur facultas aliquid agendi. Decis. Rotæ ad calcem Fontanel. de Pact. nuptial. : *Mater Facultataria, quæ habebat ex testamento mariti facultatem aliquid agendi, disponendi, determinandi pro liberis.*

FACULTATICULA, Bona, prædia, qualiacumque sunt, quomodo *bonuscula,* apud Sidonium lib. 9. Epist. 6. et in leg. 29. Cod. Th. de Petition. (10, 10.) Concilium Parisiense IV : *Etiam et Faculticulam Ecclesiæ.. simili conditione pervasit.* Charta S. Karilefi in Actis Episcopor. Cenoman. pag. 84 : *Nullas functiones vel exactiones de prædicta facultate penitus requirantur, sed sub integra emunitate Faculticula, etc.* Vide Vitam Aldrici Episc. Cenom. num. 36. [et Vitam S. Bernardi Tiron. April. tom. 2. pag. 248.] *Facultatula,* apud S. Hieronym. adversus Vigilantium cap. 5. in Miraculis S. Ursmari n. 3. etc. *Facultatulam* dixit idem Hieronym. Ep. 27. cap. 4. Epist. 47. cap. 1.

¶ FACULUS. Vide *Facilus.*

FACUNDIA, Facultas. Capitula Ludov. Pii ann. 826. cap. 6 : *Et ultra ille, qui quæsierit, Facundiam de servitio illius dicendi non habeat.* Charta Luithprandi Regis Longobard. apud Ughellum in Episcopis Aretinis : *Et nullam Facundiam... contra te vel tuos successores habeat aliquod de suprascriptis Ecclesiis loquendi.* Lex Longobard. lib. 1. tit. 36. § 6. [** Liutpr. 96. (6, 43.)] : *Decernimus, ut nullam Facundiam requirendi habeat.* Occurrit præterea lib. 2. tit. 8. § 6. tit. 21. § 13. 20. 24. tit. 35. § 6. etc. [** Liutpr. 105. (6, 52) 16. (3, 2.) 57. 108. (6, 4. 55.) 54. (6, 1.)]

FACONDE, nostri usurparunt pro facultatibus ac divitiis. Le Roman *d'Alexandre* MS. :

Riches d'avoir et de Facondes.

** SEPTIFORMIS FACUNDIA, Septem artes liberales, S. Benedicti Crispi poem. medic. ap. Maium Classic. Auct. tom. 5. pag. 391.

¶ FACUS, *Vermiculus,* apud Papiam.

FADA. Vide *Fadus.*

FADERFIUM, FADERPHIUM, PHADERPHIUM. Vox Longobardorum, quæ in Boerianis Glossis, *Dos* exponitur. Lex Longob. lib. 1. tit. 9. § 12. [** Roth. 201.] : *Et si filios de ipsa muliere habuerit legitimos, habeant filii morgingap, et Faderphium suæ matris.* Lib. 2. tit. 14. § 15. [** Roth. 199.] : *Tunc illa vidua, quæ in domo patris aut fratris regressa est, habeat sibi morgengab et methium; de Faderfio autem, id est, de alio dono, quantum pater aut frater dederit ei, quando ad maritum ambulaverit, mittat in confusum cum aliis sororibus.* Edit. Boeriana habet *Phaldefium. Phaderphium,* lib. 2. tit. 1. § 4. [** Roth. 182.] : *Habeat ipsa mulier morgengab, et quod de parentibus ejus adduxerit, id est, Phaderphium.* Sunt igitur *Faderfia,* dona, quæ pater filiæ, quam, nuptui dat, in dotem concedit. Vox deducta a Saxonico fæder, aut Germanico, *Fader,* i. pater, et Erf, hæreditas, quasi dicas, *paterna hæreditas.* Vide Sibrandum a Sicama ad Leg. Frision. tit. 15. [** et Grimm. Ant. Jur. Germ. pag. 429. Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 430. *Fio, feoh,* est Pecus, pecunia. Gloss. Longob. in cod. Vatic. *fardefio,* in cod. Cavens. *farderfido,* i. e. *quod adduxit de parentibus*]

* FADIA, Justitiæ denegatio aut dilatio ultra tempus a legibus statutum; item, Facultas feudatario concessa vendendi fundum; qua notione *Fadiga* utuntur Hispani. Pactum ann. 1150. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 533 : *De toto honore Agathensi, nemo eorum possit aliquid alienare aliquo modo, donec in alterum sit Fadias.* Charta ann. 1219. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 68. col. 1 : *Et non distringemus homines vestros pro firmancia, donec a vobis repulsam seu Fadiam habuerint.* Vide *Fadiga.*

FADIATUS DIES, in quo aliquis *defecit,* seu juri, aut assignationi non stetit, qui diem *vadiatum* non servavit : unde forte vocis origo, in Consuetud. Tolosæ part. 4. tit. de Feudis art. 13.

¶ FADIGA dicitur, cum judex, vel feudalis dominus, vassallo jus sibi fieri, aut quod ejus servitii est indicari aut probari postulanti, vel plane denegat, vel Curiæ suæ placita differt ultra quam Leges feudales permittant. Appendix ad Marcam Hispan. col. 1343 : *Ad hæc Guillelmus Raimundi respondebat se ideo guardam ipsius zudæ non fecisse quia nec suam cartam sic intelligebat, nec partem suam, quam in ipsa civitate et ejus terminis habere debebat, ac manifeste monstrare vel tradere nolebat, nec ad judicium seu laudamentum suæ curiæ eam adducere, vel super hoc ipsum audire nunquam amplius nisi usque modo voluit. Comes vero respondebat quod si unquam aliquam dilationem super hoc fecit, semper eum cum assensu Guillelmi Raimundi fecit.... Propter hoc judicavit prædicta curia quod si Guillelmus Raimundi posset legitimis testibus ea quæ dicebat comprobare, videlicet quod in domino suo Comite supradictam Fadigam fecisset, imputet sibi Comes supradictas expensas sexaginta milium aureorum, etc.* Vide *Defectus* 3. *Fadia* et *Fatigare,* 1.

¶ FADISTORIUM. Vide *Faldistorium.*

FADUS, FADA, Dæmonis species : Gallis *Faie,* vel *Fée;* vox efficta forte a *Nympha.* Scholiastes Theocriti Idyll. 3. v. 11. Νύμφαι εἰσι τὰ ἐν γυναικείῳ σχήματι ἐν τοῖς ὄρεσι φαινόμενα δαιμόνια. Vide *Fauni.* [Alii a verbo *fari, fatus,* etymon deducunt. Itali *Fata* etiamnum dicunt, Occitani *Fades.* De iis ita Arnobius lib. 1 : *Qui Faunos, qui Fatuas, civitatumque genios..... reverentur.*] *Fadas,* et *Hadas,* has vocant Hispanici Fabularum, seu *Romanorum,* Scriptores. Gervasius Tilleberiensis MS. de Otiis Imperial. decisione 3. cap. 88 : *Multi testantur,... se vidisse Silvanos et Pœanes, quos Incubos nominant, Galli vero Dusios dicunt,... quosdam hujusmodi larvarum, quas Fadas nominant, amatores audivimus, etc.* Cap. 94. de quodam equo mirabili : *Quid dicam, nescio, si verus equus fuit,..... aut si Fadus erat, ut homines asserunt.* Chron. Bertrandi Guescl. MS. :

Encore disoit-on, que c'étoit destinée,
Et que le sans de quoy elle s'étoit aesoudée,
Li venoit proprement par parolle de Fée.

Le Roman *de Partenay,* ou *de Lezignan,* MS. *tiré du Latin et rimé par le commandement de Guillaume l'Archevesque :*

Le chasteau fut fait d'une Fée,
Si comme il est par tout retrait.

Hinc *Faerie,* pro spectris. Guillelmus *Guiart* in Hist. Francica MS. :

Plusieurs parlent de Guenart,
Du Lou, de l'Asne, de Renart,
De Faeries, et de songes,
De fantosmes, et de mensonges.

☞ Inde etiam *Faé,* pro Præstigiator. Le Roman *de la guerre de Troye* MS. :

Mout ont Jason entr'aus loé,
Bien dient tos qil est Faé.

Vide *Caseneuve* et Menagium in Etymolog. Gall. [** et Grimm. in Mythol. German. pag. 232. qui etymon deducit a *fatum.*]

¶ FÆCHA. Vide *Facha.*

¶ FÆCILENTUS, pro *Faculentus,* vel ut alii scribunt *Feculentus,* fece plenus, in Vita S. Celsi Episc. Trevir. tom. 3. Febr. pag. 396.

FÆCISCERE, Fæce inficri, fæcem redolere. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 37 : *Ipse calix confricetur, ne forte aliquantulum Fæciscat.*

FÆRRENA. Vox Saxonica, in Legibus Presbyterorum Northumbrensium cap. 47. [** 50.] quæ idem, quod Cyrlisc, id est, *rusticus,* sonat, ut censet Spelmannus tom. 1. Concilior. Angl. pag. 499. [** An fearbonda, *Bovarius?*]

FÆSTINGMEN, Homines commendati, vassalli : ex Saxon. fæsting, commendatus, et man, homo. Charta Cenulphi Regis Merciorum ann. 821. tom. 1. Monastici Angl. pag. 100 : *Nec Rex suum pastum requirat, vel habentes homines, quos nos dicimus Fæstingmen, nec eos, qui*

Digitized by Google

accipitres portant, vel falcones, etc. Ubi *habentes* idem valet ac *divites.* [Charta Berhtwulfi itidem Reg. Merciorum ibid. fol. 123: *Ut illud monasterium* (Breodun) *sit liberatum ab illis incommodis, quæ nos Saxonica lingua Festingmen dicimus.* Ubi Th. *Blount* in Nomolex. Anglic. *Festingmen* a Saxon. festenmon, Fidejussor, accersit: an felicius judicet Lector. Vide *Feastingmen.*] [** Alia charta ann. 855. apud Leo, Rectitudines personarum, pag. 196.]

FAGATUM, vel potius *Fagotum*, Fascis, Gallis et Anglis *Fagot*, occurrit apud Willel. Thorn. ann. 1307. Vide *Fagotus.*

¶ **FAGEA VAGINA**, Quæ est ex cortice fagi, olim Francis nostris in usu ut testatur Anonymus S. Galli monachus in Vita Caroli M.: *Post hæc baltheus spatæ colligatus. Quæ spata primo Vagina Fagea, secundo corio qualicumque, tertio linteamine candidissimo cera lucidissima roborato ita cingebatur, ut per medium cruciculis eminentibus, ad peremptionem gentilium auraretur.*

* **FAGECIDÆ**, vel **FAGICIDÆ VENÆ.** Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959: *Fagecidæ, Alexandro sunt venæ juxta fauces intra os, quæ flebotantur vice venarum, quæ sunt sub lingua.* Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 137: *Scio etiam et* (venas) *Fagicidas incisas, vena non inventa sub lingua.* Ubi Glossæ: *Phagicidas, i. venas sub gula.*

* **FAGEL**, Tunicæ vel peræ seu manticæ species. Vide infra *Magaldus.*

** **FAGELLUS** Vide *Fragellus.*

¶ **FAGETUM**, Idem videtur quod mox *Fagia* 1. Charta ann. 1139. apud Miræum Diplom. Belgic. tom. 2. pag. 966: *Allodium in proprii Fageti loco, qui hæreditas Domini nuncupabatur.* [* Ital. *Faggeto.* Charta ann. 1205. ex Chartul. monast. de Escureio: *Simon dominus Joinvillæ contulit Deo et ecclesiæ de Eseurei..... septem fagos, pro libitu, in Fageto villæ, quæ dicitur Mossier.*]

1. **FAGIA**, [vel **FAGIUM**] Silva ex *fagis*, Gallis *Faye.* Tabularium Ecclesiæ Cadurcensis: *Donamus in villa de Corn in uno manso 2. panes, et 2. gallos, et in Fagio pnissio 40. porcos per singulos annos.* Vide *Faia*, 1.

* *Feignas*, eadem acceptione, in Charta ann. 1412. ex Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 272: *Item Jehanne tient une terre et un Feignas contigu, contenant cinq meyterées de terre.* Pro Glande fagea, Gall. *Faine*, legitur in Charta ann. 1341. ex Reg. 72. ch. 250: *Cum contra sindicos universitatis et singulares castri et bajuliæ de Angulis..... denuntiatum fuisset.... glandes, Fagias et alios quoscumque fructus ipsarum forestarum et arborum in eisdem existentes cossando, colligendo, etc.* Vide *Fagina* 2.

2. **FAGIA**, Alia notione, in Statut. Mediolanens. part. 2. cap. 272: *Teneatur judex strataram bis in anno visitare stratas mastras, et Fagias, et pontes super eis existentes, etc.* Adde cap. 284. [Ubi *Fagia* molem significare videtur qua continetur aqua. Ceterum *Fagotaille* vocant in Bressia quidquid moli muniendæ inservit, quod ex fascibus, vulgo *fagots*, sæpissime id fiat.]

* Pro districtu et territorio usurpari videtur, in Decret. ad calcem Stat. Placent fol. 97. v°.: *Sine aliquo velamine in capite vel alibi in publico, ut supra, et præsentibus duobus consulibus justitiæ Faglæ suæ, et aliter cessio facta non valeat.* Quo sensu intelligi etiam possunt Statuta Mediol. hic laudata.

* **FAGICIDÆ VENÆ.** Vide supra *Fagecidæ.*

** **FAGIDA.** Vide *Faida.*

¶ **FAGILUM**, f. ut *Fagetum. Facta est hujus rei firmatio... ad Fagilum Bernardi de Bustodio, quod est inter vetus vicum et Baiolum*, apud Baluzium tom. 7. Miscell. pag. 211.

¶ 1. **FAGINA**, Mustella major, Gall. *Fouine*, Hisp. *Foina.* Concil. Tarracon. ann. 1591. inter Hispan. tom. 4. pag. 614. col. 2: *Nulli Canonici, vel Clerici... vestes rubeas, vel virides, nec forraturas pellium de martis, de Faginis... portare præsumant.* Concil. Dertus. cap. 1. Hispan. tom. 3. pag. 663: *Neque* (Clericus) *folleratus deferat pellium de marthis, de Fagnes.* Vide *Faina.*

2. **FAGINA**, *Glandis fageæ*, uti vocatur a Plinio lib. 16. cap. 5. copia. *Fayne*, in Consuetudine Arvern. cap. 31. art. 38. [*Faisne* vel *Foisne*, in Nivern. tit. 17. art. 17.] Chrodegangus Episcop. Metensis in Regula Canonic. cap. 7. apud Acherium: *Si contigerit, quod illo anno glandis, vel Fagina non sit, et non habeat unde hanc mensuram de carne impleant, etc.* Tabularium Dervensis Monast. ann. 1027: *Et si pro tempore felicitatis silvæ occurrerit, et esus glandium vel Faginæ fuerit, etc.* Charta Hugonis Leodiensis Episcopi ann. 1202. apud Barthol. *Fizen* in Hist. Leod. pag. 447: *Præterea dedimus in aisanciis pasturarum, et usum Faginæ et glandium, etc.* [Charta Henrici Ducis Limburgi ann. 1200. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belg. pag. 726. col. 2: *Damus præterea aisantias totius terræ meæ in campis, aquis, silvis et pascuis, etiam Faginæ et glandium, gratis.*] [** Charta Lupold. Archiep. Mogunt. ann. 1055. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 1. pag. 21: *Faginum dedi in duobus locis, agellos silvestres, etc.*]

¶ **FAGININA SILVA**, ut Faginea vel Fagina, in Breviario Folquini MS. ex Archivo Audomarensi.

¶ **FAGINULA**, Fagus. Miracula B. Simonis de Lipnica, Julii tom. 4. pag. 555: *Duo lapilli ad instar granorum Faginulæ, alias Bukwie:* nunc Germanis *Buche* vel *Buch-baum*, Belgis *Buecken-boom.*

** **FAGINUS.** Vide *Fagina*, 2.

FAGIOLUM. Gesta Innocentii III. PP. pag. 147: *Pandulphus cæpit ædificare Fagiolum super quoddam monumentum antiquum, quod illius domui adeo erat vicinum, ut a fundibulariis de hoc in illam lapides jacerentur.* [Vide *Fagia* 2.]

* An Locus ubi phaseoli crescunt, ab Italico *Fagiolo*, phaseolus? Vide supra *Faciolus.*

* **FAGIZANIA**, *Divina apparitio, aparicion, Prov.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

¶ **FAGNES.** Vide *Fagina* 1.

¶ **FAGOLIDORI**, φαγολοίδοροι. S. Hieronymus in Prologo ad Ezechielem Prophetam: *Si autem amici mei et hunc subsannaverint, dicite eis quod nemo eos compellat ut scribant. Sed vereor ne illud eis eveniat quod Græce significantius dicitur, ut vocentur* φαγολοίδοροι, *quod est, manducantes sannas*, vel ut alii legunt, *senecias.* Quibus intelliguntur homines impendio maledici, qui conviciando alantur ac saginentur. Verum mendosa est, ut conjiciunt prudentiores, Hieronymi lectio. Ac primum quidem hæc verba, *Quod est, manducantes sannas*, vel *senecias*, a quodam sciolo, qui interpretari voluerit vocem a se minime intellectam, addita fuisse verisimillimum est. Quod vero spectat vocem ipsam φαγολοίδοροι, cum omnino præter analogiam linguæ Græcæ componatur, (non enim dicunt φαγόλωτος, sed λωτοφάγος) eam fictam esse et alterius loco suppositam existimo: quare lubens cum Erasmo et Roberto Stephano legerem φιλολοίδοροι, Quibus, scilicet, studio est calumniari et carpere, velut id suo morbo faciant, non merito aliorum. Ineptas vocis *Senecia* explicationes vide suo loco.

* 1. **FAGOTARE**, Fasces conficere, Gall. *Fagotter.* Lit. remiss. ann. 1418. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 182: *Quidam Guillelmus in dicto nemore frondes lignorum Fagotando, etc. Fagot*, Fustis, vulgo *Bâton de fagot*, in aliis Lit. ann. 1380. ex Reg. 118. ch. 74: *Icellui Raulesson, filz dudit maire, qui tenoit en sa main un grant Fagot, dist au suppliant qu'il retournevoit. Fagoteur*, vox contemtus, homo nihili, in Lit. remiss. ann. 1393. ex Reg. 145. ch. 436: *Le suppliant dist à icellui Thomas qu'il n'estoit mie en sa puissance, ne d'un tel Fagoteur mengeur de soupes, que s'il eust veu icellui Quenetier frapper, qu'il ne lui eust courru sus.*

* 2. **FAGOTARE**, Fascibus munire. Memor. H. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1423. fol. 160. r°.: *Colardus Martini de novo institutus in officio custodis stagnorum forestæ de Waissy, pionarius pour gasonner calciatas dictorum stagnorum et pro Fagotendo* (sic) *et repparando et rolens* (sic) *ipsorum stagnorum.* Vide in *Fagia* 2.

¶ **FAGOTARIUS.** Vide in *Fagus.*

* **FAGOTELLUS**, Fasciculus, diminut. a *Fagotus.* Comput. ann. 1483. ex Tabul. S. Petri Insul.: *Pro ramaciis..... convertendis, tam in fasciculos quam in Fagotellos, etc.*

¶ **FAGOTUS**, a Gall. *Fagot*, Fascis. Chartular. Latiniac.: *Quadriga quæ portat trosselos, vel Fagotos, vel pondera solvet in exitu portæ pro qualibet pecia duos denarios.* Vide mox in *Fagus.*

FAGUS, Jus conficiendi fasces, et eos auferendi ex silvis, quos *Fagots* vocamus. Innocentius III. lib. 2. Epist. pag. 415: *In parochia des Escoues pasnagium quitum, et 22. Fagos absque aliqua traditione annuatim, quando volueritis, accipiendas.* Charta Henrici I. Ducis Brabantiæ ann. 1206. apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 100: *Et usum lignorum in silva mea,... et cum uno plaustro tantum, qui usus in nostro vulgari Fagus appellatur.* Inquisitiones Costumarum de Andeliaco in veteri Regesto Cameræ Computor. Paris. signato P. fol. 19: *Jurati dixerunt, quod Dom. Rogerus Torel habet in prædicta foresta per liberationem Vicecomitis... suum herbergagium ad virgam de pleno pugno ad*

Digitized by Google

terram, ... et habet ad ignem suum Fagum Boloniæ, et furcum, et frondes, sine defectione arboris. Occurrit passim in Regesto Herouvalliano Philippi Augusti. [Bullar. Fontanell. fol. 41. v°. : *Lesdits Religieux prenoient en la forest.. seize chartées de Fou chascun jour.*]

FAGOTARII, Qui fasces lignorum in forestis conficiunt, *Fagotiers*, in Regesto Philippi Aug. fol. 129. Vetus Inquisitio Forestar. ibidem fol. 170 : *Item Fagotarius eorum vadit post asinos, et facit fagotos duos de eo, quod remanet post onera asinorum.*

* FAGUUS, Fagus, Gall. *Hêtre.* Charta Phil. Pulc. ann. 1300. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 120. r°. col. 2 : *Concedimus quod... tres Faguos ad Natale, usagium ad ardendum et ædifficandum sufficienter ad opus domus ipsius militis de Juez, per ostensionem a viridario dictæ forestæ faciendam,.... habeant. Failhard*, eodem sensu, in Lit. ann. 1373. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 682. art. 21. *Fol*, ibid. ex Ch. ann. 1293. pag. 514. art. 3.

FAHNELEN, FANÆLEN, VANLEHEN, Germanis, dicuntur majora feuda, quæ cum traditione vexilli conferuntur a solo Principe. [** Principibus a solo imperatore.] Vox deducta a fana, Saxonico, Germanico, vexillum, et Lehen, feudum. Bulla Aurea Caroli IV. Imp. ann. 1356 : *Feudis Principum exceptis, et illis, quæ Vanlehen vulgariter appellantur, quorum investituram et collationem soli Imperatori, vel Regi Romanorum specialiter reservamus.* Charta Witzlai Principis Rugianorum ann. 1322. apud Pontanum lib. 7. Rerum Danicar. pag. 432 : *Quibus de dictis terris homagium fecimus jure feudali, quod Fanælen nuncupatur.* Chronicon Laurishamense pag. 32 : *Septem principalia beneficia, quæ vulgo appellantur Vollehen, morte septem nobilissimorum Ecclesiæ fidelium in unam personam Godefridi in brevi devoluta sunt.* Ubi Freherus emendandum aut intelligendum *Fanlehen*, recte existimat. [*Fahnlen, Fanenlen* scribit Spelmannus quem consule, si vacat.] Vide *Feudum vexilli.*

1. FAIA, Fagus, seu arbor glandifera, vel glandem fageam ferens. Lex Longob. lib. 1. tit. 19. § 8 : *Si quis roborem, aut quercum, seu cerrum, quod est modo laiscum, aut glandem, quod est Faia,... inciderit.* Ubi Leges Rotharis Regis tit. 101. § 62. pro *modo laiscum*, habet *medula ischat.* [** Roth. 305. Walterus legit : *Si quis robur, aut cerrum seu quercum, quæ est modola, hisclum aut glandem, quod est Faia*; al. *Fagia.*] Tabular. S. Eparchii Inculism. fol. 4 : *Et de silva nostra, quæ vulgo appellatur Faia præpositalis.* Silva fagis consita. [Charta Guill. Bartholomæi pro monast. S. Juniani apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 729: *Partem meam, quam habebam in alodis de Mauseas et in Faia Ricardi, Deo et S. Juniano dono jure perpetuo.*] Vide *Fagia*, 1. et *Fagina* 2.

2. FAIA. Vetus Membrana in Sanctuario Capuano pag. 529 : *In vigilia revelationis S. Stephani, infra scriptæ Ecclesiæ venire debent cum Faits ad Ecclesiam Capuanam*, etc. Ubi Michael Monachus : *Hic Faia seu Faius est machina hujusmodi formæ : pertica alta et gracilis seu arundo intra* 3. *circulos æque distantes immittitur : baculi et circuli adornantur : eminet signum Crucis in vertice, et a pede Crucis, bracteæ seu vittæ papyraceæ tres vel 4. coloribus et incisuris pulcræ deorsum pendent, circulis alligatæ, ne moveantur. Quare Faius seu Faia rotundæ metæ seu turris formam repræsentat.* Belle hæc quidem, at unde vocis origo? hic hæret Monachus. Forte, inquit, ab initio ejusmodi machina dicta Pharus seu Phara, postea corrupta voce *Faius* et *Faia*. Forte denique per *Faia* intelliguntur rami fagorum, quos *Faias* Longobardi appellabant, quos ex Ecclesiæ deferrent. Quid si legendum *batis*, id est, palmarum ramis? nam præterquam quod ita appellabantur a Græcis nuperis, constat Stephanum Protomartyrem cum palma in manu vulgo depingi in signum martyrii.

3. FAIA, Alia notione. Vetus Charta apud Dominicum lib. de Prærog. allod. sub finem : *Illa vinea de illa Faia super via Rigaldo fratri Bosoni dimitto.* [Forte posset et hic intelligi *Faia*, Silva fagis consita, ita ut *Vinea de Faia* sit vinea prope silvam fagineam. *Faia* vel *Faya* Dumbensibus est Ovis, sed hæc nihil ad præcedentia.]

FAICIA. Tabularium Ecclesiæ Uticensis ann. 1241. fol. 51. verso : *Recognoscimus vobis.... totum honorem infra scriptum, videlicet quandam Faiciam, quæ vocatur Faicia dels Codalizes, quæ est in fischa D. Episcopi Uticensis, in parochia S. Laurentii, ... et aliam Faiciam, quæ est in eadem fischa, etc.* [Instrum. anni 1332. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Crescanus de Biens Judæus civis Massil. vendidit Johanni de Vapingo civi Massil. unam Faiciam orti. Faisce* eadem notione etiamnum dicunt Massilienses quamdam terræ ligulam; alii Provinciales *Fatsso de terro.*]

FAISSA, FAISSIA, Rad. notione. Charta in Ruthenensi Comitatu exarata ann. 1306. ex 2. Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. Tabularii Regii num. 7 : *Item ab hæredibus Guillelmi Boc ignobili, qui ab ignobili acquisiverat Faissiam juxta terram mansi de Boisso pretio* 30. *libr. Turon. debilis monetæ, etc.* Infra : *De alia vero medietate dicti mansi et Faissiarum, quam per permutationem.... acquisiverunt, etc.* Rursum : *Quia dictum mansum de Quexaguet cum duabus suis Faissis et juribus universis... acquisivit etc.* Idem videtur quod *Fazenda.* Vide in hac voce, et *Factus.*

FAISA. Charta Alexandri PP. ann. 1160. in Tabulario Humolariensi : *Item apud Ursellum tres Faisas, et tria nemora, etc.* [Tabular. S. Victoris Massil. : *In allo loco medietatem de una Faisa etc.*]

¶ FAIXA, in Tabulari Eccl. Aptensis Ch. 1. *Faixa devensi.*

FAXIA. Tabular. S. Theofredi in Velavis : *Sicut descendit Faxia de monte in vallem.*

* FAYSSIA, Modus agri, forte ab ejus forma sic dictus, quod sit ad instar ligulæ seu *fasciæ*, vel quod in longum protendatur. Formul. MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 47. r°. : *Præscriptam autem Fayssiam vineæ, superius in dotem et dotis nomine Aluetæ constitutam et assignatam, cum omnibus juribus et pertinentiis suis promisit.* Charta pro eccl. Laudun. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 442 : *Item tres Faissus seu petias de curtillo seu virgulto, circa tres virgas terræ continentes. Terra seu Fayssia*, in Recogn. burgi S. Andeoli. *Faissete*, eodem sensu, in Charta ann. 1328. ex Reg. 65. ch. 209 : *Une Faissete, qui fu Robin le Grant, qui tient vint et cinq vergues. Terre en fache* cultæ opponitur, in Charta præpositi Castelli in Bria ann. 1323. ex Reg. 62. ch. 109 : *Le Champart de trois cent arpenz ou environ de terre, partie en Fache, et partie coulturée.*

FAXA, Eadem etiam, ut videtur, notione. Vetus Charta ann. 1126. Petri Abbatis Axianensis : *Dimitto tibi Raymundo... tertiam partem de manso Guigon. quod est in villa de Vallesias, præter unam Faxam de terra, quæ est ante portam Jo. Revelli.* Ubi *Faxa*, videtur esse *facies*, nos diceremus, *sauf une face de terre, qui est devant la porte, etc.* Hispanis, *Faxa*, est *Fascia*, ita erit terræ ligula. [Testamentum Adelaidis Vicecomitissæ Narbon. ann. 989. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 103 : *Dono eis mansum unum cum ipsa curte et orto, et Faxam unam de terra et dimidium campum, etc. Faxas supra condamitam*, in Chartulario Aptensi fol. 72. v°.]

¶ FOXA, Eadem, ut videtur, notione. Epistola Alexandri III. PP. ad Berengarium Abb. inter Concil. Hispan. tom. 3. pag. 377 : *Allodium vallis Aradi cum ipsa Foxa, quæ fuit Richellis Comitissæ.*

** FAICOSUS. Vide in *Faida.*

* FAICTOR, ut *Factor* 1. Fautor, qui alicujus partibus favet. Lit. Caroli VI. ann. 1418. tom. 10. Ordinat. reg. Franc. pag. 486 : *Legationes præterea et ambaxiatas suorum adhærentium et Faictorum pro libito destinarunt.*

FAIDA, exponitur *Inimicitia*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 7. § 15. lib. 2. tit. 14. § 10. [** Rothar. 74. 162.] interdum vindicta, quæ pro morte propinqui aut agnati exigitur; *Vindicta parentum, quod Faidam dicimus*, apud Reginonem lib. 2. de Ecclesiast. discipl. cap. 5. et Burchardum lib. 1. cap. 94. Gloss. : *Faida, vindicta mortis.* Rhenanus lib. 2. Rerum Germanic. pag. 95 : *Faidam vocabant Franci simultatem apertam, qua unus aliquis uni vel pluribus bellum denuntiat. Ab hac Gallicani scribæ Faidosum appellant, qui Faidam exercet. Germanis notum nimis vocabulum est.* Præsertim vero definitur, gravis et aperta inimicitia ob cædem aliquam suscepta. Neque tamen omnis simultas fuit *Faida*, sed capitalis illa, quæ apud Germanos et Septentrionales populos obtinuit, penes quos privatæ inimicitiæ per totam cognationem diffundebantur : adeo ut si ex ea quis interfectus fuisset, cædis pœna a tota cognatione exigeretur, ac in eam pro libito vindicaretur. Synodus Ticinensis ann. 855. in Appendice cap. 3 : *Si inter hæc forte eundem latronem occidi contigerit, nulla is, qui eum occidit, damnatione mulctetur, neque ullas inimicitias a parentibus, aut ullam persecutionem ab ullo ejus amico vel propinquo sustineat.* A Saxonico fæhð, seu fehðe, vel Germanico *Fehde*, et *Feide*, i. hostis, inimicus, vocem deducunt Lambardus,

Digitized by Google

Spelmannus, Somnerus et alii : Sibrandus a Sicama, a *Veed*, capitalis inimicitia. Vide Dissertationem nostram ad Joinvillam de Privatis bellis, et Gregorium VII. PP. lib. 2. Epist. 5. Apud Olaum Wormium in Lexico Runico, *Fraatt*, exponitur *privata simultas*. [** Vide Graffii Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 384. Phillips. de Jur. Anglosax. not. 34. et 497. ejusd. Hist. jur. Anglic. tom. 2. pag. 253.]

Faida, scribitur in Capitulari de Villis cap. 4 : *Pro homicidio et incendio, unde Feida exire potest.* [** Hoc loco et sequenti Pertzius e codice reposuit *Frauda*, quod *fræda*, *fredum* interpretatur.]

¶ Faida Regia, ibidem pro satisfactione, quæ ex delicto Regi debetur : *Pro Feida vero nostra, ... familia capuletur.*

** Fagida. Ludovici Imper. Constit. ann. 866. in Chron. Casin. cap. 6. ap. Pertz. Script. tom. 3. pag. 224 : *Fagidis enim quicumque eundo et redeundo commotionem fecerit, vitæ incurrat periculum.*

Faidam Levare, in Lege Longobardorum lib. 1. tit. 9. § 18. [** Liutpr. 13. (2, 7.)]

Propter Faidam Fugere, in Capitulari Compendiensi ann. 757. cap. 18. [** 21.]

Faidam Pacificare, *Pacare; Per sacramentum pacificare*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. § 34. lib. 2. tit. 7. § 2. [** Ludov. Pii. 21. Vide *Faidam componere.*] in Capit. Caroli M. lib. 4. cap. 27. 55. in Capit. Caroli C. tit. 34. [** Ap. Pistas ann. 869.] § 10. interjecto solenni jurejurando confirmare se depositis odiis in concordiam rediturum.

Faidam Requirere, in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. § 17. [** Roth. 389.]

Pro Faida *pretium recipere vel solvere*, in Lege Longob. lib. 1. in Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 134. [** 205.] in Capit. addit. 4. cap. 93. [** 140.]

Faidam Jurare, apud Hincmarum in Epist. ad Carolum Reg. a Cellotio edita, et tom. 2. Spicilegii pag. 825. in Capitul. Carlomanni tit. 2. § 3. 10. etc.

Faidam Portare Alicui, Bellum domesticum indicere. Occurrit passim in Legibus Edmundi Regis Angl. cap. 1. [** § 2 ; wege þa fæhðe.] Saxon. tit. 2. § 5. in Capit. Caroli C. tit. 12. cap. 5. tit. 39. cap. 2. in Capit. Carlomanni Regis tit. 2. cap. 3. 10. 11. [** Apud Silvac. ann. 853. Apud Carisiac. ann. 873. Apud Vernis palat. ann. 884.] in Legib. Henrici I. Regis Angl. cap. 88. etc. Sic *inimicitias denuntiare* dixit Seneca Epist. 77. *Indicere simultatem*, Suetonius in Nerone cap. 25. *Inimicitias indicere*, Sidonius lib. 7. Epist. 9. [** In Leg. Sax. tit. 2. § 5. est *Dominus compositionem persolvat vel Faidam portet.* Ita etiam in Leg. Edmund. cap. 1. princip. : He wege sylf þa fæhðe, quod in Leg. Henr. I. cap. 88. § 11. redditur : *Ipse sibi portat homicidii faidiam.*]

Proprer Faidam *occidere*, in Lege Saxonum tit. 3. § 4.

Componere Excepta Faida, in Lege Saxon. tit. 12. § 5. [** et tit. 18. § 1. Conf. Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 656. not.] *Componere, cessante Faida, id est, inimicitia*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 7. § 1. tit. 9. § 4. [** Roth. 45. et 75.] quod exponitur § 15. tit. 7 [** Roth. 74.] : *Ut Faida, quod est inimicitia, post compositionem acceptam postponatur, et amplius non requiratur, nec dolus teneatur.*

¶ Faidam Componere, est Læso satisfacere, in Legibus Luitprandi [** 127. (6, 74.)], apud Muratorium tom. 1. part. 2. pag. 76. col. 2 : *Si Romanus homo mulierem Langobardam tulerit, et mundium ex ea fecerit, et post ejus decessum ad alium maritum ambulaverit sine voluntate hæredum prioris mariti, Faida et anagrip non requiratur, quia postquam marito Romano se copulaverit, et ipse ex ea mundium fecerit, Romana effecta est, et filii qui de eo matrimonio nascuntur, secundum legem patris Romani sint, et ideo Faidam et anagrip minime Componere debet qui eam postea tulit, sicut nec de alia Romana.*

Faidam Habere, in Lege Longobardorum lib. 2. tit. 1. § 11. [** Liutpr. 119. (6, 66.)]

Faidam Deponere, *id est, inimicitiam pacificare*, in Lege Longob. lib. 2. tit. 14. § 10. [** Roth. 162.] Vide præterea eamdem Legem Longob. lib. 2. tit. 2. § 1. 2. 3. tit. 13. § 2. tit. 54. § 2. [** Roth. 188. 190. 215. Grimoald. 8.] Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 6. [** 8.] Capitulationem ejusdem Imp. de partibus Saxoniæ cap. 3. Capitul. Caroli C. tit. 34. cap. 10. tit. 39. cap. 3. [** Ap. Pistas ann. 869. apud Carisiac. ann. 873.] etc.

** Faidas Nancisci, In Se Cumulare. Ruodlieb. fr. 1. vers. 63 :

Et propter Faidas sibi multas undique nactas
A patria dulci quod debuit exiliari.

Ibidem fr. 3. vers 234 :

Et Faidas in te non cessabas cumulare
Donec e patria fugiens petis extera regna.

Faidia, Idem quod *Faida*. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 88 : *Si quis post hæc hominem occidat, ipse sibi portat homicidii Faidam.* Et mox : *Si quis propter Faidiam, vel causam aliquam, de parentela se vellet tollere, etc.* Edictum S. Ludovici anno 1245 : *Mandantes tibi præcipimus, quatenus de omnibus guerris et Faidiis tuæ Ballivæ ex parte nostra capias, et dari facias vestas treugas, etc.*

¶ Faidus, Eadem notione, in Decretione Chlotarii II. § 9 : *Dominus status sui juxta modum culpæ inter fredum et Faidum compensabitur.*

Infaidiare, Inimicitias exercere, gerere, suscipere, adversus aliquem stare, impetere, etc. in Legibus Edmundi Regis apud Culintonam editis § 2.

De *Faidis* seu bellis privatis Dissertationem integram instituimus ad Joinvillam, quæ est 29. Adde præterea, quæ collegit Michael *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. in verbis *Diffidamentum, Batalla, Capitaneus, Fractor pacis, Guerra, etc.* Honoratum Bonnorium Salonensem in Arbore certaminum, 4. parte cap. 15. 16. 17. 22. 67. 68. 70. 71. Foros Aragon. fol. 181. v. 182. etc.

1. Faidiare, *Faidam*, seu inimicitiam excitare. Charta ann. 1181. apud Catell. lib. 2. de Comitib. Tolos. pag. 214 : *Si aliquis homo vel femina de Tolosa Faiduit, ut guerram faceret Comiti, etc.* [Charta ann. 1223 : *Homines monasterii cum non essent de aliquo maleficio convicti, vel confessi, Faidivit... et tam Faiditorum quam interfectorum bona contra justitiam occupavit.* Vide *Faidire*, 2.] Philippus *Mouskes* in Phil. Augusto :

Quar li Poitevin li aidoient,
Et le Roy Jean mault Faidoient.

Vide Jacobum Pergaminum in *Ferire*.

Faidimentum. Aresta ann. 1261. in 1. Reg. Parl. f. 115 : *Cum D. de Limoso peteret Faidimenta et altam justitiam in terra D. Rege sibi data in Albigesio, etc.* Charta S. Ludovici Reg. ann. 1264. apud Sammarthanos in Episcopis Albiensib. : *Et intelligitur de Faidimentis illorum Faiditorum, qui fuerunt, vel erunt Faiditi a civitate Albiensi.* [Charta Philippi III. Regis Franc. ann. 1273. pro Monaster. S. Tiberii apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Occitan. MSS. pag. 404 : *Pro qua* (alberga decem militum) *monasterium præstat nobis viginti solidos Turonenses annuatim, heresibus insuper et Fardimentis* (l. *faidimentis*) *quæ inibi sicut in aliis villis monasteriorum terræ illius habemus, salvis quoque, etc.* Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351. ex libro viridi fol. 53 : *Possidet medietatem castri de Rivo-grandi et redituum ejusdem cum medietate jurisdictionis altæ et bassæ et cum incursu hæresis et Faidimentorum.*]

* Faidiare, Pro hoste se gerere, adversus aliquem stare, contra fidem sacramento firmatam in dominum insurgere. Charta ann. 1234. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 101 : *Item de rebus faiditorum, qui contra nos vel contra fidem... se Faidiaverunt, et qui de cætero contra nos vel contra fidem se Faidiabunt, fuit inter nos et eumdem episcopum ordinatum, quod nos prædictorum res faiditorum accipere poterimus.* Vide in *Faida*.

1. Faiditus, Hostis, qui in *Faida*, seu guerra est. Monachus Vallis Sarnai cap. 83 : *Ruptarii et Faiditi, et multi alii, qui antea erant inimici occulti Comitis, etc.* Perperam *faidici* editum. Charta ann. 1218. in Regesto Carcassonensi fol. 10 : *Præterea Faiditos de terra, seu ruptarios, et quoslibet altos inimicos et proditores Comitis prædicti non recipiemus scienter.* Conventiones inter Carolum I. Comitem Andegav. et Provinciæ, et Arelatenses ann. 1251. art. 19 : *Quia vero damna Faiditis Arelatensibus, a suis concivibus in domibus et rebus aliis illata noscuntur, etc.* Quam vocem non intellexit Bonifacius Avinio Interpres Gallicus. Adde Chron. Guillel. de Podio-Laurentii cap. 25. 37. 41. et Concilium Tolosanum ann. 1228.

* 2. Faidire, Aliquem ut hostem edicto proscribere. Inquisit. ann. 1210. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 49. col. 1 : *Debebat his, qui ejicerentur a civitate seu Faidirentur, reddere unum castellum domini comitis, et eis facere expensas de redditibus comitis.* Vide *Faidire*, 1.

¶ 2. Faiditus, pro *Bannitus*, seu edicto publico proscriptus, accipi videtur in Statutis Arelat. MSS. art. 86 : *De Conspirantibus : Qui contra fecerit ipse sit Faiditus sive bannitus ab Arelate.* Neque alia fortassis notione usurpanda hæc vox in Conventione ann. 1251. mox laudata.

¶ Fayditus, de homine propter faci-

Digitized by Google

nora profugo vel exulante dici videtur in Statuto Stephani Abb. S. Victoris Massil. ann. 1355 : *Volentes tollere abusus qui per nonnullos Fayditos qui ad nostrum confugerunt monasterium multa maleficia et enormia perpetrantes ad nostrum monasterium quasi in asilium confugientes, unde domus orationis facta est spelunca latronum, furum, homicidarum, assiscinorum et aliorum adsimilium, etc.*

FAIDOSUS, ut *Faiditus*, Eginhardus Epist. 17 : *Asserens, se ad hanc remansionem magna cogi necessitate, pro eo, quod Faidosus sit, et cum inimicis suis et his, qui vitæ ejus insidiantur, hoc iter agere non audeat.* Vide Capitula Legis Salicæ cap. 2. § 2. Legem Bajwar. tit. 2. cap. 8. Legem Saxon. tit. 2. § 6. Legem Fris. tit. 2. § 5. Capitul. 2. ann. 805. cap. 5. Capit. Caroli M. lib. 3. cap. 4. lib. 5. cap. 215. [** 367.] Capit. ann. 13. Imperii cap. 28. Legem Longob. lib. 1. tit. 37. § 2. [** Carol. M. 20.] Leon. III. PP. in Capit. cap. 28. etc.

** FAICOSUS, Eadem notione. Heinric. IV. Imperat. Constit. de Pace ann. 1084. ap. Pertz. Leg. tom. 2. pag. 55 : *Ut nemo quavis culpa Faicosus ab adventu Domini usque in octavas Epiphaniæ... tollere præsumat arma, etc.* Infra pag. 57 : *Securitatis gratia omnibus præcipue Faicosis hujus dominicæ pacis statuta traditio est, sed non ut post expletam pacem rapere audeant, etc.*

¶ **FAIDIDI**, dicti interdum Albigenses, si fides Pittoni in Annal. Eccl. Aquensis; neque enim unde id acceperit docet. Idem habet Commentator Convent. Arelat. in art. 21. I^m. Convent. nota 5. Sic tamen appellari potuerunt quod quasi profugi et exulantes erant. Vide *Fayditus* supra.

* **FAIDITAS**, Gravis et aperta inimicitia; vel a fide defectio. Stat. S. Ludov. ann. 1228. in Reg. feud. senescal. Carcass. fol. 493. r°. : *Bajuli nostri solliciti sint et intenti terram purgare ad hæreticis et hæretica pravitate et Faiditate.* Vide in *Faida*, supra *Faidiare* et infra *Fayzimentum*. [** *Hæretica Fæditas*, passim.]

FAIDIUM pro *Feudum*, in veteri Charta, apud Sammarthanos, in Abbatib. S. Stephani de Vallibus pag. 893.

* **FAIELLUM**, Silva minor ex fagis, vulgo *Fayel*. Charta ann. 1213. in Reg. 4. Armor. gener. pag. IV : *Quinque acras terræ inter haiam transversam et Faiellum et subtus Faiellum.* Vide supra *Fagetum*.

* **FAILLITA** PŒNA, Mulcta ob desertum vadimonium statuta. Charta ann. 1379. ex schedis Pr. *de Maznugues : Dicta curia habet ibidem... pœnas Faillitas... Item pœnæ Faillitæ solvuntur per hunc modum : de prima citatione, si sit contumax, solvit denarios vj. de secunda, solidum unum, etc.* Vide *Fallire*.

* **FAINA**, Mustela, Gall. *Fouine*, alias *Fayne*, Occit. *Faino*, Ital. *Faina*. Leudæ min. Carcass. MSS. : *Item de pellibus vulpis et Fainis et de murilegis silvestribus, de duodena iiij. den.* Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 150. Chartoph. reg. ch. 321 : *Une houppelande à homme fourrée de Faynes, et deux robes à femme fourrées de gros ver.* Vide *Fagina*, 1.

FAISA. Vide *Faicia*.

¶ **FAISANCIA**, *Faisance*, in Consuetud. Norman. cap. 93. Operarum præbitio, opus tributarium ad quod tenetur cliens erga dominum. Codex Legum Norman. apud Ludewig. tom. 7. pag. 225 : *Dum eis remaneat de feodo, per quod omnia jura et Faisancie, jurisdictiones et dignitates feodi perfici dominis plenarie valeant et persolvi.* Et pag. 226 : *Potest autem antenatus in postnatos justitiam exercere pro redditibus et Faisanciis ad dominos feodi pertinentibus, pro aliis autem actionibus nequaquam.* [* Vide in fra *Fesancia*.]

* **FAISENDA**, Expeditio militaris, idem quod *Factum* 5. Charta ann. 1229. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 344 : *Comes Tolosæ habuit sacramentum in Albia, quando Francigenæ recesserunt propter Faisendam, quam prædictus comes habebat contra ecclesiam et Francigenas.* Vide infra *Fazendera*.

* **FAISIO**, FASIO, FAZIO, Prædium rusticum, *mansus*, ager, idem quod *Fazenda*. Charta ann. 1343. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 514 : *Cum mansis, capmansis, bordariis, tenutis, Faisionibus, affariis, etc.* Compromis. inter Guill. de Gorsol. et Guill. de Brolio ann. 1341. ex Tabul. Flamar. : *Cum esset controversia inter nos de et super quibusdam Fasionibus, vocatis de Janval et deus cloptz, quæ ego dictus domicellus asserebam et dicebam ad me pertinere et deberi exinde plures redditus.* Charta ann. 1477. pro prior. de Mauzan. in Pago infer. Lemov. : *Prænominati vero de Meynia, pro se et suis nomine prædicto,... recognoverunt.... se tenere a prædicto domino priore præsente, ... videlicet mansos seu Fasiones de Meynia, de Palissas, de la Chevalerie, de la Durantie, de la Font, de la Coste, de Puerasis, medietatem de la Joufrerie, et tertiam partem de Rusac, nec non etiam et molendinum dicti prioratus de Mauzanis : et ratione eorumdem mansorum, Fasionum et molendini superius nominatorum, sibi debere anno quolibet et perpetuo de perpetuo censu seu reditu, ac teneri solvere quinquaginta solidos monetæ currentis, decem sextaria siliginis, novem sextaria avenæ, novem sextaria frumenti mensuræ Treinhaci* (Treignac) *novem jornalia hominis, novem gallinas et agrearium.* Ibidem : *Mansos et Fasiones.* Rursus : *Mansos sive Fasiones.* Alia ann. 1328. in Reg. 3. Armor. gener. part. 1 : *Quictavit .... domos, ortos, ayralia, terras et Faziones prædictos.* Vendit. vicecom. Turen. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 156 : *Cum.... mansis, camansis, bordariis, tenementis, Fazionibus et auffariis, etc.* Vide supra *Affazio*.

* **FAISIUM**, Fascis, onus. Charta Phil. Pulc. ann. 1288. in Reg. S. Ludov. ex Chartoph. reg. fol. 106. v°. : *Arrestata fuerunt.... quadraginta quinque Faisia boquenarum, viginti tres pontes cordoani.* Alia ann. 1378. ex schedis Pr. a S. Vincent. : *Collerius et colleria portans.... solvit pro Faisio denarios quinque Provinciales.* Vide infra *Faissus*.

* **FAISNATOR**. Charta sub Rodulfo rege in magn. Chartul. S. Vict. Massil. pag. 350 : *Et est ipsa donatio appennaria, quam Durannus Faisnator tenuit, quantum homo invenire potuerit... Ipse presbyter, qui decantabit apud S. Saturninum, ipse teneat et possideat.* An idem significat quod *Faisnieur*, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 344 : *Pour garder icelui corps mort, ont esté commis certains Faisnieurs et gardiens.* Quo designari videntur presbyteri servandis humandisque defunctorum corporibus præpositi.

¶ **FAISSA**, FAISSIA. Vide *Faicia*.

* **FAISSELLUS**, Fasciculus. Vide *Fessellus*.

¶ **FAISSUS**, ut infra *Fassus*, Fascis, Gallis *Faisseau*. Instrumentum ann. 1451. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Dominus Rex habet lesdam piscium recentium et salatorum, videlicet de qualibet saumata denar. 4. de quolibet Faisso hominis denar. 2.*

* Nostris alias *Fais*. Chartul. Celsinian. ch. 781 : *In unumquemque mansum, unum Fais de feno.* Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 251 : *Il avoit pris un Fais de foing, c'est assavoir ce qu'il en povoit entrer en un lien de blé.* Vide infra *Fayssus*. *Faisse* vero, pro Fustis, paxillus, in Lit. remiss. ann. 1360. ex Reg. 89. ch. 450 : *Lequel suppliant tenoit un petit baston, appellé Faisse, aussi comme un petit paisseau d'une haie.* Vide supra in *Fagotare* 1.

¶ **FAITA**, pro *Faida*, legitur apud Muratorium tom. 1. part. 2. pag. 95. col. 2.

* **FAITUM**, Tributum, vectigal, Gall. *Charge*. Lit. ann. 1350. in Reg. urbis Paris. fol. 17. v°. : *Taliter onerata, quod Faita seu honera hujusmodi villa ipsa non potuit, jam diu est, nec posset de cetero ex suis redditibus sustinere.* Vide supra *Factio* 3. et *Faxius*.

¶ **FAIUS**. Vide *Faia* 2.

* **FAIXA**, Prædium rusticum, ager, ut supra *Faisio*. Charta ann. 1152. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 539 : *Et ipsam Faixam, quæ se jungit cum alia Faixa de Berengarii de Vallauquez, et in eadem Faixa est mansus, qui fuit Saldon.* Alia ann. 1166. ibid. col. 605 : *Et omnes Faixas, quas in riparia illius parochiæ pater meus vel avus habuerunt.* Vide in *Faicia*.

¶ **FAKECHA**. Vide *Facha*.

¶ **FAKIRI**, Monachi Muhammedani. Vide Lexicon Hofmanni.

1. **FALA**. Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 624 : *In territorio Balgenzaii cuidam pagensi, Taurus nomine, Fala erat, quæ sæpe gregem armentorum relinquens in saltum currebat, etc.*

☞ Haud scio an huc spectet vox Teutonica *Falsch*, qua homo mendax, fraudulentus, sui compendii cum damno aliorum studiosus denotatur, ut author est Schilterus in Glossar. Teuton. Hæc enim satis conveniunt homini, qui gregem sibi commissum dimittit. [** Non de homine hoc loco agitur sed de tauro, unde scribendum *cuidam pagensi taurus, nomine Fala, erat, qui, etc.*]

2. **FALA**, Turris lignea. Vide *Phala* 1.

* 3. **FALA**, ut *Hala* 1. Locus ubi merces venum exponuntur, in tit. ad marg. Reg. 108. Chartoph. reg. ad. Lit. ann. 1375. ch. 64 : *Mandamentum dominorum compotorum mentionem faciens de quadam domo sita in buto vici straminis juxta Falas Paris.* Ubi textus habet : *Une place seant au bout de la rue du feure en un angle tenant au degré et et aus Hales de la mercerie de Paris.* Vide infra *Falha*, *Falla* 2. et *Phala* 2.

¶ **FALACIA**. Vide *Falasia*.

Digitized by Google

* **FELEHUS**, *Fedititius*, in Glossar. Wacht. pag. 1886.

1. **FALANGA**, Phalanga, Falangus. Papias : *Phalanga, fustis, cui aliquid deligatur.* [Plinius 7. 56 : *Prælium Afri contra Ægyptios primi fecere fustibus, quos vocant Phalangas.*] Nonius : *Palangæ dicuntur fustes teretes, qui navibus subjiciuntur, quum attrahuntur ad pelagus, vel quum ad littora subducuntur : unde etiam nunc Palangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transvehunt.* Gloss. Lat. Gr. : *Phalangarii*, οἱ ταῖς δοκοῖς ἀποκρεμῶντες βάρη, καὶ πλείονες ἅμα βαστάζοντες. Hesychius : Φαλάγγια, ξύλα καὶ σύμμετρα. Pollux : Τὰ δὲ τῶν νέων ξύλα, οἷς ὑποβάλλεσθαι φίλκονται αἱ νῆες, Φαλάγγες, ἢ φαλάγγια. Agobardus lib. Adversus Fredericum cap. 21 : *Sicut et illi duo, qui unum botrum in Falango portabant, unum opus faciebant indifferenter, nisi quia eundem botrum unus post dorsum, alter ante faciem habebant.* [* Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Phalangæ, Gall. Motes vel motines.*]

Phalanga, apud Petrum Damian. lib. 2. Epist. 15 : *Sicque velut hœdum in Phalangam pendulum alter post alterum bajulare cœperunt.* Occurrit eadem inflexione in Spec. Sax. lib. 1. art. 63. § 6. Guillel. de Guignavilla in Peregrinatione animæ :

Mon balay je nomme ma langue,
Et mon fourchon, et ma Palangue,
Dont toute ordure je baloie,
Je housse, ramonne, et netoie.

Pallingus, Eadem notione. Luithprand. in Legat. cap. 33 : *Residentibus itaque nobis ad mensam sine latitudine longam, Pallingi latitudine tectam, longitudine seminudam.*

Walenga, pro *Falanga*. Rollandinus in Chron. lib. 3. cap. 15 : *Cum lanceis, ensibus, Walengis, acutis, et clypeis, et omni armorum genere, etc.*

* 2. **FALANGA**, pro Phalanx. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Falanga, falanx, Compaignie, tourbe, avantgarde, légion.* Vide *Phalanga* 2.

* **FALANGAGNUM**, Tributum, quod pro facultate figendi *falangas* seu fustes aut palos ad ripam, ad quas religentur naves, exigebatur; quo sensu intelligendum quoque est *Falangaticum*. Privil. concessa Pisan. a Soldano ann. 1269. apud Lamium in Delic. erudit. tom. 3. pag. 278 : *Et lignum quod gabbiam non habuerit cum cuperta, unum tarenum auri tantum, et nihil aliud, neque plus,..... et maxime occasione Falangni seu portus.* Vide infra *Phalangaicum*.

¶ **FALANGATICUM**, Species tributi forte exsolvendi pro mercibus, quæ *falangis* exportantur. Charta Caroli IV. Rom. Reg. pro ordine sacræ Militiæ Teutonicæ, apud Ludewig. tom. 6. pag. 45 : *Concedimus etiam eidem sacræ domui.... libertatem aquarum, herbarum et lignorum... et ut de ipsis per totum imperium nihil ratione portatici, plateatici, Falangatici, ripatici, thelonei, vel alicujus alterius exactionis, solvere teneatur.* Vide *Falangagnum*.

¶ **FALANGIARIUS**, λιθοφόρος, Qui gestat lapides. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. Isidorus in Glossis et Papias in MS. Bituric. habent : *Falangarius, ut gladius.* Locum mutilum lubens suppleret Grævius : *Falangarius, qui falangis ut gladiis utitur.* Vide *Falanga*. [* Adde ex Castigat. ad utrumque Glossar. Leg. *Falangarii*, ἀχθοφόροι. Vide Meurs. in Minot. pag. 152.]

FALANGUS. Giraldus in Topogr. Hiberniæ, apud Bromptonum : *Gens ista... vice palliorum Falangis nigris utitur.* At in edito Giraldo Distinct. 3. cap. 10. est *phalingis laneis*, i. Camdeno interprete, sagis sive lacernis villosis. Harum descriptionem pluribus refert Gratianus Lucius in Cambrensi everso cap. 13. [* Vide *Phala.*]

* **FALARE**, Fabulari, libere loqui. Leg. Portug. sub Alph. reg. tom. 1. Probat. Hist. genealog. domus reg. Portug. pag. 11 : *Si male Falaverint de regina et filiabus ejus,... non sint nobiles.* Vide supra *Fabellare*.

FALARICA, [*Genus arcæ* (l. lanceæ) *grandis, aut genus teli.* Glossar. Sangerman. num. 501.] Vide *Phalarica*.

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Falarica, engin à jetter pierres.* Aliud ex Cod. 7641 : *Fallarica, lancea magna, telum mulieris.*

¶ **FALARUS**, περιτραχήλιον, Monile, collare. Gloss. Lat. Græc. Sangerman.

¶ **FALASIA**, Falacia, Fallazia, Modus agri, f. ab editiori loco sic dictus, nisi idem sit quod *Falcata*. Calendarium MS. anniversar. B. Mariæ de Argentolio : xiii. *Kalend. Martii, anniversarium D. Roberti magistri, qui dedit caritatibus de Argentolio pro anniversario quatuor libras super Falacia Symonis Egri.* Ibidem : *Anniversarium fratris Petri de Boysiaco Prioris de magno Puteo, qui dedit nobis* xii. *sol. annui reditus super Fallasia Auberti piscatoris.* Ibidem : iii. *Non. Maii, anniversasium Agnetis Lahaselle, quæ dedit nobis Fallaziam Aden.* Rursum : *Idib. Decemb. anniversarium fratris Guillelmi de Thoriaco... pro quibus habemus medietatem Falasiæ.... quæ bene valet* xii. *sol. annui redditus.* Vide *Falesia*. [* Idem, ut videtur, quod infra *Falesia* 2.]

¶ 1. **FALCA**, pro Fascis, fasciculus, Gallice *Botte*. Litteræ G. Magalonensis Episc. ann. 1116. apud Stephanotium tom. 5. Fragm. Hist. MSS. : *Statuimus autem ut fratres has ecclesias possidentes talem censum ecclesiæ nostræ unoquoque anno reddant, id est, duos modios frumenti, tertium ordei,... et centum Falcas ceparum et* xviii. *denarios.*

¶ 2. **FALCA**, Pars quædam navis. Informationes Civit. Massil. de passagio transmarino in Cod. MS. Sangerman. : *De formis et mensuris galearum... Item sentha à tayrat* vi. *palmos cum quarto. Item de Falca* iii. *palmos minus quarto.* Rursus ibid. occurrit. [** Vide Jal. Antiq. Naval. tom. 2. pag. 157.]

* 3. **FALCA**, an idem quod *Falcata*, vel mensuræ species? Charta comit. Theob. ann. 1222. in Chartul. Campan. fol. 330. v°. : *Debebat assignare xxx. libratas terræ,..... et Falcas avenæ de redditibus, in aliis redditibus de Chamato.*

¶ **FALCABILIS**, Qui falcari potest, seu falce secari, apud Th. *Madox* in Formul. Anglic. pag. 31.

* Charta Phil. Pulc. ann. 1305. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 280 r°. col. 2 : *In domibus, pratis Falcabilibus et non Falcabilibus, etc.* Alia ann. 1306. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 87 : *Concessimus.... quinquaginta acras domanlorum et pratorum non Falcabilium.* Id est, ni fallor, secunda falce minime secandorum.

FALCAGIUM, Jus herbas desecandi in forestis vel pratis. Aresta Candelosæ ann. 1259. in 1. Regesto Parlamenti fol. 100 : *Dictum fuit hominibus de Leonibus, quod non haberent Falcagium, quod in foresta de Leonibus dicebant sibi quitatum esse.*

¶ **FALCARE Prata** dominorum suorum tenebantur vassalli, interdum tamen non sine aliqua mercede. Charta ann. 1292. apud Kennett. in Antiquit. Ambrosden. pag. 320 : *Per duos dies prata domini Falcabunt*, (homines de Hedingdon) *tertio vero die herbam ibi falcatam vertent, etc. pro falcatione et aliis supradictis circa dictum fœnum... solventur eisdem hominibus de denariis domini singulis annis proximo die quo falcare incipient quinque solidi.* Charta ann. 1363. ibid. pag. 496 : *Et dicunt quod quilibet falcator habebit ad vesperam singulis diebus quamdiu falcabit fasciculam fœni quantum potest capere sursum cum falce sua sine auxilio aliorum.* [* Pactum inter dom. et habitat. *de Bourbonne* ann. 1315. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 155 : *Item chascuns feux de ladite ville paiera au seigneur un jour de faucille.* Vide infra *Falcatio.*]

¶ **FALCARIA Prati**, *Falcariata prati*, Idem quod mox *Falcata prati*. Occurrit passim in Reg. *Probus*.

¶ 1. **FALCARIUS**, δρεπανοποιός. Gloss. Lat. Græc. Qui falces facit. Alias, qui falce metit. Isidoro : *Gladiator, qui falcem gerit.* Vide *Falcatores*.

* 2. **FALCARIUS**, Qui falce metit, nostris alias *Fauciller* et *Faussilleur*. Charta ann. 1407. in Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 184. bis : *Quædam pecia prati,... continens dietam sexdecim Falcariorum... Item alia pecia prati,... continens septem dietas unius Falcarii.* Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 139. ch. 68 : *Compaignons Fauciliers pour fauciller les blefs.* Aliæ ann. 1415. in Reg. 168. ch. 385 : *Comme le suppliant... eust envoié Faussilleurs pour Faussillier son blef, etc.*

* **FALCASTRARE**, Falcare, *falcastro* desecare : unde *Falcastratio*, ipsa sectio. Stat. Casimiri ann. 1347. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 37 : *De Falcastratione alicujus prati. Bartoldus deposuit querelam contra Andream, quod pratum ipsius Falcastrasset et gramina abscidit.* Vide *Falcastrum* 1.

1. **FALCASTRUM**. Isidorus lib. 20. cap. 14 : *Falcastrum, instrumentum ferreum curvum, cum longo manubrio ad densitatem veprium succidendum. Sic dictum, quia recurvum ad similitudinem falcis. Idem et Runco dicitur.* Gregorius M. lib. 2. Dial. cap. 6 : *Et dare ferramentum jussit, quod ad falcis similitudinem Falcastrum vocatur, ut de loco quodam vepres abscinderet, quatenus illic hortus fieri deberet.* Interpres Græcus habet ξυλοκόπιν. Occurrit in Vita S. Egwini Episcop. Wigorn. cap. 4. apud Faustum in Vita S. Mauri Abb. cap. 2. et in Gloss. Anglo-Saxon. Ælfrici. Vide *Bidubium*.

2. **FALCASTRUM**, Falx militaris. Historia MS. Excidii Acconis ann. 1291 : *Portantes ibidem.... lanceas, Falcastra, cassides et loricas.* Nisi ensis fuerit in modum *falcis*

Digitized by Google

curvatus, qui *Fauchon* dicitur Scriptoribus nostris. Regestum Peagiorum Bapalmæ : *Le espée, ou Fauchon, chacun* 1. *obol.* Nicolaus de Braia in Ludovico VIII :

Non arcus, non hasta gravis, non sæpe bipennis,
Non desunt Falces, gladiis armantur acutis.

Liber Anglicus inscriptus *Justice of peace*, pag. 77. b. : *Cum aliis ignotis de covina sua, et associatis, vi et armis, scilicet gladiis, baculis, vagis, Falcastris, arcubus, et sagittis, etc.* Occurrit non semel apud Willelmum *Guiart* in Hist. Francor. MS. :

Plommées fermement tenues,
Fauchons, juisarmes esmoulues.

Idem in S. Ludovico :

Fauchans, et coutiaus, et espées.

Alio loco :

Aus Fauchons, aus coutiaus à pointes.

Idem ann. 1295 :

Hasches, espies, juisarmes, lances,
Fauchons, coutiaus, ars, arbalestes,
Et sajettes de traire prestes.

Et ann. 1296 :

Aus Fauchons tranchans et aus hasches,
Pour fairir à une main faites,
S'entrenuaissent de retraites,
D'estos et de tailles diverses.

Vide Fletam lib. 1. cap. 24. § 12. et in *Falso.*

FALCATA Prati, Quantum unus *sector* per diem *falcare* potest de prato, [*une Fauchée de prey* non semel in Recensione bonorum publici valetudinarii Commerciaci in MS. Cod. ejusd. urbis f. 22. etc.] Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 28 : *Et pratum debet habere illam magnitudinem, ut per* 3. *dies jugiter* 16. *sectores operentur sine aliquo lucro.* Charta Richeri Abb. S. Valerici ann. 1219. in Tabul. Campaniæ : *Exceptis sex jugeribus terræ,... et exceptis sex Falcatis prati, ubi illas commodius poterimus invenire.* Tabularium S. Vitoni Virdunensis : *Habemus* 4. *quartarios alodii et* 15. *Falcatas prati, etc.* Ibidem : *In Formestor est mansus indominicatus culturæ,* 3. *prata ad Falces* 30. *piscatio per legas* 3. Regestum feodorum et servitiorum, in Camera Comput. Paris. f. 216 : *Lige de* 12. *Fauchées de pré, et demy arpent de vignes.* Chron. Besuense pag. 632 : *Inquisitione facta inventi sunt* 52. *jugera terræ, et* 4. *Falces de prato.* Pag. 676 : *Dederunt etiam quatuor Falces prati in suo broulo S. Sequani.* Et pag. 700 : *Addidit is et Falcem prati prope Arcionensem siti.* Adde pag. 114. ubi perperam editum *facces* pro *falces*, et pag. 624. Chronicon S. Benigni Divion. pag. 448 : *Est in Dornone unum pratum, quod possunt secare Falces centum.* Charta Gallica ann. 1566 : *Item un prey contenant douze Faulcyes ou environ, seant au ban de Gelocourt, etc.* Vide *Sectura prati* in *Secare.*

¶ **Faculta**, mendose pro *Falcata.* Charta Officialis Remensis ann. 1238. in Tabulario Compendiensi : *Dederunt in eleemosynam supra dictis Abbati et Conventui tertiam partem duarum Facultarum prati siti juxta brolium.*

¶ **FALCATIO**, Feni sectio, quam servus domino debet, Gall. *Fauchage.* Charta Andreæ de Calviniaco pro hominibus S. Kartesii ann. 1251. apud Thomasserium in Biturig. pag. 90 : *Immunes erunt talleis, charreis, Falcationibus, fenacionibus, etc. Falcatio fœni et messio bladorum*, apud Th. *Madox* Formul. Anglic. pag. 134.

* *Corveya falcium* appellatur in Ch. Joan. de Cabilone episc. Lingon. ann. 1331. ex Chartul. ejusd. eccl. fol. 272. v°. : *Item corveyæ falcium a dictis xxx. familiis hominum bis in messibus, valent xxx. sol.* Hinc *Paier la Faulcille*, Operam debitam cum falce præstare, in Charta Phil. dom. Jonvil. ann. 1354. ex Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 338 : *Item chasuns feux paieroit la faucille en messons de blez.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Faucherie, fauchement Falcatio.* Vide *Falcare* et *Homo pro falce.*

¶ **FALCATOR**, Feniseca, Gall. *Faucheur.* Pluries occurrit apud Scriptores ævi medii : utitur etiam Columella.

FALCATORES, Milites *falcibus* instructi, apud Thwroczium in Salomone Hungariæ Rege cap. 52. Glossæ Isid. : *Falcarius, gladiator falcem gerens.* Vide Ciceron. 5. in Catilin. Fletam lib. 1. cap. 24. § 12. et Mandatum super juratis ad Arma, in Append. ad Matth. Paris pag. 149.

FALCATORIA, Navis species, [forte eadem quæ Nostris *Felouque*, alias *Falouque.*] Senator lib. 2. Epist. 20 : *Decernimus,... ut quantitas* (l. quantas) *in Ravennati urbe Falcatorias potueris reperire, frumentis fiscalibus oneratas ad nos usque perducas.* Ubi quidam legunt *sulcatorias.* [** Vide Jal. Antiq. Naval. tom. 2. pag. 157.]

¶ 1. **FALCATURA**, Fenum falce succisum. Concordatum inter Guidonem Abb. S. Germani Autiss. et Droconem de Melloto super nemore de Brueria ann. 1289 : *Possunt et debent bestias suas facere pasci in eodem* (prato) *absque contradictione in aliqua, prima tamen Falcatura submota et percepta.*

* *Faucage*, eodem intellectu, in Charta ann. 1416. ex Chartul. 23. Corb. : *Et aveuc ce demourroit et debvoit demourer l'erbage et Faucage au droit desdits complaingnans.*

¶ 2. **FALCATURA Prati**, Idem quod *Falcata prati.* Charta Thossiac. ann. 1462 : *Pratum continens Falcaturam duorum hominum prati.* Kennettus in Glossar. ad calcem Antiquit. Ambrosden. : *Tenet in bondagio, et debet unam Falcaturam per dimidium diem*, i. feni sectionem.

* **FALCAUSTRUM**, *Fauchar.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Lit. remiss. ann. 1393. in Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 370 : *En laquelle forge le suppliant print un baston, nommé Fauchart.* Vide *Falcastrum* 2. et infra *Faucho.*

* **FALCETARE**, *Portare*, in Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

* **FALCETUS**, Ital. *Falcetto*, Falcula, nostris alias *Fauchet.* Stat. Riper. cap. 12. fol. 4. v° : *De quolibet Falceto sive ranzia, pro introitu vel exitu sex denarii. Un fauchet de fer à taillant*, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 345. *Faucquet* et *Faulcquet*, in aliis ann. 1459. ex Reg. 189. ch. 363 : *Ung baston, que on appelle Faucquet, ... du taillant dudit faulcquet etc.* Rursum aliæ ann. 1467. in Reg. 200. ch. 71 : *Ung Fauquet ou raverlon en façon de serpe enmanché en ung long baston. Fauchet* vero Rastellum sonat, in aliis Lit. ann. 1480. ex Reg. 206. ch. 567 : *Les Fauchetz ou boignetz, desquelz icelles femmes amassoient les avoynes . . . . Le suppliant frappa de son Fauchet, qui n'estoit que ung baston de bois sans ferrement.*

* Hinc *Faire le fauchet*, quod aliter dicitur *Donner le croc en jambe*, quia crus adversarii curve recurvo implicatur ad eum prosternendum. Lit. remiss. ann. 1418. ex Reg. 170. ch. 164 : *Le suppliant fist du pié le Fauchet par derriere, tant qu'icellui Gobin chey à l'envers.* Vide infra *Gamba* 1.

FALCHILLA, Veneni species, vel sortilegium. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 146 : *Imponendo dicto exponenti commisisse falsum in suo officio* (notarii) *et portari fecisse Falchillas ad intocitendum* (l. intoxicandum) *dictum Gallardum.* Vide supra *Fachilator* et *Facillare.*

¶ **FALCHIO**, Idem quod mox *Falcio.* Statuta Eccl. Aquensis MSS : *Statutum fuit quod nullus canonicus, nullus clericus portare audeat cultellum, armonem, Falchionem pennatum, clavem, ensem, aut alia arma.* Vide *Falco* 2.

¶ **FALCICULA**, Falcula, Gallis *Faucille*, in Chartulario Monasterii SS. Trinitatis Cadom. fol. 47. verso.

¶ 1. **FALCIDIA**, Lex a P. Falcidio Tribuno temporibus Augusti lata, qua statuebatur, ut hæres quartam partem bonorum sibi relictorum, si plus æquo legatis onerarentur, acciperet, cæteras partes legatariis relinqueret : quare Falcidia pro quadrante hæreditario non semel accipitur in nostris instrumentis, qui quadrans ab hærede, a quo supra dodrantem legatum fuit, retinetur. Sed de his Jurisconsulti. Formula Lindenbrog. 62 : *Præter ista omnia reservavimus in Falcidia heredibus nostris villas illas in pago illo, in ea ratione ut facta mea in omnibus studeant conservare atque defendere.* Idem occurrit in nova Collect. Formul. apud Baluz. num. 28. Consule Pitiscum in Lexico Antiq. Rom. [** In Formulis et testamentis medii ævi fere semper nomine Falcidiæ venit Portio legitima, quæ filiis debetur; nonnunquam simpliciter quadrans est, ut in Chart. ann. 932. inter Formul. Goldast. num. 33 : *Et Falsicia* (sic) *exinde in alia nostra terra in roncale et Falsicia de illum cortinum, etc.* Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. cap. 9. § 41. not. p. § 40. not. c.]

** 2. **FALCIDIA**, Defectus, ut *Fallere* pro Deficere. Vide in hac voce. Charta Magni Reg. Sueciæ ann. 1344. ap. Lappenb. in Origin. Hanseat. pag. 375 : *Sola pace, quæ cunctarum contentrix est bonorum, et ex cujus Falcidia cuncta dilabuntur antea conquisita, etc.*

* **FALCIFICARE**. Vide *Falsificare*, 4.

¶ **FALCIGRANUS**, *Falcigravius, Fallizus-gravus.* Otto Morena in Hist. Laudensi : *Imperator... Raynaldum Cancellarium suum et Ottonem Fallizum-gravum Mediolanum dirigens, jussitque eis, etc.* Hunc in locum Murator. tom. 6. col. 1021. monet *Falcigranum* sive *Falcigravium* alibi vocatum, id est, Palatinum Comitem, ex Leibnitio ad Morenam pag. 619. Vide in *Comes.*

FALCILE, apud Adalardum in veteribus

Digitized by Google

Statutis Abbatiæ Corbeiensis lib. 1. cap. 1. est Falx, qua herbæ vel avenæ secantur: nostris *Faucille*.

¶ **Falcilia**, Ead. notione, in Charta anni 1308.

* **Falcilla**, Falcula, Gall. *Faucille*. Charta ann. 1180. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 127. r°. col. 2 : *Aliquis ex parte majoris in campis vel culturis ecclesiæ Falcilla non debet metere vel segetem evellere. Farchiel*, pro *Falchiel*, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1398. ex Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 220 : *Et cellui qui le* (pied de beuf) *copperroit en beau jeu d'un bougon, ordonné à maniere de Farchiel, etc.* Vide *Falcile* et infra *Faucilla*.

Falcillagium, ex Gallico *Faucillage*, Prestationis vel *corveiæ* species. Aresta in Nativitate B. Mar. ann. 1257. in Reg. 1. Parl. fol. 3 : *De releviis, corveis, terragiis, Falcillagiis, forisfactis, excadentiis, etc.* Regestum censuum et feodorum Carnotentensis Comitatus fol. 57 : *Le Faucillage et le fenage d'ilec, c'est à savoir pour l'herbage, que ceux de Senonches ont en la forest, et por estre quitte des prés fener, dont chascun hostel doit 4. den.*

¶ **Falcio**, Armorum species. Statuta ann. 1282. Ordinis Cisterc. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1482 : *Ne quis Monachus vel Conversus præsumat secum arma deferre, sumere, vel habere, videlicet enses, vel gladios, Falciones, sicas, aut cultellos acuminatos, aut cetera armorum genera.* Vide *Falco* 2.

¶ **Falcistorium**, ut infra *Faldistorium*, Sella amplior et brachiata, Gallis *Fauteuil*. Annal. Bened. tom. 4. pag. 239 : *Cum ex equo descendisset* (Benedictus VIII. Papa) *posito Falcistorio ad judicandum resedit.*

¶ **Falcitare**, *Putare, secare*, videlicet *falce*. Papias et Glossar. Sangerman. num. 501. Gloss. Isid. : *Falcitat, putat, secat, æstimat.* Ubi abundat verbum, *æstimat*.

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Falciare, faucher ou soyer de faucille. Falcare, faucher de faux.*

¶ **Falcitenens**, Falcifer, armatus falce. Radevicus Frising. Canonicus de Rebus gestis Friderici I. Imp. lib. 2. cap. 11 :

> Libram Phœbus subiit cum Falcitenente,
> Luci non prævaluit die decrescente,
> Vita minus habuit morte prævalente,
> Otto quando corruit, raptus heu repente!

Sic mors cum falce depingi solet.

* **Falcla**. Charta Theob. episc. Ambian. ex Cod. reg. 4184. fol. 14. r° : *In festo beati Firmini martyris debet habere thelonarius de thesaurario quatuor sestarios vini et de feodo suo quartam partem Falclarum.* An Ferculorum?

1. **Falco**. Gloss. Gr. Lat. : Κίρκος, *Falco* : accipitris species; nostris *Faucon, sic dicta*, ait Joannes de Janua, *quod ungues habeat recurvos ad similitudinem falcis.* Seu potius ad similitudinem *falconum*, qui in Gloss. Lat. Græci dicuntur δάκτυλοι ποδῶν ἴσα βάσσοντες. Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013 : *Falcones, genus avium, pollices pedum incurvos habentes.* Festus, et Glossæ Isidori, *Falcones* pariter dictos aiunt, qui pollices pedis intra curvos habent. Aliud etymon habet Silvester Giraldus in Topogr. Hibern. dist. 1. cap. 8 : *Falcones igitur a falcando, quia in falcis modum in circumeundo perlustrant.* Vide eumdem lib. 1. de Expugn. Hibern. cap. 29. et lib. 1. Itiner. Cambr. cap. 12. Primus autem Julius Firmicus hoc verbo videtur usus lib. 5. cap. 7. lib. 7. cap. 4. Capitula Caroli M. ann. 769. cap. 2 : *Omnibus servis Dei venationes et silvaticas vagationes cum canibus, et ut accipitres et Falcones non habeant interdicimus.* Adde lib. 7. Capitul. cap. 125. Synodus Ticinensis ann. 850. cap. 4 : *Non canibus, aut accipitribus, vel capis, quos vulgus Falcones vocat, per se venationes exerceat.* Adde Concilium Cabilonense II. cap. 9. Liptin. cap. 3. et Hericum Monachum de Miraculis S. Germani Autisiod. cap. 48. Epistola Hedilberti Regis Cantiæ ad S. Bonifacium Archiepisc. Moguntinum : *Unam rem præterea a vobis desidero exhiberi,... hoc est, duos Falcones, quorum ars et artis audacia sit grues velle libenter captando arripere, et arripiendo consternere solo.* Idem Bonifacius Epist. ad Athebaldum Regem Merciorum : *Direximus tibi accipitrem unum, et duos Falcones, duo scuta, etc.* Le Roman. *d'Aubery* MS. :

> ... Avoit Faucons muës.

Sunt porro *falconum* species diversæ, quas cum adjunctis, seu epithetis, vulgo Scriptores indigitant, de quibus singulis agunt Frideric. II. in libris de arte venandi cum avibus, Albertus Magnus lib. 23. de Animalib. Petrus de Crescentiis lib. 10. de Agricultura, etc. Vide præterea Belissarium Aquavivam de Aucupio, Jacobum Augustum Thuanum de Re accipitraria, et alios. Idem Fridericus lib 2. cap. 2 : *Aves rapaces, quibus homines utuntur, et apud nos usi sunt ab antiquo, sunt istæ : Girofalci, Sacri, Gentiles, Peregrini gentiles, et Laynerii, quæ quidem sub uno genere comprehenduntur, videlicet Falcone.* Capiuntur autem *Falcones*, aut in nido, et *Nidularii* vocantur, vulgo *Niais*, Friderico II. *Nidasii* : aut jam adulti, et *Ramales*, Friderico *Ramagii*, dicuntur, vulgo *Branchus* : adultiores, antequam tamen primum deplumentur, *Horni*, seu *Hornotini*, sunt, vulgo *Sores* : postquam jam annum egerunt, et plumas exuerunt, hos anniculos et deplumatos, *Mutatos*, seu *Muez* appellant. Vide *Gyrofalco, Sacrus, Lainerius, Gentilis, Smerilionus, Nidasius, Ramagius, Saurus, Mutatus*, ubi de singulis quædam attingimus : præterea Petrum Crescentium l. 10. de Agricult. cap. 8. 9. 10. et Nicolaum Uptonum lib. 4. de Milit. Officio pag. 187. Vide *Capus* [et *Acceptor.*] [** *Custodia Falconum* vide in *Falconagium.*]

¶ 2. **Falco**, Lanceæ species, ad modum falcis recurvæ. Statuta Synod. Ecclesiæ Nemaus. ann. 1284. cap. 7. n. 4. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1044 : *Enses non deferant* (Clerici) *nec cultellos acutos, nec lanceas, seu Falcones, nisi forte causa probabiliter sui timoris, seu guerræ, non ad percutiendum, sed ad tuendum, et terrorem.* Attamen quæ hic recensentur armorum species non ad tegendum, sed ad nocendum aptæ. Vide *Falzo*.

* 3. **Falco**, Piscis genus. Vide supra *Erango*.

¶ **Falcona**, Tormenti bellici minoris formæ species, Gall. *Fauconneau*. Epist. ad Archiducem Austriæ de obsidione Varadinensi ann. 1589. apud Ludewig. tom. 6. pag. 327 : *Tormenta sua bellica, ex quibus quatuor majora, vulgo Singerin, item quatuor Falconas et alia insuper plurima, in fossas erectas pertrahere.... cæpit.* Vide *Falconium*.

Falconagium, Tributi species, a falconibus, ut par est credere, primitus appellatum, tametsi ad alias præstationes postea derivatum, quod in aliis ejusmodi non semel observare est in hoc Glossario. Charta Philippi Pulcri Regis Franc. ann. 1297. in Regesto Rubeo Cameræ Comp. Paris. qua concedit Abbati sancti Germani Parisiensis, *sex modios avenæ, et 10. solidos vel circiter Paris. annui et perpetui reditus, debitos ratione cujusdam coustumæ, quæ vocatur Falconagium, quos apud Cormelias habebamus.*

* Charta Phil. Pulc. hic laudata non ad abbatem S. Germ. Prat. spectat, sed ad Philippum de sancto Germano in Laya, coquum regium. Alia ejusd. reg. ann. 1301. in eod Reg. fol. 178. r°. col. 1 : *Petro Salnerii scancioni nostro damus et concedimus avenam et denarios de Falconagio debitos nobis annuatim in parrochiis de Montigny et de Erment.* Rursum alia ann. 1276. ibid. fol. 258. v°. col. 1 : *Gallinam et dimidiam, cum tribus denariis de Sauconnage annui redditus, percipere solebamus.* Ubi leg. *Fauconnage*, ut in Charta dotalitii Joan. reginæ Franc. ann. 1319. ex Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 69 : *Item super le Fauconnage triginta modia, tres minas ad mensuram de Betisiaco.*

** **Custodia Falconum**. Servitium feodale apud Anglos. Rotul. Hundred. tom. 1. pag. 1. sub Edward. 1 : *Et pro Custodia duorum Falconum et mutatur servicium falconum in sexaginta solidos per annum.* Regibus Angliæ porro jus erat *explorandi nidos falconum et pullos inde capiendi ubique in Wallia*, ut legitur in Abbr. Rotul. tom. 2. pag. 119. Ibid. pag. 205 : *Rex assignavit Henr. Tendour... ad omnes Falcones silvestres, cujuscumque speciei fuerint, quos infra regnum Angliæ, tam in forestis, chaceis, warennis, parcis et omnibus aliis locis, tam infra libertates quam extra, inveniri contigit, capiendos et ad opus regis custodiendos, etc.* Ibid. pag. 181 : *Rex assignavit... Egid. de Bello Campo ad capiendas... prisas Regis de omni genere Falconum per mercatores et alias infra regnum Angliæ ducendorum.*

Falconarius, Falconibus præpositus, dignitas Palatina, Gallis *Fauconier*, Italis, *Falconiere*. Capitulare de Villis cap. 47 : *Venatores nostri et Falconarii, vel reliqui ministeriales.* Hincmarus Remensis de Ordine Palatii cap. 24 : *Similiter quoque 4. Venatores, et quintus Falconarius, etc.* Adde Epistolam Karoli M. ad Pipinum filium Regem Italiæ, et Capitulare 3. ann. 811. cap. 4. Charta Cenulfi Regis Merciorum tom. 1. Monastici Anglic. pag. 100 : *Nec eos, qui accipitres portant, vel Falcones, vel caballos ducunt sive canes, etc.* Qui Falconariis præerat, is apud nos *Magnus Franciæ Falconarius* appellatur. In computo hospitii Regis 1. Jan. ann. 1312.

Digitized by Google

fit mentio *Petri de Monteguignardi Militis Magistri Falconarii*. Le Roman *de Garin le Loherans* :

Fauconier Mestre de ses oisiax en fist.

Atque is Græcis Byzantinis πρωτοπραικάριος dictus fuit, cujus dignitatis, præter Codinum, meminit Pachymeres lib. 1. cap. 8. lib. 10. cap. 25. Quæ vero fuerint Magni Falconarii jura et prærogativæ in Palatio Regum Franciæ, docet Historia MS. rerum gestarum sub Ludovico XII. et Francisco I. Scripta a Roberto *de la Mark*, Domino *de Fleurange et de Sedan*, Marescallo Franciæ, ex qua sequentia a nobis olim excerpta: *La Fauconnerie du Roy est une chose ordinaire, et a le grand Fauconnier, qui est un fort bel Office en France, et l'est pour l'heure presente un honeste Gentilhomme et de bonne maison qui s'appelle René de Cossé, premier Panetier de France. Ledit grand Fauconnier a d'Estat quatre mil florins, et a* 50. *Gentilshommes sous luy, qui ont bon Estat, et* 50. *Fauconniers aydes, et ont les dits Gentilshommes cinq ou six cens francs d'Estat, et les aydes* 200. *et depart ledit grand Fauconnier tous ses Estats, et a bien* 300. *oyseaux sous luy : et peut le dit grand Fauconnier aller voler par tout le Royaume de France, où bon luy semble, sans que personne luy puisse donner empeschement, et tous les marchands d'oyseaux luy doivent tribut, et n'oseroient vendre un oyseau en ville du Royaume de France, ny à la Court sans consentement dudit grand Fauconnier, sur peine de confiscation de toute leur marchandise. Et a ledit grand Fauconnier plusieurs beaux droits. Et faut que le roy luy achepte tous les oyseaux, et a un Contrerolleur, et un Tresorier, et gens ordonnez pour les payemens, aussi bien que pour la Vennerie, ou autre Estat du Royaume de France; et sont toujours ordinaires suivans le Roy par tout où il va, aussi bien que font les Venneries, osté, que quand ce vient à l'esté, ils vont mettre leurs oyseaux en mue; mais toujours il en demeure quelque nombre pour voler les perdreaux, avec les vautours, et lenerets et les tiercelets. Et a une autre façon de faire merveilleusement belle entre la Vennerie et la Fauconnerie : car quand ce vient à la Sainte Croix de May, qu'il est temps de mettre les oyseaux en muë, les Venneurs viennent tous habillez de vert avec leurs trompes et les gaules vertes, et chassent les Fauconniers hors de la Cour, pour ce qu'il faut qu'ils mettent leurs oyseaux en mue, et le temps des Venneurs approche pour courre les cerfs à force : et quand ce vient à la Sainte Croix de Septembre, le grand Fauconnier vient à la Cour, et chasse tous les Veneurs de la Cour, pour ce qu'il est temps de mettre les chiens aux chenils, car les cerfs ne valent plus rien, etc.*

☞ *Falconarios* suos habuere etiam Summi Pontifices, ut patet ex Charta Gregorii IX. pro Monasterio Malleacensi in Antiquit. Benedict. Pictav. apud Stephanotium tom. 4. pag. 407 : *Et specialiter procurationes quas deberi mihi dicebam et meis præpositis, Falconariis, Venatoribus, servientibus.* [** *Falconarii regum Angliæ* memorantur in Abbrev. Rotul. tom. 2. pag. 266. Jeresey. rot. 26. *Portitor Falconum cameræ regis*, ibid. pag. 339. Sutlit. rot. 31. De Falconariis in aula Turcica vide Glossar. med. Græcit. voce Γερακάρι, Append. col. 48.] Vide *Falkenarius*.

FALCONARIORUM DIVERSIONES, inter gravamina, quæ subditis inferebantur, recensentur in Charta Roberti Regis Franc. pro Monasterio Sandionysiano, apud Doubletum pag. 826 : *Namque*, ait Rex, *Venatores atque Falconarii capiendi specie salvamenti, pæne vernaculos B. Dionysii devastantes, eos populabantur, abactorumque more spoliantes prædabantur.*

FALCONERIA, Venatio cum falconibus, veteribus prorsus incognita, cum primus ex Scriptoribus Julius Firmicus sit, qui *nutritores accipitrum, Falconum, cæterarumque avium, quæ ad aucupia pertinent*, memoret. Charta Ottonis III. Imp. ann. 986. apud Ughellum in Januensibus Episcopis : *Cum omni jurisdictione, cum piscaria, Falconeria, et omnibus venationibus Capitis Montis.*

¶ **FALCONERIUS**, Idem ac *Falconarius*. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. tom. 3. Junii pag. 25 : *Sex alii Falconerii, non tamen generosi, in nostra domo assumantur.* Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 177 : *Item, Guilloto Falconerio, duo falcones sui, si unum possit recuperare, et quinquaginta libræ dentur.* Ibidem pag. 334. col. 2 : *Falconerios, Brenerios, et Lavenderias habere voluit et ordinavit dictus Dom. Dalphinus consuetos.*

¶ **FALCONETA**, Idem quod *Falcona*, Genus tormenti bellici. Epist. ad Archiduc. Austriæ de Obsidione Varadinensi apud Ludewig. tom. 6. pag. 331 : *Alias adhuc tres fortissimas fossas in proximo vineto extruxerunt, quibus* 4. *machinas, Falconetas vulgo, induxerunt.* Vide *Falconium*.

FALCONISTA, apud Will. Hedam in Joanne II. Episc. Traject. Idem qui *Falconarius*.

FALCONIUM, φαλκώνιον, Canano pag. 190. Machina bellica, nostris *Fauconneau*. Vide *Muschetta*.

¶ **FALCTENUS**, vel **FALCTES**, Massiliensibus *Falene*, Gener. Gall. *Genâre*. Charta anni 1358. in Archivo S. Victoris Massil.: *Dulcelina uxor nobilis Guill. de Rocafort instituit heredem nobilem Valentinum de Rocaforti Falctem suum.* Vide *Fezelenus*.

¶ **FALCTI**, vel **FALETI** dicebantur Usurarii quidam Lombardi et Itali sæculo XIV. adversus quos exstat Edictum Johannis Francorum Regis anno 1353. apud D. *de Lauriere* tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 523. [* Vide infra *Falleti*.]

¶ **FALCUMBERGENSIS DENARIUS**. Vide *Moneta Baronum*.

1. **FALCUS**, pro *Falco*. Formula 15. ex Baluzianis : *Latrat vulpis, sed non ut canis : Faltus* (l. falcus) *mit semper inanis; cauda proferit, jam non fronte, cito decadet ante cano forte.* i. falcus, vel falco volat semper inanis; cauda ferit, non rostro, cito decidet ante validos canes.

* 2. **FALCUS**. Bulla Greg. PP. in Lib. nig. 2. S. Vulfr. Abbavil. fol. 9. v° : *Quatuor Falcos prati apud Vaccariam.* Sed leg. *Falces*. Vide supra *Falcatio*.

1. **FALDA**, Vox a Saxonico f a l d, seu Cambro-Britannico f f a l d, deducta, quæ *Stabulum* vel caulam vulgariter, proprie vero *septum*, claustrum, cum ad aliorum animalium, tum ad hominis præsidium significat. Triplex autem in veteribus Tabulis hujus vocis notio deprehenditur. Nam primo pro *ovili*, hoc est, pro sepimento ex caulis vel cratibus facto, quo pastores nocte includunt oves, tum ad stercorandum arva, tum ne in segetes spatientur. In Charta vernacula seu Gallica in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 903. *Falda*, *Faude*, et *Faldagium*, *Faudage* dicitur. Ita apud Brittonum pag. 109. v. Vide Consuetud. Bononiensem art. 176.

FALDA igitur interdum sumitur pro crate, qua illa conficitur. Custumarium de *Hecham : Portabit Faldas domini.* Walsinghamus in Ricardo II. pag. 255 : *Et ideo in primis ad diffiduciandum Abbatem, Faldas, quas fecerat in Fauconwod, et silvis aliis, esse frangendas ipsa nocte, etc.* Mox : *Ipsa nocte ante quietem universa ... in fractione Faldarum, excisione portarum, et domus subversione ... perpetrarunt.* Rursum : *Consultum est de Faldis in silvis, de silvarum portis, etc.* Monasticum Anglic. pag. 165 : *Et de bosco meo, sive arborum succisione, sufficientem materiam ad faciendas domos et Faldas duarum vaccariarum. Faulde des Charbonniers*, in Statuto pro foresta Compendiensi ann. 1563. art. 29. Quibus locis *Faldæ*, sunt crates seu *cleiæ Faldarum*, quibus silvæ, vaccariæ, et carbones clauduntur, et continentur. [Etiamnum Gallo-Belgæ *Faulde*, vel *Faude* appellant Carbonariam fornacem cratibus vulgo circumseptam, quam Gallice dicimus *Charbonniere.*]

FALDA, pro septo, quo equi, aut alia quævis animalia includuntur. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 395 : *Præterea concessi eisdem, quod habeant equos et porcos suos intra forestam meam, et habeant duas Faldas in foresta mea, ... ad capiendum equos et pullos suos semel in anno, et signandum.* Fleta lib. 2. cap. 76. § 11 : *Expedit juvencula et vaccas ... in Falda bene straminata noctanter custodiri.* Adde cap. 86.

* Chron. Pet. Azarii apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 355 : *Faldas ad palancatum erectas posuerunt, . . . summo mane obsessores aggressionem fecerunt, et projectis lignis etc.* Hinc *Faude* et *Fauldée de charbon*, Fornax carbonaria, quia cratibus instruitur. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 229 : *Le suppliant venoit du bois couvrir et mettre à point une Fauldée de charbon qu'il y avoit fait.* Aliæ ann. 1459. ibid. ch. 351 : *Une Faude de charbon.* Unde *Fauder*, Carbonem coquere, in Chartul. Corb. sign. *Ezéchiel* ad ann. 1419. fol. 74. r° : *Porront braser, Fauder et cauffourer, sans empirier lesdiz bos, et ne porront riens copper du gros mairieng.*

FALDA denique sumitur pro libertate habendi *Faldam*, quæ libertas *Faldsoca* dicitur : s o c enim Saxonibus *libertas*. Nulli quippe olim licuit vel in terris propriis *Faldam* erigere, aut gregem alere, nisi domino feodali, seu manerii, hoc ex jure publico gaudenti. Est igitur libertas *Faldæ*, seu *Faldagium*, prærogativa dominicalis, tenenti plebeio non competens.

Digitized by Google

Atque hac notione passim usurpari videas in veteribus Chartis. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 340 : *In Snetesham unam carrucatam terræ cum Falda propria.* Tom. 2. pag. 209 : *Et quod oves Canonicorum eant in pastura cum propriis ovibus ejus ubique, et quod sint levantes et cubantes in propria Falda Canonicorum prædictorum.* Ibid. pag. 625 : *Quadraginta acras terræ... cum libertate habendi Faldam suam.* Tom. 1. pag. 302 : *Haberet et Faldas, ubi omnes homines villæ præter Seneschaldum, qui propriam Faldam habet, tenentur ponere oves suas.* Adde tom. 2. pag. 275. [Chartularium SS. Trinitatis Cadom. fol. 55 : *Duo sunt Bercarii qui habent unam virgatam terræ, et debent custodire videntes... et post* XII. *dies Natalis habebunt Faldam super terram suam, et erunt quieti a bideripes, etc.* Similia leguntur ibid. fol. 60.] [** *Faldam levare* i. e. erigere in Abbr. Placit. pag. 52. ann. 7. Joh. reg. Norf. rot. 13.]

FALDSOCA vero vox, habetur in veteri Charta apud Spelmannum : 40. *acras terræ cum dimidia Faldsoca.* Occurrit etiam in Monastico Angl. tom. 1. pag. 478 : *Et Faldsocam per omnes campos.* Ubi perperam editum *Faldsognam.* Idem Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 275 : *Cum tota alia terra, et cum libertate Faldæ, et pasturæ, et suarii, etc.*

FALDÆ SECTA, dicitur illa Tenentium servitus, qua tenentur oves suas in *faldam* dominicam immittere ad stercorandos illius agros. Vetus Charta apud Spelmannum : *Concessimus totam terram... cum falda, et secta Faldæ de hominibus nostris, et omni libertate, quæ ad faldam pertinet.* Hodie, inquit Spelmannus, oves Domini et Tenentium uno pascuntur grege, sub pastore a Domino dato, in cujus stipem Tenentes ideo contribuunt et pastor ille Tenentium oves æque ac Domini curans, una omnes in *falda* Domini reponit, quod et in Galliæ locis plerisque usurpatur.

FALD-GANGE-PENING, dicebatur nummus a vassallo Domino fundi solutus, ut a *secta faldæ* liberaretur; ne scilicet oves ejus ovile vel caulam Domini, fundi dominicalis stercorandi gratia, sequerentur.

* 2. **FALDA**, Fimbria, gremium; Academ. Cruscan. Sinus, limbus et pilei umbella. Constit. Feder. reg. Sicil. cap. 90 : *Quod nulla domina sive mulier audeat portare sive induere vestes, cujus fimbriæ sive Faldæ sint ultra palmos quatuor, et quod nullus sutor audeat facere vestes habentes majores Faldas seu fimbrias.* Charta ann. 1306. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 743 : *Nicolaus filius quondam domini Montecli spoliatus et derobatus in civitate Cremonæ.... de decem et octo Faldis feltri.* Vide *Faldia, Faldones*, et infra *Fauda.* [** Conf. Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 514.]

FALDAGIUM, Idem quod *Faldsoca*, Privilegium scilicet, et erigendæ et circumagendæ *faldæ*, seu ovilis, per arva inculta, eorumdem stercorandi gratia, et gregis fovendi. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 337 : *In Brunham 2. carrucatas terræ, et unum Faldagium, et 1. molendinum.* Pag. 340 : *2. carrucatas terræ, cum 1. Faldagio et molendino.* Pag. 412 : *Cum Faldagiis et bruerüis suis apud Norwicum.* Tom. 2. pag. 275 : *De Faldagio habendo ad ducentos bidentes ad plus in villa, etc.* [** Vide Merlin. Repert. tom. 5. pag. 104.]

¶ **FALDATUM**, Eadem notione. Formul. Anglic. Thomæ *Mudox* pag. 299 : *Ego Walterus Looht de Colesburn dedi Monachis de Brueria pasturam ad ducentas oves : et ego habeo fenes et Faldata de præfatis ovibus, et tamen non possum nec debeo ponere faldam eorum ultra la Gresfurlung, etc.*

FALDARE, *Faldam* in agrum immittere, illius stercorandi gratia. Fleta lib. 2. cap. 73. § 5 : *Faciant... terras dominicas marlari, compostari, de ovili Faldari, appruari, et emendari.*

FALDAO, Sedes, seu sella brachiis conclusa, a f a l d Saxonico, quod, ut supra diximus in *Falda*, non modo stabulum ovile, sed etiam quodvis septum significat. Exstat apud Theodulphum Episc. Aurelian. lib. 2. Carm. 15. Epigramma cujus titulus est : *In Faldaone Episcopi*, et principium, *Sessio Teudulfi placeat precor, etc.* Fredegarius in Chron. cap. 34 : *Ubi ad ventrem purgandum in Faldaone sedebat, sagitta saucius moritur.* Vide *Faldistorium.* Nescio, an ejusdem originis vox Gallica *Faude*, de qua Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris :

Hucques de pris, tres-riches mantelines,
Venans sans plus jusqu'au dessous des Faudes.

[Ubi *Faude* braccas, Gall. *Haut de chausses*, vel *Garde-chausses* significare videtur. Nec alia notione] Raimundus Montanerius in Chron. Aragon. cap. 124 : *Et dona li tal cop per les Faldes en la cuxa, que la cuxa li passa, et la sella, et apunta lo caval.*

¶ **FALDARE, FALDATUM.** Vide in *Faldagium.*

* **FALDATA**, Fasciculus. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 46. ex Cod. reg. 4624 : *Si vero dossas prædictorum fresagiorum vel leguminum exdossaverit vel ceperit, et inde Faldatum.... exportaverit etc.* Infra : *Pro qualibet brazata seu Faldata etc.* Stat. Perus. pag. 54 : *Si quis ceperit usque quatuor uvas, solvat solidos quinque, et ab inde supra usque ad cavaglonum, Faldatam, corbellatam, solvat pro banno solidos decem.*

* **FALDERICA**, *Lo Mangano.* Glossar. Lat. Ital. MS.

FALDEFIUM. Vide *Faderfium.*

FALDEN. Hariulphus lib. 3. Chronici Centul. cap. 3 : *Capsæ Evangeliorum duæ ex auro et argento paratæ, Faldene addito ex argento fabricatum ad opus ipsarum.* Vox, ut videtur ejus originis, cujus *falda*, septum : est enim hoc loco *Falden*, operculum, quo Evangeliorum textus ambitur et concluditur.

¶ **FALDESTOLIUM**, *Faldestorium, Faldestorum.* Vide *Faldistorium.*

FALDIA, Vestis muliebris, in Statutis Mediolanensib. 2. part. 462. Ital. *Falde.* Vide *Faldones.*

FALDISTORIUM, Sella plicatilis, uti nuncupatur ab Aimoini Continuatore lib. 5. cap. 33. *Plictilis*, in Chartula plenariæ securitatis, scripta sub Justiniano, apud Brissonium lib. 6. Form.: *Sella ferrea plictile valente tremisse uno, sella lignea plictile valente nummos aureos quadraginta, etc.* Vox porro *Faldistorium*, a Germanico *Falden, quod est plicare*, apud Keronem, ita ut iis accenseatur sellis, quas Athenæus lib. 12. Synesius de Regno, Hesychius, et alii a Græcis ὀκλαδίας vocant. Sebastianus Cobarruvias ab Hispanico *Falda*, i. vestimentum femineum cum plicis, deducit. Alii denique ejusdem esse originis volunt, qua *Faldao*, de qua voce supra, quod prorsus non abnuerim. [Skinner. in Etymolog. Faldistorium, sedes Episcopi elatior et cancellis circumclusa, ab Anglo Sax. *Falde*, septum, et *dtoy*, locus.] Vide Oct. Ferrarium in *Faldistoro.* [Eruditiss. Murator. tom. 3. pag. 646. notula 18. a Longobardico *Falden*, Plicare, et *Stoul*, Sedes, in qua euphoniæ causa *l.* mutetur in *r*, unde *Faldestorium* est pro *Faldestolium*, arcessit etymon, illudque existimat, ut re vera est, ipsi rei accommodum, nec longe quæsitum.] [** Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 514.] Utcumque sit, ridicule omnino Paris de Grassis lib. 1. cap. 3. *Faldistorium* dictum scribit, quasi *Fandistorium*, hoc est, locum fandi et perorandi. Papias : *Clepo, Clericorum* (MS. *Deorum*) *Faldestorium.* [Bernardus Thesaurar. de Acquisitione T. S. apud Murator. tom. 7. col. 729 : *Habebat enim loco Faldestorii regii saccum foliis arborum plenum.*] Acta Hadriani IV. PP. : *Descendit, et in præparato sibi Faldistorio sedit.* Acta Alexandri III : *Papa in eminentiori loco positus in Faldistorio suo resedit.* Jacobus Cardinalis de Coronatione Bonifacii VIII. PP. lib. 2. cap. 2 :

Cumque genu flexo sedi prostratus, et auro
Procubuisset herus, simul omnis et infula circum
Pontificum supplex in Faldistoria pectus
Funderet, etc.

Occurrit præterea in Chronico Casin. lib. 3. cap. 19. (al. 20.) in Chron. Fossæ novæ ann. 1196. in Ceremoniali Rom. non semel, in Actis Concilii Lugdunensis ann. 1274. apud Durandum in Ration. lib. 4. cap. 30. n. 1. etc.

FAUDESTOLA, Eadem notione. Matthæus Paris in Vitis Abbatum S. Albini : *Unam cathedram, quam Faudestolam vocant.* Ubi expressa Gallica vox vetus, *Faudestuef*, et *Faudestueil*, nunc contractius *Fauteuil. Le Lusidaire* MS. :

El Faudestuef d'or l'aserront,
Illuecques le couronneront.

Computum Stephani *de la Fontaine* ann. 1352. in Camera Comput. Paris. *Faudestueil* vocat. [Inventarium supellectilis Caroli V. Regis a Menagio in Etymologico Gallico laudatum; *Item, une chaire en maniere de Faudesteuil.* Le Roman *de Blanchandin* MS. :

Desor un Faudestuel vermeil
S'apoierent en un conseil.]

Le Roman *de Roncevaux* MS. :

Dou Faudestuef s'estoit levez en piés.

Le Roman *de Gaydon* MS. :

El tref avoit un Faudestuef assis,
Qui por Thiebaut i fust posés et mis.

Occurrit præterea in veteri Flandriæ Chronico cap. 51. 72.

FALTESTALIUM, Eadem perinde notione. Ademarus Cabanensis pag. 164 [** Pertz.

Digitized by Google

Scriptor. tom. 4. pag. 125. lin. 72.] : *De Capella Regis Roberti Evangelium ex auro et argento, Dalmaticam.... Faltestalium argentatum, vestimentum integrum sacerdotale, etc.*

FALDESTOLUS. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 47 : *Et affertur illi Faldestolus, in quo sedeat, etc.* [in edito habetur *Faldistolium.*]

FALDESTOLIUM. Romualdus Salernitanus in Chronico MS. : *Imperator deposito pallio, de suo Faldestolio surgens, etc.* Vide *Cliothedrum*, et *Clepo.*

¶ FAUDESTOLIUM, apud Edmundum Marten. lib. 1. de antiq. Ecclesiæ Ritibus pag. 196.

¶ FADISTOLIUM, Constitut. Ecclesiæ Valent. inter Concilia Hisp. tom. 4. pag. 179 : *Dum divinum Officium celebratur, ne laici Clericis se immiscentes illud perturbent, nullo modo cathedras chori superiores neque inferiores, a primo Fadistolio usque ad caput Chori conscendere, neque in illis sedere audeant.*

¶ FALDESTORUM, Chronicon Fossæ-novæ, apud Murator. tom. 7. col. 882 : *Dominus Cardinalis obtulit... optimam tirallam super altare, pulchra sandalia cum caligis, bonum Faldestorum, etc.*

** VALDESTOLUM, in Gloss. ad Paneg. Berengar. lib. 6. vers. 144. Locus est in *Cliothedrum.*

FALDONES. Helmodus lib. 1. cap. 1 : *Pro laneis indumentis, quos nos appellamus Faldones, illi offerunt tam preciosos martures. Paldones* habet hoc loco Adam Bremensis cap. 227 : *Ad vestem anhelamus marturinam, quasi ad summum beatitudinem : itaque pro laneis indumentis, quæ nos dicimus Paldones, illi offerunt tam pretiosos martures.* Kyliano, *Falie*, est palla, cyclas, vestis muliebris totum corpus circumdans : eidem *Palt-rok* est etiam palla. [** Vide Graff. Thesaur. Ling. Francic. tom. 3. col. 331. voce *Pal.*] Hispani, *Faldones*, ut auctor est Sebastianus Cobarruvias, appellant, *los que cuelgan de las almaticas a una parte, y a otra.*

FALDRAVA. Charta Margaretæ Warvicencis Comitissæ in Monastico Anglicano tom. 2. pag. 986 : *Totam decimam de agnis, de caseis, et velleribus,.... de vitulis et de ruschis, et de Faldravis, et de chiricsetis.* [In Hist. Harcur. tom. 4. pag. 2223. habetur *Faldranis*, forte a recto *Faldranus* : qua voce posset intelligi Hœdus, a Saxonico feld, Campus, et ran, Capra, ita ut *Faldranus* sit hœdus capræ campestris seu domesticæ, ad discrimen capreoli ex silvestri caprea progeniti.]

FALDSOCA, Vide *Falda.*

FALDWRTHI. Charta Edwardi Confessoris apud Spelmannum : *Volo præterea, ut sancta Maria et Benedictus, et Abbas, et fratres Ramesiæ habeant socam in omnibus, super omnes homines, qui sunt mortwrthi, ferdwrthi, et Faldwrthi in illo hundredo et dimidio, cujuscumque homines sunt.* Quædam hic commentatur Spelmannus ex conjectura, aitque, has voces confectas ex wurði, dignus, aptus et idoneus, et fald, ferd, et mot : ita ut *Faldwrthi*, fuerint, qui idoneæ sunt ætatis *faldari*, hoc est, stabiliri in certo aliquo contubernio seu decania, Saxon. friborga, ut de eo constet, ubinam exigendus sit, si in Regem deliquerit : *Motwrthi*, qui conscribi mereantur in placita et conventus publicos, mot enim conventum sonat : denique *Ferdwrthi*, seu *Fredwrthi*, qui eo adoleverint, ut jurentur in pacem regiam, vel qui evocentur in militiam, quam hæc ætas, *Expeditionem* appellavit, Sax. frid.

¶ FALENCA PRATI, pro *Falcata prati*, ni fallor. Donatio anni 1240 : *Dono iterum cum quarruagio, usagio et octo Falencis prati, quæ nuper dedi Hospitali S. Spiritus*, c. *arpenta boschorum, etc.*

¶ FALERÆ, ἱπποκόσμια, Equorum ornamenta, in Glossis veterib. Gualvaneus Flammeus apud Murator. tom. 12. col. 1031 : *Fuit insuper magnificus in equitaturis et equorum Faleris.* Vide *Phaleræ.*

* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Falera, resnes.* Comput. Ms. ann. 1245 : *De quadam Falera data Vannereto, xx. sol. Turon.*

¶ FALERAMENTUM, Idem quod *Phaleræ*, Græc. φάλαρα, Ornamenta equorum, interdum etiam equitum et virorum nobilium; unde ad alia transfertur per metaphoram. Statuta Ordinis Cisterc. ann. 1233. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1355 : *Caveant de cetero Hispaniæ et Vasconiæ, et alii omnes Abbates Ordinis, ne sellis equorum curiosis, aut frenis ornatis luminis, vel lunulis stanneatis, nec strepis utantur ferreis, sed absque omni Faleramento curioso sint hæc omnia.* Vita S. Remigii Rotom. Archiep. inter eadem Anecd. tom. 3. col. 1667 : *Non enim oblectabant ejus animam Faleramenta divitiarum, nec aulicorum copia ministrorum, cujus erat omnis ab intus gloria de conscientia pura et fide non ficta.* Gesta Abb. Gemblac. apud Acherium tom. 6. Spicil. pag. 505 : *Venerabilis itaque Erluinus patris proprii studio literalis scientiæ imbutus documentis, cum in præsenti sæculo cerneret nihil agi utilitatis, cœpit æstuare... dans operam ut postpositæ vitæ lubricæ Faleramentis, Cœnobitarum sponte conglomeraretur phalangi.*

¶ FALERARE, *Ornare, colorare*, Laurentio in Amalthea ex Vocabulario Ecclesiastico, ubi mallet *Phalerare* : quo usus est S. Ambrosius in Lucam lib. 2. cap. 18. *Falerare sonipedes*, Equos sternere, ornare, in Miraculis S. Swithuni, Julii tom. 1. pag. 331. Hinc cum pompa et apparatu aliquid agere, in Charta fundationis Sacræ Capellæ Bituric. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 28 : *Ad cujus gaudia triumphantis* (Jerusalem) *militans assidue filia pro suæ possibilitatis modulo Falerando, Altissimo repræsentat.* Vide *Equus Phaleratus* et *Phalerare.*

¶ FALERE, neutro genere, apud Varronem est Architecturæ genus, quod feminino gen. sic explicat Laurentius in Amalthea : *Faleræ, Pilæ lapideæ quæ pro stereobate substruuntur stylobatæ, suntque projecturæ pulvinatæ, opportunas sedes præbentes defatigatis, ut videre est in peristyliis Monachorum.*

¶ FALERITA, Quod spectat *Faleras*, seu equorum ornamenta. Ordinatio ann. 1336. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 310. col. 2 : *Pro borratura et Falerita usque ad summam* CXX. *florenorum.*

FALESCERE, Carere, cessare, finire, *Faillir, Manquer.* Althelm. de Laude virg. :

Integritas animæ regnans in corpore casto
Flos est virgineus, qui nescit damna senectæ,
Nec cadit in terram, ceu fronde ligustra Falescunt.

Ubi perperam Canisius *fatiscunt* reponit. Nec scio, an ita etiam legendum cap. 16 :

Donec tortoris sævi tormenta Falescunt.

Et cap. 17 :

Sic miles Christi frænabat marmora ponti,
Ut merito Sancti non unquam fama Falescat.

Ubi Canisius monet, *Fatescat* haberi in MS.

FALESIA, Gall. *Falese.* Sic Normanni nostri vocant maris editiores margines rupesque mare claudentes. Turnebus lib. 1. Advers. cap. 23. a *Phalerum* deducit, quæ vox apud Varronem lib. 3. de Re rustica, crepidinem quamdam significat. Sed id etymon improbat Jos. Scaliger, putatque a *Fels* vel *Fales* voce Germanica, quæ rupem sonat, petendum. Quid si a *Phalis*, vel *Falis*, quæ sunt turres editiores? Hesychius : Φάλαι, φάλαινα. Supra : Φάλαι, ὄροι, σκοπιαί. Ita restituunt viri docti. Will. Brito lib. 8. Philip. de *Falesa* oppido in Norman. :

Vicus erat scabra circumdatus undique rupe,
Ipsius asperitate loci Falesa vocatus.

Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 165 : *Concessi, quod habeant largam, liberam et rationabilem viam super Fulesiam Petrariæ per totam longitudinem dicti falesii.* Charta Petri D. Marleti ann. 1234 : *In domanio meo est medietas altæ Falesiæ ante Chautou.* Historia Bellorum Hierosol. MS. vernacula : *On ne puet le castiel assegier ke d'une part, pour çou ke il siet sour une haute Falise.* Balduinus de Condato MS. :

Tant soit fort li mur ne massis,
Ne en haut lieu et fort assis,
Et hostiaux sor Falise murée, etc.

[*Perceval* apud Borellum :

Li chasteaux sur une Faloise,
Fu ferme par si grand richesse.]

Vide Edw. Cokum ad Littletonem sect. 1.

* A Celtico *Falz*, rupes, accersit D. *Bullet* in Diction. Celt. Charta ann. 1211. in Chartul. S. Dion. pag. 263. col. 1 : *Confessi sunt quod sibi in dicta aqua* (Sequanæ) *nec Falesias frangere, neque cum lotris* (lorris) *piscari, sine licentia abbatis sive coquinarii beati Dionysii, aliquatenus liceat.* Reg. 13. Corb. sign. *Habacuc* ad ann. 1512. fol. 149. v° : *Quatre journeaulx et demi seant au bout des Falises du marés commun de Blangy.*

¶ FALETI. Vide *Falcti.*

* FALETRA, *La parola ydolatria.* Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Falletra.*

¶ FALGARE. Spelmannus in *Aldermannus*, ex legibus Aluredi cap. 33. perperam legit *Falgavit*, pro *Fulgavit.* Vide *Folgare.*

* FALHA, Locus ligno arborumve ramis rustice contectus. Vide supra *Fala* 3. Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 250 : *Item quod habent* (homines de Angulis) ... *usum recipiendi, scindendi .... arbores ... de dictis nemoribus, . . ad faciendum brandas, Falhas, cabanas, ovilia, etc.* Provinc. *Falha* est *falx, facula, deffectus*, ut

Digitized by Google

habet Glossar. Prov. Lat. ex Cod. reg. 7657.

* **FALMITA** Mulier, Prostibulum, meretrix, quia ab officio *fallit* seu deficit. Vide *Fallere*. Proclam. civit. Apt. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Item quod mulieres Falhitæ et vacabundæ debeant super superiori veste, super brachio sinistro in loco patenti, portare signum meretricale.*

¶ **FALIE**, Idem quod *Phala*, vestis. Vide in hac voce et in *Faldones*.

* *Falot*, eadem, ut videtur, acceptione, in Lit. remiss. ann. 1359. ex Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 475 : *Un chaperon double, un Falot et uns ganteles de balaine.*

FALINGUS. Vide *Falangus*.

FALIONES. Charta Ademari Comit. regnante Rodolpho Rege indict. 12. ex Tabul. Silvaniacensi : *Donate Archimbaudo filio meo allodos bonos* 10. *cum mansis* 55. *et servis et ancillis, et omnibus suprapositis, et spadam meam minorem et sigillum de safiro, ubi Irmingardis sculpta est, et duos Faliones, et caballos* 4. Vide *Faldones*.

* **FALIS**, *Pronus*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. f. pro *Facilis*.

¶ **FALISCUS**, *Culter vel securis*, Papiæ. MS. *Falliscus* præfert. Alibi : *Forca, quam nunc Faliscum appellamus, nunc Culter dicitur, alias Securis, qua Pontifices in sacris utuntur.*

FALKELAND. Vide *Folcland*.

¶ **FALKENARIUS**, Eadem notione ac *Falconarius*. Charta Agnetis Ducissæ Silesiæ pro Monasterio Grissoviensi ann. 1295. apud Ludewig. tom. 6. pag. 523 : *Neque nostri aut successorum nostrorum Aucupatores, Venatores, Falkenarii aut quicumque Officiales debent accedere, agere vel facere stationem in villa prædicta Calndorf.*

FALKESMOTE, Curia quædam Londoniensis, in qua judicia exercebantur. Vox conficta ex falk, [Saxon. folc, Populus,] et mote, concilium, conciliabulum. Henricus I. Rex Angliæ in Charta pro Londoniensibus : *Et amplius non sit, miskenninga* (id est, mislocutio) *in Hustenge, neque in Falkesmote, neque in aliis placitis infra civitatem.* [Vide *Falmotum*.]

¶ 1. **FALLA**, *est Turris lignea*. Glossar. vet. S. Andreæ Avenion. Vide *Phalæ*. Veteres *Falla* usurpasse pro *Fallacia*, testis est Nonius, apud quem : *Me non vocavit, ob eam rem hanc feci Fallam.*

* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Falla, bretesche.*

* 2. **FALLA**, ut *Hala* 1. Locus, ubi merces venum exponuntur. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 55. v° : *Littera sub sigillo præposituræ Parisiensis, per quam constat Johannem de Monte-acuto militem, vicedominum Laudunesii ac hospitii regis supremum magistrum, habuisse in Fallis Parisiensibus caput amputatum, propter plura crimina lesæ majestatis per eum commissa.... De anno* 1409. *in mense Octobri. Ante plateam fori publici seu Fallarum*, ibid. fol. 91. v°. ex Ch. ann. 1330. Et fol. 94. ex alia ann. 1332 : *In Fallis seu hallis Parisiensibus.* Vide supra *Fala* 3.

* 3. **FALLA**, Alia, ut videtur, notione, f. Legumina species, in Charta ann. 1343. ex Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 232 : *Pro uno quartone et dimidio Fallarum existentibus in quadam cartonata terræ, etc.* f. pro *Fabarum*.

FALLACIA, Levior culpa ex oblivione præsertim : nostris *Faute*. Usus veteres Ordinis Cisterciensis cap. 68 : *Similiter super articulos manuum satisfaciant omnes in loco, in quo sunt, quoties Fallaciam in Oratorio incurrerint non divertentes dextrorsum vel sinistrorsum.*

* *Faillanche*, eodem sensu, in Bestiar. Ms. :

Et se dit j'avons Faillanche
Par nos sens, ou par oublianche.

Sans faillance, Certo, haud dubie, vulgo *sans faute*. Le Roman *de Robert le Diable* Ms. :

Car il cuident bien sans Faillance
Au blanc armé avoir failli.

Vide *Fallum* 1.

¶ **FALLACIUM**, Ludibrium. Barthius in Glossario, ex Hist. Palæst. : *Verumtamen hoc Fallacium est totum.*

* **FALLARICA.** Vide supra *Falarica*.

FALLASIA. Vide *Falasia*.

* **FALLENTIA** apud JC. pro Exceptio, quia ibi regula *fallit*, ex Animadv. Pr. *de Mazaugues*.

FALLERA, pro *Phalera*, *Harnesium*, Instrumentum rusticum. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 256 : *Et quod eant cum bigis et carris et Falleris super tenementum suum de Grenhull.* [Bernardus *de Breydenbach* Itiner. Hierosol. pag. 177 : *Jam non ypocryses pallia querunt, sed crimen Falleras exuit omnes.* Hoc est, exuit id omne, quo tegi posset.] Gloss. Lat. Gr. : *Faleræ*, ἱπποκόσμια. Glossæ aliæ MSS. : *Falerus*, περιτραχήλιον. Vide *Faleræ*.

¶ **FALLERE**, vel Fallire, Deficere, desinere, Gall. *Faillir, Cesser, Finir*. Instrumentum de terris S. Catuodi, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. pag. 252 : *Et tunc vadit fossa Catuodi quasi ad horam nonam per abrupta loca usque dum pervenit ad unam nodulam. Tunc namque Fallit fossa et accipitur nodula per ipsam petram, quæ est in ipsa nodula.* Vide *Fallire*.

* *Affaillier*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1424. ex Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 11 : *Auquel suppliant nos ennemis ont fait soustenir et porter plusieurs griefs, oppressions et peine corporelle, tant de famine comme autrement, dont il fut mal disposé et en Affaillia si fort que etc.*

* Hinc nostris *Faux* dicitur Pars corporis, ubi truncus desinit. Mathæus de Couciaco in Histor. Caroli VII. pag. 670 : *Depuis le Faux en bas, comme les jambes et les pieds d'un griffon velu et à grands ongles, et depuis le Faux en amont en forme d'homme. Du Faux du corps en aval*, in Stat. ann. 1399. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 388. art. 14. Unde *A la faute du grand pont*, pro ad extremam partem pontis, seu ubi pons *fallit*, in Lit. ann. 1358. tom. 3. carumd. Ordinat. pag. 313. Vide *Faltus*.

¶ **FALLESIRE**, Debitum servitium non facere, ab aliquo deficere, ei deesse, Gall. *Faillir*. Moretus Antiquit. Navarræ pag. 45 : *Propter quod fuistis meos fideles quando venit illo Imperatore, et non Fallesiestes, et propter quod populetis, etc.* Vide *Fallire*.

* **FALLETI**, Societatis mercatorum Italicorum, qui usuram sæpius exercebant, nomen. Charta ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 503 : *Bona societatis Falletorum de Alba, prædicto domino et genitori nostro confiscata fuerunt. La compaignie des Fallez*, in alia ann. 1342. ex Reg. 74. ch. 428. Vide *Falcti*.

¶ **FALLETRA**, *Adulatoria verba*. Gloss. Sangerm. MSS. num. 501. Est pro *Phalerata verba*, ut occurrit apud Terentium.

¶ **FALLIA**, Defectus, quo quis ibi abest, ubi ex officio deberet adesse, et substractio stipendii propter absentiam. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. 1 : *Necnon sit sollicitus quantum poterit, quod sciat veritatem Falliarum, quæ fient tam per nostros domesticos, quam per alios nostros officiales Fallias facientes; et illas executioni debitæ faciat mandari.* Vide *Fallire*.

¶ 1. **FALLIARE**, Dignitate depellere, German. *Fallen*, De gradu dejicere. Lambertus Ardensis : *Hic rapiebat, illic Falliabat, aut rebus expoliabat; isti injuriosam objiciebat calumniam.... in milites efferus et amaricosus, in cives acerbus et contentiosus.*

* 2. **FALLIARE**, Officio desse. Leg. palat. Jacobi II. reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Jun. pag. L. col. 2 : *Ob hoc ut ipsi domestici et alii prædicti occasionem non habeant Falliandi.* Vide *Fallia*.

1. **FALLIBILIS**, *Subdolus, insidiosus*. Papias.

* 2. **FALLIBILIS**, Labilis, qui facile *fallit* seu deficit. Prolog. com. inter Serm. Barel. : *Et quantum sit Fallibilis quam ipsa mortalis vita.* Vide *Fallere*.

FALLICETUM, eidem Papiæ, *Licentia Judæorum, vel justitia*.

FALLIMENTUM, Culpa, Gall. *Faute*. Usatici Barcinonenses cap. 61 ; *Et qui honorem per illum non tenuerit, emendet illi Fallimentum et desonores, quos ei fecit cum avere et sacramento manibus propriis jurando.* Adde cap. 61.

FALLIRE. Lex Salica tit. 9. § 1 : *Si quis voluerit alterum occidere, et colpus ei Fallierit.* Phrasis Gallica : *Si le coup lui a failli* : Id est, *si ictus fefellerit*. Germanis *faelen* et *feylen*, est falli, labi, errare. Sed nescio, an legendum *sallierit*, cum Editio Heroldi præferat : *Et colpus prætersalierit.* [*Foloier*, eadem notione, pro falli, errare, usurparunt veteres Galli. *Les Proverbes* MSS. :

Qui par soi velt ouvrer,
Sans conseil demander,
Sovent Foloiera.

Des Fontaines in Consil. cap. 18 : *Se li arbitres Foloie à donner se sentence, i. Si* arbiter erraverit in sententia dicenda.]

Fallire, vel Fallere, Deesse rei alicui. Usatici Barcinonenses MSS cap. 28 : *Qui Fallerit hostes vel cavalcadas seniori suo, cui eas facere debuerit, aut emendet illi eas in duplo, si senior voluerit, aut emendet ei totum damnum et missiones et perdas, quas senior per fallimentum illius fecerit, etc.* Id est, qui exercitui non interfuerit, et equitationem, quam debet, non fecerit. Cap. 29 : *Qui viderit seniorem suum necesse habere, et Fallerit ei de juvamine et de servitio, quod ei debuerit facere, etc.* Id est, qui non juvarit, vel opem non dederit.

¶ **FALLISCUS.** Vide *Faliscus*.

* 1. **FALLITA**, Facultatum defectus,

Digitized by Google

inopia dissolvendi æris alieni, Gall. *Faillite*, Ital. *Fallimento*. Stat. Avenion. lib. 1. rubr. 40. art. 1. pag. 115 : *Statuimus quod si quis foro cesserit seu, ut vulgo dicitur, banquam-ruptam vel Fallitam fecerit, etc.* Hinc

* **Fallitus**, ibid. art. 3. pag. 116 : *Eum autem decoctorem seu Fallitum declaramus, qui tempore solutionis non satisfecerit, etc.*

* 2. **FALLITA**, Vadimonium desertum, Practicis nostris *Défaut*. Stat. comitat. Venaiss. cap. 12. ex Cod. reg. 4660. A : *Notarii officia exercentes singulis diebus juridicis, quibus curia tenebitur, antequam discedant a curia, scribere in uno quaterno omnes contumacias et dictas Fallitas . . . . . teneantur.*

* *Faille* vero et *Faloise*, pro Fallacia, deceptio, commentum, fabula, nugæ, ineptiæ, in Poem. Rob. Diaboli Ms. :

Quant qu'il vos compte, c'est tout Faille.

Ibidem :

Mais ains ne me vausistes croire,
Ainchois teniez tout à Faloise,
Et à escap et à folie,
A gas et à mélancolie.

Falourde, eodem sensu, in Mirac. B. M. V. Mss. lib. 2 :

Une grant trufe, une Falourde,
Une fastrasie, une bourde
Oiant plus volentiers etc.

Unde *Falorder*, Decipere, irridere, vulgo *Duper, se moquer*, in tom. 3. Fabul. pag. 70 :

Li clers esraument se porvoit,
Qui les veut aler Falordant,
Vez ici, fet il, un besant, etc.

Neque aliud significare videtur *Fardoille* apud Guiartum ad ann. 1304 :

Sans conter truffles et Fardoilles.

* *Fastroulle*, et *Fatroulle*, eodem significatu; unde *Fatroulleur*, gerrarum seu ejusmodi ineptiarum auctor. Lit. remiss. ann. 1423. in Reg. 172. Chartoph. reg. ch. 322 : *Je ne tien compte de vo prime et de vo tierche, ce ne sont que Fastroulles.* Aliæ ann. 1429. ex Reg. 174. ch. 326 : *Icellui Berthelemieu dist au suppliant que ce n'estoient que Fatroulles de son fait : lequel lui respondi que il n'estoit point Fatroulleur.* Rursum aliæ ann. 1403. in Reg. 158. ch. 224 : *Icellui Perrin dist au suppliant que il n'estoit que un Fatroulleur et le cuidoit ainsi esbaboyner, et que tout ce qu'il disoit, estoit mensonge.* Vide infra *Famfaluca* et *Fatuare*.

¶ **FALLITUS**, a *Fallire*, Reus violatæ fidei. Instrum. de condicto singulari certamine inter Carolum Jerusalem et Siciliæ, et Petrum Aragonum Reges, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 104 : *Et tamquam perjurus, devictus, falsus, Fallitus, infidelis, proditor et infamis sit et perpetuo habeatur.* Eadem habes apud Rymer. tom. 2. pag. 228. 229. 232. 233.

* Nostris *Failli*, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 132. Chartoph. reg. ch. 284 : *Jehan de Bourgeauville dist au suppliant qu'il batroit bien un si Failli et foireux chevalier comme il estoit, et ledit exposant respondi qu'il n'estoit ne Failli, ne foireux.* Vide supra in *Fallita* 1.

FALLIUM. Charta Lotharii Regis Franc. ann. 987. pro Eccl. S. Cucufatis in Catalania, apud Michaelem Carbonellum in Chron. Hispan. fol. 8 : *Et Ecclesias S. Genesii, et S. Martini, et S. Felicis, quæ sunt ad ipsum Fallium, etc.* [Vide *Fallum* 2.]

¶ **FALLIZUS** Gravus. Vide *Falcigranus*.

* **FALLODIA**, Falodia, Faces in signum lætitiæ accensæ, Gall. *Illumination*. Chron. Bergom. ad ann. 1386. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 857 : *Et facta fuerunt Fallodia super turres tribus noctibus continuis.* Annal. Placent. ad ann. 1447. ibid. tom. 20. col. 892 : *Et facta sunt excelsa Falodia et amœni sonitus campanarum.* Et col. 895 : *Facta sunt festa campanarum, quæ pulsatæ non fuerunt diebus 25. elapsis, et facta sunt excelsa Fallodia.* Vide in *Phalæ*.

* **FALLOGIA**, Eadem notione. Annal. Estens. ad ann. 1409. apud eumd. Murator. tom. 18. col. 1066 : *Novum hoc . . . . Ferrariam universam implevit gaudio civitatem, et per diem integram ac sero acta fuerunt magnorum crebrorumque ignium multiplicata Fallogia in plateis et vicis omnibus civitatis.*

* Falo, Eodem significatu, in Chron. Mutin. ibid. tom. 15. col. 593 : *Et ex hoc facti fuerunt magni Falo Mutinæ.* Vide *Falo*.

1. **FALLUM**, ex Anglico *Faile*, deficere : *failing*, defectus. Parliamentum de depositione Regis Ricardi II : *Citra Pascha proximo extunc sequens sine Fallo rediret in Angliam.* Galli dicunt *sans faute*. [Instrum. anni 1413. ex Archivo Castri Nannett. : *Cognoscimus nos esse obligatos realiter absque Fallo ad unam Missam semel in ebdomada dicendam.* Miracula S. Zitæ Virg. April. tom. 3. pag. 519 : *Ego feceram nimis magnum Fallum* (i. delictum) *quod subterraveram bindam S. Zitæ in ista terra.* Vetus Poeta MS. e Bibl. Coislin. :

Demain ferons une bataille
Enmi ces chans sans faille,

* In **Fallo**, Casu, fortuito, præter voluntatem. Chron. Bergom. ad ann. 1406. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 970 : *Volendo ipse Nolus dare dictis de Pisonibus amenando coltellum, quem habebat in manu, in Fallo percussit unum filium Pini de Cavaricis in una tibia.*

2. **FALLUM**, videtur etiam modus agri apud Anglo-Saxones. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 425 : *De duabus acris, et 3. rodis terræ, et 30. Fallis in Lartwait.* [Vide *Fayllium*.]

* 3. **FALLUM**, Stannum. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. Reg. 7692 : *Fallum, Estain.*

¶ **FALMOTUM**, Conventus, Cœtus, a Saxonico folc, Populus, et Mote, Concilium. Donatio Guidonis de Meriton Militis Fratribus Templi Salvatoris apud Kennettum Antiqu. Ambrosden. ad annum 1164 : *Testes donationis sunt Fulco Sacerdos de Meriton, Luvellus de Horspath et totum Falmotum meorum hominum et suorum.* Quo in loco *Falmotum* solam significat vassallorum domini congregationem. Sed alia fuere *Falmota* hisce parvis cœtibus solemniora, quæ scilicet in urbibus vel provinciis celebrabantur. *Falmotum* urbis vel oppidi, quod vulgo *Burgmote* appellabant, tum cogebatur, cum cives negotium habebant aliquod extraordinarium; *Falmotum* vero provinciæ, *Schiremote* dictum, unoquoque anno congregabatur. Huic intererant Equites omnes ceterique Vassalli liberæ conditionis, qui præstito Regi fidei et homagii sacramento Magistratum eligebant *Scheriff* vocatum, qui per annum integrum in tota provincia jurisdictionem exerceret amplissimam. Verum hujus Magistratus electio penes solum Regem esse cœpit anno 1315. ut docet Kennettus in Glossario ad calcem Antiquit. laudatarum. Vide *Falkesmote* et *Folkesmote*.

¶ **FALO**. Albertus Mussatus lib. 13. de Gestis Henrici VII. Cæsaris rubrica 8 : *Sed ecce in summo Gorgonæ fastigio ignem emicare, quod signum Falo ipsi nuncupabant, conspexere. Hujus indices signi Roberti Apuliæ Regis galeas in Elbam declinasse declaravere, ibique identidem damna intulisse incolis, mox et in portum Pisanum descendisse. Verum Falonis indicio Gorgonei classem Pisani in tutum redegere, illæsamque servavere.* Ubi Villanus sic notat : Vox *Falo* acuta accentiuncula notanda est *Faló*. Significat autem flammam seu flammæ splendorem, vel potius repentinam flammæ apparitionem; et videtur esse unum ex iis verbis, quæ a Græcis ad nos recta migrárunt; illis enim φαλός, splendidum vel album derivatione a verbo φάω, quod est Luceo. Consimile huic verbo, quod obiter dixerim, est nauticum *Fano*, quod Græcis, φανός, a verbo φαίνω, quod inter alia est Luceo, appareo. Galli dicunt *Falot*, quod videtur affine τῷ *Faló* Etruscorum. Vide Menagii Etymologias Gallicas.

* **FALODIA**. Vide supra *Fallodia*.

FALQUERII, Religiosi Turci. Vide Waddingum ann. 1314. 9. [** Gall. *Faquir*.]

* **FALQUETRARE**, Falce secare. Gall. *Faucher*. Charta ann. 1348. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Affirmabat dictus prior pagesios et habitatores terræ S. Leontii scientes teneri Falquetrare, et alios, qui non sciunt Falquetrare, teneri quolibet anno facere unum jornale ad Falquetrandum sua prata propria dicti prioratus.* Vide supra *Falcatio*.

FALSADOR, Falsadorium. Vide *Falsarius* 1.

¶ **FALSAMENTUM**, Adulteratio, falsificatio. Charta Guidonis Regis Hierosol. anno 1190. apud Guesnaium in Annal. Massil. : *Excepto furto, homicidio, tradimento, Falsamento monetæ, etc.*

1. **FALSARE**, Decipere. In Glossis Isidori : *Falsatus sum, deceptus sum.*

2. **FALSARE**, Adulterare, scriptum corrumpere. Rabanus Maurus lib. contra Judæos cap. 13 : *In tantum namque eorum processit impietas ut, etiam Scripturam Propheticam Falsare conati sint.* Sexta Synodus CP. art. 14 : Τοὺς δὲ φαλσεύσαντας τὰ εἰρημένα δύο βιβλία, etc. Occurrit ibi non semel, [et in S. Euseb. Cremon. Martii t. 1. p. 373.]

* *Faulser*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1413. ex Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 178 : *Lequel compaignon avoit Faulsé ou fait Faulser a un jeune clerc certaines lettres royaulx.* Quod crimen *Faussairerie* appellatur, in aliis Lit. ann. 1362. ex Reg. 93. ch. 122 : *Guiart de Mesnil proposa Faussairerie de rasure de ladite somme contre ledit exposant, et que l'en avoit fait*

Digitized by Google

de sep livres soixante livres ès dites lettres obligatoires . . . Il confessa ladite fausseté de rasure. Vide infra in *Falsoneria.*

¶ FALSARE PONDERA, Adulterare, minuere. Concilium Legion. ann. 1012. can. 34. inter Hispan. tom. 3. pag. 192 : *Panatariæ quæ pondus panis Falsaverint, in prima vice flagellentur.*

3. FALSARE, Falsam esse rem quampiam contendere. Lex Ripuar. tit. 59. §. 2 : *Et si quis in posterum hoc refragari vel Falsare voluerit, a testibus convincatur.* Ita *Falsare chartam*, est falsam asserere, in Capitul. 3. ann. 819. cap. 10. *Chartam falsam efficere*, lib. 3. Capitul. cap. 43. Tabular. S. Ambrosii Bituric. sub Roberto Rege : *Si quis autem homo seu femina hanc cartam Falsare voluerit : componat centum libras auri, aut seipsum reddat eidem Ecclesiæ ejusdemque habitatoribus ad servile opus peragendum.* Leges Edgari Regis art. 9. apud Bromptonum : *Si accusatus se de hoc non idoneaverit, et nisi accusationem Falsaverit, redimat se wera sua*, i. falsam esse arguerit. Vide l. penult. D. de Falsis. (48, 10.)

4. FALSARE CURIAM, in Regiam majestat. lib. 3. cap. 21. § 7. idem valet ac appellare a judicio Curiæ tanquam falso et pravo. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 71 : *Qui Judicium Curiæ recusat, Curiam Falsat, et qui Curiam Falsat, Principem damnat. Fausser la Cour*, in Assisiis Hierosolymit. MSS. cap. 103. quod idem valet ac

FALSARE JUDICIUM, Appellare a judicio. Dupliciter autem *falsabatur Curia*, vel *Judicium*, primo, cum simplex ac nuda erat appellatio : secundo, cum appellationi adjungebatur crimen aliquod, quod Judicibus impingeretur, veluti si odii, lucri, vel alia prava causa judicium egisse appellans contenderet. Prima appellatio in Curia domini superioris consueto juris ordine procedebat, altera duello definiebatur. Appellans enim, Judicem aut Judices seu Pares suos pravum judicium ac iniquum ex prava causa egisse duello se probaturum profitebatur, eoque nomine cum ipsis Judicibus monomachiam inibat. Quod ab ipsis veteribus Francis accersunt non insulse viri docti, apud quos Comes seu Judex, qui in judicando peccasset, plectebatur, adeo ut contingeret etiam, ut a partibus læsis interdum occideretur iniquus Judex, ejusque cædes non magna mulcta lueretur, ut videre est in Lege Salica Edit. Heroldi tit. 54. 57. Sed de *Falsatione judiciorum* plura jam a nobis observata sunt ad Statuta S. Ludovici lib. 1. cap. 6. quibus subdere videtur operæ pretium locum Hugonis Falcandi de Calamitatib. Siciliæ pag. 690 : *Hanc ergo sententiam vice consensuque omnium Boamundus Comes, ut erat vir eloquens, in præsentia Regis exposuit. Tunc Richardus Comes exclamavit, injuste se gravari, odium æquitati præferri : paratum se probare, quod iniquam falsamque protulisset sententiam. Quibus verbis Boamundus Comitem prohibuit Curiæ respondere, dicens, injuriam hanc non in eos, qui judicaverant, sed in caput regium principaliter redundare. Dehinc injunctum est Archiepiscopis et Episcopis qui aderant, ut in auctorem tantæ contumeliæ, quod æquum esset, de juris severitate decernerent. At illi juxta Constitutiones Regum Siciliæ decreverunt, Comitem Richardum non solum de terra sua, verum etiam de membris et corpore Regis misericordiæ subjacere, eo quod judicium Curiæ Falsum dicere præsumpsisset. Captus igitur et militum custodiæ traditus, Taurominium jussus est perduci, et ibidem in Castello... summa diligentia custodiri.* Quæ quidem non modice illustrant, quæ habentur in Statutis S. Ludovici lib. 1. cap. 76. ubi sane appellari a judiciis Regiarum Curiarum posse, sed Regiam Curiam falsari non posse decernitur : *car l'on ne trouveroit mie qui droit en feist : car li Rois ne tient de nului fors de Dieu et de lui.* Addam etiam formulam ejusmodi appellationum, desumptam ex Tabularium Episcopatus Parisiensis Bibliothecæ Puteanæ fol. 149 : *Philippus D. G. Franc. Rex dilecto et fideli suo Episcopo Parisiensi salutem et dilectionem. Cum fidelis et devotus frater noster P. Alencon. et Carnotensis Comes, et Almaricus de Meulento Valletus noster asserant se ab audientia vestra ad nostram Curiam super quodam Judicio, tanquam pravo et Falso dato in vestra Curia contra eosdem pro Roberto de Haricuria Milite appellasse : mandamus vobis quatenus sitis coram nobis ad instans Parlamentum ad diem octabarum B. Martini hiemalis, et vobiscum habeatis Andream Groingnet, Joannem Angier, et Philippum Paon judicatores vestros super pravo et Falso Judicio dictis Comiti et Almarico responsuros, et significetis dicto R. de Haricuria, quod ad dictum diem intersit, si sua crediderit interesse : inhibentes vobis, ne pendente hujusmodi appellatione aliquid innovare præsumatis in præjudicium Curiæ nostræ, et dictæ appellationis. Dat. Paris. die Jovis post festum Apostolorum Petri et Pauli.*

Cognitio vero de falso judicio facto ad Regem unice spectavit. Statut. Marlebridgense sub Henrico III. Rege Angl. cap. 21 : *Nullus de cætero, excepto Domino Rege, teneat placitum in Curia sua de Falso Judicio, facto in Curia tenentium suorum, quia hujusmodi placita specialiter spectant ad Coronam et dignitatem Domini Regis.* Vide Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Angl. tom. 3. pag. 551.

* *Fausser jugement*, apud Petr. de Font. in Consil. *Fausséeur* et *Fausserres*, Appellator, et *Faussement*, ipsa appellatio, ibid. cap. 21. et 22. Vide supra in *Appellatio* 1.

FALSARIA MONETÆ, Crimen falsæ monetæ, cujus cognitio solum Regem spectat, ex Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 10.

1. FALSARIUS, Sica, pugionis vel cultelli species. Albericus in Chron. MS. ann. 1214. de Pugna Bovinensi : *Ante oculos ipsius Regis occiditur Stephanus de Longo Campo, in capite percussus longo, gracili trialemello, quem Falsarium nominant.* Chronic. Flandr. cap. 15. de eodem prælio : *Matthieu de Mommoranci tenoit un Faussart en sa main, et en derompoit les presses.* Le Roman *de Roncevaux* MS. :

Et grans juizarmes, et Faussars acerez.

Le Roman *de Gaydon* MS. :

Lancent à lui les Faussars acerez.

Le Roman *de Guillaume au Court-nez* MS. :

Et arbalestes, javelos et Fausars.

Cronicon MS. Bertrandi Guesclini :

D'espées et de Faussars ot sur lui plus de cent.

Alibi :

Maint bacinets aussi œuvré joliement,
Panons, dars, et Faussars, qui tranchent souefvement.

Iterum :

Gettent dars et Faussars, moult en vont ociant.

FALSADOR, Eadem, ni fallor, notione, apud Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 8 : *Decet etiam antedictum (navigium) habere sagittaminum numerum infinitum, et præcipue ex eis, quæ Falsadores vulgariter appellantur.* Et cap. 21 : *Duodecim magistri ad faciendum Falsadoria atque tela.*

¶ 2. FALSARIUS LITTERARUM, Qui Litteras supponit vel adulterat. Statuta Synod. Leodiensis ann. 1287. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 879 : *Statuimus de Falsariis declarando Falsarios Litterarum Domini Papæ esse auctoritate canonis excommunicatos.* Vide *Falsare* 2.

¶ FALSATO, adv. Dolose, fraudulenter. Charta fundationis S. Mauritii Agaunensis tom. 1. Hist. Insulæ Barbaræ pag. 30 : *Reliqua vero corpora congerantur in tutissimum locum, atque aptissimum in unum condantur locum, et sub eximia custodia sanctissimi Custodes deputentur, ne forte, quod absit, Falsato ex eis furentur.*

FALSATOR, Falsarius, in Lege Salica tit. 32. §. 8. [** in Chart. ann. 728. apud Schœpflin. in Alsat. Diplom. tom. 1. pag. 10.] [et in Miraculis S. Vincentii Madelgarii tom. 3. Julii pag. 680 : *Rigebat juratoris brachium, nec verba proferre, nec valebat contrahere porrectam manum... signantes facies suas execrantur Falsatorem et venerantur Dei amicum.*]

¶ FALSATOR CHRISTIANUS, f. Qui fidem Christianam ejuravit. Charta ann. 1114 : *Donamus vobis prescriptis fratribus Lapeto et Bernardo.... tertiam partem de totis placitis, de Christianis Falsatoribus et latronibus, qui fuerunt* (f. fuerint) *capti de S. Juliano usque ad Crucem S. Affrodisii.* Et certe qui fidem ejurabant mulctæ ad minimum pecuniariæ subjiciebantur, quæ ad fiscum domini pertinebat.

* FALSATOR MONETÆ, Qui monetam adulterat, in Stat. Cadubrii lib. 3. cap. 44. et alibi passim.

¶ FALSCETUS, Levior aura. Chron. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 450 : *Non illa lucidissima et quietissima fuit, suavi et prospero vento flante, navigantibus nobis absque strepitu et cum ordine magno,... ut sibloti sive Falsceti silerent.*

¶ FALSDARIUS, Idem qui *Falsarius* 2. Concil. Tarraconense ann. 1329. can. 8. inter Anecdot. Marten. tom. 4. col. 286 : *Et si aliquis litteris indulgentiæ Archiepiscopi Toletani in nostra provincia* (Tarraconensi) *usus fuerit, tanquam Falsdarius puniatur.*

* FALSE, Dolose, fraudulenter. Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 250 : *Dicendo eidem Hugoni, quod False ipsum a suo servitio in tempore mortuo sui operis ejecerat, cum in bono ipsum deservisset.* Vide *Falsato.*

¶ FALSETUM, Tonus acutus, Gall.

Digitized by Google

Fausset. Rubricæ MSS. Ecclesiæ Bellovac. in Vigilia Nativitatis : *Omnes antiphonæ psalmorum incipiunt cum Falseto.* Vide *Fausetum.*

* **FALSETUS**, Sedes brachiis conclusa, Gall. *Fauteuil.* Inventar. Ms. thes. Sedis Apostol. ann. 1295 : *Item duos Falsetos de boccaramine.* Vide *Faldao.*

¶ **FALSIDIA**, apud Martenium in Anecdotis pro *Falcidia*; quod vide.

1. **FALSIFICARE**, Idem quod *Falsare*, [Rem falsam asserere, seu quempiam falsidicum probare.] Charta Ludovici VI. Reg. Fr. ann. 1110. apud Jacob. Petitum, post Pœnitentiale Theodori pag. 581 : *Horum itaque* (servorum) *probationes, aut liberi suscipiant, aut contradicendo Falsificent.* Ægidius de Roya ann. 1230 : *Fernandus Comes Flandriæ.... Brugensibus dedit privilegium, quod Scabinos impositos amovere non posset, nisi secundum legem Falsificati essent.* Id est, convicti *de falso judicio.* [Gesta Tancredi num. 102. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 175 : *At Boamundus, ut ipse non imprudens, rei seriem scrutatur, quisnam somniator ille esset, quibus populum ambagibus involvisset, quem fossoribus locum significasset, utque ipse insiluisset, fodisset, invenisset : statim fallaciam deprehendit, inventionem irritam, inventorem conjecturis Falsificat argutis.*]

2. **FALSIFICARE**, ex Gallico *Fausser*, Trajicere, perfringere. Joan. Monach. Majoris Monast. lib. 1. Hist. Gaufredi D. Norman. : *Imposita est capiti ejus cassis multo lapide pretioso relucens, quæ talis temperaturæ erat, ut nullius ensis acumine incidi vel Falsificari valeret.* Robertus *de Bourron* in Hist. Arthuri et Merlini MS. : *Li haubert sunt si fort et si tenant, qu'il ne puent maille Fausser.* Le Roman *de Kanor* ann. 1294. MS. : *Ne peut le cop tenir qu'il ne soit entrés en la coiffe et li bacin Faussés.* Le Roman *de Roncevaux* MS. :

Faussent ces broingues, où li ors est batus.

Alibi :

Son haubers firent Fausser et desmailler.

Guill. *Guiart.* MS. ann. 1267 :

Baciuez foudre, embarrer hyaumes,
Haubers Fausser, et espaulieres.

Le Roman *d'Alexandre* MS. :

L'aubert Fausse et desrout, ò l'acier Viennois.

¶ 3. **FALSIFICARE**, Adulterare, corrumpere scriptum, monetam, etc. Gall. *Falsifier.* Ottoboni Scribæ Annales Genuenses ad ann. 1175. apud Murator. tom. 6. col. 353 : *Pisanis vero monetam Lucensem, quam malitiose cudebant et Falsificabant, sub juramento debito interdixit.* Chron. Parmense ad ann. 1293. apud Murator. tom. 9. col. 824 : *Liber Societatis Cruxatorum et populi Parmæ de consensu et conscientia dicti Capitanei per Dondedeum ejus Notarium in pluribus locis Falsificatus et cassus fuit.* Privilegia Friburg. civitati concessa a Bolione Duce Furstenbergensi ann. 1337. apud Ludewig. tom. 6. pag. 41 : *Pannos et stamina non Falsificata, cujuscumque valoris et coloris fuerint, licite possint vendere, et incidere per ulnas.*

¶ 4. **FALSIFICARE CURIAM**, Idem quod *Falsare judicium*, Appellare a judicio. Apud Anglos usu et consuetudine Regni receptum erat ut qui *Curiam Falsificaret* seu *judicium*, præsertim cum de iniquitate judicii querebatur, coram ipsa Curia tactis sacrosanctis Evangeliis juramento id affirmare teneretur; quod duello definiebatur apud Francos. Hujus moris testis est Hickesius Præfat. in Grammat. Anglo-Saxon. pag. 26. ubi ex Annal. R. Hovedeni pag. 283. hæc exscribit : *Conquestus enim erat Regi idem Johannes, quod cum calumniatus esset in Curia Archiepiscopi terram quamdam de illo tenendam jure hæreditario, et diu inde placitasset, nullam inde potuit assequi justitiam, et quod ipse Curiam Archiepiscopi sacramento Falsificaverit secundum consuetudinem Regni. Cui Archiepiscopus respondit : nulla justitia defuit Johanni in Curia mea, sed ipse, nescio cujus consilio, an propriæ voluntatis motu, attulit in Curia mea quemdam Toper* (id est, librum Hymnorum) *et juravit super illum, quod ipse pro defectu justitiæ a Curia mea recessit, cum statutum sit in Regno vestro, quod qui Curiam alterius Falsificare voluit, oportet eum jurare super sacrosancta Evangelia.* Vide *Falsare Judicium.*

¶ **FALSIFICATIO**, Adulteratio quæ fit imitando alicujus chirographum. Charta apud Th. *Blount* in Nomolex. Anglic. : *Scias quod dedimus Adæ de Essex Clerico nostro, pro servicio suo, omnes terras et tenementa quæ fuerunt Will. de Scrubby, cujus terræ et tenementa sunt excaeta nostra, per feloniam quam fecit de Falsificatione sigilli nostri.*

* **FALSIFICATUS**, Falsi accusatus. Charta Andr. reg. Hungar. ann. 1231. apud Cencium inter Cens. eccl. Rom. : *Quia multi læduntur per falsos prestaldos, citationes vel testimonia eorum non valeant, nisi per testimonium diocesani episcopi vel capituli, nec Falsificatus prestaldus possit se justificare, nisi eorumdem testimoniis in factis majorum.* Vide *Falsificare* 1.

FALSIGRAPHUS, Qui falsa scribit. Vox hibrida, apud Joan. Sarisber. lib. 3. Metalog. cap. 5. Josephus Iscanus lib. 2. de Excidio Trojano :

... Fingit enim, nullique hac parte secunda
Falsigraphus commenta docet.

FALSIGRAPHIA, apud Alanum de Insulis in Planctu naturæ pag. 301. 319.

* **FALSILIA**, Falcula, Gall. *Faucille.* Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 85. Chartoph. reg. ch. 86 : *Unam Falsiliam ad scindendum blada habilem.* Vide supra *Falcilla.*

* **FALSILOGUS**, Plauto et Prud. *Falsiloquus*, mendax. Acta S. Lupi episc. Trecens. tom. 7. Jul. pag. 75. col. 1 : *Hinc Falsilogus Pelagius, hinc auctor veritatis Christus.*

* **FALSITAS JUDICII**, Iniquitas. Charta Joan. comit. Pontiv. pro commun. Abbavil. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 57. art. 19 : *Sciendum est etiam quod quicumque scabinos de Falsitate judicii infamaverit, nisi eos legitime convincere poterit, unicuique novem libras et aureum obolum persolvere tenebitur.* Vide *Falsificare* 4.

* **FALSITAS MASCULORUM**, Eorum corruptio et adulteratio. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 22. ex Cod. reg. 4620 : *D. potestas Mantuæ . . . . cognoscere possit de . . . . . masculorum Falsitatibus, quibuscumque plagiis, sodomia et quoquo modo luxuriantibus contra naturam.*

FALSITIA, Faltum, ex Gall. *Fausseté.* Henr. Knyghton : *Accusatus est de multis transgressionibus, fraudibus, Falsitiis et traditionibus.*

¶ **FALSIVOMUS**, Mendax, vaniloquus. Vita sancti Guthlaci tom. 2. Aprilis pag. 42 : *Ut quid Falsivomis pectoribus vanas minas depromitis.*

FALSO, **FALSONUS**, Lanceæ armorum species, *Fauchon* Gall. de qua voce supra in *Falcastrum.* Synodus Nemausensis ann. 1284. de Clericis : *Enses non deferant, nec cultellos acutos, nec lanceas seu Falsones, nisi forte ex causa probabili tuitionis, seu guerræ.* [Eumdem locum jam ad vocem, *Falco* 2. supra citavimus. Et quidem apud Marten. qui eadem Statuta inter Anecdot. sua edidit, legitur : *Falcones*, non *Falsones.* At vox, *Falsones* occurrit in Statutis Synod. Eccles. Cadurcensis, etc. ann. 1289. inter eadem Anecd. tom. 4. col. 726 : *Balistis et arcus, lanceas, Falsones, costalarios seu alia arma non deferant.* Statuta Arelat. MSS. : *Non defferatur sine licentia Consulum.... per Arelatem per greriam accutam, vel gazarniam, vel Falsonum longum, vel alia arma, nisi cultellum, etc.*] Vide *Falsarius* 1. et *Falzo.*

¶ **FALSONARIA**, Adulteratio, depravatio, Gall. *Falsification*, de mercibus dicitur, mensuris, scripturis, etc. Charta Johannis de Montigniaco in Chartulario Abbatiæ B. Magdalenæ de Castroduno fol. 7. verso : *Contentio quæ inter me ex una parte et Mauricium Abbatem et Canonicos B. Mariæ Magdalenæ de Castriduno ex altera vertebatur super hoc quod ego Falsonariam mensuram ville Rothomagi, que villa est Canonicorum, et justiciam et emendationem ex eadem Falsonaria provenientem, erga eosdem Canonicos reclamabam, ita pacificata fuit.... ita tamen quod quando in supradicta villa Rothomagi pro falsitate mensurarum... contigerit capienda emendatio.... sibi 5. solidos accipient et Majori suo de eadem villa 20. denarios pro districto.* [** Confer Glanvillam lib. 14. cap. 7. Vide *Falsoneria.*]

FALSONARIUS, Falsarius, ex Gall. *Faussonnier.* Charta Majoriæ Rotomagensis et Falesiæ : *Latro, Falsonarius judicabitur per communiam, et ponetur in pillorico, ut omnes eum videant et cognoscant. Falsonarii et retonsores denariorum*, apud Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 1. § 3.

☞ Unde *Falsonarius* dici potius videtur qui falsæ monetæ reus est, seu qui monetam adulterat. Certe non alia notione accipitur in Charta ann. 1194. e Chartul. Latiniac. : *Si quis Falsonarius inventus et captus fuerit non ad cambitores, sed ad Abbatem tantum de illo tota justicia spectavit.*

* **FALSONERIA**, **FALSONNERIA**, Monetæ adulteratio, nostris *Faulsonnerie.* Bened. abb. Petroburg. de vit. et gest. Henr. II. reg. Angl. tom. 1. pag. 131. ad ann. 1176 : *Si quis rectatus fuerit coram justitiariis domini regis de murdro, vel latrocinio, ... vel de Falsoneria, etc.* [** Assis. Henr. reg. fact. apud Clarendon cap. 1.] Charta ann. 1354. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 140 :

Digitized by Google

In præmissis dampnabiliter agendis furtum, roberiam ac Falsonneriam committendo, etc. Alia ejusd. ann. ibid. ch. 13 : *Comme plusieurs roberies, mauvaistez, Faulsonneries et autres malefaçons ont este et sont faites . . . en plusieurs nos monnoies, etc.* Lit. ann. 1388. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 242. art. 26 : *Sur les Fauçonneries qui se font dans lesdites monnoyes, etc.* Vide infra *Falsus-saulnerius*. Sed et *Faulsonnerie* dixerunt, ubi de scripto supposito vel adulterato agitur. Lit. remiss. ann. 1451. in Reg. 181. ch. 37 : *Icellui Guillemette, faignant avoir à nom Phelipot Chausses, eust au suppliant passé audit nom quictance desdittes choses. Laquelle Faulsonnerie ainsi commise et perpétrée, etc.* Vide supra *Falsare* 2. et *Falsonaria*.

¶ **FALSONUS.** Vide *Falso*.

FALSOSUS, *Circumventus, deceptus.* Gloss. Arabico-Lat. [Gloss. Isid. : *Falsosum, Circumventosum, deceptosum.*]

* **FALSUS**, Præstatio, quæ domino pensitabatur pro falcibus aliisque rusticis instrumentis acuendis. Vide *Agusadura* et *Agusare*. Charta ann. 1152. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 540 : *Clamando illis furnum de Limoso et omnes justitias et mensuram ipsam, quæ vocatur emina, ... et omnes Falsos et putatorias, et decimum de tota annona de mercato.*

* **FALSUS-BURGUS**, a Gallico *Faux-bourg*, Suburbium. Charta ann. 1380. ex Tabul. Flamar. : *Hospicium suum sibi, ut dicit, datum ad perpetuum per magnificum et potentem virum dominum Fuxi comitem, situatum in Falsis-burgis sancti Honorati.*

* **FALSUS-SAULNERIUS**, Qui monetam adulterat, idem qui *Falsonarius*, nostris alias *Faussonnier*. Arest. parlam. Paris. ann. 1399. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 264 : *Dictus le Galoys Falsus-saulnerius reputatus communiter erat. Fausonniers de monoyes*, in Stabil. S. Ludov. cap. 39. Hinc *Monnoyes d'or et d'argent Faussonnées*, in Lit. ann. 1365. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 596. Vide supra *Falsoneria*.

¶ **FALTERNUM**, *et amenum, Succinum ad similitudinem vini et mellis dictum.* Papias.

FALTESTALIUM. Vide *Faldistorium*.

FALTUS, [Confluentia, ubi duo amnes conjunguntur et confluunt. Appendix ad Vitam B. Nicolai Albercati, Maii tom. 7. pag. 662 : *Monasteriolum oppidum agri Senonensis ad Faltum Jeannæ et Sequanæ*, vulgo *Montereau Faut-Yone.*] Vide *Falcus*.

* **FALUS.** Appendix 1. ad Herici lib. 2 de Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 285. col. 1 : *Novi factum operis et leni Falo, quamvis imperite, memoriæ posterorum mandare studemus.* Ubi docti Editores suspicantur legendum esse *brevi filo*, vel *stylo*, aut quid simile.

FALVUS, Fulvus color, Gall. *Fauve*, Papias : *Falvus, fulvus, elvus color.* Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi cap. 24. de Falconibus : *Item Falvi aut sunt simpliciter Falvi, et absolute, qui non habent marginem in dorso neque in cauda, aut tendunt ad rubedinem secundum magis et minus, etc.* Occurrit ibi pluries. Feras falvas, *Bestes fauves*, vulgo appellamus eas, quarum pili sunt fulvi coloris, ut cervum, cervam, damam, et capream.

* Comput. Ms. ann. 1244 : *De quodam roncino Falvo dato Johanni Tonquin, xiij. lib. xij. sol.*

¶ **FALX**, Obligatio servilis, qua quis tenetur domini fenum falce demetere. Charta anni 1182. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 191 : *Salvis corveis et Falce et furca et aliis consuetudinibus.* Charta anni 1261. in Hist. Mediani Monast. pag. 327 : *Homines dictæ villæ... furcam et Falcem et saclam et carruchas et vecturas annonæ et feni... persolvent Ecclesiæ memoratæ.* Vide *Falcata*.

FALX MISSURIA. Chartula plenariæ securitatis, exarata sub Justiniano, apud Brisson. lib. 6. Formul. : *Arca granaria minore ferro legata valente siliquas aureas duas, Falce Missuria valente siliqua aurea una, cupo uno, etc.* Forte legendum : *Lance missuria.* Vide *Missorium*.

* **FALZO, FALZONUS**, Lanceæ armorum species. Stat. syuod. eccl. Sabin. 14. sæc. : *Clerici cultellos acutos et incongruos non deferant seu Falzones.* Annal. Estens. apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 934 : *Ea hora cum uno Falzono, quem portaverat, domum dictæ mulieris viduæ secrete introivit.* Vide *Falso*.

¶ **FALZUS-GRAVUS**, Comes Palatinus, in Hist. Laudensi apud Murator. tom. 6. col. 1035. Vide *Falcigranus*.

¶ **FAMA**, pro *Fames*, legitur apud Anast. Biblioth. in Vita Johannis II. Papæ in editione Muratorii.

FAMARE, Fama vulgare. Hieron. Dungersheimius de Laudibus S. Scholastici num. 2 : *Qui usque ad Justiniani Imperatoris sanguinem lineam deducere Famatur avitam.* [Acta SS. April. tom. 2. pag. 709. de S. Wernhero : *Nec sola fama, sed mera veritas hoc Famabat, et Famat de præsenti.* Rursus legitur pag. 915. et apud Rymerum tom. 8. pag. 207. ubi in malam partem accipitur. Vide *Infamare*.]

* Chron. Joan. Vitodur. in Thes. Hist. Helvet. pag. 53 : *Dum adhuc viveret, pecuniam apud eos deposuisse Famabatur.* Sermo mag. Joan. Parvi in Conc. Constant. ex Bibl. Heilsbr. pag. 111 : *Sicut fur et latro in ovile ovium Famaris intravisse.* Hinc

¶ **FAMATUS**, Famosus, *Famatissimi avi tui*, inquit Hericus ad Carolum Calvum, apud Mabill. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 206.

* **FAMATA PERSONA**, Censura vel vituperio publice notata. Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 43 : *Si quis emerit vel servaverit scienter aliquod furtum, vel aliter receperit, in centum solidos condemnetur pro qualibet vice, et ad reddendum furtum domino compellatur; et intelligatur scienter, si a persona Famata furtum receperit, vel a famulo, vel famulis alienis cum aliis morantibus.*

FAMBULO. Vide *Gurgo*.

¶ **FAMELITAS**, Fames. *Cum de nuditate sua revestiti et de Famelitate sua refocillati essent*, apud Acherium tom. 7. Spicil. pag. 404.

¶ **FAMELLA**, Ancillula, Famula. Hroswitha Monacha de S. Pelagio, inter Acta SS. Junii tom. 5. pag. 209 :

Respice Hroswitham miti pietate miselam,
Me tibi subjectam devota mente Famellam.

¶ **FAMELLUS**, Servulus, Famulus, ibid. pag. 212 :

Dumque focus gremio fureret fornacis in amplo,
Mox caput abscissum Christi sumpsere Famelli.

Rursum occurrit in Miraculis S. Severi Episcopi April. tom. 3. pag. 771.

* *Famel* nostri vocabant ferrum, quo sagitta seu jaculum muniebatur. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 317 : *Laquelle vire estoit ferrée d'un fer, nommé Famel.* Forte pro *Flamel* vel *Flame*. Vide infra *Flammea*.

FAMEN, Sermo, verbum. Onomast. : *Famen*, φάτις, βάξις. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Famen, Locution, parole.*] Abbo lib. 2. de Obsid. Paris. vers. 144 :

Almis Faminibus sospes procedit egrotus.

Ælnotus in Vita S. Canuti in Procœmio :

Obstructis aperit aures et Famina reddit.

Henricus Rosla in Herlingsberga :

... Collectas Famine tali
Compellat turmas, etc.

Andreas Capellanus in Eroticis : *Præterea mendacibus non debet uti Faminibus, sed et cavere, ne sermone minus effuso utatur.* Anastasius Biblioth. in Præfat. ad Sermonem Theodori Studitæ de S. Bartholomæo : *Opuscula nonnulla composuit, inter quæ et sermonem hunc de B. Bartholomæo satis utilem, obscuris dictionibus... Græco edidit Famine, etc.* Utitur Henricus Altisiodor. lib. 3. v. 19. lib. 4. v. 11. 31. 298. lib. 5. v. 133. Dudo de Actis Norm. Orderic. Vital. lib. 3. Will. Brito lib. 2. v. 404. 589. lib. 8. v. 631. lib. 9. v. 33. etc. [** Thietmar. lib. 2. vers. 6 :

.... Cunctos quos vicerat iste superbos
Famine divino, etc.

Adde lib. 2. cap. 21. etc.]

¶ **FAMENAGIUM**, Idem videtur quod *Familia* 1. Capitul. gener. ann. 1362. sub Guillelmo Abb. S. Victoris Massil. postea PP. Urbano III. : *Confirmamus donationes de Famenagiorum factas per G. quondam Priorem de Gigortiis.*

FAME NECARE, Jurisdictionis species, apud Aragonenses. Fori Oscæ ann. 1247. sub Jacobo Rege Aragon. fol. 32 : *Si homo infantionis occiderit hominem infantionis, talem homicidam potest dominus ejus in captione, Fame, siti, aut frigore, necare, non faciendo de illo justitiam, vel estemam.* Vide *Estema*. Observantiæ Regni Aragon. lib. 6. tit. de Privileg. Militum § 9 : *Si vassallus domini, non habentis merum nec mixtum imperium, in loco occiderit vassallum, dominus loci potest eum occidere Fame, frigore, et siti. Et quilibet dominus loci habet hanc jurisdictionem necandi Fame, frigore, et siti in suo loco, licet nullam aliam jurisdictionem criminalem habeat.* Adde lib. 1. tit. de Pignorib. § 3. et lib. 9. tit. *Actus Curiarum*, § 4.

¶ **FAMERE**, Esurire, Gall. *Avoir faim*, apud Menotum Serm. pag. 166.

* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Famegar, Prov. Famere, esurire.* Annal. Mediol. ad ann. 1385. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 801 : *Quas* (literas) *statim ut legit, furore repletus inquit dictis abbatibus oratoribus : Fametis aut*

Digitized by Google

sititis? Intelligentes prædicti abbates hæc verba, et videntes se supra pontem dicti fluminis, etc. Vide mox

* **FAMESCERE**, Fame laborare, perire. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 195 : *Ipsos, uxores et liberos suos necessario oportebat Famescere et etiam mendicare.* Aliæ ann. 1357. in Reg. 85. ch. 187 : *Ipse supplicans, qui tunc considerata caristia bladarum non habebat de quo posset sibi vel uxori suæ de victualibus providere, fuit consors et particeps, una cum aliis duobus pauperibus hominibus, qui modo simili Famescebant, de furando unum porcum salsatum.* Adde Chron. Estense apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 405. B. de Amor. in Spec. sacerdot. Ms. cap. 46. de Misericordia :

Pasce Famescentes, pota nimium sitientes,

Fameilleus, famelicus, in Bestiar. Ms :

Tant est mauvais et perecheus,
A la rive atent Fameilleus.

Ibidem :

Li goupils est moult artilleus,
Quant il est auques Fameilleus.

* **FAMESCITAS**, Fames. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 329 : *Propter sterilitatem . . . immensamque Famescitatem, quæ ipsum, ejus uxorem et pueros suos urgebat, etc.* Vide *Famelitas.*

¶ **FAMEX**. Gloss. Lat. Gr. Sangerm. et Supplem. Antiquarii : Famex, θλάσμα, *Contusio.* Gloss. Gr. Lat. : Θλάσμα, *hic Famex, palearia, contusio.* Gloss. Isid. et Papias : *Famis, Contusio faucis.* Excerpta Pith. : *Famix, Contusio, fauces, ramix.*

FAMFALUCA, et **FAMFOLUCA**, voces incognitæ Somnero, cui in Glossis Saxonicis per vapul efferuntur. [** Scaturigo, πομφόλυξ. Vide Grimm. Ant. Jur. pag. 631.] Nescio, an inde nostri suum *Fanfelue*, vel *Fanfeluche* hauserint, quibus vocabulis rem nihili ac quisquilias denotant. [Vide Menagium v. *Fanfreluche.*]

* *Fafellue*, Commentum, fabula, ejusdem originis, in tom. 1. Fabul. pag. 48 :

Elle li dist tant de bellues,
De Truffes et de Fafellues, etc.

Faffeuer, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1407. ex Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 329 : *Icellui Lourdel dist que c'estoient toutes tromperies ou Faffeuers.* Vide supra in *Fallita* 2. et infra *Farluge.*

FAMICUS, *Locus tabernarum in urbe, quem frequentant propter famem pellendam.* Jo. de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Famicus, Liex de tavernes.*]

¶ **FAMIDICUS**, Garrulus, qui quidquid fama fertur, aliis dicit. Vita B. Notkeri Balbuli, April. tom. 1. pag. 588 : *Interrogat denique Episcopus post aliquot dies, ubinam tamdiu moraretur suus Famidicus; sic enim hominem nominare solebat et solitus erat, nova semper sibi aliqua clam apportantem.* [** E Ekkeh. IV. Cas. S. Galli cap. 3. apud Pertz. pag. 96. lin. 15.]

* **FAMIDRETUM**, Mulcta a judicibus publice imposita; forte a *Famare* et *Dictum* sic dicta. Vide *Directum* 1. Ordinat. super redditibus Dalphin. in Reg. sign. *Vienne* fol. 48. r°. ex Cam. Comput. Paris. : *Item vendentur simili modo juridictio, judicatura, seu Famidretum levandum et recipiendum usque ad sexaginta solidos et descendendo; et erunt domino grossæ emendæ pretium prædictum excedentes et compositiones grossæ, eventuræ extraordinariæ et confiscationes.*

¶ **FAMIDUS**, Famelicus, laborans fame. Charta Emehardi Episc. Herbipol. ann. 1097. inter Vindemias Litter. Frederici Schannatti pag. 178 : *Agiliter exeat, pauperes quosque et debiles, scabidos et Famidos, turgidos et thabidos quærat et colligat.*

FAMIGERATUS, Famosus, διαφημιθείς, apud Apuleium lib. 2. Florid. [*Famigeratior*, in Chronico Citizensi apud Eccardum in Hist. March. Misnens. pag. 519. *Famigeratissimus*, in Vita B. Jacobi Eremitæ sæc. 4. Benedict. part. 2. pag. 150.]

¶ **FAMIGERENDUS**, Celebrandus, laudandus. Epitaphium Blasii Abb. Mortui-Maris, Anecd. Marten. tom. 3. col. 1445 :

Corpus habet tellus, virtus pennata sepulcrum
Horruit, æterno Famigerenda die.

¶ **FAMIGRARIUS**, Comes, ut conjecto, vel urbis Præfectus. Locus est in *Bassa.* Vide *Falcigranus.*

1. **FAMILIA**, Hac voce indigitantur Servi, coloni, in prædiis rusticis commanentes, dominis prædiorum famulatum et servitium exhibentes. Glossæ Basilic. : Φαμιλίας, οἰκετῶν, ἀνδραπόδων. Charta Caroli Cal. pro Tornutiensi Monasterio apud San-Julianum : *Et Truncinum villam, cum Familia utriusque sexus, et omni re ad se pertinente.* [Capitul. de Villis § 2 : *Ut Familia nostra bene conservata sit, et a nemine in paupertate missa.* Appendix ad Marculfum. Formul. 8 : *Fultus per hunc libellum manumissionis te fratrem nostrum, quem servilis conditio hactenus addictum tenuit inter hujus ecclesiæ Familiam, etc. Familia Ecclesiæ*, in Capitul. Aquisgran. ann. 816. cap. 6. Capitular. lib. 1. cap. 82. lib. 5. cap. 210. *Familia Familiæ Ecclesiæ*, hoc est, Servi eorum qui Ecclesiæ servitio addicti sunt, in Charta Humberti Dalphini inter Ordinat. Regum nostrorum tom. 3. pag. 272. Adde Baluzii notas ad Capitul. et Chartam Henrici Imp. ann. 1102. apud D. *Brussel* tom. 2. de Usu feud. pag. 802.] [** *Monasterii Familia* in Walafrid. Vita S. Otmari cap. 12. Sæpe in Statut. antiq. S. Petri Corbeiensis.] Hanc vocem JC. et Scriptoribus veteribus, pro cœtu servorum uni domino subjectorum notam constat.

☞ Triplicis generis distinguuntur hujuscemodi *Familiæ* in Historia Novientensis Monasterii, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 1128. ubi sic habetur : *His itaque curtibus subjecta Familia trifarie secernitur. Prima ministerialis, quæ etiam militaris recta dicitur, adeo nobilis et bellicosa, ut nimirum liberæ conditioni comparetur. Secunda vero censualis et obediens permagnifica et sui juris contenta. Tertia nihilominus est, quæ servilis et censualis dicitur. Sed tamen omnes sub dominio Episcopi et ab ipso rectoris constituti consistunt.* Ibidem col. 1131. memoratur *Familia ministerialis, servilis et censualis.* [** Chart. Ludov. Pii ann. 817. pro hoc cœnobio in Alsat. Dipl. num. 82. *Cum tota familia tam libera quam servili*, in chart. Otton. II. Imper. ann. 977. ibid. num. 160. Chart. S. Petri Carnot. ann. c. 1120. ap. Guerard. Chartul. tom. 1. pag. 371 : *Cunctis Famulis, tam servituti obnoxiis quam liberis.* Contra Familia a ministerialibus segregatur in chart. Adelbert. Archiep. Mogunt. ann. 1130. in Guden. Cod. Dipl. tom. 1. pag. 92 : *Ut ipsi ministeriales majori præposito serviant... familia autem tota ad fratres omnino pertineat.* Medium locum inter liberos et servos *Familiares* occupant in chart. Maurimonast. ann. 1120. in Alsat. Dipl. num. 247 : *Facta est autem hæc traditio per.... præterea per multos alios sapientes et probos, tam liberos, quam Familiares et servos.*]

2. **FAMILIA**, Terræ portio, uni familiæ alendæ sufficiens, et in eam rem destinata, *Mansus, carucata, hida.* Beda lib. 3. Hist. cap. 3 : *Donavit terram* 50. *Familiarum ad construendum Monasterium.* Cap. 13 : *Habens terram Familiarum* 7000. Ita et cap. 16. et 22. Quibus locis Interpres Saxonicus *hidam* habet. Ita etiam hanc vocem usurpat lib. de Monasterio Wiremutensi cap. 4. 9. 15. ut et Simeon Dunelm. in Hist. Regum Angl. : *Ut confestim ei terram* 70. *Familiarum largiretur.* Brompton : *Dedit et Monasterium* 30. *Familiarum in loco, etc.* Infra : *Donavit Episcopo... terram* 40. *Familiarum ad Monasterium construendum.* Eadmerus in Vita S. Wilfridi cap. 47 : *Donavit servo domini terram* 87. *Familiarum.* Stephanus Eddius in Vita ejusdem Wilfridi utitur voce *manstonum*, cap. 8. et 39. Vide *Mansio.* Hist. Translat. S. Sebastiani : *Cauciacum, quæ septingentarum Familiarum esse perhibetur, ad templi fabricam spatiandam dedit.*

3. **FAMILIÆ**, in militia videntur appellari *Tirones*, qui ad militiam educabantur, aut instruebantur, nondum in numeros aut signa relati, quibus annonæ perinde ac militibus de publico præbebantur, quæ inde φαμιλιαρικά dicuntur Mauricio lib. 2. Strateg. cap. 2. De ejusmodi familiis copiose egit Jacobus Gothofredus ad leg. 17. Cod. Th. de Erogat. milit. annonæ, et ad leg. ult. de Jure fisci.

¶ 4. **FAMILIA**. *Conventuales Monachorum congregationes Familiæ nominantur... quia Præfectus Monachis eos non aliter, quam pater filios tractare debet.*

5. **FAMILIA**, in Scacariis. Vide *Scacagium.*

6. **FAMILIA PUPILLÆ**, *id est, summitas.* Matthæo Silvatico.

FAMILIARESCERE, pro *Familiaris fieri*, vox Sidonii leg. 7. Epist. 2.

FAMILIARES, De familia alicujus, qui a servis separantur in leg. 3. Cod. Th. Ne præter crimen majest. (9, 6.) Gloss. Gr. Lat. : Οἰκεῖος, *Familiaris.* Præsertim vero *Familiares* vocabant, quos Reges ac Principes in familiam suam peculiariter adsciscebant. [Testam. Johan. *Gasgui* Episc. Massil. ann. 1344. ex Tabular. ejusdem Eccl. : *Volo quod Familiaribus meis de gagiis et salariis eis plene satisfaciat; residuis autem servitoribus meis, etc.*] *Familiares Regales*, in Charta Willelmi Regis Siciliæ ann. 1172. apud Rocch. Pirrum. Will. Tyrius lib. 21. cap. 16 : *Georgius Sinaites Imperialis aulæ Familiaris.* Rogerus Hoveden. pag. 725 : *Robertus de Turneham Familiaris Regis.* In Ratificatione Testamenti Regis Philippi Pulcri per Ludovicum Hutinum,

Digitized by Google

Martinus *des Essars* dicitur *Familier du Roy*. Qua etiam appellatione donatur Egidius de Compendio in Regesto Dierum Trecensium. Exstat Diploma Joannæ Reginæ Neapol. ann. 1344. qua Petrum de Aquila Minoritam in suum Capellanum et Familiarem assumit. Habetur præterea formula assumendi in *Familiarem*, in Monumentis Neapolitanis, tom. 3. Waddingi Hist. Minor. subjectis pag. 3.

* Charta ann. 1274. Cod. Colbert. 2591 : *Je Miles de Galatas chevalier et Famelieres dou tres noble empereor de Constantinoble, etc.*

FAMILIARES CURIÆ, occurrunt apud Hugonem Falcandum non semel pag. 672. 676. 777. qui dignitatem ipsam *Familiaritatem Curiæ* nuncupat. Erant autem ii præcipui Regis consiliarii, quibuscum res majoris momenti disceptabat et dijudicabat. Idem Scriptor : *De solvendo quoque matrimonio præcepit Curiæ Familiaribus, ut convocatis Episcopis, aliisque personis Ecclesiasticis, et auditis utriusque partis allegationibus, quod inde dictaret æquitas, expedirent.* Alibi de Guillelmo II. Rege : *Familiares autem Curiæ non in eo gradu, quo fuerant, aut dignitatis æqualitate voluit permanere. Nam Gayto Petro summa rerum omnium potestate concessa, super omnes eum eminentiori loco constituens... interesse quidem Conciliis, et Familiares appellari, sed ejus in omnibus imperio subservire.* Acta Innocentii III. PP. pag. 10 : *Statuit eum Familiarem Regium.* Pag. 18 : *Quinetiam Familiares instituebat Regios, quos volebat.*

FAMILIARITAS, Dignitas *Familiaris*. Acta Innocentii III : *In regiam eum Familiaritatem admittens.* Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 17. de Bonifacio IX. PP. : *Item revocavit litteras Familiaritatis, quas multis concessit, qui Familiares ejus continui non extiterant.* [Memorantur etiam *Literæ Familiaritatis Cardinalium* in Constitutione Eugenii IV. Papæ Bullarii Carmelit. pag. 185. col. 1.]

FAMILIARES *Curiæ Delphinalis*, in Statut. Delphinat. pag. 39.

FAMILIARES, præterea dicti, qui ex familia Monachorum habebantur, licet nec ex Monachis, nec ex Conversis essent. Leges Alfonsi IX. Regis Castellæ 1. part. tit 13. lege 7 : *Familiares son llamados, o confadres, los que toman senal de habito de alguna orden, et moran en sus casas seyendo senores de lo suyo, e non se desamparan dello.* Statuta Cluniacensia S. Petri Venerab. cap. 48 : *Statutum est, ne hi, qui vocantur Familiares, hoc est, nec Monachi, nec Conversi, quorumdam Monasteriorum pessimi destructores, nec etiam pro maximo lucro alicubi recipiantur. Causa hujus instituti fuit, Familiarium illorum multis nota perversitas, qui nec Deo servientes, nec manibus operantes, nec aliud utile domibus providentes, ad garriendum, ad detrahendum, ad dissipandum, quæ poterant, in quibusdam Monasteriis alebantur et vestiebantur.* Ejusmodi *Familiarium* mentio est in Nomastico Cisterciensi pag. 255. 416. 342. Vide *Oblati*.

☞ Exstat in Historia MS. Monast. Bercensis pag. 497. et 498. Catalogus *Familiarium* ejus Abbatiæ, qui *omnium Congregationis bonorum spiritualium participes* declarantur. Horum præcipui et illustriores sunt : *Maurilius Archiep. Mathildis Regina. Henricus Rex Franc. Philippus Rex Franc. Ernaldus Archiep. Joannes Episc. Matildis Imperatrix.* Memorantur quoque in Chartulario S. Vandreg. tom. 2. pag. 2027. ann. 1124. ubi notatur Missa quotidie pro *Familiaribus* celebranda. Hinc apud nos etiamnum inter Primæ preces ab Acolytho canitur : *Commemoratio omnium fratrum, Familiarium Ordinis nostri atque benefactorum nostrorum;* cui Superior subjungit : *Requiescant in pace.* [** Vide Jac. Hommey, Supplem. Patrum pag. 493. sqq. in Notis ad Epistol. S. Hildeberti et Schannat. Histor. Episcop. Wormat. tom. 1. pag. 143.]

FAMILIARITAS, Familia. *Familiaritati vel dominio alicujus inhærere*, in leg. 3. Cod. Th. Ne præter crimen majest. (9, 6.) i. ex familia alicujus esse. Bonifacius Archiep. Moguntin. in Epist. ad Zachariam PP. : *Postquam non ante annos prope* 30. *sub Familiaritate et servitio Apostolicæ Sedis.... voto constrinxi.* [Notione paulo diversa Carolus Simplex Rex Fr. ann. 901. apud Acherium tom. 6. Spicil. pag. 414 : *Monasterium* (Corbeiense) *in tutela ac Familiaritate nostra suscepimus.*]

* FAMILIARES PSALMI. Vide in *Psalmus*.

FAMILIARITER, Per familias. Frontinus : *Agros in montibus Romani acceperunt Familiariter.*

1. FAMILIARIUM. Cornel. Fronto lib. de Nominum verborumque differentiis : *Familiarium, quod servo competit, ut sagum, gladius.*

¶ 2. FAMILIARIUM, Supellex domestica et familiaris. Capitula Gener. MSS. S. Victoris Massil. : *Si tallias, procurationes, sive etiam census, et vestiaria seu Familiarium Prioratus vel officii, logeria et salaria de tempore suo idem inventus fuerit non solvisse.*

¶ FAMILIARIUS, Familiaris. *Qui erat Familiarius noster et consiliarius*, apud Rymerum tom. 2. pag. 196.

* Charta ann. 1337. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Pro salario et stipendiis dandis barbitonsoribus dicti conventus, monachorum servitorum et Familiariorum. Familier* nostris, eodem significatu. Charta Caroli V. reg. Franc. ann. 1378. ex Tabul. Regniac. : *Il ont fait édifier ung hostel ou maison à leurs dépens pour mettre eulx et leurs biens, Familiers et serviteurs à sauveté.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 60 : *Guillaume de Seurpigny escuyer ou Familier de l'abbé de S. Pierre le Vif de Senz. Thevenot sujet et Familier de nostre amé Guillaume de Maleval*, in aliis Lit. ejusd. ann. ibid. ch. 69. Vide in *Familiares* et in *Famuli*.

¶ FAMIS, FAMIX. Vide *Famex*.

FAMOSA, nude, pro Libellis famosis. Glossæ Basil. : Φάμουσα, λίβελλοι περὶ ἀνωνύμων βιβλίων τῶν δηλούντων φλυαρίας. Adde Joan. Tzetzem Chil. 9. cap. 489. Ita usurpat lex 7. Cod. Th. de Famos. libell. (9, 34.) Anna Comnena lib. 12. Alexiad. : Φάμουσά τινα γράφοντες κατὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἐῤῥιπτον σκηνήν..... δηλοῖ δὲ ἡ λέξις τὰ φάμουσα λειδορήματά τινα ἔγγραφα, etc.

¶ FAMOSUS, Qui maledictum aut convicium dicit et qui ejusmodi convicii conscius, in Capitul. lib. 7. cap. 200 : *Hi qui in blasphemiam alterius cantica composuerint, vel qui cantaverit ea, extra ordinem vindicetur. Nam lex exiliari jubet eos qui libellos Famosos excogitant aut proponunt. Notatur infamia quicunque, dum appellat judicem, convitium dixerit. Non tantum is qui maledictum aut convitium dixerit Famosus efficitur, sed et is cujus consilio factum esse patuerit.* [** Ex interpret. Paul. Sent. V, 4.]

* FAMOSE, Publice, palam, in ore atque oculis omnium. Inquisit. ann 1315. in Chartul. Arremar. ch. 30 : *Quod ipse pluries, publice et Famose audivit dici a pluribus bonis et fide-dignis.* Chron. Leon. Urbevet. in Honor. IV : *Licet impotens ad id* (Papatum) *crederetur, et penitus inhabilis Famose diceretur, etc.* Vide supra *Famare*.

FAMOSITAS, Fama, opinio, in Vita S. Endei Abbatis Aranensis n. 2. [et apud Acherium Spicil. tom 7. pag. 602. Gloss. Lat. Gr. Sangerm. : *Famositas*, κακοφημία, mala fama.]

¶ FAMOSUS, pro *Famelicus* dici videtur, in Vita S. Petri Cœlestini :

> Quos tres Famosi tetris thoracibus angues
> Torvi oculos, linguasque vagi, quin ore reciso
> Invadunt tremulos illosque vorare laborant.

Primæ tamen syllabæ quantitas brevis obstat. Aliquando pro *Injuriosus* dici adnotat Sirmondus in Glossario ad calcem Concil. Gall. Vide *Famosa*.

¶ FAMUL. Vide *Famulosus* in *Famuli*.

FAMULAMEN, pro *Famulatus*, in Epistolis Ruodeperti Magistri et Monachi S. Galli, apud Andr. Dandulum in Chron. MS. ann. 998. [et apud Mabillonium Analect. tom. 4. pag. 40.] [** Ruodlieb. fr. 2. vers. 136. fr. 3. vers. 191. 581. fr. 19. vers. 12.]

* FAMULARE. Charta ann. 1245. ex Chartul. Cluniac. : *Ministret omnibus monachis vestimenta, cuilibet monacho cucullam annuatim, staminia et Famularia duplicia.* Alicui fortasse legendum videbitur *Femoralia;* sed utrum bene nescio, nam vox *Famulaires*, eodem sensu, legitur in Chron. S. Dion. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 266 : *De robes se vestoit à la maniere de France, après* (emprès) *la char usoit de chemises et de Famulaires de lin.* Ubi Eginhardus cap. 23. habet, *Feminalibus lineis.* Vide *Famulares* et *Familiarium*, 2.

FAMULARES, [pro *Familiares*. Vita S. Philippi Archiep. Bituric. inter Anecdot. Marten. tom. 3. col. 1932 : *In ultima infirmitate ex qua obiit, vocavit socios suos et Famulares, et audivit computum suum.* Occurrit etiam apud Rym. tom. 8. pag. 428.] Miracula S. Aigulfi Abb. Lerin. cap. 6 : *Tres calices cum patenis inde rapiens (quod horribile est dictu) in Famularibus suis occultavit.* Sed nemo non videt legendum *femoralibus*, quod non advertit vir doctus, qui *famulare* manticam esse putavit.

** FAMULATORIA EXPENSA in Chart. ann. c. 1120. in Chartul. S. Petri Carnot. pag. 371. Locus ubi cibaria etc. familiæ cœnobii dispensantur.

Digitized by Google

* **FAMULATUS**, *Servientis* officium. Charta ann. 1165. ex Chartul. S. Vandreges. : *Concedimus Willelmo Anglico quietudinem domus suæ ab omni consuetudine, salvo tamen censu, et custodiam vivarii nostri de Caldebecco et Famulatum ejusdem villæ jure hæreditario, quæ ad domum ipsam . . . . pertinent.* Alia ann. 1183. ex Tabul. S. Petri Carnot. : *In molendinis de Falesia habebant videlicet Famulatum et custodiam et farinagium et unam minam molturæ per unamquamque ebdomadam.* Vide in *Famuli* et mox *Famulus Ligius.*

FAMULI, Servi, in leg. 1. C. Com. ser. man. (7, 7.)

FAMULATUS, Servitus : *Famulatus nexibus liberare*, in leg. 3. Cod. Th. de liberali causa. (4, 8.) [Diploma Ottonis M. in Chron. Mindensi pag. 734 : *Hominibus quoque Famulatum ejusdem monasterii facientibus, etc.*]

¶ **FAMULATURA**, Eadem notione. Capitula General. MSS. S. Victoris Massil. : *Statuimus quod quandocumque contigerit, quod Priores forenses seu Monachi devotione compuncti voluerint aliquociens preter honus Monasterii in dicto Monasterio Deo impendere Famulatura,* (sic) *etc.* Sed forte legendum *Famulatum.*

** **FAMULATIUM REGALE** in Anonymi Vita Ludov. Pii cap. 23.

¶ **FAMULOSUS**, *Serviens.* Glossar. Isidor. Emenda, inquit Grævius, *Famul, Oscis serviens.* Hausit ex Servio : vide illum in *Famul* et *Familia.* Ennius 8. apud Nonium :

> Mortalem summum fortuna repente
> Reddidit ut summo regno Famul optimus est.

FAMULUS, Idem qui *Valetus, Scutifer*, nostris *Escuier.* Charta ann. 1307. apud Fredericum Sandium in Consuetud. feudalib. Gelriæ pag. 39 : *Nos Herbertus de Putten, Famulus etc.* Diploma Magni Ducis Brunswicensis ann. 1357. sic clauditur : *Testes hujus rei sunt Geverhardus et Burchardus de Werberge, Nobiles : Lippoldus de Vreden et Balduinus de Dalem, Milites : Henricus de Veltheim, et Burchardus de Asseburg, Famuli.* Quo loco *Famulus* idem est, qui *Ministerialis*, Germanicis Scriptoribus. Fabricius in Chronico Misnensi : *Illo tempore non amplior nobilium virorum titulus fuit, quam ut strenui Famuli nominarentur, quod literis probari potest, Equites vero auruti, ut dicerentur Milites. Terra trium Famulorum*, habetur in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 969. sed nescio, an legendum *familiarum.* Vide *Familia, et Valeti.* [** Haltaus. Glossar. German. col. 1621. sqq. voce *Schildknechte.*]

FAMULI FRODALES, Vassalli. Charta Mauricii de Bellavilla Dom. *de Genasche*, ann. 1265 : *Et septima pars illius mestivæ est Famulorum feodalium.* Infra : *De isto autem gagio habebunt 5. solid. et Famuli feodales 2. solid.*

¶ **FAMULI** *Ecclesiæ feodati et prebendarii.* Charta Henrici Episc. Tullens. ann. 1163. in Append. ad Capitul. Baluzii col. 1560 : *Ita tamen quod Archidiaconus et Archipresbyter ecclesiasticam justitiam, cum opportunum fuerit, super parrochianos exerceant, præter ministeriales, scilicet villicum, decanum, scabinionem, et Famulos ecclesiæ feodatos et prebendarios quotidiana ab ecclesia sumentes stipendia.*

* **FAMULUS LIGIUS**, Vassallus, qui domino suo, ratione feudi, fidem omnem contra quemvis, præstat. Reg. Phil. Aug. ex Cod. reg. 4653. A. fol. 170 : *Theobaldus de Faverilles tenet in famulatu medietatem præposituræ ; unde est Famulus ligius.*

* **FAMULUS REGIS**, *Serviens*, apparitor. Libert. Pontis-Urs. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 641. art. 35. et 36 : *Famulus regis, qui edicit vinum in venditionem, de unaquaque edicione, unum nummum, etc. Famulus regis duodecim nummos recipiet pro vademoniis fiundis.*

FAMULATUS, Vassallatus. Gaufredus Malaterra lib. 1. cap. 4 : *Adjiciens Tarentum, et Hydruntum sive Galipolim cum omnibus appenditiis, et quidquid Gaufridus de Conversana sub ipso habebat cum ipso Famulatu ejusdem.* In Tabulario S. Dionysii Novigente, occurrit *Famulatus separatus a feodo Militum.*

FAMULITAS, Eadem notione. Vetus Charta apud Ughellum in Episcopis Veronensibus : *Hæc sunt, quæ Episcopus Theobaldus ab Episcopatu, videlicet feudum fratris ejus, quod pro Famulitate tenebat, et nummos inde acceptos libr. 700. in alludio tribui fecit.* Nisi legendum sit *familiaritate*, ita ut feudum fuerit addictum iis, qui e familia Episcopi erant, quod sequentia videntur suadere : *Similiter dedit nepoti suo feudum, quod fuit Bersoldi, qui fuit de familia, etc.*

¶ **FANÆLEN.** Vide *Fahnelen.*

* **FANAFRACHA.** Comput. ann. 1848. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 48. col. 1 : *Item pro decem libris cum dimidia sturollorum et Fanafrachis, videlicet 1. sol. x. den.* f. pro *Favafracha.* Vide supra in *Faba.*

* **FANALE**, **FANALIS**, Fax, lucerna, pharus, Ital. *Fanale*, Gall. *Fanal.* Annal. Placent ad ann. 1461. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 909 : *Deportata fuerunt in his funeralibus et exequiarum pompa vexilla quindecim, cum clypeis totidem super vestibus equorum novem et Fanalibus quadraginta octo.* Stat. crimin. Saonæ cap. 34. pag. 72 : *Non audeat vel præsumat aliqua persona portare de nocte per civitatem aliquas fasces, tisonos, seu ignem aliquem, nisi forte brandonum, Fanalem, lanternam, etc.*

¶ **FANALIA.** Acta SS. Junii tom. 3. pag. 449. de S. Raynerio : *Si quidem lumen oculorum amiserat, patiebatur namque guttam in oculis, quæ dicitur vulgo Fanalia, unde et apertis oculis et lucentibus nihil videbat.* Ubi Henschenius : *Fanale* Italis dicitur Laterna ; an hinc tractum nomen ad oculi morbum non divino. Vide *Fantêlla :* quod idem videtur.

¶ **FANARIUM**, Fax, lucerna, pharus, Gall. *Fanal*, Italis *Fanale.* Jacobus Aurias lib. 10. Annal. Genuens. ad ann. 1283 : *Galeæ autem Januenses die ac nocte cum Fanariis dictas naves insequebantur.*

* Privil. concessa Pisanis a Soldano ann. 1269. apud Lam. tom. 3. Delic. erudit. pag. 278 : *Et lignum quod gabbiam non habuerit cum cuperta, unum tarenum auri tantum, et nihil aliud, neque plus quacumque ratione vel causa, et maxime occasione.. Fanarii.*

FANATICUS. [Gloss. Sangerman. n. 501 : *Fanatici, qui futura canunt, dicti a Fauno.*] Vide *Fanum.*

* **FANATOR**, Qui fenum versat furcillis. Vide *Fenator.*

* **FANCELASTRA**, Ancilla, serva, Ital. *Fantesca.* Vide infra in hac voce. M. Ant. Blanc. JC. Patav. in Tract. de Compromis. quæst. 3. num. 8 : *Amplia et extende hanc conclusionem, ut non tantum habeat locum in filio naturali nato ex concubina, ut supra ; sed etiam habeat locum in filio naturali ex Fancelastra extra domum, vel quæ cum ipso domino habitat et vagatur per vicos et plateas, et postea revertatur domum. Nam largo modo ipsi tales filii appellantur naturales.* Leg. forte *Fantelastra.* Vide infra *Fanticella.*

¶ **FANCULUM**, *Fœniculum.* Gloss. Isid. Hinc corrige Excerpta Pithoeana, ubi perperam : *Fanculum, Funiculum*, et *Fanculum, Seniculum. Feniculum* autem *Latini vocant*, teste Isidoro lib. 17. Orig. cap. 11. *quod ejus tyrsi seu radicis succus acuat visum cujus virtus traditur, ut serpentes annuam senectutem ejus deponant. Hoc olus Græci μάραθρον vocant.* Hanc herbam Galli *Fenouil*, Germani *Fenchel*, Belgæ *Fenckel* vel *Venckel* appellant.

FANDALUTES. Epistola Arnoldi Archiepiscopi Narbonensis de Victoria, obtenta a Christianis contra Miramomelinum Hispaniæ, apud Ughellum tom. 1. Ital. Sacr. 189 : *Dictum est tunc in exercitu, quod Rex Valentiæ patruus Miramolini esset cum Saracenis militibus cismarinis, qui Fandalutes dicuntur, etc.*

¶ **FANDATUS.** Camillus Peregrinus in Hist. Principum Langobard. apud Murator. tom. 2. pag. 267. col. 1 : *Abstulit vasias duas pensantes libras triginta, et Fandatos duplices septem.* Lege et vide *Fundatus.*

* Haud scio an huc spectet vox *Fandoste*, qua machinæ bellicæ species significatur, in Chron. S. Dion. lib. 5. cap. 26 : *Forment commencierent* (les Wandes) *à assaillir la ville de javelos et de fondes et de Fandoftes et de tiex estrumens comme il avoient.*

* **FANDO**, Navigii species. Codex vetust. privil. Nonant. scriptus ann. 1279. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 331 : *Et ut nullus audeat . . . . cum Fandonibus et navibus navigare, neque pontem vel transitum facere, neque piscare in ipsis fluminibus Panario et Gena.*

¶ **FANELLUS.** Rolandinus Patav. de factis in marchia Tarvisina lib. 11. cap. 4 : *Tales in hoc campestri certamine sunt probati, ut dici possint merito quasi veloces accipitres, cum irruunt in sturnellos, aut volantes aquilæ cum sæviunt in columbas.* Pro *Sturnellus* Codex Estens. habet *Fanellos.* Italis *Fanello* est avicula quædam canora. [* Academ. Crusc. Linaria. Chron. Estense ad ann. 1302. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 348 : *Die Dominico de mane dominus marchi sibi præsentari fecit per certos suos milites Fanellos, gardellos, papagallos.*]

¶ **FANGA**, Limus, Gall. *Vase, limon.* Statuta Massil. MSS : *Pro singulis banasto-*

Digitized by Google

nis projectis in portu, teneantur extrahere unam caupolatam de Fanga suis expensis. Abest hæc vox in Edito lib. 4. cap. 6.

¶ **FANGIA**, Lutum, Gallis *Fange, Boue*, in Libro Recognitionum servitiorum Domini Villænovæ in Dumbis. Vide *Fangus*.

FANGIUS. Statuta Mediolan. part. 1. cap. 204 : *In quolibet præcepto executorio apponitur quantitas Fangiorum seu famulorum usque ad quam judex concedet.*

FANGUS, Lutum, Italis *Fango*, Gall. *Fange*, apud Petrum de Crescentiis lib. 4. de Agric. cap. 35. [Vide *Fanga* et *Fangia*.]

* Nostris alias *Fanc.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Fangua, Prov. lutum, labina, quod ambulantibus lapsum inferat. Vanga, quia vagando fedit. Fangos, Prov. lutatus, lutosus.* Stat. Montis-reg. pag. 207 : *Quælibet persona in platea in rectitudine domus suæ teneatur auferre fimum seu Fangam.* Charta ann. 1342. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 403 : *Un vivier empres les fontennes de Desierrée, qui est aterriz et plainz de Fanc.* Hinc *Fanger*, Luto inficere. Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 11 : *Le manteau ou cappe que le suppliant portoit furent touz Fangez et broullez de la boue, qui estoit là où il chent.* Unde etiam *Fangier* et *Fangis*, Locus cœnosus, cloaca, vulgo *Bourbier*. Aliæ Lit. ann. 1390. ex Reg. 140. ch. 22 : *Lequel Marot couru hastivement à un Fangis, ouquel avoit grant quantité de pierres etc.* Vita J. C. Ms. :

> Quant li Juy ont la crois faite
> Qu'il eurent del Fangier traite.

¶ **FANIA**, ut *Fagia*, Silva proprie fagis consita, Gall. *Faye*, Hannoniensibus *Faigne* vel *Fagne* : unde *la Faigne de Terlon, de Chimai, de Mariembourg*, quæ totidem sunt nemora. Charta Dagoberti I. pro Monasterio Laubiensi ann. 640. apud Ægidium Wauldæum : *Dono Landelino Mauroso ex prædone converso prædium meum in Fania Wallare dictum.*

* **FANICULUS**, diminut. a *Fano*, Manipulus sacerdotalis : item, Altaris ornamentum, velum, aulæum, idem quod *Cortina*. Vide in *Cortis* 2. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1335. in Reg. J. Chartoph. reg. ch. 7 : *Item de eadem sorte una casula, duæ capæ, ... duæ stolæ, et tres Faniculi ... De eadem sorte una stola, unus Faniculus, una alba.* Aliud incerti anni ejusd. Capellæ ex Bibl. reg. : *Item duo Faniculi altaris ad quatuor aquilas de perlis. Item duo alii Faniculi ad arma Franciæ, Arragoniæ et Castellæ.* Vide infra *Fanonellus* et *Festaculus*.

** **FANISFARUS.** Vide *Farium*.

FANNATIO, vox forestarum : Tempus, quo pariunt damæ, quo scilicet prohibentur venationes exerceri, et omnimoda alia negotia, quæ aut parturientes damas, aut fœtus adhuc tenellos agitent, vel perturbent. Vide *Ferina, Sona*. *Fan* vero quasi *Infans*, ut quibusdam placet : quippe Gallis *Faon*, est hinnulus, νεβρός, hinc *faonesse*, seu *foineson*. Charta Henrici Reg. Angl. de Foresta cap. 8 : *Tertium suanimotum teneatur in initio 15. dierum ante festum S. Joannis B. propter Fannationem bestiarum nostrarum.* Charta alia Ricardi I. de Foresta, apud Rogerum Hoveden. pag. 784 : *Prohibendum est etiam ad placita forestæ, ne aliqua caretta exeat chiminum in foresta Regis, neque porci sint in foresta Regis tempore de Foinesun, scilicet 15. diebus ante Nativitatem S. Joan. Bapt. et 15. diebus post idem festum.* [Charta ann. 1367. apud Kennett. in Antiq. Ambrosden. pag. 502 : *Tenentes de Brehull, etc. habere debent communem pasturam omnium averiorum suorum in omnibus locis forestæ.... omnibus temporibus eis placentibus, præter cum capris bidentibus et porcis ætatis unius anni in mense Fannationis, videlicet quindecim dies ante festum Nativitatis S. Johannis B. et quindecim post.*]

FANNATUM Frumentum, Eventilatum, vannatum, Anglis *Fanned*, nostris *Vanné*. Domesdei fol. 45. de ministerio Cellerarii Wigorniæ : *In septimana recipiet 10. sextarios frumenti Fannatos, et 10. mittas brasii.*

* **FANNONUS**, Fax, pharus. Charta ann. 1352. ex Tabul. Massil. : *Periculum de nocte navigantibus in mari Massiliæ imminere maxime maximum defectu Fannoni.* Vide supra *Fanale*.

FANO, Sindon, mappa, [quælibet fascia,] ex Germanico *Fahnen*, vel *Fanen*, quo vocabulo etiammum dicuntur vela vel sipara ex hastilibus dependentia, [nisi mavis a Lat. *Pannus* deducere, unde Germani *Fannus* dixere, *p* in *f* mutato, ut solent sæpius.] [** Vide Graffii Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 521. 522.] Lex Aleman. tit. 59. § 6 : *Si autem testa transcapulata fuerit, ita ut cervella appareant, ut medicus cum pinna aut Fanone cervellam tangat, cum 12. solid. componat.* Tit. 84 : *Levent illam terram... et commendent in sua manu, ille involvat in Fanone, et ponat sigillum.*

* *Fano* pro specillo vulnerario accipi videtur in tit. 59. Leg. Aleman. hic laudato : quo etiam sensu intelligit M. Lydius in Glossis ejus ad Nicol. *de Clemangis*, ut observat Reines. Var. Lect. lib. 3. cap. 1.

Fano, vel **Phano.** Papias : *Fanon dicitur Corporale.* [Rabanus de Inst. Cleric lib. 1. cap. 18 : *Mappula sive mantile, sacerdotis indumentum est, quod vulgo Phanonem vocant, quod ob hoc eorum tunc manibus tenetur, quando Missæ officium agitur, ut paratos ad ministerium mensæ Domini populus conspiciat.*] Leo IV. PP. de Cura pastorali : *Nullus cantet sine lumine, sine amictu, sine alba, stola, Fanone, et casula.* Vetus Charta apud Perardum : *Cum patena argentea, uno Fanono viridi cum brusdo, uno de glizo, uno de stuno.* Chronicon Casin. lib. 3. cap. 73 : *Fanones aurei pro subdinconibus tres.* Infra : *Fano Imperialis aureus totus.* Acta Murensia : *Decem stolæ cum Fanonibus.* Petrus Abaelardus : *Nulla de serico sint ornamenta, præter stolas et Phanones.* Adde Chr. Fontanell. cap. 15. 16. [** Pertz. Script. tom. 2. pag. 292. lin. 10. Statuta Cœnob. Andlaviensis cap. 21. in Alsat. Diplom. tom. 1. pag. 180.] Antiq. Fuld. lib. 1. tradit. 39. etc.

☞ Erant autem olim *Fanones* ex lino, non ex panno, contexti ad instar albæ mappulæ. Hinc *Fanonem* vel *mappulam* vocat S. Willelmus lib. 1. Consuetud. Hirsaug. cap. 19. Unde etiam apud nostros vox *Manipule* jam frequentioris est usus quam *Fanon*, qua olim utebantur. Gl. Lat. Gall. Sargerm. : *Manipulus, Ce que le prestre met en la main senestre, Fenon.*

¶ **Fano**, apud Macros in Hierolexico, subtilissimum est sericum velum variegatum, quo utitur Papa, cum pontificaliter celebrat, quodque post albam induitur, et circa collum ligatur, ad modum caputii ac supra caput ejus imponitur, usque quo planeta induitur, supra quam deinde ad modum *mozettæ* adaptatur, pallio superposito : itaque pars Fanonis inferior infra planetam conditur. Colores quibus variegatur, quatuor esse et quidem eosdem, qui in Ephod Vet. Testam. erant, testantur laudati fratres.

Fano, Vexillum exercitus, Germ. *Fahne*, uti supra observatum. Charta originalis, quam vidimus, Ottonis II. Imp. ann. 982. [apud Mabill. Diplom. lib. 6. Instrum. 131.] : *Qualiter Conradus filius Rodulfi Comitis in die belli, quod fuit inter nos et Sarracenos, sub Fanone nostro, hoc est sub imperiali vexillo, legali ritu tradendum nobis commendavit omne prædium suum, quod habet in Regno Lotharingensi, etc.*

¶ **Fano**, Vexillum Ecclesiæ, Gall. *Gonfanon, Banniere*. Guidonis Disciplina Farfensis lib. 1. cap. 1 : *Vestiantur cappis ad* Gloria laus *canendum : processio ornamentorum quemadmodum venit, ita stet per ordinem ; Fanones hinc et inde facie ad faciem.* Adde Vitam S. Udalrici sæc. 5. Benedict. pag. 428.

Fanonus, Eadem notione, apud Hugon. Flavin. ann. 1097.

¶ **Fanonnus**, ut *Fano*, Manipulus sacerdotalis. Inventar. Ecclesiæ Noviom. ann. 1419 : *Tres albæ paratæ cum duabus stolis uno Fanonno et duobus coleriis.* Occurrit ibidem non semel.

Fanum, in Monastico Angl. tom. 1. pag. 363.

Fanones Offertorii, [Quibus oblationes, id est, panis Eucharisticus involvitur. f. a Teuton. *Fanen, fanden*, Involvere ; nisi iterum a Lat. *Pannus* : quod malim.] Ordo Romanus : *Populus dat oblationes suas, id est, panem, et vinum, et offerunt cum Fanonibus candidis.* Amalarius in Eclogis de Officio Missæ : *Cum Fanonibus offerunt, quoniam legimus in passione Domini sudarium usurpatum esse : aliter quippe Fanones de lino efficiuntur, etc.* Hariulfus lib. 3. cap. 3 : *Fanones ad offerendum auro parati 14.* [Idem in Vita S. Angilberti sæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 116 : *Fanones de pallio auro paratos decem.* Occurrit rursum ibid. in Vita S. Ansegisi n. 7. pag. 634. Vita S. Wiboradæ sæc. 5. pag. 51 : *Calicem et patenam, vel corporale, sed et Fanonem cum quo solita es offerre, omnia pura et munda aqua lavare præcipias.* Infra *Linteum oblatitium* vocatur. *Fanones linei, serico parati ad offerendum ad altare*, in Fragm. Breviar. Caroli M.] Offertur autem *oblata*, seu hostia consecranda, cum fanone a Primo Cantorum, ut est apud Durandum lib. 4. Ration. cap. 30. n. 27.

¶ **Fano Salmonis**, Illius pinnæ, sic dictæ quod *fanones* quodammodo repræsentent. Consuetud. Antiq. Fontanell. f. 94. verso col. 1 : *Caudam Salmonis abscissam post primum Fanonem, qui est versus caudam.*

Digitized by Google

¶ **FANON**, *Laterna*. Gloss. Sangerman. n. 501. Est nostrum *Falot*, quod alias dicebant *Fanot*, a Græco φανός, Lucidus. Vide *Falo*.

* **FANONELLUS**, ut supra *Fanìculus*, Ornamentum altaris. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. reg. : *Item solebant esse duo Fanonelli altaris ad quatuor aquilas de perlis, quæ non inveniuntur. Item duo alii Fanonelli altaris ad grifones et aquilas aureas super campum rubeum.* Vide *Fano*.

* **FANSO**, Lanceæ armorum species. Stat. synod. eccl. Carcass. ann. 1270. cap. 2. ex Cod. reg. 1613 : *Prohibemus insuper clericis universis, quod .... cultellos acutos, incongruos non defferant seu Fansones ; sed nec alia armorum genera secum portent.* Vide supra *Falzo*.

1. **FANTASIA**, [Phantasma, spectrum : item Pompa, apparatus.] Vide *Phantasia*.

* 2. **FANTASIA**, Arbitrium, opinio, Gall. *Fantaisie*. Chron. Estense ad ann. 1308. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 361 : *Dominus Raynaldus de Marcharia ....fecit capi dom. Ubertum de Balduria et ... sibi caput amputari fecit; .... et hoc non propter offensas illatas domino Raynaldo, sed propter Fantasiam, credendo satisfacere dom. marchioni Francisco.*

¶ 1. **FANTASTICUS**, Inordinatus, ad arbitrium effictus, *Fantasque. Textura Fantastica*, apud Guill. Lindwood. in suo Provinciali pag. 55. edit. 1679.

* 2. **FANTASTICUS**, Idiota, hebes, sensu carens, Gall. *Imbécille*, alias *Fantastic*. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 507 : *Dictus Garnerus interdum Fantasticus vel quasi ydiota, etc.* Aliæ ann. 1392. ex Reg. 144. ch. 128 : *Estienne Marcon home lunatic, ou par aucuns intervalles, ou decours, ainsi que Fantastic ou incensible, etc.*

* **FANTATIONA**. Gloss. super tres lib. Salomon. et Lament. Jerem. in Bibl. Heilsbr. pag. 12 : *Si virgo peperit, Fantationa fuit.*

* **FANTESCHA**, Ancilla, serva, Ital. *Fantesca*. Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 25 : *Possit quilibet major viginti quinque annis pueros sibi datos ad castigandum castigare et verberare impune, idem possit facere quilibet de famulis, Fanteschis et aliis, quos secum habet in familia.*

* **FANTICELLA**, vox Italica, eodem significatu. Stat. crimin. Riper. fol. 18. r° : *Qui vero pedisequam, seu Fanticellam, sive massariam stupraverit, vel carnaliter cognoverit, si fuerit pater familias, et illa fuerit virgo, condemnetur dictus paterfamilias in libris quinquaginta parvorum pro dicto stupro, ultra salarium ipsi Fanticellæ debitum pro tempore, quo secum steterit.* Adde Stat. Placent. lib. 6. fol. 68. r°. Vide supra *Fancelastra*.

¶ **FANTILIA**. Vita S. Raquerii Pisani, Junii tom. 3. pag. 452 : *Soffredus... Medicus filiam habebat parvulam.... habentem guttam Fantilium*. Ubi Henschenius : Gutta quidem vulgo dicitur quæ alias Arthritis : sed quid *Fantilia?* An Infantilis? Vide *Fanalia*.

FANUM, pro Gentilium Templis Christiani proprio vocabulo usurpabant. S. Ambrosius Epist. 29 : *Quid est enim nisi Fanum, in quo est conventus gentilium?* Commodianus Instr. 24 :

Exis inde foris, iterum tua Fana requiris.

Fana idolorum, in Capitularibus de partibus Saxoniæ cap. 1. etc. Est autem proprie fanum, ἱερὸν τὸ ἐν ἄλσει, in Glossis Gr. Lat. Hinc

Manducare aut bibere juxta Fana, ex immolaticiis forte, grande Christianis piaculum. S. Columbanus de pœnitentiarum mensura cap. 36 : *Si quis autem laicus manducaverit juxta Fana, id est, postquam Sacerdos illi prædicavit, quod sacrilegium hoc erat, et postea mensæ dæmoniorum communicaverit, etc.* Ubi Cumeanus Abbas cap. 7 : *Si quis ad Fanum communicaverit, etc.* Vide *Immolaticiæ*. [** Gregor. Turon. Vitæ Patrum cap. 6 : *Erat autem ibi Fanum quoddam diversis ornamentis refertum, in quo barbaris opima libamina exhibens, usque ad vomitum cibo potuque replebatur.* Vide Grimm. Mythol. German. pag. 51. sqq.]

¶ **FANUNCULUM**, Parvum fanum. Vita S. Dunstani, Maii tom. 4. pag. 558 : *Quadratam paribus angulis Ecclesiam in modum Fanunculi construere jussit.*

FANATICI, Gentiles. Fredegarius in Hist. Epitom. cap. 65 : *Quod ab his gentibus fertur eorum deum fuisse locutum, quem Fanatici nominant Wodanum.* Gesta Regum Francor. cap. 10. de Chlodoveo : *Eratque ipse tunc Fanaticus et paganus.* Annales Franc. Lambeciani ann. 798 : *Illi Abotridi Fanatici erant.* Apud Prudentium, *Fanaticos, fanorum Sacerdotes*, interpretatur Iso Magister in Glossis. [Occurrit eadem notione apud S. Hieronym. cap. 6. in Isai. et S. Augustin. in Psal. 40. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Fanaticus, Garde de temple, ou devin.*] Vide Galfridum Monemuthensem lib. 2. cap. 1.

1. **FARA**, Phara, Generatio, linea, [unius ejusdemque generis ac familiæ homines, qui si in aliquem locum, simul omnes, non admissis alienis, commigrassent, ut observat Valesius in Notitia Galliarum, ibique structis ac conjunctis casulis vicatim habitare cœpissent, locus ab habitatoribus *Fara* appellabatur; unde nomen habent multa loca in Galliis;] vox Longobard. Paulus Warnefrid. de Gestis Longob. lib. 2. cap. 9 : *Gisulfus non prius se regimen ejusdem civitatis et populi suscepturum edixit, nisi ei quas ipse eligere voluisset, Langobardorum Pharas, hoc est, generationes, vel lineas tribueret.* Lex Longobard. lib. 3. tit. 14 [** Roth. 177.] : *Si quis liber homo migrare voluerit aliquo, potestatem habeat... cum Fara sua migrare, quo voluerit.* [Quod de rebus aut substantia malim intelligere; unde Italis *Affare*, eadem notione.] [** Vide Graffii Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 573. qui intelligit Res mobiles, German. *Fahrend Gut*. Est *Fóra*, Alimentum, stipendium ap. eumdem Graff. col. 597. quo spectare videtur vox Fara apud Longobardos, qua denotatas fuisse conjicio omnes qui a familiæ unius principe alebantur et in ejus comitatu erant, tam liberos quam mancipia : *Faramannum* porro apud Burgundos inde nominatum principem stirpis quem Anglosaxones *Hlaford* dixerunt a voce *Hlaf*, Panis.] Chronicon Casin. lib. 1. cap. 36 : *Curtem suum, quæ dicitur Fara Majoris.* Cap. 47 : *Fara Majoris, et Fara, quæ Bajana dicitur... Et obtulit huic Monasterio eamdem Faram, quæ simul* 5800. *terræ modios continet.* Lib. 2. cap. 31. *Fara Ripa ursa.* Sic porro illæ curtes appellatæ, quæ certis generationibus addictæ essent. [Gregorius Monachus in Chronico Farfensi, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 534. C : *Unde recepit in commutationem a domno Hugone Abbate res hujus Monasterii territorii Reatini infra fines Atissæ sub monticello super fluvium Sangrum, ubi Fara ædificata fuit modiorum quingentorum.*] Utitur etiam Otfridus Evangel. lib. 4, 16, 25 :

Furista ouh in wara
Thera armilichun Fara.

¶ 2. **FARA**, f. Species nauli seu pretii pro navigatione exsolvendi. Schilterus ex Somnero : *Transire Sax. Faran... Sed et maris transfretationem, et aquæ trajectum cum naulo, Germanis Fahrgelt, Fare dicimus.* Bernhardus *de Breydenbach* Itin. Hierosol. pag. 15 : *Item quilibet peregrinus ipsi patrono pro hujusmodi omnibus per eum, ut præfertur, faciendis vel exponendis, quadraginta duos ducatos, ita tamen quod illius summe dimidiam partem in Venetiis exsolvat, reliquum vero in Japha sive Joppen absque Farra.* [** Vide *Fara*, 3.] *Faram facere*, in Tabul S. Audoeni Rotomag. dicitur de illa præstatione annua, qua tenentur qui naves habent piscatorias juxta Sequanam intra limites territorii prædictæ Abbatiæ quotannis ad condictam diem convenire cum naviculis, retibus et cæteris pro Monachis pisces venaturi : quod quidem etiamnum a Sequanæ accolis vocatur, *Faire la Fare pour Messieurs de S. Ouen.*

* *Fare*, Retis genus, in Charta Phil. Pulc. ann. 1289. ex Consuet. Genovef. Mss. fol. 35. v° : *Sunt tamen duo alia ingenia, quæ sic vocantur, La Fare et le quidel, quibus piscari permittimus per totum annum, exceptis duobus mensibus Majo et Aprili.* Hinc *Faire la Fare*, de quo supra, cum ejusmodi instrumento piscare.

* 3. **FARA**, Fraus, dolus, nunc Germ. *Gefæhrde*. Auctor. Monopol. Philosoph. : *Judæus, qui sine dolo et Fara vixit cum Christiano.* [** Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 575. et Haltaus.]

* **FARA-CANTHARA**, Lychnuchi, qui arborum speciem præferebant, a quibus canthari seu disci pendebant. Anast. Bibl. in Paschali I. PP. tom. 3. Maii pag. 400. co. 2 : *Item, ubi supra, fecit Fara-cantharæ ex argento numero octo, pensantia insimul libras sexaginta.* Vide *Pharus*.

¶ **FARALITIUS**, f. pro *Foralitius*, Extraneus, aliunde apportatus. Agnellus in Vita S. Joannis Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 64. col. 2 : *Et si diligentius inquiras, multus ornatus Faralitius majorum vasculorum, tam coronæ quamque et calices appensorii, quos in ornamentis cernimus habere Ursinam Ecclesiam, etc.*

FARAMANNI, apud Burgundos, quædam videtur fuisse hominum conditio : sed cujusmodi fuerit, incertum. Lex Burgundion. tit. 54. § 2 : *De exartis novam nunc et superfluam Faramannorum competitionem et calumniam a possessorum gravamine et in-*

Digitized by Google

quietudine hac lege præcipimus submoveri, ut sicut de silvis, ita de exartis,... habeant cum Burgundionibus rationem : quoniam, sicut jam dudum statutum est, medietatem silvarum ad Romanos generaliter præcipimus pertinere. Occurrit iterum *Faramanni* § 3. ubi opponuntur *Romanis*, id est, veteribus terræ incolis. Unde conjicere est, *Faramannos* fuisse quosdam ex Burgundis, sic appellatos ex *fara*, generatio, et *man*, homo, seu potius eos, quibus in *locis* vel agris et prædiis *hospitalitas erat delegata*, ut est in § 1. i. quibus agri ad habitandum concessi erant, ac proinde eosdem, qui

FARAND-MANNI, aliis *Pede pulverosi*, Extranei ex Saxonico farand [vel faran] ire, et man, homo. Hinc *Lex de Farand-man*, seu de *Pede pulveroso*, in Legibus Burgorum Scoticor. cap. 140. ubi appellati Adventitii, advenæ, *albani*. Vide Skenæum de Verbor. significat. Vide *Fara*, 1. et *Faro*.

* Huc spectat vox *Farramas*, quæ gravis iujuriæ loco est, in Lit. remiss. ann. 1463. ex Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 144 : *Icelle Katherine dist à la suppliant telles ou semblables parolles : Farramas, putain, pannanesse, cabatz rabatu ..... La mere de la suppliant dist à icelle Katherine qu'elle avoit appellé sa fille Farramas.* Forte, quæ extraneis prostituta est.

* FARANA, an pro Farina? Steph. de Infestura Ms. ubi de Innoc. VII : *Antequam dictus ambasciator intraret ostium aulæ, ubi dictus Turcus pro tribunali sedebat, quidam Turcus de adhærentibus et circumstantibus dicti Turci accessit ad eum, et cum uno panno lineo in hostio dictæ aulæ a capite usque ad pedes eum dicto panno abstersit, perinde ac si Farana vel pulvere fuisset repletus.*

* FARAS, *Arabice*, *Equus* Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959. Vide *Farius* 2.

¶ FARASSIA, Aniciensibus *Farasse*, Strues lignorum, quam in compitis urbis accendunt in pervigilio Nativitatis S. Johannis Baptistæ. Vide *Farocium*.

* Dombensibus aliisque adjacentibus provinciis *Ras* vel *Rasse* : unde, *Faire un ras*, ejusmodi lignorum struem accendere. Forte a voce *Farat*, congeries quævis, acervus, ut apud Rabel. lib. 1. cap. 3. Hinc pro grege, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 216 : *En faisant le partage des dittes bestes à laine, Michiel Bascer s'efforça de prendre .... l'une des plus belles, qui feust ou monceau et Farat desdittes brebiz. Farcholez* vero, ligni species, in aliis Lit. ann. 1473. ex Reg. 195. ch. 827 : *En soy ingérant icellui Anthoine de vouloir frapper le suppliant parmi le visaige d'un baston de Farcholez, qu'il tenoit en sa main.*

** FARAX *pro Secundum, præpositio*, ap. Virgil. Grammat. pag. 89.

¶ FARCIMEN, Intestinum fartum, Gall. *Boudin*, *Saucisse*. Buschius de Reform. Monast. cap. 38 : *Qui unum duntaxat habuit Farcimen in pariete cellæ suæ appensum, quod debuit resignare.... Rogavit nos ut Farcimen illud posset retinere, addens quod illud de mane solet comedere.* Varro lib. 5 : *A fartura Farcimina in exteis appellata.*

¶ FARCIMINA, Genus sunt aggeris, vel suggestus tormentarii, impactis primum alte in terram trabibus solidatum, tum vero erectum, nexumque aliis atque aliis sarmentorum et ramalium fascibus, per certa spatia colligatis ad modum farciminis pulmentarii. Galluccius de Bello Belgico lib. 9 : *Jussit milites aliquos in fossam descendere, ex eaque sacculos quosdam coriaceos oblongos, nitrato pulvere fartos (vulgus ob similitudinem formæ Farcimina seu Lucanicas vocat) in cavas munitionum partes, ac sub tormentis dispositis conjicere.* Hæc post Carolum de Aquino in Lexico militari.

¶ FARCIMINUM, Vegetio lib. 17. Scabies jumentorum, quam vulgo dicimus *Farcin*.

¶ FARCINIA, Species vestis. Statuta Andegav. ann. 1503. pag. 177 : *Ut colletos in suis diploidibus seu Farciniis et vestibus in competenti altitudine deferant.* Vide *Duplodes*.

* FARCINOSUS, Scabie infectus, Gall. *Qui a le farcin*. Phil. *de Greves* cancellar. Paris. serm. 68. in Psalter. : *Equus morvosus et Farcinosus, etc.* Vide *Farciminum*.

FARCITÆ EPISTOLÆ. Vide *Farsia*.

* FARCOLATA, FARCULATA, Farcimen, fartum. Charta ann. 1221. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 317. col. 1 : *In Quadragesima sex panes et unam scodellam de Farcolata.* Infra : *Unam scodellam de Farculata.* Pluries ibi. Vide *Farsatura*.

¶ FARDELLA, Modus agri continens decem *acras*, ut dicetur infra in *Feudum Loricæ*.

¶ FARDELLARIUS, Qui *fardellum* portat. Charta Archambaldi Borbonii pro Habitantibus Villamfrancam, apud Thomasserium in Biturig. pag. 226 : *Quisque Fardellarius qui forum frequentavit, quatuor denarios.* Ubi *Fardellarius* fortassis est mercator inops qui merces suas fasce colligatas supra dorsum deferre cogitur ad vendendum, nostris *Porteballe*, quibus etiam *Fardelier*, est bajulus. Vide

¶ FARDELLUS, Onus, Sarcina, Gall. *Fardeau*, a Græco φόρτος, idem. Regest. comput. Delphin. ann. 1335. fol. 162 : *Item pro duabus Fardellis portandis in quibus erant organa et rauba Domini 70. sol.* In Hist. Delphin. tom. 2. pag. 305. habetur *Fartellis*. Rerum Leodiens. Hist. apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 1287: *Forarius domini Leodiensis venit cum Fardellis, et non est permissus intrare palatium.* Pluries occurrit *Fardellus*, apud Rymerum, ut tom. 2. pag. 6. col. 2. tom. 8. pag. 178. col. 1. etc. Vide *Balu*. [** Chart. Margareth. Comitiss. Flandr. ann. 1252. ap. Lappenb, Init. Hanseat. pag. 63 : *Unus Fardellus mercennarii, habens in se piper, ceram, pelves, vittas, pepla vel manicas .... si per caput ligatus est, debet transeundo 4. denarios, etc.* Vide *Fardellarius*. Chart. Willel. comit. Hannon. ann. 1327. ibid. pag. 440 : *Item de uno Fardello, dicto kiep, pellium hircorum 4. den. sterl.* Belgice *Fardeel*, Anglice *Fardel*, Fascis. *Ferian* Anglosaxonibus *Forian* Saxonibus, est Ferre.]

* Alias *Fardage* et *Fardaige*. Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 185 : *Icellui Monin et ledit Olivier prindrent une jument pour porter leur Fardaige.* Aliæ ann. 1415. ex Reg. 169. ch. 84 : *Un des chevaulx qui portoit bouges et autres Fardages.* Unde *Fardeleur*, qui sarcinas portat, vulgo *Porte-faix*, in Lit. remiss. ann. 1374. ex Reg. 105. ch. 275. et in aliis ann. 1397. ex Reg. 152. ch. 228. Inde etiam *Fardeler*, in fascem colligere, apud Juven. de Ursin. in Hist. Caroli VI. pag. 296. *Enfardeler*, eodem sensu, in Comput. Rob. de Seris ann. 1332. ex Reg. 5. fol. 5. r° : *Item pour une flossoye pour Enfardeler la selle dessus dite.* Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. ch. 396 : *Lequel Boussart et icelle femme prinrent et Enfardélerent tout l'or, argent, vaisselle, etc.* Ejusdem originis *Enfardelier*, Locus publicus, ubi merces transvehendæ in fasciculum aptantur. Lit. ann. 1359. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 357 : *Ordonnons que toutes choses enfardellées à Paris, pour porter hors, soyent en Enfardelier veues et visitées.*

FARDING, FERDINGEL, ex Saxonico feord, Quarta, [et ðel vel ðæle Pars.] Ita farding usurpatur pro quarta parte rei, verbi gratia terræ, vel nummi. Ferdingel, terræ quarterium in Domesdei. Consulet Spelmannum, qui plura volet. [Vide *Feorwendel* et *Ferto*.]

* FAREATICA, Farris commercium. Pactum inter Bonon. et Ferrar. ann. 1193. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 893 : *De Fareatica, quæ fiet in territorio majoris ecclesiæ, debent dare duos solidos Imperiales.*

¶ FARERSIA, Idem quod infra *Farreschia* post *Fratres*. Charta Guillelmi de Calviniaco Domini de Castro Radulphi ann. 1218 : *Istam autem partem pro Farersia eis factam immunem reddo.*

* FARESTOL, Lucernæ species, vox vulgaris. Inventar. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 67. col. 1 : *Item inveni ... quatuor candelabra, septem Farestols, tres ferri, reliquos ligni.* Et col. 2 : *Unum Farestol et lanternam, etc.*

FARETRUM, pro *Faretra*, βελοθήκη, in Gloss. Gr. Lat. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Faretra, Repositoire à sajettes.*]

* FAREUS, *de Farro*. Lat. Ital. Ms.

FARFALIUS. Decretum Childeberti Regis ad Legem Salicam cap. 6 : *De Farfalio ita convenit, ut quicumque in mallo præsumpserit Farfalium minare, sine dubio suum weregildum componat, quia omnino volumus, ut Farfalius reprimatur. Et si forte acquiescet istum Farfalium custodire, vitæ periculum per omnia incurrat.* Al. *sustineat*. Codex MS. quem vidi, habet *Farefalius* : Baluzius *Farfalitis*. Ubi hæc Spelmannus : Silent hic Glossographi, et ego de exotico non audeo pronuntiare. *Ferfallen* autem, alias *verfallen*, Bavaris idem significat quod Gall. *Forfaire*, et *Forfait*. Etymologicum Theutonicum vetus, *Verifellen, stuprare*, vulgo feloniam facere. Saxonibus etiam feret fær, cassus, fælen cadere, delinquere. [** Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 848. *Forfull* Scandicis populis est Impedimentum, *Exonium*.]

☞ Feliciter doctissimus Eccardus in suis ad Legem Salicam notis *Farfalium* interpretatur *Adsalitionem* seu assultum : quod nomen a *Fallen* Ruere, cadere, labi, irruere, adsalire deducit. Hinc *Fal*, inquit,

Digitized by Google

in Glossis Rabani Mauri MSS. est *Casus*, irruitio, adsalitio, pro quo nos *Fall* dicimus. *Far* apud veteres sæpe, præsertim in compositione, pro *For* vel *vor* usurpatur. Ita Kero et alii *Farworfan*, Projici; *Farakisiit*, Perspexerit, et centum his similia habent. Ut autem *Forbatutus* suo loco, Qui prius percusserat, exponitur; ita hic *Farfalius* significat prius factam adsalitionem sive assultum inimicum. Hinc autem cum turbæ multæ ex vindicta sequantur, præsertim, si authorem adsalitionis eas publice minatum fuisse, atque ita cogitanter perpetrasse, constet, weregildum ille suum merito componere sive vitam redimere aut mortem subire cogebatur. Huc usque vir perpiscacissimus : qui jam ex eo suam probarat sententiam, quod præter rationem in Lege Salica a Carolo M. emendata prætermissa fuisset Lex *de adsalitione inimica*, nisi *Farfalii* nomine intelligendus sit assultus. [** Quibus arridet Eccardi interpretatio melius fortasse scribent *Farstal* vel *Forstal*. Graffio Thes. Ling. Franc. tom. 3. col. 823. et Haltausio Glossar. Germ. col. 486. *Farfalius* idem est quod *Frevali*, hodie Germ. *Frevel*, Temeritas, protervitas.]

* **FARFARA**, *Ungula caballina*. Leg. videtur *Caballina*. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

FARGA, [Fabrica ferraria, ut conjecto, Arvernis *Farge*, Gallis *Forge*.] Vide *Bicocaria*, [*Fargia* et *Forgia*.]

FARGANA. Leo Ost. lib. 3. Chr. Cas. cap. 57 : *Profectus hinc*, 190. *Farganas fratribus in dormitorium misit. Alia vice pro piscibus misit tarenos mille.* Ubi quidam legendum censent *sarganas*. Sunt autem σαργάναι Hesychio et Suidæ, sportæ viminæ, crates ex juncis, usui forte Monachorum aptæ in dormitorio. [** Germanis *Forahana* et *Forhana* hodie *Forelle* est Trutta, Gall. *Truite*. Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 678. et infra *Fario*.]

* *Sarganas* lubens legerim; sed lodices intelligendas opinor, idem proinde esse quod *Sargia*. Vide *Sargineum*,

¶ **FARGIA**, Officina fabri ferrarii, Arvernis *Farge*, Gall. *Forge*. Instrum. Eccl. Brivatensis ann. 1365 : *Informatio facta super enclugia Petri Bodet, quæ fuit inventa in hospitio seu Furgia, in qua moratur Jacobus de Ulmo.*

* **FARGUA**, Fabrica ferraria, Gall. *Forge*. Charta ann. 1340. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 178 : *Quas* (puncherias) *Poncius Dominici faber servit quocumque anno pro octava parte pro indiviso Furguæ communis dictæ villæ, etc.* Vide *Farga*.

FARIA, *Verba multa*, in Glossar. Isid. et Arabico-Lat. Papiæ, *Multa eloquia*. Hinc forte nostris *Fariboles* : [a *Fari*, *Farius* dictum, quod superest in compositis *Bifarius*, *Trifarius*, *etc.*]

¶ **FARIÆ CARNIS**, *Farmonicæ scilicet*, in MS. Bituric.

* **FARICARPSTIA**, *Gallice Trémoure; et componitur de farlis et capio*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120. Aliud ann. 1352. ex eod. Cod. : *Farnicaptia*, *Gallice Tremouye*, *quia far capit.* Utrobique legendum videtur *Farricaptia*, ut in altero ex Cod. 7679 : *Farricaptia*, *Trémuée*.

* **FARICELLUS**, Qui frumentum in farinam molendum curat; Ital. *Farricello*, farriculum sonat. Stat. Placent. lib. 6. fol. 68. r° : *Quilibet mulinarius, Faricellus seu granarolus teneatur ire ad domum cujuslibet requirentis pro accipiendo bladu ad macinandum, et ea deferre ad molendinum et macinare, et facere et reddere bonam rationem et mensuram de farina, secundum quod bladum fuerit sibi datum, sive ad pondus, sive ad mensuram.* Vide infra *Farnariolus*.

* **FARINA**, *Fecrundæ*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

* **FARINA BONA**, Italis, proverbialis locutio, Bono et sincero animo. Serm. Barel. fer. 4. hebd. Passion. : *Iste non fucit hoc pro bona Farina, bono animo.*

FARINAGIUM, Pensitatio ex farina, quæ fit molendinariis pro frumento molito. Tabular. Burguliense ann. 1214. fol. 101 : *Prior debet moltam, de unoquoque sacco unum boissellum, et plenum Farinagium.* Charta Joannis Decani Ambian. ann. 1220. in Tabulario ejusd. Eccles. n. 155 : *Cum inter nos et molendinarios nostros contentio verteretur super Farinagio, quod prædicti molendinarii in molendinis nostris pro asinis et vanno percipiebant, tandem compositio intervenit in hunc modum. Quicumque bladum suum in vehiculo suo molendum deduxerit ad molendinos nostros, nihil solvet de Farinagio. Qui autem in asino molendini bladum suum molendum detulerit, pro modio dabit pro Farinagio 4. boissellos, etc.* Charta Matthæi Comitis Bellimontis ann. 1200 : *Concedo etiam eis molturam suam liberam et immunem ab omni Farinagio, et ab omni servitio, etc.*

* *Farinage*, eadem acceptione, in Charta ann. 1315. in magno Chartul. nig. Corb. fol. 67. v° : *Je maintenoie tout le Farinage du muelin de Conchy et tout l'erbage des bos de Conchy appartenir à mi . .. lesdis religieus maintenans au contraire qu'à yaus appartenoit le moitié des devant dis Farinage et herbage. Férinage*, in Charta ann. 1310. ex Reg. Phil. Aug. Cod. reg. 9607. 3. ch. 97 : *Item la moitié du Férinage, que cil, qui ladite ferme tient, prent au moulin de Founichon.*

FARINALE, Molendinum. Gloss. Saxon Ælfrici : *Farinale*, Mealehus, i. farinæ domus.

FARINARIUM, Idem quod *Farinale*, Moletrina, seu *molendinum*, ubi ex frumento molito farina conficitur. Utuntur passim Lex Salica tit. 24. §. 3. tit. 33. §. 3. Tradit. Fuld. pag. 551. Aimoin. lib. 2. Miraculor. SS. Georgii et Aurelii n. 19. Acta Episcopor. Cenoman. pag. 300. Hariulfus lib. 2. Chr. Centul. cap. 7. lib. 3. cap. 32. lib. 4. cap. 6. Chronicon Besuense pag. 517. Veteres Chartæ in Hist. Monmorenciaca pag. 15. apud Perardum in Burgundicis pag. 41. 149. Beslium in Episc. Pictav. pag. 39. 44. in Comit. Pictav. pag. 238. [Felibian. in Hist. Sandionys. inter Probat. Ch. 26. etc.]

FARINARIA. Capitulare de Villis cap. 18 : *Ad Farinarias nostras pullos et ancas habeant juxta qualitatem farinariæ.* [Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 85. v°. : *Habet ibi Farinarias duas.*]

1. **FARINARIUS**, Idem quod *Farinarium*. [Charta ann. 632. tom. 2. Hist. Meld. inter Instr. pag. 2 : *Farinarium vero qui est super fluvium Maternam ad Pontem rapidum ipsi Monasterio habere cupio. Similiter alterum Farinarium situm in Briegio super fluviolum Alba.* Occurrit præterea in] Chronico S. Benigni pag. 412. in Chron. Abbat. S. Joann. de Vineis pag. 40. etc. Occurrit etiam in Donationibus factis Eccles. Salisbur. cap. 4. [et in Codice MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 12. col. 1. et fol. 45. col. 1. etc.]

** 2. **FARINARIUS**, Homo moletrinæ præpositus, molitor. Charta ann. c. 1112. ap. Guerard. in Chartul. S. Petri Carnot. pag. 634 : *Do deo sanctoque Petro..... videntibus his.... Odone Farinario.*

* 3. **FARINARIUS**, Qui farinam vendit, Ital. *Farinaiolo*. Libert. Barchin. Mss. ann. 1283 : *Quilibet civis Barchinonæ potest molere bladum suum ubicumque voluerit sine impedimento alicujus, exceptis Farinariis,.. qui debent molere ad molendina regalia.*

* **FARINGA**, *Faux*, ex Gloss. in Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 2. Passion. cap. 111 : *Cognoscendum est non ex inferioribus esse* (sanguinem) *sed ex Faringa et arteria fit.*

FARINOLA. Passio S. Maximi Presb. n. 13 : *Et veniens de amne, portans Farinolam in ulnis suis, obviavit Magnentium.* Ubi leg. forte *Sarcinulam*.

* **FARINOSIUM** *sive Alveolus*, *Locus ubi farina cadit a molendino*, *Gallice Mais*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120. *Furiniere* nuncupatur, in Lit. remiss. ann. 1453. ex Reg. 182. Chartoph. reg. ch. 153 : *La Fariniere où chiet la Farine en moulant.*

¶ **FARINULA**, Diminut. *farinæ*, apud Vulg. Interpret. 1. Reg. 17. 13. et infra in *Sorbellum*.

¶ **FARINUM**, pro Farina, infra in *Sextarale*.

¶ **FARIO**, *Qui fatur*. Laurent. in Amalthea ex Ausonio. *Item Piscis*, ex Lexico Philol. Nostris *Truite*. [** Apud Ausonium in Mosella, vers. 128. Isidor. Orig. lib. 12. cap. 6. sect. 6 : *Et varii a varietate, quos vulgo Tructas vocant.*]

FARIOLA. Matth. Silvaticus : *Tisana*, *i. aqua ordei, vel Fariola.*

¶ **FARIOLUS**, *Propheta qui fatur*. Laurentius in Amalthea ex Glossis.

FARISEA. Vide *Farius equus*.

¶ **FARISEUS**, pro *Pharisæus*. Vide in *Phariseare*.

FARISTEL, Viarum obstructio, a Saxon. far, iter, via, et stal, stabulum, obstructio. Vide *Forestel*.

** **FARIUM**. Virgil. Grammat. pag. 36 : *Latinitas tanta sit et tam profunda ut multis ac fanisfaris sensibus explicare necesse sit. Quis enim latinitatem sensatus putet tam angustam haberi tamque artatam, ut unumquodque verbum uno tantum Fario unoque sensu contentum esse videatur.* Derivatum forte a Fari. Vide *Fario* et *Farius*, 1.

¶ 1. **FARIUS**. Charta Harvichi pro Monast. Prumiensi apud Martenium Ampliss. Collect. tom. 1. col. 56 : *Quod nos nec feci nec fucere rogavi, præter istum quem firmissimum volo esse, quoque tempore fuerit ostensus, nullum sociatus effectum, nisi vacuus et inanis appareat; auctorem vero cri-*

Digitized by Google

minis vel Faritum nec multum tum tempore patiatur judiciaria habere potestas. An idem quod Teuton. *Farira*, Insidiator, a *Fara*, quod dolos, fraudes, insidias significat. Vide Schilter. in *Faran.* [** Leg. *parum.*]

* Rursum hanc vox occurrit, non magis aperto sensu, in Translat. SS. XII. Fratrum tom. 1. Sept. pag. 155. col. 1 :

..... Concivem denique cives
Non dominum sensere sui, quem corporis ingens
Vis (l. vis) animique novo Fario titulaverat hosti.

Hic hærent docti Editores, suspicanturque hostem communem humani generis indigitari. [** Vide *Farium.*]

2. FARIUS Equus, Arabicus, generosus : Arabibus *Furas.* Unde φάρας, apud Achmetem in Onirocriticis cap. 233. ἵππος ὁ φάρας ὁ εὐγενής, etc. et cap. 152. 159. φάρας Ἀραβικὸς, apud Nicetam in Isaacio lib. 1. n. 2. Leo Imp. in Tact. cap. 18. §. 137. ait, Saracenorum equos φαρίους appellari. Raymundus *de Agiles* pag. 162 : *Assumptis omnibus pecuniis suis Cæsaream et Camelam adibant, ut ibi equos Farios mercarentur.* Infra pag. 165 : *Cœperunt ostendere illi de parte Comitis equos Farios, et divitias suas.* Ead. pag. : *Qui cum accepisset a Comite Raimundo* 5000. *solidorum, et duos equos Farios optimos, etc.* A voce φάρας nostri equos generosos, ut sunt Arabici, *Ferrandos*, vocarunt, ut docemus in voce *Ferrandus.* Equos vero ejusmodi Arabicos in pretio fuisse, alibi pariter docemus. Le Roman *de Garin* :

Hue s'en retorne sur le roux Arabi.

Alibi :

Bien fu armé, s'ot le rox Arabi.

Alpharaces cavalli, iidem qui *Farti*, vox nempe conflata ex præpositione *al*, Arabibus familiari, et *Faras*, equus generosus. Matth. Silvaticus in Pand. : *Al, et el, articulus apud Arabes significat id quod apud nos vulgariter diddimus præponendo nominibus, la, le, li, lo.* Joannes VIII. PP. in Epistola ad Aldephonsum Regem Gallicíæ apud Sampirum : *Aliquantos utiles et optimos Mauriscos cum armis (quos Hispani cavallos Alpharaces vocant) ad nos dirigere non omittatis.* Ubi *Maurisci*, non sunt quasi minores Mauri, quod vult Altaserra ; sed ita dicuntur enuntiatione Longobardica, quomodo *Franciscum, Angliscum*, et similia usurpant Scriptores. *Caballi Mauriscí*, in Epist. 3. Leonis III. PP. proinde iidem, qui *Numidæ* et *Ægyptii*, quos commendant etiam Gratius in Cynegetico v. 518. et Arianus seu Xenophon Junior in lib. de Venat. cap. 24. Vide, quæ observamus ad Alexiadem pag. 408. 409. Ab *Alfarus* Arabice, formata vox *Auferant*, nostris olim familiaris. Le Roman *de Girard de Vienne* MS :

Mult sont lasé li Auferant cremu.

Infra :

Mais quant j'oi braire les destrez Auferans.

Le Roman *de Garin* MS :

En destre mement les Auferrans de pris.

Alibi :

Il remonterent ès Auferrans destriers.

* Quod ejusmodi equi aliis cursu maxime præstantiores sint, hinc fluvium rapidissimi cursus, *Arabis* vocarunt. Bestiar. Ms. :

Entre aus et la terre as Fourmis,
Keurt un fleuve mouit Arabis.

FARISEA. Vox ejusdem originis, pro equa faria. Ordericus Vitalis de Boemundo lib. 10. pag. 794 : *Et celerem equum fortissimamque, quam Fariseam appellant, cum uno Milite ascendit.* Hinc *hur-faras*, *stercus caballinum*, apud Matthæum Silvaticum.

Ex prædictis videtur emendandus Procopius lib. 1. Goth. cap. 18. ubi Belisarium exhibet equo bellicosissimo insidentem, qui toto fuscus corpore, anteriorem capitis partem ad nares eximio candore insignem habebat. Mox addit : Οὗτον Ἕλληνες μὲν φαλιὸν, Βάρβαροι δὲ Βῶλαν καλοῦσι. Legerim enim φάραν. [** Vide Glossar. med. Græc. voce Φάρας col. 1665.] Hisce addendum videtur, quod Hieronymus de Nominibus Hebraicis, *Affanez*, equorum domitorem interpretatur.

☞ Ubi legendum forte *Apharez* vel *Apharesh*, ab articulo Hebraico *a* et *Pharash*, Eques. Haud scio etiam an emendanda sit superius vox φάραν pro Βῶλαν, maxime cum Britones nostri Armoricani albedinem hanc in animalium fronte etiamnum *Baill* nuncupent, et *Baillet* vel etiam nude *Baill* equum aliudve animal hoc albore notatum : quod a quibusdam Gallo-Flandris *Bayard* appellatur. Quos autem Barbaros hic vocat Procopius, Gallos esse conjicere licet.

FARLEGANI, Fornicatores, adulteri, ex Saxon. forlegere, Fornicator, adulter, mœchus : forliggan, Fornicari, adulterari, mœchari : forliggand, Lupanar. Unde nescio an nostrum *Forligner*, deducatur, de iis, qui conjuges inferioris sortis ac conditionis sibi adsciscunt : tametsi probabilius censeatur, ejusmodi nuptias quasi *foris* seu extra *lineam* nobilem contractas appellatas. In Lege Frisionum titulus 9. inscribitur : *De Farlegani*, in eoque agitur de adulteriis et stuprationibus. Sikama rescribendum censet, *de horleganis*, id est *hoerleggers*, seu de concubinis. [Videri tamen possunt, inquit Martinius, dixisse *Farlegen* crassiori sono pro *Verlegen*. Hoc autem erit cubando errare, ut significetur, titulum esse de ἀκμίαις κοιτῶν, de inconcessis παραλεκτίαις, habentibus αἰσχρουργίας.] [** *Farlegarnessi*, Concubitus illicitus, fornicatio, adulterium, ap. Schmeller. in Glossar. Saxonico. Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 2. col. 88. voce *Farligan.*]

* FARLUGE, Mundus muliebris, ita nuncupatur a Bareleta serm. de choreis : *O vanæ mulieres! deferunt secum mille Farluge ; ex una parte levitates, ex alia corulla, ab alia postorale, ex alia cultros : desunt eis forpices, ut apparerent fabri equorum.* Vide supra *Famfaluca.*

* FARMAGA. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7651 : *Fachuriera*, Prov. *Farmaca*, *farmacier.*

¶ FARNARIA, f. Fusoria fornax monetalis, Gall. *Fonderie.* Compositio anni 1177. inter Raimundum Comitem Provinciæ et Raimundum Archiep. Arelat. ex Chartulario Arelatensi : *In civitate Arelatis debent faeere Farnariam simul quæ sit eis communis in viriles portiones, vel si duas facerent in Farnaria Comitis debet habere Archiepiscopus dimidiam partem, et in Farnaria Archiepiscopi debet habere Comes dimidiam partem. De moneta vero talis est convenientia, etc.* Et infra : *De Farnariis siquidem ita conditum et promissum est ; ut neque Archiepiscopus sine Comite neque Comes sine Archiepiscopo... in civitate Arelatis vel in burgis Farnariam facere possit.* Vide *Pharnatia.*

* FARNARIOLUS, Qui frumentum in farinam molendum curat. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 69. ex Cod. reg. 4622. A : *Item quod in quolibet casali possint esse duo amassatores granì et unus Farnariolus, et non plus ; et si contrafecerit molinarius dicti casalis solvat solidos viginti pro hampno, et non ultra, et removeatur dictus Farnariolius* (sic). Vide *Faricellus* et *Farnariolus.*

¶ FARNUM. Charta ann. 1259. apud Eccardum de Orig. familiæ Habsburgo-Austr. col. 244 : *Tabernis, molendinis, Farnis, aquæductibus et decursibus, etc.* Ubi legendum videtur *furnis.* [* Pro *Farinarium*, cum abbreviatione scriptum suspicor. Vide in hac voce.] [** *Furnis* legitur apud Marq. Herrgott tom. 2. Geneal. Habsb. pag. 351.]

FARO, pro *Baro.* Fredegarius Scholast. cap. 41 : *Burgundiæ Farones vero, tam Episcopi, quam cæteri laudes, etc.* Utitur præterea hac voce cap. 44. et 55. Confer *Faramannus.*

¶ FAROCIUM. Vide *Farossium.*

FARONUS, Pharus, ex Hispanico *Faron.* Curia Generalis Catalaniæ, acta Cervariæ ann. 1369. MS. sub Petro Rege Arag. : *Ulterius ordinamus, quod Farani, seu Fars, durante guerra præsenti fiant per loca maritima, in quibus fieri sunt assueta, sumptibus tamen eorum, qui facere sunt astricti.* [Vide *Farossium.*]

¶ FAROSSIUM, Farocium, Pharus, faces et lucernæ in portubus maris vel turribus accensæ, Gall. *Fanal* et *Phare*, Turris aut excelsus locus ubi hujusmodi ignes accenduntur, Massiliensibus *Farot.* Litteræ Senescalli Provinciæ Massiliensibus ann. 1329. ex Archivo S Victoris Massil. : *Mandantes et fieri facientes continue Farossia seu lumanaria in locis consuetis.* In alio ejusd. Archivi Instrumento ann. 1328 : *Fiant Farocia in montanis assuetis.* Vide *Farassium.*

¶ FAROTUM, Eadem notione. Charta anni 1460. ex Archivo S. Victoris Massil. : *A Farato usque ad plagiam portæ Galliæ inclusive.*

* FARRA. Vide *Fara* 2.

¶ FARRACUM, *Puls ex fare facta, vel pinguis cibus generaliter.* Johan. de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Farracum, Frumentie ou viande crasse.*

* FARRAGINALE. Vide *Ferraginale.*

¶ FARRAGIUM, Idem quod *Farrago.* Concilium Tarracon. ann. 1591. inter Hispan. tom. 4. pag. 541 : *Nec de frugibus duntaxat, frumento... solvi præcipimus* (decimas)..... *et his quæ in herba, sive fœno ad equorum et aliorum animalium cibum meti et depasci sæpius in anno solent ; etiam quæ vulgo Farragia et alia id genus appellantur.* Charta Radulphi Abb. de Viconia ann. 1206. e Chartulario Monasterii S. Quintini in Insula pag. 28 : *Tres vaccas servabit, eisque tamquam suis Farragium providebit...*

Digitized by Google

eodem Farragio quo sui equi vescentur nostri. Occurrit iterum in Chartulario S. Vandregisili tom. 1. pag. 88. et alibi.

FARRAGO, Forrago, Equorum vel animalium pabulum ex frugum leguminumque miscellanea, *ocymum* Varroni, Gr. ὤκυμον, Ital. *Farraina*, *Fourage* : vel etiam stramen, palea. Charta Ludovici Comitis Blesensis ann. 1199. in Tabulario Eccl. Carnotensis n. 116 : *A festo autem sancti Remigii usque ad tempus messium rursum habebit Major granicam libere ad usus suos, sicut suam, cum Farraginibus, et paleis, et vicitis. Et has Farragines et paleas, etc.* Ita in alia n. 230. [et etiam in Charta R. Abbatis S. Salvii Monstrol. ex Tabulario Compendiensi.] *Forrago*, in Charta Reginaldi Episcopi Carnotensis ann. 1206. in eodem Tabulario n. 50 : *Sive in pratis, sive in straminibus, sive in Forraginibus, vel aliis quibuscumque, etc.* [Tabularium Ecclesiæ Ambian. de juribus Canonicorum in villa *de Camons : Et quidquid post excussionem manipulorum decimæ remanebit sive in Foragine sive in aliis proventibus, similiter dividetur.*] Vide *Fodrum*, et Plinium lib. 18. cap. 16. ubi et *Farrago*, idem quod *secale*, Gall. *Segle*. Adde *Farragium*.

¶ **FARRATIOR**, *Fructuosior*. Papias. A *Farre*, nisi legendum sit *Ferracior*.

¶ **FARRES**, πολτός, *Puls*, a *Farre*. Supplementum Antiquarii. Vide *Farracum*.

* **FARREUM**. Charta Iterii Tociac. dom. ann. 1147. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 15. col. 1 : *Et hoc quod possident apud Sucium, sicut septum est de Farreis et palitio, etc.* Sed legendum videtur *Fosseis*, vallis scilicet seu fossis. Vide *Fosseium*.

* Ita *Farrée*, pro *Ferreis*, Percussio palmæ in faciem, occurrit in Vita J. C. Ms. :

Du col li donnent grans colées,
Et en le face grans Farrées..

Vide *Ferita*.

* **FARRICAPTIA**. Vide supra *Farticarpstia*.

* **FARRUM**, Far, Ital. *Farro*. Stat. Genuens. lib. 4. cap. 58. pag. 114. r° : *Appellatione autem victualium, quoad ea quæ prædicta sunt, sint et intelligantur infrascripta, scilicet frumentum, ordeum, spelta, ... Farrum, oleum, nuces, etc.* Vide infra *Fransire*.

¶ **FARS**. Vide *Faronus*.

1. **FARSA**, Tumor, qui totam cutem exulcerat. Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosophistam : *Erpes estiomenus, i. se comedens, quod Salernitani Farsam vocant.* Constantinus African. lib. 8. Commun. locor. Medic. cap. 10 : *Colera rubea si sit simplex, et ad id quod membrum videatur descendere, facit apostema, quod vocatur Formica, et aliud Farsa : quæ si cum sanguine misceatur, Erisipela inde generatur.* Vide eumdem lib. de Gradib. pag. 374. et 382. Marbodus de Herbis lib. 4. cap. 20 :

Ulcera desiccat mala, restringit quoque Farsam.

Italis *Fersa*, est calor immensus. Dantes : *Come il ramarro sotto la gran Fersa de' di canicular cangiando siepe, folgore par, se la via attraversa.* [Jano Laurenbergo in Supplemento Antiquarii : *Farsa*, ναυτή, *nacta*.]

¶ 2. **FARSA**, Italis *Frottola*, nostris *Farce*, definitur ab Academicis Cruscanis, *Commedia mozza, e imperfetta ; dal Greco* φάρσος, *che vale vesta mozza;* melius a Menagio, Carmen multis et variis rebus refertum seu *farcitum*; unde vocis origo. Inde etiam *Farsa* dictæ quædam Paraphrases, inter Scripturas vel preces in Ecclesia cantari solitas, intermixtæ, quibus ejusmodi Scripturæ vel preces veluti *farciuntur*. Vetus Ceremoniale Lirensis Monasterii : *Qualiter debeant cantare* Kirie eleyson *cum Farsa. Quando in diebus festis dicitur* Kyrie eleyson *cum Farsa*. Quo intelligi datur additio quæ etiamnum diebus festis solemnioribus in quibusdam ecclesiis, Senonensi videlicet, Cenomanensi, etc. post *Kyrie* cantatur hoc modo *Kyrie, fons bonitatis, Pater ingenite, a quo bona cuncta procedunt, eleyson Christe etc.* Circa originem ac dispositionem *Farsæ*, consulendus Crescimbeni all' istoria della volgar poesia lib. 4. cap. 3. ubi et de quodam pulmento Provincialibus noto, quod *Farsum* vocant, belle loquitur.

* Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ab ann. 1248. ad 1269. ex Cod. reg. 1245. fol. 216. v° : *Visitavimus monasterium monialium S. Trinitatis Cadomensis ..... In festo Innocentium cantant lectiones cum Farsis : hoc inhibuimus.* Quæ lectiones, ejusdem compositionis erant atque *Epistolæ Farcitæ*, quarum specimen supra allatum emendare licet ex Comment. Acad. Inscript. tom. 17. pag. 716. Cui addendum alterum exemplum ex tom. 2. Hist. Theat. Franc.

¶ **FARSATURA**, Farcimen, fartum, Gall. *Farce*. Statuta antiqua S. Audoeni Rotom. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1208 : *Sicut interdicimus usum carnium, ita Farsaturas de tritis carnibus denegamus.*

¶ **FARSATUS**, pro *Fartus*, Gall. *Farci*. *Ova Farsata*, id est, cum farcimine, Gall. *des œufs farcis*, in Consuetudinibus Solemniacensibus pro festis diebus.

* **FARSETUS**, Vestis species, thorax, Ital. *Farsetto*. Constit. Feder. reg. Sicil. cap. 107 : *Item quod prædicti comites, magnates, barones, milites, et uxores eorum possint habere in ætate guarnimentum unum de serico, sub eo Farsetum vel dublectum ac juppam de serico.* Nostri *Farce* vocabant id omne, quo aliquid fartum erat. Stat. ann. 1341. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 548. art. 7 : *Que nul ne face coisins,.. qui ne soit d'aussi bonne Farce comme la couste.*

FARSIA, [ut *Farsa* 2.] Charta Odonis Episcopi Parisiens. ann. 1198. post Notas ad Petrum Blesensem ultimæ Editionis : *Missa similiter cum cæteris horis ordinate celebrabitur ab aliquo prædictorum, hoc addito, quod Epistola cum Farsia dicetur a duobus in cappis sericeis.* Incertum quid hæc vox denotet, a qua dictæ

Epistolæ Farcitæ, in Visitatione Thesauriæ S. Pauli Londinensis ann. 1295 : *Unum tropertum.... in cujus initio notantur omnes Sequentiæ, et in fine ponuntur omnes Epistolæ Farcitæ.* Ibidem : *Gradale de Choro, quod vocatur Puerorum, sine officio; in cujus fine ponuntur Epistolæ Farcitæ.*

☞ Obscurum jam non est quid sint *Epistolæ Farcitæ*, quæve hujus vocis origo. Earum quippe specimem edidit Martenius noster lib. 1. de Antiq. Eccl. Rit. cap. 3. art. 2. ex vetusto Missali S. Gatiani Turon. ann. circ. 600. unde ejusmodi Epistolas dictas fuisse *Farcitas* patet, quod ex vario idiomate Latino scilicet ex Gallico compositæ essent atque *Farcitæ* in hunc modum : Lectio Actuum Apostolorum : *Por amor De vos pri Suignos Barun, se et vostuit, escostet la leçun de Saint Esteure le glorieux Barrun, Escotet la par bonne entention, qui a ce jos reçu la passiun.* In diebus illis Stephanus : *Saint Esteures fut pleins de grant bonté. Emmen tot celo qui creignent en Dieu feseit miracle. O nom de Dieu mende ascuntrat, et auces a tot dona lante, por ce haierent autens li ive.* Surrexerunt. *Encontre lui se dresserent trestuit, discrent ensemble mauveis mes, cetui il a deable qui parole en lui, etc.* Eodem S. Stephani die in Cathedrali Aquensi etiamnum cantatur Epistola alterno commate Latino et vulgari : quod *Planctus S. Stephani*, vernacule, *leis plants de San Esteve*. dicitur. Idem obtinuisse in Divionensi Ecclesia testatur Epistola quæ legitur in Mercur. Gall. ann. 1726. mens. Febr. Exstant præterea *Epistolæ Farcitæ* in Epistolario S. Juliani Brivat. quæ jam præ nimia earum prolixitate non cantantur, nisi in festo S. Nicolai aliisque perpaucis. Denique earumdem Epistolarum occurrit mentio in Ordinariis MSS. Narbonensi et Cabilonensi, teste Martenio loco supra laudato. Vide *Farsa* 2.

¶ **FARSILE**, *Quod farturam recipit*. Laurent. in Amalthea ex Apitio.

* **FARSITUS**, dicitur de eo, qui cibis oppletus est, in Comœd. sine nomine act. 2. sc. 5. ex Cod. reg. 8163 : *Exuriant* (ancillæ) *Farsitæ*.

* **FARSSITUS**, Fartus, Gall. *Farci*. Reg. feudor. Aquit. sign. JJ. rub. in Cam. Comput. Paris. fol. 37. v° : *Cum dominus rex vult facere transitum per partes suas, et mandat ei ante, quod paret sibi prandium debitum, debet ei dare subtus castrum de Bedessan, unam vaccam Farssitam, secundum modum antiquum.*

FARSURA, pro *Fartura*, apud Petrum Blesensem Epist. 86. [** et Tertullianum. Vide Forcellinum in *Fartura*.]

FARSWEROTOS. Vide *Furswirotos*.

¶ **FARTELLUS**. Vide *Fardellus*.

¶ **FARTHING**. Vide *Ferto*.

* **FARTILLES**, *quod fures ibi cileantur, furca*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Leg. *Furcillæ*. Vide in hac voce.

¶ **FARTO**. Vide *Fartorium*.

¶ **FARTOR**, *Nomenclator*, in Glossario Sangerman. MS. n. 501. Apud Festum explicatius : *Fartores, Nomenclatores, qui clam velut infarcirent nomina salutatorum in aurem Candidati.* [** Etymon petendum a verbo *Farl.*] Candidatis seu Petitoribus in primis elaborandum erat, ut singulos cives nossent, eorumque nomina tenerent; cum autem in tanta populi multitudine et tantis vitæ occupationibus hoc fieri vix posset, ministrum instituerunt, qui Candidatis nomina omnium civium, ut quisque occurrebat, suggereret, eumque *Nomenclatorem* vocarunt Cicero pro Muræna *Monitorem*, Festus vero *Fartorem* dixit, et ex eo Glossator Sangerm.

¶ **FARTORIUM**, Laniarium, Gall. *Tuerie*, Parisiis *Echaudoir*. Charta Boleslai Ducis

Digitized by Google

Silesiæ ann. 1311. apud Ludewig. tom. 6. pag. 456 : *Rite et rationabiliter vendidimus Fartorium seu curiam mactatoriam in Aureo-monte, in civitate vel extra civitatem, ubicumque expedire videbitur, ædificandum, cum omni usufructu et utilitate, qui inde proveniunt et provenire possunt, et cum omni jure et dominio, sicut dictum Fartonem habuimus et tenuimus, Hermanno Scriptori, etc.* Vide *Mactatorium*.

¶ **FARTUM**, Prædium rusticum, ni fallor, omnibus rebus quæ ad culturam pertinent instructum, idem quod *Afiare*. [* Sed legendum opinor *Factum*. Vide supra *Factum* 4.] Testamentum Florentii de Castellana ann. 1398. ex Schedis Præsidis *de Mazangues : Voluit... quod totum Fartum de Luco sibi servitat, et de ipso Farto sibi domina et seignoressa.*

¶ **FARTUS**. Vide in *Ferto*.

* **FARUM**, ut supra *Farrum*. Libert. S. Marcel. ann. 1343. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 89 : *Item quod ala Fari dicti loci transmutabitur retro domum.*

1. **FARUS**, *Cœnator, Cœnatorium*, Papiæ.

¶ 2. **FARUS**, Fretum, Gall. *Detroit*. Chronicon Siciliæ inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 59 : *Nos* (Bonifacius VIII. Papa) *de vestra discretionis et circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, et volentes ut eo lubentius rebelles iidem, civitates, castra et loca tam ipsius insulæ, quam aliarum etiam regni prædicti partium citra Farum ;* intelligo Messanense fretum, Gall. *Le Phare* seu *Le Detroit de Messine*. [** *Regnum Siciliæ tam ultra Farum quam citra*, in Chart. Frider. II. Imper. ann. 1216. in alia ann. 1219. apud Pertz. Leg. tom. 2. pag. 229. 232. etc.]

¶ 3. **FARUS**, Lucerna sive Lychnuchus orbicularis et circularis. Vide *Pharus*.

* 4. **FARUS**, Fasciculus, ut videtur, seu onus, sarcina. Jura vicecom. Narbon. ann. circ. 1260. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 546 : *Habet ab omnibus hominibus.... portantibus ligna cum suis animalibus Narbonam, ratione intradæ, de quolibet animali, unam saumatam lignorum, et de cupdita duos Faros hominum semel in anno de animalibus.*

¶ **FARWESOTU**. Vide *Furswirotos*.

* **FARZIUS**, Vestis species. Chron. Placent. ad ann. 1388. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 583 : *Utuntur.... Farzius magnis et parvis a lectis et cortinis de tela circumcirca dicta lecta.* Vide supra *Farsetus*.

* **FASANUS**, Phasianus, Gall. *Faisan*. Libert. villæ *de Cayrau* concessæ a Joan. dalph. ann. 1312. in Reg. 150. Chartoph. reg. ch. 113 : *Item concedimus eisdem, quod venari possint modis omnibus, quibus voluerint,... ad omnia setarum genera et alium,... exceptis perdicibus et Fasanis, quos non debent capere, nisi cum avibus.* Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 304. ex Cod. reg. 4622. A : *Nulla persona..... exeat civitatem in die fori seu Sabbati pro emendis Fasanis, perdicibus, leporibus, etc.* Stat. Calabr. lib. 3. cap. 81 : *Ad fillum sive laqueum vel ad retia nemo capiat Fasanos vel perdices.* Vide infra *Fascianus*.

* **FASCELLA**, ut *Fasciola*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Cengla, Prov. cingula, fascia, Fascella, fasciale, qua pueri involvuntur.*

¶ **FASCEMINA**. Vide mox *Fascennina*.

FASCENNINA, , **FASCENNIA**, Ital. *Fascinata*, Propugnacula urbium, seu arcium ex *Fascinis*, seu ligneis fascibus confecta. Ugutio : *A fascis, hæc fascennina, i. clausibilis vallatio, sicut circa castra et civitates, quæ solet fieri quibusdam lignis.* Ita enim Glossæ Pithœanæ, ex quibus emendandæ, quæ Isidorianæ habent *Fascemina*. Gloss. Lat. Gall. : *Fascennia, Palis de bois, ou closture environ chastiaus.* Nos etiamnum *Fascines* dicimus. Occurrit in Hist. Obsid. Jadrens. lib. 1. cap. 4. lib. 2. cap. 19.

¶ **FASCES**, ut apud Romanos summi magistratus indicium fuere, ita apud Scriptores medii ævi pro suprema potestas usurpatur hæc vox. Testamentum Rodulfi Episc. Bituric. sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 161 : *Placuit etiam huic inseri testamento ut nec meo, nec parentum meorum* (dominio) *nec Fascibus regiæ magnitudinis, nec cujuslibet terrenæ dignitatis subjaceant.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fascis, Faissel, qu enseigne de honneur.* Ubi additur hic versiculus :

Pondera sunt Fasces, Fasces dicuntur honores.

1. **FASCIA**, [Modus agri, idem ut videtur, qui *Faicia*. Antiq. Recog. Revel Vienn. *Probus* fol. 58. verso : *Nicholaus Rex tenet de Comite unam Fasciam de bosco de Brochiis et debet inde* XII. *den. censuales, et tenet* 1. *petiam bosci ibidem libere.* Stephanotius tom. 10. Fragm. MSS. pag. 258. ex Tabulario B. M. de Rupe-forti : *Anno* MCLXXXXIV.... *concedimus... quidquid juris habemus in Fascia quæ est inter nemus et aquam.*] Vide *Fasciola, Funiculus, Superpellicium*.

* f. pro *Faicia*. Vide supra in hac voce. Chartul. S. Vincent. Laudun. ch. 81 : *Notum esse volumus.... integram terræ Fasciam unam et de duabus Fascis duas partes ad decimam garbam in territorio de Dagniis perpetuo habendas dedisse, tertiam duarum Fascium partem, Willelmo participe nostro concedente.*

¶ 2. **FASCIA** et **FASCIUM**, passim occurrunt in Antiq. Recogn. Vien Regesto *Probus*, pro Fascis : ut *Fascia ligni*, Gall. *un Fagot de bois ; Fascia feni*, Gall. *une Botte de foin*. Vide *Fascius*.

* *Faschiel*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1442. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 114 : *Comme le suppliant eust marchandé..... de coupper et abatre certaine quantité de bois et en faire des fagos et Faschiel.*

FASCIAMENTA, Fasciæ sepulcrales. Alcuinus Ep. 71 : *Numquid non Fasciamenta mortui eodem verbo solvere poterat, quo mortuum vitæ redditum de sepulcro prodire jussit?* Vide *Pectorale*

* **FASCIANUS**, ut supra *Fasanus*. Chron. Estense ad ann. 1344. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 537 : *Fascianorum, pavonum, columbarumque et reliquarum avium ad ingentem numerum consumtum satis constat.*

* **FASCIATORIUM**, Fascia, qua frons sacro chrismate inuncta obvolvebatur, idem quod *Chrismale*. Reg. Bern. abb. Cassin. tom. 2. Hist. ejusd. monast. pag. 460. col. 1 : *Item ut rectores ecclesiarum monere debeant semper populum et præsertim parrochianos, quod per lavationem panni vel Fasciatorii compaternitatem non debeant contrahere, sed solum per baptismi et confirmationis sacramentum.* Quomodo etiam legendum, pro *Fassatorium*, ibid. pag. 465. col. 1 : *Item si aliquis per ablutionem Fassatorii seu panni compaternitatem contraxerit contra canonum instituta, etc.*

* **FASCICULARIUS**, Bajulus, Gall. *Porte-faix*. Gloss. Cæs. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 673. col. 2 : *Fasciculatii, qui ferunt pondera, unusquisque denarios duos.* Vide *Fardellarius*.

¶ **FASCILLA**, Falcula, Gall. *Faucille*. Charta Ingelranni III. Codiciacensis Toparchæ ann. 1207. in Hist. Codiac. pag. 166 : *Concedo... herbam meam nemoris de Laujou ad Fascillam.* Vide *Facilla*.

** **FASCILONES** apud Monachum Sangallensem e cod. reposuit Pertzius lib. 2. cap. 21. ubi vulgo legebatur *Flascilones*. Idem esse videtur quod *Fasciola*.

* **FASCINA**, vox Italica, Lignorum fascis, Gall. *Fascine* vel *Fagot*. Tract. Ms. de Re milit. et mach. bellic. cap. 58 : *Inter dictas perticas ponantur Fascinæ lignaminum.* Stat. Montis-reg. pag. 188 : *Quod si aliquis imponeret ignem in aliquibus paleis,..... aut lignis vel Fascinis existentibus extra casiamentum, et nihil aliud concremaretur, nisi ipsæ paleæ, fenum, ligna et Facinæ, etc.*

FASCINABULUM. Notæ Tyronis pag. 182 : *Fascinum. Fascinabulum. Fascinabellum. Præfascinat, etc.*

¶ **FASCINARE**. Gloss. Isid. : *Fascinat, Gravat.* Papias : *Fascinat, Adulando impetit, laudando decipit, gravat.* Id est, nocet fascino : quo significatu Latinis notum verbum *Fascinare*.

* *Enfaxcigner*, pro vulgari *Ensorceler*. Fascinare, in Lit. remiss. ann. 1461. ex Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 294 : *Le mari de la suppliant lui dist qu'elle l'avoit Enfaxcigné. Fesne*, fascinum, vulgo *Charme, ensorcelement*, in Stat. eccl. Turon. ann. 1396. cap. 78. ex Cod. reg. 1237 : *Si peccaverint* (precaverint) *ad fascinum vel qualescumque precationes, excepto simbolo et oratione Dominica, etc.* Ubi versio Gallica : *Si aucun chante à Fesne aucuns chuntemens, etc.*

FASCIOLA. Ugutio, partim ex Isidoro lib. 19. cap. 33 : *Fasciola dicitur, qua vulnera ligantur. Fasciale vero Latinis cingulum, quo puer circumligatur in cunis.* [* Hinc *Faisser*, pro Vulnera alligare, curare, Gall. *Panser*. Lit. remiss. ann. 1443. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 297 : *Icellui Toulhon fut confessé et receut son Createur ; et après fut Faisse et aparillé.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Faysser. Prov. fasciare.*] Diminutivum a *Fascia*, cujus vocis crebra occurrit mentio in Regulis Monasticis, cum agunt de Monachorum vestibus, ubi maxime itinerantium fuisse observare est. Bernardus in Consuetud. Cluniacensib. MSS. cap. 3 : *Non debet equitare sine Fasciolis plus quam una leuca.* Cap. 62 : *Ablatis calcaribus, et Fasciolis ad Monasterii introitum petat veniam.* Lanfrancus in Decretis

Digitized by Google

pro Ordine S. Benedicti cap. 7. ait ad Camerarium pertinere, ut procuret *fratribus in iter profecturis cappas, Fasciolas, calcaria.* Idem cap. 14. Monachum *Fasciolatum, aut cinctum, sive cum cappa*, in claustrum introire vetat, quod hæc sint itinerantium. Bernardus Mon. MS. cap. 4. et Udalricus lib. 3. Consuetud. Cluniac. cap. 11. *Fasciolas* Monachis tribuunt *propter tibias infirmantes*, id est, si id exigat infirmitas. Vide lib. 1. Miracul. S. Dionysii cap. 14. Regula Magistri cap. 81. statuit, ut Monachi habeant in hieme *pallium stamineum, braccas laneas, et Fasciolas, aut pedules.* Vult præterea, ut *Fasciolæ lanea* non sint, sed *lineæ, ut aliquid distet a Clerico Monachus.* Denique Conventus Aquisgran. ann. 817. cap. 22. *Fasciolas* duas Monachis concedit, et duas alias, *quibus necesse est itineris causa.* Iis interdicuntur in Concilio Cloveshovensi ann. 747. cap. 38 : *Nec imitentur sæculares in vestitu crurium per Fasciolas, etc.*

Quærunt ipsi monachi, quod genus vestis fuerint *Fasciolæ* his locis. Haeftenus cum *pedulibus* confundit, ut et Lucas Acherius ad Udalricum, qui *Gamaches* vertit. [His proxime accedit Editor Vet. Disciplinæ monast. qui *Fasciolas* leves quasdam ocreas esse existimat, ex eo maxime quod itinerantibus propriæ videantur.] Palam est, supra laudatos Scriptores pedules a fasciolis perpetuo distinguere. Verum non est cur ad exoticas notiones recurramus, cum Latina se offerat; sunt enim Ciceroni lib. de Aruspic. resp. *Fasciolæ*, quæ, Ulpiano D. de Auro et arg. leg. (34, 2. fr. 25. § 4.) *Fasciæ crurales* dicuntur : nostris *jarretieres*; [quod mire illustrat S. Wilhelmus lib. 1. Constit. Hirsaug. cap. 16 : *Pro signo Fasciolarmm, inculcatum calceorum signum præmissum, addito, ut utrumque indicem tibiæ circumferas.*] Eginhardus in Carolo M. : *Fasciolis crura et pedes calciamentis constringebat.* Monachus Sangallensis lib. 1. cap. 36 : *Fasciolæ crurales vermiculatæ, etc.* [** Vide *Fascilones.* Fiscorum describend. Formulæ apud Pertz. Leg. tom. 2. pag. 177 : *Est ibi genitium.... in quo reperimus sarciles 5. cum Fasciolis 4. camisiles* 5.] Qualis autem fuerit calceatura Francorum, supra attigimus in voce *Armiger*, quibus hæc addere placet ex Joanne Puricello in Monumentis Basilicæ Ambrosianæ pag. 70. ubi Bernardi Regis Italiæ, Pipini filii, effossum et apertum tumulum describit, ipsiusque Benardi vestes regias : *Superstites adhuc e corio rubro calcei utrumque pedem contegebant, iidemque ligneam quisque soleam, hinc inde coriaceis insutam, habebant. Tum vero apte presseque ad suum quisque pedem juxta ordinem digitorum congruebant, in acutum versus primorem digitum desinentes, ut calceus dexter non nisi dextro pedi, quamdiu integer ille erat, sinisterque sinistro adaptari potuisset. Cæterum quisque calceus duabus tantum corii partibus invicem consutis pedem ita contegebat, ut anterior corii pars in suprema versus crura extremitatem aliquantulum scissa in longum esset, illicque pedi ligamine astringeretur, ad eum prorsus modum, quo rusticana hodie calceamenta factitari solent.* Calcaria deinde ærea pedibus aptata describit. A fasciis denique cruralibus nata vox *Fesse*, seu uti vulgo dicimus, *Face*, vel *Fasce*, in armorum insignibus. Guill. *Guiart* MS. ann. 1304 : *Ot maint escu portrait à Fesse.*

FASCIOLUM, Operimentum capitis, quod Chaldææ incolis tribuit B. Odoricus de Forojulio in Peregrinat. sua n. 3 : *Portant autem super capita sua Fasciola aurea de perlis pretiosis.* Idem forte quod *Fasciolas* vocat S. Hieronymus Epist. 2. de Vita Clericorum : *Crebra munuscula, et sudariola, et Fasciolas, vestes ori applicitas, et oblatos ac degustatos cibos, blandasques et dulces litterulas, sanctus amor non habet.* Neque aliud videtur a φακιολίοις Turcarum, de quibus Ducas cap. 37. quæ nunc *Turbans* seu *Tulipantos* vocant. Testatur Leunclavius in Pandecte Turc. num. 240. Græcos etiamnum sic appellare Turcicos *Tulipantos*, quod ex fasciis seu fasciolis convolutis et complicatis conficiantur, etiam Achmes innuit cap. 226. Φακιόλια, Saracenis etiam tribuit auctor Vitæ S. Nili Junioris pag. 56 : Ἤρχοντο ὡσεὶ δέκα καβαλλάριοι, ἐνδύματα, καὶ ὅπλα, καὶ φακιόλια, καὶ ὅλον τὸ σχῆμα ἔχοντες τῶν Σαρακηνῶν. Infra : Περιελόμενοι δὲ τὰ φακιόλια ἀπὸ τῶν προσώπων αὐτῶν, etc. Glossæ Basilic. φακίολιον exponunt ζωνάριον et *Semicinctium* Latinorum. Alii crumenam et marsupium. Lexicon. Gr. MS. Reg. Cod. 2062 : Φασκώλιον, ἱμάτιον, ἢ σακκούλιον. Aliud Cod. 930 : Φασκόλιον, ἱμάτιον, φορίον. Φασκόλιον δέ ἐςι μαρσίπιον. Ita fere Hesychius. Ismaelitarum *vittata capita* dixit Hieronym. in Vita Malchi. Vide *Facialis*, [et Glossar. mediæ Græcit.]

¶ **FASCITERGUM**, ut supra *Facitergium*, Mappula ad tergendam faciem. Occurrit apud Acherium tom. 6. Spicil. pag. 430.

¶ **FASCIUM**, Fascis. *Fascium fœni*, Gall. *Botte de foin*, in Antiq. Recogn. S. Georgii Esper. fol. 27. Vide *Fascia* 2.

* Convent. Saonæ ann. 1526 : *Quando ipsi Quilianenses subditi communis Januæ vendunt canepam in Saona, extorquent denarios sex pro singulo Fascio, ultra id quod per alios solvitur.*

¶ **FASCIUNCULUS**, Parva fascia, ut conjecto. Vide locum in *Burrene.*

¶ **FASCIUS**, ut *Fascium* pro Fascis. *Duos Fascios fœni et duos paleæ*, in Inquisitione Jurium in loco Albonis Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 123. col. 1. [** *Persolvere per annum fœnum Fascium unum*, in Instrum. inquisit. a missis Imperat. factæ c. ann. 800. post Irminonem pag. 343. ex Fumagalli cod. Dipl. Santambros. pag. 173.]

1. **FASCULUM**, pro *Vasculum.* Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. et Isidori : *Vasculum, Discus, Fasculum.*

2. **FASCULUM**, Fossorium. Vetus Charta Hispanica ann. 955. apud Sandovallium : *Et cum cepissem fodere, divino judicio flagellatus sum, usque adeo quod factus sum cæcus, et milites mei, qui immunes erant a culpa, qui cum Fasculis cœpissent fodere, lumen amiserunt.* Huc forte spectat locus ex Glossario Gr. Lat. : Σκαφίον, ἤτοι ὄρυξ κηπουρικός, *Aciculum.* Codex MS. S. Germani Parisiensis habet... κηπουρική, *Aciscumulum.*

* Ligo, Gall. *Houe*, alias *Faissoir.* Lit. remiss. ann. 1467. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 3 : *Icelle femme frappa le suppliant sur la teste d'un sarceau ou Faissoir.* Vide *Fossorium.*

* **FASCULUS**, Fascis, Gall. *Botte.* Terrear. Ms. Bellijoc. fol. 11. r° : *Quartam partem unius fessi feni seu Fasculi.* Vide supra *Fascium.*

¶ **FASELARIA**, Faseli siliquæ vel grana, apud Lampridium in Antonino Heliogabalo.

¶ **FASELLUS**, ut Faselus Virgilio, et Faseolus Columellæ, Fabula, Gall. *Feve de harricot.* Vide locum in *Matutinellum.*

* **FASENDA**, Prædium rusticum, ager, idem quod supra *Faisio.* Charta ann. 1332. ex Tabul. Flamar. : *Tenet ab ipso, tanquam a directo domino sive feudali, Fasendam unam dicti Guillelmi, sitam in parrochia de Tonaco in manso de Podio Lamoros, inter Fasendam de la Ribeyrola ex parte uno, et castanetum Gerardi de Chaluno..... ex altera, et Fasendam Heliæ Bugat ex alia, et costale de la Bermundia ex reliqua.* Vide *Fazenda.*

FASEOLUS. Vide Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 26.

¶ **FASERIA**, f. pro *Raseria*, Mensura annonaria. Charta anni 1125. apud Miræum Diplom. Belg. tom. 1. pag. 377. col. 2 : *In festivitate S. Martini decem Faserias siliginis et duodecim solidos.*

FASIDIS, *Grassus*, in Gloss. Arabico-Lat.

FASILIA, in Gloss. Lat. Gr. Λοβοὶ, [Siliquæ.]

* *Faisil* nostris, quodvis rei alicujus purgamentum. Stat. pro bono publico ex Lib. rub. fol. magn. domus publ. Abbavil. art. 47 : *Que le Faisil de leurs forges, quant il* (les maréchaux et autres ouvriers en fer) *le mettront hors, il le portent hors des portes de le ville et le mettent ès fossez, esquelles on a prins le savelon.*

* **FASILLARIUS.** Vide infra *Fassiliarius.*

* **FASIO.** Vide supra *Faisio.*

¶ **FASISTORIUM**, Sella plicatilis, sedes honoratior. Codex MS. S. Martialis Lemovic. de modo celebrandi Synodum, apud Stephanotium tom. 2. Fragm. Hist. MSS : *Cum ad locum pervenerit, ubi parata est cathedra ad sedendum, mittit Episcopus thymiama in thuribulo, et incensat Diaconus textum Evangelii, quod jam posuerat in quadrato ornato, quod Fasistorium dicimus.* Vide *Faldistorium.*

* Analogium seu pluteum hic potius designari facile crediderim.

¶ **FASITUS**, *Solutus, consumptus, a fatisco.* Papias.

* **FASIUS**, Panni vel telæ species. Inventar. ann. 1389. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 364 : *Petiæ iv. Fasii pro cossinis.*

FASMA, Lingua, idioma. Hesychius : Φήματα, ῥήματα, φάσματα. Ethelverdus lib. 4. cap. 3 : *Nam ex Latino Rhetorico Fasmate in propriam verterat linguam volumina, etc.* [Fridegodus in Vita S. Wilfridi sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 188 :

> Permuleentque, nefas! perverso Fasmate Regem
> Spernere ayngraphas furtivis rebus adeptas.

Papias MS. Bituric. : *Fasma, fabula quædam, notum.* Perperam in Edito ; *fasina.*]

Digitized by Google

[** Thietmar. Chronic. lib. 5. cap. 26. vers. 11 :

Inclite rex regum, modo suscipe Fasma tuorum.]

* **FASOLARIUM**, Locus, ubi *Faselus* crescit. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Faycell, Prov. fasellus, Fasolarium, herba vel locus ubi abundat.*

FASOR, [*Saginator.* Papias.] Vide *Sagma.*

* **FASSATORIUM.** Vide supra *Fasciatorium.*

** **FASSICULUS**, Pro Fasciculus. Charta Margar. Comitiss. Flandr. ann. 1252. apud Lappenb. Init. Fœder. Hanseat. pag. 57 : *Fassiculus gladiorum* 2. *den.* Vide *Fassus.*

* **FASSILIARIUS**, Qui fasces cujusvis rei furatur et exportat. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 125. ex Cod. reg. 4622. A : *Item si aliquis de Taurino, vel ibi stans, furatus fuerit..... somatam vel ronzinatam* (feni) *solvat pro bampno solidos x. de die, de nocte vero solidos xx. et non ultra : Fassiliarius vero, pro fasso de die solidos iij. de nocte solidos v.* Infra *Fasillarius.* Vide *Fassus.*

* **FASSINA**, Fascis. Vide mox

* **FASSINERIUM**, Congeries, cumulus, strues lignorum, Gall. *Pile.* Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 52. ex Cod. reg. 4624 *Quæ ceperit vel exportaverit aliqua aliena ligna.... de ligneriis vel teysis, seu alio amasso seu Fassinerio lignorum, ubicumque sit, pro qualibet brazata vel Fassina.... solvat domino solidos duos.*

FASSIO, in Legibus Hungaricis, Præsens relatio voluntatis et contractuum coram magistratu. Sambucus. [*Fassio, Confessio*, Papiæ. Gloss. Lat. Gall. : *Fassio, Confession, regelrissement.*]

* **FASSOLIUS**, Faselus, leguminis species. Stat. Montis-reg. pag. 321 : *Item pro qualibet sestario Fassoliorum, etc.* Vide infra *Fasulus.* [** et Glossar. med. Græcit. voce Φάσηλος, col. 1668. Vide *Faba Asiana.*]

¶ **FASSISERIUS.** Vide *Fasticerius.*

FASSUS, Fascis, Ital. *Fascio*, Gall. *Faisseau.* Charta ann. 1345 : *Solvat pro pena* 10 *sol. de somata*, 3. *de Fasso, etc.* Occurrit ibi pluries, [ut et in Chartulario Prioratus S. Petri de Domina.] Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 238 : *Concessit Abbati duos Fassos dorsales ramorum grossorum bosci ipsius.... capiendos singulis diebus.* Vide *Teda.*

FASTA, Papiæ. *Honorum dicta, aut locus.* Forte ex Gr. φατή, dicta. Vide *Fatare.*

* **FASTE.** Acta S. Lupi epise. Trec. tom. 7. Jul. pag. 81. col. 2 : *Si quis Christianorum quemlibet severitate coartasset legis, vel oppressisset pondere tyrannicæ potestatis, Lupi placatus grata oratione, quocumque teneretur, solvebat eum Faste.* Forte pro Statim.

FASTELLA, Ligamen, Italis. *Fastello.* Anastasius Bibl. in Benedicto II. PR. pag. 57 : *In Ecclesia B. Valentini... fecit cooperiorium super altare, cum clavis et Fastellis, et in circuitu palergium chrysoclavum.* Alii Codd. habent, *cum clavis in Festellis* : Alii denique *Fistellis.* Vide *Fastilis.*

* Forte pro *Fascetta*, vox Italica, fasciola ; ut et infra *Fasteria*, pro *Fasceria*, eodem significatu.

FASTERLA, Eadem forte notione. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 77. de Officio Parasceves : *Et crux ab armario duabus Fasterlis, dum Missa minor cantabatur, cooperta, apportatura duobus albatis de altari S. Jacobi ante altare principale.* [Legitur in edito *Fastelis.*]

FASTERMANNES. In Legibus Edwardi Confess. cap. 38. inscribitur : *De emptionibus sine fidejussionibus, quod Anglice dicitur Fastermannes.* Mox additur : *Prohibitum erat etiam in eadem Lege, ne quis emeret vivum animal, vel pannum usatum sine plegiis et bonis testibus.* Vox deducta a Saxonico fast, vel fæst, firmus stabilis, constans; et man, homo. [** Vide Phillips. Histor. Jur. Anglosax. not. 419.]

¶ **FASTERNA.** Sic lego in Inventar. Ornament. Eccl. castri Achardi ann. 1200. ex Tabul. S. Cypriani fol. 104 : *Albæ* XIII. *mapulæ operatæ* III. *planetæ* XIII. *Fasternæ* III. *cortinæ* V. *dorsalia* V. *vexilla* II. Idem videtur quod *Fasterla.* [* Vide supra *Faniculus* et infra *Festaculus.*]

¶ **FASTICERIUS**, pro *Pasticerius*, Gall. *Patissier*, Cupedinarius, Pistor dulciarius. Computum ann. 1333. in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 273 : *Guillelmo Fasticerio regio pro tortis palmisanis factis per eum in eodem festo, etc. taren.* XVIII. D. *Lancelot* legit *Fassiserius.*

FASTIDIACIO, Superstitionis species. Capitulare Gregorii II. PP. pro Bavaris, §. 8 : *Ut incantationes et Fastidiaciones, sive diversæ observationes dierum Kalendarum, quas error tradidit paganorum, prohibeantur, sicut maleficia et magorum præstigia, etc.* Ex *Fasti dies*, videtur vox deducta. [** Forte *Fascinationes.*]

* 1. **FASTIDIRE**, Existimare, putare; si tamen mendum non est. Charta Wilgfr. episc. Virdun. ann. 973. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 321 : *Non enim Fastidiendum est illis pabulum divini verbi sufficere, insuper et corporis necessaria ministrare, etc.* [** Gloriari.]

* 2. **FASTIDIRE**, Fastidium movere. Vita S. Audoen. tom. 4. Aug. pag. 807. col. 1 : *Ista pauca breviter concludenda sunt, ne sermo incultus Fastidiat.*

* **FASTIDITAS**, Fastidium, tædium. Vita S. Adalbert. tom. 5. Jun. pag. 102. col. 1 : *Quorum* (sanatorum) *nomina sive numerum colligere supersedimus, ne, per verbosum styli vagationem, legentibus forsitan quamlibet ingeramus Fastiditatem.*

FASTIDIUM, pro *Fastigium.* Vetus Inscriptio apud Gualterum in Tabulis Siculis pag. 51 : *Columnas cum Fastidiis et parietibus templi, etc.*

FASTIGARE, Extollere, elevare, vox usurpata a Plinio, Solino, Mela, Martiano Capella, Sidonio, Leontio Episcopo, Joanne Sarisberiensi, et aliis.

FASTIGATISSIMUS, quasi *Fastigiatissimus*, ad suprema dignitatum fastigia eductus, apud eumdem Sidon. lib. 1. Epist. 9. *Fastigatissima felicitas*, suprema, lib. 2. Epist. 4. [Gloss. Lat. Gall. Saugerman. : *Fastigatus, Elevé en honneur.*]

¶ **FASTIGATIO MENTIS**, Animi magnitudo, Sublimitas. Acta SS. Martii tom. 2. pag. 448. de S. Isychio : *Qui nobilis generis ortu conspicuus, natalium titulos mentis Fastigatione sublimavit. Fastigiatione*, in Vita S. Apollinaris apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 779.

FASTIGIUM, *Summitas*, Servio ad 1. Æneid. Inferioris vero ætatis Scriptoribus, nescio quod ornamentum in ædibus sacris. [Baldachinum interpretatur Macer in Hierolex.] Anastasius Bibl. in S. Silvestro PP : *Fecit Constantinus Augustinus Augustus Basilicas istas, quas et ornavit : basilicam Constantinianam, ubi posuit ista dona, Fastigium argenteum battutile, quod habet in Fronte Salvatorem, sedentem in sella, etc.... Fastigium ipsum, ubi stant Angeli, etc. farum ex auro purissimo quod pendet sub Fastigio, etc. Fecit autem Valentinianus.... Fastigium argenteum in Basilica Constantiniana, quod a barbaris sublatum fuerat, quod pensabat, etc.* In S. Hilario : *In medio cancellis æreis et columnis, cum Fastigiis et epistyliis undique ornatum ex musivo, etc.*

¶ **FASTIGIUM**, Turris. Paschasius in Vita S. Adalhardi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 340 : *Sepulta sunt autem decenter membra carissimi senis in basilica B. Petri Apostoli sub Fastigio inter ejusdem medioximæ quatuor ecclesiæ centra.* Gerardus lib. 1. Mirac. ejusd. Adalhardi ubi de Sepultura : *Si quidem sepultus... ante gradum cancelli.*

FASTILIS, Idem videtur quod *Fastella.* Vetus Notitia in Tabulario Casauriensi ann. Ludov. Imper. filii Lotharii 8 : *Quod coram prioribus regni sui Dominus Imperator prædictas res propter munera, quæ ei dederat, Fastilem optimum aureum reddere voluit.* Vide *Fastella, Fasterla.*

* **FASTINARE**, Fenum siccare furcillis versando, Gall. *Faner.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Fastinare, fesner.*

FASTIVA. Otto Morena in Hist. rerum Laudens. pag. 53 : *Postea Imperator castellum suum, ut bene retroductum fuit, statim bene aptari, firmiterque ex duplicibus Fastivis viminum cooperiri fecit, ex simplicibus enim in primis erat coopertum; deinde optimis feltris, coriisque... illud armari præcepit.* Legendum forte *fascinis*, i. fascibus, ex Ital. *Fascina.*

1. **FASTUS**, *uum*, pro *Fasti, orum*, dixisse Varronem, Lucanum, et aliquot alios, observatum a Prisciano l. 6. Sed et *Fastus*, pro *fasti* dixit Hieronymus, seu quis alius, in Epist. ad Demetriadem : *Licet ediderit virilis sexus memorabiles Consulatus, et amplissimi ordinis Fastus illustris familiæ nomina frequens audierit, etc.* Turtius Rufius Asterius Quintus Ex-consul Ordinarius atque Patricius in Codice MS. Juvenci :

Asteriique tui semper meminisse jubeto,
Cujus ope et curis edita sunt populis,
Quæ quamvis summi celebrent per sæcula Fastus,
Plus tamen ad meritum est, si viget ore tuo.

[Vide Scaligerum ad Festum.]

* 2. **FASTUS**, pro Faustus. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Fastus, Benastruc, Prov.*

* **FASULUS**, Faselus, leguminis species. Charta ann. 874. confirmata ann. 1118. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 833 : *Sunt insimul seminationes de Fasulis modiorum viginti.* Vide supra *Fassolius.*

Digitized by Google

* **FASURITIO**, *Avicennæ est medicina ad scabiem.* Glossar. medic. Ms. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

¶ **FASWIROTOS.** Vide *Furswirotos.*

** **FATALES** Deæ, ut *Fadæ*, Gall. *Fées*, apud Nigellum Wirekerum in Speculo Stultorum. Vide Grimm. Mythol. Germ. pag. 695. Dicuntur *Fatuæ* in Excerpt. e cod. Basil. sec. xv. apud eundem Grimm. pag. XLVI.

¶ **FATALIA**, Tempus a lege præstitutum ad causas appellationum apud judices instruendas et terminandas. Edictum Philippi IV. Franc. Regis ann. 1303. in Codice MS. Consuetud. Tolos. fol. 34 : *Item, In causis appellationum interpositarum a sententiis latis pro nobis contra privatas personas, Fatalia non currant, ubi præcerto constabit stetisse per Procuratores nostros vel judices appellationum, quominus infra Fatalia terminentur.* Aliud Philippi VI. ann. 1338. apud *de Lauriere* tom. 2. Ordin. Reg. pag. 127. n. 32 : *Item, Duximus statuendum, ut in causis appellationum prosequendis contra Procuratores regios, si dicti Comites, Barones et Nobiles ac eorum subditi fuerint diligentes adeo, quod per eos non steterit quominus fuerint terminatæ, sed per dilationes petitas ex parte Procuratorum nostrorum vel quia assiziæ non sederent totiens, quod causæ ipsæ potuerint terminari, non currant, nec currisse dicantur Fatalia contra ipsos.* Sic *Dies Fatales* L. 2. Cod. de temp. appell. (7,63.) l. ult. Cod. ubi senat.(3,24.) is est, quo nisi introduceretur in judicium causa appellationis, interire solebat. VideCujacium Observat. l. 12. cap. 4.

* **FATALIS**, Imminens, instans. Lit. excusat. Will. prior. S. Pancr. *de Lewes* ann. 1259. in Chartul. Cluniac. ch. 207 : *Noverit sanctitas vestra quod nos.... sine maximo et Fatali corporis nostri periculo ire nullatenus valebamus.*

¶ **FATALITAS**, Gallice *Fatalité*, Mors, sic dicta, quod fataliter accidat et necessario. Epistola, ut videtur, Manfredi filii nothi Friderici Imp. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1181 : *Divus Cæsar genitor noster rebus humanis assumtus, sicut Domino placuit, debitum Fatalitatis exolvit, reddens animam Deo vivo.* Fridericus II. Imp. ad Ottonem Bavariæ Ducem apud Tolnerum in Probat. Hist. Palatinæ pag. 149 : *Humanitatis commune debitum.... ex inevitabili lege Fatalitatis exolvit.* Generatim leg. 1. Cod. de jure emphiteut. (4,66.) *Fatalitas* dicitur quivis casus vi humana superior.

FATAMIA, *Plaga, ut meridiana vel occidentalis.* Papias. [In MS. Bituric *Fathamia.*] [** In Glossar. cod. reg. 7644. *Fathauna*, ut e Glossis.]

FATARE, *Fato destinare*, Joan. de Janua. Festo *Fatari*, est *multa loqui*, [in quodam Chronico Turonensi, Prædicere.] [* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Fatare, destiner.* Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 67. pag. 189 : *Quidam.... cura propriæ salutis postposita,.... extra præfatos limites easdem mansiones et hospicia, quæ prius habuerant, occupabant; quorum duos, sinistro Parcarum livore Fatatos, rex sic hospitatos reperit, quos.... suspendi fecit in arbore.*] [** *Fatatu*, Germ. *bescheyrt*, n Vocab. Germ. Lat. ann. 1477. Adel. *Fatatum, geordnet oder bescheret*, in Gemma Gemmarum. Uterque ex Joann. Januensi.]

¶ **FATELES.** Vide *Fatoles.*

* **FATERA**, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Faula, Prov. fabula, Fatera.* Glossar. Lat. Ital. Ms. : *Fatera, la fabula.* Vide infra *Fatuitates.*

FATERI, Dicere. Etherius et Beatus lib. 2. adversus Elipandum Toletanum Archiep. : *Libelli tui, in quibus nos hæreticos esse Fateris, jam per publicum... vulgati sunt.* Paschasius Ratbertus in Vita Walæ lib. 1. cap. 7 : *Quo audito illi cæperunt prospicere, is si esset, quem Fatebamur,* i. dicebamus. Aimoinus de Translat. SS. Georgii et Aurelii n. 3 : *Inter quos quidam ejusdem viæ loca hujusmodi Fatebantur importunitatibus passim præpedita, quatenus nec magno Comitatu quisquam vallatus illud iter secure aggredi valeret.* Vide Baluzium ad Capitul. pag. 1265.

¶ **FATIALES**, *Dies solempnes.* MS. Bituric.

¶ **FATIBILIS**, Advena, extraneus. Charta Johannis IX. Archiep. Ravennat. ann. 898. in Bullario Casin. tom. 2. pag. 38 : *Reservata tamen nobis, et successorum nostrorum in præfato monasterio ordinatio et potestas. Et quando Domino placuerit ab hac luce migrare abbatem,* (eligatur) *qui in ipsa congregatione fuerit, semper exercens Regulam Monachorum et Congregationem; et idem Abba, si Fatibilis præfuerit, a Pontifice sæpedictæ S. Ecclesiæ Ravennatis ordinetur.* Vide *Fatitii.*

* **FATICA**, Concessio vel locatio officii alicujus ad diuturnum tempus, puta in *emphyteusim;* vel id quod præter pretium corollarii vice in ejusmodi locationibus conceditur, vulgo *Pot de vin.* Vide infra *Fatiga* 2. Constit. capit. eccl. Barchin. ann. 1423. rubr. 18. ex Cod. reg. 4332 : *Nullatenus.... promittendo secrete, seu alio quocumque quæsito colore aliquam spem, de Fatica concedant, vel de eadem spem dent modo aliquo, quousque instrumentum contractus ejusdem fuerit præsentatum.* Exstat alia notione in *Fatigare* 1.

* **FATICHA**, Sessio juridica, idem quod *Assisa.* Sent. arbitr. inter Jac. reg. Majoric. et Gastonem comit. Fuxi ann. 1304 : *Apud Orden fiat Faticha per bajulum de Belver, et apud Taltandre fiat Faticha super civilibus querimoniis per bajulum de Belver.* Vide in *Fatigare* 1.

* **FATICIUS**, f. pro Factitius : ibi enim aut de novo homine aut de filio, qui naturali et legitimo opponitur, sermo est. Rather. Veron. lib. 2. Præloq. apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 839 : *Quid enim mendicans* (pater) *clamitat, nisi te novitium, te assumtum, te illud quod nuper ab his inventum est, qui se homines facere jactant, id est, Faticium, te allevaticium, te nothum, spuriumque demonstrat?*

* **FATIDIOSUS**, *Renidens, annuens, consentiens, vel deridens.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

¶ 1. **FATIGA**, Labor præsertim ex itinere, Fatigatio. Gall. *Fatigue*, Hisp. *Fatiga*, Ital. *Fatica.* Longinus in Actis S. Stanislai Maii tom. 2. pag. 247 : *Pollicens se ejus sepulcrum, cum consorte sua, pedestri visitaturum Fatiga. Post longas laboriosi itineris Fatigas*, in Epistola anni 1415. inter Anecd. Marten. tom. 2. col. 1610. Vide *Fatigare* 2. et *Fatigiæ.* Alia notione sumitur *Fatiga juris* infra post *Fatigare* 1.

* 2. **FATIGA**, Pensitatio, quæ domino principali pro alienando feudo exsolvitur. Consuet. Catal. Mss. cap. 51 : *Jus est scriptum, quod si forte in aliquo feudo eodem essent duo vel tres domini vel plures, uno tenente ipsum feudum pro alio, si infimus vel medius vendere voluerit jus vel directum quod ibi habent, Fatiga et ferma et etiam tertium seu laudimium totaliter integrum spectat ad dominum majorem.* Vide supra *Fatica.*

1. **FATIGARE**, Vexare, præsertim de litigatorum vexationibus. Glossæ antiq. MSS. : *Vocare, Fatigare, Lassare.* Capitulare ann. 806. cap. 9 : *Sunt et alii, qui justitiam legibus recipere debent, et in tantum fiunt in quibusdam locis Fatigati, usque dum illorum justitiam per fidejussorum manus tradunt, etc.* Adde lib. 3. Capit. cap. 21. Lex Longob. lib. 2. tit. 35. § 5. [** Grimoald. 4.] : *Cum sacramento suo se defendat, nam per pugnam, ut supra dictum est, non Fatigetur.* Tit. 55. § 15. [** Liutpr. 70. (6, 17.)] : *Dicat juratus, quia non asto animo eum per pugnam Fatigare quærat.* Formula vetus 48. apud Bignon. : *Tibi exinde nullas calumnias, nec Fatigationes, nec repetitiones agere... debeamus.* Adde form. 51. Legem Bajwar. tit. 12. cap. 2. § 2. Concil. Agath. can. 21. Aurelian. II. can. 5. Toletan. III. can. 20. 21. Wormat. can. 24. etc. Gregor. M. in Sacrament. : *Parce, quæsumus, Domine, parce populo tuo, et nullis jam patiaris adversitatibus Fatigari.* Idem lib. 10. Epist. 74 : *Litigiis Fatigare. Fatigare argutiis,* apud Sidon. lib. 6. Epist. 2. *Per pugnam Fatigare*, in Diplomate Henrici Imp. ann. 1081. apud Ughellum tom. 3. pag. 419. Occurrit non semel in Cod. Theod. et apud Veteres Scriptores, Ammianum pag. 101. 1. Edit. Valesii, veterem Interpretem Concilii Constantinop. sub Flaviano Act. 7. non semel, Joannem Diacon. in Vita Gregorii M. lib. 94. cap. 4. Hildebertum Cenomanensem Episcop. Epist. 67. 76. etc. Vide Savaron. ad Sidon. lib. 1. Epist. 8. Salmasium ad Vopiscum pag. 482. et Menag. in Orig. Francic. v. *Fascher.* Hinc

Fatigare, pro, in jus vocare, vel alicui quidpiam controvertere. Fori Aragon. lib. 7. fol. 129 : *Nec reperiri poterit, quod pater suus nec avus aliquo tempore fecerint servitutem regalem, et sit Fatigatus pro sua infantionia, etc.* Id est, *qu'il soit inquieté pour sa noblesse.*

Fatigatio, Vexatio, exactio, etc. in Formulis veterib. Bignonii cap. 48. 51. et in Legibus Henrici I. Reg. Angl. cap. 7.

Fatigare de Directo, *Fatigatio*, et *Fatica de directo*, voces fori Catalanici et Hispanici, quæ defectum juris, seu justitiæ reddendæ dilationem denotant, *Defaut de droit*, practicis nostris : quo nempe quis jus petens sibi fieri a domino, *fatigatur*, seu vexatur, si ei denegetur, vel adversarius stare recto seu juri renuat. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 58 : *Nemo sit ausus ei desemparare, nisi primum Fatigaverit se de directo.* Cap. 74 : *Et teneat illud fallimen-*

Digitized by Google

tum, per Fatigamentum directi, si ille adversarius, qui ad placitum fallerit, non habuerit Es sine engan. Cap. 93 : *Sicut malum, quod factum est per Fatigationem de directo, nullatenus debet esse emendatum, ita illud, quod factum fuerit super proferimento de directo, nullatenus debet remanere, ut non sit redirectum.* Cap. 110 : *Si quis dixerit, se esse Fatigatum de Justitia in Principem, vel in Episcopum, aut in dominum suum, seu in adversarium suum de directo, ... si hoc probare noluerit, emendet omnia malefacta, quæ propter hoc hac occasione fecerit.* Constitutiones Catalaniæ inter Dominos et Vassallos MSS. cap. 39 : *Si vero Princeps iste injuste daret damnum Barono, vassallos auferendo ei, feudum, seu alodia, sine juris Fatica, tunc Baro inventa prius juris Fatica in ipso domino suo potest injungere hominibus sui alodii, ut ipsum adjuvent contra Principem ipsum, si super hoc insurgendo contra eum vellet insurgere.* Cap. 48 : *Si aliquis dominus accepit potestatem castri, vel emparavit feudum, quod tenetur pro eo, scilicet ratione defectus servitii, vel per Faticam directi.* Adde cap. 49. et 50. Concilium Helenense ann. 1065. et Constitutio Jacobi I. Regis Arag. pro Treuga Domini : *De prædicta autem pace vel de scripta treuga, querela ad Episcopum, vel ad ejus Canonicos, seu Fatigatio omni tempore fiat,... et ipsi, in quibus Episcopus vel Canonici prædictæ sedis se Fatigaverint de reductione præfatæ pacis, etc.* Curia Generalis Catalan. ann. 1291. MS. : *Si dominus vel Curia fuerint in Fatica reddendæ justitiæ, vel solutionis seu satisfactionis faciendæ, vel etiam negligentes, etc.* Alia Charta : *Data prius Fatica* 30. *dierum, infra quos sit licitum retinere, etc.* Ubi *Fatica* videtur accipi generatim pro dilatione. Alia Jacobi Infantis Reg. Aragon. filii et hæredis Major. et Montispess. data apud Majoricas 4. Kl. Mart. 1259. qua *quamdam peciam terræ in heremum* Bertrando de Rivopullo concedit : *Liceatque vobis et vestris post* 10. *dies, ex quo in prædicto Dom. Reg, vel nobis vel nostris Faticati eritis, totam hanc acquisitionem vestram cum omnibus melioramentis, quæ ibi feceritis vendere, dare et stabilire, sive alienare, etc. Salvo tamen in omnibus et per omnia censu, jure, dominio, laudimio, et Fatica D. Regis prædicti, et nostri et nostrorum.*

¶ **Fatiga Juris**, Eadem notione. Litteræ Jacobi Regis Aragonum ann. 1253. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1051 : *Concedimus etiam et indulgemus Abbati* (Crassensi) *et ejus successoribus... quod aliquis, vel Vicarii, vel Bajuli, vel nostri Locum-tenentes... non possint... distringere eos... ad jus faciendum vel firmandum pro aliqua querimonia civili, vel criminali, nisi prius in ipsis manifesta Fatiga juris inventa fuerit, cum denuntiatione legitima præcedente.* Eadem repetuntur in Epistola Clementis IV. Papæ tom. 2. col. 595.

Fatica de Directo, supra, et in Constitut. Petri I. Regis Aragon. edita Barcinone ann. 1228. Vide *Pignorare*.

2. **FATIGARE**, Ire aliquo cum molestia. Gregorius M. lib. 12. Epist. 27 : *Ita fac, ut labor ejus, quo hic ad nos Fatigatus est, vacuus non sit.* Charta Erici Regis Daniæ ann. 1423. apud Pontanum lib. 9. Hist. Danicæ pag. 571 : *Et ob hoc præfatos dominos ad diem placiti, et ad invicem convocavimus, et nos cum eis Fatigavimus, et propter pacem, concordiam et compositionem tractavimus, etc.*

Fatigare, Iter suscipere. Vetus Scheda de Ordinat. Episcopi in Appendice ad Capitul. Regum Francor. Edit. Baluzii : *Interrogantur ab Episcopo : Quid est, fratres, quod vos Fatigastis? Illi respondent : Ut nobis concedas Patronum.* Occurrit ibi rursum. [Vide *Fatiga.*] [** Liudprand. in Legat. cap. 15 : *Quid causæ sit quare te huc Fatigasti, frater edissere.*]

3. **FATIGARE**. Canones Hibern. lib. 33. cap. 5 : *Debitor reddet, quantum rata solvit, et quantum Fatigatus fuerit; si vero humanus fuerit, ratæ non quæret usuram, nisi quod tantum solvit, et quantum Fatigatus fuerit. Si vero inhumanus fuerit, uno anno crescet usura, et quintam partem debiti in omni mense.* Ubi, *quamtum fatigatus fuerit*, est, quantum ex debito non soluto creditor damni acceperit.

¶ 4. **FATIGARE**, pro Cavillari, ut et *Fatigationes*, pro Cavillationibus et dicteriis dixit Sidonius lib. 1. Ep. 8. *Fatigatoria verba*, pro Facetiis lib. 5. Ep. 17.

* 5. **FATIGARE**, Exercere. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 84. Chartoph. reg ch. 786 : *Quia dudum certis de causis publice et solempniter per Franciæ regnum extiterat proclamatum et publicatum, quod quælibet persona, cujuscumque conditionis aut status existeret, per exercitii continuationem se induceret ad trahendum de balista seu Fatigandum ad arcum et sagittam.* Sed forte leg. *Sagittandum.*

* **FATIGATIO**, Vexatio, molestia, præsertim quæ ex litium anfractibus oritur. Synod. Ucetic. ann. 1139. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 321 : *Super ecclesia de Beciano controversia est a longis retro temporibus agitata, unde nimirum utrumque cœnobium multas et difficiles Fatigationes sustinuit, etc. Fatigationes*, eadem acceptione in Litter. Remiss. ann. 1375. ex Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 302 : *Icellui Cuarmel fist convenir ledit escuier en la court de l'église à Tournay en cas d'asseurement juratoire, pour lui donner plus de peine et de Fatigation.* Vide in *Fatigare* 1. et 4.

FATIGIÆ, Molestiæ, labores, Gall. *Fatigues*. Chronicon Windesemense lib. 2. cap. 32 : *Pro Fatigiis et expensis.* Lib. 1. cap. 35 : *Quantis laboribus et Fatigiis.* Occurrit in Legibus Hungaricis. [Vide *Fatiga.*]

FATIGIUM, Idem quod *Fatigiæ*. Glossar. Lat. MS. Regium Cod. 1013 : *Anhelitus, suspirium, Fatigium.* Visio Taionis : *Quumque ab eis interrogaretur, quam ob causam tam grande extaret Fatigium.* Perperam *Fastigium* scribitur hoc loco apud Isidorum Pacensem æra 680. ut et paulo infra : *Ut ejus remuneraret tam vastum Fastigium.* [** *Fatigium* est in edit. ann. 1729.] [Translatio S. Mennatis apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 983 : *Si non fecerimus, incurramus nihilominus voti simul Fatigique dispendium.*] Occurrit præterea apud Elipandum Episc. Toletan. in Epist. ad Felicem Urgelitanum, Bedam in Chronic. lib. 2. cap. 18. ex Edit. Chifletii, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 30. § 6. apud Leon. Ost. lib. 3. cap. 28. Erkempertum in Hist. Longob. in Charta anni 908. apud Paschasium Radbertum in Epitaphio Walæ lib. 1. cap. 2. lib. 2. cap. 1. 11. Ughellum in Episcop. Bergomens. etc.

FATIGOSUS, Fatigationi idoneus, Gall. *Homme de Fatigue.* Utitur Michael Scotus in lib. de Physionomia : locus non succurrit.

¶ **FATIM**, *Multum significat.* Papias. Hinc *Affatim.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fatim, Moult, habundament.*

¶ **FATIRO**. Charta ann. 855. in Append. ad Marcam Hispan. col. 788 : *Ego Atila dono equas* III. *et boves* II. *et vakas* II. *et frenomulare* I. *et Fatiro* I.

FATISIA. Vetus Charta apud Ughellum in Episcopis Veronensibus pag. 742 : *Item broilum alienavit : item Fatisias ab Episcopatu alienavit, et pradum unum.*

* Idem forte quod supra *Faicia* et *Faisio*. Vide in his vocibus.

FATITII, [Advenæ, adventitii.] Charta Ottonis III. Imp. ann. 997. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 58 : *Ut nullus homo magnus aut parvus terram ipsius colentes, aut habitantes, aut Fatitios inquietare, distringere, aut eorum possessiunculis tollere aliqua occasione præsumat.* Adde pag. 83. [Vide *Fatibilis.*]

FATOLES, **Fatels**. Charta Rudesindi Episc. Dumiensis æræ 930. apud Anton. *de Yepez* in Chronic. Ord. S. Benedicti tom. 5 : *Plumatios digniores paleos* 10. *alios subminores* 8..... *almucellos morgones* 6. *Fatoles paleos* 2. *etc.* Alia æræ 1016. ibid. : *Almoçalas de Paleo et de Grentisco, cum suos plumatos paleos, et Græciscos, et suas sabanas literatas, et Fateles alfanegues, etc.*

* **FATONUS**, an pro *Latonus?* Vide in hac voce. Stat. datiar. Riper. cap. 12. fol. 5. v° : *Item de quolibet pense folaselli, Fatoni laborati et non laborati, brasilii, soldi decem.*

FATUÆ Mulieres, Meretrices. Vet. Charta apud Gul. Prynneum in Libert. Eccl. Angl. tom. 3. pag. 812 : *Cum quadam Fatua muliere in lecto suo nudus cum nuda extitit deprehensus.*

¶ **FATUARE**, Infatuare, alicujus consilia corrumpere et perimere. Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1316. in Descriptione vitæ Willelmi Ducis : *Ne forte Rex Ludovicus animadvertat nostræ intentionis propositum, non veniam abhinc contra te amplius in placitum : verum crede quod mandavero tibi, signo per me et te facto ostenso per legatum, et rimare ingenioso conamine Regem Ludovicum ire Fatuare, quia vult nos et vos omnes perdere.*

* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Fatuare, diffatuare, Enfoller, Prov. Enfatrouiller*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1455. ex Reg. 183. Chartoph. reg. ch. 71 : *Je ne crois pas ton papier, tu m'en as autrefois Enfatrouillé : mais tu ne m'en Enfatrouilleras plus.* Vide supra in *Fallita* 2. *Fattras* vero, pro vulgari *Fracas, bruit.* Contentio, jurgium, in aliis Lit. ann. 1420. ex Reg. 171. ch. 224 : *Fault-il tant faire de*

Digitized by Google

Fattras de ce mouton?... Il n'en fault point tant parler. Ubi de moneta, *Mouton* dicta, agitur.

FATUARI, Μωραίνειν, in Gloss. Gr. Lat. Desipere.

* **FATUARII**, *Qui futura hariolantur*, apud Laurent. in Amalth. Vide supra *Factura* 7.

¶ **FATUINA Rosa**, Sine odore. Vide in *Rosa*.

* **FATUITATES**, Nugæ, gerræ. Testam. Joan. Fabri episc. Carnot. ann. 1390. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 381 : *Eos* (executores) *rogo intime, quod papyros, quas Vitæ soleo appellare, eidem domino Petro Solier et non alteri tradant, quod meæ Fatuitates vulgarentur amplius, quod non expedit homini, qui statum habuit in vita.*

* **FATUIZARE**, Insanire. Barel. serm. in fer. 5. in Cap. jejun. : *O quanti amisso lumine rationis Fatuizant, etiam et sancti viri et timorati.* Idem serm. in Dom. 1. Quadrag. : *Unde quod lunatici Fatuizant in innovatione lunæ?* Vide mox *Fatuus*.

FATUOSUS, pro *Fatuus*, apud Ingulfum pag. 855.

FATUS, pro *Fatum*, in Fragm. Petronii pag. 21. Vetus Inscriptio : *Fructum alium meritorum suorum reportare Fatus malus negavit.* Alia : *Virginem eripuit Fatus malus, etc.*

*. 1. **FATUUS**, Hebes, stupidus, insanus, idiota : unde nostris *Fatuité*, Stupor sensuum. Arest. parlam. Paris. ann. 1399. inter Probat. ult. Histor. Trenorch. pag. 264 : *Ipse Furet Fatuus seu idiota devenerat, etc.* Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 129 : *On demanda à icellui Jehan pourquoy il s'estoit ainsi laissié cheoir en la rivière; lequel plain de Fatuité ou de maladie qu'il avoit, respondi que ilz avoient fait grant pechié de l'en tirer hors.* Vide supra *Fatuizare*.

* 2. **FATUUS**, adject. Contumeliosus, probrosus. Inquisit. ann. 1260. in Reg. *Olim* parlam. Paris. : *Idem Thomas posuit in prisione ipsum priorem et injecit manus in eum, licet prior solummodo verbis Fatuis ipsum offenderet.... Conviciis et verbis probrosis alteri ab altero dictis et impositis, etc.*

¶ **FAVA**, Faba, Gall. *Feve*, Hisp. *Haba* vel *Hava*, Ital. *Fava*. Occurrit in Catalogo Rom. Pontif. a Petro ad annum 757. inter Concilia Hisp. tom. 1. pag. 18.

¶ **Favat**, Idem, in Necrologio Ecclesiæ Carnot. : *Acquisit etiam apud Menuesin generaliter quidquid Major habebat in granica Capituli, scilicet duos trituratores, vechiat, pesait, letilat, Favat.*

* Qua voce non fabæ, sed pisa, viciæ, lenticulæ, aliæque leguminum species designantur. Vide *Favateria*.

¶ **FAVATERIA**, pro *Fevateria*, ut conjecto, Jus, jurisdictio seu districtus feudi. Computa Grasivod. ann. 1337 : Castellanus Oysentii computat *de laudimiis et venditionibus, in quibus mistrales nichil percipiunt* LVII. *lib.* VII. *sol. De laud. et vend: in Favateria Raimundi, deducto jure mistralia,* XXVII. *lib. De laud. et vend. in Favateria domini Oberti de Bardoncetria* VIII. *sol. gross.*

* De agro fabis consito malim interpretari, Provinc. *Faviero* : unde Gallicum *Faviere*, in tom. 3. Fabul. pag. 190 :

Il y avoit une Faviere,
Qui ja estoit toute cossée.

* **FAUCARE**, Falce secare, a Gall. *Faucher*. Reg. forest. de Broton. ex Cod. reg. 4653 : *Robertus Hose debet Faucare et debet fenure un jour.* Pluries ibi. Vide supra *Falcare*.

¶ **FAUCES**, pro *Falces*, apud Rymerum tom. 2. pag. 262 : *De cultellis, de Faucibus, etc.*

¶ **FAUCES Alveum**, Non semper dicitur, inquit Spelmannus, de ipsarum augustiis, quas *clausas* vocant, uti in *faucibus* : sed pro ipsis radicibus, a Germ. obsoleto *Fauzin*, i. e. Pedes. [** Spelmannus hæc se didicisse scribit ex Goldasto ad Ekkehard. Cas. S. Galli cap. 1. apud quem *Fauces* occurrunt pag. 79. lin. 37. Pertz. et *Fauces Juliæ* pag. 37. lin. 49. Utroque loco nomen proprium oppidi, alterum hodie *Fuessen*.]

* **FAUCHEIA**, Quantum unus sector per diem *faucare* potest in prato. Charta ann. 1326. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 356 : *Unam Faucheiam in prato, quod est ante villam.... Item duas Faucheias prati, sitas in pratis Disson. Fauchiée de prey*, in Instr. ann. 1357. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 371. art. 6. *Faux de pré*, in Ch. ann. 1375. ex Tabul. S. Joan. Laudun. Vide *Falcata*.

¶ **FAUCHETUM**, Furca, Gall. *Fourche*. Chartularium S. Martini Pontisarensis in Charta anni 1313 : *Redecima quam percipit de fructibus... tam de minutis palearis, quæ producuntur extra granchiam ad Fauchetum, quam de aliis fourragiis.*

* **FAUCHO**, a Gallico *Fauchon*, Falx militaris seu ensis in modum *falcis* curvatus. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 317 : *Prædictum Johannem de quodam Fauchone seu ense.... in brachio usque ad magnam sanguinis effusionem vulneravit dictus monachus.* Aliæ ann. 1351. ibid. ch. 71 : *Idem Anglicus impetuose resistens evaginavit ensem suum, seu Fauchon vulgaliter nuncupatum. Idem Guyotus ipsum Johannem de quodam gladio, Gallice Fauchon nuncupato, percussit in brachio et vulneravit*, in aliis Lit. ann. 1357. ex Reg. 89. ch. 177. Vide *Falcastrum* 2.

* **FAUCIA**, ut supra *Faucho*. Stat. Vercell. lib. 3. fol. 107. v°. : *Intelligantur arma offensibilia, spata,.... Faucia, misericordia, rauchonum, et his similia.*

FAUCIDIA. Primum Testamentum Widradi Abbatis Flavin. ann. 1. Theodorici Regis exaratum : *Præterea ista omnia reservavimus in Faucidia hæredibus nostris, Pagaciacum in pago Neverninse, curtem, quam dicunt Montem Porcionis, etc.* Id est, *in Fulcidia*, seu legitima parte hæreditatis. Vide Jurisconsultos, [et *Falcidia* suo loco.]

*. Perperam unica voce apud Mabill. sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 686. Pessime *Infaucidia* apud Plancher. inter Probat. tom. 1. Hist. Burg. pag. 3. col. 1.

¶ **FAUCILLA**, Falcula, Gallis *Faucille*, in Histor. Dalphin. tom. 1. pag. 57. col. 1 : *Securibus, Fauciliis, etc.*

¶ **FAUCILIA**, Eadem notione, in voce *Stannum*.

* **FAUCILLA**, Falcula, Gall. *Faucille*, alias *Fauchile* et *Fauxille*. Reg. Episc. Nivern. ann. 1287 : *Item quilibet, qui vendit falces, Faucillas in dicto festo, debet duos denarios. Soyer herbe à la Fauchile*, in Ch. ann. 1321. ex Chartul. 23. Corb. : *Chacun feurre qui vent Fauxilles, doibt une Fauxille*, in Chartul. Latiniac. fol. 240. v°. *Faucillon*, in Lit. remiss. ann. 1475. ex Reg. 204. Chartoph. reg. ch. 67 : *Ung grant Faucillon, duquel on a acoustumé de chaumer.* Vide supra *Falcilla*.

¶ **FAUCILLARE**, Στραγγαλᾶσαι, *Suffocare, Strangulare*, in Supplemento Antiquarii, a voce *Fauces*.

FAUCIO, **Fautio**, **Fauctio**, **Factio**, a *Faveo*. Joannes de Janua : *Fautio, laus vel consensus in malo, sicut amicitia, consensus in bono, etc.* Gloss. Lat. Gall. : *Faucio, onis, Consentement en mal. Fautor, fautoris, le Veux*, [l. *loeur*] *Consenteur. Nota, quod Fautoria, vel Faucio est inter malos, amicitia inter bonos.* Hinc *Defaucio*, quæ *Faucioni* opponitur. Gloss. Lat. Gr. : *Defautio*, ἀποτροπή, ψόγος. Vide *Factio*. [* Vide infra *Fautalis*.]

* **FAUDA**, Gremium, ventrale, vestium tegmen, Gall. *Tablier*; *Faudiou* vel *Faudau*, in Diction. Prov. *de Pellas*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Fauda, Prov. gremium, sinus.* Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 150. Chartoph. reg. ch. 231 : *Presbiter bassiavit incontinenti femoralia sua usque ad genua, et cepit dictam uxorem dicti supplicantis ad capud, volens eam osculari; quo facto dictam amplexavit et eam projecit ad terram, et cum sibi levaret raubam sive Faudas raubæ, etc.* Pro veste militari, braccarum species, apud Boet. lib. 4. Consolat. MS. :

L'un fiert et l'autre se revange,
N'y ot haubert, Faude, ne mange,
Qu demourast anel, ne maille.

Falte, eadem notione, in Ordinat. Caroli ducis Burg. MS. ann. 1473 : *Les hommes d'armes seront armez, habillez et montez ainsi qu'il est declairié cy-après; c'est assavoir de curache complette, salade à baviere, barbuce ou armet de gorgent, flancars et Faltes.* Ibidem : *Faltes ou brayes d'achier.* Quod partem corporis, ubi truncus *fallit* seu desinit, tegant, braccæ ita appellatæ videntur. Vide *Faldao* in et *Falda* 2.

FAUDESTOLA, **Faudestolium**. Vide *Faldistorium*.

FAUDICUS, *Ille, qui vera dicit, cui cuncta favent*, Ugutio. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Faudicus, Voir disant, a faveo et dico, quasi ejus dictis favetur.* Eadem habet Johannes de Janua.]

* **FAVE**. Vox asterisco notata in Chron. Patav. ad ann. 1279. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1147 : *Dictus dominus Jacobus domini Gonzolini Paduam venit, ostendens fastum et maximam superbiæ promtitudinem, habens majorem partem Fave quam dicunt ecclesiæ.*

1. **FAVELLARE**, *Sermocinari*, ὁμιλεῖν, in Gl. Gr. Lat.

* 2. **FAVELLARE**, Favere, blandiri, Gallice, *Favoriser, flatter*, alias *Faveller*; unde *Favele*, Blanditia, *Cajolerie*. Instr.

Digitized by Google

ann. 715. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 377 : *Ex quo natus sum, semper ad episcopum sancti Donati abuemus consegrationem, et ipstus diocin sumus. Simili modo fortia patemus, et non presumemus Fraveltare.* Le Roman *de Vacce* MS. :

Tant dist Bernart au roy, et tant li Favele,
Tant loa Normandie, et Huon tant blasma.

Pastor, cantilena tom. 2. Poem. reg. Navar. pag. 183 :

J'ai oi maint flamengel,
Ki trop nos Favelle,
Et sont de vanter isnel.

Fabul. tom. 2. pag. 225 :

Galestrot, bele douce amie,
Je te comant desour ta vie
Que tu soies preus et isnele,
Et si saches de la Favele,
Tant que nostre preu en traion.

¶ **FAVELLUS**, Fulvus, Gall. *Fauve. Equus Favellus*, in Computis Dalphin. T. Graisivod. ann. 1334. fol. 30. *Runcinus Favellus*, apud Th. *Madox* Formul. Angl. pag. 423. [* Vide *Falvus.*]

¶ **FAVENA.** Vide *Facima.*

* **FAVENTIA**, Consensus domini pro alienando feudo. Locum vide in *Favere.*

FAVERCA, usurpari videtur inquit Spelmannus, in MS. Rivalensis Monasterii, pro molendino terrario, vel pro fodina, ubi ferrum eruiur. [** An pro *Fabrica?* Vide *Favergium.*]

FAVERE dicebatur dominus, quoties vassallo facultatem alienandi feudum suum concedebat. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Faveo, Assentir, ottroier, aidier, donner faveur. Favor, Aide, loange, assentement.*] Tabularium Vindocinence Thuanum : *Et ipse Favendo concessit, et donum super altare posuit.* Ibid. fol. 88 : *De futuro vero convenientiam fecit, ut si ab hominibus suis aliquas comparationes quarumcunque rerum facere potuerint, ipse libenter Favent, suum præbeat autoramentum.* Occurrit ibi f. 36. 66. 74. 131. 146. Chronic. Besuense pag. 561 : *Quod quidem conjux sua, et filius ejus Fautores libenter concesserunt.* Tabular. Vindocinense Thuanum num. 10 : *Qui etiam fidejussor fuit de Faventia uxoris ipsius.*

Favor, Ipse consensus Domini pro alienando feudo, *laudimium.* Tabularium Angeriacense fol. 58 : *Dedit tertiam partem totius terræ de Curiouto, Favore et consilio illorum, a quibus habebat illud beneficium, scilicet Favore Arberti de Rotfec et Kalonis Vicecomitis de Oiniaco, atque Julianæ Vicecomitissæ uxoris suæ.* Tabularium Vindocin. Charta 102 : *Facile eum a constituto deflexit, et Favorem donationis sui fevi ab ipso exegit.* Ch. 307 : *Dedimus illi 100. sol. Pictavenses, et uxori ejus tres aureos, pro Favore et memoria.* Vide Gallandum lib. de Franco allodio pag. 56.

¶ **FAVERGIUM.** Visitatio castrorum Delphinalium ann. 1347. tom. 1. Hist. Delphin. pag. 66. col. 2 : *Item invenerant unum chaffaylium in exitu portæ dicti burgi de Monte versus Favergii, qui ceciderat, et ideo fuit injunctum Cellario, quod ibidem de dicta materia fieri faciat unam muetam bastardam cum quatuor cultis.*

* Nomen loci proprium. Vide in *Errata* Glossarii. [** ubi hæc : Nomen loci prope Turrim Pinni in Dalphinatu, alibi dictum *Fabricæ*, Gall. *Forges*, unde *Faverges*, vernacule.]

¶ **FAVERIA Cassidis**, Superior cassidis pars, ut videtur; at unde ducta vocis origine mihi incompertum, nisi mendum sit pro *Aurifaverin* vel *Aurifrasia*, quod hæc cassidis pars auro argentoque distingui solebat; vel etiam brevius pro *Faneria*, *Banerin*, parvum vexillum quo illa pars interdum ornabatur. Miracula MSS. B. Ludovici Arelatens. Archiep. apud Stephanot. tom. 10. Fragm. Hist. pag. 310 : *Fuit percussus quadam sagitta magnæ balistæ, quæ infra viseriam cassidis intravit et pariter sine vulneratione capitis : hoc reputans etiam sibi miraculose accidi precibus B. Ludovici, et illico simili jactu magni viratorii super Faveriam dictæ cassidis percussus cecidit retro se, qui stetit aliquo intervallo tamquam mortuus.*

* *Favart*, Armorum species, in Convent. inter commissar. reg. et Ayton Dorea ann. 1337. ex Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Croix* fol. 187. v°. : *Et doit livrer et mettre en chascune galée vjm. varetons, iiij^c. lances, c^c. dars, Favars, lances longues ferrées, roncies de fer, et touz autres garnemens et armeures.*

* **FAVERIUS Columbus**, Agrestis, ut videtur, vulgo *Pigeon ramier.* Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 151. ex Cod. reg. 4622. A. : *Nulla persona audeat capere.... columbos alienos cum filatis vel aliquibus ingeniis, nisi essent columbi Faverti.*

* **FAVETUM** vel **Fovetum**, Vallum, fossa, interprete D. Maurit. ad Chartam ann. 1290. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1094 : *Nobis tradita et assignata fuerunt videlicet omnia nemora, pascua, landæ, hayæ, Faveta, rocheria, terræ arabiles et inarabiles, etc.* Vide supra *Farreum.* Nisi idem sit quod mox *Faulaium.*

¶ **FAUGINATOR**, f. Fossor, ab Occitan. *Fousiga*, fodere. Charta ann. 1471. ex Schedis Peiresc. apud Præsid. *de Mazaugues : Injunxit modernis æstimatoribus.... quatenus.... vocatis prius partibus quæ tanguntur, sapitoribus, Fauginatoribus, valladeriis, magistris expertis et aliis necessario evocandis.*

¶ **FAVILLARE**, ἀσβολεῖν, i. *Favilla aut fuligine inquinare*, in Gloss. Lat. Græc. Sangerman. MSS. In Vita S. Guthlaci April. tom. 2. pag. 42. E. est Favillas emittere : *Maligni vero inter Favillantium voruginum atras cavernas discurrentes.*

¶ **Favillare**, Comburere, inflammare, Gallice *Embraser.* Hist. Illationis S. Benedicti sæc. 4. Benecd. part. 2. pag. 353 : *Monasterium vero... divina protegente dextera remansit illæsum, quando cætera omnia hostile Favillavit incendium.*

¶ **Favillatus**, In favillas vel cineres redactus, apud Dudonem lib. 1. Hist. Norman.

¶ **Favillacea Fuligo**, apud Solinum cap. 48 de Judæa.

¶ **Favillatica Humus**, apud eumdem cap. 27.

Favillescere, In favillas abire, apud Fulgentium Placiadem de Virgiliana continentia.

FAVISOR, Favissor. Joan. de Janua : *Favissor est piscator, qui semper rogat, et favet Deo, ut sibi bene eveniat : et dicitur a Faveo.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Favissor, Pescheur.*] [** Vide S. Rosa de Viterbo Elucidar. tom. 1 pag. 437. voce *Favaceiro.*] Gloss. Anglo-Saxon. : Ælfrici : *Adulator, vel Favisor*, Liccetere. [*Ego quietis et concordiæ et pietatis autor, concliator et Favissor*, apud Apuleium Apolog. 2. pag. 219. Pro *Favissor* Lipsius mavult *Fautor.*] [** Vide Forcellinum.]

FAVITOR, Qui partibus alicujus favet. Gloss. Isidori : *Favitor, Fautor.* Passio SS. Perpetuæ et Felicitatis n. 11 : *Ut cœperunt me Favitores mei oleo defrigere, quomodo solent in agonem.* Plautus Amphitr. :

Sat habet Favitorum semper, qui recte facit.

[*Socii et Factores*, in Edicto Johannis I. Regis Francorum ann. 1363.]

¶ **Favitrix**, Eadem notione, in eod. Edicto.

* **FAULA**, *Prov. Fabula, fatera, libistita*, in Glossar. Prov. Lat. ex Cod. reg. 7657.

* **FAULAIUM**, f. Ager incultus ad pascuum maxime pecudum. Charta ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 165 : *In foresta vel nemoribus, pratis, pasturagiis, Faulaiis, stanguis, viveriis, etc.* Vide supra *Favetum.* [** Germ. *Pfuhl* est Palus. Adel.]

FAUNI, Dæmones. Vita S. Agili Abbat. Resbac. cap. 8 : *Warascos prædicaturi accelerant, qui agrestium fanis decepti, quos vulgi Faunos vocant, gentilium quoque errore seducti, in perfidiam devenerant, Fotini seu Bonosi virus infecti.* Quo loco *agrestes* dicuntur *Fauni*, quia silvestres dii fuisse finguntur a Poetis, belluino more vitam agentes in silvis : unde *Fauni ficarii* dicuntur apud Hieremiam cap. 50. Adde Isid. lib. 8. Orig. c. ult. [Acta Episcoporum Cenoman. apud Mabillonium tom. 3. Analect. pag. 352 : *In domo Nicholai Præpositi fantasia, quod in libris gentilium Faunus solet appellari, minus credentes, et in fide Christi modice catholicos, ut mulieres plerasque et simplicis ætatis pueros, noctibus jugiter exterrebat.*] [** Adde Presbyt. Ultraj. Apud Pertz. Script. tom. 2. in notis ad Vitam S. Bonifacii pag. 340. et Grimm. Mythol. German. pag. 272. et 330. Joann. Januens. ex Isidor. : *Vulgo incubi vel incubones, a Romanis vero fauni ficarii dicuntur.*] Vide *Fadus.*

¶ **FAUNIUS**, Papiæ, *Modus antiquissimus.*

¶ **FAUNUS**, Hinnulus, a Gallico *Faon. Tresdecim damas unum pichettum et duos Faunos cepit*, apud Rymerum tom. 5. pag. 828. col. 1.

¶ **FAVO**, *Operimentum quoddam.* Papias. Litteræ ann. 1425. apud Rymerum tom. 10. pag. 346 : *Tres albas cum paruris stolis, et Favones de eodem panno et colore.* Ubi legendum *Fanones.* Vide *Fano.*

¶ **FAVONIUM**, *Odium leve et sine causa, velut a vento collectum* Gloss. Isid. quibus Papias et Excerpta monstrosam vocem addunt, *Fribnianus.* Gloss. Sangerman. n. 501. pro *Favonium* legit *Fabontum.*

¶ **FAVONIUS**, Spurius, nothus, Gall. *Batard.* Papias : *Favonios veteres vocabant*

Digitized by Google

quos nos Spurios dicimus, qui ex patre incerto, matre vidua geniti sunt; Favonios enim quædam animalia dicunt, qui hausto Favonio spiritu concipere dicuntur : unde matrem potius quam patrem sequuntur. [**Ex Isidor. Orig. lib. 9 cap. 5. sect. 25.] [* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Favonius, vent, vel enfant né hors mariage.*]

* 1. **FAVONUS**, Eadem notione, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Favonus, ex patre incerto et matre vidua.*

* 2. **FAVONUS**, *La compagnia.* Glossar. Lat. Ital. MS.

* **FAVOR**, in malam partem accipitur in Arest. parlam. Paris. ann. 1343. ex Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 63. r°. col. 1 : *Quodque dictus Hugo* (de Crusiaco) *per nos condempnatus ad mortem et justiciatus fuerat propter plures errores, corruptiones, Favores et infidelitates, quos contra nos et rempublicam commiserat, eo tempore quo ipse fuerat præsidens in parlamento nostro Parisius.* Vide alia notione in *Favere.*

* **FAVORABILIS**, Favorem seu laudem captans. Chron. Viti Arenpeckii ad ann. 1181. apud Pezium tom. 1. Script. rer. Austr. col. 1203 : *Fuit autem rex Angliæ Richardus homo ferocissimus, Favorabilis, gloriæ cupidus, pecuniæ liberalis.*

* **FAVORABILITER**, Cum favore, benigne, Gall. *Favorablement.* Lit. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 284 : *Ipsorum consulum et habitatorum* (Calciatæ) *supplicationi et requestæ Favorabiliter annuere volentes, etc.*

1. **FAVORARE**, [de pascuis dicitur, ubi animalia pascendo *vastum* non fecerunt. Fleta lib. 2. cap. 41. § 13 : *Inquiratur..... quantum per æstimationem pastura Regis Favorata fuerit aut deteriorata.*] Vide in *Vaccaria.*

* 2. **FAVORARE**, Favere, favorem impendere, Gall. *Favoriser.* Charta Henr. reg. Angl. ann. 1457. in Chron. Joan. Whethamst. pag. 419 : *Consideramus eciam nobiles fructus unitatis, amoris, requiei et pacis, quas quilibet princeps tenetur procurare, Favorare, et stabilire inter subditos.* Vide *Favorizare.*

¶ **FAVORISCARE**, Idem quod mox *Favorizare.* Testam. Johan Thomassini ann. 1452. ex Schedis Præsid. *de Mazaugues : Rogo Majestatem Regis Renati domini mei et patroni, ut in protectionem suam habeat filios meos, et eos Favoriscat beneficiis et gratiis suis.*

FAVORIZARE, Favere, favorem impendere, Gall. *Favoriser.* Ericus Upsaliensis lib. 3. Hist. Suecicæ pag. 92 : *Patri Regis minimum Favorizans.* [Occurrit alibi non semel.]

¶ **Favorisatio**, Favoris actio, apud Johan. Berberium in Viatorio utriusque Juris part. 3. Rubr. de Substitutionibus.

¶ **Favorius**, Ex favore profectus, in Vita S. Dunstani, Maii tom. 4. pag. 346.

¶ **Favorose**, Cum favore, apud Ludewig. tom. 5. pag. 515.

¶ **Favorosus**, *Favore plenus*, apud Johannem de Janua. [* Occurrit etiam apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 173.]

FAUS, Silva; idem quod *Fagia;* de qua voce supra. Charta Longobardica in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 12 : *Ego Rotharis Abbas in sycola* (leg. *silvola*) *et in Fao jugis* 40. *et* 8. *terra aratoria seu vitis, omnia ad pertica legitima, etc.* [Statuta Massil. lib. 3. cap. 14 : *Omnes rasoiræ cum quibus radetur sint ligni de Fauo deuze;* melius in MS. *de fauo vel deuse.*]

FAUSETUM, ex Gallico *Fausset.* In musica cantus acutioris species. Regula Ordinis *de Sempringham*, pag. 717 : *Organum tamen et decentum, Fausetum, et pipeth omnino in divino officio omnibus nostris utriusque sexus interdicimus.* Anglis *a Faucet*, dicitur *fistula, tubulus.* Fortunatus ad Clerum Parisiensem :

Cymbalicæ voces calamis miscentur acutis.

Le Roman *du Renard* MS. de Gallo gallinaceo cantaturum se dicente :

Je te dirai une chançon,
N'aura voisin ci environ,
Qui bien n'entende mon Faucet.

A *Faucibus* forte, unde vox acutior emittitur. Vide *Falsetum.*

¶ **FAUSILLUM**, pro *Focillum*, si bene conjecto, lignatio, lignum ad focum necessarium, Gall. *Chauffage.* Instrum. anni 1165. ex Archivo Ecclesiæ Massil. : *In montibus ultra Wilnam homines Episcopi et Ecclesiæ Fausillum colligent sine omni usatico et servitio.* Vide *Focale.*

* Malim interpretari de ligno seu herba comburenda, quæ *faucilla* colligitur, Provincialibus vulgo *Faucion.*

FAUSSARIUS. Gloss. Ælfrici, cap. de nominibus ferarum : *Faussarius*, steδa. Ubi Somnerus, *forte Stotarius.*

* **FAUSSUS**, pro *Falsus. Faussa posterna*, Pseudothyrum, Gall. *Fausse-porte.* Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rubr. fol. 17. v°. : *Pratum de Faussa posterna, quod non tenet a dicto duce.*

FAUSTICONTIN. Ethelwerdus lib. 4. ca. 9 :

Aurflargus exanime corpus reliquit
Monarchus Britannum.
Nobilis ex stirpe frondens Saxonum,
Eadgarus anax : namque sermone Latino
Fausticontin nuncuparunt beatam.

** **FAUSTIM**, Fauste, Germ. *Abenteuerlich oder seliglich oder tædlich.* Vocab. Lat. Germ. ann. 1482. Adel.

¶ **FAUSTITUDO**, *Felicitas*, Johanni de Janua; *Felicitez, bien heurtez*, Glossar. Lat. Gall. Sangerm.

¶ **FAUSTOR**, pro *Fautor.* Papias : *Faustor, Favens, consentiens, laudator.* Vide *Fabisor.*

* **FAUSTUS**, Faustitas. Vita B. Julianæ tom. 1. Sept. pag. 316. col. 2 : *Propterea fauste mirabilis, Faustu festive mirabilis, etc.* Vide *Faustitudo.*

* **FAUTALIS Custos**, Veredicus, qui sit bonæ famæ, cui fides haberi debeatur, sacramento adstrictus de dicenda veritate aut de officio bene gerendo, idem atque *Faudicus.* Vide in hac voce. Pactum inter capit. Rem. et habitat. villæ de Hermondivilla ann. 1319. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 28 : *Jurati dictæ villæ ponent custodes Fautales pro bonis de die et nocte in villa et territorio custodiendis;... requirere tenebuntur* (majorem capituli) *quantum ad juramentum Fautalium custodum præstandum... item si aliquis de terra capituli custodibus Fautalibus, sermentatis et pastoribus dictæ villæ de suis mercedibus et salariis satisfacere noluerit, etc.* Nostris *Fautable*, eadem acceptione. *Un des sergens Fautables du ban S. Remy*, in Charta ann. 1321. ibid. ch. 202. Lit. remiss. ann. 1393. ex Reg. 145. ch. 493 : *Lesquels eschevins Fautables de Vanderesse.... se transporterent au conseil à leurs maistres et eschevins de Vervin, selon la loy duquel la ville de Vanderesse se rieugle. Foitable*, eodem intellectu, in Stat. scabin. Macer. ad Mosam MSS. : *Tous les sept eschevins avec leur greffier et le sergent Foitable dudit eschevinage se assemblent en leur chambre, etc.* Vide in *Major.* [** Forte a Germ. *Vogt*, vulgo *Faut. Feldvogt* quibusdam in locis est custos agrorum. Adel.]

¶ **FAUTIO.** Vide *Faucio.*

¶ **FAUTIOSUS.** Vide *Factio* 2.

* **FAUTONUS**, *Pieno de favore.* Glossar. Lat. Ital. MS. Vide supra *Favorosus.*

¶ **FAUTORIA**, Favor, consensus, approbatio. Charta Jacobi Insulani Card. S. Eustachii anni 1415. apud Illust. Fontaninum in Antiq. Hortæ pag. 457 : *Fautoriam, adhæsionem seu obedientiam, etc.* Sententia Inquisitionis Tolos. pag. 295 : *Necnon et omnem favorem seu Fautoriam receptationem, etc.* Occurrit rursus pag. 203. 250. et apud Acherium Spicil. tom. 6. pag. 149. Rymerum tom. 5. pag. 162. Martenium tom. 4. Anecd. col. 226. necnon in Concilio Tarraconensi ann. 1242. Vide *Faucio.*

* *Fauterie*, eodem sensu, in Lit. ann. 1409. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 463. Vide supra *Favor.*

* **FAUTRUM**, Pannus coactilis, idem quod *Feltrum.* Vide in hac voce. Charta Theob. comit. ann. 1222. in Chartul. Campan. fol. 316. v°. : *Qui redditus consistunt in theloneo vini,... Fautrorum .. et in roagio bladi.* Le Roman *de Cléomades* MS. :

Les batailles l'une après l'autre
Le petit pas, lance sour Fautre, etc.

* *Fautrer* vero, pro Ejicere, vulgo *Chasser, mettre dehors*, in Poem. inscripto *Le Riche homme et le Ladre* MS. :

Car en leurs cours (*des Cardinaux*) ne peut entrer
Uns poures clers; mais est Fautrés,
Quant du portier est encontrés.

* **FAUTUS**, pro Fructus, ni fallor, in Bulla ann. 879. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 13. col. 1 : *Cunctis autem eidem loco hæc nostræ præceptionis jura servantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatenus illi Fautum bonæ actionis recipiant.*

¶ **FAUZIL**, f. Filix, Gall. *Fougere*, Italis *Felce.* Statuta Massil. lib. 1. cap. 38. § 2 : *Quisque qui cordoanum apportaverit sive adobaverit teneatur sacramento, quod mittat ad minus tertiam partem doros, vel de Fauzil, mixtim.*

¶ **FAX**, *Lætitia.* Papias. Forte quod noctis tempore lætitiam afferat.

FAXA, [Hispanis *Fascia.* Occurrit in Concilio Limano anni 1582.] Vide *Faicia.*

¶ **FAXANUS**, Phasianus, Gall. *Faisan.* Charta ann. 1345 : *Venari ad capreolos, cuniculos, Faxanos, etc.*

* Occurrit præterea in Stat. Vercell. lib. 4. pag. 69. v°. Vide supra *Fasanus.*

Digitized by Google

¶ **FAXIA.** Vide *Faicia.*

¶ **FAXIATUS**, pro *Fasciatus*, Fascia ligatus, ornatus, apud Jacobum Auriam lib. 10. Annal. Genuens. ad annum 1284.

¶ **FAXINA**, Fascis, Ital. *Fascina*, Gall. *Fascine.* Legitur in Ottonis Morenæ Hist. Laudensi apud Murator. tom. 6. col. 1041.

¶ **FAXIOLUS**, pro *Phaseolus*, Species fabæ, Gall. *Faseole*, Ital. *Faggiuoli*, in Memoriali Potestatum Regiensium ad ann. 1172. et 1282.

¶ **FAXIS**, pro Fascis, Gall. *Faisseau*, in quadam Epistola Ducis Januens. ann. 1358.

¶ **FAXIUS**, Fascis, Onus, Gall. *Faix*, Italis *Fascio.* Aurias lib. 10. Annal. Genuens. ad ann. 1285. apud Murator. tom. 6. col. 589 : *In qua* (navi) *cepit quatuor Pisanos et Faxios duodecim brandonorum, et duos saccos lanæ.* Statuta Massil. lib. 5. cap. 19. § 7 : *Item, quicumque furabitur vites de nocte, vel de die de aliena, vel alienis vineis, solvat pro banno pro qualibet frossa* x. *sol. et pro quolibet Faxio* v. *sol.* Et § 11 : *Item, quicumque capiet de alieno honore fabas, cicera, vel lentes sive lentillas, vel alia legumina, vel bladum, solvat.... pro Faxio* x. *sol.*

* **FAXULUS**, Faseolus, species fabæ. Chron. Placent. ad ann. 1369. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 510 : *Starius Faxulorum vendebatur sol. xxxv. qui communiter vendi solebat sol. x.* Vide *Faxiolus.*

¶ **FAXUS**, ut *Faxius*, in Chartular. S. Petri de Domina fol. 107. v°. : *Tres traînas de lignis et decem Faxos de mauria.* Vide *Fassus.*

* *Pro Faxo seu onere*, in Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 134. ex Cod. reg. 4622 A. Occurrit præterea non semel in Stat. Vercell. pag. 81. 122. 125. etc.

* **FAYCIA**, Eadem notione. Libert. Montisfer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154 : *Item de Chartada seu charretada circulorum, unam Fayciam eorum non majorem nec minorem, sed mediocrem, pro leyda.*

¶ **FAYLLIUM.** Charta ann. 1204. ex Archivo Fontis Danielis : *Jubellus Dominus Meduanæ dedit Abbatiæ Fontis Danielis quidquid habebat in Fayllio de Chavaneria, et terram quæ est juxta Faylium de Poilleyo et exclusas suas et piscarias in aqua Meduanæ.* Vide *Fallum* 2.

* **FAYSANNUS**, Phasianus, Gall. *Faisan*, in Comput. ann. 1495. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 65. col. 2. Vide supra *Faxanus.*

* **FAYSSA**, Equorum ornatus quidam. Comput. ann. 1334. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 85. col. 1 : *Item pro una Fayssa, xviij. den. Fay*, pro Stabulo vel grege equorum, apud Froissart. vol. 1. cap. 277 : *Les Anglois eurent cognoissance des François par leurs chevaux, qui entrerent au Fay des chevaux desdits François.* Vide infra *Feda* 2.

¶ 1. **FAYSSIA**, Fascia. Computum J. Humberti sub Guigone Delphino ann. 1328 : *Item bonæ mulieri pro quatuor Fayssis.... vi. sol.*

* 2. **FAYSSIA**, Modus agri. Vide supra *Fascia.*

* **FAYSSUS**, Fascis, onus, idem quod *Trossa* 3. Reg. cap. eccl. Lugdun. ad ann. 1345. fol. 113. r°. col. 1. in Cam. Comput. Paris. : *Stephanus de Garda* (debet) *suo nomine et aliorum hominum... unum fays feni,... duas partes dimidii Fayssi feni, etc.* Et fol. 125. v°. : *Dimidium onus feni.* Vide supra *Faissus.*

* **FAYZIMENTUM**, Defectio a fide. Charta ann. 1313. in Reg. 52. Chartoph. reg. ch. 207 : *Propter Fayzimenta et hæreses commissas per eos exhæredati fuerunt.* Vide supra *Faiditas.*

* **FAYZITUS**, Proscriptus, exul, vel profugus. Acta Inquisit. Carcass. MSS. ann. 1308 : *Noe tamen scivit ipse tunc quod essent hæretici; imo dixi sibi quod erant quidam Fayziti de Tholosano.* Vide *Faiditus* in *Faida.*

* **FAZELLUS**, pro Faselus. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Fazellus, navis parva ad transeundum huc et illuc.*

FAZENDA, Idem quod *Affarium*, Prædium rusticum, ager : est enim Occitanis, *Fazendas*, quod nostri *Affaire*, negotium dicunt : *Facienda* Itali efferunt. Fulco Episcopus Tolosanus, qui obiit ann. 1231. apud Catellum pag. 900 :

Dieus, que commensamens es de touta Fazenda.

[** Lusit. olim eodem sensu. Vide S. Rosa de Viterbo Elucid. Append. pag. 41.] Charta MS. ann. 1268 : *Ego B. Cat, filius quondam D. Azemarii Cat Militis,... recognosco, me tenere a vobis D. Hugone Dei gr. Comite Rhutenensi... in feudum liberum et francum Fazendam meam de S. Amantio, ... item appendariam sive Fazendam de Comba meira,... item mansum seu appendariam de Brunissac, etc.* Profertur alia Charta in verbo *Pagesia* sub *Pagus.*

Fazienda, Apparatus rusticus. Fori Jaccenses apud Blancam in Commentar. Rer. Arag. pag. 595 : *Et dimissis ganatis, et omnibus suis Faziendis, sequantur appellitum.* [Charta Sancii Regis Arag. æra 1122. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 245 : *In agris, in vineis, in furnis et in totis Faciendis.*] Le Roman *d'Alexandre* MS. :

Riches d'avoir et de Facendes.

Vide *Faicia, Frachenda.*

Fosia. Charta Occitanica ann. 1298. in Regesto Philippi Pulcri ann. 1299. n. 13. ex Tabulario Regio : *Item vineas ad operationem seu Fosiam quadraginta hominum per unam diem ad summam sex solidorum rendualium, etc.* Infra, *Fazenda* habetur : *Scilicet ipsam domum et vineas ad operationem seu Faziendam* 73. *hominum per unam diem ad valorem* 8. *libr. annui reditus.*

* **FAZENDARIUS**, Officium monasticum, qui res et negotia monasterii curat. Charta ann. 1228. apud Baluz. inter Probat. Hist. Tutel. col. 535 : *Ad supplementum autem festi institutum fuit ut singuli Fazendarii, sicut est cellerarius coquinæ, qui facit lardum et cœnam et panem ad artocreas et cætera quæ necessaria sunt, plenarie faciant, et cellerarius major pigmentum.* Vide *Fazenda.*

* **FAZENDERA**, Expeditio militaris. Charta Sancii reg. Navar. pro homininibus de Larraga æra 1246. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 68 : *Concedo eis etiam..... quod ipsi, neque illorum homines sive bestiæ non vadant ad meam aliquam Fazenderam, neque in Fazenderam illius* (l. ullius) *hominis; sed in exercitum vadat de unaquaque casa unus homo.* [** For. Pennæmaj. ann. 1199. apud S. Rosa de Viterbo pag. 438 : *Qui habitaverint in domibus aut in hæreditatibus alienis, non serviant neque faciant Fazendeiram, nisi dominis suis, in quorum domo aut hæreditate sederint.* Debita servitia omnis generis ita dicta videntur; neque aliud est *Facienda* in For. Vis. ann. 1187. ibidem. pag. 437. voce *Fazenda* : *Milites et clerici qui in veteri civitate de Viseo casas habuerint, possideant eas sine regali Facienda, et mercatores et pedones similiter.*] Vide supra *Faisenda.*

* **FAZIO.** Vide supra *Faisio.*

¶ **FAZOLETUM**, Sudarium, in Onomastico ad calcem tomi 1. SS. Maii.

* **FAZOSSA Medulla**, Fax, tæda. Comput. ann. 1363. inter Probat. Hist. Nem. tom. 2. pag. 259. col. 2 : *Solvit dicto Dauniso pro medullis Fazossis consumptis per dictos dominos consules in excubiis faciendis et custodibus visitandis,* 1. *florenum.* Occurrit rursum ibidem.

¶ **FEALITER**, **Feare**, **Fraudus.** Vide *Feudum.*

FEASTINGMEN. Charta Wiclafi Regis Merciorum in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 123 : *Hoc modo per ævum liberabo a pastu Regis, et Principum, et ab omni constructione regalis villæ, et a difficultate illa, quam nos Saxonice Feastingmen dicimus.* [Vide *Fæstingmen.*]

* **FEATUM**, *Feudum*, prædium, nostris *Féage.* Charta ann. 1266. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 373 : *Item pro quodam Feato, quod numquam fuit traditum ad censum, unum sextarium ordei.* Lit. remiss. ann. 1478. in Reg. 205. ch. 97 : *Ung petit Féage, nommé le fief de Villiers.* Charta ann. 1456. ex Tabul. Cartus. B. M. de Parco : *Comme feu Guillaume Guermont en son vivant fust seigneur d'un petit Féaige, . . . et parceque ne leur parut aucun héritier, nous eussions recueilli ledit Féaige par puissance de fié et mis en noustre main, etc.* Vide infra *Feodagium* in *Feudum.*

* **FEBA**, pro Luna, ut opinor. Graduale Alb. eccl. xi. sæc. ex Bibl. reg. in prosa S. Cæciliæ : *Sic venusta ut sol atque Feba.*

FEBRETICUS, Qui febri laborat. Vita S. Apiani Monachi n. 17 : *Plurimos ibi Febreticos curavit.*

FEBRIA, pro *Fibra.* Laurentius Decanus Pictaviensis in Planctu super morte Giberti Episcopi Pictaviensis : *Aurum quoque modo lentiscebat in laminas, modo vanescebat in spumam, ut vasa ministerii coloraret. Videres etiam in filo mollescere, torqueri in Febrias, et in opus textile per manus artificum deservire.*

FEBRIFUGIA, Herbæ species, quæ forte *febrem fugat*, in Capitulari de Villis c. ult. [** Erythræa Centaurium, secundum Reussium ad Hortul. Walafr. Strabi.]

FEBRIRE, Febre laborare, πυρέσσειν, in Gloss. Gr. Lat. *Avoir la fiévre.* Spartianus in Adriano : *Venit et de Pannonia quidam natus cæcus ad Febrientem Adrianum.* [Sidonius lib. 6. Ep. 1 : *Quis Febriens ægrotanti tactu pulsam distinguat incolumem.*

Digitized by Google

Vita B. Hugonis de Lacerta apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 1175 : *Cum vir Domini Febrire inciperet, etc.*] Utuntur passim Medici.

** **FEBRIS ITALICA.** Annal. Fuldens. ad ann. 877 : *In hoc anno Febris Italica dolorque oculorum Germanicum populum graviter oexavit.* Et ad ann. 889 : *Italica Febris tussiendo perplurimos vexabat.* Vide Ekkehard. IV. de Cas. S. Galli pag. 89. lin. 43. Pertz.]

* **FEBRIS SANGUINEA**, *sive de sanguine, dicitur febris ebulitionis et fervea sive ignea, propter multitudinem caloris*, in Tract. de Febr. Pet. de Alamannia scripto ann. 1454. ex Cod. reg. 6983. fol. 116. v°.

¶ **FEBRIS VISINOCHA**, perperam pro *Synocha*, a Græco συνεχής, quæ numquam quidem intermittit, ut docet Ettmullerus, attamen certo tempore excandescentiam habet sensibilem. Hist. brevis S. Juliani Turon. apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 1075 : *Sicque nunc algorem, nunc calorem pati, ut Visinochis Febribus fieri solet, etc.* [* Vide *Synochus.*]

* **FEBRUS**, ut *Februus*, pro Februarius. Inscript. marmorea in turri Vicentiæ apud *Manni* tom. 2. de Sigill. antiq. pag. 86 :

Februs erat, Christique suis hiberna pruinis
Tempora transierant mille trecenta decem.

¶ 1. **FEBRUUS MENSIS**, pro *Februarius.* apud Muratorium tom. 3. pag. 595. col. 1. Martenium Anecd. tom. 5. col. 106. et supra in *Cyclus aureus.* [** Reinard. Vulp. lib. 1. vers. 891 :

Quid defixus iners hæres, velut inter Ianum
Februus et Martem, si tibi cura fugæ est?

Adde vers. 669.]

* 2. **FEBRUUS**, *Demon, demoni. Prov.* in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

* **FECA.** Charta Joan. reg. Angl. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 412 : *In stagnis et molendinis, in melle et spervariis, in Fecis et ferinis, etc.* Sed leg. videtur *Feris.*

* 1. **FECIA**, Fæx, sedimentum, Ital. *Feccia.* Stat. Vercell. lib. 7. pag. 170. r° : *Item statutum est quod nulla persona, cujuscumque conditionis existat, audeat vel præsumat decoqui facere Fecias prope civitatem Vercellarum per unum milliare.* Occurrit præterea in Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 94. ex Cod. reg. 4622. A.

* 2. **FECIA**, Alia, ut videtur, notione, in Stat. datiar. Riper. cap. 12. fol. 4. r° : *De qualibet soma luminis Feciæ, soldi duo.*

* 3. **FECIA** vel **FECIUS**, Lignum construendis rusticorum domibus aptum, f. excisi ex arboribus rami. Tabul. S. Sergii Andegav. : *Homines vero qui eamdem terram excoluerint, de eodem bosco facient suas domos de palis et Feciis, sicuti homines domni Artaldi.*

¶ **FECIDUS**, Feculentus, Fece plenus. Privilegium Henrici de Soliaco ann. 1031 : *Vinum Fecidum vel betatum non poterit vendere.*

* **FECIOR**, Sponsor, fidejussor, vel arbiter. Charta ann. 1051. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Ego Amalricus de ista venditione habui contentionem cum nepotibus meis, videlicet Bosone .... et cum Carbonello propter illos; et ego donavi Feciores in manibus Carbonelli Ottonem, ut de meo altero alode donet nepotibus meis Bosoni .... et tantum quantum pertinet ad illos in ista terra quam vendo, et alterum Feciorem Guirannum ad Pontium Boirellum meum nepotem, ut si pastem debet habere in ipsa terra similiter faciam ei; et si ego non fecero, istam terram non requirant, unde facta est hæc venditio; sed ad Feciores se convertant, quia talis est nostra convenientia.*

* **FECONDIA**, Sermo, verbum, pro *Facundia.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Fecondia, parolle.*

¶ **FECOSA**, Dejectiones, Gall. *Matieres fécales.* Litteræ Caroli, Johannis Franc. Reg. primogeniti ann. 1358. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. pag. 237 : *In dicto vico de nocte immunditias et Fecosa portando, ac ibidem dimittendo que corda et corpora ibidem inhabitantium corrumpunt et infestant.*

1. **FEDA**, Fides, ex Germ. *Feid.* Capit. de Villis cap. 62 : *Quid de Feda fracta, vel freda, quid de feraminibus, etc.* [** Pertz. *Fida facta.*] Vide *Fides fracta.*

¶ 2. **FEDA**, Ovis, Gall. *Brebis.* Statuta Massil. lib. 2. cap. 33 : *Constituimus ut nullus macellarius vendat in Massilia scienter ... carnes Fedæ, vel arietis pro multone.* Ibid. § 4 : *Ita ut emptor intelligat de carne Fedæ quod de Feda est, et similiter de aliis carnibus manifestent emptori.*

* Glossar Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Feda, Prov. ovis, berbita, fetans, bidens. Fedas, Prov. grex.* Lugdunensibus, *Feye.*

* 3. **FEDA**, *Emenda*, mulcta, ut opinor. Charta ann. 1111. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 379 : *Alii autem usagii, quos ab antiquis temporibus abbas in omni villa Fredelaci habuit, sunt isti : omnes lisdæ et justitiæ septem solidorum, obolo minus, et Fedæ, et alii qui a clericis et laicis memoriter retinentur.* Vide infra *Fedum.*

* 4. **FEDA** *in quibusdam antiquis libris reperitur, et est fex vini vel aceti.* Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

* **FEDALE**, Quidquid jure feudi possidetur. Pactum ann. 1163. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 594 : *Obligo vobis.. totum jus quod habeo, vel aliquis a me vel per me habet in militibus prædicti honoris, in hominibus et feminabus, in feudis et Fedalibus, in terris et vineis, etc.* Vide in *Feudum.*

* **FEDATICUS**, Jus feudale. Charta ann. 1163. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 599 : *Donamus .... omnem leudam et omnes Fedaticos de Tolosa, scilicet omnium rerum vestrarum quidquid illud sit, ut libere et quiete habeatis et possideatis jure perpetuo.* Vide in *Feudum.*

¶ **FEDATOR**, f. pro *Foditor.* Liber niger Scaccarii pag. 365 : *Omnes Fedatores et nigri stagni emptores, et de stagno primi fusores, etc.*

FEDIUM, pro *Feudum*, in Charta Philippi I. Reg. Fr. ann. 1091. apud Fabrum Canterellum Tract. de Feud. in Probat. pag. 1. [Vide in *Feudum.*]

* **FEDOSUS**, Feculentus. Glossar. Lat. Ital. Ms. : *Fedosus, puzolente.* Vide *Fecidus.*

¶ **FEDUCIA**, ὑπεθήκη, *Pignus. Feduciat*, ὑποτίθεται, *Oppignerat. Feduciatus*, ὑποτιθέμενος, *Oppigneratus*, in Supplem. Antiquar. Vide *Fiducia.*

* **FEDUM**, ut supra *Feda* 3. Pariag. inter comit. Fuxi et monast. S. Anton. Apam. ann. 1149. in Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 526 : *Consentio .... medietatem justitiarum castri vlj. solidorum, minus obolo, præter Feda et justitias clericorum et familiæ nostræ quæ mihi retineo.* Alia notione, vide in *Feudum.*

¶ **FEDUNCULUS**, πιστός, *Fidelis.* Supplem. Antiquarii.

* **FEDUS**, Feudum, in Charta ann. 1056. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 125. Vide *Feudum.*

¶ **FEELTAT ET HOMENATGE**, id est, Fidelitatem et hominium, in Charta S. Illidii Claromont. ann. 1215.

* **FEEUDARE**, In feudum dare, in notis ad Gesta consul. Andegav. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 256.

¶ **FEFAMENTUM**, *Fessamentum, Fefare, Fefum, etc.* Vide in *Feudum.*

FEGANGI, vel **FENGANGI**, in vett. Gloss. *Furtum manifestum.* Vox Longobardica. Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 101. § 1. [** Rothar. 258.] : *Si quis liber homo furtum fecerit, in ipsum furtum tentus fuerit, id est, Fegangit, usque ad decem siliquas furtum ipsum, sibi nonum reddat.* [Apud Muratorium tom. 1. part. 2. pag. 37. col. 1. habetur, *id est, Fingendi.*] Idem Edictum tit. 6. [** Grimoald. 9.] : *Si ancilla furtum fecerit, dominus ejus componat tantum ipsum furtum,... pro culpa, quod est Feganga, non requirantur, nec exigantur a domino ancillæ.* Leges Luitprandi tit. 119. § 1. habent *Feugangi.* [** 147. (6, 94.) Murat. *Fegangi.*] LexLongob. lib. 1. tit. 25. § 2. 48. 59. *Fegangi.* [** Adde Rothar. 296. et 375. Variæ lectiones sunt *Figangus, fegangit, finganoli, figandus, fegandi, figang, fegange.* Gloss. interl. ad Roth. 375 : *i. e non sit culpabilis ut privatus sit.* In Glossar. Longob. cod. Vatican. : *Figangi, culpa. Figangitus, tentus in furto.* In cod. Cavens.: *Figanti i. e. ut semper habeat sibi.* Vide Grimm. Antiq. jur. German. pag. 637.]

FEGATUM, Jecur, ex Italico *Fegato.* Judicatum, vel Pactum pacis sub ann. 1124. apud Ughellum tom. 1. Ital. Sacr. pag. 905 : *Tanquam si abstraxeris Fegatum de corpore meo.* [* Vide *Ficatum.*]

FEGUM, **FEIDUM.** Vide in *Feudum.*

¶ **FEIDA.** Vide *Faidæ.*

* **FEIELA**, Mensuræ species. Charta ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 241 : *Item super quodam campo cum olivariis .... octo Feielas olei.* Vide *Folietta.*

FEIRA. Vide *Feriæ* 3.

¶ **FEIRATUM**, pro *Ferratum.* Vide in hac voce. Inventar. ann. 1341. ex Archivis S. Victoris Massil. : *Item Feiratum unum cum ysotono* (l. ysopo.)

¶ **FEISFECHO**, **FEISCHFO**, Voces unius ejusdemque originis quæ ovem seu vervecem pinguem significant, a Saxon. Fedan, Fovere, pascere, nutrire; et Feo vel Feoh, Pecunia, itidem et Pecus. Pactus Leg. Salicæ tit. 4. § 3. Edit. Eccardi : *Certe, si tres aut amplius verveces fuerint, qui furati sunt, malb. Feisfecho, et*

Digitized by Google

Fetischefo, M. cccc. *den. qui faciunt solid.* xxxv. *culpabilis judicetur.*

* **FEISSIA**, Modus agri, prædium rusticum. Charta ann. 1308. in Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 7 : *Item* (acquisivit) *a Guillermo de Mongros ignobili Faissiam Royal juxta mansum de la Costa.* Vide supra *Faicia* et *Faisio.*

FELAGUS, Fidelis, ex Saxonico fæle, fidus : vel a fe, et lag, ligatus, *socius individuus.* Leges Edwardi Confess. cap. 15 : *Si dominum non haberet Felagus ejus, id est, fide cum eo ligatus.* Adde cap. 35. Vide *Fratres conjurati.*

FELAX, *hæc Catta*, αἴλουρος. in Gloss. Gr. Lat.

* In Codd. reg. et Germ. *Felis* ex Castigat. in utrumque Glossar.

* **FELCARII** vel **FELEARII**, Servorum manumissorum species. Privil. Caroli Crassi imper. ann. 883. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 752 : *Sintque ab omni publica exactione inmunes, tam ipsi quam omnes eorum homines, liberi et servi, libellarii atque Felearii.* Dipl. Otton. I. imper. ann. 963. ibid. tom. 5. col. 968 : *Publica exactione immunes, tam ipsi, quam omnes eorum homines, liberi et servi, libellarii atque Felcarii.* Vide *Felagus.*

FELD, [**FELDE**, vox Saxonica, Campus. Paulus Warnefridus de Gestis Longobard. lib. 1. cap. 20 : *Habitaverunt in campis patentibus, qui sermone Barbarico Feld appellantur.*] Vide *Strand.*

* **FELE.** Vide mox *Felena.*

* **FELEARII.** Vide supra *Felcarii.*

FELECTUM, [f. Dominium.] Chronicon Novalicense cap. 18 : *Tunc pater Frodoinus misit duos ex suis... cum Raimperto Advocato de Felecto ipsius Monasterii.*

* **FELEHUS**, Phoca, Gall. *Veau marin.* Dialog. creatur. dial. 42 : *Interea Felehus, quod animal est marinum, vitulus appellatus, ferocissimus, etc.*

FELENA, *Cerva*, Ugutioni.

* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Felena, biche. Fele, idem.* Vide mox

* **FELESENNUS**, **FELEZENUS**, Pronepos, Provinc. *Feleno*, Gall. *Arriere-petit-fils; Felezena, Arriere-petite-fille*, Proneptis. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Felena, Prov. neptis, nepticula.* Charta Caroli reg. Sicil. et comit. Prov. ann. 1298. ex Cod. reg. 4659 : *Item cum dicatur quod olim antiquitus in civitate prædicta* (Avenione) *tractatum fuit, statutum et inviolabiliter observatum, quod filiæ per patrem vel matrem dotatæ, ad successionem ipsorum parentum, fratrum vel sororum earum, nisi sub certa forma in dicto statuto contenta, nullo unquam tempore venire deberent. Tandem patre vel matre vivente, filia mortua, filius vel filiabus relictis, volunt filii vel filiæ avo suo vel aviæ succedere vel legitimam suam petere, in eo scilicet casu, in quo mater ipsorum secundum formam prædicti statuti, petere vel habere nequiret. Volumus et mandamus ut in liberis eorum, qui Felezeni et Felezenæ censeri possunt, in successionibus avi vel aviæ et materni et materna idem observari facere debeatis, et velut eorum mater ex vigore dicti statuti expellebatur a successionibus talibus, sic ipsi modis omnibus expellantur, dum tamen dos data eorum matri vel aviæ legitimam portionem attingat.* Inquisit. ann. 1448 : *Joannes Borelli senior... respondit .... hæc dici audivisse ab ejus patre, qui fuit camerarius dom. Agouti de Agouto nepotis seu Felesenni dictæ dom. Raybaudæ .... Quod in hujusdem præstatione dum ille, qui hujusdem homagium recipiebat nomine curiæ, osculum, ut est moris, recipere vellet ab eadem dom. Raybauda, ipsa tum ad hoc obtulit supradictum ejus nepotem seu Felosennum* (sic) *tunc pupillum, quem in suis brachiis propriis accepit, dicendo : Vesi quis oscularet; ob quod ipse dominus qui hujusdem homagium recipiebat, dictum pupillum osculatus fuit.* Charta reginæ Yoland. Comit. Prov. ann. 1420 : *Item quod si dos aliqua in pecunia assignetur per aliquem filiæ, nepti, Felesenæ, aut sorori dicti assignantis, etc.* Codicil. 1. Caroli Andeg. ultimi com. Prov. ann. 1481 : *Item legavit dom. noster rex..... generosæ domicellæ Helionoræ de la Rocha, Felezenæ strenui quondam comitis Troyæ, magni senescalli Provinciæ, summam duorum millium scutorum.* Formulæ Mss. ex Cod. reg. 7657. fol. 18. r° : *Considerans multa grata et accepta servitia et beneficia sibi impensa per Rixendam Felezenam suam, filiam T. et Sanxiæ conjugum, ... donavit dictæ Rixendi Feleysenæ* (sic) *suæ tanquam benemeritæ ... singula bona et jura sua,... salvis ... duodecim denariis, quos jure leguati donavit T. et T. Felezenabus suis, videlicet earum cuilibet sex denarios.* Occurrit præterea *Felezenus* in Charta ann. 1366. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 302. col. 2. quod minus bene de Genero interpretatur D. *Menard* in Glossar. ibidem.

* **FELGA**, an Filix, Gall. *Fougere?* Charta Hug. de Gornayo pro monast. *de Belbec* in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 378 : *In cunctis nemoribus suis herbagium, pasnagium, Felgam et liberam ad senum faciendum.* Hinc

FELGARIA, [Res parta, acquisita, ut videtur, a Teuton. *Felgen*, Vindicare, appropriare, nisi mavis a *Felgh* deducere quod *flexura* exponitur in Glossis Florentinis.] Charta Sisnandi Episc. Iriensis seu Compostellani æræ 952. apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ord. S. Bened. tom. 4. pag. 434. v. : *Per ubi dividunt per Agilario trans ruptas, dirutas, arbores, babetas, Felgarias, ac quicquid ibi conclusum est, habeat sanctus Stephanus in perpetuum.* Charta sequens ejusdem Sisnandi paulo aliter habet : *Per ubi dividunt cum artillero, terras ruptas et inruptas, cum arbores, bausas, et Felgarias, etc.*

* Locus filice plenus. Placit. ann. 891. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 170 : *Villam Caderillam ab integrum, et in manso commenduto, seu et in brugarias, necnon et Felgarias, quidquid ibi visa fuit habere... solemniter condonaverat.* [** Ita *Felicum* pro *filicum* apud Ermold. Nigell. lib. 3. vers. 355.]

¶ **FELIATUM**, *Curvatum.* Gloss. Isid et Papias. Mendose pro *Filiatum*, quod occurrit apud veteres Glossatores. Vide infra *Filiatus.*

FELIBRIS, *Adhuc lætus vivens*, Papiæ. Glossæ Isidori, *Fellebris*, habent : [*Fellebrem, Adhuc lætum viventem;* pro quo non male Martinius scribendum censet *adhuc lacte viventem*, subrumum, a *Fellando* seu *Fellitando*, quod est sugere. Hinc etiam corrigendæ Isid. Glossarum editiones, ubi perperam *Fellitat, Fugit;* legendum enim *Sugit.* Nonius, *Fellare, Exsugere.* Solinus cap. 57. de Cappadocia : *Nequaquam mater pullo ubera præbet Fellitanda.* Idem cap. 8. de Angue : *Plurimo lacte riguæ bovis suctu continuo saginata, Fellebri satiate extuberatur.* Arnob. lib. 2. adversus Gentes : *Exsugerent Fellitantes mammas.*]

* **FELICARE**, **FELICITARE**, Felicem reddere. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Felicare, fere beneuré. Felicitare, idem.* Vide Ordinat. reg. Franc. tom. 5. pag. 285.

FELICITER, Vox adscribi solita ad calcem veterum MSS. quæ in Acclamationibus publicis frequens, ut apud Lampridium in Commodo. Hieronymus ad Marcellam : *Ut solemus nos completis opusculis ad distinctionem rei alterius sequentis, medium interponere Explicit, aut Feliciter, aut aliquid istiusmodi.* Vide leg. 6. § 4. Cod. Th. de Collatione donat. (11,20.)

* **FELICIUM MILITARE**, Ad militis dignitatem et honorem ascensus, promotio, vel eadem de re congratulatio. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 254. col. 2 : *Solvit..... pro octo brandonibuz ponderantibus xl. lib. ½ et novem libras candelarum eeræ præsentatas domino Bernardo de Colonhas in suo militari Felicio, pro toto, xvij. lib. vj. sol. vj. den.*

* **FELICULA**, *in Antidotario exponitur Polipodium.* Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

* **FELIRE**, Vox pardorum, in Carm. de Phil. ad calcem Cod. reg. 6816 : *Pardus hiando Felit.*

¶ **FELIS**, Anser silvestris. Vide locum in *Gantæ.*

** **FELIX.** Vide *Felgaria.*

FELLIBILIS, *Subdolus, amarus.* Papias.

FELLICULA. Mamotrectus ad 31. Ecclesiastici : *Cholera, quæ est una de quatuor humoribus, quæ Fellicula vocatur, id est, fellis effusi.*

¶ **FELLINEUS.** Papias : *Fellineis oculis*, id est, cæsiis.

¶ **FELLITARE.** Vide *Felibris.*

¶ **FELLITUS**, Felle mixtus. *Fellitum et venenosum poculum*, apud Baluzium Miscell. tom. 6. pag. 281.

¶ 1. **FELLO**, Strumæ. Miracula S. Etheldredæ inter Acta SS. Junii tom. 4. pag. 549 : *Morbus quem vulgo Fellonem nuncupant, felle suo viroso me miserum graviter occupavit, occupatum perfluvit, ut tumor ille letalis undique porrigeretur, dextro et in sinistro humero, dorso et pectori utris instar superemineret, et ab humano mento quasi palearia penderent. Veneni quidem vis intrinsecæ, cutis livore forinseco satis notabatur... arterias gutturis et colli vias coarctavit, neque voci neque cibo meatum reliquit.*

2. **FELLO**, **FELO**, Perfidus, rebellis; Lindwodo, Edw. Coko, et Anglis, omnis malefactor, cui debetur pœna mortis, Gallis *Felon*, Italis *Fellone.* Ex Saxon. fælen, et felen, et Theutonico *Fælen*, delinquere, errare, cadere. [Hickesio in

Digitized by Google

Grammat. Theotisc. pag. 94. ab Anglo-Saxonico Felle, Crudelis, unde Anglicum *Fell*. Assentit Schilterus in Gloss. Teuton.] Alii vocis originem arcessunt a Latino *Fel*, quod qui crimina perpetrant, ea *felleo animo* perpetrare dicantur. [Alii a Græco φήλειν, Decipere, illudere : quod a φήλης, Ficus immatura, præ se tamen ferens speciem maturitatis; unde φήλης Impostor, Suidæ.] Quidam *Feloniam* dictam scripserunt, quasi *falloniam*, a fallendo. [** A *Fara*, Dolus, fraus, deducit Haltaus. Gloss. Germ. col. 435. voce *Far*.] Capitula, Caroli Calvi tit. 23. cap. ult. [** Epistol. Episc. ann. 858.] : *Non tibi sit curæ, Rex, quæ tibi referunt illi Fellones atque ignobiles*. Ratherius Veron. Episc. in Qualitate conjectur. : *Quod sic vellet eum* (castrum) *tenere pro suo gratu, sicut pro uno Fellone, quia per donum Imperatoris . . . illud, cum mentiretur, teneret*. Infra : *Cum nemo possit ferre, ut malum audiat aliquem dicere de suo seniore, nisi qui maximus Fello convincitur esse*. Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis cap. 1 :

Damnant Fellones, cruciant furcisque latrones.

Vide Regiam Majest. lib. 2. cap. 56. lib. 4. cap. 12. Quoniam Attach. cap. 18. Littleton. sect. 745. Walsinghamum pag. 278.

Catalla felonum, inter prærogativas altæ Justitiæ recensentur in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 143. 767. etc.

Felo de se, JC. et Practicis dicitur is, qui sibi ipsi mortem sponte consciscit : is successorem non habet in Catallis præter fiscum. Vide Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 31. § 1. et Cowell. lib. 2. tit. 12. § 4. lib. 4. tit. 18. § 16.

Felonia, inquit Cowellus, *est omne crimen capitale, infra læsam majestatem*, ut sunt incendia, raptus, homicidia, latrocinia, et hujusmodi, quæ vitæ dispendio luuntur, cum ea olim delicta *wera*, seu pecunia redimerentur. Sed id sustulit Henricus I. Rex Angl. sub ann. 1108. suspendio furibus damnatis, ut habent Florentius Wigorniensis, et Hovedenus, hoc anno. Matth. Westmonast. ann. 842 : *Theodulphus Aurelianus Episcopus apud Ludovicum Imp . . . Feloniæ a quibusdam æmulis suis accusatus*. Nostris

Felonia proprie dicitur Delictum vassalli in dominum : qua notione passim usurpatur in Consuetudinibus municipalibus. Vide Raguellum. Hostiensis : *Felonia est culpa seu injuria, propter quam vassallus amittit feudum*. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 43 : *Qui Feloniam fecerit, terram suam foris fecit*. [** Plura vide apud auctores jur. feudal.; unum locum addam II. Feud. tit. 26. § 24 : *Domino committente Feloniam, ut ita dicam, per quam vasallus amitteret feudum.... proprietatem feudi ad vasallum pertinere, sive peccaverit in vasallum, sive in alium*.]

¶ Felonia, *Felonum* seu perfidorum et rebellium bona. Kennettus in Glossar. ad calcem Antiquit. Ambrosden. : *Cum messuagiis, gardinis, ædificiis, Feloniis, eschaetis, etc.*

¶ Felonia, Perfidia. Codex Legum Normannicarum apud Ludewig. tom. 7. pag. 284 : *Assaltavit in Felonia et verberavit me et michi plagum fecit*. Hoc est, imparatum me aggressus est.

* Fraus, dolus : quo sensu occurrit in Stat. apud D. *de Chastueil Gallaust* in Hist. Ms. Poet. Provinc. :

L'engan et la Felonia
Que mou la falsa Clergia.

¶ Felonice, pro Perfide. Charta Eduardi II. Regis Angliæ ann. 1322. apud Rymer. tom. 3. pag. 939 : *Et quosdam Felonice interfecerunt . . . ignem in prædicta villa de Britton posuerunt, et partem domorum et bonorum ibidem Felonice combusserunt*.

¶ Felonice, Occulte, fraudulenter. Charta ejusd. Eduardi ann. 1323. apud Rymer. tom. 4. pag. 7 : *Quia Rogerus de Mortuo-Mari . . . eandem prisonam fregit, et ab eadem turri noctanter et Felonice evasit*.

* Aliud sonat *Félonneusement*, Fortiter nempe, cum impetu, in Poem. *de Giron le Courtois : Se hurte encontre le chevalier si Félonneusement, qu'il lui convint vuyder les arçons et tomber à terre moult rudement*. Hinc *Renfélonir la guerre*, Bellum acerbius gerere, in Lit. remiss. ann. 1379. ex Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 291 : *Lequel Gillebert fu mis à mort; et pour ce que ledit sire de Morbecque avoit esté à ce, ... Renféloni la guerre, dont dessus est faite mention*.

* *Felenesse gent* appellatur Judæorum populus, in Vita J. C. Ms. :

Ensi l'encusoient forment
Icele Felenesse gent.

* Haud scio an inde, an potius a Latino *Fel*, quo ad iracundiam facile accendimur, *Affelonner* et *Affelonnir*, pro Irasci, olim diximus. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 126 : *Huguenin .... bien Affellonnez, ce sembloit, se adreça pardevers ledit Tuebuef, et leva le baston en haut pour le frapper*. Aliæ ann. 1387. in Reg. 131. ch. 15 : *Guillaume Bolerin fu moult courrouciez et Affelonnis*. Aliæ ann. 1396. in Reg. 149. ch. 330 : *Ledit Jehan se Affélonnissoit toujours en menassant ledit Huguenin d'attrapper et adherdre aus mains, etc. Affollonir*, in aliis ann. 1393. ex Reg. 145. ch. 410 : *Lequel Raoul quant il se vit ainsi villené et desmenti, comme couroucé et Affolloni se départi d'icelle place. Enfélonnir*, eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 127. ch. 137 : *Colin le tamisier dist auxdiz hommes armez, qui veoit Enfélonnir et demener oultrageusement, etc*. Aliæ ann. 1413. in Reg. 167. ch. 142 : *Le suppliant se apperceu que icellui Nicaise par trop avoir beu ou autrement se Enfélonnissoit. Enfélonner*, apud Froissart. vol. 2. cap. 41.

Felonica. Charta Caroli C. ex Tabulario Arulensi in Hispania, apud Baluzium in Append. ad Capitul. n. 63 : *Nostram deprecatus est Clementiam, ut prædictum Monasterium denuo cum Monachis ibi consistentibus, et cum cellulis ibidem aspicientibus, id est, cum Ecclesia sancti Martini ad ipsas Felonicas, in via, quæ discurrit ad ipsas clusas,... sub nostro reciperemus mundiburdo ac tuitione, etc.* [Nomen est proprium ejusdem loci, qui melius *Fullonicas* dicitur in veteri Notitia ann. 876. pro eodem monasterio Arulensi in Append. ad Marcam Hispan. col. 798.]

¶ **Felonitia**, Vanitas. Vide in *Follis* 1.

* **Felosennus**, pro *Felesennus*. Vide supra in hac voce.

¶ **Felparia**, f. pro *Feltaria*, quod idem sit ac *Feltrum* infra. Litteræ anni 1376. apud Rymer. tom. 7. pag. 116. col. 1 : *Concessimus vobis quod stapula nostra lanarum, coriorum et pellium lanutarum, necnon plumbi, stanni . . . necnon casei, butyri, plumæ, gaulæ, mellis, Felpariæ et cepi, etc*. Similia leguntur pag. 118.

Felte. Baudovinia in Vita S. Radegundis cap. 4 : *Adhuc de reguli secum habens ornamento Felte fusum, ex auro et gemmis vel margaritis factum, habentem in se auri solidos mille, quem . . . transmisit venerabili Domino Janni Reclauso, etc*. Quidam MSS. habent hoc loco, *cyphum*.

* **Felth.** Aimoin. mon. Floriac. lib. 2. de Gest. Franc. cap. 13 : *Quo tempore Langobardi, relicta Rugorum patria, venerunt in campis patentibus, qui sermone barbarico Felth appellantur*.

¶ **Feltortus.** Vide *Filtortus*.

** **Feltraria**, Officina ubi coactilia conficiuntur. Vide *Feltrum*. Charta c. ann. 1120. in Chartul. S. Petri Carnot. pag 317. num. 69 : *Donavit... domum petrinam Feltrariæ huic contiguam*. Huic chartæ subscribit inter alios testes *Hermannus Feltrerius*, qui in ch. num. 71. dicitur *Fultrarius*, in ch. num. 110. *Feltrarius*, in chart. num. 128. *Feltreius*. Videtur is esse qui officinæ illi præerat.

¶ **Feltrix**, ut *Veltrix* seu *Velter*, Canis velox. Glossæ Ratisbonenses MSS. apud Eccardum in notis ad Legem Salicam tit. 6. art. 4 : *Feltrices, Winda*.

Feltrum, Filtrum, Filtrus, Pheltrum, *Filtra*, seu *Feltra*, sunt lanæ coactæ, quas infuso et addito aceto ferro resistere, auctor est Plinius lib. 8. cap. 48. cujusmodi *Gambesonem*, quem etiam feltri nomine auctores quidam agnoscunt, describit Nicetas in Isaacio lib. 1. n. 8. unde *Coactilia* dicuntur Ulpiano in l. 25. D. de Auro et arg. leg. (34, 2.)et in Gloss. Gr. Lat.: Πιλωτόν, *Coactile;* eorum confectores *Coactiliarii*, Græcis πιλωτοποιοί, in eodem Gloss. et *lanarii coactores*, in veteri Inscript. [Vide Joan. Gonpylum ad Alexandrum Trallian. l. 1. Descriptio censuum monast. Centul. Sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 104 : *Vicus fullonum cuncta fratribus Filtra administrat*.]

Vox vero *Feltrum* ab Anglo-Saxonibus videtur deducta, quibus, ut et Anglis etiam, felt, lanam coactilem sonat. Gloss. Ælfrici : *Centrum, vel Filtrum*, felt. Hinc Belgæ *Vilt*, Itali *Feltro*, Galli *Feutre* formarunt. Matth. Silvaticus : *Filtrum, i. pannus lanæ incontextus*. Idem : *Pilima*, (πίλημα) *Filtrum*. [Balbus in Catholico : *Filtrum, filum dicitur, quia ex pilis animalium fiat, unde filtratus*. Kilianus : *Vilt, pannus coactilis. Tegmen stricturis compactum ex vilis grossioribus, vulgo Feltrum, Germ. Filtz*.] Jo. Villaneus lib. 5. cap. 29 : *In su un povero Feltro fu levato Imperadore*.

* Circa hujusce vocis originem consule

Digitized by Google

præterea Schilt. in Glossar. voce *Filz. Feutrier*, qui ex *feltro* operatur, in Lib. pitent. S. Germ. Prat. et in Lit. ann. 1331. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 84. *Feurtrier*, in Chartul. Latiniac. fol. 246. v°.

Sed et recentiores Græci inde ἀφέλιτρον mutuati sunt, quod habetur apud Leonem in Tacticis cap. 6. § 8. a qua voce primam literam demendam censet Meursius, et legendum φέλιτρον apud Leonem. Verum, ut non temere assentiar, facit vetus Poeta vernaculus, apud Falcetum lib. 2. de Poetis Francic. cap. 14. in hoc Carmine :

N'en vol prendre cheval, ne la mule Afeltrée,
Pelicon, vair, ne gris, mantel, chape fourrée.

Le Roman *de Gaydon* MS.

La Dame sist sor la murle Affautrée.

[Le Roman *d'Athis* MS. :

Ung destrier lui ont admené,
Le sien trouvent Desafeutré.

Idem :

Chascun de son Afeutrement
A terre chey durement.

Quod de ornamentis equorum atque potissimum de palliis seu pannis, quibus interdum cooperiebantur, intelligendum arbitror.] [** Tradit. Sangallens. ann. 744. apud Neugart. in Cod. Diplom. Alem. tom. 1. pag. 17 : *Et cavallos 5. cum saumas et rufias et Filtros, cum stradura sua ad nostrum iter ad Romam ambulandum.* Othloni Vita S. Wolfkangi Episc. cap. 35 : *Unus autem de capellanis sub saugmario abscondens se Filtro.*] Ugutio : *Centro, onis, dicitur pulvinari vel velum de multis pannis, vel qui facit Filtra ad ipsum Filtrum.*

Filtrum, inter exercitus, aut certe militum impedimenta sæpe reponitur. Lex Bajwar. tit. 2. cap. 6. § 1 : *Si quis in exercitu aliquid furaverit, pastorium, capistrum, frenum, Feltrum, etc.* Tageno Patav. : *Exterriti, relictis tentoriis et Filtris, montana profugi ascenderunt.* Vincentius Belvac. l. 30. cap. 80. de Tartaris : *Cum ad bellum ire volunt, cursores præmittunt, qui secum nihil præter Filtra sua deferunt.* Vide eumdem cap. 86. lib. 32. cap. 4. Speculum Saxon. lib. 3. art. 89. Constit. Frider. I. Imper. ann. 1158. apud Goldastum tom. 3. Constit. Imperial. [Rolandinum Patavinum de Factis in Marchia Tarvisina lib. 10. cap. 5.] etc.

Tentoria Filtrea, [Quæ ex pellibus aut ex lana crassiori compacta conficiuntur.] Thwroczius in Chronico Hungariæ de Tartaris : *Cum suis Tentoriis Filtreis, jumentis, pecoribus, terram vacuam Hungariæ peragrabant.* Tentoria etiam *Filtrina* iisdem Tartaris adscribit Thomas Archid. Spalat. cap. 38. Turcomannis, Sanutus lib. 3. part. 12. cap. 1 : *Domus Filtrea*, i. ut interpretor, *tentorium.* Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 9. de Sultano Iconiensi : *Dedit etiam ei* (Henrico Duci Saxon.) *sex domos Filtrinas, secundum morem terræ illius.*

¶ Feltrum Croceum Judæi ad distinctionem deferre coguntur. Litteræ Regis Angliæ ann. 1277 : *Unusquisque ipsorum* (Judæorum) *postquam ætatem septem annorum compleverit, in superiori vestimento suo quoddam signum deferat, ad modum duarum tabularum de Feltro Croceo longitudinis videlicet sex pollicum et latitudinis tres pollicum.* Vide *Judæi.*

¶ Feutrum, in Charta S. Ludovici, apud D. *Brussel* tom. 1. de usu Feudorum pag. 598.

¶ Feutrum. Codex MS. Grandimontensis apud Stephanotium tom. 1. Fragm. Hist. : *Fratres ceperunt capellos de Feutro portare.*

Filtrum, [Feltrus.] in supellectili lectaria monachica, [Keroni, Matta, alias psiathium, storea.] Occurrit apud Guigonem II. Priorem Cartusiensem in Statut. ejusdem Ord. cap. 38. § 1. cap. 57. § 2. Bernardus Prior Portarum Epist. 3. ad Inclusum : *Ad lectum habeto stramen, Filtrum, coopertorium de grossis ovium pellibus rustico panno coopertum, etc.* Vita S. Galterii Abbatis Pontisarensis num. 10 : *Lectus ejus Filtrum erat, et vilis matta cilicio tecta.* [Scriptura Principis Adelgastri pro Monasterio S. M. de Obona inter Concilia Hispan. tom. 3. pag. 90 : *Damus.... mantas sex, quinque Feltros et septem lectulos.*]

¶ Filtur. Scramb. Chron. Mellic. pag. 322. col. 1 : *Lectus autem sit stratus straminum aut Filturum cum panno laneo grosso desuper posito.*

Vestes de Filtris. Vincentius Belvac. lib. 32. cap. 8. de Tartaris : *Filtra de lana camelorum, quibus vestiuntur, faciunt.* In Regula S. Benedicti habentur *Chlamydes de Feltro.* [Frustra quærerentur.]

Loricæ ex Filtris, [Ex funiculis orbiculatim contextæ, quas lineas vocabant.] Eckehardus Junior de Casibus S. Galli cap. 5 : *Fabricantur spicula, Filtris* (perperam *piltris* editum,) *loricæ fiunt, et wannis scuta simulantur.* Guillelmus Apul. lib. 3. Rerum Normannic. :

Proque repellendis saxorum, vel jaculorum
Ictibus, objectis rubicundis undique Philtris
Ad pugnam veniunt.

Vide *Gambeso.*

Capelli Filtrei, in Statutis Hugonis V. Abbatis Cluniac. in Bibl. Clun. pag. 1467. et in Bulla Gregor. IX. pro Benedictinis. Le Roman *de Guillaume au Courtnez* MS. :

Chapeau de Feutres, et bons haubers saffrez.

Etiamnum ex filtris, et coactis lanis fiunt nostri pilei, quos *Feutres* appellamus. Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 2. cap. 13 : *Pileis autem de Filtro albo sine curiositate uti licebit.* Supra : *Pileo nullus utatur, nisi de licentia Abbatis sui, qui non cuilibet nec de facili concedere debet pilei usum, nisi pro manifesta necessitate. Debent autem pilei esse de panno albo, vel pelle alba, sive de utroque, qui ita portari debent sub caputio, ut non multum appareant, maxime in Conventu.* [** *Chapeliers de Feutre*, apud Stephan. *Boileau* tit. 91.]

¶ Fitreus Capellus, in Consuetud. MSS. Cluniac.

Calcei Filtrati, in Chron. Windeshem. lib. 1. cap. 42. Chronicon Fontanell. pag. 245 : *Filtra ad soccos faciendum* 12. Statuta Adalardi Abb. Corbeiens. lib. 1. cap. 3 : *Soccos Filtrinos duos, calcearios quatuor.* [Acta SS. Benedict. sæc. 3. part. 1. pag. 102. de S. Germani Altissiod. reliquiis : *Sagia de haira 1. calcias Filtrinas paria 1.*]

Idola de Filtro, *ad imaginem hominis* confecta, adorasse Tartaros, tradunt Vincentius Belvacens. lib. 30. cap. 7. et B. Odoricus Forojul. in sua Peregrinat. num. 21. [** *De simulacris de pannis factis*, in Indicul. Pagan. ann. 743.]

Canis Filtri, apud Constantinum Afric. l. 1. de Morbor. curat. cap. 9.

¶ Feltrus, in Testamento Ermengaudi Comit. Urgellensis ann. 1010. Append. ad Marcam Hispan. col. 973 : *Ad Sulla Episcopo dossales duos tapecios, et Feltros duos obtimos.*

Filtrus, in Charta Aleman. Goldasti num. 58. habetur.

¶ Filtro. Spicileg. MS. Fontanell. pag. 237 : *Nocturnorum calceorum, id est, botarum cum Filtronibus ad hyemen* (unum par) *et aliud sine Filtro ad æstivas noctes.*

¶ Filtronium, apud S. Willelmum lib. 1. Constit. Hirsaug. cap. 16 : *Pro signo Filtronii, nihilominus signum calceorum facies, hoc addens, ut cum duobus digitis manum sinistram, ubi magis est spissa, contingas.*

** Fultrum, Charta. Margar. Comit. Flandr. ann. 1252. in Lappenberg. Origin. Hanseat. pag. 52.

Viltro. Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. Monast. cap. 11 : *Duo femoralia, duo paria calceorum cum corrigiis, unum par Viltronum ad hiemem in nocte, et alterum sine, Viltrino ad æstivas noctes, duo paria caligarum, etc.* Tibialia, seu crepidas ex filtro, seu grossiori et villoso panno, recte interpretatur Editor; constat enim, *Viltrum* pro *Filtrum* aliquot Scriptores usurpasse. *Soccos ex Filtro* seu *Filtrinos*, vocant Adalardus et Chronicon Fontanellense, uti supra monuimus. Vita MS. Caroli M. jussu Friderici Imp. exarata lib. 2. ubi de divisione Imperii : *Cortinæ, stragula, tapetia, Viltratoria sagmata, etc.* Ubi Eginhardus pag. 105. perperam habet *fulcra coria*, pro *viltratoria.*

** Glossæ ad Herrad. Landsperg. apud Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 519. voce *Filz : Filze vel tepit, saga cilicina, quæ et vela caprilatia, geizzin, quandoque vocantur, quia de pilis caprarum ad differentiam lanæ ovium facta erant, de quibus et cilicia fiunt, unde illa saga cilicina dicta sunt, etc.*

Feutre et Fautre, Poetis nostratib. Guillel. *Guiart.* ann. 1214 :

Escus au col, lances sus Fautres.

Le Roman *de Garin :*

Lance ſor Fautre acueillent lor chemin.

Chron. MS. Bertrandi *du Guesclin* :

Chascun lance sus Feutre, és estriers s'afficha.

Vide Sebastianum Cobarruviam in voce *Fieltro.* [Hinc emendandus Borellus in Dictionar. Gall. ubi *Faucre* pro *Fautre*, quasi a Lat. *Fulcrum*, legit apud *Perceval :*

Et met la lance el Faucre, et point.

Ibidem :

Escu au col, lance sor Faucre.]

¶ Fema Vinha, Vinea stercorata, in Consuet. Beneharn. art. 15.

Digitized by Google

* **FEMAGIUM**, f. Præstationis species pro mercibus, quæ in *fundecos* invehebantur exsoluta; nisi sit pro *Fumagiam*, idem quod *Foagium*. Vide in *Funda* 1. Charta ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 273 : *Item Femagium de fundecis, menbragium carnificum castri Turonensis, festagium domorum, etc.*

FEMARE, pro *Fimare*, Agrum stercorare. Capitul. 2. ann. 813. cap. 19 : *Terram aratoriam studeant Femare.*

FEMELLA, Femina, mulier Glossæ Græc. Lat. Θῆλυ, *Femilla*. In Actis S. Quirini Mart. lib. 2. num. 17. 24. *Femellæ avium*, in Additamentis ad Matth. Paris pag. 271. Fleta lib. 2. cap. 1. § 17 : *De Femellis nubilibus maritos competentes refutantibus.* [Statuta Ecclesiæ Trecorensis inter Anecdot. Marten. tom. 4. col. 1098 : *Tres personæ super masculo* (de sacro fonte suscipiendo) *sint, duo viri et una mulier : et in Femella duæ mulieres et unus vir.* Vincentius *Cigault* de Bello Italico, ubi de celeberrima virgine Aurelianensi : *Voluit ipse Deus Anglicos vincere per Femellam.*] Vide *Fimella*.

FEMELLARIUS, in Glossis Isidori : *Feminis deditus, quem antiqui Mulierarium vocabant.* [Papias : *Mulierarium virum, Femellarium antiqui dicebant.*] Idem qui *Femellosus*, in Gloss. Lat. Gall. *Femellosus, Feminaux.* Ugutio : *Femellarius, mulierarius, i. feminino operi deditus, vel femineos habens mores, vel voluptati femininæ deditus et obnoxius*

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. *Femellarius, Homme fémenin.*

¶ **FEMELLOSUS**. Vide *Femellarius*.

* **FEMELLUS**, Femineus. Inventar. ann. 1361. ex Tabul. D. Venciæ : *Item novem poutres inter masculos et Femellos unius anni.* Hinc *Enffans fémeaulx*, Puellulæ, in Charta ann. 1402. ex Reg. Joan. ducis Bitur. in Cam. Comput. Paris. fol. 37. r° : *Il nous pleust iceulx enffans Fémeaulx et de sexe femenin habiliter, franchir, ... et à iceulx faire pareille grace que nous avons* (faites) *à elle et à ses enffans maslez, etc.*

¶ **FEMILLA**. Vide *Femella*.

FEMINA, Uxor, nostris *Femme*. Capitularia Caroli Cal. tit. 31. [** Edict. Pistens. ann. 864.] § 31 : *Si Femina maritum, aut maritus Feminam accepit, illud conjugium dissolvatur.* [Acta MSS. S. Wenvaloei : *Quidam vir nomine Petranus, quadam nocte, dum sua Femina dormiebat, etc.* Occurrit iterum in Tabulariis Majoris-Monasterii, S. Vincentii Cenoman. etc. in Addit. ad Leg. Aleman. § 21.] Vide *Mulier*.

¶ **Feminæ** *Lunam commendant*, Superstitionis species, in Indiculo Superstit. et pagan. tom. 1. Capitul. col. 152 : *De eo quod credunt quia feminæ lunam commendent, quod possint corda hominum tollere juxta paganos.*

** **Feminæ Agrestes**, Silvaticæ, Nymphæ, *Fadæ*. Burchard. Wormat. Decret. edit. Colon. ann. 1548. pag. 198 : *Credisti... quod sint Agrestes Feminæ, quas silvaticas vocant, quas dicunt esse corporeas, et quando voluerint ostendant se suis amatoribus, et cum eis dicunt se oblectasse, et item quando voluerint abscondant se et evanescant.*

¶ **Femina de Corpore**, Obnoxia censui de capite, servilis conditionis. D. *Brussel* tom. 1. de Feudorum usu pag. 223. ex Regesto magnorum dierum Campaniæ : *Cum quidam in villa Meldensi in justitia domini Regis murtratus fuisset et relictu ipsius multrati Femina de Corpore Abbatis et Conventus S. Pharaonis Meldensis tanquam suspecta de multro prædicto capta detineretur in prisione domini Regis; petebant Abbas, et Conventus, nomine dictæ Ecclesiæ dictam feminam seu curiam de ipsa sibi reddi.*

¶ **Femina Franca**, Libera, in Capitul. 6. ann. 803. cap. 8. Alia notione *Femme Franche* dicitur in Consuet. Camerac. tit. 1. art. 6. ea quæ feudum possidet ante nuptias acquisitum, vel quod hæreditario jure post nuptias ei obvenit.

* **Femina Ligia**, Ea dicitur, quæ domino suo, ratione feudi vel subjectionis, fidem omnem contra quemvis præstat. Charta Blanchæ comit. Trec. ann. 1209. in Chartul. Campan. ex Calm. Comput. Paris. : *Dilectus et fidelis meus Symon de Joinville in præsentia mea recognovit se dedisse Ermeniardi uxori suæ in dotalitium medietatem omnium, quæ de me tenebat. Ego vero ad preces ejusdem Ermeniardis et petitionem Symonis ipsam in ligiam Feminam de medietate prædicta recepi.*

¶ **Femina Ludinia**. Notitia ann. 874. in Append. ad Marcam. Hisp. col. 797 : *Inveni in breve senioris mei quod pater suus ei dimisit Femina Ludinia, qui fuit parentes istius parentelæ, quem ego prosequor.... Unde advenit ista Femina Ludinia in isto breve, qui fuit soror abiæ tuæ.* Haud scio an nomen sit proprium, an acccersenda sit hæc vox a *Ludices* quæ meretrices significat in Gloss. Isid.

¶ **Femina Minoplidus**, Infimi status, apud Alamannos. Vide *Minofledus*.

¶ **Femina** *Regia aut Ecclesiastica*, Quæ Ecclesiæ vel Regis servitio est addicta, in Leg. Ripuar. tit. 16. § 1. *Feminæ ad opus Regis servientes*, in Capitul. 2. Caroli M. ann. 813. cap. 19.

¶ **Femina Reginæ**, Reginæ assecla, *Dame d'honneur.* [* Recentior est earum institutio, quam ut ad ann. 1255. referatur : puellam ergo, quæ a cubiculo est, intellige, vulgo *Femme de chambre.*] *Pro drapis lanæ pro Regina et Feminis suis* XIIII^{xx}. *lib.* XXIIII. *sol.* III. *den.* apud Dom. *Brussel* tom. 1. de Feudorum usu pag. 470. ex Rotulo anni 1255.

* **Femina Peccati**, *Femme de péchié*, Meretrix, scortum, in Lit. remiss. ann. 1386. ex Reg. 130. Chartoph. reg. ch. 109 : *Le suppliant avoit transporté un petit lit garni de la maison d'une Femme de péchié.* Aliæ ann. 1459. in Reg. 188. ch. 209 : *Le suppliant trouva une jeune Femme de péchié à laquelle il donna certaine somme d'argent, pour venir coucher avec lui. Une femme de mal recapte ou petit gouvernement*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1458. ex Reg. 187. ch. 309. Vide *Recaptare*. [** *Femina Communis*. Vide Haltaus. Glossar. German. col. 484. voce *Frauen-Haus.*]

* **Femina Vitæ**, sine addito, Eodem significatu, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 145. Aliæ ann. 1390. in Reg. 138. ch. 224 : *Perrinet Danisy trouva Perrinet de la Croix hostellaint et tavernier, qui parloit moult injurieusement à une Femme de vie, appellee Jeannete d'Orléans, qui se hébergoit, quant il lui plaisoit en l'hostel* [dudit Perrinet de la Croix, *et aussi faisoient toutes les autres Femmes de vie, qui venoient audit lieu. Femme de joye*, appellatione etiam nunc usitata, dicitur in aliis Lit. ann. 1383. ex Reg. 124. ch. 312. De earum vestitu agunt Literæ remiss. ann. 1405. in Reg. 160. ch. 27 : *Icelle Jehannette leur sembloit fermement bien femme dissolue, pour ce qu'elle avoit sa robe lassée au costé et vestue, comme Femmes communes se vestent.*

¶ **In Feminam Recipere**, dicitur de domino feminæ *hominium* recipiente, in Instrumento ann. 1216. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. pag. 273 : *Dominus Rex... recepit Bl. Comitissam de eodem Comitatu* (Campaniæ) *in Feminam suam sicut de Ballio, et postea Th. filium ejus salvo ballio matris sue de eodem Comitatu in hominem recepit nullo contradicente.* Verum non ubique usitata hæc formula : apud Anglos quippe *homagium* feminarum aliis quam hominum concipitur verbis; neque enim femina dicet domino, inquit Littletom sect. 87 : *Jeo deveigne vostre Feme, pur ceo que n'est convenient que Feme dira, que ele deviendra Feme à aucun home, fors que à sa baron, quant ele est espouse.* Vide *Hominium*.

FEMINALIA, quæ et *Femoralia*, quibus *femen*, seu *femur*, tegitur. S. Hieronymus in Epist. ad Fabiolam : *Lineis Feminalibus, quæ usque ad genua et poplites veniunt, verenda celantur, et superior pars sub umbilico vehementer astringitur.* Adde Isidor. lib. 19. cap. 22. Theganus de Gestis Ludovici Pii cap. 19 : *Nihil illis diebus se induit præter camisiam et Feminalia, nisi cum auro texta.* Gloss. Gr. MS. Reg. Cod. 1673 : Περισκέλη, φιμινάλια, βραχία. Suidas : Φιμινάλια, ἀναξυρίδας, βραχία. Lexic. Græc. MS. Reg. Cod. 2062 : Φιμινάλια, βραχία, περίσκελα. Aliud Cod. 930 : Ἀναξυρίδας, φιμινάλια, βραχία, ἢ τὰ * βαιαθίαι, ἢ καὶ ἀδραδικὰ ὑποδήματα. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Feminalis, Braie à femme.*]

FEMINARE, Viris se subjicere, more feminarum, quod faciunt molles et subacti. Cælius Aurelian. lib. 4. Chron. cap. 9 : *Nemo enim pruriens corpus Feminando correxit, vel virilis veretri tactu mitigavit.* Collatio Legis Mosaïcæ tit. 3. *Moyses dicit : Qui manserit cum masculo mansione muliebri, aspernamentum est, ambo moriantur, rei sunt.* Ubi Levit. cap. 20 : *Qui dormierit cum masculo coitu femineo.* Constitutio Valentiniani, ibidem : *Omnes, quibus flagitiosus luxus est viri corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia, nihilque habere discretum cum feminis, etc.*

* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Feminare, effeminare, Debilitar, Prov.*

* **FEMINULA**, Muliercula, diminut. a *Femina*, in Actis S. Austregis. tom. 5. Maii. pag. 229. * col. 2.

¶ **FEMORACIUM**, Fimetum, sterquilinium, locus ubi fimus congeritur, Gall. *Fumier, Fosse à fumier*, et *Femourier* quibusdam in locis. Statuta Massil. lib. 6. cap. 32 : *Statuimus et ordinamus quod de cætero*

Digitized by Google

nulla persona faciat juxta muros et vallata Massiliæ, areas, nec Femoracia, nec lignaria, nec viridaria. Rursus cap. 80 : *Ordinamus quod facientes sueilhas sive Femoracia teneantur easdem facere subtus terram.* Vide *Femorasses.*

¶ **FEMORAILE**, Eadem notione. Charta Piperacensis Abbatiæ : *Petrus Dayas villæ Alti-Pedii juratus dixit se habere quandam domum cum suo curtili et Femorailli sitam in dicta villa.*

* *Femorairials*, in Lit. ann. 1350. ex Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 124. pro quo male editum *Senioralibus* tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 480. art. 17 ex iisdem Literis.

FEMORALIA, quæ et *Feminalia*, et *Braccæ*. De femoralibus Monachorum, vide Regulam Magistri cap. 4. Regulam Solitariorum cap. 49. et observata a Menardo ad Concord. Regul. et ab Haefteno. [*Femoralia turgida et incisa* ne deferant Clerici prohibet Concilium Tolet. ann. 1582. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Femorale, Braie à homme.*] [** *Curtum Femorale*, in Paneg. Bereng. lib. 6. vers. 66. Isidor. Origin. lib. 19. cap. 22. sect. 29 : *Femoralia appellata, eo quod femora tegant. Ipsæ et braccæ, quod sint breves et verecunda corporis iis velentur.*]

* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679 : *Femoralia, Cuissieres.*

¶ **FEMORARIUM**, ut mox *Femorasses*, in Edicto Joannis Reg. Franc. ann. 1371 : *Quod possint et valeant, videlicet plateas et carreyrias et pontes facere mundare et auferre Femoraria, sucos et alias orduras.*

* Charta ann. 1270. ex Reg. S. Ludov. in Chartoph. reg. fol. 75. v°. : *Item duæ buadæ cum Femorario, decem solidos.*

FEMORASSES, [ut *Femoracium*, Fimetum. Vox etiamnum nota Sebusianis et Dumbensibus : quibus *Femera*, vel *Femora des Femorasses*, Loca sunt plena aquis e stabulis vicinisque fimis effluentibus.] Arestum Parlam. Paris. penult. Januar. ann. 1319. pro Archidiacono Uticensi : *Quendam ortum cum suis pertinentiis et confrontationibus in loco vocato A la Crueria, etiam et quendam locum, ubi tenebantur Femorasses, scilicet sub censu 2. Remondensium quolibet anno Archidiacono qui esset, solvendorum.* Infra : *In dicto loco de Crueria, ubi tenebantur dicti Femorasses, fecit ædificari quandam turrim.*

* **FEMULA**, Puella. Vita S. Zenon. tom. 2. Apr. pag. 71 col. 1 : *Cæpit per os Femulæ regis filiæ dæmon clamare, etc.*

FEMUR. *Viri inter Femora fornicantes*, annum 1. pœnitere jubentur, in Pœnitentiali MS.

* **FEMURALIA**, pro *Feminalia* vel *Femoralia*. Vide in hac voce. Glossar. Lat. ex Cod. reg. 4120: *Femuralia, proprie bracchæ mulierum, quia tegunt femora mulierum.*

¶ **FENUS**, pro *Femur*, legitur in *Interfemus*. [** Vide Oudendorp. ad Apul. Metamorph. lib. 8. pag. 590. et Probi Art. min. cap. 550.]

* **FEN**, Species, modus, ratio, pars artis vel doctrinæ, vox Arabica. Avicennæ opera in *Fen* dividuntur, ex Animadvers. D. *Falconet.*

* **FENACIL**, vox vulgaris, Feni acervus. Stat. ann. 1350. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 138. col. 2 : *Item quod nulla persona sit ausa facere palheres neque Fenacils infra civitatem Nemausi, nec tenere paleam sive fenum, ultra unam cadrigatam.* Haud scio an idem sonet vox *Fench*, in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 290 : *Lequel tison laditte Marion bouta dessoubz un warat d'estrain, qui estoit emprez, ou dedens une Fench joignant à la seuronde derriere de la maison dudit Jehan Pelart.* Vide mox *Fenarius.*

FENAGIUM, Gall. *Fenage*, [Feni, seu pro feno, pecuniæ præstatio.] Regestum censuum et Feodor. Carnoti fol. 55. in Camera Comput. Paris. : *Les rentes des prez, et la coustume, que l'en appelle Fenage.* Vide Consuetud. Durdanensem in Processu verbali. [Antiquit. Recogn. S. Georgii Esper. Regest. *Probus* fol. XXVI. verso : *Bernardus Moners et participes sui... dant Comiti... XX. den. cens. pro Fenagio... et per dictum Fenagium debent esse liberi de Fenagio de S. Georgio.* Chartularium SS. Trinit. Cadom. fol. 83 : *Omnes supradicti... reddunt XX. garbas frumenti et XX. ordei et XX. avenæ de garbagio.... et VI. Andegavenses ad festum S. Johannis pro Fenagio.* Charta ann. 1199. apud Lobinellum Hist. Britan. tom. 2. pag. 197 : *Dedi etiam eis et quitavi Fenagium et avenagium quod percipiebam singulis annis.* Occurrit in Hist. Delphin. tom. 1. pag. 116. 123. et supra in *Asnagium.*] Vide *Fenaterium.*

¶ **FENALE**, Eadem notione. Pactum anni 1272 : *Excipiuntur usatica, laudimia, consilia, quarti, quinti, sexeni, septeni, octavi, feuda, Fenalia, albergæ, etc.* Fundatio Abbatiæ B. M. Dalonis ann. 1114. inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 201 : *Donamus etiam supradictis fratribus terras de Fenalibus suis acquirere poterunt.* Sed hoc in posteriori loco legendum *Fevalibus*, vereor etiam ne *Fevalia* legendum sit in priori.

* **FENALIS**, *el parte che nuncia batalie.* Glossar. Lat. Ital. MS. forte pro *Fecialis.*

¶ **FENALIS Mensis**, Gall. *Mois Fenal*, sic dicitur Julius, in Collectione Edictorum Leodiensium edit. 1714. pag. 19. et 120 : *Donoit l'an de gransce* MIIIC XXI. *le* X. *jour de mois de Juillet, que on dit Fenal Mois.* Iterum memoratur ibidem pag. 26. Statutum anni 1336. in Codice MS. urbis Commercii pag. 79 : *Item à chascun bled chascun conduict nous doit chascun an un silleur et en Fenaulx un faulcheur.* Aperta est vocis origo, a *Fenum* quippe quod mense Julio potissimum secatur, *Fenalis* mensis dictus est : apud Romanos vero *Fenisecium* vel *Fenisicium*, nostris *Fenaison*, mensi Junio tribuitur in veteri Romanorum Kalendario apud Grævium Thesauro Antiquit. Roman. tom. 8. col. 25. Vide *Fenile.* [** *Heuuimanoth*, apud Eginhardum, Germ. hodie *Heumonat.*]

* *Fenail mois*, in Charta redit. comitat. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput Insul. *Mois défenal*, eodem sensu, in Ch. ann. 1309. apud Thaumasser. inter notas ad Consuet. Bellov. pag. 418 : *Données à Nivelle l'an de grace N. S.* 1309. *le Mierquedi prochain après les octaves S. Pierre et S. Pol, ou mois Défenal.* Vide infra *Fenarium.*

¶ 1. **FENARE**, Fenum secare et siccare, Gall. *Faner.* Charta Jurium Prioris S. Salvatoris in Diœcesi Autissiod. ann. 1157 : *Ad corvadas Fenandi et frumenta colligenda capellanus interesse debet.* Tabular. B. M. de Bono-Nuntio Rotomag. : *Ad prata nostra Fenanda.*

* 2. **FENARE**, perperam pro *Ferrare*, ferro equi soleam munire, in Comput. ann. 1380. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 28. col. 1 : *Item pro Fenando aliquos dictorum ronsinorum in Avinione, et pro aptando duas bridas, quæ erant fractæ.* Vide in *Ferrum* 1.

FENARIA, Domus [rustica, ædicula, vel etiam ædium appendix, locus ubi fenum aliaque grana frumentaria reconduntur; Hispan. *Fenedal*, nostris *Fenil*, Provincialibus *Feniero*, dicitur locus, ubi fenum congeritur; an inde deducenda vox *Fenaria*, judicet Lector.] Charta ann. 1316. apud Fantinum Castruccium tom. 1. Hist. Avenion. pag. 176 : *Item domus seu Fenaria de na Genolha, quæ est juxta domum liberorum Raimundi Prælati.* Infra : *Item una logia seu Fenaria Nicolai de Sabaudia, etc.* [Vide *Feneria.*]

* Inventar. MS. ann. 1366 : *Quod hospicium est deputatum pro Fenaria seu palestrenaria domini nostri Papæ.*

* **FENARIUM**, Tempus, quo fenum secatur, Gall. *Fénaison.* Charta commun. Clarimont. ann. 1248. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 600. art. 12 : *Retinemus tres corvadas de hominibus et feminabus; unam in Fenario, et duas in messe.* Vide supra *Fenalis mensis.*

1. **FENARIUS**, Gallice *Fenier*, Feni venditor, in Statutis artium mechanicarum Parisiensium.

* **FENARIUS**, Locus, ubi fenum congeritur et asservatur, vel feni acervus. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 287 : *Qui Bonitus tenebat tunc in manu sua quemdam baculum, vocatum gayar sive croucit, cum quo trahitur fenum de Fenario pro animalibus.* Vide infra *Fenerius.*

¶ **FENATAGIUM**, a *Fenagio* distinguitur, idemque forsitan est, quod infra *Fenatio*, ni mavis pro *Fenestragium* accipere. Acquisitio homagii Baroniæ Medullionis per Humbertum Dalphinum ann. 1293. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 35. col. 2 : *Concessit nos juribus aliis... focagiis, Fenatagiis, serviciis, censibus, taschis, quartonibus, Fenagiis, bannis, justitiis, cavalcatis, fidelitatibus, homagiis, etc.*

¶ **FENATERIA**, ut *Fenagium*, Præstatio feni. Antiquit. Recogn. Capreriarum Regest. *Probus* fol. XXIX. v° : *Omnes fere ponunt per juramentum, quod quidquid est apud Chevreres est de feudo Comitis et tenetur de eo, quicumque illud teneant, et quod Comes habet abegeriam super omnes homines omnium Nobilium de Chevreres, et forum quando ducit exercitum, et Fenateriam, et bannum, sicut super homines suos, et quod omnes libere tenentes de Castellania debent ei cavalcatam, quando opus est ei et sibi placet. Et quod Nobiles de Chevreres habent similiter Fenateriam super homines Comitis,*

Digitized by Google

hoc tamen modo quod, si ipsi mittant garsiones vel nuntios suos ad domum hominum Comitis pro Feno ibi capiendo, nec potest capere garsio vel nuntius de feno nisi quantum potest apportare super caput suum. Si autem mittant aliquem cum equo, nec potest capere nisi quantum poterit ponere super collum equi per se sine auxilio alicujus, et non possunt Fenum capere in domo alicujus nisi semel in anno.

* Seu Jus capiendi fenum. Charta ann. 1256. in Dalphin. : *Item Fenateriam in pia nemoris de Merderel in certis et positis. Item Fenateriam in pia nemoris de Cenonis in certis et positis. Foignée*, eodem sensu, in Ch. ann. 1372. ex Chartul. 21. Corb. fol. 265. v°. : *Nuef vingt et dix journaux de terre,.... qui ne doivent Foignées, dismes, etc.* Vide infra *Fenerium* et *Fenerius*.

FENATICUS, Fœniceus. Hesychius : Φοινίκειον, πυῤῥόν, Papias. : *Spadices, quos Fenaticos vocant, profusos, mirteos.* Jo. de Janua : *Spadix, et hæc spadica, palma, unde spadix, subrubeus, fulvus, sc. colore palmæ, unde et spadices dicuntur equi palmati, i. equi fulvi et rubicundi coloris, sicut palma, vel qui palmæ figuram in cruribus habent.* Vide *Equi palmati*.

1. **FENATIO**, [Siccatio feni, cum versatur furcillis.] Charta Libertat. S. Karterii in Biturigib. ann. 1256 : *Quiti et immunes erant a talliis, charreis, falcationibus, Fenationibus, et omnimodis bienntis, etc.* Charta ann. 1248. ex Tabular. S. Germani Prat. : *Fena pratorum meorum de brolio homines de Antogniaco et de Verreriis Fenabunt, et homines de villa Haimonis de Feno quadrigas chariabunt.*

* Qui huic servitio addicti erant, *furcam in pratis debere* dicebantur, ut in Bulla Alex. PP. III. ann. 1171. ex Chartul. S. Vincent. Laudun. fol. 78. *Furcam ad prata fenanda*, in Ch. Barthol. episc. Laudun. ann. 1132. ibid. fol. 82.

2. **FENATIO**. Vide *Fannatio*.

FENATOR, qui *Fenisex*, Persio, Columellæ, et aliis, [vel Qui fenum versat furcillis, Gallis *Faneur.*] Charta Odonis Comitis Corboliensis ann. 1111. apud Doubletum lib. 3. pag. 845 : *Dimisi quasdam consuetudines, quas ibi accipiebam, scilicet Frescengagium, et Fenatores.* [Instrum. anni 1209. ex Archivis S. Vincentii Cenoman. : *Contentio quæ vertebatur inter Monachos S. Vincentii et Galterum Militem super Fenatoribus, villicaria, decimis molendinorum, etc. sic est sedata.... Itaque villa de Soudai remansit Monachis.... ab omni exactione, scilicet Fenatoribus, villicaria et omni gravamine.* Charta Libertatum Claromontis ex Codice MS. : *Liberantes prædictos homines ab omni... tallia.... Fenatoribus, falcatoribus, etc.* Charta Hugonis Domini Feritatis Bernardi ann. 1233. in Archivis Abbatiæ de Pietate Dei, vulgo *L'Espau* : *Nihil mihi et hæredibus retinens... neque Fanatorem neque vindemiatorem.* Statutum anni 1336. in Codice MS. urbis Commercii pag. 79 : *Nous doit chascun an un silleur, et en fenaulx ung faulcheur, cile qui auroit waingnaige et deux Feneurs chascun an.*]

FENCEMONTH, vox forestariorum, inquit Spelmannus, alias *Defense-month*, i. mensis vetitus, prohibitionis mensis, quo scilicet venari in forestis non licet, nec animalia in silvas immittere ad pasturam, ne parturientibus damis molestia inferatur. Sumit hic mensis initium a 15. die ante festum S. Joannis B. cum *agistores* et ministri forestæ pro *fannatione bestiarum* conveniunt, et finitur 15. diebus dictum festum sequentibus. Vide *Fannatio*.

¶ **FENDEO**, *Falanx, multitudo.* Rhabani Mauri Gl. apud Diecmann. a *Fante* et *Fanter*, Satellites, famuli. Vide Schilterum in hac voce.

¶ **FENDICÆ**, Hiræ, ilia, lucanica, a *findo*, quod ex fissis carnibus fierent. *Non Fendicas, quæ et ipsæ sunt hiræ*, apud Arnobium lib. 7. contra Gentes. Vide Martinii Lexicon in *Feudica*.

* **FENDITUS**, a Gallico *Fendu*, Ruptus, fissus. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Fendedura, Prov. fisura, rima, rimella.* Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1366 : *Item datum pro quadam parva campana Fendita refundenda viij. franc. regal.* Hinc *Fendon*, pro Tabula scissa, in Consuet. Camerac. MSS. : *Li caretée de planque* (doit) *un Fendon taillé à cungnié de plaine paume. Fandace* et *Fendace*, pro Scissura, apertura, rima, in Lit. remiss. ann. 1375. ex Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 96 : *Par une Fandace de l'uys virent les faulx marchanz dessusdiz couchiez devant le feu.* Aliæ ann. 1386. ex Reg. 129. ch. 218 : *Icellui Jehan en soy jouant frappa de sondit badelaire.... à l'endroit d'une Fendace, qui étoit en laditte cote de fer près de la gorge.* Unde, ni fallor, *Plume fentisse ne escorchiée*, in Stat. ann. 1341. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 547. art. 1.

¶ **FENERIA**. Idem quod *Fenaria*. Recognitionum Inventar. 18. pag. 41. de Vouta fol. 327 : *Item plus pro quodam apillagium cujusdam domus sive Fenerie suæ sitæ infra castrum.*

* Bulla Pauli III. PP. ann. 1538. pro secularisat. S. Egidii : *Medietas horrei et Feneriæ in eodem oppido sancti Ægidii, etc.*

* **FENERIUM**, Eadem notione, qua supra *Fenateria*. Charta admortisat. pro capit. Anic. ann. 1417. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 60 : *Item pro quodam Fenerio feni, quod habet et percipit annuatim in pratis nobilis Pontii la Roda.*

* **FENERIUS**, Locus, ubi fenum congeritur et asservatur, nostris alias *Fénérier*. Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 250 : *Quodlibet aliud genus clausurarum ad claudendum ortos, prata, blada, Fenerios, etc.* Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 182. ch. 328 : *La femme de feu Fremin vint illec dire audit Cotier qu'elle avoit print laditte moutardelle ou Fénérier, et qu'elle la rendoit voluntiers. Foingnier*, qui fenum vendit, in Lib. stat. artif. Paris. ex Cam. Comput. fol. 68. v°. : *Quiconques veult estre Foingnier à Paris, estre le peut; c'est assavoir vendierres ou achetierres de foing.* Vide supra *Fenarius*.

¶ **FENES**, f. Stercoratio ovium, eadem notione, qua *Faldatum* : quod vide post *Falda*.

¶ **FENESTA**. Codex MS. Consuetudinum Fontanell. fol. 94. col. 2 : *Ecce ordinatio refectorii de illis qui debent habere Fenestam.* Intelligo ferculum peculiare vel potius bellaria, quæ sic dicta fuerint, quod per *fenestram* cellæ penariæ ministrarentur : quare lubentius legerem *Fenestram*.

FENESTELLA. Charta ann. 1031. ex Tabul. Angeriacensi, apud Beslium pag. 401 : *Hoc autem volumus inserere, quod oblivioni tradetur Fenestellæ, quod super supradicta reddidimus unum equum cum sella et freno pretio 100. solid.*

* Nomen officii vel dotis videtur, in Necrolog. Autiss. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 253. col. 2 : *Ipso die exivit vita Johannes sacerdos et canonicus, Fenestella optimus.* An ad cognomen Valeriorum spectaret hæc denominatio?

** De *Fenestellis* in thecis sanctorum vide in *Brandeum*, 1.

FENESTRA, et *Fenestræ versatilis*, in Monasteriis Monialium, *per quam danda et recipienda* traducuntur, quam vulgo *le Tour* appellamus. Occurrit non semel in Statutis Ordinis *de Sempringham* pag. 719. 727. 730. 757. Vide Eigilem in Vita S. Sturmii Abbat. cap. 1. [** Statut. Antiq. Abbat. Corb. cap. 7. lib. 2. et supra *Fenesta*.]

* Locus etiam aliquando intelligitur colloquiis destinatus, Gall. *Parloir*. Vita S. Domin. tom. 1. Aug. pag. 587. col. 1 : *Venit die quadam tardius ad sorores.... Dominicus, et convocatis omnibus ad Fenestram, etc.*

FENESTRARIUS, seu **FENESTRARIA**, Cui fenestræ seu per fenestram res traducendi cura incumbit, in Statutis de *Sempringham* pag. 730. *Touriere*. [Statuta Concilii Trevir. ann. 1227. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 122 : *In quolibet monasterio ordinetur monialis Deum timens, discreta, pudicitiæ et religionis amatrix, quam Fenestrariam vocant, quæ diligenter custodiat fenestram, quam sonante Completorio firmiter seret.*]

¶ **FENESTRERIA**, Eadem notione, in Charta ann. 1403. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues* : *Item Fenestreriæ mediam justicialem, etc.*

** **FENESTRÆ** in tectis ædium. Disciplina clericalis cap. 25. § 1 : *Ascendens tectum ad Fenestram per quam fumus exibat.* Joann. Capuan. Direct. vitæ human. in adnotat. ad Disc. Cler. Schmidtii pag. 157 : *Ascendebam super domum et accedens ad fenestram.* Græcis dicebantur Ἀναφώτιδες. Vide Glossar. med. Græcit. in hac voce, Append. pag. 17.

FENESTRÆ, Ubi vænum exponuntur merces levioris momenti. Charta Frederici II. Imp. ann. 1226. pro Ecclesia Asculana : *Licet habere et tenere plancam portatilem ad vendendum mercimonia, et tenere Fenestram apertam, etc.* Tabularium Episcopatus Autissiodorensis : *Omnes, qui tenent Fenestras, vendentes allia vel erucas, debent in quolibet sabb. obol. de suo mercato.* [Et infra : *Quilibet venditor alliorum et erucarum tenens Fenestram debet in quolibet sabbati obolatum mercedis suæ.* Litteræ Mauritii Parisiensis Episcopi ann. 1171. e Chartulario Monasterii Montis Martyrum : *Unam Fenestram qua panis venditur.* Charta anni 1220. ex Archivo Portus Regii : *Petronilla Alvernensis contulit Abbatiæ de Portu Regio x. sol. Paris. singulis annis in Fenestra, quæ est supra Magnum pontem.*]

Digitized by Google

Leges Burgorum Scoticor. cap. 67 : *Nullus qui facit panem ad vendendum, abscondat panem; sed ponat in sua Fenestra, vel foro, ut communiter vendatur.* Libertates MSS. villæ S. Desiderii in Campania ann. 1228 : *Non licebit die Mercurii alicui aliquod vendere in staulis vel Fenestris, nisi in communi foro, etc.* Tabularium Monasterii S. Bertini : *Omnes, qui tenent Fenestram panis in Arques, dedent Amanno de Arques qualibet septimana in die Dominica panem valoris veteris oboli. Menus Fenestriers, et petits Comporteurs,* in Impositionibus Parisiensibus ann. 1349. in Regesto Memorial. Cameræ Comput. sign. C. fol. 62. Vide 1. Regestum Parlamenti sub ann. 1257. fol. 3. et Consuetud. Bituric. Thomasserii pag. 331.

* Nostris etiam *Fenestre*, eadem acceptione, Charta ann. 1197. ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Hominibus autem villæ Villonis et Capellæ regis portas et Fenestras erigere ad vendendum et hospitandum.... concedo.* Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 7 : *Pour ce que icellui d'Estaples par coustume de ladite ville* (de Douay) *devoit tantost après estre banni à la moyenne Fenestre de la hale, etc.* Aliæ ann. 1453. in Reg. 185. ch. 299 : *Le suppliant marchant espicier estant en l'ouvrouer ou Fenestre de l'ostel où il demeure, etc. Fenestre ou bouticle de plusieurs denrées et marchandises,* in aliis ann. 1445. ex Reg. 177. ch. 166. Hinc *Fenestrier*, Minutæ mercis propola. Stat. ann. 1294. in Reg. 205. ch. 304 : *Item que nulz Fenestriers ou Fenestrières, ou regratiers ou regratieres ne puissent faire chandelle.... pour vendre.*

* *Fenestras et ostia tollere* licitum iis, quibus jus est domum occupandi ob census non solutos. Inventar. Chart. Monast. fol. 11. r°. : *Cartæ tres.... de viginti solidis censualibus.... super quamdam domum ad quatuor terminos persolvendis.... Et possumus tollere hostia et Fenestras pro censu prædicto. Fenestre à bosse ou trailles sur rue,* in Chartul. Corb. sign. *Cæsar* fol. 5. v°. : *Fenestre Beauvoisienne*, ibid. fol. 100. r°. *Fenestre Flamange*, in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 31.

¶ **Fenestræ Martis.** Epitaphium Gauslini Archiepisc. Bituric. :

Octavas Martis superabat Apollo Fenestras,
Cum fera mors famulis rapuit hæc gaudia mœstis.

Hunc in locum Mabill. tom. 4. Annal. Benedict. pag. 354. hæc notat : Ubi primum hos versus legimus, visum est eos interpretari de mense Martio, cujus die octava Gauslinus obierit. At consulto Necrologio, in quo die 2. Septembris ejus obitus notatur, per *Octavas Martis Fenestras*, quas Apollo seu sol superasse dicitur, interpretamur horam octavam Martis seu feriæ tertiæ, quæ hoc anno (1029.) cum 2. die Septembris coincidebat.

* In laudatis versiculis ex Epitaphio Gauzlini legendum *lustrabat*, pro *superabat*, ex Cod. MS. reginæ Suecorum, nunc in Bibl. Vaticana sign. 592. alias 125. in quo legitur vita ejusdem Gauzlini, auctore Andrea Floriacensi monacho. Verum ex altero Epitaphio ibidem descripto efficitur haud felicem prorsus esse Mabillonii conjecturam, qui *Martis fenestras* interpretatur diem Martis seu feriæ tertiæ : unde mendum esse in laudato ibidem Necrologio patet :

Te recipit tellus viij°. Martis in Idus, etc.

Quod iterum confirmatur ex notis chronologicis, quæ Epitaphium excipiunt in eodem Codice MS. : *Obiit autem venerabilis Gauzlinus abba Floriacensium et archipræsul Bituricensium anno Dominicæ Incarnationis* 1029. *Indictione* 12. *anno sui regiminis* 25. *porro a restauratione templi* 4. *viij. Idus Martii, mediæ Quadragesimæ Dominica, ipsius noctis prima conticinii hora.*

* 2. **Fenestra**, Lampadis genus. Vide infra *Ferletum*. Codex reg. 7887. fol. 3. v°. : *Hæc sunt ornamenta quæ A. de Brucia subprior dedit Deo et beato Marcialı,.... Fenestram quæ illuminat corum, etc.* Haud scio an eadem notione in Testam. Abbon. canonici ann. 1191. inter Probat. Hist. Nem. pag. 32. col. 2 : *Dedit domui Dei duas culcitras cum cussinis et Fenestram ferream;* an vero idem sit quod sequens

* 3. **Fenestra**, Ciborium seu armariolum, ubi reponitur pyxis, in qua sacra Eucharistia asservatur. Stat. MSS. eccl. S. Laurent. Rom. : *Quotienscumque Corpus Christi renovatur, Fenestra in qua reponitur, ab araneis et pulveribus mundetur.* Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 214 : *Lesquelz pillars emporterent,... une boiste où le Corps N. S. sacré reposoit, laquelle ils prindrent en une Fenestre de ladite eglise.*

* 4. **Fenestra**, Apertura in silvis majoribus, ubi tenduntur casses ad rusticulas capiendas. Charta ann. 1301. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 138. r°. col. 1 : *Et se comance la première devise au coodres de Pauleon, près la Fenestre Guillaume de Chaumes, et s'en vet joignant la forest droit au trancheaz Renaut Guarin.* Quarum aperturarum jus, *Fenestrage* appellabant. Vide in *Fenestragium* 2.

1. **Fenestragium**, Jus istud exponendi panem vel alias merces in fenestris. Liber censuum et *custumarum* urbis Carnotensis ann. 1302. in Camera Comput. Paris. fol. 55 : *Le Fenestrage d'ileuc, c'est à savoir pour chascune personne, qui vent pain à fenestre en la partie, que le Comte a à Chastiauneuf, vaut* 15. *sols.* Charta ann. 1294 : *En deniers, en blages, paages, Fenestrages, vinages, veirages, etc.* [** Concord. inter Abbat. de Faversham et homines ejusd. villæ in Abbrev. Placit. ann. 5. Edward. I. Kanc. 44. pag. 313 : *De quadam custuma, quæ vocatur Fenestrage, videlicet de percipiendo de quolibet mercatore vendente mercatoria in fenestra sua, quolibet die sabbati de qualibet fenestra unum quadrantem.*]

* Seu Vectigal, quod ab exponentibus merces suas in fenestris exigitur. Charta ann. 1271. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 440 : *Avenagium, buscherium, Fenestragium, moutonagium, etc.* Reditus comitat. Namurc. ann. 1289. ex Reg. sign. *Le papier aux aysselles* in Cam. Comput. Insul. fol. 73. r°. : *Encor i a* (à Namur) *li cuens les stalaiges, les wetaiges et les Fenestraiges.*

2. **Fenestragium**, præterea nostri appellabant, cum in hastiludiis, qui decertaturi erant, antequam in arenam descenderent, armorum suorum insignia ædium suarum fenestris aptabant, quo cunctis, ut dimicaturi, innotescerent. Jacobus Valerius in Tractatu MS. *du droit d'armes de Noblesse*, ubi de Torneamentis : *Quant ce viendra au Fenestraige pour cloer son blason, le heaume doit estre couvert trois dois ou environ du blason du chef de la banniere.* Vetus Ceremoniale MS. *Au cry des Tournois : Dit, que l'on faisoit Fenestre la veille du Tournoy, et pour faire Fenestre le Lundy, et pour tournoier le Mardy. En un autre cri : Or oyez, Chevaliers et Escuiers, qu'on vous fait à savoir un riche pardon d'armes, et tres-noble Tournoiement de par le blanc, et de par le vermeil, lesquels seront en la ville du Mans le 7. jour de May, pour estre as hosteux, et lendemain faire Fenestres, et des blazons de leurs armes à faire Fenestre, et celuy jour faire le vesprée de leur monstres pour lendemain tournoier.* Idem Valerius enarrans, ut armorum insignia ædium fenestris aptabantur : *Item doivent estre esleus deux Diseurs comme Juges, lesquels doivent appeller les Rois d'Armes et Heraulx, afin qu'il leur dient le nombre des heaulmes, bannieres, et penon, tant d'une marche, comme de l'autre : afin que lesdits Juges puissent partir plus justement les Fenestres dudit Tournoy. Item doivent estre portées les bannieres et penons ausdites Fenestres, ensemble leurs heaulmes et tymbres : et sous lesdits heaulmes doivent estre cloez les escuçons de leurs armes. Et se doivent mettre par ordre des plus nobles de ceux, qui auront le plus veu, pour la garde de la banniere, et pareillement du penon. Item la veille du Tournoy les Roys d'Armes et Heraulx doivent porter lesdites bannieres et penons, et les heaulmes et tymbres toute ensemble esdites Fenestres environ l'heure de dix heures devant None : et se doivent lesdits Roys d'Armes et Heraulx départir, pour servir les nobles, et iceluy Tournoy.* Infra : *Il est de coustume de tout temps, que pour chascun blazon cloer, est deub au Roys d'Armes et Heraulx, qui attachent, et cloent ledit blazon,* 8. *sols Par. Fenester les bannieres*, ibidem. Ratio etiam *Fenestram*, ut aiebant, *faciendi*, pluribus describitur a Renato Rege Siciliæ, in Tract. de Torneamentis pag. 60.

¶ **Fenestrage**, in Tractu Alnetensi est jus habendi *Fenestras* seu aperturas in silvis majoribus, per quas mane et vespere transeant Rusticulæ majores, et decidant in casses qui ibi tenduntur.

* 3. **Fenestragium**, Jus *fenestras* seu aperturas faciendi in domo sua. Charta ann. 1392 : *Quandam domum fortem, cum... juribus, introitibus, exitibus, apilagiis, Fenestragiis et pertinentiis universis. Fenestris*, Apertura, in Pacto inter abbat. et commun. S. Richarii ann. 1324. ex Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 2 : *Si aucuns veaut faire un Fenestris de une fenestre tant seulement entre deus potiaus, etc. Fenture*, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1395. ex Reg. 148. ch. 197 : *Le mary vit par un pertuis ou Fenture le ribault, qui estoit en l'ostel avec ladite femme.* Vide supra *Fenditus.*

Fenestrare, Ugutioni, *Fenestras facere, vel præparare.* Fortunatus in Vita S. Albini Episc. Andeg. num. 18 : *Statimque duo cœci sunt pariter illuminati, tandem*

Digitized by Google

aliquando sumentes lumina diei ab umbra defuncti, nimirum agnoscentes ejus adminiculo se posse lumen consequi, cujus virtute potuisset paries Fenestrari. [Gocelinus Monachus in Vita S. Augustini Cantuar. Maii tom. 6. pag. 398 : *Nitebat cæsaries, non arte, sed gratia calamistrata, cœlesti nive dealbata, patriarchaliter liliosa, frons speculativa Dominicæ cruci patebat, quam media coma pro columna formose Fenestrabat.* Ibidem pag. 394 : *Facies amabilis et reverenda, frons mediante coma suis columnis resultabat Fenestrata;* hoc est, aperta inter cincinnos naturales a dextris et a sinistris pendulos, quos arte componi prohibent Statuta antiqua inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1190. his verbis : *Prohibemus etiam ne Clerici, caractere neglecto, comas nutriant, aut Fenestratis tondeantur.* Vide *Fenestratus.*]

* Aliud vero sonat *Fenestrer*, Amicæ scilicet fenestris, more amantium, astare, in Lit. remiss. ann. 1453. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 394 : *Pierre de la Croix mist avant de aler Fenestrer et amer par amours une josne fille, nommée Jehannette.*

¶ **FENESTRARIA, FENESTRARIUS.** Vide *Fenestra.*

FENESTRATIM, Obiter, per transennam. Theodericus Monachus de Invent. S. Celsi Episc. Trevir. n. 4 : *Nos autem per tapinosin præcelsa gesta Fenestratim propalantes, humilibus oportet consentire.*

¶ **FENESTRATUS,** Fenestris apertus, perforatus, Plauto et Vitruvio. Inventarium Eccl. Aniciensis ann. 1444 : *Item alia parva mappa de canapi ad modum telæ cum tribus barris in uno capite et in medio cum aliis tribus de filo Pers et in capite Fenestrata.* Hoc est, si bene conjecto, ad instar rhomborum vitreorum, quibus ad fenestras uti solent, figurata. Vide *Calcei Fenestrati* in *Calceus.*

* Hinc metaphorice *Corde fenestrato*, pro Perspicaci et intima penetrante præcordia, ut interpretantur docti Editores ad Acta S. Lupi episc. Trec. tom. 7. Jul. pag. 74. col. 2 : *Quam* (Genovefam) *dum corde Fenestrato conspiciunt, etc.*

* **FENESTRELLA, FENESTRELULA,** diminut. a Fenestra, fenestella. Cæremon. Rom. MS. fol. 6. v°. : *Interim vero prior diaconorum aperta sacrarii Fenestrella, qua populus expectans videri potest, etc.* Instr. ann. 1479. apud Ughell. tom. 1. Ital. saer. edit. 1717. col. 508 : *Deliberatum fuit quod fieret una Fenestrelula in lapide, qui super hanc arcam jacebat, ad hoc ut sanctissimum corpus videretur, factaque Fenestrelula, etc.*

* **FENESTRIUNCULA,** Eadem notione, in Hist. episc. Autiss. pag. 502. ubi de Guidone de Mello.

¶ **FENEUS,** *Pauper, sine fide.* Papias. Vide *Fœneus.*

FENGANGI. Vide *Fegangi.*

FENGELDUM, Pecunia, vel tributum ad arcendos hostes erogatum, a Saxonico fen, hostis, et geld, pecunia, tributum, in Chartis Anglicanis tom. 1. Monast. Anglic. pag. 372. tom. 2. pag. 812. 827.

¶ **FENICIUM,** a Græco φοῖνιξ, color ruber, unde Ovidio *Phœniceæ vestes*, eædem quæ purpureæ. Consultationes Zachæi Christiani et Apollonii Philosophi lib. 2. apud Acherium Spicil. tom. 10. pag. 65 : *Et si fuerint delicta vestra ut Fenicium, ut nivem dealbabo ea; si autem ut coccum, ut lanam candidam efficiam. In Fenicio obscuritas peccatorum, in cocco mens cruenta signatur.* Hæc Zachæus, qui reddit Græcum Isaiæ 1. 8. φοινικοῦν, per *Fenicium* : melius scripsisset *Phœniceum.* Vulg. Interpres habet *Coccinum.* Jo. de Janua : *Fenicium, Herba fullonum quæ nigram facit tincturam; unde Esa* 1. *Si fuerint peccata nostra quasi Fenicium.* Melius dixisset *coccineam* vel *rubram.*

* **FENICOBOLANUS.** Vide *Mirobolanus.*

* **FENICULUM,** Locus, ubi fenum congeritur et asservatur, Gall. *Fenil.* Obituar. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5191. fol. 184. r°. : *Johannes de Saffris.... dedit.... dimidiam domum suam,.... exceptis stabulo et Feniculo.* Vide *Fenile.*

* **FENIERA,** *Prov. Vexillum*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

* **FENIFICARE,** Fenum furcillis versare et siccare, Gall. *Faner.* Charta Hugon. abb. ann. 1193. in Chartul. S. Dion pag. 355. col. 2 : *Fenum etiam Fenificabunt et in gargias* (l. grangias) *ducent.* Vide *Fenare.*

FENILE, in Gloss. vett. *Locus, ubi fenum ponunt.* Gl. Gr. Lat. : Χορτοκόπιον, *Fenile, Fenisecium.* χορτέβολον, *Fenilium. Fœnisicium*, in veteri Kalend. mense Junio, Tempus, quo fenum secatur. Adde Varron. lib. 6. Lex Salica tit. 18. § 3 : ... *Si quis scuriam cum animalibus, vel Fenile incenderit.* Adde Legem Bajwar. tit. 1. cap. 14. [Virgilium ipsum, Georg. 3. vers. 321 :

Nec tota claudas Fenilia bruma.

Et Ovidium Metamorph. 6.

Positasque premet Fenilibus herbas.]

* **FENISETA,** Columellæ Feniseca, Gall. *Faucheur.* Andr. Floriac. in vita MS. S. Gauzl. Bituric. archiep. lib. 1 : *Salensis loci Fenisetæ, operi mediante jam die insistentes; prospiciunt comminus quemdam reverendæ canitiei senem, etc.*

¶ **FENNA,** pro *Femina*, legitur in Charta an. circiter 1100. fol. 183. Chartularii Matisconensis.

* **FENNIQUUS.** Libert. S. Marcel. ann. 1343. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 387. art. 19 : *Concessit eisdem quod venari possint ad omnia Fenniqui generis.* Leg. : *ad omnia ferarum genera*, ex aliis Lit. notante D. *Secousse.* Vide *Feramen.*

¶ **FENS,** pro *Fenum*, habetur in *Frossa.*

¶ **FENSUS,** *Iratus.* Gloss. Isid. Vox antiquata, unde *Offensus, Infensus.*

¶ **FENTATUS,** f. pro *Fœdatus.* Vide in *Effondatus.*

* **FENULA,** f. Rastelli vel furcillæ species, qua fenum versatur. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Fenula, fenon.*

¶ **FENUTIO,** a φοῖνιξ, Color ruber, Pellis Purpurea. Vide *Parthicæ pelles.*

¶ **FEODA-FIRMA.** Vide *Feudofirma*, in *Feudum.*

* **FEODARE SOCIETATEM,** Eam, fide data, inire vel firmare. Gesta consul. Andegav. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 29 : *Barones Turonici pagi Feodaverunt societatem, et beneficium ecclesiæ largiti sunt.*

FEODIUM, *Feodum, Feodagium, Feodare, Feoderare, Feodatus, etc.* Vide *Feudum.*

* **FEORALIS,** Qui agros alicui ad utendum dat sive locat. Charta ann. 1121. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1133 : *In primis juravit Petrus de Valle poni de suo tenimento de manso solidos iv. et staria iv. de grano, et iv. de milio, et iv. de favis. Hæc sunt Feoralis; cætera scilicet et placitum et guaittam, et alogamentum de manso, et albergariam redantur donacatæ curte, et eundo aut redeundo datur Feorall panis et vinum et annonam semel aut bis plus in annum.* Pluries ibi.

FEORWENDEL, Modus agri : quarta, ut videtur, pars acræ ? nam Saxonibus, feorðe, est quartus. Monasticum Angl. tom. 2. pag. 913 : *Medietatem unius Feorwendel terræ de meo dominio, in eadem villa, et alteram medietatem unius Feorwendel, quam Augerus tenet.* [Vide *Farding.*]

* **FEOUDIUM,** Feudum. Charta Haton. episc. Trec. ann. 1126. in Chartul. Pontiniac. ch. 132 : *Dicebant etiam se.... quicquid illi ab eis ibidem Feoudia tenebant quoquo modo, Pontiniacensi monasterio ex eisdem Feoudiis concessuri erant, pariter concessisse.* Occurrit rursum in alia ann. 1400. ex Tabul. Flamar.

1. **FERA,** pro *Feria*, Nundinæ, ex Gall. *Foire.* Fulcoinus Monach. de Ogerio Carmentriacensi : *Præter censum, qui solvitur ad Feram in mense Maii, etc.* [Instrum. ann. 1040. apud Mabill. tom. 4. Annal. pag. 441 : *Domino et sancto Leopardino concessit ipse benignus Princeps Archembaldus ipsius loci Feram annualem, et Feras omnes de cunctis hominibus ad feram venientibus, totum districtum in ipsa fera.* Ubi observandum vocem, *Fera*, 2°. loco poni pro jure ipso *Feræ* quod persolvebant nundinatores. Memoriale Potestatum Regiensium, Auctore Anonymo, ad ann. 1211. apud Murator. tom. 8. col. 1082 : *Et eo anno incæpta fuit Fera S. Mauritii, et fuit facta ad Pontem Platum in contrata S. Mauritii superius stratæ.*] Occurrit præterea in veteri Charta apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 5. cap. 9. n. 4. et in Libertatib. villæ de Moneto in Biturigib. apud Thomasserium lib. 1. cap. 65. Vide *Feriæ* 3.

¶ **FERA,** Jus nundinarum quod Domino competebat. Privilegium Ludovici Imp. concessum Ramninco Abb. S. Sulpitii Bituric. ex Chartul. ejusd. Monast. fol. 30 : *Præterea concedimus in vestiaria et calcearia Fratrum monachorum sicut fuerat olim, omnes Feras annuales mercati cum integritate et districtum.* Eadem notione usurpari in Charta ann. 1040. modo observavimus.

2. **FERA,** Prædium rusticum, quod *Alfare* alii vocant. Vide in hac voce. Charta Bernardi Vicecomitis Carcassonæ ann. 1108 : *Et aliam Feram cum mansionibus meis, ubi sto.* Infra : *In villa Limoso unam Feram cum suis mansionibus, et cum suis ortis, etc.* Vide *Feira* [in *Feriæ.*]

3. **FERA,** Apri femina : nam et *Feros* pro apris dixerunt veteres, uti monitum a Salmasio ad Capitolinum pag. 268. Charta Fundationis Abb. S. Mariæ Santonens. ann. 1047. apud Sammarthanos : *Statuimus ut quotannis Abbatissa misso venatore suo, quoquomodo poterit, habeat de præfata silva ad recreandum femineam imbecillitatem, aprum unum cum sua Fera, cervum cum*

Digitized by Google

cerva, damum cum dama, caprum cum caprea, etc.

FERA REGALIS, *quam Angli Staggon appellant*, in Legibus forestarum Canuti Regis cap. 21. 24. 26. 34. ubi *Feræ regales* distinguuntur a *Feris forestæ*; est autem *Staggon*, Anglis *Stagge*, cervus, cujus venatio regalis dicitur. [*Feræ majores* vocantur in Lege Bajwar. tit. 19. § 7.] Observat Nonius *feram*, singulariter appellari cervum a Virgilio lib. 7. Æneid. vers 489 :

Pectebatque Feram, puroqne in fonte lavabat.

Narrat vero Luithprandus lib. 3. cap. 4. Lanthbertum Mediolan. Archiepisc. Burchardo Suevorum Duci, *quasi hoc esset privilegium amoris, concessisse cervum, quem is suo in brolio venaretur, quod nulli unquam nisi carissimis magnisque concesserat amicis.*

FERÆ FORESTÆ, in iisdem Legibus forest. cap. 21. 22. 27. ubi aper *bestia forestæ* dicitur, non vero *capreoli, lepores* et *cuniculi*. [** *Bestiæ silvestres et omnes aves quæ alias aves capiunt* non vero *lepores et vulpes*, in chart. Adam. de Stanelai inter Placit. Johann. reg. in Abbrev. Placit. pag. 93. Ebor. rot. 2. in dorso.] Quippe, ut est apud Hyginum in Astronom. lib. 2. pag. 73. nobiles venatores circa lepores non versantur : unde carpitur Callimachus, quod Dianam dixerit leporum sanguine satiari. Libertates villæ de S. Paladio in Biturigib. ann. 1279 : *Per totam dictam forestam... venari poterunt ad omnia animalia ita quidem, si magnam feram, cervum, aprum, capreolum, vel aliam grossam Feram ceperint, tenebuntur eam Præposito vel Servientibus præsentare, etc.* Legibus porro Friderici Imp. lib. 2. de Feud. tit. 27. § 5. retia tendere, aut laqueos vetantur omnes, *nisi ad ursos, aut apros, vel lupos capiendos.* Aprorum tamen venationem Regibus propriam fuisse insinuat Theganus de Gestis Ludov. Pii cap. 20 : *In mense Augusto, quando cervi pinguissimi sunt, venationi vacabat, usque dum aprorum tempus advenerat.*

FERÆ BANNITÆ, quarum venatio interdicta est, in Chartis ann. 1056. 1065. in Probat. Histor. Limburg. pag. 29. et apud Zyllesium pag. 40. Alia Henrici Imp. ann. 1049. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 365 : *Ut nemo absque licentia et voluntate præfati Episcopi successorumque suorum infra prædictos ejusdem foresti terminos banni conclusione vetitos præsumat venari, aut aliquod genus Ferarum, quod in forestarum jure banni interdicitur, lege qualibet, venatoria industria capere, vel decipere.* Charta alia tom. 2. pag. 543 : *Ibique erat Bannus Bestiarum prædictorum dominorum.* Sed hic agitur de prato, non de silva.

4. FERA. Matth. Silvaticus : *Pecus, i. animal monstruosum, quod generatur in utero mulieris, quod Salernitanæ mulieres vocant Feram.* Occurrit hæc vox, sed alia notione, apud Thomam Archidiacon. in Hist. Salonitana cap. 41. et in Historia Acutheis de Gestis civium Spalatensium cap. 2 : *Quatuor cladibus antedictis, videlicet epidimia, fame, Fera, et ferro tota illa provincia... flagellata est.* Ubi *Fera* videtur esse *pestis*.

¶ 5. FERA RECUSSABILIS. Vide *Sphæra Italica.*

¶ FERACULUS, *Aliquantulum ferax.* Jo. de Janua; unde emendandæ Gl. Lat. Gall. Sangerm. : *Feraculus, Felonnet, a ferox.*

¶ FERAGO. Vide *Ferrago.*

* FERAGALE, FERAGIALE, FERRGIALE, FERREIALE, Idem quod *Ferrago*, Agri portio, in qua ad viridis tantummodo pabuli saginam ordeum, vel granum quodvis invicem mixtum seritur, viridarium. Charta admort. Caroli VII. in Reg. Cam. Comput. Paris. alias Bitur. fol. 151. r°. : *Item super una eminata terræ, cum borda et Feragiali, quam Arnaldus Villarii tenebat, xvij. den. Tur. et obol. Turon.* Et fol. v°. : *Item super una eminata orti, cum Ferreiali ad podium Martini, etc.* Fol. 152. v°. : *Item super sex punheriatis Feregialis,.... unam carteriam frumenti.* Denique fol. 153. r°. : *Item super uno Feragali ad ortos de retro villam,... unam pictam Turon.* Vide infra *Ferragale.*

* FERAGIUM, Pabulum viride ex ordeo, vel grano quovis, aut palea, sive feno, Gall. *Fourrage;* nisi sit Tributum pro *feris* seu nundinis exsolvendum. Charta Unfredi *de Rohon* confirmata a Carolo IV. ann. 1324. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 42 : *Concessi Roberto Postello.... domum suam.... ab omni servitio quietam, exceptis istis, quatuor nummis... Feragii.* Vide *Feraticum* et *Ferragium.*

FERAGULUM, *Coopertorium*, Gloss. Bibl. MSS.

* 1. FERALE, Italis, Lanterna, in Gloss. Franc. Barber. ad *Docum. d'amore.* Vide infra *Ferletum.*

* 2. FERALE, Peccatum mortiferum. Charta ann. 1045. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Nos fratres Petrus et Feraldus, metuentes Feralia nostra nostrorumque parentum innumerosa crimina, ex possessionibus nostris largimur S. Christi martyri Victori, etc.*

¶ FERALITER, Ferarum more. *Contra Pisanos fremebant illico Feraliter, et dentibus frendebant*, in Chronico Pisano apud Muratorium tom. 6. col. 105. Utitur etiam Petrus Damiani in Epistola a Mabillonio laudata tom. 4. Annal. Bened. pag. 577. et Fulgentius Mytholog. 3. 1.

FERAMEN, Fera venatica, *Ferum* et *Feramio*, Occitanis. Capitulare 1. Caroli M. ann. 802. cap. 39 : *Ut in forestis nostris nemo Feramina nostra jurari audeat, etc.* Capitulare de Villis cap. 36 : *Et Feramina nostra intra forestes bene custodiant.* Perperam *Fertaminibus* editum cap. 62. Charta Pipini Regis Franc. pro Monast. S. Dionys. : *Nec non et diversa Feraminum genera, seu et forestarios cum ipsorum mansibus in ipsa foreste per diversa loca commanentes.* Alia Caroli M. pro eod. Monasterio : *Cum utriusque generibus Feraminum, cervorum, capreolorum, etc.* Eginhardus Epist. 7 : *Convicti de quodam furto, furando Feramina in dominica foreste.* Capitula Caroli C. : *In Ligurio porcos et Feramina accipiat.* Adde Capitulare 2. ann. 813. cap. 18. Philippus *Mouskes* in Histor. Franc. MS. ubi de Guillelmo Rufo Rege Angliæ :

Ciers i nist et bisses, et dains,
Puis Couuins, lievres, et Ferains,
Et maniere de sauvaigine.

Infra :

Et s'as les glises abatues,
U tu as la forest plantée,
Qui de Fierains est habitée.

FERAMUS, Idem. Lex. Aleman. tit. 99. § 4 : *Si rubeus Feramus cum ipso sagittatus est, etc.* Quo loco *rubeus Feramus* nostris dicitur *Beste jaune :* Gallis *Beste noire.* [** Germ. *Rothwild.*] Occitani *Feramio*, lupum, vel quamvis aliam feram silvestrem nuncupant, vel quodvis phantasma.

FERANCUS. Rigordus in Philippo Aug. de Franc. : *Quos cum multis post idem Valentinianus præliis attentasset, nec vincere potuisset, proprio eos nomine Francos, quasi Ferancos, i. Feroces appellavit.* Respexit forte Rigordus Belgicum *Vranghe*, quod est *acerbum, asperum, trux, ferox*, unde etymon accersit Wendelinus. Vel potius id hausit ab Adone Viennensi in Chronico : *Francos lingua Attica Valentinianus Imperator a feritate et duritia atque audacia appellari primus voluit.* Præfatio ad Legem Salicam : *Gens Francorum inclyta, audax, velox et aspera.* Isidorus lib. 9. cap. 2. de iisdem : *Alii eos a Feritate morum nominatos suspicantur, eo quod bruti sint.* Gesta Francorum cap. 13. de Francis : *Quia populus Ferocissimus est. Feritas barbarica*, in leg. 2. Cod. Th. de Postlim. (5,5.) Ferocitatem eamdem Gallis ipsis veteribus adscribit Egesippus lib. 2. cap. 9 : *Veniamus ad Galliarum incolas, populos natura Feroces, et naturalibus muris ferociores, etc.*

* FERARIA. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959 : *Ferariam vel ficatiam vocant mimorbiam, quæ est schorphana, et urtica mortua a quibusdam vocatur, eo quod folia urticæ similia habeat, non tamen urentia.*

¶ FERARIUM, Locus, ut videtur, in quo feræ venaticæ concluduntur. Excepta Chron. Vetero-Cellensis apud Eccardum de orig. Domus Saxon. col. 102 : *Plures milites ibi percussit et Ferarium Regis destruxit.* Col. 103 : *Wilhelmus Marchio intravit Bohemiam cum exercitu valido et Ferarium Regis ante Pragam devastavit, ac percussis plurimis militibus prospere revertitur.*

¶ FERATICUM, Tributum pro *feris* seu nundinis solvendum. Donatio ann. 1086. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 268. col. 2 : *Locum illum ab omni sæculari lege vel consuetudine liberum, banno scilicet, latrone, inventione, furto, foro, Feratico, teloneo, ambitum etiam, præcinctum atrii vel claustri, etc.* Vide *Fera* 1.

FERATRUM, *dicitur a fera, et sunt Feratra, tecta silvarum spissa.* Ita Papias, et Jo. de Janua. Id est, loca in silvis spissiora, in quæ feræ sese recipiunt.

* FERCIA, apud Poetam Latinum XII. sæculi, Secunda scaccorum persona, quæ alias *Virgo*, nunc *Domina* vel *Regina* appellatur, ut scribit D. *Freret* in Dissert. quæ exstat tom. 5. Comment. Acad. Inscript. pag. 255. ubi hanc vocem accersendam docet a Persarum lingua, quibus *Ferz* vel *Ferzin* primarium aulæ præfectum sonat, seu secundum a rege : unde Poetis nostratibus *Fierce, Fierche*, et *Fierge*. Mirac. B. M. V. MSS. lib. 2 :

La grans roine, la grans dame
Ki du ciel est roine et Fierce, etc.

Digitized by Google

Ibidem :

Ne ja n'ara peon, n'auſin,
Roi, chevalier, Fierge, ne roc, etc.

Le Roman *de la Rose* :

Car on n'have pas les garçons,
Fols, chevaliers, Fierges, ni rocs.

Poema Vetulæ :

Roy, roc, chevalier et auphin,
Fierge et peon, etc.

Rursum :

La royne que nous nommons Fierge.

Poema Alex. MS. part. 2 :

Roy, Fierce, chevalier, auffin, roc et cornu
Furent fet de saphir, et si ot or molu.

¶ **FERCO.** Vide *Ferto.*

FERCOSTA, Navigii species. Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 25 : *Si aliqua navis, vel Fercosta, vel aliud vas appulsum fuerit.*

¶ **FERCTUM.** Vide *Fertum* 1.

FERCULA, Quæ pro nuptiis celebratis Curioni seu Sacerdoti ex jure præstabantur, [vel ab iis exigebantur, etiam sub excommunicationis pœna. Vide *Missus* 1.] Charta C. Archiep. Senonensis ann. 1200. in Tabul. Maurigniacensi n. 79 : *Omne beneficium nuptiarum, sive fuerit in Ferculo, sive fuerit in alia re, etc.* Statuta Synodalia Odonis Episcopi Parisiens. cap. 7. § 4 : *Prohibetur districte sub pœna suspensionis, ne ullus Sacerdos aut Capellanus exigat aliquid ante benedictionem nuptialem, sive pro testimonio ferendo, sive pro matrimonio celebrando, occasione Ferculorum, quæ debentur pro nuptiis : celebrato autem matrimonio, recipiat Fercula sua, et exigat, si necesse est, sicut consuetum est.* Id etiam statuitur in Constitutione Odonis Legati contra Simoniacos lata in Concilio Provinciali Syriæ ann. 1254 : *Item et pro officio circa celebrationem nuptiarum impendendo, quoddam Ferculum et duas ampullas vini, vel aliquod simile pretium a nubentibus exigunt et extorquent.* Bulla Alexandri PP. ann. 1234. apud Perardum in Burgundicis pag. 434 : *Si autem ultra 4. denarios datum fuerit pro eis, duæ partes erunt Prioris, et tertia pars erit Sacerdotis, et Fercula pro nuptiis celebratis, vel quod datur nomine Ferculorum.* [*De Ferculis nuptiarum vocatis Espaules*, in Charta Guillelmi Abb. Floriac. ann. 1296.] Vide *Verinuptum.*

* Debebantur quoque in purificationibus mulierum, ut colligitur ex Charta ann. 1178. in Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 92 : *Habebit* (presbyter parochiæ) *baptisteria, confessiones, refectiones in nuptiis et in purificationibus mulierum constitutas, etc.*

¶ **FERCULARE**, ut Ferculum, Gall. *Mets.* Charta Petri Abb. S. Crucis de Talemundo ann. 1366. de officio Aquarii : *Item tenebitur dictus Aquarius in vigiliis festorum principalium.... duo Fercularia plenaria ministrare, videlicet in quolibet ferculo tres pecias marlucii, etc.*

¶ **FERCULARIUS**, Dapifer, de cujus dignitate in aulis Regum infra dicitur in *Senescallus.* Post Heinricum Fr. Reg. Annam Reginam, Philippum Heinrici filium et Regem jam designatum, Robertum et Hugonem fratres ejus, Rodulfum Comitem, Mainardum Archiep. Senonensem, Rainaldum Camerarium, *Guillermus Fercularius* subscribit Chartam, cujus meminit Mabillonius tom. 4. Annal. Benedict. pag. 552.

¶ **FERCULATUS**, Ferculis pastus. Andreas Abb. in Vita S. Johannis Gualberti, Julii tom. 3. pag. 346 : *In qua diu penuria ita erant exultantes et gaudentes, velut solent lætari homines ceteri deliciis multiplicibus Ferculati, et opibus nimis ditati.*

FERCULUM GENERALE. Charta Joannis Thesaurarii S. Quintini ann. 1094. ex Tabulario Humolariensi Ch. 30 : *Ordinavit etiam caritas eorum, ut in die S. Trinitatis, quæ ante Domini adventum quibusdam in locis celebratur, die scilicet meæ nativitatis, quamdiu viverem, et in anniversaria mei transitus commemoratione refectio eorum uno quolibet generali Ferculo communiter et indesinenter ampliaretur, etc.* Vide *Generale.*

FERCULUM, Gestatorium, sella gestatoria. Anastasius Bibl. in Hist. de Exilio S. Martini PP. pag. 86 : *Jussit eum surgere a Ferculo, et stare.* Supra *Gestatorium, Gestatorium sedile, et portatorium*, dixit. Cantica Canticorum : *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas.* In quem locum Aponius : *Ferculum a ferendo nomen accepit.*

☞ Notum est apud Latinos *Ferculum* fuisse Gestamen, quo in pompa uti solebant : quocirca Tullius lib. 1. Off. dixit : *Cavendum est ne tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, ac similes pomparum Ferculis esse videamur.* In iis ferculis deferri consueverant simulacra oppidorum, coronæ, machinæ et id genus alia. Consule Lexic. militare Caroli de Aquino voce *Ferculum.*

FERDELLA TERRÆ, Quarta pars virgatæ terræ, ut colligit Spelmannus ex vetere MS. cujus hæc laudat : *Decem acræ terræ faciunt secundum antiquam consuetudinem unam Ferdellam, et 4. Ferdells faciunt virgatam, et 4. virgatæ faciunt unam hidam, et 4. hidæ faciunt unum feodum militare.* [*Madox* Formul. Anglic. pag. 54 : *Ego saisivi prædictum Thomam inde per ramum arboris, ad tenendum in capite de me per servitium quinque partis unius militis, cum quinque Ferdellis terræ de Bacwella.*] Vide *Ferdingel.*

¶ **FERDELLUS**, Fasciculus. Acta SS. Junii tom. 3. pag. 396. de S. Alena : *Et iterato per eosdem repositum in quatuor Ferdellis in præsenti capsa altera die.* Vide *Fardellus.*

FERDFARE, in Fleta lib. 1. cap. 47. § 23. est *Quietantia eundi in exercitum.* Vide *Firdefare.*

FERDINGEL, Modus agri. Domesdei tit. Somerset, Ermenton : *Huic manerio pertinent consuetudines istæ : de Ferdingel* 30. *den. etc.* Ubi Spelmannus observat, Agrimensores Anglicos *Forthindel* usurpare de quarta parte acræ : putat tamen hoc loco *Ferdingel* intelligi, vel de quarta parte virgatæ 5. acras continentis, vel de quarta parta carucatæ, vel ejusmodi alicujus mensuræ. [Vide *Ferdella.*]

¶ **FERDINGMANNUS**, Thesauri custos. Batavicum vocabulum. Joan. Skenæus de verborum significatione pag. 66.

FERDONI. Vide *Ferto.*

¶ **FERDWRTHI.** Vide *Faldwrthi.*

FERDWYTA, juxta Fletam lib. 1. cap. 47. § 15. est *Quietantia murdri in exercitu.* Id est, ut interpretatur Edw. Cokus ad Littletonem sect. 96. *liberum esse de oneribus armorum.* Occurrit in Monast. Angl. tom. 1. pag. 390. Vide *Firdwita.*

¶ **FERIÆ JUDAICÆ**, pro *Feriæ Judaicæ*, ut arbitror, seu Dies, quos Judæi colunt ab opere servili *feriando* seu cessando. Canones antiqui pœnitentiales, apud Acherium tom. 11. Spicil. pag. 72 : *Auguriis vel incantationibus servientem a conventu Ecclesiæ separandum ; similiter et Judaicis superstitionibus vel Fereis inhærentem.* Vide *Feriæ.*

* **FEREBERES**, *Wepsum*, in Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

FERENDARIUS, Procurator, qui vice alterius in judicio causam agit : Germ. *Fursprech.* Occurrit non semel in Speculo Saxonico lib. 1. art. 60. 61. 62. 63. lib. 3. art. 14. 30. etc. [** Vide Haltaus. Glossar. Germ. col. 559. voce *Fürsprecher*]

* **FERENDUM**, Officii ecclesiastici species. Formula, qua alicui vices archiepiscopi committuntur, in Formul. MS. fol. 46. v°. : *Ecclesias aut dignitates, et præbendas, beneficia et Ferenda, ac startias, quæ in civitate et diocesi prædictis per cessionem, renunciationem vel mortem, vel alio quovis modo vacaverint in posterum, vel hactenus vacaverunt, quorum ad nos collatio, provisio seu electio quocumque spectat, personis idoneis libere conferre possis.*

¶ **FERENTARII**, Nonio, *Milites levis armaturæ, quod quidquid opus esset, auxilio ferrent excursu levi, armis gravibus non impediti.* De iis etiam Varro lib. 6. et Festus. Sallustius de Bello Catilin. : *Postquam eo ventum est, unde a Ferentariis prælium committi posset, etc.* Annal. Novesiens. apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 673 : *His Ferentarii et nautæ aliquot, qui ad hoc operam suam Parmensi elocabant attractis naviculis occurrunt.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Ferentarius, Porteur de baniere, ou de saiette, ou de fonde.*

* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Ferentarius, qui fert vexillum, Bandayrier, a bandiera, Prov. vexillum.* Vide *Ferentes.*

¶ **FERENTARIUM**, Ferculum processionale. Joan. Longinus in Vita S. Stanislai Episc. Maii tom. 2. pag. 254 : *Omnis illa multitudo processionaliter ordinata, vexillis quam plurimis et Ferentariis præcedentibus, Episcopo consistente in medio.*

FERENTES, Milites Bannereti. Anonymus de Rebus Friderici II. Imp. pag. 887 : *Factum est itaque, quod dum prælibatus Vicarius prope Schiaccam magnum Siculorum exercitum congregasset, et illi potissime, qui vocati in partibus illis vexilla ferebant, appellati vulgari linguositate Ferentes, fidem Regis Karoli profiteri viderentur, etc.* Vide *Bannereti.*

FERERIUS, [Idem f. qui *Feretrarius* infra.] Ceremoniale Roman. lib. 1. sect. 2. pag. 29 : *Fererius tapetum (portat) et parvum scabellum, et cussinum.*

¶ **FERET**, pro *Fertur.* Scriptura anni 891. inter Concilia Hisp. tom. 3. pag. 162.

Digitized by Google

col. 2 : *Pergit per terminos de Populeros, et Feret in rivolum Chave.*

* **FERETITAS**, pro Feritas, quod proprium est feritatis. Charta ann. 1357. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 448 : *Dictæ feræ et bestiæ silvestres.... gentibus diversa dampna irreparabilia inferunt; et cornua, dentes, et ipsorum Feretitates contra ipsos erigunt.*

* **FERETRALE**, Nomen loci, a feretro, ut videtur; f. quod prope cœmeterium vel patibulum situs erat. Charta ann. circ. 1077. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 294 : *Dono etiam extra muros prædictæ urbis Tolosæ terras omnes, quas habeo ante portam civitatis, ubi vocant ad Feretrale.* Vide *Feretrum* 1.

¶ **FERETRARIUS**, Custos sacrarum Reliquiarum in *feretro* reconditarum. Acta SS. Junii tom. 4. pag. 579. de S. Etheldreda : *Et in cloacam projecit* (imagines) *non designans eis locum usque ad fratris Roberti Bykeling Feretrarii et Monachi Elyensis adventum.*

1. **FERETRUM**, Νεκροφορεῖον, Isidoro lib. 18. cap. 19 : *Ubi funus defertur. Sarcofagus*, in veteri Inscriptione apud Gruterum 607. 1. seu capsa, vel arca, qua effertur corpus humandum. Gloss. Gr. Lat. : Φορίον, *Lectica, Feretrum.* Servius et Isid. lib. 20. cap. 11 : *Feretrum, Locus, ubi mortui feruntur, et est Græcum nomen, nam Grece φέρετρον dicitur.* Gloss. Ælfrici : *Feretrum*, Bære. Unde nostris *Biere.* Fortunatus lib. 6. Poem. 7 :

Interea vehitur tristi lachrymosa Feretro,
Solvit et exequias obsequialis amor.

Leges Henrici I. cap. 36 : *Amici extrahant mortuum, deferentes in Feretrum, et portantes eum ad Ecclesiam.* Hinc *Fiertes*, et *Fiertres* loculos aut capsas, in quibus Sanctorum corpora vel reliquiæ reconduntur, dicimus. Hugo Flaviniac. pag. 122 : *Ornamenta Ecclesiastica quamplurima et Feretrum, ubi sunt reliquiæ Sanctorum, etc.* Bercarius Presbyter in Hist. Episcopor. Virdunensium n. 19 : *Feretrum, ubi sunt nunc reliquiæ Sanctorum, honestissimo decore composuit.* [Epistola Prioris S. Milburgis de Venelot in Anglia circiter ann. 1166. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 476 : *Egrediente Conventu cum Feretro comitante innumerabili multitudine hominum utriusque sexus, ad processionem, ut moris est Ecclesiæ nostræ, etc.* Et tom. 3. col. 644. C. in Chronico Johan. Iperii Bertiniano : *Sedata quodammodo seditione, Ecclesiæ thesauri distrahuntur, ciboria, Feretra, ceteraque jocalia auro et argento decrusantur, etc. Item in conductu processionali Feretri B. Mariæ, etc.* in Obituario MS. Eccl. Morinensis fol. 30. ubi semel et iterum recurrit vox *Feretrum* ead. notione.] Will. *Guiart* ann. 1205 :

Et si enclos et encegies,
Come un cors saint en une Fierte.

Feretra reliquias Sanctorum continentia ad corrogandas eleemosynas in reædificationem Ecclesiarum aut in alias necessitates cum processionibus circumlata, non semel legere est. Has *processiones ad offerendum* vocat Ægidius Aureæ Vallis in Hist. Episc. Leod. cap. 55. Vide *Reliquiæ.*

Feretro Caballario Veni, apud Bedam in S. Benedicto Episcopo cap. 21. et in Vita S. Erkenwaldi Episcopi Londoniensis.

Inferetrare, Feretro inferre. Lambertus Ardensis pag. 19 : *Hujus autem reverendissimum sanctissimæ Virginis corpusculum populo demonstravit, et Inferetravit venerabilis Ecclesiæ Morinensis Episcopus Milo secundus.*

* 2. **FERETRUM**, Pyxis, in qua sacra Eucharistia reconditur. Ordinar. MS. eccl. Rotomag. : *Finitis matutinis* (Dominicæ in Ramis palmarum) *deferatur Corpus Domini ad locum determinatum in Feretro a duobus sacerdotibus de secunda sede in albis, et sint duodecim famuli circa Feretrum portantes duodecim torchias.*

¶ **FERETUM**. Litteræ anni 1285. apud Rymer. tom. 2. pag. 262 : *Venditor extraneus... de salmaca Ferei vel pannorum laneorum 2. den.* An legendum *Ferri?*

¶ **FERHELETO**. Vide *Ferthebero.*

¶ **FERHO**. Vide in *Ferto.*

¶ 1. **FERIA**, Transitus est qui cymba fit in ulteriorem ripam. *Trajectus.* Sed hoc a Saxon. fær seu fare, Iter, et Eie, aqua. Hinc fær-sceat, naulum. Gr. πορθμὸς a πορεύω, trajicio, transveho : atque inde portus. Ita Spelmannus.

2. **FERIÆ**, Singuli dies hebdomadis dicti, ut est apud Hieronymum, non quod in iis feriandi necessitas imcumbat, sed a septimana Paschatis, quæ erat immunis ab opere faciendo, et feriata. Unde cum sex illi dies post Pascha feriati essent, et ea esset prima anni Ecclesiastici hebdomas, inde factum, ut omnes dies septimanæ vocarentur Feriæ. Lex enim est Constantini M. qui hebdomadas ante et post Pascha, ἀπράκτους et feriatas sancivit. Sed usus obtinuit, ut posterior tantum esset feriata, ut est in Syn. in Trullo can. 66. Will. Brito in vocabul. MS. : *Feria idem est, quod cessatio, unde et diem solennem antiquitus Feriam appellabant, i. cessabant ab operibus servilibus.... Et nota, quod Judæi dies sabbati appellant, nos autem Ferias dicimus, quod omni die feriare, i. cessare a peccato debemus, unde dicimus primam Feriam, sc. diem Dominicum, secundam, tertiam, quartam, quintam, sextam, sabbatum.* Similia habet Joann. de Janua. Tertullianus lib. de Jejunio cap. 2 : *Proinde nec stationem, quæ et ipsæ quidem suos dies habeant, quartæ Feriæ et sextæ.* Primus igitur hebdomadæ dies Dominicus dicitur : qui post sequitur, secunda Feria; et sic deinceps. Vide Durand. l. 7. cap. 1. n. 10. 11. et Henric. Valesium ad Eusebii lib. de Martyr. Palæstin. cap. 1. Beda in Hymnis :

Nostro more dies Feriæ sunt nomen habentes.

[** *Feria* 8. *Epiphaniæ Domini*, in chart. ann. 1314. ap. Haltaus. Chronol. med. ævi pag. 49. i. e. in octava Epiphaniæ; *Feria* 3. *proxima ante festum Galli*, in chart. ann. 1302. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 964. i. e. Die Martis qui præcedit Festum S. Galli.]

* *Fere*, eadem acceptione, in Vita S. Ludov. edit. reg. pag. 310 : *Il fesoit chascun jour chanter messe du jour à haute voiz et à note, convenable à la Fere ou de la feste.*

* **Feria ad Angelum**. Ordinar. MS. eccl. S. Vulfr. Abbavil. XIV. sæc. : *Feria quarta jejunii ante Natale, quæ dicitur ad Angelum.* Ab Evangelio, *Missus est Gabriel Angelus*, quod in ea feria cantari solet, sic nuncupatur.

** **Feria Corci Nati**, Quarta post Dominicam *Lætare.* Dicitur etiam *Feria* vel *Dies magni scrutinii.*

¶ **Feriæ de Excepto** dicuntur in Ecclesia Ambrosiana juxta Macros in Hierolex. omnes currentes dies ab ultima Dominica Adventus, usque ad Christi Nativitatem, quod majori solemnitate celebrentur.

Feriæ Legitimæ, in Pœnitentiali Romano, Theodori, et Bedæ, crebro occurrunt, verbi gratia : *Si infra* 30. *annos adolescens fornicationem faciat, tres quadragesimas, et legitimas Ferias... pœniteat.* Id est, jejunet tres quadragesimas, præter *Ferias legitimas*, seu dies, in quibus indicta sunt jejunia ab Ecclesia, [hoc est, Feria secunda, quarta et sexta, quibus jejunare in Ecclesia consuetum erat.] Infra : *Presbyter cum puella fornicans, annos quatuor, et tres quadragesimas in anno, et Ferias quartam ex sextam in pane et aqua.*

** **Feria Magnificat**, Quinta post Dominicam *Oculi.* Dicitur etiam *Salus populi.*

* **Feria Quinta Magna**, Majoris scilicet hebdomadæ, in Tract. pacis ann. 1466. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 209.

** **Feriæ Rogationum**, Dominica *Rogate* et feriæ duæ quæ eam sequuntur.

¶ **Feria Sexta Magna**, Dies Parasceves, Feria sexta majoris hebdomadæ. Miracula B. Simonis de Lipnica tom. 4. Julii pag. 561 : *Incipiens a Feria sexta magna usque ad Feriam secundam Paschæ.*

¶ **Feria Septima**, pro Sabbatum, in Vita S. Folcuini Episc. Tarven. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 628 : *Transiit autem anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo quinquagesimo quinto, Indictione tertia, Feria septima vesperascente.* [** *Feria septima major*, Vigilia Paschæ.]

¶ **Feriæ Solemnes**, Dies festi, quibus ab opere servili cessandum. Rudolfus in Vita B. Rabani Episc. Mogunt. sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 16 : *Dies erat natalitius Sanctorum martyrum Januarii et Magni : præceptum est omnibus... ut ea die a rurali ac servili opere vacarent, diemque festum agerent. Contigit in villa quadam... ut unus eorum... cum suis exiret in agrum,... ceteris solemnes Ferias celebrantibus.*

** *Feria* 2. *qua cantatur Sicut oculi servorum* 5. *Idus Martii ann.* 1185. in Gall. Christ. tom. 3. Probat. col. 49. Secunda post Dominicam *Invocavit.*

* *Les Foiriées de Noël*, in Lit. remiss. ann. 1390. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 189.

Feriari, Diem festum colere, ab opere servili cessare. Hayto Episc. Basileensis cap. 8 : *Feriandi vero per annum isti sunt dies, etc.* Passim. [Active sumitur in Vita B. Meinwerci tom. 1. Junii. pag. 521 : *Et Papiam rediens sanctum Pascha ibidem Feriavit.*]

* Nostris *Férer*, *Foirer* et *Foirier*. Stat. eccl. Turon. ann. 1396. cap. 52. ex Cod. reg. 1237 : *Pronuntiandum est laicis, ut sciant tempora Feriandi per annum.* Ubi versio Gall. : *Il est assavoir aus laiz le temps de Férer les festes.* Stat. ann. 1330. inter

Digitized by Google

Consuet. Genovef. MSS. fol. 2. v°. : *Nulz fourbeurs ne peut, ne ne doit au jour de feste, que li commun de ville Foire, fourbir.* Charta ann. 1314. in Chartul. S. Maglor. ch. 54 : *Lequel arbitre.... en pourra ordener.... toutesfois que il li plaira à jour Foirié ou non Foirié.* Occurrit præterea in Lit. ann. 1381. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 594. art. 12.

Feriales, Libri, in quibus conscripta erant festa Martyrum. Epistola Chromatii et Heliodori Episcoporum ad B. Hieronymum de opere Martyrologii colligendo : *Ut famosissimos Feriales de archivio S. Eusebii Cæsareæ Palestinæ Episcopi inquirens, Martyrum ad nos dirigas festa.* Vide *Feriale* suo loco.

¶ Feriales Dies, Dies hebdomadis officio Sanctorum vacantes. Constitutiones Cardinalis Mendozæ tom. 4. inter Concil. Hispan pag. 25. col. 1 : *Celebratur singulis diebus Ferialibus, quæ non sint festa de præcepto, Missa de mane, quæ terminetur ante ortum solis.*

Feriatici Dies, Feriæ hebdomadis. Capitul. Caroli M. ann. 813. cap. 28 : *De faidosis hominibus, qui solent incongruas commotiones facere, tam in Dominicis diebus, quamque et aliis solennitatibus, sicuti et in Feriaticis diebus.*

¶ Feriatus Dies, Festivus. Concil. Pisanum tom. 6. Spicileg. Acher. pag. 271 : *Suam convocationem die Feriato indixerunt, scilicet ipso die Sancti Johannis Baptistæ. Feriati dies*, quibus divino cultui vacatur, in Capitul. Caroli C. cap. 8.

* *Férable*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1388. ex Reg. 132. Chartoph. reg. ch. 179 : *Après pluseurs choses, fut par ledit Guiot et Regnaut son frere parlé de monsieur saint Gregoire, en disant que c'estoit un glorieux saint, et qu'il avoit esté cordouennier. Voirement estoit il cordouennier, dist ledit Perreau suppliant; mais sa feste n'est pas Férable.* Unde S. Gregorium, qui Magnus inscribitur, sutoriam artem exercuisse acceperint, penitus ignoro : is tamen hic designatur, cum de eo sermo sit, cujus festum mense Martio celebratur.

3. Feriæ, Nundinæ, Mercata, Italis *Fiere*, Gallis *Foires, Feyres et Marchez*, apud Brittonum pag. 21. 23. 30. etc. Ita porro appellatæ, quod ut plurimum in Sanctorum Patronorum festivitatibus, vel Ecclesiarum encæniis ac dedicationibus institutæ fuerint, cum scilicet vicinorum populorum ad illas frequens fit concursus. Charta Ludovici VI. Regis ann. 1117. ex Tabular. Maurigniacensi : *Nundinas, quas Ferias vulgariter appellamus.* Acta Episc. Cenoman. [tom. 3. Analect. Mabillonii pag. 321.] : *Dederunt B. Juliano unam Feriam in Civitate Cenomanensi in anniversario die Consecrationis matris Ecclesiæ tribus continuis diebus celebrandam, scilicet die Dominica et die Lunæ.* Consuetudo Lorriaci ann. 1187 : *Quando homines de Lorriaco ibunt Aurelianis cum mercatura sua, pro quadriga sua solum nummum persolvant in urbis egressu, scilicet quando non ibunt causa Feriæ, etc.* Charta Philippi Regis Francor. ann. 1195. in Tabul. Prioratus S. Nicasii Meduntensis fol. 15 : *Feriam quoque, quam nomine alio mercatorum nundinas dicunt, etc.* Charta Fundationis Abbatiæ sancti Stephani Cadom. apud Lucam Acherium in Notis ad Vitam Lanfranci : *In territorio Cadomi Feriam 3. dierum, ita ut quoties quilibet horum dierum in secunda Feria emerit, totum mercatum magni burgi sit S. Stephani.* Occurrit passim, in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 410. tom. 2. pag. 37. in Fleta lib. 2. cap. 63. § 2. in Miraculis S. Aigulfi cap. 2. apud Will. Thorn. ann. 1125. tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 298. etc. Vide *Nundinæ*, [** et S. Rosa de Viterbo Elucidarii tom. 1. pag. 440. sqq. voce *Feira*.]

Feira, et Fira, Eadem notione. Charta Hugon. I. D. de Feritate, in Historia Monasterii S. Audoeni Rotom. pag. 460 : *Præterea Ecclesiam Bilei et Fetram S. Martini, Feiram etiam S. Michaelis, et Feiram S. Margar. et Ecclesiam de Osbervilla, etc.* Vide tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 289. Charta Petri Regis Aragonum in Constitutionibus Catalaniæ MSS. : *Nundinas sive Firas et mercatos nostros sub eorum regimine et securitate ponimus.*

* *Foire*, in Charta Joan. de Pontivo comit. Albæmal. ex Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 280 : *Je veuil et ottroi que lesdiz religieux aient une Foire au jour de la S. Martin de yver, et que il aient toux les profiz, qui de ladite Foire puissent istre. Feire*, in Ch. ann. 1328. inter Probat. ult. Hist. Tronorch. pag. 243.

¶ Firum, Eodem significatu. Acta consecrationis Eccl. Villæ Bertrandi ann. 1100. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1222 : *In eodem quoque loco vel in omnibus spatiis a crucibus determinato ab ullo viventium placita non celebrentur, et mercatus vel Fira sive nundinæ non teneantur, etc.*

In Foris Aragonensibus et eorum Observantiis, *Feria* dicitur *haberi loco auctoris* : ita quod, si quis equum vel rem aliam quamvis in *Feria* seu nundinis emat, non teneatur dare auctorem ei, a quo emit. Vide Michaelem *del Molino*, in Repertorio, in verbis *Autor* et *Feria*. [** Idem apud Anglos obtinuit. Leg. Edow. Confessor. cap. 39 : *Quod circa S. Martini consueverant animalia in Foro mercari sine plegio.*]

* Feria Aurelianensis. Charta Ludov. Jun. ann. 1170. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 505 : *Rotroldus Parisiensis pondus et chordam ad mensuranda isembruna in Feria Aurelianensi, quæ dicitur Feria Martii.*

* Feriæ Calidæ et Frigidæ apud Trecas olim celebres, ratione temporum quibus habebantur sic appellatæ, prima scilicet in festo S. Joannis mense Junio, altera ad S. Remigium 1a. Octobris. Charta ann. 1299. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 63. r°. col. 1 : *Monseigneur Estienne de Chanlice chevalier, sires de saint Bouere, si comme il disoit, dist et afferma qu'il avoit, prenoit et recevoit de son patremoinne en la ville de Troyes en la Foire froide, en la bourse nostre seigneur le roy de France, 40. livres tournois petiz de rente.* Alia ann. 1301. ibid. fol. 183. r°. col. 2 : *Cent soulz au paiement de la Foire froide de Troyes, et cent soulz au paiement de la Foire chaude de Troyes.* Adde Regist. sign. *Noster* ejusd. Cam. fol. 170. r°. ubi dies *feriarum* superius assignati indicantur : unde emendandus videtur Computus Roberti de Seris in Reg. 5. Chartoph. reg. fol. 11. v°. ubi legitur : *La foire chaude de Troyes, qui est à la saint Remy.* Vide in *Nundinæ*.

* Feriam Levare, Nundinas instituere. Tabul. Major. monast. : *In terra nostra apud Vallem levavit domus Guido, qui nobis illam dederat, Feriam ad festivitatem S. Andreæ... Mortuo autem illo, filius ejus Haimo cepit movere sermonem et dicere quod pater suus non instituerat Feriam illam per consensum ejus.*

¶ Feriari, Nundinas tenere. Charta ann. 1290. ex Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 715 : *Noverit Universitas vestra quod ego teneor reddere singulis annis viris Religiosis Dominis meis Abbati et Conventui S. Vrandregesilli pro quadam masura, quam ego accepi ab ipsis ad firmam perpetuam... VII. solid. communis monetæ currentis annui redditus... persolvendos, cum juribus, costumis, redevancils, officio Feriandi, et cum aliis jurisdictionibus villæ suæ et nundinarum suarum.*

* Nundinas frequentare, adire. Charta Rob. dom. Drocarum pro S. Arnulfo in Aquilina ann. 1184 : *Feria insuper S. Arnulphi et octo diebus ante festum ejusdem sancti et octo subsequentibus festum, justitia, viaria et conductus omnium Feriantium. Foirier*, Nundinis præfectus, in Consuet. Castell. ad Sequanam ex Cod. reg. 9898. 2 : *Toutes manieres de marchans de quelque marchandise que ce soit, se peulent loiger et prundre estaul sans licence du Foirier.* Infra : *Gouverneur de la foire.*

Feriæ Jovis, *Paganiæ*, seu superstitionis paganicæ species, Christianis interdicta, quæ die Jovis fiebat. Indiculus superstitionum, seu paganiarum in Concil. Liptin. ann. 743 : *De Fertis, quas faciunt Jovi vel Mercurio.* S. Eligius, apud S. Audoenum in ejus Vita lib. 2. cap. 15 : *Nullus diem Jovis absque festivitatibus sanctis, nec in Mato, nec ullo tempore in otio observet.*

Feriæ Messivæ, Vacationes autumnales, apud Papianum lib. respons. tit. 13. et in Lege Longob. lib. 2. tit. 1. § 11 : *A 15. Kal. Augusti, usque ad 15. Kal. Sept.* quo temporis spatio eadem Lege justitium indicitur. Harum meminit Fulbertus Carnot. Epist. 18. 39. Aliæ enim feriæ sunt solemnes, divini cultus causa institutæ in honorem Dei, aliæ indictæ, quæ messium vindemiarumque gratia indicuntur; aliæ denique repentinæ, quæ arbitrio Principis constituuntur, leg. 4. cum seqq. C. de Feriis. (3,12.) *Ferias de Messions*, in Foris Beneharn. Rubr. *de Ferias*, art. 1. *Induces mestives*, in Consuet. Turon. art. 56. *Feriæ messivæ et vindemiales*, in Concilio Toletano VII. can. 6. ubi etiam *de Feriis Paschalibus* 15. *diebus, et Natalis Domini* 7. in quibus a litibus cessabatur. [** Adde Concil. Erphesfurt. ann. 932. in Caus. 15. qu. 4. c. 2. et Roye de Missis dominicis ad justitiam cap. 4.]

* Feriæ Messium, Vacationes, quæ messium gratia indicuntur mense Junio, Septembri vero vindemiarum. Libert. Barcinon. MSS. ann. 1283 : *Item quod in aliqua causa post litem contestatam non concedantur Feriæ messium vel vindemiarum, scilicet mensis Junii et Septembris.* Charta

Digitized by Google

ann. 1365. ex Cod. reg. 5187. fol. 8. r°. : *Noverint universi quod anno Domini* 1365. *die lunæ post festum beatorum Jacobi et Christofori xxviij. die Julii, quæ fuit prima dies juridica, post Ferias messium in curia Lugdunensi.*

* FERIÆ PESTILENTIALES. Chron. Guill. Bardini ad ann. 1425. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 41 : *Eodem anno et mense Julio pestis horrida Tolosam vastavit.... DD. de parlamento Tolosam deseruerunt, et novæ indictæ sunt Feriæ, quæ aperte fuerant vocatæ pestilentiales.*

¶ FERIA REPENTINA, Vacatio insperata, extraordinaria, quæ nulla lege statuitur, sed ex arbitrio concedentis pendet. Statuta Universitatis Paris. tom. 6. Spicileg. Acher. pag. 390. IV : *Nota, quod Rector Universitatis de consensu aliarum Facultatum potest indicere Feriam repentinam, vel cessationem facere in tota Universitate, et omnes indistincte tenentur obedire sub pœna perjurii et privationis privilegiorum Universitatis.* [** De vacationibus in scholis medii ævi vide Savin. Hist. Jur. Rom. tom. 3. cap. 21. § 92.]

* FERIA BEATI THOMÆ, Quæ in festo S. Thomæ habebatur. Charta ann. 1110. ex Tabul. S. Albini Andegav. : *Donavit Helias comes Cenomanensis Deo et S. Albino.... medietatem Feriæ beati Thomæ Apostoli*, etc. Perperam editum *Terræ* inter Opera Hildeberti pag. 50.

¶ FERIÆ TREUGALES. Vide in *Treva*.

* 4. FERIÆ, Constit. S. Pauli Narbon. ann. 1127. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 34 : *Si aliquis minutus fuerit, ipso die et in crastinum suum accipiat conductum. Si vero egrotus fuerit, misericorditer procuretur. Sed si sanus fuerit, suum conductum non abstrahat de Feriis, nisi de causa supervenientium amicorum, et hoc non frequenter faciat, sed in canonica cum fratribus comedat.* Perperam hic editum *Feriis* nemo non videt; sed qua ratione emendandum non ita manifestum est; forte legendum *Serris*; clausum enim *Serra* sonat, ut videre est in hac voce secunda notione, extra quod cibum efferre raro licebat.

¶ FERIACHA. Vide *Feriarcha*.

* FERIALE, Liber, in quo *feriarum* officia continentur. Consuet. Monast. S. Crucis Burdegal. ante ann. 1305. MSS. : *Cellerarius habet tenere chorum infra ecclesiam bene munitum de libris,..... videlicet octo psalteria cum Feriali et cum hymnis totius anni,... unum dominicale, unum sanctorale, etc.* Vide *Feriales* in *Feriæ*, 2.

FERIALIS, pro *Feralis*. *Feriale malum*, apud Paulinum lib. 4. de Vita S. Martini. Idem. lib. 2 : *Feriali murmure dentes*. Lib. 3 : *Ferialia dicta paterent*. Et lib. 5 : *Ferialia busta tyranni. Ferialis secta*, in l. 2. Cod. de Judæis. (1,9.) *Ferialmente*, Boccaccio pro crudeliter. *Feralis* vero vox hac notione crebrain Cod. Theod. [Alia notione accipiturin *Feriæ* 2.]

FERIARCHA. *Arma subitis bellis reddita*. In Papias MS. At editus [cum MS. Bitur.] habet *Feriacha*, et *recondita*. [** In Glossar. cod. reg. 7644 : *Ferrata* (leg. feriata) *arma, sopitis bellis recondita*. Macrob. Somno Scip. lib. 1. cap. 7 : *Achilles... ab armis cum suo milite feriabatur.*]

FERIATICA. Isidorus Mercator in Concilio Laodiceno can. 37 : *Non oportet a Judæis vel Hæreticis Feriatica, quæ mittuntur, accipere, nec cum eis dies agere festos.* Ubi Græca Editio τὰ ἑορταζικὰ λαμβάνειν habet : ἑορταζικὰ vero intelligenda censet Filesacus lib. 1. Select. cap. 7. pag. 84. quæ ad festi celebritatem apparata erant, seu ornatus, seu voluptatis seu usus gratia, eaque esse, quæ Canones Apostolorum can. 70. τῆς ἑορτῆς τὰ ξένια vocant.

¶ FERIATICI DIES. Vide in *Feriæ* 2.

* FERIATUS SUBDIACONUS, an Qui diebus ferialibus ministrat? Stat. MSS. eccl. Tull. ann. 1497. fol. 17. v°. : *Diacono exeunte ultimum stallorum, reddit incensum puero, qui quidem intrat chorum et incensat Feriatos subdiaconos, et eos quos de habitu ecclesiæ invenit in inferioribus stallis.*

FERICULA, Θηρίφιον. Gloss. Gr. Lat. Parvula fera.

¶ FERIDES, Vulnera, Miracula B. Raymundi Lullii, Junii tom. 5. pag. 689 : *Recepit super caput quatuor vulnera sive Ferides, videlicet lapidum duo, gladii autem alia duo.* Vide *Ferita*.

FERIFERUS, Furens, in Gloss. Isid. *Feriferæ, feræ furentes*, apud Papiam.

FERILE, seu FERRILE, *ubi ferrum reconditur*, in Charta veteri apud Ughellum tom. 5. Ital. sacræ pag. 1538.

1. FERINA, *Venaison*, in Gloss. Lat. Gall. Gr. Lat. : Ἀγριμαῖον, *Ferina*. Eckehardus Junior de Casib. S. Galli cap. 1 : *Cum tales pridie pro Ferina juberentur dis nocteque laborare, ursum de lustro unus attulerat.* Infra : *Odorem Ferinæ hauriunt et carnium.* Carmen de Curia Romana :

Si mare transmittat pisces, si terra Ferinam.

Franciscus Canonicus Pragensis 2. parte Chron. lib. 1. cap. 26 : *Placeat vestræ magnificentiæ, ut ego ad solemnitatem Domini Electi de Ferinis providerem.* Infra : *Tres currus variis Ferinis refertos Domino Electo transmisit.* Andreas Monach. lib. 2. Vitæ Ottonis Episcop. Bambergensis : *Ferinæ cervorum, bubalorum, et equulorum agrestium, ursorum, aprorum, porcorum, omniumque ferarum copia redundat omnis provincia.* Ἄγριον κυνήγιον, in Nomocan. Coteler. n. 449. [Jo. de Janua : *Ferina, Venatio;* unde Virgilius Æneid. lib. 1. vers. 219 :

Implentur veteris bacchi pinguisque Ferinæ.]

* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521 : *Ferina, sauvagine, Gallice.*

* 2. FERINA, pro Farina; unde *Ferinarius*, ad farinam pertinens. Charta Jacobi I. Aragon. reg. ann. 1241 : *Volumus igitur quod.... pondere et pesam* (sic) *Ferinæ, totum eciam factum Ferinarium et flaciarum prædictarum, quibuscumque modis sit, perveniant et spectent in posse bajuli nostri Barchinonæ.*

FERINASONA. Charta Edw. I. Regis Angl. apud Gul. Prynneum in Libertatib. Eccles. Angl. tom. 3. pag. 674 : *Pro uno damo tempore pinguedinis, et una dama tempore Ferinesonæ eisdem Decano et Capitulo per annum reddendis.* Vide *Fannatio*.

☞ Hinc emendanda Charta apud Th. *Blount* in Nomolexico Anglic. ubi perperam *Fermisona* editum pro Ferinesona, a voce hybrida *Ferina* et Anglos. *Sone*, Grex, qua denotatur tempus quo feræ rugiunt et congregantur ad coitum : quodnam vero illud sit discere est ex laudata Charta : *Quod idem Hugo et hæredes sui de cætero quolibet anno possint capere in prædicto parco* (de Blore) *unam damam in Fermisona inter festum S. Martini et Purificationem B. Mariæ, et unum damum in pinguedine inter festum S. Crucis in Mayo et festum S. Crucis in Septembri imperpetuum : ita quod qualemcunque bestiam tempore pinguedinis vel Fermisonæ bersaverint, vel cum prædictis canibus ceperint, illa bestia eis remanebit; et si sit in Fermisona, allocabitur eis pro dama.* Alia ibidem : *Cum nuttamus dilectum valettum nostrum Johannem de Fulham ad instantem Fermisonam in parcis nostris ibidem, prout vobis et sibi melius ad opus nostrum fore videritis faciendum, capiendum, etc.* [** Bene se habet lectio *Fermisona*. Vide *Firmatio*, 4. Anglis olim *Fermissoune*, Gall. *le temps pendant lequel la chasse est fermée.*]

¶ FERIONES, *Joculariter fœneratores, quod usuris feriunt*. Laurent. in Amalthea ex Turnebo.

¶ 1. FERIRE, Appellere, Gall. *Aborder*, Italis *Ferire*, Ad locum aliquem pertingere. Oberti Cancellarii Annales Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 305 : *Pisani cum hoste, quam diu præparaverant, videlicet galeis* XXI. *Ferierunt ad litus Albinganæ civitatis.* Et col. 306 : *Galeæ nostræ in flumine Sicco Ferierunt nocte, et una super alteram currens, etc.* Ibid. col. 580. ex Jacobo Auria : *Galeæ vero Pisanorum volentes redire Pisas, quatuor ex eis in gulfo Nebii Ferierunt in terra, nihil mali per Dei gratiam Januensibus alicubi inferentes. Ferire ad terram*, ibid. col. 589.

* 2. FERIRE, Terminari, Gall. *Aboutir*. Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 95. r°. col. 2 : *Debent claudere burgum de ultra parvum pontem, ita quod tornellæ Ferient in Secanam contra tornellas de ultra magnum pontem.*

FERITA, Vulnus, percussio, a *Ferire*, vulnerare, vox Italis nota. Paulus Warnefridus de Gestis Longob. lib. 3. cap. 31 : *Talem Autharis Feritam facere solet.* Charta ann. 1345 : *Si insultum vel Feritam cum sanguine, vel sine sanguine fecerit, etc.* [Georgii Monachi Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 479 : *Et ibi plagam et Feritam fecerat in homine domini Abbatis.*] Occurrit passim in Lege Longobard. [Poetis nostratibus *Ferreis*. Le Roman *d'Athis* MS. :

Là estoit fiers les chapleis,
Des espées los Ferreis.

Vide *Ferides* et *Feruta*.]

¶ FERITA FACERE; Idem quod mox *Feritare*, apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 34 : *Si quis inhonoraverit patrem aut matrem 3. annos pœniteat. Quod si manum levaverit, aut Ferita fecerit 7. annis exsul pœnitentiam agat.*

1. FERITARE, Ferire, pugnare. Dudo lib. 3. de Morib. Norm. pag. 136 : *Nullaque gens auderet Feritare cum Richardidis.* Eidem *Feriter*, pro *Fortiter*. [Guillelmus Gemme-

Digitized by Google

tic. lib. 2. Hist. Norman. cap. 6. apud Duchesnium pag. 225 :

Si gens torva, ferox, jam jam Feritaverit in me,
Improba non servans fidei retinensque tenorem.]

* 2. **FERITARE**, Feritatem sequi. Hericus in vita metrica S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 229. col. 1 :

Tunc cum barbarico Feritaret Gallia ritu, etc.

¶ **FERITAS**, Nomen plurimorum in Galliis locorum, ut *Feritas Bernardi*, vulgo *la Ferté Fernard*, apud Baluzium Miscell. tom. 7. pag. 344. *Feritas Gilberti*, la *Ferté Gilbert*, apud Rymerum tom. 12. pag. 625. etc. Idem est quod Munitio, Castrum undique firmatum et clausum. Vide Duchesnium Hist. Monmoren. Instrum. lib. 7. cap. 4. Histor. Castilion. lib. 8. cap. 1. Instrum. et infra *Firmitas*.

FERITORES. Aug. Mussatus pag. 33 : *Duæ siquidem erant acies, prima ejus ordinis, quem Feritorum vocant.* Ubi Laurentius Pignorius : *Feritores* gerebant vexillum quadratum, *il pennone*, ut placet Vincentio Borghinio, et legitur apud Villanum lib. 7. et 9. cap. 70. vexilla Regia seu Imperii, cum Aquila, nobis *Bandiere*, ductabant cæteras turmas. Villanus vero his locis habet *Feditori*. Dicto cap. 70 : *Uguiccione veggendo che non potea schiffare la bataglia, fece assalire le guardie dello spianato, ch'erano i Sanesi ; e colligiati, e altri, a suoi Feditori, intorno di 150. Cavalieri, ond'era capitano con pennone Imperiale.* Ubi *Feditori*, videntur esse confœderati, fide astricti, a *fede* : vel dicti quasi *Faiditi*, de qua voce supra egimus. [Anonymi Chronicon Veron. ad ann. 1333. apud Murator. tom. 8. col. 684 : *Et* XIV. *dicti mensis exiverunt civitatem Ferrariæ, aciebus et Feritoribus ordinatis contra ipsum dominum Legatum et ejus exercitum, per terram et aquam Padi contra ipsos viriliter pugnantes.*] Vide Pergaminum in *Ferire*.

☞ Errat Cangius, ut recte monet Carolus de Aquino in Lexico Milit. ad hanc vocem; *Feritores* itaque Milites sunt, a feriendo sic nuncupati : unde Italis *Feditori* a *fedire*, quibus idem sonat ac ferire. Hinc Academici Cruscani *Feditore* Latine exponunt Sauciator, vulnerator.

* Vim Italici vocabuli minime assecutum esse Cangium etiam monet Muratorius tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 532. cum *Feritores* suspicatus est eosdem esse atque confœderatos, fide astrictos, vel quasi *Faiditos* : nam *Feritores*, vel *Feditori*, a *Ferire* et *Fedire*, quod Italis unum idemque sonat, appellabantur, qui primi ad feriendum ac lanceis impetendum hostem deligebantur. Ejusdem notionis atque originis est vox Gallica *Féreur*, in Poemate *de Giron le Courtois* MS. : *Saphar.... le meilleur chevalier Féreur de lance, que on sceust ne près, ne loing.*

* **FERITORIUM**, Instrumentum feriendo vel tundendo aptum. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Feritorium, Gallice li Anceute, a Ferio.* Lit. remiss. ann. 1473. in Reg. 194. Chartopg. reg. ch. 364 : *Ung serens et ung fer à Ferrer chancre.*

¶ **FERITORIUS** Cultellus. Vide *Cultellus*.

* **FERITUM**, idem quod *Ferita*, Vulnus, percussio, nostris alias *Férement*. Charta ann. 1096. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 2 : *Qui ejexerit lancea aut alia arma per ira fora de sua casa, sessaginta solidos pro Feritum.* Lit. remiss. ann. 1365. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 743 : *Le suppliant doubtant la crudélité dudit Ridel, féry icellui d'un baston, que il portoit, par la teste, pour occasion duquel Férement mort s'ensuit. Féreis* ejusdem originis, pro *Choc, combat*, Congressus, apud Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 49 : *Estoit le Féreis de maces et d'espées.*

FERIUM, [Prædium.] Vide *Affarium* 1.

¶ **FERLA**, pro *Ferula*, Scipio quo senes et infirmi solent uti, Fulcrum axillare, Gall. *Bequille* : quæ vox hoc significatu non a *Feriendo*, sed a *Ferendo* derivari videtur. Vita B. Jacobi Veneti, Maii tom. 7. pag. 473 : *Non poterat solus incedere, nisi quibusdam ligneis fulcimentis, quas Ferlas vocant, fultus.* Miracula B. Simonis, April. tom. 2. pag. 720 : *Quod erat claudus pede dextro, ita quod ire non poterat sine Ferla.* Rursus occurrit pag. 724. *Ferla vacua*, hoc est, Ferula pura, nulla cuspide præmunita, in hoc Jacobi Cardinalis carmine de Coronatione Bonifacii VIII. inter Acta SS. Maii tom. 4. pag. 470 :

.... Vacuas gestantes pollice Ferlas,
Diffusas repetunt acies, illasque recursant
Sæpius, etc.

* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Ferla, Prov. ferula, herba valde calida. Ferlada, Prov. ferulentum, ferularium.*

* **FERLETUM** et **Ferletus**, Laternæ vel lampadis genus. Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 895 : *Ebdomadarius, sonito signo tubæ ad matutinum, debet portare in secretarium de ecclesia æstiva unum Ferletum plenum oleo, accensum, ut lectores videant quidquid in obscuro matutino dicendum est. Et istud Ferletum debet esse illius lectoris, qui in postremo indicaverit officium.* Ibid. col. 906 : *Ideo minores præparant Ferletos et phialas, ita ut subdiaconi possint eas accendere in matutinis.* Rursum col. 908 : *In prima turma accendunt Ferletos, qui stant in parietibus.*

* **FERLINA** vel **Ferlinus**, Hisp. *Ferlin*, Italis *Ferlino*, Monetæ species, eadem quæ *Ferlingus*. Vide in hac voce. Charta ann. 1273. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 745 : *Et ea de causa requisitus sit potestas et consilium et commune Mutinæ,.... quod satisfaceret dicto domino Saraceno de dictis dampnis et injuria : et satisfacere noluerunt, contra quod reformatum sit in consilio et massa populi.... ad scrutinium, cum Ferlinis datis, etc.* Nostris *Frélin*. Lit. remiss. ann. 1445. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 371 : *L'un desquelx* (compagnons) *dist à l'autre qu'il avoit getté deux Frélins à une faiz, qui n'estoit pas chose accoustumée audit jeu* (de breland). *Ferrin*, f. pro *Ferlin*, in Stat. ann. 1373. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 644. Neque aliud sonat *Ferrot*, in Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 127. ch. 41 : *Une petite piece d'autre argent, appellée Ferrot.* Ejusdem quoque notionis est *Frélucque*, in aliis Lit. ann. 1459. ex Reg. 189. ch. 358 : *Le duc de Bourgoigne a fait courir ou pays de Boullenois et autres pays d'environ aucunes monnoies noires de son coing, de petite valeur, que aucuns appelloient Frélucques, dont en aucun temps l'en alouoit et distribuoit les huit, et en autre temps les douze ou les seize, pour ung denier ; et eurent cours jusques environ à ung an, que nostredit frere et cousin fist faire deffendre esdiz pays le cours desditte monnoies noires.* Aliæ ann. 1454. in Reg. 184. ch. 478 : *Pour ung virelan de noire monnoie, nommé au pays* (Ponthieu) *Frélusques.* Denique eadem est moneta, quæ *Furrelique* nuncupatur, in Lit. remiss. ann. 1375. ex Reg. 107. ch. 66 : *Lequel Robert changeur a acheté et prins monnoie, appellée Poitevines ou Furreliques.* Ob modicum hujusce monetæ valorem sic appellata videtur : res quippe nihili, *Fréluches* dicimus, ut notatur supra in *Famfaluca*. Vide infra *Ferto*.

FERLINGUS, Quadrans, vel quarta pars denarii, a Saxon. feorðling, seu feorðing, a feord, quartus. Assisa panis et cerevisiæ ann. 51. Henr. III. apud Spelman. : *Quando quarterium frumenti venditur pro* 12. *den. tum panis wastelli de Ferlingis ponderabit* 5. *libr. et* 6. *solid. Ferlins* nostris. Will. *Guiart* ann. 1211 :

Par quoi chascun ostel encore
Rend là par an quatre esterlins,
Ou la value de Ferlins.

Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Reg. ann. 1350 : *Un gobelet d'or à couvercle pesant* 2. *marcs,* 1. *once,* 3. *esterlins, et* 3. *Ferlins. Frelin*, in Chronico MS. Bertrandi Guesclini :

Ne me faut nuls secours en noie n'en jardin,
Pour un homme tenir, car par S. Matelin,
S'il y en avoit deus, n'en donroie un Frelin.

Ferlingus Terræ, apud Edw. Cokum ad Littleton. sect. 1. *Quarentena terræ* exponitur, diciturque continere 32. acras. [Ex Spelmanno tamen in voce *Acra*, Decem *acræ* faciunt *Ferlingatam*, quatuor *Ferlingatæ* faciunt *virgatam*, quatuor *virgatæ* faciunt *hidam*, quinque *hidæ* faciunt *feodum Militis.*] Monastic. Anglic. tom. 1. pag. 280 : *Unam virgatam terræ de dono Galfredi de Morba, et dimidium Ferlingum Terræ de dono Magistri Roberti, etc.* Pag. 925 : *Totam terram ejusdem Ricardi,... scilicet 4. Ferlingas Terræ cum pertinentiis suis.* Occurrit præterea pag. 577. 586. 684. tom. 2. pag. 8. 205. 250. [in Hist. Harcur. tom. 4. pag. 2207. apud Thomam *Madox* in Formulari Anglic. pag. 41. 76. et supra in voce *Burghard.*] [** In Electoratu Brunsvicensi *ein Vorling* etiamnum est mensuræ agrariæ species. Adel.]

¶ 1. **FERMA**, ut *Firma*, Prædium alteri elocatum ad certum tempus, apud Stephanotium tom. 4. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 408. Hinc *Tradere ad Fermam*, Prædium seu villam ad tempus elocare, Gall. *Donner à Ferme*, in Spicilegio Fontanellensi MS. pag. 214. Vide *Firma*.

* 2. **FERMA**, Alia notione. Vide supra *Fatiga* 2.

Digitized by Google

* **FERMADA**, *Prov. Sponsa*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

* **FERMALIA**, Sponsio, pignus, Gall. *Promesse, Gageure, Enjeu*, alias *Fermaille*. Lit. remiss. ann. 1365. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 627 : *Idem Galiotus respondit, quod hoc in veritate sciebat et de hoc nullatenus ambigebat, subjungendo quod ipse contra Johannem d'Escoublehaut centum francos auri in Fermalia sive gaigeura poneret. Fermeille*, in eod. Reg. ch. 714. Aliæ Lit. ann. 1363. in Reg. 101. ch. 46 : *Comme par plusieurs fois il eust esté parole de faire le mariage,.... combien que fiensailles, ne fermailles n'eussent pas esté, sur ce faites, etc.* Rursum aliæ ann. 1375. in Reg. 108. ch. 95 : *Quand il orent beu, firent une Fermaille de commun accort, que le premier qui diroit oyl, paieroit l'escot.* Denique occurrit in Lit. ann. 1382. ex Reg. 120. ch. 335. *Fremaille ou gaigeure*, in aliis ann. 1387. ex Reg. 132. ch. 156. Vide *Firmancia*.

* **FERMALIUM**, **Fermallium**, Fibula, Gall. *Boucle, agraffe*, alias *Fermail* et *Fremail*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Fermail, Boucle, atache, fibula*. Aliud Provinc. Lat. ex Cod. 7657 : *Fermalh, Prov. firmaculum, fibula*. Annal. Mediolan. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 808 : *Fermallum unum auri pro attachando mantellum, cum sapphiro uno grosso et balassis v. minoribus et perlis liv. grossis et diamantis vj.* Comput. MS. ann. 1239 : *Pro uno Fermallio auri ponderante xij. stellingos, xxxj. sol.* Charta ann. 1302. ex Chartul. 21. Corb. fol. 101 : *Je Bernard chevalier, sires de Moroeul,.... voel que elle* (ma fille) *ait le couronne d'or et le Fremail à couvercle. Fermillere, Fermillet, Fermoillet*, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1319. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 363 : *Lyenardin Hamon, qui avoit appendu aus boutons ou Fermillere de son jupon ou autre garnement, une bourse.* Aliæ ann. 1430. in Reg. 174. ch. 360 : *Un marchant apporta au suppliant unes heures pour y faire un Fermillet d'argent; et ledit Fermillet fait, etc. Un Fermoillet d'argent du pris de huit sols Parisis ou environ*, in Lit. ann. 1384. ex Reg. 126. ch. 51. *Force-sainte*, fibula appellari videtur, quod illa cingulum astringitur, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 159. ch. 75 : *Une paire d'esperons à façon d'argent, une Forcesainte d'argent, etc.* Nisi capsulam reliquiarum malis intelligere. Vide infra *Forcerius*. Hinc *Fermailleur*, Fibularum artifex, in Lib. 1. statut. artif. Paris. fol. 154. r°. : *Quiconques veult estre Fermailleur de laton à Paris, c'est assavoir faiseur d'amaux, de fermaux et de fermoers à livres, estre le peut.* Inde etiam malleolus, vulgo *Cheville du pied, Fermail* appellari videtur, quod cum pede infibuletur, in Lit. remiss. ann. 1424. ex Reg. 172. ch. 485 : *Comme icellui Ogier estoit cheu de dessus un noyer, et s'estoit tout froissié le corps et rompu l'os du Fermail, qui est audessus de l'os du pié.* Vide *Fermeilletum* et *Firmaculum*.

FERMARIUS, Qui conducit *fermam*. Vide *Firma* 3.

¶ **FERMEILLETUM**, Fibula, Gall. *Boucle, agraffe*, alias *Fermail*. Inventar. Eccles. Noviom. ann. 1419 : *Item unum colerium de simili sicut dicta alba pro presbytero ad unum Fermeilletum argenteum deauratum ad quinque lapides.* Annotat Borellus *Fermeillet* olim fuisse catenam seu collariam auream. Ad fibulas, quas *Fermaux* appellabant, quod spectat, aureæ erant vel argenteæ, lapidibus pretiosis exornatæ, Nobilium propriæ, tantique ab omnibus æstimatæ, ut inter præcipua honoraria recensererentur. Testamentum Clementiæ uxoris Ludovici X. Fr. Regis in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 219 : *Item, à nostre chier Cousin le Comte d'Alençon nostre meilleur Fermail que nous ayens en France. Item, à nostre chier Cousin le Duc de Bourbon nostre meilleur Fermail emprés. Item, à nostre chier Cousin le Comte de Beaumont nostre meilleur Fermail emprés les deux. Ovide* MS. apud Borellum :

> Fermax, cains, aniax, aumones,
> Guimples, filandres, et tuiriax.

Vide *Fibulatorium*.

* **FERMENCIOLA**, *Houleste*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

FERMENTACEI, et **Fermentarii**, a Latinis per contumeliam appellati Græci, quod ex fermentato pane Corpus Christi conficerent, ut est apud Algerium lib. 2. de Sacr. cap. 10. et S. Anselmum lib. de Azymo et fermentato cap. 2. ut illi vicissim Latinos *Azimitas* vocabant. Rigordus ann. 1201. *Fermentarios hæreticos* Græcos vocat. Wibertus in Vita S. Leonis IX. PP. lib. 2. cap. 9 : *Ea tempestate orta est hæresis Fermentaceorum, quæ calumniatur sanctam Romanam sedem, imo omnem Latinam et Occidentalem Ecclesiam, de azymis vivificum Deo offerre sacrificium.* De utroque, azymo scilicet et fermentato, ita Gregorius VII. lib. 8. Epist. 1 : *Nos vero azymum nostrum inexpugnabili secundum Dominum ratione defendentes, ipsorum* (Græcorum) *Fermentatum nec vituperamus, nec reprobamus, etc.* Sic vicissim Græci ipsi azymo vel fermentato pane in sacrificiis uti satis indifferens existimabant. Nicetas Archiepiscop. Nicomediensis apud Anselmum Havelbergensem Episc. lib. 3. Dialog. cap. 19 : *Si ergo forte essem, ubi nullatenus Fermentatum habere possem, et azyma præsto et paratum esset, et ego missam cantare, ac Domino sacrificium altaris offerre vellem, ego profecto azyma non horrerem, sed fiducialiter ad offerendum sacrificium Deo immaculatum consecrarem, et fideliter communicarem, etc.*

FERMENTADA. Charta Guillelmi Ducis Aquitan. ann. 1027. in Regesto Constabulariæ Burdegal. fol. 170 : *Et cum leporada, et la Fermentada, et cum totas pertinenzas, etc.* f. pro agro, in quo *frumentum* seritur.

FERMENTUM. Gravis est et intricata omnino controversia, sed et necdum omnino enodata a viris doctis, quid sit *Fermentum* apud Anastasium in S. Melchiade : *Hic*, inquit, *fecit, ut oblationes consecratæ per Ecclesias ex consecratu Episcopi dirigerentur, quod declaratur Fermentum.* Eadem ferme de Siricio scribuntur : *Hic constituit, ut nullus Presbyter Missas celebraret per omnem hebdomadam, nisi consecratum Fpiscopi loci designati susciperet declaratum, quod nominatur Fermentum.* Rem, seu moris istius rationem, exponit Innocentius I. Epist. ad Decentium cap. 5 : *De Fermento vero, quod die Dominica per titulos mittimus, superflue nos consulere voluisti, cum omnes Ecclesiæ nostræ intra civitatem sint constitutæ, quarum Presbyteri, quia die ipsa propter plebem sibi creditam nobiscum convenire non possunt, idcirco Fermentum a nobis confectum per Acolythos accipiunt, ut se a nostra communione, maxime illa die, non judicent separatos.* [*Quod per parochias* (extra urbem constitutas) *fieri debere non puto : quia nec longe portanda sunt Sacramenta.* Index vett. Canonum inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 33. col. 2 : *De Fermento quod civitatis tantum Presbyteris die Dominico dirigatur.*] Hisce auctoritatibus solenne fuit Græcis Latinos incessere, qui azymis in sacrificio uti solent : eæque olim objectæ Anselmo Episcopo Havelbergensi Lotharii Imper. Legato ad Joannem Comnenum Imp. in ea collatione, quam ille habuit in Absida S. Sophiæ cum Niceta Archiepiscopo Nicomediensi, de causis dissidii inter utramque Ecclesiam, lib. 3. Dialog. cap. 13. a qua quidem objectione, ut sese expediret idem Anselmus, cap. 15. ait, existimare se verius, *Constitutum hoc Romanorum Pontificum Melchiadis et Siricii non de Fermentata hostia, sed de eulogiis potius intelligendum videri, quæ per singulos Dominicos dies per Ecclesias distribui jubentur.* Quæ est etiam Baronii sententia ann. 313. num. 49. et seq. quæ eo videtur probabilior, quod Concilium Laodicenum can. 14. vetet τὰ ἅγια εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα εἰς ἑτέρας παροικίας πέμπεσθαι. [Vide *Fertilia*.] Alii contra volunt *Fermenti consecrati* voce ipsam Eucharistiam designari, atque in iis viri doctissimi, Joannes Mabillonius lib. de Azymo cap. 10. et Cardinal. Bona lib. 1. Rerum Liturgic. cap. 23. n. 16. 17. Sirmondus mediam init viam in lib. de Azym. atque ex eo fermentum a prædictis Pontificibus dictam existimat Eucharistiam, non quod ex pane fermentato esset, sed quod ipsa, ex quocumque pane fieret, Ecclesiis ad quas mittebatur, fermenti vicem præstaret, eisque unionis inter se vinculum esset, sicut fermentum massæ, cui commiscetur. Horum omnium plura scire aventi, sententias expendere per nos liceat, dum ad alia properamus.

☞ *Fermenti* nomine vere intelligendam esse Eucharistiam seu Eucharistiæ particulam, quæ sacrificiis a Presbyteris offerendis veluti fermentum fuerit, ut explicat Sirmondus, suadere videntur perantiquæ Glossæ MSS. super Canones Apostolorum et Decretales Pontificum in S. Emmerammi Monasterio asservatæ, ex quibus hæc refert Mabillonius tom. 4. Analect. pag. 60 : *De Fermento quod dicit* (Innocentius I.) *mos est Romanis, ut de Missa quæ cantatur in Cœna Domini, et in Sabbato sancto, et in die sancto Paschæ, et in Pentecosten, et in Natali Domini die sancto per totum annum servatur, et ubicumque per stationes, si ipse Papa ad Missam præsens non fuerit, de ipsa Missa mittitur in calicem, cum dicit,* Pax Domini sit semper vobiscum. *Et hoc dicitur Fermentum.*

Digitized by Google

Tamen Sabbato sancto Paschæ nullus Presbyter per Ecclesias baptismales nemiuem communicat, antequam mittatur de ipsa Sancta, quam obtulit dominus Papa.

* **FERMENTUS**, Firmus, securus. Inventar. MS. ann. 1366 : *Quod* (fortalitium) *antea a nemine tenebatur; sed in libero et Fermento allodio possidebat. Ferni*, eodem, ut videtur, sensu, in Bestiar. MS. :

Salemons dist en sa sentence,
Que Crist est de Dieu sapience,
Une esperis montepleable,
Soutil, mouvant et entendable,
Plain de pitié et aouable,
Asseur et Ferni et estable.

¶ **FERMES**, vel **Fermis**, Sponsor, fidejussor, Gall. *Répondant, caution*, Hisp. *Fiador*. Charta Veremundi Iraxensis Abb. æra 1120. apud Jos. Moret. Antiquit. Navarræ pag. 618 : *Sed dedimus mutuum in villa, quæ dicitur Diacastello, agrum unum et vineam unam ... et dedimus Fermes seniori Garsiæ Lopiz nominatim seniorem Fortun Sansoiz de Munueta, et Lope Ferroniz de Ecoien ... ut post hanc commutationem nullus habeat homo vocem malam vel querimoniam ei pro ipso agro vel pro ipsa vinea.* Vide *Fidiator*.

* **FERMEUS**, Arca, Gall. *Coffre*, quia clave *firmatur* seu clauditur. Stat. ann. 1388. tom. 7. Ordinat. reg Franc. pag. 274. art. 3 : *Et ponetur seu includetur pecunia collationum hujusmodi, per deputatos prædictos, in uno Fermeo, qui ponetur in audientia, in quo erunt duæ seræ et duæ claves diversæ.*

¶ **FERMISONA**. Vide *Ferinesona*.

¶ **FERNISIUM**, Gall. *Vernis*, Glutinosa liquorum compositio, quæ lignis ad nitorem et conservationem inducitur. Schramb. Chronic. Mellicense pag. 476. col. 2 : *Porro ipsas schindulas terpentino Fernisio operuimus, fratre Joanne de Megles illud cum fatigiis magnis coquente, patribus ac fratribus cæteris non cum parvis laboribus ipsum inducentibus schindulis magna cum diligentia ..... Et fuerunt illæ novissimæ schindulæ quasi quadringentæ ilicæ seu quercinæ de vasis veteribus vinorum, aliis schindulis deficientibus, et ibi de industria fecimus Fernisium nigrum.*

* **FERNERALIS**. Instr. inter stat. Perus. pag. 3 : *In qua sententia per dictum nostrum consilium pronuntiatum extitit inter cætera, feuda quæcumque, res, bona, et jura feudalia, quas et quæ dictus dominus Jacobus frater noster carissimus a nobis tenebat, fore commissas et commissa nobis et nostris exchertas et excherta, nosque nostra propria dicta feuda, res et bona, et jura feudalia et Ferneralia auctoritate apprehendere, capere, ad manum nostram ponere et retinere debere et posse.* Ubi *Fraternalia* legendum opinor; ibi enim de bonis, quæ a fratre tenebantur, sermo est.

FERNOVA, Vox barbara, qua significatur una e 12. speciebus auguriorum, quæ sic definitur a Michaële Scoto de Physionomia cap. 56 : *Fernova, est augurium, quando tu exiveris domum tuam causa faciendi aliquid, et eundo vides hominem, vel avem eundo vel volando, ita quod se ponat ante te in sinistra parte tui : et istud est tibi signum bonæ significationis super negotium.* Vide *Ventq*.

¶ **FERONIA**, Πλουσίφανος, in Glossis Lat. Gr. Sangerman. Gloss. Isid. : *Feronia, Dea agrorum.* Nemorum est Virgilio Æneid. 7. vers 800 :

.... Viridi gaudens Feronia luco.

Vide ibi Servium.

* **FEROR**, pro Furor, ut videtur, in Lit. ann. 1357. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 448 : *Ob ipsarum ferarum timorem, Ferorem et terrorem, etc.*

* **FERPARIUS**, Idem quod mox *Ferperius*. Necrol. S. Saturn. Carnot. : V. *Cal. Jul. obiit Thomas Ferparius .... III. Cal. Sept. obiit Simon Victerus pro cujus anima habetur stallum Ferparii in mercato.*

* **FERPERIA**, Vestes interpolæ, seu earumdem negotium et forum, vulgo -perie, alias *Forperie*, *Frepperie* et *Fresperie*. Lit. Phil Audacis ann. 1278. in Lib. 2. stat. artif. Paris. ex Cam. Comput. fol. 129. v°. : *Mulieres et aliæ pauperes et miserabiles personæ Ferperiam et parvos sotulares aliasque minutas mercaturas consueverunt vendere, etc.* Comput. præposit. Paris. ann. 1321. ex Reg. sign. *Noster* ejusd. Cam. fol. 246. v°. : *De Ferperia et alutaria pro vijxx xiiij. lib. per annum.* Pedag. Peronæ in Chartul. 21. Corb. fol. 334. v°. : *Item ung fardeaulx de Fresperie* (infra, *Flesperie*) *reffoullée doit ij. s. ob.* Et fol. 336 : *Item brouette qui maine Frepperie doit ij. den.* Pedag. Diviou, circa med XIV. sæc. : *Li estaulx de la Forperie paiera chascun xij. den.* Hinc

* **FERPERIUS**, Ejusmodi vestium interpolator, Gall. *Frippier*, alias *Ferpier*. Reg. episc. Nivern. ann. 1287 : *Item Sabbato ante Nativitatem Domini, quilibet..... Ferperius debet ij. den.* Charta ann. 1309. in Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 34 : *Supra domum Adæ de Corbolio Ferperii, quæ est contigua domui Gregorii Aquart Ferperii. Ferpier*, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 137. Chartoph. reg. et tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 82. et 84. *Flépier*, apud D. *Le Beuf* tom. 1. Dissert. pag. 209. *Feupier* denique, in Charta Renaldi vicecom. Falesiæ ann. 1295. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 242. v°. col. 2 : *Item les estaus des Feupiers pour x. solz.* Vide supra *Ferparius* et *Frepatæ vestes*.

FERQUIDUS, Par, similis : vox Longobardica. Lex Langob. lib. 1. tit. 19. § 2. [** Roth. 147.] : *Ipse qui focum portavit, damnum Ferquidum, id est, simile, componat.* § 16. [** 335.] de cane occiso : *Reddat Ferquidum, aut similem.* Ita et § 20. tit. 23. § 3. 7. lib. 2. tit. 15. § 4. [** Roth. 342. 354. Liutpr. 151. (6, 98.) Roth. 174.] Capitulare Radelchisi Principis Beneventani cap. 17. de servis fugacibus : *Et si non reddantur ab eis, aut si nullo modo inveniri potuerint, reddantur Ferquidi eorum.* Regestum Petri Diaconi Casinensis num. 393 : *Et restaurate nobis Ferquidum, id est, simile.* Ex his emendare licet Chartam veterem apud Ughellum tom. 1. Italiæ sacr. pag. 491. ubi vox hæc perperam exarata. [** Vide Graff. Tesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 646.]

* **FERRA Molendinorum**, Instrumenta ferrea, quæ ad molendinum pertinent, et maxime ferrum, quod in media mola statuitur. Vide *Ferramentum de molino*. Charta ann. 1233. ex Chartul. Campan. fol. 437. v°. col. 2 : *Si vero dictum frumentum dictis terminis solutum non fuerit, licebit nobis propria auctoritate et sine malefacere, capere Ferra omnium molendinorum suorum de Pruvino.*

* **FERRA Regia**, Præstationis species. Arest. ann. 1398. 24. Maii. in vol. 9. arestor. parlam. Paris. : *In septimana magna ante Pentecostes eramus in possessione et saisina levandi.... supra fabros grossum ferrum fabricantes... sex denarios Paris. pro jure, nuncupato Ferra regia.*

FERRACIA, [f. Tributum, quod pro viis publicis reficiendis a prætereuntibus exigitur; nostri quippe viam stratam *Chemin ferré* interdum vocant.] Charta Galeacii Comitis Virtutum anni 1375 : *Contulit et dedit pedagium, toltam et Ferraciam, qui in Castro Uguilliarum ... percipiuntur.*

* **FERRAGALE**, **Ferragile**, **Ferragillum**, quod et *Terra Ferragilis* dicitur, Agri Portio, in qua ad viridis tantummodo pabuli saginam ordeum, vel granum quodvis invicem mixtum seritur, viridarium. Charta ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 149 : *Item unam aream cum Ferragali confrontatam a parte Austri cum Petro Spaza.* Alia ann. 1415. in Reg. 168. ch 328 : *Item unum Ferragile, situm loco vocato ad molendinum Cathalani, facit unam eyminam frumenti.... Item pro quodam borda, orto et Ferragillo contiguis... tres eyminas frumenti... Item pro duabus punheriatis terræ Ferragilis.... unum denarium Tolos.* Vide supra *Feragale*.

* **FERRAGIA**, Eadem notione, Italis *Ferrana*. Inquisit. ann. 1448. in Dalphin. : *Dicitur dedisse quendam locum ad faciendum domum in quadam Ferragia, quæ est inter ambas villas castrorum de Gauleriis superioribus et inferioribus.*

* **FERRAGINA**, Eodem intellectu. Testam. Guill. Monetarii ann. 1213 : *Majori filio meo Johanni lego.... totam Ferraginam meam, cum suo orto et aliis suis omnibus pertinentiis.* Charta ann. 1378. in Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 200 : *Petrus Chalurni laborator Fiterris unam Ferraginam, ... sub usatico annuo duorum sextariorum ordei.* Pluries ibi.

¶ **FERRAGINA**, ut *Ferrago*. Charta XI. sæc. ex Archivis S. Victoris Massil. : *Omne decimum suæ laborationis amplo animo diligentissime tribuit S. Victori Goirandus de Gonfanono. Filii sui cujusdam condamine sedueti, ob uberrimam vinetarum habundantiam ... de tribus Ferraginis dant in castello Gonfanono cum amajoramento.*

* **FERRAGINALE**, **Ferreginale**, **Ferriginale**, Eadem acceptione. Form. vendit. in Formul. MS. Instr. fol. 63 : *Vendidit et concessit ad perpetuum dominium.... quoddam Ferraginale et quoddam casalinum, cum paleario.* Ibid. infra : *Ferraginale*. Charta sub Ludov. VI. ex Bibl. reg. cot. 15 : *Vindimus vobis in comitatu Narbonense..... Ferreginale nostro, qui nobis advenit de parentorum, et abet affrontationes ipse Ferreginale de parte Horientis, etc.*

Digitized by Google

Unum bonum Ferriginale, in Ch. ann. 1233. apud Cencium inter Cens. eccl. Rom. Vide in *Ferrago*.

¶ **FERRAGINALIS**. Vide post *Ferrago*.

¶ **FERRAGIUM**, Stramentum, palea, fenum, Gall. *Fourrage*. Charta ann. 1262. ex Chartulario S. Martini Pontisar. : *Pacifice gaudeant Monachi S. Martini Pontisar. tam de seramine et grano, quam de omnibus aliis Ferragiis ubicumque voluerint circumferendis*. Vide *Ferrago* et *Fodrum*.

* **FERRAGNALE**, Eodem sensu. Inquisit. ann. 1371. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 433. col. 2 : *Item Ferragnale unum, cum arangiis et cum ædificio verlasciorum juxta mœnia terræ*.

FERRAGO, Agri portio, in qua non ad frumenti copiam, sed ad viridis tantummodo pabuli saginam, ordeum, vel granum quodvis invicem mixtum seritur. Unde a Latino *Ferrago*, deducta vox censetur. [Papias in MS. Bituric. : *Ferago, Fruges in herba colore virides.*] Gloss. MS. Regium Cod. 1013 : *Ferrago, viridis*, χραςίς. Castellani *Herennales* vocant, Itali *Ferragina*, et *Ferraina*. Vetus Judicatum ann. 1191. apud Catellum lib. 4. Rer. Occit. pag. 461 : *Propter decimas et primitias hortorum, clausorum, et Ferraginum, quorum et quarum quidam homines Carcassonæ decimas et primitias eis dare nolebant*. Infra : *Quidam sunt in hac villa, qui decimas et primitias nobis dare nolunt de hortis, clausis et Ferraginibus*. Codicillus Rostagni de Podio alto, tom. 7. Spicilegii Acheriani pag. 275 : *Volo, quod Prior .... habeat et possideat Ferraginem meam, quæ est prope sanctum Veredimium, quæ dictæ Ferrago confrontatur ab Oriente cum quadam via publica, etc.* Infra : *De proventibus dictæ Ferraginis, etc.* [Charta ann. 1019. ex Archivo S. Victoris Massiliens. Armar. Aquens. Diœc. : *Donamus duas cartatradas de vinea et Ferraginem ad caminum, et aliam Ferraginem, que est juxta viam, etc.* Charta anni 1196. in parvo Chartul. ejusd. S. Victoris : *Et super gasto quod ruperat W. Bernardi super Ferraginem G. de Torreves, nihil edificent*. Pluries memorantur *Ferragines* in Archivis ejusdem Abbatiæ : Massiliensibus etiamnum *Afferage*, fertilis ager est et opimus. Chartular. Aptense fol. 50. verso : *Dono... Ferraginem unam ad Brusculum et juxta villam semodiatam de vinea unam, et in alio loco Ferraginem unam prope Ecclesiam S. Johannis*. Statuta Massil. lib. 5. cap. 19 : *Si per campos, vel Feragines seminatas, vel hortos laboratos sive cultos transibit equitando, etc.*] Vide Columbum lib. 3. de Episc. Sistaricens. num. 24. Guesnaium in Annalib. Massiliensibus pag. 292. 335. [novam Gall. Chr. tom. 1. pag. 80. Instrum. col. 1. Append. ad Marcam Hispan. col. 1161.] etc.

* Charta ann. 1139. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 321 : *In Ferragine quoque, quæ viridarium dicitur, etc.* Vide supra *Ferragale*.

FERRAGINALIS, Idem quod *Ferrago*. Charta Veremundi Regis Hispan. apud Ambros. Moralem in Notis ad S. Eulogium : *Et omnes suos hortos, unum in Arvale, et aliam in ripa fluminis, et suos Ferraginales ubicumque illos habuit*. [Charta Seniofredi Comit. Barcinonensis ann. 961. in Append. ad Marcam Hispan. col. 877 : *Concedo..... alodem meum proprium quem habeo in Comitatu Rossilionense.... id est, casas, curtes, et hortos et hortalibus, et ipse Ferraginale, etc.*]

FERRAMENTARIUS, Faber ferrarius, apud Jul. Firmicum lib. 3. Math. cap. 13.

¶ **FERRAMENTUM DE MOLINO**. Gloss. Græc. Lat. : Ἐργαλεῖον, *Ferramentum*. Nostri *Fer de moulin* vel *Croix de moulin* vocant ferrum illud quod in media mola statuitur, Germanis *Muhleisen*. Pactus Leg. Salicæ tit. 24. cap. 2 : *Si quis Ferramentum de molino alieno furaverit, etc.* quod *Ferrum mulinarium* dicitur in Lege Alaman. cap. 99. § 25. Vide *Ferra Molendinorum*.

¶ **FERRAMENTUM**, Gladius vel quodvis aliud instrumentum ferreum. Pactus Leg. Salicæ tit. 20. cap. 8 : *Si vero sanguis exterit, ita componat veluti eum de Ferramento vulnerasset. Ferramenta quæ in hostem ducunt*, in Capitul. de Villis cap. 42. [** Vide Forcellinum. Marius Mercator. pag. 101 : Ὄργανον καὶ ἐργαλεῖον τῆς θεότητος, *quæ latine instrumentum, magis autem ornamentum vel Ferramentum deitatis ... possumus dicere*. De Christo agit.]

* Reg. S. Bened. cap. 32 : *Substantiæ monasterii in Ferramentis vel vestibus, seu quibuslibet rebus, provideat abbas fratres. Fermant, Ferment* et *Fermeau*, Falx, vulgo *Serpe*. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 192 : *Un hostil esmoulu, nommé Fermant ou corbec, dont il entendoit à couper bos*. Aliæ ann. 1391. in Reg. 140. ch. 214 : *Une serpe, appellée selon la coustume du pais* (a Péronne) *courbec ou Ferment. Une sarpe à long manche, que l'en appelle Ferment*, in aliis ann. 1447. ex Reg. 176. ch. 574. Aliæ ann. 1451. ex Reg. 181. ch. 65 : *Ung fermeau* (vel *Sermeau*) *à exempir hayes et buissons*. Denique aliæ Lit. ann. 1474. in Reg. 195. ch. 1172 : *Une sarpe longue, appellée au pais* (du Maine) *ung Fermeau, à coupper espines*. Nisi legendum sit *Cermeau*, quod ibi ter repetitur. Vide supra *Ferminiculum*.

FERRANDUS, Color in equis sic appellatus. Charta, scripta sub Roberto Rege, in Tabulario Abbat. Conchensis in Ruthenis Ch. 209 : *Et laxo sancti Salvatoris et sancta fide caballum meum Ferrandum*. Willelmus Brito lib. 12. Philipp. de Ferrando Comite Flandriæ, capto in Prælio Bovinensi :

> At Ferrandus equis evectus forte duobus,
> Lectica duplici temone vehentibus ipsum,
> Nomine quos illi color æquivocabat, ut esset
> Nomen idem Comitis, et equorum, Parisiensis
> Civibus offertur Luparæ claudendus in arce.

Similia habent Rigordus et alii sub ann. 1215. Albericus in Chronico MS. : *Accidit etiam casu mirabili, quod equi lecticam Ferrandi trahentes, essent coloris Ferrandini*. Will. *Guiart* de eodem Comite :

> Ferrant portent dui auferrant,
> Qui tous deux sont de poil Ferrant.

Charta ann. 1158. in Spicilegio Acheriano tom. 13. pag. 312 : *Et fratres dederunt ei 300. solidos, et unum palafredum Ferrant*. Rollandinus in Summa Notariæ cap. 5 : *Unum runcinum Ferrantem cum cifeto, et cum uno freno et sella extimatum, etc.* Le Roman *d'Auberi* MS. :

> Et Cuens Guibert, qui le poil a Ferrant.

Le Roman *de Garin* MS. :

> Dont siat li Dus sor le Ferrant de pris.

Alibi :

> Prenez vos garde de moi et de ma gent,
> Ne tendez mie as chevaus, as Ferrans,
> As beles robes, à or, ne à argent.

Brunetus Latinus lib. 5. cap. 53. de Equis : *Et in colore dei tu gardare lo bain, el Ferante, rotato, o nero, o biancho, o fallago, o daltra maniera, etc.*

¶ **FERRANTUS**, Eadem notione, apud Th. *Madox* Formul. Anglic. pag. 423 : *D. Bartholomæus de Lega legavit uxori suæ palefridum Ferrantum*.

At cujusmodi fuerit istiusmodi color haud omnino constat, tametsi probabile sit eum esse, quem *Varium* nostri vocabant, uti suo loco docemus, vulgo *Pommelé*, quod etiam ex veteri Chronico vernaculo probavimus in Notis ad Alexiadem Annæam pag. 409. ut et vocem ortam a colore equorum Arabicorum, quos *Faras* appellabant. Vide in *Farius*.

* Quis fuerit color ille, definire videntur Annal. Victor. Mss. ad ann 1214 : *Messores et operarii utriusque sexus et ætatis, operibus prætermissis, veniebant de campis ad viam, falcibus ad collum suspensis et rastris, et catervatim currebant cernere cupientes in vinculis Ferrandum, quem prius in armis formidabant, illudebantque ei rustici, puellæ et pueri, maxime pro eo quod duo albi equi, qui communiter Ferrandi vocantur, quadrigam seu lecticam, in qua vehebatur, trahebant,.... illudebant dicentes, modo bene est, nam Ferrandus Ferrandum trahit*. Adde Vitam S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 266. col. 1.

* **FERRARE**, Compedibus vincire, nostris etiam *Ferrer*. Arest. parlam. Paris. ann. 1373. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 301 : *Ipsos copulatos quaternatim in manicis ferreis posuerant, et eos per spatium decem mensium detinuerant sic Ferratos*. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 129. ch. 88 : *Lequel exposant fu mené à Poissy en nos prisons et rendu à notre soubz-bailli, qui tantost le fist Ferrer*. Pro Ferro signare, in aliis Lit. ann. 1479. ex Reg. 206. ch. 247 : *Le suppliant.... a marqué et Ferré dudit martel dix-sept ou dix-huit chesnes et ung hestre*. Vide alia notione in *Ferrum* 1.

* **FERRARIA**, Fodina ferraria. Stat. pro reformat. regni Navar. ann. 1322. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 160. r° : *Item dicti decem homines de novo positi in custodia dictæ bardenæ, solvantur de emolumentis dictarum Ferrariarum*. Vide in *Ferrum*, 1.

* **FERRARIUS EQUORUM**, Qui equos calceat, in Stat. Vercell. lib. 3. pag. 59. r°. Conc. Terracon. VIII. ann. 1317. inter Constit. Mss. reg. Aragon. : *Moneantur* (clerici) *quod nec tafurarias exerceant.... carbonarii vel Ferrarii*. Vide in *Ferrum* 1.

¶ 1. **FERRATA**, Clathrus ferreus. Vita S. Ambrosii Senens. tom. 3. Martii pag. 195.

Digitized by Google

n. 70 : *Collocatum namque fuit prædictum sepulcrum super quatuor columnis marmoris, in cujus circuitu Ferrata quædam admodum pulcra facta fuit.* Anastasius Biblioth. in Vita S. Paschalis PP. tom. 3. Maii pag. 393 : *In ejusdem venerabili Basilica ante aditum qui ducit ad corpus in loco Ferratæ altare constituit, in quo et venerandum B. Sixti.... corpus honestissime collocavit.*

* Vox Italica. Annal. Placent. ad ann. 1451. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 902 : *Pars illorum de Canedo noctis tempore intravit Bononiam, vi et opera cujusdam molendinarii banniti, qui Ferratam grossissimam, ubi Renus exit, secuit, cum magno tamen labore, industria et tempore.*

¶ 2. **FERRATA**, Situla, sic dicta propter circulos ferreos quibus cincta est. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351. ex lib. Viridi fol. 53 : *Similiter quando aliqua de cistulis vel Ferratis putei cadit casualiter in puteum, D. Abbas dicti Monasterii, dat illis qui extrahunt hoc de puteo unam libram panis frumenti.* Eod. sensu ibidem recurrit.

* Vas vinarium, nostris alias *Ferrat.* Chartul. Floriac. fol. 183. r° : *Item dictus Hugo debet habere in festis annualibus in quolibet duos denarios, et vinum et panem pretio unius oboli, et duas Ferratas vini.* Stat. eccl. Castrens. ann. 1358. ex Cod. reg. 1592. A. fol. 76. r° : *Unum Ferrat sive unam butillam terream.* Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 11. *Un vaisseau de fer, dit Ferrat, ordonné à tirer l'eaue hors du puys. Ferart,* eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1472. ex Reg. 197. ch. 218 : *Icellui chappellain vint portant ledit Ferart ou seille tout plain d'eaue et le getcit sus lesdis hommes et femmes.* Vide mox *Ferratum.*

* **FERRATERIUS**, Faber ferrarius, Gall. *Forgeron,* alias *Ferratier.* Charta ann. 1375. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 401 : *Item emit dictus cardinalis* (Albanensis) *a Raymondo de Petris, Ferraterio Montispessulani, unum hospicium. Ferraterius speronorum,* Calcarium artifex, Gall. *Eperonnier,* in Comput. ann. 1363. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 261. col. 1. Lit. remiss. ann. 1417. in Reg. 170. ch. 38 : *Adhemar Merle, Ferratier,.... en la sénéschaucée de Carcassone, etc.* Vide in *Ferrum* 1.

FERRATUM, Vas forte, in quo aqua benedicta defertur, quod in quibusdam Galliæ Provinciis *Sellet* vocatur, quasi *Seillet :* nam *Seille* hydriam dicunt, unde forte legendum *Sellatum,* in Necrologio Ecclesiæ Reiensis apud Sammarthanos ann. 1316 : .. *Obiit R. I. C. P. Petrus Gantelmi Episcopus Reiensis, qui reliquit Ecclesiæ.... unam capam de diapr.* [vel diaspre] *et unum Ferratum, et ysopum de argento.*

☞ Recte legisse Sammarthanos existimo : nam Provinciæ habitatoribus ejusmodi vas etiamnum dicitur *lou Ferrat,* quod ex cupro vel ferro fieri solet. *Ferratum,* eodem sensu occurrit in Charta ann. 1329. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Quatuor cruces de cupro, et aliam de fusto.... item unum Ferratum.*

* Necrolog. eccl. Paris. Ms. ad IV. Non. Aug. : *Idem Hugo dedit nobis ad opus celarii nostri omnia Ferrata et dolia, quæ Parisius habebat.* Invent. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus unum Ferratum fusti pro oriendo aquas de puteo, circulatum ex circulis ferri.* Vide supra *Ferrata* 2. et infra *Ferratus.*

¶ **FERRATUM ITER**, Via strata, Nostris *Chemin Ferré.* Charta D. *Aubel* in Bellijocensi pago ann. 1460 : *Juxta magnum iter Ferratum tendens de Lugduno apud Matisconum.* Vide *Viæ ferratæ.*

* **FERRATURA**, Fibulæ claviculus, Gall. *Ardillon;* vel ipsa fibula. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 553 : *Quia transeundo extremitas Ferraturæ, vocatæ mordant, zonæ ipsius Johannis sommelerii adhesit mantello dicti Ingerranni.* Aliis notionibus, vide in *Ferrum* 1.

¶ **FERRATURA CENDALII**, Gallis *Fourrure de cendal.* Mendum est pro *Forratura cendalii,* in Historia Dalph. tom. 2. pag. 334. col. 1. Vide *Fodratura,* et in *Ferrum* 1.

* **FERRATUS**, ut supra *Ferratum.* Inventar. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 67. col. 1 : *Item inveni duos Ferratos cupreos, et tertium stagni.*

* **FERRAZA**, Piscis marini genus, Italis *Ferraccia.* Vide infra *Pastinaca.*

¶ **FERRE MARITUM**, de pellice dicitur, quæ sibi conciliat animum mariti alieni, et facit ut iste pudicam uxorem relinquat, in Legibus Langobard. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 50. col. 2. *Ferre puellam,* de viro puellam rapienti, ut eam secum habeat in uxorem, ibid. pag. 53. col. 1. Sic ibid. pag. 56. *Mulier libera servum Ferens,* ea est quæ servum sibi copulat conjugio Legibus prohibito.

* **FERREA**, Equi solea, Gall. *Fer de cheval.* Burcard. Argent. de vita Alex. VI. PP. : *Dictum fuit plures vel multos ex equis suis ferratos fuisse Ferreis argenteis. Ferrée* vero, Ligonis species, vulgo *Houe* vel *Hotau,* in Lit. remiss. ann. 1453. ex Reg. 182. Chartoph. reg. ch. 61 : *Le suppliant, qui avoit une Ferrée en sa main se print à deffaire le foussé et le remplir; et incontinent Jehan Bruneau, qui pareillement avoit une Ferrée en son poing et dont il besongnoit, frappa le suppliant de laditte Ferrée.* Aliæ ann. 1464. in Reg. 199. ch. 461 : *Icellui Brisset s'en vint au suppliant sa Ferrée en son poing, et la lança en cuidant bailler sur la teste.*

FERREBRACHIA, Cognomentum Guillelmi fratris Roberti Guiscardi, ob præclaram in bellis fortitudinem. Willelmus Apuleiensis lib. 1. de Gestis Norman. de eodem Guillelmo :

> Is quia fortis erat, et Ferrea dictus habere
> Brachia, nam validas vires animumque gerebat.

Et lib. 2 :

> ... Vir Ferrea dictus habere
> Brachia Guillelmus, etc.

Ita *Ferreum latus* appellarunt Dani quemdam Biorno, *ob eximiæ strenuitatis claritatem,* inquit Sueno in Hist. Danica cap. 7.

* Eodem *Brachii ferrei* nomine donatus Guillelmus IV. comes Pictav. ut post Beslium observat Menagius in Hist. Sabol. pag. 67. Hinc vox Gallica *Fierabras;* qua appellatione designatur Diabolus in Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1 :

> . . . . . Fierabras,
> Cest anemis qui maint mal brace, etc.

* Quomodo *Ferrebrachia* a Ferrum et Brachia, ita a Ferrum et Vestire, nostri *Fervesti* et *Fervestu* dixerunt, pro Armatura ferrea vestitus. Lit. remiss. ann. 1371. in Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 218 : *Comme les supplians eussent trouvé ledit advocat,.... qui les guetoit lui huitieme, armez et Fervestus, etc.* Aliæ ann. 1379. in Reg. 115. ch. 65 : *Lesdiz de Saucourt et leurs complices armez et Fervestiz et garniz d'armeures, etc. Trois compaignons armez et Fervestuz de harnois et d'espées,* in aliis Lit. ann. 1418. ex Reg. 170. ch. 172.

* **FERREGERANT**, pro *Fregerant,* in Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. *de Mazaugues.*

* **FERREGINALE.** Vide supra *Ferraginale.*

* **FERREINIS**, Idem quod *Ferrago* et supra *Ferragale.* Charta ann. 1148. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 427 : *Et ista ecclesia sanctæ Mariæ de Retorta ibi habeat.... hortos et Ferreines et eras et vias.*

* **FERREMENTUM**, Ferrum omne rei alicui necessarium. Charta ann. 1392. ex schedis D. *Chaix,* Aquens. advoc. : *Item convenerunt quod dictus dominus* (Guigonetus de Jarente dom. de Monteclaro) *pastam necessariam ad opus soleriorum suis sumptibus strudi faciet et illam exolvet, videlicet trabes et fustes et alia necessaria ad opus hujusmodi, et omnia Ferramenta habebit.* Vide supra *Ferramentum.*

** **FERREOLUM**, Vas vinarium ferro ligatum. Formul. fiscor. describ. ann. 812. apud Pertz. Leg. vol. 1. pag. 180 : *Utensilia, Ferreolum* 1. *patellam plumbeam* 1.

¶ **FERREOLUS**, Parvus verres, Aleman. *Ferckel.* Codex MS. Irminonis Abbatis Sangerman. f. 72. verso col. 1 : *Ainfredus... solvit ad nativitatem Domini porcos* II. *Ferreolos* II. *coniadas* VIII.

* 1. **FERRERIA**, Officina ferraria. Gall. *Féronnerie.* Charta Math. de Montemor. ann. 1230. in Chartul. Campan. ex Comput. Paris. fol. 355. v°. col. 2 : *Quicquid habent hæredes in Maurisilva et taliam de Moustiers,..... et Ferreriam cum pertinentiis suis.* Alia Phil. Pulc. ann. 1298. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 5 : *Martino de Routal, servienti nostro armorum, custodiam domus cujusdam, quam habebamus in Ferreria burgi Pampilonensis.... concedimus. Item en coustumes de la Féronnerie, des boulengiers, etc.* in alia ejusd. reg. ann. 1297. ex Lib. rub. Cam. Comput. fol. 17. v°. col. 1. Vide supra *Ferraria* et infra *Ferro* 2.

* 2. **FERRERIA**, Situla. Inventar. ann. 1361. ex Tabul. D. Venciæ : *Item unam Ferreriam. Ferriere,* vas vinarium, apud Rabelais. lib. 2. cap. 28. Vide supra *Ferrata* 2 :

* **FERREUM**, pro Ferrum. *Ferrea,* Vincula, compedes, in Reg. parlam Paris. Vide infra *Impruntare.*

* **FERRIA**, Situla. Inventar. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 67. col. 1 : *Item inveni duodecim grillonos et vaccas ferri, et quasdam Ferrias. Ferrieu,* ea-

Digitized by Google

dem notione, in Charta ann. 1358. ex Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 409: *Huit pos de kievre, deux Ferrieus, six poales, etc.* Vide supra *Ferrata* 2.

¶ **FERRICULA**, *Ferruginea, nigra, ferrei coloris.* Papias.

* **FERRIGINALE.** Vide supra *Ferraginale.*

¶ **FERRILE.** Vide *Ferile.*

* **FERRIOLUS**, Ferrugineus. Stat. Vercell. lib. 4. pag. 83. r°: *Teneantur fornasarii prædicti de qualibet fornasata lapidum facere tres montonos, scilicet unum de blanchis, et alium de Ferriolis, et alium de vermeliis.*

¶ **FERRIONUS**, Ferronnus. Vide *Ferrum* 1.

* **FERRIPEDARE**, Ferrea solea equi soleam munire, Gall. *Ferrer.* Vide in *Ferrum* 1.

¶ 1. **FERRO**, Baculus, sive scipio ferro armatus. Charta Sancii Reg. apud Jos. Moret. Antiquit. Navar. pag. 616: *Deinde ego et Comes Gundisalvus uterque fuimus in B. Æmiliano et dedi talem absolutionem, ut omnes undique partibus venirent causa orandi cum sportella vel Ferrone.*

* 2. **FERRO**, Faber ferrarius, Gall. *Forgeron, ouvrier en fer,* alias *Ferron.* Pactum inter Phil. reg. et Guill. episc. Paris. ann. 1222. inter Instr. tom. 7. Gall. Christ. col. 93: *Concedimus ut episcopus Paris. et successores sui Paris. episcopi habeant apud Paris. unum draparium, unum cordubanarium, unum Ferronem pro fabro et ferrone, etc.* Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 194: *Ysabeau de Courtenay, veuve de Guillaume de Roigny, se remaria à un pauvre Ferron et maréchal, homme de très-petit et vil estat, nommé Henriet Eullet de Ferrieres en Gastinois.* Charta ann. 1404. in Reg. 160. ch. 101: *Nul ne soit du mestier de faire le fer, exceptez les filz des Ferrons. Ferrons et vendeurs de fer,* in Stat. ann. 1350. tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 371. art. 189.

* **FERRODIUS**, Mensuræ species. Bulla Greg. IX. PP. ann. 1227. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 343: *Annuum redditum dimidii Ferrodii frumenti, quem habetis de allodio de Chiry.* Leg. forte *Sextarii.*

¶ **FERROLHOS**, Pessulus, Gall. *Verrou,* mutato scilicet *v* in *f.* Charta ann. 1424. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Aperiendo, et claudendo portam cum clave et Ferrolho.* Altera ann. 1396 ex eod. Archivo: *Portas aperiendo et claudendo una cum vecte sive Ferrolho et clave.*

¶ **FERRUGO**, *Obscuritas, aut ferri rasura.* Papias.

1. **FERRUM**, Equi solea, *Fer de cheval.* Regestum Constabulariæ Burdegal. fol. 106: *Dixit se teneri facere D. Regi sex Ferra nova equi cum clavis suis in mutatione Domini.* [Leges Jacobi II. Reg. Majoric. tom. 3. Jun. pag. 23: *Qui etiam Marescallus nobis itinerantibus a nostra comitiva non recedat, munitus clavis et Ferris et his similibus.*]

¶ **Ferrus**, Eadem notione. Acta S. Raynerii Pisani tom. 3. Junii pag. 432: *Ferrati enim equi qui illuc equitabant, sine aliqno ferro in pedibus regrediebantur, et qui suos Ferros reservabant, optimos habere pedes perhibebantur.*

* Ejusmodi soleæ, ignominiæ proscriptionisve causa, ostiis apud Italos affigebantur, ut discimus ex Lit. Greg. IX. PP. ann. 1231. apud Cl. V. Garamp. in Disquisit. de Sigil. Garfagn. pag. 20: *Ostia, quorum claves habere non poterant, clamoso infringendo tumultu, clericis ne res contentas in cellariis quoquo modo contingerent, arctius interdicto; quorumdam ostiis equorum Ferris affixis, et nec hiis contenti, etc.*

Ferrare, Ferrea solea equi soleam munire. Domnizo lib. 1. de Vita Mathil. cap. 10:

> Ornatos magnos secum tulit atque caballos,
> Sub pedibus quorum chalybem non ponere solum
> Jusserat, argentum sed ponere, sic quasi ferrum,
> Esse repercussum clavum voluit quoque nullum,
> Ex hoc ut gentes possent reperire quis esset.

Willel. Tyrius lib. 13. cap. 27: *Miserat autem prædicto viro... nobili palafredum albissimum, argento Ferratum, etc.* Jo. Brompton. pag. 911: *Mulam etiam, quam equitabat, auro fecit Ferrari, prohibens omnes suos, ne quando ferratura caderet, sustollerent.* [Ordinatio officiorum Curiæ Humberti II. Dalphini ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 394. col. 2: *Item dictus Marescallus diebus singulis de mane et sero adoburi et estrillari faciat equos.... et ad oculum videat, si existunt bene Ferrati.*] Occurrit etiam in Statutis Ordinis *de Sempringham* pag. 743. in Institut. Cap. Gener. Cisterc. cap. 36. [apud Bernardum in Consuetud. Cluniac. part. 1.] in Fleta lib. 2. cap. 14. § 4. in Foris Bigorrensib. art. 40 in Charta ann. 1038. apud Buzelinum pag. 528. etc. Jo. Villaneus lib. 4. cap. 18: *Havendo ornato il suo cavallo di freno d'oro, e Ferrato di fine arjento.* Le Roman *de Rou* MS.:

> Pour fere gens parler de soi,
> Fist tous les quatre fers dorer,
> Ne vout mie dire Ferer.

Supferrare, Eadem notione. Speculum Saxon. lib. 2. art. 12. § 4: *Cuilibet equo quatuor manipuli infra diem et noctem erogentur, et in anterioribus pedibus equi Sufferrentur.* Jus feudale Saxon. cap. 34. § 15: *Equi eorum debent in anterioribus pedibus Sufferrari, et non retro.*

¶ 1. **Ferrator**, Cui ex officio calceandorum equorum cura incumbit. Instrum. ann. 1240. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 142. col. 1: *Præterea erant alia duo officia ejusdem conditionis, officium scilicet coquinæ et Ferratoris, quorum libertas cassata fuit in compositione facta inter Burgenses et D. Archiepiscopum.* Unde

¶ **Ferrura**, Hujusce officii nomen. Charta Henrici V. Regis Angliæ apud Rymer. tom. 9. pag. 250: *Scias quod assignavimus te ad tot ferra et clavos equorum, quot pro equis stabuli nostri, in præsenti viagio nostro ferrandis, necessaria fuerunt, ac fabros et ferrum, et omnia alia quæ officio Ferruræ necessaria fuerint seu quamdolibet opportuna.*

¶ 2. **Ferrator**, Qui equos calceat. Miracula B. Ambrosii Senens. tom. 3. Martii pag. 205: *D. Gesca uxor Fei Ferratoris de populo S. Martini.*

* *Sigillum Raimondi Ferratoris,* apud *Manni* tom. 3. de Sigill. antiq. pag. 140. *Ferrier* et *Martellus ferrador,* quo scilicet in calceando equos utitur *ferrator,* in Comput. ann. 1334. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 84. col. 2. et pag. 87. col. 1. Vide *Ferrarius et Ferraterius.*

¶ **Ferratura**, Ferrea equi solea. Charta Lucii III. PP. ann. 1184. apud Miræum tom. 2. Diplom. Belgic. pag. 1189. col. 2: *Pro se et duobus scuteriis et tribus equitaturis fenum et avenam habeat, et candelas, et Ferraturas equorum de curia ipsa percipiat.* Occurrit apud Murator. tom. 12. col. 1077: *Una ferratura equi,* in Charta ann. 1252.

¶ 1. **Ferripedare**, Idem quod *Ferrare.* Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1230. apud Murator. tom. 6. col. 463: *Qui Ermenolinus in signum puræ dilectionis et pacis Communi Januæ bisantios* VIII. *millia destinavit, et insuper tantam pecuniam, unde optimus equus compararetur, et ex parte sua præsentaretur Communi Januæ coopertus optimo auro, et Ferripedatus claponis argenteis.* [* Stat. Montis reg. pag. 268: *Item statutum est, quod nullus ferrarius.... præsumat Ferripedare aliquam seu aliquas bestias, cujuscumque generis censeantur, in via, etc.*]

¶ **Ferri**, Laminæ ferreæ quibus ad cruciandos Martyres utebantur. Acta S. Cononis tom. 7. Maii pag. 7: *Domitianus Comes dixit ministris, incendite Ferros, et ponite super eos.*

¶ **Ferra**, Vincula, compedes, catenæ. Charta Edwardi III. Regis Angliæ ann. 1333. apud Rymer. tom. 4. pag. 552: *In Ferris, in prisona nostra salvo et secure custodiri facintis.* Galli dicimus *Etre dans les fers,* pro Vinctum esse compedibus.

¶ **Ferratus**, Catenatus. Inquesta pro canonizatione Caroli Blesensis apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. pag. 568: *Alanus Radulfi Presb. Rector de Plebe-tenede Leon. Dioc. dicit quod cum ipse esset prisonarius Anglicorum magne comitive.... et fuisset Ferratus grossis ferris, fuit liberatus per merita D. Caroli.*

¶ 2. **Ferripedare**, Compedibus vincire. Vita S. Angeli Carmelitæ tom. 2. Maii pag. 824: *Et dictum S. Angelum in terram posuit ut eum Ferripedaret* (Saracenus.)

In Ferro Mitti, Catenis ferreis vinciri. Anonymus de Gestis Constantini M.: *Et missi sunt in Ferro, et adducti Ravennam. Ferro vinciri,* in Lege Longob. lib. 2. tit. 13. § 5. [** Carol. M. 133. ex Capitul. Ludov. Pii ann. 829.]

Ferro in utraque maxilla comburi, in Chartis Bruningi Abb. Laurishamensis in Chronico Laurishamensi pag. 74. *In utraque maxilla Ferro ad hoc facto etiam candente caraxari et comburi,* in Charta Henrici Imperat. ibidem pag. 75.

Ferri Onus, Pœnæ levioris species apud Anglos, ut est in Fleta lib. 1. cap. 26. § 4.

¶ **Ferrum Battudum**, Procusum, exacutum, nostris *Fer émoulu.* Formula 30. inter Sirmondicas: *Et sic est veritas absque ulla fraude vel conludio, et in sua culpa secundum legem ipsum Ferro battudo fecit.*

¶ **Ferri**, Ferramenta. Acta S. Cassii Episc. Narniensis tom. 5. Junii pag. 491:

Digitized by Google

Idem D. Vicarius claudi et obserari, cooperculo ex eodem lapide ad id insculpto et parato, et Ferros hinc inde cum plumbo liquato firmari mandavit.

¶ FERRARE TONELLOS, Dolia circulis ferreis munire. Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* tom. 2. de Usu Feud. pag. CLXXXIX : *Et pro tonellis Ferrandis et aliis operibus* XIIII. *l.* Hinc

¶ FERRATI, nude sæpius occurrit in eodem Computo pro Dolia. ibid. pag. CXLIV: *Pro travallis et pro circulis et pro vectura duorum Ferratorum* LX. *s.* Et pag. CLV : *Pro sex Ferratis Medontæ parandis et pro duodecim duodenis circulorum* IIII. *l. etc.* Vide *Ferreolum.*

¶ FERRATERIUS, Ferrarius, in antiquo Catalogo MS. B. Mariæ Deauratæ Tolos. ann. 1328.

¶ FERRONNUS et FERRUNNUS, Eadem notione. Index MS. redituum Episcopat. Autissiodor. circa ann. 1290 : *De Ferronnis. Omnes vendentes ferrum debent unum den.* Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* tom. 2. de Usu Feud. pag. CLXXXIV. *De dictis Ferrunnorum de Hodengel. c. et* X. *s. . . De dictis Ferrunnorum fabricarum Rubio* VI. *l. et* XI. *s.*

¶ FERRATURA, Quidquid ad serariam artem spectat. Vita S. Francisci de Paula tom. 1. Aprilis pag. 151 : *Maritus suus qui tunc erat et adhuc est serurarius, onus habebant fabricandi Ferraturam, videlicet seras, claves et alia necessaria ad clausūram Conventus.*

¶ FERRURA, Ferramentum Computus Richardi Parentyn ann. 1425. in Antiquit. Ambrosden. pag. 574 : *Et in decem clavis emptis de eodem pro Ferrura ejusdem* X. *den.*

¶ FERRUM ALBUM, Gall. *Fer-blanc.* Charta Officialis Paris. ann. 1530. apud Rymer. tom. 14. pag. 394 : *Notum facimus . . . vidisse litteras . . . . sigillatas in cera rubea sigillo rotundo cum duplici cauda pergamenea, incapsato capsa Ferri albi sanas siquidem et integras.*

FERRI MOLENDINORUM, apud Innocent. III. PP. lib. 14. Epist. 79. [Vide *Ferramentum.*]

FERRUM OBLATARUM, quo scilicet *oblatæ*, seu hostiæ ad sacrificium conficiuntur. *Ferrum, ferramentum characteratum, in quo sunt coquendæ hostiæ*, apud Bernardum in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 55. et 77. Gillebertus Lunicensis Episcopus de Usu Ecclesiastico : *Pixis cum oblatis, et Ferrum eorum.* Adde usus veteres Cistercienses cap. 114. et Udalricum in Consuetud. Cluniac. lib. 3. cap. 13. Vide *Oblata.*

¶ FERRUM TRABALE, Ensis ad modum trabalis clavi, instar litteræ S. recurvi, efficius. Carmen de Varia fortuna Ernesti Bavariæ Ducis, auctore Odone lib. 8. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 370 :

Hoc dicto gladium stringit, citus ordine rupto
In medios vadens Persas, Ferroque trabali
Bestius ille gygas, terræ jumenta virosque
Prosternit, fundens multum super arva cruorem.

FERRUM PICTAVENSE, olim in pretio. Joannes Monachus Majoris Monasterii lib. 1. Hist. Gaufredi Ducis Norman. pag. 19 : *Allata est ei hasta fraxinea, Ferrum Pictavense prætendens.* Vetus Poeta MS. :

S'ot glaive courte et grosse à Fer Poitevinal.

Idem Poëta :

Le droit Seignor n'en odrent-il guerpir
Eins le deffandent as acier Poitevins.

Alibi :

Parmi le cors mist l'acier Poitevin.

Rursum :

Il ceint l'espée de l'acier Poitevin.

Ibidem :

Et fu armé sor le cheval de pris,
D'aubere et d'iaume, d'escu Poitevin.

BURDEGALENSE FERRUM laudat Froissartes 2. vol. cap. 117 : *Lesquels furent recueillis de ces longs glaives aux Fers de Bourdeaux.* Idem tom. 4. cap. 6 : *Puis leurs furent baillez leurs glaives à pointes acerées de Fer de Bourdeaux.* Chronicon Bertrandi Guesclini MS. :

Un Escuier y vint qui au Comte lança
D'une espée de Bourdeaus, qui moult chier li cousta.

¶ FERRARICIA Fossa, Fodina ferraria, in Capitul. de villis Caroli M. cap. 62.

¶ 2. FERRUM, Trutina, seu trutinæ jus, quod nimirum pro ponderibus publicis exsolvitur. Conventio inter Jacobum Aragoniæ Regem et Montispessullani Dominum ann. 1278 : *Cum, ut dicit, pondera et Ferrum et sesteriale sive mensura bladi pertinent ad dictum Dominum Regem.*

FERRI SPANISCI, Trutinæ, ex ferro Hispanico. Charta anu. 859. in Tabulario Eccles. Viennensis fol. 19 : *Dum incognitum non habetur, et honorabilibus et nobilibus filiis Ecclesiæ Clericis et laicis, qualiter nos suscepimus aurum de thesauro prænominati B. Mauricii libras* 5. *de auro cocto, calicem et patenam, pensante unaquæque libram ad Ferros Spaniscos, ipsas libras de manu præfati Domni Adoni Archiep. accepimus, etc.*

3. FERRUM CANDENS seu *Ferri candentis judicium*, quo quis innocentiam suam tuebatur, nuda manu ferrum candens deferendo, hac illæsa. Veteris Ethnicorum superstitionis reliquias esse docent, quæ habet Sophocles Antigona :

Ἡμεῖς δ' ἕτοιμοι κἂν μύδρους αἴρειν χεροῖν,
Καὶ πῦρ διέρπειν, καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν, etc.

Ubi Scholiastes : Εἰώθασι δὲ ὀμνύοντες, καὶ πίστεις διδόντες, μύδρους βαστάζειν, καὶ πῦρ ὑπερβαίνειν· τοὺς γὰρ μὴ ἐνόχους τῷ ἁμαρτήματι φόντο, καὶ ἐν τούτοις μὴ ἀλγεῖν. [** Vide Grimm. Antiq. Juris German. pag. 912. sqq.]

Id porro purgationis vulgaris genus varie efferunt ævi recentioris Scriptores : quippe *Judicium ferri* vocant Leges Canuti Regis de Forestis cap. 13. Leges Edwardi Confess. cap. 9. 16. Leges Willelmi Nothi cap. 62. etc. *Judicium Ferri calidi*, Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 64. [** et in chart. Maj. Monast. Turon. ann. 1037. post Irminonem pag. 355.] [*Legale candentis Ferri Judicium*, in Charta ann. 1062. ex Tabul. Majoris Monast.] *Ferri candentis Judicium*, Historia expeditionis Asiaticæ Friderici I. Imp. pag. 87. *Candentis calybis examen*, Ordericus Vitalis lib. 5. pag. 564. *Examen igniti Ferri*, Eadmerus lib. 1. Hist. Novorum pag. 48. 1. Edit. et Alexander. III. PP. Epist. 19. ex iis, quas Sirmondus edidit. *Judicium igniti Ferri*, Matthæus Paris ann. 1085. et Bromptonus ann. 1088. et vetus Charta apud Jacobum Petitum post Pœnitent. Theodori pag. 665. *Ferrum ignitum*, Tortarius de Miraculis S. Benedicti. *Ignitum Judicium*, Tabularium Angeriacense fol. 20. et Tabularium Molismense. *Igniferum Judicium*, Dudo lib. 2. de Actis Normann. pag. 85. [*Ferrum Judicii*, Charta anni 1082. Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1327.] *Ferreum Judicium*, Decreta Calomanni Regis Hungariæ lib. 1. *Ferrum Judiciale*, Gillebertus Lunicensis lib. de Usu Ecclesiastico, Charta Sancti Regis Aragon. æræ 1116. in Historia Pinnatensi lib. 1. cap. 54. et Bromptonus pag. 846. Διὰ μύδρου ἀπόδειξιν, Acropolita cap. 50. pag. 52. *Ferrum*, nude, Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap. 15. 16. Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 7. Charta Alexandri Comitis Cupersanensis ann. 1102. apud Ughellum tom. 7. Ital. Sacræ pag. 864. Jus Feudale Saxonum cap. 24. § 19. Gervasius Dorobernensis pag. 1511. Chronica Sclavica cap. 25. Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 15. § 3. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 554. etc.

Jernbyrd, vel *Jarn-byrth*, Danos et Suecos ejusmodi judicium appellasse, scribunt Isaacus Pontanus in Daniæ Descriptione pag. 772. et Petrus Resenius in Notis ad Jus Aulicum Canuti II. Regis pag. 617. et Joannes Loccenius lib. 4. Antiquit. Suegotthic. cap. 4. etiamnumque hodie *signum veri* vernacula lingua, signum candentis ferri vocari : vulgo enim *Fern-legen* dicere. Vide *Sfursiern.*

Hinc variæ loquendi formulæ, in ejusmodi judicio ferri candentis enuntiando apud Scriptores. *Ferrum calidum nuda manu portare*, apud Ordericum Vitalem lib. 6. pag. 629. *Ferro ignito se purgare*, apud Galbertum in Vita Caroli Comitis Flandriæ n. 156. 162. *Per calidum Ferrum se purgare*, in Regiam majestatem lib. 4. cap. 3. § 4. *Ferro candenti se expurgare, purificare*, ibidem cap. 15. 20. *Contactu Ferri calidi* quidpiam *probare*, apud Hildebertum Cenoman. Epist. 10. ex iis, quæ editæ sunt tom. 13. Spicilegii Acheriani in Appendice. Ὑπέχειν τὸν μύδρον, apud Pachymerem lib. 2. Hist. cap. 1. *Ferri judicium portare*, in Decretis Calomanni Regis Hungariæ lib. 1. ubi Editor perperam dixit esse, *compedibus puniri. Ferri judicium deportare, et portare*, in Chartis laudatis a Duchesnio in Notis ad Bibliothecam Cluniacensem pag. 156. 157. et a Mabillonio tom. 5. Vitar. SS. Ord. S. Bened. pag. 762. *Ferrum candens manibus portare*, in Speculo Saxonico lib. 1. art. 39. *Ferrum ignitum portare*, in Wichbild Magdeburgensi art. 92. §. 2. *Judicium portare*, nude in Legibus Edmundi Regis Angliæ. Tabular. Molismense : *Et ibidem a viris prudentibus judicatum, quod Molismenses, qui tertias se habuisse referebant, si possent, hoc 2. hominum sibi nil attinentium sacramento, aut unius suorum approbare ignito judicio tenturam habuissent idoneam : nec ob hoc tamen Prior de Ecclesiolis usuarium nemoris quod reclamabat, probatione præeunte convenienti, amitteret. Firmato itaque Molismenses, sicut judicatum fuerat, judicio, die, qua portandum fuerat, in loco, qui Villaris dicitur, tam ipsi, quam sæpefatus Prior cum suis*

Digitized by Google

convenerunt, etc. [Charta Goslani Episcopi e Chartul. S. Magdalenæ Castrodunensis fol. 29 : *Eo insuper adnexo quod judicia seu ignito Ferro fiant sive aqua in curia Comitis vel ejus Præpositi insumpta vel aliunde per Comitis justitiam adducta portata et administrata fuerint in prænominata B. Mariæ Ecclesia.*]

Spectavit porro ejusmodi Purgationis genus eos, qui vel ob ætatem, vel ob *mahemium*, seu ægritudinem aliquam, aut quemvis corporis defectum, duellum inire non poterant : præsertim vero liberos homines, sicut *aqua* rusticos, ut est in Regiam Majestatem lib. 4. cap. 3. § 4. Quod etiam innuit Eadmerus lib. 1. Hist. Novor. pag. 48. docentque exempla varia istius Purgationis.

Apud Aragonenses *villanos* spectasse videtur innuere Charta Sanctii Regis Aragon. : *Et ideo mando et judico, ut si aliquis homo rusticorum voluerit extrahere de Monasterio isto terram, aut aliquam hæreditatem, veniat ad S. Joannem, et juret super illud altare : et postquam juraverit, accipiat Ferrum calidum judicialem, sicut mei villani faciunt, et omnis terra. Similiter et si illos villanos sancti Joannis habuerint pleito cum meis villanis, vel cum meis merinis, vel cum infantionibus; sicut mei se salvant in mea sede, sic mando, ut et ipsi se salvent in sede sancti Joannis per Judicialem Ferrum : et proinde pono et mando hoc judicium, quia multi sunt inflati spiritu maligno, quia non timent perjurium de jure, et ideo quod juraverit, salvum fuerat per ferrum.*

Sed et spectavit Monachos, et Clericos, ut *Duellum* sæculares. Vetus Notitia apud Charlonium in Notis ad Historiam Inculismensem Corliæi : *Unde factum est, ut ob hanc causam peteret Toarcium, et Vicecomitem adiret, paratus aut calidi Ferri Judicio, secundum legem Monachorum, per suum hominem probare, aut scuto et baculo juxta legem sæcularium defendere.* Tabularium S. Dionysii de Capella diœcesis Bituricensis Ch. 118 : *Judicaverunt igitur ut suum confirmarent testimonium per Ferrum ignitum, quod ipsi facere non veriti sunt, et homo, qui pro eis* (Monachis) *tulit, nullam sensit læsionem.* Tabularium Majoris Monasterii Ch. 37 : *De qua re portato calidi Ferri Judicio per hominem nostrum Haimonem de Boëleto, probatum est contra illum etc.* Et Charta 122 : *His itaque determinationibus circumquaque finiens, hujusmodi infra se obtinet privilegium, ut si forte incolarum aliquis in aliquo excedit, unde aut bellum faciendum, aut solitum candens Ferri Judicium sit deportandum, et vel alio quolibet modo, quo peccari potest, delinquit, etc.* Tabularium Abrincatense ann. 1061 : *Excommunicati ab Episcopo ad ejus satisfactionem et absolutionem venient : Judicium Ferri igniti et aquæ ferventis Abrincis portaretur, si Clerici lapsi in culpam degradationis forte invenirentur, quia ad Episcopum pertinet ordinatio, et ad ejus judicium pertineret degradatio.* Adde vetus Diploma apud Virum Doctissimum Jo. Mabillonium tom. 5. Vita. SS. Ord. S. Bened. pag. 765.

* Habita criminis ratione, gravioris vel levioris erat ponderis ferrum gestandum, ut colligitur ex antiquisit. Pontif. Ms. Cod. reg. 943 : *Incipit adjuratio ferri vel aquæ fervidæ. In simplo unum pondus, in triplo tria ferrum æquiparet pondera.* Hinc istud judicium *Pondus* interdum appellabatur.

Jam vero quibus ritibus ac ceremoniis perageretur judicium per ferrum candens, multis docent Leges Adelstani Regis, apud Bromptonum pag. 856. et Concilium Grateleanum ann. 928. cap. 7 : *De ordalio præcipimus in nomine Dei et præcepto Archiepiscopi, et omnium Episcoporum, ne aliquis intret Ecclesiam, postquam ignis infertur, unde judicium califacere debet, præter Presbyterum, et eum, qui ad judicium iturus est. Et sint mensurati 9. pedes a staca usque ad marcam, ad mensuram pedum ejus, qui ad judicium ire debet. . . . . Et quando judicium paratum erit ingrediantur ex utraque parte duo homines, et certi sint ut ita calidum sit, sicuti prædiximus; introeant totidem ex utraque parte, et det eis osculari textum sancti Evangelii, et signum sanctæ Crucis; et nemo faciat ignem diutius quam benedictio incipiat; sed jaceat ferrum super carbones usque ad ultimam collectam : postea mittatur super staphas* (al. staplas); *et non sit illic alia locutio, quam ut precentur sedulo Deum Patrem, ut veritatem suam in eo manifestare dignetur. Et bibat accusatus aquam benedictam, et inde conspergatur manus ejus, qua judicium portare debet, et sic adeat. Novem pedes distinguantur inter terminos. In primo signo secus stacam teneat pedem suum dextrum; in secundum, sinistrum pedem; in tertium signum, quando ferrum projiciet, et sanctum altare festinet. Insigilletur manus ejus, et inquiratur die tertia si mulaminum* (i. si inusta) [melius forte *velamen.* Vide *Mulaminum* suo loco.] *sit intra consigillationem.* Eædem Leges Adelstani § 30 : *Si quis judicium ferri vel aquæ vadiaverit, accedat ante tribus noctibus ad Presbyterum, qui sanctificare debet eum, et pascat se pane, et sale, et aqua, et herbis, et audiat Missas singulorum ipsorum trium dierum, et offerat et eat ad sacrosanctam Communionem ipsa die, qua ordalium examinari debebit, et juret, quod jure publico sit innocens illius accusationis, antequam ad ordalium veniat. . Si ferrum calidum sit, tres noctes transeat antequam inquiratur, et videatur manus ejus, etc.* Ordericus Vital. lib. 5. pag. 584 : *Tandem multorum diffinitione Optimatum præfixum est in Curia Regis, ut culpatus vir ad abstergendam nefarii maculam facinoris, apud Rotomagum in præsentia Cleri subiret candentis examen calibis. Quod ita factum est : scintillans ferrum nuda manu portavit, Deique nutu non adustus apparuit, et inde cum Clerus tota plebe alta voce Deum laudavit. Malivoli hostes armati aderunt ad spectaculum, ut si reus deprehenderetur per ignis judicium continuo reatus, amputato rei capite, puniretur per gladium.* Christianus in Vita S. Wenceslai cap. 65 : *Ille nihil dubitans; verum in Sancti fidens merita, candens ferrum ab igne sumpsit, longeque a termino gessit : et ni ab aliis prohiberetur, tres fortassis fecisset metas.* [Vide Baluzium tom. 2. Capitul col. 655.]

Pachymeres lib. 1. Hist. cap. 12. scribit, eum, qui se ad Purgationem per ferrum candens offerebat, triduano prius jejunio et oratione se parasse : custoditum interim, et manu velo involuta, cui sigillum apponebatur, ne quis eam unctionibus adversus ignis sensum roborantibus muniret : tum productum in medium, arrepto nuda manu ignito ferro, ter definitum spatium emensum. Quædam enim sunt, quæ vim ignis retundunt. Sic in Athenarum obsidione turrim ligneam, alumine oblitam, Sylla incendere frustra conatus est : lignaque viscata et ovo perfusa, vestis immo contacta a deflagratione, ut scribunt Theophrastus et Plinius lib. 29. cap. 3. tuta sunt. Ita olim illi, qui apud Hirpinos per prunas ardentes nudis incedebant vestigiis in Apollinis honorem, de quibus Virgilius lib. 11. Æn. vers. 787 :

> ... Et medium freti pietate per ignem
> Cultores multa premimus vestigia pruna.

Medicamenta plantas tingebant, ut ait Varro apud Servium : quam in rem consulendi præterea Busbequius in Epist. 4. Legat. Turcicæ, et Camerarius Meditation. Histor. Cent. 2. cap. 18. quibus addo quæ habet Albertus M. de Mirabilibus mundi : *Si vis in manu tua portare ignem, ut non offendat, accipe calcem dissolutam cum aqua fabarum calida, et aliquantulum mugranculis, et aliquantulum malvawisci, et permisce illud cum eo bene, et deinde line cum eo palmam tuam, et fac siccari, et pone in ea ignem, et non nocebit.* Infra : *Experimentum mirabile, quod facit homines ire in ignem sine læsione in manu. Recipe succum bismalvæ, et albumen ovi, et semen psilii, et calcem, et pulveriza, et confice, cum illo albumine ovi succum raphani commisce, et ex hac confectione illinas corpus tuum, vel manum, et dimitte siccari : et postea iterum illinas, et post hoc poteris audacter sustinere ignem sine nocumento.*

Quod porro ait Pachymeres, jejuniis et orationibus præviis, atque adeo sumta divina Eucharistia, se ad ejusmodi judicia subeunda parasse accusatos, id omnino firmant supra laudatæ Leges Æthelstani Saxonicæ cap. 23. et Sueno mox laudandus : ut et per continuum triduum (verum post peractum, non vero ante initum judicium) obsignatam manum servatam : quod etiam habet Ordo ad has Purgationes, apud Lambardum in voce *Ordalium*, et Hugonem Machoudum in Observat. ad Robertum Pullum : quibus adjungenda videntur quæ recitat Ambrosius Morales lib. 11. Hist. Hispan. cap. 48. pag. 57.

Addit præterea idem Pachymeres μύδρον hunc, seu ferrum istud ignitum, ἅγιον, *sanctum*, appellatum, quod scilicet a Sacerdote benediceretur, ut colligitur ex Honorio Augustodunensi lib. 1. cap. 18 ea oratione, quam recitant Aventinus lib. 4. Annalium Boior. pag. 249. Edit. 1627 Lambardus in Gloss. ad Leges Saxonicas v. *Ordalium*, et Goldastus tom. 2. Rerum Alamannic. pag. 178. Adde Opera Alcuini pag. 1191. Scribit Acropolita cap. 50. Michaelem Commenum, seu Palæologum, postmodum Imperatorem, quem ad μύδρον, seu judicium ferri calidi subeundum, ad diluendum impositum crimen, adigere volebat Imperator Theodorus Lascaris, sic eidem reposuisse : οὐκ οἶδ' ὅπως τὸ τοιοῦτον κέκληται ἅγιον : mox, admissa conditione,

Digitized by Google

sic Metropolitam Philadelphiensem compellasse : Ἔνδυσαι μὲν αὐτὸς τὴν ἱερὰν σου πᾶσαν στολὴν, καθὼς εἴωθας ἐν τῷ θείῳ εἰσέρχεσθαι βήματι, καὶ ἐντυχάνειν θεῷ, εἶτα δὴ ταῖς σαῖς χερσὶν ἐκπύρωσόν μοι τὸν σίδηρον,... καὶ ταύταις δὴ ταῖς χερσὶν ἐπίθεις ἐν χειρί μου τὸν σίδηρον, καὶ τεθάρρηκα εἰς τὸν δεσπότην Χριστὸν ὡς πᾶσαν μὲν αὐτὸς ἁμαρτίαν μου παροράσεται, θυματουργήσει δὲ τὴν ἀλήθειαν. At metropolita respondit, ejuscemodi Purgationes Canonibus prohiberi, Barbarorumque, hoc est, Latinorum eas esse proprias, nec apud Romanos seu Græcos receptas, nisi ex peculiari præcepto Imperatoris. [Adde Phranzem lib. 1. cap. 1.]

Ritus denique omnes in Purgatione per ferrum candens pluribus exsequitur Andreas Sueonis, Archiepiscopus Lundensis lib. 7. Legum Scanicarum cap. 15. cujus titulus est *De judicio candentis ferri : Gestaturus ferrum lota manu nihil debet contingere, priusquam ferrum levet, nec caput, nec crines, nec aliquod vestimentum, ne per tactum alicujus succi, vel unguenti per fraudem potius quam per innocentiam, ferri candentis effugiat læsionem. Triplex autem ferri judicium, quod usus recipit, invenitur. Unum quod in* 12. *ignitis vomeribus calcandis consistit, quibus personis conveniat, qualiterque debeat exerceri, sufficienter credimus declaratum. Est item aliud ferri judicium, illi soli conveniens, qui pro furti crimine convenitur, quod Trygsiern in lingua patria nominatur, ab alveolo, qui per* 12. *pedum vestigia debet a baculis, quibus ferrum superponitur, elongari : quod accensum, prius præstito ab adversario juramento, quod Aasuoren eed appellatur, sumptum a baculis in ipsum alveolum nuda manu debet immittere reus ipse, et immissum, si forte resilierit, vel extra ceciderit, resumet iterum, et projiciet, donec ipsum ibi contigerit contineri. Est item tertium ferri judicium, illis gestaturis ferrum attinens, quibus prædicta judicia non incumbunt, quod ignitum sumptum a baculis reus ipse donec processerit novem vestigiis deferre tenetur. Et tunc primo a se jactare, a quo jactu ipsum lingua patria Scudsiern appellat, et si dicatur ab adversario insufficienter vel minus legitime detulisse, probet duobus testimoniis se deferendi modum legitimum observasse. Hoc est autem circa quodlibet ferri judicium observandum, ut nullum eorum debeat in septimana, quæ diem festum habeat, exerceri. Duobus quidem primis diebus, in secunda videlicet et tertia feria, reus in pane et aqua et vestimentis laneis jejunabit, et in quarta subibit judicium. Hoc completo incontinenti, vel pedes, si vomeres calcati fuerint, vel manus, si ferrum gestatum fuerit, panno aliquo involventur, cui diligenter astricto, sigillum etiam apponetur, ne quid adveniat fraudulenter, quod vel possit extinguere ustionem, vel auferre saltem apparentiam ustionis. Hoc velamen in pedibus vel manibus usque ad sabbatum permanebit. Eodem die coram actore adversario usque ad solis descensum post meridiem expectando : et si nec tunc advenerit, coram astantibus auferendum, qui statim cum nudam manum vel pedes conspexerint, vel innocentem reum, vel culpabilem judicabunt, et si fuerit innocens judicatus, persolvet laboris sui pretium Sacerdoti : si vero culpabilis, ad actorem illius mercedis solutio, juxta Ecclesiæ vel Provinciæ consuetudinem, pertinebit.*

* Ritibus ac cæremoniis ejusmodi purgationis, supra propositis subjungenda sunt quæ ex Tabul. Major. monast. excerpsimus : *Ad hoc tandem producta res est, ut consuetudinario calido ferri judicio probari facere domnus abbas permitteret falsum esse, quod Sigebrannus assereret. Vadiatum est itaque judicium, et ad portandum locus designatus et terminus ; ad quem terminum cum fuisset domnus abbas paratus, ille non fuit. Postea altera ad istud sub hac conditione determinata fuit, ut quilibet amborum altero tunc esset imparato paratus, compellari inde non deberet ulterius. Die igitur placita ad condictum locum, qui fuit Calumna, domnus abbas venit, tardè licet venit et Sigebrannus : aderat etiam Eusebius Andegavensis episcopus. Traditus est homo ad portandum judicium atque susceptus, et in diem tertium de more servatus. Eo die tertio scilicet calefactum est judiciale ferrum, homo præsto fuit ad portandum, et tota ad finiendum causa parata. Tunc Sigebrannus judicium istud non se recepturum esse dixit.*

* Huic judicio præibant etiam peccatorum confessio atque absolutio et balneum ; cui probationi subeundæ accusati accedebant vestibus sacris induti, ut testatur Andreas Floriac. Ms. lib. 2. Mirac. S. Bened. : *Sed ut testis falsitatis expiatus culpis, lautus balneis, vestibus sacris indutus, vultu acclinis improbam manum igneo constantius admovet ponderi ; non cauteriatus, ut moris est reis, deprehenditur : sed media templi testudine, disploso ventre, vesicæ pandit fœtido strepitu.* Quæ ultima, si, illæsa manu, pro criminis argumento habita sunt, risum teneatis. Merito itaque suspecta aliquando fuit innocentia hac purgatione probata.

Interdum chirotecæ forma ferrum induisse delatos, auctor est Saxo Grammaticus lib. 10. Hist. Danicæ pag. 171 : *Percunctatus, an monitis suis obsecuturi essent, si ad flagrantis ferri tactum manum ejus læsione vacuam conspexissent, universis haud dubie parendum respondentibus, candentem ferri laminam, chirotecæ formam habentem, expediri jussit, eique brachium cubito tenus inseruit, ac protinus per omnes interrite circumlatam ante Principis pedes excussit, dextramque nulla ex parte corruptam in eodem incolumitatis colorisque habitu religiosæ omnium admirationi conspiciendam monstravit.* Habet ex eo Albertus Stadensis ann. 971.

Asservabatur porro *ferrum judiciale*, Episcopi benedictione consecratum, in iis Ecclesiis vel Monasteriis, quæ ejusmodi judiciorum vulgarium jus habebant. Quod docet Charta Fontanellensis ann. 1082. nuper edita inter Concilia Rotomag. Ecclesiæ, ex qua sequentia excerpsimus : *De qua libertate, tempore Guillelmi Regis Anglorum et Principis Normannorum, quæstio ex parte mota est inter Guillelmum Archiepiscopum Rotomagensem, et Girbertum Abbatem Fontanellensem hac occasione, quia quidam Monachus præfati Monasterii ferrum judicii, quod ex antiquo jure in eodem Monasterio erat, per ignorantium et ex quadam simplicitate in alios usus transformavit. Cumque Abbas ferrum aliud supra nominato Archiepiscopo sibi benedici postularet, et Archiepiscopus dubitans, utrum ex antiqua consuetudine ferrum haberet judicii, quod Abbas postulabat, denegaret, tamdiu res indeterminata remansit, donec ad præsentium prædicti Regis deferretur, etc.*

Proferunt infinita actæ per *ferrum candens* purgationis, et probatæ innocentiæ exempla Scriptores, quos quidem indicasse sufficerit, Annales Francorum Metenses ann. 858. Vita S. Hildegundis dictæ Joseph. n. 14. Chronicon Magdeburgense MS. ann. 952. Radulfus de Diceto ann. 970. Saxo Grammaticus lib. 10. 13. et 14. pag. 171. 294. [Abbo Floriacens. in Epist. pag. 410.] Eadmerus lib. 2. Hist. Novor. pag. 48. 1. Edit. Ditmarus lib. 1. pag. 18. Albericus in Chron. MS. ann. 967. Ordericus Vitalis lib. 5. pag. 584. lib. 10. pag. 780. Magnum Chronicum Belgicum ann. 1000. et pag. 96. Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandriæ num. 156. 162. Matth. Paris. ann. 1085. Godefridus Monachus S. Pantaleonis ann. 1172. Chronicum Marcianense ann. 1183. Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 50. 52. Cæsarius Eisterbach. l. 1. Miracul. cap. 5. l. 3. cap. 16. 17. lib. 10. cap. 35. 36. Bromptonus pag. 878. 942. 983. Willelmus Heda pag. 273. 1. Edit. Innocentius III. PP. in Epistola ad Novariensem electum, apud Ughellum in Episcopis Albingaunensibus, [Cantacuzen. lib. 3. Histor. cap. 27. pag. 439. 440.] Krantzius l. 8. Vandaliæ cap. 30. Pontanus in Histor. Danica pag. 140. 141. Annales Ecclesiæ Wintoniensis in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 35. etc.

Judicii denique vel Purgationis per ferrum candens mentio occurrit, præter laudatos Scriptores, in Capit. 3. ann. 813. cap. 46. apud Agobardum lib. Contra judicium Dei cap. 1. in Legib. Æthelstan. Regis Saxonicis cap. 14. 23. in Capitulis Theodori Cantuar. cap. 47. in Concilio Treburiensi ann. 895. cap. 22. in Concilio Ænhamensi ann. 1009. cap. 26. apud Burchardum in Lege familiæ, Ivonem Carnot. Epist. 75. 205. 280. Joann. Sarisber. Epist. 122. Hildebertum Cenomanensem Epist. 17. Gregorium IX. PP. l. 5. tit. 35. cap. 3. Andream Suenonis Archiepisc. Lundensem lib. 3. Legum Scanicar. cap. 7. lib 5. cap. 15. 23. lib. 7. cap. 6. 7. 8. 13. lib. 9. cap. 9. 12. lib. 13. cap. 2. 3. 4. Silvestrum Giraldum in Descript. Cambriæ cap. 14. in Charta Henrici Claudi Imp. apud Browerum l. 3. Antiq. Fuldens. cap. 15. in Chron. Colmariensi ann. 1278. in Decretis S. Ladislai Regis Hungar. lib. 1. cap. 28. lib. 3. cap. 1. in Decretis Calomani Regis Hungar. l. 2. cap. 44. in Fragm. Hist. post Albertum Argent. ann. 1215. etc. Vide *Duellum*.

Purgationem per ferrum candens, ut et alias ejusmodi purgationes vulgares, interdixere summi Pontifices, Concilia, et Principes : atque in primis, Stephanus in cap. Consuluisti, c. 2. q. 2. Alexander III. Epist. 19. ex iis, quas Sirmondus edidit, Innocentius III. cap. Ex literis, de Excessib. Prælator. Honorius III. in cap. Dilecti, de Purgatione vulgari, Synodus Bajocensis

Digitized by Google

ann. 1300. cap. 35. Concilium Palentinum ann. 1322. cap. 26. Fridericus I. Imp. in Legib. Sicul. lib. 2. tit. 31. Jacobus I. Rex Aragon. ut et judicia aquæ ferventis et similia, in Foris Oscæ ann. 1247 f. 35. Alexander II. Rex Scotiæ in Statut. cap. 7. § 3. etc.

* *Ferri candentis* judicium, quanquam legibus, canonibusve interdictum, permittere nonnunquam judici et domino feudali licitum erat. Hæc docent Libert. bastidæ *de Avoy* ann. 1308. in Reg. 40. Chartoph. reg. ch. 62 : *Item duellum, vel judicium aquæ ferventis, vel Ferri candentis in dicta bastida non fiat, cum sit legibus et canonibus improbatum; nisi aliter dominus senescallus Carcassonensis et abbas Candelii, vel ejus judex secundum criminis qualitatem cognoscerent faciendum.*

Tradunt Saxo Grammaticus lib. 10. Ericus Upsaliensis lib. 1. Hist. Suecicæ extremo, et alii Scriptores Dani, Suenonem Ottonis, qui Rex Daniæ dictus est ann. 981. Christianum factum, duellum abrogasse, decrevisseque ut igniti ferri gestatione postea se purgarent : quod decretum aiunt ann. 985. alii ann. 1000. Quando vero deinceps abolitum in Dania ferri igniti judicium, pluribus expendit Olaus Wormius in Monumentis Danicis lib. 1. cap. 11. et in Additamento ad eadem, pag. 6. 7. Abrogatum vero in Suecia a Magno et Birgero Regibus circa ann. 1260. tradit Loccenius lib. 3. Histor. Suecanæ pag. 86. et lib. 2. Antiquit Sueogotthic. cap. 4. et Johan. Stiernhookus l. 1. de Jure Sueonum vetusto cap. 7. Vide *Vomeres*, *Duellum*, [*Ordalium*, *Lada* et *Ignis.*]

* Ut sensim aboleretur barbara ejusmodi consuetudo, requirebatur utriusque partis consensus, sine quo rei definiendæ infirmum habebatur istud judicium. Stat. Montispess. Mss. ann. 1204 : *Duellum vel judicium candentis ferri, vel aquæ ferventis, vel alia canonibus vel legibus improbata nullomodo in curia Montispessulani rata sunt, nisi utraque pars convenerit.*

* 4. **FERRUM**, Vomer, seu agrorum cultus, qui *ferro*, id est vomere, fit. Charta ann. 1309. in Reg. 45. Chartoph. reg. ch. 128 : *Et se marchiez ne se faisoit, li rendroient lidit frere, avant que ils peussent rien prandre ès dittes terres auxdittes religieuses, les Fers et les semences au los de bonnes gens gaigneurs.* Hinc

* **FERRUM**, nude, f. pro Servitio, quo vassallus agros domini arare tenetur. Charta ann. 1205. ex Lib. albo episc. Carnot. : *Dictus Nevelo concessit hominibus de Deconfectura herberjagium de Gratelou et de Corbigneio in perpetuum habendum omnibus pecudibus,.... exceptis ovibus de pascendo et etiam porcis, sine Ferro, etc.*

* **FERRUM CRUDUM**, Non laboratum; nisi sit nomen loci. Reg. feudor. Aquitan. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ rub. fol. 21. v° : *Amanevus de Mota domicellus.... recognovit et dixit quod tenet de affario, quod fuit Bernardi de Boivsvilla, medietatem patriæ, justitiæ de Lingonio, et medietatem de Ferro crudo, et feodum de Boler.*

¶ **FERRUMEN**, *Peccatum, sordes, nota ferri.* Papias. Plinio Ferrumen est ligatura, qua ferrum et alia metalla conjunguntur et consolidantur, Gall. *Soudure.*

¶ **FERRUNNUS.** Vide *Ferrum* 1.

* **FERRUS**, Ferrum, quo hostiæ ad sacrificium eucharisticum conficiuntur. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1335. in Reg. J. Chartoph. reg. ch. 7 : *Item Ferri ad faciendum panem seu hostias pro celebrando.* Vide in *Ferrum* 1.

FERSA, Scabies, Gall. *la Farse.* Vide in *Sturolæ.*

FERSPEKEN, **FERSPILLAN.** Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 61 : *Nemo potest de feudo domini sui placitare sine eo, nec cogi decet rectum ejus Ferspeken, nec Ferspillan : de omnibus, et quibuscumque causis communibus vel emendabilibus implacitetur aliquis, si petierit, debet habere terminum requirendi et habendi dominum suum, etc.* Apud Somnerum in Glossario Saxonico, fær-spell occurrit, ubi ex Paraphrasi quadam Saxonica *nuntium subitaneum* significare subodoratur, ex fær, subitaneus, et spell, nuntius, legatus; spæce vero, sermonem, causam, litem denotat, unde færspeken, nuntius litis. Hæc discutiant linguæ Saxonicæ peritiores. [** Apud Wilkins. *Forspeken nec Forspillan*, quod est Loquendo vel placitando perdere.]

** **FERSTA.** Vide *Festum*, 5.

FERT. Ita appellabant unum ex auguriis per avium volatus, de quibus in verbo *Venta*, quæ nec fausta, nec infausta erant. Michael Scotus de Physionomia cap. 56. enumeratis singulis auguriorum nominibus, hæc subdit : *Sciendum est, quod auguriorum quædam significant bonum eventum, ut Conferth et Emponenth : quædam malum eventum, ut Viarum et Harenari : et quædam medium inter utrumque, ut Fert, et Confert.* Huc sane referri debere vetus Comitum atque adeo Sabaudiæ Ducum, ut vocant, *divisiam*, **FERT**, quam ante annum 1300. sibi adscripsisse, pluribus probat Guichenonus in Hist. Sabaud. pag. 140. et 141. omnino fere contenderim. Nam cum hactenus vocis istius significatio apud Scriptores incerta prorsus maneat, fieri, inquam, potest, ut ille ex illustrissimis istis Principibus, qui primus lemma istud usurpavit, in animo habuerit æqualitatem fortunæ, quam cæteris prætulerit, seu mediam vitæ rationem, quæ nec *altum saperet*, aut prosperis rerum successibus erigeretur, aut adversis deprimeretur, quod in ejusmodi auguriis, illud quod *Fert* appellabatur, denotabat. Certe id lemma usurpatum a Sabaudis Principibus circa tempora, quibus ea adhuc obtinebant, evincit ætas, qua vixit Joan. Scotus, nempe sub Friderico II. Imp. ut observ. in verbo *Cervelleria.*

☞ Alias, sed futiles omnino, ejusdem *divisiæ* origines referunt Scriptores nonnulli, quibus nihil sapit præter fabellas aut prodigiis similia. Has, si vacat, reperire est in Diction. Trevoltiano ubi confutantur.

FERTELLA, **FERTELLUM**, Mensuræ species, apud Brabantenses : Quadrans. Ejusdem originis ac *Ferthing*, de qua voce mox in *Ferto.* Vetus Charta Brabantensis : *De duobus vero saccis, quorum uterque novem sextaria obtinet, duæ Fertellæ sumuntur, quarum quælibet tertiam partem sextarii teneat.* Magnum Chron Belg. ann 1315 : *Caritas adeo magna fuit, ut Fertellum siliginis venderetur in Antuerpia pro* 60. *Grossis veteribus Turonensibus.* [Charta ann. 1238. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belg. pag. 421 : *Quæ terra solvit annuatim ad Nativitatem Domini quadraginta et tres denarios Bruxellenses et novem Fertellas avenæ, cum mensura quæ dicitur Honteister, nomine census, etc.*]

* **FERTHELUM**, Idem. Charta Phil. comit. Fland. ann. 1163. in Chartular. 1. Fland. ex Cam. Comput. Insul. ch. 325 : *De Ferthelo duos denarios.* Vide *Fertella.*

¶ **FERTHEBERO.** Pactus Leg. Salicæ tit. 37. § 4. edit. Eccardi : *Si quis per malum ingenium in curtem alterius, vel in casam, vel ubilibet aliquid de furato miserit, nesciente domino cujus possessio est, ubi inventum fuerit qui hoc miserat, malb. Ferthebero,* **MMD.** *den... culpabilis judicetur.* Ubi Codex Guelferbytanus habet, *Frictebero.* Utrumque emendat Vir doctissimus legendumque putat *Ferheleto*, quod idem est ac Occultaverit, ab Anglo-Sax. Helan, Celare, abscondere, et particula intensiva Fer aut Ver.

FERTHING. Vide *Ferto.*

FERTHINGMANNI, in Statutis Gildæ Scoticæ cap. 6. 14. videntur appellari, qui nostris *Quarteniers*, quorum munus est urbis *quarteria*, seu partes, curare. Jungunter enim ibi aldermannis et Decanis. Vox deducta a Saxonico ferðing, quartus, et man, homo.

FERTO, **FERTUM**, **FERDONUM**, **FIERTO**, **FERTHING**, etc. Voces ejusdem ac unius notionis, sed et ejusdem originis ac ferðing, quarta pars marcæ, ut ex Guntheri loco mox laudando constat. Sambucus apud Hungaros *Fertonem* 84. denariis constare ait. Quinque solidos Fertoni comparat Lambertus Ardensis. Historia Episcoporum Bremensium in Hildeboldo : *Et magna pecunia data fuit Frisionibus pro homicidiis ipsorum, ita ut qui fratrem, vel cognatum suum amiserat, vix Fertonem, vel dimidium reciperet pro eodem.* [Charta anni 1270. apud Ludewig. tom. 1. pag. 105 : *Cujus mansi annuam pensionem, scilicet quinque Fertones... decrevimus singulis annis dividendam, velut inferius continetur. Marca dimidia cedat Monasterio B. M. in Fylwastorp... dimidius autem Ferto debitur Confratribus, etc. Ferto cedet ad luminaria comparanda.* Occurrit iterum tom. 5. pag. 17. Statutum Joannis Episc. Argent. ann. 1366. apud Schilter. in Gloss. Teuton. V. *Fior : Ut nobis Fertone nostro leguto, vel alias jure in eis non* (nobis) *quæsito, illis coheredibus ipsas res et bona relicta reddat et tradat.*] *Ferconem* pro *Fertonem*, in Bulla Alexandri III. PP. perperam legit Buzelinus lib. 2. Gallo-Flandr. cap. 21. quam vocem non intellexit. [*Ferco* iterum occurrit in Codice MS. Consuetud. Eccl. et Capituli Coloniensis.] Vide Caus. 12. quæst. 2. c. 31. Sancimus. et Ephemerides Monast. S. Galli pag. 158.

FREITON, in Tabulis Gallicis. Juramentum seu sacramentum, quod Monetarii fecerunt Comiti Pictavensi ann. 1265 : *Et jurons, que nos ne recevrions nus des deniers des ouvriers par qu'il * istic plus de trois fors, et de trois foibles au Freiton, c'est à*

Digitized by Google

savoir que li fors doivent estre de 15. sols et 5. den. etc.

* Nostris *Fertin* et *Fierton*. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 259 : *Un escu d'or et xxiiij. sols en blans et un peu de menu Fertin d'argent*. Chartul. Montis S. Mart. part. 3. fol. 78. v° : *Nous avons à Lisle en Flandres un Fierton de rente sur une maison*. Hinc *Fiertonneur*, Monetæ ponderator, in Ch. Phil. Aug. ann. 1214. et in Lit. ann. 1354. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 151. *Firtonneur*, in aliis ejusd. ann. ex Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 13. Vide supra *Ferlina* et infra *Freto*.

¶ Fartus. Innocentius IV. cap. 2. de Sent. et re jud. 6 : *Posset etiam merito reprehendi, quod mille quidem Fartorum annuam pensionem in qua pro eodem regno ipsi Ecclesiæ Romanæ tenetur, per novem annos et amplius solvere prætermisit.*

Ferto Argenti. Chronicon Montis Sereni ann. 1127 : *Sub annua pensione Fertonis argenti, etc.* Adde ann. 1217. [Goldast. tom. 1. Rer. Aleman. pag. 93 : *Iste dedit curiam Zingeron, quam habebat Hospitale infirmorum locatum pro tribus Fertonibus argenti annuatim.*]

Ferto Auri, apud Arnoldum Lubec. lib. 7. cap. 2. [de Conrado Episc. : *Dicunt quidam eum in pauperum eleemosyna Fertonem auri omni septimana expendisse.*]

Ferdo. Guntherus in Hist. CP. cap. 8 : *Regio fisco persolvebat nummum aureum, qui Perpera vocari solet, Ferdoni, id est, quartæ parti marcæ unius æquivalens.* [Canisius edidit : *Qui perperam vocari solet Ferdoni, etc.*]

Firto, apud Malbrancum lib. de Morinis cap. 45. et lib. 11. cap. 47. Statutum Ludovici VIII. Regis : *Hoc modo quod si Fiertonem ultra 2. marchas fecerint, mihi hoc admittant.* Lambertus Ardensis : *Annua pensione pro uno Fiertone, vel pro 5. solidis ab ipsis hæreditario jure tenere debebat.* Infra : *Singulis annis unum Fiertonem, vel 5. solidos reddidit Cœnobitis.*

Fertum. Idem Lambertus Ard. pag. 28 : *Pro tribus Fertis argenti, et cifo uno mazdrino.* Chronicon Andrense pag. 352. habet: *Pro 3. Fertis argenti et cipho uno mazerino.*

¶ Fertho et Forthо, in Obituario MS. Bellijoci an circ. 900. vel 1000 : *Nonas Julii obiit Chrispinus de Palude, pro cujus anima dedit Paganus filius ejus* XIII. *marcas argenti meri, et unum Ferthonem.* Alibi : *Forthonem.*

¶ Firdo. Privilegium Ludovici Pii pro Monast. Ebersheim. ann. 824. apud Schilter. in Gloss. Teuton. : *Sex Firdones publici ponderis sive* XXX. *siclos Argentinensis monetæ.* Mox : *Unum Firdonem sive tres uncias Argentinensis monetæ.* Ubi sic annotat Vir eruditissimus : Siclos hodie vocamus Schillingos, quorum XXX. conficiunt tres florenos, est itaque *Firdo publici ponderis* libra Gallica, semiflorenus, Franc, quarta pars libræ Argentoratensis. Hinc

¶ Ferto Ceræ, pro Libra Ceræ, in anniversar. Aleman. Ecclesiæ, apud Goldast. tom. 2. Rer. Aleman. pag. 151 : *Ad memoriam hujus Sancti singulis annis tenentur dare unum Fertonem Ceræ in festo B. Galli.* [** Chart. Cœnob. Seligenthal. ann. 1294. in Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 723 : *Quam curiam, cum eædem sanctimoniales sex septimanis et unum diem in earum potestate rite et rationabiliter habuissent pro Fertone Ceræ singulis annis usque ad obitum meum iterato in feodo recepi.*

¶ Ferto Thuris, Ejusdem notionis et originis, Libra thuris; nisi etiam legendum sit *Ferto*. Fridericus Schannat. Vindem. Litter. pag. 88 : *Semper in festo S. Petri quo de ad Vinculis agitur, Ferhonem Thuris præsentemus.*

** Ferto Piperis. Charta ann. 1314. in Guden. Syllog. Diplom. pag. 329 : *Et in signum hæreditatis.... Ferto Piperis in pondere singulis annis in festo B. Michahelis persolvatur.*

** Ferto Redditvum. Testament. ann. 1285. in Guden. Cod. Diplom. tom. 2. pag. 247 : *Do et lego plebano Wetflariensi.... Fertonem reddituum de bonis in Retenbach annis singulis persolvendum.*

** Ferto Panis, Certum pondus, quarta pars marcæ, in Chart. Bruggens. ann. circ. 1300. apud Lappenb. Init. Hanseat. pag. 217 : *Panis trium denariorum.... debet ponderare 14. marc. et dimidiam. Panis duorum denariorum.... 10. marc. Fertone minus. Panis denariatus... 5. Fertones 3. lot. minus.*

Firto. Chronicon Abbatiæ S. Trudonis lib. 6. pag. 403 : *Vasque argenteum ad vinum trium Firtonum pondus habens.* Charta Willelmi Castellani S. Audomari ann. 1175. in Tabulario Monasterii S. Bertini : *Porro gallinæ... sub annua pensione 5. Firtonum et unius loti redactæ sunt.* [Charta Arnoldi Trevir. Archiep. pro Monasterio S. Trudonis ann. 1177. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 590 : *Quod de singula navi Firtonem tantum Coloniensium denariorum eadem Ecclesia de jure solvere debeat comperimus.* Charta Hugonis Abb. Corbeiensis ann. 1172. ex Tabulario ejusdem loci : *In feodum a nobis.... accepit, tali videlicet pacto, quod dimidiam marcam et dimidium Firtonem pro stramento, cum marca et dimidia et dimidio Firtone, quæ propter decimam de Hesnes debet : quæ simul adunata novem Firtones faciunt.* Rursum occurrit in Chartulario Monasterii Aquicinctensis fol. 40. apud Miræum Diplom. Belg. tom. 1. pag. 285. etc.]

* Ferto Petronalis, an Denarius qui S. Petro solvebatur? Charta ann. 1067. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 1. col. 250 : *Rursum lege divina et præxi universæ ecclesiæ Fertones Petronales, decimas manipulares in colendis et tractu temporis innovandis agris, de omnibus fructibus terræ, quotannis a militibus fideliter persolvendas.... adjudicavimus.* [** leg. *Patronales.*]

¶ Fertonales Decimæ, Quarta pars decimarum, vel Decima quæ ad quartam partem exigitur. Jagello R. Poloniæ in Constit. Perricoriensi ann. 1415. Statut. fol. 290. apud Schilter. in Gloss. Teuton. : *Nisi forte aliquis de jure pro censibus et Decimis Fertonalibus debeat exigere latos grossos monetæ Pragensis.* [** Germ. *Hellerzins*, census nummis solvendus.]

☞ Usus erat in Ecclesia Argentinensi antiqua consuetudine firmatus, ut quilibet Clericus moriens unum *fertonem* Episcopo legaret. Statuta Bertholdi Episc. Argent. ann. 1435. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 556 : *Jus et consuetudinem ecclesiæ nostræ Argentinensis ab antiquo servatam, scilicet quod et qualiter decedentes Clerici saltem Fertonem legare Episcopo teneantur, inviolabiliter præcipimus observari.* Formulam hujusmodi donationis refert Schilterus in Gloss. Teuton. his verbis : *Coram nobis Judice curiæ Arg.. constitutus N. N. Canonicus N. legavit reverendo in Christo patri et domino nostro, domino Episcopo Arg. qui pro tempore fuerit unum Fertonem argenti puri, secundum laudabilem consuetudinem inter eundem dom. Episcopum ac Clerum sub sua jurisdictione in civitate et diœcesi Arg. existentem hactenus observatam. Actum* 1513. Quid vero per *Fertonem* intelligendum, an quarta totius hereditatis pars, an quarta pars tantum unius marcæ argenti, ambigitur : ultimum probat idem Schilterus ex Charta ann. 1415 : *Quod si de cætero, evenire contigerit quod Antistes nostræ Argentinensis Ecclesiæ vel Electus ejusdem quicumque, non obstante Fertone, id est, quarta pars marcæ argenti, per decedentem sibi ut Ordinario legata, bona decedentis Clerici vel ecclesiasticæ personæ, post mortem sibi per se vel suos officiales attrahere vel usibus suis applicare conaretur, hæredes defuncti bonis sic derelictis indebite spoliando, quod tunc nos capitulariter et conjunctim, requisiti assistere debemus et defendere, ut suo Fertone contentus remaneat.* Alia ann. 1419 : *Item quod Episcopus,... Fertone, id est quarta parte marcæ argenti, per Clericum decedentem sibi ut Ordinario loci legato contentus, bona defuncti vel Ecclesiæ,... vel hæredibus proximioribus ipsius defuncti cedere permittat.* Plura vide apud laudatum Auctorem. Hinc emendandus Laurentius in Amalthea : *Verton seu Ferton, quarta pars rerum ecclesiast carum quæ cedit Episcopo, quam redimunt sacrificuli aliquot nummis, dictam Verton Germanis.* [** Chart. Conradi Archiep. Mogunt. ann. 1392. in Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 601 : *Clericorum... qui in suis testamentis vel ultimis voluntatibus nobis juxta consuetudinem nostræ Ecclesiæ Fertonem puri argenti legaverint.* Vide Constit. ann. 1400. in Wurdtwein. Subsid. Diplom. tom. 1. pag. 375.]

Ferting et Farding, apud Anglos, in nummo argenteo dicitur quarta pars denarii, qua notione accipitur apud Littletonem sect. 551. Sumitur etiam quandoque pro nummo aureo quartam *Nobilis* partem valente, hoc est, 20. denarios veteres, qui hodie 5. solidos excedunt. A Saxonico feorð, quartus, unde feorðling Saxonibus, pro quadrante, Anglis *Farthing*. Henr. Knygthon. ann. 1345 : *Eodem tempore Nobile et Obolus, et Ferthing de auro cœperunt florere in regno.* Vide Statuta secunda ann. 9. Henrici V. cap. 7. Lingua antiqua Norvagica, *Fiorthung*, sive *Fierdung*, et moderna Norvagica et Danica *Fierding*, quartam partem rei alicujus significat, ut testantur Stephanius ad Leges Castrenses cap. 9. et Resenius ad Jus aulicum Canuti II. Regis pag. 611. Vide Christophorum Hartknochum in Dissert. 16. ad Chronic. Prussiæ num. 6.

Farthing. Littleton. sect. 551 : *Livrer al grantée un denier, ou un maile, ou un Farthing per voy d'attornement.*

Digitized by Google

¶ **FERTORES**, *Ferto libantes*. Gl. Isid. Vide *Fertum*.

* **FERTONGO**, *Scoria ferri, cataferri idem, est illud quod fabri ferrarii de fornacibus ejiciunt globatum*. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

FERTORIUM, Sella gestatoria. Cælius Aurelianus lib. 1. de Tardis passionibus cap. 1 : *Adhibenda igitur vectatio pro viribus ægrotantis, Fertorio, vel sella procurata*. Paulo ante, *portatoriam sellam* dixit, ut et lib. 2. cap. 13. *Fertorium sellam*, lib. 1. cap. 4. lib. 2. cap. 1. *Gestatoriam sellam*, lib. 1. cap. 5. *Fertorium lectum*, lib. 5. cap. 1. *Cathedram*, lib. 1. cap. 5. unde *Cathedrarii* servi, apud Sidonium lib. 1. Epist. 11. qui *Lecticarii* aliis, φερεφόροι, in Glossis veteri. Liber Miraculorum S. Anastasii Mart. Ἀναλαβόμενοι οὖν αὐτὸν οἱ παῖδες αὐτῆς, ἐπὶ φορείου ἀπήρχοντο.

FERTOSUS. Historia Wambæ Regis Toletani pag. 810 : *Si jam asperas et inhabitabiles montium rupes percurristi, si jam Fertosa et silvarum nemora pectore confregisti*. Idem forte quod *conferta*. Vide *Fretosus* in *Fretum*.

1. **FERTUM**, Genus panis, in Glossis MSS. Isidoro et Papiæ *dicitur oblatio, quæ ad altare fertur et sacrificatur a Pontificibus, a quo Offertorium nominatur*. [Idem habet Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fertum, Offerende*. Festus : *Ferctum, Genus libi dictum, quod crebrius ad sacra ferebatur, nec sine strue, altero genere libi; quæ qui afferebant Struferctarii appellabantur*. Vide *Fertores*. *Ferta* Melitenses vocant eleemosynam, quæ tempore offertorii in Ecclesia colligitur.] Vide *Fertura*.

¶ 2. **FERTUM**, Nundinæ, Gall. *Foire*, Angl. *Fair*. Charta Matthæi Comitis Bononiæ apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 97 : *Concessi etiam ob amorem Sancti* (Jodoci) *et utilitatem Ecclesiæ Fertum ejusdem quod est* VIII. *Kal. Augusti, per quindecim dies prolongari, et cum omni libertate ratum et perpetuum haberi*. Vide *Feriæ* 3.

¶ 3. **FERTUM**, Quarta pars marcæ. Vide in *Ferto*.

* 4. **FERTUM**. Porta de Ferto, [** Parisiis] Eadem, quæ *Inferni*, ut et S. *Michaelis*, vulgo appellatur; quod ultimum nomen sortita est a Michaella Caroli VI. filia, ut scribit Juvenal. de Ursinis ad ann. 1394. Hist. ejusd. reg. Hist. episc. Autiss. tom. 1. Bibl. MSS. Labbei pag. 508 : *Petrus de Mornayo episcopus acquisivit magnam partem domorum episcopalium, quæ sunt Parisiis contiguæ portæ, quæ nominatur Inferni, licet antiquitus solebat nominari de Ferto*.

FERTURA, Idem quod *Fertum* 1. quasi *Offertura*, Oblatio. Gloss. Sax. Ælfrici : *Fertura*, messe lac, i. hostia, munus, oblatio Missæ.

¶ **FERVA**, Idem quod *Rata*, Bonorum inter fratres sororesque dividendorum portio; quare lubens legerem *Frareschia* aut quid simile. Locus est in *Cota*. Vide *Fraternitas* 6.

* A Gallico *Férue*, eodem significatu. Charta ann. 1281 : *Lesqueles* (possessions) *estoient lessiées pour tele partie, comme il asseroit à madame Ele, jadis mere dudit Jehan, pour sa portion et pour sa Férue de l'éritaige et des possessions du devant dit Nicholas Malesmains. A la Férue*, vulgo *A mesure*, Pro rata. Charta Phil. Pulc. ann. 1308. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 340. r°. col. 1 : *Et à la Férue qu'il nous baillera rente en nostre thrésor, on le deschargera*.

* **FERVERE**, Fervefacere. Carmen Adalber. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 69 :

Non sunt lautores, contemnunt Fervere vestes.

FERVETUS, una e 12. speciebus auguriorum, de quibus in voce *Ventа*. Sic autem definitur a Michaele Scoto lib. de Physionomia cap. 56 : *Fervetus, est augurium, quando tu exiveris domum tuam causa faciendi aliquid, et eundo prius, invenis vel vides avem vel hominem pausantem ante te in sinistra parte tui, et illud est tibi malum super negotio*.

¶ 1. **FERULA**, Vestibulum, seu porticus ad ingressum Ecclesiæ. Vita S. Basilii S. Amphilochio adscripta, Junii tom. 2. pag. 953 : *Ingrediturque sanctæ Ecclesiæ Ferulam, qua etiam Ariani intraverant*.

¶ 2. **FERULA**, Tabula lignea, cujus percussione monachi congregantur. Charta ann. 1417. ex Archivis S. Victoris Massil. : *Congregabat capitulum ad sonum Ferulæ*. Ubi in aliis Chartis, *ad sonum tabulæ*. Vide *Tabula*.

3. **FERULA**, Baculus pastoralis, pedum, *cambuta* : insigne pastoralis dignitatis, atque adeo Papalis. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 216 : *Baculas... qui et virga pastoralis, et caputa, et Ferula, et pedum dicitur*. Vita Aldrici Episcopi Cenoman. num. 44 : *Misit ei baculum pastorale, quod Ferula vocatur*. Luithprandus lib. 6. cap. 21. et ult. de Benedicto PP. exauctorato agens : *Pallium sibi abstulit quod simul Pontificali Ferula, quam manu gestabat, domino Papæ Leoni reddidit, quam Ferulam idem Papa fregit*. Eadem habet auctor Appendicis ad Reginonem ann. 964. Anonymus apud Baronium ann. 1100. de Electione Paschalis II. PP. : *Est locatus, in utrisque carulibus, sedibus scilicet eburneis, data est ei Ferula in manu*. Cencius Camerarius in Ceremoniali, de inauguratione Cælestini III. PP. : *Idem electus sedet ad dexteram in sede porphyretica, ubi Prior Basilicæ S. Laurentii dat ei Ferulam, quæ est signum regiminis et correctionis*. [Occurrit apud Mabillonium tom. 3. Annal. Bened. pag. 117. Martenium tom. 4. Anecd. col. 78. etc. *Ferula Apostolica*, in Vita S. Bernwardi Episc. Hildesh. n. 24. sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 215. *Ferula pastoralis*, ibid. n. 41.] *Ferulæ Episcoporum*, in Annal. Francor. Bertinianis ann. 868. 869. apud Anonymum Salernitanum cap. 1. etc. Νάρθηξ Patriarcharum CP. apud Pachymerem lib. 11. cap. 1. [** Σκυτάλη, Protecdico propria. Vide Glossar. med. Græcit. col. 1404.] *Ferula Abbatum*, apud Leonem Ostiens. lib. 3. cap. 65. et Ekkeardum Jun. de Casib. S. Galli cap. ult. Vide *Baculus*, *Cambuta*.

* Pedum episcopi, *Ferula;* abbatis vero *Baculus* appellatur, in Charta ann. 829. inter Probat. Hist. monast. S. Emmer. Ratisbon. pag. 23 : *Baturicus præsul reddidit prior eidem abbati eum Ferula sua concambium, quod ab eo accepit; et abbas cum Baculo suo eodem modo reddidit episcopo concambium, quod cum illo gesserat*. Ubi notandum in redditione rerum permutatarum, easdem adhiberi ceremonias, quas in investituris usurpabant.

Ferula Percuti, Pœna olim fuit Monachorum delinquentium, ut liquet ex Regula Monacharum n. 11. et auctore Vitæ S. Wolstani. [*Ferula, Pamelle*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.]

* 4. **FERULA**, Subalaris scipio, Gall. *Béquille*. Mirac. S. Berthol. tom. 6. Jul. pag. 488. col. 1 : *Morabatur in hospitali quidam pauper, nomine Luitoldus, multo tempore claudus. Hic, cum diu Ferulis sustentantibus se omnibus per cellam notissimus traxisset,.... dimissis in eodem loco Ferulis, absque baculorum sustentatione, de ecclesia progressus est*.

* **FERULARIUM**, Feaulentum. Vide supra *Ferlada*.

* **FERULATIO**, Percussus ferularum. De ea ut et urticatione, picatione, sinapismo, et aliis rubificantibus G. Rolfinc. Method. med. special. lib. 4. sect. 9. pag. 11. Hæc ex animadversionibus D. *Falconet*.

¶ **FERUM**. Fundatio Monasterii Ferretensis circa ann. 960. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 78 : *Istas res superius nominatas... non possit commutare, nec alienare, neque a Fero donare, neque per vocem Vabrensis ipsum Monasterium destruere voluerit, non habeat licentiam ad faciendum*. Mendum est quod resarcire licet ex aliis donationum Chartis. Legendum ergo *neque ad fevum donare*.

¶ **FERUNIA**, φλεγμονή, *Tumor, inflammatio*. Supplem. Antiquarii. Lege et vide *Fervura*.

* *Férongle*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 78 : *Feru par trois foiz du pié icelluy exposant, en lui baillant plusieurs menaces, et disant qu'il avoit un Férongle ou ventre, qu'il li creveroit avant ce qu'il fust mienuit*. Vide mox *Fervura*.

FERVORIUM. Ugutio : *Frixorium, Fervorium, patella vel sartago*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fervorium, Chauderon*.]

¶ **FERVOROSUS**, Fervens. Dicta B. Ægidii inter Acta SS. Aprilis tom. 3. pag. 240 : *Ob Fervorosum caritatis actum*.

* *Fervément*, Ferventer, in Lit. ann. 1337. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 458 : *En tele maniere que les religieux, qui sont et seront en icelle, puissent mieulx et plus Fervément vacquer ou service de nostre Seigneur*.

* **FERURA**, Vulnus, percussio. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 242 : *Dictus supplicans et sui complices præfati ipsum* (Arnulphum) *capere vel gravare minime potuissent, nisi ignem accendissent et Feruram fecissent, ex quo igne fuit domus dicti Arnulphi incensa et ipse etiam extitit vulneratus*. Vide *Feruta*.

FERUSCULA, Parvula fera, animalculum. Histor. Episc. Autisiod. cap 20 : *Item alium bacconicam... habet hominem et mulierem, et ad pedes eorum Ferusculas*.

Digitized by Google

Ibidem : *Bacconicam anacteam... cum duabus Ferusculis pennatis.* Vide *Fera* 3.

¶ **FERUTA**, Vulnus, Ital. *Ferita* vel *Feruta*, Gall. *Blessure.* Chron. Parmense, apud Murator. tom. 9. col. 791 : *Quas domos cum omnibus eis existentibus combusserunt et destruxerunt in totum : et hoc fuit occasione mortis Francisci de Catena per eos factæ, et Ferutæ in dominum Ferardum de Bosseto.* Ibid. col. 818 : *Dictus dominus Potestas armata manu cum M. peditibus de populo more solito equitavit Coltarium ad domum Tortini de Turtis, et eam funditus diruerunt, occasione unius Ferutæ factæ per eum, in una taberna, ut dicebatur, in Guidonem Ferrapecoram.* Vide *Ferita.*

¶ **FERVUNCULUM.** Vide *Furundum.*

FERVURA, pro *Fervor*, Inflammatio. Vetus Moschionis Interpres : Ζέσις, *Fervura.* Glossæ S. Benedict. cap. de Medicina : *Fervura*, φλεγμονή. Agobardus in Epist. ad Bartholomæum : *Quamvis exustiones istæ, super quibus movemini, non multum distent a vesicis turgentibus, vel sicut alia Editio dicit, Fervuris Ægyptiis illatis, etc.* Exod. 9. v. 9. 10. ubi Græcus Interpres, φλυκτίδες ἀναζέουσαι, etc.

* Utitur præterea Tertull. in Scorp. *Sed dominus sustentata Fervura delicti, etc.*

FESANCIA, Faisancia, Gall. *Fesance* et *Faisance*, vox fori maxime Normannici, Corvata, exactio operarum, præstatio, tributum, vectigal, cui *faciendo* quis ex jure cogi potest. Charta ann. 1290. pro monast. Montisburg. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 548 : *Quæ omnia concessit tenenda libere, pacifice et quiete ab omnibus serviciis, Fesanciis et demandis.* Alia Phil. Pulc. ann. 1312. in Reg. 48. ch. 136 : *Pro hujusmodi usagio solvere tenebuntur dicti firmarii annis singulis redibentias atque Faisancias, quas cæteri dictæ forestæ usagiarii solvere consueverunt.* Lib. rub. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1317. fol. 560. r°. col. 1 : *In denariis, frumentis, avenis, releveiis, tredecimis, redibentiis, Fesanciis, etc.* Ch. ann. 1309. ibid. fol. 347. v°. col. 2 : *Les gardes et teles redevances, comme le roy puet et doit avoir, pour raison de membre de haubert, non contrestant la Fesance des sis saietes desusdites.* Alia ann. 1311. ibid. fol. 394. v°. col. 1 : *Lesqueles choses dessusdites et devisées oveuc toutes les appartenanches d'icelles que il soient,.... en pasturages, en rentes, en Faisances, en redevances, en franchises, en seignories, en prieres, en corvées, etc.* Denique alia ann. 1310. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 68 : *Derrechief en ladite ferme sont dues autres rantes, Faisances et redevances.* Adde Ordinat. reg. Franc. tom. 4. pag. 716. *Faisande*, eodem intellectu, in Charta ann. 1285. ex Reg. 56. ch. 91 : *Pour toutes rentes et pour tous services, pour toutes Faisandes, et pour toutes autres choses.* Vide supra *Factio* 3.

¶ **FESCENINA**, Fescenninia. Gasp. Barthius in Glossario : *Fescenninia, Jucundi cantus nutricii*, ex Hist. Palæst. Fulcherii Carnot. Cardinalis de Aragonia in Vita Gregorii PP. IX. apud Murator. tom. 3. pag. 576. col. 1 : *Et puerilis linguæ garrulitas procacia Fescenina cantabat.*

¶ Fescenini *versus* ii sunt Festo, *qui canebantur in nuptiis, ex urbe Fescenina dicuntur allati, sive ideo dicti, quia fascinum putabantur arcere.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Fescinia, mulier quæ expellit fascinium. Fescenniæ, Chansons que l'en dit en bersant enfans pour endormir. Fescennius, Nuptial.*

* **FESIA**, Fezi, pro *Fera*, ni fallor, Bestia, Ital. *Fiera.* Inventar. jocalium ann. 1389. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 366 : *Cupæ xxiv. argenti deauratæ, factæ ad Fezas cum esmaillo uno pro qualibet et armis.... Bacilia duo deaurata, facta ad Fesias cum orlis esmaillis et aliis operagiis.* Conjecturam utcumque firmant quæ leguntur ibidem : *Cupæ xij. argenti factæ ad feras, ad arma.*

* **FESORATA.** Vide infra *Fessoriata.*

* **FESSA**, ut supra *Fascia* 1. Modus agri. Bulla Alex. III. PP. ann. 1181. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 730 : *Duas Fessas quas habetis apud Marsas, quas Stephanus quondam episcopus Metensis liberas fecit.* Vide supra *Faicia* et infra *Fessoriata.*

FESSÆ, Nates, ex Gall. *Fesses.* Vide Miracula S. Bertini cap. 16. apud eruditum Mabillonium tom. 3. Actor. SS. Ord. S. Bened.

FESSARA, *Gallina*, in Glossis MSS.

¶ **FESSARDARIA**, Fessardia, Modus agri. Obituarium vetus MS. Fiscamn. : *Octavo Calendas Maii, Anniversarium Petronille Hoguel, et habet de redditu decem quarteria bladi ad mensuram granarii de venditione Ricardi le Tortier, et in parva Fessardaria domum que fuit Ricardi de Paris, que solebat reddere quatuordecim solidos.* Instrum. anni 1257. in Chartulario ejusd. Monasterii : *Noverint universi quod ego Ricardus de Paris, de assensu et voluntate Sibilie uxoris meæ, vendidi et omnino dimisi abbati et conventui Fiscanensi totum tenementum meum quod habebam in parochia S. Gervasii Rothomagensis, in parva Fessardia inter terram Richardi le Borsier, etc.* [* Vide supra *Fessa.*]

* **FESSELLUS**, Fasciculus, manipulus, Gall. *Faisceau, gerbe.* Charta Phil. Pulc. ann. 1308. in Chartul. abbat. Regal. Loci ch. 1 : *Unum obulum pro quolibet Fessello meranni ad collum.* Ibid. ch. 7. *Faissellus.* Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 789 : *Cum idem Jensonus et quidam ejus famulus ivissent de nocte in quodam campo,... et in dicto campo ligassent tres Fessellos avenæ etc. Buches de fessel*, quæ in fasciculum collectæ venduntur, appellari videntur, in Reg. sign. *Pater* Cam. Comput. Paris. fol. 249. v°. Vide infra *Fessus.*

* **FESSINA**, Instrumentum vimineum ad piscandum, vulgo *Fessine*, a Gallico *Fesse* vel *Faisse*, vimen tortum, ut vocant vimineorum operum artifices. Charta ann. 1243. ex Tabul. priorat. S. Martin. de Lavardino : *Homines de Lavardino piscabuntur ibidem, prout piscantur in aliis aquis nostris de Lavardino, videlicet cum tribilis seu banastis, Fessinis seu juncheriis, etc.* Alia ann. 1326. in Reg. B. 2. Cam. Comput. Paris. fol. 32. r°. : *Et pour ce que desdiz engins* (à pescher) *les noms sont mescogneuz en plusieurs liex, nous les vous nommerons cy dessouz en escript : .... ramées, Fessines, Jagoz, nasses, etc.* Occurrit præterea in Stat. ann. 1388. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 779. art. 47. *Faisine*, in alio ann. 1402. ibid. tom. 8. pag. 535. art. 72. *Faisaul*, in Stat. ann. 1327. ex Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 69 : *Item li Faisaul courront en la maniere qu'il a esté accoustumé.* Male editum *Faisant* tom. 2. earumdem Ordinat. pag. 12. art. 8.

¶ **FESSORADA**, ut *Fessardaria.* Stephanotius in Fragm. Hist. MSS. tom. 7. pag. 175. ex Codice Saviniacensi : *Bernardus Clericus dedit ad Ecclesiam B. Petri de Mormanto et D. Gausmaro Abbati quatuor Fessoradas de vinea in territorio ejusdem Mormantis, propter fratrem suum Monachum, etc.*

* **Fessoriata**, Fesorata, nostris *Fessorée, Fessoriée* et *Fessourée*, Modus agri, quantum quis uno die *fessorio* fodere potest ; unde nomen. Charta ann. 1295 : *Item tres Fessoriatas prati cum verneto, sitas in yllas retro molendinos suos.* Reg. capit. eccl. Lugdun. ad ann. 1347. ex Cam. Comput. Paris. fol. 130. r°. : *Item duas cupas... super quadam vinea, ... et continet circa decem Fesoratas vineæ. Fessoyrata* passim in Reg. sign *Probus*. Charta ann. 1412. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 272 : *Item Hugues et Hugonnet Dodin tiennent la moitié par indivis d'une Fessorée de vigne.* Non semel ibi. Reg. Cam. Comput. sign. *Bel* fol. 90. r°. : *Environ quarente Fessoriées de vignes.* Redit. comit. Campan. in Cod. reg. 8312. 5. fol. 102. v°. : *Item il a à Bar une vigne, que l'en appelle Byonne, et contient xlii^xx. Fessourées.* Vide *Fossoriata.*

* **FESSORIUS**, Ligo, Gall. *Houe.* Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 219 : *Duos ligones sive Fessorios ad fodendum vineas destinatos.* Quam vocem varie efferunt nostri. Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 131. ch. 6 : *Un instrument, appellé Fessour, dont l'exposant avoit acoustumé ouvrer en ladite vigne. Fessoir à foir vignes*, in aliis ann. 1391. ex Reg. 141. ch. 301. *Fessouer*, in Lit. ejusd. ann. ex Reg. 140. ch. 210. *Fessoour ou houe*, in aliis ann. 1405. ex Reg. 160. ch. 150. *Fessoul*, in aliis ann. 1408. ex Reg. 162. ch. 326. Aliæ ann. 1416. in Reg. 169. ch. 410 : *Le suppliant avec son Feçoir ou hoe etc. Son houe ou Fesseur*, in aliis Lit. ann. 1476. ex Reg. 204. ch. 136. Aliud vero apud Arvernos sonat *Fessouoir* vel *Fessouer*, Instrumentum scilicet ligneum, quo prata rigantur. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. ch. 275 : *Jehan Blandin prist le Fessouoir, dont il avoit arousé sondit pré, et en féry icellui Estienne telement que mort s'en ensuye.* Aliæ ann. 1472. in Reg. 195. ch. 734 : *Un Fessouer, qui est ung instrument de bois pour destourner et prendre l'eaue* (en Auvergne). *Un Fessouer qui sert à arouser les prés au païs* (d'Auvergne), in aliis Lit. ann. 1471. ibid. ch. 619. Vide infra *Fossorium.*

* **FESSOYRATA.** Vide in *Fessoriata.*

* **FESSURA**, vox Italica, Rima, fissura. Stat. Placent. lib. 6. fol. 74. v°. : *Sit desuper una Fessura per quam in dicto schirneo vel capsa possint poni omnes denarii.*

* **FESSUS**, Fascis, seu acervus, Gall.

Digitized by Google

Tas. Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 92 : *Cum dictæ scalæ per quemdam hominem in uno Fesso seu fessello feni absconditæ portarentur, etc.* Terrear. Bellijoc. : *Octavum unius Fessi seu fasculi feni.* Vide supra *Faissus* et *Fasçulus.*

¶ **FESTA**, fem. gen. f. Oblatio, seu offerenda quæ tribus præcipuis anni solemnitatibus fieri solebat. Stephanot. in Fragm. MSS. Hist. Aquit. tom. 4. pag. 19 : *Pontius de Lendano dedit unum filium suum S. Petro, et cum eo infante fecit donationem ex hæreditate sua omnia quæ habebat in Ecclesia de Lendano, scilicet matriculam et sepulturam, et tres Festas et unum recetum, et in mansione Monachi* v. *recetos de pane et vino et carne.* Vide *Ferta.*

* **FESTACULUS**, Ornamentum altaris, velum, aulæum. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg. : *Item duo fanones, alias Festaculi, altaris ad quatuor aquilas perlarum, et duo alii Festaculi sive fanones altaris de opere Brugiensi.* Inventar. aliud Gall. ejusd. : *Deux fanons d'autel à griffons et à aigles de perles, dis Festacles.* Vide supra *Faniculus.*

1. **FESTAGIUM**, Vectigal, aut tributum, quod domino villæ, aut feudi, penditur, pro facultate habendi et exstruendi domum in *villa.* Nam ut *culmen* in Lege Salica, pro domo, id est, pars pro toto, usurpatur, sic apud Gallos nostros *Fastigium* domus, quod *Feste* dicitur, pro ipsa domo sumtum est : utpote quod eo posito, tunc demum domus appellari, eaque confecta dici possit. Atque ita *Fastigium* usurpat Charta Hugonis Ducis Burgundiæ pro Communia Coicheiensi ann. 1252. apud Perardum pag. 476 : *Et quod eis præstare debent singuli singulis annis in festo Nativitatis Domini unam gallinam, et* 5. *solidos pro singulis Fastigiis domorum, et etiam pro foris, etc.* Galli dicerent *pour chaque pignon :* nam ita domus culmen vocamus. Vide in *Pinna* 4. Libertates Sacri Cæsaris ann. 1327. apud Thomasserium lib. 3. cap. 16 : *Festagium, hoc est, pro le fest cujuslibet domus certam pecuniam, etc.* [In Biturig. pag. 422, habetur *Fetagium.* Charta Petri Comitis Autissiod. pro Habitantibus villam de Malliaco, apud eumdem Thomasserium in Biturig. pag. 709 : *Quinque solidos monetæ Altissiod. pro Festagio domus suæ michi dabit.*]

Ejusmodi porro *Festagium* non semel occurrit in veteribus Tabulis. Charta Hervei Comitis Nivernensis ann. 1218 : *Omnes, qui in dictis villis mansionarii sunt, et erunt, singulis annis dabunt singuli de Festagio pro singulis domibus die festo SS. Apost. Simonis et Judæ* 5. *solid. Turon.* Alia Aimerici Vicecomitis Thoarcensis in Regesto 31. Chartophylacii Regii fol. 110 : *Festagia domorum* 20. *sol.* Tabularium Constabulariæ Burdegalens. in Camera Comput. Paris. fol. 198 : *Hominibus nostris de Olerone et hæredibus eorum confirmamus quietanciam de Festagiis, et omnibus tallagiis, et exactionibus, etc.* Regestum Normanniæ signat. P. : *Donant etiam* 2. *denarios pro Festagio domus quando nova est.* Regestum Andegavense : *Vinagium vero vel vinum, quod de propriis vineis Capituli B. Martini sumitur ultra Ligerim, per Ligerim liberum debet habere transitum, quod nihil pro eo debet dari, exceptis consuetis Festagiis, quæ dat Decanus.* Regestum Philippi Aug. fol. 69 : *De fructu forestæ unaquæque mansura prædicta debet capere in tribus annis unum charetil per manum forestarii, donando singulis annis sex garbas, et pro Festagio domus suæ : quando facit eam novam, aliquis istorum donat forestario* 12. *den.* Charta Alphonsi Comitis Pictav. pro Libertatib. Rupellæ : *Sciatis, nos dedisse.... quietantiam de Festagiis et omnibus talliagiis et exactionibus et de omni pedagio, tam in villa nostra de Rupella, quam alibi, etc. Festagium Blesense*, in Charta ann. 1244. apud Hubertum in Hist. S. Aniani Aurelian. et in alia ann. 1240. in Probat. Hist. Blesensis pag. 16. [*Festagium Castriduni*, in Chartul. B. Magdalenæ Castrodun. fol. 12. verso.] *Festage*, in Consuetud. Dunensi art. 26. 27. 28. Bituric. tit. 6. art. 3. *de Menetou* art. 19.

Id præterea juris distinctius exponitur in Charta Roberti Comit. Drocensis ann. 1272. in Tabul. Castelli Lidi (*Château du Loir*) fol. 69 : *Sachent tuit que comme nous eussons en nostre ville dou Chasteau dou Loir taille sus nos bourgois, et sus lour mesons de nostre ville devant dite, et nous aions entendu et esgardé dou conseil de prodes homes le preu de nostre ville dite, Nous voulons et ottroions des mes en avant, que la ville dou Chasteau dou Loir devant dite, et les mesons et les appentis, qui sont et qui pourront estre dou tousjours à venir, soient mis à Festage. C'est à sçavoir que chescun borgeois, ou autre qui aura meson, ou apentis en nostre ville, soient tenus rendre à nous, et à nos heirs, chescun an trois sols de Festage de Tournois, ou monnoie courant, et l'apentis des oit derniers Tournois, etc.* Adde Perard. in Burgund. pag. 405. et Chopinum de Sacra Polit. lib. 3. tit. 4. n. 12. Vide *Festum* 5.

* Declarat. super privileg. Calvimont. ann. 1338. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 155 : *Comme il soit convenu oudit privilege, que pour tant de maisons, comme lesdiz habitans ont en la ville de Chaumont, il nous doivent rendre pour chascune, chascun an à certain jour, six deniers sus peine d'amende; et imposoient lesdiz réformateurs ausdiz habitans que par leur malice il avoient ladite redevance raportée aus festes des maisons tant seulement, en amenuisant et usurpant à nostre dommage la cense des autres maisons, chambres et berthesches et autres, qui toutes sont maisons où l'en puet habiter.* Ex quibus apertum est censum pro domibus exsolvendum, latius patuisse, quam vectigal, quod *Festagium* nuncupabant : hoc quippe pro qualibet domo unicum exsolvebatur; census vero pensitabatur ab omnibus, qui in una eademque domo manebant, patribusfamiliæ. Quod innuit eadem Charta : *Pour une chascune maison, en laquelle on tendra feu et ménage en ladite ville et parrochage, et y aura chief d'ostel, celui à qui la maison sera, nous paiera six deniers tant seulement par an pour cause de cens; et se en une maison a plusieurs chiefs d'ostel, chascun chief a son conduit, ou a son ménage, pour un chascun chief d'ostel, celui à qui la maison sera, nous paiera six deniers par an pour cause de cens.* Idem est ergo census ille domorum atque *Foagium* 1. seu Census, qui pro singulis focis exigebatur, sive in una essent domo, sive in diversis domibus, ad discrimen *Festagii*, quod unicum pro domo, quantacumque esset, pensitabatur, modo unus in ea habitaret pater-familias.

2. **FESTAGIUM**, Jus, quod colonis et villarum incolis competit sumendi in foresta Dominica, seu Domini feudi, culmen, vel *festum* ad conficiendam domum. Inquisitiones costumarum Andeliaci, de foresta : *Et omnes homines debent habere Festagium, scilicet festum, et* 6. *chevronos, et pro hiis debent bodellum* 6. *denar.* Idem Regestum Normannicum P. : *Sanctus Laurentius in Lyons furcam* (habet) *ad hospitandum, et brancas ad ardendum, et Festum ad hospitandum, et ideo debet servare porcos Regis, vel reddere* 4. *solidos, et quærere les Bigres.* Idem Regestum : *Coustumagii de ramagio habent mortuum boscum de costuma, et residua carpentariorum, cum testis capellorum, et* 2. *furcas, et unum Festum ad hospitandum per liberationem, etc. quisque autem dat pro* 2. *furcis et pro la feste* 14. *denar. Turon.* Ex quibus patet, jus exigendi *Festagium* a colonis primitus inductum ob facultatem iis a domino concessam extrahendi fastigii in silvis dominicis.

3. **FESTAGIUM**, præterea dicitur de furnis, molendinis, et aliis rebus ejusmodi, cum feriantur, vel otiantur : *Fester* enim est festum agere, et otiari. Computum Domanii Comitatus Pontivi ann. 1369. in Camera Comput. Paris. : *Festages des fours et molins payez et rabatus aux fermiers d'iceluy, à Vincent Charles fermier de Martaingneville qui rabatus li ont esté de sa ferme pour* 60. *jours qu'il fut en Festage pour les Englez, etc. pour une semaine que ledit molin fu en Festage envers Toussains pour l'ost de Tournehen, et que les Englez passerent le blanquetasque, et aussi que l'armée de la mer ordennée par le Roy rstourna au Crotoy, etc.*

¶ 4. **FESTAGIUM**, Gall. *Festage*, Jus epuli, *Droit de Festin.* Vide *Festum* 2.

* 5. **FESTAGIUM**. Retributio quibusdam festivitatibus propria; unde nomen. Stat. MSS. eccl. Brioc. cap. 28 : *De quinquaginta duobus diebus, in quibus lucrabitur canonicus distributiones et obventiones quaslibet, exceptis Festagiis.... Canonicus præsens reputabitur ad distributiones, panem et obventiones quaslibet ordinarias et extraordinarias, dum tamen in fine anni reperiatur in ecclesia eadem sex mensium personalem fecisse residentiam, Festagiis in quatuor majoribus festivitatibus anni, videlicet Nativitatis, Resurrectionis ac Penthecostes Domini, necnon Omnium Sanctorum exceptis, quorum emolumenta..... debentur præsentibus in civitate personaliter et non aliis.* Ibid. cap. 39 : *Ad obviandum rixis ac dissentionibus sæpius inter ipsos* (canonicos) *suscitatis occasione perceptionum emolumentorum, quæ debentur pro Festagiis in quatuor majoribus festivitatibus anni, etc.*

* 6. **FESTAGIUM**, Idem quod *Auxilium*, Tributi et vectigalis species, quam

Digitized by Google

vassallus domino capitali, pro ingruente aliqua necessitate, præstat; quia gratiosa est collatio, sic dicta. Arest. inter comit. et monach. Vindocin. ann. 1332. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 741 : *Avec ce doivent Festage une fois durant la vie du conte; mais ceux de Vendosme si doivent ledit Festage en quatre cas; c'est assavoir quant li conte va premiers oultre mer, et quant il marie sa fille ainsnée, et quant il'est prins en guerre pour son propre fait, et en la guerre de son seigneur lige.*

* **FESTALITER**, Solemni ritu. Charta ann. 1093. ex Tabul. S. Nicol. Andegav. : *Quotiens breve pro defuncto S. Nicolai monacho in monasterium S. Florentii delatum fuerit : sicut pro uno monacho forti defuncto ex consuetudine tabula pulsabitur, officium cantabitur et in crastino Festaliter missa celebrabitur.*

* **FESTARE**, a Gallico *Fester*, Diem festum agere, a consuetis operibus cessando. Obituar. Ms. eccl. Rotomag. : *Omnes obitus evenientes in festis Festatis a populo mane, si solemnes, rejiciuntur in diem sequentem.* Vide *Festivare* 1. *Festier*, pro Convivio excipere, in Lit. remiss. ann. 1363. ex Reg. 95. Chartoph. reg. ch. 124 : *Lesquelz burrent tous ensamble..... en la maison de un ami,.. lequel les receust et Festia bien honnorablement.* Aliæ ann. 1453. in Reg. 182. ch. 9 : *Icellui Portalier convia le suppliant à certain jour ensuivant pour le vouloir Festier en sa chambre.* Vide supra *Festagium* 4. Pro Hastiludio pugnare, in Poem. Alex. Ms. part. 2 :

Et li rois et tuit cil qui vodrent Festier.

* *Fester* vero, Vacare, otiari, in Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1 :

Que tout adès en l'uevre estoit,
Nule fois ele ne Festoit.

¶ **FESTEIARE**, Diem festum agere, tripudiare, Gall. *Festoier*. Charta ann. 1497 : *Ordinamus... quod dicti domini in festis Maii proxime futuri solvere habeant carnes unius vaccæ, et carnes præterea debitas in uno prandio, et dicti homines panem et vinum, taborinos, et mulieres, ad Festeiandum et cariandum.... et omnes intersint in signum veræ pacis et unionis.* Vide *Festivare* 1.

* **FESTERNA**. Pactum ann. 1224. in Armor. gener. Reg. 3. part. 2. pag. 111 : *Hæc est forma pacis inter comitem Mauricnensem ex una parte, et Stephanum de Villario... ex altera, de querella de Festerna et de la comba S. Ragneberti.* Vide infra *Festrum*.

¶ **FESTIALIS**, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Prestre, oreur*. Joan. de Janua : *Festialis, Sacerdos vel orator per quem bellum indicitur et pax componitur, qui et Fecialis dicitur.*

* **FESTICHURA**. Vide infra *Festissura*.

* **FESTIGARE**, f. pro *Investigare*. Vide infra *Specillum*.

* **FESTIGIARE**, pro Fastigiare, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Festigiare, exaltare, culminare, Eysaussar, Prov.*

FESTILIA, *Dies festi*, in Glossis Isidor. Papias habet *Festalia*, eadem forte quæ Græci ἑορταστικά appellabant. Concil. Calchedon. Act. 10. de Episcopo Iba : Ἔδοξε ἐξὶν ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἡμέρᾳ τοῦ Πάσχα, ἢ πρὸ τῆς ἡμέρας, διδόναι αὐτον ἐκ χειρὸς τοῖς κληρικοῖς φανερά τινα ἑορταστικὰ· ταῦτα μέλλων διδόναι ὁμιλεῖ πρότερον, καί οὕτως δίδωσιν. Infra eadem ἑορταστικά, εὐλογίαι dicuntur : Εὐλογιῶν παρεχομένων, εἰκὸς ἦν ἅπαν τὸ σύστημα τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν παρεῖναι. [** Vide Glossar. med. Græcit. col. 415.]

1. **FESTINANTIA**. Breviloq. ex Ugutione : *Agina dicitur foramen, in quo se trutina vertit, vel dicitur Festinantia.*

2. **FESTINANTIA**, Festinatio : *Festina celeritas*, in leg. 52. Cod. Th. de Hæret (16,5.) Acta Hadriani IV. PP. : *Celeriter properabat ad urbem, et tanta Festinantia, ut, etc.* [Itinerarium Gregor. XI. PP. : *Mare ingreditur cum Festinantia.*] Utitur etiam vetus Interpres Concilii VI. Oecumenici Act. 12. Passio S. Vitalis Mart. num. 3. Helmodus lib. 1. cap. 68. S. Bernardus in Vita S. Malachiæ, Anonymus de Gest. Friderici II. Imp. pag. 776. Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 44. lib. 3. Epist. 83. Cortusii in Hist. lib. 2. cap. 8. Concilium Tolosan. ann. 1229. cap. 1. et Arelat. ann. 1234. cap. 5.

¶ 3. **FESTINANTIA**, Juramentum, sacramentum. Anton. Minuccius de Prato Veteri Rubr. 8. cap. 6. apud Schilter. : *Festinantia quæ fit ante tres liberos homines, servari debet, nisi juri vel naturæ contraria sit.*

* 4. **FESTINANTIA**, Vox chimicorum. Vide infra *Fixio*.

* **FESTINARE**, Deducere. Process. de B. Petro de Luxemb. tom. 1. Jul. pag. 599. col. 1 : *Curando tale apostema cancrosum cum unguentis resolutivis, Festinat ipsum ad aperturam, et inde facta apertura, quæ corrosiva de natura materiæ adustæ, Festinat ipsum ad mortem.* Vide *Festivare* 2.

* **FESTINATIO**, Convivium, Gall. *Festin*. Charta ann. 1377. ex Bibl. reg. : *Post dies aliquos et Festinationes sollemnes, etc.* Vide supra *Festagium* 4. et *Festare*.

¶ **FESTINGMEN**. Vide *Fæstingmen*.

* 1. **FESTIS**, Obsequium, Hispan. *Festejo*. Charta Alph. VI. reg. Castel. tom. 6. Jul. pag. 54. col. 1 : *Ideoque absolvo vos ab omni Feste pristinæ subreptionis* (f. subjectionis) *et præscriptæ libertati trado.*

* 2. **FESTIS**, Fastigium, culmen, Gall. *Faite* vel *Feste*. Consuet. Norman. part. 1. cap. 26. ex Cod. reg. 4651 : *Apud Bajocas fracta Feste domorum possessio, quæ sine franca materia est constructa, ad dominum, de quo tenetur, debet revenire.* Ubi textus Gallicus : *Si comme à Baieux, la pocession de la maison dont le Feste est rompu et dépechié, qui est sans franche matiere, c'est sans carrel et sans mortier, doit revenir à celui de qui elle est tenue.*

* : **TISSARE**. Vide mox n *Festissura*.

* **FESTISSURA**, **Festichura**, Imbrex, Gall. *Faitiere*, alias *Festissure*. Comput. ann. 1441. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. : *Item pro duabus Festissuris, xvj den.* Alius ann. 1386. ejusd. eccl. : *Pro quindena Festichurarum in tecto, x. den.* Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1472 : *Item pro xij. Festissuris ad ponendum tecto navis, pro qualibet Festissura, x. den.* Reg. 13. Corb. sign. *Habacuc* ad ann. 1524. fol. 219 : *Festissures pour xxliij. solz le cent.* Hinc

* **Festissare**, Imbricibus tectum munire. Comput. ann. 1370. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Item cuidam tectori straminis, pro duabus grangits apud Leskin recoperiendis et magna grangia Festissanda,.... vj. lib. vj. sol. viij. den.* Unde *Refestir*, imbricibus vel stipulis tectum restaurare, in Chartul. Corb. sign. *Ezechiel* ad ann. 1421. fol. 97. r°. : *Marchanda.... à Jehan Hanequin couvreur d'esteulle de faire et reffeitonner en la cense de Vers che qui s'ensuit; est assavoir.... de relatter les combles et recouvrir tout de noeuf;.... et aveuc ce doit renmanteller tout de noeuf partout là où il appartenra, et sera tenus ledit Jehan de rebrocquier, rebattir, Refestir tout partout en ledite cense, là où il sera besoing de faire.*

FESTITATULA, pro *Festivitatula*, seu parva festivitas, apud Avitum Vienn. Epist. 79. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Festivitacula, Petite feste.*]

* **FESTIVALIS Baderius**. Vide supra *Baderius* 2.

¶ 1. **FESTIVARE**, Diem festum agere a consuetis operibus cessando. Miracula B. Ambrosii Senens. tom. 3. Martii pag. 239 : *Ubi præfatus pater singulariter et multipliciter Festivatur.* Et pag. 245 : *Cujus dies transitus solemniter Festivatur in quibusdam Ecclesiis Italiæ.* Leges Jacobi II. Regis Majoric. tom. 3. Junii pag. xxviii : *In quibus locis et diebus in reverentia sanctarum Reliquiarum Festivare consuevimus.* Vide *Festum S. Theclæ*.

2. **FESTIVARE**, vel **Festinare**, Convivio excipere apud Cantipratanum. [Vita S. Erconwaldi Episcopi tom. 3. Aprilis pag. 785 : *Et ad orandum Deum dilectumque ipsius Erkonwaldum aliis Festivantibus, tu solus non attendis.* Gesta Trevir. Archiepisc. apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 389 : *Ibidem continue ipse Rex cum principibus, et nobilibus, totoque vulgo, specialiter in die Natalis Domini solemnissimam habens curiam convivando Festinavit.*] In Vita Balduini Lutzemburg. Archiep. Trevir. lib 2. cap. 3. 13. lib. 103. cap. et in Statutis. Collegii Navarræi Parisiensis apud Jo. Launoium in Histor. ejusdem Collegii pag. 30.

Festiver, Festiner, Festin. Vox ducta a festis, in quibus Christiani mutuis se conviviis, quæ *Agapas* vocabant, excipiebant : de quibus S. Augustin. Epist. 64 : *Comessationes et ebrietates, ita concessæ et licitæ putantur, ut in honorem etiam beatissimorum Martyrum, non solum per dies solennes, (quod ipsum quis non lugendum videat, qui hæc non carnis oculis inspicit) sed etiam quotidie celebrentur.* Infra : *Cum istæ in cœmeteriis ebrietates et luxuriosa convivia non solum honores Martyrum a carnali et imperita plebe credi solent, sed etiam solatia mortuorum.* Vide eumdem l. 1. de Morib. Eccles. Cathol. cap. 34. Cumeanum de Mensura pœnitentiæ cap. 1. initio, et quæ observat Savaro ad Sidonii lib. 4. Epist. 15. lib. 5. Epist. 14. et in voce *Agape*.

* 3. **FESTIVARE**, Gaudio recreare. Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 1. Passion. cap. 75 :

Digitized by Google

Si e contrario pessime eis et maniades satis accessiones fiunt, propter quod oportet Festiware, etc. Festoier, Oblectamentum, vel Festum, in Serm. 45. ex Cod. 14. sæc. S. Vict. Paris. : *Plusor s'asanblent aus places et aus ruës, si deparolent lor voisins et les vis et les morz... Or ne cuidiez pas que eil qui einsi lou font, que lor Festoiers plesse à Deu.*

* **FESTIVATOR**, Præfectus piæ alicujus societatis, seu cui vexillum, in quo patronus ejusdem sodalitii depictus est, deferendum committitur. Charta Maurit. episc. Cenoman. ann. 1223. ex Tabul. Major. monast. : *Habebit ille qui festivat oblationem, sicut hactenus noscitur habuisse. Si autem non fuerit Festivator, monachi habebunt medietatem et sacerdos aliam; et similiter sacerdos medietatem habebit, Festivatore præsente, de denariis oblatis, si de eis monachi ratione aliqua aliquid detinarent.*

¶ **FESTIVITAS**, Festum, dies festus. Diarium belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. pag. 187 : *Condicta certæ Festivitatis die, populum eis junctum cum venerabili corporis Christi Sacramento, ad Tabor sonoris vocibus deducunt.* Concil. Toletan. XIII. inter Hisp. tom. 2. pag. 699 : *Si quis Episcoporum a Principe vel Metropolitano admonitus, designato sibi dierum rationabili ad veniendum spatio, sive pro Festivitatibus summis, Pascha scilicet, Pentecoste et Nativitate Domini celebrandis.... ad constitutum diem venire distulerit.* Occurrit ibid. tom. 3. pag. 167.

¶ **Festivitas**, Anniversaria defuncti commemoratio, in Observat. præviis ad Vitam. S. Sturmii sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 267 : *Quatenus hi eadem mirabilia divinæ operationis audientes, gratias divinæ Majestati referrent, et omnis jucunditas ipsius Festivitatis in ejus laude personaret.* Hæc sumsit Mabillonius ex Candido monacho qui ibid. habet : *Anniversariam Sturmis primi Abbatis fundatoris Monasterii Fuldæ memoriam, et omnium Fratrum nostrorum de hac luce defunctorum, in natale S. Ignatii martyris Christi..... in Missarum celebratione, psalmodiis et oratione sancta celebrare sancivit.*

Festivitates *Feriales feminabus, non hominibus*, in Charta ann. 1226. apud Roverium in Reomao pag. 253. ubi disquirit de festis istis femineis.

Festivitates Vendere. Decreta Calomani Regis Hungariæ lib. 2. cap. 43 : *Nullus festivitates vendere præsumat*, id est, in festis diebus, ni fallor.

Festivitas Fracta, cum quis in die festo opus aliquod exegit, cujus forisfacti mulctam Archidiaconi ad se pertinere contendebant. S. Anselmus Cantuar. lib. 4. Epist. 99 : *Audivi quod Archidiaconus vester accepit homines meos quasi pro forisfactura fractæ Festivitatis, et de iis plegios accepit, nec ante eos voluit dimittere, quam plegios haberet, quod nec sibi nec alicui personæ licet super homines meos.*

¶ **FESTIVOSUS**, Festinus, promtus, alacer. Litteræ Humberti II. ann. 1348. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 574. col. 2 : *Confestim cum armis veniant ad exercitum nostrum infra burgum Mirlbelli, nemine remanente, exceptis illis castrorum esponderiorum, de quibus nullum volumus removeri, in hoc adhibentes diligentium Festivosam.*

¶ **FESTIZARE**, Italis *Festeggiare*, nostris *Festoier*, Ludis publicis operam dare. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 757 : *Et ecce per Neapolitanam civitatem dicti regales incipiunt magnifice equitare et Festizare.* Occurrit rursus ibid. col. 580. Vide *Festeiare.*

* **FESTO**, Sertum, corolla foliata, Ital. *Festone*, nostris *Feston*. Acta B. Amad. tom. 3. Mart. pag. 894. col. 2 : *Ipsa porta desuper et a lateribus ornata est picturis et foliaminibus cum suis terminis et floribus commixtis fructibus, quæ vulgo dicuntur Festoni.*

FESTRA pro, *Fenestra dicitur, parva fenestra, unde Macrobius in Saturnal. Festra quidem est minusculum ostium in sacrario.* Jo. de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm *Festra, Fenestrette.*] Vide Festum.

FESTRAGIUM. Charta Guigonis Comitis Forensis ann. 1253. pro Liberatibus Villanezii : *Pro hac siquidem libertate in dicta villa... census bladi, denariorum et gallinarum duplicabunt, et duplicatum solvent annuatim in festo B. Martini hiemalis, et ad nullum aliud Festragium teneantur, vel cogantur.* Etsi in MS. sic exaratum sit, legendum tamen *Festagium* censuerim : nisi *Festragium* dictum sit pro *Fenestragium.* Vide in hoc verbo.

¶ **FESTRUM**, Fastigium, culmen, Gall. *Faîte.* Charta Domini de Luiriaco in Foresio ann. 1417 : *Quemadmodum Festrum dictæ domus importat a pede usque ad summum.* Vide *Festum* 5.

* *Festre*, eadem acceptione, in Charta ann. 1464. ex Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 424 : *Trois leveures d'un Festre de maison neufve couverte de tuille, seant audit Froyes en la rue de la grant taverne.* Infra : *Frestre.*

FESTUCA, Fistuca, Signum et symbolum traditionis, vel translatæ possessionis, quam tradebat emptori venditor, aut qui modo quovis rei possessionem in alium transferebat. Frequentia autem hujus traditionis, ait Bignonius, ex facilitate descendit, quod *Fistuca* obviam sæpe occurrat. [Charta Fulquini pro Monast. Gemblac. ann. 950. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 141. col. 2 : *Per hanc chartulam donationis sive per Festucam,* (hanc villam) *ad opus Sanctorum tradimus.* Et quidem ejusmodi chartis stipula seu *Festuca*, ut legitimæ essent, inserebatur, unde *stipulatio* dicta.] Exstat in Tabulario Campaniæ Bibl. Regiæ pag. 535. Charta ann. 1258. qua Abbas Arreviarensis ex Bulla Apostolica : *Mercatores Romanos de bonis mobilibus Campsorum ubicumque possent in distractu Comitatus Campaniæ inveniri, Regis nomine, per traditionem cujusdam Apostolicæ Paleæ, secundum quod in tradendis possessionibus de consuetudine in istis partibus observatur... investit.* Existimant alii, *fistucam* idem valere ac fustem, seu baculum, quo investituræ passim factæ leguntur; Glossæ Latin. Gr. : *Festuca*, κάρφος, ῥάβδος : qua sane notione hæc vox usurpata videtur, idque infra docemus in voce *Fustis*, et verbo *Investitura*, ubi de baculo. [* Ejusmodi est ligni frustum, longitudine semipedale et crassitudine unciale aut circiter, in Chartophylacio ecclesiæ Paris. asservatum, in cujus quatuor faciebus hæc insculpta habentur, teste D. *Le Beuf* tom. 2. Dissert. pag. 90 : *Ebrardus et Hubertus de Spedona villa, servi scilicet beatæ Mariæ Parisiensis per hoc lignum Fulconi decano rectum fecerunt in capitulo sanctæ Mariæ de conquestu anteecessorum suorum, quem tenuerunt absque canonicorum permissione.* Quo quidem symbolo possessionem bonorum, quæ jure *manusmortuæ* ad ecclesiam pertinebant, dimittere se significarunt.] Alii denique Francos nostros hac voce allusisse volunt ad *stipulationem*, de qua Jus Romanum, quam Isidorus lib. 5. Orig. a *stipula* deductam opinatur : *Veteres enim*, ait ille, *quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant, quam iterum jungentes sponsiones suas agnoscebant.* Scio, aliam a Varrone et JC. dari hujus vocis originem, de qua Menagius in Amœnitatibus juris pag. 401. 2. Edit. Certe eo respexisse recentiores, par est credere : siquidem traditiones interdum *culmo*, interdum *stipulatione subnixæ* dicuntur in veteribus aliquot Tabulis, uti in voce *Culmus* observavimus. Vide *Stipulatio.* [** De *Festuca* egerunt Grimmius Antiq. Germ. pag. 121. sqq. et Haltaus. voce *Halm*, Glossar. German. col. 782.]

Per Festucam *Intercurrentem* vel *Intercedentem, etc.* [Id est per traditionem factam.] Vide *Lacina.*

Festucam in Laisum (i. sinum) *jactare*, in Lege Salica tit. 48. Vide *Laisus.*

Cum Festuca *fidem facere*, [Id est, tradita alteri parti festuca,] in eadem Lege Salica tit. 52. § 2. et in Lege Ripuaria tit. 30. § 1.

Per suam Festucam *se exutum facere*, in Formul. veter. cap. 19. 39. 43. Placitum Childeberti III. Regis editum a Mabillonio : *Ut dum contra ipsa strumenta nihil habebat, quod diceret, nec quod apponeret, per sua Festuca se exinde* (f. exutum) *in presenti dixit esse.* Vetus Notitia apud Perardum in Burgundicis pag. 32 : *Per Festucam... easdem res legaliter guarpiverunt.* Alia apud eumdem pag. 65 : *Et per festucam et fustum se per omnia exutum fecit.* Adde Probat. Histor. Vergiac. pag. 43. Chronicon Laurisham. pag. 59. Mabillonium tom. 4. SS. Ord. S. Benedicti pag. 342. n. 19. etc. Projiciebatur nempe *festuca* in ejusmodi *disvestitionibus.* Capitularia Caroli M. lib. 6. cap. 285. [** 370.] : *Ut ergo omnis suspicio a nobis cunctis Sacerdotibus, et sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus funditus auferatur, profitemur omnes, stipulas dextris in manibus tenentes, easque propriis e manibus ejicientes, coram Deo et Angelis ejus, ac vobis cunctisque Sacerdotibus, ... nec talia facere nec facere volentibus consentire, sed magis Deo auxiliante resistere.* Ademarus Cabanensis pag. 164. de Carolo Simplice : *Congregati* (Proceres Francorum) *in campo more solito ad tractandum de publica regni utilitate, unanimi consilio, pro eo, quod ignavæ mentis erat idem Rex, Festucas manibus projicientes, rejecerunt eum, ne esset eis ultra senior.* Le Roman *de Charité* MS. :

Digitized by Google

Abés respons-moi, que fais-tu,
Qui jadis rompi le Festu
Au monde, etc.

Per Fistucam Werpire, Eadem notione, projecta nempe vel tradita fistuca, apud Marculfum lib. 1. for. 13. Charta Ottonis III. Imp. ann. 997. apud Hermannum Stangefolium lib. 2. Annal. Circuli Westphalici pag. 203 : *Et sicut mos est Laicorum, cum Festuca semet ab eo exuit prædio.* [In Obituar. MS. Ecclesiæ Morin. p. 8. notatur quod prima die cujuslibet mensis Vicarii Ecclesiæ Morin. tenentur ire in Capitulum, et ibi resignare suos vicariatus per traditionem unius *festucæ.*]

Per Fistucam *commendare, dare*, apud eumdem Marculfum lib. 3. form. 21. lib. 2. form. 4.

Per Fistucam *partiri*, apud eumdem lib. 2. form. 14.

Sacramentum per Fistucam *adhramire*, in Formulis veter. cap. 2. [Charta Chlodovei Regis ann. 692. apud Mabill. Diplom. pag. 474 : *Quod et ita per Fistuca visus est achramisse.*]

Fistuca Nodata. Vetus Charta Longobardica apud Ughellum tom. 3. Ital. sacræ pag. 49 : *Omnia, quæ supra leguntur, legitimam facio vestituram per cultellum, Fistucum nodatum, wantonem, et wasonem terræ atque ramum arboris, me exinde foras expuli et werpivi, et absitum feci, et ipsius Ecclesiæ Monasterio ad proprietatem ad habendum concessi.* Adde pag. 51. 61. [Charta ann. 997. apud Mabill. tom. 4. Annal. pag. 116 : *Quam traditionem atramentario, penna et pergamena manibus suis de terra levatis, Lege Salica fecit per Fistucam nodatum, ramum arborum atque per cultellum et guasonem.* Oblatio facta S. Sepulcro in Jerusalem et S. Mariæ Latinæ in Jerusalem in manu Abbatis S. Victoris Massil. ex Archivo hujus Monasterii : *Petrus Notarius judex domini Imperatoris per wasonem terræ et Fistucam nodatam, seu ramum arborum, atque per cultellum et wantonem, seu wandaligine et sic per hæc cartula Lege mea Salica.*] Occurrit eadem formula passim in Tabulario Casauriensi, in Charta Mathildis Comitissæ apud Franciscum Mariam in Mathildi lib. 3. pag. 105. in aliis ann. 1109. et 1121. apud Chiffletium in Luminibus Salicis cap. 6. in aliis ann. 961. 1028. 1029. apud Chiezam in Hist. Pedemont. cap. 20 21. et 39. Guichenonum in Probat. Hist. Sabaud. pag. 18. 21. 23. etc.

Exfestucare, Idem quod *Festucam* tradere, abjicere, rem abdicare, *Déguerpir*, [Leodiensibus, *Effestuer*,] quod qui rei dominium in alterum transferebat, aut illius juri renunciabat, *Festucam* seu stipulam possessori tradebat in signum dominii translati, vel eam in terram projiciebat, tanquam re, quam in alium transferebat, se exueret. Adelbertus Abbas Heindenheimensis : *Omnibus ergo Canonicis usque ad unum Episcopo consentientibus et præbendam pro Deo et pro denominata recompensatione Exfestucantibus.* Adde pag. 353. Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandr. n. 65 : *Fidem et hominia, quæ hactenus vobis servavimus, Exfestucamus, damnamus, abjicimus,... finita responsione ista, arreptis festucis, Exfestucaverunt illorum hominum fidem, etc.* Adde n. 141. 152. Cæsarius lib. 2. Miracul. cap. 12 : *Miser juvenis a villico persuasus, creatorem suum ore suo negavit, manu Exfestucavit, diabolo homagium faciens.* Charta Conradi Imp. ann. 1143. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 158 : *Potestatem, quam jure advocatiæ super ministeriales Ecclesiæ Frisingensis habere videbatur... secundum consuetudinem Curiæ omnino Exfestucavit.* Charta Manassis Episc. Lingonensis ann. 1186. in Tabulario Monasterii Albæripæ lib. 2 : *Nihil sibi de omnibus retinens, sed omnia Exfestucans.* Vetus Charta ann. 1231. apud Duchesnium in Hist. Guinensi pag. 497 : *In manu mea... legitime resignavit et Exfestucavit.* Vide pag. 74. Occurrit passim, in Chron. Abbat. S. Trudon. lib. 11. pag. 483. lib. 12. pag. 506. apud Othon. Frising. lib. 7. Chr. cap. 24. de Gest. Frider. lib. 1. cap. 6. Ægidium Aureæ Vall. in Episcop. Leod. cap. 14. et 21. Albertum Aq. lib. 5. cap. 35. Anonymum in Miracul. S. Ursmari per Flandr. n. 12. in veteribus Chartis apud Bollandum 6. Feb. pag. 920. Duchesnium in Hist. Guin. pag. 58. 131. 182. 499. in Chron. Andrensi pag. 379. etc. *Cum Exfestucatione werpire*, in Charta Desiderii Episc. Morin. ann. 1177. apud Malbrancum lib. 10. de Morin. cap. 29. et 37. et in Tabulario S. Bertini. Vide Gallandum lib. de Franco alodio pag. 325. 326. Scribitur et *Effestucare* apud Buschium in Chron. Windesem. lib. 1. cap. 17. [** Vide Haltaus. Glossar. Germ. voc. *Verschiessen* et *Sich Verschiessen*, col. 1884. supra voces *Effestucare* et *Effestucatio* suis locis.]

Festucare, Idem quod *Exfestucare*. Charta ann. 1151. apud Duchesn. in Hist. Guin. pag. 667 : *Ac legitima donatione tradidimus, coram his testibus Festucavi, etc.* Charta Philippi Comitis Flandriæ ann. 1159. in Tabulario Monasterii S. Bertini : *Triginta septem mensuras, quas a me tenebat, in manus meas reddidit et Festucavit.* [Gerardus in Vita S. Adalhardi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 353 : *Nihil potuisti sine Dei permissione : modo utamur Dei jussione :* Dimittite, *inquit*, et dimittemini; *quod ego primus faciam, vos me sequimini. Fit sine mora ab omnibus : Festucantur omnia.*]

Infestucare, In possessionem mittere, *adheritare*. Charta ann. 1300. in Hist. Guinensi : *Par l'enseignement et le jugement des hommes devant dis, nous fumes adheritez, et li dis Hues desheritez : et enwerpi et Enfestuca une fie, autre et la tierche, si que n'i en eut, ni retient, et nus en fumes enheritez bien et à loi, etc.*

¶ **Festum**, Dies solemnis memoriæ alicujus mysterii vel Sanctorum sacratus. Non eadem vero omnium festorum solemnitas, alia enim alia celebrior, ratione officii vel cæremoniarum quarum pompa in quibusdam major, in aliis minor. In solemnioribus a consuetis operibus abstinere fuit solitum a vespera ad vesperam. Statuta Augerii Episc. Conseran. sæc. 13 : *Dies Dominicos et festivos absque aliquo servili opere a vespere in vesperam devote ac reverenter in vestris Ecclesiis coli facite.* Hujus vero moris vel præcepti qui transgressores inveniebantur, ut scribit Episcopus Carcassonensis ann. 1275. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1151 : *Per tres dies Dominicos vel Festivos in camisia et braccis stare debebant ante altare, dum missarum solemnia celebrabantur.* In statutis vero Synodi. Ecclesiæ Trecorensis apud eumdem tom. 4. col. 1109 : *Si divites sint, solvant quinque solidos ad luminare suæ Ecclesiæ; si pauper, quinque dies Dominicos sequatur processionem in camisia et femoralibus, habens super collum instrumentum cum quo operabatur.* [* Stat. eccl. Carcasson. ann. 1270. cap. 14. ex Cod. reg. 1613 : *Qui.... in Festis eisdem seu diebus Dominicis inventus fuerit opus servile vel illicitum operari, ad nos infra octo dierum spatium transmittatur infrascriptam pœnitentiam recepturus, ut videlicet per tres dies Dominicos vel festivos, dum missarum celebrantur sollempnia, stet in sua ecclesia in loco eminentiori præ cæteris in camisia tantum et in braccis, cum virgarum manipulo, cum quo a sacerdote ecclesiæ præsidente unam recipiat disciplinam.*] Festa autem proximæ hebdomadis inter Missarum solemnia post communionem annuntiabantur a Diacono, ut discimus ex ordine Romano ad usum Monasteriorum apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 105 : *Postea quidem* (communione scilicet peracta) *accipiens Diaconus calicem in dextera parte altaris, elevans eum in manibus suis, pronuncians Natalitia Sanctorum in ipsa hebdomada venientia, ita dicendo : Illa feria veniente, Natale est S. Mariæ, aut Confessoris, vel alius Sancti cujus evenerit, secundum martyrologium. Et respondent omnes, Deo gratias.*

Festa Dominica, Martyrum, Confessorum, apud Christianos, instituta vel ab ipsis Apostolis, vel Conciliis. S. Augustinus Epist. 118. cap. 1 : *Illa autem, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe observantur, dantur intelligi vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis Conciliis, quarum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta retineri, sicut quod Domini Passio, et Resurrectio, et Ascensio in cælum, et Adventus de cælo Spiritus sancti, anniversaria solennitate celebrantur.* Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 34 : *Festivitates Apostolorum seu in honore Martyrum solennitates antiqui Patres in venerationis mysterio celebrari sanxerunt, vel ad excitandum imitationem, vel ut meritis eorum consociemur, atque orationibus adjuvemur : ita tamen, ut nulli Martyrum, sed ipsi Deo Martyrum offeramus, quamvis in memoriis Martyrum constituamus altaria.* Eadem habet Rabanus lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 43. Alcuinus lib. de Offic. div. : *Sanctorum dies, quibus de hoc sæculo migraverunt, solenniter et cum magna exultatione celebramus adeo, ut in ipsis, abstinentiæ aliquantulum rigore laxato, paululum remissius vivamus.* Infra : *Cum antiquos natalitia sua, vel suorum affinium, quibus in hanc miseram effusi sunt vitam, tanta alacritate invenimus celebrasse, ut etiam omni corporeæ voluptati licenter operam darent : quanto nos spirituali hilaritate sanctorum Patrum natalitia convenit celebrare, quibus non ad miserias nascuntur, sed de miseriis ad gaudia transierunt sine fine possidenda, non nos corporalibus illecebris resolventes, ut faciebant pagani, ve-*

Digitized by Google

rum canticis spiritualibus, Hymnisque cœlestibus in Christo tripudiantes, ut Christiani. Quamvis non denegemus etiam corporaliter aliquantulum remissius, quam cæteris esse vivendum, propter quosdam, ut reor, hebetiores, qui nihil putant esse festivum, nisi quod viderint corporali delectatione mellitum. Vide Durandum lib. 7. cap. 1. Baronium de Martyrolog. Rom. cap. 4. in Annal. ann. 58. n. 81. ann. 263. n. 14. Covarruviam lib. 4. Var. resolut. cap. 19. et Filesacum lib. 1. Select. cap. 6. ubi plura de festis Christianorum. [** Græcis Δισπότικαι ἑορταί ea festa dicuntur quæ Christi Domini sunt, scilicet Nativitas, Epiphania, Passio, Resurrectio, Assumptio, Pentecoste et Resurrectio Mortuorum. Vide Glossar. med. Græcit. col. 414.]

Festa Annalia, Annualia, Præcipua totius *anni* festa, unde nomen. Odo Cluniac. 1. de Vita S. Geraldi cap. 15 : *Si tamen in eisdem feriis Festivitas Annualis evenisset, abstinentiam ita solvebat, ut, etc.* Charta Hugonis Ducis Burgundiæ pro fundatione S. Capellæ Divion. ann. 1172. apud Perardum : *In Festis Annalibus, id est, in Nativitate Domini, in Pascha, in Pentecoste, et in omnium Sanctorum.* Ita in Charta Alphosi Imp. apud Hieron. Vignerium in Hist. Alsatica pag. 143. Regestum Parlam. B. fol. 51. verso sub. ann. 1279 : *In 4. Festis Annualibus, videlicet Nativitatis Domini, Resurrectionis Dominicæ, Pentecost. et omnium SS.* 1. Reg. f. 123 : *Qui faciunt burgesiam apud Castrum Nantonis in tribus Festis Annualibus, etc. Festa Annualia*, in Statuto Philippi Pulcri ann. 1302. cap. 57. 59. in Charta Odonis Episcopi Paris. ann. 1199. apud Sammarth. in Gall. Christ. *Dies Annales*, in Ordinat. Hospitii S. Ludovici Regis ann. 1261. *Feste Annuuel*, in Charta vernacula Hugonis Ducis ann. 1268. apud Duchesnium. *Festes annuelles*, apud Joinvillam in Hist. S. Lud. pag. 124. Adde veteres Consuetudines Bituricenses apud Thomasserium pag. 250. 275. *Festivitates præcipuæ, Domini Natale, Pascha, Pentecoste, et si quæ principales reliquæ solennitates*, quas Presbyteri et Diaconi, qui in villulis deserviunt, cum Episcopis suis in civitatibus celebrare tenentur, in Concil. Arvern. cap. 15. Missas quippe, ut in hisce festis majoribus, in oratoriis facere aut tenere prohibentur Presbyteri in Concilio Agath. can. 21. ita Laici præcipui, seu *natu majores, Pascha et Principales Festivitates sub præsentia Episcopi tenere* jubentur, in eod. Concilio Arvern. can. 15. et Aurelian. IV. can. 3. In Agathensi vero can. 18. statuitur, ut *sæculares, qui Natale Domini, Pascha, et Pentecosten non communicaverint, Catholici non credantur, nec inter Catholicos habeantur.* Quæ quidem festa *Festivitates Festivitatum* appellantur a Brunone Signiensi Episcopo apud Petrum Diaconum lib. de Viris illustr. Casin. cap. 34. Bernardus Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. cap. 52 : *Restant illæ nominatissimæ solennitates totius universalis Ecclesiæ speciali gaudio suscipiendæ, prædicandæ pariter et celebrandæ, Natalis Dom. nostri J. C. sanctum Pascha, Pentecosten, summorum Apostolorum Petri et Pauli, atque Assumptio S. Mariæ. Istæ igitur Festivitates cæteras, quasi quodam superlativo gradu, transcendunt, in quibus omnia superiori narratione latius explicata, ex asse complentur.* Vide Chartam ann. 1247. in Hist. Monasterii S. Mariæ Suession. pag. 454. et aliam ann. 1294. apud Gallandum de Franco alodio pag. 252.

* Festum Arduum, Eminens, præcipuum. Stat. Mss. eccl. Brioc. cap. 12 : *Pulsetur pro capitulo congregando campana, quæ pulsatur arduis Festis.* Vide supra *Arduitas*. [** Germ. *Hohes Fest.*]

¶ Festa Brachiorum, quæ et *Manualia* dicuntur, inferioris ordinis et minoris solemnitatis Festa, in quibus ea tantum opera prohibebantur quæ sine *equis et carrucis* fieri non possunt. Statuta Eccl. Meldens. ann. 1493. tom. 2. Hist. Meldens. inter Instr. pag. 542 : *Quo nimia multitudo Festorum indigentibus non sit oneri, neque tædium generare indevotis . . . videatur, prohibitionem negociationis in non solemnioribus Festis, quæ Manualia seu Brachiorum vulgo appellantur, in quibus videlicet ipsa prohibitio per totam diem ad ea duntaxat opera et negotia quæ sine equis et carrucis fieri possunt se extendebat.* Et infra : *Præcipuorum autem et aliorum non præcipuorum, vulgo quondam Brachiorum et Manualium, nunc vero devotionis seu ad devotionem nuncupatorum Festorum observationis ordo subsequitur, etc.* Adde Statuta Eccl. Senonensis sec. XVI.

¶ Festum Cantoris dicitur in multis Galliæ Ecclesiis Festum primæ classis, teste Macro in Hierolex. quia tunc ad Cantorem spectat officium ordinare; eadem ratione *Festum Succentoris*, vocatur Festum secundæ classis.

¶ Festum Colibile, Quod colitur, in Statut. Avenion. ann. 1570. edit. 1612. lib. 2. Rubr. 32. art. 1 : *Diebus Festis colibilibus, etc.*

¶ Festum *dividitur in Festum Duplex, et in Festum Simplex. Festum Duplex dividitur in Principale Duplex, in Majus Duplex, in Minus Duplex, in Inferius Duplex.. Festum Simplex dividitur in Invitatorium Triplex, Invitatorium Duplex, Invitatorium Simplex.* Ita Breviarium vetus asservatum in Monasterio Benedictinarum Anglic. Pontisar.

Festum Duplex, cum duo Festa concurrunt eodem die, quo casu dignioris Festum agitur, alterius sequenti. Quædam autem *Festa* dicuntur *in totum duplicia*, quædam *simpliciter duplicia*, quædam denique *semiduplicia*. Dicuntur quædam *duplicia* in quibusdam Ecclesiis, pro eo, quod responsoria, tam majora, quam brevia, et versus a duobus cantantur, et quia omnia incipienda a duobus incipiuntur, et quia antiphonæ in Matutinis et Vesperis duplicantur : dicuntur enim Completæ, et ante Psalmum et post, sicut est Festum Natalis Domini, S. Stephani, S. Joannis Evang. Circumcisio Domini, Epiphaniæ, Purificationis, Annuntiationis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, S. Joannis B. Apostolorum Petri et Pauli, S. Laurentii, Assumptionis B. Mariæ, Nativitatis ejusdem, et Dedicatio Basilicæ. Atque hæc hæc sunt majora duplicia. Vide Ordinat. Præmonstrat. cap. 15. pag. 914. *Minora* autem *dupicia Festa* sunt 2. et 3. feria infra octavas Pentecostes, Commemoratio S. Pauli Apostoli, Octava Apostolorum Petri et Pauli, et Assumptionis, et quolibet Festum, quod unaquæque Ecclesia duplex ordinaverit celebrari. *Semiduplicia Festa* sunt, in quibus præmissa omnino non observantur; sed tantum tertium, sextum et ultimum responsoria cantantur a duobus, nec incipiuntur a duobus, nec duplantur antiphonæ, licet versus et brevia responsoria a duobus dicantur. Et sunt hæc semiduplicia Festa SS. Andreæ Nicolai, Luciæ, etc. Ita Beletus cap. 57. et Durandus lib. 7. Ration. cap. 1. n. 31.

* Ordinar. Ms. S. Petri Aureæ-val. : *Quocienscunque facimus in ecclesia solemnitatem novem lectionum, sive duplex simplex, sive duplex magnum, etc.* Hujus appellationis rationem innuere videtur Liber pension. S. Vict. Massil. : *Invenimus.... propter solemnitates diversorum sanctorum, quorum corpora in eodem monasterio requiescunt, anno quolibet sexaginta et septem Festa duplicia, in quibus datur duplex refectio, sive portio seu pitantia omnibus supradictis.* Atque ut monachis refectio duplex, ita in ecclesiis cathedralibus nonnullis duplex retributio canonicis iis diebus præstabatur; quod de Massiliensi ecclesia potissime mihi affirmatum est.

¶ Festa per totum Duplicia, De quibus fit in utrisque Vesperis. Statuta Synod. Ecclesiæ Argentin. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 532 : *Festa a Clero nostræ civitatis et diœcesis cum officio de Festis per totum duplicibus instituto, etc.*

Festa Quadruplicia, in Statut. Ord. Præmonstrat. dist. 2. cap. 1 : *In Festis, quæ apud alios vocantur triplicia, apud alios Quadruplicia, majora, aut præcipua, etc.*

¶ Festum de Quarto Duplici, Major solemnitas. Charta Petri Abbatis S. Crucis de Talemondo Lucionensis Diœc. ann. 1366 : *Item quotiens Conventus faciet servitium pro benefactoribus dicti Monasterii.... Et quotiens ibit in processione revestitus vel aliter extra Monasterium . . . . vel quando Conventus revestitus erit pro recipiendo aliquem Prælatum . . . . . tenebitur dictus aquarius et dare et administrare dicto Conventui, sicut supra dictum est de solemnitatibus et Quartis Duplicibus.*

Festum, seu Festivitas Triplex, de cujus officio multa in secunda parte Ordinarii MS. Ecclesiæ Rotomagensis, qua voce intelliguntur majora festa, ut Natalis, Paschatis, etc.

☞ Ideo autem ejusmodi Festivitas *triplex* nuncupatur, quod ter Antiphona ad *Magnificat* recantatur, scilicet ante illud canticum, in fine ejusdem ante *Gloria Patri*, etc. et rursus post hunc versum. Quod etiamnum fit in Diœcesi Parisiensi in solemnioribus illis antiphonis quæ Natalem Christi præcedunt.

* A triplici chorista, vel triplici campana sic dictum malim, quam ab antiphona ter ad *Magnificat* recantata.

Festum trium Lectionum, ibidem et in Statutis antiq. Cartusiensib. 1. part. cap. 30.

* Festum Tersale, Eadem notione. Consuet. Mss. monast. S. Crucis Burdegal.

Digitized by Google

ante ann. 1305 : *In Festis tersalibus ponuntur septem cerei, in solemnibus viginti;... et nota quod nisi sit Festum tersale vel solemne, cerei non accenduntur in Vesperis, neque in Matutinis.*

* Festum Quinque Cereorum, in Pontif. Ms. Senon. ad usum eccl. Paris. : *Ipso die* (in Cœna Domini) *pulsentur campanæ ad missam et ad versum, sicut mos est in Festis quinque cereorum.*

Festum novem Lectionum, in quo novem Lectiones dicuntur in Matutinis, cujusmodi sunt majora Festa. [Statuta Ecclesiæ Biterrensis ann. 1368. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 638 : *Item, statuimus quod Festa illorum Sanctorum quorum nomina in Missæ canonibus specialiter recitantur, sub novem Lectionum officio celebrentur.*] Liber Ordinis sancti Victoris Parisiensis cap. 3 : *In omnibus Festis novem Lectionum debent Fratres cotidie tenere silentium.* Vide Ordinar. Præmonstrat. cap. 15. pag. 915.

Festum 12. Lectionum, in quo 12. Lectiones. Vide Statuta antiqua Cartusiensia 1. part. cap. 29.

Festum Dominicale, seu quod Dominicali more celebratur, in Ordinario MS. Ecclesiæ. Rotomag.

* Obituar. Ms. Rotomag. ad diem 2. Jan. : *Octabæ S. Stephani, Festum dominicale.*

Festa in Cappis, Majores solennitates, in quibus inter Missæ solennia et Vesperas deferuntur Cappæ a ministris Chori Ecclesiæ. Tabularium Fossatense fol. 122 : *Dederunt eidem Ecclesiæ albas paratas, ... de quibus induuntur in Festis, quæ fiunt in dicta Ecclesia in albis, vel in Cappis, etc.* Consuetudines Eoveshameusis Monasterii in Anglia : *Et ad omnes collationes Festivitatum tam in Cappis, quam in albis, etc.* Mox : *Debent etiam habere caritatem de cellario ad prandium singulis diebus octabarum principalium Festivitatum, quæ octabas habent, exceptis diebus, quibus sunt in Cappis.* Vitæ Abbatum S. Albani : *In Festis, quæ in Cappis fiunt et maxime præcipuis,* pag. 80. 83. [Vide Statuta Ecclesiæ Pictav. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1074.] Observat Watsius in Missa Mozarabum aliquando occurrere *Festum trium*, vel *sex*, vel *novem Capparum*. [*Festum Caparum* sæpius occurrit in Statutis Card. Trivultii Abb. S. Victoris Massil. ann. 1531. Sed hæc Monachos potissimum spectasse colligitur ex Gocelino in Hist. Translat. S. August. sæc. 6. Bened. part. 2. pag. 759 : *Ut annuatim ejus Festivitas in Cappis celebraretur, uti Monasterialt usu dicitur.*]

¶ Festum unius Ordinis, Idem videtur quod hodie Festum duplex minus. Liber de doctrina Novitiorum Ord. Grandim. cap. 1. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 1827 : *Officium vero B. Mariæ etiam in Festis unius Ordinis non dimittas, sed secrete dicas taliter, quod tumultum non facias.*

* Festa Repentina, Quæ arbitrio cujuspiam constituuntur. Stat. universit. Aurel. ann. 1307. ex Cod. reg. 4228. A. fol. 17. v°. : *Nulla quoque festa dabunt vacationes a lecturis, nisi quæ celebrantur a clero et populo; ex quo relinquitur quod Festa repentina, pro crastinationibus aut aliis inventionibus quibuscumque, sibi noverint interdicta.* Vide *Feriæ messivæ* in *Feriæ* 3. et *Repentinæ Feriæ*.

Licet de Festis Dominicis et Sanctorum ex professo commentatus sit Baronius in Notis ad Martyrologium, quædam tamen de iis, quæ observationem aliquam postulant, hic leviter attingemus, ordine literarum servato.

Festum S. Agnetis celebrari cœptum est propter quoddam miraculum, quod octavo die suis contigit parentibus ad ejus tumulum lamentantibus. Ita Beletus cap. 75.

Festa Animarum, seu Commemoratio Defunctorum 2. Novembr. Gall. *la Feste des Ames*, nempe *des Trépassez*. [Charta ann. 1044. apud Mabill. tom. 4. Annal. pag. 459 : (Bruno Episcopus Leucorum) *Capellano assignat.... privatas Missas, primam Missam ad corpus defuncti, peras scilicet peregrinorum benedicendorum, nuptias... sepulturam albatorum, confessiones, Festum sanctarum Animarum absque candela.* Statuta Eccl. Cadurcens. etc. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 766 : *Festa communia Animarum defunctorum generaliter celebrantur in crastinum omnium Sanctorum, et in crastinum B. Hilarii, et in quibusdam etiam locis de consuetudine speciali in crastinum octavarum Paschæ et Pentecostes, et si in his sit Festum duplex, transfertur ad diem sequentem commemoratio defunctorum, et celebrantur hæc Festa defunctorum usque post Missas, nec propter officium defunctorum debet omitti dictis diebus officium regulare.* Memorantur præterea quatuor Festa Animarum in Charta ann. 1288. ex Tabular. S. Victoris Massil.] Matth. Westmon. ann. 1244 : *In crastino Animarum convenientes omnes Angliæ Magnates, etc.* Adde eumdem ad ann. 1246. et Annales Colmarienses ann. 1286. Id Festum, vel potius Commemorationem instituisse primum in suis Monasteriis sanctum Odilonem Abbatem Cluniacensem, ex quo ad cæteras Ecclesias transiit, scribunt Petrus Damiani in Vita S. Odilon. Radulfus de Diceto ann. 966. Sigebertus ann. 998. Udalricus in Consuet. Cluniac. lib. 1. cap. 42. Durandus lib. 7. cap. 35. etc. Vide Ditmarum lib. 6. pag. 70.

* Post Natale Domini apud S. Florum celebratum olim fuisse, docent Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 97 : *Le Jeudy d'après Noël que l'en faisoit au païs* (diocèse de S. Flour) *Feste et solempnité des Trespassez,... le suppliant apperceut Jehan del Roux,... lequel avec ung pic remplissoit ung fossé ou ruze, ... auquel il dist : Il fust mieux que vous fussiez à l'église, car il est aujourduy la Feste des bonnes ames. La Feste aus mors*, in Charta Phil. Pulc. ann. 1298. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 41.

Festum Annuntiationis Deiparæ, de quo copiose Baronius ad Martyrologium. [** Die 25. Mart.] Tantum moneo, Festum istud *Marzache* olim a nostris appellatum, quod in mensem Martium incidat. Regestum Censuum et Feodorum Carnotensis urbis f. 67 : *Sachent tous, qu'en l'an de grace 1286. le Jeudi d'emprés la Marzache, que Henry, etc.* De hoc Festo sic Nomocanon nuper editus a V. C. Jo. Bapt. Cotelerio can. 9 : Τοῦ εὐαγγελισμοῦ τὴν ἑορτὴν τὸ σέβας ἀπονέμειν, ὅτι σεβασμία πασῶν τῶν ἑορτῶν. [** Vide Glossar. med. Græcit. voc. Εὐαγγελισμός, col. 443. et Χαιρετισμός, col. 1724.]

¶ Festum Apostolorum, de quo Micrologus cap. 55 : *Festivitas SS. Jacobi et Philippi et omnium Apostolorum.* Hæc olim apud Latinos Kalendis Maii, qui dies hodie Apostolis Jacobo et Philippo tantum dicatus, apud Græcos vero 30. Junii, celebrari solita. [** Latinis ante seculum octavum Festum Apostolorum die 29. Junii celebratum fuit, deinde Petri et Pauli tantum.]

* Festum Apparitionis, Idem quod *Epiphania*, cum scilicet Christus Magis seu Gentibus apparuit, id est, se se manifestavit, nostris etiam *Apparition*. Obituar. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5191. fol. 40. r°. : *viij. Idus Januarii fit Festum annale de Apparitione Domini; quod institutum est anno Domini* 1300. *in generali capitulo Matii.* Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 130. Chartoph. reg. ch. 177 : *Comme les genz de la ville de Ronsay en Brie aient acoustumé à eulx jouer environ la Feste de l'apparition et batre leurs bacins après soleil couchié et le jour de ladite Feste, etc.* Aliæ ann. 1415. in Reg. 169. ch. 61 : *Le Dimenche xij^e. jour de Janvier, qui fu le jour de l'Apparition au pois, etc.* Ubi designatur vigilia octavæ Epiphaniæ, quam *Les Rois brousés* vulgus appellat. Vide supra *Epiphania*.

* Festum Apparitionis S. Michaelis, quæ et *Inventio specus S. Michaelis* dicitur, in Cæremon. MS. S. Mariæ Crassensis, celebratur die octava Maii. Vide *Festum S. Michaelis*.

Festum Architriclini. Vetus Inquesta apud Puricellum in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ pag. 103 : *Vidit enim, quod viventibus Imperatore Federico et filio ejus, in Festo Architriclini custos Canonicorum, Jacobus nomine, ad petitionem Domni Ambrosii, tunc Abbatis, portavit crucem.* Paulo supra *dies Architriclini* appellatur, quo vocabulo Dominicam secundam post Epiphaniam, in qua Evangelium Joannis cap. 2. de Nuptiis in Cana recitatur in Ecclesia Mediolanensi, recte conjicit idem Puricellus. Factum porro ipsum miraculum in Cana 6. Januarii, ac proinde ipso Epiphaniæ die consentiunt Scriptores omnes.

¶ Festum Armorum Christi, Idem quod infra *Festum Coronæ Christi*.

* Festum Ascensionis in ecclesia collegiata S. Petri Insulensis, ut et in aliis ecclesiis, actione exprimebatur; qui enim ex Ordinario ejusd. eccl. officio hac die præerat, cum modicum panis et vini degustasset, cantato responsorio, *Non vos relinquam*, ambonem ascendebat, ubi ex monte effecto cœlum petere videbatur; tunc pueri symphoniaci veste angelica induti decantabant, *Viri Galilæi, etc.* [** Vide Busch. de Reform. Monaster. apud Leibnit. Scriptor. Brunsvic. tom. 2. pag. 500. et Glossar. med. Græcit. voce Ἀνάληψις, col. 69.]

Festum Assumptionis Deiparæ, de quo Baron. ad Martyrol. et Steph. Baluzius ad Capitular. Reg. pag. 1171. Beletus cap. 146. et alii, a Baronio laudati. Quando

Digitized by Google

vero et qua occasione in diœcesi Morinensi feriatum esse incœperit, produnt Annales Francor. Bertiniani ann. 862. Vide Vitam S. Theodardi Episcopi Narbonensis apud Catellum pag. 760. [** et Glossar. med. Græcit. voce Μετάζασις, col. 918. Crebrius apud Graecos Scriptores Κοίμησις seu Dormitio indagitari solet.]

* Mense Aprili celebratum fuisse reperio in Chartul. Godefr. dom. Asperim. ex Bibl. reg. fol. 43. r°. : *Donné l'an mil ccc. xlix. le mardy après l'Assumption nostre Dame le xviij. jor dou mois d'Avril.* Sed mendum est pro *Aoust*, in quo mense dies 18. ad diem Martis reapse pertinet eo anno.

Festum Azymorum, Pascha, apud Ordericum Vitalem lib. 11. pag. 816.

Festum S. Blasii. Cur hac die populus lumina pro domibus, vel animalibus accendere soleret, atque adeo eleemosynas largiri, docet Honorius Augustod. lib. 3. cap. 25.

** Festum Brandonum. Vide *Brandones*.

* Festum Broncheriæ. Vide supra *Broncheria*.

¶ Festum Calendarum, in Charta Massiliensi ann. 1522 : *Singulis annis solvere teneantur census ad Festum S. Johannis Bapt. et ad Festum Calendarum.* Quod utrum Kalendas Januarias spectet, an Nativitatem Christi in dubium venire potest. Et quidem Massiliæ etiamnum *Calenes* vocant Festum Nativitatis Christi : quo nomine etiam donatur cœnula quæ apud ipsos in vigilia hujusce solemnitatis more Romanorum fit non sine apparatu; ducta forsan vocis origine, quod Massiliensibus haud infrequens, a Græco καλέω, voco, quod ad hanc cœnulam propinquos et agnatos vocare soleant : nisi mavis deducere a καλὸν, convivari, κάλεσμα, convivium, epulum, compotatio. Vide Gloss. med. Græcit. et *Kalendæ*.

¶ Festum Campanarum nuncupatur in quibusdam provinciis Festum Annunciationis Deiparæ : forte quod hac die ad Salutationem Angelicam solemnius pulsantur Campanæ.

* Festum Candelæ, Festum dedicationis alicujus ecclesiæ, seu potius dies festus patroni cujusdam loci. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 52 : *Comme le premier jour de May l'an* 1373. *ou environ, Jehan de la Mote, lors demourans en la ville de Froyenne ou baillage de Tournesis, feust armez pour aidier à garder la Feste de la chandelle ou deducasse, estant en laditte ville avec le bailli d'icelle ville.* Aliæ ann. 1403. in Reg. 158. ch. 19 : *Comme le suppliant feust alez en la ville de Lilers, à un jour que l'en faisoit la Feste de la chandeile en laditte ville, pour soy esbatre, etc.* Vide supra *Candela* 2. et *Dedicatio*.

Festum Cathedræ *S. Petri Antiochiæ*, 22. Febr. quod *Natale Petri de Cathedra* dicitur in veteri Martyrologio apud Bucherium 8. Kl. Martii. Vita S. Lauriani Episcopi MS. : *Erat enim solemnitas Cathedræ, quam celeberrimam ex more plebs habebat Romana, eo quod sessio Pontificatis Apostoli eo die primum fuisset dedicata, id est, quinto decimo Kl. Febr.* De hoc festo agunt S. Augustinus in Append. de Divers. Serm. 74. Concil. Turon. II. can. 22. Petrus Damiani lib. 1. Epist. 20. Beletus cap. 83. Durandus lib. 7. cap. 8. Baronius ad Martyrolog. Bollandus 18. Januar. et 22. Febr. Baluzius ad Capitular. Reg. pag. 1172. Vide infra *Festum B. Petri Epularum*.

* *Festum beati Petri sublimati ad cathedram* nuncupatur in Ch. ann. 1243. ex Chartul. Campan. fol. 403. col. 2. Alia Garn. *de Willi* cancell. eccl. S. Fursæi de Peron. in Reg. 52. Chartoph. reg. ch. 167 : *Ce fu fait l'an de grace mil trois cent et treze, el mois de Fevrier, le Lundi devant la Feste S. Pierre yver souz pierre.*

* Festum de Clavibus *et Lancea Christi solempne ordinavit* (Innocentius VI. PP.) *in Alemania et Boemia observandum et recolendum temporibus successivis.* Annal. Victor. MSS. ad ann. 1355. Vide *Festum Coronæ Christi*.

Festum Compassionis B. Mariæ. Vide Synodum Coloniensem ann. 1423. cap. 11.

* Vulgo *Notre Dame de Pitié*, quod celebratur die Veneris ante Dominicam Palmarum : *Festum Compassionis seu Septem dolorum*, in Breviar. Rom. Vide Haltaus. in Calendar. med. ævi pag. 71. ubi refert quod in collegiis quibusdam Jesuitarum sit societas religiosa, quæ appellatur *Fraternitas Compassionis*.

Festum Conceptionis B. Mariæ aiunt institutum ab Ildefonso Archiepisc. Toletano, ut est in ejus Vita. Alii ex quadam revelatione ab Herberto Abbate Ramesiensi, ut Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 240. et Gaufredus Vosiensis cap. 12. Ab Anselmo denique Cantuariensi Archiepiscopo, Concilium Londoniense ann. 1328. can. 2. Cœptum in Gallia celebrari circa annum 1145. ex S. Bernardi Epist. 174. colligit Baronius ad 8. Decembr. quem vide, ut et Lucam Tudensem lib. 3. contra Valdenses cap. 20. Quando vero apud Græcos cœperit, vide Combefisium tom. 1. Auctar. Bibl. Patr. pag. 1223.

* Tabul. S. Petri de Regula : *Anno Incarnationis Domini* 1154. *ego Atto prior, præsente domino Vasatensi episcopo Guillelmo Arnaldi collaudante, cum totius capituli nostri benigna unanimitate, statuimus ut Festum de beatæ Dei Genitricis Mariæ Conceptione, quod jam fere per totam Galliam devotissime ab omni Christiano percelebratur populo, hoc et a fratribus nostris et a tota plebe venerabiliter deinceps solemnizetur.* In ecclesia vero Parisiensi celebrari cœpit ann. 1288. ut ex Necrol. MS. ejusd. eccl. colligitur : *Anno Domini* 1288..... *obiit Ranulphus quondam Paris. episcopus, qui..... dedit nobis trescentas libras Paris. ad emendum redditus, pro Festo Conceptionis B. M. V. celebrando quolibet anno in ecclesia nostra.*

* Festum Conceptionis *S. Johannis Baptistæ* ad xxij. Sept. notatur in Calendar. S. Martial. Lemovic. ex Cod. reg. 1138.

* Festum Consecrationis Corporis Christi, Idem quod *Corporis Christi*, in Proces. super vita et mirac. Caroli ducis Brit. qui obiit ann. 1371. apud Cl. V. Garamp. in Dissert. 5. ad Hist. B. Chiaræ pag. 179.

Festum Conversionis S. Pauli, cur celebretur, pluribus docent Innocentius III. lib. 1. Epist. pag. 29. Edit. Venetæ, et Durandus lib. 7. cap. 4.

Festum Coronæ Christi. Henricus Rebdorff. ann. 1357 : *Hic etiam PP.* (Innocentius VI.) *ad supplicationem Regis Caroli speciale Festum in honore instrumentorum Dominicæ Passionis, videlicet hastæ, clavorum, et aliorum, in partibus Alemanniæ et Bohemiæ solenniter celebrandum indixit, feria 6. post Octavam Resurrectionis Dominicæ, et super hoc indulgentias dedit, et hoc fecit propter reverentiam Imperialium insignium, quod aliqua de prædictis instrumentis Rex Romanorum, seu Imperator in sua tenet custodia. Cujus quidem Coronæ festum in Regno Franciæ celebravit.* Magnum Chron. Belgic. pag. 304 : *Carolus IV. Imp. a Rege Franciæ obtinuit spinam unam de Corona Domini. Unde promeruit a PP. Innocentio VI. Festum fieri de Corona et Clavis Domini, quod celebratum feria 6. post octavam Paschæ, cum proprio cantu, et officio divino.* Auctor vero Vitæ Innocentii VI. pag. 117. *Festum de Lancea et Clavis Domini* vocat [Consule, si placet, Haltausium in Calendar. Germ. pag. 91. Ludewig. Dissert. de Noriberga insignium Imperii titulari in Append. et Seelen. Dissert. de Festo Lanceæ et Clavorum Christi.] Vide *Lancea Constantini M.* et *Regalia* 2.

Festum Coronæ Domini, seu Susceptionis Coronæ Dominicæ a S. Ludovico, in Usibus antiquis Cisterciensib. cap. 65. Vide Hist. nostram Gallo-Byzantinam lib. 4. n. 11. 12. 13.

* Obituar. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5191. fol. 166. r°. : *ij. Idus Augusti Festum duplex de Corona Domini.*

* Festum Coronæ, Alia notione. Vide supra in *Corona*.

Festum Corporis Christi, seu, ut vocant, *Sacrosancti Sacramenti*, celebrari primus instituit Urbanus IV. PP. 5. feria post Octavam Pentecostes, ann. 1264. Thierricus Vallischolar. in Urbano pag. 241 :

> Sic digne statuit, ut in anno Corporis hujus
> Tam Festum celebre fiat in orbe semel,
> Post Pentecostes octavas luce Jovis, nam
> Consumi Christus fecerat ista die.
> Hocque sui tempo fecit Papatus in anno,
> Officiumque novum continet ista dies.

Adde Hocsemium in Episcop. Leod. cap. 6. Thomam Walsinghamum pag. 111. Quid vero Festo isti indicendo occasionem præbuerit, pluribus edisserit Chapeavillus in Tractatu Historico de Vera Origine Festi Corporis Domini, post 2. tom. Rerum Leod.

* Festum S. Crispini Parvi. Lit. Caroli V. ann. 1379. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 456 : *Les varlez cordonnniers de nostre bonne ville de Paris requérans que comme passez sont cinq ans ou environ, ils aient ordonné à faire célébrer en l'honneur de mons. S. Crespin le Petit.... une messe chascune sepmaine au jour du Lundi en l'église nostre Dame de Paris,..... et aient en dévotion de y faire une confrarie;.... ottroions par la teneur de ces Lettres que ilz puissent fonder, faire et tenir ladite confrarie en nostre dite ville de Paris chascun an ,.... et ycelle faire cryer par ladite ville à la clochette.*

Digitized by Google

Festum S. Joannis Baptistæ Natalis. S. Augustin. Homil. 44. cap. 2 : *Quia in magno sacramento natus est Joannes, ipsius solius juste Ecclesia Natalem diem celebrat et Natalis Domini celebratur; sed tanquam Domini... Passionum diem servis plurimis celebramus, Nativitatis diem nemini nisi Joanni.* Vide eumdem Serm. 21. de Diversis, et Serm. 23.

Festum Decollationis S. Joannis Baptistæ. Vide Beletum cap. 147.

* *Saint Jehan Décolace*, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 278. Celebratur 29. Augusti.

Festum Discipulorum Christi, Idem quod sequens.

Festum Divisionis Apostolorum notatur in Martyrologiis Bedæ, Usuardi, et aliorum 15. Julii, quo scilicet Apostoli in diversas orbis provincias profecti sunt, ac dispersi sunt : unde *Festum de Dispersione Apostolorum*, apud Albertum Stadensem ann. 1098. appellatur. Kalendar. S. Victoris Parisiensis : 2. *Id. Julii Divisio Apostolorum ad prædicandum.* Chronic. Elwangense, et Compilatio Chronologica ann. 1291 : *Rex Romanorum Rudolphus obiit in Divisione Apostolorum.* Chronicon Montis S. Agnetis can. 10. ann. 1041 : *In crastino Divisionis Apostolorum.* Huc respexit Paulinus Natali 9 :

> ... Lux populis festiva recurrit,
> Qua sanctus quondam cœlo demissus ab alto
> Spiritus ignito divisit fulmine linguas.

Vide Baron. ann. 44. n. 13. 14. [In Missali Hierosolymitan. Equitum Argentorati ann. 1505. impresso, ut scribit Hofmannus in Lexico v. *Apostolorum Festum*, reperitur sub die 16. Julii commemoratoria Missa, quando Apostoli ad prædicandum per orbem divisi sunt, sub titulo : *Divisio Apostolorum.*]

** Festum Evangelismi. Vide in *Dominica.*

* Festum Eucharistiæ, Idem quod *Corporis Christi*, in Lit. ann. 1356. ex Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 777. et in Necrol. MS. Fratrum Min. Silvanect.

Festum Exaltationis S. Crucis. Vide Beletum cap. 151. Durand. lib. 7. cap. 29 Auctorem Vitæ Gregorii IX. PP. a Bosqueto editum pag. 221. Baron. ann. 628. num. 2. Puricellum in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ pag. 426. etc.

** Festum Exspectationis Mariæ, Die 18. Decembr. aliis 16.

¶ Festum S. Filiastri. Vide in *Filiaster.*

* Festum Florum. Chron. Patavin. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1119 : *Nono Kalendas Junii*, [** f. leg. *Julii.*] *dum fieret solemnitas Festi florum, sumta occasione festi, populus consulte armatur.* Et col. 1120 : *Ludos annuos instituunt ipsa die victoriæ, scilicet in vigiliis S. Johannis de Junio, cum floribus et pulegiis ad flumina cantantes incedunt.*

* Festum Herbarum, Idem quod *Assumptionis Deiparæ;* appellationis rationem profert Witeckindus in Pulo ecclesiast. : *Ferre solent mulieres in templa fasciculos herbarum,... ob quam causam Festum hoc vulgo Herbarum vocatur.* [** Sigillum Mariæ gloriosæ Virginis apud Haltaus. in Calend. med. ævi ad hunc diem : *Cur autem nos inolevit, quod flores et herbæ in ejus festivitate consecrantur, ob duas causas fieri comprobantur, quia ea die contant : Circumdabant eam flores rosarum et lilia convallium.... Alia causa est, quia de jure omnes fructus novi ante gustum deberent benedici... statuit ecclesia, ut in ejus festivitate primitiæ frugum benedicerentur a sacerdotibus.*]

Festum Hypapantes, seu *Occursus Domini*, 2. Febr. celebrari cœptum CPoli anno 15. Justiniani M. ut auctor est Theophanes. Vide Durandum lib. 2. cap. 6. num. 5. Baronium, etc. et infra in verbo *Hypapante.*

Festum S. Jacobi die 25. Julii celebratur, non quod hoc die decollatus fuerit, sed in Paschate, ut auctor est Honorius Augustod. lib. 3. cap. 163.

* Festum, seu *Festivitas Jherusalem quando capta fuit a Christianis* notatur ad xiv. Julii in Calendar. S. Martial. Lemov. ex Cod. reg. 1138.

* Festum Incarnationis Dominicæ, Idem quod *Annuntiationis Deiparæ.* Lit. remiss. ann. 1408 in Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 395 : *Die xxv^a. Martii ultimo præteriti, qua die celebratum fuit Festum Incarnationis Dominicæ, etc.*

* Festum Innocentum. Vide infra *Festum B. M. Magdalenæ* et *Kalendæ.*

Festum Inventionis S. Crucis, ut 5. Non. Maii solenniter celebraretur, instituit Eusebius PP. Microlog. cap. 55. Hoc festo carent Græci, ut ex eorum Menologiis constat.

Festum S. Joannis ante Portam Latinam, *est illa dies*, inquit Honorius Augustod. lib. 3. cap. 160. *qua Joannes Apostolus a Domitiano Cæsare ante eundem portam in dolium ferventis olei est missus, sed divinitus liberatus.* Vide Beletum cap. 126.

Festum S. Joannis Evangelistæ, seu *Dormitio*, incidit in diem Nativitatis S. Joannis Bapt. *Sed quia ob celebre officium illic agi non potuit, Ecclesia 27. Decembris die ejus festivitatem tnstituit, quando ab exilio rediit, vel ipsius Ecclesia dedicata extitit.* Ita Honorius August.

* Festum S. Joannis dicti *Confessoris*, fundatoris scilicet monasterii Reomaensis an. circ. 440. memoratur in Charta ann. 1360. ex Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 121. Hujus memoria celebris est in antiquis martyrologiis ad v. Cal. Febr.

* Festum de Lancea Christi. Vide supra *Festum de Clavibus.*

Festum S. Laurentii inter ea, quæ celebrari debent, recensetur, in Capitulari Aquisgranensi ann. 817. cap. 46. in Concilio Lugdunensi, et in Provinciali Cantuariensis Eccl. lib. 2. tit. 3. Vide Durandum lib. 7. cap. 23. et Beletum cap. 75. 145. præterea Guillelmum Neubrig. lib. 2. cap. 35.

¶ Festum Lazari præcipitur in antiquis Statutis Synod. Ecclesiæ Æduensis apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 475 : *Festa vero Nazarii et Celsi martyrum et Beati Lazari injungentur solemniter observari.*

¶ Festum Luminum, Idem quod supra *Festum Hypapantes*, sic dictum quod solemnis in eo fit cereorum benedictio. Chron. S. Ægidii apud Leibnit. tom. 3. Brunsvic. Script. pag. 573 : Ὑπαντὴ *Domini, id est, Festum Purificationis, hoc est, Festum Luminum dico.*

¶ Festum Luminum, vocabatur præterea a primis Christianis anniversaria baptismi dies, Græcis præsertim olim celebrata. Gregorius Naz. Orat. 39. initio : Ἡ γὰρ ἁγία τῶν φώτων ἡμέρα, εἰς ἣν ἀφίγμεθα, καὶ ἣν ἑορτάζειν ἠξιώμεθα σήμερον, ἀρχὴν μὲν τὸ τοῦ ἁγιοῦ χριστοῦ βάπτισμα λαμβάνει, τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς, τοῦ φωτίζοντος πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.

Festum Macchabæorum, in quod exstant complures Sanctorum Patrum Homiliæ. Vide Beletum cap. 142.

** Festum Magnæ Dominæ, apud Hungaros Assumptio.

* Festum B. M. Magdalenæ ludibriis atque ineptiis apud moniales celebre, ut *Kalendæ* apud clericos. Reg. visitat. Odonis archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 18. r°. : *Item inhibemus ne de cetero in Festis Innocentum et B. M. Magdalenæ ludibria exerceatis consueta, inducendo vos scilicet vestibus secularium, aut inter vos seu cum secularibus choreas ducendo.*

* Festum B. M. de Adventu, Idem quod *Conceptionis. La Nostre Dame des Avans*, in Charta ann. 1356. ex Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 629. in alia ann. 1397. ex Reg. 152. ch. 83. in Lit. remiss. ann. 1398. ex Reg. 153. ch. 242. etc.

* Festum B. M. Candelabricæ, Idem quod *Candelaria* 1. festum Purificationis B. M. in Stat. mag. Lamb. prior. Squillac. in Append. ad tom. 6. Annal. Bened. pag. 638. col. 2.

Natalis S. Mariæ ad Martyres, 3. Id. Maii in Libro Sacram. Gregor. M. festum, quod etiam *Dedicatio Ecclesiæ B. Mariæ ad Martyres* nuncupatur. Illud instituit Bonifacius IV. PP. converso Romano Pantheo in Ecclesiam S. Mariæ et omnium Martyrum. Vide Paulum Diac. lib. 4. Hist. Langob. cap. 37. lib. 5. cap. 11. Honorium Augustod. lib. 3. cap. 161. et Beletum cap. 127.

¶ Festum B. Mariæ de Nive a Nicolao PP. V. in Provincia Rotomagensi institutum ann. 1454. rogante Guillelmo de Estoutevilla Cardinali et Archiep. Rotomag. ut discimus ex Bulla ejusdem Nicolai inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1829.

* *Nostre Dame de la nef sizieme d'Aoust*, in Ch. ann. 1417. ex Tabul. capit. Carnot.

* Festum B. M. Cleophæ et Salomæ. Charta Fulcon. episc. Paris. ann. 1347. ad calcem Hist. trium Mariar. Joan. *de Venette* ex Cod. reg. 7581 : *In Festo B. M. Cleophæ, quod est vicesima quinta die Maii; et in Festo B. M. Salome, quod est vicesima secunda die Octobris.*

Festum S. Martini recensetur inter festa, quæ celebrari debent, in lib. 6. Capitul. cap. 189. in Capitulari Aquisgran. ann. 817. cap. 46. in Capitulis Walterii Aurelian. cap. 18. in Concil. Lugdun. sub Innoc. III. etc. Vide Capitulare Ahytonis Episcopi Basileensis cap. 8. et Beletum cap. 163.

¶ Festum S. Martini Bullientis, vulgo etiamnum *S. Martin Bouillant*, quod æstate 4. scilicet Julii celebretur. Computus ann.

Digitized by Google

1202. tom. 2. de Usu feud. pag. CLIX : *A die Martis ante Pentecostem usque ad diem Martis ante Festum S. Martini Bullientis... Petrus de Argeriis de* XXIIII. *diebus usque ad diem Martis ante S. Martinum Bulientem* VI. *lib.*

* FESTUM S. MARTINI HIEMALIS, quod die undecima Novembris celebratur, in Ch. ann. 1260. ex Tabul. Fiscan. et alibi passim. *Donné tesmoing mon seau le Samedi avant la saint Martin de verton l'an* 1351. in Ch. *de Baude Doré* amiraldi ducis Britan. Italis, *Vernino*, hiemalis, hibernus.

** FESTUM GLORIOSÆ MATRIS, DOMINICÆ MATRIS. Vide *Festum Annuntiationis Deiparæ.*

FESTUM S. MICHAELIS, *est illa dies*, inquit Honorius Augustod. lib. 3. cap. 167. *qua populus Christianus cum paganis pugnavit, et victoriam per S. Michaelem Archangelum obtinuit.* Vide Cathwlphi Ep. ad Carolum M. tom. 2. Hist. Franc. pag. 667. Beletum cap. 129. 153. et Durandum lib. 7. cap. 12.

* FESTUM MINISTERIORUM, *La Feste des mestiers*, in Lit. remiss. ann. 1394. ex Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 432 : *Environ la S. Martin d'iver le suppliant ala tendre fillé pour cuidier prendre un ou deux lievres ou connilz, pour donner à ses amis, ausquelz il entendoit faire honneur à la Feste des mestiers, qui est accoustumé d'estre faite chacun an à Pontoise en l'onneur et révérence de la Vierge Marie, et au profit de son église.*

FESTUM NATIVITATIS CHRISTI, festorum omnium *Metropolis* appellatum a Joanne Chrysost. Orat. de B. Philogonio, et ab Isaacio invectiva 1. in Armenios cap. 12 : Πρώτη ἑορτὴ καὶ ῥίζα, καὶ ἀρχὴ καὶ ἑορτῶν ἑορτὴ, καὶ μητρόπολις πασῶν ἑορτῶν. [** Vide Glossar. med. Græcit. col. 414.] S. Augustinus Epist. 119 : *Noveris diem Natalis Domini non in Sacramento celebrari, sed tantum in memoriam revocari, quod natus sit, etc.* Vide Joan. Nicænum Archiepisc. in Orat. de Nativit. Dom. edita a Combefisio pag. 300. 301. In Capitularibus lib. 2. cap. 35. et Concilio Mogunt. cap. 36. in Natali Domini dies quatuor celebrari jubentur. Hoc vero festo, si in feria sexta aut septima contigerit, carnibus vesci licet *propter excellentiam*, ut est apud Gregorium lib. 3. Decret. tit. 46. cap. 3.

FESTUM NATIVITATIS S. MARIÆ. Quomodo institutum fuerit, docet Honorius Augustod. lib. 3. cap. 16. his verbis : *Quidam solitarius vitam ducens sanctissimam, audivit annis singulis die Nativitatis S. Mariæ Genitricis Dei harmoniam concentus Angelorum in cælo : qui cum miraretur, quid hoc esset, et orasset intente, dictum est illi per Angelum, quod ea die nata sit S. Maria. Cujus Nativitatis cum ignoretur ab hominibus in terra, venerabiliter eam excolunt in cælis Angeli. Quod ille referens Ecclesiæ, statuta est ejus Nativitas solenniter celebrari.* Adde Beletum cap. 149. et Durand. lib. 7. cap. 28. præterea Vitam Gregorii IX. PP. apud Bosquetum pag. 222. Vide supra *Festum Concept. La Septembrate* vocant hoc festum Statuta MSS. *pour les Seliers et les Peintres de Paris : Nul ne peut ouvrer au Dimanche, ne aux quatre Festes nostre Dame, c'est assavoir à la Myaoust, à la Septembrate, à la Chandeleur, et en Mars, etc.* [** Appellatur *Septembraiche*, in Ch. ann. 1270. ex Tabul. Carnot. *Septembresce*, in Stat. ann. 1311. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 272. *Septembreche*, in Lit. remiss. ann. 1383. ex Reg. 123. ch. 175.] *L'Angevine* appellatur apud Andegavenses, seu *Andegavina*, quod censuum ac redituum prædiorum in ea Provincia solutiones fere omnes in hoc festum incidant, non vero, quod illud institutum fuerit a S. Maurilio Andegavensi Episcopo, uti censuit Bordinius in Hist. Andegav. pag. 16. cum ejus celebritatis memoriam tum primum auditam in Galliis plerique velint sub Carolo Calvo, quod in Capitulis Walterii Episcopi Aurelianensis, editis a Cellotio cap. 18. illius meminerit, de ea vero sileant Herardus Turonensis, Hincmarus Remensis, Isaac Lingonensis, et Theodulfus, et ipsi Aurelianenses Episcopi. Istius porro nomenclaturæ crebra est mentio in Regesto Ludovici Regis Siciliæ in Camera Comput. Paris. fol. 74 : *Jean Hardoul doit foi simple à 6. den. de devoir au jour de l'Angevine par chascun an.* Fol. 54 : *Rentes, que plusieurs personnes doivent à l'Angevine.* Fol. 63 : *Des rentes et froment deus chascun an au jour de l'Angevine.* Fol. 72 : *Messire Brient de Coismes Chevalier, home lige à cause de la terre de Gubis, a 12. den. de service par an au jour de l'Angevine.* Adde quæ observavit vir doctissimus, ipseque Andegavensis, Ægidius Menagius in Orig. linguæ Francicæ pag. 676.

* Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 281 : *Icellui Huet, qui de Derval en Bretaigne, estoit venuz à Angiers à la foire, appellée l'Angevine, le jour de Feste Nostre Dame en Septembre. La seurveille de la Feste Nostre Dame l'Angevine en Septembre*, in aliis Lit. ann. 1451. ex Reg. 185. ch. 115.

FESTUM OMNIUM SANCTORUM. *Scriptum est in Gestis Pontificalibus*, inquit Alcuinus lib. de Divin. Offic. *quod S. Bonifacius PP.* (IV.) *quandam domum Romæ, Pantheon nomine, quæ erat consecrata in honore omnium dæmoniorum, eliminatis omnibus spurcitiis, sacraverit Ecclesiam in honore sanctæ Dei Genitricis, omniumque Sanctorum. Unde constitutum est, ut plebs universa per totum orbem in Kl. Novembribus, sicut in die Natalis Domini, ad Ecclesiam in honore omnium Sanctorum ad Missarum solennia convenire studeat, illud attendentes, ut quidquid fragilitas humana per ignorantiam aut negligentiam in solennitatibus Sanctorum minus plene peregisset, in hac sancta observatione solveretur.* Honorius Augustod. lib. 3. cap. 168 : *Festivitatem Omnium Sanctorum Gregorius PP. Junior instituit, quam prius Bonifacius PP. in honore S. Mariæ et omnium Martyrum servandam censuit.* Chronicon Reichersperg. aun. 831. Gregorium IV. PP. ait, Ludovici Pii consensu, statuisse, ut secundum Romanam consuetudinem per totam Galliam ea festivitas Kal. Novembr. deinceps ageretur : quam sanctam constitutionem ab eo tempore servat omnis in toto terrarum orbe Catholica Ecclesia. Adde Sigebertum ann. 835. Durandum lib. 7. cap. 34. et Baronium ad. 1. Novemb. in Martyrolog. *Memoria Omnium Sanctorum*, apud Ditmarum lib. 6. pag. 71. apud Græcos Festum omnium SS. celebratur die Dominica proxima post Dominicam Pentecostes. Vide Evangelistarium Gr. et Theoph. Cerameum Homil. 41.

* FESTUM OZANNÆ, Dominica palmarum, in cujus solemni processione *Osanna* cantatur. Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 284 : *Environ la Feste de l'Ozanne, etc.* Vide supra *Dominica Osanna.*

FESTUM PALMARUM, apud Conradum Usperg. ann. 1106. Dominica, quæ præcedit Pascha : βαιοφόρος Græcis. Luithprandus lib. 3. cap. 5 : *In ea, quæ est ante* βαιοφόρον, *quod nos Palmarum ramos dicimus, hebdomada, etc.* Vide *Dominica Palmarum* [** et Glossar. med. Græcit. voce Βαΐς, col. 166.]

* Charta ann. 1079. ex Chartul. Vindoc. ch. 374 : *Venditoribus inter censum et suæ consuetudinis epulum xviij. denarii reddendi sunt omni anno ad diem festum Palmarum.*

FELTUM PASSIONIS S. PETRI. Vide Catwlphum in Epist. ad Carolum M. tom. 2. Hist. Fr. pag. 667.

FESTUM S. PETRI AD VINCULA, Kal. Augusti, institutum ferunt, jussu Eudoxiæ Augustæ Imp. Theodosii uxoris, ut populus revocaretur a gentilis superstitionis pompa, quam quotannis celebrabat ea die, pro victoria Octaviani Aug. de Antonio et Cleopatra Kal. Augusti relata. Ita Honorius Augustod. lib. 3. cap. 164. Beletus cap. 141. Durandus lib. 7. cap. 19. Andreas Silvius ann. 439. et Chronicon M. Belgicum pag. 14. etc. At Scaliger lib. 5. de Emend. temp. Actiacam victoriam 3. die Sept. non autem Kal. Augusti contigisse probat : unde elicit, aliud solenne veteris superstitionis fuisse.

FESTUM S. PETRI EPULARUM, ita appellatum *Festum Cathedræ S. Petri Antiochiæ*, quod ethnici hac die ad parentum sepulcra convivia agerent : quæ quidem festivitas *Cara cognatio* nuncupabatur. Vetus Glossarium cap. de Diebus festis : *Cara cognatio*, τιμησιγενία : ubi reponunt viri docti φιλία, vel τιμία συγγένεια. Kalendarium rusticum apud Gruterum pag. 138. in mense Febr. *Lupercalia, Cara cognatio, Terminalia.* Aliud Kalendarium a Bucherio editum habet hac die *Caristia*, ut 9. Kl. Mart. *Feralia*, 7. Kl. *Terminalia; Lupercalia* denique 15. Kal. Mart. Kalend. Herwarti, 8. Kl. Mart. *Caristia.* Ita *Caristia* idem valet ac *Cara cognatio.* Appellationis posterioris rationem indicat Ptolomæus Silvius in Laterculo : 8. *Kal. Mart. Depositio S. Petri et Pauli. Cara cognatio, ita dicta, quia tunc, etsi fuerint vivorum parentum odia, tempore obitus deponuntur.* Papias ex Glossis antiquis MSS. : *Caristia, dies festus inter cognatos.* Agebantur porro in hoc ethnicorum festo solennes epulæ ad parentum sepulcra, Φιλικὰ συμπόσια, in Chronic. Alexandrin. pag. 268. quæ quidem, ut abolerentur superstitiones, Ecclesia festum cathedræ S. Petri Antiochiæ hac die celebrari præcepit. Beletus cap. 83. ex quo Durandus lib. 7. cap. 8. *Dicitur*, inquit, *Festum B. Petri Epularum. Fuit enim consuetudo veterum ethnicorum, ut singulis annis mense Februarii certo quopiam die epu-*

Digitized by Google

las ad parentum suorum tumulos apponerent, quas nocte dæmones consumebant, cum inde non minus falso quam ridicule animæ refici credebantur. Putabant enim hujusmodi epulas ab animabus circa tumulos errantibus absumi. Hæc autem consuetudo atque hujusmodi falsæ opinionis error a Christianis vix extirpari potuit. Quod quidem, cum viri sancti animadvertissent, ac penitus illam consuetudinem extinguere voluissent, instituerunt Festum de Cathedra S. Petri, tam de illa, quæ fuit Romæ, quam quæ Antiochiæ, idque eodem die, quo abominanda illa ab ethnicis fiebant, ut solenni hoc festo pravæ illius consuetudinis festum omnino extingueretur. Unde etiam ab illis epulis festum hoc appellatum est B. Petri Epularum. Vide Concil. Turonense II. can. 22. et Capitul. Caroli M. lib. 6. cap. 194. [** 197.]

* Vitæ SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 62. r°. col. 2 : *Ceste feste de la cathédration de S. Pierre soloit estre apelée Feste de les viandes de S. Pierre. Coustume fu anciennement des paiens, ensi comme maistres Jehanz Beletz dist, que il offroient chascun an ou mois de Février à certain jour viandes sus les tombes de lor parenz, et iqui de nuit li Diable les gastoient, et il cuidoient que les ames, qui aloient de lez les tombes, lesqueles il apeloient umbres, les gastaissent.... Ceste coustume de celes viandes à paines que l'on la pot oster as Crestiens.*

* Festum S. Petri ad Equites. Lit. remiss. ann. 1389. mense Sept. in Reg. 136. Chartoph. reg. ch. 163 : *Le jour de la saint Pierre aux chevaliers darrainement passé, etc.*

Festum Præsentationis, cujus auctor dicitur Anselmus de *Chantemerle* Episcopus Redonensis, qui obiit anno 1389. Vide Gall. Christianam.

* Quod a Gregorio PP. XI. approbatum ann. 1374 Philippo de Maceriis suggerente Carolus V. in capella regis ac deinde, anno scilicet 1374. in aliis ecclesiis celebrari jussit; cujus institutionem a Clemente VII. PP. confirmari obtinuit idem Philippus ann, 1385. Hæc pluribus docet D. *Le Beuf* in Dissert. quæ extat tom. 17. Comment. Acad. Inscript. pag. 504. 505. et 509. Hidebrando de Diebus festis pag. 41. idem est atque *Festum Purificationis.* [** Vide Glossar. med. Græcit. voce Ἀπόδοσις τῆς θεοτόκου, col. 101. et Εἰσόδια col. 357.]

** Festum Primitiarum, apud Anglosaxones, S. Petri ad Vincula.

¶ Festum Purificationis S. Mariæ observandum præcipitur lib. 2. Capitul. cap. 35. et alibi.

Festum Reliquiarum, seu Commemoratio Sanctorum, quorum reliquiæ sunt in ea Ecclesia, in qua celebratur. Statuta antiqua Ordin. Cartusiensis 1. part. cap. 28. § 7 : *Festum Reliquiarum solenniter celebramus ; Conversi tamen et mercenarii debent laborare, sed non circa domum superiorem. In hoc festo dicuntur Capitula plurimorum Martyrum ; Responsoria vero et Antiphonæ, sicut in Festo omnium Sanctorum.* Et § 12 : *In Octavis Festi Reliquiarum Ecclesiæ superioris, fiat festum Reliquiarum Ecclesiæ inferioris ; non tamen cessatur ab operibus.* Adde cap. 32. § 1. part. 2. cap. 12. § 6.

* Festum Relevationis B. Stephani, id est, Relevationnis seu Inventionis, quod 3. Aug. celebratur, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 336.

* Festum Rosæ. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 613 : *Comme le jour de l'Ascension, icellui Goeron, demourant au bourc la royne, venoit de la Feste de la Rose, qui avoit esté cellui jour en la ville de Baigneux.*

** Festum Sacramenti, in Northof. Chron. Marcan. ap. Meibom. Script. tom. 1. pag. 403 Festum Corporis Christi.

Festum Sanctificationis Deiparæ. Statuta ann. 1368. Ord. Cartusiensis 1. part. cap. 2. § 8 : *In Festo Sanctificationis Beatæ Mariæ fiat officium, sicut in Nativitate ejusdem, nomine Nativitatis in nomen Sanctificationis transmutato.*

* Festum Sanctissimi Sacri, Idem quod *Corporis Christi.* Epist. abbat. Bened. Paris. congregat. ann. 1352. in Lib. nig. priorat. S. Petri Abbavil. fol. 509. r°. : *Festum Sanctissimi Sacri seu Eucharistiæ Domini. Festum sacræ venerationis Eucaristiæ,* in Charta Phil. V. ann. 1319. ex Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 64. Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 81. ch. 857 : *In die festivitatis sanctissimi Sacramenti, Charlotus Berengarii et Johanninus le Page in villa Paris. quia festivitas baculi parrochiæ SS. Sacramenti celebratur, tripudiare iverunt. La Feste du Sacre Nostre Seigneur,* in aliis Lit. ann. 1448. ex Reg. 179. ch. 164. Poema cui titulus *Les Adventures advenues en France* ab ann. 1214. ad ann. 1412 :

Mil et trois cent dix-huit, quand le chier temps passa,
Dompt Gille l'Augustin, qui en ce temps régna,
Par consail aux saiges la Feste Dieu trouva.
Dieu gart, qui en estat tousjours la maintendra.

* Festum Septem Dolorum. Vide supra *Festum Compassionis B. M.*

* Festum Septem Fratrum. Annal. Dominican. Colmar. ad ann. 1268 : *Circa Columbariam non pluit duodecim septimanis, videlicet a festo Matthiæ usque ad Festum septem Fratrum. Les sept Freres,* in Calend. antiquo Metensi ad diem septimam Julii.

* Festum Septem Gaudiorum B. M. ad 11. Calend. Sept. notatur, sed manu recentiori, in Martyrol. eccl. SS. Steph. et Sebast. Narbon. ex Cod. reg. 5255.

* Festum Sancti Sepulcri memoratur in Charta ann. 1179. ex Chartul. Miciac.

Festum Stellæ. Vide *Stella.*

¶ Festum S. Theclæ. Concil. Terracon. ann. 1329. cap. 35. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 294 : *Mandamus, quatenus observent constitutiones editas in sacro Concilio Terracone super observatione Festivitatis B. Theclæ virginis et martyris, quæ nono Calendas Octobris festivari intitulatur, per suas civitates et diœceses in abstinentia cibali et servilis operis faciant celebrari.*

* Festum S. Thomæ cum choreis et hastiludio celebratum apud Corbeienses. Chartul. Corb. sign. *Cæsar* fol. 95. v°. : *A esté donné congié.... de faire et commencher la Feste de monseigneur S. Thomas, d'y bien y faire hourt et y dausser, comme il est de raison.*

Festum Transfigurationis Domini. Hanc festivitatem, inquit Beletus cap. 144. factam constat sub finem hiemis, et circa principium veris, cum videlicet de illa legitur Evangelium. Notat vero idem Scriptor, Christi sanguinem eadem hac die ex novo vino, si inveniri possit, aut aliquantulum ex matura uva in calicem expresse, et racemos benedici, indeque homines communicare, etc. [** Vide Glossar. med. Græcit. voce Θαβώρ, col. 482.]

¶ Festum Translationis Jesu, idem quod *Transfigurationis*, in Testamento Rotherhami Episcopi Eborac. ann. 1498. in Lib. nig. Scaccarii pag. 667 : *Ego Thomas Rotherham Archiepiscopus Eboracensis sanus mente, laus Deo, sexto die mensis Augusti in festo Translacionis Jhesu, et festo ejusd. nominis, etc.*

Festum SS. Trinitatis. [Statuta Synod. Ecclesiæ Leodiensis ann. 1287. apud Marten. tom. 4. Anecd. col 851 : *Item, statuimus, quod Festum Trinitatis dominicæ post octavam Pentecostes, quæ vocatur octava Trinitatis, cum* IX. *lectionibus et debita solemnitate fiat.*] Vide Rupertum lib. 11. de Divin. Offic. cap. 2. Microlog. cap. 60. Drogonem lib. Miraculor. S. Winnoci cap. 4. lib 2. Decretal. tit. 9. cap. 2. et Baron. præterea Concilium Arelat. ann. 1260. can. 6.

* Unum in hieme, alterum in æstate celebrari solitum sequentia innuere videntur. Chartul. S. Nicasii Mellet. : *Actum anno Domini* 1 53. *die Mercurii post Trinitatem æstivalem. Le Dimanche jour de la Trinité d'esté, quatrieme jour de Juing l'an* 1357. in Tabul. episc. Carnot.

* Festum Valletorum, id est Juvenum et innuptorum. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 301 : *Comme d'ancienneté il ait en la ville Donnemarie en Montois en Brie une confrarie, appellée la Feste aux varlés, laquelle est par chascun an le Dimenche plus prochain après la saint Denis.* Aliæ ann. 1383. in Reg. 122. ch. 379 : *Le Dimenche jour de la Feste aux varlez de la ville de Doucilli, que l'en appelle la feste du baston S. Pierre, etc.*

Festum Visitationis, ab Urbano VI. institutum, et a Bonifacio IX. confirmatum, vel potius publicatum, occasione schismatis in Ecclesia componendi, ut habent Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. pag. 268. et Mag. Chronicon Belgicum pag. 322. Adde Baron. Metropolim Salisburg. tom. 1. pag. 170. etc.

Festum Aman, apud Judæos institutum in memoriam supplicii Amanis, qui in eo patibulo, quod Mardochæo paraverat, suspensus est, ut habetur in lib. Esther, et apud Josephum lib. 11. cap. 6. Celebrabatur autem hoc festum 14. et 15. mensis 12. *Adar,* qui Februario et Martio respondet. Hujus meminit lex 18. Cod. Theod. de Judæis, cælicol. etc. (16, 8.) ad quam consulendus Jacob. Gothofredus, [et Altercatio inter Theophilum Christ. et Simonem Jud. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 11 : *Scimus Aman maledictum a patribus nostris pro merito suo esse suspensum, qui genus nostrum petierat in perditionem, in cujus morte peracta revoluto anno gratulamur, sollemnia votorum festa celebramus, quod a patribus nostris accepimus.*]

* Festum Cabanarum, an Tabernacu-

Digitized by Google

lorum. de quo Levit. cap. 23. v. 34. Testam. Isaac medici Carcassoni. Judæi ex Chartoph. reg. Montispess. : *Item volo et mando quod dictum modium vini detur et dividatur quolibet anno per quatuor partes et per quatuor festivitates, videlicet in Festo cabanarum unam sarcinatam.*

Festum Asinorum, cujus Officium, quod die Christi Natalitio celebrabatur, ut et nomenclaturæ rationem, accipe ex Ordinario Ecclesiæ Rotomagensis MS : *Nota, Cantor, si Festum Asinorum fiat, processio ordinetur post Tertiam. Si non fiat Festum, tunc fiat processio, ut tunc prænotatur. Ordo processionis Asinorum secundum Rothomagensem usum. Tertia cantata, paratis Prophetis juxta suum ordinem, formace in medio navis Ecclesiæ linteo et stuppis constituta, processio moveat de claustro, et duo Clerici de secunda sede in cappis processionem regant, hos versus canentes*, Gloriosi et famosi. *Chorus*, Gloriosi. *Vers.* Cujus ortum. *Chorus*, Gloriosi. *Vers.* Quem futurum. *Chorus*, Gloriosi. *Vers.* Impiorum Judæorum. *Chorus*, Gloriosi. *Vers.* Sed Judæi. *Chorus*, Gloriosi. *Vers.* Israel infideli. *Chorus*, Gloriosi. *Vers.* Gentes unde. *Tunc processio in medio Ecclesiæ stet, et sex Judæi sint ibi parati, et ex altera parte Gentiles, et omnes Gentes vocent ita Vocatores*, Omnes Gentes, Dominus homo fit. *Hic vertant se Vocatores ad Judæos*, O Judæi, verbum Dei. *Vers.* Vestræ legis testes. *Judæi respondeant*, Nos mandatum vobis. *Vocatores ad Gentiles dicant*, Et vos Gentes non credentes. *Gentiles respondeant*, Deum verum Regem rerum (f. Regum.) *Vocatores, prius Moysem, ita dicentes*, Tu Moyses Legislator. *Tunc Moyses, tenens tabulas legis apertas, indutus alba et cappa, et cornuta facie, barbatus tenens virgam in manu, dicat*, Vir post me veniet exortus. *Hoc dicto, Vocatores eum ducant ultra fornacem, dicentes*, Iste cœtus, psallat lætus. *Chorus*, Quod Judæa. *Vocatores dicant ad Amos*, Amos mentis. *Tunc Amos senex barbatus spicam tenens, dicat*, Ecce dies venient. *Vocatores, Chorus*, Quod Judæa. *Vocatores dicant Ysaiæ*, Ysaias verbum qui scit. *Ysaias barbatus, alba indutus, per mediam frontem rubea stola distinctus, dicat*, Est necesse virga Yesse. *Vocatores, etc. Vocatores ad Aaron*, Aaron, doce populum. *Aaron ornatus Pontificalibus indumentis, et mitra, barbatus, tenens florem, dicat*, Virga Jessé florida. *Vocatores, etc. Vocatio Jeremiæ*, Qui vocaris Iheremias. *Iheremias sacerdotali habitu ornatus, et barbatus, tenens rotulum, dicat*, Sic est, hic est Deus noster. *Vocatores, etc. Vocatio Danielis*, Daniel judica voce Prophetica! *Daniel indutus viridi tunica, juvenilem vultum habens, tenens spicam, dicat*, Sanctus Sanctorum veniet. *Vocatores, etc. Vocatio Abacuc*, Abacuc Regis cœlestis. *Abacuc, senex claudus, Dalmatica indutus, habens in pera radices et longus palmas, habens unde gentes percutiat, comedens, dicat*, Opus tuum inter * bini, *Vocatores, etc. Duo missi a Rege Balec, dicant*, Balaam, veni et fac. *Tunc Balaam ornatus, sedens super asinam*, (hinc festo nomen,) *habens calcaria, retineat lora, et calcaribus percutiat asinam, et quidam juvenis, tenens gladium, obstet asinæ. Quidam sub asina dicat*, Cur me calcaribus miseram sic lædis? *Hoc dicto Angelus ei dicat*, Desine Regis Balac præceptum perficere. *Vocatores Balaam*, Balaam, esto vaticinans. *Tunc Balaam respondeat*, Exibit ex Jacob rutilans. *Vocatores, etc. Vocatio Samuelis*, Accede, Samuel. *Samuel religiose indutus, dicat*, in Israel faciet Rex Verbum! *Vocatores, etc. Vocatio David*, Dic tu, David, de nepote causas. *David ornatus regalibus ornamentis, dicat*, Universus grex conversus adorabit Dominum. *Vocatores, etc. Vocatio Osee*, Auser Osee, plebi Hebrææ cæcitatem. *Osee barbatus dicat*, Deus nuntiavit de filio David in præsenti. *Vocatores, etc. Vocatio Johelis*, Johel, leva vocem cum cæteris. *Johel diversum habens cultum, et barbatus dicat*, Effundam de Spiritu meo, dicit Dominus. *Vocatores, etc. Vocatio Abdiæ*, Fac, Abdia, præconia venturi Salvatoris. *Abdias diversum habens cultum, barbatus, dicat*, Et in monte Syon salvatio erit. *Vocatores, etc. Vocatio Jonæ*, De persona Christi, Jona, quæ sunt in te mystica? *Jonas calvus, alba indutus, dicat*, O Judæi, hujus rei signum gemis fatuum. *Vocatores, etc. Vocatio Micheæ*, Effice, Michea, quod credat plebs. *Micheas diversum cultum habens, barbatus, dicat*, Descendet Dominus, cui non est terminus. *Vocatores, etc. Vocatio Naun*, Naun, plebi Judaicæ dic. *Naun senex respondet*, Super montes Evangelizantis. *Vocatores, etc. Vocatio Sophoniæ*, Esto nobis, Sophonia. *Sophonias barbatus dicat*, In medio tui, Syon, Rex regnabit. *Vocatores, etc. Vocatio Aggei*, Audiamus os Aggei, ut exponat. *Aggeus, sentiem valtum gerens, dicat*, Veniet cunctis Gentibus Rex desideratissimus. *Vocatores, etc. Vocatio Zachariæ*, Veni, Zacharia, Fili Barachiæ. *Zacharias barbatus dicat*, En Rex tuus venit justus, Filia Syon. *Vocatores, etc. Vocatio Ezechielis*, Profer nobis, Ezechiel, adventum. *Responsio ejusdem*, Per clausam januam Rex intrabit solus. *Vocatores, etc. Vocatio Malachiæ*, Palam nobis refer, Malachia. *Responsio ejusdem*, Scimus, hoc dicente Deum. *Vocatores, etc. Vocatio Zachariæ, Patris S. Joannis*, Zacharia, os aperi. *Ipse ornatus quasi Judæus, dicat*, Per viscera dulcifluæ Dei misericordiæ. *Vocatores, etc. Vocatio Elizabeth*, Illud, Elisabeth, in medium. *In persona alba quasi prægnans, dicat*, Quid est rei, quod me mei. *Vocatores, etc. Vocatio S. Johannis Baptistæ*, Da, Baptista, ventris cista clausus. *Ipse nudus pedes tenens textum, dicat*, Venit talis, sotularis, cujus non sum. *Vocatores, etc. Vocatio Simeonis*, Quid dixisti, Symeon, cum in tua? *Symeon senex respondeat*, Dei nostri Salvatoris conspexerunt cæli. *Vocatores, etc. Vocatio Virgilii*, Maro, Maro, vates Gentilium, da Christo. *Virgilius in juvenili habitu, bene ornatus, respondeat*, Ecce polo demissa soles! *Vocatores, etc. Interim Nabuchodonosor quasi Rex paratus ostendens imaginem duobus armatis, dicat*, Huc venite, vos armati. *Tunc armati, ostendant imaginem Pueris, dicentes*, Regi gratum famulatum. *Interim ostendant imaginem tribus pueris, dicentes*, Huic sacro simulacro. *Tunc Pueri imaginem respuentes, dicant*, Deo soli digno coli. *Hoc audito Armati Pueros ducant Regi dicentes*, Quia tuum stabilitum non timet is. *Tunc ostendant Pueros Regi, dicentes*, Rex, tua salventur. *Tunc Rex iratus dicat*, Ergo tales assumantur. *Tunc Armati ducentes Pueros ad fornacem, dicentes*, Reos digne jam in igne. *Tunc mittantur Pueri in fornace, et accendatur. At illi facti liberi, dicant*, Benedictus es, Domine Deus, etc. *Rex hoc audiens admirans, hoc dicat*, En, quid cantant illi tres? *Armati dicant*, Deum laudant. *Tunc vocatores dicant Regi*, Puerum cum Pueris Nabuchodonosor. *Rex fornacem ostendens, dicat*, Tres in igne positi Pueri. *Vocatores, etc. Vocatio Sibyllæ*, Tu, Tu, Sibylla, vates illa. *Sibylla coronata, et muliebri habitu ornata, dicat*, Judicii signum tellus sudore. *Vocatores, etc. Quo finito, omnes Prophetæ et Ministri in pulpito canlent hos versus*, Ortum prædestinatio parvo sabbati spatio. *Hoc finito, Cantor incipiat ad introitum Chori Responsorium*, Confirmatum est cor Virginis. *Prophetæ et Ministri regentes Chorum secundum suum ordinem incipiant ad Missam Officium*, Puer natus, Kyrie, et Gloria, etc.

☞ Longe ridiculosior erat festivitas quæ Bellovaci olim die 14. Januarii celebrabatur. Ut enim Virginem Mariam in Ægyptum cum puero Jesu fugientem repræsentarent, pictoribus nimium creduli pulcherrimam eligebant puellam, quæ infantem in signum gestans, et super asinum, ad id eleganter ornatum, sedens, ab Ecclesia Cathedrali ad parochiam S. Stephani magno cum apparatu ducebatur, comitante Clero et populo. Ad parochiam cum pervenisset prompaticus ille cœtus, sanctuarium ipsum ingrediebatur puella; quæ cum asino a parte Evangelii prope altare collocabatur; moxque incipiebat Missa solemnis cujus *Introitus, Kyrie, Gloria, Credo, etc.* hac modulatione *Hinham* concludebantur; sed quod magis stupendum, Rubricæ MSS. hujusce festi habent : *In fine Missæ Sacerdos versus ad populum vice, Ite Missa est, ter Hinhannabit : populus vero vice, Deo gratias, ter respondebit, Hinham, Hinham, Hinham.* Hæc ægre retulimus, utpote quæ theatro magis conveniant quam Ecclesiasticæ cæremoniæ; attamen cum ab instituto nostro non omnino abhorreant, Prosam quoque subjiciemus quam coronidis instar inter Missarum solemnia decantabant; hanc nobis suppeditavit præter Edita MS. codex 500. annorum : unde de antiquitate illius festi judicare licet.

Orientis partibus,
Adventavit Asinus,
Pulcher et fortissimus,
Sarcinis aptissimus.
Hez, Sire Asnes, car chantez,
Belle bouche rechignez,
Vous aurez du foin assez
Et de l'avoine à plantez.
Lentus erat pedibus,
Nisi foret baculus,
Et eum in clunibus
Pungeret aculeus.
Hez, Sire Asnes, etc.
Hic in collibus Sichem,
Jam nutritus sub Ruben,
Transit per Jordanem,

Saliit in Bethlehem.
Hez, Sire Asnes, etc.
Ecce mágnis auribus
Subjugalis filius
Asinus egregius
Asinorum dominus.
Hez, Sire Asnes, etc.
Saltu vincit hinnulos,
Damas et capreolos,
Super dromedarios
Velox Madianeos.
Hez, Sire Asnes, etc.
Aurum de Arabia,
Thus et myrrham de Saba
Tulit in Ecclesia
Virtus Asinaria.
Hez, Sire Asnes, etc.
Dum trahit vehicula
Multa cum sarcinula,
Illius mandibula
Dura terit pabula.
Hez, Sire Asnes, etc.
Cum aristis hordeum
Comedit et carduum;
Triticum a palea
Segregat in area.
Hez, Sire Asnes, etc.
Amen, dicas, Asine, (*hic genuflectebatur*)
Jam satur de gramine :
Amen, amen itera
Aspernare vetera.
Hez va! hez va! hez va, hez!
Bialx Sire Asnes car allez;
Belle bouche car chantez.

Nec minori pompa decentiorive cultu eadem hæc festivitas Æduis celebrabatur. Asinum vestiebant aureo panno, cujus angulos ferre nonnisi quatuor e præcipuis Canonicis concedebatur; alii vero adesse tenebantur *in vestitu decenti sicut in die Nativitatis;* sicque tandem asinum frequenti stipatum turba solemni ritu ducebant : adeo ut quo magis hæc ridenda videantur, eo religiosiori cultu observata fuerint. Hæc abolere censuris ecclesiasticis non semel tentarunt Episcopi, sed frustra, altissimis quippe defixa erat radicibus, donec supremi Senatus accessit auctoritas, qua tandem hoc festum supressum est.

* Variis temporibus atque cæremoniis, pro diversarum ecclesiarum more, peragebatur hoc festum, ut ex prolatis supra colligitur. Ubi non aderat ipsamet asina, ipsius effigies retro altare collocabatur. Ordinar. MS. eccl. Camerac. fol. 36. r°. ad Dominicam Palmarum : *Asina picta remanet retro altare usque post Completorium iv. feriæ.* [** Vide Haltaus. Chronol. in *Dominica Palmarum*, pag. 225. edit. German.]

Festa, seu Solemnitates Candelarum, dicuntur apud Cartusienses solenniora festa, in quibus in sacris officiis accenduntur candelæ, in Statutis antiq. ejusd. Ord. 1. part. cap. 31. §. 2. 5. cap. 32. ubi eæ recensentur, scilicet : *Natalis Dom. S. Jounnis, S. Stephani, Innocentium, Circumcisionis, Apparitionis, Purificationis, etc.* Mox subjungitur : *In Vesperis et Matutinis, et Missa, itemque Vesperis duas candelas accendimus : et si quis voluerit plures accendere in prædictis præcipuis festis, ultra quatuor non accendat.* Adde cap. 41. § 27. Statuta ejusd. Ord. ann. 1368. 1. part. cap. 2. § 36. 37 : *Moniales possunt festum* XI. *millium Virginum solemniter ac cum Candelis, et Monachi cum Capitulo celebrare.... In festo S. Hugonis Lincolniensis, quod cum Candelis celebramus, etc.* Adde cap. 3. Forte, quia in aliis diebus unica accenderetur. [Ejusmodi festi meminit Liber de doctrina Novitiorum Ord. Grandim. cap. 1. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 1826 : *Quia diebus ferialibus et Festis unius Candelæ, etc.*] Vide Ordinarium Prænonst. cap. 1. [In lib. de doctrina, etc. mox laudato cap. 1 : *Sed in Festis duarum Candelarum vel trium, et infra octavas quæ cum duabus Candelis accendendis in Vesperis et Matutinis celebrantur.* In antiquis Constit. Ord. Vallis caulium apud eumdem. tom. 4. col. 1057. festa quibus duæ candelæ accenduntur majores sunt solemnitates, ut Natale Domini, Pascha, etc.]

Festa Capituli, in Ordine Cartusiensi, dicuntur *Solemnitates, in quibus de consuetudine fit collatio in Capitulo Monachorum.* Hæ porro sunt : *Nativitas Domini, Epiphania, Purificatio Virginis gloriosæ, Annuntiatio, Resurrectio, Ascensio, Pentecoste, Nativitas S. Joan. Bapt. Festum B. Mariæ Magdalenæ, Festa Assumptionis et Nativitatis Dei Genitricis, S. Michaelis, et omnium Sanctorum, et S. Hugonis Lincolniensis.* Ita Statuta nova sub Guillelmo Rainaldo Priore 1. part. cap. 3. n. 2. *Festa, quæ Capitulum habent*, in Statutis antiq. ejusd. Ord. part. 2. cap. 8. § 10 : *Festum* 12. *lectionum non habens Capitulum*, cap. 14. §. 22.

Festum Carbonum. Vide *Carbo.*

Festum Kalendarum, Festum Fatuorum, Festum Hypodiaconorum. Vide *Kalendæ.*

Festum Imperatoris. In veteri Inquesta Mediolanensi, apud Puricellum in Basilica Ambrosiana pag. 1068. mentio fit *Festi, quod celebratur annuatim pro Imperatore Federico, et filio ejus Antico,... in die Architriclini;* ut et pag. 1071. 1072. *Processionis, quæ fiebat ad honorem Domini Imperatoris Federici et filii.* Vide ibi eumdem Puricellum.

Festum Mandibile, apud Will. Thorn. in Chron. ann. 1393. Gall. *Festin.* Est enim in Glossar. Lat. Gall. *Mandibilis : Manjables.* Ita porro ille : *Missa vero a prælato Priore more suo inter eos celebrata, cum Abbate ab eisdem diligenter prius requisito, Festa mandibilia in papilionibus, caricis et palliis deauratis Ecclesiæ prædictæ coopertis... iidem prælati pariter tenuerunt.*

Festum Mirabilium, *la Feste des Merveilles.* Charta Petri de Sabaudia Archiepisc. Lugdun. ann. 1312 : *Nobis etiam ac successoribus nostris retinemus Festum, appellatum Mirabilium, cohercionem et punitionem inobedientium, et delinquentium in non faciendo debitum suum circa dictum festum, prout est apud Lugdunum alias consuetum.* In alia Charta apud Paradinum lib. 2. Hist. Lugd. cap. 73. *Festivitas Miraculorum* dicitur : *Nos vero Canonici hanc censuram istius mansi ad mensam fratrum in omni tempore damus, et constituimus in festivitate Miraculorum.* Acta Capitularia Ecclesiæ Lugdun. ann. 1345. MSS. ex Camera Comput. Paris. fol. 151. v. : *Qua die instante Bartholomæo de Balma Cancellario Curiæ sæcularis Lugdun. ordinaverunt* (Canonici) *et sibi præceperunt, quod Mirabilia faciat cridare ad diem Lunæ ante festum proximum Natalis S. Johannis Bapt.* At quod fuerit festum illud, adhuc quærunt Lugdunenses. Tametsi non desunt, qui illud esse putant institutum ob miraculum, quod accidit in Christianorum Martyrum corporibus in Ararim projectis sub Severo Imp. de quo quidem Paradinus lib. 1. cap. 32.

☞ Ut ut sit de origine hujus festi, certum est, id quod pio religiosoque animo cœptum erat, successu temporum ex populari abusu in deterius collapsum esse. Quam ob rem ann. circiter 1401. hoc festum abolevisse dicitur Philippus II. Lugdun. Archiep. Vide tom. 4. Gall. Christ. col. 173.

Festum Olivarum, Dominica, ni fallor, quæ Pascha præcedit. Conradus Uspergens. in Frider. I. : *Imperator vero nobili potitus triumpho, in Olivarum Festo in Beati Ambrosii Basilica, una cum oliva triumphalem gestavit victoriæ palmam.* Vide *Dominica Palmarum* in *Dominica.*

Ad Festum Redigere. Burchardus Wormaciensis Episcopus in Lege familiæ : *Sin autem occisor aufugerit, et capi non potest, quicquid habet, ad Festum redigatur, et proximi ejus, si inculpabiles sunt, firmam pacem habeant.* Videtur legendum, *ad fiscum.*

* Festum Regardi, *Feste du regart*, an idem quod vulgo *Entrevue* appellamus, Congressus, colloquium; uta matrimonium contracturis fieri solet. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 207 : *Comme le jour de Nostre Dame mi-aoust derrenierement passée sur l'anuitier, le suppliant feust alez veoir la Feste du Regart, qui se faisoit en l'hostel du prévost des marchands* (de Paris) *d'une sienne fille, etc.* Eo etiam spectare videntur aliæ Lit. ann. 1423. in Reg. 172. ch. 418 : *Laquelle Jehannette requist à icelle femme que elle feust le Dimenche ensuiant à la grant Feste d'icelle Jehannette, ainsi que l'en a acoustumé de faire en la ville de S. Quentin les Dimenches avant que on espouse.* Vide supra *Changare.*

2. Festum, Curia generalis, quæ ut plurimum in diebus festis solennioribus cum conviviis publicis celebrari solebat. Unde *Festum*, non semel pro convivio solenni usurpatur. Brompton. : *Mandavitque Regi, quod ad Festum suum properans cibos salsatos sufficienter inveniret.* Vide *Firma.* Conradus Usperg. ann. 1181 : *Imperator apud Moguntiam maximum Festum et convivium celebravit, convocatis ibidem Principibus et Baronibus totius regni.* Idem in Henrico VI. : *Tempore Paschali maximum Festum nuptiarum celebravit, cum multis Principibus et Baronibus in campo magno, qui vocatur Concio legis.* Willelmus Neubrigensis in Præfat. Historiæ, de Arthuro : *Post hæc cum triumpho multiplici reducit eum in Britanniam, et facit eum cum subactis Regibus et Principibus Festum celebrare famosissimum, præsentibus tribus Britonum Archiepiscopis.* Matth. Paris ann. 1135 : *Rex ab omnibus acclamatus, et regale Festum splendide celebravit.* Hermannus de Lerbeke in Chron. Comitum Schawenburg. pag. 37 : *Cum.... pro filia Regis Angliæ, quam duxit uxorem, Festum nuptiarum in Noviomago solenniter ageret, etc.*

Digitized by Google

[* Annal. Victor. MSS. ad ann. 1304 : *Rex fecit ibidem* (in monasterio Malidumi) *Festum suum in Natali Domini, ubi fuit prius fere tota nobilitas Gallicana.*] [Charta ann. 1381 : *Item quod nulla persona privata vel extranea audeat vel præsumat in Massilia vel extra de die vel de nocte facere Festum in quibusvis strumentis.*] Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini, de Convivio Maximi Imp. cui accubuit Martinus :

Certatum acciti regalia Festa colentes.

Festa Convivia, in leg. 4. Cod. de Sacrif. pagan. (1, 11.) Joan. de Condato MS. :

Par tout les veoie et oioie,
Demener, grant joie et grant Feste.

Idem Poeta :

Partant s'il tiennent court ou Feste,
Il doivent mener joie honneste.

Le Roman *de Garin* MS. :

Sor une table o Fromont suet mengier
As hautes Festes, quant il sa grant cort tient.

Le Roman *de Phelippe de Macedoine* MS. :

Car icel jor que il fu nez,
Li Amiraus sa cort tenoit,
Et un grand Feste faisoit,
Et jor de sa nativité,
Ses Barons avoit asemblé.

Infra :

Tuit li Baron de bonne geste
Furent mandé à cele Feste.

Le Roman *de Florimont composé l'an* 1188. *par Haimes*, ou *Haimon* MS. :

Le jor, que Phelippes fu nez,
Fu li barnages assamblez,
Li Amiraus sa cort tenoit.
Et une grande Feste fesoit,

Chronicon Flandr. cag. 52 : *Le Roy de France feit un jour de Pentecouste l'une des plus grandes Festes, qui onques fut faites au Royaume de France, et y feit semondre tous ses hauts Barons, etc.*

Facere Magnum Festum, quod nos dicimus, *Faire grande rejouissance.* Vide Epist. Lotharii Imp. editam ab Angelo de Nuce post Chron. Casin. et quæ notavimus in Dissert. 5. ad Joinvillam pag. 163. *Dies festissimi*, apud Vopiscum in Tacito. Hinc

Festum, pro quovis convivio, quod inde nos *Festin* dicimus. Michael Scotus lib. 4. Mensæ Philosophicæ cap. 9 : *Quidam Miles habens Festum fecit Sacerdotem primo lavari, etc.*

Festum Facere alicui, Aliquem benevole excipere, *Festeggiare*, Italis; Gallis, *Faire Feste à quelqu'un.* Vincent. Belvac. lib. 32. cap. 39 : *Daniel et Vasilico frater ejus Festum nobis fecerunt.* [Acta S. Franciscæ Romanæ tom. 2. Martii pag. 127 : *Dominus vero majus Festum facere volens cum sua devota ancilla, se fecit magis ponderosum.*] Chronic. Flandr. cap. 102 : *Où il trouva le Roy à l'Hostel de S. Pol, qui moult grand Feste lui feit.* Adde cap. 2. [** Ἑορτὴν ποιῆσαι, Aliquem convivio excipere. Vide Glossar. med. Græcit. col. 414.]

* Festagium, Jus epuli, convivium, nostris *Festaige*. Arest. ann. 1346. 11. Maii in vol. 2. arestor. parlam. Paris. : *Cum decanus et capitulum Andegavensis ecclesiæ essent in possessione levandi et percipiendi ab episcopo ejusdem ecclesiæ.... quinque Festagia singulis annis, quinque diebus seu festis cujuslibet anni.... Idem episcopus dicta Festagia in bonis cibariis, et dictum O in bonis speciebus et vinis similiter, ut moris est,.... solvere maluit.* Lit. remiss. ann. 1475. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1444 : *Le suppliant avoit entention de tuer ung porceau et certains chevreaux, qu'il vouloit abiller pour faire le Festaige de l'amessement d'une sienne fille, qui estoit accouchée d'enfant.* Vide in *Festare*.

Festa Principalia et Mediocria, [f. Oblationes quæ in iis offerri solent.] Vide *Burjuratus*.

¶ 3. **Festum**, Funus, exequiæ. Epist. Petri de Condato ad Thesaurarium S. Framboudi tom. 2. Spicileg. Acher. pag. 559 : *Elegerat autem D. Rex* (S. Ludovicus) *sepulturam suam apud S. Dionysium, et sepulturam filii sui Comitis Nivernensis in Ecclesia Regalis-montis... ubi de ipso fieret magnum Festum.*

4. **Festum**, Nundinæ, quæ in Festis Patronorum vulgo fiunt, in veteri Charta. Le Roman *de Garin* MS. sub finem de Pipino :

Dix Festes fist en France le pais,
Une de Bar, deux en mist à Provins,
L'autre de Troies, le quarte de Laigni,
Et trois en Flandres, la novisme au Landis,
Et la disisme li renommez Lignis.

* Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavill. fol. 28. v°. : *Quand li homs est semons devant le visconte, et il raamist se Feste, il doit avoir respit duskes à se revenue. Feste* vero, Funis species, in Stat. ann. 1415. ex Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 1 : *Item à Beaumont sur Oise aura un maistre, appellé le maistre du pont d'icellui lieu, lequel ira audevant des bateaux montans et avalans,.... et portera certaines cordes, appellées Festes, et autres à ce nécessaires.*

5. **Festum**, Ugutioni, est *lignum illud in summitate domus, ad quod omnia diriguntur tigna, et in quo conveniunt.* Fyrst, Anglo-Saxon. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Festum, Solempnitez ou Festée de maison.*] Charta Philippi Augusti anni 1285. pro Ecclesia Ferrariensi apud Morinum in Hist. Vastinensi pag. 706 : *Propter ejusmodi quittationem, omnis domus, quæ unum Festum habuerit, annuatim Ecclesiæ 5. solidos solvet, et si aliquem plures domos habere contingit, unam habebit pro granchia ad sex denarios de censu, etc.* Vide *Festagium*, *First-falli*, *First-ful*, [** et Graff. Thesaur. Ling. Franc. vol. 3. col. 638.]

** Fersta, Summitas montis Vosagi in chart. ann. 854. Alsat. Diplom. tom. 1. pag. 84. *Virst* in chart. ann. 1315. ibid. tom. 2. pag. 109. et in alia ann. 1316. pag. 120. *Fürst* in alia ann. 1400. ibid. pag. 307.

* 6. **Festum**, Ecclesia, ubi solemnis *statio* assignata. Ordinar. eccl. Ambros. Mediol. an. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 872 : *Sciendum est, quia in Dominicis diebus finita antiphona, quæ est post Evangelium, si Festum celebratur, septimanarii vadunt ad Festum.* Et col. 876 : *Deinde proficiscuntur ad Festum cum processione, cantando cantus Letaniarum secundum diem, cui ipsa ecclesia Festi ipsius data est... Sed cum ad ecclesiam, ubi Festum est, pervenerint, etc.* Vide *Statio* 1.

* 7. **Festum**, Processio, quæ cum pompa et apparatu fit. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1306 : *Feria tertia post Ascensionem factum est Parisius maximum et sollempnissimum Festum a prælatis regni et civibus Parisiensibus, qui cum maximo apparatu et cereis innumerabilibus grossis, rege præsente et fratribus et baronibus regni, conduxerunt caput S. Ludovici regis in vase pretiosissimo collocatum, a monasterio S. Dionysii in Francia usque ad capellam regis Parisius.*

* 8. **Festum**, Consecratio episcopi, quæ in diebus festis magno cum populi concursu fieri solet. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 32. v°. : *Mathæus de Esseyo ex parte dicti electi a nobis petiit, ut ipsi electo accomodaremus domos nostras, et ad Festum suum essemus.* Ubi de consecratione episcopi Constantiensis agitur. Eodem nomine designatur etiam solemnis episcopi in thronum inductio. Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 184 : *Comme le jour que nostre amé et féal conseiller l'évesque d'Evreux, n'agaires nostre confesseur, fist sa Feste à Evreux, nous eussions esté logié en son hostel audit Evreux, etc.* Is enim Parisiis ordinatus ann. 1384. possessionem ecclesiæ suæ tantum adeptus est ann. 1385.

* 9. **Festum**, Instrumentorum musicorum sonus, maxime in lætitiæ signum. Stat. Universit. Aquens. ann. 1483. pag. 21 : *Quod dictus electus* (rector) *teneatur tre receptum, cum magno Festo tympanorum sive aliorum instrumentorum, infulas rectoriales in ecclesia S. Salvatoris secunda die Pentecostes.*

* 10. **Festum**, Ludus mimicus. Comput. ann. 1393. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 124. col. 2 : *Item joculatoribus, qui dicta die, et etiam in nocte dictæ diei, fecerunt Festum in processione, et post per villam faciendo tripidiare gentes, ij. scuta.*

* 11. **Festum**, Chorea, Gall. *Danse.* Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 213 : *Plures habitantes..... ducentes Festum suum, ut moris est,... unus, vocatus Noe, Festum dictorum habitantium de Valle dirupisset seu delaniavisset.*

* 12. **Festum**, Actus pius, religiosus. Acta Mss. Inquisit. Carcasson. ann. 1308. fol. 51. r° : *Dixit ipsi testi si volebat ire ad tenendum Festum cum eo apud Vicum, etc.* Id est, Celebrare.

¶ **Feta**, Ovis, *Fede* vulgari Provinciæ idiomate. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fetans, Beste menue, comme berbis, chievres, pourciaux.* Instrum. Archivi Aptensis ann. 1097 : *Si in itinere quod agere dispono in Jerusalem non defunctus fuero, dabo per gaudium ipsum vasculum plenum vino puro, et Fetas tres, et capras duas, et fruscos duos de alveario meo. Quod finxi figo, quod dixi firmo.* Isai. 40. 11 : *Sicut pastor gregem suum pascet : in brachio suo congregabit agnos, et in sinu suo levabit, Fœtas ipse portabit.* Vide *Feda*.

¶ **Fetagium**. Vide *Festagium* 1.

* **Fetare**, *Enfanter. Fetura, Enfenture.* Glossar. ex Cod. reg. 7684. Vide *Feta*.

Digitized by Google

* **FETICA Justitiæ**, f. pro *Fatica*, Justitiæ reddendæ dilatio, vel etiam denegatio. Vide in *Fatigare* 1. Charta super negotio marcharum in regnis Franc. et Arragon. ann. 1406. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 323 : *Quod si officiarius requisitus facere noluerit, ex hoc solo causetur defectus et Fetica justitiæ.*

* *Féardie* vero nostris, Incuria, oscitantia, desidia; unde *Fétart*, Negligens, tardus, piger. Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1 :

Assez puet on trouver de cheus,
Ki Fétart sont et parecheus ....
Pour Dieu ne nous Afétardons, ...
Car tant li desplaist Fétardie,
Ne li plaist rien que Fétart die.

Guignevil. in Peregr. hum. gen Ms. :

Non pas que je chechi te die
Pour mettre toi en Fétardie.

¶ **FETICUM**. Charta Balduini Episc. Noviom. pro decimis *de Arten* ann. 1049. ex Archivo S. Eligii : *Et insuper cupiens ipse absolvi ab omni cura sæculari, petit servitium de nostro Fetico sibi minui, cujus timens impedire devotioni, perdono servitium in vita sua debitum nobis, præter duos milites in unoquoque anno ad hostes Regis, et post ejus obitum heredes sui revocentur integre ad servitium.* Legendum videtur *Feudo* vel *Feodo*.

FETILLERUS. Fori Aragon. lib. 9. tit, *de Divinis, sortilegiis, sive Fictileriis*. Deinde. *cum plures... pro suis negotiis recurrerint ad eos, qui fingunt se divinare, et ad sortilegos, ac etiam Fetilleros.* Occurrit rursum infra. Ubi *Fictilerii* et *Fetillerii* sunt, qui *phylacteriis* magicis utuntur, unde voces formatæ. [* Vide supra *Faccinerius.*]

¶ **FETISCHEFO**. Vide *Feisfecho*.

¶ **FETTUCIA**, Segmentum subtile ex quacumque materia, etiam lapide aut ligno. Vox Italis nota. Locus in *Boletta*.

¶ **FETUTINA**, *Res fetide et sordide*, in Gloss. Sangerman. MSS. n. 501. Apud Papiam : *Fetutina, Res fetida et inquinatissima ac muliebris.* Apuleio, *Fetutina*, loca sunt sordida et fetida. [** Vide Forcellin. in *Fœtutina*. In Glossar. cod. reg. 7644. ut ex Placido : *Fetutinis, i. sordibus,* (Maius *sordidis*) *occasionibus quæ per mulieris fetum facere possunt.*]

¶ **FEU**, pro *Feudum*, apud Acherium Spicil. tom. 8. pag. 268.

* **FEUAGIUM**. Vide infra *Fouagium* 2.

¶ **FEVALIS, Fevataria, Fevator**, etc. Vide in *Feudum*.

* **FEUCARE**, Stercus emittere, si tamen legendum non est *Fientare*, a Gallico *Fienter*, in Mirac. Mss. Urbani PP. V : *Roncinus erat per totum corpus valde inflatus, nec Feucabat nec urinabat.*

* **FEUDAGIUM, Feudarius, Feudicialis**. Vide in *Feudum*.

** **FEUDASTRUM**. Vide *Feudum Ignobile*.

¶ **FEUDICÆ**, Hiræ, ilia. Legendum puto *Fendicæ*. Vide in hac voce.

FEUDUM, seu Beneficium, Oberto lib. 2. Feudor. tit. 23. est illud, *quod ex benevolentia alicui ita datur, ut proprietate quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remanente, ususfructus illius rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum hæredesque suos masculos et femineos, si de his nominatim dictum fuit, in perpetuum maneat, ob hoc, ut ille et sui hæredes fideliter domino serviant, sive id servitium nominatim, quale esse debeat, expressum sit, sive indeterminate promissum sit.* Brevius Cujacius ad lib. 1. Feud. tit. 1 : *Feudum est jus in prædio alieno, in perpetuum utendi, fruendi, quod pro beneficio dominus dat ea lege, ut qui accipit, sibi fidem et militiæ munus aliudve servitium exhibeat.* Leges Alfonsinæ part. 4. tit. 26. lege 1 : *Feudo es bienfecho, que da el señor a algunt ome, porque se torna su vassallo, et le face homenage de serle leal. E tomo este nombre de se, que debe siempre guardar el vasallo al señor.* Ex quibus patet, *Feudum* idem esse cum *beneficio*, de quo sat multa diximus suo loco, ac nomine tantum differre.

* Id autem sedulo notandum est, ubi de feudorum conditionibus agitur, ea quæ proferuntur coangustanda esse intra locorum limites, de quibus sermo est; non vero de universo usu intelligenda.

☞ Quamquam diligenter et copiose satis de feudis scripserit eruditissimus vir D. Cangius, operæ nihilominus pretium duximus, præsertim cum ea sit hujus materiæ natura ut nec ingrata nec inutilis videatur, de ea uberius iterum dicere, atque de omni loco ea colligere quæ ad nostrum institutum maxime pertinuerint; qua in re non aliquam opem nobis feret Tractatus de Usu Feudorum quem nuper edidit V. Cl. D. *Brussel*. Atque ut a variis diversisque hujus vocis significationibus ordiamur, observandum 1°. quod hactenus haud satis est animadversum, *Feudum* nude poni pro ipso feudi servitio sive clientela, Gall. *Mouvance :* quod ita certum est ut vox, *servitium*, pro ipso feudo aliquando accepta fuerit. Adamus Bremensis lib. 4. cap. 9 : *Castra autem et Servitia ejus ab hostibus direpta sunt.* Et Helmoldus lib. 1. cap. 55 : *Comitiam ejus, urbes, et Servitia Henricus de Batwide beneficio Adelberti assecutus est.* Nec alio sensu vox, *Feudum*, intelligenda videtur, ubi de concessione aut mutatione feudorum agitur, præsertim cum indicatur ipsum prædium. Id fuse probat D. *Brussel* Tract. cit. lib. 1. cap. 1, præcipue vero ex Charta Philippi Augusti ann. 1204. in qua feudum a terra infeodata distinguitur : *Propter hoc autem nos eidem Amicice et hæredibus suis in perpetuum damus castrum S. Leodegarii in Aquilina, et totam Aquilinam in feodo et dominico. Damus etiam eidem Amiciæ et hæredibus suis Feodum Bardarum et de Folleso.* 2°. Hoc nomine designatur et ipsius prædii servilis conditio, et vicissim quidquid ab illo feudo jure feudali tenetur. Postrema hac significatione accipitur in Charta Ludovici Grossi ann. 1125 : *Et omnia quæ illis de Feodo nostro data sunt, unde ipsi saisiti sunt, jure perpetuo habenda et obtinenda concedimus.* 3°. Sumitur pro ipsa terra in feudum concessa. Ita in Aresto ann. 1153. pro Episcopo Lingonensi contra Burgundiæ Ducem : *Quatenus Feodum reddat, et quidquid præterea de eo accepit.*

☞ Feuda ab origine personalia fuisse atque ad vitam concessa, et jure usufructuario possidenda, certum videtur. Qui usus mediante sæculo XIV. in regno Neapolitano adhuc obtinebat, ut colligitur ex Litteris Roberti Regis Siciliæ ann. 1332. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 239. col 1 : *Decernimus... nullum privilegium et rescriptum valere seu esse alicujus vigoris aut efficaciæ per Nos jam cuicumque concessum... exceptis concessionibus jam factis Reginæ carissimæ conserti nostræ de quibuscumque bonis Feudalibus vacantibus vel vacaturis.* Nam si hæreditaria fuissent, vacatura feuda indistincte non concessisset. [** Clausula perquam vulgaris in Litteris exspectativæ feudalis generalis. Vide auctores de jur. feud. et supra *Apertio Feudi* in *Aperire*, 1. Omni tamen tempore feuda data sunt ad vitam, immo ad certum tempus.] Apud Francos vero sensim pedetentimque jure hæreditario ad hæredes subinde transierunt; quod labente sæculo IX. incœpit : nam ex eo tempore a Regibus secundæ stirpis facillime feudatariis concessum est, ut beneficia sua ad posteros transmitterent, unde pro temporum facilitate deinceps feudorum proprietatem ita sibi arrogarunt, ut illa inter liberos dividerent, expetito tamen prius Principis consensu. Regino in Chron. : *Anno Dominicæ Incarnationis* 940. *Uto Comes obiit, qui permissu Regis quicquid beneficii aut præfecturarum habuit quasi hæreditatem inter filios divisit.* Id autem tardius accidisse apud Germanos eruitur ex Charta ann. 1118. qua beneficium Abbatiæ S. Maximini Trevirens. ablatum, ab Henrico Imperatore restituitur. Quod tamen de tota Germania dictum nolim; constat enim alicubi sub Conrado I. feuda hæreditario jure possideri cœpisse. Vide *Beneficium*, [** et Eichhorn. Histor. Jur. German. § 364.]

☞ Sed non eadem fuit semper constansque feudorum conditio. In primæva institutione ad solos nobiles feuda pertinuisse atque ab iis servos et ignobiles prohibitos fuisse vix dubium est : unde feuda *honores* vocitarunt. Sic Goffridus Vindocin. lib. 5. Epist. 27 : *Deus qui permisit vos Honorem Credonensem habere.* Et Robertus de Monte ann. 1161 : *Caput autem sui Honoris, scilicet Ambasiam, tenebat de Rege Henrico.* At circa XII. sæculum sicut nobiles ita et plebeii homines feuda etiam nobilia possederunt, non tamen ideo nobiles reputati, quamvis feudorum prærogativis gauderent. *Petrus de Fontaines* cap. 3. n. 4 : *Pour ce se tes vilains a acaté un fief, et il couke, et il lieve en ton vilenage, ne laira il mie kil ne voit ta à semonce ke tu li fis du matin au vespres, ou tele comme tu feras, et se on dist seur son franc-fief, il ne requerra mie jour de Conseil, se il ne veut pour les semonces kil ne fust pas reinable. Mais si catel, et ses convenances sont justichables par loi vilaine, s'il n'est mie gentizhom de lignage, etc.* Sæculis XI. et XII. omnia in feudum concedebantur, Grueria, teloneum, pedagium, rotagium, apum examina, imo, si quibusdam fides, ipse, quo vivimus, aer. Cujus moris hæc aptissima videtur fuisse ratio, ut scilicet in expeditionibus bellicis, quæ his temporibus frequentissimæ erant, plures haberent milites qui servitia militaria iis præstare tenerentur. Eamdem ob rem mediante sæculo XII. instituta sunt feuda bursæ seu cameræ, cum nimirum loco tenementi annua pensitatio ex fisco solvenda

Digitized by Google

pro præstandis iisdem servitiis adsignabatur.

Beneficiorum militarium seu feudorum originem aliunde, quam a Longobardis, quorum inventores fuisse dicuntur, recte quidam, opinor, accersunt : cum apud Scriptores rerum Romanarum legamus data militibus ac veteranis capta ex hostibus prædia, ea conditione, ut militarent, quæ propria fuit feudorum. Atque, ut rem ab ipsis primordiis non repetamus, id potissimum firmat locus Lampridii, in Alexandro Severo : *Sola, quæ de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus et militibus donavit, ita ut eorum ita essent, si hæredes illorum militarent.* Et alter Vopisci in Probo : *Veteranis omnia illa, quæ angustæ adeuntur Isauriæ loca privatis donavit : addens, ut eorum filii ab anno octavo-decimo, mares dantaxat, ad militiam mitterentur.*

☞ Feudorum originem e moribus Francorum rectius repetendam existimat Alteserra lib. de Orig. et statu feudor. pro moribus Galliæ cap. 1. Franci scilicet, inquit, rerum potiti in Gallia, prædia divisere Ducibus et Militibus, idque beneficiario jure sub lege fidei et servitii, priusquam Longobardi Italiam attigissent. Hoc jure Aureliano Duci Milidunensis pagus beneficii nomine datus a Clodovæo. Aimoinus lib. 1. cap. 14 : *Unde cum Clodovæus regnum suum usque Sequanam, atque postmodum usque Ligerim fluvios ampliasset, Milidunum castrum eidem Aureliano cum totius Ducatu regionis jure beneficii concessit.* Et Mummolo Patricio eodem jure Machovillam apud Avenionem datam a Guntrano Rege testatur Gregorius Turon. lib. 4. Hist. cap. 45 : *Et Amo quidem Ebredunensem carpens viam usque Machovillam Avennici territorii, quam Mummolus munere meruerat regio accessit, ibique fixit tentoria.* Unde jam a Francici Regni cunabulis passim celebrantur Regii *Leudes*, sive *Leodes*, id est, Fideles, qui a Rege prædia tenebant sub lege fidei et servitii.

Veteres beneficiorum, ac proinde feudorum leges attigimus in voce *Beneficium*, quas etiam prosequutus est Gerardus Niger lib. 1. de Feudis tit. 1. ut et Fridericus I. Imp. in ea Constitutione, quam profert Radevicus lib. 4. cap. 7. et ex eo Guntherus lib. 8. Ligurini.

* A *Beneficio* prorsus *Feudum* distinguat necesse est, qui omnia confundere noluerit. Prima voce, Romanis quoque nota, prædium significatur concessum alicui sub annua præstatione et ad vitam tantum utendum; altera vero, proprietas rei alicujus designatur, etiam ad hæredes transitura, retentis solummodo clientela et superiori dominio, cum quibusdam servitiis, maxime militaribus, ex pacto statutis. Et quidem inauditum, eo saltem intellectu, *Feudi* vocabulum ante sæculum XI. unde falsi merito suspecta habentur instrumenta antiquiora in quibus legitur. Consule Murator. tom. 1. Antiq Ital. med. ævi col. 594. ubi hæc erudite disquirit.

* Hæc certe legitima apud nostros vocis *Feudi* acceptio; alii nihilominus aliter eam habuerunt : nam mediante sæculo XIV. ut observatum est supra, Neapolitanis, et sæculo XV. Danis personalia erant feuda, ut docet Chron. incerti Auctoris ad ann. 1420. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. Mss. pag. 124 : *Nota, quod si Dania vel jure vel consuetudine uteretur Romanorum, tunc plana videbatur causa et expedita, ut filii surrogarentur. Sed quemadmodum jus aut consuetudinem Romani Feudi Dania non agnoscit, ideo concessio Gerardo patri facta, non erat realis, sed personalis.* Ubi per *Romanos*, intellige eos omnes, quibus *Feudi* nomen secunda notione familiare erat.

* *Feudi* autem naturam constituit apud Aquitanos aliosve *sporla* vel *investitura*, id est quod domino capitali propter investituram seu *relevii* nomine a vassallo penditur. Reg. feud. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 14. v° : *Item dixerunt quod dicta villa* (de Burgo) *non habet terras nec possessiones communes, secundum quod habent villæ Lumbardiæ et multæ aliæ, quæ ipsi non possunt dicere quod ipsi, scilicet universitas, habeant in feudum a domino rege, cum secundum nostram consuetudinem non sit Feodum, nisi sit ibi sporla sive investitura.*

* Hinc data semel investitura, alius in possessionem ejusdem feodi a Domino mitti non poterat, ut solemni judicio declaratum legimus in Charta Phil. Aug. ann. 1216. ex Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris. : *Judicatum est a paribus regni nostri, videlicet A. Remensi archiepiscopo, W. Lingonensi, W. Cathalaunensi, Philippo Belvacensi, Stephano Noviomensi episcopis, et O. duce Burgundiæ, et a multis aliis episcopis et baronibus nostris, videlicet G. Altissiodorensi, R. Carnotensi, G. Silvanectensi et J. Lexoviensi episcopis, et Guillelmo comite Pontivi, R. comite Drocarum, B. comite Britanniæ, G. comite S. Pauli, W. de Rupibus senescallo Andegavensi, W. comite Juvigniacensi, J. comite Bellimontis et R. comite de Alenconio, nobis audientibus et judicium approbantibus, quod hominagium Erardi de Brena vel dictæ Philippæ de comitatu Campaniæ nullatenus recipere debebamus, quamdiu Blancha comitissa et Thomas filius ejus vellent jus facere in curia nostra et prosequi; quia usus et consuetudo Franciæ talis est; quod ex quo aliquis saisitus est de aliquo feodo per dominum feodi, dominus feodi non debet alium recipere in hominem de eodem feodo, quamdiu ille, qui saisitus est de feodo per dominum feodi, velit et paratus sit jus facere in curia domini feodi et prosequi.*

* Feudorum Normannorum emolumenta a rege, dum in ipsius custodia sunt, percipiuntur. Memor. E. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1383. fol. 41. v° : *Per generalem consuetudinem Normanniæ, si quis tenet in Feudum aliquam rem aut possessionem a domino rege seu duce Normanniæ, rex vel dux jure suo habet et sibi pertinent, si casus accidat quod cadat in garda, gardam hujusmodi et aliarum possessionum ubicumque existentium in partibus ducatus Normanniæ et a quocumque teneantur, et de emolumentis earumdem debet uti et gaudere tempore dictæ gardæ durante.*

* A Feudis exclusas fuisse feminas hactenus ab omnibus fere receptum est, ea potissimum ratione, quod servitia ex feudis debita præstare et exsequi nequaquam possint; nam nec in hostem pergere, nec inter judices sedere possunt. Cur ergo ecclesiasticis, quæso, feuda concedebantur, qui a præliis sua professione abstinere debent? an non illæ, sicut et ipsi, homines belligerantes suppeditare potuerunt? Sed et pro feminis plurima militant exempla. Cum paribus Franciæ in causa Roberti comitis Flandriæ ann. 1315. judicat Mathildis comitissa Attrebatensis, ita et Margareta comitissa Flandrensis cum de comitatu Clarimontensi actum est. Vide infra in *Par.* Consule D. *Bouquet* tom. 1. Jur. publ. Franc. pag. 332. et seqq. Non idcirco tamen idem omnino fuisse masculorum atque feminarum jus ad feuda ex hæreditate obtinenda facile putaverim. Et primo quidem, femina feudum jure hæreditario non habebat, nisi masculo deficiente. Charta Wolfkeri Patav. episc. ann. 1198. apud Hansiz. tom. 1. Germ. sacr. pag. 344 : *Statuimus quod per omnem ipsam generationem eventus mortis non possit auferre de hac progenie masculina totum vel singularem partem feudi prætaxati. Concedimus etiam quod si sexus masculinus in generatione ipsa defecerit, feminæ ejusdem propaginis succedendo utantur in prædictis jure sub* (f. seu) *titulo feodali. Nulla tamen dictarum feminarum præsumat hujusmodi participatum, nec inde actionem concipiat, quamdiu sexus masculini hujus generis persona, licet unica, sit superstes.* Requirebatur præterea ut ejusmodi in succedendo ordinis, Charta, qua feudum instituebatur, mentionem faceret. Charta Humb. delph. ann. 1349. ex Reg. 79. Chartoph. reg. ch. 33 : *Sed ne Feudum hujusmodi naturam novi feudi censeatur habere, volumus et concedimus ex certa scientia et ex privilegio speciali, quod non obstante quod sit donatio et infeudatio nova, feudum ipsum amodo inantea habeat et retineat, et habere debeat et retinere naturam totalem et conditiones antiqui feudi et paterni, in quo succedant et succedere possint et debeant quicumque liberi, hæredes seu successores ex testamento, et etiam ab intestato, mares et feminæ, agnati, cognati et collaterales, habiles et inhabiles, ascendentes et descendentes et legitimo matrimonio ab eodem vel posteritate ipsius, secundum quod est in veris, antiquis, paternis et bene conditionatis feudis de jure debitum seu de consuetudine consuetum* Alia ann. 1368. in Reg. 101. ch. 101 : *Quod dominus Disderius* (miles) *ejusque hæredes.. recognoscant a dicto domino nostro dalphino .... castrum Montis Rigaudi .... et omnia alia prædicta sibi ex causa dictæ permutationis tradita et tradenda ad homagium et in feudum francum, nobile, antiquum et bene conditionatum, quod naturam habeat feudi antiqui, paterni et bene conditionati, in quo succedere valeant mares et mulieres ex testamento et ab intestato, juxta libertates generales Delphinatus, et recognitionem ex inde facere in mutatione domini et vassalli infra tempus a jure statutum.* Vide *Feudum antiquum.*

* Frustra iis opponeretur Charta Laurentii episc. Metens. ann. 1271 ex Reg. 3. feud. episcopat. Metens. in Bibl. reg. fol. 161. 1°. ubi hæc leguntur : *Johannes Metensis episcopus nepotem suum infeodass*

Digitized by Google

dicitur de eodem (comitatu Sarræpontis) *et eodem episcopo defuncto, bonæ memoriæ Jacobus, quondam Metensis episcopus ejus successor, Lorettam relictam illius neptem propriam infeodasse dicitur carnaliter, sicut ille, . . . contra Alemanniæ et Metensis ecclesiæ consuetudinem, ex qua baroniis non succedunt aliquatenus mulieres.* Ibi enim de *Baronia*, quæ ex concessione, non jure successionis possidebatur, sermo est; cujus alia erat conditio atque simplicis feudi. Et certe feuda, quæ ab ecclesiis dependent, per totam Alemanniam promiscue masculis et feminis ex usu recepto conceduntur.

* Feudum marito propter nuptias uxori donatum, ipso mortuo, ejus feudum appellatur. De quo pro libitu disponere, etiam in secundi mariti favorem, ei licitum erat, uti colligitur ex Charta ann. 1407. in Cod. reg. 8387. 4. fol. 36. r°: *Nos Philipa uxor dudum et nuper relicta nobilis viri, dum vixit, domini Mathæi de Gornay, qui statu baronis et honore vexilli, dum in humanis agebat, prædictus existebat, ac Thomas Felde procuratorio nomine, . . . desiderantes ac etiam affectantes nobilem virum dominum Johannem Tiptot, cui ego supradicta Philipa ad præsens existo matrimonialiter copulata ad honorem et statum, statui et honori prædictis pares et consimiles pro conservatione honoris, quem ego prædicta Philipa ex præfato meo marito, dum vixit, optinui, provehi et exaltari, . . . honoris et status hujusmodi adipiscendorum gratia et ex nostra pura, libera atque spontanea voluntate ad hoc moti etiam et inducti omne jus talium et possessionem,.... cum omnibus mero et mixto imperio,.... et emolumentis, costera maris ac omnibus aliis juribus.... volumus tradi et realiter liberari, tanquam bene merito, nobili viro domino Johanni Tiptot supradicto et suis hæredibus imperpetuum.*

* Non feudum quodvis, sed illud tantum quod a rege tenebatur, a communiæ servitiis liberabat: quod docet Charta commun. de Roia in Reg. 34. bis Chartoph. reg. fol. 22. v°. col. 1. part. 1: *Homines qui in villa sunt ociosi feodum tenentes, qui ingenuos faciunt se, et milites non sunt, volumus et præcipimus, ut vel de communia sint vel villam vacuent, nisi Feodum de nobis teneant.*

Feudi porro vocabulum sub Carolo Crasso primo auditum, pridem observatum a viris doctis: in ea scilicet Constitutione, quam edidit de Expeditione Romana circa annum 884. a Frehero, Goldasto, et aliis publicata, in qua hæc leguntur: *Cuicumque secundum hanc legem expeditio imperetur, si ad Curiam Gallorum, hoc est, in campum, qui vulgo Rungalle dicitur, dominum suum non comitetur, et ibi cum militari apparatu non repræsentetur, Feodo, præter hos, qui cum gratia dominorum suorum remanserunt in conspectu nostro, absque spe recuperationis privetur.* Eadem vox bis deinde ibidem repetitur. Verum, etsi non desint, qui Chartam hanc falsi suspectam putent, circa tamen ea tempora auditam, nempe Carolo Simplice, Rodulpho, et Lothario Regibus regnantibus, ex veteribus Tabulis adstruit Dominicus de Prærogat. alodior. cap. 15. § 1. Charta quippe Pipini Regis pro Monasterio Figiacensi in tom. 13. Spicilegii Acheriani, in qua ea vox repetitur, falsitatis notas præfert. Certe *feudi honorandi* meminit Charta Lotharii I. Imp. ann. 846. in Bullario Casinensi tom. 1. pag. 27. sed nemo est qui fictitiam esse non facile perspiciat. Neque nævo perinde caret Charta alia Caroli Mag. descripta in Chronico S. Michaelis Vird. pag. 403. ubi *Feudi* mentio fit. In Tabulario S. Theofredi in Velavis sub ann. 990: *Dederunt de terra, quam habebant ad Fevum, etc.* [** *Fenum* est in prima editione. Vide etiam *Ferum.*]

Feudorum Leges Lothario adscribit Gervasius Tilleberiensis: *Hic*, inquit, *Legem feodorum primus instituit, sanciens, ut nullus Feodum audeat vendere, seu impignorare, vel quocumque modo alienare, sine permissione majoris domini, ad quem Feodum spectare dignoscitur. Huic sanctæ constitutioni, quia futuris tantum, et non præteritis formam dabat negotiis, Fridericus Imperator addidit hæc: Nos autem ad pleniorem regni utilitatem providentes, non solum in posterum; sed etiam omnes hujusmodi primo factas alienationes cassamus, et in irritum duximus, nullius temporis præscriptione impediente.*

** Varias vocis conformationes ut *Feudus, Feaudus, Fevum*, etc. vide infra pag. 275. col. 3.

De vocis etymo varia varii tradidere. Feudum a *Fœdere* quidam deducunt. Obertus lib. 2. tit. 4. et Joannes de Janua a *Fidelitate*, vel *Fide*: cui sententiæ accedunt Cujacius, et plerique alii. Hotomannus a *Feed*, voce Germanica, quæ bellum sonat, quod prædia bello quæsita militibus distribuerentur. Pontanus in Chorographia Danica, a *Feide*, voce, quæ Danis *militiam* sonat: alii a *Faida*, quod est *inimicitia*. Fredericus Sandius in Præliminari ad constitutiones feudales Gelriæ n. 11. a voce Germanica *Fiod*, vel *vehd*, quod Bellum publico vel privato consilio susceptum significat: bellorum namque, inquit, necessitas feuda peperit. Matthias Berneggerus in Disquisit. de Regno Hungar. § 206. contendit *Feudum* vocabulum esse Hunnicum, seu Hungaricum, nempe *foeld*, quod significat *terra*. Etymon perinde suo more, hoc est, absonum, prodit Goropius Bekanus lib. 5. Hermathenæ pag. 102. Denique Seldeni sententia est, quam amplecti videtur Faber Cantarellus in tractatu de Feudis, vocem *feudum* a Saxonico ortam, formatamque ex f e o, f e h, et f e o h, merces, stipendium, h postmodum in d mutato: ni inquit, placeat h a d, vel h o d adjicere, quod Saxonice etiam classem, statutum et ordinem significat, ut perinde dicatur *Feodum*, quasi f e o h a d, vel f e o h o d, id, quod statu vel ordine stipendiario possidetur. [** Hodie vulgo statuunt ultimam vocis partem esse *ód*, Possessio. Confer *Alodis*, et Eichhorn. Introd. in Jus German. § 7. not. k.]

Variæ autem recensentur Feudorum species, quas ordine literarum breviter attingemus. [* *Feudi* nomine sæpius donata videre in sequentibus est officia seu ministeria, vel emolumenta iis adscripta; quod a priori hujus vocis notione alienissimum est. Vide infra in *Feudum ministeriale.*]

* Feudum Abbreviatum, Gall. *Fief abrégié*, cujus præstationes ex pacto limitatæ sunt, idem quod *Restrictum* appellant. Charta ann. 1403. ex Chartul. 21. Corb. fol. 321. v°: *Le maison et tenement de Guiffart est tenue de my en Fief Abrégié, à cause de ma terre de Hamel.* Vide *Feudum Talliatum.*

¶ Feudum Advocatiæ seu *Avoeriæ*, Gall. *Avouerie.* Vide in *Advocatia.* Idem Alteserræ cap. 3. quod *Feudum Gastaldiæ*, illud enim definit quod datur pro actu vel gestione rerum Domini, vel Principis, vel pro custodia arcis, vel territorii: Gastaldus quippe sive Castaldus Longobardis est proprie actor. Vide *Gastaldus.*

Feudum Ædificii. Charta Philippi Aug. ann. 1185. pro Ferrariensi oppido, apud Morinum in Hist. Vastinensi pag. 707: *Qui domum in feodo habuerit, eam ab Ecclesia Ferreriarum tenebit ad censum 5. sol.* Et mox: *Domum vero suam de Feodo, cum alio Feodo suo, ad censum 12. denariorum in villenagio tenebit.* Vide *Feudum Burgense.*

Feudum Annuum, seu stipendium, quod ad annum datur, pro officio, dignitate, vel quolibet ministerio, in Fleta lib. 2. cap 71. § 12. [** Vide Feud. lib. 1. tit. 2.] De ejusmodi feudis ita consuetudo Normanniæ art. 157: *Dignitez et offices tenus en fiefs sans fond ou glebe, doivent hommage et non relief.* Charta Henrici III. Regis Angliæ apud Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 2. pag. 960: *Et de Feodis solvendis illis, quibus tenemur in Curia prædicta, ad præsens providere nequivimus.* Alia ejusdem Regis pag. 977: *Assignantes ei annuum Feudum 20. marcarum annuatim percipiendum ad scacarium nostrum, etc.* Alia denique pag. 1059: *Et quia Judæi quosdam reditus de terris et tenementis Christianorum, tanquam perpetuos dudum recipere solent per manus Christianorum, qui etiam Feuda dicebantur, etc.* Hinc in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 2. 3. 4. 5. *de Feodis Cancellarii, Justitiarii, Camerarii, Senescalli, Constabularii, Vicecomitis, etc.* inscribuntur; et in Statutis Roberti III. cap. 25. est *de Feudo Vicecomitis*; in Fleta lib. 2. cap. 7. *de Feodo Camerarii.* Hugo de Cleeriis de Senescallia Franciæ: *Vade servitum Feodum tuum Marescalciæ, et hospitare Hugonem, quia habes istud Feudum a Comite.* Statutum Edwardi Regis Angliæ pro officio Senescalli Vasconiæ, in Regesto Constabul. Burdegal. fol. 81: *Dictus judex percipiat annuatim pro Feudo suo 150. libras dictæ monetæ.* Infra: *Item ordinatum est, quod sit unus Defensor Regis in diœcesi Petragoricensi, qui petat et defendat jura Regis, etc. et percipiat annuatim pro Feudo suo 50. libras dictæ monetæ.* Alibi: *Senescallus Vasconiæ principalis faciat, ordinet, et constituat per totum Ducatum Subsenescallos, Judices, Defensores, etc. et cuilibet eorum conferat Feoda et vadia in ista ordinatione superius adnotata. Feudi Dapiferiæ* meminit Freherus in Origin. Palatinis. *Feodi Cambellani et Majoris*, Charta Philippi Aug. ann. 1185. pro Ecclesia Ferreriarum apud Morinum in Hist. Vastinensi pag. 708. Bernardus Mon. in Con-

Digitized by Google

suetud. Cluniac. MSS. cap. 9. de Custode Vini : *Et inde habet in Feodum vinum, quod per totum annum de vasis vinearüs stillat, etc.* Ubi supra scribitur, *i. in beneficio. L'ordonnance et la maniere de créer les Chevaliers des bains*, apud Edw. Bisseum : *Et le Barbier ostera le baing, et tout ce qu'il a entour, aussi-bien dedans comme en dehors, et le prendra pour son Fié. Et le chandelier prendra pour son Fié tous les garnemens avec tout l'arroy, etc.* Occurrit ibi pluries. *Pagar il Fio*, Danti est solvere stipendium : ubi *fio* idem valet ac *feum*, feudum. Vide Cujacium ad lib. 3. de Feud. tit. 1. et Skenæum de Verbor. significat. verbo *Feudum*.

* Feudum Annuum Manuale, Reditus annuus, qui ex officio concesso a datore percipitur. Charta Caroli IV. imper. ann. 1346. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 163. col. 1 : *Volentes, si de bonis quibuscumque regni Romani vel imperii, tibi et ecclesiæ tuæ impignoratis vel obligatis, aliquibus personis Feuda Annua Manualia, videlicet in pondere, numero vel mensura existentia, porriguntur; .... quod tu vel successores tui, stante dictorum bonorum obligatione, Feuda Annua Manualia hujusmodi liberare et redimere valeatis, videlicet unam marcam annuorum reddituum, pro decem marcis usualium in pecunia numerata.*

Feudum Antiquum, quod et *paternum*, quibusdam dicitur, illud est, quod ab antiquo cuidam familiæ ita concessum est, ut a masculis tantum possideatur; [Hæc fuit omnium feudorum ab origine conditio, quæ ad stirpem tertiam usque Regum nostrorum perseveravit,] nisi feminæ charta infeudationis illius capaces existant, [quod sub initia XII. seculi in usu esse cœpit, discere est ex Mathilde Henrici I. Angliæ Regis filia quæ in Ducatum Normanniæ successit, sicut Eleonora in Ducatum Aquitaniæ,] et ad agnatos deficiente linea primogenitorum transeat, alienatione interdicta : cujusmodi conditionis formula exstat in Chart. quam descripsit vir multæ eruditionis Dion. Salvagnius Boissius lib. de Usu feudor. cap. 2. pag. 15. *Feudum* vero *antiquum* a *paterno* distinguit Zazius lib. de Feud. part. 2. § 7 : *Antiquum* enim dici ait, *quod ab aliquo ex antecessoribus acquisitum est, qui communis agnationis ultra quartum gradum origo fuit. Si vero a patre, vel ab aliquo usque ad quartum gradum, nempe avo, proavo, abavo, proveniat*, tunc *Paternum* appellari. Ita etiam Baldus in § Hoc quoque, de Success. feud. et Cowellus. Simile est tenementum, quod Angli, *Teneure par homage Ancestrel* vocant, illud scilicet, quod quis a domino tenet, ab antecessoribus suis possessum, a tempore, cujus non exstat memoria. Ita Littleton sect. 143. Charta Ainardi *de Rossillon* ann. 1342. apud V. Cl. Dion. Salvagnium pag. 33 : *Quod quidem, ut asseruit, habet et habere debet alias naturam Paterni Feudi, nobilis, et Antiqui, in quo per viam testamenti possint et debeant succedere, quicumque liberi et hæredes masculi et feminæ, agnati, cognati, descendentes et ascendentes, habiles et inhabiles de personis, et ab intestato succedere possint et debeant in eodem omnes illi, qui de jure possunt et debent in hujusmodi Feudis successionem habere.* Arestum ann. 1382 : *In feudum ligium nobile et Antiquum, et taliter conditionatum, quod transferri non possit in alias personas, nisi de cognatione dicti Guillelmi.* Charta Humberti Delphini Viennensis 14. Maii ann. 1349. in Statutis Delphinatus pag. 39 : *Omnia et singula Feuda et retrofeuda Delphinatus præsumuntur et intelliguntur esse Antiqua, nisi ipse dominus Delphinus, vel successsores sui, ipsa vel aliqua ex ipsis, clare ostenderent esse nova.* Charta Cremonensis ann. 1244 : *Et hoc de suo recto et honorabili Feudo Antiquo et Antiquissimo.*

Licet vero feudum novum sit, et de novo concedatur, potest tamen concedi jure feudi antiqui : et tunc naturam sumit feudi antiqui, et illius jure regitur non tantum in persona primi vassalli, sed etiam omnium descendentium. Atque ejusmodi feudum doctores vulgo vocant, *Feudum ex pacto et providentia Antiquum*, ut est apud Thomam de Martinis Tract. de Generib. et qualitatib. feudor. Exstat in veteri Regesto Cameræ Comput. Paris. Charta Galeacii Comitis Virtutum ann. 1371. qua *Castrum Donati erigit in nobile, rectum, Antiquum, paternum et gentile Feudum.* In alia ann. 1377 : *In Gentile, paternum, Antiquum, honorificum et perpetuum Feudum.* Vide Ughellum tom. 2. pag. 161. 162. tom. 4. pag. 874. et Probat. Hist. Ducum Burgund. pag. 92.

Feudum Aperibile et Ligium. In Vita Balduini Lutzemb. Archiepiscopi Trevirensis lib. 3. 4. 5. 6. 7. Id est, quod, licet ad Ecclesiam spectet, post Episcopi mortem *aperitur*, id est, vacat, quomodo *aperti honores* dicuntur, et de quo postea electus hominium ligium præstat. Vide *Aperire*.

* Alia est hujusce feudi notio; idem scilicet quod infra *Feudum Reddibile*, in Charta ann. 1329. tom. 2. Hist. Trevir. Joann. Nic. ab *Hontheim* pag. 113. col. 1 : *Item domus et turris nostræ in Brucken apud Treverim, quæ sunt ligiæ et Aperibiles domino nostro Trevirensi contra omnem hominem et ad suam voluntatem.* Alia ibid. : *Recepi, . . . a dom. Baldewino archiep. Trevir. castrum seu fortalicium meum Rapwilre in Feudum Ligium et Aperibile sibi, quandiu vixerit, et post eum suis successoribus et ecclesiæ Trevirensi, contra omnem hominem, ad omnem ipsorum voluntatem.* Occurrit rursum ibid. pag. 114. col. 1. [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Aufgebig Lehn*, col. 57. Castrum domino ad necessitates belli contra quosvis aperiendum.]

* Feudum Arcaragii, Quod a vassallo possidetur ea conditione, ut in expeditionibus bellicis servitium *arcarii* seu sagittarii domino præstet. Charta Simon. Montisfort. ann. 1211. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 126 : *Facies tu et tui michi et meis servitium tempore guerræ ad unum arcarium, cum a te fuerit petitum.* Alia ann. 1314. in Reg. 52. ch. 34 : *Ea vero quæ . . . . alii arquerii tenent in dicto loco, . . nomine arcaragii, pro quibus servitium arquerii domino regi facere tenentur etc.* Charta Phil. V. ann. 1316. ex Reg. 59. ch. 79 : *Ad supplicationem Aymerici de Podio domicelli condomini de Peyrenchis vobis* (senescallo Tolos.) *committimus et mandamus, quatenus quosdam redditus in dicta villa situatos, quos a quibusdam personis, quæ ipsos a nobis ad Feudum Arcaragii tenere dicebantur, asserit se emisse, ... ad feudum nobile, mediante competenti financia, nostro nomine reducatis. Feudum archaragii*, ibidem non semel.

¶ Feudum ad Plena Arma vel *de plenis armis*, cujus *Feudati* armis omnibus et equis instructi domino capitali servitium præstare per 40. dies tenebantur. Hist. Harcur. tom. 4. pag. 2172 : *Matheus de Gamaches tenet Feodum de plenis armis... Alix de Bavent Feodum ad plena arma.* Quod ibidem sæpius recurrit.

* Feudum Bandorum, *Feudales* seu vassalli qui vexillum domini in bello comitantur. Instr. ann. 1385. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 81. col. 1 : *Ubi principalis exercitus extiterat, Feudo Bandorum sive vexillo, etc.*

Feudum Burgense, seu ignobile, Zazio parte 2. de Feudis, est, quod a minimis valvasoribus, vel etiam a plebe, paganis, id est, privatis in feudum conceditur. *Fief rural*, cui opponitur *Fief noble*, in Consuetud. Nivernensi tit. 4. art. 27. 28. et 29. Vide *Feudum Ædificii*.

Feudum Bursæ, Idem quod *Feudum de Camera*. Ut enim *Camera* dicitur Thesaurus Regius, ita *bursa* pro fisco usurpatur : atque ita Petrus de Fontanis in Consilio a nobis edito cap. 14. § 23. fiscum, *Bourse* reddit, in Lege 1. Cod. Si adversus fiscum. (2, 36.) Regest. feod. Campan. fol. 61. v. : *Guillelmus de Gornay homo de* 10. *libris in Bursa. Philippus de Crespeio ligius de* 30. *libr. Bursæ, salva fidelitate Regis et Comitissæ de Vermendesio.* Fol. 64 : *Dominus Bartholomæus de Roya homo de* 40. *libr. Bursæ.* Fol. 110 : *Adam de Bellomonte fecit homagium ligium, post dominos suos, quos primitus habebat, de* 30. *lib. quas habet singulis annis in nundinis S. Aigulfi in Bursa.* In Regesto Feodor. et Servitior. Campaniæ fol. 146 : *Lige de* 50. *livres à vie en Bourse.* Passim ibi. Regestum Parlamenti Paris. sign. B. fol. 41. inter Aresta ann. 1277 : *Ordinatum fuit, quod injungeretur Marescallo Campaniæ, ut solvi faciat Feoda, quæ Milites habent in Bursa Comitis Campaniæ.* Juxta regulas Feudorum, annui reditus quivis in feudum dari possunt : quia annui reditus computantur inter immobilia. Ita Zazius parte 2. de Feud.

Feudum Bursæ, seu *Bursale* appellant præterea Consuetudines nostræ municipales aliquot, feudorum reditus partem aliquam, quæ a primogenito secundogenitis pro eo, quod in iis habent, jure, ex successione paterna datur; *Fief boursal*, Consuetudo Cenomanensis art. 282. *Fief boursier*, Carnotensis art. 17. ut qui ejusmodi feuda possident, *Boursaux*, Perticensis art. 77. 78. Vetus Consuetudo Andegavensis et Cenomanensis parte 7. tit. *des Successions : Aucuns usages locaux sont en aucunes Chastellenies, et fiefs desdits pays, que tels gens coutumiers départiront bien tels aquests entre eux comme le domaine, Fié, ou heritage tenu à foi et homage exaument, et à l'un pourroit demeurer st*

Digitized by Google

hebergement i avoit en sa portion de terre ou autre chose, et porteroit la fois pour tous les autres, supposé, qu'il ne tenist le quart, ni le quint. Mais quant la terre cherroit en rachat par la mort de l'home ou de la foi, les autres fareschaus rendroient à la bourse, et feroient leur part du rachat, et chiet tout le domaine en rachat, et appelle on le Fié boursal, c'est à savoir terre aquise de bourse coustumiere, lequel usage local est acondamnez selon l'opinion des assistans, et à ramener à la coustume general. Ejusmodi etiam videtur istud genus feudi, de quo Bracton. lib. 4. Tract. 3. cap. 9. § 6 : *Feodum est id, quod quis tenet ex quacumque causa sibi et hæredibus suis, sive sit tenementum sive sit redditus, ita quod redditus non accipiatur sub nomine ejus, qui provenit ex camera alicujus.*

☞ *Feudum bursale* rectius definire videtur D. *de Lauriere* tom. 1. Gloss. pag. 462. illud quod inter plebeios divisum ab iis ex pecunia viritim data a Domino capitali redimitur. Nec aliud profecto indicare arbitror verba ex Consuetud. Andegav. et Cenoman. citata.

* Feudum Bursale, Diversa prorsus notione ab iis, quæ supra explicantur; sed a definitione quam *De Lauriere* proponit tom. 1. Glossar. jur. Gall. pag. 462. non longe aberrans; in quo autem ab eo differat facile addisci potest ex Chartul. feud. eccl. Carnot. fol. 155. r° : *C'est ascavoir que la coutume et condition du Fié Boursier est telle, que toutes fois que vasseur muë, est deu pour chacune foy cinq sols et quint denier, quant le cas y échet, et par chacun an à la S. Remi tel cens que l'héritage de ung chacun doit, dont les aucuns tiennent à deux et trois et quatre ou à plusieurs foys, et pour chacune foy donnent cinq sols et quint denier, toutes les fois que vasseur muë, en quelque maniere que ce soit, comme dit est.* Recog. feud. 19. Jul. ann. 1695. ex eod. Tabul. : *Les terres énoncées audit acte relevant du Chapitre en Fief boursier, à foy et hommage et cinq sols de rachat pour chacune piece de terre à chaque mutation de vassal et à toutes morts et mutations, quand le cas y échet, selon la coutume de nos Fiefs boursiers, et outre à titre de cens annuel et perpétuel, portant lods, gands, ventes, défauts, saisines et amandes, quand le cas y echet ..... Ledit cens à raison de deux deniers Tour. pour chacun septier, payable par chacun an le jour de S. Remi. Feudum* vero *bursæ* appellatur, non quod ex fisco dominico, sed quod ex *bursa* vassalli reditus solvendus expromatur.

Feudum Cameræ, vel *Canevæ*, aut *Cavenæ*, dicitur, cum aliquid annuum ex *Camera*, i. fisco Regio, vel ex aliquo loco thesaurario, vel ex vectigalibus, vel ex mensa argentaria solvitur. [** Feud. lib. 2. tit 1. § 1. et tit. 58. princ.] Leges Alfonsinæ parte 4. tit. 26. Lege 1 : *La otra manera es à que dicen Feudo de Camara. Et este se face quando el Rey pone Maravedis à algunt su vassallo cada año de su Camara et este feudo atal puede el Rey toller cada que quisiere.* Ejusmodi feuda in rectis feudis non computantur, licet recti feudi servent naturam præterquam in successionibus, scilicet in servitiis præstandis, in danda et præstanda investitura, in sacramento fidelitatis, etc. Vide Zazium part. 12. de Feud. § 31. et Rosentalium de Feud. cap. 2. § 30. 31. Bracton. lib. 2. cap. 35. § 6. ait, de feodo vel redditu, qui datur ex Camera, sine tenemento, de quo possit redditus provenire, non fieri homagium, præterquam Regi. Mox addit, non valere homagium, si redditus sit annuus, et de Camera, nisi constituatur et proveniat ex certo tenemento. Formula porro ejusmodi feudorum de Camera concessionis sic concipitur in Chartis Friderici II. Imperat. ann. 1250. pro Guigone Delphino Viennensi, in veteri Regesto Delphinatus Herouvalliano : *Attendentes devotionis et fidei puræ zelum, quem Wigo Dalphinus Viennensis dilectus consanguineus et fidelis noster habet erga Majestatis nostræ personam : considerantes quoque grata servitia, quæ idem culmini nostro fideliter exhibuit hactenus, exhibet in præsenti, et exhibere poterit in antea majora, de annuo Feudo trecentarum unciarum auri percipiendarum de Camera nostra singulis annis in festo Resurrectionis Dominicæ, ... sibi in fide et devotione nostra persistenti de gratia nostra duximus providendum, etc.* [Charta Conventionis inter Henricum II. Regem Angliæ et Robertum Comitem Flandriæ in Lib. nig. Scacarii pag. 15 : *Et propter prædictas conventiones et prædictum servitium, dabit Rex Henricus Comiti Roberto unoquoque anno quingentas libras Anglorum denariorum in Feodo.*] Exstat in 4. Regesto Memorialium Cameræ Computor. Parisiensis fol. 47. hominium Regi Johanni præstitum pro simili feudo Cameræ, quod vice formulæ hic describendum duximus : *A tous ceux qui ces presentes lettres verront et oirront, Rogier de Beauchamp Chevalier au Roy d'Angleterre, Salut. Je fais à savoir à tous, que le Roy de France Monseigneur m'a donné de sa grace deux mil florins à l'escu de rente annuelle, à prendre, percevoir et avoir chascun an, tant comme je vivrai, sur son Tresor à Paris, si comme il appert par ses Lettres à moi données sur ce l'an de grace 1360. le 6. jour de Janvier, ainsi signées,* Per Regem vobis præsente Tolosæ, *pour laquelle rente je suis entrez en la foy et en l'hommage de mondit Seigneur le Roy de France, et lui ay promis et promet foy et loyalté, et le servir loyalement à mon pouvoir de ce qu'il aura à faire de moy, toutes fois que de par luy en seray requis, contre toutes personnes quelconques, excepté tant seulement mondit Seigneur le Roy d'Angleterre et ses enfans. En tesmoin de laquelle chose j'ay seellées ces Lettres de mon seel, dont je use communément. Donné à Londres le 26. jour de Juillet 1362.* Complurium ejusmodi Regibus nostris præstitorum ab exteris hominiorum meminit Tillius, ubi de bellis inter Reges Francicos et Anglicos. Nonnulla etiam alia descripsit Fredericus Sandius in Commentar. ad Consuetudines feudales Gelriæ tit. 1. cap. 1. n. 7. 8. 9. 10. etc. Vide, quæ de iis annotavimus in 13. Dissertatione ad Joinvillam

☞ *Feudum* autem *Canevæ* seu *Cavenæ* dicitur, cum vassallo ex cellario Domini, feudi nomine, præbetur annona. Sic Galbertus duas quadrigatas vini annuas a Duce Normanniæ percipiebat. Ordericus Vital. lib. 6 : *Duas quadrigatas vini de Principe Normannorum in Feudo tenebat singulis annis, ex quibus unum modium ad celebrandas Missas perenniter concessit Monachis.*

* Duo sunt diversi generis feuda. Primum scilicet, cum aliquid annuum ex *Camera*, id est fisco regio, alicui solvitur; alterum vero, cum vassallo ex cellario domini, feudi nomine, præbetur annona. *Canova* enim est Cella penaria seu vinaria. Vide *Canava* 1. et *Cinepa* 1.

Feudum Capitale, [Gall. *Fief en chef* vel *chevel*,] dicitur illud, quod nullo medio a Rege, aut eo, qui supremo jure gaudet, dependet, ut sunt Ducatus, Comitatus, Baroniæ. Vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. sect. 3. cap. 23 : *Les Fiemens chevels, sont icels, lesquiex sont tenus en chef, si comme Comtées, Baronnies, et Fieus de hauberc, Sergenteries franches, et tous autres Fiemens, qui sont tenus en chief, qui ne sont pas sousmis au Fieus de hauberc : et as Seigneurs de tels Fiemens doivent paier leurs hommes trois aides chevels selon la Coustume de Normandie. Les Fiemens par dessous sont appellez tous iceux Fiemens, qui descendent des chevels fiemens, et sont soumis à iceus Seingneurs, si comme sont Vavassouries, qui sont tenues par hommages et par services, si comme ou par service de chevel masle et autres Fiemens, qui sont tenus par les acres de terre de leurs chiefs Seingnors.* Vide novam Consuetudin. Normann. cap. 34. 35.

☞ Nihil certe ad mentem suam aptius proferre poterat Doctissimus Cangius; attamen si consulatur vetus Commentarium in eamdem Consuetudinem, statim intelligi datur *Feudum Capitale*, ab alio quam a Rege, aut eo, qui supremo jure gaudet, posse dependere. Hæc sunt autem verba Consuetudinis quæ explicantur : *Les autres Fiefs qui sont tenus en chief ne sont pas soumis à nul fief de Haubert. Ce texte*, verba sunt Commentarii, *entend de soumission de vilain Fief, et non pas de soumission de noble Fief. Et ne veut pas dire que se ung noble Fief étoit tenu d'un Fief de Haubert, qu'il ne fust pour ce Fief en chief : car les Fiefs de Haubert memement sont soumis aux autres, et les Baronies et les Comtez, mais veut le texte dire qu'ils ne sont pas tenus à aucun Fief de Haubert comme vilain Fief. Et est l'entente de ce texte, comme il peut apparoir par ce qu'il met aprés : les Fiefs par dessoubs sont qui descendent de Fiefs Chevels et sont soumis à eux, si comme Vavassouries, qui sont tenuës par sommage et par service de cheval, et les autres Fiefs qui sont tenus par autres services.*

* Feudum Carpentariorum, *Quo sarta tenerentur diligenter tecta*, ut legitur in Tract. de Feudis eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 651.

¶ Feudum Casamenti, Quod a casa Dominica dependet; proprie prædia Ecclesiarum et Monasteriorum titulo Advocatiæ et Defensionis subinfeodata. Ivo Carnot. Epistol. 284 : *Adjecimus etiam, ut quicquid hactenus de Casamento Carnotensis Ecclesiæ, concessione possidentium, et præ-*

Digitized by Google

sidentium per annum et diem quiete possederint, de cetero nostra concessione quiete possideant. Quæ consuetudo ab Ecclesiasticis ad Laïcos subinde transiit. Hæc tamen feudi species non ubique statim recepta fuit; at labente seculo XII. passim *Casamentum* pro feudo usurpari reperitur. Charta Theobaldi ann. 1198 : *Ego Theobaldus Trecensis Comes Palatinus; notum facio tam præsentibus quam futuris : Quod ego dedi D. Radulpho cognomine Pluuquet, villam quæ dicitur Veuderie quæ est prope Castellionem, in Feodo et Casamento sibi et hæredibus suis.* Vide *Casamentum* 1.

Feudum Castrense, feudi species, qua quis certa pecuniæ quantitate, vel tenemento aliquo donatur, ut castrum sibi a domino collatum custodiat ac tueatur : *Burglehen* Germanis appellatur, [** *Burghutlehen.* Vide Eichhorn. Introduct. in Jus German. § 195. *Feudum Castellanum*, in chart. ann. 1269. in Alsat. Diplom. tom. 1. pag. 460. num. 649.] ut auctor est Freherus in Origin. Palatinis. Wichbild Magdeburgense art. 7. § 4. de Romanis : *Consultebant præterea ut arces illas pro commodo inhabitantium jure aliquo communirent ac locarent : acceptisque nonnullis Militaris ordinis viris, illas fortaliciis et munitionibus præfecerunt, ac sub eo jure, quod Castrense seu Emphyteuticum jus dicitur, sub Feudo Castrensi collocarunt.* Jus Feudale Saxon. cap. 37. § 5 : *Feudum castri non potest Castrensis alteri conferre, etc.* Chronicon Laurishamense pag. 89 : *Et partem agri dominicalis in Castrense beneficium... distribuit.* [Charta ann. 1300. apud Ludewig. tom. 2. pag. 246 : *Henricus D. G. Fuldensis Ecclesiæ Abbas etc. nobili viro Philippo Domino de Minzenberg consanguineo nostro centum marcas denariorum Coloniensium, tribus fallentibus pro denario computatis, Castrense Feudum castri Bingenheim deputavimus in hunc modum, ut ipse Castrensem idoneum sibi in dicto castro substituat, qui custodiam faciat castralem et residentiam.*] Exemplum investituræ *Castralis beneficii*, uti appellatur, profert Freherus in Originibus Palatinis, lib. 1. pag. 82. quo quidam Popo *de Durn* a Ludovico Comite Palatino Rheni investitus, profitetur tam pro se quam pro hæredibus suis, in Castro Heidelbergensi *Castrale beneficium* perpetuo se deserviturum, habiturumque in eodem castro, loco sui unum Militem continue residentem, etc. Quod quidem feudum Popo recepit, acceptis a Comite centum marcis argenti Coloniensis ponderis. Vide Jus feudale Saxon. cap. 3. § 4. cap. 29. § 12. cap. 37. § 4.

* Feudum Chauderiarum qui sit, explicat Charta Radulphi vicecomit. Bellim. ann. 1205. ex Tabul. Major. monast. : *Cum domus monachorum de Vivonio quoddam servitium mihi deberet per manum Bartholomei Baril, videlicet quod equum quærebat mihi ad cacabum meum deferendum, quando ego ibam in exercitum, etc.* Cujus Chartæ inscriptio talis est : *De Feodo Chauderiarum, quod solebat habere vicecomes Bellimontis.* Vide supra *Chauderea.*

¶ Feudum Censuale, Tenura terrarum sub annuo censu infeodata. Liber niger Scaccarii pag. 75 : *Tunc prædictus Episcopatus de quodam tenemento, quod tenuit R. de Monasteriis Feodo Censuali, scilicet de duobus hidis, unum fefavit militem.* Vide infra *Feudofirma.*

¶ Feudum Censuatum, de quo infra in *Feudum Honoratum*, quod itidem sub annuo censu datur; a *Censuali* tamen videtur differre, quod *honoratum* simul nominatur.

¶ Feuda Choralia, Feuda Communiæ, jura scilicet, tenementa et alia quæ ad Choram seu Communiam alicujus urbis vel societatis spectant. Statuta Collegii Ardacensis art. 27. apud Raimund. Duellium lib. 1. Miscell. pag. 122 : *Verum coloni ad oblagiam, et ad Feuda Choralia spectantes, ad nullam prædictarum exactionum vel contributionum sint astricti.*

* Feudum Claustrale, Reditus, commoda ac proventus canonicorum alicujus ecclesiæ, idem quod *Præbenda.* Lib. sal. S. Thomæ Argent. fol. 19. ad ann. 1334 : *Idem quoque circa adaptationem curiarum et Feudorum Claustralium, ne talibus non præbendatis in posterum adaptari valeant, duximus statuendum.* Ibid. fol. 27 : *Specificatio redituum pertinentium ad Feudum Claustrale, quam habet Johannes Wezelonis cantor et Petrus Volsche canonici.... Primo redditus xxv. solidorum super duobus et uno vierdige..... Item duo quartalia, unum tritici, aliud siliginis annuatim infra festa B. M. Virginis de granario ecclesiæ S. Thomæ.*

* Feudum Colus, Gall. *Fief de quenouille*, Quod inter feminas partitur. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 644 : *Icellui Michiel advocat en la ville de Rouen avoit dit à la dame de Gargoulay que elle avoit droit, et que c'estoit Fief de Quenoulles qui se devoit partir.*

¶ Feudum Comitale, Idem videtur quod *Nobile* infra. Charta ann. 972. in Append. ad Marcam Hispan. col. 900 : *Ego Borellus G. D. Comes et Marchio et conjux nostra Ledgardis Comitissa... vindimus tibi alodem nostrum proprium, qui mihi advenit ad me Borrel per genitorum meorum, et ad me Ledgardis per meum decimum, id est, Ecclesia de S. Stephani qui est in Puig de Granolers, quod tu tenes per Fevum Comitale et per fevum de castrum Gurbo.* Epistola Silvestri II. PP. ad Sallam Episc. Urgell. ann. 1001. ibid. col. 958 : *Cum Fevo et alode Comitale. In valle Andorra omnes alodes Comitales, etc.*

* Feudum Communale, Prædium quod ad *Communiam* seu universitatem urbis vel oppidi pertinet. Charta ann. 1055. in magno Chartul. S. Vict. Massil. fol. 41 : *Petiam minorem in medio habet unum vasum et a parte aquilonis vineas de Fevo communale, a meridie terram archiepiscopalem.*

* Feudum Conditionabile, vel Conditionatum, Certis conditionibus concessum. Charta ann. 1334. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1358 : *Homagialia vel Conditionabilia Feuda, retrofeuda, nobilia et innobilia, etc.* Alia ann. 1337. in Reg. 101. ch. 103 : *In Feudum francum et nobile, Conditionatum tamen pactis, conditionibus et conventionibus suprascriptis.* Charta ann. 1341. in Reg. 4. Armorial. gener. pag. 12 : *Sub ejus immediato dominio et segnhoria in Feudum francum, nobile et anticum, bonis conditionibus Conditionatum.* Alia Humb. dalph. ann. 1349. in Reg. 79. Chartoph. reg. ch. 33 : *Concedimus.... in Feudum redibile, Conditionatum modis et conditionibus infrascriptis, etc.* Homag. ann. 1413. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. 13 : *Confessus fuit.... se tenere.... in Feudum francum, nobile et antiquum ac bene Conditionatum, etc.* Adde Ordinat. reg. Franc. tom. 9. pag. 40. art. 13.

* Feudum Coquinæ, vel Quoqui, Quidquid nomine feudi ex coquina percipiendum annuatim assignabatur. Charta ann. 1230. in Chartul. S. Dion. pag. 226. col. 1 : *Petrus de Maloleone.... obtuli monasterio beati Dionysii quintam partem hæreditatis meæ,... quam quintam partem assignavi in hiis, quæ percipiebam in coquina abbatis S. Dionysii, ratione Feodi Coquinæ, quod feodum tenebam ab eo.* Alia ann. 1231. ibid. : *Dom. Emelina relicta Philippi de Gargeis militis recognovit coram nobis, quod cum perciperet in Coquina abbatis B. Dionysii quædam jura, tam in piscibus quam in carnibus, quam in quibusdam aliis, ratione Feudi, quod tenebat ab eodem abbate. Feodum Quoqui*, in Ch. ann. 1224. ex Chartul. Maurigniac. ch. 95.

¶ Feudum Corporale, Gallice *Fief de corps*, Quo vassallus debita servitia per seipsum Domino capitali præstare tenetur. Vide Assisias Hierosol. pag. 156. *Feudum Corporale* præterea dicitur illud quod in terris aliisque domaniis positum est, ad discrimen eorum quæ *Incorporalia* vocant, quod sine tenemento sint.

Feudum in Curia, seu *in Curte* dicitur, cum dominus castri, vel villæ, certam partem vel ex Camera territorii sui, aut ex teloneis, vel ex villa aliquid infeudat, quod minus sit parte alia, quæ remansit. Vide Rosentalium cap. 2. § 40.

Feudum extra Curiam est, quando dominus castri, vel villæ, jurisdictionem quidem et districtum in villa vel castro cum modica aliqua possessione habet, quam alteri infeudat, cum cæteræ possessiones aliorum sint propriæ. Ita Zazius part. 11. de Feud. § 1. ubi fusius rem explanat.

¶ Feudum extra Curtem, dicitur illud quod pendet ad aliquo Domino extra metas justitiæ dominii sui. Baro de Beneficiis lib. 1. cap. 9. [** Vide Pætzii librum de Jur. feod. § 3. not. d. Dicitur etiam *non landsassiacum.*]

Feudum Dangerii, Nostris *Fief de danger*, in Consuetud. Trecensi art. 37. Calvimontensi art. 56. Barrensi art. 1. etc. sic appellatum, quod ejus amittendi periculum immineat, nisi mature hominium et fidelitatem exhibuerit vassallus, vel si is, inconsulto domino, seu nondum præstito hominio, feudi sui possessionem adeat. Constitutio Friderici I. Imp. apud Radevicum lib. 4. cap. 47 : *Si quis infeudatus major 14. annis sua incuria vel negligentia per annum et diem steterit, quod feudi investituram a primo domino non petierit, transacto hoc spatio Feudum amittat.* Vide *Dangerium.*

* Feudum Decimale, Emolumentum,

Digitized by Google

quod ex fructuum decima percipitur, jus decimæ. Charta ann. 1417. ex Chartul. eccl. Glasg. Cod. reg. 5540. fol. 92. v°: *Vicarius pensionarius curam ibidem gerens animarum, pensionem recipiens perpetuam annuatim xij. marcarum usualis monetæ regni Scotiæ, ... cum Fevo Decimali locorum infrascriptorum, videlicet de Murays, de Torres, etc.*

¶ Feudum Dominicum, Idem forte quod *Capitale*, vel quod Gall. dicitur *Chef lieu d'une Seigneurie*, a quo alia feuda etiam nobilia dependent. Litteræ Johannis de Britannia ann. 1231. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. pag. 1636: *Insuper nos et hæredes nostri non poterimus aliquo modo accrescere nos in aliquo Feodo dicti Vicecomitis* (de Rohan) *vel hæredum suorum Dominico, vel gentili, vel in retrofeodo.*

Feudum Ecclesiasticum, inquit Zazius part. 2. de Feud. dicitur triplici respectu, 1. quod ab Ecclesia datur, 2. quod ab ea recipitur, 3. quod datur et recipitur a Clerico, licet non tanquam ab Ecclesia. Feudo istiusmodi opponitur *Feudum sæculare*. Brevius, feudum Ecclesiasticum est, quod ab Ecclesiasticis et Ecclesiis possidetur. Ita accipitur in Regiam Majest. lib. 3. cap. 25. § 2. 3. cap. 34. [** Adde Glanvillam lib. 13. cap. 23. sqq.] Tabul. Conchensis Abbatiæ in Ruthenis Ch. 483: *Et accipiet Sacerdos Fevum de Ecclesia de manu Abbatis, etc.* In Concilio Claromontano ann. 1095. vetatur Presbyter effici homo Laici: *Sed si Feudum a Laico Sacerdos tenuerit, quod ad Ecclesiam non pertineat, talem faciat ei fidelitatem, quod securus sit. Homagium* vero pro dignitatibus Ecclesiasticis, v. g. Decani, Episcopo factum legimus apud Louvetum in Hist. Bellovac. lib. 1. pag. 338. Tabular. S. Cyrici Nivern.: *Feoda Dom. Episcopi Nivernensis, pertinentia ad Dominum Nivernensem. Et primo Feoda Ecclesiæ Nivern. Decanus Nivern. Archidiaconus Nivern. Thesaurarius, Cantor, etc.* Regestum Feodorum et servitiorum fol. 141. in Camera Computor. Parisiens.: *Henri de Culant Celerier de S. Estienne de Troies, Lige de la Celererie de l'Eglise de S. Estienne.* Fol. 167: *Le tresorier de S. Kyriace de Provins maistre Guillaume Vasco Lige de la Tresorerie à lui donnée l'an* 1258.

☞ Porro e feudis Ecclesiasticis, ut observat Alteserra cap. 4. alia sunt libera quæ nec censum nec servitium militare debent, sed tantum obsequium precum pro salute Principis. Horum meminit Helgaldus in Vita Roberti: *Præterea Patri Benedicto et suis piscatoriam Ligeritti fluminis benignissimus adhibuit, scripto firmavit, et ex his nihil aliud quam intercessionis illius quæsivit suffragia.* Ingulphus in Chron. Croylandiensi ubi de Bertulpho Rege Merciorum: *Emancipo ab omni debito Regis, et omnis alterius Domini, et hominis, cujuscumque fuerit dignitatis, excellentiæ vel honoris, ut nihil a modo de sacri vestri Monasterii Croyland Monachis litteratis et Laicis, servis aut tenentibus vestris exigere poterunt, præter orationes vestras aut beneficia spiritualia.* Alia vero non libera, quæ præstant militiam et censum. Quæ quidem notiora sunt quam ut probatione indigeant. Nemo quippe horum temporum historiam vel leviter attigit qui Episcopos et Abbates galeatos citius obviam non habuerit quam infulatos. Sed abs re non fuerit observare hanc Ecclesiasticorum feudorum servitutem in Angliam a Guillelmo Conquestore invectam fuisse, ut testis est Matthæus Paris sub ann. 1070: *Rex Willelmus... Episcopatus quoque et Abbatias omnes quæ Baronias tenebant, et eatenus ab omni servitute sæculari libertatem habuerant, sub servitute statuit militari, inrotulans singulos Episcopatus et Abbatias pro voluntate sua, quot milites sibi et successoribus suis hostilitatis tempore voluit a singulis exhiberi.*

** Feudum Eleemosynare, Idem quod *Ecclesiasticum*, scilicet quod ab Ecclesia tenetur. Vide *Eleemosyna Libera et Eleemosyna pura* in *Eleemosyna*, 2.

¶ Feudum Episcopale, Prædium quod ab Episcopo jure beneficii possidendum Laico conceditur. Charta ann. 1122. inter Probat. Hist. Monmorenc. pag. 37: *Ego Girbertus Dei gratia Parisiensis Episcopus... Ecclesiam et altare B. Mariæ de Moncellis, Monasterio B. Martini de Pontisara concessi, annuente Burcardo de Montemorenciaco, qui eum de Episcopali Feudo possidebat.*

* Feudum Equorum a Sarcinis, Cujus possessor tenetur equum commodare sarcinis ferendis aptum patriarchæ Aquilejensi, quoties proficisceretur ad imperatoris curiam, in Tract. de Feud. ejusd. eccl. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 651.

Feudofirma, vel Feudi firma, est tenura terrarum, vel tenementorum alicui et hæredibus concessa pro annuo reditu, qui tertiam, vel ad minus quartam veræ æstimationis æquat, absque aliis servitiis, quam quæ in Charta concessionis, seu feoffamento exprimuntur. [Et quidem interdum ea lege concedebatur ut servitia militaria præstaret. Charta Henrici Regis Angliæ ann. 1155: *Si aliquis teneat de nobis per Feodifirmam vel soccagium, vel burgagium, et de aliquo teneat per servitium militare, nos non habebimus custodiam hæredis, nec terræ suæ quæ est de Feodo alterius, occasione illius Feodifirmæ, vel soccagii, vel burgagii, nisi ipsa Feodifirma debeat servitium militare.*] Hujus autem tenuræ conditio talis est, ut si tenens per biennium reditum suum detineat, tum dominus, seu feoffator, actionem ad terras sibi et hæredibus suis recuperandas habeat. Ita Britton. pag. 164. Cowellus lib. 2. Instit. tit. 2. § 16. tit. 4. § 1. lib. 3. tit. 25. § 2. et Rastallus verbo *Feeferme*. Idque *Firmam in feudo tenere* appellabant. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 56: *Si quis vero Firmam in Feudo teneat, et homagium inde fecerit, sive in eo manens sit, vel non sit, et eum diligit, satisfaciat domino suo in curia sua, vel in curia domini, de quo ipsum Feodum est.* Charta alia Henrici Regis Angl. tom. 1. Monastici Angl. pag. 106: *Et quoddam pratum.... in Feodofirma perpetuo habendum pro 20. solidis reddendis unoquoque anno, etc.* Et pag. 112: *Concessit..... dimidium gurgitis de Duny ad Feodum Firmam in escambium, etc.* Matth. Paris ann. 1250: *Partem suam in silvis... pro magna summa pecuniæ ut sibi in viaticis provideret, ad Feudofirmam dimisit.* Charta Philippi Pulcri ann. 1314. in Reg. Chartophylacii Regii 49. Ch. 190: *Nous faisons à savoir, etc. que comme Pierres Sires de Chambly tenist à Fieferme de nous nos moulins de Monfort sur Rille.... lesquels moulins feu Pierre de Chambly nostre Chambellan, tenoit à ferme de nous pour ladite somme, etc. luy quittons pour toujours ladite pension, qu'il nous payoit pour lesdits moulins, etc.* Habetur formula dationis ad manufirmam in libro Anglico *Justice of peace* pag. 147. et apud Willelmum Thorn sub ann. 1206. Vide eumdem ann. 1283. pag. 1935.

☞ *Feudofirma* alio sensu accipienda videtur, cum in Chartis donationum quæ Ecclesiis Monasteriisve fiunt, occurrit; neque enim iis conditionibus mox a D. Cangio recensitis Viris Ecclesiasticis tribui potuisse arbitror. Itaque tunc *Feudofirma* idem fortassis quod *Feudum perpetuum*, vel potius quod tunc dicebatur *Manu-firma, Main-ferme*. Charta Episcopi Wigornensis ann. 1177. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 2: *Walterus filius Willelmi de Stanei, concessit donationem quam pater ejus Willelmus dedit Monasterio S. Mariæ de Bordesleia, scilicet totam terram de Osmerclega cum omnibus quæ ad eam pertinent, cum omni libertate haiæ ejusdem terræ, in Feudofirma.*

Feudifirmarius. Leges Burgorum Scoticorum cap. 138: *Feudifirmarius non potest firmarium facere de aliqua terra, nisi reddatur domino capitali, et ipse faciet illum firmarium, etc.*

* Feudum Firmum, Prædium, aliudve in perpetuum, si ad Ecclesiam, vel ad multos annos, si laicis, concessum sub annua præstatione vel servitio. Charta pro capit. Carnot. ann. 1375 in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 299: *Item supra nemoribus desuper dictum pontem sancti Petri, quæ tenuit in feodali firma seu Feodo Firmo Johannes de saint Lienart, viginti libræ Turon. ad duos terminos escacarii.* Arest. ann. 1384. ex Cod. reg. 9822. 2. fol. 148. v°: *Fuit allegata consuetudo in Normannia, quod quandocumque aliquis ab alio recipit aliquid ad Feudum firmum, et est modus loquendi à Fié Ferme in Gallico, et pro illo facit et solvit aliquam redevanciam, etc.* Vide *Feudofirma*.

* Feudalis Firma, Eadem notione. Charta Caroli VII. ann. 1423. in Reg. Cam. Comput. Paris. alias Bitur. fol. 69. r°: *Ad nostri notitiam devenit inclitæ memoriæ Ludovicum regem prædecessorem nostrum, sub anno Domini* 1264. *religiosis abbati et conventui* (S. Mich. in periculo maris) *ad Feodalem Firmam tradidisse terram S. Johannis de Thoma, etc. Fieufferme*, in Lit. Phil. VI. ann. 1331. ex Bibl. reg. *Firmariæ Feodales*, in Consuet. Norm. part. 1. cap. 27. ex Cod. reg. 4651.

* Feudata Ferma dicitur etiam, cum de concessione ad vitam agitur. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 66. v°: *Tractatus inter regem et Blancham ducissam Aurelianensem, per quem rex concessit ei tenere, vita comite, Fermas Feudatas balliviatus Cadomi, vicecomitatus Algiæ, castrorum de Braya comitis Roberti et de Gornayo, quæ quidem post decessum dictæ ducissæ reverterentur ad coronam. De anno* 1376.

Digitized by Google

* Feudum Flamigerorum. Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 31. r° : *Die 15. Nov. 1382. expeditum fuit pro religiosis des Billetes Paris. quod terminum duorum annorum sibi per regem concessum, incepit 15. Sept. 1382. super sufferencia tenendi quoddam feodum, nuncupatum Feodum Flamigerorum in villa Paris. situatum. Feudum ad Flamingos*, in Lit. admort. ann. 1381. vulgo *Fief aux Flamans*, a religiosis, qui *Billetes* nuncupantur, eodem anno, permutatione inter ipsos et Guill. *de Hangest* facta, acquisitum.

Feodum Forinsecum, in Fleta lib. 2. cap. 14. § 1. videtur appellari stipendium, quod a *Thesaurario Garderobæ Regiæ* aliis, quam ex domo et hospitio Regis præstatur et exsolvitur ex fisco Regio : cui opponitur *Feudum in curte domini*, de quo Obertus lib. 1. tit. 2.

Feudum Francum illud dicitur, in quo vassallus ad servitia non tenetur, fidem tamen domino servare debet, eoque nomine hominio obnoxius est. [** Feud. lib. 2. tit. 104.] Hæc Zazius lib. de Feudis part. 8. § 44. et Rosentalius lib. de Feud. cap. 2. § 33. Ita in libello de Recuperatione Terræ Sanctæ, circa finem, *Franca Feuda* dicuntur, *quæ speciali servitio non sunt onerata*. Vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. parte sect. 3. cap. 9 : *Nous apelon Franc Fieu, quant aucun tient franchement son fieu, et tous ses sousmis l'en font le service, qui apartient à icele franchise.* Tabularium Tutelense ann. 1265 : *Ut omnia teneant ab Abbate et successoribus in Francum Feodum sive allodium, ut pro his homagium francum nobis Abbati et successoribus nostris, amplius facere teneantur.* Charta Raymundi *des Baux*, cogn. Junioris ann. 1274. mens. Febr. qua profitetur, tenere se a Bertrando *de Clahensais* Episcopo S. Pauli Tricastin. Castella Suzæ et Buxedonæ *in Feudum Francum et gentile.* Mox additur : *Item fuit concessum, quod ipse Raimundus de Baucio et ejus hæredes semper in mutatione domini vel vassalli teneantur facere homagium ligium flexis genibus, et jurare fidelitatem cum illis articulis qui in dicto juramento continentur, videlicet dictus Episcopus et successores possint suum vexillum seu baneriam mittere, in signum dominii et recognitionis dicti Castri, seu in fortalitio, etc.* Charta ann. 1306. in Regesto Philiphi Pulcri Reg. Franc. ann. 1295. Tabularii Regii num. 165 : *Prædicta vero omnia idem D. Bertrandus et ejus sucessores tenebunt a D. Rege et ejus successoribus Regibus Franciæ in Feodum Franchum et honoratum sub homagio ligio et fidelitatis juramento.*

Videntur tamen exemta fuisse ejusmodi *Feuda Franca et honorata* a redditione castrorum; quod potissimum colligitur ex hominio Guillelmi filii Ducissæ Mathildis Dom. Montispessulani mens. Martii ann. 1189. Raimundo Comiti Tolosano et Mergoriensi facto : *Quæ omnia habeo et teneo de te ad Feodum Francum et honoratum, ita quod nullum supradictorum castrorum vel villarum tibi vel tuis, nec alicui Comiti Melgorii reddere teneor.* Vide *Feudum Honoratum*.

* Feudum Francum, dictum etiam illud, quod censui erat obnoxium; *francum*, ut opinor, nuncupatum, quod ab homine *franco* seu liberæ conditionis, licet non nobili, possideretur. Charta ann. 1300. ex Tabul. Flamar. : *Ego Geraldus la Folhosa confiteor me tenere et habere in Feodum Francum a Bernardo Bermundi domicello quoddam nemus .... situm in parrochia de Conaco* (Petragor.) ... *sub censu unius cartonis frumenti ad mensuram Monthiniaci, et sub acaptamento pertinente ejusdem unius* (cartonis) *frumenti censualis seu rendualis. Ego dictus Geraldus promitto... eidem domicello .... soluturum me .... annis singulis in festo beati Michaelis perpetuo annuatim, et acaptamentum, ut est moris, in dominorum mutationibus et hæredum. Item promitto ego me ... eidem domicello dictam terram supra confrontatam non avoaturum ab aliquo alio domino fortiori ac potentiori, nec etiam posituram in superioribus vel nobilioribus manibus eisdem, nec specialiter in manu alicujus gubernatoris sive rectoris qualicumque, excepto nisi de licentia, de consensu expresso ejusdem domicelli.*

Feudum Francale, in Consuetud. municip. Vianæ in diœcesi Aginnensi, in Regesto Constabul. Burdeg. fol. 53 : *Possunt vendere vel infeodare, aut res suas immobiles dare, excepto Feodo Francali Militari, quod emere vel recipere non possunt* sine licentia Regis Angliæ. Quæ totidem verbis habentur in Consuet. Valentiæ in ead. diœcesi fol. 141. In Regesto Homagiorum Aquitaniæ, *Vitalis Seron* profitetur, se tenere a Rege Angliæ Duce Aquitaniæ *in Feudum Francale ratione Ducatus duas partes vineæ, quæ est in Parochia, etc.* In eodem Regesto fol. 11 : *Dixerunt se esse homines ligii et Francales dicti Domini Regis.* Atque hoc feudum *Francale* aliud non videtur ab eo, quod *Feudum Francum*, id est, nobile, et quod a viris ignobilibus teneri et possideri non potest.

* Charta ann. 1320. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 246 : *Item in Feudis Frontalibus* (l. francalibus) *extimatis valere ratione altæ justitiæ, in redditu annuo tresdecim libras, tres solidos Turon.* Alia ann. 1326. ex Reg. 64. ch. 400 : *Item Feuda nobilia et francalia, justiciabilia, existentia sub juridictione Aurinquesii, etc.*

Feudum Furcale, Cui *Furcæ*, seu superioris justitiæ jus competit. Charta R. Abbatis Carofensis ann. 1308. ex Regesto 2. Philippi Pulcri Regis Franc. in Tabul. Regio, n. 11 : *Item quod habitantes in dicta bastida possint emere et recipere ad censum vel in domo a quacunque persona volente vendere vel infeudare, aut res suas immobiles dare, excepto Feudo Furcali et Militari, quod emere vel recipere non possint, nisi de nostro vel successorum nostrorum processerit voluntate.* Vide *Furca*.

Feudum Futurum, aut de Futuro, dicitur illud, de quo quis infeudatur post mortem possessoris. Nam *Dominus potest duobus solum Feudum conferre, uni possessionem, et alteri exspectationem, quæ dicitur Conventio, si moriatur absque hærede feudali possessor*, qui quidem dicitur *Infeudatus de futuro*, in Jure feudali Saxonum cap. 7. 8. 9. 29. 30. et 37.

Feudum Gardiæ, quod alias *Annale* vocat Zazius art. 2. de Feud. cui opponitur *Perpetuum*, ut sunt omnia feuda : cum scilicet custodia castri, domus, etc. mercedis nomine conceditur. Auctor Breviloqui : *Guardia, Feuda sunt, quæ constituuntur aliquibus propter custodiam rei domini constituentis : Guardio dicitur ille, cui talis custodia est commissa.* Vide Rosental. lib. de Feud. cap. 2. § 32. [** Feud. lib. 1. tit. 2. Alia notione *Feudum Gardiæ* vel *custodiæ* est quod Galli dicebant *Garde noble*, Tutelæ usufructuariæ species. Vide *Warda*.]

¶ Feudum Gastaldiæ. Vide *Feudum Advocatiæ*.

* Feudum Gentile, Quod ab ingenuis tantum teneri potest. Libert. Podii Mirolii ann. 1370. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 103 : *Item pariter concedimus, ... quod quæcumque persona .... dicti loci burgensis oblias, Feoda Gentilia ac redditus usque ad summam trecentarum librarum rendualium acquirere possit.* Charta ann. 1309. in Reg. 13. ch. 175 : *Comme Simon Piquois ait acquis en Fief gentil, etc.* Infra, *Fief noble* appellatur. Vide *Feudum nobile* et *Feudum rectum*.

* Feudum de Guerris, Quod propter servitium militare conceditur. Reg. S. Justi in Cam. Comput. Paris. fol. 213. r° : *Undecim solidi et dimidius censuales, Feodum de Guerris.*

* Feudum Habitantiæ, in Tract. de Feudis eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 648 : *Tenebatur is feudum, cui assignatum fuerat, inhabitare. Est enim ab inhabitando deductum. Quod si ædificiis nudum contigisset, aut inhabitabile ruina postea repræsentasset, a fundamentis debebat instaurare vel collapsa reparare, ut Habitantiæ Feudum suas figendo sedes cum conjuge et liberis pro vocabuli proprietate retinere honestissime posset,*

** Feuda Hæreditaria, ubi ordines successionis juxta civilis juris normam statuuntur. Vide Feud. lib. 2. tit. 48. et Pætz. de Feud. jur. § 105.

¶ Feudum de Haro, Cui scilicet clamoris *de Haro* cognitio aut jurisdictio, vel, ut apertius dicam, cui superioris justitiæ jus competit. Chartularium Gemmet. tom. 1. pag. 32 : *Nous avons ou dit lieu* (de Morville)... *deux demy fiefs de Haro et deux de Liege.*

* Feudum Homagiale, Cujus possessor *homagium* debet: non omnia quippe feuda homagium præstabant, ut videre est infra in *Feudum Militare. Homagialia vel conditionabilia Feuda*, in Charta ann. 1334. ex Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1358. Alia ann. 1350. in Cod. reg. 9861. 2. 2. fol. 41. v° : *Rogantes .... quatenus bona, quæ prædictus quondam Johannes de Bergheim, nomine feodali, a vobis possidebat, præfato Wernhero nato suo in Feodum Hominigiale... conferre dignemini.* [** Adde Haltaus. Glossar. German. voce *Huld-Lehn*, col. 968.]

¶ Feudum Honorabile, Idem quod infra *Honoratum*. Instrum. ann. 1336. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 559 : *Ipsi domino Regi et successoribus suis Boemiæ Regibus, ab eoque domino Rege per*

Digitized by Google

osculum inter nos hinc inde prælibatum et reassumptione Bireti, ipsum Ducatum nostrum cum terris et pertinentiis ipsius in Feodum Honorabile recipimus, pariter et habemus, decernentes, etc. [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Ehren-Lehn*, col. 270.]

¶ Feudum Honorarium, Eadem notione. Charta ann. 1204. apud Gallandum : *Ego Petrus Dei gratia Rex Aragon. Comes Barcinon. Dominus villæ Montispessulani et Mariæ Reginæ uxoris meæ nomine do tibi Pontio Petro et successoribus tuis in Feudum Honorarium totam medietatem castri de Ropiniano.*

Feudum Honoratum, nulli servitio obnoxium : proinde idem, quod *Francum*. Pactum initum inter Petrum Regem Aragon. et Jacobum Regem Majoricarum super Regno Majoricar. 13. Kal. Febr. 1278 : *Nos Jacobus... recipimus a vobis D. Petro Rege Aragonum fratre nostro et successoribus vestris Regib. Arag. in Feudum Honoratum sine omni servitio.... totum prædictum regnum Majoricarum, etc.* Homagium factum a Guillelmo filio Mathildis, Ducissæ D. Montispessulani Raimundo Comiti Melgorii, mense Mart. ann. 1189 : *Quæ omnia habeo et teneo de te ad Feodum francum et honoratum, ita quod nullum supradictorum castrorum vel villarum tibi vel tuis, nec alicui Comiti Melgorii reddere teneor.* Et infra : *Et hæc omnia habeo et teneo a te D. Raymundo Comite Melgorii ad Feodum francum et Honoratum, pro quibus omnibus præscriptis facio vobis hominium et fidelitatem.* Charta Bertrandi D. Castri *de Paris* in Comitatu Ruthenensi, 3. Non. Mart. ann. 1274 : *Recognosco.... vobis D. Henrico Comiti Ruth... me tenere.... in Feudum francum et Honoratum et nomine Feudi Honorati, ad fidelitatem tamen et homagium, omne ego quod possideo... in dicto Castro de Paris.* Alia Raimundi Comitis Tolosani ann. 1242. in Regesto Tolos. : *Et pro hac donatione sive quitatione Dominus Comes prædictus pro se et hæredibus suis donavit in liberum et Honoratum Feudum villam nomine Bessitam in Rutenensi diœcesi.... ad omnem eorum voluntatem in perpetuum faciendam : ita tamen quod prædictus Gaillardus et Domestica ejus uxor et hæredes eorum sint pro Feudo prædicto homines et Milites prædicti Comitis*, quibus additur etiam *hominium*. Alia Guillelmi, filii Mathildis Ducissæ, D. Montispessulani ann. 1185. Jun. : *Hæc omnia prædicta dono, laudo, trado et concedo in perpetuum tibi et tuis ad Feodum Honoratum, et tu Raymundus Aerradus et hæredes et successores tui, qui hoc Feudum tenebunt, facietis mihi et hæredibus meis nomine hujus Feodi hominium et servitium.* Exstat Charta B. Episcopi Magalonensis, Domini et Comitis Melgoriensis, qua dat *in Feudum Honoratum* et *censuatum* 4. denarios de 10. denariis, quos ratione dicti Comitatus percipiebat, Jacobo Regi Arag. Domino Montispessulani. Adde Histor. Beneharn. lib. 8. cap. 27. n. 10. et Gariellum in Episcopis Magalon. pag. 244. 269. Ejusmodi etiam feuda, quæ in *releviis* ferrum lanceæ, sparverium, austurem, chirothecas, et similia præstare tenentur, *Fiu Hondrat*, seu *Feuda Honorata*, vel *Honoris*, vocant Fori Beneharnenses tit. 1. art. 27.

☞ *Feudum* tamen *honoris* ab *honorata* seu *honorario* distinctum fuisse in Aragonia scribit Gallandus in Tract. MS. de Feudis, illudque adsignat discrimen, quod *feudum honoris* ea conditione daretur, ut ex reditibus castri seu villæ, milites ad ipsius castri defensionem necessarios aleret feudatarius; *feudum* vero *honorarium* sub fide tantum et hominio possideretur. Idem itaque Gallando *feudum honoris*, quod aliis *feudum soldatæ*.

☞ Utcumque sit, certum videtur *feuda honorata* non ubique ab omnibus servitiis exemta fuisse; in Charta enim ann. 1298. feudatarius manumitti dicitur *ab omni vinculo servitutis atque hominii seu homagii* quod ratione *Feudi honorati* facere tenebatur; sed præstat Chartam ipsam legere quam invenies voce *Manumissio* ad lin. Eamd. vocem, etc.

Feudum Ignobile est, quod a manerio aliquo dependens, rusticis et hæredibus eorum ob servitium aliquod ignobile conceditur, et Liberum tenementum vulgo appellatur. Cowellus lib. 2. tit. 2. § 8. Vide *Feudum Burgense*, et *Sergentia*.

¶ Feudum Immediatum, Quod a capitali Domino immeditate tenetur ; *Feudum Mediatum*, quod aliter *Retrofeodum* dicitur. Transactio inter Philippum Pulcrum Franc. Reg. et Episcop. et Capitul. Eccl. Vivar. ann. 1307 : *Et de his, quæ ab iis, vel ab altero eorumdem tenerentur in Feudum mediatum, vel immediatum, etc.*

* Feudum Integrale, Integrum, non divisum. *Fiés enterins*, in Stabil. S. Ludov. cap. 8. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 115. Charta ann. 1363. in Reg. B. Chartoph. reg. ch. 20 : *Feudum integrale, quod dicti conjuges tenebant ab eodem domino baillum habente, eratque dictus scutifer homo ligius et feudalis ipsius domini baillum habentis ad causam dicti bailli de feodo supradicto.*

Feudum Integrum, in Consuetudine Castelli novi in Thimeraio art. 10. et 21. et Carnotensi art. 15. dicitur illud, quod ratione *equi servitii* valet 60. solidos *de racheto*.

¶ Feudum Jurabile et Reddibile, Ultramontanis præsertim notum; Est, inquit Jacobinus de S. Georgio de Feudis n. 29. pro quo juratur fidelitas Domino. *Non jurabile*, quando conceditur eo pacto, ut fidelitas non juretur. Vide Boissium de Usu Feud. cap. 4. Instr. ann. 1325. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 204. col. 2. quo Johannes Comes Forensis pro pluribus castris et feudis se hominem ligium de Dalphino constituit : *Item castrum de Cussiaco cum ipsius castri mandamento... quod castrum tenet ab ipso Comite Forensi Jurabile et reddibile Johannes de Mays Dom. de Cussiaco.* Ibid. non semel occurrit. Aliam hujusce appellationis causam nobis aperit doctissimus D. *de Lauriere* in Gloss. Juris Gallici; ea scilicet potissimum ratione ejusmodi feudum *jurabile* dictum fuisse quod, quemadmodum vassallus feudatum castrum domino capitali redditurum se, cum ei libuerit, sacramento suo pollicebatur; ita idem castrum vassallo restituturum se, cum eo ad suum commodum usus fuisset, jurabat capitalis dominus. Id probat ex Charta ann. 1297. quam consule, si lubet, ad vocem *Rendable*.

* Testam. Hugon. ducis Burg. ann. 1314. ex Cod. reg. 9484. 2. fol. 157. r° : *Se nous morons sans hoirs de nostre corps, nous laissons et quittons à nostre amé et foiaul cosin monsieur Odart, seigneur de Montagu, la jurabletté et rendabletté dou chasteuil de Montagu.*

* Feudum Justum, Idem atque *Rectum*, quod ad hæredes transit in infinitum. Charta ann. 1289. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 162 : *Feuda... collata illustribus principibus dom. Friderico et dom. Theodorico, ipsius domini Landgravii filiis, communia contulimus cum ipsorum patre, possidenda titulo Justi Feudi.*

Feudum Laicale, *Laicum, quod non tenetur de Ecclesia, sed est de feodo mere temporali*, inquit Lindwoodus. Charta Henrici II. Regis Angl. tom. 2. Monastici Angl. pag. 260 : *Centum solidatas terræ de Laico Feudo, etc.* Joannes Brompton. pag. 1169 : *Reddidit etiam ei omnes Laicos Feudos, quos Henricus pater ejus illi dederat.* [Index MS. beneficiorum Eccles. et Diœcesis Constantiensis. fol. 22. verso : *Et totum manerium supra et infra dictas domus est in elemosina, alia est in Feudo Laicali.*] Adde Matth. Paris pag. 675. Matth. Westmonast. ann. 1175. 1226. Historiam Comitum Pontivi pag. 117. etc.

* *Fieu lay et d'aumosne*, in Lit. remiss. ann. 1388. ex Reg. 132. Chartoph. reg. ch. 275. Consuet. Norman. part. 1. cap. 29. ex Cod. reg. 4651 : *Tenentur etiam quædam libera tenementa, sine homagio et paragio, in Feodo laicali, etc.* Charta Ricardi episc. Ambian. ann. 1208. in Lib. nig. 2. S. Vulfr. Abbavil. fol. 14. r° : *Willelmus illustris comes Pontivi et Monsterolii nobis asseruit, quod cum Johannes, cognomine Gallus, de ipso in Feodum Laicale teneret duas partes decimæ de Kokerel, etc.* Vide *Decimæ Militares*.

* Feudum Legale, Proprium, legitimum, quod feudorum legibus adstrictum est, memoratur sæpius in Tract. de Feud. eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 639. et seqq.

* Feudum Legum, Quidquid judici vel justitiæ officiario in emolumentum officii assignatur. Charta Seguini Matiscon. episc. ann. 1259. in Chartul. Cluniac. ch. 257 : *Omnes terras, possessiones ac jura... ab eisdem abbate et conventu et ecclesia Cluniacensi accepit* (idem Jacobus) *in Feodum Legum*.

* Feudum Liale, Idem quod *Ligium*, quo scilicet vassallus domino suo fidem suam debet, ab Italico *Lealta*, fides, fidelitas. Charta ann. 1195. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 616 : *Unde dictus dominus patriarcha cum baculo, quem tenebat in manu, investivit prædictos fratres... ad rectum et Liale Feudum, de castris et curiis camini... Et fratres juraverunt ipsi domino patriarchæ fidelitatem pro prædicto feudo.* Nostris, *Fief de Liage*. Vide *Ligius*.

Feudum Liberum. Charta Communiæ Abbatisvillæ cap. 24 : *Statutum est etiam*,

Digitized by Google

quod nullum vavassorem, vel Liberum feodum, in terra mea habentem, burgenses de Abbatisvilla in suam Communiam recipere poterunt, nisi de assensu meo et domini sui. Adde cap. 25. Homagium Hugonis *d'Arpajon* Domicelli ann. 1264 : *Feudum Liberum et honoratum. Liberum militare Feudum*, in Chron. Abbat. S. Trud. pag. 459. *Feoda Libera Ecclesiarum parochialium*, apud Rogerum Hovedenum pag. 779. [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Frey-Lehen*, col. 508.]

* Consuet. Norman. part 1. cap. 26. ex Cod. reg. 4651 : *Liberum autem dicimus Feodum, quod servitiorum inhonestorum obtinet libertatem, ut de prati servitio et de curatione blei molendinorum, etc.*

Feudum Ligium, [Gall. *Fief de liage.*] Vide *Ligius*.

¶ Feudum Loricæ. Vide post *Feudum Militare*.

* Feudum Loricale, Idem quod *Feudum Loricæ*, in Consuet. Norman. post. 1. cap. 25 : *Baronibus et militibus, qui tenent de eis Feodum Loricale, vel de tenentibus suis in Feodo Loricali. Franc fié entier de haubert*, in Charta Phil. Pulc. ann. 1301. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 129. v. col. 2.

¶ Feuda Magistrorum *et Clericorum Computorum Campaniæ*. Sic vocabant annuos reditus qui ex nundinis aliisque Campaniæ consuetudinibus ad illos jure beneficii pertinebant. Memoriale A. Cameræ Computorum fol. 61. apud D. *Brussel* de Usu Feud. lib. 1. cap. 1. pag. 55 : *Hæc sunt jura seu Feoda pertinentia ad Magistros et Clericos Compotorum in Campania, scripta ann.* 1290. *Omnes emptores præpositurarum, portagiorum, et aliarum consuetudinum, si valor eorum usque ad mille libras ascenderit, debent solvere* XIIII. *libras Turonenses, de quibus Magistri Compotorum debent habere* XIII *libras quolibet anno; et Clerici Compotorum* XX. *s. Turonenses. Item, omnes emptores rerum nundinarum quantumcumque fuerint venditæ vel admodiatæ, debent similiter reddere* XIIII. *libras, distribuendas ut supra. Omnia vero jura seu Feoda quæ debentur tam Magistris quam Clericis Compotorum pro præpositaris, portagiis, et aliis consuetudinibus venditis debent recipi inter festum Omnium Sanctorum et Brandones quolibet anno, exceptis illis quæ debentur de venditionibus nundinarum, quæ semper recipiuntur in exitu utrarumque nundinarum successive venientium per ordinem, temporibus consuetis.*

* Feudum Manganicum, Cujus erat illa ministrare, quæ ad artes mechanicas spectabant. Vide Tract. de Feud. eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi 651.

* Feudum Manutergii, in veteribus Chartis S. Crucis Aurelianensis appellatur prædium quoddam, subdecano ejusdem ecclesiæ assignatum ab episcopo Aurelianensi, cui ea ratione *manutergium* seu mantile, dum sacra peragit, subministrat ille subdecanus. Vide Tract. de Nobilit. Haberti cantor. et canon. S. Aniani Aurel. pag. 182.

Feudum Maternum, quod primo est a femina acquisitum, quæ sit ex ascendentibus, et sit cognationis caput, tit. de Benef. fem.

¶ Feudum Mediatum. Vide *Feudum Immediatum*.

Feudum Militare, vel *Feudum Militis*, quod a vassallo *Milite* possidetur : qui quidem vassallus ad hoc, ut servitium præstet domino in expeditionibus bellicis, Militari cingulo donatus esse tenetur. [** Feudum unde militare servitium præstandum est.] Matth. Westmonast. pag. 454 : *Ad augmentandam igitur profectionem suam in Scotiam, fecit Rex per Angliam publice proclamari, ut, quotquot tenerentur fieri Milites successione paterna, et qui haberent unde militarent, adessent apud Westmonasterium, etc. Feudum Militare*, in Constitut. Sicul. lib. 1. tit. 85. *Feudum Militare liberum*, in Chronico Trudonensi lib. 9. pag. 459. Ordericus Vitalis lib. 5. pag. 574 : *Et ex paterna hæreditate Feudum Militis possedit.* Monasticum Angl. tom. 1. pag. 47 : *Servitium Petri Caron et hæredum suorum de Feodo unius Militis de Setona,... et servitium de Feodo duarum partium unius Militis... pro servitio Feodi trium Militum, etc.* Tom. 2. pag. 826 : *Prædictum manerium tenetur de D. Rege per servitium dimidii Feodi Militis.* Adde Hovedenum pag. 549. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 23. 141. 271. 664. Ughellum tom. 6 pag. 866. Feoda Normanniæ pag. 1045. [** Haltaus. Glossar. German. voce *Ritterlehn*, col. 1551.] etc.

☞ *Militiæ* interdum nude appellantur ejusmodi feuda. Gervasius Tilber. in Otiis Imper. apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. pag. 943 : *Hic* (Henricus VI.) *legem instituit apud Teutones, ut Militiæ, more Gallorum et Anglorum, successionis jure devolverentur ad proximiores cognationis gradus; cum antea magis penderent ex Principis gratia* Vide in *Miles* ad lin. *Militia*, alias *Feudum Militis*.

Qui vero ejusmodi feuda possidebant, *Feudati*, et *Feodati Milites*, dicuntur Simeoni Dunelmensi et Bromptono ann. 1086. qui quidem tenebantur Regem in expeditionem pergentem comitari per 40. dies armis omnibus et equis instructi : si vero feudum dimidii esset Militis, per 20. si denique quartæ partis Militis, per 10. Ita Littleton sect. 95. Statutum Henrici II. Regis Angl. apud Hoveden. pag. 614 : *Quicumque habet Feodum unius Militis, habeat loricam et cassidem, et clypeum et lanceam; et omnis Miles habeat tot loricas et cassides et clypeos et lanceas, quot habuerit Feoda Militum in dominio suo.* Vetus Normannorum Jus municipale MS. 1. part. sect. 3. cap. 8. ait, Anglis Normanniæ Ducatum tenentibus, *que tous ceus, qui possesent Fieu de hauberc sont tenus à avoir cheval et armes : et des cen que il avoient auge de* 21. *an, il doivent estre ses chevaliers que il soient trouvez prez et appareilliez au mandement del Prince ou de leur Chiefs Seigneurs.*

☞ Primas inter vassallos obtinuisse feudatarios milites certum videtur; imo eos ab iis qui nude ratione feudorum vassalli appellabantur, distinguit Rupertus Comes Palatinus Rheni in Charta ann. 1356. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 576 : *Nec non vassallis, feudis, Feudatariis Militibus, clientibus, civibus, judicibus, etc.* Distincta etiam ab aliis illorum hominii formula; unde *vitam* et *membra sua* domino suo feudali jurabant. Charta ann. 1182. ex majori Chartul. S. Victoris Massil. : *Milites castri de Bromeses fecerunt hominium domino Abbati et juraverunt ei vitam et membra sua sicut Feudatarii Milites jurant dominis suis.*

* Hinc *Feuda militaria* ignobilibus tenere prohibitum erat, etiam cum *nobilia* iis permittebantur. Libert. villæ Montisfalc. diœc. Caturc. ann. 1292. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 503 : *Item quod habitantes dictæ villæ possint . . . feudum nobile tenere, excepto Feudo Militari, quod emere et recipere non possint, nisi de domini regis . . . permissione.* Deinde vero et *Militaria* habere potuerunt, regia licentia etiam non requisita. Libert. villæ Florent. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 388. art. 4 : *Concedimus . . . consulibus et habitatoribus dictæ villæ, et imposterum habitaturis, quod ipsi possint et valeant acquirere hinc ad quinque annos, et acquisita tenere deinceps ac perpetuo, Feuda nobilia et militaria, absque financia aliquali; dum tamen dicta feuda nullum faciant homagium.*

Feudum Loricæ, nostris, *Fief de haubert*, [a veste militari quam *Haubergeon* nominabant,] vulgo nuncupatur, quod aliis [Anglis præsertim.] *Feudum Militare.* [Hæc feudi species vix alicubi nota fuit, præterquam in Normanniæ et Angliæ provinciis.] Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 2 : *Milites, qui per loricas terras suas deserviunt.* Apud Matth. Paris pag. 38. male *defendunt*, pro *deserviunt*, scribitur. [Ex Regesto ann. 1272. sign. *Qui es in cælis*, fol. 198 : *Johannes de Falesia Scutifer, dicit quod tenet dimidium Feodum loricæ, pro quo debet, sicut dicit, auxilium exercitus et cavalcatæ quando per Normannum levatur, aut servitium per* XX. *dies eundo et redeundo; et si servitium dictorum* XX. *dierum captum fuerit, auxilium prædictum non debet capi nec levari.* Ex his discere est quæ fuerint feudi loricæ servitia.] Adde Ricardum Hagustaldensem de Bello Standardico pag. 311. eumdem Matthæum Paris pag. 167. Normannica Duchesnii pag. 1142. Robertum de Monte ann. 1159. etc. Vide in *Miles*.

Jam vero qua terræ seu agri quantitate constiterit feudum *Militare*, varie definiunt Chartæ veteres. Codex MS. apud Spelmannum : *Virgata terræ continet* 24. *acras; 4. virgatæ constituunt unam hidam : et* 5. *hidæ constituunt Feudum Militare, cujus relevium est* 100. *solid.* Alter : 10. *acræ faciunt secundum antiquam consuetudinem unam fardellam : et 4. fardells faciunt unam virgatam : et 4. virgatæ faciunt unam hidam : et 4. hidæ faciunt unum Feodum Militare.* Tertius denique Codex MS. : 16. *virgatæ terræ faciunt integrum Feodum Militare, etc.* 13. carrucatis terræ constitisse feodum unius Militis, docet vetus Charta in Monastico Angl. tom. 1. pag. 661 : *Salvo forinseco servitio quantum pertinet ad dimidiam bovatam terræ, quam dictus Joannes tenet in manu sua, unde* 13. *carrucatæ terræ faciunt Feudum unius Militis, prout continetur in chartis, etc.* vel *octo*, ut alia tom. 2.

pag. 825 : *Salvo tantummodo mihi et hæredibus meis forinseco servitio Domini Regis, quod dicitur Scutagium, quantum pertinet ad* 12. *bovatas terræ, unde* 8. *carrucatæ faciunt Feodum unius Militis.* Viginti libratis terræ, seu 20. librarum annuo reditu. Liber de Modo tenendi Parlamentum tempore Edwardi Regis, filii Regis Ethelredi : *Comitatus constat ex* 20. *Feodis unius Militis, quolibet Feudo computato ad* 30. *libratas : Baronia constat ex* 13. *Feodis et tertia parte unius feodi Militis secundum computationem prædictam, unum feodum Militis constat ex terris ad valentiam* 20. *librarum.* Vide *Caballaria, Membrum Loricæ*, in *Membrum* 2.

☞ Mirum certe quam parum sibi constent veteres Chartæ in adsignanda agri quantitate pro feudo unius militis, idque magis, quod in Chartis ejusdem regni ejusdemque provinciæ hæc occurrat varietas. Exemplis a D. Cangio allatis hæc addere placet ex Libro nig. Scaccarii pag. 64 : *In Bixla sunt decem hidæ, quas antiquitus tenebat Episcopus Cicestriæ in dominio suo, Comes autem Augensis auferens terram illam Episcopo et Ecclesiæ fefavit in quatuor Milites. Episcopatus de* (f. *et*) *Ecclesia recuperaverunt inde de terra illa quinque hidas in dominium, et duo Milites tenent alias quinque hidas et Episcopo pro duobus Feodis.* Ibid. pag. 323 : *Osbertus Archidiaconus tenet* XI. *carrucatas terræ, unde* XIIII. *carrucatæ faciunt Feodum Militis.* Quod pluries ibid. occurrit. Et pag. 338 : *Ego Robertus Caro teneo* V. *carrucatas terræ pro uno Feodo Militis.* Unde vero repetenda sit ejusmodi varietas non video, nisi a mensura quæ diversa est pro diversis locis, aut forte ab ipso feudatoris libitu qui, prout ipsi videbatur, infeudationis conditiones exprimebat.

* Feudum Ministeriale, Officium, ministerium, cui stipendium feudi nomine addictum est. Tract. de Feud. eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq Ital. med. ævi col. 649 : *Ministeriale Feudum, quod a ministerio nuncupatur, non alia causa institutum videtur, nisi ut sedes patriarchalis quæ pulcherrimam amplissimamque ditionem habet, congruentibus et fere necessariis adjuta ministeriis, optime regi posset. Ministeriales enim operam et obsequium, cui fundi addicti erant, multifariam ex præscripto subministrare solebant . . . . . Feudum autem diversa sumsit nomina pro qualitate ministerii.*

* Feudum Monetæ, Fundi, ut videtur, cudendæ monetæ seu monetariis assignati. Reg. S. Justi in Cam. Comput. Paris. fol. 155. v°. col. 1 : *Willelmus Norgout tenet terram suam de Warengerviller de Feodo Monetæ . . . . Robertus Burgensis tenet de Feodo Monetæ apud Arpenillam.*

Feudum Mortuum, *Fief mort*, in Consuetudine Aquensi in Aquitania tit. 8. art. 5. 7. *qui est proprement soubsacasement, ou rente seiche*, cui opponitur *Feudum vivum.* Vide *Census siccus.*

* Feudum Murariorum, Quo qui donabatur, muris in ecclesia palatioque Aquilejensi construendis fidem suam obligabat, in Tract. de Feud. ejusd. eccl. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 650.

Feudum Nobile, Baldo in C. inter dilectos, de Fide instr. et Zazio part. 2. de Feud. est, quod possessorem suum nobilitat, vel eum, qui prius erat, nobilem ostendit. Hujus generis sunt, inquit Cowellus lib. 2. tit. 2. § 8. apud Anglos, quæ *Manoria* vulgo appellantur, quorum domini jurisdictionem aliquam in tenentes sui feudi habent.

¶ Feudum Nobile et Antiquum, Quod propriam feudi naturam habere dicitur, in Charta ann. 1293. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 36 : *Item quod jam dictus Raymundus et ejus successores de prælicto feudo eidem dato,.... servire teneantur et debeant, sicut cæteri vassalli nobiles tenentes Feuda Nobilia et antiqua habentia propriam naturam feudi, eorum Dominis servire consueverunt, et debent, et tenentur secundum generalem consuetudinem Nobilium vassallorum antiqua et Nobilia Feuda habentium in Comitatu Viennensi.*

Feudum Nobile et Gentile. Charta ann. 1242. apud Guichenonum in Probat. Hist. Sabaudic. pag. 90 : *Dedit.... nomine Gentilis et Nobilis Feudi Castrum Bardi, etc.*

Feudum Novum vocant Feudistæ, quod de novo concessum, sive infeudatum fuit in personam primi investiti, in quo initium cepit. Differt vero ab antiquo, quod antiquum in omnem agnationem transeat, novum in liberos et descendentes tantum primi infeudati. Vide *Feudum antiquum.* V. Cl. Dion. Salvaingum de Jurib. domin. cap. 2. Cowellum lib. 2. tit. 2. § 9. et Rosentalium de Feudis cap. 2. § 14. 16. 18. 22.

Feudum Nummorum, Idem quod *Bursæ.* [** Reditus pecuniarii in feudum dati. Vide *Feudum Cameræ.*] Regestum Feodorum Campaniæ f. 52 : *Galterus de Antri de Feodis nummorum Castritierri homo fuit Guillelmi de Berne. Joannes homo de* 10. *libr. Castritierri, et de* 10. *libr. Ulcheii.* Fol. 61 : *Petrus de Poanci ligius de* 100. *libr. et cum Feodus ordinetur,* 100. *libræ ponentur apud S. Pharonem, donec alibi ponantur.* Idem videtur quod in Assisiis Hieros. MSS. cap. 175. *Feudum Byzantinorum* appellatur, cujus lemma sic conconcipitur : *Se aucun Seignor done Fié en Bezans à home ou à feme en aucun leu moti.* Adde cap. seq. Charta Hugonis Ducis Brabantiæ ann. 1024. in Regesto Herouvalliano Philippi Augusti f. 105 : *Prædictus autem Dominus Philippus Rex Francorum mihi assignavit in Feodo* 200. *marcas argenti singulis annis percipiendas in Purificatione B. Mariæ, etc.* Tabular. Campaniæ : *Ego Simon Dom. de Passavant Not.... quod Comitissa Campaniæ mihi assignavit* 30. *libratas annui reditus habendas singulis annis in nundinis Barri, et donavit* 200. *libras in denariis computatis. Ego itaque propter hoc donum deveni homo suus ligius et filii sui Comitis Campaniæ, juravique sibi, quod ipsos juvabo bona fide contra omnem creaturam, quæ possit vivere et mori,... Actum ann.* 1216. Vide Chartam Alphonsi Imp. Hisp. ann. 1258. apud Perard. in Burg. pag. 491. et Monastic. Angl. tom. 1. pag. 967. [** Chartam anni 1265. in Alsat. Diplom. num. 634. aliam ann. 1279. ibid. num. 719.]

* Feudum Obituum, Fundi officiis ecclesiasticis in obitus anniversario peragendis attributi. Charta ann. 1351. ex Reg. D. *de Clairambault : Tradimus in feodum francum seu assensamus ad perpetuum, nomine dictorum dominorum abbatis et conventus* (de Calmo) *duas petias terræ moventes de Feodo Obituum dictorum dominorum.*

* Feudum Obliale, Quod censui *obliarum* obnoxium est. Parag. ann. 1320. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 529 : *Retinuit etiam* (prior de Reumis) *omnia Feuda militari et Oblialia, quæ ab ipso priore. . . . tenentur.* Vide *Obliæ* in *Oblata* et Glossar. Jur. Gall. vocibus *Obliage* et *Oublial.*

¶ Feudum Ordinarium, Quo vassallus Domini feudalis homo nude constituitur. Vide *Hominium ordinarium*, in *Hominium.*

Feudum Paragerium, *Fief Parager*, in Consuet. Norman. art. 134. 135. quod in *Paragium* tenetur. Vide *Paragium.*

Feudum Paternum, Quod ab uno ex majoribus nostris, qui communis agnationis caput fuerit, acquisitum est : vel quod a patre, vel ab aliquo ascendentium usque ad quartum gradum inclusive obtentum est, ut colligitur ex cap. 1. § 1. de Feud. Success. Vide Zazium part. 3. de Feud.

* Feudum Patrimoniale, idem atque *Paternum*, quod a patre, vel ab aliquo ascendentium obtentum est. Instr. ann. 1385. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 81. col. 1 : *Contra ipsum Hennickium fuit propositum et objectum taliter, quod Feudum suum Patrimoniale post obitum patris sui, debito tempore juxta consuetudinem Rigensis diœcesis, a domino suo scienter et pertinaciter, una cum fratre suo Otthone postulare contempsit et neglexit.*

** Feudum Pecuniæ vel Pecuniarium. Idem quod *Feudum Nummorum.*

* Feudum de Penthecostes, Cujus præstatio ad Penthecostem solvitur. Comput. Ms. ann. 1239 : *Guillelmus de Virsione pro suo Feodo de Penthecostes ad Meledun. xx. lib. Turon.*

Feudum Personale, quod ad recipientis hæredes non transit et est feudum habitationis. Zazius.

* Feudum Pistorum, Quod emolumenti loco pistori adscriptum est. Tract. de Feud. eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 649 : MCCLXXIX. *Oculo Cinctano, Jacobi filio, jugera quædam ministerialia in agro Septimi, quæ Bartholomæus Pilosus tenuerat antea, tradita fuisse, ut patriarchæ pistoriam præstaret operam, Johannes Lupicus scriptum reliquit.*

Feudum Planum, nude et nullo medio a domino dependens : *Plain fief*, in Consuetudinib. municipal. Nivernensi tit. 37. art. 9. 10. Aurelianensi cap. 1. art. 47. 48. 67. 68. Carnot. art. 65. Dunensi art. 15. 21. Burbonensi art. 373. 388. Autisiod. art. 52. 67. 72. Melodun. art. 74. 75. Claromont. art. 199. Trecensi art. 45. 190. Laudunensi art. 260. et Remensi art. 222. Charta ann. 1230. apud Perardum in Burgundicis pag. 417 : *Notum facio, quod ego teneo in Plano Feodo Castrum meum de Maulain a D. Rege Franciæ. Ligius de Plano*

Digitized by Google

Feodo, in Regesto Feodorum Campaniæ fol. 101. *Vassal de Plain fief*, in Consuetudine Montargensi cap. 1. art. 18. Aurelian. cap. 1. art. 19. et in Charta ann. 1266. apud Chiffletium in Beatrice pag. 94. Vide *Homagium planum*, in *Hominium*.

¶ Feudum Plejuræ, Gallis *Fief de plejure*. Quo vassallus pro Domino fidejubere tenetur aut *plegium* dare: quod vadimonium ad annualem præstationem, quam Domino ob feudum debet vassallus, æstimatur in Consuet. Normann. art. 205. Adde consuet. Britan. art. 90.

* Feudum Portæ, Officium, cui portæ cura commissa est sub homagii præstatione. Liber homag. episc. Carnot. ad ann. 1378. ex sched. D. *Courbon du Terney* ejusd. eccl. canon. et archid.: *Magister Bertaudus ad Dentem janitor domus episcopalis, ad causam dictæ portæ et pertinentiarum ejusdem, fecit et præstitit R. in C. P. D. Ebloni episcopo Carnotensi homagium tale quale prædecessores sui facere et præstare consueverunt, et tenetur et injunctum est per dom. episcopum eidem janitori ut infra tempus assuetum tradat adveuta sua.* Vide in *Portarius* 1.

¶ Feudum Præpositale, Quod ad Præpositum alicujus Cellæ seu Obedientiæ Monasticæ ab Abbatia dependentis, pertinet. Pancarta MS. titulorum Abbatiæ S. Stephani de Vallibus apud Xantones in Charta 28: *Benedictus Girardi Fedium Prepositale et quicquid in decima S. Augustini habebat, Petro Abbati Vallium... pro 40. solidis prorsus vendidit.* Vide *Præpositus*.

* Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 66. v.: *Fædium Præpositale, hoc est, redecima, calumniabatur.* Vide *Redecima*.

Feudum Presbyteriale, quo nomine *Mansus Ecclesiasticus*, qui ad Presbyterum Ecclesiæ pertinet, de quo in voce *Mansus*, intelligitur. Concil. Bituric. ann. 1031. cap. 21: *Ut sæculares viri Ecclesiastica beneficia, quod Fevos Presbyterales vocant, non habeant super Presbyteros. Feudum Presbyterii*, in Tabul. Bellilocensi Ch. 32. et in Bibliotheca Cluniacensi pag. 1390. *Beneficium Presbyterii*, in Charta Guillelmi IV. Ducis Aquitan. apud Beslium pag. 308. *Feodum Sacerdotale*, in Tabulario Monasterii Dolensis Ch. 27. *Spiritale beneficium*, in Tabulario Absiensi f. 31. Charta ann. 1076. in Tabulario Angeriacensi fol. 60: *Ego Helias Rufus concedo Deo, etc. in præsentia D. Oddonis Abbatis Ecclesiam Oixiaci, et fiscum Presbyteratus, et Cemeterium, etc.* Fol. 62: *Achardus de Borno, confirmat Ecclesiam de Oixiaco, Feodum Presbyterale, burgumque totum, etc. Fiscus Presbyteralis*, fol. 68. *Fiscus Presbyterii*, fol. 73. Alia Charta ann. 1037. fol. 177: *Et totum Fiscum Ecclesiæ quod pertinet ad Presbyterum propter Ecclesiæ servitium.* Tabularium Santonense: *Ecclesia de Tousac, et Cæmeterium ejus et Sanctuarium, quod Feudum Presbyteri dicitur.* Vide Thomasserium in Consuetud. Localib. Bituric. cap. 41.

☞ *Feudum Presbyteriale*, strictiori, quam par erat, notione accepisse videtur D. Cangius. Neque enim hac voce significatur tantum *Mansus Ecclesiasticus*, sed et Oblationes, et quidquid Sacerdoti Ecclesiam administranti persolvitur pro exequiis, baptismatibus, etc. quod passim et *Sanctuarium* et *Jura Sanctuarii* appellatur. Id subodorari poterat Vir sagacissimus ex Tabulario Santonensi quod ipse paulo superius citavit. Sed sententiam nostram diserte probat Chartularium Monasterii S. Sulpitii Bituric. fol. 22. ubi quidquid ad *Feudum Presbyteriale* pertinebat diligenter explicatur: *Eidem Abbati sancti Sulpitii Evrardus concedit omne Fevum Presbyterale, intra et extra Ecclesiam Nobiliacensem, hoc est, offerendam, sepulturam, baptisterium, relevationes feminarum, benedictiones sportarum et nuptiarum, visitationes infirmorum, confessiones, vigilias, trigenaria, decimas.* Adde Chartul. S. Cypriani Pictav. in Hist. MS. ejusd. Monast. pag. 365: *Concessit Ecclesiam S. Martialis in pago Xantoniaco cum offerenda et toto Fædo Presbyterali. Item. Concessit Ecclesiam.... cum omni Fedo Presbyterali vel cum omnibus rebus ad ipsam Ecclesiam pertinentibus.* Et Chartam Didonis de Androca ann. 1110. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 471: *Dono Deo et sanctæ Fidi Ecclesium de Fornils cum Fevo Presbyterali et cum tota mea parte de decimis, quam ego tenebam in dominio, exceptis Fevalibus.* Vide *Fiscus Sacerdotii*.

Feudum Primum, seu domini superioris, *Prin fief*, in Consuetud. Bayonensi tit. 5. art. 10. 11. 33. 37. 38. 42. tit. 8. art. 1. 9. 10. tit. 13. art. 7. tit. 17. art. 14. et 16. et Consuetud. Labourt. tit. 6. art. 13.

¶ Feudum Procurationis, Gallice *Fief de paisse et de giste*, pro quo condictis vicibus hospitium et convivium Dominis a vassallo debentur. Vide *Procuratio*.

** Feudum Proprium, Quod proprie ita dicitur. Vide Feud. lib. 1. tit. 2. § 1.

Feuda Quaternana, vel *Feuda quaterna*, ut est in Constitutionibus Siculis lib. 1. tit. 37. dicuntur *magna Feuda, quæ in quaternionibus doanæ regiæ inveniuntur inscripta*, eodem lib. tit. 39. § 2. tit. 41. lib. 3. tit. 21. 22. His opponuntur *Feuda non quaternata*, eodem lib. tit. 52. § 2. tit. 85. Statuta Honorii IV. PP. pro Regno Neapol. ann. 1285. apud Odoricum Rainaldum num. 48: *Si contingat feudatarium crimen committere, per quod publicanda fuerint bona ejus, aut ipsum sine legitimis hæredibus fati munus implere, si Feudum ejus fuerit quaternanum, nihilominus immediatus dominus illud cum onere servitii consueti personæ concedat idoneæ, Regi postmodum præsentandæ, ut ejus super hoc habeatur assensus. Si vero quaternanum non fuerit, etc.* Vide Rosental. cap. 2. § 42.

** Feudum Quotidianum, Quotidiani servitii. Chart. Bartholom. Abbat. S. Maximin. ann. 1226. apud Guden. in Cod. Diplom. tom. 3. pag. 1094: *Cum inter nos ex una parte et Liberium laicum ex altera, super quibusdam decimis, quas idem L. ratione Feodi Cottidiani, quod ab ecclesia nostra habere dinoscitur, ad se pertinere proposuit, questio verteretur, etc... Ipse vero L. nobis serviet quoad vixerit, in officio minuendi; heres quoque ipsius qui pro tempore fuerit, ut artem discat minuendi, diligentiam omnimodem adhibebit, etc.* Vide *Feudum Annuum*.

Feudum Receptabile, et non Reddibile, in Aresto ann. 1390. descripto in Hist. Castilion. pag. 106. 107. est illud, in quo, seu in cujus castro, vassallus tenetur *recipere*, seu admittere dominum capitalem, cum ei libuerit illo uti ad suum commodum; ita tamen ut vassallus ex eo excedere, illudque totaliter *reddere* domino non teneatur. In Testamento Caroli Ducis Lotharingiæ ann. 1424. dicitur Castellum de *Billestein* esse *Rendouble et Receptauble au Duc*. Vide Dissertat. 30. ad Joinvillam pag. 350.

* Feudum Receptabile, est illud in cujus castro vassallus tenetur *recipere* dominum capitalem. Charta Phil. Pulc. ann. 1300. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 45: *Comme nostre amez et feauz Thiebaus de Lohereine, sire de Rumillei, ait recognu à tenir de nous à touz jours mais et de nos hoirs en Fié Receptable, sens faire estant, les choses que s'ensuent. C'est assavoir Nuef-Chastel en Lohereine et les appartenances, Chasteau et les appartenances, Froart et les appartenances, et tele partie comme il ait à Grans avec les appartenances. Lesqueles choses li dus de Lohereine ses peres li donnait quant il se mariat, selonc ce que li dons est plus pleinement contenus en certeines lettres, qui en ont esté faites, et nous ait fait hommage lige des dittes choses, etc.*

Feudum Rectum, dicitur, quod ad hæredes transitorium sit in infinitum, inquit Zazius de Feud. part. 12. seu, ut Cujacius, cujus possessio recta est. *Rectum et gentile Feudum*, in Charta ann. 1228. apud Ughellum in Episcop. Eporediensib.

* Charta ann. 1250. ex Lib. albo episc. Carnot.: *Possidebimus in perpetuum a domino episcopo et successoribus ejus Carnotensibus ad unum Rectum et liberum Feodum, ad usus et consuetudines Carnotensium feodorum, sine aliqua redibentia majoriæ sive serjanteriæ.* [** Vide Feud. lib. 2. tit. 20. Chart. ann. 1252. in Murator. Antiq. Italic. tom. 1. col. 607. aliam ann. 1232. in Alsat. Diplom. num. 463.]

Feudum Reddibile, cujus castrum reddi debet domino capitali, cum ei libuerit, a vassallo, qui inde cum tota sua familia excedere tenetur, [ita tamen ut eidem vassallo postea restituatur. Vide Boissium de Usu Feud. cap. 8.] Tabulæ ann. 1340. *Concessit in Feudum antiquum, et Reddibile, etc.* Chronicon Metense tom. 6. Spicilegii Acheriani: *Feodum de Marimont cum appendiciis suis Reddibile.... acquisivit.* Occurrit passim in veteribus Tabulis. Ea autem feudorum conditio *Redda* dicitur in Charta Bernardi Abbatis Tutelensis in Lemovicibus in Hist. Turensi pag. 39. *Redditio*, et *Redditus*, in alia ann. 1239. in Hist. Vergiac. pag. 170. 171. et Ducum Burg. pag. 75. Exstant in Codice Thuano 93. fol. 56. et seqq. *Consuetudines Cataloniæ inter dominos et vassallos tenentes castra pro dominis, seu alia feuda*, in quibus ejusmodi feudorum reddibilium conditiones et jura exacte enucleantur et deciduntur. Vide Dissert. 30. ad Joinvill. pag. 349. 350. [Rosental. de Feud. cap. 1. § 78. et supra *Feudum Jurabile* et *Aperibile*.]

☞ Vulgatior ratio usuque receptior reddendi castra in Delphinatu erat ut, mortuo vassallo, vel in alia qualibet mu-

Digitized by Google

tatione, vexillum capitalis Domini in altiori et principali turri poneretur per unum vel plures dies, prout in Charta infeodationis expressum fuerat. Charta ann. 1340. apud Boissum de Usu Feud. cap. 8 : *Quæ quidem reddibilitas sic intelligitur et declaratur, videlicet quod in mutatione Domini, ac etiam mutatione vassalli, Dom. Delphinus et successores sui in dicto feudo possint et debeant ponere et poni facere vexillum suum in signum majoris dominii, et tenere ibidem dictum vexillum per unam diem naturalem duntaxat.* Alia ann. 1249. ibid. : *Et in qualibet mutatione domini et vassalli, etiam dicta castra redduntur Dom. Delphino et suis tenenda per tres dies duntaxat cum vexillo Delphinali.* Erant præterea castra quæ domino reddere tenebatur vassallus *ad magnum et parvam fortiam; à grande et petite force*, ut legitur in Consuetud. Barrensi. Vide in *Fortia* 2.

* Is erat apud Catalanos usus, ut decima die, a quo castrum dominus acceperat, illud vassallo restitueret. Consuet. Catalan. Mss. cap. 7 : *Et finitis decem diebus, postquam receperit dominus libere potestatem, dominus debet de antiqua et approbata consuetudine Cataloniæ in decima die reddere castrum vassallo, si fuerit ab eo requisitus.*

Feudum Regale, Feudum majus, seu quod regale aliquid in se habet, de quo quis a Rege absoluto, nec superiorem agnoscente. instituitur, cujusmodi sunt ea, quæ *Libertates regales* habere dicuntur. Ita Cowellus lib. 2. Instit. tit. 2. § 7. qui *Comitatus Palatinos* intelligit, de quibus in hac voce.

* Charta Frider. II. imper. ann. 1220. inter notas ad Chron. imper. Leon. Urbevet. apud Lamium in Delic. erudit. pag. 248 : *Item addimus et damus eis* (Tusciæ comitibus palatinis) *in rectum et Regale Feudum atque concedimus castrum Corzani, positum in partibus Romaniolæ, cum tota curia sua et cum omnibus pertinentiis suis.*

¶ Feudum Restrictum. Vide in *Feudum Talliatum.*

¶ Feudum Resumtibile, Gall. *Fief de reprise*, dicitur prædium quod prius ab omni præstatione liberum, et a quolibet servitio sive reali, sive personali immune, Domino capitali ob certum stipendium subditur, statimque ab illo recipitur seu feudi nomine cum debitis servitiis. Aliud ab eo quod

¶ Feudum Reversibile, Gallis *Fief de retour*, vocant, quod nimirum mortuo sine liberis vassallo ad Dominum capitalem revertitur. Vide *Feudum Talliatum.*

* Feudum Rurale, Ignobile, servitiis addictum, quod a rustico possideri potest, nostris *Fief rural.* Charta ann. 1311. in Reg. 46. Chartoph. reg. ch. 71 : *Dicentes in contrarium ipsum Feodum non esse nobile, sed potius Rurale, et melius et verius esse emphiteosim, quia exinde debebantur et originaliter debita fuerant et adhuc debebantur servitia.* Vide *Feudum Burgense.*

* Feudum Sacerdotale. Vide in *Feudum Presbyteriale.*

* Feudum Sarctorum, Quod vestium sartori attribuebantur. Tract. de Feud. eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 650 : *Ad fundos tres ministerii sarctoris susceptum, ut honeste semper vestita præsulis familia in publicum procederet.*

* Feudum Scutellarum, Quod ad ministerium *scutellarum* spectat. Tract. de Feud. eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 649 : *Feudum, quod ministerii scutellarum nomine diu servaverat, etc.* Infra : *Scutellarum sive paropsidum Feudo.*

Feuda Scutifera, seu *Scutiferorum*, Germanis *Schildlehen*, de quibus lib. 4. de de Feud. tit. 74. Jacobus de S. Georg. et Zazius part. 12. de Feud. § 10.

Feudum Sergenteriæ. Vide in *Serviens.*

* Feudum Sigilli, Quod officio sigillatoris adscriptum est. Declarat. Joan. de Sacrocæsare milit. ann. 1318. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 6 : *Item le Fief de seaul de Maalay-le-roy, ou il a xxx. solz de terre ou environ, qui sont tenues en fief de nous... Item l'escripture et li Seaulx de ladite prévosté sont prisiés par an lxxv. solz Tournois.*

Feudum Simplex, quod simplici et perpetuo jure quis tenet sibi et hæredibus suis. Ita Cowellus lib. 2. tit. 2. § 12. et Rastallus. Littleton. sect. 1 : *Tenant en Fée simple, est celui qui ad terres ou tenemens à tener à lui et à ses haires à touts-jours; et est appel en Latin,* Feodum simplex, quia feodum idem est quod hæreditas, et simplex idem est quod legitimum vel purum : et sic Feodum simplex idem est, quod hæreditas legitima, vel hæreditas pura. Hæc idem Littleton. Habentur formulæ complures infeodationum ejusmodi feudorum in Charta feodi in libro Anglico, inscripto *Justice of peace*, pag. 145. v. et seqq. [** Alias *Feudum simplex* idem est quod *planum*, scilicet quod vasallus a domino primo, nullo *subdomino* medio, tenet. Vide Eichhorn. Introd. in jus German. § 198. et chart. ann. 1333. in Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 284.]

¶ Feudum Sirventale, Certis ac definitis servitiis obnoxium. *Fié de Sergent*, in Assisiis Hierosol. cap. 190. *Feudum servientis*, in Charta ann. 1230. Charta ann. 1139 : *Ut habeas et teneas tu vel tui de me ad fevum vel de meis ad meum servitium... Istum Fevum est Sirventale.* Vide *Sirventia.*

Feudum Soldatæ dicitur, cum nobili alicui de annua pro alimentis præstatione sub titulo feudali provisio fit, non tamen ex camera, aut ex cavena, aut vectigalibus, etc. idque post mortem dantis et accipientis finitum. Zazium part. 12. de Feud. § 32. *Fief de Sodoier*, in Assisiis Hierosol. MSS. cap. 244.

Feudum Solidum, Idem quod *Ligium*, in Constitutionibus Cataloniæ inter dominos et vassallos MSS. cap. 44. Vide *Solidus* 1. et *Homagium solidum* in *Hominium.*

¶ Feudum Spirituale, Idem quod *Feudum Advocatiæ*, quod ea lege datur ut feudatarius armis jura tueatur Ecclesiæ a qua feudum tenet. Vitæ Patriarcharum Aquileiensium in Anecdotis Murator. tom. 3. pag. 248 : *Eo autem tempore et anno Rex Bohemiæ vassallus Ecclesiæ Aquileiensis habens ab hac Feudum Spirituale, pro redemtione civitatis Austriæ misit Vicarium suum cum magno exercitu.*

* Feudum Sternendi Lecticas, Emolumentum huic ministerio assignatum. Tract. de Feud. eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 650 : *Quibus Feudi ratione id negotii datum esset, ut patriarchalem lecticam paleis sternerent, veteres asportarent.*

* Feudum Subalternum, Ex alio dependens, secundarium. Charta ann. 1542. inter Probat. tom. 3. Hist. Lothar. col. 395 : *Ita ut dictus noster consanguineus dux Lotharingiæ Antonius et ipsius hæredes, non tantum cum membris aut statibus particularibus dependentibus ex feudo et Feudo Subalterno ab imperio, etc.* Vide *Subalternus* et mox

* Feudum Suppositum. Consuet. Norman. part. 1. cap. 33. ex Cod. reg. 4651 : *Feoda Supposita dicuntur illa feoda, quæ a capitalibus feodis descendentia eisdem supponuntur, ut vavassoriæ serviles, tam per summagium quam per equum masculum, et alia feoda, quæ per acras tenentur de domino capitali.* Ubi textus Gall. *Les fiefs par dessoubz, sont ceulx qui descendent des fiefs chevelz, et sont soubmis à eulx.*

* Feudum Tabellariorum, seu *Feudum literarum ocius perferendarum*, in Tract. de Feud. eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 650. Vide infra *Summagium* in *Sagma.*

Feudum Talliatum, dicitur verbis forensibus *hæreditas in quandam certitudinem limitata*, seu feudum certis conditionibus concessum, verbi gratia alicui, et liberis ex legitimo matrimonio nasciturus. Unde si is, cui feudum datum est, moriatur absque liberis, feudum ad donatorem redit : *talliare* enim est ad quamdam certitudinem ponere, vel ad quoddam certum hæreditamentum limitare. Ejusmodi sunt *terræ et tenementa sub tallia data, concessa, vel obventa*, apud Henricum Knygthonum lib. 5 : *Terræ tamen et tenementa, quæ sub tallia eis provenerant, post eorum decessum ad rectos hæredes redire statuuntur.* Alibi : *Similiter exhæredati sunt, et forisfecerunt omnia tenementa, terras et possessiones pro se et hæredibus suis in perpetuum, iis exceptis, quæ sub tallia provenerunt, etc.* Ex quibus patet, *Feuda talliata* in *confiscationem* non cadere.

Diversum porro videtur *Feudum talliatum* a feodo, quod *Restrictum* vocat Consuetudo Ambianensis art. 71. 84. 132. *Fief restreint et abbregé*, quod scilicet certis conditionibus, atque adeo interdum censui obnoxium sit. [Bellomanerius cap. 28. pag. 142 : *Il sont aucun Fiefs que l'on appelle Fiés Abregiez; quant l'en est semond pour serviche de tex Fiés, l'en doit offrir à son Seigneur ce qui est dû par le raison de l'abregement, ne autre chose li sires ne puet demander se li abregement est prouvez ou connus, et il est fet souffisament par l'otroy dou Comte : car je ne puis soufrir abregier le plein serviche que l'en tien de moi sans l'otroy dou Comte, combien qu'il y ait de seigneurs dessous le Comte l'un apres l'autre, soit ainsint qu'il se soient tout accordé à l'abriégement, et s'il se sont tout accordé, et li Quens le sçait, il gaigne l'homage de celuy qui tient la chose, et revient l'homage en la nature de plein serviche, et si le doit amender chil qui l'abregea à son home de 60. liv. au*

Digitized by Google

Comte. Ex art. 25. jam cit. Consuetud. Ambian. apte colligitur *Feudum restrictum* dictum fuisse illud cujus relevium 60. solid. Paris. cambellagium vero 20. minus esset. Sic enim habet : *Tout fiefs qui sont tenus à soixante sols Parisis de relief, et à vingt sols de chambellage, ou par plus grande tenue, sont reputez nobles et tenus en plein hommage.*] Vide 1. Regestum Parlamenti Paris. fol. 130. verso, Statutum 2. Westmonasteriense ann. 13. Edward. I. cap. 1. 50. Chartam feodi pag. 149. Littletonem sect. 13. 14. 18. et seqq. Cowellum lib. 2. § 12. 13. et Rastallum verbo *Feetaille.*

* Feudum Talliatum altera notione dicitur illud, cujus quædam portiones diversis personis ad vitam vel ad certos annos assignantur. Charta Henr. reg. Angl. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 112. v° : *Concessimus præfato consanguineo nostro castrum, villam, manerium et dominium de Lesparre,.. proviso semper quod si aliquæ aliæ personæ ad tunc habuerint aliquem statum pro termino vitæ vel annorum, seu in Feodo Talliato ex concessione nostra seu aliquorum progenitorum nostrorum in castro, villa, manerio et dominio prædictis, seu aliqua parcella eorumdem, valerent eodem statu libere et pacifice uti et gaudere . . . . Quod si contingeret . . . aliquas hujusmodi in Feodo Talliato in castro, villa, manerio et dominio prædictis . . . . . supervivere, tunc post hujusmodi statum pro termino vitæ vel annorum, seu Feodi talliati debite completum et finitum, ... præfato consanguineo nostro. . . . remanerent habenda et tenenda.*

** Feudum Theutonicale vel Juris Theutonici. Vide Haltaus. Glossar. German. col. 1777. voce *Teutsch.*

Feudum Vassallaticum, Vassalli servitio obnoxium, in veteri Charta apud Gariellum in Episcopis Magalon. pag. 64. [** Vide Haluaus. Glossar. voce *Mannlehn,* col. 1308.]

Feudum Verum, cui opponitur *Feudum de futuro*, in Jure Feudali Saxonum cap. 29. § 12. [*Feudum verum* definit D. *Brussel* de Usu Feud. lib. 1. cap. 14. illud quod a Principe aliove capitali Domino gratuita et liberali donatione conceditur.]

Feudum Vexilli, aut *Feudovexillum*, quod cum vexillo confertur, quo quis cum vexillo investitur, cujusmodi sunt majoris dignitatis feuda, quæ nostri *Fiefs de bannieres* vocant, quod vexilla in aciem cum vassallis suis educant, qui ea possident. Ejusmodi *Feudovexilla*, Germani *Fahnlehen*, vel *Vanlehen*, vocant; est enim *Fan*, vexillum, *Lehen*, feudum. Vide Wiguleium Hondium in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 312. 382. Speculum Saxon. l. 3. art. 58. § 2 : *Nullum est Feudum vexilli, de quo possit illustris seu princeps fieri, nisi illud sibi a Rege conferatur.* Art. 60. § 1 : *Imperator confert cum sceptro spiritualibus, et cum Vexillis sæcularibus, Feuda omnia illustris dignitatis.* Art. 62. § 2 : *Septem etiam Vexillorum in Saxonia sunt definita, Ducatus Saxoniæ, Palantia, Marchia Brandeburgensis, etc.* Art. 52. § 3 : *Imperator... confert Comitatus, seu Comitias, Vexillaque Feudalia.* [Bavari litteræ pro conferendo Principatu Brandeburgensi Ludovico filio ann. 1328. apud Ludewig. tom. 2. pag. 275 : *Conferentes eidem ac infeodantes et investientes.... per sceptrum regale, sub vannulis et Vexillis, ut est moris.*] *Feudovexillum*, in jure feudali Saxon. cap. 16. § 3. 4. 7. cap. 34. § 1. Vide Hieronymum Vignerium in Hist. Alsatica pag. 143. Dissert. 9. ad Joinvillam pag. 196. et supra *Fanhelen.*

¶ Feudum Viarie, Gall. *Voirie.* Vide *Viarius.*

¶ Feudum Vicarie, Gall. *Viguerie.* Feudi species apud Occitanos notissima, cujus ab initio seculi XI. etiam feminæ capaces erant, ut colligitur ex Charta Roberti Regis ann. 1027. inter Probat. Hist. S. Germani a Pratis pag. 24 : *Ad ultimum vero, nos et uxor nostra Regina Constantia uxorem Garini, Hursendam nomine, ad cujus hæreditatis beneficium tantummodo camporum Vicariæ respiciebant, ante nostram præsentium convocavimus.* Vide *Vicarius.*

¶ Feudum Vicecomitatus, Quod seculis XII. et XIII. hæreditarium esse cœpit, in præfectura totius Comitatus vel unius ejusdem Comitatus urbis positum erat. Quæ autem fuerint ejusmodi feudi pertinentiæ, jura et prorogativæ discere licet ex Charta Guillelmi Debarris et Helvidæ ejus uxoris ann. 1348. ex Chartul. Campaniæ in Camera Computorum fol. 408 : *Ac etiam, quicquid habebamus vel habere debebamus in castro et villa Pruvini, et circumcirca Pruvinum, ac in parochia de Branchisiaco, in parochia de Loan, in parochia de Villagruis, in parochia de Villariis-Domini Georgii, in parochia de Montefiguli, in parochia sancti Martini de Charnetronc, in parochia de Bonosacco, et in quibuscumque locis, ac in rebus quibuscumque, tam in hominibus Ecclesiæ de Nigella quam in omnibus rebus aliis, ratione Vicecomitatus Pruvinensis.* Adde Chartular. Carnotense ann. 1302. fol. 64 : *Messire Gauchier de Rochefort, chevalier, tient la Vicontée de Chartres, de la Contesse, ès villes qui s'ensièvent. C'est à savoir, à Gourdées et les appartenances, et la joustice haute et basse; Gilainville et les appartenances, et la seigneurie, Macouiller, et les appartenances, et la serjanterie, et la joustice haute et basse, et ès dites villes, et à Sours, plusieurs chouses et hommes de cors. Et à Chartres, plusieurs rentes et plusieurs dignitez, si comme il est contenu en un escript. Et puet tout ce valoir quanque il tient de la Contesse, environ* IIII^c^. *lib. par an de rente. Et doit ledit viconte servise d'ost, soit tiers de Chevaliers, et doit rachat. Et environ* II^c^. *rierefiez.* Vide in *Vicecomes.*

* Feudum Vicecomitale, Idem quod *Vicecomitatus.* Charta ann. 1308 : in Reg. 40. Chartoph. reg. ch. 166. *Excepto Feodo Vicecomitali, qui tenetur ab episcopo Engolismensi.*

¶ Feudum Vicedominii. Vide *Vicedominus.*

* Feudum Villanum, Tenementum, quod a *villano* possidetur sub onere præstationis, census et operarum, quod *villanum* servitium nuncupatur. Lit. Phil. VI. ann. 1342. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 504 : *Pour ce que ledit Evesque* (de Baieux) *a regardé que plus seroit . . . . proffitable chose, s'il demouroit fié noble, que ce ne seroit que ledit Jehan le tenist comme Villain Fié dudit évesque, mesmement comme se il demouroit Fié Villain, il ne charroit, ne pourroit chaer en garde dudit évesque, ne n'y prendroit ledit évesque les faisances que fié noble doit faire, etc.* Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. ch. 275 : *Et est icellui manoir tenu en censive et en Fief villain.* Vide supra *Feudum rurale* et in *Villenagium.*

* Feudum Vinearum. Lit. remiss. ann. 1479. in Reg. 205. Chartoph. reg. ch. 317 : *Ouquel Fief de vignes à plusieurs hommes tenens, qui tiennent en particulier au droit de complant, devoir féodal etc. Combien que selon l'usence et coustume de nostre pays de Poictou . . . . il ne soit loisible à aucuns teneniers dudit fief icellui ouvrir ne vandanger, sans le congé . . . . des seigneurs dudit fief etc.*

* Feudum Vini, Cujus præstatio ex vino constat. Charta ann. 1215. in Chartul. S. Vincent. Laudun. ch. 193 : *Dedi etiam eidem ecclesiæ* (S. Vincentii) *duos modios albi vini ad Feodum Vini, quem a domino Laudunensi episcopo teneo.*

Feudum Vivum, Gall. *Fief vif, ou rente fonciere*, in Consuetud. Aquensi tit. 8. art. 2. 6. 8. 11. in quo tenens seu vassallus tenetur habere seu tenere ignem vivum, *Feu vif*, id est, perpetuam residentiam. Vide supra *Feudum mortuum.*

Feudum, marito vivente, propter nuptias est mulieris donatio [** *is ire gedinge*] ipso mortuo ejus *Feudum* [** *rechte len*] appellatur. Speculum Saxon. lib. 3. art. 75. § 2.

Crescere Dominum in Feodo, est augere feudum domini per accessionem et acquisitionem, in Charta ann. 1230. apud Perardum in Burgundicis pag. 417. De ejusmodi *augmentis feudorum*, pluribus egit vir clarissimus Dionysius Salvaingus Boissius lib. de Feudorum usu cap. 19. Vide *Servitium Meliorare.*

Feudum Minuere vetantur vassalli, id est, partem illius dare, vel alienare; præsertim si servitium domino inde pereat vel *minuatur*, quomodo *obsequium regale minuere* dicitur in Capitulari 4. ann. 805. cap. 13. Nam cæteroquin minora feuda partitionem ac divisionem admittunt. Guntherus lib. 8. Ligurini :

> Marchia, seu Comitis possessio, sive Ducatus
> Integra permaneant : Feudalia cætera multis
> Participanda patet, domino dum quisque fidele
> Spondeat obsequium, jurandaque fœdera præstet.

Constitutio Friderici I. Imper. apud Radevicum lib. 4. cap. 7 : *Non modicas accepimus querelas, quod beneficia eorum et Feuda, quæ vassalli ab eis tenebant, sine dominorum licentia pignori obligaverant, et quadam collusione, nomine libelli vendiderant, unde debitu servitia amittebant, et bonorum Imperii nostræ felicis expeditionis complementum minuebant, etc.* Alia Charta ann. 1176. apud Hieron. Vignerium in Genealog. Alsatic. pag. 120 : *Hoc addito, quod Feudati mei, si quid dare voluerint in eleemosynam de Feudis suis, unde servitium nec reditus mei decrescant, et illi habeant liberam potestatem dandi, etc.* Tabularium Lehunense Ch. 85 : *Eo siquidem tenore, quod non licebit ei vel hæredibus suis Feodum imminuere, vel dividere.* Adde Galliam Christian. tom. 4. pag. 146.

Digitized by Google

Ita tamen feudorum partis alicujus alienationes a dominis permittebantur, dummodo vassallus retineret tantum terræ aut feudi, quo servitium consuetum domino exhiberet, et, ut vulgo loquuntur Consuetudines municipales, *pourveu qu'il retinst de quoi servir le fief.* Tabularium S. Crucis Talemondensis fol. 3 : *Addidi... ut si quis ex isto meo honore voluerit loco sanctæ Crucis ac Monachis ibidem Deo servientibus de possessione sua dare vel vendere, non prohibeatur; sed potius commoneatur, tantillo interdicto, ut dominus suus inde suum non perdat servitium.* Tabular. Cœnobii Dolensis : *Concedimus etiam, ut quicumque ex nostris casatis vel feodatis partem aliquam sui fisci sive casamenti, quod a nobis habet, dare voluerit, libere hoc agere possit, ita tamen ut non totum det, sed partem retineat capitis.* Magna Charta Angliæ cap. 32 : *Nullus homo liber det de cætero amplius alicui de terra sua, quam ut de residuo terræ suæ posset sufficienter fieri domino Feodi servitium ei debitum, quod pertinet ad feodum illud.* Statutum de Prærogativa Regis ann. 17. Edw. II. cap. 7 : *Nullus, qui de Rege tenet in capite per servitium Militare, potest alienare majorem partem terrarum suarum, ita quod residuum non sufficiat ad faciendum servitium suum, sine licentia Regis.* Tabular. Monast. Longipontis in diœcesi Paris. : *In primo anno, quo Philippus filius Philippi Regis Francorum accepit uxorem Helizabeth filiam Guidonis Trosselli, residens apud Montem Lethericum inter proceres suos, firmavit quæcumque Ecclesia de Longoponte tenuerat usque ad diem illum, videlicet villam, quæ dicitur Ver, ab omni exactione liberam, consuetudinem Militum de Fisco Montis Leterici dandi Ecclesiæ, excepto quod dominus servitium suum non perdat, potestatem habentium.* Charta Renaldi Comitis in Chron. Besuensi pag. 681 : *Donavit quicquid de Feodo suo unusquisque de eadem villa... prædictæ cellæ fratribus dederat, dummodo ex hoc totum Feodum suum ipse non amittat,* etc. Alia ann. 1060. apud Louvetum in Bellovaco : *Confirmavit adhuc... ut si aliquis ex Militibus suis de Fisco suo Ecclesiæ donare voluerit, absque suo jussu donet indifferenter, ita scilicet ut Militare servitium non amittat.* Charta Ludov. VII. Reg. Franc. ann. 1141. in Tabul. Prioratus Neronis villæ fol. 6 : *Si vero aliquis homo noster pietate ductus de Feodo nostro eisdem Monachis aliquid impertire voluerit, auctoritate nostra ei concedimus, et donamus, eo scilicet tenore, ut servitia et consuetudines nostras propter hoc non amittamus.* Charta fundationis Abb. S. Stephani de Fonteneto in Normannia, in Regesto 106. Tabularii Regii Ch. 370 : *Concessi eis et confirmavi, quod homines et Milites mei et homines Militum meorum habeant potestatem donandi sive vendendi eisdem Abbati et Monachis competenter de tenementis suis quod voluerint : ita tamen quod tantum remaneat de Feodo in manu donatorum, quod ipsi possint sufficienter respondere mihi et hæredibus meis de omnibus ad me et hæredes meos pertinentibus,* etc. Assisiæ Hierosolymit. MSS. cap. 190 : *Se un home qui a Fié, qui soit coneu à vil, recreant, couart, ou que il soit bossu, ou que il soit mahaigné d'aucun des membres, ou yvrogne, ou entechié de aucun mauvais et vilain vice; mais que il soit fis de Chevalier et de Dame, né en loial mariage, l'on ne le peut pas contredire que il n'achete le Fié, de quoy le Seignor peut estre empiré, ou amermé de son servise,* etc. Vide Constit. Siculas lib. 3. tit. 5. § 2. et Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 124. Ordericum Vitalem pag. 583. 587. 588. 589. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 974. etc. præterea Andream Suenonis lib. 4. Legum Scaniæ cap. 10.

* Feudum Dividere non licebat vassallo, quando unius tantum militis servitium ex illo feudo præstare tenebatur; secus vero, si plures milites exhibere debebat : atque tunc domino assignabat partem feudi pro ratione debiti servitii, ex Assis. Hierosol. Mss. cap. 184 : *Nul ne peut desmembrer fié, se le fié ne doit service de plus d'une chevalerie; et qui veaut desmembrer fié, qui doit service de pluseours chevaliers, il doit donner partie de son fié pour partie de son service que le fié doit, ensi que plus dou fié demore au seignor qui le desmembre. Ecclisser son fief,* eodem significatu, in Lit. ann. 1402. ex Reg. 4. Chart. fol. 96. et in Comput. balliv. Insul. ann. 1410. *Dépeschement de fié,* feudi divisio seu imminutio, in Lit. Phil. VI. ann. 1342. ex Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 504 : *Comme Jehan de Moulineaux nous eust signifié que il avoit acheté de Guillaume Guichart chevalier certains héritages assis en la paroisse de Bernieres sur la mer; lesquiex par tant de temps, qui n'est mémoire du contraire, ont esté tenuz par un fié de chevalier franchement, aveeques court et usage en basse justice des évesques de Baieux, jusques à tant que n'aguirees, pour ce que l'en disoit que ledit chevalier y avoit fait aucuns de dépeschement de fiez, nostre amé et féal conseiller l'évesque aprésent de Baieux avoit* (fait) *prendre et arrester en sa main la court et l'usage dudit fié acause de dépeschement.* Vide infra *Longinquare.*

* Cum autem Feudum dividebatur, sive iuter hæredes, sive inter alios, quocumque modo possessores, tunc suam quisque feudi partem, nullo medio, a domino capitali tenebat, quod contra receptum hactenus usum, definitum legitur solemni judicio ann. 1210. cui cum rege præfuerunt dux Burgundiæ, comites Nivernensis, Boloniæ, Sancti Pauli, de Domnapetra, et alii proceres multi, ex Cod. reg. 9822. 2. fol. 9. r° : *Magnates de regno Franciæ unanimiter convenerunt et assensu publico firmaverunt, ut a primo die Maii imposterum ita sit de Feodalibus tenementis. Quicquid tenetur de domino, lege vel alio modo, si contingeret per successionem hæredum vel quocumque alio modo divisionem inde fieri, quocumque modo fiat, omnes qui de illo Feodo tenebunt, de domino feodi principaliter et nullo medio tenebunt, sicut unus antea tenebat, priusquam divisio facta esset; quandoque contigerit pro illo totali Feodo tenebit* (f. leg. deberi) *servicium tenebitur exhibere et illi domino deservire et reddere rachatum et omnem justitiam. Quicquid autem antea factum est et usitatum usque ad proximum diem Maii, maneat sicut est factum; sed de cætero fiat, sicut est supra dictum.* Vide infra *Feudum Sequi.*

Feudum Perdere, seu *Forisfacere Feodum propter Feloniam*, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 88. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 32 : *Qui seniorem suum vivum in bello reliquerit, dum eum adjuvare possit, aut malo ingenio ei de pugna defecerit, perdere debet omnia, quæ per illum habuerit.* Ita de eo *qui seniorem suum despexerit, et per superbiam eum pensabiliter diffidaverit,* cap. 33. et de eo *qui se sciente seniorem suum a manu vel a lingua occiderit, vel filium suum legitimum, aut adulteraverit uxorem ejus, vel tollerit ejus castrum, et non reddiderit sine peronimento, aut fecerit ei malum, quod non possit ei redigere nec emendare,* etc. Adde cap. 38. Vetus Consuetud. Franciæ lib. 2 : *Le vassal pert son Fief, quand par mal talent il met la main sur son Seigneur à tort, se il arme contre lui, se sans congié il pesche en ses estangs, et où il chasse en sa garenne, se il fortrait sa femme, ou fille pucelle.* Per assisias Hierosol. MSS. cap. 186. et 195 : *L'on peut perdre son Fief en trois manieres : l'un est l'an et jour, l'autre toute sa vie, et la tierce luy et ses hiers. L'an et jour le peut home perdre par deffaut de service. Toute sa vie le peut hom perdre, et pert par deffaut d'homage et par autres choses, et lom peut perdre et pert pour Dieu renoier, et pour estre traitour vers son Seignor.* Et cap. 193 : *Ce sont les choses de quoi il me souvient ores pour quoy l'on peut et doit par l'assise ou usage du Royaume de Jerusalem estre desheritez lui et ses heirs. Qui est herege* (heretique,) *qui se renoie, qui met main sur le cors de son Seignour, qui vient à armes contre son Seignour en champ, qui vent sans le congié de son Seignour sa cité, ou son chastiau, ou sa forteresse à son ennemi, tant come il a à boire, ne à manger tant ne quant, qui traist son Seignour, et le livre à ses ennemis, qui porchasse la mort et le desheritement de son Seignour, et est de ce atteint et prové, qui vent par l'assise son Fié, qui est appellé de trahison, vencu en champ, ou defaillant de venir soi deffendre en la Court de son Seignour de la trayson que l'on li met sus, se il est semons, si come il doit.* Cap. 194 : *Ce sont les choses, pourquoi il me semble que l'on peut et doit estre desherité sa vie. Se un home tient un Fié dou Seignor de qui il li doive homage, et se il ne le fait, ou il ne l'euffre à faire, si come il doit, dedans un an et un jour,* etc. *qui est attaint de foy mentie vers son Seignor, il pert le Fié toute sa vie,* etc. Adde Libros Feudor. Regiam Majest. lib. 2. cap. 63. Leges Alfonsinas parte 4. tit. 26. lege 8. Constitut. Siculas lib. 3. cap. 13. § 17. Consuetud. Andegav. art. 187. et seqq. et Feudistas passim. Vide *Forisfacere.*

¶ Feudum Commiterre, Idem quod *in Commissum cadere*, Gall. *Tomber en Commise,* quod fit cum dominia ex delicto vassalli ad dominum feudi redeunt. *Commettre son Fief,* in Consuetudinibus municipalibus nostris passim. Charta ann. 1281. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 106 : *Quæ quidem si per dictum Raymundum non fuerint observata, Feudum superius sibi datum Commit-*

Digitized by Google

tatur, ex eo quod prædicta non observaret. Vide *Committere.*

Feudum Retinere, quod Practici nostri dicunt, *Retenir par puissance de Fief*, ut est in Consuetud. Senon. art. 85. et aliis passim. *Retenir et reunir à sa table le Fief par puissance de Seigneurie*, in Consuet. Ambian. art. 18. 43. Silvanect. art. 226. et Claromontensi art. 93. Regestum Constabulariæ Burdegal. fol. 101 : *Probatur et est notorium et publicum, quod nemo nec nobilis nec innobilis potest nec consuevit acquirere Feudum nobile, nec vendere, si teneatur immediate a D. Rege et Duce, quousque primo illud Feodum dicto D. Regi, vel gentibus suis præsentaverit, et viderit, an illud pro pretio, quo fuerit venditum, retinere voluerit : et si voluerit, potest illud retinere eodem pretio, ut dominus superior et directus.* Subdit Instrumentum : *Dummodo a Domino Feodi non fuerit missus in ejus possessionem.*

* Feudum Conducere, Illius investituram a domino feudali recipere. Vide supra *Conducere* 3.

* Feudum Exigere, Illius investituram a domino feudali petere. Instr. ann. 1385. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 81. col. 2 : *Cum quadam vice Feudum suum Exegisset, et se infeudari ab eo* (domino) *postulasset, etc.* Vide supra in *Feudum Patrimoniale.*

* Feudum Justitiare, Jus suum in eo exercere, vel manum injicere. Lit. Alfonsi comit. Pictav. ann. 1269. in Reg. 11. Chartoph. reg. fol. 153. v°. : *Significavit nobis venerabilis pater episcopus Mimatensis, quod vos arcetis seu Justitiare vultis Feudum Guidonis de Montonge, quod feudum tenere debet dictus Guido a domino Castri et dominus Castri ab ipso episcopo, et idem episcopus a nobis.* Vide *Justitiare.*

* Feudum Ostendere, Feudalium prædiorum cum suis limitibus ac terminis, atque adeo juribus ac oneribus descriptionem domino offerre, quod *Feudum tradere in scriptis* pluries dicitur in Lib. nig. episc. Carnot. ad ann. 1333. 1334. etc. Chartul. AB. S. Germ. Prat. fol. 2. r°. col. 1 : *Anno 1256. Henricus gener domini Symonis de Emento militis apud Emantum* (sic) *fecit homagium dom. abbati S. Germani de pratis Parisius de feodo quod tenet ab ipso, et promisit se infra adventum primum dom. abbatis redditurum dictum Feodum in scriptis, et dicturum si quid alienatum sit de dicto feodo.* Infra : *Promisit se traditurum et declaraturum in scriptis prædictum Feudum.* Gall. *Donner aveu et dénombrement.* Charta ann. 1263. in Reg S. Ludov. ex Chartoph. reg. fol. 62. r°. : *Mandamus vobis* (comiti Fuxensi) *quatinus Feudum, quod a nobis tenetis, senescallo nostro Ostendatis seu ostendi faciatis.... Pro prædicto mandato domini regis complendo,.... ad Ostentionem dicti feudi tradidit* (dictus comes) *quandam cedulam recognitionis dicti feudi.*

* Feudum Negare, Clientelarem professionem denegare, cui oppositum *Recognoscere.* Reg. Phil. Aug. sign. 34. bis in Chartoph. reg. part. 1. fol. 40. r°. col. 2 : *Guillelmus Dispensator apud Canvillum 1. Feodum recognitum et dimidium negatum. Galfredus de Saie 1. Feodum recognitum* et 1. *Feodum negatum.*

* Feudum Postulare, Illius investituram a domino feudali petere. Vide supra in *Feudum Patrimoniale.*

* Feudum Refutare, idem quod *Feudum negare.* Tract. inter Amed. V. comit. Sabaud. et Joan. abb. Ambron. ann. 1285. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 955 : *Qui apertas felonias et injurias manifestas contra nos et ecclesiam nostram committere non expavit, et ad ultimum dictum Feudum Refutavit, fidelitatem debitam nolendo inde facere.*

* Feudum Reintegrare, Tantum terræ aut feudi ad servitium domini consuetum assignare, quantum a vassallo datum alienatumve fuerat. Charta ann. 1270. in Chartul. Cluniac. ch. 369 : *Si appareat possessiones vel jura aliqua de feudo supradicto per nos vel aliquem nostrum aut dictum quondam patrem nostrum alienatas esse seu extra manum nostram positas, in dictæ Cluniacensis ecclesiæ præjudicium et gravamen, nos de eisdem possessionibus et juribus sic alienatis et extra manum nostram positis, aut aliis possessionibus et nostris juribus de proprio nostro allodio æquivalentibus, plene et integre seu perfecte Reintegrabitur Feudum supradictum, vel alias gratum abbatis Cluniacensis plene super hoc faciemus.* Vide *Feudum minuere.*

* Feudum Sequi dicitur vassallus, qui pro feudi parte, quam alter tenet, domino capitali clientelam profitetur. Charta ann. 1250. in Chartul. Sabaud. fol. 137. v°. : *Si aliqua de bonis illis, pro quibus dictus Radulfus erit homo ligius comitis, ad partem dicti Petri pervenerint ex successione paterna vel divisione, quam inter se facient dicti fratres, vel alio quoquo modo, dictus Radulfus pro dicto Petro fratre suo erga comitem respondeat et Feodum Sequatur, et comes homagio ligio ipsius Radulfi pro rebus, quæ ad partem dicti Petri pervenerint, sit contentus.* Alium tunc temporis obtinuisse in Francia usum, superius observabam.

* Feudum Tertio vel *quarto medio possidere*, nostris *En tiers* vel *quart fief.* Stat. ann 1408. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 320 : *Pour les rentes, que gens non nobles auront acquises en tiers Fief, en paieront un an tant seulement; et de quart fié et au dessoubz, neant.... Et est à entendre que les gens non nobles, qui auront acquis comme dessus est dit, ne paieront aucune finance en cas qu'il y aura trois moyens frans entre le roy et les possesseurs.*

Feudi Judicium. Charta ann. 1180. apud Georgium Pilonum in Hist. Bellunensi pag. 90. v. : *Ad hæc Becellus de Camino remisit Judicium Feudi Nosatino et Arioldo, quod super eos fecerat, tamen si attenderint, ut superius legitur.* Infra : *Item unicuique ex suis vassallis, qui istud sacramentum fecerint ad commune Conigliani, et firmum tenebit, similiter remisit Judicium Feudi.*

Feudum Facere, id est *Homagium*, occurrit non semel in Actis Capitularibus Ecclesiæ Lugdun. ann. 1341. fol. 78. et alibio. [Fragmenta MSS. Hist. Aquitanicæ apud Stephanot. tom. 4 : *Petrus de Blot Domicellus Fecit Feudum Domino Episcopo Claromontensi de mansis quæ habebat apud Raillac et Dasazat ac in villa Belliloci an. 1160. Item, an. 1240. Eblo de Ventadorio Fecit Feudum Domino Episcopo pro castris de Chalus, Champagnat, Miremont, Montelat, et aliis.*] [* Fidem jurare. Charta ann. 1410. in Memor. G. Cam. Comput. Paris. fol. 142. v°. : *Amedeus comes Sabaudiæ... Notum facimus quod nos illustrissimo domino meo domino regi Francorum hodie Fecimus Feodum et homagium fidelitatis, ad quod sibi tenebamur ratione vicecomitatus Malileporarii in Normannia.* Vide *Feoditas.*]

¶ Fealiter, id est, *Jure Feodali.* Chartul. S. Vincentii Cenomn. fol. 29 : *Dicebant quod ter in anno debebat comedere hæres illius terræ in Abbatia B. Vincentii Cenomanensis Fealiter; e contra Monachi negabant.*

Feudalis, Vassallus. Tabularium Bellilocense Ch. 97 : *Totum quem visus sum habere in ipso manso aut unus ex meis Feudalibus.* Charta Ecclesiæ Tutelensis, scripta sub Odone Rege : *Scalas castrum meum cum omni castellania, et cum universis Feudalibus. Feudales Milites*, in Charta Frotardi Vicecomitis Caturcensis sub Rodulpho Rege scripta. *Feudales liberi Trajectensis Ecclesiæ*, in Charta Adelbodi Episcopi ann. 1021. apud Willelm. Hedam pag. 282. 1. Edit. [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Frey-lehn-mann*, col. 508.]

* Feodalis, Vassallus, qui ratione *feodi* ab alio pendet. Stat. ann. 1368. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 140 : *Homines nostri Feodales, qui in castellaniis, præposituris et sedibus, altisque locis regiis,... ex debito feodorum suorum,..... justitiam facere et reddere tenentur, etc. Homme de fief*, in Charta ann. 1382. ex Tabul. S. Joan. Laudun. Terrear. Castell. ad Sequanam ex Cod. reg. 9898. 2 : *Item s'aucun dudit Chastillon corroucié à son seigneur se départ dudit Chastillon, ils appartiennent aux chaziers, autrement dit Féodaulx, d'illec, de rammener et conduire seurement devant son seigneur.*

¶ Fedalis, Eadem notione. Charta Fundationis Bassacensis Abbatiæ ann. 1002. inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 473 : *Et si omnis parentela mea moriendo defecerit, tota possessio mea et Fedales mei ad Monasterium... sine ullo retentu dono jure perpetuo.*

¶ Fevalis, in Charta ann. 1078. inter Fragm. MSS. Hist. Aquitan. apud Stephanot. tom. 5. pag. 25. verso, et in alia ann. 1191. tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 205. et alibi.

Feudatus, in Charta anni 1176. tom. 4. Galliæ Christ. pag. 146. [et in Edicto S. Ludovici ann. 1233.]

¶ Fedatus. Hist. MS. S. Cypriani Pictav. pag. 349. in Charta Bernardi Quatorbarbis ex Tabulario S. Cypr. fol. 98.

* Feudicialis, Ad *feudum* pertinens. Charta Bertholdi comit. *de Henneberg* ann. 1322 : *Advocatiam nostram, quæ a nobis descendit jure Feudiciali.... libere donavimus.*

Feodarius, Feudatarius, apud Willel. Thorn lib. 2. cap. 15. [* In Charta ann. 1219. ex Chartul. S. Vincent. Laudun.]

Digitized by Google

¶ Feudarii, Majores vassalli, qui a Domino feudali nude pendebant ratione *tenuræ*. In Delphinatu *Feudarii* bis in anno solebant convenire, ac tenere *placita*, ibique de mutuis controversiis, iis maxime quæ feuda spectabant, judicare. Horum judiciis Dominus præerat, aut ejus loco qui *retrogardas* de eo tenebant. Inquisitio Oisentii tom. 1. Hist. Dalph. pag. 20 : *Dominus Hugo Ricardi est homo ligius comitis et tenet de eo... tres partes Reregardæ totius Oisentii.... Et quando Feudarii tenent placita, qui ea debent tenere bis in quolibet anno, debet esse præsens loco Domini Comitis, et cavere ne ipsi Feudarii gravent homines D. Comitis.... Et debet respondere D. Comiti de duabus partibus bannorum et escaetarum quæ eveniunt cum tenentur dicta placita, et tertiam partem capiunt Feudarii supradicti.* Vide *Pares*.

¶ Feudatarii, Iidem qui *Feudarii*. Inquisitio S. Laurentii de Lacu tom. 1. Hist. Dalph. pag. 94 : *Et capit ibi* (D. Comes) *omnia banna regalia per totum, et alia banna præter quæ in feudis, in quibus Feudatarii capiunt parva banna, et cognoscunt de causis realibus quæ vergunt inter tenentes ipsa feuda*. Horum vero præcipua hæc erat prærogativa, ut in placitis et feudis ipsorum nihil capere posset Baillivus. Inquisitiones pro juribus Dalphinat. tom. 1. Hist. cit. pag. 141 : *Dom. Petrus Romans, et Gualterius de Meissegnas, et Humbertus de Claromonte sunt homines Ligii Comitis, et tenent de eo castrum de Claromonte et Balliam ejusdem castri, et capiunt ratione Balliæ tertiam decimam partem bladorum.... et tertiam partem omnium bannorum, et excaetarum quæ possunt ibi accedere Comiti tam in terris quam in denariis, salvis tamen usagiis Comiti debitis, præterquam in placitis Feudatariorum et feudis ipsorum, ubi nihil capiunt*. Eadem notione occurrunt *Feudatarii* in Constit. Petri Reg. Aragon. ann. 1202. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1394.

* Feodarius, Qui alicujus vassallum se, fide data, profitetur. Chron. Angl. Th. *Otterbourne* pag. 76 : *Ita quidem, quod ipsi et heredes sui deinceps forent Feodarii ecclesiæ Romanæ*. Occurrit præterea in Ch. ann. 1219. ex Chartul. S. Vincent. Laudun. Vide in *Feudum*.

Feudatarius, Vassallus, passim.

¶ Feudotarius, Eadem notione, apud Ludov. *Laguille* in Probat. Hist. Alsat. pag. 54.

¶ Pheudatarius, in Epist. Lauri Quirini de Turci potentia, ad Pium PP. II. ex Biblioth. Regia num. 205.

Feudatarius, vel Feodatarius, apud Anglos, est Officialis a Magistro Curiæ Wardorum, seu pupillorum, sub sigillo Curiæ illius, uni vel pluribus Comitatibus datus. Hic in cognoscendis rimandisque feudis, ad Regem pertinentibus, et ad tenuras pro Rege manifestandas, tuendasque operam navat : Escaetori ideo adjunctus, omnibusque nervis regiam promovens utilitatem. Pupillorum terras lustrat, valorem annuum investigat, prodit, indicit, censum recipit, et Curiæ receptori defert. Viduis item tenentium Regis dotem assignat. Spelman.

Feodati, *Fievez*, apud Suger. de Administr. sua cap. 10.

* Feudarius, *Feudo* investitus, idem quod infra *Fevator*. Placit. ann. 1122. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 420 : *Alia etiam instrumenta cartarum, quæ testabantur eandem ecclesiam laicos habuisse ad feudum de abbatis Juncellensis, longum etiam possessionem per se et Feudarios suos ostenderunt*. Privil. villæ de Burgo in ducatu Aquit. ann. 1451. ex Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 379 : *Item dixerunt quod alii Feudarii et tenenciores in palude de Barba et in villa, certa denaria reddunt nobis*. Rectius in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 14. v° : *Dixerunt quod sunt aliqui Feodatarii et tenensores in palude de Barba et in dicta villa, qui certa deveria reddunt domino regi*.

¶ Fevones, Eadem notione, apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. IX : *Dedit etiam nobis dono supradictus Comes Willelmus quidquid acquisituri eramus in locis istis de Fevonibus; Fevones quoque, scilicet Willelmus de Lavieu, etc.* Ubi perperam editum *Fruonibus* et *Fruones*.

Feodatarium, Jus, quod uxori competebat in feodis mariti. [* Seu Donatio propter nuptias, ut supra ad lin. *Feudum marito vivente*, monui.] Charta Rainaudi Archiepisc. Lugdun. ann. 1215 : *Et* 3. *dem. frumenti, et* 3. *dem. siliginis, et* 3. *dem. ordei, debitales in illa parte, quam tenet Margarita uxor Gaufridi Gros, et* 5. *sol. et* 4. *ob. debitales et investituras in ambabus partibus, non obstante Feodatario pro parte Margaritæ*.

Feodagium, [Jus feudi ejusdemque districtus, territorium.] Charta Hemerici Vicecomitis Rupiscavardi ann. 1256. in 7. Regesto Archivi Reg. : *Feodagia illius partis castri de Brusac Petragoric. diœcesis, quæ Helias dictus Flameng Miles avohabat, et cognoscebat a nobis, cum Feodagio omnium, quæ prædictus Helias habebat seu habere poterat in Castellania Castri prædicti, etc.*

* *Féage, Fieffage* et *Fieufement*, nostris, Feudum ipsum seu feudi conditio. Charta ann. 1296. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 247. v°. col. 1 : *Avons baillié et fieufé en fin et en pardurableté ottroyé à Fieufement et à annuel rentes etc.* Alia ann. 1361. in Reg. 92. Chartoph. reg. ch. 10 : *Avons baillié à Regnaut Willot.... en pur Fieffage, à fin et perpétuel héritage nostre manoir de Berengerville*. Lit. Joan. comit. Tancarvil. ann. 1380. in Reg. 119. ch. 231 : *Icellui sire Jehan puisse avoir et édiffier à son proffit un coulombier à pié et roë,.... parmi ce que icellui sire Jehan Costart et ses hoirs seront tenus de nous faire et à nos successeurs par maniere de Fieffage le nombre de vj. sols de rente. Les deniers et revenus d'un Féage*, in Ch. ann. 1511. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1379. Vide supra *Featum*.

¶ 1. Feudagium, Eadem notione. Charta Guigonis pro Monasterio Vallis-Benedictæ ann. 1184. tom. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 23 : *Concesserunt... omnia sua nemora... et in Feudagiis suis perpetuam libertatem acquirendi sine aliqua fraude* (l. laude) *et consensu et sine aliquo usatico et dominio*.

* 2. Feudagium, Feudi traditio, possessiove. Reg. feudor. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 20. v° : *Insuper recognovit prædicta domina Margarita de Turenna, quod tenet ab eodem domino rege in feodum immediate, castrum de Genciaco cum pertinentiis, videlicet castrum de Montinir jure Feudagii*.

* Feodatio Desavenans, Illegitima, minime conveniens; cum scilicet valor feudi censum ex eo solvendum longe superat. Vide supra *Desavenans*.

Feoditas. Will. Thorn ann. 1281 : *Consuetudinem et auxilia ad relevationem Abbatiæ S. Augustini,... Feoditatem etiam et relevium* 25. *sol.* Idem ann. 1283 : *Quod præfati homines de Stonore facerent eis redditum, relevium, Feoditatem, sectam ad Curiam suam, etc.* Ubi *Feoditas* videtur vox formata ex Gallico *Feauté*, fidelitas, homagium, sacramentum fidelitatis. *Faire fief, recevoir le vassal à fief*, in Consuetudine Arvern. cap. 22. art. 5. 25. ubi feodum sumitur pro hominio et fidelitate, seu *foi et homage*, ut est in art. 4.

* *Feuté*, eadem acceptione, in Charta ann. 1394. ex Chartul. 21. Corb. fol. 81 : *Ja fust il que ledit monseigneur Charle fust en la Feuté desdits religieux desdites terres et les eust relevé par son procureur.... Item ledit Ferry par lui ou son procureur souffisamment fondé est et sera tenus.... entrer en la Feuté et souffrance desdits religieux*. Vide Belloman. MS. cap. 48. pag. 127. v°. col. 2.

* Feodale, Quidquid *feodi* ratione debetur. Charta ann. 1224. in Chartul. Maurigniac. ch. 95 : *Confessus est in jure abbas Maurgniacensis, quod recepit pluries episcopum Carnotensem in domo sua, et solvit expensas ejus,.... et alia quæ appellantur Feodalia. Seigneurie féodatoire*, dominium, quod jure feodi gaudet, in Ch. ann. 1417. ex Chartul. Latiniac. fol. 173.

¶ Feare, Terram vel prædium in feudum concedere. Charta Kadelonis ex Chartul. Sangerm. fol. 8. tom. 2. Gall. Christ. inter Instr. col. 418 : *Obtuli.... omnia propria quæ possidebam in parochia S. Mariæ Peratæ, atque Albiensi, exceptis casamentis unde meos homines Feaveram*.

* *Effeoder*, eodem sensu, in Descript. feud. comitat. Camerac. ex Tabul. ejusd. eccl. *Fieffer* vero, pro Prædium ad multos annos conducere, in Instr. ann. 1406. ex Bibl. reg. : *Toutesvoies ou cas que ledit chevalier la* (fiefferme) *vouldroit Fieffer audit pris ancien et bailler bon contreplege, sont d'accord de l'accepter*.

¶ Fefare, in Lib. nigro Scaccarii pag. 75 : *De duobus hidis unum Fefavit militem*.

¶ Feodare. Charta ann. 1269. ex Chartul. S. Vandregesili tom. 2. pag. 1573 : *Concessi... in excambitationem prædictæ pechiæ terræ quam ipsi Religiosi mihi Feodaverunt*. Occurrit alibi.

¶ Feodisare. Charta Hellini Trevir. Archiep. ann. 1152. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 72 : *Neque Dux Feodisare eos coget, immo etiam dare et accipere in fide et veritate prohibebit*.

¶ Feoderare, A debitis ob feudum servitiis aliquem eximere, seu in *feudum*

Digitized by Google

francum erigere. Epist. G. de Villa Hardoini ad Blancham Comitissam Campaniæ, inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 810 : *Intimamus vobis præterea quod scripta feodorum vestrorum sunt in Ecclesia S. Stephani Trecarum, et in scriptis continentur duo millia et ducenti milites; quorum mille et octoginti sunt, tam ligii, quam munitionis observatores, exceptis illis quos Comes H. et Domina nostra Comitissa, et Comes Th. Feoderavit.*

Feoffare, Feudum in aliquem conferre, investire, donare. *Feoffator*, Donator. Chronicon Cambriæ : *Rex Willelmus cogn. Bastardus.... Conquestor Angliæ... Feoffavit Hubertum de Vaux de Baronia de Gilleland... et Feoffavit Robertum de Strivers de Baronia de Burgo*, etc. Occurrit apud Will. Thorn ann. 1281. 1283. *Feofari per chartam*, in primis Statutis Roberti I. Scotiæ Regis cap. 2. Differt autem *Feofare* a *donare*, quod *Feofare*, sit feodum simplex feofatario conferre; *donare* vero sit conferre *Feudum talliatum*, hoc est ad certam conditionem. Hanc differentiam observat Littleton. sect. 57. Vide Bractonum lib. 2. cap. 5. § 6.

☞ Hinc facile colligitur quid sit *tenere per feudum vel per cartam*, ut legitur in Bulla Alexandri PP. III. ann. 1178. e Chartular. Latiniac. : *In unoquoque molendinorum sito super rivum de Conchis quod teneatur ab Ecclesia per Feudum vel per cartam.* Ubi *tenere per feudum* dicitur, qui liber est ab omni servitio; *per chartam* vero, qui certis ac definitis servitiis in Charta expressis obnoxius est.

¶ Dare per Feudum, Idem quod in feudum concedere. Charta 977. Marcæ Hisp. col. 916 : *Nullus Comes neque Episcopus non sit ausus dare ipsum cœnobium per Feudum ad nullum hominem.*

* *Dare à feu*, in Chartul. Celsinian. ch. 12 : *Bernardus prior.... ipsam ecclesiam et omnia ad eam pertinentia archipresbytero Amblardo à Feu dedit; propter hoc homo suus fuit.*

* Extra Feodum Ponere, A jure feudali eximere; quod præstabat dominus superior, cum aliquid a vassallo suo ecclesiæ conferebatur. Charta ann. 1227. in Chartul. Clarifont. ch. 28 : *Cum vero eandem decimam idem Robertus a me teneret in feodum, ipsam elemosinam laudavi similiter et approbavi et extra Feodum posui.* Occurrit pluries in eodem Chartulario.

¶ Feudare, Idem quod *Feoffare*. Homagium Philippi Nobilis factum Henrico I. Duci Brabantiæ ann. 1209. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belg. pag. 407 : *Ipse vero Dux de tota terra Alost... me legitime Feudavit, et ego de præfata terra... præfato Duci feci homagium ligium.*

Refeoffare, In feudum denuo concedere, seu potius rursum investire. Henric. Knyghtonus ann. 1291 : *Ad Refeoffandum electum in tota regalitate et dignitate, etc.*

Feoffamentum, Datio ad feodum, donatio feudi, sæpe simplex donatio, inquit Cowellus lib. 2. Inst. tit. 7. § 2. Vide tom. 2. Monastici Angl. pag. 201. et Will. Thorn. pag. 2078. *Feoffement*, apud Littletonem sect. 1. 57.

¶ Feoffamentum, in Charta ann. 1287. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 60.

¶ Feffamentum apud eumdem Formul. Anglic. pag. 356. *Fefamentum*, in Libro nig. Scaccarii pag. 63.

* Nostris, *Fieffement*. Charta ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 224 : *Le bail et Fieffement à lui fait à héritage de ladite sergenterie.* Pro feudi reditu et emolumento, in Charta ann. 1319. ex Reg. 59. ch. 243 : *Item les resseans desdites vavassories et les receans* (sic) *des bordages dessusdiz et des Fieffemens, etc. Fieffé*, Charta ipsa, qua prædium in Feudum vel ad censum traditur. Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 160. ch. 121 : *Pour le temps que le suppliant estoit tabellion à Caen, certain Fieffé et contrait de heritaige fut passé devant lui, etc.*

¶ Feoderarius, Dominus capitalis a quo feudum dependet. [* Male, idem quippe videtur quod *Feudatarius*, qui feudo investitus est, ut indicat particula *vel*, hic disjunctiva. Et certe *achaptamentum* debebatur in mutationibus sive dominorum sive feudatariorum.] Homagia facta D. Johannæ de Castro-novo ann. 1275. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 1. pag. 122 : *Guillelmus de Ulmo, Johannes de Fonte-Baudonis, et Iterius de Campo-Milonis debent in mutationibus Dominorum vel Feoderariorum duos solidos pro achaptamento, sine homagio.*

Feoffator, Rastallo et J C. Anglis *Feoffor*, Dominus, qui terram ad feodum concedit, vel qui prædium *tenentis* in feudum simplex erigit, aut certe qui investit aut donat. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 375 : *Qua quidem carta visa, compertum est, inter cætera, contineri in eadem, quod Feoffatores subscripti dederunt Benedicto quondam Abbati de Seleby*, etc. Tom. 2. pag. 25 : *Tenuit... tenementa... per feofamentum antecessorum de Lovetot, tenendum de Feofatoribus suis, videlicet de illis de Lovetot.* Littleton. sect. 57 : *Le Feoffor est properment où home enfeoffa un auter en ascuns terres, ou tenemens en fée simple. Celuy qui fist le Feoffment, est appell Feoffour, et celuy à qui le feoffement est fait, est appel Feoffeé.* In Consuetudine Meldensi art. 134. Rex dicitur esse *le souverain Fieffeux*, seu *Fiefseur*, id est, supremus feoffator.

¶ Feudator, Vassallus, feudatarius. Henrici VII. Roman. Imper. sententia in Robertum Regem Apuliæ anno 1. ejus Imperii, apud Murator. tom. 10. col. 530 : *Vassallos quoque, Feudatores et omnes et singulos, qui eidem fidelitatis et feudi, vel alia quacumque ratione vel causa ad aliqua paranda servitia personalia vel realia tenerentur, ab omni vinculo fidelitatis, subjectionis, et obedientiæ ei vel suis hæredibus faciendæ absolvimus penitus et in totum.*

Feoffatus, Donatarius, vel qui feudo investitur. Passim apud JC. Anglos. *Fieffé*, in Consuetudinibus nostris municipalibus, Pontivensi art. 103. Calvimontensi art. 77. Insulensi tit. 1. art. 62. etc.

Feofirma. Vide *Feudofirma* supra.

¶ Feaudus, in Charta Archambaldi D. Borboniensis ann. 1217. apud Thomassserium in Consuetud. Bituric. pag. 230 : *Nec debet ducere burgenses in exercitum nisi per terram suam, et per Feaudos suos.*

¶ Feodus. Tabularium Majoris Monasterii : *Eudo de Litreio dedit B. Martino de Comburnio duodecim dietas terræ ab omni servitio liberrimas, juxta viam quæ ducit ad Rocam spinetorum, et quemdam Feodum quem habebat in castro et tota castellania Comburnii.*

Feudus. Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 680 : *Vos omnes, qui patris mei homines fuistis, et Feudos vestros in Normannia et Anglia de illo tenuistis, etc.*

¶ Fevus. Charta Bernardi Comitis Bisuldunensis ann. 1078. tom. 1. Gall. Christ. pag. 39 : *Redemi... omnes Fevos militum quos in Bisuldunensi confinio S. Mariæ habebat.* Ibidem non semel occurrit.

Feidum. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 56 : *Illam partem de decimo, quam habebat Natelmus Torrencus de eo per Feidum in parochia S. Joannis.* [Testamentum Raimundi Comitis Melgoriensis tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 135 : *Dimitto B. Petro Sedis Magalonæ et Canonicis ejusd. loci... quidquid habeo... vel in aquis vel in terra, exceptis Feidis quæ de me habent in hoc terminio Milites.*]

¶ Fedium, Feudum. Charta Philippi I. ann. 1091. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 1. pag. 201 : *Ego Philippus Dei gratia Francorum Rex concedo Abbatiam S. Mellonis de Ponte-Isaræ Willelmo Rothomagensi Archiepiscopo et omnibus successoribus suis, et dono in Fedium, ut eam de me et de successoribus meis perpetuo teneant ad honorem et exaltationem sanctæ Rothomagensis Ecclesiæ.* Quæ vero sequuntur observatu dignissima : *Hoc autem erit servitium quod pro præfato Fedio faciet mihi Rothomagensis Archiepiscopus. Per singulos annos veniet ad unam ex curiis meis, sive Belvacum, sive Parisius, sive Silvanectum, si fecero eum convenienter submoneri, nisi ipse legitimam excusationem habuerit. Cum autem ad curiam meam venerit, mittam ei conductum ad Calvum montem, sive ad Pontem-Isaræ. Sed et ad placita mea veniet per Vilcassinum, si et ego eum inde fecero convenienter submoneri.*

¶ Fedum, in Tabular. Majoris Monasterii : *Quoniam beneficia quæ conferuntur Ecclesiis majorem proprietatis vigorem habent, cum a Dominis de quorum Fedo, et ab his de quorum patrimonio sunt conceduntur.* Occurrit passim in Tabulario S. Cypriani Pictav.

¶ Fefum, a quo potius Gallicum *Fief* quam a Fevo effictum videtur. Charta Rogeri cognomento Burdini ex Tabul. S. Martini Pontisar. : *Domino Odone de Kalmis et Domino Gelduino de Crecciaco castro, quorum Fefum erat, concedentibus.*

¶ Fegum, Vox apud Siculos adhuc notissima. Registrum Farfensis Abbatiæ num. 1156 : *Concedimus... exceptis oblationibus... et exceptis Fegis sive beneficiis... et omnia ipsa Fega et manualia, et infra præfata castella ad hoc opus perficiendum constituemus.*

¶ Feodum. Charta D. Stephani *de Villars* pro Girino Abbate ann. 1150. tom. 1. Maceriarum Insulæ Barbaræ pag. 82 : *Accipimus in Feodum a D. Girino Abbate.... quicquid juris vel usagii habebamus.* Et alibi passim.

¶ Fevis. Rotulus sæculi XII. de Prioratu S. Pauli de Tartas in Archivo Cassæ

Digitized by Google

Dei : *Ebrardus pelliciarius et filii ejus dederunt dimidiam appendariam de Feve et de alode.*

¶ Fevium. Chartularium Ecclesiæ Auxitanæ : *Berardus quidam Miles de Pertgeda Fevium quod habebat de Comite, dedit S. Mariæ Auscienci.*

¶ Fevodus. Litteræ Officialis Atrebat. ann. 1290. ex Chartario Montis S. Eligii Atrebat. : *Asseruit dicta Domicella... se habere sufficiens excambium sive adboutamentum de dote sua recuperanda.... videlicet ad totum Fevodum sive suprafevodum, quem idem Hugo tenet de D. Comite Attrebatensi.* Ex Chartul. Monasterii Aquicinctensis fol. 39 : *In terris vero quas ei dedimus, accipiant casati Fevodum suum.*

* Fevodium, Quidquid *feudi* titulo possidetur. Charta ann. 1117. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 400 : *Aymericus filius alterius Aymerici jam dicti, qui patri Jherosolimis mortuo in vicecomitatu* (Narbon.) *successerat, fecit mihi hominium propriis manibus suis, sicut facere debebat, accepit Fevodia, quæ habebat de ecclesia per manum meam..... Post hæc, antequam faceret mihi juramentum, quod facere debebat, deprecatus sum eum, ut fidelem amicum et hominem meum, quatenus diceret mihi Fevodia, quæ tenebat de ecclesia, et alios ecclesiæ honores, quos tenuerant pater, materque quæ præsens erat, et ipse atque bajuli eorum.*

Fevum, pro *Feudum*, ex quo nostri *Fief*, ut ex *feudum*, Burgundi *Fied* formarunt, ut est in Consuetudine Ducatus Burgundiæ cap. 3. etc. Charta exarata sub Lothario Rege in Tabulario S. Mariæ de Fontibus apud Cadurcos : *Illo Fevo de Limanico, quæ fuit Ranulfo avo meo, quæ tenuit de Comite, Hugoni dimitto et Gerardo filiis suis : et illo Fevo, qui fuit Guinaberto, dimitto medietatem Hugoni, etc.* [Charta ann. 1038. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Funditus perpetualiter subnixa firmitate roboramus, donamus tam in Fevo quam in alode.*] Vide tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 220. Marcam in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 5. § 2. Probat. Hist. Monmorenciacæ pag. 30. etc. Interpres Græcus Concilii Lateranensis IV. cap. 45. *Feudum* et *Feudatarii*, φῖον et φιῶται, reddidit, inspecta scilicet Gallica pronuntiatone, *Fié*, et *Fievé*.

¶ Fivum, Feudum. Vita S. Tygris tom. 5. Junii pag. 75 : *Concessit autem vallem Costianam, in gyrum Maurianæ structam, et rustes et Fivum quæ muris et tectis Ecclesiæ ministrarent.*

Feum. Codicillus, seu testamentum Raimundi Comitis Tolosani et Rutenensis ann. 960 : *Illo alode de Limanico, quod Grimaldus habet a Feode Raimundo etc.* Infra : *Et alio alode, quod de Poncione acquisivi, quod Bernardus de Nante habet a Feo S. Salvatoris.* [Charta Ludovici VII. Reg. Fr. ann. 1165. e Chartul. Monasterii Montis-Martyrum : *Rem laudavit Teudo de Nantolio, de cujus Feo decima esse dinoscitur.* Idem occurrit in Tabul. S. Vincentii Cenoman.]

¶ Feus, Charta Bertrandi Comit. Forcalquer. ann. 1044. ex magno Chartul. S. Victoris Massil. fol. 148 : *Dono et Feus quod dicitur de Callialdo et omnia quæ ad ipsum Feus pertinent, videlicet cum mansis, campis, etc.* Occurrit præterea inter Instrum. tom. 1. Gall. Christ. pag. 4. col. 2.

* Fevator, Qui *feudum* tenet, feudatarius. Charta ann. 1056. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 125 : *Alodium autem ejusdem ecclesiæ supradictis monachis habere concessi eo tenore, quod ipsi Fevatores, qui tunc temporis reliquas partes ejusdem ecclesiæ tenebant, vel subsequaces eorum tenerent, cum monachis supradictis, omnibus aliis postpositis emptoribus, levius concordarent.* Alia ann. 1197. ex Tabul S. Petri Carnot. : *Mei juris esse monachi concesserunt albanum et Feuatorem.* Sed ibi legendum videtur *Feneratorem. Fiefvier*, in Ch. ann. 1287. tom. 2. Hist. Leod. pag. 403.

Fevatarius, Feudatarius, a *Fevum : Fivatier*, in Consuetudine Labourtensi tit. 1. art. 4. et Solensi tit. 2. art. 8. tit. 10. art. 1. 6. 7. 8. 10. etc. Beneharn. tit. 1. art. 26. 27. 28. Charta Raimundi Comitis Tolosani ann. 1183 : *Sed prædictus Fevatarius non debet istud feodum dare ad feodum.*

¶ Fevatorius, pro *Feudatarius*. Testamentum Guifredi Comitis ann. 1035. tom. 6. Spicileg. Acher. pag. 433 : *Hæc omnia mando venire in sua potestate, sine ullo Fevatorio.* Sæpius ibidem occurrit.

Fevatus, Eadem notione, in Charta ann. 1056. apud Chiffletium in Hist. Trenorchiensi pag. 311. Chronicon Andrense pag. 425 : *Si aliquis suorum Fevatorum de fevo ipsius centum solidatas, vel tantum ut suum hominatum non perderet, donare voluisset, concessit.* Ubi perperam editum *fenatorum* et *feno*. [Tabular. S. Nicolai Andegav. : *Quidam Miles Quirmahocus nomine dedit Ecclesiam S. Paterni... excepto quod si sui Fevati homines in nostra terra hospitarentur, etc.* Rursus occurrit in Charta 25. Dunensis Chartularii.]

Feodatus. Sugerius in Ludovico VI : *Rex Francorum Ludovicus, ea, qua supereminebat Regi Anglorum Ducique Normannorum Henrico sublimitate, in eum semper tanquam in Feodatum suum efferebatur.* [Charta Adolphi Imper. Roman. ann. 1292. apud Ludewig. tom. 5. pag. 435 : *Nec non Egram civitatem, et castrum cum suo territorio, castris, hominibus, bonis Feodatis, seu non feodatis, vassallis, judiciis.*]

Fevataria, Jus feudi, in Charta Amedei Comitis Sabaudiæ, apud Guichenonum in Episcopis Bellicens. pag. 58. [Vide *Favataria.*]

Infeodare, In feodum vel feudum conferre, *Infeoder*. Burchardus de Casib. S. Galli cap. 11 : *Ac alias possessiones pro* 190. *marcis et* 100. *libris denariorum invadiavit, vel etiam Infeodavit.* Idem cap. 8 : *Quidquid per Infeodationem ab utrisque alienatum est.* Conradus Fabariens. cap. 8 : *Res Ecclesiæ damnabiliter et irrecuperabiliter disposuerat Infeodare.* Wenceslaus Brack in Terminis Juristarum :

Arestare frexen, dic Impheodare belehnen.

Infeare, Eadem notione. Vetus Instrumentum apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 432 : *Contulit.... huic Ecclesiæ prædia... ita ut nulli unquam Archiepiscopo aut Abbati liceat ex eis omnibus alicui aliquid Infeare, vel per libellum aut cambium, seu quovis modo alienare.*

Subfeodare, Gall. *Donner en arriere fief.* Charta Philippi Regis Franciæ ann. 1271. in 3o. Regesto Chartophylacii Regii Ch. 221 : *Totum tenebit a nobis ad feudum honoratum, sic quod possit Subfeodare, vel in acapitum dare, retento de Templo dominio, canone, vel servitio.*

* Retrofeudare, Retroffeudare, In *Retrofeudum*, Gall. *Arriere-fief*, conferre. Libert. villæ Florent. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 389. art. 7 : *Concedimus quod habitatores dictæ villæ Florentiæ... valeant perpetuo bona sua Retrofeudare, et dum bona Retrofeudata vendentur, laudare et vendas eorumdem recipere.* Instr. ann. 1474. ex Tabul. Flamar. : *Promisit dictus Stephanus Aviot acceptor et affeudatarius, quod non Retroffeuduret dictas pecias terræ, prati et nemoris.* Vide infra *Refeudum.*

¶ Feudum, pro quolibet utili jure, quod ad feudi Dominum capitalem pertinet, Gall. *Droits utiles d'un fief.* Charta Caroli M. ann. 3. ipsius Imperii in Hist. Mediani Monasterii pag. 159 : *Nullus Judex publicus injuste ad causas audiendum, vel Feuda* (sed legendum *Freda*) *exigendum, nec mansiones seu paratas faciendum, nec ullas redibitiones injustas requirendum... exactare præsumat.* Pactum inter Jacobum Aragoniæ Regem et Montispessulani Dominum ann. 1272 : *Est etiam sciendum quod de supradictis ab utraque parte excipiuntur usatica, laudimia, consilia, quarti, quinti, sexeni, octavi, Feuda, fenalia, albergæ, boyrania et alia servitia quæ ad jurisdictionem aliquam seu merum vel mixtum imperium non pertinent.*

¶ Feudum, pro Servitium feudi. Charta ann. 1285. apud Kennett. in Antiquit. Ambrosden. pag. 305 : *Qualiter extincta sunt Feoda domini Abbatis quæ ab ipso petita sunt patebit inferius.*

¶ Feudum, Jus, facultas. Charta ann. 1230. apud eumdem Kennett. ibid. pag. 209 : *Dicunt etiam quod idem Johannes debet habere Feodum in bosco domini Regis videlicet attachiamentum de spinis de bosco suo, etc.*

* Feudum, Donum in perpetuum, vel ad hæreditatem. Lit. ann. 1351. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 98 : *Duximus ordinandum, quod solucio debitorum quorumcumque,.... tam ex mutuo quam ex donis imperpetuum, vel ad vitam, seu ad voluntatem.... differetur usque ad finem dicturum treugarum, exceptis Feodis antiquis ad hæreditatem, et elemosinis perpetuis ab antiquo fundatis.*

* Feudum, Census ob assignatam possessionem exsolvendus, nostris *Feuwage*. Libert. Montisfalcon. ann. 1369. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 53. art. 6 : *Quod si dominus noster rex prædictus, aut pariarius vellent mensurare terras dictorum habitatorum, et reperiebatur aliquod incrementum ultra Feudum solvi consuetum, quod possessor illius seu excessus feudi, etc.* Et pag. 54. art. 14 : *Quod quilibet habitator dicti loci et pertinenciarum ejusdem, terras et possessiones suas meliorare valeat, jure dominus* (dominorum) *earumdem in Feudo solito semper salvo.* Charta ann. 1350. in Chartul. Godefr. dom. Asperim. fol. 6. r°. ex Bibl. reg. : *Item prendrera lidis Symons cascun an à le Saint Denis sour les Feuwa-*

Digitized by Google

ges de Heusies, pour perfaire lesdites deux cent livrées de terres, cent xiiij. souls, xj. den. Tour. de tel monnoie c'on doit lesdis Feuwages.

¶ **Feudum**, Joanni Skenæo de verborum significatione pag. 60. sumitur pro mercede ac stipendio quod datur servo propter suam operam.

* Quidquid ad annum datur pro officio, dignitate, vel quolibet ministerio, Ital. *Fio*, Gall. *Honoraire*. Charta Phil. comit. Fland. ann. 1211. ex Cam. Comput. Insul. : *Custodes, qui singulis noctibus per annum vigilantes, castellum S. Audomari custodiunt, et præter Feodum suum et præbendam antiquitus sibi constitutum in avena et caseis, etc..... nihil omnino deinceps præter Feodum et præbendam suam exigere audeant.* Constit. Senens. ante ann. 1288. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 83 : *Qui potestas recipiat et recipere possit pro quolibet mense, pro rata temporis, Feudum sibi statutum, exceptis quingentis libris denariorum, qui remanere debeant penes camerarium Senensem.* Stat. Pistor. ann. circ. 1200. ibid. col. 545 : *Statuimus ut unusquisque judex civitatis Pistorii, sedens pro tribunali, habeat per annum Feudum octo librarum, etc. Salarium seu Feudum* potestatis Astensis, in Stat. ejusd. civit. collat. 2. cap. 3. pag. 12. v°. Stat. nova crimin. Cumanæ cap. 60. ex Cod. reg. 4622. fol. 79 : *Si aliquis scriba maleficiorum communis Cumarum receperit ultra Feudum suum aliquid occasione officii sui, comdempnetur in libris decem, et removeatur ab ipso officio.* Vide *Feudum annuum.*

¶ **Feugangi**. Vide *Fegangi*.

Feugera, Filix, vulgo *Feugere*, [vel *Fougere*,] in Fleta lib. 2. cap. 41. § 33. Vide Consuetud. Solensem tit. 13. art. 4.

* **Feugeria**, Filix et locus filice abundans. Pactum inter Guich. dom. Bellijoci et Guich. de Marziaco ann. 1317. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 474 : *Pro una livraria de Feugeria, sita el pron juxta lo Feugerey Stephani de la Buffenderi etc.* Vide *Feugia*, infra *Filatarium*, *Fogeria* et *Foucheria*.

Feugia, Idem quod *Feugera*. Libertates Oppidi Jasseroni in Bressia ann. 1283. apud Guichenonum : *Feugiam vero colligere et extrahere possint in dictis nemoribus dicti homines per se, vel per alios.* Ubi f. leg. *Feugeriam.*

¶ **Feum**, Feus, pro *Feudum*. Vide in hac voce.

* **Fevodium**. Vide in *Feudum*.

¶ 1. **Feutrum**, Subcoacta, pannus coactilis, Gall. *Feutre*. [* Charta ann. 1323. ex Tabul Massil. : *Recuperavit capellum de Feutro retentum prætextu pedagii petiti. Unum capellum album de Feutro*, in Ch. ann. 1332. ex Tabul. S. Germ. Prat. Haud scio an *Feustreure* locus sit ubi *feutrum* præparatur, in Lit. remiss. ann. 1374. ex Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 275 : *Près laquelle fernestre estoient aucuns varlés portans fardeaulx à la Feustreure.*] Vide *Feltrum*.

* 2. **Feutrum**, Vagina, ensis theca, quod ex *feutro*, ut videtur, compacta. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 87. Chartoph. reg. ch. 31 : *Johannes cum ense suo in Feutro seu vagina existente eumdem Radulphum in capite percussit.*

* **Fevum**, pro *Feudum*. Vide in hac voce.

* **Fexa**, Prædium rusticum, ubi animalium greges aluntur, a voce Gallica *Fex*, quæ gregem sonat. Testam. Raim. Roger. de Limoso ann. 1108. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Idem* (dono) *in villa Limoso unam Fexam cum suis mansionibus et cum suis ortis et cum exiis et regressiis et cum omni superposito suo;... et aliam Fexam cum mansionibus meis, ubi ego sto.* Libert. villæ *de Tannay* ann. 1352. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 62 : *Se un Fez de brebiz ou de moutons est prins en temps deu, l'en ne paiera que deux solz Tournois pour une foiz.*

* **Fexhe**. Juram. episcop. Leod. inter Monum. sacræ Antiq. tom. 2. pag. 461 : *Idem* (jurare debet) *quod pacem, quæ dicitur de Fexhe, inter dominum Idulphum de Marka Leodiensem episcopum, capitulum, cives Leodienses et alios de patria factam observabit.*

Fexu, Capitalis : sic in MS. quodam Saxonico vox exposita, inquit Spelmannus.

* **Feymerus**, Scabinus, judex civilis, a voce Germanica, ut videtur; sed mihi ignota. Exstat. *Tractatus contra Feymeros seu scabinos occulti judicii* editus a Marq. Frehero Heidelb. 1610. et Helmstad. 1663. ad calcem Comment. de Secretis olim in Westphalia aliisque Germaniæ partibus usitatis, postea abolitis. [** Secreta hæc judicia dicebantur *Fehme* vel *Feyme*.]

* **Feza**. Vide supra *Fesia*.

¶ **Fezelenus**, Massiliensibus *Falene*, Gener, Gall. *Gendre*. [* Male, Nepos enim vel Pronepos significatur hac voce ut supra videre est in *Felesennus*.] Instrumentum ann. 1288 : *Inter obsides qui dati sunt Regi Aragonum pro liberatione Caroli II. Jacobus Fezelenus domini Guillelmi de Aqueria.* Vide *Falctenus*.

¶ **Fezelena**. Requesta anni 1332. in Tabulario S. Victoris Massil. : *Bartholomeæ neptis seu Fezelenæ suæ.*

¶ **Fezoria**. Charta ann. 1064. in Tabular. S. Victoris Massil. : *Goiranus Senior misit Guidonem monachum in Fezoria.* Ubi ad marginem manu recentiori annotatur, *forte in ignem :* mallem ego in carcerem, ab Ital. *Fezzo*, Sordidum, putidum. Sed hæc divinando.

FF. Litteræ quibus Libri Digestorum notantur a JC. quæ nullam habere rationem, esseque omnino ex Notariorum invento, id est, qui notis scribebant, censet Cujacius lib. 12. Obser. cap. 40. Vide aliorum conjecturas in Lexico Juris, et apud Sebast. Cobarruviam in Thesauro Linguæ Castellanæ verbo *Digestos*.

☞ Horum omnium longe probabilior videtur Ferandi Adduensis conjectura qui in Explicat. in Pandectas tom. 2. Thesauri Jur. Rom. col. 505. Antiquos duplici *ll* usos fuisse putat; quod duplici *ff* simillimum est. Hac vero notula quinquaginta Pandectarum libros, vel Libros legum, vel etiam melius Leges tantum significare volebant. Et quidem certum est Leges scribi solitas per duplex *LL*. [** Est littera D cum linea transversa. Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. tempor. *tom. 3. cap. 22.* § 163.] Nec minus arridet ejusdem Ferandi opinio circa notam paragraphorum §. Existimat igitur scriptores cum Legem aliquam longiorem citare vel lent, ut facilius locum demonstrarent, *subcapite* vel primas tantum litteras scripsisse in hanc formam *sc*, qua nunc paragraphum significamus. Plura vide apud eumdem loco citato.

FF. In Testamento S. Fulcranni Episc. Lutevensis apud Bollandum 13. Febr. binæ hæ litteræ exaratæ conspiciuntur, quæ cibi, vel potionis, aut alterius rei cujuspiam mensuram denotant, n. 5 : *Et per singulos annos ad festivitatem S. Genesii donet Canonicis ad collationem ff. tres de pulmento, et ff. duos de vino.* Occurrit ibi pluries. Ita non semel in Tabulario Ecclesiæ Brivatensis, ubi hæ litteræ non sunt FF. sed SS. cum linea transversa : et sane sic restituendæ apud Bollandum, significantque *sextarium*, aut sextarios, ut observat non semel Jacobus de Partibus in Notis ad Alexandrum Iatrosophistam, præsertim ad cap. ult. libri 3.

Fiada, Vadimonium. Vox Hispanica. Fori Leirenæ : *De pugna, quæ fuerit in Fiada, si Miles fuerit victus, det 10. solid. si peon, quinque.* Vide *Fiadura*.

* **Fiadura**, vox Hispanica, Fidejussio, vadimonium. Charta Aldef. reg. Castel. ann. 1181. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 495 : *Concedo habitatoribus de Fornellos et de Orbanella, ... ut nunquam solvant pignora, nisi solummodo propter propria debita, aut Fiaduram ab ipsis factam.* Vide *Fiada*.

¶ 1. **Fiala**, perperam pro *Fiola*, Instrumentum musicum. Cæsarius lib. 6. Miracul. cap. 7. apud Macrum in Hierolex. : *Cum vice quadam jocularem introduxisset, et ille dulcedine Fialæ dormientem excitasset.* Vide *Filiola* 2. *Phiala*, et *Vitula*.

* 2. **Fiala**, Phiala, vas vinarium. Correct. stat. Cadubr. cap. 75 : *Jubemus quod nullus hospes sive tabernarius .... audeat .... in ejus taberna sive hospitio tenere Fialas, quæ non sint justæ mensuræ.... Jurati ad hoc teneantur conficere unam bonam mensuram et justam, et cum ipsa justificare, vel facere justificari omnes Fialas et alias mensuras dictorum hospitum et tabernariorum.*

* 3. **Fiala** Mozarabibus, nobis operimentum lineum sacri calicis ad Missam, ut docent docti Hagiographi ad Offic. Mozarab. tom. 5. Jun. Act. SS. pag. 219. col. 1 : *Ponit calicem super aram, et accipit Fialam sine sanctificatione, et ponit super calicem dicendo, etc.* Sed legendum esse *Filiolam* jam dictum est in voce *Filiola*, 2.

¶ **Fialarius**, Minister in palatio Apostolico, cui incumbebat pro lucernis ellychnia adaptare et præparare. Macer in Hierolex. ex Cencii Camerarii Ceremoniali MS.

* **Fianciala**, Sponsalia, Gall. *Fiançailles*, alias *Fiancée*, quod et de convivio inter sponsores agi solito intelligitur. Arest. ann. 1409. 19. Mart. in vol. 11. arestor. parlam. Paris. : *Pro sponsaliis seu Fiancialiis duos solidos etc.* Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 437 : *Icellui Mahieu estant à une feste qui se fai-*

Digitized by Google

soit à une plevye ou Fianciée etc. Fiansaige, Desponsatio seu promissio de contrahendo matrimonio. Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 158. Ch. 385. bis : *Jehan le Maire fiança par paroles de futur la fille d'un nommé Raoul,... pour quel Fiansaige etc.* Unde *Estre plevy en fiance* dicebatur, qui fidem suam sic dederat. Aliæ Lit. ann. 1441. in Reg. 176. ch. 98 : *Perrotin de Solier povre jeune compaignon charretier ou hannier de la ville de Vrely, estant plevy en Fiance à une jeune fille, etc. Fiancer* vero, Pignora auferre sonat, in aliis Lit. ann. 1385. ex Reg. 126. ch. 270 : *Les supplians crurent que les quatre Alemans estoient ennemis de nostre royaume et pour ce les prirent, Fiancerent et aprisonnerent, et ainsi qu'ils les amenoient etc.* Vide *Fidentialia.*

¶ **FIANCUM**, Ital. *Fianco*, Gall. *Flanc, côté*, Latus. Occurrit in Miracul. Zitæ, April. tom. 3. pag. 515.

¶ **FIARNALDI.** Vide in *Filius.*

* **FIAS** vel **FIAT**, Nomen cujusdam candelæ. Stat. S. Capel. Bituric. ann. 1407. ex Bibl. reg. : *Ordinamus insuper quod pro dicendis matutinis a festo S. Remigii usque ad Pascha matriculatii distribuent quatuor lectrinis capellanorum et vicariorum dictæ capellæ quatuor candelas, nuncupatus Fias.* Stat. ann. 1398. apud D. *Le Beuf* inter Probat. Hist. Autiss. pag. 131. col. 1 : *Item in singulis diebus in matutinis ac etiam vesperis et vigiliis, quando non videtur clare in choro, tenetur dictus thesaurarius et sacristiæ officium tenens ministrare candelas bonas, quæ dicuntur communiter Fiat.*

¶ **FIAT.** Compendiosa beneficiorum expositio fol. 21 : *Signaturæ autem Papales expediuntur ab ipsa sanctitate per Fiat simplex, vel per Fiat geminatum, vel per Fiat proprio motu, vel per Fiat, ut petitur. A Cancellario per Concessum, Concessum ut petitur, Concessum in forma, Conoessum in præsentia D. N. P.*

FIATUR. Vide *Fitur.*

* **FIBBIA**, vox Italica, Fibula. Invent. jocal. ann. 1389. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 361 : *Centura una facta ad rosettas perlarum, cum mazio et Fibbia argenti.*

FIBEBELLA, *Lumina, solis ortus, vel lunæ.* Papias. [In MS. Bituric. *Fiba, luna, Fibella, luna, solis ortus, vel lumen.*] Abest hæc voc in MS. Navarræo. Legendum forte *Phebe, bella,* id est, pulcra luna, cum scilicet oritur : nam et lunam in sua plenitudine vulgo nostri *la belle* vocant. *La belle luit*, i. luna lucet. [** Papias in cod. reg. 7609 : *Febe, Febella etc.* Glossar. in cod. reg. 7644 : *Feba, luna, alibi Febe, alibi Febeia, alibi Febea.*]

FIBELLA, Parva fibra. Vide Casaubonum ad Capitolinum, [et *Fibebella.*]

¶ **FIBLA**, pro Fibula, in Testam. Ermentrudis apud Mabill. Liturg. Gall. pag. 463 : *Fibla aurea gemmata ad mento dari constituo.*

* Guido de Vigev. de Modo acquir. et expugn. T. S. MS : *Et dictæ cordæ habeant in capite Fiblas, ita quod pondus unius equi simul conjungi et affiblari subito et incontinenti in aquam poni* (possit).

* **FIBRETA**, Fascis, quia fibula constringitur. Stat. Astæ, ubi de Iutrat. portar. : *Fibretæ sive bogletæ subtellariorum ponantur et solvant pro miliari libras v.*

* **FIBRICORA**, *La lana*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

¶ **FIBROLUS**, *Turpis aut vanus*, in Gloss. Sangerman. MSS. num. 501. Legendum *Frivolus*, Gall. *Frivole.* [** Vide Isidor. lib. 9. cap. 7. sect. 26. et Forcell. in *Fribusculum.*]

* **FIBROSUS**, *Magro e pieno de vene.* Gloss. Lat. Ital. MS.

1. **FIBULA.** Charta Raimundi Comitis Tolosani ann. 1088. tom. 8. Spicilegii Acheriani : *Quem portum cum aqua et piscationibus, et littoribus sibi pertinentibus, et Fibulam cum finitima palude sibi pertinenti, etc.* [Per *Fibulam* forte intelligenda lingula terræ, quæ ad instar fibulæ duo simul annectit, ut agrum cum palude, etc. Vide *Faicia.*]

* 2. **FIBULA**, Spiculum, aculeus. Cod. lib. 3. tit. 43. leg. 3 : *Quintanus contax sine Fibula*, qui antea lege 1. ejusd. tit. κωντανὸς κόνταξ χωρὶς τῆς πόρπης, vibratio Quintiana absque spiculo sive aculeo. Eadem significatione qua πόρπη hic usurpator, in Glossar. Gr. Cangii omittitur. Hæc ex animadversionibus D. *Falconet.* Vide *Fibulatorium.*

FIBULARE, **FIBULARIUM.** Vide *Fibulatorium.*

FIBULATORIUM, a *Fibula*, qua vestis subligatur, vox deducta, unde quibusdam pro ipsa fibula sumitur; et certe Gloss. Gr. Lat. huic expositioni favet : Πόρπη, ὑποχορισικῶς, *Fibulatorium.* Ita ut fuerit *parva fibula.* Ugutio : *A fibula, Fibulatorium, illud, quod apponitur mantello, per quod mittuntur fibulæ, ne dissipetur mantellum.* Quo loco Joannes de Janua habet *Fibularium.* Constitutiones Cataloniæ MSS.: *Nec portent aurum vel argentum,... nec Affibilas cum auro vel argento.* Locum integrum vide in *Laqueatæ vestes.* Anastasius in Gregor. III. qui id inter sacra ministeria reponit pag. 72 : *Contulit dona diversarum specierum,... amulas superauratas paria 2. pendentes, Fibulatoria numero* 5. Idem in Leone IV. pag. 197 : *Canthara exauratam* 1. *baucas exauratas* 3. *Fibulatoria majora et minora* 5. Leo Ost. lib. 1. cap. 19 : *Listam unam auream cum margaritis, et Fibulatorium nihilominus aureum, etc.* Fibulas aureas pro donariis oblatas Ecclesiis habet etiam Anonymus de Miraculis S. Remacli cap. 11. et 24. apud Mabillonium. Ejusmodi *Fibulatoria, Firmacula* vocabant nostri, (vulgo *Fermail*) quibus scilicet vestes *clauderentur* et astringerentur. Froissart. 2. vol. cap. 154 : *Et si eut pour le prix un Fermail à pierres precieuses, que Madame de Bourgogne prit en sa poitrine.* De fibulis aureis et gemmatis copiose egerunt Petr. Faber lib. 1. Semestr. cap. 16. Chiffletius in Anastasi Chilperici cap. 16. et Salmasius ad Tertullian. de Pallio pag. 62. 63. nos etiam quædam in Notis ad Joinvillam pag. 48. [Vide *Fermeilletum.*]

At Suidas φιβλατούριον, περιβόλαιον Περσικὸν interpretatur. Proinde videtur fuisse etiam *fibulatorium*, non ipsa *fibula*, sed vestimentum, quod subinde fibulis variis subnectebatur. Gloss. Lat. MS. Regium : *Limbus, ora vestis auro texta, vel Fibulatorium.* Ejusmodi fuit *sagum* illud *fibulatorium*, cujus meminit Pollio in Regilliano : *Arcus Sarmaticos, et duo saga velim ad me mittas, sed Fibulatoria, cum ipse miserim de nostris. Fibulare*, pro *alligare*, dixit Columella lib. 1. cap. 6. ut *fibulationes* Vitruvius.

FICACIUM. Ugutio : *Cassidilis, vel cassidile dicitur sacculum, pera, sarciperium, Ficacium, marsupium, etc.* [** Germ. *Ficke*, Marsupium. ADEL.]

¶ **FICALINUS**, **FICALIS**, ut infra *Fiscalinus* et *Fiscalis*, in Charta Lotharii Imp. apud Ludovicum *Laguille* Histor. Alsaciæ pag. 4. Probat. Vide in *Fiscus.*

* **FICARE**, Figere, Ital. *Ficoare*, Gall. *Ficher.* Stat. Mutin. rubr. 390. pag. 85. r°. : *Et si vellet eos vel eas tenere in manibus cum fune ad pascendum, debeat Ficare palum et eas capras et hircos ligare cum illo fune ad palum.* Hinc *Fiche* dicitur Palus, qui in terram infigitur, in Charta ann. 1460. ex Chartul. Latiniac. fol. 75 : *Qu'ils puissent mettre et ficher sur la terre et seigneurie desdits religieux..... pieux ou Fiches pour lyer et rettenir lesdits bac, barge ou basteaulx.* Inde etiam *Fiche* et *Ficheron*, Instrumentum, quo vitis terræ committitur. Lit. remiss. ann. 1413. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 167 : *Un grant instrument, appellé Fiche, à quoy on plante les vignes en l'isle de Ré. Une barre de fer, que on appelle une Fiche, à planter vigne*, in aliis ann. 1466. ex Reg. 194. ch. 212. Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 392 : *Un Ficheron ferré de fer à trois pointes.* Neque alterius originis est vox *Ficar*, Lampadis species, quod nempe fusti infixa, sic appellata, apud Joan. *Chartier* in Hist. Carol. VII. ad ann. 1458. pag. 303 : *Toutes lesdites torches furent rallumées, c'est à sçavoir nouvelles torches, Ficars et fallots.*

¶ **FICARIA**, Ficus arbor, Gall. *Figuier*, potius quam Ficetum, seu locus ficis arboribus consitus, ut Calepinus exponit. Pallad. lib. 4 : *Aliqui inter Ficarias caprifici arborem serunt, ut non sit necesse per singulas pro remedio eadem poma suspendi.*

¶ **FICARIUM**, Vas in quo ficus feruntur. Gloss. Græc. Latin. Sangerman. : Συκοφορεῖον, *Ficarium, Fiscella.*

¶ **FICARIUS.** Gloss. Isid. : *Ficarius, Faunus.* Johannes de Janua : *Ficarius, qui colligit ficus. Item Ficarius dicitur quidam Deus silvestris, scilicet Pan, vel Faunus, vel Satyrus, et dicitur a Ficus; unde Hieremiæ* 50. *dicitur : Habitabunt dracones cum fatuis Ficariis, ubi dicit Glossa interlinearis i. e. cum hominibus sylvanis. Alii dicunt, quod Ficarii dicuntur Fauni et Satyri, qui inter ficus et alias arbores morantur, qui Esaiæ* 34. *Onocentauri et Pilosi appellantur.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Ficarius, Cueilleur de figues ou Dieus sauvages, folot, fantiau.* Cantatorium MS. Abbatiæ S. Huberti fol. 1 : *Rex eorum Filimerante cum Gothis Gethicas et Schiticas terras ingressus, repperit ibi quasdam magas, quas Alirumnas dicunt, et eas suspectas habens, per solitudines fugatas exturbavit : cum his silvestres homines, quos Faunos Ficarios dicunt, coeuntes.* Isid. sub finem lib. 8. Orig. : *Quem vulgo Incubonem*

Digitized by Google

vocant, hunc Romani Faunum Ficarium dicunt, etc. Vide Lexic. Martinii.

* **FICAROLUM**, an Tributum, quod pro figendis palis ad quos religentur naves, exsolvitur? Vide supra *Ficare*. Lib. cens. eccl. Rom. : *Romana ecclesia debet habere.... totum Ficarolum et tres partes de ripatico.*

* **FICATIA**. Vid supra *Feraria*.

FICATUM. Papias MS : *Epar, Græce : Jecur, i. Ficatum.* Postrema verba absunt ab Edito. Alibi : *Gecur, quod ibi ignis sit conditus ; vel quod gerat cor, Ficatum.* Italis *Fegato*, [Hispan. *Higato*. Glossar. Lat. Gall. Sangerman : *Ficatum, Josier, foye.*] Sic porro jecur quodvis dictum volunt, quod olim jecur anserinum multa ficu farciretur. [Horat. lib. 2. Sat. 8.

Pinguibus et ficis pastum jecur anseris albi.]

Gloss. Græc. Lat. Συκωτὸν, *Fieatum.* [Gloss. Isid : *Ficatum, quod Græci συκωτὸν vocant.*] Perperam *Ficotum* habent Acta Martyrii S. Theodoriti [apud Mabill. Analect. tom. 4. pag. 132.] : *Nam sacrificium, quod acceperat, particulatim disrumpebat ejus Ficotum, et ejiciebat per os foras.* Infra : *Diversas accipiens escas, suo tantum pastus est Ficoto.* Vide Salmasium ad Solinum, [Reinesium Var. Lect. 3. 4.] [* supra *Fegatum*.]

* **FICEDULA**. Organum musicum nescio quod, inquit D. *Falconet* in Animadv. suis ad Glossar. *Egregius plectri Ficedulæ modulator* laudatur J. B. Fontana Brixiensis, in Inscript. Patav. Tomas. pag. 208. an quod *Ficedulæ* formam vel cantum redderet? [** Pro *Fidicula*. Confer Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 451. voce *Fidula*.] Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Ficedula, Mauvis. Ficedulensis, idem.*

* **FICELLUS**, Fasciculus, Gall. *Faisceau*. Charta fundat. Reg. loci ann. 1308. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 143 : *Duos denarios pro qualibet quadrigata merrani apud Choisiacum adducta, unum obolum pro quolibet Ficello merrani ad collum.* Vide supra *Fessellus*.

* 1. **FICHA**, Canalis, ut videtur, palis munitus, unde nomen, per quem aqua decurrit. Charta Gaufr. episc. Meld. ann. 1211. in Chartul. Campan. fol. 175. col. 1 : *De stagno diximus, scilicet de piscatione stagni, quod abbas potest facere piscari ibi, quando venit Nogentum.... De Ficha aquæ diximus, quod debet requiri licentia a domino Nogenti et a monacho B. Dionysii, qui tenebit domum de Alno.* Stat. Taurini ann. 1360. cap. 153. ex Cod. reg. 4622. A : *Nullus de cætero audeat vel præsumat deviare vel deviari facere per se vel per alium aquam bealeræ, cloachæ decurrentem in Ficha seu bicoca magnæ Duriæ.*

* 2. **FICHA**, **FICHAM FACERE**, Ital. *Fare le fiche*, Hispan. *Hacer la higa*, nostris *Faire la figue*, Medium unguem ostendere, signum derisionis et contemtus. Stat. Pallavic. lib. 2. cap. 12. pag. 85 : *Ordinatum est quod si aliqua persona contra Dominum Deum nostrum, vel Dominam sanctam Mariam ejus matrem vel aliquem ex sanctis per Ecclesiam veneratis, Ficham fecerit, pro qualibet vice puniatur et condemnatur in libris quinque.*

* **FICUS FACERE**, Eadem notione. Lit. remiss. ann. 1449. in Reg. 180. Chartoph. reg. ch. 47 : *Dictus de Remato cum ambabus suis manibus fecit Ficus dicto Sermes eum despectando, dicendo sibi : Je t'en fau la Figua et t'en despiege.*

* **FICHETTA**, FIQUECTA, Fibula. Invent. jocal. ann. 1389. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 361 : *Centura argenti cum mazettis duobus et Fiquectis xliij.* Et col. 362 : *Fichetta una auri esmaltata violeto ad modum violæ.* Vide supra *Affectura*.

* **FICHETUS**, Claviculus, Gall. *Fichet*. Invent. jocal. ann. 1389. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 363 : *Cotardita una scarlatæ granæ, laborata ad Fichetos cum floribus boraginis.*

* **FICHIA**, Palorum infixorum series. Vide infra *Fixura* 1. Charta P. episc. ann. 1212. in Chartul. episc. Paris. fol. 93. v° : *Concessimus in perpetuum in aqua nostra apud parvum pontem, ex superiori parte illius ejusdem pontis, Fichiam unius domus ædificandæ in illa archa, in qua est molendinus Willelmi de camera.... Pro illa autem Fichia dictus Radulfus et hæredes sui.... quatuor libras censuales ..... persolvere tenebuntur.* Alia ann. 1313. in Chartul. S. Maglor. ch. 169 : *Super discordia quæ.... vertitur seu verti speratur super Fichia, refectione seu reparatione viæ seu itineris molendini nostri de gurco, sito in Sequana supra magnum pontem Paris. et super mutatione Fichiæ et augmentatione et prolongatione versus partem superiorem gurgitis dicti molendi, etc.* Rursum alia ejusd. ann. ch. 168 : *Faire édifier deus moulins bouterez, dont la jouée ou les piex, qui seront fichiez ou assis pardevers le costé de la peleterie, ne pourront de riens estre assis, ne mis, ne fichiez, ne passer ou estendre plus avant pardevers ledit costé, que la joue ou la Fiche qui y souloit estre, pour porter et soustenir ledit moulin.*

FICHORRA, [Piscationis species.] Vide *Batuda*.

¶ **FICIALIS**, *Dies solempnis, Sacerdos, vel urbanus.* Papias MS. Bituric. Legendum *Fecialis*, vel *Festialis*, ut habetur supra. Vide in *Fiscus*.

¶ **FICILIS**, *Culter sutorius*, in Glossis MSS. Sangerm. Vide *Fico*.

¶ **FICILUS**, Os brachii Radius dictum. Vita B. Augustini Eremitæ, Maii tom. 4. pag. 625 : *Duo ossium frusta brachii, vulgariter vocata Ficili.*

¶ **FICITAS**, Fructus fici, apud Nonium cap. 2.

¶ **FICITOR**, Collector ficorum, apud eumdem ex Nævio.

FICO, Genus calceamenti monachici, vel forte rusticorum. Certe Italis *Fico* rusticum significat. Proinde *Fico* Hibernis fuerit *Calceus rusticorum*. Gloss. Saxonicum Ælfrici : *Fico*, sco, i. calceus. [Et quidem interdum ex materia lignea confectos *ficones* colligitur ex Vita S. Brigidæ tom. 1. Febr. pag. 132 : *Tunc invenit a Deo bonum consilium, et implevit duos Ficones suos carbonibus ignis, et infixit pedes suos in eis.* Inde tamen minime concludendum *ficones* constanter calceos fuisse crassioris formæ et materiæ; nam pro calceis Episcoporum usurpat] Anonymus in Vita S. Cuthberti Episc. n. 14 : *Ficones novi, quibus calceatus est, in Basilica nostra inter reliquias pro testimoniis usque hodie habentur.* Adde n. 17. Vita S. Aidani Episc. Fernensis cap. 2. n. 13 : *Surgens de lecto, tenuit Ficonem circa unum pedem, cucurritque velocius ad silvam in occursum S. Maedhog.* Occurrit pluries in Vitis Sanctorum Hiberniæ. [Vide *Ficilis*.]

¶ **FICOLEA**, *Palus ficulneus*, apud Festum.

¶ **FICOLHITA**, perperam pro *Fithwita*, in Charta Henrici Reg. Angl. ex Chartophylacio regio Reg. 92. n. 58. Vide *Futhwita*.

* **FICONITUS**, *Præsagus, augur, Devin, Prov.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

¶ **FICOTUM**. Vide *Ficatum*.

1. **FICTA**, Venetis *Fitta*, Dolor acutior in aliqua parte corporis, quasi in ea aculeus defixus esset, cujusmodi est in pleuresi, quem *Telum* vulgo alii vocant, nostri *Pointe*. Vita S. Eligii auctore Audoeno lib. 2. cap. 23 : *Quidam .... passima laborabat ægritudine, denique dira atque intolerabili percussus Ficta, et morte jamjamque imminente, et jam a statu spiraminis arcebatur.* Gregorius Tur. lib. 5. Hist. cap. 5 : *Dormienti apparuit B. Tetricus, ... et hæc dicens, virgam, quam habebat in manu, pectori ejus cum ictu valido impulit. In quo ille evigilans, dum cogitat, quid hoc esset, Ficta in loco illo defigitur, ac dolore maximo cruciatur.* Idem lib. 3. Miracul. S. Martini cap. 10 : *Erat autem subitaneus* (dolor) *tanquam clavus affligens, atque ita Fictam gravissimam dabat, ut plerumque eclysim generaret, etc.* Academicis Cruscanis, *Fitta*, est *dolore pungente dì quando in quando*.

* 2. **FICTA**, Idem quod *Fictus* 4. Census, locatio, pensio, reditus, vectigal certum et fixum. Charta ann. 888. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col 23 : *Cedo vobis farinaria, qui est constructus super Latacia, et in ipsa riparia prato dominicario, præbodenas, Fictas, totum et ab integrum vobis cedo.* Alia ann. 1400. in Stat. Perus. pag. 23 : *Item de et pro culmagiis, qui quidem census, decima et Ficta et reditus, etc.*

FICTABILIS, *Fictalitius, Fictatio*. Vide *Fictus* 4.

¶ **FICTILERIUS**. Vide *Fetillerus*.

FICTILIARIUS, Ὀστρακοπώλης, *Figulus*, in Gloss. Gr. Lat. perperam in MS. *Ficliarius*.

FICTITIA, Simulatio. Fleta lib. 2. cap. 76. § 2 : *Cum cariatoribus præsens existat Præpositus tota die, ut sine Fictitia dietam finiant et laborent.* Galli dicerent, *sans Feintise*.

* *Sans fraulde et malice ou Fainctise aucune*, in Stat. ann. 1373. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 647. art. 2. Qua notione intelligi etiam potest vox *Finesse*, in Lit. remiss. ann. 1451. ex Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 172. ubi legitur : *Jouer une finesse*. Aliæ ejusd. ann. in Reg. 184. ch. 239 : *Leur administrer bastons ou armeures deffensables pour faire leurs Finesses*. Ibi enim simulatione oblectamenti nocere intendebant ii, de quibus hic agitur. Vide infra *Fictuositas*.

¶ **FICTOR**. Vide *Fictus* 4.

** **FICTOR FORENSIS**, Circumforaneus homo, Germ. *Marktschreier*. Histor.

Digitized by Google

Archiep. Bremens. de Borchard. Grellen, vers. 128 :

Verum vero conserat verbis inoffensis,
Ne mendax appareat aut Fictor Forensis.

¶ **FICTORIA.** Vide *Fitora.*

* **FICTORIUM,** Limes in agro positus et infixus, ut explicatur, ad Dipl. Loth. reg. ann. 982. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 648 : *Inde ascendit per ipsam serram usque in ipso Fictorio de monte Pininello, etc.* Vide mox *Fictus* 6.

* 1. **FICTUALIS,** Ital. *Fittuario,* ut *Fictalitius* in *Fictus,* 4. Stat. Astæ collat. 11. cap. 16 : *Statutum est quod si colonus, vel inquilinus, vel Fictualis partiarius, vel emphiteota alicus recepit investituram, vel locationem seu conductionem ab aliquo, etc.*

* 2. **FICTUALIS,** adject. Ad *Fictum* pertinens. Stat. Mantuæ lib. 2. cap. 24. ex Cod. reg. 4620 : *Si vero res fuerit emphiteotica, vel Fictualis, vel decimalis, etc.* Vide supra *Fictaliciæ res.*

* **FICTUARIUS,** Eodem intellectu. *Possidere precario Fictuario nomine,* in Stat. Vercell. lib. 1. pag. 42. r°.

¶ **FICTUM.** Vide *Fictus* 1.

* **FICTUM,** Locationis pretium, Ital. *Fitto.* Stat. Vercell. lib. 1. pag. 16. v°. : *Statutum est quod omnia Ficta, quæ communi debentur, et causæ seu res propter quæ debentur, et illi qui Ficta reddunt communi, etc.* Et lib. 2. pag. 41. v° : *Ita etiam quod pro tempore præterito Fictum domino vel quasi domino conveniens solvi debeat.* Vide *Fictus* 4.

¶ **FICTUOSE,** Ficte. *Quod malitiose seu Fictuose aliquam causam non proponet, quominus prædicta... exequatur,* in Charta Hugonis Abb. Corbeiensis ann. 1278. ex Tabulario ejusdem Monasterii.

* **FICTUOSITAS,** Fictio, simulatio, inanis species. Joan. de Cardalhaco serm. in Circumcis. Dom.: *Dico tertio quod est aliud nomen a quo multi intitulantur hodie in hoc mundo, quod est nomen aparenciæ et Fictuositatis, et tali nomine utuntur ypocritæ, qui solum habent nomen fictum et aparenciarum sanctitatis.* Vide supra *Fictitia.*

¶ **FICTURA,** (f. pro *Fissura*) *Sectura.* Gloss. Isid. Præceptum Odonis Reg. Franc. pro Eccles. Ausonensi, inter Concilia Hisp. tom. 3. pag. 164. col. 1 : *Deinde per stratam per serram longam discurrentem super villam Matacanis, et pervenit ad Ficturam qui discurrit in Lubricato; deinde a rivo lato usque in Lubricatum.* Eadem notione qua *Fictus* 4.

1. **FICTUS,** vel **FICTUM.** Tabul. S. Severi apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 3. cap. 12 : *Item Hover villam, et in Gottis allodium, unumque villanum de Lera, et silvam, atque Fictum de Bussel trado B. Petro, etc.* [Forte eadem notio est, quæ infra vocis *Fictus* 4.] [* Idem omnino videtur quod supra *Fictum,* uti et sequens.]

2. **FICTUS,** Alia notione. [Aliam esse vix crediderim.] Charta Conradi Imper. apud Ughellum in Episcop. Cremonensib. pag. 807 : *Ut ei districtum suum tollant, et Fictum de molendinis, ac de navibus censum solitum, etc.* Charta Friderici I. Imp. ann. 1153. apud eumdem tom. 4. pag. 1293 : *Cum omnibus pertinentiis, cum operibus, servitiis, districto, Ficto, placito, cæterisque aliis, etc.* Vide Statuta Veneta lib. 3. cap. 8. 9. et supra *Affictus,* et infra *Fictus* 4.

3. **FICTUS.** Glossæ MSS. ad Alexandri Iatrosophistæ libros Passionum : *Fictus, i. anus Fictus, dicitur a fumoribus, i. stercoribus.*

4. **FICTUS,** Idem quod *Affictus,* de qua voce supra; Census, locatio, pensio, reditus, vectigal fixum et certum : nam et *fictum* pro *fixum* dixisse Veteres observat Salmasius ad Solinum. Italis *Fitto,* et *affitto.* [Hinc in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Fictor, Seigneur,* (a quo scilicet aliquid ad *fictum* seu censum certum tenetur) *composeur ou ourneur.*] Papias : *Fictum dicitur, quod inter duos componitur omni anno reddendum, qui et census.* Charta anni 1033. apud Ughellum tom. 5. pag. 1589 : *Dedit... libellario nomine ad Fictum censum reddendum, etc.* Charta Theodori Marchionis Montisferrati anni 1324 : *Cum fidelitatibus, successionibus, penis, bannis, multis, Fictis, partiariis, et tertiis, cum fodris, taleis, etc.* Alia ann. 1384 : *Non teneatur... ad solutionem Ficti, seu incantus illarum possessionum.* Alia ann. 1246 : *Sine tertio et affaitamento, et Ficto proinde Monasterio dando.* Occurrit præterea in Statutis Venetor. ann. 1242. lib. 3. cap. 8. in variis Chartis apud Hieron. Rubeum in Hist. Raven. pag. 308. Ughellum tom. 5. pag. 676. 677. 678. [Murator. tom. 6. col. 1188. ubi de Gestis Friderici I. Imp. Mabillonium tom. 4. Annal. Benedict. pag. 544.] etc. Rollandinus in Summa Notariæ cap. 1. observat, *Fictum* sumi interdum pro *precaria,* seu emphyteusi. Vide *Libellus,* et Oct. Ferrarium in Orig. Ital. [** Vide *Fictum.* Chart. Friderici I. Imper. ann. 1183. ap. Pertz. Leg. tom. 2. pag. 172 : *Pactum pontis Padi, et Fictum ejusdem pontis et regalium.* Eadem in Pace Constant. § 21.]

Fictationes, in Charta Ottonis M. Imp. apud Ughellum in Episcopis Laudensibus.

Fictabilis, *Censualis,* qui censum persolvit. Charta ann. 1327. in Regesto Privilegiorum Civitatum Lombardiæ : *Cum accepissent et derobassent Anziano de Livrascha massario, et Fictabili Monachorum, etc.* Alia Blanchæ Sabaudæ uxoris Galeacii Comitis Virtutum : *Ab eis, vel eorum massariis, aut Fictabilibus auferendis, etc.* [** In chart. Carol. IV. Imper. ann. 1366. apud Glafey Anecdot. pag. 22. *Fictabiles* esse *Victuales* putat Haltaus. Glossar. German. col. 187. voce *Brotessen.*]

Fictaliciæ Res, Datæ ad censum. Charta Lotharii II. Imp. apud Ughellum tom. 4. pag. 815 : *Et omnia jura et possessiones, et tenutas earum, alodes, transfictalicias, emphyteoticarias, precarias, libellarias, Fictalicias, etc.* [* Stat. Mantuæ lib. 2. cap. 24. ex Cod. reg. 4620 : *Si petierit quis hujusmodi Rem emphitheoticam vel Fictaliciam, etc.* Vide in *Fictus* 4.]

* Fictalicius, Inquilinus, fundi ad *fictum* conductor, Ital. *Fittaiuolo.* Stat. Pallav. lib. 2. cap. 24. pag. 92 : *Si qua universitas, collegium, vel singularis persona... svoliaverit, turbaverit vel molestaverit.... aliquem laboratorem, mezadrum, colonum, Fictalitium vel inquilinum, etc.* Vide *Fictualis* et *Fictuarius* suis locis.

* 5. **FICTUS.** Stat. Astæ collat. 11. cap. 68. pag. 32. v° : *Ordinatum est quod aliqua persona non capiat Fictum ab aliquo revenditore vel revenditrice, qui vel quæ vendat ante aliquam ecclesiam vel porticum alicujus ecclesiæ de Ast.* Forte Larva.

* 6. **FICTUS,** pro *Fixus,* uti dixisse Veteres observat Salmasius ad Solinum. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 154 : *Levatorium super barcharum pontem causa palos Fictos in aqua debarbandi levatur.*

FICTWITA, Præstationis species, Anglis, in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 503. [Vocabularium Anglo-Gall. MS. in Beccensi Tabulario : *Fict-wyta, Quitte de meslée.* Vide *Futhwita.*]

* **FICUNDEUM,** Ficetum seu locus ficis arboribus consitus. *Salectibus et salicetis, virgariis, Ficundeis cunctis, etc.* in Charta ann. circ. 951. apud Ughell. tom. 1. Ital. sacr. edit. ann. 1717. col. 722.

FICUS. Papias : *Mariscæ, exta prominentia, quæ vulgo Ficus dicitur.* Ebrardus Betun. in Græcismo cap. 12 :

Est Ficus, morbus : est Ficus fructus et arbor.

[** Celsus lib. 6. cap. 3. hunc morbum græce σύκωσιν appellat. Vide Forcellinum.] [Morbum hunc fetidum etiam memorat Martialis Epigr. 1. 65 :

Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci,
Dicemus Ficos, Cæciliane, tuos.

Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Ficus, Ficz, une maladie.* Vita S. Anselmi Episc. Lucensis cap. 74 : *Erat vir quidam, qui Ficus ægritudine vehementer virente, etc.*] [* Acta S. Domin. tom. 1. Aug. pag. 558. col. 2 : *Quædam mulier... passa fuit malum Fici in naso et labio superiori per duos annos et amplius; et habebat nasum et labium grossum plusquam ovum gallinæ, et multum fœtebat.*] Est etiam equorum morbus, Italis *Fico,* de quo sic Petrus Crescentius lib. 3. de Agricult. cap. 56 : *Accidit quandoque, quod pes læditur subtus ungulam in medio solæ ex ferro vel alia re dura intrantem usque ad tuellum, ex quo tuellus læditur, ex qua læsione, cum ungula non inciditur circunquaque, ut debet, nascitur super tuello quædam carnis superfluitas, quæ superat solæ superficiem, Ficus vulgariter nominatur.* Vide præterea Jordanum Rufum Calabrum MS. lib. 2. de Equorum medicaminibus ad Fridericum Imperat.

☞ Alius est morbus qui *Fil* dicitur in Ordinat. Johannis Franc. Reg. ann. 1363. tom. 3. Ordinat. pag. 641 : *Nul boucher pourra ne devra tuer en ladite boucherie aucune grosse bête qui ait le Fil, et ou cas qu'il seroit trouvé sur aucun il perdroit la bête et seroit arse devant son huis.* Est autem *Fil* seu *fi* aut *fy,* ut jam dicimus, Boum lepra vel elephantiasis.

* Eo spectat vox *Fieux,* qua Bos morbo, nostris *Fy* nuncupato, laborans significatur. Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 78 : *Après que icellui buef eust esté abatu et tué, ... nostre prévost fist icellui esgarder par bouchers et les maistres du mestier; lesquels jasoit ce*

Digitized by Google

que ledit buef ne fust pas Fieux,... par leur rapport et relation fu ledit buef condempné à enfouir. Stat. carnif. art. 4. in Lib. rub. fol. magn. Abbavil. : *Que nulz ne vende ossi point de char soursemée, ne ayant Fy*

* Hinc nostris *Fy Fy* dicunt, ut fastidium contemtumve, imo et odium significent. Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 119. ch. 402 : *Johannes de Manso cum certos processus apostolicos publicaret et exequeretur contra quosdam homines in villa de Rupella,.... ex hiis indignati contra ipsum archipresbiterum et executorem se protinus insurgentes et commoti, Fy Fy de te et tuis hujusmodi processibus apostolicis.*

* Ficus Facere. Vide supra in *Ficha* 2.

Sub Ficu et Vite, Proverbialis loquendi formula, qua rerum abundantia significatur, sat frequens in veteri Testamento. Joannes Berardi in Prologo ad Chron. Casauriense : *Omnis illa regio... frequentibus villis atque casalibus inhabitabatur, et quasi sub Ficu et vite, vel in propriis prædiis erat hominum illius temporis incolatus.* Benjaminus Tudelensis in Itiner. pag. 27 : *Comedentes et bibentes quisque sub Vite et Ficu sua.* Utitur etiam Ordericus Vital. lib. 4. pag. 533. et Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 1.

* **FIDA.** Vide supra *Exfida.*

¶ **FIDAGIUM**, Idem quod infra *Fidantia*, Præstatio, tributum. Charta Guillelmi I. Reg. Sicil. tom. 2. Bullar. Casin. pag. 175 : *Sed idem sacrum cœnobium, vel ab omni pedagio, aquatico atque quolibet Fidagio, per totum jam dictum nostrum Siciliæ regnum totaliter sit immune.*

FIDAMEN, Fides. Cyprianus, seu Tertull. in Carmine ad Senatorem vers. 53 :

Corrige delictum Fidamine, corrige mentem.

FIDAMORA. Charta Guillelmi Regis Siciliæ ann. 1173. apud Ughellum tom. 8. Italiæ sacræ : *Concedimus etiam in dicto Monasterio cædua lignorum absque ullis forestagiis, et volumus etiam et inhibemus, ut nullus sit, qui Fidamoras ei auferat.*

* Quid si legeretur terminatione Longobardica, *Fidatiora*, ab Italico *Fida*, qua voce Academici Cruscani intelligunt Pascuum pascendis animalibus locatum atque assecuratum; quod loco laudato haud ægre aptari potest.

¶ **FIDANCERIA, FIDANCIARIA.** Vide in *Fidantia.*

FIDANCIA, Fidejussio, sponsio, *Fidanza* Italis, *Fiança* Hispanis. [Charta ann. 1060. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1120 : *Faciant Fidantias et sacramentos tales ad prædictam Luciam quales homo debet facere ad suum Seniorem de cui tenetur suorum castros.* Alia ann. 1206. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. pag. 1071 : *Et ego P. Dei gratia Rex Aragonum facio vobis Ermengaudo Urgellensi Comiti, et ipsi Eliesendæ libenter prædictum Fidantiam, et convenio vobis omnibus attendere.* Occurrit præterea in Chron. Modoetiensi apud Murator. tom. 12. col. 1176.] Le Roman *de Jordain de Blaye* MS. :

Dame Erembors a les Fiances prises.

Charta Libertatum *de la Perouse* ann. 1260. apud Thomasserium : *A la Paerose ne doit hon prendre, si Fiance voet donner, etc.*

FIDANTIA et FIDENTIA, Salvagardia. Anonymus de Desolatione Monasterii Morimundensis in agro Mediolanensi : *Prædictus Abbas Florius ad protectionem domus suæ procuraverat Fidentiæ et securitatis literis præmuniri.* [Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1230. apud Murator. tom. 6. col. 463 : *Et destinuerat Januenses quos contumeliose tractaverat et tractabat, qui Januenses ad Fidentiam ipsius Soldani causa negotiandi illuc accesserant.* Instrum. ann. 1240. ex parvo Chartul. S. Victoris Massil. pag. 181 : *Quicquid ad dictum Monasterium pertinet in tota valle Massilie, et ejus territorio seu tenemento, sub guidagio, et protectione, et Fidancia nostra recipimus.*] Charta ann. 1314. apud Ughellum in Archiep. Mediolan. : *Dirupta Fidantia per eos multis vicibus promissa.*

FIDANTIA, Fidejussor, vel *Manulevator* : voces Hispanis familiares. Vetus Charta apud Marcam lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 12 : *Et si hoc denegaret, per unamquamque Fidanciam* 300. *sol. daret,... et postea in eadem firmitate staret.* Alia ibidem cap. 21 : *Dederunt Fidancias... Vicecomitissæ... Arnaldum de Lescun,... quod nec aliquis descendens de stirpe Guillelmi Ariol inquietet, nec turbet supradictas domos, etc.* Jacobus I. Rex Arag. in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 7 : *Si aliquis homo fuerit Fidantia pro aliquo homine, vel pro alia qualibet causa, etc.*

FIDANTIA DE DIRECTO, qua quis rectum se alicui seu jus facturum spondet. Vide Foros Aragon. pag. 14. v. Edit. 1624. et Michaelem *del Molino* in Repertorio Fororum Aragon.

FIDANTIA JURIS, in iisdem Foris pag. 96.

FIDANTIA SALVITATIS, apud eumdem Molinum, qua quis rem *salvam* alteri præstat et cavet, *Garantit.* Vide eumdem Scriptorem.

FIDANTIA DE RIEDRA, apud eumdem. Vide *Riedra.*

FIDANTIA DE LA SPERA, et **FIDANTIA DE LA TORNA**, *quæ dabatur et præstabatur olim, quando aliquis reptabatur ad batalliam, etc.* Idem. Vide *Torna.*

FIDANTIA, *quæ ignem facit*, in Observantiis Regni Aragon. lib. 2. tit. de Satisdando, § 1. qui focum et ædem habet in loco.

FIDANTIA *de prima et secunda Cruce.* Vide *Crux.*

FIDANTIA, Præstatio, tributum. Falco Beneventan. ann. 1122 : *Mandavit, ut neque sibi, neque Comiti Jordano auxilium præstarent, et daret eis et concederet Fidantias et pensiones, quæ a Castello Fenuculo... exibant.* Charta Rogerii Regis Siciliæ ann. 1137. apud eumdem : *Dimittimus et condonavimus vobis.... Fidancias subscriptas, videlicet denariorum redditus, salutes, angarias, terraticum, etc.* Adde pag. 310. 314. Charta Caroli II. Siciliæ Regis ann. 1289. apud Rainaldum in Annalib. Ecclesiast. ann. 1285. 5 : *Fidantias ab omnibus remitti faciemus, et remittemus eisdem. Fidantiarum autem remissio, est concessio libertatis, ut cives Beneventani possint libere proprias vineas et terras excolere, ipsarumque fructus et fruges recolligere, sine aliqua exactione vel munere, vel etiam datione.* [Idem totidem verbis legitur apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 232. in Epist. Clementis PP. IV. qua Regnum Siciliæ Carolo S. Ludovici fratri in feudum concedit. Occurrit præterea in Enumeratione jurium Comit. Biterr. ann. 1252.]

AFFIDANTIARE, Fidantia, seu vade rem præstare. Fori Oscæ ann. 1247 : *Dictum autem affirmative potest mutari et renuntiari semper, antequam causa sit Affidantiata. Causa diffidantiata*, in Observantiis Regni Arag. lib. 6. tit. de Generalib. privileg. § 17.

FIDANCERIA. Iidem fori f. 5 : *Si quis miserit fidantiam, et dixerit fidantiæ suæ : Si damnum vobis evenerit, de ista Fidanceria, super istam domum, etc.*

¶ **FIDANCIARIA.** Iidem Fori fol. 21 : *Villanus de Parada tenetur fide jubere pro suo domino, quotiescumque necesse fuerit ipso domino, et dominus trahat ipsum de ipsa Fidanciaria, ita quod pro illa non veniat ei damnum, vel paria. Et si forte pariabit pro ipsa Fidanciaria, de cetero non intret, pro illa ipsa Fidancia, etc.*

FIDARE, Fidere. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 56 : *Habeant perfectam fidem, et veram locutionem, ita ut omnes... possint se in illis Fidare, etc.* Itali *Fidare* hac notione dicunt.

¶ **FIDATA**, Idem quod *Fidantia*, præstatio, tributum. Chron. Farfense, auctore Gregorio Monacho, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 421 : *Manualia quæ fecit Beraldus Abbas in Scandrilia Ecclesia S. Joannis Alberti, et omnes Fidatæ de ipsa terra de rebus prædictis hujus Monasterii prædicti infra Romam, terra et campus Agonis cum casis, hortis et cryptis quas tenent Stephanus Presbyter; terra et vineæ quas tenet Stephania Leonis Curta-Braca.*

FIDATOR, Cui aliquid commendatur, deponitur. Fori Oscæ ann. 1247. sub Jacobo I. Rege Aragon. fol. 9 : *Nullus debet pignorare vicinum suum, si Fidator vel debitor suus non est.*

¶ **FIDATUS**, Cui fides haberi potest, fidelis. Acta varia de schismate Pontificum Avenion. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1316 : *Item, quod quilibet ex prædictis duobus dominis debeat secum ducere... centum balistarios, quantum fieri poterit, honestos et Fidatos... pro custodia et defensione dictarum partium.*

FIDEDICERE, Fidejubere. Gloss. Lat. MS. Regium : *Consponsores, alterutrum Fidedicentes.* Alibi : *Vadatur, promittit, pollicetur, Fidedicit.* Ita etiam in Gloss. Isidori. Apuleius de Deo Socrat. : *Quis pro te Deus Fidedicet?* Ita enim rescribunt viri docti, pro *fidem dicet.* Anianus lib. 1. Sentent. Pauli cap. 9 : *Si minor majorem Fidedicat, licet ipse teneri non possit, tamen, quem Fidedixit, teneri potest.* Ubi *Fidedicere aliquem* est, quod Græci dicunt ἐγγυᾶσθαί τινα. Est igitur *Fidedicere*, per fidem suam aliquid promittere, quod et *fidepromittere* unico verbo dixit idem Anianus ibid. in Sentent. Pauli. [** et Gaius lib. 3. sect. 92. 112. 116.]

FIDEDICTOR, Sponsor. S. Augustinus Epist. 23. de baptizandi pueris : *Quando ad baptismum offeruntur, pro eis parentes tanquam Fidedictores respondent.* Tabularium Conchensis Abbatiæ in Ruthenis Ch. 32 :

Digitized by Google

Et de hoc dedi Fidedictorem Girberto de Cabdenago, etc.

Fidedictus, pro quo spondetur, apud Scriptorem Vitæ S. Lupicini Abbat. Jurensis n. 9.

Fidedictio, Fidejussio. Historia Fundationis Monasterii Gladbacensis cap. 18 : *S. Petrus eo tempore sua suscepit cum Fidedictione, quod Cœnobium prædictum cum omni affectu debent reædificare, etc.* Mox : *In hæc Fidejussionis verba dimissus, etc.*

FIDEDIGNI, Testes ἀξιόπιστοι. *Tales homines, quorum fides admittitur,* in Legibus Luithprandi Regis Longob. tit. 70. § 1. [** 95. (6, 42.)] et Ratchis tit. 4 § 1. [** tit. 1.] Præsertim vero ita dicuntur testes producti ex Clero, vel Monasterio, qui ex ipsa Clericaturæ, aut Monachismi professione, nullo interposito sacramento, fide habentur digni, cum quidpiam in judicio attestantur. Lex Longobardorum lib. 2. tit. 47. § 11 [** Henric. II. cap. 1] : *Decernimus, ut nec Episcopi, nec Presbyteri, nec cujuscumque ordinis Clericus, non Abbas, non aliquis Monachus, vel Sanctimonialis in qualicumque controversia sive criminali, sive civili jusjurandum qualibet ratione compellatur subire : sed advocatis suis propriis idoneis hoc officium debeant delegare.* [** Sifridi Archiep. Mogunt. chart. ann. 1237. pro Cunrado nobil. de Merenberg. apud Guden. in cod. diplom. tom. 1. pag. 545 : *Vallato contractu ex parte nostra Fidei ducione, ex altera vero juramento, corporaliter præstito.*] Regiam Majestat. lib. 1. cap. 19. § 9 : *Presbyter nil recipiat, nisi sub testimonio Fidedignorum.* Charta Olai Roschildensis Episcopi ann. 1318. apud Isaacum Pontanum lib. 7. Hist. Dan. : *Promiserunt in manus D. Regis, ac Dominorum Othonis Comitis ab Hoya, et Henrici Domini Magnatolensis, ac multorum Fidedignorum, Militum, et Armigerorum, etc.* Vide Fletam lib. 1. cap. 41. § 5. et aliis locis. Hinc

Fidedignitas, pro Testimonio a Clericis et Monachis præstito. Decreta Sigismundi Regis Hungariæ ann. 1435 : *Cum hominibus et testimoniis Capitularibus et Conventualibus, quæ communiter Fidedignitates vocantur.* Alibi : *Personis autem testimonialibus Capitulorum et Conventuum, pro singulis diebus, quibus in itinere Fidedignitatis processerint, solvantur* 12. *denarii, etc.*

FIDEFODODINCUL. Observantiæ Regni Aragon. lib. 8. tit. de injuriis, § 2 : *Nota, quod de consuetudine Regni antiqua, quia hoc verbum, Fidefododincul, est vulgare Aragonum, et communiter usitatum, si contra aliquem prorumpatur, non inducit caloniam : secus, si adjiciat ultra, quia tunc caloniam incurrit de consuetudine Regni.*

¶ **FIDEFRAGIUM**, Fidefragus. Vide in *Fides.*

FIDEICAPTIO. Vide in *Fides.*

* **FIDEICOMMISSUM**, Testamentum, instrumentum fide sua assertum. Testam. ann. 1165. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 324 : *Quicquid habeo in Casale atque in Scodesia in meo domnicato, filiæ meæ Donellæ, vel ejus liberis, filia mea defuncta, medietatem per Fideicommissum relinquo.* [** Vide J C.]

¶ Fidicommissarius, Testamenti executor. Chron. Farfense, auctore Gregorio Monacho, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 587 : *Quidam autem Franco nobilis vir, qui vocabatur de Doaroa, et Seuguo, ambo socii et Fideicommissarii cujusdam Joannis Muti pro ejus anima confirmaverunt per chartam donationis in hoc Monasterio quasdam res ipsius in territorio Sabinensi.* Ibidem col. 596 : *Item Saxo judex Romanus filius Elpiczonis concessit in hoc Monasterio res cujusdam Cencii, cujus erat Fideicommissarius.* [** Vide *Manufidelis*, et Haltaus. Glossar. Germ. voce *Treuhænder*, col. 1805.]

* *Foyement* appellatur in Charta ann. 1355. tom. 2. Hist. Leod. pag. 420 : *Item que Foyemens ne puist vendre heritaiges partenans alle exécution de testament de cely, qui Foyemens les aurat constitué, etc.*

¶ **FIDEI-MACHIA.** Vide in *Fides.*

¶ **FIDEIMANUS** et Fideles-Manus, Viri probatæ fidei, quibus rei promissæ executio mandatur. Charta ann. 1067. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 72 : *Tradidi Sprimont pro Genape in Fideimanus ad opus Ecclesiæ, si aut in itinere mortuus, aut reversus Genape Ecclesiæ non solidarem, et mutuata non restituerem. Fideimanus hi sunt, Fiezelinus et Albertus de Braz, Adelardus de Hamne. Fidejussores hi sunt, Francho frater Alberici, Warnerus, etc.* Instrum. Rodulfi Præpositi S. Johannis Leodiensis ann. 1177. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 905 : *Ex his omnibus diligenter procurandis Fideles-manus Decanum Magistrum Benedictum, Nicolaum de Superioriponte et Julianum Cellerarium consensu Ecclesiæ adhibuit.... ut horum trium quasi funiculo triplici, sollicitudo rei constitutæ indissolubilis et sufficiens, gratia Dei cooperante, permaneat.*

FIDEJURARE. Tabular. B. Mariæ Columbensis diœces. Carnot. : *Radulfus pater et Raduifus filius et alii fratres Milites, qui ibi erant, Fidejuraverunt, quod ab illo die, etc.* Gloss. Lat. Gr. : *Fideipromissores*, πιστεπαγγέλται.

FIDEJUSSORES. Tollere dicebatur judex, qui in jus vocatum, aut accusatum de aliquo crimine, vadem dare ad dictam diem juri se stiturum, cogebat. Vita S. Præjecti Episc. et Mart. cap. 3 : *Obtinuitque cum Principe, ut Missos ex latere dirigeret, qui eum per Fidejussores nuntiarent, et in aula Regis facerent præsentari.* Mox : *Et quomodo per Fidejussores venisset, explicitus depromit.* Vetus Notitia apud Perardum in Burgundicis pag. 35 : *Dedit Maurinus Fidejussorem nomine Autardo, de sua præsentia. Per Fidejussores ad præsentiam Regis deduci,* in Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 34. in Capitul. Caroli C. tit. 12. cap. 1. 4. 5. 7. tit. 20. cap. 6. tit. 29. cap. 3. tit. 31. cap. 23. tit. 39. cap. 4. *Per Fidejussores ad palatium Regis venire,* in Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 43. 147. [** 98. 278.] *Per Fidejussores ad placitum Regis venire,* in Addit. 4. Lud. Imp. cap. 72. in Capitul. Caroli C. tit. 32. cap. 3. *Sub Fidejussione ad palatium venire, compelli,* in Addit. 4. Lud. Imp. cap. 77. *Per Fidejussores mitti ad præsentiam Regis,* in Addit. 4. Lud. Imp. cap. 76. *Per Fidejussores constringere, ut reveniat ad palatium,* in Capitul. Caroli C. tit. 39. cap. 1. *Per Fidejussores ad mallum adduci,* in Capitul. Car. C. tit. 39. cap. 3. Epist. 69. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc. : *Non aliter fiat, nisi in placito, quod vobis supra scriptus Pontifex denuntiaverit, memorato Diacono vestro per Fidejussores una cum indiculo vestro ante parvitatem nostram faciatis venire.* Adde Joannem VIII. PP. Epist. 228. Leges Guillelmi Nothi : *Omnis homo, qui voluerit se teneri pro libero, sit in plegio, ut plegius eum habeat ad justitiam, si quid offenderit : et si quisquam evaserit, talium videant plegii, ut solvant, quod calumniatum est, etc.* Ejusmodi Fidejussorum mentio est apud Gregorium Turon. lib. 4. Hist. cap. 43. lib. 8. cap. 7. 12. 43. lib. 9. cap. 8. in Concilio Metensi ann. 753. cap. 1. etc. Hinc *Pignerari* dicuntur rei, seu in jus vocati. Conventus Ticinensis ann. 853. cap. 3 : *De liberis hominibus, qui... contra legem ad placita protrahuntur, et ideo Pignerabantur, constitutum est, ut secundum legem patroni eorum eos ad placitum adducant, et si quis contra hanc nostram auctoritatem, et eorum legem Pignerare aut distringere præsumpserit, etc.* Quod si reus Fidejussores non haberet, *in custodia servabatur,* ut est in Capitulari Pipini Regis Italiæ cap. 36.

Occurrit autem passim hæc formula in privilegiis et immunitatibus Ecclesiis concessis, qua judices vetantur in eorum terris, *ad audiendas altercationes ingredi, Freda de quibuslibet causis exigere, aut mansiones vel paratas tollere,* ut apud Marculfum lib. 1. form. 3. 27. 28. etc. Quo verborum circuitu nihil aliud intelligitur, quam ut judex in terris, in quibus immunitas concessa est, jus non dicat, aut justitiam non exerceat. Charta Caroli Simplicis apud Sammarthanos in Archiep. Narbon. : *Quod in sua parochia... gravissima increverit consuetudo, de eo, quod Comites atque judices, ceu ministri illorum, Sacerdotes Domini, sive reliquos Ecclesiæ ministros ad placitum suum violenter ducere, et Fidejussores tollere, atque eos more Laicorum distringere præsumant.*

☞ *Fidejussores* etiam debitoribus suis dabant creditores, ut pignora scilicet quæ illi dederant, tutius recipere possent. Id patet ex Legibus Luithprandi Regis apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 76. col. 2 : *Si ad guadiam suam solvendam quispiam liber homo tres Fidejussores habuerit liberos homines.* Et paulo post in veteri formula : *Petre, te appellat Martinus, quod ipse dedit tibi vadia decem solid. VI. Kal. Augusti. Vult suscipere per Fidejussores.* [** Luitpr. 35. sqq. (5, 7.) Vide Edict. Theodor. cap. 135. infra *Obstagium* et *Salmanni.*]

Fidejussores, Testamenti executores, in Testamento Hugonis I. Episcopi Tolosani, apud Catellum in Hist. Occitana pag. 858.

Fidejussores dicti etiam patrini, apud S. Eligium in Homilia descripta tom. 5. Spicilegii Acheriani pag. 212. lib. 2. Capitul. cap. 46. et apud alios laudatos in Dissert. 22. ad Joinvillam pag. 275.

* **FIDEJUTRIX**, quæ pro alio fidejubet. Charta ann. 1391. in Reg. 3. Armorial. gener. part. 2. pag. XXVJ : *Et pro ipso se con-*

Digitized by Google

stituit Fidejutricem... honesta mulier nobilis Falcona Meyresiæ.

* **FIDELE**, Prædium, quod a vassallis seu *fidelitus* tenetur et colitur. Testam. S. Aldegund. ann. circ. 646. in Suppl. ad Miræum pag. 559. col. 2 : *Ad stipendia et usus eorum* (canonicorum) *tribui.... mansos servorum quinque et Fidelia triginta, pratos duos, etc.* Vide in *Fideles*.

¶ **FIDELES MANUS.** Vide *Fideimanus*.

¶ **FIDELIATOR**, Qui et *Magister fidelium*, Germ. *Seelgerether*, dicitur is penes quem erat dispositio piarum fundationum et donationum. Vide Hist. Fuldens. pag. 54. [** et Haltaus. Glossar.German. col. 1669. voce *Seelgeræter*.]

1. **FIDELIS.** Christiani dicti *Fideles* post susceptum baptismum, quia *fidem* susceperunt. S. Ambrosius lib. 1. de Sacram. cap. 1 : *In Christiano viro prima est fides. Ideo recte Fideles dicuntur, qui baptizati sunt.* S. Augustinus Tractat. in Joann. : *Interrogas hominem, Christianus es? respondet tibi : non sum; adhuc quæris ab eo, Catechumenus, an Fidelis?* Idem Epist. 67 : *Frater Paulus narrat gaudia de Gabiano, quod non solum Christianus; sed etiam Fidelis sit valde bonus per Pascha proximum baptizatus.* Vide eumdem de Verbis Apostoli Serm. 13. Innocent. I. Ep. 22. cap. 2 : *Quæro, si una eademque sit uxor ejus, qui ante Catechumenus, postea sit Fidelis.* Pontius Diac. in Vita S. Cypriani : *Quid Christiana plebs faceret, cui de Fide nomen est?* [Caffarus lib. 1. Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 250 : *Ut lumen quod tempore Infidelium quondam in unoquoque anno ad sepulcrum venire solebat, nunc per misericordiam suam istud idem Fidelibus suis hodie in die resursectionis suæ ostenderet.*]

¶ **Fideles**, Dicti etiam ipsi Sancti qui Deo jam potiuntur. Instrum. ann. 1076. tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 157 : *Si apud Regem Regum perpetuam salutem obtinere cupimus, nos ejus Martyres cæterosque Fideles, quos in cælorum curia prævalere credimus pro nobis necesse est intercessores adquirere studeamus.*

2. **FIDELIS**, Subditus, vassallus, qui fidem suam domino obstrinxit, *fidelitatem juravit.* Gloss. Lat. Gr. : *Fidelis*, πιστός, δοῦλος. Gloss. Lat. Gall. : *Fidelis, Feal. Fideles homines sui*, apud Lampridium, famuli. [Chartul. Gemmeticense tom. 1. pag. 48 : *Et avons droit de prendre de chacun de nos Hommes de Foy chacun an six deniers Tournois de charoy.*] Domnizo lib. 1. de Vita Mathild. cap. 11 :

Ut juraret ei rogat ipsum more Fidelis.

Idem lib. 2. cap. 17 :

Filius esse Petri si vult Rex atque Fidelis.

Tabularium Dolense ann. 927 : *Ibidem adjungo ad hujus dedicationis honorem, ut omne beneficium, quod ex me nunc vel deinceps nostri Fideles habent, aut habebunt, etc.*

* Nostris, *Fael* et *Feiaul*. Charta comit. Nivern. ann. 1250. ex Chartul. S. Steph. Autiss. : *Nostre amée et nostre Faelle Adeline la mareschaude de Nevers, etc.* Pactum ann. 1273. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 37. col. 2 : *Se lidiz Feiaul ou lour avancer non avent fait autrefois dus homaiges, etc. Foial*, in Lit. ann. circ. 1360. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1473.

¶ **Fideles Imperii**, Subditi, Gall. *Sujets* : qua notione accipienda vox *Fidelis* in antiquioribus Instrumentis. Gesta Henrici VII. lib. 2. Rubr. 7. apud Murator. tom. 10. col. 352 : *Optio sit Patavinæ civitati quatuor eligere quos maluerint, Fideles dumtaxat Imperii.*

* **Fideles Imperii de Janua**, Subditi reipublicæ Genuensis. Lit. Phil. VI. ann. 1334. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 7 : *Pontius Almandini et hæredes Johannis Naturalis, qui marcham habent contra illos, qui se dicunt Fideles imperii de Janua.*

Fideles Regis, Subditi, vassalli Regis, in Legibus Luitprandi Regis tit. 70. § 1. [** 95. (6, 42.)] in Lege Longob. lib. 2. tit. 26. tit. 51. § 14. tit. 52. § 1. [** Lothar. I. 52. Rachis 7.] in Capitul. Caroli M. lib. 2. cap. 17. lib. 4. cap. 34. lib. 6. cap. 96. [** 97.] in Vita Ludovici Pii ann. 839. apud Nithardum lib. 1. ann. 834. Baldricum lib. 1. Chr. Camerac. cap. 61. in Charta anni 1069. apud Duchesn. in Hist. Monmorenc. pag. 23. etc. Vide Fabrum Canterellum in Tractatu de Feudis, Goldastum ad Rattpertum de Casib. S. Galli cap. 8. etc.

Infideles, Qui fidem Regi, quam juraruut, non servant. Capitularia Caroli M. lib. 4. cap. 34 : *Pro Infideli teneatur, quia sacramentum fidelitatis, quod nobis promisit, irritum fecit.* Concilium Dusiacense I. pag. 299. 1. Edit. : *Regis quoque Infideles contra Ecclesiasticam auctoritatem armata manu defendit.* Vide Leg. Longob. lib. 1. tit. 34. § 2. 3. [** Carol. M. 123. Ludov. P. 28.]

* Charta Acfredi ducis Aquit. in Chartul. Celsinian. ch. 13 : *Actum v. Idus Octobris Celsinanius, anno v.* (forte pro XV.) *quod Infideles Franci regem suum Karolum inhonestarunt et Rodulfum in principem elegerunt.* Extraneos hac voce designari, maxime in Capit. Caroli C. ann. 865. apud Baluz tom. 2. Capitul. col. 197. art. 4. auctor est D. *Bouquet* tom. 1. Jur. publ. Franc. pag. 105. Cui assentiri nequaquam possum non una de causa. Et primo quidem ejusmodi *Infideles* passim in illo Capitulari *suos* rex appellat. Dehinc in articulo præcedenti *fidelitatem* regi promisisse dicuntur. Denique ii *Infideles* proprietates habent, quas, ob eorum a fidelitate promissa defectum, fisco addicendas rex judicat. Quid hæc cum extraneis? Hæc sunt verba art. 3. jam laudati Capit. : *Ut qui fidelitatem nobis promiserunt, et post illud sacramentum ad Infideles nostros in nostrum damnum se conjunxerunt, proprietas illorum in nostrum indominicatum recipiatur.* Stat ergo bene Cangiana interpretatio; neque alii sunt hic *Infideles*, quam qui *Fidem-mentiti* alibi nuncupantur. Vide *Fidem Mentiri* in *Fides*.

Infideles, Qui fidelitatis sacramentum domino feudali non servant. Brompton. ann. 1088 : *Terras Infidelium suorum fidelibus suis distribuit.*

Infidelitas, in Lege Longob. lib. 1. tit. 34. § 2. [** Carol. M. 123.] Leges Kanuti § 90 : *Infidelitas erga dominum, secundum legem sæculi inemendabile est.* Vide Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 10. Flodoardus lib. 4. Hist. Remensis cap. 35 : *Insimulati sunt de Infidelitate ipsius senioris sui.* Et lib. 2. cap. 20 : *Depositus est ab Episcopatu pro Infidelitate Imperatoris.*

* 3. **FIDELIS**, Uxor. Charta ann. 1011. in magno Chartul. S. Vict. Massil. : *Ingilrannus episcopus, cum Fidele sua Adalgude, dat ecclesiam S. Perpetuæ de Bruniola.*

FIDELITAS, Fides, quam quis Regi suo vel Principi servare debet, subditus, qui et *Fidelis*, potissimum. *Fidelitatem Regi promittere*, in Capitularib. Caroli M. lib. 3. cap. 8. 88. in Capitul. Caroli C. tit. 32. cap. 2. 3. tit. 39. cap. 4. Apud Marculfum lib. 1. form. 40. etc. Produnt formulam sacramenti fidelitatis Regi a subditis facti, eadem Capitularia Caroli C. tit. 13. cap. 13 : *Ego illi Karolo Hludowici et Judith filio ab ista die in ante Fidelis ero secundum meum savirum, sicut francus homo per rectum esse debet suo Regi. Sic me Deus adjuvet et istæ reliquiæ.* Habetur aliud paulo prolixius *fidelium sacramentum* tit. 22. cap. 1. Ubi observandum, *fidelitatem* Regi fieri *per sacramentum*, quod ei proprium fuit. Capitulare 2. et 4. ann. 805. cap. 9 : *De juramento, ut nulli alteri per sacramentum Fidelitas promittatur, nisi nobis, et unicuique proprio seniori ad nostram utilitatem et sui senioris.*

Fidelitas, Anglis *Fealtie* : nostris *Feauté : Fiduciam* Angli appellant, inquit Cowellus lib. 2. tit. 3. § 13. Est autem servitus realis a quolibet feudatario domino in ipsa institutione præstanda. Fulbertus Carnotensis : *Fidelitatem dicimus jusjurandum, quod a vassallo præstatur domino. Jusjurandum Fidelitatis vassallaticæ*, apud Radevicum lib. 2. de Gestis Frider. cap. 20. *Sacramentum Fidelitatis jurare*, in Capitul. 3. ann. 789. cap. 2. ubi habetur ejus formula. *Jurare Fidelitatem*, apud Simeonem Dunelmensem lib. 3. de Dunelmensi Eccles. cap. 22. et in Hist. Angl. ann. 1086. *Fidelitatem facere et hominium*, apud eumdem Radevicum lib. 1. cap. 11. [*Faire feute et homage*, apud Guillelmum Tyriens. Archiep. in Hist. Belli sacri.] [* *Faauté*, in Charta Otton. comit. Burg. ann. 1242. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 15. col. 2 : *Dovent audit dux de Bergoigne faire Faauté et légée des ces quatre chastiaus. Foyauté*, in Lit. Bald. Bellim. ann. 1299. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1311. *Fueté et loiauté*, in Chron. S. Dion. tom. 8. Collect. Hist. Franc. pag. 326. *Fouté*, in Ch. ann. 1240. ex Chartul. S. Joan. Laudun. Unde *Foutu chevalier* dicitur, qui fidem sacramento firmatam non servat, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 448 : *Berthelemy Gentil dist de Maugiron d'Eistsac chevalier, qu'il estoit un faulx, mauvais, traitre et fuitif et Foutu chevalier.*] Differt tamen *Fidelitas* ab *homagio*, etsi homagio adjunctum sit sacramentum fidelitatis, ut est apud Nicol. Uptonum lib. de Militari Officio cap. 18 : *Differt homagium a Fidelitate, quia homagium est ille actus præstationis juramenti cum sua solemnitate, et fit in principio ; sed Fidelitas est obligatio permanens, habens perseverantiam et tractum temporis, etc.* Clarius Littleton sect. 91. et 92 : *Fealti idem est, quod* Fidelitas *en Latin. Et quant franc tenant fera Fealtie à son Seignior, il*

Digitized by Google

tiendra sa maine dexter sur un lievr, et dirra issint : Ceo oyez-vous, mon Seignior, que jeo à vous serra foyal et loyal, et foy à vous portera des tenemens, que jeo claim à tener de vous, et que loyalment à vous ferra les customes et services queux faire à vous doy as termes assignés, si come moy aide Dieu et les Saints; et basera le lievr, mais il ne genulera, quand il fait Fealty, ne ferra tiel humble reverence, comme avant est dit en homage. Et graund diversitié y ad pour enter feasans de Fealtie et de homage. Car homage ne poit estre fait fors que al Seignior mesme, més le Senechal de Court le Seignior, ou Bailife, puit prendre Fealtie pour Seignior.

Diximus fidelitatis sacramentum adjunctum esse homagio, quod verum est, si quidem vassallus primo homagium facit domino, deinde fidelitatis sacramentum. Utriusque formulas et discrimen sic observat Bracton. lib. 2. cap. 25. § 8 : *Sic debet homagium facere : debet quidem tenens manus suas utrasque ponere inter manus utrasque domini sui, ... et debet dicere : Devenio homo vester de tenemento, quod de vobis teneo, et Fidem vobis portabo de vita et membris et terreno honore contra omnes gentes, etc. Et statim post faciat domino suo sacramentum Fidelitatis, hoc modo : Hoc audis, Domine N. quod fidem vobis portabo de vita et membris, corpore et catallis et terreno honore, sic me Deus adjuvet et hæc sancta Dei Evangelia. Et quidem hoc adjiciunt in sacramento, et bene, quod fideliter et sine diminutione, contradictione, vel impedimento et dilatione injusta, terminis statutis faciet servitium domino suo et hæredibus suis.* Ita Fleta lib. 3. cap. 16. § 21. Adde Littleton. sect. 88.

Ex quibus patet homagii et sacramenti fidelitatis discrimen : ac homagium quidem fieri a vassallo, genibus flexis, manibus in domini manus immissis : sacramentum vero fidelitatis a vassallo stante, et tactis sanctis Evangeliis. Charta ann. 1229. apud Marcam lib. 8. Hist. Beneharn. cap. 22. n. 2 : *Recognoscimus, quod vos nobis fecistis homagium, et præstitistis insuper Fidelitatis juramentum, sicut vestri antecessores nostris prædecessoribus sunt facere consueti.* Charta ann. 1247. apud Sammarthanos in Episcopis Aptensibus : *Et corporale nobis fecit homagium, suscipientibus per nos et successores nostros, ponendo manus proprias infra nostras : et promittens jurejurando supra sancta Dei Evangelia Fidelitatem nobis servare, prout in formula Fidelitatis exprimitur, videlicet incolume, tutum, utile, honestum, facile, possibile.* [Charta homagii ann. 1310. ex Schedis Præsid. *de Mazaugues : Recognoscunt.... homagium et facere et Sacramenta Fidelitatis, scilicet tutum, incolume, honestum, utile, facile et possibile.*] Sed et inde observare est, *homagium* et *Fidelitatem* passim simul jungi. Fridericus I. Epist. ad Ottonem Frising. Episcop. : *Hominio et Fidelitate nobis facta coronam regni de manu nostra Petrus Rex Danorum suscepit.* Idem Otto lib. 1. de Gestis Frider. cap. 2 : *Ad pedes Imperatoris, satisfactionem offerens, humiliter Dux venit hominiumque sibi cum sacramento Fidelitatis exhibens, Ducatum ab illo suscepit.* Radevicus lib. 1. cap. 2 : *Tunc ad curiam venientes, Friderico Fidelitatem fecerunt atque hominium, et beneficia de manu illius susceperunt.* Apud Petr. Blesensem Epist. 102. *Homagia* et *Fidelitates.* Apud alios, *Homagia Fidelitatis.* Trithemius cap. 20 : *Cum honore magno suscipitur, et Homagio Fidelitatis suscepto per dies septem commoratus, etc.* Jo. Beka in Ottone IV. Episcopo Traject. 36 : *Accedentes quoque singulatim Primates ad regale solium præstiterunt eidem debitæ Fidelitatis Homagium.* Ptolomæus Lucensis ann. 1126 : *Rogerium Siculum facto sibi homagio, Juramento Fidelitatis firmato, ipsum de Ducatu Apuliæ et Siciliæ investivit. Fidelitatis astrictus homagio*, apud Albertin. Mussatum. *Homagium et Fidelitatem ligantiæ facere*, apud Matth. Paris ann. 1257.

Sunt quidam hæredes, inquit Bracton. lib. 2. cap. 35 : *qui tenent ad homagium faciendum, et ad sacramentum Fidelitatis* : quidam tantum ad sacramentum fidelitatis secundum diversitatem tenementorum. Verbi gratia de tenemento, quod tenetur ad terminum, non fit homagium, sed tantum fidelitatis sacramentum. Rursum de socagio villano nullum omnino competit homagium, sed fidelitatis sacramentum.

Homagium Minor facere potest; *nullum tamen juramentum Fidelitatis, antequam ad ætatem pervenerit, præstabit.* Idem n. 4. et Fleta lib. 3. cap. 16. § 14. Nam ut est in Regiam Majestatem lib. 2. cap. 60. § 2 : *Tenetur dominus recipere homagium recti hæredis, sive fuerit infra ætatem hæres ipse, sive plenam habuerit ætatem, dummodo masculus sit.* Recepto vero homagio idem hæres in ipsius domini custodia remanebit, donec plenam habuerit ætatem. Ibid. cap. 68. In aliquot Consuetudinibus municipalibus ætas faciendi homagium definitur annus vigesimus completus, in Aurelianensi art. 24. in Dunensi art. 12. in Consuetudine Castelli Novi art. 44. in Arvernensi cap. 22. art. 28. decimus quartus pro masculis, et duodecimus pro feminis in Peronensi art. 58. decimus quartus in feminis in Aurelianensi d. art. 24. Statutum Baronum Andegavensium et Cenomanensium mense Maio ann. 1246. in Tabulario Andegavensi Cameræ Comput. Parisiens. fol. 32 : *Est autem ætas hæredis masculi faciendi homagium domino, et habendi terram suam, quam cito hæres ingressus fuerit vicesimum primum annum.* De nobilibus vero puellis hæredibus sic ibidem statuitur : *Ordinavit, quod femina non maritata postquam quintum decimum annum compleverit, habeatur legitimæ ætatis ad faciendum homagium domino, et ad habendam terram suam.* At quoad masculos, ea Statuta spectant potissimum sacramentum fidelitatis, quod feminæ non præstant, ut infra docemus : ita quod si contingeret Minorem homagium facere, non ideo a custodia domini seu alterius liberatur. Sic Philippus Augustus mense Aug. ann. 1214. et Girardus Episcopus Catalaunensis mense Sept. ejusd. anni Theobaldum Comitem Campaniæ ad homagium admisere, *salvo dotalitio Blanchæ Comitissæ matris, et salvo ballio Comitatus Campaniæ et Briæ, quod debebat tenere, donec filius ejus haberet 21. annos, de quo idem Theobaldus exire non posset ante prædictum ætatis annum, nisi per eam, et de voluntate illius.*

At Consuetudines nostræ aliquot municipales sacramentum fidelitatis non admittunt, nisi in homagiis ligiis. Turonensis art. 115 : *Le vassal doit faire hommage simple à son Seigneur, nue teste, les mains jointes, et le baiser : et celui, qui doit hommage lige, le doit faire mains jointes sur les Evangiles, nue teste, desceint, et le baiser en faisant les sermens requis.* Id ipsum statuitur in Andegavensi art. 138. in Cenoman. art. 150. et in Pictavensi art. 113. Formulam sacramenti fidelitatis describunt Andegavensis art. 138. et Cenomanensis art. 150.

FIDELITATEM CUM AFFIDATIONE FACERE, non vero homagium, tenetur maritus de dote, quam uxor de priore marito habet, ex Regiam Majest. lib. 2. cap. 48. § 10. Ubi *cum affidatione* idem valet, ac *sub fidei vel sacramenti interpositione*, eod. lib. cap. 57. § 10. quo loco dicitur fidelitas præstari dominis a mulieribus et earum hæredibus, sub eadem forma et iisdem verbis, quibus homagium fieri solet. Et cap. 29. § 3. ejusdem libri : *Feminæ de jure nullum homagium facere possunt, licet plerumque Fidelitatem dominis suis facere solent.*

¶ FIDELITATES TENERE, f. Sacramenta fidelitatis pro Domino capitali recipere. Charta ann. 1205. tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 224 : *Et ego Bernardinus bajulus Domini Regis qui etiam teneo Fidelitates prædictorum castrorum.*

FIDELITATEM, non vero *homagium*, Regi faciunt Episcopi consecrati de Baroniis suis eleemosynatis, seu de Regalibus : ratio est, quia non proprio, sed alieno nomine, scilicet Dei et Ecclesiæ terras possident et tenent. Vel quia de feudo eleemosynato non fit homagium, ut est in Regiam Majest. lib. 2. cap. 64. 65. et apud Bractonum lib. 2. tract. 2. cap. 35. § 4. Ubi additur, electos in Episcopos ante consecrationem homagia sua facere consuevisse. De sacramento fidelitatis, Regibus ab Episcopis præstito, multa habet Juretus ad Epist. 35. et 190. Ivonis Carnot. Formulæ illius exstant in Privilegiis Ecclesiæ Hamburg. pag. 199. 200. in Concil. Dusiac. I. part. 1. cap. 5. part. 2. cap. 32. 33. etc. Porro sacramentum fidelitatis Regi tenentur facere Episcopi *infra* 40. *dies post susceptionem Regalium*, ut est in Charta S. Ludov. Regis mens. Febr. ann. 1260. pro Episcopo Aurelian. in 30. Regesto Archivi Regii Chr. 471. Vide Jacob. Petitum ad Pœnitentiale Theodori pag. 476. 477. Describitur formula hujus Sacramenti in Regesto nigro Castelleti Parisiensis, hisce verbis : *C'est la maniere, et comment les Prelats et gens d'Eglise font serment de feauté au Roy nostre Seigneur. Il convient ausdits Prelats et gens d'Eglise mettre la senestre main sur le pis, et la dextre sur le livre et l'estole au col. Vous jurez sur les saintes Evangiles de Dieu et par vos ordres, que vous serez loiaux et feaux au Roy de France, nostre Seigneur, qui cy est, et à ses Successeurs Roys de France, son honneur, son Estat, son corps, ses membres, et son heritage, vous lui garderez contre toutes personnes, qui peuvent*

Digitized by Google

vivre et mourir, et se conseil vous demande bon et loyal, vous lui donnerez, et se le sien vous dit, vous lui celerez, et ainsi vous le jurez. Et puit doit le Prelat baiser le livre. Hodie vero paulo aliter concipitur.

Sed et Presbyteri omnes fidelitatem tantum, non vero hominium faciunt dominis Laicis, etiam de propriis feodis. Concilium Claromontanum, et Epistola Synodi Rotomagensis ann. 1095. apud Ordericum Vital. lib. 9. pag. 722 : *Nullus Presbyter efficiatur homo Laici, quia indignum est, ut manus Deo consecratæ mittantur inter manus non consecratas : quia est aut homicida, aut adulter, aut cujuslibet criminalis peccati obnoxius. Sed si feudum a Laico Sacerdos tenuerit, quod ad Ecclesiam non pertineat, talem faciat ei Fidelitatem, quod securus sit.* [Sigebertus ad ann. 1176 : *Episcopi vero et Abbates homagium non fecerunt, sed sacramento se constrixerunt.*]

Formulam sacramenti fidelitatis sex includere supra attigimus, ex Charta ann. 1247. videlicet *incolume, tutum, utile, honestum, facile, possibile.* Quod ex Epistola 101. Fulberti Episcopi Carnotensis fluxisse probabile est, quæ inserta a Gratiano 22. q. 5. de Forma, in qua hæc ille scribit ad Guillelmum Aquitanorum Ducem : *De Forma Fidelitatis aliquid scribere monitus, hæc vobis, quæ sequuntur, ex librorum auctoritate notavi : Qui domino Fidelitatem jurat, ista sex in memoria semper habere debet : incolume videlicet, tutum, honestum, utile, facile, possibile. Incolume videlicet, ne sit domino in damnum de corpore suo. Tutum, ne sit ei damnum de secreto suo, vel de munitionibus, per quas tutus esse potest. Honestum, ne sit ei in damnum de sua justitia, vel de aliis causis, quæ ad honestatem ejus pertinere videntur. Utile, ne sit ei in damnum de suis possessionibus. Facile, vel possibile, ne id bonum, quod dominus suus leviter facere poterat, faciat ei difficile : neve id, quod possibile erat, reddat ei impossibile. Ut autem Fidelis hæc nocumenta caveat, justum est, sed non ideo sacramentum meretur. Non enim sufficit abstinere a malo, nisi fiat, quod bonum est. Restat ergo, ut in eisdem sex supradictis consilium et auxilium domino suo fideliter præstet, si beneficio dignus videri vult, et salvus esse de Fidelitate quam invenit. Dominus quoque fideli suo in his omnibus vicem reddere debet; quod si non fecerit, merito censebitur malefidus, sicut ille, si in eorum prævaricatione vel faciendo vel consentiendo deprehensus fuerit, perfidus et perjurus.* Quorum quidem sex verborum explicatio inserta iisdem habetur verbis in homagio ann. 1296. apud Columbum lib. 3. de Episcop. Vasion. n. 26. [* Charta Raym. VII. comit. Tolos. qua concedit in feudum R. de Baucio casstrum et villam Camareti ann. 1237. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 382. Vide mox ad lineam *Communis.*] Adde aliam ann. 1246. apud Sammarthanos in Episcopis Aptensibus. Huc etiam referri possunt Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 5 : *Omnis homo fidem det domino suo de vita et membris suis, et terreno honore, et observatione consilii sui per honestum, et utile, fide Dei salva, et terræ Principis salva, etc.* Vide Glanvillam lib. 7. cap. 18. Rastallum in V. *Homage*, et Spelmannum in voce *Fidelitas*. In Statutis antiquis Cartusiensib. part. 2. cap. 32. § 2 : *Nolumus, quod domus nostri Ordinis recipiant homagia, sed Fidelitates fide et juramento vallatas.*

☞ Huic veteri sacramenti fidelitatis formulæ, quam *bardis Longobardisque hominibus dignam* vocat Hotomannus, alia successit, in qua omissis iis sex verbis, horum tamen tacita fiebat mentio in hunc modum : *Omnia et singula adimplebit... et observabit quæ in Capitulo de Forma antiqua et nova sacramento Fidelitatis comprehenduntur,* ex Charta homagii ann. 1480. inter Schedas Præsid. *de Mazaugues.* Vide Salvaingum de Usu feud. cap. 4. et lib. 2. de Feud. tit. 5. 6. et 7.

* Iis sacramenti fidelitatis formulis addenda videtur illa, quæ legitur in vet. Cæremon. B. M. Crassens. Ms. : *Juro ego Willelmus filius, qui fui Stephaniæ feminæ, tibi Leone abbati, filius qui fuisti Stephaniæ feminæ, quod de ista hora in antea vel deincebs fidelis ero tibi de tua vita et de omni tuo honore per directam fidem sine tuo engan, sine fraude et malo ingenio et sine ulla deceptione, me sciente, per Deum et hæc Sancta sanctorum, et talem conventionem facio ego et filius meus Gausbertus, ut post mortem meam filius meus firmiter, sicut ego, juret abbati S. Mariæ sine avere.*

* Hominio præstito eoque altera die recognito seu pro rato habito, subsequebatur fidelitatis sacramentum, ut docet Charta ann. 1236. ex Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 142 : *Jacobus Dei gratia illustris rex Aragonum... recognovit se eidem* (episcopo) *præcedenti die homagium sibi fecisse,.... et statim facta recognitione homagii, dictus dominus rex dom. Johanni de Montelauro episcopo supradicto et ecclesiæ Magalonensi præpositis super altare S. Firmini in Montepessulano, Corpore Jesu Christi, cruce, reliquiis et textu Evangeliorum aperto, sacrosanctis Evangeliis manu tactis, sacramentum Fidelitatis in modum præstitit subsecutum : Audi tu Johannes episcope Magalonensis, ego Jacobus Dei gratia rex Aragonum et Majoricarum, comes Barchinonæ et Urgelli et dominus villæ Montispessulani, filius quondam Mariæ illustris reginæ Aragonum et dominæ villæ Montispessulani, ab ista hora inantea personam tuam non capiam, vitam et membra tua tibi non tollam, nec homo nec femina meo consilio vel meo ingenio; et si in illo honore, quem tu hodie habes et possides, et canonici Magalonenses habent et possident in communia, vel inantea tu acquisieris et canonici Magalonenses acquisierint, ego Jacobus tollerem vel forisfactum ibi facerem, cum tu me acomonras per sacramentum, vel si præsens non fueris aut ecclesia Magalonensis tum forte episcopum non habuerit, præpositus vel prior Magalonensis consilio capituli Magalonensis me comonra per sacramentum, infra xl. dies cabalmen o rendrai o zo emendarai, vel ad tuam voluntatem m'en contenrai et ad mercedem canonicorum similiter, et si homo vel femina in illo honore, quem tu habes et possides, et canonici habent et possident, vel inantea tu acquisieris vel canonici acquisierint, tibi vel canonicis aliquid tolleret vel forisfactum faceret, si per me illud reddere nollet, vel directum tibi et canonicis facere nollet, cum tu me comonras per sacramentum, aut si præsens non fueris, vel ecclesia Magalonensis tunc forte episcopum non habuerit, præpositus vel prior Magalonensis cum consilio capituli Magalonensis me comonra per sacramentum, tibi et canonicis Magalonensibus adjutor ero sine enganno, sicut in hac carta continetur, et clericus legere et intelligere potest, et ita tenebo et adimplebo sine omni enganno, me sciente, tibi præfato Johanni de Montelauro Magalonensi episcopo et catholicis successoribus tuis, et canonicis Magalonensibus præsentibus et futuris. Sic Deus me adjuvet et istæ sanctæ reliquiæ et sancta Dei Evangelia quæ corporaliter manu mea tango.* Vide infra in *Hominium.*

* Communis vero parque omnino erat dominum inter et vassallum fidei professio: nam ut fidelitatem domino vassallus, ita et vassallo dominus personam illius, et feuda, ac in iis jura se conservaturum pollicebatur. Charta ann. 1337. in Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 103 : *Promittens dictus dom. Lambertus pro se et suis hæredibus et successoribus per pactum expressum solemni stipulatione vallatum et super sancta Dei Evangelia per eum corporaliter tacta juravit dicto dom. dalphino præsenti, suo ac hæredum et successorum suorum nomine stipulanti, quod ipse erit perpetuo bonus et fidelis vassallus dicto dom. dalphino et suis, pacta, conventiones et conditiones prædictas, et alia quæ bonus homo facere et servare tenetur bono domino suo, faciet et servabit, omniaque et singula, attendet, complebit et inviolabiliter observabit dicto dom. dalphino et suis, quæ in sex capitulis fidelitatis, videlicet incolume, tutum, honestum, utile, facile, et possibile, et in quibuscumque aliis capitulis formæ fidelitatis novæ et veteris continentur. Dictus vero dom. dalphinus pro se et suis hæredibus et successoribus universis et singulis promisit pacto expresso, solemni stipulatione vallato, et supra sancta Dei Evangelia tacta corporaliter juravit dicto dom. Lamberto præsenti, stipulanti et recipienti pro se et suis hæredibus et successoribus prædictam infeudationem et donationem in feudum, ac omnia et singula pacta, conventiones et conditiones prædictas omni tempore perpetuo ratas, gratas et firmas habere, attendere et servare, ac eas et ea attendere et complere, ac vicem pro vice reddere dicto dom. Lamberto, hæredibus et successoribus ejus, et nullo tempore contra facere vel venire, nec alicui contravenienti seu contravenire volenti consentire, juris vel facti aliqua ratione.* Vide in *Hominium.*

* A fidelitatis sacramento eximebantur vassalli, nisi contrarius reclamaret usus, cum feudum a marito uxori testamento concedebatur. Testam. ann. 1142. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 330 : *Volo ut uxor mea Aichiva habeat totum illud, quod habeo in curte Urbanæ, ita tamen hoc, quod in feudo est, vassalli teneant ab ea sine Fidelitate, excepto si ille vassallus est, qui per medium mansum, vel per unum, vel per duos, usus sit facere Fidelitatem.*

* Fidelitas Jurata, Sacramentum fidelitatis. Reg. feud. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 21. r° : *Pro quibus omnibus debet* (Guil. Ramundi de Gencia-co) *facere dicto dom. regi homagium ligium,*

Digitized by Google

Fidelitatem juratam, et facere jus et recipere coram eo et suo mandato.

* Fidelitas Villæ, Sacramentum fidelitatis a cive præstitum. Charta commun. Clarim. ann. 1248. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 600. art. 9 : *Si quis vero Fidelitatem villæ fuerit ementitus, vingt cinq solz persolvet pro emenda.*

☞ Alia erat formula fidelitatis quam Decani rurales Archidiaconis præstabant de conservando eorumdem jure. Hujus fidelitatis meminit Charta ann. 1201. e Chartular. Meld. : *Talem ordinacionem fecimus, quod rurales Decanos Meldensis Episcopus, Archidiaconis inconsultis, possit eligere, instituere et mutare, salva tamen Fidelitate quam de conservando jure Archidiaconorum consueverunt præstare.* Fidelitatem quoque exigebant beneficiorum ecclesiasticorum patroni ab iis in quos ea conferebant. Charta ann. 1177. ibid. : *Set antequam curam animarum ab Episcopo percipiat, ad nos mittetur facturus nobis Fidelitatem in nostro capitulo, quod nullam irrogabit vel consentiet irroganti nobis injuriam vel dampnum super rebus quas in parochia ejus habemus.* Eam denique jurabant Capellani Parochis in quorum districtu capellaniam possidebant. Charta ann. 1216. ibid. : *Capellanus per Episcopum institutus jurabit in institutione sua Fidelitatem presbytero de Limogni de jure parochiali ejusdem eidem in omnibus conservando.*

* Fidelitatis solemne sacramentum præterea exigebant episcopi ab iis, quibus parochiam regendam committebant. Charta Odon. episc. ann. 1202. in Chartul. episc. Paris. fol. 53. v° : *Nobis fuit præsentatus Theobaldus canonicus S. Genovefæ ad curam animarum parrochiæ de monte; et idem Theobaldus curam animarum ejusdem parrochiæ suscepit a nobis, et præsentibus sacrosanctis Euuangeliis et deosculatis ab eodem, promisit nobis sicut episcopo Parisiensi in verbo sacerdotis et super ordinem suum justitiam, obedientiam et Fidelitatem, quamdiu regeret parrochiam memoratam.*

¶ In Fidelitate Dei et S. Petri Placitare. Litteræ Seguini Condomensis Abbatis tom. 2. Gall. Christ. inter Instr. col. 443 : *Ex integro dedit super altare S. Petri... ita ut S. Petrus cum suis proprie in dominio in perpetuum possedisset.... ut si... ipse Comes.... vim vellet inferre.... vel ulla occasionis intentione placitum commonere, ipsi in Fidelitate Dei et S. Petri placitarent, et si opus esset, et contra omnes defensarent;* hoc est, ni fallor, sub protectione et tutela Dei et S. Petri.

* Fidelitatem Facere, Per fidem suam promittere. Chartul. S. Petri Carnot. : *Ita tamen ut carpentarii monachorum, antequam boscum cædant, vel domino Firmitatis, si forte abfuerit, forestariis ejus, faciant Fidelitatem, quod non nisi ad usus monachorum de bosco capiant.*

* Fidelitatem Facere, Quod unicuique proprium est fideliter tribuere. Charta Galteri Laudun. episc. ann. 1171. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 75 : *Abbas* (S. Vincentii) *et dom. Jacobus suum ibi* (in nundinis) *ministerialem communem habebunt, qui de hiis quæ de stallagiis et theloneo provenerint, tam abbati quam domino Jacobo faciet Fidelitatem. Féablement*, fideliter, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 450 : *Que les informations que faicte en auront, et tout ce que par eux en sera trouvé, il rapportent Féablement pardevers nozdis baillif, prévost, etc.*

* Fidella, Fidicula, lyra. Hist. Ratispon. ad ann. 1464. apud Oefelium tom. 2. Scriptor. rer. Boicar. pag. 516. col. 1 : *Cunradus de Nurinberga.... expertissimus.... in organis, lutina, cithara, Fidella ac fistula, tibiis ac buccina, et in omnibus instrumentis musicalibus.* Vide *Fidicinare.*

* Fidencia, Præstatio, quæ in fidejussionibus dandis domino debebatur, ut *Fidantia.* Vide in hac voce. Libert. Brianc. ann. 1343. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 726. art. 8 : *Gallinis seu caponibus, Fidenciis, retrofidanciis,... et omnibus aliis obventionibas, etc.*

¶ Fidentialia, Sponsalia, Gall. *Fiançailles.* Statuta Synodalia Ecclesiæ Constantiensis cap. 60. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 821 : *Non fiant sponsalia sive Fidentialia cum repentalitiis* (sic vocabant mulctam pecuniariam) *quia libera debent esse matrimonia, nec metu pœnæ adstringi.* [* Vide supra *Fiancialia* et infra *Fiducialia*]

¶ Fidentiarius, Familiaris, amicus. Chartul. Ecclesiæ Auxitanæ cap. 77. de Clodoveo Rege Franc. : *Eique tum per se, tum per Fidentiarios suos crebrius et officiosius suggerere et insinuare cepit.*

* Fidere, Esse, fieri. Charta Aldef. reg. Aragon. pro incolis Tutelæ æra 1165. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 295 : *Placuit michi libenti animo et spontanea voluntate et propter amorem quod bene Fideat Tutela populata et totas gentes veniant ibi populare etc.*

Fides, quæ et *Fides Catholica*, de qua est titulus in Cod. Th. et Justin. Lactantio lib. 4. de Vera sapient. cap. 30. extremo, Ecclesia Catholica dicitur esse *Domicilium fidei.* Ipsi fideles *Domestici fidei* appellantur a Patribus, uti alibi docuimus. In veteri Inscriptione Emeritæ, Constantinus Mag. dicitur *pacis et justitiæ cultor, publicæ quietis fundator, Religionis et Fidei auctor.*

¶ Fides, nude pro Fidei formula, in Vita S. Eligii inter Fragm. de Rebus Gestis Dagoberti I. Reg. Franc. apud Duchesn. tom. 1. pag. 631 : *Edidit* (Martinus PP.) *contra hæreticos Fidem magnifice, valde, atque accurate, quam etiam cum subjuncta epistola Galliarum partibus destinavit.*

Fides Christianitatis. Charta Fulconis Comitis Andeg. : *Et promittit, et dedit Fidem Christianitatis in manum Teberti Præpositi, quod nunquam foderum clamaret.* Vide *Christianitas.*

¶ Fidem Brachio Dare Sacramento, Duellum indictum et juratum tenere. Charta ann. 1056. apud Mabill. tom. 4. Annal. pag. 564 : *Paratus aut calidi ferri judicio secundum legem Monachorum per suum hominem id probare, aut scuto et baculo juxta legem secularium defendere.* Cum duellum prætulisset Vicecomes, *obtulit Abbas hominem S. Albini, qui et sacramento fidem faceret, et Sacramento Fidem Brachio daret.*

Fidem Facere, Fidem suam de re quavis, verbi gratia de pecunia solvenda, alteri obstringere; in Lege Salica tit. 53. et 54. Edit. Heroldi; *S'obliger envers quelqu'un.* Charta Chlodovei III. Regis, edita a Mabillonio : *Sicut fuit judicatum, ut in exfaido et fredo solidos quindenos pro hac causa Fidem Facere debirit, etc. Sacramento Fidem Facere*, in Lege Ripuar. tit. 58. § 21. tit. 66. § 1. *Manu Fidem Facere*, apud Gregor. Turon. de Glor. Confess. cap. 68. *Fidem in manum alicujus dare*, apud Dodechinum in Chron. ann. 1158. Precaria Hadoindi Episcopi Cenomanensis : *Et si negligens aut tardus de ipso censu apparuero, Fidem exinde Faciam, et ipsum monasteriolum tempore vitæ meæ non perdam.* Alia Precaria Meroli Episcopi Cenomanensis eadem ferme habet in Actis Episcopor. Cenoman. pag. 208. [Vide Vitam Aldrici Episc. Cenoman. pag. 155. 158. 160. 161. 170.]

¶ Per Fidem Beneficam Renunciare, Formula renuntiationis, qua quis profitebatur se ultro et bona fide renuntiasse certis privilegiis quibus in jure uti licebat. Charta ann. 1264. ex Archivis Sangerm. : *Henricus Chauzon coram nobis constituti se fecerunt et constituerunt plegios, redditores, solutores, et principales debitores, quilibet eorum in solidum; et per Fidem Beneficam Renuntians privilegiis cruce-signatis et crucesignandis, indulto et indulgendo, omni juris auxilio.*

¶ Fidei-Captio, Sacramentum. Tabularium Calense pag. 77 : *Ut hoc ratum permaneret, hoc Fidei-Captione ego Petrus et mei filii confirmavimus, etc.*

Fides Ligia. Arnulfus Lexoviensis Epist. 5. ex iis, quæ editæ sunt tom. 13. Spicilegii Acheriani : *Prætereo, quod de jure Archidiaconatus hominio mihi et Fide Ligiæ tenebatur obnoxius.* Vide *Ligius.*

* Charta ann. 1394. ex Pancarta episc. Carnot. : *Je Regnault d'Angennes, premier escuier tranchant du roy nostre sire, et seigneur de la Loppe, tiens à deux Foiz et homages liges le chastel et chastellerie de la Loppe avec toute justice.*

Fides Salva, Servata, illæsa. *Fidem Salvare*, Illæsam conservare. Capitulare Ludov. Pii ann. 828. cap. 4 : *Instruendi sunt, qualiter ipsam Fidem erga nos Salvare debeant.* Infra : *Omnino, si Salvam voluerit suam Fidem et promissionem habere, manifestum faciat.* Annales Franc. ann. 789. de Tassilone Duce Bavariæ : *Et Bajoarii cœperunt dicere, quod Tassilo Fidem suam Salvam non haberet, sed postea fraudolans appareret.* Quo loco Chronicon Reichersperge nse, *quod Fidem promissam violasset.* Anna Comn. lib. 14. Alexiad. pag. 428 : Δεῖν ἐλογίσαντο τὸν υἱὸν τοῦ Πλακεντίνου εἰς σῶαν πίστιν ὁρκίσαι τοῦ αὐτοκράτορος i. oportere censuerunt, ut filius Bertrandi salvam et integram fidem Imperatori juraret.

* Fidem Levare, Manum vel digitum levando per fidem suam promittere. Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 80 : *Ipse Georgius promisit sibi quod nullum faceret malum, levando Fidem sive digitum.*

Fidei-donationes, de iis, qui invicem sibi *fidem dant* de futuro matrimonio contrahendo. Synodus Cicestrensis ann. 1289.

Digitized by Google

cap. 29 : *Fideidonationes domesticas, etiam de matrimonio contrahendo fieri prohibemus, etc.*

¶ Fidei-Machia, Pugna pro fide. Vita S. Abundii tom. 1. Aprilis pag. 91 : *At animadvertentes Orthodoxi inanes fucos stantes ad divina præsepia, et non patientes horum perfida contagia, Fidei-Machiæ opposuerant præsidia.*

Fidem Mentiri dicebantur, qui contra *fidem factam*, sacramento firmatam, in dominum insurgebant. Synodus Vermeriensis ann. 752. cap. 9 : *Si quis necessitate inevitabili cogente in alium ducatum seu provinciam fugerit, aut seniorem suum, cui Fidem Mentiri non poterat, secutus fuerit, etc.* Annales Franc. veteres ann. 778 : *Saxones, gens perfida, Mentientes Fidem, egressi de finibus suis, venerunt ostiliter usque ad Rhenum fluvium, etc.* Vita Ludov. Pii ann. 833 : *Tandem ergo conventum est... in locum, qui ab eo, quod ibi gestum est, perpetua nominis ignominia notatus est, vocatur Campus Mentitus. Quia enim ii, qui Fidem Imperatori promittebant, Mentiti sunt, locus, in quo id contigit, testis nequitiæ in suo nomine remansit.* Annales Franc. Fuld. ann. 858 : *Illi vero Fidem Mentiti, et Karolo conjuncti, etc.* Ordericus Vitalis lib. 12. pag. 881 : *Perjuriique nefas ultro committentes, mihi Fidem suam Mentiti sunt.* Vide eumdem pag. 495. 534. 657. 881. 922. Galfridum Monemuth. lib. 8. cap. 2. Rodericum Tolet. lib. 4. Hist. Hisp. cap. 10. Huntindonens. pag. 390. Fragmentum de Willelmo Conquestore pag. 30. Gesta Consulum Andegav. ubi de Edelthelo, Petrum de Vineis lib. 1. Epist. 21. pag. 162. lib. 3. Epist. 85. etc.

Fidem igitur *mentiri* dicebatur vassallus, qui fidem hominio promissam domino suo haud servabat. Philippus Bellomanerius cap. 61 : *Appel de Foi Mentie est de tele foi, qu'à omage appartient, en tele maniere, que li apeleres mist à son home sus, qui foi le devoit par le reson de l'omage.* Deinde exemplum proponit in vassallo, qui adulterium cum domini uxore, quam custodiendam acceperat, commisit. Eodem etiam cap. : *Fois et loiatés est de si france nature, qu'elle doit estre gardée, et specialement à celi, à qui elle est promise : car à l'hommage on promet fere à son Seigneur foi et loiauté.* Unde concludit, vassallum non posse feudum suum deserere, cum a domino ad expeditionem submonetur : *ce ne seroit pas loiatés de renoncer el point, que ses Sires s'en doit aidier.* Sic porro officium vassalli erga dominum ex hominio observant Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. cap. 197. ita ut si contra peccet, reus sit *Fidei Mentitæ. Et pour ce me semble-il, que il est tenus de non mettre, ne faire mettre main sur son cors, ne consentir, ne souffrir à son pooir, que autre li mette, ne ne doit prendre, ne faire prendre, ne tenir aucune chose de son Seignor sans congié outre son gré, se il ne le fait par l'esgart, ou par la connoissance de la Court de son Seignor, de celle Seignorie, où son fié est, pour quoi il a fait homage. Ne ne doit home, ne feme, conseiller contre son Seignor, se le Seignor ne le donne à son Conseil. Ne ne doit pour home, ne pour femme, parole monstrer en Court, se il n'est à son Conseil, de que il se mete en esgart, ou en connoissance de Court, de chose, qui contre son Seignor soit. Ne ne doit porter armes contre son Seignor, se ce n'est avec un autre sien Seignor, à qui il soit tenus de foi ains que à lui. Ne ne doit faire à son escient, ne porchiasser la honte ne la damage de son Seignor, ne consentir que autre li face. Ne ne doit à la feme de son Seignor, ne à sa fille, requerre vilainie de son cors, ne souffrir, ne consentir à son escient, ne à son pooir, que autre li face, ce est asseavoir de gesir à lí charnellement, coment que ce soit, se ce n'est par mariage, ne à sa sœur, tant come elle est damoiselle en son hostel, ne soffrir, ne consentir à son escient, ne à son pooir, que autre lí face. Et doit conseiller loyaument à son Seignor à son escient de ce, que il demandera conseil.* Capite sequenti : *Et home doit tant plus à Seignor par la foi, que il li est tenus, que le Seignor à lui, que home doit entrer en ostage por son Seignor getter de prison, se il l'en requiert, ou fait requerre par certain message : et chacun home, qui a fait homage à autre, est tenus par sa foi, s'il treuve son Seignor en besoin d'armes à pié entre ses ennemis, ou en leuë, qu'il soit en perill de mort, ou de prison, de faire son loial pooir de remonter le, et de rejetter le de celui perill : et se il autrement ne le peut faire, il doit donner son cheval, ou sa beste, sur quoi il chevauche, se il la requiert, et aider à le mettre sus, et aider le à son pooir à son cors sauver. Et qui faut à son Seignor des avant dites choses, il Ment sa Foi vers son Seignor, et se le Seignor l'en peut prover par recort le Court, il pora faire de lui, et de soues choses, come home attaint de Foi Mentie. Et qui fait aucune desdites choses por son Seignor, le Seignor est tenus par sa foi de delivrer le à son loial pooir celui ou ceaus de ses homes, que il a mis en ostage pour sa delivrance, et ce celui, ou ceaus de ses homes, qui le montent, come est dit cy-dessus, sont pour achaison de ce pris et emprisonnés. Il est tenus à son Seignor d'entrer pour lui en ostage, pour dethe, et en plegerie de tant vaillant, comme le fié que il tient de lui vaut, et dequoi il est son home, vaudroit raisonnablement à vendre par l'assise. Et qui ce defaut à son Seignor, je crois que il doit perdre le fié à sa vie, que il tient de lui, etc.* Cap. 209 : *Se home Ment sa Foi vers son Seignor, et le Seignor à son home, et il l'occist, ou fait occire, ou pourchasse sa mort, ou la consent, ou la seuffre, se il la seit, et la peut garder, et deffendre, se il ne l'a fait à son pooir, et se il faire ne le peut, que il au mains le garnisse au plutot que il pora, pour garder s'en ; ou se il le prent, ou fait prendre ; ou pourchasse, ou consent, ou seuffre, que il soit pris par ses ennemis, se il peut deffendre, ou garder, se il ne le fait à son pooir, et se il faire ne le peut, que il l'en guarnit par soi, ou par autre le plustost que il pora. Ou se il le tient, ou fait tenir en prison, ou seuffre, que autre le tiegne : si il l'en peut getter, et il ne le gette à son pooir, ou à bone foi. Ou se il le fiert par ire, ou fait ferir, ou consent, ou seuffre, que il soit ferus, ou laidis, et le peut deffendre, et il ne le fait à son pooir. Ou se il li court sus, ou fait courre pour mettre main en son cors, ou en des choses de la Seignorie et celle, dont il est son home, ou pour lui desheriter, tout ne le fait-il, ou se il le fait faire, ou ce il li met sus, qu'il a esté ou veaut estre mesprenant vers lui de sa foi, ou que il fist trahison vers lui, ou pourchassé, ou souffri, ou consenti, ou sot, ou ne le garda, ou au mains ne l'en garnit, ou aucune autre maniere de trayson, ou de Foi Mentie li met sus, et il ne l'attaint, si come il est divisé en l'autre chapitre, que le Seignor peut son home attaindre de sa foi, ou l'om son Seignor. Ou il gist charnellement à sa fille, ou la requiert de folie, ou li porchasse pour autre à faire. Ou se il quiert, ou fait pourchasser l'une des choses avant dites à la fille de son Seignor, ou à la seur, tant come elle est damoiselle en son hostel, ou seuffre, ou consent, que autre le face, se il peut destourner, et il ne le fait, ou au moins n'en face son pooir. Et de laquel des choses dessus dites, que l'un mesprent vers l'autre, il Ment sa Foi.*

Ex quibus patet, *fidem mentiri* etiam dominum, si quam vassallo hominium facienti pollicitus est, non servaverit : quia fidem uterque secundum diversa domini ac vassalli officia pollicetur, vassailus domino, dominus vassallo. Unde in vetere Poëmate vernaculo, *le Roman de Garin*, cum Garinus Pipinum convenisset, ut Harderico Suessionensem Comitatum, quem ab eodem Pipino tenebat, auferret, Pipinus reponit :

Ne m'enseignez pas à ma Foi Mentir,
Ja fu les jors, Hardres de moi la tint.

[Le Roman *de la guerre de Troyes* MS. :

Trop l'en engigna ce poisse moi,
Leidement li Menti sa Foi.]

Quod vero spectat ad pœnam fidei mentitæ, quam incurrit vassallus, sic ea exprimitur iisdem Assisiis eodem capite : *Se le Seignor attaint son home de Foi Mentie, il est encheu en sa merci de cors et de Fié, et de quanques il a. Et se il veaut avoir droit, et il le requiert à sa Court, que elle li conoist, quel droit il en doit avoir, je cuit que la Cour esgardera que il peut faire de son cors justice, selon ce que le mesfait fera de trayson, ou de Foy Mentie, et qu'il peut son fié et toutes les autres choses prendre, et faire en, come de chose de traitour et de Foi Mentie.*

Sed et quam *fidei mentitæ* vicissim incurrit dominus, ita ibidem pœna recensetur : *Se l'home attaint son Seignor en Court, qu'il ait mespris vers lui de sa foi, et il l'en requiert à avoir droit par esgart, ou par conoissance de Court, je cuit que la Cour esgardera ou conoistra que l'home est quite vers lui de sa foi, et a son fié sans service toute sa vie.*

Subdunt eædem Assisiæ, si dominus vassallum, ac vicissim vassallus dominum, de fide mentita conveniant, quam probare non possunt, non probantem pœnam fidei mentitæ incurrere, ac judicium de fide mentita a Paribus Curiæ fieri debere. Eædem Assisiæ cap. 211 : *Qui ment sa Foi l'un à l'autre, celui à qui l'on la ment, sera quité de sa foi qu'il doit à celui qui li a sa Foi mentie : et celui qui la ment, n'est mie quite portant, ains est aussi bien tenus come devant.*

In Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 53.

Digitized by Google

vassallus de fide mentita interpellatus a domino litem ei movere non potest, donec se purgaverit : *Si dominus de felonia, vel Fide mentita compellat hominem suum, non respondeat quibuslibet implacitationibus ejus, donec quietus sit.* Vide, quæ de formula *Sine mefacere, et sine Fidem mentiri*, adnotavit vir clarissimus et summæ eruditionis Dionysius Salvagnius Boissius lib. de Usu Feud. cap. 18.

FIDEMENTITUS, *Fidefragus* in Speculo Saxonico lib. 1. art. 40. *Fidei suæ fraudator*, in Capitulari Francoford. ann. 794. cap. 1. Le Roman *de Garin :*

Et dist la Dame, Vos i avés menti,
Come traitres, parjures, Foi menti.

In Assisiis Hierosol. cap. 62. in iis, qui *garandiam ferre* non possunt, ponuntur *les Fois mentis*.

* Qui hoc crimine convictus erat apud Florentinos, inverso capite pingebatur populo exponendus. Poggius lib. 2. Hist. Florent. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 237 : *Rodolphus vero qui exercitui præerat, vir, ut ipsemet fatebatur, mobilis animi, Fabriani oppidi recipiendi spe injecta, transitionem fecit. Qua ex re, ut moris est eorum, qui fidem frangunt, capite inverso Florentiæ publicis in locis depictus est.*

FIDEMENTIROSUS, in Foris Alcaçonensib. æræ 1267 : *Testimonia mentiriosa, et Fidementiroso pectet* 60. *solid.*

MENTIRI, nude, *pro fidem mentiri.* Charta Abbonis pro fundatione Monasterii Novalicensis ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ f. 60 : *Et illa portione, quem de Maurengo Clerico pro sua infidelitate, quod nobis Mentivit, et per verbo dominico conquisivimus, dum et ipse nobis mentitus fuit.* Hincmarus Opusc. 60. pag. 832 : *Ab Imperatore defecit, et illi Mentitus, ad Lotharium confugit.* Abbo lib. 2. de Bell. Paris. vers. 567 :

Nuncius interea Regalem concutit aurem,
Gallia quod Mentita sibi sit.

Historia Translat. Sebastiani n. 91 : *Ad locum sic forte venitur, qui ex eventu ruptæ fidei, et sacramentorum, Mentitus-campus extunc appellatur.* Eadem habet auctor Vitæ Lud. Pii loco supra allato. Vide tom. 3. Hist. Franc. pag. 891. Annales Fr. Loisellii tom. 2. Hist. Franc. pag. 761. etc.

FIDES FRACTA, Fides mentita, *Fidefragium*. Gloss. Gr. Lat. : Ἀγνωμονῶ, *Tergiversor, Fidem solvo, Fidem rumpo.* Vetus Notitia judicati apud Perardum in Burgundicis pag. 35 : *Et si Autardo jam dicto Maurino non repræsentaret, faciat partibus Fredelono pro Fide fracta, sicut Lex est.* Vide Speculum Saxon. lib. 1. art. 40. *Fidem Frangere*, habent etiam JC. in leg. 10. D. de In jus vocando, (2, 4.) et in leg. 2. Cod.de Hæred. vel act. (4, 39.)

FIDEFRAGUS, in Speculo Saxonico lib. 1. art. 40. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fidifragus, Brisefoy.*]

FIDEFRAGIUM, Perjurium, in Legibus Hungaricis, fides fracta, mentita. Charta Sigismundi Imp. ann. 1415. apud Pontanum lib. 9. Rerum Danicar. : *Multasque alias felonias contra hujusmodi fidelitatis debitum, nec non Fidefragia et traditiones ipsi domino feudi commiserint.*

FIDES LÆSA, Idem quod *Fidefragium*. Rogerus Hovedenus in Ricardo I. pag. 692 : *Appellavit Conradum Marchionem de Fide læsa, et de perjurio, et de proditione facta adversus Regem.* Et pag. 758 : *Dominus noster Rex Franciæ calumniatur te de Fide læsa et perjurio, quia jurasti et fidem dedisti, quod venires hodie ad colloquium.* Matth. Paris. ann. 1247 : *Lites de Fidei læsione et perjurio prohibentur a Rege, quando super his conveniuntur laici coram judice Ecclesiastico.* Epistola S. Thomæ Arch. Cantuar. apud Baron. ann. 1167 : *Quod non liceat Episcopo coercere aliquem de perjurio, vel Fide læsa.*

¶ FIDES MANUALIS, Quæ manu in alterius manum posita præstatur. Charta ann. 1383. tom. 2. Hist. Meld. inter Instr. pag. 242 : *Quod autem dictum est in isto articulo de Fide manuali et juramento.*

** FIDEMANUALIS. Vide *Manufideles.*

FIDES VIOLATA, in Lege Frider. I. Imper. ann. 1187. apud Conradum Uspergensem. Concilium Francoford. ann. 794. cap. 3. de Tassilone Duce Bavariæ : *In quibus fraudator Fidei suæ extiterat.*

¶ FIDES, Præstatio, tributum. Chartular. Latiniac. : *Nullus mercator non debet dare Fidem ad exitum portæ de rebus quas portat vel mutat, nisi de fourura et armatura ferri.* Vide *Fidantia.*

¶ FIDEUS, pro *Finus*, hoc est, purus, Gallice *Fin.* Diarium belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. pag. 183 : *Item quod vestes superbas non portent nec portare permittant, contra Dominum Deum pretiosas nimis, sicut purpuratas, prætextas, pictas, deurgentatas, czotatas, cingulos, argenteos Fideos, et omnes decores seu ornatum pro superbia dispositum.*

* FIDEI ORDO, Militaris ordo institutus contra Albigenses. Vide in *Ordo* 6.

FIDIATOR, Fidejussor, Sponsor, Hispanis *Fiador.* Vetus Charta apud Marcam lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 24 : *Et ipsi posuerunt Fidiatores Arramon, Arnault, ... et Bernardus de Nay posuit Sicard d'Assat.. utrique in præsentia Gastonis, ut firma sit illa terra emptoribus, etc.* Alia apud eumdem lib. 5. cap. 21 : *Et si forte denuo queretam renovarent, aut in aliquo violentiam inferrent, per manum unius Fidiatoris centum solid. Morlanæ monetæ solverent, et damnum eis restituerent.* Vide eundem lib. 4. cap. 20. [Chartul. Eccl. Auxitanæ : *Et Leberonio et filius ejus Carbonels firmaverunt et dederunt Fidiatores.* Vide *Fermes.*]

FIDIATURA, Ipsa actio fiedejubendi, fidejussio, Hispanis *Fiadora.* Charta Sancii Regis Aragoniæ, apud eumdem Marcam lib. 4. Hist. Beneharn. cap. 20. n. 1 : *Et si tantum non quæsierit Domnus Galindo stare in mea terra, quod ponunt istum illi Fidiatores in manus meas, antequam aliqua mala faciat, et sedeant soluti de Fidiatura.*

¶ FIDICINARE, λυρίζειν, Canere lyra. Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerm.

FIDICULA, Βασάνου γένος, in Gloss. Gr. Lat. Alibi : Ὄνυχες, οἱ ἐς τὰς βασάνους, *Fiduculæ.* Gloss. Lat. MS. Reg. : *Fiduculæ, genus tormentorum, sicut laminæ.* [Gl. Lat. Gall. Sang. : *Fidicula, Petite corde, ou une maniere de tourment.*] Ita Isidorus et Papias *ungulas* cum *Fiduculis* confundunt. Præterea observat Contius in lib. ad Leges Majestatis, Græcam metaphrasim in l. Nullus, Cod. ad Leg. Jul. Majest. *Fiduculorum tormenta* vertisse *unguium pœnam.* Iso Magister in Glossis : *Fiduculæ, funes ad flagellandum. Quamvis Fiducula a fidibus dicatur : in hoc tamen loco* (Prudentii) *significat ungulas, vel genus tormenti, quo rei in eculeo suspensi torquentur, ut fides et veritas inveniatur.* Ibidem : *Fidicula genus tormenti, vel ferri subtilissimi, quo incidebantur Martyres.* Certe *Fiduculæ* veteribus videntur fuisse chordulæ seu funes, quibus rei distendebantur. Suetonius in Tiberio cap. 62 : *Ut veretris delegatis Fiducularum simul urinæque tormento distenderet.* Valerius Maximus lib. 3 : *Fiduculas luxavit, solvit eculeum.* Vide leg. 1. et 2. Cod. Th. de quæstion. (9, 35.) [et Hierolex Macri in hac voce.]

FIDICULINA, Ὄργανον, βασανιστήριον, in Gl. Gr. Lat.

¶ FIDIUXOR, pro Fidejussor, in Placito ann. 862. tom. 1. Hist. Occitan. inter Instr. col. 114 : *Ibique cum supradictorum judicio præsentavit Duvigildus scripturam et suum auctorem, nomine Petrone, qui ipsius res et legibus autoricare debeat, sicut ille et Fidiuxorem datum habebat.* Occurrit ibid. col. 76. in Instr. ann. 842.

FIDUCIA, JC. est, cum res aliqua, mutuandæ pecuniæ gratia, mancipatur, vel in jure ceditur. Gl. Lat. Gr. : *Fiduciatus*, ὑποτιθέμενος. *Fiduciat*, ὑποτίθεται. *Fiducia*, πεποίθησις, ὑποθήκη, ἐνέχυρον. Gloss. Gr. Lat. : Ὑποθήκη, *Hypotheca, obligatio, fiducia.* Ὑποθηκιμαῖος, *Fiduciarius.* Sic *Fiduciam* pro *hypotheca*, usurpant Sidonius lib. 4. Epist. 35. et alii passim, quos laudat Salmasius de Modo usurar. pag. 590. et seq. et 686. et lib. de Usuris pag. 69. *Rem in Fiducia ponere*, in Edicto Rotharis Regis tit. 62. §. 4. pignori dare. [** 174. Murat. : *in fiduciæ nexu positum. Fiduciæ nexu obligare*, ap. Marin. Pap. Dipl. num. 73. lin. 14.] [Gloss. Lat Gall. Sangerm. : *Fiducia, fiance. Fiducialis, fiable.* Charta ann. 1114 : *Debetis vos aut vestri homines accipere Fiduciam cum uno de nostris bajulis, et placitare ipsum placitum cum illo bajulo... accipiat noster bajulus ipsum Fiduciam per vos et per nos.*] Will. *Guiart* in Hist. Franc. MS. ann. 1202 :

Vint Robert li Quens d'Alençon
Sa terre rendre au Roy de France.
Son homme devint par Fiance.

Idem in Ludovico VIII :

Aprés la prise des Fiances,
S'en vint li Rois de Fraunce arriere.

¶ *Fiduciam*, quæ Gallice *Fiance* redditur, atque in pluribus hominiorum formulis occurrit, interpretatur D. *Brussel* de Usu Feud. lib. 2. cap. 10. Consilium quo vassallus Dominum suum juvare tenetur in placitis : quod aliis verbis, *sequi et juvare dominum de placito*, dicebatur; nec alia notione intelligendam censet vocem *Fiance* apud Guiartum mox laudatum, sed hoc non ita certum videtur ut de sacramento fidelitatis recte accipi non possit.

FIDUCIA, Fidejussor, qui fiduciam præstat, in Charta ann. 1204. in nupera Concilior. Rotomagensis Ecclesiæ Editione pag. 177. Tabular. Absiense : *Insuper etiam dederunt tres Fiducias, ... ut defendant idem pratum fratribus Absiæ, si ipsi defecerint*

Digitized by Google

Fiducia, Fides, fidelitas, sacramentum fidelitatis. Petrus Tudebodus lib. 2. Hist. Hierosol. pag. 781 : *Cui dixit Imperator, ut ejus homo fieret, et Fiduciam ei faceret, quemadmodum Boemundus, et alii Principes fecerant.* Vetus Charta apud Gariellum in Episcop. Magalonensib. pag. 134 : *Guillelmus Sibyllæ filius Montispessulani dominus in Ecclesia S. Petri apud Magalonam, et super altare S. Nicolai, more solito, Joanni Magalonensi Episcopo . . . Fiducias fecit, fidemque clientelæ sacramento obstrinxit.* [Conventio facta inter Philippum Augst. Clericos et Barones apud *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. Regum Fr. pag 39 : *Primum capitulum est quod Clerici trahant causam feodorum in curiam Christianitatis, propter hoc quod dicunt quod Fiduciæ, vel juramentum fuerunt inter eos inter quos causa vertitur, et propter hanc occasionem, perdunt domini justitiam feodorum suorum.*]

¶ Fiducia, Tutela, protectio, *salvagardia.* Præceptum Caroli M. pro Hispanis, tom. 1. Capitul. col. 500 : *Demandamus ut neque vos neque juniores memoratos Hispanos nostros, qui ad nostram Fiduciam de Hispania venientes, etc.*

¶ Fiducia, Vis, efficacitas. Epist. Philippi I. ad Bernardum Majoris Monasterii Abbat. ann. 1093 : *Nunc obnixe deprecor ut me, licet immeritum, deinceps in orationibus vestris suscipiatis, quatinus per eas in præsenti et in futuro merear adjuvari : confido enim quod magnam apud Deum habent Fiduciam.*

Fiduciare, Pignori aliquid dare. Vetus Inscriptio Monumenti Romæ : *Ea conditione, ne Fiducient, ne vendant, neve alio quo genere id sepulcrum, sive monumentum, et alienare ulli potestas sit.* Paulus lib. 3. Sentent. tit. 7 : *Rem legatam, si testator postea pignori, vel Fiduciæ dederit.*

Infiduciare, Papiæ : *Impignorare, pro pignori dare.* Occurrit hac notione in Lege Longob. lib. 2. tit. 29. § 2. [** Liutpr. 58. (6, 5.)] Charta Sicardi Principis Beneventani in Chronico S. Sophiæ : *Res illas, . . . quas Allo liber homo Infiduciatas, aut in pignus tenuit a servis nostri Palatii.* Capitula data Presbyteris cap. 9. edita a Baluzio in Appendice ad Capitul. : *Nullam habeat potestatem quolibet modo alienandum, neque Infiduciandum, neque venundandum, etc.* Charta ann. 1053. apud Puricellum in Monumentis Basilicæ Ambrosianæ pag. 429 : *Alicui dare, vel commutare, seu libellare, vel venundare, aut in beneficium dare, sive per pignus Infiduciare, etc.*

Fiduciare, Per fidem suam promittere, fidem suam veluti *Fiduciam*, aut pignus obligare. Ugutio : *Fiduciare, Fiduciam præstare, quod vulgariter solet dici Affidare.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fiduciare, Fiencier, affier.*] Contin. Aimoini lib. 5. cap. 56 : *Deinde ipse apud Castrum Moretum Regi obviam veniens, ei Fiduciavit, quod Communiæ deinceps non consentiret.* [Concil. Arvernense ann. 1095. cap. 9. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 123 : *Hoc etiam est in pace Domini, quod si quis Baronum violaverit Domini pacem, Comes et omnes alii eant super eum, si Archiepiscopus eos submonuerit, et hoc Fiduciavit Archiepiscopus et Comes et omnes alii.* Charta Ludovici VII. ann. 1165. ex Chartul. Monast. Montis-Martyrum : *Hanc summam coram nobis Fiduciaverunt se reddituros.* Charta Archembaldi de Borbonio anni 1200. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. pag. 1028 : *Quod ego juravi super Sacrosancta, et Fiduciavi carissimo domino meo Philippo Franc. Regi.*] Littleton. sect. 514 : *Les 12. Chivalers Fieront lour serment, etc.* Le Roman *de Garin* MS. :

Et il li a Fiancé et plevi.

Alibi :

Ainçois li fait Fiancer et plevir
Que son Segnor emportera deci.

Chron. Flandr. cap. 69 : *Et fut la paix confermée entre les deux Rois de France et d'Angleterre, et Fiancée des deux parties.* Et cap. 71 : *Et pour ce s'Entrefiancerent, que jamais ne departiroient l'un de l'autre.*

¶ Fiduciarius, Etiam cum de beneficiis Ecclesiasticis agitur aliquando nihil turpe sonat. Testis est Claudius Espenceus Theologus Paris. qui ann. 1565. Vitam S. Godonis metrice edidit. In præfatione enim scribit se id operis agressum grati animi causa, quod scilicet S. Godonis *sacratum beneficium aliquot annos sibi commendatum Fiduciarius administrasset.* Ubi *Fiduciarius* idem esse videtur ac *Commendatarius.*

** Fiduciaria Manus. Vide *Manus.*

¶ Fiduciarius, *Feaulz*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. Fidelitatis sacramento obstrictus. Bodinus de Republ. lib. 1. cap. 9. pag. 107 : *Immunes a vectigalibus esse, ac semper fuisse Fiduciarios, argumento est quod, qui a nobis vassallus, Langobardorum legibus Leude appellatur, quæ vox liberum significat. Aldius autem ex justa servitute manumissus.*

¶ Fiduciatim, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Qui rem aliam Fiduciatim accipit, i. in fiducia et tutela.*

¶ Fiduciatus, Fiduciam habens. Vita S. Godehardi tom. 1. Maii pag. 510 : *Sancta ejus opinione Fiduciati, simul cum infirma concite properabant.* Le Roman *de la guerre de Troyes* MS. :

De ce soies seurs et Fis,
Que en la terre sejornerons.

* Fiducialia, Sponsalia, Gall. *Fiançailles ;* in iis quippe *fiducia* seu fides mutuo datur. Arest. ann. 1401. 11. Mart. in vol. 9. arestor. parlam. Paris. : *Magnas pecuniæ summas pro sacramentis administrandis exigere satagebant dicti curati, videlicet pro Fidualiis duos solidos, pro bannis, viginti octo denarios, etc.* Vide supra *Fiancialia.*

* 1. Fiducialiter, Cum fiducia, Gall. *Avec confiance.* Proverb. cap. 3. v. 23 : *Tunc ambulabis Fiducialiter in via tua, et pes tuus non impinget.* Hinc *Fiducialius*, in Charta Ludov. Pii ann. 816. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 498 : *Ut ibi Fiducialius necessitates ipsius jam dictæ sanctæ Dei ecclesiæ exercentes, etc.* [** Vide Virgil. Grammat. pag. 3.]

* 2. Fiducialiter, Prout is debet, qui fidem suam alteri vel domino obstrinxit. Hist. Ratispon. ad ann. 1475. apud Oefelium tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 516. col. 1 : *Henricus de Abensperg episcopus Ratisponensis.... expeditis feliciter in eadem curia* (Romana) *quæ pro utilitate episcopatus sui et Bavariæ principis ducis Ludovici arduis expeditionibus fideliter ac Fiducialiter gerebat, etc.*

* Fiduciarius Hæres, Fiduciaria Tutela. De iis aliisque vocibus quæ huc spectant, consule Calvini Lexicon novæ editionis.

* Fiduculus, Instrumentum quo rei torquentur. Stat. crimin. Saonæ cap. 15 : *De fractoribus carcerum.... Quod si ad actum proximum fractioni venerint, puniantur a libris viginti usque in centum Genuæ, vel duobus Fiduculis singuli torqueantur, aut ad triremes in annum mancipentur arbitrio magistratus.* Vide *Fidicula.*

¶ Fidunculus, Πιστός, Cui fides habetur. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. [* Vulcanius emendat, *Fidaculus.*]

¶ Fidus, Notarii scriba, Gall. *Clerc de Notaire.* Instrum. Societatis ad Regnum Siciliæ pro Jacobo de Borbonio ex cod. MS. Biblioth. Coislin. : *Et ego Lucas de Comite de Neapoli publicus . . . Notarius . . . rogatus interfui, eaque omnia sic fieri vidi, et per meum Fidum me ad alia negotia occupato fideliter scribi feci.*

¶ Fidustus, Maximæ fidei, apud Festum.

¶ Fiedicus, *Propheta*, in Glossis Sangerman. MSS. num. 501.

¶ Fiendus, pro *Ficiendus*, apud Paschasium in Vita S. Adalhardi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 234 : *Erat ergo discretio tua in nullo . . . exorbitans a proposito, facilitate complendi singulis expedita; generaliter vero Fiendi cunctis congrua.* Occurrit præterea apud Murator. tom. 12. col. 497. Gassendum in Notitia Eccl. Diniensis pag. 155. et Ludewig. tom. 5. pag. 543.

¶ 1. Fiens, Vox veteris Galliæ, hodie *Fiente*, Fimus. Index utensilium de Ruminiaco in Tabulario S. Cornelii Compend. : *Una calderia et unum rotherium, duæ forchæ à Fiens.* Gall. *Fourche à fumier.* Litteræ ann. 1348. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 3. pag. 97 : *Que nulz de quelque estat que il soit, ne soit si hardiz de mettre ou faire mettre fuerres, Fiens, boës, cureures ne autres ordures sur les carreaux du Roy.*

* Hinc vel potius a voce *Fambray* seu *Fembroy*, quæ fimum etiam significat, *Fiembrer*, Stercorare, fimo pinguefacere, in Lit. remiss. ann. 1454. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 507 : *Le suppliant conduisoit ung char chargié de Fiens pour Fiembrer et engraissier ses terres.* Vide supra *Exfelcorare.*

* Aliud vero sonat *Fianter*, Pedes nempe equorum fimo purgare, in aliis Lit. ann. 1460. ex Reg. 190. ch. 78 : *Le suppliant demanda à ung sien paige,.... s'il avait pensez et Fiantez ses chevaulx;.... et se print à lever le pié de l'un d'iceulx pour savoir s'il estoit Fianté.*

¶ 2. Fiens, pro *Factus*, apud Lobinellum tom. 5. Hist. Britan. pag. 69.

Fieraduca, Vestis species. Statuta Massiliensia MSS. ann. 1276 : *Garnachia, sive Fieraduca, sine rugis.*

Fierbote, Lignum necessarium ad ardendum, Quod Lege communi quis potest percipere in terris aut prædiis sibi le-

Digitized by Google

gatis aut concessis, dummodo necessarium non excedat, tunc enim vastum committeret. Rastallus. Vide *Lignagium*.

¶ **FIERE**, pro *Fies*. Vide in *Fitur*.

¶ **FIERENTUR**, pro *Fierent*, apud Ludewig. tom. 5. pag. 306. in Diplomate Sigismundi Imperat. ann. 1343.

FIERI, pro *Esse*, usurpari ab Interprete S. Irenæi notat Billius lib. 1. Observat. cap. 33.

* Charta ann. 1043. ex Bibl. reg. cot. 17. qua Raimundus bona sua uxori suæ Arsindi concedit : *Et si infante abueris, qui de me Fiant creati et de te nati, habeant ipsi.*

FIERTO. Vide *Ferto*.

* **FIERTRA**, Capsa, in qua sanctorum reliquiæ reconduntur, nostris etiam *Fiertre*. Martyrolog. S. Fidis ex Cod. reg. 5198 : *viij. Kal. Sept. Officium plenum fiat pro fratre dompno Johanne de Ango et parentibus suis : dedit enim nobis pulcram Fiertram argenti sanctæ Fidis*. Vide *Feretrum* 1.

¶ **FIESSUM**, Idem quod Proprium ut videtur, sed unde? Charta Childebramni Comitis pro Monasterio S. Petri de Ysodro ann. 817. vel. 832. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Chr. col. 46 : *Quidquid in ipsa vicaria Ysodro in Fiessum habere et de genitore meo Dibilungo Comite quondam a legitima hereditate pervenit ad me . . . totum ad integrum Ysodro ad jam dictam Abbatiam Religiosarum cedo.* Crederem esse *Feudum*, Gall. *Fief*, si hæ voces tum fuissent in usu.

FIETA, Mensura liquidorum. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 10 : *Fieta una vini similiter datur eis.*

¶ **FIETUR**, pro *Fiet*. Vide in *Fitur*.

* **FIETUS**, perperam pro *Fictus*, Census, locatio, reditus. Charta Caroli IV. imper. ann. 1355. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1349 : *Concedimus omnia et singula castra, civitates, loca,.... cum vasallis, vasallibus, servitutibus, Fietibus, obedientiis, etc.* Vide supra *Fictum*. Est autem *Fiete*, doliariorum instrumentum, in Lit. remiss. ann. 1386. ex Reg. 129. Chartoph. reg. ch. 187 : *Un des otils que ledit tonnelier portoit, nommé dimd* (vel *dund*) *ou Fiete.*

¶ **FIETWITA**. Vide *Fyhtwita*.

* **FIEUSA**. Libert. novæ bastidæ de Thornaco in Occit. ann. 1307. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 54 : *Item de pelle vulpis, de una libra ceræ,.... de una Fieusa, unum denarium.* Ubi *Fiola* habet consimilis Charta in Reg. 38. Vide in hac voce.

* **FIEUTA**, an Jus feudale? Pactum inter reg. et abbat. de Becco ann. 1308. in Reg. 40. Chartoph. reg. ch. 104 : *Possidebimus dictos boscos cum Fieuta eorum, seu Fieute Gallice, ubicumque et executione emendarum eorumdem.*

FIFBURGENSES. Vide Somnerum in Gloss. Saxon. voce *Fif-burhingas*.

FIFFULS, Mensuræ frumentariæ apud Anglos species. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 149 : *Et in eisdem festivitatibus singulos Fiffuls de frumento ad wastellos de granario.* Infra : *Habere debent Monachi singulos Fiffuls de granario ad wastellos.*

FIGERALIS. Charta ann. 1250. Garciæ Examinii locum tenentis in Cuissa pro D. Infante Petro Portugall. : *Versus Raphalem et versus Figeralem tuum, sicut ineluditur.*

¶ 1. **FIGERE**, Finiri, desinere, terminari. Contractus inter Monasteria S. Facundi et S. Petri de Exlonza in regno Legionensi tom. 3. Concil. Hispan. pag. 153. col. 2 : *De prima parte quæ discurrit de Gallecuellis et Figet in termino de Elena... Quarta vero pars de termino de valle Farcello et Figet in valle de Elena.*

* 2. **FIGERE** quid apud chimicos sonat, docet Arnaldus in Rosario Ms. lib. 2. cap. 1 : *Figere, est desponsare, solvere et congellare. Figé*, nude, pro Coagulato, vulgo *Caillé*, in Ordinat. hospit. reg. ann. 1285. ex Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. Paris. fol. 51. v° : *Item Galeran des Nappes, qui fait le Figé le roy, prendra par jour une provende et vj. den. pour son cheval pour fein et pour hesbargege, pour robe xxx. solz par an, et forge, et pour restor pour un cheval.*

¶ **FIGHWITHA**. Vide *Fyhtwita*.

¶ **FIGIDA**, *Tela, quod omnibus sint contraria, a Figendo*. Papias in MS. Bituric. Ibidem : *Figida, Saturnia stella, quod omnibus sit contraria*. Sed hoc posteriori significatu, non *Figida*, sed *Frigida* legendum suadet Virgilii versus 336. Georg. 1 :

Frigida Saturni quo sese stella receptet.

Cum autem ait, stellam hanc omnibus esse contrariam attendit illud Propertii 4. 1. 84 :

Est grave Saturni sidus in omne caput.

* **FIGLIARIA**, f. Filia spiritualis ob susceptionem e sacro fonte baptismatis, Gall. *Filleule*, vel Collactanea, Ital. *Figliana*. Acta Mss. notar. Senens. ad ann. 1284. ex Cod. reg. 4725. fol. 25 : *Item* (relinquo) *quadraginta solidos Tecchæ meæ Figliariæ.* Vide infra *Filiada*.

* **FIGLUS**, vel **RIGLUS**, f. Fibula, Gall. *Fiche*. Charta ann. 1193. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 894 : *De ceteris aliis mercationibus et rebus debent dare Bononienses pro nave, excepto quod de ferro laborato, scilicet de Figlis, et de tallonis, etc.* Ubi Reg. Bonon. habet, *de Riglis.*

¶ **FIGMENTARE**, *Fingere, simulare*, Ugutioni.

¶ **FIGMENTARIUS CANTOR**, Poeta. Acta S. Hoarvei MSS : *Harvianus magnæ industriæ, plurimarumque linguarum peritus, sed Cantor Figmentarius erat. Novos enim fingebat cantus rythmicis compositionibus, quibus imponebat neumatum modos antea inauditos, qui quamvis in voluptuosis Regum degeret curiis, et inter aulicos delectabiles et jocundus jocularis, tamen metuebat semper Dominum.*

* Musices peritus hic designatur, ut colligitur ex Vita ejusd. sancti tom. 3. Jun. pag. 366. col. 1 : *Præ cæteris autem arte musices excellebat, in cantilenis ad modos aptandis, et tripudiis ordinandis ad numeros.*

¶ **FIGMENTER**, Ficte, falso, *Figmenter magis quam sapienter responsum præcedenti tractatu fecerunt*, in Sententia ann. 1319. inter Instrum. tom. 1. Annal. Tolos. D. *La Faille*, pag. 102.

¶ **FIGMENTUM**, Simulatio, prætextus, ficta ratio, *Feignemens*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. Litteræ Philippi Reg. Franc. ann. 1275. tom. 3. Ordinat. pag. 62 : *Nec eis de cætero aliquam exactionem sub couverto vel Figmento mutui vel alterius fraudis imponent.*

¶ **FIGUA**, Ficus, Gall. *Figue*. Cod. MS. redditum Episcopatus Antissiod. : *Res quæ non debent paagium, Figuæ, amigdalæ, risus, dates, etc.*

¶ **FIGUAIDA**. [* Pascuum pascendis animalibus locatum. Vide supra *Fidamora*.] Ottonis M. Diploma pro Monast. Farfensi, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 477 : *Concedimus quoque similiter omnia communia pascua, hoc est, Figuaidas.*

* **FIGUERIA**, Ficetum, Gall. *Figuerie*. Charta ann. 1415. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 328 : *Item pro uno molendino pastelli cum quatuor sextariatis terræ,.... sitis ad combam viridarii, sive ad Figueriam.*

¶ **FIGULATIO**, Fictio, formatio. Tertull. de Carnis resurrect. cap. 5 : *Totam hominis Figulationem Deo nostro cedunt.* Rursum utitur lib. de Anima cap. 25. [** *Figulare*, apud eundem Tertullianum. Vide Forcellinum.]

* **FIGULINA**, Opus seu vas figlinum. Acta S. Marcel. tom. 2. Jan. pag. 13. col. 2 : *O didascalicum doctorem, ita Figulinam ad gloriam sui imperfectam reformantem, ut utriusque officii momentaliter reciperet plenitudinem*

¶ **FIGURA JUDICII**, Juris formula, præscripta judicandi ratio, Gall. *Formalité*. Declaratio Episc. Æduensi facta a Priore S. Symphor. ann. 1395. in Chartul. Æduensi : *Super suis pluribus excessibus et delictis, de quibus cognovit et cognoscere visus fuerat in Figura Judicii, et per modum processus ordinarii articulis datis pro parte Procuratoris sui . . . factum in scriptis et in Figura Judicii ac in modum jurisdictionis ordinariæ, etc. Sine Figura Judicii et absque omni juris solemnitate*, apud Acherium Spicil. tom. 9. pag. 236. et tom. 10. pag. 226. *Sine strepitu et Figura Judicii*, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. pag. 472.

FIGURALITAS, Figuratio, tropologia. Fulgentius Placiades de Virgiliana Continentia : *Ergo sub Figuralite historiæ plenum hominis monstravimus statum.*

FIGURALITER, pro *Figurate*, ἰσχηματισμένως, in Gloss. Gr. Lat. *Figuranter*, dixit Diomedes Grammat. lib. 1. [*Figuraliter*, Tertull. de Test. animæ cap. 2. Aug. de Genesi ad litt. lib. 1. Sidon. lib. 8. Epist. 14.]

¶ **FIGURARE**, Rei alicujus figuram et signum esse. Epist. Evantii inter Concilia Hispan. tom. 3. pag. 87 : *Otium Sabbathi negligimus; quia propter illam futuram requiem, quam istud Sabbathum Figurat, etc.*

¶ **FIGURATIVUM**. Annal. Novesienses apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 597 : *In eodem sacello Missam de B. Virgine in Figurativo quotidie decantari suis sumptibus ordinavit;* id est cum notis.

¶ **FIHTWITA**. Vide *Fyhtwita* et *Futhwita*.

1. **FILA**, [Terræ spatium. Hierolexicon Macri ex Privilegio Caroli M. : *Concedimus etiam novem Filas ad salem faciendum.* Et infra : *Alias tres Filas ad salem faciendum.*] Vide *Biga* 1. [** Confer *Filum Salinæ*.]

Digitized by Google

¶ 2. **FILA**, Species *Fustæ*, seu materiei ligneæ, eadem quæ inferius *Fileria*. Vide locum in *Fusta*.

¶ **FILACISTA**. Vide *Filatista*.

1. **FILACIUM**, Filum crassius, quo in Curiis judiciariis brevia et rescripta, trajecta, invicem constringuntur, ne pereant, Gall. *Filace*. Will. Thorn : *Istud breve est in Filaciis Marescalli*. Talium filaciorum custodes Anglis *Filazer* dicuntur, quos ad quatuordecim in *Banco communi* esse testatur Spelmannus. Vide Cowellum. Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris :

Chables, cordeaux, estoupes, lins, Fillace.

¶ 2. **FILACIUM**, Rete, laqueus, cassis, Gall. *Filet*. Charta Bernardi de Turre apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 784 : *Quod dictum est superius, quod dicti homines possint capere lepores et cuniculos in vineis suis, addimus quod hoc faciant sine furto et retibus et Filaciis*. Vide *Filatum* 1.

¶ **FILACTERIUM**, Longa et odiosa oratio. Hac notione Itali *Filatera* dicunt. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 671 : *Tunc abiit Miles idem, et cum dictis nobilibus Bitontinis ratiocinans super causa, plurimus hinc inde Filacteriis allegatis*, etc. Vide *Filaterium*.

FILANDERIA, Quæ lanam vel linum in fila deducit. *Filanderiæ lanæ vel lini*, in Consuetud. Tolosæ part. 2.

FILARE, Fila rhombo circumvolvere. B. Ordericus de Forojulio in sua Peregrinat. n. 4 : *Ibi viri nent et Filant*. [Papias : *Nere, Filare*. Chartular. S. Quintini in Insula pag. 223 : *Si aliquis Filatrici lanam sub mercede Filandam commiserit*. Vide Goclenii Lex. Philos. et Acta SS. Aprilis tom. 2. pag. 274.]

** **FILARGIRIA**, Φιλαργυρία, Amor pecuniæ, apud Gerhard. in Vita S. Oudalrici cap. 9. Pertz. vol. Script. 4. pag. 396. lin. 41. Vide *Fylargiria*.

* **FILAROLUS**, Fusus, ut videtur, Gall. *Fuseau*. Stat. crimin. Riper. cap. 226. fol. 29. v° : *Nulla persona audeat ordiri facere, nec aliquam telam panni alti facere fieri de lana filata ad Filarolum*.

¶ **FILASSERE**, a Græco φυλάσσειν, Custodire, tueri, servare. Acta S. Frederici Episc. Julii tom. 4. pag. 462 : *Filassere gregem Dei nequeo, quia lupum a me ipso abigere non valeo*.

* **FILATARIUM**, Locus ubi abundat filix, filictum. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Feusiera, Prov. filicetum, Filatarium*. Vide supra *Feugeria*.

FILATERIUM, pro *Phylacterium*. Uguitio : *Filaterium, Membranula vel brevicellus, in quo lex scripta est, et conservatur, quam deferebant ante frontem vel pectus, ut sic viderentur religiosi*, etc. [Gloss. Latin. Gall. Sangerm. : *Filaterium, Membret ou brevet de jactance ou de vanité, que les Pharisiens portoient, où estoit escrite la Loy*.] In Glossa. super cap. 25. Genes. : *Inaures dicuntur Filateria idolorum*. S. Gregor. lib. 12. Ep. 7 : *Adulowaldo Regi transmittere Filateria curavimus, id est, crucem cum ligno S. Crucis*. Ricardus Prior Hagustald. de Episc. Hagustald. cap. 9 : *Fecit igitur illam (redditionem) cum quodam pulcro Filacterio, scilicet cruce argentea, in qua Sanctorum ... reliquiæ continebantur*. [Ordinarium Sangerman. inter Instrum. Histor. ejusdem Abbatiæ pag. CLXVI. col. 2 : *Hebdomadarius vero Missæ portabit crucem cum duabus Filateriis, et venient processionaliter per navem Monasterii*.] Atque hinc emendandum veterem Interpretem Juvenalis Sat. 3. alibi monuimus : *Nam et niceteria Filateria sunt, quæ ob victoriam fiebant, et de collo pendentia gestabantur*. Perperam enim bis ibi editum *syllateria*. Rectius apud Ugutionem : *Niceteria dicuntur Filateria, quæ gesta* etheleche faucta* (facta) *de summitatibus armorum, quæ a victis acceperunt, et ea collo suo suspensa gerebant, quoties victores extiterant, quasi signa victoriæ, et ideo Filateria talia, in quibus designabantur victoriæ, Niceteria dicta sunt*.

¶ **FILACTERIUM**, Theca minor sacrarum Reliquiarum, quæ ad collum *Filacteriis* seu vittis appensa in processionibus portabatur. Bernard. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 32 : *Signa autem omnia pulsantur, sicut cum Fratres Filacteria portant, antequam egrediantur ab Ecclesia, propter Reliquias, similiter cum redeunt ad introitum Ecclesiæ*. Et cap. 50 : *Omnis scilicet Basilica ornamentis suis ex integro decoratur, Filacteria appenduntur*, etc. Vide Miracula S. Vincentii Maldelgarii tom. 3. SS. Julii pag. 679.

PHILATERIUM, apud Radulphum Glabrum lib. 3. cap. 2. extremo.

PHILLATERIUM, apud Nangium in Chronico ann. 1015. Ita Galli *Filatiere*, dixerunt. Le Roman *de Garin* :

Ne Filatires, ne Crucifis dorez.

Vide Dissert. 26. ad Joinvillam pag. 310. Aliud porro hac voce innuitur in Computo Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis ann. 1352 : *Pour une chambre pour la Royne d'Espagne, où il ot coutepointe, etc. Et pour faire le sourtail de 15. Fillatieres, qui sont armoiées aux armes d'Espaingne et de Bourbon, etc. Et pour ouvrer la chambre du neu de 7. poins, avec les Fillatieres, pour façon, anneaux, cordes et rubans, etc.* Alibi : *Pour la Chambre de Mons. le Dauphin, ou il a grant coustepointe, et un cheveciel, qui fait demy ciel ouvré de mesmes la coustepointe, et ou milieu a une Fillatiere, où son tymbre est armoié de ses armes, et 3. courtines, etc.*

* *Filathiere* et *Philathiere*, eodem sensu, in Chron. S. Dion. lib. 3. cap. 25. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 247. *Fillatiere* vero ex Comput. Steph. *de la Fontaine* in Glossario, idem videtur quod nos *Cordeliere* dicimus, funiculus scilicet variis nodis implicitus.

FILATICIUM, [Filum crassius, ut videtur.] Processus de Translatione S. Antonini : *Demum dictum sanctum corpus caligis ex Filaticio, ut dicunt, albo, et sandalibus ex ermesino rubro,.... more Archiepiscoporum calceatum extitit*.

* **FILATIO**. Terrear. Castil. in Bressia ann. 1497 : *A quadam piro fixa seu limite lapideo respiciendo per rectam Filationem et lineam*. Galli diceremus : *de droit fil*, Recta linea, directo.

FILATISTA, *Qui vel quæ pro mercede filat*. Johan. de Janua. [Rectius in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Filacista, Fileur ou Filarresse pour loyer. Filacissa*, Columellæ.]

* *Filatisca*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Filayris, Prov. Filatisca, qui vel quæ pro mercede filat*. Vide infra *Filatrix*.

* **FILATORIUM**, Locus, ubi funes texuntur. Gall. *Corderie*. Decret. ann. 1538. ex Tabul. castri *de Chissé* in Turon. : *Item unam aliam terræ peciam prope Filatorium desuper antiquos arcus dicti Montis Ricardi assidatam, duo arpenta decem cathenatas continentem. Fillouer*, ibid.

¶ **FILATORIUM NOCTURNUM**, Mulierum una *Filantium*, confabulantium et lucubrantium vigilia, Gall. *Veillée*. Ne ad hujuscemodi mulierum congregationes viri accedant, severe prohibent Statuta Ecclesiæ Trecorensis anni 1462. inter Anecdota Marteniana tom. 4. col. 1166. et 1176.

* **FILATRIX**, Quæ fila torquet et ducit, Gall. *Fileuse*, Ital. *Filatrice. Fileresse*, in Arest. ann. 1304. ex Reg. *Olim* parlam. Paris. fol. 107. Charta commun. Calniaci ann. 1213 : *Si aliquis Filatrici lanam sub mercede filandam, aut paratori pannos aut hujusmodi res operario alicui ad parandum commiserit, et Filatrix aut parator etc.* Vide supra *Filatista*.

* **FILATULIA**. Joan. Garzonius de Dignitate urbis Bonon. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 1167 : *Ad hæc complures sunt insanæ substructiones, quæ Filatulia vulgus vocat, quas arces diceres, quæve arte circumvolvantur*.

1. **FILATUM**, Rete, Cassis, *Filet à prendre perdrix*. [Consuetud. Ausciorum MSS. ann. 1301. art. 54 : *Habent ultra hoc dicti cives.... omnem venationem cum canibus et retibus vel Filatis*.] Vide in *Sordus* [et supra *Filacium* 2.]

* Stat. Taurini ann. 1360. cap. 151. ex Cod. reg. 4622. A : *Nulla persona audeat capere.... columbos alienos cum Filatis vel aliquibus ingenis*. Constit. Alfonsi II. reg. Aragon. ann. 1333. Mss. : *Quod nullus audeat capere columbos alienos ab enzes, simbells, ne Fillats, vel alio modo. Filanche*, et *Filandre*, eadem acceptione, nostris. Lit. remiss. ann. 1403. in Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 235 : *Les dessus nommez estoient alez ès dites rivieres pescher au feu et à Filanches*. Privil. piscat. Bitur. ann. 1403. in Reg. 207. ch. 138 : *Item ont droit et accoustumé d'avoir et tenir avec eulx Fillanches, etc.* Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 142. ch. 301 : *Le suppliant apperceut en l'estang une Filandre ou filez à peschier et à prendre poisson*. Hinc nomen piscis cujusdam in Tract. Ms. de Pisc. cap. 5. ex Cod. reg. 6838. C : *Congrum Massilienses nominant Filat, quia instar retis pisces involvit et implicat*. Charta Phil. Pulc. ann. 1292. in Reg. donor. Car. Pulc. et Phil. VI. ex Cam. Comput. Paris. fol. 149. r° : *Omne jus nobis competens.... in theloneo bladi,.... piscis, allectis,.... Filati et omnis generis animalium et pecudum. Filardeau* vero vocant minutum lucium. Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 143. ch. 238 : *Un bon chevenean, des barbillons, Fillardeau, et au-*

Digitized by Google

tre menu poisson. Fillardeau, in aliis ann. 1043. ex Reg. 157. ch. 374.

¶ 2. **FILATUM**, f. Congeries seu glomus filorum. Translatio S. Trophimæ in Actis SS. Julii tom. 2. pag. 234 : *Tandem aliquando mulier quædam, fluvio, Dei nutu, quo sordes vestium vel operatio coli ablui solent, cœpit tundere super sanctissimæ Trophimenis tumulum fortiter, quod vulgo mulierculæ Filatum vocant.*

* 3. **FILATUM**, Filum. Arest. ann. 1380. 16. Jun. in vol. 7. arestor. parlam. Paris. : *Tres chadenas* (sic) *de Filato albo, septem eschaotas Filati albi, unam chabenam Filati nigri, etc.* Vide Ordinat. Reg. Franc. tom. 7. pag. 502. art. 16.

¶ 1. **FILATURA**, Ars *Filandi* seu nendi, apud Bernhardum *de Breydenbach* Itiner. Hierosol. pag. 190.

* 2. **FILATURA**, Provinc. *Filadura*, Filum crassius. Charta. ann. 1316. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 334 : *Plures panni lanei fiebant in villa Tholosæ per nonnullos textores, in quibus pannis texendo immiscebantur Filaturæ, vocatæ tramadas, sive Filaturæ falsi lanagii, propter quod dicti panni fiebant et erant viciosi.. Nam tales Filaturæ, vocatæ tramadas, seu falsi lanagii, colores tincturarum capere non poterant commode. Filaille* autem nuncupatur Congeries seu glomus filorum, in Memor. E. Comput. Paris. fol 40. r° : *Item ne doivent laissier passer aucune Filaille de laine.*

* 1. **FILATUS**, *Filement. Filatura, Fileure*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide supra *Filatura* 2.

* 2. **FILATUS**, dicitur de auro vel argento in stamina tenuato. Inventar. Ms. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : *Item unum frixium laboratum super xamito rubeo ad imagines integras de auro Filato, cum tobalea de Alamania.*

* 3. **FILATUS**, Piscis genus. Vide supra in *Filatum* 1.

* **FILAXA**, *Lo vaso da vino.* Glossar. Lat. Ital. Ms.

* **FILÇA**, Filcia, Ordinatio, præceptum, mandatum. Ital. *Filza.* Stat. ant. Florent. lib. 1. cap. 55. ex Cod. reg. 4621. fol. 29. v° : *Mandata et Filçæ ad minus per annum debent servari et custodiri.* Quod filo simul junctæ erant, ita appellatæ : unde Fasciculus chartarum, nostris *Liasse, Filça*, dicitur, ibid. lib. 2. cap. 1. fol. 50. r° : *Relinquendo penes judicem causæ, in Filça notarii dicti judicis, originalia instrumenta mandatorum, etc.* Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 33. ex Cod. reg. 4620 : *In quo syndicatu producere et exhibere* (notarii) *teneantur et debeant omnes eorum libros, quaternos, vachettas, Filcias et quascumque alias scripturas in dicto eorum officio pro dicto tempore factas.* Vide infra *Filza* et *Filacium.*

FILCTALE. Bracton. lib. 3. tract. de Corona cap. 1 : *De Ballivis, qui faciunt cervisias suas, quas quandoque vocant Sothale, quandoque Filctale, ut pecunias extorqueant ab eis, qui sequuntur hundreda sua et baillivas suas.* Ubi Codex MS. Spelmanni habet *Scotale* et *Fildale*, quæ voces compotationis genus denotant, quod Vicecomitum Baillivi a suis Hundredariis, seu a suæ jurisdictionis incolis exigebant, conflata ut plurimum ex iis pecunia; quod Henrici III. ætate sublatum docet idem Bracton. Confectæ autem ejusmodi voces ex ale, cervisia; tametsi harum notionem non omnino planam fatetur Spelmannus, quem consule, si lubet, super etymis Saxonicis, quæ non plane arridenl.

* 1. **FILECTUM.** Pars lumbi, Gall. *Filet.* Inquisit. ann. 1270. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 316. col. 1 : *Quicumque de eodem castro occidit porcum ad tallam, præstat lumbellum, qui communiter et vulgariter dicitur Filectum, curiæ dicti castri.*

** 2. **FILECTUM**, Filicum manipulum. Reinard. Vulp. lib. 1. vers. 848 :

Ostiolo impendent densa Filecta super.

Vide *Filicetum.*

¶ **FILEIA**, Series. Acta SS. Maii tom. 6. pag. 175. de S. Jacobo Philippo : *Prout in instrumento super inde facto .... quod extat in Fileia* (id est, ephemeride) *dicti anni.* Recte Bollandi Continuator, adnotat *Fila, Filza, Fileia* unum idemque apud Italos significare, scilicet continuationem, sive contextum, aut ut, inquit, barbare loquar, *infilationem* plurium actionum seu rerum ejusdem generis. Vide *Filacium* 1.

* **FILENDARIUS**, Filorum mercator, nostris *Fillandrier.* Reg. S. Justi in Cam. Comput. Paris. fol. 192. r° : *Hala Filendariorum pro parte quam tenent.* Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 384 : *Et aussi font les Fillandriers et drappiers d'icelle ville* (de Courbeville) *une autre confrarie de S. Gratian.... Lesquelx Fillandriers et drappiers en l'ostel de leur bastonnier. Fillachere*, eodem intellectu, cujus ars *Fillacherie* appellatur, in Stat. ann. 1390. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 356. et 358.

¶ 1. **FILERIA**, Species trabis, qualis est illa, quæ portat canterios in ædificiis, Gall. *Filiere.* Extenta jurium quæ levantur a Comite Sabaudiæ apud S. Symphorianum de Auzone ann. 1309. in Hist. Dalph. tom. 1. pag. 98. col. 2 : *Item fustum quod vocatur Panna duodecim denarios. Item una duodena Fileriarum, unam quarum unus homo non posset portare, debet duodecim denarios. Item duodena Fileriarum, quarum unam unus homo posset portare, debet sex denarios.* Extractum computi ann. 1321. tom. 2. ejusdem Hist. pag. 159. col. 1 : *Libraverunt gabellatores in pretio triginta novem duodenarum Fileriarum magnarum, et duodecim duodenarum billonorum et traborum, etc.* Vide *Fila* 2.

¶ 2. **FILERIA**, Alia notione, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. tom. 2. col. 342 : *Paganus de Maidon dedit Monachis de Molereio quidquid habebat ultra cheminum Bernardi usque ad Fileriam de Daillé, etc.* f. Modus agri, vel Ager cannabe consitus.

* 3. **FILERIA**, Quæ filia ducit, ut supra *Filatrix.* Stat. Montis reg. pag. 275 : *Statutum est quod Fileriæ, quæ filant lanam, non faciant aliquam fraudem.*

* **FILERIS**, Species trabis, qualis est illa, quæ portat canterios in ædificiis, Gall. *Filiere.* Comput. Ms. ann. 1382. eccl. S. Vulfr. Abbavill. fol. 6. v° : *Item Johanni de Fortmanoir pro reparando fenestras de Fileribus pro granatoriis grangiæ capituli, vj. sol.* Vide infra *Filleria.*

¶ **FILETIUS.** Vetus Inscriptio apud Fleetwood. in Sylloge Inscript. antiq. pag. 364 : *Julius Balerianus qui vixit annis B. xx. natali suo D. Sodaliciarius Bonus Amoratus Filetius usque at Fotsa.* Hanc sic explicat laudatus Editor : Julius Valerianus qui vixit annis bene xx. natali suo decessit, Sodalis, Bonus, Amatus, et Amicus, humanus, charus, φιλητίς, usque ad Fossam, i. e. Sepulcrum.

* **FILETTUM**, Rete, Gall. *Filet.* Chartul. Buxer. part. 12. ch. 11. ann. 1267 : *Ego Guido dominus de Choun.... confiteor religiosos Buxeriæ habere in dictis aquis usuagium plenum piscariæ seu piscationis ad navem, Filettum, etc.* Vide supra *Filatum* 1.

* 1. **FILETUM**, Eadem notione. Charta ann. 1287. in Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 218. v°. col. 2 : *Dicti homines de cætero piscare poterunt in riparia dictæ villæ ad pannerium,.... nec habere poterunt in dicta riparia naves nec Filetum.*

¶ 2. **FILETUM**, Filum, linum, Gall. *Fil, Filet.* Privileg. Leduini Abb. S. Vedasti Atrebat. de censu ann. 1036. e Chartulario ejusd. loci : *Quinque solidatæ lanæ 1. den. Quinque solidatæ Fileti 1. den ... Majus pensum lanæ, Fileti, uncti, etc. 111. den.* Occurrit iterum in Chartulario V. ejusdem Abbatiæ pag. 29.

FILFORI. Vide *Silfort.*

¶ **FILGERIA**, Filgerium, Filix, Gall. *Fougere.* Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 80 : *Dedit perpetualiter in foreste sua de Burcelo pasnagium et percursum centum porcorum in glande et Filgeria.* Instrum. ex Archivo Majoris Monasterii apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 342 : *Damus et concedimus ... Capellas cum omnibus feodis nostris Deo et S. Martino et Monachis Majoris Monasterii in manu D. Radulfi Prioris Castri Goscelini, cum hoc ramo Filgerii.*

* **FILGUS**, Fragorum planta, Gall. *Fraisier.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Filgus, fem. gen. Fresier.*

* **FILHETA**, Puella, meretrix, quomodo etiam *Fillete* dicimus. *Filettes de pis*, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 458. Comput. ann. 1479. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 341. fol. 2 : *Item pro fogassia abbatissæ et Filhetarum, ut est moris, v. solidos.*

* **FILHOLT**, vox Germanica, Multum amicus, propitius. Versus qui ad caput Cod. opuscul. Frowini abb. leguntur ex Append. ad tom. 6. Annal. Bened. pag. 657. col. 2 :

Vive precor Berhtolth, sit tibi Dominus, rogo, Filholt; a te quod liber sim, docet iste liber.

¶ 1. **FILIA**, Puella, quomodo Galli dicimus *une Fille*, in Pactu leg. Salicæ tit. 70. § 1.

* 2. **FILIA**, f. pro *Filgeria*, Filix, Gall. *Fougere.* Charta ann. 1317. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 80 : *Usagium.... ad ardendum in foresta nostra de Cuisia ad frondes sive branchas fagi viridis, et ad Filiam seu Filias, sive minores arbores ex stipite*

Digitized by Google

majorum arborum dictæ faugi (sic) *viridis procedentes.* Vide supra *Filatarium.*

* **FILIA ORDINIS**, dicebatur Mulier, quæ alicui religioso ordini venerationem quamdam peculiarem impendebat, bonisque suis et officiis serviebat. Necrol. Fratr. Min. Trec. Ms : *iv. Non. Julii, obitus illustris DD. Simonæ nobilis et potentis DD. Caroli de Pictavia... consortis, Filiæ ordinis specialissimæ.* Vide in *Filius.*

¶ **FILIA PETRI.** Vide in *Filius.*

FILIÆ, dicuntur Monasteria, quæ ab aliis majoribus, peculiari quadam familiaritate dependent. Charta Willelmi Episcopi Lingonensis ann. 1215. ex Tab. ejusdem Ecclesiæ, de forma vivendi fratrum Vallis Scholarium : *Et si forte in Ecclesia Vallis Scholarium fuerit aliquid emendandum, vel corrigendum in Capitulo, vel Priorem eligendo, vel deponendo, tres Filiæ primævæ liberam habeant potestatem in matrem, visitando, corrigendo, Priorem etiam, si causa evidens extiterit, deponendo, et alium substituendo.* Gesta Innocentii III. PP. pag. 137 : *Scripsitque Abbati et Conventui Pontiniacensis Cœnobii, ut ipsam Ecclesiam S. Martini reciperent in Filiam specialem, et ad ipsam dirigerent Abbatem et Conventum de Monachis et Conversis, quod ipsi libenti animo perfecerunt.* [Charta Friderici Imperat. ann. 1162. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 19 : *Quoniam prædicta Ecclesia Lustriacensis cum suis appenditiisque in Lausannensi Episcopatu sita est, et cum iis Prioratibus videlicet Talveriensi Prioratu cum suis appendiciis ex Ecclesia S. Jonii, et Ecclesia Burdegalensi et appendiciis earum ad Saviniacense Monasterium tanquam Filiæ spectant.* Quatuor sunt celebres Abbatiæ Cistercii *Filiæ*, Claravallis, Firmitas ad Gronam, Pontiniacum et Morimundus, totidemque sunt Parisiis Ecclesiæ Collegiatæ, quæ Cathedralis Ecclesiæ *Filiæ* nuncupantur.]

* Claravallis inter *filias* Cistercii tertio ordine reponenda est. Sed neque ecclesiæ Parisiensi id peculiare censendum, ut quatuor habeat ecclesias collegiatas, quæ *Filiæ* nuncupentur : idem quippe Autissiodori alibique obtinet usus. Hinc prioratus *Fillete* appellatur, in Lit. remiss. ann. 1392. ex Reg. 144. Chartoph. reg. ch. 184 : *Pasquier le Court, religieux de l'abbaye de la Coulture près le Mans, demouraut en une Fillette ou prioré de laditte abbaye, appellée la Marcete du bois, près du chastel la Suze.*

* **FILIÆ-DEI**, vulgo *Filles-Dieu*, vocabantur Feminæ religicsæ, quæ in monasterio vel hospitali degebant. Lit. admort. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 337 : *Prata contigua ex una parte hæreditagils ecclesiæ B. Mariæ de monte prope Pruvinum, in qua ecclesia manent quædam mulieres, quæ sunt Filiæ-Dei nuncupatæ.* Extat Parisiis ejusdem nominis monasterium.

* **FILIADA**, Filia spiritualis ob susceptionem e sacro fonte baptismatis. Chartul. Andr. notarii Massil. : *Attenta potissimum fragilitate personæ suæ ad decrepitum declinantis, dedit sive donavit donatione pura, rata et irrevocabili inter vivos, Huguetæ Filiadæ suæ, tanquam bene nutritæ et condignæ, licet de majori dono et gratio foret digna, etc.* Vide supra *Figliaria.*

* **FILIALIS.** Charta ann. 1293. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 160 : *Ipsum manuteneatis et deffendatis et gaudere faciatis Filialibus et obventionibus ac aliis juribus dictæ terræ et baroniæ.* Ubi legendum existimo, *Feudalibus.* Vide in *Feudum.*

FILIALITAS. Epistola Calojoannis Imperatoris Bulgarorum, ad Innocentium III. PP. in Actis ejusdem Pontificis : *Hoc autem petit Imperium nostrum ab Apostolica Sede, ut nos simus in Ecclesia Romana, sicut matris Filialitate firmati.* Forte *filiolitate.* [Nihil emendandum. Jo. de Janua : *Filialitas, Filiatio, qua quis dicitur filius vel filia.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Filialitas, Filiacion.*]

¶ **FILIALITER**, *En maniere de fil ou de fille*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Occurrit apud Ludewig. tom. 5. pag. 477.

1. **FILIARE**, Capere, *Tomar*, Hispanis. Charta Lusitanica apud Brandaonum lib. 14. Monarch. Lusitan. cap. 5 : *Dixit de ipsa hæreditate, fuit ipsa Filiata, in tempore de Mayor Garcia Sogra de Roderico Velasci, et de illa vendiderunt, etc.* Alia cap. 16 : *Sciatis, quod ego do vobis alviam pro vestra aldea, pro lealdade et fidelitate, quam fecistis : et mando vobis ipsam torrem, et ipsum portum, et non leixetis ibi morare aliquem hominem de illis, qui ibi erant, quando infans Dominus Alfonsus eam Filiavit.*

* 2. **FILIARE**, *Filium edere, Enfantar, Prov.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

FILIASTER, Privignus. Glossæ Isidori : *Filiaster, Privignus, qui ante natus est.* Gloss. Gr. Lat. : Θυγατρίδης, *neptis, Filiaster.* Gloss. Ælfrici : *Filiaster,* steovtohter. Gloss. Lat. Gall. : *Filiaster, Filiastres.* Vetus Inscriptio 645. 4 : *Ceionius Magnus Filiastro Benemerenti.* Alia 681. 8 : *Epityncbano Filiastro M. Antonius Hermeros B. M. F.* Occurrit et in alia, quæ exstat Lugduni apud J. Spon. pag. 46. [et Menesterium Hist. Lugdun. pag. 56.] Præterea item apud Adelbertum Abb. Heidenheimens. pag. 365. in Capitularibus Caroli M. lib. 5. cap. 5. in veteri Charta apud Perardum in Burgund. pag. 108. in Vita S. Mengoldi Mart. cap. 2. n. 8. apud Fulbertum Ep. 33. Leon. Ost. lib. 1. cap. 10. in Concilio Moguntino I. cap. 57. in Chronico S. Sophiæ Beneventan. p. 614. etc. [* Charta ann. 1153. inter Probat. tom. 2. Hist. Lothar. col. 343 : *Gobertus de Aspero monte, cum uxore sua Ayleide et Filiastro suo Waltero, id est Petri filio de Mirowalt, eandem terram ipsis fratribus liberam et absolutam concesserunt.*] Le Roman *d'Aubery* MS. :

Dit Hermeusens, bien devroie desuer,
Quant mes Fillastres m'a fait si atorner.

[Le Roman *de Partonopex* MS. :

Et son Fillatre Eneas,
Quar certes ses fils n'est i pas.]

¶ **FILIASTER**, Gener, Gall. *Gendre* : qua notione *Filiastre* etiamnum dicunt Lugdunenses. Albertus Argent. ad ann. 1346 : *Ludovicus Marchioni Misnensi* (Friderico Severo) *Filiastro suo magnam, ut contra se non esset, pecuniam assignavit.*

* Lit. remiss. ann. 1482. in Reg. 207. Chartoph. reg. ch. 319 : *Humilem supplicationem Stephani Perelli generi seu Filiastri deffuncti Johannis Tantillionis.... patriæ nostræ Dalphinatus, etc.* Aliæ ann. 1419. in Reg. 171. ch. 146 : *Jehan du Crot Fillastre ou gendre du suppliant, etc.*

¶ **FILIASTER**, pro Filio sororis, apud Leibnit. Script. Brunsvic. tom. 1. pag. 829 : *Festum Sanctorum Mariæ et Filiastri, qui* XIV. *Cal. Aug.* Haud dubie S. Jacobi qui fratrer Christi in Evangelio dicitur. [** Est Festum *SS. Marinæ et Philastrii.* Vide Haltaus. Chronolog. med. ævi edit. German. pag. 118.]

FILIASTRA, Privigna. Capitulare Arechis Princip. Benevent. cap. 8 : *Nuverca, id est, matrinia, aut previgna, id est, Filiastra.* Occurrit in Concil. Vermeriensi ann. 752. cap. 2. 11. Compendiensi ann. 757. cap. 4. 12. 43. Moguntin. ann. 813. cap. 56. ann. 847. cap. 29. Wormatiensi cap. 63. in Capitul. lib. 5. cap. 7. 18. 19. in Lege Longob. lib. 2. tit. 8. § 1. [** Rothar. 185.] etc. Le Roman *d'Aubery* MS. :

Aidiez-moi tuit ma Fillastre à vengier.

¶ **FILIASTINUS AMOR**, Quo pater diligit filios. Epistola Henrici Regis Anglic. ad S. Anselmum quæ 92. est lib. 4. inter Epistolas B. Anselmi : *Filium meum et filiam meam tibi committo, ut paterna dilectione eos foveas, et de iis Filiastino amore curam geras.*

* **FILIATAS**, TIS, *La filiacione*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

¶ **FILIATICUM.** Vide in *Filiolus.*

1. **FILIATIO**, Obedientia et subjectio, quam Monachi Abbati suo debent. Hugo Flaviniacens. in Chron. pag. 252. de se verba faciens : *In Conciliabulo illo fratres et filii nostri sanctæ obedientiæ libellum repudii conscripserunt, Domno Episcopo Filiationem per legatos ejus offerentes; ei villam servari promittentes, et in omnibus mihi abrenuntiantes.* Adde pag. 253.

¶ 2. **FILIATIO**, Qualitas filii. Epistola Concilii Francoford. ad Episcopos Hispanos, inter Concilia Hispan. tom. 3. pag. 108 : *Nestorius itaque in suis expositionibus simulat se dicere unum filium et unum Dominum, sed refert Filiationem ad solum Dei Verbum.* Utitur etiam Fredericus Imp. Conradum filium alloquens in Chronico Siciliæ, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 12. Vide *Filietas.*

FILIATIO, Titulus honorarius, quo Episcopos compellant Summi Pontifices. Vide Ughellum in Italia sacra pag. 1. tom. 108. Occurrit passim. Vide *Filiolitas.*

¶ **FILIATIO**, *Adoptatio*, in Glossario Gasp. Barthii ex Hist. Palæst. Raimundi Agilæi.

¶ **FILIATIO CISTERCII**, tom. 3. novæ Gall. Chr. col. 797. Vide *Filiæ.*

* 3. **FILIATIO**, Jus filii in bona paterna. Chartul. Celsinian. ch. 617 : *Avus ejus, qui istam terram dedit sancto Petro, unum* (campum) *dedit patri ipsius Johanni in Filiationem, et alterum uxori suæ in dotem.* Alia notione, vide in *Filiolus.*

1. **FILIATUS.** Papiæ : *Curvatum.* Johan. de Janua : *Filiatus, i. curvatus, a filum dicitur, quia cito curvatur.* Gloss. Lat. Gall. :

Digitized by Google

Filiatus, Convers. [Sangerm.: *Filiatus, Courvez ou Courbes.*]

¶ 2. **FILIATUS**, Patri similis, ut filium decet. Gerardus in Vita S. Adalhardi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 350 : *Lux denique orbis Carolus Imperator, viam universæ carnis ingressus defecit, filiumque suum Ludovicum moriendo Imperatorem effecit; sed non tam bene Filiatum, sicut decuisset Imperium. Non enim secutus est viam patris.*

¶ **FILICA**, *Curialis*. Jo. de Janua; *Courtois*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. a Græco φιλικός, Amicabilis.

¶ **FILICARIUM**, *Locus ubi filix abundat*, Jo. de Janua; *Lieu où habunde fouchere*, in Gloss. Sangerm. *Filictum*, Columellæ, nostris *Fougeraie.*

* **FILICETUM**, *Lo logo de felese*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Vide supra *Filatarium.*

¶ **FILICO**, Malus et nequam homo, nullius usus et operæ. Festus : *Filicones, Mali et nullius usus, a filice* dicti. Vide Turneb. Advers. lib. 21. cap. 12. [* Vide *Fillones.*]

FILICON, Ex Græco φιλικόν, Pensitatio, quæ ex benevolentia, amice, et ultro præbetur, in Lege 32. Cod. Th. de Navicullariis, (13,5.) quomodo *donum, mutuum, etc.* nostri postea usurparunt. Ita exactiones suas, etiam veteres, specioso nomine palliarunt.

¶ **FILIDRISSA**, Herba quæ nascitur in trunco quercus. Vita S. Francisci de Paula, April. tom. 1. pag. 127 : *Capias duas summitates Filidrissæ ejus quæ nascitur in trunco quercus, et facias illam bullire cum ciceribus; cumque advenit febris paroxysmus, bibas brodium illud.* Vox est ibrida a Latino Filia, et Græco δρύς, quercus.

¶ **FILIETAS**, Qualitas filii. Concil. Francoford. in Epistola ad Episcopos Hispan. : *Adoptivus siquidem non habet aliam significationem, nisi ut Jesus Christus non sit proprius Filius Dei nec ex Virgine ei in Filium; sed nescio ex quo servo adoptatus in Filietatem, ut vos dicitis.* Semel atque iterum *Filietas* de Verbo dicitur in Fragmento Candidi Arriani et in Responsione Marii Victorini, apud Mabillonium tom. 4. Analect. pag. 115. et 175. [** Sæpe occurrit apud Marium Mercatorem in scriptis Nestorii.]

¶ 1. **FILIOLA**, Filia spiritualis ob susceptionem e sacro fonte baptismatis, Gall. *Filleule.* Testamentum Johannis Renawdi ann. 1322. in Formular. Anglic. Thomæ *Madox* pag. 430 : *Item lego cuilibet filiolo et Filiolæ meæ* VI. *s.* VIII. *d.* Vide *Filiolus.*

¶ 2. **FILIOLA**, Hisp. *Hijuela*, Tolosanis *Filleule*, apud Mozarabes, Operimentum sacri calicis tempore Missæ. Rubrica post sanguinis consecrationem apud Mabillonium de Liturg. Gall. pag. 42 : *Hic elevetur calix coopertus cum Filiola.* Et pag. 443 : *Ponat calicem super aram et accipiat Filiolam sine sanctificatione, et ponat super calicem dicendo, etc.* Missale MS. Ecclesiæ Aniciensis circa ann. 1300 : *Postmodum offert hostiam cum patena dicens : Grata tibi sit, etc. Ad calicem : Offerimus tibi Domine, etc. Ad Filiolam : Hanc oblationem quæsumus, Omnipotens, etc.* Hinc emendanda Acta SS. tom. 5. Junii pag. 219. ubi perperam editum *Fialam.*

* Vide Ordinar. Fratrum Prædicat. edit. a P. Joan. de Palencia et Exposit. Missæ P. *le Brun* tom. 2. pag. 302.

FILIOLAGIUM, Filiolatus. Vide *Filiolus.*

FILIOLITAS, Titulus honorarius, quo ut plurimum Summi Pontifices utuntur, cum ad Principes fideles scribunt, a quibus *Patrum* appellatione donantur. Rescriptum Episcoporum Synodi Duziacensis ad Ep. 27. Hadriani PP. : *Tradidit nobis Epistolam a vestra Paternitate Filiolitati nostræ directam.* Joan. VIII. Ep. 3. ex iis, quas Sirmondus edidit : *Nos etenim, quamvis illum, quem interim Filiolitatis amore complectimur, oppido reprehensibilem non negemus.* Idem Ep. 8. ex editis : *Quod Filiolitatis vestræ petit industria.* Joannes X. PP. Epist. ad Carolum III. Regem : *Unde hortantes vestram Filiolitatem monemus, etc.* Adde Epist. 315. Vide *Filiatio* 2.

FILIOLUS, Τιάφιον, ὑποχοριστικῶς, in Gloss. Græc. Lat. Proprie nostris, *Parvulus filius, quem de sacro fonte levamus.* Joh. de Janua. [Gall. *Filleul.*] Capitulare Aithonis Episcopi Basil. cap. 21 : *Filiolus, aut Filiola spiritualis de fonte, aut de confirmatione. Filius adoptivus*, Steph. Eddius in S. Wilfrido cap. 56 : *Et sancto Pontifici nostro Filius adoptivus factus est.* S. Bonifacius Moguntin. Epist. 17 : *Qui in matrimonium acceperit illam viduam, cujus ante Filium in baptismo adoptivum suscipiebat. Filius de baptismo*, in Concilio Autisiod. cap. 25. *Filius in baptismo*, apud Gennadium de Script. Eccles. in Severiano Gabalensi. Liber Dodanæ Manualis cap. 60 : *Qui te ex metis suscipiens brachiis, per lavacrum regenerationis Filium adoptavit in Christo. Filiolus de baptismo*, apud Anastasium Biblioth. in S. Petro Apost. *Filiolus de Fonte*, apud Ademarum Cabanensem in Chr. ann. 826. *Filius in baptismate*, in Vita et Passione S. Eusebii Episcopi Vercellensis, et apud Harigerum in Vita S. Landoaldi lib. 1. cap. 2. *Imperatoris ex sacro fonte batismatis Filius*, apud Theganum cap. 36. in Vita S. Eusebii Episc. Vercellensis, etc. Ethelwerdus lib. 3. cap. 3 : *Et Filium a charismate nominavit, ut modo sub manu Episc. solemus accipientes parvulos, Filios nominare.* [Tabularium Rothon. : *Artharius donavit Filiolo suo nomine Freoc, filio sororis suæ Wiulowen, quando totondit eum in Clericum, eo quod antea stetit sub illo in Lisprat a fonte baptismatis, medium Ran Tomaioc,* IV. *modios de brace, per cibum et potum, et postea firmavit nepoti suo Freoc et bis Filiolo.* Hoc est, a baptismo simul et a tonsura clericali.] Vide Cap. Car. M. lib. 6. cap. 172. [** 175.] Capit. S. Bonifacii Mogunt. cap. 26. Leges Henrici I. cap. 79. Stephanum Tornac. Ep. 237. etc.

¶ Filiolus, pro Filius fratris, Gall. *Neveu*, apud *Blount* in Nomolex. Anglic. : *Ego Johannes Lovet... dedi... Waltero le Blount fratri meo et Johanni filio suo, Filiolo meo, quindecim solidos annui reditus.*

Filiolatus, Filiolagium, Donum, quod *filiolo* a susceptore seu patrino in adoptionis spiritualis tesseram confertur. Chronicon Ademari Cabanensis ann. 826 : *Eroldus cum uxore sua et magna Danorum multitudine veniens ad Imperatorem Moguntiaco, et apud S. Albanum, cum his, quos secum adduxit, baptizatus est, fuitque Filiolus Imperatoris de fontibus, et multis muneribus ab eo donatus, per Frisiam, qua venerat, reversus est; in qua provincia dedit ei Imperator in Filiolatu unum Comitatum, qui Driusti vocatur.* Tabularium Abbatiæ S. Amantii Inculism. : *Guillelmus Pontoners dicebat terram, quæ est subtus Ecclesiam, patrem suum habere in Filiolatum a patre prædicti Arnaldi Bochardi, et ideo habuit* 10. *sol.* [Lobinellus tom. 2. Hist. Britan. pag. 86. ex Tabulario S. Florentii : *Giraldus ex Toarcensis castri primoribus, qui Amalberto in baptismo suscepto, in signo Filiolatus, Masnilii parochiæ medietatem concessit.*] Gesta Consulum Andegav. cap. 9. n. 10 : *Obtinuit, ut eum Militem constitueret, et causa Filiationis modicum terræ ei largiretur, quo posset eo gratiosius et accuratius servire.* Et n. 11 : *Qui solus remanens homagio et ligiatione Consuli facta, terram patris vel fratris defunctorum suscepit regendam, cum illa, quam ei Comes amore Filiolatus dederat.* Unde pro *filiatio* legendum supra *filiolatio* videtur. Eadem notione

Filiolagium. Lambertus Ardensis in lemmate capitis : *Quomodo Arnoldus Balduini filius curam egit amitæ suæ Elstrudis, et filii ejus, et Sifridi, Ardolphi, et quomodo ei totam Bredenardam in Filiolagium contulit.* Mox in ipso textu : *Hanc igitur terram memorandus Flandriæ Comes Arnoldus, ut jam diximus, pater Balduini Barbati, ad honoris sui et nepotis augmentum, et ad Ghisnensis terræ fines dilatandos, in feodi quoque crementum, cognato suo Germano et Filiolo libere possidendam, et in perpetuum hæreditario jure tenendam contulit Ardolpho.* Le Roman *d'Amile et d'Amy* MS :

> Fillieus, dist-il, je vous ay moult aimé,
> Mais d'une chose ait fait grant lascheté,
> De Fillolage ne vous ay point donné,
> Or le vous voil bel et gent presenter.

Legi Diploma Philippi VI. Reg. Franc. ann. 1343. mense Maii, quo Philippo Alenconio filiolo suo, et ex frate Carolo nepoti 6000. libratas terræ concedit, in cujus dorso hæc verba habentur : *Charte contenant comme la terre de Donffront fut baillée en assiette pour* 3730. *ll.* 9. *sol.* 4. *den. obol. en rabatant de* 6000. *liv. de terres, que le Roy Philippes avoit données en Filleurage à Mons. Philippes d'Alençon.* Exstat in eamdem sententiam Charta alia hocce verborum contextu in Tabulario Regio Reg. 78 : *Philippes par la grace de Dieu Roy de France. Sçavoir faisons à tous presens et avenir, que comme Perros Plainchamps, fils bastart Olivier Plainchamps, nous a fait exposer, que en Filiolage li furent données pour Dieu plusieurs berbis, lesquelles ledit Olivier son pere prist par devers soy, et les fist long-temps garder, tant qu'elles vindrent à grand nombre, etc.* 24. *May* 1350. *à Laigny sur Marne.*

* Estrena nuncupatur in Stat. Judæor. Apamiens. ann. 1279. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 71 : *Si qui Judæorum Apamiensium faciat filiolum, non sit ausus dare eidem Filiolo pro estrena, nisi usque ad xij. denarios Tolosanos. Filloliage*, in Charta Isabel. Rom. reginæ ann. 1305. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 122. col. 2 : *Baillons et cessons... à nostre amé filioul et nevoul Robert, fil de nostre très chier seignour*

Digitized by Google

et une frere Robert duc de Burgoingne, pour cause de Filloliage, et pour autres plusieurs causes bonnes.

* Aliud interdum sonat *Filiolagium* : cum enim gener aliquando *filii* nomine donatus sit, *Filiolagium* appellarunt Donum, quod ratione matrimonii genero fiebat, ut in Lit. ann. 1361. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 544 : *Non obstantibus quod hujusmodi villa, castrum, castellania, præpositura et ressortum dicti loci de Firmitate super Albam, cum aliis terris prædictis, dicto filio nostro* (Johanni Galeaz) *ratione et ad causam quibus supra* (matrimonii scilicet Isabellis filiæ Joannis regis cum dicto Galeaz) *in pariatu, Filiolagio, seu aliter qualitercumque... traditæ existant seu etiam assignatæ.* Vide supra *Filiaster* 2. et mox *Filius*.

Filiaticum, Idem quod *Filiolatus*. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 49 : *Et habeo duos mansos, quos dedit Episcopus Isarnus Radulfo avo meo pro Filiatico.*

Constat autem ex Scriptoribus, a susceptoribus collata ferme semper filiolis post baptismum munera, in signum adoptionis, vi cujus honorum suorum partem aliquam iis deberi existimabant. Asserus de Ælfredi rebus gestis ann. 878. de Godrum Rege Paganorum : *Quem Ælfred Rex in filium adoptionis sibi suscipiens, de fonte sacro baptismatis elevavit : cujus chrismatis solutio 8. die in villa Regia, quæ dicitur Wedmor, fuit : qui, postquam baptizatus fuit, 12. noctibus cum Rege mansit. Cui Rex cum suis omnibus multa et optima ædificia largiter dedit.* Beda lib. 4. Hist. cap. 13 : *Erat autem Rex gentis ipsius Ædilwach, non multo ante baptizatus in provincia Merciorum, præsente ac suggerente Rege Wlfhere, a quo etiam egressus de fonte, loco filii susceptus est, in cujus signum adoptionis duas illi provincias donavit, etc.* Henricus Huntindon. lib. 2. Histor. pag. 318 : *Ejus autem industria conversus est Rex Adelwold Rex Sudsex primus ad fidem, cui de lavacro suscepto dedit in signum adoptionis insulam With.* Rogerus Hovedenus ann. 994. de eodem Ethelwaldo Rege : *Quem rex honorifice suscepit, et confirmari ab Episcopo fecit, sibique in filium adoptavit, et regio munere donavit.* Adde Dudonem lib. 2. et 3. de Actis Normau. pag. 84. 100. et Gobelinum Personam in Cosmodromio pag. 193. Denique huc spectant, quæ habet Scylitzes de Michaele Imp. Theophili filio pag. 544 : Τῶν συμπαιζόντων αὐτῷ καὶ συνανιοχούντων καί συναμιλλωμένων ἐκ τοῦ θείου ὑιοθετούμενος τὰ τέκνα βαπτίσματος, τὸν βασιλικὸν κατακόσμου πλοῦτον, ἑκατὸν ὀγδήκοντα, καὶ τοὐλάχιζον πεντήκοντα τῷ καθεπάζῳ παριχόμενος λίτρας.

* **FILISTIUM**, *La ruma dopia.* Glossar. Lat. Ital. MS.

¶ **FILIUM**, ut infra *Filum aquæ*, Gall. *le Fil de l'eau.* D. *Brussel* de Feudorum usu tom. 2. pag. 945. col. 2. ex Codice Feudorum Campaniæ : *Comes Campaniæ potest sequi homines sanctuarios de custodia sua, usque ad la Beurouve in omni parte citra aquam ; et Filium de la Beurouve est per molendinum Comitis S. Pauli de Cloia.*

* Charta Joan. reginæ Castel. et comit. Pontiv. ann. 1257. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 303 : *Damus Ferrando primogenito et hæredi nostro Noellam super Summam,... et quicquid ibi habebamus,.... sicut Filium seu profundior cursus Summæ vadit usque infra mare.* Vide infra *Fillum* 2.

FILIUS, vox usurpata etiam in brutis : nam et Isidorus *filios* de ovibus dixit : de hirundinibus, vetus Interpres Juvenalis Sat. 10. v. 230. παιδία de ranis, Hesychius in Γύρινον, ut et Synesius de aliis animantibus.

¶ Filius, Ætate minor, sic a majoribus compellatus ad animi paterni testimonium. Vide *Pater*.

Filis, pro *Filiabus*, usurpant lex 2. Cod. Th. de Secund. nupt. (3,8.) et lex 2. de Lenonib. (15,8.)

¶ Filii, pro Liberis, filiis nempe et filiabus, in Lege Salica tit. 62 : *Si quis mortuus fuerit, et Filios non dimiserit, etc.* Ubi Lex Ripuar. *Si quis absque liberis defunctus fuerit, etc.*

* Filius, Juvenis masculus. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 229 : *Lequel sergent avoit pris et arresté un jeune Filz de l'aage de dix-huit ans.*

* Filius, Gener, ut supra observatum est in *Filiolagium*. Hinc Saul Davidem generum suum, *Filii* nomine compellat 1. Reg. cap. 24. v. 17.

* Filius, Famulus. Reg. Corb. sign. *Habacuc* ad ann. 1510. fol. 59. v° : *A esté ordonné que Colau Bertould, palfrenier de l'église, prendera ung josne Filz honeste et propice, pour le aidier à abiller les chevaulx.*

Filios, Cæsarum dignitate a se donatos compellabant Imperatores, ut ii vicissim Augustos, *Patres* appellabant. Vide Lactantium de Mortib. Persecutor. n. 20. 32.

¶ Filios, passim Reges salutant summi Pontifices in epistolis suis, ut Gregorius M. Adilbertum Anglorum Regem lib. 5. Epist. 60. Vide etiam Epistolam 59. Quod etiam Episcopis sæculo VI. in usu erat, ut probant Aureliani Arelatensis Episcopi ad Teudebertum Regem, Desiderii Cadurcensis ad Sigebertum et Dagobertum Epistolæ apud Duchesnium Hist. Fr. tom. 1. pag. 857. et seqq. Huc spectat quod Innocentius III. scribit ad Atinatensem Episcopum, nempe *Apostolicæ sedis consuetudinem in suis literis hanc tenere, ut Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos Fratres ; ceteros autem Reges, Principes, vel cujuscumque ordinis Filios, in nostris literis appellemus.* Sed illud non insuper habendum, quod Matthæus Albanensis Episcopus et Apostolicæ Sedis Legatus, *carissimum Filium nostrum* Ludovicum Regem, cognomento Grossum, vocat in Chartario S. Martini de Campis. Hæc post Mabillonium lib. 2. Diplom. cap. 2. num. 7.

* Filius Abbas. Vide supra in *Abbas*.

¶ Filius Baptismatis. Vide *Filiolus*.

Filius Dalgo. Vide *Hidalgus*.

Filius Ecclesiæ. S. Ambrosius Epist. 32. ad Valentinianum Imper. : *Quid enim honorificentius, quam ut Imperator Ecclesiæ Filius esse dicatur? quod enim dicitur, sine peccato dicitur.* Joannes Papa : *Si Imperator Catholicus est, (quod salva pace ipsius dicimus) Filius est, non Præsul Ecclesiæ.* Ceremoniale Cencii Camerarii, de Inauguratione Cæsaris : *Tunc surgens Dominus Papa ter quærit ab eo, si vult esse Filius Ecclesiæ : quo ter respondente, Volo, Dominus Papa dicit : Et ego te recipio ut Filium Ecclesiæ : et mittit eum sub manto, et ille osculatur pectus Domini Papæ.* Ubi observanda formula adoptionis, et *mittit eum sub manto*, de quo more copiose egimus in Dissert. 22. ad Joinvillam. Gregorius VII. PP. lib. 3. Epist. 11 : *Noverit fraternitas tua, quoniam Rogerius Comes frater Roberti Ducis Apostolicæ Sedis benedictionem et absolutionem requirit, ejusque Filius vocari et esse desiderat.* Willelm. Brito lib. 8. Philipp. de Philippo Aug. :

> Hæc Rex ut juri contraria, juris amator,
> Filius Ecclesiæ, ob matris revocavit amorem.

Vide Bertoldum ann. 1095.

Filii Ecclesiæ, Clerici et Sacerdotes uni Ecclesiæ addicti, apud Anastasium in Bonifacio III. et in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. § 41. [** Lothar. I. 20. Parrochiani.] [* Charta ann. 1201. ex Tabul. S. Gauger. Camerac. : *Cum autem advocatus custodiæ nemorum servientem apponit, ipse serviens coram Filiis ecclesiæ jurare debet, quod nullum hominem aut animal arrestabit, nisi ad forefactum accipiat.* Alia ann. 1231. in Chartul. Clarifont. ch. 135 : *In plena ecclesia de Stabulis coram Filiis ecclesiæ, tam ipse pater meus quam ego ipsi ecclesiæ Clarifontis in perpetuum quitavimus.* Quæ et de parrochianis intelligi possunt.] [** Inscript. apud Schannat. Episcop. Wormat. tom. 1. pag. 173 : *Anno Dom.* 1452. 16. *Kal. Jan. ob. rever. Dom. pater frater Petrus de Gengenbach, hujus monasterii reformator, Filius conventus Argentinensis Ord. Prædicat.*]

¶ Filii Familias, *Fils familier, franc, legitime*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

* Filius Familiaris, qui adhuc sub tutela paterna est. Lit. remiss. ann. 1443. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 297 : *Girauld Courtes, Filz familier de Guillaume Courtes de la ville de Riom, etc.*

Filius Georgii. Gesta Francor. expugnant. Hierusalem sub finem :

> Rodbertus Flandrensis, probus Miles, inclitus,
> A Turcis appellatur Georgii Filius.

Gualterus Terwan. in Vita sancti Caroli Comitis Flandr. de eodem Roberto cap. 5 : *Ob invicibilem animi constantiam, ab ipsis quoque Arabibus ac Turcis Filius Georgii scribitur appellatus.*

Porro Arabes Robertum Flandrensem appellarunt *Filium Georgii*, non quod a S. Georgio genus traxisse existimarent, sed quod ipsum esse S. Georgium Militem inclytum, et apud Græcos eo nomine celeberrimum, existimarent. Nam Arabes, ut et Syri, *Filium hominis*, pro homine, *Filium iniquitatis*, pro iniquo dicebant, ut observat Abrahamus Ecchellensis in Hist. Arab. cap. 1. pag. 150. Vide, quæ de S. Georgio observat Seldenus in Titulis honorariis. Nos etiam quædam ad Joinvill.

¶ Filius Giezi, Leprosus, sic dictus, quod Giezi a Deo lepra percussus fiut, uti narratur 4. Reg. 5. Georgius Christian. tom. 1. Rerum Mogunt. pag. 14. ex decima de S. Aureo lectione : *Prima istius urbis mœnia in campestri loco spatioso, ubi nunc*

Digitized by Google

est domus Filiorum Giezi, i. Leprosorum.

Filii Hernaudi, per contumeliam appellati a *Pullanis*, milites Christiani, qui ad Terræ sanctæ tuitionem, relicta ultro patria, et *pro Christo exulantes*, properabant, *tanquam fatui et idiotæ*, uti narrant Jacobus de Vitriaco lib. 1. Hist. Hierosol. cap. 72. et Sanutus lib. 3. part. 8. cap. 2. et 5. Statuta Ordinis Hieros. tit. 19. de Verbor. signific. § 33 : *Per Filios Arnaldos intelliguntur hi, qui novissime post alios, Ordinem nostrum sunt professi, quasi tirones. Quod quidem vocabulum, quod et ipsum Gallicum est, in Terra sancta frequens et commune fuit. Nam qui illic ex patribus Christianis nati erant, Polani dicebantur, qui vero in partibus citramarinis nati eo veniebant, ab eis Filii Arnaldi vocabantur.* Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium pag. 46 : *Erat autem ibi ad illam obsidionem* (Cremæ) *quædam magna societas solummodo pauperum et egenorum insimul congregata, qui derisione Filii Arnaldi appellabantur etc.* De *Pullanis* agimus in hac voce. [* Vide supra *Arnaldus*.]

* Filius Hominis, Rusticus, qui agrum colit. Charta Guill. Cenoman. episc. ex Tabul. Major. monast. : *Ita quod nec ipsi, nec hæredes eorum, aliquis miles vel burgensis, templarius vel hospitalarius, nec aliquis Filius hominis in villa vel in vineis potest facere pressorium.* In alia Charta de eadem re pro *Filius hominis*, legitur *Agrestis*. Alibi, *Filius hominis* passim pro Homine, usurpatur.

* Filius Legalis, Legitimus, secundum leges natus. Chartul. Celsinian. ch. 286 : *Cedo ad supradictum locum in tali tenore, ut si Filium legalem habuero, teneat et possideat, et post obitum suum remaneat ad locum jam supradictum; et si Filium Legalem non habuero, remaneat S. Petro, sine ullo contradicente.*

* Filius Major, Titulus honorarius apud Catharos seu Manichæos ministrorum, qui veluti episcoporum vicarii erant. Examen testium ann. 1288. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 121 : *Recepit manuum impositionem in Verona in domo Catharorum... a domino Alberto episcopo sectæ de Bagnolo, et a domino Michaele, qui est Filius major in ipsa secta, et ab ipso eodem Albertino, qui et ipse erat Filius major et visitator eorum in dicta secta in Lombardia.*

¶ Filius Maritalis, Mariti filius, naturalis et legitimus, ex legitimo thoro procreatus. Testamentum Arnandi *d'Alegre* ann. 1263. in Chartario Casæ-Dei : *In primis Hugonetum Filium meum legitimum et Maritalem instituo in hæredem.* Timeo ne legendum sit *naturalem;* tritissima quippe hæc locutio, *Filius naturalis et legitimus.* Vide Rymerum tom. 8. pag. 177.

* Filius Materialis, Ex illegitimo thoro a patre procreatus, spurius. Stat. ant. Florent. lib. 1. cap. 3. ex Cod. reg. 4621. fol. 13. r° : *Nec ducet aliquis officialis forensis, aut aliquo modo retinebit in palatio aut domo suæ habitationis.... aliquem Filium suum legiptimum, materialem vel naturalem.... in numero... suorum officialium vel familiæ.* Ibid. lib. 5. cap. 33 : *Ordinatum est quod omnes et singuli legitimi et Materiales, sive Materiales tantum sive qui vulgo bastardi appellantur, etc.*

¶ Filius Matris Suæ, Spurius. Mabill. tom. 5. Annal. Benedict. pag. 491. laudat Instrumentum anni 1111. quod subscribunt *Herluinus pædagogus Ludovici Regis filii, Galterius Filius Matris suæ.*

* Exstat Charta hic laudata in Chartul. Maurign. num. 90. ubi inscribitur ann. 1192. *Filz de lisce* nuncupatur, in Lit. remiss. ann. 1354. ex Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 181. *Mauvais filz*, in aliis ann. 1442. ex Reg. 176. ch. 265 : *Guillaume Glacon dist au supplant : Tu es un très mauvais Filz, qui vault autant selon la coustume du pais, tu es un très mauvais filz de putain.*

Filius S. Petri dicuntur potissimum Imperatores ac Principes, qui Sedi Apostolicæ venerationem quamdam peculiarem impendunt, qualem filii patribus : quod pluribus observavit Nicolaus Alemannus in Dissertat. de Lateranensib. parietinis cap. 11. Domnizo lib. 2. de Vita Mathild. cap. 18 :

> Filius esse Petri si vult Rex, atque fidelis.

Filia Petri, Dicta Mathildis Comitissa, Bonifacii Ducis relicta vidua, Gregorio VII. PP. lib. 1. Epist. 11. lib. 2. Epist. 9. et Domnizoni lib. 2. non semel. Idem cap. 3 :

> ...Pacem putat esse futuram
> Filiolæ Petri, Christi famulæque fideli.

Rangerius Episcopus Lucensis de eadem :

> Filiolæ Petri violæ post lilia dentur.

Post Chartam ejusdem Mathildis, quæ describitur a Dominico in Assertore Gallico cap. 9. habentur in originali hæc verba : *P. Episcopus servus servorum Dei Verdunensis Ecclesiæ dilectis fratribus sal. et Apostolicam benedictionem. Quod Comitissa Mathildis dilecta Filia B. Petri Virdunensi Ecclesiæ sponte dedit, nos in illud hoc nostro scripto assensum præbuimus, ac proprio sigillo designari jussimus.* Ex Schedis Peirescianis. Vide *Filius Ecclesiæ.*

Filius Poenitentialis, dicitur Sacerdotis, a quo *pœnitentiam* quis accepit, seu cui confessus est peccata sua, qui *Pater spiritualis*, seu πνευματικός vulgo appellatur. Concilium Sarisberiense ann. 1217. cap. 9 : *Et cum peccans Sacerdos peccare faciat populum Dei, maxime a Filia sua spirituali et Pœnitentiali se abstineat, et ab omnibus, quibus dispensaverit Ecclesiastica sacramenta : sciens, quod in detestationem tanti peccati secundum Canones et SS. Patrum statuta, 15. anni debentur, et postea detrusio in Monasterio.* Constitutiones Synodales Episcopi anonymi ann. 1237. tom. 2. Concil. Angl. : *Maxime autem a Filia sua Pœnitentiali se contineat, etc.*

Filius Spiritualis, Eadem notione. Concil. Dalmaticum ann. 1199. cap. 4 : *Districtius inhibemus, ne aliquis Sacerdos filii sui vel Filiæ Spiritalis privatam confessionem alicui revelare præsumat.* Alias

Filius Spiritualis ejus dicitur, a quo in baptismo exceptus est. Inscriptio Christiana apud Seldenum ad Marmora Arundel. : ΙΩΑΝΝΗC ΡΟΥΦΙΝΟΥ CΜΥΡΝΑΙΟC CΥΜΒΟΛΑΙΟΓΡ.. ΔΩΡΗCΑΜΗ ΤΟΚΗΠΙΟΝ ΤΟΥΤΟ ΘΕΟΔΩΡΩ ΤΩ ΕΜΩ ΓΝΕΕΚΓΟΝΩ + ΚΑΙ ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΩ + ΥΙΩ. [Vide *Filiolus.*]

Filius Spiritualis, Adoptatus. Vetus Scheda apud Baluzium in Append. ad Capitul. num. 88 : *Avunculo, qui eum in Spiritalis Filii vicem susceperat.* Vide *Adoptio*, et Oct. Ferrarium in *Figliol d'anima.*

Filius Tonitrui, dictus S. Joannes Evangelista. Rupertus lib. 4. de Divin. Offic. cap. 22. de S. Joann. Evang. : *Hic Tonitrus Firmamenti, opera manuum ejus annuntians, qui verba cœlorum eloquentium in fines terræ fecit audiri, scilicet quod Verbum Deus, Deus absconditus, in sole posuit tabernaculum suum, etc.* Theophanes Cerameus Homil. 48 : Ὁ μεγαλόφωνος ὑὸς τῆν βροντῆς. Vide Notas nostras ad Alexiad.

¶ **Filla**, Laquei in ima Chartarum ora inserti, e quibus pendet sigillum, Gall. *Lacs.* Conventiones MSS. inter Ludovicum Reg. Siciliæ et Cives Arelat. ann. 1386 : *Sigillatum sigillo magno pendente dicte domine nostre Regine et Comitisse, in cera rubea cum Fillis cirici crocei et rubei.*

* **Filladisserium**, Filum sericum crassius. Leudæ major. MSS. Carcasson. : *Item pro libra de Filladisserio, ob. Turon.* Ubi versio Gall. ann. 1544 : *D'une livre de filozelle, etc.* Vide infra *Firosellum.*

* **Fillagnus**. Stat. Placent. lib. 5. fol. 65. r° : *Quicumque intraverit vineam seu Fillagnos alicujus tempore uvarum, sine præsentia vel licentia illius, ad quem spectant, solvat pro introitu soldos xx. Placent.*

* **Filleria**, a Gallico *Filiere*, Species trabis, qualis est illa, quæ portat canterios in ædificiis. Comput. eccl. Paris. ann. circ. 1381. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Item xiiij. pecias pro pennis et Filleriis.* Vide *Fileria* 1. et supra *Fileris.*

¶ **Fillium Aquæ**, ut infra *Filum aquæ*, Gall. *le Fil de l'eau.* Chartular. Gemetic. tom. 1. pag. 126 : *Quantum terra vestra se in longum estenditur et in latum usque ad Fillium aquæ.*

Fillones, Nebulones, cujusmodi sunt quos nostri inde fortean *Filous* vocant : verberones. Kero Monach. : *Verbera, Fillo. Verberum, Filloum, Fillonokertu.* Theodulfus Epigram. 3. in Analectis viri eruditissimi Mabillonii tom. 1. de Bilingue :

> Ecce nugax labiis Filo quidam certa susurrans
> Nunc joca, nunc fletus, nunc quoque turpe canit.

Infra :

> Haud secus instabiles percurrit elluo montes
> Infestus juvenum, quos agit aula levis.

Ratherius Veron. Episc. in Qualit. Conjectur. pag. 200 : *Dicit pro eo, quod est animosus atque pauperrimus, nolit ministrum vel Capellanum habere, quem Fillonem non audet appellare.* Eckeardus junior de Casib. S. Galli cap. 5 : *Ecce Ungri, Fillones illi fugitivi, nunciis me fatigant.* [Geraldus *de Brie* in Epistola ad Consules Albienses ann. 1421. inter Anecd. Marten. tom. 2. col. 1712 : *Devotioni vestræ notum facimus per præsentes hæresiarcham et Filonem illum Johannem Carrerii, scandalum orbis, et læsæ majestatis reum, per Ecclesiam cum suis fautoribus et complicibus, justo Dei judicio condemnatum.*] Vide Menagium in Orig. Gallic. voce *Filou*, et supra *Felko*, 2. et *Filico.*

¶ 1. **Fillum**, Filum, series, ordo v. g. granorum continue insertorum, Italis *Filo* et *Filza.* Litteræ Ducis Venetiarum ann.

Digitized by Google

1387. apud Rymer. tom. 7. pag. 562. col. 1 : *Fillæ viginti tria perlarum grossarum, quæ fuerunt numero perlæ septingentæ quinquaginta septem, et unum rubinum in tabulla ligatum in auro.*

* 2. **FILLUM**, Cursus aquæ rectus, Gall. *Le Fil de l'eau*. Sentent. arbitr. ann. 1500 : *Fecerant.... unam arcam nemoris, quæ fecit divertere aquam a suo Fillo, etc.* Vide *Filum Aquæ*.

¶ **FILO**. Vide *Fillones*.

¶ **FILOCAPTUS**, Amore captus, ex Græco φιλεῖν, Amare, et Latino, Capere. Fr. Marianus in Vita B. Joannis Bonvisii inter Acta SS. Maii tom. 5. pag. 102 : *Cæpit ita tribulationes concupiscere et in tantum se in ipsis delectari, velut de ipsis Filocaptus, ut, etc.*

¶ **FILOCOPUS**, *Ameur de jactance, qui veut apparoir en ses euvres*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Johanni de Janua, *Amator jactantiæ, qui vult ut labor suus appareat propter vanam gloriam, a copos, labor, vel opos, visio.* Sed vereor ne legendum sit *Filocompus*, a φιλόκομπος, Jactantiæ amator. Vide *Filopompus*.

¶ **FILOGRAMUS**. Chartam ann. 977. subscribit Bernardus *Gramaticus, eleemosynarius* Ermengaudi Archiep. Narbon. avunculi sui cum hocce titulo : *Bernardus Filogramus*, a Græco, ni fallor, φιλογράμματος, Litterarum studiosus.

* **FILONUM** inter varia ligna recensetur, in Stat. datiar. Riper. cap. 12. fol. 5. r° : *De qualibet libra æstimationis cujuslibet Filoni, pro exitu denarii sex.*

FILOPARES, ait Salmasius, res dicuntur, quæ sunt *filo pari*, id est, magnitudine et figura, lineamentisque formæ plane pares : *filum* enim idem omnino quod lineamentum, Græcis χαραχτήρ, περιγραφὴ εἰδοῦς. Lucretius lib. 2 :

> Debent nimirum non omnibus omnia prorsum
> Esse Pari Filo, similique affecta figura.

Ita etiam *filum* usurpant Plautus et A. Gellius. Anastasius in Gregorio III. PP. pag. 72 : *Quas* (columnas) *statuit circa Presbyterium ante Confessionem, tres a dextris, et tres a sinistris, juxta alias antiquas sex Filiopares.* Ubi alii Codd. habent *philopareas*. Idem in Gregor. IV : *Albas majores numero* 29. *Alabandinas majores numero* 20. *albas modicas habens circum capitis coronam diverse Filopares.* In Leone III. pag. 122 : *Item velum alythino rotatu habens periclysin rotas cum cancellis, et in medio crucem cum gemmis, et* 4. *rotas de Tyrio Filopares.* In Leone IV : *Gabatas de argento purissimo numero* 6. *tres quidem Filopares signo Christi, etc.*

¶ **FILOPOMPUS**, *Amator jactantiæ*. Papias in MS. Bituric. ex φίλος, Amicus, et Pompa. Vide *Filocopus*.

FILOSA. Itinerarium Greg. XI. PP. pag. 318 : *Via incœpta obviant Pontifici histriones, cum Filosis via tractatur, etc.*

* Colus, Gall. *Quenouille*, Massiliensibus *Filoy*. Mirac. MSS. Urbani PP. V : *Dum cum Filosa sua filando iret per viam, etc.* Formulæ MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 28. v° : *Abstulit sibi certam quantitatem cibi, unam Filozam, unum capellum, etc.*

* **FILOTUM**. f. pro *Filatum*, Congeries seu fasciculus filorum. Chartul. S. Dion. Exoldun. : *Ita dicimus de quadrigis et equis portantibus telas, Filotum, lanam, etc.*

* **FILOZA**. Vide supra *Filosa*.

FILTORTUS. In Lege Salica titulus 44. sic concipitur in Edit. Heroldi, *de Filtortis, qui Lege Salica vivunt*. In Edit. Tilliana, *de Filtortis, hoc est, qualiter homo furatus restintertiare debet*. Ubi Wendelinus *Filtortos* dici ait, pro *Flitortos*, lingua Flandrica *Vlietaert*, id est, *Fugitivos*. Est ergo, illo auctore, *Filtortus* hoc loco, qui vel fugit, vel de fuga est suspectus, vel cui absenti ac tanquam fugitivo furtum videtur imputandum.

☞ Perobscuram hanc vocem, quam neque Wendelinus neque alii Commentatores assecuti sunt, interpretari tentavit Eruditus Eccardus in notis ad Legem Salicam tit. 50. haud infelici, ut videtur, conatu. Agitur quippe in eo articulo quomodo quis crimen furti aut damni vel violentiæ alteri factæ a se removere possit. Violentia autem, vis, damnum, injuria et injustitia quæcumque medii ævi Scriptoribus *tortus* vel *tortum* vocatur. Hinc vocem compositam esse putat ex *fil* vel *fel*, a Germ. *Fehlen*, Falli, errare, et Latino barb. *Tortus*, Gall. *Tort* : adeo ut *Filtortus* vel *Feltortus*, ut habet Guelferbytanus codex, sit Falsa injuria, vel etiam Falso injuriatus, aut cui falso crimen latrocinii imputatum est. Simplicius Schilterus in Gloss. Teuton. *Filtorta* exponit Res intertiatas, a verbo *Filen*, Commendare, et *Terte*, Tertius. Porro ibi sermo fit de rebus apud alterum inventis quæ tertio commendari debent. Judicent horum idiomatum peritiores.

* **FILTRARE**, *Filtrum* seu lanam coactam operari. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Filtrare, feutrer*. Vide *Feltrum*.

FILTRUM, *Filtronium, Filtur, etc.* Vide *Feltrum*.

¶ **FILVA**, Species navigii minoris, idem, ut conjicio, quod Italis *Filucca*, Nostris *Felouque*, Phaselus. Nicolaus Specialis de Rebus Siculis lib. 7. cap. 17 : *Ut ipsos defensores urbis in multarum partium defensione distraherent, quo debilitatam urbem viris bellatoribus facilius superarent, cathenam quæ portum urbis concluserat, præmissis portennis, quas vulgo alii Filvas, alii Copas vocant, magnisque navibus succedentibus infringere conabantur.*

* 1. **FILUM**, Recta linea, rectus ordo, Ital. *Filo*, nostris *Fil*. Mabill. tom. 2. Mus. Ital. pag. 168 : *Archidiaconus cum aliis diaconibus et subdiaconibus ordinati stant juxta altare in duobus Filis.* Rursum pag. 227 : *Prior diaconus cardinalis cum diaconis, subdiaconis, scriniariis et judicibus, descendit ante altare et facit duas acies seu Fila, unam ex una parte, et unam ex reliqua æqualiter dividendo.*

* 2. **FILUM**, Tæniola, in arte heraldica. Lit. Caroli VI. ann. 1386. in Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 91 : *Scutum coloris sereni cœli sive asuris, cum benda ejusdem coloris liliorum flosculis auri rutilantis seminata, cum duobus filis sive tractis argenti.*

* 3. **FILUM**. Opus Fili, Gall. *Ouvrage à filets*. Inventar. MS. Sedis Apost. ann. 1295 : *Item unum alium flasconem de argento deauratum, cum pede quadro et circulis laboratis de opere Fili.*

FILUM Aquæ, Cursus aquæ rectus : Gallis *le Fil de l'eau. Filum aquæ, seu medium aquæ*, in Statutis Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 16. § 1. Charta Joannæ Comitissæ Flandr. ann. 1230. pro Marquetano Monasterio apud Buzelinum lib. 2. Gallo Flandr. cap. 30 : *Usque ad Filum aquæ, per quod navigium ducitur.* Occurrit etiam apud Bractonum lib. 4. tr. 1. cap. 28. § 4. et in Consuetud. *de Menotou sur Cher*, art. 21. et Burbonensi art. 341. *Secunda aqua navigare*, in Annalibus Eginhardi ann. 826.

Filum Salinæ. Bulla Alexandri IV. PP. ann. 1255. apud Ughellum tom. 1. pag. 68 : *Unam pedicam terræ et dimidiam de Anserano, unum Filum Salinæ in pedica sanctæ Aureæ, et tres Filos Salinæ in pedica ultra Tiberim.* Adde pag. 125. 136. 137. 140. Charta Benedicti PP. apud eumdem Ughellum tom. 1. pag. 136. 143 : *Et Filum Salinæ in integrum situm in* 7. *Filas. Item ei Baccanensi et in Genucula Fila novem, omnia Fila Salinarum, quæ ad vestrum Episcopium pertinere noscuntur.* Ibidem : *Per fossatum ipsius vallis pergit a pede Fili Salinarum, concludente totum campum usque in pedicam, quæ vocatur Viscoli, et Piscina Galiarda concludente ipsam pedicam, quæ sunt Fila* 30. *et pergente juxta Fila, quæ stant, etc.* [Greg. Monachus in Chronico Farfensi, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 524 : *Item Guinisius Negotians et Saxa jugalis ejus dederunt Filum Salinæ in pedica veteri.* Ibid. col. 421 : *In portu Ostiæ tenet Stephanus Presbyter terras et vineas et Fila in Satine et in Colline similiter.*]

¶ **Filum Directum**, Recta linea, rectus ordo, Gall. *Droite ligne*. Charta Thossiac. ann. 1451. signata *Bonnet* : *Quandam domum cum curtili de retro, prout se extendit tendendo Directo Filo a dicto curtili ad corserias villæ Thossiaci.*

Filum de Pallio Projicere, in argumentum remissionis injuriæ. Eigil in Vita S. Sturmii Abbatis Fuldensis cap. 18. de Pipino Rege : *Tollensque manu sua de pallio suo Filum, projecit in terram, et dixit : Ecce in testimonium perfectæ remissionis Filum de pallio meo projicio in terram, ut cunctis pateat, quod pristina deinceps annulletur inimicitia.* Vide *Vestire*.

¶ **Filum de Paternostris**, Series sacrorum globulorum, vulgo *Chapelet*, in Histor. Delphin. tom. 2. pag. 275.

* **FILX**, Filix, Gall. *Fougere*. Chartul. S. Dion. Exoldun. : *Si autem aliquis equus portaverit Filces super dictum baat, debet sex denarios.*

* **FILZA**, vox Italica, quæ res quaslibet transmisso filo sibi mutuo cohærentes significat. *Filza corallorum seu ambrarum*, in Mirac. S. Rosæ tom. 2. Sept. pag. 446. col. 2. globulos precatorios ex corallio vel succino indicat. Charta ann. 1306. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 743 : *Spoliatus et derobatus... de decem Filzis de Paternostris.* Vide *Terzolla*. Hinc

* **FILZATA**, Panni species, ex transmissis filis contexta. Stat. pro pannific. Astæ pag. 83. r°. : *Quod nullus possit facere Filzatas, nisi habeant filum tortum in duabus filis.*

¶ **FIMARE**, Stercorare, Fimo pingue-

Digitized by Google

facere, Gall. *Fumer*. Charta Roberti Abbat. Corbeiensis in Archivo ejusdem Monast. : *Terras quoque quas Fimaverat, in quibus agriculturam clamabat, concessimus ei.*

¶ FIMATURA, Stercoratio, ibidem : *Donec Fimaturam suam pro rusticana consuetudine recepisset.* Id est, donec collegisset fructus e terris recens stercoratis.

¶ FIMARIUS CURRUS, Quo Fimus exportatur, Lamberto Ardensi, apud Ludewig. tom. 8. pag. 600. ubi legendum *Curris Fimariis* pro *Curtis Fimariis*. Gl. Lat. Gall. Sangerm. : *Fimarius, Fienteur, c'est qui porte fiens. Bos vel equus qui portat fimum.* J. de Janua.

FIMARIUM, Fimetum, locus ubi reponitur fimus quo agri stercorantur, in Statutis Davidis II. Regis Scotiæ cap. 15 : *Si aliquis injuste et contra legem alterius canem interfecerit, vigilabit et custodiet ejus Fimarium* [** Houard. *Firmarium.*] *post annum et diem.* Gall. *Fumier*. Charta ann. 1254. in M. Pastorali Ecclesiæ Paris. lib. 9. Ch. 45 : *Necnon Fimarium, paleam, et stramina existentia in porprisio prædicto, etc.* Will. *Guiart* in Hist. Franc. MS. ann. 1304 :

> S'en vont vers Vendinc à grantes routes,
> Par biaus chemins, et par Femiers.

* FIMARIUS, Eadem notione. Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 143. r°. : *Similiter habet justitiam de Fimariis eodem in hominibus illis, quorum Fimarios invenerit in chemino.* Vide *Fimare*.

* FIMARIUS LECTUS, Feretrum, in quo defunctorum cadavera efferuntur tumulanda. Testam ann. 1325. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 293 : *De quibus sexaginta solidis Turon. accipio pro lecto meo Fimario decem solidos Turonenses.* Sed legendum procul dubio, *Funerario*. Vide infra *Lectus* 1.

FIMBRIÆ, Pallæ, quibus Sanctorum sepulcra tegebantur. Gregorius Turon. lib. 7. cap. 22 : *Illud inter jurgia exprobrans, quod eum velim a sancti Antistitis Fimbriis separare.*

* FIMBRIARE, Acu pingere. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 4120 : *Fimbriare, Brodeir.*

* FIMBRIATUM, Fimetum, ut videtur, seu locus ubi reponitur fimus, a Gallico *Fambray* et *Fembroy*, fimus. Vide supra *Exfelcorare* et *Fiens* 1. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Fimbriatum, Gall. Funchide.*

FIMBRINA, nude, in Gloss. Arabico-Lat. et mox : *Fimbri, Bombyx.* Sed videtur legendum, *Fibrina*, et *Fibri*. Vide *Bever*.

FIMELLA, vel FEMELLA, Ferrum januæ affixum, per quod circellum ei insertum ducitur, ut ad ejus strepitum janitor fores aperiat, Occitanis *Femelle*. Gloss. S. Benedicti cap. de ferramentis pag. 170 :. *Femella*, ἀμφίδρυς. Regula Magistri cap. 95 : *Quæ Regia Monasterii aforis circellum habeat ferreum in Fimella, quo ab adveniente concusso, cujuslibet supervenientis intus indicetur adventus.*

¶ FIMELLUS, Privilegium Wifredi pro Monasterio Rivipullensi, inter Concil. Hispan. tom. 3. pag. 165. col. 2 : *De alio vero latere descendit de monte super Fimellos et pervenit per torrentem, qui est ultra villa Jordanos, et infundit in Fezer.*

¶ FIMENA, pro *Femina*, in Præcepto Chlotharii III. tom. 1. Annal. Benedict. pag. 694. col. 1.

FIMITIUM. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 256 : *Percipit Prior 4. acras frumenti, et 4. avenæ, in culturis, post Fimitium, ex liberatione servientis.* Ubi Editor ad marg. Lege, *fœnisicium*. Verum non secatur fœnum in *culturis*; sed *bladum*, aut avena in iis seritur. Proinde malim *Fimitium* tempus esse, quo agri fimantur.

FIMORARE, Fimare, *Fumer*. Fleta lib. 2. cap. 76. § 3 : *Terra sabulonosa fimo puro non Fimoretur.*

¶ FIMORATIUM, Fimetum, locus ubi fimus aliaque stercora projiciuntur. Statuta Massil. lib. 1. cap. 59 : *Statuimus ut si aliqua persona patuum habet vel habebit infra Massiliam alicubi, ubi fit vel fiet Fimoratium quod illa persona cujus patuum est,... ita claudere, et alte teneatur ne ibi fiat vel possit fieri Fimoratium vel fimus, aut scobilla aliquatenus projici.* Ibid. lib. 2. cap. 41 : *Totum aliud lutum quod exibit de prædictis operatoriis projiciant seu projici faciant in suis Fimoratiis.* Vide in *Fimare*.

* FINA. Charta ann. 770. apud Meichelbec. tom. 1. Hist. Frising. pag. 69 : *Tradidi casas, curtes, pratas, pascuam, aquas earum* (l. aquarum) *decursos, territorium, Finas, silvas, saltores, planities, vel quicquid jure possidere videbamur.* An pro *Fines*? Vide *Finis* 4.

¶ FINABILITER, Omnino, prorsus. Instrum. ann. 1225. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 379 : *In quibusque Dominicis nostris liberi sint, quiti et immunes Finabiliter ab omnibus peagiis et consuetudinibus.* Occurrit rursus apud Th. *Madox* Formul. Anglic. pag. 38.

¶ FINACIO, Compositio de certa pecuniæ summa persolvenda; vel a voce *Finis* interdum ejusdem significationis, vel a Germanico *Finantz*, Usura, fenus : quia pro fenore componi solet. Hinc nostrum *Finance*. Tabularium Calense pag. 117 : *De Finacione forimaritagii Johannis de Belloto in Bria.... Item asseruit, quod ipse Johannes duxit in uxorem Petronillam filiam Gilleberti de Docies feminam de corpore Monasterii S. Faronis Meldensis, et non de Kala, propter quod idem Johannes Finavit cum fratre Richardo Procuratore generali ipsius Monasterii de Kala.... ad VII. lib. et II. sol. Turon. et ad IV. sextarios avenæ bonæ et venalis.* Vide *Financia* et *Finare*.

* FINADAGIUM, Præstationis species, forte illa, quæ ob immunitates intra certos fines concessas persolvitur. Charta ann. 1340. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 178 : *Item partem octavam pro indiviso Finadagii dictæ villæ, quæ octava pars ascendit ad unam eminam avenæ.* Vide mox

* 1. FINAGIUM, Eodem significatu. Charta Hervæi de Rotis milit. ann. 1239. ex Chartul. S. Ymerii fol. 38 : *Rolaxavi pro salute animæ meæ et antecessorum hominibus meis de Rotis Finagium, quod mihi faciebant.* Vide *Finis* 4.

2. FINAGIUM, Confinium, finis ac limes agri, ex Gallico *Finage*, in Consuetud. Meledunensi art. 302. Senonensi art. 145. Trecensi art. 169. et aliis. Utitur Joann. Eremita lib. 2. de Vita S. Bernardi cap. 12. [Charta Theobaldi Comitis Campaniæ ann. 1253 : *In redditibus sive proventibus, feodis et rebus aliis, quæ ipsi in dictis villis et in Finagiis eorumdem habent.* Charta fundationis Marciliaci anni 1239. inter Instrum. tom. 4. Gall. Christ. col. 100 : *Concesserunt... omnes terras quas tenent ad carrucam suam et Finagium de Marciliaco. Item prata quæ habent in Finagio de Marciliaco.* Occurrit rursus apud D. *Brussel* tom. 1. de Feudorum usu pag. 275. Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1091. in Chartulario B. M. de Accincto pag. 44. et 52. in Chartulario S. Quintini in Insula pag. 170. etc.]

1. FINALIS. Vetus Charta ann. 936. apud Catellum lib. 1. Hist. Comitum Tolosæ pag. 89 : *Cum silvis et forestis, et cum omnibus Finalibus et mercariis, et sirnumjugiis, etc.* Forte *fivalibus*, id est, viris feodalibus, vassallis : nam et *fivum* pro *fevum*, occurrit.

¶ 2. FINALIS, Neuma. Ordinar. Argent. ann. 1364. apud Marten. de Divin. Offic. pag. 508 : *Graduale et Alleluia cum suis versibus ad Vesperas per hanc hebdomadam pleniter sicut ad Missam cantantur, sed Finales prætermittuntur.*

* FINALIS DIES, Quo controversia vel questio definiri debet, ultra quem non datur dilatio. Charta Herman. episc. Herbipol. ann. 1233 : *Asserens Finalem sibi diem ad causæ determinationem a nostro sculteto in Ebern, coram quo utique lis præsens contestata fuerat, non præfixum.* [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Endhaft*, col. 315.]

* FINALIS JUSTITIA, Judicium, quo lis finitur. Charta Alb. Magdeburg. archiep. anu. 1216. tom. 1. Corp. diplom. pag. 157 : *Et de bonis ipsorum, quæ in sua habeat marchio waranda, Finalem faciet justitiam secundum jus fidelium suorum.*

¶ 1. FINALITER, Demum, tandem, crebro occurrit, sed improbat Vossius de Vit. Ling. Lat. 4. 32.

* Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 62. v° : *Finaliter invitavit me ad prandium, quod sibi multum deprecatus annui. Finablement*, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 17.

* 2. FINALITER, Perpetuo usque ad finem. Charta ann. 1213. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. 17 : *Pro autem hac participatione bona fide Finaliter tenenda, dedit michi sæpe dictus Johannes decem libras Turonenses.*

* FINAMENTUM, Finis. Charta super negotio marcharum in regnis Franc. et Aragon. ann. 1406. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 323 : *In conclusione, Finamento et decisione negotiorum marcharum hujusmodi etc.*

1. FINANCIA, Præstatio pecuniaria, [Gall. *Finance.*] Vetus Charta in Historia Episcoporum Lodovensium pag. 106 : *Absque omni exactione toltæ, quæstæ, talliæ, guaccia, et Financiæ.* [*Financia pecuniaria*, in Litteris Johannis Reg. Franc. ann. 1358.] Occurrit præterea in Charta anni 1305. in Hist. Vastinensi pag. 313. [apud D. *de Lauriere* t. 1. Ordinat. Regum Franc. p. 305.

Digitized by Google

1°. Rymerum tom. 8. pag. 211. Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 968. in Legibus Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. L.] et alibi sæpe. Vide *Finis* 2. et *Finacio*.

* 2. **FINANCIA**, Pecunia; quo sensu etiam *Finance* dicimus. Mirac. MSS. Urbani PP. V. : *Petebant eidem Johanni Financiam in summa ducentorum auri francorum, quam quidem Financiam, neque minorem, ullatenus solvere posset.*

¶ **FINANCIO**, Eadem notione, apud D. *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. Regum Franc. pag. 304. 2°. col. 2.

* **FINANHA**, Pars quædam domus rusticæ. *Turris cum Finanha et crota*, in Recognit. burgi S. Andeoli. Vide *Crota* 3.

¶ 1. **FINARE**, *Financiam* præstare; Componere, præsertim de certa pecuniæ summa exsolvenda. Instructio Philippi IV. Franc. Reg. pro *Financiis* recipiendis ann. 1302. apud D. *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. pag. 351 : *Non enim intentionis nostræ existit, quod illi qui in mobilibus et hereditagiis valorem ducentarum librarum Turon. non habent, ad Finandum cogantur.* Litteræ ejusd. Regis ad Episcopum Albiensem ann. 1303. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1338 : *De veniendo, vel mittendo hac vice in nostrum Flandrensem exercitum, vel Finando, aut præstando subventionem aliam pro eodem excusati penitus et immunes nihilominus habeantur.* Præceptum Philippi VI. tom. 2. Ordinat. pag. 25 : *Cum nos audita supplicatione dilectorum nostrorum Capituli et Capellanorum Ecclesiæ Attrebatensis dicentium, quod vos ipsos compellatio ad Finandum vobiscum de et super quibusdam rebus, etc.* Instrumentum anni 1234. ex Archivis Majoris Monasterii : *Conventio fuit inter Gaufridum Priorem de Donge et Creisson et Bonostru de Guerrandia Judæos, quam Finaverunt taliter, quod dictus Prior et res Prioratus remanserunt liberæ ab omnibus debitis prædictorum Judæorum.* Præceptum S. Ludovici anni circiter 1235. apud D. *Brussel* tom. 2. de Feudorum Usu ad calcem pag. XXXIV : *Ordinatum fuit ad revelationem malarum consuetudinum, quod de patre ad filium, vel alio modo, quando relevare convenerit; nisi Finator possit Finare cum domino suo, dominus tenebit domanium suum per annum, si ibi sit terra arabilis, quæ culta sit.* Tabular. Calense pag. 65. ann. 1262 : *De quo quidem racheto dicti Galterus et Agnes ejus uxor recognoverunt coram nobis se Finasse cum dicta Abbatissa.* Chartular. S. Vandregesilli tom. 2. pag. 1993. ex Instrumento anni 1277 : *Cum Abbas et Conventus S. Wandregesilli juxta tenorem ordinationis nostræ Finaverint cum Ballivo nostro Caleti super retinendis perpetuo acquisitis per ipsos, etc.* Visitatio Prioratus de Jaligniaco per Archiepiscopum Bituric. ann. 1283. apud Stephanotium tom. 13. Fragm. Hist. MSS. pag. 258 : *Finavit Prior de Firmitate super Aligerim de novem libris pro procuratione.* Et pag. 272. in Visitatione Prioratus Celsiniarum : *Finavit Prior Dambert et Prior de Chamont pro dictis procurationibus* XX. *libr.* IV. *sol.* Charta Caroli VI. Reg. Franc. apud Menester. Hist. Lugdun. inter Instr. pag. 122 : *Per metum, aut longam detensionem carceris Finare et componere compulsi fuerunt.* Eadem notione *Finer* usurparunt nostri. Ordinat. Johannis Fr. Reg. ann. 1355. tom. 3. Ordinat. pag. 30 : *Il a convenu que plusieurs ayent Finé.* Ibid. pag. 266 : *Nous ne pouvons bonnement Finer, se n'estoit par le domaine et revenue du prouffilt et emolument des monnoyes.*

¶ **FINATOR**, Qui *Financiam* debet ratione *relevii*. Vide *Finare*.

¶ **FINATIO**, Eadem notione qua *Financia*. Instrum. ann. 1277. in Chartulario S. Vandreg. pag. 1993 : *Cum Abbas et Conventus S. Wandregesilli... Finaverint cum Ballivo nostro Rothomag. Finationem hujusmodi pro nobis recipiente super, etc.* Edictum Philippi cognomento Audacis Regis Fr. ann. 1274. apud D. *de Lauriere* tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 435 : *Dicerent etiam eos jus non habere exigendi a tabernariis denarios qui Finationes Celariorum nuncupantur.* Vide *Finis* 1.

* 2. **FINARE**, *Financiam* seu præstationem pecuniariam exigere. Charta Petri abb. S. Remig. Rem. ann. 1212. in Chartul. Campan. ex Bibl. reg. fol. 23. r°. : *Præpositus comitissæ mortuam manum vel forismaritagium Finare vel levare non poterit, sine præposito S. Remigii de Cortisor.* Quod tamen de compositione hujusmodi præstationis posset intelligi. Aliud sonat *Finer*, Reperire scilicet, in Lit. remiss. ann. 1390. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 192 : *Bonnebouche et Marot s'enfuirent tous deux pour doute de justice, et allerent chacun querir mire, pour faire appareiller leurs blessures. Ils n'en peurent Finer que trois jours après.* *Finé* vero, Qui extra patriæ fines exire cogitur. Lit. ann. 1374. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 79 : *Senz estre du tout deshers et Fineiz du pais, ils ne pourroient supporter les prises de leurs voitures, blez, vins, etc.*

FINCARE. Eximinus Petri Salanova Justitia Aragonum, apud Blancam in Comment. Rer. Arag. pag. 332 : *Et si contra tria prædicta fecerint, Fincant pro talibus, quales esse debent secundum consuetudinem Hispaniæ.* Videtur legendum *fineant*, vel *finiant*, hoc est, solvant. Vide *Finis*. [Nihil emendatione opus, ut videtur; nam *Finca* Hispanis est certa pecuniæ summa : unde *Fincare* pro solvere, dixerunt.] Nisi idem sit quod

FINCHARE, in Charta Adelphonsi Regis Aragonum pro Cæsaraugustanis, apud Mich. de Molino pag. 265. et Blancam pag. 640 : *Dono vobis fueros bonos, quales vos mihi demandastis, quomodo habent illos bonos infançones de Aragone, quod bene populetis et Finchetis ibi.*

* Unum idemque sonant *Fincare* et *Finchare*, nimirum Manere, esse, ab Hispan. *Fincar* voce obsoleta. Vide Dictionar. Academ. Hispan. in hoc vocabulo.

FINCTUS. Synodus Romana II. sub Silvestro can. 13 : *Testimonium Clerici adversus laicum non admitti, Finctus est enim.* Ita utraque Editio. Forte *sanctus*.

☞ Glossæ Isid. : *Finctus fuerit, Apicem obtinuit dignitatis, dicitur Fluminalis.* Sic et Excerpta, nisi quod pro *obtinuit* in illis scribitur *obtinet*. Pro *Fluminalis* legendum *Flamen dialis*, sicque hic locus est constituendus : *Finctus fuit, Apicem dignitatis obtinuit, dicitur Flamen dialis. Finctus* est pro *Vinctus*. Vincti autem dicuntur Flamines diales, quia semper erant velato capite, illudque habebant cinctum filo. De his Virgilius :

Velati lino et verbenis tempora vincti.

An ab hujusmodi flaminibus Clerici dicti sunt *Fincti* seu *vincti* in laudata Synodo Romana?

* **FINDALIS**, f. pro *Feudalis*. Charta ann. 1178. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 196 : *Omnia mea bona feudo vel fundo, quæ habeo, vel habere debeo in findo* (f. feudo) *quod de Bas de Salios, et hoc in perpetuum; retineo tamen mihi Findales corroatus.* Vide in *Feudum*.

* **FINDIL**. Testam. reginæ Mafaldæ ann. 1256. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 33 : *Item sorori meæ domnæ Constantiæ mando speculum meum Findil, de melioribus quæ vidi.* An speculum plicatile, Gall. *Pliable*, quo mulieres præsertim utuntur, a Lat. Findere, Gall. *Diviser, séparer*, Hisp. *Hender*, unde *Hendido*, *fissus*.

¶ **FINETENUS**, Omnino, perpetuo. Zacharias PP. Epist. ad Bonifacium Episc. tom. 3. Concil. : *Sed auxiliante Deo, illud, quod prædicamus, Finetenus observandum censemus.*

FINGA, vel **FINGIA**, *quoddam genus simiarum villosum comis et armis prominentibus, docile ad feritatis oblivionem.* Ugutio a *Fingere* deducit. Galli *Singe* vocant. [** Lege *Sphinga*, ex Isidor. Origin lib. 12. cap. 2. sect. 32. ubi Arev. habet. *Sphinges*, alii *Singæ*.]

¶ **FINGENDI**. Vide *Fegangi*.

* **FINGERE SE**, Levi seu molli brachio agere, labori parcere, nostris etiam *se Faindre, se ménager*. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. 293 : *Cum dictus bajulus videret quod non Fingebant se et quod ipsum volebant interficere, posuit se ad deffensionem.* Lit. ann. 1383. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 27 : *En ouvrant à journées, ils se Faignent et espargnent.*

FINGIA, *Dicitur quoddam genus panis, qui farinulam modicam accipit et frumentum modicum, et habet humectionis plus quam omnis panis, unde et Fingiæ nomen accepit propter humorem et candorem.* Ugutio. [Vide *Finga*.]

FINIABILIS, *Terminabilis, extremus*, in Notis Isonis Magistri pag. 837.

FINICULUM. Charta Aldrici Episcopi Cenoman. in ejus Vita num. 31 : *Et de vino optimo modios 4. et insuper potionem de Finiculo modium unum.* Legendum forte *viniculo*, ut opponatur *vino optimo*.

* **FINILES LAPIDES**, Terminales, qui vice termini positi sunt, in Charta ann. 1265. ex Reg. S. Ludov. fol. 22. v°. in Chartoph. reg.

¶ **FINIRE**. Vide mox in *Fini*.

1. **FINIS**, est Judicialis illa transactio, qua quis ad majorem facti auctoritatem coram Justitiariis Regis terras vel tenementum ad alium transfert, et eorum subscriptionibus firmat. Bractoni lib. 5. tract. 5. cap. 28 : *Finis ideo dicitur finalis concordia, quia imponit finem litibus, et est exceptio*

Digitized by Google

peremptoria. Glanvilla lib. 8. cap. 1 : *Finis est amicabilis compositio, et finalis concordia ex consensu et licentia Domini Regis, vel ejus Justitiariorum.* Vide eumd. cap. 3. Brompton. pag. 1103. Cowellum lib. 1. tit. 21. lib. 2. tit. 13. Skenæum de Verbor. significat. et Spelmannum in *Freda*, et *Finis*. *Quærela de Fine facto in Curia non observato*, pertinet ad Vicecomitum jurisdictionem, in Regiam Majest. lib. 1. cap. 3. § 3. [Charta Johan. Regis Angl. in Lib. nigro Scaccarii pag. 383 : *Post triduum vero pœnituit illum Finis illius, et dixit, quod Finem illum tenere non potuit.*] Huc spectat proverbium, quod habetur in Consuetudine Perticensi art. 61 : *Quand argent faut, Finaison nulle.* i. Cum deficit pecunia, nullus *Finis*, seu nulla et irrita compositio.

* Conventio, pactum. Charta ann. 1130. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 452 : *Finem aut societatem ullam cum eo vel cum ea non habebo.*

¶ Finatio, Compositio, conventio. Charta permutationis ann. 1253. et Chartular. Meld. : *De hujusmodi autem Finatione habent dicti homines litteras nostras et litteras Capituli Meldensis.*

Finem Facere, Componere de lite, de crimine, [vel de alia qualibet re.] Liber census et debitorum Bigorræ, fol. 14 : *Descriptio concordiæ Sancii de Labarta, quam habuit cum domino suo Centullo Comite de Bigorra, quando se in captionem Comitis misit, et guerram suam Diffinivit, et Comiti dedit fidem suam etc.* Fol. 15 : *Postea Raymondus Garsias Fecit Finem cum Comite tali pacto, etc.* [Litteræ Edwardi Angl. Regis ann. 1294. apud Rymerum tom. 2. pag. 650 : *Sciatis quod assignavimus vos... ad recipiendum Fines vice nostra ab Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus et cæteris viris Religiosis, personis Ecclesiasticis, Dominabus, Viduis et aliis mulieribus quibuscumque, ac etiam ab aliis, a quibus Fines hujusmodi recipiendos videritis, et qui Fines nobiscum Facere voluerint pro servitio, quod nobis debent, et facere tenentur in instanti expeditione nostri Vasconiæ.* Et pag. 923. in Litteris anni 1303 : *Volentes tamen ipsorum Prælatorum, Religiosorum, Mulierum ac aliorum, qui ad arma minus potentes... existunt, parcere gratiose... publice proclamari facias, quod ipsi Prælati, Religiosi, Mulieres, qui servitium suum nobis debent, et Finem pro eodem servitio nobiscum Facere voluerint, veniant coram Thesaurario et Baronibus nostris... ad Faciendum Finem nobiscum pro servitio suo prædicto, et ad eundem Finem, videlicet viginti librarum pro feodo unius Militis, nobis idem in eodem crastino solvendo; alioquin quod sint ad nos cum equis et armis, etc.* Similia legere est pag. 237.] Vide Chron. Besuense pag. 688. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 53. Matth. Paris pag. 501. 586. Regiam Majestatem lib. 1. cap. 3. 27. lib. 4. cap. 18. Fletam lib. 2. cap. 7. § 3. Thom. Walsingham. pag. 180. Catellum in Hist. Comit. Tolosæ pag. 229. Marcam in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 5. n. 2. etc.

* Finem Facere, Litem intentatam dimittere. Charta ann. 1128. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 446 : *Facio tibi G. Montispessulani plenarium Finem sine tuo inganno. Similiter ego G. Montispessulani facio tibi comiti Bernardo plenarium Finem de omnibus querimoniis et petitionibus, quos ego adversus te B. comitem faciebam et facere aliquo modo poteram.*

Finire, Eadem notione, apud Roger. Hoveden. pag. 783 : *Inquirendum est etiam, quæ viduæ non Finierunt pro se maritandis, et finis capiatur ad opus Domini Regis.* Brompton. pag. 1105 : *Quando Rex Scotiæ cum Domino Rege Finivit.*

Capere Finem *vel mercedem*, in Fleta lib. 2. cap. 41. § 25. 44. Inquisitiones de forisfacturis forestar. in Additam. ad Matth. Paris art. 21 : *Item inquirendum est... qui Justiciarii Finem ceperint de forestariis, ut ponerentur in ballivis suis forestarii, ut permitterent ipsos esse in ballivæ forestæ sub ipsis, ad damnum Domini Regis, etc.* Ii, qui pactum inierunt cum forestariis, aut ab iis pecuniam acceperunt.

Finem Levare et *prosequi* dicitur in jure re aliqua vocatus, cum causæ suæ agnito defectu, a judicibus concordandi licentiam impetrat, pactumque, quod cum actore super controversia init, coram eisdem judicibus recognoscit. Ita *Finem levare* apud Anglos, idem fere est, quod apud nos, *Passer sentence de condamnation.* Statutum de finibus levatis editum ann. 27. Edw. I. cap. 1 : *Quia Fines in Curia nostra levati finem litibus debent imponere, et ideo Fines vocantur, maxime cum post duellum et magnam assisam in suo casu ultionum locum finalem teneant in perpetuum, etc.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 25 : *Concesserunt cuidam Richardo Comiti Gloucestriæ per Finem inde Levatum... unum messuagium, etc.... similiter Nigellus de Mandeuil, hoc idem fecit per Finem inde Levatum coram eisdem Justitiariis, et eodem anno, et concessit tres carrucatas terræ, etc.* Et pag. 325 : *Sciendum est, quod cum Johannes de Breus pervenit ad ætatem, quidam Levatus fuit in Curia Regis inter ipsum et Reginaldum avunculum suum, per quem omnes terræ hic nominatæ remansere D. Reginaldo et hæredibus, etc.* Denique pag. 557. *Finis Levatus* dicitur esse *Finalis concordia.* Laudatur ab Edw. Cocko ad Littleton. sect. 183. Statutum de modo levandi fines. Vide Christophorum de Sancto Germano in Dial. de Fundamentis Legum Anglic. cap. 23. pag. 69.

¶ Fine Canonico *terminare controversiam*, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 342.

Finis, etiam dicitur pecunia Regi persoluta, pro licentia transferendi prædia : Anglis *the kynges sylver*, i. *argentum Regis.* Spelm. [Vide superius *Finem facere.*]

Finis, Pacta summa pecuniæ, quæ ineundorum prædiorum causa vel domino persolvitur a native tenente, vel elocanti a conductore, olim *Gersima* dicta. Spelm.

Finis præterea est mulcta gravior, gravioribus delictis, vel a Rege et Magistratu imposita, vel a domino manerii : Saxonibus, *Wita major.* Nam quæ levioribus impingebatur, *Wita* simpliciter, et *Amerciamentum* dicitur, quæ gravissimis, *Redemptio.* Cowell. lib. 4. tit. 16. § 37. et Spelman. [*Finibus pro ictibus, effusione sanguinis, etc.* apud Rymerum tom. 7. pag. 117.]

* Gualt. Hemingf. de Gest. Eduardi III. reg. Angl. ad ann. 1340. pag. 319 : *Pro hac autem concessione remisit dominus rex et condonavit omnia catalla felonum et fugitivorum, evasiones incarceratorum, Fines, exitus, forisfactiones et amerciamenta murdrorum.*

Finem Habere. Leo Ost. lib. 3. cap. 48. (al. 50.) : *Quod illi cognoscentes, et malum timentes, acceperunt consilium intra se, ut si quo modo possent, fœdus cum Henrico Imperatore componerent, dicentes : Nullum ulterius ab eo Finem habebimus, sed junctus Romanis,... omnes nos de partibus illis expellet.* Phrasis Gallica : *Nous n'aurons pas de fin avec lui*, id est, nulla deinceps nobis cum illo erit conventio, nisi, etc.

Finire, Componere. Edictum Rotharis Regis Longobard. tit. 44. § 33. [** 127.] : *Omnes vero plagæ aut feritæ... quæ evenerint per hunc tenorem, sicut supra decretum est, Finiantur*, id est, componantur. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 70 : *Qui pacem facit cum aliquo de vulnere vel malo, quod inflixerit, distincte cum testibus et gratuita parentum ejus unanimitate Finiat, ut ei scilicet sic non requiratur ab ingenitis, etc.*

Item dimittere, quasi per compositionem. Vetus Charta apud Guichenonum in Probat. Hist. Bressensis pag. 8 : *Notum... quod Udalricus dominus de Balgiaco reddidit, et reliquit, et Finivit pro salute animæ suæ... omnes consuetudines et prenditiones, etc.* Notitia ann. 1103. apud eumdem in Bibl. Sebusiana Cent. 2. cap. 19 : *Existimans, se posse quasdam ibi malas consuetudines exercere, quas Berardus ille in vita sua Finierat.* Infra : *Contestans, ne aliquis de progenie sua, quod Finierat ipse, præsumeret appetere, etc.*

Diffinire, Eadem notione. Charta Bernardi Vicecomitis Carcassonæ ann. 1108 : *Et solvo et Diffinio Domino Deo et sanctæ Mariæ de Grassa totum hoc, quod habeo, etc.* Vide Michaelem *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. in voce *Diffinimentum*, et Observantias Regni Aragon. lib. 8. tit. de Homicidio § 12.

2. **FINIS.** Vita S. Sabini Episc. Canusini num. 19 : *Dum Missarum solenniis a Diacono Finis ex more datur*, i. dum dicitur : *Ite, Missa est.*

3. **FINIS**, pro Domo, in leg. 20. Cod. Th. de Episc. (16, 2.)

4. **FINIS**, Idem quod *Terminus*, de qua voce infra, pagus, regio certis finibus limitata ac circumscripta. Chronicon Besuense pag. 523 : *Vendiderunt etiam et alias suas res, sitas in Fine Vendourensi, et in Fine Pontensi, et in Fine Lulensi, etc.* Pag. 516 : *Quæ sunt sitæ in ipso pago, et in Fine Lucensi, seu in ipsa villa Luco.* Pag. 531 : *Similiter dedit in ipsa Fine jornalem unum, et in alia Fine, quæ dicitur Campaniæ, dedit jornales duos.* Vide Formul. 37. ex Baluzianis initio, præterea Nicolaum Bergerium de Itinerib. Romanis pag. 492. Salmasium ad Hist. August. [** et Guerard. Indic. Gener. ad Irminon. Polyptych.]

** Fines Librorum. Sentent. de scolarib. Mogunt. ann. 1191. apud Guden. cod. Diplom. tom. 1. pag. 299 : *Quicumque sco-*

Digitized by Google

lares gratis essent in pane dominorum, nichil deberent in scolis, nisi justitiam scolasticam; item imnutiones, Fines Librorum et pennas. Forte Pecunia persoluta pro libris.

¶ AD FINEM QUOD, Gall. *Afin que*, Ut, quo, in Legibus Palatinis Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. LXIII. apud Rymer. tom. 8. pag. 425. et alibi. *Ad Fines consilium celebrandi, aut pro aliis affariis*, in Aresto Parlamenti Tolos. ann. 1498.

* AD FINES, Gall. *Afin*, Propterea ut. Charta ann. 1507. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 87. col. 2 : *Tunicam prædictam ad Fines illam visitandi et palpandi eisdem expertis et probis prædictis tradidit.*

* FINITIMITAS, Extremitas, confinium. Charta Ludov. XI. ann. 1474. ex Cod. reg. 8428. 3. fol. 211. v° : *Ad regnorum Finitimitatem mediis aliquibus nusquam oppositam... respectum habentes, etc.*

¶ FINITIMUS, Extremus : *Gravi morbo Finitimæ vitæ, etc.* in Vita S. Dunstani, tom. 4. Maii pag. 349.

FINITIO, Mors, qua vita finitur. Vetus Inscriptio 810 : *Sane Nevia Prisca si permanserit usque in diem Finitionis suæ, recipietur ibi juxta maritum suum.*

* FINITUM, Territorium certis limitibus circumscriptum. Charta ann. 1244. ex Chartul. Campan. fol. 440. col. 1 : *Beatrix domina de Noa recognovit se nichil juris habere in nemore de Gaudo, quod est dom. regis Navarræ, immo Finitum ei dominus rex sponte sua et ex mera gratia concessit ei, quod, quamdiu vixerit, in domo sua de Noa capiat ligna in dicto nemore.*

¶ FINITUS, Mortuus, vita functus. Bernard. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 74. art. 28 : *Duo majora signa non pulsantur, nisi in festivitatibus quæ fiunt in cappis... et ad officium fratris qui intra Monasterium est Finitus.* Miracula S. Paulini, Julii tom. 3. pag. 272 : *Cum ego fui in curia B. Alexandri, ego vidi eum Finitum, spiratum et mortuum.*

* 1. FINIUM, Compositio inter litigantes. Pactum inter Alan. vicecom. *de Rohan* et ejus senescal. ann. 1255. ex Tabul. Blein. : *Item in omnibus Finiis, quæ fient a nobis, dictus Olivarius debet capere et habere suum servitium, scilicet de viginti solidis, duodecim denarios.* Vide supra in *Finis* 1.

* 2. FINIUM, Pagus, regio certis finibus limitata, nostris *Fin*. Charta ann. 1260. ex Tabul. S. Germ. Prat. : *Tertiam partem Finii ejusdem villæ* (de Joyaco). Libert. hominum *de Grancey* ann. 1348. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 69 : *Item qu'il puissent planter vignes et édifier en toute la fin de Grancey. Les fins de vostre recepte*, in Lit. ann. 1351. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 99. Vide *Finis* 4.

¶ FINTINIRE dicitur hirundo, in voce *Baulare*.

FINTWITA. Vide *Fyhtwita*.

FINUS, Excellenter bonus, ex Gall. *Fin*. Ital. *Fino*, pro *Finitus*, quomodo etiam *Fini* usurpamus, pro re, cui nihil addi potest, seu, ut vult Casaubonus ad Persii Sat. 5. tanquam finem ultimum assecuta. Joannes a S. Geminiano in Vita S. Finæ Virg. . *Quod excellentem vel optimum gradum bonitatis obtinet, Finum vel Finissimum vulgariter appellatur.* [*Finum argentum*, in Charta Galteri Archiep. Senon. ann. 1231. de controversiis Episcopi Autissiod. et Comitis super moneta. *Aurum Finum*, apud Rymerum tom. 5. pag. 50. in Actis SS. Junii tom. 5. pag. 656. ubi de B. Raymundo Lullo, et alibi. Le Roman *d'Athis* MS. :

Artumides cil ne s'oublie
De faire deul pour ses amis ;
Perithous estoit Fenis,
Et cil l'amoit, c'est d'amour Fine.]

* *Smaragdines finæ*, in Testam. Guill. de Meleduno archiep. Senon. ann. 1376. ex Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 338. Stat. S. Capellæ Bitur. ann. 1407. ex Bibl. reg. : *Cappas nigras* (deferent) *ad modum Romanæ curiæ apertas cum camallis fulratas, scilicet canonici de minuto vario, capellani vero et vicarii de agniculis albis, nitidis atque Finis, hyemali tempore.*

FIOLA, pro *Phiala*, Ampulla, nostris *Fiole*. Vetus Interpres Juvenal. Sat. 10 : *In auruta Fiola, cum vinum coloratum acceperis, time venena.* Utitur Matth. Paris pag. 146. [Occurrit præterea in Inventario Eccl. Noviom. ann. 1419. Item usurpatur pro Instrumento musico.] Vide *Vitula*.

FIOZA. Libertates MSS. Salvæterræ in Ruthenis ann. 1284 : *De qualibet Fioza carnis porci, quæ inventa fuerit in foro propinquiori ante Nativitatem Domini, semel in anno unum denarium* (dabit.)

* Sensu pariter mihi ignoto occurrit in Libert. forestæ de Arcis ann. 1319. ex Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 182 : *De una saumata ollarum, de una Fioza et de quatuor libris ceræ, unum obolum Turon.* Vide supra *Fteusa*.

* FIQUECTA. Vide supra *Fichetta*.

* FIRA, FIRIA, Certa, ut videtur, ligni quantitas simul collecta. Stat. Montis-reg. pag. 319 : *Pro quolibet pede de Fira castaneæ de longo et de largo, denarium unum cum dimidio. Item pro quolibet pede de quibuscumque Firiis aliorum lignorum, tam viridorum quam siccorum, ad mensuram signatam juxta portam Berduli, denarios duos.*

¶ FIRA, FIRUM. Vide *Feriæ* 3.

FIRDEFARE, Profectio in bellum, *hostis, exercitus, cavalcata.* Vox Saxonica, ex fird vel firde, exercitus, expeditio, et fare, profectio : proinde idem quod *heribannum*, in Legibus Canuti Regis cap. 91. apud Brompt. et in Legibus Henrici I. Regis Angliæ cap. 10. inter delicta, quorum cognitio ad solum Regem spectant, recensetur illius, *qui burghbotam, vel brigbotam, vel Firdefare supersederit.* Id est, in expeditionem profectus non fuerit.

¶ FIRDERINGA. Vide *Fyrderinga*.

FIRDSOCNE, Immunitas a militia, ex fird Saxonico, exercitus, et socne, libertas, immunitas.

FIRDSTOLL. Vide *Frithstoll*.

FIRDWITA, Militiæ detrectatæ mulcta, a Saxon. fyrd, expeditio, et vite, mulcta. Vide Leges Canuti part. 2. cap. 12. 14. 62. 75.

¶ FIREBARE, f. a Saxon. fyre-tor, Pharus, vel turris editior ubi ignis accenditur aut ad naves per noctem dirigendas, aut in hostes submonendum. Ordinat. sub Eduardo II. pro vigil. observ. apud *Blount* in Nomolex. Anglic. : *Quod sine dilatione levari et reparari facias signa et Firebares super montes altiores in quolibet hundredo : ita quod tota patria, per illa signa, quotiescumque necesse fuit, præmuniri* (f. præmoneri) *potest.*

FIREBOTE, FIERBOTE, [vel *Fyrebote*, ut habetur apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 145.] Idem Anglo-Saxonibus valet, quod nostris *Estoverium*, vel *Aisiamentum*, jus scilicet quod quis habet in alterius silva, ligna succidendi ad foci, ædium, sepium, et agriculturæ suæ sustentationem. Vide *Housebote*.

¶ FIRI, pro *Fieri*, apud Fridegodum in Vita S. Wilfridi sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 184 :

Sic testes scelerum Firi potuere suorum.

* FIRKEN. Vide infra *Fyrken*.

FIRLOTA, Mensuræ genus apud Scotos, *galones* 2. et *pintam* continens, pondere autem 41. libr. ut habet Spelmannus. Statuta Willel. Regis Scotiæ cap. 9. § 2 : *Liber homo debit ad molturam molendini decimum sextum vas,... et magis, de* 20. *bollis unam Firlotam.* § 3. *Et de celdra magis, unam Firlotam.*

1. FIRMA, Juramentum, sacramentum, nostris *Affirmation*. Proprie vero

FIRMA, est Sacramentum quod *petens* seu actor facit in jure de bona conscientia, suæque causæ bonitate, unde *Firma juris* appellatur a Practicis Hispanis : Jurisconsultis, *Juramentum calumniæ*. Consuetudines Cataloniæ inter dominos et vassallos MSS. cap. 49 : *Natura feudi est, quod ille, pro quo tenetur, possit eum sibi retinere pro fatiga, et in hoc casu debet facere Firmam ille alius pro quo tenetur immediate, et accipere tertium.* Libertates concessæ urbi Barcinonensi a Petro Rege Aragon. ann. 1283. MSS. : *Nemo potest reptare aliquem de batallia in Curia Barcinonensi, nec Curia consuevit recipere Firmam, nisi tantum de treugis fractis, vel bausia, vel traditione.* Alia Charta ejusdem Petri pro Barcinonensibus : *Statuimus, quod querelator quicunque fuerit Firma juris utrique facta, si juraverit se non habere Advocatum, etc.* Vide Foros Aragon. pag. 137. 140. etc. et Michael. *del Molino* in hoc verbo. Hinc

FIRMARE DIRECTUM, Juramentum calumniæ præstare, affirmare se in ea causa *directum* seu jus habere. Eædem Consuetudines Cataloniæ cap. 48 : *Et vassallus veniet coram domino, et dicet : Domine, paratus sum Firmare Directum : licet sibi contradixerit aliis vicibus, vel velit esse paratus stare cognitione judicis sui super defectu servitii debiti, seu super Firma, quam contradixerit ei, non tenetur dominus ejus recipere Firmam suam, etc.* Usatici Barcinonenses MSS. cap. 18 : *Omnes homines debent Firmare Directum Senioribus suis, ubicumque Seniores illorum eis mandaverint in suo.* Cap. 23 : *Magnates seu Milites, si contenderint Firmare Directum Senioribus suis, sicut eis facere debuerunt, et propter hoc seniores apprehenderint potestatem de suo castro, vel emparaverint eis suum fevum, non debent illis reddere nec castrum, nec fevum, donec eis Factum Directum habeant, et redirectas omnes missiones, quas Senior fecerit per apprehensionem castri, et per ejus custo-*

Digitized by Google

diam, et emparamentum fevi. Si aliter illis dederint potestatem, non Firment eis Directum, donec habeant castrum recuperatum, nisi senior habuerit guerram, ad quam castrum opus habeat, aut stationem in ipso castro. Cap. 36 : *Potestatem de suo castro et Firmamentum de Directo nullo modo contradicat homo Seniori suo, sicut debet dare ei potestatem, et facere directum, quod quamdiu contradixerit, baudator suus erit.*

Ferme de Dret, in Chronico Petri IV. Regis Arag. lib. 3. cap. 12. Consuetudo Aquensis tit. 16. art. 4. et 5 : *Ferme, est venir par le defendeur toucher à la main du Bayle, en affirmant qu'il a bon droit. Contreferme est par le demandeur en mesme maniere aussi qu'il a bon droit, etc.* S. Martinus Dumiensis Episc. lib. 4. de Virtutibus cap. 4 : *Nihil tibi intersit, an Firmes, an jures. Firmare*, pro *affirmare*, usurpat lex 1. Cod. Th. de His, qui per metum judic. (11, 34.) Vide *Firmare*, 1. suo loco.

Fermer olim nostri, pro *pacisci* dixerunt. Le Roman *de Vacce* MS. :

La fille au Duc Huon ont à Richart Fermée.

Infra :

Ni ont mie longues Fremailles,
S'emprés furent les espousailles.

Vide *Firmare* 7. suo loco. [Le Roman *d'Athis* MS. :

Tous chevaulchantz vers la cité,
Qu'avant qu'ils viegnent à l'entrée
Leur convenance ont si Fermée, etc.]

¶ Firmare interdum nude usurpatum pro *Firmare directum*. Conventio inter Carolum I. Andegav. Comit. Provinciæ et Cives Massil. ann. 1257. 14. Non. Jun. : *Et quod Rectores dicte universitatis et Consiliarii et Syndici, per quos dicta civitas regebatur, fuerant pluries citati et moniti per Aquensem curiam, et a Senescallo Provinciæ requisiti, ut venirent in curia Aquensi Firmare secundum formam dictæ pacis, videlicet parere et cognitione dictæ curiæ obedire pro quæstionibus quæ fiebant contra eos . . . et cum nollent Firmare, ut tenebantur, curia prædicta ut Firmarent magnas imposuit eis pœnas.*

** Firma Dei, Juramentum, apud Thietmar. lib. 7. cap. 8.

2. **FIRMA**, Scriptoribus Anglicis, Convivium, cœna, et omnis denique mensæ apparatus, exponitur : voce a Saxonico feorm, vel feorme, victus, cœna, cibarium, prandium; unde feormian, cibum præbere, convivio excipere. Henricus Huntindonensis lib. 6. pag. 367 : *Tosti igitur furibunde discedens a Rege et a fratre suo, perrexit ad Hereford, ubi frater suus corrodium regale maximum paraverat : ubi ministros fratris sui detruncans, singulis vasis vini, medonis, cervisiæ, pigmenti, morati, siceris, crus humanum, vel caput, vel brachium imposuit : mandavitque Regi, quod ad Firmam suam properans cibos salsatos sufficienter inveniret, alios secum deferre curaret.* Eadem verba habent Matthæus Westmonaster. Ranulfus Cestrensis, et Henricus Knyghton. Brompton. vero aliis rem explicat : *Mandavitque Regi, quod ad Festum suum properans, cibos salsatos sufficienter inveniret, etc.* Trevisa, qui Ranulfum Anglice vertit, *tho his Feste etiam habet.* Clarius Ordericus Vitalis lib. 4. pag. 514 : *Verum postquam tuta sunt opinati, conviviis provincialium, quæ vulgo Firmam appellant, illecti, ad terram egrediuntur, ambo Comites ex improviso eos invadunt, epulas cruore confundunt, etc.* Atque ita capiendam hanc vocem in Domesdei, ubi crebro occurrit, censet Spelmannus : *Comes Meriton Borne T. R. E.* (id est : tempore Regis Edwardi) *reddebat Firmam unius noctis.* Alibi : *Tempore Adeldredi patris Regis Edwardi reddebant hæc tria maneria dimidiam Firmam noctis.* Rursum : *Reddit Firmam trium noctium, hoc est,* 100. *libr.* Ibidem : *Tunc reddidit hoc manerium* 10. *noctes de Firma, modo* 100. *libras ad pondus, et* 100. *solid de gersuma.* Alio loco : *Reddebat unum diem de Firma, et valebat* 95. *libr.* 6. *den. et post valuit* 50. *libr. modo* 3. Alibi : *Hæc tria maneria . . . reddunt Firmam unius diei . . . . de hoc manerio ablatæ sunt terræ, quæ redd. Canonicis T. R. E. Firmam* 4. *septimanarum.* Ubi *Firma noctis*, pro cœna, ut *Firma diei*, pro prandio : *Firma* denique 7. *septimanarum*, pro *pastu* tantidem temporis videtur usurpari : ita tamen ut ejusmodi *pastus*, quemadmodum nostris dicuntur, in redditus pecuniarios interdum conversos fuisse, ex laudatis locis liquido appareat. Quæ quidem priscum morem, qui in Anglia diutius perstitit, arguunt, annuos prædiorum redditus non ad certam duntaxat annonariam, sed ad rerum, quæ ad victum conducunt, præstationem redigendi. Sic tamen ut non pro libito imponerentur ii a dominis prædiorum, sed specierum, quas quilibet agri modus deberet, numerus vel qualitas Legibus præscriberentur. Quippe Ina Rex in suis Legibus cap. 70. statuit, ut ex 10. *hidis* terræ, seu aratris vel carrucatis, exhiberentur *mellis dolia* 10. *panes* 300. *cervisiæ Wallicæ, i. potentioris ambræ* 30. *cervisiæ tenuioris ambræ* 30. *boves adulti* 2. *aut verveces* 10. *anseres* 10. *gallinæ* 20. *casei* 10. *butyri ambra* 1. *salmones* 5. *fodri seu pabuli libræ* 20. *anguillæ* 100. Quod si hæc ad unam hydam seu carrucatam reducantur, erunt pro qualibet, mellis dolium 1. panes 30. vervex 1. gallinæ 2. anguillæ 10. etc. Hæc porro in Anglia obtinuere etiam post Normannorum ingressum, atque adeo usque ad Henricum II. quod potissimum discere est ex libro Scacarii Anglici, cujus auctor creditur Gervasius Tilleberiensis, Marescallus Arelatensis, cujus etiam liber exstat de Otiis Imperial. MSS. Locum a Spelmanno, verbo *Firma*, et Seldeno in Notis ad Eadmerum, descriptum, cum rem haud adeo tritam doceat, hoc loco perinde describimus : *Sicut traditum habemus a patribus, in primitivo Regni statu post conquisitionem, Regibus de fundis suis non auri vel argenti pondera, sed sola victualia solvebantur, ex quibus in usus quotidianos domus Regiæ necessaria ministrabantur : et noverant, qui ad hoc deputati fuerant, quantum de singulis fundis proveniebat. Cæterum ad stipendia et donativa militum, et alia necessaria de placitis militum vel conventionibus, et ex civitatibus vel castellis (a quibus agricultura non exercebatur) pecunia numerata succrescebat. Toto igitur Regis Willelmi tempore, perseveravit hæc institutio, usque ad tempora Regis Henrici filii ejus : adeo ut viderim ego ipse quosdam, qui victualia statutis temporibus de fundis Regiis ad Curiam deferri viderint. Certumque habebant Officiales domus Regiæ, a quibus Comitatibus triticum, a quibus diversas species carnium, vel equorum pabula, vel quæque necessaria debebantur. His vero solutis secundum constitutum modum cujusque rei, Regii Officiales computabant Vicecomiti, rediguntes in summam denariorum :*

Pro mensura, scil. tritici ad panem centum hominum solid. unum.
Pro corpore bovis pascualis solid. unum,
Pro ariete vel ove iiii. den.
Pro præbenda 20. *equorum similiter iiii. den.*

Succedente vero tempore cum idem Rex in transmarinis et remotis partibus, sedandis tumultibus bellicis operam daret, contigit ut fieret sibi summa necessaria ad hæc exempla numerata pecunia. Confluebat interea ad Regis Curiam querula multitudo colonorum, vel (quod gravius sibi videbatur) prætereunti frequenter occursabat, oblatis vomeribus in signum deficientis agriculturæ. Innumeris enim molestiis premebantur occasione victualium, quæ per plurimas Regni partes a sedibus propriis deferebant. Horum igitur querelis inclinatus Rex definito magnorum concilio destinavit per Regnum, quos ad id prudentiores et discretiores cognoverat, qui circumeuntes et oculata fide fundos singulos perlustrantes habita æstimatione victualium, quæ de aliis solvebantur, redegerunt in summam denariorum. De summa vero summarum, quæ ex omnibus fundis surgebat in uno Comitatu, constituerunt Vicecomitem illius Comitatus ad Scaccarium teneri, addentes, ut ad scalam solveret, hoc est, propter quamlibet numeratam libram 6. *den. Rati sunt enim tractu temporis, de facile posse fieri, ut moneta tunc fortis, a suo statu decideret. Nec eos fefellit opinio : unde coacti sunt constituere, ut Firma maneriorum non solum ad scalam, sed ad pensum solveretur.*

Firmatio, Ciborum suppeditatio, ad mensam admissio. Leges Inæ Regis Westsax. cap. 34. apud Bromptonum : *Si cirliscus homo forisbanniti Firmationis accusetur, per suam ipsius weram neget.* Editio Saxonica cap. 29. habet feorminge : ubi Lambardus ita vertit : *Paganus si accusetur fugitivo subministrasse cibum, etc.* Apud Somnerum feorming et feornuong, est cibariorum exhibitio.

Firma, in Vitis Abbatum S. Albani sumitur pro quadam pecuniæ portione, quæ forte vice cibariorum exsolvitur, uti supra observatum. Pag. 36 : *Habemus igitur de maneriis nostris* 53. *Firmas : Firmam vocamus* 46. *solidos. Tot ergo habemus Firmas, quot sunt septimanæ in anno, et unam in antecessum, quæ hoc modo proveniunt. Qualibet hebdomada* 46. *solidos recipiunt Cellarii nostri, etc.* Observat porro Somnerus in Glossario Saxonico, ab ejusmodi *firmis* Anglicis inditum nomen *firmæ* villis vel prædiis elocatis.

3. **FIRMA**, Prædium seu villa alteri elocata ad certum tempus, sub præsta-

Digitized by Google

tione annua vel annonaria, vel rerum ad victum necessariarum, vel denique pecuniaria. Hinc *datio ad Firmam*, pro contractu, quo sub annuo reditu fundi ad aliquot annos possidendi dantur. S. Anselmus lib. 3. Epist. 100 : *Ecclesias vero non do laicis, cum do eis mea maneria ad Firmam, etc.* Henric. Huntindonensis in Will. Rufo : *Episcopatus et Abbatias vendebat, aut in manu sua retinens, ad Firmam dabat, etc.* Will. Malmesbur. ann. 1089 : *Rex Willelmus Ecclesias et Monasteria fere totius regni Angliæ in manu sua Pastoribus defunctis retinens, gravi omnia depopulatione vastabat, et instar Firmarum Laicis commendabat. Ecclesiam ad Firmam ponere,* apud Simeonem Dunelmensem ann. 1100. [*Ad Firmam vendere seu in custodiam tradere,* in Edicto Philippi Pulcri ann. 1302. inter Probat. Hist. Lugdun. pag. 86. col. 1.] Concilium Eboracense apud Rogerium Hovedenum in Ricardo I : *Ut omnis evagandi licentia Monachis adimatur, strictius prohibetur, ne reditus, quos Obedientiarias vocant, ad Firmam teneant.* Adde cap. ult. ext. *Ne Prælati vices suas, etc.* [Charta ann. 1240. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 480. col. 2 : *Promittimus vobis et Ecclesiæ vestræ annuatim nomine Firmæ sive canonis... in Trajecto solvere decem marcas Colonienses legales.*] Vide Concilium Westmonast. ann. 1127. Londoniense ann. 1237. [** Haltaus. Glossar. German. voce *Pacht*, col. 1454.] etc.

☞ *Firma* a *Ballivia* seu nuda administratione distinguitur in Edicto Philippi Pulcri ann. 1302. inter Probat. Hist. Lugdun. pag. 85. col. 1 : *Item jurabunt Senescalli et Baillivi, quod a Bajulis, Vicecomitibus, Præpositis, aut aliis subditis officiis suis, sive sint in Firma, sive in Baillivia, non recipient gistum, pastum, etc.*

Firma Alba, vel *Blanca Firma*, seu *Alba Firma*, est, inquit Spelmannus, census annualis, qui Centenario sive Domino hundredi penditur. Ideo *Alba* dicta, quod non ex more prisci sæculi, in annona, quæ nunc *Blake maile* nuncupata fuit, (hoc est, census vel firma nigra) sed argenteo, quasi *censu albo*, reddebatur. Normanni dicunt *Blanche Ferme*, nos Galli voce latioris notionis, *Fermes à l'argent*, id est, prædia, quorum census, non annona, sed numerata pecunia exsolvitur : *Album* enim, ut Græci recentiores ἀσπρὸν seu album monetam, argenteam appellabant. Liber niger Scaccarii Anglici lib. 1. cap. 4. apud Spelmannum : *Coloni noverint a patribus suis edocti quantum de Alba Firma pro singulis libris solvere teneantur.* Infra : *In libro judiciario* (nempe Domesdei) *in quo totius regni descriptio diligens continetur, et tam de tempore Regis Edwardi, quam Regis Willelmi, sub quo factus est, licet singulorum fundorum valentia exprimatur, nulla prorsus de Alba Firma fit mentio.* [** Utroque loco Spelmannus habet *de Albo Firmæ.*] *Unde probabile videtur, quod facta illa descriptione tempore jam dicti Regis, de Albo Firmarum fuerit a studiosis ejus constitutum, propter causas, quæ inferius annotantur.* In Regiam Majest. lib. 2. cap. 41. § 4. et cap. 47. § 4. opponuntur *Soccomanni* et *alii libere tenentes per Albam Firmam* Militibus, tanquam plebei, Nobilibus. Vide *Dealbare.*

* Non semper pecunia exsolutus hic census. Charta Jacobi reg. Scot. ann. 1450. in Chartul. eccl. Glasguens. ex Cod. reg. 5540. fol. 96 : *Episcopi Glasguenses teneant de nobis dictas terras,... reddendo inde annuatim... nobis,... hæredibus et successoribus nostris unam rosam rubeam, ad festum nativitatis beati Johannis Baptistæ apud Glasgu, nomine albæ Firmæ, si petatur, et orationum suffragia devotarum tantum pro omni alio onere.*

* Firma Feodalis. Vide supra *Feudalis Firma* in *Feudum.*

Firma Libera, Brittono cap. 66. dicitur esse, *ubi terræ aut tenementa sic tenentur, ut natura feudi per feoffamentum mutetur a servitio Militari in certa servitia annua, ita ut nec maritagium, nec relevium inde requirere possit, nec aliud servitium in feoffamento expressum. Tenere per Liberam Firmam,* in Fleta lib. 2. cap. 71. § 13.

Firma Manus. Vide *Manufirma.*

¶ Firma Mobilis, ad distinctionem *Manufirmæ.* Charta S. Ludovici ann. 1252. tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1353 : *In feodo* IV. *sextaria frumenti, et ad Firmam mobilem octo modios.*

Firma Nobilis, Prædium, quod a viro nobili ad firmam vel emphyteusim tenetur. Anonymus Scriptor de Subsidio Terræ sanctæ, in Gestis Dei per Francos, inter alia expeditionis Hierosolymitanæ subsidia suggerit, ut a Templariis et Hospitalariis, *bona, quæ habent citra mare ad Firmam Nobilem, primo trium vel 4. annorum cum incremento, et demum, vel ex nunc, si sufficienter fieri possit, in perpetuam emphyteusim tradantur, etc.*

¶ Firma Pura *et irrevocabilis*, Eadem notione. Charta ann. 1469. in Tabular. S. Victoris Massil. : *Capitulum seu devotus Conventus Monasterii S. Victoris dedit ad jacheriam Puræ Firmæ, et irrevocabilis nobili viro Marqueto... quamdam vineam de novo acquisitam.*

¶ Firma Perpetua, Idem quod *Manufirma.* Charta S. Ludovici ann. 1263. ex Chartul. S. Vandreges. tom. 1. pag. 746 : *Notum facimus universis... quod nos Firmam Perpetuam concessimus... quatuor viginti quinque acras.* Charta ann. 1239. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 223 : *Notum sit... quod Abbas et Conventus Glowcestr. crediderint ad perpetuam Firmam omnes decimationes.*

Firma Præpositurarum, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 13. 19. Vide *Præpositus.*

Recta Firma, Legitima, quæ jure ad aliquem pertinet, in Legibus Henrici I. cap. 1. Richardus Hagulstadensis ann. 1135 : *Exceptis Rectis Firmis meis, etc. Ferme droit,* in Consuetud. Britanniæ art. 369. Vide Commentatores.

Firma, Prædium, villa, nostris *Ferme.* Brompton : *Rex autem Ethelredus cum mœstitia et confusione ad Firmam suam in Comitatu Salopiæ jacebat.*

Firma Regis. Leges Aluredi Regis cap. 2 : *Si quis ad Ecclesiæ mansionem pro qualicumque culpa confugiat, quæ ad Firmam Regis non pertinet, etc.* Saxonica Editio habet cyninges feorme, quæ verba Lambardus de *villa regia*, Somnerus, de *victus* vel *mensa* interpretantur. [** Thorpe in Indic. ad Leges Anglosax. interpretatur : Unde census regi debetur.]

¶ Firma, Census sive reditus annuus ob *Firmam* debitus. Litteræ Edwardi Regis Angl. ann. 1369. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1509 : *Et quod procurator Firmas sive Apporta quæ de terris et possessionibus illis solvi debent ad terminos statutos bene et fideliter solvet, et de arreragiis, si quæ fuerint, de Firma dictarum terrarum et possessionum, de tempore quo ultimo fuerunt in manibus nostris respondebit.* Statuta Synod. Eccl. Trecorensis ann. 1372. apud eumdem tom. 3. col. 1123 : *Et si contigerit ipsum ad longum tempus suum beneficium affirmare, et ante tempus Firmam accipere, et infra terminum; beneficio cedat, vel decedat, vel beneficio canonice privetur, et alteri in beneficio seu in fructibus ejus jus competat, et dicta Firma et solutione non obstante.* Kennett. in Glossar. ad calcem Antiq. Ambrosden. : *Reddendo inde annuatim antiquam Firmam, et de incremento* XL. *s. pro omni servitio.* Ibidem : *Hugo de Plesseys concedit pro se et hæredibus suis, quod omnes homines teneant terras suas in eodem manerio pro eadem Firma per quam eas prius tenere consueverunt.* Hinc

¶ Firmam Portare, non semel occurrit in Chartul. SS. Trinitatis Cadomensis, sed præsertim fol. 28. verso, ubi de Anglia : *Villani metunt annonam* 16. *diebus in Augusto, et Sokemans* IV. *supradicti portant Firmam ad Wincestre.* Id est, fructus ex conventione reddendos.

¶ Ad Firmam Committere. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 106 : *Ita tamen quod si Prior de Petrariis jam dictam domum alicui laico ad medietariam vel ad Firmam Commiserit.*

¶ Ad Firmam Recipere. Statuta Synod. Eccl. Nemausensis inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1066 : *Item, prohibemus districte, ne aliquis Clericus futuros reditus alicujus Ecclesiæ nostræ diœcesis emat, Recipiendo ad Firmam ipsam Ecclesiam cum reditibus ipsius Ecclesiæ sub certo pretio, sine nostro consilio et assensu, nisi Prior seu Rector ipsius Ecclesiæ ad studium Theologiæ ire voluerit. Et tunc etiam regularibus vel laicis Ecclesiam ad Firmam, id est à Presfoch, concedere non præsumat.*

¶ Ad Firmam Solvere. Charta ann. 3. Richardi II. Regis. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 65 : *Cum Radulphus de Basset... nuper concessit et ad Firmam dimisit D. Priori et Conventui de Chacombe... sub certis conditionibus; et Solvendo viginti quatuor libras ad Firmam per annum.*

Firma, Rastallo, proprie dicitur Mesuagium capitale in villa seu burgo, ex quo dependet omnimodum domanium, quod ad voluntatem, vel ad vitam alicui relinquitur. Ita etiam appellatur reditus, qui super ejusmodi mesuagium reservatur.

Firmarius dicitur is, *cui terra conceditur ad terminum annorum :* qui quidem *nihil juris vindicare potest præter usumfructum,* ait Fleta lib. 3. cap. 12. § 7. lib. 5. § 21. nostris *Fermier.* Ingulfus pag. 906 : *Illi vero responderunt... terras et tenementa Firmariis tradidisse.* Ordericus Vitalis lib. 11. p. 805 :

Digitized by Google

Qui municeps erat et vicecomes et Firmarius Regis. [Statuta Synod. Eccl. Trecorensis ann. 1372. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1123 : *Super fructibus ejusdem beneficii jus his in eis per Firmarium sub pœna dupli, etiam excommunicationis, et centum librarum usualium nobis applicandarum nullatenus molestetur seu impediatur.*] Adde Leges Henrici I. Regis Anglic. cap. 56. [*Madox* Formul. Angl. pag. 335. Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 611. et Kennett. in Gloss. ad calcem Antiquit. Ambrosden.] Vide *Præpositus.*

¶ **Fermarius**, Eadem notione, in Statutis Eccl. Ambian. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1259 : *Firmiter inhibemus ne Capitula collegiata... Fermarii, coloni, subditi, vel debitores sibi aliquid non persolvant.*

Firmaria, Locus forte in Monasteriis, ubi *Firmarii* excipiuntur. Chronicon Andrense pag. 414 : *Donavit... decem* (raserias frumenti) *ad mensam Monachorum*, 5. *autem ad Firmariam*, 5. *vero ad hostellariam*, [Charta Walteri Prioris *de Wytham* Ordinis Cartus. ann. 1318. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 316 : *Hac tamen conditione omnia ista supradicta dictus Johannes percipiet in nostra Firmaria a nobis et successoribus, quod ipse dum potens et habilis fuerit ad laborandum, etc.*]

* Potius *Infirmaria*, Conclave infirmorum, ut ex allatis locis colligendum existimo. Vide *Firmatarius.*

¶ **Firmarii**, Qui vectigalibus colligendis præsunt; nostris *Maltotiers.* Charta Philippi Regis ann. 1319. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arverniæ pag. 151 : *Item, volumus et concedimus eisdem quod Præpositi nostri, Firmarii seu Censarii non judicent neque taxent emendas quas petent a subditis suis.* Compendium jurium et consuetud. Universitatis Paris. per Robertum *Goulet* fol. 11. verso : *Omnes supradictos officiarios voluerunt Christianissimi Reges Franciæ... esse et fore perpetuo ab omnibus subsidiis, obventionibus, vectigalibus... immunes, expresse receptoribus subsidiorum et vectigalium, omnibus Firmariis et aliis Officiariis Regiis prohibentes, ne hujusmodi officiarios aliquo modo molestent.*

4. **Firma**, [Vestis muliebris.] Vide *Aspergo.*

* 5. **Firma**, Vectigal, tributum, exactio. Pactum inter Alan. vicecom. *de Rohan* et ejus senescal. ann. 1255. ex Tabul. Blein. : *Allocatus noster potest capere vadia competentia pro suo servitio Firmarum et taliarum.* Lit. ann. 1370. tom 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 348 : *Dominus rex...., ordinavit quod electi super facto subsidiorum... compelli nequeant ad faciendum Firmas per eos traditas retroactis temporibus et imposterum tradendas, bonas et solubiles, ob defectum fidejussorum aut alio quovis modo; nec non Firmas in manu regia receptas;... negligenter levando dictas Firmas, etc.* Vide infra *Firmancia* 2.

* 6. **Firma** Dotis in Aragonia, idem quod *Morganegiba*, Donum quod maritus uxori offerebat die nuptiarum. Consule Fontanel. de Pact. nupt. tom. 2. claus. 7. gl. 1. part. 1.

¶ **Firma Manu sua.** Formula quæ passim occurrit in Chartarum subscriptionibus pro signo manus suæ. Vide *Firmare* 2.

¶ **Firmabilis**, Diuturnus. Vita S. Bernardi Episc. Calinensis tom. 2. Martii pag. 234 : *Melius arbitror unius mortis metam attingere, quam in Firmabiles pœnas quotidianis mortibus deperire.*

¶ **Firmabilis Vacca**, Pinguis, crassa. Instrum. ann. 3. Henrici VI. Angl. Regis apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 145 : *Et prædictus Ricardus et assignati sui, deliberabunt præfato Willelmo Skrene vel hæredibus suis, in Festo* S. *Michaelis... unum taurum*, 30. *vaccas Firmabiles et abiles, vel* 8. *s. pro quolibet capite.*

¶ **Firmacia**, Multa pecuniaria. Charta ann. 1204. apud *la Faille* Annal. Tolos. : *Solverunt... totum hoc quod eis petebant... exceptis debitis et baratis et Firmaciis et feodis.* Vide in *Firmancia.*

Firmaculum, *Idem quod Firmatorium, quo quid firmatur*, Ugutioni. *Fermail*, Fibula, fibulatorium. Vita S. Roberti Abbatis Molismensis n. 14. de Comitissa Nivernensi : *Cum Firmaculum aureum haberet ad collum suum, tam auri materia, quam incisione lapidum pretiosum etc.* Matth. Paris. : *Capam choralem dilaceravit et Firmaculum, quod vulgariter Morsus dicitur, avulsit, quod auro et argento et gemmis fuerat pretiosum.* Idem ann. 1251 : *Annulos, zonas pretiosas, Firmacula aurea, etc.* Ita etiam ann. 1255 : *Annulis, zonis, Firmaculis, etc.* Rainardus Abbas Cisterciensis in Institutis ejusdem Ord. cap. 13 : *Ne in Ecclesiarum libris aurea vel argentea, sive deargentata, vel deaurata habeantur retinacula, quæ usu Firmacula vocantur.* Adde Institutiones Capituli ejusdem Ord. ann. 1256. distinct. 1. cap. 7. Willelmus de Guignevilla in Peregrinatione animæ :

> Sur quoi l'en met un affichail,
> Qui autrement est dit Fermail.

Martialis Parisiensis in Arestis Amoris :

> Dessus si avoient leurs manteaux
> Tant de grosses perles barrez,
> Fermans à moult riches Fermaux.

Vide Notas nostras ad Joinvillam pag. 48.

¶ 1. **Firmagium**, Vectigal, tributum. Charta Richardi Regis Angl. ann. 7. ejus regni tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1281 : *Prædicti Monachi... sint quieti de theloneo et portagio et passagio et pedagio et pasnagio et de mediatione vini.* Vide in *Firmancia.*

* 2. **Firmagium**, Mulcta pecuniaria. Charta ann. 1309. in Reg. 45. Chartoph. reg. ch. 31 : *Propositum extitit... quod dictæ ædificationes in nullo erant præjudiciales dom. nostro regi, pro eo... quia jurisdictio alta et bassa et emolumentum Firmagiorum pertinebant ad dominum nostrum regem.* Infra : *Cum emolumentis Firmagii.* Vide in *Firmancia* et infra *Firmamentum* 2.

Firmale, **Firmallus**, Fibula, *Firmaculum*, de quo supra. Gall. *Fermail.* Italis *Fermaglio.* Vide *Balascus.*

Firmallus. Concilium Albiense cap. 15 : *Clericus botones, vel Firmallos aureos vel argenteos... deferre in aliquibus vestibus non præsumat.*

* **Firmallius**, Fibula, Gall. *Agraffe*, alias *Fermail.* Charta ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 503 : *Unum Firmallium in auro, cum una aquila et uno leone de auro. Frameille*, in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 153. ch. 53 : *Item deux Frametilles d'argent en façon de chappelet.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Monile, Fermeil, que l'en met à la poitrine des femmes.* Vide *Firmale.*

¶ 1. **Firmamentum**, Tectum. Pactus Legis Salicæ tit. 13. art. 3 : *Quicumque alienam domum violenter disturbaverit, et domus si pro Firmamento Iberus habuisse probatur, qui hoc fecerit* MDCCC. *denariis culpabilis judicetur.* Ubi Eccardus : Firmamentum hic est tectum. Tectum enim domuum lignearum postes continet, complectitur et firmat : unde et cœlum, simili ab ædificio sumto, Firmamentum vulgo vocatur, quod idem est ac si orbis Tectum diceretur.

¶ 2. **Firmamentum**, ut infra *Firmanciæ*, Mulctæ, etc. *Firmamenta omnium causarum civilium et criminalium*, in Donatione Petri Regis Aragonum ann. 1212. Spicil. Acher. tom. 10. pag. 178.

* Charta Poncii Terniac. præpositi in Chartul. Cluniac. : *Vendo tertiam partem Firmamentorum et tertiam partem placitorum.* Vide supra *Firmagium* 2.

¶ 3. **Firmamentum Stagni**, f. Fundus stagni. Instrum. ann. 11. Johannis Regis apud *Madox* Formul. pag. 27 : *Sciendum quoque est, quod prædictus Abbas et Monachi habebunt in baiis suis corbellas suas in Lavaleisun aqua, et piscationem de Firmamento Stagni Thirnemolendini usque ad ipsum molendinum, etc.*

* 4. **Firmamentum**, Sera, clausura. Stat. ant. Florent. lib. 5. cap. 97. ex Cod. reg. 4621 : *Quædam capsa fiat et habeatur cum duobus Firmamentis et clavibus, etc. Frémure*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 174 : *Le suppliant.... rompit ou leva la clameure* (l. claveure) *ou Frémure de certain Coffre, etc.* Vide *Firmare* 6.

* **Firmamentus**, Census ex *firma* debitus. Testam. Ermessindis comit. Fuxens. ann. 1229. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 348 : *Dimitto ut persolvant ipsos Firmamentos Marschi de Taus vel cc. solidos, etc.* Vide in *Firma* 3.

Firmancia, Fidejussor : *Fermança*, apud Raimundum Montanerium cap. 167. *Plege ou Fermance*, in Consuetudine Solensi tit. 32. art. 4. in Foris Beneharn. Rubr. *de Fermenças.* [Instrum. ann. 1164. tom. 3. Spicileg. Acher. pag. 196 : *Hanc præfatarum rerum donationem inconvulsam fecerunt.... et Firmantias dederunt Bertrandum Bollaroth et Pontium Bertrandi et Petrum Bertrandi fratrem ejus, ut Monasterio in pace tenere faciant.* Statuta Massil. lib. 5. cap. 31 : *Quod rector Massiliæ non recipiat pro juratore, vel pro Firmantia, vel pro redditore pignorum, pro aliquo, aliquem Officialem communis Massiliæ.*]

* Pactum inter Arnaud. de Villanova et homines de Transio ann. 1283 : *Item fuit actum ut supra quod dicti homines teneantur facere Firmanciam pro ipso domino Arnaudo et suis successoribus, quandocumque fuerint requisiti; et ipse dominus Arnaudus et sui successores debeant et teneantur illos servare indemnes omnino a fidejussione, quam pro*

Digitized by Google

eis fecerint. Fermassa, Prov. fidejussor, sponsor, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

Fermances Vesialeres, in eadem Consuet. Solensi tit. 1. art. 6. tit. 6. tit. 7. art. 2. Tabularium Ucetiensis Ecclesiæ ann. 1156. fol. 8 : *Firmantias et justitias Episcopo... adjudicaverunt*. Hugo Flaviniac. in Chr. pag. 244 : *Salvam Firmantiam ei obtuli 4. mill. solidorum*. Tabulæ nuptiales Bernardi Comitis Convenarum et Mariæ Montispessulanæ mens. Decemb. ann. 1197 : *De his omnibus et singulis supra dictis ex parte Comitis Convenarum est Firmancia et debitor per sacramentum corporaliter præstitum R. Comes Tolosæ, etc.* Infra : *Sunt de omnibus supradictis Firmanciæ et debitores quisque in solidum G. de Balcio, etc.* Concilium Tolosan. ann. 1228. cap. 8 : *Si movens guerram, vel pacis violator ad mandatum redire noluerit; Firmancia vel sacramentum solum non recipiatur ab eo, sed pignora vel obsides, vel persona propria in bona custodia teneatur.* Adde Concilium Monspeliense ann. 1214. cap. 39. ex Edit. Garielli, (nam nuperus Editor Conciliorum ignoravit vim vocis, quam asterisco notavit) et Tolosanum ann. 1229. cap. 31. 38. et eumdem Gariellum in Episcopis Magalon. pag. 176.

¶ Firmantia, Fidejussio, sponsio. Consuetud. Ausciorum MSS. art. 27 : *Item consuetudo est ibidem quod in quocumque casu præstatur fidejussio de stando juri, quod cives civitatis ipsius dent unum fidejussorem, vel duos, de iis qui degunt vel habitant civitatem predictam. Firmabunt autem in manu domini sub cujus jurisdictione degunt, et predicta Firmantia seu fidejussio, cum prestanda fuerit, præstetur et exigatur, etc.* Statuta Raimundi Arelat. Archiep. tom. 1. Gall. Christ. inter Instr. pag. 98. col. 2 : *Cognitionem vero Firmantiæ ad præsens in nobis retinemus. Cum autem con...* (leg. Consul miles) *de alio milite vel quolibet de populo Firmantiam acceperit, pro se et pro aliis Consulibus accipiat.* Statutum pro Officiis feudalibus Abb. S. Barnardi de Romanis tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 142. col. 1 : *In placitis vero causarum totius terræ Abbatis debet accipere Firmantias et audire, et de expensis quæ de eisdem causis levantur, habet tertiam partem, dominus vero per omnia duas partes.*

¶ Firmantia, Idem videtur quod *Firma* 2. Convivium, cœna. Charta ann. 1182. ex majori Chartul. S. Victoris Massil. : *Debent insuper facere Firmantiam et stagium Abbati et Priori Majori.*

Firmanciæ, interdum dicuntur mulctæ pecuniariæ, exactæ ab iis, qui *firmancias* dederant, et causa exciderant, vel quævis præstationes. Charta W. D. Montispessulani ann. 1103 : *Dono tibi... totam Vicariam totius Montispessulani... scilicet omnes Firmantias, et omnia districta omnium hominum... habitantium in Montepess.* Infra : *Nec homo, nec femina pro eo Firmantiam accipiet, quod ad vicarium pertinet.* Charta Ademari de Muroveteri ann. 1191 : *Scilicet castrum de Omelacio cum omni dominio ejus, et dominatione et districtione, et hominiis, et satisdationibus, et Firmanciis, et justitiis,... quartis, usaticis,... garricis, cascivis, devesis, mansis, et mansuris, etc.* [Charta Ildefonsi Regis Aragon. pro Eccl. Forojuliensi ann. 1203. tom. 1. Gall. Christ. inter Instrum. pag. 85. col. 1 : *Firmiter inhibentes, quod nec ego, nec aliquis successorum nostrorum, vel bajulus noster... aliquas Firmancias accipere vel aliquas justitias possit vel debeat exigere, vel exercere.* Sententia lata per Archidiac. Ebredun. et Episc. Vapicens. ann. 1233. ex parvo Chartul. S. Victoris Massil. fol. 133 : *Et quod relinquat omnes justitias et Firmancias in omnibus casibus, exceptis tribus, adulterio, homicidio ac capitali bello.*] Vide Catellum in Hist. Tolosana pag. 36. 89. Baluzium in Notis ad Concilia Narbon. pag. 160. tom. 8. Spicilegii Acher. pag. 168. tom. 13. pag. 318. Gariellum in Episcopis Magalonensibus pag. 72. 100. 159. 178. etc.

¶ Firmantia, eadem forte notione, pro mulcta pecuniaria, in Ordinat. Johannis Franc. Reg. ann. 1361. tom. 3. Ordinat. pag. 499 : *Imo si quis* (quid) *in contrarium actum fuerit, ad statum pristinum reducunt et reduci faciant indilate, ordinationibus, Firmantiis, mandatis factis vel faciendis, allegationibus, oppositionibus, etc.* In altero exemplari legitur *Financiis*, non ita male.

* 2. **Firmancia**, Vectigal, tributum, præstatio. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Præs. *de Mazaugues : Requisitus qualiter scit quod esset bajulus, dixit quod vidit quod dominus Barallus fecit ipsum bajulum, et recipiebat fructus et obventiones et Firmancias pro domino Barallo.* Vide supra *Firma* 5.

1. **Firmare**, Securitatem dare [vel per se, vel per fidejussores.] Annales Franc. Loisselliani ann. 757 : *Sic et ejus homines majores natu, qui cum eo erant, Firmaverunt.* [Breviarium Hist. Pisanæ apud Murator. tom. 6. col. 168 : *Anno 1075. in Festivitate S. Sixti Pisani ceperunt Almadiam civitatem et Firminum Regem, qui uno quoque anno tributum Pisanis dare suo juramento Firmavit et civitatem ad honorem Pisanæ reipubl tenere. Et ita Regi statim Firmaverunt terram, et coronam Romano Imperatori assignaverunt.* Instrum. ann. 1233. ex Chartul. S. Victoris Massil. fol. 133 : *Item dictus D. W. compellebat homines Ecclesiæ ire ad malefacta vicinorum, et Firmare et litigare in manu sua pro causis civilibus.*] [** Vide in *Firma*, 1. Pro Traditionem confirmare occurrit *Firmare* in Leg. Baiuv. Conf. Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 556. et 115.]

* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Fermar, Prov. fidejubere, Firmare.* Hinc nostris *Fermer*, pro Jurejurando promittere, affirmare. *Pour pais et pour aliance Fermer ensamble*, in Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 16. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 167. Reg. sign. *Pater* Cam. Comput. Paris. fol. 163. v°. ubi de inauguratione regis : *Li arcevesques... ou aucuns des évesques... doivent demander au roy que il promette et Ferme par son serement à garder et à faire garder les droitures des evesques et des églises.* Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 279 : *Simonnet et Jehan le Maire Fermerent ensemble d'aller assaillir ledit prestre. Fermer*, pro Firmare, Gall. *Rendre ferme*, in Stat. ann. 1415. ex Reg. 170. ch. 1.

Firmare Directum. Vide *Firma* 1.

¶ Firmare in Palam, pro Coram. Charta Guillelmi Comitis ex Chartul. Ecclesiæ Auxitanæ : *Ego reddo et Firmo in palam altari S. Mariæ.*

Firmare Cantum, *psalmos, hymmos, etc.* dicuntur, qui, priusquam in Ecclesia cantent, in cantu sese exercent, ut recte cantare discant. Galli dicerent, *Asseurer son chant.* Liber Ordinis S. Victoris Paris. MS. cap. 22 : *Quando autem in claustro Novitius sedet, debet Firmare psalterium suum, et cordetenus ad verbum reddere.* Cap. 31 : *Fratribus, quibus injunctum est cantum suum cotidie Firmare et reddere, debet Armarius singulis libros, in quibus cantant, specialiter assignare,... similiter his, qui psalmos et hymnos suos Firmare habent, psalteria et hymnarios, prout opus fuerit, distribuat. Ex quo autem Armarius alicui fratri aliquem librum ad aliquem Firmandum et reddendum specialiter assignaverit, ea illa hora, qua id facere habet, nemo illum accipiat, etc.* Rursum : *Ii vero, quibus specialiter assignati de cantu libri sunt, et psalteria, et hymnarii, postquam lectiones suas Firmaverint, non debent eos, sive in die, sive in nocte abscondere; sed in communi servatorio cum cæteris communibus libris reponere.* Infra : *Fratribus quibus injunctum est cantum suum Firmare, debet Armarius, vel aliquis de senioribus, quibus Abbas in Capitulo jusserit, assistere, qui et eos si erraverint, corrigant, et lectiones eorum, quando reddere voluerint, audiant.* Denique : *Qui psalmos suos Firmant, vel cantant, submissa voce legant, ne alios disturbent.* [Vide Bernardi Ordinem Cluniac. part. 1. cap. 27.]

¶ 2. **Firmare Manu sua Firma.** Nihil frequentius occurrit in Chartarum subscriptionibus. Sæpe etiam nude ponitur, *Firmare*, quod idem est ac manus suæ signo confirmare; vel subscribere. Chartul. Ecclesiæ Aptensis fol. 123. verso : *Facta Cartula eleemosynaria ista* XVI. *Kal. Julii ann.* XXX. *regnante Conrado Rege feliciter. Signum Norperti qui hanc Cartulam eleemosynariam istam scribi fecit, et testes Firmare rogavit manu sua Firma.* Ibidem non semel recurrit. Chartam ann. 1000. tom. 6. Spicileg. Acher. pag. 430. sic subscribunt : *Poncius Archiep. Firmavit, Amelius Firmavit, etc.* Ibidem tom. 10. pag. 165 : *Hanc chartam* (ann. 1110.) *manibus suis Firmavit, et testes Firmare rogavit.* Charta ann. 1080. Goscelini Burdigal. tom. 2. Gall. Christ. inter Instrum. pag. 274 : *Igitur præfatus Willelmus præsentibus his aliisque nobilibus viris,* XII. *Kal. julii Firmavit hoc beneficium.* His affine est quod habetur in Archivis Ecclesiæ Turon. : *Ego Joannes Dolensis Ecclesiæ nunc consecrandus Episcopus, huic sanctæ Turonensi Ecclesiæ et tibi, Pater Vincenti, tuisque successoribus canonice substituendis, obedientiam, subjectionem et reverentiam promitto, et super hoc sanctum altare propria manu Firmo* †.

¶ 3. **Firmare**, Munire. Litteræ ann. 1224. in Histor. Mediani Monast. pag. 313 : *Dux mihi licentiam concessit Altampetram refirmare, vel castrum alibi in terra mea ubicumque voluero Firmare.* Charta anni 1312. apud Kennet. in Antiq. Ambrosden. pag. 363 : *Licentiam dedimus... quod ipse*

Digitized by Google

mansum suum... muro de petra et calce Firmare et kernellare possit.

* *Fermer*, eodem sensu, in Charta Theob. comit. Barri ann. 1260. ex Chartul. Cam. Comput. Paris. fol. 140. r°. col. 1 : *Com descors fust entre moi et mon signour Ferri duc de Lorregne et marchis dou chastel de S. Alairemont, que je avoie Fermé; lequel il disoit que je ne pooie Fermer, ne ne devoie, etc.*

¶ 4. **FIRMARE Se**, subsistere, considere. Vita S. Petri Mart. tom. 3. Aprilis pag. 689 : *Quidam fratres levitate ducti juxta cellam ejus transeuntes, plurium collocutionem audientes, Firmaverunt se, ut quinam essent deprehenderent.* [* Cærem. Rom. lib. 1. cap. 5 : *Cum autem pontifex voluerit intrare aliquam insignem urbem; Firmabit se in aliqua ecclesia vel domo extra portam civitatis, et ibi capiet pluviale et mitram.*]

¶ 5. **FIRMARE**, Elocare, ad firmam concedere. [* Nequaquam, idem quippe quod *Firmare* 6. Sera occludere.] Statuta Humberti Bellijoci ann. 1233. tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 184 : *Nemo pro debito quod debet, de indumento, quod indutum habet, potest vadiari, nec de ostio domus suæ potest vadiari, nec domus Firmari pro debito. Affirmare*, eadem notione, occurrit in Statutis Eccl. Trecorensis ann. 1372. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1123. et Kennett. in Antiq. Ambrosden. pag. 354. Vide *Affirmare* 1.

6. **FIRMARE**, Gallis *Fermer*. Cæsarius lib. 4. cap. 75 : *Pixidem ei clausam, sed non Firmatam porrexit.* Ubi observandum aliud esse *claudere*, aliud *Firmare*. Est enim *firmare*, *seram* vel *firmaculum* obdere. [Hinc in Vita B. Alcuini sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 157 : *Firmans itaque ostium sera abiit.* Vita B. Coletæ tom. 1. Mart. pag. 574 : *Per spatium quinquaginta annorum inclusa continue permansit et Firmata.*] Adde Continuatorem Florentii Wigorn. ann. 1138. 1162. pag. 667. 675. Concilium Budense ann. 1279. cap. 43. etc.

Firmatura, ex Gallico *Fermeture*, Sera, clausura, in Regula Templar. cap. 40. [Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 2. pag. CCVIII. ad calcem : *Pro Firmatura Longi-campi* LX. *s.* Epist. Johannis de Monsterolio de Descriptione Monast. Caroli-loci apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1390 : *Si de Firmatura totius ambitus Abbatiæ interroges, aiunt quindecim stadia circuitione complecti, infra cujusmodi ambitum sine hortis et virgultis, bis septem aquarum receptacula ad piscium custodiam comprehenduntur.* Acta S. Syriæ tom. 2. Junii pag. 64 : *Visa et visitata ipsius capsæ Firmatura, quam bene seratam et firmatam... invenimus.*]

Affirmare, pro *Firmare*, Claudere. Matth. Paris ann. 1251 : *Obtulit duo monilia, et jussit ea feretro indelebiliter ad memoriam sui clavis fortiter Affirmari.* [Sic et *Deffermer* dixerunt Poetæ nostrates pro Aperire, *Ouvrir*. Le Roman *de Floire* MS. :

La porte li ont Deffermée,
Floire s'en ist lance levée.

Le Roman *d'Athis* MS. :

Les ventailles ont Deffermées,
Et les coifes jus avalées.]

¶ 7. **FIRMARE**, Despondere, Gall. *Fiancer*. Charta circ. 1100. in Tabular. S. Victoris Massil. : *Cum eo firmiter locutus est usquequo mulieres fuerunt Firmatæ. Post hæc venit dies constitutus ut acciperent suas uxores, etc.*

* *Fermer*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1451. ex Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 69 : *Icellui Louvel avoit Fermée une jeune femme, et devoit en brief icelle espouser.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Fermat, Prov. sponsus.* Vide in *Firma*, 1.

¶ **FIRMARIA**, Carcer. Willel. Wyrcester Annal. Rer. Anglic. in Lib. nigro Scaccarii pag. 428 : *Tristi tamen Firmaria hostes me clauserunt.* Alia notione vide in *Firma* 3.

¶ **FIRMARIUM**, Tabula. Inventarium ornament. et Reliq. Ecclesiæ Noviom. ann. 1419 : *De boutonnis capparum de capiternis feretri seu chassiæ B. Eligii, de Firmariis librorum, de granistura mitræ.* Vide *Firmaculum*. [** Alio sensu vide in *Fimarium* post *Fimare*.]

¶ **FIRMARIUS**, Vicarius seu presbyter cui Ecclesiæ deservienda committitur. Statuta antiqua Eccles. Cenoman. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1396 : *Statuimus ut Firmarii seu capellani, quibus Ecclesiæ committuntur, obedientiam juramento promittant.* Extrav. comm. de decimis : *Sed Ecclesiastica persona, quæ in Ecclesia sua, vel beneficio (quod residentiam personalem requirit) non residet; sed facit in eodem per Firmarium vel vicarium deserviri, deputando ipsi vicario, vel Firmario certam suorum proventuum portionem, etc.* Huc spectant Statuta Eccl. Aurelian. art. 54. apud eumdem Marten. ibid. col. 1279 : *Statuimus ut Capellani nullatenus ad Firmas accipiendas admittantur, nisi prius Archidiaconorum suorum assensu requisito et obtento.* Vide in *Firma* 3.

* Charta ann. 1321. in Chartul. S. Maglor. Paris. ch. 113 : *Petrus de Villaribus capellanus Firmarius et locum tenens curati ecclesiæ S. Eustachii, etc. Martinus de Migueries presbyter Firmarius ecclesiæ parrochialis S. Sulpicii de Nogento*, in Ch. ann. 1450. ex Tabul. S. Germ. Prat. Alia ann. 1456. ex Chartul. Latiniac. fol. 177. v°. : *Prestre Fermier ou vicaire de l'église parrochial de Croissy.* Vide infra *Mercenarius*.

* **Firmarius** dictus etiam monachus, cui ad tempus præpositura regenda dabatur ab abbate. Charta Rich. abb. ann. 1372. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Attendens præposituram meam de Anthogniaco... esse ac fuisse... dabilem ad firmam majorem vel minorem, secundum temporum varietatem, non tantum religiosis, sed etiam secularibus personis, religiososque præpositos, Firmarios nuncupari, ipsosque ad nutum abbatis, quicumque fuerit pro tempore, omnino revocabiles;... in ipsaque præpositura nichil spiritualitatis existere, nec eam sortiri naturam beneficii ecclesiastici quovis modo, etc.*

FIRMATARIUS, Officium monasticum, cui forte incumbit, reparationum seu sarta tectorum monasterii cura illiusque *firmandi*, nisi idem sit, cui *Firmariæ* cura incumbit, vel certe *Firmariorum* : nam *Fermeteurs* vocant etiamnum Leodienses, quos nostri *Fermiers* dicunt, qui scilicet tributa exigunt. Vide Magnum Recordum Leodiense pag. 33. etc. Vetus Scheda apud Angelum a Nuce pag. 497 : *Firmatarius* (Casinensis) *debet facere reparare Palatium Infirmarii, cum subjacentiis suis.*

** **FIRMATE**, Adverb. apud Virgil. Grammat. pag. 72.

¶ 1. **FIRMATIO**, Fidejussio, promissio Instrum. ann. 1335. apud Ludewig. tom. 5. pag. 603 : *Si... dictus Dominus Casimirus Rex Poloniæ... sex millia marcarum eo modo, quo debet, eidem Domino Regi Boemiæ vel filiis ejus non solverit, aut conditiones seu obligationes pro ipsa solutione factas, Firmationes in spectatibus literis contentas et expressas non fecerit, nec compleverit.* Vide *Firmitas* 1.

¶ 2. **FIRMATIO**, Idem quod infra *Firmitas* 3. Præceptum Ludovici Pii tom. 1. Capitul. col. 680 : *Et ut hæc auctoritas... firmiorem obtineat vigorem, et deinceps inconvulsa valeat perdurare, duas inde pari tenore conscriptas Firmationes fieri jussimus.*

¶ 3. **FIRMATIO**, Arx, castrum munitum. Litteræ ann. 1224. in Hist. Mediani Monast. pag. 313 : *Quod ego Albertus in Firmatione dicti montis salvus non essem, Dux mihi concessit licentiam Altampetram refirmare.*

¶ 4. **FIRMATIO**, Vox venatica, qua significatur tempus quo ultima fetura grandescit viribusque firmatur. Instrum. ann. 1240. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 304 : *Noveritis quod ego Herebertus dedi et concessi pro me et hæredibus meis, D. Hereberto filio Matthæi... tres damas tempore pinguedinis in parco meo de Betthameton, et tres damas tempore Firmationis.* [** Vide *Ferinesona*.]

¶ 5. **FIRMATIO**, Ciborum suppeditatio. Vide in *Firma* 2.

* 6. **FIRMATIO**, Fides, fiducia, Gall. *Assurance*. Chron. Andr. Danduli ad ann. 1312. apud Murator. tom. 12. Script. Ital. col. 498 : *Aliter cognoscemus expresse quod verba vestra nullum dant effectum, nec aliquam Firmationem; sed quod astute unum ore dicitis, et corde aliud cogitatis.*

¶ 1. **FIRMATOR**, Qui alicui chartæ testis subscribit. Charta ann. 1066. tom. 3. Gall. Christ. inter Instrum. col. 205 : *Acta est autem hæc Charta publice... Firmatores sunt... Archiep. Guinamandus... Gosfredus Decanus.*

* 2. **FIRMATOR**, Qui ad *firmam* tenet, Gall. *Fermier*. Chartul. Celsinian. ch. 435 : *Firmatores hujus vineæ sunt, Christoforus et Eustorgius.* Vide *Firma* 3.

1. **FIRMATORIUM**, *Quo pallium tenetur in humeris, vel cingulum in lumbis, fibula.* Joh. de Janua. [*Fermoer*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.] Vide *Firmaculum*, et *Firmale*.

* 2. **FIRMATORIUM**, Munitio, id omne quo aliquid *firmatur*. Libert. Petræ assis. ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 647 : *Quicumque voluerint, possint absque licentia alicujus construere pontem super flumen Agoti, et Firmatoria facere, ubicumque videbitur eis fore expediens, facta emenda seu satisfactione Petro Olrio condomino dictæ bastiræ seu successoribus suis de emolumento portus, qui nunc est in dicto loco, nec non et aliis ad quos pertinebit de rippis seu Firmatoriis dicti ponti.* Vide supra *Firmare* 3.

Digitized by Google

¶ **FIRMATURA**, Munitio. Charta ann. 1239. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. pag. 39 : *De Firmatura autem castri de Marcilleio concessit, quod ipse Radulphus firmet ipsum castrum secundum quod sibi melius placuerit.* Vide *Firmare* 3. et 6.

* **FIRMATUS**, Locatus, conductus tiro, Gall. *Apprenti*. Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 60. v°. : *Ipse qui loquitur, jam erat Firmatus et allocatus.... pro addiscenda arte sutoria.* Unde *Afermage* appellatur ejusmodi locatio, in Lit. remiss. ann. 1414. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 163 : *Lesquelx compaignons firent l'Afermage du suppliant avecques icellui Bertrand.*

¶ **FIRMERIUM**, Fibula, Gall. *Agrafe*. Inventarium ornament. et Reliq. Ecclesiæ Noviom. ann. 1419 : *Item tres libri pontificales... et habent asseres coopertas de argento, et in duobus majoribus sunt duo pipeti argentei et sine clausuris, et alter sine pipeto qui habet unum Firmerium cum dimidio.* Vide *Firmaculum*.

* **FIRMICULARIUS**, Fibula. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679 : *Firmicularii, fermaillers, dicuntur a firmaculis, quia firmant vestes ante pectus.* Vide supra *Firmallius*.

* **FIRMIGARANS**, Idem qui *Fidelis*, subditus, vassallus, qui fidem suam domino obstrinxit. Charta pro hominibus de Stagello ann. 1331. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 174 : *Bernardus et uxor ejus et infantes eorum et omnis posteritas ipsorum sint leales et Firmigarantes ad sanctam Mariam Crassam et ad ejus monachos omni tempore sine engan.* Vide supra *Fidelis* 1.

1. **FIRMITAS**, Securitas data alicui, *Asseurance, Seureté*, ἀσφάλεια. Annales Franc. Bertin. ann. 864 : *Quem pater e vestigio insequens, sub Firmitatum conditionem ad se venire facit, et ei honores donat.* Capitul. Caroli C. tit. 16. cap. 15 : *Et si adhuc dubitatis, et aliam Firmitatem quæritis, etc.* Adde tit. 27. cap. 3. 8. tit. 36. cap. ult. [Charta ann. 1038. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Funditus perpetualiter subnixa Firmitate roboramus, donamus, tam in fevo quam in alode.* Litteræ ann. 1303. tom. 1. Histor. Dalphin. pag. 203 : *Solvatis... videlicet duo millia librarum in annum præsentem, et postea de anno in annum tria millia librarum usque ad plenam satisfactionem dictorum viginti millium librarum, prout in Firmitatibus, quas a nobis habet super hoc dictus Marchio, continetur, nam super iis Firmitates validas a Dalphino et D. Johanne ejus primogenito filiis nostris habemus.*]

2. **FIRMITAS**, Pactum. Capitul. Caroli C. tit. 21. cap. 1 : *Quia necesse erat, ut inter nos Firmitas facta fuisset secundum Dei voluntatem.* Cap. 3 : *In illa Firmitate, quam ego cum patre suo... feci.* Ita tit. 23. cap. 7. tit. 26. cap. 1 : *Chartæ Firmitas.* Chronica Augustensis ann. 1059 : *Seditio inter Haimericum Augustæ Episcopum et Diepoldum Comitem pro Comitatu ad altare S. Mariæ per cartæ Firmitatem tradito. Firmitatem facere per chartam*, Leg. Alemann. cap. 1. § 1. 2. [** Vide Hincmar. Annal. ad ann. 866. et ad ann. 869. Pertz. pag. 471. lin. 40. et pag. 485. lin. 15.]

3. **FIRMITAS**, Privilegium, *emunitas*, præceptum, quod scilicet *perpetuam obtinet Firmitatem*, ut est apud Marculfum lib. 1. form. 1. et alibi passim. Ratbertus de Casibus S. Galli cap. 5 : *Hortatus est eos, ut per aliquem fidum hominem eandem Firmitatis cartam domno Imperatori dirigerent.* Supra, *emunitatis præceptum* dicitur. Adde cap. 8. Theodorus Campedonensis de S. Magno cap. 25 : *Dedit ei totum ipsum saltum cum marcha Firmitatis, quæ in epistola sua fecit conscribi.* Et mox : *Et ne quisquam ex successoribus ejus tanti obsisteret boni, fecit conscribi suæ Firmitatis epistolam, etc.* Walafridus Strabus de Vita S. Galli cap. 21 : *Jussit fieri conscriptionem Firmitatis, etc. Epistola Firmitatis*, in Lege Aleman. tit. 2. Occurrit passim in Lege Longob. lib. 3. tit. 8. § 2. [** Ludov. Pii 31.] apud Aimoin. lib. 4. Hist. Franc. cap. 62. Babolenum in Vita S. Germani Abb. Mart. n. 8. Aribonem in Vita S. Corbiniani cap. 29. etc.

4. **FIRMITAS**, Munitio, Castrum undique firmatum seu clausum : *Fermeté*, in Consuetud. Calvimontensi art. 8. Gloss. MS. Regium Cod. 1197 : *Munitiones, Firmitates.* Annales Francorum Loiselliani ann. 776 : *Et nimia festinatione Saxonum casas seu Firmitates subito introivit.* [Diploma Ludovici VII. ann. 1146. tom. 2. Gall. Christ. inter Instrum. col. 231 : *Episcopus autem... nobis et successoribus nostris et regno fidelitatem juravit, et universas Firmitates ac fortalitia civitatis quoties ad Podium veniremus ad voluntatis nostræ præceptum se redditurum nobis firmavit.* Instrum. ann. 1215. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 843 : *Ego Odo Dux Burgundiæ, notum facimus universis, quod si Comes Nivernensis apud Grisolias voluerit facere Firmitatem, etc.* Notitia Anonymi ann. circ. 1229. ex 2°. Chartul. Campaniæ apud D. *Brussel* tom. 2. de Usu feud. pag. 736 : *In castro Chableiæ quod Clastrum vocatur, D. Noerii nullam prorsus habet justitiam, nec in muris, nec in fossatis, nec in tota Firmitate.*] Occurrit præterea apud Ethelwerdum lib. 4. cap. 3. pag. 845. Henricum Huntindon. lib. 8. pag. 372. 373. Adonem Viennensem in Chronico, Ordericum Vital. lib. 9. pag. 738. Matth. Paris. pag. 53. 65. Joann. Brompton. pag. 993. 1039. in Chron. Besuensi pag. 556. in Historia Episcopor. Autisiod. cap. 53. in Annalib. Francor. Bertinianis pag. 221. in Epist. 61. ex Francicis tom. 4. Hist. Franc. etc. Philippus *Mouskes* in Henrico I :

Li ot tolu par sa gierre
Et ses castiaus et ses cités,
Et ses bours et ses Fermetés.

Idem in Chilperico :

Castiaus saisi, cités,
Bours et viles, et Fermetez.

Le Roman *d'Alexandre* MS. :

Onques ne pot garir Chastiaus ne Fermetez.

Infra :

C'est une Fermeté, qui moult est redoutée.

Le Roman *de Garin* MS. :

Riches est li sires, qui à tel Fermeté.

Alibi :

Donjon, ne marche, recet, ne Fermeté.

Le Roman *d'Aubery* MS. :

Tant vos donrai chastiax et Fermetez,
De mon Royaume serés Sires clamez.

Le Roman *de Gaydon* MS. :

Et dis chastiaux et autant Fermetez.

Le Roman *d'Amile et d'Amy* MS. :

Et saisirois toutes vos Fermetez.

Hinc diminutivum *Ferté*, quo nomine donantur etiamnum complura in Gallia castra. Le Roman *de Guillaume au courtnez* MS. :

Por l'amor Dieu qui oncques ne menti,
Guillaume prist Orenge, la tor et la Fierté.

Le Roman *de Garin* :

Le Siege a mis environ la Ferté.

Le Roman *d'Aubery* :

Je vous eroistrai forment vos heritez,
De deux chastiax, et de quatre Fertez.

* **Firmitas**, Urbis vel castri ambitus, vulgo *Enceinte, Fermeture*, in Ch. ann. 1460. ex Chartul. Latiniac. fol. 75.

5. **FIRMITAS**, Exactio in rebus venalibus. Joann. Hocsemius in Episc. Leod. lib. 1. cap. 15 : *Fuit autem forma concordiæ, quod quoad 18. annos tunc futuros de sola cerevisia Firmitas levaretur, etc.* Adde cap. 26. lib. 2. cap. 13. pag. 398. *La Ferme de la biere.* [Chron. Cornelii *Zantfliet* apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 193 : *Statuere intendebant Firmitatem super vino et sale, etc. Sed quoniam hoc per omnes erat abjuratum, dispensatio a sede Apostolica impetratur, et per quinquennium Firmitas levari permissa est.*]

* *Fermeté*, eodem significatu, in Charta ann. 1287. tom. 2. Hist. Leod. pag. 398 : *Du discord de la Fermeté; que la Fermeté cesse doresnavant dedans la cité de Liege.*

¶ **Firmitatis Archa**, Ferro munita, arcula ferrata, nostris *Coffre fort*. Litteræ Johannis Reg. Franc. ann. 1360. tom. 3. Ordinat. pag. 479 : *Nisi reperta fuerit dicta res in scrinio vel archa Firmitatis, de quibus clavem deferat dominus vel domina domus.*

* 6. **FIRMITAS**, Fides sacramento firmata. Capitul. Caroli C. tit. 32. apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 146 : *Firmitas autem quam a prædictis hominibus missi nostri debent recipere, ista est : De ista die inante Karoli, Hludouvici imperatoris filii, regnum illi non forconsiliabo neque weribo. Sic me Deus adjuvet et istæ sanstæ reliquiæ.* [** Vide *Firmitas*, 1. et 2.]

¶ **FIRMITUDO**, Arx, castrum munitionibus vallatum. Confœderatio inter Comit. Flandr. et Comit. Hannoniæ ann. 1176. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 586 : *In confinio etiam terrarum nostrarum quod vulgo marcha dicitur, non debemus, nec possumus alias construere Firmitudines, quam illas quæ modo ibi sunt.* Vide *Firmitas* 4.

* **FIRMONORUM**. Libert. loci de Viridifolio ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 278. art. 7 : *Quæ quidem nemora atque devesias ab omni explecta officiariorum et Firmonorum regiorum quorumcumque eximimus.* Ubi emendandum opinor, *Forestariorum*. Vide infra *Firraneum*.

* **FIRMUM**, Querceus cortex. Charta

Digitized by Google

Th. comit. Pertic. ann. 1214. in Reg. forest. comitat. Alencon. ex Cam. Comput. Paris. fol. 55. v° : *De arboribus quas in usu nostro capimus, non habent copellos nec esmundas : de omnibus arboribus, quas damus et capimus ad nostros usus, Firmum, quod dicitur Galice tans, dictus Gervasius et dicti ejus hæredes habent.*

¶ **FIRMURA**, Sera, clausura. Liber niger Scaccarii pag. 367 : *Et in tali Firmura, quod quilibet eorum habeat clavem suam et diversam.*

* *Fermeté*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1403. ex Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 225 : *Et ce fait, alerent à un ventaile dudit vivier, et là l'un d'eulx rompi la Fermeté dudit ventaile, etc.* Vide *Firmare* 6.

* **FIROSELLUM**, Filum sericum crassius, Gall. *Filoselle*. Stat. Astæ ubi de Intrat. portar. : *Firosellum de seta solvat pro qualibet libra ponderis lib. v.* Vide supra *Filladisserium*.

* **FIRRANEUM**. Charta Caroli II. reg. Sicil. ann. 1303. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 216 : *Decimas de.... armentis jumentorum, bubalorum, vaccarum, gregibus ovium et porcorum, pecunia fidantiæ, Firraneorum, etc.* Ubi vir eruditus legendum opinatur *Forestarum*, ut infra. Vide supra *Firmonorum*.

FIRSTFALLI, Culminis ruina, ex Saxon. et Germ. first, laquear, tigillum, *festum*, culmen, et fall ruina. Lex Bajuvar. tit. 9. cap 3 : *Si quis desertaverit, aut culmen ejecerit, ... aut incendio tradiderit uniuscujusque, quod Firstfalli dicunt, etc.* Habetur præterea cap. 4. § 5. *Firsfalli* præfert Editio Heroldi cap. 13. § 3.

FIRSTSUL, Columna, qua domus culmen sustentatur, ex German. et Saxon. first, culmen, et sul, vel syl, columna. Lex Bajwar. tit. 9. cap. 6 : *Si quis eam columnam, a qua culmen sustentatur, quam Firstsul vocant.*

FIRTALA, Mensura annonaria in Morinensi seu Bononiensi et Flandrensi tractu. Chronicon Andrense pag. 361 : *Terram ... sub firma manu dedit per duas Firtulas frumenti, et quinque Firtalas avenæ.* Occurrit ibi non semel pag. 362. 366. 370. 372. 396. 397. 405. etc. et in Charta Balduini Comitis Fland. ann. 1056. in Tabul. S. Bertini. Vide *Ferto*.

FIRTHE, seu potius *Fyrht*, vox Saxonica, pro terriculamento, phantasmate, spectro. Somnero, fyrhto, est stupor, horror. Leges Kanuti Regis cap. 27. apud Bromptonum : *Gentilitas est, si quis idola colit, ... aut in sorte vel in Firthe*, (leg. *Fyrth*) *vel in similibus fantasiis vel præstigiaturis aliquid agat.* [** Leges Canut. secular. cap. 5. ubi Schmidt. *faculas* vertit, quasi esset Fyrste.]

FIRTHUNGA, vel **FYRTHUNGA**, Expeditio, seu profectio militaris : *expeditionis apparatus*, in Legibus Kanuti Reg. cap. 31. Edit. Brompton. *Expeditio*, nude in cap. 32. [** Leg. Canut. secul. cap. 10.]

FIRTO. Vide *Ferto*.

¶ **FISANA**, *est Aqua ordei*, in Gloss. S. Andreæ Avenion. XIII. sæc. exarato; pro *Ptisana*, nostris *Ptisane*.

* **FISCA**. Vide infra *Fista*.

¶ **FISCALATUS**, Nomen officii in superiori justitia, Procuratoris scilicet fisci. Concilium Limanum I. ann. 1582. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 244 : *Officia Notariatus aut Fiscalatus neque vendantur neque locentur, sed hominibus probis atque industriis gratis ab Episcopo conferantur.*

FISCALIA, Annonæ, tributa, quæ fisco inferuntur. Julius Africanus lib. 5. Hist. Apost. pag. 64 : *Nam dum custodiuntur, fures insidiantur, dum solvunt Fiscalia, dum ædificant promptuaria, etc.* S. Ambrosius in Ep. ad Romanos cap. 13 : *Ideo dicit tributa præstari, vel quæ dicuntur Fiscalia, ut subjectionem præstent.* Scholiastes Juliani Antecess. cap. 72 : *Quando is, qui nihil possidet, Fiscalia dare cogitur.* Ita usurpat leg. 3. C. de Episcop. (1, 3.) et leg. 7 Cod. Th. de Annona. (11, 1.) *Fiscale onus, Pensitatio Fiscalis*, in leg. 17. 12. eod. tit. Cod. Theod. Bulla Cælestini V. PP. apud Ughellum tom. 1. Ital. sacr. pag. 429 : *Ab omnibus et singulis Fiscalibus, mutuis, et collectis, exactionibus, et functionibus, etc.* Adde pag. 430. [Tabularium S. Johannis de la Pena lib. Goth. fol. 18. apud Moret. lib. 2. Antiquit. Navarræ pag. 489 : *Quia non solum ego sed et pater meus et avus meus et omnes Reges liberi et absque Fiscalia fuerunt, tam de Christianis quam etiam de paganis. Et quia libertas nostra antiqua est.* Hispanis *Fiscalia, Exaccion del fisco.*]

¶ **FISCALION**, τὸ Βασιλικόν. Gloss. Lat. Græc. Vide *Fiscus*.

FISCALIS, *Fiscalinus*, *Fisglinus*. *etc.* Vide *Fiscus*.

¶ **FISCATIO**, Fictio, illusio. Chronicon Siciliæ ad ann. 1325. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 92 : *O inflata scientia, quæ veteres verbo resolutorio quasi sophismati logicali in Fiscationem prædictam ex manifestis falsis medio inepto læsit.* Lubens legerim *Fuscationem* a *Fuscare*, Tenebrosum facere.

* **FISCATUM**, f. Series palorum terris continendis vel capiendis piscibus infixorum, ut supra *Fichia*. Charta ann. 922. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 326 : *Cum planiciebus, ripis, rupinis, molendinis, piscationibus, Fiscatis, reddibitionibus, etc.* Vide infra *Fixura* 1.

¶ **FISCATUS**, pro *Viscatus*. Carmen de varia Ernesti Bavariæ Ducis fortuna lib. 6. in Anecdot. Marten. tom. 3. col. 355 :

> Quis nesciat, iuquam,
> Quod clauso regno, Fiscatis Dedalus alis
> Arcteas Minoa timens enavit ad oras?

Sic Ovidius de Arte am. 1. 391. dixit :

> Non avis utiliter Viscatis effugit alis.

** **FISCELLULA**, Fiscella, parvus fiscus. Gumpoldi vita Venceslai ducis cap. 8. apud Pertz. Script. tom. 4. pag. 216 : *Fiscellulas utriusque dorso dependentes gravidis implens racemis.*

FISCHA. Vide *Faicia*.

¶ **FISCIA**, φίσκος, ὁ συνήγορος, *Fiscus*, in Supplemento Antiquarii.

* Ita Gloss. Lat. Gr. at in Castigat. ad utrumque Glossar. legitur : Germ. *Fisci advocatus, fisci patronus*, φισκοσυνήγορος. Vide Salmas. ad Hist. Aug. pag. 96.

¶ **FISCIACUS**, Idem quod *Fiscus*, prædium. Instrum. ann. 858. tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 143 : *Pro quantitate sui atque difficultate itineris, quia longius ab urbe distabant*, (Canonici Æduenses) *penuriam sæpissime pati solebant cotidiani victus : ut quando penitus hæc occasio tolleretur, receptis eisdem rebus atque militaribus viris distributis i. Caramanno et Tillido villis, cum Fisciaco ad se pertinente, delegavi in usus eorum in viciniori et pinguiori loco Marcassolium villam.* [* Haud scio an nomen loci.]

¶ 1. **FISCINA**, *Instrumentum piscandi*. Papias. Vide *Fissina*.

* 2. **FISCINA**, *Faisselle à faire fourmage*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Fisina, lo vase da fare caseo*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Columellæ, *Fiscellus*.

FISCLA. Gloss. Longob. S. Germani Paris. ex Gloss. : *Fistula, vulgo Fiscla dicitur.*

FISCLUM. Gloss. Saxon. Ælfrici : *Fisclum* : Ele-seocche, ad verbum, *oleum ægrotorum*. [Isidor. lib. 20. Orig. cap. 14 : *Fisclum, quasi Fisculum, a colando oleo dictum, vel quasi Fiscella olei.*]

FISCO, Culcitra straminea, vulgo *Paillasse*. Fr. Juncta in Vita B. Margaretæ de Cortona n. 17 : *Tunicas, Fiscones et opertoria lecti.* Constitut. Ord. Prædicat. dist. 1. cap. 9 : *Super stramina et Succones laneos dormire licebit.* Bulla Innocentii IV. PP. pro Damianitis Barcinonensib. ann. 1243. apud Waddingum : *Scapularia et mantellum cum pellibus, ac subtilares cum pedulibus, et utendi Fisconibus fœno vel palea plenis, et cervicalibus vobis licentiam impertimur.* Alia ejusdem Pontificis pro universis Damianitis ann. 1247. habet hoc loco *succones : Licet autem unicuique habere Sacconem de palea vel de fœno, et cervical.* Alia Urbani IV. ann. 1263. pro Sororibus Minorum Monasterii Humilitatis B. Mariæ Parisiensis, apud Ughellum : *Liceat autem unicuique Sacconem plenum habere de palea, vel de fœno, vel stramen, aut saltem fœnum vel stipulam pro Saccone, etc.* At quod *fisco* et *sacco*, locis præallatis, *saccus* appellatur in Regula Templariorum cap. 70 : *Credimus enim prorsus Saccum, culcitram, et coopertorium unicuique sufficere.* Columellæ vero lib. 12. cap. 48. *Fisco* est fiscina juncea : unde *Fisculus*, parvus fiscus, eidem cap. 49.

* **FISCOCINTUS**. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Coton, Prov. Fiscocintus, subax.*

¶ **FISCONUS**, Eadem notione, qua *Fisco*, in Constitut. Caroli II. Reg. Siciliæ : *Pro quolibet lecto integro assignando per Magistros juratos et Bajulos... solvatur granum unum. Lectus integer intelligatur materatium, vel Fisconus, vel culcitra, quod, qui vel quæ habeat linteamina et culcitram.*

* **FISCOSA INFIRMITAS**, Ficus, morbi genus. Mirac. S. Fiacrii tom. 6. Aug. pag. 619. col. 1 : *In parvo tempore omnis infirmitas Fiscosa, supereminentia et superfluitas, sine aliquo gravamine, ceciderunt.* Vide supra *Ficus*.

¶ **FISCULUS**. Vide *Fisco* et in *Fiscus*.

FISCUS. Papias : *Fiscus, saccus est publicus, unde fiscina et fiscella.* Hausit ex [** Isidor. Origin. lib. 20. cap. 9. sect. 7. hic vero ex] S. Augustino in Psalm. 146 :

Digitized by Google

Fiscus saccus est, unde et fiscinæ et fiscellæ dicuntur. Jo. de Janua : *Fiscus, vel bursa Regis, ubi publicus census reponitur.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fiscus, Sac ou bourse de Roy ou l'en met publiques cens, ou revenues, ou fourfaitures.*] Gloss. Ælfrici : *Fiscus, vel saccus publicus,* b i - g i r d e l Somnero b i - g y r d l, est *zona.*

Fiscus, pro re, quæ fisci est, et ad fiscum, seu ad dominium alicujus pertinet. [Præceptum Pipini Aquit. Regis ann. 846. tom. 2. Gall. Christ. inter Instrum. col. 253 : *Quidquid etiam de præfatis rebus Monasterii jus Fisci exigere poterat, totum ei concedimus Monasterio.*] Concilium Valentinum ann. 885. cap. 10 : *De Fiscis et villis, quas constat dominio Ecclesiæ a fidelibus olim fuisse contraditas, et nunc potestati sæcularium subditas, etc.* [Charta Caroli III. apud Mabill. tom. 3. Annal. pag. 696 : *Regembaldus Abbas innotuit nobis qualiter eadem et Fisca sibi pertinentia sub Manillone et Mundeburde atque immunitatis tuitione progenitores nostri priscis temporibus constituissent.* Charta Bernonis Episc. Matiscon. ann. 930. vel 931. tom. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 275 : *Expetiit ab eo D. Albericus Comes illustris ex rebus aliquid terrenis subtrahi S. Vincentii Matiscon. Fiscum videlicet unum in pago Lugdunensi cum adjacente Ecclesia SS. Amoris et Viatoris.* Codex MS. Irminonis Abbatis Sangerman. fol. 126. col. 2 : *Pertinet autem eadem terra per suggectionem ad Fiscum Spicarias.*] Eckeardus Junior de Casib. S. Galli cap. 1 : *Nondum adhuc illo tempore Suevia in Ducatum erat redacta : sed Fisco regio regulariter parebat, sicut hodie et Francia.* Chronic. Reichersperg. ann. 1088 : *Admontense Cœnobium his temporibus fundavit, . . . quia Fiscus Episcopalis erat.*

* *Fisci* erant privilegia ; ex quibus unum memoratur in Charta ann. 1315. ex Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 50 : *Ex fisci privilegio continente : Fiscum posse rem communem in solidum ratione partis suæ, solum et in solidum vendere.*

¶ Fiscus Regius, Ærarium Regium. Epistola Henrici Huntindon. ann. 1553. tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 186 : *Magna expectatione susceptus* (Gilbertus) *cœpit avaritiæ crimini deservire, multa perquirens, pauca largiens. Moriens siquidem nihil divisit, et infinitam thesauri copiam Rex Henricus in ejus deliciis invenit. Ocreæ etiam Episcopi auro et argento refertæ in Fiscum allatæ sunt.*

* Fiscus Apostolicus, Ærarium Romani pontificis, in Stat. Avenion. lib. 1. rubr. 41. art. 1. pag. 119.

Fiscus Regius, Regis domanium, villa regia, prædium dominicum. Capitulare de villis cap. 3 : *Franci, autem, qui in Fiscis aut villis nostris commanent, etc.* Adalbertus Floriac. in Hist. Translat. S. Benedicti num. 2 : *Namque idem ager Floriacensis Fiscus regius erat.* Flodoardus lib. 1. Hist. Rem. cap. 20 : *Manens juxta regii villam Fisci, quam Rosetum vocant.* Chronicon S. Petri Vivi pag. 761 : *Locum Mauriaci, qui Fiscus regalis et capella Regum Francorum est.* Henricus Huntindon. lib. 6 : *Normannia Fiscus regalis erat.* [Formulæ vett. Alsaticæ apud Eccardum ad calcem Leg. Sal. pag. 236 : *Concessimus ad ipsum titulum Pastoralem curtem seu Fiscum juris proprii et regalis.*] Occurrit passim, in Annalibus Franc. Metens. ann. 879. apud Robert. de Monte ann. 1038. Fulcuinum de Gestis Abbat. Lobiens. cap. 1. Fortunatum de Vita S. Medardi cap. 15. 19. Baldricum lib. 2. Chr. Camerac. cap. 21. in Vita S. Mauri, n. 50. etc.

¶ Fiscales Terræ et *Fiscales villæ* nude dicuntur quæ ad Regium domanium pertinent, in Conventu apud Andelaum ann. 587. sub Guntramno Rege, tom. 1. Capitul. col. 13. apud Marculfum lib. 2. formul. 52. et in Append. ad Marcam Hispan. col. 792.

Fiscus Dominicus, in Vita S. Bathildis Reg. n. 8. [Præceptum Childeberti I. Regis Fr. ann. 528. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 4 : *Actum Madoallo Fisco Dominico. Data* XIII. *Calendæ Februarii anno* IV. *regni nostri.* Capitulare Wormatiense cap. 8 : *Ut de rebus Ecclesiarum quæ ab eis per triginta annorum spatium sine ulla interpellatione possessæ sunt testimonia non recipiantur, sed eo modo contineantur sicut res ad Fiscum Dominicum pertinentes contineri solent.* Et infra : *Volumus ut omnes res Ecclesiasticæ eo modo contineantur sicut res ad Fiscum nostrum pertinentes contineri solent.* Codex MS. Irminonis Abbatis Sangerman. fol. 55. col. 2 : *Winegaudus tenebat de Fisco Dominico campos* II. . . . . *Gondoinus tenet de Fisco dominico jornales* II.] [** Guerardo in Glossar. ad Polypt. Irminon. *Fiscus* est : Prædium majus, indivisum, ejusdemque administrationis, partim a domino, partim ab ipsius obnoxiis cultum. Locos vide ibid. in indice.]

Fisco Sociare, *Fisco sociante, socio, cogente, discutiente* : Formulæ, quæ passim in veteribus Tabulis occurrunt, quibus res fisco publico adjuncta aut adjungenda innuitur. Appendix Codic. Theodos. Constit. 14 : *Facultatibus eorum Fisco nostro Sociatis.* Const. 19 : *Non solum bona sua largitionibus nostris jussimus Sociari, verum etiam, etc. Fisci viribus Sociare, adsociare,* in eod. Cod. Th. et apud Papianum tit. 9. etc. Vita S. Romarici MS. : *Villas eorum Fisco Sociari præcepit.* Vita S. Isidori Episcopi Hispaliensis n. 13 : *Ecclesiarum prædia, quæ pater suus Fisco Associaverat.* Ita vocem *Sociare,* pro *adjungere,* usurpat Edictum Chlotarii II. Regis in Concilio Parisiensi V. cap. 18 : *In exilio deportentur, et facultates eorum propinquis hæredibus Socientur.* Adde Capitulare 2. ann. 813. cap. 6. Vide leg. 13. eod. Cod. de Paganis, etc. (16, 10.) Chron. Farfense pag. 655. etc. [Unde in eadem formula interdum *jungere* usurpant. Charta ann. 1013. in Append. ad Marcam Hispan. col. 995 : *Libras decem Fisco S. Petri jungendas, etc.*]

Sociante Fisco. Charta 47. inter Alamannicas Goldasti : *Qui contra hanc donationem a me factam venire præsumpserit, Sociante Fisco multam repetitionem componat, id est, auri lib.* 2. Vide Chartam seq. et 58. Tradit. Fuld. lib. 2. cap. 27. Marculfum lib. 2. form. 4. 6. 7. 11. 18. 52. etc.

Socio Fisco. Formulæ veteres cap. 27. et 37 : *Una cum Socio Fisco auri uncias tantas, etc.* Charta Rodulfi Archiepisc. Bituric. ann. 851. in Tabul. Belliloci : *Si litem, calumniam, sive aliquid oppositionis facere voluerit, cui litem intulerit, auri libras* 30. *argenti pondera* 60. *una cum Socio Fisco coactus exsolvat, et quod male petit, vindicare non valeat.* Privilegium S. Amandi, deseriptum tom. 2. SS. Ord. S. Bened. pag. 1294 : *Et insuper inferat vobis cum Socio Fisco auri libras decem, etc.* [Charta Guitonis pro Monasterio S. Hilarii de Nobiliaco apud Stephanotium tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 275 : *Qui contra hanc epistolam aliqua maligna cupiditate ductus calumniam aut repetitionem generare . . . conaverit, inferat partibus Monasterii et Socio Fisco solidos* D. *componat.*]

Cum Consocio Fisco. Primum Testamentum Widradi Abbat. Flaviniac. : *Una cum Consocio Fisco auri libras* 30. *argento pondere quingenta coactus exsolvat.*

Cogente Fisco. Charta Rodulfi Archiepisc. ann. 858. in Tabul. Bellilocensi : *Deinde Cogente Fisco auri libras* 15. *argenti pondera* 30. *coactus exsolvat.* Vide Chartam Alam. 81. apud Goldastum, Baldricum lib. 1. Chron. Camerac. cap. 27. Tradit. Fuld. lib. 2. trad. 38. 39. etc.

Discutiente Fisco. [Formulæ veteres apud Baluzium tom. 2. Capitul. col. 497 : *Fisco Discutiente solidos triginta multæ componat.* Ibid. col. 499 : *Et ob hoc solidos tantos una cum Fisco Discutientibus multæ componat.*] Charta Alam. 77. apud Goldast. : *Ad ipsum Monasterium restituat, et in Discutienti Fisco multa componat, id est, auri uncias duas, etc.* Aliis verbis in Charta 60 : *Qui contra hanc donationem venire tentaverit, Partibus Fisci multa componat, id est, auri uncias* 6. *etc.*

¶ Fisci Viribus Addicatur. Vetus Formula ejusdem notionis. Capitulare Caroli Mag. cap. 13 : *Si vero Laicus fuerit et honestioris loci persona, medietatem facultatum suarum amittat Fisci Viribus profuturam.* Capitulare Ludovici Pii ann. 826. cap. 6 : *Quod si fecerit, domus illius Fisci Viribus addicatur.* Quod non semel in iisdem Capitularibus occurrit.

¶ Fisci Cellarium. Præceptum Chilperici ann. 716. apud Mabill. Diplom. pag. 485 : *Dum et ante hus annis proavus noster Dagobercthus quondam Rex solidus cento exemtis de Massilia civitate sicut ad Cellario Fisce potuerant esse exactati, ad Basileca peculiaris patroni nostri domni Dionysii, etc.*

Fiscus, *Feudum, beneficium,* præsertim vetustioribus Scriptoribus : quia in primæva feudorum institutione Principes *terras fiscales,* seu patrimoniales *Fidelibus* suis seu subditis concedebant in beneficium et feudum, idque ad vitam. Unde fisci nomen retinebant, quia non omnino alienatæ erant, sed censebantur semper esse de dominio donatoris ac *feofatoris.* Unde non desunt, qui voce *feudum* confectam ex *fiscus* putant : ita ut cum nostri *fiesc* pro *fisco* dicerent, vocem *fiesc,* in *fief* verterint, unde postmodum *feudum* formarint.

Digitized by Google

Vetus Lapis in Ecclesia S. Germani Pratensis Parisiis : *Hic pausante sancto Germano, in die translationis, dedit ei Rex Pipinus Fiscum Palatiolum cum appenditiis suis omnibus.* Annales Franc. Metenses ann. 847 : *Deditque illi Comitatus et Fiscos plurimos.* Adde ann. 885. 887. Baldricus Noviom. lib. 2. cap. 35 : *Ipsum locum in Fisco tenebat.* Ordericus Vital. lib. 10 : *Plerique Francorum, qui binis cogebantur dominis obsecundare, pro Fiscis, quibus abunde locupletati sub utriusque Regis turgebant ditione, etc.* Vetus Charta apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 11. num. 1 : *Dedit ei in Fiscum et filiis suis, et suæ progeniei* 12. *conductus, etc.* Tabularium Dolensis Monasterii in Biturigib. : *Concedimus etiam, ut quicunque ex nostris casatis vel feodatis partem aliquam sui Fisci sive casamenti, quod a nobis habet, dare voluerit, libere hoc agere possit, etc.* Tabular. S. Sulpii Bituricensis circa ann. 1000 : *Quod si forte evenerit, quod ipse vel hæredes ejus, quod absit, defecerint, omnis Fiscus revertetur in proprium S. Sulpitii.* Epistola 297. ex iis, quæ habentur tom. 4. Hist. Francor. : *Jam quod regiæ dignitatis, et de Fisco Regis Francorum est, Regis Anglorum feudum impudenter esse asserunt.* Adde Monachum Sangallensem lib. 1. cap. 14. 16. Fulbertum Carnot. Epist. 96. Odonem de Miracul. S. Mauri Abb. cap. 4. Diplom. Belg. lib. 1. cap. 8. Probat. Hist. Guinensis pag. 45. 47. Prob. Hist. Monmorenc. pag. 67. etc.

¶ Fiscus Sacerdotii, sive *Presbyteratus*, Domus cum certa agri portione, quam assignare solebant in Ecclesiæ dotem ipsius fundatores, quamque ab omnibus oneribus faciebant immunem. Hoc etiam nomine intelligenda jura Sacerdotalia, Gall. *Droits Curiaux*, quæ illi fundatores et Domini feudales aut sibi diu retinuere, aut aliquando ipsi Presbytero deservienti concesserunt. Ejusmodi sunt oblationes, et ea quæ persolvi solent pro baptismis, exequiis defunctorum, imo et pro pœnitentiis et *manuattrectationibus*, id est forte, matrimoniis. Tabularium Vosiense fol. 3 : *Concesserunt Deo et S. Petro Vosiensi omnem Fiscum Sacerdotii ex eadem Ecclesia, ex baptisteriis scilicet, ex pœnitentiis, ex manuattrectationibus, et ex omnibus quæ ad Fiscum Sacerdotii pertinent, promiseruntque se nihil omnino quæsituros ex omnibus præter quartam partem sepulturæ.* Tabularium Angeriacense fol. 60 : *Ego Elias Rufus concedo Deo . . . in præsentia D. Odonis Abbatis Ecclesiam Oixiaci, et Fiscum Presbyteratus, et cemeterium, etc.* Vide *Feudum Presbyterale.*

Apud Marculfum lib. 1. form. 2. *Fiscus* opponitur *proprietati : Ergo dum et ille Episcopus, aut Abbas, aut inluster vir Monasterium in honore illius, in pago illo, aut super Proprietate, aut super Fisco, noscitur ædificasse, etc.* Quod quidem aliis verbis exprimitur in form. 12. et 33 : *Villas illas, sitas in pago illo, quas de munere regio, aut de alode parentum, vel undecumque ad præsens tenere videtur.* Ubi *villæ de munere regio* possessæ, sunt *fiusci* beneficia, feuda : *alodes* autem *parentm*, ipsa *proprietas.*

☞ Et quidem *bona fiscalia* generatim vocabant beneficia quæ a Rege vel Principibus, aut etiam ab Ecclesiis, certis sub conditionibus ad vitam dabantur. Hæc a propriis seu patrimonialibus belle distinguntur in Charta ann. 1510. apud Rymer. tom. 13. pag. 285 : *Sub obligatione omnium bonorum nostrorum Patrimonialium et Fiscalium.* Et paulo post : *Sub obligatione et ypotheca omnium bonorum nostrorum et præfatæ serenissimæ Reginæ Castellæ filiæ nostræ Præsentium et Futurorum.* Ubi *bona præsentia* sunt patrimonialia, *futura* vero fiscalia. Vide Notas Bignonii ad Marculfum.

* In Fisco Habere, id est, Titulo beneficii possidere. Testam. Guill. dom. Montispessul. ann. 1114. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 391 : *Decano autem de Poscheriis et posteritati suæ dimitto et dono totum illud, quod habeo in Fisco, et castellaniam de Spoluca, et castellum novum, et castellaniam de Melgorio, et totum alium Fiscum, quem habeo de comite Melgoriensi, ubicumque sit.*

Infiscare, Idem quod *Inbeneficiare*, Prædium in *fiscum*, vel *beneficium* aut feudum alicui conferre. Flodoardus lib. 1. Hist. Remens. cap. 26 : *Angilrannus . . . traditionis hujus ignarus, a Rege Venderam sibi postulat dari. Quod ubi Rex annuisset, audiens domnus Hincmarus Præsul, qui sedem tenebat Ecclesiæ Remensis, hanc Infiscari villam, etc.* Baldricus lib. 2. Hist. Camerac. cap. 18 : *Quod* (Monasterium) *postquam viris militaribus Infiscatur, pro imminutione rerum, ad raritatem fratrum redigitur.* Vita S. Theodorici Remensis num. 13 : *Is audiens villam Infiscari jure proprietatis, quæ ejus Ecclesiæ subjecta dono regali dinoscebatur.*

¶ Fiscaliter Tenere, Idem quod *Feodaliter*, jure *fisci* seu feudi possidere, passim in Tabular. Savigniac. et apud Stephanotium tom. 7. Fragm. Hist. MSS.

* Charta ann. 1116. apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 51 : *Quidam homines sui per successionem ab antecessoribus Berlæi jure hæreditario Fiscaliter tenebant.*

* Fiscalis Pœna, Mulcta, quæ ad fiscum pertinet. Pariag. inter reg. et episc. Caturc. ann. 1320. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 621 : *Incursus hæresum, forefacturæ, commissa, pœnæ Fiscales et publicationes bonorum... ad nos et episcopum communiter pertinebunt.*

¶ Fisci Officium, Idem quod alibi *fisci Servitium* dicitur, quod scilicet a fiscalinis seu qui *fisco* aut prædio deserviebant, debebatur. Capitul. lib. 6. cap. 108 : *Et ipse Officio Fisci servire cogatur.* Ibid. cap. 99 : *Aut ipse in Servitio Fisco nostro servituros semper societur.*

¶ Fiscale Servitium, pro ipsis servis fiscalibus usurpari videtur in Epist. Silvestri PP. II. ann. 1002. in Append. ad Marcam Hispan. col. 959 : *Et in Comitatu prædicto Empuriense ipsum alaudem quem dicunt Uliano cum terminis et adjacentiis suis et cum Servitio Fiscale, et Ecclesias quæ ibi sunt fundatæ, etc.*

Fiscalini, qui *Fisco*, seu prædio Principis deserviebant, erantque ei quodammodo addicti. Gloss. Saxon. post Leges Henrici I. : *Fiscalinus, villanus.* Ita passim accipitur in Capit. ad Legem Salicam §. 12. in Lege Longob. lib. 2. tit. 32. § 6. [** Car. M. 25.] in Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 26. in Capitulari 5. ejusdem Caroli M. ann. 803. cap. 15. in Capitul. Caroli C. tit. 39. cap. 3. etc. ubi cum colonis fere semper junguntur, atque etiam *Servis Fiscalinis*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. § 30. [** Lud. P. 10.] *Litis* æquiparantur in lib. 3. tit. 20. In Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 16 : *De liberis hominibus uxores Fiscalinas regias habentibus.* Acta Episcopor. Cenoman. pag. 297 : *Curiam antecessorum Episcoporum, quam Colonias vocant, Fiscalinorum admodum plenam, . . . dedit Fulconi Andegavorum Comiti.* Adde Aimoinum lib. 3. Hist. cap. 56. et Rhenanum lib. 2. Rerum German. pag. 94.

☞ Sed ut accuratior habeatur de Fiscalinis notio, eos in duas classes distinguendos arbitror; nec enim eorum omnium eadem fuit conditio. Alii servi erant proprie dicti, utpote qui nullo Liberorum jure nullaque prærogativa gauderent. Hi passim in Capitularibus Regum Franc. ut observare cuique promtum est, *Servi Fiscales* appellantur. Tales reipsa exstitisse multa probant, ac 1°. quidem libertate caruisse diserte dicitur in Capitul. 3. Dagoberti tit. 6 : *Si minores personæ sunt quæ se inlicita conjunctione polluerunt, careant libertate, Servis Fiscalibus adgregentur.* Et in Capitul. 1. Caroli M. cap. 4 : *Et ut nemo fugitivos Fiscales suos, qui se injuste et cum fraude liberos dicunt, celare neque abstrahere cum perjurio vel alio ingenio præsumat.* 2°. Si quid peccant, ictibus vapulant; quæ servorum pœna est. Capitul. ann. 829. tit. 2 : *Si vero servi ecclesiastici aut Fiscalini nostri aut Comitum aut vassallorum nostrorum hoc facere præsumpserint* (denarium merum rejicere) *sexaginta ictibus vapulant.* 3°. Si quando liberi homines uxores fiscalinas, aut feminæ liberæ homines fiscalinos ducerent, lege cautum erat, adeo de servitute fiscalinorum constabat, ne ii qui ducebant, ob ejusmodi conjunctionem, Liberorum juribus caderent. Capitul. 2. Caroli M. cap. 22 : *De liberis hominibus qui uxores Fiscalinas, et feminis liberis quæ homines similiter Fiscalinos regios accipiunt, ut non de hæreditate parentum, vel de causa sua quærenda, nec de testimonio pro hac re abiciantur.* 4°. Ipsa distinctio exprimi videtur in Capitul. de Villis cap. 52 : *Volumus ut de Fiscalibus, vel servis nostris, sive ingenuis, qui per fiscos aut villas nostras commanent.* Et in Capitul. 5. Caroli M. cap. 15 : *Ut homines Fiscalini sive coloni, aut servi, etc.*

☞ Alii vero, quos *fiscalinos* vel *colonos* in Capitularibus nude vocatos sæpissime reperies, feudatarii, vassalli, tenentes, homines fisci erant, qui etiam, cum ad fiscum regium pertinebant, *homines regii* dicebantur. Capitul. 4. Caroli M. cap. 21 : *Homo regius, id est, Fiscalinus, etc.* Joachimus Vadianus lib. 2. de Collegiis, etc. pag. 75 : *Ex publicis autem servis Regii seu Fiscalini dicti nostris quorum vectigal et ususfructus ad fiscum pertinebat.* Horum longe melior conditio; alios quippe servos ibi subditos terrasque possidebant jure proprietatis; si quidem ex Lege Wisigo-

Digitized by Google

thorum lib. 5. art. 16. ipsis concessa est licentia et mancipia et terras vendendi, modo *conservis fiscalinis*. Sed latius exinde patuit hæc licentia, ut liquet ex Charta Caroli III. Regis Franc. pro Monasterio Compendiensi in Tabulario ejusdem : *De fiscis quoque nostris donavimus licentiam; ut si quis Fiscalinus de alode suo voluerit tradere vel vendere, vel ad S. locum, vel illius loci Canonicis, ut liberam potestatem id faciendi habeat.* Adde Beslium in Pictav. pag. 365. et 368. Quodnam vero præcipuum fuerit illorum servitium discere licet ex Capitul. lib. 5. cap. 303 : *Pro nimia reclamatione quæ ad nos venit de hominibus ecclesiasticis seu Fiscalinis, qui non erant adjurnati quando in Cinomannico pago fuimus, visum est nobis una cum consultu fidelium nostrorum statuere ut quicumque de prædictis hominibus quartam facti tenet, cum suis animalibus seniori suo pleniter unum diem cum suo aratro in campo dominico aret, et postea nullum servitium et manuale in ipsa hebdomada a seniore suo requiratur.*

☞ Notanda denique omnino est Fiscalinorum distinctio inter equites et pedestres, quæ occurrit in Charta Lotharii Imper. pro fundatione S. Stephani Argentin. ann. 845. tom. 5. Gall. Christ. inter Instrum. col. 465 : *In pago Prisgaudi Nuningavilla, cum suis appenditiis, . . . mancipiis, servis et ancillis, colonis et Fiscalicis, tam de equestre quam pedestre ordine, banno, etc.* [** *Ftscalinis*, Alsat. Diplom. num. 101.] Unde conjicere licet interdum Fiscalinos ad exercitum submonitos et evocatos fuisse, eosque pro uniuscujusque conditione, aut equis aut pedibus servitium præstasse dominis quorum erant Fiscalini.

¶ Ficiales, pro *Fiscales*, in laudata Lotharii Charta. *Ficales* edidit *Laguille* in Hist. Alsat. pag. 4.

Fiscales, Iidem qui *Fiscalini*. Capitulare de Villis cap. 52 : *De Fiscalibus vel servis nostris, sive ingenuis, qui per fiscos aut villas nostras commanent.*

Fiscales, Iidem qui *Fiscalini*, in Capitul. ad Leg. Salicam; sequioribus vero sæculis, vassalli, interdum *tenentes*, qui *homines fisci* dicuntur apud Eckeardum Juniorem de Casib. S. Galli cap. 1. pag. 43. et mox : *Nam victimas et cætera, quæ libebat sponte nolentibus dare Fiscalibus, vi quidem auferebant.* Tabular. S. Dionysii de Capella in Biturigib. Ch. 27 : *Ut quidquid omnes Fiscales mei eis dare voluerint Monachi, perpetuo habeant.* Et Ch. 30 : *Dimisi omnes Ecclesias, quas hactenus ego et Fiscales mei injuste possidebamus : si vero Fiscales mei facere noluerint, quod ego facio, pro certo sciant, quod ego non ero eis ulterius nec testis, nec defensor, nec adjutor.*

¶ Fiscales Populi. Decretum Flavii Regis tom. 2. Conc. Hispan. pag. 504 : *De terris vero vel vineis, quas pro eodem tributo quicumque supradictorum curam publicam agentium vobis privatis vel Fiscalibus Populis abstulit, etc.* Ibidem pag. 705. in Confirmatione ejusdem Flavii pro Concil. Tolet. XIII. : *Sanctum est, ut omne tributorum* (l. tributum) *præteritorum annorum usque in anno primo regni nostri quod in privatis sive in Fiscalibus populis relucet, absolutionis perpetuæ debeat sanctione laxari.*

¶ Fiscalis, nude, Procurator fisci, Gall. *Procureur Fiscal*. Conc. Mexicanum ann. 1585. tom. 4. Conc. Hispan. pag. 309 : *In causis in quibus ex officio procedunt postquam Fiscalis testes nominaverit, caveat susceptor ut Fiscali subministret pecunias, quibus possit testibus ad ferendum testimonium venturis sumptus præbere competentes, idque in actis rediguntur; tempore vero quo expensas taxabunt, faciant sibi a Fiscali rationem reddi sumptuum erogatorum hujusmodi; quos etiam taxent, et ex taxatione, eos Fiscalis a reo reciptat susceptorique restituat.* Specialius *Fiscalis* dicitur Promotor, cujus est in judicio Inquisitionis libellum accusati delicta complectentem Inquisitori judici præsentare, testes producere, etc. de quibus consulendi, qui de Inquisitione data opera scripserunt.

¶ Fiscalini Missi. Vide *Missi Fiscales*.

Fisgilini, pro *Fiscalini*, apud Burchardum Wormaciensem in Lege familiæ : *Jus erit familiæ, ut de weregeldo Fisgilini hominis quinque libræ ad cameram reddantur, et duæ libræ et dimidia amicis ejus contingant.* Occurrit ibi semel ac iterum.

Fiscani, Fisco regio præpositi. Joan. Brompton. pag. 1258 : *Super quibus trina conficerentur scripta, quorum unum apud Fiscanos, aliud sub custodia viri fide digni... maneret.*

¶ Fiscalitas, Dominium. Acta SS. Julii tom. 4. pag. 93. de S. Reginswinde : *Ita dumtaxat ut eamdem locum nostræ Fiscalitatis subicem... manu semper potestativa possideas.*

* Fiscalis Porta, Autissiodori appellari videtur illa, ad quam vectigalia, quæ fisci regii sunt, exigebantur. Hujus passim mentio fit in Chartis 13. sæc.

Fiscare. Lex Salica tit. 54. Edit. Heroldi : *Si quis gravionem ad res alienas tollendum invitaverit, et eum legitime jachtivum aut admallatum non habuerit, qui eum rogat, ut injuste aliquid tollat, etc.* Ubi ad marginem ex alio MS. *Fiscare debeat*. Est igitur *Fiscare* idem quod *confiscare*, in fiscum proprium redigere. [Unde in Leg. Henrici II. Imper. ad calcem Leg. Sal. pag. 200 : *Hæreditas vero interfectoris in Fiscum redigatur.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fiscare, Fisquer, c'est appliquer ou mettre en la bourse ou tresor royal.*] Gloss. Græc. Lat. : Ταμιεύω, *Fisco, proscribo*, Ταμίευσις, *proscriptio.*

Fiscarii, Publicani, fisci redemptores, Firmico.

Fiscatus, Fisco seu feudo investitus, vassallus, qui fiscum seu beneficium, ab aliquo dependens possidet. Gesta Abbatum Laubiensium pag. 599 : *Auxit ipse Abbas Fiscatis suis solidos, fiscis fiscos superaddens et solidos.* Tabularium Burguliense fol. 122 : *Ecclesia ipsa de fisco meo est, me ignorante de Fiscato meo homine ipsam olim pretio acquisistis.*

¶ Fisculus, Villula, prædiolum. Diploma Caroli Crassi Imper. pro Antonio Abbate Stabulensi ann. 882. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 32 : *Ut concederemus eis quemdam Fisculum nostrum, Blandonium nomine, qui est in pagos Leuvensi, cum capella et pertinentiis ejus.* Vide alia notione in *Fisco*.

Fisgilinus. Vide *Fiscus*.

¶ Fisica, Medicina. Vide *Physica*.

* *Fisique*, Pars naturalis seu pudibunda, in Lit. remiss. ann. 1425. ex Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 244 : *La suppliante fist icelle femme couchier envers, et lui bouta un de ses dois en la Fisique de sa nature; et lors dist laditte femme dudit Perrenet qu'elle touchoit où elle avoit mal.*

Fisicolus, [Instrumentum musicum.] Epistola Incerti 28. ad Dardanum de diversis generibus musicorum, tom. 9. Operum S. Hieronymi, de fistula : *Ita bombulum æreum ductile quadratum, latissimumque, quasi in nodum coronæ cum Fisicolo æreo ferroque commixto, atque in medio concusso, quod in ligno alto spatiosoque formatum superiore capite constringitur, etc.* Vox formata ex Gr. φυσᾶν, et κῶλον.

¶ Fisiculare. Vide *Fissiculare*.

Fisigardum. Charta Roberti Ducis Normanniæ in Hist. Monasterii S. Audoeni Rotom. pag. 73 : *Ecclesiam unum supra mare positam, cum 36. jugeribus, et Cappellam de Appavilla, et unum Fisigardum in Dieppa, et apud portum ipsius Dieppæ 5. salinas.*

☞ *Fisigardum* feudum interpretatur Auctor Historiæ laudatæ : nec levi admodum conjectura; in prædicta quippe urbe feudum illud ab eodem monasterio etiamnum possidetur.

* Fisina. Vide supra *Fiscina* 2.

¶ Fisinatis, *Specularibus*, apud Papiam. MS. Bituric. habet, *Fissimatis*. Sed quid hæc? an legendum *Fissiculatis* a *Fissiculare?*

* Fiskeda. Leg. Danic. lib. 3. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 166 : *Si vero aliquis possessionem alicujus, quæ dicitur moelledam vel Fiskedam, destruxerit, reddat eum indampnem cum jure xl. marcarum et tantum solvat regi.* An possessio, quæ jure feudi seu precario tenetur? [** *Dam* Danis est Stagnum, unde *Mælledam*, Stagnum unde aqua in molam decurrit, et *Fiske-dam*, Piscina.]

¶ Fissiculare, Elmenhorstio, Rimari, observare fissuras; a Fissuris, quæ nonnumquam in extis observantur. [* Vide *Physiculatus*.] Unde Gloss. Isidori : *Fissiculator, Augur naturas in extis animantium quærens.* Johannes de Janua : *Fisculatus, a fisis, quod est Natura : unde Fisiculo, as, id est, Divinare, vel pronunciare : unde Fisiculatus, ta, tum, Divinatus vel pronuntiatus.* Quæ Gallice sic redduntur in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Fisiculatus, Naturel, divines pronuncies. Fisiculare, Deviner, pronuncier.* Crediderim potius cum Juliano Florido in Notis ad Apul. *Fissiculare* idem esse ac Fissuris exta distinguere. Quo spectat illud Cicer. de Divinat. lib. 1 : *Quid extis, quid fibra valeat, accipio, quæ causa sit, nescio.* Apul. de Deo Socratis : *Eorum quippe de numero prædicti curant singula, proinde ut est eorum cuique tributa provincia; vel somniis conformandis, vel extis Fissiculandis, vel, etc.* Vide Hofmanni Lexicon voce *Fissiculatio.*

Fissina, Fuscina. Tabularium Vindocinense Ch. 240 : *Dedit unum vivarium,*

Digitized by Google

et 12. *combros in flumine Ledi, atque* 20. *Fissinas in eodem flumine, quæ ponuntur ad capiendas anguillas.* [Vide *Fossina.*]

* Minus bene; est enim Fiscinæ species viminibus contexta, anguillis capiendis potissimum apta. *Fisseliere* vero, Pedicæ genus ad capiendos feles silvestres, quos *Fissiaux* vocabant. Lit. remiss. ann. 1446. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 498 : *Une Fisseliere à prendre bestes, que on appelle fissiaulx.* [** Ex ordine alphabetico verborum in primo Glossarii editione conjectare licet vitio typographi *Fissina* exaratum esse pro *Fiscina.*]

* **FISSORIUM**, Cuneus. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Fissorium, Coing.*

¶ **FISSUS**, pro *Fessus*, id est, *Confessus.* Statuta Edwardi I. Regis Angliæ ann. 1283. apud Rymerum tom. 2. pag. 262 : *Si prima die in præsentia nostri Ballivi Confessum fuerit pro debitore sine lite et sine judiciis, nichil nobis pro justitia persolvatur, scilicet infra novem dies Baillivus noster debet facere solvere et complere creditori, quod Fissum coram ipso fuerit.*

* **FISTA**, vel Fisca, Arca. Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 293 : *Dicta Agnes dixit : ego habeo de pecunia tua in mea Fista; dictus Stephanus ait : si tu vadas ad Fistam tuam, vere tu verberaberis.*

¶ **FISTOLATUS**, ab Italo *Fistolare*, Fistulis seu ulceribus laborare. Miracula B. Henrici Baucenensis in Actis SS. Junii tom. 2. pag. 377 : *Bonaventura... contracta et Fistolata in omnibus membris.*

FISTUCA, Fistucus. Vide *Festuca.*

1. **FISTULA**, cujus opera sanguis Domini a communicantibus Fidelibus hauriebatur, quod intelligendum est de Communione sub utraque specie, quæ primis Christianismi sæculis obtinuit. Diaconus enim tenens *fistulam* intra calicem, propinabat sanguinem fidelibus, ut quisque admoto ore sugeret de calice ex alio fistulæ capite. Ααβίς, Cantacuzeno lib. 1. cap. 41. pag. 124. dicitur, et aliis apud Goarum ad Euchologium Græcor. pag. 152. Σίφων, apud Sguropolum in Hist. Concilii Florentini sect. 10. cap. 10. extr. ubi describitur. *Calamus, quo sanguis Domini sumitur*, apud Guigonem II. in Statutis Ord. Cartusiensis cap. 40. Ordo Romanus : *Ipse autem Diaconus tenens Calicem et Fistulam, stet ante Episcopum, usque dum ex sanguine et corpore Christi, quantum voluerit, sumat, et sic calicem et Fistulam Subdiacono commendet.* Mox : *His ita peractis* (post communicatum populum) *duo Diaconi complicantes corporale, ponant super Calicem, Fistula in eo remanente.* [Excerpta ex Divion. discipl. in vet. Discipl. monast. pag. 369 : *Ut Subdiaconus pacem accepit, Fistulam argenteam, cum qua sanguis Domini ebibi solet, in sacculo de panno mundissimo ad hoc ipsum facto reconditam, de armariolo Diacono defert.* S. Wilhelmi Constitut. Hirsaug. lib. 1. cap. 17 : *Pro signo Fistulæ, sive arundinis, ex qua sanguinem Domini recipere solemus, etc.*] Usus antiqui Ordinis Cisterciensis cap. 53. ubi de Missæ ritibus : *Quod si plures fuerint, Diaconus percepto sanguine, ibidem ponat calicem super cornu sinistro altaris. Diaconus autem teneat utraque manu in calice Fistulam a Subdiacono præparatam, qui Subdiaconus percipiat sanguinem cum Fistula.* Habentur ibi plura de Fistulæ usu pag. 143. 144. Nomastici Cisterciensis, et cap. 54. 100. Adde pag. 249. 276. ejusdem Nomastici. Rursum : *Dum autem fratres percipiunt sanguinem, infundatur vinum in Calicem a Diacono, cum opus fuerit; si quod autem residuum fuerit de ipso sanguine, bibat illud cum Calice, postquam Fistulam reddiderit Subdiacono, quam Fistulam, antequam reddat, in quantum poterit, ab utraque parte sugendo, a sanguine Domini evacuet.* Hinc *fistulas* inter ministeria sacra observare est. Ditmarus lib. 6. extremo : *Calicem aureum atque gemmatum cum patina et Fistula.* Chronicon Casin. lib. 3. cap. ult. : *Fistula aurea cum angulo... Fistulas argenteas duas.* Adde lib. 4. cap. 64. Conradus in Chronico Moguntino : *Erant Fistulæ quinque ad communicandum argenteæ deauratæ.* Florentius Wigorn. ann. 1087 : *Divisit Ecclesiis cruces, altaria, scrinia, textos, candelabra, situlas, Fistulas, ac ornamenta varia, etc.* Vide Monastic. Anglic. tom. 1. pag. 700. Sed et hodie in Monasterio Sandionysiano, ministri more antiquo sub utraque specie communicant, et sanguinem e Calice fistula hauriunt. Vide Ordinarium Ordin. Præmonstrat. cap. 4. et Browerum lib. 8. Annal. Trevirens. num. 114.

2. **FISTULA**, Morbi species, quæ Westphalis *die pistelen* dicitur, sive defluxiones humorum. Vita B. Godefridi Cappenbergensis num. 26 : *Fuit Sacerdos quidam,... quem Fistulæ per multos dies adeo debilitaverant, quod vix moveri potuit.* Vide Jo. Cratonem ad Dioscoridis lib. 2. Parabil. cap. 208.

* Mirac. MSS. Urbani PP. V. : *Fistula in oculo taliter grossum et inflammatum, in quo supervenerunt vermes, et jam offuscaverant visum. Flestre*, in Mirac. S. Ludov. edit. reg. pag. 391. et 408.

☞ Notum est a Medicis antiquis hodiernisque *Fistulas* appellari ulcera angusta, callosa et sinuosa. Horum meminere Cornel. Nepos, Plinius et alii, qui ipso *Fistulæ* vocabulo usi fuerunt non semel. Hinc Joan. de Janua : *Fistula etiam dicitur quædam infirmitas; unde Fistulatus, Fistulosus, qui Fistulam illam patitur. Fistula, Une grief maladie*, Lat. Gall. Sangerm. Vide *Fistulatus.*

Infistulatus, hoc morbo laborans, apud Conradum Marpurgensem de Miraculis S. Elizabeth pag. 281. 292.

3. **FISTULA** Aquæ, in Chron. Benevent. S. Sophiæ pag. 608. [*Fistula cum aqua*, in Gregorii Monachi Chronico Farfensi, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 535. *Fistula, Conduit a yaue*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.] [** Vide Isidor. Origin. lib. 15. cap. 8. sect. 17. et lib. 19. cap. 10. sect. 27.]

¶ Fistulæ Sal Continentes, in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 230. col. 2. Vide *Areæ salinarum* in *Area* 1.

¶ **FISTULARE**, Fistula seu tibia canere. Vet. Onomast. : *Fistulo*, συρίζω. Gloss. Sangerman. n. 501 : *Fistulare, Sibilare.* Jo. Buschius de Reform. Monast. cap. 39 : *Supervenerunt ibi lusores Fistularum, qui in processione ante venerabile Sacramentum Fistularant, et cum instrumentis suis in fine introitus refectorii Fistulare cœperunt.* Hinc corrigendæ Isidori Glossæ, ubi perperam *Fistulor, Sibilo*, pro *Fistulo.*

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Flageler, Fistulari. Flagelour, Fistulator. Flajoler*, in Lit. remiss. ann. 1369. ex Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 420 : *Icellui Simon, qui lors à laditte feste Flajoloit, laissa le flajolet. Flagollement*, fistulæ sonitus. Lit. remiss. ann. 1425. in Reg. 173. ch. 239 : *Vint ung bedonneur ou flagolleur devant l'uis de la taverne, au bedonnement ou Flagollement duquel gens se assemblerent.* Quæ voces a vocabulo *Flajol* et *Flajot*, fistula, sunt formatæ. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. ch. 205 : *Comme ledit Richart eust baillié à Raoulet Bressart une fleute ou Flajol pour en jouer etc. Le suppliant dist qu'il yroit querir une fluste ou Flajot*, in aliis ann. 1448. ex Reg. 179. ch. 367. *Flahuteur* et *Flauteur*, qui fistula canit, in Poem. *de Cléomades* MS. :

> Et des Flanteurs de Behaigne,
> Et des gigneours d'Alemaigne,
> Et des Flahuteurs à deux dois,
> Tabours et cors Sarrasinois.

Flute double, in Lit. remiss. ann. 1467. ex Reg. 194. ch. 267.

¶ **FISTULATORIÆ Artes**, Eadem notione, apud Arnobium lib. 7.

¶ **FISTULATUS**, Fistula seu ulcere laborans, perforatus. Epistola Johannis Archiep. Vienn. ad Honorium III. PP. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 890 : *Duramus Brunus Sacerdos juratus dixit, quod ipse Fistulatus erat : ita quod habebat tredecim foramina sub ascella. Mamilla Fistulata*, in Actis S. Herculani Episc. Martii tom. 1. pag. 54. Vide *Fistula* 2.

¶ **FISTULITUS**, Eadem notione. *Femina Fistulita cancri morbo*, in Vita B. Columbæ Reatinæ Auctore Sebastiano Perusino, Maii tom. 5. pag. 374. *

FITH. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 80 : *In Fith vel in socna est, quod ab ipsis, qui in domo sunt contubernales, agitur, etc.* [** Thorpe : *Infiht vel insocna.*]

¶ **FITHWITA**. Vide *Futhwita.*

¶ **FITIALIS**, *Facetus, eloquens, urbanus.* Gloss. Arabico-Latinæ, a Fando, ut autumo, inquit Martinius in Lexico.

FITORA, *Stomachi corruptela*, Papiæ MS. In alio est *Fitoria*, in Edito *Fictoria.* [** An *Fœtor?*]

¶ **FITREUS**. Vide in *Feltrum.*

¶ **FITTA**, Vox Italica, Gall. *Piqueure*, Punctum seu dolor ex punctione aut alia non absimili. *Tota plena doloribus et Fittis*, in Miraculis B. Simonis Erem. August. April. tom. 2. pag. 822. Vide *Ficta.*

* **FITTAIUOLUS**, Italis, *Fittaiuolo*, Academ. Crusc. Inquilinus, fundi conductor. Stat. ant. Florent. lib. 2. cap. 53. ex Cod. reg. 4621 : *Quilibet Fittainoli, pensionarii et conductores cujuscumque personæ et eorum fidejussores etc.* Vide supra *Fictalitius.*

FITTER. In Lege Salica Edit. Heroldi tit. 80. idem valet ac quatuor. Vide Wendelinum, [et supra *Chunna.*]

FITUR, pro *Fit*, apud Fredegarium Scho-

Digitized by Google

last. in Chron. cap. 35. 83. Occurrit etiam pluries in Monetis Franciæ Regum 1. Stirpis apud *Bouteroue* pag. 185. 346. 357. 361. 371. *Fiebatur*, apud veterem Interpretem Juvenalis Sat. 4. *Fietur*, pro *Fit*, in Chronico inedito apud Petrum Lambecium lib. 2. Commentar. de Biblioth. Cæsarea pag. 851. *Fiatur*, in Epist. Sigeberti Regis ad Desiderium Episc. Cadurcensem tom. 1. Hist. Franc. pag. 887. *Fiere*, pro *Fies*, apud S. Augustin. Ita usurpabant veteres, *Facitur* apud Nonium, *possetur* apud eumdem, *potestur* apud Lucretium lib. 3. et Diomedem, *poteritur*, in Inscript. quæ exstat in Roma subterranea tom. 1. pag. 204.

* **FITUS**, Census, locatio, reditus certus et fixus, Ital. *Fitto*. Stat. Montis-reg. pag. 58 : *Statutum est quod non obstante præsenti capitulo, vel alio in contrarium loquente, quod tota illa pecunia quæ deberetur, vel in futurum debebitur, de Fito nemoris S. Stephani etc.* Vide *Fictus* 4.

¶ **FITWITA**. Vide *Fyhtwita*.

* **FITZURIA**. Vide infra *Fizuria*.

¶ **FIVALIS**, Idem quod supra *Feudalis* in *Feudum*. Locos vide in *Munda* et *Salvator*.

* **FIVATORIUS**, Qui *fivum* seu feudum tenet, vassallus. *Fivatorios, qui ipsos honores tenent*, in Ch. ann. 1102. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 358. Vide in *Feudum*.

¶ **FIVUM**, *Solidatum*. Papias MS. Forte pro *Firmum*, vel *Fixum*. Utrumque tamen *Firmum* et *Fixum* sequuntur proxime. Vide in *Feudum*.

¶ **FIXARE** Oculos, aliquid intueri et in eo defixum esse, Gall. *Regarder fixement*. Analecta de B. Pio V. PP. inter Acta SS. Maii tom. 1. pag. 717 : *Imo post vehementem membrorum ac spirituum agitationem jam Fixabat oculos.*

¶ **FIXE**, Firme. Epistola Concilii Francofurd. ad Episcopos Hispan. Concil. Hisp. tom. 3. pag. 106 : *Ne per hæreticas, inquit, contentiones Christiani animus fluctuetur, quem oportet omnia veraciter Fixeque credere.*

* **FIXELLA**, Fiscella, Gall. *Eclisse à égouter des fromages*. Joan. Germ. Cabillon. episc. in vita Phil. III. ducis Burg. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. MSS. pag. 36 : *Non est, qui solis ortu aut occasu mulgent, aut ex mulso de Fixella coeffigiatos educat caseos.* Vide supra *Fiscina* 2.

¶ **FIXIM**. Vita S. Wenwaloei in Chartulario Landevennec. fol. 133. v°. : *Alterum immoto corpore Fixim*. Forte legendum est *Fixum*; saltem eadem est notio.

* **FIXIO**, vox Chimica, Gall. *Fixion* vel *Fixation*, Actio sistendi. Arnand. in Rosar. MS. cap. 4 : *Per festinanciam ad ejus Fixionem, quod fit per præcipitationem, figitur, et in terrenum mutatur.*

¶ **FIXIUS**, Firmius, in Concilio Tolet. VIII inter Hispanica tom. 2. pag. 542.

FIXORIA, Limes agro positus et infixus. Vetus Charta apud Catellum in Vicecomitibus Biterrens. pag. 651 : *Cum esset contentio de termino et Fixoriis de villa Aspirano.* [Notitia ann. 832. in Append. ad Marcam Hispan. col. 769 : *Dederunt ad ipsa cella terminia, et fecerunt Fixorias, et fecerunt charactera, sicut Lex Gothorum continet.*] Charta ann. 884. ex Tabulario Gerundensi, apud Baluzium in Addit. ad Capitul. n. 118 : *Et tunc ordinaverunt,... ut infra ipsas villas,.... Fixurias vel terminia mitterent quinque petras fictas, sicuti et fecerunt.* Charta Alfonsi Imperat. Hispaniæ æræ 1175. apud Anton. *de Yepez* tom. 7 : *Et mando judici de Zamora, quod ponat ibi inter montem et viam unum lapidem magnum bene Affixatum pro termino.* Vide *Arca* 1.

FIXORIUM. Papias : *Clavus, vel Fixorium, quo aliquid firmatur.* Anonymus de Rebus bellicis : *Qui duabus superimpositis cratibus, Fixorisque confixus, intra se tectos ab omni incursione defendit.*

FIXORIUS Cultellus, Sica, pugio. In Chronico Montis-Sereni pag. 172 : *Cultello Fixorio, quo dudum suspectos eos habens se munierat, etc.*

FIXULA, *Fibula, quæ ad firmandum pallium infigitur*. Joan. de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fixula, i. fibula, Affiche, Fermail.*]

* 1. **FIXURA**, Series palorum terris continendis infixorum. Charta ann. 1196. in parvo Reg. S. Germ. Prat. : *Dabimus tres solidos censuales ad festum S. Remigii pro Fixura illa palorum, quæ molendini nostri mensuram excedit, durante ædificio super eandem Fixuram constructo.* Vide supra *Fichia*.

* 2. **FIXURA**, pro Fissura, fissus, Gall. *Fente*. Stat. synod. eccl. Corisopit. MSS. : *Corpus Christi, in loco alto, mundo et honesto servetur non ultra quindecim dies post consecrationem, nec sit Fixura vel foramen, per quod formica, vel mus, vel alius vermis possit accedere et ipsum tangere.* Acta ad Conc. Basil. apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 243 : *Vestimenta deferant talaria,.... absque forraturis ultra oram excedentibus, etiam in Fixuris.* Nisi ibi idem sit quod *Frisatura*. Vide in hac voce.

¶ **FIXURIA**. Vide *Fixoria*.

FIXUS, Fibulatus. Concilium Andegavense ann. 1365. cap. 19 : *Vestes Fixas, decurtatas cum botonibus deferre non verentur.* Cap. 20 : *Immo vestes Fixas, botonatas, et chlamydem Fixam super humerum in publico deferre non verentur.* Cap. 13 : *Vel etiamsi deferat mantellum, seu chlamydem Fixum, depeczatum per circuitum.*

¶ **FIZ**. Miracula B. Edmundi Archiep. Cantuar. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 1885 : *Maria des Fontaines a quodam nominato dolore, qui vulgo dicitur Fiz, in quo per septennium laborat, meritis B. P. Edmundi liberatum se juramento præstito asserebat.* Vide *Ficus*.

¶ **FIZICUS**, pro *Physicus*, Medicus, in Statutis Arelat. MSS. art. 138.

* *Fisechien*, in Lit. Blanchæ ducissæ tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 997.

FIZURIA, *Fidejussio*, in Tabulario Celsinianensi non semel. [* Ibid. Ch. 552 : *Si unus de istis fidejussoribus suprascriptis moritur; ut alii stent in Fizuria usquequo alium habeant missum.* Non semel ibidem *Fitzuria*.]

¶ **FLABARIUS**, *Custos porcorum*. Gloss. Isid. Quid si scripsisset *Custos tororum*, inquit Grævius, quoniam mancipia flabello serviebant cubantibus in lecto, ut ille Eunuchus fictus apud Terentium in Eunucho. Plura conjectat Martinius, quæ, si tanti est, videsis in ejus Lexico.

1. **FLABELLUM**, Ugutioni et Jo. de Janua : *Muscarium, sc. quo muscas abigimus.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Flabellum, Esmouchoer.*] Præsertim illud, cujus usus in sacris liturgiis. S. Hieronym. Epist. 27. cap. 13 : *Ipsa assidere lectulo, Flabellum tenere, sustentare caput, etc.* Hildebertus Episcopus Cenomanensis apud S. Anselmum lib. 3. Epist. 162 : *Flabellum tibi misi, congruum scilicet propulsandis muscis instrumentum.* Ubi agit de flabello, cujus est usus in Missæ celebratione, et de ejus mystica significatione. Sic autem describitur a Bernardo Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 37. ex quo hausit, quæ habet Udalricus lib. 2. cap. 29. pag. 142 : *Unus autem ministrorum, qui semper duo debent esse, stans cum Flabello prope Sacerdotem, ex quo muscarum infestatio exurgere incipit, donec finiatur, eas arcere a sacrificio et ab altari, seu ab ipso Sacerdote non negligit. Flabellum argenteum*, inter ministeria sacra habetur apud Hariulfum lib. 3. cap. 3. et in Testamento S. Everardi apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 21. Ecclesiasticis Scriptoribus Græcis ῥιπίδιον dicitur, [Auctori Constit. Apostol. lib. 8. cap. 12.] Jobio lib. 5. cap. 25. apud Photium Cod. 222. Theosterícto in Vita S. Nicetæ Hegumeni num. 14. Germano Patr. CP. in Theoria mystica, in Chronico Alexandrino pag. 894. Simeoni Thess. pag. 225. in Catalogo Offic. Eccl. CP. a Medonio edito, ubi de Magno Oeconomo, etc. De Diacono autem flabellum tenente, dum sacra peraguntur, agunt Joan. Moschus in Prato spirit. cap. 150. 196. idem Theosterictus loco citato, Abbas Venusinus in Vita S. Petri Abbatis Cavensis n. 11. Hildebertus Cenomanensis Episcopus Epist. 8. Vita S. Petri Episcopi Policastrensis apud Ughell. tom. 7. Ital. sacræ pag. 766. Durandus Mimatensis lib. 4. cap. 35. n. 8. 9. Durandus Monachus, Morinus de Sacris Ordinat. pag. 217. Menardus ad Gregorii M. Sacrament. pag. 319. Habertus ad Liturg. Goarus ad Euchолog. et alii. Nos etiam in Glossar. med. Græcit. in Ῥιπίδιον. De flabellis vero, quæ *Buffadors* Itali vocant, exstat locus insignis apud Gregor. Nazianz. orat. 16 : Τοὺς δὲ ὑπὲρ κεφαλῆς ἄνεμον ταῖς ῥιπίσι σοφιζομένους, καὶ ταῖς ἐκ χειρῶν αὔραις τὸ πλῆθος τῶν σαρκῶν ἀναψύχοντας. Vide *Muscarium*.

* 2. **FLABELLUM**, Follis, Gall. *Soufflet*. Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1479 : *Item organistæ pro reparatione secreti et Flabellorum organorum ecclesiæ, xiv. sol.*

¶ **FLABELLUS**, pro *Flabellum*. in Vita S. Fulgentii, Januarii tom. 1. pag. 38 : *Palmarum foliis Flabellos sæpissime contexebat.*

¶ **FLABRARIS**, Ad flabrum seu flabellum pertinens. Hinc *Flabrare frigus*, Aura leniter refrigerans ad instar flabelli. *Aer tenuis Flabrari frigore flatu suo cuncta refrigerans*, Concil. Hisp. tom. 2. pag. 640.

¶ **FLABRI**, *Perfecti*, Flabrum, *Perfectum*, Flabulosi, *Ventosi*. Sic legendum in Glossis Isidor. ubi perturbato duarum vocum ordine : *Flabri, Flabulosi, ventosi. perfecti. Flabrum, Perfectum.*

Digitized by Google

¶ **FLACANA ANTIQUA**, Scripturæ genus Vide *Scriptura*.

* **FLACCENTIA**, *Qui in iniquitate perseverant*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. Leg. *Flaccentes*.

FLACHIA. Acta Capitularia MSS. Ecclesiæ Lugdun. ann. 1347. fol. 126 : *Item super quadam Flachia sita super terram tachibilem hæredum Stephani Bemen.* [Quidam e Gallobelgis atque etiam e Burgundis *Flache* vocant locum humidum et cœnosum, qui incipit arescere. V. *Flaco* 1. et *Flascheta*.]

* Locus aquis stagnantibus oppletus, nostris *Flache*. Charta admort. ann. 1412. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 272 : *Item Jehan de la Mure tient un verney et une Flache contigue. Certains grans fossez ou Flaches, appellez douves*, in Ch. ann. 1406. ex Chartul. Latiniac. fol. 204. *Flesque*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1447. ex Reg. 176. ch. 484 : *Le suppliant se desmarcha et sailly ou se mist en une petite Flesque ou maulvais pas.* Aliud vero est *Flache* in Consuet. feriar. Trecens. ex Cod. reg. 3812. 5. fol. 148. r°. : *Li sas de pois et de warpot* (infra *warpois*) *iiij. den. et la Flache une obole*. Forte, vasis genus. Vide *Flasca*.

* **FLACIA**. Vide infra in *Flaqueria*.

¶ **FLACIATA**, Massiliensibus *Flansade*, Stragulum laneum, Gall. *Couverture de laine*. Inventarium ann. 1336. ex Tabular. S. Victoris Massil. : *Tres Flaciatas veteres*, XXXVI. *millairolas boni vini et puri, etc.* Aliud ann. 1341. ex eodem Tabular. : *Item sex Flaciatas tales quales*, IV. *culcitras, et* VIII. *coissinos, etc.* Vide *Flansada*, et *Fleciata*.

1. **FLACO**, Locus cœnosus, vel aquis stagnantibus oppletus, qui *flaccere*, seu arescere incipit, unde forte etymon. Gallobelgæ, seu Picardi, *Flaque* dicunt. Isaiæ 19 : *Erunt irrigua ejus Flaccentia*, i. arentia. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 209 : *Aqua etiam per devexos civitatis vicos a porta confluens occidentali circa situm Monasterii, in paludem horridam congregrata, et in lutum ex Flacone diutina condensata, fœtorem ex se intolerabilem emittens, etc.* In Glossario Gr. Lat. Sangermanensi MS. lego : *Laxa, Stagnum*, τόπος, ἐν ᾧ ὀλίγον ὕδωρ συνίςαται. Ubi forte leg. *Flaxa*. Vide *Flactra*, et Nonium in *Flaccet*.

2. **FLACO**, [Species lagenæ, Gall. *Flacon*. Tabular. Rothon. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 73 : *Secum deferens duos Flacones optimi vini.*] Annal. Franc. Fuld. ann. 870 : *Surrexit de loco convivii,.... et quasi cum Flaconibus ludum exercens, præparatas devitavit insidias.* Ad marg. script. al. *Falconibus*. [*Locus convivii* facit, ut credam retineri debere *Flaconibus* notione exposita. Si tamen ludus quispiam peculiaris esset intelligendus, haud ægre crederem fuisse Ludum follium, Gall. *Ballons*; *f* in *b*, aut vicissim, non prorsus insolens mutatio est. Vide *Flatones* in *Flantones* et *Flasca* suo loco.

¶ 3. **FLACO**, Species placentæ, Gall. *Flan*. Charta Roberti Ambian. Episc. pro Communia de Morolio ann. 1316 : *'Duos furnos in dicta villa et territorio pro coqui faciendo tartas, pastillos et Flacones aut alias res.* Chartularium S. Vandregisili tom. 1. pag. 924 : *Vicarius et quilibet ejus successor.... in vigilia S. Michaelis in Monte Gargano sexaginta Flacones bonos et sufficientes pro Conventu eisdem reddere et solvere quolibet anno tenebantur, et quod ob hoc unum quarterium frumenti... in eadem Abbatia percipiebat annuatim.* Forte utrobique legendum *Flatones*, ut infra in *Flantones*. Vide *Flaco* 2.

FLACTA. Vide *Flaxa*.

* **FLACTOR**. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Poyridura, Prov. labes, putredo, caria, marcor, marcidas, Flactor, oris.*

FLACTRA, Idem quod *Flaco* 1. et ejusdem originis. Ordericus Vitalis lib. 4. pag. 537 : *Est in mediterraneæ Angliæ partibus immensæ magnitudinis acerrima palus, quæ... nunc stagnis, nunc Flactris, interdum nigris laticibus et crebris insularum nemoribus... protenditur.* Vita S. Guthlaci, ex qua hæc desumta cap. 14. habet *Flactiris*, forte ex

FLACTRIA, Eadem notione. Fridericus II. Imp. lib. 1. de Venat. cap. 7 : *Flumina magna et modica, quæ dicuntur Riveriæ, et cætera loca una collectiva aquarum, quæ dicuntur a quibusdam Flacteriæ.* Ita legendum pro *Placteriæ*.

* **FLACTUS**, f. pro Fractus, Ital. *Fiaccato*. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 56 : *Vinea ambulatoria cum ponte Flacto et mantelleto levante partem pontis, super quem pedites possunt secure stare.*

FLADO. Vide *Flantones*.

¶ **FLAELLUM**, Species armorum, Nostris *Fleau*, alias *Flael* et *Flaiel*, ut infra dicetur in *Flagellum*. Fragm. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 624. col. 2 : *Cum ducentis hominibus in armis, electis et galeatis, et cum Flaellis.*

FLAGE. Statuta Ordinis S. Gilberti pag. 739 : *Pellicea vero illa non fiat ad formam aliarum pellicearum, sed aperta erit in anteriori parte, et corrigis constringetur circa medium partem ventris, sicut solet fieri in veste lactentis pueri, quæ vestis Anglice solet vocari Flage.*

¶ **FLAGELLA**, fem. gen. Ictus flagelli, Gall. *Coup de Fouet*. Scriptura Principis Adelgastri pro Monasterio S. Mariæ de Obona, Concil. Hisp. tom. 3. pag. 90 : *Si forte aliquis ex istis socium fratrem percusserit pugno.... solvat quinque solidos et tres Flagellas accipiat.* Vide *Flagellatio*.

1. **FLAGELLARE**, Molestare, affligere, apud Ughellum tom. 5. pag. 1577. [et in Memoriali Potestatum Regiens. ad ann. 1266. apud Murator. tom. 8. col. 1225.] Vide *Flagellatio*, [et *Flagellare*, 2. in *Flagellum* 1.]

* Charta Rob. vicecom. Cabilon. ex Chartul. S. Marcel. Cabilon. : *Sed aliquando rebellis fuit, ideo Flagellavi tam ipsum quam Sauriacum villam, quæ est S. Marcelli. Flaeler*, eodem sensu, in Chron. S. Dion. lib. 3. cap. 11. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 225 : *Comme li évesques Eracles me tormente : il me Flaele, etc.* Ubi Aimoin. lib. 3. cap. 30. habet : *Quæ tormenta ab Heraclio illata patior! ipse me nunc cruciat.* Sic et apud nos etiam nunc incommodum quodvis, *Fléau* appellatur; *Floyel*, eo sensu, apud Christ. Pisan. in vita Caroli V. part. 2. cap. 6.]

FLAGELLARIUS. Ugutio : *Mastigophorus, Flagellarius.*

* **FLAGELLATA**, Armorum species, quod flagello similis, sic dicta. Stat. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 181. col. 1 : *Item quod quilibet, tam pauperes quam divites, habeat unam masseam cum fronda, sive Flagellatam, et quod consules faciant dictas Flagellatas fieri, et quod compellant quemlibet ad solvendum pretium dictæ Flagellatæ. Flagerade* appellari videtur, in Lit. remiss. ann. 1476. ex Reg. 204. Chartoph. reg. ch. 158 : *Icellui Batsera frappa ung grand cop d'une Flagerade sur le cap d'icellui Fillet.... Le suppliant frappa d'une lance etc.* Neque aliud sonat vox *Flageron*, in aliis ann. 1418. ex Reg. 170. ch. 146 : *Un baston sans fer, nommé Flageron, aguisié à bout.* Huc etiam fortassis spectat *Flachel* vel *Flachet*, ex Lit. remiss. ann. 1458. in Reg. 189. ch. 266 : *Un baston de cotteret, autrement nommé Flachel.* Ibidem ch. 306 : *Flachet*. Vide *Flaellum*.

1. **FLAGELLATIO**, Inter pœnas crebro occurrit, etiam apud inferioris ævi Scriptores.

FLAGELLARI NUDUS *ad palum coram populo*, in Concilio Francoford. ann. 794. cap. 5. al. 3.

Extensis flagella infligebatur : hinc formula frequens in Lege Wisigoth. et in Lege Bajw. tit. 11. cap. 4. § 3 : *Flagella publice extensus accipiat. Super scamnum tensus*, in Lege Salica tit. 42. § 1. Lactantius lib. de Mortibus Persecutor. num. 21 : *Si quis esset verberandus, defixi in stabulo pali quatuor stabant, ad quos nullas unquam servus distendi solebat.* Martyrium S. Nicon. num. 18 : Κελεύεται αὐτοὺς τεθέντας βουνεύροις ὠμοῖς πλήττεσθαι αὐτῶν σάρκας. Gregorius in Vita S. Basilii Jun. num. 4 : Κελεύει ἐκταθέντας ὑπὸ τεσσάρων βουνεύροις τύπτεσθαι. Denique Theodorus Iconiensis Episcop. de SS. Cyrico et Julitta : Ταύτην δὲ σκηματισθεῖσαν καὶ τανυσθεῖσαν ὠμοῖς νευροῖς ἀφειδῶς τύπτεσθαι ἐπέτρεψεν. Designabat vero sententia numerum verborum, ut habent Concilium Narbonense ann. 589. cap. 4. Concil. Toletan. XVI. cap. 2. Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 1. § 7. 8. 11. et alibi passim. Lex Burgund. tit. 4. et 83. § 2. Lex Salica tit. 13. Lex Bajwar. Speculum Saxon. lib. 3. art. 16. Charta Aldegastri, filii Sylonis Regis Ovetensis, ann. 781. apud Sandovallium, Cedrenus pag. 536. Harmenopulus lib. 6. tit. 3. § 1. Chartæ variæ apud Doubletum pag. 661. 697. 736. etc. Vide Acropolitam. cap. 73. Cyprianus in Vita S. Cæsarii Arelatensis : *Solebat vero Sanctus id accurate observare ut nemo ex illis, qui ipsi parebant, sive illi servi essent, sive ingenui, si pro culpa flagellandi essent, amplius* 39. *ictibus ferirentur; si quis vero in gravi culpa deprehensus esset, permittebat quidem, ut post dies paucos iterum vapularet, sed paucis. Contestabatur Ecclesiæ præfectos, si quis juberet quempiam diutius flagellari, et ea verbera illi mortem afferrent, ut is homicidii reum se sciret.*

Nullam porro infamiæ notam viris liberis et ingenuis inurebat flagellationis pœna, uti disertim testatur Concilium Toletan. XIII. can. 2 : *Qui etiam, si pro culpis minimis, ut assolet, flagellorum ictibus a*

Digitized by Google

Principe verberentur, non tamen ex hoc, aut testimonium amissuri sunt, aut rebus sibi debitis privabuntur. Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 1. § 18 : *Ita ut ei flagellorum ista correptio non inducat notam infamiæ.* Adde § 33. lib. 3. tit. 4. § 10. [** Vide Grimm. Antiq. Juris German. pag. 703.]

☞ Hinc flagellationem inter correptiones quibus maritus uxorem suam corrigere poterat, recensitam fuisse colligitur ex Epist. Rhabani Abb. Fuldensis apud Baluz. in Append. ad Capitul. num. 8 : *Primum ergo ibi quæsitum est quale judicium ille sustinere debeat qui, Flagellando uxorem suam, duos filios suos in partu occidit... Ubi liquido patet quod propter immoderatam correptionem in crimen cecidit paricidii.*

* Inter pœnas, quæ a confessoribus infligebantur pœnitentibus, recensetur apud scriptores medii ævi haud infrequenter. Vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 258. col. 2 : *Quoties etiam, ut assolet, aliqua volutilis vel umbratilis mundanæ vanitatis cogitatio cordi irrepsisset;.... non patiebatur, ut ita dicam, moram momentaneam transire, quin curreret ad confessionis sanativum remedium, et virgis exponeret dorsum. Si vero confessor ejus pietate ductus illud corpus innocentissimum virgis mitius percuteret, ipse in virtute obedientiæ præcipere districtius consuevit, ut non parceret oculus ejus aut manus in eum, donec aliquoties sanguinem eliceret.* Ad quem locum docti Editores ex Manrique in Annal. Cisterc. ann. 1147. cap. 16. hæc adnotant : *Verum quod ait, consuetum S. Virum currere ad confessionem, et virgis vapulandum dorsum exponere, sciat lector, in more nostris patribus, non aliter audire confessores, quam denudatis dorsis pœnitentium, virgis, quamdiu absolverentur, percutiendum; idque post matutinalem Missam commune cunctis; extra id tempus aliquando etiam fiebat.* Vide *Disciplina* et *Scopræ*.

In Capit. 2. et 4. Caroli M. ann. 805. cap. 10. adjutores conspiratorum se invicem flagellare, et sibi nares præcidere jubentur.

Duplex autem fuit *Justigatio* : alia cum *Juste*, alia cum virgis. [** Vide Dig. lib. 48. tit. 19. fr. 10.] Utriusque memniit Edictum Pistense cap. 15 : *Constituimus fidelium nostrorum consensu atque consilio, ut quorumcumque coloni et servi pro hoc convicti, non cum grossa juste, sed nudi cum virgis vapulent.* In *fustigatione cum juste*, numerabantur *ictus* : unde in Edicto Caroli C. in Carisiaco ann. 861. cap. 5. *virgæ minutæ* opponuntur *ictibus* : *Et aut ictibus, prout viderit competere, aut minutis virgis cum ratione et discretione illum, qui denarium bonum rejecit, castiget.* Idem Edictum Pistense cap. 16 : *Si servus vel colonus, nudus cum virgis vapulet.* Cap. 20 : *Insuper et virgis nudo corpore vapulet.* Cap. 23. et 24 : *Nudus cum virgis flagelletur. Virgarum verbera*, inter canonicas castigationes recensent etiam Augustinus Ep. 159. et Gregorius M. lib. 9. Epist. 67.

¶ 2. **FLAGELLATIO**, Tritura frumenti. Chartularium S. Vincentii Cenoman. f. 115 : *Dicti Monachi dicto Presbytero.... tertiam partem tractus decimarum tam bladi quam vini, et tertium partem palearum et meditatem in Flagellatione in perpetuum concesserunt possidere.* Rursum occurrit f. 129. Vide *Flagellum* 1.

FLAGELLATIVUS, Gloss. Gr. Lat. MS. : Μαστιγίας, *verberosus, Flagellativus, verbero.* Edit. habet *Flagellatitius.*

¶ **FLAGELLATOR**, Tritor spicarum in area, Gall. *Batteur en grange.* Occurrit in Chartulario S. Vincentii Cenoman. mox laudato fol. 6. 43. etc.

FLAGELLATORES, Sectarii ac hæretici, sub annum 1261. Suffridus Presbyter : *Eodem anno multa millia Flagellatorum prodierunt in mundum, dicentes, hominem ab omnibus peccatis absolvi, si in tali secta per unum mensem versaretur.* Vide Odoricum Rainald. ann. 1260. num. 11.

Floruit etiam secta alia ejusdem appellationis sub annum 1349. *Fratrum Flagellatorum* nempe, qui nulla populi vel Ecclesiæ auctoritate, *publicam pœnitentiam suscipiebant. Hi vexillum Domini cum crucibus ante se portantes, et Ecclesias bis in die intrantes, se omnibus vestibus nudabant, solis pudendis honeste velatis, et tunc seipsos ante et retro, sed præcipue in scapulis, cum flagellis coriaceis, habentibus aculeos ferreos in extremis nodis dure percutientes, sanguinem proprium excutiebant, et sic seipsos flagellando cantilenas Deo canebant in vulgari. Numquam etiam dormiendo pernoctaverunt in illo loco, ubi pridie quieverunt. Et nullus scire potuit, qui sectam hanc inchoaverit, quam tandem Clemens VI. PP. interdixit.* (cujus exstat in eam rem Diploma, datum Avenione 13. Kl. Nov. ann. 8.) Hæc fere Joannes a Leidis lib. 29. cap. 13. De hac secta agunt passim Scriptores, Vita Balduini Lutzemburg. Archiep. Trevir. lib. 3. cap. 9. Vita Clementis VI. PP. pag. 96. Henricus Rebdorffensis ann. 1347. Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 69. Continuator Nangii Latinus, Levoldus Northovius in Chr. Marcano, Radulfus de Rivo in Engelberto a Marca cap. 3. Albertus Argentin. ann. 1349. Magnum Chr. Belg. ann. 1349. Speculum Hist. MS. Joannis Abbat. Laudun. lib. 11. cap. 72. Hist. Landgrav. Thuringiæ cap. 105. etc. sed præ cæteris Continuator Nangii vernaculus sub ann. 1347. ubi complures eorum regulæ articulos Latine exaratos refert, ut et cantus ipsos vernaculos, seu Gallicis versibus compositos, quos, dum se flagellarent, concinebant. Scripsit Joannes Gerson Epistolam contra ejusmodi sectam se flagellantium. Vide *Tritarum societas.* [* Vide in *Pœnitentes* et *Verberatio.*]

1. **FLAGELLUM**, quo frumentum teritur, vulgo *Fleau.* S. Hieronymus in cap. 28. Esaiæ : *Sed virga excutiuntur et baculo, quæ vulgo Flagella dicuntur.* Translatio S. Joann. Reomaensis n. 9 : *Repente in cenaculo assurgit, Flagellum excussorium rapit, passimque interdicto noctis spatio excutere, velut in area cœpit.* Vita S. Ermelandi Abb. : *Flagellum accipiens, in aream, annonam triturraturus, ingreditur.* Occurrit præterea in Chronico Andrensi pag. 666. Le Roman *du Renard* MS. :

Qui porte tiuel, qui porte hache,
Qui Flaiel et baston d'espines.

[*Perceval* apud Borellum : Fourche, ou Flael, ou pic, ou mare.]

Vide *Fustis.*

* *Flageau*, in Lit remiss. ann. 1478. ex Reg. 205. Chartoph. reg. ch. 107 : *Ung Flageau, duquel il battoit son blé etc.*

2. **FLAGELLARE**, Flagello frumentum excutere : vox Plinio nota. Custumar. Prioratus Lewensis apud Spelmannum in V. *Corrodium* : *Omnis molman inveniet equum ad portandum corredium Prioris,... Flagellabit præbendum Prioris per unum diem cum corredio domini.*

* *Fléer*, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 89 : *Icellui Troude prinst une verge à Fléer de meslier et courut audit Petit pour le férir.*

2. **FLAGELLUM**, Reda, quadriga, quæ scilicet ab auriga flagellum tenente regitur. Lex 5. Cod. Th. de Curiosis (6, 29.) : *Per singulas redas, id est, quas Quadrigas, vel Flagella appellant.* Ut porro Rhedæ *Flagella* dicebantur, ita vice versa *rhedæ* dicta flagella : siquidem ita emendare liceat in Vita S. Nicolai Studitæ pag. 912 : Κελεύει τούτου καὶ τά τε τῶν βραχιόνων, καὶ τῶν ὠλένων ταῖς λεγομέναις ῥίδαις μαστίζεσθαι. Ubi edit. ῥίκαις. Vide *Rheda.* [** Bene se habere ῥίκαις docet Cangius in Glossar. med. Græcit. voce Ῥίκα, col. 1287.]

¶ 3. **FLAGELLUM**, Genus bellici crepitaculi, sive tintinnabuli, quod Indi in præliis concutiebant ad speciem Barbarici cujusdam tympani : de quo ita scribit Suidas : *Tubis Indi non utuntur, sed pro iis sunt Flagella, quæ excutiunt in aerem, et tympana item horribilem quemdam bombum emittentia.* Hæc post Carolum de Aquino in Lex. milit.

4. **FLAGELLUM**, **FLAGELLA**, *Summitates vitium et fruticum*, sic dicta, *quia flatu agitentur.* Jo. de Janua. [** ex Isidor. Orig. lib. 17. cap. 5. sect. 8. Vide Forcellinum.]

FLAGELLA CAPILLORUM, *crinium.* Vide *Criniti.*

* 5. **FLAGELLUM**, Virga ferrea claudendis portis apta, Gall. *Fléau*, alias *Flayau*, vel *Flayel.* Comput. MS. S. Vulfr. Abbavil. ann. 1450 : *Item dicto Petro pro quadam serrura nova, cum cramponibus ad bendas Flagello dictæ portæ apposita cum clavi, vij. sol.* Pedag. *de Doing* ann. 1348. ex Chartul. 21. Corb. : *Chacun Flayau doit un denier.* Lit. remiss. ann. 1451. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 190 : *Icellui Solet se bouta et lança dessoubz le Flayel du feuillet de ladite porte, qui estoit clos.*

* 6. **FLAGELLUM**, Virga seu baculus, jurisdictionis insigne. Ordo eccl. Ambr. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 862 : *In fine vero subponitur laicalis ferula, videlicet vicecomitis, qui.... præcedit archiepiscopum, parando sibi viam servitoribus suis, præcedentibus eum cum Flagellis ligneis et scissis.*

* **FLAGELLUM S. AMBROSII**, Quod et *Scutica* dicitur, ibid. col. 878 : *Qui portat crucem auream et Scuticam sancti Ambrosii.* Status eccl. Metropol. ibid. col. 858 : *Prior vero horum defert pluviale temporibus debitis et Flagellum S. Ambrosii.* Vide *Ambrosini* et in *Moneta.*

* 7. **FLAGELLUM**. Vide infra *Ficolum.*

¶ **FLAGELLUS**, Strages, occisio, Gallice *Carnage.* Chronicon Parmense ad ann.

Digitized by Google

1280. apud Murator. tom. 9. col. 795 : *In quo conflictu Flagellus fuit valde magnus et incredibilis, et mortui plures* D.

* **FLAGIÆ**, Flagella ex boum seu taurorum coriis. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641 : *Flagias, taurias.* Vide *Taureæ.*

1. **FLAGITARE**, Accusare, quomodo hanc vocem usurpat Tacitus lib. 17. Concil. Engelenheimense ann. 948. cap. 5 : *Ut nullus Laicorum Presbyterum Flagitare, seu fatigare, vel aliquam sibi injuriam inferre audeat.*

¶ 2. **FLAGITARE**, Ventilare, examinare. Epist. Johannis PP. VII. inter Acta SS. Benedict. sæc. 4. part. 1. pag. 712 : *Ad hanc sedem Apostolicam simul occurrant, ut ampliori Concilio Flagitetur ac decidatur, quod hactenus non valuit terminari.* Vide *Flagitatim.*

¶ **FLAGITATIM**, diligenter, studiose, sedulo. Charta Ecclesiæ Carnot. pro Bernardo Abbate Tironiensi ann. 1110. apud Mabill. tom. 5. Annal. Benedict. pag. 680 : *Visiones autem ipsas mirificus et suavissimus sequebatur omnium aromatum odor, quas Flagitatim duobus perpensantes diebus, ad extremum quænam hæ visiones essent... soleter discutientibus, etc.* Vide *Flagitare*, 2.

¶ **FLAGIUM**. Charta vetus apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 413 : *Delegavi quatinus pius Redemptoris gremii amplector, et diemque magnæ restaurationis geennæ cenoque sulfuris inlesus peragam, quia præsenti sæculo oneratur Flagii seculo* (f. Flagitii circulo) *ne in evum persistar hujus almi suffragium cunctari magni advocatus opere ejusque de magnis piaculis dimissum.*

¶ **FLAGO**, Idem quod *Flaco* 2. Gall. *Flacon*, Angl. *Flagon*, Species lagenæ. Occurrit apud Rymerum tom. 11. pag. 196. col. 1. Vide *Flasca.*

¶ **FLAGOR**, quasi *Flagror*, Ardor, fictitium vocabulum a *Flagrare*, nisi mavis esse pro *Fragor. Flagor concupiscentiæ*, apud Baluz. tom. 6. Micell. pag. 326.

FLAGRADA, *Miscellus*, in Glossis MSS.

¶ **FLAGRARE**, pro Fragrare. Appendix ad Agnelli Librum Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 189. col. 1 : *Marcellinus* XI. *justus et timoratus, cujus tanta corporis ordinamenta Flagrarunt, ut pretiosissimæ myrrhæ incensum sepelientium nares sentirent.*

¶ **FLAGRIONES**, μαστίγιαι. Gloss. Lat. Gr. Nonius : *Flagriones dicti sunt servi, quod flagris subjecti sunt, ut verberones a verberibus.* Hoc vocabulo usus est Afranius.

¶ **FLAGURRERE**, φέρειν, Ferre. Gloss. Lat. Græc. Sangerm. MSS.

* Adde ex Castigat. ad utrumque Glossar. pro *Flagurrit*, φέρει, leg. *flagrat*, φλέγει.

* **FLAGUS**, f. Ora, æstuarium, fluentum, ut *Fleta* 2. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1367 : *Divino sibi assistente præsidio pervenit* (Urbanus PP. V.) *feliciter ad portum seu Flagum Corti die iiij. mensis Junii. Flage* vero, pro Culina, ut videtur, in Lit. remiss. ann. 1403. ex Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 82 : *Le suppliant et aucuns autres entrerent en la maison d'un tavernier, et trouverent ou Flage ou bouge d'icelle ledit Casin.*

¶ **FLAHO**, Sigilli genus, apud Majoricenses. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. LXVIII : *Ordinamus igitur in Cancellaria nostra modum triplicem sigillandi, videlicet ut quandoque cum bulla plumbea vel aurea, quandoque cum magno sigillo, habente duas impressiones æqualiter ab utroque latere imprimentes, licet impressio sit dissimilis et diversa, quod quidem sigillum Flaho vulgariter nominatur; quandoque vero cum alio sigillo minori, quod sigillum commune dicitur.*

* **FLALLUM**, *Molin à poivre.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

FLAMBARDUS. Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 678. de quodam Ranulfo, viro arroganti : *Temereque majoribus, quasi vi regia fultus imperabat : unde a Roberto Dispensatore regio Flambardus cognominatus est, quod vocabulum ei secundum mores ejus et actus quasi prophetice collatum est; flamma quippe ardens, multis factis intulit genti novos ritus, quibus crudeliter oppressit populorum cœtus, etc.*

☞ *Flammardum* eumdem Ranulfum vocat Ivo Carnot. Epist. 157 : *Quod in Ecclesia Luxoviensi paternitas vestra poterit agnoscere, quam jam per plures annos Ranulfus agnomine Flammardus, Dunelmensis Episcopus inaudito invasionis genere occupavit, qui duos filios suos vix duodennes accepto pastorali baculo a Comite Normannorum prædictæ Ecclesiæ intrudi fecit, ea conditione, ut si primogenitus moreretur, Judaico more in Episcopatum alter alteri subrogaretur.* A patre *Flammardo* filios *Flammigeros* appellat idem Ivo Ep. 149 : *Cum et ipsos Flammigeros pueros de prædicta Ecclesia ejici feceritis.*

* **FLAMBELLUM**, Fax, tæda, funale. Reg. eccl. Andeg. ad ann. 1443. in vita Math. Menag. pag. 92 : *Centum libræ cereæ operatæ in torchiis, Flambellis et bogia.* Proces. Egid. *de Rays* ann. 1440. fol. 159. r°. ex Bibl. reg. : *Quadam nocte post cœnam habentes lumen in Flambello ceræ, etc. Flameron*, Candelæ seu lampadis species, in Stat. ann. 1358. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 595. *Flambard* vocant Drocenses lignum furno, cortice avulso, exsiccatum atque ad medium usque fissum, quod in vigilia Natalis Domini accensum clerus populusque deferunt circa forum tectum ejusdem civitatis, supplicantium ordine, quamvis festinanter, procedentes ad ecclesiam, ante cujus portam projiciuntur hujusmodi faces, ubi absumuntur, clero decantante hymnum : *Veni Redemptor gentium*, et populo conclamante *Noël, Noël.* Minus religiose idem ritus apud Cadomenses aliosque eorum vicinos peragitur. Pueri nempe cum perticis, quibus palea alligata accenditur, viridaria percurrunt arbores quasque fructiferas circumeuntes hunc rhythmum vociferando :

Taupes et mulots,
Sortez de nos clos,
Sinon je vous brulerai la barbe et les os.

Hæc post Mercur. Franc. ann. 1740. mens. Febr. pag. 266. et April. pag. 660. Vide supra in *Brando* 1.

* *Flambeter* vero, appellari videtur quidquid levi igne coctum est seu ustulatum, in Ordinat. hospit. reg. ann. 1285. ex Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. Paris. fol. 53 v° : *Item soufleurs deus, desquiex l'un sera moigneus, et manjeront à court et prandront le Flambeter, en tel maniere que le potage n'en vaille piz.*

¶ **FLAMBURUM**. Idem fere, ut videtur, quod nostris *Regiment*, Legio. Epist. Lauri Quirini de Turci potentia ad Pium PP. II. ex Bibl. Regia : *Exercitus autem hostilis, ut diligentissima atque exactissima cura indagare potuimus, hic est verus indubitatusque divisus per Flambura, quibus feudatarii, quos illi Timarati vel Timaratores appellant præsunt. Asianus itaque exercitus in hæc Flambura est. Flamburum Attaliæ habet subsidas* XV. *Capita ordinum* XL. *equites* IIII. CCCC *etc.*

¶ **FLAMEOLUM**, **FLAMEUM**, **FLAMEUS**. Vide in *Flamines.*

* **FLAMICA**, Placentæ species. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679 : *Flamica, Flamiche, a flamma.* Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 248 : *Prindrent une Flamiche tant seulement, en la valeur de cinq deniers Tournois.*

* **FLAMIGEUS**, Subrubeus, ut videtur, Gall. *Rougeatre.* Stat. ann. 1317. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 197. r° : *Numerus et qualitas eorumdem* (animalium) *utrum nigra vel alba, lanigera vel tonsa, de lana Flamigea vel grossa, etc.*

FLAMINA, Vexilla Ecclesiarum, *Flammula.* Wolfardus lib. 3. de Mirac. S. Walburgis num. 11 : *Dum paratis omnibus cruces a fidelibus efferrentur, ut ipsa etiam juncta plebis dominicæ agmini prævia atque signifera Flamina sequeretur.* Occurrit præterea lib. 4. n. 4. [Miracula S. Richarii, April. tom. 3. pag. 450 : *Induti candidis sericis vestibus cum Flaminibus et crucibus et omni decore composit, etc.*]

FLAMINARE, *Incendere*, in Gloss. Isid. et Pithœi, Flammis urere. Vide *Flammeriari.*

FLAMINES, Episcopi, in Concilio Eliberitano cap. 2. 3. 4. Gloss. Lat. Gr. : *Flamines*, ἱερεῖς.

¶ **FLAMEUS**, *Premier menistre de choses sacrées, saintes*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

FLAMINEUM. Gloss. Sax. Ælfrici : *Flammeolum, vel Flamineum*, biscopes huf. i. Episcopi mitra. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Flameum, Bande de voile, ou aournement nupcial. Flameolum, Petite dyademe, ou petit paille, fermail petit, ou couvrechief. Flammeolum* Juvenali est amictus quo nova nupta tegi solebat. Pro velo *Flamineum* usurpat Fridegodus in Vita S. Wilfridi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 725.] Vide Jo. de Janua in *Flameum.*

FLAMINIUM, Sacerdotium, *Flaminis* dignitas, in leg. 21. Cod. Th. de Decurionib. (12, 1.) et apud Tertull. de Spectac. cap. 12. et Sidon. lib. 5. Ep. 7. vox nota etiam Valerio Maximo et A. Gellio. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Flaminium, Office de Prestre.*] *Flamonium* habent veteres aliquot Inscriptiones et Isidorus, [cujus Auctarium a Janssonio editum habet : *Flamonium, Honos qui datur Flaminibus.* Occurrit præterea apud Sidonium lib. 5. Epist. 7 : *Hi sunt, qui invident tunicatis otia,... prædia provincialibus, Flamonia municipibus.*]

Digitized by Google

Flamininus Honor, in Gloss. Ælfrici, biscoplic wrtscipe: id est, Episcopalis dignitas. Jo. de Janua habet *Flamineus*, in *Flamen*.

¶ Flaminiæ, f. Ædes Ecclesiis proximæ, in quibus olim Clerici habitare solebant. Sic apud Gellium lib. 10. cap. 5. *Flaminia* significat domum Flaminis Dialis. Ita Bollandi Continuator Julii tom. 4. pag. 391. in hæc Translationis S. Philastrii verba : *Omnes ostiarii religiosorum locorum et domus proximæ Flamineis testari, si memoria retinent, possunt.*

Flaminatus, Sacris ac Episcopalibus vestibus indutus, et mitra caput tectus. Missa vetus ex Cod. Ratoldi Abbatis Corbeiensis apud Menardum : *Cum omni quoque diligentia Episcopus veneretur a suis. Eo autem rationabiliter Flamineato, accedat ordinatim omnis processio.*

Flamineum. Will. Malmesbur. lib. 4. Hist. Angl. pag. 127. de quibusdam Monachis : *Nihil pelliceum aut lineum vestiunt, nec illud, quod subtiliter texitur laneum, quod nos Flamineum vocamus.* Sed ibi legendum *stamineum*. Vide in hac voce. [Anglis *Flannel*, nostris *Flanelle*, pannus est subtilior notissimus, qui voce *Flamineum* apte significari potest.] Vide *Flaneha*.

* **Flamingenses**, Belgæ, Flandri. *Per factum guerrarum regni nostri contra Flamingenses*, in Charta ann. 1368. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 146. Vide *Flaminghus*.

¶ **Flaminghus**, Flamingus, Belga, Flander, Gall. *Flamand*. Legitur *Flaminghus* apud Murator. tom. 7. col. 703. in libro Bernardi Thesaurarii de Acquisitione Terræ sanctæ; *Flamingus* in Privilegio Leduini Abb. S. Vedasti Atreb. ann. 1036. in ejusd. loci Chartulario V. pag. 243. in Litteris Phippi Pulcri Franc. Regis apud D. *Brussel* tom. 1. de Feudorum usu pag. 419. Vide Valesium in Notit. Galliarum voce *Flandria*, [** et Haltaus. Glossar. German. col. 461. supra *Flamingenses*.]

¶ **Flaminius**, Flaminium. Vide *Flamines*.

Flamita, *Sacerdotissa*, Jo. de Janua. Videtur legendum *Flamina*, ut est in veteri Inscript 459. 9.

¶ **Flammabundus**, Flammeus, apud Martian. Capellam.

¶ **Flammardus.** Vide *Flambardus*.

¶ **Flammea**, *Lancea*. Jansson. in Auctario Gloss. Isidori.

* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641 : *Flammea, virgitas, vel lancea.*

¶ **Flammeolum.** Vide in *Flamines*.

Flammeriari, Flammis aduri, seu ad flammas admoveri : Gallis, *estre Flamboyé*. Raymundus *de Agiles* pag. 178 : *Alii vero diutissime torti, et ignibus adusti Flammeriabantur. Flammare*, pro flammis adurere, dixit Tacitus : *Aut crucibus affixi, aut Flammandi.*

* *Flamer* vero, pro Scalpello, vulgo *Flammette*, alias *Flieme* dicto, aperire. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Lanceola, est ferrum subtile, cum qua vena aperitur, Gallice Flieme.* Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 433 : *Survint une apostume ou bosse audit Geffroy, laquelle il fit fendre et Flamer à un barbier.* Vide *Flebotomare*.

¶ **Flammescere**, Inflammari. *Flammescat igne charitas*, in Hymno Tertiæ inter Ambrosianos. Occurrit etiam in Appendice de S. Humilitate, Maii tom. 7. pag. 831. Sed activa significatione : *Charitate namque qua Deus eum Flammescit, ardet continuo.*

* **Flammeum**, Fax, tæda, funale. Comput. MS. *redecimæ* S. Petri Insul. ann. 1421 : *Pro duobus Flammeis, sive Flambeaux, ponderis ix. lib. emptis ad conducendum collegium, pro libra vj. sol. vj. den. xl. sol. vj. den.* Vide supra *Flambellum*.

Flammeus, *Iratus*, in vet. Gloss. MS. apud Goldastum ad S. Valerian.

¶ **Flammicomans**, Flammante coma præditus. Juvencus in Matthæum cap. 25. de decem virginibus :

Ornatu accinctæ tædarum Flammicomantum.

¶ **Flammicomus**, Eadem notione, apud Prudent. Psychomach. v. 776.

¶ **Flammicromus**, Igneus, adurens. apud Fortunatum 1. Carm. 15. in laudem Leontii. [** *Flammicremus*, apud Forcell.]

Flammidus, Eadem notione qua *Flammeus*, dixit Apuleius de Deo Socrat. φλωγώδης. [Idem de Mundo : *Glacialibus Flammida... confundit.* Et lib. 11. Metamorph. : *Roseo rubore Flammida.*]

Flammigare, φλογίζειν, apud Gellium lib. 17. cap. 10. et Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 17.

* **Flammineum**, *Babylonicum*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. Vide in *Flamines*.

¶ **Flammipes**, Habens pedes igneos. Juvencus lib. 2. in Matth. 11 :

Elias quondam, quem turbine jussa corusco
Flammipedum rapuit simulatio quadrijugorum.

¶ **Flammipotens**, Vulcani cognomen, apud Arnobium lib. 3.

¶ **Flammivolus**, Cum flammis volans. Arator in Act. Apost. cap. 18 : *Flammivolo sub sole jacet.*

* **Flammivomatus**, Vultus ex interiori flamma efferatus. Vita S. Godegr. tom. 1. Sept. pag. 769. col. 2 : *Pacis ei osculum porrigens, sed ad modicum Flammivomatu mentis veneni antra recondens.* Vide *Flammivomus*.

¶ **Flammivomus**, Qui flammas vomit, apud Juvencum in Proœmio.

¶ **Flammonius**, Flammeus. Charta ann. 984. apud Menesterium inter Probat. Hist. Lugdun. p. iv. col. 2 : *Flammonias animi pœnas sustineat, et in favillis et atomis redactus nusquam compareat.*

** **Flammosus**, Ardens. Virgil. Grammat. pag. 117 : *Ratio vero superiora et cælestia perlustrans intellectum quodammodo ignitum Flammosumque possidet.*

Flammula, Vexillum in flammæ speciem desinens, cujusmodi est illud, quod Carolo M. porrigit S. Petrus, in Lateranensibus Parietinis apud Nicolaum Alemannum. *Flammeum vexillum*, apud Ammianum lib. 20. pag. 163. S. Fulgentius Homil. 56 : *Ante carrucum Imperatoris, qui præcedunt Metatores, Palatini, Protectores, Tribuni, Duces, et Comites, Signa, Dracones, et Vexilla, et Flammulæ illæ concordissimæ pannorum diversitate gaudentes, tubæ sonantes, etc.* Anastasius in Stephano IV. PP. pag. 92 : *Romanum urbem ingressi sunt, et per muros civitatis cum Flammula ascendebant.* [Instrumentum anni 1382. Histor. Harcur. tom. 3. pag. 921 : *Flammula... ex penetralibus Dionysiaci Cœnobii deprompta Petro Villerio fortissimo viro tradita.* Et pag. 1117 : *Petrus Villarius Flammulam gessit.*] Vox Scriptoribus Byzantinis nota. Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2062 : Σύνθημα, γνώρισμα, σημεῖον, βάνδον, φλάμουλον, quæ vox hac notione habetur in Leonis Tacticis cap. 5. § 5. cap. 6. § 2. 18. 25. cap. 12. § 54. 104. 118. apud Nicetam, Codinum, et alios. Φλάμουρον etiam dixere recentiores Græci. Narratio MS. de Belissario : Συκοῦσι τὰ φλάμουρα τῶν βασιλέων τότε, μετὰ ξαμήτου, ταῦτα δὲ μετὰ τῶν κερδυνίων. Vide Dissertat. nostram de *Auriflamma* ad Joinvillam, [Gallandum Tract. Gall. *des Enseignes de France* pag. 37. et 38.] Gloss. Basilicon, Meursii, Rigaltii, et aliorum. [** Cangii med. Græc. col. 1681.]

☞ Exstat alter locus tom. 2. Annal. Bened. pag. 332. ex veteri Codice Bibl. Ottobon. depromtus, ubi agitur de Processione Litaniarum majorum in Monasterio Centulensi, sicque legitur : *Hos omnes subsequebantur pueri septem cum totidem Flammulis*, seu *tædis*, inquit Mabillonius : suspicor ego *Flammulas* etiam hic fuisse vexilla minora a pueris delata, cum consuetudo sit in Litaniis majoribus vexilla deferri, et pueri illi incederent medii inter clerum et plebem, ubi nulla erat ratio facium deferendarum.

¶ **Flamonium.** Vide in *Flamines*.

¶ **Flampedes**, Flandrenses, ni fallor. Hist. Viconiensis Monast. apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 303 : *Sic Spiritus sancti gratia in vita extitit debriatus* (Ægidius Abbas,) *ut meruerit pacem inter Ysengrinos et Flaventinos vel Flampedes in partibus Hollandiæ et Zelandiæ et Flandriæ, quam nullus hominum attentare quibat, sive Rex, sive Comes, aut Baro reformare.*

¶ **Flancha.** Codex MS. redditiuum Episcopatus Autissiod. : *Duod. Corduain debet Episcopo et Comiti* IIII. *den. et duod. alutæ* II. *den... Flancha de poiz valens ultra* XII. *den. debet* I. *ob.* [** Germanorum plebi *Flanken* est segmentum majus panis, carnis, etc. Adel.]

Flanchia, [Forte *Fimbria*, Gall. *Frange*.] Vide *Palectum*.

* **Flanchus**, Flancus, Latus, Ital. *Fianco*, Gall. *Flanc*, alias *Flanchet*. Charta ann. 1227. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 903 : *Duas pelles de Flanchis coopertas de virde.* Annal. Estens. ad ann. 1409. apud eumd. tom. 18. Script. Ital. col. 1069 : *Ense educto graviter vulneravit in Flancho.* Formulæ MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 42. v° : *Dictus talis uno ictu punctim per dictum talem in Flanco sinistro percussus extitit.* Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 332 : *Icellui Michaut feri ledit Jaquot dudit espiet ou bras et de l'espée ou Flanchet. Icellui Colart en soy virant et tournant fu attaint ou Flanchet de son ventre d'un petit coustelet*, in aliis Lit. ann. 1387. ex Reg. 130. ch. 185. Hinc *Flancar*, Braccarum seu vestis militaris species, qua latera prote-

Digitized by Google

guntur, in Ordinat. milit. MS. Caroli ducis Burg. ann. 1473 : *Les hommes d'armes seront armez, ... habillez .... de curache complette, salade à baviere, barbuce ou armet de gorgent, Flancars et faltes.* Hinc *Se Flanchir*, Lateri manum admovere, vel latus manu comprimere. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 183. ch. 236 : *Quant le suppliant se sentit frappé dudit cousteau, il se Flanchit en soy retournant devers icellui Visier.*

¶ **FLANCUS**, Latus, Gall. *Flanc*, Ital. *Fianco*. Occurrit in Actis SS. Aprilis tom. 1. pag. 169. tom. 2. pag. 819. Junii tom. 1. pag. 791. etc.

¶ **FLANDRENSIS MONETA**. Vide *Moneta Baronum*.

* **FLANEHA**, f. Panni subtilioris species, Gall. *Flanelle*. Formul. MS. Instr. fol. 92. v° : *Antonius fuit confessus ... se habuisse et recepisse a dom. M. ejus sponsa .... nomine dotis .... xxv. libras bonas in ... uno pelorco de Flanehis pro vestibus ipsius.* Vide *Flamineum*.

FLANQUERIUS. Vide *Flecarius*.

* **FLANS**, Monetæ species. Charta ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 929 : *Johannes et Bruyaudus Maillardi fratres in quadam domo ipsorum inventi fuerunt de nocte cudentes quandam speciem monetæ, quæ vocatur Flans, et quæ erat de lege monetæ ducis Britanniæ.* Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 162. ch. 3 : *Icelui suppliant presta à Jehan Morel un franc en deniers blancs, appellez Flaons.* Qui denarii a plagulis monetalibus, *Flaons* etiam nuncupatis apud monetarios, distinguendi sunt : hæc quippe plagula monetæ cudendæ exemplar est; illi vero denarii in usu erant. Aliæ Lit. ann. 1376. in Reg. 110. ch. 215 : *Jehan de Gennes ouvrier de monnoye..... a esté prins et emprisonné..... pour souspeçon d'avoir ouvré Flaons de monnoye, qui n'estoient pas de bon aloy.* Hac ultima notione passim, ubi de monetis, occurrunt. Vide *Boizard* in Tract. de Monetis et infra *Flato*.

¶ **FLANSADA**, Stragulum acupunctum, Gall. *Courtepointe*, Massiliensib. *Flansade*. Capit. Gener. S. Victoris Massil. ann. 1294 : *Omne aurum monetatum et non monetatum, et quævis moneta, libri et breviaria completa, capæ, capelli, et ocreæ, et calcaria, lectus, matalacia, vanoas, Flansadas, etc.* Vide *Flassata*.

* Massiliensibus *Flansada* est Stragulum vel coopertorium laneum, non acupunctum; idem proinde quod *Flaciata*. Vide infra *Flassada*.

* **FLANSONES**, FLANSONI, Placentæ species, idem quod *Flantones*, Gall. *Flans*. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 244. col. 1 : *Item in cena, pro vj. duodenis caseorum ressencium ad opus Flansonum, solvi iiij. grossos .... Item pro media libra sucri pro dictis Flansonibus, iij. grossos et medium .... Item pro faciendo Flansonos, etc.*

FLANTONES, Placentæ species, Gall. *Flans*, Teutonibus *Vlaeyen*. Occurrit in Charta veteri apud Louvetum in Hist. Bellovac. tom. 2. pag. 199. Vide *Flansones*.

FLATONES, Eadem notione. Ordinarius MS. Ecclesiæ Rotomagensis : *Tenentur mittere per suos servitores ad domum Cantoris.... hora prandii unum panem magnum, unum galonem boni vini, honestum ferculum piscium, et unum magnum Flatonem de pinguedine lactis, etc.* [Perperam *Flaconem* editum ad calcem Joan. Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 169.] Charta Communiæ Roiensis in Picardia : *Si quis gastellos, vel Flatones, vel hujusmodi, quæ villæ noceant, fecerit, etc.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 149 : *Præterea percipiet coquinarius ad pascha tria præbendaria frumenti de granario ad Flathones inveniendos.* Habetur præterea in veteri Charta apud Bollandum 18. Febr. pag. 105. in libro Ord. S. Victoris Parisiensis MS. cap. 25. in Vita S. Bernardi Pœnitentis n. 25. etc. [Vide *Flaco* 3. et *Flavo*.]

FLADONES, dixit Fortunatus in Vita S. Radegundis cap. 15 : *Quæ in mensa sub Fladone segalatium panem et hordaceum manducabat.* Utitur præterea cap. 21. Udalricus l. 3. Consuetud. Cluniac. cap. 18 : *In illis festis fabæ sæpiis, aut Fladonibus mutantur.* Ita etiam Bernardus mon. a quo hausit, in iisdem Consuet. MSS. cap. 7. 77. [nunc editis in vet. Discipl. Monast. S. Petri de Silva nigra apud Freder. Schannat. Vindem. Litter. pag. 164 : *Artocreæ aut Fladones in usus comedentium dentur honeste et abundanter.* Germani *Fladen* appellant hujusmodi placentas, Fuxenses *Flauzons*, apud quos conficiuntur e caseo, lacte pinguiori cum ovis. Lemovicensibus *Flauniardes* dicuntur, *Flaudones* in Obituario MS. S. Martialis Lemovic. Necrolog. MS. ejusd. Monast. : *V. Idus Aug. obiit dompnus Albertus Abbas, et Præpositus de Vernolio facit plenum convivium cum cepiis et Fladonibus, et bonum vinum et multum acquisivit.*]

* **FLAQUERIA**, Panificium, Gall. *Boulangerie*. Charta Jacobi I. reg. Aragon. ann. 1241 : *Volumus igitur quod Flaqueriæ et fornericæ Barchinonæ, et pondera sive pesam* (sic) *ferinæ, totum etiam factum ferinarium et fluciarum prælicturum, quibuscumque modis sit, perveniant et spectent in posse bajuli nostri Barchinonæ.* Vide mox

¶ **FLAQUERIUS**, Pictor, f. a Catalano *Flaka*, Panis. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. XV : *Curam etiam habeat diligentem una cum Flaquerio seu pistore de artocreis seu pastillis et nebulis.* Vide *Flecarius*.

* Libert. MSS. Barcin. ann. 1283 : *Quilibet civis Barchinonæ potest molere bladum suum ubicumque voluerit, sine impedimento alicujus, exceptis farinariis et Flaqueriis, qui debent molere ad molendina regalia.* Vide *Flanquerius* in *Flecarius* et infra *Flequeria*.

* FLEQUERIUS, Eadem notione. *Exceptis Flequeriis sive pancosseriis*, in Libert. Montis-olivi ann. 1312. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 504. art. 35.

* FLAQUERIUS PANIS, an ab Hispan. *Flaquecer*, Attenuare? Consuet. Perpin. MSS. cap. 38 : *Item debent coquere panes Flaquerios pro quatuor denariis.*

¶ **FLARNIS**, Species placentæ. Statuta reformat. Monast. S. Claudii ann. 1448. pag. 81 : *Servitoribus officiorum debet pittanciarius unum panem, et scutiferis unum Flarnem et duos potos vini.* Sed f. legendum *Flatonem* vel *Fladonem* : quæ videsis in *Flantones*.

FLASCA, FLASCULA, FLASCO, Lagena, vas figulinum aut vitreum vino conservando idoneum, nostris *Flascon*, Teutonibus *Flasche*, aut *Flasch*.

FLASCA. Isidorus lib. 20. cap. 1. et ex eo Papias : *Flascæ, a Græco vocabulo dictæ. Hæ pro vehendis ac recondendis phialis plurimum factæ sunt; inde et nuncupatæ sunt. Postea in usum vini transierunt, manente Græco vocabulo, unde et sumpserunt initium.* Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 775 : *Oppidani Flascas prunis ardentibus plenas desuper dimittant.* [Freder. Schannat. Vindem. Litter. pag. 9 : *Flasca una argentea deaurata, cuppa una argentea deaurata, etc.*]

FLASCULA, diminut. a *Flasca*. Idem Vitalis lib. 4. ex Vita S. Guthlaci cap. 30 : *Binas Flasculas celia impletas.* Vetus Scriptum de Ecclesia Bremensi, de Carolo M. : *Ac Flasculam ejus argenteam deauratam, imaginibus diversis bene redimitam.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 223 : *Flasculas ligneas deauratis barris et cera ligatas vini sub specie, auri tamen plenas...fertur transmisisse.*

¶ FLASCULUS, Idem. Vita S. Bern. Maii tom. 5 pag. 268. * : *Duos Flasculos vini pro eleemosyna transmisit.*

FLASCO, Eadem notione. Gloss. Anglo-Sax. Ælfrici : *Flasco*, Buteruc. Cambro-Britannicum Lexicon : *Flacced, Lagena, uter.* Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 930 : Κιμίσσιον, φλασκίον, καὶ πειμενικὸν ποτήριον. Φλασκίον, eadem notione in Vita S. Marci Atheniensis n. 3. Monachus Sangallensis lib. 1. cap. 25 : *Qui adsumpto prægrandi Flascone, cellarium Bromii vel Ditis illius irrumpens, etc.* Vita S. Remigii, et Flodoardus lib. 1. Hist. Rem. cap. 15 : *Vas, quod vulgo Flasconem vocant, vini a se benedicti plenum dedit.* Liber 1. Miraculor. S. Richarii cap. 2 : *Rogavit suos, ut præparrarent cuneos et malleos, quatinus in crastino Flascones et quæcumque essent necessaria, inde fierent.* Charta Chilperici Regis, in Actis Episcop. Cenoman. pag. 107 : *Solvat in Cœna Domini plenum modium de ovis, et plenos Flascones paratos de vino optimo.* Adde pag. 251. [Translat. S. Glodesindis sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 446 : *Vasculum, quod in modum Flasconis parvuli (butticulam appellant) vacuum et siccum dependebat.*] Occurrit præterea apud S. Gregor. l. 2. Dial. cap. 18. Ardonem Mon. in Vita S. Benedicti Anianæ Abb. n. 28. Ordericum Vital. lib. 6. pag. 599. Odonem Cluniac. l. 1. de Vita S. Geraldi cap. 29. lib. 2. cap. 21. Paulum Diaconum Emeritensem lib. de vita et miraculis Patrum Emeritensium in S. Renovato, Walafridum Strabum de Vita S. Othmari cap. 8. Joannem a Leidis lib. 1. cap. 27. Florent. Wigorn. pag. 544. Paulum Venetum lib. 1. cap. 59. Thwroczium cap. 88. in Hist. Merovingica pag. 592. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 104 etc.

* **FLASCHETA**, Canaliculus. Stat. Montis-reg. pag. 259 : *Item quod a tapa illorum de S. Blasio usque ad bealeriam Pessii, possit capi pars una dictæ aquæ, ... et ibi unum ghigetum fieri per agentes et habentes possessiones in Flascheta, ubi aqua*

Digitized by Google

ipsa duci possit. Flaque, eodem sensu, in Charta ann. 1364. ex magn. Chartul. nig. Corb. fol. 112. v° : *Deviens avoir l'aaisement et usage de aler et venir à navel, portans quatre muis et demi de blé, de nostre manoir à le riviere de Somme, parmi le Flaque ou plache estant au derriere de nostredit manoir.* Vide supra *Flagus* et *Flaschia.*

¶ **FLASCHETTINUM**, ut *Flascula.* Vita S. Francisci de Paula, April. tom. 1. pag. 757 : *Desuper projecit panem unum cum parvo œnophoro seu Flaschettino vini.*

* **FLASCIATA**, Coopertorium laneum lecti. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Requisitus quæ pignora fuerunt apportata, dixit quod.... duæ Flasciatæ vel tres.* Vide *Flaciata* et mox *Flassada.*

FLASCILONES, Vestis species. Monachus Sangall. de Carolo M. lib. 2. cap. 41 : *Ita ut nobilioribus quibuscumque aut baltheos, aut Flascilones, pretiosaque vestimenta a latissimo Imperio perlata distribui juberet.* [** Lege et vide *Fascilones.*]

¶ 1. **FLASCO**, Lagenæ genus, Gall. *Flacon.* Vide in *Flasca.*

¶ 2. **FLASCO**, Species placentæ, Gall. *Flan.* Nova Gall. Christ. tom. 3. col. 250. ex Instr. ann. 1371 : *Convenit... de quinque Florenis pro Flasconibus seu placentis ab ipso debitis in festo Paschæ.* Vide *Flaco* 3.

¶ **FLASCULA**, Flasculus. Vide in *Flasca.*

* **FLASCUS**, Lagena, œnophorum, Ital. *Fiasco*, Gall. *Flacon.* Chron. Domin. de Grav. apud Murator. tom. 12. Script. Ital. col. 613 : *Habens zappam in collo et panem illum in bisaciolis et Flascum vini, quasi iret ad vineas videbatur.* Vide *Flasca.*

* **FLASSADA**, ut supra *Flasciata.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Flassada, Provinc. Lodix lanea.* Inventar. MS. ann. 1379 : *Item una Flassada alba. Item una Flassada viridis.... Item una Flassada listata modici valoris. Flossade*, in Charta ann. 1355. ex Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 153. *Flossaie* et *Flossoie*, in Chartul. Latiniac. fol. 241. v°. et 246. v°. *Flanchiaux*, eadem, ut videtur, acceptione, in Lit. remiss. ann. 1369. ex Reg. 100. ch. 405 : *Icellui Parmentier dist que le temps estoit cler et bel pour aler au trépant querir Flanchiaux.* Hinc *Flassadier, Flassadarum* artifex, in Lit. admort. ann. 1471. ex Reg. 197. ch. 159. Inde etiam *Flassar*, Stragulum equorum, apud Froissart. vol. 4. cap. 77 : *N'avoient les plusieurs* (des Frisons) *quelconques armeures deffensables, sinon leurs vestures, qui estoient de gros bureaux et de gros draps, ainsi que on fait ces Flassars de chevaux.*

* **FLASSANA**, Eadem notione, in Mirac. MSS. Urbani PP. V : *Arsit palea et modicum de mathalacio et de Flassana.*

** **FLASSARGIA**, Belgice *Vlaschaard*, Pannus villosus, lodix villosa, Occurrit in chart. ann. 1315. apud Marquard. de jure Mercator. pag. 291. Vide *Flassata.*

FLASSATA, in supellectili rustica recensetur, in Charta ann. 1242. apud Baluzium in Notis ad Concilia Narbonens : *Item* 50. *inter pullos, gallinas, et capones. Item* 4. *Flassatas. Item* 4. *vomeras.* Occitani *Flassada* coopertorium plecti vocant, quasi *Filassata.* [Inventarium supellectilis ann. 1342. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Item in lecto domini Prioris unum matalitium, unam culcitram, unam Flassatum.* Vide *Flansada.*]

* **Flassiata**, Pari significatu. Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 24. v° : *Viderat ipsa quæ loquitur prædictos hæreticos in domo prædicti infirmi, retro quandam Flassiatam in quadam camera.* Vide *Flessiata.*

* **FLASTEUM**, **Flastum**, Fascis. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 105 : *Machina portans secum Flastea accensa.* Paulo ante : *Lignorum Flastum ardens.* Et cap. 115 : *Equites habent fascinas seu Flastea lignorum pro targonibus et mantelletis, et in medio circuli Flastorum etc.*

FLATARE, Papiæ, *Augere, vel amplum facere.* Forte metaphora ducta ab iis, qui ignem exsufflando augent. [Arnobio lib. 2. *Flatare* est frequenter flare : *Cantores tuba, tibia calamoque Flatantes.*]

* Alia notione *Flatir* nostri dixerunt, nempe pro Dejicere, prosternere, vulgo *Abatre, jetter par terre, précipiter.* Chron. S. Dion. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 335 : *Kallemannes.... les autres fist Flatir et noier ou flum d'Aigne.* Lit. remiss. ann. 1333. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1295 : *Comme Symon Masse eust esté pris et détenuz en la prison du roy à Loon,.... pour la souppeçon.... d'avoir Flati et jeté par terre un sien enfant, en tele maniere que il en morut.* Le Roman *d'Alexandre* MS. part. 1 :

De cheval l'abati de si très grant air,
Que le fist à la terre vilainnement Flatir.

¶ **FLATILIS**, Flabilis. Prudent. Hamartig. versu 531 : *Flatile virus ingerit. Flatilis sonitus*, apud Amnianum 30. 4. Arnob. lib. 6. adv. Gentes : *Laminarum Flatilium crates*, id est fusilium.

* **FLATO**, Plagula monetalis, vulgo *Flan* et *Flaon.* Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 52 : *Nonnullos.... Flatones auri et argenti certis dictæ monetæ operariis et monetariis ad partem et latenter operandos et monetandos tradiderant.* Vide supra *Flans.*

FLATONES. Vide *Flantones.*

1. **FLATOR**, *Tibicen*, in Gloss. Arabico-Lat. qui tubam inflat. [Gloss. Latin. Græc. : *Flat, Flator*, φυσᾷ, αὐλητής. Gloss. Cyrilli : Αὐλητής, *Flator, Tibicinator, Tibicen.* Festus : *Flator. Tibicen.*]

¶ 2. **FLATOR**, Conflator. Vide *Flatutarii.*

FLATURA, pro *Conflatura*, χώνευσις. Julius Firmic. lib. 6 : *Falsarios facient, aut qui pecunias publicas Flaturarum adulteras artifices imitentur.* [Vitruvius lib. 2. cap. 7 : *In æris Flatura.*]

¶ **FLATURALIS Artus**, quo spiritus attrahitur. Tertull. lib. de Anima cap. 10 : *Quædam spiritu carent, quia Flaturalibus artubus structa non sunt.*

FLATURARII, Fusores, *Fondeurs*, qui metalla fundunt : *Flatores æris, auri, argenti*, in l. 30. D. de Orig. Jur. (1, 2.) *Flaturarius auri et argenti monetar.* in vet. Inscript. ubi *Flaturarius* est monetarius, quomodo et in l. 6. Cod. Th. de Falsa moneta (9, 21.). *Flaturarius sigillarius*, in alia Inscript. qui *sigilla*, seu signa, fundit, conficit. [*Faber Flaturarius sigillariarius*, in Inscript. 89. Classis IX. Reinesii, Statuarius, qui statuas conflat.]

FLATUS. Vita S. Alberti Abb. Gambronensis n. 11 : *Invenerunt unum e famulis reddidisse flatum*, i. extremum spiritum. Baldricus Abbas Burguliensis :

Emisit Flatum subito cum sanguine mixtum.

FLAVA, Morbus regius, seu ἴκτερος, [Gall. *Jaunisse.*] Vita Teliai Episc. Landavensis cap. 3 : *Propter pestilentiam, quæ totam fere deleverat gentem,... pestis autem illa Flava vocabatur, eo quod flavos et exangues universos, quos invasit, efficiebat.* Giraldus Cambrensis in Itinerario Cambriæ lib. 2. cap. 1 : *Peste quadam, qua catervatim plebs occubuit, quam Flavam pestem vocabant, quam et Physici Ictericiam dicunt passionem, etc.*

¶ **FLAUDONES.** Vide in *Flantones.*

¶ **FLAVELLUM**, pro *Flabellum*, quo arcentur muscæ. Testamentum Everardi Comitis ann. 837. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belg. pag. 21. col. 1 : *Flavellum argenteum unum, capsellam eburneam unam, candelabra argentea duo, etc.* Vide *Flabellum.*

¶ **FLAVENTINI.** Vide *Flampedes.*

FLAVI. Ita Franci indigitati in aliquot Græcorum Oraculis ob capillorum colorem. Rogerus Hovedenus pag. 650. ait, CPoli, in Porta Aurea, scripta hæc verba : *Quando veniet Rex Flavus Occidentalis, tunc ego per me ipsum aperiar, et tunc Latini imperabunt, et dominabuntur in civitate CPoli*, quando scilicet Franci urbem cepere ann. 1204. De quibus etiam, ut et de eadem expeditione, intelligendus Leo Imp. in Oraculo de Restitutione CP. a Leunclavio edito :

Ἀλλά σε πυρίστατον καὶ ξανθὸν γένος
Πᾶσαν τεφρώσει, καὶ τὸ σὸν λύσει κράτος.

Anonymus in Paraphrasi oraculor. ejusdem Leonis : Φέρων τε τὸν πόλεμον, καὶ τῶν ξανθῶν τὰς μηχανάς, etc. Ita denique apud Pachymerem lib. 1. Hist. cap. 18. Franci dicuntur τὸ ξανθὸν, καὶ ἀριμάτιον γένος, *Flava et bellicosa gens.* Claudianus in Rufinum lib. 2. de Gallis :

Inde truces Flavo comitantur vertice Galli.

Idem de Bello Getico, de Sicambris :

Agmina quin etiam Flavis objecta Sicambris.

[Sidonius in Paneg. Aviti :

... Et Flavis in pocula fracte Sicambris
Rhene tumens.]

Flavam etiam Germaniam vocat Auctor Vitæ sancti Adalberti Episc. Pragensis n. 10. Papias : *Ruteni Flavi, id est, Flandrenses populi.* Sed videtur legendum *rutili :* nam et *rutilatas comas* Livius lib. 38. Gallis tribuit, quos *celsioris staturæ pene esse omnes, et rutilos, luminumque torvitate terribiles*, scribit Ammianus lib. 15. S. Hieronymus in Vita S. Hilarionis, de quodam Candidato Constantini, gente Franco : *Rutilus coma, et candore corporis indicans provinciam.* [Et de iisdem Francis Mamertinus in Paneg. Maximiani num. 16. *Proluso crine rutilantes.* Sidonius in Paneg. Majoriani :

Digitized by Google

... rutili quibus arce cerebri
Ad frontem coma tracta jacet, etc.

Tacitus de Germanis : *Truces et cærulei oculi, rutilæ comæ.*] *Flavam Britanniam* dixit Archithrenius lib. 5. cap. 4. *Et Flavos Britones* Auctor libri de Disciplina Scholarium cap. 2. Anglos etiam ita appellasse videtur Auctor Carminis de Curia Romana :

Ilic partes Siculas, hic te Germania gaudens
Visitat, hic Flavos, Patre jubente, viros.

[Prudent. Apotheos. v. 495 :

Armiger e cuneo puerorum Flavicomantum.]

Getarum rutilum et Flavum, S. Hieronymus Epist. 7. ad Lætam, e contra *Furvam gentem*, Indos appellavit Juvenalis Sat. 12. Vide Salmasium ad Plinium pag. 762. et quæ annotamus in Gloss. med. Græcit. col. 1012. in Ξανθοί.

¶ **FLAVIALES Milites**, sic dicti quod a Flavio Vespasiano instituti fuerant et additi Augustalibus. Vegetius lib. 2. cap. 7 : *Flaviales tanquam secundi Augustales, a divo Vespasiano sunt legionibus additi.*

FLAVII Prænomen, quod Vespasiani et Titi Augustorum fuit, primus, ni fallor, usurpavit Claudius Imperator, atque ex eo Constantius Chlorus et Constantinus M. et qui deinceps hos excepere Constantinopolitani Augusti. Neque porro ipsi duntaxat Imperatores, sed Proceres fere omnes, Consules, Præfecti Prætorio, Præsides, et viri clarissimi et Patricii illud sibi adscripsere, ut ex Inscriptionibus Gruterianis passim colligitur.

Apud Longobardos vero primus Autharis Rex, *ob dignitatem, Flavius a suis appellatus est, quo prænomine omnes, qui postea fuerunt Longobardorum Reges, feliciter usi sunt*, inquit Warnefrid. lib. 3. de Gest. Langob. cap. 16.

Sed et Gothici Hispaniæ Reges *Flavii* cognomen sibi perinde arrogarunt, quod a Recaredo primo factitatum in Concilio Toletano III. volunt, ut Bivarius ad Pseudochronicon Maximi pag. 73. et Chiffletius in Vindiciis Hispan. pag. 350. Hinc *Flavia*, Gothorum Imperium appellatur in veteri Scheda, laudata a Gariello in Magalonensibus Episcopis pag. 3. *Cedat Latium Flaviæ*, quam vocem ille perperam ad *Flavianam*, seu Sanctægidianam urbem retulit. Vide, quæ observamus in dissertatione de Constantinopolitanorum Augustorum nummis.

¶ **FLAVO**, Species placentæ, Gall. *Flan.* Consuetudines MSS. Monasterii Solemniac. : *In Inventione S. Crucis sepias et ova farsata ; si vero venerit in Rogationibus sepias et Flavones. In Rogationibus fer. II. et III. et IIII. unicuique unum Flavonem cum tribus alliis; et fiunt Flavones de V. ovis et de dimidio caseo et de dimidia parte unius parvi panis.* Vide *Flantones.*

FLAVOR, Aurum flavum. Fridegod. in S. Wilfrido cap. 20 :

Præterea templum cæsis instaurat arenis,
Circundans cæsis sinuato fornice cryptis,
Lenibus obductas pingens Flavoribus aulas.

Et cap. 47 :

Ut jubar introiit, jubaris ceu nectar opimi
Protulit effevum liquido Flavore libellum
Ilisce characteribus, etc.

¶ **FLAUSONUS**, ut *Flavo*. Gall. *Flan.* Concessiones factæ Canonicis Tolosanis ann. 1223 : *Item petimus, ut in vigilia Ascensionis Domini et Pentecostes dentur nobis Flausoni sufficienter, sicut est consuetum.* Vide *Flantones.* [* Leg. *Flansonus.* Vide supra *Flanzones.*]

FLAUTA, Fistula, tibia, Gall. *Fleute*, vel *Fluste.* [La bataille des sept Arts MS. :

Madame musique as clochettes,
Et li cler plain de chançonetes
Portoient gigues et vieeles,
Salterions et Flauteles.]

Vide *Dulciana.*

FLAUVONESPENY. Statuta Hospitalis S. Juliani, in Additam. ad Matth. Paris pag. 163 : *Habeant... in die Paschæ unum denarium, qui apud eos Flauvonespeny nominatur.* [Denarius est pro *Flantonibus* exsolutus. Vide *Flantones.*]

¶ **FLAVUS**, *Genus vestis.* Gloss. Isid. Ingeniose, inquit Grævius, la Cerda corrigit : *Latus clavus, Genus vestis.* Intelligit tunicam laticlaviam.

¶ **FLAUZO**, ut *Flausonus*, Gall. *Flan.* Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351. ex libro viridi fol. 53 : *Tenetur dare dictus Abbas pro Flauzonibus, artocreis sive pastillis faciendis pastam necessariam de frumento dicto Conventui, etc.* Rursum occurrit paulo post. Vide *Flantones.* [* Lege *Flanzones.*]

FLAXA, vox Saxonica, Lagena, *Flasco*, al. veterflaxa. Gloss. Ælfrici, cap. de Vasis : *Flaxa :* Flaxe. Ugutio habet : *Flacta, Lagena, Faguncula.* [Vide *Flasca.*]

FLAXARE, Papiæ : *Vigilias circuire.* Edit. *Circumire.* [Idem Papias : *Flaxerit, Afflixerit.*]

¶ **FLAYON Ficuum**, alias Vasconibus mercatoribus, Fiscina ficorum, Gall. *Cabas de figues* apud Rymer. tom. 2. pag. 691. Vide *Fraellum.*

¶ **FLEANTINESWITE**, Idem quod infra *Flemeneswite.* Vide locum in *Latrwita.*

¶ **FLEAT** vel **Fleot**, Valesio in Notitia Gall. est Sinus maris et locus ad sinum positus, a Saxon. fleot, Æstuarium, Germ. *Fleet*, Belgis *Vliet.* Vide *Fleta* 2.

* **FLEBAGIUM**, Levitas, diminutio, monetariis nostris, *Foiblage.* Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 163 : *Dicti tres magistri valleti operati fuerant pluries in dicta moneta ad partem, et suspecti fuerant de comittendo inibi plura Flebagia ad dampnum nostrum, reipublicæ et totius nostri populi.*

¶ **FLEBATOMARE**, pro *Flebotomare*, vel *Phlebotomare*, a Græco φλεβοτομεῖν, Vena incisa sanguinem elicere. Barthii Glossarium ex Hist. Palæst. Vide in *Phlebotomum.*

FLEBILIS, pro *Debilis, infirmus, imbecillis*, Gallis *Feble*, olim *Fleble.* Hist. Obsidionis Jadrensis lib. 1. cap. 38 : *Architectant multos spingardos in gyro civitatis, ubi Flebilioris apparebat virtutis.* [Hinc *Flebilis testis*, pro testis sublestæ fidei, in Legibus Ludovici Imper. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 129. col. 2.]

Flevilis, ex Gallico, seu potius Picardico, *Fleve*, pro *Feble;* Itali *Fievole* dicunt. Regula Magistri cap. 7. apud Menardum : *Considerantes, in nobis diversa esse vasa Flevilia, etc.* Ubi Editio Parisiensis Holstenii habet *Flebilia.*

Flebilitas, Debilitas. Alcuinus Epist. 19 : *Ingravescente infirmi corporis Flebilitate, etc.* Vide Octav. Ferrarium in Orig. Ital. in *Fievole.*

FLEBOTOMARE, [Venam incidere, a Græco φλεβοτομεῖν. Leges Palat. Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. XXII. : *Suis temporibus Flebotomentur* (equi.)] Vide *Phlebotomare.*

* Scalpello aperire. Lit. remiss. ann. 1368. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 519 : *Et ipsum* (equum) *prout sibi visum fuit ex pedibus ibidem alligavit, pluresque moletas, quas dicebat ipsum equum habere in tibiis, Flebotomavit, Gallice, Effondrit.* Vide supra *Flammeriari.*

¶ **FLEBOTOMARIA**, Locus ad venam secandam destinatus. Vet. Rituale Monasterii Beccensis : *Postea* (corpus defuncti) *deferatur in Flebotomariam, et ibi lavetur honestissime.*

¶ **FLEBOTOMARIUS**, Qui venam incidit. Greg. Mon. Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 455 : *Flebotomarius malivolus veneno imposito Flebotomo illum interfecit.*

¶ **FLEBOTOMIA**, φλεβοτομία, Venæ sectio, apud Muratorium, tom. 7. col. 190.

* Imo et Licentia, prærogativa, qua *flebotomati* apud canonicos vel monachos gaudebant. Obituar. Rotomag. MS. : *Quilibet canonicus, dummodo fuerit residens per tres menses, potest capere in anno duodecim Flebotomias; et durat tres dies : sed non valet in festis triplicibus.*

¶ **FLEBOTOMIZARE**, ut *Flebotomare.* Legitur in *Phlebotomum.*

¶ **FLEBOTOMUM**, φλεβότομον, Scalpellum, quo vena secatur, supra in *Flebotomarius*, et apud Murator. tom. 6. col. 937. Vide *Phlebotomum.*

* **FLEBOTOMUS**, Venæ sector. Vita S. Patriciæ tom. 5. Aug. pag. 218. col. 1 : *Ipse Flebotomus ferro, cum quo sanguis excussus fuerat, nervum ejus percussit.* Vide *Flebotomarius.*

¶ **FLEC**, Succida. Jura S. Bertini ex Archivis Ecclesiæ Audomar. : *De bacone* I. *ob. de Flec* I. *ob. de cartea carnium...* II. *den.* Vide *Fliches.*

FLECARIUS, Flecaria, Flanqueria, Panifex, qui vel quæ panes conficit. Hispanis *Panaderos.* Vetus Charta apud *Diago* in Comitibus Barcinon. lib. 2. cap. 114 : *Quia pater suus Raimundus Berengarius noviter per violentiam eas imposuerat prædictis Flechariis, etc.* Libertates Regni Majoricarum MSS. : *Flecaria, si vendiderit panem de minus penso, vel ponatur in costello, vel donet 5. solidos.* In Editis apud Joan. Dametum in Hist. Regni Balearici pag. 276. est *Flequeria.* [Vide *Flaquerius.*]

Flanquerius. Libertates concessæ Barcinonensibus a Petro Rege Aragon. ann. 1283. MSS. : *Quilibet civis Barcinonensis potest molere bladum suum sine impedimento alicujus, ubicumque voluerit, exceptis fornariis et Flanqueriis, quæ debent molere ad molendina regalia.*

¶ **FLECHA**, Sagitta, Gall. *Fleche.* Vox factitia, inquit Nicotus, a sono quem edit sagitta, cum emittitur; unde olim dicta

Digitized by Google

Flic : Menagius vero deducit a Germano *Flits*, vel ab Hispano *Flecha*, quæ idem significant. Computus anni 1202. apud D. *Brussel* de Feudorum usu tom. 2. ad calcem pag. CLXX. : *Stephanus li Flegiers pro faciendis Flechis* VI. *l.*

* **FLECHANUS**, Pistor. Vita B. Oldegar. tom. 1. Mart. pag. 489. col. 2 : *Pater suus Raymundus Berengarius noviter per violentiam eas* (mensuras) *imposuerat prædictis Flechanis.* Paulo ante *Pistores* appellantur. Sed leg. forte *Flechariis.* Vide *Flecarius.*

¶ **FLECHARIUS**, FLECHERIUS, FLECHIARIUS, Sagittarius, vel qui facit sagittas. Computus apud *Brussel* p. CLVI. : *Pro harnesio Flechiariorum* XXX. *s.* Pag. CLXVII. : *Stephanus Flecharius de* C. *et* XIII. *diebus* VIII. *l. et* XI. *s.* Et pag. CXLVIII. : *Pro harnesio Flechiariorum Paciaci* XXX. *s. Pro solvendis gentibus armorum et Flecheriis*, apud Rymer. tom. 7. pag. 518. col. 2.

* **FLECHIA**, a Gallico *Fleche*, Sagitta. Mirac. MSS. Urbani PP. V. : *Miles Navarrus in guerra, quæ vertitur in Albania, percussus cum quadam Flechia venenosa, etc.* Vide *Flecha.*

¶ **FLECIATA**, Idem quod Occitanis *Flassada*, Coopertorium lecti. Testamentum Mascaronæ Comitis Ruthen. ann. 1291. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 551 : *Donamus ut supra hospitalibus pauperum de Passu et de Altobraco de Ruthena cuilibet semel duos lectos completos almatraciis, pulvinaribus et Fleciatis, et linteaminibus, in quibus pauperes dictorum hospitalium jaceant et requiescant.* Vide *Flaciata* et *Flassata.*

* **FLECMAGOGUS**, *Purgans flecma*, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 3.

FLECTA. Glossarium Ælfrici : *Crates, i. Flecta*, Hyrdel. Grimlaicus in Regula Solitariorum cap. 35 : *Vidit eundem sedentem, et Flectam de palmis facientem.* Idem quod *Plecta*, [Nexus virgularum, palmarum, etc. Sallas Malaspinæ lib. 4. Rerum Sicul. n. 6. apud Baluzium Miscell. tom. 6. pag. 294 : *Volentesque suarum pretiosarum rerum abundantiam.... ostendere, de domo in domum in oppositum consistentem jactatis ad modum arcus aut pontis chordis et funibus, vias medias desuper, non lauro vel ramis arboreis, sed caris vestibus et pellibus variis velaverunt, suspensis ad chordas strophæis, Flectis, dextrocheriis, periscelibus, arbitris, grammatis, etc.*] Vide *Plecta.*

* Ornamentum muliebre, in Stat. Eugub. apud Cl. V. Garamp. in not. ad Leg. B. Chiaræ pag. 53. col. 2 : *Quod nulla mulier... portet aliquam cinturam, schiagiale, vel Flectam, in quo vel qua sit aurum vel argentum, etc.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Flecta, nate de estrain.* Ita et in Cod. 7692. *Fléciere*, apud Phil. *Mouskes*, pro virgulis simul implexis :

De Flécieres et de genieste
Fist une loge.

Hinc, ni fallor, *Pescher à Flais*, ejusmodi virgulis ita implexis in piscando uti; unde *Flaitieur*, piscator, qui iis utitur, in Charta ann. 1290. ex Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 19. v° : *Debas fu.... contre les peskeurs à Flais manans à Abbeville de che que.... li Flaitieur ne pooient, ne devoient peskier à Flais.* Vide supra *Fessina.*

* **FLECTINA** vel FLEGTINA, *Bulla*, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Pass. cap. 85 : *Collirium facit ad Flectinas.*

¶ **FLEDUM.** Vide *Flet.*

FLEDWITA. Vide *Fyhtwita.*

* **FLEGMA**, Pituita, Ital. *Flemma*, Gall. *Flegme.* Vita Ludov. Pii cap. 62. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 123 : *Cum jam senili gravaretur ætate, et Flegmatis abundantia, quæ hieme augmentatur, ultra solitum pulmo ejus gravaretur, etc.* Vide *Fleuma.*

* **FLEGMEN**, *Enflure de sanc*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide *Fleminum.*

* **FLEGTINA.** Vide supra *Flectina.*

¶ **FLEM** et FLETH, Voces fori Anglici, apud Th. *Blount* in Nomolex. Anglic. : *In placito de quo Warranto Abbas de Burgo dicit quod clamat annum et vastum et medium tempus per hæc verba Flem et Fleth.* Vide *Flemensrede.*

¶ **FLEMENESFORTE**, *i. e. Catallum fugitivi*, ex Gloss. MSS. apud H. Wanleium de Antiqu. litt. Septentr. pag. 284. Vide *Flemensrede.*

FLEMENESWITE, vox Saxonica, *Mulcta fugitivorum*, a fleam, fuga, [** immo fleman, fugitivus.] et vite, mulcta. [*Flemeneswite, Estre quitte de homme forbain*, in Vocabulario Angl. Gall. ex Chartulario Beccensi. Charta Henrici II. Angl. Regis ex Archivis ejusdem Monasterii : *Liberas et quietas de syre, et humdret, et placitis, et querelis... et de serdwita, et de hengwita, et de Flemneswita, et de warpeni.* Apud Fletam non sine mendo, ut suspicatur Spelman. legitur *Flemesfrevie* et *Flemesfreicht*, eadem notione. Non rectius in Chartophylacio regio Regest. 92. num. 58. habetur *Flemeneslhita.*]

FLEMENFIRMA, *Flemenefrith, Flemenefermthe*, [rectius *Flymenafyrmthe* scriberetur, si fides Th. *Blount* in Nomolex. Anglic.] Fugitivorum admissio, receptio, [sustentatio :] vox Saxonica, formata, ex flema, vel flyma, fugitivus, profugus, exul, fyrmðe, vel fearme, firma, cibus, alimentum. Apud Somnerum flymena-firmðe, est fugitivorum admissio. Inter crimina, quorum cognitio ad solum Regem spectat, ponitur in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 10. capite vero 12. inter ea, quæ wera emendantur. Charta Edwardi Regis Anglor. in Evidentiis Ecclesiæ Christi Cantuar. : *Et Flemenefermthe super suos homines infra urbes et extra, in tantum et tam pleniter, sicut proprii ministri mei exquirere deberent.* Vide Leges Inæ cap. 29. et 47. Leges Athelstani cap. 2. et Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 133. 192. 286. 827. [*Flemenesyrmthe*, mendose apud Thomam *Madox* Formul. Angl. pag. 39.]

FLEMENSREDE, Jus, quo *catalla fugitivorum, sive amerciamenta hominum fugitivorum, cum anno et vasto*, dominis feudalibus competunt, ut est apud Bromptonum pag. 2031. flymena, vel flimen, Saxon. est fugitivus, ræd, consilium. [** Facultates, bona. Vide Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 2. col. 461. voce *Rât*, 1.] Fleta lib. 1. cap. 47. § 12 : *Flemenessreive, vel Flemesrenthe*, (est) *habere catalla fugitivorum suorum tenentium.*

¶ **FLEMERE**, Transitio fluminis nave furtiva, ut vult Schilterus in Gloss. Teuton. a Saxon. fleoh, fugere, et mere, flumen. Pactus Leg. Sal. tit. 24. Edit. Eccardi : *Si quis extra consilium domini sui navem alienam movere præsumpserit, aut cum ea flumen transierit, malb. Flemere, etc.* Ubi Eccardus a Saxon. fleten, fluere accersit, unde *Flemere*, machinam quæ fluit, hoc est navigium, navem, interpretatur.

¶ **FLEMINUM**, *Vestis in qua sanguis ambulando in pedes fluit.* Gloss. Sangerm. n. 501. Festus habet : *Flemina dicuntur, cum ex labore viæ sanguis defluit circa talos.* Hanc vocem usurpavit Plautus Epid. 5. 2. 5.

* **FLEMMATICUS**, Phlegmaticus, pituitosus, Ital. *Flemmatico*, in Processu de B. Pet. de Luxemb. tom. 1. Jul. pag. 599. col. 1.

¶ **FLEMNESWITA.** Vide *Flemeneswite.*

* **FLEOLUM**, Candelarum manipulus. Charta ann. 1418. ex Chartul. S. Aviti Aurel. : *Item tenetur* (capicerius) *tradere dominis ipsius ecclesiæ in festo S. Aviti æstivali cuilibet canonico unum Fleolum cereæ novæ, de quibus debent esse sex in libra duntaxat; et in festo Purificationis B. Mariæ Virginis unum cereolum cereæ novæ, ponderis unius quarteronii.* Ad hæc spectant quæ in eod. Chartul. alibi leguntur : *Unum flagellum cereæ, quorum sex debent facere et ponderare libram cereæ novæ.*

* **FLEOMATUS**, ut supra *Flemmaticus.* Instr. ann. 1459. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 291. col. 2 : *Nemausi civitas est aquosa, male et pexime fundata et constructa, quoniam super aquam mareteam, pro tribus hominum qualitatibus, videlicet sanguinosis, merencolicis et Fleomatis dampnosissimam.*

¶ **FLEQUENA**, Quæ panes conficit, apud Martenium tom. 1. Anecd. col. 968. Sed legendum *Flequeria.* Vide *Flecarius.*

* **FLEQUERIA**, Quæ panes conficit; proprie, quæ panes extra urbem confectos in foro venum exponit. Charta ann. 1231. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 447 : *Item volumus et mandamus, quod carnifices seu macellarii, Flequeriæ, et tabernarii, et omnes qui tenent pondera et mensuras, legaliter suis officiis utantur.* Leudæ min. Carcass. Mss. : *Item de Flequeriis pro septimana, unum panem.* Vide supra *Flaqueria.*

¶ **FLEQUERIUS**, Pistor. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. XVI : *Pistor sive Flequerius domus nostræ regiæ panem quo in mensa nostra utemur.... per se pistare et alias præparare debeat.* Vide *Flecarius*, et *Flaquerius.*

¶ **FLERTHOMATICUS**, pro *Phlebotomaticus*, cui vena secta est. Guidonis Disciplina Farfensis cap. 12 : *Videat si aliquis jacet vel sedet præter infirmos aut Flerthomaticos.*

¶ **FLESCH-AXE**, Culter lanionius vel popinarius, Gall. *Couperet.* Computus ann. 1425. apud Kennett. in Antiquit. Ambros-

Digitized by Google

den. pag. 575 : *Et in magna secure vocata Flesch-axe*, XV. *den.*

FLESHMONGERS, Macellarii, carnifices, ex Anglo-Sax. et Anglico flæs-mangere, eadem notione. [Keroni apud Schilter. in Gloss. Teuton. *Fleisk*, Caro.] Leges Edwardi Confess. cap. 39 : *Machecarii,... quos vocant Fleshmongers.*

¶ **FLESSIATA**, Lodix, stragulum, Occitanis *Flassada*. Statutum Capituli Generalis Cœnobii Gellonensis anno circiter 1150. apud Stephanotium tom. 8. Fragm. Hist. MSS. pag. 175 : *Debet etiam defferre et habere pro lecto suo pallassam novam et duas Flessiatas et duo linteamina, etc.* Vide *Flassata.*

FLET. Leges Burgorum Scotic. cap. 25. § 2 : *Salvo hoc, quod uxor ejusdem defuncti desponsata, tota vita sua, quandiu erit vidua, interiorem partem domus capitalis, quæ dicitur Flet, tenebit.* In Gloss. Saxon. Somneri, flett, flette, vel flet, est area, casa, domus, habitatio, federflætte, sedes paterna, vel patrimonialis. Nescio, an huc pertineat vox *Fledum*, apud Miræum in Diplomat. Belg. lib. 1. cap. 31. [Britonibus Armoricis *Flet* est lectulus, grabatus.] Vide *Aquaria.*

¶ 1. **FLETA**, Species navis minoris, Gallis alias *Flete*. Chartularium S. Vandregisili tom. 1. pag. 978 : *Et poterunt batelli et Fletæ dictorum Religiosorum libere et pacifice descendere supra terram meam.* Vox, ut videtur ejusdem originationis, ac subsequens. [* Lit. remiss. ann. 1410. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 124 : *Lesquelz compaignons alerent d'un commun accort en une Flette en la riviere de Seine. Quiconques mayne Flette, basteau, navyre ou nasselle par la riviere de Marne*, in Chartul. Latiniac. fol. 242.]

2. **FLETA**, **FLETUM**, Æstuarium, fluentum, seu canalis, quem aqua fluens et refluens occupat, a Sax. fleot, æstuarium, fleotan, fluctuare, natare.

FLETA. Charta ann. 5. Henrici VIII. apud Spelman. : *Extendit se in longitudine a communi via.... usque ad Fletam de Ee versus Austrum.*

FLETUM. Charta ann. 1240. apud W. Thorn in Chr. pag. 1889 : *Item pro bono pacis concessum a Priore et Capitulo antedictis, quod de cætero ad Fletum de Menstre per flumen de Sandwico liber sit accessus per navigium, et recessus, hoc adjecto, quod si in ipso flumine ante dictum Fletum aliqua navis vel negotiandi, seu merces alias transferendi causa se ibidem exoneraverit, etc.* Et mox : *In Fleto autem antedicto nihil juris de cætero vindicabunt.*

FLETA, Carcer Londoniensis, *The Fleet*, Anglis, et a præterlabente torrente, seu fluviolo, sic nuncupatus. *Gaolæ de Fleete* meminit Statutum 2. Westmonasteriense cap. 12. *Prisonæ de Fleete*, Fleta lib. 2. cap. 30. Ab hoc carcere dictus auctor libri, qui Fleta inscribitur, quod ab aliquo e Justitiariis, qui ob crimen repetundarum in eum carcerem conjecti sunt sub Edwardo I. in eo carcere exaratus sit, ut censet Seldenus, [qui hanc in rem Dissertationem edidit quam legere est inter ejusdem Opera edit. Londin. ann. 1726.]

FLETGEFOTH, vox Saxonica, in Legib. Henrici I. cap. 81. [** f. flet-gefeoht. Vide *Flet*, *Fledwite*, et Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 319.]

¶ **FLETHO**, **FLETHONUS**, **FLETONUS**, Ferrea vel cuprea telorum atque sagittarum acies. Regestum Computorum *Probus* ann. 1322 : *Pro carellis et Flethonibus emptis et aliis rebus pro munitione castri* IV. *lib.* VI. *sol.* Ibidem ann. 1334. fol. 130 : *Pro faciendo fieri carrellos et Fletonos ad opus cavalcatarum* LX. *flor. auri.* Item fol. 139. ann. 1348 : *Pro* CCCC. *carrellis tam de uno pede, quam de duobus garnitis Flethonibus et empennatis, et pro* CC. *garrotis emflethonatis et empennatis folio cupri.* Computum ann. 1348. et 1349. Hist. Dalphin. pag. 583. col. 2 : *Pro* CCC. *Flethonibus carrellorum empennatis emptis pro garnisone castri.... LXIII. s. IIII. d.*

* **FLETTA**, Piscis genus. Tract. de Pisc. cap. 97. ex Cod. reg. 6838. C : *Hippoglossus, quem Flettam Galli appellant, quod fluitando natet, sic dicitur quod buglossa omnia magnitudine superet.* Saxon. fleotan, Fluctuare, natare.

¶ **FLETUM**. Vide in *Fleta* 2.

FLETWITE, **FLITWITE**, Mulcta ob rixas et jurgia excitata, ex Saxonico flit, contentio, lis, jurgium, rixa, et wite, pœna, mulcta. Joann. Brompton. pag. 957. flitwite, i. *ferir par medlée.* Ranulfus Cicestrensis lib. 1. Hist. cap. 50 : *Fliwit, est emenda proveniens pro contentione. Fletwita*, tom. 1. Monastici Angl. pag. 192. tom. 2. pag. 827. Quietum igitur esse de *Flitwita*, est liberum esse a solutione mulctarum, ob jurgia impositarum. Vide Rastallum, [Spelmannum,] et infra *Mesleia.*

FLEVAS EQUITIS, Papiæ dicitur, *quoddam genus ornamenti equi quod Flexum vocant.* Sic in Cod. MS. et Edito : alter MS. habet, *Equitas.* [** In Glossar. Cod. reg. 7644. ut ex Placido : *Flevas, Equitis quidam genus etc.* Maius habet tom. 5. pag. 464 : *Fluxus, Equitis quoddam genus ab ornamento equi, quod fluxum vocant.*]

* **FLEUBOMATUS**, Cui vena incisa est. Obituar. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5191. fol. 53. v° : *Cuilibet capellano et clerico chori ecclesiæ præsenti in dicta processione unus denarius Turon. et nihil percipient infirmi seu Fleubomati.* Vide *Fleubotomare.*

¶ **FLEUBOTOMARE**, **FLEUBOTOMIA**, pro *Flebotomare et Flebotomia*, occurrunt in Statutis MSS. Capituli S. Audomari.

FLEVILIS. Vide *Flebilis.*

FLEUMA, pro *Flegma : Flemma*, Italis. Smaragdus in Grammatica MS. : *Alia sono feminina, intellectu neutra, ut Pascha, dogma, schema, Fleuma, malugma, etc.* Warnerius MS. in Caprum Scottum Poetam :

Quo Caper hirsutus, vitiorum Fleumate plenus.

Occurrit præterea in Vita S. Rusticulæ Abbatissæ Arelat. cap. 31. Item pro excreatione seu sputo. Formula 14. ex Baluzianis : *Post talone buccas inflat, in rotore crebrat, et currit in sudore, Fleumas jactat in pudore, etc.* [Spicilegium Fontanellense MS. pag. 153 : *Et si alicui frequens tussis vel Fleuma advenerit, ex pectore aut ex naribus excrescit, post dorsum projiciat, aut juxta latus.*] Ita Picardi nostri *Fleume* dicunt, pro pituita.

¶ **FLEVOTOMUM**, pro *Phlebotomum*, Sectio venæ, Gallis, *Saignée*. Romualdi II. Archiepisc. Salern. Chronicon, apud Murator. tom. 7. col. 129 : *At vero Grimoaldus Longobardorum Rex nono die post Flevotomum brachii, accepto arcu columbum sagittare nisus, ejus brachii vena dirupta est.* Vide *Phlebotomum.*

¶ **FLEURA**, Exactio, collecta repentino imposita, a *Fleux* quod Belgis subito sonat. Andreas Presb. Ratisbon. in Chronico Bavariæ ad annum 1472 : *Per quæ* (gravamina) *compulsi imponere Fleuram decimi denarii de omnibus bonis eorum ultra consuetam persolvendam.* [** Leg. *Steuram.*]

¶ **FLEUTATOR**, Tibicen, Gallice *Fluteur*, apud Lobinell. Hist. Paris. tom. 3. in Glossario.

* **FLEVUS**, *Vano*, in Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Flebilis.*

¶ **FLEXA**, Plexum seu textum, ad instar capillorum mulieris implexorum. Acta SS. Junii tom. 4. pag. 320. ubi de B. Christina : *De extremitatibus virgas fecit, quasi quasdam Flexas, sicut mulieres solent facere de crinibus suis.* Vide *Plecta.*

¶ **FLEXARE**, Flectere. Ermoldi Nigelli Carmen Elegiacum pro Ludovico Imp. lib. 2. apud Murator. tom. 2. Scriptorum Italicorum part. 2. col. 38 :

Rex tamen ante sagax Flexato poplite adorat.

Usus est Cato de Re Rust. cap. 39. haud ita absimili notione.

* **FLEXERE**, pro Flectere. Charta ann. 1035. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Pergit de alio fronte usque in area decimaria et usque in via subtus crota, et girat super viam usque ad vineam S. Mariæ, et postea Flexit se super perecium.* Galli diceremus, *Se replie sur, etc.* Vide *Flexare.*

* **FLEXIBILITER**, *Fléchissaument. Flexibilitas, fléchissableté.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

¶ 1. **FLEXIO**, Idem quod *Flexura*. Charta ann. 1045. apud D. *Chanteloup* in Histor. MS. Montis Major. : *De Fonte ad Orientem per Flexionem usque etc.*

* 2. **FLEXIO**, Proclivitas. Vita S. Goberti tom. 4. Aug. pag. 379. col. 2 : *Constans erat in bellis exercendis, ac incensus obscœnis laterum Flexionibus.*

FLEXURA, Κάμψις ὁδοῦ, *Amfractus*, in Gloss. Græc. Lat. *Flexuræ viarum*, apud Sueton. in Nerone.

FLEXUS. Charta ann. 1242. apud Baluzium in Notis ad Concilia Narbon. : *Item... dictus Amalricus amparavit Curiam dicti D. Archiepiscopi, et Flexum, et potum bestiarum, et animalia, et omnes res, quæ erant in Curia prædicta.* Vide *Flevas.*

☞ Nihil hic ad vocem *Flevas*. Est enim *Flexus*, ni fallor, Modus agri, ut colligitur ex Charta Caroli Simplicis Regis Franc. pro Monasterio S. Mariæ Urbionensi : *Jubemus ut cellæ sive aliæ res quæ jam fato Monasterio a Deo timentibus collata sunt, id est in pago Carcassensi Flexus cum Ecclesia S. Cucufati cum terminis et adjacentiis suis et Ecclesiam S. Genesii in ipso pago cum terminis et adjacentiis suis.*

¶ **FLICHES**, **FLICHIA**, **FLOCHIA**, Succidia, lardum, pars major carnis porcinæ salitæ, Gall. *Fléche*, alias *Fliche*, Picardis

Digitized by Google

Flique. Computus anni 1202. apud D. *Brussel* tom. 3. de Feudorum usu ad calcem pag. CLXI : *De bacconibus* IIIIXX. II. *minus, et* XX. *Fliches et* XXXVI. *dolia vini, etc.* Ibidem pag. CLXXXVII : *Et* XLI. *bacones, et* XX. *Flochias, et* V. *tonellos vini... Pro* XLIX. *baconibus et* XX. *Flichiis venditis,* VII. *l.* X. *s.* Le Roman *d'Auberée* MS :

Maintenant la vielle li done
Plain pot de vin et une miche
Et une piece d'une Fliche.

Vide *Flec.*

* Varie a nostris hæc vox effertur, quæ et præstationis cujusdam appellatio est. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Bel* fol. 125. v° : *Item pour une redevance, appellée la Fliche,... x. solz.* Charta ann. 1288. ex Bibl. reg. : *Deux arpens de terre aveq deux quartiers de terre.... à la redevance de vj. Flaches, pour annuel cens. Le tille de bachon, le Flique et le candeille qu'il prenoit et avoit chascun an en ledite abbeye par le raison dudit fief,* in alia ann. 1294. ex magn. Chartul. nig. Corb. fol. 58. r°. Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 132. Chartoph. reg. ch. 164 : *Un quartier de Fliche de lart. Flicque,* in Reg. 13. Corb. ad ann. 1511.

¶ **FLICHIUM**, pro *Frichium*, Incultum. Litteræ Officialis Paris. ann. 1273. in Tabulario Calensi pag. 59 : *Recognovit quod omnes terras de censiva dictæ Abbatissæ... moventes et in Flichiis existentes exaltare potrit et reducere ad agriculturam.* Vide *Friscum.*

FLICTIM, pro *Efflictim*, apud Diomedem lib. 1. Grammat.

FLIMA, *Flyma*, Anglo-Saxon. fugitivus, in Legibus Ethelredi Regis cap. 12.

** **FLITA**, *Germ. Ruting, Cultellus barbaricus vel rusticalis eo quod fligat*, in vet. Glossar. Lat. Teut. apud Haltaus. Glossar. Germ. col. 1546. voce *Reuting.* Vide *Fletho.*

FLITWITE. Vide *Fletwite.*

FLOBARIUM, Ambra, Matthæo Silvatico.

¶ **FLOBOTOMIA**, pro *Flebotomia*, Venæ sectio, Gall. *Saignée.* Charta Petri Abb. S. Crucis de Talemundo ann. 1366. de Aquariatu : *Quoties* (barbitonsor) *faciet rasurum aut Flobotomiam, etc.*

FLOCARIA, [f. Locus ubi flocci lanarum præparantur.] Testamentum Will. Dom. Montis-pessulani ann. 1211 : *Illud vero, quod statui de Flocaria, et tabula, et molendino, et tincturis, etc.* Vide *Flusca.*

¶ 1. **FLOCCA**, Idem quod infra *Flocus.* Capitul. Montis Major. ann. 1288: *Statuentes ne quisquam indumentum vocatum Flocca cum sagittis ad latera... portare deinceps præsumat.*

* 2. **FLOCCA**, Floccus, quem telis aptabant, ut velocius vibrarentur. Charta Phil. comit. Fland. ann. 1163. ex Chartul. 1. Fland. ch. 325. ex Cam. Comput. Insul. : *De pensa Floccarum, si abierit, unum denarium.* Vide *Flochons* et infra *Flochia.*

FLOCCARE. Jo. de Janua : *Floccus, parva massa lanæ vel nivis, quod leviter flatu impellatur huc et illuc. Hinc Flocco, as, verbum activum, soli Deo conveniens, tunc enim Deus Floccat, cum Floccando ningit.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Floccare, Flocheter comme la neif qui chiet par flocieux, à la latine de la herbis.*] *Floccare,* pro ningere dicunt Itali : Picardi vero nostri *Floquer,* de veste, quæ amplior est. Vide *Flocus.*

¶ **FLOCCELLUS**, **FLOCCUM**, **FLOCCUS.** Vide *Flocus.*

* **FLOCHIA**, Eadem notione, qua supra *Flocca*, 2. Charta official. Autiss. ann. 1338. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 40 : *Item cepit..... quamdam magnam archam, cum pluribus sagittis et Flochiis.* Alia notione, vide in *Fliches.*

¶ **FLOCHIA.** Vide *Fliches.*

¶ **FLOCHONS**, vox Gallica, nostris olim *Floc*; Floccus quem telis aptabant ut velocius vibrarentur. Inventar. ann. 1260 : *Item* IIIm. *et* IIIc. *Flochons ad opus cadrellerum.* Vide *Flocca*, 2.

* **FLOCKEN**, vox Germanica, Floccus. Privil. textor. Berlin. ann. 1295. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. Mss. pag. 627 : *Item statuimus et instantissime prohibemus, quod nullus pannos faciat de aliqua falsitate lanæ vel Flocken;.... et tota falsitas lanæ, et panni cum Flocken, igni ardentissimo concremetur.*

¶ **FLOCQUETUS.** Vide *Floquetus.*

¶ **FLOCTARE**, Fluitare, Fluctuare, Gall. *Flotter.* Locum vide in *Altum filum.*

FLOCTBABEN. Andreas Suenonis lib. 5. Legum Scanicarum cap. 18 : *Si quis cum Comitibus quinque, et armis quinque, quæ Floct-baben in lingua patria nominantur, alicujus domum violenter confringat, etc.* [** Apud Westphal. legitur *Flockvaben*, a *Flok*, Caterva, turba et *Vaaben*, Arma.]

1. **FLOCUS**, **FLOCCUS**, Monachorum vestis, quæ amplas habet manicas, vulgo *Froc.* Ita forte appellata, quod esset *Floccosa*, id est, τριχώδης, uti vocem hanc interpretatur vetus Moschionis Scholiastes : vel quod *floccet*, i. cum ampla sit, huc et illuc levi flatu, instar flocci lanæ impellatur, uti vocem *Floccare*, interpretatur Joannes de Janua. [Catholicon Lat. Gall. : *Floccus, Floichel de laine, Gallice Loquet, id est, Parva massa lanæ, et dicitur a Flo, flas, quod leviter flatu impellatur huc et illuc : Flocculus, Petit Floichel ou Loquet.*] Vetus Diction. Lat. Gall. : *Villosus, Plein de Floches, ou de peau.* [* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Floccus, Burre.*] [Davies in Dictionario Cambro-Brit. *Fflwch, Largus, gnarus, liberalis.* Fœmin. *Ffloch.*] Scitum porro, quid sit *Floccus* apud Latinos. Petrus Cluniac. lib. 1. Ep. 28 : *Prævaricamini nobiscum et vos, qui simplici Flocco et cuculla contenti esse non vultis.* Bulla Gregorii IX. PP. pro Benedictinis : *Nec incedant sine cuculla et Flocco.* [Capitul. gener. S. Victoris Massil. ann. 1378 : *Quod hostalarius habeat quatuor Flocos et quatuor alamitias vel camullos pro hospitibus.*] Declarationes Congregat. S. Justinæ ad cap. 55. Regulæ S. Benedicti : *Habeant et cucullam, quæ secundum Clementinam : Ne in agro, vocatur Floccus, et scapulare, quod habet quasi formam cucullæ.* Concilium Andegavense ann. 1365. cap. 19 : *Cucullas vel Floccum honestum et amplum deferant.* [Statut. Reformat. S. Claudii ann. 1448 : *Iidem Religiosi sine Floccis, aut regularibus cucullis cum puncto regulariter clausis per Monasterium aut Prioratus non incedant, nec ad dominum Abbatem accedant sine prædictis Floccis aut regularibus cucullis.* Occurrit alibi non semel.]

FLOCCUM, neutro genere. Vita S. Petri Abbat. Cavensis n. 12 : *Cum Floccum Domini Abbatis a Capellanis negligenter fuisset repositum.*

FLOCCATA CUCULLA, ampla, et superfluitate panni redundans. Rainardus Abbas Cisterc. in Institut. cap. 15 : *In Ecclesiis nostris non sint Cucullæ deforis Floccatæ.* Joannes Monach. in Vita S. Odonis Abbat. Cluniac. lib. 3. cap. 1 : *Relictis namque nativis atque assuetis vestimentis, cœperunt fucatas atque fauxas pallioque ornatas circumferre Cucullas, etc.* Ubi forte leg. *Floccatas.*

FLOCELLUS, diminut. a *Floccus*, Minor floccus : sed potissimum ea flocci pars, quæ in caput a parte posteriore revolvitur, ut apud Benedictinos. Goffridus Vindocin. lib. 2. Epist. 7 : *Domnus Ernaldus, quem Decanum vestrum dicitis, si sibi secundum justitiam placuisset, teste Flocello de capite suo, potius in nostra, quam in vestra sorte manere debuisset.*

FROCUS, **FROCCUS**, voces deductæ ex *Floccus*, literula mutata. Udalricus lib. 3. Consuetud. Cluniac. cap. 5 : *Super caballum ascensurus, prius cappam induit, quam Frocum corrigia præcingat.* Will. Brito lib. 1. Philipp. pag. 108 : .

Nil toga ruricolæ, nil Frocus religioso, etc.

Adde Origines Cisterciensis Ordin. cap. 15. tom. 1. Biblioth. Labbei pag. 645.

FROCCUS, in Chronico Andrensi pag. 421. apud Ingulfum pag. 886. 889. tom. 1. Monastici Anglic. pag. 675. in Statutis Cluniacens. Petri Venerab. cap. 29. in Vitis Abbatum S. Albani pag. 24. in Hist. Exordii Ord. Cisterciensis cap. 15. etc. Joan. Fortescutus de Laudibus Regum Angliæ cap. 35. de Rusticis Franciæ suæ ætatis : *Froccis sive collobiis de canabo ad modum panni saccorum teguntur, etc.*

FROCCI CAPELLATI. Gaufridus Vosiensis lib. 1. cap. 73 : *Prisci Cœnobitæ religione florentes nos manzerinos hæredes habuere, qui silentium, et quæque honesta sunt, relinquentes, parvas coronas, strictos sotulares, cucullas clausas, pro Froccis ocreas, pro gandengis Froccos Capellatos absque cuculla ... insectamur.* Vide Haeftenum lib. 5. Disq. 1. et in verbo *Roccus.*

☞ Verum non Monachis tantum sed et feminis *Frocus* indumentum fuit usitatum, ut colligitur ex Miraculis S. Udalrici sæc. 5. Benedict. pag. 466 : *Matrona autem a dæmonio liberata, et sensui sanitatique restituta, tota vestimenta sua quibus eo die induebatur, cum caligis et calceamentis ad sepulcrum S. Udalrici per nuntios misit... Wiefridus ejusdem loci præpositus, qui etiam et custos Ecclesiæ eo tempore mansit, de Froco ejusdem matronæ dalmaticam fieri fecit.* Unde manifestum fit *Frocum* hunc muliebrem ex panno subtiliori compositum fuisse.

¶ **FROCHIA**, Species frocci Canonicorum Lugdunensium. Actus receptionis Johannis Ducis Bituric. in Canonicum Lugdun. circa

Digitized by Google

ann. 1393. apud Severt. Hist. Lugdun. pag. 344 : *Dux venit cum Frochia et aumucia ad modum Canonicorum dictæ Ecclesiæ.*

* 2. **FLOCUS**, Apex sericus, Gall. *Houpe*, Provincialibus *Floc*. Stat. universit. Aquens. ann. 1489. pag. 57 : *Notandum quod sicut sunt tres gradus, tres Floci ex filo serici debent esse super quolibet boneto doctorandi et doctoris sui præsentantis, videlicet si quis assumat magisterium, portet Flocum album in signum divinitatis theologiæ,.... si in jure canonico, deferat Flocum ex filo serici viridis in signum castitatis et doctrinæ;.... si in jure civili, portet Flocum serici rubri in signum veræ justitiæ et sanguinis, media vero parte Flocum coloris violacei. Freloque* nostri vocabant ejusmodi ornamenta, quæ vestibus addebantur. Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 751 : *Le suppliant avoit roignié ou coppé certains Freloques et draps de diverses couleurs, qui estoient aux robes de Loys de Bertain chevalier.* Unde *Freloquié*, Iis ornamentis instructus, in aliis Lit. ann. 1421. ex Reg. 171. ch. 513 : *Un chapperon de brun vert et une coquille Freloquié.*

¶ **FLODA**, f. Stagnum, vel canalis, a Saxonico flod, Inundatio, vel flode, Lacuna, aquæ collectio. Thomas *Madox* Formul. Angl. pag. 193 : *Sciant præsentes et futuri, quod ego Hugo filius Roberti Ligeri dedi et concessi . . . Roberto filio . . . . gardinum meum in Brumore, et Flodam inter domum Rogeri Bum et domum Willelmi Rufi, tenendum sibi et hæredibus suis, de me, etc.*

* *Floc*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 513 : *Ouquel hostel avoit ung fumier et ung Floc d'eaue.*

FLODDUS, *Flud*, fluctus, ex Anglico *Floud*. Vide *Ebba*.

¶ **FLOMER**, f. pro Vomer, quo ager cultus significatur. Charta anni 1181. apud Lobinellum tom. 2. Histor. Brit. col. 133 : *Testes jurati de verderiis, de Flomere, de brueria, de sectis et pratis idem dixerunt quod ceteri.*

* **FLOMITES**, Stricturæ, Gall. *Paillettes de feu*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Flomites, cium, quæ ex ferro candenti prosiliunt.*

FLONIS, [Fasciculus ceparum vel aliorum, Gall. *Glane*.] Vide *Rasum*. [Alia notione occurrit in Informat. civitatis Massill. pro passagio transmar. ex Cod. MS. Sangerm. : *Item sarcia de* VI. *Flones ad longitudinem* C. *passorum*.] [* Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 381 : *Auxquelz compaignons icelui Grisart donna la moitié d'un oison et des Flonnes.*]

* **FLOPA**. Decret. Frider. II. imper. ann. 1226. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 216 : *Et inde ad Flopas Guirixii de sancto Marco in ripa Samazolæ, et transeundo Samazolam usque ad Pollonetum recto fine.* Idem forte quod *Floda*.

* **FLOQUERIUS**, an Vestium, quæ *Floqueti* appellabantur, artifex? Lit. admort. ann. 1375. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 401 : *Item in quadam petia terræ campi,..... confrontante ex una parte cum honore Johannis Vestiani Floquerii.* Nisi legendum putes *Flaquerius*. Vide supra in hac voce.

¶ **FLOQUETUS**, inter vestes sacras ministris inferioribus proprias recensetur apud Marten. de Antiqua Ecclesiæ Disciplina pag. 122. ex Pontificali Arelat. : *Primo ponuntur duo pueri cappis sericis induti cum candelabris et cereis ardentibus. Secundo loco ponitur Subdiaconus indutus alba et Floqueto.* Rursum occurrit pag. 277. Sammarthanus noster tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 1123. ex Inventario sacræ supellectilis Ecclesiæ Diniensis : *Capella viridis cum dalmaticis, Floquetis, etc.* Et col. 1124 : *Capella violata, de diaspro diversorum colorum cum Flocqueto et dalmatica.*

* Quænam hæc vestis fuerit non satis video; ejusdem cæterum originis opinor, atque *Flocus*, cujus diminutivum esse facile crediderim. Inventar. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 66. col. 1 : *Tres baculos pastorales; duodecim Floquetos, et viginti casulas sericas.* Aliud ann. 1419. ex Tabul. Montisol. : *Unam capellam albam munitam unius capæ processionalis et de duobus Floquets sine aliqua paratura, cum alba, stola, manipulo, zona, etc.*

¶ **FLOQUUS**, ut supra *Flocus*, in Processu de B. Petro Luxemburg. Julii tom. 1. pag. 577.

¶ **FLORA**, Farina, similago, Gallis *Farine*, Anglis *Flower*, pro *Farina*, quasi dicatur, inquit Skinnerus in Etymolog. Angl. Flos farinæ, i. e. farina purissima, vel potius quasi dicatur Flos frumenti, i. e. purissima ejus pars glumis et furfure purgata. Hujuscemodi farina *Fleur* etiam dicitur in Neustria, Brittania minori, etc. Præceptum Edwardi III. Angliæ Regis de victualibus pro passagio providendis, apud Rymerum tom. 5. pag. 12 : *Tot vacua dolia, in quibus dictum frumentum vel Flora inde reponetur.* Passim occurrit ibidem, et pag. 97. 488. Item tom. 4. pag. 683. tom. 6. pag. 316. etc. Vide *Flos frumenti*.

* *Flour* et *Flourée*, nostris. Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 198 bis : *Il acheteroit de la Flourée de voide et du bresil, etc.* Aliæ ann. 1460. in Reg. 192. ch. 8 : *Sur laquelle beste avoit environ deux botceaulx de Flour ou farine.* Vide *Flos frumenti*.

FLORALIS. Gloss. Gr. Lat. : Ἄνθινος, *Floralis*. Ἄνθινον χρῶμα, *Floralis color*.

Florale, Locus consitus floribus. Jo. Sarisber. in Policr. lib. 1. cap. 4 : *Illis, ut pascua augeantur, prædia subtrahuntur agricolis sationalia, insitiva colonis, cum pascua armentariis et gregariis, alvearia a Floralibus excluduntur, ipsis quoque apibus vix naturali libertate uti permissum est.* [Charta Arnulfi I. Flandriæ Comitis apud Miræum in Codice Donat. piarum pag. 127 : *Floralia prati quæ adjacent ipsi portui, illorum cedo potestati.* Vide *Floridare*.] [* Ubi per *Floralia prati*, prata ipsa intellige. Haud scio an eodem significatu, in Lib. de Mirab. Romæ apud Montemfalc. Diar. Ital. pag. 291 : *Habuit* (Pantheon) *circa se plateam Tiburtinam xx. pedum cum cloaca, et Florali suo.*]

* **FLORALIA**, Supplicationes solemnes, quæ vulgo *Rogationes* nuncupantur, quasi, ut notat Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 77. a *Floralibus* Ethnicorum festis ad nos derivatas, quod falsum plane est, appellat Decembr. in Comment. de Supplicat. Majis ibi laudato : *Proinde eadem Floralia cum paxemadibus et azimis, cum ovorum testis et offarum simulacris ad ejusmodi victus indulgentiam; cum variis olerum et leguminum generibus; cum ampullis quoque pensilibus, aqua, vino, lacte, oleo, melle refertis, decoramus.* Vide *Rogationes* 1.

¶ **FLORARE**, *Flores creare*, vel *Floribus spargere, implere*, Johanni de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Florare, Faire fleurs, glager de fleurs.*

¶ **FLORARIUM**, Johanni de Janua, *Locus est ubi flores crescunt, vel ubi imponuntur.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Florarium, Lieu flori ou croissent, ou ou sont mises fleures.* Chron. Mellic. pag. 808. col. 1 : *Ut ex novitiatu veluti ex religiosæ vitæ Florario virtutum odore bene fragrantes, in nostræ Congregationis Monasteria transferantur.* Vide in *Floralis*.

¶ **FLORATUS**, Floribus acu pictis ornatus. *Casulam de purpura Floratam de gindone rubeo cum saffio de auro ante et retro*, in Instrumento anni 1377. ex Archivo S. Victoris Massil. Testam. ann. 1415. apud Rymer. tom. 9. pag. 273. col. 1 : *Una capa totaliter de auro, cum rosis rubeis et nigris Florata.*

* **FLORDELISIUM**, Lilium, Ital. *Fiordaliso*, Gall. *Fleur de lis*. Annal. Mediol. ad ann. 1389. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 808 : *Fermalia duo auri, firmata super duobus Flordelisiis auri, etc.*

FLORENI, Monetæ aureæ Florentinorum, apud quos cudi primum cœpere ann. 1252. titulo 24. ceratiorum, quorum octo unciam conficiebant. In una horum parte insculptus fuit *flos* lilii, unde Monetæ nomen inditum, in altera effictus S. Joannes Baptista. Ita Joann. Villaneus lib. 6. cap. 54. et Ricordanus Malaspinus cap. 152. *Florenus de Florentia*, in Charta ann. 1350. in Probat. Hist. Turenensis pag. 90. cujus pretium erat tunc temporis 10. solid. Paris. [*Florenus de Florentia boni auri*, in Charta anni 1375. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Chr. col. 214. *Flourins de Flourenze*, in Litteris Philippi VI. Franc. Reg. ann. 1330. tom. 2. Ordinat. pag. 56.] *Denarii Floreni*, Rythmi in obitum Henrici VII. Imp. :

> Paulinum quemdam variis
> Corrumpit cum Denariis
> Quampluribus Florenis,
> Ut principem piissimum
> Monarcham potentissimum
> Inficiat venenis.

Infra :

> Te cæcum cæci muneris
> Præcipitant Floreni.

Aureum numisma Florentinum, apud Joannem Hocsemium in Episcopis Leodiensib. cap. 20.

* Errare Villaneum in anno quo primum cudi cœperunt *Floreni*, docet nos D. *le Blanc* in Tract. de Monet. pag. 154. ubi Florenorum mentionem fieri testis est in Charta ann. 1068. *Florin de Florence pour treize soulz Par.* in Charta Phil. V. ann. 1319. ex Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 212. Alia ann. 1336. in Chartul. eccl. Lingon.

Digitized by Google

ex Cod. reg. 5188. fol. 103. v°. *Computato videlicet Floreno de Florentia pro tresdecim solidis Turon. parvorum. Florence*, pro Florenus, in Charta ann. 1404. ex Reg. 158. ch. 451 : *Icellui viconte de Thouars tendra sa dite terre et seignourie de L'ille de Ré d'icellui seigneur roy à foy et hommage lige, à cause du chastel de la Rochelle, et au ressort et souveraineté acoutumez, à une Florence ou maille d'or, ou la valeur d'icelle, pour tout devoir de rachat ou d'abonny, ou d'autre devoir de fief à muance de vassal.*

Hinc fere monetis aureis cæteris *Floreni* indita appellatio. In Computo Thesaurariorum Franciæ ann. 1316. in Camera Comput. Paris. *Florenus* æstimatur 14. solid. *Florenus de Florentia* 12. sol. Paris. *Florenus ad macam* 22. sol. Paris. *Florenus ad mutonem* 14. sol. Paris. [*Florenus ad agnum* 11. sol. Paris. ann. 1332. *Florenus ad cathedram* 24. sol. Par. ann. 1347. *Florenus ad scutum* 36. sol. Paris. ann. 1343. *Florenus regalis* 28. sol. Paris. ann. 1328. *Florenus S. Georgii* 20. solid. Turon. ann. 1346.] *Floreni de Florentia, Floreni de agno, et Floreni de mas*, seu *ad massam*, occurrunt etiam apud Will. Thorn pag. 2037. ubi perperam *floreus*, pro *Florenus* interdum scribitur. *Floreni Colonienses*, apud eumdem pag. 2194.

Tradit idem Villaneus lib. 9. cap. 170. Joannem XXII. PP. Florenos aureos cudisse circa annum 1322. similes pondere, lege et forma Florentinis, præterquam quod qua parte effictus erat S. Joannes Baptista, in circulo illius nomen descriptum legebatur, ad latus vero S. Joannis efficta erat mitra Papalis. In partis autem, ubi lilium erat, circulo, descriptæ erant hæ voces : *S. Petrus, S. Paulus.* Ex hinc Marchione Monferratensi, Spinolis Genuensibus, et aliquot aliis Italicis Principibus, Florenos perinde aureos Florentinis similes cudere aggressis, sub anathematis pœna id interdixit idem Pontifex mense Decemb. ann. 1324. ut idem Scriptor tradit lib. 9. cap. 279. Floreni vero isti Pontificii, *Floreni auri de Camera* appellati : quæ nomenclatura occurrit in Charta ann. 1378. in Historia Turenensi pag. 117. et in alia ann. 1485. apud Hemeræum in Augusta Viromand. pag. 335. Hos Robertus Cenalis lib. de Ponder. et Mensur. vocat *Novellos Ducatos Papales seu de Camera. Aureorum de Camera* meminit etiam Leonardus Portius lib. 1. de Ponderib. ac Mensur. pag. mihi 29.

☞ Invaluit quoque in Provincia usus et cursus florenorum Pontificiorum, ad quorum formam alii cusi videntur a Regibus Provinciæ, ut discimus ex pluribus Chartis, unde et cujus pretii fuerint æstimare licet. Charta ann. 1365. in Tabular. civit. Massil. : *Quod Floreni auri boni Florentiæ et Floreni Cameræ domini nostri Papæ, Lucati et Jannini auri boni, fini, et justi ponderis currant et cursum habeant in civitate Massiliæ pro illo valore quo fuerunt afforati, videlicet ad* 34. *solidos pro quolibet : alias vero pecunias auri nullus cogatur eas recipere nisi sua libera voluntate.* Charta Massil. exarata ann. 1410. inter Schedas Præsid. *de Mazaugues : Pro pagamento Florenorum auri* 4000. *quorum quilibet in valore pro sexdecim Provincialium solidis computatur.* Alia ann. 1438. apud eumdem Præsid. : *Causa arreiragiorum ipsius talliæ in Florenis quadraginta valoris ipsorum quodlibet solidorum Provincialium sexdecim nunc currentis monetæ.* Infra : *Florenos de Rege quinque valoris quilibet ipsorum solidorum sexdecim monetæ Provincialis.*

☞ Pontificiis florenis florenos etiam similes cudendos curarunt Dalphini Principes, cum hoc tamen discrimine. Ex una marca 65. floreni Dalphinales, 64. pontificii cudebantur. Deinde loco mitræ papalis in effigiei S. Joannis Bapt. humero dextero insculptus erat Delphinus, et in circulo alterius partis pro *S. Petrus, S. Paulus*, legebatur *Guigo Dalphinus.* Hæc discimus ex Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 291. et tom. 2. pag. 214. Anno 1334. valebat Florenus Dalphin. 17. sol. ut dicitur ejusdem Hist. tom. 2. pag. 495. anno vero 1339. 38. sol. *computato*, tunc temporis, *Floreno de cugno et pondere Florentiæ pro* 41. *sol. dictæ monetæ*, tom. 1. pag. 96. Superabant ergo floreni de Florentia florenos Dalphinales, et 50. *Flor. de Florentia valebant* 52. *Fl. Dalphin.* tom. 2. pag. 285. Ejusdem tomi pag. 275. legimus, c. *Flor. sunt unciæ* XXVI. ex quo conficitur, unum florenum fuisse quartam circiter partem unius unciæ.

Sed præsertim id nominis attributum monetis aureis Regum Francorum, quas vulgo *Denarios* appellabant, addita notarum quarumdam, quibus a se invicem distinguebantur, nomenclatura. Hinc, quos *denarios ad Agnum*, seu *ad Mutonem, ad Massam, ad Cathedram, ad Scutum*, vocant Statuta Regum nostrorum, *Floreni ad Agnum, etc.* dicuntur in veteribus Chartis. [*Fleurins à l'Angelot*, in Instrumento anni 1342. Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1681. Vide tom. 2. Ordinat. Regum Franc.] De singulis agimus in verbo *Moneta.*

* Floreni ad Aquilam. Charta Joan. reg. Franc. ann. 1350. in Chartul. 23. Corb. : *Cum judex.... capi fecisset Robertum le Bel.... pro suspicione allocationis Florenorum ad Aquilam, etc.*

Floreni Blavii, in Chronico Windesemensi lib. 1. cap. 32 : *Cintum Florenos Blavios dicebatur accepisse.*

* Floreni de Camera, vulgo *Florins de chambre*, Papales. Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 86 : *Par le Pape Nicolas, lors presidant en l'Eglise, fut, parties oyes, dit : mal appellé, et ledit de Bresons condempné en quatre cent Florins de Chambre de despens.* Nihil itaque emendandum est in Mandat. ann. 1303. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 64. Vide supra ad lineam *Tradit idem Villaneus, etc.*

* Floreni ad Catum, seu felem; *Fleurin au chat*, in Lit. remiss. ann. 1458. ex Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 258.

* Floreni Gallicani. Charta ann. 1369. in Chartul. Rich. abb. S. Germ. Prat. fol. 20. r° : *Mediante summa octoginta Florenorum auri Gallicanorum, Frans nuncupatorum.*

* Floreni dicti Guillermus, in Lit. remiss. ann. 1459. ex Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 84 : *Icelle femme se print à rongner et copper aucunes pieces d'or, comme cliquart, que on dit Florins Guillermus, et autres pieces d'or aians cours ou pais de Boullenoys.* Vide mox

* Floreni Hannonienses, etc. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 195 : *Florins de Haynau, appellez Guillelmus, qui avoient cours pour un florin franc de nostre coing et un tiers de franc la piece; florins de Cambray soubz la fourme de France de nostre coing; florins de Brabant, appellez doubles moutons, autres appellez nobles d'Angleterre; florins à l'escu de Flandres; florins contrefais aus florins appellez Guillelmus de Haynaut; autres florins, appellez francs à pié, contrefais aus nostres à différence de Waleran et Guido; florins Guillelmus et Guido, et florins contrefais soubz fourme d'escus à différence de Waleran, et autres florins au mouton de Lincourt.*

* Floreni Lati, apud Christ. Schlegel. in Dissert. de Numm. antiq. etc. pag. 28.

* Floreni Parvi. Chartul. Corb. sign. *Ezechiel* ad ann. 1423. ult. Sept. fol. 202. r°. : *La somme de soixante flourins du pays* (Lille, Namur, Louvain) *que on dit Petis Flourins; c'est assavoir, trois viés escus d'or de bon pois, pour quatre des petits Flourins dessusdis.*

* Floreni nuncupati Pietres, Iidem, ni fallor, qui *Parvi.* Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1473 : *Item de oblationibus factis in die Veneris sanctæ,... una cum tribus Florenis, Gallice Pietres,... xvj. lib. x. sol.* Nisi forte iidem sint atque

* Floreni Postulati, in altero ejusd. fabr. Comput. ann. 1460. : *Sex Floreni, nuncupati Postulati, valentes octo libras, duos solidos.* Vide infra *Postulatus.*

* Floreni Regales, qui et *de Rege*, Typo regio insigniti. Charta ann. 1328. 9. Jan. in Tabul. Carnot. : *Moyennant le prix de* 4050. *Florins Royaux pour* 28. *sols Par. chacun florin.* Acta Fil. ad ann. 1437. apud Gassend. in Notit. eccl. Diniens. pag. 70 : *Reditus sacristiæ non excedere* 60. *Florenos de Rege, seu libras* 48. *Turon. cum tamen impensæ faciendæ excedant summam* 80. *Florenos de Rege, seu libras Turon.* 69. Inventar. Chart. monast. Athanat. ann. 1519. fol. 12. v° : *Instrumentum anni* 1486. *pensionis annuæ xxv. Florenorum monetæ regiæ, quolibet Floreno valente xviij. albos magnos regios, sive solem, etc.*

¶ Floreni Rhenenses, in Ecclesia Coloniensi tom. 3. novæ Gall. Christ. col. 789. et col. 790.

* Iidem Rhenani, apud Christ. Schlegel. in Dissert. de Numm. ant. pag. 69. Obituar. Ms. eccl. Camerac. fol. 54. r° : *Ex quibus anno quolibet recipiuntur decem Floreni Renenses.* Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1473 : *Item in die Paskæ ab eodem dom. duce ex osculo reliquiarum magni altaris, tres Florenos Renenses, vj. lib. vj. sol.* Vide infra *Rennensis Aureus.*

* De Florenis præterea consulendus Tractatus, qui inscriptus est : *Il fiorino d'oro antico illustrato* edit. Florent. ann. 1738. ubi plures exhibentur floreni a Raimundo principe Arausion. Humberto dalph. Archiep. Arelat. et aliis cusi. Hinc etiam emendandus Cangius in

Trevisini Solidi de Flore, in Bulla Honorii III. ann. 1220. pro Episcopo Tarracinensi apud Ughellum, [* ex Charta

Digitized by Google

ann. 1203. pro monasterio Fossæ-novæ relata in Bulla Honor. III ann. 1220. ubi non *Trevisini* legitur, sed *Prebistini*, forte pro *Provisini*, ut habet Inscriptio sepulcralis ann. 1331. apud eumd. Ughell. pag. 118.]

¶ **Florinus**, pro *Florenus*, non semel occurrit in Regest. 87. Chartophylacii regii.

Φλωρίον, Græcis nuperis. Raphaël Hieromonachus apud Crusium pag. 131 : Ὅπου ἔταξε ταῖς δύο χιλιάδες τὰ φλωρία. Vide Meursium [et Gloss. med. Græcit. col. 1685.]

FLORENTIA. Lib. 2. Paralipom. cap. 4 : *Candelabra quoque cum lucernis suis, ut lucerent ante oraculum juxta ritum ex auro purissimo, et Florentia quædam, et lucernas, et forcipes, etc.* Ubi auctor Mamotrecti : *Florentia, id est, species quædam liliorum in candelabro, super quibus ponebantur lucernæ.*

* **FLORENTIUS**, ut *Florentia, species liliorum in candelabro*, Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Florentius, Cherdenerues.*

* **FLORERII**, in Cæremon. Rom. Ms. lib. 1. cap. 2. et 5. ubi editum habet, *Forerii*. Vide in *Fodrum*.

1. **FLORES** diversi coloris, ad instar charismatum Spiritus sancti, desursum immissi in festo Pentecostes. Joan. Episcop. Abrincensis de Offic. Eccl. pag. 58.

2. **FLORES**, Menstrua mulierum. Michaël Scotus de Physionomia cap. 6 : *Sciendum est, quod natura ob hoc sibi tribuit purgamentum, quod Flos nominatur in vulgari, et Menstruum in Scriptura.* Infra : *De Flore mulieris est ut arboris : quoniam fructum non portat, nisi prius florescat.* Nostri *Fleurs* dicunt, non a floribus, sed a *fluore* : ita enim ῥοῦν mulierum vertunt Latini Medici. Papias : *Mena, nigra, vel Jovis filia, quam pagani Deam dixerunt esse, quæ menstruis Fluoribus præesse dicebatur feminis.*

* 3. **FLORES Beatæ Mariæ**, Maculæ scorbuticæ vel eresipelatosæ, Italis, *Rosellia* et *Rosolia*. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 391 : *Ex quibus* (excessibus) *plagæ ejus apostumaverunt, et in ipsis Flores Beatæ Mariæ supervenerunt; propter quod mors fuit subsecuta in personam dicti presbyteri infra quadraginta dies.* Aliæ ann. 1319. in Reg. 171. ch. 13 : *Jehannin Houdette feust surprins.... d'une maladie, que on appelle au pays* (de Brie) *les Fleurs Nostre Dame.* Vide infra *Morbus B. Mariæ*.

* **FLORETATUS**, Flore ornatus, insignitus. Ordinat. Caroli dalphini ann. 1357. 8. Jun. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Vienne* fol. 18. r° : *Ab alia parte sit una crux, cum tribus brachiis Floretatis de flore lilio.*

* **FLORETTUS**, Ital. *Fioretto*, Flosculus. Inventar. ann. 1389. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 361 : *Centura una auri facta ad Florettos perlarum.* Vide infra *Floronus*.

1. **FLORETUS**. Joanni de Janua, *Floretum*, est *locus ubi flores abundant.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Floretum, Lieu flouri, ou fleurs habundent.*] Eckeardus apud Canisium tom. 5. Antiq. lectionum pag. 785 :

Teetum in Floretio licuit mihi ludere lætis.

Sic etiam quidam Liber versibus scriptus, qui editus est Lugduni cum Catone, Theodolo, libro Tobiæ, et Parabolis Alani ann. 1509. inscribitur. Idem in Procemio :

Hic liber extractus de pluribus est vocitatus
Recte Floretus, quia flos est inde receptus, etc.

Clementis PP. esse dicitur in MS. Codice Bibliothecæ Regiæ 1505.

☞ Idem Liber Lugduni editus cum glossis seu commentariis Johannis Gersonii Cancellarii Parisiensis apud Joh. Fabri ann. 1494. beato Bernardo adscribitur post procemium his verbis : *Incipit liber nomine Floretus a beato Bernardo Clarevallis metrice accumulatus, etc.* Asservatur autem in Musæo Cl. Jurisperiti D. *Maillard*, qui nec *Floretum*, nec Glossas Gersonii, inter germana spuriave utriusque opera ab Editoribus recenseri primus observavit.

* De libro, qui sub hoc titulo adscribitur S. Bernardo, consule Biblioth. Script. Cisterc. pag. 41. col. 1. Sunt et alia opuscula eodem nomine ornata, ut puta, *Floretum Philosophicum seu ludus Meudonianus in terminos philosophiæ*, editum Paris. ann. 1649. Quod Floriaco infra Modunum scriptum fuerit, sic appellatum. De his aliisque similibus belle Erasmus in Anti-barbaro : *Alius quod somninvit Gemmulam, alius Margaritam appellat; hic Floretum, ille Rosetum inscripsit : at in medio, o bene Deus! ut nihil nisi carduos et loliam invenias.*

* 2. **FLORETUS**, Monetæ Francicæ species, nostris *Fleurete* et *Florette*. Lit. admort. ann. 1375. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 401 : *Quæ venditio fuit facta pro pretio undecim denariorum, vocatorum Floretti, boni ponderis.* Comment. Petri *de Fenin* in Carol. VI. ad ann. 1421. pag. 495 : *Il courroit lors une monnoye, qu'on nommoit Flourettes ou Fleurettes, qui valloit dix huict deniers; mais enfin elles furent remises à deux deniers; puis on les deffendit tout à fait, tellement qu'elles n'eurent plus de cours.* Monstrel. vol. 1. cap. 243 : *Fut ordonné que les Florettes : c'est assavoir la monnoye du roy, qui avoit cours pour seize deniers, seroient mises et rabaissées à trois deniers.* Vide in *Moneta*.

* 3. **FLORETUS**, Panni species ex filo serico crassiori contexta, Gall. *Fleuret*. Stat. pro pannif. Carcass. renovata ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121 : *Item et quia in dicto burgo fiunt nonnulli panni, nuncupati Floreti, quia sunt seu esse debent meliores et preciosiores aliis pannis communibus sortis dicti burgi, etc.*

¶ 1. **FLORIA**, pro *Florenus*. Necrolog. Parthenonis S. Petri de Casis : *Casula de satino Percico, quæ constitit* XVIII. *Florias.*

* 2. **FLORIA**, *Stercora liquidiora*, in Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. perperam pro *Forta*. Vide in hac voce.

¶ **FLORIANI**, *Hæretici a Florino quodam nominati, qui dicunt Deum creasse mala.* Gloss. Sangerman. num. 501. [** ex Isidor. Origin. lib. 8. cap. 5. sect. 50.] Hic Florinus Valentini discipulus impie asserebat Deum auctorem mali, B. Virginem in partu intemeratam mansisse negabat, resurrectionem insuper infitiatus. Hujus Sectatores *Florianos* appellavit Philastrius. Melius dicerentur *Floriniani*. De his agunt Iren. Euseb. Theodoret. Aug. et alii.

FLORIARIUM Corporis, anima dicitur Zenoni Veronensi Episc. Sermone de Lazaro.

¶ **FLORIDARE**, *Florere* : *unde Floridantia, Prata, Floridum, Viretum, Tempus florum.* Amalthea Laurentii et Papia.

¶ **FLORIPARUS**, Qui parit flores. *Ver Floriparum*, Ausonio.

FLORIRE, Florescere, Gallis *Fleurir*. S. Bonifacius Moguntin. Epist. 1 : *Homo, sicut fœnum dies ejus, et sicut flos agri, sic Floriet.*

** **FLORISSARE**, Idem, apud Virgil. Grammat. pag. 47.

* **FLORITARA**. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Floredura, Prov. Floritara, pollicitura.*

* **FLORONUS**, Flosculus, ornamentum quod flores imitatur, Gall. *Fleuron*. Inventar. S. Capel. Paris. ann. 1340. in Reg. I. Chartoph. reg. ch. 8 : *Item ymago B. Ludovici regis cum osse spatulæ ejusdem, in cujus ymaginis corona unus Floronus et quinque lapides, et in uno alio Florono una smaragdo deficiunt.* Aliud ann. 1363. ex Bibl. reg. : *Item quædam ymago B. M. genitricis Dei,.... et in illa defficiunt a longis temporibus in corona dictæ Genitricis duo Floroni et duo lapilli. Ouquel y deffaut... un Floron à tout cinq pierres*, in alio Gallico ibid. Annal. Mediol. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 807 : *Corona una auri cum Floronis sex magnis et totidem parvis.* Vide supra *Florettus*.

¶ **FLORULENTIA**, Locus abundans floribus, apud Guibertum lib. 4. de Pign. Sanct. cap. 2. § 2.

¶ **FLORUS**, ἀνθηρός, *Viridis, floridus*, in Supplemento Antiquarii. [* Et in Glossis Lat. Gr. *Floreus* in Germ. ex Castigat. ad utrumque Glossar.] Alio sensu vide in *Flur*.

¶ **FLOS**. Vide *Flores*.

Flos Auri, [Nonnullis est electrum, seu aurum argento mixtum; *Flos aureus* vero idem ac *Rosa aurea;* quam] videsis in *Rosa*.

¶ **Flos Deliciarum**. Instrum. ann. 1423. Hist. Harcur. tom. 3. pag. 761 : *Joannes Grey Chevalier defunctus habet castrum et dominium de Tylie, quæ fuerunt Philippi de Harcourt Chevalier, ac omnia maneria ejusdem Philippi infra Ducatum Normanniæ per homagium ac reddendum unum Florem Deliciarum ad festum S. Johan. Baptistæ.* Et tom. 4. pag. 1679 : *Thomas Dux Exoniæ habet Comitatum de Harcourt ... per homagium ac reddendum Florem Deliciarum apud castrum de Rouen ad festum Nativitatis S. Johannis, et de inveniendo triginta homines ad arma.*

¶ **Flos Frumenti**, Farina, vel similago, pollen, Gall. *Fleur de farine*. Charta anni 1249. ex Archivis B. M. de Bono-Nuntio Rotomag. : *Unam pechiam carnis de valore sex denariorum et de Flore Frumenti, et ad Pascha Domini unam gallinam, et decem ova, etc.* Vide *Flora*.

¶ **FLOSCA**. Vide *Flosegu*.

¶ **FLOSCULUM**, pro *Flosculus*, legitur in Præfatione Taionis Episcopi in suos quinque libros sententiarum, Concil. Hispan. tom. 2. pag. 531.

Digitized by Google

¶ 1. **FLOSCULUS**, Vestis [Monachorum propria, vulgo *Froc.* Ordinar. S. Germani a Pratis inter Instrum. Historiæ ejusd. Monast. pag. CXLIII. col. 1 : *Quando erit in fine orationis sequentis Evangelium, duo Monachi in Flosculis suis accipient cereos de manibus Conversorum, etc.* Vide *Flocus*..

* 2. **FLOSCULUS**, in Martyrol. editis; *Fusculus* vel *Fulcolus*, in Mss. ut observat Castellanus in Vocabul. hagiol. Nomen est cujusdam episcopi Aurelian. Gall. *Saint Flou.*

* **FLOSCUS**, ut *Frocus*, Via publica, ager incultus, præsertim qui urbi adjacet. Charta ann. 1180. ex Chartul. S. Corn. Compend. fol. 127. r°. col. 1 : *Fimum de curiu ecclesiæ et de Floscis villæ alicubi non debet trahere, nisi in culturis ecclesiæ.* Alia Math. comit. Pontiv. ann. 1241. in Lib. 1. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 6. v°. : *Furnus de novo vico ultra parvam portam ante Floscum.* Vide *Fraustum.*

FLOSEGA, Flosca. Matth. Silvaticus : *Gebara, Gebaram, i. Flosega molendi.* Infra : *Gemvera, id est, Flosca molendini.*

¶ **FLOSTULLUS**, Species ornatus, forte sic dicti, quod *floseulis* distingueretur. [* Cingulum, zona videtur, quod levi flatu impellitur et fluctuat.] Concilium Senon. ann. 1485. apud Acherium Spicil. tom. 5. pag. 626 : *Item quod Religiosi, cujuscumque Ordinis, status vel prælaturæ existant, a suæ vocationis habitu congruo non recedant, neque foederaturas statui suo non congruentes, et maxime minutos verutios, neque zonas de veluto, aut Flostullos etium, nec habitus de serico supra tunicas patenter, neque aliter indecenter, in vilipendium sui status et Ordinis deferant.*

1. **FLOTA**, Piscis species. Tabularium Fiscanense fol. 75 : *Relaxavit eis Abbas consuetudinem Flotarum et allecium, quæ habebatur de piscatione sua.* Sed ibi legendum videtur *Fletarum*, ut intelligantur pisciculi marini, quos *Flets* vocamus. [** Videtur esse cortex, lineæ piscatoriæ ne nimis hamum demittat infixus, ut in chart. ann. 1252. apud Lappenb. Init. Fœder. Hanseat. Document. pag. 62 : *De Flotis de korhen, quibus communiter piscatur, tam emptor quam venditor debet de marca duos denarios.*]

¶ 2. **FLOTA**, Flotta, Navium classis, Anglo-Saxonica vox, testibus Skinnero et Somnero in suis Lexicis. Hac usi sunt omnes fere Occidentales populi. Galli et Germani *Flotte* appellant hanc armatam navium multitudinem, Hispani *Flota*, Itali *Flotta*, Angli *Fleet*, omnes a Latino *Fluctuare*. Vide Spelmanni Lexicon ad vocem *Admiralius*, Rymerum tom. 3. pag. 211. etc.

* *Mettre en flotte*, Contrahere, ut videtur vulgo *Besserrer*, in Chartul. Corb. sign. *Eschec el* ad ann. 1421. fol. 146. v°. : *Lesquelx carpentiers seront tenus.... mettre en flotte ung des pens de ladite grange, lequel est evasé.*

¶ **FLOTARE**, Fluctuare, Gall. *Flotter. Navibus in medio Flotantibus grossarum ripariarum*, apud Rymerum tom. 11. pag. 680. col. 1.

FLOTSON, Marini juris vocabulum, quod ex naufragio in mari fluctuat, eoque ipso Amiraliorum juris est, ex Saxon. flæotten, fluctuare.

¶ 1. **FLOTTA**, Classis. Vide *Flota* 2.

¶ 2. **FLOTTA**, Machinæ genus, quam in obsidione Ostendæ reperit Pompeius Targonus Archiducis Austrii Machinarius. Constabat strue lignea valide nexa compactaque, constipata etiam infartaque maris arena : ad cujus latera vacua appendebantur doliola, ut supernatare posset. Vide Angelum Galluci de Bello Belg. lib. 15. Hæc Carolus de Aquino in Lex. milit.

3. **FLOTTA**. Glaber lib. 1. Hist. cap. 5 : *Denique clam egrediens ad prædictam Normannorum gentem, illis tantummodo primitus adhæsit, qui assiduo raptui servientes, victum cæteris ministrabant, quos etiam illi (Normanni) communiter Flottam vocant.* Vide Bolandum 24. Martii pag. 526. [et infra *Fluuta*.]

FLOZE, Ratis. Vita S. Willibaldi, edita a Gretzero pag. 140 : *Se conduxerunt in quodam ligno, quod dicitur Floze, transeuntes venerunt in oppidum, etc.*

* **FLUBETA**, Fibula, ni fallor, Ital. *Fibbia.* Charta ann. 1227. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 903 : *Unum guarnimentum de seta, et duas Flubetas auri, et tres anulos, etc.*

¶ **FLUCTARE**, pro *Fluctuare*, apud S. Paulinum. Vide in *Camelotum.*

* **FLUCTEUS**, *Amorevole*, in Glossar. Lat. Ital. MS. id est, Humanus, benignus.

¶ **FLUCTI**, pro *Fluctus*, in Vita S. Findani Reclusi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 330 : *Per tumidos Fluctos inlæsus veheretur ad terras.* Utuntur præterea Veteres aliquot. Vide Nonium cap. 8. Ita et Terent. in Andr. act. 2. sc. 2 : *Nil ornati, nil tumulti.*

FLUCTICULUS, Κυμάτιον, apud Apuleium in Apolog. et Diomed. lib. 1. Artis Grammat.

¶ **FLUCTIVAGARE**, Fluctuare, incertum esse, Gall. *Balancer, chanceler.* Statuta Canonic. Regul. S. August. apud R. Duellium tom. 1. pag. 97 :

Nam dubitans, vel Fluctivagans cadit insipienter.

Fluctivagus, in Notkeri Balbuli lib. Sequentiar. apud Bern. *Pez* tom. 1. Anecd. part. 1. col. 37.

1. **FLUCTUS**. Vetus Charta MS : *Guillelmus Comes Hannoniæ tenet de Duce* (Brabantiæ) *advocatiam et dominium in Mechlinia, Fluctum atque theloneum, forum seu staplum salis, piscium ac animalium.* Videtur esse quod *Flot et Flegard* vocant Consuetudines aliquot municipales, Ambianensis vetus art. 74. 104. Bononiæ art. 29. 43. 122. 168. Atrebatensis art. 5. 51. etc. Vide *Fraustum.*

* *Fluctum aquæ* legitur in eadem Charta ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 83. v°. unde manifestum est vim vocis non intellexisse Cangium; quod rursum probat Recognit. feudal. ann. 1312. ibid. fol. 71. v°. : *Nous Florens Berthaut, sire de Malines, faisons savoir... que nous tenons.... en fief.... de M. Jehan duc de Lotkrike, de Brabant et de Lembourch... l'avoerie et le seignerie de Malines, le Flot d'aiwe, les chemins et le marchiet du seil, du poisson et des bestes.* Charta Ricard. ducis Norman. ann. 1026. ex Tabul. capit. Aeriens. : *Concedo Fluctum cum portu et pagum, qui dicitur Saenes, cum aquis et portu maris.* Ex quibus per *Fluctum* significari existimo quidquid *fluctu* seu æstu maris advehitur, atque adeo et vectigal, quod a navigiis ea ratione advenientibus exigitur.

* 2. **FLUCTUS**, Floccus lanæ, nostris *Flotte*, spira vel manipulus. Charta ann. 1495. inter Observat. Godefr. ad Carol. VIII. pag. 735 : *Commissarii et procuratores post hujusmodi juramentum pro principe nostro,... cordam campanæ ejusdem ecclesiæ serico vel Flucto involutam, omnes et singuli traxerunt et campanam pulsaverunt.* Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 272 : *Le suppliant a pris en l'hostel de Jehan Venille quatre Flottes de laine.*

¶ **FLUENTARE**, Fluere. Fortunatus in Vita sancti Martini :

Pergis in Augustam, qua Virdo et Licca Fluentant.

* Hinc *Fluet*, Inundatio, in Charta Margar. comit. Fland. ann. 1274. ex Chartul. 1. Fland. ch. 263. in Cam. Comput. Insul. : *Nous leur devons respondre de kemun feu, de kemun Fluet, de kemun tempiest et de kemune wiere. Flouin.*, navis velox, apud Rabelais. lib. 4. cap. 22.

* **FLUETUM**, Panni, forte tenuioris, unde nomen, species. Comput. fabr. S. Petri Insul. MS. ann. 1498 : *Item pro jure pullii quondam domini Antonii de Berlettes militis, unam jacquetam de Flueto venditam magistro Johanni du Pont, xxv. lib. v. sol.* Vide supra *Floretus* 3.

* **FLUIFACERE**, Gall. *Faire couler.* Terrear. Bellijoc. ann. 1529. fol. 645. v°. : *Super jure et facultate sumendi et capiendi aquam ripparіæ... pro illam Fluifaciendo a dicta ripparia de Magier usque desuper molendinum baptitorium.*

* **FLUITARE**, Per fluvium navigare; unde *Fluitatio*, ipsa navigatio. Stat. ann. 1496. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 258 : *Ut mercatores navigantes illa* (flumina) *Fluitare non possent; idcirco ad tollendum errorem et impedimenta circa Fluitationes fluviorum prædictorum etc.* Et pag. 259 : *Ut Gedanum quisque libere atque secure Fluitet.*

1. **FLUMA**, Flegma, quod etiamnum Picardi *Flume* dicunt. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 7 : *Non audebant in dicta Ecclesia aut cimiterio aliqua vana loqui, nec Fluma, vel salivam in illam terram sanctam expuere vel projicere.*

¶ 2. **FLUMA**, Lineum tegumen pulvinaris, Gall. *Taye.* Dispositio rei familiaris Cluniac. a D. Petro Abb. Cluniac. apud Baluz. Miscell. tom. 5. pag. 452 : *Ea propter Priori Cluniac... cura imposita est ut.... flamineas, femoralia, Flumas, hoc est, opertoria pulvinariorum universis fratribus... provideant.*

* In quibusdam provinciis, *Flaine*, a tela iis cervicalibus conficiendis idonea, quæ *Flaine*, Lugduni *Flene*, appellatur : unde *Fluina* restituendum esse suspicor.

FLUMARIA, Fluvius, Italis *Flumara.* Charta Friderici II. Imper. pro Ecclesia Anglonensi apud Ughellum tom. 7. pag. 125 : *Et vadit ad stratam... quæ dicitur Strata Franca, et perducit ad Flumariam Argri, et per ipsam Flumariam ducitur ad vallem Cupam.* Adde Rocchum Pirrum in Archiep. Messan. pag. 313.

Digitized by Google

¶ **FLUMENTUM**, ῥεῦμα ποταμοῦ, *i. Fluentum fluminis.* Gloss. Lat. Gr. Sangerm.

FLUMETICA, Regio flumini adjacens, apud Leon. Ost. lib. 2. cap. 1.

FLUMICELLUS, Fluviolus, Innocentio Agrimensori pag. 233. Italis *Fiumicello.*

* Charta ann. 1210. apud Ughell. tom. 1. Ital. sacr. edit. 1717. col. 555 : *Cum omnibus possessionibus suis infra istas decurrentias, scilicet a flumine Potentino usque ad Flumicellum, quod vadit sub montem Zari, et a Flumicello extenditur in Montemacutum.*

¶ **FLUMINALIS**, pro *Flamen Dialis.* Vide *Finctus.*

FLUMINEA, Flumen, apud Innocentium Gromaticum non semel. [*Flumineum mare*, pro Flumine intranti in mare, in Vita MS. S. Winwaloæi fol. 74.]

* **FLUMIS**, Flumen. Charta ann. 884. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 210 : *Elevare feci in proprio territorio meo fundamentum et fabricam illam in loco, ubi dicitur Confluenti, positos inter Flumes Macræ et Aulæ. Flun*, passim apud Continuat. Guill. Tyrii tom. 5. Ampl. Collect. Marten. col. 684. et seqq. Vide *Fluminea.*

¶ **FLUMUS** θρυαλλίς, in vett. Glossis. Est a Græco φλόμος, Verbascum aut herba, qua pro ellychniis utuntur.

** **FLUR**, Campus patens, agri, districtus certus arvorum, pratorum, etc. ad vicum villamve pertinentium, Germ. hodie *die Flur.* Chart. ann. 1280. in Guden. Cod. Diplom. tom. 1. pag. 778 : *In 52. jugeribus, sitis simul in uno Flur.* Vide Haltaus. Glossar. Germ. col. 466.

** **Florus**, apud eundem Guden. tom. 3. pag. 7. in chart. ann. 1302 : *Vineam.... sitam in pertinenciis villæ de Anre, in Floro qui Gyvelhde vulgariter appellatur.*

¶ **FLUS**, Monetæ genus. Vocabular. Lat. Sarrac. apud Benhardum *de Breydenbach* ad calcem Itiner. Hierosol. pag. 250 : *Ducatus, Ducat; Denarius, Denar; Medinus, Medin; Tremus, Terem; Flus, Gelt.* Forte pro *Florenus* contracte exaratus.

¶ **FLUSCULUS**, κόκκος, *Granum.* Supplem. Antiquarii. An Flosculus? inquit Martinius in Lexico.

* Gloss. Gr. Lat. : Κόκκος, *bacca, granum,... Flusculus.*

¶ **FLUSTRUM**, *i. Aqua vel unda crispans, et dicitur a Fluo, fluis. Proprie Flustra sunt maris motus sine tempestate fluctuantes; unde quidam : Vastabant in Flustris, ac si diceret, in salo et in crispantibus aquis*, in Catholico Joannis de Janua. Gloss. Latino-Gall. Sangerm. : *Flustrum, yaue, crispant, flotant, undoiant.* Festus : *Flustra dicuntur, cum in mari fluctus non moventur; quam Græci* μαλακίαν *vocant.* Perott. : *A Fluo, Flustrum, quod est flatus maris, cum nullis fluctibus agitatur.* Utitur Tertull. de Pallio. Vide *Decumanus* 2. [* Fluvius. Carmen quod Alcuino tribuit D. *Le Beuf* tom. 2. Dissert. pag. 424 :

Hinc castella petes currenti nave per undas,
Donec ad optatæ pertingas Flustra Musellæ.

Wahter. in Exposit. voc. MS.

Me regat amplustri Sathanæ per lurida Flustri.

Ubi *Flustri* inscriptum *Legitz*, fluvii.]

* **FLUTA**, Piscis genus. Vide infra *Plota.*

¶ **FLUVIOLA**, Parvus fluvius, rivus. Testamentum Eddonis Episc. Argentin. ann. xi. regni Pippini apud Ludov. *Laguille* in Probat. Hist. Alsac. pag. 16. col. 1 : *Dominus Wicgerinus Episc. monasteriolum in Nigra-Silva.... super Fluviola Undussa.... ædificavit.*

¶ **FLUVIUS Paradisi.** Sic dicitur Nilus apud Jacobum de Vitriaco lib. 3. Histor. Orient. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 288.

¶ **FLUVUS**, apud Rymerum tom. 5. pag. 232. species navigii, eadem, ut puto, quæ Nostris *Flûte.* Vide locum in *Fargea.*

¶ **FLUUTA.** Miracula S. Catharinæ Suecicæ in Actis SS. Martii pag. 525 : *Proposuerunt quoddam flumen transire; quorum unus equum suum una cum mercibus magni ponderis introduxit super instrumentum de lignis fabricatum, vulgariter dictum Fluuta, et submersus est cum equo et mercibus.* Alii dicunt *Flotta.* Est autem *Flotta* vel *Fluuta*, ut recte adnotat Henschenius, connexarum trabium compago, Latine *Ratis*, Nostris *Train.* Etymon idem quod superioris vocis *Flota* 2.

* *Flote*, eodem sensu, in Stat. ann. 1318. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 672. art. 23.

¶ **FLUXIBILIS**, Fluidus. Irenæus lib. 2. cap. 29 : *Eliquatio cum Fluxibili materia.* [* Leonard. in Speculo lapid. lib. 1. cap. 1 : *Sed cum mineralia duplicia sint, aliqua Fluxibilia seu liquefactibilia, et aliqua non : dicimus Fluxibilia seu liquefactibilia etc.* Hinc]

* 1. **FLUXIBILITAS**, ibidem : *Et multoties tale humidum disproportionatur in Fluxibilitate, licet in quantitate sufficiens sit.*

* 2. **FLUXIBILITAS**, Volubilitas. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 245 : *Quadam Fluxibilitate linguæ in verba criminosa lubrice prolabuntur.*

¶ **FLUXILIS**, ut *Fluxibilis.* Tertull. adv. Valentin. cap. 24 : *Fusile et Fluxile liquoris est qualitas.*

¶ **FLUXIPEDUS**, Ad pedes usque diffluens. *Fluxipeda vestis*, Avieno Aratori Phænom. v. 288.

* **FLUXIS**, a Gallico *Flux*, Fluctus, æstus. Charta ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 324 : *Unum pontem ædificare et construere proponit et affectat pro evitando dampna et multa pericula, quæ de die in diem eveniunt in dicto portu, ratione Fluxium aquarum.*

* **FLUXOL.** Consuet. Perpin. MSS. cap. 38 : *Item debent coquere panes flaquerios pro quatuor denariis et uno tortello de Fluxol.* Forte, de caseo.

¶ **FLUXURA**, Cypriano, idem quod aliis *Fluxus, Fluxio.*

FLUXUS, Inconstantia. Barthii Glossarium ex Guiberti Hist. Palæst.

¶ **Fluxus Albus**, Inordinatum sanguinis albi ac saniosi profluvium, quo mulieres interdum laborant, differtque a menstruo earum fluxu. Miracula B. Simonis de Lipnica, Julii tom. 4. pag. 561 : *Anna... per duos annos Fluxum album supra modum patiebatur.*

* **FLUZEBNIKI**, Polonica vox, qua aliquis justitiæ officialis designatur. Stat. Casimiri inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 42 : *Hoc etiam specialiter declaramus quod officiales vel ministeriales, alias Fluzebniki, nullus nisi palatini instituere et eos judicare.... habeant potestatem.*

¶ **FLYMA.** Vide *Flima.*

¶ **FOACIA.** Vide *Focacia.*

* **FOACIS**, Placentæ species. Charta ann. 1295. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 47. r°. : *Item sex Foaces, quæ valere debent anno quolibet tres bichetos frumenti.* Vide infra *Foassis.*

1. **FOAGIUM**, Focagium, Census, qui exigitur a domino feudali pro singulis *focis* seu domibus subditorum ac tenentium suorum : καπνικόν Scriptoribus Byzantinis, Theophani pag. 411. Cedreno et Scylitzæ pag. 500. 683. Zonaræ tom. 3. pag. 100. etc. Vetus Charta in Probat. Hist. Guinensis pag. 378 : *Item pro quolibet Foco hominum de potestate commorantium apud Laval, 3. den. Paris.* Libertates MSS. villæ S. Desiderii in Campania ann. 1228 : *Unusquisque de Foco proprio qui uxoratus est, vel uxoratus fuit aliquando, solvet domino 5. solidos, etc.* In Consuet. *de la Tour de Vesure* in Bitur. art. 8. apud Thomasserium, tenentes debent domino quotannis panem 3. obolor. Turon. et 1. obol. Turon. *pour le droit de Fouage.* Computum Baillivi Bituricensis ann. 1306 : *De subventione Focorum pro exercitu Flandriæ anno 1304. a personis nobilibus, et ignobilibus exigi ordinata. 751. lib. de Comite Nivernensi, de eadem subventione pro quinto terræ suæ 1600. lib.* [** Vide Haltaus. Glossar. German. col. 893. vocibus *Herd-gelt, etc.*]

Quod igitur pro singulis focis quotannis legitur, *Focagium* nostri appellarunt, ut est in Charta Alphonsi Comitis Pictavensis ann. 1269. vel *Fougium*, vulgo *Fouage*, [interdum *Fournage.*] Forma colligendi census, apud Willel. Tyrium lib. 22. cap. 23 : *Si vero quatuor selecti, qui ad hoc deputati sunt, cognoverint pro certo, quod alicujus substantia non valeat centum Byzantios, accipiant super eum Foagium, id est, pro foco Byzantium unum, etc.* [Fundatio Monasterii Sarmaciæ Ord. Grandimont. ann. 1192. in Anecd. Marten. tom. 1. col. 646 : *Immunes.... ab omni pedagio et venda, teloneo, passagio, Foagio, vinagio, etc.*] Charta Communiæ Rotomag. ann. 1207 : *Nullus manens infra muros Rotomagi debet Foagium.* Chronicon Rotomagense ann. 1227 : *Ceperat Foagium de Villeta, quæ est in parochia de Louviers, cum illud Foagium ad se pertineret ratione feodi, quod de ipso tenebat, etc.* [Charta ann. 1364. in Camer. Comput. Aquensi : *Habet ibi Focagia, quando generaliter imponuntur ad rationem de solidis quinque pro quolibet foco.*] Tabularium Andegav. Cameræ Comput. Paris. fol. 57 : *Quod ipse Dominus Comes exigat et habeat unica vice duntaxat in villa Andegavensi Foagium, videlicet a quolibet foco quatuor solidos unica vice solvendos, pauperibus, locisque ac personis privilegiatis duntaxat exceptis.* [Index MS. beneficiorum Ecclesiæ Constantiensis fol. 52 : *Rector percipit quolibet anno in parrochia de Villa-Dei Foagium, videlicet a quolibet parrochianorum dicte ville tres denarios.*] Apud Guillelmum

Digitized by Google

Guiart ann. 1206. Philippus Augustus, expugnato Normanniæ Ducatu, incolas rogat, an Normannicis, vel Gallicis Legibus uti velint :

Et respondent entre eus, qu'il veulent
Tel usage com avoir seulent.
Li Rois lettres leur en delivre.
Bien le firent à guise d'yvre,
Car s'il eussent esté sage,
Il fussent quittes du Fouage,
Dont li Rois chascun an les plume.

[Litteræ Ludovici X. Franc. Regis pro Normannis ann. 1314. apud D. *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 551 : *Item, quod Foagium non faciemus levari, nisi quatenus in registro Consuetudinis Normanniæ continetur, usu contrario non obstante.* Et pag. 588. in aliis ejusdem Regis Litteris ann. 1315. pro iisdem Normannis : *Item, quod redditus nobis debitos pro dicta pecunia non mutanda, qui in dicto Ducatu Monetagium, aliter Focagium nuncupatur, levari non faciemus, aut etiam aliqualiter permittemus levari, nisi quatenus in registro Consuetudinis Normanniæ continetur, usu quocumque contrario in premissis non obstante.* Sic autem versio Gallica : *Que nous ne ferons lever, ne souffrirons les rentes qui nous sont dues pour ladite monoie non muer, qui en ladite Duchié est appellé Moneage ou Fouage, estre levée en aucune maniere, si n'est comme, etc.*]

Foagium quippe maxime obtinuit in Normanniæ Ducatu, in quo solvi a populis solitum fuit singulis trienniis, ut vitaretur frequens monetarum mutatio. Vetus Consuetudo Normanniæ cap. 15 : *Le monneage est un aide de deniers, qui est deue au Duc de Normandie de trois ans en trois ans, afin qu'il ne face changer la monoye, qui court en Normandie.* Infra : *Tous les autres, fors ceux que nous avons exceptez, qui tiennent feu et lieu, doivent payer le monneage,... et pour ce souloit-il estre appellé Fouage : car ceux le paient principalement, qui tiennent feu et lieu.* [** Codex Legum Normann. part. 1. cap. 15. § 9. apud Ludewig. in Reliq. Manuscript. tom. 7. pag. 182 : *Propter hoc solet Focagium nuncupari, quod illi illud principaliter persolvebant, qui Focalem residentiam obtinebant.*]

* Viguit hæc consuetudo eamdem ob causam in ballivia Aurelianensi aliisque, de quibus in Charta Phil. Aug. ann. 1183. ex Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 310 : *Cujuslibet vero anni tertii collectio, erit pro stabilitate monetæ.*

☞ In minori quoque Britannia *Focagium* exigi consuevisse præter cetera nos docet Instrumentum ann. 1392. apud Lobinellum Hist. Brit. col. 763 : *Cum super aliquibus contentionibus alias motis inter Ducem Britanniæ et Dominum de Cliçonio fuisset apunctuatum per Regem, quod super uno subsidio imponendo communiter in patria Britanniæ solveretur eidem domino de Cliçonio summa centorum millium francorum de cuneo Domini Regis, et pro hujusmodi solutione facienda fuisset ex assensu Dominorum dictæ patriæ ordinatum levare unum Focagium de viginti et quinque solidis per singulum focum in dicta patria generaliter, juxta Focagia regulariter hactenus levata... Cum ergo conquestus esset dictus D. de Cliçonio de defectu solutionis, fuit iterum apunctuatum per D. Regem, quod traderentur aliqui hostagii dicto D. de Cliçonio etc. Erat exhibitus numerus focorum tunc contribuentium in communibus Focagiis, qui ascendebant ad summam* 69748. *focorum. Et pertinebant illis qui tenebant partem dicti D. de Cliçonio* 20000. *foci et plus.*

Quomodo autem apud nostros exigebatur *Foagium*, discere est ex veteri Charta, quam ex Camera Computor. Parisiensi pridem eruimus, tum etiam ex Regesto Philippi Augusti Herouvalliano fol. 90 : *De Foagio Normanniæ : Foagium capiendum est in Normannia in tertio anno, ita videlicet quod duo anni præmittuntur sine Foagio, et in tertio anno capitur de unaquaque villa, secundum hoc, quod villa est. Submonentur quatuor homines, vel sex, vel plures, si opus est, et illi submoniti jurant quod fideliter colligent Foagium de quolibet foco* 12. *denar. Et si in eadem domo manserint quatuor homines, vel plures, vel pauciores, de quibus unusquisque vivat de suo proprio, et habeat de catello* 20. *solidos et amplius, dat Foagium. Vidua etiam si habeat de mobili* 11. *solid. aut amplius, dat Foagium : si non habeat* 40. *solid. non redditur. De Foagio autem quiti sunt omnes Presbyteri, Diaconi, et Milites, et omnes personæ, quæ habent Ecclesias. Molendinarii etiam et Furnarii Episcoporum, et Abbatum, et Baronum, et omnium Militum, qui deserviunt dominis suis per membrum loricæ, quiti sunt. Præterea quilibet Episcopus, et Abbas, et Baro habet* 7. *servientes quoscumque volunt quitos de Foagio. Sciendum est, quod duo ex Juratoribus de singulis villis afferent ad Ballivos Regis Foagium, et habebunt in scriptis nomina eorum, de quibus receperunt Foagium, quæ tradent Ballivis cum Foagio, et illi duo habebunt* 12. *denar. de quittancia de Foagio suo pro illis afferendis. Illi autem colligent Foagium de hominibus Templariorum et Hospitaliorum, et similiter afferent ad Ballivos Regis, et per manus Ballivorum reddetur ad Scacarium Templariis et Hospital. Sciendum vero, quod hæ terræ quitæ sunt de Foagio, scilicet totum feodum Britolii quicumque illud teneat, et Vallis Moritolii usque ad Pecias, Abbas usque ad Doert Herberti, et tota terra de Passais, et Alenconium et Alenconesium usque ad Pissotum Eraudi, et à Plint, et Bons à Plins, et terra ad ea pertinens, et Castrum de Aumenesche in Ballivia de Argenton. In civitate Lexoviensi capietur gaagium per manum Episcopi Lexoviensis, et extra civitatem ut alibi capietur.* [Apud D. *Brussel* tom. 1. de Feudorum usu pag. 212. ubi hæc Charta edita est, pro *Foagium* constanter habetur *Focagium.*] [* Hanc chartam emendatiorem propono : *De foagio Normanniæ : Foagium capiendum est in Normannia in tertio anno, ita videlicet quod duo anni prætermittuntur sine foagio, et in tertio anno capitur : tali autem modo accipitur. De unaquaque villa, secundum hoc, quod villa est, submonentur quatuor homines... et habeat de catello* 20. *solidos aut amplius, quislibet illorum reddit foagium. Vidua etiam, si habeat de mobili* 40. *solidos aut amplius, dat foagium; si non habeat* 40. *solidos, non reddet... Baro habens servientes etc.*] Vide Novam Consuetud. Normanniæ art. 76. 77. 78. 79. 80. In Assisiis Hieros. MSS. cap. 265. dominus dicitur *Foager son fief*, cum *Foagium* a tenentibus suis pro aliqua necessitate exigit. [Vide *Fumagium.*]

* Quanquam ad regem pertineret hic census, ab ipso tamen privatis hominibus, etiam ad hæreditatem, aliquando concessum reperimus. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 257 : *Carta domini Philippi regis concessa dicto Ingerranno de Marigny, pro juribus vulgo dictis tiers, dangers et Fouages, ad hæreditatem perpetuam sibi datis a dicto domino rege in omnibus terris, quas dictus Ingerrannus de Marigny habebat et possidebat in tota patria Normaniæ. De anno* 1313.

* Gallice hic census *Feu*, *Foée* et *Fouée* dicitur. Lit. ann. 1394. in Reg. 147. Chartoph. reg. ch. 179 : *Laquelle maison de nostre receveur est chargiée envers nous de six deniers Tournois de rente, appellez Feux.* Redit. præposit. Ambian. in Reg. 34. bis part. 1. fol. 91. r°. col. 2 : *In consuetudine, quæ dicitur Foée, xl. sol.* Reg. donor. Car. Pulc. et Phil. VI. in Cam. Comput. Paris. ad ann. 1336. fol. 139. v°. : *Une coustume qu'on appelle la Fouée le Roy.* Pactum inter Car. II. Comit. Prov. et capit. S. Salvat. Aquens. ann. 1292. ex schedis Pr. *de Mazaugues : In supradictis autem domibus omnibus, ultra dictos census, dictus dominus rex habet omni anno pro Focagiis, minuto et quolibet loco, xij. denarios. Fouyer, Foagium* imponere, in Assis. Hierosol. cap. 273 : *Les homes sont tenus de Fouyer lor fiés un besant par cent. Arrésouage* vero appellari existimo *foagium*, quod secundo solvitur, vel *foagii* reliqua, in Charta ann. 1322. ex Reg. 61. ch. 119 : *Les tiers et dangiers de bois, fouages, Arrésouages et tous autres droiz etc.* Unde *Arrierefouagier*, Hujus census reliqua exigere. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 126. ch. 58 : *Comme certains commissaires ayent esté ordenez... en la viconté d'Orbec, pour Arrierefouagier les collecteurs, qui avoient cuelli les fouages de l'an quatre vingt etc.*

* Focagium, Foccagium, Tributum quodvis, quælibet exactio, præcipue vero vectigal, quod ex lignis ad urbem adductis percipitur, nostris *Feuage, Feugage* et *Fouée*. Lit. Alfonsi comit. Pictav. ann. 1269. in Reg. 11. Chartoph. reg. fol. 143. r°. : *Exigendo et levando Focagium vel subventionem seu auxilium pro subsidio Terræ sanctæ.* Charta Phil. Pulc. ann. 1292. pro locatione præposit. Ambian. ex Reg. donor. Car. Pulc. et Phil. VI. in Cam. Comput. Paris. fol. 142. r°. : *Omne jus nobis competens... in Focagiis lignorum per terram et aquam.* Libert. Salveter. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 695. art. 5 : *Liberi ab omnibus imposicionibus, subsidiis, taliis ac aliis Foccagiis, tam regiis quam aliis quibuscumque.* Charta ann. 1208. ex Chartul. 23. Corb. : *Jou ai vendu et escangié... toutes les justices que jou avoie à Corbye, les cambaiges, les estallages, les issues des vins, les Fouées, etc.* Chartul. ejusd. monast. sign. *Ezechiel* ad ann. 1421. fol. 103. r°. : *Livra monsieur de Corbie à Colart le Fevre, dit du Coquet, le cauchié, Fouée et issue de la ville de Corbie, aveuc le cauchié et Fouée de le rue des prés.* Charta Margar. comit. ann. 1274. ex Chartul. 1. Fland. ch. 263. in Cam.

Digitized by Google

Comput. Insul. : *No Feuage par tiere et par ewe, nos mairies, nos changes, etc.* Alia ann. 1311. in Reg. 46. Chartoph. reg. ch. 168 : *Les rentes que le roy avoit à Puchay... un pain à Noel, Feugages de ses pors, se il les a,... un boissel d'aveine et demi boissel de bernage, dix oefs, un pain à Noel, le Feugage, etc.* Vide *Focata.*

¶ FOCAGIUM DE LECTIS, in Privilegiis Studentibus Gratianopolitanis ann. 1339. concessis illud dicebatur, quod exsolvi debebat pro lectis Dalphino subministrandis, dum veniebat Gratianopolim. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 412. col. 2. sub finem in laudatis Privilegiis : *Item statuimus et ordinamus, quod cum cives dictæ civitatis mutuent gratis dictis Scolaribus per terminum certum lectos, durante dicto termino non possint nec debeant dicti cives per Nos et Officiales nostros compelli ad tradendum Focagium de lectis pro adventu nostro et consortis nostræ, nisi tantum pro camera nostra, vel ipsius nostræ consortis, si ibidem nos contingat adesse.*

¶ 2. FOAGIUM, Lignatio, Gall. *Chauffage.* Charta Hugonis Ducis Burgundiæ ann. 1255. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ col. 105 : *Habebunt dicti ea quæ provenient ad altaria Ecclesiæ Prioratus ejusdem, et de orto dicti Prioris quantum eis competenter necesse fuerit, et pro Foagio ipsorum usuagium in nemoribus et in riparia ad opus similiter eorumdem.* Vide *Focale* 1.

* Vel jus capiendi lignum calefaciendo furno accomodum, alias *Fouée.* Charta ann. 1230. ex Chartul. Campan. fol. 355 : *Concessimus eidem Theobaldo comiti et hæredibus ejus imperpetuum quicquid juris habebamus in foresta Beroart, retento tantummodo nobis usuario omnis generis pasturarum et Foagio de nemore mortuo pro pastoribus.* Reg. 13. Corb. sign. *Habacuc* ad ann. 1512. fol. 142 : *Icelluy prendeur aura chacun an pour sa Fouée ung journel de bos, prins au bos des fossez.* Et vero, *Fouée* est fascis lignorum seu virgeus, vulgo *Fagot; bourrée,* in Lit. remiss. ann. 1379. ex Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 141 : *Deux bastons de courte Fouée, ainsi comme seroient deux bastons de costerés. Fouisson,* Dumetum, in aliis ann. 1481. ex Reg. 209. ch. 119 : *Une garenne garnie de bois et de Fouissons.* Vide infra *Fouagium* 3.

¶ FOALLIA, Anglis *Fewel,* Quidquid aliendo igni inservit. Formul. Anglic. Thomæ *Madox* pag. 301 : *Notum sit quod ego Willelmus dedi Monachis de Brueria duas turbarias... ad fodiendas turbas, quamdiu eis placuerit ibi fodere... et post hoc dabunt mihi duos solidos annuatim, quamdiu ibi Foalliam fodere voluerint.*

* Vix credam; ibi enim de licentia nigros cespites, quas *Turbas* vocant, fodiendi agitur; *Foallia* idem ergo fortassis quod fossio, quo sensu *Fouaige* dixerunt nostri. Lit. remiss. ann. 1458. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 250 : *Plusieurs pionniers ouvrerent de leur mestier de pionnaige et Fouaige, etc.* Hinc *Foueur,* fossor, in Stat. ann. 1350. tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 367. art. 164.

¶ FOASSA, ut *Focacia.* Processus de Vita S. Yvonis, Maii tom. 4. pag. 555 : *Et detulit tres gastellos seu Foassas involutas toallia.*

* FOASSIS, ut supra *Foacis,* Placentæ species. Charta ann. 1352. in Chartul. Rich. abb. S. Germ. Prat. fol. 21. v°. : *Cum una droitura, quæ valet anno quolibet unum sestarium ordei, unum caponem et unam Foassem.* Vide *Foassa.*

¶ FOBIA, pro *Fovia* vel potius *Fovea,* Fossa, si bene conjecto. Charta ann. 1064. inter Collectanea D. *le Fournier : Sicut ascendit rivus... per illam Fobiam et transit per medium Palliarols usque in Podium.*

* Acta Mss. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 39. r°. : *Duxerunt quemdam beguinum ad podium de Alacio versus Muerium, et ibi spoliaverunt eum et projecerunt in quandam foveam seu Fobiam profundissimam, ita quod postea non fuit visus.* Vide infra *Fodia.*

¶ 1. FOCA, *Bos marimus. Piscis est, quasi Boca dicitur. Focax, Vitulus marinus.* Papias MS. Virgilius dixit *Phoca* hoc significatu.

¶ 2. FOCA, pro *Focus.* Vide in *Camba* 3.

* 3. FOCA, vel FOCHACH, *ut Arabes, est potus factus ex ordeo et aliis rebus.* Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

FOCACIA, FOCACIUS. Isidorus lib. 20. Orig. cap. 2 : *Subcinericius, cinere coctus et reversatus, ipse est et Focacius.* Ita etiam Papias, Auctor Mamotrecti, et Matt. Silvaticus. Jo. de Janua : *Placenta, i. libum, Focacia.* [Glossar. Lat. Gall. Sangerman. MSS. : *Focius, Pain cuit en cendre.* Saxon. fo ca.] Johannes Vincentius Metulinus in Notis ad Græcismum : *Acrisimus, panis sine fermento, videlicet Focacia.* Italis *Focaccia,* apud quos proverbium obtinet, *vender pane per Focaccia,* apud Boccacium Nov. 50. et 73. nostris *Fouache,* Placenta scilicet quæ ad *focum,* seu ignem familiarem coquitur. Ejusmodi panes subcinericios *Fugacias* etiamnum a Bulgaris appellari, auctor est Busbequius in Itinere CP. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 55 : *Et duos panes, et duas Focacias, et 4. capones, etc.* Occurrit ibi pluries.

¶ FOACIA. Charta anni 1211. ex Archivo Prioratus S. Nicolai de Firmitate Anculphi : *Tres minas avenæ, et duos capones, et duas Foacias, et unum panem nigrum.*

¶ FOGAÇA, Arvernis, *Fougace* vel *Foasse.* Chartularium Camalariense diœcesis Anic. : *Ad Pinos est una appendaria quæ reddit tres chapos cum III. Fogacis.* Charta anni 1090. in Appendice ad Marcam Hispan. col. 1185 : *Nos igitur supradicti, Girardus scilicet Abbas et monachi sibi subjecti, non donamus, sed consentimus præfato Remundo in Perdus, Duran, Bossacol gallina 1. Fogaça una et migeria 1. de vino, et emina una de civada.*

¶ FOGACIA. Donatio ann. 1138. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 489 : *Fogacias et Parrales vini et gallos et civatam, quem visus est tenuisse pater tuus et tu in Corbessatis.* Occurrit rursus in Statutis Arelat MSS. art. 58.

FOGATA, Eadem notione. Tabularium S. Remigii Remensis : *Nativitate Domini et Pascha in venerationibus magistrorum Fog. 3. pullos 4. butticulas plenas vino 2.* (dat.) Infra : *Ex antiqua consuetudine debet... Fogat. 4. pullos 6. auga 1.*

FOGAZA, in Tabulario Abb. Conchensis in Ruthenis Ch. 97 : *Similiter et in Kalendis 4. denarios, et una gallina, et duas de Fogazas, similiter et opera.*

FOGASA, FOGACRUS, Idem. Tabular. Eccl. Cadurcensis : *Habet autem Gaufredus ille de prædicto Hugone 2. gallos et 1. gallinam et 3. denarios, et 2. Fogasas, et 1. sesterium vini in tempore messis.* Alibi : *Et per censum singulis annis in Nativitate Domini dabat 1. porcum grandem, et 8. panes, et 8. Fogaceos, et 3. capones.*

¶ FOGASSA, Provincialibus *Fougasse,* in Charta ann. 1242 : *Census, oblias panum Fogassarum, et hordei, caponum, etc.*

¶ FOGUACRS. Charta ann. 964. in Append. ad Marcam Hispan. col. 884 : *Pernam unam, et Foguaces duas, et sestarium de civada, et exeminam unam de vino, etc.*

¶ FOUACRS, in Charta Curiæ Cameracens. ann. 1240 : *Et insuper esset obligata eisdem Ecclesia supradicta in tribus panibus, qui vulgariter dicuntur Fouaces.* Charta Renaldi Militis *de Vaudencort* ann. 1243 : *Habebat et possidebat tres Fouaces et tres capones.*

¶ FOUACHA. Charta ann. 1302. e 2°. Chartular. S. Quintini in insula pag. 170 : *Item VI. rasos avenæ, XIII. capones, IX. Fouachas; quælibet Fouacha valoris unius mancaudi bladi solubilis.*

FUACIA, Charta ann. 1056. apud Chiffletium in Tornutio pag. 310 : *In ordeis, in avenis, in denariis, in gallis,* (et) *Fuaciis.* Alia ann. 1229. in Hist. Episc. Cadurcens. n. 77 : *De questa, de leudis, de Fuacis, de saltibus, de aquis, etc.*

¶ FUGACIA. Disputatio Catholici cum hæretico Paterino inter Anecd. Marten. tom. 5. col. 1754 : *Superponunt* (banco seu mensæ ad Cœnam Domini præparatæ) *unum bonum scyphum de vino puro, et unam Fugaciam azimam. Postmodum ait ille qui præest astantibus, Rogemus etc.*

FUGATIA, in Charta ann. 1171. apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 929.

¶ FOGASSERIA, Quæ facit *Fogassas,* Gall. *Fouassiere.* Limborch. lib. Sentent. Inquis. Tolos. pag. 72 : *Aportaverunt unum pastillum de piscibus pro eisdem, quem Johannæ Fogasseria sibi tradidit.*

¶ FOGATERIUS, Qui *Fogatas* coquit, Gall. *Fouassier.* Idem Limborch. pag. 107 : *Bertrandus Roerii Foguterius, etc.*

FOCAGIUM. Vide *Foagium* 1.

1. FOCALE, Annona lignaria, vulgo *Chauffage.* Statuta Hospitalis S. Juliani in Anglia : 14. *solidi æquis portionibus pro Focali eorum annali... distribuantur.* Vel jus, quod quis habet percipiendi ligna in silvis ad suum *focum.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 779 : *Et in eadem haia 10. carratas clausturæ, et 10. carratas Focalis recipiendas annuatim per visum servientis mei, etc.* Pag. 603 : *Et sunt ibi spinæ crescentes in Lonedon pro Focali, etc.* Hermannus *de Lerbecke* in Chron. Comit. Schawenburgens. pag. 38 : *Lignis pro coquina deficientibus, vasa mensalia, puta scutellas, et talia, quotquot inveniebantur, in Noviomago pro Focalibus comburit. Nolebat enim carbo-*

Digitized by Google

nes, seu cespites, quibus utuntur, pro Focalibus in festo suo comburi. Ita usurpatur tom. 1. Monast. Anglican. pag. 815. tom. 2. pag. 204. 291. 813. tom. 3. pag. 91. Lindwodus : *Focalia, quæ colliguntur de stercoribus animalium, continentur appellatione lignorum, et sic decimari debent.* Vide *Prisa.*

2. **FOCALE**, Focile, igniarium, Danti in Inferno cant. 14. et Italis. Ugutio et Jo. de Janua : *Focalem petram vulgus vocat, quæ ferro percussa scintillam emittit.* Alibi : *Igniarium, Focarium.* Glossar. Lat. Gall. : *Focalis, Le Feuleux, comme pierre qui fait feu.* Guigo II. in Statutis Ord. Cartusiensis cap. 38. § 5 : *Ad ignem, Focile, esca, lapis ignitus, ligna, securis.*

¶ 3. **FOCALE**, Collare. Vita S. Guillelmi Politiensis, April. tom. 2. pag. 463 : *Quos* (pueros) *candentibus stolis amictos gemmatisque Focalibus distinctos per aera glomerare... conspectat.* A *Fauces* melius legeretur *Faucale.* Laurent. in Amalthea : *Focale, Ligaminis genus ad Fauces, veluti fascia collum ambiens. Item, Ferrum ignitum, quo crispantur crines.*

* 4. **FOCALE**, Stipes, caudex. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Focale, Buche.*

* 5. **FOCALE**, Cremathra. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Focale, Cramillie.*

FOCALIA, Papiæ, *A fuco, i. Oraria, Genera vestimentorum.* [*Oralia* in MS. Bituricensi.] Vide Senecam lib. 3. Natural. Quæst. et Quintilian. lib. 11. et horum Interpret.

** **FOCALIS RESIDENTIA.** Gall. *Feu et lieu.* Vide in *Foagium.*

¶ **FOCALIUM**, ut *Focale* 1. Th. *Madox* Formul. Anglic. pag. 27 : *Prædictus Abbas et Monachi et successores eorum habebunt turbas sufficientes in prædicta mora ad Focalium Fratrum.*

¶ **FOCANEA**, Cella in Monasteriis, ubi focus communis est, Gall. *Chauffoir.* Nova Gall. Christ. coll. 1144. ex Instrumento anni 1461 : *Actum in Focanea Monasterii Sistarici.*

* Locus omnis, ubi *focus* accenditur. Charta ann. 1286. in Reg. 4. Armor. gener. pag. 7 : *Actum apud Montemolivum in Focanea domini R. Scoferii jurisperiti. Foganea,* in alia ann. 1357. ibid. pag. 13. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Foaria, Prov. fornax, caminus.*

¶ **FOCAPA**, FOECAPA, Genus placentæ. Statuta Capituli Tull. ann. 1497. cap. 16. de Festo et Episcopo Innocentium : *Itur ad domum pastoralem... ubi... paraverint Focapam, vinum, poma, nuces.* Statuta MSS. Petri de Longolio Episc. Autissiod. ann. 1456 : *De Festorum observatione. In quo casu carnifices pro carnibus, piscatores pro piscibus, et bolingerios seu pistores pro panibus vendendis atque pastillis seu Foecapis et hujusmodi fiendis, dummodo occasione præmissorum a Divinis, præcipue ab auditione Missæ suæ parochialis Ecclesiæ non retrahantur, intelligimus excusandos.*

* **FOCARE**, Incendere, igne devastare. Tract. Ms. de Re milit. et mach. bellic. cap. 42 : *Notandum est sicut est oppidum Focatum et ejus intus domus ardens, statim oportet ipsum oppidum bataliari.* Et cap. 114 : *Lucerna ambulatoria in mantelleto.... ardens stat dricta, et cum ea potest Focari portam seu propugnaculum civitatis.*

1. **FOCARIA**, Ancilla, famula quæ focum curat. Culinaria, 1. Regum, Jurisconsultis, apud Petr. de Vineis lib. 5. Epist. 9. etc. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Focaria, Cuisine, ou concubine.*]

Præsertim vero *Focariæ* appellatæ Presbyterorum et Clericorum concubinæ. Gerardus *de Schueren* in Vocabul. : *Focaria, Eyn huere by den hert, Meretrix foco assidens.* Occurrit hac notione in leg. 3. Cod. de Donat. (8,53.) in Synodo Sodorensi in Insula Manniæ cap. 5. et 6. in Concilio Eborac. apud Hoved. ann. 1195. apud Matth. Paris ann. 1278. Joannem Sarisber. Epist. 27. Rad. de Diceto ann. 1137. Radulfum in Vita S. Richardi Episc. Cicestr. n. 50. in Statutis Ordinis *de Sempringham* pag. 785. in Concilio Nemociensi ann. 1298. cap. 4. in Constit. Petri Episcopi Ruthenensis Legati Apost. ann. 1312. cap. 40. in Concilio Bituricensi ann. 1336. cap. 10. in Synodo Herbipolensi ann. 1287. cap. 5. Rotomagensi ann. 1299. cap. 1. Bajocensi ann. 1300. cap. 37. Placentino ann. 1298. Concilio Parisiens. ann. 1212. cap. 4. Coloniensi ann. 1260. cap. 1. etc. [* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521 : *Focaria, Prestresse.* Vide mox *Focaristia.*] [** et Haltaus. Glossar. German. col. 1459. voce *Pfaffen-Dirne.*]

☞ A Concubinis videntur distingui *Focariæ* in Statutis MSS. Petri Patriarchæ Jerosol. Ord. Præd. ann. 1337 : *In primis dolentes referimus quod nonnulli Sacerdotes aut parrochiales ecclesiarum rectores jam duxerunt in consuetudinem, imo verius damnabilem corruptelam, tenere continue et publice in domo sua vel aliena Focarias, seu etiam concubinas non solum extraneas, sed etiam, quod dictu quoque nefas est, spirituali quodam incestu filias suas spirituales et pœnitentiales tali contubernio polluunt et profanant.*

¶ 2. **FOCARIA**, Annona lignaria, Gall. *Chauffage.* Charta ann. 950. apud D. Calmet. tom. 1. Hist. Lothar. inter Instr. col. 356 : *Forestam nihilominus, quæ dicitur Heis, cum integro banno, eidem loco concedimus in omnes usus cum redditibus suis, id est croada et suffusa quas debent solvere quicumque de adjacentibus exinde voluerit Focariam de mortua sylva habere, et plaustra ad aratra sua, stabula etiam facere.* Est etiam *Focaria* tributum quod pro ligno ad focum penditur. Vide in *Focata.*

¶ 3. **FOCARIA**, Focus, Gall. *Foyer*, in Inventario anni 1342. ex Archivo S. Victoris Massil.

¶ **FOCARIS PETRA.** Isid. Orig. lib. 16. cap. 4 : *Est alius Pyrites vulgaris, quem vivum lapidem appellant, qui ferro vel lapide percussus scintillas emittit... hunc vulgus Focarem Petram vocat.* Ital. *Petra da Fuoro.* [* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Focaris, pierre à fousil.* Aliud Lat. Gall. ex Cod. 7692 : *Focaris, pierre pleine de feu.*]

* **FOCARISTIA**, Presbyter concubinarius, qui *Focarius* alit et domi detinet. Inventar. bibl. Bened. XIII. ex Bibl. reg. fol. 96 : *Sermo magistri Gerardi magni ad clerum Trevettensem de Focaristiis.* Vide *Focarius* 1.

¶ 1. **FOCARIUM**, Focus, Gall. *Foyer*, Joanni de Janua in *Igniarium. Focarius, Locus in quo fit ignis.*

* 2. **FOCARIUM**, Fossa. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Focarium, fosse.*

1. **FOCARIUS**, FOCARISTA, Presbyter Concubinarius, qui *Focarias* alit et domi detinet, in Concilio Copriniacensi can. 25.

FOCARISTA, in Vita B. Bonifacii Episc. Lausanensis cap. 2 : *Semel fecit sermonem Sacerdotibus Focaristis.* Chronic. Windesem. lib. 2. cap. 96 : *Quidam Sacerdos Focarista.* Thom. a Kempis in Vita Gerardi Magni cap. 14 : *Contra proprietarios Focaristas certavit.*

¶ 2. **FOCARIUS**, Qui focum curabat, inter ministros hospitii Reg. Angl. recensetur, in Libro nig. Scaccarii pag. 355 : *Focarius in domo semper comedet, et a festo S. Michaëlis usque ad Pascha cotidie quatuor denarios ad ignem.* Occurrit apud Ulpian. Dig. lib. 4. tit. 9. lib. 1. § 5. Joan. vero de Janua, *Focarius, Locus est in quo fit ignis.*

* 3. **FOCARIUS**, ut *Focacia.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Focarius, pain cuit en cendre.*

FOCATA, FOCARIA, Tributum, quod præstatur pro ligno, quod ad *focum* faciendum in urbem adducitur : Gallis *Foüée.* Tabularium Monasterii Corbeiensis : *Quicumque adducunt ligna ut vendant, duas quadrigatas debent nobis et Castellano, et redditur singulis obolus unus. Et si adduxerint materiam, ut vendant, 6. denarios, etc. si autem postquam materiem vendiderint, ligna adducere cœperint, et vendiderint, reddentur eis 6. denarii, et quadrigatam suam solvent, qui reditus Focata dicitur.* In alio ejusdem Monast. Tabulario : *Chest le maniere coment on culle le cauchie à Foüée de Corbie. Primes toutes carettes carquies de bos non taillié doivent 2. deniers de Foüée, etc.* Similia habet Charta Peagiorum Ambiani vernacula, quæ est Philippi Comitis Flandr. et Ambiani : *Qui vent le caretée à un cheval à plusieurs carkie de mairien, et de tout bos, doit 1. denier de la Foüée, etc.* Charta ann. 1274. in Tabular. Episcopat. Ambian. : *Il se voloient efforcier de faire paier chauciée ou Fouées à nos homes de catel.* Aliud sonat *Foée* in Gloss. Lat. Gall. : *Vicissitudinarius, Qui fait Foüées d'autrui.* Id est, qui operas, quæ a singulis *focis* exiguntur, pro alio præstat. [Hinc in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Vicissim, par Foyez, entrechangement. Vicissitudinarius, Qui fait Foüez d'autrui. Vicissitudo, Exercitation de Foyéez d'autrui, alternacio.*] Charta anni 1241. in Probat. Hist. Castilion. pag. 55 : *Debent etiam ad clausuram castri et ad ejus reparationem subsidium cum aliis de Castellania scilicet per unum diem singulis septimanis operam unius hominis de quolibet Foco, etc.*

FOCARIA, Idem quod *Focata*, in Charta apud Meurissium in Episc. Metens. pag. 137 : *Quicumque de adjacentibus exinde voluerit Focariam de mortua silva habere.* Tabularium Ecclesiæ Ambian. : *Quicumque debet 12. denarios de vinagio, unam Foca-*

Digitized by Google

riam persolvit. [Et alio in loco : *Homines vero tam de Veterivilla quam de Nova debent Canonicis pro Focaria de singulis equis quatuor denarios.*]

* **FOCATICUM**, Census, qui pro singulis *focis* seu domibus penditur, idem quod *Foagium* 1. Codex reg. 4189. fol. 10. r°. : *Forma litterarum quæ mittitur prædictis super Focatico.* Vide infra *Focularis.*

¶ **FOCATICUM VINUM**, Decima vini, quæ a singulis *focis* præstatur. Charta Othonis Reg. ann. 952. apud D. Calmet. inter Probat. Hist. Lothar. tom. 1. col. 362 : *Dedimus .... decimam partem vini ex mansis ad nostram kameram pertinentibus, quod vinum Focaticum vocamus.*

¶ **FOCATIUS**, ἰσχάριος. Gloss. Lat. Gr. Vide *Focacia.*

¶ **FOCAX.** Vide *Foca* 1.

* **FOCCAGIUM.** Vide supra in *Foagium* 1.

* **FOCCITATIO**, pro Oscitatio. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Foccitatio, badalh, Provinc.*

* 1. **FOCHUS**, Lemniscus, minus vexillum, Ital. *Fiocco*, Gall. *Banderolle.* Inventar. ann. 1389. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 366 : *Navis una deaurata cum rotis quatuor et Fochis et banneriis et aliis operagiis.*

* 2. **FOCHUS**, Familia, domus, in Stat. Astæ collat. 4. cap. 1. pag. 16. r°. pro *Focus.* Vide in hac voce.

¶ **FOCI.** Charta Guidonis Abb. S. Germani Autissiod. ann. 1296. data *die Sabbathi ante Focos*, id est, ut conjecto, ante *brandones.* Transactio ann. 1274. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 107 : *Pro his autem sic concordatis nos tenemur pro qualibet vacante præbenda solvere dictis Religiosis ... centum et decem solidos Tur. annis singulis, quibus ipsam præbendam vel præbendas vacare contigerit, ad Focos cujuslibet anni.* [* Necrol. Ms. eccl. Senon. : *Quarto Kal. Augusti, obiit Mathildis comitissa Nivernensis, in cujus anniversario distribuimus decem libras Turon. percipiendas in censa Autissiodorensi in crastino Focorum, antequam fiat hoc anniversarium.* Vide supra *Dies focorum* in *Dies* 7.] et *Brandones.*

¶ **FOCICHALTA.** Pactus Leg. Salicæ tit. 2. § 7. edit. Eccardi : *Si quis scrovam cum porcellis furaverit, malb. Focichalta, in* DCC. *den. qui faciunt sol.* XVII. *culpabilis judicetur.* Ubi Eccardus legendum censet *Folcichalta* vel *Folcchalta*, quo Mulcta furatæ scrofæ cum porcellis exprimitur. *Folc* enim ea notione usurpatum a Germanis testatur idem Vir eruditus.

* **FOCIA.** Vide infra *Foeya.*

* **FOCILARE.** Vide infra *Foculare* 3.

1. **FOCILE.** Fridericus II. lib. 1. de Arte venandi cap. 33 : *Huic vero ossi colligantur duo Focilia cruris, quæ sunt in alis ; sunt autem duo Focilia cruris, ut si unum pateretur, reliquum remaneat sanum, etc.* Infra : *Hæc autem duo Focilia, quæ nos dicimus constituere crus, quibusdam appellantur Coxa, etc.* Vide *Focale* 2. et *Esca.*

* *Focile* etiam dicitur Os brachii, ita *Focile majus et minus*, Cubitus et radius appellantur. Consule Lexic. medic. Hujus appellationis rationem, videsis apud Th. *Hyde* de Relig. Persar. pag. 333. Hæc post D. *Falconet.*

* 2. **FOCILE**, *Gallice, Fauniers, ubi ligna desiccantur.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1348 ex Cod. reg. 4120.

FOCILLARES, *Domus*, Papiæ. [Non male in MS. Bituric. : *Foci, lares, Domus dicuntur.*] Vide *Foculare.*

¶ **FOCIRE.** Supplementum Antiquarii : *Focio*, ψωμίζω, *Adesco, Allicio.* In Glossis MSS. Sangerman. habetur *Fotio.* Forte melius, *Faucire*, a *Fauce.*

FOCIS, Italis *Foce*, Senensibus *Fauci*, ex Lat. *Fauces. Sboccatura della canna della gola in bocca*, Academicis Cruscanis : Ostium fluvii aut cujusvis rivi. Leo Ost. lib. 1. Chr. Casin. cap. 14 : *Concessit ... portum Trajectensem ... necnon et totam piscariam de civitate Lesina, una cum Foce sua.* Ubi quidam Codd. habent *Fauce.* Lib. 3. cap. 58. (al. 59.) : *Reddit B. Benedicto fluvium Lauri, cum tota piscaria sua, et ipsam Focem S. Benedicti cum tota piscaria, et calatoribus suis, etc.* Sanutus lib. 1. part. 1. cap. 6. ostia Nili *Foces* pariter non semel vocat. Vide Ughellum tom. 1. Ital. sacr. pag. 68. 136. Sandovallium in Idacio pag. 292. Antonium *de Yepez* tom. 4. Chron. Ordin. S. Benedicti pag. 457. verso, Anton. Brandaon. tom. 3. Monarch. Lusitan. fol. 294. v. [Concil. Hisp. tom. 3. pag. 175. col. 2.]

¶ **FOCO**, Caminus, locus ubi ignis accenditur, Massil. *Fougon*, Hispan. *Fogon*, nostris *Fourneau.* Statuta Massil. lib. 1. cap. 35 : *Sane in hoc numero placias illas non computent, quæ ab antennis, anchoris, et Focone necessario pluries occupantur.* Vide *Fogus.*

¶ **FOCOLARE**, pro *Foculare.* Radulfus de Gestis Friderici I. Imper. apud Murator. tom. 6. col. 1189 : *Ut unusquisque in anno solveret pro manso soldos tres imperialium, pro jugo boum imperiales* XXVI. *pro Focolari denarios* CXII. Alibi habet, *Foculare.*

FOCOSITAS. Gesta Consulum Andegav. cap. 3. n. 3 : *In graves infirmitates cadens, videlicet Focositatem, phtisim, et hydropisim, etc.* Idem quod calor vehemens. Italis, *Focoso*, ardens, *Focosamente*, ardenter.

1. **FOCULARE**, Idem quod *Focus*, Locus ubi ignis asservatur, vel domus ipsa, Italis *Focolare*, nostris *Foier.* Gloss. Saxon. Ælfrici : *Foculare*, E or ð. Quæ vox *terram, et solum*, sonat. Aliud Glossarium Saxon. Cottonianum : fyre-gearvunga, *Focularia*, Somnero, *Fomes combustibilis.* Lex Longob. lib. 1. tit. 19. § 2. [** Roth. 147.] : *Si quis focum super novem pedes a Foculare portaverit, et damnum ex ipso Foco sibi aut alteri factum fuerit, etc.* Adde Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 54. Statuta MSS. Caroli I. Reg. Siciliæ cap. 85 : *En tel maniere, que por la contumace de l'université por la determination de chascun Foculer, demi Augustaire soit baillé à nostre cort.* Charta Urbani II. PP. apud Baronium ann. 1092. n. 14 : *Cum juribus, angariis, pensionibus solutis tam ratione terrarum, quam pro quolibet Foculari ipsorum locorum, etc.* [Occurrit pluries in Gregorii Monachi Chronico Farfensi apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 440. 451. 453. et in Gestis Friderici I. Imperat. apud eumd. Murator. tom. 6. col. 1190. etc.] Papias, ex Isidoro : *Focilares, domus dicuntur.* Vide *Focillares.*

¶ **FOCULARE SE**, Ad *focum* calefieri, Gallice *Se chauffer.* Vita B. Hugonis de Lacerta, apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 1145 : *Huic vero erat ædicula tam pauper, tamque angusta, quod ex pennulis juniperi aliorumque humilium arbustorum, collo quidem suo delatis, in ipso ostiolo prope limen Se Focularet.* Supplem. Antiq. : *Foculat*, θωπεύει, *Adulatur.*

¶ 2. **FOCULARE**, Eadem notione, qua *Flocus*, ut videtur, Gall. *Froc*, unde forte melius legeretur *Floculare.* Statuta Synod. Bertrandi de Turre Episcopi Tull. ann. 1359. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 860 : *Circa vero abdicationem, castitatem .... silentium, cibos et vestimenta, lectoria, Focularia et capucia ... sic se Religiosi studeant cooptare, quod, etc.*

* 3. **FOCULARE**, *Nourrir vel refere. Focilare, idem.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

** 4. **FOCULARE**, *Germ. Blasbalg, Focher*, Follis, in Vocabul. Germ. Latin. ann. 1482. ADEL.

* **FOCULARIUS**, Qui *focum* seu domum habitat. Constit. Mss. Caroli reg. Sicil. : *Si quidem locus ipse habebit mille vel plures Focularios, centum. Si vero plura quam quingenta usque ad mille habuerit domicilia, quinquaginta.* Codex reg. 4189. fol. 10. r°. : *Mandamus quatenus ... scyndicum vestrum ... mittere debeatis ad solvendum nobis Romanæ ecclesiæ lxiv. libras ..... in quibus eidem Romanæ ecclesiæ nomine Fucullariorum tenemini.* Leg. *Foculariorum*, ut infra fol. 26. v°. Vide *Foculare* 1.

FOCUM, Focus, ignis. Capitulare de Villis cap. 27 : *Casæ nostræ indesinenter Foca et wactas habeant, ita ut salvæ sint.*

¶ **FOCUM** et **FOCUS**, Incendium. Chron. Parmense ad ann. 1245. apud Murator. tom. 9. col. 769 : *Fuit Focus de S. Salvatore die Sabbati Sancti, ex quo multæ domus fuerunt arsæ.* Et ad ann. 1282. col. 801 : *Et illa eadem nocte alia Foca in civitate Parmæ fuerunt, licet parva ; ex quo maximus timor fuit.*

FOCUS, Ignis, unde nostrum *Feu* : contra Latinis id dicitur, in quo ignis servatur. *Focum facere*, ignem excitare, apud Anonymum de Re architectonica cap. 3. Flodoardus lib. 1. Hist. Remens. cap. 17 : *Ad ipsum calefacere se cœpit ignem : Semper inquiens, est bonus Focus.* Anonymus de Miraculis S. Benedicti cap. 27 : *Viderant ignem accendi : vulgus reliquum expergefactum terrificam illam vocem cum horribili ululatu concrepabat : Ad Focum, videlicet, Ad Focum.* [Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 605 : *Et singuli clamantes ad Focum, ad Focum, ipsam domum volebant comburere.*] Galli dicunt : *Au Feu, au Feu.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 139 : *Et in bosco ejusdem villæ, quod necesse eis fuerit domibus et sepibus suis reficiendis, et ad Focum faciendum.* Adde Legem Alemann. tit. 65. § 5. tit. 81. § 1. Legem Bajwar. tit. 3.

Digitized by Google

cap. 4. Legem Longob. lib. 1. tit. 19. § 2. 3. Edictum Rotharis tit. 54. § 5. 6. [** Rothar. 147. 148.] [Vide *Foci.*]

* Lit. ann. 1336. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 320 : *Clamando et alta voce dicendo, à Foc à Foc, etc.* Hinc nostri *Fouyer* appellant certam venandi rationem, quæ cum igne fit. Lit. remiss. ann. 1474. in Reg. 195. ch. 1218 : *Les supplians oyrent sonner une sonnette à Fouyer; parquoy supposerent que c'estoient gens qui chassoient au Fouyer les perdrix, qui est chose défendue de par nous.*

¶ Focus, Ferrum calidum, in Lege Alemann. tit. 65. § 5 : *Si manum transpuncxerit, ita ut Focus non intret ad coquendum venas vel sanguinem stagnandum, solidum unum et semis componat.*

Focus, Familia, domus. Siculus Flaccus de Condit. agror. : *Quoniam, ut sæpe invenimus sæpe uni Foco territoria complurium acceptarum attribuantur.* [Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. f. 72. col. 2 : *Sunt ibi Foci inter ingenuiles et lidiles* CXXIIII. *qui solvunt de spelta mod.* CXXIIII. [** Plura vide apud Guerard. in Indice.] [Regest. 87. Chartophylacii regii : *Isti non faciunt Focos, quia juvenes, et morantur cum eorum parentibus.*] Ita etiam usurpant Scriptores Latini aliquot. Vide Claudium Expillium Orat. 31. pag. 371.] [* *Loca ignium sive Foci*, in Charta ann. 1329. tom. 2. Hist. Trevir. Jo. Nic. ab *Hontheim* pag. 113. col. 2.] [** Germ. *Feuerstætte*. Vide Haltaus. Glossar. German. voc. *Feuer*, col. 457. et *Herd*, col. 892. *Hospicium ad ignem*, in Inquest. ann. 1257. art. 3. in Registr. *Olim* tom. 1. pag. 10. edit. Beugnot.]

Tenentes Focum *et Locum, Cubantes et Levantes in justitia N. etc.* In Charta ann. 1291. in Tabulario Ecclesiæ Autisiod. fol. 456 : *Tenir Feu et lieu*, in vet. Consuetud. Normann. cap. 15. *Tenir Feu, pot, et domicile permanent*, in Consuet. Camerac. tit. 6. art. 2. *Avoir maison, et tenir Feu*, in Consuetud. Burbon. cap. 36. *Focum aut tectum hospiti negare*, vel *tradere*, in Lege Burgund. tit. 38. § 1. 9. Vide *Focagium.*

Facere Focum Alicubi. Curia Gener. Catalaniæ ann. 1291 : *Quod aliquis homo qui teneat mansum, vel pernadam, vel bordam, et faciat Focum inibi, non possit se facere hominem alterius, sine licentia domini sui. Faire feu vif et residence sur une heritage*, in Consuetudine Marchensi art. 144. 145. 164. 175. Plautus Aulularia :

Nam si ignis vivet, tu extinguere extempulo.

Vide *Ignis.*

* Focus Vivus, *Tenere focum vivum, faire feu vif et résidence*, in Consuet. Marchensi art. 144. dicitur de iis, qui alicujus domini territorio sedem habent stabilem. Reg. feud. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 24. r°. : *Nec idem tenet ab alio aliquid, nec tenetur in aliquo deverio, exceptis duabus concatis terræ, quas tenet ab Amanevo de Moyssiaco, sub quibus debet tenere Focum vivum. Focum seu ignem in domibus suis alentes*, in Charta ann. 1254. ex Chartul. Bosonis-vil. Vide *Residentes.* Hinc *focum* extra domum portare usus erat forensis, cum aliquem ex sententia judicis domo deturbabant. Vide supra *Dissagire.*

Focos Dividere dicuntur, *conditionales*, seu servituti rurali obnoxii, cum qui prius unum *focum*, seu familiam conficiebant, duos aut plures ex consensu mutuo, vel pacto, conficiunt. Charta Joan. D. Castrivillani ann. 1279. in Tabulario Cluniac. : *Item quidquid juris habebat in hominibus suis, qui Focos suos dividunt.* Consuetudo Marchensis art. 153 : *Entre hommes tenans heritages serfs ou mortaillables, le chanteau part le villain : c'est à dire, que quand deux ou plusieurs desdits hommes, parens ou autres, qui paravant estoient communs, font pain separé par maniere de declaration de vouloir partir leurs meubles, ils sont tenus et reputez divis et separez quant aux meubles, acquests, noms, detes et actions.* Adde Consuetud. Arvernensem cap. 27. art. 7.

* Facere Vivam Guerram *de sanguine et* Foco, Phrasis Gallica, *Faire la guerre à feu et à sang*, Ferro et incendio bellum gerere. Charta ann. 1243. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1571 : *Tenentur sub debito juramenti facere vivam guerram de sanguine et Foco omnibus Kasaetis et depræ-datoribus maris, et specialiter omnibus Jadertinis.*

* Focus, Gall. *Foyer*, Medicis, Pars corporis, cui causa morbi insidet. Ant. Lobettus de *Foco putredinis in febribus intermittentibus.* Ita D. *Falconet.*

* **FOCUSUS**, *Tincto*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

¶ **FOD**, Fot, Fud, Futt, Matrix, vulva, Celtis. Lex. Runic. Olai Wormii pag. 37. Belgis *Fotte.* Ita Schilter. in Gloss. Teuton.

* **FODAGIUM**, ut supra *Foagium* 1. et *Focagium.* Charta. Simon. Montisf. anu. 1212. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 56 : *Ab omni exactione, tolta, questa, leuda, Fodagio liberi sint et immunes.* Ita quoque legitur in Cod. Bibl. reg. 8407. 2. 2. fol. 24. v°.

¶ **FODDERCORN**, Jus *fodrum* seu pabulum equorum exigendi, vel ipsa pecuniaria præstatio pro eodem jure. Charta ann. 1281. tom. 1. Monast. Angl. pag. 297 : *Necnon reditus qui dicuntur hidagium et Foddercorn, una cum sectis liberorum hominum... in perpetuum Abbatibus* (S. Edmundi) *designentur.*

* **FODERA**, Pellitium, quo vestis ornatur, Gall. *Fourrure*, Ital. *Fodera.* Inventar. Ms. Sedis Apost. ann. 1295 : *Item unam Foderam de grisiis pro guarnichiis. Item quatuor Foderas pro capuciis de affilaturiis.* Vide *Fodratura.*

FODERARE. Vide *Fodrum.*

¶ **FODERATURA.** Vide *Fodratura.*

FODERATUS, Pellitus, Italis *Foderato*, Gall. *Fourré.* M. Robertus de Sorbona in Serm. de Conscientia : *Supertunicale..... strictum sine manicis, de vario Foderatum.* Nicolaus IV. PP. in Epist. apud Odoricum Rainaldum ann. 1278. num. 79 : *Referant cappas nigras de segia simplices, vel, si voluerint, Foderatas a cingulo, vel circa ex parte anteriori, fixas interius et apertas.* Cæsarius lib. 8. cap. 59 : *Cum esset frigus, et ille se algere simularet, Gerardus cappam suam Foderatam, qua se tegeret iens cubitum, transmisit.* Ericus Upsaliensis lib. 1. Hist. Suecicæ : *Illic bestiæ nobilium pellium vellere tectæ, sunt in magna multitudine et copia, quarum pelles pro Foderatura aptissimæ. Fodratura*, in Concilio Tolet. ann. 1346. [Schramb. in Chron. Mellicensi pag. 359. col. 2 : *Oportebit ut non utantur camisea linea, sed lanea tantum, nec bambasio vel joppa, neque pileo Foderato cum pellibus.*] Vide *Furratus.* Vox porro orta, ni fallor, a *fodero*, seu *fodro* : qui enim ad *fodrum* seu pabulationem proficiscebantur, inde redibant rebus omnibus instructi ac onerati, dicebanturque esse bene *foderati*, *Bien Fourrez* : quod postea traductum est ad pelles, quibus onerantur vestes et instruuntur. Loccenius a Sueco-Germanico *Foder*, ortam vult.

¶ **FODERMALT**, Fodrum, Gallice *Feurre, Foarre*, et *Foerre.* Charta Roberti Frisii Comitis Flandriæ pro Ecclesia S. Petri Casleti ann. 1085. apud Miræum tom. 2. Diplom. Belgic. pag. 1137 : *Ita ut villæ ejusdem minister ministerium a Præposito et fratribus teneat, et eorum tantum præceptis obediat, et totum Fodermalt de Hersela et apud Guermeholt viginti duos fodros et dimidium.*

FODERUM. Vide *Fodrum.*

¶ **FODESORIUM.** Vide *Fossorium.*

¶ **FODHERA.** Vide *Fodra plumbi.*

* **FODIA**, Fodiata, Cuniculus, fossa. Tract. Ms. de Re milit. et mach. bellic. cap. 102 : *Fiat caverna subterranea, si fodi potest; quæ Fodia transeat sub flumine civitatem circumdante usque ad montem civitatis.* Reg. episc. Nivern. ann. 1287 : *Clausus de grangiis et clausus de Robot fodiuntur pro vijxx. Fodiatis.* Vide *Fodita.*

FODIO, *Bidens*, in Gloss. Arabico-Lat.

FODITA, Fossa, seu vivarium piscium in fossa. Speculum Saxonicum lib. 2. art. 28. § 2 : *In piscatùris vero, Foditis, seu stagnis, si quis piscaverit, etc.*

* **FODITARE**, Fodere; *Fodicare* dixit Cicero. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Foyre, Prov. fodere, fossare, Foditare.* Hinc vocis *Fouille* origo, qua Ligonis species designatur, in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 310 : *Jehannin Hanneton ala férir un cop d'un baston ferré, nommé Fouille de sauge, parmi le corps Jehannin Simonin. Un baston ferré, appellé Fuelles de sauge*, in Lit. remiss. ann. 1399. ex Reg. 154. ch. 449. *Feulle de sauge*, in aliis ann. 1406. ex Reg. 160. ch. 266. *Feuille de sauge*, in Lit. ann. 1410. ex Reg. 164. ch. 379. quo vocabulo etiam nunc utimur; minus apte tamen, si a *Foditare* vel *Fodere* accersendum est.

* **FODITIO**, Fodina, Galll. *Mine.* Charta Caroli IV. imper. ann. 1355. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1349 : *Concedimus omnia et singula castra, civitates, loca, ... cum.... auri et argenti Foditionibus, silvis, etc.*

* **FODIUM**, pro *Fodrum.* Vide in hac voce. Lit. Caroli IV. imper. ann. 1354. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1595 : *Omnia alia jura, jurisdictiones omnes, titulos, fasces, dignitates, Fodia, regalia, vectigalia, pedagia, thelonea, etc.*

¶ 1. **FODORUS**, Vagina, Gall. *Fourreau*, Italis *Fodro.* Testam. Ermengaudi Comit. Urgellensis ann. 1010. in Append. ad Marcam Hispan. col. 973 : *Ad sancta Maria in*

Digitized by Google

Anicio ipsa mea spada cum auro et ipso Fodoro de auro et rengus cum ipsa fibula de auro. Vide *Posticium* ubi *Fodorus* pro Portula occurrit.

* 2. **FODORUS**, *Fodrum*, Quidquid præbebatur ad victum militum, vel equorum. Præcept. Lothar. I. imper. ann. 833. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 978 : *Nec ab eis mansionaticus aut Fodorus penitus accipere vel exigere præsumant.*

¶ 1. **FODRA PLUMBI**, Massa plumbea, quæ Gallice dicitur *Navette*, vel *Saumon;* hujus pondus est trecentarum librarum; illius vero centum quinquaginta aut sexaginta. Charta Henrici IV. Regis Angliæ ann. 1409. apud Rymer. tom. 8. pag. 605 : *Sciatis quod... concessimus et licentiam dedimus eidem consorti nostræ quod ipsa sex Fodras plumbi... in navibus carcare, et Fodras illas versus partes Britanniæ, absque custuma seu subsidio,.... traducere possit, carissimo filio suo Duci Britanniæ, pro coopertura cujusdam mesuagii sui in partibus illis, liberandas.* Idem occurrit in Charta Eduardi IV. Regis Angliæ ann. 1475. apud eumdem Rymer. tom. 12. pag. 7. Litteræ anni 1405. apud eumd. tom. 8. pag. 393 : *Mandamus vobis, quod quatuor Fodheras ad opus carissimi Fratris nostri Regis Portugaliæ infra regnum nostrum Angliæ emptas... absque custuma seu subsidio... duci et cariari permittatis.* Aliæ anni 1443. apud eumdem tom. 11. pag. 33 : *Ducentas Foudras plumbi.*

¶ 2. **FODRA**, Vestis duplicata, Italis *Fodera*. Acta S. Bertrandi tom. 1. Junii pag. 789 : *Duabus tunicis, una Fodra, contempta pellicia, etiam cruditate frigoris perseverante, nivium tempore et pluviarum, addito simplici pallio, corpus suum tegebat.*

* Idem quod supra *Fodera*. Stat. Placent. lib. 6. fol. 80. v°. : *Et si fuerit sine Fodra seu desfodratus, ij. sol. et vj. den. De qualibet Fodra seu mantello, etc.* in Stat. datiar. Riper. fol. 4. 1°.

¶ **FODRARIUS**. Vide in *Fodrum*.

FODRATURA, Pellitium, quo vestis ornatur, Gallice *Fourrure*, in Concilio Constantiensi ann. 1418. sess. 36. [Statuta Eccl. Andegav. ann. 1423. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 528 : *Prohibemus quoque in et sub pœnis tam a jure quam ab homine.... pretiosiores tunicas et vestes seu Foderaturas quam quæ statui suo congruant, habere et deferre.* Vita B. Mariæ Oigniacensis tom. 4. Junii pag. 646 : *Tunicam laneam albam, cum ejusdem coloris simplici pallio, absque pellium conjunctione vel aliqua Foderatura pro indumento habebat.* Ordinatio Humberti II. de vestimentis ejus hospitii tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 315 : *Valleti officiorum hospitii nostri induantur... de una malacota cum capucio sine Fodratura.*] Vide *Foderatus*, et *Foratura*.

¶ **FODRATUS**, Idem quod *Foderatus*. Ordinatio Humberti II. de vestimentis ejus hospitii tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 315 : *Induantur Capellani nostri de raubis scutiferorum... de una malacota Fodrata cum agnello, et mantello duplicis panni.... Et corsetum sit Fodratum de sendato.*

* **FODRIARIUS**, Qui *fodrum* exigit vel tollit. Chartul. S. Sergii ch. 201. apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 354 : *Gaufridus de Bellomonte, qui mandatum comitis Fodriariis detulit, non ulterius fodrum requirerent de cimiterio S. Martini.* Vide *in Fodrum*.

FODRIUM. Vide *Fodrum*.

FODRUM, FODRUM, FODRIUM, [Gall. : *Fourrages, Ustencilles, Etapes.*] Ita Scriptores inferioris ætatis appellarunt *annonam militarem*, uti hæc vox definitur in Vita Lud. Pii ann. 796. seu quæ præbebantur ad victum militum, vel equorum, ut stramentum et palea, cui inde apud nos *Feurre* appellatio mansit. [Ordinat. Johannis Franc. Regis ann. 1355. tom. 3. Ordinat. pag. 58 : *Nos maistres d'Ostel pour nous pourront hors bonnes villes, faire prendre... Feurres, se ils les trouvent battuz, et fiens* (foins) *pour la necessité de nos hostieux pour la journée.* Hinc nata proverbia : *Un seigneur de paille ou Feurre, mange un vassal d'acier. Faire à Dieu gerbe de Feurre;*] ex Germanico *Futter*, pabulum equorum, ut quidam volunt. [** Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 379.] Generatim significat, quod hisce verbis recensetur in Charta Heriberti Viromanduorum Comitis ann. 1076. apud Hemeræum : *Decrevi et districte præcepi, ne quis amodo successorum meorum sub obtentu Advocationis vel dominii dictam Abbatiam audeat perturbare, non pastum, non annonam, nec etiam stramentum aut paleam de cunctis ejus possessionibus auferre.* Quæ quidem omnia unicum *fodri* nomen comprehendunt : quod pro quavis exactione, atque adeo non pro equorum duntaxat, sed et pro ipsorum militum annonis vel etiam victu, seu, ut tum loquebantur, *procurationibus* ac prandiis passim usurpari constat. [Capitul. 5. Caroli M. cap. 2 : *De negotio super omnia præcipiendum est, ut nullus audeat in nocte negotiare in vasa aurea et argentea, mancipia, gemmas, caballos, animalia, excepto vivanda et Fodro, quod iter agentibus necessaria sunt.*] Diploma Friderici II. Imp. ann. 1213. apud Goldastum in Constit. Imperial. : *De mandato summi Pontificis recipiemus procurationes sive Fodrum ab ipsis.* Charta Umberti Maurianensis Comitis apud Guichenonum in Hist. Sabaud. pag. 27 : *Liberum quidem et absolutum a Fodro et omni censura.* Hæc porro restituenda videtur vox apud Gregorium VII. PP. lib. 9. Epist. 11. de Henrico Imp. : *Quod fieri minime credimus, quoniam nec etiam Fodrum ab his, per quos transitum habet, habere potest.* Ubi edit. *Focum.* Charta Henrici Imp. ann. 1045. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 81 : *Ad publicam exacturam, vel aliquem reditum, quæ vocant Fodrum etc.* Otto Frisingensis lib. 2. de Gestis Friderici cap. 12 : *Mos enim antiquis ex quo Imperium Romanum ad Francos derivatum est ad nostra usque deductus tempora, ut quotienscumque Reges Italiam ingredi destinaverint, gnaros quoslibet de familiaribus suis præmittant, qui singulas civitates seu oppida peragrando, ea, quæ ad fiscum regalem spectant, quæ ab accolis Fodrum dicuntur, exquirant.* Adde cap. 23. et Radevicum lib. 4. cap. 10. Guntherus lib. 8. Ligur. : *Id quoque, quod Fodrum vulgari nomine dicunt.* Apud Baron. ann. 1159. *De Dominicalibus Apostolici non esse Fodrum colligendum, nisi tempore suscipiendæ coronæ. Fodrum tollere*, in Charta ann. 1014. tom. 10. Spicileg. pag. 637. [in Decreto Ottonis III. pro Monaster. Farfensi ann. 1001. apud Murator. tom. 2. art. 2. col. 494. et in Gestis Friderici I. auctore Radulpho apud eumdem tom. 6. col. 1182. *Le Feurrel* in Ordinat. Gallica anni 1320. apud D. *de Lauriere* tom. 2. pag. 579.] *La forre*, in Charta ann. 1222. apud Perardum in Burgundicis pag. 327. [Hinc Parisiaca platea vulgo dicta, *Rue du Foarre*, alias *du Feurre;* in Instrumentis vero Latino-barbaris, *Vicus straminum.* Cur autem sic dicta fuerit docet Menagius in Etymolog. Gallic. Vide *Froyrage* et *Froyre* suis locis.]

* Vim vocis accurate explicat Charta ann. 1027. inter Monum. eccl. Aquilej. cap. 54. col. 501 : *Dicebat Adalperto dux, quod..... ex parte ipsius ducatus Fodrum et angarias, seu publicum servicium in panem et vinum, carnes et annonam, et alias angarias et functiones publicas sibi dare deberent.*

FODRUM COMMUNE, quod ab omnibus Imperatori præstatur, in Charta Friderici II. Imp. ann. 1220. apud Ughellum tom. 2. pag. 23. Idem et

FODRUM REGALE, in Charta Friderici I. apud eumdem Ughellum part. 2. tom. 1. pag. 112 : *Fodrum enim Regale, quod nobis inde debetur, exhiberi statuimus.* In alia ejusdem Imp. ann. 1164 : *Excepto nostro Imperiali Fodro.* Alia ejusdem Imp. ann. 1159. in Hist. Bergomensi tom. 3. pag. 461 : *Ipsi autem de nullo Fodro alicui respondeant, nisi soli Imperatori, vel ejus certis Legatis.* Occurrit hæc vox sæpe apud Scriptores, in Legibus Longob. lib. 3. tit. 8. § 4. [** Conrad. I.] in Chron. Fossænovæ ann. 1186. 1208. 1209. apud Hincmarum in Capitul. Archidiaconis datis cap. 1. et 6. Petrum de Vineis lib. 2. Epist. 29. in Bullario Casin. tom. 1. pag. 22. apud Hieron. Rubeum in Hist. Ravenn. pag. 355. in Epist. Martini IV. PP. tom. 5. Hist. Franc. pag. 880. apud Ottonem Morenam pag. 24. tom. 5. Ughelli pag. 1105. 1106. 1111. etc.

¶ **FODRUM RUSTICALE**, in Chron. Astensi apud Murator. tom. 11. col. 148 : *Homines prædictarum villarum, sunt homines communitatis Astensis, solvendo Fodrum Rusticale semel in anno.*

FODRUM, Idem quod *Fodrum*. Vita Ludovici Pii ann. 796 : *Quibus prudentissime ordinatis, inhibuit a plebeiis ulterius annonas militares, quas vulgo Foderum vocant, dari.* Charta Fulconis Comitis Andegav. ann. 1033 : *Dedi itaque illi Ecclesiæ* (S. Nicolai).... *scilicet vicariam, Foderum, omnesque consuetudines, quas terra reddere solet.* Alia Alterius Fulconis ann. 1092 : *Foderum omnium terrarum suarum quittum, etc.* [Nicolaus de Jamsilla de Gestis Friderici II. apud Murator. tom. 8. col. 575 : *Congregata enim magna multitudine armatorum, equitum et peditum, multoque Fodero pro exercitu tam in rebus victui hominum et equorum necessariis, quam etiam in diversis speciebus medicinalibus pro infirmis... ad civitatem Syponti profectus est.*]

¶ **FORIUM**, Eodem significatu. Chartu-

Digitized by Google

larium S. Vincentii Cenoman. fol. 72 : *Scilicet vicariam et bannum et Forium et theloneum et pasnagium.*

Fotrum, in Charta Caroli Crassi Regis apud Puricellum in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ pag. 231. 232.

Fodrium, Eadem notione. Charta Goffridi Comitis Andegav. pro Ecclesia S. Laudi : *Cum omni honore et etiam cum Fodrio meo, et cum vinagio illarum vinearum, etc.* Alia ejusdem Gaufredi pro Ecclesia S. Nicolai : *Perdono... Fodrium quoque ipsum, quod scilicet in talibus relaxationibus alias mihi retinere soleo.* Charta Joannis Regis Fr. ann. 1351. pro eodem Monasterio S. Laudi : *Cum omni honore, et cum Fodrio meo, et cum vinagio.* Tabularium S. Albini Andegav.: *Reddit duos sextarios frumenti de frumentario, unum sextarium de Forre, 12. denarios de friscengugio, etc.* Vide Galliam Christ. Sammarth. in Episcop. Andegav. n. 45.

¶ Frodum, pro *Fodrum*. Tabular. Majoris-monasterii : *Prædictus W. et hæredes sui concesserunt Monachis decimam omnium Frodorum de Calvign. stramine ejusdem decimæ et aliarum quas Monachi habent in eadem parochia sibi retento.* Occurrit rursus apud Muratorium tom. 1. part. 2. pag. 177. col. 2.

Foderare, Fodrum exigere. Bulla Benedicti IX. ann. 1033 : *Nec mansiones eorum hospitari, vel invadere, vel Foderare præsumat.* Est etiam prædari, *Fourrager*, a fodro, *Aller au Fourrage*. Chronic. Fossæ-novæ ann. 1194 : *Campaniam applicavit, et eam totam Foderavit.*

Forrare, Eadem notione. Matthæus Paris. ann. 1242 : *Quidam de Francis discurrebant, emolumentis victualium intendentes, quod vulgariter Forrari dicitur. Foriare*, Knyghtoni ann. 1355. *Fourrer*, apud Villharduinum, Froissart. 2. vol. cap. 96. Monstrelletum, in Chron. Flandriæ vernac. cap. 17. etc. *Aller en Fuerre*, vel *en Feurre*, apud nostros. Le Roman : *de Garin :*

Alés en Fuerre, s'il vos plaist, le matin.

Infra :

En Fuerre en est alés dans Auberis.

Guillelmus *Guiart :*

Pour ceus grever, qui vont en Feurre.

Idem ann. 1034 :

Par les chans volentiers s'espandent
Volentiers d'aler en Feurre,
L'un tient une espée sans feurre, etc.

Rursum :

Car cil, qui sont en Feurre alé, etc.

Fodrarii, qui ad *fodrum* exigendum, vel tollendum pergunt; nostris *Fourriers*. Hincmarus Remensis Opusc. 5 : *De coercendis militum rapinis : Et mitte homines secundum consuetudinem prædecessorum vestrorum, qui in longius pergant propter Fodrarios, et curam de pace accipiant.* Le Roman *de Parise la Duchesse :*

Antoine a veu pardevant le Forrier,
Qu'il amoine vitaille, et d'avoir sont chargiez.

Foriarii, Prædatores militares, apud Thomam Walsingham pag. 404. Adelbodus de Gestis S. Henrici Imp. pag. 440 : *Exercitus autem ille æstimabatur* 11500. *esse virorum : de Theutonibus vix erant* 500. *et hi partim per Fodrum divisi, partim ad vias custodiendas transmissi.* Le Roman *d'Auberi :*

Par li pais corroient li Forrier.

Guillelmus *Guiart* :

Li Fourrier la contrée esprenent,
Bestail proient et chastiaus prenent.

Idem ann. 1304 :

Et li Fourrier à l'ost retournent,
Qui pour leur gaaing se conforteut,
Li un armeures aportent, etc.

Le Roman *de Garin* :

Li Fourrier cuerent par le pais.

Alibi :

Li Fourriers viennent, qui gastent le pais.

Adde Chron. Flandr. cap. 17. etc. Ab ejusmodi *Fodrariis*, seu *Fodri* exactoribus, appellati apud nos *Fourriers*, seu *mansionarii*, qui domos magnatibus in urbibus parant : ex eo, quod Imperator, cum maxime in Italiam pergeret, fodrarios suos præmitteret, qui mansiones et victum militibus, et stramenta equis pararent, quæ omnia ab incolis subministrabantur. Idque *Prendre lodgis per Forrées*, appellatur in Foris Beneharn. tit. 1. art. 18.

¶ Forrarii. Epist. Johannis de Monsterolio apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1400 : *Frumentarios autem quos Forrarios vocant, non de Sacerdotibus aut Confessoribus vel Medicis curare; sed de his qui possunt vicem rependere sollicitari solent.*

Foratores, Iidem qui *Fodrarii*. Auctor Fletæ lib. 2. cap. 4. § 3. ait, Marescalli forinseci officium esse, *singulis noctibus in crepusculo insidias assidere, et in aurora eas levare, et exercitu vigilato, cum Foratoribus vexillo explicato singulis diebus ire in protectionem.* Hinc *Marescallos ad fodrum dirigere*, in Capitulis Caroli C. tit. 12. cap. 13. et tit. 27. *Forratores* apud Guillelmum de Nangiaco in S. Ludovico ann. 1242.

¶ Forrarii, Eadem notione, in Hist. Fundat. Monaster. Cælestinorum Suession. apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 611 : *Quin etiam quod Forrarii vel provisores sui, necne quicumque alii non granum, non vinum, non pullos, aut fœnum, sive quidpiam... capiant.*

¶ Forrii, Eodem significatu. Privileg. Johannis Reg. Franc. ann. 1360. tom. 3. Ordinat. pag. 479 : *Concedimus eisdem* (Judæis) *quod nulli Magistri hospiciorum nostrorum, municionum nostrarum, equitatores, captores, Forerii, aut alii Officiarii nostri... bona aliqua mobilia dictorum Judeorum vel Judearum, ubicumque existentia capiant.*

¶ Forrerius, Dignitas etiam in Curia Dalphini Viennensis. Conventiones D. Dalphini cum Agouto de Baucio tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 334 : *Sitque unus ex dictis scutiferis Forrerius, et alius Magister escuderiæ, seu marescaliæ suæ.* Hujus dignitatis munera explicantur in Ordin. Officiorum domus Dalphin. ann. 1340. ibid. pag. 395 : *Item, ordinamus unum Magistrum Forrerium ad salarium quindecim florenorum auri per annum, et habeat duos equos, ut supra, etc. Item, Magister Forrerius supradictus habere in scriptis studeat a Magistro Hospitii nostri vel thesaurariis, omnia nomina personarum de nostro Hospitio retentarum, et cum continget, nos ad aliquas partes accedere, nostrum principaliter procuret Hospitium, quod lectis, et lignis et palleis muniat, sicut decet. Item subsequenter designet et eligat alia Hospitia pro nostris gentibus et familiaribus secundum conditionem, qualitatem et decentiam personarum.* Vide *Foraria* 1.

Foragare, Stramine seu foragio instruere. Fleta lib. 2. cap. 86 : *Averia brumali tempore... calide beneque custodiantur et Foragentur.*

Foraginare, Prædari : Gall. *Fourrager*. Lambertus Ardensis pag. 258 : *Eandem villam... Foraginando, deprædando, modum excedendo devastavit.*

Foragium, Forragium, ex Gallico *Forage*, Stramen, pabulum equorum, *Fodrum*, vel etiam *Farrago*. [Charta Richardi Episc. Ambian. ann. 1206. ex Tabulario Compend.: *Quicquid sibi competere dicebat in grangia quam habet Compendiensis Ecclesia apud Atin, videlicet paleam, Foragium, hautonem, procurationem, etc.* Et in alia ann. 1244. ex eodem Tabul. : *Noveritis quod Arnulphus Major de Herces et uxor ejus recognoverunt se vendidisse Abbati et Conventui Compendiensi totum carionem..., omnes fabas cum Foragiis dictorum leguminum sive triturata sint sive non... retentis sibi videlicet dicto Majori ac hæredibus suis aliis vacuis Foragiis frumenti, siliginis, avenæ, ordei et securioni quæ ad dictam grangiam venient.* Tabular. S. Nicolai Andegav.: *Ego Fulco de Candeio Priori de Candeio dedi quamdam consuetudinem quam habebam in terra de Misoteria, scilicet Forragium fœni et avenæ talleium.*] Nicol. Trivettus in Chr. ann. 1301 : *Multos equos perdiderunt propter Foragii defectum.* Eadem habet Thomas Walsingham. pag. 85. Adde Knyghtonum pag. 2449. et Hist. Monast. S. Nicolai Andegav. pag. 10. [*Forage* apud Th. *Blount.* in Nomolex. Anglic. : *Et le dit John trovera au dit Nichol herbe et feyn et Forage pour un hakeney et deux vaches.*]

Forragium, apud Will. Thorn in Charta Henrici III. Regis Angliæ sumitur pro *Fodro*, id, est, jure exigendi pabulum pro equis. [Vide *Foddercorn.*]

¶ Fourragium, Stramen trituratum. Charta ann. 1262. ex Chartul. S. Martini Pontisar : *Aalisia de Tilleio de parochia de Cleri impedimentum faciebat, quominus Religiosi S. Martini Pontisar, stramina et Fourragia garbarum bladi, avenæ, ordei, fabarum, pisorum, et vechiarum ad alia loca possent transferre.* Instrum. ann. 1303. e Tabul. Corbeiensi : *Ob hoc dictus major et sui prædecessores habuerint et receperint vacua Fourragia.*

Furagium, Furragium, Idem quod *Foragium*. Charta Henrici IV. Regis Angl. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 22 : *Ne Furagium capiatur ubicumque in Comitatu Cancie ad equos sustentandos in Castello Dover.* [Tabul. Calense pag. 153 : *Totam dominationem totamque decimam... possidebit, his exceptis, scilicet tota decima vini cum*

Digitized by Google

medietate leguminum, et cum toto Furragio.] Vide *Farrago*.

Vocis *Fodrum* etymon a Saxonico fodre, i. pabulum, alimentum, accersunt Spelmannus et Somnerus : quæ quidem sententia longe videtur vero similior, quam ea, quæ proditur in Judicato MS. Judicis Papiensis ann. 1378 : *Fodrum secundum etymologiam potest dici Fodrum, id est, foris seu foras datum, ex quo videtur, quod dicti Comites non teneantur solvere Fodrum de eorum bonis, id est, non compellantur dare foras de eorum bonis id, quod ab invito extorqueri consuevit, etc.* Vide Oct. Ferrar. in Orig. Ital.

* **FODRUMBANNUM**, Fodrybannum, Exactio, quæ publico *banno* seu edicto indicitur. Stat. Vercell. lib. 3. pag. 49. r° : *Statutum est quod omnia Fodrabanna et condemnationes imposita et facta, et quæ de cætero fient et imponentur per commune Vercellarum, ... scribi debeant per notarios, etc.* Charta Caroli IV. imper. ann. 1358. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 2125 : *Cum reditibus, fructibus, teloniis, pedagiis, Fodrybannis, et aliis attinentiis.*

* **FODRUS**, Vagina, Ital. *Fodro* et *Fodero*, Gall. *Fourreau*. Chron. Bergom. ad ann. 1386. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 856 : *Fecit sibi largiri ipsi domino Guilielmo... spatam unam cum Fodro velluti rubei, et fulcitam de argento laureato. Fourre*, eodem sensu, in Stat. ann. 1330. inter Consuet. Genovef. Mss. fol. 2. v°. : *Item nulz fourbeur ne peut, ne ne doit faire Fourre à espée de bazanne.* Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 100 : *Iceulx feures demanderent à certains compaignons,... se il avoient point trouvé un fourreau d'espée ; lesquelx respondirent par maniere de moquerie qu'il n'avoit saint en paradix, se l'en l'appelloit Fourrel, qu'il ne s'en courroucast.* Vim convicii non intelligo : nisi res turpissima significetur. Vide infra *Forellus* et *Forulus*.

¶ **FODRUS**, Fasciculus paleæ. Vide *Fodermalt*.

¶ **FOECAPA**. Vide *Focapa*.

FŒCUNDIA, *Fœcunditas* ; in Glossis Arabico-Lat.

FŒCUNDICES, *Partes steriles glebæ*, in Glossis MSS. Reg. Cod. 1013.

¶ **FŒCUNDIS**, pro *Fœcundus*. Rythmici versus de eversione Monasterii Glonnensis apud Mabill. tom. 2. Annal. Benedict. pag. 753 :

> Olim pius Rex Carolus
> Magnus ac potentissimus
> Fecit hunc locum devotus
> Pro Beati virtutibus.
> Terris datis Fœnudibus
> Auxit honorem largius.

Ubi pro *Fœcnudibus* legendum *Fœcundibus* ex Cod. MS. ejusd. Monasterii.

FŒCUNDITAS, Liberorum numerus, in leg. 105. Cod. Th. de Decurion. (12,1.) *Fœcunditatis privilegium*. pro jure liberorum, in leg. 8. eod. Cod. de Bonis proscript. (9,42.)

** **FŒDERAMEN**, In unum confusio. Virgil. Grammat. pag. 42 : *Quidam turpe putantes si utrumque verbum integrum scribant. Fœderamen scribendi hoc moderantur modo, dicentes vincinco, et in præterito vicici, etc.*

* **FŒDERARE**, pro *Foderare*, Fodrum exigere. Dipl. Otton. IV. imper. ann. 1209. apud Lamium in Delic. erudit. inter notas ad Chron. imperat. Leon Urbevet. pag. 209 : *Pisani, et qui in eodem dictrictu sunt, a nulla persona debeant Foederari, neque hospitari.* Vide in *Fodrum*.

FŒDERATI, generatim dicti e barbaris populis, qui Romanis merebant : unde a *Militibus*, qui proprie *Romani* sunt, distinguuntur in Novella Valentiniani de Reddito jure armor. : *Magister militum Sigisvultus tam militum, quam Fœderatorum tuitionem urbibus ac littoribus non desinet ordinare.* Adde Julianum Antecess. cap. 387. Procop. lib. 1. Vandal. cap. 11. qui præterea Fœderatorum meminit cap. 19. et lib. 3. Goth. cap. 31. 33. Harmenopulum lib. 4. tit. 12. etc. Maxime vero Gothi, qui a Constantino M. primum conducti, inde nomen *Fœderatorum* sortiti sunt. Jornandes de Rebus Geticis, de Gothis, pag. 102 : *Qui fœdere inito cum Imperatore* (Constantino) 40. *suorum millia illi in solatia contra gentes varias obtulere, quorum et numerus, et militia usque in præsens in republica nominantur, id est, Fœderati.* Infra : *Militiaque illa dudum sub Constantino Principe Fœderatorum renovata, et ipsi dicti sunt Fœderati.* Gothorum Fœderatorum præterea meminit pag. 112. 115. ut Sidon. lib. 1. Epist. 8. lib. 2. Epist. 13. Procopius lib. 1. Vandal. cap. 11. 19. lib. 4. Goth. cap. 5. Olympiodorus apud Photium pag. 179. Malchus in Eclog. de Legat. Glossæ Basil. et Suidas v. Φοιδεράτοι, etc. His qui præerat, *Comes Fœderatorum* dictus, de qua dignitate, supra egimus.

¶ **FŒDERATICUM**, φοιδερατικόν, Stipendium Fœderotorum in Novellis Justiniani.

¶ **FŒDERATIO**, Fœdus, societas, apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 406. Vox nota Jurisconsultis.

¶ **FŒDERATUS**, Pellitus. Statuta Ord. Cisterc. ann. 1427. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1577 : *Inhibet generale Capitulum... ne de cetero per villas et loca judicum tam Ecclesiasticorum quam Sæcularium, sine cucullis vel cappis incedant, quodque birretas postquam vel itinerando tunicas curtas, et Fœderatas atque scissas ante et retro.... studeant penitus amovere.* Vide *Foederatus*.

¶ **FŒDICULA**, *Genus tormentorum*, in Glossis Sangerm. n. 501.

* **FŒDIMENTUM**, perperam pro *Faidimentum*. Charta ann. 1273. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 339 : *Salvis ei hæresibus et Fœdimentis, quæ ibi habet.* Vide in *Faida*.

¶ **FŒDRIUM**, f. Villosa pellis, Gall. *Fourrure*. Ital. *Fodera*. Charta anni. 1424. inter Schedas D. *le Fournier* : *Vasa argentea, jocalia auri et argenti seu perlarum, raubas et Fœdria, etc.*

* Gremium, ventrale, vestium tegmen potius intelligendum esse me monuit illustr. Pr. *de Mazaugues*. Vide supra *Fauda*.

FŒDUS, pro *Fœditas*, in leg. 47. D. de Ritu nupt. (23,2.)

¶ **FŒMELLA**, apud Rymerum tom. 2. pag. 308. pro *Femella* : quod vide.

¶ **FŒNAGIUM**. Vide *Fenagium*.

¶ **FŒNATOR**. Vide *Fenator*.

¶ **FŒNERARIUS**, Fenerator. Permutatio ann. 1315. Hist. Dalph. tom. 1. pag. 31. col. 2 : *Item volumus et consentimus, quod ipsi liberi... possint habere et tenere Lombardos et Judæos, Fœnerarios et alios, et quod nos et nostri non possimus aliquid petere seu exigere ab eisdem.* Utitur etiam Firmicus. Vide *Usurarius*.

¶ **FŒNEUS**, Sterilis, desertus. Dicitur de fundo apud Jacobum Gothofredum ad Cod. Theod. tom. 2. pag. 136.

¶ **FŒNICATUS**, a Græco φοινιξ, Palma arbor, et color ruber. Dicitur de spadice, equo punicei coloris. Vide *Bagus*.

¶ **FŒNILE**, Fornisicium. Vide *Fenile*.

¶ **FOERIUM**, Idem videtur quod *Fodrum* supra, Annona quævis. Capitula Caroli Calvi ann. 857. tit. 24. § 2 : *Sanctimoniales, viduæ, orphani, et pauperes nullo modo opprimantur ; et res illorum, tam in frugibus quam in pratis, necnon etiam in eorum Foerio a nullo per rapinam deprædentur.*

FOESA. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 906 : *Sexaginta solidos in Foesa forestæ, et decimam molendinorum ipsius.* [An forestæ cæsio, ab Angl. *Fell*, Gall. *Coupe*.] [* Vide infra *Foeya*.]

* **FOESUM**. f. pro *Foefum*, feudum, pluries in Charta Henr. I. reg. Angl. ann. circ. 1130. ubi semel etiam *Foedum*, inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 129. et 130. Vide in *Feudum*.

¶ **FŒTA**, Ovis, Gall. *Brebis*, Provincialibus *Fedo*. Charta ann. 1097. in Chartul. Aptensi fol. 34 : *Dabo per guadium ipsum vasculum plenum vino puro ad prædictum opus, et Fœtas tres et capras duas, etc.* [* Vide *Feta*.]

¶ **FŒTENTES**. Anonymus de Gestis Manfredi et Conradi Regum apud Murator tom. 8. col. 616 : *Factum est itaque, quod dum prælibatus Vicarius prope Schiaccam magnum Siculorum exercitum, congregasset, et illorum potissime, qui vocati in partibus illis vexilla ferebant, appellati vulgari linguositate Fœtentes, fidem Regis Caroli profiteri viderentur.*

¶ **FŒTUNTICETA**, Loca fœtida. Hermol. Barbari in 2. de Anima. : *Naribus Fœtunticeta quibus insuevere non obolent.* Lexic. Philos. Goclenii. Vide *Fœtutina*.

** **FŒTURATUS**, Gestatus in utero, apud Tertull. adv. Valentin. cap. 25.

FŒTUTINA, Fœtorum colluvies, apud Apuleium in Apologia : *In Fœtutinis et olenticetis suis jaceat.* [** Vide Forcellin.]

* **FŒUARE**, a veteri Gallico, *Fouer*, Querneo pulvere coria inficere, quod in fossa id fiat, sic dictum : nam, ut supra observavi in voce *Foallia*, *Fouaige*, nostris idem quod fossio, et *Foueur*, quod fossor. Arest. ann. 1354. 9. Aug. in vol. 4. arestor. parlam. Paris. : *Quod dicti tagnatores coria, per alios empta,..... tagnare pro justo pretio tenebuntur, coriaque sua bene et utiliter tagnata et Foeuata vendere tenebuntur.* Stat. ann. 1370. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 315 : *Fust.... ordené par arrest yceulx tanneurs estre tenuz des lors en avant de vendre leurs cuirs bien et profitablement*

Digitized by Google

Fouez; lequel Feuage, etc. Leg. *Fouage.* Vide infra *Fouagium* 2.

* **FOEYA**, Lignatio, nostris alias *Fouée*, seu lignorum vectura. Libert. Domnimed. ann. 1246. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 693. art. 41 : *Quæque carruca debet adducere ad Natale unam Foeyam, et rammiculi arborum debent eis remanere.* In aliis Lit. iis similibus pro Bernardivilla minus bene legitur, *Focia.* Vide supra *Foagium* 2.

¶ **FOGACA**, Fogacrus, Fogacia. Vide *Focacia.*

* **FOGACGIUM**, ut supra *Foagium* 1. Libert. villæ de Viridi-fol. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 277. art. 3 : *Liberi et immunes ab omni præstatione Fogacgii, subsidii, gabellæ et impositionis cujuscumque, etc.*

* **FOGACIA**, Idem videtur quod *Fogagium* 1. Gramen secundum; vel quod mox *Fogeria*, Locus filice abundans. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Dixit quod semel vel bis ipse dedit vinum pastoribus hominum de Arelate, ut facerent oves suas jacere in terra sua et in Fogucias.* Alia notione, vide in *Focacia.*

1. **FOGAGIUM**, Gramen, quod æstate non depascitur, et quod spoliatis jam pratis, hiemali tempore succrescit. Leges Forestarum Scotic. cap. 16 : *Si gramen, Regis in foresta locatur pro Fogagio, scilicet a festo O. SS. usque ad festum Petri in Quadragesima, unumquodque animal solvet pro Fogagio 4. denarios, et unaquæque juvenca 2. denarios.*

¶ 2. **FOGAGIUM**, ut *Focagium*, Tributum pro *focis* exactum. Creatio Magni Consilii Dalphinalis ann. 1336. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 44 : *Primus Consiliarius tam de impositione Fogagiorum, quam omnibus aliis gestis tempore nostri regiminis usque nunc, de quibus esset rationabiliter restitutio faciendæ... onus habeat.* Saisimentum Comitatus Tolosæ apud *la Faille* tom. 1. Annal. Tolos. pag. 4. Instrum. : *Senescallus audiat... de justitiis et foriscapiis, de intragiis, de acapitibus... et de Fogagiis et de donis.* Ordinat. Humberti Dalphini inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 3. pag. 275 : *Unum obolum bonæ monetæ censualem, quod Fogagium communiter nuncupatur et nuncupare consuevit.* Vide *Foagium* et *Fogus.*

* **FOGAIGIUM**, ut *Fogagium* 2. Census ex singulis *focis* debitus. Libert. de Salvit. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 386. art. 4 : *Habitatores prædicti..... a Foguigio, cabargio, subventionibus et alia exactione quacumque..... erunt quitti.* Vide supra *Foagium* 1.

¶ **FOGAINA**, Culina, a *Focus*, sic dicta. Charta Hugonis de Baucio pro Hospitali Hierusalem ann. 1215 : *Actum est hoc in castro de Trencatalia juxta puteum et Fogainam.*

* **FOGANEA**. Vide supra *Focanea.*

FOGASA, *Fogasseria*, *Fogata*, *Fogaterias*, *Fogazo*. Vide *Focacia.*

* **FOGASCIA**, Placentæ species. Charta ann. 1257. in Reg. S. Ludov. ex Chartoph. reg. fol. 26. v° : *Item duas Fogascias, quæ valent duos denarios.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Fogassa, Prov. placenta.*

¶ **FOGERARE**, Humum rostro fodere; quod de porcis, cum terram rostro versant, dicitur. Charta Droconis de Melloto Locharum Domini ann. 1234. ex Chartulario Bauges. : *Porci dictorum homium dictum nemus intrare poterunt... vero Fogerare non poterunt. Fouger*, in Consuetud. Nivern. tit. 15. art. 6. et 8.

* **FOGERIA**, Filix, Gall. *Fougere.* Charta ann. 1200. ex Lib. albo episc. Carnot. : *Usuarium suum habent in omnibus nemoribus meis, videlicet nemus ad ædificia construenda, et mortuum ad ardendum, et pascua ad animalia omnia et pecudes, et glandes et Fogeriam.* Vide supra *Feugeria.*

¶ 1. **FOGIA**, Fogius, Præcipitium, vel fossa, gurges, vorago. Charta Friderici II. Imp. ann. 1229. apud Rochum Pirrum tom. 2. Notitiæ Siciliæ pag. 640 : *Et ducere... conductum* (aquæ) *in alias terras in gurgam suam propter Fogiam magni fluminis Lentini.* Synodus Compostel. ann. 1114. can. 15 : *Lupos exagitantes persequantur, et eis præcipitia, quod vulgus Fogios vocat, præparent.* [* Cloaca, lacuna, Ital. *Fogna.*]

* 2. **FOGIA**, Modus, ratio, Ital. *Foggia.* Annal. Mediol. ad ann. 1368. apud Murat. tom. 16. Script. Ital. col. 738 : *Præfatus dominus comes cum xxx. militibus et xxx. scutiferis, omnibus ad similem Fogiam, super magnis destreriis, etc.*

* **FOGLA**, Ital. *Foglia*, nude dicitur Mori folium, bombycibus nutriendis idoneum. Charta ann. 1228. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 32 : *Quicumque emit vallaniam, sive Foglam, aut semen lini, solvat quatuor imperiales de modio, præter illos, quibus remissum est.* Vide infra *Folia* 3.

* **FOGUACERIA**. Consuet. Perpin. MSS. : *Item possunt habere duas Foguacerias de lena et duas de lari ad vendendos* (f. coquendos) *panes cum voluerint.* Academ. Hispan : *Fogata, fuego hecho de leña, que levanta llama.*

¶ **FOGUACES**, Genus placentæ. Vide in *Focacia.*

¶ 1. **FOGUS**, pro *Focus.* Charta Bernardi Abb. S. Severi Russitani ann. 1297. apud Stephanotium tom. 1. Antiquit. Benedict. in Vasconia MSS. pag. 684 : *Habitatores de S. Severo promittunt et concedunt omnes et singuli, obligando se in perpetuum dare et solvere dicto domino nostro Regi et ejus mandato* VI. *denarios Turon. annuatim pro Fogagio de quolibet homine Fogum faciente.* Vide *Foco.*

* 2. **FOGUS**, *Boulet*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

¶ **FOICIA**, pro *Fortia*, Munitio. Charta Bernardi Atonis ann. 1189 : *Mitto in pignore totum castrum de Lupiano... cum... feodis, fevalibus, Foiciis, munitionibus, etc.*

* **FOILLIATA**, Casa ex foliis et ramis arborum facta, ubi gregum custodes habitant. Libert. villæ de Alavardo ann. 1337 : *Item statuimus quod nullus sit ausus facere Foilliatas nemorum in mandamento Alavardi, absque licentia consulum vel sindicorum.* Unde rami cum foliis, *Feuillios* nuncupantur, in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 35 : *Lesquelx compaignons devoient porter et mettre icelles branches et Feuillios de May devant les hostelz où demouroient icelles jeunes filles.* Hinc etiam *Feilliée* dicitur ejusmodi ramusculorum congeries. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 124. ch. 347 : *Quant ladite fille fu dedenz la maison, ledit Colin la print et la geta sur une Feilliée de fagos qui là estoit. Feuwille* et *Fuille*, eodem sensu, in Charta ann. 1263. ex Chartul. sign. *Decanus* S. Petri Insul. fol. 112. v° : *Et si doit* (le fournier) *porter.... de cascun le paste au four à sen propre coust, et aporter le Fuille de cascun au four, etc.* Redit. comit. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. : *S'il voet, il puet aporter se Feuwille au four.* Ita et *Feillier* usurpatur, in Lit. remiss. ann. 1482. ex Reg. 207. ch. 340 : *Ainsi que le suppliant et ses freres s'en alloient porter leur Feilliers pour pescher en leur eaues mortes.*

* Neque aliunde accersenda vocis Gallicæ *Feuillars* origo, qua prædones quidam, quod ramusculo foliato caput insignirent, vel quod laterent in silvis, designantur, in Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 206. ch. 65 : *Lesquelz archiers et autres ont esté et sont Feuillars, et tenu toujours le party à nous contraire.* Aliæ ann. 1479. ibid. ch. 315 : *Le suppliant voyant que les Feuillars font plusieurs maulx et pilleries sur le païs feignant estre de notre ordonnance, etc.* Rursum ch. 702 : *Pour dobte des Bourgoignons et Feuillars, etc. Foillars*, in Lit. ann. 1478. ex Reg. 205. ch. 476. Iidem *Galans de la Feuillée* nuncupantur. Lit. remiss. ann. 1471. ex Reg. 197. ch. 157 : *Les supplians poures gens de labour, pour obvier aux entreprinses de nos adversaires, se sont mis sus en armes avec autres, que communément on appelloit les Galans de la feullie.* Aliæ ann. 1472. ibid. ch. 359 : *Lequel de la Vigne estoit mal renommé, veu qu'il avoit esté Galant de feuillée.* Vide infra *Gualdus* et *Tuchinus.*

FOINESUM. Vide *Fannatio.*

* **FOINI**, Pelles mustelinæ, a Gall. *Fouinet* mustela. Stat. datiar. Riper. fol. 4. r°. : *De qualibet fodra seu mantello lardellorum, zibellinorum, Foinorum, etc.*

¶ **FOIR**, Foire, Idem, ut opinor, quod supra *Fodrum.* Chartul. Aureliense fol. 51 : *Petrus de Petra Bufferia dedit Deo et S. Johanni bordariam pro anima sua, totum scilicet, id est, expleit, vinata, capons, Foir, et totum servitium.* Tabular. Vosiense fol. 37 : *Mansus de la Boaria vinata* VI. *den. in Martio, et* 1. *popadam, et* 1. *gallinam, et Foire expletum.* Et fol. 45. verso : *Ad Natale* X. *Foire.* Sæpius occurrit in eod. Tabulario. Vide *Froire.*

* **FOIRRAGIUM**, Supellex. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 248. col. 1 : *Solvi Martino familiari dominæ comitissæ de Tristamera, quia redierat de Montepessulano cumliiij. animalibus mulinis captis in Nemauso, pro portando apud Montempessulanum Foirragium dictæ dominæ comitissæ, quando recesserat de Nemauso cum gentibus suis.* Vide infra *Frodium.*

¶ **FOISATERA** Terræ, Modus agri, jugerum, arpennis, Massiliensibus *Foucherée*, nostris *Journel.* Tabular. S. Victoris Massil. : *Dedit duodecim Foisateras terræ quorum pars erit in garratiis.* [* Vide *Fossoriata.*]

¶ **FOLA**, Pullus, Saxon. Gloss. Ælfrici : *Poledrus*, Fola. Glossæ Florent. MSS. :

Digitized by Google

Poledrus, id est, juvenisequus, Fòlo. Germani *Fole* dicunt, *a Folgen*, sequi. Vide *Folgare*.

* **FOLADOYRA**, Vestis, ut videtur, pellitio ornata et munita. Inventar. MS. ann. 1379 : *Item duæ Foladoyræ.*

¶ **FOLAGIUM**, f. Præstatio quæ ex flore farinæ, vulgo *Fole farine*, exigitur. Charta anni. 1299. ex Archivo Majoris-Monasterii : *Cum contentio verteretur super quadam augmentatione Folagii molendinorum, etc.*

* Molitura, ipsa molendi actio, simul et pensitatio, quam a vassallis exigit dominus pro frumenti molitura in molendinis suis; *Folere* enim dixerunt, pro Molere. Vide infra *Foulagium*.

¶ **FOLARE FENUM**, Accumulare, a Gall. *Fouler*, Calcare, quod fenum coacervandum quodammodo calcetur, ut major copia possit in horreo contineri. Polyptych. Fiscamn. ann. 1235 : *Idem tenet unum bordagium, unde reddit* XVIII. *denarios, duas gallinas, et* XX. *ova, et debet Folare fena in tasso. Folare racemos* vide infra in *Marchus*.

* **FOLARE PANNOS**, Eos stipare, polire, dealbare, Gall. *Fouler*. Arest. ann. 1299. in Reg. *Olim* parlam. Paris. fol. 99. v°. : *Cum inter textores et fullones Parisienses esset discordia, super eo quod dicti fullones nolebant pannos, quos Folabant, portare ad novas polias extra muros Paris. situatas, etc.* Charta Phil. Pulc. ann. 1307. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 509. v°. col. 1 : *Medietatem unius molendini ad Folandum pannos, Gallice Foulerez, etc.* Convent. Saonæ ann. 1526 : *Exclusis pannis, qui conducentur de Janua Saonam pro Folando.* Hinc

* **FOLEREUS**, Fullonius Gall. *Foulerez*. Charta Juelli dom. de Meduana ex Tabul. Major. monast. : *Ad petitionem monachorum Majoris monasterii dedi.... decem solidos Cenomanensis monetæ annuatim persolvendos,... de molendinis meis Folereis. Molin folerez*, in Lit. ann. 1378. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 203. Vide *Molendinum fullonarium* et mox *Folatorium*.

¶ **FOLARICIUM**, Fullonium, ut puto, Gall. *Moulin à foulon*. Regestum 106. Tabularii Regii Ch. 84 : *In aquis et stagnis et molendinis et Folariciis et aliis molendinis.*

* **FOLASELLUM**, f. Filum sericum crassius, Gall. *Filoselle*. Stat. datiar. Riper. cap. 12. fol. 5. v°. : *Item de quolibet pense Folaselli, etc.* Vide supra *Firosellum*.

* Aliud vero sonat vox Gallica *Folesuye*, qua scilicet, ducta origine a Lat. Follis, ludus significatur, quo pila ludentium manibus hinc inde comploditur. Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 132. Chartoph. reg. ch. 275 : *Icellui exposant regardoit à jouer à la Folesuye le jour d'une victoire, et fu la pelote jaillie hors de la presse, et pour laquelle avoir ledit exposant se buissa, etc.*

* **FOLATORIUM**, Molendinum fullonium. Constit. Humiliat. apud Cl. V. Garamp. in Dissert. 16. ad Hist. B. Chiaræ pag. 398 : *Qui vodunt cum asino vel jumento per terram ad deferendum bladum ad molendinum, vel pannos ad Folatorium.* Vide supra in *Folare*.

* **FOLCASTRUM**, f. pro *Falcastrum*, inter arma prohibita annumeratur, in Stat. novis crimin. Cuman. cap. 138. ex Cod. reg. 4622. fol. 92. v°. Vide supra *Falcastrum*.

¶ **FOLCCHALTA**, etc. Vide *Focichalta*.

FOLCLAND, Terra popularis, quæ jure communi possidetur, vel sine scripto : cui opponitur ea, quæ *Bocland* dicitur. Vox Saxonica, composita ex folc, populus, et land, terra. Vide *Bocland* in *Liber*.

FOLCMOTE. Vide *Folkesmote*.

¶ **FOLEA**. Vide *Folixellus*.

1. **FOLEIA**. Charta Matthæi de Mommorenciaco ann. 1218. apud Duchesnium : *Item de Foleia, quæ erat ante domum Herberti de Latiniaco in terra mea, quam diruerant, unde peto emendam mihi dari.* Locus forte vel area ante domum, ubi adolescentes jocari ac ludere solent, ex Gallico *Folie*. [Vide *Foleya*.]

* Locum foliis vel frondibus decorum intepretor, a Gall. *Feuillée* vel *Feuillage*; maxime cum *Folleia* legitur in alia Charta ex Chartul. S. Dion. fol. 314. ubi de eadem re agitur. Vide infra *Folia* 4.

** 2. **FOLEIA**, nude, Ital. *Foglia*, Mori folium, bombycibus alendis aptum. Stat. datiar. Riper. cap. 12. fol. 5. v° : *De qualibet soma Foleiæ, cosei pensium duodecim, pro introitu soldus unus.* Vide infra *Folia* 3.

* **FOLELHUM**, f. Molendinum fullonium. Charta ann. 1345. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 280 : *Redditus loci prædicti, qui consistunt in pedagio, leuda granorum et salis, molendinis, quintalgiis, emolumento masselli, Folelhis, etc.* Vide supra in *Folare* et infra *Follatum*.

FOLEN. Fori Oscenses Jacobi I. Regis Aragon. ann. 1247. fol. 6 : *Bene potest mittere procuratorem suum loco sui, tali modo, quod ante Justitiam et Bonos homines alios constituat, et mittat illum procuratorem pro se, et in loco suo, dicens ita : Istum Folen constituo procuratorem meum super demanda, quam fecit Folen, aut ego demando illi etc.* Fol. 4 : *Et per talem hominem Follen, qui ei erat fidancia per Follen.* Et fol. 12 : *Et tunc Justitia nominando adversarium, dicat in hunc modum : Est hic Folen, ut audiat testimonium, etc.* Ubi *Folen* videtur sumi pro *ille*, cum scilicet viri nomen non designatur. [Vox est Hebraicæ originis, scil. a *Peloni*, Judæis Hispanis *Fulano* et *Hubano*, Græcis ὁ δεῖνα, nobis Gallis *un Quidam*, *un certain homme*, Aliquis, quidam.]

¶ **FOLERATURA**, Pellitium quo vestis ornatur, Gall. *Fourrure*. Litteræ Caroli V. Franc. Reg. ann. 1367. de forma vestium : *Item quod nulla ipsarum ab inde in antea audeat facere vel ponere, aut fieri vel poni facere in suis mantellis aliquam Foleraturam variorum,... antiquas tamen Foleraturas quas nunc habent possint aperfechare, et de novo Foleraturas variorum minutorum, sicut antiquitus fieri solebat, in dictis mantellis eis liceat habere.* Vide *Folratura*.

* **FOLERATUS**, Rebus omnibus instructus et munitus, idem quod *Foderatus*. Inventar. MS. ann. 1366 : *Quod, quando fiet passagium generale pro recuperatione Terræ Sanctæ, ipse rex.... iret, aut mittet unum de filiis aut fratribus suis cum iij^c. hominibus Foleratis, habentes quilibet tres equos... Habeat centum equites bene Foleratos, etc.* Vide supra *Foirragium*.

* **FOLERE**, Molere. Vide infra in *Foulagium*.

* **FOLEREUS**. Vide supra in *Folare pannos*.

¶ **FOLERIA**, Idem ut videtur, quod mox *Foleya*. [* Vel potius idem quod supra *Foleia* 1.] Chartular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 780 : *Alius campus... sicut se proportat a Faleria Guillelmi de Genesteio usque ad keminum domini Regis.*

* **FOLESCERE**, *Faire la base*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide infra *Follis* 3.

* **FOLEUM**. Charta Lothar. III imper. ann. 1136. in Append. ad tom. 6. Annal. Bened. pag. 670. col. 2 : *Ita ut de ipsis hominibus placitum nullum faciant, seu aliquid publici ab eis exigant, aut Foleum tollant, etc.* Sed legendum prorsus *Fodrum*. Vide in hac voce.

* **FOLEXELLUS**, Bombycis folliculus, Gall. *Coque de vers à soie*. *Follain*, in Lit. Phil. VI. ann. 1340. ex Reg. B. 2. Cam. Comput. Paris. fol. 125. r°. : *Lesquels trahandiers.... commettoient plusieurs inconveniens et mauvaistiez audit mestier de traire ladite soie;... pour ce eussiez fait crier et defendre de par nous... que nulle personne quele que elle fust ne baillast, ne faist bailler Follains à traire auzdits trahandiers de ladite soie.* Leg. municip. Mutin. ann. 1327. lib. 2. rubr. 23. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 895 : *Folexelli civitatis et districtus Mutinæ, et cujuslibet alterius loci, de quo conducti fuerint Mutinam vendibiles, tantum in platea communis Mutinæ ad pensam communis vendantur et emantur. Nec extra districtum Mutinæ Folexelli nec seta, nisi fuerit extracta de Folexellis ad molinellum in civitate Mutinæ extrahantur..... Et duo fratres de Pœnitentia eligantur ad brevia, quorum sit stare in platea et pensare Folexellos. Follissellus*, in Reg. MS. ad ann. 1306. ibid. col. 896. Vide *Folixellus*.

¶ **FOLEYA**, f. Domus voluptaria, Nostris *Maison de plaisance*, a Gallico *Folie*. Littera compromissi inter Comitem Hannoniæ et Comitem S. Pauli : *Actum apud domum Foleyæ... anno Domini* MCCLXXX. Ibid. col. 1235. in Litteris Philippi Franc. Regis : *Actum apud domum nostra* (nostram) *Foleze anno Domini* MCCXC. Vide *Foleia* et *Foleria*.

* Sic dicta fortasse a foliis et frondibus arborum quibus obumbratur. Vide supra *Foleia* 1.

FOLGARE, FULGARE, Saxonibus Folgian, est sequi : est igitur *Folgare*, sistere se in aliquo contubernio, *friborga*, seu fidejussione, tradere se alicui in clientelam : servire, sequi, sectari. Leges Aluredi cap. 33. [** 37.] : *Si quis ab una mansione ad aliam transire velit, fiat hoc testimonio Aldermanni, in cujus Comitatu prius Fulgavit.* Leges Adelstani cap. 6. [** 8.] : *Ne aliquis recipiat hominem alterius sine licentia ipsius, cui prius Folgavit, nec intra muram, nec extra.*

FOLGARII, Clientes, qui alicujus clientelæ vel servitio sese addicunt; famuli, qui focis propriis carent aut sub stipendio et servitii alienjus præstatione possident. Leges Canuti cap. 40. [** sæcul. 20.] : *Sit heordfeste, sit Folgarius, sit in hundredo.*

Digitized by Google

Leges Henrici I. cap. 8 : *Bis in anno conveniant in hundredum suum quicumque liberi tum hurdefest,* (leg. *heordfest*, vel *hyrderefest*) *quam Folgarii, ad dinoscendum... si decuriæ plenæ sint, vel qui, quomodo, qua ratione discessertint, vel qui supervenerint, etc.* Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 10 : *In francoplegio debet esse omnis, qui terram tenet et domum, qui dicuntur Husfastene, et etiam alii, qui aliis deserviunt, qui dicuntur Folgheres, quia nec debet quis a se repellere servientem suum, antequam purgatus sit de omni calumnia, unde prius fuit calumniatus.* Quibus in locis *Hirderefest*, et *Husfastene* (quæ voces *paterfamilias* significant) opponuntur *Folgariis*, seu clientibus.

☞ Est etiam *Folgen* apud Alemannos, ut observat Schilterus in Gloss. Teuton. vox juris feudalis, quæ investituram petere, renovare, atque etiam persecutionem rei feudalis significat. Vide Jus Feud. Alem. cap. 16. et 121. [** et Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 5.] Nec aliunde f. repetenda vox *Forchele*, vel potius, *Folchele*, qua nostri vassallum denotant qui statuto die censum annuum domino capitali non persolvit; quam ob rem mulctæ pecuniariæ obnoxius fit. Charta ann. 1291. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 3. pag. 294 : *Se il estoit Forcheles, soixante solz pour l'amende, ou l'eswart du Majeur et de Eskevins devant diz.*

* **FOLHETA**, Mensuræ species, Gall. *Feuillette*, Ital. *Foglietta*. Instr. ann. 1438. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 259. col. 2 : *Item tres pintas, quælibet de una Folheta.* Vide *Folietta*.

¶ **FOLHIAGIUM**, Florum fasciculus artæ factus, qui flores et folia imitatur. Inventarium Ecclesiæ Aniciensis ann. 1444 : *Item imago B. Mariæ tenens quoddam Folhiagium rosarum rubearum.*

* 1. **FOLIA**, Eadem notione qua *Folheta*. Vita S. Bertin. abb. tom. 2. Sept. pag. 588. col. 2 : *Est... spatium mensis integrum..., quo nec in eo, de quo dicis, vasculo una Folia fuit vini.* In alia, ut observant docti Editores, legitur, *Fiala*.

* 2. **FOLIA**, Bractea, lamnula, Ital. *Foglia*, Gall. *Feuille*. Lit. official. Senon. ann. 1336. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 22 : *Item duæ marchæ Foliarum argenti deauruti in duobus parvis scrinetis.*

* 3. **FOLIA**, ut supra *Foleia* 2. Charta ann. 1193. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 893 : *De modio seminis lini, et valaniæ, et Foliæ, dent Bononiensibus duodecim solidos Bononienses vel Ferrarienses. Casei, Foliæ, valaniæ, Gallæ, pilli, etc.* in alia ann. 1281. ibid. col. 902. *Folion*, Malabathrum, vulgo *Feuille d'Inde*, in Chartul. Latiniac. fol. 240. v°. : *Folion, un denier la livre.* Vide supra *Fogla*.

* 4. **FOLIA**, idem quod supra *Foleia* 1. Charta ann. 1233. in Chartul. Barbel. : *Folia Joannis Morelli.* Vide *Folinta* 1.

¶ **FOLIACEA**, Frondes pictæ vel sculptæ. Gall. *Feuillage*. Acta SS. Maii tom. 2. pag. 60. de S. Angelo Carmelita : *Sacras reliquias prætactas translaturarunt in arca argentea, Foliaciibus argenteis deauratis in modum crucis ornata.*

¶ **FOLIAMEN**, Eadem significatu. Acta B. Amedei n. 106. Martii tom. 3. pag. 694 : *Ipsa porta ornata est picturis et Foliaminibus.* [* Ital. *Fogliame;* in Annal. Mediol. ad ann. 1389. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 809 : *Qui floretti, brevia et Foliamina sunt ubicumque seminati perterum, etc.*]

¶ **FOLIARE**, Foliari, Folia emittere, apud Laurentium in Amalthea ex Sidonio.

1. **FOLIATA**, Locus foliis obsitus, Gall. *Feuillée*. Miræc. S. Bertæ Blangiacensis Abbatissæ part. 4. n. 10 : *Feretrum in quadam Foliata de ramis arborum ibidem facta deposuerunt.* [* Vide supra *Foilliata*.]

2. **FOLIATA**. Bernardus Monach. in Consuetudinibus Cluniacensib. MSS. ex Bibl. Saugermanensi cap. 8. de Granatario : *Omni dominica fratribus debet per consuetudinem Foliatas, quæ alia nomine Similæ vocantur, ac in omnibus diebus Quadragesimæ; sed istæ calidæ debent esse.* Et cap. 12 : *Vinum deferunt, et per justitias dividunt, panes apponunt, qui si sunt abusti,* (sic) [in Edit. *adusti*] *vel si sunt Foliatæ, ad hoc habent cultellos, quibus eos radant et præparent, etc.* Ubi *Foliatæ* videntur esse eæ placentulæ, quas *Gasteaux feuilletez* dicimus.

¶ Foliatus Panis, in Charta anni 1303. ex Tabular. Fiscamn. Alia ann. 1272. ibidem : *Item in mense Augusto pro liberationibus debitis ratione hospitii quatuor panes qui nuncupantur Fulées et quatuor galones vini.* Rursum ann. 1283 : *Duos panes vocatos Fuilliées.* Vernacula ann. 1311. ibid. : *Chest à savoir deus pains et deus galons de vin que èls me devoient et rendoient ou lor certein commandement chescun an d'annel rente, el cens des Fuillies en lor paneterie de lor moustier de la Trinité de Fescamp.* [* *Foillie*, in Charta ann. 1331. ex Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 267 : *Franchissons à touzjours le prieur et la prieuré d'une rente annuelle, qui est appellée roisseules et Foillies.*] Vide *Follea*.

FOLIATI Calcei. Isidorus lib. 19. cad. ult. : *Lingulati* (calcei) *quos nos Foliatos vocamus.* Papias : *Lingulati, genus calcei, qui Foliati dicuntur.* [Hofmannus in Lexico ad v. *Follati calcei*, Laxiores interpretatur calceos, qui, cum pes premitur et terræ insistit, inflantur et tumescunt; quum levatur detumescunt : id quod proprie *Follare*, et *Follicare* dicebatur. *Follicans*, in modum follis inflatus, inquit Salmasius ad Pallium Tertulliani cap. 3. Vide *Follicantes.*]

¶ **FOLIATIM Vendere**. Arestum Parlamenti Paris. ann. 1479. in Chartular. Latiniac. : *Dominium quod afforagium appellatur, ratione cujus juris afforagii supra tabernarios vinum in debitolio et Foliatim, Gallice à destail et Feuillée, in prædicta villa vendentes, etc.* A *Folietta*, Mensura vinaria, de qua mox, hæc dicta videntur.

FOLIATUM, *Curvatum*, in Glossar. Pithœan. [et apud Papiam editum et MS.]

¶ **FOLIATUS**. Vide *Foliatu* 2.

¶ **FOLIETTA**, Mensura vinaria, Gall. *Feuillette* vel *Fillette*, Italis *Foglietta*. Miracula B. Relicis in Actis SS. Maii tom. 4. pag. 278 : *Testntur aliqueo die sumptam fuisse e prædicto liquore mensuram vulgo Follettam, adeo ut pluribus vicibus eductus fuerit cadus.* Laurent. in Amalthea : *Folietta, Mensura minima liquidorum, quarta pars baccalis unciar.* 13. *circiter*, ex Cornelio a Lapide. Parisiis *Feuillette*, vel uti pronunciant, *Feillette* est semimodius, sed apud Lugdunenses est tantum media pars *pintæ*, vulgo *Chopine*, a *Fiala* vel *Phiala* voce deducta.

* *Filette* etiam doliolum appellarunt nostri. Lit. remiss. ann. 1421. in Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 454 : *Icellui Guillaume dist audit Jehan, s'il vouloit mettre la fliche de lart avec une Fillette de harenc, qu'il avoit emblé à Jaquet Vivien.* Vide infra *Folium* 6.

¶ **FOLIOLOCA**, *Verba compositionis*. Papias in MS. Bituric. Editus habet, *Foliolera*. [* *Fololoca*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.]

* 1. **FOLIUM**, Flosculus. Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 52. v°. : *Jactatores argenti ad scutum cum Foliis lilii.* Vide supra *Flordelisium*.

* 2. **FOLIUM**, Asser, tabula, vulgo *Feuillet*. Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1479 : *Item Maturino Mortrel scriniario, pro novem Foliis seu asseribus ligni quercus, etc.*

* 3. **FOLIUM**, pro Annus, ubi de arboribus sermo est, *Feuille*, eadem acceptione, nostris. Charta ann. 1243. ex Chartul. S. Steph. Autiss. : *Non poterunt dicti homines animalia sua immittere, nec aliquod usagium reclamare, donec tertium Folium, post cæsionem dicti nemoris, sit transactum; et quandocumque tertium Folium erit transactum, etc.* Alia ann. 1272. in Chartul. Pontiniac. ch. 107 : *Dictæ communitates post quartum Folium poterunt mittere animalia sua ad depascendum ibidem.* Hinc emendandæ videntur Libert. Castri-vill. ann. 1286. tom. 1. Jur. publ. Franc. *D. Bouquet* pag. 412 : *Il n'y pouroient, ne devroient envoier lour bêtes en la revenue pour pasture jusqu'à la sisainne Forille.* Leg. *Feuille*.

* 4. **FOLIUM**, Jus ramos arborum excindendi, ut opinor. Reg. forest. de Broton. ex Cod. reg. 4653 : *Hæc est consuetudo Brotonniæ per terram abbatis Fiscanensis apud Asiacum : xv. solidos de brochon, et xv. solidos de Folio, et de unoquoque equo xij. den.* Huc etiam spectare videtur Reg. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1287. fol. 62. ubi de Redit. terræ Brain. : *Item les Faeuilles d'Aoust pour tout l'an, vj. solz, vij. den.* Vide infra *Folliacerium*.

* 5. **FOLIUM Pecudinum**, Membrana, Gall. *Parchemin*. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 127. ex Cod. reg. 4620 : *Condemnationes vero damnorum, datorum et aggerum fiendæ in posterum, scribi debeant per notarium dicti officii in Foliis realibus pecudineis.*

* 6. **FOLIUM Vini**, Semimodius, Gall. *Feuillette*. Stat. colleg. Cornub. ann. 1380. inter Probat. Hist. Paris. tom. 1. pag. 502. col. 1 : *Quando consumtum erit vas vini, vel cauda, vel Folium vini, famulus communis ad hoc deputatus reddat computum de quantitate vini, quod erat in vase.* Vide supra *Folietta*.

FOLIVELLUS, Computum Thesaurariæ urbis Bononiæ in Italia ex Bibl. Regia :

Digitized by Google

A Joanne Buvalelli Attolini Not. et Conductore dacii Folixellorum pro uno anno incœpto die 20. Maii anni præfati 1364. *pro pretio in Sa. L. VIIII. M. V. C. Bon. solvendarum hoc modo : videlicet omnem quantitatem pecuniæ, quam reciperet ex foleis et Folixellis friscis et siccis, durantibus friscis dicti anni statim cum reciperet, et residuum pro rata de mense in mensem*, etc. [* Vide supra *Folexellus*.]

FOLKESMOTE, Folkmote, et Folkesmoth, Conventus, populi, a Saxonico folc, populus, mote et gemote, conventus. Dicitur autem de majori conventu, puta in civitatibus non unius *Wardæ*, seu Curiæ, sed omnium *Wardarum*, in Comitatibus unius hundredi, non omnium hundredorum. Hic, quasi *Shiregemotus*, id est, conventus Comitatus; illic *Burgemotus*, id est conventus civitatis seu burgi. Leges Edwardi Confess. cap. 35. de Aldermannis : *Cum aliquid vero inopinatum vel dubium, vel malum, contra Regnum, vel contra Coronam Domini regis, forte in ballivis subito emerserit, debent statim pulsatis campanis, quod Anglice vocant Motbel, convocare omnes et universos, quod Anglice dicunt Folcmote, i. vocatio et congregatio populorum et gentium omnium, quia ibi omnes convenire debent... et ibi providere debent indemnitatibus Coronæ regni per commune consilium, etc.* In ejusmodi etiam conventibus eligebantur Vicecomites et *Heretrochii*. Ibidem : *Item aliud Folkmote esse debet in quolibet Comitatu, scilicet in capite Kal. Octob. ad providendum ibi quis erit Vicecomes, et qui erunt eorum Heretochii, et ad audiendum ibi juxta eorum præcepta, consilio et assensu Procerum, et judicio Folkesmote.* Hujus vocis mentio præterea occurrit in Legibus Aluredi apud Brompton. cap. 42. Editionis vero Saxonicæ 34. et in Legib. Henrici I. cap. 2. [Vide *Falmotum*.][** Confer Phillips. de Jure Anglosax. § 51.]

¶ **FOLLA**, Fullonica officina, ut conjecto, Gall. *Foulerie*. Extenta jurium Comitis Sabaudiæ ann. 1309. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 97. col. 1 : *Et solet ibidem esse blancheria telarum, quæ valebat, ut dicitur, triginta libras per annum, vel circa. Item solet et ibidem esse Folla, quæ destructa est.*

* **FOLLARE**, a Gallico *Fouler*, Calcare uvas. Charta ann. 1255. ex Chartul. AD. S. Germ. Prat. fol. 106. r°. col. 2 : *Quatuor sextaria vini crescentis in eisdem essartis, mensurata ad mensuram ejusdem territorii, pro decima percipienda, cum primo eas* (vineas) *portare contingerit, a priore prioratus in cupis dictorum hominum, quando Follabunt... Follare in prædicto territorio de Montevrain tenebuntur. Vin de fort foulage*, pro Vino bonæ notæ, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 82 : *Icellui cousin a acoustumé faire taverne et vendre vin de hault pris et de fort Foulages. Confoler* vero est Pedibus terere, in aliis Lit. ann. 1389. ex Reg. 137. ch. 21 : *Ils menerent par nuit plusieurs beufs en une chenevière dudit Quillart, et la Confolerent et gasterent pour la plus grant partie.*

¶ **FOLLARIS**. Vide in *Follis* 2.

* **FOLLATUM**, Molendinum fullonarium, idem quod *Folaricium*. Charta Blanchæ comit. Trec. ann. 1216. in Chartul. Arremar. ch. 280 : *Homines dilecti mei abbatis monasterii Arremarensis de Daudis qui operantur ad Follata mea de Insulis, in eisdem Follatis operantur, sine consuetudine ponenda vel tollenda.* Vide supra *Folellum*.

¶ **FOLLEA**, Placenta foliacea, Gall. *Gasteau feuilleté*. Usus Culturæ Cenoman. : *In anniversariis Abbatum, ad collationem charitatem de vino, et ad prandium Folleas.* Vide *Foliata* 2.

¶ **FOLLENTIA**. Vide in *Follis* 3.

¶ **FOLLERA**, Folleralis. Vide in *Follis* 2.

¶ **FOLLERATURA**, Pellitium. Conc. Dertus. ann. 1429. inter Hispan. tom. 3. pag. 663 : *Prælatis... exceptis, nullus audeat in vestibus vel capucciis Folleraturam portare de vois vel grisis.*

¶ **Folleratus**, Eadem notione, ibidem : *Neque Folleratus deferat pellium de marchis.* Vide *Folleratura*.

¶ **Foleratus**, Idem quod *Foderatus*. Statuta Ecclesiæ Tutelens. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 794 : *Sed et tales et ceteri quicumque Clerici utuntur opitegio seu tabardo Folerato usque zonam.* Vide *Foderatus*.

¶ 1. **FOLLERE**, Follis instar inflari. Vide *Follicantes*.

* 2. **FOLLERE**, vox Italica, Monetæ species. Greg. *Grimaldi* lib. 5. Hist. leg. et magister. regni Neapol. cap. 156 : *Un' antica moneta Romana, Romasina chiamata .. picciola detta Follere.* Consule Consuet. Bar. proem. Romuald. archiep. Salern. in Chron. Vide *Folleralis* in *Follis* 2.

¶ **FOLLESCERE**, Eadem notione. Vide locum in *Caliga*. Apud Martinium *Follescere* est Stultum fieri, vel vanum. Vide *Follis* 3.

¶ **FOLLETUS**. Vide in *Follis* 3.

¶ **FOLLEX**, θύλακος, καμίνου ἄσκος. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. Hoc est, uter camini. Gloss. aliæ Gr. Lat. : Θύλακος, *Follis*. Recte animadvertit Martinius ex θύλακος, posse *Follex* duci, quia et alias θ. in φ. vel *f.* transit. θύλακος est scorteus vel pelliceus saccus, aut aliud sacco simile. Comicus θύλακους appellavit Persarum braccas e pellibus. Casaub. in Athen. lib. 5. 20. Hæc laudatus Martinius.

* **FOLLIA**, Mulcta, ut videtur, ob desertum vadimonium a judice imposita; unde *Fallia* legendum suspicarer, nisi centies legeretur, in Notit. vet. ex Reg. Cencii camer. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 800. et seqq : *Castrum Rosciani solvit pro fodro xv. libras Lucensium... Et habet ibi curia tertiam partem de bannis, et Folliis, et salario . . . Et habet ibi curia omnia banna, salaria et Follias . . . Et tertiam partem bannorum et Folliarum, de quibus quantitas est incerta.* Inquisit. ann. 1233. apud eumd. Cencium Ms. *Item dicit quod curia habet in Nursia pro medietate banna, Follias, salaria, etc.* Vide supra *Fallita* 2. Alia notione, vide in *Follis* 3.

* **FOLLIACERIUM**, Ramorum cæsio. Stat. Perus. in Pedemont. pag. 59 : *Si quis fecerit Folliacerium in alieno nemore, solvat pro banno solidos quinque, et perdat Folliacerium.* Vide supra *Folium* 4.

FOLLICANTES, *Vestis grossior*, Papiæ. [MS. Bituric. *Folligantes*.] *Caligas Follicantes*, dixit Hieronymus Epist. 22. cap. 14. et c. 12 : *Si pes laxa pelle non Folleat.* [Vide *Foliati calcei*.]

¶ **FOLLICARE**, Follium instar vento incluso tumere et agitari. Theodulphus lib. 6. Carm. 18 :

> Follicat ampla, quibus turgenti calcea panno,
> Velocique pedi vilis inest caliga.

Tertull. de Pallio cap. 3 : *Chamæleon Follicans ruminat : de vento cibus est.* Apuleius 9. pag. 222 : *Follicantes nares assiduo pulsu tussedinis.* Hoc est, Nares reciproco spiritu agitatæ follium instar. Onomast. apud Martinium : *Follico*, διασαλαχωνίζω, id est, Delicias facio, mollitie diffluo, temere sumtuosus sum, ut exponit idem Martinius. Salacon quidam Autolici pater mollis et luxui deditus fuit.

* Propie est Incedere fractis gressibus, molliter et delicate. Vide Salmas. in not. ad Tertul. pag. 153.

¶ **FOLLICULUS**. Vide *Follis* 4.

¶ **FOLLINUS**, *Faber a folle, vel vacuus etc.* Papias. Vide *Follis* 3.

1. **FOLLIS**, Vasis genus. Stephanus PP. in Ep. ad Pipinum tom. 3. Hist. Franc. pag. 708 : *Sed et Beneventani omnes... Ecclesias Dei incenderunt,.... munera sancta, id est Corpus Domini nostri J.C. in suis contaminatis vasibus, quos Folles vocant, miserunt, et cibo carnium copioso saturati, comedebant eadem munera.*

Pro genere muscipulæ sumit Rosweidus in Chronico Windesem. lib. 2. cap. 31 : *Pro opere quotidiano instrumenta lignea, palas, et fossoria, Folles et muscipulas fabricando.*

2. **FOLLIS**, Genus monetæ, apud Byzantinos potissimum. [Glossar. Latin. Græc. : Φόλλις, *Æs*. Anonymus Combefisianus in Romano Lacapeno num. 44 : Ἕνα ἑκαστον ἄνθρωπον ἀνα φολέας δικαπίντε.] Vetus Gloss. MS. et Papias : *Nummi, Folles dicuntur, a sacculo, quo conduntur.* Glossæ antiquæ MSS. : *Nummi autem ideirco Folles dicuntur a sacculo, quo conduntur, a continente id quod continetur appellatur. Prius numus Argyrus nuncupabatur, quia quamplurimum ex argento percutiebatur.* S. Augustinus lib. 22. de Civit. Dei cap. 8 : *Et quendam piscem.... trecentis Phollibus vendidit.* Evodius Uzalensis Episc. lib. 1. de Miracul. S. Steph. cap. 14 : *Insuper etiam acceperunt pecuniam creditam prope 20. millia Folles.* Vide eumdem Augustin. lib. 3. contra Crescon. cap. 29. et quæ annotamus in Syntagmate de nummis inferioris Imperii. Vide præterea Baronium ann. 330. n. 42. et seqq. Glossar. mediæ Græcit. in Φόλλα, [et Eccardum ad tit. 1. Legis Sal.]

Folleba, Follis, qui et *Folleralis*, de qua voce mox. Charta ann. 1178. apud Rocchum Pirrum in Archiep. Messan. : *Laici vero* 13. *facient eleemosynas, et* 30. *vices singulis sabbatis unusquisque singulas ad oleum portabit Folleras.*

Folleralis, Follaris, Follis æreus, monetæ species. Marcellinus Comes : *Nummis, quos Romani Teruncianos, Græci Follerales vocant, Anastasius Princeps suo nomine figuratis, placabilem plebi commutationem distraxit.* Ita editio ann. 1546. et

Digitized by Google

Terentianos, pro *Teruncianos;* at Sirmondi *Follares* prælert, quomodo etiam Falco Beneventanus ann. 1140. de Rogerio Rege Sicil. : *Induxit etiam tres Follares æreos Romesinam unam appretiatos.* Lampridius in Heliogabalo, *centum Folles æris* dixit; *Folles* enim alii erant ærei, alii argentei. De utrorumque valore quædam annotavit Sirmondus ad S. Augustin. Serm. 40. in Novis.

3. **FOLLIS**, vox vetus Gallica, quam etiam usurpamus, pro stulto, vel fatuo *Fol* enim dicimus : Cambro Britanni et Armorici, *Ffől.* Ugutio : *Infollare, proprie est buccam inflare; et quia folles inflantur quasi quadam re inani, inde est, quod Follis dicitur stultus, superbus, vanus, inflatus.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Follis, Fox à feurre, ou sot, ou vain.*] Joannes Diac. lib. 4. Vitæ S. Gregorii PP. cap. 96 : *At ille more Gallico sanctum senem increpitans Follem, ab eo quidem virga leviter percussus est.* Willelmus Abbas Metensis Epist. 3 : *Prætereo minas tuas, prætereo quod in ipsa festivitate B. Remigii Follem me verbo rustico appellasti.* Infra : *At certe omnino stupendum fuit, ut qui Follis extiti, ad te veniendo, non fierem Follior sub tua tyrannide remanendo.* Versus scripti ann. 1133. ex Tabulario S. Andreæ Viennensis :

Septima Concurrens tunc corporabatur in ipso
Occursu solis, negligit quem currere Follis.
Quatuor ex senis sapiens si demseris unum,
Epactas legis sic concurrisse videbis.

[Oberti Cancellarii Annal. Genuens. lib. 2. apud Murator. 6. col. 303 : *Stultos et Folles teneo Pisanos, qui mandant mihi, ut vadam ad eos.* Nostris *Folloier*, pro stulte agere. Le Roman *d'Athis* MS. :

Car plus qu'aultre homme se desroie
Ung sages homs quant il Folloie.]

[** Ratherius ed. Ballerinor. pag. 314 : *Merito ergo Follis latiali rusticitate vocaris, quoniam veritate vacuus.*]

Follus. Chronicon Malleacense et Andegavense ann. 993. de Carolo Simplice : *Hic fuit Follus.* Ann. 919 : *Karolus Follus a suis relinquitur.* Ita etiam indigitatur in Chronico Kemperlegiensi ann. 879. [** Ecbasis vers. 1188 :

Excors, Follus eques, abnormis garrulus idem est.]

Joannes de Garlandia in Synonymis :

Inscius, et brutus, simplex, idiotaque, Follus,
Indoctus, vel insipidus conjungitur istis.

Ubi Interpres hos versus citat :

Per collum Follum debes agnoscere Follum.

Item :

Non opus est Follo suspendere tympana collo.

Ebrardus in Græcismo cap. 9 : *Follus quandoque significat fatuum.* Vide Chronicon Guill. de Podio Laurent. cap. 25. et Origines Italicas Menagii.

Folleti Dæmones, nostris *Esprits follets, Folletti* Ital. dæmones aerii, quos *lusitare* aiunt. Gervasius Tilleberienses in Otiis Imperial. MSS. decisione 1. de Dæmonibus: *Sunt et alii, quos Folletos vulgus nominat, qui domos simplicium rusticorum inhabitant, et nec aqua, nec exorcismis artantur. Et quia non videntur, ingredientes lapidibus, lignis, et domestica supellectile affligunt, quorum verba utique humano more audiuntur, et effigies non comparent.* [** Vide Grimm. Mytholog. Germ. pag. 289.]

Follia, Convitium. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 15 : *Si quis alicui criminalem Folliam dixerit, et eam illi probare noluerit, vel non potuerit, adjuret illi per sacramentum, quod illam Folliam per iram dixit, et non per veritatem.* Etiamnum dicimus vulgo : *Dire ou chanter Folie à quelqu'un.* Hinc *Follier*, nostris pro *Convitiari.* Vetus Consuetudo villæ *de Perouse* ann. 1260. edita a Thomasserio in Consuetud. localib. Bituric. lib. 1. cap. 66 : *De Folier ne faet-on droet à la Paerose : mais si mauvas hom ou mauvaze femme Folie prodhom, ou prodefeme, det o mottrer au Seignor ou à son Balle, etc.* [** Vide Laurier. Gloss. Jur. Gall. voce *Folier.*] [Le Roman *de la guerre de Troyes* MS. :

S'il me rendoient ma seror
Qu'il tienent en grant deshenor;
Ne la voudrent rendre mie,
Ains moi distrent lait et Follie.]

Follitia, et **Follentia**, apud Joannem de Janua, *Vanitas, superbia, stultitia, a Folleo, inflo.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Follicia, Follie, vanité, orgueil.*] Glossæ Isidor. et Pith. : *Folonitia, Vanitas.* Italis *Follia*, est stultitia, vanitas.

* *Folastre* et *Folieux*, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1394. ex Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 169 : *Icelle Marion, qui est non sensible et ainsi comme toute Folastre, etc.* Aliæ ann. 1375. in Reg. 107. ch. 377 : *Icelle suppliante affoiblie de teste et devenuë par heures aussi comme Folieuse.* Hinc *Foler, Folier* et *Foloier*, pro Stulte et inepte se gerere, desipere. Chron. S. Dion. lib. 5. cap. 24 : *Li François . . . . . si Foloierent à la parfin, car il eslurent home noient profitable au roiaume.* Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 168. ch. 344 : *Le pere d'icelui Colin le veoit moult souvant Folier.. Derrainement prist en lui aucunes melencolies par sotie et folie.* Bestiar. Ms. :

. . . . . Si Folerent,
Si que les ydres aourerent.

Unde et *Foilloler*, Rem suam stulte effundere, in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1 :

Quant poureté l'ot adolé,
Et tout le sien ot Foillolé
En musardie et despendu.

* *Folier*, vel *Estre fol de son corps* præterea dicunt nostri, cum de meretricis, quæ *Femme folieuse* nuncupabatur, agendi ratione loquuntur. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. ch. 458 : *Lequel Besançon estoit de très détestable vie, et qui ne vivoit que de ce que jeunes femmes Folieuses avoient et gaignoient à un chascun aux champs et ailleurs.* Consuet. Genovef. Mss. fol. 26. r°. ubi de bannis : *L'an de grace* 1383. *Marote la Flamenge, Mehalot de Gisors furent banies de la terre sur la besche, pour ce que elles estoient Foles de leur cors.* Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 159. ch. 249 : *Combien que feu Simon Bradieu fu marié en femme, dont il devoit estre content, neantmoins par ses solicitations deceptives, il emmena Folier par le pais Hubinette seur de l'exposant.* Hinc *Affoler*, f. pro *Affoloier*, Cum ejus farinæ mulieribus liberius vivere. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 110. ch. 263 : *Comme icellui Symon eust mené ledit Jehan en plusieurs lieux desordenez; et aprez . . . . l'avoit icellui Jehan mis hors de Paris à moult grant peine, pour ce qu'il se Affoloit avecques femmes. Folingier* vero, pro Maledicta et convicia dicere, in Poem. Alex. Ms. part. 1 :

Ne unques à nul jour nel vit on courroucier,
Ne franc homs de parole il ne volt Folingier.

* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Follia, Prov. Follicia.* Nostris *Folage, Foleur* et *Follesse.* Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 270 : *La suppliant se feust acointiée par Foleur et jeunesce d'un appellé Jehan le Menistre.* Aliæ ann. 1389. in Reg. 136. ch. 275 : *Comme l'exposant par sa Fouleur et simplesse . . . . . eust emprunté la somme de cinq francs, etc. Folleur*, in aliis ann. 1401. ex Reg. 156. ch. 72. Rursum aliæ ann. 1444. in Reg. 176. ch. 358 : *Lesquelx compaignons par jeune Folesse alerent pour icelle fillette avoir.* Le Roman *de Cléomades* Ms. :

Que chil qui piert son héritage.
Par lasketé, fait grant Folage.

* *Foulon*, si mendum non est, eadem notione, legitur in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 204. ch. 90 : *Resistant au mauvaiz Foulon, courage et assaux, etc.* Forte pro *Foulou.* Vide mox *Foluncia.*

4. **FOLLIS**, **Folliculus**, Scrotum. Ditmarus lib. 8. de adultero : *In pontem mercati is ductus per Follem testiculi clavo affigitur. Folliculi testiculorum*, in Lege Angliorum tit. 5. § 16.

* **FOLLISELLUS.** Vide supra *Folexellus.*

¶ **FOLLITIA**, **Follonitia**, **Follus.** Vide in *Follis* 3.

* **FOLLO**, **Folo**, Molendinum fullonium. Testam. Guill. milit. de castro Barco ann. 1319. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1945 : *Cum omnibus meis terris, possessionibus, mansis, molendinis, seghis, Follonibus, fictis, etc.* Charta ann. 1149. in Append. tom. 6. Annal. Bened. pag. 724. col. 1 : *Furnos, molendina, batatoria, Folones, torcularia, etc.* Vide infra *Fullonus.*

FOLOBS, *Sermo*, Papiæ.

* **FOLOLOCA.** Vide supra *Folioleca.*

¶ **FOLONIA**, Ulpiano *Fullonica*, Gallice *Foulerie.* Instrum. anni 1230. in Archivo S. Martini Pontisar. : *Item Johanna relicta defuncti Petri Messant legavit Confratriæ Clericorum Pontisaræ duos sol. Paris. redditus situatos in Folonia pro essendo in orationibus dictæ Confratriæ.*

* **FOLRAGIUM**, Stramen, pabulum equorum. Charta Joan. reg. Franc. ann. 1350. in Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 321 : *Dando etiam certa feuda, vocata regalias, inclavata infra mettas dicti comitatus* (Bellifortis) *nec non Folragia et avenagia, ... debita infra dictum comitatum.* Alia ejusd. ann. ex Reg. 130. ch. 316 : *Et alia jura debita, vocata communiter Folragia seu avenagia . . . donamus et concedimus. Fourrages et avénages*, in Ch. Gall. ann. 1371. ibid. Vide in *Fodrum.*

¶ **FOLRARE**, Duplicare, Gallis, *Doubler, fourrer.* Leges Jacobi II. Regis Majoric. tom. 3. Junii pag. 151 : *Quæ vestes ut decet sutæ ac pannis variis sint Folratæ, exceptis vestibus Pentecostes, quæ de sindone sint Folrandæ.* Limborch. Lib. Sent. Inquis.

Digitized by Google

Tolos. pag. 86 : *Quosdam sotulares magnos et Folratos intus de panno albo.* Concilium Tarracon. ann. 1591. inter Hisp. tom. 4. pag. 612 : *Canonici Cathedralium Ecclesiarum deferant almucias Folratas ex setino carmesino.* Vide *Foderatus*.

¶ **FOLRATURA**, Pellitium. Limborch. lib. Sent. Inquisit. Tolos. pag. 50 : *Emit Folraturas pro dictis supertunicali et capucio.* Charta ann. 1252 : *A singulis pelliparüs unam Folraturam pellium.* Vide *Foleratura*.

¶ **FOLRERIUS**, Metator hospitiorum, Gall. *Fourrier*. Leges Jacobi II. Regis Majoric. tom. 3. Junii pag. XXXVIII : *Volumus quidem unum aptum et sufficientem hominem in nostra curia deputari, qui Folrerius nuncupetur, qui hospitia tam pro nobis quam pro nostris domesticis recipiat et assignet, quotiens ejus officium duxerimus requirendum.*

* **FOLRIUM**, ut *Folragium*. Testam. Ludov. comit. Valent. ann. 1419. ex Cod. reg. 6008. fol. 148. v° : *Legamus dictæ dominæ consorti nostræ omnia blada, vina, Folria, garnimenta, utensilia et supellectilia, ac boves aratorios, nostra et nostros, quæ spectabunt et reperientur tempore mortis nostræ in dicto hospitio nostro Granæ, et alibi infra dicta loca Granæ et Capriliani, et eorum mandamenta et territoria; dicta tamen garnimenta, Folria, utensilia et supellectilia, quamdiu ipsa domina consors nostra vidue vixerit, ut prædictum est, et a secundis nuptiis abstinuerit; de quibus Folrio, garnimento, supellectili et utensilibus fieri volumus . . . . inventarium.*

* **FOLUNCLA**, *La stulticia*. Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide supra *Follitia*.

* **FOLUS**, Follis, Gall. *Soufflet*. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1477 : *Item pro reparando parva organa ecclesiæ et in eis faciendo novum clavile et novos Folos, iv. lib. x. sol. Foux*, eadem acceptione, in Mirac. S. Ludov. edit. reg. pag. 425 : *Il soufloit les Foux dudit feure à alumer la forge. Petit Fox à feure*, ex vet. Glossar. S. Germ. Prat. in Glossar. ibid.

* **FOLZONUS**, f. pro *Falzonus*, Lanceæ armorum species, inter arma vetita recensetur, in Stat. Vallis-ser. rubr. 44. ex Cod. reg. 4619. fol. 88. r°. Vide supra *Falzo*.

¶ **FOMEN**, *Norrissement. Fomentum*, *Viande qui norrist*, in Gl. Lat. Gall. Sangerm. *Fomen*, *Fomentum*, *Nutrimentum*, *esca quæ fovet*. Joan. de Janua.

* 1. **FOMENTARE**, Nutrire. Vita B. Lidwinæ tom. 2. April. pag. 313. col. 2 : *Adhuc modicum tempus, et hydropisis replebit virginem hanc, et ex tunc nullo liquore Fomentabitur vel potu.* Vide *Fomen*.

* 2. **FOMENTARE**, Fomentis recreare, apud medicos. Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 1. Pass. cap. 140 : *Quod si te Fomentante cum sacellis, dolores fuerint levigati, etc.*

¶ **FOMENTATIO**, perperam pro *Foventatio*. Vide in hac voce.

¶ **FOMERE**, *Dolare*, πελεκᾶν. Gl. Lat. Gr. Sangerm.

¶ **FOMEX**. Acta SS. Julii tom. 2. pag. 509. de S. Willibaldo : *Ille Fomex vel pumex, quem scriptores habere solent, illum videbat de inferno illo ascendentem.* Cum sola vox *Pumex* rem plane explicet, *Fomex* vel amanuensis inscitia irrepsisse suspicantur.

¶ **FOMITATUS**, Incitatus, accensus. Charta Edwardo Regi adscripta apud Hickesium Dissert. Epist. pag. 17 : *Si autem quod absit, aliquis compilator fraudis, vel cavillator fautoris nævo Fomitatus iniquæ cupidinis hanc cautionem... destituere præsumpserit.*

* **FOMORERIUM**, f. pro *Femorarium*, Locus, ubi fimus congeritur. Charta admort. Caroli VII. in Reg. Cam. Comput. Paris. alias Bitur. fol. 153. r° : *Item super una locata seu Fomorerio ad fomorerios, ... unam gallinam.*

¶ **FONASGUM**, *dicitur quædam potio, qua utebantur poetæ cum recitare habebant.* Johannes de Janua. Gl. Lat. Gall. Sangerm. : *Fonasgum, Une maniere de pocion qui tait bonne voix.*

* **FONCEARIUS**, Fonsarius, Ad fundum pertinens, Gall. *Foncier*. Lit. admort. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 372 : *Ipsa tamen* (domus) *acquittata et retenta immediate sub nostra jurisdictione Foncearia, in nostra villa Laudunensi situata.* Charta ann. 1395. ex Tabul. S. Germ. Prat. : *Una cum piscaria et omnimoda justicia alta, media, bassa et Fonceria, cæterisque juribus, etc.* Vide *Fonsseria Justitia*.

* **FONCIA**, Locus depressus, vallis. Charta ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 149 : *Item unam condaminam sultus villam confrontatam . . . . . cum Foncia Amelii. Fondeiz*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1380. ex Reg. 118. ch. 265 : *Guillaume de Figny escuier, ... et pluseurs autres s'en alerent ès Fondeiz quérir les jovieux dudit Guillaume, qui estoit ou pasturage desdiz Fondeiz.* Idem quoque sonat vox *Fondoire*, in Declarat. feud. eccl. Camerac. Ms. : *Sept mencauldées de terre abanables seans vers les Fondoires, qui appartiennent aux grands chartriers de Cambray. Fonteniz*, Locus palustris, in Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 2. Vide *Fondreda*. *Fonchiere* cavum significare videtur, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 141. ch. 103 : *Les supplians trouverent dedens la riviere un engin, appellé verzeul, pour prenre poisson;... puis le musserent en Fonchiere emprès ladite riviere.*

¶ **FONDACEUS**, *Fondacus*, *Fondechus*, *Fondicus*. Vide in *Funda*.

¶ **FONDE**, vox Gallica non ita pridem in usu, hodie *Fronde* dicimus, Funda, machina oppugnatoria, qua jactantur lapides. Inventarium castri Sommerciaci in Occitan. ann. 1260 : *Item* III. *Fonde de manganello. Item* II. *Fonde de trabucheto. Item* XXVIII. *Fonde manuales.* Vide *Fundabulum*.

* Nequaquam recens est vox illa, quippe quæ occurrat apud Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 44. saltem pro nervo *balistæ*, quo sagitta emittitur. *Fondeffle*, pro *Fonde* vel *Fronde*, apud Monstrel. vol. 1. cap. 29.

* **FONDITUS**, Fusus, Gall. *Fondu*. Charta ann. 1362. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Vienne* fol. 45. r° : *Dicta garda ad requestam dicti magistri dictos quartos capere debeat, et fondere, vel fondi facere, et de auro Fondito capere extimationem vel quantitatem unius floreni, etc.*

¶ **FONDONG**. Vide *Furst*.

* **FONDORA**, Fundus, in Charta ann. 1033. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 16. Vide *Fundora*.

¶ **FONDREDA**, f. Gurges, seu vorago cavata concursu torrentium, Gall. *Fondriere*, Ital. *Fondura*. Litteræ Armandi Vicecomitis de Podemniaco inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 229 : *Dono etiam aliam partam graveriam ad Fondredas, ubi si posse Clericis fuerit, molendinum faciant.* [* Vide supra in *Foncia*.]

FONG, Fongere. Charta Anglica ann. 1330. laudata a Spelmanno in *Wardpenny* : *Et reddit inde per annum 3. sol. 4. den. ad prædictos 4. terminos, et ad festum S. Martini 2. Wardepens,.... et debet colligere Fongere, sicut idem Ricardus ad Repisac dom. supra prec. opus ob. item... ad furnum colligere, vel Fong.* An filix, herba, quam *Fougere* dicimus?

1. **FONS**, Vas in baptisterio, in quod baptizandi descendebant ; κολυμβήθρα, et δεξαμενή, Græcis Scriptoribus laudatis in Descript. S. Sophiæ num. 83. *Fons baptisterii, Fons baptismi*, apud Anastas. Bibl. in Vitis PP. pag. 5. 26. *Fons*, vel *Fontes* nude, pag. 16. 26. 32. etc. S. Ambrosius de Sacramentis : *Venisti ad Fontem, ingressus es.* Sidonius lib. 3. Epist. 12 :

> Quod frontem cruce, membra Fonte purgent,
> Primus de numero patrum suorum,
> Sacris sacrilegis renuntiavit.

Vetus Urbis Epigramma ad Ecclesiam S. Laurentii in Damaso, ad Fontem, apud Sirmond. ad eumdem Sidonium :

> Iste salutares Fons continet inclitus undas,
> Et solet humanam purificare luem.
> Munia sacrati quæ sint vis scire liquoris?
> Dant regnatricem flumina sancta fidem.
> Ablue Fonte sacro veteris contagia vitæ,
> O nimium felix, vive renatus aqua.
> Hunc Fontem quicumque petit, terrena relinquit,
> Subjicit et pedibus cæca ministeria.

Leo IV. PP. de Cura pastorali : *Unusquis que Fontes lapideos habeat, et si lapideos habere non possit, vas saltem aliquod ad hoc paratum, in quo nihil aliud fiat, habeat.*

Fons Consecratus, in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. § 47. [** Lothar. I. c. 85.] Quippe benedicitur a Sacerdote eorum aqua, qui baptizandi sunt. S. Basilius lib. de Spiritu sancto cap. 27 : Εὐλογοῦμεν δὲ τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος. *Fons consecrari, antequam descendat, qui baptizandus est*, dicitur etiam a S. Ambrosio lib. de Iis, qui initiantur cap 5. Messianus Presb. de Vita S. Cæsarii Arelat. : *Cum ad benedicendos Fontes procederet, etc.* Victor Utic. lib. 2. Persecut. Vandal. pag. 12 : *Illa hora, qua benedicent Fontem, ut baptizentur accedentes ad fidem, etc.* Paulinus Epist. 12 :

> Dives opum Christo, pauperi, sibi, pulcra Severus
> Culmina sacratis Fontibus instituit.

Fons Sanctus, apud Anastasium Bibl. in S. Silvestro PP. : *Fontem Sanctum, ubi baptizatus est Augustus Constantinus.* In S. Hilaro : *Item ad sanctum Joannem, intra Sanctum Fontem, lucernam auream, etc.* Tortarius de Translat. S. Maurı Martyris :

> Donec Normanni, Fontis gens nescia sacri,
> His infesta foret.

Digitized by Google

Meminit præterea *benedictionis Fontium* feria 6. ante Pascha, Gregorius in libro Sacrament. ubi orationes describuntur.

FONTES *in remissionem peccatorum sanctificati*, apud Auxilium de Ordinationib. a Formoso PP. factis lib. 1. cap. 28.

¶ PER SACRAS FONTES *jurare*, in Formula 14. novæ Collect. Baluz. : *Per Deum juro et sacras Fontis, per Sion et Sinai montis, Falsator est ille.*

DESCENSUS AD FONTEM, ita inscriptum Carmen, editum a Canisio tom. 5. Antiq. Lect. pag. 745. quo describitur Litania, quæ canebatur, dum baptizandi ad Fontes deducebantur :

Mitte sanctum nunc amborum.
Spiritum paraclitum
In hanc plebem, quam recentem
Fons baptismi parturit.

Sacramentarium Gregorii M. olim datum Ecclesiæ Aretinæ a Joanne Episcopo Aretino, qui vixit sub Carolo Calvo, nunc Ecclesiæ Belvacensis : *Orationes de Pentecosten die sabbati ante Descensum Fontis.* Infra : *Oratio ad Missam in sabbato Pentecosten post Ascensum Fontis.*

Porro aquæ vivæ in baptisteriorum fontes influebant per fistulas, canales, et aquæ ductus, uti colligere est ex his, quæ habent Ennodius Carm. 149. Vita S. Aviti Viennensis Episcopi num. 5. Anastasius Bibl. in Hadriano PP. pag. 113. 117. etc. Eæ interdum per columnas, in medio fontium perforatas, effluebant. Idem Anastasius in S. Hilaro pag. 28. de Baptisterio Basilicæ Constantinianæ : *Cum columnis porphyreticis, ragiatis, foratis, aquam fundentes, etc.* Sæpe per figuras animalium verbi gratia cervorum. Idem Anastasius ead. pag. : *Item ad S. Joannem intra sanctum Fontem... cervos argenteos tres, fundentes aquam.* Adde eumdem in S. Silvestro pag. 14. Breviarium Vivariense apud Columbum lib. 2. de Episcop. Vivariens. n. 11 : *Nihilominus et baptisterium in ista Ecclesia... sub terra vero aquam venientem in ipsam Ecclesiam.... deduxit, quæ et per meatus plumbeos in altum respirans, per columnas marmoreas mirabiliter ascendebat, quam etiam æneus cervus in medio stans evomebat.* Interdum per figuram agni. Anastasius in S. Silvestro : *In labro fontis baptisterii agnum ex auro purissimo fundentem aquam, etc.* In Leone III. pag. 134 : *Isdem Præsul a fundamentis ipsum baptisterium in rotundum ampla largitate construens, in meliorem erexit statum, atque sacrum fontem in medio largiori spatio fundavit,... et in medio fontis columnam posuit, et super columnam agnum ex argento purissimo, fundentem aquam, etc.* Vide Senator. lib. 8. Epist. 33.

2. FONS, Vas, in quo aqua ad Missæ sacrificium ponitur. Ordo Romanus : *Subdiaconus accipit Fontem de manu Archiparaphonistæ, et defert Archidiacono, et ille ex amula infundit, faciens crucem in calicem.* Occurrunt hæc verba semel ac iterum. Vetus Scheda apud Browerum lib. 8. Annal. Trevir. n. 114 : *Offertorium aureum gemmatum cum patina, Fontem aureum cum gemmis, pavonem auro et margaritis distinctum.*

¶ FONS, Piscina, ubi Sacerdotes lavant manus antequam sacra faciant. Synodus Valent. ann. 1590 : *Præcipimus Fontem ad abluendas Sacerdotum manus, qui se ad Missam celebrandam accingunt, præparari qui vel parieti infixus, vel pensilis aquam præbeat cum linostina palla.*

FONTIUM ADORATIO interdicta passim legitur in Conciliis, Autisiodor. can. 3. Nannetensi cap. 23. Arelat. II. can. 23. Toletano XII. can. 11. apud Burchard. lib. 1. can. 94. interrog. 42. in Legib. Longob. lib. 2. tit. 38. § 1. [** Liutpr. 83. (6, 30.)] etc. Hinc *Fonticolæ*, apud Cyprianum in Vita S. Cæsarii Arelat. etc. Vide Cluverium lib. 1. Germ. antiq. cap. 34. [** et Grimm. Mythol. German. pag. 326. sqq.]

¶ **FONSACCAR**. Vide *Fossinagar.*

¶ **FONSADERA**, pro *Fossadera*, ut *Fonsatum* pro *Fossatum*, Præstatio pecuniaria, Exercitus. Vide in utraque voce. Charta Ferrandi Reg. Castellæ ann. 1217. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 521 : *Habitatores tamen illarum ab omni Fonsato regio absoluti, pro ipsa absolutione persolvant vobis vestræque ecclesiæ Fonsaderam, omnia jura ad Regem spectantia vobis nihilominus fideliter persolvendo.*

* **FONSALIS**, ut supra *Foncearius. Fonsalis census*, Gall. *Cens foncier.* Vide supra in *Census.*

* **FONSATUS**, f. pro *Forratus*, eadem certe notione, Pellitus. Testam. Phil. episc. Sabin. ann. 1372. ex Cod. reg. 9612. A. F. : *Item mantellum reussetum cum duobus capuciis, uno magno et altero parvo, Fonsatis de minutis varits, uxori Zimulti.* Vide *Furratus.*

¶ **FONSEYUS REDDITUS**, Gall. *Rente Fonciere*, Vectigal quotannis pendendum fundi domino. Obituarium MS. Ecclesiæ fol. 32. verso : *Tenebitur etiam dictus Capellanus ad Redditus Fonseyos dictarum terrarum domino temporali persolvendum.*

¶ **FONSSERIA JUSTITIA**, Gall. *Justice Fonciere*, Jurisdictio minor, inermis. Tabularium S. Cornelii Compendiensis : *Ipsos Religiosos jus habere percipiendi in dicta villa de Compendio in eorum terra et Justitia Fonsseria jus foragii, etc.*

¶ **FONSUS**, pro *Fundus*. Chartular. S. Vandreges. tom. 2. pag. 1504 : *Totum Fonsum prædictæ hæreditatis... tenemur defendere.*

* **FONTA**, Fons, Gall. *Fontaine*, alias *Fons.* Charta pro abbat. S. Anton. Paris. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 28 : *Quinquaginta quinque libratas . . . . supra quandam domum, sitam in domipolis Parisius, ante Fontam facientem cugnum vici Johannis dicti Begue.* Libert. villæ *d'Alguesperse* ann. 1374. in Reg. 198. ch. 360 : *Item comme nos devanciers aient donné et octroié aux habitans de ladite ville le Fons, le abreuvoir et les escassadours des chevaulx et des autres bestes, et les conduiz des eaues venant à ladite Fons et abreuvoir, etc.*

* Dominica quarta Quadragesimæ obtinuit in agro Perticensi quidam usus, sub appellatione *Faire ses fontaines*, de quo nihil mihi præsto est, præterquam id quod legitur in Lit. remiss. ann. 1393. ex Reg. 144. Chartoph. reg. ch. 411 : *Comme les supplians feussent alez en la ville d'Esclères pour eulx esbatre et faire leurs Fontaines pour le jour de Dimenche, que l'en dit Mycaresme, etc.* Aliæ ann. 1426. in Reg. 173. ch. 401 : *Le Mercredy devant la mi-quaresme, que on dit au pais* (Pertois) *le Mercredy devant les Fontaines, etc.* Num, ut apud Romanos in Fontinalibus seu fontium sacris, coronas in fontes conjiciebant et puteos coronabant?

FONTAGIUM. Charta Odonis Archiepisc. Rotomag. M. Jul. ann. 1266. in Tabulario Normannico signato P. ex Camera Computor. Paris. : *Terræ arabiles, vineæ, modiationes vini, prata, nemora, varennæ, Fontagium, redditus in frumento, avena, bladoo communi, etc.* [* Legendum suspicor *Fouragium.* Vide in *Fodrum.*]

FONTALIA, Fontes, rivi a fontibus profluentes, in Charta ann. 1180. apud Petrum Mariam Campum in Hist. Eccl. Placentinæ in Regesto 2. part. n. 29 : *Item de omnibus surtuminibus et Fontaliis, quæ sunt et nascuntur apud clausos de Oltoe, etc.*

¶ **FONTALIS**, Capitalis, unde quid quasi a fonte originem habet. Capitulum Generale Cisterc. ann. 1322. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1509 : *Inprimis, quia Parisiensium scholarium honorabilis Universitas.... tamquam quoddam virtutis et sapientiæ Fontale principium, sui luminis radios ubique diffundens mundum illuminat universum, etc. Fontalis aqua*, E fonte fluens, in Vita S. Himelini Presbyteri, Martii tom. 2. pag. 47.

* **FONTALITER**, Veluti a fonte, in Imitat. Christi lib. 1. cap. 15. Vide *Fontalis.*

¶ **FONTAMEN**, *Ortus aquæ intelligendi sunt*, Papias. Vide *Fontana.*

FONTANA, Fons, *Fontaine* : Italis, *Fontana.* Papias : *Fontamina, sunt Fontanæ.* Joan. de Janua : *Fontana idem est quod fons. Ad Fontanas adorare*, in Lege Longob. l. 2. tit. 38. § 1. [** Liutpr. 83. (6, 30.)] *Fontana aquæ vivæ*, in veteri Charta apud Ughellum tom. 1. pag. 1099. Occurrit præterea apud Innocentium Gromaticum, et in Vita S. Condedi cap. 1. [necnon in Gregorii Monachi Chronico Farfensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 612.] *Fontanea scaturigo*, apud Solinum.

* **FONTANERIUS**, a Gall. *Fontainier*, Aquilex. Comput. ann. 1479. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 337. col. 1 : *Fontanerio, qui dicebat facere venire et fluere fontem Nemausi per totum annum in majori quantitate quam faciat, etc.* Vide *Fontenarius.*

¶ **FONTANILIS**, Fons, ut opinor. Præceptum Caroli C. ann. 869. pro Monasterio Arulensi inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 152. col. 1 : *Et super fluvium Fullonicas cella S. Martini cum ipso Fontanile, juxta præfatum Monasterium cella S. Quintini Martyris cum balneis. Fontanalis* Vitruvio, et *Fontinalis* Plauto, idem est quod Plinio *Fontanus*, Qui e fonte est, vel spectans fontem.

¶ **FONTANUS**, Eadem notione. Scriptura Monasterii S. Vincentii *del Pino*, inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 168. col. 1 : *Et pergit per Toldanos usque ad Panton, et item. ad Castelium, et item per iter Am-*

Digitized by Google

baria et per Fontanum, et vadit per illo monte de Linaru. Conchubranus in Vita S. Moduennæ, Julii tom. 2. pag. 311 : *Haurite nunc festinanter aquam de S. Movennæ Fontano, et implete cupas.*

¶ **FONTELLUCCIA**, Fonticulus. Vita B. Guidonis de Cortono, Junii tom. 2. pag. 603 : *Ipse autem recordatus Fontellucciæ, unde, cum veniebat Cortonam, solitus erat bibere.*

¶ **FONTENARIUS**, Præfectus fontium, Gall. *Fontenier*, in Actis S. Francisci de Paula, April. tom. 1. pag. 149. Vide *Fontanerius.*

¶ **FONTENELLA**, Fonticulus, ut arbitror. Charta Willelmi *de Kemmont*, ann. 1256. ex Chartulario S. Vandreg. tom. 1. pag. 413 : *Concessi Roberto le Telier unam pechiam prati sitam in parrochia de Fontibus.... aboutantem ex uno bouto ad Fontenellam de Brandeancourt, et ex alio ad Fontenellam dicti Abbatis.*

¶ **FONTICUS.** Vide in *Funda.*

* **FONTIS-BELLENSIS** Domus, vulgo *Fontainebleau*, in Epist. Francisci I. reg. Franc. ad Paul. III. PP.

FOOTEGELD, Pedis redemptio : vox Saxon. ex f o o t e, pes, et g e l d, mulcta. In Assisa forestæ *de Pickring* 10. Edw. III. quidam se quietum clamavit de *Footegeld*, id est, ut canes infra metas forestæ *inexpeditatos*, custodiret, sine amerciamento, fine, vel forisfactura : et allocatur ei præterea, quod ita concessum esset alicui majorum ejus.

Fotgeldum, in Monastico Angl. tom. 1. pag. 192.

Fotegeldum, in tom. 2. pag. 827. Vide *Expeditare.*

* **FOR**, Fora, Tributum, quod ex iis, qui jus habent utendi *foresta*, *Foragiers* nuncupatis, exigitur. Charta ann. 1310. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 42 : *Item debet nobis dominus de Compigniaco, ratione Foræ, duodecim denarios Paris.* Alia ann. 1330. in Reg. 66. ch. 834 : *Item dicebant iidem homines præscriptos vicecomites .... dictæ universitati dedisse totum jus, quod habebant seu habere poterant vel debebant el For Lautrici et Lautriguesii, ... et quod eadem universitas sive iidem consules vel sindici auctoritate sua propria possent ponere et removere, ratione dicti For, et ad illud For recipiendum et levandum, forestarios in Lautrico et Lautriguesio.* Reg. feud. comitat. Clarimont. in Cam. Comput. Paris. ex Charta S. Ludov. ann. 1255 : *Mandons que vous faciez avoir au maieur de Clermont en nostre forest en Hez un cartée de boz, ... de tel boz comme li autre Foragier fieſé ont.*

* **FORA**, Exitus, Gall. *Sortie, issue*, idem quod *Exius* supra. Charta ann. 1217. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 39 : *Casalia ipsa .... concedimus, ... cum omnibus suis entratis et cum omnibus suis Foris, quæ in eis ad jus nostrum spectant.* Vide alia notione supra in *For.*

* **FORACHIUM**, Eadem notione, qua supra *Foragium*. Charta Ludov. Junior. ann. 1160. ex Tabul. Columb. : *Dedit præterea idem Hugo Bardulfus Forachium suprædictæ villæ, et pedagium, et theloneum.*

¶ **FORACULUM**, Τέρετρον, *i. Terebra.* Gloss. Lat. Græc. Sangerman. et Supplem. Antiquarii. Vide *Taratrum.*

FORADE. Vide *Forathe.*

* **FORADERIUS.** Vide supra *Cubatus.*

FORAGARE, Foraginare. [* Nostris *Affourrer*, Pabulum, stramen animalibus præbere. Lit. remiss. ann. 1403. in Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 134 : *Lesquelles femmes entendoient à Affourrer et logier leurs vaches et autres bestes en la court et ès estables.* Aliæ ann. 1406. in Reg. 161. ch. 163 : *Lesquelx se logerent en un cuignet des bergeries, ... ouquel ilz furent en attendant que icelle Gilon venist, quant jour seroit, Affourrer icelles brebis.*] Vide in *Fodrum.*

¶ **FORAGERIUS.** Vide in *Forum.*

1. **FORAGIUM**, Jus quod domino feudi competit, non pro *perforatione* dolii vinarii, ex quo vinum promitur ad vendendum in popinis, ut quidam volunt; sed pro pretio a domino imposito vino, quod a Tabernariis et Cauponibus distrahitur. Charta Ivonis Abb. S. Dionysii ann. 1169 : *Foragium hominum cursim vel in transitu in villa vina vendentium habebit etc.* Charta ann. 1231. in Tabulario S. Bertini : *Qui vinum vendiderit, dabit de dolio vini sextartum ad Foragium.* Consuetudo Lorriacensis ann. 1187 : *Et de vino suo, quod de vineis suis habuerit, Foragium non quoque reddet.* Versus antiqui apud Cousinum lib. 1. Histor. Tornacensis pag. 324 :

> Tradita Canonicis a Rege Foragia vini
> Distribuunt illis æqua ratione ministri.

Charta Willelmi Castellani S. Audomari in Chronico Andrensi pag. 527 : *De Foragio videlicet totius vini, quod ad usus proprios Ecclesia Andrensis... comparavit.* Aresta ann. 1295. in Regesto Parlamenti B. fol. 107 : *Cum ipsi ex dono Regum Franciæ, ut dicebant, Foragium habeant, in civitate Tornacensi de quolibet dolio vendito certam portionem seu mensuram vini, etc.* Charta ann. 1166. in Tabul. S. Dionysii de Nogento : *Si aliquis hominum, qui Vicecomiti Foragium semel dederit in aliena terra manens, si se ad manendum in territorio S. Sepulcri transtulerit, Vicecomes Foragium suum de eodem et ibidem habebit, quamdiu vineas, quas tunc temporis habebat, tenuerit.* [Litteræ Roberti Abbatis S. Columbæ Senon. ann. 1231. ex Tabul. Sangerm. : *Habebamus præterea in dicta villa hospites et rotagium, videlicet duos denarios pro unaquaque quadrigata vini, et Foragium, scilicet unum sextarium vini de quolibet dolio, quod venditioni exponebatur.* Charta P. Abbatis Compend. ex Chartul. ejusdem Monast. : *Dedimus etiam atque concessimus prædicto Petro clerico nostro jus integrum, quod habebamus,... in dicta domo, videlicet roagia, Foragia, vintrægia.*] Philippus *Mouskes* in Hist. Fr. MS. :

> Et s'eut la vouerie ausi,
> Et les Forages leur guerpi,
> De vin, de cervoise, et de miés,
> Quel kil soient noviaus u viés.

Charta Philippi Comitis Flandriæ apud Hemeræum pag. 45. et 168 : *Justitiam Laicalem... et teloneum, et Fuer vini.* Infra *Foragium* dicitur. Magnum Tabularium Corbeiense : *Li Abbés fait mettre Fuer es vins con vent à broke, quant mestier est. Forum vini*, in Charta Pacis oppidi Farræ ann. 1207. apud Thomasserium in Consuet. Bituric. pag. 437. De foragio et jure foragii agunt Fleta lib. 2. cap. 73. § 9. Hemeræus in Augusta Viromand. pag. 109. 179. 180. 259. Doubletus in Hist. Monast. S. Dionysii pag. 434. 907. Loisellus in Hist. Bellovacensi pag. 274. Raguellus in Juribus Regiis verbo *Forage*, etc. Vide [*Afforagium*,] *Forum, Pertusagium.*

Foratagia Vini, apud Laurentium de Leodio in Hist. Episcopor. Virdunensium pag. 288. nisi legendum sit *Foragia*, quod puto. [Vide *Pugillus.*]

* Eo tamen sensu vocabulum *Foraige* interdum usurpari certum videtur ex Reg. Corb. 13. sign. *Habacuc* ad ann. 1511. fol. 77. v° : *Et si paieront ..... les demeurans audit lieu droix de tonnelieu, et Foraige, bouſſel, etc.* Ibid. fol. 100. v°. : *Les droix de tonnelieu, et Foraige, bouſſel, afforaige du vin qui sera vendu.* Ubi *Afforaige*, Jus significatur, quod pro vini pretio a domino imposito, et *Foraige*, quod pro perforatione dolii vinarii exigitur. Vide *Afforagium* et infra *Foratio.*

* 2. **FORAGIUM**, Pabulatio, Gall. *Fourrage.* Gualt. Hemingford. de Gest. Eduardi I. reg. Ang. ad ann. 1297. pag. 125 : *In recessu autem eorum in vesperis, cum quibusdam ex nostris a Foragio revertentibus obviassent, insultum fecit in eos ille comes de Levenax.* A verbo *Forer*, Pabulari, apud Villehard. paragr. 207 : *Mult grant gent les tenoient si près, que il ne pooient nul marchié avoir, ne Forer se pou non.* Et paragr. 248 : *Lor genz alerent Forer un jor.* Unde *Fourragier*, Prædator militaris, in Lit. remiss. ann. 1383. ex Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 166 : *Un homme qui sembloit estre pillart, tellevacier ou Fourragier et parloit estrange langaige. Forer* præterea dixerunt, pro Depopulari, vastare. Stat. ann. 1376. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 227. art. 3 : *Lesdictes forez.... ont esté Forées et grandement endommagées.* Vide *Forrare* et *Foriarii* in *Fodrum.*

* 3. **FORAGIUM**, Exactio quævis, vel etiam *procuratio*, prandium. Charta capit. S. Quint. ann. 1244. in Chartul. Mont. S. Mart. part. 4. fol. 87. r° : *Præterea sciendum est, quod quandocumque aliquis abbas de novo fuerit institutus in ecclesia dicti Montis S. Martini, tenebitur dictam domum cum gardino a dictis Johanne, dicto Beduin, et Johanne de Dulleto, aut ab illis qui successerint in eorum præbendas, desponsare et tradere utrique eorum duodecim denarios pro jure desponsationis illius; et mediantibus tantummodo censu et jure desponsationis prædictis, absque omni alia exactione et Foragio, nos et nostri successores tenemur portare garandiam perpetuam de dicta domo et gardino prædicto.* Vide in *Fodrum.*

FORAGO, in Glossis Isid : *Trames diversi coloris.* Papiæ : *Nota in textura, significans cujuscumque diei opus.* [Festus : *Forago, Filum quo textrices diurnum opus distinguunt, a furando dictum*, vel ut habet Perottus *a forando :* quod præstare videtur.] Ugutio et Joan. de Janua : *Forago, [A foris] dicitur illud filum alterius coloris, quod mulier ponit in capite, vel in fine, vel in latere telæ, ad distinctionem vel ornatum*

Digitized by Google

faciendum. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Forago, Licel, lisiere de drap ou de telle.*] Vide *Farrago.*

1. **FORALE**, Pars currus, lignum scilicet perforatum, in quo ponuntur *furcalia.* Ita Interpres Joannis de Garlandia in Synonymis :

Temo, longale, trabale, furcale, Forale.

2. **FORALE.** Wichbild. Magdeburgense art. 9. § 2 : *Idque signum hucusque servatur, ubi civitates vel Foralia noviter fundantur.* Legendum puto, *Fortalitia*, munitiones, castra ; nisi *Foralia* sint nundinæ, vel fora publica. [** Immo sunt, ut apparet e German. *wo man neu stet baut oder Merkt macht.*]

☞ Certe pro Tributo quod ex *foris* seu nundinis vel *placitis* percipitur, occurrit in Litteris Henrici Episcopi Leodiensis pro Monast. S. Huberti apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 518 : *Confirmamus Deo et S. Huberto... legalem donationem præfati allodii, cum familia et omnibus ejus utilitatibus et appenditiis, scilicet terris cultis et incultis, pratis, silvis, aquis, aquarumve decursibus et piscatura, banno, latrone, Foralibus et placitis, absque venatione quam solummodo usibus meis proprtis retinui.* Cantatorium MS. ex Abbatia S. Huberti fol. 3 : *Cujus omnes justicias, theloneum, bannum, comitatum, latronem, Foralia, vel cujuscumque placiti questum vel querelas ex antiquo more potestativo jure obtinuit.* Apertius vero

¶ FORALE JUS dicitur in Charta Ottonis II. Imper. pro Ecclesia Leodiensi ann. 983. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 332 : *Quicquid videlicet ex coemtione animalium, vel ex omni genere tam vestium quam ferri et metallorum, vel ex reditu navium, vel ex omnium commercio vectigalium, vel ex jure Forali, vel districto judiciali possit provenire.*

* Tract. pacis ann. P. 1466. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 214 : *Spondemus quod nulla telonea, deposita, gabellas, Foralia, sive quascunque alias censuationes.... imponemus de novo.*

1. **FORALIS**, *Ager optimus*, Papiæ.

¶ 2. **FORALIS**, Forensis. Gregor. M. lib. 4. Epist. 67 : *Sicut studii nostri esse condecet a litigiis Foralibus monachos submovere, ut divinis ministeriis pie ac solerter invigilent.* Occurrit rursum Epist. 62.

¶ **FORTALITUS.** Vide *Faralitius.*

¶ 1. **FORAMEN**, Fenestra. Vita S. Boniti Episcopi Arvern. sæc. 3. Bened. part. 1. pag 94 : *Inter nemorosa pomarii sistunt infra hquadrum claustra gemina munitione, crebrisque arcuum maceriæ Foraminibus manent.*

* 2. **FORAMEN**, Rei cujusvis extraneæ advectio. [** Fossio putei, salis fodina.] Stat. ann. 1496. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 265 : *Considerantes thesaurum regni nostri communem in zuppis Cracoviensibus continuo decrescere et minui propter salis Foramen et adventicii in regnum nostrum.*

FORAMINARE, Perforare. Utitur Sidonius lib. 1. Epist. 5. lib. 3. Epist. 3.

¶ **FORAMINOSUS**, Foraminibus pertusus, apud Tertull. de Patient. cap. 14.

¶ **FORAMINULENTUS**, Eadem notione, apud Hermol. in 2. Poster. Paraph. cap. 14.

FORANEITAS, dicitur de Canonico, qui *foraneus* est, seu qui non facit residentiam. [Statuta Gosvini Episc. Tornacensis ann. 1209. tom. 3. Gall. Christ. inter Instr. col. 50 : *Statuimus ut quicumque Foraneus erit ab ecclesia portando oneri diei et æstus se subtrahens, ei stipendia subsequantur* (f. subsecentur) *ut de toto beneficio quod habet in ecclesia* (non) *amplius quam viginti solidos in anno Foraneitatis suæ se noverit recepturum ; quicumque autem de Foraneis stationarius esse voluerit, oportet ut per 40. dies ante nativitatem B. Joannis Baptistæ certum faciat Capitulum quod suam facturus veniet stationem in festo prædicto, ita quod si postmodum veniens toto anno servierit, tamen Foraneus habeatur et Foraneitatis legem subeat.*] Charta Petri Episcopi Meldensis ann. 1245. ex Tabulario Ecclesiæ Meldensis fol. 48 : *Privilegiis super his dictæ Ecclesiæ concessis... super residentia et Foraneitate præbendarum, et perceptione fructuum earundem taliter duximus ordinandum.* Infra : *Si vero facta prima residentia Canonicus non habitus pro Foraneo post Kalendas Apriles cesserit, vel decesserit, etc.* Quid vero proprie sit *Foraneitas*, docet vetus Statutum Ecclesiæ Trecensis apud Camusatum pag. 150 : *Si absentes Canonici residentiam non fecerint per medietatem unius anni integre, dicti Canonici, qui dictam residentiam non fecerint, tenentur solvere 100. solid. Celerario Ecclesiæ totiens quotiens defecerint in dicta residentia facienda. Et si defecerint per unam diem de dicta residentia facienda, nihilominus debent solvere dictos 100. solidos. Et vocatur ista servitus, seu hujusmodi redhibentia, Foraneitas.* Charta ann. 1217. in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis n. 228 : *Nihil autem habeat de pane et vino pro annualibus de Foraneitatibus, hoc est, de fructibus præbendarum foraneorum Canonicorum, etc.* Vide ibid. Ch. 314. [Tabular. Episcopat. Ambian. ann. 1281. fol. 26.] Hemeræum in Augusta Viromand. ann. 1159. 1230. et Jacobum Petitum post Pœnitentiale Theodori pag. 442. 444.

* Dicitur etiam de canonico, qui tempus residentiæ assignatum non complevit. Charta Will. archiep. Senon. ann. 1176. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 51 : *Ducimus etiam illud statuendum, ut secundum consuetudinem vestræ matris Senonensis ecclesiæ Foraneitates præbendarum, in ecclesia beati Quiriaci observentur, videlicet ut nullus de substituendis canonicis nisi viginti solidos per annum de præbenda sua recipiat, qui per dimidium annum Pruvini non fecerit mansionem.* Charta ann. 1205. in Chartul. S. Petri Insul. sign. *Decanus* ch. 25 : *Si vero citra terminum octo mensium, absque licentia capituli, evagari præsumpserit* (canonicus) *pro foraneo habebitur, et tantum contentus erit antiqua Foraneitate, quæ videlicet statuta est in hunc modum : quod foraneus habebit xxxvj. raserias frumenti, vj. modios avenæ, xx. capones, argentum de Flandria, et de minutis denariis suis solvet xlvij. sol. ad opus vicariorum.* Ubi *Foraneitas* intelligenda est de retributione *foraneo* attributa. Vide *Foraneus* 1. et infra *Foronitas.*

¶ 1. **FORANEUS**, Canonicus qui non facit residentiam. Acta Visitationis S. Petri Lovaniensis ann. 1230. apud Martenium tom. 1. Collect. Ampliss. col. 1243 : *Volumus quod Canonici vestri universi et singuli residentiam faciant, aut si quis Foraneus fuerit tantum tertiam partem præbendæ suæ percipiat.* Occurrit passim. Vide *Foraneitas.*

¶ 2. **FORANEUS**, in Vocabulario Juris utriusque, *dicitur, qui forum tenet, vel de foro venit.* Galli vocant *Marchand Forain*, eum qui extra patriam propriam merces suas exportat.

¶ 3. **FORANEUS**, Exterior. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. LXVIII : *Contineat videlicet* (cordula sigilli) *quinque fascias vel vias in longum, quarum tres Foraneæ, scilicet duæ et una media sint coloris crocei, aliæ vero duæ quæ erunt scilicet inter utramque Foraneam et mediam erunt coloris rubei.*

* 4. **FORANEUS**, Devius ; *Rue foraine*, quæ devia est, vulgo *Rue détournée, écartée.* Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 131. Chartoph. reg. ch. 122 : *Le suppliant se latita grant pieça par Paris en rues Forraines et autres. Laquelle rue du plastre est rue Forainne, non faite pour cas de marchandise*, in Reg. 152. ch. 21. Charta ann. 1406. ex Bibl. reg. : *Lesquelles deux maisons.... sont situées en rue Foraine et aussi comme inhabitée.* Vitæ Patrum MSS. :

Pour la queste fu en grant paine,
Tant qu'en une rue Foraine
L'aperchut.

¶ FORANEUS DECANUS, in Concilio Tarracon. ann. 1591. Idem qui Gallis *Doien rural*, Qui ruri habitat seu extra urbem Episcopalem. Vide *Forisdecanus.*

¶ 1. **FORARIA**, FORRERIA, Officium *Forrerii*, seu Metatoris hospitiorum, in curia Dalphini Vien. Ordinat. ann. 1340. de Officiis domus Dalphin. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 392 : *Faciat* (Magister hospitii) *cum thesaurariis ipsis, vel altero ipsorum, inventarium de omnibus ac singulis paramentis... et munitionibus quibuscumque capellæ et cameræ nostrarum, ac panateriæ, botelleriæ, coquinæ, fructuariæ, marescalciæ, et Forariæ, quæ in eis consistunt ad præsens.* Ibid. pag. 272 : *Pro Forrerio LI. unc. XIV. taren. II. grana.* In Onomast. ad calcem tomi 1. Actorum SS. Aprilis *Foraria* dicitur ipsa metatio hospitiorum. Vide *Forerius.*

2. **FORARIA**, FORRERIA. Liber Inquisitionum Alfonsi III. Reg. Castil. apud Cordosum in Hagiologio Lusitano : *Dixit, quod Ferdinandus Canellas comparavit tempore D. Regis Sancii, aut istius Regis villam de Pinhiero, et Forariam de Caballacia, etc.* Ubi Brandaon. lib. 3. Monarch. Lusitan. cap. 2. ubi idem refertur, vertit, *que era Foreira a de caballacia.* [** Vide. S. Rosa de Viterbo voce *Diritura.*] [Charta XII. circ. sæculi ex Archivo B. M. de Bono-nuntio Rothomag. : *Sciant præsentes et futuri, quod ego Robertus de Obsnurvilla... donavi Ecclesiæ S. Mariæ Becci Foreriam quinque dorlorum prati.* Charta ann. 1283. ex eodem Archivo : *Charta Roberti de Aubervilla, de Foraria quinque dorlorum prati de Nés.* Charta Laurentii Abbat. Centulensis ann. 1180. in Tabulario ejusdem loci : *Campus unius sextarii, et una Foraria quarterium seminaturæ. Forieres*, in Consuet. Hannon. cap. 53. Agri pascendis animalibus destinati ; a *Fodrum* ducta origine.]

Digitized by Google

FORARIUM, Fordarium, [Idem quod *Foraria* 2.] Monasticum Angl. tom. 2. pag. 279 : *Et de dominico suo, Forarium, quod jacet juxta viam apud Northampton.* Pag. 1010. *Fordarium* idem videtur : *Apud Hoestresiam unum Fordarium.*

FORAS, Extra, cum accusativo. Decretio Childeberti Regis cap. 4 : *Et si foras Ecclesiam capti fuerint, etc.* Capitulare ann. 779. cap. 19 : *Foras marcham nemo mancipium vendat.* Adde cap. 20. Occurrit passim.

* Hinc nostris *Feur* et *Fuers*, eodem significatu. Constit. civit. Tull. ann. 1297. in Reg. A. Chartoph. reg. ch. 1 : *Et se li citain de la ville de Toul issoient Feur par son de cloche ou de commandement, pour meffaire sur lor ennemis, ou pour rescourre la leur chose, etc.* Charta ann. 1320. ex Chartul. priorat. Belleval. : *Nous serons tenus de payer chescun an lou menus deime de nostredite maison tout entierrement en clout et Fuers clous. Etre de fors*, de extraneo dicitur, in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1 :

> Un archier ot près de l'image,
> Qui grant desroi et grant damage
> Faisoit souvent à chax de Fors,...
> De Fors ot un arbalestrier, etc.

Puer, Foras, quasi pro *Fuer*, in iisd. Mirac. lib. 2 :

> Et qui vos grans possessions
> Avés por Dieu jettées Puer,
> Aiés grant joie à vostre cuer.

Poema *du Riche et du Ladre* MS. :

> Se veuls avoir à pais ton cuer,
> Ire et hayne jette Puer.

Foras-mixtos. Capitulum 1. ad Legem Salicam cap. 12. et Lex Longob. lib. 2. tit. 32. §. 6. [** Carol. M. 25.] : *Ut nec colonus, nec fiscalinus possit alicubi Forasmixtos traditiones facere.* Ubi glossa interlinearis, *Foras-mixtos, i. extra conservos.* Cavetur igitur hoc Statuto, ne quis colonus aut fiscalinus donationem vel venditionem alteri faciat, quam conservo, vel potius propinquo. Gloss. antiquæ MSS. : *Propinqui, qui a femina veniunt, consanguinei dicuntur. Propinquus mixto sanguine, post adfinitate jungitur.* Vide Notas Steph. Baluzii ad Capitul. tom. 2. pag. 1061. 1184. ubi variantes lectiones descripsit.

☞ Aliam Lectionem exhibet Codex Guelferbytanus, quam ceteris meliorem genuinamque esse existimat doctissimus Eccardus : *Ut nec colonus, nec fiscalinus possit alicubi Forasmitio traditionis facere.* Hæc pro suo more docte explanat vir eruditus, atque hanc vocem compositam censet a Germanica particula *For*, pro, et verbo *Smiten*, vel, ut olim pronuntiabant, *Mitan*, jacere, projicere; unde *Forasmitio* idem est atque *werpitio* vel *gurpitio.* Solemne quippe erat Antiquis, cum rei alicujus possessione sese exuebant, in signum traditionis symbolum aliquod projicere. Hac ergo lege, si Eccardo fides, cautum erat ne fiscalini vel coloni aliquam traditionem facerent, ut pote qui nihil proprii possiderent. Verum errat Eccardus : supra enim observavimus fiscalinos alios nude servos fuisse, alios jure liberorum potitos, atque adeo ipsis licitum fuisse mancipia et proprias terras alienare, modo tamen conservis fiscalinis. Hinc restituendum *Foras mitium* existimo; ita ut ea lege fiscalinis prohibeatur extra dominium illius cujus erant tenentes traditionem facere. Vocem *Mitium* ea notione accipiendam esse suo loco probabimus. [** Plura vide in *Mitium.*]

¶ **FORASLACTUM.** Vide in *Forisfacere.*

FORASMURANEUS, Foras, seu extra muros, cui opponitur *Intramuraneus*, intra muros, de qua voce infra. Gregorius Turon. lib. 5. cap. 11 : *Gavisus autem nuntio Pontifex, nocte sancta Pentecostes vigiliis celebratis, ob baptismum Forasmuraneum egressus est.*

¶ **FORASTA**, Silva, Gallice *Forêt.* Vide *Foresta.*

¶ **FORASTERIUS**, Externus, extraneus, Ital. *Forestiere.* Statuta Massil. lib. 2. cap. 30 : *Ordinamus perpetuo firmiter observandum quod si aliquis extraneus seu Forasterius, etc.* Acta SS. Junii tom. 4. de sanguine S. Joannis Baptistæ : *Hæc a religiosis et et a fidelibus, tam a Forasteriis quam de Modoetia viris qui aderant, quando supra-scripta referebat, relatione audivi.* Occurrit præterea in Chronic. Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1136.

1. **FORASTICUS**, Extraneus, Papiæ, *Exterior. Pugnæ Forasticæ*, in Epist. 3. S. Bonifacii Archiepisc. Moguntini. *Presbyter Forasticus*, de quo suo loco. *Forastici homines : servi vel ancillæ Forasticæ*, in Polyptycho S. Remigii Remensis. Alibi : *Servi* 11. *et ancillæ* 13. *Forenses scilicet, sive accolæ, debentes lib.* 1. *sol.* 4. *viri mansa tenentes, et accolæ, et Forenses sunt* 228. *debentes anno tertio pro pasto tot porculos.* Ibidem : *De terra Forastica culturæ* 4. *campi* 2. *recipientes semine speltæ mod.* 320.

* Charta Caroli Simpl. ann. 916. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 529 : *Forastica de camba una, etc.* Id est, foras urbem exstructa. Vide mox *Forataneus.*

* 2. **FORASTICUS**, Laicus. Epist. Guid. Noviom. thesaur. ann. circ. 1050. inter instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 365 : *Et inde non solum inter Forasticos, verum etiam inter ecclesiasticos variæ et tumultuosæ dissentiones oriuntur, etc.*

¶ **FORASTOLLUM**, Forastolum, Pulpitum plicabile, quasi a *Foras* et *Tollo.* Vetus Cerimoniale MS. B. M. Deauratæ : *Et dum est in Ecclesia ipse tendit ad locum, ubi consuetum est dicere Evangelium cotidie in Missis : et ibi inveniet Forastolum preparatum a gentibus sacriste cum panno consueto in festis magnis apponi.* Et infra : *Interim dum ista fiunt cantatur in Forastollo ad ordinationem Cantoris, etc.* Rursum infra : *Ibi debent reperire Forastollum preparatum a gentibus sacriste.* Vide *Forestollum.*

FORASTUM. Vide *Foresta.*

¶ **FORATAGIUM.** Vide *Foragium* 1.

* **FORATANEUS**, Extraneus, qui foras urbem habitat. Stat. sabbater. Carcass. ann. 1402. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 564. art. 18 : *Quod nullus sutor nec alter Forataneus, quicumque sit, sit ausus obragium quodcumque sabbateriæ in burgo Carcassonæ portare pro vendendo, nisi illud obragium sit bonum.* Vide infra *Foretanus.*

¶ **FORATANUS**, Extraneus, Gall. *Forain, Etranger.* Ordinatio Consilii civitatis Arelat. ann. 1268 : *Super facto bestiarum Foratanorum et extraneorum et gardianorum per D. Raimundum de Organo, etc.*

FORATHE, vox Saxonica, composita ex for pro, et aðe, juramentum. Constitutiones Canuti Regis de foresta cap. 12 : *Liberalis autem homo, id est thægen, modo crimen suum non sit intra majora, habeat fidelem hominem, qui possit pro eo jurare juramentum, i. Forathe.* Vetus Gloss. Saxon. *Foread*, perjuratio. *Forade* scribitur, in Legib. Henrici I. Reg. Angl. cap. ult. [** Vide *Aasworen Eed* et *Antejuramentum.*]

FORATICUM, Foraticus, Vectigal, idem quod *Foragium.* Charta Dagoberti Regis Fr. apud Doubletum pag. 656 : *Temonaticos, cespitaticos, pulveraticos, Foraticos, mestaticos, etc.* Formulæ veteres cap. 45. apud Bignon. : *Nec nullas venditas, nec rodaticus, nec Foraticus, nec pontaticus, etc.* Alia Caroli Reg. ex Tabul. Molismensi : *Et in Vetuero mansum dimidium, et Foraticum de camba una.* Alia Berengarii Episc. Virdunensis apud Hugonem Abbatem Flaviniac. ann. 951 : *Et decimam Foratici nostræ civitatis de vino.* Adde Aimoinum lib. 5. cap. 10. [** *Foraticum de cambis* in chart. Walter. Comit. Ambian. ann. 985. in Append. Irminon. pag. 340. Est Guerardo : Jus in vinum et cerevisiam veno posita, competens domino feudi.]

* **FORATIO**, Jus, quod pro perforatione dolii vinarii exigitur. Pactum inter episc. et comit. Genev. ann. 1124. apud Spon. tom. 2. Hist. Genev. pag. 5 : *Hospitalitatem, placitum generale, Forationes vini, et totum rippale, coroadam et mutationes domorum, si dominus mortuus fuerit, debet ut dominus possidere.* Adde Homag. ann. 1219. ibid. pag. 50. Eadem rursum occurrunt in Bulla Adr. IV. PP. ann. 1157. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 924. Vide supra *Foragium* 1.

FORATORES. Vide *Fodrum.*

¶ **FORATURA**, Forratura, Pellitium, Gall. *Fourrure.* Charta Eduardi III. Regis Angliæ ann. 1337. apud Rymer. tom. 4. pag. 822 : *Vasa aurea, sive argentea, toclearia, vestes, anulos, jocalia, utensilia, pannos, Foraturas, etc.* Acta S. Yvonis tom. 4. Maii pag. 578 : *Quædam navis in qua erant Foraturæ multæ de variis, periclitata fuit et sub aqua fere per tres dies stetit. Mercatores autem ipsam devoverunt D. Yvoni, quæ elevata fuit, et quod miraculum magnum videtur, Foraturæ illæ in nullo modo madefactæ nec deterioratæ fuerunt.* Conc. Terrac. IV. apud Martem. tom. 4. Anecd. col. 323 : *Nec canonici, vel alii clerici de Capitulo Cathedralis Ecclesiæ portent in capuciis capparum de choro, quæ nigræ esse solent, Forraturam, nisi de variis grisiis, vel pellibus nigris.* Vide *Fodratura.*

FORATUS. Vide *Furratus.*

¶ **FORBA**, θυσία ἐγκύμονος βοός, *Mactatio gravidæ bovis.* Gloss. Lat. Gr. Sangerman. Est pro *Forda*, quo nsi sunt Columella et Ovidius pro Bove prægnante; unde Varroni *Fordicidia*, Dies quibus boves prægnantes immolabantur.

* **FORBAGNIRE**, In exilium agere,

Digitized by Google

banno seu edicto promulgato; unde *Forbagnitio*. Ch. Caroli II. reg. Sicil. ann. 1273 : *Mandamus etiam ut quotiens aliquem Forbagniri seu forjudicari contingerit, justitiarius, qui eum banniverit vel forjudicaverit, de bannitione seu forjudicatione ejusdem quatuor scripta conficiat, continentia nomen et cognomen, causam et tempus forjudicationis seu Forbagnitionis ejusdem.* Vide *Forisbannire*.

¶ **FORBANDITORIA** Notitia, Instrumentum quo quis rem aliquam dimittit, atque ab ea foras esse sese declarat. Notitia donationis factæ monaster. S. Antonini in Ruthenis a Pipino Rege ann. 767. tom. 1. Hist. novæ Occitan. inter Instr. col. 23 : *Notitia traditoria atque Forbanditoria peracta a domino Pipino Rege serenissimo Francorum et Aquitanorum, in præsentia atque manu Fedanii Abbatis Ecclesiæ sancti Antonini.*

* **FORBANIMENTUM**, Proscriptio. *Bannum seu Forbanimentum*, in Charta Caroli IV. ann. 1324. ex Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 242.

FORBANNIRE, etc. Vide *Forisbannire*.

FORBATOR, Armorum politor, samiarius, Gallice *Forbisseur*. Leges Aluredi Regis cap. 23. [** 19.] apud Bromptonum : *Si quis Forbator alicujus arma susceperit ad purgandum, etc.* [Oriri videtur a veteri Franco *Furben*, Mundare, polire.] Vide Oct. Ferrarium in *Forbire*. [** Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 680. voce *Forbjan*, et infra *Forbissator*.]

FORBATUDUS, dicitur ille, qui ab eo occiditur, quem per vim agressus erat. Formulæ vett. cap. 29. apud Bignonium : *Hic juro.... quod homo aliquis nomine ille, ita factus, cum armis suis super me venit, et colpus super me misit, et sic mihi Dominus directum dedit, et tales colpus ei dedi, pro quibus ipse mortuus est, et quod feci, super me fecit, et ego hodie ipsum facio infra damnum* (Edit. Lindenbrog. habet *fordanno*) *et Forbatudum infra noctes 42. sicut lex est et nostra consuetudo, apud tres alcarius, et 12. conlaudantes juraverunt, et linguas eorum legibus direxerunt.* Quibus quidem verbis reus cædis pollicetur, se juraturum duodecima manu, ac probaturum, eum, qui primus sibi manus intulit, jure cæsum, ut qui *foris battiderit*, seu perperam et contra jus primus percusserit, [a Germanico *For*, Ante, prius, et *Battudus*, Percussor, a *Battere*, Cædere, percutere.] *Forbatudum* enim *facere*, est probare eum haud jure manus injecisse in alium. Formula alia : *Et sic est veritas absque ulla fraude vel conludio, et in sua culpa secundum Legem Forbatudum fecit.* In Lege Ripuar. titul. 77. est *de homine Forbatudo*, ubi agressor interfectus, dicitur *de vita Forfactus : Et tunc ante judicem in aruho conjuret, quod eum de vita Forfactum interfecisset.* Decretio Childeberti Regis cap. 4. de raptore : *Qui autem edictum nostrum ausus fuerit irrumpere : judex loci illius sotatio collecto ipsum raptorem occidat, et jaceat Forbatudus.* Aliter de vocis *Forbatudus* origine censet Somnerus, aitque, vocem conflatam ex voce Saxonica f o r, quæ vim negandi habet, et b a t u t u s, quæ etymon habet ex b a e t e vel boete, idemque sonat, quod b o t e, emenda, mulcta, ita ut *Forbatudus* is sit, cujus mors nullam emendationem aut compositionem admittit.

¶ **FORBENGE**. Vide *Forfang*.

* **FORBISSATOR**, Forbitor, Fourbisseur, Armorum politor, samiarius, Gall. *Fourbisseur*, alias *Fourbeur*. Arest. parlam. Paris. ann. 1303. in Reg. *Olim* fol. 106. v°. : *Cum Forbissatores ensium villæ Parisiensis curiæ nostræ conquesti fuissent, dicentes quod.... garnitores forellorum ensium opera.... ad officium dictorum Forbissatorum... pertinentia.... exercebant, etc.* Aliud ann. 1268. ibid. fol. 55. v°. : *Uxor cujusdam Forbitoris ensium de Meleduno interfecit maritum suum.* Lib. 1. nig. S. Vulfr. Abbavill. fol 33. r°. : *Hugo Forbitor v. solidos tribus terminis de domo juxta domum Radulphi Cauvin.* Arest. parlam. Paris. ann. 1412. in Lib. 1. stat. artif. Paris. fol. 55. v°. : *Ad supplicationem magistrorum juratorum eruginatorum seu Fourbissorum ensium villæ nostræ Parisiensis etc.* Stat. pro iisd. artif. ann. 1330. in Consuet. Genovef. MSS. fol. 2. v°. : *Nulz Fourbeurs, ne peut, ne ne doit au jour de feste, que li commun de ville foire, fourbir.* Haud scio an *Fourbisseur*, pro *Fourlasseur*, legendum sit, in Lit. ann. 1469. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 298 : *Jehan le Frilleux en son vivant Fourlasseur, demourant en la ville de Rouen etc.* Vide *Forbator*.

¶ **FORBORA**, vox Langobadica, Filius unicus. Leges Rotharis apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 26. col. 2 : *Si quis dereliquerit filium unum, quod Forboram, et filios naturales unum aut plures, filius legitimus tollat duas portiones de patris substantia, naturales vero tertiam.* Cod. Esten. habet, *Filium legitimum unum.* Idem habet Cod. Cathedralis Mutin. qui addit, *Quod est Furbornet.* [** Rothar. 154. Vide *Fulboran*.]

¶ 1. **FORCA**, *quam nunc Faliscum appellamus, nunc Culter dicitur, alias Securis, qua Pontifices in sacris utuntur.* Papias. Charta ann. 1368. in Tabulario S. Victoris Massil. : *Molendinum cum una Forca de ferro ferrata, etc.*

¶ 2. **FORCA**, Furca, patibulum, Gall. *Fourches*. Testament. Adelaidis Vicecomitissæ Narbon. ann. 989. in Anecd. Marten. tom. 1. col. 103 : *Campum quem empsi in Aurucione ad ipsas Forcas.* Charta ann. 1359. in Chartophylacio regio Regest. 90. n. 486 : *Licentia Anthonio des Ongles data, ut possit habere judices et levare Forcas pro justitia sua gubernanda.* Vide *Furca*.

¶ 3. **FORCA**, Vis, Gall. *Force*. Vide in *Fortia* 2.

* 4. **FORÇA**, Munitio, arx, vel Carcer. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Requisitus quas justitias vidit exerceri per prædictos dominos; dixit quod quondam Guillelmus Molegesius bajulus dicti castri cepit unum hominem de Borbentana;... et ipse interfuit captioni dicti hominis, et ipsum vidit intrudi in Força Montis-pavonis. Force*, pro Pago arcibus munito, in Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. Paris. fol. 291. ter v°. : *Item il convenroit passer par la Force de plusieurs seigneurs, qui ne sont pas si entiers, ne si loians aus Chrestiens comme il deussent.* Vide infra *Fortia* 3.

* 5. **FORCA**, Fasciculus, Gall. *Botte*. Charta Guill. episc. Agath. ann. 1173. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 329 : *Manso Petri Carbonelli tertium de Caux, quod est unum modium frumenti et unum modium ordei et sexaginta Forcas de cepis.* Vide infra *Furcus*.

¶ **FORCAGIUM**, Forciagium, *Fortagium, Fortiagium, Fortigium*, Voces, si bene conjecto, ejusdem notionis, quæ exactionem significant, forte sic dictam, quod dominis ad arcium, quas *Fortias* vocabant, constructionem munitionemque exsolverentur. Charta Andreæ de Vitreio apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 212 : *Dedi Majori-Monasterio.... decimas omnium meorum reddituum.... præter tallium meam et Forcagium.* Tabularium Ecclesiæ Macloviensis : *Oliverius de Dinanno quitavi Burgensibus S. Maclovii consuetudinem et Forcagium lignorum merinsmentorum, quod ego capere faciebam in villa mea de Plancoit.* Histor. Abbatiæ S. Albini Ord. Cisterc. MS. per Guillelmum *Gauthier* cap. 6 : *Gervasia domina Dinanni exemit Guillelmum filium Radulphi... ab omni exactione et tallia, coustumiis, bocellagio, Forciagio.* Litteræ Johannis Regis Franc. ann. 1354. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 1470 : *Retentis insuper in præmissis donatis nobis et successoribus nostris Franciæ Regibus recognitione et homagio, ac superioritate et resorto, et quod in villis, castris et locis prædictis, et aliis quibuscumque dicti Comitatus, Fortagia et alia quæcumque subsidia indicere poterimus.* Testamentum Gaufridi *Tournemine* ann. 1264 ex Archivo S. Albini de Nemore : *Item volo, quod illa Fortiagia et auxilia, quæ levavi et posui in parochia de Pludelia.... penitus dimittantur.* Litteræ Innocentii IV. PP. pro Monasterio Calensi in Tabulario ejusdem loci : *Ut de iis quæ aliquotiens emere pro vestris utilitatibus vos contigerit, nulli pedagia, winagia, rotatica, traversa, roagia, pesagia, minagia et Fortigia, quæ pro hiis a sæcularibus exiguntur, solvere teneamini, auctoritate vobis præsentium indulgemus.* Vide *Fortiscapium*. [* Vide infra *Forchagium*.]

¶ **FORCAIADELIA**. Vide *Fortia* 3.

FORCAPIUM. Vide *Fortiscapium*.

¶ **FORÇARE**, Vim inferre, Gall. *Forcer*. MS. Cod. Consuetud. Tolos. fol. 29 : *Infra illos terminos ab ipsis dominis suis, vel dominabus, vel aliis pro eis, et illi tales homines, vel feminæ et res, animalia eorum nullatenus capiantur nec Forcentur.* Ibid. sæpius occurrit. Vide *Forciare* in *Fortia* 2.

* Ital. *Forzare*, Hispan. *Forcejar*. Charta Aldef. reg. Aragon. æra 1165. pro hominibus Tutelæ in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 295 : *Et non vos inde laxetis Forçare ad nullum hominem, et qui vos voluerit inde Forçare totos in unum destruite illi suas casas. Parforcier*, eodem sensu, in Lit. ann. 1373. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 636 : *Estre contrains ou Parforciez en quelque maniere etc. Pourforcier*; unde *Pourforcement*, in Ch. ann. 1288. ex Reg. comitat. Montisfort. Cam. Comput. Paris. fol. 39. v°. *Se Parforcer* vero, pro Eniti, conari, in Lit. remiss. ann. 1411. ex Reg. 165. ch. 400 : *Icellui Rowenel... se Parforçoit de batre et emmener lesdites bestes.*

¶ **FORCARIA**, pro *Focaria*, Concubina.

Digitized by Google

Statuta Ecclesiæ Andegav. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 524 : *Et impudicitias quoque suas palam exercere non verentur, et plures tam Ecclesiastici quam sæculares, singuli singulas in* (sic) *suas Forcarias in domibus propriis et aliis publicis et honestis locis incameratas tenere et habere non pertimescunt.*

* **FORCATICA**, Tributum, ut opinor, quod pro statione in nundinis, quæ furcis fulciebatur, habenda, pensitabatur. Pactum inter Bonon. et Ferrar. ann. 1193. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 449 : *De Forcatica stationum, idem facient Bononienses, quod alii Lombardi.*

* **FORCELLA**, vox Italica, Furcilla, fuscina, Gall. *Fourchette*. Inventar. MS. thes. Sedis. Apost. ann. 1295 : *Item unam Forcellam ponderis unius unciæ.*

¶ **FORCELLETUM**. Vide *Fortia* 3.

¶ **FORCEPS**, *Fabricæ corruptæ Forfices dicuntur.* Gl. Isid. quæ sic emendandæ sunt ex Glossis MS. Regii : *Forceps, Fabri, qui corrupte Forfices dicuntur.* Isid. Orig. 20. 13 : *Forfices secundum etymologiam, si a filo dicuntur F ponitur, ut Forfices quæ sunt sartorum : si a pilo per P ut Forpiceps, quæ sunt tonsorum : si ab accipiendo per C. ut Forcipes, eo quod formum capiant, quæ sunt fabrorum. Formum enim dixerunt antiqui calidum.* Festus habet : *Forcipes dicuntur, quod his forma, hoc est, calida capiuntur.* Hæc ad emendationem Glossarum Isid. cum *Forceps* Latinum sit.

* *Forcesces* et *Forcettes*, nostris. Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 113 : *Lequel Perrinet meu et tempté de convoitise rongna d'une Forcesces quatre desdiz florins.* Aliæ ann. 1394. in Reg. 147. ch. 104 : *Icellui curé tira unes Forcettes,... et d'icelles féri par le visage le suppliant.* Hinc *Fourceller*, Forcipe tondere, apud Guignevil. in Peregrinat. humani generis MS. :

Se Fourcellé et tondu estes,
Si comme fol dessus les testes, etc.

Forcipes, quorum gemino dente componitur ignis in lychnis, inter vasa ac ministeria sacra reponuntur a Durando lib. 1. Ration. cap. 3. n. 29. [*Forcipes* etiam adhibitos reverentiæ causa ad tangendam sacram Eucharistiam, auctor est Macer in Hierolexic. Hinc idem esse quod Græci λαβίδα vocant, Latini *Cochlear* existimat. Vide Gl. med. Græc. in voce Λαβίς, et Lat. in *Cochlear*. In Synodo Limensi ann. 1586. *Forceps* dicitur Ferrum ad coquendum panem Eucharisticum.] Vide *Forfex*.

☞ *Forcipes* adhibiti in carnificinis Martyrum, qui triplicis speciei distinguuntur. Consule Baron. in Notis ad Martyrol. 26. Junii.

Forceps Oris, pro *Rostro* avis, quod forcipis figuram referat, apud Radulfum in Miraculis S. Richardi Cicestr. Episc. num. 13. Vita S. Guthlaci Anachoretæ n. 11 : *In quo matutinæ volucres avido Forcipe pipant.* [Adde num. 23. et 25.]

¶ **FORCERIUM**, Feretrum, Gall. *Biere, Cercueil*. Litteræ Clementis PP. pro Monasterio S. Johannis Angeriac. ex Chartario ejusd. loci : *Fratres Minores Forceria sive arcas parochianorum Ecclesiæ dicti Monasterii apud fratres ipsos eligentium sepulturam, quæ cum corporibus non contigerit subterrari, infirmario dicti Monasterii libere reddant.*

* **FORCEBIUS**, Qui scrinia et capsulas facit et vendit; *Forcetier*, in Lib. 1. stat. artif. Paris. ex Cam. Comput. fol. 278. r°. a vulgari *Forcier* et *Forceret*, Ital. *Forziere*, scrinium, arcula, capsula. Libert. Montisfer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154 : *Item collellarius, Forcerius, sypherius, cutellarius qui vendunt, duos denarios quolibet anno.* Charta ann. 1282. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 76 : *Li sénéchaus raporta tantost le seau amont, et nos le feismes tantost metre en un Forcier et séeller; si que il n'en peust riens séeller sans nos.* Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 132. ch. 19 : *Laquelle suppliante print la clef d'un Forcier ou coffre dudit chanoine, etc. Un Forcier ou un escrin où la suppliante cuidast qu'il eust argent*, in aliis ann. 1392. ex Reg. 143. ch. 193. Aliæ ann. 1415. in Reg. 169. ch. 82 : *Dedens icelle huche le suppliant trouva un Forchier qu'il defferma.* Inventar. ann. 1306. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1203 : *Un Forceret couvert de soye o menues pieces de reliques.* Vide infra *Forgerium, Forsarius* et *Fourcerius*.

¶ 1. **FORCHA**, Furca, Gall. *Fourche*, in Chartulario Compendiensi.

* 2. **FORCHA**, Piscis genus. Tract. MS. de piscibus cap. 105. ex Cod. reg. 6838. C. : *Cornuta a nostris malarmat, a Liguribus malearmata per antiphrasim vocatur; a Romanis forchato et pesce Forcha a duobus cornibus nominatur.*

* **FORCHAGIUM**, Census, qui a singulis *furcis* seu domibus exigitur, idem quod *Foagium* 1. *Forchagium* nuncupatum a *Furcia* vel *Furquia*, domus, mansio. Vide in hac voce. Reg. episcopat. Nivern. ann. 1287 : *Hic sunt redditus et res pertinentes ad domum de Albigniaco. Portus æstimatur x. libras, pedagium aquæ, lydæ, portoriis* (sic) *cum Forchagio.... Forchagium, in quo prior nichil percipit, est quod quilibet bordelagius existens in villa de Albigniaco debet in vigilia Nativitatis Domini duos denarios episcopo, exceptis domibus existentibus in cimiteriis. Quælibet domus existens extra villam debet episcopo duos solidos; et si non requiratur ista costuma in dicta vigilia, non tenentur* (eam solvere). Vide *Forcagium*.

¶ **FORCHEAPUM**. Vide *Foriscapium*.

¶ 1. **FORCHIA**, Idem, si bene conjecto, quod jus mansionis, cum scilicet domini vel eorum missi aliquo divertebant *ad justitias faciendas*. Charta ann. 1066 : *Habeat medietatem leddarum quæ veniunt in civitate sive per terram, sive per aquam, medietatem cordæ et piscationem Atacis, justitias, et balhias et Forchias, et gistos, et albergas, et acaptes, etc.* Vide *Furcia* et *Mansio*.

* Idem forte quod supra *Forchagium*, vel quod *Furca* prima aut tertia acceptione.

* 2. **FORCHIA**, Furca, Gall. *Fourche*. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 515 : *De quadam Forchia lignea... præfatum Jouynum solo ictu in capite de supra frontem percussit.* Vide infra *Fourchata*.

* 3. **FORCHIA**, Bivium, Italis *Forca*, in Terrear. Thossiac. ann. 1400.

* **FORCHONUS**, Forconus, Academ. Cruscan. *Forcone*, proprie est Tridens, merga. Stat. civil. Cuman. cap. 30. ex Cod. reg. 4622. fol. 132. v°. : *Et idem intelligatur pro pallis et Forconis.* Et cap. 96. fol. 155. r°. : *Et idem intelligatur pro pallis et Forchonis, et tendirolis, et alterius consimilis generis lignorum.* Vide infra *Furculus*.

* **FORCIA**, Exactio, quæ per vim fit, quodvis tributum, quod contra jus exigitur, idem quod *Foriscapium* et *Tolta* 1. Pactum inter Ursum ducem Venet. et Valpert. Aquil. patriarch. ann. 880. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1945 : *Populus noster, qui ibi advenerit, nullum gravamen, aut suprapositam, vel Forcias patiatur.* Charta ann. 1093. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 433 : *Nullam toltam vel Forciam faciant.* Alia ann. 1231. ibid. col. 445 : *Gaudeant et heredes eorum libertate et immunitate perpetua ab omnibus talliis seu quistis, Forciis atque toltis. Garpivit.... alberguas et acaptes et dona et omnes Forcias*, in Ch. ann. 1123. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 424. *Furture*, eodem sensu, in Charta ann. 1358. inter Probat. domus de Castel. pag. xiii. : *Toutes Furtures, crouez, réansons, debites, demandes, oppression, mortemain, fourmariages, tailles, gros et autres Furtures.* Sed legendum suspicor *Forçures*. Vide infra *Fortia* 5. Hinc

* Forciare, Ejusmodi tributa exigere. Charta Bern. Jordani dom. de Insula ann. 1324. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 279 : *Concedentes vobis plenam et liberam potestatem... ponendi bajulum seu bajulos, collectores seu plicatores reddituum, et distringendi ac Forciandi dictos redditus et debitores ipsorum.* Vide in *Fortia* 2.

¶ **FORCIAGIUM**. Vide *Forcagium*.

¶ **FORCIPIUM**, Radius brachii. Acta SS. Junii tom. 3. pag. 396. de S. Alena : *Atque uno spondili seu Forcipio consimili brachii.*

* **FORCIATUS**, Per vim exactus. Libert. Montisfer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154 : *Item dominus, domina, bajulus, seu aliquis* (ex) *eis.... non habebunt infra dictum mandamentum.... alberghagium, nec toltam, nec talliam, nec questam, nec empcionem, nec aliquod aliud servitium, Forciatam seu Forciatum etc.*

FORCONSILIARE. Vide *Forisconsiliare*.

* **FORCONUS**. Vide supra *Forchonus*.

FORDA. Ordinatio Marisci Ramesiensis pag. 69 : *Non licebat alicui de cætero facere dammas, aut Fordas, aut alia impedimenta in aliquibus landeis, watergangiis, fossatis sive aquagiis communibus in marisco prædicto, etc.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 657 : *Et tendit usque ad magnam aquam de Ayr, et Fordales ejusdem prati, quæ percutiunt ex una parte super pratum hospitalis, etc.* Saxon. ford est amnis, vadum, trajectus. [Hinc Beda lib. 4. Hist. cap. 28 : *Juxta fluvium Alnæ, in loco qui dicitur Ad-twi-forda, quod significat ad duplex vadum.* Inde etiam *Francfurtum* nomen habet, quia vadum est, quo Francorum transitus fuit in Sueviam ad Coloniam Francorum, quæ Franconia exinde dicta est, ut observat Schilter. in Gloss. Teuton.]

FORDANNO. Formula Lindenbrog. 160 : *Et quod feci, super me feci, et ego hodie ipsum facio Fordunno, et forbatudo infra*

Digitized by Google

noctes 42. *sicut lex et consuetudo est.* Editio Bignonii pag. 245. habet hoc loco : *Et quod feci, super me fecit, et ego hodie ipsum facio infra damnum et forbatudum infra noctes* 42. *etc.* Vide, quæ de hac voce commentatur Somnerus in Glossario Saxonic. verbo *Fordoen*, et *Otgilde*, ubi ait Saxonibus fordoen, esse *interimere*.

FORDARIUM. Vide *Forarium.*

FORDRO. Lex Ripuar. tit. 33. § 4 : *Quod si in ipsa hora, quando res intertiatur responderit, quod Fordronem suum nesciat, etc.* i. auctorem rei venditæ, vel intertiatæ, [qui etiam tamquam suam postulat et repetit. Belgis *Vorderen*, auctore Junio in Notis ad Willeramum pag. 88. est aliquem voce ciere ac jugi clamore, ut se sistat, urgere. *Fordern* et *Fodern* eadem notione usurpant Germani.]

FORE, pro *Esse.* Gregorius Turon. in Vita S. Maurilii Episc. Andeg. MS. cap. 2 : *Audiens autem... in villa quadam... fanum Fore antiquissimum diversis idolorum culturis dedicatum, etc.* Adde cap. 18. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 16 :

En qui confirmas Christum Fore cunctipotentem.

Ditmarus lib. 2 : *In medium prosiliit, et Cunonem per omnia mentitum Fore coram omnibus dixit.* Occurrit passim. Vide Felicem Osium in Notis ad Ottonem Morenam pag. 34.

FORE-CENSITI PRESBYTERI. Capitulare Pipini Regis Italiæ, editum a Steph. Baluzio cap. 36 [** Pertz. ann. 786. cap. 7.] : *Ipsi* (Monachi) *in verbo tantum et veritate promittant, de quibus specialiter Abbas adducant Domino nostro, deinde advocatis et Vicariis, Centenariis, sive Fore censiti Presbyteri, atque cuncta generalitas populi, etc.* Idem forte qui *Forastici.* Vide *Presbyter Forasticus* in *Presbyter.*

FOREFACERE, FOREFACTUM, FORFAITURA. Vide infra in *Forisfacere* 1.

¶ **FOREFENG.** Vide *Forfang.*

¶ **FOREGIUM**, Idem quod supra *Foragium*, Jus Domino debitum pro impositione pretii vini distrahendi. Charta anni 1238. in Histor. Mediani Monast. pag. 316 : *De Foregiis vero jam dictæ villæ, quæ ita vulgo dicuntur, et de gallinis et de denariis et de panibus utraque pars medietatem sibi ex integro retinebit.*

¶ **FORELLUS**, Vagina, Gallice *Fourreau* ut reor. Chartularium V. S. Vedasti pag. 268 : *Domus Seyberti Scabini feodus est : debet hominium, justitiam et ad cambucam Abbatis Forellum.*

* Alias *Forel.* Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 13 : *Qui quidem preshyter iratus .... dictum Persil de quodam ense cum Forello, quem tenebat, in capite vulneravit.* Aliæ ann. 1354. in Reg. 83. ch. 10 : *Per prænominatos fuerat eidem Reginaldo ensis amotus una cum Forello. Il prit alors son espée, la tira de son Forel,* in aliis Lit. ann. 1390. ex Reg. 138. ch. 149. Vide *Fodrus* et *Forulus.*

* **FOREMARITAGIUM**, Præstatio, quæ a servis pro facultate conjuges sibi adscribendi ex libera conditione pensitabatur. Charta Joan. ducis Bitur. pro fundat. S. Capel. Bitur. ann. 1405. ex Bibl. reg. : *Cum omnibus ... mortaillis, Foremaritagiis, predagiis, vectigalibus et aliis servitutibus, etc.* Vide *Forismaritagium.*

* **FOREMUNDUS**, Patronus, defensor, tutor. Charta 12. sæc. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 61. col. 1 : *Insuper et curtem patris ejus, vel aliam in civitate certa ei conventione promisimus per manum Friderici de Inchilingin, Foremundi sui.* Vide *Mundiburdus.*

* **FORENCIANUS**, Extraneus, advena, peregrinus. Libert. Figiac. ann. 1318. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 663. art. 15 : *Dum tamen Forencianus conqueratur de casibus pertinentibus ad consules, etc.* Vide supra *Forataneus.*

¶ **FORENCISUS**, f. pro *Forinsecus*, Exterus. *Cum magna multitudine navigii in Forencisis insulis Scotiæ applicuit*, apud Rymerum tom. 1. pag. 772. Vide *Forinseci.*

FORENSES, Extranei, in Hist. Cortusior. lib. 1. cap. 11. et alibi. *Foresi*, Bocaccio. Vide *Forensis*, 2.

FORENSES HOMINES, qui vulgo *Albani*, seu *Aubains*, Alienigenæ, in veteri Notitia apud Loisellum in Hist. Bellovacensi pag. 248. Vide *Presbyter Forensis.*

** **FORENSES SERVI.** Vide Guerard. Prolegon. in Chartul. S. Petri Carnot. pag. 46.

¶ 1. **FORENSIS**, ut *Feria*, Hebdomadis dies. Diarium belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 131 : *Anno Domini* 1415. *currente Forensi* 4°. *ante Dominicam Palmarum, quæ erat dies* 20. *mensis Martii, etc.* Occurrit iterum pag. 127. et 147.

* **FORENSIS DIES**, Quo forum tenetur. Vide supra in *Dies* 7.

* 2. **FORENSIS**, Hospes, qui foris venit. Acta B. Joan. Firm. tom. 2. Aug. pag. 462. col. 2 : *Non comedebat communiter nisi semel in die, ... nisi aliquando ad sociandum Forenses cum quibus ex caritate comedebat de omnibus, et aliquando bis in die.* Vide *Forenses.* [** De *Scolaribus Forensibus* agit Savin. Hist. Jur. Roman. med. temp. tom. 3. cap. 21. § 69.

¶ **FORENSIS BURGUS**, Gall. *Fauxbourg*, quia foras seu extra civitatem. Chronic. MS. S. Medardi Suession. inter Valesiana, ad ann. 1240 : *Ipsi vero appropinquantes civitati Carcasonæ a Burgensibus et illis qui manebant in Burgo Forensi, intus nocte per traditionem sunt intromissi : civitatem vero et illos qui intus erant et custodes Regis in crastino obsederunt... Ipsi vero Albigenses ab obsidione recedentes totum Forensem Burgum inclitum Carcasonæ igne combusserunt.*

** 3. **FORENSIS**, Tabellio. Vide Marin. Pap. Diplom. num. 75. not. 9. et Savin. Histor. Jur. Rom. med. temp. tom. 1. cap. 5. § 106. not. 5.

** 4. **FORENSIS LEX, FORENSE JUS**, Quod spectat *forum* vel nundinas. Chart. Gandersheim. ann. 1188. apud Haltaus. voce *Markt-Recht*, col. 1326 : *Si quis.... in præfatis locis publicas mercaturas exercuerit, ratione mercationis, non ratione personæ Legi Forensi subjacebit, etc.* Chart. Frider. I. Imper. ann. 1181. ibid. : *Mercatores... areas vel curtes suas non militibus sed mercatoribus, qui Forensia jura exequantur, vendant.* Vide *Forale*, 2.

** **FORENSIS JUSTITIA.** Vide in *Judicium*, 3.

** **FORENSE JUDICIUM.** Vide ibidem.

** **FORENSE PLACITUM.** Vide ibidem.

** **FORENSIS MODIUS**, Modius communis mensuræ. Germ. *Markt-Scheffel.* Vide Haltaus. Glossar. Germ. in hac voce col. 1328.

* **FORENSES VILLÆ**, Rurales. Vide in *Villa.*

¶ **FORENSITUS**, quasi *Foras situs*, Proscriptus, *bannitus.* Sententia D. Dalphini contra Franciscum de Bardoneschia lata ann. 1334. Hist. Dalph. tom. 2. pag. 258. col. 2 : *Et si aliqui Forensiti, unus, duo vel plures ipsum Franciscum ceperint mortuum vel vivum et Curiæ nostræ reddiderint, ipsis parcimus et bona sua reddimus eisdem ex nunc; et si banniti vel alias in contumacia vel indignatione nostra fuerint, capientes seu capi facientes eumdem Franciscum, bannum et contumaciam et nostram gratiam ex nunc, prout ex tunc, remittimus et restituimus eisdem bona ipsorum, etc.* Vide *Forestare*, 1. et *Forissiti.*

* Pactum inter reg. Rob. comit. Prov. et Phil. de Sabaud. ann. 1325. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Et idem intelligatur de rebus et godiis bonorum et rerum Forensitorum Ripæ; .... ita tamen quod dictum capitulum non extendatur ad proditores et rebelles alicujus partis, nec ad rebelles vel Forensitos locorum regiorum, qui rebelles et Forensiti a dicta treuga .... penitus sunt exclusi.* Vide *Forestatio.*

FORERA, vox Agrimensorum, apud quos in agrorum distinctionibus pars ea dicitur, quæ latus suum alterius fini, fronti seu capiti opponit. In campis arabilibus sulcos habet transversos sulcis terræ seu quarentenæ impingentis, hoc est, ut vocant, *abuttantis. Terra transversalis*, quondam Angl. *an heavod land*, hodie nonnullis *head-land*, quasi dicat *terra capitalis* (quod ad capita aliarum jaceat) nuncupata. Spelman. [Charta ann. 47. Edwardi III. Reg. Angl. apud Th. *Blount* in Nomolex. Anglic. : *Uno capite abuttante super Foreram Rogeri Attecastel.* Charta ann. 1258. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 88 : *Quatuor selliones super Osolvistonesty; et duas Foreras super le Grob, etc.*] Vide *Forschet.*

¶ **FORRERIA**, Eadem notione. Charta ann. 1348. apud Kennett. in Antiquit. Ambrosden. pag. 469 : *Fuit seisitus in manerio domini de una Forreria et* 111... *terræ super Alchestre.*

* 1. **FORERIA**, Cella penaria, Gall. *Grenier, magasin.* Burcard. Argent. de Alex. VI. PP. pag. 42 : *Omnia bona prædicti Cusentini privati fuerunt ex mandato papæ asportata de camera sua, et reposita in Foreria papæ. Feurerie*, in Lit. ann. 1384. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 95.

* 2. **FORERIA**, Pabulum, Gall. *Páture*, alias *Foriere.* Charta ann. 1296. in Chartul. Boni-port : *Item apud Gauvray a Petro Cousin quinque solidos super Foreria bubulcorum.* Alia ann. 1245. in Chartul. S. Cornel. Compend. fol. 172. r°. col. 1 : *Mesires li abés Jehans de Compiegne et tous li couvens de chel lieu meismes m'ont donné et otroié en fief et en houmage à moi et à mes oirs une Foriere de pré, qui estoit leur propre.* Rursum alia ann. 1326. in Reg.

Digitized by Google

64. Chartoph. reg. ch. 140 : *Chiunc journeus, ou la entour, que de fries, que de Forieres, ke de terres, que de voies.*

¶ **FORERIUS.** Vide in *Fodrum.*

¶ **FORES**, pro *Fori*, leges, consuetudines. *Secundum Fores et consuetudines*, apud Rymerum tom. 3. pag. 224. col. 2. sed alibi, *Secundum Foros et consuetudines.* Vide *Forus* 2.

¶ **FORES REGIS**, Curia. Charta Udalrici Episc. August. inter Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 477 : *Huic Irminhardo in exterioribus rebus prudenter conversanti, et dignis meritis suis bonam famam in contiguis partibus et in Regis Foribus promerenti, placuit ut aliquod remedium suæ animæ præpararet.*

¶ **FORESCHETA.** Vide *Forschet.*

FORESCUM. Fori Morlanenses cap. 12 : *Item statuo, quod aliquis istius villæ non capiatur pro aliquo Foresco, si fidejussores dare poterit* Ubi videtur legendum *Forefacto.*

¶ **FORESICUM**, pro *Forisfactum.* Litteræ Episcopi Butuntini ad Massilienses 13. Octob. Indict. 3 : *Si qua sunt dampna illata per gentes Regis Aragonum aut Foresica.... procurarent quod fieret esmenda.*

FORESNI. Titulus 2. Legis Frisior. *Foresni* inscribitur, seu *Forresni*, ut habet Editio Heroldi : ubi agitur de iis, qui alios *exponunt ad occidendum*, i. elocant, vel adsciscunt, ex quo Sikama legendum censet *Forreednisse*, id est, de proditione.

FORESTA, FORESTE, FORESTUS, etc. Saltus, silva, nemus : Cambro-Britannis, qui, ut aiunt, priscam linguam Gallicam et Britannicam retinent, *Fforest*, [Germanis *Forst.*] Lindwodo, *Foresta* est, *ubi sunt feræ non inclusæ; Parcus, locus, ubi sunt feræ inclusæ.* Ockamus cap. *Quid Regis Foresta est : Foresta est tuta ferarum mansio, non quarumlibet, sed silvestrium, non quibuslibet in locis, sed certis, et idoneis, unde Foresta, E mutata in O, quasi Feresta, hoc est, ferarum statio.* Eadem habet liber Niger Scacarii Anglici, cujus auctor creditur Gervasius Tilleberiensis, apud Spelmannum. Alii, quod *foris stent*, forestas dictas putant. [Vide Menagium in Dictionario Etymol. Gallic.]

FORESTE. Vita S. Gudilæ Virg. n. 39 : *Per circumadjacentem Forestem exturbabat rapidas feras a sedibus suis.* [** Fere semper accus. casu *Forestem scribunt.*] Occurrit præterea hæc vox apud Laurentium Leodiensem in Episcopis Virdun. pag. 323. in Charta Childerici Regis apud Bolland. 1. Febr. pag. 235. [In Charta Bertradæ ann. 722. inter Probat. Hist. Lotharing. tom. 1. col. 269. in Præcepto Lotharii Regis ann. 861. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 178.] in Charta Caroli Simplicis apud Miræum in Diplomat. Belg. lib. 2. cap. 17. [in Charta ann. 1040. apud Mabill. tom. 4. Annal. pag. 733.] et alibi passim.

¶ **FORASTIUM.** Charta Conradi II. Imp. pro Ecclesia Cathedrali Camerac. ann. 1146. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 181 : *Forastium etiam tendens in longitudine e Sunasionis monte usque ad illum locum, ubi duæ Helpræ cadunt in Sambram.*

FORASTUM, et **FORESTUM**, apud Baldricum in Chr. Cameracensi lib. 1. cap. 108. Ditmarum lib. 3. pag. 27. in Charta Caroli M. [in Præcepto Ottonis I. imper. ann. 945. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 285. in Tabular. S. Mauritii *de Carnoet*, et Kemperlegiensi, Miræum tom. 2. Diplom. Belg. pag. 1128.] apud Crantzium in Metrop. lib. 1. cap. 2. in Privilegiis Ecclesiæ Hammaburg. pag. 186. etc.

FORESTA, [in Edicto Philippi Pulcri ann. 1302. apud D. *de Lauriere* tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 455.] apud Perardum in Burgundicis pag. 28.

FORESTUS, in Capitulari de Villis cap. 11. [in Charta ann. 1300. apud Ludewig. tom. 6. pag. 40.] apud Ditmarum lib. ult. pag. 110. etc.

FORASTA, in Chartis Alemannicis Goldasti cap. 31.

¶ **FORESTIA.** Charta Adæ Dominæ de Firmitate Ansculfi pro Monast. Rodoliensi (*Reuil*) ex Archivo ejusdem : *Et quicquid præfati Monachi pari modo in eisdem locis poterunt juste et legaliter acquirere, sine extirpatione Forestiarum.*

FORESTE DOMINICUM, Silva Regia, in Lege Longob. lib. 1. tit. 22. § 7. [** Carol. M. 71.] apud Eginhardum Epist. 7. et in Charta Ludovici Pii Imperatoris apud Ughellum tom. 5. pag. 618. *Forestes*, in eadem Lege Longob. lib. 3. tit. 35. [** Lud. Pii 49.] [in Charta Caroli M. ann. 20. regni ejus.] *Silvæ ad Regem pertinentes*, in Vita S. Richarii, silvæ scilicet majores, quas Principes sibi reservabant, quo in iis, certis anni tempestatibus, venationi indulgerent, quæ aliis prorsus in iis erat interdicta : adeo ut Guntrannus Rex Chundonem Cubicularium Regium, qui bubalum venando in Vosago occiderat, morte mulctarit, ut refert Gregorius Turon. lib. 10. cap. 10. Sed et ipsis Regum filiis in iis venari fas non erat, quod exerte habetur in Capitulis Caroli C. tit. 43. cap. 32. cujus locum hic afferam, quod aliquot forestarum dominicarum nomina et situs prodat : *In quibus ex nostris palatiis filius noster, si necessitas non fuerit, morari, vel in quibus Forestibus venationem exercere non debeat. Carisiacus penitus cum Forestibus excipitur. Silvacus cum toto Laudunensi similiter. Compendium cum Causia similiter. Salmotiacus similiter. In Odreia villa porcus non accipiat : et non ibi caciet, nisi in transeundo. In Attiniaco parum caciet. In Verno porcos accipiat tantum. Arduenna penitus excipitur, nisi in transeundo, et villæ ad servitium nostrum similiter. In Ligurio porcos et feramina accipiat. Aristallum cum Foreste penitus excipitur. In Lens, et Wara, et Astenido, feramina et porcos capere potest. In Rugitusit, in Scadebolt, et in Launif, tantummodo in transitu, et sicut minus potest. In Crisiaco similiter. In Lisgo porcos tantum accipiat. Ut Adelelmus de Forestibus diligenter sciat, quot porci et feramina in unaquaque a filio nostro caciata fuerint.* Adde Capitulare 1. Caroli Mag. ann. 802. cap. 39. Atque ut aliquid de forestis istis Regiis ibi recensitis adnotem,

Carisiacum, locum hodie *Kiersi sur Oyse* nominari in pago Suessionensi, multis probaturus est propediem vir doctissimus Jo. Mabillonius, ubi celeberrimum extitit regium palatium : et ab eo haud procul *Foreste*, seu silva, in qua *Ludovicum Pium ex more autumnalem venationem complevisse* ann. 820. refert Eginhardus in Annalib.

Silvacum, in Laudunensi pago, locum hodie *Selve* dictum, haud procul Fara oppido, ubi est Vedogiensis silva, statuit idem Mabillonius.

Venationis Regum in *Causia* silva, quæ et *Cotia* Scriptoribus passim, ad Compendium, meminerunt Gregorius Turon. lib. 4. cap. 21. Fortunatus in Vita S. Medardi, Gesta Regum Francor. cap. 29. etc. Hodie *Forest de Compiegne* appellatur.

Quæ *Odreia* villa hic appellatur, *Audriaca* dicitur in Annalibus Francorum Bertinianis annis 865. 867. 871. 873. 878. et apud Eginhardum Epist. 32. *Odriacum* et *Hodricium*, in Chartis Dagoberti et Caroli M. apud Doubletum pag. 676. 721. statuiturque inter Ambianos et Atrebates, quam quidem eamdem esse cum *Ariaco*, vulgo *Aire*, multis probavit Malbrancus lib. 5. de Morin. cap. 4. 9. 11. 13. 14. 15. 16. lib. 7. cap. 58. cui adjacet ingens silva, quam *Vastlau*, seu vastum saltum vocant.

De *Attiniaco* et *Verno* Palatiis, quibus adjunctæ fuere silvæ regiæ, quædam adnotamus, ubi de Palatiis regiis. *Broili ad Attiniacum Palatium* meminit Capitulare triplex Caroli Mag. ann. 808. cap. 10.

Venationis regiæ in *Ardenna*, seu *Arduenna* silva crebra mentio est in Annalibus Francorum ann. 802. 804. 813. 819. 822. 823.

Aristalli, seu *Heristalli* Palatii mentio pariter non semel occurrit in iisdem Annalibus.

Lens etiamnum habetur oppidulum in Attrebatibus.

Astenidum videtur esse *Satanacum* in Lotharingia, quod *Astenai* olim, nunc *Stenai* dicitur.

Crisciacus etiamnum nomen retinet in Comitatu Pontivi, hodie *Cresci*, cui adjacet ingens ejusdem nominis *Foreste*. *Criscecus villa in Pontio*, apud Fredegarium cap. 96. *Crisciagus*, in Gestis Regum Franc. cap. 45. *Crisciacensis silva* in Vita S. Richarii.

Aquis granensis forestis meminit Charta Caroli M. pro Ecclesia Osnabrugensi ann. 840.

Vosagi celeberrimæ silvæ, in qua regiæ venationes fiebant, mentio est etiam passim apud Scriptores, Gregorium Turon. lib. 10. cap. 10. Fortunatum lib. 7. Poem. 4. in Annalib. Franc. ann. 805. 806. 817. 821. 825. etc.

* *Foresta de Bieria* inter *regias* annumeratur, in Charta ann. 1317. ex Reg. 54. Chartoph. reg. fol. 33. r°.

Fiebant autem istæ venationes a Principibus nostris cum tota Palatii comitiva. Hinc *Venationes publicæ* vocantur forestæ ipsæ Regiæ in Chronico Montis-Sereni : *Erat circa locum ipsum Venatio publica Imperatoris.* Sub autumnum ut plurimum fiebant : unde *Venationes autumnales* dicuntur Eginhardo ann. 820. 822. 826. *Venationes ex more, more solito*, solennes, ut loquitur idem Eginhardus ann. 817. 819. 820. *Juxta morem Francorum*, ut

Digitized by Google

auctor Vitæ Ludovici Pii ann. 817. Idem ann. 822 : *Quibus dispositis juxta morem Francorum Regum autumnale tempus venationibus insumpsit.*

Ut olim veteribus Gallis, quod testatur Arrianus lib. de Venatione cap. 34. ita fuit venatio Francis omnibus familiare exercitium. Quippe cum venatio artis bellicæ pars ac imago semper habita sit, et, ut ait Aristides Orat. in Minervam, τῆς πολεμικῆς μορίον τέχνης, μᾶλλον δὲ εἰκών. Seu, ut Philo Judæus in Vita Mosis : Ἡ μὲν γὰρ τῶν ἀγρίων θήρα στρατηγικὸν κατ' ἐχθρῶν ἐστι γύμνασμα. His artibus futuri Duces olim imbuebantur, inquit Plinius in Paneg. Philippus *Mouskes* in Carolo M. :

Et nules gens en tout le mont
Si volontiers kacier ne vont,
Ne en riviere, com François,
Et orent fet tousjours ançois.

Id pariter de Francis omnibus, et Francorum Principibus testantur Scriptores alii. Aimoinus lib. 1. Hist. cap. 21. in Clodoveo : *Ut Moris est Francorum venatui insistere.* Et lib. 2. cap. 37 : *Indeque venationis gratia exercendæ, cujus studiosos fore Francos supra meminimus, Cociam silvam ingressus, etc.* Gesta Dagoberti Regis cap. 2. de ipso Dagoberto : *Cum adolescentiæ ætatem, ut Genti Francorum moris est, venationibus exerceret, etc.* De eodem cap. 23 : *Exercitiis viritim* (f. virium) *et venationibus assidue utens, in omni agilitate corporea strenuus atque incomparabilis erat.* Angradus Monachus in Vita S. Ansberti, de Theodorico Rege : *Venatibus, ut sibi gentilitium erat, indulgens.* Idem de Chlotario prodit Fredegarius Scholast. cap. 42. Eginhardus de Carolo M. : *Assidue exercebatur in equitando ac venando, quod illi gentilitium erat : quia vix ulla in terris natio invenitur, quæ in hac arte Francis possit æquari.* Poeta Saxonicus lib. 5 :

Hic se venatu, nec non equitando frequenter,
Fecerat ignarum desidiæ penitus.

Alcuinus, sive quis alius auctor Poematis de Carolo M. editi a Canisio :

... Etenim nemora inter opaca
Hic pater assidue Carolus venerabilis heros
Exercere solet gratos per gramina ludos,
Atque agitare feras canibus, tremulisque sagittis
Sternere cornigeram, nigraque sub arbore turbam.

Sed et *filios, quam primum ætas patiebatur, more Francorum equitare, armis, ac venationibus exerceri fecit*, ut est apud eumdem Eginhardum. Ludovicum Pium venatoriis etiam exercitiis vacasse testantur Theganus cap. 19. et auctor Vitæ illius ann. 817.

Ut vero omissis priscis Regibus ad recentiores transeamus, Ludovicum XI. venationi operam impensius dedisse tradit Monstrelletus 3. vol. pag. 97. Id ipsum scribit Thuanus de Carolo IX. cujus de Venatione liber in omnium manibus versatur. De Ludovico XIII. norunt, qui etiamnum sunt superstites.

Fateor tamen Regibus nostris non peculiare fuisse venationis studium, quod ab antiquis etiam Principibus cultum, exemplis aliquot probavit Meursius in Notis ad Lycophronem.

Præ cæteris autem Reges Angliæ Normannicos venationis perinde studiosos extitisse, ex Scriptoribus constat, *qui in tantam erupere insaniam*, (verbis utor Joannis Sarisber. lib. 1. Policrat. cap. 4.) *ut hostes naturæ fierent, conditionis suæ immemores, divini judicii contemptores, dum in vindictam ferarum, imaginem Dei exquisitis suppliciis subjugarent : nec veriti sunt hominem pro bestiola perdere, quem Unigenitus Dei redemit sanguine suo.* Quibus quidem verbis utrumque Willelmum, Nothum et Rufum, et Henricum I. carpit; ac Nothum quidem, qui ut auctor est Robertus de Monte ann. 1084. et Bromptonus, ei, qui cervum aut aprum cepisset, oculos evellebat, ut qui feras, tanquam earum pater, amaret : Willelmum vero Rufum, qui, ut habet Knyghtonus lib. 2. cap. 7. *tantam exercuit per forestas duritiam, quod pro dama hominem suspenderet, pro lepore 20. solidis plecteretur, pro cuniculo 10. sol. daret.*

Rufi in venatores sævitiam pluribus etiam exagitat Eadmerus lib. 2. Hist. Novor. pag. 48 : *Hac fide in ipso proficiente, ad hoc quoque lapsus est, ut Dei judicio incredulus fieret, injustitiæque illud arguens, Deum aut facta hominum ignorare, aut æquitatis ea lance nolle pensare, astrueret. Exempli causa 50. circiter viri, quibus adhuc illis diebus, ex antiqua Anglorum ingenuitate, divitiarum vestigia quædam arridere videbantur, capti sunt, et calumniati, quod cervos Regis cepertint, mactaverint, manducaverint. Negant illi. Unde statim ad judicium rapti, judicantur injectam calumniam examine igniti ferri a se propulsare debere. Statuto itaque die, præfixi pœnæ judicii pariter subacti sunt, remota pietate et misericordia. Erat ergo misericordiam videre, etc.* Denique Henricus I. *Feras propter venationis delicias plus justo diligens, in publicis animadversionibus cervicidas ab homicidis parum discernebat.* Verba sunt Willelmi Neubrigensis lib. 1. cap. 3. et lib. 3. cap. 26. Quo etiam referenda ista ex laudato Joan. Sarisberiensi : *Quæ fere naturæ sunt et de jure occupantium fiunt, sibi audet humana temeritas inspiciente Domino vendicare, et idem juris in omnibus ubicunque sunt statuit, ac si claustri sui indagine universa cinxisset : quodque magis mirere, pedicas parare, avibus laqueos texere, allicere modis vel fistula, aut quibuscumque insidiis supplantare, ex edicto sæpe fit criminis, et vel proscriptione bonorum mulctatur, vel membrorum punitur salutisque dispendio. Volucres cœli et pisces maris communes esse audieras, sed hæ fisci sunt, quas venatica exigit ubicunque volant.* Paulo mitior fuit Henricus II. *qui hujusmodi transgressores carcerali custodia sive exilio ad tempus coercuit.* At Ricardus I. Henrici II. filius in Assisa de forestis, apud Roger. Hovedenum pag. 784. veteres Leges in usum rursum revocavit, statuitque, ut qui ei de venatione et forestis forisfecissent, et inde essent convicti, plenaria de illis justitia fieret, qualis facta fuerat tempore Henrici avi sui, videlicet ut amitterent oculos et testiculos. Verum postea pœnam hanc sustulit ipse Ricardus. *Hanc enim legem de venatione sublatam*, inquit Matth. Paris ann. 1232. *in hoc temperavit, quod cum apud Reges antecessores ejus, si quilibet in fraude venationis deprehensi fuissent, eruebantur oculi eorum, abscindebantur virilia, manus vel pedes.... truncabantur. Sed tale judicium pio Regi Ricardo visum est nimis inhumanum, ut homines ad imaginem Dei creati, pro feris, quæ juxta legem naturalem generaliter omnibus sunt concessæ, de vita vel membris periclitarentur, ut id faciendo feris ac bestiis deterior videretur. Hoc enim solummodo sufficiebat ei, ut quilibet in culpa deprensi, vel Angliam abjurarent, vel pœnam carceralem subirent, vel pœna punirentur pecuniali, salvis omnibus vita et membris.* Tandem Edwardus I. in magna Charta Libertatum Angliæ cap. 10. vetuit, ne ullus de cætero vitam vel membra amitteret pro venatione regia, sed gravi mulcta, vel carcere, aut exilio puniretur.

Cum igitur ea laboraret insania Willelmus Nothus, *terram*, ut ait Gualterus Mapæus, vetus Scriptor, apud Camdenum in Britannia, *Deo et hominibus abstulit, ut eam dicaret feris et canum lustris, a qua* 36. *matrices Ecclesias extirpavit, et populum eorum dedit exterminio.* Brompton de Notho : *In silva venationis, quæ nunc Nova foresta vocatur, villas et Ecclesias plures eradicari, gentem extirpari, et a feris habitari fecit.* Et infra, de Rufo : *Ad novam regiam forestam, Anglice Ychene dictam, quam pater suus Willelmus Bastardus hominibus fugatis, desertis villis, et subreptis Ecclesiis, per* 30. *et eo amplius miliaria in saltus et lustra ferarum redegerat, etc.* Quod alii perperam Rufo adscribunt, de quo ita Knyghtonus : *Fecit forestas in multis locis per medium regni, et inter Southamtonam et Prioratum de Twinam, qui nunc vocatur Christchyrke, prostravit, et exterminavit* 22. *Ecclesias majores, cum villis, Capellis et maneriis atque mansionibus : secundum vero quosdam* 52. *Ecclesias parochiales, et fecit de loco illo forestam novam, quam vocavit suum Novum herbarium, et replevit eam cervis, damis, et aliis feris, parcens illis per 7. annos venatus gratia.* Cui sententiæ, falsæ licet, favent Versiculi Joannes Withi Episcopi Wintoniensis ab Camdeno laudati.

Ut vero in eadem *Nova foresta* Walteri Tirelli sagitta percussus interierit Rufus, narrant Scriptores Anglici omnes. Sed et Brompton. ann. 1100. perinde ut alii, ante Rufum, Ricardum Henrici I. fratrem, a suo Milite, inter venandum, in eadem foresta confossum scribunt. In qua etiam Henricus, Nothi e filio Roberto nepos, dum feras contentius insectatur, ramusculis, ut olim Absalom, appensus, animam efflavit. Hæc tristia regalis familiæ fata sic perstringit Joan. Sarisberiensis : *Nostrorum quoque temporum luctuosis instruimur exemplis ab hujusmodi inquietudine temperare, cum proceres nostros inter venandum veris variisque miraculis indignatio divina percusserit, bestialemque sæpe invenerint exitum vitæ, qui, dum licuit, bestialiter vixerant. Regibus quoque ipsis manus Domini non pepercit, et in malitiam eorum condignam et gloriosam exercuit ultionem.* Hanc porro forestam Novam *Ytene*, vel *Ychene* appellatam fuisse scribunt Simeon Dunelmensis et Brompton. ann. 1100.

Præter novam forestam in Regno Angliæ

Digitized by Google

68. *forestas*, præter *chaceas* 13. et *parcos* plus minus 781. ut et earum nomina et situs, recenset Spelmannus.

Plena Foresta, Jus utendi foresta, et in qualibet illius parte. Regestum Philippi Aug. Herouvallianum fol. 69 : *Plures sunt, qui debent* 2. *denar. pro brenagio, et habent herbagium in communi foresta, donando pro unaquaque vacca* 1. *den. Pro fructibus Plenæ Forestæ donat quisque unam gallinam, sive* 2. *den. nisi possit affidare, quod fructum non habuit.*

Forestæ, Forestis, Vivarium piscium. Charta Childeberti Regis pro Abbatia S. Germani Parisiensis : *Has omnes piscationes, quæ sunt et fieri possunt in utraque parte fluminis, sicut nos tenemus, et nostra Forestis est, tradimus ad ipsum locum, etc.* Charta Caroli C. pro Monasterio S. Dionys. apud Doubletum pag. 789 : *Pari etiam voto attribuimus eis Forestam piscationis atque venationis.* Alia ejusdem Regis apud eumdem pag. 803 : *Pari etiam modo attribuimus illis in ipsa aqua Forestam piscationis.* In alia, pag. 806. *Foresta aquatica* dicitur. Carolus M. in Capitul. ex triplici lege cap. 18 : *De Forestis, ut forestarii bene illas defendant, simul custodiant bestias et pisces, etc.* Adde Capit. 2. ann. 813. cap. 19. Charta Caroli C. apud Perardum in Burgundicis : *Silvam ubi possint saginari porci* 600. *Forestam piscium in aqua a ponte Divionis castri usque ad Roriacum.* Adde Chronicon S. Benigni pag. 412. Charta Zuenteboldi Regis apud Sammarthan. in Abbat. S. Apri : *Concessimus... nostram piscationem scilicet in Foresta nostra super fluvium Mosellæ in unaquaque hebdomada dies duos, etc.* Alia Gaufridi Meldensis Episcopi ann. 1211. in Tabul. Campan. : *Conquerebantur, quod Comitissa volebat facere forestam in aqua de Nongento.*

Forestas vero piscium vivaria appellasse videntur nostri, quod majoribus illis silvis adjuncta essent et vivaria. Capitulare 2. ann. 813. cap. 19. de cura villicorum : *In Forestis mansum regale, et ibi Vivaria cum piscibus, et homines ibi maneant.*

Forestare, Silvam in forestem convertere, forestæ adscribere, jus forestæ concedere; *Forestem noviter instituere*, in Capitul. 4. ann. 819. cap. 7. et lib. 4. Capit. cap. 42. 65. Charta Conradi Imp. ann. 1029. in Chronico Episcopor. Mindensium pag. 736 : *Quandam silvam... Forestari concessimus, et banni nostri districtu circumvallavimus, ea videlicet ratione, ut nemo ulterius in eodem Foresto absque prælibati Episcopi suorumve successorum licentia potestatem habeat venandi, sagittandi, retia aut laqueos ponendi, aut ullo ingenio feras decipiendi, quæ merito sub jure banni continentur.* Alia ejusdem Imperat. ibid : *Supplicans, quatenus nos quoddam Forestium sui scilicet juris per Imperiale nostri præceptum Forestari faceremus, etc. Forestæ noviter institutæ,* in Append. 3. Capit. lib. 4. cap. 3 : *De Foreste, quam Autharius Comes habere vult, ubi ea prius non fuisse dicitur, ut Missi nostri rei veritatem inquirant, etc.* [* Charta Zwendib. reg. ann. 895. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 232. col. 2 : *Omnem ergo sylvam, quæ est intra supradictos terminos, per bannum nostrum omnibus prohibemus, et ex ea Forestem facimus, atque inde præscriptum* (præceptum) *scribi jussimus, ut deinceps ullus hominum in ipsa bestiam capere, quacumque venationis arte, absque possessoris ejus licentia præsumat.* [** Vide Eichhorn. Histor. Jur. Germ. § 199.]

Afforestare, Eadem notione. Charta Forestæ Joannis Regis Angl. apud Matth. Paris : *Omnes bosci, qui fuerunt Afforestati per Regem Ricardum fratrem nostrum... statim desafforestentur, nisi fuerint dominici bosci nostri.* Adde eumdem ann. 1225. pag. 223. et in Additam. pag. 100. et Fletam lib. 2. cap. 40. § 2. *Charta Afforestata*, in veteri Inquesta apud Willel. *Dugdale* in Antiquit. Warwicensib. pag. 665.

Inforestare, Idem quod *Afforestare.* Matth. Paris ann. 1245 : *De regiæ forestæ, vel terræ Inforestatæ occupatione.*

Forestæ vero creandæ ritum ita describit Spelmannus : Constituntur regio diplomate viri aliquot graves et prudentes, qui locum forestæ designatum intuentur, lustrant, et terminis manifestis circumscribunt. Perimpleto hoc, et in Cancellariæ monumentis (de more) inscripto, Rex præconis voce ipsum locum, seu regiunculam, per totum Comitatum, ubi sita est, forestam edicit, forestæque legibus communitam. Prohibet insuper ut nemo ea turgeat audacia, quod sine majestatis venia aliquam illic exerceat venationem, diciturque jam locus *Afforestari*, et, ut cæteræ forestæ, in omnibus valere. Magistratus deinceps, officiales et ministros cooptat, quorum munera lex ipsa dictat et consuetudo.

Inforare Rex dicitur *Baronem cum libera Foresta*, cui jus forestæ concedit, in Legib. Forest. Scoticar. cap. 21. § 1.

Deaforestare, Terras de Forestæ jure demere, et in pascua aut culturam redigere. Charta Edwardi I. Regis Angl. tom. 1. Monastici Angl. pag. 939 : *Concedimus etiam... quod omnes terræ et tenementa sua, et hominum ac tenentium suorum in maneriis et locis prædictis, tam in bosco, quam in plano existentia, sint Deaforestata et extra omnem potestatem Forestariorum Viridariorum, Regardatorum, Agistatorum, et omnium aliorum Ballivorum et ministrorum forestæ nostræ, et quod possint de boscis suis, de maneriis prædictis pro voluntate sua... commodum suum facere, et boscos illos assartare, et in culturam redigere.* Charta alia tom. 2. pag. 176 : *Totam hayam nostram de Langewath... quam nobis et successoribus nostris per cartam suam Deafforestavit, etc.* Alia Henrici III. Regis tom. 3. pag. 125 : *Ita quod bruilli prædicti cum landis, pratis, et omnibus suis pertinentiis, tam in bosco, quam in plano Deafforestentur, et quieti sint in perpetuum de regardo, vasto, venatione, et de omnibus, quæ ad forestam vel forestarios, vel eorum ministros pertinent, quos quidem bruillos prædictus Episcopus et successores sui assartare, excolere, et fossato sive haia claudere poterunt, etc.* [Charta apud Th. *Blount* in Nomolex. Anglic. : *Sciatis nos omnino Deafforestasse forestam de Brewood de omnibus quæ ad forestam et forestarios pertinent. Quare volumus et firmiter præcipimus quod prædicta foresta et homines in illa manentes et hæredes eorum sint Deafforestati in perpetuum.*] Willelmus Malmesbur. ann. 1300 : *Item postulaverunt, ut Deafforestationes, pro quibus angustiabantur omnes divites plebis, a Rege sæpius concessas, sed hactenus opere non completas, remota ulteriori dilatione fieri juberet decretas.* Vide Gul. Prynneum in Libertat. Angl. tom. 3. pag. 1142. [et *Disafforestare.*]

Reaforestare, Forestam vastatam et in novalia conversam rursum ad forestam redigere. Exstant apud Goldastum tom. 1. Constit. Imperial. pag. 318. 320. Diplomata aliquot Henrici VII. Imp. ann. 1309. et 1310. quibus facultatem concedit, silvam in agros redactam, *in arbores et in silvam, sicut solebat esse primitus, redigendi.*

Forestagium, Jus utendi foresta, [** *Jus Forestense*, in chart. ann. 1017. Alsat. Diplom. num. 189. *Jus Forestiæ*, in alia ann. 1196. ibid num. 360.] vel ipsa præstatio pro jure utendi foresta, seu in ea capiendi *rationabile estoverium*, ut aiunt Practici, atque in iis Bracton. lib. 4. de Assisa novæ dissaisinæ cap. 41. et tit. de actione dotis cap. 18. scilicet *ad ædificandum, ardendum, claudendum, etc.* Ugutio : *Lucar, pecunia vel pretium ex luco collectum, quod vulgo dicitur Silvaticum, id est, Forestage, Gallice.* Catholicon parvum : *Lucar, Fourestage.* Tabularium S. Dionysii de Capella diœcesis Bituric. Ch. 135 : *Reddant Monachi de unoquoque furno unam eminam avenæ de Forestagio, quamdiu acceperint silvas ad opus furnorum.* Charta Guillelmi Regis Sicil. ann. 1173. apud Ughellum in Archiep. Beneventan. : *Concedimus etiam in dicto Monasterio cedua lignorum absque ullis Forestagiis, etc.* [Charta ann. 1114. tom. 2. Gall. Christ. inter Instr. col. 202 : *Ego Bernardus del Burg, et ego Geraldus... forestarii prædicti nemoris donamus et concedimus Deo et B. Mariæ et Magistro Geraldo de Salis ejusque successoribus in perpetuam eleemosynam Forestagium et omne aliud ex integro, quod habebamus vel requirere poteramus in nemore quod Deloniam vocatur.* Inquisitio de juribus Dalphin. in loco Visiliæ tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 122 : *Item pro Forestage seu nemore Visiliæ capiebat Sescalus apud Visiliam pro qualibet bestia quæ ibat ad nemus unum denarium in Nativitate Domini, et pro quolibet homine adducente ligna unum obolum, exceptis hiis qui nemus habebant. Item habebat Sescalcus in Forestage Sescalciæ in Nativitate Domini pro qualibet bestia* 1. *den. pro singulis pariis bovum* 1. *den.*] Charta Alienoræ Reginæ Angl. apud Beslium pag. 598 : *Habebunt in eis* (nemoribus) *Forestagium et pasnagium, et cætera omnia, quæ antecessores eorum habebant temporibus Comitum Pictavensium, ita quod neque vendent, neque donabunt.* Charta Idæ Comitissæ Bononiensis in Tabul. S. Judoci : *Eidem Ecclesiæ Forestagium condonavi et reddidi de terra B. Judoci inter Cantium et Asteiam adjacente, sive sit de ejus feodo, sive de jure possessivo.* Regestum Castri Lidi in Andibus fol. 50 : *De nemoribus Militum et feodalium de foresta ipsi habent exempla sua, tali conditione, ut ipsi non poterunt exemplare, nec vendere, nec dare omne Forestagium. De foresta, sive sit de domo, sive sit de dolio, sive de cuba, sive de merreno vinearum, dominus de*

Digitized by Google

Lopelando habet totum Forestagium, scilicet de 12. den. 1. den. Charta Joannis Comitis Augi : *Do prædictæ Ecclesiæ* (S. Michaelis de ulteriori portu) *avenam et frumentum de Verleio, quæ pertinet ad Forestagium, etc.* Ubi

Forestagium videtur usurpari pro alia quavis præstatione. Charta Occitanica ann. 1312. ex 48. Regesto Tabularii Regii num. 29 : *Nec non et medietas quistæ et Forestagii valebant, etc.* Ut in Constitut. Sicul. lib. 1. tit. 59. § 2 : *Donas, Forestagia, plateatica, passagia, etc.* Charta Herberti Vicecomitis Thoarcensis ann. 1099. apud Sammarth. in Abbat. S. Florentii Salmur. : *Castrum de Nois, Forestagium, pasnaticum, vendam atque pedagium hominum S. Nicolai, etc.* Charta ann. 1247. in Regesto Comit. Tolosæ : *Terras cultas et incultas, boscos et bartas, prata et pascua, taillivos et expletivos, venationes et Forestagia, quercos, etc.* [Testamentum Guillelmi de Marolio ann. 1250. ex Archivo Cameræ-Fontis : *Et pro eadem deservienda dedissent viginti octo arpenta terræ suæ apud Meriacum, et circiter quatuor libratas percipiendas in Forestagio et piscatione quadam quam habebam apud Meriacum in Materna.* Tabularium Veteris-Villæ : *Prædicti Milites in illa terra habere se Forestagium dicebant. Sed Johannes Dolensis Johanni filio Gualterii de Laugan magistro forestario suo donavit 12. den. Andegav. singulis annis reddendos de mangerio suo de Tiavel in excambio hujus Forestagii. Insuper dimisit ei sciphos et scutellas quæ ipsi reddebant annuatim de Forestagio suo de Tanoart ad curiam suam tenendum in die Nativitatis Domini et Resurrectionis.*] Monastic. Anglic. tom. 1. pag. 600 : *Donavi. . . 3. forgias . . . liberas et absolutas et quitas, et omne ferrum, quod in eis fabricabitur, ab omni teloneo, et Forestagio, et passagio, et ab omni genere consuetudinum.* In veteri Charta vernacula mentio fit *du Forestage, qui se leve à cause du four bannal.*

* Charta ann. 1214. ex Chartul. S. Aviti Aurel. : *Consuetudinem quandam, quæ Forestagium appellatur, annis singulis persolvendam Pithuerense capitulum reclamaret, etc. Forestage*, eadem acceptione, in Ch. ann. 1309. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 347. r°. col. 1 : *Les champars des terres et des lins, et les jarbes des Forestages de la ville, prisiez diz livres Parisis. . . . . Derechef les tourteaux de Noel du Forestage, cinc solz Parisis.* Charta ann. 1303. in Chartul. Pontiniac. pag. 194 : *Laquelle redevance, est appellée chevaige, Forestage ou herbaige, pasturaige ou panaige des bois de Contest.* Alia ann. 1414. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 66 : *Pour droit de Forestaige à cause de l'usaige qu'ilz ont en tous les bois d'usaige, ... un pain de deux deniers et un denier Parisis.*

☞ Ex his omnibus facile colligitur *Forestagium* præsertim usurpatum fuisse pro Telonio seu pensitatione, quæ in forestis exigebatur a forestariis, pro plaustris et equis colonorum, aliorumve, qui per suæ forestæ *baillivas*, seu limites, onera portabant : ita ut idem sit quod *Cheminagium*. Id iterum firmare licet ex Charta Edwardi I. Reg. Angliæ apud *Blount* in Nomolex. Anglic. : *Et sint quieti de theloneo et passagio, et de Forestagio, et theloneo aquarum et viarum forestam meam contingentium.*

☞ Quibus vero *Forestagium* seu jus utendi foresta competebat, iis non modo licitum erat ligna ad usus suos cædere, sed et pecus suum in foresta pascendum ducere poterant. Jus autem *Forestagii* personale est, non reale, ut definitum fuit in Camera Comput. Belli-joci ann. 1418. adeo ut destructa domo juri *Forestagii* obnoxia, jus quoque illud simul exstinguatur. Verum si aliæ domus ædificentur, earumque possessores eo jure uti voluerint, integram debent *Forestagii* præstationem : sed si duæ domus, vel, ut aiunt, duo foci conjungantur, tunc, licet eodem jure utantur, unicum tamen debetur *Forestagium.*

* *Forestaige*, eodem sensu, in Reg. 13. Corb. sign. *Habacuc* ad ann. 1510. fol. 36 : *Pour le Forestaige des bos de Guisy et Oresmeaulx . . . . A esté ordonné que Pierre Moittye . . . . . sera commis forestier et garde des bos d'Oresmeaulx.*

¶ Forestagium, Officium *forestarii.* Liber niger Scaccarii pag. 215 : *Et ego ipse custodio Forestagium Regis de feodo meo, et debeo ire cum corpore Regis in servicio suo paratus equis et armis, cornu meo in collo meo pendente.*

Forestaria, vel Forestarium, Idem quod *Forestagium.* [Charta Balduini Comitis Flandriæ ann. 1197. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 722 : *Ego vero illam nemoris quartam partem in manus meas libere resignatam, tamquam meam propriam ab omni advocatione et villicatione et Forestaria, et quorumlibet hominum incisione liberam et emancipatam, sæpe dictæ Ecclesiæ S. Dionysii in eleemosynam . . . . libere et legitime donavi.* Vita S. Henrici Imper. tom. 3. Julii pag. 759 : *Contulimus ad supradictam Sedem Episcopalem villas cum omnibus pertinentiis videlicet cum pratis, pascuis, campis, forestis, Forestariis, cellariis, censibus, aquis, etc.* Chartul. Capituli Ambian. : *Sciendum etiam quod in parte decimæ Forestarii habent Canonici duos modios, unum frumenti et alium siliginis.*] Charta ann. 1264. apud Augustinum *du Pas* in Stemmat. Armoric. : *Asserebat habere debere in plesseia et laeya, et aliis nemoribus usuagium suum, tam ratione forestariæ seu forestarii, quod idem Guillelmus habebat in foresta et nemoribus nobilis viri Petri Tornemine, quam pro ratione successionis Gaufridi dicti Hersard, patris videlicet, ad portandum de lignis ad sua ædificia construenda et reparanda, et ad pascendum porcos suos cæteraque animalia sua in eisdem plesseia et laeya.* [* Charta S. Ludov. ann. 1248. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 533 : *Præcipio quod defectus dictorum duodecim modiorum, in Forestaria mea de Briodo, singulis annis in festo beati Michaelis, per manus forestariorum meorum dictis monialibus persolvatur. Et volo et præcipio quod quicumque dictam Forestariam tenuerit, etc.*]

* Forsteria, Eadem notione. Charta præposit. Compend. ann. 1186. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 11. r°. col. 2 : *Concedimus iterum Foresterius Compendii et Giroldi mesnilii propter ducentas et sexaginta libras ceræ, et totidem gallinas nobis annuatim reddendas. Frosterie*, eodem intellectu; unde *Frostier*, qui ejusmodi præstationem debet, in Charta Frider. ducis Lothar. ann. 1255. ex Chartul. eccl. Romaric. ch. 33 : *Nous avons ou vaul de Champz trente dous Frostiers restorables et douze peschours restorables, où nuls ne prent rien maques nous.... Ou ban d'Arches avons nous nostre Frosterie, que puet croistre et descroistre.* In alia ann. 1295. ibid. *Fourestiers*, pro *Frostiers.*

Forestaria, Præpositura, seu *Balia*, ita appellata in Monasteriis et Ecclesiis Canonicorum, apud Innocent. III. PP. lib. 13. Epist. 55. cui forte forestarum incumbebat cura, aut advenientium extraneorum, quos *Forestarios* nuncupabant.

* Bulla Joan. XXII. PP. qua Phil. regi concedit annalia benef. eccl. ex Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 100. r° : *Declaramus ut concessum tibi hujusmodi privilegium nullatenus extendatur ad . . . . prioratus, supprioratus, claustrales, Forestarias, cellarias, infirmarias, etc.*

¶ Forestaria Camera, apud Franciscanos, præsertim Capucinos, domus accommoda excipiendis fratribus hospitibus, quos *Forestarios* vocant. *Tegula percutitur, cum frater Forestarius recens advenit.* Necrologium Franciscanorum Silvanect. : *Dedit isti Conventui 80. francos pro reparatione loci tam refectorii . . . quam Cameræ Forestariæ contiguæ.*

* Forestaria Custodia, Officium *forestarii.* Charta Guill. de Castro-novo ann. 1202. in Reg. forest. comitat. Alencon. etc. ex Cam. Comput. Paris. fol. 65. r° : *Concessi in foresta de Guernoile Forestariam custodiam et clientellam in feodo.*

Forestale, Idem quod *Forestagium.* Arestum Paris. 11. April. 1319 : *Quod essent ab antiquo in possessione vel quasi quieta et pacifica scindendi, capiendi, et portandi ligna pro usu calefagii, et ædificiorum dicti Monasterii, necnon dandi et vendendi ea cuicunque pro libito suæ voluntatis, ac ibidem venandi, ac fera animalia capiendi soli et in solidum et de feris animalibus ibidem caput et pedes et alia usagia consueta a venatoribus habendi et levandi, et etiam forestandi ibidem, et forestarios habendi et tenendi, et Forestale levandi et exigendi a quibuscumque personis ligna capientibus, seu animalia sua immittentibus in quadam parte nemoris, etc.*

Forestarius qui *Forestas* seu silvas curat, servat : *Forestier*, [vel *Sergent de bois,*] in Consuet. [Meldensi art. 177. Lingon. art. 3.] Montensi cap. 53. Senon. art. 154. Victriac. art. 120. Ducatus Burgund. art. 7. Comitat. Burg. art. 58. Nivernensi tit. 17. art. 13. 14. et Britanniæ art. 230. 402. Charta Pipini Regis Franciæ pro Monast. S. Dionysii, apud Doubletum pag. 699 : *Necnon et diversa feraminum genera, seu et Forestarios cum ipsorum mansibus in ipsa foreste per diversa loca commanentes.* [Tabularium Savigniac. : *Radulfus Filgeriarum Dominus concessi Monachis Savigneii elemosinam quam dedit eis Conanus Dux Britonum in foresta Redonensi, et tanquam primus et princeps Forestariorum eamdem donationem confirmavi.* Vide paulo inferius. *Protoforе-*

Digitized by Google

starius.] Adde Capitulare de villis cap. 10. *Custos silvarum*, apud Gregorium Turon. lib. 10. cap. 10. et in Legibus Wisig. lib. 8. tit. 5. § 1. Le Roman *de Girard de Vienne* MS. :

Tant que il vindrent un pou ains l'esclairer
A la maison Bernard le Foreter :
Icil devoit le boschage gaiter.

¶ Forestarius Nuncius. Instrum. ann. 1350. apud D. *de Lauriere* tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 479 : *Item, quod dicti Consules possint anno quolibet, seu quovis, creare unum Nuncium Forestarium, seu Bannerium, qui habeat jurare in manibus dictorum Consulum, de bene et fideliter habendo in regimine dicti banni, seu Forestarii, qui etiam executiones ad instantiam et requestam dictorum Consulum faciat, et compellendo ad solvendum talliam, seu tallias indictas, seu indicendas compellat, et forestas, devesias, seu nemora dictæ Universitatis defendat et custodiat.* Vide *Bannerius* in *Bannum* 1.

** Equitator In Foresta, in Abbrev. Rotul. tom. 1. pag. 43. Edw. III. Heref. rot. 31.

Forestarii Regii, qui *Custodes regii saltus* dicuntur, apud Flodoardum lib. 1. Hist. Rem. cap. 20. *Custodes saltuum villarumque regiarum*, in Chron. Fontan. cap. 1. Maurontus in Vita S. Richarii cap. 12. appellatur *Silvarum regiarum procurator;* in Chronico Hariulfi lib. 1. cap. 19 : *Silvarum ad Regem pertinentium dispositor et custos; Regius Forestarius*, apud Aimoinum lib. 5. cap. 47. et Ermentarium in Vita S. Philiberti cap. 16. [Capitulare de villis cap. 10 : *Ut majores nostri, et Forestarii, poledrarii, cellularii, decani, telonarii et ceteri ministeriales ea faciant, et sogales donent de mansis eorum; pro manuopera vero etc.*]

Forestarius de Feodo, Qui *forestariam* feodalem possidet, in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 330. in Addit. ad Matth. Paris pag. 100. 101. et in Fleta lib. 2. cap. 41. ubi opponitur *Forestarius de non feodo. Forestarius capitalis de feodo*, ibid. cui subsunt *Forestarii de feodo.* Regestum Ludovici Ducis Andegav. fol. 99 : *Juhel d'Avaugour Chevalier est homme lige du Duc d'Anjou à cause d'une Foresterie Faide sise en la forest de Maienne.* Forestariorum vero feodatorum munus hisce exequitur Charta Arnaldi de Hispania Domicelli ann. 1273. in Regesto homagiorum Ducatus Aquitaniæ, pag. 6 : *Item dixit et recognovit se tenere in feudum a dicto domino villam et homines de Botujas cum pertinentiis, et Custodiam saltuum, quos saltus dixit quod debet custodire pro dicto Domino Rege : et si invenerit aliquem venantem, qui non debeat venari pro natura sua, scilicet quod sit nobilis, aut jure suo debeat venari, debet ipsum capere, et habere equitaturam suam, si quam habet, et canes, et debet personam reddere in castro Burdegal. et si habeat venationem, primum quarterium debet portare Constabulario, et de gagio tertiam partem.* Charta Joannæ Reginæ Castellæ et Comitissæ Pontivi ann. 1255. ex Tabulario S. Vulfranni Abbatisvill. pag. 20 : *Volumus etiam, quod Custodes forestæ nostræ, quicumque sint, teneantur erga Capitulum juramento præstito apud Cresciacum, quod nemus prædictum Decani et Canonicorum fideliter observabunt, ita quod de omnibus foresteris et emendis in dicto nemore evenientibus . . . . medietatem percipient, sub juramento custodum nemoris sibi super hoc præstito.* In ejusmodi Forestariorum abusus pluribus invehitur Petrus Blesensis Epist. 95.

Foresterii. [Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 653 : *Parcite mihi, quia sum de sancta Juliana et Foresterius defensalis dominæ Ducissæ.*] Vide Constitutiones Siculas lib. 3. tit. 38. §. 1.

* Forsterius Magister, Qui *forestas* curat, Gall. *Maître des eaux et forets.* Constit. MSS. Caroli reg. Sicil. : *Officiales omnes debent jurare, scilicet justitiarii secreti, ... magistri Foresterii, magistri massarii, etc.*

* Forestarius, Agrorum custos, Gall. *Messier.* Charta Phil. II. reg. Rom. ann. 1208 tom. 2. Hist. Leod. pag. 389 : *Si quis civium terram extra civitatem alicubi in episcopatu tenet,... non potest cogi ut fiat ibi villicus, sive Forestarius.* Vide infra *Forestus.*

¶ Foresterius, Custos hortorum, vinearum, etc. Gall. *Messier.* Statuta villæ Montis-olivi Diœcesis Carcasson. ann. 1231. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 968 : *Item, quod Consules . . . potestatem habeant custodes villæ et Foresterios hortorum, vinearum, agrorum et aliarum possessionum instituendi.*

¶ Foristarius. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 28. col. 2 : *Martinus colonus S. Germani habet secum infantes* 11. . . *et est Foristarius de silva et vinea dominica.* [** Brev. 6. sect. 53.]

¶ Forstarius. Charta Udonis Episc. Tullens. inter Probat. Hist. Tullens. pag. 80 : *Forstarios et custodes ex antiquo possidet in vineis supradicti loci.* Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 72 : *Cum ministerialibus duobus, id est, Forstario et decano qui retenent pro se sol. 1. et denar.* III. [** Brev. 13. sect. 99.]

Forestarii *ad custodiendos campos*, in Charta Chrodegangi Episcopi Metensis ann. 765. apud Meurissium pag. 169.

Protoforestarius Dignitas in Anglia, quæ hodie exolevit. Is res forestæ procurabat, cognoscebat de causis ad forestam pertinentibus magna cum auctoritate, et a forestariis aliis ratiocinium exigebat. Idem *Justitiarius de foresta*, dicitur Matthæo Westmonasteriensi ann. 1252. et Rogero Hovedeno pag. 784. Erant autem duo simul, quorum hic Cis-Trentanis, ille ultra Trentam constitutis forestis præfectus erat. *Protoforestarios Angliæ* aliquot recensent Scriptores.

Hugonem de Nevilla, seu *de Novavilla*, Matthæus Westmonast. ann. 1211. et Matth. Paris. ann. 1244. Rog. Hoved. pag. 784.

Joannem Biset, qui obiit ann. 1242. idem Westmon. pag. 1242.

Joannem de Nova-villa, Hugonis filium sub Henrico III. qui obiit ann. 1246. iidem Westmonast. et Parisius.

Galeridum de Langlea, a fluvio Trenta usque ad regnum Scotiæ; et

Robertum Paslewe, seu *Passelew*, in partibus australibus Angliæ, usque ad eumdem fluvium Trenta, quibus successores dati ann. 1253.

Ernoldus de Bosco Miles, loco Roberti, qui obiit ann. 1255. et

Joannes de Lexintona Miles, loco Galfridi. Matth. Westmon. pag. 351. 353. 360. Matth. Paris pag. 606.

Exolevit postea Protoforestariorum nomen, qui *Justitiarii forestarum, et Itinerantes* nude dicti sunt, quorum alter Cis-Trentanis, alter Ultra-Trentanis forestis præfectus est. Rogerus Hovedenus, de Henrico II. Rege Angl. pag. 624 : *Eodem anno obiit Thomas filius Bernardi qui post decessum Alani de Neovilla constitutus erat summus Justitiarius omnium Forestarum Angliæ a domino Rege : quo defuncto Dominus Rex divisit forestas suas Angliæ in diversas partes, et unicuique partium præfecit quatuor Justitiarios, videlicet duos Clericos, et duos Milites, et 2. servientes de domo et familia ipsius custodes venationis et viridis super omnes alios forestarios tam Regis, quam Militum et Baronum, et misit eos placitare placita forestæ secundum suprascriptam assisam forestæ.* Idem pag. 784 : *Per Hugonem de Nevilla summum Justitiarium omnium Forestarum Regis in Anglia.* Meminit idem *Justitiariorum Forestarum itinerantium.*

¶ Forestæl, Forestallum. Vide *Forestel.*

¶ Forestanus, Suburbanus, Italis *Forese*, nostri *Forain.* Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1539. apud Murator. tom. 6. col. 481 : *Tandem dictus Fulco et Januenses qui secum erant, prævaluerunt in bello, et destruxerunt turrem S. Ampelii, et domos et receptacula Forestanorum Vintimilii, et eorum terras destruxerunt et devastarunt.* Vide *Foresterius.*

1. Forestare, Proscribere, bannire. Conventiones inter Carolum I. Comitem Andegav. et Provinciæ et Arelatenses ann. 1251. art. 15 : *Dominus Comes seu ejus Curia non possit gravare aliquem Arelatensem, vel damnum inferre in personis vel rebus, etiamsi Forestati fuerint, sive banniti, etc.* [Ogerius lib. 4. Annal. Genuens. ad ann. 1215. apud Murator. tom. 6. col. 409 : *In eodem quippe Consulatu Guido Prolexinus et Carbonus Ansaldi Malocelli in Bisamne insultum fecerunt in Herodem de Mari : quare Consules ipsos Forestarunt in publico parlamento.* Et Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1230. ibidem col. 468 : *Postea eodem anno x. Decembris Sorleonus Piper et Suzo frater ejus ambo vulnerati fuerunt graviter, et inde culpatus fuit Henrichettus Embronus . . . et propterea Forestatus fuit et in bannum positus.* Occurrit præterea in Statutis Massil. lib. 5. cap. 6.]

¶ 2. Forestare, Silvam in *Forestem* convertere, etc. Vide in *Foresta.*

* Forestare Se, Abscedere, foras abire, Gall. *Se retirer.* Stat. Montis-reg. pag. 172 : *Statutum est quod si aliquis de dicta civitate Montis-regalis vel jurisdictione, pro aliqua offensa se Forestaverit, etc.*

¶ 1. Forestaria, Forestarium, Forestarius, etc. Vide in *Foresta.*

Digitized by Google

¶ 2. **FORESTARIA**, vel **Foresteria**. Sic homines suburbii et *districtus* seu territorii alicujus urbis appellantur, quia foras seu extra urbem sunt, in Chr. Parm. ad ann. 1301. apud Murat. tom. 9 col. 842 : *Pars illorum de Soardis et aliorum extrinsecorum civitatis Pergami, et D. Galeaz filius D. Maphæi Vicecomitis Mediolani cum tota Foresteria sua tam militum quam peditum per fortiam, armata manu . . . intraverunt Pergamum, et ipsam civitatem ceperunt.* Ibidem col. 851 : *Et tota Forestaria civitatis Parmæ equitavit incontinenti Placentiam in succursum dicti D. Alberti Scoti.* Vide *Foresterius*.

* **FORESTARII** appellati primi Flandriæ principes. De quibus vide Vredium et Buzelin. tom. 3. Gallo-Fland. cap. 2. pag. 453.

* **FORESTATIA**, Præstatio pro jure utendi foresta. Charta Scebrandi episc. Lemovic. ex museo D. *de Clairambault : Terras et homines de Forges ab omni exactione... absolvebant.... in blado et denariis, et omni rerum servitio, præter lo Forestatia, et viginti solidos.*

¶ **FORESTATIO**, Bannitio, proscriptio. Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1259. apud Murator. tom. 6. col. 528 : *Et annuens petitioni ipsorum una cum potestate Januæ restituit in integrum omnes forestatos Januæ et districtus omnibus Forestationibus et bannis.* [* Stat. crimin. Saonæ cap. 37. pag. 78 : *Sententia ipsa contra eum lata bamni, Forestationis seu condemnationis, etc.*] Vide *Forestare* 1.

* **FORESTATURA**, Annona lignaria, Gall. *Chauffage*. Charta Conradi III. imper. ann. 1141. in Chartul. Romaric. ch. 10 : *De medietate Forestaturæ, quæ ad usus sanctimonialium pertinet, nec decima, nec aliqua pars, nec servitium ab aliquo subripiatur.*

* **FORESTEA**, pro *Foresta*, in Homag. ann. 1344. ex schedis Pr. a Sancto-Vincentio.

FORESTEL, **Forstel**, **Forstal**, Criminis in via perpetrati reus, viæ obstructio, itineris interceptio, a Saxonico forc, quod est *præ*, vel *ante*, seu fare, via, et stal, statio, septum ; [** Thorpio a Fore, ante, et stellan, salire, Assultus.] cujus quidem delicti cognitio ad solum Regem spectat, ut est in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 10. 12. 35. 59. Eædem Leges Henrici cap. 80 : *Si in via regia fiat assultus super aliquem, Forestel est.* Infra : *Forestel est, si quis ex transverso incurrat, vel in viam expectet, et assaliat inimicum suum. Si post eum expectet, vel evocet, ut ille revertatur, in eum non est Forestel. Foristallis transgressio*, videtur id delictum appellari in Curia 4. Burgor. Scotic. §. 2. apud Skenæum pag. 153. At Spelmannus *Forstallis* pro *recussa averiorum* usurpari ait in Statuto Walliæ anno 12. Edw. I. [In MS. Cod. Ecclesiæ Rotfensis ad calcem, apud H. Wanleium de Antiq. litter. Septentr. *Forsthal, id est, Resistere, averiis captis, pro namio.*] Vide *Foristallum* et alio sensu *Foristallare*. Varie autem hæc vox scribitur :

Forestal, in Legibus Henrici I. cap. 10. et in Monast. Angl. tom. 2. pag. 827.

Forestel, in iisdem Legibus cap. 35.

Forstel, ibidem cap. 12.

Forstal, et **Forstalles**, ibidem cap. 59. extremo.

Forestallum, Cognitio ac jurisdictio de *Forestalli* crimine, quæ alicui conceditur, in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 110. 112. 133. et tom. 3. pag. 4.

* **FORESTELLA**, diminut. a *Foresta*, Parva silva. Charta Blanchæ comit. Trec. ann. 1209. in Chartul. Arremar. ch. 174 : *Forestella illa, quæ Guranna vocatur, abbati Arremarensi et priori de Pargis extra partem meam et successorum meorum comitum Campaniæ libera remanebit.* Alia ejusd. ann. 1217. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. : *Vendidimus duas Forestellas nostras, sitas desuper Columbarium, unumquodque arpentum in pretio lx. solidorum ad arpentum de Columbario.*

FORESTERÆ, Mulctæ, seu emendæ, quæ ex forestis male habitis emergunt. Vide in *Foresta*.

1. **FORESTERIA**, Jus *albanatus*, nostris, *Droit d'aubeine*, quod dominis in bonis advenarum competit. Italis *Foresteri* sunt advenæ. Charta Guilielmi Regis Siciliæ ann. 1179. apud Ughellum tom. 7. pag. 704 : *De plutia autem, Foresteria, et bando, sit ita ipsa Ecclesia libera . . . sicut est, et in qua manet Ecclesia prædicti Episcopii.* Infra : *Donamus et concedimus perpetuo dictæ Ecclesiæ totam Foresteriam hominum ipsius Ecclesiæ, quam de eis habere debemus. Concedimus etiam ipsi Ecclesiæ, ut nullus bajulorum seu foresteriorum nostrorum vel hæredum aut successorum nostrorum de hominibus Ecclesiæ pro aliquibus distringendis vel molestandis, se nullatenus intromittat.* Adde pag. 715. Vide *Estrajeria*.

¶ 2. **FORESTERIA**. Vide *Forestaria* 2.

* 3. **FORESTERIA**, Præstatio pro jure utendi foresta. Vide supra in *Foresta*.

¶ 1. **FORESTERIUS**, Custos *forestæ*. Vide *Foresta*.

¶ 2. **FORESTERIUS**, Suburbanus. Quod etiam dicitur de eo omni quod extra urbem est, modo tamen in territorio ejus sit. Chron. Parmense ad ann. 1268. apud Murat. tom. 9. col. 783 : *Dominus Conradus de Monte-magno de Pistorio, dutus a D. Rege Carolo, fuit capitaneus Foresterius civitatis Parmæ.* Ibidem ad ann. 1271. col. 785 : *Et per commune Parmæ solvebatur ducentibus blavam Forestariam in Parma ad vendendum XII. imperiales de stara frumenti.* Ibidem ad ann. 1292. col. 823 : *Romani præliati fuerunt simul de mense Februarii, et spoliaverunt Ecclesias et loca religiosa et Foresterios.* Ibidem ad ann. 1307. col. 864 : *Potestas vero Parmæ cum militia civium et Foresteriorum communis Parmæ equitaverunt eundo in succursum communis Placentiæ.* Interdum tamen pro quovis extero sumitur ; *Foresterii et extraneæ personæ*, in Charta ann. 1403. ex Archivo S. Victoris Massil. Vide *Forestanus*.

* 3. **FORESTERIUS**, Extraneus, peregrinus, Ital. *Forestiere*. Charta ann. 1389. apud Lamium in Delic. erudit. inter not. ad Hodoepor. Charit. et Hipposph. pag. 476 : *Ipsa ligna exportantur extra territorium dictorum communium ad partes extrinsecas et Foresterias.* Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 65. ex Cod. reg. 4620 : *Ordinamus quod nulla persona magna vel parva, terreria vel Foresteria, cujuscumque sit conditionis, audeat etc.*

* **FORESTEUS**, *Forestæ* custos. Reg. forest. de Broton. ex Cod. reg. 4653 : *Et si volunt, possint custodire suas bestias de herbagiis forestæ ; in suis frecis vel in suis gardinis nichil debent jure donare Foresteis.*

* **FORESTIA**, ut *Forestagium*, Jus utendi foresta. Reg. forest. comitat. Alencon. etc. in Cam. Comput. Paris. fol. 55. r°. ex Charta Thomæ comit. Pertic. ann. 1214 : *Ad universorum notitiam volumus pervenire nos dedisse et concessisse pro suo servicio Gervasio Calubre et hæredibus suis Forestiam forestæ de Belismo, cum omnibus pertinentiis suis : quæ pertinentiæ sunt tales, quod dictus Gervasius et ejus hæredes possunt capere viride nemus ad faciendum sua hebergamenta, et mortuum nemus ad calefaciendum, et pasturam suis pecudibus et porcis ; arbores vero, quæ ceciderint in foresta prædicta, usque ad quinarium numerum percipient.* Sed nihil impedit quominus de custodia forestæ seu *Gruaria* intelligas. Vide supra in *Foresta* et *Gruarius* 1.

FORESTOLIUM. Aimericus de Peyrato Abbas Moissiacensis in Vita Caroli Magni in Cod. MS. 1343. Bibl. Regiæ fol. 83 : *Demum cantores artis musicæ peritissimi in Forestolio librum expleta Offerenda tenentes apertum, prædulci... melodia hanc Sequentiam cecinerunt melodisenter in memoriam et laudem defuncti.* Ubi ipseme Glossator : *Forestolium vero est, in quo cantant in choro Clerici seu Religiosi, quod Pulpitum appellatur. Ambonem autem dicimus locum, in quo prædicatur, etc.* Forte quasi *Foris stallum*, quod a *stallis* discedant *ad analogium* cantaturi. Vide *Forastollum* [** et *Faldistorium*.]

¶ **FORESTUM**, pro *Forefactum*, delictum, crimen. Charta ann. 1240. ex Archivo Capituli Audomar. : *Præterea retinet sibi malum quod fit in præsentia sua. Item retinet sibi Forestum dunarum et forterinarum. Item retinet sibi rapinam mortui, id est, troof.* Alia notione sumitur in *Foresta*.

* **FORESTUS**, Agrorum custos, Gall. *Messier*, a cujus officio immunem esse, privilegio reputabatur. Charta ann. 1178. in Suppl. ad Miræum pag. 671. col. 2 : *Et sciendum quod pars illa* (allodii) *quæ fratribus prædictis data est, nec villicum nec Forestum habebat ullum.* Vide supra *Forestarius* in *Foresta*.

* **FORETANUS**, Extraneus, qui foras urbem habitat. Stat. Pistor. ann. 1107. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 546. art. 60 : *Statuimus, ut potestas non reddat parabolam alicui Foretano, qui in eum non jurabit habitare Pistorium, ut semper sicut juravit non habitare in civitate Pistoriensi, de habituro nullam parabolam alicui ex Foretanis reddat.* Vide supra *Forataneus*.

* **FORETERETIA**, pro *Forteretia*, ut videtur, Munitio, arx, castrum, Gall. *Forteresse*. Charta Rob. comit. Attrebat. ann. 1248. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 256 : *Volumus quod in nova ghitalda, cellariis et pratellis possitis facere ædifficia*

Digitized by Google

ad utilitatem villæ sive Foreteretiæ. Vide *Forteritia.*

FORETHOT-FELONIE. Statuta Roberti II. Regis Scotiæ cap. 3. § 1. cap. 4. § 2 : *Ad faciendum cognosci per assisam, an homicidium fuit perpetratum per murther, seu per Forethot-felonie.* [** Houard. utroque capite habet *Forethocht*, hodie scribunt *Forethought*, Gall. *Prémédité*, consulto factum, crimen voluntatis. Opponitur in Statutis laudat. Robert. II. homicidio *ex calore iracundiæ, videlicet Chaudmellé.*]

* **FORETUM**, Terebellum, Gall. *Foret.* Lit. remiss. ann. 1365. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 347 : *Qui supplicans in manu sua tenebat a casu quoddam Foretum, Gallice Barrois, etc. Abarros* dici videtur, in aliis ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 391 : *Pluseurs ferremens, que l'en dit blanche euvre, oustilz et habillemens servans, nécessaires et convenables ou mestier de tonnelier, comme sont sies,.... Abarros et pluseurs autres pieces d'autre blanche euvre.*

FORFACES. Charta ann. 1204. *de Interceptionibus Clericorum adversus Do. Regis jurisdictionem*, in nupera Conciliorum Rotomag. Ecclesiæ Edit. : *Clerici non possunt excommunicare de jure propter forefactum servientis sui, neque interdicere terram ejus, priusquam Dominus super hoc fuerit requisitus, vel Ballivus, si Dominus sit Forfaces.* Ubi Editor hanc vocem pro Domino accipi putat, cui jus forisfacturæ competit, quod vix credam. Puto legendum *Forisfactus.*

* **FORFACTUM**, *Per forfactum et sine forfacto*, Formula usitata in sacramentis præstandis, id est, per fas et nefas. Juram. an. circ. 985. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 140 : *Ipse Froterius in contra ipso Isarno, et per Forfactum et sine Forfacto, si comprobare non potuerit ipse Froterius ipso Isarno quod habeat ingeniatum, etc.* Vide in *Forisfacere* 1.

FORFANG, Forfeng, Forefeng, et Forfengen, voces ejusdem originis et notionis : a Saxonico forefang, vel fore-feng, vocabulo composito ex fore, ante, et fang, captio, prehensio, apprehensio. Est igitur *Forfang*, Spelmanno captio obsoniorum, quæ in foris aut nundinis ab aliquo fit, priusquam minister Regis ea ceperit, quæ Regi fuerint necessaria. Fleta lib. 1. cap. 47. § 15 : *Forfeng, quietantiam prioris prisæ designat. In hoc enim delinquunt burgenses London. cum prisas suas ante prisas Regis faciunt.* Vide Leges Inæ Regis cap. antepenult. et Leges Willelmi Nothi vernaculas cap. 6. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 669. etc. Vide *Prisa.*

¶ Forbenge, Eadem notione, in Charta Henrici I. Reg. Angl. ann. 1123. apud Th. *Blount* in Nomolex Anglic. : *Et sint quieti de wardwite, et de utlewe et Forbenge et withfange, etc.*

Forfang, et Forfangum, in Legibus Adelstani, *Forisfangium*, in Legibus Inæ cap. 59. 76. 79. dicitur esse *præventio* vel *anticipatio*, seu certæ pecuniæ quantitas, quæ ei datur, qui rem furto ablatam de manibus latronum excussit, et pro modo valoris datur a rei domino.

* **FORFANTUS**, pro *Forfactum*, Crimen, delictum. Charta Soldani pro Pisan. apud Lam. inter not. ad Hist. Sicul. Boninconi. in Delic. erudit. pag. 219 : *Et iterum vestras implevimus preces, et Forfantos illorum reliquimus pro amore, quem nostro regno tenetis.* Infra : *Ut ipse eos vestræ præsentiæ conducat cum magnis Forefactis illorum.*

¶ **FORFARACULUM**, *Tenebræ.* Papias in MS. Bituric. Editus habet, *Forforaculum.* [* Leg. *Forforaculum*, *Ferebellum* vel *Ferebra.* Vide *Furnaculum.*]

* **FORFATURA**, Mulcta, vel emenda ob *forfactum*, seu delictum. Instr. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 13 : *Medietas redituum de placitis, de Forfaturis et scadentiis peregrinorum et extraneorum.* Vide in *Forisfacere* 1.

¶ **FORFENG.** Vide *Forfang.*

FORFEX, Forpex. Gloss. MS. Regium : *Forceps, fabri, qui corrupte Forfices dicuntur.* Ex quo emendari possunt Glossæ Isidori. Ebrardus Bethuniensis :

> Forfice fila, pilum cape Forpice, Forcipe ferrum.

Ita etiam auctor Mamotrecti ad cap. 7. Isaiæ. Hocce discrimen non observant Gesta Regum Franc. cap. 24 : *Illi statim remiserunt Arcadium ad Reginam, dicentes : Hic sunt Forfices, et ecce gladius : sic mandant filii tui ; si vis eos tondere, aut gladio perimere, etc.* Ubi Gregor. Turon. lib. 3. cap. 18. habet *Forcipes.* Concilium Pictavense ann. 1100. cap. 2 : *Ut nemo in faciendis coronis* (Clericorum) *Forpices vel manutergia exigat.* Archithrenius lib. 3. cap. 3 :

> Forfice tonsa pilos, etc.

Idem lib. 2. cap. 3 :

> Prodigus in latum, nec castigatus avaro
> Forpice, procedit tunicæ discursus, etc.

[Papias : *Forpices, Tenaces a pilo : tonsorum enim sunt.* S. Willelmi Constitut. Hirsaug. lib. 1. cap. 2 : *Hoc ordine eadem tonsura agitur. Sacerdoti Missam celebraturo adest Armarius cum libro, Magister novitiorum cum Forpice et linteo, etc.*] Vide Octav. Ferrarium in *Forbice* [et supra *Forceps.*]

Forfices, vocabulum etiam militare, de instructa acie forficum instar, apud Gellium lib. 10. cap. 9.

¶ **FORFICARE**, *Forfice* scindere. Gloss. Lat. Gr. : *Forfico*, ψαλίζω. Vide *Forfex.*

* **FORFICIA**, ut *Forfex.* Acta MSS. notar. Senens. ad ann. 1284. ex Cod. reg. 4725. fol. 25. r° : *Item* (relinquo) *unum sarchonem et unum cuscinum hospitali dom. Agnesæ,.... cum duabus pariis Forficiarum. Tondeur des grands Forghes*, in Charta Phil. ducis Burgund. pro Audomar. ann. 1447.

¶ **FORFICULA**, diminut. *Forficis.* Anonymus in Epistola ad Johan. de Monsterolio, apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1455 : *Habui... munera tua videlicet instrumenta scriptoria pro me, et pro conjuge Forficulas, et cultellinum argenteum.*

¶ **FORFORACULUM.** Vide *Forfaraculum.*

* **FORGA**, Fabrica ferraria, Gall. *Forge.* Charta ann. 1340. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 241 : *Concedimus Forgam dicti loci* (de Portello) *quæ potest valere anno quolibet septem quartones bladi frumenti.* Infra, *Forge.* Vide infra *Forgia* 1.

FORGELDUM, in Monastico Angl. tom. 1. pag. 372 : *Et omnibus geldis, tengeldis, horngeldis, Forgeldis, penigeldis, etc.* Vide *Gildum.*

* **FORGERIUM**, Scrinium, arca, capsula, nostris alias *Forgeret* et *Forgier.* Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 1 : *In domo Sandræ unum Forgerium, in quo erant sexaginta grossi Flandrenses,... furtive et malitiose cepit et importavit.* Charta ann. 1340. ex Chartul. 21. Corb. fol. 331. v° : *Lequel argent il nous offry à bailler, tant en or ou argent, blanques maalles et noires, lequel estoit en ung Forgeret.* Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. ch. 81 : *En un autre Forgeret, que la suppliant trouva ouvert, prist une verge d'or ou annel du pris de xx. sols Parisis.* Aliæ ann. 1359. in Reg. 90. ch. 603 : *Icellui Jehan avoit prins deux Forgiers, là où il avoit grant quantité de monnoye d'or et d'argent, lettres obligatoires et plusieurs autres biens moebles. Coffre ou Forgier*, in Charta Caroli V. reg. Franc. ann. 1365. Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. ch. 265 : *Le suppliant prist en une huche ou Forgier, qu'il trouva et ouvri, vint neuf pieces d'or.* Vide supra *Forcerius.*

1. **FORGIA**, Fabrica ferraria, nostris, *Forge.* Occurrit in Monast. Angl. tom. 1. pag. 508. 600. in Fleta lib. 2. cap. 41. § 8. [in Anecd. Marten. tom. 1. col. 1399. et in Computo anni 1202. apud D. *Brussel* ad calcem tom. 2. de Feudorum usu pag. ccv. etc.]

* Officina. Memor. H. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1418. fol. 112. v° : *Adenettus de Mery aurifaber et visitator sanctarum Reliquiarum sacro-sanctæ capellæ regalis Paris. cui Adenetto pro vadiis ordinatum fuit habere et tenere xliiij^sm. Forgiam seu fabricam super magnum pontem Paris. Valletus Forgiæ*, in Ch. Phil. Pulc. ann. 1304. ex Lib. rub. ejusd. Cam. fol. 473. v°. col. 1. *Forge*, Fabrica, opus, in Stat. ann. 1254. ex Reg. sign. *Pater* fol. 46. r° : *Et si soit la Forge ou l'œuvre de dez deveié partout.*

* Forgia, Caminus, fornacula. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. Script. Ital. col. 641 : *Facto igitur mane præfati inimici carrectam parari fecerunt, et in ea Forgiam ardentibus carbonibus paraverunt, et apponentes carnificem, ipsum judicem Martuccium miserum apposuerunt in eam vestibus enudatum.*

* 2. **FORGIA**, Alia notione ex ipso textu aperta. Charta Phil. V. reg. Franc. ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 280 : *Cum nos in domo et grangia dilecti magistri Symonis Mordreti clerici nostri, sitis Parisius ultra portam sancti Honorati,.... quoddam jus et servitutem haberemus ibidem, scilicet hospitandi et recipiendi nostros armigeros, marescallos, fabros et alios familiares, ministros ac officiarios, equos, familias et harnesia eorumdem, quorum receptio, nostra Forgia vulgaliter vocabatur.* Idem quod *Gistum.* Vide in hac voce et mox *Forgium.*

* **FORGINA**, Officina, cella operaria, Gall. *Boutique.* Charta admort. pro capit. Anic. ann. 1417. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 60 : *Item pro quodam hospicio.... cum curtilagio Pauli, domo, Forgina et curte*

Digitized by Google

invicem contiguis, etc. Vide supra *Forgia* 1.

* **FORGIRE**, Fabricam ferrariam instituere vel tenere. Reg. forest. de Broton. ex Cod. reg. 4653 : *Talis est usus forestæ Brotonniæ, quod nullus in terra costumaria potest furnire, neque brachare, neque Forgire, neque domos facere, neque reparare per consuetudinem dictæ forestæ sine assensu domini, vel sui forestarii. Forgement*, Fabricatio, in Instr. ann. 1372. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 479. art. 2 : *Forgement de fausses monnoyes, etc.*

¶ **FORGITARE**, Tectum ædificii ita construere, ut circiter duos pedes promineat, ne aquæ e stillicidiis cadentes muro noceant, a vernaculo *Forget*, quod tectum eo modo prominens significat apud Dombenses. Charta Thossiac. ann. 1404 : *Debet duodecim de novo servitio pro Forgitando suam grangiam a parte villæ de duobus pedibus cum dimidio, et ipsam levando supra muros villæ, etc.*

* **FORGIUM**, Eodem intellectu atque supra *Forgia* 2. Charta ann. 1356. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 569 : *Pedagia sive leudas, macellos, Forgia, corrogia, albergua, et alias quascumque possessiones et bona... concessimus.*

FORGORPIRE, Foris *gurpire*, devestire, possessione exuere. Tabularium Casauriense ann. 2. Imp. Caroli C. : *Sed et ergo Fulchradus per festucam me exinde Forgorpivi, et in omnibus me exinde foras exitum feci.* Alibi, nude : *De ipsis rebus per festucam me gurpivi, et in omnibus foras exitum feci.* Vide *Guerpire.*

¶ 1. **FORIA**, *Latrina, secessus.* Gloss. Isid. : *Foria, Stercora liquidiora*, apud Nonium; unde Gallicum, *Foire*, Stercus liquidum. Juvenal. Sat. 3. Latrinas publicas *Foricas* appellavit. Hinc Grævius conjicit legendum esse *Forica* apud Isidorum. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Forica, Fosse à mettre ordures hors des portes.* Vide Jo. de Janua.

¶ 2. **FORIA**, Nundinæ. Charta Hervei dom. Virsionis pro castro Luriaci ann. 1213. apud Thomasser. in Biturig. pag. 80 : *In nundinis et foris venalibus et pedagiis reddant tales costumas quales nundinæ vel Foria vel pedagia debent.* Vide *Forum.*

* Gall. *Foire.* Charta ann. 1215. in Tabul. S. Petri Carnot. : *Foriam etiam S. Michaelis supradictis monachis dedit et habendam concessit liberam et quietam.* Vide supra *Feriæ* 3.

* 3. **FORIA**, *Frenum, quod ori imponatur, Fren, Prov.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

FORIARII. Vide *Fodrum.*

¶ **FORICARIUS**, Digest. Leg. 17. § 5. de usuris, (22,1.) quibusdam est, Qui *Foricas* eluit; sed rectius aliis, Qui *Foricas* conducit. Vide Lexicon Martinii. [** Dirksenio : Conductor loculi vel tabernæ in foro.]

FORICATUS, Idem quod *Furratus*, Pellitus, *Fourré.* Vide *Redorsare.*

* **FORICIA**, Foras abeundi vel se se in castrum recipiendi facultas. Reg. *Olim* parlam. Paris. ad ann. 1287. fol. 77 : *Quia dominus de Calviniaco miles inventus fuit culpabilis de raptu domicellæ, quam Robertus de Signiaco armiger duxit in uxorem, et quod super hoc Foriciam præbuit et assensum, condemnatus fuit dictus miles.*

1. **FORICUS.** Sigebertus ann. 1107 : *Abbas Cistertii et Fratres ejus non immemores sponsionis suæ, regulam S. Benedicti in loco illo ordinatam unanimiter statuerunt tenere, rejicientes a se, quidquid regulæ refragabatur, Foricos videlicet, et pelliceas, estamina, caputia quoque et femoralia,... et cætera omnia, quæ puritati regulæ adversabantur.* Legendum forte *Froccos.*

¶ 2. **FORICUS**, pro *Forinsecus*, Extraneus, habitans extra urbem. Obertus Cancellar. lib. 2. Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 327 : *Cogitantes Forici in cives quandoque consurgere, et dominos terrarum jam incipiebant decognoscere.*

FORIFACERE, **FORIFACTOR**, **FORIFACTUM.** Vide in *Forisfacere.*

* **FORIFAMILIARE**, Emancipare, nostris, *Forfamilier.* Vide *Forisfamiliare.*

* **FORIFICIUM**, perperam pro *Forefactum* editum tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 673. art. 16. ut videre est tom. 1. earumd. pag. 308. inter notas.

** **FORIFRAGIUM**, Idem videtur quod *Forifactum* in Conrad. Archiep. Magdeb. Charta ann. 1226. apud Ludewig. in Reliq. Manuscr. tom. 12. pag. 322 : *Qui instanti tempore jurisdictionis suæ* (Burggravii) *et durante, ratione Forifragii alicujus et delicti, majorem pœnam inciderit sex talenta dabit, qui minorem pœnam inciderit talentum tantummodo dabit unum.* Haltausius interpretatur judicii turbationem, Glossar. German. col. 2198. voce *Ding-Stœrung.*

* **FORIJUDICATUS**, Qui per sententiam *forjudicationis* pro damnato habetur. Constit. Feder. reg. Sicil. cap. 108 : *Ut nullus regni nostri nobilium, sive sit comes, baro, miles, burgensis, vel quicumque alius, bannitum vel Forijudicatum a quibuscumque officialibus nostris, in castris, terris, massariis, domibus vel locis aliis receptare vel occultare audeat.* Vide *Forisjudicare.*

FORIMATRIMONIUM. Vide *Forismaritagium.*

¶ **FORINCATIO**, Amandatio, relegatio, *foras* ejectio. Charta Alphonsi Comit. Augiens. ann. 1270. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 888 : *Justitia quæ extenditur ad membrorum mutilationem, deportationem seu Forincationem, vel forbanie, aut signationem, seu ad aliam pœnam minorem, etc.* Vide *Forisbannire.*

¶ **FORINIMENTUM.** Vide in *Furnire.*

FORINSECI, Extranei, habitantes extra burgum, in Legibus Burgor. Scoticor. cap. 3. [*Albanati Forinseci*, in Charta Philippi Aug. ann. 1222. apud D. *Brussel* tom. 2. de Feudorum usu pag. 949. Jo. de Janua : *Forinsecus, Extraneus, de foris veniens vel existens.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Forinsecus, Estains, dehors, forain.* Kennettus in Gloss. ad calcem Antiqu. Ambrosden. : *Excepto uno felione Forinseco illius croftæ versus austrum ad faciendam quandam viam.*]

¶ **FORINSECUM HOMAGIUM**, Quod ab externis debetur. Charta Thalesiæ dominæ de Marchia ann. 1255. apud Rymer. tom. 1. pag. 569 : *Salvis mihi omnibus Forinsecis homagiis, redditibus, etc.*

¶ **FORINSECUM MANERIUM**, apud Kennett. in Antiquit. Ambrosden. pag. 354 : *Summa reddituum assisorum de manerio Forinseco Banbury, cum molendinis Forinsecis* LIV. *l.* XIV. *s.* III. *d.*

¶ **FORINSECUM SERVITIUM.** Vide in *Servitium.*

¶ **FORINSECUS SERVUS**, in Capitul. de Villis Caroli M. num. 29.

1. **FORIS**, Extra, præpositio cum accusativo. Recapitulatio Legis Salicæ § 3 : *Si quis porcellum... Foris domum furaverit.* Occurrit passim.

FORIS esse dicuntur Gentiles, quod extra Ecclesiam sint. S. Hieronymus in Prologo in Job : *Heliu vero et Baluam typum præferunt Philosophorum, qui Aforis, id est, Extra fidem positi, insidiantur Ecclesiæ Dei.* Idem Epist. 25. ad Paulam cap. 4 : *Non debemus exire de templo, id est, de proposito Christiano, non Foras egredi, incredulitati videlicet gentilium commisceri.* Victor lib. 1. de Persecut. Vandal. pag. 12 : *Cœpit per conversationem operum bonorum venerabilis et reverendus haberi, etiam ab eis, qui Foris sunt.* Anastasius in S. Silvestro PP. : *Probatus ex omni parte, etiam et ab his, qui sunt Foris, testimonium habere bonum, etc.* Constitutio 10. in Append. ad Cod. Theod. ubi de extraneis feminis Clericorum : *Sed hac societate, seu amicitia non penetret, fama contaminat, datque sinistris rumoribus locum alterni sexus adjunctio, cum Foris positos, ac publico jure viventes ad inlecebram crimine trahit obscœnæ suspicionis exemplum.* [** Tertullian. de Præscription. Hæretic. cap. 8 : *Nationes vero nunquam penes deum.... et Foris semper.*] Commodianus Instr. 24 :

Exis inde Foris, iterum tu fana requiris.

Et Instr. 37 :

Exis pro Foribus : inde et ad idola vadis.

Vide S. Hieronymum Epist. 22. et Epist. 83. sub finem, S. Augustinum de Vera Relig. cap. 8. lib. 3. contra Parmen. cap. 4. lib. 7. de Bapt. Contra Donatist. cap. 1. lib. 3. cap. 19. et Ep. 170. etc. Sic Græcis οἱ θύραζε, οἱ ἔξω, Gentiles dicuntur non semel apud Gregorium Nyss. in Vita S. Gregorii Thaumat. Theorianum in Legat. Psellum de operat. dæmon. etc. Vide S. Ambrosium lib. 1. de Offic. cap. ult.

FORIS POSITI, dicebantur excommunicati, quod extra Ecclesiam essent, et ab ea arcerentur; *Extra Ecclesiam constituti*, apud Cyprianum Epist. 55. Idem Epist. 52 : *Quisquis jam Episcopus fieri voluerit, Foris fiat necesse est.* Et mox : *Profanus est, alienus est, Foris est.* Adde Epist. 69. 73. etc. Contra, Fideles dicuntur, *qui intus sunt*, i. in Ecclesia, apud S. Augustinum lib. 3. contra Donatist. cap. 19. *Foras exire*, hoc est, ab Ecclesiæ communione recedere, apud eumdem S. August. lib. 2. contra Crescon. cap. 4.

Foris præterea *esse* dicebantur Hæretici. Facundus Hermianensis lib. 2. cap. 2 : *Et illi quidem qui videntur in Ecclesia falsi fratres, qui utinam Foris essent, modo negantibus non resistunt, quinimo et laudantur Quod ut nos seducerent, fallaciter immiserunt : ut postea nobis ab ipsis, vel ab his, qui Foris sunt, dicatur hæreticis, etc.* S. Hieronymus lib. 3. in Ruffinum cap. ult. :

Digitized by Google

Quid loquar de hæreticis, qui licet Foris sint, tamen se nominant Christianos?

* 2. **FORIS**, Dominium, jus; *Foro*, eadem notione, Academ. Hispan. Proces. ann. 1351. MS. sub Petro III. reg. Aragon.: *Nequeant... concedere aliquod guidaticum, supersedimentum, elongamentum, aut subscriptæ contumaciæ remissionem, vel dilationem præsentis judicii, ... aut alia quæcumque, quæ in proficium, beneplacitum aut Forem aliquem dictarum personarum, vel alicujus seu aliquorum ex ipsis, possent cedere quovis modo, directe vel etiam indirecte.*

* **FORISARE**, De *foro* seu pretio rei alicujus pacisci, convenire. Immunit. ecclesiast. ann. 1433. inter Leg. Polon. pag. 97: *De tempore decimæ Forisandæ. Item quicunque dominus villæ, in ipsa villa sua decimam emere voluerit, ante festum beati Jacobi cum domino decimæ Forisare procuret; alioquin dominus decimæ decimam vendet libere, impedimento cessante domini villæ illius.* Vide in *Forum* 1. et *Forizare*.

FORISBANNIRE, In exilium agere per *bannum*, seu banno et edicto promulgato. Matth. Paris ann. 1245: *Expulsus a Scotia, Forisbannitus ab Anglia, exhæredatus in Hibernia, etc.* Ita in Capitul. Caroli C. tit. 12. cap. 6. 7 tit. 29. cap. 3. tit. 39. cap. 1. in Vitis Abbatum S. Albani pag. 70. apud Petrum de Vineis lib. 5. Ep. 107. in Concilio Lambethensi ann. 1261. cap. *de Clericis captis, etc. Forbannir* in Consuet. Andegav. art. 48. Norman. cap. 24. Beneharnensi tit. 16. art. 1. etc. [*Faire Forbanu*, in Stabilim. S. Ludovici lib. 1. cap. 31. in exilium mittere.]

¶ **Forbanisare**, Eadem notione in Tractatu inter Ludovicum Regem et Petrum Ducem Britanniæ ann. 1231. ex Archivis Castri Nannet.

¶ **Forsbanizare** et **Forsbanizatio**, in Codice Legum Norman. cap. 23. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 196.

¶ **Forsbannire**, in Tabulario B. Mariæ de Bononuncio Rotomag.

Forbanitus, in Lege Salica tit. 51. § 3. in Capit. Caroli C. tit. 12. cap. 6. in Capitul. Carlomanni tit. 1. cap. 3. in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 59. in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. § 63. [** Carol. M. 47.] in Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 49. in Constit. Sicul. lib. 2. tit. 3. apud Petrum de Vineis lib. 2. Ep. 56. lib. 3. Ep. 79. lib. 5. Ep. 111. *Forbanni* in Consuet. Norman. cap. 23. 76. 80. 100. 121. etc. *Forabanditz*, in Foris Beneharnens. *Telonea Forbannita*, vetita, in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. § 5. [** Carol. M. 15.] *Furbannitus*, in Lege Ripuar. tit. 87. Joan. Molinetus *au Chappellet des Dames*:

> Mais Fourbennis furent soirs et matins
> Cueurs orgueilleux, que rebouter on doit.

¶ **Forbannitus**, in Lege Ripuar. tit. 87. Hist. Cortusior. lib. 1. apud Murator. tom. 12. col. 785: *Ipse vero cum Antonio de Curtorodulo ejus socio fuit de Padua Forbannitus.* Pluries occurrit in Chron. Andr. Danduli ibid. col. 486. et 491.

Forbannitio, apud Petrum de Vineis, lib. 3. Epist. 48. [et in Regiminibus Paduæ apud Muratorium tom. 8. col. 383.] *Forbannissement*, in Consuetud. Norman. cap. 24.

Forbannum, Idem quod *Forbannitio*. In forbannum mittere. Capitulatio Caroli M. pro partibus Saxoniæ cap. 26: *Si quis homo fidejussorem invenire non poterit, res illius in Forbanno mittantur, usquedum fidejussorem præsentet. Si vero super bannum in domum suam intrare præsumpserit, sol.* 10... *componat.* Adde Capitulare 2. ann. 809. cap. 4. lib. 3. Capit. cap. 50. Capit. Caroli C. tit. 31. cap. 6. tit. 39. cap. 3. *In Forbanno mittere latronem*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. § 62. *Faire Forban*, seu *Forisbannitum*, in Stabilim. S. Ludov. lib. 1. cap. 31. et lib. 2. *Sentence de Forban*, in Consuetudine Britanniæ art. 11. *Droit de Forban*, in veteri Consuet. Perticensi cap. 4. [Le Roman *de la guerre de Troyes* MS.:

> Trois cent ans XL. et plus
> Avoit mis pere en Forbius,
> Ainc qu'il passast de ceste vie.]

¶ **Forbanir**, Eadem significatione, supra in *Forincatio*.] Aliud est autem

Foris Banno: Is enim dicitur *Foris banno* esse, qui *bannum* suum adimplevit. Capitul. 2. ann. 813. cap. 13: *Sed si bannus ei judicatus fuerit, et banno peracto stet in eo interim usquedum Comiti et eo, qui clamorem vel causam ad eum habuit, et tunc sit Foris banno.*

¶ **FORISBARIUM**, Suburbanum, Gall. *Fauxbourg*, quasi *foras* seu extra *barria* vel muros civitatis. Vide *Barrium*. Litteræ Philippi III. Reg. Franc. ann. 1275. tom. 3. Ordinat. pag. 60: *Scilicet quod dicta Maria et dictus Artusus vir suus ejus nomine, hæredes seu successores dicte Marie habeant exercitum et cavalgatam in dicto castro Lemovicensi et Forisbariis et omnibus pertinentiis prædictorum .. Homines in castro Lemovicensi, Forisbariis ac pertinentiis commorantes.*

* *Forbour*, in Lit. ann. 1371. et 1372. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 421. et 481. *Horsborc*, in Instr. ann. 1355. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 169. col. 2: *Item que les maisons des Horsborcs soient abatues, etc.* Quia extra burgum. Sic *Hortraire*, pro Extra aliquem locum trahere, abducere, in Lit. remiss. ann. 1450; ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 46: *Laquelle femme icellui Adam avoit Hortrait et emmené, etc.*

FORISCAPIUM, **Forcapium**, Exactio, tributum haud debitum, per vim vel contra jus captum, exactum: *Mala tolta.* Ita usurpant Capitularia Caroli M. lib. 4. cap. 36. et Capitul. 4. ann. 819. cap. 1. quod inscribitur *de Forcapiis.* [Codex Irminonis Abb. Sangerman. fol. 32. verso col. 2: *Sunt mansi serviles* v. *solvunt vini modios* x. *solvunt pullos cum ovis inter totum* CLXXXIII. *solvunt Forcapii sol.* x.] [** Brev. 7. sect. 84. Guerardo est Capitatio personalis externis sive *foraticis* imposita. Certe non est tributum vel exactio in loco Capitul.] Neque alia videtur notione capienda vox

Forchrapum in Legibus Ethelredi Regis cap. 23. [** Instit. Lundon. cap. 2.]: *Et homines Imperatoris, qui veniebant cum navibus suis, bonarum legum digni habebantur, sicut et nos..... Tres porcos vivos licebat eis emere in suas naves: et non licebat eis aliquid Forcheapum facere burhmannis, et dare teloneum suum.* Ubi exerte usurpatur pro quavis exactione. [** For, Ante, et ceap, Negotium, venditio, unde *Forceapum*, (ita legit Thorp.) Venditio in navi ipsa, antequam sit exonerata, nam merces nisi in publicum emporium adductas ibique expositas extraneis vendere non licebat. Vide *Foristallare.*]

Foriscapium, Laudimium, quod domino pro facultate alienandi feudi conceditur. Usatica MSS. Regni Majoricarum: *Instituimus certam summam super laudimiis seu Foriscapiis, quam nobis et nostris successoribus dare teneantur populatores præsentes et futuri in portione nostra intus civitatem Majoricarum commorantes*, pro venditionibus domorum et possessionum. Curia generalis Catalaniæ sub Petro Rege Arag. in villa Cervariæ ann. 1339. MS.: *Super laudimio seu Foriscapio, quod pro revocatione, seu nova acquisitione feudi, solvi debet feudi domino.* Joannes Plantavitius in Episcopis Lodovensibus pag. 277. sub ann. 1317: *Gerardus de Lodova dat causa permutationis Guillelmo Episcopo unam heminam avenæ censualis percipiendam unoquoque festo S. Genesii super agro quodam... necnon dominium, laudimium, et Foriscapium.* Charta ann. 1032: *Salvis et retentis nobis et nostris successoribus fatiga, et Foriscapio, et laudimio, quotiens prædictum feudum modo aliquo alienari contigerit.* [Charta ann. 1313. ex Bibl. Colbert. Regest. 56: *Quod vos et vestri successores præsentes et futuri possitis testari et ordinare, dare, vendere et alienare quibuscumque volueritis, exceptis militibus, de rebus vestris in futurum ad vestri voluntatem, salvo jure Foriscapii domino Regi competenti, prout in dicto castro solvi Foriscapium est hactenus usitatum.*] Tabularium Hospitalis Montis-Maurilionis in Pictonibus: *Melisendis et filii sui, Guillebandus videlicet et Theobaudus atque Ugo* (domini Tremoliæ) *dederunt pauperibus Domus-Dei Montmorlii, et solverunt, et emancipaverunt in perpetuum omnes homines Forschapche de quaque terra venerint stare in terrum Eleemosynariæ et pauperum supradictorum, exceptis illis de honore Tremoliæ. Hoc donum concessit Guillelmus Tremoliæ, quando venit Hierusalem.* In eodem Tabul.: *Ego Bernardus Vicecomes Brociæ, et uxor mea Pastorella, donamus et concedimus Deo et pauperibus Domus-Dei de Monmorillo... tot los Forchapches totius terræ et dominationis Mogniaci.* Andreas Boschus *dels Titols de honor de Cathalunya* lib. 4. cap. 5. § 3: *Non pagan Foriscapis de permutes, y si de consals morts.* Et infra: *Les Foriscapis y censos en los casos de dauhen pagar, etc.*

* **FORISCASATIO**, **Foriscasio**, Emancipatio. Libert. MSS. Barcin. ann. 1283: *De Foriscasione. Item est consuetudo Barchinonæ, quod si filius est foris casatus de voluntate patris cum uxore, et filia cum marito, quod habeantur pro emancipatis. Item quod facta Foriscasatione, filius vel filia potest facere testamentum et alios contractus, sine voluntate patris.* Vide *Forifamiliare* et *Foriscasatus.*

FORISCASATUS, Emancipatus, extra

Digitized by Google

causam positus, in Curia Generali Catalaniæ, celebrata Perpiniani sub Petro Rege Aragon. ann. 1351. MS.

¶ **FORISCELATUS**, Male et fraudulenter celatus, absconditus, non solutus, cui debebatur. Charta Guidonis Comitis Flandriæ ann. 1237. in Tabulario S. Bartholom. Bethun.: *Item debent habere ibidem dicti Præpositus et Capitulum thelonia, foragia, cambagia, et omnes emendas redditnum Foriscelatorum, metarum absradicatarum sive remutatarum absque mesleia. Ventes Forcelées*, in Consuetud. Silvanect. art. 246. nostris *Recelées*, occultæ.

* *Forcheler, Fourchelles* et *Fourceller* nostri dixerunt, eodem significatu. Charta ann. 1249. in Chartul. 21. Corb. fol. 99 : *Et s'il avenoit cose par aventure que aucuns emblast ou Forchelat le tonlieu au remonter ou au ravaler, le poent arrester le sergant de l'abbé et convent, et leurs commander pour faire loi selonc les us et coustumes de Moreul.* Reg. 13. ejusd. monast. sign. *Habacuc* ad ann. 1511. fol. 86. v° : *Et s'il advenoit qu'il y eust aucuns desdiz droix Fourchellez ou anichillez, il sera tenu de les recouvrer à ses propres coustz, frais et dépens.* Libert. urbis Calesii renovatæ a Mathilde comit. Attrebat. ann. 1304. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 365 : *Une france vérité doit estre en l'an de toutes choses Fourcellées.* Hinc *Sang Forcelé* dicebatur, cum vulnus judici celabatur. Vide supra *Celari*. Charta Joan. Attrebat. comit. Augi pro commun. S. Valer. ann. 1376. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. : *Item qui fera plaie à sang, . . . il payera . . . . lx. sols Parisis d'amende; . . . . et semblablement, si le sang estoit Forcelé trois jours, il seroit enchu en vers nous et envers lesdiz maieur et eschevins en lx. sols Parisis d'amende.* Neque aliter intelligendæ Lit. ann. 1291. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 294. art. 1 : *Quatre deniers du sanch, et se il estoit Forcheles, soixante solz pour l'amende ou l'eswart du maieur et des eskevins.* Hinc *Forchele* dicitur, qui statuto die censum domino non solvit. Vide quæ annotantur a D. *Secousse* in hunc locum, et repetuntur supra ad vocem *Folgare*.

* **FORISCETA**, Alienigena, extraneus. Charta ann. 1358. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 406 : *Cum omnimoda jurisdictione Foriscetarum seu alienigenarum, qui non sunt de toto Sabaudiæ comitatu.*

FORISCONSILIARE, FORCONSILIARE, FORSCONSILIARE, Male consulere, malum consilium dare. Vitam vel honorem alteri, aut alterum in vita vel honore *Forconsiliare* dicebatur, qui *malo consilio* in illius vitam vel honorem machinabatur. Capitularia Caroli C. tit. 8. et Annales Franc. Bertiniani ann. 851 : *Ut nemo suo pari suam regnum, aut suos fideles, vel quod ad salutem et prosperitatem ac honorem regium pertinet, discupiat, aut Forconsiliet.* Capitularia Caroli C. tit. 26 : *Adjutor ero ad regnum illorum continendum, et nec in vita, nec in membris, neque in regno illorum eos Forisconsiliabo.* Occurrit ibi non semel, et in Annalib. Franc. Fuldensibus ann. 860. ubi *verum consilium* opponitur *Forconsiliationi*.

Atque inde, in hominiis, vassalli dominis bona fide consilium daturos sese pollicebantur. Hominium Guillelmi de Petrapertusa, præstitum Simoni Comiti Montisfortis ann. 1217. in Tabulario Carcassonensi fol. 10 : *Vobis, Domine Simon, promisi, quod contra inimicos vestros vobis bona fide dabo consilium, auxilium tenebo et favorem, etc.* Aliud Raymundi Peleti ann. 1220 : *Juro etiam vobis, quod non ero in Consilio vel favore, quod vos amittatis vitam, vel membra, vel vitam, etc.* Vassallus igitur qui contra ejusmodi sacramentum, seu hominium hostibus domini sese adjungebat, *Forisconsiliare* dicebatur. *Forconseiller* nostri etiam dixere. L'Ordene de Chevalerie *d'Hues de Tabarie* MS. :

> Dame ne doit ne Damoiselle
> Pour nule rien Fourconsillier,
> Mais s'eles ont de lui mestier,
> Aidier leur doit à son poeir.

Robertus Bourronus in Historia MS. Merlini : *Merlin qui moult estoit sages et boin conseil, ne onques ne Forconsilla.* Apud Froissartem 4. vol. cap. 86. perperam editum *Fortconseillé* pro *Forsconseillé* : *Et remonstra ce propos doucement et sagement au peuple, qui estoit Forconseillé et accueilli de mal faire.* Vide Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 61.

¶ **FORIS DECANUS**, Dignitas ecclesiastica, forte Decanus ruralis, *Doyen rural.* Charta S. Illidii Claromont. ann. 1215 : *In crastinum S. Luciæ Missa et annua Domini Petri de Crotis quondam Canonici et Foris-decani minoris hujus Ecclesiæ.* Vide *Decanus*.

* **FORISDECANATUS**, Dignitas *Foris-decani* in quibusdam ecclesiis et monasteriis; is forsan designatur, ad quem jurisdictio in ecclesias *foraneas* a principali dependentes pertinebat : de Decano rurali minus apte expositum est supra. Bulla Clem. VI. PP. ann. 1342. inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. col. 148 : *Propter plurimos in ipsa ecclesia personatus et officia obtinentes, videlicet abbatem, præpositum, decanum, qui dignitates Forisdecanatum, etc. Supplicastis ut de prædictis dignitatibus, personatibus et officiis, abbatiam, Forisdecanatum et præcentoriam, etc.* Stat. Clem. IV. PP. pro eccl. Anic. ann. 1267. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 480 : *Forisdecanus major centum solidos : minor vero Forisdecanus quinquaginta solidos, etc. Forisdecani* meminit præterea Charta Petri abb. Gellon. ex Tabul. ejusd. monast.

1. **FORISFACERE**, Ugutioni, est *Offendere, nocere, quasi Facere foris, i. extra rationem.* Ex Glossis Isid. et Pithœi, *Forisfacio, offendo, noceo.* [*Forisfacere* S. Bernardo Tract. de erroribus Manichæorum, Crimen facere.] [** Petr. Except. Leg. Roman. lib. 3. cap. 53 : *Si mando tibi, ut alicui inimico meo furtum facias vel aliter offendas, antequam Forfacias, paciscor vel transigo cum inimico meo, tu vero post Forfactum facias, quæritur, etc.*] Epicedium Erici Regis Daniæ, apud Pontanum lib. 7. Rerum Danicarum : *Oro omnes, quibus aliquid Foreseci, ut mihi per suam gratiam indulgeant.* Vox passim obvia *Forisfactus*, qui forisfecit. Leges Edw. Confess. cap. 18 : *Si quispiam Forisfactus poposcerit Regis misericordiam pro Forisfacto suo, etc. Forfactus de vita*, in Lege Ripuar. tit. 77. id est, ob malefacta dignus, cui vita adimatur ex Legibus, [vel simplicius Privatus vita, ut ab Eccardo exponitur in suis ad hanc legem animadversionibus, ubi observat Tilium legere *Forfaictus.*] *Forisfactus servus*, homo liber, qui ex delicto servus factus est, in legibus Athelstani Regis cap. 3.

¶ **FORFACERE**, in Litteris Caroli Johannis Franc. Regis primog. ann. 1258. tom. 3. Ordinat. pag. 321 : *Inhibendo... ne predictis Ecclesie vel sic susceptis aut alteri eorumdem in capite vel in membris... vel personis eorumdem et cujuslibet ipsorum, Forefacere audeant vel presumant.* Vide Lobinelli Gloss. tom. 3. Hist. Paris.

¶ **FORIFACERE**, Eadem significatione. Litteræ Richardi I. Regis Angl. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 991 : *Si quis ei super hoc in aliquo Forifacere presumpserit, plenariam ei inde justitiam sine dilatione fieri facintis.* Occurrit præterea in Charta ann. 1213. apud Thomasser. in Biturig. pag. 80.

FORISFACERE FEODUM *propter feloniam*, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 88. Ex delicto, forefacto, vel crimine, illud perdere, confiscare. Eædem Leges cap. 43 : *Qui furtum fecerit, qui proditor domini sui fuerit, quicumque ab eo in obviatione hostili, vel bello campali fugerit, vel victus erit, vel felonium fecerit, terram suam Forisfecit.* [D. *Brussel* de Feudorum usu tom. 1. pag. 233. ex Regesto magnorum dierum Campaniæ fol. 89 : *Injunctum est dicto Ballivo, ut dictum Miletum Clericum, ut dicitur, extra sacrosancta religiosa capiat et reddat loci Episcopo, pro ipso puniendo super facto perpetrato; et quod omnem hereditatem dicti Clerici, de qua erat dictus Clericus tenens et possidens tempore multri facti, in manu domini Regis tanquam Forefactam capiat et detineat.*] Eodem sensu *Forfaire son fief, sa justice*, in Consuetudin. Senonensi art. 183. Vitriacensi art. 4. Hannoniensi cap. 77. 85. 86. Camerac. tit. 1. art. 62. in Chronico Flandr. cap. 16. et apud Froissart. 3. vol. cap. 96. *Forfaire son Comté, ses heritages, Forfaire corps et avoir*, in Consuetud. Montensi cap. 12. 22. et in Chronic. Flandr. cap. 26. 40. 81. Tabular. Vindocinense Ch. 63 : *Pro qua re accepit Comes Gosfredus fevum suum, quod ille Forisfecerat. Forfactæ res*, caducæ per delictum, et in fiscum relatæ, in Lege Longob. lib. 3. tit. 33. [** Pippin. 32.] [*Forisfacta catalla*, in Codice Legum Normann. cap. 20. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 192. *Forisfactura omnium bonorum*, apud Rymerum tom. 2. pag. 195.] *Chose Forfeit*, apud Littletonem sect. 74. *Terres Forfaites*, in Charta Gall. ann. 1266. in Probat. Hist. Guinensis pag. 291. Casus alios, quibus vassallus feudum suum forisfacit, collegit Spelmannus ex libris feudorum, in Verbo *Felo*. Vide *Committere*.

* **FORFACERE MEMBRUM**, *Forefactum* seu crimen committere, ob quod quis dignus est, cui membrum amputetur. Charta Guil. ducis Norm. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 191 : *Dictus Henricus le Mareschal et ejus hæredes habeant . . . eorum et eorum qui membra sua Forefacient, et de domibus*

Digitized by Google

quæ cremabuntur, forefacturas. Si Forisfecerit membrum, in Ch. commun. Rotomag. ann. 1204. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 673. art. 9.

Forisfactura, Crimen, delictum. Leges Edw. Confess. cap. 32 : *Friborgi causulas tractabant, et secundum Forisfacturas emendationes capiebant.* [Histor. Beccensis MS. pag. 310. in Archivis ejusd. Monasterii : *Hoc ferme tempore* (ann. 1110.) *fuit concessa Ecclesia S. Philiberti super Rislam Monachis Becc. jure perpetuo obtinenda a Joanne Episcopo Lexoviensi et Capitulo, cum tali privilegio et libertate, ut nunquam cessarent a divino officio pro Forisfactura cujuslibet hominis.*]

¶ Forfaitura, Eadem notione, in Tabular. S. Victoris Massil. : *Signoretus et uxor ad expiandum Forfaituram quam S. Petro et Saturnino commiserant dant unam vineam in emendationem.* Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1640 : *Ricardus de Harcourt tenet Baroniam S. Salvatoris de domino Rege per servitium quatuor militum : scilicet debebat quinque, quando Baronia erat integra, scilicet quintum venit ad Regem ex Forfaitura Johannis de Harcuria.*

¶ Forisfactura Mobilis. Codex Legum Normann. cap. 23. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 196 : *Ad Ducem etiam pertinent omnes Forisfacturæ mobiles; mobiles autem Forisfacturæ sunt catalla eorum seu mobilia, qui per judicium damnati sunt.*

* Forefactum, Exactio haud debita, per vim et contra jus percepta; quo sensu sæpissime occurrit. Testam. R. Bereng. comit. Prov. ann. 1238 : *Solutis tamen prius debitis nostris, et tortis nostris et Forefactis emendatis de dictis albergis..... Item assignamus civitatem Niciæ.... et castrum de Albarono et castrum de S. Albano.... ut de proventibus dictorum locorum.... satisfiat eodem modo.... pro tortis et Forefactis emendandis et debitis exsolvendis.* Vide *Foriscapium.*

Forisfactura, Mulcta, vel emenda ob *forisfactum*, seu delictum. *Amende des Forfaitures*, apud Froissart. 1. vol. cap. 116. Leges Edw. Confess. cap. 36 : *Inveniant plegios tales, qui possunt reddere Forisfacturam, id est, were suum, nisi possunt disrationari.* Infra : *Reddat Episcopo tres Forisfacturas, etc.* Leges Willelmi Nothi : *Reddatur de rebus hujus hominis quod calumniatum est,... et insuper Regi Forisfactura.* Ordericus Vitalis lib. 13. pag. 901 : *Omnes Forisfacturas reis indulsit.* [Vide Acta SS. April. tom. 2. pag. 938.]

¶ Forefactura, Eodem significatu. Litteræ Philippi Fr. Reg. ann. 1290. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1234 : *Emendam vero seu Forefacturam quam petebamus occasione homagii hactenus per eumdem nobis non impensi... eidem* (Comiti Hannoniæ) *remisimus.*

¶ Forfectura, Eadem notione, in Litteris Philippi Pulcri Reg. Fr. ann. 1307. apud Menester. inter Probat. Hist. Lugdun. pag. 43 : *Remittimus et ex causa compositionis quittamus Archiepiscopo... omnes et singulas commissiones, Forfecturas, emendas, offensas, rebelliones, etc. Forfacture*, in Edicto Ludovici X. ann. 1315. ibid. pag. 88 : *Et fut dit par Arrest que les Forfactures seroient mises à exequution et les Santances publiées.* Charta Philippi V. Reg. Fr. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 104 : *Philippes Roy de France otroia à heritage à Adam de Meullent son Panetier, et à son hoir masle tant seulement, pour cause et en remuneration dudit service, une Forfaiture, que icelui Adam tenoit avant du don dudit Roy à sa volonté, estimée valoir par an, par enqueste sur ce faite environ* xxxi. *livres Parisis, laquelle Forfaiture étoit venue au Roy en commis par le delit ou malefice de maistre Jean le Mesnager de Courbeil. Forfaire l'amende*, in Consuetud. Namurc. art. 97. est mulctam incurrere.

* Forfaitura, Idem. Lit. Ricardi reg. Angl. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 317 : *Prohibemus ne aliquis eos inde desturbet, super Forfaituram decem librarum Turon. Forfait*, eadem acceptione, in Charta ann. 1215. tom. 4. earumd. Ordinat. pag. 390.

Forisfactura Plena, Plena mulcta, integra, Saxonibus *wyta plena*, et *fulwite.* Leges Willelmi Nothi : *Ita quod nullus alii forisfaciat in nullo super Forisfacturam nostram Plenam.* Infra : *Et ista præcepta et statuta non sint violata super Forisfacturam nostram Plenam. Super Plenaria Forisfactura*, apud Knyghton. lib. 3. cap. 10. pag. 2521.

¶ Forefacta, ut *Forisfactura*, Mulcta. Charta Caroli Regis Fr. ann. 1494. in Chartulario Monasterii Belliloci : *Nec non si burgenses inter se purgare voluerint bellum in ipsa villa.... et bellum et omnis Forefacta sit Monachis.*

Forefactum, Delictum, crimen, *Forfait* nostris, in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 42. et alibi passim.

¶ Foraspactum. Charta sub Chuonrado Rege Indict. 6. ex Chartular. Aptensi fol. 22 : *Tibi cedo aliquid de hæreditate mea per Forasfactum quod tibi feci, ut cum te finem habeam.*

¶ Forfactum, in Chartulario sancti Audomari, apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 240. et in Translat. S. Hunegondis sæc. 5. Bened. pag. 223.

¶ Forfatum, in Charta anni 1409. inter Schedas Præsidis *de Mazaugues* : *Pro delictis criminalibus et Forfatis, etc.*

¶ Forifactum. Charta ann. 1122. in Chartulario Aptensi fol. 16 : *Nec auferemus tibi vel tuis, nisi pro Forisfacto, quod nec esdire, nec emendare possitis aut velitis.* Charta Guidonis Comit. Nivern. ann. 1231. tom. 3. Ordinat. Reg. Franc. pag. 117 : *Quod si forte caperetur, Burgenses possent captum excutere a quocumque capiente sine se mefacere; exceptis pro tribus Forifactis, furto, raptu et homicidio.* Occurrit præterea in Chartular. S. Vincentii Cenomanens. et apud Thomasser. in Biturig. pag. 80.

¶ Forisfactum, in Charta ann. 1197. inter Schedas D. *Lancelot* : *Liber et quittus recedat, nisi Forisfactum fecerit, et si Forisfactum fecerit, ad judicium ville antequam recedat illud emendabit.*

¶ Forefactum Regium, in Regem commissum. Charta ann. 1139. inter Instrum. tom. 5. Gall. Christ. col. 295 : *Si autem* (Ecclesia Ninivensis) *Principis provinciæ sive cujuscumque Forefacto regio fuerit imbanita* (i. e. ob crimen in Regem commissum interdicta) *remotis excommunicatis divinum in Ecclesia permittimus officium celebrari.* Vide *Imbannire* in *Bannum* 1.

Forisfactum, Ipsa pro forisfacto mulcta, in Regiam Majest. lib. 1. cap. 18. § 2. Quoniam attach. cap. 74. § 2. et alibi non semel. Epist. 488. tom. 4. Hist. Franc. : *Forefacta villæ nostræ, et tertiam totius redditus nostri sibi vi usurpat. Amende de Forfait*, in Usagiis Ambian. MSS. : *S'aucuns qui n'est mie de quemugne, estranges ou forains fiert, ou navre, ou fourfache home de quemugne, double Amende du Fourfait paiera.*

Forefacta Magna, Quorum cognitio ad dominum, qui altam justitiam habet, spectat. Charta Odonis Ducis Burgundiæ ann. 1206. apud Perardum pag. 297 : *Omnia namque Magna Forefacta communiter ad Dominum Episcopum et ad me spectant, sicuti multra, homicidia, furta, adulteria, violenti concubitus feminarum, falsæ mensuræ, edicti communis contemptus et fractio, casus in bello campestri, et in judiciis deprehensio.* Vide pag. 323. 444.

Forisfactum extra Legem, id est, quod non *lege* seu mulcta, sed morte luitur. Charta Odonis Dom. Hamensis ann. 1227 : *Si quis hominem occiderit infra clausuram villæ Hamensis, vel forte Forefactum fecerit extra legem, statim postquam occisus fuerit homo, vel Forefactum extra legem factum, Dominus Hamensis potest capere mobilia et catela delictoris, etc.* Titulus Chartæ concipitur : *Du Cas hors loy.*

Esse in Forefacto Domini, dicitur is, qui ex delicto in commissum cadit. Tabularium Episcopi Parisiens. : *Si maritaverint se extra familiam Episcopi vel Comitis, sine consensu Episcopi, ipsi et res eorum sunt in Forefacto Episcopi.*

¶ Forifactor, Qui *Forifactum* commisit, in Charta ann. 1213. apud Thomasser. in Biturig. pag. 80 : *Si Forifactor judicium expectare noluerit, etc.*

¶ Forisfactor *vel delinquens*, in Charta ann. 1232. apud Miræum tom. 2. pag. 1219. col. 2.

2. **FORISFACERE**, Alia notione. Charta Berengarii et Adelberti Regum Italiæ, apud Ughellum in Episcopis Vercellensibus : *Legitimam facimus traditionem et corporalem investituram, et ita nos exinde privamus, et Forisfacimus.* Id est, exuimus, vestituram et possessionem dimittimus. Charta alia : *Et me exinde Foris expuli, warpivi, et absentem feci.* Vide *Absens.*

FORISFAMILIARE, Aliquem *foris familiam* ponere, emancipare. Dicitur vero proprie filius *Forisfamiliari*, cum partem hæreditatis a patre vivente accipit, eaque contentus est, ita ut amplius petere non possit. Regiam Majestat. lib. 2. cap. 33. § 7. 8 : *Potest siquidem filius in vita patris sui Forisfamiliari, si pater quandam partem terræ suæ sibi assignet, et saisinam faciat inde sibi in vita sua, ad petitionem et bonam voluntatem ipsius filii, ita quod de tanta parte terræ sit ei satisfactum. Tunc non poterit hæres ipsius filii, de corpore suo genitus, aliquid amplius petere contra patruum suum de residua parte hæreditatis avi sui, quam partem patris sui.* Vide Leges Burgor. Scoticor. cap. 124. et 125. § 4. Bra-

Digitized by Google

cton. lib. 1. cap. 10. § 1. et Skenæum de Verbor. significat.

* Sent. arbitr. ann. 1223. ex Chartul. S. Steph. Autiss.: *Cum dictus Nalinus non sit separatus vel Forisfamiliatus a Regnaudo fratre suo majore Egligny, dicimus quod nec burgesiam potuit percipere apud S. Mauricium, nec per dominum Drochonem potuit aut potest, quandiu Forisfamiliatus non fuerit, se reclamare, nec dominus Drocho eum retinere.* Ubi *Forisfamiliatus* dicitur is, qui, paterna hæreditate inter fratres divisa, partem sibi competentem accepit; cui usque eo non licet alium sibi ascescere dominum ab eo, quem agnoscebat pater.

* **Foripamiliare**, Idem. Charta Blanchæ comit. Trec. ann. 1218. in Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris.: *Donavi.... ecclesiæ S. Memmii Cathalaunensis uxorem Grisi, fratris Henrici Guemart, hominis ejusdem ecclesiæ, feminam meam de corpore, cum pueris suis, qui tunc non Forifamiliati erant.* Alia ann. 1322. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 228: *Sitost comme il seront Forfamilié de leurs peres et il venront à tenir mariage, etc.*

¶ **Forisfamiliatus**, Emancipatus. Charta ann. 1251. in Chartulario AB. Sangerman. fol. 227: *Super dicto molendino nichil poterat reclamare* (Sanctysma pro sua filia) *eo quod dictus Renoldus erat tempore mortis suæ homo eorumdem Abbatis et Conventus de corpore, ut dicebant, nullos habens hæredes de suo corpore in potestate sua existentes, ut dicebant, et dicta Sanctysma jam erat Forisfamiliata et maritata cum ipso Johanne, quando idem Renoldus decessit.* Filiæ extra proprii domini feudum maritatæ parentum hæredes esse non poterant. Vide *Forismaritagium*.

FORISFAMULARE, Idem quod *Forisfamiliare*, in Fleta lib. 1. cap. 7. § 5. cap. 27. § 2. lib. 2. cap. 52. § 7.

FORISFANGIUM. Vide *Forfang*.

FORIS HABITANS, qui et *Forinsecus*, extraneus, nostris *Forain*, in Legibus Burgor. Scoticor. cap. 3.

FORISJUDICARE, Forjudicare, Rem, aut possessionem quampiam per judicium vel sententiam *abjudicare*, auferre; possessione exuere, privare. Breve, apud Bractonum lib. 4. tract. 3. cap. 5. § 2: *Et non permittas quod A. capitalis dominus feodi illius habeat custodiam illius terræ, quia in prædicta curia nostra Forisjudicatus de illa custodia, eo quod terra illa teneri debet de socagio, etc.* Ubi Bractonus ipsa voce *abjudicatus* utitur: *Custos Abjudicatus est de Custodia sua, forte propter vastum, etc.* Chronicon vernaculum Franciæ MS. incipiens ab anno 1222. desinens in ann. 1293: *Et fut Fourjugié au Roy d'Engleterre toute Guscoigne, et toute la terre qu'il avoit ou Royaume de France.* Historia Gall. Dovorensis Cœnobii tom. 2. Monastici Angl.: *Agardé feust que cele charte n'avoit nule valor, et ensi fust le Priour et le Chapitre de Canterberi Forjugé de leur demande.* Adde Leges vernaculas Guillelmi Nothi cap. 39.

Forisjudicati dicuntur rei criminis atrocioris, qui in judicium per bannum publicum citati, non comparent, annoque elapso, omni defensionis aditu per *sententiam forjudicationis*, ab ipso judice de novo pronuntiatam excluduntur, et pro damnatis habentur. [Chr. Dominici de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 574: *Tunc præfata Regina responsalibus dicti Comitis acceptis, eas ordinato Consilio legi jussit, et lectis earumque tenore suscepto, eumdem Comitem, consilio sibi dato, Forjudicationis sententia condemnavit.*] Fridericus I. Imp. in Const. Sicul. lib. 2. tit. 3: *Pœnam eorum, qui in contumacia perseverant, dignis stipendiis prosequi cupientes, statuimus, si quis infra annum a die banni edicti numerandum, coram Magistro Justitiario, qui eum bannierat, minime comparuerit, vel etiam successori ejusdem, bonis suis, ut prædictum est, infiscatis, post ipsius anni decursum, eumdem Forjudicari debebit, nulla omnino licentia postea remanente, se super principali causa criminis defendi. Sed perinde habeatur ac si confessus de crimine, de quo accusatus fuerat, esset per definitivam sententiam condemnatus. Sic Forjudicatus habebitur, prout in aliquibus nostri Imperii partibus nuncupantur, quasi foris omnem aditum judicii constitutus. Interim sibi judicii limina præcludentur, quod se contumacem etiam fuisse negare non possit, qui nec per se tempore tanto comparuit, nec per alium prætendentem legitimam causam suæ absentiæ et probantem extitit excusatus. Nullo sibi appellationis seu supplicationis remedio Forjudicatus superesse cognoscat, quoad omnia fere pro mortuo habeatur, et hostis publicus reputetur, sic ut ab omnibus offendatur impune, adeo quod si ipsum occiderit aliquis, nullam proinde calumniam mereatur; sed præmium a gratia nostræ Serenitatis expectet, etc.* Adde lib. 1. tit. 54. § 1. lib. 2. tit. 4. 6. 7. 8. 9. [et Statuta MSS. Caroli I. Regis Siciliæ cap. 88. 89. 91. 92. 93. 104.] Huc spectat, quod habet Henricus Knyghton. lib. 2. cap. 4. ann. 1087: *Quod si more solito latro taliter egerit, et forte fortuito ad Ecclesias vel ad Sacerdotum domus frequenter evasit, ablatione restituta, Forjuget et redeat: et si forte reditum fecerit, nullus eum hospitari præsumat.* Ubi lego *Forjugé* (id est, *Forjudicatus*) *non redeat.* Assisiæ Hierosol. MSS. cap. 195: *Se un home est ou plusiours ont fait trayson vers le Seignor, et ils sont Forjugez par esgart, ou connoissance de Court come traitours, à moi semble que eaus et tous les heirs de celui, ou de ceus qui ensi sont Forjugés, sont desheritez dou fié, et de l'heritage qui estoit des Forjugez ains que il fit la trayson, come ceus qui y furent puis nés, etc.* In Charta ann. 1266. in probat. Hist. Guinensis pag. 291. *Terres Forjugées*, sunt prædia confiscata. Adde Jacobum Hemricurtium de Bellis Leod. cap. 2. et Pactum Tongr. ann. 1403. in Magno Recordo Leod. pag. 41. 44.

FORISJURARE, Forjurare, Ejurare, abjurare rem aliquam, *Quitter, abandonner. Forisjurare parentelam, et de ea se tollere*, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 88. Adde Consuetud. Hannoniæ cap. 45. [Leges Balduini Flandriæ Comitis de homicidio ann. 1200. inter Anecd. Marteniana tom. 1. col. 766: *Si homo hominem interfecerit, et ille homicida aufugerit, ejus amici et proximi eum abjurare et Forjurare debent. Qui vero eum Forjurare noluerit, talis est qualis et homicida, qui aufugerit, quousque eum Forjuraverit. Si quis cum homicida fugerit... infra annum redire potest et Forjurationem facere... Amici et cognati illius hominis qui occisus fuerit, debent assecurare omnes homines illos, qui homicidam Forjuraverunt.*] Arestum O. SS. ann. 1264. in 1. Regesto Parlam. f. 140: *Noluerunt facere assecurari, nisi ipsum fratrem suum Clericum Forjuraret.* Aliud Arestum Pentec. ann. 1266. fol. 150: *Determinatum fuit, quod idem Poincardus ponere poterat extra ipsam treugam dictum fratrem suum ex causa de novo superveniente inter ipsum et fratrem suum. Præcepit tamen Curia, quod ipsum fratrem suum Forjuraret, et de se et aliis treugam daret. Provinciam Forisjurare*, in Legib. Edwardi Confess. cap. 6. *Villam Forjurare*, in Epist. 221. quæ exstat tom. 4. Hist. Francor. [*Forisjurare virgatam terræ et quietam clamare de se et de hæredibus suis*, apud Thom. *Madox* Formul. Anglic. pag. 179. *Forsjurare patriam*, in Codice Legum Normann. cap. 24. apud Ludewig. tom. 7. pag. 199.] *Forjurer sa Chastellerie*, in Stabilim. S. Ludovici lib. 1. cap. 31. *Forjurer la terre*, in primo Statuto Westmonast. cap. 15. Vetus Charta vernacula post Chronicon W. Thorn pag. 2205: *Et hors de Staplegate Forjura la terre le Roi, et porta la crois à la meer. Forjurer le pais*, in Consuet. Normann. cap. 23. 24. 80. 82. etc. Petrus *de Langtoft* vetus Chronographus Rythmicus:

> Thomas de Weylande en banc primes nomé,
> Par agard du court le regne a Forjuré.

Le Roman *de Parise la Duchesse* MS.:

> Fait m'a li Dus mes Sire ma terre Forjurer.

Tabular. Leprosariæ Pontis Audomari: *Forjuraverunt dictam terram coram nobis, ita quod nihil de cætero in ea de jure possint reclamare.* Vide Brittonem in Legib. Angl. cap. 3. Consuetud. Hannoniensem. cap. 45. etc. *Forjurer ami charnel*, apud Petrum *de Fontaines* in Consilio cap. 13. Willelmus *Guiart* ann. 1304:

> Qui orent par fausse promesse
> Receu Jean de Renesse
> A Seigneur come parjuré,
> Et l'oir de Henaut Forjuré.

Le Roman *d'Aubery* MS.:

> Qui Forjuré ont l'enfant Auberi.

Forjurez de franche ley, apud Britton. pag. 134. v. qui juri stare non possunt, quorum in jure non recipiuntur testimonia. [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Ausschweren*, col. 182.]

* *Faire fourjur*, eodem sensu, in Charta ann. 1393. ex Reg. 144. Chartoph. reg. ch. 258: *Gillart le Grand fist adjourner à Mons Colard de Midelay pour faire Fourjur selon l'usage du pais. Fourjurer*, quasi in foro jurare, in aliis Lit. ejusd. ann. ibid. ch. 294: *Il convint que les prochains du lignage d'icellui Guillaume demourans audit pays* (de Hainaut) *Fourjurassent, selon la loy et coustume dudit pays, qu'ilz ne aideroient, ne consilleroient aucunement en ce fait ledit Guillaume.* Aliæ ann. 1411. in Reg. 166. ch. 38: *L'official de l'évesque d'Angiers commanda au suppliant appariteur qu'il citast icellui Blanchart pardevant lui, pour*

Digitized by Google

Forjurer et séparer de sa compaignie icelle concubine.

☞ Qui vero parentelam alicujus ejurabat, cadebat eo ipso jure succedendi in illius bonis, ut colligitur ex laudatis supra Henrici I. Reg. Angl. Legibus cap. 88 : *Si quis propter faidiam vel causam aliquam de parentela se velit tollere et eam Forisjuraverit, et de societate et hæreditate et tota illius ratione se separet.*

FORISMARITAGIUM, appellabant forenses nostri eam præstationem, quæ a servis, seu adscriptis glebæ, exsolvebatur, pro facultate conjuges sibi adscribendi ex libera conditione ac ingenua, ut est in Consuet. Trecensi art. 3. Calvimontensi art. 3. Vitriacensi art. 144. et Meldensi art. 78. Remensi antiqua, etc. vel ex servis alterius dominii, ut habent passim veteres Chartæ. *Mesmariage* et *Formariage*, promiscue in Charta Joannis Vicedomini Catalaunensis ann. 1300. in Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. ann. 1299. Ch. 32. ex Tabul. Regio. Atque id quidem, etiam stante Romanorum republica quadantenus obtinuisse, testatur Tertullianus lib. 2. ad Uxorem : *Nonne quique domini et disciplinæ tenacissimi, servis suis Foras nubere interdicunt? scilicet ne in lasciviam excedant, officia deserant, dominica extraneis promant, etc.* Vide Gregorium M. lib. 10. Epist. 27. Lege Wisigoth. lib. 3. tit. 2. § 5 : *Quicumque ancillam suam servo alieno sine conscientia domini sui uxorem dedisset, dominus servi ancillam ipsam cum filiis sibi vendicabat.* Lege pariter Salica tit. 27. § 6. *servus ancillam alienam sine voluntate domini accipere non poterat.* Sed et nec conservam suam, ut est apud Eginhardum Epist. 16. quod et in Jure nostro obtinuit : neque denique liberam, ut est in Ep. 15. Charta Theoderici Abb. S. Maximini Trever. ann. 1065. apud Duchesn. in Probat. Hist. Luxemburg. pag. 29 : *Nusquam nisi inter se villani aut mansionarii nubant, aut uxorem ex familia S. Petri sine nostro consensu accipiant, ita tamen ut alteri Ecclesiæ altera damnum non inferat ; sed per successiones filiorum ac filiarum utrique Ecclesiæ quod suum est, ad ultimum redeat ac remaneat.*

Quod si sine domini consensu cum extranea, vel extraneo nuptias iniissent, in illius *forisfacto* erant, ut et eorum bona, id est, in caducum veniebant. Tabularium Episcopi Paris. ex Bibl. Puteana : *Hæ sunt consuetudines istorum hominum : talliam nobis debent. Si maritaverint se extra familiam Episcopi, vel Comitis, sine consensu Episcopi, ipsi et res eorum sunt in Forisfacto Episcopi, et escheementa sunt Episcopi, etc.* Consuetudo Britanniæ cap. 9. art. 22 : *Es lieux où on a accoustumé de prendre Feurmariage, le Seigneur de la mainmorte prend pour le Feurmariage de la femme mainmortable les heritages qu'elle a sous lui, et au lieu de sa mainmorte, ou autant vaillant qu'elle emporte en mariage, au choix de la dite femme.* Cujus quidem moris memorabile quoddam refertur exemplum a Joanne Hocsemio in Hist. Episcopor. Leodiens. lib. 5. cap. 23. sub ann. 1296.

Ejusmodi vero conjugia servorum, qui diversos haberent dominos, non dirimi, sanxit Additio 3. Capitular. cap. 28. et Concilium Cabilonense II. cap. 30. Aliter tamen statuit Capitulare Ahytonis Episc. Basileensis cap. 21 : *Ubi vero mancipia non unius, sed diversæ potestatis juncta fuerint, nisi consentientibus utrisque dominis, hujusmodi copulatio rata non erit.*

Enim vero cum dominis haud interdum superessent tot servi adscriptitii, ut inter se nuptias possent inire, cogebantur alterius conditionis, vel dominii viris seu feminis matrimonia contrahendi facultatem iis impertiri : quæ quidem venia certa ac modica præstatione redimebatur ab adscriptitiis, ita tamen ut eam denegare dominis haud liceret, quod habet diserte Consuetudo Vitriacens. art. 144. et Remensis Præposituræ, hisce verbis : *Homme de corps ne peut prendre par mariage femme d'autre condition que de la sienne sans le congé de son Seigneur, lequel congé ledit Seigneur ne lui baillera, si bon ne lui semble. Et si ledit homme de corps prend de fait sans le congé du Seigneur femme d'autre condition, que de celle dont il est, il choit pour ledit Formariage envers son dit Seigneur en amende de* 60. *sols* 1. *denier. Et ou il demande le congé à sondit Seigneur, posé ores qu'il ne l'ait obtenu, il n'est tenu de la dite amende, et est seulement tenu bailler audit Seigneur le tiers de ses biens tels qu'il les avoit au jour et heure de sondit mariage, et selon la condition qu'il est pour l'indemnité dudit Seigneur.* Tabularium Bellilocense Ch. 95 : *Breve de exemptis, quæ vicarii de Favars habent in terra S. Petri : . . . homines vero de terra S. Petri non accipiant mulieres extraneas deforis, dum in ipsa terra invenire poterunt feminam, cum qua jungantur. Similiter et de feminis sit, dum in ipsa Curte inventi fuerint homines, cum quibus jungantur legaliter. Quod si Judex aut Vicarius constitutionem hanc trangressi fuerint, pro ullo malo ingenio secundum legem, emendent Abbati, aut Præposito. Ipsa vero lex* 60. *solidis sit. Et si rusticus fecerit sine consilio ipsorum, legem suam emendet : et ipse homo aut femina in ipsa terra revertatur illic, ubi ipsi elegerint, sine bausia* (*rausia.*) Charta Communiæ Meldensis ann. 1179 : *Homines de Communia uxores, cujuscunque potestatis voluerint, ducent, licentia tamen a Dominis requisita.* Libertates MSS. villæ S. Desiderii in Campania ann. 1228 : *Unusquisque de villa poterit matrimonium contrahere ubicumque voluerit, si feminam libere et absolute acquirere poterit sine aliqua conditione dominorum, vel Procerum regni, vel alterius, qui eam de jure possit reclamare. Aliquis vero vel aliqua de libertate S. Desiderii aliquem vel aliquam de hominibus vel mulieribus terræ Domini S. Desiderii vel feodi sui habere non poterit in matrimonio, nisi de voluntate et assensu domini.*

Ex præallatis patet, mulctam eorum, qui vel quæ invito domino cum alterius dominii adscriptiis nuptias inibant, fuisse 60. solidorum, quod etiam exerte tradit Consuetudo Vitriacensis art. 144. Verum hanc facultatem longe minoris constitisse arguunt, quæ infra observamus de *licentia matrimoniorum*, et vetus Charta ex Tabulario Corbeiensi lib. 26. Ch. 2 : *N. Dei Gr. Abbas Corbeiæ et Conventus, universis Dei fidel. sal. Vobis innotescere volumus, quosdam de censu capitali B. Petro naturaliter obnoxios in pago Suessonico, apud villas scilicet Luz et Taisnières, dudum se desub jugo Ecclesiæ nostræ excussisse, modo vero rationis evidentia revocatos, tandem errorem suum confitentes S. Petro iterum se reddidisse. Ita videlicet, ut si quis eorum deinceps alienæ potestatis uxori nupserit, a famulo Monachi Vasliacensis submonitus infra dies octo* 5. *sol. monetæ currentis in patria illa dabit. Quod si octavum diem transierit, jam cum lege eum reddere opportebit. Si autem mori eum contigerit, eadem iterum ratio de ipsis solidis erit. Actum anno* 1154. *Episcopatus Dom. Ansculfi Suess. ann.* 2. Charta alia apud W. Hedam pag. 287. 1. Edit. : *Iterum ne omnimodis sine respectu videatur sancta Dei Ecclesia pro licentia nubendi infra sive extra concedere potestatem, dentur sex denarii, etc.* Alia denique Charta ex Tabular. S. Maximini Treverensis : *Mancipia quoque trado, et posteri eorum, si in eadem villa sederint vel nupserint, tali libertate et servitio perfruantur, sicut Confessoris Christi inibi manens familia. Si qui vero foris nupserint, vel manserint, vel alias vagati fuerint, unusquisque eorum in festivitate S. Maximini persolvat unam denariatam cereæ pro remedio animæ meæ.*

☞ Ex his atque aliis quæ passim occurrunt colligere promptum est non ubique eamdem mulctam hac in re definitam fuisse, sed pro dominorum libito variasse. Id iterum firmare licet ex Tabular. Calensi pag. 117 : *Item asseruit quod ipse Johannes duxit in uxorem Petronillam filiam Gilleberti de Docies feminam de corpore monasterii S. Faronis Meldensis et non de Kala, propter quod idem Johannes finavit cum fratre Richardo procuratore generali ipsius monasterii de Kala . . . . ad* VII. *lib. et* II. *sol. Turon. et ad* IV. *sextarios avenæ bonæ et venalis.* Charta Hugonis Abbat. Corbeiens. ann. 1174. ex Tabular. ejusdem Monast. : *Quod singuli singulos denarios pro cavagio in festo S. Remigii, pro Forismaritationibus vero* X. *solidos, pro manu mortua totidem . . . . ipsi cum omni sua posteritate persolvent.* Vide in *Maritagium*.

* *Forismaritagium* dicitur *Licentia matrimoniorum*, in Charta ann. 1162. ex Chartul. Campan. fol. 484. col. 1. Quacumque autem ratione aliqui ex servis seu adscriptis glebæ matrimonium contraherent, etiam inter ipsos et sub eodem dominio, præstationi erga dominum suum obnoxii erant, cujus conditiones exprimit Charta manumiss. ann. 1392. in Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 151 : *Comme laditte suppliant soit nostre serve de tele condition, que elle et autres de sa condition, quant ilz entrent en ordre de mariage, un chascun d'eulx nous doivent treze deniers, et durant le temps de leur mariage chascun an quatre deniers Parisis payez au jour de la S. Remy, et au jour de leur trespassement, ou quant on les doit mettre en terre treze denire : et ou cas que point ne se mettroient en mariage, ilz ne nous doivent aucune servitute. Mesmariage* dicitur eadem præstatio, in Charta ann. 1342. ex Reg. 74. ch. 445 : *Sans paier mainmorte ne Mesmariage.* Et

Digitized by Google

in Lit. ann. 1357. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 369.

Hæc porro matrimonia cum cæteris contrahendi licentia ac facultas a dominis concedebatur hac conditione, quod liberi, qui ex iis nascerentur, inter ipsos dominos dividerentur, ut est apud Glanvillam lib. 5. cap. 6. Charta Guillelmi Episcopi Paris. ann. 1244. apud Brolium lib. 2. Hist. Paris.: *Notum facimus, quod nos consentimus, quod Odelina filia Radulphi Goudin, de Villacereris* (Villarceaux) *femina nostra de corpore contrahat matrimonium cum Bertrando filio quondam Hugonis de Verreriis defuncti, homine de corpore Ecclesiæ S. Germani de Pratis Parisiensis, hoc modo scilicet, quod ex filiis seu filiabus ex eisdem de cætero procreandis medietatem penitus habeamus, reliqua medietate Abbati et Conventui dictæ Ecclesiæ.* Idque obtinuit inter servos regios, et Baronum seu Procerum feudalium. Charta Nobilium Campaniæ ann. 1297. in Regesto Magnorum dierum Trecensium: *Item, que quand li home aus Gentishomes prennent les femmes le Roy, et li homme aus Gentilshommes muerent, li Rois vuet avoir touz les hoirs, et ne laisse joir les Gentilshommes de la remenance de leurs hommes. Item, nous avons toujours accoustumé à partir au Roy les enfans, qui issent de nos hommes et de nos femmes, qui se mellent par mariage aus hommes et aus femmes le Roy, etc.* His addam Diploma aliud, quod habet Tabularium S. Maglorii Paris. Charta 15: *Ego Ludovicus Dei gratia Rex Francorum et Dux Aquitanorum notitiæ fidelium commendare dignum videtur quamdam conventionem inter piissimum genitorem nostrum Ludovicum Regem Francorum, et venerabilem Gumebaldum S. Maglorii Abbatem dudum habitam, hanc quoque in tertio anno nostræ sublimationis reverendissimo ejusdem Monasterii Patri Roberto a nobis concessam, et ipsius concessionis pactionem subscriptam, sigilli etiam impressione signatam atque corroboratam. Tempore siquidem supradicti Gumebaldi Abbatis homo quidam ex familia S. Maglorii de villa Karrone, Guoinus nomine, duxit uxorem nomine Sehes ex regali familia procreatam. Quæ res cum Abbati ac Monachis vehementer displiceret, eo quod sui juris homo alterius familiæ sibi conjugem delegisset, et ob hoc plurimum calumniaretur, quod debito sibi procreationis fructu Ecclesia privaretur, ventilata hac calumnia ad aures piissimi genitoris nostri pervenit. Qui nolens Ecclesiam fructu familiæ suæ destitui, sancire studuit, ut amborum conjugum propagatio ex æquo partiretur, et altera regiæ amplitudini, altera pars sancto Maglorio remaneret in perpetuum possidenda. Ea ergo quæ gloriosus genitor noster sapienti usus consilio pridem concesserat, nos quoque ob utilitatem Ecclesiæ benigne concedimus. Quod ut perpetuæ stabilitatis obtineat munimentum, sigilli nostri auctoritate et nominis nostri karactere subterfirmavimus. Actum publice Parisius in Palatio nostro anno Incarnati Verbi 1138. regni vero nostri 3. astantibus in Palatio nostro, quorum nomina subtituluta sunt et signa. S. Radulfi Viromandorum Comitis et Dapiferi nostri, S. Guillelmi Buticularii, S. Matthiæ Constabularii, S. Matthiæ Camerarii. Data per manum Algrini Cancellarii.*

Interdum etiam in casu *Forismaritagii* fiebant servorum seu ascriptitiorum inter dominos permutationes: ita ut si quæpiam femina adscriptitia alterius domini adscriptitio nupsisset, cum illa legem mariti sequeretur, ac proinde in alterius transiret dominium, vicissim mariti dominus alteram conjugis adscriptitii domino ejusdem probitatis ac notæ restituere tenebatur. Assisiæ Hierosolym. MSS. cap. 270: *Se aucun vilain de qui que se soit se marie avec vilaine d'autre leuë, sans le coumandement dou Seignor de la vilaine, le Seignor dou vilain, à qui sera mariée la vilaine estrange, rendra au Seignor de la vilaine un autre en eschange à la vilaine, de tel aage, par la connoissance de bonnes gens. Et se ils ne treuvent vilaine, qui la vaille, il li donra le meilleur vilain qu'il aura d'aage de marier: et cil qui sera marié à la vilaine estrange, meurt, le Seignor dou vilain doit avoir son eschange, se la vilaine torne à son premier Seignor: et se la vilaine est allée en la terre de l'autre, son Seignor a pooir de prendra la, etc.* Et cap. seq.: *Se aucune vilaine vait de aucun cazal en autre, qui ne soit de son Seignor, et le Seignor dou leuë, on elle sera venuë, n'a pooir de li marier, et se il la marie, il doit donner à son Seignor une autre vilaine en eschange, à la connoissance de bones gens sans faillir.* Profert Brolius lib. 2. Histor. Paris. pag. 281. 2. Edit. Chartam ejusmodi permutationis indicem.

* Charta Barthol. Trec. episc. ann. 1192. ex Bibl. reg.: *Permisimus fieri matrimonium inter Silvestrum filium Andreæ ad Pedem hominis beati Petri ex una parte, et Arenburgem filiam Terrici hominis nostri, facta commutatione duarum mulierum, quarum una, scilicet Hildeburgis filia prædicti Andreæ hominis beati Petri nostra erit, et altera, scilicet Arenburgis filia memorati Terrici hominis nostri sub justitia et dominio capituli beati Petri in perpetuum permanebit.*

Horum porro adscriptitiorum liberos inter se partiebantur domini, ita ut si plures essent numero pari, totidem quisque haberet; si vero unus remaneret ex numero impari, is communis esset. Ita Lex Wisigoth. lib. 10. tit. 1. § 17. et Consuetudo Burbonensis art. 192. Exstant præterea Chartæ aliæ harum partitionum apud Hubertum in Historia Eccl. S. Aniani Aurelianensis pag. 81. Vide Capitulare 6. Caroli M. ann. 803. cap. 1.

Ex his igitur satis constat, *Forismaritagium*, præcipuum fuisse servitutis glebalis argumentum: unde in ejusmodi servorum manumissionibus, *manus mortua* et *Forismaritagium* in libertatis indultæ notam remittuntur a dominis. Vide Chartam Thomæ Abbatis S. Germani Paris. apud Brolium lib. 2. Antiq. Paris. pag. 279. 2. Edit. et alias ejusdem tenoris apud Gallandium de Franco alodio pag. 85. 86. Doubletum in Hist. Sandionys. Monast. pag. 907. etc. Quibus aliam addo Beatricis Abbatissæ B. Mariæ Suession. pro Communia Vaisiaci ann. 1231: *Nos quitavimus dictis hominibus totam tailliam, quam Ecclesia nostra consuevit accipere super eos, . . . item Forismaritagium, hoc excepto, quod quilibet, qui se Forismaritabit, tenebitur Ecclesiæ nostræ solvere ipso die Forismaritationis suæ, vel in crastino, 7. solid. et dimid. monetæ patriæ: quos denarios si dicto die vel in crastino non solveret, teneretur emendare per 7. solid. et dimid. monetæ supradictæ, ad instantiam Majoris nostri et Scabinorum per legem faciendam, et nihilominus Forismaritagium reddere tenentur.*

Forismatrimonium, Eadem notione, in Charta Engerranni D. Couciaci ann. 1207. pro Libertatibus oppidi Faræ, apud Thomasserium in Consuet. Bituric. pag. 439.

¶ Forimatrimonium, in Chartular. S. Quintini in insula pag. 100: *Redditus quoque nummorum et caponum seu manus mortuæ, necnon Forimatrimonii, quod vulgo dicitur Forimariges.*

¶ Forismaritatio, in Charta ann. 1174. ex Tabulario Corbeiensi.

* Forismaritare, Ejusmodi matrimonium inire. Charta Petri abb. S. Remig. Rem. ann. 1212. ex Chartul. Campan. fol. 246. v°. col. 1: *Quod si aliqui de hominibus S. Remigii in nova villa ad Fraxinum decesserint, vel se Forismaritaverint, in eadem præpositus de Cortesor non poterit finare mortuam manum nec forismaritagium, nec aliquid inde levare.* Alia ann. 1270. ex Chartul. Latiniac. fol. 124: *Erant in possessione, cum aliquis extraneus veniebat ad commorandum in dicta villa, ... ipse efficiebatur de dominio ipsorum, et tenebatur eisdem ad forismaritagium, quando se Forismaritabant.*

FORISMITTERE, Extra manum suam ponere, alienare, vendere, *Mettre hors.* Capitulare 3. ann. 813. cap. 11: *Qui per chartam aut per hantradam ingenuus est, et si ille Foris de eo miserit, tunc ille leodis in dominicum veniat, etc.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 88: *Nulli liceat Forismittere hæreditatem suam de parentela sua, datione vel emptione.*

FORISNEGARE, *Fornoier un meffet en jugement*, apud Philippum Bellomanerium cap. 59.

¶ **FORIS-PAISRATUS**, pro *Forispatriatus.* apud D. *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. Regum Fr. pag. 42.

FORISPATRIATUS, Idem quod *Forisbannitus*, vel *Expatriatus*, Gallis *Forspaysé.* Charta Guigonis Comitis Forensis pro Libertatibus Villarezii ann 1253: *Nisi ille qui requireret, esset Forispatriatus.* [Perpeperam in Spicilegio Acher. tom. 9. pag. 193. *Forisparatus.*] Charta Libertatum Autisiodorensis civitatis a Mathilde concessarum: *Quicunque aliquam possessionem per annum et diem pacifice tenuerit, nullus contra eum poterit reclamare, nisi sit advoatus, vel Forispatriatus, etc.* Perperam in MS. *Forispatriciatus.* [Statuta Philippi Augusti Regis Franc. apud D. *Brussel* tom. 2. de Feudorum usu ad calcem pag. XXIX: *Item Clerici non possunt de jure excommunicare aliquem propter forisfactum servientis sui, neque interdicere terram ejus, priusquam dominus fuerit super hoc requisitus, vel domini Ballivius, si dominus fuerit Forspaysiez.* Acherius tom. 6. Spicil. pag. 494. habet, *Forspaises.*] Assisiæ Hierosolymit.

Digitized by Google

cap. 30 : *Enci dit l'on que celui qui requiert l'heritage, est Forspaïsé, et il revient, et requiert aucun heritage, que aucun autre ait tenu an et jor, et aucuns gens veullent dire, que l'assise de la tenure ne li griege, por ce que il estoit Forspaïsé, et l'autre l'a tenu, li voiant et oiant et plusiors gens, etc.* Cap. 221 : *Se celui qui est leué dou Seignor, meurt, ou Forspaïse, etc.* Charta Libertatum oppidi *de Vesdun* in Biturigib. ann. 1275 : *Il n'en doit respondre à nesun se il n'est Forpais, ou en bailh, ou fors d'age, etc.* [*Des Fontaines* in Consilio cap. 17. num. 1 : *Je ne di mi ke li despaisié ont leur aage soient restabli en toutes causes. Et sachiez que tous ceux qui sont Forpaïsié. Je te distincte, ou il sunt par leur volonté ou il sunt par leur besoingne. Che ne leur profite mie à estre restablis, se il sunt depaisié maugré eux pour leur pourcas, il sunt restablis en tele maniere, ke on ne leur torne à gaainge ne à damage.*]

* Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 434 : *Un serf* (cerf) *chasié et Forpaïsié des bois et forestz, et trouvé en plain païs, etc.*

¶ **FORISSITUS**, quasi *Foras* situs, qui habitat extra urbem, vel oppidum, burgumve. Compositio anni 1308. Hist. Dalphin. tom. 2. col. 141 : *Dom. Hugo nomine suo et nomine dictæ D. B. pro se domino de Jacio et Forissitis Gebennesii suis hominibus, valitoribus et coadjutoribus, etc.* Forte *Forissiti* non solum extra urbem habitantes debent intelligi, sed etiam banniti seu exules, ut supra *Forensiti*. Vide *Forensitus*.

* Idem quod *Forensitus*, Proscriptus, exul; Italis, eodem sensu, *Fuoruscito*. Vide supra *Forensitus*, et infra *Foruscitus*.

¶ **FORISTA**. Vide in *Forus*.

* **FORISTAGIUM**, Jus instituendi custodes agrorum, et percipiendi mulctas, ob delicta in iis commissa, impositas. Pariag. inter reg. et monast. de Candolio ann. 1306. in Reg. 40. Chartoph. reg. ch. 61 : *Damus per modum pariagii .... medietatem videlicet pro indiviso omnium justitiarum altarum et bassarum, nec non Foristagii seu messacgariæ, etc.* Vide supra *Forestus*.

FORISTALLARE, Foristallator, Forstallator, Forstellarius, et in Domesdei *Foristellarius*, *Forstaller*, Brittoni pag. 33. 77.

Foristallatores, Cowello, Spelmanno, et aliis, sunt illi, qui annonam versus emporium publicum adductam in via intercipiunt, emuntque, priusquam venditioni publicæ exponatur. Iter Camerarii Scotici cap. 19. § 1 : *Primo quod vendunt pisces suos ad littus maris, cum vendere debeant in foro Regis : unde Foristallatores plenarie dici possunt.* Adde cap. 1. Fleta lib. 2. cap. 12. § 28 : *Item de Forstallariis victualibus venalibus mercatum obviantibus, per quos carior fit inde venditio.* [Regest. Priorat. Cokesford. apud Th. *Blount* in Nomolex. Anglic. : *Forstal est, si aliquis portaverit halec vel hujusmodi res ad forum, et statim alius venerit et emerit ab ipso illas res, ut carius vendat, Prior habebit emendas ab ipso.*] Id porro interdictum Legibus politicis, ut vocant, passim legitur. Leges Burgorum Scoticorum cap. 78 : *De Foristallatoribus in burgo : Nullus infra burgum habitans, vel extra, sit ausus in die fori exire portas burgi ad emendum aliquam rem, antequam veniat infra portas burgi, et qui super hoc convictus fuerit, dabit 8. sol. ad forisfactum.* Adde Statuta Gildæ Scotiæ cap. 29. ubi ejusmodi *Foristallatores* et *Foristalluntes*, *Anticipatores fori* dicuntur. Eorum mentio est præterea in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 35. et in libro Anglico inscripto, *Justice of peace*, pag. 74. De iisdem etiam ita veteres Consuetudines Bituricenses apud Thomasserium pag. 338 : *Se aucuns boucher va au devant des marchans, qui ameinent chairs vives à vendre à Bourges, et icelui boucher les aille acheter une lieuë ou deux, ou demie au devant, pour tenir le peuple en sarre, il est amendable arbitrairement, se il ne laisse venir au marché où l'en a accoustumé de vendre.* Ubi vim vocis *Sarre*, quæ rursum eadem pag. occurrit, non omnino percipio. Vide *Forestel*.

¶ Forstallarium. Litteræ anni 1377. apud Rymerum tom. 7. pag. 166. col. 1 : *Falsis et malis consiliis et ordinationibus, Forstallariis, confœderationibus, conspirationibus, etc.* Aliæ anni 1549. apud eumdem tom. 15. pag. 197. col. 1 : *Ad cognoscendum in regratariis, Forstallariis, et negotiis maritimis quibuscumque.* Vide *Forstarium*.

FORISTALLUM, in Legibus Edmundi Regis editis apud Culintoniam cap. 6. dicitur Bromptono *Coactio, vel obsistentia in regia strata facta*, quo minus scilicet quis rem suam furto sublatam recipiat, uti est in iisdem Legibus, [a Saxon. fare, via, iter; et Stæl, furtum.] Interdum sumitur pro ea libertate, qua *quis quietus est de amerciamentis de catallis, arrestatis infra terram suam, et quod habeat placita inde in Curia sua, et de hujusmodi catallis arestatis amerciamenta inde provenientia.* Ita W. Thorn ann. 1315. Vide *Forestel*.

* **FORISTARIA**, Jus utendi foresta, vel officium *forestarii*. Stat. scacar. Norman. ad ann. 1220. ex Cod. reg. 4653. A : *Judicatum est quod Foristaria, quæ* (habet) *tocagium suum* (l. estocagium) *et escoragium in foresta de Bonsmoulins, quæ destructa est modo, de arboribus nihil in ea capiet.* Vide supra in *Foresta*.

* **FORISTUM**, Mulcta vel emenda propter *forisfactum*, quomodo etiam forte legendum est. Vide in *Forisfacere* 1. Charta ann. 1203. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 336 : *Ecclesiæ siquidem S. Jodoci de supra mare remanet Foristum et omnes emendationes injuriarum in villa beati Jodoci factarum.*

¶ **FORITANEUS**, Qui *foras* seu extra urbem habitat, Italis *Forinseco*, Gall. *Forain*. Statuta Massill. lib. 5. cap. 33 : *Decerninus . . . quod si contigerit deinceps guerram fieri, . . . et ante tempus initum guerræ prædictæ aliquis, vel aliqui Foritanei tradidissent in depositum seu commandam... annonam, vel bladum seu pecuniam ... quod propter illam guerram nihilominus res prædictæ sint salvæ Foritancis dictis, cum utilius sit civibus Massiliæ res et pecunias Foritaneorum possidere, et cum eisdem lucrum facere quam prædictis rebus carere.* [* Vide supra *Forataneus* et *Foretanus*.]

¶ Foritanus, Eadem notione, occurrit apud Muratorium tom. 6. col. 379. 388. 390. 400. 422. 459. ex variis Scriptoribus Ital.

¶ **FORITER**, Foras, extra; in Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1347.

¶ **FORJUDICARE**, Forjugare, etc. Vide *Forisjudicare*.

¶ **FORJURARE**, Forjuratio. Vide *Forisjurare*.

¶ **FORIUM**. Vide in *Fodrum*.

FORIZARE, Fora negotiandi causa frequentare Goldasto. Ita usurpatur in Decretis Alberti Regis Hungariæ : *Nullus mercatorum forensium ... ad mercandum seu Forizandum in medium regni ... accedat.* Vide *Forisare*.

¶ **FORIZATIO**, Commercium, mercatura, Gall. *Negoce*, *trafic*, apud Marten. tom. 8. Ampliss. Collect. col. 403 : *Dico quod indulgentiæ et absolutiones fictæ et venales fundatæ, ut dicitur communiter, super infinitis erogatis in cœlis meritis Sanctorum.... in lege Domini non sunt fundatæ, et specialiter illæ quæ dantur et conceduntur in erectione Cruciatæ, ad hunc finem ut homines se invicem trucident et occidant, ut patet in erectione per Papam crucis contra Ladislaum Regem Neapuliæ, in qua manifesta Forizatio de his indulgentiis ponebatur . . . Et hæc Forizatio sparsim currit quasi per totam Ecclesiam talium indulgentiarum, quæ carent fidei Scripturæ fundamento.*

¶ **FORLACUM**, ut infra *Fortia* 3. Arx, munitio, Gall. *Fort*, *Forteresse*. Conventiones MSS. inter Ludovicum Regem Siciliæ et cives Arelat. ann. 1385 : *Nec permittent infra dictam urbem aliquod castrum, seu Forlacum, vel domum fortem, quod deffendi possit, etc.*

¶ **FORLANDUM**, Idem quod *Furlongus* infra. Monast. Anglic. tom. 2. pag. 332 : *Et de duobus Forlandis* xvi. *denarios, scilicet de Forlando Johannis Wauker, quod jacet ante terram Ecclesiæ*, viii. *denarios.*

* **FORLETUM**, Tributi seu vectigalis species, f. quod ex *foris* vel ex *forefactis* percipitur. Charta ann. 1441. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 524 : *Faciunt immunitatem et exemptionem a datiis, pedagiis, Forletis et gabellis quibuscumque.* Infra : *Teneantur solvere datia, Forleta, gabellas et pedagia.*

FORLONGA. Vide *Furlongus*.

1. **FORMA**, Figura, imago. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 133 : *Usus autem Formas sculpendi a lege cœpit, ubi Moyses jussu Domini duos Cherubin ex auro fecit.* Epistola Rodoberti ad Didonem, seu S. Audoenum Archiep. Rotomag. tom. 5. Spicilegii Acheriani : *Et ut vere fatear, finxisse illic mihi videris Sanctitatis tuæ, imoque beatissimi Antistitis Eligii integerrimam Formam, ita ut nihil prorsus defuerit ex cunctis Sancti virtutibus, quod non potentatu verborum per singula investigaveris, etc.* S. Bernardus de Vita et morib. Relig. cap. 11 : *Auro tectis reliquiis saginantur oculi, et loculi aperiuntur. Ostenditur pulcherrima Forma Sancti, vel Sanctæ alicujus,*

Digitized by Google

et eo creditur sanctior, quo coloratior. Utitur etiam hac notione Rodericus Toletanus in Hist. Arabum cap. 2. et alii.

Formula, Imaguncula. Glossæ Basil. : Φορμοῦλα, τύπος. Adamnanus lib. 1. de Locis sanctis cap. 11 : *In quo videlicet linteo 12. Apostolorum Formulæ habentur intextæ.* Et lib. 3. cap. 4 : *In Diospoli civitate, cujusdam Martyris Georgii, in quadam domo, statua marmorea in columna, contra quam alligatus persecutionis tempore flagellatus est, Formula depicta est.* Mox *imaginem* vocat : *Cujus est imago in marmorea columna formata?* Infra *Toracidam* appellat. Utitur ibi semel ac iterum, et cap. 19. Vita S. Gildæ Sapientis cap. 9 : *Propriis manibus Formulam fecit fusili opere, etc.*

¶ 2. **FORMA**, Panis Eucharisticus. Vita S. Godrici tom. 5. Maii pag. 82 : *Sæpius inter secreta Missarum Dominum Jesum carne indutum in altari conspexit descendentem ad se . . . Sic etiam aliquando de Forma sua mirabiliter egressum, conspersum sanguine totum est contuitus.* Vide *Formata.*

¶ 3. **FORMA**, Exemplum quod imitandum proponitur. Statuta Canonicorum Regular. S. August. apud Raimundum Duellium lib. 1. Miscellan. pag. 88 :

Dicto, benedicite, fantur
Spiritualia de norma, mox quoque Forma.

Vetus Interpres Petri 1. Epist. 5. 3 : *Neque ut dominantes in cleris, sed Forma facti gregis ex animo.* Græce τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου, et juxta Versionem Syriacam : *Ut sitis illis similitudo pulchra, exemplar bonum.*

4. **FORMA**, Nummus formatus, id est, figura seu Principis charactere donatus : nam *formari moneta* dicitur apud Lampridium et in leg. 3. Cod. Th. de falsa monet. (9, 21.) et leg. 1. de Expens. Ludor. (15, 9.) Lex 6. Cod. Th. de Indulg. Crimin. (9, 38.) de monetam adulterante : *Qui sacri oris imitator, et divinorum vultuum adpetitor, venerabiles Formas sacrilegio eruditus impressit. Diversa Formæ mensura* in solidis, in quibus scilicet Imperatoris forma seu imago *majore habitu faciei extenditur : aut quæ angustiore expressione concluditur,* in leg. 1. eod. Cod. *Si quis solidi circulum, etc.* (9, 22.) Lampridius in Alexandro Severo : *Formas binarias et ternarias et quaternarias. . . quas Heliogabalus invenerat, resolvi præcepit, neque in usu cujusquam versari.* Quintilianus lib. 1. cap. 10 : *Utendum plane sermone, ut numo, cui publica Forma est.* Apud Isidorum lib. 16. cap. 17. *metalla* dicuntur *ad omnem Formam posse deduci.* [Charta Caroli Johan. Franc. Reg. primogen. ann. 1356. tom. 3. Ordinat. pag. 106 : *Ita et sub tali forma quod dominus noster rex in qualibet marcha argenti, solum lucretur et habeat pro Forma et factura, decem solidos Turonenses vel minus et non ultra.*]

5. **FORMA**, Phantasma, imago apparens. Liber Miraculorum S. Columbani cap. 27 : *Aspicit ad se venientes duas Formas in specie mulierum tam teterrimas et deformes, etc.*

¶ 6. **FORMA**, Habitus, ornatus. Chronicon Siciliæ ad ann. 1322. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 89 : *Forma militaris apparatus est cum spalleriis de cindato et manto de cindato. Item ense munito de argento valoris unciarum duarum vel trium ad plus. Item sella fræno et calcaribus deauratis precii unciarum duarum ad plus, et cum pari uno vestimentorum cujuscumque coloris præter quam de scarlato et sine infoderatura vayrorum.*

¶ 7. **FORMA**, Modus seu ratio agendi in negotiis quibusque, nostris *Formalité.* Vetus Poeta apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 541 :

Sunt ibi (*Romæ*) qui norunt formare negotia quævis,
Et sunt qui Formas abbreviare sciunt.

8. **FORMA**, Tabula ærea, quæ agrorum fines ac centuriationes continebat. Hygenus : *Si qua compascua aut silvæ fundis concessæ fuerint, quo jure data sint, Formis inseremus,* i. tabulis æreis. Ita ille non semel. Fragmentum Legis Agrariæ a Sigonio et Grutero editum : *Dedit, adsignavit, reliquit, inve Formas, tabulasque retulit, etc.* Hinc *Forma,* pro limite; *Formare,* pro, limitibus dividere. Siculus : *Agrorum, qui ex vicinis populis sumpti sunt, propriæ factæ sunt Formæ.* Aggenus : *Formæ antiquæ fundorum.* Bulla Honorii III. PP. ann. 3 : *Totum tenimentum, quod insistit extra Formam, et habet suas fines,* tom. 1. Italiæ sacræ pag. 822. Vide leg. 8. D. ad Leg. Jul. peculat. (48, 13.)

9. **FORMA**, Τύπος, vel Epistola, littera *formata,* cui impressa est *forma,* seu imago scribentis, in sigillo scilicet. Unde θεῖαι τύποι, *sacræ Formæ,* quæ *Sacræ* nude postmodum appellatæ. Ulpianus : *Et repeto, ante Formam a divo Marco datam, divum Pium rescripsisse.* Capitolinus in Antonio : *Neque de provinciis, neque ullis actibus quicquam constituit, nisi quod prius ad amicos retulit; atque ex eorum sententia Formas composuit. Oraculi nostri Forma,* in leg. 1. Cod. Th. de rei vindicat. (2, 23.) Edictum Constantini et Licinii pro Christianis apud Lactantium lib. de Mortib. Persecut. num. 48 : *Ut autem hujus sanctionis benevolentiæ nostræ Forma ad omnium possit pervenire notitiam, etc.* Lucifer Calaritanus lib. 2. pro S. Athanasio pag. 102 : *Si damnassemus innocentem, qui dedissemus Formam ad sanguinem fundendum justorum, etc.* Liberatus Diacon. cap. 11 : *Et data Forma de aliquibus causis eorum, libellos obtulit Eusebius Flaviano et omni consilio.* S. Cyrillus ex versione Facundi Hermianensis lib. 3. cap. 6 : *Hoc autem et nunc, sicuti vestræ literæ monstrant, ad Regiam urbem pergentes movent, si quomodo prævaleant persuadere concursu aliquorum, ut per Imperatoriam Formam anathematisubdantur illa, quæ ab eis proferuntur, cum accusatione volentium ea defendere.* Vide eumdem Facundum lib. 5. cap. 3. pag. 194. lib. 6. cap. 1. pag. 225. Collationem Legis Mosaicæ pag. 54. etc.

Formella Nicæni Tractatus, seu Concilii, in Fragmentis S. Hilarii pag. 1. τύπος.

Forma Epistolarum, Tenor, series Epistolarum. Idem Facundus Hermianensis lib. 2. cap. 2 : *Et cum Johannes Antiochenus, et cæteri Orientales Episcopi, Mopsuestenum Theodorum præconiis in eisdem epistolis, quarum Formam se attendisse in suis diffinitionibus Calchedonensis Synodus fatetur, tamquam Apostolicam declarantem doctrinam, ut epistolam B. Leonis acciperet, etc.* Infra : *Si hæresis crimen est laudasse Theodorum, in illis epistolis prædicatum, quarum se Formam attendisse in suis decretis... prædicta Synodus confitetur, etc.* Lupoldus de *Babenberg* de jure regni et Imperii Romani cap. 8 : *Ex Formis aliquarum literarum, in quibus continebantur decreta electionum quondam Rudolphi, Adolphi, et Alberti Regum Romanorum, quas Formas recolo me vidisse, apparet potius contrarium.*

Formula, Idem quod *Forma,* Epistola. Ammianus lib. 14 : *Ut Formula missa lethali... occideretur.*

10. **FORMÆ**, Certi gradus ac ordines in Scriniis, vel Scholis, verbi gratia, *Ducenarii, Primicerii, Mittendarii, etc. Formæ primæ, secundæ, tertiæ,* in leg. 7. Cod. Theod. de Palatinis. (6, 30.) *Supernumerarii sacri ministerii primæ vel secundæ Formæ,* in leg. 2. eod. Cod. de Castrensianis. (6, 32.) [Breviarium vetus in Parthenone Benedictinarum Pontisar. asservatum : *In Nativitate Domini summo mane duo Rectores de secunda Forma incipient Missam.*] [* Quod hic ex Breviar. Pontisar. additum est, ad *Forma* 13. pertinet.]

11. **FORMA**, Arcus, fornix. Spartianus in Severo : *Ejus denique etiam Januæ in Trans-Tiberina regione ad portam nominis sui, quarum Forma intercidens statim usum publicum invidit.* [Gesta Gaufredi Episc. Cenomanensis apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 379 : *Fecerunt autem Formam integram quinque vitreas continentem; in quibus ipsi per officia depinguntur.*] Hinc

Formæ, Ὀλκοί, in Nov. Justiniani 17. *Canales structiles et arcuati,* Vitruvio lib. 8. cap. 7. per quos aquæductuum aquæ educuntur. Nam, ut ait idem Vitruvius, et Anonymus de Re Architecton. seu Vitruvii abbreviator antiquus cap. 6 : *Ductus aquæ quatuor generibus fiunt; aut Forma structili, aut fistulis plumbeis, aut tubis vel canalibus ligneis, aut tubis fictilibus.* Canales structiles *Formæ* proprie appellantur, quod subditis formis instruantur, qua ratione Formacei Afrorum ex terra parietes dicuntur Plinio lib. 35. cap. 14. Palladius lib. 9. tit. 11 : *Aqua si per Formam ducetur, solidandus est canalis, ne per rimas posset elabi.* Anonymus de Aquæductibus : *Nunc nomina aquarum, quæ usibus æternæ Urbis Formarum constructionibus advectæ sunt, indicemus.* Vetus Inscriptio apud Mutium Phæbonium lib. 3. Hist. Marsorum pag. 279 : *Respublica populusque Corfiniensis Formam aquæductus vetustate corruptam DD. refecit.* Sidonius lib. 1. Epist. 5 : *Inter hæc patuit et Roma conspectui : cujus mihi non solum Formas, verum etiam naumachias videbar optaturus.* Senator lib. 3. Epist. 31 : *Dicitur ergo, commodi cura privati, aquam Formarum,* (aquarum Formam,) *quam summo deceret studio communiri, ad aquæ molas exercendas vel hortos irrigandos fuisse derivatam. Turpe hoc et miserabile in illa urbe fieri, quod per agros vix deceret assumi.* Utuntur passim Scri-

Digitized by Google

ptores; Lex 1. D. de Legat. 1. (30.) lex. 3. et 6. Cod. de Aquæduct. lib. 11. tit. 43. Frontinus lib. 1. et 2. Antoninus in Itiner. Acta Martyrii S. Stephani PP. apud Baron. ann. 260. n. 3. Symmach. lib. 10. Ep. 33. Gregor. M. lib. 10. Epist. 22. Ammian. lib. 28. Senator lib. 3. ep. 31. 53. lib. 7. Epist. 6. lib. 8. Ep. 30: idem in Chronico, Anastas. in Vitis PP. pag. 17. 19. 21. 46. 112. 113. 114. 117. 163. 210. Chron. Casinense lib. 3. cap. 38. Flodoardus de Summis Pontific. in Adriano pag. 583. 596. etc. Erat autem magistratus, cui cura formarum commissa erat, *Comes Formarum* dictus, de quo supra egimus. Hinc

12. **FORMÆ**, dictæ quævis fossæ, aquas continentes, Aquarum receptacula, δοχεῖα. Tabularium Casauriense: *Cum medietate de uno sedio de molino, cum insula, introitu et exitu suo, et cum aqua levata et pausata, et cum Forma in fractando, et in sertando cum omni firmamento, quantum ad ipsum molinum pertinet.* Idem Tabular.: *Donavimus medietatem de uno molino... in fluvio de Orfente, cum leva et pausa sua, cum Forma et sertura, cum introitu et exitu suo, etc.* Alibi pro *sertura*, est *clausura*. Rursum in Charta anni 1007: *Vendidimus et tradidimus tibi... in ipsa insula unam Formam cavare, et sertora mittere, et aquam prehendere, quantum opportunum fuerit. Quod si ipsa Forma se disturbaverit, aut dilataverit, licentiam habeatis aliam Formam cavare.* Alia ann. 1085. ibid.: *Id est, unum sedium de molino... ut habeamus ego Maio licentiam ipsum sedium cabare, et Formas facere, et omnem firmamentum ad ipsum molinum faciendum.* [Additamenta ad Chron. Casauriense ad ann. 1047. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 998: *Ipsa supradicta res per nominatos fines, sicut supra legitur, cum vinea, et pomis, et arboribus suis, et cum molinis, et formis, et pausis, et sediis, et cursibus aquarum, et cum introitu, et exitu illorum... donavimus atque confirmavimus.* Vide Salmasium ad Hist. Aug. pag. 491.]

Formale, Idem quod *Forma*, Aquæductus. Bulla Paschalis II. PP. ann. 1102. pro Veliternensi Ecclesia: *Ac reflectitur in Pratalina de Formali de Ulmis, descenditque per vallem, etc.* Vide Ughellum tom. 1. pag. 61. 84.

Formensia Prædia, Agri, in quibus *Formæ*, seu aquæductus publici excurrunt: *Formenses cespites*, in Novella Valentin. de Pantapol. Vetus Charta Cornutiana edita a Suaresio: *Cum omni scilicet onere professionis suæ, vel necessitate, quam certum est Formensia Prædia sustinere.* [** Mabill. legit *Formesia.*] Infra: *Ea lege et conditione, ut cum etiam fructus post obitum meum capere cœperit, ac sibimet vindicare; non solum solennem modo agnoscat fiscalium functionem, verum etiam propagationem Formarum, quæ ab omnibus dominis hujusmodi Prædiorum dependi consuevit.* Vide Inscript. Salon. apud Sponium tom. 3. Itiner. part. 2. pag. 5.

13. **FORMA**, Sella, solium canentium in Choro, duplici constans parte, antica, et postica. In postica sunt sedilia plicatilia, σκάμνα θρονειδῆ, in Histor. Concilii Florentini sect. 4. cap. 30. quæ eriguntur, cum canentibus stare incumbit. Sic forte dictæ ejusmodi sedes, quod *Formæ* seu imagines, opere sculptorio, vel penicillo, adumbratæ in singularum *dorsalibus* effingerentur; quod etiam in plerisque Ecclesiis nostratibus observatum constat: vel potius quod superne in modum formarum aquæductuum arcuatæ sint. Gloss. S. Benedicti cap. de supellectile: *Sella arcuata*, θρόνος. Consuetudines Cluniacenses lib. 1. cap. 12: *Complicantur Formæ, sicut est consuetudo, in his diebus, in quibus venia non est petenda.* Pars vero illa plicatilis erecta præbens quamdam sediculam, *Misericordia* appellatur. Vide in hac voce. Formarum pars antica podii vicem præbet, ad quod procumbunt et curvantur, cum venia petenda est. Veteres Consuetudines Floriacenses: *Et post singulas incisiones ab unoquoque procumbitur ad Formas, et venia petitur.* Consuetud. Cluniac. lib. 1. cap. 29: *Procumbitur super Formas ad orationem.* [Instrum. ex Regestis Capituli Rotomag. tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1439: *Juravit et fuit stallatus per Magistrum Guidonem Rabacherii hujus Ecclesiæ Canonicum tunc in dicto Capitulo præsidentem in dicto choro in parte sinistra in bassa Forma.*] *Curvari super Formas*, apud Lanfrancum pro Ord. S. Bened. cap. 1. sect. 3. 4. Formarum istiusmodi mentionem agunt passim, Guigo in Statut. Ord. Cartusiens. cap. 15. § 1. Statuta antiqua ejusdem Ord. part 1. cap. 13. § 40. cap. 36. § 30. part. 3. cap. 2. § 2. Statuta Ordinis *de Sempringham* pag. 721. Innocentius III. lib. 15. Epist. 114. Cæsarius de Miracul. lib. 8. cap. 6. Galbertus in Vita Caroli Comit. Flandr. num. 72. S. Bernardus de Vita et moribus Religiosorum cap. 11. Lanfrancus pro Ordine S. Benedicti cap. 1. sect. 2. 4. et cap. 5. Acta Archiepiscopor. Rotomagens. pag. 448. Consuetudines Cluniacenses lib. 1. cap. 2. 11. Chronic. Windesheimense lib. 2. cap. 39. etc.

Formula, diminut. a *Forma*. Gregorius Tur. de Glor. Confess. cap. 92: *Factum est autem ut quadam vice S. Germanus Parisiacæ urbis Episcopus, ad hunc tumulum vigilias celebraret, haud procul Formulam habens, in qua genua, cum necessitas posceret, deflectebat.* Idem lib. 8. Hist. cap. 31: *Cumque inter psallendum Formulæ decumberet.* Vita S. Eugendi Abb. cap. 3: *Post omnium quoque discessum Formulæ suæ incumbens, oratione diutina pascebatur in spiritu.* Adde Vitam S. Lupini Abbat. Jurensis n. 2. Supplex Libellus Monachorum Fuldensium Carolo Mag. porrectus, cap. 5. apud Browerum lib. 3. Antiq. Fuld. cap. 12: *Ita ut nec baculum eis pro sustentatione ferre liceat, nec ad inclinatorium, quod nos Formulam dicimus, morando hærere... Quia cæcus et claudus* (Monachus) *non possunt sine sustentione baculi bene incedere, nec decrepitus sine Formula genua flectere.* Vita B. Stephani Abbatis Obasinensis lib. 1. cap. 16: *Quidam ex honoratis novitius dum in Ecclesia librum teneret, et socium, juxta se positum, advocans, quædam ei in ipso libro digito demonstraret, aspiciens hoc Vir sanctus in personam noluit vindicare; sed arrepto libro de manu ejus, in conspectu omnium ad Formam confregit, et ita rediit in locum suum.* Infra cap. 18: *Sub formula quadam ad orationem prosternitur.* [Acta S. Austregisili tom. 5. Maii pag. 229: *Flexo genu incubuit Formulæ et obdormivit. Et ecce in visu astiterunt ei duo viri ante altare.* Guidonis disciplina Farfensis in vet. Discipl. Monast. pag. 42: *Tunc vertantur Formulæ, similiter et omnia signa pulsentur.* Adde Vitam S. Radegundis num. 14. sæc. 1. Bened. pag. 330.]

14. **FORMA**, Longioris sedilis portatilis species, nostris etiamnum *Forme* appellata a formis monasticis ita dicta. Necrol. Ecclesiæ Carnotensis: *Legavit etiam in omnibus domibus Episcopalibus Formas, mensas, et hujusmodi utensilia ad usus Episcopatus.* [Chartular. Compendiense: *Hæc sunt nomina utensilia de Ruminiaco... duo cifi madelini cum pedibus argenteis, tres tabulæ ad comedendum, septem Formæ ad sedendum.* Litteræ Johannis Franc. Reg. ann. 1355. tom. 3. Ordinat. pag. 58: *Nos Maistres d'Ostel pour nous pourront hors bonnes villes, faire prendre par la justice des lieus, Fourmes, tables, trestiaux, etc.*]

¶ **Formella**, Scamnum. Instrum. ann. 1405. apud Rymer. tom. 8. pag. 384: *Quatuor veteres tabulas, pro camera et aula, cum septem longis Formellis et quatuor curtis Formellis.*

* Nostris, *Formete* et *Fourmette*. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 136: *Icellui Hartel pour aidier à defendre ledit Thorel, qui l'avoit aidié à defendre, print une Fourmette, et leur geta.* Aliæ ann. 1383. in Reg. 124. ch. 118: *Icellui Raoulin embrassa ledit Simonnet, et le getta à terre entre une Formete et un lit.*

15. **FORMA**, Calcei modus. Papias: *Scalprum, quo corium aptatur, quo fabricantur Formæ sutorum.* Utitur Ulpianus ad Legem Aquiliam.

* *Enfourmoir*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1350. ex Reg. 78. Chartoph. reg. ch. 177: *Girardin L'Alemant cordonnier prins en son ouvroir l'Enfourmoir d'un housiau, etc.* Vide infra *Formipedia.*

16. **FORMA**. Isidorus lib. 4. Orig. cap. 8: *Impetigo est sicca scabies, proveniens a corpore cum asperitate et rotunditate Formæ, unde vulgus Formam appellat.* Ita legit Will. Britto in Vocab. MS. non *hanc vulgus sarnam*, ut editi libri præferunt. Vide *Sarna.*

¶ 17. **FORMA**, *Puls miliacea ex melle*, apud Festum.

¶ 18. **FORMA**, Caseus. Vide *Formaticum.*

Forma Casei, Caseus ipse. Annal. Placent. ad ann. 1447. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 893: *Mirum esset audire quot pernas carnis porcinæ salsas, quot casei Formas, quot alias supellectiles abduxit.* Vide *Formaticum.*

* 19. **FORMA**, Facies, vultus. Libert. villæ *de Coynau* ann. 1312. in Reg. 150. Chartoph. reg. ch. 113: *Si aliquis habitator dictæ villæ..... aliquem de pugno vel palma percusserit, et inde sanguinem non effuderit, et Formam non defformaverit, seu dentes non fregerit, etc.*

¶ **FORMABILITER**, Diserte, expresse, nostris *Formellement.* Sacramentar. Gri-

Digitized by Google

moldi Abbat. : *Ita videlicet ut hinc inde Formabiliter iisdem positis libellis noverit quisque quæ a B. Gregorio, quæve sint ab aliis edita Patribus.*

* **FORMAGATA**, Placenta ex caseo. Consuet. Perpinian. MSS. cap. 38 : *Item debent coquere panatas, et carnes, et cassoles, et pisses, et Formagatas et flatones, et hujusmodi talia sine precio, et sine aliqua parte.* Vide *Formaticum*.

¶ **FORMAGIARIUS, FORMAJADA.** [* Stat. Vercel. lib. 3. pag. 76 : *Item quod aliqui Formagiarii et alii revenditores die merchati ante octavam, nec die Veneris per totam diem, non emant, nec emere faciant pro eis, vel aliis, aut per submissam personam caseum vel scracium.*] Vide in *Formaticum* et infra *Fromagerius*.

* **FORMAGIUM**, Italis, *Formaggio*, Gall. *Fromage*, Caseus. Stat. Astæ ubi de Intr. portar. *Formagium foresterium grassum, paramensium, ... pro quolibet rubo lib. ij.*

¶ **FORMALE.** Vide *Forma* 12.

FORMALES EPISTOLÆ Latinis sunt, quæ ead. forma omnibus scribuntur, ἐγκύκλιοι ἐπιστολαί. [*Scriptori litteræ Formalis decem florenos auri Reginæ*, in Charta ann. 1383. ex Tabul. S. Victoris Massil.]

1. **FORMALIA VERBA**, quæ in *Formis*, seu sacris τύποις ut plurimum scribebantur, cujusmodi sunt : *Nostra Serenitas, Pietas, Mansuetudo, etc.* de quibus Julianus Constit. 113. § 420. Scholia ad eumdem Julianum cap. 63 : *Auditorium sacrum dicebatur, ubi Formalibus verbis allegabantur.*

¶ 2. **FORMALIA**, Exempla quæ in alicujus rei argumentum proferuntur. Mulleri Introductio in Hist. Canon. Sand-Hippolit. apud R. Duellium lib. 1. Miscell. pag. 288 : *Sed idem Velserus monumentis Tegernseensibus deferre videtur, quum Formalia, quod aiunt, repetit in hunc sensum : Erant in partibus Noricorum duo fratres Albertus et Okorius ex patre Burgundi et matre Bavari, etc.*

¶ **FORMALIUM**, pro *Firmaculum*, Fibula aurea et gemmata, apud Macros in Hierolex. ex Cæremoniali Episc. lib. 1. cap. 7 : *Capiat* (Episcopus) *paramenta, videlicet amictum super rochetum, aut cottam, et super eo, pluviale tempori congruum, sine tamen Formalio.* Vide *Fibulatorium*. [* Leg. *Fermalium*. Vide supra in hac voce.]

* **FORMARIA**, Mansio, domus; nisi contracte scriptum fuerit pro *Formentaria*, et intelligas agros frumenti feraces. Vide mox *Formentada*. Charta Dagob. II. reg. Franc. ann. 684. in Suppl. ad Miræum pag. 283. col. 1 : *Ipsa villa superius intimata, cum omni integritate et soliditate sua, ... vel ipsa Formaria seu vinea cum vineatore, etc.*

FORMARIUS, Dignitas in Monasteriis, Qui *in bonis sit forma*, ut loquitur S. Ferreolus in Regula cap. 17. unde nomen, id est, qui cæteris Monachis vitæ suæ ratione præluceat, seu potius qui Monachorum *spiritualitati* invigilet : *Senior, qui aptus sit ad lucrandas animas, qui super* Monachos *omnino curiose intendat et sollicitus sit*, ut in Regula S. Benedicti cap. 58. *Pere Spirituel.* S. Ferreolus dicto cap. : *Nam post ipsum, quem diximus, Præpositum, qui in bonis sit forma, statuimus regularem formare Formarium : ut facilius adjutorio illo subjuncto Abbas, cui nomen Pater est, uberes fructus metat de perfectione dulcium filiorum, etc.*

FORMARIA, Eadem dignitas in Monasteriis feminarum, quæ *Formarii* in virorum. Regula S. Cæsarii ad Virgines cap. 37 : *Si quis vero germanam suam, vel filiam, aut quamlibet parentem... videre voluerit, præsente Formaria, vel qualibet seniore, ei conloqui non negent.* Adde cap. 39. et Regulam S. Donati cap. 4. 12. [Laurent. in Amalthea ex Passeratio : *Formaria, Magistra novitiarum.*]

¶ **FORMASTRUM**, *Opus pistorium.* Gloss. Isid. Perperam apud Papiam editum *Formascor*, nec satis bene apud eumdem MS. : *Formascoro, Opere pistorio.*

FORMATA, Divina Eucharistia. Ordo Romanus, ubi de benedictione Episcopi : *Cum autem venerit ad communicandum, Dominus Pontifex porrigit ei Formatam, atque sacratam oblationem integram.* Ubi perperam Menardus *Epistolam formatam* hic innui censuit. Miracula sancti Stephani Episc. Cajacensis, seu Calatini, apud Michaelem Monachum in Sanctuario Capuano pag. 185 : *Cum feria 5. sanctus Domini Confessor divina celebrasset, sanctissimumque Eucharistiæ, tam Clero quam populo, tradidisset Sacramentum, quod de Formata supererat, Ecclesiæ custodi magna tutela servandum tradidit, etc.* Synodus Ravennensis ann. 997 : *In sancta hac Ravennate Ecclesia... dudum consuetudo est valde reprehensibilis orta, ut Subdiaconus Corpus Domini, quod Formatum* (leg. *Formatam*) *appellant, tempore consecrationis Episcoporum, ipsis vendant Episcopis, et Chrisma vendant Archipresbyteris parochiæ vestræ : in quibus apparet venditio Filii Dei, et venditio Spiritus sancti, etc. Formatam* porro sacram Eucharistiam appellatam puto, a *forma*, seu *figura*, sive Crucis, sive Christi, quæ ei imprimi solet : quod etiam docet Durandus lib. 4. cap. 41. Σφραγίς, *sigillum*, dicitur in Liturgia S. Chrysostomi. Vide *Oblata*, [et *Forma* 2.]

FORMATÆ, Ecclesiasticis Scriptoribus Latinis appellatæ, Epistolæ, quæ Græcis κανονικαί, quod scilicet *Canonibus* et Conciliorum Statutis inductæ fuerint. Ita *Formata*, nomen genericum est, et convenit omnibus fere Epistolis Ecclesiasticis, maxime vero *Commendatitiis, Pacificis, Dimissoriis, Communicatoriis*, et aliis hujusmodi, quas ad hoc invenere sancti Patres Concilii Nicæni, ut auctor est Atticus Patr. CP. *ne aliqua fraus falsitatis temere præsumeretur.* Formatas enim dabant Episcopi Clericis in alias diœceses profecturis, seu *commendationis*, seu *dimissionis*, seu *communionis* gratia, uti de singulis, suis locis docemus. Unde in veteri Scheda de Officio et Ordinatione Episcoporum, edita a Steph. Baluzio, ad eos pertinere dicitur *earum conscriptio epistolarum, quæ Formatæ dicuntur.*

De nominis etymo discrepant eruditi. Cujacius, Savaro, et novissime vir doctissimus Philipp. Priorius in Dissertat. de Literis Canonicis, et aliquot alii censuere, ita dictas, quod sub certa ac determinata forma, verbisque solennibus, certis adhibitis præterea notis et signis, concipi solerent. Carolus Labbeus, Schottus, etc. *Formatas* appellatas scribunt, eo sensu, quo *Formales epistolas* dixit Suetonius in Domitiano cap. 13. quod haberent talem formam, qualem publica instrumenta et edicta habere solent. Non desunt præterea, qui *Formatas* dictas volunt a *formis*, seu litteris, quæ in earum fine apponuntur : nam *formas litterarum* dixit Quintilianus lib. 1. cap. 1. Sirmondus denique ad Goffridum Vindocin. et ad Sidonium probabili conjectura existimat, *Formatas* appellatas hasce epistolas, a sigilli forma, qua muniebantur. Quod potissimum eruit ex Glossis Vaticanis, quæ *Formatam Epistolam, sigillatam* interpretantur : quibus consentiunt Glossæ MSS. ad Canones Conciliorum in Bibl. Regia ad Concil. Carthaginense cap. 23 : *Formam scriptam, vel sigillatam*, [et Glossar. MS. veteri Canonum Collect. præmissum in Bibl. DD. *Chauvelin* Regior. sigillorum Custodis : *Formata littera, id est, formata aut sigillata ab Episcopo.*] Unde *Formatam*, τετυπωμένην vertit Græcus Interpres Concilii Carthagin. in Codic. Canon. Eccl. Afric. cap. 23. est enim τυποῦν, *Sigillare*. Sigillum autem appositum Formatis testantur Concilium II. Cabilonense can. 41. et Ratbodus Trevirensis in Formata sua apud Ivonem. Est porro *forma* hoc loco idem quod *imago*, typus, quod in Episcopi, a quo exarabantur et dabantur *formatæ*, sigillis, illius vel Ecclesiæ Patroni figuræ exprimerentur : qua testantur passim vetustissima Episcoporum vel Ecclesiarum Sigilla. Sic Formata epistola est ea, quæ *forma* seu imagine scribentis ac sigillo est munita : quemadmodum dici videtur *Lex formata* in leg. 4. Cod. Th. de Privileg. eor. qui in sacro Pal. mil. (6, 35.) lex sacro Principis typo vel sigillo munita, quæ Græcis istius ævi τύπος passim appellatur. Ita *Sigillum* posterior ætas epistolam sigillo munitam dixit, ut infra docemus. Vide Cujac. ad leg. 62. de Verbor. oblig. [et Mabill. Diplom. lib. 2. cap. 15.]

Ejusmodi *Formatarum* meminerunt passim Scripotres, Sozomen. lib. 7. cap. 17. Atticus Patr. sub finem Concilii Calchedon. Silvester PP. apud Joan. a Bosco Vienna pag. 27. Alexander I. PP. Epist. 3. Vigilius PP. Ep. 10. ad Aurelian. Episc. Arelat. Concil. Milevit. can. 2. African. can. 40. 73. Carthaginense III. can. 28. Parisiense VI. lib. 1. can. 34. Synodus Romana ann. 826. cap. 25. Concilium Meldense ann. 845. cap. 50. Ravennense ann. 997. can. 3. Rotomagense ann. 1074. can. 3. Beneventanum ann. 1091. can. 3. Ferrandus Diac. cap. 46. 111. 127. 212. Addit. 4. Ludov. Pii ad Capit. Caroli M. can. 98. Optatus lib. 2. S. Augustin. Epist. 163. Capitula Guilleberti Episcopi de Interdictis cap. 1. Ratherius Veron. in Synodica ad Presbyt. pag. 263. Regino in simili Synodica cap. 79. Laufrancus Epist. 24. Decreta Calomanni Reg. Hungar. lib. 2. cap. 21. Sugerius in Ludovico VI. pag. 312. etc.

De iis porro multa congerunt Franc. Bernardinus Ferrarius lib. 1. de Antiq. Eccles. Ep. cap. 2. et seqq. Baron. ann. 142. n. 6. et seqq. Cujacius ad Nov. 6.

Digitized by Google

Savaro ad Sidon. lib. 6. Epist. 8. lib. 7. Ep. 2. Sirmondus ad eumdem Sidon. lib. 6. Ep. 3. Browerus lib. 9. Annal. Trevirens. pag. 543. 1. Edit. Justellus ad Canon. Eccl. universæ, Binius ad Vitam Sixti I. PP. Bignonius ad Formulas veteres, Meurissius in Episcopis Metensib. pag. 289. Priorius et alii. Formulas Formatarum plures dedit Sirmondus ad calcem tom. 2. Concil. Gall. pag. 663. et seqq. Habentur etiam nonnullæ in Diurno Romano cap. 3. tit. 10. apud Papiam verbo *Formata*, Ivonem Decreti part. 6. col. 433. 434. 435. Burchard. lib. 2. cap. 227. Gratianum distinct. 73. cap. 1. Souchetum ad Epist. Ivon. 4. Carolum Labbeum ad Synopsin Basilicon pag. 196. Ferrarium lib. 1. cap. 5. pag. 29. Bignonium in Formul. veterib. cap. 12. pag. 219. 1. Edit. Ughellum tom. 5. Ital. Sacr. pag. 1288. Steph. Baluzium post Capitularia Regum Franc. et in Nova Collect. Formul. cap. 39. 40. 41. 43. Philippum Priorium in Dissert. de Literis canonicis, [et Eccardum inter vett. formulas quas ad calcem Leg. Salicæ edidit.] Vide *Benevalete*.

* Consule Dissertat. Fr. Domin. Bencini, quam de Literis encyclicis Taurini edidit ann. 1728.

Lettres Formées, seu *Litteræ formatæ*, Regio vel publico sigillo sigillatæ, in Consuetud. Andegav. art. 471. 472. quarum vi juridica decreta executioni mandantur. Statutum pro Monetariis ann. 1354. in Regesto Cameræ Comput. Paris. sign. 123. fol. 98. v° : *Item que nul ouvrier ou monnoier ne tienne concubine, et s'il la tient, que l'en lui face Formée, et se aprés qu'il auroit formé, il renchoit, qu'il paie pour chascune fois qu'il fourniroit, on rencheroit, un marc d'argent, et soit tenu pour infame.*

FORMATICUM, Formaticus, Formatis, Caseus, sic vulgo *Formage*, vel *Fromage* appellant, quod in forma infarciatur et struatur. Papias : *Caseus, dictus quod careat sero, vulgo Formaticum, Forma : inde fit diminutivum Formula, unde etiam Formella, quæ etiam informationes casei significat, unde et Formaticum dicitur.* [Charta Hilduini Abbat. ann. 832. apud Felibian. in Hist. S. Dionysii pag. 50 : *De legumine modia tricenta, de Formatico penciones trecente triginta, de adipe modia triginta quinque.*] Chrodogangus Metensis Episc. in Regula Canonic. cap. 8 : *Portionem de Formatico, et cibaria alia accipient.* Ordo Romanus : *Ova manducant et Formaticum, id est, caseum.* Occurrit præterea in Capitulari de Villis cap. 44. in Charta Lud. Pii apud Mabillon. tom. 5. Vit. SS. Ord. S. Bened. pag. 67. apud Cosmam Pragensem in Chr. Bohem. pag. 5. etc.

Formaticus. Hincmarus Remensis in Capitulis Archidiaconis datis cap. 4 : *Quando parochias circuitis, nolite graves esse Presbyteris, petentes friskingas, vel pisces, aut Formaticos, aut annonam, etc. Formaticos* etiam habet Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 139. *Formatem* Eginhardus Epist. 23.

Formellus Casei, in Charta ann. 1072. apud Joann. Lucium lib. 2. de Regno Dalmat. pag. 102. [Canones Hibern. apud Marten. tom. 4. Anecdot. col. 7 : *Horti oleribus, ovis paucis, Britannico Formello utatur.*] Vide *Formula*, 1.

Formella, *Caseus*, in Gloss. Biblicis MSS. Vide supra, ex Papia. [Hist. Novientensis Monast. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1127 : *Totam insulam pervagantes, panes et Formellas casei, vel quidquid ad cibum invenire poterant diripuerunt.* Chartul. Kemperlegiense : *Samam vini et duodecim Formellas vel unum lardi bradonem, pro ea det Monachis.* Vetus Interpres libri 1. Reg. 17. 18 : *Et decem Formellas casei has deferes ad Tribunum.* Septuaginta habent τρυφαλίδες.]

Fromageria, Locus, ubi casei, quos *Fromages* dicimus, fiunt vel asservantur, in Statutis antiquis Cartusiensib. 3. part. cap. 11. § 26. Vide *Arcella* 1.

¶ Fromatgium, Præstatio casei. Consuetud. MSS. Tolos. ex Bibl. D. Abbatis *de Crozat* fol. 19 : *Nec solvunt albergam, nec lingnagium nec Fromatgium, nec ovagium, etc.*

¶ Formajada, Panis cum caseo. Vide *Artotyra*.

¶ Formagiarius, Italis *Formaggiaro*, Qui caseos vendit. Chron. Astense apud Murator. tom. 11. col. 230 : *Tunc quidam Formagiarius nomine Guilielmus de Vayro surgens super tabulam unam, etc.*

* **FORMATIO**, Genitura. Stat. synod. eccl. Attrebat. xv. sæc. cap. 18. ex Cod. reg. 1610 : *Prohibemus . . . ne quis sacerdos propriæ Formationis filios vel filias in domo sua, vel in parochia tenere præsumat, quia ex hoc scandalizatur populus, et eorum peccatum in cleri obprobrium divulgatur.* Vide infra *Fructura*.

* **FORMATRIX**, Quæ format, conditrix, apud Tertull. de Monogam. cap. 17. et Cl. Mamert. de Statu animæ lib. 1. cap. 26.

FORMATUM, inquit Papias, *sive Formatium in Africa et Hispania parietes dicunt de terra formatos, utrimque duabus tabulis.* Eadem habent fere Glossæ Arabico-Lat. ex Isidoro lib. 14. cap. 9. Hispani *Tapias* vocant ejusmodi parietes, [*Formaceo* Itali.] Vide Plinium lib. 35. cap. 14. et Philandrum ad Vitruv. lib. 2. cap. 8.

* **FORMATUS**, Firmus, stabilis : *Officium formatum*, quo possessor pro arbitrio privari non potest. Instr. ann. 1451. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 279. col. 1 : *Cum locumtenentia non sit officium Formatum, sed ad libitum constituentis, etc.* Ibidem : *Officiarii regii Formati.*

¶ **FORMATUS** Baccalaureus, Qui præscriptum in Scholis studiorum cursum absolvit, et ad Magisterii in Theologia gradus suscipiendos dispositus; unde et *Dispositus Baccalaureus* appellatur. Charta Eugenii PP. IV. ann. 1443. qua Lovanii in Ecclesia S. Petri Capitulum X. Canonicorum instituit, apud Miræum tom. 2. Diplom. Belgic. pag. 897 : *Pro Formatis in Theologia Baccalaureis, sive in illa aut medicina, vel qui per triennium legerunt vel rexerunt post susceptionem magisterii gradus in artibus magistris, sive in utroque vel altere jure Doctoribus, aut cum rigore examinis Licentiatis, in eodem studio legentibus pro tempore, etc.*

1. **FORMELLA**, Ponderis genus apud Anglos, cujus ratio habetur in Statuto de ponderibus, edito anno 51. Henrici III. i. ann. 1267 : *La charre* (i. carri onus) *de plumbo constat ex* 30. *Formellis : et quælibet Formella continet* 6. *petras, exceptis* 2. *libris; et quælibet petra constat ex* 12. *libris, et quælibet libra constat ex pondere* 25. *solidorum.* [Informat. MSS. pro passagio transmar. : *Item Formellam ordei eminam unam pro qualibet bestia.*] Ubi genus est mensuræ.

¶ 2. **FORMELLA** Cereæ, Circulus cereus, eadem origine qua caseus *Formella* dicitur, quod nempe in forma struatur. Miracula S. Galli cap. 7. sæc. 2. Bened. pag. 253 : *Dum mulier pallulam quam in loco oblatura erat, contextam paravisset, involvit eam Formella cereæ, quam simul oblatum ire cogitabat, et in arca sua inter alia vestimenta reposuit.* Vide *Formaticum, et Forma* 8.

3. **FORMELLA**. Ugutio et Auctor. Breviloqui : *Formella et Formula, dimin. a forma, et sunt proprie instrumenta alutariorum, quibus formant subtalares.* Vide *Forma*, 15.

¶ 4. **FORMELLA**. Vide *Forma*, 14.

* 5. **FORMELLA**. Vide *Formaticum* et *Formula* 1.

* 6. **FORMELLA**, Alia notione. Vide infra *Formula* 5.

FORMELLUS. Vide in *Formaticum*.

¶ **FORMELUS**. Littera Magni Norwegiæ Regis ad Edwardum I. ann. 1280. apud Rymer. tom. 2. pag. 1075 : *Transmittimus vobis ad solatium et recreationem . . . . duos nobiles gerofalcones albos, Formelos : et sex greseos etiam Formelos.* Id est Formatos et instructos, Gallice *Formés*. Sic enim Edwardus ad Castellæ Regem ann. 1283. ibid. pag. 1083 : *Mittimus vobis quatuor girofalcones grisos, quorum duo apti sunt et instructi ad grues et heruncellos ... de albis vero girofalconibus ... nullum ad presens habemus.*

¶ **FORMENSIS**. Vide *Forma* 12.

¶ **FORMENTADA**, Præstatio ex *frumento*, eadem quæ infra *Frumentagium*. Charta Alienoræ Reginæ Angliæ ann. 1198. apud Stephanotium tom. 1. Antiq. Benedict. in Vasconia MSS. pag. 467 : *Istas Ecclesias cum omnibus appenditiis suis in vineis, in villis, in decimis, in pratis ... cum consuetudine trium modiorum salis, et cum lapoiada et Formentada, quas Guillelmus Dux Aquitaniæ pater noster eis confirmavit, concedimus et confirmamus.*

* Charta ann. 1254. ex Tabul. monast. Bosonis-vil. : *Focum seu ignem in domibus suis alentes debent abbati et monachis dare annuatim Formentadam, seu unum sextarium, vulgo un boisseau, frumenti pulcri et boni.*

* **FORMERII** Clerici. Vide supra in *Clerici*.

FORMERIUS, Puer oblatus vel novitius. Charta ann. 1322. in Maceriis Mon. S. Barbaræ Lugdun. pag. 202 : *Videlicet in festo O. SS. froccum et cucullam, et hoc solummodo sacerdotibus et juvenculis, et quando tradentur novi tradantur veteres. Pueris vero Formeriis providere et frochis et cucullis, convenientibus et honestis, prout antiquitus est fieri consuetum.* [Et pag. 203 : *Et camisiæ puerorum et Formeriorum, de consimili*

Digitized by Google

tela de qua fiant femoralia aliis Monachis.]

¶ **FORMEUS.** Vide *Formus.*

¶ **FORMICA.** Rochus *le Baillif* in Dictionariolo Spagyrico : *Formicæ, Verrucæ sunt apostemata vulgo Porra appellata.* Oratio de S. Bonaventura in Actis SS. Julii tom. 3. pag. 827 : *Francisca luem sive Formicam in collo patiebatur, cujus ignis sensim in reliquam corporis partem se prorogabat, et teneras puellæ carnes misere urebat.* Arabibus *Formica* idem est, quod Latinis Ignis sacer, Græcis ἕρπης. Vide *Farsa.*

FORMICÆ Scoticæ. Ita per ignominiam et contemptum, et ut pusillos appellabant Angli Boreales vicinos Scotos, quos animitus olim oderunt, *the Scotch tikes.* Matth. Paris ann. 1174 : *De Formicis Scoticis tot interfectæ referuntur, quod numerum omnem excedere dicebantur.*

¶ **FORMICABILIS.** Vide *Formicalis.*

¶ **FORMICALEON.** Vide *Formicoleon.*

¶ **FORMICALES,** *Forcipes fabrorum, quod Forma, i. calida de fornace extrahunt.* Johan. de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Formicales, Tenailles à feure.* Festus habet *Formucales.* Vide *Formus.*

¶ **FORMICALIS,** ut mox *Formicans. Formicalis pulsus,* apud Cœl. Aurel. Tard. 2. 14. Idem Cœl. Acut. 2. 27 : *Pulsus latens aut Formicabilis, quem Græci* μυρμηκίζοντα *vocant.*

FORMICANS et *vermiculus pulsus,* Μυρμηκίζων, σκωληκίζων σφυγμός, inordinatorum pulsuum apud Medicos species, quorum primus dicitur a formica, quod is velut formicæ super digitos, alter quod ut vermis motus sentiatur; uterque mortis indices. Magister Egidius de Corbolio, qui sub Philippo vixit, lib. de Pulsibus :

Sunt gemini pulsus, Formicans, vermiculosus,
Æstivis potius in febribus, et peracutis,
Mortis præcones fidi, reserantque sepulcra.
In febre Formicans, pulsu vermiculante verendus,
Non redit ad melius, sed vitam morte soporat.

Vide Gorræum, [et supra *Formicalis.* Plinius ipse 7. 51. dixit, *Percussu Formicante venarum.*]

¶ **FORMICAPES,** Laurentio in Amalthea, idem ac *Formicales :* quod vide.

* **FORMICARE,** Formare. Dudo decan. S. Quint. de ducibus Norman. apud Du Chesn. Hist. Norm. pag. 69 :

Formicare valens informia cuncta potenter,
Donaque distribuens nectaris uranici.

FORMICARIUM, *Locus formicarum, quod et Formicetum dicitur,* Ugutioni. *Formicaio,* Italis.

* **FORMICATIO,** Formicæ motus vel punctio. Mirac. S. Domin. tom. 1. Aug. pag. 655. col. 2 : *Puella flexis genibus salutationem beatæ Virginis frequenter repetens, Formicationes quasdam in brachio sentiebat.* Idem scriptor supra pag. 651. col. 2 : *Quasi graves formicarum puncturas* appellat.

* **FORMICATOR.** Mirac. S. Januar. tom. 6. Sept. pag. 889. col. 1 : *Ego vero quasi pauperculus litterarum, ceu Formicator pondus tantorum erigere.* Quæ docti Editores sic emendant ex codice Vaticano ibid. pag. 890. col. 2 : *Ceu fomica nititur pondus tantum erigere.*

¶ **FORMICOLEION** *ob hoc vocatur, quia est vel formicarum leo, vel certe formica pariter et leo. Est enim animal parvum formicis satis infestum, quod se in pulvere abscondit et formicas frumenta portantes interficit. Proinde autem leo et Formica vocatur; quia aliis animalibus ut formica, formicis autem ut leo est.* Gloss. Sangerm. n. 501. [** Ex Isidor. Origin. lib. 12. cap. 3. sect. 10.] Johannes de Janua *Formicaleon* legit et *Formicoleon.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Formicaleon, Une petite beste adversaire au fromi.*

FORMICTA, [f. Placentæ genus ex polline factæ.][* Vel potius ex caseo. Vide supra *Formagata.*] Monasticum Anglican. tom. 1. pag. 149 : *In Rogationibus ad festum S. Odulfi præbendarium* (frumenti) *ad frixuras. Similiter in Septuagesima, et uno die parasceve ad pulmentum. Ad Formictas vero in adventu Domini debent habere 14. summas contra Natale Domini, contra Quadragesimam tantundem,... omnes scilicet percipiendas de horreis.* Vide *Formiscare.*

* **FORMIDALIS,** Formidabilis. Charta ann. 1366. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 104 : *Ne quis absque eorum licentia vindemiare audeat, pœnas Formidales super hoc imponendo.*

FORMIDAMINA, Spectra, φάσματα, apud Apuleium in Apologia.

FORMIDINES, *Illigatæ pennæ, quibus venatores cervos capiunt.* Papias. Seneca lib. 2. de Ira cap. 11 : *Nec est mirum, cum maximos ferarum greges linea pennis distincta conterreat, et ad insidias agat, ab ipso effectu dicta Formido.* Horatius in Satyra, de Priapi statua in hortis poni solita :

... Deus inde ego furum avium que
Maxima Formido.

Hieronym. adversus Luciferianos cap. 8 : *Quotidie industria rusticana aves sonitu abigit, imaginibus exterret : hinc flagello crepitat, hinc Formidines tendit.*

☞ Hujus venationis meminit Isaias cap. 24. 17 : *Formido, et fovea, et laqueus super te, qui habitator es terræ. Et erit : qui fugerit a voce Formidinis, cadet in foveam : et qui se explicaverit de fovea, tenebitur laqueo.* Adde Jerem. cap. 48. 44. Et quidem in eo maxime posita erat hæc venandi ratio, ut ex una parte funis variarum avium pennis referta extenderetur, quæ a venatoribus agitata feras terreret, ut in fugam positæ, in præparatis laqueis vel in foveis inciderent. Hæc belle descripsit Nemesianus in Cynegetico :

.... Quin etiam magnos circumdare saltus
Quæ possit, volucresque metu concludere prædas,
Digerat innexas non una ex alite pinnas :
Namque ursos, magnosque sues, cervosque fugaces,
Et vulpes, acresque lupos, ceu fulgura cœli,
Terrificant, linique vetant transcendere septum.

Gloss. Lat. Gall. Sangerm : *Formido, Paour, espoventemens, ou pavon de sajette.*

* **FORMIDOLOSITAS,** Formido, pavor, apud Glabr. Rodulph. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 12.

¶ **FORMIDULUS,** pro *Formidolosus,* in Actis SS. April. tom. 2. pag. 307.

FORMIDUS. Joannes de Janua : *Formos, calor vel ignis, unde formus, et Formidus, calidus, Hoc formum calida materia ferri, sicut extrahitur ab igne.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Formidus, Chaux, a Formon quod est calor vel ignis.* Vide *Formus.*]

¶ **FORMIO,** Κόφινος, Corbis. Gloss. Lat. Græc. MS. Sangerm. *Formio* Græcis φορμός a φέρω, quia in eo aliquid fertur. *Formio,* Storea est Ulpiano. Suidas : φορμός, ψίαθος.

* **FORMIPEDIA,** *i. Forma sutorum,* in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Aliud Gall. Lat. ex Cod. 7684 : *Formipedia, forme à souler.* Vide supra *Forma* 15.

FORMISCARE. Charta Ildefonsi Regis Aragonum ann. 1187. pro Libertatibus villæ Amiliani, (*Milhau*) in Regesto Ludovici Hutini Reg. Franc. fol. 7 : *In molendinis non ultra pugnaderiam* (pugillatam) *rectam, quam dominus molendini debet habere, de sextario non detur, nec accipiatur ultra libram farinæ de sextario, quotcumque sint ibidem molendinarii, vel submolendinarii vel alii nuncii, et propter hoc differant et referant blatum a farina, et Formiscant, et molant molienti, etc.* Vide *Formicta.*

* Emendandum propono *Tremiscare,* quod est, *Tremello* seu moletrinæ bladum infundere, vulgo *Engrenner;* id quippe ad molitoris officium pertinere debuit. Vide *Tremellum.* [** Forte *Forniscant.* Vide *Furnire.*]

¶ **FORMITAS,** *Legalitas,* in Onomastico ad calcem tom. 5. SS. Junii.

FORMITER, Rite, [secundum *formam* vel legem.] Vita S. Domnoli Episcopi Cenoman. num. 4 : *Et postea cum omnibus ad se pertinentibus ad matrem ipsius civitatis Ecclesiam per eorum chartulas legaliter Formiterque ipsi Domino Domnolo Episcopo tradiderunt.* In processu B. Francisci Servitæ : *Pro examinandis testibus Formiter auctoritate Apostolica.* Sed vereor, ne in Vita S. Domnoli legendum sit *Firmiter.*

* Unde *Formaller* nostri dixerunt, pro Instrumentum cum formulis a lege præscriptis conficere. Sent. scabin. Doncher. ann. 1374. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 305 : *Les dépositions des tesmoins eussions fait escripre, Formaller et courre, etc.*

* **FORMITTERE,** Excludere, Gall. *Mettre dehors.* Charta ann. 1270. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 53. r° : *Exceptis tamen et Formissis de præsenti venditione hominibus et tenementis, prædictæ dominæ olim datis in maritagium.*

¶ **FORMORTURA,** Forsmortura, Mortui bona jure hæreditario alicui obvenientia, vel etiam domino, si defuncto non sint hæredes legitimi, *Formort, Formoture,* vel *Formorture,* in quibusdam Consuetudinibus, ut in Montensi cap. 36. Cameracensi tit. 7. art. 11. Namurcensi art. 86. Charta Eustachii *Laivol* ann. 1229. ex Archivo Corbeiensi : *Ego de consensu Leiardis uxoris meæ et liberorum meorum dictam donationem Ecclesiæ Corbeiensi de dictis sex modiis bladii factam, ratam habeo et gratam, et quidquid juris sive in excaantia sive in Formortura, sive quocumque alio modo in dictis sex modiis bladi habebam ego vel hæredes mei, vel habere poteramus in futurum.* Charta anni 1217. apud Miræum tom. 2. pag. 1213 : *Quæ eis per Forsmorturam accidere poterant... habemus.* Compositio pacis Margaretam Flandriæ Comitissam inter et Walterum Episcopum Tornacensem atque Balduinum Comminii dominum ann. 1250. ejusdem tom. 1. pag. 1232 : *Notandum insuper quod hospites nostri, qui manent in*

Digitized by Google

nostra justicia, non possunt transire vel domicilia sua transferre in terras Episcopi, Canonicorum et Ecclesiæ, nisi in casibus subnotatis : videlicet per successionem vel proximitatem successionis ; ut pote quando terræ vel mansuræ sitæ in dictis terris ad eos devenerunt per Formorturam ; item per matrimonium sive maritagium, etc. Vox fortassis orta ex *Foras*, extra, et *Mori*, quasi diceres, Hæreditas illius, qui moritur extra hæredis patriam seu in terra alterius dominii.

* *Formorture*, priori notione, in Charta ann. 1332. ex Chartul. 2. Fland. ch. 588. in Cam. Comput. Insul. : *Comme uns débas et contens aient esté entre Philippe de Axpoele d'une part, et ses quatre sereurs d'autre, pour cause de la Formorture de damoiselle Chaterine leur sereur..... Avons dit..... que de la Formorture de ladite sereur, les quatre sereurs Philippe dessusdit auront douze livres Parisis de rente par an.* Altera vero acceptione *Fourmorture*, inter Redit. comitat. Hannon. ann. 1265. ex ead. Cam. Comput. : *Si a li quens.... Fourmorture de bastart, ki muert sans hoir de se car, et de se femme espousée ; et Fourmorture del estraijer.* Vide *Manus-mortua* in *Manus*.

¶ **FORMOS**, Calor. Vide *Formidus*.

¶ **FORMOSALICANA ANTIQUA**, Species scripturæ. Vide *Scriptura*.

¶ **FORMUCALES**. Vide *Formicales*.

1. **FORMULA**, Idem quod *Formacitum*, Caseus. Acta Murensis Monasterii pag. 54 : *Consuetudo est, ut omne lac, quod sibi de pecoribus in duabus vicibus provenerit, vel ipsum lac, vel Formulas, quæ inibi fiunt... illi det, etc.* Vide aliis notionibus in *Forma* 1. 9. et 13.

2. **FORMULA PANIS**, [Placenta seu panis tenuissimus ex farina et aqua confectus.] Fragmentum Historicum de Concilio Aquisgranensi : *Indultumque est illis* (Canonicis,) *ut magnis solemnitatibus plurima habeant fercula, cum Panis Formulis, et phialis pigmenti, propter honorem et nobilitatem Francorum.*

* 3. **FORMULA**, Nummus *formatus*, id est, figura donatus. Arest. ann. 1352. 7. Maii in vol. 2. arestor. parlam. Paris. : *Suos merellos pro distributionibus consuetis, capitulum et chorarii fieri facient de plumbo in merellis seu Formulis, sine litteris et sine cruce.* Vide *Forma* 4.

* 4. **FORMULA**, Pulpitum minus, analogium. Stat. S. Capel. Bitur. ann. 1407. ex Bibl. reg. : *Psalmis cantatis habebit dicere versiculum in medio chori retro Formulam.* Vide in *Forma* 13.

* 5. **FORMULA**, *diminut. a Forma, decor, Bellesa, Prov. Formella, idem. Formulus, decorus, speciosus, Bel, Prov.* Glossar. Prov. Lat. ex Cod. reg. 7657.

* **FORMUM**, *Lo ferro focato*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Aliud Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Formum, fer chaut, Formus, esboullissant.* Vide *Formus*.

¶ **FORMUS**, Calidus, a *Fervo* seu *Ferveo*, inquit Martinius, ut θερμός a θέρω : inde German. *Warm*, Angl. *Warm*, et Dan. *Varm*. Isid. l. 20. cap. 13 : *Formum dixerunt antiqui calidum* ; et lib. 10 : *Formidolosus a Formo, id est, sanguine dictus.* Hinc Papias in MS. Bituric. : *Formeum, Sanguis calidus. Formidolosus a Formo, id est, sanguine. Formum, Calidum, fervens ; Formon enim Græce fervor sanguinis.* Arnob. lib. 2 : *Nec ii Formis erubescerent masculorum calamistris vibrare cæsariem.* Vide *Formicales, Formidus*, et *Forvus*.

FORNACALIA, *Instrumenta fornacis ad opus aptata.* Ugutio. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fornacale, Instrument de fournaise.*] Vide Festum.

* **FORNACIA**, Præstatio pro coctione furnaria, quæ domino *furni* datur. Charta ann. 1209. ex Tabul. S. Andr. Avenion. : *Quod in molendino vel furno de Thoson non molat, nec coquat, sine moltura et Fornacia.* Vide *Furnagium*.

FORNACIRE, *Fornacem facere, vel in fornace coquere : hinc fornacitus, in fornace coctus.* Joan. de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fornacire, Enfourner, ou cuire en fournaise.*]

* **FORNACITA**, ut *Fornacia*. Libert. Regalismont. ann. 1340. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 167 : *Pro pane coquendo, pro Fornacita et mandatagio, dabitur domino vicesimus quintus panis.*

* **FORNACIUS**, Qui in fornace coquit, tegularius, Ital. *Fornaciaio. Ars fornaciorum* inter quatuordecim minores artes annumeratur, in Stat. ant. Florent. lib. 5. cap. 19. ex Cod. reg. 4621. Vide infra *Fornasarius*.

¶ **FORNACULA**, *Parva fornax*, in Amalthea.

¶ **FORNAGIA**, **FORNAGIUM**. Vide *Furnagium*.

¶ **FORNAMENTUM**, Id omne quod quis alteri debet *furnire* seu præbere et suppeditare, supellex necessaria. Charta ann. 1238. ex Archivo Montis S. Michaelis : *Abbas de Rothono teneat Præposituras de Rothono, de Balneo, de Brain... ita quod Fornamenta quæ debent dictæ domus Conventui, tempore debito plenarie faciat.* Vide *Furnire*.

* Aliud est *Forneman*, vestis nempe seu ornatus species, in Comput. MS. ann. 1239 : *Pro duobus Fornemanz pro pueris Acon, ponderantibus tres oncias et quinque stellingos, xxiiij. sol.* Vide infra *Fornatura*.

* **FORNARIOLUS**, Furni minister vel famulus, pistor. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 290. ex Cod. reg. 4622. A. : *Liceat massariis molendinarios et Fornariolos percutere et corrigere manu.* Vide infra *Furnairo*.

¶ **FORNARIUS**. Vide *Furnarius*.

* **FORNASARIUS**, **FORNASSERIUS**, ut supra *Fornacius*. Stat. Vercel. lib. 4. pag. 66. v° : *Teneantur Fornasarii habere modos seu mensuras cuporum et lapidum rectas et legales.* Stat. Astæ collat. 7. cap. 6. pag. 24 : *Juro dare vel dari facere pro communi illis Fornasariis de Ast, qui hoc anno coquere voluerint et habere fornacem, modulos communis, tam ad cupos quam ad matones faciendos.* Adde Stat. Mutin. rubr. 198. pag. 38. r°. et Riper. cap. 222. fol. 29. v°. Stat. Montis-reg. pag. 278 : *Quilibet Fornasserius qui non haberet, vel ad aliam mensuram mensuraret aut venderet, etc.* Vide *Fornaserii*.

* **FORNASATA**, Coctio fornacea, Gall. *Fournée*. Stat. Vercel. lib. 4. pag. 83. r° : *Teneantur fornasarii prædicti de qualibet Fornasata lapidum facere tres montonos, etc.* Vide infra *Fornaxarius*.

FORNASERII, Tegularii. Jus Vincentin. lib. 4 : *Fornaserii teneantur et cogantur facere tegulas tectorum, etc.* Occurrit in Statut. Veron. lib. 3. cap. 187. et alibi. Vide *Fornacius*.

* **FORNASETA**, Fornax, fornacula, Ital. *Fornacetta*. Chron. Estense ad ann. 1309. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 365 : *Fecerunt fieri quoddam ædificium lignaminis totum castellatum, et in capite ædificii anteriori fecerunt Fornasetam igne accensam, causa incidendi catenas pontis S. Gregorii.*

* **FORNASSERIUS**. Vide supra in *Fornasarius*.

* **FORNATICA**, Præstatio pro coctione furnaria, quæ domino *furni* datur, idem quod *Fornaticum*, uti etiam editum inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 603. Charta ann. 1164. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 300 : *De habitantibus in villa, focum videlicet ibi facientibus et Fornaticam donantibus, nec per me, nec per meos aliquam unquam justitiam habebo.* Vide supra *Fornacia*.

FORNATICUM, [* Pretium, quod pistori ipsi exsolvitur in coctionis sumtus et mercedem. Stat. Montis-reg. pag. 270 : *Item statutum est, quod quilibet fornarius teneatur coquere sextarium grani et alterius bladi pro denariis sex, pro lignis et pro Fornatico.* Pro præstatione vero quæ domino furni datur,] vide in *Furnaticum*.

* **FORNATOR** inter operarios fodinarum salinariarum recensetur, in Stat. ann. 1451. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 169 : *Statuimus quod in quolibet monte debent poni duo Fornatores pro sale querendo, et illud, quod per Fornatorem in omnibus quatuor angulis acquisitum fuerit, debet observari cum optimis parietibus salis.*

* **FORNATURA**, Id quo aliquid ornatur, Gall. *Garniture*. Comput. MS. ann. 1239 : *Pro Fornatura duarum albarum et duarum stolarum juvenis reginæ, iij. lib.* Rursum : *Pro duabus Fornaturis argenti juvenis reginæ, et pro duobus fermalliis auri, et pro quatuor anulis auri, cxv. sol.* Pluries ibi. Vide supra *Fornamentum*.

FORNAX. *In fornace pro sanitate febris filium ponere*, superstitio damnata in veteri Pœnitentiali MS.

* **FORNAXARIUS**, ut supra *Fornacius* et *Fornasarius ;* unde *Fornaxata*, coctio fornacea, in Convent. Saonæ ann. 1526 : *Quod Fornaxarii debeant pro unaquaque Fornaxata, sive cocta laterum seu mattonorum, etc.* Infra : *Fornaxiata*. Vide supra *Fornasata*.

* **FORNEIA**, a Gallico *Fournée*, Coctio furnaria. Charta ann. 1209. in Chartul. Arremar. ch. 291 : *Haymo fornarius de Maignant.... obligavit abbati Rollando et monachis ecclesiæ Arremarensis, de quinque Forneis, duas Forneias.* Arestum ann. 1333. 31. Decemb. in Reg. *Olim* parlam. Paris. : *Si in visitatione panis, dictus panetarius, vel deputati ab eodem inveniant panes minus sufficientes vel deffectivos, tota Forneia erogetur pauperibus.* Vide infra *Furneia*.

Digitized by Google

¶ **FORNELA**, f. Ustrina seu locus in quo ferrum aliave metalla candescunt, liquefiunt et laborantur, Gallice *Forge, Fourneau*. Scriptura quædam Monasterii S. Vincentii del Pino inter Concilia Hispan. tom. 3. pag. 167. col. 2 : *Et vadit... usque ad Fornelas, et vadit per illum rivolum, qui dicent Ceroisa.*

* **FORNELERIUS**, FORNELLERIUS, Idem qui infra *Fornilherius*. Locus est in *Furnarius*.

¶ **FORNELLADA**, Fornax carbonaria, Gall. *Charbonniere, Fourneau de charbonnier*, Locus ubi carbo conficitur. Statuta Castelli Orgini inter Schedas D. *le Fournier : Nulla persona audeat facere Fornelladas infra defensiones Lare et Mole. Item quod aliqua persona non audeat seu præsumat scendere roves... infra dictas defensiones.*

¶ **FORNELLERIUS**. Vide *Furnarius*.

FORNELLUM. Charta ann. 1208. apud V. C. Dion. Salvagnium Boissium lib. de Usu feudor. cap. 24 : *Postea anno Incarnati Verbi* 1208. *pridie Kal. Januar. in Fornello Archiepiscopi, quod est juxta Ecclesiam B. Mariæ, ipse Guillelmus.... hominium ligium fecit, etc.*

☞ Nisi me fallit animus, *Fornellum* hic aliisque locus mox laudandis, Aula est concamerata a fornice sic dicta. Id non obscure innuit vox *Camera* quæ interdum *Fornello* subjungitur. Tabul. S. Illidii Claromont. : *Actum est hoc anno* MCCXII. *Febr.* II. *ante festum Philippi et Jacobi in Fornello Abbatis. Testes sunt, etc.* Sententia Archiep. Vien. ann. 1228. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 142 : *Actum Romanis in camera cum Fornello domus nostræ*. Maceriæ S. Barbaræ Lugdun. tom. 1. pag. 173 : *Anno Domini* MCCLI... *in Fornello castri S. Marii Raymundus dominus de Medullione fecit homagium et fidelitatem.... Petro Abbati*. Charta ann. 1212. ex Archivis S. Victoris Massil. : *Actum in camera Fornelli monasterii S. Victoris.* Attamen et pro Cubiculo ubi est caminus accipi posse videtur. Et quidem *Fornellum* pro camini spiraculo usurpatur in Statutis Massil. lib. 3. cap. 1 : *Quod omnis persona habens furnum in civitate Massiliæ, vel ejus districtu, teneatur et compellatur levare in altum Fornellum sive furnerium furni sui in tantum, ad notitiam et cognitionem prædictorum magistrorum lapidum Massiliæ, ut fumus exiens de furno non possit obesse vicinis habentibus domos prope dictos furnos, nec transeuntibus per vicos, vel per carrerias juxta quas sunt, vel erunt positi dicti furni.* Eodem iterum significatu occurrit in Statutis Arelat. MSS. tit. 60 : *Quilibet qui furnum habet, faciat ibi Fornellum de lapidibus, et teneatur ipsum et domos ipsius furnerii cooperire de tegulis*. Vide *Furnellum*.

* **FORNELLUS**, dimin. a Furnus, Fornacula, catinus, in quo liquatur aurum vel argentum, Ital. *Fornello*, Gall. *Fourneau, creuset, petit four*. Vide infra *Furniculus*. Stat. ann. 1313. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 14. col. 1 : *Qui custos .... erit ad omnes operationes argenti et bilhonis; nec aliquis poterit fundere vel ponere in Fornello, nisi dictus custos esset præsens*. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 21 : *Dux exercitus in campis suis semper habere debet equos sive mulos portantes Fornellos ac pistrina, causa quoquendi panisculos, sive panes, carnes, et cum pistrinis molere frumentum ac bladum.*

¶ 1. **FORNERIA**, Coctura unius operæ, Gall. *Fournée*. Statuta Arelat. MSS. tit. 59 : *Furnerii accipiant vigesimam quintam partem pro Forneria et postagia panum quos coquunt*. Supra in *Flecarius* accipitur pro muliere panem faciente et coquente, Gall. *Boulangere*.

* 2. **FORNERIA**, Locus, ubi panis coquitur. Vide supra in *Flaqueria*.

¶ **FORNERIUM**. Vide *Furnagium*.

¶ **FORNERIUS**. Vide *Furnarius*.

* **FORNESIA**, f. pro *Forneria*, Coctio furnaria, Gall. *Fournée*. Libert. Vernol. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 641. art. 33 : *Quilibet Vernolii facit furnum.... et de hoc rex habet de quatuor Fornesiis quinque panes*. Vide supra *Forneia*.

FORNEX. Vide *Fornicarius*.

FORNIA, *Fornicatio*, Papiæ.

FORNICARI, in sacra Scriptura, sæpe pro *Idola adorare*, [quod sit spiritalis scortandi modus,] sumitur : [sæpius pro Scortari vel stuprum inferre virgini, apud Scriptores Ecclesiasticos. Sed hæc omnibus nota sunt.] Vide Mamotrectum ad 31. Deuteronom. et alibi.

1. **FORNICARIUS**, Qui meretricatur, vox Latinis vix cognita, tametsi *Fornicariam* meretricem vulgo dicant. Glossar. Gr. Lat. : Καταπορνεύω, *Fornico*. Alibi : Πορνεύω, *Fornicor, scortor*. Πορνεῖον, *Fornix, ganeum, lupanarium* : πόρνη, *Lupanar, scorta, meretrix, fornix*. [Aliæ Gloss. apud Martinium : *Fornex*, πόρνη, καμάρα. Sed de voce dubitat Martinius et de interpretatioue ; nam et pro meretrice non *Fornix*, inquit, sed *Fornicaria* dicitur : nisi ut carcer pro inclusis, ita et *Fornix* pro impudica alicubi legatur. A fornicibus in quibus scorta prostabant, dicta fuisse *Fornicartus* et *Fornicaria*, etc. vulgo aiunt ; a πόρνη, Meretrix, potius derivari crediderim.] Fragmentum Histor. tom. 1. Hist. Franc. pag. 782 : *Omni spurcitiæ deditus, Fornicarius, et illusor feminarum.*

FORNICARIA, in Gloss. Lat. Gr. : Πόρνη, ἀπὸ καμάρας, ἢ ἵστανται. Lex Longobardor. lib. 1. tit. 16. § 2. [** Rothar. 198.] : *Si quis puellam aut mulierem liberam... Fornicariam aut strigam clamaverit.*

FORNICATIO INTER FEMORA. Pœnitentiale Fulberti Carnotensis Episc. : *Si quis fornicatur inter Femora, semel 4. Quadragenis pœniteat.*

☞ Notanda omnino est fornicationis pœna quam refert Th. *Blount* in Nomolex. Anglic. ex Charta ann. 4. Edwardi I. Reg. Angl. [** in Abbrev. Placit. pag. 267. rot. 7. in dorso. Sussex.] : *Juratores dicunt quod prædictus Simon semper tenuit dictam Matildam ut uxorem suam, et dicunt quod nunquam dictam Matildam, matrem dictæ Agnetæ, desponsavit; sed dicunt quod prædictus Simon aliquo tempore captus fuit per amicos prædictæ Matildæ in camera Fornicando cum ipsa Matilda per quod compellebatur unum de tribus facere, uxorem vel ipsam affidare, vel vitam suam amittere, vel ipsam Matildam retro osculare, ita quod ipse Simon ibidem dedit fidem suam prædictæ Matildæ... quod ipsam desponsare debuit, sed ipsam nunquam alio modo desponsavit.*

* 2. **FORNICARIUS**, Ex fornicatione natus, spurius. Charta Phil. comit. Fland. ex Cam. Comput. Insul. : *Quidquid homo dat filio suo Fornicario sine conditione, hoc post mortem ejusdem filii devenire potest in parentes matris pueri.*

¶ **FORNICATOR**, ut *Fornicarius*, Gall. *Fornicateur*. Tertull. de Pudicitia cap. 1 : *Limitem mœchis et Fornicatoribus figimus*. Passim occurrit apud Scriptores Ecclesiasticos, ut superiores aliæ voces ejusdem originis.

* **FORNICATRIX**, Meretrix. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Fornicaresse, Fornicatrix.*

FORNICEPS, pro *Fornix*, in Rythmis de Verona, tom. 1. Analector. Mabillonii : *Foro lato specioso sternuto lapidibus, ubi in quatuor cantus magnus instat Forniceps, plateæ miræ sternutæ desectis lapidibus.*

* **FORNILHA**, unde *Fornilhare* et *Fornilherius*. Vide infra in *Fornilia*.

FORNICIUM, FORNICATIO, Mulcta stupri. Charta Alfonsi VI. Regis Castellæ æræ 1115. apud Anton. *de Yepez* in Chron. S. Benedicti tom. 1 : *Et illa domus sit absoluta et ingenua ab omni regali fisco, et homicidio, et Fornicatione, etc.* Alia æræ 1018. ibid. : *Neque pro homicidium, neque pro Fornicio, etc.* Aliæ habent *stuprum*. Charta Alfonsi VI. Regis æræ 1129 : *Neque in ipsa villa de Cortar ullus Procer et Exactor, neque pro stupro, neque pro adnuba, neque pro fossadera, neque pro aliqua alia calumnia vel negotio.... intret.*

FORNILLA. Regestum Herouvallianum Philippi Aug. fol. 69 : *Donant.... de unaquaque domo unum panem in Natali, pro Fornilla furni.*

☞ Ubi *Fornilla* idem videtur quod *Furnagium*, Præstatio quæ pro coctione furnaria domino furni penditur. Alia vero notione accipitur in Statutis Massil. lib. 3. cap. 15. nempe pro ligno quod calefaciendo furno necessarium est, ni fallor ; ibi enim *de saumatis lignorum non mutandis vel reficiendis* præcipitur : *Decernentes similiter inviolabiliter observandum ut nullus de cætero afferat condorsos aliquos, sed Fornillam tantum, et si quis fornellerius contra hæc ausu temerario venire præsumpserit, etc.*

* FORNILHARE, Officium *fornilherii* præstare et exequi.

* **FORNILHERIUS**, Qui *fornillam* seu lignum calefaciendo furno necessarium colligit et ministrat. Charta ann. 1379. ex Cam. Comput. Aquens. : *Item habet ibi dicta curia duos furnos in una domo, in quibus homines dicti loci tenentur facere coquere suum panem, et nullus alius potest ibi facere furnum, et pro fornagio dant de triginta panibus unum panem; dum tamen curia habeat fornerium et Fornilherium, et furnum paratum ad coquendum.* Vim vocis enucleatius explicat aliud Instr. ann. 1422. ex ead. Cam. : *Attento quod curia non habet Fornilherium, et quisque habet de se ligna suis panibus necessaria, quod minime facere debet, ni solum de sexaginta unum ... levari debere, ... deficiente Fornilherio, prout deficit; ... et sic ipsis Fornilhantibus habere debent et consequi dictam medietatem re-*

Digitized by Google

ctam .... Bajulus cognovit debere pro jure furnagiæ panis, ... scilicet dum curia habebit fornerium et Fornilherium et furnum paratum de triginta panibus unum, et dum tantum habebit fornerium et furnum paratam, de sexaginta panibus unum.

* **FORNILIA, FORNILHA,** Idem quod *Cremium* apud Columellam; dicitur de minutioribus lignis et vepretis siccatis calefaciendo furno, unde nomen, accommodis, Gall. *Fournille.* Hinc *Fornilla* appellata, Præstatio, quæ pro ejusmodi lignis dabatur, alia a *Furnagio*, quæ pensitabatur domino furni. Vide *Fornilla.* Inquisit. de foresta Breheval. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 128. r°. : *Fratres de Fresmont ceperunt per diem duas quadrigatas bosci, unam de grosso et unam de Fornilia.* Et fol. 143. v°. : *Talemelarii Montis Leherici conqueruntur, quod cum prædictus Guido de Valgrinosa et hæredes ejus soleant quærere Forniliam ad furnos calefaciendos; nunc hæredes ejusdem Guidonis compellunt ipsos talemerarios ad Forniliam quærendam.* Pactum inter dom. et habitat. Turris Ayguesii ann. 1501. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Quod ipse dominus et successores.... teneantur et debeant providere de furno et fornerio suis propriis sumptibus et expensis, et ipsi homines de lignis sive Fornilha pro calefaciendo dictum furnum pro decoquendo panes.* Redit. comitat. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. : *Et doit prendre li fourniers à celui qui quist, d'un witel un deniér pour le Fournille; et s'il voet, il puet aporter se feuwille au four.* Charta Petri de Chambliaco ann. 1307. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 87 : *Item le four de Chambay, liquel a chascun an cent charretées de Fournilles prises en la forest de Gonffer.* Vide infra *Fuagium* et *Furnilla.*

¶ **FORNILLUM,** Gall. *Fournil,* Pars ædis rusticæ in qua est furnus. Chartul. SS. Trinit. Cadom. fol. 62. v° : *Quædam pars Fornilli Thomæ filii Regeri est occupata de dominico.* Vide *Furnile.*

FORNIMENTUM, FORNIRE, etc. Vide *Furnire.*

* **FORNIRE,** Conficere, perficere, quo sensu utuntur Itali. Pactum inter Carol. VIII. reg. Franc. et Ferd. reg. Castel. ann. 1493. apud Godefr. in Observat. ad Carol. VIII. pag. 667. art. 15 : *Nos prædictus rex et regina Hispaniæ tenebimur et tenemur Fornire seu complere sigillata ipsa, intra tres menses post dictam possessionem traditam. Et nos prædictus Francorum rex.... promittimus Fornire seu complere juramentum villarum seu civitatum Tholosæ et Narbonæ, antequam prædicta possessio tradatur.* Vide alia notione in *Furnire.*

* **FORNITUS,** perperam pro *Fortuitus,* in Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 71 : *Si vero ex Fornito casu et non culpa vel negligentia etc.*

¶ **FORNITORES.** Vide *Furnitores.*

FORNIX, Arcus, quo sagittæ emittuntur. Usus est Abbo lib. 1. de Bellis Parisiac.

* **FORNUM.** Hist. belli Forojul. in Append. ad Monum. eccl. Aquilej. pag. 54. col. 1 : *Habens fascem fœni unum, ignis intrans in Forno domus, etc.* Rectius editum a Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1212 : *Ignis intravit in fœno in tecto domus.* Cæterum Italis *Forno* dicitur, pars domus, in qua est furnus.

* **FOROBORARI,** Venam incidere, scalpello aperire, proprie Foramen facere, ab Italico *Foro,* foramen. Stat. Montis-reg. pag. 268 : *Statutum est quod nullus ferrarius.... præsumat.... in ipsa parte viæ aliquod animal medicinare seu Foroborari.* Vide supra *Flammeriari.*

* **FOROFACTUM,** Crimen, delictum, in Charta ann. 1158. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 566. Vide *Forisfacere* 1.

¶ **FORONIA,** κλέπτρια, Mulier quæ furatur. Gloss. Lat. Gr. Sangerm. MSS. Græcis φώρ, *Fur* Latinis.

* **FORONITAS,** ut supra *Foraneitas,* Retributio ex *foraneitate* proveniens. Stat. eccl. S. Wulfr. Abbavil. ann. 1233. ex lib. rub. ejusd. fol. 13. r°. : *Notandum est quod Foronitates omnes canonicorum, tam veterum quam novorum, ad commune veterum canonicorum de cetero convertentur.* Vide *Forotaneus.*

¶ **FORONOMUS,** pro *Feronymus,* Græc. φερώνυμος, Ferens nomen suum, id est, veritatem nomine significatam : cui vere convenit nomen quod habet : *Abbatem præposuit nomine Christianum, suæ videlicet professionis Foronomum, et in lege Domini, sicut hunc decuit ordinem, adprime eruditum,* apud Leibnit. tom. 1. Scriptor. Brunsvic. pag. 282. [** et Pertz. tom. 4. Scriptor. pag. 265. in Ruotgeri vita Brunonis cap. 28.] Hieronymus Epist. 48 : *Gratulor tibi et sanctæ atque venerabili sorori tuæ Serenillæ, quæ Pheronymos calcatis fluctibus sæculi, ad Christi tranquilla pervenit.*

FOROSTAGIARE dicitur, qui fidem erga eum, cui in obsidem datus est, fallit. Obses enim Gallis est *Ostage.* Tabularium Vindocinense Charta 63 : *Cum vero Comes Cenomanicus bosiavit Comiti Goffrido, et Forostagiavit obsides suos, perjuravit se Herbrannus de ostagio, sicut alii ostagii, contra Comitem Goffridum, et tenuit se in guerra cum Comite Cenomanico, etc.* Et Charta 207. fol. 85 : *Comes Goffrido Comiti bosiavit, bellumque intullit, et Herbrannus de obsidatu, in quem missus fuerat contra Goffridum, se perjuravit, et contra illum in guerra illa perstitit, etc.* Vide Capitulare 4. ann. 814. cap. 10.

¶ **FOROTANEUS,** Idem quod *Foritaneus* supra. Ordinat. Caroli Reg. Siciliæ de Bestiis extraneorum ann. 1278 : *Super facto bestiarum Forotaneorum et extraneorum, et gardianorum... ordinatum est, ut infra sequitur, etc.*

* **FORPÆ,** Vestes interpolæ; unde *Forparii,* earum mercatores : *Forperie,* forum ubi venduntur. Vide supra in *Ferperia.* Arest. parlam. Paris. ann. 1303. in Reg. *Olim* fol. 106 : *Minuti Forparii Forparum portatores, residentiam excessivam facere non poterunt stando, residendo vel morando ante domos et fenestras et stalla Forpariorum.* Infra : *Magistri forparii residentes et charronerii Parisienses, etc.* Pedag. urbis Divion. MSS. med. circ. xiv. sæc. : *Tixerans de draps, beloinchex, Forpex, corduannex, etc.*

¶ **FORPEX,** *Cisailles. Forpicula, Petite cisaille,* in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Vide *Forfex.*

* Constit. Frider. de Pace tenenda ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 8. r°. : *Si quis quinque solidos valens aut amplius furatus fuerit, laqueo suspendatur : sin minus scopis et Forpice excorietur et tondeatur.* Barel. serm. de Choreis : *O vanæ mulieres! deferunt.... ab alia* (parte) *pectorale, ex alia cultros : desunt eis Forpices, ut apparerent fabri equorum.*

FORPRISSA, Idem quod *Forcapium,* Exactio, *malatolta,* tributum, quod injuste accipitur, ex Gallico *Forprise.* Will. Thorn ann. 1285 : *Totum pratum ... sine quacumque Forprisa inter excambium pro placea ... dedit.*

☞ *Forprisam* vel *Forprisum* interpretatur Spelmannus id omne quod in donis, cessionibus, assignationibus et hujusmodi excipitur. Exceptio, exceptum, reservatum, a Gall. *For,* extra et *Prise,* captio. Quo etiam sensu in Statut. Exoniæ *Horseprise* legitur. Idem interdum Spelmanno *Forprisa* quod *Forfang* supra. Vide *Blount* in Nomolex. Anglic. voce *Forprisum.*

FORPUGH. Charta Woldemari Regis Daniæ ann. 1326. apud Pontanum lib. 7. Hist. Dan. pag. 443 : *Nullus Forpugh emat apud littus maris ultra dimidium plaustrum alecium, etc.*

FORQUINA. Vide *Furcia.*

* **FORRACHUM,** Stramen, pabulum equorum. Charta ann. 1260. ex Chartul. S. Joan. in Valle : *Confessa fuit dicta Johanna.... se et liberos suos nichil habere in dictis tractu, mestivariis et Forrachiis.* Vide supra *Forachium.*

¶ **FORRAGIUM,** ut *Forrago.* Locum vide in *Cario.*

* **FORRAGIUS,** *Forragiorum* exactor, vel custos et administer. Pactum Simon. Montisf. inter et abb. Floriac. ann. 1202. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 525 : *In ipsa autem grangia.... soli in messis tempore habitabunt messium custodes, et in hyeme Forragii, et domus ibi sola habitabit custodia.* Vide in *Fodrum.*

¶ **FORRAGO,** Stramen, palea. Charta ann. 1199. ex Chartul. S. Martini Pontisar. : *Petrus de Beoleio Miles in Vulcassino dedit Ecclesiæ S. Martini Pontisar. tertiam Forraginis avene et veciæ.* Tabular. Calense pag. 173 : *Dicunt quod tam bladum quam vinum debet afferri ad granchiam suam de Oeni et inde tertiam partem Forraginis ad ipsos pertinere.* Vide *Fodrum.*

FORRARE, FORRERIUS, etc. Vide *Fodrum.*

* **FORRARE,** Hisp. *Forrar,* Pannum panno assuere, subsuere, re aliqua aut pellitio munire, ornare. Comput. MS. ann. 1239 : *Pro cendato ad Forrandum unicam pan. sororis domini regis, xx. sol.* Alia notione, vide in *Fodrum. Forrar* vero dicitur de cane, qui in alium vel in aliquem incitatur, in Lit. remiss. ann. 1469. ex Reg. 196. Chartoph. reg. ch. 125 : *Le suppliant respondit à icellui de Lafite que voirement il avoit fait Forrar son chenel à ses chiens.*

* **FORRATURA,** Pellitium, quo vestis ornatur, vel etiam id quo aliquid munitur et farcitur. Lib. pension. S. Vict. Massil. : *Solummodo duas cannas panni albi annuatim sine Forratura cellerarius dare consueve-*

Digitized by Google

rat. Ibidem : *Postquam non habebant pellicias, vel alias Forraturas.* Stat. Montis-reg. pag. 275 : *Statutum est quod quilibet basterius teneatur facere formam basti asinorum pro denariis quindecim,.... excepto filo et Forratura.* Vide *Foratura.*

* **FORRATUS**, Pellitus. Vide *Furratus.*

¶ **FORRE**, ut *Fodrum.* Vide in *Frisengagium* post *Friscinga.*

* **FORRELLUS**, Gall. *Fourreau*, Id quo aliquid tegitur et obvolvitur, inter equinos instructus recensetur in Comput. fabr. S. Lazari Eduens. ann. 1295. ex Cod. reg. 5529. B. : *Benedicto borrelario per annum in sellis, borrellis, Forrellis, capistris, et aliis de corio pertinentibus ad equos quadrigæ, quinquaginta solidos.* Vide supra *Forellus.*

FORRESNI. Vide *Foresni.*

* 1. **FORRUS**, Ital. *Foro*, Foramen, rima. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 87 : *In extremitate cannæ sit animella sugens aquam, et super eam sit alia animella Forro in canna adhibita sugentes aquam cisternæ per cannam plombeam.*

* 2. **FORRUS**, Manumissus, foras servitutem factus. Testam. reg. Mafaldæ ann. 1256. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 31 : *Item dimitto eis omnes Sarracenos meos, nondum Forros, nec Christianos.* Et pag. 32 : *Item mando quod per mortem meam Dominicus Suarii sit statim Forrus.*

* **FORS**, vox Gallica quæ suo vulgari sensu, nempe pro Extra, præter, nunc *Hormis, excepté*, occurrit in Charta ann. 1105. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 367 : *Quod in supradicta guirpitione et donatione non possimus aliquid dare, nec vendere, nec impignorare ad ullum hominem vel feminam,.... Fors ad te Guillermum Alfaricum.*

¶ **FORS**, Forsare, Forsatus. Vide in *Fortia* 2.

FORSARIUS. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londoniensis ann. 1295 : *Et præmissæ* 3. *Cruces continentur in quodam parvo scrineo consuto de serico, sub sigillo Decani in quodam alio nigro Forsario, in quo quædam alia continentur.* Alibi : *Item in quodam Forsario nigro sigillo .... continentur vasculum cristallinum vacuum, et multi lapides in scapsis argenteis, etc.* Ubi *Forsarius*, est cistæ species, quam *Forchier*, vel *Forsier* appellabant nostri. Historia Bertrandi Guesclini cap. 5 : *Puis ala à son Forchier et en trayt cent florins qu'il lui donna.* Ubi Chronicon ejusd. Herois MS. :

A son contoir vint, cent Florins en osta.

[* Vide supra *Forcerius* et *Forgerium.*]

* **FORSATUM**, Fossatum; haud enim infrequens mutatio literæ *s* in *r*, et vicissim; nisi hac voce significetur fossatum exsiccatum, quod *Fourseh* dicitur in Sent. arbitr. ann. 1313. ex Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 53 : *Et volons que si il avenoit que ledit fossés keist en Fourseh, pour défaute d'iaue, etc.* Catalog. episc. Nem. inter Probat. tom. 1. Hist. ejusd. pag. 10. col. 1 : *Johannes Gasqui, qui reparavit domum Amichlavi, et turres ejusdem altiari fecit, et destruere hospitia dicto hospitio contigua, in quorum loco sunt hodie Forsata.* Charta ann. 1293. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 74. v°. : *Confiteor.... dictam domum de novo ædificatam, et omnes meliorationes, Forsata et fortalitia facta et facienda,.... esse debere de feodo ligio episcopi Lingonensis.* Vide infra *Forsorium.*

¶ **FORSBANIZARE**, Forsbanizatio, Forsbannire. Vide *Forisbannire.*

* **FORSCAPIUM**, Laudimium, quod domino pro facultate alienandi feudi conceditur; vel Jus in res fortuito inventas intra alicujus dominium, nostris alias *Forescapy* et *Foriscapi.* Pactum ann. 1164. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 601 : *Emptiones et venditiones argenti et Forscapia argentariarum, inventarum infra prædictos terminos, habent simul Raymundus Trencavelli prædictus et Hermengarda vicecomitissa, nisi argentariæ sint vel fuerint in honore monasterii Villæmagnæ : in illo vero habeat monasterium tertiam partem emptionum et venditionum argenti et Forscapiorum argentariarum.* Lit. reformat. in Occit. ann. 1389. ex Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 223 : *Desquelx hostelz prinst maistre Pierre Bayer la possession et saisine, sanz ce qu'il paiast Foriscapi, et sans obtenir lausisme, ne licence du souverain.* Ubi *Foriscapi*, priori sensu, intelligendum; altero vero *Forescapy*, in Lit. remiss. ann. 1456. in Reg. 187. ch. 5 : *Ung Forescapy, qui nous estoit escheu montant cent escus d'or.* Vide in *Foriscapium.*

FORSCHAP, Forchrapum. Vide in *Foriscapium.*

¶ **FORSCHET**, Forescheta, Modus agri apud Anglos, *acram* cum dimidia continens, a Saxonico for, Ante, et sceat, Portio. Sic dicitur quod sit prima pars amplioris agri, viam versus sita. Antiquit. Ambrosden. pag. 531 ad ann. 1399 : *In primis una acra et dimidia videlicet Forschet jacent ibidem.* Pag. 532 : *Partim inter Goldwel-Furlong, et partim inter unam Foreschet in Busthames-Furlong.* Pag. 595 : *Hæc petia terræ Prioris vocatur Heraldspece, et habet unam Forschetam jacentem proxime juxta prædictam meram.* Pag. 537 : *Inter unam Forschetam, quam Hugo Bylendon tenet.* Pag. 538 : *Istæ tres dimidiæ acræ sunt Foreschets, et incipiunt furlong de Long-Cutteswurth.* Denique ibidem : *Hoc furlung incipit cum una Foreschetа.* Vide Kennetti Glossarium ad calcem earumdem Antiquit. et supra *Forera.*

¶ **FORSCHOKE**, veteribus JC. Anglis idem sonat quod apud hodiernos *Forsaken*, hoc est, Derelictum; quod de tenementis potissimum dicitur quæ a possessoribus deseruntur. Vide Th. *Blount* in Nomolex. Anglic.

¶ **FORSIA.** Statuta Massil. lib. 2. cap. 39. ubi de salariis Sartorum : *Item, de vestibus dominæ sine clamide et tunica listatis per Forsiam cum seta, vel alio modo, per Forsiam* VIII. *sol.* Vide *Fortia* 2.

¶ **FORSITA**, Munitio. Statuta Massil. lib. 5. cap. 38 : *Firmiter inhibemus nullo modo Forsita sive munitio, seorsim in Massilia nec in aliqua parte, de qua fortia vel munitione præsumi possit, etc.* Vide *Fortia*, 3.

¶ **FORSJURARE.** Vide *Forisjurare.*

¶ **FORSMORTURA.** Vide *Formortura.*

FORSOCNE. Vide *Frithoscne.*

* **FORSORIUM**, *Fossorium*, ligo. Reg. episcopat. Nivern. ann. 1287 : *Quicumque excolit bladum in dictis parrochiis de bobus, solvit amplius quam ille, qui colit de Forsoriis.* Hinc *Forserre* appellari videtur ejusmodi instrumentorum faber, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 18 : *Gilet le Forserre demourant à la Broce lez Galardon, etc.* Ubi in margine : *Pro Egidio fabri.* Vide supra *Forsatum.*

¶ **FORSPAISES, Forspaysrs.** Vide *Forispatriatus.*

FORSPECEN. Leges Kanuti Regis cap. 46. apud Brompton. : *Qui in placito seipsum vel hominem suum distortis compellationibus defendere præsumpserit, habeat totum hoc Forspecen.* i. hoc ei sit penitus interdictum. Ex Saxon. for specen, in vanum, in cassum, vel frustra dictum.

FORSTALLUM, Forstel, Forstal. Vide *Forestel, Foristallare.*

¶ **FORSTARIUM**, Crimen eorum qui annonam versus emporium publicum adductam in via intercipiunt, emuntque, priusquam venditioni publicæ exponatur, ut eam postea carius vendant. Charta Eduardi VI. Regis Angliæ de officio magni Admiralli, ann. 1547. apud Rymer. tom. 15. pag. 160 : *Et generaliter ad cognoscendum et procedendum in omnibus et singulis aliis causis, litibus, criminibus, delictis, excessis, querelis, injuriis, malefactis, transgressionibus, regratariis, Forstariis et negotiis maritimis quibuscumque. Forstallarium*, eadem notione ibidem occurrit. Vide *Foristallare.*

FORSTHUB, Ædes forestariorum : vox Germanica. Statutum Caroli IV. Imp. ann. 1358. de forestariis § 2 : *Quilibet etiam forestarius super manso suo forestali, qui vulgariter Forsthub nuncupantur, tenebitur residere, et non plus.*

FORSTULLA. Gloss. Gr. Lat. : Φλοκτίς, *Papula, pusilla, pusculla, Forstulla.* Ita MS. Editum habet, φλοκτίς, *Papulla, pusilla, pesulla.*

FORSULA, Munitiuncula, *Petit fort, Forcellinum.* H. Knyghton ann. 1333 : *Forsulam funditus everterunt.* Utitur non semel.

¶ **FORTACIA**, ut *Fortalitas.* Judicium ann. 1248. in Anecd. Marten. tom. 1. col. 1033 : *Castrum Namurcense, et omnes Fortacias ac possessiones eidem castro attinentes, etc.* Infra : *Castrum, Comitatum, Fortatias, et omnia bona, etc.*

¶ **FORTAGIUM**, Species exactionis, eadem quæ *Forcagium.* Vide in hac voce.

* **FORTALISSA**, Munitio. Confirm. privil. civit. Nem. ann. 1218. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 260 : *Numquam habeant seu faciant stare fortem seu aliquam Fortalissam infra vel supra muros antiquos ejusdem civitatis Nemausi.* Vide *Fortia* 3.

¶ **FORTALITAS**, Munitio, arx. Charta ann. circ. 1095. tom. 2. Gall. Chr. inter Instrum. col. 230 : *Hujus honoris reditio facta est 2ª. die quando R. Comes mancipium et Fortalitatem S. Maximini invasit.*

FORTALITIA, Fortalitium, etc. Vide *Fortia* 3.

¶ **FORTARA**, Virtus, potentia, fortitudo.

Digitized by Google

Concil. Armenorum ann. 1342. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 337 : *Quandoque* (Christus) *multiplicia signa et virtutes de essentia Dei manifestabat divina, non alius patiebatur imbecillia signa, et ostendebat Fortaram.*

¶ **FORTARE**, Fortem reddere, firmare, roborare. Buschius de Reform. Monast. apud Leibnit. tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 931 : *Hunc inimicus noster in principio a bono nitebatur avertere, si is qui ejus noverat astutias, eum in bono non Fortasset.*

¶ **FOTAREZA**, Arx, munitio. Vide in *Fortia* 3.

¶ **FORTARIA**, pro *Focaria*, Concubina. *Fortariæ Clericorum seu concubinæ*, apud Leibnit. tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 167.

¶ **FORTARICIA**, Fortaricium. Vide in *Fortia* 3.

¶ **FORTATICUM**, Species tributi. Charta Ludovici Imp. apud Doubletum in Hist. Sandionys. pag. 723 : *De portatico, et pontatico... et pulveratico, et Fortatico, et laudatico.* Sed legendum videtur *Foraticum.* Vide in hac voce.

* **FORTE**, Feretrum, tumulus, theca in qua corpus alicujus sancti asservatur. Sent. major. et jurat. Burdegal. ann. 1307. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 497 : *Cum nostra curia judicavimus et sententiando pronuntiavimus, ut in talibus semper extitit consuetum, quod si dicti Bertrandus, Dominicus.... erant ausi jurare supra Forte sancti Severini Burdegalensis, quod non fecerant vulnera, de quibus Arnaldus Fabri mortuus fuerat;.... quod ipsi erant et esse debebant de vulneribus et morte dicti Arnaldi quitti penitus et etiam absoluti..... Qui quidem prædictum judicium acceptando dixerunt, quod præsto erant et parati dictum facere juramentum,.... petentes sibi dari mamessorem seu mamessores ad videndum ejusmodi sacramentum;... qui retulerunt,.... quod dicti Bertrandus, Dominicus..... super Forte prædictum in eorum præsentia fecerant hujusmodi sacramentum.* In Aresto ann. 1279. ex Reg. parlam. B. fol. 51. quo frustra tentatum est hocce sacramentum abrogare, ut ex hac sectentia patet, legitur : *Cum sacramento quod faciat supra corpus S. Severini, vel alterius sancti vel sanctæ, etc.* Vide *Forcerium* et in *Juramentum.*

¶ **FORTECIA**, Forteda. Vide *Fortia* 3.

¶ **FORTEGELDS**, Species tributi. Vide *Carno* et *Gildum.*

¶ **FORTELESIA**, Fortelicia, Forteressia, etc. Vide in *Fortia* 3.

¶ **FORTENSA**, *Ostenta, unde et portendere.* Gloss. MSS. Sangerman. n. 501. Lege *Portenta.*

FORTENSES. Ita dicti milites legionis x. Vide Henricum Valesium ad Ammiani lib. 18. extrem.

FORTERA, vox Hispanica vetus, Vas quodpiam significans. Charta Stephaniæ Reginæ, uxoris Garsiæ Regis Navarræ æræ 1060. apud Sandovallium in Episcopis Pampillonensibus pag. 61. et apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 7 : *De meas Forteras, de vasos, de argenteo quidquid habuero, commendo unam partem ad Senior Eximino Garceiz, alia ad Senior Fortum Lopiz, tertia ad Senior Fortum Sancii, ut teneant illas pro fidelitate, et vendant illos vasos vel Forteras Salomonaticas in duplum pro plata, et illas alias illo valente, et toto pretio donent illud ad dona Auria, et illa dispendat illud in opera de sancta Maria pro mea anima, et de meo Seniore.* Alio sensu vide in *Fortia*, 3.

¶ **FORTERINA**, Idem videtur quod mox *Forteritia.* Leges Furnenses in Archivo S. Audomari : *Dominus Comes retinet sibi malum, quod fit in præsentia sua; item retinet sibi forestum* (forefactum) *dunarum et Forterinarum.*

FORTERITIA, Idem quod *Fortalitium*, nostris *Forteresse.* Rigordus ann. 1212 : *Comes Boloniæ diruit quandam Forteritiam novam.* [Charta Philippi Comit. Boloniæ ann. 1228. in Chartul. Meld. : *Reciperetur in Forteritia nostra Domni Martini se octavo sine armis ad expensas suas.* Consuetud. Furnenses in Tabul. Audomar. : *Fortericiæ fieri possunt sex pedum in altitudine et fossata 40. pedum, etc.*] Adde Guillelmum Armoricum ann. 1203. Gesta Ludovici VII. cap. 2. [Chartam ann. 1203. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 784.] etc.

¶ **FORTHSTAL**. Vice *Forestel.*

1. **FORTIA**, Forcia, Potestas, dominatus. Leges Hen. I. Reg. Angl. cap. 86 : *Non est eis imputandum, qui tenuerint viam suam, et recedent ab illis, si per omnia se allegient, quod nec consilium eorum, vel auxilium sit in Forcia ipsa.* Sanutus lib. 3. part. 11. cap. 9 : *Redditisque captivis, sive in Fortia essent Soldani, sive ejus filii Conradini.* Et cap. 11 : *Et quod nullatenus vel seipsum ponat sub Imperatoris Fortia.* Ita Cortusiorum Historia lib. 7. cap. 18. 20. [Regimina Paduæ ad ann. 1317. apud Murator. tom. 8. col. 430 : *De mense Augusti accepta fuit civitas Ferrariæ de manibus tyrannorum, qui eam tenebant pro Rege Roberto... et posita fuit in Forciam et dominium dominorum Marchionum Raynaldi et Azii et Obici.* Occurrit eadem notione in Annalibus Genuensibus Bartholomæi Scribæ lib. 6. ad ann. 1242. et ad ann. 1244. etc.] [* Charta ann. 1313. apud Lamium in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. pag. 222 : *Et si quo tempore aliquis ipsorum in imperii Fortiam devenerit, sibi extremum furcis supplicium inferatur.*]

In Forcia alicujus esse. Vetus Inquesta, in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 114 : *Et dictus Gasco in illa emenda non percipiebat, excepto quod servientes Domini Regis et servientes ejusdem Gasconis aliquem caperent insimul ad forisfactum in foresta, in Forcia erit ipsi Domino Regi, et Præpositus medietatem emendæ habebit.* Et fol. 118 : *Juraverunt... quod ballia Episcopi Aurelianensis.... non durat nisi usque ad pontem Albeæ, neque Episcopus neque Præpositus ejus habet prisiam extra, neque Forciam.*

2. **FORTIA**, Forcia, Violentia, vis, Gall. *Force.* Lex Bajwar. tit. 2. cap. 10. §1 : *Ut patrem suum dehonestare voluerit per consilium malignorum, vel per Fortiam, etc.* Tit. 11. cap. 5 : *Si cui Deus dederit Fortiam et victoriam. Fortiam facere alicui,* vim inferre, in Lege Ripuar. tit. 11. § 3. *Forcia hostilis*, militaris, in Lege Bajw. tit. 2. cap. 5. § 1. Capitulare Saxon. ann. 797. cap. 1 : *Ut raptum et Fortiam nec incendium infra patriam quis facere audeat.* Lex Longob. lib. 3. tit. 12. § 5. [** Guido 3.] : *Nemo Comes... aliquid per vim exigat, præter quod constitutum Legibus est : sed neque per suam Fortiam in mansione arimanni se applicet, etc.* Concilium Duziac. primum : *Eam sua factione et quasi per Fortiam et non per justitiam vindicare curavit. Per Fortiam auferre, invadere, abstrahere,* apud Marculfum lib. 1. form. 27. 28. in Chronico Farfensi pag. 656. et apud Philippum Abbat. in Vita S. Amandi num. 71. Vide Capitulare Carlomanni tit. 1. cap. 11. Joannem VIII. PP. Epist. 71. 140. Ottonem Morenam de Gestis Friderici II. apud Baron. ann. 1167. [Anecd. Marten. tom. 1. col. 953. ubi *Foreia* perperam incuria Librarii, et col. 967. et 968.] etc.

¶ Fors, Eadem notione, Damnum, injustitia. Testamentum Jacobi Aragon. Reg. ann. 1272. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1141 : *Item, volumus et mandamus, quod omnis Fors et injuriæ nostræ, quibus obnoxii tenemur, et veræ apparuerint, restituantur de plano per dictos manumissores... secundum Deum et forum pœnitentiæ, illis videlicet quibus dictas injurias fecimus, vel hæredibus eorumdem ipsis manifeste ostendentibus ipsas injurias.* Sed ibi legendum *Tors.*

¶ Forsia, Eodem significatu, in Libello supplici Carolo M. per S. Maurontium Massil. Episc. oblato ex Archivis S. Victoris Massil.

* *Forche*, eadem acceptione, in Charta ann. 1296. ex Chartul. 23. Corb. : *Et se en ce faisant aucuns leur fait rescousse ou Forche, ly devantdits religieux ou leurs commans ne porront contreforchier, ainz trairont au maieur et as jurés pour la Forche oster. Pourforcement*, eodem sensu. Charta ann. 1288. ex Tabul. episc. Paris. : *Monseigneur Jehan Grapin de Nulli chevalier afferma et requenut en droit lui de sa bonne volenté, sanz nul Pourforcement, etc.* Hinc *Forsage*, pro vi puellæ illata ejusque defloratione, in Lit. ann. 1335. ex Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 118 : *Comme à la requeste de nostre procureur eust esté amené prisonnier à Paris Guillaume Manigo chevalier, sires de Surgieres, pour la cause d'un Forsage, que l'en disoit que ledit chevalier avoit faist en la personne Philippe Damelle, laquelle il avoit prise et ravie par li et par ses complices, et deflourée à force et contre sa volenté.* Unde *Enforceur de femmes*, in vet. Consuet. Franciæ.

¶ Forcialiter, Per vim, coacte, Gall. *par Force.* Notitia judicati ann. 850. in Append. ad Marcam Hispan. col. 783 : *Tunc ego Leo reclamavi me ante suprascriptos quod Forcialiter ipsa professione Sperandeo hic protulit ad relegendum, et voce de isto Leo Forcialiter eum fecisse.*

¶ Forciare, Vim inferre, Gall. *Forcer.* Statuta Montis Olivi dicec. Carcasson. ann. 1231. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 967 : *Item, quod nullus inhabitans villam prædictam possit vel debeat ab aliquo capi vel Forciari, vel pignorari infra terminos jurisdictionis Monasterii. Forciatum laborerium*, in Contract. datior. Bergom. lib. 2.

Digitized by Google

cap. 88. Galli diceremus, *Ouvrages forcés;* quod *corvatis* quæ a subditis et vassallis exiguntur maxime convenit. Vide *Forcare.*

Fortia Frisca, Spelmanno dicitur Vis recenter illata : inde *assisa Friscæ Fortiæ* datur, ubi dissaisitus in civitatibus et burgis infra 40. dies queritur. [** Vide Abbreviat. Placit. pag. 337. 14. Edw. II. Kanc. rot. 15o.] Gallis *Frés*, et *Freschement*, est recens, recenter. Vide *Fraustus.*

¶ Fortia Magna et Parva, Arvernis, *Forca petita et grant*, Gall. *Grande et petite Force.* Nova Gall. Christ. tom. 4. col. 608. Henricus de Vergeio scripto Diplomate ann. 1246. testatur se Hugoni Episcopo Lingonensi reddidisse domum suam de Fontanis, *Jurabilem et reddibilem ei ad Magnam Fortiam et ad Parvam ... ad voluntatem suam faciendam, et de ea sicut placuerit ordinandum. Ballivus vero meus et homines dictæ villæ fidelitatem ei fecerunt et juraverunt sicut domino suo. Ad parvam vim et ad magnam*, in Charta ann. 1229. apud Duchesn. in Probat. Hist. Vergiac. pag. 173. Baluzius tom. 2. Hist. Arvern. pag. 260. ex Archivis Ecclesiæ Brivat. : *Conqueritur P. de Serrant Canonicus Brivatensis sindicus seu actor a Willelmo de Turre Præposito et Capitulo Ecclesiæ Brivat. constitutus nomine eorumdem... de nobili viro Guillelmo Comite filio quondam Delfini, qui injuriatus eisdem super eo quod castra veteris Privatæ et sancti Illidii, quæ a Capitulo Brivatensi tenebat in feodum, et tenet juratbles et rendables ad at et sans at, irats et pagas, à petita Força et à grant, et ipsemet hoc totum promisit et juravit et alia vice reddidit, requisitus ad mandatum Capituli Brivatensis supradicti, et requisitus postmodum a Capitulo eodem et mandato ejusdem et pluries, reddere recusavit.* Quæ a dominis superioribus inferiores seu vassalli tenebant castra, ea, cum opus erat, ut tempore belli, reddere cogebantur duplici ratione, vel *Forcia majori*, vel *minori.* Hæc patentes erant domini superioris litteræ, quibus visis vassallus castrum *in feodo* tentum tradebat in manus hominum domini feodalis; illa vero cogebantur homines ipsius vassalli, si forte detrectaret castrum reddere, auxilio esse principali domino, omnium bonorum multatione puniendi, si debitam opem recusarent. Vide *Feudum reddibile.*

* Rectius hæc formula in voce *Vis* 2. exponitur de majori vel minori comitatu, quocum castrum vassalli ingredi proponit dominus principalis. Cui interpretationi rursum favet quod legitur, *A grant puissance et à petite*, in Pacto inter Carolum VI. reg. Franc. et *Brun de Ripeupierre* milit. dom. *de Guiespar* ann. 1386. ex Reg. 129. Chartoph. reg. ch. 164. Vide infra in *Vis* 2.

3. **FORTIA**, Forcia, Munitio, *Fort, Forteresse.* Guillel. de Podio Laurentii cap. 30 : *Cum cunctis villis et Fortiis, quæ erant sub ejusdem castri dominio, in quibus erant* 20. *Fortiæ, vel infra, etc.* Adde cap. 20. Charta Oldegarii Episc. Barcinon. : *Retinemus omnes decimas... domorum videlicet et villarum, castrorum et Fortiarum, quæ ibi sunt.* Vide Hist. Episcopor. Lodovens. pag. 218. et Garieffum in Episcopis Magalon. pag. 95. 134. 176. 198. [Instrument. ann. 1212. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 834 : *Item, nullus in terra Comitis quæ subest ditioni ac potestati suæ attentet firmare de novo, aut reædificare castrum vel Fortiam quæ diruta sunt, sine assensu Comitis.* Quod non semel ibidem recurrit. Vide Bartholom. Scribam lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1242. et alibi.] [* Hinc

* Fortia, pro Carcer. Stat. Montis-reg. pag. 30 : *Tenere debeat arrestum in Fortia curiæ præsentis civitatis, donec ipsum computum fecerit.* Stat. crimin. Saonæ cap. 4. pag. 6 : *Si vero non impetratis litteris serenissimi senatus ad defensiones, aliquo modo pervenerint in Fortiis justitiæ, etc.* Vide supra *Força* 4.

Refortiuncula, Parva munitio. Thomas Walsinghamus ann. 1317 : *Ad Walterum de Seby suæ consortem malitiæ se contulerunt, qui in Refortiuncula sua de Horton latens, vicinis similem injuriam referebat.*

Forcaiadella, Eadem notione, in Charta Hispan. in Histor. Segoviensi cap. 19. § 9.

Fortiare, Munire, *Fortifier. Castella firmata et Forciata*, in Charta apud Bromptonum, munitiora facta. [Moret. in Antiquit. Navarræ pag. 593 : *Pergat cum eo in unum super ipsos castellos capiendos, quos tenet Sancius Ramirez Forciatos Regi Sancio Garsiæ.*] Hinc

Infortiare. Charta Raimundi Comitis Tolosæ in 3o. Regesto Archivi Regii Ch. 121 : *Ita etiam quod nos nec dictam villam Inforciare poterimus.* Vincentius Belvac. lib. 32. cap. 98. de Damiata : *Erat quoque civitas ipsa .... fortissima, multumque, postquam alius capta fuerat, Infortiata.* Charta Ludovici Regis Franciæ ann. 1228. apud Catellum in Comitib. Tolosan. pag. 334 : *Sex millia marcharum solvet ... ad muniendum, Infortiandum, et custodiendum castrum Narbonense.* In alia ibid. pag. 355 : *Speluncæ Infortiatæ.* Gesta Philippi III. Reg. Franc. pag. 547 : *Igitur post deditionem urbis Gerundensis, Rex Franciæ eamdem reparari et Inforciari præcipiens, etc.* Ita hac notione in Charta ann. 123o. in Probat. Hist. Drocens. pag. 259. *Enforceur de femmes*, in veteri Consuetudinario Franciæ. Vide *Infortiare, etc.* suis locis.

Placitum Inforciare est, cum ad illud peragendum plures judices conveniunt : *Renforcer la Cour.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 29 : *Si justitiam sine judicio dimittant,* (judices) *sed summonitis terrarum dominis Inforcietur Placitum termino competenti, si fuerint, vel non fuerint antea summoniti, etc.* Et cap. 33 : *Si quis in curia sua, vel in quibuslibet agendorum locis placitum tractandum habeat, convocet Pares et vicinos suos, ut Inforciato judicio gratuitam, et, cui contradici non possit, justitiam exhibeat.*

Fortificare, Munire. *Fortifier*, ἰσχυρίζειν, in Onomast. Gr. Lat. Occurrit in Hist. Cortusior. lib. 5. cap. 3. etc. [Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 487 : *Armis et hominibus munierunt, levaverunt pontem, et se Fortificaverunt in Rivoalto.*]

¶ Fortificatio, Munitio, *Fortification* nostris. Charta ann. 1389. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 185 : *Quod cives et habitantes sunt multum onerati ex subsidiis regiis quæ subeunt, et ex facto Fortificationis ejusdem civitatis.*

¶ Fortificare, Confirmare, roborare, *Fortifier.* Chron. Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1099 : *Ut paventes animos Germanorum Fortificaret de suorum agmine.* Ibid. col. 1131 : *Ad accendendum et Fortificandum eos in prælium.*

Forcelletum, Munitiuncula, castelletum, *Petit Fort, Forcelet*, in 1. Statuto Westmonasteriensi cap. 17. *Fortelet*, apud Brittonem cap. 20. Fleta lib. 1. cap. 20. § 119 : *De his, qui fugaverint averia ad castra vel Forcelleta, et ea ibi detinuerint.* Adde lib. 2. cap. 47. § 1. et Knyghtonum ann. 1342. pag. 2581. *Forciletum*, eidem Knyghtono ann. 1342.

¶ Forticulum, Eadem notione. Processus de S. Catharina Senensi apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 1265 : *Eidem Virgini* (Catharinæ) *quoddam Forticulum modicum extra civitatem Senarum constitutum pro ædificando uno Monasterio tradidit.*

Fortalitium, Munitio, arx, castrum, nostris, *Fort, Forteresse.* Wil. de Podio Laurentii cap. 85 : *Et eis Fortalitia tradebantur, et ad suam dabant obsides voluntatem.* Chronicon incerti auctoris, editum a Catello, ann. 1226 : *Consules occurrebant, et Regi Fortalitia tradebant.* Elinhamus Prior *de Leuton*, in Gestis Henrici V. Regis Angl. ann. 5 :

Ad Fortalitii facti murique cacumen,
Hostes portabant dolia, ligna, petras.

Occurrit non semel apud Ericum Upsaliensem in Hist. Suecor. [Charta ann. 1312 : *Ponere* (vexillum) *in turri seu Fortalitio dicti castri. Domus Fortalitii*, in Charta Guidonis Abb. ann. 1200. tom. 1. Macer. S. Barbaræ Lugdun.]

Fortalitia, Eadem notione, occurrit passim in Hist. Cortusiorum lib. 1. cap. 15. 18. lib. 5. cap. 3. lib. 7. cap. 18. etc. apud Sanutum lib. 2. part. 2. cap. 6. etc.

¶ Fortareza, in Charta ann. circ. 1173. tom. 3. novæ Gall. Christ. inter Instr. col. 1074.

¶ Fortaricia. Chron. S. Medardi Suession. tom. 2. Spicil. Acher. pag. 791 : *Anno* 1210. *muri et Fortaricia Ecclesiæ S. Medardi facta sunt.* Occurrit etiam apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 498.

¶ Fortecia. Regimina Paduæ ad ann. 1336. apud Murator. tom. 8. col. 442 : *Fecit unam magnam Forteciam et ibi stetit cum toto suo exercitu.* [* Pactum ann. 1126. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 442 : *Hæc duo castella dono vobis cum ipsis suis Forteciis, quæ ibi hodie sunt, et in eorum terminiis factæ fuerint. Fortelesse* sæpius, pro *Forteresse*, in Lit. ann. 1361. ex Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 45. v°. et 46. r°. *Fortresche*, in Ch. ann. 1340. ex Chartul. 23. Corb.]

¶ Forteda. Sponsalitium Adalmodis Comitissæ ann. 1056. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1109 : *Dono tibi omnia*

Digitized by Google

castra et castella et Fortedas quæ in prædicto comitatu sunt vel erunt. Adde coll. 1153. 1154. 1158. et 1160.

¶ FORTELESIA, in Charta ann. 1239. apud Thomasserium in Biturig. pag. 86.

¶ FORTELICIA, apud Duchesnium Hist. Norman. pag. 1055. D. *Brussel* de Feud. usu tom. 1. pag. 384. et Murator. tom. 12. ex Chron. Domin. de Gravina col. 568.

¶ FORTELLICIUM, in Charta Caroli Reg. Franc. et Siciliæ ann. 1497. et in altera Johannæ Reginæ Siciliæ ex Cod. MS. Bibl. Coislin.

¶ FORTELLITIA, in Actis SS. Maii tom. 5. pag. 378.

* FORTERA, Eadem notione. Charta ann. 1161. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 579 : *Ita ut deinceps ipsum castrum, neque Forteram seu Forteras, quæ amodo ibi erunt, vobis non aufferamus.*

FORTERESCIA, [FORTERESSIA,] [* Annal. Victor. MSS. ad ann. 1304 : *Flandrenses autem astute fecerant quasi munitionem de suis curribus et quadrigis..... Franci plures de Flandrensibus occiderunt, et adhuc plures occidissent, nisi fuisset prætacta Forterescia de curribus.*] in Tabul. Fossatense fol. 36. [et in Litteris ann. 1220. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 880 : *Theobaldus Comes Campaniæ tradidit mihi castrum Portuense, Forteressiam scilicet et proventus. Forteressa,* apud Rymer. tom. 8. pag. 410.]

* FORTESA, FORTEZA, Pari intellectu. Pactum ann. 1111. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 379 : *Castrum Appamiarum cum Fortesa, et Fortesas quæ modo ibi sunt, etc. Forteza,* in Homag. ann. 1132. ibid. col. 454.

* FORTESIA, FORTESSIA, Eadem acceptione, in Charta ann. 1124. ibid. col. 427. et in alia ann. 1126. col. 432.

* FORTETIA, Eodem significatu. Charta ann. 1231. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. pag. 152 : *Item promiserunt et juraverunt dare castrum Camparenæ et suas Fortetias et munitiones omnes cum guarnimentis.*

* FORTHEROTIA, Idem Charta Guill. dom. Salionis ann. 1281. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 18. v°. : *Accepi..... feodum domus et Fortherotiæ et fossatorum et pertinentiarum domus domini Bartholomei de Villacomitis.*

¶ FORTERIA, vel FORTERIUM, inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1003.

¶ FORTIALITIUM, in Charta ann. 1282. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 32.

¶ FORTICIA, in Annal. Genuens. Bartholomæi Scribæ lib. 6. ad ann. 1229. *Fortitia,* alibi non semel.

¶ FORTILICIA, apud eumdem ad ann. 1227. et alibi. *Fortilicium,* ad ann. 1249. in Chron. Andr. Danduli, et apud Rymer. tom. 13. pag. 95. 96. etc. Vide *Fortilecia,* suo loco.

¶ FORTILIGATUM. Litteræ ann. 1523. apud Rymer. tom. 13. pag. 797 : *Castra, maneria, Fortiligata, etc.*

FORTITIUM, Arx, castrum, *Fort.* Testamentum S. Fulcranni Episc. Lodovensis : *Et in villa, quam dicunt Fodinas, Ecclesiam, quæ fundata est in honorem S. Mariæ, cum ipsa turre, et cum ipsis Fortitiis, quæ modo sunt, et in antea erunt.*

FORTITUDO, Castrum, munitio. Will. de Podio Laurentii cap. 46 : *Interceptis subito excubiis illam Fortitudinem occuparunt.* Tabularium Lascurrense, apud Marcam lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 15. n. 1 : *Tulit illum honorem de Murel S. Mariæ cum Fortitudine sua, et tenuit eum in vita sua.* Charta ann. 1125. apud Catellum in Comitib. Tolosan. pag. 188 : *Excepta medietate civitatis de Avenione, et de castro et Fortitudinibus, quæ ibi sunt, vel erunt de territorio, etc.* Adde Vitam S. Anselmi Lucensis Episc. n. 71. [Bartholom. Scribam lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1227. Bullam Innocentii VI. PP. ann. 1356. apud Ludewig. tom. 6. pag. 16. etc.]

* Hinc *Mittere in fortitudine,* pro munitionibus sepire, in Charta ann. 1145. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 511 : *Duas itaque villas, Saviaha et Pederlas, laudo et concedo supradicto abbati Bernardo, ut mittat illas in Fortitudine in loco sibi congruenti, et provideat supradictus abbas et ejus successores, ut non exeat mihi guerra nec successoribus meis.* Vide in *Fortia.*

¶ 4. **FORTIA**, Exercitus, Copiæ, Gall. *Troupes, Forces.* Ottoboni Scribæ Annal. Genuenses lib. 3. ad ann. 1196 : *Quum videret se eos minime posse de campo et castris eradicare... retraxit se cum militia sua et Fortia.* Ogerii Panis iidem Annales ad ann. 1197 : *Cum Pisanis confœderaverunt et cum Fortia sua per terram et mare clam, Januensibus ignorantibus, castra Portus-Veneris hostiliter invaserunt, et burgum impugnarunt.*

* 5. **FORTIA**, Tributum, vectigal, quod per vim exigitur. Charta Raim. Trencavel. vicecom. Biter. ann. 1163. ex Chartul. Gemund. : *Concedo .... ut ex sale, quod ad proprios usus domus præfati monasterii transportabitis, in omni terra mea leoda vobis non requiratur, neque pedaticus vel Fortia, neque omnino alius usaticus.* Vide supra *Forcia.*

* 6. **FORTIA**, Auxiliaris manus, Gall. *Main-forte, secours.* Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 63 : *Suo posse dando hominibus et communi.... ad malefactores capiendos auxilium, favorem et Fortiam efficacem.* Stat. Astæ collat. 1. cap. 1. pag. 7. r° : *Ego potestas Astensis juro .... dare Fortiam et virtutem modis omnibus quibus potero, ad jus suum consequendum.*

* 7. **FORTIA**, Fabrica ferraria, Gall. *Forge ;* si tamen legendum non est *Forgia.* Vide in hac voce. Inquisit. ann. 1288. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 388. col. 1 : *Interrogatus a quo tempore acurarius excusat domum suam a præstatione gallinæ; dixit quod ab eo tempore, quo per se incipit exercere artem acurariæ et laborare ad Fortiam seu ad fucinam.*

¶ **FORTIAGIUM**. Vide *Forcagium.*

¶ **FORTIALITIUM**, FORTICULUM, FORTIFICARE, etc. Vide in *Fortia* 3.

* **FORTIFFICATIO**, Munitio, in Libert. villæ de Caslucio ann. 1368. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 287. art. 7.

* **FORTIFICARE**, Firmare, roborare, Gall. *Fortifier;* dicitur de dolio vini exportando, quod fortius alligatur et compingitur. Arest. ann. 1372. ex Tabul. S. Joan. Laudun. : *Inhibuerat etiam ne quis in terminis dictæ pacis vasa vinum continentia, quod ibidem vendebatur, absque eorum licentia barrare, aut ad ducendum extra dictam pacem parare seu Fortificare, etc.* Aliis notionibus, vide in *Fortia* 3.

* **FORTIFICATIO**, Iterata et validior vis. Annal. Victor. Mss. ad ann. 1378. ubi de Romanis petentibus ut nemo, nisi Romanus aut Italus, in papam deinde eligeretur : *Sed propter augmentum dictorum clamorum et Fortificationem percussionis ad portam, extimaverunt* (Cardinales) *ipsius subitam fracturam, et sic mortem jam propinquam ipsis imminere.* Vide alia notione in *Fortia* 3.

* **FORTIFICATUS**, Recreatus, viribus confirmatus. Vita S. Gandol. tom. 5. Sept. pag. 712. col. 1 : *Vexatus a dæmone super sepulchrum sancti pernoctavit devote : et de mane Fortificatus non modicum, cum gaudio reversus est.*

* **FORTIFICIARE**, Dicitur de veste, cui alter pannus inter assuitur, ut fortior sit. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1524 : *Pro factura duarum tunicarum de bleu velours,.... ac pro xix. ulnis panni linei rubri ad Fortificiandos dictos habitus, vij. lib.*

¶ **FORTIGIUM**. Vide *Forcagium.*

* **FORTILECIA**, Arx, castrum. Charta ann. 1261. in parvo Reg. S. Germ. Prat. fol. 47. r°. col. 1 : *Relinquit domum quandam, sitam apud Meledunum, juxta fosseta Fortileciæ dictæ villæ.* Vide *Fortia* 3.

¶ **FORTILICIA**, FORTILITIUM, FORTILICATUM. Vide in *Fortia* 3.

** **FORTIM**, Virgil. Grammat. pag. 72 : *Adverbia, quæ in im syllabam mittuntur .... ut cælestim, Fortim.*

* **FORTINDA** ECCLESIA. Charta inter Privil. Mss. ord. Præmonst. : *Quia occasione juramenti, quod de rebus ecclesiæ non alienandis te asseris præstitisse, in locis tui episcopatus, in quibus populi habitantes oratoriis egere videntur, ne prætextu novarum ecclesiarum commissa tibi ecclesia destitui videatur, ecclesias Fortindas* (sic) *erigere etc.* Mendum esse suspicor, sed emendare vix audeo; an *Firmarias?* in quibus scilicet presbyteri *firmarii* constituebantur. Vide supra *Firmarius.*

FORTIOR, Major, ditior. Capitularia Caroli M. lib. 5. cap. 136 [** 207.] : *Comites Fortiores libram de argento aut valentem dent in eleemosyna.* Adde Addit. 4. cap. 143. [Lex Longob. lib. 3. tit. 12. § 1. [** Carol. M. 121.] : *Sive etiam nonnulli Fortiores vassi Comitum. Fortior bannus,* mulcta major, in Capitul. Saxonum ann. 797. cap. 9. Ita Matth. 20. juxta veterem Versionem : *Qui vult inter vos esse Fortior, sit vester ultimus.* Vulgata habet *major.* [Chronicon. S. Petri Vivi apud Acherium tom. 2. Spicil. pag. 715 : *Ut Fortiora quoque et graviora,* (negotia) *dijudicaret. Fortiores Psalmi,* id est, prolixiores in Regula S. Benedicti cap. 18.]

* **FORTIOSUS**, Munitus, Gall. *Fort.* Comput. ann. 1363. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 256. col. 2 : *Quod facerent bonam vigiliam nocturnam et diurnam, et*

Digitized by Google

loca minus Fortiosa in locis fortioribus se vellent reducere, etc.

* **FORTIS**, Munitio, propugnaculum. Vide supra *Fortalissa*.

¶ **FORTIS** Domus, id est, munita, Gall. *Forteresse*. Charta Ludov. de Villariis Archiep. Lugdun. ann. 1305. Hist. Delph. tom. 1. pag. 21 : *Creat et ordinat illustres viros dominum Johannem Dalphini Comitem Vapincensem et dominum Guidonem ejus fratrem, et quemlibet eorum in solidum, custodes et garderios Domus Fortis de Bechevelleyn... quod per se vel familiares suos quoscumque percipiant et teneant, ut garderii et custodes ejusdem, Domum Fortem cum omnibus ejus mandamento, territorio, seigneuria, jurisdictione, etc.*

* Nostris etiam *Maison-forte*, Castrum fossis vallatum cum dominio.

¶ Fortem se Facere, Vadem sese præstare, Spondere, Gall. *se faire Fort de, etc.* Chartular. Eduense ann. 1390: *Dictæ partes transegerunt et conventus habuerunt ad invicem super et de præmissis pro vitandis dissentionibus et litigiis in hunc modum; videlicet dictus Prior pro se manucapere et se Fortem Facere pro dicto Conventu suo, etc.* [* Vide supra in *Facere* 16.]

Fortis Moneta. Vide *Moneta*.

* Fortis Nivernensis, Monetæ species. Reg. Cam. Comput. in Bibl. reg. asservatum sign. 8406. fol. 147. r° : *Fors de Nevers de Philippe sont à xj. den. ob. d'argent le roy.* Vide in *Moneta*.

Fortis Potio, *quæ inebriare potest*, ut est apud Egilem in Vita S. Sturmii Abbatis Fuldensis, quomodo dicimus *Vin fort*. Vide *Cerevisia*.

* **FORTISIA**, Munitio, propugnaculum, castrum, in Homag. ann. 1020. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 147. Vide in *Fortia* 3.

* **FORTISSIMUS**, Durissimus. Vita Rob. reg. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 112 : *A sancto Septuagesimo usque in Pascha, nulla usus culcita, frequenter eum suscipiebat ad jacendum Fortissima terra.*

FORTITAS, *Virilitas*, ἀνδρεία, in Gloss. Gr. Lat. Alibi : Γενναιότης, *Fortitas, strenuitas.*

¶ **FORTITER**, Valde, multum, Gall. *Fort, Beaucoup*. Instrum. anni 1371. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. pag. 555 : *Erat terra Fortiter gelata.*

* Ital. *Forte* et nostris *Forment*, eodem sensu. *De quoy nous desplest Forment*, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 392. *Fortablement* vero, per vim sonat, in Lit. remiss. ann. 1364. ex Reg. 96. Chartoph. reg. ch. 95 : *Icellui Thibaut bouta et abati Fortablement à terre ledit Girardin.* Aliæ ann. 1459. in Reg. 188. ch. 130 : *Lesquelz emmenoient Fortablement le bois du suppliant en sa présence et contre sa voulenté.*

¶ **FORTITIUM**. Vide in *Fortia* 3.

¶ 1. **FORTITUDO**, Copiæ, Gall. *Forces*. Conventio anni 1163. apud Rymerum tom. 1. pag. 23. col. 1 : *Et si Rex Lod. in Angliam venerit... tam parvam Fortitudinem hominum secum adducet, quam minorem poterit.* Vide alia notione in *Fortia* 3.

* 2. **FORTITUDO**, Auctoritas, potestas. Chron. Modoet. apud Murator. tom. 12. Script. Ital. col. 1078 : *Imperatori datur balia et Fortitudo faciendi justitiam sanguinis.*

¶ **FORTIVUS**, Fortuitus, Qui casu accidit. Epistola Caroli M. apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 313 : *Fortitudinem vero, si consilio careat, Fortitudinem esse putandum non est, cum omnia inconsulte gesta Fortiva potius quam fortia soleant nominari.*

1. **FORTUNA**, Bona. In Lege Salica tit. 47. § 2. *Super Fortunam suam ponere*, tit. 52. § 2. *A ses perils et Fortune*, id est, sub pœna amissionis bonorum. Ita *Fortunas*, pro facultatibus et bonis usurpant leg. 123. Cod. Th. de Decurion. (12, 1.) leg. 20. de Bonis proscript. (9, 42.) [Eadem notione utitur Cicero aliique purioris Latinitatis Scriptores.]

☞ *Fortuna* tit. 52. Leg. Sal. mox laudato pro Facultatibus et bonis usurpatur, ut cuique legenti obvium erit; in alio vero pro quavis fortuna sive eventu bono vel malo accipienda hæc vox : adeo ut *super Fortunam suam ponere* idem sit quod Rem suscipere suo periculo, et quidquid boni vel mali evenerit, ferre; quo significatu occurrit in Statutis Massil. lib. 3. cap. 5 : *Constituimus quod si quis alicui aliquod mutuum fecerit vel faciet portandum in aliquod viagium, ad Fortunam vel risicum ipsius mutuantis*, Gall. dicimus, *Aux risques et Fortunes, etc.*

2. **FORTUNA**, Thesaurus inventus : nam, ut ait Lex 63. § 1. D. de Aquir. rer. domin (41, 1.) et ex ea Bracton. lib. 3. tract. de Corona cap. 2. § 4 : *Thesaurus, Fortunæ donum creditur. Thesauros ducente Fortuna reperire*, in leg. 3. Cod. Th. de Thesaur. (10, 18.) Epist. 561. ex Francicis tom. 4. Hist. Franc. : *Unde mandamus vobis, ut Fortunam, sicut inventa fuit, infra 15. dies nos habere faciatis.* Mox, *pecunia sublata* dicitur. Tabularium Monasterii Deip. Santon. fol. 25 : *Si Santonis fuerit inventum aurum vel argentum, aut Fortuna, Comes habet inde medietatem, et qui invenerit, aliam.* Charta ann. 1080. in Tabular. Vindocin. n. 370 : *Vicaria autem et forisfactorum omnium emendationes et Fortunæ, nostræ erunt omnes.* Charta ann. 1334. apud Dion. Salvaingum Boissium in Tractatu de Placito dominico pag. 28 : *Item jus suum nemorum, si quæ sint, aut inveniantur, et etiam quartam bestiarum ferarum, etc.* [Instr. ann. 990. ex Archivo Montis S. Michaelis : *Conon Britannorum Princeps dedit Deo et S. Michaeli, etc. Sed si aliquis deforis homicidium fecerit super inhabitantes, aut ipsi super alios, sit Comitis bannum, et raptum, et incendium, et inventa Fortuna, aut silvaticæ bestiæ captæ.*] Vide tom. 1. Monast. Anglic. pag. 298. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1 : *Nus n'a Fortune d'or, se il n'est Rois. Et les Fortunes d'argent sont aus Barons, et à ceus qui ont grans Justices en sa terre. Et se il avenoit, que aucuns homs qui eut voirie en sa terre, trouvast sous terre aucune trouvaille, elle seroit au vavasor, à qui la voirie de la terre où la trouvaille fu trouvée.* Et infra : *Fortune, si est quant elle est trouvée dedans terre, et terre en est effondrée.* Vide Consuet. Andeg. art. 61. et Cenoman. art. 70. et infra in *Sacrobarra*, ubi Spelmannus *Fortunam*, fortuito occisos interpretatur, nescio quo vade.

¶ 3. **FORTUNA**, Maris tempestas. Bernhardus *de Breydenbach* Itiner. Hierosol. pag. 14 : *Nisi forsitan tempestas maris, Fortuna appellata, id faciendum persuaderet.* Bartholom. Scribæ Annal. Genuenses ad ann. 1242 : *Continuo valida Fortuna maris, et venti, et pluviæ regnare cœperunt per dies viginti et ultra, ita quod de portu Januæ exire nullatenus potuit.* Ibidem : *Quam cito potuit, et maris Fortuna cessavit, ivit cum galeis suis in Provinciam, ut salem adduceret in Savonam.* Idem ad ann. 1244 : *Circa mediam noctem validissima Fortuna maris et temporis fuit in portu Januæ, ita quod multæ naves iverunt in terram, etc.* Eadem notione *Fortune* usurparunt veteres Galli Scriptores. Guillelmi Archiep. Tyriensis continuata Hist. Belli sacri apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 743 : *En cel an* (1269.) *dut passer le Roi d'Arragon en Surie, et monta sor mer il et ses os, et quant vint au quart jor une Fortune grant le pris et rompi sa nave, et quant il vit ce, si s'en retorna arriere au port.... ne onques puis ne veut monter sor mer par la puor qu'il ont de la Fortune et por l'amor de sa mie dame Berangiere.* [** Vide Glossar. med. Græcit. voce Φορτοῦνα, col. 1691. et mox *Fortunale*.]

* 4. **FORTUNA**, Sumptus fortuitus, insolitus, Gall. *Dépense extraordinaire*. Lib. pension. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Celleraria etiam prædicta exposita est Fortunis regum, principum ac reginarum ad ipsum monasterium declinantium, ac cardinalium et legatorum et nuntiorum sedis apostolicæ, etc.* Rursum ibid. : *Celleraria etiam exposita est Fortunæ temporis vacationis ipsius monasterii, quo tempore consueverunt consumi; quapropter hoc magnas summas pecuniarum opportuit mutuo suscipere. Fortune*, nonnumquam, idem quod Casus adversus, infortunium, damnum sonat. Charta Caroli VI. reg. Franc. ann. 1416. ex Chartul. episc. Carnot. : *Par le fait des guerres et mortalites, qui se sont subvenues en ladite ville, ils n'ont peu paier icelle rente à nostre amé et féal conseiler l'evesque de Chartres,.... lequel pour considération desdites Fortunes et mortalités, etc. Fortune de feu*, in Stat. ann. 1363. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 668. *Cas fortunel*, dicitur de eo, quod casu et fortuito accidit. Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 131. Chartoph. reg. 84 : *Requerans que comme ledit cas soit Fortunel, et non de fait appensé, etc. Pelillat demande grace pour ce cas Fortunel avenu en esbatement*, in aliis ann. 1389. ex Reg. 138. ch. 131. *Fortuneusement*, Fortuitu, infeliciter, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 163. ch. 43 : *Fortuneusement icelle femme fu atteinte du baston par la teste, etc.*

¶ **FORTUNALE**, Ut *Fortuna*, 3. Miracula B. Simonis Erem. August. April. tom. 2. pag. 827 : *Dicta navis ex Fortunali et periculo periculavit et suffocavit in mari.*

* Vox Italica, Procella, tempus turbulentum. Hinc *Fortunal*, pro *Tempête*, apud Rabelais. lib. 4. cap. 18. Vide mox *Fortunosus*.

¶ **FORTUNARE**, Periculis objicere, Gall. *Risquer, hazarder*. Charta ann. 1386.

Digitized by Google

apud Rymer. tom. 7. pag. 451. col. 1 : *Nolentes ipsis ligeis nostris, qui corpora sua in tantis periculis pro nostro honore viriliter Fortunarunt, aliquo colore injuriari.* Ibidem pag. 571. col. 1. in Litteris ann. 1388 : *Et similiter præfatus Mathæus... se Fortunare voluerit, ratione guerræ et periculorum maris.* Et infra : *Quodque plures gentes... ad transeundum versus villam Calesii se Fortunare non audeant.*

* **FORTUNATISSIMUS**, Epitheton Philippi Augusti regis Francorum, in Obituar. Ms. eccl. Ambian. ad 12. Jul. : *Obitus magistri Rogeri de Furnivalle medici regis illustris Franciæ Philippi Fortunatissimi, etc.* Et ad. 14. Jul. : *Obitus illustris Francorum regis Philippi Fortunatissimi.*

* **FORTUNIA**, Thesaurus inventus. Charta Hugon. dom. Brecarum ann. 1177. in Chartul. Cluniac. ch. 325 : *Si homines monachorum aliquam Fortuniam in confinio d'Arc invenerint, inter monachos et homines per medium partietur.* Vide *Fortuna* 2.

¶ **FORTUNIOSE**, *Feliciter.* Barthius in Glossario ex Guiberti Hist. Palæst.

¶ **FORTUNIOSUS**, *Fortunatus, Felix.* Idem Barthius ibidem ex eodem fonte.

1. **FORTUNIUM**, Ugutioni, *Prosper eventus, et dicitur a fortuna.* Eckehardus Junior de Casib. S. Gallis in Procemio : *Operæ pretium putantibus cum infortuniis tradere Fortunia.* Infra : *Alii veritati nihil parcentes, Fortunia et infortunia quomodolibet erant, edixerant.* Idem cap. 3 : *Multa bonis et malis aut Fortunia prædixit aut infortunia.* Quandoque pro quavis fortuna, bona aut mala. Idem cap. 5 : *Nescio, quo loci Fortunio.* Cap. 15 : *Ut cæteros relinquamus, et nostra Fortunia tangamus.* [** *Sub ipsorum proprio Fortunio .... Dunam ascenderent*, in Epist. Johan. Archiep. Rigens. c. ann. 1190. apud Lappenb. Init. Hanseat. pag. 149.]

2. **FORTUNIUM**, Hastiludium, torneamentum. Matth. Paris ann. 1241 : *More militari, quoddam hastiludium, quod vulgariter Fortunium, imo potius Infortunium appellatur, ad virium ceperat et exercuit experimenta.* Et infra : *In contemptum meum ipsi torneamento interfuisti, et sophistice illud Fortunium appellasti.* Chron. Theokesburiensis Monasterii in Anglia : *Fortunio belli ante fratrem suum decessit.*

* **FORTUNOSUS**, Tempestuosus, procellosus, Italis, *Fortunoso.* Steph. de Infestura Ms. ubi de Innoc. VIII. PP. ad ann. 1490 : *In Urbe nunquam visus fuit aer ita turbidus, ita Fortunosus, sicut fuit ille : nam aliquando pluebat, aliquando ningebat, ventis semper afflantibus cum magno frigore, et cæcitate seu obscuritate.* Vide supra *Fortunale.*

¶ **FORVA**, *Equa*, in Glossario MS. Bituric. Vide *Forba*, quod pro *Forda*, Bos prægnans scriptum fuisse ibi dictum est.

FORVENGE. *Quietum esse de Forvenge*, in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 387. Vide *Forfang.*

¶ **FORUFORMES.** Ode de laudibus Philosophiæ in Catalogo librorum Septentr. H. Walei pag. 184 :

> Ad mensam Philosophiæ sitientes currite
> Et saporis tripartiti septem rivos bibite
> Uno fonte procedentes non eodem tramite.
> . . . . . .
> Avis septem Foruformes Athenis materiam
> Nacte hoc liquore totam irrigarunt Greciam,
> Que redundans infinita fluxit in Esperiam;
> Non tamen sine ductore vel tuto remigio
> Quia navem gubernantes Maro atque Cicero,
> Centum nautas adsciverant quisque suo studio.

Foruformes videtur esse vox ibrida formata ab augmentativa præpositione for vel fore Saxonica : quæ, inquit Somnerus, exponitur plerumque per præpositiones, Per, Præ, Dis, Ultra, Pro, Ante, etc. atque etiam per superlativum. Hinc Saxonice fore-mærest, Strenuissimus. Hoc modo *Foruformes* dicerentur quasi Forma præcellentes, Formosissimæ. Quæ sint istæ *Septem aves* (hic enim *Avis* pro *Aveis*) ignoro, nisi forsan figurate per eas septem Græciæ Sapientes intelligantur, per quos tota irrigata Græcia, redundans infinita fluxerit in Hesperiam, id est, Italiam. [** Septem artes.]

* **FORULARE**, in Constit. Jacobi reg. Sicil. cap. 45. pro *Foculare*, Domus. Vide in hac voce.

FORULUS, Vagina, nostris *Fourreau.* Papias : *Foruli, thecæ vel cistæ librorum, tabularum, vel aliarum rerum, ut spatæ, dictæ, quod deforis tegant.* Gloss. Lat. Gall. : *Forulus, Bourse, Escriptoire, Fourel.* Willelm. Britto lib. 12. Philipp. pag. 242 :

> Francorum gladios nimia jam cæde rubentes
> Vix Foruli agnoscunt.

Infra :

> . . . vel absconsi Forulis prægnantibus æris.

Gervasius Dorobern. : *Comites et Barones cereos ferant, et regium gladium in Forulo.* Chronicon Casauriense lib. 4 : *Monachi S. Clementis nituntur illud, ad quod est impossibile, et volunt duos enses in unum Forulum mittere. Feurre*, Scriptoribus nostris medii ævi. Le Roman *de la Malemarastre* MS. : *Se il copa le chief, et puis resna s'espée, et le mit arriere en son Feurre.* Infra : *Vostre fieux a ja l'espée sachie hors dou Fuerre pour vous coupier le chief.* Will. *Guiart.* ann. 1297 :

> Il gietent les mains aus espées,
> Qu'en l'eure des Feurres estortent,
> Et aus autres bastons qu'ils portent.

Georg. Castellanus in Hist. Jacobi Lalani cap. 94 : *Deux espées, l'une ceinte qui ait le Feure tranché jusques à renges, l'autre attachée en son escu.* Occurrit iterum cap. 95. et in Assisiis Hierosol. MSS. cap. 94. et aliis Scriptoribus passim.

1. **FORUM**, Nundinæ, feriæ, *Foires.* Charta Lotharii Imperatoris, filii Ludovici Pii, in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 4 : *Quia Agilmarus venerabilis Archiepiscopus ad nostram accedens Majestatem, retulit, quod in pago Lugdunensi, in villa scilicet, quæ vocatur Pavasianis, super proprium suum, quoddam Forum, publicumque construere et convocare vellet mercatum, deprecans, ut ei illud concederemus, quod inde ad jus publicum exigi poterat.* Henricus Aquilonipolensis de Lubeccanæ Urbis primordiis lib. 1. cap. 5 :

> Bis Forum in hebdomada statuit generale, etc.

Leges Burgorum Scoticor. cap. 40 : *Mercator sive institor, qui habet stallum coopertum in die Fori, vel botham in Foro die Fori, dabit obolum pro consuetudine et custuma sua.* Adde Statuta secunda Roberti I. Regis Scotiæ cap. 32. Charta Alan. Episcopi Autissiodorensis : *Justitia Episcopi est; Forum et theloneum Episcopi est, quidquid de Foro exit, et justitia de omnibus hominibus, qui venerunt, infractura castri, et rapina, et incendium, Episcopi est.* Thwroczius in Bela I. Rege Hungar. cap. 45 : *Iste enim omnia Fora die Sabbati constituit, pro vendendo et emendo.* Etiam usurpant Consuetudines villæ de Regula apud Labbeum tom. 2. Bibl. pag. 744. Innocentius III. PP. lib. 13. Epist. 95. etc. Vide *Mercatura.*

Forum, pro pretio rerum venalium, quo scilicet in *foris* seu nundinis distrahi solent, *le Prix du marché* : in Statutis Gildæ Scoticæ cap. 22. § 2. in Itinere Camerarii Scot. cap. 7. § 3. et in Statutis Davidis II. Regis Scotiæ cap. 36. § 1. [Litteræ Philippi III. Reg. Franc. tom. 3. Ordinat. pag. 61 : *Cum omnibus emolumentis inde provenientibus, nec non Foris et pretiis carnium, galinarum et aliarum rerum venalium.* Ordinat. Caroli Johannis Reg. Franc. primogeniti ann. 1356. ibid. pag. 108 : *Quod victualia eis vendantur et tradantur ad rationabilem Forum juxta temporis qualitatem.* Statutum ann. 1320. tom. 2. pag. 579 : *Six vingts harens au Feur ou l'en le vent.*] *Prix* et *Fueur*, in Consuetud. Pontivensi art. 84. Vide *Foragium*, *Forus* 1. *Afforagium.*

* Hinc *Fuer*, Pretium seu *forum* iis indicere, in Charta Joan. Attrebat. comit. Augi pro commun. S. Valer. ann. 1376. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. : *Item le maire et les eschevins pourront Fuer en la ville au pain, au vin, à chairs et à autres denrées par l'assentement de nostre bailly, et non autrement.*

¶ Forum Bonum, Vile pretium, Gall. *Bon marché.* Vita B. Coletæ, Martii tom. 1. pag. 567 : *Gloriosis Martyribus, qui in regno Dei possident gloriam immensam, contulit altissimus gratiam et Bonum Forum; nam brevissimo tempore tosti... ad cœlos migraverunt.* Menoti Sermones fol. 115. v°. : *Elle n'en aura pas si bon marché : Non habebit tam Bonum Forum.* Et fol. 168 · *O pauperes mundani, qui pro lucrando denario seu liardo venditis animas vestras diabolo. Las! Deus non habuit tam Bonum Forum; quia plus constitit ei.*

¶ Forum Habere, Facere, Pacisci, de pretio convenire, Gall. *Faire marché, convenir du prix.* Consuetud. Brageriac. art. 124 : *Si quis vina sua in domo seu penu alicujus burgensis posuerit, Foro aliquo inter dominum dicti vini et dominum dictæ domus non habito neque facto, dominus dicti vini dabit et solvet pro salario cujuslibet tonelli vini, quatuor solidos, et duos solidos si sit pipa.*

Forum, Merces ipsa, quæ in foro et nundinis venum exponitur. Radevicus lib. 3. cap. 26 : *Si mercator Teutonicus civitatem intraverit, et emerit mercatum, et portaverit ad exercitum, et carius vendiderit in exercitu, Camerarius auferet ei omne Forum suum, et verberabit eum, etc.*

¶ Forum, f. Decima pretii rerum quæ in *foro* distrahuntur, vel mercium ipsarum quæ venum exponuntur in *foro* et nundinis.

Digitized by Google

Charta Boleslai Ducis Bohemiæ pro Monasterio Breunoviensi ann. 993. apud Ludewig. tom. 6. pag. 49 : *Et in civitate quoque Pragensi donamus decimum Forum, et decimum denarium de judicio, decimum hominem captivum, et triginta animatores eorumque posteritatem.*

FORUM, seu *Villa Forensis*, quæ jus nundinarum habet. Speculum Saxonicum lib. 3. art. 66. § 2 : *Non liceat castrum, Forum, seu villam Forensem, nisi unum milliare ab alia distet, construere.*

FORUM, Eadem notione, et pro facultate manendi in urbe. Charta Odonis Ducis Burgundiæ ann. 1206. apud Perardum pag. 299 : *Alienigena quisquam, si in villa manere veniat, nulli domino, donec ipse voluerit, compellitur famulari : et si forefactum incurrat aliquod, amborum tenetur exequi justitiam Dominorum, donec alicui Domino se commendet, nec eidem liberum villæ Forum conceditur, donec per annum et diem in ea fecerit mansionem; et si tunc demum Forum velit requirere, et annalia villæ ritus executus fuerit, sibi villæ Forum conceditur, in hunc modum, quod Præposito sextarium vini, et Majori sextarium, et duobus villæ vantariis pro rei laudatione et concessione 2. denarios tenetur exhibere, etc.*

2. **FORUM**, pro Commeatu, seu cibariis ad alimoniam exercitus, aut plurium, vel etiam privati alicujus. Chronicon Reichersbergense pag. 263 : *Addidit, si Imperator obsides mitteret, transitum sibi per brachium S. Georgii et Forum concederet.* Alibi : *Hilari vultu eos excipientes, Forum pro posse suo exercitui ministraverunt.* Odo de Diogilo lib. 1. pag. 13 : *Alemannorum et Hungarorum etiam Reges de Foro et transitu requisivit.* Lib. 2. pag. 21 : *Quidam ex parte Regis de securitate sui regni juraverunt, et ipsi Forum idoneum, concambium competens.... sacramento simili firmaverunt.* Ex mox : *In hac* (terra) *pro voto nobis fuerunt Forum et concambium.* Gesta Ludovici VII. Reg. Franc. cap. 14 : *Non est ibi carum Forum rerum venalium, quia satis de bladis et vinis et rebus aliis necessariis per mare navigio advehunt mercatores.* Monachus Florentinus de Expugn. Acconensi :

> Ergo postquam inclytus Princeps Romanorum,
> Intravit monarchiam Regis Ungarorum,
> Ubertatem omnium dat Rex atque Forum.

Chron. Sicardi Episc. apud Murator. tom. 7. col. 610 : *Dedit itaque Soldanus obsides, dedit et Forum et victualia equorum.* Radulphus de Gestis Frider. I. Imperat. : *Postea inierunt pactum, et dederunt eis bonum Forum, sed porrigebant cum funibus in canistris et panariis.* Vide *Fodrum.*] Adde Tagenonem Pataviensem, et alios. Le Roman *de Vacce* MS. :

> De tout le lor rien ne demande,
> Fors le Marchié de la vinade.

Hinc *facere bonum Forum*, nostris *Faire bon Marché*, apud Mich. Scotum lib. 4. Mensæ Philos. cap. 16.

¶ 3. **FORUM** BURSÆ, FORUM PER BURSAM, apud Normannos dicebatur jus, quo consanguinei fundum extraneo venditum recuperare sibique asserere poterant, numerato convento pretio, ante elapsum venditionis annum. Inquesta per Magistrum Ricardum facta auctoritate Philippi Regis Franc. de jurisdictione Beccensis Monasterii : *Matthæus de Brayo habens 60. annos... requisitus utrum vidit dictos Religiosos utentes de placito ensis in aliis casibus, dicit quod sic, videlicet de brevibus, de dote, de maritagio impedito, de fraragio, de Foro Bursæ et de clamore harou, de sanguine et plaga.* Similia habentur infra, ubi et pro *Foro bursæ*, legitur etiam *Mercatum bursæ.* Item inferius : *Petrus Fessarde, juratus et requisitus dicit, quod placitavit in curia dictorum Religiosorum.... de Foro revocando per Bursam per Robertum de Douvre, a quo Guillelmus de Sur petebat habere Forum per Bursam, et obtinuit dictus Guillelmus contra Robertum antedictum in foro supradicto.* Charta ann. 1257. in Chartular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 304 : *Cum contentio esset inter me Radulfum le Braisier ex una parte et Richardum Boutevilain de Gliscort ex altera super unam masuram quam emeram a Simone dicto Flori, quam dictus Richardus volebat habere per Bursam.* Hanc revocationem *per bursam* Practici vocant *Clameur de Bourse* : de qua Consuetud. Andegav. art. 370. 371. Cenoman. art. 380. 381. Blesens. art. 200. ubi, *Venir entre la Bourse et les deniers.*

* Scacar. S. Mich. ann. 1278. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 39. r°. col. 2 : *Il est accordé par le roy et par son conseil.... que quiconques desornavant voudra retraire marchié par bourse en Normandie, sitost comme il sera conneu au lignage, il paiera tantost l'argent; ou ce se non, il n'en sera plus oiz.* Vide infra *Retractor per bursam.*

¶ 4. **FORUM** VINI, Jus domino competens pro vino a subditis distrahendo. Charta Ingelranni III. Codiciacensis domini ann. 1207. in Instrum. Hist. Codiciac. pag. 166 : *Forum vini quod Castellano debebatur, et stallagia sotulariorum, et segniatam piscatorum, circadam etiam nemorum et aquæ custodiam : hæc omnia eis quitta clamavimus.* Vide *Foragium* et *Feraticum.*

5. **FORUM** POENITENTIÆ, quod vulgo *Forum conscientiæ* dicimus. Testamentum Jacobi Regis Aragon. ann. 1272 : *Item volumus, quod omnes torts sive injuriæ nostræ, quibus obnoxii tenemur, et vere apparuerint, restituantur per dictos manumissores nostros... secundum Deum et Forum pœnitentiæ.* Id est, quomodo pœnitenti ea restitutio a Confessario injungeretur. *Forum Pœnitentiale*, in Bulla Innocentii III. Papæ in Tabul. Abbatiæ Barbellensis ch. 36.

¶ FORUM ANIMÆ, pro *Forum pœnitentiæ*, legitur apud Acherium tom. 9. Spicil. pag. 247. in Testamento supra laudato Jacobi Regis Aragon.

FORUM CONFESSIONIS. Chronicon Andrense pag. 628 : *Super quibusdam secretis in Foro Confessionis eo consulto.*

6. **FORUM** BASILICÆ, Atrium, ni fallor, vel *Navis.* Vetus Inscriptio Christiana : *Domino juvante Felix Eps Dei famulus Forum Basilicæ beati Martyris Stephani musivo et marmoribus decoravit.*

7. **FORUM**, FORAGERIUS. Notitia ann. 1015. apud Loisellum in Hist. Bellovac. pag. 248 : *Præterea Episcopus Comiti mediatatem Fororum et Forageriorum, ut acciat in potestate prandium non amplius in toto anno quam unum.* Ubi *Forum* videtur idem quod *Fodrum*, vel *Procuratio.*

* **FORUNCULUS**, pro Furunculus. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Floyronc, Prov. hulcus, ignatum, Forunculus.* Vide *Furundum.*

1. **FORUS**, Idem quod *Forum*, Nundinæ, *Mercatum.* Jo. de Janua : *Forus etiam est, ubi res venduntur.* Gloss. Gr. Lat. : Ἀγορά, ἡ τῶν ὠνίων. Ἀγορά, ὁ φόρος, *hic Forus.* [** Vide Glossar. med. Græcit. col. 1690.] [Litteræ Petri Duc. Borbon. ann. 1345. tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 155 : *Dictis spuriis sive bastardis legitimaciones, necnon consulatus de novo, nundinas Forosque, furchas, habentibus omnimodam jurisdictionem concedendo, etc.* Vide *Forus*, 3.]

FORUS, Pretium mercis, rei, quæ venum exponitur. Concil. Suessionense ann. 744. cap. 6 : *Ut per omnes civitates legitimus Forus et mensura fiat, secundum abundantiam temporis.* Charta Libertatum oppidi S. Palladii in Biturigib. ann. 1279 : *Non poterimus ponere vinum dicti banni ad carius Forum, quam fuerit carius vinum, quod venerit in vineis dictæ villæ illo anno, etc.* Hinc nostris Formula : *Faire bon marché.* Lex Vervini ann. 1233. art. 32 : *In villa, cum mihi placitum fuerit, Forum statuam*, i. pretium.

2. **FORUS**, seu FORI, Lex vel Consuetudo municipalis, Hispanis *Fuero.* Glossæ MSS. : *Fori, edicta regalia.*

Marca lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 2. n. 12. *Foros* appellari putat, non tam Consuetudines municipales, quam ipsum jus publicum et privilegia, quibus utuntur civitatum incolæ, cum ea, quæ contractus, successiones, testamenta, et formulas judiciarias spectant, *Usaticorum* et *Morum* appellatione videantur donari in veteribus Chartis. Vix est tamen ut in hanc sententiam pedibus eam, cum hæ voces synonymæ sint, ac unum idemque sonent. Proinde *Foros*, Gothice appellatas potius censuerim Consuetudines municipales, quod jura contineant, quibus in *Foris* seu judiciis uti licet. Michael *del Molino* in Repert. Foror. Arag. : *Fori Aragonum dicuntur Leges, quia Legum dispositionem Fororum vocabulum comprehendit.* Infra : *Fori Aragonum dicuntur Statuta.* Sed et *Forus*, pro *Forum*, seu loco judiciario, dictum observat Joannes de Janua. Unde Græcismus :

> Causatur, venditque Forus, signatque foramen,
> Inveniesque Foros, datque carina Foros.

Charta ann. 1170. ex Tabulario Regio Pampilonensi apud Oyhenartum in Notitia Vasconiæ lib. 1 : *Ego Infans Garsia Rex Navarræ dono et concedo vobis omnibus hominibus, qui populatis Villam Vetulam... talem Forum, et tales usaticos, quemadmodum habent homines de Stella et de Ponte Reginæ in omni judicio et Foro, etc.* Concilium Coyacense ann. 1050. cap. 13 : *Et confirmo totos illos Foros cunctis habitantibus in Legione, quos dedit illis Rex Dominus Adefonsus.* Lucas Tudensis æra 1058 : *Adelfonsus... repopulavit Legionensem urbem,... et dedit bonos Foros et mores.* Idem æra 1065 : *Sancius Burgensium Dux dedit bonos Foros et mores in tota Castella.* Et

Digitized by Google

pag. 109 : *Obtinuit, ut corrigeret mores et Foros Legionensis civitatis.* Vetus Charta Hispanica apud Michaelem *del Molino* in suo Repertorio : *Hæc est carta de Foros et usaticos, etc.* Vide Observantias Regni Aragon. lib. 6. tit. Interrogat. § 11. Alphonsus II. Rex Aragon. apud Blancam pag. 594 : *Scio, quod in Castella, in Navarra, et in aliis terris, solent venire Jaccam per bonas consuetudines et Fueros ad discendos eos et ad loca sua transferendos.* Alia æræ 1153. apud eumdem pag. 640 : *Dono vobis Fueros bonos, quales mihi demandatis, etc.* [Charta Ranimiri Reg. Navarræ, apud Moret. Antiq. Navar. pag. 498 : *Placuit mihi... ut donarem et concederem vobis illos bonos Fueros, quos pater meus Sancius Rex... misit in Jacca. Dono et concedo vobis totos bonos Fueros et tollo malos.*] Vide Baron. ann. 1027. n. 15. Foros Morlanenses art. 37. Oyhenartum in Notitia Vascon. pag. 85. 208. Bibliothecam Cluniac. pag. 1435. etc.

* Charta ann. 1096. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 2 : *Damus vobis Foros, ut donetis de domibus vestris in anno duodecim denarios.* Libert. Monterol. ann. 1312. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 504. art. 31 : *Quod si quis in adulterio fuerit comprehensus... nudus cum adultera, si ejusdem Fori fuerit, vel qui de Foro domini nostri regis fuerit, currat per villam.* Libert. Navarieriæ ann. 1324. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 266 : *Concedentes ut habeant Forum Jaccæ, et in suis causis et judiciis utantur eodem. Fors,* eadem acceptione, in Libert. Regul. ann. 1374. tom. 6. earumd. Ordinat. pag. 106 : *Et leur garderon Fors, usaiges, coustumes, libertez, franchises et privileges.*

Forista, ut *Legista, Decretista,* qui *Foros* diligenter legit vel commentatus est. Michael *del Molino* in Repertorio pag. 75. v. : *Dom. Ximinus Petri de Salanova Justitia Aragonum, qui fuit magnus practicus et Forista, et compilavit plures observantias, etc.* Hunc non semel laudat Hieron. Blanca, ut et Vitalem Episcopum Oscensem, quem *valde practicum et expertum fuisse in Foris,* ait idem Molinus pag. 72. et 159.

Contraforus, Hisp. *Contrafueros,* Quod contra *foros* seu leges agitur, in Foris Aragon. lib. 1. tit. de Adjunctis, et alibi.

ΦΟΡΟΥΣ præterea appellatas Imperatorum imagines, auctor est Isidorus Pelusiota lib. 1. Ep. 337. [** Vide Glossar. med. Græcit. col. 1690. voce Φόρος.]

¶ 3. **FORUS.** Isid. 15. 6 : *Locus ubi uva calcatur, dictus quod ibi feriatur uva, vel propter quod ibi teratur pedibus; unde et Calcatorium dicitur. Sed hoc nomen multa significat. Prima species Fori, Locus est in civitate ad exercendas nundinas relictus. Secunda, ubi Magistratus judicare solet. Tertia quam supra diximus, quam Calcatorium nominamus. Quarta, Spatia plana in navibus, de quibus Virgilius, Laxatque Foros. Lacus dictus, quod ibi decurrit frugum liquor.* Hæc etiam fere Johannes de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Forus signifie plusieurs choses. Forus, Pertuis. Forus, Marchés. Forus, Lieux ou l'en foule la vendange. Forus, Lieux ou l'en traitte les causes.*

** Forus, Area. Reinard. Vulp. lib. 1. vers. 1069 :

Sic ego triticeis paleas extundere granis
Audieram in patulo tribula mille foro.

* 4. **FORUS,** adject. Extraneus. Charta ann. 1096. superius laudata : *Homines que* (sic) *venerint de Fora parte dent portagine, de equm aut de equa vendere, duodecim denarios.*

* **FORUSCITUS,** Proscriptus, exul, Ital. *Fuoriscito.* Annal. Estens. ad ann. 1402. apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 969 : *Exercitus domini ducis Mediolani sub capitaneis et ducibus antedictis,.... aliisque quam pluribus ex Foruscitis Bononiensibus, territorium Bononiæ invasit cum magna potentia.* Vide supra *Forissitus.*

¶ **FORVUS.** Papias in MS. Bituric. : *Forvum, Calidum dicitur; unde Fervens et Formosus,* f. *Fervosus.* Servius in 4. Æneid. : *Forvum antiqui calidum dicebant.* Vide *Formus.*

* **FORZARIUS,** Forceps, Gall. *Forces,* vel *Pince.* Stat. Vercell. lib. 3. pag. 77. r° : *Item quod si alicui carcerato dicti communis vel carceratis fuerit inventa lima, limæ, vel ferramenta, scopelli, Forzarii, etc.* Hinc

* **FORZELETTA,** diminut. a *Forzarius,* Gall. *Ciseaux* vel *Pincette.* Inventar. ann. 1389. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 368 : *Duæ Forzelettæ deauratæ, etc.*

* **FORZEUM,** Pars caputii, eadem quæ *Foggia* dicitur Academ. Cruscan. Constit. Arn. de Faugeriis inter Stat. synod. eccl. Sabin. edit. ann. 1737. rubr. 27 : *Item statuimus et inviolabiliter observari mandamus, quod quilibet sacerdos sive prælatus diœcesis Sabinensis, cum cappis . . . et capuzeis sine Forzeis, et aliis vestimentis sine collariis incedant.* Vide infra *Foza.*

¶ **FOS,** Mensuræ genus apud Massilienses. Informationes Civitatis Massiliæ de passagio transmarino in Cod. MS. Sangerm. : *Artimon erit longitudinis* L. *goarum et mensuræ dictæ Fos* L.... *Arbor vero de medio vult habere duo vela, quorum majus vult habere* XLVII. *goas per antenam et* XLVII. *Fos, et pro balinvernia* XLVII. *goas, et continebunt ista duo vela* XXVIII. *pecias continentes* C. *cannas canabici, etc.*

* **FOSACUM,** f. pro *Fossatum,* Obligatio, qua *fossatis* urbium reficiendis tenentur cives. Charta Henr. reg. Angl. ann. 1128. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 209 : *Confirmo ut omnes homines, quos abbas et monachi S. Ebrulfi habent vel habituri sunt,.... liberi sint et quieti ab omnibus consuetudinibus, et teloneis, ... muragiis, Fosacis, avenagiis et guardis.* Vide infra *Fossamentum* et *Fossatum* 2.

¶ **FOSADARE.** Vide *Fossadare.*

¶ **FOSCA,** an Fossa? Privilegium Ferdinandi Gonzalez Comitis Castellæ pro Monasterio Sebastiani de Silos inter Concilia Hispan. tom. 3. pag. 175 : *Quorum termini hæc sunt : de parte Orientis Pennarubia et poço antiquo semper manente, et Fosca angusta, unde venit aqua de Carazo.*

* Nequaquam Fossa; est enim *Fosca* Academ. Hispan. Nemus seu silva vepribus et dumetis intricata : quod belle convenit Pacto inter clericos et barones Normanniæ habito ann. 1205. in quo *Foscis* legitur etiam ex Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 6. v°. ut post Order. Vitalem laudatum a Cangio in v. *Fraustum,* ubi *Froscis,* pro *Foscis,* frustra, ut mihi videtur, legendum proponit vir eruditissimus. En locum ex Reg. jam laudato : *Item diximus per sacramentum quod non vidimus tempore Henrici et Ricardi quondam regum Angliæ, quod aliquis redderet decimas de feriis, aut de genestis, aut de Foscis, ubi prius fuerint demosmatæ.* Quam ultimam vocem facile est mutare in *Desmontatæ,* ab Hispanico *Desmontar,* Obstirpare, runcare. Vide Dictionar. Hispan. ad hanc vocem.

FOSCUS. Vide *Fraustum.*

FOSIA. Vide *Faicia, et Fazenda.*

¶ **FOSOIRATA,** Fosoriata. Vide *Fossoriata.*

1. **FOSSA,** Caverna, seu locus in terra defossus, aqua repletus, ubi feminæ furti damnatæ immerguntur. Ita Skenæus ad Regiam Majest. lib. 1. cap. 4. § 2. ubi quædam placita criminalia pertinere dicuntur maxime ad eos, *qui habent et tenent curias suas cum socco et sacca, furca, et Fossa, toill, etc.* Quoniam attachiamenta cap. 77 : *Omnes Barones, qui habent furcam et Fossam de latrocinio, de hominis occisione habeant furcam* (al. *Curiam.*) Gervasius Doroberh. ann. 1187 : *Nam et ipsi in omnibus tenementis suis omnem ab antiquo legalem habuere justitiam, videlicet ferrum, Fossam, furcas et similia.* Idem ann. 1195 : *Mense Decembri Justitiæ, qui vocantur Errantes, missi per Angliam ab Archiepiscopo Cantuariensi, fuerunt apud Cantuariam, ibique per ministros Regis judicio aquæ mundati sunt, vel perierunt criminosi, qui ad Regiam pertinebant coronam. Qui vero ad Archiepiscopum pertinebant, in Fossa Archiepiscopi apud Westgate salvati sunt. Similiter qui ad Priorem et Conventum, in eadem Fossa salvati sunt.* Charta ann. 1088. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 554 : *Ferrum, et Fossum,* (leg. *Fossam*) *et furcas, cum aliis libertatibus, etc.* Adde tom. 2. pag. 1035. ubi perperam *follam* editum. Scribit Spelmannus, apud Scotos in usu fuisse, delinquentes masculos furca suspendere, feminas puteo vel fossa immergere, idque privilegii habere infra dominia sua Barones, quod *fossæ* et *putei* vocant. Ita secundum hunc Scriptorem *fossa* aliud fuerit a *judicio aquæ frigidæ :* qui eo pertinere ait, quod scribit Tacitus de Moribus Germanor. : *Proditores transfugas arboribus suspendunt, ignavos et imbelles, et corpore infames, cœno ac palude, injecta insuper crate, mergunt.* Vide Skenæum de Verbor. signific. verbo *Fossa.* [** Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 694. et supra *Defossus.*]

* Vide infra *Humari* et *Infoditus.* Capitalis cujuscumque criminis hæc erat in feminas pœna a legibus statuta; quæ tandiu obtinuit, quandiu pudori fuit eas furca suspendere : cujus supplicii primum exemplum exhibent Lit. remiss. ann. 1414. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 45. quæ conceduntur feminæ Lemovici damnatæ *à estre et morir pendue.* Alterius meminit Diarium regni Caroli VII. ad ann. 1448. quæ Parisiis primum suspendio periit.

* Hinc feminæ proscribebantur sub pœna *de la besche,* vel *du pic et de la pele,* quia iis

Digitized by Google

instrumentis fossa excavabatur. Vide supra *Becca*. *Enfouer* vero vel *Enfouir* nude dicebant, pro Fossa immergere. Charta ann. 1293. apud Stephanot. in Antiq. Bened. Pictav. Mss. part. 3. pag. 946 : *Ne porrons ge lidis Jofreis, ne mi heir, ne mi successour pendre ne lever forches ne gibet, ne Enfouer.* Charta Phil. VI. ann. 1328. in Reg. donor. ejusd. ex Cam. Comput. Paris. fol. 30. r° : *Item en tous cas là où l'en fait justice, li mounier en la ville* (de Baugency) *font l'exécution à leur coust, soit pendre, ardoir, boulir, Enfouir, Escorcher et fuster.*

* Sed et in masculos aliquando animadversam fuisse hanc pœnam, docet Charta Ric. reg. Angl. apud Rymer. tom. 1. pag. 65 : *Richardus .... omnibus hominibus suis Jerosolymam per mare ituris, salutem. Sciatis non de communi proborum virorum consilio fecisse has justitias subscriptas. Qui hominem in navi interfecerit, cum mortuo ligatus projiciatur in mare. Si autem eum ad terram interfecerit, cum mortuo ligatus in terra infodiatur.*

2. **FOSSA**, quomodo *Cul de Fosse* dicimus, Imus carcer. Statuta MSS. Caroli I. Reg. Sicil. cap. 30 : *Nos volons et commandons que se aucune fame ait esté conveincue de tele acusation, qu'elle soit mise en une Fosse, et qu'elle n'en isse jamais, etc.*

3. **FOSSA**, Tumulus, sepulcrum. Lex Longob. lib. 1. tit. 9. § 15. [** Roth. 373.] : *Servus ipse super Fossam mortui appendatur.* Epitaph. Bedæ :

Hic sunt in Fossa Bedæ venerabilis ossa.

Vide Capitula ad Legem Alamannor. cap. 25.

* Andegavensibus *Enfeu*, auctore Menagio in Hist. Sabol. pag. 239.

Fossare, Tumulo mandare. Epitaphium Joannis Episcopi Frisingensis, qui obiit anno 1324. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 169 :

Hic est Fossatus, qui bis erat hic cathedratus.

* *Enfosser*, eodem sensu, in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1 :

Che qu'il estoit mors desconfés;
Fors de Chartres en un fossé,
Comme un larron l'on Enfossé.

Fossa Coeca, Latrina. Chronicon Casinense l. 4. cap. 16 : *Tradidit per scriptum 4. castella Monasterio in territorio Casseolano, duriculam scilicet, Fossam cœcam, cameratam, et piretum.* Ubi pro *duriculam*, legendum forte *cuniculum*. [** Quatuor sunt castellorum nomina propria.] Glossæ MSS. : *Cuniculus, fœtidus locus, vel Fossa occulta.* Consuetudo municipalis Lorriacensis ann. 1394. edita a Thomasserio cap. 11. art. 6 : *Aucun ne peut et n'est licite de faire chambres aisées, nommées Fosse coies, ou Latrines, ou Fosses de cuisine; pour tenir eaue de maison auprés d'un mur mitoien, etc.* Οἱ περὶ ὄρους γῦροι, apud Artemidor. lib. 2. cap. 24. Vide *Duciculus*.

Fossa Finalis, vice termini, cui opponitur *propria*. Siculus Flaccus : *Intelligi potest aliquando ex ipsarum Fossarum positione, utrum propriæ, an finales sint.* Idem : *Qui proprias faciunt ad excipiendas aquas, aliquid soli sui extra Fossam solent relinquere.* Rursum : *Si enim proprias quis faciat in terris suis ad sustinendos servandosque agros suos, etc.*

* In crucis formam excavabantur ejusmodi fossæ, cum ad ecclesiam vel monasterium agri pertinebant, ut colligitur ex Charta Goberti de Asperomonte ann. 1152. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 422 : *Ecclesiæ Rengisvallis fratres in futurum præcaventes collatum sibi beneficium certius designantes, Fossas formam crucis habentes in omnibus prædictis terminis diligenter effodere curarunt.* Vide in *Crux*, pag. 679.

Fossa Lapidum, Lapidicina, in Charta Philippi II. Imp. ann. 1199. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 77 : *Et unam Fossam Lapidum in monte Gamanar semper habendam.*

Fossam Facere, Vallo urbem aut castrum munire. Charta Conradi Imp. ann. 1031. apud Georg. Pilonum in Hist. Bellunensi pag. 70. v. : *Castella et turres ædificare, vel Fossas facere habeat potestatem.* Adde pag. 86.

Fossis, *canibus, pulvere, et hamis lupellos comprehendere*, in Capitulari de Villis cap. 69. *Feras in foveis comprehendere*, in Legibus Wisigoth. l. 8. tit. 4. § 23. Vide Legem 7. § 8. D. Quod vi. (43, 24.) leg. 28. § 1. ad Leg. Aquil. (9, 2.) et Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 33.

Fossæ Ferrariciæ, *plumbariciæ*. Capitulare de Villis cap. 62 : *Quid de tornatoribus et sellariis, de ferrariis et scrobis, id est, Fossis ferrariciis, vel aliis plumbariciis, quid de tributariciis, etc.*

¶ 4. **FOSSA** dicitur Aremoricis Agger qui e terra quam fodiendo eruerunt compactus est, apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britann. pag. 252 : *Usque dum perveniatur ad ipsum locum, ubi tres Fossæ simul adveniunt. Et tunc vadit Fossa sancti Catuodi quasi ad horam* IX.

FOSSADARE, *Fossam facere*, Fodere. Formula 28. ex Andegavensib. : *Interpellabat aliquo homine, nomen illa, quasi Fossado per terra sua, in loco nuncupante, qui vocatur, ipsa villa, qui aspicit ad illa, ei Fossadassit.* [Charta Neutoldi Aptensis Episcop. ann. 984. ex Chartular. ejusd. Ecclesiæ fol. 84 : *Donat ad ipsum Durantes Presbyterum, ut ipsum terram bene plantare vitis et Fossadare et propagare studeat.*] Occurrit alibi.

¶ Fosadare, Eadem notione, in Chartulario Aptensi fol. 42.

FOSSADEIRA, [ut infra *Fossadera*,] in Charta Alfonsi Regis Castellæ æræ 1218. in Hist. Segoviensi cap. 18. Vide in *Fossatum* 3.

¶ **FOSSADERA**, Præstatio in belli sumtus, quæ ab iis exsolvebatur qui in exercitum, quem *Fossadum* vocabant, non pergebant. Concil. Vallis-Oletan. ann. 1137. inter Hispanica tom. 3. pag. 347. col. 1 : *Et sint excusati de martiniega, et de fossado, et de Fossadera et de omnibus servitiis.* Charta Aldefonsi Regis Castellæ æra 1230. apud Stephanotium tom. 4. Fragm. MSS. Hist. pag. 288 : *Et sint illi decem excusati ab omni pecto, posta, fossado, Fossadera, pedido, facendera, et ab omni prorsus regio et alio tributo et gravamine in perpetuum, et ab omni regia exactione semper liberi et immunes existant.* Alia ann. 1181. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 494 : *Concedo prædictas villas Ecclesiæ gloriosæ Virginis de Rupe Amatoris ... nullo mihi jure penitus in eis retento, nec pecta, nec pasta, nec homicidio, nec Fossadera, nec facendera, nec aliqua parte Fossaderæ, nec facenderæ.... Concedo etiam vobis ut habitatores de Fornellos et de Orbanella, si eam populaveritis, nunquam pergant in Fossadum, nec in apellidum, et cum Fossaderam persolverent, tota præfatæ Ecclesiæ contingat,... et nihil de ipsa Fossadera Rex,... vel aliquis alius homo requirat.* Vide *Fossatum* 3. et in *Hostis*.

* **FOSSADILE**, Fossa, quæ vice termini est. Charta S. Maxent. an 13. regni Car. reg. apud Besl. inter Probat. Hist. comit. Pictav. pag. 222 : *Cum est circumcinctus ipse alodus per terminibus et Fossadilibus et bodinas fixas.* Vide supra in *Fossa* 3.

¶ **FOSSADUA**, pro *Fossadera*, ut conjecto, in Diplomate Adephonsi Regis Hispan. ann. 1094. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 148. Locum lacunis plenum prætermitto.

¶ **FOSSADUM**, Idem quod *Fossatum* 3. Vide in hac voce et *Fossadera*.

¶ **FOSSAGIUM**, Pensitatio pro apertura *fossæ* seu sepulcri. Arestum Parlamenti ann. 1372. tom. 1. Instr. Hist. Paris. pag. 70 : *Petebant... manum nostram in rebus contentiosis appositam levari, et emolumenta ac denarios Fossagiorum in dicto cemeterio sibi* (Decano et Canonicis S. Germani Autiss.) *restitui.* Alia notione vide in *Fossatum* 2.

* **FOSSALARE**, Fodere, fossam cavare. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 64. ex Cod. reg. 4624 : *Si aliqua persona clauserit,.... seu cavaverit vel Fossaluverit aut destruxerit aliquam seu aliquas vias publicas, etc.* Vide *Fossare* 2.

¶ **FOSSALE**, ut *Fossatum* 1. Pacta ann. 1299. ratione Prioratus Salientis, Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 90 : *Quidquid juris habemus, seu Prior noster Salientis in vineis, Fossalibus, portis, et aliis fortaliciis dicti loci.*

¶ **FOSSALUM** vel Fossalus, Eadem notione. Origo belli Hussitici apud Ludew. in Reliq. MSS : *Disposuit fieri lignea propugnacula, quæ parvulo Fossalo circumfodi mandavit, et muro ex humo et lapidibus circumdari. Valatum sive Fossalum*, in Charta anni 1494.

* **FOSSAMENTUM**, Obligatio, qua *fossatis* urbium reficiendis tenentur cives, quæ interdum pecunia redimebatur; unde inter exactiones recensita. Charta Matild. comit. Nivern. ann. 1226. ex Chartul. Cluniac. : *Concessimus.... quicquid juris, usagii, consuetudinis et exactionis in blado, in pecunia, in Fossamentis, in cartamentis, in gallinis, in corveis, in commendis, sive aliis costumis et omnibus aliis habebamus.* Vide supra *Fosacum* et mox *Fossatum* 2.

¶ 1. **FOSSARE**, ut *Fossatum* 2. Vide locum in *Manneria*.

¶ 2. **FOSSARE**, Fodere. *Ad ædificandum et Fossandum*, apud Thomam *Madox* in Formul. Angl. pag. 245. Vide alia notione in *Fossa* 3.

* Fossa et vallo cingere, Gall. *Fosséer*. Charta Phil. Pulc. ann. 1301. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 128. r°. col. 2 :

Digitized by Google

Quæ quidem decem arpenta potuerunt dicti religiosi (S. Ebrulfi) *prior et eorum successores Fossare, fossata facta reparare.* Tract. Ms. de Re milit. et mach. bellic. cap. 66 : *Castellum potest circiter Fossari, et pars fluminis mittatur in fossum.* Charta ann. 1379. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 63 : *Se ledit lieu estoit fortifié, Fossée et emparé, etc. Fosser une vigne,* Eam fossione exercere, ligone proscindere, in Lit. remiss. ann. 1469. ex Reg. 197. ch. 88 : *Laquelle vigne j'ai podée, Fossée, vinée et gouvernée. Fougier,* eodem sensu, in aliis ann. 1459. ex Reg. 188. ch. 56 : *Le suppliant print.... son foussouer, et en parti de son hostel pour aler houyer ou Fougier en ung maillol ou vigne nouvellement plantée.*

¶ **FOSSARETUM**, f. Cœmeterium, ubi sunt *Fossæ* vel sepulcra. Epitome Constitut. Ecclesiæ Valentinæ inter Concilia Hisp. tom. 4. pag. 193 : *Si confugientes* (ad Ecclesiam) *sint Comites, Barones... recipiantur in cameris campanarii; si vero plebeii fuerint, in quadam camera per nos in Fossareto ad hoc deputata.*

¶ **FOSSARIATA**. Vide *Fossoriata.*

¶ **FOSSARIUM**. Gloss. Sangerm. MS. n. 501 : *Ligones, Fossaria.* Vide *Fossorium*

FOSSARIUS. Papias : *Vispillio, Fossarius mortuos sepeliens.* [Gloss. Isid. : *Vespeliones, Fossarii, qui mortuos sepeliunt.*] Apud Christianos primus fuit Clericorum in Ecclesia *Fossariorum* gradus, qui humandis fidelium corporibus curam impendebant. [S. Hieronymus de Muliere septies icta : *Clerici, quibus id officii erat cruentum linteo cadaver obvolvunt, et fossam humum lapidibus construentes, ex more tumulum parant.*] Incerti Epist. 13. ad Rusticum Narbonens. tom. 9. Operum S. Hieronymi : *Primus in Clericis Fossariorum ordo est, qui in similitudinem Tobiæ sancti sepelire mortuos admonentur.* Hi perinde ultimi collocantur in ordine Ecclesiastico in Notis Tyronis pag. 99. Κοπιαταὶ, et Κοπιῶντες appellantur, in Epistola Ignatio adscripta ad Antiochenos, ab Epiphanio in Comp. doctr. in Eucholog. Gr. pag. 39. et aliis, quos laudat vir doctissimus Joan. Baptista Cotelerius ad veterum Patrum opera. Hi et

Fossores dicuntur in Actis Proconsularibus, quæ recitat Augustin. lib. 3. contra Cresconium cap. 29. et Epist. 241. seu in Actis purgationis Cæciliani. Adde S. Hieronym. in Epitaphio Fabiolæ. Vide *Copiatæ*, et quæ observat Suarezius ad Nili Ascetica [pag. 670. et 671.] Nescio, an de his fossoribus intelligendus auctor Præfationis ad Libellum precum Marcellini et Faustini : *Tunc Damasus cum perfidis invitat arenarios, quadrigarios, et Fossores, omnemque Clerum cum securibus, gladiis, et fustibus, et obsedit basilicam hora diei secunda, etc.* Supra : *Cum omnibus perjuris, et arenariis, quos ingenti corrupit pretio, etc.* Incertum etiam, an hoc loco *Arenarii*, iidem sint qui Fossores; nam *Arenaria*, cœmeteria vocarunt Christiani. Vide in hac voce.

¶ 1. **FOSSATA**, ut mox *Fossatum* 1. Charta Caroli IV. Imperat. ann. 1367. qua confirmat privilegia urbis Leucorum inter Probat. Hist. Tullensis pag. XXXVII : *Fossatas, barras, et defendicula factas et facta, erectas et erecta manu tenere, etc.* Occurrit eadem notione apud Th. *Madox* Formul. Anglic. pag. 47.

¶ 2. **FOSSATA**, Sepulcrum. Miracula B. Simonis de Lipnica inter Acta SS. Julii tom. 4. pag. 532 : *Item tres feminæ... ulcere pestilentico validius tortæ, emisso pacto Fossatam Simonis visendi, continuo pristinæ restituuntur sanitati.* Vide *Fossa* 3.

¶ **FOSSATARIA**, Præstatio quæ aut Ecclesiæ aut domino fit post obitum alicujus, a *Fossa*, sepulcrum, ducta origine. Concil. Legion. ann. 1012. can. 23 : *Clericus vel laicus non det ulli homini rausum, Fossatariam aut maneriam.* Synodus Compostell. ann. 1114. can. 8 : *His qui servilis conditionis jugum sustinent, vel qui quadragesimalia tributa persolvunt, redditus solitos qui Fossataria et Luctuosa nuncupantur, relaxamus, si patrum parentumve suorum hæreditates incolunt.* Charta Ferdinandi Regis Hisp. æra 1081. apud Antonium *de Yepez* in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 6 : *Tam servus quam ingenuus, seu fiscalis, non faciat aliquot fiscale servitium Regis, non reddat aliquid pro homicidio quod fecerit, non rausum quamvis fecerit, non Fossataria, non sigillum positum in hæreditate.* Suspicor *Fossatariam* tributum esse *Luctuosæ* Hispanorum, et Anglornm *Heriota* non multum absimile, quod ab hæredibus exsolvendum fuerit post obitum propinquorum; verum in quo præcise situm fuerit, haud mihi facile divinatu.

FOSSATELLUM, Fossatum minus, in Bulla Honorii III. PP. apud Ughellum tom. 2. Ital. Sacr. pag. 822. [et in Chronico Farfensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 537.]

* **FOSSATELLUS**, Italis, *Fossatello*, Fossa minor. in Instr. ann. 1297. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodoepor. Charit. pag. 115. Vide *Fossatellum.*

¶ **FOSSATERA**, Idem quod *Fonsadera.* Vide locum in *Manneria.*

* **FOSSATERIUS**, Fossor, qui fossas urbium, vel castrorum curat. Charta ann. 1288. ex Tabul. Auxit. : *Item vult dominus abbas quod sint liberi et immunes a præstatione decimæ personalis, messagerii et Fossaterii, et illi qui se ad sciendendum accidentaliter se conducunt.* Vide infra *Fossator.*

FOSSATOR, Qui fossas facit, apud Eigilem in Vita S. Sturmii Abbat. Fuldensis n. 20.

1. **FOSSATUM**, Vallum, fossa : sed ea præsertim, quæ circa urbium mœnia circumducitur nostris, *Fossé.* Gloss. Gr. Lat. : Τάφρος, *Fossa, sepes, Fossatum.* Papias : *Fossatum dictum, quod multas fossas habeat.* Leges Luithprandi Regis Longob. tit. 31. § 1 [** 46. (5, 17.)] : *Si quis Fossatum in terra alterius fecerit, etc.* Anastasius Bibl. in S. Silverio PP. pag. 38 : *Fabricis murorum et reparatione Fossati, circumdedit civitatem Romanam.* Albertus Aquensis lib. 4. cap. 30 : *Vallo immenso, quod dicitur Fossatum.* Regula Magistri cap. 15 : *Non enim secura possunt esse Fossata, ubi intus est hostis.* Willelmus Brito lib. 7. Philipp. :

Aggere congesto Fossata implere studentes.

Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 49 : *Non est habilis resistentiæ locus, quem murorum non munit ambitus, aut concavitas Fossatorum.* [Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 571 : *Deinde Cidiniolum adveniens,... illam Fossatis maximis fecit optime circumdari et bene muniri.*] Vide Vegetium lib. 4. de Re milit, cap. 16. etc.

¶ **FOSSATUM DUORUM JACTUUM**, Cujus latera e terra effossa hinc inde veluti aggere muniuntur. Ibi construebantur castella lignea quæ *bretachias* vocabant. Charta ann. 1160. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 1. pag. 382 : *Controversia erat... de domo quadam quæ nominatur Savigniacum, partem cujus jam firmaverat, cum Fossato duorum jactuum. Hujus vero rei compositio tali pacto terminata est : ita videlicet, quatenus illud quod jam firmatum fuerat cum Fossato duorum jactuum, remaneret; reliquum vero, cum uno jactu Fossati tantum et sepe sine briteschia, firmetur.*

☞ A *Fossatis* quibus castellorum mœnia circumdari ac muniri consueverant, *Fossata* dicta a recentioribus interdum ipsa castra observat Valesius in Notitia Galliarum pag. 404. Quod firmatur ex Charta ann. 1112. tom. 1. Hist. Lotharing. col. 533 : *Ad hæc Amelinam, cum filiis suis, et Oldericum de Nos; qui infra ambitum prædicti Fossati vestri morabitur, qui vestri caput, aut de possessione S. Mariæ, aut S. Apri fuerint, liberum usum, aquæ, sylvæ et pabuli cum aliis participabunt.*

Fossatus, Eadem notione apud Latinum, Myrsontium, et Innocentium Gromaticos, Alexandrum Abbat. Celesinum l. 2. cap. 42. et in Vita S. Baboleni tom. 1. Hist. Franc. pag. 661. Latinus et Myrsontius de Limitib. pag. 261 : *In sequentibus lineis Fossatos, quos Augusteos appellamus.* Infra : *In locis montanis terminos posuimus, rotundos, quos Augusteos vocamus, pro hac ratione quod Augustus eos recensuit, et ubi fuerunt, lapides alios constituit, etc.* [Charta Ricardi Coventrensis Episc. apud Thom. *Madox* Formul. Anglic. pag. 245 : *Partem bosci mei Acleæ, per viam quæ tendit Berofordiam, sicut ego et R. Archidiaconus Salopiæ et Clerici nostri præsentes eis assignavimus, et Fossatu clausum, et Bromurst, et terram usque ad Fossatum S. Ceaddæ.* Gregor. Monachus in Chronico Farfensi apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 533 : *Descendentes in pertinentiam Ophiani ab ipso Fossatu Sculculæ, etc.* Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* tom. 2. de Feudorum usu pag. CXCVI. col. 2. ad calcem : *Pro liciis circa Fossatos faciendis, etc.*]

☞ Inter Nobilium Comitatus Campaniæ privilegia recensetur jus faciendi *fossata*, in Charta ann. 1228. ex Chartular. Meld. : *Hac ratione quod quilibet Gentilis homo habens libera feoda in comitatu Campaniæ potest et debet, quando vult absque contradictione facere vivaria et Fossata in terra sua et retinere de aqua currenti per terram suam, prout est ei necessarium.*

2. **FOSSATUM**. Obligatio, qua *Fossatis* urbium reficiendis tenentur cives. Charta Lud. reg. Fr. ann. 1148. in Tabul. S. Dionysii : *Palagium, expeditionem, latronis redditionem, Fossatorum castelli sui relevationem, etc.* Alia ex Tabul. Monast. Longi Pontis in Diœcesi Paris. : *Dedit Deo et S. Mariæ de Longoponte consuetudinarium carretum et Fossatum de Ver, quæ pater suus et*

Digitized by Google

idem ipse in eadem villa habuerunt. Charta Ottocari Regis Bohemiæ ann. 1221. in Bohemia Pia pag. 88 : *Collectas generales ædificationes castrorum, Fossata,... et omnia alia gravamina.* Charta Communiæ Meduntensis ann. 1150 : *Communes necessitates, ut de excubiis, de catenis, de Fossatis faciendis et de omnibus ad villæ munitionem et firmitatem pertinentibus ab omnibus communiter procuretur.* Charta Communiæ Atrebatensis ann. 1211. § 39 : *Qui fossare debent, ad Fossatum veniant sicut debent.* Charta ann. 1230 : *Cum nos ad Fossata castri Matriolarum reparanda semel in anno possemus citare homines S. Germani,... et eos tantummodo per triduum retinere, etc.* Vetus Inquesta in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano : *Debet tres menses de custodia, et hospites sui debent Fossata.* Charta Communiæ S. Richarii : *A Fossis, ab excubiis, a tallione liberos. Operatio vallorum,* tom. 1. Monast. Angl. pag. 192. Vide Roverium in Reomao pag. 328. Hinc agri militibus dati cum onere *circa curam Fossati tuitionemque limitis servandi,* in l. 1. Cod. Th. de Terris limitan. (7, 15.) Adde Concilium Lateranense ann. 1179. can. 19.

* A qua obligatione qui exempti erant, dicebantur non debere *service de besche, ne de pele,* ut in Libert. Calesii renovatis a Mathilde comit. Attrebat. ann. 1304. ex Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 365 : *Li bourgois de Calais ne doivent nul service à leur seigneur, ne de besche, ne de pele; se ce ne soit encontre la defense de la mer.* Vide supra *Fossamentum.*

Fossagium, Eadem notione, in Charta Henrici II. Regis Angl. apud Sammarthanos in Archiep. Turonensib. : *Ab omni servitio, et talliagio, pontagio, teloneo, passagio, Fossagio, exercitu, etc.* [Similia habes in Anecd. Marten. tom. 1. col. 573. et 647.]

3. **FOSSATUM**, Exercitus, seu potius Castra vallo et *fossis* circumducta. Quam primum enim exercitus hostium terras ingreditur; fossis eorum castra muniuntur. Gloss. Basil. in Φόσσα : Ἐξ οὗ καὶ φοσσάτον ὀφείλει καλεῖν, μεθ' ὃ τὸ στρατόπεδον εἰς τὴν τῶν πολεμίων γῆν εἰσελθὸν ἄρξεται ποιεῖν τάφρον, ἤτοι παρεμβολήν, ἤγουν χάρον, τουτέστι φόσσαν, etc. Capitolinus : *Castra omnia Fossato circuibat.* Claudianus lib. 2. in Rufinum :

... Adventumque tremens se cogit in unam
Planitiem, tutoque includit pascua gyro.
Tum duplici Fossa non exuperabile vallum
Asperat alternis sudibus, etc.

Prudentius Peristeph. :

Machinis murum ferire, castra Fossis cingere.

Idacius in Fastis : *Ipso anno profectus est Valens ex urbe ad Fossatum.* Gesta Constantini M. : *Odoacer abiit in Veronam, et fixit Fossatum in campo, etc.* Infra : *Veniens in Pineta, fixit Fossatum.* Rursum : *Ingressus in Pineta, in Fossato Patricii Theoderici, etc.* Anastasius Bibl. in Joanne VI. : *Sacerdotes ad Fossatum, in quo in unum convenerant, misit.* In Stephano III. : *Ipsi vero Franci, introeuntes clusas, cunctum Fossatum Longobardorum, post peractam cædem, abstulerunt, spolia multa auferentes.* Charta Henrici Comitis Portugalliæ, apud Brandaon. tom. 4. Monach. Lusitan. pag. 281. v. : *Et de preda de Fossato non detis nobis plus quam quintam partem, et azagat, et vobis remaneant duas, etc.* Charta Alfonsi Regis Portugalliæ apud eumdem lib. 15. cap. 24 : *Salvo, quod mihi et successoribus reservo in perpetuum, videlicet collectam monetam, hoste, annaduam, appellidum, Fossadum, justitiam, servitium et ajudam.* Idem Rex in Foris Alcaçonensib. eræ 1267 : *Et duas partes dos cavaleiros vadant in Fossado, et tertia pars remaneat in villa, et una vice faciant Fossado in anno : et qui non fuerit ad Fossado, pectet pro foro 5. sold. pro Fossadeira, etc. omnes milites, qui fuerint in Fossado, vel in guarina, de cavallos, qui se perdiderint in algara, vel in lida, etc.* Adde Annales Franc. ann. 801. Annales Bertinian. ann. 862. Aimoinum lib. 4. Hist. Franc. cap. 90. Rufi Leges milit. et Notas nostras ad Alexiadem pag. 341. Ita φοσσάτον usurpant non semel Scriptores Byzantini. Procopius lib. 3. de Ædific. : Χώρος τίς ἐστιν, ὃνπερ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι Ασσγίνου φοσσάτον· ἐπεὶ Ασσγῖνος ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Ρωμαίων στρατηγὸς στρατεύσας ἐπὶ Τζάνους ποτὲ, τῇδε πεποίηται τὸ στρατόπεδον. Glossæ Basilic. : Κάχρον, ἤτοι φοσσάτον. Leo in Tactic. cap. 11. § 1 : Κυρίως γὰρ τὸ φοσσάτον τὸ ἁπλοῦν τοῦ ὅλου στρατοῦ καλεῖται. Ita Chronicon Alexandr. pag. 914. et Martyrium Bacchi Junioris pag. 101. Hinc traducta vox ad ipsum exercitum, ut apud eumd. Leonem in Tactic. cap. 4. § 1. Consule Glossaria Rigaltii, Meursii, Fabroti, et aliorum. [Adde Glossarium mediæ Græcitatis, et Lexicon Militare Caroli de Aquino.]

¶ 4. **FOSSATUM**, Canalis latior, in Charta ann. 20. Henrici III. Reg. Angl. apud Th. *Blount* in Nomolex. Anglic. : *Ex dono Henrici Regis avi nostri unum Fossatum tam largum, quod naves possint ire et redire a flumine de Withonia usque ad Tupholme.*

* 5. **FOSSATUM**, Territorium, ut videtur, certis limitibus quasi *fossato* circumcinctum. Charta Innoc. II. PP. ex Chartul. episc. Paris. fol. 9. v° : *Præterea pactum et conventionem inter te et karissimum filium nostrum Ludovicum regem Francorum illustris memoriæ factam de loco in suburbio Parisius sito qui Campellus nominatur, tibi nichilominus confirmamus, ita videlicet quod tertia pars totius redditus Fossati illius terræ, sive in censu, seu in emptionibus, venditionibus, questibus, aut aliis quibuscumque modis aliquid inde processerit, tibi et successoribus tuis* (episcopis Paris.) *absque diminutione aliqua persolvatur.* Hæc eadem totidem verbis repetuntur in sequentibus Romanorum pontificum Diplomatibus.

** Judicium in Fossato. Vide in *Judicium.*

FOSSATURA, Fossatum. W. Thorn. ann. 1363 : *Rex concessit 250. marcas pro Fossatura et claustura civitatis.* Vide *Fossura.*

FOSSE, [Iter celebrius in Anglia *Fossis*, ut putant, utrinque munitum.] Vide *Erminstreat.*

¶ **FOSSEIUM**, ut supra *Fossatum* 1. Tabular. Abbatiæ Clarimontis : *Ego Andreas dominus Vitreii dedi Abbatiæ Clarimontis Robertum Babin habitatorem domus plateæ, quam dedi eis in Fosseio Vitreii, quietam de theloneo, passagio et pontagio, concedentibus Alano et Roberto fratribus meis.* Charta Willelmi *de Malconvenant* in Chartul. S. Fromondi : *Terra... sicut Fosseia Prioris dividunt.* Chartularium S. Vandregesili tom. 2. pag. 1418. ex Charta ann. 1274 : *Ego quitavi et dimisi eisdem Religiosis unum boissellum avenæ annui redditus, quod hæredes Ricardi et Johannis mihi reddebant annuatim... pro Fosseio et pro alneto sito juxta mesnillum, quod tenebant de me.* Occurrit rursus in Tabulario Abbatiæ Nioselli.

* **FOSSELLA**, Italis, *Fossetta*, Fossula. Instr. ann. 1297. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodoepor. Charit. pag. 115 : *Sicut jacet quædum fovea seu Fossella, vel via usque in strata, etc.* Vide supra *Fossatellus.*

¶ **FOSSERARIUS**, Fossor. Vide locum in *Foxorada*, post *Fossoriata.*

¶ **FOSSERATA Vineæ**, in Codice censuali Calomontis, est tantum vineæ, quantum ligone vinitor fodere potest una die. Vide *Fossoriata.*

¶ **FOOSSETUM**, ut *Fossatum* 1. Codex Legum Norman. apud Ludewig. tom. 7. pag. 322 : *Ex casu autem eveniunt, ut diruptiones exclusarum, innovationes Fossetorum, reparationes domorum, etc.* Chartular. S. Vandregisili tom. 1. pag. 65 : *Concessimus et tradidimus Roberto Faussart et Isabel uxori suæ tenementum illud quod situm est apud Rothomagum supra Fossetum, etc.*

* **FOSSIATOR**, Fossor, nostris alias *Fossier*, cujus opus *Fossoirie* dicebatur. Charta Math. comit. Pontiv. ann. 1241. in 1. Lib. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 6. v° : *Tenementum quod fuit Richardi le parkemínier et Renoldi Fossiatoris in novo vico.* Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 129 : *Un baston ferré, nommé loucet, qui est instrument à fossiers et gens de tel mestier.... pour cause de certain ouvrage de fossoirie, etc. Jehanin le Crotois, Guyot Jesson, Fossiers et faiseurs de chaussées d'estangs, etc.* in aliis ann. 1454. ex Reg. 184. ch. 508. Vide supra *Fossaterius.*

FOSSIDARE, Fossam facere, fodere, in Charta ann. 1179. Vide *Aspaldare* [et *Fossodare.*]

FOSSINA, Fuscina, Italis *Fossina*, Instrumentum ad capiendos pisces. Petrus de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. ult. : *Est autem Fossina ferreum instrumentum, habens multas acuitates, quarum quælibet habet barbulam ad tenendum, et sunt aliquantum distantes ab invicem, quod piscator habet in capite hastæ lanceæ, vaditque cum eo quiete in navi per aquas, et cum piscem videt, eum fortiter ferit, et infixum tenet, etc.*

FOSSINAGAR. Lex Longob. lib. 3. tit. 4. § 1. [** Rothar. 363.] : *Si quis caballos iter facientes de stipula aut de ipsis pascuis, ubi alia pecora pascuntur, movere præsumpserit, in octogilt caballos componat, quod ipsos de arvo campo, quod est Fossinagar, movere præsumpserit.* Edit. Heroldi tit. 108. habet *Fonsaccar*, [et Muratorius, *Fossinegar.*] [** Vide Graffii Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 133. voce *Furnacar* (ita ex cod. manuscr. restituit.)]

Digitized by Google

¶ **FOSSIS**, pro *Fossa*. Exstant apud Rymerum tom. 4. pag. 776. Litteræ Regis Angliæ *ad Antonium de Fossibus*.

¶ **FOSSODARE**, Fodere, ligone terram vertere. Chartular. Ecclesiæ Aptensis fol. 84. v°. : *Ut ipse Durantes ipsam terram bene plantare vite, et Fossodare et propagare studeat.* Galli dicunt : *Fossoyer la vigne.*

* **FOSSONATA**. Charta ann. 1320. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 364 : *Nec non quatervviginti Fossonatas* (sic) *vinearum vel circa eidem domui contiguas..... deliberamus.* Sed leg. *Fossoriata*. Vide in hac voce.

FOSSORES. Vide *Fossarius*, et *Talparii* in *Talpa*, [necnon et infra *Fossorium*.]

FOSSORIATA, Modus vineæ : quantum quis uno die *fodere* potest. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 53 : *Et habet de prato 8. sextariatas in loco, ubi dicitur Pendelupum, et habet 6. Fossoriatas vineæ in clauso Avonis Canonici, qui vocatur Porcils.* Necrologium Prioratus S. Roberti Conillionis prope Gratianopolim, 8. Kl. Junii : *Pro quo Michaele debemus habere anniversarium usque ad 20. sext. scilicet de 3. sextariis frumenti, qui faciunt apud S. Vincentium li Faurot, et de 6. Fosoiratis vineæ ad Lesruma de Balma.* Tabularium Eleemosynæ S. Pauli Viennensis : *Et iterum damus ei de nostro alodo, quantumcumque septuaginta homines fodere potuerunt in loco, qui dicitur Bugruns.* Tabular. Prioratus de Domina in Delphinatu Ch. 27 : *Petrus Humbertus aufert nobis terram,... ubi plantavit 20. Fossariatas vineæ, etc.* Alibi : *Contulit unam vineam, quæ continet 2. Fossoriatas.* [Instrum. anni 1342. in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 84 : *Item et vineas contiguas Castro Montisfluriti, pertinentes ad dictum Castrum, quæ continent circa 60. Fossoriatas.* Et infra : *Circa mille et quingentas Fossoriatas vineæ.*]

¶ **Fossoyria**, **Fossoyriata**, Eodem significatu. Chartophylacium regium Regest. 87 : *Item circa quatuor Fossoyrias vineæ sitæ in Convenent juxta vineam Anthonii Galerii et fratrum suorum. Item circa duas Fossoyrias vineæ sitæ in loco prædicto.* Ibidem : *Item tres Fossoyriatas vineæ sitæ loco dicto en Convenent juxta vineam Johannis Darbonis... Item unam Fossoyriatam vineæ sitam in closo de Quartovenis juxta vineam aliam ipsius Johannis.* Pluries ibi occurrit. *Fosserée* dicitur in pago Burgiacensi et Gesiacensi.

Fossoyrata, in Charta ann. 1339.

¶ **Fossoyria**, **Fossoyriata Terræ**, Modus agri idem qui modus vineæ. Chartophylacium regium Regest. 87 : *Item dymidiam Fossoyriam terræ sitæ ibidem juxta vineam Guillelmi Espa... Item circa unam Fossoyriam terræ cum arboribus, etc.* Ibidem : *Item tres partes... cujusdam Fossoyriatæ terræ cum arboribus... Item quatuor Fossoyriatas terræ sitæ in Gorhia d'Aloy.* Ibi non semel occurrit.

Foxorada, Eadem notione. Tabularium sancti Andreæ Viennensis : *Ego Achardus istius Congregationis Monachus dono Beato Andreæ sanctoque Maximo quinque Foxoradas vineæ mei alodi, et partem terræ meæ, quæ videtur soli mihi habere et possidere in villa Cummernaici. Atque iterum concedo quindecim Foxoradas vineæ, quæ sunt sitæ in Parochia B. Petri, etc.* Occurrit ibi non semel. Idem Tabularium : *Donamus vineam, quam octo Fosserarii una die fodere valent.*

FOSSORIUM, Ligo. Gloss. Lat. Gall. : *Ligo, Hoë, ou Fossour.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fossorium, Fossoer.*] Occitanis, *Fossou.* Papias : *Fossorium dictum, quod foveam faciat, ipsa est scudicia.* Idem : *Ligones, fossoria.* Gloss. Anglo-Sax. Ælfrici : *Fossorium*, Costere. Alibi : *Scudicia, vel Fossorium*, spad. Vide *Vanga*. Ugutio : *Fossorium, ligo, cum quo foditur.* Alibi : *Rastrum, instrumentum rusticorum, vel Fossorium duplex.* Gloss. Arabico-Lat. : *Scotica, dicta eo quod circa Codicem terram aperiat : alii eam Fossorium vocant.* Charta Hervei Comitis Nivern. ann. 1204. in Tabul. Eccl. Autisiod. fol. 234 : *Quicumque cum Fossorio terram lucratus fuerit, 2. bichetos frumenti annuatim mihi reddet.* Charta Alienoræ Reginæ Angl. : *Exartarius pro Fossorio 3. den. dabit.* [Charta Wichardi de Belli-joco inter Instrum. tomi 4. novæ Gall. Christ. col. 279 : *Pauperiores vero qui manibus laborant, vel cum Fossoribus suis unde vivunt, reddent medietatem mensuræ.* Ubi *Fossoribus* idem puto quod *Fossoriis*. Charta telonei S. Bertini in Tabular. ejusdem Eccl. : *Carteia Fossoriorum sine ferro 11. den.*] Occurrit apud S. Audoenum in Vita S. Eligii, auctorem Miracul. S. Mengoldi Mart. n. 1. Petrum Damiani lib. 2. Ep. 14. in Vita S. Joan. Episc. Tragur. pag. 13. apud Ordericum Vital. lib. 10. pag. 794. Leonem Episcopum Atinensem de Translat. S. Marci Mart. Guigonem in Statutis Ordin. Cartusiensis cap. 57. § 4. Rollandinum in Chr. lib. 10. cap. 5. [Radulfum Cadom. in Gestis Tancredi inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 174. Cæsarium lib. 7. Miracul. cap. 39. ubi *Fossorium* de lecto Eremitarum, quia ad instar foveæ formabatur, perperam est interpretatus Macer in Hierolex. ad hanc vocem,] etc. Vetus Carmen vernaculum MS. de Inventione S. Crucis :

> En sa main le Fessoir à pris,
> Pour commencer le fondement.

Perperam *Sofosorium*, pro *Fossorium* habetur in Canonib. Hibern. lib. 38. cap. 7.

Fodesorium, in Actis Episcopor. Cenoman. pag. 68 : *In vinea sua laborans, et cum Fodesorio suo eam fodiens.*

* Varie a nostris Gallice redditur hæc vox. Charta ann. 1360. in Reg. 88. Chartoph. reg. ch. 120 : *Et avecques ce lesdiz habitans de Corbie eussent effondré, pris Fossierres et autres instrumens à fossier, et fait et fait faire fossez ou fons et demaine d'iceulx religieux.* Lit. remiss. ann. 1409. in in Reg. 163. ch. 475 : *Icellui Symonnin fery ou poussa feu Thibaut..... d'icellui Foussoir, qui estoit illec pour leur labour.* Aliæ ann. 1469. in Reg. 195. ch. 226 : *Lequel Caylar avecques ung Foisson* (ou *Foissou*) *qu'il tenoit en sa main, besoignoit audit pré. Ung petit piochon, autrement dit Fosseur,* in Reg. 208. ch. 139. Vide supra *Fessorius*.

¶ **FOSSORIUS**, Sus, porcus, nisi me fallo, quia terram rostro vertit, *fodit*. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 12. col. 2 : *Solvunt in pascione denarios IIII.... ad Nativitatem Domini Fossorium 1. pullos III. ova XV. corvadas, carrop. manop.* Et fol. 16. v°. : *Sunt ex ipsis mansis XXII. qui solvunt ad tertium annum soales XXII. et Fossorios XXX. pullos*, CLX. Ubi *Soales* porcellos interpretor.

¶ **FOSSOYRATA**, **Fossoyria**, **Fossoyriata**. Vide in *Fossoriata*.

* **FOSSULIA**, diminut. a Fossa. Charta permutat. ann. 1392 : *Quandam domum fortem, cum domibus, domiciliis,.... quadam via media et Fossulia dictæ villæ Alavardi.* Vide supra *Fossella*.

¶ **FOSSUM** et **Refossum**, *Fossé et Contre-fossé*. Vide *Fossatum* 1. Chron. Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1163 : *Dicta terra de Modoetia fuit murata per circuitum, et extra dictam Fossam magnam dictæ terræ factum fuit Fossum et Refossum, et strata levata circumquaque terram.* Vide *Fossa* 1.

FOSSURA, Fossa. Gloss. Gr. Lat. : Σκαφιτός, *Fossura, occatio, bidentatio.* Σκάφη, τὸ ὄρυγμα, *Fossura.*

* **FOSSUS**, Foxus, pro *Fassus* vel *Fessus*, et *Faxus*, Fascis, Gall. *Botte*. Charta Phil. Pulc. ann. 1312. in Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 28 : *Item quatuordecim Foxos feni pro tringinta quinque solidis, computato quolibet Fosso ad duos solidos et sex denarios Turon.* Vide supra *Faxus* et *Fessus*.

FOSTERLEANN. Leges Edmundi Regis de Sponsalibus, cap. 2 : *Postea sciendum est, cui Fosterleann pertineat, vadiet hoc brigdunia, et plegient amici sui.* Saxonib. foster, est victus, cibarium; lean, exhibere. [** Vide Thorpii Glossar. in hac voce.]

FOSTRE, *Vernæ ex ancillis nati*, quibus et peculium et familiam habere concessum fuit, in jure prisco Sueonum apud Joannem Stiernhookum, pag. 208. [** Vide Grimm. Antiquit. Jur. German. pag. 319. num. 34.]

¶ **FOT**. Vide *Fod*.

FOTEGELDUM, **Fotgeldum**. Vide *Footegeld*.

¶ **FOTILITIUM**, perperam pro *Fortilitium*, apud Murator. tom. 12. col. 551. ex Chron. Domin. de Gravina. Vide in *Fortia* 3.

FOTINELLUM, Genus ponderis apud Anglos. Vide *Charrus*.

¶ **FOTIRE**. Vide *Focire*.

FOTRUM, Capsa, vel instrumentum, in quo scyphi feruntur, apud Cæsarium Heysterbac. [lib. 9. cap. 29 : *Mox ut residens oculos clausit, quidam ei assistens Fotrum,* (al. *fotum*) *in quali scyphi a convivantibus portari solent argentei, ostendit.*] Nostris *Fourreau*. Vide *Fodrum*.

¶ **FOTSA**. Vide *Filetius*.

¶ **FOTUS**, Fartus. Miracula S. Martialis Episc. tom. 5. Junii pag. 555 : *Manufollia quæ sub capite auro Fota posuerat.*

¶ **FOUACES**, **Fouacha**. Vide in *Focacia*.

¶ 1. **FOUAGIUM**, ut supra *Foagium* 1. Census pro singulis *Focis* exactus. Instrumentum ecclesiæ S. Mariæ de Prato Histor. Harcur. tom. 3. pag. 182 : *Habeant et teneant bene et in pace, in omni potestate mea ab omni releveo.... et omni alia consuetudine, et de omni singulari servitio et opere*

Digitized by Google

servili et exactione et Fouagio hominum de manupastu eorum, etc.

* 2. **FOUAGIUM**, Præparatio coriorum, quæ in *Fossa* querneo pulvere inficiuntur, unde nomen. Arest. parlam. Paris. ann. 1376. ex Cod. reg. 8312. 5. fol. 53. r°: *Magistris* (tannatorum) *concesseramus, quatenus visitationem, cognitionem et interpretationem Fouagii coriorum tannatorum, etc.* Aliud ann. 1370. ibid. fol. 65. v°: *Octroyons que les quatre maistres..... ayent.... la visitation, congnoissance et interpretation du Fouage desdiz cuirs tannez.* Ubi perperam in Codice scriptum *Feuagium* et *Feuage*. Vide supra *Foëiure*.

* 3. **FOUAGIUM**, Lignatio, annona lignaria, seu, ut strictius dicam, jus capiendi lignum calefaciendo furno accommodum; de quo supra in *Fornilia*. Et quidem *Fouagium* a *chaufagio* distinguitur in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 112. v°: *Johannes de Bera Lingonensis diocesis armiger habet.... usagium suum pro Fouagio et chaufagio suis,.... de et super omni nemore.* Aliud ejusd. eccl. ibid. sign. 5189. fol. 24. r°: *Item suum Fouagium in nemore.* Vide supra *Foagium* 2.

¶ **FOUATRUM**, Jus pascendorum animalium in silvis, a Gallico *Fourrage, Feurre*, vel *Fouarre*, Pabulum. Chartularium S. Vandregesili tom. 1. pag. 372: *Salvo tamen libertate et immunitate, quas ego et prædecessores mei consuevimus habere, videlicet de Fouatro et usagio in nemoribus domini Regis.* Vide *Fodrum*.

* **FOUCAGIUM**, Jus pascendi greges animalium in pascuis vel silvis, seu Præstatio ab iis, qui eo jure utuntur, exsoluta. Charta permutat. inter reg. Franc. et Odon. archiep. Rotomag. ann. 1262. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 278: *Pertinentiæ de Gaillon, des Noes, et de Humesnil et de Douerent sunt hæc: .... garannæ, Foucagium, etc.* Charta ejusd. Odon. eodem ann. ex Reg. 31. ch. 29: *Terræ arabiles, vineæ, modiationes vini, prata, nemora, garennæ, Foucagium, redditus in frumento, etc.* Haud dubie a veteri Gallico *Fouc*, grex, vulgo *Troupeau*. Bellom. Ms. cap. 12: *On dit pas Fouc de vaches, ne Fouc de chevaus: mes on dit bien Fouc de pourchiaus et Fouc de brebis.* Pedag. Peron. in Chartul. 21. Corb. fol. 333: *Item le Foucq d'awes, dont le Foucq vault xxv. awes, et pour le Foucq, iiij. deniers.* Idem quod *Fouc d'oues*, in Fab. lupi et anseris tom. 1. Fabul. pag. 85. Vita J. C. Ms.:

> Dès que le pastour est ferus,
> Li Fouc des berbis est vaincus.

Quæ reddunt illud Zachariæ cap. 13. v. 7: *Percute pastorem, et dispergentur oves.* Addit, *Gregis*, Math. Evangel. cap. 26. v. 31. Hinc *Fouel*, Cœtus, turba, Gall. *Assemblée, troupe*. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. ch. 114: *Jehannot de Villemain vit que on menoit ainsi vilainement son frere,..... meu de grant amour charnelle se féri entre ceulx qui le menoient, pour aidier à sondit frere, et féri ou Fouelz ou assemblée, et d'aventure assena à la teste un compaignon.*

* **FOUCHERIA**, Filix, a veteri Gallico *Fouchiere*, pro *Fougere*. Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 191. r°: *Item feodum comitis de Meullento apud Oissel,.... pro Foucheria, c. sol.* Lit. Phil. ducis Aurel. ann. 1361. in Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 357: *Ouquel usaige peuent prendre.... la Fouchiere et les racines d'icelle erachier et fauchier à quelconques ferremens qu'il leur plaira.* Vide supra *Feugeria* et *Fogeria*.

¶ **FOUDRA PLUMBI**. Vide *Fodra* 1.

1. **FOVEA**, Thesaurus in terra inventus. Radevicus lib. 3. de Gestis Friderici cap. 26: *Quicumque Foveam invenerit, libere fruatur ea.*

2. **FOVEA**, Tumulus. Glossar. Gr. Lat. MS.: Τάφος, *sepulcrum,... bustum, Fovea, humus*. Perperam edit. *fovens*. Epitaphium Tassilonis Ducis Bavariæ:

> Conditur hac Fovea, quem, pie Christe, bea,
> Tassilo Dux primum, post Rex, Monachus sed ad imum,
> Idibus in ternis decesserat iste Decembris.

Vido *Fossa* 3.

IN FOVEAM MITTI. Imus carcer, nostris, *Bassefosse*. Synodicon Raphaelis Archiepisc. Nicosiensis Græci sub ann. 1252. cap. 19: *Et ex hoc contingit, eos* (Clericos) *capi per Milites, in Foveas mitti, et alias tracturi turpiter contra Ecclesiasticam libertatem.* [Charta Matthæi Abbat. Sandion. ann. 1285. in Chartular. Domus Dei Pontisar.: *Constructis in ipsa domo Foveis et receptaculis aptis ad prisonarios custodiendos et tenendos.*] Vide *Fossa* 2.

FOVEA *ad capiendos pisces*, in veteri Charta Normannica ann. 1050. tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 286.

FOVENTATIO. Edictum Philippi Pulcri pro Reformatione Regni ann. 1202. cap. 5. apud Pithœum: *Vivaria insuper et stagna et piscariæ, nisi piscium nutritura et Foventatione servatis, pro captura piscium non graventur*, id est, *fœtibus piscium*, pisciculis, *Rappoissonnement*. [Perperam *Fomen atio*. apud Menester. Hist. Lugd. pag. 83. col. 1.] *Silvam Fovere*, in Charta Henrici VII. Imp. ann. 1309. apud Goldastum tom. 1. Constit. Imp. pag. 318.

FOVERARE, pro *Foderare, Fourrager*, Fodrum auferre. Fleta lib. 2. cap. 41. § 13. de forestis: *Inquiratur,... quantum pastura Regis Foverata fuerit, aut deteriorata per animalia, quæ exeunt a domibus illis.*

¶ **FOVERE SILVAM**. Vide *Foventatio*.

* **FOUERE**, pro Fodere. Instr. ann. 1400. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodoepor. Charit. part. 3. pag. 768: *Juxta dictum flumen mandamus quod ponatur et Foueatur unus lapis ad perpetuam rei memoriam.* [** Foveatur, conservetur.]

* **FOVETUM**. Vide supra *Favetum*.

¶ **FOUGERIA**, Filix. Gall. *Fougere*. Charta Libertatis oppidi S. Palladii ex MS. Coislin. num. 522: *Poterimus vendere Fougerias nostræ Forestæ.*

* **FOUHACEA**, Panis seu placentæ species, nostris *Fouace*. Charta ann. 1298. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 159. r°: *Duo membra porcina, tres Fouhaceas, etc.* Alia ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 155: *Item triginta panes albos, Gallice Fouaces nuncupatos, etc.* Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. ch. 381: *Le suppliant print une pouche, ou il avait sept pains, appellez Fouasses.* Neque aliud significare videtur *Fouaron*, in Lit. remiss. ann. 1412. ex Reg. 167. ch. 5: *Les Fouarons que les compaignons ont acoustumé demander aux nopces.* Hinc *Fouassier*, qui ejusmodi panes seu placentas facit, in Charta ann. 1443. ex Chartul. Latiniac. fol. 199. v°. Vide *Focacia*.

* **FOULAGIUM**, PHOLAGIUM, Gall. *Folage* et *Foulage*, vox frequens apud Britones, qua Molitura seu ipsa molendi actio, simul et pensitatio, quam a vassallis exigit dominus pro frumenti molitura in molendinis suis, significatur. Charta Joan. ducis Brit. ann. 1271. ex Bibl. reg.: *Alia nova molendina propriis sumptibus ædificare hac prima vice ad sufficientiam multuræ et Phalagii villæ de Kemperelle..... Homines vero communes per communem allocatum ad molendum et pholendum in dictis molendinis compellentur..... Ad sufficientiam multuræ et Foulagii.* Ibidem: *Ad molendum et folendum*. Charta ann. 1284. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1070: *Hervé de Leon.... et les seins emprès lui recegnent et aient perpetuament tote la mouste et tout le foiege* (sic) *de tote la terre,.... promettons que nous, ne les noz, nez puissons rens avoir ne reclamer en la devant dite mouste, ne au devantdit Folage.* Alia ibid. col. 1119: *Le molin de Pallus, totes les moutes et le Follage des terres, demaines dessusdites, et totes les autres redevances.* Rursum alia ann. 1327. ibid. col. 1347: *Sanz ce que ladite dame, ne nul autre, qui ayet cause de lé, puisse rien prendre ne avoir de moulte ne de Foulage du gentil fé audit Mons. Hervé.* Vide supra *Folagium*.

¶ **FOULARE**, Calcare uvas, Gallice *Fouler la vendange*. Charta G. Abbatis Sangerman. ann. 1266. in Tabulario hujus Monasterii: *In cuppis dictorum hominum Foulabunt, neque de primo, neque de extremo vino solvent pressoragium... Solvere tenebuntur in vindemiis dicto Priori et semper Foulare in dicto territorio.*

¶ **FOULERIA**, Fullonis officina, Gallice *Foulerie*. Charta anni 1257. in Tabulario S. Martini Pontis: *Domus sita apud Foulerium de Pontisara.*

* **FOULFACERE**, Offendere, nocere, damnum inferre, ut *Forisfacere* 1. Vide in hac voce. Charta Rich. 1. reg. Angl. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 115: *Si quis eis* (canonicis) *vel rebus suis in aliquo Foulfacere præsumpserit, id eis sine dilatione emendari faciatis.* Hinc *Foulle*, Offensa, vituperium, in Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 379: *Le suppliant courroussé des parolles qu'icellui Parisot avoit proférées à nostre Foulle, en favorisant.... ceulx qui tenoient party à nous contraire.*

* **FOULLEIA**, an Foliorum florumve sparsio in ecclesia, uti in majoribus festis fieri solitum erat; quod pedibus calcantur sic dicta? Vide *Jonchare*. Comput. Ms. ann. 1239: *Pro Foulleia facta ad Meledunum in Penthecostes per Johannem Pinco, xlix. sol.*

FOUNINARE, Fœtum edere, proprium damarum. Fleta lib. 2. cap. 41. § 33: *Qui fecerint vastum in foresta, ... maxime, ubi damæ solebant Founinare, et habere defensionem cum fœtibus suis.*

Digitized by Google

¶ **FOURARE**, Instruere, pellibus ornare, Gallice *Fourrer*. Statutum Caroli V. Fr. Reg. ann. 1371. de almutiis Canonicorum S. Capellæ Parisiensis : *Tenebuntur habere et deferre... almutias de griso, seu de pellibus grisis, Fouratas de minutis variis.*

* **FOURBISSOR.** Vide supra *Forbissator.*

* **FOURCERIUS**, Qui capsulas et scrinia, *Forciers* nuncupata, facit, vel scrinii seu capsulæ regis custos. Vide supra *Forcerius.* Charta Phil. V. reg. Franc. ann. 1317. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 248 : *Cum carissimus dominus et germanus noster Ludovicus, quondam dictorum regnorum rex, dum viveret, dilecto Johanni dicto Pimorim, tunc Fourcerio suo, nunc nostro,... concessisset etc.* Nisi legendum sit, *Fourrerius.* Vide infra in hac voce.

* **FOURCHATA**, Tridens, merga, nostris alias *Forchat, Fourchat, Fourchel*, et *Fourchette*, sive ex ligno, sive ex ferro. Arest. parlam. Paris. ann. 1319. ex Reg. *Olim* fol. 399. v°. : *Armati Fourchatis, ensibus et aliis generibus armorum etc.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 160 : *Thomas Perrote estant allé en une vigne et ayant trouvé qu'on lui avoit osté un Fourchel, dont il avoit lors à faire, il se transporta pardevers Jaquinot,... et lui demanda s'il avoit osté ledit Fourchiel.* Aliæ ann. 1414. in Reg. 168. ch. 69 : *Lesquelles femmes prindrent trois menuz barreaux de fer et une piece, nommée Forchette, ployée en trois; lesquelx barreaux et Fourchette povoient peser environ 210. livres de fer. Un baston nommé Forchat*, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 123. *Ung baston, appellé Forchat, qui est en maniere d'une forche*, in aliis ann. 1461. ex Reg. 198. ch. 11. *Fourchier*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1388. ex Reg. 135. ch. 112 : *Icellui Jaquemin sailli avant en tenant un gros et pesant baston, appellé Fourchier.* Vide supra *Forchia*, 2. et *Forchonus.*

* **FOURCUS**, Furca, quidquid in angulum acutum desinit, nostris *Fourc.* Charta Phil. V. reg. Franc. ann. 1317. in Reg, 53. Chartoph. reg. ch. 304 : *Usagium frondis seu branchæ et tertii Fourci, in foresta nostra Acatici, pro suo ardere.* Lit. remiss. ann. 138. in Reg. 109 : *Laquelle femme moult courrouciée en le bout ou Fourc d'un pommier, dont ils estoient assez près, elle le cuida férir dudit coustel en la joue senestre. Fourq*, Via in furcas divisa, in Lit. remiss. ann. 1452. ex Reg. 181. ch. 170 : *En ung Fourq, et croisée de deux chemins, etc.*

¶ **FOURMARIAGIUM**, Idem quod *Forismaritagium.* Charta ann. 1236. ex Chartul. Monaster. S. Quintini in Insula pag. 344 : *Salvis et retentis eisdem Abbati et Conventui causagiis, mortua manu, et Fourmariagiis hominum suorum.*

¶ **FOURRAGIUM.** Vide *Fodrum.*

¶ **FOURRATURA**, Pellitium, Gall. *Fourrure.* Inquisitio MS. pro Canonizatione S. Yvonis : *Cum esset D. Yvo Officialis Episc. Trecorensis, et habuisset ab illo bonas vestes fouratas, ipsarum vestium Fourraturas pauperibus erogavit, ipsas vestes sine Fourraturis portans, et fingens se de illis Fourraturis aliud fecisse.* Inquisitio alia pro Canonizatione Caroli Blesens. ann. 1370. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. pag. 556 : *Et Fourraturam venderet pro necessitatibus pauperum.* Vide *Foratura.*

* **FOURRERIA**, Cella lignaria, officium in hospitio regio, Gall. *Fourriere.* Charta Phil. Pulc. ann. 1304. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 476. v°. col. 2 : *Jaquetus de Trecis valletus Fourreriæ Johannæ reginæ, etc.* Vide supra *Foreria* 1.

* **FOURRERIUS**, Gall. *Fourrier*, Designator hospitiorum. Charta Phil. Pulc. ann. 1307. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 4 : *Johannem Festuce, burgensem de Moreto, dilectum Fourrerium nostrum etc.* Alia Phil. V. ann. 1318. in Reg. 56. ch. 321 : *Dilecto Johanni, dicto Broudier, Fourrerio nostro servienti placiti spatæ de Turiaco in baillivia Cadomensi etc.* Vide *Forrerius* in *Fodrum.*

¶ **FOURURA**, Eadem, ut videtur, notione. Chartular. Latiniac. : *Nullus mercator non debet dare fidem ad exitum portæ de rebus quas portat vel mutat, nisi de Fourura et armatura ferri.*

¶ **FOUSSATUM**, ut *Fossatum* 1. Vide locum in *Bisturris.*

¶ **FOX**, pro *Faux*, Aditus, strictus ingressus, Gall. *Avenue, Entrée, Passage étroit.* Memoriale Potestatum Regiensium ad ann. 1218. de Obsidione Damiatæ : *De paganis vero circa duo millia sunt mortui, et captum fuit unum de lignis Christianorum, quod erat ante Focem Damiatæ.*

¶ **FOXA.** Vide in *Faicia.*

¶ **FOXORADA.** Vide *Fossoriata.*

¶ **FOXSORANUS**, Fossor vineæ, vinitor, Gallice *Vigneron.* Charta anni 1182. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 191 : *De singulis focis Foxsoranorum sex denarios in festo S. Remigii per obedientiarium reddendos et requirendos.*

* Melius *Foxsorarius*, in eadem Charta inter Probat. tom. 1. Hist. Burg. pag. 59. col. 2. Vide supra *Fossare* 2.

* **FOXUS**, pro *Faxus*, Fascis. Vide supra *Fossus.*

¶ **FOYASSIA**, Placenta quæ ad *focum* seu ignem familiarem coquitur, nostris *Fouache.* Inter præstationes quæ certis diebus fiebant dominis a vassallis et subditis recensetur in plerisque veteribus Instrumentis. Idem quod *Focacia.* Vide in hac voce. Chartophylacium regium Regest. 87 : *Item circa aliud dymidium jornale situm versum Marrellum... pro quibus omnibus debet domino unam mondinam frumenti pro Foyassiis.* Ibidem : *Item, tenet a domino ipse Gononus et Johannes Morelli ejus nepos et eorum parerii quædam nemora et quosdam essartos sitos in costis Montis Allodii usque ad rivum d'Aloy pro quibus et pluribus aliis rebus faciunt domino pro magnis Foyassiis et parvis novem curtas frumenti, unum festarium vini et duodecim denarios monetæ currentis.* Occurrit ibi non semel.

* **FOZA**, vox Italica, Ornatus species, idem fortean quod supra *Flocus* 2. Vide in hac voce. Chron. Placent. ad ann. 1388. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 581 : *Qui capucii sunt parvissimi, cum becho longo quasi usque in terram, ita quod omnes videntur esse in Foza, sic sunt parvi dicti capucii et stricti circum circa apud ipsos; tamen non sunt in Foza.* Barel. serm. 2. in Dom. 1. Quadrag. : *Superbiunt mulieres in vestibus, in novis Fozis et recamaturis.* Vide supra *Forzeum.*

* **FOZILE.** Charta ann. 1104. apud Besl. inter Probat. Hist. comit. Pictav. pag. 424 : *Ibi super sacratissimum corpus reliquimus, cum quodam Fozili huic chartæ inhærenti, omnia quæ injuste reclamabamus.*

¶ **FRAAGIUM.** Vide *Freagium.*

¶ **FRABUTATIO**, Prævaricatio, concussio, Gall. *Malversation.* Hist. Cortusior. l. 8. ad ann. 1340. apud Muratorium tom. 12. col. 903 : *Eodem mense* (Augusto) *decapitatur Pregadius de Caradesio, judex et socius Potestatis, propter Frabutationes quas commiserat in officio.*

¶ **FRACASSARE**, Rumpere, Evertere, a Gallico *Fracasser :* quod proprie sonat Magna vi et fragore confringere. Bibliotheca vetus Hispana tom. 1. lib. 6. cap. 4. pag. 334. et lib. 2. Laimund. Antiq. Lusitan. : *Celtis enim quidquid patriæ nostræ hac ætate boni evenit, deberi necesse est; illi enim turres Fracassatas, si forte erant, levaverunt.* Itali *Fracassare, Fracasciare*, eadem notione usurpant.

* **FRACCHINELLUS**, Funis species. Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1367 : *Item datum pro sex Fracchinellis pro hourdo ligando, viij. sol.*

¶ **FRACELLI**, Fracrre. Papias : *Fracere, Sordere dictum a Fracellis, quæ sunt stillicidia sterquilinii. Fracelli, Distillidia sterquillinii, sordium glomusculi. Fracere* vel *Fracessere* Nonio est *Tanquam friari et putrefieri vetustate.* Utuntur Varro et Columella, ut et vocabulo *Fraces* Vitruvius Pliniusque, pro reliquiis olearum trapeto contusis : quare Turnebus mallet *Frages* a *Frangendo*, ut *Fragescere* loco *Fracessere.* Hunc consule lib. 28. Adversar. cap. 7. Vide *Fractellum* et *Fratellum.*

* **FRACHA**, Frachia, Ruina, apertura, Gall. *Breche*, alias *Fraite, Frattе* et *Freste.* Stat. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 195. col. 1 : *Item est faciendum quod fiat reparatio foraminum et Frachiarum muri et fundamenti ejusdem a parte extra,... etiam a parte intra, procedendo a Fracha muri antiqui etc.* Comput. ann. 1399. inter Probat. tom. 3. ejusd. Hist. pag. 153. col. 2 : *In reparando Frachias fossatorum extra villam existentium etc.* Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 21. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 173 : *Il chai parmi la Fraite si rudement etc.* Charta ann. 1325. ex Chartul. 21. Corb. : *Disoit le procureur desdits religieux qu'ils sont en saisine de relever par eulx ou par leurs gens, toutesfois que le cas s'y est offert et il leur a pleu, les Frestes et fosses de leur terre de Monchy du lieu ou lieux où veue a esté fete, et de prendre prael oudit lieu où veue a esté fete pour reffaire lesdittes fosses ou Fraittes.* Lit. remiss. ann. 1393. in Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 141 : *Iceux Bouliot et exposant virent le potis du jardin dudit Guerart ouvert, cuidans qu'il y eust Frette ou passage pour passer oultre etc. Freste*, infra in ch. 216. Bestiar. MS. :

> Car il n'i a pertuis, ne Fraitte,
> Ne li lerres, qui tousjours gaite,
> Ne puet trover par où il past.

Vide *Fractura* 4.

FRACHENDA. Testamentum MS. Guil-

Digitized by Google

lelmi Jordani Comitis Ceritaniæ Id. April. ann. 42. Philippi Reg Francor. : *S. Laurentio dimitto... Frachendam unam, quæ est ante S. Laurentium.* Ibidem : *Et ipsas Frachendas de villa Targasona.* Idem videtur, quod *Fazenda.* Vide in hac voce.

* **FRACHIO**, Libertas, jus, privilegium, f. pro *Franchiatio.* Vide infra in hac voce. Lit. J. archiep. Vien. et F. Episc. Gratianop. ex Bibl. reg. : *Notum facimus universis litteras Frachionis de Moirenco non viciatas, non cancellatas etc.* Vide *Franchisia* 3.

FRACISCERE. Isidorus Mercator in can. 17. Synodi Ancyranæ, ex Codic. Justelli : *Pro his, qui in animalibus, ut animalia Fraciscunt, vel in masculis leprosi efficiuntur.* Ubi Cod. Gr. ἀλογευόμενοι habet.

* **FRACMENTUM**, pro *Fragmentum*, Portio. Charta ann. 1305. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 162 : *Fracmentum canonicarum dubitur pauperibus hospitalis prædicti.*

¶ 1. **FRACTA**, Destructio. Canonizatio S. Ubaldi in Actis SS. Maii tom. 3. pag. 639. ex Dipl. Henrici Imp. ann. 1191 : *Cives Eugubinos ab annuo imperiali absolventes, omnes offensas, quas contra nos vel nostros commisere nuncios, eis sincere dimittimus, et nominatam Fractam arcis Eugubini montis, etc.* Marginales notæ ad Codicem Vitæ S. Ubaldi habent : *Sed cum arces duæ in summitate montis, quæ pro Imperatore tenebantur, a quibusdam Eugubinis Fractæ fuissent, etc.*

* 2. **FRACTA**, Sepes, Ital. *Fratta;* quod ex dejectis seu fractis arborum ramis fiat, sic appellari videtur. Charta ann. 1189. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 208. col. 1 : *Fecerunt Fractas ad capiendum sylvestria animalia, non reddentes dicto monasterio quarterium, sicut mos est.... Abbas dicebat et affirmabat quod in silvis dicti monasterii aliquis dominus Civitæ novæ aliquo tempore, sine voluntate ejusdem monasterii, Fractas et mandras non fecit.* Vide infra *Freta* 3.

¶ **FRACTÆ**, Videntur fuisse species palorum vel tignorum navibus præfixorum, ut ad eas accedere non possent oppugnatores : vox, ut suspicor, orta ab Italo *Fratta*, Sepes, quod hujuscemodi *Fractis* naves veluti sepirentur et munirentur. *Fraises* Gallice vocamus Palos ad munitionem urbium humo fixos, hancque Gallicam vocem ejusdem originis existimo. Ogerius Panis l. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1207 : *In mense vero Madii armaverunt galeas decem, in quibus ivit Nicolaus de Auria dominus et guida, quæ Calarim applicantes invenerunt ibi naves decem Pisanorum et galeas octo bene guarnitas, et omni Fractarum munitione defensas, easque invadendo prederiis, balistis atque sagittis præliaverunt, sed propter Fractas super eas ire non potuerunt.*

FRACTALE. Charta Longobardica apud Baron. ann. 1019. n. 8 : *Incipiente a vado, quod est ab ara Crescentii de arce, et exinde per Fractale usque in pede de monte S. Mariæ.* Idem forte quod *Fractellum*, de qua voce mox.

* **FRACTARE**, Frangere. Tabul. Casaur. fol. 51. v°. : *Cum insula et cum introitu et exitu suo,... et cum forma in Fractando et in sertando cum omni firmamento, quantum ad ipsum molinum pertinet.* Stat. Cadubr. lib. 2. cap. 126 : *Ordinamus quod aliquis terrigena vel forensis non sit ausus, nec possit, nec debeat in nemoribus Cadubrii ronchare, vel ronchari facere, Fractare, vel Fractari facere, nec lignamen aliquod incidere, etc.* Vide infra *Fragiatus.*

FRACTELLUM, *Stillicidium stercoris, vel sterquilinium.* Ugutio. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fractellum, Degout, agout de chambres privées ou de fiens.* Vide *Fracelli.*]

* **FRACTICIDIUM**, *Vestis diruta*, in vet. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521.

* **FRACTICUS**, Incisus, fractus, Gall. *Brisé. Ostium fracticum* dicitur de bifori porta. Stat. ord. Cartus. ann. 1261. in Append. tom. 6. Annal. Bened. pag. 688. col. 2. art. 55 : *Illi qui volunt ostium chori aperire in elevatione, habeant Fracticum ostium, quod aperiatur tantum in elevatione, et postea claudatur.*

FRACTILATA Vestis, apud Jo. Buschium in Chr. Windesem. lib. 2. cap. 47. 49. dicitur concisa, latissimis rimis et hiantibus, cujusmodi æstivo tempore Galli nostri thoraces gestant, adeo fenestratos et hiantes, ut seminudi fere appareant, vel certe ut Petri Chrysologi verbis utar, *artificiosa nuditate vestiti.* Fissuras istas enormes, in Clericis præsertim, perstringit Bernardus lib. 3. de Consid. cap. 5. quas etiam proscripsit Willelmus Episc. Colon. ann. 1360. qui inter alia sic ait : *Monemus universos et singulos Clericos, ne de cætero vestes partitas, virgatas, taliatas, scacatas... deferant.*

¶ **FRACTILIS**, Fragilis. Translatio S. Augustini Cantuar. Maii tom. 6. pag. 413 : *Sepulcrales ædiculæ cum essent et Fractiles et lateritiæ, etc.*

FRACTILLUS, Ugutioni et Joanni de Janua : *Cauda vel fragmentum panniculi ornatus pendens ex interiori parte. Fractillus etiam dicitur villus in capite vel a veste villosa. Et Fractillum, molinellum, in quo piper teritur, quia grana piperis confringit, et est perforatum ab inferiori, et inde Piperetum accipitur pro quodam vase perforato, per quod solent prospicere tauxilla, ne fiat ibi fraus.* [Festus : *Fratelli, Villi sordidi in taxetis.* Onomast. : *Fratilli*, χρασσοί. Isid. Glossar. : *Fractillum, ad frangendum piper.* Gloss. Lat. Sangerman. : *Fractillus, Frange, ou poil, ou coton de tapis ou de robe.*] [* In cod. reg. Glossar. 521 : *Fractillus, Pilus decisus a panno.*]

* **FRACTIO**, Particula. Stat. eccl. Turon. ann. 1396. cap. 7. ex Cod. reg. 1237 : *Unde vero non est tutum hostiam eligere super pallam, quia posset ibi aliqua Fractio remanere.* Ubi versio Gallica : *Pour ce n'est pas seure chose eslire hostie sur la touaille; car aulcune Fraction pourroit illec demourer.*

¶ **FRACTIO** Votorum, Violatio, Gall. *Infraction.* Acta Consecrat. Ecclesiæ de Epeia ann. 1186 : *Unum annum et* XL. *dies omnibus vere pœnitentibus et confessis de injuncta eis pœnitentia criminalium, et quartam partem venialium, Fractionem votorum ita ut ad eam redeant, remittunt.* Vide *Factio* 2.

¶ **FRACTIOR**, *Difficilior.* Gloss. Isid. et Constantiensis. Legendum censet Grævius, *Fractior, Debilior.* Papias : *Fractus, Debilitatus, laceratus, dissolutus.*

1. **FRACTITIUM.** Jo. de Janua : *Fractitium, quod facile frangi potest.* [* *Fractitius, Brisable, legier à frossier.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. Reg. 7684.]

2. **FRACTITIUM**, Idem quod *Ruptitium*, Ager aratro proscissus. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 873 : *Pratum de Mara, et* 3. *acras terræ de Fractitio.*

* **FRACTO.** Leudæ major. Carcass. MSS. : *Item pro cargua corinum bovinum* (f. coriorum bovinorum) *Fracto, iij. sol. Turon.* Ubi versio Gallica ann. 1544 : *D'une charge de cuirs de bœufs pattis, etc.* id est, ni fallor, subactorum; unde leg. *Fractorum.*

* **FRACTORA**, Examen trutinæ, Gall. *Aiguille* vel *Languette.* Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 107. ex Cod. reg. 4624 : *Quælibet persona, quæ aliquid alicui ponderabit, ... debeat... taliter tenere balancias,.... quod langueta seu Fractora ponderis eorumdem possit libere, sine aliquo impedimento, currere seu ponderare hinc et inde.*

* **FRACTUM**, Expensum, sumptus, Gall. *Frais.* Charta ann. 1317. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 289 : *Burgensis communiæ factus extitit solvendo onera et Fracta dictæ communiæ.* Vide mox *Fractus* 1.

1. **FRACTURA.** Constantinus Afric. lib. 8. Pantechn. cap. 19 : *Si juncturæ separatio fit in carne, vocari debet plaga : si putrescat, dicentur vulnera : si in ossibus est, Fractura.*

2. **FRACTURA**, videtur certum genus characteris, ut in littera Flandrica, vulgo *Fracture.* Chronicon Windesem. lib. 2. cap. 42 : *Novis libris conscribendis in bona rotunda textura et Fractura pergameno vel franceno quotidie insudavit.* Et lib. 2. pag. 62 : *Cui tunc temporis meliorem in Fractura et notatura Monasterium nostrum non habuit.*

¶ 3. **FRACTURA**, *Damnum quodcumque.* Barthii Glossarium ex Hist. Palæst. Fulcherii Carnot. Charta ann. 1246. apud Thomasserium in Biturig pag. 87 : *Si vero aliquis eorum erga alium inimicitiam incurrerit, absque castelli vel burgi Fractura, et clamore præposito non facto, concordaverit, etc.*

¶ 4. **FRACTURA**, Ruina, Gall. *Bréche.* Consilium Communiæ Massil. : *Dominus Massiliensis Episcopus obtulit se in honorem civitatis velle suis sumptibus reparare Fracturam barii prope turrem del Rostagneto.*

¶ 5. **FRACTURA**, f. Tractus, territorium, districtus. Charta Henrici Comitis Campaniæ ann. 1149. ex Tabulario S. Eugendi Jurensis : *Concessi Prioratum S. Eugendi in castro Firmitatis fundatum cum atrio, et in Fractura ejus Capellam de castello cum omnibus decimis absque medietate decimæ, quæ est ultra Albam.* [* Idem mihi videtur quod mox *Fractus* 1.]

FRACTURÆ Navium, vulgo *Bris de vaisseaux*, Wrecum. Charta Edgardi filii Malcolmi Reg. Scotor. tom. 1. Monast. Angl. pag. 45 : *Cum omnibus terris, et silvis, et aquis, et teloneis, et Fracturis navium, et omnibus consuetudinibus, quæ pertinent ad prædictas mansiones.*

* 1. **FRACTUS**, ut supra *Fractum.* Charta Inger. Camerac. episc. ann. 1284 :

Digitized by Google

Intelleximus quod nonnulli laici, tam conjugati, quam non conjugati in fraudem civitatis Cameracensis, et ut taillias, exactiones et Fractus dictæ civitatis vitare possent, simulate se asserunt et fingunt esse famulos seu servientes canonicorum Cameracensis ecclesiæ... Nos volentes, sicut tenemur, circa hoc remedium opportunum adhibere, volumus, ordinamus et declaramus ut nullus prætextu famulatus seu servitii alicujus canonici, taillias, exactiones et Fractus prædictos vitare possit, nec ab eis esse immunis; sed ipsum ad solutionem tailliarum, exactionum et Fractuum prædictorum dicti præpositus et scabini Cameracenses coherceant. Charta ann. 1311. in Reg. 46. Chartoph. reg. ch. 131 : *In hujusmodi colligenda avena sint duæ quadrigæ, duo quadrigarii, duo adjutores,.... ad sumptus et Fractus avenæ levatæ.* Nostri *Fraier* et *Fraitier* dixerunt pro Sumptum facere, pecuniam impendere, simul et aliquem ad expensas cogere. Charta ann. 1365. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 111. col. 1 : *Il soit ainsi que lesdits habitans... eussent esté grandement domaigié et moult grandement Frayé etc.* Alia ann. 1369. in Reg. 102. ch. 84 : *Comme lesdiz plaiz et procès fussent taillés à durer lonc tems, parquoy lesdites parties pourroient estre Fraiez et coustengiez et despendre leurs chevances etc.* Chartul. 23. Corb. ad ann. 1448 : *Afin de plus vexer, traveiller et faire Fraier iceulx habitans etc.* Lit. remiss. ann. 1450. in Reg. 185. ch. 69 : *Icellui prestre faisoit citer ses paroissiens, pour les plus Fraitier et dommager.* Aliæ ann. 1376. in Reg. 109. ch. 416 : *Icellui Pierre poursui nos diz ennemis,... comme autres de nos genz, où il Fraia et despendi moult du sien, oultre les gaiges qu'il prenoit de nous.* Occurrit præterea in Ordinat. reg. Franc. tom. 6. pag. 484. et tom. 7. pag. 448. Vide supra *Anfractus* 2.

* 2. **FRACTUS**, Decessio, imminutio, Gall. *Déchet*. Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1306 : *Pro Fractis monetarum, x. lib.* Alius ann. 1373 : *Item datum pro Fractu monetæ per ipsum, iij. sol.*

* 3. **FRACTUS**, Concisus. Curia 2. gener. Terracon. sub Jacobo I. reg. Aragon. : *Statuimus quod nos, nec aliquis nobis subditus non portet in vestibus aurum vel argentum,.... nec aliam pellem Fractam vel retortam, etc.* Vide *Fractilata vestis.*

¶ **FRÆDUM**, pro *Fredum*. Vide in hac voce.

¶ **FRAELLUM** Ficuum, Idem quod infra *Frayle*. Fiscina ficorum, Anglis *Frail*. Mandatum Henrici IV. Regis Angl. ann. 1410. apud Rymerum tom. 8. pag. 634 : *De qualibet centena piperis venalis, duos denarios. De quolibet Fraello ficuum et racemorum venalium, unum obolum.*

* Nostris alias *Fraiaus* et *Frayel*. Redit. comit. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. : *Fraiaus de fighes, j. den.* Lit. remiss. ann. 1370. in Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 73 : *Icellui Drouet prist une piece d'un viez Frayel à figues, qui estoit par la maison,... le geta audit Aubinet et l'en féri parmi le visage.* Instr. ann. 1350. tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 440 : *D'un Frael de garde dessous cent livres, trente sols Parisis, et dessus cent livres, cinquante-un sols Parisis.* Unde *Frael*, de quacumque mercium colligatarum fasce dictum colligitur : sed mihi suspecta est ibi vox *de garde*, f. pro *de guede*. Vide *Frayle*.

FRÆNARII, Frænorum confectores, χαλινόποιοι in Constit. Sicul. lib. 3. tit. 36.

* *Enfrené*, Freno donatus, in Chron. S. Dion. lib. 3. cap. 18. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 238 : *Leurs chevaus tous enselez et tous Enfrenez de lorainz dorez etc.* Hinc fortassis *Chafrener*, pro Verbis durioribus aliquem castigare, in Vitis SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 12. v°. col. 2 : *Par amor il* (S. Etienne) *les* (Juifs) *Chafresnat.*

¶ **FRÆRESCHIA**. Vide *Fraternitas* 6.

¶ **FRAFUGETUM**, f. pro *Fraxinetum*, Ital. *Frassineto*, Locus fraxinis consitus. Præceptum Childeberti Regis Franc. ann. 528. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 3 : *Inde extenditur terminus ad locum qui appellatur Villa Baltrude, et illa in sinistra parte relicta peragitur per terminos et lapides fixas per summum Frafugetum, ubi cruces per arbores quasdam, sed et clavos et lapides subterfigere jussimus.*

FRAGA. Charta Alphonsi Imperatoris Hispan. æræ 1162. apud Antonium *de Yepez* in Chronic. Ord. S. Benedicti tom. 7 : *Et totam ipsam Fragam cum oliveto, usque in illum terminum, ubi intrat Lor in Sile.* Ager forte *fragis* consitus. *Fragas* enim fraga Hispani vocant.

¶ **FRAGÆNA**, Fragana. Vide *Fragina*.

¶ **FRAGEIA**. Chartul. Clun. sub Odilone Ch. 52 : *Ego Humbertus dono in pago Lugdunensi villa Quinsiaco unum mansum qui est in ipsa villa, et unam Frageiam in Monte Canino quam debet Vandelbertus juvenis Fulgerio cum infantibus suis.* Ubi *Frageiam* speciem *corvatæ* fuisse facile crediderim, ni magis arrideat Placentam interpretari; ita ut idem sit quod *Foyassia* : quæ *Frageia* dicta fuerit quasi fragilis, quod facile frangatur.

¶ **FRAGES**, Fragescere. Vide *Fracelli*.

* **FRAGETUM**, *Locus in quo crescunt fragi*. Glossar. vetus Lat. ex Cod. reg. 521.

* **FRAGIA**, Fimbria, lacinia, Gall. *Frange*. Comput. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 172. col. 1 : *Eidem pro palmis quatuor de Fragia necessariis dictis penonibus et circumquaque positis, etc.* Vide *Frangia.*

* **FRAGIARIA**, An mulier, quæ *Fragias* seu fimbrias ecclesiæ ornamentis assuebat, vel ipsa ornamenta seu vestes ecclesiasticas *fragiatas*, id est, laceras reficiebat? Pactum inter Rob. II. ducem Burg. et capit. eccl. Cabilon. ann. 1290. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 78. col. 2 : *Concedimus quod mulieres viduæ dictæ ecclesiæ, quæ Fragiariæ vocantur, non teneantur de cetero ad solutionem octo denariorum cuilibet foco impositorum.* Vide mox *Fragiatus*. An legendum est *Frugiaria*, quæ ecclesiæ eleemosynis fruitur? Vide *Frugiare*.

¶ **FRAGIATUS**, Fractus, læsus, debilitatus. Rotharis Leges apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 43. col. 1. [** cap. 333.] : *Jubemus ut ille qui animalem suum intricatum, aut forsitan mortuum invenit, det eum apud illum, cujus animalis eum intricavit, et recipiat similem, qualis in illa die fuit, quando Fragiatus est* (*Frangiatus* in Codice Esten.) *ab ipso cujus animalis hoc fecit.* Vide *Fragilitatus.*

* A Lat. *Fractus*, nostri *Frai* dixerunt, pro *Rompu, brisé*. Gesta Ludov. Pii cap. 19. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 159 : *Il ne pot passer, pour les ponz, qui estoient Fraiz.* A verbo nimirum *Fraindre*, Frangere, rumpere. Bestiar. MS. :

> C'est l'aimant, dont je vos cont,
> Si dure piere n'a ou mont,
> Nule autre piere ne la Fraint,
> Ne fer, ne fust ne la destraint.

Froer, pro Perfringere, in Poem. Rob. Diaboli MS. :

> Ses escus, qui bien est clavés,
> Ne fust il mie mieulx Froés,
> Ne ses ielmes mieulx detrenchiés,
> Se il eust esté drechiés
> Sour peulx agus et sor estaces,
> Pour assaier grans colz de haces.

¶ **FRAGIDICA**, *Stilus a frango*. Johannes de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fragidica, Greffes.*

FRAGIDIS. Constitutio Ludovici II. Imp. ann. 867. in Hist. Ignoti Casin. cap. 6. pag. 101 : *Omnes volumus, ut omnem hostilem apparatum secum deferant.... Vestimenta autem habeant ad annum unum,... Fragidis enim quicumque eundo et redeundo commotionem fecerit, vitæ incurrat periculum.*

* **FRAGILARE**, Frangere, rumpere. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 163 : *Navis habens in malo duas pertices,... et in plerio runcula sive falce incidere funes caratellis ligatas, ut ruant super navigia tuorum hostium, causa comburendi et Fragilandi.* Vide supra *Fractare.*

¶ **FRAGILITAS**, Nocturna dormientis pollutio. Bernardi Monachi Ordo Cluniac. part. 1. cap. 18 : *Si tale quid ei contigit in nocte, quod nos verecunde Fragilitatem appellamus, ante confessionem septem Psalmos pœnitentiales dicit, vel si Psalmos nescit, Orationem Dominicam septies : et postquam fuit confessus, quod si jusserit Sacerdos, eo die non Textum Evangelii osculatur, nec ad Pacem venit, nec ad offerendam.*

* Stat. ord. Cartus. in Append. tom. 6. Annal. Bened. pag. 691. col. 2. art. 18 : *Prior non cesset ab officio in festo Reliquiarum ecclesiæ inferioris propter Fragilitatem, sicut nec in festo dedicationis ejusdem.*

FRAGILITATUS, Debilitatus, *fragilis* factus; *Fresle*, nostris. Leges Rotharis Regis Longob. tit. 105. § 6. [** 333.] : *Animal marcidum aut minuatum,... fractum vel Fragilitatum, etc*

* *Fraire*, eodem intellectu, in Bestiar. MS. :

> Quand il les voit devant ses iols
> Malades et Fraires et viols, etc.

Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Freol, Prov. debilis, elumbis.*

FRAGINA. Gl. Gr. Lat. MS. : Πλαγιάριος, *Plagiarius, Fragina.* Editum, *Fragæna.* [Laurent. in Amalthea : *Fraganæ, Plagiarii ingenuorum liberos, aut alienos servos vendentes, aut supprimentes*, ex Lexico Juridico-Canonico.] [* Vide Casaubon. epist. 20.]

FRAGIUM. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 813 : *Concessi eisdem Fragium, focalia,*

Digitized by Google

et coopertoria, etc. Sed legendum videtur *Fagium*. Vide *Fagus*.

* F. Jus colligendi *fractos* arborum ramos, et præstatio, quæ ob id domino forestæ exsolvebatur.

☞ Occurrit iterum hæc eadem vox in Charta Ricardi Regis Angliæ tom. 3. Hist. Harcur. pag. 184 : *Præcipimus quod homines prædicti sancti Hospitalis de Hierusalem sint liberi et quieti et de exercitu, et de quietatu* (equitatu) *et de theloneo, et paagio, et pontagio, et passagio, et vinagio, et Fragio, et de omnibus vendicibus, et de omnibus querelis, placitis, etc.* Forte pro *Fragium* legendum ibi *Foragium*. Vide in hac voce. Apuleio *Fragium* est Ruptura, unde *Crurifragium*, *Naufragium*.

¶ **FRAGLAMEN**, Flagrantia, ardor. Fridegodus in Vita S. Wilfridi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 722 :

Octonis etenim bis forte quaterque vigenis
Decubuit horis, pastus Fraglamine mentis,
Corporis haut escis, aut qualibet arte liquoris.

¶ **FRAGLARE**, pro *Fragrare*. Papias in MS. Bituric. : *Fraglat ad odorem refertur, quasi fracta specie; Flagrat vero flammam; quæ flatu fit.*

¶ **FRAGLIA** S. Mariæ, apud Franc. Barbaranum in Vita B. Joannis Episcop. Vincent. in Actis SS. Martii tom. 2. pag. 496. ubi Continuator Bollandi suspicatur intelligendam esse Confraternitatem.

* **FRAGMENTA**, Cibi reliquiæ, Gall. *Restes*. Charta Theob. comit. Trec. ann. 1199. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. : *Domui Dei Meldensi... confirmavi... medietatem Fragmentorum domus meæ, et fenum et avenam ad opus unius equi.*

¶ **FRAGMINARE**, Confringere, in fragmenta comminuere. Vita S. Bernardi Menthonensis, Junii tom. 2. pag. 1077 : *Statuam ligabis per collum et Fragminabis.*

FRAGRANTIA, Flagrans delictum : vox fori Hispanici. Vide Michaelem *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. in hac voce.

* *In fragranti crimine deprehensi*, in Constit. Jacobi reg. Sicil. cap. 43.

FRAGRARE, Olfacere. Vita S. Wunebaldi cap. 22 : *Tam magnum et mirandum suavissimum odoris nectar obviam illi, quando aperit januam, veniebat, et per totam Ecclesiam, quasi fumi vapor calidus, conspergebatur.* Mox : *Tunc ille progrediens foras vidit ibi homines stantes, et indicavit illis, et illi intrantes non potuerunt cognoscere neque Fragrare, nec ullus, nisi ipse solus.* Forte *Flagrare*, ut inde accersatur nostrum *Flairer*, olfacere.

☞ Nihil immutandum videtur : præter quam quod enim medii ævi Scriptoribus frequentissimum est activam significationem verbis neutris adsignare, occurrit in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. optimæ notæ, *Fragrare, Fleirer bon.*

* *Flairier*, pro Olere, et *Flaireur*, Odor, in Chron. S. Dion. cap. 11. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 147 : *Pour ce que il commença si durement à Flairier, que il ne le peussent pas longuement porter, pour la Flaireur qui tout adés croissoit, etc.* Hinc emendanda Vita J. C. MS. ubi *Plaireur*, pro *Flaireur*, de Maria Magdal. loquens :

La grant Plaireur de l'oignement
Empli la maison et la gent.

Flair et *Fleureur*, eodem sensu. Froissart. vol. 3. cap. 32 : *Autant bien les grieve* (les chevaux) *la Fleureur de la mer, comme elle fait les hommes.* Vita J. C. MS :

La flours geta si grant odour;
De cel Flair que la flors jeta,
Qui la pucele en engrossa.

Gloss. biblicæ MSS. anonymi ex Bibl. reg. : *Fragrare, redolere, odorem dare vel odorem emittere.*

¶ **FRAGRASCERE**, Fragrare, fragrantiam reddere. Petrus Cellensis lib. 5. Epist. 4 : *Sententia dubia quæstionibus ventilata clarescit species aromatica pistillorum tunsione Fragrascit.*

* **FRAGULA**, Italis, *Fragola*, Fraga. Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : *Item xv. Fragulæ de auro et iij. castoncelli pro perlis et unus bottoncellus.*

¶ **FRAGUMEN**, Fragor, strepitus. Codex Traditionum S. Emmerammi apud Pezium tom. 1. Anecdot. part. 3. col. 111 : *Suum filium tempestuoso Fragumine sæculi renuntiantem... ad servitium S. Emmerammi obtulit.*

* Nostris *Frainte*, eadem acceptione, a verbo *Freindre*, vulgo *Craquer*, Strepitum edere. Mirac. S. Ludov. edit. reg. pag. 397 : *L'en ooit ses os entrehurter ensemble et Freindre et froier l'un à l'autre.* Lit. remiss. ann. 1373. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 219 : *Lors à la Frainte et noise d'eulx, yssi des gens et voisins.* Aliæ ann. 1375. in Reg. 108. ch. 146 : *Il oirent la Frainte des Anglois, qui chevauchoient par le chemin.* Aliæ ann. 1392. in Reg. 143. ch. 5 : *Tantost que Jehan de Lorme oy la Frainte et les marcheis desdiz jeunes gens oudit jardin.* Denique aliæ ann. 1404. in Reg. 159. ch. 183 : *Icellui maistre Jehan sans en faire aucune Frainte ou emeute ala tout oultre. Friente*, eadem notione, in Poem. Rob. Diaboli MS. :

Si que le grant rue trespasse,
Devant luy li pules amasse,
De le Friente qu'il ot à Rome,
Que demainent femmes et home.
Par fu si très graut la temoute etc.

Enfrainte, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1368. in Reg. 99. ch. 279 : *Le suppliant estant en son hostel, où il faisoit son mestier de tisseranderie environ vespres, oy Enfrainte de gens d'armes.*

FRAGUS, *gi*, Joanni de Janua : *Incurvatio genuum, vel ipsum genu, a frango, quia videtur ibi os fractum.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fragus, le ploy du genoil, ou le genoil.* Isid. Gloss. : *Fragus, Recurvatio poplitis, quæ et suffraginatio.* Idem lib. 11. Orig. cap. 1 : *Suffragines, quia subtus franguntur, id est, flectuntur, non supra sicut in brachiis.*]

* **FRAICHIA**, Pars hæreditatis, quæ ad fratres primogeniti pervenit. Charta ann. 1311. inter Probat. domus *de Chabannes* pag. 60 : *Ex ratione doni legati, aut alio quoque modo pro ratione Fraichiæ.* Vide *Fraternitas* 6.

¶ **FRAICINUS**, Fraxinus, Gall. *Fresne*, Ital. *Frassino*. Charta anni 1246. in parvo Chartulario S. Victoris Massil. fol. 188 : *Protenditur.... de dicta bosina et Fraicino ad claperium quod est intus curiam veterem.*

¶ **FRAIRASCA**, Frairesca, Frairerschia, etc. Vide *Fraternitas* 6.

¶ **FRAITERIUS**, Qui frangit et vastat. Codex Legum Norman. cap. 9. apud Ludewig. tom. 7. pag. 171 : *Quedam tamen sunt animalia, que nullum habent bannovium, sed omni tempore debent custodiri, et ad dampna illorum detineri, ut capre que corrodunt germina vinearum, productiones arborum; et porci qui sata et prata suffodiunt, et omnino omnia animalia Fraiteria et maleficiosa, que semper debent custodiri.* Sic *Freindre* a *Frangere* nostri alias dixere. Ovidius Gallicus apud Borellum :

Car de la fleche qu'il ot traite,
Li ot l'eil et la jointe Freite,
A tant que du cop de la pointe,
Fu l'eile et l'osiere desjointe.

* Hinc *Fraitin* et *Fratin*, illius crimen dicitur, in Pacto inter clerum et cives Leod. ann. 1287. tom. 2. Hist. Leod. pag. 403 : *Se aucun laye personne, quel qu'il fuist, entroit par violence en aucune des englises de Liege, et brisast et rompist ladite église, se ce n'estoit pour son corps agarder, ou par comune besongne nécessaire del ville de Liège, et on s'en plendist, et prové fuist en vérité, on en iroit avant comme de Fraitin.* Charta ann. 1424. ibid. pag. 444 : *Quiconque ferat Fratin, briserat égliese de forche, etc. Fracteur* vero, Violator, in Charta ann. 1413. ex Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 262 : *Sur peine de forfaire.... corps, biens et estaz, et d'estre privez* (punis) *comme Fracteurs et violeurs de paix.*

¶ **FRAMEA**, *a ferrum, quasi ferrea; Gladius ex utraque parte acutus, idem est et spata et romphea.* Johannes de Janua. Ita Isidor. lib. 10. Orig. cap. 6. aliique Glossographi. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Framea, Glaives agus d'une part et d'autre, espée.* His consentit versio LXX. Interpretum Psalm. 34. quæ ἔκχεον ῥομφαίαν, reddit *Effunde Frameam.* At, si Tacito fides, *Framea* non gladius, sed hasta fuit, quam ille ubi de Moribus German. sic describit : *Hastas, vel, ipsorum vocabulo, Frameas gerunt, angusto et brevi ferro, sed ita acri et ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus vel eminus pugnent.* Hinc etiam patet frustra hujus vocis etymon a Latio quæsiisse Glossatores, quam Germanicæ originis esse liquido docet Tacitus. [** *Diverberatum cadaver Frameis reperiunt*, in Ademar. Histor. libr. 3. cap. 22. ubi alius cod. *confossum gladiis corpus reppererunt.*]

* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 :

Framea, vindicta, rogus, ensis, lancea dicta,
Framea, mors animæ, tot Framea significabit.

¶ **FRAMENTATUM**, pro *Fragmentatum*. Consuetud. MSS. Monasterii Solemn. : *Ad cenam.... Framentata de caseo;* pro quo superius habetur : *Ad cenam... de Fragmentis casei.*

¶ **FRANA**, Judex, in veteri jure Frisico art. 46. de uxore alterius rapta. Siccama in notis ad antiquas Frisiorum leges : *Frane sive, ut Saxones, Frone, apud veteres hominem sapientem, jurisperitum, sive virum præcipuum et proprie judicem vicanum appellabant, qui res vici sui curabat, delinquentes adprehendebat, inter vicanos de rebus minimis jus dicebat, tum etiam partes*

Digitized by Google

ad judicium citabat, ut passim ex veteri jure Frisico probari potest. Hæc Martinius, quem consule.

¶ **FRANCALANI**, Iidem qui *libere tenentes*, seu qui liberum tenementum tenent vel possident. Chartul. Monast. SS. Trinitatis Cadomens. f. 53 : *De Francalanis de Hantonia, et de moribus villæ et de reddita.* Et fol. 56 : *Unusquisque qui habet feminam debet dare.* 1. *denar. S. Petri, et qui non feminam* 1. *ob. præter Francalanos.* Vide *Franchilanus.*

¶ **FRANCALE FEUDUM.** Vide *Feudum.*

FRANCALIA, Agri a censu et præstatione immunes. Charta ann. 1247. in Regesto Tolosano Cameræ Comput. Paris. : *Fontes, rivi, aquæ et piscariæ, quæstæ et albergii, corrogia et adempriva, et servitia, homagia, et Francalias, emptiones, et pignora, escasutas et successiones,* etc. [Charta Ricardi filii Regis Angliæ ann. 1289. apud Rymer. tom. 2. pag. 424 : *Sciatis me suscepisse in manum et protectionem meam Abbatiam Fontis-Willelmi... et concessisse... quidquid aliud acquirere poterunt in Francalibus meis, jus meum eis dedisse,* etc.] Libertates Vicecomitatus Fezenzagueti ann. 1294 : *Item fuit statutum,... quod si res Francales vendantur, de quibus certus census non solvitur annuatim, et prædictæ res Francales descenderent, fuissent, extitissent de Militia, vel prædictæ res fuissent, extitissent liberæ seu Francales ab antiquo,* etc.

* **FRANCALICIA, FRANCALICIUM**, Libertas, jus, privilegium, immunitas. Charta ann. 1314. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 17 : *Quittationes, immunitates, privilegia et franqualicias,* etc. Infra : *Francalicias.* Confirm. libert. civit. Cadom. ann. 1324. in Reg. 62. ch. 288 : *Confirmamus ejusdem civitatis usus, consuetudines, libertates, Francalicia et privilegia.* Vide *Franchisia* 3.

* **FRANCALIS**, A censu et præstatione immunis. Libert. Petræ assis. ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 647 : *Item quod habitatores dictæ villæ.... possint emere et donationes recipere, vel ad feudum seu in emphiteosim, terras et possessiones quascumque,.... nisi tamen res essent Francales, seu de cavalaria, vel militares.* Vide in *Francalia.* Hinc

* **FRANCALITER TENERE**, Libere et absque censu. Reg. homag. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 7. r°. : *Præmissa vero tenent Francaliter a dicto domino rege, ratione ducatus Aquitaniæ.* Charta Phil. V. ann. 1319. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 428 : *Item feuda quæ tenentur nobiliter et Francaliter in dicta villa.*

* **FRANCARIUM**, Mensura annonaria, nostris *Frainchart*, vulgatius *Franchar. Francarte*, in Diction. Trevolt. ubi æstimatur ponderis 38. lib. Obituar. MS. priorat. Belli-campi in diœc. Virdun. 11. Cal. Febr. : *Anniversarium Joannis Gemmonis, qui dedit nobis unum Francarium frumenti super campum de Longchallade.* Charta Egid. abb. S. Mart. Tornac. ann. 1321. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 209 : *Siet rasieres et chuinc Franchars, que froment, que soile.* Testam. Cathar. *de Barbas* ann. 1469. ex Bibl. reg. : *Item donne et legue laditte testateresse à chacun des quatre couvans des quatre ordres mandians, quatre Frainchars de froment pour une foy.* Occurrit rursum infra. Vide infra *Francis* 1.

¶ **FRANCBORDUS**, Anglis *Free-bord*, Liberum septum. Monast. Anglic. tom. 2. fol. 241 : *Et totum boscum quod vocatur Brendewode, cum Francbordo duorum pedum et dimidium per circuitum illius bosci.*

¶ **FRANCDAD**, Ager a censu liber et immunis. Chartarium Auxitanæ Ecclesiæ Ch. 108 : *Duæ eræ fuerunt, ambæ erant et adhuc sunt Francdads S. Mariæ... Quoniam ab antiquis temporibus illæ duæ eræ et erant et sunt modo Francdacd de S. Maria.* Vide *Francitas.*

FRANCENUM, Pergamenum ex pelle vitulina confectum, Flandris *Francyn*, nostris *Velin.* Occurrit in Chron. Windesem. lib. 2. cap. 42. 43. 54. Vide *Fractura* 2.

* **FRANCESUS**, Italis, *Franzese*, Gallus. *Societati Francesorium de Florentia*, in Chartul. Ravennat.

¶ **FRANCHAMEN**, Libere, nullius requisito consensu. Statuta Massil. lib. 3. cap. 11 : *Constituimus ut quicunque habeat honorem liberum, honores, vel possessiones, ex quibus in aliquo nemini serviat seu servire debet aliquid inde, valeat illos, vel illas vendere libere et Franchamen, vel distrahere.*

* **FRANCHERIA**, Ager a censu et præstatione immunis. Terrear. Castill. in Domb. ann. 1463 : *Juxta quasdam Francherias hermas etc.* Vide *Francalia.*

FRANCHERIUS, [Municipalibus officiis immunis.] Libertates concessæ Barcinonensibus a Petro Rege Aragon. ann. 1283. MSS : *Quilibet habitator Barcinonensis, sive sit officialis, sive Francherius, contribuat in servitiis regalibus partem sibi contingentem in eis.*

FRANCHESIA. Vide *Franchire*, et *Franchisia.*

¶ **FRANCHEZA.** Vide *Franchisia* 1.

* **FRANCHIA**, pro *Franchisia*, Libertas, jus, privilegium. Charta ann. 1262. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 378 : *Quod ipsi dictam Franchiam tenebunt firmiter,* etc. Rursum infra occurrit, sed pluries *Franchisia.*

¶ **FRANCHIARE.** Vide *Franchire.*

¶ **FRANCHIATURA.** Charta Libert. Bellomont. ex Coaslin. Codice MS : *Non veniemus contra manumissionem, Franchiaturam seu Franchisiam, libertatem,* etc. Vide *Francitas.*

* **FRANCHICIA**, Fimbria, lacinia, Gall. *Frange.* Charta ann. 1328. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 261 : *Item habuit idem Raimundus per extorsionem a Raimunda Constantina.... quandam garlandam auri puri cum Franchiciis.*

FRANCHILANUS. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 442 : *Et unam carucatam terræ apud Hamerwith, cum villanis et Franchilano nomine Hamone,* etc. *Francland*, est terra Francorum, Saxonibus : ita *Franchilanus* erit *libere tenens*, cui opponitur *tenens in villenagium*, seu *villanus. Fraunclein*, dicitur in Chronico vernaculo Trivetti laudato a Spelmanno, paulo ante ann. 1307 : *Thomas Brotherton* (filius Eduardi I.) *aprés le mort son pere esposa la fille de un Fraunclein appellée Alice.* Joan. Fortescutus de Laudib. Legum Angliæ cap. 29 : *Quod in ea villula tam parva reperiri non poterit in qua non est Miles, armiger, vel pater familias, qualis ibidem Fraunclein vulgariter nuncupatur,* etc.

* **FRANCHILATIO**, Immunitas. Stat. Vercel. lib. 6. pag. 132. r°. : *Item quod loca quæ facta sunt francha, custodiantur et in statu teneantur ad honorem communis Vercellarum et utilitatem, sicut per cartam Franchilationis est ordiuatum.* V. *Franchimentum.*

¶ **FRANCHILECHES**, *Tenir en Franchileges*, Est libere tenere. Instrum. Gallicum ann. 1294. apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 969 : *Et tenoient à fié et à homage de nostre Seignor le Roy de France dessus dit, excepté ceux qui ont à plain pois, soit en cens, en rentes, en costumes, en complans, en terrages, en Franchileches, en homages, en ventes, en deniés.*

¶ **FRANCHIMENTUM**, Immunitas. Instrum. ann. 1277. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 17 : *Salvo vinteno hominum ipsius castri, quod mihi dederunt pro Franchimento ipsius castri, nisi forte pro clausura ipsius castri, vel alia justa causa et necessaria de voluntate ipsorum hominum dictum vintenum levaretur.*

* Ital. *Francamento.* Charta ann. 1400. inter Stat. Perus. pag. 23 : *Item de et pro Franchimento burgi Perusiæ.*

1. **FRANCHIRE**, Ingenuum, *Francum* facere ex servo, munumittere, Gallis *Affranchir.* Gloss. Lat. Gall. : *Manumittere, Franchir.* Charta ann. 1185. apud Guichenonum in Probat. Histor. Bressens. pag. 5 : *Franchio, manu et ore manumitto a consuetudine Legis Salicæ Joannem Pithion de Vico hominem meum, et suos legitime natos, et ad sanum intellectum reduco, ita ut suæ filiæ possint sibi succedere : dictumque Joannem et suos natos constituo homines meos franchos et liberos ab omni usagio bono vel malo Legis Salicæ, et pro hac manumissione et franchesia habui et recepi.* 18. *libras Viennensium bonorum,* etc. Adde Consuetudines et Libertates Baugiaci apud eumdem pag. 63. Charta Theobaldi Comitis Campaniæ 1222. in Tabul. Campan. : *Not. quod ego Joannem de Meldis Monetarium et Margaretam uxorem ejus, Franchivi et liberos esse concessi ad vitam eorum, ita quod singulis annis reddent* 50. *sol. in nundinis Maii. Per hoc autem volo et concedo, ipsos esse liberos et immunes et quitos, quamdiu vixerint, ab omni tallia, tolta et demanda, et custodia villæ, turris et gabiolæ,* etc. [Charta Libert. Bellomont. ex Coaslin. Cod. MS : *Manumisimus, Franchivimus... omnes et singulos.*] *Francomatos*, captivos libertate donatos appellabant nostri in Regno Hierosolymitano. Assisiæ Hierol. MSS. 2. part. cap. 31 : *Et de ceaus, qui s'avoueut pour Frangomates, ou Esclafs franchis, ils doivent porter lettres seellées dou Visconte, ou dou Bailli de la coutrée, en quoi ils sont, coment ils sont frans, à ce que l'on ne les puisse arrester.*

2. **FRANCHIRE**, est etiam immunitatem a præstationibus et operis concedere. Charta Guidonis Vicecomitis Thoarcensis ann. 1240. ex Tabul. S. Hilarii M. Pictavens. : *Nos Guido Vicec. Thoarc. notificamus universis, quod nos homines B. Hilarii de la Coinderie, et hæredes ipsorum, et tenementa*

Digitized by Google

et arbergamenta ipsorum, spectantia ad Ecclesiam memoratam exemimus, et Franchivimus in perpetuum ab omnibus excubiis Castri Thoarcii, et ab omni talliata, propter talleiam terrarum nobis debitam de jure in nativitate B. Joan. Bapt. item ab auxilio et quæsta Baillivorum Thoarcii, et a panagio ipsos similiter duximus Franchiendos, etc. [Charta privilegiorum Marliaci ann. 1308 : *Nos Humbertus Dominus... de Villars, confitemur quod antecessores nostri Franchiaverunt villam de Marliaco.* Litteræ Philippi VI. Franc. Reg. ann. 1328. tom. 2. Ordinat. pag. 20 : *Et se il avenoit que nous Enfranchissiens aucuns de ladite ayde, nous voullons que ladite franchise tiengne leu o noz dites bonnes gens de Paris.*] Vide Littletonem sect. 204.

* *Franchir* vero, Desponsare seu fidem de contrahendo matrimonio dare sonat, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 181 : *Le traittié du mariage du cousin prochain de Jehannin le Begue et d'une femme de la ville de Hangest étant fait, ledit Jehannin fu prié qu'il lui pleust admener ladite femme à l'église pour la plevir et Franchir, ainsi qu'il est accoustumé à faire au lieu.... Apres les plevines ou affiances faites, etc.* Ubi fortassis legendum *Fianchir.* Vide supra *Fiancialia.* At *Franchir une rente*, est pensione annua se liberare, eam redimere. Lit. remiss. ann. 1476. in Reg. 195. ch. 1672 : *Michault Potier s'obliga.... en trente huit solz Tournois par an de rente à héritage, à condition d'icelle rente povoir Franchir, toutesfois qu'il plairoit audit Potier, ses hoirs etc. Icellui Potier offry au suppliant les deniers dudit franchissement etc.*

¶ **FRANCHISARE**, ut *Franchire*, 2. Charta Hervei D. Virsionis pro Luriacens. ann. 1213. apud Thomasserium Consuetud. Bituric. pag. 81 : *Ledas panum reddent illis quibus eas debent. In furnis et molendinis reddent costumas, sicuti solent et debent, de omnibus aliis costumis quitto eos penitus et Franchiso.*

1. **FRANCHISIA**, Prædii rustici species, sic forte appellata, quod *Francorum* et liberorum esset, cujusmodi est apud Anglos *liberum tenementum*, tametsi postmodum censibus et præstationibus obnoxia. Tabularium Prioratus Paredi fol. 62 : *Et omnia, quæ ibi habebat, alodum sive Franchisiam, campos, prata, silvas, etc.* Fol. 63 : *Franchisiam unam, omnemque terram, quæ ad ipsam Franchisiam pertinere videtur, etc.* Fol. 42 : *In villa Mancellis Franchisiam, ubi stat Bernoenus, et omnem terram, quæ ad servitium ejusdem Franchisiæ pertinet, cum omni integritate.* Fol. 12 : *Item in ipsa villa unam Franchisiam appellatam Mansum Ales Placis, et reddit 2. sextarios de avena, etc... In villa Moncellis unam Franchisiam, quæ vocatur Ad vinam, et reddit in censum 2. den. etc.* In Consuetudine Herliacensi art. 2. 3. *Tenir Franquiesmes*, id est, terras francas et immunes a censu tenere. *Franchise*, Gallis nostris dicitur jus, quod nobilibus viris potissimum competit : atque ita vox hæc intelligi debet in Stabilimentis S. Ludovici lib. 1. cap. 9. 22. *Loi de Franchise*, id est, lex seu jus nobilium, Petro de Fontanis cap. 3. num. 5. 6. in Consuetud. Normanniæ art. 49. et Nivernensi cap. 9. art. 1 : *Homme de corps, qui jouit de Franchise par dix ans*, in Consuetud. Catalaunensi art. 18. Vide *Francitas.*

* Hinc nobiles viri eo titulo compellantur in Poem. Rob. Diaboli MS. :

Mais tant vous pri par vos Franquise
En gueredon de mon service, etc.

Huc etiam spectant Literæ remiss. ann. 1390. in Reg. 139. Chartoph. reg. ch. 42 : *Disant icellui chevalier que ligne noble, cry et armes procedent de par pere, et que le ventre ne peut, ne doit anoblir : mais peut bien acquerre Franchise en aucun cas.*

¶ **FRANCHESA**, Eadem notione, in Charta ann. 1042. Marcæ Hispan. col. 1084 : *Cum ipsos homines et ipsa villa totum ab integro, et ipsas meas Franchesas de Galiner,... ipso monasterio de sancta Deo Grata cum suis pertinentiis,... sic donamus nos et facimus cartam exvacuationis.*

¶ 2. **FRANCHISIA**, Districtus seu territorium certis privilegiis et juribus donatum, quo sensu *Franchisia* idem quod aliis *Septena, Banleuca;* quod Andegavis, *Quinta;* Tolosanis, *Dex;* Cenomanis, *Vuaria.* Gall. *Azyle, Franchise, refuge.* Charta Hervei D. Virsionis pro Lauriacens. ann. 1213. apud Thomasserium Consuetud. Bituric. pag. 81 : *Si milites mei cornagium vel aliud donum mihi dederint in bestiis terræ meæ, bestias quæ sunt extra Franchisiam, ex quo mihi erunt, factum fuerit infra Franchisiam, non poterunt garentire, et de hoc potero eos compellere ad sacramentum.* Libertates hominum S. Georgii de Esperanchia ann. 1291. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 27 : *Item, si qui non burgensis alicui burgensi injuriam extra Franchesiam dictæ villæ intulerit, sive in personam, sive in rebus, burgensis injuriam passus Castellano nostro super hoc deferat quæstionem.* Nomasticon Cisterc. ann. 1335 : *Inhibetur ne alicui venienti ad Franchisiam in Collegio S. Bernardi provideatur de camera sive de confugio nisi per Provisorem dicti loci.* Vide Hist. Paris. tom. 1. Instr. pag. 172. et 485.

* Lit. remiss. ann. 1413. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 290 : *Pour ce que le suppliant fu hastivement poursuivi de justice, se bouta en Franchise en l'église de la parroisse, où il fu bien un mois.*

¶ **FRANQUESIA**, Certum territorium a domino subditis suis ad pascenda eorum animalia relictum, cæteris omnibus exclusis. Charta ann. 1490. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues : Prætextu et occasione certarum confiniarum sive Franquesiarum, quas ipsa universitas et homines prætendebant et dicebant habere et a longo tempore citra habuisse in certa parte, seu quantitate territorii.* Infra : *Quod a cætero dicta quantitas, sive pars talium præassertarum confiniarum sive Franquesiarum uniri debent alteri terræ gastæ ipsius territorii.* Vide *Communia* 2.

¶ 3. **FRANCHISIA**, Libertas, jus, privilegium, immunitas, Gall. *Franchise.* Charta R. Berengarii Comit. Provinciæ ann. 1206. apud Pittonem Hist. Aquens. lib. 2. pag. 114 : *In recompensationem vestræ fidelitatis .. licentiam, Franchesiam et libertatem in terris cultis et incultis quibuscumque et quorumcumque locorum distantium circa civitatem meam Aquensem spatio v. leucarum pascendi... donamus et promittimus dictam Franchesiam et libertatem supra factam per nos et successores nostros firmas tenere.* Charta ann. 1275. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 165 : *Tradidi feodaliter et concessi tempore viduitatis meæ... ad finem perpetuum Roberto dicto de Valle nepoti meo quandam masuram terræ... cum omni jure et Franchisiis dictæ masuræ terræ pertinentibus.* Instr. ann. 1290. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1240 : *Pronuntiatum fuit per curiæ nostræ judicium, villam de Colchis Ballivæ Matisconensis, et homines ipsius villæ in nostra speciali protectione, guarda, et salvamento remanere debere, eorumque Franchisias et libertates nos observare debere, et facere observari.* Libertates hominum S. Georgii de Esperanchia ann. 1291. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 27 : *Quicumque recipietur in burgensem teneatur jurare Franchesiam, et jura nostra et dictæ villæ conservare ubicumque.* Charta ann. 1292. in Schedis Præsidis *de Mazaugues : Et illis usibus, libertatibus et Franchesiis de cætero... gaudeant et gaudere possint,... quibus gaudent et potiuntur homines de Aquis.* Arestum Parlamenti ann. 1394. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 75 : *Et conservarentur in suis prædictis libertatibus et Franchisiis, etc.* Charta Henrici Regis Angliæ tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1348 : *Et super certis libertatibus, Franchisits, privilegiis, quietanciis, donis, et concessionibus... datis et concessis.* Charta Caroli VII. Regis Franc. pro Academia Cadom. ann. 1452. tom. 6. Spicileg. Acher. pag. 499 : *Cum almæ recordationis prædecessoribus nostris Franc. Regibus nonnulla studia generalia magnis et speciosis privilegiis, Franchesiis et libertatibus communita.... creata et erecta fuere.* Adde Chartam ann. 1308. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 781. aliam ann. 1457. tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 303. etc.

¶ **FRANQUERIA**, **FRANQUESIA**, Eadem notione. Statuta Arelat. MSS. art. 149 : *De Franqueria quam dedit Comes Provinciæ.* Art. 150 : *De Franquesia quam dedit Comes.* Charta Beatricis Comit. ann. 1245. apud Pitton. Hist. Aquens. lib. 3. pag. 155 : *Damus, concedimus et approbamus... Franquesiam, immunitatem, libertatem ab omnibus quistis, toutis, etc. Ab hac Franquesia excipimus Judæos. Has autem Franquesias concedimus militibus et probis hominibus villæ inferioris Archiepiscopalis.* Homagium Isnardi *de Ponteves* factum Carolo I. Comiti Provinciæ ann. 1250. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues : Promisit.... et eum tenere et custodire in libertatibus et Franquesiis seu honoribus quibus... consueverunt teneri et haberi temporibus retroactis.* Charta ann. 1257. ex iisdem Schedis : *Et promiserunt quod Milites Arearum tenebunt in ea Franquesia in qua erunt alii Milites Provinciæ.* Alia ann. 1387. apud eumdem Præsidem : *Quod dignetur..... confirmare libertates, Franquesias, immunitates, et statuta, privilegia, et capitula in quibus... fuerunt.* Transactio ann. 1438. ibid. : *Est certa pars Montis in qua... dominus... non debet immittere avere extraneum ad pasquerium juxta libertatem et Franquesiam dicti castri.* Homagium ann. 1480 : *Excellentissimus Rex et Comes... confirmavit... omnia privilegia,*

Digitized by Google

litteras, libertates, Franquesias, immunitates, statuta et alia jura. Charta ann. 1501 : *Renuntiaverunt omnibus litteris, privilegiis, libertatibus et statutis et Franquisiis quibuscumque.* Antiqua Statuta Avenion. Rubr. 9 : *Secundum antiquam Franquesiam civitatis.*

¶ 4. **FRANCHISIA**, Libertas, manumissio. Petrus Austriæ testamento legat *Franchisiam et libertatem Elenæ sclavæ suæ*, in Instrumento anni 1324. *Libertas et Franquesia servitutis*, in altero Instrum. ann. 1306.

* 5. **FRANCHISIA**, Præstatio, quæ pro obtinenda *franchisia* seu libertate dabatur. Charta Thomæ abb. S. Germ. Prat. ann. 1255. ex Chartul. AD. ejusd. monast. fol. 86. r°. col. 1 : *Nos abbas et conventus.... de receptis a nobis abbate de Franchisiis nostris omnibus, aliis de dictis Franchisiis receptis in emptiones nostri monasterii.... jam conversis, etc.*

* 6. **FRANCHISIA**, Pactum, conventio, lex municipalis. Stat. Montis-reg. pag. 73 : *Item statuerunt et ordinaverunt, quod nulla persona, quæ contrafecerit, directe vel indirecte, conventionibus, pactis, Franchisiis et capitulis præsentis civitatis, audeat vel præsumat procurare in curia præsentis civitatis.*

* 7. **FRANCHISIA**. Libert. de Podioruppis ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 331 : *Quod si dictus dominus rex.... obsidem generalem mandaverit, aut servientes indicerent seu habere vellent pro guerris et Franchisiis prosequendis etc.* Ubi legendum videtur ut infra *Serviciis.*

* **FRANCHISIUS**, Legitimus. Charta Rob. vicecom. Cabilon. ex Chartul. S. Marcel. Cabilon. : *Ego Rotbertus vicecomes Cabilonensis civitate reddidi Deo et S. Marcello.... hominem quemdam, Gunterium nomine, qui mihi persolvebat debita et recepta propter se salvandum ; et hoc tamen Franchisia voce. Sed aliquando rebellis fuit, etc.* Vide *Vox* 4.

* **FRANCHITARE**, Italis *Francheggiare*, Immunem reddere, in Stat. Astæ collat. 17. cap. 24. pag. 57. v°.

¶ **FRANCHITAS**, Idem quod *Franchisia* 3. Franc. Tarafa in Hist. Episc. Barcinon. : *Tanta liberalitate hic Rex habitus est, ut homines ecclesiarum et monasteriorum totius dictæ Barcinonensis diœcesis... omnino fungerentur Franchitate.* [* Stat. Vercel. lib. 6. pag. 132. r°. : *De Franchitate loci Casalisgualoni. Item quod locus Casalisgualoni sit franchus, sicut locus Tridini, et quantum ad commune et quantum ad dominos.*]

* **FRANCHIUS**, *Francus*, Immunis a præstationibus et servitiis ; quod de terris earumve possessoribus promiscue dicitur. Libert. Brianc. ann. 1343. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 727. art. 11 : *Exceptis rebus, quas forsitan Franchias tenerent.* Ibid. art. 12 : *Nobilibus tamen et Franchiis, qui venirent ultra dictum numerum ad dictas cavalgatas, etc.* Et pag. 729. art. 19 : *Concessit et declaravit, quod quæcumque personæ dictæ bailliviæ, modernæ et futuræ, res suas, quas tamen Franchias habent et habebunt, possint cuicumque voluerint in emphiteosim vendere, pro libito voluntatis.*

* **FRANCHUS**, Moneta Francica ; nostris, *Franchée, franchi* valor, id est, viginti solidi. Charta ann. 1467. ex Tabul. S. Maur. : *Quod si contigerit evenire penuriam bladi sive caristiam,... sufficiat prædicto abbati solvere eidem rectori.... quatuor Franchos, pro dictis quatuor quarteriis frumenti.* Lit. remiss ann. 1412. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 62 : *Lequel Colin dist à icellui prestre qu'il auroit deux Franchée et plus, pour un franc ou deux escus.* Aliæ ann. 1413. ibid. ch. 246 : *Le suppliant acheta... seize escus dorez et environ huit Franchées de monnoye blanche.* Vide in *Franci* 1. et *Moneta.*

* Ejusdem nominis moneta in usu fuit apud Flandros, ut discimus ex Comput. MS. ann. 1365. S. Petri Insul. : *Item pro arris et copia habenda plurimarum scripturarum et processuum ultimæ auditionis factæ Insulis, in causa pendente in curia Remensi, contra dom. episcopum Tornacensem, iiij. Francos, valoris v. lib. viij. Fland. Item pro cambio dictorum Francorum ad francos Franciæ, v. gr. vj. den.*

* Fuit et *Francus Papalis*, de quo in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 310 : *En laquelle tasse et bourse avoit seize escus, un Franc du Pape du pris de xiiij. solz.*

1. **FRANCI**, dicti viri potissimum ex nobilitate, ingenui, ipsique proceres. Decretio Childeberti Regis cap. 8 : *Ita, ut si Francus fuerit, ad nostram præsentiam dirigatur, et si debilior persona fuerit, in loco pendatur.* Capitulare Compendiense ann. 757. cap. 5 : *Si Francus homo accepit mulierem, et sperat, quod ingenua sit, etc* Hincmarus Remensis Opusc. 33. cap. 1 : *Et de alia terra, quam Franci homines in eadem villa in suis proprietatibus dederunt.* Hincmarus Laudunensis, tom. 2. pag. 335 : *Ipso resultante, quod Francus esset, et ut liber se defendere vellet et quiret, etc.* Charta Caroli Calvi, apud Sanjulianum in Tornutio pag. 510 : *Neque præsumat horum quisquam ab eorum servis, colonis, seu Francis super eorum terram commanentibus exigere.* Tabularium S. Remigii Remensis : *Anno Incarnationis Domini 861. episcopatus autem Domni Hincmari 17. veniens Missus Domni Regis Karoli, nomine Gautselmus, Clericus, in villam Condatum, sitam super fluvium Matronam 8. Kl. Octob. ex præcepto præfati gloriosi Regis, coram testibus multis, Francis videlicet atque colonis, et consignans tradidit ipsam villam Missis Domni Hincmari Adaloldo scilicet, Custodi Ecclesiæ S. Remigii, et Herigaudo, ipsius Advocato.* [** Conventio Episcop. Lingon. inter et Landricum Grossum ann circ. 1076. apud Guerad. post. Irminon. pag. 362 : *Set et servos vel Francos, quoscumque tunc temporis calumpniando requisivi, similiter in toto et in perpetuum... verpivi.*] [Litteræ ann. 1340. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 53 : *Mandamus quatenus visis præsentibus, cum omnibus hominibus equitibus et peditibus... ad diem quindenam festi Nativitatis B. Joannis Bapt. proximam apud S. Marcel linum personaliter interesse velitis et curetis, parati nobiles et Francos vestræ castellaniæ librare, etc.* Charta Balduini Comitis Flandriæ ann. 1220. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 292 : *Item si burgensis allodium alicujus in oppido coram Francis hominibus et scabinis invadiaverit, vadimonium suum ibidem, judicio Scabinorum, obtinebit.*] Ita Francus homo in Formulis veterib. Bignonii cap. 2. 3. *Homines bene Franci Salici* cap. 5. Sic dictus passim in Capitulis Caroli M. et Caroli Cal. in Concilio Duziacensi I. pag. 105. etc. Vetus Notitia ex Pancharta Nigra Turon. ann. 926 : *Quam reclamationem per sex fere annos ducentes, propter cupiditatem Francorum hominum, qui eas quoquo modo possidebant, nunquam ad justitiam perducere potuit.* Charta S. Karilefi in Actis Episcopor. Cenoman. pag. 83 : *Ab aliis etiam nobilibus et Francis personis ex rebus eorum ditatus sum.* Alia Charta apud Beslium pag. 247 : *Et nullus nostrorum hæres aut successor, Comes, aut Episcopus, Vicarius aut Centenarius, nec quilibet Francus, et ipsi potestati vicinus, audeat hanc donationem nostram violare, etc.* In Chartis aliquot anni 799. apud Henschenium in Comment. ad Vitam Ludgeri Episcopi § 4. *Ingenuus, nobilis*, et *Francus*, idem sonant. Exin viri liberi, ingenui et immunes ab oneribus ac præstationibus servilibus dicti promiscue Franci. Turpinus in Hist. Caroli M. cap. 31 : *His a Rege relatis, populi nummos salubberrimæ promissionis devotissime offerebant, et qui libentius reddebat, Francus sancti Dionysii ubique vocabatur, quomodo liber ab omni servitute, Rege præcipiente, erat. Hinc mos surrexit, ut terra illa, quæ antea vocabatur Gallia, tunc Francia vocaretur, id est, ab omni servitute aliarum gentium libera.* Papias : *Liber, Francus homo.* Anonymus de Nominibus Germanorum : *Francus, Franciscus, liber, liberius,* ἐλεύθερος, *per syncopen seu synalephen, a* fry, *et* anck, *quasi* fryanch ; fry *Saxonice,* frei *diphthongo Suevica est liber, adjective ;* Ancke, *est adolescens, juvenis, nomen hodie gentile multis familiis, etc.* Capitul. 6. Caroli M. ann. 803. cap. 8 : *De servis, qui Francas feminas accipiunt etc.* [Capitul. Caroli C. Pistens. ann. 864 : *Notum fieri volumus omnibus Dei et nostris fidelibus quoniam quidam Comites nostri nos consuluerunt de illis Francis hominibus qui censum regium de suo capite, sed et de suis rescellis debebant, qui tempore famis, necessitate cogente, seipsos ad servitium vendiderunt.*] Charta Roberti Regis ann. 1005. in Probat. Hist. Vergiacensis pag. 52. et apud Perardum pag. 170 : *Et cum omnibus consuetudinariis exactionibus, ab iis etiam, qui Francorum nomine censentur, pro debito exigendis.* Alia Ottonis Comitis ann. 1004. in iisdem Probat. pag. 54 : *Et consuetudines, quas debent ipsi servi et ancillæ, et etiam illi, qui Francos se dicunt desuper potestatem manentes, etc.* Charta Henrici Imp. ann. 1039. in Chronico Mindensi pag. 737 : *Aut homines ipsius Ecclesiæ, Francos, liberos, et Ecclesiasticos, litones, maalman, vel servos, etc.* Occurrunt eadem verba pag. 739. 740. 741. [Charta Willelmi Nothi Regis Angliæ ann. 1080. in Tabul. Cadomens. Monast. : *Item in insula de Gersoi unum molendinum duorum Francorum hominum... in Goisberti villa terram duorum Francorum hominum, pro filia sua facta Monacha.* Horum verborum loco in alia ejusdem Willelmi Charta ibid. habetur : *Cum molendino duobusque Liberis hominibus.* Charta Villæ-novæ in

Digitized by Google

Dumbis ann. 1426 : *Petrus Varmon recognovit se esse justiciabilem D. Ducis Borbonii ad causam castri Villæ-novæ, et promittit se fidelem fore dicto Domino et contribuere in dicto castro, prout faciunt alii homines Franci.*] Fridericus I. Imp. in Actis Adriani IV. PP. apud Baron. ann. 1151 : *Supervenit Francus, vere nomine et re nobilis, eamque* (Romam,) *quæ adhuc in re residua fuit, ingenuitate fortiter eripuit.* Chron. Fossænovæ ann. 1192 :

Et nos per Francos facit amodo vivere Francos.

Le Roman *de Garin* :

Garin mes peres fu Frans hom et gentis.

Philippus *Mouskes* :

L'enfant de Champagne avoec,
Et maint Franc bacelier iluec.

Vide Perardum pag. 147. Probat. Hist. Turenensis pag. 105. Probat. Hist. Sabaud. pag. 55. [Rymer. tom. 7. pag. 190.] etc. Scribit Butelerius in Summa rurali hominem obnoxiæ ac servilis conditionis *Francum fieri*, si ei permittat dominus feudum acquirere intra dominii sui fines.

☞ At vero inter homines *Francos* alii censum de capite debebant atque *tallia* erant obnoxii, alii ab ea liberi et immunes erant. Primum docet Edictum Pistense cap. 28 : *Ut illi Franci qui censum de suo capite vel de suis rebus ad partem regiam debent, etc.* Alterum aperte innuunt Consuetudines Marchiæ Dumbarum art. 12 : *Omnis Francus, cujuscumque homo Francus sit, punietur in dominio in quo forefecerit secundum jus et rationem, scilicet illi Franci, qui non debent manum mortuam.*

¶ Franchus, Liber, immunis ab oneribus et præstationibus servilibus. Charta Lud. X. Reg. Franc. ann. 1313. in Bibl. Colbert. Regest. 56 : *Quod omnes universi et singuli homines de Leucata et tu sitis Franchi et liberi a dicta servitute.*

¶ Francus Serviens. Antiquit. Tricassinæ MSS. fol. 195. v°. : *Item placet nobis quod tres Franchi Servientes Capituli in suis Ecclesiis Parochialibus Ecclesiastica percipiant, et libere percipiant Sacramenta.*

Francus Tenens, Idem, qui *libere tenens, Franc tenant.* Assisæ Henr. II. Reg. Angl. apud *Clarendon* : *Si quis obierit Francus tenens, hæredes ipsius maneant in tali saisina, qualem pater suus habuit, de qua fuit vivus et mortuus, de feodo suo, etc.* Vide *Libere tenens*, in voce *Tenens*. At

Francus, in Historia Abbatiæ Condomensis videtur sumi pro tenente obnoxiæ conditionis, quique in commercio fuerit. Pag. 463 : *Oliverius Monachus dedit Francum unum in loco, qui dicitur Biraged.* Ibid. : *Dederunt Francum unum in loco, qui dicitur Estoubed.* Pag. 464 : *Dederunt S. Petro Ecclesiam, quæ vocatur Nux sicca, et Francum unum, et alium Francum in loco, qui dicitur Anezag.* Adde pag. 478.

Francus, opponi videtur *villano*, in quadam Consultatoria, edita post Observantias Regni Aragon. fol. 43 : *Si vir præmoritur supervivente uxore, uxor ingenua, i. Infançona, vel uxor Franca, i. civitatis, etc.*

* Franci Homines S. Georgii memorantur in Memor. E. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1391. fol. 272. r°. : *Item à autres personnes, que l'en nomme Frans hommes saint George, desquels la cognoissance en appartient au roy et à ses officiers, et ne payent rien pour ce.*

¶ Francus et Quitus, Formula a Gall. *Franc et quitte.* Epitome Constitut. Eccl. Valentiæ ab ann. 1200. ad ann. 1580. tom. 4. Conc. Hisp. pag. 143 : *Pro distributionibus sibi annuatim solvendis, super decimis de Alzira ; illisque auctoritate propria levandis et exigendis, et in dictas distributiones convertendis, Franchis et Quitis, et absque omni onere expensarum percipiendis.*

¶ Francum Festum, Gall. *Franche-Feste*, in Charta ann. 1424. dicuntur nundinæ quod mercatores qui ad eas accedunt immunes sint a consuetis exactionibus.

¶ Francum Oleum, Purum, legitimum. Statuta Arelat. MSS. art. 103 : *Nullus revenditor olei vendat oleum alicui causa comedendi, nisi Francum.* Eadem notione *Vinum Francum*, in Charta ann. 1143. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 475. *Vinum sanum et Francum*, in Constit. MSS. Cluniac.

¶ Franci Pisces, Ii dicuntur quos Dominus loci sibi reservavit. Chartul. Monast. SS. Trinit. Cadomens. fol. 23. verso : *Domina Abbatissa debet habere salmones et turgones et alosas et lampreas, et porpedes et omnes Francos Pisces. Franchi Pisces* dicuntur in Statutis Massil. lib. 1. cap. 50. recentes, boni, Gall. *Frais.*

¶ Franca Terra dicitur ad discrimen illius quæ in *villenagio* tenetur. Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 171 : *Nicolaus vero assensu et permissione nostra permutavit dimidiam acram prædictæ Francæ Terræ a Garnerio de Moncello pro dimidia acra suæ villanæ... tali inter eos irrefragabiliter tenenda conventione, quod Nicolaus dimidiam acram terræ villanæ liberaliter tenebit.* Ibid. tom. 2. pag. 2084 : *Quamdam compositionem cum Petro homine nostro de Ceus fecimus ; pro decima ejusdem terræ de Ceus, quam supradictus Petrus jure hæreditario possidebat, duas acras Terræ Francas, sicuti habebamus, dedimus.*

¶ Franca Villa, Quæ certis *Franchisiis* seu privilegiis gaudet. Charta ann. 1273. tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 259 : *Cum Villa Tysiaci ab ipsius fundatione Franca et libera constituta fuerit a Domino Bellijoci qui tunc regnabat, et postea ab ipsius successoribus... libertas dictæ Villæ Tysiaci et franchisia approbata et confirmata fuit.* Charta Arnoldi D. *de Wesemale* apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 92 : *Quod homines terræ nostræ nunquam in terra sua Brabantiæ in Francas Villas vel alias ad morandum recipiantur.*

Francus Bancus. Vide in *Bancus.*

¶ Franca Vasa, Probata. Ordinatio de officiis domus Dalphin. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 393 : *Item præfatus magister Botellerius, sit cum omni solertia diligens bona vina perquirere pro pretio quo poterit meliori, nec obmittat sollicitare frequentius magistrum Hospitii, et thesaurarium ac provisorem, quod opportuno tempore in locis magis convenientibus fiat provisio debita boni vini, quodque vasa ubi vina reponuntur, sint Francha et solida, et ut expedit reparata ad ipsum vinum utiliter conservandum.*

Francus, Moneta Francica, nostris *Franc. Francxs Bordallés*, Franci Burdegalenses, in Consuetud. Solensi, tit. 9. art. 3. [Charta Ecclesiæ Brivatensis ann. 1315 : *Unus denarius auri vocatus Franc pro* xx. *sol. computatus.*] Vide *Franchus* et in *Moneta.*

¶ 2. Franci, Bellicosi, armis et bellica laude commendati ; unde nostris *Francorum* nomen. Sigebertus Gemblac. initio Chronog. : *Valentinianus Francos Attica lingua appellavit, quod Latina lingua interpretatur feroces.* Liber de Castro Ambasiæ, etc. cap. 4. tom. 10. Spicileg. Acher. pag. 525 : *Sicambri hæc audientes cæsos Alanos omnino deleverunt. Romani Attica lingua tunc eos Francos, id est, feroces appellaverunt ; diuque a tributo liberi vixerunt.* Chron. MS. Regum Franc. ex Musæo D. *de Cangé* : *Et videns eorum audaciam et fortitudinem vocavit eos Francos, id est, feroces.* Ernoldi Nigelli Carmen elegiacum pro Ludov. Imper. lib. 1. vers. 341. apud Murator. tom. 2. part. 2. pag. 26 :

Arma ferunt semper, bellis est sucta juventus.
Bajulat hæc juvenis, hoc agit arte senex.
Namque ipsum nomen Francorum horresco recensens.
Francus habet nomen a feritate sua.

Robertus Guaguinus in Epist. ad Franciscum *Ferrebout* ann. 1468, apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1837 : *Tradunt enim qui res gestas scribunt, ob eam rem Francos dici, quod sint vel Romano tributo Franci, hoc est, liberi ; vel quod verius est, feroces, non ea quidem ferocitate qua furit insolens barbaries, sed animi virtute clarissima, quam amor libertatis ingenuis pectoribus ingenerat.* Franci dicti etiam Latini in Hist. Orient. Jacobi de Vitriaco lib. 3. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 275 : *Christianorum variæ sunt gentes, et in varias sectas divisæ, quorum primi sunt Franci, qui Latini verius appellantur, homines bellicosi, armis exercitati, capite nudi ; et isti pure Catholici sunt.* Vide *Francia.*

* Apte omnino Valesius in Notit. Gall. ad hanc vocem, apud Sigebertum aliosve, pro *Attica lingua*, legendum censet, *Hattica*, sive *Chattica lingua*, vel saltem ita ab ipsis scribendum fuisse. Et quidem qua ratione vox *Franci*, ut *Feroces* significet, à Græco accersiri possit non video. Francorum mores suæ ætatis sic prosequitur Ant. *de Coulencourt* in Chron. MS. abbat. Corb. ad ann. 1529. contin. fol. 96. r°. ex Tabul. ejusd. monast. : *Qui sunt hodie Francorum mores, non erit mihi alienum describere. Romanarum literarum appetentissimi sunt, ac Latinarum æmuli in eodem studiorum genere. Penes magistratus judicia sunt : regis est eos creare. In bellis cataphracto equite utuntur, non amplius sagittariis, ut olim : comitantur bellica tormenta exercitum : curribus vehuntur : magis ordine quam agminibus pugnant, majore ferocia quam arte. Colunt regem incredibili affectu. Mos est Francis cito auxilium promptumque, aut aliquid simile polliceri, facto tamen tardos esse, potius semetipsos quam sua offerre. Multa religio in templis : in religione sanctitas : episcoporum majestas : in clero dignitas et veneratio multa : frequens in cerimonia cantus, et ob eam rem musicæ studium his propemodum peculiare. In vestitu et calceatu*

nostra memoria continue variatum. Item est miles Francus ad subitaneos casus audax et promptus et plerumque felix : in diu meditatis minus fervens, et raro bene fortunatus. Quis hodiernos mores depictos non credat? Sed neque prætermittenda sunt quæ de Francis leguntur in Poem. *de Cléomades* MS. :

..... Lors s'en ala
El royaume de France droit,
Que on adonc Gaule nommoit,
Pour aprendre sens et honnour,
Et che qu'il affiert à valour.
Fu lonc tamps en celui pais :
Car en ches ancyens escrips
Treve-on que lonc tamps a esté
France la flours et la purté
D'armes, d'onnour, de gentilesse,
De courtoisie et de noblesse,
Chou est la touche et l'examplaire
De chou c'on doit laissier et faire.

¶ 3. **FRANCI**, Sic appellabantur ii qui magnos dies seu assisias publicas et generales Parium Franciæ tenebant. Ita D. *De Lauriere* in notis ad Edictum Philippi VI. ann. 1344. tom. 2. Ordinat. Regum Franc. pag. 214. ubi illud e veteri Parlamenti stylo part. 1. cap. 23. § 1. refert : *Ubi quis appellavit ab hominibus alicujus Paris, qui super se habent homines Judicantes in curia dicta Paris, qui dicuntur Franci.*

1. **FRANCIA**, Gallia, a Francis, qui eam invaserunt, et Romanis abstulerunt, dicta. Primus autem hac appellatione Galliam donasse dicitur Gregorius M. lib. 4. Epist. 31. ad Mauricium Imp. et lib. 6. Epist. 33. quam prioribus eorum sedibus tribuit præ cæteris Nummus Constantini Imperatoris, quem alibi proferimus, in cujus aversa parte FRANCIA legitur.

☞ Longe ante Gregorium M. Galliam nomine Franciæ designavit Eumenius in Panegyrico Constantino filio Constantii dicto : *Quid loquar rursus intimas Franciæ nationes non jam ab his locis, quæ olim Romani invaserunt, sed a propriis ex origine suis sedibus, atque ab ultimis Barbariæ litoribus avulsas, ut in desertis Galliæ regionibus collocatæ, etiam pacem Romani imperii cultu juvarent, et arma dilectu?* Infra : *Affecisti pœna temeritatis Reges ipsos Franciæ, qui per absentiam patris tui pacem violaverant.*

At posterioribus sæculis, et potissimum sub prima et secunda Regum nostrorum stirpe, cum Francorum Imperium et dominatio in exteras regiones, atque adeo longinquas sese protendisset, Franciæ nomine intellectæ eæ omnes, quæ Francis parebant, aut paruerant. Id vero ab eo manavit, quod Reges harum provinciarum a Francis orti, et a Francia digressi, sese indidem *Francorum*, non autem regionum, quibus imperabant, Reges inscriberent, uti observatum ab Ottone Frising. lib. 6. cap. 17. et Sirmondo ad Capit. Caroli C. tit. 1.

In primis vero Germania hacce appellatione innotuit, quod ea provincia diu Francis nostris paruerit, ut constat ex Eginhardo ann. 820. 823. Hermanno Contracto ann. 838. et aliis Rerum Francicarum Scriptoribus : unde etiamnum Franconiæ nomen inditum. Lexicon MS. Gr. Reg. Cod. 2062 : Γερμανικός, ὁ Φράγκος. Vetus Scholiastes Juvenal. Stat. 4. de Cattis : *Gentes Germanorum sive Francorum.* Et S. Hieronymus in Vita S. Hilarionis : *Inter Saxones quippe et Alemannos gens ejus non tam lata quam valida, apud Historicos Germania, nunc vero Francia vocatur.*

Cum igitur tam late sese diffudisset Francorum nomen et virtus bellica, et in exteras ac remotas Europæ regiones sese propagasset eorum Imperium, inde factum, ut Græci non modo, sed et Saraceni, Arabes, et Abyssini Europæanos populos *Francorum* nomine donarint. Monachus Sangall. lib. 1. de Carolo M. cap. 11 : *In illo tempore propter excellentiam Caroli, Galli et Aquitani, Edui et Hispani, Alamanni et Bajoarii, non parum insignitos se gloriabantur, si vel nomine Francorum servorum censeri mererentur.* Georg. Monachus S. Sabæ apud Eulogium lib. 2. Memorial. cap. 10 : *Cœpi cogitationibus variis æstuare, ut aut proprium solum reviserem, aut regna Christianorum, id est, Franciam peterem.* Luithprandus in Legat. : *Residentibus nobis ad mensam, ... ex Francis, quo nomine tam Latinos, quam Teutones comprehendit, ludum habuit.* Id potissimum observatum a Guiberto in Hist. Hieros. lib. 2. cap. 1. Conrado Usperg. in Henrico IV. Vincentio Belvacensi lib. 30. cap. 87. lib. 31. cap. 146. Abulfeda pag. 4. Josepho Barbaro in Itinerario in Persiam pag. 465. Belono lib. 2. Observ. cap. 8. 85. Damiano a Goes tom. 2. Hist. Hisp. Gabriele Sionita ad Geograph. Nub. Clim. 4. part. 1. Abrahamo Echellensi in Hist. Arabum cap. 5. etc.

FRANCIA ANTIQUA, Franconia, vetus Francorum sedes, quam *Francorum Regionem* vocat Hieronymus in Chron. ann. 377. *Franciam* supradictus Constantini M. Nummus. Ita porro appellatur ab eodem Hieronymo in Vita Hilarionis, et a Monacho Sangallensi lib. 1. cap. 25. et lib. 2. cap. 16.

☞ Errat Cangius, si fides Schiltero; neque enim Franconia, inquit, *Francia Antiqua* usquam appellata est. Cangio præivit Erasmus ad Epistolam S. Hieron. 51. qua in re et ipse quoque falsus est. Monet iterum Schilterus Franconiam non Germaniam ipsam esse, sed partem Franciæ Orientalis transrhenanæ, cujus fines indicat Chron. magn. Belg. : *Franconia pars Alemanniæ intra Rhenum et Danubium in qua Bamberg.* Interdum *Francia* nude dicitur. Eckeardus Jun. de Casib. S. Galli cap. 1 : *Nondum Suevia in Ducatum erat redacta, sed fisco regio peculiariter parebat, sicut hodie et Francia. Procurabant ambas Cameræ, quos sic vocabant nuncii : Franciam ad Alpes tum Werinhere.* [** *Regnum Francorum* pro *Germanorum*, in chart. Wernher. Argentin. Episc. ann. 1004. in Alsat. Diplom. tom. 1. pag. 147 : *Pro statu regni Francorum et domini mei Heinrici dilectione, etc.* Ita *Reges Francorum*, i. e. Germanorum, in chart. ann. 959. ibid. pag. 113.]

FRANCIA GALLICANA, in Chron. Laurisham. pag. 69.

FRANCIA INTERIOR, Gallia ipsa, ad discrimen ulterioris, seu Germanicæ. S. Eulogius Archiep. Toletan. in Epist. ad Willesindum Pampilon. Episc. : *Quos vulgi opinio negotiatorum cohortibus interesse nuper ab ulterioris Franciæ gremio ibidem descendentibus jactitabat. Deinde urbi appropinquans negotiantes quidem reperi, peregrinos autem meos eorum relatione apud Moguntiam nobilissimam Bajoariæ civitatem exulasse cognovi. Et verum fuisse hoc negotiatorum nuncium regredientibus .... ab Interiori Francia fratribus nostris didicimus.*

FRANCIA LATINA, Gallia ipsa, Wipponi de Bello Saxon. pag. 112. Vetus Chronicon apud Lambecium lib. 2. Commentar. de Biblioth. Cæsarea pag. 394 : *Hic divisio acta inter Theutones Francos, et Latinos Francos.*

FRANCIA MAGNA, Μεγάλη Φραγκία, Germania, apud Constantinum de Adm. Imp. cap. 26. 29.

FRANCIA MEDIA, quæ inter Austriam et Neustriam interjacet, in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. num. 57.

FRANCIA NOVA, Neustria, quæ distinguitur ab Austria. Albericus : *Successit ei in regno filius ejus Clodoveus in Neustria, id est, Nova Francia, per annos 17. vivente adhuc Sigeberto in Austria.* In veteri Notitia præfixa tom. 1. Hist. Franc. : *Senonensium Archiepiscopus, Franciæ Novæ Archiepiscopus nominatur.* Vetus Notitia apud Dominicum : *Civitas Parisius, civitas Aurelianis, ubi deficit Nova Francia.*

FRANCIA OCCIDENTALIS, Gallia, Francia proprie dicta, [et quidem κατ' ἐξοχήν, etiam ante Sigebertum ann. 844.] Occurrit apud Ottonem Frising. lib. 5. cap. 35. lib. 6. cap. 17. Albert. Aq. lib. 8. cap. 6. Asserum de Ælfridi rebus gest. ann. 884. 886. [Pactum Bonnense inter Carolum Simplicem Franciæ, et Henricum Aucupem Germaniæ Reges ann. 921. apud Aubert. Miræum tom. 1. pag. 37 : *Anno vero regni Domini et gloriosissimi Regis Francorum Occidentalium Caroli 29. redintegrante 24.... anno quoque regni Domini et magnificentissimi Regis Francorum Orientalium Henrici 3.*]

FRANCIA ORIENTALIS, dicta Germania, ad discrimen Franciæ Occidentalis, seu Galliæ. Annales Francor. Metenses ann. 688 : *Pipinus Orientalium Francorum, quos illi propria lingua Osterlandos vocant, suscepit principatum.* Ubi *Osterland* idem valet ac *Austrasia*, seu *Austria*, de qua voce supra egimus. Unde passim legere est, Reges et Imperatores Germanicos sese subinde *Francorum Reges* aut *Imperatores* inscripsisse, licet non essent de stirpe Regum Francicorum orti. Vide Ditmarum lib. 6. pag. 60. Harigerum Abbat. in Vita sancti Landoaldi n. 12. Vitam B. Mathildis Reginæ n. 2. Crantzium in Metrop. lib. 4. cap. 13. etc.

☞ Qui fuerint Franciæ Orientalis limites discimus ex Gothofredo Viterb. ad ann. 881 : *Arnulphus totam Franciam Orientalem, quæ hodie Teutonicum regnum vocatur, id est, Bavariam, Sueviam, Saxoniam, Thuringiam, Frisiam et Lotharingiam rexit : Occidentalem vero Franciam Odo tenuit.* Wippo in Vita Conradi Imper. pag. 430 : *E Saxonia Boiariam et Orientalem Franciam pertransiens, ad Alemanniam pervenit.*

FRANCIA ORIENTALIS, Gallia ipsa, respectu Angliæ, apud Asserum de Ælfredi rebus gest. ann. 880.

Digitized by Google

* Chron. Mediol. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 1021 : *Sciendum est quod ultra montes fuit duplex Francia. Una dicitur Francia Orientalis, ubi est Magancia caput regni, unde et dicitur Francia Magnanciæ. Et hinc natus est Carolus Magnus eum tota sua posteritate. Alia dicitur Francia Occidentalis, ubi est Parisius, quæ quondam dicta fuit Provinci aGaudiana, et postea dicta est Francigena, a Franchis superata.* An a *Gaudus*, nemus, silva, accersenda hæc ultima appellatio? Vide *Gualdus*.

Francia Romana, Gallia, sic dicta, inquit Albericus ann. 939. *non a Roma, sed a lingua Romana*, apud Luithprandum lib. 1. cap. 6. Ottonem Frising. lib. 7. cap. 15. et Albertum Aquens. lib. 1. cap. 9. 17. lib. 3. cap. 30. *Gallia Romana*, apud Contin. Reginonis ann. 939.

Francia, seu *Gallia secunda*, apud Lambertum Tuitiensem in Vita S. Heriberti Archiep. Colon. n. 22. est Francia nostra.

Francia Sequanorum, Senonensis provincia, quæ circa Sequanam fluvium limites suos habet, quæ *Francia Senonensis*, in veteri Notitia Galliæ appellatur. Acta Conversionis S. Huberti Comitis tom. 1. Hist. Franc. pag. 678 : *Hic, quia prudentis erat ingenii, considerans Ebroinum ad omnem malitiam promptissimum, execratus omnes actus illius, Franciam Sequanorum deseruit, et in Austrium apud Pipinum Ducem... se contulit.*

Francia Theutonica, Franconia, apud Lambertum Schafnaburg. pag. 242. [Minus recte, ex contextu enim potius Germania ad Rhenum intelligitur, quam Franconia.]

Francia Ulterior. Vide *Francia Interior*.

** Terra Francorum. Arnulf. Conc. Tribur. ann. 895. ap. Pertz. Leg. tom. 1. pag. 559 : *Venit in villam regiam, videlicet Triburium, in Terra Francorum consistentem.*

* 2. **FRANCIA**, f. Prædii rustici species, sic appellata, quod *Francorum* et liberorum esset, idem quod *Francluisia* 1. Charta ann. 1069. in Chartul. Major. monast. pro pago Vindocin. ch. 32 : *Guismandus pater istius Guismandi tenebat de Otrudo quendam fevum in Francia, hoc est curtem de Hilmarensi.* Nisi regionem ultra Ligerim comparate ad Majus monasterium designatam putes.

* 3. **FRANCIA**, pro *Frangia*, Fimbria. Inventar. ann. 1497. tom. 2. Hist. Cassin. pag. 599. col. 2 : *Pannus pulpiti broccati albi cum Francia aurata.*

¶ **FRANCICUS Auri** vel *Argenti*. Vide in *Moneta regia*.

¶ **FRANCICUS Panis**, Placentæ genus. Vide in *Panis* 2.

FRANCIGENÆ, Anglis dicebantur omnes extranei, sive cogniti essent, sive incogniti, nisi Anglos se esse probassent per *Englescheriam*, inquit Bracton. lib. 3. tr. 2. cap. 15. § 2. 4. Vide *Englescheria*.

* Ita et Italis, quicumque Transmontani, *Francigenæ* appellabantur. Stat. Montis-reg. pag. 317 : *Statutum est quod quælibet persona, quæ extraxerit seu extrahi fecerit extra posse civitatis Montis-regalis aliquos pannos laneos coloritos seu telas subtiles de Ultramontanis seu Francigenis, exceptis telis, quæ ducuntur de versus sanctum Joannem de Muriana, etc.*

* Francigenæ Germanis Belgisque posteriorum temporùm, id est post Carolingos, non tam Franci, quam Francorum posteri vocabantur, ut notandum prorsus monet Joan. Nic. ab *Hontheim* tom. 1. Hist. Trevir. ad Gloss. Cæsar. Heisterbac. pag. 664. col. 2. ubi legitur : *Francigena enim fuit, qui scripsit librum antiquum, et multa barbara nomina in eo posuit secundum Gallicum.*

* Francigenæ, nescio qui capellani nuncupantur in ecclesia Carcassonensi. Stat. synod. ejusd. eccl. ann. 1270. cap. 11. ex Cod. reg. 1613 : *Præcipimus capellanis, et maxime Francigenis, quod habeant ordinarium et breviarium juxta formam ecclesiæ Carcassonensis.*

¶ **FRANCIGENATUS**, Gallus, e *Francis* oriundus. Hist. S. Florentii Salmur. apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 1100 :

Ut fuit ereptus Theobaldus Francigenatus
Terræ dux et herus post regem nobilis hujus.

* **FRANCIGENUS**, Francicus, Gallicus. Donizo in Præfat. ad lib. 2. de vita Mathild. comit. :

Hæc apices dictat, scit Teutonicam bene linguam.
Hæc loquitur lætam quin Francigenamque loquelam.

Epitaph. Silvest. II. PP. apud Baron. ad ann. 1003 :

Primum Gerbertus meruit Francigena sede
Rhemensis populi metropolim patriæ.

** **FRANCILIS Bannus**, Qualem debet Francus. Carol. C. Edict. Carisiac. ann. 861 : *Quilibet Francus homo convictus quia bonum denarium, id est merum et bene pensantem, post hunc bannum nostrum ejecerit, medietatem Francilis Banni componat.*

FRANCIGINI. Statutum Communis Bononiensis apud Ghirardaccum lib. 9. Hist. Bonon. pag. 279 : *Quod lusores azardi et bescazariæ, et incisores casei in ipsis scalis, et in platea Communis per decem perticas, nec etiam cantatores Franciginorum in plateis Communis ad cantandum,... omnino morari non possint, nec debeant, etc.* Forte ii, quos *Chanteurs de Romans*, Franci nostri vocabant.

¶ **FRANCILOGUS**, Sermo Gallicus. [* Vel qui idiomate Gallico loquitur.] Vita S. Ursmari tom. 2. Aprilis pag. 562 : *Infirmitas quæ dicitur gutteria Francilogo.*

¶ **FRANCIOSUS**, Francicus. Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 361 : *Morbo Francioso laborabat.*

¶ **FRANCIPLEGIA.** Vide in *Plegius*.

* 1. **FRANCIS**, Mensura frumentaria, eadem quæ supra *Francarium*. Charta ann. 1345. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 336 : *Acquisivit in ballivia Caturcensi montaneorum Arverniæ octo Frances siliginis, quæ valent tria sestaria et unam eminam .... Item tres Frances siliginis cum dimidio, quæ valent duos sestarios et tresdecim denarios.* Vide *Franciscus* 1. Hinc

* 2. **FRANCIS**, Modus agri, in Charta ann. 1196. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 169 : *Dimisit prædictus Bernardus dom. Jordano, ... scilicet in camino sancti Jacobi Frances omnes, pro quo* (f. per quos) *homines pergunt de Tolosa apud Auxim.*

¶ **FRANCISARE**, *More Francorum se habere, vel lingua eorum loqui.* Johan. de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Franciscare, Françoier, c'est soy avoir en parler, en maniere de François.*

FRANCISCA, Franciscus. Papias, Joan. de Janua, et Jacobus de Voragine scribunt, *Franciscas* dici *signa quædam instar securium, quæ Romæ ante Consules ferebantur, quæ erant in terrorem, in securitatem, et in honorem.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Francisca, Une maniere d'enseigne que l'en souloit porter devant les Consols ou Consules, comme haches.*] Certe Aimoino lib. 1. cap. 12. *Francisca* est spatha seu machæra, vel etiam bipennis, Gallis propria. Hincmarus in Vita S. Remigii : *Accepit autem Rex Franciscam ejus, quæ vocatur Bipenna, et projecit in terram.* Iisdem fere verbis Gesta Reg. Francor. cap. 10 : *Accepit autem Rex Franciscam ejus, quod est bipennis, et projecit in terram.* Et Flodoardus lib. 1. Hist. Remens. cap. 13 : *Spretisque ipsius armis, ejus Franciscam projecit in terram.* Bipennem appellavit paulo ante, ut et Greg. Tur. lib. 2. Hist. cap. 27. qui Francis securim propriam fuisse testatur lib. 9. cap. 35.

☞ Ejusmodi securim penes se habuit Borellus, quam *Franciscam* fuisse existimat; eam sic describit in Glossar. Gall.: Manubrium habet ferreum longitudinis trium circiter pedum, cavum intus, in cujus extremo securicula erat ad nutum mobilis, quæ cuspide retro munita cassides et scuta perfringere ac perforare poterat quam facillime. Erat præterea in manubrii cavo instrumentum quo milites, dum vacarent, annonam suam molere poterant. Verum non una fuit horum armorum species et forma.

Franciscus, Eadem notione. Papias, ex Isidoro lib. 18. cap. 6 : *Franciscæ signa sunt, quæ Hispani ab usu Francorum Franciscos vocant, quæ ante Consules ferebantur, quæ Secures dicuntur.* Vide Anastasim Childerici cap. 14.

** **FRANCISCA Nota.** Ademar. Histor. lib. 2. cap. 8 : *Omnes Franciæ cantores didicerunt notam Romanam, quam nunc vocant Notam Franciscam.* Vide in *Nota*, 2.

* **FRANCISCHUS Salix**, dicitur de salice comata, quæ *plansonus*, non salix, appellatur, quandiu comam non habet. Vide *Plansonus*. Stat. Placent. lib. 5. fol. 65. r° : *Item quicumque destruxerit salices Francischos et piantonos, et insedumina novella, solvat communi Placentiæ soldos viginti, pro quolibet salice et piantono.*

1. **FRANCISCI**, Franci, Galli, Φραντζίσκοι, Nicetæ in Isaacio et Alexio num. 2. et Pachymeri lib. 3. cap. 8. Utuntur non semel Scriptores, Leo Ostiensis lib. 1. cap. 64. Hariulfus lib. 1. cap. 15. lib. 3. cap. 10. 25. lib. 4. cap. 32. Dudo de Morib. Norman. passim, Nangius in Chr. ann. 1182. [Chron. Parmense ad ann. 1282. apud Murator. tom. 9. col. 802.] etc. *Solidi Francisci.* Vide *Solidus. Scara Francisca*, in Annal. Franc. ann. 778. *Francisca lingua*, pro Gallica. Hermoldus Nigellus lib. 1. de Ludovico Pio :

Seu quis Franciscam mavult reserare loquelam,
Nominis ut possit noscere notitiam.

Digitized by Google

[* Germanos hac appellatione designatos apud Hermold. Nigell. auctor est Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 1020.] In Epitaphio Gregorii V. PP. in Æde Vaticana :

Usus Francisca, vulgari, et voce Latina,
Instituit populos eloquio triplici.

Et in Gestis Consulum Andegav. cap. 6. n. 6. *Francisce componere*, apud Ottridum in Epist. ad Liutbertum Archiep. Mogunt. *Franciscus habitus*, apud Aimoinum lib. 5. cap. 33. *Syndon Francisca*, in Charta ann. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1275. *Vestitus patrius, id est, Franciscus*, apud Eginhardum in Vita Caroli M. pag. 102. *Cuspis Franciscus, miles Franciscus, Franciscus mos*, apud laudatum Hermoldum. Lana Gallica Italis dicitur *Francisca*, teste Polydoro Virgilio lib. 1. Hist. Anglic. Quippe veteres Etrusci *Franciscos* appellabant, quos alii *Francos*. Ita Joan. Villaneus lib. 2. cap. 18. et alibi non semel.

Hanc vero enuntiationem mutuati videntur populi omnes a Longobardis, aut Sclavis, qui gentilitia et appellativa nomina efferebant plerumque in *isc*, quod potissimum solenne est etiamnum Dalmatis. A Sclavis Anglo-Saxones hauserunt eum morem, apud quos *Romanisc* est Romanus : *Lundenisc*, Londoniensis, etc. In veteri Charta apud Perardum in Burgund. pag. 26. et 27. *Saraceniscus*, *Longobardiscus*, legitur. Ita *Thraciscus* apud Capitolinum et Jornandem de Rebus Geticis in Maximino : *Spaniscus*, non semel apud Anastasium : *Hunniscus*, apud Vegetium lib. 4. Art. veterin. cap. 6. et Monachum Sangall. lib. 2. in Præfat. *Frigiscus*, apud eumdem Veget. *Teutiscus*, *Metiscus*, apud Mon. Sangall. lib. 1. cap. 11. *Sclaviscus*, in Annal. Franc. Fuld. ann. 871. *Græciscus*, apud Gerbertum Epist. 153. *Daciscus*, in Notitia Imper. etc.

2. **FRANCISCI**, Hæretici quidam quorum mentio fit in Constitut. Friderici Imp. contra Patarenos apud Waddingum ann. 1254. n. 16.

¶ 1. **FRANCISCUS**, Mensura frumentaria. Charta anu. 1143. apud Baluz. Histor. Tutel. col. 475 : *In unoquoque ipsorum mansorum quatuor denarios, et unum gallum, et unum Franciscum frumenti, et quatuor sextarios de civada.* Vide alia notione in *Francisca*. [* Vide supra *Francarium* et *Francis* 1.]

* 2. **FRANCISCUS** appellatus primum videtur, quicumque Francos frequentabat, dehinc nomen proprium esse cœpit. Sic *Francisci* nomen ter repetitur in Charta XI. sæculi ex Chartul. Major. monast. ch. 61. Occurrit etiam quidam *Franciscus* absolute nominatus in Chartul. Dunensi, scripto incunte sæculo XII. teste Mabillonio tom. 5. Annal. Bened. pag. 438. Ita et Fratrum Minorum institutor, qui Joannes Bernardo appellabatur, *Francisci* nomine insignis est; sub cujus titulo, anno post ejus mortem trigesimo secundo, consecratum fuisse altare in ecclesia Corboliensi discimus ex Lit. S. Ludov. ann. 1258. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 466 : *In quo* (oratorio) *etiam duo parva altaria constructa sunt; quorum unum, illud scilicet quod a dextris est, in honore beati Francisci; et aliud a sinistris in honore beati Petri martyris de ordine Fratrum Prædicatorum, decrevimus construenda.*

FRANCITAS. Surita lib. 1. Indic. Arag. æra 882 : *Carolus Calvus Francorum Rex Barcinonensibus, sive Hispani, sive Gothi essent, immunitatem libertatemque elargitur, qua Franci uti assueverant, permittitque, ut Gothicis legibus jura inter se foraque constituant. Immunitas ea a Francis in Hispania Frankitas dicta. Francorum enim nationem Germanicam Germanis reliquis et Frisiis commodiore immunitatis conditione antetulerat.* Idem æra 1148 : *Ut oppidum coleretur habitareturque, civibus Frankitatis, id est, ingenuitatis ornamenta ab Imperatore præstantur.*

FRANQUITAS, Idem quod *Franchisia, Salvitas, Libertas, Salvatio, Salvamentum, etc.* Locus scilicet, cujus incolæ jure gaudent immunitatis, cujus tamen ratione præstatio dominis fiebat. Historia Abbatiæ Condomensis pag. 457 : *In isto Cœnobio Sanctimonialis effecta dedit quandam Franquitatem Darsimam, etc.* Pag. 486. et 488. *Francdad* idem sonat, ubi forte *Francitad* legendum. Vide Foros Regni Aragon. f. 129. *Libertas, Salvitas*, [et *Francdad* suo loco.]

Nescio, an alia notione hanc vocem usurpent Fori Bigorrenses art. 36 : *Francitatem coopertam nemo emat, vel discooperire faciat, ut postea possit emere : quod si fecerit, servitium Comiti, sicut quilibet, persolvat, aut dimittat.*

¶ **FRANQUITAS**, Immunitas a quolibet servitio et censu. Charta Berengarii Comit. Barcinon. ann. 1025. in Append. ad Marcam Hisp. col. 1038 : *Fecimus omnibus suprascriptis et ipsis qui post vos futuri erunt habitatores prædictorum locorum, scilicet qui jurejurando nobis fidelitatem et adjutorium firmaveritis et firmaverint, hanc nostræ munificentiæ retributionem, ut abinceps quidem omnes Franquitates aliaque vestra omnia quæ hodie franca habetis sive habebitis, cum omnipotentis Dei juvamine et nostra confirmatione sine ullius inquietudine teneatis atque possideatis; ita ut nullus nostrorum... franca vestra omnia prædicta, sive illa quæ pertinent ad Franquitatem prædictæ villæ.... pertentet auferre, aut in quocumque divellere sive corrumpere. Pascuata quoque et ligna et aquas et conversiones aquarum, fontes, et exitus atque egressus spatia quæ ad vocem prædictarum Franquitatum pertinent, libere habeatis, et pro iis ullum servitium census nobis aut alicui homini minime faciatis.* Acta B. Raymundi Lulli tom. 5. Junii pag. 651 : *Ex alio Instrumento liquet, præfatum Infantem Jacobum... confirmasse et jurasse omnia privilegia, Franquitates, cavallerias, donationes et concessiones habitatoribus Majoricarum datas.*

* **FRANCIUS**, Francicus. *Regnum Francium*, in Charta ann. 1239. ex Chartul. AD. S. Germ. Prat. fol. 103. v°. col. 2.

* **FRANCIZARE**, *Parler François*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide *Francisare*.

FRANCLAND, **FRANCLING**. Vide *Franchilanus*.

* **FRANCOFORDIENSIS** vel **FRANCOFURTENSIS MONETA**, Cujus typi exhibentur in quodam Chron. sub ann. 1340. Consule Schlegel. in Dissert. de Numm. ant. Gothan. etc. edit. ann. 1717. 4°. pag. 28. et 30.

¶ **FRANCOLENSIS**, Idem qui *Franchilanus*, seu libere tenens. Liber niger Scaccarii pag. 77 : *Super dominium ecclesiæ sunt froda trium militum et dimidii, cum tenura Francolensium in villa Cernell.*

** **FRANCONIA**, Francia Germanica, unde *Franconicus*, etc. Passim.

* **FRANCUM**, Territorium, cujus incolæ jure gaudent immunitatis. Celeberrimum est *Francum Brugense*, pro cujus libertatibus extat Charta Phil. comit. Fland. in Cam. Comput. Insul. *Les loys du Franc*, in Ch. ann. 1323. ex ead. Cam. *Franc*, pro Stabulo porcario, in Lit. remiss. ann. 1390. ex Reg. 140. Chartoph reg. ch. 19 : *Pour un pourcel que le suppliant avoit emblé par nuit . . . . en un Franc à porceaulx. Au plus Franc* nude, Ludi genus, quod *Franc du quarreau* vulgo dicitur, in aliis Lit. ann. 1418. ex Reg. 170. ch. 271 : *Pluseurs compaignons commencerent à jouer au jeu, que on dit au plus Franc.*

¶ **FRANCUM MESUM**, Agri portio quæ a liberæ conditionis hominibus colitur, vel quæ servilibus obnoxia non est. Charta Officialis Paris. ann. 1242. ex Tabul. Sangerm. : *Recognoverunt coram nobis se vendidisse,.... duo arpenta terræ arabilis sita in uno tenenti quæ dicebant se habere... in censiva dictorum Abbatis et Conventus, onerata in duobus denariis Paris. annuatim de Franco meso tantummodo, ut dicebant.* Vide *Mansus*.

* **FRANCUM-MOLITUM**, Gall. *Francmolu*, Immunitas a pensitatione pro frumenti molitura. Chartul. Corb. sign. *Ezechiel* ad ann. 1421. fol. 108. v° : *Et doit avoir ledit fermier et ara Franc-molu à nos mollins de Corbie.* Vide *Molta*, 2.

FRANCUM PLEGIUM. Vide *Plegius*.

FRANC-VINUM, seu *Francum vinum*, quasi *Franc vin*. Charta Hugonis Ducis Burgundiæ ann. 1253. apud Perardum pag. 476 : *Bannum trullorum, furnorum, vinorum, nemorum, vindemiarum, Francvinis, mercatus, etc.* [Vide in *Franci* 1.]

¶ **FRANCUS**. Vide *Franci* 1.

¶ **FRANCUS-RESPECTUS**, Habere tenementum in *Franco-respectu*, est tenere seu possidere agrum ab omni censu sive præstatione annua liberum et immunem. Chartular. SS. Trinitatis Cadom. fol. 29 : *Eduardus tenet 2. virgas et dat inde 7. sol. per annum, et alias 2. virgas in Franco respectu.* Vide *Respectus*.

* **FRANDEGULUM**, Fundibulum, machina oppugnatoria, qua jactantur lapides. Hist. belli Forojul. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1206 : *Finaliter nostri ferventi animo cum balistreriis nostris, arcubus, mazzafrustis, Frandegulis, lapidibus ipsis taliter infestantes, quod ab inde recedere sunt coacti.* Vide *Fundabulum*.

* **FRANGA**, a Gallico *Frange*, Fimbria. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. reg. : *Item una stola et unus manipu-*

Digitized by Google

lus, . . . in quibus a longo tempore defficiunt septem Frangæ et plures perlæ. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1492 : *Item pro annulis cupreis, Frangis rubeis et filo rubro, pro reparando cortinas rubeas, etc.* Vide *Frangia.*

* **FRANGERE**, nude, pro In culturam redigere. Charta ann. 1056. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Donamus unum mansum, quem Fregit homo, nomine Ansoardus.*

FRANGERE. Vide in *Juramentum.*

¶ **FRANGIA**, Vox Italica, Gall. *Frange*, Fimbria. Occurrit in Translatione S. Antonini, Maii tom. 1. pag. 768. et Inventario Eccl. Aniciensis ann. 1444.

¶ **FRANGIATUS.** Vide *Fragiatus.*

* **FRANKITAS.** Vide *Francitas.*

* **FRANQUALICIA.** Vide supra *Francalicia.*

* **FRANQUARE**, Ingenuum, *francum* facere ex servo, manumittere, Ital. *Francare*, Gall. *Affranchir.* Lit. ann. 1360. in Reg. Joan. ducis Bitur. ex Cam. Comput. Paris. fol. 92. r° : *Donamus plenam auctoritatem . . . . nobilitandi, legitimandi, admortizandi, Franquandi seu servos liberaux faciendi, etc,* Vide *Franchire.*

¶ **FRANQUESIA.** Vide *Franchesia* 2. 3. 4.

FRANQUILLINUS, Avis species, de qua Fridericus II. lib. 1. de Venat. cap. 9.

* Attagen, phasiani species, Ital. *Francolino*, nostris *Francolin.*

* **FRANQUINTUS**, Libertas, jus, privilegium, immunitas. Charta ann. 1147. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 520 : *Insuper confirmo et laudo omnibus hominibus Tolosæ et suburbii manentibus et mansuris, illos bonos mores et Franquintos quos habebant, et quos eis dedi et feci.* Vide in *Francitas.*

* **FRANQUISITIO**, Immunitas, juris alicujus cessio. Pactum inter prior. eccl. de Fontibus et consul. ejusd. villæ ann. 1310. in Reg. 46. Chartoph. reg. ch. 33 : *Præterea fuit actum quod consules . . . . . acquirere et assignare et asseciare dicto priori . . . . teneantur pro liberatione, quittatione et Franquisitione decimarum . . . . quadraginta libras Caturcenses renduales.*

¶ **FRANQUITAS.** Vide *Francitas.*

* **FRANQUITUDO**, Eadem notione atque *Franquintus.* Constit. Jacobi II. reg. Aragon. ann. 1301 : *Statuimus quod omnia privilegia, Franquitudines, libertates, constitutiones et consuetudines, et etiam usantias quas habent, etc.*

* **FRANSIRE**, Frangere, triturare. Stat. datiar. Riper. cap. 9. fol. 17. v° : *Quod de cætero credatur dicto cujuslibet personæ cum ejus sacramento de damno, quod dicet sibi fore datum seu factum per molinarium, qui macinasset sibi aliquod granum suum, vel grana, seu Fransisset farrum vel farinam, etc.*

¶ **FRANTZCHI.** Bernhardus *de Breydenbach* Itiner. Hierosol. pag. 165 : *Sunt... in Hierosolymis quidam orthodoxe fidei devoti professores, viri religiosi, qui a ceteris nationibus ibidem, ut sunt, Latini, a Sarracenis vero Frantzchi, (sunt equidem filii et fratres S. Francisci) a nobis autem Fratres Minores... apvellantur.*

* **FRANUM**, pro Frenum, non semel, in Comput. Ms. ann. 1239.

¶ **FRANZERE**, pro Frangere. Vide *Mollegium.*

¶ **FRAPATURA**, f. pro *Fractatura*, *Frectatura*, vel *Frictatura.* Litteræ Caroli V. Fr. Reg. ann. 1367. de Forma vestium : *Item, quod nulla ipsarum* (mulierum) *audeat portare aliquam Frapaturam in suis capuciis, vechis vel caragiis capuciorum, aut manicis vestium suarum, aut in pannis profundis vestium suarum, vel aliis partibus ipsarum vestium.* Vide *Frecta.* [* Idem quod mox *Frappa.*]

* **FRAPPA**, vox Italica, Lemnisci, Gall. *Rubans.* Concil. Labbæi tom. 12. col. 800 : *Hujusmodi familiarium vestes non sint breviores genu, nec diversorum colorum, nec cum scissuris, Frappis vel brodaturis. Freppis*, apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 244. Unde nostris *Ferpe.* Vide in *Frepatæ Vestes* et *Fres.* Ab hac forsitan voce, qua superfluum ornamentum significatur, accersendum vocabulum *Frappail*, quo designantur bello inutiles, in Hist. chronol. Caroli VII. pag. 407 : *Et seroient chassez dehors tout le demourant du Frappail.*

¶ **FRARAGIUM**, **FRARESCHIA**, **FRARIRSIA.** Vide *Fraternitas* 6.

* **FRARESCHIA**, Soror uterina, ut videtur. Reg. *Olim* parlam. Paris. ad ann. 1302. fol. 105 : *Cum Johannes de Lay pro se et Frareschia sua, natis de Basilia de Pruvino matre ipsorum, conquestus fuerit etc.* Alia notione, vide in *Fraternitas* 6.

* **FRARII HOMINES**, in Chartul. monast. Septem font. *Frarin* in malam partem accipitur, in Bestiar. Ms. :

Nous sommes ses fils, ses pouchins,
Qui comme mauvais et Frarins,
Notre seigneur en vis lérimes,
Quant nous par devant lui servimes.

Le Roman de *Garin* :

Que tu n'es mie ne garçon, ne Frarin.

Pro Calamitoso usurpatur tom. 2. Fabul. pag. 53 :

La bone fame à vous s'atent,
Qui est moult poure et moult Frarine.

¶ **FRASCA**, **FRASCHA**, Italis, Folium, ramusculus arboris, virgultorum fasciculus, Gall. *Feuillée, fascine.* Chron. Parmense apud Murator. tom. 9. col. 766 : *Carrocium Bononiensium captum fuit et strabucatum, et projectum fuit in quodam fossato et coopertum de Fraschis.* Chron. Domin. de Gravina apud eumdem tom. 12. col. 674 : *Fecerunt etiam Capitanii ipsi.... ligna plurima seu Frascas incidere, et cum eis et ex eis fossatis adhæreant et fossatos faciant onerare.* Hinc

FRASCARIUM, Locus arbustis consitus : est enim *Frasca* Italis folium, vel ramusculus arboris : unde *frascati*, pro fascibus ramorum. Hinc etiam *Frascheggiare*, nostri *Faire Frasque*, pro illudere, metaphora ducta ab his, qui ramusculis aut bacillis aliis illudunt. Hispani pariter *Frascas*, ramos siccos vocant. Charta ann. 1003. apud Ughellum tom. 2. pag. 137 : *Id est, terra arabili vineata cum Frascario super se habente.* Occurrit præterea in alia Grimoaldi Archiep. Pisani tom. 3. pag. 404. et alia tom. 4. pag. 1283. in Chronico Benev. S. Sophiæ pag. 665. etc. Vide Oct. Ferrarium in Originibus Italicis.

¶ **FRASCATA**, Idem quod *Frascarium.* Rolandinus Patav. lib. 6. de Gestis in Marchia Tarvisina cap. 18 : *Stabat sub Frascata sive laubia quadam, quæ erat prope ad domum pontis Altinati, ubi quotidie cum multis militibus et burgensibus morabatur.*

FRASCETUS. Rafanus de Caresinis in Chron. MSS. ann. 1379 : *Navigantibus nobis absque strepitu et cum ordine magno, imposito etiam Comitis ut sibloti sive Frasceti silerent.* [*Falsceti*, apud Murator. tom. 12. col. 450.] Id est, qui fistula canunt, nostris *sifflets.*

* **FRASCHETUM**, Locus arbustis consitus, diminut. a *Frascarium.* Stat. Vercel. lib. 5. pag. 125. v° : *Item quod nemini licitum sit pascare in nemore, altineto, insula, salexeto, novelleto, Frascheto, spinetis, etc.*

* **FRASCHISSA** vel **FRASCHISSUM**, Ansa ferrea, ut videtur, Gall. *Crampon :* Hispan. *Frasqueta* est Ferrea quadra in typographia. Comput. ann. 1373. inter Probat. tom. 2. Hist Nem. pag. 326. col. 1 : *Pro faciendo cathedram et bancalia, et alia quæ erant necessaria in dictis scolis, videlicet tam pro fusta, cayronibus, tam etiam pro calce et arena, clavellis et Franchissis et pro aliis ferrementis, et etiam pro aliis causis in dictis scolis necessariis.*

* **FRASCINGA**, ut *Friscinga.* Vide in hac voce. Notit. ann. 851. ex Chartul. Lemov. in Cod. reg. 9612. T : *Molendina, silvas, Frascingas, pullos, operas, et omnia beneficia ex jam dicta villa exigentia, totum quæsivit jam dictus advocatus Guntramno ad opus matriculariorum S. Stephani altaris pertinentium.*

* **FRASCUS**, f. pro *Fiascus*, ab Italico *Fiasco*, Lagena, œnophorum. Inventar. ann. 1361. ex Tabul. D. Venciæ : *Item duos Frascos de estagno.* Vide supra *Flascus.*

¶ **FRASCHA.** Vide *Frasca.*

FRASENUM, [vel **FRAZENUM**, f. Ramusculus, ab Italo *Frasca*, quod idem est. Nota vero ratio investiendi per *ramum.* Vide *Investitura.*] Vetus Instrumentum ann. 1143. apud Georgium Pilonum in Hist. Bellunensi pag. 76. v° : *Eodem die misit D. Decanum prædictæ Ecclesiæ in tenutam, per Frazenum unum.*

¶ **FRASINGIA.** Vide *Friscinga.*

¶ **FRASITTO.** Pactus Leg. Salicæ tit. 32. § 13 : *Si quis nasum alteri excusserit, malb. Frasitto*, MDCCC. *denar. qui faciunt sol.* XLV. *culpabilis judicetur.* Ubi Eccardus legendum suspicatur *Frasicto*, quod proprie partem faciei prominentiorem notat, a *Fra, vor,* Ante, et *Sichte, gesichte,* Facies. Sed cum insolens sit apud veteres hæc locutio, pro *Frasitto* legendum potius censet *Nasicti*, vel distinctius *Nase sicto* vel *sichte*, quo verba *Nasum excusserit* redduntur. *Nasnitto* emendandum putat Schilterus et *Nas* et *Snitt, Sneiden*, Nasi abscisio.

¶ **FRASIUM**, Expensum, ut videtur, Gall. *Frais, coût.* Statuta Reipubl. Genuens. lib. 5. cap. 7 : *De deductione facienda in restitutione dotium. Quotiescumque dos veniet restituenda, is per quem fieri debebit*

Digitized by Google

restitutio possit ex summa dotium pro Frasiis in se, ut infra, videlicet, etc. Si vero nunquam fuisset secuta transductio seu cohabitatio uxoris in domo mariti, vel mariti in domo uxoris, non possit aliquid retineri pro Frasiis.

* **FRASNEA** et **FRASNEIA**, Fraxinetum, Ital. *Frassineto*, Gall. *Fresnaie*. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 62. r° : *Calumniabatur nobis Frasnetam, quam vendiderat simulque donaverat sancto Joanni.* Infra fol. 69. v°. *Frasnea.* Vide infra *Frassinus.*

¶ **FRASSA**, f. Mesenterium vitulinum, quod Gallice dicimus *Fraise de veau.* Liber Annivers. et censuum Monasterii Sangerman. fol. 77 : *Cum una droittura, quæ valet anno quolibet unum sextarium ordei, unum caponem et unam Frassam.*

¶ **FRASSELLUS**, Currus species, ni fallor. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1331. pro Monachis Bonæ-vallis : *Licet essent et fuissent per tempus sufficiens in possessione et saisina.... recipiendi in pratis Bonæ-vallis mareschaucies in quadregiis et Frassellis usque ad festum B. Johannis.* Vide in *Friscinga.*

* F. duabus rotis constans; quadrigæ enim opponi videtur : nisi sit Fasciculus, Gall. *Botte*, a *Frasca.* Vide in hac voce.

FRASSETUM, in Inquisit. apud Lanc. in Comitatu Cornubiæ coram Justitiario Aud. ann. 6. Edw. I. significat *a wood*, seu *ground that is woodie.* Ita Edw. Cokus ad Littleton. sect. 1.

¶ **FRASSINUS**, Fraxinus, species arboris, Gall. *Fréne.* Vide locum in *Jugo.*

* Nostris, *Fraische* et *Fraisse.* Leudæ major. Carcass. Mss : *Item pro cargua de astis de Fraische, ij. sol. Turon.* Ubi versio Gallica ann. 1344 : *Pour charge de piques, javelines et autres hastes de bois Fraisse, etc.* Porro hastæ ex fraxino confici solent. *Frasnel*, Ramusculus fraxineus, in Lit. remiss. ann. 1457. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1532 : *Lequel Arnoul.... avoit une happiette en l'une de ses mains, dont il avoit couppé ledit Frasnel.*

¶ **FRATALEA**, ut *Fratalia*, in Regiminibus Paduæ ad annum 1319.

FRATALIA, Confraternitas, ex Ital. *Fratalia*, in Chronico Paduano ann. 1393. post Rollandinum, semel ac iterum. [Adde Regimina Paduæ apud Murator. tom. 8. col. 385 : *Et anno præsenti* (1293.) *qualibet Fratalia Paduani Communis fecit suum confalonem singulariter, in quo erat picta armatura Communantiæ Paduæ et cujuslibet Fratalæ.* Quod sæpius ibidem recurrit.]

¶ **FRATEA**, In malam partem accipitur, nimirum pro societate Conjuratorum. Litteræ Willelmi Abrincensis Episc. ann. 1227. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 943 : *Omnes illos, qui ut præmissum est, conjuratores, colligatores, conspiratores, fautores, seu Frateas, interpositis juramentis, litteris, sive cartis, seu aliis promissionibus composuerunt.... excommunicamus.*

¶ **FRATELEA**, ut *Fratalia.* Regimina Paduæ ad ann. 1321. col. 463 : *Et in vigilia S. Luciæ natus est ei filius vocatus Milion, et baptizatus in Ecclesia S. Martini, et Gastaldiones Fratelearum tenuerunt illum ad baptisma.* Acta S. Antonii de Padua tom. 2. Junii pag. 703 : *Dominus Episcopus et omnes Ecclesiastici cum potestate et sua curia, et Fratelea populi, accederent ad Ecclesiam S. Antonii.*

* **FRATELLÆ DOMINÆ**, Moniales. Acta notar. Senens. ann. 1286. ex Cod. reg. 4725. fol. 82. r° : *Item* (relinquo) *quinque solidos Fratellis dominabus. Fratello*, Italis, Cœnobita vel sodalis.

¶ **FRATELLUM**, *a Frango, Stillicidium stercoris, ut sterquilinium, unde Fratere, Sordere, displicere vel tergere.* Johan. de Janua. Vide *Fracelli* et *Fritellum.*

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Fratellum, i. stillicidium stercoris, vel sterquilinii, Degout de chambres privées.*

¶ **FRATER**, Nomen consanguinitatis vel propinquitatis sive carnalis sive spiritualis. Hinc

FRATRES, invicem se appellabant Christiani, *quod unius Dei homines, quod consortes ejusdem fidei, et spei cohæredes;* ut ait Minutius, fraterno inter se more viverent : quod *et unum patrem Deum agnoscerent*, ut Tertullianus in Apologetico : quod essent *cum omnibus, quos sol videt, germanitatis necessitudine copulati*, ut Arnobius lib. 4. adversus Gentes : quod denique *omnes homines pro fratribus diligerent*, ut Lactantius lib. 5. cap. 10. S. Hieronymus adversus Helvidium cap. 8. ait in divinis Scripturis *Fratres* dici, *natura, gente, cognatione, affectu : affectu* quidem *Fratres* appellari, etc. *qui in duo scinditur, in spirituale et in commune. In spirituale, quia omnes Christiani Fratres vocamur, etc.* Neque porro licebat Christianis Gentiles fratrum appellatione donare. Vide Nomocanonem editum a Joan. Bapt. Cotelerio cap. 452.

FRATRES se invicem appellabant Reges. Vide Notas nostras ad Alexiadem et *Fraternitas*, 7. Sed et Imperatores, qui una Imperium administrabant, ut est apud Lactantium lib. de Mortibus Persecutor. num. 20.

FRATRES, Rectores Provinciarum et Comites appellabant Imperatores. Senator lib. 6. in Formula Rectoris Provinciæ : *Additur, quod a Principe Frater vocaris, ut nobilitate pretiosi nominis a vilitate criminum tollereris.* Hinc formula : *Frater amantissime*, de qua Brissonius lib. 3. Formul. pag. 353.

☞ Eodem honoris titulo donati Barones a Ludovico VII. Reg. Franc. in Conventione inter ipsum et Henricum Reg. Angl. apud Duchesn. tom. 4. pag. 434 : *Ego Ludovicus Rex Francorum, elegi tres Episcopos, Claremontensem, Nivernensem, Trecensem : et tres Barones, Comitem Theobaldum et Comitem Robertum et Petrum de Curtenei Fratres meos.*

FRATRES, Episcopos omnes vulgo compellant Summi Pontifices, ut Episcopi vicissim summos Pontifices : quod obtinuisse etiam post ann. 1400. observat vir doctissimus Joan. Launoius in Hist. Regii Navarræ Collegii Paris. pag. 540. Sed deceptum volunt quidam eruditi, penes quos est liber MS. ex quo id hauserat, itaque compellari Episcopum ab Episcopo, non vero summum Pontificem.

¶ **FRATRES**, nude, Cardinales vocantur in Fragm. Vitæ S. Bernardi sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 562 : *Quid Apostolicus mandaverit, quidve Fratres velint; quid Rex, quid Principes postulent, quid populus exoptat, multis edisserunt.*

FRATRES, dicti Monachi universim, id nominis a primis Christianis mutuati, uti ad Cinnamum docuimus pag. 433. [** Vide Glossar. med. Græcit. col. 22. voce Ἀδελφοί.] Etiam Militares Ordines. Ita

FRATRES DE PALMIS, apud Ordericum Vitalem lib. 13 : *Tunc Rotro Comes Moritoniæ cum Francis, et Episcopus Cæsar-Augustanus, cum Fratribus de Palmis, etc.* De his fratribus vide Marcam in Histor. Beneharn. lib. 5. cap. 21.

FRATRES S. SEPULCRI, tom. 8. Spicileg. pag. 368. 381. [in Chron. S. Bertini apud Marten. 3. Anecd. col. 596.] et

FRATERNITAS S. JACOBI, Compostellensis, apud Sanutum lib. 3. part. 11. cap. 13. [*Fratres S. Jacobi de Spata*, in Chron. S. Bertini apud Martenium loco mox laudato.] *Frairies*, ipsæ fraternitates Militares dictæ in Assisiis Hierosol. part. 2. cap. 21. Vide mox *Fratres Miliciæ S. Jacobi.*

FRATER ADVENIENS, Monachus hospes, advena, alterius Monasterii. Eckeardus Junior de Casib. S. Galli cap. 1 : *Et locum hospitis in refectorio haberet dum viveret,.... ut mansione ibi parata, crebro velut Frater Adveniens Abbati non esset onerosus, neque familiæ incommodus.*

* **FRATRES ALEMANI**, Iidem qui *Hospitalarii Teutonici*, ordo militaris ab Alemanno quodam institutus, unde nomen. Testam. Guil. milit. de castro Barco ann. 1319. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1940 : *Item relinquo pro anima mea secundum meum destrerium seu equum . . . . Fratribus Alemanis, et alium secundum meliorem relinquo fratribus de Hospitali S. Joannis de ultra mare.* Vide *Teutonicus Ordo.*

* **FRATRES APOSTOLI**. Vide supra *Apostoli* 6.

* **FRATRES ARMORUM**, Qui sub eodem vexillo militabant. Lit. remiss. ann. 1420. in Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 237 : *Jehan le Cambier, qui Freres d'armes estoit à icellui Cautain etc.* Vide Cangii Dissert. 21. ad Joinvillam.

* **FRATRES ASINORUM**, Iidem, qui *Fratres domus S. Maturini Parisius ordinis S. Trinitatis et Captivorum* appellantur, in Lit. Mariæ reginæ Franc. ann. 1294. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 131. r°. col. 2. Vide *Asinus* 2.

FRATER IN BAPTISMATE. Ægidius de Roia ann. 1294 : *Quem venientem detinuit aliquandiu tamquam captivum, postea dimisit eum, et filiam ejus retinuit, (leg. tenuit) factusque est ejus Frater in Baptismate, eamque reginæ suæ associavit, ut esset in ejus obsequio*, id est, filiam ejus de fonte baptismatis excepit. Sed videtur legendum *pater.*

FRATRES BARBATI. Vide *Barbatus* 1.

¶ **FRATRES BARRATI**. Vide *Barrati Fratres.*

* **FRATER DE BAS** vel *de Bast*, Illegitimus, spurius. Charta ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 334 : *Jehan, dit Chevalier de Poulainville, Frere de bast à le dame de Glisy, etc.* Vide supra in *Bastardus.*

* **FRATRES BEATI**. Chron. Anonymi

Digitized by Google

Leob. ad ann. 1205. apud Pez. tom. 1. Script. rer. Austr. col. 823 : *Nova demum concio consurgit Saccorum, Alexandro præside IV. Romanorum, Fratres de matribus surgunt rubricati, signo Crucis pectore namque sunt signati; hii, ut vulgariter dicitur, Fratres sunt Beati.* Vide *Succi.*

* Fratres de Boleta, Italis, *Bulletta*, Tessera vel Clavus. Horum mentio fit in Stat. Ferrar. ann. 1288. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 390.

* Frater Bourt, Monachus laicus, conversus, qui prædium rusticum colit. Vide supra *Burs* 1.

¶ Fratres Bubulci, Conversi Ordinis Cisterc. qui boves curabant et ad arandum ducebant. Regula Conversorum Ordin. cap. 10. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1650 : *A festo autem S. Martini usque ad Purificationem totum illud spatium in frugibus excutiendis impendunt Fratres Bubulci.*

* Fratres de Carmino, An a loco vel a colore vestium sic dicti? an Carmelitæ, a monte Carmelo? Acta notar. Senens. ann. 1283. ex Cod. reg. 4725. fol. 8. r° : *Item xx. solidos Fratribus de Carmino. Item x. solidos Fratribus de saccho.*

Fratres Clientes, Gall. *Freres servans.* Ita dicti apud Hospitalarios, Milites inferioris ordinis, qui nobiles non sunt. Epist. Fulcherii Magistri Templi in Gestis Dei pag. 1182 : *Ceciderunt in ore gladii* 60. *Milites fortissimi, præter Fratres Clientes et Turcopolos.*

* Fratres de Columbeta. Vide *Fratres de Spiritu Sancto.*

* Fratres de Comporeggio, in jam laudatis Actis notar. Senens. fol. 8. r° : *Item c. solidos Fratribus de Comporeggio.* An ab Italico *Camporeccio*, agrestis, rusticus, silvestris?

Fratres Conjurati, Adjurati, qui sacramento sibi invicem dato *fraternitatem* ineunt : *Fratres Adjurati*, apud eumdem Dunelmensem pag. 190. 203. Hovedenum pag. 445. Adamum Bremensem pag. 159. qui *Conjurati Sodales* dicuntur eidem cap. 247. Joannes VIII. PP. Epist. 207 : *Dum Dei proximique dilectione sollicitus doles Capuanos, nobiles scilicet viros, Fraterno Fœdere per jusjurandum inter eos habito, nequiter corrupto, ad veram discordiam et inimicitiam pervenisse.* Vide Dissertat. 21. ad Joinvillam.

Fratres Conjurati præterea dicebantur ad reipublicæ tuitionem mutuo adstricti Regum subditi : quomodo *Jurati* nude vocabantur oppidani, qui una eademque lege vivebant. Leges Willelmi Nothi cap. 59 : *Præcipimus, ut omnes liberi homines totius regni sint Fratres Conjurati ad monarchiam nostram et regnum nostrum contra inimicos pro posse suo defendendum, etc.* Adde Leges Edw. cap. 35. [Kennetus Antiquit. Ambrosden. in Gloss. v. *Sworn-Brothers : Robertus de Oleio et Rogerus de Iverio Fratres Jurati et per fidem et sacramentum confœderati venerunt ad conquestum Angliæ.*] Præclare in hanc sententiam Simplicius in Epictetum pag. 65. Εἰ γὰρ κοινὴ μήτηρ ἡ πόλις, μητρὶς οὖσα καὶ πατρὶς, δῆλον ὅτι κατὰ τοῦτο ἀδελφοί πως εἰσὶν οἱ πολῖται.

Fratres Conscripti, Laici, atque adeo alii in album Fratrum seu Monachorum relati, seu potius eorum fraternitate donati; ut olim *Milites conscripti* dicti, *qui in tabulas conferebantur ab eis, qui eos ducturi erant*, ut est apud Isidorum lib. 9. cap. 3. vel ut Senatores, *Patres Conscripti* appellati, quod *eorum nomina in tabulas aureas contulisset* Romulus, ait idem Isidorus cap. seq. Eckeardus Junior de Casib. S. Galli cap. 1 : *Petiit tandem Salomon Junior bene educatus, ut Frater Conscriptus nobis fieri mereretur.* Infra : *Nos in fraternitatem interdum et laïcos recepimus, quibus tamen in laïco habitu nequaquam in claustro abutimur.* Eodem cap. : *Convivia fratribus... facere consuevit. Solebant id ipsum ante etiam quidam alii Fratres Conscripti nostratibus caritatis signum exhibere.* Ibid. de Augustensi Episcopo : *Me et meos decet ad proximum S. Galli diem viros Dei visitem, frater illorum Conscriptus fiam, et quantum mihi copiæ est, caritatem illorum regratier.* Idem, de Conrado Imp. : *Rex vesperum et noctem cum egisset hilariter, diluculo conventum fratrum petens, omnium votis faventibus fit Frater Conscriptus.* Cap. 5. de Canonico Constantiæ : *Nam Frater Conscriptus vocis pulcherrimæ gratiam habebat.* Cap. 9 : *Ad recipiendum enim Episcopum cum Evangelio, etiam si Frater Conscriptus non fuerit, æquum esse, ut pariter occurrant omnes, concordant.* Cap. 11 : *Abbas intulit, immo ut Fratres Conscripti sitis volo, quia alia vobis dona dare non habemus. Lætis ob hoc omnibus itur in Ecclesiam; recepti manibus Abbatis, singuli in libro vitæ scribuntur.* (Adde Chronicon Constantiense pag. 635.) Eo nomine claustrum ingrediendi iis jus erat. Ibidem : *Mittit Abbas Kebonem, qui Episcopos, ut Fratres Conscripti claustrum intrare jam utique suum non dedignarentur, rogaret. Veniunt omnes, et societati fraternæ participandum fore gaudio gaudent*, cum laicis interdictum esset. Idem cap. 16 : *Claustrum autem S. Galli... ab antiqua patrum memoria tantæ venerationis est habitum, ut nemini vel potentissimorum sæculi Canonicorum seu laïcorum introitus, vel etiam introspectus ejus licuerit.* Præallatis adde Chartam Simonis Ducis Lotharing. ann. 1176 : *Quapropter ut ego sim de cætero Frater Conscriptus et particeps omnium beneficiorum Belliprati, habeamque in vita et in morte, quantum unus de filiis istius Ecclesiæ professis, etc.* Huc etiam spectant, quæ habet Faustus in Vita S. Mauri Abbat. : *Tunc beatum Maurum petiit* (Theodebertus Rex) *ut Fratres eum recipere dignarentur in societatem, et nomen ejus inter sua scribere nomina.* Et Beda in Præfat. ad Vitam S. Cuthberti : *Sed et me defuncto pro redemptione animæ meæ, quasi pro familiaris et vernaculi vestri, orare et missas facere, et nomen meum inter vestra scribere dignemini. Nam et tu, sanctissime Antistes, hoc te mihi promisisse jam retines, in cujus etiam testimonium futuræ Conscriptionis, religioso Fratri vestro Gutfrido Mansionario præcepisti, ut in albo vestræ sanctæ Congregationis meum nunc quoque nomen apponeret.* [Apud Felibianum Hist. Sandionys. pag. IV. legitur Charta anni 627. qua *Theodetrudis sive Theodila* propter donationes Monasterio factas postulat ut *nomen suum in libro vitæ conscribatur*, unde patet hujusce ritus antiquitas.] Traditiones Fuldenses lib. 3. cap. 36 : *Et in præfatis locis nomina patrum et matrum Fratrumque nostrorum in fraternitate volumus annotari.* Tabularium Eccl. S. Laudi ann. 1116 : *Eo videlicet tenore, ut Sanctimoniales Fontis Ebraldi Canonicos S. Laudi tam præsentes, quam futuros in suo Martyrologio fraternaliter scribant.* Vide Hist. Monasterii S. Nicolai Andegav. pag. 59. *Orationibus investiri*, in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 33 : *Si aliquis orationibus nostris petierit commendari, finitis clamoribus adducatur, et de ipsis orationibus per librum investiatur. Si Episcopus, vel Abbas, vel Religiosus aliquis de orationibus nostris investitur, postquam investitus fuerit, debet Abbas ab eo humiliter quærere, ut ipse similiter de orationibus ipsum et Conventum investiat, et partem beneficii sui fratribus concedat. Quando Abbas aliquem de orationibus investit, debent Fratres assurgere. Si Rex, vel Episcopus, vel Abbas in Capitulum adducitur, Fratres assurgentes omnes ei inclinent, cum ante eos transierit.* Liber Usuum Ordin. Cisterciensis cap. 70. de Episcopo : *Quod si societatem quæsierit, assurgentibus omnibus, concedatur ei per librum*, in quo scilicet nomen ejus scribitur. Vide *Investitura.*

¶ Fratres interdum nude vocantur qui in ejusmodi *Fraternitatem* seu participationem orationum aliorumque bonorum spiritualium sive Monachorum sive aliarum Ecclesiarum etiam Cathedralium, admissi erant, sive Laici, sive Ecclesiastici. Vetus Martyrolog. Eccl. Cathedr. Aquensis : *Eodem die* (2. Non. Jan.) *Raymundus Frater noster obiit. Ipso die obiit Guillelmi Martini Frater noster et Vicarius Ecclesiæ de Rians, qui reliquit.* Vide *Fraternitas* 5.

¶ Fratres de Domo Communi. Vide *Fratres de Spiritu Sancto.*

Frater in Christo, Idem qui *Frater Spiritualis*, de quo mox, qui in fraternitatem et societatem monachicam admissus est. Ordericus lib. 6. pag. 627 : *Hic societatem Uticensium expetiit, et Frater in Christo factus fraternitatem optime servavit.* Vide *His emne Christen.* Alia videtur *Fraternitas in Christo*, apud Ditmarum lib. 6. pag. 67 : *Post hæc collecto exercitu pagum, qui Morezni dicitur, juxta Magdaburg jacentem, populatur, et Fraternitatem, quam in Christo cum Parthenopolitanis prius conjunxerat hostili asperitate disrupit.* Vide *Fratres Spirituales.*

* Fratres Constellati dicti milites ordinis Teutonici, quod stellam rubram supra crucem deferrent. Chron. Anonymi Leob. ad ann. 1215. apud Pez. tom. 1. Script. rer. Austr. col. 805 :

Veniunt et alii Fratres Constellati.

Vide *Stellarii.*

¶ Fratres Conversi. Vide *Conversi.*

¶ Fratres de Rosea Cruce, Ineunte seculo XVII. in Germania nati medicinam gratis exercebant; cum vero alchimiæ animum applicuissent in multa abiere deliramenta; unde Mechliniæ velut *perniciosissima magorum societas* damnati fuerunt : horum tamen exstitere quidam non ignobiles patroni. Videssis Naudeum in In-

Digitized by Google

struct. de Fratribus de Rosea Cruce cap. 4. et Gerassum in Doctr. Curios. lib. 1. cap. 15.

¶ Fratres Crucis. Vide in *Crux*.

* Fratres *Ordinis sanctæ Crucis Parisius*, vulgo *Sainte Croix de la Bretonnerie*, in Lit. Mariæ reginæ Franc. ann. 1294. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 230. r°. col. 2.

¶ Fratres de Ense. Horum fit mentio in Computo generali reddituum Regis Franc. ann. 1202. apud D. *Brussel* de Usu feudorum tom. 2. pag. 170 : *Fratres de Ense pro decima* XXX. *l. et dim.* Vide Hofman. voce *Ensiferi*.

* Fratres Ermenii, pro *Armeni* Barelet. serm. in festo S. Domin. : *Prima* (regula) *fuit Basilii, sub qua militant monachi Orientales seu Græci et Fratres Ermenii vulgo dicti; quæ regula est satis dubiosa.* Vide *Erminii*.

Fratres Exteriores, Monachi laici. Acta Murensis Monast. pag. 36 : *Quia autem hic sunt Fratres, qui vocantur Exteriores, de cella S. Blasii, huc venit, ubi primum talis vita laïcorum oriri cœpit.* Et pag. 17 : *Eo etiam tempore misit huc Exteriores Fratres cum sororibus de qua consuetudine etiam adhuc assunt.* Pag. 49 : *Et duos diurnales, quos cum dedisset Otto Comes, constituit ad lumen in dormitorio Exteriorum Fratrum.* Passio S. Thyemonis Archiepiscopi Juvanensis : *Quidam Religiosus ex illis, qui apud Canonicos et Monachos Exteriores Fratres in cappa vocantur, cujus scema ordinis et habitus is etiam Noricæ regioni omnium primus intulisse narratur.* Nescio an iidem sint, quos Ecclesia Græcanica μοναχούς, vel ἀδελφοὺς ἐξωμονίτας vocat, ad discrimen ἐσωμονιτῶν, de quibus Novella Alexii Commeni apud Balsamonem ad VII. Synodum can. 19. et Joannes Antiochenus Patriarch. opusc. de Charisticariis num. 14. pag. 183. qui quidem κοσμικοὺς fuisse innuit, id est, sæculares, scribens in Monasteriis, quæ a laïcis tenebantur totidem fere esse κοσμικοὺς ἀδελφοὺς ἐσωμονίτας et ἐξωμονίτας.

Fratres Externi, Monachi aliorum Monasteriorum, vel Clerici aut Canonici, quibus orationum et suffragiorum societas concessa est, apud Udalricum lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 33.

Fratres Gaudentes, appellati in Italia Fratres ordinis Militiæ S. Mariæ Virginis, quorum Ordo institutus primum fuit ab aliquot nobilibus Bononiensibus sub ann. 1261. quibusque regulam præscripsit Urbanus IV. PP. quam in Indice tom. 1. Hist. Bononiensis descripsit Cherubinus Ghirardaccus, qui plura de iis etiam habet lib. 7. ad eumdem annum, ubi præterea observat *Fratres Gaudentes* appellatos, quod una cum uxoribus et filiis singuli fere in ædibus suis privatim manerent. De iis etiam agunt Amminatus lib. 2. Hist. Florent. sub ann. 1266. [Chron. Parmense ad ann. 1272. apud Murator. tom. 9. col. 786.] ut et Landinus et Velutellus ad hæc Dantis in inferno cant. 23 :

> Frati godenti fummo, è Bolognesi,
> lo Catalano, et costui Loderingo.

Neque alii sunt, de quibus Marsilius Patavinus in Defensore pacis part. 2. cap. 8 : *Neque adhuc his clausi limitibus, laïcos quosdam, quos in Italia Fratres Gaudentes, alibi vero Beginos appellant, etc.* Vide præterea Nicolaum Uptonum lib. 1. de Militari officio cap. 3.

Ita etiam quidam appellati ex Minoritis, qui plus justo licentius vivebant. Wiguleus Hondius in Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 348 : *Fuere autem hæc Franciscanorum Monasteria olim arctiori regulæ non astricta, Gaudentes vocant, qui etiam bona propria, census et redditus habebant.*

¶ Fratres de Gilda, Qui aliqua fraternitate et sodalitio inter se conjunguntur : *Gilda* enim idem sonat ac fraternitas, sodalitium. Charta Wenceslai Ducis Brabantiæ ann. 1378. apud Miræum tom. 2. pag. 1026. et 1027 : *Et bonos nostros homines de tribubus Fratrum de Gilda et opificum, qui in prædicto nostro oppido remanserant... Et hi prædicti receptores annue eligentur et constituentur in hunc modum : scilicet quod communes Fratres de Gilda oppidi qui in dies Gilda coutuntur, nec sunt de patriciatu Lovanensi, semper eligent prædictos receptores ex Fratribus de Gilda cum pluralitate votorum, illorum qui præsentes erunt dum aliæ fient electiones.* Vide *Gildum*.

* Fratres Jesuatorum, qui et *Clerici Apostolici*, institutore S. Joanne Columbino ann. 1367. Annal. Placent. ad ann. 1476. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 953 : *Die 27. Februarii ego Albertus de Ripalta, una cum aliis sociis, . . . introduximus Fratres Jesuatorum congregationis in S. Bartholomæo.* Et col. 950 : *Pauperrimi Jesuatorum Fratres.* Chron. Guil. Bardini ad ann. 1425. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 41 : *Deliberatum fuit per viros capitularios, burgensibus non vocatis, quod quidam Fratres, qui venerunt ex Italia et vocabantur Jesuati, sive Clerici Apostolici, viri boni, sancti et docti, reciperentur in Tolosa.... Indumenta habebant ex crasso panno laneo albo, cum capuciis ejusdem coloris; et desuper pallium textum ex lana alba et nigra.* De Jesuatis plura videsis inter acta SS. tom. 7. Jul. pag. 344. col. 2.

¶ Fratres Humiliati. Vide *Humiliati*.

¶ Fratres Indivisi dici videntur qui simul cohabitant, inter quos hæreditas paterna nondum est divisa. Capitul. Ludov. II. ann. 867. tit. 4. § 1 : *De Fratribus Indivisis.... volumus ut si duo fuerint, ambo pergant* (in hoste.) *Si tres fuerint, unus qui inutilior apparuerit, remaneat; ceteri pergant.*

¶ Fratres Jurati. Vide *Fratres Conjurati*.

¶ Fratres Kalendarii, Nomen a Kalendis sortiti quod modum ordinemque festorum, quæ singulis mensibus celebranda forent, quæ anniversaria recolenda, quæ eleemosynæ distribuendæ, quæ jejunia servanda 1ª cujuslibet mensis die indicarent. Horum mentio occurrit in Charta fundationis Monasterii Ottenbergensis Ord. Cistern. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. collect. col. 1219 : *Hinc est quod cum Ecclesia in Ottbergen collecta ex eleemosynis Fratrum Kalendariorum diversis arctaretur erroribus... Corbeiensis Ecclesia... communicato consilio Fratrum Kalendariorum... illi loco salubriter providere disponebat.* Consule Paullinum in Chron. Monast. Ottenbergensis initio.

* Fratres Kalendarum, nuncupati Clerici et laici, qui Hallis piam inter se societatem inierant, *Kalendis*que maxime congregabantur. Charta Gunth. Magdeburg. archiep. ann. 1408. apud Ludewig. t. 11. Reliq. Mss. pag. 513 : *Insuper prædicti Fratres Kalendarum ecclesiæ beatæ Virginis, nobis in Christo devoti, pro dictæ Fraternitatis suæ approbatione et ratificatione nobis humiliter supplicaverunt, quatenus fraternitates seu Kalendas per ipsos habitas confirmare et approbare dignaremur.* Alia Joan. itidem archiep. ann. 1467. ibid. pag. 527 : *Sane cum dudum quædam fraternitas nonnullorum clericorum et laicorum, in opido nostro Hallis . . . . sit introducta; . . . . dictam fraternitatem Kalendarum infrascriptis modo et forma duximus moderandam, indulgentes videlicet, quod . . . . eam per Kalendas et singulariter per quatuor tempora anni.... rite agant et observent.*

* Frater in Lege, Gall. *Frere en lay* vel *en loy*, Quem lex, non natura, fratrem constituit, uxoris frater, et qui sororem uxoris alterius duxit, vulgo *Beaufrere*. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 130. Chartoph. reg. ch. 127 : *Perrot Menchoin et Perrot Boutet poures jeunes hommes, Freres en lay à cause de leurs femmes.* Aliæ ann. 1389. in reg. 135. ch. 171 : *Erart le Charpentier Frere en lay ou serourge du suppliant etc.* Rursum aliæ ann. 1454. ex Reg. 184. ch. 508 : *Icellui Guyot obtemperant aux crix de son compaignon et son Frere en loy, ayant espousé sa sœur, etc.* Hist. chronol. Caroli VII. reg. Franc. pag. 410 : *Charles d'Anjou Frere du roy en loy et son cousin après germain, etc.*

* Fratres de matribus. Vide supra *Fratres Beati*.

Fratres Maturi, vel ætate provectiores, vel morum probitate cæteris præcellentes. Adalardus in Statutis antiquis Monasterii Corbeiensis lib. 1. col. 3 : *Si necesse fuerit, deputetur ei talis Frater Maturus, de cujus conscientia omnes securi sint.* His Fratribus *Maturis* opponuntur *Juniores, aut minus sapientes vel constantes*, cap. seq. Petrus Cluniac. lib. 1. de Miracul. cap. 8 : *Cœtaneorum quippe lasciviam innato pudore abhorrens, Maturis Clericis sive Monachis adhærebat.* Adde ejusdem Statuta Cluniac. cap. 69. et Usus antiquos Cisterciensis Ordin. cap. 81. Vitæ Abbatum S. Albani pag. 87 : *Maturi et discreti Fratres.* Apud Latinos *Matura ætas* dicitur inter juvenilem, quæ adduc acerba est, et senectutem, quæ jam σύφιτα. Contra *immaturus*, qui *juveniliter* agit. Ditmarus lib. ult. : *Ekkihardus juvenis, ac ideo Immaturus.*

¶ Fratres de Mercede, Gall. *Freres de la Mercy*, sic appellati ob eorum misericordiam in redimendis captivis. Concilium Palentinum ann. 1388. tom. 3. Conc. Hispan. pag. 623 : *Quæ quidem tertia pars redemptioni prædictæ applicata, per Fratres de Mercede et de Trinitate Ordinum exigatur et levetur.*

* Fratres Militiæ S. Jacobi. Lib. censuum eccl. Rom. : *In episcopatu Concen. domus Fratrum militiæ S. Jacobi annuatim*

Digitized by Google

x. malachinos. Vide supra *Fraternitas S. Jacobi.* [* Constit. Petri I. reg. Aragon ann. 1198 : *Templarii sive Fratres sancti Sepulcri.*]

* Fratres Militiæ Salomonis, Iidem qui *Templarii.* Charta ann. 1177. ex Chartul. Campan. fol. 164. r° : *Gaufridus de Monchon concessit Deo et beatæ Mariæ et domui templi Salomonis in elemosinam etc. Fratres militiæ Salomonis elemosinam libere et quiete possidebunt.*

¶ Fratres Minores. Vide *Minores.*

* Fratres de Monte Angelorum. Lib. censuum eccl. Rom. : *In episcopatu Constantiensi, Fratres de Monte Angelorum unam monetam auri.*

* Fratres Montis *beati Ludovici prope Noviomum*, in Charta ann. 1316. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 53o. v°. Cartusienses montis Renaudi hodie vulgo appellantur.

¶ Fratres de Monte-Frigido. Statuta Ord. Cisterc. ann. 1215. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1317 : *Petitio Fratrum de Monte-Frigido, ut incorporentur sub magisterio Calatravæ et custodia Abbatis Morimundensis, admittitur.*

¶ Fratres de Monte-Rubeo, A loco ubi habitabant denominati, unde Parisios subinde translati in Alborum Mantellorum Monasterium introducti sunt. Hi Ordinis erant S. Guillelmi, de quibus mentio fit in Testamento Theobaldi de Marliaco ann. 1286. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1223.

* Fratres Ordinis Morronensis, aliter *Cælestinorum*, cujus auctor fuit S. Cælestinus PP. V. ann. 1244. ante pontificatum cognominatus *de Morrone*, in Charta Phil. Pulc. ann. 1304. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 256. v°. col. 2. *Fratres ordinis Murronis*, in alia ejusd. reg. ann. 1309. ibid. fol. 305. v°. col. 1. Vide *Morronenses Ordo.*

¶ Fratres Pastores, Conversi Ordinis Cisterc. quibus ovium cura demandata erat. Regula Conversorum Ord. Cisterc. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1650 : *Fratres Pastores ovium mane exeuntes a grangiis tempore quo non jejunant accipiunt singuli panem in pera sua, et vadunt in pascua ducentes oves.*

Frater Patruelis, Gr. ἐξάδελφος, qui nostris *Cousin germain.* Constantius Imp. apud Ammianum lib. 15. de Juliano, quem Cesarem designavit : *Julianum hunc Fratrem meum Patruelem, etc.* Uterque enim filii fuere duorum fratrum Constantini et Constantii Nobilissimi.

* Fratres de Paupere. Vide *Fraticelli.*

* Fratres Religiosi Paupertatis, vulgo *Mendians*, in Stat. pro sabbat. Carcass. ann. 1402. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 559. art. 4.

* Fratres Plumbatores, Qui Cadaver feretro plumbeo includunt. Cæremon. Rom. Ms. ubi de obitu Papæ fol. 29 : *Cubicularii autem parent aquam calidam cum herbis hodoriferis, et Fratres plumbatores lavent ejus corpus.*

¶ Fratres de Poenitentia Jesu Christi. Vide *Fratres de Saccis*, et in *Pœnitentes.*

¶ Fratres Pontis sub finem secundæ stirpis Regum Franc. ad hoc potissimum instituti, ut viatoribus tutelam, hospitium, aliaque necessaria præstarent. Fratres Pontis dicti quod pontes construerent uti facilius et tutius fluvios transire possent viatores. Sic Avienonensem pontem præsidente et architecto S. Benezeto exstruxere ut fusius docetur in ejusdem Sancti Historia Aquis edita ann. 1707. in 16. Horum *Hospitalariorum Pontificum*, seu Factorum Pontium (sic aliquando vocantur) *habitus* erat *vestis alba cum signo pontis et crucis de panno supra pectus*, ut loquitur Charta ann. 1471. pro Hospitali Pontis S. Spiritus, ex Schedis D. *Lancelot.*

¶ Fratres Prædicatores. Vide *Prædicator.*

Fratres Pyes. Thomas Walsingham. pag. 124 : *In quodam cœmeterio, quod fuerat quondam Fratrum, quos* Freres Pyes *veteres appellabant*, qui scilicet partim albo, partim nigro habitu utebantur. Ut porro *Picas* nostri *Agaches*, Occitani *Agasso* dicunt, ita ejusmodi nomeclatura hosce Monachos vocabant. Chronicon Franciæ vernaculum MS. desinens in annum 1322. ad ann. 1273: *En cest an assembla li Papes Greigoires au Concile à Lion sur le Rosne. Là furent abatu pluisseur ordenement par le conseil des Precheurs et des Freres Meneurs, si come li Freres Agachies, et li Freres aus sacs, et tuit li autre qui n'estoient renté : et si fu li preivileges aus Bigaunes tolus.*

Fratres Remanentes, in Regula Militum Templariorum cap. 21. 23. 25. 28. 35. 36. 42. 46. 65. generatim dicti *Milites* ejusdem Ordinis.

¶ Fratres de Saccis, Qui et *Saccati* et *Saccitæ.* Vide *Sacci.*

¶ Fratres de Sanis. Chronicon Parmense ad ann. 1307. apud Murator. tom. 9. col. 860 : *Fratres qui dicuntur Servi B. Mariæ, primo venerunt ad standum in civitate Parmæ, et habuerunt locum et Ecclesiam Fratrum qui dicebantur Fratres de Sanis in porta S. Christinæ.*

* Legendum suspicor *de Saccis.* Vide *Sacci.*

Fratres Servientes. Vide supra *Fratres Clientes*, et infra in *Serviens.*

Fratres Spirituales, Iidem videntur qui *Maturi.* Regula S. Fructuosi cap. 4 : *Quidquid in veste vel cultu est Monachorum, non peculiariter apud unumquemque habendum; sed sub manu unius Fratris Spiritualis in una cella recondendum est, quique cum necessaria poposcerit, petenti cuiquam congrua staturæ mutatoria tribuat.* Cap. 8. de novitiis senibus : *Et cum forte ab aliquo Fratre Spirituali corriguntur, continuo in iracundiam prosiliunt.* Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 1. de electione Abbatis : *Qui* (Episcopus) *inquisito ab omni Conventu, utrum omnibus electio placeret, et maxime a Spiritualibus Fratribus, auditaque concordia maxime Spiritualium super hoc, etc.* Regula Magistri cap. 56 : *Cum Fratres Spiritales sine Laico ambulant, juncti ad se, et cantantes, modice de via flectant genua.* Adde cap. 63. Concilium Tolet. XI. cap. 7 : *Quotiescumque quilibet ex subditis corrigendus est, aut publica debet a Sacerdote disciplina curari : si aliter rectoribus placet, duorum vel trium Fratrum Spiritualium testimonio peculiariter adhibitis et modus criminis agnoscatur, et modus pœnitentiæ irrogetur.*

Fratres Spirituales, appellati præterea Laici, qui *fraternitatem monachicam*, adepti erant. Vide *Fraternitas*, 5. Tradit. Fuldens. lib. 3. cap. 40 : *Consulentes ergo nobis ex qualitate temporis, et ex eo quod idem Cancellarius Spiritualis Frater noster esset.* Charta ann. 1214. in Probat. Hist. Guinensis pag. 270 : *Et tam mihi quam uxori meæ Spiritualem Fraternitatem in Ecclesia sua tanquam uni ex fratribus concesserunt.* Tabular. S. Albini Andegav. : *Girardus Senescallus quando Frater noster devenit, hoc est, quando in societatem nostram devenit, et beneficium nostræ congregationis recepit, etc.* Vide Ordericum Vital. lib. 5. pag. 585. Πνευματικοί nude, in Nomocanone edito a Joan. Bapt. Cotelerio cap. 79. [** Vide Glossar. med. Græcit. col. 23. et 24.]

Fraternitates Spirituales, Græcis potissimum dicti, qui sese invicem *in Fratres* adoptabant, seu qui *fraternitatem* sacramento, in Ecclesia coram Sacerdote, sumpta interdum ac divisa Eucharistia, acto firmabant : ἀδελφοὶ πνευματικοί, apud Gregorium in Vita S. Basilii Junioris n. 28. et in laudato Nomocan. cap. 190. 422. qui iidem videntur, qui ἀδελφοποιητοὶ dicuntur cap. 200. 220. et 227. Quæ quidem Fraternitas, πνευματικὴ ἀδελφότης appellatur apud Constant. in Basilico cap. 10. 53. et Scylitzem pag. 562. 586. quæ ἀδελφοποίησις Leoni Grammatico in eodem Basil. pag. 460. ἀδελφοσύνη, in laudato Nomocanone cap. 512. dicitur. De ejuscemodi fratribus spiritualibus copiose egimus in Dissert. 21. ad Joinvillam. Adde Alamannum ad Hist. arcanam cap. 6.

Fratres Spirituales, dicti quidam Fratres minores, seu Beguini, hæreseos damnati. Vide lib. 1. Miscell. Baluzii pag. 276. et infra *Fraticelli.*

¶ Fratres de Spiritu Sancto, *qui alicubi de Columbeta vocantur, eo quod ante pectus portant columbam albam in veste, de Regula S. Augustini, qui per civitatem eleemosynam colligentes, necnon in messibus et vindemiis granum et vinum, et multa alia sibi legata recipientes, præter eleemosynas, quas in Nativitate Domini et Pascha maximas faciunt, toto anno quotidie visitant, et eleemosynis consolantur omnes pauperes, carceratos, pupillos et viduas, et cunctos erubescentes mendicare, circumeuntes continue civitatem, certis et publicis pauperibus multa tribuunt ad portam. Hoc idem faciunt Fratres humiliati Tertii Ordinis, qui dicuntur de Domo communi.... Cibi autem, quos per civitatem dispergunt quotidie et amplius in Festis principalibus Fratres de Spiritu S. qui nihil præter quotidianas eleemosynas possident, sunt ii, scilicet panis, vinum, farina, pulmenta leguminum et consimilium, carnes recentes et salsæ, coctæ vel crudæ, et alia talia, quæ omnia præter illa, quæ dant ad portam suam, divisa civitate inter se, quotidie deferunt personis illis, quas dixi; portantes panes in saccis, vinum in manibus ligneis vasis, reliqua vero in vasis æreis coperculo æreo clausis. Similiter Fratres de Domo communi ultra multas consimiles, quas de collectis et legatis faciunt eleemosy-*

Digitized by Google

nas, dant in Cœna Domini multis pauperibus verecundis. Sic Anonymus Ticinensis de Laudibus Papiæ, apud Murator. tom. II. col. 30.

FRATER AD SUCCURRENDUM. Vide *Monachus ad Succurrendum* in *Monachi.*

FRATERCULI, Monachi, Italis *Fraticelli.* Vita S. Ricmiri Abbat. n. 2 : *Ordinatisque Fraterculis,... quos congregaverat, etc. Monachuli* dicuntur n. 5.

FRATERIA, Fraternitas, *confratria*, congregatio, Italis *Frataria.* In Charta Riccardi Comitis Ayelli ann. 1193. apud Ughellum in Archiep. Salernit. Vide *Frareia.*

* Nostris *Frairie* et *Frarie*, qua voce etiam Fœdus significarunt. Lit. ann. 1317. apud Marten. tom. I. Anecd. col. 1351 : *Nous Amalri et Jehan dessudis les Frairies et alliances, en tant comme est de nous et comme à nous en touche, ne approuvons ne ratifions, ains les délaissons en tout.* Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph reg. ch 384 : *Gilot Berengier de la Frarie desdiz drappiers.... dist à Lochon de la Frarie desdiz tanneurs etc. Flairie*, eodem sensu, in Testam. ann. 1401. tom. 2. Probat. Hist. Brit. col. 719.

¶ **FRATERNACIO**, Fraternitas, sodalitium. Charta Willelmi Abb. S. Albani ann. 1476. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 336 : *Recipimus in collegium sive consorcium nostræ spiritualis Fraternacionis.*

* **FRATERNALIS**, Fraternus, Ital. *Fraternale*, Gall. *Fraternel.* Charta ann. 1473. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Amabili concordia Fraternali etc. Fratrin*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1463. ex Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 201 : *Le suppliant, esmeu de courraige Fratrin, incontinent faillit en la rue,.... pour cuider secourir son beaufrere.*

** **FRATERNALIS** Modius, Mensura frumentorum, quæ præstare tenebantur censiti ad præbendas *fratrum canonicorum*, in ecclesia Naumburgensi et aliis. Tabul. Eccl. Naumb. : *Quatuor modii siliginis Fraternalis mensuræ faciunt sex modios Numburgenses.* Chart. Henric. Episc. Naumb. ann. 1321 : *De octo manssis, de quolibet duo Modii Fraternales et duæ parvæ mensuræ et unus pullus.* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Brudermas*, col. 190.

1. **FRATERNITAS**, ipsa Ecclesia dicta, vel certe ipsi fideles, apud Tertullianum, Cyprianum, Ambrosium, Hieronymum, S. Maximum Taurin. homil. 1. de avaritia, etc. in Actis Martyrii SS. Numidarum 30. April. n. 6. 10. in Libello Precum Marcellini et Faustini pag. 66. 87. etc. *Fraternitatis reus*, qui in Ecclesiam peccat, vel in *Fratres*, fideles. Concilium Lugdun. I. can. 6 : *Quisquis excesserit, aut implere... neglexerit, quasi divinorum mandatorum transgressor, reum se Concilio Fraternitatis futurum esse cognoscat.* Crebro in Conciliis Gallicanis, et in Tolet. II. can. 2. in Lege Aleman. tit. 40. etc.

2. **FRATERNITAS**, Fratrum, seu Monachorum cœtus. Liberatus Diac. cap. 11 : *Quibus euntibus ad se, tale Eutyches reddidit responsum, hoc apud se esse decretum, ut nunquam egrederetur a sua Fraternitate, sed tanquam in sepulcro degeret in Monasterio. Fraternitas monacha*, apud Paulinum Epist. 3. extr. Ἀδελφιόν, apud Palladium in Hist. Lausiaca, Ἀδελφότης, in Vita S. Nili Junioris pag. 126. apud Theodorum Studitam in Vita S. Platonis num. 32. 37. Theostictum in Vita S. Nicetæ n. 10. 12. 13. 47. etc. Vide Notas nostras ad Cinnamum pag. 434.

3. **FRATERNITAS**, Societas inita inter Monachos variorum Monasteriorum, qua sua sibi invicem bona ita communicabant, ut tanquam fratres alterius Monasterii haberentur, in illud reciperentur, epularentur in refectorio, precationum, seu uti vocabant, *beneficiorum* omnium essent participes, pro iis, cum e vita migrassent preces funderentur, perinde ac pro Monachis indigenis, etc. [** Non tantum monachorum sed etiam ecclesiarum cathedralium et conventualium inter se et cum monasteriis hæ societates fuerunt. Vide formulas apud Würdtwein. in Subsid. Diplomat. tom. 6. pag. 13. et tom. 10. pag. 9.] Charta fraternitatis, apud Goldastum tom. 2. Rerum Alemann. pag. 184 : *Solennique Fraternitate a toto Capitulo recepta, et e contra Maguntino Conventui per fratres nostros transmissa literis hanc confirmationem inscripsi, etc.* Alias ejusmodi fraternitatum et societatum monasticarum Chartas, et exempla proferunt Historia Abbatiæ Condomensis pag. 498. 499. 500. Roverius in Reomao pag. 186. 260. 266 304. Marlotus lib. 3. Hist. Remensis cap. 14. 21. et pag. 648. etc. De eis etiam agunt Haeftenus lib. 8. Disq. Monast. tract. 1. disq. 4. idem Roverius ad Hist. Monast. Reomaensis cap. 141. præterea vir doctissimus Jo. Mabillonius in Præfat. ad tom. 1. Sæculi 3. Benedictini § 100. [et tom. 3. Analect. pag. 485. et seqq.]

Chartam duntaxat singularem, ac antiquam, ad ejusmodi societatum formulam percipiendam hic adscribam ex Tabulario Flaviniacensi : *Anno Verbi incarnati* 894. *eodemque Serenissimi Odonis regnantis primo et septimo, operante officio caritatis, inita est obnixius Fraterna quædam bonisque omnibus, ut credimus, accepta societas inter religiosos viros, Domnum scilicet Gregorium Beatissimi Martini Augustidunensis Cœnobii Abbatem, itemque Principis Apostolorum Petri Girfredum Flaviniacensis Monasterii Prælatum, ex utraque parte inibi Deo famulantibus assensum præbentibus, quam insolubiliter perpetuo conservandam, inque dies singulos firmitatis augmenta capturam, literarum quoque monumentis tradere, utriusque partis constat provisione decretum, ut res salubriter perpetrata, ad postfuturas successiones non relatu solum, verum et scripto transmissa decurrat. Pacti inter eos fœderis hæc ratio est, ut quidquid instantiæ, laboris, studiique salutaris pars quæque pro suis viventibus vel defunctis insumit, id quoque pari devotione pro Fratribus hac sibi devotione devinctis exerceat, absque imminutione, retractatione, interpolatione. Quid sane illud quamtumve sit, quod agendum decernitur, ut cuique absque dubietate constet, noverit nos fratres Cœnobii almi Principis Apostolorum in decessu cujusque Fratrum nostrorum e corpore per* 30. *dies, vespertinas, nocturnas, et matutinas agendas generaliter celebrare, ita ut tertio, septimo, et tricesimo die ex more id fiat solennius. Missam quoque pro defunctis per dies præfatos cum oblationibus quotidie canimus. Inter hæc etiam animæ pro salute illius duo canuntur ab omnibus Psalteria. Cæterum in his prædictis diebus omni peracto officio Psalmum pro eo canimus* 129. *flexo genu. Hoc igitur pro recentibus. Primo anni recursu vigiliam et Missam celebramus; exinde reliquis anniversariis Psalmos* 12. *canimus. In Kalendis omnium mensium pro universis defunctis nostræ Congregationis vigiliam et Missam cum oblatione votorum explemus. Hæc usu robustissimo retinentes, ut pro nostris, ita pro vestris quoque in reliquum annuente Deo exercere curabimus : hujus vicem officii a vestra caritate instantius reposcentes. Utque hæc honesta a Deo, ut credimus, inspirata Fraternitas non præsentibus solum, sed et posteris uberius innotescat, oramus, ut in die festivitatis sacratissimi Martini Confessoris Christi hujus scripti continentia in sacri conventus vestri præsentia per annos singulos recitetur. Demum almificam dilectionem vestram petimus, ut si quislibet nostrorum vitio suo lapsus abjectusve fuerit, a vobis recipiatur, nec aliorsum eat, quousque satisfactione acta, spreto vitio, aut recipiatur, aut certe judicio vestro, quid agendum sit, decernatur. Hoc etiam de vestris exposcimus. Et ut hæc acta permaneant, manibus propriis subtersignavimus. Giffrdus Mon. scripsit. Hildegarius. Girbertus. Gauzarius. Beringarius.*

Præallatæ Chartæ alteram hic subjicere lubet ex Martyrologio Corbeiensi : *Hæc est societas Ecclesiarum Corbeiensis et Atrebatensis, constituta per Domnos Abbates Rotbertum Corbeiensem et Walterum petente utroque Capitulo. Scilicet communio utriusque Capituli et detentio, et in necessariis procuratio cujuslibet Fratris ab Ecclesia sua quolibet modo exturbati usque ad reconciliationem sui Capituli, nisi forte, quod absit, irrecuperabiliter ab Abbate suo et Capitulo ei ablato habitu ejectus sit. Obeuntes autem Fratres, allato brevi, sicut Fratres ejusdem Ecclesiæ extra claustrum defuncti solemne habeant officium, et Septenarium, et Tricenarium, et annotationem in Regula, super hoc addita uniuscujusque Sacerdotis Missa una, et aliorum Fratrum ordinata psalmodia. Pro Abbatibus vero obeuntibus fiet Tricenarius cum singulari debito trium Missarum et ordinatæ psalmodiæ, et præbenda per annum, et Anniversarius eorum cum pulsatione campanarum. Actum ann.* 1137. *Indict.* 15.

4. **FRATERNITAS**. Præstationes, quæ fiebant Monasteriis ab iis, qui eorum fraternitatem susceperant, *Fraternitates* dicuntur in Concilio Lateranensi IV. cap. 57. Anastasius IV. PP. Epist. 12. ad Fratres S. Joannis Hierosolymit. : *Decernimus ergo, ut receptores vestrarum Fraternitatum sive collectarum, salvo jure dominorum suorum in B. Petri et nostra protectione consistant, etc.*

5. **FRATERNITAS**, de Laicis dicitur, qui in participationem orationum, suffragiorum et *beneficiorum* Monachorum, ab iis admittebantur : qui *in Fratres*, vel *in Fratres et Monachos recipi* dicuntur apud Eckehardum Jun. de Casib. S. Galli cap 1. pag. 37. Will. Thorn pag. 1896. in Probat. Hist. Guinens. pag. 278. in Monastico

Digitized by Google

Anglic. tom. 1. pag. 53. 331. etc. Hinc *Monachatus* nomine donatur ejusmodi fraternitas in Statutis antiq. Cartusiensibus 1. part. cap. 49. § 15 : *Statutum est, ut extraneis non detur Monachatus, nisi de licentia Capituli.* § 19. *Fraternitas* dicitur. Adde Statuta ejusd. Ord. ann. 1368. part. 1. cap. 4. §. 28. 29. 30. 35. et Statuta ann. 1368. cap. 4. § 28. *Fratres Ecclesiæ in orationibus et eleemosynis Monachorum*, in eodem Monastico Angl. pag. 75. Et pag. 308 : *Et in Capitulum introiens fui Frater et particeps beneficiorum totius Ecclesiæ.* Pag. 656 : *Et ipsi me susceperunt in Fraternitatem suam et participationem omnium beneficiorum universarum domorum suorum.* Adde pag. 657. Vita S. Henrici Imp. cap. 26 : *Et Fraternitatem Monachorum suscipiens cum maxima humilitate et contritione cordis, orationibus eorum se commendavit.* Tabular. S. Albini Andegav. : *Girardus Senescallus quando Frater noster devenit, hoc est, quando in Societatem nostram devenit, et beneficium nostræ Congregationis recepit, etc.* Charta ann. 1123. apud Puricellum in Basilica Ambrosiana pag. 569 : *Excepto, quod determinate et sine fraude et malo ingenio fuerit oblatum ad partem Monasterii, vel ad partem Canonicæ, vel per conversionem, vel per orationem, id est, suscipiendo aliquem in suis orationibus, aut per testamentum. Fraternitatem Ecclesiæ recipere*, ibidem pag. 22. 30. 246. 249. 376. apud Doubletum in Historia Sandionys. pag. 856 etc. Vide Ditmarum lib. 6. pag. 81. Ordericus Vital. lib. 5. pag. 585 : *Tunc Hugo Fraternitatem Monachorum, quam olim in infantia acceperat, renovavit.* Infra : *Cuncti nempe Milites de Maulia in vita et morte Societatem eorum obnixe petierunt, et fratres eorum, ut monachili prece dæmonum cuneo fortius resistere valeant, fideliter effecti sunt.* [Charta 12. circiter sæc. e Tabulario S. Petri de Cellafroini in pago Engolism. : *Willelmus Amanius Miles receptus est in Fratrem et comparticipem omnium bonorum Ecclesiæ de Cella-froini tam spiritualium quam corporalium.* Vide supra *Fratres conscripti.*] Ejusmodi vero Fraternitas in Capitulo *per librum* a Monachis concedebatur. Statuta Ordinis *de Sempringham : Quod si Episcopus vel Abbas Canonicorum regularium, seu Monachorum, vel Rex intraverit Capitulum, assurgentes ei omnes inclinent, cum ante eos transierit. Quod si Societatem quæsierit, assurgentibus omnibus, dicatur Psalmus :* Ecce quam bonum, etc. *Et sic concedatur ei Fraternitas, manibus libro appositis, etc.* Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 1. cap. 5 : *Et si Fraternitatem quæsierit, assurgentibus omnibus, concedatur ei per librum.* Idem Ordericus Vitalis lib. 12. pag. 840 : *In Capitulum venit, Societatem eorum humiliter requisivit et recepit.* Steph. Torn. Epist. 233 : *Quibus in generali Capitulo concessimus Fraternitatem plenariam Monasterii nostri, quia aliud non possumus, constituentes vos participes omnium beneficiorum Ecclesiæ nostræ, tam in vita quam in morte, etc.* Præ cæteris rem illustrat Bernardus Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. cap. 27. et ex eo Udalricus lib. 3. cap. 33 : *Sunt plerique fideles Christi, tam pauperes quam divites, qui cum adducti in Capitulum nostrum venerint, petunt, ut ipsi quoque mereantur habere Fraternitatem nostram; annuitur, et cum libro eis datur, ut partem et communionem habeant de omnibus bonis, quæ ullo modo fiunt, vel in orationibus, vel in eleemosynis, non solum apud nos, sed etiam in cunctis locis, quæ nostri juris esse videntur. Pro his omnibus quamdiu sunt in hac temporali vita specialiter cantatur per singulas horas Psal.* 68. *et ea Collecta :* Prætende, Domine, famulis, etc. *Quoties ad majorem vel ad matutinalem Missam dicitur, pro eis apponitur. Postquam autem obierint, Defunctorum ea Collecta :* Omnipotens sempiterne Deus, cui, *quando non est in ordine Collectarum prima, illis proprie deputata est, et similiter illæ Matutin. Laudes pro Defunctis, quæ post quamlibet diem 12. lectionum solennem in sequenti nocte absque officio cantantur. Præterea quatuor vices in anno, id est, post primam Dominicam Quadragesimæ, post Natale SS. Apostolorum Petri et Pauli, post festivitatem O. SS. in quibus specialem commemorationem facimus cum officio, cum Missa, cum septenario, et tricenario, et præbenda eodem modo, quo solet agi pro quolibet absente, qui obierit in aliqua cellarum nostrarum. Quod cum satis manifeste relatum sit in superioribus,* (cap. 30. 31.) *non est opus secundo referre. Et hoc est quod super additur, quod 12. pauperes reficiuntur : hoc minus agitur, quod non a singulis Sacerdotibus Missa cantatur.* Vide *Familiaris, Communio* et *Confraternitas*, 2.

His addere placet formulam admissionis in ejusmodi societates ex Chartul. Campan. Bibl. Thuan. fol. 299 : *Illustri Comitissæ Campaniæ carissimæ Dominæ nostræ frater A. Prior Cluniacensis et ejusdem loci Conventus æternam in Domino salutem. Cum erga Cluniacensem Ecclesiam dilectionis plurimum innatam vobis pietatem evidenter habere cognoverimus, vobis vices, quas possumus in hoc referre volumus et tenemur. Inde est, quod in recompensatione devotionis vestræ vos in Sororem Cluniacensis Ordinis recepimus, facientes participem et consortem omnium beneficiorum, quæ de cætero fient in Ecclesia Cluniacensi, et in omnibus membris ejus, sive pro vivis, sive pro defunctis agantur. Concedimus etiam vobis, quod cum de transitu vestro Cluniacensi Ecclesiæ per præsentes litteras innotuerit, pro vobis in Ecclesia Cluniacensi solemne officium cum Missis et aliis beneficiis fiet, sicut si in aliquo Monasteriorum nostrorum cum sororibus nostris contingeret obiisse. Tricenarium etiam fiet in Conventu nostro pro vobis, et nomen vestrum scribetur in brevibus, quæ per domos congregationis nostræ ex consuetudine transmittuntur, ut ubique in locis nostris pro vobis fiat officium, et consueta beneficia persolvantur. Insuper scribetur in Catalogo defunctorum nomen vestrum in Regula in die anniversarii vestri singulis annis perpetuo recitandum, ut pro vobis fiat officium, et anima vestra absolutionem et debita beneficia consequatur. Rogamus autem dilectionem vestram et monemus in Domino, ut interim, dum in hac luce fueritis, in qua per donum gratiæ Dei longo tempore vos esse cupimus et oramus, Ecclesiam Cluniacensem et omnia loca ad eam pertinentia, et fratres totius Congregationis, sicut Soror Cluniacensis Ordinis affectuose diligere, et eorum negotia, cum vobis occurrerint, curetis secundum Deum liberaliter promovere. Actum anno Dom. 1205. mense Maio.* Vide aliam fraternitatum formulam apud Ughellum tom. 9. pag. 469. His addo, quod habet Tabularium Monasterii S. Andreæ Viennensis : *Ego Arbertus Miles, filius Wilbodi, et uxor mea nomine Ax, et filius meus Petrus, accepimus Societatem corporis et animæ in Monasterio sancti Andreæ intra mœnia Viennæ urbis posito, sub præsentia Abbatis Uberti, et ut partem habere possimus in sacris et in omnibus benefactis, quæ fiunt in Monasterio, et in omnibus membris ejus, et ut inter socios sanctæ Congregationis numerari possimus, donamus prædicto Monasterio et habitatoribus ejus unam vineam nostræ hæreditatis, sitam in pago Gratianopolitano, etc.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 45 : *Et ipsi Monachi dederunt ei societatem Monasterii, ut si ipse Presbyter voluerit venire ad habitum S. Benedicti, pro hac re et pro aliis beneficiis recipiant eum.* [* Ejusmodi fraternitatis tanta erat prærogativa, ut et mulieribus claustrum vel septa monasterii ingrediendi et intra illa manendi jus esset; quod colligitur ex Charta ann. 1213. in Chartul. Buxer. ch. 20 : *Si autem ipsos* (monachos Buxeriæ) *transire voluerit* (Gertrudis), *in tali habitu, quali domum ipsorum intraverit, ipsi et eudam servienti suæ necessaria ministrabunt.* Vide *Fratres Conscripti* in *Frater.*]

* Notatu dignissima videtur Charta Johannæ abbatissæ S. Antonii prope Parisios, qua participationem omnium bonorum spiritualium ejusdem monasterii concedit iis omnibus, qui qualemcumque eleemosynam largientes, interfuerint dedicationi capellæ de Igniaco diœcesis Suession. ex Chartul. Campan. fol. 395. col. 2 : *Universis Christi fidelibus ad quos præsentes litteræ pervenerint, soror Johanna abbatissa totusque conventus S. Antonii juxta Parisius Cisterciensis ordinis, æternam in domino salutem. Noveritis nos ad preces illustrissimi viri Theobaldi regis Navarræ concessisse omnibus illis, qui ob reverentiam B. Mariæ et B. confessoris Nicholai ad capellam de Igniaco de Jars in episcopatu Suessionensis diocesis* (die) *dedicationis et per octabas, accesserint causa devotionis elemosinam largituri, participationem omnium bonorum, quæ fuerint et de cetero fient in domo nostra et etiam specialitatem illam, quam erga familiares ordinis nostri universus ordo habere dinoscitur, duoque psalteria ex parte conventus nostri promittimus eisdem nos reddenda. In cujus concessionis testimonium præsentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno Domini 1260. mense Maio.* Ejusdem tenoris sunt Literæ Nicolai prioris Prulliaci ibid. fol. 416. v° : *Universis præsentes litteras inspecturis, Frater Nicolaus dictus prior Prulliaci Cisterciensis ordinis salutem in vero salutari. Ad universitatis vestræ noticiam volumus pervenire, quod nos ad petitionem illustrissimi domini regis Navarræ concedimus omnibus qui fidei ac devotionis gratia vel affectu hue instanti dedicatione basilicæ suæ de Igniaco de Jars ipsam basilicam visitaverint, plenariam participationem omnium bonorum, quæ in nostra*

Digitized by Google

ecclesia et in membris ejus cotidie fiunt et de cætero, Domino dante fient. Concedimus etiam ipsis fidelibus ad impetrandam suorum veniam delictorum l. missas de Spiritu Sancto et xl. psalteria, nec non et cotidianarum orationum suffragium salutare, cum elemosinis disciplinis, et aliis quibuslibet spiritualibus beneficiis in vita ipsorum pariter et in morte. Datum anno Domini 1260. *in octava Ascensionis Domini. Valeant per octo dies supradictæ dedicationis.* Vide supra in *Absolutio* 1.

* Neque etiam prætermittenda formula admissionis in fraternitatem Tertii Ordinis, quam exhibet Notarius Senens. in Actis Mss. ex Cod. reg. 4725. fol. 86. v° : *Qui frater Orlandus petitioni dicti Lupi, tam benigne quam misericorditer annuens, ... prædictum Lupum stantem in dicta ecclesia ante altare sancti Thomæ, flexis genibus et manibus junctis in confratrem Tercii Ordinis, secundum formam constitutam ejusdem ordinis, recepit, et omnium orationum, missarum, elemosynarum, jejuniorum, vigiliis* (sic) *laborum, prædicationes* (sic) *bonorumque per omnes personas dicti ordinis ubique nunc fierent, et in posterum, cooperante gratia Jesu Christi, fierent, auctoritate magistri generalis dicti ordinis, qua ipse frater Orlandus fungebatur, dictum Lupum participem et consortem constituit atque fecit in vita pariter et post mortem, dummodo ipse Lupus permaneat in ordine memorato. Hiis peractis, dictus Lupus statim obedientiam fecit dicto fratri Orlando pro dicto ordine recipienti.*

6. **FRATERNITAS**, Fratriagium, Frareschia, dicitur Pars hæreditatis, quæ ad fratres primogeniti pervenit, ita ut quod ex bonis paternis ii possident, dicantur possidere ratione *Fratriagii*, eoque ipso a fratre primogenito in clientelam id teneant, eique hominium faciant : ille vero tam pro bonis, quæ ratione primogenituræ ipsi obvenerunt, quam pro iis, quæ ab universis bonis paternis aut maternis per *Fratriagium* decisa sunt, fratribusque postnatis obvenerunt, domino capitali hominium exhibeat. Ea est enim fratriagii natura, ut ex Bractono constat lib. 2. de Acquirendo rerum dominio cap. 35. § 1. et Fleta lib. 3. cap. 16. § 6. 7. Hinc intelligendus Nangius in S. Ludovico ann. 1256. ubi ait, *terram de Bovis et de Gornaio a terra de Couciaco per Fraternitatis partitionem fuisse decisam* : quia nempe prædia ista primitus fuerant Domini Codiciaci, a quo ad filios secundogenitos pervenere, qui ob ea fratri primogenito Domino Codiciaci hominium præstiterunt, ratione *Fraternitatis*, quam *Fraragium* vocat Arestum ann. 1260. in 1. Reg. Parl. f. 113. et aliud ann. 1269. apud Chopinum lib. 2. de Dom. tit. 4. § 8. [ut et vetus Inquesta de juribus Monasterii B. M. de Bono-nuncio Rotomag. facta per Magistrum Ricardum auctoritate Philippi Franc. Regis. *Frairascam*, Charta ann. 1094. ex Archivo S. Victoris Massil. *Frerescam*, Sententia arbitralis ann. 1234. ex eodem Archivo. *Frairescam*, Charta ann. 1233. ex parvo Chartulario ejusdem. S. Victoris fol. 133. et alia ann. 1063. ex magno Chartul. fol. 91. *Frairescam seu virilem cum fratribus et sororibus successionem*, Statuta Massil. lib. 2. cap. 49. *Frairesquam* non semel, Testamentum ann. 1398. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues*. *Frairesquam*, Charta ann. 1281. apud Thomasserium in Biturig. pag. 730. *Frarersiam* et *Frarirsiam*, Charta ann. 1218. ibid. pag. 724] *Frareschiam*, vetus Charta a nobis laudata in ea, quam de hac re ad Joinvillam instituimus Dissertatione, quæ est tertia, [Charta ann. 1273. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 198. Alia ann. 1344. tom. 2. pag. 493. Alia ann. 1334. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 175. etc. *Fregreschiam*, Consuetud. Lemovic art. 83.] Denique *Fratriagium*, Arestum ann. 1317. Franci nostri vulgo *Frerage*, et *Freresche* vocant ejusmodi partitiones bonorum paternorum, unde *Frerager*, et *Frerescher*, pro partiri inter fratres, [*Freragier*,] et *Frarescheurs*, pro cohæredibus passim usurpant Consuetudines municipales, Andegavensis, Cenomanensis, Pictavensis, et Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 130. 138. 140. In Libertatibus villæ *de la Perouse* ann. 1260. apud Thomasserium pag. 100. et 101. vox *Frarescher* pro quibusvis bonis, vel potius pro *Escaeta* usurpatur. Charta Guill. de veteri Ponte Militis ann. 1265 : *Nomine cambiationis seu permutationis concessimus Roberto de Veteri Ponte Militi Domino Curvavillæ fratri meo... quidquid juris habebamus in villa Curvavillæ ratione Fraragii, in hominibus, in festagio, in haulis, in justitia, et in viaria, etc.* Tabularium Prioratus de Paredo fol. 28 : *In istis campis supranominatis totam Fraternitatem suam, quæ illi ex hæreditario jure debebatur, supradicto loco concessit. Portio Fraterna* dicitur in Arestis S. Martini hiem. ann. 1263. fol. 130. 1. Reg. Vide Probat. Hist. Monmorenciacæ pag. 134. Thomasserium in Consuet. localib. Bituric. cap. 36. [et *de Lauriere* Præfat. tom. 1. Ordinat. Reg. pag. xix. ubi recte contendit *Fraternitatem* non fuisse *tenuram* ut Cangius explicat, sed proprietatis et possessionis titulum, quem ad se invicem habebant cohæredes, inter quos divisa fuerat hæreditas, vocesque *Frarescher* et *Frerachier* veteribus Gallis id unum sonare quod apud nos *Diviser*, *Partager*, Partiri, dividere.]

* Charta ann. circ. 1060. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Rostagnus donavit nobis .... partem suam, quæ illi pertinet per Fraternitatem.* Charta ann. 1317. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 85 : *Ratione quarum* (terrarum) *dicti fratres sui fidem et homagium ipsi Guillelmo tanquam suo primogenito, causa Fratriagii et prout Fratriagium de consuetudine patriæ exigebat, facerent immediate.* Vide infra *Fratrischa*.

7. **FRATERNITAS**, Titulus honorarius, quo utebantur Reges, cum ad alios Reges scribebant : fratres enim sese vulgo appellant, uti docuimus ad Alexiadem pag. 274. Luithprandus in Legat. : *Sed et optimam amicitiæ arrhabonam Fraternitati tuæ nunc Dominus contulit.* ἀδελφότης, hac notione apud Menandrum Protector. [** Vide Glossar. med. Græcit. col. 25. a.] Sæpe etiam ipsi Episcopi ac cæteri e Clero. Occurrit passim. [* Vide in *Sorores*.]

* 8. **FRATERNITAS**, Societas, *confratria*, sodalitium. Acta notar. Senens. ann. 1283. ex Cod. reg. 4725. fol. 8. v° : *Relinquo c. sol. fratribus Minoribus de Ovili. Item iij. lib. Fraternitati de Ovili.* Vide supra *Frateria*.

* **FRATERNIZARE**, Fraterno more agere, vivere, Gall. *Fraterniser*. Instr. ann. 1379. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 37. col. 2 : *Estis etiam pensionarii ambo domini vicecomitis Ucetiæ, Fraternizando ad invicem, et socii, domestici, et familiares reputamini.*

FRATERNUS, *Filius Fratris*, in Glossar. Arabico-Lat. Isid. et Pith. sed legendum videtur *Fratruus*.

* **FRATHISSIUM**, f. pro *Fractissium*, Fissura, Gall. *Fente*. Inventar. Ms. ann. 1379 : *Item una tabula cum Frathissiis.* Vide supra *Fracticidium*.

* **FRATICELLI**. Vide infra *Fratricelli*.

¶ **FRATICELLUS**, Fraterculus, Ital. *Fraticello*. Miracula B. Angeli Clareni, tom. 2. Junii pag. 1101 : *Vir Deo devotus frater Thomasius, pauper Christi Fraticellus.* Vide *Fratricelli*.

* **FRATILLARE**. Vide mox *Fratillum*.

* **FRATILLARIUS**, *Peufier*, vel *Peusier* : non enim mihi asserta est lectio, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide *Fritellum*.

* **FRATILLUM**, *vel* Fritillum, *Molendinum vel instrumentum, quo molitur piper, vel aliud simile. Fratillare, molere*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 521. Aliud Lat. Gall. ex Cod. 7692 : *Fratillum, moulin à poivre, vel emiouere*. Hinc fortassis *Frouchine*, pro famula coquinaria, cui frangendi seu molendi ministerium incumbit, in Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1 :

> Avoirs fait bien d'un petit page,
> D'une frouchine, d'un rabot,
> Ki n'est pas graindres d'un cabot,
> Un grand segnor, un grand doien.

Vide *Fractillus*, *Fretale* et *Fritellum*.

* **FRATISSA**, pro *Fratrissa*. Vide in hac voce. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod reg. 7657 : *Conhada, Prov. Fratissa, uxor fratris*. Vide *Fratrissa*.

* **FRATO**, augment. a *Frate*, Frater. Exam. testium ann. 1270. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 125 : *Quid dicunt isti prevedones et Fratones, quod Corpus Christi non potest consumi ?*

FRATREIA, Societas, ex Gr. φρατρία, *Confrerie*. In Synodo Rotomag. ann. 1189. cap. 23. *Frateria* scribitur in nupera Conciliorum Rotomag. Ecclesiæ Editione, ubi ita describitur : *Sunt quidam tam Clerici quam laici hujusmodi societatem ineuntes, ut de cætero in quibuslibet causis vel negotiis mutuum sibi præstent auxilium, certum in eos pœnam statuentes, qui contra hujusmodi veniunt constitutionem. Et quoniam ejusmodi societates seu Fraterias, etc. Frairies*, in Consuet. Turon. art. 103. 142. Cenoman. art. 41. Senonensi art. 5. 23. Altisiod. art. 6. 10. 48. Turonens. art. 103. 142. [in Litteris ann. 1330. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1380.] etc.

1. **FRATRIA**, ut *Fratreia*. Gundemarus Rex Gothorum in Hispania in Decreto, quod exstat in Concilio Toletano : *Ita ut quidam Episcoporum Carthaginensium provinciæ non revereantur contra canonicæ au-*

Digitized by Google

ctoritatis sententiam passim ac libere contra Metropolitanæ Ecclesiæ potestatem, per quasdam Fratrias et conspirationes inexploratæ vitæ omnes Episcopali officio provehi, etc. Joan. Sarisberiensis Epist. 186. pag. 330: *Quia ergo Archiepiscopus semel iniquam Fratriam reportaverat, et videbat ex malitia persecutoris et debilitate judicis imminere nequiorem, declinavit judicium, etc.* Ubi *Fratria* videtur sumi pro sententia, nescio unde deducta notione, nam φρατρία nihil ejusmodi sonat apud Græcos.

2. **FRATRIA**, *Fratris uxor*, in Gloss. antiq. MSS. [ut et apud Festum. Joh. de Janua : *Fratria, Filia vel uxor fratris; vel congregatio.* Hinc in Glossis Sangerman. Lat. Gall. : *Fratria, Fille ou femme de frere, ou Frarie c'est congregation, confrairie.* Vide *Fratreia.*]

FRATRIAGIUM. Vide *Fraternitas* 6.

FRATRICELLI, qui et *Fratres de paupere vita, Bizochi*, et *Beguini*, interdum nominantur. Minoritarum secta, qui pura et candida S. Francisci Instituta sectari se jactabant, et a Cælestino V. Pontifice auctoramentum sectæ se accepisse contendebant, cujus auctor fuit Henricus Ceva, damnata non semel a Bonifacio VIII. et Joanne XXII. De hac consule Magn. Chr. Belg. ann. 1299. Odoricum Raynald. ann. 1297. num. 55. 56. 1317. n. 56. 57. 1318. n. 45. 51. 1321. num. 18. 19. 1322. n. 53. 1331. n. 4. 1334. n. 18. et Waddingum ann. 1317. num. 24. et seqq. ann. 1318. n. 21. 1322. n. 66. 1368. num. 4. ann. 1373. n. 1. et seqq. 1430. n. 30 Vide *Bizochi.*

* Iidem *Fraticelli.* Stat. ant. Florent. lib. 3. cap. 41. ex Cod. reg. 4621 : *In ortodoxa civitate Florentiæ et ejus locis, Christiani nominis inimico procurante Satana, apparuerunt nuperime certi Fraticelli variis nominibus interdum nuncupati; eorum aliqui apostatæ ordinis B. Francisci aliquando Fratres Minores, aliquando Fratres della povera vita, aliquando Pauperes Evangelici, sectatores dampnatæ memoriæ Michaelis sive Michelini de Cesena, olim generalis Fratrum Minorum hæretici et de hæresi ab Ecclesia dampnati, eorum variis et pravis doctrinis seculares supplices a recta via divertentes, novas oppiniones et errores seminando, et a divinis officiis, et a perceptione sacramentorum, et ab ecclesiastica sepultura dissuadendo, oppiniones falsas et novas intra populum Christianum pullulare nitentes, inter cæteros errores Papam Johannem XXII. et cæteros, qui post ipsum summi pontifices fuerunt, non erubescentes in suarum animarum præjudicium, et secutos cardinales, asserere hæreticos, in temerariam præsumptionem audentes se solos sacerdotes, et sacramenta ecclesiastica posse conferre, et quod ad ipsos solos electio papæ et totius universalis ecclesiæ reformatio spectat; et quod nullus verus papa deinceps dici potest, ipsique soli sunt universalis ecclesia, aliisque multis erroribus Christiani nominis culmen inficere nituntur.*

¶ **FRATRIMONIUM**, Bona fraterna, ut *Patrimonium* Paterna, in Glossis. Vide Cujacium ad librum 2. Instit. Justin.

* Charta ann. 1248. in Chartul. S. Dion. pag. 455. col. 1 : *Prædictus Philippus miles, ratione hæredum suorum, debet percipere Fratrimonium Eustachiæ uxoris suæ in terra prædicta.* Vide *Fraternitas*, 6.

* **FRATRISCHA**, Pars hæreditatis, quæ ad fratres primogeniti pervenit. Charta ann. 1267. in Reg. S. Ludov. fol. 7. r°. ex Chartoph. reg. : *Cum restitui decrevissent Jordano de Cabareto militi ..... Fratrischam suam in terra plana quam tenemus, quæ quondam fuerat patris sui, quoad possessionem, retenta nobis Fratrischa, seu portione Petrum Rogerium fratrem ejus contingente, pro faidimento ejus.* Vide supra *Fraternitas* 6.

FRATRISSA, *Fratris uxor.* Isidoro lib. 9. cap. 8. [et Johanni de Janua.] Papias addit, *Fratruelissa vocatur.* Gloss. Saxon. Ælfrici : *Fratrissa*, brodorvifi, fratris uxor. Vide *Fratria*, 2.

FRATRUELES, Duorum fratrum filii, in Gloss. Lat. Gall. Isidorus lib. 9. cap. 6. et Palæmo in Gloss. : *Fratruelis, materteræ filius.* [Joan. de Janua : *Fratruelis, le, Quod pertinet ad fratrem, vel res fratris, vel Fratruelis, Filius fratris, vel filia fratris, vel fratrui. Fratrueles etiam dicuntur duorum fratrum filii.*] Ethelwerdus lib. 4. cap. 3 : *Successit Fratruelis ejus in regnum.* Adde Florent. Wigorn. pag. 605. 629. Cujacium lib. 6. Obser. cap. 17. et Reinhartum Robigium lib. 7. Robigal. cap. 7.

* **FRATUELIS**, Ex fratre nepos, fratris filius, *Fraireur* et *Frereux*, nostris. Vide supra *Cosinus.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Fractuelis est quasi fiuls.* Charta Ludov. reg. Rom. ex Cod. reg. 10196. 2. 2. fol. 90. v° : *Ipsa auctorisamus declarantes ea de nostro ac charissimorum Fratuelium nostrorum Adolfi, Rudolfi et Ruperti comitum palatinorum Reni et ducum Bavariæ assensu et beneplacito facta esse.* Vide *Fratrueles* et *Fratruus.*

FRATRUUS, Ex fratre nepos, fratris filius, apud Florentium Wigorn. pag. 604. [Jo. de Janua : *Fratruus, Filius fratris; Fratrua, Filia vel uxor fratris.*]

* **FRAUATERIUM**, Vastum, incultus et eremus ager, idem quod *Fraustum.* Charta ann. 1418. ex Tabul. Auxit. : *Ficti et constituti cum suis paxeriis, rippariis, rippacatgiis, Frauateriis, aquis, aluviis, aquæductibus et aliis juribus.* Vide infra *Fraus.*

** **FRAUDA**, pro *Freda*, in Capitul. de Villis cap. 4.

* **FRAUDABILITER**, Frandulenter, *Fraudousement*, in Stat. ann. 1388. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 217. art. 1. Lit. remiss. ann. 1371. in Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 344 : *Dictus bastardus latenter fugerat et de manibus eorum Fraudabiliter evaserat.*

¶ **FRAUDATUS**, Adulterinus, plenus Fraudis. Additiones ad Vitam S. Antonini, Maii tom. 1. pag. 347 : *De seipsa dicit qualiter ab eo illuminata fuit circa quamdam artem faciendi notas argenteas super quadam Fraudata mixtura argenti vivi, etc.*

* **FRAUDOLANS**, Fraudator. Annal. Franc. ad ann. 788. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 46 : *Et cæperunt fideles Bajoarii dicere; quod Tassilo fidem suam salvam non haberet, sed postea Fraudolans appareret, etc.* Vide *Fraudolentia.*

¶ **FRAUDOLENTIA**, pro *Fraudulentia*, dixit Nicolaus de Jamsilla de Gestis Friderici II. Imper. apud *Murator.* tom. 8. col. 502.

* **FRAUS**, ut supra *Frauaterium.* Charta ann. 1295. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 105 : *Primus terminus positus in salva-guarda est in medio loco boguæ d'el Stanier, prout intrat in Fraudem de Camus, et de dicta bogua ascendendo per serram, etc. Fraity*, eodem, ni fallor, sensu, in Ch. ann. 1497. ex Cod. Mss. Commerc. pag. 206 : *Et est le haut chemin, qui est entre la crouée de la bergerie d'une part, et les terres et Fraitys du Jouchery d'autre part, et est encore ledit Fraity du Jouchery d'icelle chapelle.* Ibid. pag. 207 : *Deux jours de terre qui sont Fraitys, etc.* Vide infra *Fresceium.*

FRAUSTUM, vel *Frausta Terra*, Vastum, incultus et eremus ager, *Terre en gast.* Tabularium Abb. Belliloci in Lemovicib. Ch. 24 : *Cum vineis, pratis, omnibus indominicatis, seu et aliis mansis cum Fraustis.* Ch. 178 : *Dimitto Fraustos meos de Fonte Asinario S. Petro. Terra Frausta*, in Charta Guillelmi I. Comitis Inculismensis pro fundat. Abbat. S. Amantii, in Tabulario ejusdem Monasterii : *Terras et vineas, et in alia villa sex, terra Frausta et borderia, Humberti Noca, in ipsa villa, terra, et silva, etc.* [Occurrit apud Baluzium in Probat. Hist. Tutelensis col. 329. 349. et 360.]

Frosta Terra, Eadem notione, in Tabulario S. Cypriani Pictavens. fol. 81 : *Guido Pictavensium Comes requirebat apud Exsoletiam talem consuetudinem in Terra, quæ populariter Frosta vocatur, qualem in illa, quæ Frosta non erat,... judicatum est ergo et definitum ab Adelberto Comite Marchiæ... terram, quæ in Frostum redacta jam esset, liberam debere reverti, et quietam, in dominium Sancti, cujus proprii juris esse dignoscitur.* Tabular Absiense : *Quendam campum Terræ Frostæ, etc.* Et fol. 71 : *Et omnes alias consuetudines, quas habebat in terris, quæ circum Frostos sunt.* Alio loco : *Omnes terras, quas ei pater suus dederat et concesserat circa Frostos.* [Charta Philippi Episc. Pictav. ann. 1230. apud Stephanotium tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 797 : *In omni eximento terrarum Frostarum, etc.*]

Frusca Terra. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 327 : *Fundata fuit Ecclesiola in situ seu fundo.... continente 40. acras terræ Fruscæ, pasturæ, etc.* Mox : *Quas quidem 40. acras... sine aliquo sæculari servitio, sine decimis alicui Ecclesiæ solvendis seu subjectione, quia inanes erant et vacuæ, donavit.* Nescio an eadem notione

Frustum accipi debeat in Charta Willelmi Ducis Aquitaniæ ann. 969. apud Beslium pag. 284 : *Deprecatus est me, ut aliquid ex fraterno Frusto, quod est ex ratione B. Hilarii pertinens, ex curte Cujon.... cuidam Mainardo... sub censu 3. solidorum concederemus.* At in Charta ann. 1129. apud Locrium in Chronico Belgico, *Frustum terræ* videtur dici, quomodo vulgo usurpamus : *un morceau de terre.*

Quod vero *Fraustum* et *Frostum* hic dicitur, *Frocus* videtur vocari in Charta Ludovici Regis Franc. anni 1107. quæ habetur apud Loisellum in Hist. Bellovacensi pag. 265 : *Frocos etiam, quos Dominus*

Digitized by Google

Fulco Episcopus dederat Canonicis, et Garinus invadendo eis injuste abstulerat, Ecclesiæ et ipsis reddidi.

Frocus, in veteri Charta in Hist. Monast. S. Nicolai Andegav. pag. 89 : *Quam* (partem terræ)... *calumniabant, atque in ea brandonem posuerant; Frocum enim esse dicebant.* Quippe *Froc de la ville* appellat Charta ann. 1310. pro Comitatu Pontivensi in Regesto Constabulariæ Burdegal. fol. 249. agrum incultum, qui urbi vel ædibus adjaceret, quomodo *Fros*, vel *Froc*, occurrit in Consuetud. Ambianensi art. 184. S. Audomari art. 13. Tervannensi art. 6. Atrebatensi art. 5. Pontivensi art. 104. Tabular. Episcopat. Ambian. ann. 1282. fol. 36 : *Item ordinatum est super Frocis et locis omnibus, de quibus controversia erat, etc. Frou*, in Consuet. Aurelian. art. 169. *Froux, ou Friche*, in Consuet. *de Menetou* art. 10. Tabular. Fossatense ann. 1043. fol. 151 : *Si autem cultor arpenni defuerit, et arpennus in Frou beati Petri redierit, tutor in eo nihil capiet, usque quo cultor redeat, et arpennum a ministro Abbatis recipiat.* [Tabular. S. Richarii ann. 1196 : *In via ante hostisias, quæ vulgo Frocus dicitur, nullam justitiam seu dominium habebit.* Via *Frocus* appellata est, quod juxta viam ædibus præsertim adjacentem fere sit terra inculta et vacua.] *Fraux et pasturages*, in Consuetud. Arvernensi cap. 28. art. 6. Neque alia, opinor, notione vocem *Flos* usurpat Guillel. *Guiart* in Philippo Audace Rege Franc. :

Francois erreut tant qu'il vienuent
Es Flos qui lui appartiennent.

Porro a voce *Fros*, deducta alia *Frosser* in Consuetudine Montensi cap. 53. pro in *Fraustis* ædi attinentibus ædificare.

Ex his emendanda Charta ann. 1205. post Ordericum Vitalem pag. 1060 : *Item diximus per sacramentum, quod non vidimus... quod aliquis redderet decimas de feriis, aut de genestis, aut de Foscis, ubi prius fuerant demosmatæ.* Legendum enim puto *Froscis*, id est, locis incultis, eremis. Sed quid *demosmatæ* vox sonet, fateor mihi ignotum, nisi legendum sit *domus dirutæ.* Vide *Friseum.* [* Consule quæ ad hunc locum supra annotavimus in v. *Fosca.*]

¶ Frouza, vel Frouzus, Eadem notione. Tabularium S. Petri Vosiensis fol. 23 : *Istas terras supra nominatas cum pratis et silvis et Frouzis, quæ ad ipsam terram pertinent.*

* Frauwenrada seu Vrowenrada, Omnis generis utensilia usui ornatuique muliebri inservientia, appellari solent in jure Saxonico. Vide Acta Lips. ann. 1718. pag. 95.

¶ 1. Frax, Τρυγία οἴνου, *Fex vini*, in Supplemento Antiquarii. Gloss. Lat. Gr. : *Frux*, τρύξ, Latini eadem notione dixerunt *Fraces* in plurali numero.

* 2. Frax, Piscis genus. Tract. de Piscibus cap. 38. ex Cod. reg. 6838. C. : *Lamia vocatur Baionæ Frax, ... Massiliæ et Niceæ aliquando captæ sunt lamiæ, in quarum ventriculo homo loricatus inventus est.*

¶ Fraxinata, ut *Fraxinetum*, apud Johannem de Janua, Locus ubi abundant fraxini. Charta Oliverii Abb. S. Johannis Angeriac. ann. 1285. ex Chartulario ejusdem Monast. pag. 214 : *Fraxinatam nostram propriam de Lupi-saltu sitam inter Fraxinatam dicti Prioris de Lupi saltu et Fraxinatam communem nobis de Anlanvilla et Domino de Gurgitibus.*

¶ Fraynera, Eadem notione. Charta ejusdem Oliverii ann. 1307. in laudato mox Chartulario pag. 228 : *Dicebamus quamdam Fraynetam sitam prope fontem de Lupi-saltu... ad nos nomine dicti Prioratus pertinere.*

* Fraxineia, Locus fraxinis consitus, ut *Frasnea* et *Fraxinata*. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 95. r°. : *Donavit domum, hortum, Fraxineiam, prata, vineas, etc.*

* Fraxinna, Idem, ni fallor, quod *Friscinga*. Tabular. S. Victor. Massil. : *In Cuja in territorio sancti Victoris percipiebamus Fraxinnas et oblas.*

¶ Frayle Ficuum, Fiscina ficorum, Gall. *Cabas*, apud Kennettum in Glossario ad calcem Antiquit. Ambrosden. ubi observat Minshevum a *Fragilis* vocem hanc deducere, Skinnerum vero ab Italico *Fragli;* quod nodos junci, ex quo fiscina contexitur, significat. Non dubitat Kennettus ipse, quin ejus vocis etymon vernaculum sit patriæ, unde fici fuerunt allatæ. Eadem notione *Freau de figues* legimus in Chartul. Gemeticensi tom. 1. pag. 19. Vide *Fraellum.*

* Frayre. Vide infra *Froyre.*

* Frayreysia, Jus in bona fraterna. Testam. Francon. de Rastello ann. 1345. in Reg. 4. Armorial. gener. pag. 15 : *Item lego, jure institutionis hæredis et Frayreysiæ, Audoniæ, Peyronæ et Lauræ sororibus meis, etc.* Vide supra *Fratrimonium.*

¶ Fraysis, Fraxinus, Gall. *Fresne.* Invent. anni 1342. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Doumen unius vasis de Frayse.*

* Frayssineda, ut supra *Fraxineia*, a Provinciali *Frays*, fraxinus. Codex censual. S. Vict. Massil. ab ann. 1460. ad 1480 : *Cum terra quæ se tenet cum la Frayssineda versus meridiem.*

* Frazia, Impensa, sumptus, Gall. *Frais.* Stat. Genuens. lib. 5. cap. 7. pag. 136 : *Quotiescunque dos veniet restituenda, is per quem fieri debebit restitutio, possit ex summa dotium pro Fraziis retinere, etc. Si vero nunquam fuisset secuta transductio, seu cohabitatio uxoris in domum mariti, vel mariti in domo uxoris, non possit aliquid retineri pro Fraziis.* Vide *Fructus* 1.

1. Frea, Quæ sub alterius tutela seu *mundio*, vel dominio est, Papias : *Frea, i. mundoalda.* Isid. in Gloss. : *Frea, vel mundiana de parente suo relicta.* Jo. de Janua, *Frea, potestas, vel mundia, a parente suo relicta, et dicitur a fremo : hoc mundium dicitur dominium.* [Gloss. Lat Gall. Sangerm. : *Frea, Puissance.*][** Glossar. in Cod. Cavens. Leg. Longob. : *Frea, i. e. puella, quæ in alterius mundium est.*] Lex Longobard. lib. 2. tit. 2. § 4. [** Luitpr. 93. (6, 40.)] : *Si quis Fream alienam sine voluntate mundoaldi* (i. tutoris) *ejus movere de casa, ubi ipsa habitat, præsumpserit, etc.* Adde tit. 11. §. 4. [** Luitpr. 120. (6, 67.)] et Leges Luithprandi Regis tit. 93. ubi Boërius : *Frea est mulier, quæ est in mundio Regis vel alterius.* Anglo-Saxonibus, frea, est dominus, herus : ex quo freolæta, libertus. Vide Loccenium lib. 1. Antiq. Suecic. cap. 3. et Joan. Stiernhookum de Jure Sueonum antiquo pag. 394. [** Saxonibus Fri, mulier. Vide Schmeller. Glossar.]

* Pro Bonis etiam, quæ ad *Fream* pertinent, legitur in Contractu matrim. ann. 1248. apud Corbinel. inter Probat. Hist. geneal. domus *de Gondi* pag. lxxj. : *Quam siquidem Monacam dictus Ghondus pater ejus ipsi Jacopo dismundiavit, et sub ejus mundio et potestate misit, cum omni Frea et anagress, et omni jure mundii, ipsis Jacopo et Monaca altero in alterum per verba de præsenti matrimonialiter consentiendo, cum annuli datione et receptione.*

2. Frea, Saxonum Dea, uxor Vodani, qui et ab iis pro Deo cultus est, de qua Paulus Warnefridus de Gestis Longob. lib. 1. cap. 8. Matthæus Westmonaster. Willelm. Malmesbur. pag. 9. Saxo Grammat. lib. 1. et 5. Ordericus Vitalis lib. 4. pag. 513. Godefridus Viterb. qui *Feriam* vocat, et Galfridus Monemuthensis lib. 3. cap. 1. Vide Wormium in Fastis Danicis lib. 1. cap. 15. in Monumentis Danicis lib. 1. cap. 4. et Cluverium lib. 1. Germ. antiq. cap. 27. [** Grimm. Mythol. German. pag. 91. 96. 191.]

¶ Freia dicebatur Dea Ceres antiquis Danis et Sueonibus, qui per *Freium*, Thor et Attin, seu potius Odin, ut notat Hickesius jurabant; unde hæc vetus juramenti formula : *Bialpi mier sua Freia, Thor, Ochin almathi as, Ita me Freia, Thorus et Attin maximus adjuvent.* Carolus Lundius in L. Zamolxi cap. 3. apud laudatum Hickesium Dissert. pag. 40. [** *Hialpi mer svá Freir ok Niærdr ok hinn almátki Ás,* Ita me adjuvent Freir et Niœrdr et ille omnipotens Asius, in Landnama Saga pag. 138. Vide Grimm. Antiq. Jur. pag. 50. et de deo *Freyr* ejusdem Mythol. pag. 135.]

¶ Feagium, Fraagium, f. pro *Foagium* vel *Focagium*, de quibus supra. Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* de Feudorum usu tom. 2. pag. cxcvii : *De Fraagio et tessamentis de Tooni et aliunde* vi^m. *et* vi^c. *l.*

* Non placet hujusce vocis interpretatio, quantumvis subtiliter adinventa et industrie composita, quæ in Libello memoriali ann. 1733. pro domino terræ *de Tooni* proponitur. Infirmum quippe omnino est argumentum ex pretiis inter se compositis deductum, cum summa vj^m. et vj^c. lib. non ex *Tooni* tantum, sed *aliunde* etiam collecta dicatur. Maneat ergo proposita in Glossario, licet dubitanter, explicatio, dum aliquid melius succurrat. Haud scio etiam an huc spectet vox *Freasce* ex Charta ann. 1301. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 139. v°. col. 2 : *O tout le droit des Freasces droit au molin Colin de la parrie.* Vide *Fraus* et *Frecheyum.*

* Frecea, *La podesta mondiale.* Glossar. Lat. Ital MS.

* Frecengia, ut *Friscinga*. Vide in hac voce. Charta Odon. abb. S. Germ. Prat. ann. 1233. in Chartul. thesaur. ejusd. monast. fol. 100. v°. : *Pro dicta majoria sexaginta solidos Paris. in perpetuum in festo S. Remigii solvere tenebitur annuatim, salvis Frecengiis nostris amodo,*

Digitized by Google

sicut antea nobis in festo beati Vincentii singulis annis persolvendis. Unde *Frecenge* et *Frecengée*, Tributum seu præstatio ex *Frecengiis*, aliisve etiam rebus. Charta ann. 1301. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 140. r°. col. 2 : *Item Frecengée payée à la Lompne le Dimenche avant les roëssons, ij. sols, v. den. ob. Item Frecenge à Cren ledit Dimenche, xvij. sols, ij. den.* Vide infra *Fressengia*.

¶ **FRECENIA.** Vide *Friscinga*.

* **FRECHEYUM.** Charta Caroli IV. reg. Franc. ann. 1323. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 198 : *Quoddam Frecheyum de novo repertum apud Brieverdent pro viginti solidis.* An idem quod mox *Frecum*, ager incultus et eremus? Vide *Freschertum* et *Friscum*.

¶ **FRECHISSUS**, f. Cælatus, ornatus. Inventarium ornamentorum D. Abbatis S. Victoris Massil. ann. 1358. ex Archivo ejusdem Monasterii : *Una navicula argentea pro tenendo thure habens cubesellum argenteum Frechissum in superficie.* Italis *Fregiare* est ornare, unde *Fregio, Fregietto*, Ornamentum. Hinc forte *Frechissus* g mutato in *ch* : quæ fere ut *g* Galli pronunciamus. Vide *Frecta*.

FRECIA. Papias, de coloribus nativis : *Ut sinopis, rubrica, paritonium, melinum, Frecia, auripigmentum, etc.* Nescio, an huc pertineat Charta Dagoberti Reg. Franc. apud Doubletum pag. 670 : *Et quicquid de Freciis, aut de reliquis exinde fiscus augmentare potuerat, ad ipsos pauperes proficiat in augmentis.* [Forte melius in hac Charta legeretur *Frociis*. Vide *Fraustum*.] [* Haud displiceret *Fredis*. Vide *Fredum*.]

¶ **FRECIARE**, Palos, ut videtur, ligno transverso munire, a Gallico *Fraiser*, Palis præcingere. Visitatio Castrorum Dalphinalium ann. 1347. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 66. col. 2 : *Viderunt etiam burgum de Monte retro Castrum, in quo plures pali deficiunt, et non est morenatum seu Freciatum dictum palium, tamen injunxerunt Castellano, ut dictos palos per illos de villa seu mandamento venire, adducere et plantare faciat, et etiam morenare et Freciare, et illud faciat ante portam Castri juxta motam de palicio ibidem existente.* Pag. 67. col. 1. habetur : *Injunxerunt Castellano, ut dictum palicium reficere, replantare, morenare et Refreciare faciat per illos de villa et mandamento, qui hoc facere debent.*

FRECINNANT Avrs, *Cantant*. Papias.

FRECTA, FRECTATUS, FRICTATUS. Inventarium ornamentorum Ecclesiæ Eboracensis ann. 1530. in Monastico Angl. tom. 3. pag. 109 : *Una mitra Frictata cum argento et reband..... Item mitra de albo serico cum riband de auro.* Visitatio Thesaur. S. Pauli Londonens. ann. 1295. ibid. pag. 314 : *Item sandalia cum caligis breudatis et Frectatis, de armis palatis et undatis.* Rursum pag. 317 : *Cum nodulis Frectatis in extremitatibus de filo auri et argenti.* Pag. 321 : *Capsa operta sameto rubeo, cum Frectis et scutis breudatis, præterquam in tergo, etc.* Pag. 326 : *Unus pannus de viridi campo, cum rosulis inter Frecturas, etc.* Infra : *Inter Frecturas aureas, etc.* Pag. 331 : *Cum casula de panno inaurato super serico, cum avibus aureis in Fretta lineata panno de Ailesham rubeo.* [Charta anni 1388. apud Rymerum tom. 7. pag. 577 : *Unum lectum de panno aureo de rubeo campo, cum foliis aureis operatis in quodam Frecto albo.*]

FRETES nostri sagittæ speciem vocabant. Regestum Ludovici Ducis Andegavensis Regis Siciliæ fol. 61. in Camera Comput. Parisiens. : *La terre de Boiere doit tous les ans de service deux arcs, deux Fretes ferrées, et deux bousons, deux gelines, et un chapel de roses.* Hinc *Freté* Heraldi nostri in armorum insignibus, ejusmodi sagittas cancellatim positas videntur appellasse. Le Roman *de Garin* :

> Tante hanste Freté, et tant escu croisi,
> Et tant vassal contre terre flati.

i. videre erat tot hastas cancellatim, et scuta in Crucis formam humi jacere. Proinde forte *Frectatus* idem erit ac *Freté*. [* Vide infra *Frestatus*.]

¶ **FRECTAGIUM**, Naulum, Gall. *Le Fret*, pretium pro vectura in navi solutum. *Frectagium pro eisdem navibus, nec non expensas alias, quæ pro cariagio eorumdem vinorum, etc.* in Litteris anni 1317. apud Rymerum tom. 3. pag. 647. Occurrit rursum tom. 9. pag. 542.

¶ **FRECTUM, FRECTURA, FRECTUS.** Vide in *Frecta*.

* **FRECUM**, Ager incultus et eremus, idem quod *Fraustum* et *Friscum*. Charta Phil. V. pro monast. Pissiaci in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 92 : *Item super Frecis villæ de Vernone pro toto ad Pascha, iv. lib. ij. sol.* Reg. forestæ de Broton. ex Cod. reg. 4653 : *Et si volunt, possint custodire suas bestias de herbagiis forestæ; in suis Frecis, vel in suis gardinis nichil debent jure donare foresteis. Frec*, Pagus, regio, in Pedag. Bapal. ex Chartul. 21. Corb. fol. 359. v°. : *Chacune carette de conduit iiij den. et j. den. du queval, ... vj. den. de conduit, ... s'il estoit à homme du Frec de Flandres.* Supra : *Le frec de Vermandois*.

1. **FREDA**, Ornamentum vel umbraculum, quod feretris et capsis Sanctorum superponebatur. [Gl. MSS. ad Regestum Gregorii M. : *Absis est Freda, Operculum ligneum, quod retro altare fit super corpora Sanctorum.*] Monachus Altisiod. ann. 840 : *Hic Sanctorum Martyrum Alexandri et Crisanti pignora ab urbe Roma detulit, quæ in prædicta Ecclesia recondidit, Fredamque cum cancellis benigno studio exornavit.* Gesta Consulum Andegav. cap. 3. num. 26 : *Fecit præterea intus* (altare) *aliam absidam ex oricalco, cupro, et stanno fusilem... ubi et hanc absidam electrinam posuit, secundamque Fredam desuper auro optimo et lapidibus pretiosis ornatam, etc.* Hist. Episcopor. Autisiod. cap. 20 : *Fredam vero quæ sacratissimo Corpori est superposita, Rex auro argentoque mirifice decoravit.* Hericus Monachus de Miraculis S. Germani Autisiod. cap. 27 : *Post genitricis excessum, super adorandam beatissimi Germani memoriam ... regalibus expensis Fredam composuit, quæ auro argentoque elegantissime decorata, in nostram quoque duravit ætatem.* [Acta SS. Maii tom. 5. pag. 236. ubi de S. Austregisili : *Circa autem mediæ noctis silentium visum est ei in eadem Ecclesia adesse quasi magnum fremitum; hinc capsas sanctarum Reliquiarum concuti, hinc Fredam super sancto corpore impositam commoveri.*] Vide *Fredum*.

* Sed et pro ipsa capsa seu theca reliquiarum occurrit, in Hist. translat. S. Baudelii inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 4. col. 2 : *Cernebatur ferri geminas sanctorum Fredas, quarum alia habebat merita S. Baudelii martyris, altera vero Pauli et Amantii confessorum.*

¶ 2. **FREDA.** Chartular. Monaster SS. Trinit. Cadom. fol. 26. v° : *Caretas avenæ* 3. *unam Fredam, alii frumenti, unam flicam, duos formaticos, etc.* Sed emendatione hæc indigent.

* 3. **FREDA**, Impensa, sumptus, Gall. *Frais*, in Concord. Universit. Andegav. ann. 1513. teste D. *Pocquet*. Vide *Fredum*.

* **FREDARE**, Mulctam exigere; unde et pro Molestare, vexare, nostris *Fredir*. Charta Otton. II. imper. ann. 974. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 311. col 1 : *Ut nullus..... per aliqua ingenia ejusdem ecclesiæ homines admallaret et Fredaret.* Lit. remiss. ann. 1472. in Reg. 197. Chartoph. reg. ch. 359 : *Adonc print à renier, malgroyer et despiter Dieu que se icellui Brochart n'ouvroit tost ledit huis, il le Frediroit du corps.* Vide *Fredum*.

* Vox vero *Fredaine*, a vulgari hodierna acceptione differt, in Lit. remiss. ann. 1420. ex Reg. 171. ch. 274 : *Lequel Jehan dist au suppliant : Que vous faites de nares et de Fredaines pour le port que vous prenez... de vostre neveu?..... Pourquoy faites vous tant de Fredaines?* Ubi idem videtur quod Jactantia, ostentatio, Gall. *Fanfaronnade*.

FREDIANI, cum Dendrophoris et aliis, qui gentilitiæ superstitioni operam dabant, recensentur in leg. 20. Cod. Th. de Paganis, (16,10) ubi Jacob. Gothofredus conjecturas suas proponit, quas expendere cuivis licet.

FREDLESS. Andreas Suenonis lib. 7. Legum Scanicar. cap. 6 : *Obtineat, ut a Judicis talis sententia proferatur, ut et a reo Rex tres marcas accipiat, et actor non solum æstimationem*, (rei furatæ) *sed duplum pariter æstimationis, et ut ipse reus Communis pacis expers ab omnibus habeatur, quam lingua patria* Fredless *appellat.* Ex *Fred*, vel *frid*, pax, et *Less*, dimittere, unde nostris *Laisser*.

* **FREDO**, a Gallico *Fredon*, Tonus vel modus musicus. *Domino succentori pro Fredonibus*, in Comput. MS. vicar. S. Petri Insul. Vide *Frigdoræ*.

1. **FREDUM**, **FREDA, FREDUS, FRIDUS**, Mulcta, compositio, qua fisco exsoluta, reus pacem a Principe consequitur, vel ob violatam pacem publicam indicta, uti vult Vadianus. Nam *frid*, Germanis idem valet quod *pax*. Kero Monachus : *Pacem, Fridu*. Conradus Usperg. ann. 1152. de Friderico I. Imp. : *Cum ex nominis sui interpretatione Pacis dives vocaretur.* Idem ann. 1187 : *Quas litteras Alemanni usque in præsens Fridebrief, id est, litteras pacis vocant.* Papias : *Freda, id est, bannum*. Quo loco

Digitized by Google

bannum est etiam mulcta, compositio. [*Fredum* tamen a *banno* distinguendum contendit Coccius in Dagoberto pag. 179. Sed auctoritatibus inhærendum existimo quæ utrumque confundunt.] Charta Caroli M. apud Meurissium in Episcopis Metensib. pag. 185 : *Et ubi Fredum ipsi Agentes, aut reliqui homines memoratæ Ecclesiæ acciperent, Freda ad ipsa loca Sanctorum deberent Christo præsule proficere in augmentum.* Alia Ottonis Imper. apud Baldricum in Chron. Camerac. lib. 1. cap. 72 : *Aut mallum tenendi, bannum vel Freda exigendi, etc.* [** V. Grimm. Antiq. Jur. Germ. p. 656. Eichhorn. Histor. Jur. German. § 71.]

☞ Quæ mulcta cum fisco regio persolvebatur *Fredum regale* dicitur in Charta ann. 984. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 379 : *Quindecim debitales porcos in eadem curte, Freda regalia quæ Johannes habebat annuatim de manu Regis Francorum in Tutelensi castro.* Non omittendum tamen præter hanc mulctam fisco exsolutam, aliam fuisse compositionem seu mulctam illis persolvendam qui injuriam aut damnum passi fuerant.

Fredum fisco persolutum docent Lex Aleman. tit. 3. § 3. tit. 4. Lex Bajwar. tit. 6. § 3. tit. 10. § 4. Lex Frision. tit. 16. Capitularia Caroli M. lib. 3. cap. 30. lib. 5. cap. 185. Additio 4. Ludov. cap. 83. etc. Gregorius Turon. de Mirac. S. Martini cap. 26. ex eo Flodoardus lib. 4. Hist. Rem. cap. 50 : *Affirmavit compositionem fisco debitam, quam illi Fredum vocant, a se fuisse reis indultam.*

Interdum tamen freda fisco non exsolvebantur, sed judicibus ipsis, ut est in Lege Salica tit. 52. § 4. tit. 55. § 2. in Decreto Chlotarii § 12. etc. [Constitutio Leduini Abb. S. Vedasti apud D. *Brussel* de Feudorum usu tom. 2. pag. 789 : *Qui vadem dederit quinque solidos de lege, dabit triginta denarios de Fredo : et hujus Fredi duæ partes erunt Præpositi; tertium vero partem habebit Major placiti. Si autem lex Abbatis fuerit, totum Fredum Major placiti habebit.*]

☞ Interdum Ecclesiæ, dum in ea facinus in Clericos fuerat admissum. Leges Ludovici Imp. [** cap. 7.] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 128. col. 1 : *Sanguinis effusio in Ecclesia facta cum furore, si in Presbytero fuerit, in triplo componatur, duas partes eidem Presbytero, tertium pro Freda ad Ecclesiam, et insuper bannum nostrum componat. Similiter et de Diacono juxta compositionem in triplo componatur, et bannum nostrum componat. De Subdiaconibus similiter secundum suam compositionem in triplo persolvat. De unoquoque ordine Clericorum secundum suam legem compositionem in triplum faciat, et bannum nostrum persolvat. Similiter et de ictibus sine sanguinis effusione de unoquoque ordine Clericorum secundum suam compositionem cum triplo componatur, et bannum nostrum; et qui non habet unde ad Ecclesiam persolvat, tradat se in servitio ejusdem Ecclesiæ, usquedum totum debitum persolvat.*

Neque etiam fuit *Fredum* solida compositio a reo exsoluta, sed tantum pars tertia, quæ fisco aut judici exsolvebatur. Lex Rip. cap. ult. : *Fredum autem non illi judici tribuat, qui culpam commisit, sed illi, qui solutionem recipit. Tertiam partem eorum testibus fisco tribuat, ut pax perpetua stabilisque permaneat.* Quæ verba ultima evincunt *Fredum* datum pro habenda *pace.* Capitul. Caroli M. lib. 4. cap. 14 : *Triplo componatur, duæ partes eidem Presbytero, tertia pro Fredo ad Ecclesiam, etc.* Adde Capitulare 3. ann. 813. cap. 2. 3. 4. Decretionem Chlotarii II. Regis cap. 9. etc.

Freda de quibuslibet causis, in Ecclesiarum possessionibus exigere vetantur judices, in privilegiis et immunitatibus a Principibus iis indultis; ita ut quod ex his fiscus sperare potuerit, in Ecclesiarum usus, in luminaria locorum Sanctorum, vel in stipendia Sanctorum Dei convertatur. Quæ verba passim habentur in veteribus Chartis apud Marculfum lib. 1. form. 2. 3. et Beslium in Comitib. Pictavens. pag. 155. 165. Sanjulian. in Hist. Burgund. pag. 242. 274. Doubletum, et alios, Baldricum in Chron. Camerac. lib. 1. cap. 37. 62. 72. 76. 106. etc. [Adde Chartam Dagoberti Reg. ann. 632. tom. 1. Hist. Lotharing. col. 250. Clodovæi II. ann. 638. tom. 1. Instr. Hist. Paris. pag. 20. col. 2. Decretum Conradi Reg. in Hist. Lugdun. inter Instr. pag. XXII. Miræum tom. 1. pag. 50. 128. et tom. 2. pag. 807. Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 62. 137. 144. et alibi.]

¶ **Frædum**, Eadem notione, in Charta Ludov. Pii inter Instr. Hist. Alsat. pag. 15.

¶ **Friddum**, Eodem significatu, in Charta Childeberti III. apud Felibian. Hist. Sandion. pag. XVI.

¶ **Fridum**, in Charta Caroli C. inter Instrum. t. 4. nov. Gall. Christ. col. 225.

¶ **Fridum**, pro *Fredum*, in Præcepto ann. 750. inter Instrum. tom. 4. Gall. Christ. col. 263.

¶ **Fretum**, in Historia Mediani Monasterii p. 13. et in Actis SS. Aprilis t. 2. p. 93.

¶ **Fretus**. Charta Caroli M. ann. 781. pro Monasterio SS. Salvatoris et Juliæ Brixiens. in Bullario Casin. tom. 2. pag. 19 : *Sed sub immunitatis nomine cum omnes Fretos concessos valeant Rectrices ipsius Monasterii quietas vivere et sedere.* Altera ejusdem Caroli M. Charta pro Monasterio Sithiensi apud Mabillonium Diplom. lib. 6. Instrum. 198 : *Judiciaria potestas ibidem ingredere non præsumat quoquam tempore : nisi quod sub emunitatis munere omni tempore cum omnes Fretos vel bannos concessos pars ipsius Monasterii perenniter debeat possidere.*

Fredum pro quavis exactione videtur interdum usurpari in aliquot Chartis, apud Duchesnium in Hist. Monmor. pag. 20. 22. Hemer. de Academ. Paris. pag. 33. Beslium in Episc. Pictav. pag. 33. etc.

Ab hac voce ortum habet, quæ passim est in usu apud Practicos, *Frez*, *Frez des procez*, pro litium ac causarum sumtibus et impensis. Aresta anni 1284. in Regesto Parlamenti fol. 70 : *Quod pro solvendis et aquitandis debitis et Fredis villæ suæ possent talliare, etc.* [Arestum ann. 1538. in Tabul. Calensi : *Examen testium integraliter Fredis et expensis supradictorum appellantium fieret, etc.*]

Fridus, in Lege Salica Edit. Heroldi tit. 53. § 3. Capitul. Caroli M. de Partib. Saxoniæ cap. 15 : *Undecunque census aliquis ad fiscum pervenerit, sive in Frido, sive in qualicunque banno.*

Fredus. [Charta Dagoberti ann. 635. tom. 2. Hist. Meld. inter Instr. pag. 4 : *Sibimet omnes Fredos concessos debeat possidere.*] Occurrit præterea in Lege Salica tit. 26. § 9. tit. 55. § 2. in Decreto Chlotarii § 12. in Lege Ripuar. tit. 46. § 1. in Legib. Henrici I. cap. 90. etc.

Freda, apud Papiam, et in Lege Anglior. tit. 7. § 5 in Lege Frision. tit. 16. 17. tit. 22. § 81. in Charta Caroli Calvi apud Camusatum in Antiq. Tricass. pag. 84. etc.

¶ 2. **FREDUM**, vel **Freda**, Alia notione. Charta anni 1065. ex Armario S. Victoris Massil. : *B. Comes Provinciæ confirmo oblationes prædecessorum meorum, vel quæ Monasterio S. Victoris conquisita sunt, in Monasteriis, cellis, castellis, villis, terris... hortis, Fredis, salinariis... agris, etc.* Sed forte legendum *Frescis.* Vide *Friscum.*

1. **FREDUS**, *Marrubium*, Papiæ.

2. **FREDUS**. Lex Alemann. tit. 106. Edit. Heroldi, (nam hic titulus deest in Lindenbrogiana,) *De eo, qui in Fredo infantes læserit : Si quis alterius infantem de medio Fredis laserit*, (læserit,) *sol. 3. componat.* Vide *Fredum.*

¶ **FREEDSTOLL**. Vide *Frithstoll.*

¶ **FREFARE**. Vide *Fretare.*

* **FREGATA**, vox Italica, nostris *Fregate*, Navis exploratoria. Epist. reginæ Joannæ comit. Prov. ad Bertr. *de Grasse* dom. Barri ann. 1362. ex sched. Pr. *de Mazaugues : Miramur cur tantum tardas, non venis cum Fregata in Provinciam accessurus, ut promisisti; eo quod Fregata nostra de omnibus, ut decet, munita et ad transfretum parata, non expectat aliud nisi, etc.*

* **FREGERE**, pro Frangere. Reparat. factæ in senescal. Carcass. ann. 1435 : *Ponendo in bono statu molam dicti molendini, quæ Fregebatur.* Occurrit rursum infra.

¶ **FREGRESCHIA**. Vide in *Fraternitas* 5.

¶ **FREIA**. Vide *Frea* 2.

* **FREGSINGARIUM**, Tributum seu præstatio ex *Frecengiis*. Charta fundat. S. Petri Abbavil. ann. 1100. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 297 : *Octo solidos de Fregsingario apud villam, quæ dicitur Valles, singulis annis tradidi.* Ubi Lib. nig. ejusd. monast. habet fol. 297. v°. *Frexengario*, et fol. 346. r°. *Fresengario. Fresengage*, in Charta ann. 1340. ex Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 217 : *Item vint livres Parisis de rente par an ou environ deues à la S. Remy, que on appelle Fresengage.* Vide infra *Fressengia.*

* **FREHTA**, Modus agri, seu agri portio, Germ. *Frehte.* Charta ann. 1280 : *Ex una parte dimidia Frehta, ex altera parte dimidia Frehta.* In fine hujus Instr. *Summa agrorum horum, etc.* Vide *Freta* 2. [** Confer Scherz. Glossar. Germ. in hac voce. Alio sensu, scilicet pro corvata in Chart. ann. 865. apud Neugart. in Alem. num. 430 : *Censum inde, id est unius servi Frehtam absque diebus et feminæ operibus singulis annis persolvant.* Jura Mauri-monast. ann. 1144. in Alsat. Diplom. tom. 1. pag. 229 :

Digitized by Google

Decimam dabit ex suo manso quod tamen Frehtas bene sibi recompensatur, plures enim habet. Ibid. pag. 230. *Fretis.*]

¶ **FREIDUM.** Vide in *Fredum* 1.

¶ **FREIGRAVIUS**, Comes liber. Vide *Gogravius.*

¶ **FREITON.** Vide *Ferto.*

* **FREJURIUM**, Forojulium, Gall. *Frejus.* Charta ann. 1035. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Postea flexit se super perecium, et donat usque in viam, quæ venit de Frejurio.*

* **FRELBERIA**, Idem videtur quod *Fredum* 1. Mulcta, compositio. Charta ann. 1422. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 441 : *Quæ omnia supradicta sibi* (baillivo) *danda, tam pro suo salario quam ex dono, de gratia dominus sibi potest, si voluerit, deputare in patria Vallesii super suis redditibus, vel super Frelberiis et bannis commissis.* Et col. 442 : *Item, quod dictus baillivus, absque licentia domini, non possit imponere banna, Frelberias vel pœnas.* [** *Frevel*, Germanis Injuria, delictum leve et mulcta, quæ ob ejusmodi delictum exigitur. ADEL.]

* **FREMEN.** Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Bregas, Prov. faus, mandibula, rumen, Fremen.*

FREMENEFEDA, in Monastico Angl. tom. 2. pag. 286. Vide *Flemen-Firma.*

¶ **FREMENTER**, Cum fremitu, in Actis SS. Aprilis tom. 2. pag. 250.

¶ **FREMIS.** Vide *Fremiticus.*

¶ **FREMISCULI.** Vide *Frenisculi.*

FREMITICUS, in Notis Tyronis pag. 180. idem qui *Frigoreticus : Epifora. Fremis. Fremiticus. Cardiacus, etc.* Ubi *Fremis* videtur esse *horror febris.* Vide *Frigoreticus.*

¶ **FREMMUS**, φυαχή, Gemitus. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. MSS. Laurent. in Amalthea : *Fremus, Fremitus*, ex Salmasio.

* **FREMULA.** Stat. Universit. Andegav. ann. 1395. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 311 : *Item dictus claviger in dictis licentiis faciendis debet administrare in dicto palatio Fremulas atque mensas.* Sed legendum *Formulas.* Vide in *Forma* 13.

¶ **FREMUSCULI.** Vide *Frenisculi.*

* **FREN**, NIS, *Humor capitis, qui facit hominem freneticum.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Frénaisieux* et *Frénasieux*, Phreneticus, nostris. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 212 : *Icelle Jehanne qui est de longtemps et souventes foiz lunatique, Frénaisieuse et insensible, etc.* Aliæ ann. 1459. in Reg. 188. ch. 203 : *Icellui Jacquet, qui par la maladie qu'il avoit eue, estoit fort Frénasieux et altéré de son entendement, etc.* Hinc *Frénoisieusement*, Furiose, in Lit. remiss. ann. 1361. ex Reg. 92. ch. 30 : *Icellui Jehan courust Frénoisieusement sur ledit Guillaume, et se bouta l'espée dudit Guillaume son frere parmi le ventre.*

¶ **FRENAGIUM**, pro *Furnagium*, Pretium domino furni solutum pro coctione furnaria. Statuta Ecclesiæ Glandatensis MSS. ann. 1327 : *In eorum bonis quæ tenentur sub ipsa præpositura habet in Frenagiis, mauturis, calcaturis, bannis et ceteris aliis prout est assuetum.*

¶ **FRENARIUS**, Χαλινοποιός, Qui facit frena, in Leg. Neapol. 3. tit. 36 : *Sellarios et scutarios, Frenarios atque armerios, candelarios, fabros, etc.* Hæc post Martinium. Vide *Frenerius.*

¶ **FRENDERE**, de porcis grunnientibus supra dicitur in *Braulare.* Festo : *Frendere est frangere, unde est faba Fressa, unde et dentibus dicimur Frendere.* Isid. 10 : *Frendens, quod minando frangat dentes et comprimat fremens.*

* **FRENDIS**, *Truée sauvage. Frendus, senglier. Frendere, Gruniere, Gallice.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521.

FRENDLESMANNI, appellabantur olim ab Anglis, qui postea *Utlaughe*, seu *utlegati*, vel *exleges*, id est, proscripti exules, in Legibus forestarum Canuti Regis cap. 24. et apud Bracton. l. 3. tr. 2. c. 13. § 1.

FRENDWYTE, in Fleta lib. 1. cap. 47. § 15. significat *acquietantiam prioris prisæ ratione solennitatis convivii.* Vide *Forfang.*

* **FRENECTUS**, dimin. a Frenum, Ornamentum muliebre, Ital. *Frenello.* Stat. ann. 1337. apud Cl. V. Garamp. in Ind. ad Hist. B. Chiaræ pag. 506. col. 1 : *Quod possit quælibet mulier.... Frenectos valoris ad plus 40. solidorum pro quolibet Frenecto, sine pœna deferre.*

FRENELLATUS. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 23 : *Necessarium est, quod dictæ galeæ sint tali modo et manerie Frenellatæ, quod dum adversus hostes processerint pugnaturæ, de facili stringant se invicem et conjungant.* Adde cap. seq. Vox formata a *Frænum*, et *Frænare*, unde *frenella* Italis, ferrum, quod equi os stringit, lupatum.

☞ Ab eadem origine *Enfrené* dixerunt nostri de equo qui freno regitur. Le Roman *de la guerre de Troyes* MS. :

> Palefrois orent gens et biaus.....
> Ensellés furent gentement,
> Et Enfrenés si richement,
> Que de mil besans monez
> Ne fust li lorains achatez.

¶ **FRENERIUS**, Qui facit frena, in Catalogo MS. sodalium Confraternitatis B. M. in Ecclesia B. M. Deauratæ Tolos. ann. 1328. institutæ. Vide *Frenarius.*

¶ **FRENEYR**, Eadem notione apud Arvernos. Charta Bernardi de Turre ann. 1308. apud Baluz. tom. 1. Hist. Arvern. pag. 783 : *Escudeleyr, Freneyr et coleyr et carnifices tres denarios quilibet pro annata.*

* *Frennier*, in Poem. de Lendito, apud D. *Le Beuf* t. 3. Hist. diœc. Paris. p. 260.

* **FRENETICARE**, vox Italica, Delirare. Barel. serm. in fer. 5. in Capite jejun. : *Tales Freneticant in morte et perdunt usum rationis in pœna suorum criminum.* Vide supra *Fren.*

* **FRENEUS**, Fraxineus, in Codice censuali S. Vict. Massil. ab ann. 1460. ad 1480. Vide supra *Frasnea.*

FRENISCULI, *Ulcera circa rictum oris, similia, quæ fiunt jumentis asperitate frenorum.* Isidor. lib. 4. cap. 8. [Lego cum Glossis Sangerman. *Frenusculi.* Perperam apud Papiam editum *Fremisculi*, et in MS. *Fremusculi;* ubi pro *rictum* habetur *hiatum.*]

FRENOSUM. Alcuinus Poem. 199 :

> Fas ideirco reor comprendere plectra Maronis,
> Carminibusque sacris naves implere Frenosum.

Locus male sanus.

¶ **FRENUSCULI.** Vide *Frenisculi.*

FREOBORGES. Vide *Friborga.*

¶ **FREODO**, Vitulus lactens, ex interpretatione Schilteri. Lex Salica tit. 3 : *Si quis vitulum lactantem furaverit, malb. pedero aut Freodo*, cxx. *denar. etc.* MS. Regium habet : *Podor aut frico.*

FREPATÆ *Vestes*, Gallis, *Habits trouez, decoupez, frippez*, unde vocabulum. Gaufridus Vosiensis part. 1. cap. 74 : *Repertæ sunt pretiosæ ac variæ vestes,.... quas quidam in sphærulis et lingulis minutissime Frepantes, picti diaboli formam assumunt.* [Capitulum Generale MS. S. Victoris Massil. ann. 1218 : *Prohibemus ne scutarii vel trotarii eorum deferant Vestes Frepatas.*] *Trepatas vestes* habet Jacobus I. Rex Aragonum in Constitutionibus Catalaniæ MSS. : *Item statuimus, quod nos, nec aliquis subditus noster, non portet vestes incisas, listatas vel trepatas*, forte quasi *terebratas, perforatas.* Vide *Frapatura* et *Frappa.*

Nescio, an inde petendum sit vocis *Fripiers* apud nos etymon, pro vestium interpolatoribus, ita ut ii fuerint, qui vestes detritas, *frepatas*, et laceras venum exponebant : vel potius a *ferpe*, et *ferperie*, licet horum vocabulorum notio non omnino mihi comperta sit. In veteribus Statutis pro *peagiis* Parisiensis civitatis, titulus habetur inscriptus *Ferperie.* Deinde sequuntur hæc verba : *Couvertouers de vair, 6. den. Mantel fourré de vair, 4. den. Chascune penne vaire, 3. den. Item tous garnemens fourrez de vair, etc.* Ibi tamen *la Ferperie* distinguitur *de la Pelleterie.* Vocis vero *Ferpe* meminit Guill. *Guiart* ann. 1304 :

> Fust tout l'ost du Roi atournez,
> Sus biaus garnemens et sus Ferpes,
> Cà et là de blanches escherpes.

FREQUENTANEUS. Vita S. Deicoli Abb. n. 38 : *Vermes quippe ita sibi a vertice usque ad talos ebulliebant, ut Frequentanei ejus maximum inde putorem tolerarent.* Galli dicimus, *Ceux qui le frequentent.*

1. **FREQUENTARE**, pro *Narrare*, seu συνεχῶς dicere, iterare, dixit Vopiscus : *Quod memoria tenet publica, et fides historica Frequentavit.* Item : *Ergo Thersitem et nos bene scimus, et posteri Frequentabunt.* Spartianus in Æliano Vero : *Jam illa Frequentantur a nonnullis, quod et accubationes ac mensas de rosis ac liliis fecerit.* Adde leg. 1. Cod. Th. de Judiciis. (2, 18.)

¶ 2. **FREQUENTARE**, Sæpius tentare, experiri. Sugerius in Ludovico VI. : *Rex autem, ut erat vir militiæ aptus, ulcisci in eum Frequentabat.*

* 3. **FREQUENTARE**, Solere, consuevisse. Lit. ann. 1363. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 240 : *Notum facimus ad præsentium nostram venisse quamplures mercatores, tam* (de) *dicta Lingua Occitana, quam aliunde de extra regnum, Frequentantes eorum mercaturas ducere et portare apud Montempessulanum per terram.* Ita et nostris *Avoir fréquence*, In frequenti usu esse. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 229 : *Jehan de Hanappes.... pour l'affection desordonnée qu'il avoit ou contendoit à avoir à ladite Marie de l'acompaigner charnelement, eust hante et Fréquence par moult de fois en l'ostel desdiz exposanz, tant de jour comme de nuit.*

¶ **FREQUENTATUS**, pro *Frequens*, Cre-

Digitized by Google

ber, multus. *Jejunium cum opere manuum Frequentato*, in Vita MS. S. Wenwaloei fol. 64.

FREQUENTIDICUS, *Mathematicus, Divinus*, in Glossis MSS. Reg. Cod. 1013. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Frequentidicus, Qui dit souvant.*]

* **FREQUENTIVUS**, Frequens, assiduus. Stat. Cadubr. lib. 1. cap. 73 : *Sapientibus et nuntiis Frequentivis et opportunis pro servitio communis Cadubrii etc.*

* **FRERAGIUM**, Hæreditatis inter fratres partitio, nostris *Frérage;* unde *Frérager*, inter fratres partiri. Lit. ann. 1366. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 689 : *Absque eo quod nos aut successores nostri Franciæ reges ratione Freragii, partagii, appenagii, dotis, divisionis, transactionis, infeudationis, aut alia quacumque de causa, a dictis domanio immediato et corona futuris temporibus amovere... quomodolibet valeamus.* Eadem totidem verbis leguntur in Lit. ann. 1369. tom. 5. earumd. Ordinat. pag. 688. Vide Glossar. Jur. Gall. v. *Frarescheux* et supra *Fraternitas* 6.

¶ **FRERESCA**. Vide *Fraternitas* 6.

¶ **FRERESTER**, Sororis maritus, Gall. *Beau frere*, ut *Filiaster*, Privignus, Gall. *Beau fils. Legat Frerestri suo*, in Schedis Domini *le Fournier*.

* Vel uxoris frater; *Frérastre*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 393 : *Martin de Sienna Frérastre du suppliant etc.*

¶ **FRERETUM**, perperam pro *Fretum*, Rivulus, canalis. Chartophylac. regium Regest. 87 : *Item unum jornale et dimidium terræ situm in pala juxta terram Johannis Darbonis Notarii et Freretum publicum.*

* Male lectum pro *Frerecum*, in Charta ann. 1359. ex laudato Reg. ch. 282. ubi etiam restituendum videtur *Frecum*. Vide supra in hac voce.

¶ **FRES**, Fimbria, limbus, nostris *Frange*. Consilium Massil. ann. 1381 : *Nulla mulier aliqua audeat de cetero seu presumat cujuscumque sit conditionis, preminentie vel status portare... ribans sive Fres auri, argenti seu perlarum.* V *Fresium*.

* 1. **FRESA**, Faba siliqua exuta, Gall. *Feve fraisée*. Constit. S. Pauli Narbon. ann. 1127. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 33 : *In omnibus quartis feriis pisces vel cicerones cum lardo, aut Fresas cum sagimine, sive cepas pingues et bonas.* Vide *Faba fresa* et *Freza*

* 2. **FRESA**, Fragum, Gall. *Fraise*. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 85. Chartoph. reg. ch. 140 : *Dicti fratres existentes in quodam alueto prope villam de Buqueaus causa spatiandi et ibidem Fresas colligendi.*

* **FRESACENSIS**. V. infra *Frisacensis*.

* **FRESAGIA**. Vide infra *Frezagia*.

* **FRESATURA**, Fimbria, limbus, seu quod ornatus vice vesti assuitur. Constit. capit. eccl. Barcin. ann. 1423. rubr. 7. ex Cod. reg. 4332 : *Tradet in sacrario dictæ sedis capam de sericeo vel aureato cum Fresatura et folratura, et aliis ornamentis suæ conditioni competentem.* Vide infra *Fresellus* et *Frisatura*.

* **FRESATS**, Fimbria ornatus. Vide infra *Frisare*. Chron. Sublac. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1039 : *Leo IV. papa.... obtulit in monasterio Sublacensi.... duas cortinas de fundato, quas Fresatas dicimus.* Pro Corrugatus, Gall. *Fraisé*, vide in *Gardacortium*.

* **FRESCEIUM**, **Freschium**, Ager incultus pascendis animalibus aptus, nostris etiam *Fresche*. Lib. nig. S Vulfr. Abbavil. fol. 33. v°. : *Scabini duodecim denarios ad natale pro Fresceis.* Charta ann. 1239. ex Chartul. S. Carauni : *xv. arpenta terræ inter costuram de Huiis et Freschium de Mangarel.* Alia ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 439 : *Plusieurs terres, prez, pastures, Fresches, gaz, etc.* Ubi infra mendose *Presche*. Lib. cens. terræ *d'Estilly* ann. circ. 1430. ex Cod. reg. 9493. fol. 2. r°. : *Joignant d'une part au pré Colas Vesnier,.... et d'autre part à la Fresche au seigneur de Razille, qui est en charcenay, laquelle Fresche etc. Que vignes que Freisches*, in Recognit. feud. ann. 1366. Neque aliud videtur *Frestiz*, in Inventar. Chart. castri *de Jaucourt* ex Ch. ann. 1387. fol. 16. v°. : *Item à la noe blanche environ trois journels en Frestiz. Item à la varranne des biez environ trois journels en Frestiz.* Sed et *Fretil* in Charta ann. 1480. ex Chartul. Buxer. part. 7. ch. 31 : *Item ung Fretil au seurreaul contenant environ la semeure de deux boisseaux.* Vide *Frescherium*, *Friscum* et infra *Frostium*.

¶ **FRESCENGA**, etc. Vide *Friscinga*.

¶ **FRESCHERIUM**, **Freschium**, ut infra *Friscum*, Ager incultus, Gall. *en Friche*. Instrum. anni 1261. e Chartular. S. Vandregisili tom. 2. pag. 1591 : *Vendidimus et quandam pechiam Frescherii sitam intra terram Roberti Burel ex una parte et Frescheium Odonis, etc.*

¶ **Freschium**, Eadem notione, in eodem Chartulario tom. 2. pag. 1600 : *Decem pechias terre... cum omnibus Freschiis et pertinentiis spectantibus.*

¶ **FRESCHUS**, Ital. *Fresco*, Gallis *Frais*, Recens. Memoriale Potestatum Regiensium ad ann. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1091 : *De carne Frescha caristiam magnam habebant.* Gall. *Viande Fraîche*.

¶ **FRESCIATUS**. Joannes Gorinus in Actis S. Petri Confess. tom. 4. Julii pag. 665 : *Quos lapides sic suis lacrymis madefactos in quodam canistro cum quadam tobalia Fresciata super suum caput per civitatem portabat.* Vox *Fresciata*, inquit Bollandi Continuator, videtur oriri ex idiomate Italico, in quo *Frigiare* significat ornare, ita ut *Tobalia Fresciata*, ni fallor, hic accipiatur pro Mantili ornato. Num potius ab Italico *Frescare*, Refrigerare, ita ut *Tobalia Fresciata* sit quasi Mantile refrigeratum, madefactum?

¶ **FRESCINGA**. Vide *Friscinga*.

FRESCUS. Vide *Friscum*.

¶ **FRESELLA**, f. Lineus colli amictus corrugatus, quem Gallice vocamus *Fraise*. Computus anni 1202. apud D. *Brussel* de Feudorum usu ad calcem tomi 2. pag. CLXXXIII : *Pro serico ad jacendum pueris, et capellis et Fresellis et pro pannis et tualliis et camisiis, quas tunc pueri habuerunt*, XLI. *s.* Hinc, ni fallor, emendandus alter ejusdem computi locus pag. CLVI. ubi legitur : *Pro* 1. *langello et pro capellis et pro Ftesell.* X. *s.* Ubi legendum puto *Fresell*, seu *Fresellis*. Vide *Fresium*. [* Vide mox *Fresellus*.]

* **FRESELLUS**, Fimbria, limbus, futilis ornamenti quoddam genus, Gall. *Fraisete*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Fres, Prov. limbus, sourium, fasciola ambiens extremitatem vestis, filis vel auro contexta assutaque.* Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. fol. 431. ex Cod. reg. 1245 : *Injunximus* (monialibus S. Amandi) *ne elemosinarias, acuarios, Fresellos, et consimilia operarentur seu facerent.* His adde quæ leguntur ad vocem *Fresella*. Lit. remiss. ann. 1410. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 53 : *Le suppliant print en l'ostel Jehan le Noir escuier demourant à Noyon.... un culot, nommé bourse boutonnée de Fraisetes dorées.* Vide supra *Fresatura* et mox *Frexatura*.

¶ **FRESENGAGIUM**, etc. Vide in *Friscinga*.

* **FRESENGARIUM**. Vide supra *Fregsingarium*.

FRESIA, [Prædii rustici species, ut videtur.] Vetus Charta apud Buzelinum lib. 2. Gallo Flandr. cap. 25 : *Et unum hominem de ipsa familia, Rogerum nomine, ut in illo loco, in quo illum constitui, deservire liceat, et illam Fresiam, Hetgardam nomine, ubi nunc hospitatur, permanere liceat.*

¶ **FRESIUM**, **Frezium**, Fimbria, *Frange*. Acta S. Eustadiolæ tom. 2. Junii pag. 133 : *Vestimenta quoque sacra fecit et altaria pallis pretiosis, quæ manu propria cum suis puellis opere elegantissimo polivit cum Fresiis aureis et procinctoriis.* Statuta Massil. lib. 2. cap. 39 : *Constituimus ut nullus sartor per se, vel per alium accipiat pro corduris de uno vestimento dominæ de colore cum Frezio, et cum penna ultra quatuor sol. Item sine Frezio* III. *sol. Item de pellissia dominæ cum Fresio* II. *sol. et* VI. *den. et sine Fresio* II. *sol.* Occurrit ibi pluries. Vide *Fres*, et *Frisum*.

¶ **Fressum**, in Statutis Arelat. MSS. art. 53 : *Sartores accipiant pro corduris vestium sine Fresso et neca factarum, etc.*

¶ **Fresus**, Eadem notione, in Statutis Massil. lib. 2. cap. 38 : *Quod non suent in aliquibus vestibus Massiliensis aliquarum meretricum Fresos aliquos aureos vel argenteos.*

¶ **Frezum**. Instrum. ann. 1347. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 568 : *Item unam zonam de Frezo aureo super qua seu quo sunt lapides, margaritæ seu perlæ grossæ, etc.*

* **FRESQUERIA**, **Frsquieyra**, Folia vel herbæ recentes, quibus ornatus vel refrigerationis causa uti solebant. Redit. terræ Calviss. ann. 1304. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem pag. 50. col. 2 : *Item pro... Fresqueria pro æstate, quam faciunt in festo Paschæ, quolibet anno, octo solidos, novem denarios.* Charta ann. 1322. ibid. pag. 34. col. 1 : *Item percipit in dicto loco dominus Calvissionis pro annuo censu, dum petit, a quolibet habente animal deferens hastum, duas sarcinatas de gluen et unam de Fresqueria.* Comput. ann. 1399. inter Probat. tom. 3. ejusd. Hist. pag. 150. col. 1 : *Gascono et ejus socio, qui cum eorum asinis iverunt quæsitum dicta die de Fresquieyra,*

Digitized by Google

pro infrescayrando dictam domum comunem, etc. Vide *Jonchare.*

* **FRESSENGIA**, ut *Friscinga.* Charta Caroli regent. ann. 1358. ex Bibl. reg. : *Item unum modium bladi et unum modium vini et duas Fressengias, valore xij. sol. et xij. den..... quæ omnia debet decanus S. Quintini pro pascagio regio. Fressonges*, eodem sensu, in Charta ann. 1328. ex Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 164 : *Item à la Saint Andrieu une costume, que on appelle Fressonges, environ cinquante solz par an.* A voce *Fressin*, junior porcus. Lit. remiss. ann. 1458. in Reg. 187. ch. 250 : *Le suppliant et icellui fillastre trouverent une truye avec trois ou quatre pourceaulx, appellez Fressin.* Hinc firmatur vocis origo in v. *Friscinga* ex Eccardo proposita. Vide supra *Frecengia* et *Fregsingarium.*

¶ **FRESSENGA**, Fressinga. Vide *Friscinga.*

¶ **FRESSUM**, Vide *Fresium.*

* **FRESTATUS**, Clathratus, cancellatus, in arte heraldica, Gall. *Fretté.* Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1335. in Reg. I. Chartoph. reg. ch. 7 : *Item una tunica de samitto rubeo, Frestata de auro cum rosulis aureis ad perlas.* Aliud ann. 1363. ex Bibl. reg. : *Item una dalmatica de samicto rubeo, Frestata de auro ad rosetas aureas et perlulas.* Quæ sic Gallice redduntur in alio Invent. : *Item un dalmatique de samit rouge, Fretté d'or et à rosetes d'or et à perles.* Vide *Frecta* et infra *Freteletus.*

FRESTRA, *Fenestra*, Papiæ.

FRESUM. Lex Angliorum tit. 5. § 20 : *Qui harpatorem... percusserit, componat illum quarta parte majori compositione, quam alteri ejusdem conditionis. Aurifices similiter. Feminas Fresum facientes similiter.* Ubi videntur eæ esse, quæ cannabem in aqua madefactam macerant, subigunt, confringunt : est enim *Fresus, fractum, divisum, molutum, a frendeo*, ut habet Papias. Vide Varronem lib. 2. cap. 4. Isidorum, etc.

¶ **FRESUS.** Vide *Fresium* et *Fresum.*

* **FRESUS.** Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Pessat, Prov. fractus, Fresus, ruptus.* Vide supra *Faba fresa.*

¶ 1. **FRETA**, Species mensuræ pro liquidis. Formulæ vett. Alsaticæ art. 22. apud Eccardum ad calcem Legis Salicæ pag. 244 : *Duas Fretas de cervisa et sume sex siclos de vino in cellario, etc.*

¶ 2. **FRETA**, Idem videtur quod *Fraustum*, ager incultus. Chron. Collegiatæ S. Petri apud Georg. Christian. tom. 2. Rer. Mogunt. pag. 464 : *Madtildis vidua, soror Wolffmanni* XXIIII. *curvales. Wolffmannus et frater ejus decem et dimidium. Gezacha tres et dimidiam Fretam.*

* 3. **FRETA**, Sepes, idem quod supra *Fracta* 2. Vide in hac voce. Charta Rob. comit. Alenc. in Reg. forest. comitat. Alenc. ex Cam. Comput. Paris. fol. 22. r°. : *Concedo* (monachis de Persania) *usagium suum ad omnia et singula loca prædicta,.... ad carbones faciendum propter usus fabricarum ipsorum et ad Fretas similiter faciendum.*

FRETALE, Vascoquinarium, frictorium, sartago, *Frixorium.* Apitius lib. 7. cap. 5 : *Assatura in colari elixatur, et infunditur in Fretali piper, condimentum, vel liquamen, etc.*

* Quo piper aliudve frangitur, Gall. *Egrugeoir, petit moulin.* Vide supra *Fratillum.*

¶ **FRETARE**, Fricare, Gall. *Frotter.* Ordinatio anni 1340. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 394. col. 2 : *Item ipsos equos Fretari, estriliari, acomari, letteriis eis fieri et bene estachari facere cum omni diligentia teneatur per valletos ipsorum.*

¶ **FRETATIO**, Pretium pro conductione navis, Gall. *le Fret.* Litteræ ann. 1307. apud Rymerum tom. 3. pag. 12 : *Expensas quas tam in emptione vinorum et Fretatione navium, quam etc.* Vide *Fretta* 2.

* **FRETELETUS**, Stemma, ut videtur, vel ornamentum reticulatum seu cancellatum ; item Vas formam rhombi referens, vulgo *Losange*, Hisp. *Fretado*, nostris *Fretelet*, *Fretillet* et *Fritelet.* Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg. : *Caput beati Clementis, in quodam vase argenti deaurati,.... ornatum lapidibus vitrinis, in quo plures lapides aeficiunt, diu est, et etiam duo Freteleti.* Ibidem : *Item quoddam sanctuarium sanctorum Dominici et Petri martyris ordinis Prædicatorum, in quo deficiunt duo Freteleti.* Aliud Gallicum : *Le chief S. Climent en un veissel.... aorné de pierres de voirre, ouquel deffaut plusieurs pierres, et y faut deux Frocolez.* Melius infra : *Item, un sanctuaire de S. Dominique et de S. Pierre le Martir Prescheur, et y faut deux Fritelez.* Lit. remiss. ann. 1426. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 474 : *Une aiguiere vairée en ung petit Fretelet, qui a le biberon rompu.* Lit. ann. 1397. inter Probat. tom. 3. Hist. Burg. pag. 187. col. 1 : *Un hanap d'or tout plein, poinsonné de rosieres, et sur le Fretillet une esmeraude.* Vide supra *Frestatus.*

¶ **FRETELLA**, Fistulæ species, nostris *Fretel* et *Fretiaux.* Le Roman *d'Athis* MS. :

Sonnent buisines et tabours,
Grans cors d'arain et mœnel,
Freteaulx, flageaulx et chalemel.

* Et *Frestel* : unde *Fresteler*, ejusmodi fistula canere. Bestiar. MS. ubi de Cervo :

De son de Frestel s'émerveille,
Quand il a drechié l'oreille.

Anonymus inter Poem. reg. Navar. tom. 2. pag. 208 :

Fouchier forment Frestele
Pour s'amiete Acliz.

¶ **FRETENGIA.** Vide *Friscinga.*

* **FRETO**, Fretonus, Monetæ species, lamina argentea, nostris *Fretin* et *Freton.* Ordinat. Caroli dalph. ann. 1357. 8. Jun. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Vienne* fol. 18. r°. : *Possunt esse in Fretone duo fortes et duo debiles, et habeant ab una parte, infra compassum, duos flores lilium et duos pisces dalphini, et in circuitu K. primogeniti Francorum regis, et ab alia parte, infra compassum, unam crucem planam, et in circuitu, Dalphinus Viennensis.* Alia ann. 1362. ibid. fol. 42. r°. : *Et non possit esse in Fretono, nisi unus fortis et unus debilis.* Reg. B. ejusd. Cam. ad ann. 1330. fol. 6. v°. : *Que li ouvrier puissent faire demi marc de cizaille, plus du plonc de xx. mars et un Freton.* Inventar. MS. eccl. Camerac. ann. 1371 : *Item huit pieces d'argent, autrement Fretin.* Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 267 : *Icelle Jehanne par plusieurs fois a vendu et apporté à vendre plusieurs pieces d'argent, appellé Fretin,.... lesquelles pieces de Fretin etc.* Aliæ ann. 1399. in Reg. 154. ch. 646 : *Icelle exposant prinst.... une certaine quantité de Fretin d'argent, qui povoit bien valoir huit solz ou environ.* Denique aliæ ann. 1410. in Reg. 164. ch. 174 : *Pluseurs orfaveries, Fretin, anneaulx, cloux d'argent, etc.* Vide supra *Perlina* et *Perto.*

¶ **FRETOSUS.** Vide *Fretum.*

¶ 1. **FRETTA**, pro *Frecta.* Vide in hac voce.

¶ 2. **FRETTA**, Conductio navis onerariæ, Gallice *le Fret.* Item, Pretium quod pro vectura quarumlibet mercium solvitur tum locatori, tum nautis. Præceptum Edwardi I. Reg. Angliæ ann. 1285 apud Rymerum tom. 2. pag. 298 : *Navis, in qua mercimonia vel vina fuerint cum toto apparatu, annulus magistri navis in digito suo portatus, victualia nautarum, utensilia... monile, zona et ciphus argenteus magistri navis... erunt quieta de auxilio ad ejectionem maris prædictam. Et etiam salva sit nautis Fretta vinorum et aliorum bonorum in navi existentium, quæ talia fuerint. Et magister navis amittat Frettam suam de doleis seu bonis in mari sic projectis. Et omnia alia bona in navi existentia tam nautarum quam mercatorum, ut vina etc. exceptis navis utensilibus... et Fretta de bonis quæ salva fuerint, ut prædictum est de cætero debent appreciari in auxilium restitutionis bonorum extra navem per hujusmodi tempestatem ejectorum.*

¶ **FRETTARE**, Navem conducere, Gallis *Freter un navire*, apud Rymer. tom. 2. pag. 298. tom. 3. pag. 661. etc.

1. **FRETUM.** Rivulus, canalis, *Bras d'eau.* Charta S. Bonifacii Archiep. Moguntini apud Browerum lib. 1. Antiq. Fuld. cap. 4 : *Et ab ostio ejus sursum, usquequo ipsum flumen dividitur in Freta : inde transit inter media Freta, quæ nasci videntur de flumine Fulda.* [* Form. MSS. Senens. ann. 1414 ex Cod. reg. 4726. fol. 3. r°. : *Quod ædificium et molendinum,.... cum Fretis, steccaris, goriis, etc.*] [*Fraite*, eadem notione nostris. Le Roman *d'Athis* MS. :

Ce est à tart qu'il s'en repente
De l'escontie qu'il ot faite
Quand il passa tout seul la Fraite.

Infra :

Jusqu'à la Fraite le ramaine, etc.

Ibidem :

Oultre la Fraite tost s'en vet.

Vide alia notione in *Fredum*, 1.

Fretosus locus, *Fretis* impeditus, seu rivulis et canalibus. Isidorus Pacensis Episcopus in Chronic. æra 769 : *Montana Vaccorum disecans, et Fretosa et plana percalcans, terras francorum intus experditat, atque adeo eas penetrando gladio verberat.* Ubi Rodericus Toletan. in Hist. Arab. cap. 13 : *Fretosa dissecans, et montana præcalcans Rodanum etiam dissulcavit.* Idem Rodericus cap. 16 : *Et dum per devia et Fretosa cursitant.* Quo loco Schottus, *Fruticosa* legendum putat. Vide *Fraustum.*

Digitized by Google

* 2. **FRETUM**, Naulum, Gall. *Fret.* Arest. ann. 1388. in Chartul. Campan. fol. 331. 1°. : *Dicebant* (major et scabini de Rupella) *quod ipsi erant in possessione et saisina de qualibet nave.... percipiendi tantam pecuniæ summam, quantam navium conductores habere debebant pro vectura unius dolii vini;.... quæ pecuniæ perceptio, Fretum seu courretagium appellabatur.* Contract. matrim. inter Franc. comit. Montisf. et Isabel. reg. Scotiæ sororem ann. 1441. ex Bibl. reg. : *Circa autem expensas navigii et solutionem nauli seu Freti navium... conveniret etc.* Vide *Fretta* 2.

* 3. **FRETUM**, Præstatio pro tutela et protectione, idem quod *Salvamentum* 1. nostris *Frestaige, Fretaige* et *Fretet.* Charta Gaufr. Martel. comit. Andegav. ann. circ. 1040. inter Instr. tom. 7. Gall. Christ. col. 222 : *Item in eadem villa etiam omnem pro advocatione, quam ibi hucusque habui, solutionem, quæ solet esse modiorum avenæ circiter decem, Deo et S. Genovefæ et clericis ejus remitto et ad talem levaminis modum redigo; cum me in partes illas, aut ad curiam regis, aut ad placita aliqua accedere contingat, tunc equorum meorum pastui modios avenæ quatuor pro recognitione Freti mei præbeant.* Redit. comit. Namurc. ann. 1265. in Reg. Cam. Comput. Insul. sign. *Papier velu* fol. 6. v°. *Namur. : Et si a li cuens le Fretet de le vile, quant il violt, c'on apiele en Haynau coustumes.* Libert. Castrivill. ann. 1286. apud D. *Bouquet* inter Instr. tom. 1. Jur. publ. Franc. pag. 409 : *Nous avons retenus pour nos hoirs seingnours de Chatiau-Villain nos fourz et nos molins bagnaux, notre vente, nos minaiges et nos pressours, nos Fretaiges, nos cures et nos censses et nos autres rentes, par teil condition, que tuit cil de laditte franchise i useront, auxi comme ils y ont aucoustumé à user.* Lib. censuum et redituum castel. Arciac. ad Albam fol. 17. r°. : *Les Frestaiges du Maignil la Contesse dehus au jour de la Saint Lorent.... Les Frestaiges dehus à Saint Navort à la Saint Remi etc.*

¶ **FRETUS**, πειθώ, *Fiducia, persuasio*, in Supplemento Antiq. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fretus, Sehurs, appoiez, qui use.* Vide alia notione in *Fredum* 1.

¶ **FREVELA**, Idem quod *Fredum* 1. unde corruptam hanc vocem putat Vadianus. Liber MS. redituum ann. 1300 : *Habet etiam dictus Episcopus in utraque curia, in S. videlicet et in V. merum imperium, hoc est, sicut vulgariter dicitur, Dub und Frevele. Frevel*, Mulcta, *Frevelen*, Mulctari, in Libro Salic. Monast. Ebersh. [** Vide Haltaus. Glossar. German. col. 486. sqq. et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 823.]

* **FREUM**, Mulcta, compositio, quæ fisco exsolvebatur, idem quod *Fredum.* Vide in hac voce. Dipl. Conradi Aug. I. ann. 1027. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 451 : *Denique etiam concedimus prædicto monasterio omnes decimas, Frea et judiciaria, vel omnem compositionem et exhibitionem publicam ex omnibus manentibus desuper memoratis cellulis et curtibus.* Vide etiam *Frevela.*

* **FREXATURA**, Ornamenti genus ex auro vel argento vesti assutum, ut supra *Fresellus.* Stat. Vercel. lib. 2. pag. 27. v°. : *Si autem jocalia legaverit vel promiserit, et Frexaturas, vel perlas, vel pannos lineos et laneos, etc.* Stat. alia Ital. : *Quod nullus dorerius debeat deaurare aliquos florenos argenteos vel Januinos, nisi causa faciendi Frexaturas.* Vide infra *Frisatura.*

* **FREXENGARIUM.** Vide supra *Fregsingarium*

¶ **FREXINGIA.** Vide *Friscinga.*

* **FREYEN**, vox Germanica, Liber, ingenuus. Dipl. Caroli IV. imper. ann. 1346. tom. 2. Hist. Trevir. Jo. Nic. ab *Hontheim* pag. 167. col. 2 : *Etiam si causa et quæstio hujusmodi liberos et ingenuos, vulgariter dictos Freyen, dictæ Trevirensis ecclesiæ vasallos.... respiciat vel contingat.*

FREYGRAVIUS, Comes liber. Exstat Charta Ruperti Imp. qua Salentinum *Freygravium*, seu liberum Comitem in sede Freyheolenor vulgariter nuncupata sita in dominio *Zuschen* constituit, eumque de dicta sede Freygraviatus investit ann. 1420. Vide *Gogravius.* [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Freygrav*, col. 506.]

* **FREYNO**, Fraxinus, Gall. *Fréne.* Sent. arbitr. ann. 1500 : *Item plus pronuntiaverunt..., dicti arbitri, quod dicti parerii.... teneantur et debeant facere unum mantellum nemoris.... prope quandam arborem Freynonis, existentis supra rippam Breydam.*

* **FREYRESCHIA**, Pars hæreditatis, quæ ad fratres primogeniti pervenit, in Charta ann. 1299. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 522. Vide *Fraternitas* 6.

¶ **FREZA**, Frezia, dicitur de ferculo fabaceo, in Transactione ann. 1351. inter Abbatem et Monachos Crassenses ex libro viridi fol. 53 : *Omnibus diebus Veneris non jejunalibus dat dictus Dom. Abbas... unam quateriam* (quarteriam) *fabbarum pro Freziis in Conventu præparandis illa die, excepto tempore in quo inveniuntur fabæ teneres, qui tunc dat de ipsis fabis teneribus ortolanis Monasterio Crassensi dictis diebus Veneris loco prædictarum Frezarum, et etiam aliquibus aliis diebus, dum teneres comeduntur, et in dicto orto Monasterii prædicti inveniuntur.* Fabas siliqua nudatas *Feves frésées* vel *dérobées* vocamus.

* **FREZAGIA**, Minutæ fruges, legumina. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 42. ex Cod. reg. 4624 : *Camparii.... quousque ipsæ messes sint completæ, et quod blada, et Frezagia seu legumina sint meysonata et recolecta, stent et stare debeant in finibus et per fines Avillianæ.... ad custodiendum ipsas messes, et ipsa blada, et Fresagia, et alios fructus.*

¶ **FREZATUS**, *Frezio* seu fimbria ornatus. Statuta Massil. lib. 2. cap. 39 : *Item de capa dominæ Frezata* v. *sol.* Rursum ibid. occurrit.

* Formulæ MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 43. r°. : *Quemdam mantellum ipsius talis Frezatum seu muneratum certis mezalhetis argenti latenter accepit.* Vide supra *Frexatura.*

¶ **FREZIUM**, Frezum. Vide *Fresium.*

FRIA. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ cap. 12. § 1 : *Stagna aut molendina,.... ubi salmunculi, seu smolti vel Friæ cujuscumque generis piscium maris, vel aquæ dulcis ascendunt, vel descendunt.* § 2. *Ita quod nulla Fria piscium impediatur ascendendo.* Apud nos pisces dicuntur *Freer* vel *Fraier*, qui pisciculos eduut; *Frey*, ipsi pisciculi.

* **FRIBERGENSIS MONETÆ** occurrit mentio in Charta ann. 1392. apud Schlegel. in Dissert. de Nummis antiq. Goth. etc. pag. 59 : *Decem sexagenæ Fribergensium grossorum.*

¶ **FRIBNIANUS**, Vide *Favonium.*

¶ **FRIBOLA**, *Vasa fictilia*, in Glossis Sangerm. MSS. n. 501. Papias habet : *Fribula, Vasa fictilia, quasi fragilia.* Videtur legendum *Frivola.* Vide mox *Fribolum.*

¶ **FRIBOLUM**, Isidoro lib. 9. Orig. cap. 8. *Est cum eo animo separantur* (conjuges,) *ut rursum ad se invicem revertantur. Nam Fribolum est velut quassæ mentis et effluxæ, nec stabilis. Proprie autem Fribola vocantur fictilia vasa inutilia.* Vide *Fribusculum.*

** **FBIBONA**, Bona libera, in Statut. Erford. ann. 1281. apud Haltaus. voce *Frey*, Glossar. German. col. 495.

FRIBORGA, Friborgus, Friborg, Freborhges. *Friborga* est fidejussio libera, ingenua, nostris *francum plegium*, a Saxon. freo, id est, liber, et borh, genit. casu borges, fidejussor, vas : *Friborgus* vero, fidejussor. Est autem *Friborga* idem quod *Decenna*, seu Collegium vel Societas decem primariorum hominum in unaquaque villa, qui singuli invicem fidejussores erant erga Regem de restaurando damno ab eorum quolibet illato. Fleta lib. 1. cap. 47. § 10 : *Fricborgh, est laudabilis homo astrarius testimonii, liber vel servus, per quem omnes juxta ipsum commorantes firmtori pace sustententur sub stabilitate fidejussionis ejus vel alterius per denarium numerum unde, quilibet est quasi plegius alterius, ita quod si unus felonium fecerit, novem teneantur ipsum ad standum recto præsentare.* Hæc etiam pluribus docent Leges Edwardi Confessoris cap. 19 : *Præterea est quædam summa et maxima securitas, per quam omnes statu firmissimo sustinentur, videlicet, ut unusquisque stabiliat se sub fidejussionis securitate, quam Angli vocant Freoborhges : soli tamen Eboracenses dicunt eandem Tienmannatala quod sonat Latine decem hominum numerum. Hæc securitas hoc modo fiebat, scilicet, quod de omnibus villis totius regni sub decennali fidejussione debebant esse universi : ita quod si unus ex decem forisfecerit, novem ad rectum eum haberent. Quod si aufugeret, daretur lege terminus ei 31. dierum; quæsitus interim et inventus, ad justitiam Regis adduceretur, ut de suo illico restauraret damnum, quod fecerat, et si ad hoc forisfaceret, de corpore suo justitia fieret. Sed si infra prædictum terminum inveniri non posset, quia in omni Friborgo unus erat capitalis, quem vocabant Friborghes-heofod,* (i. fidejussorem primarium,) *ipse capitalis sumeret duos de melioribus sui Friborgi, et de tribus Fribergis sibi propinquioribus acciperet de unoquoque capitalem, et duos de melioribus uniuscujusque Friborgi, si posset habere, et ita, se duodecimo existente, purgaret se et Friborgum suum, si facere posset, de forisfacto et fuga supra dicti malefactoris. Quod si facere non posset, ipse cum Friborgo suo damnum restauraret de proprio malefactoris, quamdiu duraret, quo deficiente, de suo et Friborgi sui perficeret, et erga justitiam*

Digitized by Google

emendaret, secundum quod legaliter eis judicatum fuisset. Tandem vero sacramentum, quod non potuerunt adimplere per tres Friborgos sibi viciniores, per se ipsos jurarent, sese nullatenus fore culpabiles, et si quando possent eum recuperare, adducerent ad justitiam, aut justitiæ dicerent, ubi esset. Istius institutionis causa et origo habentur cap. seq. Quomodo vero iis casibus in *Friborgum* procederetur, docent Bracton. lib. 3. tract. 2. qui est de Corona, cap. 10. Fleta lib. 1. cap. 27. lib. 2. cap. 52. Adde Skenæum de Verbor. significat. Vide *Decena* 2. *Decanus* 3. *Plegium francum*. [** Non plane idem est *Friborga* quod *Decenna*. Vide Phillips. de Jure Anglos. § 31. et not. 266. Lappenb. Histor. Angl. tom. 1. pag. 589. ubi observat vir doctissimus ante Normannorum tempora vocem *Freoborh*, quamvis Anglo-saxonicam, non occurrere.]

** **FRIBOTO**, Nuntius publicus, liber et sacratus Judicii, ex Germ. *Freybote*. Officium dicitur *Friboteria*. Vide Haltaus. Glossar. German. col. 502.

¶ **FRIBRIA**, *Luna*. Papiæ.

¶ **FRIBULA**, Vide *Fribola*.

* **FRIBULUM**, *Lo vaso de terra*. Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Fribolum*.

¶ **FRIBUSCULUM**, vel ut alii efferunt, *Frigusculum*, *Friviusculum*, *Friunsculum*, *Frivolusculum*, Jurgium leve. Dig. lib. 24. tit. 1. leg. 32. § 12 : *Quod si divortium non intercesserit, sed Fribusculum, profecto valebit donatio, si Fribusculum quievit.* Notio patet ex libro 23. leg. 31 : *Quod si non divortium, sed Jurgium fuit, dos ejusdem matrimonii manebit.* Vide de *Fribolum*.

* **FRICA**, Tostæ carnis frustulum, Gall. *Charbonnée*. Reg. S. Justi in Cam. Comput. Paris. fol. 228. v°. : *Ecce partes* (lirmæ) *videlicet apud Hotot Lauvere, una Frica carnium porcinarum, etc.* Vide infra *Frixa*.

¶ **FRICARE**, Frigere, Gall. *Frire, Fricasser*. Menot. Serm. fol. 121. v° : *Nihil amplius erat fricandum, nec ponendum sub dente ;* quod ipse sic reddit : *Il n'avoit plus que Frire et que mettre sous la dent.*

* Nostri *Frire* dixerunt pro Fremere, exhorrescere, vulgo *Fremir, frissonner de peur*, ut legitur tom. 1. Fabul. pag. 10 :

> Quant li vilains s'ot clamer mire,
> Trestoz li sans li prireut à Frire.

¶ **FRICATA**, f. Sartago, Gall. *Poële à frire*. Inventarium utensilium MS. in Tabul. Compendiensi : *Unum pelvim necessarium ad lavandas manus, et una Fricata* (sic) *et duos aenos magnos et unum parvum, et unum tripodem, et duos caminos, etc.* [* In Chartul. ejusd. monast. Compend. fol. 210. v°. legitur, *Fricatura*.]

¶ **FRICDOR**. Vide *Frigdor*.

FRICHBORCH. Vide *Friborga*.

* **FRICHIA**, Ager incultus et eremus, Gall. *Friche*. Charta Phil. V. ann. 1317. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 261 : *Item quinque arpenta terræ in Frichia, cum antiqua vinea, etc.* Vide infra *Frischa*.

FRICHIUM. Vide *Friscum*.

* **FRICIPEDUS**, f. Pedum detersio, vel refrigeratio. Comœd. sine nomine act. 1. sc. 1. ex Cod. reg. 8163 : *Ut tibi etiam sompniculandi paremus causas, Fricipedum lenem, parvum ac sonorum stillicidium, etc.*

FRICO, Cui in Monasteriis *fricare* aut tergere quidpiam incumbit. Bernardus Mon. in Consuetudinibus MSS. Cluniacensib. cap. 12. de Hospitario : *Præterea habet proprios famulos, unum majorem cocum, et unum portarium, et unum Friconem, qui tergit calcaria et ocreas, et aportat aquam, et asinarium, et asinum, etc.* [Vide *Freodo*.]

¶ **FRICTEBERO**. Vide *Ferthebero*.

FRICTIONES, ex Gallico *Friçons*, quasi *Frigitiones*, ῥίγητοῦ πυρετοῦ. Gregorius Tur. de Vitis Patrum cap. 6 : *Ita sospitati est restitutus, ut nec illas, quas vulgo Frictiones vocant, ultra perferret.*

* **FRICTISSA**, *La resina*. Glossar. Lat. Ital. MS.

FRIDARIA Vide *Frigidaria*.

¶ **FRIDDUM**, **FRIDEBRIEF**. V. in *Fredum* 1.

FRIDECHETA, in Statutis Mediolan. part. 2. 6. 457.

FRIDHGILDUM. Vide *Frithgildum*.

FRIDMANNUS. Vide *Frithmannus*.

FRIDSTOLL. Vide *Frithstoll*.

FRIDUS. Vide *Fredum* 1.

* **FRIESACENSIS**. Vide *Frisacensis*.

¶ **FRIFRASIGENA**. Lex Salica tit. 70 : *Si quis filiam alienam ad conjugium quæsierit præsentibus et puellæ parentibus, et postea se retraxerit, et eam accipere noluerit, mulb. Frifrasigena, MMD. denar. etc.* MS. Reg. habet, *Frifastina*. Ubi manifestum est agi de repudio puellæ desponsatæ. Vocis originem a Saxon. Frien, Germ. *freyen*, Matrimonium inire, nubere viro, vel ducere uxorem, deducit Eccardus. *Frifra* ergo idem est ac *ad conjugium quæsierit; Sige na* vero (sic enim distincte legendum) *traxerit retro;* a *Zihen*, trahere, et *Na*, post retro.

FRIGDARIUM, *Receptaculum piscium*, in Gl. MSS.

¶ **FRIGDERE**, **FRIGDESCERE**. V. *Frigdor*.

FRIGDOLÆ. Vide *Crispellæ*.

FRIGDOR. Glossæ antiquæ MSS. : *Fricdor, Frigus, frigidum*. Gloss. MS. Regium Cod. 1013 : *Algor, Frigus, Frigdor*. Alibi : *Frigduit, Alsit. Frigdent, Frigdescunt*. Idem Gloss. : *Rigor, rectitudo, severitas, et stupor Frigdoris, algidum, frigidum*. Papias : *Frigdor, frigus, frigidum. Frigdent, frigescunt*. Et alibi : *Peripsycis, Frigdor*. Ex Gr. περίψυξις. [Gl. Lat. Gall. Sangerm. : *Frigdere, Avoir froit.*] Breviloq. : *Frigdor, oris, frigus*. Vetus Interpres Moschionis apud Jos. Scalig. Epist. 327. ψυχρότης, *Frigdor*. Gloss. Longobard. S. Germani Parisiensis, ex veteri Galeni Interprete : *Vomitus sit ex Frigdore et flegmatum abundantia, etc.* Vetus Interpres Alexandri Iatrosoph. lib 3. Passion. : *Cæterarum vero febrium... nihil ex eis signis habent, qualia sunt horrores, tremores, Frigdores, rigores*. Octavianus Horatian. lib. 2. Rerum Medic. cap. 16 : *Item ex calore immenso, vel ardore, ut est causon,... Frigdore quoque et singultu*. Idem lib. 4. de resina cum oleo : *Facit autem ad totius corporis Frigdorem, et ad ischiam et podagram utilissime prodest.* [** Occurrit apud Richerum lib. 2. cap. 59. et lib. 3. cap. 14.] Vide *Frigor, Distemperantia*.

FRIGDORÆ et **OCCIDENTANÆ**, Toni vel modi musici, a Notkero Balbulo adinventi. Eckehardus Junior de Casib. S. Galli cap. 4 : *Fecerat quidem Petrus ibi jubilos ad Sequentias, quas Metenses vocant : Romanus vero Romane nobis e contra et amœne de suo jubilos modulaverat, quos quidem post Notkerus quibus videmus verbis ligabat. Frigdoræ videlicet et Occidentanæ, quas sic nominabant jubilos, his animatus etiam ipse de suo excogitavit.* Eadem propemodum habet Eckeardus Minimus de Vita Notkeri Balbuli cap. 9. Jodocus Mezlerus : *S. Notkerus vocatus Balbulus, Magni Ottonis nepos, natus in Castro Heligow, Abbati Grimaldo oblatus est juvenculus, voce balbulus,... primus adinvenit jubilos seu sequentias modulatas, quas ipse ad distinctionem Metensium appellabat Frigdoræ, aut Occidentanæ, quas et inter sacrosancta mysteria toties Ecclesia repetit.* Sed ex his vim aut etymon vocabuli vix quis agnoscat. Goldastus ad Eckeardum scribit, *Frigdorarum* originem a Græcis, *Occidentanarum* ab Latinis esse, ipsa nomina fidem facere; *Frigdoramque* appellatam, quod constiterit ex modis, quos *Phrygium* et *Dorium* vocant Græci. Cætera, quæ ibidem de musica recentiorum commentatur, majorem lucem horum vocabulorum etymis non afferunt. In veteri Cod. Bibliothecæ Cæsareæ, scripto ante annos circiter 700. quo continentur Hymni Ecclesiastici varii, apud Petrum Lambecium lib. 2. Commentar. de Bibl. Cæsar. cap. 8. hymnus describitur, qui in sancti Paschatis die decantatur, in quo hæc habentur : *In sancto die Paschæ Frigdola. Laudes Salvatori voce modulemus supplici, et devotis melodiis, etc.* Qua quidem *Frigdolæ* inscriptione innuitur hoc tono Hymnum cani debere : unde cum Hymno, qui canitur in Natali S. Stephani, *Hypodiaconissa;* in Natali S. Joannis Evangelistæ, *Romana;* denique Hymno de S. Andrea Apostolo, et Hymno de Apostolis, *Aurea*, voces præponantur : prorsus existimo, ita eo ævo appellatos certos musicos tonos ac modos, quibus ii Hymni decantari deberent. [** Hymni et tropi inscribuntur aut *romani*, aut *græci, aurei, fidiculi, frigdoli*, aut *occidentani* pro tonorum diversitate, in codicibus sec. x. qui hodie quoque apud S. Gallum exstant. Vide Pertz. vol. 2. Script. pag. 102. not. 53.]

¶ **FRIGELLUS**, pro *Frigilla*, in Medicina Salernit. pag. 176. Edit. 1622. Est autem *Frigilla*, vel *Fringilla* Festo, *Avis dicta, quod frigore cantet et vigeat; unde et Frigutire*. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Frigilla, une maniere d'oisel qui chante par le froit*. Gloss. Lat. Gr. : *Frigilla*, σπίζα. Gloss. Græc. Lat. : Σπίνος, ὁ φρυθός, *Fringillus, Fringillus*. A σπίζειν per onomatopœian dictam putant. Nos appellamus *Pinson*, Itali *Frangello*. Martialis 9. Epigram. 55 :

> Nunc sturnos inopes Fringuillarumque querelas.

Quidam legunt *Frigillarum*.

FRIGGEDO, Frigus. Vetus Interpres Alex. Iatrosoph. lib. 2. Passionum : *Membrana calefacta et temperata Friggedine.*

* *Froidour*, pro *Frais, fraicheur*, Aura, frigus amœnum, in Vita J. C. MS. :

> Sains Phanuiaus se jut un jour
> Enmi la salle à la Froidour
> Sour une kiolte de cendal.

Digitized by Google

FRIGIDARE, Frigefacere, *Refroidir. Frigidare ardorem tentationum*, in Vita S. Isidori Episcopi Hispal. num. 18.

FRIGIDARIA, **Fridaria**, voces Mathematicorum, [quibus certum quemdam annorum numerum significant, in quo planeta gubernans, ut fingunt, vitam nati, confert ei bonum vel malum.] Joannes Hispalensis in Astrolog. : *Volens ergo scire, de cujus Frigidaria sit quisque annus, demus annis Christi* 15. *annos : reliquum dividas per* 75. *quod remanet a divisione, dividas per planetas, a sole incipiens, et in cujus annis inveneris, ipse est dominus.* Ita *Fridaria* passim alibi scribitur : [ad quam vocem vide Lexicon Martinii.]

FRIGIDARIUM, ψυχροφόριον. Gloss. Gr. Lat. : Ὑδροφύγιον, in Lat. Gr. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Frigidarium, lieu frest.*] Vide *Frigdarium.*

* **FRIGIDUS**, Qui tranquillo et sedato animo est, Gall. *de sang froid.* Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch 130 : *Vi tormentorum confessus fuit multa crimina et excessus, quæ et quos revera nunquam fecerat, nec ipsa confessus fuit Frigidus.*

¶ **FRIGINGIA.** Vide *Friscinga.*

FRIGISCI Equi, quos *Chevaux de Frise* dicimus, *velocitate et continuatione cursus invicti*, apud Vegetium lib. 3. Art. veterin. cap. 6.

FRIGITUDO, Frigida complexio. Constantinus Afric. lib. de Stomachi affect. cap. 5 : *Frigitudo vero membra exprimit.*

1. **FRIGIUM**, [*Mitra Constantini Imp. Frigium candido splendore ejus sacratissimo capiti imposuimus.* Gloss. Isid. Ornamentum capitis est opere phrygio contextum. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Frigium, Mitre d'Evêque que l'en fait en Frige.*] Vide *Phrygium.*

* 2. **FRIGIUM**, *Lo frixo*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

FRIGOR, *Frigus.* Ugutio, et ex eo Joannes de Janua : *Frigores, Febres, quæ faciunt homines frigere.* Gloss. Lat. Gall. : *Frigores, Froidures de fievres.* Gloss. Lat. MS. Reg. : *Frigor, Timor, vel Algor, Frigus.* Poeta infimi sæculi MS. ex Bibl. Thuana :

> Est febris Frigor, hiemis quoque mach... frigus
> A frigo, frigis, seu frigeo, dicis utrumque.

Vita S. Romani Presbyteri MS : *Pariter qui Frigoribus torquebantur, a dæmonibus obsessi, etc.* Vita S. Eparchii, apud Labbeum : *Febricitantes typo Frigoris, quartanis videlicet et quotidianis febribus afflicti. Typus Frigoris*, in Vita S. Severini Abb. Agaunensis num. 3. Messianus in Vita S. Cæsarii : *Quidam jam totus Frigore quartanæ febris incurrit, atque tremebundus ambulat.* Mox : *Da mihi de pannis S. Cæsarii, propter Frigora, quia multos juvant, etc.* Rursum : *Ego hodie febrim patior, et jam totus tremo.* Vide Fortunatum in Vita S. Germani Paris. cap. 20. eumd. in Vita S. Paterni cap. 3. et in Vita S. Radegundis cap. 20. Acta Elevationis S. Agricolæ num. 4. Faustum in Vita S. Severini Abbat. Agaun. cap. 1. Herardum Turon. in Capitul. cap. 3. etc.

Frigus Febrium, Eadem notione, apud Gregor. Turon. lib. 4. de Vita S. Martini cap. 21. *Frigora*, eidem de Gloria Confess. cap. 24. 85. et in Vita S. Vodali Benedicti n. 15. *Febrium Frigora*, in Vita S. Genovefæ n. 37. *Rigores Frigorum*, apud Julium Africanum lib. 5. Hist. Apostol. *Frigora et febrium typi*, apud Apul. de Herbis cap. 21.

Frigoritio, Gregorio Turon. de Glor. Confess. cap. 21.

Frigoratio, eidem in Vitis Patr. cap. 8. nisi legendum sit *Frigoritio.*

Frigorticus Morbus, pro ipsa febre, apud Hepidannum in Vita S. Wiboradæ lib. 1. cap. 27.

Frigortici, Ipsi febricitantes, apud Gregor. Turon. lib. 1. de Miracul. cap. 6. 73. 101. lib. 2. cap. 44. 49. de Gloria Confess. cap. 15. 16. 21. 25. lib. 1. de Mirac. S. Mart. cap. 34. 38. etc. de Vitis Patr. cap. 8. etc. lib. 5. Hist. cap. 10. Frodoardum in Hist. Eccl. Rem. lib. 2. cap. 14. lib. 4. cap. 44. Baldricum in Chron. Camerac. lib. 1. cap. 55. in Chron. Lobiensi pag. 591. in Translat. Reliq. S. Rigoberti Archiep. Rem. n. 5. in Actis Elevat. S. Agricolæ num. 4. etc.

Petrus-Maria Campus in Vita B. Conradi Eremitæ cap. 8. scribit, etiamnum a Siculis quartanam febrim *Frigoris* vocabulo appellari. Est autem his locis *Frigor* idem, quod Græcis ῥῖγος, *Frigus febrium* : unde ipsa febris eodem donatur nomine, τεταρταῖον ῥῖγος, quartana febris, apud Annam Commenam lib. 7. pag. 212. ἐπιδολὴ ῥίγους, frigoris in febre accessio, et ῥίγη περιοδικά, rigores febrium circuitu redeuntes, apud Medicos, ῥιγιαζόμενοι, *Frigoretici*, apud Palladium in Hist. Laus. cap. 12. *Horrorem aut Frigus patientes*, apud Alexandrum Iatrosophistam lib. 1. Passion. *Accessiones, quæ cum Rigore fiunt*, apud eumdem lib. 2. cap. 77. Celsus lib. 3. cap. 3 : *Frigus voco, ubi extremæ partes membrorum inalgescunt : horrorem, ubi totum corpus intremit.* Est autem horror in febribus, uti Galenus lib. 2. de Differentiis febrium tradit, inter rigorem et frigus medius, rigore quidem minor, frigore vero major : et tanto quidem major frigore, quanto minor rigore, æqualiter absistens extremis utrisque, et in medio eorum existens. Vide Notas ad Alexiadem pag. 339.

* **FRIGORENSIS**, Forojuliensis, Gall. *de Frejus.* Charta ann. 1081. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Donamus octavam partem, quam habemus in villa Torretas, quæ est in episcopatu Frigorensi.* Vide *Frejurium.*

* **FRIGOROSITAS**, *Frillouseté. Frigorose, frillousement.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

FRIGOROSUS, *Plenus frigore*, Johan. de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Frigorosus, Freilleux, plein de froit.*] *Frigorosæ regiones*, apud Anonymum de Re architectonica cap. 2.

* *Frieuleus*, in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1 :

> Aval la vile vit un homme-...
> Maigre, remis et eskené,
> Frieuleus, pale et enfondu, etc.

¶ **FRIGUCIRE.** Vide *Frigutire.*

FRIGUTILUS. Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosoph. : *Erpes cancrens, i. granosa desudatio, quam Salernitani Frigulitum dicunt.*

¶ **FRIGUS.** Vide *Frigor.*

¶ **FRIGUSCULUM.** Vide *Fribusculum.*

¶ **FRIGUTIRE**, *Subtiliter aggarrire, vel frigide se ducere.* Johan. Janua. Glossar. Lat. Gall. Sangerm. : *Frigucire, soy demener, ou traveiller pour le froit, friller ou frissonner.*

* **FRIHEMGEREDE.** Diploma Ludov. IV. imper. ann. 1332. tom. 2. Hist. Trevir. Jo. Nic. ab *Hontheim* pag. 120. col. 2 : *Item confirmamus.... plenam jurisdictionem in Camperg, et in omnibus et singulis jurisdictionibus, villis et earum hominibus diœcesis Trevirensis, ubi homines seu villani judicium reddere et exequi in causis criminalibus, civilibus et mixtis hactenus consueverunt, quæ jurisdictiones Frihemgerede, vulgariter nuncupantur.* Quæ totidem verbis rursus leguntur in Dipl. Caroli IV. imper. ann. 1346. ibid. pag. 167. col. 1. A Germ. *Friede*, pax, et *Gericht*, judicium; quo nomine appellari solet jurisdictio scabinorum, de qua hic agitur. Vide in *Pax*, [** et Haltaus. Glossar. German. voce *Freyricht*, col. 504.]

FRILAZIN, Manumissus, libertus, libertinus; ab Anglo-Saxon. fre, velfreoh, liber, et lesan, dimittere. Gloss. Theotisc. apud Lindenbrogium : *Libertini, Frilaza.* Lex. Bajwar. tit. 7. cap. 10 : *Si cum manumissa, quam Frilazin vocant, et maritum habet, concubuerit, etc.* Lex eadem cap. 6. Edit. Heroldi : *De liberis, qui per manum dimissi sunt liberi, quod Frilatz vocant.* Desunt ultima hæc verba in Edit. Lindenbr. Vide Pontanum lib. 6. Orig. Francic. cap. 15. et Cluver. lib. 1. Germ. antiq. cap. 15. et Joan. Gryphiandrum de Weichbildis Saxonicis cap. 24. [Vide *Friolasia.*]

☞ Hinc, ni fallor, nostri *Fresine* dixerunt pro Manumissa, libertina, Gall. *Affranchie.* Le Roman *d'Athis* MS. :

> . . . . . Alemandine
> Qui n'estoit garce, ne Fresine,
> Mais fille au Duc de noble afaire.

FRILINGI, Ingenui, liberi, ex Saxonico fre, liber, et ling, progenies. Nithardus lib. 4. pag. 376 : *Saxonica gens omnis in tribus ordinibus divisa consistit. Sunt enim inter illos, qui Edhilingi, sunt qui Frilingi, sunt qui Lazzi illorum lingua dicuntur; Latina vero lingua hi sunt : Nobiles, Ingenui, Serviles.* [** Fere eadem in Vita S. Lebuini apud Pertz. vol. 2. Script. pag. 361.] Vide Cluverium lib. 1. Germ. antiq. cap. 15.

¶ **FRIMANTIA**, pro *Firmantia*, mulcta pecuniaria, quæ ab iis exigebatur qui *firmantias* seu fidejussiones dederant. Charta Guillelmi dom. Montispessulani ann. 1103 : *Hæc autem sunt vicariæ pertinentia, scilicet omnes Frimantiæ et omnia distincta omnium etc. Hæc omnia vobis dono præter districta et Frimantias Militum Montispessulani et uxorum illorum.* Alia ann. 1189 : *Cum feodis, fevalibus,... toltis, quistis, Frimantiis, justitiis, etc.*

¶ **FRINCILLUS**, **Fringilla**, **Fringillus.** Vide *Frigellus.*

* **FRINDIRE.** Vide supra *Boulare.*

* **FRINGIA**, Fimbria, Gall. *Frange.* Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1473 : *Pro quadraginta ulnis Fringiarum in duplici filo cortinis altaris chori applicata-*

Digitized by Google

rum, pro ulna xviij. den. Vide *Frangia.*

* **FRINGIONUS**, *Genus vestimenti.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

¶ **FRINGULARE**, de *gabriarum* clamore supra dicitur in *Baulare.*

* **FRINGULIRRE**. Vide supra *Baulare.*

FRINIGILDUM, Mulcta viri liberi, ex Sax. frinan, liber, ingenuus, et geld, mulcta, pensitatio. Occurrit in Leg. Henr. l. cap. 76, [** ubi Thorp. legit *Frumgildum.*]

¶ **FRINTINNIRE** dicuntur Cicadæ, in verbo *Baulare.* Aliis *Frintinnire* est Subsilire cum sono vel erigi vel excitari. Vide Martinii Lexic. voce *Frigutio.*

FRINTSCHINGUM. Vide *Friscinga.*

¶ **FRIOBLITTO**. Lex Salica tit. 20. § 6 : *Si vero intra costas, aut in ventrem, ita ut vulnus ad interanea pervenerit, et semper currat, et non sanat, malb. Frioblitto,* MMD. *denar. etc.* A *Blitte* vel *Blutte*, Sanguis, et *Frio* vel *fer, ver,* particula intensiva. *Verbluten* etiamnum usurpant Germani, teste Eccardo, cum de sanguine e vulnere incessanter currente loquuntur. Unde *Frioblitto* idem sonat ac *semper currat sanguis.*

¶ **FRIOFALD**, Campus liber, undique patens, a Sax. fre, liber, et feld, campus. Sex Salica tit. 44. § 8 : *Si quis hominem ingenuum invenerit in quadrivio,... et eum privat vita, aut occiderit, malb. Friofald,* IIIM. *denar. etc.* Vide *Feld.*

¶ **FRIOFALTOVO**. Lex Salica tit. 42. § 4 : *Si quis hominem ingenuum plagiaverit et vendiderit, et postea in patriam reversus fuerit, malb. Friofaltovo, etc.* Ubi *Faltovo*, Eccardo interprete, idem significat quod *Falthue* Germanis, hoc est, rapinam fecerit; a *Fal* quod maleficium et rapinam denotat.

¶ **FRIOLASIA**, vox ejusdem originis et notionis ac *Frilazin* supra. Lex Salica tit. 15. § 3 : *Si quis cum ingenua puella et spontanea voluntate ambarum partium coiverit.... malb. Friolasia,* MDCCC. *denar. etc.* MS. Reg. pro *spontanea voluntate* habet *sponsata ambo partes convenerint* : unde Schilterus desponsatam potius quam libertam hic intelligi debere suspicatur. Malim libertam cum Eccardo interpretari quam Germani etiamnum *Freygelassene* vocant.

* **FRIOZKINGA**, Idem quod *Friscinga.* Vide in hac voce. Charta Henr. III. imper. ann. 1054. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 398. col. 1 : *Eadem vero die abbas ipsi advocato servitium dabit duos modios panis, Friozkingas quatuor et unam amam vini.* Vide supra *Fressengia.*

¶ **FRIPARIUS**, Interpolator, qui vestes vendit interpolas et resarcitas, Gall. *Fripier*, in Necrologio MS. Confratriæ Clericorum apud Pontisaram. Vide *Frepatæ vestes*, [* et supra *Ferperius.*]

* **FRIPERIA**, Vestes interpolæ, Gall. *Fripperie.* Lit. ann. 1278. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 107 : *Cum intellexerimus... quod mulieres et aliæ pauperes et miserabiles personæ Friperiam et parvos sotularios aliasque minutas mercaturas consueverunt vendere Parisius, in vico juxta murum cimiterii ecclesiæ sanctorum Innocentium, etc.* Vide supra *Ferperia.*

* **FRIQUERIUS**, Qui carnes frixas vendit. Consuet. Carcass. in Reg. L. Chartoph. reg. ch. 3 : *Omnes habitatores Carcassonæ, exceptis macellatoribus et Friqueriis, habent salacium de salino Carcassonæ ad usum suum.*

* **FRISACENSIS MONETA**, Quæ Frisaci in Carinthia cudebatur. Liber censuum eccl. Rom. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 878 : *Ecclesia S. Petri, quam M. de Hunpert construxit in prædio suo, singulis annis debet solvere domino papæ pro censu xij. denarios Frisacenses.* Charta Volrici Aquilej. patriar. ann. 1176. inter Monum. ejusd. eccl. cap. 63. col. 598 : *Quisque* (negotiator) *pro uno passu de terra nostra quam occupavit, duos denarios Friesacensis monetæ singulis annis..... nobis persolvant.* Alia ann. 1180. ibid. cap. 64. col. 621 : *Annuatim quinque denarios Friesacenses præfatæ ecclesiæ* (Mosacensi) *nomine census persolvant.* Dipl. Frider. II. imper. ann. 1242. ibid. cap. 54. col. 508. pro eccl. Bamberg. : *Apud Villacum novam monetam cudi faciat, quæ Frisacensi monetæ æquipolleat. Marchæ Fresacensium denariorum* mentio rursum occurrit in Ch. ann. 1169. et 1191. apud Bern. Pez. tom. 3. Anecd. part. 3. art. ix. et cxiv. Comput. decimæ in Italia collectæ pro subsidio T. S. ann. 1278. ex Cod. reg. 5376. fol. 242. v°. : *Libræ vijc. ij. et sol. ix. Veronensium parvorum, et duæ marchæ Frisacensium novorum argenti de Aquilegia,... computato mihi per collectores quolibet Frisacensi pro xiiij. Veronensibus parvis.*

* **FRISALICUS**, Pari intellectu. Charta Andreæ reg. Hungar. ann. 1214. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 18 : *Tertiam* (l. terram) *prædio de Hormeliz adjacentem contulit . . . pro octoginta tribus marcis et decem et septem ponderibus et duobus Frisalicis emptam.* Alia ejusd. reg. ann. 1233. apud Cencium inter Cens. eccl. Rom. : *Argentum vero quod prædictis ecclesiis persolvetur, erit in bonis Friscalicis.* Hinc pro

FRISANTUS. Historia de Exordio Monasterii S. Joannis de Tarouça in Lusitania : *Dedit illis 70. Morabitinos auri, et ipse Rex dedit 70. Frisantos de argento, ut facerent servitialia Ecclesiæ.* An *Frisius pannus*, vel moneta argentea? [* Legendum est procul dubio *Frisalicus.*] [** Pluries occurrit *Frizante* in alt. Chart. Lusit. Vide S. Rosa de Viterbo in hac voce qui ignorari scribit pondus et valorem hujus nummi.]

* **FRISARE**, Fimbriis aut alia re ornare. Stat. ann. 1342. inter Monum eccl. Aquilej. cap. 90. col. 896 : *Item quod pannos earum non possint aliter Frisare vel ornare, nisi cum duplonis auris vel argenteis, seu seta.* Acta capit. eccl. Lugdun. ad ann. 1340. fol. 64. r°. col. 1. ex Cam. Comput. Paris. : *Item vestimenta sacerdotalia nigra cum alba Frisata auri, stolis et manipulis.* Vide *Frisatus.*

¶ **FRISATURA**, Idem quod infra *Frisum.* Concil. Tarracon. ann. 1591. inter Hispanica tom. 4. pag. 522 : *Quicumque de cætero præficietur in Episcopum alicujus cathedralis Ecclesiæ, teneatur facere assignare Ecclesiæ cathedrali, in qua assumptus fuerit, intra triennium capellam intregram de panno serico cum necessariis Frisaturis valentem ad minus trecentos florenos auri.* Vide *Fresium.*

* Quidquid ornamenti vice vesti assuitur. Constit. Freder. reg. Sicil. cap. 86 : *Quod nullus, sive vir sive mulier,..... cujuscumque ætatis, gradus et conditionis existat, audeat portare in vestibus, quas induerit, aliquam Frisaturam de pernis, auro vel serico, sub pœna unciarum auri sex, exceptis virginibus et mulieribus, quibus hoc permittitur.* Vide *Fresatura* et *Frisium.*

¶ **FRISATUS**, Fimbriis ornatus, Gall. *Orné de Franges.* Chron. Fossæ-novæ apud Murator. tom. 7. col. 882 : *Dominus Cardinalis obtulit et manibus suis posuit super majus sæpe nominatum altare suum paratum pretiosum, videlicet bonum amictum Frisatum, bonum cingulum Frisatum, et planetam Frisatam cum tali friso, etc.* Italis *Frisare* ornare est. Vide *Frisum.*

FRISCENGAGIUM, FRISCHENGA. Vide *Friscinga.*

* **FRISCHA**, Gall. *Friche*, Ager incultus, ut supra *Frichia* Charta ann. 1404. in Reg. feud. comitat. Pictav. fol. 63. r°. ex Cam. Comput. Paris. : *Cum hominibus meis, mensionariis et aliis tenanciariis meis et senseitis, aquis, collectis, coustumis, Frischis, etc.* Vide supra *Frescium* et mox

* **FRISCHEIA**, Eadem notione. Charta Phil. V. ann. 1318. in Reg 56. Chartoph. reg. ch. 547 : *Quæ omnia nemora sexcentas nonaginta octo aeras vel circiter, tam in pleno bosco quam tallicis, quam etiam Frischeiis et brueriis continere dicuntur.* V. *Friscum.*

* **FRISCHIS**. Vide in *Noega.*

¶ **FRISCHIUM**, Ager incultus. V. *Friscum.*

* **FRISCHUS**, Recens, Ital. *Fresco*, Gall. *Frais.* Stat. Vercel. lib. 3. pag. 76. r°. : *Item quod caseus et carnes Frischæ sive salatæ vendantur ad pensum.* Hinc *Frec* et *Frique* vocabant nostri quod novum et recens erat. Bertrandus Clericus in Poem. MS. de Girardo Viennensi :

Il ot vestu un Frec ermine cher,
Et un bliaut qui ot fait entaller.

Poem. Eust. Desch. a D. *de S. Palaye* laudat. in Comment. de Milit. ant. pag. 194 :

..... La mort à tous s'applique,
Nulz advocats pour quelconque replique
Ne scet plaidier sans passer ce passage,
Ne chevalier tant ait hermine Frique.

Ubi tamen *Frec* vel *Frique*, idem esse potest quod Venustus, elegans, apte munistus; quo sensu, ut et *Frisque*, apud nostrates passim occurrit de hominibus aliisve rebus dictum. Froissart. vol. 2. cap. 146 : *Le gentil et joly duc Wincelins de Boesme, duc de Luxembourg et de Brabant, qui en son temps noble, Frisque, sage, amoureux et armeret avoit esté, etc.* Guiart. ad ann. 1269 :

Un chastel bel et fort et Frique,
Qui siet en l'entrée d'Anfrique.

Unde *Frisquement*, Egregie, lepide, eleganter. Lit. remiss. ann. 1473. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 906 : *Une jeune fille de xv. à xvj. ans ou environ, laquelle estoit bien gorgiase et habillée fort Frisquement,... et en maniere méretricale, etc.* Hist. Caroli VIII. reg. Franc. ad ann. 1495. pag. 176 : *Par dessus ledit sayon il avoit un manteau en écharpe Frisquement interjetté de la couleur que portoient ses pensionnaires.* Ut ut est, vox *Fraicheur*, pro Initium, rei alicujus novitas, legitur in Lit. remiss. ann.

Digitized by Google

1412, ex Reg. 167. ch. 1 : *Est advenu que à la Fraicheur d'icelles courreries des gens d'armes et de trait, lors des deniers troubles, etc.* Unde *Cas de fiesque* dicitur de Rixa, quæ ex subito impetu, non præcogitato animo fit, in Charta ann. 1398. ex Tabul. eccl. Camerac. : *Excepté toutes-voyes cas de Fresque et nouvelle meslée de chaleur repentine et soubdaine, et mouvement de coraige boullant engenré.* A qua voce *Freschement* et *Fricquement* usurparunt, pro Statim, illico, vulgo *à l'instant, d'abord.* Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 147. ch. 76 : *Le suppliant Freschement fu aperçu par les gens dudit escuier saisi de ladite houppelande.* Froissart. vol. 1. cap. 189 : *Ces Navarrois rançonnerent ces bourgeois de Tournay et d'autres villes à telles étoffes bien et Fricquement, etc.* Vide *Friscus.*

FRISCINGA, Friscinka, Friskinga, Frischenga, Frisgunga, voces in antiquis Chartis, non Alemannicis duntaxat, sed et Gallicis, admodum frequentes, et Germanicæ originis, licet de significatione inter Germanos non constet. Goldastus et Lydius *vitulum* exponunt, Vadianus et alii *scrofam adultam : Nam et nostri* (inquit) *venatores porcum silvestrum anniculum aut adultum Frischling vocant.* Sic etiam Rheni accolæ, inquit Pithœus. Et certe constat etiamnum apud Occitanos effœtam suem seu porcam *Fraysse* vocitari. Erant igitur *Friscingæ* non porcelli, (ab his enim distinguuntur lib. 4. Capitul. Caroli M. cap. 73. in Synodo Ticin. ann. 855. et in Capitulari tertio Ludovici Pii cap. 10.) sed porcellis majores, nondum tamen justi incrementi ; unde pro ætatis et incrementi modo varii erant pretii. In Capitulis Caroli C. tit. 5. cap. 2. *Friscinga* æstimatur 6. denariis, alibi 4. Sic in Alemannicis S. Galli Chartis n. 12. 42. 49. 67. *Frischenga tremissa*, et *tremissalis* dicta est, quæ tremisse valeret. Charta 60. *Frisgunga, seigit valenti. Tremissis* autem est tertia pars solidi : *seigit*, al. *saga*, quarta pars tremissis, i. denarius unus, ut exponitur in Lege Aleman. tit. 6. § 3. Charta Henrici IV. Imp. in Actis Murensis Monast. pag. 22 : *Unum maltrum de frumento, et unum Frintschingum, et unum siclum de vino, etc.* [Perperam *Fruitschingum* editum tom. 5. Gall. Chr. inter Instr. col. 514.] Adde Joan. a Leydis lib. 5. cap. 26. [** Vide Grimm. Mythol. German. pag. 31. et Graffii Thesaur. Ling. Fr. tom. 3. col. 833.]

☞ Vocis originem a Germanico *Frisch*, Recens, accersit Eccardus, ovemque vel porcum anniculum denotare auctor est, Germ. nunc *Frischling*, aut *Frœschling.* Et quidem de porcis uti et de ovibus pariter hæc vox adhibetur. Pro porco juniore occurrit non raro in Breviario Rerum fiscal. Caroli M. pro ove annicula sæpius apud Notkerum in Psalterii Paraphrasi. Nihil ergo est cur de sue effœta *Frescingam* interpretemur, licet rustici Tolosani, teste *la Faille* Annal. Tolos. tom. 1. pag. 64. porcam vocent *Fraissengue;* Aurelianenses quippe, ut refert Menagius in Etymol. Gall. *Fresangeau* nominant porcum nondum plane adultum, porcello tamen lactente fortiorem. Hæc non parum illustrant Informationes de dominio *de la Londe* 19. *vol. des Prisées et informations du temps des Anglois* fol. xv. v°. : *Rentes et Fresenges dirent et apporterent les dessus nommez que à la seigneurie appartient et deues deux Fresanges ou cinq sols 1z pour chacun Fresange, quand il y a panage en ladite forest, et ne virent onques iceles Fresenges payer en espece ; mais ont oy dire et tenir aux anciens qu'une Fresenge est une pourcel farcy et que de tout temps ceux qui le doivent ont le choix de le payer en espece, ou en ledit argent, etc.*

* Vocis origo, aut a Germanico *Frisch*, recens, ut vult Eccardus; aut a Gallico *Frais* sive *Fresche*, eadem notione, accersenda videtur; adeo ut *Friscinga*, sit porcus junior aut porci recentis portio. Et quidem huic intrepretationi facile, ni fallor, aptantur loca omnia proposita. Vide supra *Fressengia* et *Frischus.*

Sunt, qui *Friscingas*, pro Pernis accipiunt, unde in veteri Diplomate apud Lindenbrogium, *Friscingæ ovinæ*, i. ovium coxendices : *Vervecinæ*, apud Browerum lib. 8. Annal. Trevir. pag. 434. 1. Edit. ex veteri prædiatorio jure : *Solvit Friskingam porcinam, aut denarios* 4. *vervecinam ad Pascha, aut denarios* 12. quo loci *Friscingam* carnem assam perperam interpretatur idem Browerus. *Friscingæ vervecinæ et porcinæ*, in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. [Præceptum Caroli Crassi ann. 884. apud Mabill. Diplom. lib. 6. Instr. 114 : *Ad quod* (convivium) *dentur de rebus fratrum panis modii* x. *vini modii* x. *Friscinga purcina* v. *arietes* v. *vaca* 1. *bucco* 1. *cum siccamine, porcelli* 11. *pulli* xii. *pulcini* viii. *equus pretii solidorum* xxx. *etc.*] Sane *friscingam*, vocem esse Germanicam, constat, ex *frisch*, recens et *schincke*, perna. Vide *Spalla.* At Wendelinus a voce Flandrica *Verchens*, et diminutive *Verchochens*, i. porcus adultus, deducit. *Verres seu Friskingæ*, apud Hincmarum Rem. ad Clerum Laud. : *Ne etiam quasi ad receptionem Regis aut Legationum,... denarios, vel caballos, aut verres seu Friskingas... accipiat.* Vide Capitulare Tolosanum Caroli C. § 2.

Accipitur etiam hæc vox pro *Friscengagio*, seu *Friscingæ* præstatione dominis fieri solita. Charta ann. 1210. in Hist. Guinensi pag. 265 : *Scilicet unum operarium ter in hebdomada, dum licet operari, dimidiam Frescengam, tres bustellos avenæ.* Adde pag. 94. Charta Willelmi Aquitan. Ducis apud Beslium pag. 357 : *Dono consuetudines,... videlicet præposituram et bannum, et ucham, et expallum, et Friscingam, et pullos, et anseres, etc.* Alia Ludovici Fr. Reg. ann. 1144. apud Labbeum tom. 2. Miscellan. pag. 609 : *Consuetudines illas, quas habebant in quadam villa S. Dionysii, videlicet talliam de annona, quæ dicitur Mestiva, porcos sive Frescengias, anseres, gallinas, etc.* Alia Guidonis de Capis ann. 1206 : *Ecclesiæ D. Petri legavit* 60. *sol. annui reditus, ... videlicet in reditu, qui vocatur Frezanges.*

Friscinga, in Capit. 5. ann. 819. cap. 29. lib. 4. Capit. cap. 73. et alibi passim.

¶ Frischlinga, apud Hansizium tom. 1. Germaniæ sacræ pag. 246.

Friskinga, in Capitular. Wormat. 829. [** in chart. ann. 716. in Neugart. Aleman. num. 7. in Statut. S. Petri Corb. lib. 2. cap. 10.] etc.

** Friskinga, in chart. Caroli Crassi ann. 882. apud Guden. in Cod. Diplom. tom. 1. pag. 3.

** Frischinga, in chart. ann. 758. apud Neugart. in Cod. Diplom. Alem. num. 23.

** Frisginga, in chart. ann. 759. ibid. num. 24.

** Friskingua, in Fiscor. describ. formul. apud Pertz. Leg. tom. 1. pag. 177. lin. 8.

** Frisinga, in Frag. Polypt. Sithiens. cap. 22. Guerard. pag. 405.

Friscingus, in Charta Henrici Imp. ann. 1075. pro Monasterio Hirsaugiensi apud Trithemium.

Friskingus, in alia Henrici III. ann. 1056. apud Nicol. Zyllesium.

Frescinga, in Charta Caroli M. apud Doubletum pag. 723. et apud Hariulfum de Miracul. S. Richarii cap. 12.

** Freskingia, in Statut. S. Petri Corb. lib. 2. cap. 12.

¶ Frecenia, in Chartulario Camalariensi.

¶ Frigingia. viii. *den. pro Frigingia*, in eodem Chartulario.

¶ Frisengia, *Frisingia*, ibidem.

Frescengius, in Charta laudata ann. 1144.

Frescengia, in Epist. 29. Alexandri III. PP. ad Petrum Cellensem apud Sirmondum.

¶ Fresenia, in Rotulo xii. sæc. de Prioratu S. Pauli de Tartas ex Archivo Monasterii Casæ-Dei : *Et* 11. *sol. Pod. pro Fresenia, etc.*

¶ Fretengia. Charta anni 1209. apud Thomasserium in Biturig. pag. 714 : *Habebam in singulis porcheriis hominum in jam dicta terra manentium unam Fretengiam et singulis ovilibus unum arietem.*

¶ Fresenga. Charta Maurilii Rotomag. Archiep. : *Abbas autem Archiepiscopo septem sol. dare debet et Clericis quatuor Frescengas et unum verrem.*

Fressenga, in Hist. Guinensi pag. 94.

¶ Fressinga, in Charta cessionis Majoriæ de Maregniaco ex Tabulario Compendiensi.

¶ Fristinga, in Actis SS. Junii tom. 1. pag. 523.

¶ Frixinga, apud Marculfum Form. lib. 2.

Frasingia. Tabular. Brivatense Ch. 240 : *Panes* 30. *Frasingias* 3. *donare faciant.*

Frexingia. Idem Tabul. Ch. 331.

Frintschingus, in Charta laudata Henrici IV. Imperatoris.

Frisiginga, apud Joann. a Leydis lib. 5. cap. 26.

¶ Frisingus, in Præcepto Ottonis Reg. ann. 949. [** *Frisingum unum porcinum et duos ovinos*, in chart. ann. 1090. in Cod. Diplom. Guden. tom. 1. pag. 28.]

** Fruschinga, in chart. ann. 975. ibid. pag. 366.

* Frislinnus, Dipl. Otton. imper. apud Ludewig. tom. 2. Reliq. MSS. pag. 397 : *Duos porcellos, duas anseres, decem gallinas,*

Digitized by Google

sexque Frislingos et sex carradas annonæ pastui equorum.

Frisgung, et Fresgunga. Tradit. Fuldens. lib. 2. trad. 6: *Et ut mihi per singulos annos unum sagum, aut Frisgung, vel aliquid consolationis... detur. Frisgunga*, in Charta Aleman. 60. inter Goldast.

Frescenna, in Tabulario Dervensi: *Frescenna 2. solidos valebat, aut pro ipsa 2. solidi dabuntur. Porro terminus Frescennarum erit a festo S. Martini, usque ad Natale Domini.* [Occurrit rursus tom. 5. Annal. Bened. pag. 641.]

Frisengagium, et Frescengagium, Tributum ex *Friscingis*, atque adeo aliis rebus. Charta fundationis Abbatiæ Omnium SS. Andegav. ann. 1049: *In carte S. Dionysii per totam terram Canonicorum perdonat Comes vinagium totum, et frumentagium, et multonagium, Frisengagium, et bidannum ad 15. dies.* Alia Odonis Comitis Corboliensis ann. 1111. apud Doubletum lib. 3. Hist. Sandionys. pag. 845. et Morinum Histor., Vastinensis lib. 2. pag. 457: *Dimisi quasdam consuetudines, quas ibi accipiebant, scilicet Frescengagium et Jenatores.* Tabular. S. Mariæ *de Josaphat* in Charta Girardi Valeti de Carnoto ann. 1102. qua eidem Ecclesiæ concedit *Jura viariæ, et quidquid ad viariam pertinet: Hæc sunt autem, quæ ad viariam pertinebant, 2. hostelli avenæ, obolus pro pastu, pro Frescengagio una gallina, sanguis, multrum, latro, et quidquid juste vel injuste exigere potest dominus ab hospite sub viaria constituto.* Tabular. S. Albini Andegav.: *Reddit duos sextarios de frumentacio, unum sextarium de forre, 12. denarios de Frisengagio, et 6. denarios de vaccagio.* Charta ann. 1553: *Item, compete et apartient audit Seigneur* (de Barbezieux) *en ladite Baronie un autre droit appellé le droit de la Fressenge, à cause duquel il a droit de prendre et percevoir par chascun an sur tous et chascuns les manans et habitans demeurans au terroir du Boiscoutau, ayans pourceaux ou truies jusques au nombre de trois, les pourceaux de lait exceptez, deux sols tournois, et ceux, qui cachent leurs pourceaux, pour frauder ledit droit, doivent audit Seigneur 60. sols d'amende.* [*Frescengage*, supra in voce *Annelage.*] *Consuetudo porcorum* videtur appellari in Charta Guidonis Comitis Pentivi, apud Hariulfum lib. 4. cap. 22. *Decimæ porcorum*, in Constitut. Chlotar. Regis, post Concil. Paris. II. Vide *Porcellagium* et *Wartepain.*

¶ Friscingaticum. Eadem notione, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 236.

Friskinga, videtur reponi inter vehicula, in Capit. Lud. Pii ann. 821. cap. 2: *Sive carris, sive sagmariis, sive Friskingis, sive aliis vehiculis, etc.*

FRISCULUM. Stephanus Tornacensis Epist. 107. de Canonico Regulari, qui ex claustro evaserat: *Et post greges sodalium suorum vagari incipiens ut insipiens, post modicum ad se reversus, sedato Frisculo, venit plorans, etc.* [Id est, sedato animi horrore. Vide *Frigor.*]

FRISCUM, Ager incultus, eremus, nondum proscissus. Charta ann. 1237. in Tabulario Abb. Frigidi montis fol. 68: *Contuli quoque dictæ Ecclesiæ unam minatam Frisci contigui pratis ejusdem juxta curtillum Verreriæ.* Monasticum Anglic. tom 2. pag. 56: *Et de communia pasturæ in Friscis et dominicis suis, etc.* Charta Goffredi Comitis Andegavensis ann. 1048. pro fundatione Abbatiæ Omnium SS. Andegav. tom. 4. Galliæ Christ. pag. 698: *In carte S. Dionysii... perdonat Comes vacatium totum, et frumentagium, et multos* (multones), *agnos, Friscum, gagium, et bidannum ad 15. dies, etc.* Sed ut verum fatear, mendum hisce verbis subesse arbitror: quippe in Adversariis meis, ubi hæc Charta habetur, lego: *In curte S. Dionysii per totam terram Canonicorum perdonat Comes vinagium totum, et frumentagium, et multonagium, Friscengagium, et bidannum ad 15. dies.* Vide *Frisengagium.*

Frescus. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu *de Gavelkind* pag. 182: *Reddendo inde nobis 2. marcas argenti... pro omni servitio, nisi quod debet wallare secundum quantitatem illius terræ intus et extra, tam contra salsam, quam contra Frescum, sicut cæteri, et curiam nostram sequi. Vignes en Fresche*, in Regesto Ludovici Regis Siciliæ pag. 59. *Frisches* apud Escornæum in Durdano pag. 76. *Laisser les gaaignages sept ans en Frichete*, in Stabilimentis S. Ludovici lib. 1. cap. 161. *Friez et savart*, in Consuet. Claromont. art. 120. *Frische, savart, ou ruine*, in Remensi art. 264. Statutum Glocestrense ann. 6. Edw. I. Regis Angl. cap. 4: *Et celui, qui la terre tient issint charge la lesset giser Fresh, etc.* Voces porro nostris notas, *Frés*, pro recens, novus, *Freschement*, pro recenter, *Eau fresche*, pro aqua recens, ab ejusmodi agris incultis et nondum proscissis, etymon ducere admodum probabile est: unde et *Novalium*, id est, recentium, appellatione etiam donantur. [Vide *Frocus* in *Fraustum.*]

Frichium, in Charta ann. 1289. ex Tabul. Fossatensi fol. 97: *In dictis tribus arpentis terræ seu Frichiorum nihil juris sibi retinendo.* [Charta Henrici de S. Suppleto pro Ecclesia B. M. Cameræ-fontis ann. 1224. ex Archivo ejusdem Ecclesiæ: *Recognovit se dedisse prædictæ Ecclesiæ in perpetuam eleemosynam unam peciam prati... sitam in Frichiis de S. Suppleto.*]

¶ Frischium. Litteræ Philippi Regis Franc. de contentione inter Præpositum Paris. et D. Simonem de Maciaco datæ apud Meledunum ann. 1276: *Eundo directe per lineam usque ad ulmum Frischii de minellis.... necnon in tribus domibus cum Frichio et vineis continentibus circiter 12. arpenta.* Legitur rursus in Chartulario S. Vandregesili tom. 2. pag. 593.

¶ **FRISCUS**, Recens, Gall. *Frais*, Angl. *Fresch*, Germ. *Frisch.* Litteræ anni 1401. apud Rymerum tom. 8. pag. 634: *De qualibet carecta ferente salitos, Friscos sive recentes, duos denarios. De quolibet salmone Frisco vel salito venali unum quadrantem. Friscus et salsus mariscus*, apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 397. Vide *Friscum.*

** Frisca Fortia. Vide in *Fortia*, 2.

* **FRISENDA**, Idem quod *Fazenda*, Prædium rusticum, ager. Pactum inter Bern. et Petr. Bermundi fratres ann. 1350. ex Tabul. Flamar.: *Item* (habeat) *Petrus quandam Frisendam, quæ quondam fuit leprosorum leprosariæ de Chonaco, situm in dicta parrochia inter viam publicam, per quam itur de Plastaco versus Monthiniacum.* Vide *Frachenda.*

¶ **FRISENGAGIUM**, Frisengia, Frisgunga, Vide *Friscinga.*

FRISIA. In Statutis Canonicorum S. Quintini in Viromanduis, apud Hemeræum *Carpeia cum Frisia*, non semel occurrit: ubi *in carpeia* inesse dicuntur *dimidius porcus, 1. aries, 250. ova cum pipere: in Frisia vero dimidius porcus, 1. aries, 250. ova cum aromatibus.* Charta Ottonis Comitis Viromandensis, apud eumdem ann. 1025: *Quoniam vero eidem Cœnobio subjacebat alia aqua, cum piscatione in Frisia ab antiquo, idem vir suam aquam tradere disposuit præfatæ S. Mariæ.*

¶ **FRISIGINGA.** Vide *Friscinga.*

FRISII Panni, in Statutis Petri Venerab. pro Cluniacensib. cap. 16: *Statutum est, ut nullus fratrum nostrorum pannis, qui dicuntur Galabruni, ... vestiantur, nec iis, qui vocantur Scalfarii, vel Frisii, exceptis Anglis et Angliæ affinibus.* An quod crispati lanei essent, *Draps frizez*: an vero, quod ex Frisia advecherentur? Vide Monachum Sangallensem lib. 1. de Carolo M. cap. 36. [et infra *Frissatus.*]

¶ **FRISINGIA.** Vide *Friscinga.*

¶ **FRISIUM**, Limbus, fimbria, Gall. *Frange.* Sallas Malaspinæ de Rebus Siculis apud Baluzium tom. 6. Miscell. pag. 294: *Suspensis ad chordas strophæis, flectis, dextrocheriis, periscelidibus, arbitris grammatis, armillis, Frisiis, etc.* [Chron. Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1181: *Item dalmaticam unam, veluti viridis Frisiis, et aliis bene ornata.* Vide *Frisum.*]

* Quidquid ornatus causa vesti assuitur vel additur. Chron. Placent. ad ann. 1388. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 579: *Et super aliquibus ponuntur Frisia magna et larga auri circumcirca collare gulæ in modum meniferri, quod ponitur canibus circa collum eorum.* Vide supra *Frisatura.*

FRISKINGA. Vide *Friscinga.*

* **FRISO**, Idem quod *Francus*, Liber, ingenuus. Lit. Phil. VI. reg. Franc. ad Frisones ann. 1337. in Reg. L. Chartoph. reg. ch. 3: *Cum.... nunc et semper tanquam homines christianissimos intellexerimus vos deffensores, et idcirco Frisones, id est Francos, qui apud nos Liberi interpretantur, appellatos, etc.*

FRISOCNE. Vide *Frithsocne.*

¶ **FRISSATUS Pannus**, Pannus laneus crispus et intortis villis, Gall. *Frise.* Vita S. Ottonis tom. 1. Julii pag. 420: *Igitur quidquid ex præfata pecunia fustani et purpuræ, Frissati, fritsali quoque, seu alterius cujuslibet optimi generis vel coloris pannorum coëmere poteris, in sarcinas concludes.*

* **FRISSENA**, Armorum species, interprete Anonymo, qui circa medium sæculum XIV. de hæresi Albigensium scripsit, inter Probat. tom. 3. Hist. Occit.

* **FRISSERIUM**, ut mox *Fritella*, Liba ex herbis, farina et oleo. Comput. MS. ann. 1239: *Pro xviij. paellis farri ad Frisseria facienda, lxxij. sol.* Vide infra *Frixorium.*

¶ **FRISTINGA.** Vide *Friscinga.*

¶ **FRISTOLL.** Vide *Frithstoll.*

Digitized by Google

FRISUM, Fimbria, lacinia, *Frange*, vox formata ex *Phrygium*. Vide in hac voce. Leo Ost. lib. 2. cap. 61 : *Tres pannos de altari, unum cum albis, alium cum cruce et Friso.* Lib. 3. cap. 31 : *Albam quoque a scapulis et capite ac manibus Friso decentissime adornatam, a pedibus vero Frisea nihilominus lista.... circumdatam.* Infra : *Pannum diarodinum Frisatum cum auro.* Cap. 58 : *Planetam purpuream cum Friso.* Chronicon Trudonense lib. 1. pag. 350 : *Pallium unum cum Friso et margaritis.* Vide Ughellum tom. 7. pag. 1275. [et Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 290.]

☞ An non dici posset *Frisum* esse a Britannico *Frés*, Laceratio, ut et vox Gallica *Frange* a Latino Frangere? Fimbriæ enim et laciniæ sunt quasi lacerati panni. Menagius nostrum *Frange* a Fimbria vult derivatum.

FRITELLA. Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosophistam : *Crustulla, i. Fritella quædam in sartagine facta, vel cortex panis.*

* Vita B. Jacobi Venet. tom. 7. Maii pag. 469. col. 2 : *Requisivit ut crespellas ex herbis et farina commixtas, quas vulgo Fritellas vocant, pro ejus prandio cum oleo præpararet.*

¶ **FRITELLUM**, *Stillicidium stercoris in sterquilinium.* Gl. Isid. *Fritillus* in ludo aleæ vasculum est infundibuli speciem referens, in quo agitantur tali et unde jaciuntur in alveolum : ad hujus vasculi similitudinem quodammodo factus est latrinæ meatus, quo corporis sordes emittuntur; hinc eum meatum potuit Glossator *Fritellum* appellare. Joan. de Janua : *Fritellum, Molinellum, in quo piper teritur, et dicitur a Frango, quod grana piperis vel alia frangit; et est perforatum ab inferiore parte, et inde piper tritum recolligitur. Ponitur etiam pro vase perforato, per quod solent projici taxilli, ne fiat ibi fraus.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fritilum, mortier à espices.* [* Vide supra *Fratillum.*]

FRITHGEAR, vox Saxon. Somnero : *Pacis annus, Jubilæus,* ex frid, pax et gear, annus. Leges Presbyterorum Northumbrensium cap. 48 : *Si superstitiosus ille conventus, qui Frithgear dicitur, habitus fuerit in terra alicujus circa lapidem, arborem, fontem, etc.* Rabanus Maurus Poëmat. 10. alludens ad nomen Friderici, cui inscriptum est :

Fœdus cum vitiis tandem tua ut ultio scindat,
Et Christi pactum firmet ubique pie.
Nam dedit hoc nomen dudum tibi cura parentum,
Baptismum quando sorte tua tuleras.

FRITHGILDUM, Collegium, Sodalitium, ex Saxon. friδ, pax, et gildan, solvere : quod qui ejusmodi societates ineunt, collatitiam stipem in commune ad sua negotia conferant. Vide Præfat. ad Leges Adelstani et cap. 14. et *Congildones* in *Gildum*, [** supra *Friborga.*]

FRITHMANNUS. Glossar. Saxon. sub Edw. III. exaratum : *Fridmannus, pacis homo,* ex Saxonico friδ, pax, et man, homo. Qua voce intelliguntur, qui ex aliquo sodalitio sunt, quod friδ gyld vocabant. In Legibus Ethelredi de Pace, cap. 3. *Frithman,* et *Frithimannus,* habentur pro Regio subdito, et vassallo.

¶ **FRITHMOTE**, Juridictionis species apud Anglos, a Saxon. friδ, pax, et mote, concilium. *Blount* in Nomolexico Anglic. : *Per Frithmote Jo. Stanley Ar. clamat capere annuatim de villa de Olton ... x. sol. quos Comites Cestriæ ante confectionem Cartæ prædictæ solebant capere.*

FRITHSOCNE, Tuendæ pacis jurisdictio, a Sax. friδ, pax, et socne, libertas, *Franchesia,* jurisdictio. Jo. Brompton : *Frithsoken, i. tutatio in jurisdictione, hoc est, seurté en defens.* Fleta lib. 1. cap. 47. § 11 : *Frithsokne, vel Forsokne, liberatem habendi visum franci plegii* denotat. Sed legendum *Frisocne* monet Spelmannus.

FRITHSTOLL, fritstoll, Asylum, Sanctuarium, refugium, ex Saxon. frid, pax, et stol, sedes, cathedra : stov, locus. In Chartis immunitatum ecclesiæ S. Petri Eboracensis, confirmatis anno 5. Henrici VII. exponitur *Cathedra quietudinis vel pacis,* ut et apud Ricardum Hagulstadensem de Statu Ecclesiæ Hagulstad. cap. 14 : *Quod si aliquis vesano spiritu agitatus diabolico ausu quemquam capere præsumpserit in cathedra lapidea juxta altare, quam Angli vocant Fristoll, id est, Cathedram quietudinis vel pacis, vel etiam ad feretrum sanctarum reliquiarum, quod est post altare, hujus tam flagitiosi sacrilegii emendatio sub nullo judicio erit, etc.* Eadem habentur in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 135. et apud Gul. Prynneum in Libertatib. Eccles. Angl. tom. 3. pag. 1102.

Erant hujurmodi cathedræ complures in Anglia, præter Eboracensem istam et Hagulstadensem : Beverlaci autem celeberrima, quæ priscorum Regum benignitate, asyli nacta privilegium, tali honestabatur inscriptione : *Hæc sedes lapidea Freedstoll dicitur, i. pacis cathedra, ad quam reus fugiendo perveniens, omnimodam habet securitatem.* Occurrit *Frithstol* pro refugio, in quadam versione Psalmi 17. *Frithstow,* pro asylo, in Præfatione Legum Aluredi, et significat præterea palatium, quod Regiæ asyli jure gaudeant.

¶ **FRITILLA**, *Cibus, Friteau.* Vocabul. Sussannæi. Vide *Fritticula.*

* **FRITILLARE**, Fritillum. Vide supra *Fratillum.*

¶ **FRITILLUS**. Milo in Vita S. Amandi Episc. Februarii tom. 1. pag. 883 :

Quis docuit puerum, qui sensus, quæso, suasit
Hebraico sonitu ignotos proferre Fritillos?
Quis pedagogus eum hac jussit voce bosare,
Quem vagitus adhuc puerili ætate tenebat?

Ubi *Fritillus* idem videtur quod Sonus. Papiæ, *Fritillum* est *Sistrum vel tuba, quo vocantur ad ludum,* MS. Bituric. habet, *Frutillus, etc.* Vide *Fritellum.*

¶ **FRITILLUM**. Vide *Fritellum.*

* **FRITINNIRE** dicitur *rauca cicada,* in Carm. de Philomela ad calcem Cod. reg. 6816. [** Occurrit in Reinard. Vulp lib. 3. vers. 355.]

FRITORGA, Pacis securitas. Vox Saxonica.

FRITSALUM, Genus panni, apud Andr. Monach. lib. 1. Vitæ Ottonis Episcopi Bamberg. cap. 45. Vide in *Frissatus Pannus.*

¶ **FRITSCHINGUM**, Mensuræ species. Vide locum in *Maltra.*

FRITTICULA, *Ganeum, aut popina,* in veteri Glossario. Quare ita vocetur, ignorare se fatetur Jos. Scalig. Epist. 205. [Vide *Fritilla.*]

¶ **FRIVIUSCULUM**, Friunsculum. Vide *Fribusculum.*

FRIVOLA, Σκευάρια ὑτιλῆ πάνυ, in Gloss. Gr. Lat. [Apud Festum, *Frivola sunt proprie vasa fictilia quassa; unde dicta Verba Frivola, quæ minus sunt fide digna.* Sed et apud Juvenalem Satyr. 5 :

Et ne te teneam, Romanorum omnia Regum
Frivola.

Utuntur quoque Seneca, Sueton. et alii recentiores. Vide Pandect. in L. Solutum de pign. action. (fr. 11. § 5. lib. 13. tit. 7.) et superius *Fribula.*]

* **FRIVOLIS Moneta**, Debilis, non justi ponderis. Charta ann. 1309. in Armor. gener. part. 2. pag. v : *Vendidit.... quandam peciam terræ, sitam in territorio Montilii,... pretio centum librarum Turonensium Frivolis monetæ.*

* Frivolus, Eadem acceptione. Charta ann. 1314. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 99 : *Placentia vendidit quatuor domos ..... pretio vj^c. xxviij. Turon. argenti grossorum, tunc valentium centum libras Frivolæ monetæ tunc currentis. Frivoleux,* Infirmus, futilis, in Lit. ann. 1372. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 471.

* **FRIVOLOGIA**, Sermo, disquisitio de rebus frivolis et futilibus. Epist. 3. Hugon. Metelli ad Innoc. II. PP. tom. 2. Monum. sacræ antiq. pag. 331 : *Si quis hoc plenius cognoscere desiderat, theologiam illius* (Abaillardi) *immo Frivologiam legat.*

* **FRIVOLUM**, *Viseure,* in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

* **FRIVOLUS**. Vide supra in *Frivolis.*

¶ **FRIVOLUSCULUM**. Vide *Fribusculum.*

¶ **FRIUTSCHINGUM**. Vide in *Friscinga.*

¶ **FRIXA**, *i. Carbonella, Charbonnée.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Hinc Gall. *Fricandeau. Fricanderies,* in Consuetud. Nivern. cap. 18. art. 5. Placentæ delicatioris genus.

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Frixa, Charbonnée.* Vide supra *Frica.*

¶ **FRIXATURA**, Frixura, *Actio frigendi et ipsum quod frigitur,* Joanni de Janua. Glossar. Lat. Gall. Sangerman. : *Fixatura, Frixure, fritture.* Vide *Frixura.*

* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Frechilha, Prov. Frixatura.*

* **FRIXERIUS**, Moneta, quæ Frisaci in Carinthia cudebatur, cujus meminit Bern. de Rubeis in Monum. eccl. Aquilej. cap. 54. col. 508. ubi de ejusdem denariis. Vide supra *Frisacensis Moneta.*

FRIXIATUS, pro *Frigiatus*, seu Phrygio vel limbo ornatus. Charta ann. 1228. in Hist. Eccles. Placentinæ lib. 17. pag. 138 : *Pluviale rubeum, et dalmaticam rubeam Frixiatam, et camisium Frixiatum cum stola, etc.* Vide *Phrygium.*

¶ **FRIXINGA**. Vide *Friscinga.*

* **FRIXIUM**, Limbus seu ornatus ex opere Phrygio; unde nomen. Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : *Item unam mitram cum Frixio et caudis contextis de perlis... Item tres mitras ad circulum cum Frixio ad aurum traccitium. Item..... duo Frixia pro chirothecis de plastis auri.... Item unum Frixium laboratum super zamito ru-*

Digitized by Google

bro ad imagines integras de auro filato cum tubalea de Alamania. Vide *Phrygium.*

¶ **FRIXIUS** Paris. Vide in *Paris.*

FRIXONES. Albertinus Mussatus lib. 6. de Gestis Henrici VII. rubr. 11 : *Avium quoque genus ignotum per Longobardorum agros visum, deprehensumque, plumæ cinericiæ, cum rubris maculis, et crista in vertice, magnitudinis harum, quas Frixones Patavini vocant.*

☞ Frustra, inquit Murator. tom. 10. col. 676. quæremus de avibus ignotis. Verum quid si Fridericus ipse, cujus tempore visæ sunt, prodat eas nobis ? Ille lib. 1. cap. 23. de arte venandi hæc habet : *Et sicut sunt quædam aves aquaticæ habentes rostrum rubeum, crura et pedes, dictæ Anates de Faraone, quæ sunt variæ ex albo, nigro et rubeo ; habent enim inter nares quoddam tenue carneum rubeum elevatum ad modum cristæ.*

1. **FRIXORIUM**, *Patella, vel ferrum, super quo quid coquitur*, Ugutioni. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Frixorium, Frixoir, c'est puelle à fritture faire.*] Papias : *Cremium, Frixorium, a cremando, vel quod est aridum.* Macrobius de differ. et societ. Græci Latinique verbi : *Frigo vero, frixi, a tertia, unde frixum, Frixorium, id est, calefactorium.* M. Robertus de Sorbona in Serm. ad Theologos de Conscientia : *Tantum torquet justum iniquitas aliena, quantum recedit a sua : peccata enim proximorum, Frixoria sunt justorum.* [Vita Gregorii VII. Papæ apud Murator. tom. 3. pag. 319. col. 2 : *Ad hæc zelotes Dei alto gemitu suspirans et Frixorium cordis sui super illis qui corrupti erant dedignativo gestu significans ait ad corruptorem : Credis o Episcope, etc.* Chron. Cremon. apud eumdem Murator. tom. 7. col. 635 : *Eodem tempore Imp. Fedrichus in odium Cremonensium Cremam reædificavit, non solum Cremonensium gentium, sed aliarum etiam Frixorium Longobardiæ.* Hæc metaphorice; verum absque tropo vocem eamdem usurpat Boncompagnus de Obsidione Anconæ cap. xi. etc. *Frixoriis* usos fuisse Paganos ad torquendos Christi Martyres discimus ex Actis S. Cononis Maii tom. 7. pag. 7 : *Domitianus dixit : Succendite Frixorium, et mittite eos ibidem.* Vide *Frixura Zeli.*]

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Frixorium, paelle à frire. Fressouoir* et *Frieul*, nostris, eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1440. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 2 : *Lesquelz compaignons garnis de bassins, Fressouoirs et cors, commencerent à sonner lesdiz cors et frapper sur lesdiz bassins et Fressouoirs, et faire charivari. Ung Frieul, un pot d'estain, etc.* in aliis ann. 1461. ex Reg. 189. ch. 521.

¶ 2. **FRIXORIUM**, Species monetæ, cujus valor ignorantur, sed in qua suspicantur formam frixorii seu sartaginis fuisse impressam. Acta SS. Junii tom. 1. pag. 795. de B. Bertrando : *Imaginem ceream ad formam hominis, trium librarum et valoris quadraginta Fixoriorum poneret et offerret.*

¶ 1. **FRIXUM**. Sagitta, jaculum, Ital. *Frezza*, apud Macros fratres in Hierolexico.

¶ 2. **FRIXUM**, Idem quod *Frisum*. Synodus Pergami ann. 1131. apud Murator. t. 9. col. 547 : *Tonsuram et habitum deferant clericales ordini suo et statui competentes, vestes virgultas seu de catabrisato, de medietate, vel listatus, vel Frixis aut maspillis argenteis ... minime deferentes. Thecæ auro Frixo adornatæ*, apud Baluzium tom. 5. Miscell. pag. 344. *Arca Frixo aureo decorata*, in Actis SS. Maii tom. 2. pag. 60.

FRIXURA. Consuetudines Eoveshamensis Monasterii in Anglia : *Præterea percipiet coquinarius tria præbendaria frumenti de granario ad flathones inveniendos : similiter in Rogationibus ad festum S. Odulfi unum præbendarium ad Frixuras.* [Ordinatio pro mensis Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 313. col. 1 : *Item volumus, quod serviatur nobis in dicta die Veneris de uno intromeysio, videlicet de pastillis de Lotharingia cum aliquibus aliis Frixuris*, hoc est, *Frixis*, Gall. *Friture.*]

¶ **FRIXURA Zeli**, Æstus, fervor. Vita S. Hildulfi Abb. tom. 3. Julii pag. 229 : *Adeoque Frixura sancti zeli circa monasticam perfectionem excussit cor ejus, ut terrori et exemplo minoribus, venerationi vero et amori fuerit majoribus.* Vide *Frixorium.*

¶ **FRIZIUM**, Fimbria, *Frange*. Vita S. Raynerii tom. 3. Junii pag. 450 : *Tunc illa aspiciens Frizium, quod erat in taxellis mantelli sui, recognovit suum esse mantellum.* Vide *Fresium.*

¶ **FRO**, pro *Frocus*, Jus viariæ, ut videtur. Arestum Parlamenti Paris. ann. 1331. ex Archivis Monasterii Bonæ-vallis : *Habendi aubenagia et bona bastardorum, habendique jurisdictionem du Fro, de latrone, traditorum et de fractura domorum sive de die sive de nocte.* Erit f. qui *Fro* pro *Furto* scriptum malit.

* Chartul. eccl. Carnot. : *Jura ipsius... in possessionibus, censivis, domibus, feodis, retrofeodis,.... Frocis, justitiis, jurisdictionibus, etc. Fro*, eadem notione, legitur in Charta ann. 1314. ex Chartul. S. Mart. Pontisar. fol. 56 : *Disoit* (le maire de Pontoise) *ledit lieu estre Fro de ville et à eux.... appartenir la justice appartenant à voierie. Certaines maisons, qui sont sur le Froc de la ville*, in Arest. ann. 1360. ex Chartul. 23. Corb. Vide *Fraustum.*

FROBERGA, Ensis gladius. Le Roman *de Garin de Loherans :*

> Buegues li Dus desor un drap se sist,
> Il vest l'aubert, laçe l'iaume gentil,
> Bien fu armé, nul home si ne vit,
> Froberge pant à la selle d'or fin,
> Ceinte à une autre, qui de Colougne vint.

Infra :

> El cors li boute Froberge au pont d'or fin.

Alibi :

> Et Biatrix li ceint le brane forbi,
> Ce fu Froberge la bele au pont d'or fin.

Idem Poëta :

> Trest Froberge la bele au pont d'or fin.

¶ **FROCARIUS**, Viarius curator, præfectus, Gall. *Voyer*, alias *Froqueurs*. Arestum Parlamenti anni 1304. in Tabulario S. Richarii : *Super quibusdam injuriis per dictum villam Frocario dicti Monasterii suum officium exercenti.* Hujus est viarum curam habere, invigilare ne quis in urbe ædificium ruina aliove casu lapsum suscitet absque licentia, fenestram vel portam novam faciat, etc. *Seigneur Froquier*, dicitur ibidem. Vide *Frocus* post *Fraustum*, et *Viarius* suo loco.

* Unde nostris *Froquier*. Reg. *Olim* parlam. Paris. ad ann. 1315. fol. 135 : *Icelles religieuses disoient que li habitans de la ville ne pouvoient édifier, faire, refaire.... esdiz fros sans prendre congé au Froquier de ladite église.* Vide *Fro.*

¶ 1. **FROCCUS**, Frochia, Frocus, Vestis monastica. Vide *Flocus.*

¶ 2. **FROCCUS**, Frocus, Terra inculta. Vide in *Fraustum.*

* **FRODAGIARIUS.** Vide mox *Frodagium.*

* **FRODAGIUM**, Pabulum equorum : unde *Frodagiarius*, qui illud exigit. Chartul. S. Sergii Andegav. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 354 : *Postmodum vero Frodagiarii comitis requirebant Frodagium de cimiterio cujusdam ecclesiæ de Bellovalle..... Comes.... Frodagiario.... mandavit ut de cimiterio S. Martini de Bellovalle, hoc est Alis, non requireret ulterius fodrum.* Vide supra *Fodrum.*

* **FRODATUS**, Pellitus, Gall. *Fourré.* Chron. Estense ad ann. 1385. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 512 : *Die viij. Octobris quoddam bravium velluti rubei, Frodatum de vario cum tribus frixis, ... apportatum fuit, etc.* Vide *Foderatus.*

* **FRODIUM**, Supellex, quidquid in re domestica necessarium est. Comput. ann. 1479. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 337. col. 2 : *Solverunt... duobus viris, qui illa nocte custodierunt charriotum oneratum in carreria publica Frodiis et bonis dictorum quinque mecanicorum, etc.* Vide supra *Foirragium* et infra *Froyre.*

FRODMORTELL. Charta Adelstani Regis Angliæ in Monast. Anglic. tom. 1. pag. 173 : *Et concedo eis curiam suam de omnibus querelis, ... et judicium suum pro Frodmortell, et quod homines sint credendi per suum ya, et per suum na.* Vox confecta forte ex Saxonico freo, *liber*, et mord dæd, *homicidium, mordrum*, id est, judicium de homicidio viri liberi.

¶ **FRODUM**. Vide *Fodrum.*

* **FRODUS**, Ager incultus, qui urbi vel castro adjacet. Charta ann. 1278. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 182 : *In primis dicimus, quod locus, qui dicitur Pantiodia, et mons Ylicis, cum portu et piscatione sua, et Curatia, et castrum de Trebiano, cum Frodo et pertinentiis suis, pertinent ad jus episcopi et episcopatus.* Vide supra *Fro.*

¶ **FROEDUM**, pro *Fredum*, Mulcta vel exactio in judiciis, legitur in Maceriis Insulæ Barbaræ tom. 1. pag. 50. Vide *Fredum* 1.

¶ **FROIRADURA**, Gall. *Doublure.* Statuta Massil. lib. 2. cap. 42 : *Nemo audeat.... facere nisi tantummodo duplices vestes, et illas laneas, et nullatenus sericas, nisi forte in Froiradura pelli.* Vide *Fodratura.*

¶ **FROIRATUS**, *Foiradura* ornatus, ibid. cap. 39 : *Item, de garducors, ... vel sobrecot Froirato cum penna, vel serico, etc.* Occurrit ibi non semel. Vide *Foderatus.*

¶ **FROIRE**, Idem quod *Froiradura*, ibidem : *Item, de mantello panes cum*

Digitized by Google

frezio, vel veta, vel profilo cum sendado, vel cum penna, vel cum Froire 11. *sol.* Pluries ibi occurrit. Vide *Fres.*

* **FROISSARE**, Plagis contundere, a Gallico *Froisser, meurtrir.* Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 225 : *Qui supplicans inde recessit, vultu suo, mediantibus dictis ictibus, Froissato.*

FROMAGERIA. Vide *Formaticum.*

* **FROMAGERIUS**, Qui caseos vendidit, nostris alias *Fourmagier.* Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 76 : *Cum Guillelmus Voleius Fromagerius.... caseos suos in platea loci de Laurano venderet, etc.* Reg. sign. *Pater* Cam. Comput. Paris. fol. 252. r°. : *Fourmagiers..... paieront..... pour la somme de froumages ij. den.* Vide supra *Formagiarius.*

* **Fromagerius**, adject. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 208. r°. Ch. ann. 1263 : *Juxta parvam grangiam Fromageriam.* Sed legendum, *Fromentariam.* Vide *Fromentum.*

* **FROMAGINUM**, Præstatio ex caseis, quæ sæpius pecunia redimebatur. Charta Petri de Autolio senesc. Carcass. ann. 1256. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 490 : *De Fromagino et caulagio, quinque solidos.* Assis. comit. Fuxa in Reg. S. Ludov. fol. 112 : *Item Fromaginum, tres solidos.* Charta ann. 1318. in Reg. 56. ch. 511 : *Item pro Fromagine et ovino debitis antea domino regi, x. solidos.* Redit. castri Mont. mirab. ann. 1320. in Reg. 61. ch. 358 : *Item in corrogiis et Fromaginis, quæ faciunt homines dictorum locorum, xiv. sol. x. den. Turon.* Charta ann. 1340. in Reg. 72. ch. 178 : *Item octavam partem pro indiviso ovini et Fromagini dictæ villæ, quæ extimatur valere quatuor solidos, quatuor denarios Turon. annui redditus.*

* **FROMATGEUM**, Eadem notione. Charta ann. 1266. ex Archiv. reg. Tolos. : *Noverint quod cum religiosus vir dom. Hitbertus, prior domus sive monasterii de Casciano Biterrensis diocesis, conquerendo assereret... servicia infrascripta fuisse hominibus dictæ villæ imposita indebite et injuste, videlicet guidagium, gallinagium, palhea, ovea, Fromatgea, etc.* Vide *Fromatgium* in *Formaticum.*

* **FROMINATUS**, Fractus, ruptus. Proces. crimin. contra habitat. Venciæ ann. 1488. ex Tabul. Venc. : *Invenerunt tectum fere Frominatum et dirruptum.*

¶ **FROMENTEIA**, Polenta frumentaria, Gallice *Fromentée, Bouillie.* Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351. ex libro viridi fol. 53 : *Singulis diebus Dominicis Quadragesimæ dat D. Abbas Conventui.... unam quarteriam frumenti boni et pulchri, quod frumentum decoquitur tunc in olla coquinæ Conventus supradicti, et fit de eo cibus qui dicitur Fromenteia.*

FROMENTUM, pro *Frumentum*, quo modo *Froment* dicimus, in Formulis Baluzianis 11 12.

¶ **FRON.** Vide *Sacrale opus.*

FRONCHUSE. Vetus Charta Germanica in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 319 : *Census eorum prædiorum subter notatur. Mittelsten solvit* 14. *modios siliginis,... sex pullos, duos anseres, porcum saginatum, Fronchuse* 62. *halbfrisch. vel* 16. *den.*

¶ **Fronochuste**, Eadem notione, Pondus publicum, *Fron* quippe publicum sonat. Acta Murensis Monast. pag. 38 : *In festivitate S. Andreæ dabit etiam duos porcos, qui tres solidos Fronochuste appendant, qui solidi novem solidos monetæ de Thurego habent.*

** **Fronchust.** Chart. ann. 1175. apud Graff. in Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 517 : *De redditibus episcopi solvitur frumentum statuto jure in festo S. Michaelis accipiendum publica exactione, quod vocatur Fronchust.*

¶ **FRONCIATUS**, Rugatus, sinuatus, Gall. *Froncé*, in Statutis Diœcesis Ebroic. ann. 1576. ad calcem libri Johannis Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 22 : *Nec etiam indusia laciniosa et sinuosa seu camisias, quas dicimus Fronciatas.* Vide *Fronssatus.*

¶ **FRONCICA**, Sinus, Gall. *Fronceure.* Capitulum gener. MS. S. Victoris Massil. ann. 1378 : *Statuimus quod nullus portet vestes inhonestas, scilicet oppellandas, vel cocardias, Froncicas aut cum esclari, cum manicis largis, ultra modum, etc.* Vide *Fronsitura.*

* **FRONCINA**, Pergamenum ex pelle vitulina, forte quod *Fronciatum* seu rugatum sit, ita appellatum; nisi legendum putes *Francina.* Vide *Francenum.* Inventar. ann. 1324. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 297. col. 2 : *Item, Decretales partim in Froncina et partim in pergameno caprino cum apparatu ordinario.* Pluries ibi occurrit.

* Hinc vocem *Fracon* in Vita S. Isabellæ, cujus editor significationem ab eruditis Gallis frustra se quæsivisse declarat tom. 6. Aug. pag. 800. col. 2. accersere et explicare aggressus est quidam in Mercur. Franc. mens. April. ann. 1747. pag. 55. ubi flagellum *de Fracon*, quo, virgarum communium loco, corpus suum cruciabat S. Isabella, ex *Froncina* seu pergameno confectum opinatur. Quam longe vero a genuina vocis notione aberraverit ille, probavit alter in eod. Mercur. mens. Jun. tom. 2. pag. 82. ex Diction. *de Lemery*, in quo *Fracon* vel *Fragon*, Normannis inferioribus etiam nunc *Fraijon*, est Bruscus, vulgo *Le petit houx*, ex quo flagellum compositum, virgis communibus multo asperius fuisse facile conjicitur; quod loco ex vita S. Isabellæ allato apprime convenit. *Fregon* dicitur apud Guignevil. in Peregrinat. humani gener. MS. :

> Il y croissoit hous et Fregons,
> Bos espincus plains d'aguillons.

* **FRONDA**, Funda, Gall. *Fronde*, Ital. *Fromba.* Stat. crimin. Saonæ cap. 27. pag. 54 : *Statuerunt quod pueri... Frondis ad jacendum lapides quomodolibet non utantur; et si cum Frondis vel lapidibus etc.* Vide *Fundabulum.*

1. **FRONDARE**, *Purgare, putare*, Papiæ. *Frondes* avellere. *Frondator, putator*, eidem. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Frondare, Feuilleter, faire feuillu. Frondator, Effeuilleur, cueilleur de feuilles, ou qui chante par feuille, ou un oiseau qui fait son nit de feuille.*]

* 2. **FRONDARE**, Frondes sculpere. Lit. remiss. ann. 1348. in Reg. 125. Chartoph. reg. ch. 301 : *Johannes Socherii Anicio rediit visurus patrem suum, credens eum in arte vel usu frondis seu Frondandi in aurificio edoceri; sed quia dictus pater suus ei dictam artem vel usum Frondandi docere noluit, etc.*

* **FRONDE**, vox Germanica, Jumentorum vel plaustrorum præstatio. Charta ann. 1367. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* col. 1 : *Ad reficiendum vero prædictum molendinum in ædificiis et tecto, quociens opus erit, præfatus dominus noster et nos tenebimur communiter; sed vecturas et angarias, dictas Fronde, ad hoc necessarias, nos Cuno archiepiscopus supradictus procurabimus.* Vide *Angariæ.*

* **FRONDERE**, *Branchir, avoir branches. Frondatus, branchu.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide *Frondare* 2.

FRONDEVOLA. Vide *Fundabulum.*

FRONDOSITAS, *Abundantia frondium*, Ugutioni. [* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Frondositas, abundance de branches.*]

¶ **FRONENEZZE**, Rete publicum, communitatis, in lib. Sal. Monast. Ebersheim. cap. *Judicium piscandi*, apud Schilter. in Glossar. Teuton.

* *Fronchigne* et *Fonchine*, Instrumentum piscatorium, in Lit. remiss. ann. 1454. ex Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 210 : *Ung baston emmanché de fer, nommé Fonchigne, de quoy on pesche.* Infra : *Fonchine.*

¶ **FRONHOF**, Curia publica. Liber redituum Episc. A. apud eumdem Schilter. : *Item habet ibidem Curiam publicum, quæ dicitur Fronhof, solventem singulis annis* xxxvi. *quartalia siliginis.* Vox ejusdem originis ac *Fronchuse.* Vide in hac voce, [** et Haltausii Glossar. German. eadem voce col. 540.]

FRONIMUS, ex Græco, φρόνιμος, Prudens. Papias : *Fronymus, sapiens, nomen : bene ergo Fronestatus, sapientissimus.* Gloss. Ælfrici : *Fronimus*, vis, i. sapiens, prudens.

* **FRONITRIX**, Coriarii uxor. Vide infra *Frunitor.*

¶ **FRONOCHUSTE.** Vide *Fronchuse.*

FRONOMEN, [Publicæ mensuræ species, a *Fron* publicus.] Acta Murensis Monasterii pag. 38 : *Hombarius autem, qui plenum habet mansum, debet singulis annis dare* 4. *maltra de spelta, et sex de avena, talis mensuræ, quæ ad hoc constituta est, quæ vocatur Fronomen.*

FRONS. Ad Frontem, Gall. *De front*, Junctis lateribus. Stat. ann. 1358. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 232. col. 2 : *Ordinetur quod.... gentes armorum equitum possint libere per corsseriam prædictam, saltim quatuor eques ad Frontem, equitare et discurrere.*

¶ **FRONS** Festa, arbor maialis. *Frondem festam figere*, Gall. *Planter le May*, apud Guillelm. *de Jaligni* in Histor. Caroli VIII. ad ann. 1489. Edit. Gothofridi pag. 77. Vide *Frontes.*

¶ **FRONSATA** Vestis, Sinuata. Concil. Paris. celebratum ann. 1346. cap. 2. tom. 2. Hist. Meld. inter Instr. pag. 222 : *Utentes palam* (beneficiati et monachi) *per viam incedendo vestibus Fronsatis, nimium fissis, etc.* Occurrit etiam apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 377. 480. 1075. 1642. et alibi. Vide *Fronssatus* infra.

Digitized by Google

¶ **FRONSITURA**, Sinus, ruga, Gall. *Pli, Fronceure.* Capitul. gener. MS. S. Victoris Massil. ann. 1506 : *Vestes... sine riveto, plicaturis seu fronsituris, etc.* Vide *Froncica.*

¶ **FRONSITUS**, ut mox *Fronssatus*, in Concil. Tarraconens. ann. 1591.

FRONSSATUS, Rugatus, sinuatus, a rugis frontis, Gall. *Fronsé :* in Concilio Senonensi ann. 1346. cap. 2. [*Fronce* nostri pro ruga, Gall. *Ride* usurpant. Le Roman *d'Athis* MS. :

Le front fist hault, plain et pollit,
Fronce n'y ot grant ne petit.]

* Et *Fronche.* Le Roman *de la Rose* Ms. :

Tous estoit ja ses vis fletris,
Qui fu jadis souef et plains,
Or estoit tout de Fronches plains.

Bestiar. Ms. ubi de Crocodilo :

De sa conane seulement
Soloit on faire un oogement.
Les vielles femmes s'an ognoient;
Par tel oogement s'estendoient
Les Fronces dou vis et dou front,
Et pluiseurs encore le font;
Mais puis que la sueur lor vient,
Sachiés que nul preu ne lor tient.

Quæ in Bestiario Latino cap. 22. sic exprimuntur : *Stercus ejus* (crocodili) *sit unguentum, unde vetulæ et rugosæ meretrices facies suas perungunt, fiuntque pulchræ, donec sudor defluens lavet.*

FRONTALE, Προμετώπιον, in Gloss. Gr. Lat. MS. Edit. Προμετωπίδιον, Gloss. Lat. MS. Reg. : *Mitra, vitta, Regalis corona, Frontalis, seu Amictus.* [Gloss. Græc. Lat. : Κεφαλόδεσμος, *Frontale, capitale.*] Vox Livio lib. 37. usurpata. [** Vide Glossar. med. Græcit. in Κεφαλαρία et Κεφαλοδέσμιον col. 641. 642.]

FRONTALE, et **FRONTALIS**, Lindwodo est *Apparatus, pendens in fronte altaris, qui apparatus alias dicitur Palla.* Durandus lib. 1. Ration. cap. 3. n. 32. *Frons altaris aurifrisio ornatur, etc.* Chronic. Gemblacense pag. 528 : *Fecit tabulam argenteam,... Frontale quoque ad altare S. Exuperii Martyris.* Provinciale Ecclesiæ Cantuar. lib. 3 tit. 27 : *Frontale ad magnum altare, cum tribus tuellis, etc.* Charta Cinduasinthi Regis Gothorum in Hispania, æræ 683. apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ordinis S. Benedicti : *Offerimus vasa altaris, calicem argenteum et pateram, Crucem argenteam similiter deauratam : vestimenta altaris omnia ad plenum, sive Frontalia, sive principalia, etc.* Alia Ordonii Regis æræ 960. apud eumdem tom. 3 : *Vestimenta altaris, Frontales, pallas, velos principales, qui inter vestibulum et altare dependent, etc.* Alia Sisnandi Episcopi Iriensis æræ 952. apud eumdem tom. 4 : *Ministeria Ecclesiæ, id est, calicem argenteum, Crucem argenteam, signos, Frontales, pallas, vellos, et alios duos calices, etc.* Charta Aldegastri, filii Sylonis, Regis Ovetensis, ann. 781. apud Sandovallium : *Et una cruce de argento, et duas de ligno, et quatuor Frontales de serico, et duas campanas de ferro, etc.* Alia Ferdinandi Magni Regis æræ 1101. apud eumdem *Yepez* tom. 6 : *In prædicto loco ornamenta altariorum, id est, Frontale ex auro puro, opere digno, cum lapidibus, smaragdis, safiris, et omni genere pretiosis et olovitreis : alios similiter tres Frontales argenteos singulis altaribus, etc.* Alia ejusdem Regis : *Frontales tres auro fusos.* Charta æræ 1111. apud eumdem *Yepez* tom. 6 : *Item ministeria, Frontale argenteo et exaurato, et retrofrontale argenteo pensante solidos quingentos.* Ibidem : *Frontale Grezisco, casulla. Grecisca una, etc.* Charta Ferdinandi Imper. Hispaniæ æræ 1191. apud eumdem tom. 7 : *Tres Frontales, duos de ciclaton : infulas 3. unam de ciclaton, etc.* Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis ann. 1295 : *Unum Frontale de nigro sameto, cum barris et vineis de aurifrigio bono, ad majus altare. Item aliud Frontale strictum, cum pluribus diversis scutis : et in medio breudantur imagines Crucifixi, Mariæ et Joannis,... ad idem altare.* Alibi : *Item Tabula Frontalis et superfrontalis bene depicta,... pannus Frontalis de Baudekino, et pannus superfrontalis de rubeo cendato cum turrilibus et leopardis deauratis.* [Testam. ann. 1344. in Tabular. S. Victoris Massil. : *Ornatus altaris, ut Frontale de opere Anglicano quod habeo eidem ecclesiæ tribuatur.* Adde tom. 4. Monarchiæ Lusitanæ pag. 260. etc.]

¶ **FRONTALIUM**. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. LXXII : *Hoc idem esse in nostra capella præcipimus; necnon tuabolæ et cuzini et Frontalium et alia, de quibus in Ecclesia copiose haberi nostræ intentionis est.*

¶ **FRONTALLUM**, Eadem notione Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 43 : *Hunc censum emit Gaufridus Cellerarius de argento, quod remanserat de Frontallo S. Dompnoli ad opus Ecclesiæ perpetualiter remanendum.*

¶ **FRONTELLA**. *Frontellam altam et Frontellum bassam de velvet rubeas cum foliis aureis brouderatas* Abbatiæ S. Dionysii tradidisse dicitur Henricus V. Rex Angliæ ann. 1425. apud Rymerum tom. 10. pag. 346.

FRONTELLUM, vel **FRONTELLUS**, ex Gall. *Fronteau.* Synodus Exoniensis ann. 1287. cap. 12 : *Frontellum ad quodlibet altare.* Statuta Walteri Archiep. Eborac. ann. 1250. et Synodus Mertonensis ann. 1300. cap. 4 : *Frontale ad magnum altare.* [Inventarium Ecclesiæ Noviom. ann. 1419 : *Item unum paramentum altaris, videlicet Frontellum et dossellum de bougueranno albo et nigro.*]

¶ **FRONTALE**, Pars anterior cujusvis rei. Gesta Episcop. Cenoman. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 391 : *Isti anuli appositi sunt de mandato ipsius Episcopi ad Frontale capsæ beatissimi Juliani.*

FRONTARIA, **FRONTERIA**, Gall. *Frontiere*, Regni aut Provinciæ cujuslibet limites. Lucas Tudensis æra 1273 : *Catholici viri strenui de Frontaria Maurorum, etc.* Charta Raimundi D. Alesti ann. 1217. in 30. Regesto Tabularii Regii Ch. 20 : *Et vos haberetis guerram in Frontaria nostra, etc.* Occurrit præterea in Testam. Ranimiri Regis Aragon. æræ 1099. apud Innocentium III. in Epist. edita a Catello in Comit. Tolosan pag. 258. Petrum de Vineis lib. 2. Epist 58. [Acherium Spicil. tom. 10. pag. 244. Marten. tom. 2. Anecd. col. 1393. D. Secousse tom. 3. Ordinat. pag. 210. et 296. Menester. Hist. Lugd. pag. 135.] etc. Vox Agrimensorum recentiorum, quibus *Frons* agri ea pars dicitur, quæ obversatur agro alteri. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 31 : *Et adhuc debet cum suis expensis mundare ipsum publicum meatum, ut aquæ inde transire valeant libere, quantum Frontaria, sive afrontatio suarum domorum tenuerit.* [Charta Aldefonsi Reg. Castellæ ann. 1181. apud Baluz. Histor. Tutel. col. 493 : *Cum ingressibus et egressibus, cum terminis et Frontariis, etc.*]

FRONTERAM TENERE dicitur Princeps, qui castra sua in finibus principatus contra hostes suos locat, tenet, et iis sese opponit. Charta Aldefonsi Regis Aragon. apud Martinezium in Hist. Pinnatensi lib. 5. cap. 24 : *Quod fecit mihi cum suis Abbas S. Joannis apud Monregal, quando ibi tenebamus Fronteram, etc.* Speculum Historiale MS. Joannis Abbat. Laudun. scriptum ann. 1388. lib. 11. cap. 5 : *Puis il lui commanda, qu'il prinst deus cens hommes, et allast à S. Omer, et illec Tenist la Frontiere contre les Flamens.*

¶ **FRONTERIA**, id quod Justiniano lib. 2. Institut. tit. 1. § 22. *Modus latitudinis cujuscumque fundi, quæ prope ripam est.* Statuta Arelat. MSS. art. 162 : *Si aliquis habet Fronteriam in riparia Arelatis, ubicumque sit, et voluerit eam plantare, levatarii illius territorii teneantur, etc.* Et art. 188 : *Omnia impedimenta via* (viarum) *quæ sunt a capite pontis Rodani usque ad portum civitatis removeantur, et quod quisque dimittat tertiam partem Fronterie, pro justa a capite pontis usque ad dictum portum civitatis.* Divisio bonorum terræ vicecomitalis Massil. inter DD. Roncelinum, Ugonem de Baucio et Giraudum Ademari ann. 1212 : *Habet coquina staris ejusdem castri, quæ erat Vicecomitum Massiliæ, et retrocurtis et medietas turris ejusdem staris, et Fronteria turris ex parte Ecclesiæ, et superior fascia majoris condaminæ, quæ est juxta faciam rotundam riali in medio... sala et omnes domus quæ sunt juxta prædictam salam, et totam Fronteriam sicut extenditur usque ad barium, quod claudit meta.* Statuta Massil. lib. 2. cap. 1 § 14 : *Creditor possit accipere quamcumque partem in re illa voluerit in tantum quantum res illa extenditur in profundum, usque ad satisfactionem sui debiti tantum, dum tamen totam Fronteriam rei non accipiat, nisi Fronteriam contingentem partem quam sibi dari petierit, et dum tamen illud accipiat ab uno latere.* Vide *Fronterium*, 1.

¶ **FRONTATUS**. Charta ann. 1321. tom. 2. Instr. Hist Paris. pag. 528 : *Defunctus Mathæus de Londres, tempore quo vivebat, tenebat quamdam domum sitam Parisius super ripperia portus S. Landerici, tenentem ex una parte de long ad domum Lambertl le Buschier, et ex alia ad domum dictorum conjugum, continguam seu Frontatam in se ad vicum de Glatigneyo.* Id est, habentem a Fronte, Gallice *Posée de front*, vel *faisant face.*

¶ **FRONTERIA**, Ornamentum muliebre. Charta ann. 1473. in Tabular. S. Victoris Massil. : *Unam Fronteriam perlarum.* Statutum Universitat. Massil. ann. 1381 : *Quod nulla mulier aliqua audeat de cetero.... por-*

Digitized by Google

tare coronas, garlandellum, Fronteriam, nec capellum auri, argenti seu perlarum. Vide *Frontaria.*

* Quod frontem decoraret sic dictum, nostris, *Fronteau, Frontel* et *Frontiere.* Contract. matrim. ann. 1358. apud Salern.: *Fronteriam unam magnam de auro, perlis et aliis lapidibus pretiosis, pro unctis quadraginta.* Formulæ Mss. ex Cod. reg. 7657. fol. 48. r°: *In una Fronteria perlarum, uno anulo auri cum perlis.* Inventar. ann. 1393. inter Probat. tom. 3. Hist. Burg. pag. 170. col. 2: *Un Fronteau d'or a blanches violettes, ou il y a deux balays.* Contract. matrim. ann. 1383. in Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 109: *Item doit ledit Regnault livrer à ladite Marguerite pour ledit mariage une bonne robe longue d'escallate bien fourée, un bon chaperon selon la robe, une pelisse de gris ensuiant, une bonne sainture, une bourse, un coustel, un espinglier, un chappel, un offroy, un Frontel. Un petit Frontel de perles,* in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 159. ch. 213. Aliæ ann. 1460. in Reg. 190. ch. 86: *Une Frontiere à espousée garnie de perles.* Hinc *Frontelet* dicitur fascia, qua utuntur moniales, in Stat. Mss. monial. congregat. Casalis Bened.: *Par dessus leurs couvrechefs un voille noir avec Frontelet et barbettes.*

* 1. **FRONTERIUM**, Pars agri, quæ obversatur flumini, vel agro alteri. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 104. ex Cod. reg. 4659: *Nullus de riperia Durranciæ vel Rodani truncum, vel rastegam, vel ligna audeat arripare vel levare, nisi ille cujus in ripparia Fronteria fuerint applicata.* Hinc *Frontoyer,* Litus radere, vulgo *Cotoyer.* Froissart. vol. 2. cap. 169: *Les Anglois avoient sur la mer jusques à six vingts vaisseaux chargez de pourveances, qui les suivoient Frontoyant Angleterre.* Vide *Fronteria* in *Frontaria.*

* 2. **FRONTERIUM**, Pannus, quo *frons* seu pars anterior altaris ornatur, nostris *Frontier.* Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. reg.: *Item Fronterium cum dorserio antiquum pro altari revestiarii.... Item unum aliud Fronterium album antiquum cum dorserio ad lilia. Item unum aliud Fronterium rubeum cum dorserio de broderia ad ymagines.* Aliud Gallicum ibid.: *Item un Frontier et dossier anciens pour l'autel du revestiaire... Item un autre Frontier et dossier rouges a ymages de broderie.* Inventar. jocal. ann. 1403. inter Probat. tom. 3. Hist. Burg. pag 217. col. 2: *Un cothidian de chapelle garni de chazuble à un orfroi de brodeure à Apostres, de Frontier, doussier, etc.* Vide *Frontale.*

¶ **FRONTES**, Agrimensoribus dicuntur campi parallelogrammi latera breviora; longiora vero nude laterum nomine donantur. Charta anni 1032. inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Chist. col. 232: *Est autem inter consortes de uno latere flumen, quod nominantur Lupus, et de alio latere rivus Malvani, et de retro Fronte mare magnum et de alio Fronte mons.* Observandum vero, ubi de fluminibus sermo fit, regionem a qua defluunt tergum dici, Frontem quo fluunt.

* **FRONTHERIUM**, Ejusdem originis ac *Fronterium*, 2. pro lecti ornamento. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Item plus unum alium lectum parvum,... cum suo arcalecto positum coralli, et cum suo supercœlo telæ munito, Frontherium fili lini.*

¶ **FRONTICIPIUM**, Principium. Miracula S. Bertini sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 132: *Martyres Fuscianus et Victoricus in Fronticipio Christianitatis incolarum terræ primariam feruntur ibi construxisse Ecclesiam.*

¶ **FRONTINERE**. Janus Laurenberg in Supplem. Antiquarii: *Frontinet,* πτώσσειν, *Alas movet, volaturit.*

1. **FRONTISPICIUM**, Frontis hominis inspectio. [Johannes de Janua addit: *Unde et anterior pars Ecclesiæ Frontispicium dicitur.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Frontispicium, Frontiere, la partie devant de l'Eglise.*] Will. Malmesburiensis lib. 1. de Gest. Pontif. pag. 205: *Quod ille statim vivacitate sensus intellexisset, quantæ prudentiæ Lanfrancus esset ex dignitate Frontispicii et facie.*

* Fastigium. Chronic. Mutin. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 604: *Apparuit quædam crux rubea longitudine unius cubiti supra Frontispicium ecclesiæ beati Francisci de Assisio in aere, etc.*

2. **FRONTISPICIUM**, Idem quod *Frontale.* Inscriptio *Frontalis*, apud Anton. de *Yepez*, in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 6. pag. 125: *Nos Sancius Rex, Garciæ Regis filius, una cum Blanca conjuge dilectissima, hoc aureum altaris Frontispicium intemeratæ Virgini Mariæ offerimus, etc. Frontal* vertit idem *Yepez.* Vide *Frontale.*

¶ **FRONTO**, μετωπίας, Qui magna fronte est. Martinius ex Onomastico: in quo *Frontosus*, εὐρυμέτωπος, eadem notione.

¶ **FRONTOSE**, Impudenter, arroganter. Vita S. Catharinæ Senensis, tom. 3. April. pag. 953: *Apud Prælatos Ordinis Frontose denunciare.*

* Hinc nostris *Frontueusement*, eadem acceptione. Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 11. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 241: *Moult folement et moult Frontueusement il demanda ceste chose. Faire Front,* Contra aliquem stare, niti, in Lit. remiss ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg: ch. 80: *Le suppliant prist icellui sous-sergent par le nez entre les deux doiz prochains du poussier de sa main destre, en lui disant: Je te fays Front.* Italis, *Fronteggiare*, eodem sensu.

FRONTOSUS, Impudens. Chronicon Mauriniacense lib. 1: *Eo vehiculo, quod vulgo Birotum dicitur, circumferri per Belsiam ad petendam annonam pie Frontosus non erubuit.* [*Frontosa quædam mulier*, in Vita S. Lidwinæ.] Ita *Frons* pro impudentia, audacia, in l. ult. Cod. de Episcopor. Judic. et alibi. Vide *Fronto.*

* **FRONTUOSUS**, *Qui a grant front*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. et in altero Lat. Gall. ex Cod. 7692. Vide *Fronto.*

¶ **FRONUM**. Charta anni 1237. ex Archivo Arelat.: *Poterunt Arelatenses extrahere Frona et castaneas.*

* **FRONZIA**, Funda, Gall. *Fronde.* Stat. Vercel. lib. 4. pag. 71. v°: *Item quod nullus major decem annis trahat per civitatem cum Fronziis vel cazafusto.* Vide supra *Fronda.*

FRORISTEUM. Tabular. Claromariscense in Hist. Guinensi pag. 126. [et apud Miræum tom. 1. pag. 192.]: *Ipsi etiam, quæ fodienda sunt, opportuno tempore fodiant, ne per eorum incuriam aliis damnum eveniat. Quod si contigerit, ... 5. solidos pro Froristeo restituent.* Sed legendum videtur *Forisfacto.* Vide pag. 134.

* **FROSARIUS**, Viarius curator, a Gallico *Fros*, via publica, idem quod supra *Frocarius.* Arest. ann. 1368. 17. Maii in vol. 5. arester. parlam. Paris.: *Et licet minores clamores antiquitus ad Frosarios jure præventionis una cum dicto episcopo* (Albiensi) *communes pertinerent, dicti tamen Frosarii a dicto episcopo tenebant quidquid habebant in civitate Albii.* Vide in *Fraustum.*

FROSCUS, [Frostus, Frouzus, vel Frouza.] Vide *Fraustum.*

* **FROSENCA**. *La casa de peregrini.* Glossar. Lat. Ital. Ms.

¶ **FROSSA**, haud scio an mendum sit pro *Trossa*, falcis; saltem ea notione videtur accipi in Statutis Massil. lib. 5. cap. 19. § 7: *Item, quicumque furabitur vites de nocte, vel de die de aliena,... solvat pro banno pro qualibet Frossa* x. *sol. et pro quolibet faxio* v. *solid.*

* Libert. loci Simpodii ann. 1339. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 96. art. 33: *De una saumata ollarum, de una Frossa, unum Turonensem, de qualibet prædictarum.* Vide mox *Froza.*

* **FROSTIUM**, Ager incultus et eremus, idem quod *Fraustum*, nostris *Frouste, Froustis* et *Froux.* Charta Joan. ducis Brit. ann. 1252. ex Bibl. reg.: *Dedimus... abbatiæ nostræ de Præcibus quoddam Frostium nostrum, situm in parochia de Guarranda,... ad plantandum ibi de novo vineas.* Rursum occurrit infra. Assignat. dotalit. Joan. reginæ Franc. ann. 1319. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 69: *Item de Froux de Longavilla, sexdecim libras.* Charta ann. 1405. in Reg. feud. comitat. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 22. v°: *Item tiens à mon domaine les Froustis, qui jadis fut harbergement, courtillages et appartenances, appellé la Papotiere.* Alia ann. 1423. ibid. fol. 73. r°: *Item une vigne,.... laquelle est apresent Frouste.* Vide supra *Frescium.*

* Hinc *Affrester*, ad *frostium* terminari, in Lit. admort. ann. 1464. ex Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 424: *Trois leveures d'un festre de maison neufve couverte de tuille, seant audit Troyes en la rue de la grant taverne,.... Affrestant de son long selon ladite rue.*

¶ **FROTARE**, a Gallico *Frotter*, Fricare. Chronic. Cornelii *Zantfliet* apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 182: *Femorale suum immundum sive alium quempiam pannum feculentum ac pulveribus sordidatum super vultum et genas supradictæ imaginis quotidie Frotabat, et irrisorie pertrahebat.*

* **FROTEZIA**, Arx, castrum, munitio. Homag. ann. circ. 1020. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 174: *De ipso castello qui dicitur d'Urban, neque de ipsas Frotezias, quæ ibi sunt aut inantea erunt, etc.* Vide supra *Fortecia.*

* **FROTTA**, vox Italica, Turba, agmen, acies. Annal. Estenses ad ann. 1409. apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 1081: *Crescebant et aliæ Frottæ similiter adventan-*

Digitized by Google

tes etc. Haud scio an inde *Froux*, Grex, Gall. *Troupeau*, in Charta Ludov. comit. Nivern. ann. 1304. ex Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 346 : *Item se uns Froux ou uns pars d'oueilles trespasse per eschapée, et est pris en autrui meffait, il sera en amende de deux soulz.* Sed legendum prorsus *Fouc.* Vide supra *Foucagium.*

* **FROURERIUS, FROURESIUS**, pro *Fourrerius*, Gall. *Fourrier*, qui regi vel magnatibus domos in urbibus parat. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 250. col. 2 : *Pro adventu domini nostri regis, domini consules una cum Frouresio regio... accesserunt per villam, accipiendo a singularibus villæ lectos pro provisione domini nostri regis et gentium suarum.* Infra *Frourerius.* Vide in *Fodrum.*

* **FROYRERIUS**, Eadem notione, in Comput. ann. 1380. ibid. tom. 3. pag. 31. col. 1 : *Solvi Raynaudo de Ros, Froyrerio domini senescalli, etc.*

* **FROXARE**, Fraudare, Ital. *Frodare*, Chron. Petri Azar. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 340 : *Habebat iste Castellanus tres filios, nempe duos grandiores et unum parvum, omnes mercaturam bladorum in Bononia exercentes, quæ blada mittere sperabant Cumas, ut credo, sicut Froxando millies transmiserunt.*

* **FROYERARE**, Munire, roborare. Consil. Massil. ann. 1328. ex Tabul. ejusd. urbis : *Item quod turris juxta portale portæ Gallicæ dupletur et Froyeretur de quatuor palmis.*

¶ **FROYRAGE**, Pabulum, Gall. *Fourrage.* Informationes civitatis Massil. de passagio transmarino in MS. Sangerm. : *Exportabit quodlibet vysserium* XXV. *equos cum toto suo Froyrage.* Vide *Fodrum.*

¶ **FROYRE**, Eadem notione, sed latiori, ut supra vox *Fodrum.* Donatio anni 1317. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 167. col. 1 : *Item fuit actum quod ipse D. Dalphinus teneatur et debeat emere Froyre et aisinas domorum et fortalitiorum locorum prædictorum de Medullione, de Buxo . . . quod et quæ nunc sunt in domibus et fortalitiis, et de ipsorum pretio ipsi D. Raymundo ... solvere . . . et soluto ipsius Froyre seu ipsarum aysinarum pretio, nihilominus idem D. Raymundus ad vitam naturalem ipsius, et quantum fuerit in humanis, ipsorum omnium usumfructum habeat, sicut habet nunc in illis quæ habet, ita tamen quod ea vel aliqua ipsorum idem D. Raymundus non possit, nec debeat alienare, vel ad partes alias quovis modo, occasione vel causa transferre quod in ipsis domibus et fortalitiis, ut propria dicti D. Dalphini, debeant remanere.*

* Testam Ludov. comit. Valent. ann. 1345. ex Cod. reg. 6008. fol. 97. r° : *Item legamus eidem consorti nostræ totum Froyre nostri hospitii et totam vessellam nostram argenteam ad vitam suam ; et post ejus mortem, volamus quod dictum Froyre ad dictum hæredem nostrum revertatur, et dicta vaissella hospitali pauperum Christi de Bavio erogetur.* Vide supra *Frodium.*

* **FROYRERIUS.** Vide supra in *Frourerius.*

* **FROZA**, ut supra *Frossa*, Fascis. Libert. Granat. diœc. Tolos. ann. 1291. t. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 22. art. 27 : *De pelle vulpis, de una saumata ollarum, de una Froza, etc.*

* **FRUA**, Fructus, census, redditus, Gall. *Fruit, revenu*, Ital. *Frutto.* Stat. castri Redaldi lib. 1. pag. 20. v° : *De redditu et Frua dictæ terræ non aratæ, ut prædicitur, recipiat, et solum habeat medietatem ejus quod habuisset, si bene aravisset; residuum vero ad dominum terræ perveniat.* Vide infra *Fructuarium* 2.

¶ **FRUAGIUM.** Bulla Alexandri III. Papæ inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 190 : *Decimam Fruagii de Parson et tertiam partem ejusdem nemoris cum terris et justitia, etc.* Haud sine probabilitate suspicantur Editores legendum esse *Finagium; Fruagium* tamen idem esse posset quod infra *Fructuagium.*

* **FRUATIO**, Fruitio, ususfructus, Gall. *Jouissance*, Ital. *Fruizione.* Charta emphyt. ann. 903. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 144 : *Proprietates seu donationes eidem venerandæ ecclesiæ vestræ dare atque persolvere debeamus pro Fruatione et fructificatione ipsis suprascriptis per omnique Indictione pensi nomine auri obtimi solidos septem in festivitate S. Vitalis tantum, ut dictum est, pensio persolvatur, sine aliqua tardietate vel mora.* Vide infra *Frudiare.*

* **FRUCHA**, Annona fructuaria, quivis fructus. Comput. ann. 1479. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 338. col. 1 : *Pro quodam prandio facto et præparato in domo comuni,.... exposuerunt tam in carnibus, pane et vino, ac Frucha, xj. sol. vj. den.* Vide *Frucheria.*.

¶ **FRUCHARIA**, Massiliensibus *Frucherie*, Locus ubi fructus venduntur. Charta ann 1469 : *In cariera Fruchariæ.*

* Gall. *Fruiterie.* Comput. ann. 1351. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 142. col. 2 : *Qui* (consules) *subito dimisso consilio recesserunt, pro timore magni incendii positi in hospicio quartoni Fruchariæ Nemausi.*

¶ **FRUCHERIA**, Annona fructuaria, quivis fructus, nostris *Fruitage.* Litteræ Petri Infantis Arag. ad Senescallum Provinciæ ann. 1332 : *Quadam vice ceperunt quedam coria, Frucherias et alias res et merces.* In quadam Recensione jurium dominicorum idiomate Provinciali scripta e MS. D. *Brunet* habetur : *Item cuscuna Fruchiera fresca* 1. *d.* Nostris *Fruitiere*, Pomaria quæ fructus vendit.

* **FRUCHERIUS, FRUCHERIA**, Qui et quæ fructus vendit, Gall. *Fruitier* et *Fruitiere*, Ital. *Fruttaiolo.* Lit. Phil. VI. reg. Franc. ann. 1343. tom. 6. Ordinat. pag. 276 : *Lite pendente.... inter sindicum capitulariorum Tholosæ.... et quosdam Frucherios et Fruchertas, etc.*

1. **FRUCTA**, pro *Fruita, id est, adepta.* Papias.

2. **FRUCTA**, Usus fructus. [* Vel forte idem quod mox *Fructera.*] [** Fructus. Confer *Fructum.*] Chrodegangus in Regula Canonicor. Metensium cap. 32 : *Et ipsi Clerici de ipsis rebus, quas in precarias habent, ... minuendi, aut vendendi, aut commutandi potestatem non habeant, excepto, ut diximus, de illa Fructa, vel quod ibidem laborare potuerint, viventes faciant quod voluerint.*

FRUCTA. In Capitulari Sicardi Principis Beneventani ann. 836. 24. caput est de *Fructa :* sed cum textus in MS. absit, haud facile est divinare, quid hoc verbum sonet.

¶ **FRUCTATUM**, pro *Frutetum*, Locus abundans fruticibus. Collectio antiqua Canonum pœnit. apud Acherium Spicil. tom. 11. pag. 70 : *Ne seges boni agricolæ zizaniorum mixta horrentibus Fructatis sordescat.*

* **FRUCTERA**, Prædium rusticum fructiferis arboribus consitum, vel unde fruges et fructus colliguntur. Chartul. S. Vict. Massil. : *Dant S. Victori et abbati Isarno unam Fructeram de ovibus in illis territoriis, absque censu et servitio.* Ibid. pag. 162 : *Isoardus vicecomes Gapicensis dat S. Victori et S. Genesio pascuum et patuum et unam Fructeram de ovibus in territorio de Dromone et Castro-forti.*

¶ **FRUCTERIUS**, ut infra *Fructuarius*, in Legibus Palatinis Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. XXXVII.

* **FRUCTETUM**, Locus abundans fruticibus, frutetum. Charta apud Meichelbec. tom. 2. Hist. Frising. pag. 38 : *Pascuas, venationes, umecta seu et Fructeta, etc.* Vide *Fructatum.*

* **FRUCTETUS**, Eodem intellectu, apud eumd. ibid. pag. 87 : *Tradidi cum uno Fructetu de genere arboris, unde nascentur milas.*

¶ **FRUCTIBILIS TERRA**, Frugifera, quæ fert fructum. Charta fundationis Bassacensis Abbatiæ ann. 1002. inter Instr. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 472 : *Ex altera autem parte (exsistunt) virgulta et horti, et vinea, et Terra Fructibilis usibus humanis satis apta.*

¶ **FRUCTIBULUM**, pro *Fundibulum.* Vide in *Biblia* 1.

** **FRUCTICELLUS**, Fructus qualiscumque. Liber de Memoria B. Emmerammi apud Pertz. Script. tom. 4. pag. 555 : *Assimilantur arboribus, esti necdum fructum, tamen folia habentibus, in quibus spes est Fructicelli, ect.*

* **FRUCTICOSUS**, perperam pro *Fruticosus.* Chronic. Sithiense tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 78 : *Quem locum a tempore Augusti desertum ipse Fructicosis sentibus purgaverat.* Vide supra *Fructetum.*

¶ **FRUCTIFICALIS AGER**, Idem qui frugifer, in Actis SS. Maii tom. 3. pag. 22.

* **FRUCTIFICATIO**, Fruitio. Vide supra *Fruatio.* [** Alio sensu apud Tertullian. Vide Forcellinum.]

¶ **FRUCTUAGIUM**, Idem quod *Frucheria.* Codex Legum Norman. lib. 2. cap. 29. § 14. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 322 : *Similiter de pasnagiis, faisanciis et serviciis, que non annuatim, sed ex casu sive gratia eveniunt. Ex gracia ut pasnagia et cetera Fructuagia, que ex Dei gratia non singulis annis, sed aliquando ad humani sustentamentum generis effunduntur.*

* Nostris *Fruitage.* Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 97 :

Digitized by Google

Icelle Jehanne s'entremettoit de vendre harens, Fruitages et porées. Aliæ ann. 1387. in Reg. 132. ch. 171 : *Laquelle femme leur donnoit des noix et autres menues choses et Fruitages.* Adde Ordinat. reg. Franc. tom. 4. pag. 391. art. 7.

1. **FRUCTUARIA**, Vectigal ex fructibus. Testamentum Petri Comitis Sabaudiæ ann. 1268 : *Brennariam vero, Fructuarium et paleam, quam consuevimus percipere in Comitatu Sabaudiæ, totaliter quitamus.* [Vide *Fructuarius.*]

* 2. **FRUCTUARIA**, Officium in domibus regiis, cui *fructus*, imo et candelarum et ceræ cura incumbit, vulgo *Fruiterie.* Charta Phil. Pulc. ann. 1304. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 476. r°. col. 2 : *Ryolandus Brito valletus Fructuariæ Johannæ reginæ.* Vide *Fructuarius*, 1.

* 3. **FRUCTUARIA**, Quæ fructus vendit. *Johanna du Celier Fructuaria regis*, in Memor. C. Cam. Comput Paris. fol. 170. r°. Vide supra *Frucherius.*

¶ 1. **FRUCTUARIUM**, Pomarium, locus consitus arboribus frugiferis. Donatio facta Monasterio Moisiacensi ann. 7. Theodorici Regis Fr. apud Mabillon. tom. 1. Annal. Benedict. pag. 686 : *Dono . . . curtes nostras indominicatas cum Ecclesiis aut solariis, et viveriis, et Fructuario, piscatoriis, etc.*

* 2. **FRUCTUARIUM**, Fructus, redditus, census. Charta Rich. archiep. Bitur. in Chartul. S. Ursini Bitur. : *Necesse est nobis ex ipsis ecclesiis sic tractare, ut clerici Domino servientes ex Fructuariis ipsarum possint vivere, et Dominum nostrum in perpetuo collaudare. Frutage*, eodem sensu, in Pacto inter abbat. de Fonten. et Gauffr. *de Charni* ann. 1343. ex Reg. 79. Chartoph. reg. ch. 59 : *Item des Frutages des terres appartenant à nous religieux, ... ledit chevalier, ne les aians cause de lui, ne pourront reclamer aucun droit.* Vide supra *Frua.*

1. **FRUCTUARIUS**, Officium in Domibus regiis : cui *fructus*, atque adeo candelarum et ceræ cura incumbit, in Ordinatione Hospitii S. Ludovici Regis ann. 1261. vulgo *le Fruitier.* [Liber niger Scaccarii pag. 351 : *Fructuarius in domo comedet, et III. den. hominibus suis.*] Officium ipsum *Fructuaria* dicitur. *Valet de la Fruiterie*, in Chron. Flandr. cap. 72. [Vide Hist. Dalph. tom. 2. pag. 394. ubi fusius de Officio *Fructuariæ*, et supra in hac voce. Apud Jurisc. *Fructuarius* est qui percipit fructus, non ut fundi dominus, sed tanquam usufructuarius; atque hac notione sumitur in Digesto et in Chartis non semel.]

* 2. **FRUCTUARIUS**, Qui usufructuario jure fruitur, nostris *Fruttuaire.* Instr. ann. 1400. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodoepor. part. 2. pag. 485 : *Durante tempore ipsarum locationum invitis et seu irrequisitis Fructuariis construxerunt certas capannas.* Et fol. 486 : *De primo dicendum est, quod sicut Fructuarius novum ædificium in fundo fructuario, invito proprietario, construere non potest, etc.* Charta ann. 1387. in Reg. Joan. ducis Bitur. ex Cam. Comput. Paris fol. 153. v° : *Après ladicte demission, ledit Mons. le duc de Berry entrera et sera receuz en foy et hommage, possession et saisine de l'usufruit et viage d'icelles terres pour joir et user des fruiz, proufiz et émolumens d'icelle sa vie durant, tout aussi plainement en toutes noblesses et prérogatives, comme s'il estoit plain seigneur et propriétaire desdittes terres, nonobstant que par la coustume, viagere et Fruttuaire n'en deust pas si plainement user.*

** 3. **FRUCTUARIUS**, Qui merces in navem imponit. Passim in Legib. maritim.

FRUCTUATIONES Publicæ, Publici proventus, tributa, in Charta Conradi Imp. ann. 1029. pro Ecclesia Æmonensi apud Ughellum.

FRUCTUM, pro *Fructus.* Capitulare de Villis cap. 20 : *Unusquisque judex Fructa semper abundanter faciat omni anno ad curtem venire.* [Supplem. Antiquarii : *Fructum hoc*, καρπός, *Fructus.*]

¶ **FRUCTUOSITAS**, Utilitas, apud Baluzium tom. 6. Miscell. pag. 343.

FRUCTUOSUS. Regula cujusdam Patris cap. 22. tom. 2. Regularum antiq. pag. 170 : *Fratribus, quibus habitatio in sterili terra, id est absque pane, et sunt in montanis, et Fructuosis, modicum lactis permittimus.* Ubi forte leg. *Frustuosis*, vel sane *Infructuosis.* Vide *Fraustum.*

* **FRUCTURA**, Procreatio. Stat. Mant. lib. 1. cap. 119. ex Cod. reg. 4620 : *Qui quidem guaragnum talem et equum de persona, forma et membrorum proportione, de viribus et sufficientia opportuna examinent diligenter, ... et quemcumque diligenter examinatum ad Fructuram et prolis procreationem commodum esse crediderint, in guaragnum admittere debeant.* Vide supra *Formatio.*

** **FRUCTUS**, Pretium pro onere navi imposito, Germ. *Fracht*, olim German. infer. *Frucht.* Chart. ann. 1361. apud Lappenb. Origin. Hanseat. pag. 491 : *Nec nautæ Fructus, nec naucleris precium debent solvi.* Vide *Fretta*, 2.

* **FRUCTUS Biennales.** Vide *Biennum.*

* **FRUDIARE**, Frui, fructus percipere, Ital. *Fruire*, unde *Frudium*, fructus, redditus. Charta ann. 1005. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 183 : *Concessimus . . . . illud habendum, dominandum, possidendum, et omnia de ipso Frudio faciendum quæ volueritis.* Alia ann. 1035. ibid. col. 994 : *Cunctam supradictam nostram concessionem prædictus domnus Adalferius abbas ejusque successores habeant et possideant, et Frudient, et de ipsis Frudiis faciant omnia quæ voluerint.* [** Alia ann. 1043. apud de Blasio Series Princip. Salernit. pag. 76 : *Diebus vitæ tuæ præfatum ecclesiam S. Angeli tenere debeas, et dominare, et possidere, et frudiare, etc.* Vide supra *Fruatio* et *Frugiare.*]

** **Fruitare.** Chart. ann. 957. apud Neugart. in Cod. Dipl. Alemann. num. 740. tom. 1. pag. 600 : *Donamus . . . omnem proprietatem nostram . . . . cum omnibus, quæ ibi merito Fruitare debemus, ad monasterium S. Galli, etc.*

* Hinc *Affruitier*, pro Uti, in Reg. actor. capitul. eccl. Camerac. sign. O. ad ann. 1485 : *Adfin que les manans et habitans en la dicte cité* (de Cambrai) *aussi les fréquentans en ycelle se puissent mielx et plus aysément Affruitier, appointier et concorder en leurs affaires et marchandises.*

¶ 1. **FRUGALITAS**, Ubertas, fertilitas, Gall. *Fertilité.* Acta Episcoporum Tullensium inter Anecdot. Marten. tom. 3. col. 1011 : *Inter innumera tantæ persecutionis damna, quæ sedulo perferebat,* (venerabilis Pibo) *curtem Tullensis Ecclesiæ juri debitam Bercheim nomine, honore quondam et Frugalitate opinatissimam, quam per fideles Regis amiserat, multis ante vitæ suæ terminum Ecclesiæ restituit per quinquennium.*

¶ 2. **FRUGALITAS**, Inopia, penuria. Willibaldus in Vita S. Bonifacii Mart. apud Mabillon. in Actis SS. Benedict. sæc. 3. part. 2. pag. 18 : *Magnam primitus mundi hujus penuriam ac Frugalitatem sustinuit, magnisque tribulationum angustiis coartatus, verbi Dei semina propagavit.*

* Quæ fuerit mensarum etiam regiarum frugalitas, docet nos Stat. Ms. Jacobi I. reg. Aragon. ann. 1234 : *Statuimus quod nos, nec alius subditus noster, non comedamus in die nisi de duabus carnibus semel, et de una iterum possit fieri assatura, si aliæ assaturæ, ut hædi et porcelli, defuerint; et de istis duabus carnibus non possint præparari, nisi in uno modo de una : verum salsæ vel sacræ* (l. fartæ) *vel venanticæ in istis duabus carnibus minime computentur.*

FRUGESTRUM. Vita S. Lupi Archiepisc. Lugdun. : *Quoniam auditus est in Frugestris, inventus est in campis silvæ, etc.* Campus frugibus ferendis idoneus.

FRUGIARE, Frui, in Charta Rogerii Ducis Calabriæ, apud Ughellum tom. 7. pag. 400.

FRUGIFERATIO, Καρπωμα, in Glossis MSS.

** **FRUITARE.** Vide *Frudiare.*

¶ **FRUITERIUS**, ut supra *Fructuarius*, in Histor. Dalph. tom. 2. pag. 405.

FRUITIS, *Vas aquarium, pro parvioribus.* Glossæ antiquæ.

* **FRUITOSUS**, Fructuosus, utilis, Ital. *Fruttuoso.* Charta ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 307 : *Ad censum perpetuam tradidimus .... quandam ruetam foraneam, nemini, nec domino regi, nec aliter Fruitosam, sed totaliter inutilem.*

* **FRUMARE**, Fodere. Chron. Noriberg. ad ann. 1428. apud Oefelium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 328. col. 1 : *Præceptum fuit omnibus .... labore ..... in fossato, vulgo graben, et quicumque pro se fodere vel Frumare non voluit aut non potuit, alium pro se disponere cogebatur.*

¶ **FRUMEN**, *Monstrum, portentum,* τέρας, in Gloss. Lat. Gr. Sangerm. MSS. et in Supplemento Antiquarii ex Donato, *Frumen dicitur tractus gulæ, qua cibus in alvum demittitur;* Servio autem *Eminens sub mento gutturis pars; Laryngem vocant Græci : Latini et Celsus Fauces.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Frumen, l'entrée de gueule.* Vide Isid. lib. 20. cap. 2. Jo. de Janua.

* Glossar. Cassin. ann. circ. 700 : *Frumen, pars gulæ, unde frumenta et fruges, a frumendo, hoc est vescendo.* Nostris, *Frume*, vulgatius *Frime*, Species. Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1 :

> Et jasoit ce qu'il li anuit,
> N'en fait samblant, ciere, ne Frume,
> De son dos fait pour Dieu englume.

Digitized by Google

FRUMENTAGIUM, Præstationis agrariæ species, primitus ex *frumento*, deinde etiam ex ipsis vineis : *Droit de Fromentage*, de quo jure quædam attigit Raguellus. Charta fundationis Monasterii Omnium SS. in urbe Andegav. ann. 1049 : *In curte S. Donysii perdonat Comes totum, et Frumentagium, et multonagium.* Consuetudines municipales *de Boisdecené* in Pictonibus : *Sciendum vero est, quod tales sunt (assentiones,) quod domini ipsius terræ debent percipere in ipsa Frumentagium, quem Mestivam feodalem vocant.* Charta ex Tabulario Ecclesiæ S. Laudi Andegav. pag. 88 : *Constanter asserebat, quod nullum Frumentagium penitus pro vinea illa habebat.* Tabularium S. Albini Andegav.: *Reddit 2. sextarios de Frumentacio, unum sextarium de forre, 12. denarios de fruscengagio, etc.* Tabularium Absiense ann. 1223 : *Viginti sextaria frumenti annuatim reddenda de Frumentagio meo, quod Radulfus de Bellomonte Dom. Bercoii olim dederat, etc.* Et fol. 78 : *Dedi et concessi eisdem Monachis annuatim sex sextarios Frumenti de Frumentagio meo, quod habebam apud Aursevallem.* In Regesto de Rebus Ludovici Regis Siciliæ, Ducis Andegav. fol. 51. in Camera Comput. Paris. : *Item un clous de vignes, appellé le Fromentage, ou Domaine du Seigneur.* Fol. 112 : *Jean du Baillail lige de certains Fromentages, que il tient de la Baronie de Mayenne.* Charta Joannis Ducis Britanniæ ann. 1316. in Regesto Ludovici Hutini n. 80 : *Tant en rentes, que deniers, Fromentages, avenages, gelinages, etc.* Vide *Mestiva.*

* **FRUMENTALE**, Frumentum. Charta ann. 1228. in Chartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol. 54. r° : *Hanc vineam dicti Clarembaldus et Hersendis ab instanti natali Domini in annum debent extirpare, et plantare fideliter Frumentale.*

¶ **FRUMENTARE**, Frumenta colligere, pabulari, Gall. *Fourrager.* Helmodus lib. 1. Chron. Slavorum cap. 87 : *Percusserunt quosdam de castris, qui exierant ad Frumentandum.* Recurrit infra cap. 92. Radulfus Cadomensis in Gestis Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 149 : *Equos, gens nostra nil tale veriti, longe miserant Frumentatum.* Et col. 173 : *Frumentatum utrobique missi, annonam simul inveniunt et pugnam.*

* **FRUMENTARIA**, *Chi colie frumento.* Glossar. Lat. Ital. Ms. *Fourmenterie*, pro Foro frumentario, in Charta ann. 1375. ex Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 375 : *Item sur la maison séant devant la Fourmenterie, ... ix. solz.*

FRUMENTARII, Quorum munus paucis declarat Aurel. Victor. Schotti in Diocletiano : *Ac remoto pestilenti Frumentariorum genere, quorum nunc Agentes rerum simillimi sunt, qui, cum ad explorandum annuntiandumque, qui forte in provinciis motus existerent, instituti viderentur, compositis nefarie criminationibus, injecto passim metu, præcipue remotissimo cuique, cuncta fœde diripiebant.* De his agunt multis Baronius ann. 261. n. 17. 18. 19. 20. [Casaubonus] et Salmasius ad Spartianum [in Hadriano. Vide in *Fodrum.*]

* **FRUMENTATICUS**, Frumentarius, nostris alias *Fourmental.* Charta Nivel. Suession. episc. ann. 1190. ex Tabul. S. Crisp. in cavea : *Tertia pars straminis Frumentatici totius decimæ. Sis chens de fuere Fourmental,* in Ch. ann. 1257. ex Chartul. S. Cornel. Compend. fol. 182. r°. Ibid. 212. r° : *Item præpositus habet in grangia de Doulencourt vj. chens de Fourmentas pro hospitio suo, et unum centum de vescia.* Aliud vero est vinum *frumentaticum*, Gall. *Vin fourmentel*, quo scilicet designatur vinum ex præstatione seu censu debitum. Belloman. Ms. cap. 27 : *Droit pris de vins de rentes selonc le coustume, si doit estre prisiez en trois manieres de vins ; che est assavoir vin Fourmentel, vins de moreillons et vin de gros noirs. Le vin Fourmentel à le mesure de Clermont, si doit estre prisiez chascun mui xij. sous de rente ; et le vin de moreillon chascun mui IX. sous de rente chascun an ; et le vin de gros noirs ou goués, chascun mui vj. sous de rente.* Charta ann. 1326. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 450 : *Item chascun jour une quarte de vin, ... c'est assavoir une pinte de vin Froumenteit, et l'autre marchant.* Sic autem appellatum videtur, quod *Frumentagium* dicebant Præstationis agrariæ speciem ex vineis, ut ex agris præstitam. Vide *Frumentagium.*

* **FRUMENTOSUS**, Frumentarius. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus quinque conquas mixturæ Frumentosæ.*

* **FRUMENTUM**. Quodnam granum ea voce in veteribus Chartis certo significetur, quanquam rem omnibus gratissimam utilissimamque definiendo facturum me existimem, pronuntiare tamen non ausim ; sed quod mihi probabilius videtur, re attente perpensa, proponam. *Frumenti* itaque vocabulo sæpe sæpius designatum opinor triticum purum, nec aliis granis mixtum ; quo sensu etiam nunc *Froment* dicimus. Hujus sententiæ vadem habeo Arestum parlam. Paris. ann. 1276. ex Reg. 2. *Olim* fol. 32. r° : *Baillivo ad sui defensionem dicente, quod Frumentum ad dictam granchiam non veniebat ; sed de meliori blado, quod ad dictam granchiam et ad dictum molendinum veniret, dictos decem modios paratus erat solvere, nec ad alium bladum solvendum tenebatur.... Pronuntiatum fuit quod dictus capellanus Frumentum habere debebat vel valorem ; etiamsi ad dictam granchiam et molendinum non veniret Frumentum.* Unde colligitur infirmum omnino esse, quod opponi potest, argumentum, præstationem nempe ex frumento nonnumquam exigi, ubi frumentum non crescit, atque adeo de quolibet grano tunc esse intelligendum : minime quidem ; eo enim casu aut aliunde habebatur frumentum, aut præstatio pecunia redimebatur. Dubiam nihilominus aliquando fuisse hujus vocis significationem, probant Instrumenta, quæ scrupolosius frumenti genus exprimunt. In exemplum sit Tabul. eccl. Noviom. : *Frumentum tale, quale fertur ad molendinum, ab hoc censu hordeum et avena excluduntur.* Vide in *Bladum.*

FRUMENTUM ÆNEUM, in l. un. Cod. Th. de Frumento Carthag. (14, 25.) ad quam consulendus omnino Jac. Gothofredus.

¶ **FRUMENTUM PARATUM**, Expurgatum, purum. Capitul. 5. Caroli M. ann. 806. art. 19 : *Modium unum de Frumento parato contra denarios sex.*

¶ **FRUMENTUS**, pro *Frumentum.* Instrum. anni 1297. ex Archivo Troncheti : *Controversia quæ vertebatur inter Abbatem et Conventum B. M. de Troncheto et Johannem Marie Armigerum, super decimam Frumentuum crescentium in parochia, etc.*

¶ **FRUMERE**, Vesci. Papias in MS. Bituric. : *Fruges a Frumendo, id est, vescendo ; nam Frumen dicitur summa pars gulæ.* Ibidem, *Fructus a Frumendo, id est, vescendo.* Editus habet, *a Fruendo.* [* Vide supra *Frumen.*]

¶ **FRUMGYLD**, vox Saxonica, Prima capitis æstimationis pensio, solutio, in Leg. Edmundi Reg. Angl. cap. ult.

¶ **FRUMSTOL**, vox ejusdem originis, Sedes primaria, in Leg. Inæ Reg. cap. 38. Vide *Frithstoll.*

* **FRUNDELLUS**, f. Ager recens cultus. Necrol. Ms. eccl. Nivern. : *Obiit Jaonna de Nivernis, quæ dedit .... vineam de Clusa in Frundellis montis Tapini, videlicet sex arpenta.* Vide *Frussura.*

* **FRUNIARE**, FRUNIRE, Coria subigere, querneo pulvere ea præparare. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Frunire, Tanner, Frunium, Tan à tanner cuir.* Aliud Lat. Gall. ex Cod. 521 : *Frunium, Ten, Gallice. Inde Fruniare, Tenner.* Vide *Frunium.*

¶ **FRUNIRE.** Vide *Frunium.*

FRUNISCAT. Charta Alemannica Goldastina 35 : *Hunc cartola escripsi, et in testimonio subscripsi cartola donationis Audemari Apatis Fruniscat con cratia Dei et S. Petri.* Alia apud Vadianum pag. 66. sic clauditur : *Ego Wolfuinus fui inter ubi chartula facta est, in testimonio subscripsi chartula donationis. Audomaro Abbatis Fruniscat cum gratia Dei et S. Petri.* Vide conjecturam ejusdem Vadiani super hac voce.

* Vox Latinorum antiquissima, ut observat Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 1090. repudiata a Romanis elegantioribus, ad servata a vulgo in provinciis ; quæ idem sonat atque *Fruatur.* Hinc *Frunitus*, pro *Fruitus*, in Inscript. apud Fabret. cap. 3. pag. 237. de duobus filiis immaturo fato sublatis : ETATE SUA NON SUNT FRUNITI. Alia apud Gruter. pag. 1049. num. 6 : IN SOMNUM PACIS FEMINA APRONIA NATA IIII. ANNORUM, QUÆ NIHIL FRUNITA.

* **FRUNITOR**, Coriarius. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Frunitor, Tanneur.* Chron. Joan. Whethamst. pag. 355 : *Subtraxit se* (rex) *ad exiguam cujusdam Frunitoris domunculam, ibique permansit cum suis.* Twingeri Vocabul. Germ. Lat. Ms. : *Gerwer, cerdo, vel Frunitor, Gerwerin, Frunitrix.* Vide *Frunium* et *Fruniare.* Hinc

* **FRUNITORIUM**, Coriarii officina. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521 : *Frunitorium, Tennerie, molin à ten.* A

* **FRUNITUM** *vel* FRUNITUS, *Ten*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide *Frunium.*

FRUNIUM. Auctor Mamotrecti ad cap. 23. Ecclesiastici : *Infrunitæ, i. corruptæ et*

Digitized by Google

putrefactæ, quasi sine Frunio, quod est pulvis de corticibus arborum contritis, quo cerdones coria apparant ad usum debitum. Inde Frunio, is, ire, i Frunium conficere. [** Vide Guerard. Chartul. S. Petri Carnot. Proleg. pag. 60. not. 5.]

¶ **FRUONES.** Vide in *Feudum.*

¶ **FRURIASIS**, *Pediculorum multitudo, aliquando in capillis, aliquando toto corpore.* Papias in MS. Bituric. Forte legendum *Pruriasis*, a prurigine, quæ pediculorum morsibus excitatur.

¶ **FRUS**, *Canatorium aut turris, scolatorium*, eidem Papiæ Bituricensi.

FRUSCA Terra. Vide *Fraustum.*

¶ **FRUSCELLUM**, *Flocculum.* Papias MS. Forte legendum *Frustulum.*

FRUSSURA, Terra de novo proscissa, *Ruptitium, Ruptura, novale, etc. Terre Froissée, rompue.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 394 : *Dictam autem nonam garbam dabimus, ego et hæredes mei in perpetuum, tam in Frussuris, quæ de novo fiunt, et in Frussuris, quæ de cætero fiunt, quam in aliis terris dominii mei prius cultis, etc. Frussura domus*, effractio domus, apud Gervasium Dorobern. ann. 1195 : *Rectatus de latrociniis et Frussura domorum. Fruisser la paix*, pacem infringere, in Legibus Normannicis Willel. Nothi cap. 3. Vide *Ruptitium* in *Rumpere.*

* 1. **FRUSTA**, vox Italica, Lorum, scutica. Stat. crimin. Saonæ cap. 29. pag. 57 : *Si autem aliquis verba aliqua injuriosa, inhonesta vel minatoria protulerit contra aliquem ex ipsis magistratibus, ... puniatur a libris decem usque in centum, et possit etiam bannari per annum, vel ad Frustam poni arbitrio judicare debentis.* Vide mox *Frustare.*

¶ 2. **FRUSTA** vel **Frusta Terræ**, Idem quod infra *Frustum terræ.* Chartularium SS. Trinit. Cadom. fol. 25 : *Duas Frustas Terræ, scil. ad Formas : una est ex una parte viæ, altera de alia; una Frustra ad Runcerium, una Frustra ad Quadratos, etc.*

** **FRUSTANEUS**, pro *Fustaneus*, in Stat. Saluciar. collat. 4. cap. 121. Vide *Fustanum.*

FRUSTARE, ex Italico *Frustare*, Flagellare, flagris cædere. Leges Liutprandi Regis Longob. tit. 110. § 2. [** 141. (6, 88.)] : *Comprehendat ipsas mulieres, et faciat eas decalvare, et Frustrare per vicos vicinantes ipsius loci, etc.* Ubi legendum *Frustare*, quo modo etiam legitur in Statutis Venetis lib. 6. cap. 77. 78. At Lex Longob. lib. 1. tit. 17. § 5. habet *Frustare.* [** Al. *Fustare.*] [Chron. Dominici de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 567 : *Præfatum autem dominum Raymundum nudatis vestibus Frustrari mandavit usque ad forum S. Eligii de Neapoli.*] Vide *Fustis.*

* Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 135. ex Cod. reg. 4622. A : *Qui bampnum et emendam solvere non poterit, Frustetur et expellatur de civitate.* Occurrit præterea in Stat. crimin. Saonæ cap. 17. pag. 20. Vide supra *Frusta* 1.

FRUSTARI, apud Interpretem S. Irenæi lib. 3. cap. 15. 24. pro *Rejicere.* Vide Billium lib. 2. Observat. sacr. cap. 5.

* **FRUSTATIO**, pro Frustratio, in Stat. Pallavic. lib. 1. cap. 11. pag. 13.

* **FRUSTERI**, In frusta abire. Form. Mss. ex Cod. reg. 7657. fol. 35. r° : *Nec dictus barberius potuit eum* (hominem mortuum) *inspicere, sive palbare, nec cognoscere si erat vulneratus, quia totum distringebatur atque Frustebatur propter putrefactionem ipsius.*

FRUSTITES, in Actis B. Ægidii Minoritæ n. 10. qui in alio MS. *Dispensator* appellatur, forte quod Dispensatoris sit, cibos in *frusta* scindere.

¶ **FRUSTRA Terræ.** Vide *Frusta.*

* **FRUSTRARE**, Radere, frustatim discerpere. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Frustrare, racluter. Frustrum, clut.* Hinc *Frustrer*, pro Diripere, exspoliare, apud Froissart. vol. 2. cap. 75 : *Ils entrerent en l'église de S. Thomas, et y firent mout de desrois, et pillerent, et Frustrerent la chambre de l'archevesque .... Quand ils eurent Frustré l'abbaye de S. Vincent etc.* Pluries ibi. Vide alia notione in *Frustare.*

FRUSTRARIUM, *in vanum*, in Gloss. Regio MS. Cod. 1197.

* **FRUSTRATORES**, Ital. *Frustatori*, Flagellatores, qui pietatis ergo se se flagris publice cædunt. Stat. ant. Florent. lib. 3. cap. 42. ex Cod. reg. 4621 : *Aliquam congregationem Frustatorum seu battitorum, quæ in civitate Florentiæ vulgariter appellatur la Compagnia de battitori, omnemque aliam talem congregationem fieri prohibemus.* Vide *Frustare.*

* **FRUSTRATORIA**, Exceptio, libellus, quo quis judicium detrectat. Pariag. inter Phil. Pulc. et episc. Mimat. ann. 1306. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 157. col. 2 : *Nec dicti baillivus et judex tenebuntur a suis processibus desistere, nec recipere appellationis formulas, seu Frustratorias, etc.*

¶ **FRUSTRATORIE**, Eadem notione, frustra, in Actis SS. Aprilis tom. 2. pag. 722.

¶ **FRUSTRATORIUS**, Frustrationi obnoxius, apud Rymer. tom. 3. pag. 383. Gallici Practici vocem *Frustratoire* usurpant eadem notione. *Frustratus, Decevez, evacuez*, in Gloss. Latt. Gall. Sangerm.

¶ **FRUSTRUM**, pro *Frustum* dixit Rolandinus Patavinus de Factis in Marchia Tarvisina, apud Murator. tom. 8. col. 250. Vide *Frustum terræ.*

* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Pessa, Prov. Frustrum.* Vide alia notione supra in *Frustrare.*

¶ **FRUSTUM**, Brandenburgensibus quarta pars talenti. Diplomatarium Ludovici Ducis Brandeburgici num. 17. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 12 : *Ecclesiæ Halberstatensis Episcopi* (donavimus) *sex Frusta redditiuum sita in villa Estheren, quatuor Frusta, scilicet in curia Hennengi, etc.* Num. 20 : *Contulimus justo pheodi titulo Elisabeth honesti Militis Johan. de Buch filie triginta Frusta redditiuum, etc.* Ibid. n. 84 : *Octo Frusta annuorum redditiuum, in quorum quatuor Frusta, videlicet unum thalentum denariorum Brandeburg. super agrum qui vulgariter Morgenlant dicitur. .... sita sunt.* Et n. 106 : *Necnon duodecim Frusta denariorum censualium in villa Belkowe sitos.* Rursus memorantur in Litteris Friderici Brandeburgensis Episc. laudati tomi Ludewigiani pag. 469. et seq. [** Vide Lappenb. Origin. Hanseat. in Indice sub hac voce et Neugart. Cod. Diplom. Alem. tom. 2. pag. 285. not. 6. ad chart. ann. 1271. ubi pro mensura frumenti accipitur.]

FRUSTUM Terræ. Domesdei apud Spelman. et Edw. Cokum : *In Insula habet Rex unum Frustum Terræ, unde exeunt sex vomeres.* Charta Rainoldi Archiepisc. Remensis ann. 1129. apud Locrium in Chron. Belg. : *Et apud Curerias tres curtiliones, et apud Roveroi unum curtilionem, et sex Frusta terræ, et apud Noiellam, unum Frustum terræ. Frustum terræ*, in Domesdei particulam significare, ait Edw. Cokus, quo modo dicimus, *un morceau de terre.* At Spelmannus legendum censet, non *frustum*, sed *frustram*; idemque sonare ac agrum nondum proscissum, quo modo *terras fraustras* appellari supra observavimus. [Reipsa *Frustrum terræ* legitur in Chartulario S. Vandregisili, tom. 2. pag. 1615. *Frustrum vineæ*, in Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 82.]

* **FRUTECTA**, Ramus, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

FRUTECTUM. pro *Frutetum*, vel *Fruticetum*, Locus fruticibus consitus. Hierem. 11 : *Et combusta sunt Frutecta ejus.* [Glossar. Lat. Gall. Sangerman. : *Fructetum, lieu ou croissent buissons et espines.*]

* **FRUTECTUS**, Fructifer, Gall. *Fruitier.* Chartul. magn. S. Vict. Massil. : *Et ipsi dederunt de bona voluntate ipsas vineas, cum terra et arboribus Frutectis seu infrutectis.*

¶ **FRUTILLUS.** Vide *Fritillum.*

¶ **FRUVICOR.** Chartularium S. Vandregisili tom. 1. pag. 125 : *Omnibus hoc visuris Officialis Rothomag. salutem in Domino. Noveritis quod in nostra præsentia constitutus Martinus le Gay Clericus de parrochia de Calido-becco... recognovit se debere Petro de Quemino Fruvicori civi Rothomagensi quater viginti libr. turon.* Videtur esse mercator vel artifex : at quisnam ? Forte melius legeretur *Frunicori* a *Frunium*, de quo supra, et *Corium*, tumque *Frunicor*, dici posset sutor, cerdo vel infector coriorum. [* Leg. *Frunitor.* Vide in hac voce.]

* **FRUXEL**, Melior pluma, plumula, ut videtur. Gall. *Duvet.* Testam. reg. Mafaldæ ann. 1256. tom. 1. Probat. hist. genealog. domus. reg. Portugal. pag. 31 : *Item mando meam culcitam majorem mei lecti et pulvinar de Fruxel.* Nisi forsan legendum sit *de Bruxel*, atque intelligas de panno, qui Bruxellis texebatur. Vide supra *Bruxellensis.*

FRYDIUS. Charta Caroli IV. Imp. ann. 1377. in Chronico Mindensi : *In judicium sæculare, et specialiter ad judicium quod dicitur Frydius, . . . trahere præsumpserit, etc.* [** Leg. *Fryding.*]

FRYGIUM. Vide *Phrygium.*

FRYGRAVIATUS, Libera sedes : feudi Germanici species, cujus formula erectionis habetur apud Goldastum tom. 2. Constit. Imperial. pag. 343. [** Spectant hæc judicia *occulta* vel *Fehmica.* Vide Haltaus. Glossar. Germ. voce *Freygrav, Freygravschafft, etc.*]

* **FRYGRAVIUS**, Germanis, idem qui apud nostros *Paciarius*, Ædilis, scabinus,

Digitized by Google

qui pacem inter cives tuetur. [** Comes liber vel *Fehmicus*.] Charta ann. 1367. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 241. col. 2 : *Mandantes .... omnibus et singulis officiatis, Frygraviis, scabinis liberis, etc.* Paulo ante : *In quibusdam juribus specialibus, videlicet privata et occulta jurisdictione, quæ vulgariter Frygraffschafft seu stille-gericht.* Vide *Frygraviatus*.

¶ **FRYTHBORGH**, a Sax. friꝺ, pax, et borge, fidejussor. Recordum Pasch. ann. 6. Henrici IV. Reg. Angl. apud Th. *Blount* in Nomolex. Anglic. : *Et sint quieti de Frythborgh, et de blodewite, fithwyte et ferdwyte, etc.*

¶ **FRYTTYNG** Rotæ. Conthus, ut videtur, Gall. *Jante*, Lignum vel ferrum quo rotæ vinciuntur. Kennettus in Antiquit. Ambrosden. ad ann. 1425. pag. 574 : *In solutis pro Fryttyng v. rotarum hoc anno* VII. *den. et in uno axe empto cum axatione unius carectæ* VIII. *den.*

¶ **FTESELL**. Vide *Fresella*.

FUACA. Vide *Focagium*.

FUACIA. Vide *Focacia*.

* **FUAGIUM**, Jus colligendi *Fualium*, seu minutiora ligna et vepreta siccata ad furnum calefaciendum, vel ad ignem conficiendum. Charta ann. 1202. in Chartul. Buxer. part. 18. ch. 5 : *Prædictis quoque monachis usuagium in nemoribus suis ad faciendos passellos ad omnes vineas, quas ibidem possidebunt, et Fuagium ad opus domus, si ibi fuerit ædificata, dedit.* Vide supra *Affuiagium*. Hinc *Fouel*, nunc *Fouaille*, dicitur Esca, quæ ex apro canibus porrigitur, quod ad ejusmodi ignem fiat; unde *Fouailler*, hanc escam præbere, seu præparare. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 27 : *Comme Pierre de Crequi chevalier eust pris à chiens un sangler,.... et l'eust fait apporter à Crequi en la taverne, ... pour faire le droit qui appartenoit à faire aux chiens en tel cas; .... et depuis eust fait le Fouel dudit sangler, et fait corner et huer et lessié allé lesdiz chiens pour venir au Fouel pour avoir leurs droiz.* Aliæ ejusd. ann. in Reg. 117. ch. 94 : *Lequel pourcel le suppliant tua; et ce fait, Fouaillerent ledit pourcel comme se il feust sauvage, et prindrent chair ce que ilz vouldrent.* Inde, ni fallor, *Fouane*, Virga, vulgo *Houssine, baguete*, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 137 : *Bernard ayant appellé Sansonnet vilain coucou, et donné d'une petite Fouane, et getté à la tête, etc.* Vide mox *Fualium*.

* *Fuelles*, in Vit. SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 6. v°. col. 2 : *Li prévos fist apporter Fuelles embrasées.* Vide supra *Fornilia*.

FUALIUM, Vepreta siccata ad ignem conficiendum, nostris *Foüailles*. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 23 : *Præterea concessi eis habere omnia averia sua in parco meo de Stanffede, et* 20. *porcos quietos de pascuagio, et Fualium ad panem suum et ad cibos coquendos, per visum et liberationem servientum et Parcariorum meorum, quod apportabunt.* Et pag. 154 : *Et in bosco, quod opus habent prædicti Canonici ad emendationem domorum et sepium, ... et quod opus est ad Fualium suum, et pannagium porcorum suorum per omnia quietum.*

FUARIUM, *Fodrum*, palea, *Fouerre*, *Fourage*. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 275 : *Cum tota alia terra sua, et toto servitio suo, et cum libertate faldæ, et pasturæ, et Fuarii ... in omnibus locis, quæ ad prædictum Petrum pertinuerunt.* Vide *Fodrum*.

* **FUAX**, acis, *Che sa tenere e celare le cose*. Glossar. Lat. Ital. Ms.

¶ 1. **FUCA**. Acta SS. Maii tom. 1. pag. 253. ubi de Translatione corporis S. Athanasii Venetias : *Dein ipsa vela fecit versus portum, notabili spatio foris extra Fucam.* Pars est sinus Veneti, quam hodie *la Fose* appellant, sic dicta, ut conjicit Papebrochius, a Teutonico *Fuke*, seu *Fuyke*, quod nassam seu rete verriculum significat. Sed integram eruditi Scriptoris notam vide, si vacat.

* 2. **FUCA**, Piscis genus. Tract. Ms. de Pisc. cap. 81. ex Cod. reg. 6838. C. : *Fuca vel phuca a nostris mole, Hispanis molere, Romanis phico, Venetis lepo nominatur.* Vide mox

* **FUCAYCUS**, Phocaicus, Purpureus, a vituli marini, qui *Phoca*, humore, ut post Jovardum notant docti Editores ad Translat. SS. xij. Fratrum tom. 1. Sept. pag. 143. col. 2 : *Aurea insuper pulcerrima vasa, lapides pretiosos, et vestes purpureas Fucayco pectine deauratas tribuit affluenter.* Vita metrica eorumdem SS. ibid. pag. 155. col. 1 :

> . . . . . Offert
> Aurum, gemmarum species, telasque pavitas
> Pectine Phocaico, etc.

* **FUCHACH**. Vide supra *Foca* 3.

* **FUCILHA**, Palus, sublicium, Gall. *Pieu, pilotis*. Reparat. factæ in senescal. Carcass. ann. 1435 : *Pro octo peciis fustium vocatis Fucilhas, et longitudine sex cannarum ad faciendum pontem.... Item pro serrando dictas Fucilhas viij. et plures alias pecias fustium, iij. lib. v. sol.*

¶ **FUCINA Ferri**, seu *Officina ferri fundendi*, in Actis SS. Maii tom. 1. pag. 325.

* Vox Italica, Officina. Locus est supra in *Fortia* 7.

¶ **FUCO**, Deceptor, qui aliis fucum facit, Gall. *Moqueur*. Gloss. apud Martinium in Lexico : *Fuco*, ἐργάμωκος, vel potius ἐργόμωκος, qui in aliis Glossis est *Adulator, ambitiosus*, ἐργομωκία, *Adulatio*, ἐργομωκεύω, *Ancillor, adfecto, adulor.* Hesych. : Ἐργομωκῶν, ἐμπαίζων, Illusor.

* **FUCONERIUS**. Vide *Lazana*.

* 1. **FUCUS** *secundum librum antiquum est species herbæ, de qua lana tingitur : infucata vestis.* Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

* 2. **FUCUS**, Fax, tæda, f. pro *Focus*. Testam. Giraudi de Villanova ann. 1481 : *Ordinavit in sua sepultura haberi duodecim Fucos cereæ honestos.*

¶ **FUD**. Vide *Fod*.

¶ **FUDBURGER**, Argentorati vocantur cives teste Schiltero in Glossar. Teuton. ex Cod. Statut. MS. qui jus civitatis per nuptias acquirunt. [* Vide *Pfalburgere*.] [** *Fud* vel *Faud*, hodie *Vogt*, Advocatus.]

FUDIBULUM. Vide *Fundabulum*.

¶ **FUDITUS**, pro *Fusus*, a verbo *Fundere*, Dissipare, fugare, pellere. Charta H. Abbatis Grandis-silvæ ann. 1228. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 944 : *Item omnes illi qui nati sunt de terra illa, qui Fuditi fuerunt pro Ecclesia et pro domino Rege Francorum et Comitibus Montisfortis et adhærentibus eis, vel propria voluntate recesserunt ab eadem terra, nisi sint hæretici, integre restituantur in statum pristinum.*

¶ **FUEDHALH**, Fuedailh, ut supra *Flabellum*, quo muscæ abiguntur in sacris, præsertim liturgiis. Instrumentum ann. 1377. ex Archivo S. Victoris. Massil. : *Item tres coysinos pro tenendo missale; item unum Fuedalh coopertum de veluto rubeo pro defendendo muscis. Duo Fuedailh sive flabella*, in altero ejusd. Archivi Instrumento.

* **FUELHA**, Asser, tabula tenuis, Gall. *Feuillet*. Leudæ min. Mss. Carcass. : *Item de Fuelha de saumata, unum obolum.*

¶ **FUER Vini**. Vide in *Foragium* 1.

* **FUERNA**, Piscaria, locus in quo piscatur. Charta ann. 1312. in Reg. 49. Chartoph. reg. ch. 78 : *Item quod erant..... in possessione habendi Fuernam sive piscariam in dicto loco de la Beane, constructam de lignis sive stipitibus in duobus lateribus, et in fundo de pabulis ligneis; et supra dictam Fuernam erant tabulæ ad transeundum desuper.* Infra : *Furna*. Pactum inter Alfons. comit. Pictav. et episc. capitulumque Xanton. ann. 1313. ex Bibl. reg. cot. 15 : *Quittant hiidem episcopus et capitulum nobis.... quicquid juris.... habebant in dicto ponte Xantonensi et insuper ædificatis, remanentibus præfatis episcopo et capitulo tantummodo parva Fuerna et tribus molendinis.* Charta ann. 1320. in Reg. 59. ch. 575 : *Accipere possit et valeat* (Vivianus de la Ramata miles) *in et super juribus regiis Fuernæ pontis Xantonensis supplementum assignationis; .... quæ quidem jura regia dictæ Fuernæ etc.* Rursum *Fuerna* occurrit infra, ubi etiam *Furna* ter legitur.

¶ **FUERUS**, Consuetudo municipalis. Vide *Forus* 2.

* **FUETA**, Quantum uno die homo laborare aut fodere potest, idem quod *Journale*, nostris *Fuete*; at unde ducta vocis origine, nescio; nisi sit a verbo *Fodere*, unde nostris *Fouaige*, fossio, *Foueur*, fossor, et *Fuelle*, ligonis species. Vide supra *Foallia* et *Foditare*. Charta ann. 1320. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 459 : *Desqueles pieces, l'une siet de lez Mathiet Monteron.... contenant la Fuete à trois hommes, ... l'autre.... contenant environ la Fuete à dix hommes, ... l'autre contenant la Fuete à un homme.... Item une vigne.... contenant la Fuete à deux hommes.* Alia ann. 1340. in Reg. 72. ch. 560 : *Une piece de vigne en mont Marsen contenant vint Fuetes ou environ.... Item un autre piece de vigne en val Mourrey.... contenant quatorze Fuetes ou environ.*

1. **FUGA**, Gall. *Chasse*, vel *Chace*, Venatio, jus venationis, quia venando fugantur feræ. Charta Alani Comitis Penteviæ ann. 1211. apud Augustin. *du Pas : Retenta mihi ferarum Fuga, et accipitrum captura.* Charta ann. 1270. in Tabular. Abbat. Pontiniac. : *Præterea dictus Miles sibi et hæredibus suis retinuit Fugam sive chaciam in dicto nemore.* Charta Guillelmi V. Aquitaniæ Ducis : *Volui etiam et concessi Fugam cum avibus et canibus, et garennam ad cuniculos in suis terris.* Gesta Guillelmi Majoris Episcopi Andegav. cap. 29 : *De*

Digitized by Google

venatione et Fuga ferarum nemoris de Boucheto.

Fugare, Venari, Gallis *Chasser*. Papias : *Fugare, insequi, expellere.* Radevicus lib. 3. cap. 26 : *Si quis per canes leporarios feram Fugaverit, non erit necessario sua, sed erit occupantis.* Charta Henrici I. Regis Angl. in Tabulario Fiscanensi f. 8 : *Prohibeo, ne quis sine ejus licentia mea Fuget, vel leporem, vel aliam bestiam capiat super* 10. *libr. forisfacturæ.* Petr. de Vineis lib. 2. Epist. 53 : *Dum herba crescit, equus moritur : dum Fugans canis mingit, fugiens lepus evasit.* [Chartular. Gemetic. tom. 3. pag. 23 : *Ne quis in ea Fuget vel leporem capiat sine licentia.* Charta Ph. Comitis Bolon. ann. 1232. ex Archivo Cameræfontis : *Concedimus prædictis Abbati et Conventui et eorum servientibus ab eisdem missis, facultatem et potestatem omnimodam venandi seu Fugandi, cum canibus, avibus, furonibus, rethis et alio quoquo modo.*] *Fugare et Refugare animalia in chacia*, tom. 2. Monast. Anglic. pag. 292. Vide Fletam lib. 1. cap. 20. § 69. lib. 2. cap. 41. § 23. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 219. 507. 551. 583. tom. 2. pag. 994. tom. 3. pag. 122. 161. W. Dugdalum in Antiquit. Warwicensis Provinciæ pag. 665. [*Madox* Formul. Anglic. pag. 384.] etc.

Fugare Averia, Animalia ad pasturam abigere, *Chasser les bestiaux aux champs.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 777 : *Ac homines et tenentes eorum habeant in perpetuum liberos et sufficientes introitus et exitus, ad se et ad omnimoda Averia sua Fuganda, et carragia sua facienda, etc.* Vide *Chacea.*

¶ Fugare Districciones, Capere pignora donec debitum solvatur. Charta data ann. 3. Henrici V. Regis Angl. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 142 : *Et si contingat dictas centum libras a retro existere ad aliquem terminum prædictum, quo solvi debeat, in parte seu in toto, quod tunc bene liceat prædicto Comiti, executoribus et assignatis suis, distringere in prædictis maneriis... et Districciones sic factas Fugare et retinere, quousque plenarie fuerit sibi satisfactum.*

Fugaces Bestiæ. Auctor Queroli : *Multum se aliqui laudant, qui vel pugnaces feras vel Fugaces Bestias, aut vestigiis insequuntur, aut cubilibus deprehendunt, aut casu opprimunt.*

Fugatio, Idem quod *Fuga.* Charta Henrici Reg. Angl. pro Londinensibus : *Et cives habeant Fugationes suas ad fugandum, sicut melius et plenius habuerunt antecessores eorum.* [Charta Philippi Fr. Reg. ann. 1207. in Tabulario Sangerm. : *Eidem Ecclesiæ confirmamus præterea quitationem illam, quam Petrus Miles de Samesio . . . fecit dicto Abbati Hugoni coram genitore nostro de jure Fugationis, venationis et haiæ.* Rursus mentio est de *Jure Fugationis, venationis et haiæ*, in Charta Hugonis Abb. in eodem Tabulario.]

* 2. **Fuga.** Esse in Fuga domini, Dicitur de subdito seu vassallo, quem dominus fugientem persequitur, ut illum domino superiori sistat. Charta Hugon. comit. Regitest. ann. 1218. in Chartul. Campan. ex Cod. reg. 5993. fol. 69. v° : *Ego ad dictum et arbitrium ipsius comitis saisirem feodum hominis mei, qui extiterat in auxilium Erardi vel coadjutorum suorum ; ..... et ille homo meus esset in Fuga mea, ita quod, si possem, bona fide ego eum caperem et tenerem, nec ipsum liberarem, nisi per voluntatem comitissæ.* Vide infra *Fugare* 1.

* 3. **Fuga**, Refugium, azylum. Vita S. Glodesind. tom. 6. Jul. pag. 204. col. 1 : *Ad urbem Mettensium in ecclesiam sancti protomartyris Stephani profugit, et confessionem, ubi ejusdem martyris ac ceterorum innumerabilium sanctorum reliquiæ conditæ erant, collocavit pro Fuga, non pro commisso scelere, sed ne scelus committeret.* Nostris *Se Fuir*, in aliquem locum confugere, vulgo *se refugier.* Pactum inter Carol. comit. et capitul. Carnot. ann. 1306 : *Jureront les chanoines.... que nul malfaiteur, qui se Fuiroit esdites mesons, ne recevront à garantie. Fuiter* vero In fugam conjicere, apud Christ. Pisan. in Carolo V. part. 2. cap. 24. tom. 3. Dissert. D. *Le Beuf* pag. 206 : *Si fu pris Thomas de Grançon et jusques à quatrevingts autres groz prisonniers, et le surplus mors et Fuitez.* Unde emendandus Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 598. ubi *Fuce*, pro *Fuie*, fuga. *Fuir*, eadem acceptione, in Poem. *de Cléomades* Ms. :

> Les Fuirs, ne les encauchiers,
> Les retours, ne les ralijers, etc.

* 4. **Fuga**, vulgo *Fuye*, Columbarii genus, Locus in quem columbi confugiunt, unde nomen. Arest. parlam. Paris. ann. 1536. ex Tabul. *de Chissé : Hospitium dicti Aigremont totum in circuitu clausum, unam Fugam in medio curtis, etc.* In Instr. ann. 1538. ibid. : *Le logis dudit Aigremont fermé à l'entour, une Fuye au meillieu de la court.*

Fugaces, Fugitivi servi, qui a dominorum servitio se subducunt, in leg. 8. Cod. Th. de Jurisdict. (2, 1.) qui *Refugæ dominorum* dicuntur apud Gregor. Turon. de Miracul. S. Martini cap. 58. *Fuga lapsi*, in Charta ann. 865. in Tabular. Bellilocensi in Lemovicib. n. 176 : *Cum mancipiis supra manentibus seu Fuga lapsis.* Præterea in Lege Ripuar. tit. 30. § 2. tit. 72. § 2. in lege Longob. lib. 1. tit. 9. § 22. tit. 36. § 5. lib. 3. tit. 12. § 1. [** Liutpr. 91. (6,38) Grimoald. 3. Carol. M. 121.] Capitul. Car. M. lib. 3. tit. 26. Adde Annales Franc. Fuld. ann. 801. etc. Salvianus lib. 4. de Gubernat. Dei : *Illorum fugam non tam debemus ad eos referre, qui fugiunt, quam ad eos, qui fugere compellunt. Vim patiuntur infelicissimi, famulari optant, et fugere coguntur : discedere a servitio dominorum suorum nolunt, et conservorum suorum crudelitate non permittuntur ut serviant etc.*

Fugaces Alterius Retinere non licebat ut testatur Gregorius Turon. lib. 6. Hist. cap. 31. et ex eo Flodoardus lib. 2. cap. 2. nec eis *panem dare*, ut est in Lege Burgund. tit. 6. § 9. 10. aut *viam ostendere*, in Lege Wisig. lib. 9. tit. 1. § 7. aut *capillum facere*, in Lege Burg. tit. 6. § 4. Wisigoth. lib. 9. § 5.

Interdum tamen ex privilegio, Ecclesiis maxime concesso, licebat fugitivos recipere ; [unde eos vi abstrahere sub pœna mulctæ pecuniariæ 80. sol. prohibetur, in leg. Alaman. cap. 3. § 4.] Exemplum prodit Ingulphus pag. 859.

Auris abscissione mulctatos *Fugaces* servos tradit Gregorius Turon. lib. 5. cap. 48. et ex eo Aimoinus lib. 3. Hist. Franc. cap. 43.

Fugitivi, apud Practicos nostros et Anglicos dicuntur *tenentes in villenagium*, qui in aliorum dominia transeunt, inconsultis dominis : qui *cum consuetudinem revertendi habere desierint, incipiunt esse Fugitivi ad similitudinem cervorum domesticorum, vel si chevagio sint obnoxii, illud solvere desierint.* Ita Bracton. lib. 1. tit. 1. § 3. et Fleta lib. 1. cap. 7. § 7. *Fugitivi Dei*, id est Ecclesiæ tenentes, in Legib. Henrici I. cap. 11.

Secta Fugitivi, dicitur de domino, qui *fugacem sequitur*, id est, requirit, ut est in Lege Burg. tit. 6. § 2. Ad hoc autem, ut *Fugitivi* dominium servet dominus, debet *illum statim persequi, et infra annum clameum suum apponere, quo facto non currit tempus contra dominum, cum res per clameum appositum efficiatur ligitiosa. Si vero dominus negligens fuerit in prosequendo et in clameo apponendo qualitercumque, si Fugitivus revertatur post annum, non erit domino licitum, nec tutum, manum apponere, etc.* Bracton. lib. 1. tit. 1. cap. 10. § 3. Fleta lib. 1. cap. 7. § 7. lib. 4. cap. 11. § 23. Ad sectam fugitivorum pertinent, quæ habet Consuet. Catalaun. art. 18 : *Si tels hommes ou femmes de corps s'estoient retirez furtivement, sont reputez serfs Fugitifs, et n'ont par ledit temps acquis franchise.* Ejusmodi fugitivorum *sequelam* seu persecutionem, *suite* vel *Poursuite* vocant Consuetudines municipales, Bituricensis tit. 1. art. 1. Solensis art. 1. Nivernensis tit. 8. art. 6. Burbonensis art. 189. 197. 303. Trecensis art. 3. 6. Calvimont. art. 3. Vitriacensis art. 145. Arvernensis cap. 27. art. 2. 9. Marchensis art. 147. etc. Donationes factæ Eccl. Salisb. cap. 13 : *Placitum est habitum et quæsitio Ilbungi Fabri, qualiter Socco eum conquisierit in servum.*

Receptio Fugitivi, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 23.

De servis *Fugacibus*, seu fugitivis, plura habent Lex Burgund. tit. 6. Lex Wisigoth. lib. 9. tit. 1. Lex. Longob. lib. 1. tit. 25. Leges Luithprandi Regis tit. 63. [** 87. (6,34.)] Capitulare Sicardi Princip. Benevent. ann. 836. cap. 6. Capitulare Radelchisi Princip. Benev. cap. 13. 14. Ennodius lib. 3. Ep. 16. 19. Metellus in Quirinalibus pag. 136. Aimoi-nus l. 4. de Miracul. S. Benedicti, cap. 11. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 827. Vadianus pag. 84. etc.

1. **Fugacia**, Ruris portio cervis et feris addicta, nullo sepimento, nec forestæ legibus, sed tamen suis privilegiis communita, *Chacea.* Charta Mathildis I. Imperatricis, qua Milonem de Glocestria Comitem Herefordiæ constituit : *Præcipio, quod hæc omnia supradicta teneat de me,... libere et quiete, in bosco et plano, in forestis et Fugaciis, in pratis et pasturis, etc.* Spelmannus.

¶ 2. **Fugacia**, Fugatia, Placentæ genus. Vide *Focacia.*

* **Fugagium**, f. pro *Fogagium*, Census ex singulis focis. Pactum inter eccl. Rom. et episc. Tricastr. ex Cod. reg. 5956. A.

Digitized by Google

fol. 73. r°. : *Si pro dictis cavalcatis seu alterius subsidii seu subventionis, taylliæ, questæ et Fugagii levaretur aliqua pecunia ad hominibus dictæ villæ* (S. Pauli) *quod illa pecunia sit communis.*

* 1. **FUGARE**, Fugientem persequi. Charta ann. 1347. apud Lamium in Delic. erudit. inter not. ad Hodoepor. Charit. part. 1. pag. 66 : *Malefactores, qui maleficium committerent in territorio S. Miniatis juxta confinia territorii communis Florentini per duo milliaria vel infra, ipso die commissi maleficii liceat persequi, Fugare et capere in territorio et super territorio dicti communis Florentini libere, licite et impune; .... quæ persecutio, Fugatio et captio fieri possint infra territorium supradictum.* Vide supra *Fuga* 2.

* 2. **FUGARE**, In *fugam* seu exilium conjicere, proscribere, *bannire*. Charta Odon. ducis Burg. et Blanchæ comit. Trec. ann. 1217. in Chartul. Campan. ex Cod. reg. 5993. fol. 109. v°. : *Juravimus inter nos vicissim.... quod si aliquis hominum nostrorum aliquam injuriam, vel aliquod forifactum fecerit, ... ille nostrum, cujus homo erit, ante alios tenetur per prædictum juramentum ipsum destruere et Fugare de terra, donec ad merceiam illius venerit.* Alia ann. 1347. jamjam laudata ibid. pag. 65 : *Quod omnes et singuli rectores dictæ civitatis Florentinæ.... teneantur ad requisitionem faciendam per litteras dictorum duodecim defensorum populi et communis S. Miniatis hujusmodi condemnatos repellere ac Fugare, et eos, et eorum quemlibet repelli et Fugari facere de civitate Florentiæ, et ejus comitatu et districtu, sub pœna librarum ducentarum semper pro quolibet exbannito.*

* 3. **FUGARE**, Venari. Vide in *Fuga* 1.

* 1. **FUGATIO**, Venatio, jus venationis. Vide in *Fuga* 1.

* 2. **FUGATIO**, Persecutio. Vide supra *Fugare* 1.

FUGATORES CARUCARUM, quorum *ars est, ut boves æque sciant conjunctos fugare, ipsos non percutiendo, pungendo seu gravando*, ut est in Fleta lib. 2. cap. 78. § 1.

FUGELLA. Abbo lib. 2. de Bellis Parisiac. pag. 513. lib. 2. vers 22 :

Inde sopor repetit cives, miscrosque Fugella.

[Idem apud Duchesnium Histor. Norman. pag. 38. col. 2. lib. 1. vers. 166 :

Erubuere tamen posthac veluti lupus audax
Nil rapiens prædæ, repetitque quidem nemus altum,
Subtilemque nimis secum retulere Fugellam.

Ubi *Fugella* vocis *Fugæ* videtur esse diminutivum.]

FUGILLUS, Gall. *Fuzil*. [Videtur esse ab Hispano *Fuego*, Ignis, quod primum a *Focus*.] Ugutio et Jo. de Janua : *Fugillus, Ferrum, quo extrahitur ignis de petra. Unde Fugillare, ignem de petra Fugillo extrahere, et Fugillator. Et hinc per figuram Fugillatores ducuntur umbræ dæmonum, qui ignem ferunt.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm : *Fugillus, Fuisil, fer à faire feu. Fugillare, Fuisiller, c'est faire feu de pierre par fusil, ou faire fuisil. Fugillator, Faiseur de Fuisilz, ou qui trait feu de pierre par fuisil.*]

* Tudicula igniaria, nostris *Foisil* et *Foucsil*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Foylh*, *Prov. Fugillus*. Aliud Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Fugillus, fouesil. Fugillare, faire feu de fouesil.* Munit. castr. dom. reg. : *Foisil et challous ad faciendum novum ignem, si opus fuerit.*

FUGINARE, *Adulando impedire, ludum dare, decipere*, in Gloss. Arabico-Lat. Glossæ antiquæ MSS : *Fuginat, adulando impedit, laudari decipit.* Isidori, *laudando* habent.

* *Fouger*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1453. ex Reg. 182. Chartoph. reg. ch. 43 : *Lesquelz religieux telement Fougerent et deceurent icelle jeune femme, qu'elle conversoit et se maintenoit avec eulx.*

* **FUGITARIUS**, Fugitivus, nostris alias *Fuitif*. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 124 : *Fecit processus contra eum, tanquam absentem et Fugitarium.* Aliæ ann. 1389. in Reg. 138. ch. 71 : *Et se mit en immunité et franchise en l'église du sépulcre à Paris, de laquelle il est yssus et s'est rendu absent et Fuitif. Forfuyance* vero, pro Præstatione, quæ domino a servis seu tenentibus in *villenagium* exsolvebatur, pro facultate in alterius dominium transeundi. Charta manumiss. ann. 1474. in Reg. 195. ch. 1111 : *Les seigneurs et dames de Maroilles ont affranchiz les habitans dudit lieu de toutes mainmortes, Forfuyances et formariages.* Vide in *Fugaces*.

FUGITIO, pro *Fuga*. Henr. Knyghton. ann. 1357 : *Condonavit omnes felonias, evasiones et Fugitiones.*

FUGITIVARIUS, *Fugitivus*, δραπέτης, in Glossar. Gr. Lat. MS. Editum : Δραπέτης, *Fugitivus*, δραπτικός, *Fugitivarius.*

FUGITIVOSUS, Φυκτός, in Gloss. Gr. Lat. Alibi : Φυγάς, *Fugitivus, exulaticius, Fugitivosus.*

¶ **FUGITIVUS**. Vide *Fugaces*.

FUIAGIUM, [Jus excidendi lignum in nemore ad focum suum.] Vide *Affuiagium*. [* Vide supra *Fuagium* et *Fualium*.]

FUISTALLUM. Charta Edw. III. Reg. Angl. tom. 2. Monast. Angl. pag. 89 : *Et de tribus mensuris terræ in Wigornia, et de decem junctis salis in Wickie, cum duabus salinis et Fuistallo.* Nos *Fustailles* dicimus vinaria dolia.

FUIT, pro *Ivit*. Vetus Inscriptio : *Sex. Truttedio, Sex. f. pol. Maximiano. Fuit ad superos menses 7. etc.* Gesta purgationis Felicis : *Ad Numidas Fuisti? respondit : Non, Domine. Sit, qui probet. Ælianus Proconsul dixit : Nec in Mauritania? respondit : Negotiari illo Fui.* [Capitolinus in Marco : *Athenis Fuit*, pro *ivit*.] Ita hodie nos Franci, *il a esté*, pro *il est allé*. Capitul. 3. ann. 803. cap. 14 : *De Episcopis, Abbatibus, Comitibus, qui ad placitum nostrum non Fuerunt.* Paulus Diaconus Emeritensis de Gestis Episcop. Emeritens. in S. Fidele cap. 8 : *Ite et percutite eum, quia jussio Domini adimplenda est. Qui cum Fuissent, nec intrare potuissent, etc. At ubi tertio Fuerunt, permittente Deo ingressi sunt.* Hispani dicerent, *aquellos fueron*, pro *iverunt*. Galli, *ont esté*. Obitus S. Abbatis Nuncti, apud Bivarium : *Cumque Fuissent, et vidissent eum veste sordidum, etc.* Ditmarus lib. 7. pag. 88 : *Imperator a nobis discessit, et proximos Rogationum dies in Capungum Fuit, quo ipse curtem suam de civitate Cassulan dicta transtulit.* Vide Felicem Osium ad Ottonem Morenam pag. 49.

FULBORAN, German. *Echt und Wolgeboren*. Lex Longob. lib. 2. tit. 14. § 2. [** Rothar. 154.] : *Si quis dereliquerit filium legitimum unum, quod est Fulboran, et filios naturales unum aut plures, etc.* Editio Heroldi tit. 58. habet *Fulbor*. [*Forboram* editum apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 26. et apud Schilterum in Gloss. Teuton. ubi filius legitimus, unicus, exponitur. Vide *Forbora*.]

¶ **FULCA**, pro *Furca*, Patibulum, in Charta anni 1325. ex Archivo S. Florentii. [* *Fulca* ex frequenti mutatione *r* in *l*, pro Furca, quater legitur in Charta Phil. VI. ann. 1342. ex Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 279. Vide *Fulcha*.]

FULCARIUS, Idem qui *Falconarius*, Aucupii et Falconum præfectus, in Mirac. S. Thomæ Aquin.

FULCFREAL. Vide *Fulfrea*.

* **FULCHA**, pro *Furca*, Patibulum, in Charta ann. 1353. ex Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 239. Vide *Fulca*.

¶ **FULCHRUM**, Lectus. Epistola Innocentii III. PP. ad Helenensem Episc. inter Concil. Hispan. tom. 3. pag. 470 : *In Fulchris autem, nisi eos ad id infirmitas coegerit, non cubabunt*, (hæc erat pollicitatio quorumdam pœnitentium) *et a festo SS. Omnium usque ad Nativitatem Dominicam jejunantes, in qualibet sexta feria... a piscibus abstinebunt, etc.* Fulcrum proprie est id quo lectus fulcitur et sustinetur : qua notione Suetonius dixit *Fulcrum Lecti*; de lecto igitur integro per synecdochen dicitur, ut apud ipsum Juvenalem :

Sacri genium contemnere Fulcri.

Vide Isid. Orig. lib. 19. cap. 26. et infra *Fulcralia*, *Fulcrari*, *Fultrum* et *Fultum*.

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Fulcrum, Pié de lit, et aussi signifie la souveraine partie du lit.*

FULCIATORIUM, Baculus, quo quis fulcitur. Vita S. Deicoli Abb. num. 14 : *Fulciatorium, quo utebatur,... donavit.*

* **FULCIMENTUM**, Quidquid ad usum mulieris pertinet, in Leg. municipal. Pistor. lib. 2. rubr. 93 : *De corvedis dandis et Fulcimentis mulierum.*

¶ **FULCIRE**, Supplere, Gall. *Remplacer*. Ardo in Vita S. Benedicti Anian. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 214 : *Numerus equorum imminutus a Rege Fulcitur. Sed et post unius mensis spatium amissi reducuntur equi; sicque divinitus actum est, ut quia de amissis non doluit, duplicatum susciperet lucrum.*

* *Fulsir*, pro Firmare, stabilire, in Lit. remiss. ann. 1427. ex Reg. 174. Chartoph. reg. ch. 81 : *La suppliante frequentoit souvent avec un nommé Simon tisserant de toilles, qui estoit homme marié, faignant de le vouloir embesoingnier de son mestier; et une fois entre les autres, elle ala en l'ostel dudit Simon pour Fulsir son fait, soubz umbre du mestier dudit Simon.*

* **FULCITA**, Cingulum, quo ensis *fulcitur*. Chron. Bergom. ad ann. 1386. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 856 : *Fecit sibi largiri ipsi domino Guilielmo..... spatam unam cum fodro velluti rubei, et Fulcitam de argento laureato.*

Digitized by Google

¶ **FULCITUS**, Ornatus, intextus. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fulcitus, Fulciz, garniz.* Testamentum Enguerandi dom. de Cuciaco ann. 1397. apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 602 : *Item volumus quod per ordinationem Executorum nostrorum fiat in eodem monasterio una nobilis crux de argento,... et quatuor ornamenta ad celebrandum, quorum tria communibus diebus servient, et quartum Fulcitum pro diacono, subdiacono, et presbytero pro festis solemnibus.*

* Instructus, Gall. *Fourni.* Chron. Estense ad ann. 1290. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 342 : *Omnes isti.... Fulciti de omnibus eis necessariis iverunt ultra mare ad civitatem Acri.* Vide supra *Foleratus.*

¶ **FULCO** Teloneum Monast. S. Bertini : *Item carteia de cumbis Fulconum* 11. *den.*

* **FULCOLUS**. Vide supra *Flosculus.*

FULCRALIA, *Lecti ornamenta*, in Gloss. Isidori. [Vide *Fulchrum.*]

FULCRARI, *Fulcra lecto facere, lectum fulcris præparare*, Ugutioni, *est enim fulcrum pes lecti.*

¶ **FULCREAL**. Vide *Fulfrea.*

FULCUS. In Chartis ann. 1301. 1450. etc. urbs, quæ vulgo *Monstier ou Faut Yonne*, dicitur *Monsterolium in Fulco Yonæ:* ubi scilicet *Igauna* fluvius bifurcus fit, et in duos canales dividitur. [Consulendus Valesius in Notitia Galliarum pag. 343. Vide *Branea* 2.]

* **FULDIO**, Sedes seu sella brachiis conclusa, forte pro *Faldao.* Vide in hac voce. Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 871 : *Archiepiscopus sedet in Fuldione, excepto in prædictis solemnitatibus, quando sedet in tribunali, cum presbyteris et diaconis majoris ordinis.*

* **FULEX**, pro Fulix. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Folquer, Prov. fulica, Fulex.*

FULFREA, **Fulfreal**, **Fulfrear**, Liber, ingenuus. Papias MS : *Fulfreal, i. liber, sed non extraneus.* Perperam *Fulcreal* in Edit. Veneta. Aliud Gloss. apud Lindenbrogium : *Fulfrea, sive ingenua, sive libera*, Germ. *Fulfren;* [** Glossar. Longob. in Cod. Roman. : *Fulfrealt*, in Cod. Cavensi : *Fulfreald, qui per sacerdotes circa altare liberi sunt.* Vide Grimm. Ant. Jur. pag. 333.] in Lege Longob. *Mulier libera Fulfreal*, lib. 1. tit. 25. § 6. lib. 2. tit. 12. § 1. [** Rothar. 262. 217.] *Simul vadant liberi et absoluti Fulfreales*, lib. 1. tit. 32. § 5. [** Liutpr. 170. (6, 87.)] *Homo qui Fulfreal factus est*, lib. 2. tit. 14. § 17. [** Rothar. 228.] *Qui Fulfreal et a se extraneum, id est, amund facere voluerit*, lib. 2. tit. 34. § 1. [** Rothar. 225.] *Fulcfreal*, in Legibus Rotharis Regis tit. 88. § 1. 91. § 1. 6. 7. 10. tit. 101 § 6. [** 217. 225. 226. 228. 262.] alibi pag. 211. [** Liutpr. 9. (2, 3.)]

FULGARE. Vide *Folgare.*

¶ **FULGEDO**, Fulgor, splendor, in Chron. Wormat. apud Ludewig. tom. 2. Reliq. MSS. pag. 134.

FULGERIA, Filix, *Fougere.* Charta Guillelmi Comitis Moretonii ann. 1105 : *Et pasnagium in foresta, et herbam, et Fulgeriam, et juncos ad falcandum*, etc. [Charta apud Baluz. Hist. Tutel. pag. 436 : *Hæc quoque dimissurus... ginestos cum Fulgeria*, etc. Nostris olim *Fugere*, nunc *Fougere.* Le Roman *de la Rose* MS. :

Voire ne fust mie Fugere,
Ni fugere ne fust pas voirre.]

¶ **FULGETRA**, *Esloides, Espart, Esclare*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Guillel. Armoricus de Gestis Philippi Aug. Reg. Franc. apud Duchesn. tom. 5. pag. 92 : *In vigilia Assumptionis B. Mariæ... dum vigilia celebraretur, facta sunt tonitrua, fulgura et Fulgetræ quales antea non fuerunt.* Utitur Plinius.

* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Elhaus, Prov. Fulgetra, fulgur.* Nostris alias *Esclistre* et *Escart.* Sermo de S. Agnete ex Cod. S. Vict. Paris. fol. 34. r°. col. 2 : *Maintenant fu granz crolles de terre, Esclistre et foudres vindrent et chaïrent en tant que pluisour des paiens furent mort.* Chron. S. Dion. lib. 2. cap. 14. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 193 : *En celle partie ou l'ost le roi Clothaires estoit logiés, ne venta point, ne n'i chaï yaue, ne nuz signes d'Espart, ne de tonnoirre. Espartissement*, in Addit. ad Monstrel. ad ann. 1469. fol. 31. v°. Unde *Espartir*, Fulgurare. Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 202 : *Le suppliant veant grant et horrible horage de temps.... en plouvant, greslant, tonnant, ventant et Espartissant, telement que a peine ne pouoit homme cognoistre l'autre, etc. Effoudre*, eodem sensu, et inde *Effoudrer.* Vitæ SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 365. r°. col. 1 : *Tantost commença à toner et à Effoudrer si durement, que toute la terre en croulloit..... Uns Effoudres feri si durement la mere del enfant*, etc.

* **FULGIO**, Fuligo. Glossar. Lat. Ital. Ms. : *Fulgio, la nigreza del foco.*

FULGIT, *Nutrit, splendet, eminet.* Glossæ Antiq.

** **FULGOREUS**. *Fulgorea flamma*, apud Vergil. Grammat. pag. 127.

FULGORUS, *Splendidus*, Ugutioni.

FULGRETIDO, Fulgor, splendor, quasi *Fulgoritudo*, fulgoritas. Vita S. Boniti Episcopi Claromont. n. 17 : *Sanctorum altaria nitent : centra hinc indeque geminata connectunt columnæ priscorum sculptæ Fulgretidine, emergunt more elatæ mire cameræ*, etc. Surius exponit *columnæ prisco sculptæ more sese subrigunt.* Codices MSS. apud Mabillonium tom. 3. SS. Ord. S. Benedicti præferunt *Fulgretine*, et *Fulgretinæ.* An igitur sic dispungendum : *Centra hinc indeque geminata connectunt columnæ priscorum sculptæ Fulgretidinæ, emergunt more elatæ mire cameræ.* An vero : *Fulgretinæ emergunt more elatæ mire cameræ.* An denique : *Emergunt more elatæ miræ camerææ.* Ut *elata* sit Græcum ἐλάτη, *abies*, cujus instar cameræ sese attollunt.

¶ **FULGURANDOSE**, Splendide, Gall. *Avec éclat.* Miracula S. Eadmundi Angl. Regis, apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 833 : *Egreditur ... in modum viri admodum venerabilis Fulgurandose obeunte cœlestis claritatis fulgure*, etc.

FULGURATORES, *Rustici aruspices*, in Gloss. Isid. Vide Nonium cap. 1. num. 319.

☞ Legendum cum Grævio, *Etrusci aruspices.* Etruscis quippe Roma acceptam referebat suam aruspicum disciplinam. Aruspicibus *Fulguratores* adjunguntur a Cicerone de Divin. 2. 53. Cato de moribus Claudii Neronis : *Aruspicem Fulguratorem si quis adducat*, etc. Vide Juvenal. Sat. 6. 585. et ibi Interpretes.

* **FULGURIUM**, χειμωνοβόλιον ἡμερῶν. Gloss. Lat. Gr. ubi Castigat. leg. *Fulgurdium.* Casaubon. ad Sueton. in Aug. cap. 29. et Delrius ad Senec. Trag. pag. 333.

FULGUS, *Rufus, Rubeus. Fulgo tegmine, flava pelle*, in Gloss. MS. Reg. Cod. 1013. Papias : *Fulgus, rufus, flavus.*

¶ **FULHETA**, Mensura vinaria, Gall. *Feuillette.* Statuta Avenion. Rubr. 27. art. 1 : *Statuimus quod quicumque vinum vendere voluerit minutatim, teneatur habere minutiores mensuras legales et signo curiæ signatas, vulgo picheriam et Fulhetam.* Vide *Folietta.*

* **FULIDUS**, pro Fulgidus, ni fallor. Charta ann. 996. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 187 : *Ac cum eo* (Ottone rege) *tam residentibus quamque adstantibus, Fulidaque nobilitatis pollentibus viris bonæ hopinionis, ac laudabilis famæ*, etc.

* **FULIGO**, pro Uligo, in Mirac. S. Florent. tom. 7. Sept pag. 426. col. 2.

FULINA, *Culina; Fulinarius, Culinarius*, in Gloss. Isid. a fuligine, qua culinæ inficiuntur. Joan. de Janua : *Fulina, coquina, quasi fuliginosa, unde Fulinarius, coquus : Fulinare, coquinare, in fulina coquere.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fulina, Cuisine. Fulinarius, Cuisinier. Fulinare, Cuisiner.*]

Fulinarius, *Coquus*, apud Ugutionem.

FULL, [Species mensuræ.] Vide *Pes forestæ.*

* **FULLARE**, Dicitur de pannis, qui densantur, desquammantur et poliuntur. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Fullare, fouler.* Charta Phil. Pulc. ann. 1306. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 498. v°. col. 2 : *Duo molendina nostra de Ruglis, videlicet unum ad bladum, et aliud ad Fullandum.* Vide supra *Folare.*

* **FULLARIA**, Molendinum fullonarium. Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 215. r. : *Ecce partes* (firmæ) *videlicet pascua super maras, pascua ante maras et Fullaria super magna prata.*

¶ **FULLATORIUM**, Idem quod mox *Fullencium.* Locum vide in *Baptalerium* post *Batatorium.*

* Charta Guill. episc. Catalaun. et comit. Pertic. ann. 1220. apud Egid. *Bry* in Hist. comit. Pertic. lib. 3. pag. 225 : *Molendina nostra, tam bladum molentia, quam Fullatoria*, etc.

FULLENCIUM, Molendinum fullonarium, *Moulin pour fouller les draps*, quod inferiori justitiario competit, ratione cujus *fullonagium* exigere potest, ut est in Consuetudine Andegav. art. 21. et Cenomanensi art. 12. Gloss. Gr. Lat. : Ναφεῖον, *Fullonium.* Charta ann. 1208. in Chart. Campan. Thuano fol. 187 : *Et in manu nostra teneremus cum tali banno et justitia, quali Comitissa et hæredes Campaniæ ea tenebant,*

Digitized by Google

tam molendina quam Fullencia, usquedum haberemus sumptus facturæ, et necessarias molendinorum expensas. Vide Ughellum tom. 2. Ital. sacræ pag. 14.

¶ **FULLERICIUM MOLENDINUM**, Eadem notione, in Computo anni 1202. apud D. *Brussel* de Feudorum usu ad calcem tom. 2. pag. CXLVII.

¶ **FULLERICUM MOLENDINUM**, Eodem significatu, in *Sclusagium* post vocem *Exclusa.*

¶ **FULLONARIUM MOLENDINUM**, Idem, in Chartulario S. Vandregisili tom. 2. pag. 1759.

* **FULLONIA**, Ars fullonica. Charta Phil. V. ann. 1317. in Reg. sign. *Pater* Cam. Comput. Paris. fol. 131 r°. col. 2 : *Dabimus vobis.... subrogationem plenissimam causarum etiam quarumcumque singularium personarum, quæ ratione texturæ, tincturæ, Fulloniæ..... moveri seu agitari contigerint.*

¶ **FULLONIA PANNORUM**, Ipsa actio qua panni polliuntur et dealbantur. *Molendinum pro Fullonia pannorum*, apud Johannem de Monsteriolo tom. 2. Ampliss. Collect. Marten. col. 1391.

¶ **FULLONIUM**, ut *Fullencium*, in Charta ann. 1171. novæ Gall. Christ. tom. 4. col. 21.

¶ **FULLONUS**, Eadem significatione, supra in *Baptitorium* post *Batatorium*.[* Charta ann. 1250. ex Chartul. Campan. fol. 337 : *Quod ab aliquo vel ab aliquibus qui ad molendina nostra vel Fullonos nostros ibunt vel venient, ratione pedagii exigi aliquid non poterit nec debebit.* Vide supra *Follo*.]

* **FULLUM**, Pari significatione. Chron. Bergom. ad ann. 1403. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 943 : *Combusserunt Fulla et molendina existentia in prato sancti Alexandri.* Vide *Fullus*.

¶ **FULLUS**, Eodem intellectu. Mantissa adjecta ad Chronicon Monachi Patavini ad ann. 1339. apud Murator. tom. 8. col. 739 : *Quo anno facti fuerunt Fulli omnium SS. et laborerice pannorum lanæ et papyri chartarum.* Occurrit etiam in Hist. Cortusiorum lib. 8.

FULMEN, *Fulcimentum editum jaculi*, in Gloss. antiq. [Pro *Editum jaculi* lege *Adminiculum*. Gloss. Sangerm. num. 501 : *Fulmentum, adminiculum, Fulcimentum.*]

¶ **FULMINARE EXCOMMUNICATIONEM**, Gall. *Fulminer une Excommunication*, est Excommunicationem in aliquem latam promulgare. Vox fori hodierni quæ occurrit apud Rymerum tom. 13. pag. 505. Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 1009.

¶ **FULMINATIO APOSTOLICORUM**, Eadem notione, apud Ludewig tom. 8. Reliq. MSS. pag. 81.

* **FULMINATUS**, Fulmine tactus. Chron. Noriberg. ad ann. 1400. apud Oefelium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 327. col. 2 : *In die S. Laurentii Fulminatum fuit baptisterium in ecclesia S. Laurentii et destructum.* Interdum nostris *Foudroier*, pro Perterrere, territare, vulgo *Epouvanter*, in Lit. remiss. ann. 1429. ex Reg. 174. Chartoph. reg. ch. 293 : *Lesquelz deux mastins se eslaissier et coururent à iceulx moutons, et les Foudroierent et separerent.*

¶ **FULNARIUS**, pro *Furnarius*, ut conjecto, Pistor. Charta ann. 1200. ex Archivo Monasterii S. Georgii Redon. : *Stephana S. Georgii Abbatissa conquesta Constantiæ dominæ suæ domini Conani filiæ, quod Fulnarius suus liber erat ab omni talleia et accommodatione et exercitu et equitatu.*

¶ **FULSARIUM**. Anastasius Bibl. in Epitome Chronicorum Casin. apud Murator. tom. 2. pag. 368. col. 2 : *Sicardus Princeps obtulit Patri Benedicto civadum, qui Martoranus vocatur, cum ripis et aquis, Fulsariis et piscationibus et omnibus intra se positis.* An legendum *Fullariis* vel *Fulloniis*, aliudve simile, quod Fullonis officinam significet? Saltem hunc intellectum patitur in allato loco vox *Fulsarium*, quæ videtur corrupta.

* Vel *Fulsaria*, Idem videtur quod *Fuerna*. Vide supra in hac voce.

* **FULSCINA**, *La forfina ad piscandum*, in Doctrin. Alex. de Villa-Dei edit. ann. 1484. pro *Fuscina*.

FULSIT, *Feriit, vel percusserit : fulgere enim ferire est, unde quoque Fulmen dictum est.* Glossæ antiquæ.

FULTI, *Vasa aquarum parvissima*, Papiæ.

¶ 1. **FULTRUM**, *Ornamentum quod supponitur lecto, vel pes lecti vel ejus sponda. Etiam ponitur pro lecto.* Hæc Calepinus et Martinius ex Dictionariis semibarbaris. Legendum *Fulcrum*. Vide *Fulchrum*.

* 2. **FULTRUM**, pro *Feltrum*. Vide in hac voce. Constit. monast. S. Petri-mont. tom. 2. Monum. sacr. Antiq. pag. 427 : *Sufficere credimus claustrali canonico in anno duo paria sotularium, e quibus alii dentur in festivitate omnium sanctorum de Fultro, et bene ampli.*

¶ **FULTUM**, pro *Fulcrum*, Lectus. Thomas Monachus Eliensis in Vita S. Etheldredæ tom. 4. Junii pag. 521. et inter Acta SS. Benedict. sæc. 2. pag. 772 : *Matrona... ita erat contracta... ut nulla ratione... a Fulto valeret surgere.* Vide *Fulchrum*.

FULVIDA, *Rubea*, in Gloss. antiq.

FULVIDUS, *Impetosus.* Ita Glossæ antiquæ.

FUMA, *Rheda minor*, apud Papiam MS. Editus perperam *fama* præfert. [Vide *Fuma*.]

* **FUMADO**, Piscis genus. Tract. MS. de Pisc. cap. 51. ex Cod. reg. 6838. C. : *Raia levis ab Hispanis dicitur lisda, a cute lævi et pellucida : sunt qui rasam vocant, a glabra cute : nostri non a cutis lævitate, sed a colore, Fumat et Fumado appellant.*

¶ **FUMAGIUM**, Lignum ad *fumum* seu focum necessarium. Charta ann. 5. Edwardi IV. Reg. Angl. apud Th. *Blount* in Nomolex. Anglic. : *Et sint quieti de Fumagio et maremio cariando, etc.* Vide *Fumus*.

FUMAGIUM, Idem forte quod *Foagium*, καπνικόν, Joan. Zonaræ, Scylitzæ, et aliis, [Census pro singulis *focis* exactus, *Fumage* apud Gallandum.] Charta Radulphi Abbatis S. Melani ann. 1123. apud Augustin. *du Pas* in Stemmate Pentevriensi pag. 12 : *Donavit... pro animæ suæ redemptione 20. solidos de Fumagio Minguenpensi per singulos annos.* [Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* de Feudorum usu tom. 2. ad calcem pag. CLXVXIII : *Item Fr' Ham' pro censu Compendii* IX. *l.* XII. *s. et pro Fumagio Compendii* C. *s.* Charta anni 1219. ex Archivo S. Jaculi : *Guido de Argenton dominus Placoidi. Cum contentio verteretur inter Abbatem et Conventum S. Jacuti et me super avenagio, gallinagio, Fumagio, etc. in territorio de Plancoit.* Chartularium SS. Trinit. Cadom. fol. 21 : *In Carpichet habemus* XII. *vilanos et dimidium; quisque eorum reddit.... xx. ova ad Pascha,* II. *denarios de Fumagio, de unoquoque porcorum suorum* I. *denarium.* Et fol. 61 : *Debent* I. *acram araturæ et herciaturæ et precarias et* XII. *Andegavenses de leignagio, et* II. *denarios de Fumagio, etc.*]

* Illud nempe a *Fumario* seu camino; hoc a *foco* nuncupatum. *Fumage*, nostris. Pactum inter Rob. comit. Droc. advocatum monast. S. Valer. et relig. ejusd. ann. 1321. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 290 : *Disons que les avoueries, li Fumaige, etc.*

FUMALE, Eadem notione. Statuta Regni Poloniæ, apud Chopinum post libros de Domanio art. 3 : *Fumalia, scilicet duo grossi, usualis monetæ... de quolibet manso vel forte locatis vel possessis singulis annis in signum summi dominii coronæ regni Poloniæ exsolvantur.* Adde articulos seqq. [Vide *Fumanteria* et *Fumus*.]

* In eorumd. Stat. collectione a Prilusio facta pag. 443. legitur : *Fumalia Kmetones* (servilis conditionis homines) *tantum solvunt.* [** Intellige *Pullos Fumales*, quorum præstatio servilis conditionis indicium existimatur. Vide Haltaus. Glossar. Germ. col. 1508. voce *Rauch-Huhn*, et Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 374.]

¶ 1. **FUMANS**, Domus, familia. Acta SS. Junii tom. 3. pag. 936. ubi de B. Michelina : *Scilicet unus homo pro qualibet decima Fumantium cujuslibet universitatis.* In Italia familiæ censentur per focos, maxime in pagis et vicis.

* Ital. *Fumante*. Charta ann. 1169. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 168 : *Et facere dare in perpetuum promiserunt sex Lucenses pro Fumante, qui parium boum habuerit.* Alia ann. 1303. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 63 : *Fiant extima hominum in territorio Medicinæ et ejus curiæ, et etiam Fumantes; quæ extima et Fumantes ponantur in libro Fumantium et in libro extimorum, ubi sunt descripta nomina aliorum Fumantium et extimorum comitatus Bononiæ.*

* 2. **FUMANS**, Census, qui a singulis *Fumantibus* seu domibus vel familiis debetur. Charta ann. 1228. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 335 : *Cum omni jure, dominio,..... et albergariis, Fumantibus, patronantiis, et cum omnibus aliis ad nos et curiam de jure, seu de usuantiis pertinentibus.* Vide *Fumanteria*.

¶ **FUMANTERIA**, Census a *fumo* dictus, quod per singulos *focos* seu domos exigeretur. Constitutio Eugenii IV. PP. in Bullario Casin. pag. 315 : *Cum alias, per nostras certi tenoris litteras, redditus et proventus Fumanteriarum in provinciis nostris Marchiæ Anconitanæ, Massæ Trabariæ, etc. reparationi et fabricæ Ecclesiarum... deputaverimus... vobis... proventus hujusmodi Fumanteriarum.... colligendi, levandi, exigendi... concedimus facultatem.* Ibidem pag.

Digitized by Google

316. in altera ejusdem Pontificis Constitutione expresse dicuntur *Fumentariæ exigi et levari pro quolibet et a singulo foco*, sæpiusque memorantur in laudato tomo, ut pag. 325. 326. 327. 328. 342. et 343. Vide *Foagium* 1. et *Fumagium*.

¶ **FUMARE**, *Incopreare* seu Scurram agere, in antiquis Glossis, teste Grævio ad Glossar. Isidori. Vide *Scurra*. Salmasio ad Tertullianum de Pallio, *Scurra qui Fumat*, Is est qui fumos vendit.

FUMARIA. Chronicon Abbatiæ Trudon. lib. 10. cap. 470 : *Deinde domus infirmorum habens Fumariam, sive forariam, Capellulam, Lobium, Cameram dispensatoriam, etc.* Ubi nescio, an non legendum *Focariam*, ita ut *Fumaria* locus fuerit, in quo *focus* fit, *ou l'on fait du feu*. Nam

FUMARIUM, est *Domus fumi*, Papiæ; *Caminus, per quem exit fumus*, Joanni de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fumarium, Cheminée.*] Gloss. Gr. Lat. : Καπνοδοχεῖον, *Fumarium*. Glossæ Lat. Græc. MSS. S. Germani Paris. : *Fumarium*, καπνία. [** Vide Glossar. med. Græcit. voce Καπνογόργυς, et Forcellinum.] Marcellus Emp. cap. 23. pag. 168 : *Sublatam inde Fumario suspendet.*

* Vita S. Berth. tom. 6. Jul. pag. 482. col. 2 : *Et ecce per Fumarium, id est caminum, hostis humani generis, quasi in modum suis, deorsum se præcipitavit.*

¶ **FUMARIOLUM**, Angustior caminus. Pacianus in Parænesi ad pœnitentiam inter Concil. Hisp. tom. 2. pag. 97 : *Vim ejus*, (inferni) *et de præsentibus æstimate, cujus Fumariola quædam maximos montes subterraneis ignibus decoquunt.* [** Vide Forcellinum.]

FUMATICUM, Καπνικόν, Idem quod *Foagium* 1. Charta Cuonradi Regis Burgundiæ ann. 972. in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 14 : *Non teloneum in aquis, vel terris, nec redhibitionem de pascuis, nec silvaticum, nec Fumaticum, nec pulveraticum... exigere audeat.* Eadem habentur in Charta Friderici II. Imp. apud Jo. a Bosco in Vienna pag. 90. [Carta ann. 1132. apud Lobinel. tom. 2. Hist. Brit. col. 236 : *Monasterium de antecessoribus nostris ita honorabiliter in beneficium tenere visus est, ut nec Comes, nec ullus ex Vicariis ejusdem regionis, nec alia prorsus aliqua persona præter ipsum habere visa sit ullam dominationem in hominibus ipsius parrochiæ distringendis, nec annonaticum, nec friscingaticum, nec Fumaticum, nec vaccaticum, nec ullam redhibitionem, nec vel ipsum bannum.*] Rotulus Comput. Manerii de *Harve* in Anglia : *Quilibet domum habens, de qua fumus exit.* Vide Gloss. med. Græcit. in Καπνικόν.

* **FUMERIUS**, ut *Fumarium*. Stat. Montis-reg. pag. 271 : *Item statutum est, quod dom. vicarius teneatur facere quod omnes furni, seu ædificia in quibus sunt, debeant cooperiri per illos fornarios, qui eos tenent, de copis, tegulis, ... et facere Fumerium, qui vadat desuper totum per unum rasum.* Hinc *Fumery* dicitur pars domus, ubi est caminus seu furnus, vulgo *Fournil*. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 349 : *Icellui Regnaut, qui c'estoit mucier en un certain lieu dudit hostel, appellé le Fumery, etc.*

¶ **FUMIGABUNDUS**, Fumans. Interpres Libri Sapientiæ 10. 7 : *Descendente igne in pentapolim : quibus in testimonium nequitiæ Fumigabunda constat terra deserta.*

FUMIGATORIUM, Thuribulum, incensorium. Chron. Casin. lib. 3. cap. ult. : *Fumigatorium Græcum aliud cum nigello.*

¶ **FUMIGER**, ut apud Virgilium *Fumifer*. Occurrit tom. 2. Itinerarii Litter. Marten. pag. 232.

¶ **FUMIGIUM**, Idem quod Plinio Suffitus, apud Theod. Priscian. lib. 1. cap. 12. et lib. 3. cap. 5.

FUMILARE. Anonymus Barensis in Chr. ann. 1043 : *Et venerunt super Bari ad Fumilandum Imperatorem.* Perperam Edit. : *sumilandum.* An. 1080 : *Ipse Dux (Robertus) fecit fine cum Bari,... et Fumilare fecit ibi Michael. Imp.* hoc est, Imperatorem proclamavit. Ex Græco εὐφήμησεν, ut videtur. Cedrenus : Εὐφήμησαν οὖν τὰ μέρη, Ἀναξασίας Αὐγούστης πολλὰ τὰ ἔτη. Corripus lib. 2. vers. 167 :

Laudibus innumeris Regnantum nomina tollunt, etc.

Passim in Historia Byzantina.

** **FUMLO**. Vide *Humlo*.

¶ **FUMOSITAS**, Fumus spissior. Translatio B. Edmundi Cantuar. Archiep. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 1862 : *Cum sopori membra dedisset, et grossioris Fumositatis nebula, quæ solet phantastica repræsentare somnia, in fumos tenues resoluta, etc.*

1. **FUMUS**, Focus. Ericus Upsaliensis lib. 5. Hist. Suecicæ pag. 148 : *Imposuit unam marcam de quolibet Fumo, vel furno solvendam, ut verbis utar famæ relictæ.* Pag. 159 : *Post annuum tributum immensas pecuniarum summas solvendas imponens, videlicet Rumpestat, et de quolibet Fumou nam marcam.*

* Ita et nostris *Fumée*, pro Excandescentia, ira; unde *Fumeux*, iracundus, et *Fumer*, irasci, stomachari. Lit. remiss. ann. 1447. in Reg. 179. Chartoph. reg. ch. 161 : *Icelle Guillemete, qui estoit femme testue et Fumeuse.... et quant lui montoit en sa Fumée, etc.* Aliæ ann. 1460. in Reg. 192. ch. 45 : *Le suppliant de ce se Fuma et courrossa. Fumiere*, pro *Fumée*, fumus, in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1 :

Et s'en issoit si grant Fumiere,
Li jors en perdoit sa lumiere.

* 2. **FUMUS**, Fimus, Gall. *Fumier*. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 570 : *Cum Arnaldus Ysabelli pedissecæ ejus..... dixisset : Eamus colligere Fumos, qui sunt in isto vico; dicta pedissequa respondit : Non faciemus, quia dicti Fumi non sunt vestri.* Pluries ibi. Hinc *Fumiere*, Fimetum, locus ubi reponitur fimus, in Bestiario MS :

Jamais de la basse Fumiere
N'istrons pour nule destinée,
Se nous en ceste matiuée,
Ou en la nuit ne nous armons.

FUNA. *Redde minore*. Ita Glossæ antiquæ. [Melius apud Papiam editum et MS. : *Funa, Rheda minor.* Sic puto legendum, licet D. Cangius ex alio MS. superius legat *Fuma.*]

FUNALIA, *Lignalia, Funalia, in modum funalium candelæ intortæ*. Glossæ antiquæ. [** Vide Isidor. Origin. lib. 19. cap. 4. sect. 1. et lib. 20. cap. 10. sect. 5.] [Notum est *Funalia* Latinis fuisse faces ex funibus contortis cera vel pice circumdatas.]

¶ **FUNALIUM**, ἐλλύχνιον. Supplem. Antiquarii. [* Et in Glossar. Lat. Gr.]

FUNAMBULI, dicti ironice quidam ignavi, qui ex obsessa urbe funibus e mœnibus demissi fugæ se dabant. Ordericus Vital. lib. 9. pag. 739 : *Funibus per murum demissi sunt, unde ad suam diuturnam ignominiam furtivi Funambuli vocati sunt.* Adde lib. 11. pag. 805. *De Funambulis*, qui σχοινοβάται, res nota. Vide Epistolam Guidonis Militis in Additamentis ad Matth. Paris. pag. 108. [Hinc corrigendus est locus tomi 4. Hist. Harcur. pag. 1405. ubi sic habetur : *Imprimis erubescebat improperia quæ sibi fiebant derisoria, quod Funandulus per murum exierat de Antiochia.* Leg. *Funambulus.*]

¶ **FUNARIUS**, Equus extra jugum fune illigatus, idem qui Græcis σειραφόρος, juxta Isidorum lib. 18. Orig. cap. 35. Valentinianus etiam, uti narrat Sext. Aurel. Victor, *Funarius appellatus est, eo quod venalitium funem portanti quinque milites nequiverint extorquere.*

¶ **FUNCARE**, Doliolum, cadus, Gall. *Caque*. Polyptych. Fiscamn. ann. 1235 : *Robertus Viton tenet unum villanagium et reddit... servitia omnia sicut Nicolaus Sanson, et Funcare unum mille allectorum.* Vide *Fungare*.

* **FUNCHA**. Charta ann. 1296. apud Charvet. Hist. Vien. pag. 669 : *A fluvio Rodani usque ad cochias seu cucumen S. Salvatoris, in quibus cochiis seu cacumine sunt Funchæ, quibus dividitur diocesis Viennensis et Aniciensis.* Sed leg. forsan *Furchæ*.

* **FUNCIO**, *Luso de alcuna cosa*. Glossar. Lat. Ital. MS.

* **FUNCTA**, κτέρεα, *funera*. Cujac. in Castigat. ad utrumque Glossar.

FUNCTIO, *Exsolutio tributorum*, in Glossis antiquis MSS. Gloss. Lat. Gr. : *Functio*, λειτουργία, τέλεσμα. *Functionum*, λειτουργιῶν, εἰσφορῶν. Aliud Gloss. : *Functio*, ἡ συντέλεια. *Tributariæ Functiones*, apud Salvianum lib. 5. de Provident. pag. 30. 1. Edit. Senatorem lib. 5. Epist. 14. etc. *Functiones publicæ* apud eumdem Senator. lib. 5. Epist. 39. in Lege Wisigoth. lib. 5. tit. 4. § 19. [in Capitul. Pippini Reg. cap. 23. et in Capitul. Ludovici Pii. ann. 821. cap. 4.] Hinc crebra in Chartis Francicis formula : *Nec ad freda exactanda, nec ullas Functiones requirendas ingredi audeat.*

FUNCTIONES, Λειτουργίαι, in Gloss. Curialia munera, onera, passim in Cod. Theod. et Justin.

¶ **FUNCTIONES REGALES**, Eadem notione, lib. 1. Capitul. n. 114 : *Hoc ideo quia audivimus aliquos ex illis non tam causa devotionis hoc fecisse quam pro exercitu seu alia Functione Regali fugienda.* Occurrit rursum lib. 6. Capitul. n. 281. *Onus curiale* vocat S. Ambrosius lib. 2. adversus Symmachum. Adde Concil. 1. Aurelian. cap. 4.

* **FUNCTIONALIS**, Tributo obnoxius. Libert. Brianc. ann. 1343. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 211 : *Res Functionales tributorum afitare possint, liberas vel pensionales, cum sic sit acthenus usitatum.* Vide *Functio*.

* **FUNCTORIUM**, *i. Transitorium, Chose*

Digitized by Google

transitoire. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide in *Fundabulum*.

* **FUNCULUS CORALORUM**, f. pro *Funaculus*, restis; qua voce sertum precatorium designare videtur Bareleta serm. in fer. 5. hebd. 1. Quadrag. : *Submurmurant orationem Dominicam cum coralorum Funculo in manu.*

1. **FUNDA**, Bursa, crumena, Italis. S. Bonaventura in Vita S. Francisci cap. 7 : *Fecit ut appareret... in via crumena magna pecuniis intumescens, quam usitato vocabulo illius regionis homines*, (Apuli) *Fundam appellant.* Hoc sensu accepisse Macrobium 2. Saturn. cap. 4. opinantur viri doeti : *Cumque accessisset ad sellam, demissa in pauperem Funda, manu paucos denarios protulit, quos Principi daret.* At Cujacius *fundum* in MSS. legi observat. Gloss. Lat. Græc. : *Ventralis*, κοιλιόδεσμος. Est autem *ventralis*, vel *ventrale*, non modo tegumentum ventris, sed et sacculus pecuniæ ad usum quotidianum necessariæ gestandæ accommodatus, et sub ventrem appensus, apud Ulpianum leg. 6. De Bonis damnator. Vide Waddingum in Annalib. Minor. ann. 1222. num. 25.

Proprie vero *Fundam* appellarunt recentiores locum publicum, in quem conveniunt Mercatores de rebus suis et commerciis invicem acturi, quod in eo deponatur communis eorum thesaurus vel pecunia ad eadem commercia, atque adeo merces ipsæ. Ejusmodi sunt *Bursæ* Antuerpiensis, Amstelodamensis, et similes. Pacta inter Venetos et Principes seu Barones Regni Hierosol. ann. 1123. apud Will. Tyrium lib. 12. cap. 25 : *Unde ipse Rex Hierusalem, et nos omnes, Duci Veneticorum de Funda Tyri, ex parte Regis, in festo Apostolorum Petri et Pauli*, 300. *in unoquoque anno Byzantios Saracenatos, ex debiti conditione persolvere debemus.* Charta Amalrici Regis Hieros. apud. Ughellum tom. 3. pag. 474 : *Molendinum et balnea juxta Fundam mercatorum.* [Charta Balduini Reg. Hierosol. ann. 1184 : *Libertatem dedit in porta, Funda, cathena, pondere et mensura, ut possent emere, vendere, et intrare et exire per totum regnum Jerosolymitanum.* Ibid. : *Decem bisantios de assisia Odonis de S. Amando ad Fundam Accon annuatim recipiendos.*] Ita *Fundam* legendum in Diplomate Conradi Imp. ann. 1147. (non 1187. ut editum) pro Pisanis, apud Ughellum tom. 3. pag. 488. 489. pro *Fundum*. Sic etiam apud Joinvillam in S. Ludovico pag. 62. pro *la soulde*, restituendum monuimus *la Fonde*, quam ait fuisse quamdam mercatoriarum officinarum seriem : *Ils bouterent le feu par tous les endroiz de la Soulde, là où toutes leurs marchandises et leur avoir de pris estoient.*

* Nostris *Fonde*, eadem notione. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 35 : *Il bouterent le feu en la Fonde, là où toutes les marcheandises estoient et tout l'avoir de poiz.* Versio Gallica Guil. Tyr. ibid. in Glossar. : *En la Fonde de Tyr, se la cité estoit conquise, otroierent au duc et au commun de Venise à tousjours, à rendre trois cens besans Sarrazinois le jour de la feste de S. Pierre et S. Pol.* Vide mox *Fundacagium*.

FUNDICUS, Eadem notione, et eadem origine : Itali etiamnum *Fundaco* vocant, quod anteriores *Fundam*, vel nostri *Fonde*. Dom. *de Breves* in Itinerario Turcico pag. 34 : *Les Fondics sont magazins, où se serrent les marchandises, qui sont apportées des Indes et de Perse par la voie d'Alep,... les marchands y logent aussi.* Michael *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. in v. *Feria : Sicut apud Christianos dicitur el Mercado, et apud Saracenos el Alfondiga, etc.* Unde vox videtur Arabica. Chron. Casin. lib. 3. cap. 57 : *Fundicum in Amalfi cum pertinentiis suis.* Adde lib. 4. cap. 10. Gervasius Tilleberiensis in Otiis Imperial. MSS. decisione 3 : *Majuma Gazæ Emporium, id est, locus negociationis, qui Fundicus vulgo nominatur.* Statutum Honorii IV. PP. pro Regno Neapolit. ann. 1285. apud Odoricum Rayn. hoc ann. num. 39 : *Liceat cuilibet... frumentum et alia blada, necnon et legumina, de propriis terris, massariis atque redditibus habita sine jure exituræ, Fundici, seu dohanæ in loco, in quo victualia recipiantur.... deferre.* Diploma Roberti Regis Neap. ann. 1321. apud Waddingum : *Item domus, seu apothecæ, quæ videntur esse duo Fundici... in civitate Neapolit.* [Sancia Regina Jerusalem et Siciliæ ann. 1325 : *Universis de Consilio Massiliæ. Veridica insinuatione accepimus, quod in Alexandria est quædam domus, quæ vocatur Fundicus Massiliensium.* Passim occurrit eadem vox in Chartis Massil. et apud Murator. tom. 6. col. 265. 432. 472. 596. etc.] Vide Rocchum Pirrum in Notitia Eccl. Sicil. tom. 1. pag. 143. et Ughellum tom. 4. pag. 1165.

FONTICUS, Eodem significatu. Bernard. *de Breydenbach* in Itinerario T. S. ubi de Alexandria : *Est autem Fonticus domus grandis, in qua negotiatores et merces eorum conservantur, ubi et forum rerum venalium habent.* [Vita B. Henrici Baucens. Junii tom. 2. pag. 374 : *Adeo multiplicavit copia pauperum et infirmorum, quod circum circa plateam dictæ Ecclesiæ de domo et sub Fontico et juxta palatium Episcopatus.... ipsi pauperes et debiles morabantur.*]

¶ **FONTICUS**. Caffarus lib. 1. Annal. Genuens. ad ann. 1162. apud Murator. tom. 6. col. 280 : *Pisani... armata manu causa deprædandi ad Fondicum Januensium venerunt... Pisani autem invadentes eorum Fundicum, pecuniam, quam ibi invenerunt, valentem triginta millia perperorum ceperunt.*

¶ **FONDECHUS**. Chronicon Parmense ad ann. 1304. apud Murator. tom. 9. col. 850 : *In quo prælio civitas Florentiæ... combusta fuit... cum omnibus Fondechis et mercationibus et drapperiis, etc.*

¶ **FUNDICUM**. Regimina Paduæ ad ann. 1301. apud Murator. tom. 8. col. 427 : *Et factum fuit Fundicum bladi.*

¶ **FUNDACEUS**, Species currus, ut videtur, sic dicti quod eo veherentur merces in *Fundacum*. Chronic. Parmense apud Murator. tom. 9. col. 772 : *Multi fuerunt capti, qui veniebant privati in plaustris fœni et palearum et in vegetibus aut in Fundaceis.*

ALFUNDICUS, Taberna, officina mercatoria. Charta Ximenæ *Diaz*, uxoris Roderici *Diaz*, cognominati *el Cid*, æræ 1101. apud Anton. de *Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 7 : *De molendinis, et valneis, de tendis vel tabernis, de Alfundicis vel de domibus, de furnis, etc.*

FUNDICUS, Præstatio pro mercibus, quæ in *Fundicos* invehebantur. Charta ann. 1251. apud Ughellum tom. 7. pag. 1340 : *Libere vendant et emant sine Fundico et datio.* [Occurrit etiam in Constitut. Siculis lib. 1. tit. 89.]

¶ **FUNDICARE**, *Fundicum* seu præstationem pro mercibus solvere. Constitut. Siculæ lib. 1. tit. 89 : *De officio magistrorum Fundicariorum... Fundicare seu dohanare compellant.* In novis Statutis : *Fundicari seu dohanari mandavimus.*

FUNDICARIUS, Præfectus officinis, in Constitut. Neap. lib. 1. tit. 84. et. 87. apud Anonymum de Gestis Friderici II. Imp. pag. 877. [et Murator. tom. 8. col. 609.]

¶ **FUNDEGARIUS**, Eadem notione, in Statutis Massil. lib. 1. cap. 18. § 2 : *Et quod vinum aliquorum non Massiliensium non facient, vel permittent vendi vel mitti in dictis fundicis quandiu erit ibi vinum Massiliensium ad vendendum, et quod non conducent vel conduci permittent, aut alias qualitercumque haberi sustinebunt botigas aliquas, extraneis scilicet, non Massiliensibus aliquibus sine voluntate expressa, habita licentia dicti Fundegarii fundici supradicti.* Occurrit ibidem non semel.

FUNDACUS, Eadem notione, qua *Fundicus*. Ricardus de S. Germano in Chronic. ann. 1232 : *Statera erit in Fundacis, et nihil recipietur pro ea.* [Apud Murator. tom. 7. col. 130. habetur *Fundicis*.] Occurrit præterea in Diplomate Boemundi I. Principis Antiocheni apud Franciscum Nigrum in Cruciata pag. 99. in Charta Caroli I. Regis Siciliæ ann. 1177. et in alia Marchionis Montisferrati apud Ughellum tom. 7. pag. 807. tom. 3. pag. 487. *Fundaco* etiam habet Joannes Villaneus lib. 12. cap. 20. ex quibus emendanda Chronica Pisana Ughelliana ann. 1163 : *Magnum Fundatum cum turri et porta ferrea ex tunc inceptum fuit.* Ann. 1166 : *Et Fundatum in cubilia Pisis habere concessit.* Ann. 1268 : *Fundatum etiam Pisanum ad portum destruxit.* Ubi pro *Fundatum*, legendum *Fundacum*.

2. **FUNDA**, *Genus piscatorii retis, quod in fundum mittatur*, apud Papiam.

* **FUNDABILIS**, Fundatus, stabilis. Pasch. Radb. in vita S. Adalh. inter acta SS. Bened. sæc. 4. part. 1. art. 32 : *Erant igitur quinque unius viri semine propagati : quorum trium imperator augustus familiari usus consilio, una secum Fundabili quadratura Francorum imperium satis admodum dispositum regebat.*

FUNDABULUM, Funda, fundibulum, machina oppugnatoria, qua jactantur lapides, *Fondefle*, veteri Interpreti Ægidii de Roma de Regimine Princip. Monstrelleto 1. vol. cap. 29. 143. et Anonymo in Diario obsidionis Aurelian. pag. 6. Papias : *Funda, Fundabula.*

FUNDIBULUM, *Trajectorium*, in Gloss. Isid. et Pith. ubi perperam *Fudibulum* habetur. [*Functorium*, Jo. de Janua, *Transitoire*, in Gl. Lat. Gall. Sangerm.] Augustinus in Psalm. 54 : *Sed fert Fundibulum, fert securim, etc.* Capitul. 2. ann. 813. cap. 10 : *Secures, tarctros, Fundibulas, etc.*

Digitized by Google

Albertus Aqu. lib. 7. cap. 2 : *In sagittis, et Fundibulis, et mangenellis, etc.* Adde Hegesippum lib. 5. cap. 44. Lucam Tudensem in Chronico pag 62. etc

FUNDIBALUS. Papias : *Fundibalus, Funda, emittens transjectorium.* Ex Isidor. lib. 18. cap. 10. [Supplem. Antiquarii : *Fundibali*, λιθοβόλοι, *Funditores.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Fundibalum, Engin a gittier pierres en guerre.*] Lucas Tudensis æra 773 : *Al-caman illico Fundibalis, sagittariis, et vibrantibus jacula, portam speluncæ ferire cœpit.* Vita S. Eligii lib. 2. cap. 12 : *Vade inquit, in illam quæ juxta Cetimum sita est rupem, illic inter vepres reperies ligatum funda, et absconsum, quod quæris; solutoque eo accipe quod tuum est, et absque ulla injuria, absque verbo etiam gravi redde homini tibi designato, ex quo ligatus tenetur Fundibalus.*

FUNDIBULARIÆ *et Petroritæ, mangonelli, etc.* apud Joannem Monach. in Hist. Gaufredi Ducis Norman. lib. 1. pag. 93. Sugerius de Vita Ludov. Grossi cap. 17 : *Machinas impugnatorias, mangunnella, et Fundibalaria inchoat instrumenta.*

FUNDIBULARII, Qui fundibula utuntur in bellis, apud Baldricum Dolensem lib. 1. Hist. Hierosol. pag. 95. Ugutio : *Fundibalus, cum funda jaciens, et emittens. Dicitur quoque Fundibularius in eodem sensu.*

¶ FUNDIBALARII. Epistola B. Reginæ Legionis et Galaciæ ann. 1212. de victoria de Saracenis reportata, inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 827 : *Verumtamen sagittarii nostri et Fundibalarii non parum eo die ostenderunt audaciæ et virtutis : ita ut necesse esset amoveri tentorium Amniramomelini a loco, in quo fixum fuerat, usque ad tres sagittæ jactus.*

¶ FUNDIBALATOR, apud Vegetium lib. 3. de Re milit. cap. 14. aliter legi in MSS. annotat Stewechius; hunc consule.

¶ FUNDIBALISTA, apud Barthium in Glossario ex Bartolphi Histor. Palæst. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fundibalista, Gitteur à fonde.*

FUNDIBLA, pro *Fundibula.* Hist. MS. Excidii Acconis ann. 1191 : *Calculo Fundiblæ graviter in corpore lædebantur.* Monstrelletus 1. vol. cap. 29 : *Et aussi en autres lieux furent faits plusieurs Fondefles, bricolles, et eschelles.*

FRONDEVOLA, Eadem notione, nam fundas, *Frondes* vulgo etiam dicimus. Charta ann. 1190. in Regesto Comitatus Tolosæ f. 87 : *Tunc supradicti affectatores pro se et cæteris affectatoribus urbis Tolosæ et suburbii recognoverunt Dom. Comiti, vel suis Bajulis dare 4. sol. Tolos. pro unoquoque corio bovis, quod eis allatum fuerit de bobus suarum bouriarum : et recognoverunt, quod debent dare totos corios, qui fuerint opus Comiti vel probis hominibus Tolosæ urbis et suburbii in faciendis petrariis et Frondevolis, etc.*

FUNDIBULARE, FUNDIBLARE, E fundibula lapides emittere. Eadem Hist. MS. Excidii Acconis ann. 1191 : *Fundibulabant machinæ.* Ibidem : *Alii lapides Fundiblabant.*

* FUNDACAGIUM, FUNDACATUS, Præstatio pro mercibus, quæ in *fundacum* invehebantur. Privil. a Conrado II. reg. Sicil. Pisanis concessa ann. 1269. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Chron. imper. Leon. Urbevet. pag. 273 : *Nullam aliam diricturam seu teloneum, vel palliariam, scariam, vel Fundacagium, seu scalaticum, seu exactionem quamcumque aliam, quocumque nomine appelletur.* Ibid. pag. 274 : *Nullus alius dirictus, aut pedagium, aut teloneum,... sive pro ripa, Fundacatu, dohana, sive mensuris, etc.* Vide supra in *Funda* 1. Hinc

* FUNDACARIUS, Qui *fundacum* seu vectigal pro mercibus exigit. Charta ann 1272. ex Cod. MS. Bibl. cardin. Brancacii : *Karolus etc. Dohaneriis et Fundacariis civitatis nostræ Neapolis fidelibus nostris, etc. Cum religiosus vir frater Thomas de Aquino legere habeat in hac civitate, fidelitati vestræ committimus quatenus procuratori dicti ordinis quolibet mense, quamdiu idem frater noster Thomas ibidem legerit, unciam auri unam quolibet mense solvere et exhibere curetis.*

¶ FUNDALIA BONA, Gall. *Biens en Fonds*, Fundi, prædia, res immobiles. Pactum matrimonii ann. 1365. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1490 : *Tantam quantitatem monetæ seu pecuniæ, quantam verisimiliter sit ac esse debeat, et esse censeatur sufficiens et opportuna pro emendis Bonis Fundalibus supradictis.*

* FUNDALIS DOMINUS, Fundi dominus, Gall. *Seigneur foncier.* Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 369 : *Supplicavit dominis Fundalibus dictorum locorum, ut de ipsis venditis ipsum emptorem investiant.* Alia ann. 1477. pro prior. de Mauzan. in Lemov. : *Recognoverunt.... se tenere a prædicto domino priore præsente.... tanquam a domino Fundali et directo, etc.* Vide supra *Foncearius.*

* FUNDALIS REDDITUS, Qui ex fundo assignato penditur, Gall. *Rente fonciere.* Charta ann. 1493 : *De quibus cedunt reddditus annui et Fundales viginti denariorum plebanis ibidem.*

* FUNDALITAS, Dominium, jus in fundum. Charta ann. 1457. in Reg. 3. Armor. gener. part. 1 : *Qui mansus est et movet de feodo seu Fundalitate dictorum nobilium Johannis Chati et Margaritæ Chata.* Alia ann. 1490. ibid. : *Cum omni Fundalitate, dominio directo et juridictione, etc. Foudation*, pro Reditus ex fundis perceptus, in Lit. ann. 1391. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 448 : *Comme toutes leurs chevances et Fondation soient sur les revenues de leurs vignes et autres labourages, etc.*

¶ FUNDAMEN, Fundus. Charta ann. 883. tom. 1. Hist. Lotharing. col. 308 : *Nempe postquam divæ recordationis prædecessor meus Crodegangus Archiepiscopus, jam dictum monasterium novo Fundamine instruxit.* Vide *Fundamentum* 1.

¶ FUNDAMENTALITER, Funditus, a fundamentis. Vita venerabilis Mariæ de Malliaco n. 32. Martii tom. 3. pag. 743 : *Capellam B. Virginis... ruinæ extremæ propinquam integre renovavit Fundamentaliter.* Sidonius lib. 3. Epist. 8. *Fundamentaliter eruere.*

1. FUNDAMENTUM. Charta Benedicti PP. apud Ughellum, tom. 1. Ital. sacr. pag. 117 : *Item concedimus et confirmamus Fundamentum in integrum, qui vocatur Avion, et montem Jordani, etc.* [Idem esse quod Fundus, manifestius docet Charta Blanchæ Trecensis Comitissæ ann. 1212. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 830 : *Qui vendit domum cum Fundamento, domino dat quatuor denarios et emtor quatuor, et duos villico pro cyrotecis; et qui sine Fundamento vendit, nihil dat.* Vide *Fundamen.*]

¶ 2. FUNDAMENTUM, Area in scutis gentilitiis, Gallis *Champ.* Meisterlini Hist. Rerum Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 53 : *Arma erant clypeus albus in Fundamento per totum, habens tres interliciones rubeos.*

¶ 3. FUNDAMENTUM, Eadem notione qua mox *Fundare* 1. De proprio fundo redituum assignatio domui sacræ, Gall. *Fondation.* Index MS. Beneficiorum Ecclesiæ Constantiensis fol. 8 : *Capellanus habet curam leprosorum sex... de Fundamento domini de Rumilleyo.*

1. FUNDARE, Ex proprio fundo Ecclesiam, Monasterium construere, dotare, *Fonder* : vox usitatissima hac notione. Ebrardus Bethuniensis in Græcismo cap. 19 :

Fundas Ecclesiam, fundis laticem, bene dico.

Concilium Agathense cap. 27 : *Monasterium vero novum, nisi Episcopo permittente aut probante, incipere aut Fundare nemo præsumat.* Concilium Bracarense ann. 572. cap. 5 : *Placuit, ut quotiens ab aliquo fidelium ad consecrandas Ecclesias Episcopi invitantur, non quasi ex debito munus aliquod a Fundatore requirant, etc.* Vide *Initiare.*

☞ Haud abs re fuerit hic observare, non eos solum Ecclesiæ vel Monasterii dici *Fundatores*, qui primum Ecclesiam aut Monasterium exstruunt dotantve ex proprio fundo; sed etiam illos qui instaurant vel augent maxime. Hujus rei plura subpetunt in veteribus tabulis argumenta. Vide Mabillonium in Actis SS. Ordin. S. Benedicti sæc. 3. part. 1. pag. 404. et sæc. 4. part. 1. pag. 209. Eodem præterea donati titulo Monasteriorum Advocati, qui eorum jura et possessiones tutabantur. *Fundatores* denique nuncupatos qui prædia Monasteriorum jure clientali tenebant, monet Kennettus in Gloss. ad calcem Antiquit. Ambrosden. : *Edmundum Rede et hæredes suos in Fundatorem dictæ domus suscepimus ac admisimus de jure sibi adquisito ex præfato lineali descensu.*

* Unde Gallicum *Fondateur* et *Fondatrice*, alias *Fondeur* et *Fonderesse.* Chron. S. Dion. lib. 5. cap. 17. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 298. ubi de Dagoberto rege : *Devoz enrichissierres et Fonderes d'abaies.* Charta Joan. ducis Alenc. ann. 1444. ex Tabul Cartus. B. M. de Parco : *Nos prédécesseurs princes et seigneurs.... ayans singuliere dévotion.... à l'église de N. D. du parc en Charnie, dont ils ont esté Fondeurs etc.* Alia Philippæ comit. Gelriæ ann. 1277. in Lib. 2. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 64. v°. : *Lekele capelerie devant dite je nome come Fonderesse.* Epit. in prior. B. M. d'Hannemont : *Cy gist demoiselle Perennelle*

Digitized by Google

de Gyri, Fonderesse de cette église, qui trépassa le Samedi après la S. Marc l'an 1325.

¶ 2. **FUNDARE**, Demergere, Gall. *Enfoncer*, Ital. *Affondare*. Chronicon Parmense ad annum 1287. apud Murator. tom. 9. col. 812 : *Galeæ armatæ captæ fuerunt* XLII. *et Fundatæ fuerunt in mari* V. *illæ vero quæ evaserunt per fugam fuerunt* IV. Itali pro *Affondato* etiam dicunt *Fondato*, Gall. *Enfoncé*, Demersus.

* Vel etiam Subsidere, Gall. *Enfoncer*, alias *Défundre* et *Enfeucher*. Vitæ SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 311. r°. col. 1 : *Et en les aigues Défundre*. Lit. remiss. ann. 1410. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 355 : *Icellui Flobert Enfeucha d'un piét ou chey dedens un fumier*. Acta B. Amad. tom. 2. Aug. pag. 590. col. 1 : *Pater.... super nives quasi volando pergebat;... consocius vero suus, usque ad genua in et per nives pergens Fundabat*. Vide supra *Effrondare*.

* 3. **FUNDARE**, vox forensis, Constituere, Gall. *Fonder*. Arest. ann. 1288. in Reg. *Olim* parlam. Paris. fol. 80 : *Si comes Barri velit se Fundare et se facere partem, fiet ei jus, aliter non audietur*. Stat. ann. 1344. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 352. art. 11 : *Quod Fundato judicio in personis comparencium, et facta fide legitima per creditorem etc.*

* 4 **FUNDARE** PRECES, pro Fundere. Charta Renati reg. ann. 1476. ex schedis Pr. a S. Vinc. : *Ut orantes et Deo preces Fundantes pro nobis et prædecessoribus nostris etc.*

FUNDARIUS, *Rusticus, qui fundos colit*. Ugutioni. Joan. de Janua habet *Fundanus*, [ut et Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fundanus, Cultiveur de fons si comme laboureur*. Chron. Farfense Gregorii Monachi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 401 : *In valle Tubæ terram modiorum* XVII. *cum Fundario concessit Suiderado*.]

FUNDATA. Vide *Exfundare* et *Fundora*.

* **FUNDATARIUS**, Qui *fundos* colit et tenet, idem qui *Fundarius*. Charta ann. 1324. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 109 : *Dedit in mandatis hominibus et pagessiis de Albiaco,.... et omnibus aliis tenenciariis seu Fundatariis dicti Johannis, ut eidem magistro Guillelmo.... respondeant et obediant*.

* **FUNDATIO**, Liquatio, Gall. *Fonte*. Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1400 : *Receptum de cera liquefacta. Primo pro prima Fundatione facta in Quadragesima*, 140. *lib. ceræ*.

¶ **FUNDATITIÆ** LITTERÆ, Quæ spectant Ecclesiæ vel Monasterii exstructionem aut reditus eis attributos, in Actis SS. Junii tom. 5. pag. 529. ubi de B. Hemma vidua : *E majori Chartusia missis fratribus, prout Litteræ Fundatitiæ attestantur*.

FUNDATOR, Fusor, *Fondeur*. Fleta lib. 1. cap. 20. § 132 : *De Fundatoribus, qui retonsuram, vel platas ejusdem affinaverint*.

¶ **FUNDATORIUS**, Pertinens ad Ecclesiæ *Fundatorem*. Litteræ anni 1560. apud Rymerum tom. 15. pag. 566 : *Alium vobis eligendi in Episcopum et Pastorem licentiam nostram Fundatoriam vobis concedere dignaremur*.

FUNDATUM. Vide *Funda* 1.

1. **FUNDATUS**. Cæsarius Heisterb. lib. 6. cap. 5 : *Adeo enim in puerilibus Fundatus erat, ut, sicut ex eo audivi juvenis, scholas regreet, pueros ipsos erudiret, etc.* id est, *literis instructus*, quomodo *Fondé* etiam nos dicimus. [Le Roman *de la guerre de Troyes* MS. :

> Panctus un vassal moult senez,
> Des letres sage et Fondez.]

2. **FUNDATUS**. Testamentum Heccardi Comitis Augustod. apud Perardum pag. 26 : *Uno palio de Fundato, uno drapo cum sirico, etc.* Chronicon Fontanell. cap. 16 : *Pallia Fundata sex*. Infra : *De vestimentis vero Ecclesiasticis largitus est pallia, quæ dicuntur Fundata, tria*. Anastasius in Vitis PP. pag. 109 : *De palliis Tyriis atque Fundatis fecit vela num.* 65. Idem pag. 122 : *Vela holoserica majora sigillata habentia periclysim et Crucem de blattin seu Fundato, num.* 15. Adde pag. 128. 130. 139. 140. 152.

* Vide Salmas. in epist. quæ est inter editas ex Bibl. Gudiana 139. ubi vestis de *Fundato*, dicitur Vestis, eo opere facta et aurata, quo reticula fiebant, quibus capita feminarum ornabantur. *Funda* enim est capitis muliebris ornamentum. Vide *Funda* 2.

Bulengero *Fundatus*, est auro textus, acu pictus : qui idem esse opinatur, quod nos *Estoffe à fond d'or* vulgo dicimus : *Drappo di Fundo d'oro*, Dominico Magrio. Sed cum hæc vox tribuatur etiam vasis argenteis et aureis, non video, quomodo de *acupictili* usurpari possit. *Calix Fundatus argenteus*, apud eumdem Anastasium pag. 109. *Calix major Fundatus*, pag. 126. 131. *Gabata aurea Fundata*, pag. 122. Chron. Casinense lib. 1. cap. 28 : *Item duo argentea vasa ponderis librarum* 30. *et Fundatos duplices* 8. *Item vasa duo argentea anaglypha inaurata, etc.* Vide *Exfundare* et *Profundus*.

Aliud videtur *Fonds de cuve*, in Computo Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis ann. 1351. cap. *des Pennes*, ubi est vestis species : *Pour fourrer une cotte hardie et Fons de cuve, qu'il ot en compagnie avec M. le Dauphin à ladite feste, pour la cotte une fourrure de menu ver, tenant manches et tout* 290. *ventres, le chaperon* 100. *et le Fons de cuve* 603. Alibi : *Pour le Corps du Roy, un Fons de cuve d'un marbre, doublé d'un autre marbre, fait à Avignon, quant mondit Seigneur y estoit*. Continuator Nangii. ann. 1378. de Rege Carolo V : *Et estoit vestu d'une cotte hardie d'escarlate vermeille, et d'un manteau à Fonds de cuve fourré*

* **FUNDECUS**, ut *Fundicus* in *Funda* 1. Vide ibi. Charta ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 273 : *Item femagium de Fundecis, etc.*

¶ **FUNDEGARIUS**. Vide in *Funda* 1.

¶ **FUNDENDA**, Quævis machina oppugnatoria qua lapides aliave *fundi* seu emitti possunt. Litteræ anni 1319. apud Rymerum tom. 3. pag. 790 : *Et alii hujusmodi malitiis inhærentes, balistas et arcus, et aliis nocivis Fundendis per civitatem prædictam deferunt*.

* **FUNDERA**, Fundus. Charta ann. 772. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. *med. ævi* col. 151 : *In monasterio Domini Salvatoris, sito infra muros civitatis Brixiæ, id est in Funderas seu casalias, qui reface trans Mucia*. Vide *Fundora*.

* **FUNDERE** FOSSATA, Illa cumulare. Charta ann. 1288. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 105. col. 2 : *Requisivit.... quod fossata, quæ sunt in civitate Nemausi, inter dictam civitatem et castrum harenarum, non Funderent neque aplanarent, licet dicerent se habere mandatum a domino rege de dictis fossatis Fundendis et aplanandis*.

¶ **FUNDIBALATOR**, FUNDIBALISTA, FUNDIBALUS, FUNDIBLA, etc. Vide in *Fundabulum*.

* **FUNDIBILIS**, Dicitur de telis aliisve instrumentis bellicis, quæ instar grandinis ruunt. Mirac. S. Bert. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 120 : *Ignita utensilia et frusta candentis ferri, more grandinis Fundibilis, in eos jacientes, sagittarum quoque imbres in eos pluere non intermittentes etc.*

* **FUNDIBULA**, dimin. a Funda. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Fundibula, eslingue. Fundibularius, eslingour*.

* **FUNDIBULUM**. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Fundibula sunt quædam parvæ machinæ cum funda in baculo dependente, Gallice Gibet*. Vide *Fundabulum*.

* **FUNDICERIUS**, Ad fundum pertinens. *Justitia fundiceria*, Jurisdictio minor, inermis, Gall. *Justice fonciere*. Charta Caroli VI. pro monialibus de Monte S. M. ord. Cartus. ann. 1381. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 438 : *Alta tamen ejus* (feudi) *justitia penes dictam nostram consanguineam, ac bassa seu Fundiceria penes ipsas religiosas perpetuo remanente*. Vide supra *Foncearius*.

FUNDICUS, FUNDICARE, etc. Vide *Funda* 1.

¶ **FUNDINAVIS**. Species tributi forte a navigantibus exsoluti. Constit. Innoc. VIII. PP. ann. 1488. in Bullario Carmel. pag. 401 : *Mandamus quatenus eumdem Gratianum* (Carmelitarum Procuratorem) *cum comitiva, absque alicujus datii, pedagii, passagii, telonii, Fundinavis, vel gabellæ, aut alterius cujuscumque indicti vel indicendi oneris exactione, ire, stare et redire pro nostra et apostolicæ Sedis reverentia permittatis*. Diploma Caroli VII. Regis Franc. ann. 1450. concessum Arnoldo Duci Romam ire cupienti, apud Acherium tom. 7. Spicil. pag. 305 : *Non inferentes eisdem molestiam occasione solutionis vectigalis, telonei, pedagii, ducii, nauli, Fundinavis, aut cujusvis alterius tributi*. Litteræ anni 1401. apud Rymerum tom. 8. pag. 234 : *Sine solutione alicujus ducii, pedagii, Fundinavis, gabelli, tributi, impositionis, aut alicujus alterius exactionis seu demandæ, etc.* Similis recurrit locus apud eumd. Rymer. tom. 12. pag. 283. Modo *Fundinavis* una voce, modo *Fundi navis* divisis vocibus legitur.

* **FUNDIS**. Pro Fundus. Charta ann. 1406 : *Cum omnibus et singulis ipsius mansi sive villagii et tengudæ supradictæ introitibus, exitibus, Fundibus, passagiis etc.*

* **FUNDIT**, pro *Fudit*, in Charta ann. 1332. ex Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 2 :

Digitized by Google

Item quod dictus Raymundus Fundit seu fundi fecit etc.

¶ **FUNDITER**, pro *Funditus*, Omnino, prorsus, in Actis SS. Julii tom. 2. pag. 350.

FUNDORA, Fundus. Pactum Arichis Principis Beneventani cum Judice Neapolitanorum, apud Camillum Peregrinum pag. 319 : *Alia vero omnia Fundora, Fundata, sive exfundatas, homines et terras, quibus solidi non sunt dati, dividimus per medium.* Mox : *Et ipsi homines, qui ipsos solidos habent, tertiam partem securiter possideant. Et fundora vel terras, quæ in partes Langobardorum venerint in sortem, nullo modo ipsi homines possint infuduciare vel vendere.* Infra : *Exceptuamus ex his omnia Fundora de Liburias, qui pertinet ad ipsum principatum Capuanum, fundata et exfundata, homines et terras.* Pactum a Gregorio Duce Neapolis initum ann. 911 : *Ut terras, servos, ancillas, seu Fundora per concessiones habetis vos et homines vestri in Liburias.*

Ita passim observare est in Chartis Longobardicis nomina masculini generis in plurali numero, in *ora*, efferri, in nominativo et accusativo. In Tabular. Casauriensi ann. 954. ubi scriptum : *In locum, qui nominatur ad Lacora*, supra inferuntur hæc verba, *i. ad Lacos.* Ibidem *poiora*, pro *poio. Fundus* nude apud Anastasium in S. Silvestro pag. 12. etc.

¶ **FUNDOTENUS**, Funditus, a fundo, seu fundamento. Necrologium Laureshamense apud Fredericum Schannat. Vindem. Litter. pag. 38 : *Hic Ecclesiam in Oppenheim et Monasterium in Abrinesbere Fundotenus erexit.*

* **FUNDRELLUS**. Reg. episcopat. Nivern. ann. 1287 : *Domino episcopo remanent.. sex hastæ cum Fundrellis.*

¶ **FUNDULUS**, *Parvus fundus*; *item*, *Fundulus, parvus piscis qui fundo adhæret.* Johannes de Janua. Angelus Rumplerus lib. 1. Histor. Formbacensis Monaster. apud Bernard. *Pez* tom. 1. Anecdot. part. 3. col. 484 : *Rasorio etiam nonnunquam vere et æstate pro capiendis Fundulis et aliis minutioribus pisciculis* (utimur.) Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fundulus, Un petit poisson qui se tient et ahert au fons gravier, Goujon.* [** Germ. *Gründling.* ADEL.]

* **FUNDUM**, Pars capitis aversa, Gall. *Le derriere de la tête.* Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg. : *Item caput S. Blasii repositum in factione episcopi mitrati argenti deaurati, lapidibus ornatum, situatumque super unum Gallice entablement de cupro, in quo sunt quatuor parvi Angeloti de cupro : et similiter est Fundum dicti capitis de cupro deaurato.* Aliud Gallic. : *Et est assavoir que le Fons dudit chief est aussi de cuivre.*

* **FUNDURA**, Italis, *Fondura*, Convallis. Charta ann. 857. apud Ughell. tom. 1. Ital. sacr. edit. 1717. col. 753 : *Cum vallibus, collibus, montibus ac planiciis, Fundura, etc.*

1. **FUNDUS**, *Fortuna.* Ita Glossæ antiquæ.

2. **FUNDUS**. Gariopontus lib. 2. cap. 23 : *Vas stomachi, quod recte Fundum nominamus.*

* 3. **FUNDUS**, Pars agri inferior. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus unam petiam prati,.... confrontatam ab una parte cum terra et planta dom. Joannis de Condomina,... et ex alia parte, videlicet per Fundum, cum vinea Joannis de Salaberto.* Utuntur etiam pro ima cujusvis rei parte. Guido de Vigev. MS. de Modo expugn. T. S. cap. 2 : *Et in medio ipsius baltrichæ, in ipsis Fundis, fiat unum foramen rotundum, ut pertica possit intrare baltriscam : et in capite perticæ ponantur duæ ruellæ, cum quibus trahatur baltrisca, cum duabus cordis ligatis ad Fundos baltriscæ.*

* 4. **FUNDUS**, Recessus, Gall. *Enfoncement.* Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Et infra dictum hospitium et in soco, sive Fundo ejusdem hospitii, videlicet unam cubam magnam pro buliendo sive reponendo vindemiam.*

¶ **FUNDUS** Navis. Vide *Fundinavis.*

FUNEBRITAS, Exequiæ, Gallis *Funerailles.* Baldricus libr. 1. Chr. Camerac. cap. 86 : *Hujus Funebritati interfuit Hadulfus Naviomensis Episcopus, qui eum in Monasterio S. Dei Genitricis... sepelivit.*

¶ **FUNELERIUS**. Restio, Gallis *Cordier*, Qui facit funes, in Catalogo Sodalium Confraternitatis in Ecclesia B. M. Deauratæ Tolos. ann. 1328.

1. **FUNERALIA**, Funus ipsum, exequiæ, Gallis *Funerailles*, in Synodo Nugarolensi ann. 1302. col. 9. apud Radulfum in Miracul. S. Richardi Episcopi Cicestrensis n. 14. [et apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 1633.] *Funerale obsequium*, in Actis S. Forannani Abbatis Walcidiorensis n. 23.

Sic præterea legata ob pias causas, maxime ea, quæ fiunt Ecclesiis propter sepulturam, vocat Joannes XXII. PP. tom. 2. Epist. 1107 : *Et licet præfati fratres (Minores) de Funeralibus, quæ ratione corporum defunctorum sibi delegatis seu relictis, canonicam portionem dictis pariochialibus rectoribus ... solvere curavissent.* Et infra : *Alioquin quoslibet dictorum Fratrum detentorum Funeralium, seu relictorum, ... fecit in iisdem Ecclesiis excommunicatos publice nunciari.*

☞ *Funeralia* etiam dicuntur ea omnia quæ ad pompam funebram spectant, ut cerei, etc. Charta ann. 1308. tom. 5. Historiæ Paris. pag. 613 : *Volumus quod dicto Curato assignentur omnia Funeralia Magistrorum et scholarium inibi decedentium, si sepeliantur ibidem, et aliorum quos ibidem contingerit sepeliri, Funeralia intelligentes, quæ cum funere deferuntur.*

* Obtinuit aliquando usus, ut quis suarum exequiarum testis et actor, vivus existeret. Hujusce moris exemplum illiusque ab ecclesia damnationem profert Chron. Guil. Bardini inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 22 : *Die Mercurii 22. Aprilis 1327. D. d'Escalquencis, unus de consulibus civitatis Tolosæ, voluit vivus tumulari, et sibi viventi, tanquam mortuo, exequias fieri in ecclesia fratrum Prædicatorum; quod factum fuit cum magna et funebri pompa, omnibus viris capitularibus præsentibus : et ipso d'Escalquencis posito in feretro et decumbente, more defunctorum adornato, manibus junctis, et quadraginta intertorcinis ardentibus illuminato, missa alta de mortuis celebrata, et omnibus cæremoniis, quæ in hujusmodi funeribus adhiberi solent peractis, feretrum cum corpore fuit apportatum tanquam sepulturæ demandandum, et prope majus altare depositum. Et hic fuit terminus hujus officii funeralis, et inde cum collegis suis domum repetiit, et ibi prandio funebri donati sunt. Dum hæc gerebantur, absens erat dom. archiepiscopus, qui reversus, et de præmissis plene informatus, convocavit synodum suorum suffraganeorum, et omnium abbatum suæ provinciæ, qui convenerunt Tolosam in palatio archiepiscopali, die octava mensis Junii : ubi, per tres dies sequentes, quæstione solemniter agitata, an justum et rationi consentaneum esset exequias et funera vivi, tanquam defuncti, celebrare : definitum fuit plane anticipationem funebrem nullo jure niti, nec ecclesiastico nec seculari, ab ecclesia tanquam superstitiosam teneri : injungendo omnibus ecclesiasticis, tam regularibus quam secularibus, ne imposterum talia præsumant, sub pœna excommunicationis.* Alia hujus moris exempla, videsis infra in *Leprosi* et *Mortuus.*

* 2. **FUNERALIA**, Jus illud dicitur, quod ecclesiæ seu illius rectori debetur, cum quis decedit; quanti fuerit et qua ratione reformatum, discimus ex Arest. parlam. Paris. ann. 1416. 8. Aug. in Bibl. S. Germ. Prat. : *Dicebant insuper prædicti defensores, quod.... principaliter ut curati ecclesiarum parochialium, de quo vivere haberent antiquitus per bonos patres, quod dicti curati tertiam partem bonorum mobilium omnium illorum, qui in parochiis ipsorum decederent, debitis primitus solutis, reciperent, introductum fuerat; quod jus in dicta patria sepultura seu Funeralia vocabatur, et modo prædicto ab antiquo in prædicta patria usitatum fuerat,.... dictique usus et consuetudines percipiendi dictas sepulturas in partibus Andegavensi, Turoniæ, Normaniæ et Britaniæ observabantur, et antiquitus in dicta patria Britaniæ dictum jus sepulturæ usque ad tertiam partem bonorum mobilium decedentium locum habebat; postmodum per accordum et compositionem inter gentes ecclesiasticas ex una parte, et habitantes dictæ patriæ Britaniæ ex altera, ordinatum fuerat quod dictæ gentes ecclesiasticæ nonam partem dictorum bonorum mobilium decedentium, loco dictæ tertiæ partis perciperent et haberent. Præterea secundum sacros canones, dicti usus et consuetudines non contra bonos mores, nec peccatum mortale inducentes erant, ac in favorem ecclesiæ et pro salute animarum introducti, ut dicti curati et ceteræ gentes ecclesiasticæ ad rogandum pro defunctis multo plus astringerentur, rationabilesque, concessibiles et præscriptibiles reputari debebant..... Post præstationem dictorum sacramentorum et corpore inhumato dicti defensores, maxime curati, ex consuetudine notoria et præscriptæ causam petendi dictam tertiam partem bonorum mobilium defunctorum habebant, dictique curati a nobilibus dictæ patriæ, qui dictas sepulturas non solvebant, meliorem eorum lectum, pannis et coopertura munitum habere consueverant. Insuper dicebant dicti defensores, quod per totam Christiani-*

Digitized by Google

tatem curati post administrationem sacramentorum aliquod commodum temporale recipere consueverant; quæ consuetudo secundum sacros canones servari debebat..... Præfata curia nostra per modum provisionis et quousque aliter fuerit ordinatum, per suum judicium ordinavit et ordinat, quod hæredes, vel executores, seu causam habentes defunctorum in dictis diocesi et comitatu Cenomaniæ habitantium seu commorantium, pro dicto jure Funeralium seu sepulturarum decimam partem bonorum mobilium ex decessu prædictorum defunctorum relictorum, vel ipsius decimæ partis æstimationem, debitis dictorum defunctorum tempore mortis et aliis funeralibus deductis, dent pro ipsa decima parte, seu ejus æstimatione, hæredes vel executores, seu causam habentes defunctorum burgensium, practicantium, mercatorum, mecanicorum, estallum seu operatorium habentium, et aliorum habitantium in dictis diocesi et comitatu Cenomanensi caput hospitii facientium, focum et locum tenentium ac uxoratorum, etiam non focum tenentium et aliarum gentium status in aliquo statu seu artificio, causa adiscendi, servientium in dictis diocesi et comitatu Cenomanensi xxx. sol. Turon. summam pro dicto jure Funeralium seu sepulturarum; nec non hæredes vel executores, seu causam habentes defunctorum laboratorum vitam eorum ad dietas seu journatas pro majori parte temporis, ac etiam famulorum et ancillarum salaria lucrantium in dictis diocesi et comitatu commorantium vij. sol. vj. den. Turon. summam pro dicto jure Funeralium seu sepulturarum.... solvere tenebuntur. Vide *Mortuarium* 1.

* **FUNERALIS Libellus**, In quo scilicet, quæ ad funera spectant, continentur. Constit. Carmelit. Mss. part. 1. rubr. 19 : *Habeantur libelli Funerales, in quibus officium Extremæ-unctionis et ministrationis Eucharistiæ, et sepulturarum exequiæ conscribantur.*

¶ **FUNERANTIUM Jus**, Quod competit Parochis ratione funerum, in Statutis Nicolai Episc. Andegav. ann. 1266. apud Acher. tom. II. Spicil. pag. 211.

* **FUNERARE**, Sepelire, cadaver humo mandare, Gall. *Enterrer.* Arest. parlam. Paris. an. 1354. 23. Jun. in vol. 4. arestor. : *Quod in villa Parisiensi ad curatos parrochialium ecclesiarum omnium, vel majoris partis earum, spectat concedere hujusmodi licentias Funerandi infra ecclesias eorumdem.* Vide *Funestare* et *Funus*.

FUNERARII, Funerum curatores. Gloss. Gr. Lat. : Ἐπιμελητὴς κηδείας, *Funerarius*. Jul. Firmicus lib. 3. cap. 6 : *Lapidarios facient, pollinctores, aut Funerarios, vel quibus sepulcrorum cura mandetur.* Cap. 11 : *Aut pollinctores et Funerarios, mortuorum cadaverum custodes, aut sepulcrorum faciet janitores.*

¶ **FUNERARIUM**. Funus, exequiæ. Epitome Constitutionum Ecclesiæ Valentinæ inter Concilia Hisp. tom. 4. pag. 199 : *In omnibus Funerariis generalibus, vulgo Cors general nuncupatis armarierus sedis accipiat sex cereos magnos de melioribus, qui reperientur in dictis Funerariis.*

¶ **FUNERATOR**, Curator funeris. Gloss. Lat. Gr. Sangerman. Mss. : *Funerator*, Κηδευτὴς νεκροῦ.

FUNERATUS, *Funus perfectum, vel sepultus*, in Gl. Reg. Cod. 1013.

* **FUNEROSUS**, Mortiferus. Epist. Eulog. presbyt. Cordub. ann. 851. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 581 : *Stipata prædonibus via, et Funeroso quondam Wilhelmi tota Gothia perturbata erat incursu.*

¶ **FUNESCERE**, *Lugere*, πενθεῖν, in Gloss. Lat. Gr. Sangermann. Mss. et in Supplemento Antiquarii. [* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. Cod. Germ. *Funestare* Vide in hac voce.]

FUNESTARE, Humo mandare, vel cum exequiis funus deducere. [Papias Ms. : *Bustare, sepelire, Funestare.* Jo. de Janua : *Funestare, Funere inquinare et simpliciter inquinare.* Gl. Lat. Gall. Sanger. : *Funestare, Ordoier; conchier de obseque.*] Salvianus lib. 3. ad Eccl. Cathol. : *Et mirum est, quod hoc ipsum sinis, ut te non jam Funestato aliquid de tuo habeat, jam exportato atque tumulato.*

¶ **FUNESTATIO Introitus**, apud Guibertum lib. 3. de Vita sua cap. 3. idem est quod Funestus introitus.

¶ **FUNGARE**, Idem quod supra *Funcare.* Polyptych. Fiscamn. Ms. ann. 1235 : *Et debet corveias caruce et aratri, furnum reficere, granciam mondare, et debet Fungare dimidium milliarum allectium.*

¶ **FUNGERE**, pro *Fungi* supra legitur in *Abbacomites* circa medium, et alibi non semel.

* **FUNGI**, nude, pro Mori, *Fungi vita* vel *Diem fungi*, eodem sensu, non semel occurrit apud Scriptores. Vita S. Arnulfi tom. 3. Aug. pag. 233. col. 2 : *Interea Fungitur abbas Rainaldus, et instigante spiritu ambitionis, Pontius quidam pseudomonachus..... nomen et sedem abbatis adipiscitur.*

¶ **FUNGIBILES Res**, dicuntur apud Jurisconsultos, quarum una fungi potest vice alterius, ut eæ sunt quæ constant numero, pondere et mensura.

¶ **FUNGIRE**, pro *Fungi*, apud Felibian. Hist. Sandionys. pag. xvj.

1. **FUNGUS**, Papyrus, ellychnium, *Mesche.* Lib. 2. Miraculor. S. Bertini cap. 14 : *Contigit ... magnam domum ex immortuo cerei Fungo succensam ardere.*

* 2. **FUNGUS**, *Boulet*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

FUNICULUS. Charta ann. 1141. apud Guichenonum in Probat. Hist. Bressensis : *In eadem Mornia est Funiculus, hoc est, divisio quædam, quam Fasciam vocant in qua Miles quidam... habebat terræ tertiam partem, etc.* [*Mensura unius Funiculi terræ*, apud Miræum tom. 2. pag. 1141. edit. 1723.] Vide *Faicia.*

Funiculus Populi, [Series, Gall. *File, suite.*] Anonymus de Miracul. S. Ursmari per Flandr. n. 12 : *Tribus diebus non cessavit Funiculus populi euntium et redeuntium.*

* **FUNIFEX**, Funarius, Gall. *Cordier.* Necrol. Ms. S. Aureliæ ad 13. Cal. Oct. : *Juxta Petrum dictum Herbst Funificem ex una, etc.* Haud scio an huc spectet vox *Funne*, pro Loco scilicet, ubi funes conficiuntur, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 57 : *Ilz prescherent environ cinquantes enguilles qu'ilz mirent dedans une centine, qui estoit estachée audit chalan, et icelle emmenerent jusques aux Funnes près de la porte de la foulerie dudit Bloys.*

¶ 1. **FUNIS**. Liberi homines quandoque in obsequium et servitutem Monasteriorum perpetuo devovebant se, *Fune* signi seu campanæ cervici circumposito : cujus rei exemplum supra relatum est in *Capitaticum* post *Capitale* 5.

** 2. **FUNIS**, Mensura longitudinis, Germ. olim *Reep.* Chart. Novogorod. sec. XIII. ap. Lappenberg. Init. Hanseat. pag. 43 : *Item per Funem S. Petri debet hospes mensurare bona sua.*

¶ **FUNLO**, si bene lego ex Codice Irminonis Abb. Sangerman. f. 70. col. 1. ubi sic habetur : *Autlemarus servus ... solvit ad hostem multonem* I.... *axiculos* I. *dovas* VI. *circulos* III. *de Funlone sestar.* II. *faculas* VII. Ibid. fol. verso col. 2 : *Adalgudis colonus ... solvit ad hostem multones* II. ... *dovas* VI. *circulos* VI. *de funlone sestaria* IIII. *faculas* XII. Videtur esse species farris, sed quænam illa sit, non est facile divinatu. Vide *Humlo.*

* **FUNSALIS Census**, Ad *fundum* assignatus, Gall. *Cens foncier*, in Charta Phil. Pulc. ann. 1303. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 225. r°. col. 1. Vide supra in *Census.*

¶ **FUNT**, *Libra.* Kero cap. 39. Gloss. vett. : *Pondus, Funt.* Gloss. Anglo-Sax. : *Pondus vel pondo, gwyht vel Pund.* Libra, pondo, *Phund*, marca, talentum, ut synonyma promiscue usurpata. Libera *phund* secundum vetustas Chartas continuit XII. uncias. Hæc post Schilterum, quem videsis.

* **FUNTHOMCZOL**, Vectigalis species apud Polonos. Pax Brestensis ann. 1436. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 134 : *Item datia sive exactio Funthomczol, etc. Funthczol*, in Lit. ann. 1454. ibid. pag. 175.

¶ **FUNTURA**, Fusura, Gallice *Fonte.* Liber niger Scaccarii : *Facias diligenter inquiri, quæ fuerint pondera primæ Funturæ, et quæ pondera secundæ Funturæ.*

* Alias *Fonture.* Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 68 : *Le suppliant..... avisa que en ladite église avoit du demourant de la Fonture de deux cloches, certaine quantité de métail, etc.* Cavum vero, vulgo *Creux, enfoncement*, significat, in Chartul. Corb. sign. *Ezechiel* ad ann. 1415. fol. 5. v° : *Les maisons, granges et estables.... seront tenus de retenir bien et souffissamment de pel, de vergue, de torque, de couverture sans Fonture, ne emmensissure.* Vide supra *Foncia.*

1. **FUNUS**, Cadaver. Gesta de Nomine Acacii, et Liberatus Diac. cap. 15 : *Occiditur, laniatur, ejicitur, et Funus ejus incenditur.* Cap. 20 : *Mox Theodosium persecuti sunt, et expulerunt, ne colligeret Funus Timothei.* Liber Pontificalis in Sabiniano PP : *Quo defuncto, Funus ejus ejectum est per portam S. Joannis.* [Charta Humberti Dalph. Viennens. ann. 1348. tom. 3. Ordinat. Regis Franc. pag. 273 : *Hæredes et bonorum possessores et alii defunctorum successores antequam Funus tradatur eccle-*

Digitized by Google

siasticæ sepulturæ, dant et præstant cautiones idoneas] Versus scripti in æreis januis Monasterii Casauriensis :

Ecce pater patriæ magnum tibi confero munus,
Clementis corpus, tu sacrum suscipe Funus.

Gloss. Græc. Lat. : Ἔκφορα, τὸ πένθος, *Funus*. [Gloss, Lat. Gall. Sangerm. : *Funus, Corps humain mort, ou obseque de corps.*] Nota vox et Latinis hoc sensu.

FUNUS IMAGINARIUM, Tumulus sine cadavere. i. *inane sepulcrum*. Gloss. Isid.

* 2. **FUNUS**, Pugna, prælium; *Locus funeris*, Gall. *Le champ de bataille*. Chron. Asser. Menev. ad ann. 860. ex Cod. reg. 6236 : *Pagani passim trucidantur, et cum diu resistere non possent, muliebriter fugam arripiunt; et Christiani loco Funeris dominati sunt.* Rursum occurrit ad ann. 871.

* **FUNUSCULUM**, diminut. a *Funus*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Coars, Prov. corpus, funus, Funusculum, cadaver.*

FUOZARUS. Glossæ Isonis Magistri ad Prudentium : *Calce mera, pede puro, vel nudo. Barfussig, pararo Fuozaro.* [*Fuozi, Vestigia*, in Gloss. Mons. a voce *Fuoz*, Pes. Vide Schilterum in *Fuaz*.]

FUR, *Furis apprehensio*. Charta Ethelredi Reg. Angl. pro Monasterio S. Albani : *Quia omnimodis cuncta illius Monasterii possessio nullis est obnoxia fiscis, scilicet nec expeditionis, nec pontis et arcis ædificamine, nec juris regalis fragmine, nec Furis apprehensione, etc.* [Notanda vocis origo quam tradit Wolfhardus in Mirac. S. Walpurgis sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 298 : *Fures qui a Furvo, id est nigro traxere etymologiam priscam.*] Vide *Escapium*.

¶ **FURA**, Viverra. Gall. *Furet*. Charta ann. 1233. ex Schedis Præsid. *de Mazaugues : Præcepimus ne aliquis eorum de cætero intromittat ... in dicta sylva Furam vel Furon, vel panellos vel canes solutos.* Vide *Furo* 2.

FURABULA, *Tenebræ*, in Gloss. Isid. Addit Ugutio, *quia furantur nobis visum, et discretionem rerum.* [Grævius ait legendum ex Festo : *Furcum, Atrum, Tenebræ*. Inanis igitur Ugutionis ratio. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Furabula, Tenebres.* Vide *Fur*.]

FURACULUM, *Tenebræ, Furfuraculum, Tenebræ*. Gloss. Isid. et Pithœan. Papias vero MS. *Furfuraculum, Terebellum* : ubi Editio Veneta perperam habet *Trebellum*. [Quidam præferunt, *Foraculum, Terebra*. Constantiensis Episc. habet : *Foracula, Terebra*. Aliis non displicet *Furfuraculum*, vel *Furfuruculum* : qui sic dictum putant terebellum, quod scobem faciat furfuri similem. Vide Salmasium in Solin. pag. 774. ubi vocem *Furfuraculum* tribuit Arnobio.]

FURAGIUM. Vide *Fodrum*.

¶ **FURAMANNUS**. Vide *Faramanni*.

¶ **FURARE**, pro Furari, in Leg. Ripuar. tit. 42. § 1. tit. 72. § 1. in Leg. Alamann. tit. 7. § 1. et alibi passim.

¶ **FURARI** passive sumtum, Spoliari. Fr. Marianus in Vita B. Joannis Bonvisii, Maii tom. 5. pag. 111 : *Si boni observatores fuissemus, placeret nobis Furari, quia ille qui adhæret Deo, de rebus transitoriis non curat. Furare*, pro *Furari*, dixit Plautus, et post ipsum Scriptores mediæ ætatis non pauci.

* *Furer*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 108 : *Loys de Bugny capitaine de certaines gens d'armes tenoit une forteresse en Auvergne, couroit par le pays, prenoit bestail et les gens, et les faisoit réformer et Furer.* Leg. forte *Rançonner et finer*. Vide *Finare*.

* **FURASIUM**, perperam pro *Furagium* vel *Foragium*. Vide in *Fodrum*. Bulla Innoc. IV. PP. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. : *Nulli pedagia, vinagia, telonea, Furasia, roagia .... solvere teneamini.*

* **FURATIO**, Furtum. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 231 : *Propter suspectionem Furationis .... certorum escharsonum et ceptolorum captorum in vineis vicinorum ipsius Madole, et in suis delatorum, etc.*

* **FURATOR, FURATORIUS**, Officium in hospitio regio, cui viverarrum cura incumbit, nostris *Fuireteur*. Matric. officiar. reg. Franc. an. 1231. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. Mss. pag. 4 : *Duo aviculatii et duo Furatores, xiij. lib.* Et pag. 6. *Furatorii et aucupes, l. sol.* Ordinat. hospit. reg. an. 1317. in Reg. sign. *Croix* Cam. Comput. Paris. fol. 80. r° : *Item le Fuireteur mengera à cout et aura hors et ens xviij. den. de gages par jour, ses fuirez et ses filez poiez. Fuireteur de conins*, in alia an. 1386. ex Memor. E. ejusd. Cam. fol. 100. v° Vide infra *Furetarius* et *Furetus*.

FURBANNITUS. Vide *Forisbannire*.

FURBATTERE. Vide *Forbatudus*.

* **FURBIRE**, Detergere, polire, Gall. *Fourbir*. Consuet. monast. S. Crucis Burdegal. ante ann. 1305. Mss. : *Refectorarius. .... debet tenere. .... taceas bene mundas et Furbitas.* Hinc

* **FURBISOR**, Armorum politor, samiarius, Gall. *Fourbisseur*. Reg. 54. Chartoph. reg. fol. 40. v°. ad an. 1317 : *Colinus, dictus li Petiz, retentus est in Furbisorem domini regis ad vadia consueta.* Vide supra *Forbissator*.

¶ **FURBORNET**. Vide *Forbora*.

1. **FURCA**, Jus erigendi patibulum intra feudi fines, et in eo reos suspendendi, quod majoribus Justitiariis maxime competit. Arestum 16. Maii ann. 1320 : *Item in possessione vel quasi erigendi Furcas justitiarias, et palos justitiarios, ac tenendi erectos in dicto terminio de Majano, et suspendendi homines in dictis Furchis, et in palis tenendi membra hominum condemnatorum mutilata.* Observantiæ Regni Aragon. lib. 6. tit. de Privileg. Militum § 10 : *Tamen usurpatum est in Aragonia per quosdam, quia in aliquibus locis habent Furcas et dictas jurisdictiones exercent, etc.* In Regiam Majestatem lib. 1. cap. 4. § 2. *Placita criminalia* dicuntur pertinere ad curiam Baronum, Comitum, Episcoporum, Abbatum et aliorum libere tenentium, *qui curias suas habent, cum socco et sacca, furca, et toill, et theme, etc.* Monasticum Angl. tom. 1. pag. 718 : *Et quod habeant incarcerationem et incarceratorum evasionem, et furcas seu patibulum super terram suam.* Tom. 2. pag. 71 : *Concedo etiam quod habeant Furches ad prædictam justitiam tenendam, etc.* Et pag. 524 : *Cum judicio ignis et aquæ, duelli et Furcarum.* Charta ann. 1360. apud Guichenonum in Bellicensib. : *Infra quos confines ipse Dominus Episcopus ... possit errigi facere Furcas, et erectas tenere, et omnia alia instrumenta, ubi et quoties voluerit, ad sententias criminales exequendas, ipsasque Furcas seu patibulum possit semel et pluries erigere, erectas tenere, etc.* Regestum Parlamenti, incipiens ann. 1316 : *Philippus Dei G. Rex Franc. etc. Deodatum Vicecomitem de Cahngnaco consideratione sanctissimi Patris in Domino I. divina providentia summi Pontificis, cujus idem Deodatus familiaris extitit, benigno prosequi favore volentes eidem, etc. quod infra castrum de Cahngnaco, et castrum de S. Cirico Furcas exigere valeat, etc. Actum apud S. Germanum in Laia* 1317. *mense Maio.* In Stabilimentis S. Ludovici lib. 2. cap. 35. dicitur, vavassorem non posse *lever justice ne Forches.*

In veteri Franciæ Consuetudine, *celuy qui a haute Justice, a puissance de trainer et de ardoir, et peut avoir gibet à trois pilliers, ou plus, s'il veut. Toutesfois plusieurs hauts Justiciers n'ont fors des Fourches,... et dient aucuns que la difference entre les Fourches d'un haut Justicier les liens sont par dehors, et patez par enbas : mais des Fourches d'un moien Justicier, les liens sont par dedens, et non patez.* At Consuetudines municipales discrimen statuunt inter *furcas* ejus, qui *merum*, et illius, qui *mixtum imperium* habet, in columnarum numero, quas *Piliers* vocant. Nam Comitum et Baronum furcis sex columnas adscribit Turonensis art. 74. quatuor Perticensis art. 2. Blesensis art. 13. 16. Pictavensis art. 1. Inculismensis art. 2. 3. Rupellensis art. 1. etc. Cæterorum vero, qui merum imperium habent, nulla alia dignitate insigniti, furcæ tribus tantum columnis constant, ut est in Consuet. Autisiod. art. 2. Perticensi art. 4. et Pictavensi art. 3. Vide Brittonum pag. 76. v.

De furcis illius, qui mediam seu Vicecomitalem jurisdictionem habet, ita eadem vetus Consuetudo Franciæ : *Celui qui a moienne Justice, a puissance de prendre sans trainer, et ne peut avoir que Fourches à deux pilliers, dont les liens sont dedens.* Ita etiam in Consuetudine Blesensi art. 24. Belloquercensi art. 1. Atrebatensi art. 35. Consule præterea Raguellum. *Pendre as Fourches*, in Statutis MSS. Caroli I. Reg. Sicil. cap. 15.

* Verum id non ex feudi jure, sed a regis beneficio habuisse justitiarios quoscumque probare videntur Charta Phil. Pulc. ann. 1309. in Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 43 : *Merum et mixtum imperium, altam et bassam juridictionem habentes, per gentes et ministros eorum exercere suspendium in arboribus, vel aliter quam in Furchis patentibus consueverunt; Furchas patentes possint licite autoritate nostræ præsentis gratiosæ concessionis erigere, et in eas, casu se offerente, justitiæ suspendium exercere.* Et alia Phil. V. ann. 1319. in Reg. 59. ch. 32 : *Bertrando de Mederio et aliis condominis suis castri de Mederio ..... concedimus, quod cum ipsi malefactores captos in dicto castro seu ejus pertinentiis*

Digitized by Google

justitiari seu suspendi facere, præterquam in arboribus, non possint, quod ipsi in loco quo voluerint, in eorum tamen alta jurisdictione infra metas pertinentiarum dicti castri, Furcas erigere valeant, in quibus malefactores et delinquentes justitiari et suspendi facere possint de cetero. Rursum alia Joan. reg. ann. 1356. in Reg. 84. ch. 720 : *Johanni de Tintre concedimus per præsentes, ut in loco prædicto et aliis omnibus locis et terris suis, in quibus* (habet) *altam jurisdictionem et mediam.... Furcas patibulares integras et perfectas, ac collitrogium seu pilloricum erigere possit.* Denique Lit. Caroli V. ann. 1377. in Reg. III. ch. 324 : *Icellui de Chevreuse puisse.... faire drecier signe de justice à deux pilliers en lieu convenable et faire tout ce qui à hault justicier appartient et peut appartenir.* Vide infra *Pertica* 7.

FURCALE FEUDUM. Vide *Feudum.*

2. **FURCA**, Jus capiendi *furcas* in forestis dominorum feudalium. [* Id est, lignum bifidum seu in *furcam* desinens, domibus aliisque usibus aptum. Vide supra *Fourcus.*] Regestum Normanniæ sigu. P. in Camera Comput. Paris. : *Coustumagii de Romagio habent mortuum boscum de costuma, et residua carpentariorum, cum testis capellorum, et duas Furcas, et unum festum ad hospitandum per liberationem, etc. Quisque autem dat pro duabus Furcis et pro le feste quatuordecim denar. Turon.* [Chartul. Gemmetic. tom. 1. pag. 15 : *Avons droit de prendre en ladite forest* (de Brothome) *un Fourc à choix au terme de Noel, coustume et bois pour ardoir, pasturages et pennages francs.*]

3. **FURCA ET RASTRUM**, Jus, quod domino competit in quosdam tenentes, qui cum *furca*, vel *rastro* illius fœnum colligere tenentur. Historia Episcoporum Autisiodorensium cap. 58 : *Remisit etiam Furcam et Rastrum, et consuetudines ejusmodi, quæ eis erant multi oneris.* [Charta Manassis Episcopi Lingon. ann. 1182. tom. 4. Gall. Christ. inter Instrum. col. 192 : *Salvis corvea et falce et Furca et aliis consuetudinibus quas Ecclesiæ S. Benigni præfati homines debent.* Charta ann. 1193. in Tabular. S. Urbani : *Corvedas ter in anno sine occatione, Furcam et Rastellum in brois habebit dominus Hugo.* Alia ann. 1261. in Histor. Mediani Monast. pag. 327 : *Homines dictæ villæ... Furcam et falcem et saclam et carruchas et vecturas annonæ et feni et omnes alias consuetudines quas mihi debebant ratione dictarum croadarum et brolii, persolvent Ecclesiæ memoratæ.* Instr. ejusdem circ. sæculi lib. 1. de primordiis Monast. Calmosiacensis apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1197 : *Est regula, in festo S. Remigii duos nummos debet, etiam suo tempore croatam, brullium et Furcam.*]

4. **FURCA PUTEI**, Trabs supra puteum erecta, cui tollonus innititur ad hauriendam aquam, in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. § 24. [** Liutpr. 136. (6, 83.) Jura Abbat. de *Metloch* sec XII. in Hœfer. Diar. Diplom. tom. 2. pag. 123 : *Ex nostra etiam procuratione, quando opus fuerit, deportabitur Furca et desuper dependens lignum, quod vocatur sweingel ad puteum salis in Wich... De predicta Furca solvuntur suo tempore 5. solidi et 4. sextarii vini.*]

5. **FURCA**, et FURCULA PECTORIS. Vide *Furcula.*

* **FURCARERA**, a Gallico *Fourchefiere*, Furca ferro armata, merga; inter arma etiam recensetur; a nostris pro variis locis varie apellata. Tabul. Fossat. : *Illi vero qui habebant decem libras et amplius, haberent galerum sive capellum ferreum, ensem, Furcham-ferream et cultellum.* Lit. remiss. an. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 262 : *De quodam instrumento ferreo, quod dicitur Furcafera, ipsum solo ictu percussit.* Aliæ an. 1358. in Reg. 86. ch. 277 : *De quodam baculo ferrato, vulgaliter vocato Fourchefiere, eumdem Petrum percussit.* Aliæ an. 1382. in Reg. 120. ch. 329 : *Le cuidant ferir parmi le corps d'une Fourquefiere qu'il avoit, etc. Fourchegerbes*, in aliis an. 1374. ex Reg. 105. ch. 504. Lit. remiss. an. 1410. in Reg. 164. ch. 239 : *Un baston ferré, pommé Fourquefille.* Rursum in aliis an. 1463. ex Reg. 199. ch. 263. Vide infra *Fuscina.*

FURCALIA, dicuntur quatuor ligna, quæ tenent scalas. Ita Interpres Joannis de Garlandia in Synonymis :

Temo, longale, trabale, Furcale, forale.

FURCANTES, Qui furcis utuntur, apud Thwroczium in Chr. Hungar. pag. 59.

¶ 1. **FURCARE**, *Furca* vertere, in Magno Custumario Monast. de Bello, apud Spelmannum : *Et debet falcare, spargere, vertere, cumulare, curiare in manerium domini, et ad tassam Furcare unam acram prati de prato domini.*

¶ FURCARE CARECTAM, Currum fœno cum *Furca* onerare. Computus ann. 1407. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 550 : *Allocantur eisdem pro Richardo Plumbario Furcante carectam per XII. dies, III. s. et pro Johanne Bowdon Furcante carectam, etc.*

2. **FURCARE**, vox fori Anglici, cum vir et uxor in jus vocantur et uterque *essonium* proponit : tum enim illud *furcari*, (Gall. *Fourcher*,) dicitur, id est, duplex fit, etc. Radulfus *de Hengham* in Magna cap. 9 : *Caveant vir et mulier implacitati, quod semper in Essonio alterius alter compareat, quamdiu Furcare possint, et cum ultra non possint, concurrant eorum essonia in suis locis. Alter autem illorum tantum unum essonium de malo lecti habere potest. Hæc autem omnia dico de pluribus participibus, ubi terra impertita est, seu tenementum, videlicet de Furcatione essonii, et de defaltis provenientibus, etc.*

¶ **FURCATA**, Idem quod *Perdiceta* seu *Perticheta*, Machina jaculatoria, quæ speciem *Furcæ* referret. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 6 : *In prora vero cujuslibet galearum fieri possent aliqua bellica instrumenta, ut consulerent exercitati in talibus et docti, pertichetas sive Furcatas a puppe usque ad proram circa latera cujuslibet ordinando.*

¶ **FURCATIO**. Vide *Fureare* 2.

¶ **FURCATURA**, a Gall. *Fourchure*, Divisio. *Furcatus*, *Forcatus*, Bifurcus, *Fourchu.* Charta ann. 1461 : *Si reperiantur arbor aliqua in dicta foresta Furcata, quod tamen non valeat ad ædificandum, poterunt in rem minorem partem dictæ Furcaturæ capere.* Charta ann. 1473. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues : Respicientes versus vallonum Forcatum.* Le Roman *de la guerre de Troyes* MS. :

Et mult ot large Forcheure,
Si fu de mult belle stature.

* **FURCATUS. FERA PEDIS FURCATI**, Animal cujus ungues divaricant, Gall. *Pied fourchu.* Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 79 : *Littera Johannis de Belaviller de dono juris venandi omnes feras pedis Furcati, cum justitia annexa juri prædicto in garenna.*

FURCELLÆ. Vide *Furcillæ.*

¶ **FURCENSIS MONETA**. Vide *Furcia.*

¶ **FURCEPS**, *Ignarus.* Papias.

¶ **FURCHA**. Vide *Furca* 1.

FURCHETUM, Idem quod *Furcula*, de qua voce mox. Vetus Charta apud W. Dugdalum in Antiquitatibus Warwicensis Provinciæ pag. 664 : *Concessit eidem Comiti et hæredibus suis duos damos idoneos quolibet anno de prædicto parco,... scilicet de utroque damo quatuor membra, et capud, corio, et Forcheto, etc.*

FURCIA, FURQUIA, FURCENSIS MONETA. Observat Marca in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 16. § 8. in monetis Vicecomitum Beneharnensium Morlanensibus, hæc verba fuisse descripta : HONOR FURCIÆ MORLANI, easque monetas, *Furcenses* in veteribus Chartis appellari, a *Furcia*, seu *Furquia*, Palatio veterum Vicecomitum Beneharnensium ita nuncupato. Certe *Furquia* videtur idem sonare quod *domus*, vel *mansio*, in Tabulario Lascarrensi ann. 1025. apud eumdem Marcam lib. 6. cap. 13. n. 2 : *Præterea Raimundus Garsiæ vel ejus successor debet stare justitiæ Domino Gastoni et suis clamantibus pro castro de Navalhes apud Lascurim, vel apud Pau, vel apud Forquinam Morlan.* Charta anni 1208. in Regesto Carcasson. pag. 19 : *In mansionibus et Furquiis, quarum proprietas pertinebat ad Monasterium Crassæ.* Proinde hæc verba : *Honor Furciæ Morlani*, nihil aliud volunt, quam *Feudum domus Morlanensis.*

FURCILLA, [Βούλιμος, Magna fames, in Glossis Lat. Græc. Sangerman. MSS. Aliæ] Gloss. Gr. Lat. : Βούλιμος, ὁ μέγας λοιμός, *Furcilla.* Vide *Furcula.*

¶ **FURCILLÆ**, *Dictæ eo quod iis frumenta cillentur, id est, moventur.* Isid. lib. 20. Orig. cap. 14. Papias habet *Furcellæ.*

FURCILLARE, *Suspendere, vel concutere. Affurcillare, juxta, vel ad aliquid suspendere, vel concutere.* Jo. de Janua. [Festo, *Furcilles, sunt Furcilla, quibus homines suspenduntur.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Furcillare, Pendre ou branler.*]

¶ **FURCINA**, f. pro *Fuscina.* Acta S. Franciscæ Romanæ tom. 2. Martii pag. 167 * : *Cum certis ferreis instrumentis ad modum Furcinarum.*

* Haud scio an idem sit *Forsselle*, in Lit. remiss. ann. 1374. ex Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 401 : *Icelle Marion portoit dans son giron deux petis pos de terre et deux Forsselles.* Nisi legas *Forssettes*, forceps, Gall. *Ciseaux.* Vide supra *Forceps.*

* 1. **FURCO**, Ager, qui in *furcam* divi-

Digitized by Google

ditur aliumque includit; nostris *Fourc*, quidquid hujus est formæ. Charta ann. 1069. ex magn. Chartul. S. Vict. Massil. : *Adjungimus huic dono aliud donum, totum cimiterium et terram illam, quæ est juxta ecclesiam, quam duo fossata designant, usque ad Furcones Andreæ aurificis.* Charta ann. 1320. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 361 ubi de agris agitur : *Premierement en Fourques, une mine, douz vergues, trois quars.... Item en Fourques, une mine, xx. vergues et viij. piés. Depuis le potis M. de Folleinville en amont dusquez au Fourcq de l'iaue, qui s'en va à le Noeufville,* in Chartul. Corb. sign. *Ezechiel* ad ann. 1418.

* 2. **FURCO**, Furca. Chartar. Norman. ex Cod. reg. 4653. A. fol. 86 : *Debent pro furnilla et Furconibus unum denarium ad Natale.* Vide mox *Furculus*.

¶ **FURCOSUS**, *Furcam* referens, in *Furcam* desinens. Apul. lib. de Virt. Herb. pag. 197 : *Leontopodium nascitur sæpe cum tritico thyrcis bipalmis Furcosis.*

FURCULA, Pars pectoris, ubi venæ, quæ ab hepate proficiscuntur, in furculas dividuntur, *ubi pectoris est spatiositas*, inquit Constantinus lib. 3. Commun. loc. med. cap. 19. Vide eumdem lib. 2. cap. 6. 12. et lib. 5. de Morbor. curat. cap. 2. [** Reinard. Vulp. lib. 3. vers. 611 :

Tunc caper oblongum variumque trifurculat amen,
Concinnat bifidum Furcula quæque melos.]

Fourcelle, Joinvillæ. Le Roman *de la Violette :*

Et dist li Sire de Naisi,
Que ele fu trovie ensi,
Que encore tenoit le cotel,
Quis maine avoit sous le Fourcel,

[Le Roman *d'Athis* MS.

Si la (lance) retrait de la bouelle
Lui espandant sur la Fourcelle.

Ibidem :

La bonne brogne desclavelle,
Ung cop la fiert soubs la Fourcelle.]

¶ [* Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 135 : *Après ce que ledit Gieffroy fu cheu à terre, ledit Regnault le bati de ses piés plusieurs cops contre le ventre et Fourcelle.*]

Forcella del Petto, Cresconio : *Forcata*, Danti in Infern. cant. 14. Ita *Furca* et *Furcula pectoris*, in avibus, apud Fridericum II. Imp. lib. 1. de Venat. cap. 40. lib. 2. cap. 24. Arverni *furcelle*, pro collo dicunt. [Vide *Furcilla*.]

* **FURCULUS**, Tridens, merga. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 126. ex Cod. reg. 4620 : *Nec aliqua persona debeat dimittere aliquem remum vel Furculum, nec aliquod aliud, per quod possit navigari dicta navis. Fourquier*, eodem sensu, in Lit. remiss. an. 1406. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 355. unde diminutivum *Fourquillon*, in aliis Lit. an. 1474. ex Reg. 195. ch. 1203. Vide supra *Forchonus*.

* **FURCUS**, Occit. *Fourc*, Fasciculus, Gall. *Botte*. Leudæ min. Carcass. Mss. : *Item de saumata ceparum, unum Furcum; et de homine onerato, medium Furcum.... Item de saumata alium, unum Furcum; et de homine onerato, medium Furcum.* Vide supra *Forca* 5.

* **FURDA**, *Ornamenta peccatorum, vel fulcimenta*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Ubi mendose *peccatorum*.

FURECTUS, Viverra, nostris, *Furet* : apud Fridericum II. lib. 1. de Venat. cap. 1. [Vide *Furetus* et *Furo*, 2.]

FURELLUS. Vagina, ex Gall. *Fourreau*. Regula Templariorum cap. 38 : *Tegmen autem in clypeis, et hastis, et Furelli in lanceis non habeantur.*

¶ **FURENDELLUS**, Quarta pars, a Saxon. ſeorꝺ, Quartus et dæl, pars, portio. *Furendellus prati*, apud Kennettum Antiquit. Ambrosden. pag. 339. Vide *Ferlingus*.

* **FURETA**, inter arma prohibita recensetur, in Stat. crimin. Cuman. cap. 138. ex Cod. reg. 4622. fol. 92. v° : *Genera armorum prohibita... daga, cutella, Fureta, penatum, etc.* Pugionis species videtur.

FURETARIUS. Officium in Coquina regia, in Ordinatione Hospitii S. Ludovici Reg. Franc. ann. 1261. [Haud scio an de *Furetariis* intelligendus Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 2. pag. CLXXI.]

* Idem qui supra *Furator*. Charta Phil. Pulc. ann. 1304. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 475. v°. col. 1 : *Gileto Furetario obtentu servicii ab eodem inclitæ recordationis Johannæ consorti nostræ carissimæ quondam impensi etc.*

* **FURETIUS**, Retis species seu instrumentum piscandi, Gall. *Furet*. Charta ann. 1157. ex Chartul. Miciac. : *Piscat onem per totam aquam,... quolibet modo piscationis in eadem aqua, quo placuerit eis loco, duarum nazarum, vel unius Furetii continuam piscationem et naviculam propriam ad eadem ingenia levanda.*

¶ **FURETUS**, ut supra *Furectus*, Viverra, Gall. *Furet*. *Pro* IV. *Furetis ad capiendum cuniculos* XX. *den. gr.* in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 307. Alterum locum vide in *Filacium* 2.

* Stat. Astæ collat. 11. cap. 63. pag. 32. v°. : *Si quis invenerit aliquem super suum cum Fureto, siue alicujus absolto, quod possit ei auferre Furetum et cuniculos, si quos habuerit.* Hinc, ni fallor, *Furiller*, pro Indagare, curiosius inspicere. Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 126 : *Aucuns siens serviteurs lui avoient rapporté que ilz l'avoient veu* (icelle Jehannete) *Furiller et aler entour ledit comptouoir. Fironer* vero est Latenter et insidiose agere, in Gest. Ludov. Pii cap. 16. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 152 : *Li traiteur s'en aloient cherchant et Fironant à chascun pour esmovoir les cuers de ses barons contre lui.* Ubi Astron. cap. 43. ibid. pag. 110. habet : *quasi per quosdam cuniculos sollicitare etc.*

* **FURFANIA**, Furfanius, An officii seu artificii nomen, in vet. Inscript. apud Gudium CCXV. 6 : L. Furfanio L. lib. Philostorgo.... Furfania L. L. Olympusa fecit.

FURFART, Telonei species; forte idem quod *Jus transitus, passagium :* nam Germanis id vocis *transitum* sonat. Charta Leopoldi Ducis Austriæ ann. 1198. in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 18 : *Præfatæ Ecclesiæ ac fratribus donavit, ut bona ipsorum ubique apud thelonea sive mutas suas absque vectigali, et eo, quod dicitur Furfart, et penitus absque omni juris persolutione libere tam per terram quam per aquam ducerentur.* Occurrit rursum infra, et pag. 27. 29.

* Vocis interpretationem asserit Charta Berth. Patav. episc. ann. 1253. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 101. col. 1 : *Vobis ergo præcipiendo mandamus, ne ab ipsorum navibus dictos sales deferentibus, neque telonium neque mutam, nec de transitu quod Furfarth appellatur, neque ullius juris nomine quidquam exigatis.*

¶ **FURFURACULUM**. Vide *Furaculum*.

FURFURAGIUM, [Furfur ad alendos canes.] Vide *Brenaticum*.

¶ **FURFURATIVUS** Panis. Vide in *Panis*.

¶ **FURFURES**. Statuta MSS. Monialium S. Salvatoris Massil. ann. 1400 : *Non teneant canes, aucas, Furfures, etc.* Vide *Furfurio*.

¶ **FURFURIO**, Avis species, apud Isidorum lib. 12. Orig. cap. 7. de avibus, *vocatus quod prius farre in farinam redacto pasceretur.*

¶ **FURFURUCULUM**, ut legit Martinius, pro quo alii habent *Furfuraculum, Terebellum*. Vide *Furaculum*.

* **FURGO**, Furgonus, Contus furnarius, Gall. *Fourgon*, alias *Furgon*. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81, Chartoph. reg. ch. 505 : *De quodam baculo, qui Furgo furni vulgaliter nuncupatur, eam solo ictu percussit.* Aliæ ann. 1380. in Reg. 116. ch. 224 : *Præfatus Jacotus cum quodam magno et longo baculo seu pertica, vocata Furgono furni, insecutus fuit dictum Stephanum.* Rursum aliæ ann. 1461. in Reg. 192. ch. 36 : *Un baston nommé au pais* (Caen) *rabot de four.... Ung baston appellé Furgon de four, etc. Frégon*, pro *Furgon*, ter legitur in aliis Lit. ann. 1392. ex Reg. 143. ch. 63. *Furger*, Pertica quasi *Furgone* uti. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 125. ch. 140 : *Lequel Guillaume Furgoit ou boutoit d'une grant perche, qui tenoit à l'endroit du lieu ouquel estoient lesdiz pigons. Furger ses ongles*, Ungues purgare vel subsecare, in aliis Lit. ann. 1390. ex Reg. 140. ch. 144 : *Robert d'Estouteville chevalier, seigneur de Valemont, lui esbatent et Furgent ses ongles d'un petit coustel, etc.*

* **FURIA**, Vis, violentia, actum furiosum. Charta ann. 1319. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 117 : *Item quod idem Petrus Amati consul Gerlotum filium suum captum pro Furiis per eum commissis, in carceribus regiis de Limoso, timens eum suspendi, de dictis carceribus auctoritate propria extraxit.*

FURIARIA, Furor, furia. Acta Martyrii SS. Maximiani et Isaaci, apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 120 : *Repetebant iterum Furiariam defatigati tortores, quorum jam lassa faciebat sola crudelitas fortiora.*

¶ **FURIATUS**, In furiam actus, in Vita S. Leonis Lucæ Abb. Martii tom. 1. pag. 101.

¶ **FURIBUM**, Species lecticæ ad portandos ægrotos accommodæ. Appendix ad Agnelli librum Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 196. col. 1 : *Quando ad eum venit, non pedibus, neque Furibo venit, in quo*

Digitized by Google

deportantur ægroti, nec sedere poterat, nec ambulare, sed in lectulo jacens a sedecim hominibus vice (supple alterna) *portatus est.*

* **FURICUS**, Viverra, Gall. *Furet;* vel Sorex. Vide *Furix*. Dialog. creatur. dial. 107 : *Quidam Furicus venit ad flumen, et non audebat ultra natare. Hunc videns rana, volens eum decipere, dixit : Bene venias, frater et amice,... quia valde bene natare scio. Credens hoc Furicus permisit se ligari cum filo ad pedem ranæ : cumque natassent in fluctibus, rana submergebat se et Furicum necabat.* Ex Esopo laudatur hæc fabula, quam legisse me non memini.

¶ **FURIELLA**, f. vocabulum fictum maleque exaratum a Græco θύελλα, Procella. Acta SS. Justinæ et Cypriani Mart. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1627 : *Ergo Crucifixus major te est? Dicit illi diabolus : Etiam major est omnibus, quia per ipsum misertus Deus mundo. Quæcumque autem gerimus hic et errare facimus homines, ibi Furiella est aerea, et stimuli ignei, et infiguntur in eis, et colliduntur sive angeli transgressores sive homines, et omnes qui desrnerunt Deum, et sic cum furca ignis efferuntur ante tribunal Crucifixi.*

FURIGILDUM, Mulcta furti nomine soluta. Vox hybrida, composita ex Latino *fur*, et Sax. gyld, mulcta. In Legibus Ethelredi Regis, quas *Institutiones* vocant cap. 1. et in ejusdem Legibus editis apud Venetyngum cap. 7. admittuntur ad testimonia, *qui qui nunquam Furigildum reddiderunt*, i. qui de furto aut latrocinio nunquam accusati fuerunt.

* **FURIRE**, Furere. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Dessennar. Prov. enare, delirare, Furire.* Nostris, *Furiosité*, Furor, insania. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 18 : *Pour sa folie et Furiosité fu mené a S. Titavert* (leg. Hildevert) *à Gournay par son pere et aucuns de ses amis. Furiorité*, ex frequenti mutatione *s* in *r* et vicissim, bis legitur in aliis Lit. ann. 1411. ex Reg. 165. ch. 419 : *Comme le suppliant soit par foiz furieux et insensible.... lui estant ou entrant en saditte Furiorité, etc. Furibundeux*, a Lat. Furibundus, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 162. ch. 192 : *Icellui Denisot meu de mauvaise voulenté, comme homme Furibundeux, donna audit du Chesne du poing sur le visaige.*

FURIX. Annonymus de Natura rerum, cap. de falconibus secundum Aquilam, etc.: *Si Fastidium habuerit, Furices vivas ei dari facias.* Sed videtur legendum *sorices.*

¶ **FURLEGAN**. Vide mox in *Furlongus.*

FURLONGUS, Furlongia, Forlonga, Ager, campus, continens complures acras, quæ seriatim adjacentes, pariter incipiunt, et pariter desinunt, sulcique longitudine concluduntur. Tabularium Prioratus Dunstapulens. apud Spelmannum : *In eodem pruto et Furlongo Prior et Ric. filius Gileberti partiuntur.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 283 : *Viginti* (acræ) *in uno campo, ex quibus quinque acræ sunt in Furlungia, quæ descendit in rivolum ultra spinam, et 5. in Furlungia ultra vallem, quæ vertitur apud Rugweiam,... et 4. aeræ et dimidium in Ruxfurlunga... et in altero campo 20. acras, scilicet in Helefurlunga, etc.* Rursum pag. 144 : *Concedo... piscariam... ad longitudinem unius Forlongæ.* [Charta apud Th. *Blount*, in Nomolex. Anglic. : *Dedit Thomæ Croft et Francisco Lovel Arm. unum Forlongum terræ arabilis continentem per æstimationem quatuor acras.*] Vide Librum Anglic. *Justice of peace* pag. 146. v. [et Formular. Anglic. Thomæ *Madox* pag. 299.]

Furlongus, eidem Spelmanno, est *stadium, quarentena*, vox formata, ex *Furrow-longe*, hoc est, quod longitudine sulci determinatur. Sulcum autem *a Furrow*, agricolæ Anglici dicunt, id quod uno progressu aratrum describit, antequam regrediatur, et continet plerumque 40. perticas, hoc est, octavam partem milliaris Anglici. Cowellus *Furlongum* dici annotat, quasi *ferlingum*, seu *ferlingatam terræ* : sed hanc sententiam improbat idem Spelmannus.

Apud nostros, *Forlonge*, vel *Forlongne*, *Forlonger*, venatoriæ artis sunt vocabula, dicunturque de cane, qui feram eminus, vel ex longinquo insequitur. Sed et *Fourlongner* pro eo, quod *Forligner* dicimus, dixit Philippus *Mouskes* :

Le Comte Estase de Boulongne,
Ki del parage ne Fourlongne,

[*Furlegan*, Adultera, apud Schilter. in Glossar. Teutonico. Vide *Farlegani.*]

FURMA, et Furmelli, Morbus equinus, *inter juncturam pedis et pedem, super coronam, prope in pastura, et accidit ex percussione mala in aliquo duro loco, etc.* Petrus de Crescentiis lib. 9. cap. 49. ubi vetus ejus Interpres Gallicus *Furine* vertit.

* Forte leg. *Furina*, cum *Furine* Gall. dicatur.

¶ **FURMATICUM**. Vide *Furnaticum.*

¶ **FURMENASSIUM**, apud Vivarienses idem quod *Frumentagium*, de quo supra, Præstatio scilicet agraria ex frumento, Gall. *Fromentage.* Denominatio Nobilis Bertrandi de Marcio ann. 1523. in Inventario *Piquet* num. 18. cap. 41. de Vouta fol. 36 : *Item percipit cum Anthonia Algeri de Frumenassio in frumento unam carteriam.*

* **FURMENTUM**, pro Frumentum. Stat. Astæ collat. 7. cap. 17. pag. 25. v°. : *Teneatur potestas sine tenore facere jurare omnes pistores et pistorissas de Ast et burgis cohærentibus civitati, quod non immiscebunt legumina neque siliginem.... cum Furmento.*

* **FURMINENTUM**, pro *Furnimentum*, Quidquid instruendæ navi necessarium est. Testam. Caroli comit. Prov. ann. 1481 : *Item dom. noster rex legavit dom. de Lestrange navem, appellatam Sainte Marthe, cum suis Furminentis, rebus, etc. Item dom. de Rieux navem, appellatam S. Michel, cum suis Furminentis.* Vide in *Furnire. Fourmont*, Instrumentum quoddam ferreum, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 361 : *Lesquelx deux couples de fer le suppliant à un hostil, dit Fourmont,.... il leva ou arracha.*

* **FURNA**. Vide supra *Fuerna.*

** **FURNACAR**. Vide *Fossinagar.*

* **FURNACHA**, Præstatio pro coctione furnaria, quæ domino furni datur, Gall. *Fournage.* Pariag. inter Phil. Pulc. et abbat. S. Andr. Avenion. ann. 1292. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 116. col. 2 : *Item quod furnus et furni sint communes,.... excepto quod panis, qui decoquetur ad opus monasterii, non teneatur dare Furnacham. Furnatum* ibi habet Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 133. *Furnatum* ex eadem Charta editum tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 614. art. 18. Vide mox *Furnagia.*

FURNAGIUM, Præstatio pro coctione furnaria, quæ domino furni datur a *Sectatoribus* ob furni usum. *Fournage* in Consuet. Andegav. art. 31. Tabularium Vindocinense Charta 310 : *Si ipse vel sui deinceps panem in eo furnili coquere vellent, Furnagium totum, sicut alii homines extranei quilibet integre et sine ulla redderent contradictione.* [Charta ann. 1186. tom. 2. Hist. Lotharing. col. ccexcv : *Contulit duos furnos bannales in parte sua jam dicti oppidi, eo tenore, ut ipse Simon et successores ejus idem persolvant, sicut vulgo dicitur Furnagium, quod cæteri homines solvere ex consuetudine solent. Sub rationabilibus Furnagio et moltura*, in Litteris Philippi III. Reg. Franc. ann. 1275. tom. 3. Ordinat. pag. 63. *Furnus cum secta custumaria*, apud Kenett. in Glossar. ad calcem Antiquit. Ambrosden.] Charta Guigonis Comitis Forensis pro Libertatibus Villaresii ann. 1253. *Coquentes dabunt pro bicheto siliginis unum obolum pro Furnagio, etc.* Charta Libertatum oppidi *de la Perouse*, ann. 1260. apud Thomasserium : *Dera li per l'usage des molins de la vile de Fornage un dener de sextier.* Adde Innocent. III. lib. 14. Epist. 60. Fletam lib. 2. cap. 10. Roverium in Reomao pag. 221. Probat. Hist. Castillon. pag. 53. Chartam Thomæ Abb. S. Germani apud Brolium lib. 2. Hist. Paris. etc.

☞ Aliud est quod *menu Fournage*, dicitur in Terragio ann. 1522. apud *de Lauriere*, in Gloss. Juris Gall. : *Le menu Fournage est dehu chacun an au terme de feste saint Martin d'hiver, par ceux qui sont de la franchise dudit Bussi, c'est à scavoir qu'une chacune personne payant le menu Fournage est de ladite franchise de Bussi... Et est assavoir que une seule personne agée de sept ans et au-dessus demeurant és lieux cy apres ecrits, estant de ladite franchise, doit six deniers Parisis, et sont cy apres declarez et nommez les personnes et villages residens és lieux qui doivent ledit menu Fournage.* Idem omnino videtur quod *Foagium*, Census, præstatio quæ a singulis *furnis* seu focis exigitur.

¶ **Furnagia**, Idem quod *Furnagium.* Charta Bermundi Abbat. S. Andreæ ann. 1203. ex Schedis Præsid. *de Mazaugues : In clibano castri sive burgi debent coqui panes Prioris Ecclesiæ sine Furnagia, dato tamen prandio Fornerio, et in festivitatibus annualibus Prior debet reficere Fornerium.*

* Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 52. ex Cod. reg. 4659 : *De Furnagia... Non mandetur pastari, nisi quantum commode possit capere furnus.... Si vero frumentum minus viij. sol Mang. valere contigerit, curia suo bono arbitrio possit augere Furnagiam.... Omnes domini furnorum conquerebantur de modica Furnagia sibi statuta, et dicebant se non posse salvare in furnis.* Testam. Guil. VII. dom. Montispessul. ann. 1172. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 127 : *Injungo hæredi meo dom. Montispessuli, ut faciat molere in molendinis de Palude, sine*

Digitized by Google

omni moltura et Fornage, totum bladum monasterii Francarum-vallium. Fourniage, in Ch. ann. 1290. in Lib. rub. fol. parvo Abbavil. fol. 20. v°. Vide infra *Furnire* 2. *Fournaiges* præterea appellabant interdum panem et alia, quæ in furno coquebantur. Stat. pro pistor. Attrebat. ann. 1355. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 510. art. 12 : *Puet li maires... voir le pain et les Fournaiges,... et puet commander as fourniers qu'il entamechent leurs Fournaiges, pour voir dedans s'ils sont de loyal waagnaige;.... et puet li maires faire des Fournaiges ensi jugiez, en telle maniere qu'il fait autres denrées, qui li sont jugiés.* Vide *Furnagium*.

¶ FORNAGIA, Eodem significatu, in Statutis Arelat. art. 80 : *Et castellani teneantur ibi tenere quatuor canes mastinos ad custodiendum dictum castrum; et ob hoc habeant Fornagiam furni.*

¶ FORNAGIUM, Eadem notione. Fundatio Monast. Parci de Rotomago Ordinis Grandimont. ann. 1192. in Anecd. Marten. tom. 1. col. 649 : *Sint liberi et immunes per totam terram nostram... absque venda, telonio, passagio, foagio, vinagio, pondere, mensura, excubiis, exercitu, equitatu, rivagio, fossagio, muragio, pasnagio, molinagio, Fornagio, etc.* Charta ann. 1266. in Tabular. Eccles. Massil. : *Retentis, jure coquendi panem sine Fornagio, et molendi bladum suæ familiæ sine moltura.* Notitia Ecclesiæ Diniensis per Gassendum pag. 83. ex Instrumento anni 1320 : *Bona, proventus... Præposituræ consistunt... in Fornagiis furnorum, etc.* Occurrit in Epistola anni 1148. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 272. in Consuetud. Tolos. Rubrica de terminis seu limitibus messagiæ, in Charta Guidonis Abb. Insulæ Barbariæ ann. 1200. in Maceriis ejusdem Monasterii, etc.

FURNAGIUM, Pretium, quod pistori ipsi exsolvitur in coctionis sumtus et mercedem. Assisa panis et cervisiæ sub Henrico III. Rege Angl. : *Et tunc potest pistor de quolibet quarterio frumenti lucrare 4. denarios et furfur, et duos panes ad Furnagium.* [Jura Canonicorum Ecclesiæ Ambian. in villa *de Camons*, ex Archivo ejusdem Eccl. : *In furno ejusdem villæ furnarius debet instituere unum portitorem pastarum, et homines villæ alium, qui duos panes ponderis decem librarum debent habere, et furnarius pro Furnagio unum panem parum majorem illis quos coxerit.*]

¶ FURNAIRO, FURNARIUS, FURNORUM POSTERIUS. Statuta Massil. lib. 1. cap. 41 : *Faciant jurare... Furnarios et Furnairones et Posterios Furnorum, quod omnem panem coquent vel coqui facient bene et bona fide.* Per *Furnarios*, Pistores intelligo, Præcipuos pistoris ministros per *Furnairones*, Gall. *Mitrons*, et Tyrunculos pistores per *Posterios Furnorum*.

* Rectius certe dictum fuisset, per *Furnarium* intelligendum esse eum, cui maxime cura furni *bannalis* incumbit; per *Furnaironem* furni ministrum, qui lignum furno calefaciendo necessarium colligit et ministrat, ut videre est supra in *Fornilherius*, idem qui *Fourniron* nuncupatur in Libert. villæ *d'Aigueperse* ann. 1374. ex Reg. 198. Chartoph reg. ch. 360 : *Item que les habitans... puissent cuire ès fours de ladite ville,.... et se les fourniers ou Fournirons.... empiroit ou afoloit le pain,... lesdis fourniers ou Fournirons seront tenuz de l'amender.* Denique per *Furnorum posterios*, vel potius *porterios*; designatos illos, qui panem coquendum et coctum portant, furnumque custodiunt. Vide *Porterius*.

¶ 1. FURNARE, Panes in furnum immittere, Gall. *Enfourner*. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Furnare, Fourner, cuire en four.* Processus de B. Petro de Luxemburgo in Actis SS. Julii tom. 1. pag. 604 : *Qui non poterat se juvare de brachio videlicet in pastando et in Furnando.* Vide *Furniare*.

* 2. FURNARE, *Parare furnum*. Glossar. Lat. vetus ex Cod. reg. 521.

¶ FURNARIUM, Furnus ad dominum pertinens, quo uti debent subditi, Gall. *Four bannal*; vel id quod præstatur pro coctione panis in hocce furno. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 180 : *Concessimus videlicet Ecclesiam S. Langisi... cum terris, silvis, aquis, pratis, Furnariis et cum omnibus consuetudinibus.* Vide *Furnagium* et *Furnaticum*.

FURNARIUS, Pistor : *Qui custodit furnum*, Joanni de Janua. [Gloss. Græco-Latinæ apud Martinium : *Furnarius*, ἱπνοκαύστης.] Φουρνάρης in Corona pretiosa; *Fournier*, in Consuetudine Marchensi art. 316. et Baionensi tit. 22. art. 1. Tabularium S. Germani Pratensis : *Omnes homines de dicto burgo S. Germani bannarii ad furnum nostrum, seu furna nostra, dum tamen furnum et Furnarium competentes habeamus, per bannum coquere, et furnagia, prout hactenus consueverunt, nobis solvere tenebantur.* Utitur etiam Matth. Paris pag. 145. [cum aliis non paucis. Vide *Furnerius*.]

* Distinguendus omnino est pistor a *furnario*. quamvis uterque idem officium præstet, et circa idem artificium versetur : pistor panes vendendos coquit, *furnarius* furnum dominicum curat ad coquendos panes illorum, qui eo furno uti debent, nec panes venum exponit, nisi alia sit loci consuetudo vel lex; pistor artis panificæ magisterium adipisci tenetur, quod *furnario* nequaquam necessarium est.

¶ FORNARIUS, Eadem notione. Codex Legum Norman. cap 15. apud Ludewig. tom. 7. pag. 181 : *Omnes etiam illi qui habent in membro lorice prepositum vel Fornarium vel molendinarium : dum tamen furnum vel molendinum Baronum habeant.* Charta ann. 946. apud Miræum tom. 1. pag. 259. edit. 1723 : *Mansus indominicatus, ad quem aspiciunt mansi triginta, cambæ septem, Fornarii duo.* Et paulo post : *Mansum indominicatum, ad quem aspiciunt mansi triginta unus, cambæ duæ, Fornarius unus.* Haud scio an hic idem sit, quod infra *Furnile*.

¶ FORNERIUS, Idem, in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 28. col. 1. *Fornerius qui furnos nostros tenebit, etc.* apud Thomasserium in Biturig. pag. 226. D. *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. Regum Franc. pag. 532. et alibi non semel.

¶ FORNELERIUS, FORNELLERIUS, diminut. a *Fornerius*, Puer pistorius. Statuta Arelat. MSS. art. 80 : *Commune habeat in dicto castro* III. *guachas, et unum fornerium, et unum Fornelerium, et unum porterium.* Statuta Massil. lib. 3. cap. 15 : *Si quis Fornellerius contra hæc ausus temerario venire, etc.*

FURNATA, Coctio furnaria, vulgo *Fournée*, occurrit in Vitis Abbatum S. Albani f. 63. [et in Processu de Vita S. Yvonis, tom. 4. Maii pag. 554.]

FURNATICUM, FORNATICUM, Idem quod *Furnagium*. Tabularium Conchense in Ruthenis Ch. 24 : *Et medietatem de furno excepto Fornatico de pane Monachorum, etc.* Bulla Honorii III. PP. apud Ughellum in Episc. Interamn. : *Habeat Episcopus unum panem boni frumenti de his, quos habuerit clibanarius pro Fornatico.* Vetus Charta in Hist. Episcopor. Lodovensium pag. 106 : *Retenta medietate firmantiarum, justitiarum, sextaralicorum, Furnaticorum, et omnium aliorum jurium excogitatorum et excogitandorum.* Adde pag. 363. Alia Ildefonsi Reg. Aragon. ann. 1187. pro Libertatibus villæ Amiliani in Regesto Lud. Hutini Reg. Franc. fol. 7 : *Similiter ultra justum Fornaticum, scilicet ultra de duobus sextariis tres obolos.* Charta Aigliberti Episcopi Cenoman. : *Omnes decimas de supradictis villulis, tam de annonis, quam de agrario, vinum, fenum, omnium pecudium, seu Furniatico, vel undecunque decimas redebetur.* Male *Furmaticum* editum in Actis Episcop. Cenoman. pag. 200.

* FURNATIO, Coctio furnaria, Gall. *Fournée*. Charta Jac. abb. S. Bertini ex Tabul. ejusd. monast. : *De furno, qui debet tenere quatuor moncaldos, ad minus solvet in qualibet Furnatione panem unum.* Vide infra *Furneia*.

* FURNEDO, Fuligo. Acta S. Gauger. tom. 2. Aug. pag. 680. col. 1 : *Interim sacer diaconus lacrymis et precibus Domini misericordiam precabatur, ut, sicut erat in hoc fonte baptismatis gentilitatis Furnedinem mundaturus; ita lepræ etiam maculas ad laudem suam et gloriam abstergere dignaretur.*

* FURNEIA, Coctio funaria, Gall. *Fournée*, panes ipsi in furno cocti; *Fournaiges*, nostris, eadem notione, supra in *Furnagia*. Charta ann. 1220. ex Tabul. eccl. Camerac. : *De integra Furneia debent solvi duo panes;.... et de dimidia Furneia vel minus, solvetur ad debitam rationem secundum æstimationem præmissam.* Arest. parlam. ann. 1406. in Lib. 1. stat. artific. Paris. ex Cam. Comput. fol. 14. r°. : *Furneiam panis ponderis minus justi vel decentis confiscare poterat.* Vide supra *Forneia*.

¶ FURNELLUM, Idem quod *Fornellum*. Vide in hac voce. Charta Hugonis Abb. ann. 1215. in Chartulario S. Illidii Claromont. : *Actum in Fornello novo Abbatis.* Alia anni 1213. ibidem : *Actum in primo Furnello Abbatis.* Ibidem : *In Furnello veteri.* Rursum occurrit in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 61.

¶ FURNELLUS. Melchior *de Redern* in Diario obsidionis Varadin. apud Ludewig. tom. 6. pag. 328 : *Nocte sequente ex Hungarorum excubantium negligentia furnos seu specus, in quo pulveres ad subruenda mœnia reponi solent, quos Furnellos vocant, hostes construere et fabricare cœperunt.* Milites

Digitized by Google

nostri *Fourneaux*, vocant hujusmodi cuniculos.

FURNERIUS, ut supra *Furnarius*, [Pistor, Gall. *Fournier.*] [* Vel potius, Qui furnum dominicum curat. Vide supra *Furnarius.*] [Consuetudo Brageriac. art 131 : *Furnerii nihil amodo accipient de pasta et farina.* Occurrit in Statutis Arelat. MSS. art. 154. in Catalogo Sodalium Confratriæ Nativitatis B. M. ann. 1328. institutæ in Eccl. B. M. Deauratæ Tolos. et] in Charta ann. 1231. inter Probat. Hist. Castil. p. 53.

Furneria. Vide *Flecarius.*

¶ **Furnerius**, in Monasteriis etiam dictus est Monachus, qui furno præerat et pistori : *Sic Fr. B. de Monte-acuto Furnerius, Fr. Julianus Cellerarius, etc.* subscribunt Sententiam arbitralem ann. 1292. inter Abbatem et Consules de Gimonte. Regula Hyree-vallis tom. 2. Histor. Lotharing. ann. circ. 1043 : *Furnerius mane prandeat quod ei cellarius ministrabit, et ad panem tornandum clerici adjuvabunt, cum eis licebit.*

* **FURNERUS**, Eodem intellectu. Charta Airardi comit. Brenens. ann. 1177. ex Chartul. S. Lupi Trec. : *Abbas vel ministri ejus eidem furno pro sua voluntate Furnerum utilem provideat et ponat.*

FURNESIUM, Fornax, ex Gallico *Fournaise.* Occurrit semel ac iterum apud W. Thorn.

* **FURNETUM**, Coctio furnaria, Gall. *Fournée.* Libert. Vernol. ann. 1365. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 644. art. 10 : *Dominus autem rex habebit de quolibet Furneto, de quolibet panifice, quinque pucabinas; et in dimidia furnata, unum denarium.* Vide supra *Furnatio.*

* **FURNEUS, Furnus**, f. Fimus, stercus, lætamen, stipula vel fenum, ab Italico *Fieno* : unde legendum fortean *Fienus*, pro *Furnus.* Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 154. ex Cod. reg. 4622. A. : *Item statuerunt quod si aliquis habuerit et tenuerit per directum suæ domus Furnum seu Furneum ultra tres dies, quod ipse sit in bampno solidorum decem, et hoc, si ipsum Furnum infra tertiam diem, postquam ibi eum posuerit, non abstulerit.* Vide mox *Furnilia.*

FURNIAMENTUM, Coctio furnaria, Gallis *Fournée.* Lambertus Ardensis pag. 161. cap. *Quare furnagia dantur Ardeæ : Pollicitus est et compromisit de quolibet oppidi furno ad quodlibet Furniamentum ad procurandum ursum et pavendum panem unum ursario se daturum.* Adde pag. 147.

FURNIARE, In furnum immittere, *Enfourner.* [* Vel potius Panem coquere, ut infra *Furnire* 2. Vide ibi.] Matthæus Paris ann. 1258 : *Et inveniemus eidem conventui domos competentes et necessarias ad brasiandum et Furninndum.* Vide *Furnare.*

* **FURNICULUS**, Fornacula, vel Catillus, in quo liquatur aurum vel argentum, Gall. *Fourneau, creuset.* Vide supra *Fornellus.* Stat. crimin. Saonæ cap. 50. pag. 104. ubi de monetis : *Eodem genere pœnæ quicumque adficiatur in cujus habitatione... Furniculi ad conflandum, aut quid aliud instrumentum ad hæc aptum inventum fuerit.* Ubi Stat. Genuens. lib. 2. cap. 31. habent, *Furnuli.*

FURNILE, Pars ædis rusticæ, in qua est furnus, vulgo *Fournil* : vox Belgis frequens pro ipsa æde rustica. Vetus Charta in Hist. Monasterii S. Nicolai Andeg. pag. 41 : *Dedi etiam eis unum Furnile solutum et quitum.* Alia ibidem pag. 48 : *Furnile unum in suburbio juxta greviam situm.* Tabularium Vindocinense Ch. 108 : *In suburbio mansionem unam, et Furnile unum.* Tabular Monast. S. Andreæ Viennensis : *Hoc est Furnile cum mansionibus, et quidquid ibi visus sum tenere, etc.* Vide *Furnillum.*

* **FURNILIA**, Stipula. Charta W. *Marmerel* milit. ann. 1226. ex Tabul. Fossat. : *Concessi insuper eis Furniliam calmorum terræ meæ, qui non erunt in prohibitione.* Vide mox *Furnilla.*

¶ **FURNILIUS**, Eadem notione. Privilegium Roberti Regis Franc. ann. 1022. pro Miciacensi Monasterio, apud Mabill. tom. 4. Annal. Benedict. pag. 707. col. 1 : *Possident... in burgo Dunensi furnulum unum in alodo... et in burgo S. Aniani dimidium Furnilium in manufirma, qui reddit censum denarios IV.*

¶ **FURNILLA**, ut superius *Furnata*, Coctio furnaria. Gall. *Fournée*, vel id quod pistori datur pro coctione furnaria. Charta Roberti Ambian. Episc. ann. 1316. pro Communia de Morolio : *Duos furnos in dicta villa et territorio pro coqui faciendo tartas, pastillos et flacones, aut alias res... Furnari dictorum furnorum panes pro redditu et pro Furnilla poterunt retinere.*

* Nequaquam; hac enim voce significantur Ligna minutiora et vepreta siccata calefaciendo furno accommoda, ut observatum est supra ad v. *Fornilia;* quod rursum probatur ex Charta Odon. episc. Paris. ann. 1199. in Chartul. ejusd. episc. fol. 51 : *Episcopus de suo faciet furnum in villa* (S. Clodoaldi) *et ponet ibi furnerium suum, qui furnum calefaciet de Furnilla, quam quærent homines.* Vide supra in *Furco* 2.

¶ **FURNILLUM**, ut *Furnile*, Gall. *Fournil*, Camera vel domus, ubi furnus est. Pactum matrimonii ann. 1086. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 519 : *Ego Herbertus duco uxorem nomine Godeheldem et do ei in dotalitio... duo arpenna vinearum et sex modios vini de vineis Herberti Sigleni et... unum Furnillum et unum burgensem nomine Amiot.* Charta ann. 1094. ex Archivo Majoris Monasterii : *Dederunt S. Martino medietatem offerendarum capellæ suæ, et decimum panem Furnilli sui.*

* **FURNIPENDIUM**, Cremaster, simul et locus ubi suspenditur, caminus. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus quoddam Furnipendium sive carmalherium ferri.* Ibid. : *Item plus in Furnipendio sive chymineyha duos canes ferri ponderis unius quintallis, quasi novos.*

1. **FURNIRE**, Præbere, instruere, *Fournir. Furniri, se fournir de quelque chose*, apud Sanutum lib. 1. part. 1. cap. 2 : *Cum in Cypro tanta quantitas zuchari nascatur, quod Christiani poterunt competenter Furniri.* Nata vox apud nostros videtur a *Furnis*, cum cocturis suis plene instructi sunt, ita ut nihil in eos immitti possit. Vide in *Hospitarius*, et Oct Ferrarium in *Fornire.*

* Charta ann. 1203. in Chartul. S. Sulpit. Bituric. : *Prior de Acheriis... tenebitur Furnire duos cereos ad illuminandam ecclesiam.* Hinc *Fournemens* dicitur Præstatio, quam quis quolibet anno præbere debet, in Charta ann. 1247. ex Lib. albo episc. Carnot. : *Quinque solidi et duo denarii annui redditus, pro redditu qui dicitur Fournemens. Fornesture*, Supellex necessaria; sive ad victum sive ad vestitum spectans, in Vita J.C. MS. ubi Discipulos alloquitur :

> Quant par le mont vos envoiai,...
> Failli vous onques Fornesture,
> Ne besoingnable vesteure?

¶ **Furnitus Lectus**, Gallice *Lit garni.* Statuta Collegii Bonicurtii ann. 1357. tom. 1. Instr. Histor. Paris. pag. 443 : *Provideat* (scholaris) *sibi de lecto Furnito, videlicet culcitra, pulvinari, duobus paribus pannorum lineorum et copertura.* Fundatio Collegii Bajoc. ann. 1308. ibid. pag. 616 : *Legamus eis octo lectos Furnitos de iis quos habemus Paristis.*

¶ **Fornire**, Eadem notione, in Chartul. S. Vandregesili tom. 1. pag. 361. et tom. 2. pag. 1335. et apud Murator. tom. 10. col. 1114. et 1138.

¶ **Fornitus**, Instructus, Gall. *Fourni, muni, garni.* Notitia Ecclesiæ Agrigentinæ in Sicilia sacra Rocchi Pirri pag. 293 : *Tenetur thesaurariæ S. Gerlandi unam cappam de diaspro auri samito vel tartarisco aureo de sindone foderatam, et alias de aurifrisio Fornitam conferre. Turris Fornita omnibus necessariis ad prælium*, in Annal. Genuens. Jacobi Auriæ lib. 10. ad ann. 1290.

Fornimentum, Supellex necessaria, vox Gallica. Tabularium Abb. Conchensis in Ruthenis Ch. 446 : *Et cum infans intraverit Monasterium, habeat totum Fornimentum suum, et unam bonam mulam, cum alio bono causimento suo, quod facere voluerit.* [Charta anni 1389. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Pro provisione et Fornimento gabellæ.* Codicillus ann. 1481 : *Duas suas legat triremes novas nondum completas cum suis Fornimentis.* Gallice diceremus, *Avec tous ses agrez.* Informationes Civitatis Massil. de passagio transmarino in MS. Sangerman. : *Item decostabit navis cum suo Fornimento et apparatu et cordis quinque millia lib. Turon. parvorum. Fornimentum arborum navis*, ibidem.]

¶ **Forinimentum**, pro *Fornimentum.* Testamentum Guillelmi ann. 1211. apud Acherium tom. 9. Spicil. pag. 157 : *De aliis Clericis Ecclesiæ Castelli et de eorum Forinimento fiat, sicut statutum fuit tempore consecrationis Ecclesiæ de Castello.*

¶ **Furnimentum**. Eadem notione. Procuratio de matrimonio inter Carolum filium Bernabovis et filiam Joannis Comitis Armaniaci ann. 1382. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1519 : *Item ad conveniendum cum præfata domina seu legitima persona, necnon cum præfato domino genitore suo.... de quantitate et qualitate dotis ac jocalium et Furnimentorum eidem viro suo dandorum, etc.*

Fruniri, pro *Furniri*, perperam scribitur in Epistola Guillelmi de Carnoto Magistri Templi ad Honorium III. PP. apud Hieron. Rubeum in Histor. Ravennat. lib. 6 : *Est et aliud incommodum videlicet super equitaturis adeo grave, quod equi nullo modo possunt venales reperiri. Quocirca universis Cruce signatis ac si-*

Digitized by Google

gnandis bona fide consulatis, quatenus de prædictis se studeant Fruniri, etc.

* 2. **FURNIRE**, Panem coquere in furno, nostris *Fornier* et *Fournier*. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 394 : *Non datur ibi* (apud S. Georgium) *elemosina, nisi decima pars panum, quos Furniunt in domo.* Reg. forest. de Broton. ex Cod. reg. 4653 : *Talis est usus forestæ Brotonniæ, quod nullus in terra costumaria potest Furnire, neque brachare,... sine assensu domini vel sui forestarii.* Charta ann. 1290. in Lib. rub. fol. parvo Abbavil. fol. 20. v° : *Debas fust mus... d'endroit les symeniax, quant il sont quit et Fournié ès fours segneur Huon du Pont;... Jehans Lukes disoit... que nus ne pooit Fournier symeniax, fors que à sen four, se n'estoit par sen congié.* Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 294 : *Comme ledit Denisot fust venuz en la maison de Lorent le Cat le jeune, fournier de la paroisse de la Cauchié de Eu, pour son pain aprester et Fournier, etc.* Stat. pro villa Pruvin. ann. 1319. in Reg 56. ch. 599 : *Le bolengier pourra acheter le blé,.... le fera moudre, cuire et Fornier selonc ce qu'il li samblera que bon soit.*

* **FURNISARE**, Eodem intellectu. Charta ann. 1310. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 42 : *Item super quadraginta tribus masuris ejusdem villæ* (de Hembecuria) *nobis debetur pro quolibet unus panis in valore unius denarii Paris. ad nativitatem Domini annuatim; et qui non Furnisant, debent unum Parisiensem pro pane.* Vide supra *Furniare*.

FURNITORES, Italis *Fornitori*, qui executorum testamentariorum vices explent, cum ii mortui sunt, aut munus illud recusarunt. Statuta Venetor. lib. 6. cap. 17. 18 : *Commissarii alicujus defuncti, seu tutores, et Furnitores illorum.* Cap. 21 : *Procuratores S. Marci sint... tutores pupillorum... insuper Furnitores omnium testamentorum.* [*Fornitores*, in Chron. Andreæ Danduli apud Murator. tom. 12. col. 378.]

* **FURNULIA**, ut supra *Furnilla*. Locus est in *Furnulus* 1.

* **FURNULLUS**, Ædes rustica. Charta fundat. prior. S. Nazar. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 453 : *Donavit.... Furnullum in burgo, etc.* Vide *Furnulus* 1.

1. **FURNULUS**, Furnulia, [ut supra *Furnile*, Gall. *Fournil.*] Tabularium S. Crucis Talemondens. fol. 3 : *Contuli et 4. molendina, 2. cum stagnis suis de dulci aqua, et 2. de mari molentia, et unum Furnulum in ipso castello, ... ad coquinum, ad Furnuliam, ad cameram Abbatis, etc.* [Vide *Furnilius.*]

* 2. **FURNULUS**, ut supra *Furniculus*. Vide in hac voce.

¶ 1. **FURNUS**, Cuniculus aptus ad mœnia igneo pulvere evertenda, Gall. *Fourneau*. Vide *Furnellus*.

¶ Furnus Indominicatus, Qui proprietario jure possidetur, in Charta ann. 1065. tom. 1. Hist. Lotharing. col. 459. Vide *Indominicatus* in *Dominicum*, 3.

Furnus Sacer. Vide Pachym. lib. 7. cap. 28. extremo.

* 2. **FURNUS**, Alia notione. Vide supra *Furneus*.

1. **FURO**, pro *Fur*, Ital. *Furo*. Marculfus lib. 2. form. 22. de servo : *Non Furo, non fugitivo, neque cadivo, etc.* Capitulare Sicardi Principis Beneventani cap. 11 : *De Furone vero et homicida ita stetit, ut si... furtum in sua patria facere præsumpserit.* Ita non semel in Legibus Luitprandi Reg. Longob. tit. 57. § 1. [** 80. (6, 27.)] Rothar. tit. 94. § 1. tit. 101. § 21. [** 235. 271.] Occurrit etiam in veteribus aliis Legibus apud Baluzium in Notis ad Capitular. pag. 1000. 1017.

2. **FURO**, Viverra, nostris *Furon*, vel *Furet*, *quoddam animal*, inquit Jo. de Janua, *et dicitur a furvus : tenebrosos enim et occultos cuniculos effodit, et ejicit prædam, quam invenit.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Furo, Furron, une beste qui prent conilz ès terriers.* Statuta Arelat. art. 81 : *Nullus teneat vel defferat retia vel pannellos vel Furonem ... nisi habuerit venationem propriam.* Alter locus exstat in *Fugare* post *Fuga*. Vide *Furo.*] Pseudo-Ovidius lib. 1. de Vetula :

> Nunc ad cuniculum foveæ munimine tutum
> Mittere Furonem, qui dente lacessiat ipsum,
> Donec in insidias prætensas retiolorum
> Se stimulatus agat, mala cautus ab obsidione.

* Alias *Fuiron*. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Bel* fol. 33. r°. : *Le roy Philippe l'an 1315. donna audit Guillebaut la chasse de toutes bestes à piez clos, à Fuirons, fil, reis et levriers, etc.* Reg. 34. Chartoph. reg. ch. 54 : *Item que nuls ne puist tenir Fuiron, ne versois, s'il n'est gentix hons, ou se il n'a garenne.* Vide supra *Furicus*.

* **FURQUA**, Furca. Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 33 : *Cum quadam Furqua fustea.... percussit uno ictu satis levi super spatulis dictum Guillelmum.* Ita *Fourque*, pro *Fourche*, dicunt Picardi.

FURQUIA. Vide *Furcia*.

¶ 1. **FURRA**, Villosa pellis, Gall. *Fourure*. Testamentum Johannæ Benstede ann. 1445. apud Thom. *Madox* Formul. Angl. pag. 434 : *Item do et lego Willelmo Bastard... meam mantellam penulatam cum Furris ejusdem.* Vide *Furrum*.

* 2. **FURRA**. Mirac S. Hyacint. tom. 3. pag. 373. col. 1 : *Mulier quædam a cane læsa in pedis parte, quæ Furra dicitur, etc.* Sed procul dubio legendum *Sura*, quæ est posterior tibiæ pars carnosa, ut monent docti Editores.

¶ **FURRAGIUM**. Vide *Fodrum*.

FURRATUS, Forratus, Pellitus, ex Gall *Fourré*. Matth. Paris pag. 302 : *Capa choralis pellibus variis Furrata.* Statuta Ordinis *de Sempringham : Mitras lineas nigras et Forratas de agninis pellibus.* [Computus a n. 1202. apud D. *Brussel* de Usu feudorum tom. 2. pag. clvi : *Pro roba de camelino Furata de ver ad Omnium SS.* viii. *l.* Et pag. clvii : *Pro roba, de viridi Forato de celdal, octo dies ante Magdalenam* lx. *sol.* Charta ann. 1360. inter Instr. Capellæ S. Yvonis Paris. : *Item Humberto bedello mantellum suum meliorem Fourratum de nigris agniculis cum capucio duplicato.*] Utuntur Fleta lib. 2. cap. 79. § 3. Cantipratanus, Jacobus de Vitriaco lib. 1. Vitæ B. Virgin. Concilium Londinense ann. 1342. cap. 2. [Concil. Senonense ann. 1346. can. 2.] etc. Vide *Foderatus*.

Foratus, in Statutis Ord. *de Sempringham* pag. 718.

¶ **FURRERA**, ut *Furrura*. Charta Ricardi II. Reg. Angliæ ann. 1382. apud Rymer. tom. 7. pag. 356 : *Aliud indumentum absque manicis foderatum cum bayro; unam Furreram de bayro pro una supertunica.*

¶ **FURRUM**, Idem videtur quod *Fodrum*, a Gallico *Feurre*. Chartular. S. Vedasti Atrebat. pag. 264 : *Hospitarius ibidem debet... fascem de Furro et duos fasces de liegne.* Vide *Fodrum*.

FURRURA, Furura, Pellitium, Gall. *Fourrure*. Monasticum Angl. tom. 2. pag. 646 : *Longum tabardum, capucium, cum Furrura ad supertunicam et capuciam.* Statuta Hospitalis S. Juliani in Additam. ad Matth. Paris pag. 162 : *Uti Furruris, dummodo de pellibus sint ovium vel agnorum, minime prohibemus.* [Computus ann. 202. apu d D. *Brussel* de Usu feudorum tom. 2. pag. clxxxiii : *Et pro Furura varii minuti ad capam de camelino, ad S. Andream*, c. *s.* Non semel ibidem occurrit.]

¶ **FURRURATURA**, ut *Furrura*. Charta ann. 1361. apud Rymer. tom. 6. pag. 317 : *Tam circa facturam et Furruraturam robarum et aliorum pannorum.*

FURRURIA, Eadem notione. Matth. Paris ann. 1248 : *Cum penulis et Furruriis de pellibus variis cisimorum.*

* **FURSITI**, Hæretici inter Valdensium sectarios recensiti a Frider. in Constit. contra Hæreticos ex Cod. reg. 10197. 2. 2. col. 9. r°.

FURST et **Fondong**. Leges Henrici I. cap. 46 : *De quibuscumque implacitetur aliquis, Furst et Fondong habeat.* id est, inducias, tempus consilium sumendi, a fyrst, tempus, spatium, induciæ. Vide Glossar. Saxon. Somneri verbo fyrst, et supra *Consilium*.

FURSWIROTOS. Lex Bajwar. tit. 17. § 2 : *Injuste territorium meum alteri firmasti, id est, Furswirotos, ipsum mihi debes reddere, etc.* Ita Editio Lindenbrogii. Tiliana *Farswirotos*, [Baluzii *Faswirotos*,] Heroldi *Farwesotu*, Codices alii MSS. *Furswirotus, Farsweritos, Cursuvirotos.* Vox formata ex Germanico *Fursweren*, pejerare : Angli *Forsweare* dicunt.

FURTARE, pro *Furari*. Coronatio Henrici Regis Portugalliæ apud Brandaon. lib. 3. cap. 13 : *Si Furtaverint de alienis, si blasphemaverint ad Jesum Christum, etc.* Occurrit præterea non semel in Foris Alcaçonensib. æræ 1268. apud eumd. Brandaon. tom. 5. pag. 307. v.

* Judic. ann. 1507. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 87. col. 1 : *De dicto panno sic sibi Furtato sive furato, etc.*

FURTH Cummand Borg. Quoniam Attachiam. cap. 17 : *Cujus titulus est, de plegio Furth cummand borg, et de plegio de standojuri.* Vide § 1.

FURTO, pro *Furtim*. Gloss. Gr. Lat. : Κάθρα, *Clam, clanculo, clandestino, Furto.* Ita *in Furto*, in Lege Longob. lib. 2. tit. 30. cap. 2. [** Carol. M. 73.] : *Ut nemo audeat in Furto mancipia emere, etc.* Ubi Glossa interlinearis, *id est, ab-*

Digitized by Google

sconse. Glossæ antiquæ MSS. : *Furto, adulterio.* Qua sane notione furtum videtur usurpari in Capitulari Aquisgranensi ann. 789. cap. 66. et in Appendice 2. Capitul. cap. 38 : *Item et Furta, et injusta connubia, necnon et falsa testimonia, sicut sæpe rogavimus, prohibete diligenter, etc.*

FURTUM HABENS IN MANIBUS. Vide *Manus rubra.*

* **FURTUMA.** Bulla Leonis IX. PP. ann. 1051. ex Tabul. S. Deodati : *Si inventio pecuniaria facta fuerat, quæ vulgo Furtuma dicitur, etc.* Legendum, ni fallor, *Fortunia.* Vide in hac voce.

FURTUOSUS : *Plenus furto, qui sæpe committit furtum, vel qui pugnat, ubi merces certa paratur.* Ugutio, Jo. de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Furtuosus, qui fait souvant larrecin.*]

FURTUS, pro *Furtum*, in Lege Salica tit. 10. Edit. Heroldi, et in Legib. Luitprandi Regis Longob. tit. 37. § 1. [** 56. (6, 3.)] Utitur etiam vetus Interpres Juvenalis Sat. 8. v. 112 : *Pates, inquit, has civitates Furtus non esse accusaturas, etc.*

* Nostris *Furt.* Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 342 : *Icellui Hutin emmena furtivement ledit cheval, et le mist en l'ostel de Jean de Scure chevalier, qui dudit Furt ne savoit riens. Icellui Jehan.... disoit que en faisant ledit Furt, il n'avoit fait point de bris*, in aliis ann. 1413. ex Reg. 167. ch. 179.

FURVANA, *viridissima, foliis perseverans.* Gloss. Longob. S. Germani Paris.

FURUNDUM, *Vulnus*, inquit Papias, *quod nascitur, Latine Furunculus, tumor in acutum surgens, ita dictus, quod ferveat, unde Græce* ἄνθραξ dicitur. Ita etiam Ugutio. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Furunculus, larroncel ou furron.*] Caper de verbis dubiis : *Fervunculum, a fervore, non Furvunculum.*

* **FURZATURA**, Sinus, Gall. *Fronçure* vel *Froncis*, unde *Furzatus*, sinuatus, rugatus. Stat. MSS. S. Petri Insul. ann. 1388 : *Item prohibemus..... ne quis canonicus.... portet tunicas suas Furzatas usque ad limbum, nec etiam ad collum, quod appareat Furzatura ab extra.* In recentioribus statutis ejusdem ecclesiæ loco *Furzatas*, legitur *Fronciatas.* Vide in hac voce.

¶ **FUSA**, Stamen fuso involutum, Gall. *Fusée.* Restitutio quarumdam villarum facta Stabulensi Monasterio ann. 905. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 37 : *Et annis persolverent singulis unius mansi xenium, videlicet* III. *porcos et* LX. *Fusas lini ad jam sæpe dictum Monasterium.*

* **FUSALE**, Stamen fuso involutum, Gall. *Fusée.* Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 906 : *In vigilia natalis Domini quatuor cicendelarii debent suscipere de camera archiepiscopi quatuor Fusalia lini, de quibus duo minores cicendelarii debent facere duas lampadas.* Vide mox *Fusata.*

FUSARE, Fusum trahere. Theodoricus Thuringus l. de S. Elizabeth Regina Hungariæ cap. 6 : *Nunquid hactenus visum est filiam Regis lanam Fusare?*

FUSARIA. Epistola Gaufredi de Meduana, tom. 2. Spicilegii Acheriani pag. 507 : *Dedi etiam ... decimam Fusariæ meæ, atque plateæ propriæ... et decimam omnium molendinorum meorum.* [Acherius suspicatur legendum *Silvæ.* Retinendum puto *Fusaria*, hocque nomine significari Officinam fundendis metallis, Gallice *Fonderie.* Vide *Fusarius* 1.]

1. **FUSARIUS**, Joan. de Janua, *qui facit fusos.* [Gl. Lat. Gall. Sangerm. : *Fusarius, Fuselier.*] Vide Statuta antiqua Corbeiensis Monasterii lib. 1. cap. 1. [ubi Acherius *Fusarios*, Fusores, Gall. *Fondeurs*, interpretatur.]

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Fusarius, faisour de fuseaux. Fusciau*, fusus, pars teli lignea, in Lit. remiss. ann. 1380. ex Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 170 : *Icellui Jehan pour sa simplesse prent six ou sept d'iceulx viretons, et en brisa les Fusciaux, et emporta les fers.* Hinc *Fusée*, appellata fustis species longa et tenuis. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 125. ch. 260 : *Getta ledit curé un baston ferré, appellé Fusée, après lesdiz exposans. Le suppliant reséry icellui Girardin d'un baston, nommé Fusée*, in aliis ann. 1408. ex Reg. 163. ch. 176.

2. **FUSARIUS.** Papias : *Fusarius, et sanguineus, arbores.* [*Sanguinarius arbor*, in Amalthea.]

* **FUSATA**, ut supra *Fusale*, nostris *Entrefusée.* Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 66 : *Perrotus Flamingi portans secum duo linteamina, duas Fusatas fili, etc.* Aliæ ann. 1408. in Reg. 162. ch. 356 : *Une paire de draps à lit, quatre entrefusées de file, etc.* Vide *Fusa.*

* **FUSATORIA.** Charta Ferdin. reg. Castel. inter Acta SS. tom. 6. Jul. pag. 56. col. 2 : *Non sernant nec Fusatoria, nec vigilia in civitate, nec in castello; sed sint honorati et liberi, etc.* Ubi restituendum opinor, *Non faciant nec facenderam, nec etc.* ut ex allatis ibidem Chartis colligi potest. Vide supra *Facendera.*

1. **FUSCA.** Anastasius Bibl. in Hist. Eccles. pag. 132 : *Ipse vero Basilium ... decollavit, et capita eorum Fusca condita per spatharios Imperatori transmisit.* Ubi Theophanes pag. 344. ex Cod. Barber. : Καὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν φυσκιάσας. Alii Codd. habent φασκιώσας, et φουρκίσας. Φεῦσκαν Moschopulus ait esse, quod Græci φύσκην vocant. At cum Græci ita appellent vesicam aut intestinum, aliud hoc loco sonat. Phæmon Cynosophii cap. 7. ait, φεῦσκαν esse ὄξος καὶ ὕδωρ θερμόν. Unde conficitur φεῦσκαν appellasse recentiores, quod Latini *Posca*m, et *Puscam*, id est, ὀξύκρατον. Quod firmat Paulus Diac. lib. 21. Miscellæ pag. 652. qui habet hoc loco : *Capita eorum Pusca condita.* Vide *Posca.*

* 2. **FUSCA**, pro *Fusta*, in Charta Phil. V. ann. 1320. ex Reg. 58. Chartoph. reg. fol. 58. r°. : *Donamus una cum Fusca sive merremo etc.* Vide *Fusta.*

¶ **FUSCANETUM.** Bullarium Fontanell. MS. : *Ad Fuscanetum emendum* v. *solid.* Legendum videtur *Fustanetum*, eadem notione, qua *Fustanum* infra.

FUSCANUS, Fuscus colore, vel subfuscus. Vett. Schedæ Thuanæ : *Hoc est casula Fuscana renelana* 1. *sagia Fusca* 1. *caligas albas* 4. *etc.*

* **FUSCARI.** Acta S. Gauger. tom 2. Aug. pag. 674. col. 2 : *Dominus nolens vel ad modicum servi sui orationem cujuscumque incuria, vel labentis baculi strepitu Fuscari, immo cujus esset meriti, hominibus manifestum fieri, angelicis, ut credo, manibus, ac si radicitus terræ figeretur, baculus ipse immobilis stetit.* Id est, turbari, vel eventu minus decoro quasi vilescere apud homines, ut notant docti Editores.

¶ **FUSCEDO**, Fuscus color generatim; specialius Crusta panis semiustulata, apud Guidonem Discipl. Farfensis cap. 19.

FUSCELLUM. Hariulfus lib. 3. cap. 3 : *Candelabra auro argentoque parata* 6. *ventaculum deauratum* 1. *Fuscellum deauratum* 1. *scyphus de argento* 1. *etc.* [Idem videtur quod *Fuscina*, quæ inter ministeria sacra interdum recensetur.]

FUSCI, Mauri, Mauritaniæ incolæ, nostris *les Noirs*, vel *Negres.* Chronicon Novalicense lib. 6. pag. 639 : *Eodem tempore, quo Fusci morabantur in castro Frascenedello, etc.*

FUSCINA, Papias : *Fuscina, unde pisces perforantur, tridens, creacra.* [Jo. de Janua : *Fuscina, Instrumentum ferreum et tridens, quo utuntur gladiatores ad se capiendum, piscatores ad pisces capiendos, coqui, etc.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fuscina, Havet, crochet.*] Habetur inter ministeria sacra in Histor. Episcop. Autisiod. cap. 20. pag. 423.

* Nostris *Fouyne*, *Foyne*, et *Fuyne*, eodem sensu, simul et merga, harpago, quo ad capiendos pisces utuntur. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 241 : *Icellui Colart fert ledit Pierre d'une Fuyne ou fourche à charger gerbes.* Aliæ ann. 1390. in Reg. 139. ch. 4 : *Pillet la Fourme tenant un Fouyne, autrement ditte fourchefiere, en sa main etc.* Aliæ ann. 1397. in Reg. 151. ch. 278 : *Icellui exposant tenant une Foyne à oster fiens, etc.* Aliæ ann. 1423. in Reg. 172. ch. 316 : *Une Foyne de fer à deux fourgons, appellée Boutehache, etc.* Rursum aliæ ann. 1447. in Reg. 176. ch. 510 : *Un baston, nommé Foyne, dont on a accoustumé de tuer poissons en eaue. Ung baston, lequel baston on nomme Foyne, pour chasser aux loutres*, in aliis ann. 1471. ex Reg. 195. ch. 612. Hinc diminutivum *Fouinette* et *Foynnette* Lit. remiss. ann. 1428. in Reg. 174. ch. 215 : *Une Fouinette à chargier gerbes de blé.* Aliæ ann. 1443. ex Reg. 176. ch. 303 : *Ung nommé Charloteau demourant à Clavy avoit une Foynnette en sa main etc.* Unde injuriæ causa *Foyneaulx*, pastores gregumve custodes appellabantur; quasi ad stabulum fimo purgandum destinati. Lit. remiss. ann. 1472. in Reg. 195. ch. 703 : *Icellui Marin dist au suppliant et autres pastours plusieurs injures, et entre autres choses les appella Foyneaulx.* Vide supra *Furcafera.*

* *Fuscinam* inter ministeria sacra haberi monet Cangius, quam minus apte inter sacra ornamenta amandat Georg. Rhodig. cap. 26. De Liturig. Rom. Pontif. ut efficitur ex loco ab ipsomet laudato in Chron. S. Trudon. tom. 2. Spicil. Acher. edit. ann. 1723. pag. 601. col. 1 : *Fuscinulas aureas parvas de auro pensas denariorum quinque; cultellum auro paratum etc.* [** Occurrit

Digitized by Google

eodem sensu *Fuscinula*, Gall. *Fourche*, in Carmine de Reinard. Vulpe, lib. 3. vers. 2218 : *Fuscinulas Satanæ porto.*]

* **FUSCOTORIUM**, *Fusteine*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide *Fustanum.*

* **FUSCULUS**. Vide supra *Flosculus.*

* **FUSELA**, **Fusella**, Fusus. Guido de Vigev. MS. de Modo expugn. T. S. cap 12 : *Et in isto ferro ponantur circumquaque Fuselæ, sic quod adæquentur cum dentibus rotæ arboris, in isto ferro de subtus Fuselis ponantur quatuor anuli per squadras, ut rota jacens possit teneri recta . . . Sit adæquata* (rota) *ab una parte cum rota carri, taliter quod dentes ipsius rotæ intrent Fusellas.* Vide *Fusolus.*

FUSELLUS, *Parvus fusus*, Joan. de Janua : *Fuseau.* [Legitur in Processu de Vita S. Yvonis inter Acta SS. Maii tom. 4. pag. 575.]

* **FUSEUS**, *Bourdon*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

¶ **FUSILE**, Os brachii a carpo ad cubitum, Gallice *Focile.* Acta B. Tomassi, tom. 3. Martii pag. 604 : *Duo ossa quæ dicuntur Fusilia brachiorum.*

* **FUSILLUS**, Tudicula igniaria, Gall. *Fusil.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679 : *Fusillus, fouesil.* Vide supra *Fugillus.*

* **FUSINA**, Officina, Ital. *Fucina.* Stat. Montis-reg. pag. 267 : *Statutum est quod quilibet ferrarius et cauderarius cooperiat in directo suæ Fusinæ quatuor canteratas.* Hinc forte *Fisinier*, dicitur Faber ferrarius, in Libert. urbis Trec. ann. 1470. ex Reg. 196. Chartoph. reg. ch. 186 : *Fisiniers ou maistres de fer etc.*

1. **FUSIO**, Inlatio publica, tributi pensitatio. Gloss. Lat. Gr. : *Fusio*, ὑλισμός, εἰσφορά, δημόσιον. Sic lego, pro δημοσίων, est enim δημόσιον, tributum. Rursum : *Fusiones*, εἰσφοραί, σωτέλειαι. Vox Jurisconsultorum.

* 2. **FUSIO**, Fusura. Arnauldus in Rosar. MS. cap. 4 : *Fusionem dat metalicam.*

¶ **FUSITERA**, *Animal in India, quod fluctus haustos fistulis eructuat, ita ut naves mergat.* Papias. Idem est quod Plinio *Physeter.* Gr. φυσητήρ, nostris *Physetere* vel *Souffleur.* De quodam Physetere monstroso hæc habet *Rabelais* in Pantagrueli lib. 4. cap. 33 : *Pantagruel de loin apperçut un grand et monstrueux Physetere, venant droit vers nous, bruyant, ronflant, enflé, élevé plus haut que les hunes des nauſs, et jettant eaux de la gueule devant soy comme si ce fut une grosse riviere, etc.*

FUSOLUS Molendini, apud Petrum de Crescentiis lib. 5. extremo, ex Italico *Fusolo*, Gallice *Arbre de moulin.*

¶ **FUSOR**, Qui fundit metalla, Gall. *Fondeur*, apud Palladium 1. 17. Guillelmum Monachum in Vita Sugerii, etc.

FUSORIUM, Ugutioni, *in quo quid infunditur.* Gloss. Gr. Lat. : Πρεχυτήριον, *Fusorium.* Ἐκχύτης, ἐκχυτήριον, *effusorium*, *Fusorium.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Fusorium, Vaissel à mettre liqueur.*]

* Glossæ Biblicæ MSS. anonymi ex Bibl. reg. : *Fusorium dicitur in quo aliquid funditur vel cum quo funditur. Fusorium, item dicitur opus, quod per fusuram fit.* Glossar. Gall. Lat ex Cod. reg. 7684 : *Fusorium, le lieu, ou vessel, où autre chose est fondue.*

¶ **FUSSICULA**, Præstationis species. Charta Guillelmi Abb. Floriac. ann. 1296 : *Burgenses de Castellione remanebunt et erunt quitti et immunes... de agrentio, de Fussiculis sive trossis porcorum* (porcorum) *de cornuagio, charruagio, etc.* Vide *Trossa* 2.

* **FUSSINA**, ut supra *Fusina*, Officina. Charta ann. 1300. inter Stat. Perus. pag. 23 : *Item de et pro fictis hortorum et Fussinarum, etc.* Aliud sonat vox Gallica *Fusse*, Alapain nempe, in Lit. remiss ann. 1461. ex Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 36 : *Icellui Richart lui avoit donné une Fusse en la joye* (joue).

¶ **FUSSORIUS**, ut supra *Fossorium*, Ligo. Statuta Corbeiensia apud Acherium tom. 4. Spicil. pag. 11 : *Et unusquisque habeat ad hortum excolendum sive ad alias necessitates explendas Fussorios* VI. *bessos* II. *secures* II. *etc.* [* Vide supra *Fessorius.*]

1. **FUSTA**, Lignum, materia lignea, *materiamen*, Gall. *Fust, Merrien*, ex Lat. *Fustis.* Charta Raimundi Comitis Tolosæ ann. 1181. apud Catellum in Comitib. Tolosan. pag. 215 : *Nullus homo vel femina emat Fustam in illo die, in quo fuerit delata, vel revendat : in qua Fusta intelligimus arcas, vel vasa sive vinaria, vel alia, et circulos et latas, et scamna et lectos, et omnem alium Fustam, quæ necessaria fuerit ad ædificia et bastimenta, quæ deferuntur cum manibus, etc.* Testamentum Guill. D. Montispessullani ann. 1211 : *Item Domina mater mea, vel ille, qui meos usus et aisiamenta accipiet, emendet illam Fustam, quam habui de Ecclesia de Pruneto, etc.* Adde fundationem Monasterii B. Mariæ de Silva regali ann. 1194. tom. 3. Spicilegii Acheriani pag. 169. Vide *Exarcia. Fustage*, in Consuetud. Solensi tit. 13. art. 1 : *Cascun pot joyr deu Fustage desusdeits heremps per bastir et per lo caufage.* A fuste seu ligno dicta navis species, quam vulgo *Fuste* dicimus, φοῦστα Malaxus in Hist. Patr. CP. et Chronicon Veneto-Byzantinum pag. 205. nam et naves nude *Ligna* vocantur.

¶ **Fusta**, Provincialibus *Fusto*, Trabs, Gall. *Poutre.* Charta ann. 1233. ex Schedis Præsid. *de Mazaugues : Ut quoties Fusta necessaria fuerit... ad ædificandum vel reficiendum domos suas, vel portalia, vel clausuras, vel pontes, etc.* Alia ann. 1272. inter Consuetud. Privileg. Tolos. e Bibl. D. Abbat. *de Crozat : Faciatis fieri per magistros et carpentarios vestros et fusterios vobis subditos Fustas bonas et pulcras et de legitimis peciellis* (paiellis.) Ibidem : *Nullus fusteriorum Tholosæ sit ausus emere aliquas fustas seu trabes,... donec ipsa Fusta fuerit a paiellatoribus per nos constitutis fideliter paiellata.* Computus ann. 1321. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 159 : *Ut Fustam apud Seyssellum emerent, et ipsam charreari facerent usque apud Lugdunum.*

* Nostris *Fuste* et *Fustage*; eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1371. in Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 140 : *Que ledit capitaine, ne ses dites gens ne puissent ou leur loise emporter aucuns Fustages, utenciles, pierres et autres biens estant oudit prieuré. Une Fuste ou piece de bois*, in aliis ann. 1418. ex Reg. 170. ch. 232. Hinc *Affutaige* et *Effutaige* nuncupabant id, quod a quovis conductitio opifice ab ejusdem artis magistris vel sodalibus, pro novo illius adventu exigebatur. Stat. ann. 1468. in Reg. 197. ch. 7 : *Item que les compaignons, qui vouldront ouvrer dessoubz maistres, seront tenuz de poier ausdiz maistres douze deniers pour leur Affutaige.* Lit. remiss. ann. 1471. in Reg. 195. ch. 543 : *Lesquelz compaignons conclurent aler veoir ung autre charpentier... pour lui demander son Effutaige, comme ilz disoient estre la coustume entre les charpentiers de par de là, quant ilz changent atelier nouvel.* Ejusdem originis vox *Effustument*, Materiatio, vulgo *Charpente*, in Charta ann. 1385. ex Reg. 127. ch. 242 : *A peine voyoit l'en à célebrer et faire le divin service en aucunes des chappelles et oratoires d'icelle église* (des SS. Innocens) *par les Effustumens des édiffices des maisons.* Vide infra *Fustamentum.*

* 2. **FUSTA**, Tributum, quod pro *fustis* seu lignis exsolvitur. Charta ann. 1345. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 280 : *Redditus loci prædicti, qui consistunt in pedagio,.... crida, incantu, Fusta, cepis, cendibus, et aliis redditibus minutis.*

* 3. **FUSTA**, vox Italica, Myoparo, liburnica, Gall. *Fuste.* Annal. Placent. ad ann. 1480. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 962 : *Dum magnus Subassi Turcharum dux... ad Vallonam Turcharum cum præda Christianorum progrederetur cum galeis quinque, Fustis duodecim, etc. Fustereau*, dimin a *fuste*, navicula, cymba, in Lit. remiss. ann. 1459. ex Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 201 : *Le suppliant et icelui Toutefoy entrerent ensemble en certain vaisseau ou Fustereau, etc.* Vide *Fustis*, 1.

¶ **FUSTAILLIA**, De vasis cujuslibet materiæ dictum videtur, a Gall. *Futaille*, quod tamen nonnisi de doliis solet usurpari. Instrum. ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 86 : *De quolibet vendente eodem modo paganum panem, pelleteriam, merceriam, ferrum, acerrum seu calibem, picoleriam, caseos, coria, fabricaturam auri, cyphos et aliam Fustailliam et consimilia... capitur unus denarius.*

* Unde *Fustaillerie*, merx doliaria, et *Fustailler*, doliorum artifex. Lit. remiss. ann. 1403. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 349 : *Icellui suppliant et son frere alerent en la compaignie de leur mere à la feste de Condé sur l'Escaud mener pour vendre plusieurs denrées de Fustaillerie, et aussi un leur voisin Fustailler,... qui menoit vendre plusieurs Fustailles. Fustalle*, pro Vase ligneo ad mensæ usum, ni fallor, in Pedag. ex Reg. sign. *Pater* Cam. Comput. Paris. fol. 253. v° : *Pour chascune bale de Fustalle, quele que elle soit, vj. den.*

¶ **FUSTAINUS**, ut *Fustanum* infra. Vide locum in *Celendra.*

¶ **FUSTAIRIA**, Locus Biterris ubi habitabant vel operabantur fabri lignarii. Testam. Rogerii Vicecom. Biter. ann. 1193. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 501 : *Et dono eis licentiam faciendi furnum in casali quod habent in Fustairia Biterris absque omni exactione mei et meorum.* Ubi Stephanotius in Fragm. Hist. MSS. tom. 10. pag. 170. legit, *Fustaria.*

* **FUSTAMENTUM**, Materia lignea. Comput. ann. 1488. inter Probat. tom. 4.

Digitized by Google

Hist. Nem. pag. 45. col. 1 : *Solverunt magistro Gonino Hondrati fusterio, pro fustis, postibus et aliis suis Fustamentis, ac suis laboribus traditis et factis pro reparatione dictæ turris, etc.* Vide supra *Fusta* 1.

¶ **FUSTANA**, ut mox *Fustanum*. Invent. Eccl. Noviom. ann. 1419 : *Coopertura boucassini operata ad modum Fustanæ.*

* Nostris, *Fustaine*, eodem sensu. Chartul. S. Sulpit. Bitur. fol. 19. r° : *Adelais uxor Stephani vicarii partem terræ S. Sulpitii, quæ est apud Besciacum, quam pater suus injuste possederat, domno Rainaldo abbati dimisit; et abbas in testimonio hujus doni dedit Adelai mulieri Fustaneum.* Chron. Bergom. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 1004 : *Qui Bonasolus.... voluit occidere dictum dom. Zininum de Suardis super ejus porta, non habentem in dorso tunc, nisi unum Fustanum, sine interula et camisa.* Lit. remiss. ann. 1458. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 309 : *Pierre Baille osta à icelle femme une sainture d'argent, certaines petites pieces de toille et son Fustaine.* Vide in *Fustanum*.

¶ **FUSTANIUM**, Eadem notione. Laudes Papiæ apud Murator. tom. 11. col. 22 : *Super fluvio Vernabulæ habent fullones habitacula plura, quæ dicuntur candida, in quibus... panni de bombice, qui fiunt ibi, et dicuntur Fustania, candidantur.* Occurrit rursus ibidem col. 43.

¶ **FUSTANIUM, FUSTANNITUM**, Vestis ex *Fustanio* confecta. Statuta Massil. lib. 2. cap. 39 : *Item, de Fustanio dominæ* XII. *den.*..... *Item, de Fustanio simplici* VIII. *den.* Statuta Arelat. MSS. art. 53 : *Et pro Fustannitis hominum* VIII. *den.*

* **FUSTANIUS PANNUS**, Ex gossipio contextus. Charta Henr. comit. Trec. ann. 1160. in Chartul. Arremar. ch. 241 : *Ut mercatores, qui ibi Fustanios pannos et alias merces vendere voluerint ibi etc.*

FUSTANUM, Panni ex gossipio confecti species : Xylinum : *Fustani*, Occitanis, nostris *Fustaine*. Occurrit apud Andr. Monach. lib. 1. Vitæ S. Ottonis Episc. Bamberg. cap. 45. Vide *Fustana, Fustanium, Fustanius*, suis locis.

FUSTIA, FUSTIAN, FUSTIANUM. Visitatio Thesauriæ S. Pauli Londinensis ann. 1295 : *Casula de Fustia cujus totus apparatus de Fustian... Item unum vestimentum cum apparatu de pal sufficienti, et casula de Fustian. Fustianum*, ibidem, et in Fleta lib. 2. cap. 12. § 8.

FUSTINUS. Concilium Arelatense ann. 1260. cap. 11 : *Cum sella alba vel Fustina sine phaleris equitent.*

FUSTANIUM. Statuta Massiliensia MSS. ann. 1276 : *Fustanium muliebre..... Fustanium duplex.*

FUSTANRUM. Ordericus Vital. lib. 5. pag. 591 : *Et Odelinæ conjugi ejus unum Fustaneum.... dedit.* Infra pag. 594 : *Et Odoni filio ejus unum Fustaneum.* Relatio de Ordine Cisterciensi tom. 1. Monast. Anglic. pag. 700 : *Neque casulas nisi de Fustaneo, vel lino, sine pallio aureo, vel argenteo.* Vide Orig. Gallic. et Ital. Menagii, et Possinum tom. 1. Hist. Pachymer. pag. 414. ubi de vocis origine.

¶ **FUSTANEA TELA**, in MS. Nobiliacensi apud Stephanot. tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 653.

¶ **FUSTANEUS PANNUS**, in Actis SS. Aprilis tom. 2. pag. 497.

¶ **FUSTANETUM**, in Chartular. S. Vandreg. tom. 2. pag. 2077.

¶ **FUSTANIA**, in Annal. Benedict. tom. 5. pag. 677.

¶ **FUSTANICUS**. Charta Landrici de Praiaco ann. 1118 : *Inde habuit Landricus equam cum pullo suo et..: filius ejus equum unum et alii duos Fustanicos.*

¶ **FUSTEIN**, in Actis SS. Maii tom. 1. pag. 774 : *Item unam casulam de Fustein.*

¶ **FUSTONYUM** Computus ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 326 : *Jam prædictam informationem dicti bayllivi habetur, quod dictus D. Raymundus fecit munitionem in dicto castro de armis et rebus infrascriptis, quæ existimatæ sunt valere pretium infrascriptum, videlicet* XI. *paria de platis coopertis de fustonyo, valentes in summa...* XX. *s.* VII. *den.*

FUSTARE. [* Nostris, *Fuster*, virgis cædere. Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. ad ann. 1331. fol. 50. r°. : *Marote Duflos... pour souppechon de larrechin fust Fustée à le banllieue.* Ibid. ad ann. 1336. fol. 84. r°. : *Regniers Esquiffars fu menés à le banllieue pour lui Fuster et banir, et li là venu, li maires le Fusta et bani.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 69 : *La mere d'Agnes cria à la mort, combien que paravant elle eust vendue saditte fille, dont elle fu pour ce Fustée et punie à Senz.* Pro Prædari, diripere, apud Monstrel. 1. vol. cap. 19 : *Si allerent Fuster aucuns méchans villaiges du pais, et bouterent le feu en aucuns lieux.* Vide in *Fustis*. *Affustre* vero est Fustem alicui obvertere. Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 168. ch. 419 : *Le petit homme prist le cheval d'icellui Alain par la bride, et Affusta son plançon à la poitrine dudit Alain.*] Vide *Fustis*.

* *Fut à Fut*, in Arest. Parlam. Paris. ann. 1306. ex Reg. Olim : *Mensura communis, quæ vulgo vocatur Fut à Fut.*

¶ **FUSTARIA ARS**, Lignaria, Gallice *Menuiserie*. Charta ann. 1490. ex Schedis Præsid. *de Mazaugues : Exercere artem Fustariæ.*

* Proces. ann. 1372. ex Tabul. Massil. : *Dixit ipse loquens, cum operaretur suo officio Fustariæ, cum sit lignifaber seu fusterius, etc.*

¶ **FUSTEJARE**, Lignum, materiam ligneam ad ædificandum cædere. Charta ann. 1497 : *Sunt in possessione antiquissima... de eodem territorio disponere et ordinare, tam in dando quibuscumque exteris quibus voluerint terram gastam pro eyssartejando, Fustejando, rusquejando, etc.* Ibidem : *In antiquissima et vera possessione pastorgandi, eyssartandi, leignerandi, Fustejandi, etc.*

¶ **FUSTERARE**, Eadem notione. Charta ann. 1284 : *Videlicet jus... laborandi, et Fusterandi, et lenhairrandi, pascendi, etc.*

FUSTERARE. Vide *Tasca*.

* **FUSTERIA**, Locus, ubi *fustæ* seu ligna venum exponuntur, vulgo *La place au bois*, alias *Fusterie*. Stat. Avenion. lib. 1. rub. 14. art. 5. pag. 45 : *Item in medio magnæ Fusteriæ ante viam, qua itur ad viam, vulgo dictam les Crotes.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 52 : *Berthelemy David habitant de la ville d'Avignon estant en une taverne, assise en la grant Fusterie de ladite ville, etc.*

¶ **FUSTERIUS**, Faber lignarius, Provincialibus *Fustié*, Beneharn. *Fusté*. Occurrit in Charta ann. 1272. in Concilio Biterr. ann. 1310. cap. 16. in veteri Catalogo MS. B. M Deauratæ. Vide in *Fusta*.

* Nostris, *Fustier*. Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 384 : *Un fustier ou charpentier, appellé Micheau Valdun etc. Jehan Garin Fustier de la ville de Thoulouse, etc.* in aliis ann. 1458. ex Reg. 188. ch. 61.

* **FUSTETUS**, Cotinus coriaria, Gall. *Fustet; Fusteil*, in Stat. infector. Rotomag. ann. 1359. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 117. art. 4. Leudæ major. Carcass. MSS. : *Item pro cargua de Fusteto*, 18. *den.* Ubi versio Gallica ann. 1544 : *D'une charge de Fustet, etc.*

¶ **FUSTEUS**, Ligneus. Acta SS. tom. 5. Junii pag. 343. ubi de S. Irenæo : *Quod caput infra quamdam capsam Fusteam argento tectam posuimus.* Instr. ann. 1347. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 568 : *Quæ omnia et singula, res seu jocalia prædicta pro pignore data, dictus dom. Dalphinus posuit et consignavit in quadam parva capsa Fustea.* Charta Geraldi Abb. S. Johannis Angeriac. ann. 1385 : *Sedente eodem dom. Abbate super quemdam bancum Fusteum.*

* Unde *Charette fustive*, ex ligno duntaxat, in Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 128. Chartoph. reg. ch. 155 : *Une charette Fustive sans ferreure chargiée d'avoine etc.*

FUSTIA, FUSTIANUM. Vide *Fustanum*.

FUSTIBALUS, Machinæ bellicæ species. Fulco lib. 2. Viæ Hierosol. pag. 893 :

> Aggeribus, plateis, onagris, Fustibalisque
> Assultus ineunt, cunctis utensilibusque,

Ubi forte legendum *Fundibalisque*. Vide in hac voce.

☞ Nihil hic immutandum suadet Vegetius qui lib. 3. de Re milit. cap. 14. sic *Fustibalum* describit : *Fustibalus, fustis est longus pedibus quatuor, cui per medium ligatur funda de corio : et utraque manu impulsus prope ad instar onagri dirigit saxa.* Hinc

¶ **FUSTIBALATOR**, in MSS. ejusdem Vegetii, ut observat Stewechius, pro eo qui *fustibalo* utitur. Editus habet *Fundibulator*. Vide in *Fundibalum*.

¶ **FUSTINUS**. Vide in *Fustanum*.

1. **FUSTIS**, ῥάβδος, ἐν ᾗ τύπτομεν, in Gloss. Gr. Lat. Isidorus lib. 5. cap. 27. et lib. 20. cap. 13. et ex eo Papias : *Fustes sunt, quibus juvenes pro criminibus feriuntur, dicti, quod præfixi in fossis stent, quos Palos rustici vocant. Fustibus verberari, cædi, coerceri*, in leg. 1. D. de Off. Præf. Præt. (1, 11.) leg. 3. et ult. de Off. Præf. Vigil. (1, 15.) leg. 5. Cod. Theod. de Episc. (16, 2.) leg. 21. 54. 57. de Hæret. (16, 5.) leg. 15. de Accusat. (9, 1.) leg. 80. 85. de Decur. (12, 1.) Concil. Matiscon. II. can. 1 : *Si rusticus aut servus, gravioribus Fustium ictibus verberabitur.* Edictum Pistense Caroli Calvi cap. 15 : *Ut servi pro hoc convicti, non cum grossa Fuste, sed nudi cum virgis vapulent.* Infra : *Et disciplinam*

Digitized by Google

sustinentes in corpore suo debiliores non fiant. Speculum Saxonicum lib. 3. art. 16: *Quando judici præco pro eo, quod ipsum in suo jure neglexit, multam præstat, mensuram Regis dat pro mulcta, quæ in triginta duobus virgæ quercinæ cubitum bipartitum continentis verberibus noscitur comprehensa.* Adde Legem Burgund. tit. 4. Andreas Suenonis lib. 5. Legem Scanicarum cap. 24: *Fustis autem appellatio virgam et baculum, hastam, securim, malleum, clavam, et vaginatum gladium comprehendit.*

FUSTARE, Fustibus cædere, *Frustare* Danti et Bocacio. Gloss. Gr. Lat.: Ξυλοκοπῶ, ὅ ἐςι τύπτω ξύλῳ, *Defusto, Fustuo.* Ita in MS. pro *Fustigo*, uti præfert Editio H. Stephani. *Fustare* porro occurrit in Lege Alemannor. cap. 12. 13. 14. et in Lege Longob. lib. 1. tit. 17. § 5. [** Liutpr. 141. (6,88.)] ubi *Fustigare* habet Lex Burgund. tit. 4. et aliis locis, Ῥοπαλίζειν, apud Harmenopul. lib. 1. tit. 7. § 20. Vide *Frustare.*

FUSTUARIA POENA, in Edicto Theoderici cap. 4. *Fustuarium supplicium*, in Lege Burgund. tit. 70. in l. un. Cod. Th. de Ædific. publ. (Novell. Maior. 4,4.)

FUSTUARIUS, Ξυλοκόπος, ὁ τύπτων ξύλῳ, in Gloss. Græco-Lat.

In pœnis publicis moderatam ξυλοκοπίαν, seu fustigationem, leviorem fuisse flagellatione quidam colligunt ex leg. 7. 10. 28. et seqq. D. de Pœnis. (48,19.) Contra Cujacius in Paratit. ad tit. Cod. de Emendat. servor. (9,14.) Vide Guillelmum Vorstium ad Rabbi Maimonidem de fundamentis Legis pag. 76. 77 P. Pithœum ad Collat. Legis Mosaicæ tit. 11. et supra in *Baculare.*

FUSTIS, Arbor justæ magnitudinis. Lex Salica tit. 27. § 28. Edit. Heroldi: *Si quis arborem post annum quam fuerit signata, priserit, etc.* Ubi ad marginem ex MS. alio: *Si quis in silva Fustem signaverit, et non capulaverit, etc.* Monachus Centulensis lib 1. Miraculor. S. Richarii num. 2: *Quadam autem die dum rura illius circuiret, super jam dictam fagum venit: quam dum enormen esse intuitus esset, jussit incidi, et quia apta esset ad ministerium foci indicavit. Cui sui servi professi sunt id minime hoc audere perpeti, eo quod paterna traditione didicissent illum esse sacratum Fustem, etc.* [Computus gabellæ S. Simphoriani pro D. Comite Sabaudiæ ann. 1321. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 160: *Cum viginti tribus hominibus qui assidue secum fuerunt per triginta dies per diversa loca ad guerendum, emendum et charreiandum usque Rhodanum et inrazellandum dictam Fustem super aquam.* Miracula S. Angilberti sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 133: *Conscendens cujusdam magnæ arboris Fustem, etc.* Occurrit non semel in Charta Tolos. ann. 1272. superius laudata; et in alia ann. 1423. apud Stephanotium in Antiquit. Occitan. part. 1. pag. 389.] Manet etiamnum vocis vestigium: silvas enim, in quibus sunt proceræ arbores, *Bois de haute fustaie* dicimus.

¶ FUSTIS LECTORUM, Sponda, Gall. *Bois de lit*, Lecti compages lignea. Guidonis Discipl. Farfens. cap. 47: *Hos versus conscriptos habeat camerarius in Fuste Lectorum, sive in plumatis ipsorum in dormitorio Fratrum:*

Lectulus en Fratrum venientium cernitur isthic
Sternia Lectorum cernuntur florida Fratrum,

PER FUSTEM investire. Vide *Investitura.*

¶ PER FUSTEM ET WANTONEM, Formula in bannis et confiscationibus adhibita; unde liquet non in investituris et traditionibus tantum usurpatam fuisse. Vetus Formula inter Leges Ludovici Imper. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 130. col. 1: *Domne Comes, sic dico: per istum Fustem et istum Wantonem mitto omnes res de Martino in bannum.* Ibid. col. 2: *Per istum Fustem et istum wantum tollo omnes res ejus de banno.* [** Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 133.]

¶ FUSTE AD FUSTEM, Formula qua in chartis utebantur ut mensuram cumulatam et radio præcisam significarent. Charta ann. 1222. ex Tabul. Corbeiensi: *Concesserunt quatuor modios frumenti de territorio de Tanes in grangia sua... ad mensuram ejusdem villæ Fuste ad Fustem mensuratos.* Alia ann. 1224. ex eodem Tabul.: *Noverint... quod ego Hugo de Foilliaco miles homo legius Ecclesiæ Corbeiensis tenerem de eadem Ecclesia cum alio feodo meo septem modios et septem sextarios frumenti Fuste ad Fustem ad mensuram Corbeiensem.*

CUM SCUTO ET FUSTE SE DEFENDERE, in Lege Longob. lib. 1. tit 25. § 76. lib. 2. tit. 55. § 29. [** Ludov. P. 23. Lothar. I. 31.] Vide *Campio, Duellum.*

FUSTES AD SEPULCRA PONERE, Superstitionis paganicæ species, apud Conradum Uspergensem ann. 1124.

FUSTES ALNINOS *super caput frangere*, in Lege Salica tit. 36. [quo signo quis parentibus nuntium remittebat.]

FUSTES, Naves ita appellatæ. Bernardus *de Breydenbach* in Itin. T. S.: *Vidimus Fustes et grippas cum navibus armatis applicare in portum.* Vide *Fusta*, 3.

* 2. FUSTIS, Sceptrum. Hist. reg. Franc. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 41: *Richildis .... veniens attulit ei* (Ludovico).... *regium vestimentum et coronam et Fustem sive sceptrum ex auro et gemmis.* Vide *Baculus* 2.

¶ FUSTONYUM. Vide *Fustanum.*

¶ FUSTUARIUS. Vide *Fust s.*

¶ FUSTUM, Vox generica quæ lignum, vel trabem significat, Gall. *Piece de bois.* Charta ann. 1209. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1091: *Tunc nos faciemus destruere ipsum bastimentum quod super Ecclesia de Aristot noviter est ædificatum, de Fusto videlicet et petra, et ut magis sit firmum, etc.* Instrum. ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 98: *Item quodlibet Fustum quod vocatur Timons, vel antenna debet 5. sol. Item Fustum quod vocatur Panna debet XII. den... Item unum Fustum quod vocatur Rondellum.* Charta ann. 1329. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Quatuor cruces de cupro et aliam de Fusto.*

* 1. FUSUM, ut supra *Fusale*, fusus. Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 679. col. 1: *Lini Fusa* (*id est, spille*) *sexaginta, quæ libram unam habebunt in pondere.*

* 2. FUSUM, Virgula ferrea, ut interpretantur docti Editores ad Acta S. Francæ tom. 3. Apr. pag. 391. col. 2: *Parvulus iste.... oculum unum sibi proprium de Fuso uno vulneraverat.* Qua notione semel iterumque occurrit, iisdem testibus, tom. 3. Mart. ad Mirac. S. Ambros. Senens. num. 58. At vero nihil hic video, cur de fuso ligneo non intelligatur.

¶ FUSUM LAPIDEUM, f. Crusta gypsea. Acta SS. Junii tom. 1. pag. 105. ubi de S. Symeone recluso: *Dehinc Fusum quid Lapideum coloris jecorii superficiem tumuli tegens, amoto illo, rursum, ut moris est sepulcrorum, conspicitur coopertorium.*

FUSUS, Mulier, vel muliebris sexus, cui *Fusus*, ut viro *gladius* et *arma*, competit. In Lege Angliorum et Werinor. *Hæreditas ad Fusum a lancea transire* dicitur, quæ ad filias transit. *Tomber en quenouille*, nostris. Speculum Saxonicum lib. 3. art. 15. § 3: *Qui expedatorias res, hoc est, arma bellica, postulet, agnatus ex parte gladii esse debet: ad utensilia vero, seu geradam, cognatus, id est, ex parte Fusi, seu mulieris, duntaxat admittitur. Hoir de quenouille*, in Consuetud. *de la Rouë d'Indre*, in Blesensi pago art. 7. filia patris hæres. Viget Proverbium apud Italos: *Far d'uno lancia un Fuso*, quod est *redurre una cosa grande à tanta estremità che non servi à niente.* apud Academicos Cruscanos. Vide Achmetem Onirocrit. cap. 249. extr. et infra in *Gladius.*

FUSUS ARGENTEUS mulierum sepulcris appensus. Ditmarus lib. 2. pag. 25. de filia Ottonis Magni Imp. Conradi Franconiæ Ducis uxore: *In Ecclesia Christi Martyris Albani in Moguntia flebiliter est sepulta, cujus Fusum argenteum in ejus memoria ibidem est suspensum.* Ita olim Tanaquillæ, Tarquinii prisci uxori, statuam posuere Romani, lanam, fusum et colum tenentem, in probitatis ac virtutis muliebris argumentum, uti testantur Festus, Plinius lib. 8. cap. 48. et Plutarchus Probl. 30. Quippe, ut ait Flugentius lib. 2. Mythol.: *Laborem manuum et operationem libidinosa mulier non diligit.* Sane cum *fusus*, feminarum *gladius*, vel certe *scutum* dicatur, quo scilicet contra desidiam sese tuentur, admodum vero simile est, inde profluxisse, ut earum insignia in *fusis* describantur, vulgo *lozengiis* dictis; quod, ut censet Scaliger ad Varronem, lauri foliorum speciem referant, quasi *laurengiis;* quorum figura eadem est, quæ fusorum. Sed et feminarum sigilla cerea, Diplomatibus appensa, fere semper ea forma ac figura conspiciuntur, in quibus effinguntur dextra aviculam, vel lilium, aut quid simile, tenentes, depictis ad lævam armorum insignibus.

Fusus Reg. lib. 2. cap. 3: *Et leprosus, et tenens Fusum, etc.* Ubi auctor Mamotrecti: *Fusus est instrumentum filandi. Fusum quidam dicunt in loco isto breve ventilabrum de foliis palmarum, quod volvitur instar Fusi; vel instrumentum ligneum cum duabus vel tribus tabellis, quas concutit leprosus quærendo panem.* Græca editio, κρατῶν σκυτάλην, id est baculum, quo gressus suos dirigat. Nam Aquila hoc loco τυφλός habet. [Mamotrecto consentit Jo. de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Fusus, Fusel à filer.*]

FUTHWITA. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. ult.: *Si autem retineatur, vel divadietur, vel implegietur ibi, blodwita et Futhwita poterit aggregari.* Sed legendum

Digitized by Google

Fythwita, quæ vox *forisfactura pugnæ* exponitur in veteri Gloss. Saxon. V. *Fyhtwita*.

* **FUTICES.** Tabul. Major. monast. : *Concessi .... terram, quæ est inter capitium ecclesiæ et terram ipsorum monacorum, ab eo, inquam, loco ubi Futices, id est, vulgariter haya, vinearum monacorum continuatur.* Idem quod Sepes, sepimentum ex virgultis confectum. Vide *Haga*.

¶ **FUTIS**, *Vas in templo ubi reponebatur quod de sacramento restabat.* Jo. de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Futis, Une maniere de vaissel de temple, large dessus et estroit par dessous. Futum*, apud Varronem.

¶ **FUTRUM.** Vide *Feltrum*.

* **FUTRUS**, Vagina, Gall. *Fourreau*. Translat. S. Wencesl. tom. 7. Sept. pag. 809. col. 1 : *Gladius beati Wenceslai cum Futro etc.* Vide supra *Fodrus*.

¶ **FUTT.** Vide *Fod*.

¶ **FUTUARE**, *Verbum satis commune per quod jactura humani generis restauratur; scilicet, Coire.* Johan. de Janua.

* **FUTURA**, *Sectura*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

* **FUTURALES MONACHI**, Novitii, qui vota nondum emisserunt, apud *La Mare* Hist. Lugdun. pag. 296.

FUTURARE, Differre. Achithrenius lib. 1. cap. 2 :

.... Hodiernos crastinat actus,
Et quod præteritum nunquam facit usque Futurat.

¶ **FUX.** pro *Faux*, Ostium fluminis, Gall. *Embouchure*, in Annal. Genuens. ann. 1204. 1214. 1242.

FUXOLANA, Vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

¶ **FUXOLIUM**, Gabellæ chartula, interprete Macro in Hierolex. vel ipsum sigillum quod Chartis appenditur. Bulla Eugenii IV. PP. ann. 1436. tom. 2. Bullar. Casin. pag. 321 : *Aliis quibuscumque redditibus, seu bonis, ac mensurationum, gabellationum, bullarum et Fuxolii..... eximimus.* Vide *Bolleta*.

* **FYEDUM**, pro *Fredum*. Vide in hac voce. Charta Ludov. reg. Germ. ann. 889. inter Probat. Hist. monast. S. Emmer. Ratisbon. col. 90 : *Ad fidei-jussores tollendos seu Fyeda exigenda etc.*

FYHTWITA, Amerciamentum pro conflictu : *Melleta*, Ranulfo Cicestrensi lib. 1. Hist cap. 50. Brompton. : *Fyhtwite, emenda, proveniens ex contentione.* [*Fyzwyte, Amerciamentum pro pugna*, in Glossariolo ad calcem Codicis MS. de quo Wanleius pag. 284. Regest. Priorat. Cokesford. apud Th. *Blount* in Nomolex. Anglic. : *Fithwite, i. si pugnaverint et percusserint se, quamvis sanguinem non extraxerint, Prior habebit inde amerciamenta.* Ibid. : *Flitwite, i. Quod Prior teneat placita in curia sua de contentionibus et conviciis hominum suorum et habeat inde amerciamenta.*] Aliis, mulcta ob commissam pugnam in perturbationem Pacis, quæ in exercitu Regis 10. solidorum erat. MS. Codex : *Fightwitha, id est, Forisfactura pugnæ.* Vox Saxonica, conflata ex fyht, pugna, et vite, mulcta. Leges Edmundi cap 3 : *Et nolo, ut aliqua Fihtewita vel mumbota condonetur.* Leges Canuti cap. 32. apud Bromptonum. : *In Denelaga habet rex Fyhtwitam, i. forisfactum pugnæ, et Fyrthwite, i. forisfactum expeditionis.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 80 : *Si homicida divadietur ibi, vel cravetur, Fithwytam recipiat.* Alii Codd. habent *Fitwwtam*, et *Fithwitam*. [*Fietwita*, in Charta Henrici II. Regis Angl. ex Archivo Beccensi.] Vide *Fictwita* et *Fletwite*.

¶ **FYLACTERIUM**, Theca, in qua reconduntur Sanctorum Reliquiæ. Hist. Beccensis MS. pag. 56. num. 12. ex Archivo ejusdem Monasterii : *S. Præsul Mauritius .... dedit venerabili Herluino Abbati duos capillos B. Virginis Dei genitricis Mariæ, qui anno 1134. cum aliis reliquiis inventi sunt in Fylacterio gemmis ornato.* V. *Phylacterium*.

¶ **FYLARGIRIA**, Græc. φιλαργυρία, Amor pecuniæ. Litaniæ SS. in MS. S. Martialis Lemov. circa sæculum x. exaratæ : *A spiritu Fylargiriæ, libera nos Domine.* Vide *Filargia*.

* **FYLLINGH**, Testes processus legitimi, interprete Ludewigo ad Leges Daniæ lib. 3. tom. 12. Reliq. Mss. pag. 168 : *Et in tercio placito debent per duos Fyllingh moneri ad stocke neffend.* Ibid. pag. 171. : *Item non debent veridici discernere, ad monitionem illorum Fyllingh, qui ipsos ad discernendum invocant sine consensu executoris causæ; et talium Fyllingh quilibet solvat bondoni tres marcas, et regi tantum.*

* **FYMPORTUS** vel *Fymport*, in antiquissima Consuet. Brit. art. 130. et 131. Consule Argentr. in Consuet. reform. art. 153. pag. 526. edit. 1608. et Hevin. in Arest. parlam. Brit. Frayn. tom. 2. pag. 33. inter Addit. V. *Finem facere* in *Finis* 1.

* **FYNAITUM**, Finis, terminus, limes. Charta ann. 1181. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 244. col. 1 : *Cum esset controversia.... de tenimentis et Fynaitis casalium S. Petri Vallisgurdæ etc.* Vide supra *Finium* 2.

FYRDERINGA, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 10. inter crimina, quorum cognitio ad solum Regem spectat, recensetur : ubi Spelmannus legit *Fynderinga*, atque, forte *thesaurum inventum* significare. Sed potius videtur esse hoc loco *Fyrderinga*, expeditio, seu expeditionis ad summonitionem non initæ delictum, ex Saxon. fyrderung, i. expeditionis apparatus, est enim fyrd, et fyrde, exercitus.

¶ **FYREBOTE.** Vide *Firebote*.

* **FYRKEN**, Vectigalis seu exactionis species apud Polonos. Pax Brestensis ann. 1436. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 121 : *Aliæ autem omnes et singulæ exactiones, quibuscumque vocitentur nominibus, a mercatoribus, ... et specialiter exactio quædam dicta lobegal et Fyrken, nullatenus de cætero exigatur.* Ibid. pag. 134. *Lobegalth et Firken*. Vide infra *Lobegel*.

¶ **FYRTHUNGA.** Vide *Firthunga*.

¶ **FYRTHWITE**, FYZWITE. V. *Fyhtwita*.



G G G

G LITTERA numeralis, quæ 400. denotat; unde versus:

G. quadringentos demonstrativa tenebit,

seu ut habet Ugutio :

Ergo quater centum, G. nunc caudata .....

Eidem literæ si linea recta superaddatur, quadraginta millia significat.

G. seu g. in Codd. MSS. mediæ ætatis usurpatur pro Senario. Vide libros Sacrament. Eccles. Rom. pag. 201. 205. 207. 260.

G. *In superscriptione cantilenæ, ut in gutture gradatim garruletur, gemine gratulatur.* Ita Notkerus Balbulus Opusc. *Quid singulæ litteræ significent in superscript. cantilenæ.* Vide *A*.

* G *litera a T. tracta est, cognationem habet cum C, et quando ponitur ante U, vocali sequente, amittit U vim suam, sicut cum A, ut Anguis, quis.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

¶ G. nonnunquam mutatur in B. sicque a *Figendo, Fibula* dicta est. [* Quod etiam in Gallico observare est. Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 447 :

Digitized by Google

L'exposant prist un baston ou Gaston de bois de ladite charrette, etc.] Pluries pro C. scribitur, ut mox videre est in *Gaba, Gabata, Gabia,* [* *Gaballa, Gambium, Gamera*, etc.] Apud Gallos in D. sæpius : a *Plangere*, Gallice *Plaindre*, a *Pingere*, *Peindre*, etc. derivantur. Apud Hispanos frequentius in H. ut *Hermano* pro *Germanus*. At nulla familiarior hujus litteræ mutatio quam in V. ac præsertim in W. et vicissim. *Willelmus* et *Guillelmus* perinde scribuntur, et alia bene multa vocabula, quæ passim occurrunt.

* G, sæpissime pro J, et vicissim. *Magestas*, pro *Majestas; Gajare* pro *Gagiare*, etc.

* **GAAGNABILIS Terra**, Ager culturæ aptus, qui coli et seri potest, nostris *Terre gaagnable*. Vide in *Gagnagium*. Charta Phil. Aug. ann. 1211. apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 186 : *Juhello de Meduana, in augmentum feodi sui, damus apud Lebesium hospites, terram Gaagnabilem et vivarium*. Vide infra *Gaaignagium*.

¶ **GAAGNAGIUM**. Vide *Gagnagium*.

* **GAAGNERIA**, Gahagneria, Prædium rusticum, agris colendis, mansionibus aliisque ad culturam necessariis instructum, nostris *Gaignerie* et *Gangnerie*, hodie *Métairie*. Chartul. S. Joan. Angeriac fol. 164. r° : *Willelmus, cognomento Rossellus, habebat Gaagneriam terræ ad Benestam et ad poditum Morellum etc.* Infra fol. 177. v°. *Gahagneria*. Charta ann. 1293. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Petrus de Gorgeio, dominus de Meeille, confessus est se vendidisse . . . . fructus, exitus et leveatas totius Gahagneriæ suæ de Meeille*. Alia ann. 1333. in Reg. C. Chartoph. reg. ch. 37 : *Laquelle rente lui assiet et assigne . . . . sur sa Gaignerie, appellé la Gaignerie feu Turpenay*. Charta ann. 1366. in Reg. 97. ch. 301 : *Item une Gaignerie séant en la paroisse de S. Cire sur Loyre, avec deux maisons de deux arpens de vignes*. Alia ann. 1395. in Reg. 148. ch. 321 : *Lesquelx Bertins eussent pris jusques à certain temps de Jehan Buoir escuier sa Gaignerie et terres, à les labourer à moitié*. Lit. remiss. ann. 1482. in Reg. 208. ch. 163 : *Icellui Jehan avoit certaine maison . . . joignant une petite Gangnerie ou mestairie. Gaignage*, eodem sensu, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 475. art. 4. et in aliis ann. 1430. ex Tabul. S. Joan. Laudun. A verbo Gallico *Gaaigner, Gaingner* vel *Gangner*, pro Arare, colere, serere. Charta Phil. *de Nemours* ann. 1266. ex magn. Pastor. Paris. fol. 178 : *Scachent tuit que je ay baillé mes terres de Guicherville à Gaingner à moitié, à religieux homme frere Hubert trésorier du Temple*. Alia pro habitat. *de Vandeuvre* ann. 1271. in Reg. 72. ch. 188 : *Le cheval paiera cinq moiteons de blef, moitié fourment et moitié aveine, et deux soulx; et cil qui n'aura, ou ne Gaaignera de beste, un quarteron, etc.* Lit. admort. ann. 1412. in Reg. 166. ch. 272 : *Une terre, qui souloit estre bruyere, et n'a guaires la l'en encommencée à Gangner*. Hinc *Gaaignerres* et *Gaignerres*, Arator, qui agrum suum vel alienum proscindit et serit. Chartul. Latiniac. fol. 159. v° : *S'il est ouvriers ou Gaignerres, de quelque mestier qu'il soit, il doibt trois deniers*. Codex S. Vict. Paris. 14. sæc. serm. 44 : *Chayns estoit Gaaignerres en terre; se li commanda Nostre Seignor que la disme de son blé li randist*. Mirac. Mss. B. M. V. lib 2 :

Il fu, ce truis, un laboureres,
Un Gaaignerres, un fouerres, etc.

Gaaigneur, Gaigneur et *Gaignent*, eodem significatu. Charta ann. 1257. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 182. r° : *Li quatres mui serunt de blé sec et moitéen à le veue et au tesmoignage de Gaaigneurs de Verberie*. Lit. remiss. ann. 1418. in Reg. 170. ch. 232 : *Jaques Lobet du lieu de Maisieres en la seneschaucié de Thoulouse, ... Gaigneur ou laboureur*. Aliæ ann. 1460. in Reg. 190. ch. 172 : *Guischart Traffoy Gaignent et affaineur de bras, etc.* Vide *Gagnagium*, 1.

* **GAAGNIUM**, Præstatio, quæ ex agri fructibus percipitur. Reg. Phil. Aug. de Feud. Norman. ex Cod. reg. 4653. A. fol. 183 : *Habet . . . . medietatem calengii et quartam partem campipartis de Roncieres, . . . et Gaagnia, quæ canonici de Marchesio Radulphi tenent de domino rege. Gayn*, eadem notione, ut videtur, in Charta ann. 1312. ex Chartul. Capel. ad Planchas : *Nous Jehans de Lancastre, sires de Biauffort, et Aalis de Jainville dame de ce méme lieu . . . . donnons à l'église de Nostre Dame de la Chapelle aux Planches . . . . un grand sextier de Gayn*. Vide infra *Gaaingnagium*.

* **GAAIGNAGIUM**, Gaanagium, Ager culturæ aptus, qui colitur et seritur, nostris, *Gaaigne*. Charta Drocon. dom. Triang. ann. 1251. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. fol. 345. v° : *Renaudus de Marpeniaco miles recognovit quod tenet in feodum . . . . totum Gaaignagium sive terras arabiles*. Charta ann. 1223. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 372 : *Concessit* (Willelmus comes Nivern.) *ecclesiæ de Betleem . . . . burgum qui vocatur Burgus Pantonerii, . . . cum Gaanagio territorii, quod vocatur territorium de Cembof, et cum pertinentiis ejusdem Gaanagii, et villam sitam sub Cersiaco, quæ vocatur Domus-Dei, cum Gaanagiis et vineis*. Bestiar. Ms. :

Et as plains sans (champs) et ès aies,
Es Gasignes et essemes.

Vide *Gaagnabilis* et *Gagnagium*, 1.

* **GAAIGNIA**. Vide infra *Gaengnia*.

* **GAAINGNAGIUM**, Præstatio, quæ in agri fructibus exsolvitur, nostris *Gaignage*. Charta ann. 1295. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 47. r° : *Item triginta minas bladi, . . . quarum viginti sunt in redditibus et decem in Gaaingnagiis*. Alia ann. 1303. ex Chartul. monast. de Escur. : *Avons donné à l'abbé d'Escurey un muid et deux quartiers de froment, et six septiers d'avoine en nos rentes de Paroy, que on dit les Maiserez, et y prendront terrages et Gaignages*. Vide supra *Gaagnium*.

* **GAANNAGIUM**, Eodem intellectu. Charta Hugon. comit. Vaudimont. ann. 1215. in Chartul. Arremar. ch. 81 : *Habet ecclesia memorata in eadem villa grangiam suam, Gaannagium suum, medietatem furni*.

* **GAANNERIA**, Gannaria, Eadem notione. Tabular. Absiense ch. 236 : *Ugo de Pontis et uxor ejus Audeardis, Willelmus de Turre, et Hugo et Goffridus fratres ejus dederunt quartum decimæ de Gaanneria Christiano clerico*. Reg. Phil. Aug. de Feud. Norman. ex Cod. reg. 4653. A. fol. 189 : *Tenet . . . quartam partem Gannuriæ et campipartis*. Infra : *Gauneria*. Vide in *Gagnagium*.

GABA, Via, quasi *Cava;* quomodo *rugam* hodie dicimus quod *rugæ* frontis formam effingat. Charta ann. 1216. apud Ughellum tom. 2. Ital. sacr. pag. 770 : *Et limites tales esse censentur, videlicet a pede via, venit sursum a massaria de Petralonga, et respicit ad filum cum Gaba, seu via, quæ vadit, etc.* Charta Ital. ann. 1345 : *Si aliquis soliaverit aliquas cavas, vel scalnaverit, seu spoliaverit, caligerit salices, ulmos, vel alias arbores, et super alienas Gabas, solvat pro pœna sol. 1. et totidem pro emenda*.

Gabia, Idem quod *Gaba*, Via, platea. Charta Philippi Episc. Amalphitani ann. 1281. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 301 : *Et quia providimus, satis esse decens et conveniens, ut in vigilia translationis ipsius, novem Ecclesiæ nostræ civitatis inferius subscriptæ deferrent arbores cum floribus et magnis columbris rosarum, induximus Rectores prædictarum Ecclesiarum, ut in vigilia ipsius translationis quælibet ipsarum Ecclesiarum deferret et offeret nobis in Gabia Ecclesiæ, quam propter hoc fieri fecimus, arborem suam et columbrum rosarum, etc.*

* **GABADEUS**, Italis, *Gabbadeo*, Hypocrita, fraudulentus, simulator. Barelet. serm. in festo S. Thomæ Cantuar. : *Quatuor sunt generationes personarum, quæ gaudent in hoc mundo. Primi sunt mansueti, ... secundi adulatores; tertii fatui; quarti Gabadei, qui mundum deludunt, cum velit deludi*. Vide infra *Gabator*.

* **GABALLA**, pro *Cavalla*, Equa, Gall. *Cavale, jument*. Charta Primislai reg. Bohem. ann. 1211. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 731 : *Conjux prædicti comitis has possessiones erogavit, villam Zaratici, Bisoa cum armento viginti quinque Gaballarum*.

** **Gaballus**, in charta Caroli Simpl. apud Schœpflin. Alsat. Diplom. tom. 1. pag. 103. num. 129.

¶ **GABALUM**. Vide *Gablum*.

¶ **GABALUS**, Gabala, *Crux, patibulum*. Laurentius in Analthea. Vide *Gabulum* 1.

GABAR. Gl. MS. Regium : *Calonis, Gabar militum*.

¶ **GABARA**, Gabares, Gabarus. Vide *Gabbara*.

* **GABAROTUS**, Gabarrotus, Cymba, naviculæ amnicæ species, nostris, *Gabarre*. Charta ann. 1339. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 545 : *Quod sit jus dictis consulibus et universitati . . . . cum Gabarotis per dictum locum* (de Blanhaco) *transeundi*. Lit. Lanceloti de Roya ann. 1394. in Reg. 146. ch. 121 : *Dicti querelantes cum suis Gabarrotis et parvis navibus navigando per flumen Guaronæ . . . libere transire poterant, nec valebant; et quod non erant ausi cum dictis eorum Gabarrotis et parvis navibus, etc.* Lit. remiss. ann. 1442. in Reg. 176. ch. 185 : *Invenerunt unum Gabarrotum seu parvum batellum, cum quo festinanter transiverunt*

Digitized by Google

flumen Garonæ. Aliæ ann. 1400. in Reg. 155. ch 390 : *Comme les supplians feussent en un vaisseau, nommé Gabarre, estant sur eaue en un lieu nommé l'ester du port de Corsse, près de ladite ville de Saint-Jehan-d'Angely, etc. Icellui Guillelmot se transporta sur la riviere du Né, où il trouva une Gabarre*, in aliis Lit. ann. 1451. ex Reg. 185. ch. 198. Unde *Gabarrier*, qui ejusmodi naviculam ducit, in Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 205. ch. 17 : *Ung autre Gabarrier,.. lequel amarra sa Gabarre joignant celle du suppliant*. Vide *Gabarrus*.

GABATA, Gavata. Isidorus lib. 20. cap. 4 : *Lancis, Gavata, quasi cavata, g. pro c. littera posita*. Perperam *Gravata* editum. Papias : *Gabata, Patena, vas, quasi cavata*. Ugutio : *Simpuvium, genus poculi, quod et Gabata, vel Grabata dicitur*. Joan. de Janua : *Gavata, vas escarium, quasi cavata; et differt a concha, quia hæc est cavata, illa concava*. [Quibusdam tamen idem ac concha, fuit, ut videre est tom. 4. SS. Junii pag. 756 : *Oblata Gabata seu concha ex auro purissimo, pensante libras* XXX. *pretiosisque vestibus*.] Gloss., Lat. : *Gavata, Vaisseau à garder viande* [in Sangerman. MS : *Vassiau ou vaziau à mettre ou porter viande*.] Glossæ Basil. : Καύκους, γάβατα. Theophanis verba, εἰς τὸν καῦκον ἅπτις, vertit Miscella, *In Gabata bibisti*. Est igitur *Gabata*, seu *Gavata*, lancis genus. *Gabatam* dixit Martialis lib. 7. Epigr. 48. *Gavatam* recentiores aliqui. Fortunatus lib. 11. Poëm. 9 :

Carnea dona tumens argentea Gavata perfert.

Exstat Epigramma Ennodii, quod est 9. cum hoc lemmate : *De compostile habente septem Gavatas*, hoc est, lances, vel discos. Glossæ Pithoeanæ, ex quibus emendandæ Isidorianæ : *Paropsis, Gavata, catinus*.

* Γαβάθη, τρυβλίον, apud Hesych. Vide Maffei Observat. Liter. tom. 2. pag. 275.

Gabatæ non semel inter ministeria sacra reponuntur a Scriptoribus : *Gabatæ medianæ unctæ, Gabatæ liliatæ, Gabatæ collunellatæ*, vel potius *columellatæ* occurrunt etiam crebrius in Hist. Episcopor. Autisiodor. cap. 20. *Gabatæ electrinæ*, apud Anastasium in Vitis PP. pag. 71. 165; *Gabatæ interrasiles*, pag. 121; *Gabatæ aureæ Suxiscæ*, pag. 72. 165; *Gabatæ interrasiles*, pag. 121; *Gabatæ aureæ fundatæ*, pag. 122; *Gabatæ aureæ purissimæ interrasiles, filopares*, pag. 165. 174. Sunt autem hoc loco *Gabatæ*, lances seu disci in Ecclesiis, a laquearibus pendentes, cereis vel lampadibus instructi. Idem Anastasius pag. 128 : *Neenon et Gabatas fecit, ex auro purissimo, quæ pendentes in pergula ante altare*. Pag. 131 : *Fecit Gabatas sex cum Cruce ex argento purissimo, quæ pendent ante arcum majorem*. Guillelmus Bibliothecarius in Stephano VI. pag. 236 : *Gabatas argenteas cum lampadibus obtulit, et continuatim vigiliis ardere præcepit*. Adde eumdem Anastasium pag. 118. 165. 174. et Ademarum Cabanensem in Chron. apud Labeum pag. 179. [** Ademar. Histor. lib. 3. cap. 56. ap. Pertz. Script. tom. 4. pag. 141. lin. 23.]

¶ **Gabatha**, in Actis SS. Maii tom. 3. pag. 393. Junii tom. 2. pag. 150. et pag. 573.

Gabatus, apud Anastasium pagina 46.

Gabator, *sive Gabitor, dicitur homo jocosus*, in Glossario Cambronensi. Etiamnum *se Gaber de quelqu'un*, dicimus pro *aliquem irridere*. [Etymon a Britannico *Goap*, vel *Goab*, Irrisio, jocus; *Goapa*, Jocari, irridere; *Goapaer*, Jocosus, irrisor. Vetus Poëta MS. e Bibl. Coislin. :

Le tornerent à Gaberie,
N'i a celui qu'il ne s'en rie.]

* Ital. *Gabbatore*, a verbo *Gabbare*, quod Decipere, contemnere, irridere, jocari iisdem sonat, ut *Gabar* et *Gabaire* Poetis Provincialibus. Nostris *Gabois*, Jocus, irrisio, fraus. Hugo *Plagon* in Contin. Hist. Guill. Tyrii apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 711 : *Anseau de Brie.... ne vout croire les espies, ains en fist son Gabois*. Phil. *Mouskes* in Carolo Simpl. :

Et cil Rollans ot dit ançois
A Hastenc tout par son Gabois
Que il deslooit la bataille.

Gap, eodem sensu, in Vita J. C. Ms. :

Reportés li son or sans Gap,
Et il vous rende vostre drap.

Ibidem :

Il ne fu mie fais par Gap.

Gas, apud Bellom. Ms. cap. 15. Chron. Franc. apud D. *Le Beuf* tom. 1. Dissert. pag. cxlvij :

Li cuens de Bar n'en revint pas
Qu'il y fu pris, ce n'est pas Gas.

Le Roman *de Robert le Diable* Ms :

A Gas et à mélancolie.

* Ejusdem originis atque notionis *Gabuser*, Irridere, in Lit. remiss. ann. 1466. ex Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 176 : *Le suppliant voyant qu'icellui Malortie se vouloit mocquer et Gabuser de son pere et de lui. Le suppliant dist à icellui Ballain qu'il ne se faisoit que Gabuzer de lui*, in aliis Lit. ann. 1467. ex Reg. 199. ch. 17. Hinc *Gabuserie*, Deceptio, impostura. Lit. remiss. ann. 1448. in Reg. 179. ch. 191 : *Lequel* (bateleur) *faisait agenoillier les bonnes gens devant lui, et leur preschoit plusieurs Gabuseries et museries*.

* *Degaber*, eadem acceptione, dixerunt; sed et pro Denegare usurpari videtur in Redit. comit. Narmuc. ann. 1265. ex Reg. sign. *Papier velu* Cam. Comput. Insul. fol. 9. v°. : *Et se on les Dégabe, il s'en doivent taire*. Unde *Degabement*, pro Contemptus, opprobrium, in Chron. S. Dion. lib. 2. cap. 25. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 206 : *Sigeberz li rois de Més savoit bien si frere estoient en reproche et el Dégabement du monde pour le péchié de luxure*. Vide supra *Gabadeus*.

Gabbara, Gabbares. Ita vocabant Ægyptii mortuorum condita cadavera, quæ alii *Mumias*. Papias : *Gabbari, inclusi barbari : unde Gabbares, mortuorum corpora condita*. Gloss. Isid. : *Gabarus, insulsus, barbarus, unde Gabares mortuorum*. [Eædem Glossæ : *Galbares, Mortuorum condita corpora*. Scribe *Gabares*.] Ita etiam Ugutio cum unico b. S. Augustinus de diversis Serm. 120. cap. 12 : *Ægyptii soli credunt resurrectionem, quia diligenter curant cadavera mortuorum : morem enim habent siccare corpora, et quasi ænea reddere, Gabbaras ea vocant*. Vide Scaligerum Epist. 198. et in verbo *Mumia*.

Gabbarus, Squilla, piscis. Gloss. Gr. Lat. : Κυρίς, *Scilla, Gabbarus*. Ita in MS. Editum habet, *Galbacus*. Joan. Architrenius lib. 1 :

In his quinque pedes produxit Gabbarus artus.

In Consuetudine Burdegalensi art. 116. *Gabarre* est navicula amnica, *Gabarrier*, navicularius. Cujus vocis etymon ab Hebræo accersit Steph. Guichartus. Computum Barth. *Du Drach*, Thesaurarii Guerrarum ann. 1338 : *Mises et depenses pour prendre, amener et assembler plusieurs nefs, Gabarres, et autres choses necessaires aus pons et passages sur la riviere de Garonne*. [Vide *Gabbara*.] [* et *Gabarotus*.]

¶ 1. **Gabbia**, Carcer. Vide in *Gabia*.

* 2. **Gabbia**, vox Italica, Corbis, qualus; sed et pro Malo, cui *Gabbia* imponitur, in Charta Conr. II. reg. Sicil. pro Pisan. ann. 1269. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Chron. imper. Leon. Urbevet. pag. 273 : *Si navis vel lignum fuerit de duabus Gabbiis*, (solvere debeat) *medium augustarem auri tantum; et si habuerit unam Gabbiam, tantum duos tarenos auri; et lignum quod Gabbiam non habuerit cum cuperta, unum tarenum auri tantum*. Vide in *Gabia*.

¶ **Gabeisio**. Vide *Gambeso*.

Gabella, pro Præsidio militari, *Garnison*, non semel usurpatur a Raimundo Montanerio in Hist. Catalanica Regum Aragon. cap. 205. 206. 207. 249. Vide alia notione in *Gablum*.

* **Gabellare**, Gabellerius. Vide infra in *Gablum*.

* **Gabellotus**, Monetæ species, denarius, drachma, Ital. *Gabellotto*. Lib. cens. eccl. Rom. : *In episcopatu Mimatensi, unum Gabellotum*.

* **Gabeo**, Ludicrus, facetus, Ital. *Gabbevole*. Cæremon. Rom. fol. 42 : *Domum ac familiam cum omni honestate et modestia gubernent* (Cardinales), *non sint in ea lusores, rixatores, Gabeones et viri infames, etc*. Vide supra *Gabator*.

¶ **Gaberina**, *Area*, in Gloss. Isid. scilicet qua mortuorum corpora condiuntur. Vide *Gabbara*.

¶ **Gaberna**, pro *Gaberina* legitur apud Martinium in Lexico.

Gabettus. [* F. Vasis genus ad instar navi*c*ulæ. Vide supra *Gabarotus*.] Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis ann. 1295 : *Item una reliquia cristallina, cum duobus Gabettis argenti deauratis, quam supportant duo Angeli, etc*.

Gabia, Cavea, unde vocis etymon; Italis *Gabia*, et *Gabbia*, nostris, *Cage*. Gloss. Gr. Lat. : Γαλιάγρα, *Gabia*. Occitanis *Gabio* : ex quo *Gabiones*, urbium et castrorum munimenta ex pluribus sportulis terra oppletis educta et erecta. Petrus de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 4 : *Accipitres... ponantur mense Martio vel Aprili in Gabia magna*.

Sumitur etiam pro carcere. Vetera Acta de Jacobo ultimo Rege Majoricarum : *D. Jacobus per annos* 3. *et ultra in tristissimis et durissimis carceribus fuit per Regem Ara-*

gonum, et in Gabia ferrea noctibus et diebus, cum dormire volebat, reclusus. [Chron. Veronense ad ann. 1230. apud Murator. tom. 8. col. 624 : *Et post paucos dies conducti fuerunt in palatio Communæ Veronæ, et in Gabiis carcerati.*] Petrarcha part 1. Son. 4 :

In cost tenebrosa, e stretta Gabbia
Rinchiusi fummo.

¶ GABBIA, Eadem notione. *Posuerunt ipsum in quadam Gabbia de ligno, de duabus partibus compeditatum*, in Chronico Astensi apud Murator. tom. 11. col. 145.

¶ GABIA, Carchesium, Gall. : *La hune ou la cage qui est au haut du mât du navire.* Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1264. apud Murator. tom. 6. col. 532 : *Erant autem naves tres, una quarum major erat aliis, et taridæ magnæ cum Gabiis, panzonus unus, galeæ duæ, et sagittea una.* Aliud est in Litteris ann. 1212. apud Rymer. tom. 1. pag. 163 : *Cum balistariis, et servientibus, et duabus Gabiis suis.*

GABIOLA, diminutivum a *Gabia*, Carcer, Gall. *Geole.* Gloss. Gr. Lat. : Ζωγρεῖον, *Caviola.* Charta ann. 1222. in Tabulario Campaniæ Thuano : *Erunt liberi a tallia et tolta, et custodia totius villæ, turris, et Gabiolæ, neque ibunt in chevaucheiam, etc.* Occurrit ibi pluries. Habetur alia ejusdem tenoris ann. 1209. apud Pithœum ad Consuet. Trecens. art. 2. Observat Salmasius ad Vopiscum, ubi apud hunc Scriptorem hæc leguntur in Probo : *Neque enim erat bestiarum impetus ille, qui esse e caveis egredientibus solet ;* Palatinum Codicem præferre, a *cabeis :* nam ita, inquit, scribebant, *cabeam*, vel *cabiam*, unde diminutivum *Cabiola*, et *Gabiola.* Vide *Gaba.*

* GABIDUS, *Frigido*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

¶ GABINETUM, *Cimelium*, apud Laurentium in Amalthea, Gall. *Cabinet.* [* Ital. *Gabinetto*, Penetrale.]

* GABINUM. Vivarium, cavea, Ital. *Gabbia*, eadem notione. Charta Frider. II. ann. 1223. pro monast. S. Cæsar. Arelat. ex sched. Pr. *de Mazaugues* : *Sicut jungitur... et Gabino et stagno de Vacares.*

¶ GABIOLA, Vide *Gabia.*

¶ GABITOR. Vide *Gabator.*

¶ GABLAGIUM. Vide in *Gablum.*

* GABLERIUS, *est qui agillime ascendit ad Gabiam super navis arbore consistentem.* Rursum : *Gablerius, qui ascendit ad Gabiam arboris navis cum expedit.* Barber. in Gloss. ad *Docum. d'amor.* pag. 257. et 259. Italis, *Gabbiero* et *Gabbiere*, nostris *Gabier.* Vide supra *Gabbia.*

GABLUM, Census, tributum, reditus : ex Saxonico gafol, vel gafel, eadem notione : illud vero ex Hebræo *Gab*, quod idem sonat, si Guichartum audimus. [Rectius a *Gabal*, recipere, deducitur. Chartularium SS. Trinitas Cadomensis fol. 27. verso : *De hantone receperunt firmari 26. virgas terræ et dimid. decem et septem harum ad opus, 9. et dimidiam ad Gablum.*] Domesdei : *Wallingford continet 276. hagas, reddentes 9. libras de Gablo.* Alibi : *Oxford. Hæc urbs reddebat pro theolonio et Gablo Regi 20. lib. et sextarios mellis Comiti Alpharo 10. libr.* Occurrit ibi non semel, et in Legib. Inæ Regis cap. 6. 25. et Henrici I. cap. 56. in Charta Guillelmi Nothi Regis Angl. ann. 1082. pro fundat. Abbat. S. Trinitatis Cadomensis apud Acherium in Notis ad Vitam Lanfranci pag. 34. in alia Edw. Confessoris apud Seldenum de Titul. honor. 2. part. cap. 5. pag. 618. in Monastico Angl. tom. 1. pag. 20. 437. 560. 624. tom. 2. pag. 969. apud Will. Thorn. ann. 1343. apud Somnerum in Tractatu *de Gavelkynd* pag. 177. etc.

GAULUM, pro *Gablum.* Charta Philippi Comitis Flandriæ ann. 1176. apud Buzelinum in Gallo-Flandr. lib. 2 cap. 22 : *In eodem pago villam Salliacum cum vivario, molendino, furno et Gaulo : villam etiam Gaugiacum... et totum Gaulum ejusdem villæ.... In pago Atrebatensi villam Bariacum, et Gaulum cum omni integritate.*

* Nostris etiam *Gaule.* Charta Guid. de Castel. comit. S. Pauli ann. 1294. ex magn. Chartul. nig. Corb. fol. 181. v° : *Et eussons le Gaule de Centeleu, liques Gaules vaut par an six sestiers et plainne mine de blé et sis sestiers et plainne mine d'avene.* Charta Ludov. X. ann. 1315. in Reg. 52. Chartoph. reg. ch. 186 : *Comme le Gaule de Cambrai et de Cambresis avec toutes les droitures, rentes, revenues, esploiz et emolumens appartenans audit Gaule, lequel soloit tenir Robert jadis quens de Flandres, nous soit venuz en commis par le meffait et forfaiture doudit Robert ; et icelui Gaule o touz ses droits et appartenanches, etc.* Reg. Corb. 21. fol. 68. v°. : *C'est ce que le vidame de Chartres a à Monchy ou bos, à Granville et à Wailly et ès terroirs desdites villes. Primo, il y a le visconté, laquelle l'advoué de Ransart tient de lui les Gaules, les advoueries et le travers de Wailly, dont le grand Gaule de Monchy, de Wailly et de Granville vault à Arras livré le Joeudi, le Vendredi, le Samedi prochain après la S. Remy iiij^c. et xxvj. mencaus d'avene et iiij . vj. guelines.... et xl. mencaus pour les eschevins des trois villes, lesquels sont à receullir les Gaules les trois jours dessus dits.... Item il y a une autre Gaule, que on paié au jour Nostre Dame en Mars, et monte à xxvj. mencaus d'aveine.* Ex quibus *Gaule*, idem videtur hic atque præstatio illa, quæ a vassallis et subditis domino pro ejus protectione pensitabatur.

GABLAGIUM, Idem quod *Gablum.* Tabularium Fiscanense ann. 1260. fol. 51 : *Et manentes in ea debent ire ad furnum, et molendinum ipsius Abbatis, et debent Gablagium, et alia jura per annum.* Fol. 88 : *Et custus meos in die Veneris proxima post festum sancti Martini hiemalis, quando Gablagium colligebatur per villam.* Occurrit præterea in Charta Henrici II. Regis Angl. pro Abbatia S. Mariæ de Voto.

* Charta Unfredi *de Rohon* confirmata a Carolo IV. ann. 1324. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 42 : *Concessi Roberto Postello.... domum suam.... ab omni servitio quietam,.... exceptis istis, quatuor nummis Gablagii et quatuor estalagii, etc.*

GABLAIGIUM. Polyptychum Fiscanense ex Charta ann. 1235 : *Dominus Radulfus de Argentiis tenet unum masagium.... unde reddit sex denarios de Gablagio et sex denarios de porprestura.*

¶ GABALUM, Eadem significatione. Charta anni 1360. apud Rymer. tom. 6. pag. 215 : *Absque custuma, subsidio, pedagio, Gabalo, aut alia redeventia, seu impositione qualicumque.*

GABULUM, Eadem pariter notione, apud Will. Thorn. pag. 1788. 2078. 2130. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 577. 594. etc. Charta MS. M. Abbatis S. Vedasti Atrebat. ann. 1245 : *Cum mota esset contentio... super Gabulo Atrebatensi et receptione ipsius.* Infra : *Insuper dictus Bajulus ordinavit, quod Gabulum supradictum mensurari debet ad talem mensuram, ad quam homines vendunt et emunt in foro Atrebatensi.* Ibidem : *Si autem homo non manens super terra debente Gabulum, velit terram debentem Gabulum abanare, ipse potest quamlibet mencaldatam terræ abanare pro uno boistello avenæ, etc.* Ubi *Gabulum* sumitur pro præstatione agraria, et *bladо*, quod ex messibus domino penditur. [Apud *Madox* Formulare Anglic. pag. 313 : *Sciatis quod nos concessimus Abbati et Conventui de Brueria allocare et elongare Gabulum boveriæ suæ.* Vide *Gavalum.*]

¶ GAVELUM, GAVULUM. Chartularium S. Vedasti Atrebat. notatum V. pag. 143 : *Abbas hujusmodi conrodia pro Gavuli commutatione redemit.* Ibidem : *De Consuetudinibus Gavuli. In villis igitur S. Vedasti quæ Gavelum solvunt, debent singula curtilia duos mancaldos avenæ, unum denarium ad deductionem, unum panem ad canes et unam gallinam ad aves Comitis ; carruca modium avenæ, dimidia carruca dimidium modium, terra ad unum jumentum quatuor mancaldos. Feodi liberi sunt, terræ dominicatæ S. Vedasti liberæ sunt a Gavelo.*

HAGABULUM, Idem quod *Gabulum.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 32 : *Habent et dicti Canonici.... 50. acras terræ in libera eleemosyna, salvo Hagabulo Domini Regis, quæ solvunt singulis annis Ballivis Dom. Regis... 57. sol.* Occurrit ibi semel ac iterum.

GABULARII, Gabulo, seu gablo obnoxii. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 1020 : *Et omnia prata... eisdem concedo, salva communia Gabulariorum meorum de Pulla post fenum collectum et abductum.* Vetus Charta Anglo-Gallica apud Spelmannum in *Villanus : Frankes tenants, coterols, ou Gabelators.*

1. GABELLA, Vox ejusdem originis et notionis ac *Gablum.* Nam qui aliunde etymon arcessunt, toto cælo aberrant. Varias horum sententias collegit et expendit eruditus Menagius in Origin. Gallicis et Italicis, quem fugit Saxonicum etymon, cæteris ab eo allatis longe probabilius. Walsinghamus in Richardo II. pag. 243 : *Eo quod totiens non tam aporiassent, quam despoliassent patriam diversis taxis, quas Gabelas appellant. Datiæ vel Gabellæ*, apud Sanutum lib. 3. part. 15. cap. 25. extremo. Leges novæ Reip. Genuensis ann. 1576. cap. 2 : *Publicæ vectigalia, quas Gabellas passim nuncupamus.* [Litteræ ann. 1289. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 49 : *Item nobilis in subsidium expensarum, quas eum propter hæc et suam et suorum defensionem facere oportebat, quædam pedagia in terra sua de novo auctoritate propria imposuit, et tam pedagia ipsa sic imposita, quam quoddam aliud genus pedagii quod Gabella vulgariter appellatur hacte-*

Digitized by Google

nus per prædecessores suos consimiliter impositum. Litteræ Humberti Dalphini Vienn. apud Stephanotium Fragm. hist. tom. 7 : *In tota terra nostra sint immunes et franchi ab omnium pedagiorum, Gabella et tributorum præstatione, etc.* Hist. liberationis Messanæ a Comite Rogerio apud Muratór. tom. 6. col. 623 : *Nullo unquam tempore... tallia, collecta, angaria, perangaria, echioma, Gabella, mutuum, extorsio jaciatur, imponatur.* Vide *Cabella.*] Ita usurpatur pro quovis tributo, in Charta Rogerii Regis Siciliæ ann. 1129. apud Bonfilium Constantium in Hist. Sicil. part. 1. lib. 4. ut et apud Scriptores Italicos, Joan. Villaneum lib. 6. cap. 60. lib. 8. cap. 9. lib. 9. cap. 16. lib. 10. cap. 19. 196. Matth. Villan. lib. 7. cap. 81. etc.

* Stat. Montis-reg. pag. 308 : *Statutum est quod quælibet persona, quæ pascharet aliquas bestias in alpibus dictæ civitatis, teneatur solvere dictam Gabellam dicto gabellatori de fructibus factis in dictis alpibus.*

*2. Gabella, Interdictio. Charta Petri II. reg. Aragon. ann. 1281 : *Interdictum et inhibitionem prædictam (de non extrahendis mercibus quibusdam et rebus de terra nostra et ad partes alienas deferendis) vocatam a pluribus Gabellam, absolvimus, relaxamus atque totaliter revocamus.*

* 3. Gabella, Locus, ubi *Gabella* seu vectigal percipitur. Stat. Vercel. lib. 1. pag. 23. v°. : *Qui quartaronus signari debeat singulis annis signo potestatis Vercellarum;..... ad similitudinem et magnitudinem cujus quartaroni, fiant duo quartaroni, qui stare debeant ad Gabellam blavæ.*

¶ 4. Gabella, Pensitatio Clericalis. Vita S. Bernardi Menthonensis tom. 2. Junii pag. 1078 : *Gabellam in nodo paratam ministrando atque vera judicia faciendo.*

Gabella Vini. Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 78 : *Gabellum in vulgo dicitur certa quota, quæ datur de certis vasis vel mensuris Vini vendendi, domino terræ vel Communi civitatis.* Occurrit etiam in tom. 2. Spicilegii Acheriani pag. 576. Jet in Epist. Nicolai Papæ V. Carolo VII. Franc. Regi. Statuta Arelat. MSS. art. 171 : *De Gabella vini... Quilibet Arelatensis solvat pro singulis modiis vini, quod vendet,* XII. *den.*] *Gabelle de Vins*, in Statutis Ducis Bullionensis art. 572.

Gabelle des Draps. Rotulus ann. 1332 : *L'on souloit rendre de l'imposition de la Gabelle des Dras de la Senechaussée de Carcassone 4500. liv. T. par an, laquelle fu abatuë l'an* 1333. *parmi France.*

¶ Gabella Piscariæ, f. Lex scripta quæ continebat *Gabellas* ab iis qui vendebant pisces, exsolvendas. Statuta Massil. lib. 1. cap. 49 : *Item, Statuimus quod aliquis extraneus vel civis non possit vendere pisces nisi in piscaria communis, vel ante bruginos in scario navium, secundum quod continetur in Gabella Piscariæ.*

Gabella Salis. Consuetudines Municipales Aquarum mortuarum oppido concessæ a S. Ludovico ann. 1246 : *Sed neque Gabellæ Salis, seu alterius mercimonii possint ibi fieri contra homines villæ.* Ex quibus docemur, *Gabellam*, quæ vox hodie salis tributo nude adscribitur, longe ante Ludovicum Magnum, seu *Longum*, exstitisse, quem illius auctorem quidam volunt. [Consule Probationes Hist. Monmoren. pag. 58.] Habetur in Regesto Cameræ Computorum Parisiens. signato B. incipiente ab anno 1330. et desinente in ann. 1340. f. 156. Statutum Philippi Regis ann. 1331. quo, ut hostibus suis obsisteret, ad levius subditorum gravamen, aliquot salinaria horrea intra regni fines instituit, quorum procuratores, commissarii, ac supremi judices (*Souverains Commissaires, Conducteurs et Executeurs desdits Greniers et Gabelles*) delecti fuere Mag. Guillelmus *Pinchon*, Archidiaconus Abrincensis, Petrus *de Vilain* Archid. Parisiensis, Mag. Philippus *de Tire*, Thesaurarius Bajocensis, Magister Requestar. Hospitii, Mag. Rainaldus *Chavau*, Guido *Chevrieres*, Artus *de Provins*, Milites, et Mag. Jacobus *de Boulon*. Qui quidem procuratores, in alio Statuto 2. Octob. ann. 1342. dicuntur *les Deputez sur le fait du sel*. Joan. Abbas Laudun. in Speculo Histor. MS. lib. 11. cap. 71 : *En ce meismes an* (1342.) *mist le Roi une exaction au Sel, laquelle est appellée Gabelle, dont le Roi aquist l'indignation et malegrace tant des grans comme des petits, et de tout le peuple.*

Postmodum vero, cum vererentur Franciæ Ordines, ne ejusmodi salarium vectigal, fiscale perpetuumque fieret, et Principis ærario in posterum adscriberetur, pollicitus est idem Rex Edicto 15. Febr. ann. 1345. se, cum primum Regnum ab ingruentium bellorum metu vacaret, illud sublaturum. Exstat præterea Statutum aliud Joannis Regis 28. Decemb. ann. 1355. in Regesto Memorialium Cameræ Comput. Paris. signato C. f. 203. cujus meminit Froissartes 1. vol. cap. 155. quo ex universorum ordinum consensu rursum in toto regno impositum ac exactum est salarium tributum, pro bellorum impensis.

Rege postmodum in Pictavensi prælio ab Anglis capto, rursum, inter cætera tunc temporis ad illius redemptionem imposita tributa, *Gabella Salis* a Parisiensibus ad annum permissa Carolo Delphino, intra Vicecomitatus Parisiensis limites, 11. Augusti ann. 1358. moxque totius salis, quod Parisiis tum exstitit, intra 13. ejusdem mensis recensionem, 28. Octobr. subsequentis salis modio 60. scutorum aureorum pretium est impositum, quorum 26. essent mercatoris, 34. Ducis et Ædilium urbis : ac Ducis quidem 26. Ædilium vero 8. Demum 26. Novembris ejusdem anni salis modio centum scutorum pretium fuit indictum, quorum 26. essent mercatoris, 56. Regis, et 18. urbis : quod auctum postmodum fuit 1. Febr. subsequentis.

Inito denique ad Brettiniacum cum Anglis fœdere, quo Joannis redemptioni satisfieret, ab eodem Rege litteris 5. et 18. Decemb. ann. 1360. varia fuere indicta tributa, atque in iis salarium vectigal, quod *Aide sur le sel*, appellatum fuit, ut et *Gabelle de sel*, in Chronico Flandriæ cap. 111. extremo. Describuntur eæ in 8. Regesto Memorialium Cameræ Computor. Paris. fol. 12. et 13.

Exinde Gabella, seu salarium istud vectigal, ut cætera pæne tributa, quod in regni necessitates ex trium ordinum consensu, solebat indici, in fiscalem et perpetuam pensitationem transiit, quæ pro arbitrio Principis in immensum postea excrevit. Jo. Fortescutus de Laudibus Legum Angliæ cag. 35 : *Præterea non patitur Rex* (Franciæ) *quemquam regni sui salem edere, quem non emat ab ipso Rege, pretio ejus solum arbitrio assesso. Et si insalsum pauper quivis mavult edere, quam salem excessivo pretio comparare, mox compellitur ille tantum de sale Regis ad ejus pretium emere, quantum congruet tot personis, quot ipse in domo sua fovet.* Tradit Ægidius de Roya ann. 1450. Philippum Ducem Burgundiæ et Comitem Flandriæ, *more Regum Franciæ petiisse a suis de Gandavo, concedi sibi Gabellam Salis*, quam ab iis denegatam idem scribit. Sed et ab Andronico Seniore Imper. CP. exactam refert Pachymeres lib. 10. cap. 9. Vide Constit. Siculas lib. 1. tit. 87.

* Hujus seu granariorum salis, ut verius dicam, institutionem Philippo Valesio adscribit Auctor Chron. abbat. Corb. Ms. fol. 70. v° : *Anno* 1343. *cum Philippus Valesius multis bellis occupatus contra Edouardum Anglorum regem pro jure regni Franciæ, quod Edouardus reclamabat ad se spectare, cum re pecuniaria laboraret, novam inventionem exigendæ pecuniæ excogitat, qua sine discrimine cujuscumque conditionis omnes regnicolæ tenerentur. Nam prohibet sal, quo nemo abstinere potest, comparari aliunde, quam ex publicis granariis quæ instituit. Quæ exactio vulgariter dicitur Gabella salis. Id genus tributi, etsi grave nostris visum est, tamen usque ad hanc ætatem penditur, a quo nemo liber est.* Vide hac de re ejusd. reg. Literas et ad easd. observat. *de Lauriere* tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 179.

1. ¶ Gabellare, Gabellam exigere. Litteræ Johannis Franc. Regis ann. 1363. tom. 3. Ordinat. pag. 623 : *Quod dictum sal semel duntaxat debeat et possit Gabellari et non ultra, imo ex quo fuerit semel Gabellatum, emptor salis possit dictum sal ubique libere portare et vendere, vel aliter modo quolibet explectare.*

2. Gabellare, *Gabellam* seu vectigal pendere, Ital. *Gabellare*, nostris *Gabeler*. Lit. ann. 1367. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 103 : *Mercatores et vetererii salis, qui..... sal capere consueverint et mercari de salinis regni nostri, et ibidem Gabellare, etc.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 37 : *Item d'avoir vendu à leur profit ledit sel ainsi défalqué senz Gabeler.* Unde *Gabelliers et officiers establis sur le sel*, in Lit. Phil. VI. ann. 1340. ex Reg. B. 2. Cam. Comput. Paris. fol. 84. r°.

¶ Gabulare, Vectigalia, tributa solvere. Chartularium Cadomense : *De ipsis qui Gabulant libere.* Et alibi : *Isti sunt qui Gabulant libere. De operariis Lewinus pro una virgata debet operari quaque die sine Sabbato etc.* Vide *Gablum.*

* Gabellerius, *Gabellæ* seu vectigalium exactor, publicanus, Ital. *Gabelliere*, nostris, *Gaublier*. Stat. Vercel. lib. 3. pag. 50. r°. : *Et fiat ipsum scriptum præsente Gabellerio seu salerio, et aliter non bullitur.* Lit. remiss. ann. 1373. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 171 : *L'exposant mist main à la tace de Drouet le Gaublier, et en emporta plain son poing de monnoie.*

Gabellati Bajuli, in Constit. Sicul.

Digitized by Google

lib. 1. tit. 57 : *Bajuli, qui in Gabellam vel credentiam Bajulationes suas administrandas suscipiunt*, tit. 59. § 1. qui præposituras suas *ad firmam* tenent. Statuta MSS. Caroli I. Regis Sicil. cap. 49 : *Tuit li Chamberlanc et li Bailli, puis qu'il auront receu aministrer les Bajulations en Gabelle, que il facent serment, etc. Gabellato*, Italis est, quidquid tributo et præstationi est obnoxium. Matth. Villaneus lib. 7. cap. 81 : *L'altre cose, ch'entravano con somme, o con carra, tutte erano Gabellate.*

¶ GABELLATORES, Iidem qui infra *Gabelloti*. Extractum computi Gabellæ S. Simphoriani ann. 1321. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 159 : *Libraverunt Gabellatores in pretio triginta novem duodenarum fileriarum magnarum.* Ibid. ex Instrum. ann. 1337. pag. 335 : *Eisdem administratoribus responderi facere promisit per bayllivos, judices, castellanos.... Gabellatores, etc.* Instr. ann. 1471. apud Rymer. tom. 11. pag. 727 : *Gabellatoribus, custumariis, scrutatoribus, etc.*

GABELLOTI, CABELLOTI, Gabellarii, publicani, vectigalium et tributorum redemptores, in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 59. 76. Charta Friderici Regis Siciliæ ann. 1305. pro mercatorib. Majoricensibus MS. : *Quilibet mercator solvat tantummodo Cabellatis, seu Credenteriis dohanarum maris terrarum locorum ejusdem insulæ Siciliæ... Gleifatum auri, etc.* Occurrunt *Cabelloti* in alia ejusdem Friderici ann. 1298. apud Rocchum Pirrum in Archiep. Messan. pag. 340. [Instr. ann. 1389. ex Archivis S. Victoris Massil. : *Maria Regina Jerusalem et Siciliæ et Officialibus regiis, nec non Gabellotis arrendatoribus et credenteriis regiæ Gabellæ.*] *Cabellieri* dicuntur Joanni Villaneo lib. 10. cap. 196. lib. 12. cap. 91.

* GABRIHEL. Laudes puerorum in med. Quadrag. ex Cod. eccl. Camerac. 13. sæc. : *Exeant pueri de scola ad novum argenzolum, pueri mei, pueri boni, quam multi estis, multi et boni, in campo Marthis erant belles, isti sunt septem dies in Gabriheli.* Sensum quærat, cui per tempus licet.

1. GABULUM, pro *Gabalum*. Nonius cap. 2 : *Gabalum, Crucem dici veteres volunt, etc.* Althelmus de Laude Virg. cap. 29. de Christo :

Quando Crucis Gabulum, sacrato corpore scandit.

Leges Monachorum Hydensium Edgari Reg. cap. 6. de Christo : *Ligno quippe perditum, ligni scandens Gabulum, genus redemit humanum.* [Gloss. Lat. Gr. Sangerman. : *Gabulum*, βάσανος, Tormentum.]

2. GABULUM, pro *Gabalum*, Frontispicium, frons ædificii, ex Anglico a *Gable-head*, Belg. *Geehvel*, Chaucero *Gable*. Will. Thorn. ann. 1276 : *Comparavit etiam paturam pulpiti in Ecclesia, et Gabuli in refectorio.* Vide *Gablum*.

GABUSIA, Caulis species, quam *Choux Gabus* [*Cabus*] dicimus, apud Petrum de Crescentiis lib. 6. de Agricult. pag. 324.

¶ GABUTA, Pedum episcopale, in Actis SS. Junii tom. 5. pag. 313. Vide *Cambuta*.

* GAÇARI, Hæretici Valdensium sectatores. Stat. synod. Reat. eccl. Mss. : *Anathematizamus omnes hæreticos Patarenos, Gaçaros, Pauperes de Lugduno et omnes alios hæreticos, cujuscumque sectæ et quocumque nomine censeantur.* Vide infra *Gazari*.

¶ GACHA, GACHIA, Vigil, speculator, custos. Regestum Belloquadræ et Nemausi ann. 1317. fol. 208. v°. in Camera Comput. : *Item quod homines debent Gachare dictam villam et dominus Rex turrim suam, quam habet ibi et Gacha illius turris debet exitare et revelhare Gachas dictæ villæ.* Computum Castellani Avisan. inter Computa Vienn. in Delphin. ann. 1318 : *Pro expensis* IV. *Nobilium et* VI. *popularium quos tenuit dictus Castellanus in custodia dicti castri a die Martis* 25. *mensis Januarii, qua die decessit dominus Montis-Albani, usque ad diem Dominicam sequentem, qua die dictus D. Dalphinus venit apud Avisanum, cum duobus Gachiis, quæ continue steterunt ibidem* IV. *lib.* IV. *sol.* IX. *den. Vienn.* Vide *Guacha* et *Wactæ*.

* GACHARE, GACHIARE, Excubias agere, Gall. *Faire le guet*. Lit. ann. 1363. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 273. col. 1 : *Compellere nittitur de facto conquerentes ad mittendum et eorum propriis sumptibus et expensis tenendum unum hominem armatum ad Gachandum, pernoctandum et vigilandum infra castrum prædictum Sumidrii singulis diebus.* Comput. ann. 1372. ibid. pag. 316. col. 1 : *Solvi nominato Pege et Jacobo Roverie, qui steterunt supra cloquerium pro Gachiando nocte et die.* Vide *Gacha*.

* GACHERARE, Agrum proscindere, agricolis nostris *Jacherer*, alias *Gasquerer*. Charta Odon. archiep. Rotomag. ann. 1255. ex Cod. reg. 1245. fol. 167. r° : *Terras nobis restituet in eo statu, in quo recipiet eas, videlicet Gacheratas et binatas.* Chartul. Corb. sign. *Ezechiel* ad ann. 1415. fol. 11. r°. : *Trente journeux de terre binotés et Gasquerés. Terre gacherte*, Ager proscissus, non satus, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 198 : *Un varlet de l'église de S. Jehan au mont lez Terwane chariant parmi certaines terres Gachertes de saizon, etc.* Vide infra *Gascheria* et in *Warectum*.

* GACHILIS, Specula, turricula editior, unde *Gacha* seu vigil speculari potest. Inquisit. super destruct. bastidæ Sabran. ann. 1363. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 82. r° : *Item euvannamentum turris factum circumcirca.... devastatum,.... cum Gachile dictæ turris.* Vide supra *Gachare* et infra *Guachile*.

GACHUM. Recensio facultatum Monasterii S. August. Cantuariensis apud Will. Thorn. pag. 2010 : *De discis et platellis* 3300. *de scopis et Gachis* 8. *lib.* 4. *sol. de pisce, caseo, etc.* Nostri *Gache*, remum et rutabulum vocant. Vide, an hæ notiones huc referri possint.

* Vel *Gacha*, f. Sera aut pars seræ, lamina scilicet pessuli receptrix, Gall. *Gache;* quod sera custodis vices agat, fortean sic dicta. *Gaiche* autem est Remus, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 113 : *Jehan Grineaul, qui estoit à un port de la riviere de Loire.... print un aviron, nommé Gaiche, et s'efforça d'en férir ledit Perrin. Gasche*, eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1459. ex Reg. 188. ch. 201 : *Le suppliant et icellui Toutefoy entrerent ensemble en certain vaisseau ou fustereau,... ayant une Gasche... pour aider à mener ledit fustereau.* At vero unde *Gachier* appellata panni species in Stat. pro textor. ann. 1391. inter Consuet. Genovef. Mss. fol. 24. r° : *Sur chaisnez à trois piez de quinze cens en laine ronde, dont l'en fait petit draps et gros, appellez Gachiers?* An pannus crassus seu ex crasso filo contextus, ut ager primo proscissus?

¶ GACTUS, Navis species, eadem quæ infra *Gatus*, vel Machina Bellica, de qua in voce *Catus*. Chron. Siciliæ ad ann. 1325. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 90 : *Præliaverunt fortiter dictam urbem tam a porta Thermarum infra usque ad Cantoneriam maris... ad scalas, castella, lignaminum Gactos, et innumerabiles quadrellos de balistis unius pedis, duorum pedum leve et torvi, quam in cathena portus dictæ urbis volentes eam frangere cum cockis, thopis, galeis... et non potuerunt obsessæ ipsi urbi, immo reportaverunt inde ignominiam et damna personarum, scalarum, Gactorum et reorum, (remorum.)*

* GADAIGNARE, ab Italico *Guadagnare*, Lucrari, acquirere. Pactum ann. 1126. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 442 : *Et ego prænominatus Bernardus Atonis vicecomes et uxor mea Cæcilia vicecomitissa, donamus vobis ad fevum tibi supradicto Wilhermo de Minerba prænominatum castellum de Laurano, et totum quantum de te ibi adquisitum et Gadaignatum habemus, et donamus tibi ad fevum tatum quantum ibi antea adquisitum vel Gadaignatum habebamus de Arnaldo de Laurano.* Vide *Guadanare*.

GADALES. Capitulare de Ministerialibus Palatinis, nuper editum a Baluzio cap. 3 : *Similiter de Gadalibus et meretricibus volumus, ut apud quemque inventæ fuerint, ab eis portentur usque ad mercatum, ubi flagellandæ sunt.* Ubi *Gadales* videntur fuisse, qui *Ignoti* dicuntur cap. 1 : *Si aliquem per eos vel apud eos Ignotum hominem vel meretricem latitantem invenire possit.*

☞ Armoricis *Gadal* est Libidinosus, impudicus, immodestus. Davies in Diction. Cambro-Britanno : *Gadales, Meretrix; Gadalus, Libidinosus, Gadaledd, Luxuria, hoc est Lascivia, incontinentia.*

¶ GADDIUM, f. Testamentum, ut *Gadium* accipitur in voce *Vadium*. Tabular. Conchense in Ruthenis Ch. 27 : *Nihil retines ibi, nisi solummodo Gaddium et pœnitentiam de illis hominibus, qui mansos vel appendiarias de parrochia mea tenuerint, hoc est unum denarium pro Gaddio et medaculam pro pœnitentia.* Vide *Gadiator*.

¶ GADERES, ut mox *Gades*. Privilegium Caroli IV. Imp. ann. 1373. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 375 : *Prout in eorum metis, Gaderibus et limitibus circumferencialiter sunt distincta.*

¶ 1. GADES, f. Sepes, Gall. *Haie;* Gadir enim Pœnorum lingua Sepes est, ut habet Papias apud Laurentium in Amalthea. Charta anni 1337. apud Ludewig. tom. 6. pag. 41 : *Quod ipsa civitas Friburg habere debeat omnia jura civilia plenarie et perfecte usque ad Gades et grenicias villæ Gunzendorff.* Ibid. pag. 42 : *Donamus etiam præfatæ Civitati... unum rubum liberum in omnibus metis, Gadibus et grenciis, sicut*

Digitized by Google

jacet et jacuit ab antiquo in usus proprios. Charta ann. 1354. ejusdem tom. pag. 510 : *Prout etiam in suis metis, terminis, Gadibus et greniciis dicta villa et bona limitata sunt circumferentialiter et distincta.* Altera anni 1356. tom. 5. pag. 576 : *Oppidum suum de Plaven cum villis, territoriis... et cum omnibus et singulis metis, Gadibus, juribus, jurisdictionibus, etc.* Et tom. 2. pag. 111. in Chronico Wormat. : *Concrematæ sunt domus omnes mercatorum, et veteres Gades usque ad hospitale.* Hic puto intelligendum locum quemdam sepimentis clausum, ubi merces venales exponebantur.

* Ex supra allatis et maxime ex sequentibus certa est hujus vocis significatio; idem est nimirum quod Limes, terminus, meta. Charta Boleslai ducis Oppol. ann. 1309. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 490 : *Desiderantes itaque quod eadem ecclesia Bosidom in metis sive Gadibus ipsius perpetua pace perfruatur, metas sive Gades dictæ ecclesiæ Bosidum sic, prout subsequitur, duximus ordinandas.* Dipl. Rudol. I. princ. elector. Saxon. ann. 1329 : *Dissensio, quæ movebatur inter eos de merica sita ad civitatem, amicabiliter fuit sopita, et Gades ejusdem mericæ, quæ dicitur Marckschede, personaliter equitavimus.* Vide infra *Gadis.* [** Plura apud Haltausium voce *Gaden*, col. 582. Apud Graffium in Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 175. est vox Germanica *Gadam*, Conclave, domus, tabernaculum, septum. Notit. sec. XIV. apud Gudenum in Cod. Diplom. tom. 2. pag. 785 : *Denariorum census solventur de domibus, sitis retro Gades, in quibus rasores et aurifabri sedere consuescunt.*]

¶ 2. **GADES**. Sic a præcedenti voce forte dicti sunt Stipatores Principis, quod eum sepiant et custodiant. Vita SS. Cyrilli et Methodii tom. 2. Martii pag. 23 : *Quapropter in Frontosum principem Swadopluk et suos satellites et in omnes ejus Gades excommunicationis fulminavit sententiam.* [** Forte limites, terras.]

¶ **GADGIUM**, Stipendium, Gall. *Gages.* Charta Gattonis Vicecom. Bearn. ann. 1283. apud Rymer. tom. 2. pag. 257 : *Promittimus.... recipere in solutum stipendii vel Gadgii hospitii nostri.* Vide *Vadium.*

GADIARE, [Pignus dare.] Vide *Vadium.*

¶ **GADIARIUS**, Fidejussor, ibidem.

¶ **GADIATOR**, Curator testamenti. Obitus et fundationes e veteri Martyrologio MS. Eccl. Aquensis : *Ipso die Pontius Murator obiit, pro cujus anniversario Gadiatores ejus dederunt Ecclesiæ S. Salvatoris* XL. *solidos.* Testament. Florentii de Castellana ann. 1398. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues: De quibus Missis sit executor et Gadiator D. Episcopus Forojuliensis.* Occurrit hac notione in Testam. Rogerii Vicecomitis Biterr. ann. 1193. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 500. in Statutis Massil. lib. 1. cap. 28. § 4. lib. 2. cap. 44. et infra in *Vadium.*

* Testam. Romei de Villan. ann. 1250. ex Tabul. D. Veneiæ : *Item constituo et ordino Gadiatores meos ad omnia legata et debita solvenda... dominum Grassensem episcopum et Petrum de Camerata canonicum Forojuliensem, de quorum conscientiis plenius confido, quod sint fideles et utiles, zelatosque salutis animæ meæ.* Vide infra *Gagiarius* 2.

¶ **GADIERIUS**, ut *Gadiatur*, Curator testamenti. Litteræ Bernardi Abb. Fontis-Frigidi ann. 1233. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1849 : *Profitemur et in veritate recognoscimus a vobis Gadieriis Johannis Bistani* (civis Narbon. defuncti) *videlicet Guillelmi Fabro, etc.*

** **GADILDUM**, ut *Gaida*, 3. Chart. Margar. Comit. Flandr. ann. 1252. apud Lappenb. Init. Hanseat. pag. 65 : *Centena garbarum Gadildi, quod est Waude, 4. den.*

* **GADIS**, ut supra *Gades*, Limes, meta. Charta ann. 1406. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 127. col. 1 : *Cum omnibus villarum illarum agris,... limitibus, Gaditibus, graniciis, etc.* Stat. Casimiri ann. 1347. inter Leg. Polon. pag. 44 : *Tutor ipsorum* (puerorum) *non potest hæreditatem ipsorum vendere nec Gades limitare.*

1. **GADIUM**, Vadium, Gall. *Gué.* Charta Willelmi Vicecom. Massiliæ apud Guesnaium in Annalib. Massiliensib. pag. 289 : *Ubi Gerrenus fluvius cadit in bedale de supradicto molendino ad Gadium Havelnæ, per quod itur ad Carantilhanum, etc.* [Vide *Gadun.*]

* *Garchas*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1448. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 670 : *Quant iceulx voituriers furent au Garchas ou gué du champ des prez, etc.*

2. **GADIUM**, Vadimonium, fidejussio, pignus. Vide in voce *Vadium.*

¶ 3. **GADIUM**, Testamentum, infra in *Vadium.* Hinc *Gadium Spiritale*, ni fallor, in testamento Florentii de Castellana ann. 1398. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues : Legavit pro suo Gadio spirituali denarios tresdecim.* [* Vide *Gadius spiritualis.*]

* Consuet. Carcass. in Reg. L. Chartoph. reg. ch. 3 : *Et si filius vel filia, quæ non fuerit maritata vel hæreditata moriebatur sine Gadio et sine liberis, bona eorum revertuntur filiabus maritatis vel hæredibus eorum. Sed tamen unaquæque persona potest facere Gadium de suo jure.*

* **GADIUS SPIRITUALIS**, quis intelligendus in Testam. ann. 1398. et in alio Raim. de Villanova ann. 1449 : *Item legavit pro suo Gadio spirituali denarios tredecim semel tantum;* docet Testam. Giraudi de Villanova ann. 1481. in quo *Pater spiritualis* nuncupatur, qui in aliis dicitur *Gadius spiritualis : Legando Patri suo spirituali denarios tredecim parvorum uno semel tantum.* Quo significari videtur sacerdos, qui a confessionibus est. Vide in *Pater.* [** Germanis superioribus *God, Gœte, Gœtel* est Susceptor, fidejussor spiritualis, vulgo *Pathe*, Gall. *Parrain.* ADEL. Vide *Gadiator* et *Gadierius.*

* **GADRIGALIS**, Baculus, fustis crassior. Lit. remiss. ann. 1462. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 287 : *Dicti fratres irruerunt contra dictum Petrum,.... et eundem cum palis et Gadrigalibus percusserunt.... Cum dictis palis seu baculis magnis et grossis.... dampnificaverunt dictum Petrum.*

¶ **GADUS**, ut *Gadium* 1. Vadum. Codex censualis Calomontis : *Clodellum prati quod laterat juxta guttam aux Durands, et terminat ad Gadum qui est prope.*

* **GAEGIUM**, Pœna, mulcta pecuniaria. Libert. bastidæ *de Monchabrier* Caturc. diœc. ann. 1297. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 95 : *Et nisi obliæ prædictæ solutæ fuerint prædicto termino, quinque solidi nobis solventur pro Gaegio, et obliæ prædictæ.* Vide infra *Guigium* et in *Vadium.*

* **GAENGNIA**, Dicitur de causa superiore seu adjudicata, nostris *Gain de cause*, alias *Gaagne.* Scacar. Paschæ ann. 1277. ex Cod. reg. 4653. A : *De judiciis factis in scacario et assisiis finem causæ facientibus in proprietate vel saisina. Concordatum fuit quod litteræ daventur Gaengniæ factæ partibus petentibus sub sigillo balliviæ, cujus erunt.* Ita quoque legitur in Cod. 4651. ubi tamen habetur semel, *Gaaignia.* Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 330 : *Comme Pierre Berrier eust eu certain procès à l'encontre de Richart Hadebourt,.... et tant y eust esté procédé, que ledit Berrier eust fait Gaagne et atainte de ladite cause à l'encontre dudit Richart, etc.* Eo etiam spectare videntur aliæ Lit. ann. 1391. ex Reg. 141. ch. 20 : *Combien que ledit poure prisonnier eut fait son pouoir de gaaingnier, si ne pouoit sa Gaaingne pour soustenir les personnes dessusdittes.* Nisi idem sonet quod infra in *Gagnagium* 2.

* **GAERIA**, Lucrum, reditus, nostris *Gaaingne.* Chartul. S. Sulpit. Bitur. fol. 21. v° : *Ego magister Petrus de Vico, canonicus ecclesiæ beati Austregesili Bituricensis, concedo ad opus duarum vicariarum, quas constitui in eadem ecclesia, Gaeriam quam habeo in decima S. Ambrosii super Arnonem.* Charta Joan. dom. *de Cramailles* ann. 1339. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. : *Disoient encor lidit religieus qu'il avoient et devoient avoir la Gaaingne de la disme de nostre molin et de nostre four et de nos yaues de la Freseit.... Recognoissons encor que lidit religieus doivent avoir la disme de la Guaainge de nostre four, de nostre moulin et de nos yaues de la Ferté Bliart.* Vide infra *Gagnagium* 2. et *Gaianum.*

¶ **GAENAGIUM**. Vide *Gagnagium.*

GAFANDUS, GAFANS. Vide *Gaphans.*

* **GAFARE**, GAFFARE, Manus in aliquem injicere, quasi uncis arripere; Hispani *Gafar*, eadem notione, dicunt, a *Gafa*, uncus; unde *Gaffe*, Contus ferro uncinato armatus, in Lit. remiss. ann. 1455. ex Reg. 183. Chartoph. reg. ch. 61 : *Ung baston, nommé Gaffe, ayant ung crocq de fer au bout.* Lit. remiss. ann. 1339. in Reg. 175. ch. 335 : *Item quod maliciose et injuriose Poncium del Serei filium magistri Poncii cepit seu Gafavit ad gulam suam.* Instr. ann. 1373. ex Tabul. Massil. : *Sequutus fuit eum et Gaffavit eum fortius.* Haud scio an inde *Gafne*, qua voce locus unci tortuosus significari videtur, in Lit. remiss. ann. 1466. ex Reg. 200. ch. 138 : *Ainsi que le suppliant et ung nommé Archambault furent yssuz hors du bois bien par l'espace d'un trait d'arbaleste en une restridisse des appartenances de la plaigne.... Jusques dedens une Gafne tenant de ladite rétridisse* (sic) *et eulx estans dedans ladite Gafne, etc. Gafftellement* vero est Tectorii species, Gall. *Enduit*, in Stat. figulorum ann. 1456. ex Reg. 187. ch. 193 : *Après ce qu'ilz auront enfornez leurs potz et estouppé leur four de Gafftellement etc.* A verbo *Gafare* fortassis *Gaforium.*

GAFARIA. Testamentum Sancii I. Reg. Portugaliæ æræ 1217. apud Brandaon. t. 4.

Digitized by Google

Monarch. Lusitan. pag. 260. v. : *Dedi pro anima mea Abbati Alcump. de area mea* 10. *Morabitinos, de quibus faciat unam Gafariam in Colymbria.* Hispanis, *Gafari* et *Çafari*, est malum granatum. Erit igitur Gafaria locus idoneus malis granatis plantandis. [** *Gafaria*, Lusitauis Domus leprosorum.]

¶ **GAFERGARIA.** Charta ann. 711. pro S. Willibrordo Episc. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect col. 18 [** Brequ. num. 275.]: *Tibi dono... quidquid ego juste laborare visus sum, hoc est, casis, curticlis, campis, pratis... mobili cum immobili cum manentibus ibidem aspicientibus,* x. *servientes, Gafergarias, hochofinnas, cum ingressu et egressu, cum omnibus adjacentiis, etc.*

* **GAFORIUM**, Exactio, tributum haud debitum, per vim et contra jus surreptum. Charta ann. 1027. inter Monum. eccl. Aquilej. cap. 54. col. 501 : *Dicat D. Adalperto dux.... si de cortis, sive castellis, vel de villis, aut de aliis sanctæ Aquilegiensis ecclesiæ viris, aut per fodrum, aut per ullum superius dictum Gaforium ulterius dicere aut inquietare vult, aut non?* Vide *Gafare.*

¶ **GAFRAND**, Hæres. Vide *Gaphans.*

GAFULLAND, Census terræ, ex Saxon. gafel, census, et land, terra. Fœdus Aluredi et Gothurni Regum Angl. cap. 2 : *Præter ceorlum* (rusticum,) *qui in Gafulland manet.*

GAGELLI. Gloss. MS. : *Bracteoli, ornamenta equorum, quæ dicuntur Gagelli.*

GAGERIA, [Pignus, res oppignerata, interdum sequestro data ad plenam securitatem, Gall. *Gage.* Charta ann. 1231. in Probat. Gall. Chr. tom. 4. col. 30: *Ego Amedeus Dominus de Coloniaco... promisi Abbati et Ecclesiæ nominatæ, quod quidquid boni vel adversi mihi contigerit pro Gageria, quam Abbas et Ecclesia S. Eugendi habebant apud Jusseron a bonæ memoriæ Amedeo de Coloniaco avunculo meo : quam Gageriam dominus Bernardus de Toria, tunc temporis Bellicensis Episcopus et Abbas S. Eugendi domino Stephano de Villars nepoti suo dedit et concessit.* Testament. Roberti I. Comitis Claromont. anu. 1262. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 288 : *Si contingeret quod dictus Robertus filius meus posset redimere Gageriam veteris Brivatæ et Gageriam villæ Brivatensis, quas habet et tenet a me Capitulum Brivatense in pignus, etc.* Statuta Eccl Meld. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 900. art. 51 : *De Vadiis non accipiendis : Præcipitur Sacerdotibus districte, ne accipiant Gagerias vel admodiationes, nisi de decimis, quia species est negotiationis.* Plura] vide in *Vadium.*

* **GAGERIUS**, Qui ad *Gagia* seu stipendia alicujus est, Gall. *Gagier.* Charta ann. 1312. in Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 49 : *Gagerii nostri ibidem hactenus assignati in dicta communia* (Pissiaci) *manere poterunt, et gaudere franchisia, qua gaudebant ante datam præsentium litterarum.*

GAGGA, Gall. *Jauge.* Mensura, ad quam exiguntur dolia vinaria. Iter Camerarii Scotici cap. 39. § 46 : *De Gaggis, seu mensuris pannorum et vinorum, qualiter observantur.* Vide *Galo*, [et *Gaugia.*]

GAGGARE, Anglis *Gaged*, Suffocare. [* Melius, Ori lignum indere, ab Anglico *Gag*, eadem notione, Gall. *Baillonner.*] Jo. Fortescutus de Laude Legum Angliæ cap. 22. ubi de reorum torturis, in Francia usitatis, contra quam in Anglia : *Quidam vero in equuleis extenduntur, quo eorum rumpuntur nervi, et venæ in sanguinis fluenta prorumpunt; quorumdam vero diversorum ponderum pendulis dissolvuntur compagines et junctura : et quorumdam Gaggantur ora, usque dum per illa, tot aquarum infundantur fluenta, ut ipsorum venter montis tumescat more, quo nunc venter ille, fossorio vel simili percussus instrumento, per os aquam illam evomat, ad instar balænæ, quæ cum halecibus et aliis pisciculis mare absorbuit, aquam despumat ad altitudinem arboris pomi.* Deinde pluribus invehitur in Francicum hunc reos torquendi morem : *Sed quis tam duri,* inquit, *animi est, qui semel ab atroci tanto torculari laxatus, non potius innocens ille omnia fateretur scelerum genera, quam acerbitatem sic experti iterum subire tormenti, et non semel mori mallet, dum mors sit ultimum terribilium, quam toties occidi, et totidem gehennales furias morte amariores sustinere.* Quo pertinent ista ex Quintiliani Declam. *Confessionem appellas vocem tortoris?* Vide Thomam *Smith* de Republ. Anglor. et infra in verbo *Tortura.*

* **GAGIAMENTUM**, Sponsio, fidejussio, vadimonium, alias nostris *Gagement.* Charta Phil. Pulc. ann. 1309. in Reg. 41. Chartoph. reg. ch. 63 : *Item ne quis sine nostri licentia in regno nostro cœtum, cohetem, vel aliquam congregationem faciat armatorum; ne qui contra Gagiamentum attemptet, vel pacem nostram regni nostri quolibet modo infringat.* Lit. ann. 1381. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 593. art. 10 : *L'en doit avoir un petit seel ou signet, qui sera tout propre et perpétuel à signer.... les Gagemens, que l'en fera des plaiz et des causes. Gaigement*, Pignus, in Lit. remiss. ann. 1403. ex Reg. 158. ch. 339 : *Icellui Cardin gaiga paier audit Robert les huit blans en la main du curé dudit Beaumont;.... après ledit Gaigement etc. Guaigiere*, eodem sensu, in Lit. Joan. reg. ann. 1362. ex Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 48 : *Avons ottroyé audit chevalier, pour ce que aprésent ne li avons baillé laditte somme de xxxv. mille florins, qu'il ait et tieigne en Guaigiere, ou nom de nous et pour nous, nostre chastel de Cuisery.* Ita et *Gager*, nude, pro Fide data promittere. Charta ann. 1294. ex Chartul. episc. Carnot. : *Je Guace de Loygni.... fais assavoir à tous que je ay Gagé à révérend pere en J. C. et seigneur monseigneur Symon,... evesque de Chartres, à faire toutte sa volonté haut et bas de la finance du rachat du fié et des appartenances de la terre de Loygni.* Unde *Gagier*, cui *gagium* datum de re promissa, in Charta ann. 1263. ex Chartul. S. Joan. in valle. Vide in *Vadium.*

¶ 1. **GAGIARE**, Pignerari, pignus auferre. Consuetudines Solemniac. MSS. : *Creditor qui habebit domum apud Soligniacum, poterit ibidem debitorem suum auctoritate propria Gagiare ratione debiti ibidem contracti.* Notandum hanc pignoris ablationem fieri propria creditoris auctoritate : quod consentaneum est Edicto Ludovici VI. Franc. Regis ann. 1134 : *Burgenses* (Parisienses) *de rebus debitorum suorum, qui de justitia nostra sint, ubicumque et quocumque modo poterunt, tantum capiant, unde pecuniam sibi debitam integre et plenarie habeant, et inde sibi invicem adjutores existant; et si aliquando de rebus quorumlibet ceperint, et illi aliquid se eis debere non cognoverint, si legitime inde convinci a Burgensibus non poterunt, Burgenses nullum erga nos forisfactum incurrent, sed expensam et damnum, quæ illi propter hoc facient et habebunt, illis cum lege qua vivunt, reddent et emendabunt.* His similia leguntur in Charta ann. 1300. apud *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 6 : *Si in solutione aliqua harum viginti librarum aliquo termino defici vel cessari contigerit, prædictus Capellanus auctoritate propria absque nostra vel successorum nostrorum licentia, poterit licite pro dictis viginti libris Turon.... necta sibi pignora capere.* Litteræ Johannis Fr. Reg. ann. 1355. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. pag. 29 : *Se il étoient mis en deffaut par vertu de tels adjournemens, et l'en vouloit Gager ou executer pour cause ou occasion desdits deffaus, il n'y seroient tenu de obéir, mais se pourroient recourre et resister de fait.* Interdum *Gagiare* idem est quod Pignerare, pignus dare. Vide in *Vadium.*

¶ **GAGIARE EMENDAM**, Mulctam solvere, vel pro ea pignus dare. Charta ann. 1386. ex Chartulario S. Johan. Angeriac. : *Pro ipsa injuria præfatus magister Capellanus Gagiavit emendam honorabilem Dominis Abbati et Conventui.* Vide *Emenda* 1.

¶ **GAJAMENTUM, GAJARIUM**, Pignoratio, Gall. *Gagerie.* Processus Massilienses inter et Arelatenses ann. 1381. e Regesto 73. vol. 2. MSS. Peirescianorum : *Quæstio vertebatur, utrum cives Arelatenses possent marcham, sive repræsalias, seu Gajaria contra Massilienses facere, vel imponere.* Infra : *Possunt laxari seu concedi marchamenta seu Gajamenta.*

* Hinc *Gayable*, qui pignori capi potest, in Charta Joan. ducis Lothar. ann. 1382. in Chartul. eccl. Romaric. ch. 36 : *Que ladite terre ensy apartenent à ladite englise, comme dit est, ne puet, ne doit pour quecumque cause juste ou raisonnable estre Gayable, pesvissable, etc.*

* 2. **GAGIARE**, Mulctam decernere, statuere; quod ad judicem pertinet. Charta ann. 1254. ex Tabul. capit. Carnot. : *Constituerunt se fidejussores.... super emendis ab eodem præposito Gagiatis : de qua gagiatione habetur mentio in litteris aliis.* At vero *Gaigner l'amende*, est Mulctam solvere, in Lit. ann. 1373. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 682. art. 21.

¶ 1. **GAGIARIUS**, Ædituus, cui cura est ædis sacræ, Gall. *Gagier.* Statuta Eccl. Meld. ann. 1365. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 927 : *Ecclesiæ Rectorem, et Clericum, Matricularios, seu Gagiarios et parochianos, etc.* Vide *Gajarius*, et *Matricularii.*

* Qui res et bona ecclesiæ curat. Charta ann. 1329. in Chartul. S. Maglor. Paris. ch. 197 : *Cum discordia seu materia quæstionis verteretur.... inter religiosos viros abbatem et conventum monasterii S. Maglorii... et Guillermum Garnerii, Simonem ejus fra-*

Digitized by Google

trem et Stephanum Londum, matricularios seu Gagiarios dictæ ecclesiæ de Meriaco.... Guagiariis seu matriculariis superius nominatis suis nominibus et parrochianorum dictæ ecclesiæ.... comparentibus, etc. Alia Phil. episc. Carnot. ann. 1418. ex Tabul. capit. Carnot. : *Declarantes jus patronatus dictæ ecclesiæ S. Saturnini, et ipsum ecclesiam,... matricularios seu Gagiarios et provisores fabricæ ipsius ecclesiæ, dictis decano et capitulo, et ad eorum jus et proprietatem perpetuo spectare et pertinere. Gaigier,* eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1406. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 337 : *Par les Gaigiers dudit moustier icellui messel fu trouvé le Vendredi saint.*

* 2. **GAGIARIUS**, Testamenti curator, alias nostris *Gagier*. Scacar. apud Cadom. ann. 1234. in Reg. S. Justi ex Cam. Com. put. Paris. fol. 29. r°. col. 1 : *Mortuo aliquo in vigilia S. Remigii, quando census solvuntur, scilicet in festo, Gagiarii nichil habebunt in redditu illo, immo eum habere habebit hæres ejus. Gagiers ou testamenteurs,* in Testam. Joan. II. ducis Brit. ann. 1302. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1190. Vide supra *Gadiator*.

¶ **GAGIATA**, [*Gagiatio,] Solutio, in Chartis S. Albini Andegavensis non semel. [*Charta ann. 1253. ex Lib. albo episc. Carnot. : *Ita sane quod per hujusmodi redditionem seu Gagiationem emendarum, vel tolerantiam negotiandi, nullum jus acquiratur domino episcopo Carnotensi.* Vide supra *Gagiare* 2. *Gagie* vero, pro Abalienatio, oppigneratio, vulgo *Aliénation, engagement*, quæ fit ex vi contractus obligatorii, in Charta homag. ann. 1328. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 243 : *La tierce partie des louz, que l'on doit pour raison des vendues et des Gagies, que l'on fait à Tournus dedans les termes de la chambarerie. Engaigerie*, eodem sensu, in Libert. villæ *d'Aigue-perse* ann. 1374. ex Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 360 : *Qui sa maison ou sa chose.... mouvant de nous engaigerott, nous... n'en devons avoir vente, ne autre prouffit, se le Enguigerie n'estoit oultre cinq ans.* Vide *Gageria* in *Vadium*.]

* **GAGIDA**. *L'asta della sagitta.* Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Gaid*.

* **GAIGERIUS**, Gaigerius, Prædator, direptor, a Gallico *Gage, Gain*, Præda, vulgo *Butin*. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 82 : *Yvo Britonis conducebat Gagierios et nonnullos alios æmulos subditorum regni nostri.... Idem Yvo et nonnulli Gaigerii patriæ circonstanter multas injurias intulerant et inferre nitebantur.* Aliæ ann. 1451. in Reg. 185. ch. 269 : *Après ce que lesdiz gens de guerre furent logez, alerent.... porter leurs Gages ès villages d'entour ledit lieu de Lorriz, afin de avoir des vivres pour eulx et leurs chevaulx.* Villehard. paragr. 134 : *Assemblez fu li avoirs et li Gains, etc. Gaaing, Gaeng* et *Gaigne*, eodem sensu. Hugo *Plagon* in Contin. Hist. Guil. Tyrii apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 598 : *Le Maistre du Temple..... fist crier parmi la cité, que tuit cil qui armes porroit porter, alassent après lui au Gaaing, car il avoit les Turcs desconfis.* Gesta Ludov. Pii tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 133 : *Il degasterent tout et alerent jusques à une grant leur cité, qui a non Vilerouge; moult i firent grant Gaeng, et en amenerent granz proies.* Stat. ann. 1355. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 35. art. 30 : *Noz officiers demandent et reclament aucuns droits, parts et portions ès Gaignes, ou ès pilles faites sur noz ennemis.* Hinc *Païs de gaignage*, Terra hostilis, quam jure belli deprædari licet, in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 160. ch. 215 : *La suppliante cuidoit que lesdiz biens feussent prins en pais de Gaignage, pour ce que c'estoit en frontieres de noz ennemis.* Unde *Gaignart*, Prædo, nebulo, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 2 :

Uns moine, qui ot non Guiars,
Qui moult ostoit fel et Gaignars, etc.

¶ **GAGIO**, Silva densior. Vide *Gajum*.

¶ 1. **GAGIUM**, ut *Gagio*. Vide in *Gajum*.

2. **GAGIUM**, [Vadimonium, pignus, fidejussio, Gall. *Gage*. Sic *Gagium duelli* dicebatur Res quævis ab eo, qui provocabat, data vice pignoris et projecta coram judice : qua de re plura in *Duellum* et *Vadium*. Privilegium Johannis de Castellione Comitis Blesensis ann. 1265. ex Chartul. S. Johannis Carnot. : *Si... dari contigerit Gagium duelli in curia dictorum Abbatis et Conventus, tradetur et judicabitur per mandatum illorum solummodo, et non poterunt recipere Gagium in terra seu justitia dicte Comitisse, nec in banleuga Carnotensi.*] Vide *Vadium*

* Hinc *Gagium duellare* appellabant rem quamvis, qua coram judice in medium projecta, accusatus ab objecto crimine innocuum se esse duello probaturum profitebatur. Charta ann. 1322. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 72 : *Helias Gelos burgensis castri Lemovicensis alias delatus fuit... ad finem Gagii duellaris.* Vide in *Duellum*.

¶ 3. **GAGIUM**, Mulcta domino vel judici solvenda. Litteræ ann. 1357. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 208 : *Item, Baillivus dicti Domini nostri non debet recipere justiciam seu Gagium quousque solvi fecerit judicatum rem parti adverse que obtinuit.*

¶ 4. **GAGIUM**, Pretium, merces, stipendium, Gall. *Gage*. Consuetudo Brageriaci art. 13 : *Cujus quidem coti seu gardiarii erit Gagium quatuor solidorum.* Occurrit in Bulla Bonifacii VIII. PP. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 536. in Chron. Dominici de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 576. 587. 676. etc. Vide *Vadium*.

1. **GAGNAGIUM**, Wagnagium, Wannagium, Peculium agricolæ, quo nomine, ut auctor est Cowellus, comprehenduntur omnia tam jumenta, quam alia instrumenta, quæ ad cultum agrorum, et fruges colligendas sunt necessaria. Matthæus Paris pag. 179 : *Villanus eodem modo amercietur, salvo Wannagio suo.*

Sed præsertim id vocabuli usurpari solet pro agro culto et sato. Gloss. Lat. Gall. : *Agriculture, Gaignage.* Historia Francor. MS. vernacula ex Biblioth. Memiana, in Philippo Aug. : *Les gens, qui soioient les blés ès Gaignages, etc.* Ita passim Poetæ nostrates agros proscissos et satos vocant. Willel. *Guiart* in S. Ludovico :

Par jardins et par Gaaingnages.

Alibi :

Et en traiant le sanc des chaires,
C'on espant par les Gaaingnages,
Trancher nés, et fendre visages.

Idem ann. 1304 :

De mors nus sanglans les visages
A plusours par les Gaignages.

Atque ita *Wainagium* usurpant Matthæus Paris pag. 261. Bromptonus lib. 9. cap. 9. § 3. Fleta lib. 1. cap. 48. § 2. etc. *Wannagium*, idem Matth. Paris pag. 179. et Rogerus Hovedenus pag. 779. 785. *Gaagnagium*, vetus Charta in Regesto Herouvalliano Philippi Aug. f. 9 : *In nemore, in plano, et in Gaagnagiis.* [Charta ann. 1244. inter Instr. Gall. Chr. tom. 4. col. 102 : *Assignamus in perpetuum monasterio dictæ Abbatiæ Gaagnagium de Cervidano pro septem libris reditualibus in censu dictæ villæ.* Pluries occurrit in Tabulario Meldensi.] Charta ann. 1238. in Tabular. Abbat. Jardi prope Meledunum : *Cum.... dederit medietatem Gagnagii sui de Borda, etc. Gagnages*, Consuetudines Aurelianensis art. 152. Stampensis art. 183. Blesensis art. 222. et Menetoviensis art. 8. 25. *Gaignerie*, Consuetudo Pictavensis art. 177. Britann. art. 401. Charta ann. 1169. apud Gallandum de Franco allodio pag. 69. 71. Denique *Gaagnia*, idem Regestum Philippi Aug. : *Et Gaagniam, quam Canonici de Marchesio Radulfi tenent de Domino de Montechevrel.* [Le Roman *de la Violette* MS. :

Qu'il a une terre trouvée,
Qui de tous biens est estrouvée,
Car il ne y avoit que Gaignaiges,
Et prés, rivieres et boscaiges.]

Porro *Gain*, et olim *Gaaing*, [*Gaigne*, in Litteris ann. 1355. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. pag. 35.] appellabant nostri, quod Latini *Lucrum*. Unde *Terræ Lucrabiles et non Lucrabiles*, cultæ et incultæ, in eodem Regesto Philippi August. fol. 9. et in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 809. et tom. 2. pag. 132. 275. 383. [*Terres Gaagnables et non Gaagnables*, in Chartulario S. Vandregisili tom. 2. pag. 1484. *Guaignales terræ*, in Litteris ann. 1354. tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1654.] Ita *Lucrari*, pro arare, aut agrum proscindere, serere, usurpat Charta ann. 1107. apud Augustin. *du Pas* in Stemmate Pentevriensi pag. 7 : *Concessit Monachis S. Albini, in quantum eis necessarium foret de terra illa, et de silva, scilicet de Lanmor, ad Lucrandum cum carucis, et ad pascua animalium, equarum, porcorum, et aliorum animalium in perpetuum, etc.* Sed et Hugo *Plagon* in Versione MS. Willelmi Tyrii ad lib. 3. cap. 19. *Agriculturis operam dare*, his verbis vertit : *Gaigner les terres;* et ad lib. 6. cap. 1. *Sed et suburbanorum incolæ*, hisce : *Li vilain, qui estoient Gaigneur en la terre.* Ita *le Caton en Roman* MS. :

Se tu veus labourer en terre,
Vergile dois lire et enquerre,
Chil te sara bien enseigniier,
Ques terres tu dois Gaaignier.

Le Roman *de Vacce* MS. :

Les vilains face arer, et les terres Gaaignier.

[Idem verbum occurrit in Stabilim. S. Ludovici lib. 1. cap. 163.] Historia verna-

Digitized by Google

cula Bellorum sacrorum MS. : *Cil puis estoit tout enkeus et emplis, et si Gaagnoit-on par desus, et labouroit, si ke à peine reseroit jamais trouvé.*

Gaanneria, ex Gallic. *Gagnerie*, Ager cultus. Tabular. Absiense f. 51 : *Ut jam dicti fratres Gaanneriam suam de Meseingne in perpetuum habeant.* Vide suis locis *Gaagneria*, *Gaaignagium*, etc.

¶ Gaigneria, Eadem notione. Charta ann. 1351. ex Regesto 81. Chartoph. reg. ch. 927 : *Acquisierint unam Gaigneriam nuncupatam le Plessu garnier... arpenta frumentalia et siliginalia seu siliginem portantia.* Recurrit ibidem.

Gagnagium, interdum Fructus ipse in agro. Ita *Gagnage* usurpant Consuetudines Meldensis art. 70. Durdanensis art. 20. Meledunensis art. 56. Claromontensis art. 101. 106. [*Gaaignages de terres*, in Stabilimentis S. Ludovici lib. 1. cap. 39. Sed cap. 99. ejusd. libri *Gaaingnage* nude dicitur pro Lucro, utilitate, quæstu, Gall. *Profit : Se aucuns gentishons avoit hons qui teinssent terres à terrages de bâtart, et il ne l'en rendissent autres coustumes, que les terrages, li sires les porroit bien prendre à son Gaaingnage, mès il ne les porroit pas bailler à autre.* Hunc in usum qui in quibusdam locis viguit consule notam *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 190.]

¶ Gaenagium, Ager cultus. Charta Odonis Episcopi Paris. ann. 1203 : *Ad ipsius domus obedientiam, que appellatur Eleemosina, hec que secuntur ab antiquo fuerant deputata, scilicet valla de Villenes cum appendiciis suis et granchia et Gaenagium.*

¶ Guignagium. Charta ann. 1226. Histor. Eccl. Meld. pag. 119 : *Fratres domus Dei de Creciaco quitaverunt.... granchiam de Heremita versus Villam-novam cum toto Guagnagio.*

¶ Gaignagium, Agri fructus. Chartular. Meld. fol. 65 : *Gaignagium ad unam granchiam apud Billorium trahere tenebuntur.* Ibidem : *Nec idem Miles vel heredes ejus poterunt aliquid levare de granchia vel de Gaignagio duarum culturarum. Granchia Gaignagii*, in Cod. MS. redditiuum Episcopatus Autissiod.

Denique autumnus ipse, seu anni tempestas, qua demetuntur in agris fruges, *Gain* olim nostris dicta. Gloss. Lat. Gall. : *Autumnus, Automne, Gain.* Aliud : *Autumnus, le Temps de lever les bleds, le Gain* Etiamnum dicimus vulgo, *Les Pigeons s'en vont aus Gains, et aux Gagnages*, id est, in messes, quod plerique non percipiunt. Sed et *Prez Gagneaux* vocant Consuet. Pictavensis art. 196. Juliodunensis cap. 19. art. 1. S. Aniani art. 3. Turonensis art. 202. et Santonensis art. 126. prata, quæ quotannis seruntur. De vocis etymo vide Oct. Ferrarium in *Gaggio.*

* Charta ann. 1308. in Reg. 40. Chartoph. reg. ch. 64 : *Item chascune des dites quatre villes doit à la maison de Espailli une journée en Gain, une journée en tremois, et deux jornées en sombre.* Libert. villæ de *Chaseaux* ann. 1312. in Reg. 60. ch. 220 : *Chascuns qui ara autres bestes à charrue porra mettre ses chevaus à la charrue un tor au Gayn pour coitier ses sourbées. Gahin*, in Charta Ren. *de Choisuel* milit. dom. *de Bourbonne* et *de Verecourt* ann. 1316. ex Reg. 59. ch. 423. *Guayn*, in alia ann. 1321. ex Reg. 61. ch. 123. Mirac. MSS. B. M. V. lib. 2 :

Por ce en yver, en Gain,
Et en printans et en esté.

Le Roman *de Cléomades* MS. :

Par cele pomme savoit on
Des quatre tans la vérité,
Si com de printans et d'esté,
Et de Gayn qui après vient,
Et puis d'hyver.

* Ex frequenti vero mutatione *g* in *v* occurrit sæpe *Vain* vel *Vayn*, eadem acceptione. Charta ann. 1320. in Reg. 59. ch. 459 : *Les corvées des bestes traians.... et des hommes, c'est assavoir des bestes trois fois en l'an, une fois en Vayn, une en tramois et une en sombre, et des hommes une fois de leurs cors en la moisson.* Consuet. Castell. ad Sequanam ex Cod. reg. 9898. 2 : *Tous les habitans d'icelle ville de Marrigney.... doivent trois courvées, l'une en Vain, l'autre en tramois, et l'autre aux sombres. Voain*, in Ch. ann. 1387. ex Invent. Chart. castri *de Jaucourt* ann. 1392. fol. 16. v°. *Voyn*, in Lit. ann. 1357. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 630. art. 2. Eodem præterea nomine designatur annonæ seu hordei species, in Charta ann. 1246. ex Chartul. Arremar. ch. 271 : *Duo sextaria bladi, quorum medietas esse debet ordei, et alia medietas de Vain. Vomhery*, pariter pro Autumnus, in Libert. villæ *de Braoux* ann. 1330. ex Reg. 84. ch. 422 : *Corvées de charrues à trois saisons de l'an; c'est assavoir en Vomhery, en tramois et en sombre. Vomhy* editum tom. 4. earumd. Ordinat. pag. 335. art. 4. Vide *Waingnale.*

* 2. Gagnagium, Gaignagium, Lucrum, quæstus, ipsa etiam merces quotidiana, quæ canonicis aliisque choro præsentibus tribuitur, nostris *Gaaigne* et *Gaigne.* Occurrit *Gagnagium* in Arest. celeb. Andegav. lib. 1. cap. 6. Stat. MSS. eccl. Brioc. cap. 21 : *Omnes capellani et clerici chori Briocensis ecclesiæ intersint in processionibus singulis diebus Dominicis faciendis in dicta ecclesia Briocensi; alioquin primum anniversarium aut quodlibet aliud Gaingnagium quilibet defficiens amittat, nec de eo aliquod recipiet commodum, etiamsi in dictis anniversariis vel Gaingnagio præsentes fuerint. Guaignagium*, ibid. cap. 31. Unde *Guaignage*, in Actis capitul. ejusd. eccl. ann. 1468. Ubi etiam hæc leguntur : *Gain ordinaire. Nota quod lucrum ordinarium est quolibet die ij. sol. videlicet pro primis vesperis, matutinis et magna missa, pro qualibet prædicturum horarum viij. den. et duplicuntur per totum Adventum usque ad diem Nativitatis Domini exclusive, etc.* Charta ann. 1300. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 125. v°. col. 2 : *Et li autre petite gent sour leur porveance et leur Gaaingne.* Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 228 : *Comme ledit Gilet, pour les petites Gaaignes qui lors estoient où il demouroit, ... se feust departis du pays, etc.* Aliæ ann. 1402. in Reg. 157. ch. 257 : *Icellui Coubet dist audit Paille que il lui donast de sa Gaigne un lot de servoise.* Vide *Ganiagium.*

* Hinc *Gaignepain* appellabant ensis genus, quo milites in *torneamentis* utebantur, ut discimus ex Statuto hac de re edito a Cangio in Dissert. 7. ad Joinvil. : *Item un Gaignepain pour mettre ès mains du chevalier.* Cujus appellationis rationem docet Guignevilla in Peregrinat. hum. gener. MS. :

Tel continence ensi doublée,
Dont i est Gaignepains nommée;
Car par li est gagniés li pains,
Dont remplis est tous cuers humains.

Et infra :

Et che firent les Gaignepains,
Dont il avoit armé ses mains.

¶ Gagnapes. Vide *Galnabis.*

* Gagnearia, *La taverna, e tavernara*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

¶ Gagnia, f. Idem quod *Gagnagium*, Ager cultus, Gall. *Gagnerie.* Codex MS. redituum Episcopatus Autissiod. : *Decima circa octo modios bladi vacat, quia erat Gagnia, quæ redempta est;* quod ita potest intelligi : Decima illa non percipitur amplius ex illo agro culto, quia redempta est. [* Vox abbreviata et male lecta, ut opinor, pro *Gageria*, pignus, oppigneratio. Vide supra in *Gagiatio.*]

* Gagula, *Avis, graculus, quallia, quam quidam coturnicem dicunt.* Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959. Vide infra *Gaia.*

* Gamagneria. Vide supra *Gaagneria.*

* Gahana. Sentent. arbitr. inter. Petr. de Caslucio dom. Ecclesiæ novæ et abbat. monast. Vallis de Fener. ann. 1327. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 47 : *Ascendendo de aqua de Sira per dictum rivum de Conduz ad Gahanam et mortam, quæ sunt inter mansum del Giolo sobeira,.... et a dicta Gahana et morta, prout labitur aqua, descendendo ad Gahanam, quæ est in fine dels angles.*

1. Gaia, Gaius, Gallice *Jay*, Pica. Papias : *Pica, Gaia. Picus, Gaius.* Gloss. Ælfrici Saxonicum, cap. de Avibus : *Gaia, vel Catanus;* Higeræ. Forte *Gaianus*, aut *Gaius.* Vide Goropium Becanum lib. 2. Origin. Gallic.

* Alias *Gay.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 136. Chartoph. reg. ch. 37 : *Sur la mote du molin de l'ospital d'Oisemont on faisoit celui jour l'esbatement du nit du Gay.* Vide supra *Gagula.*

2. Gaia, Idem quod Cavea, [Gallice *Cage.*] Jus Vicentin. lib. 1 : *Si quis fuerit inventus asportando de alienis fructibus in Gaia, vel in cista, sive sinu, etc.* Vide *Gabia.*

* Gaiagium, Pignus vel Mulcta pecuniaria. Charta Rob. abb. S. Joan. Laudun. ann. 1280. ex Tabul. ejusd. monast. : *Advocatus de placitis illis nih l habebit, nisi ubi Gaiagia data fuerint; tunc enim ibi advocatus tertiam partem habebit.* Vide supra *Gaegium.*

¶ Gaiamentum, Gaiarium. Vide *Gagiare.*

* Gaianum, a Gallico *Gain*, Lucrum, reditus, fructus. Dipl. Caroli C. ann. 844. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 5 : *Cum omnibus ad se pertinentibus vel appenditiis atque adjacentiis seu terminis suis, nec non et cum Gaiano villaris, sive cum rebus, quas Austrimirus vi monasterio contulit.* Vide supra *Gaeria.*

Digitized by Google

* **GAJARDUS**, Nomen *carrocii* seu currus bellici, in quo vexillum exercitus imponebatur, apud Cremonenses. Chron. Parm. ad ann. 1281. apud Murator. tom. 9. Script. Ital. ubi de restitutione *Carrocii Parmensis, quod vocabatur regolium Parmæ, et Cremonensis, quod vocabatur Gajardus.* Nostris vero *Gayar* vel *Gayard* est Uncus vel Contus ferro uncinato armatus. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 287 : *Qui Bonitus tenebat tunc in manu sua quemdam baculum, vocatum Gayar sive croucit, cum quo trahitur fenum de fenario pro animalibus, quando fenum est nimis contassatum.* Aliæ ann. 1416. in Reg. 169. ch. 470 : *Lesquelz sergens ouvrirent une granche de certain instrument, appellé Gayard, sans faire en icelle ouverture autre, fraction, ne violence.* An inde *Gayer* vel *Wayer draps* dixerunt nostri, pro Pannos ad ejusmodi contum suspendere? Lit. remiss. ann. 1445. in Reg. 177. ch. 63 : *Ung grant baston à wayer ou Gayer draps.* Vide supra in *Gafare.*

GAJARE, [Solvere.] Vide in *Vadium.*

* **GAJARIA**, Pignus, res oppignerata, Gall. *Gage.* Charta ann. 1323. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Recepta informatione summaria de pignoratione facta in loco et territorio Giniaci, prætextu lignarandi, pascayrandi, fuit de facto Gajaria concessa per homines dicti loci,.... fuit deinde Gajaria revocata, et pignora capta restituta.* Vide *Gagiare* 1.

¶ **GAJARIUS**, Ædituus, Gall. *Gagier.* Statuta Milonis Episc. Aurel. ann. 1314. art. 5. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1286 : *Statuimus, ut quotiens aliquis Rector in aliqua Ecclesia de novo fuerit institutus, faciat triplex inventarium super bonis dicti presbyteratus, de quibus inventarits Rector dictæ Ecclesiæ unum, Archipresbyter loci unum, et Gajarii seu provisores dictæ Ecclesiæ tertium penes se fideliter servabunt.* Vide *Gagiarius.*

GAIBUS. Jus Vicentin. lib. 3 : *Copia aquarum fluentium per Gaibos, et alveos consuetos, etc.* Ex Ital. *Gabbio*, locus cavus, subterraneus.

GAID, *vel Gisele, Ferrum, hastilia.* Gloss. Pith.

☞ Nihil commune habent *Ferrum* et *hastilia* cum *Gaid* vel *Gisele.* Duo sunt articuli prorsus distinguendi. *Ferrum* et *hastile* ejusdem notionis esse palam est. *Gaid*, ut existimo, idem est qui Fidejussor. et *Gisele*, certo idem qui Testis. Leges Rotharis [** cap. 225.] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 34. col. 1 : *Si quis servum suum proprium.... dimittere voluerit tradat eum prius in manum alterius hominis liberi, et per garantix ipsum confirmet, et ille secundus tradat eum in manu tertii hominis eodem modo, et tertius tradat eum in quarti, et ipse quartus ducat eum in quadrivium, et thingat in Guadia* (hoc est, si bene conjecto, Tradat in manus fidejussorum) *et Gisiles testes ibi sint, et dicant sic : De quatuor viis ubi volueris ambulare liberum habens potestatem.* Adnotat doctissimus Editor in Cod. Esten. scriptum esse : *Et thinget in Gaida ad Gisel, et sic dicht : De quatuor etc.* In Cod. vero Cathedr. Mutin. : *Et thinget in Gaida et Gisal, et sic dicat, etc.* Nihil necesse est moneam Glossatorem Pithœanum ad has Leges aliasve similes attendisse, et ipsi *Gaid* idem fuisse, quod hic *Gaida* vel *Guadia*, et *Gisele* idem quod *Gisiles, Gisel* vel *Gisal.* Vide *Gisiles* et *Vadium.* [** Glossar. Longobard. in cod. Vatican. : *Gaida et giseleum, ferrum, hastula sagipte. Gaida, cartula.* Glossar Cavense : *Gisigisili i. e. liberi homines. Gaida, i. e. casindios.* Infra : *Thinga in Gaida, i. e. Donare in publico.* Paul. Diacon. lib. 1. cap. 13 : *Plures a servili jugo ad libertatis statum perducunt, utque rata eorum haberi posset libertas, sanciunt more solito per sagittam, immurmurantes nihilomus ob rei firmitatem quædam patria verba.* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 162. 332.]

¶ 1. **GAIDA**, Fidejussor. Vide *Gaid.*

¶ 2. **GAIDA**, Fimbria seu plicamenta muliebris vestis, quæ ad talos usque descendit, Ital. *Ghede.* Vide *Gaydes.*

¶ 3. **GAIDA**, Glastum, Gall. *Guesde, Pastel*, Species plantæ infectoribus, seu tinctoribus nota. Tabular. Calense pag. 77 : *Per definitivam sententiam pronunciamus decimas Gaidarum deberi Abbatissæ et Priori prædictis de terris illis de quibus decimas aliorum fructuum percipere consueverunt.* Præceptum Philippi Pulcri Franc. Regis ann. 1304 : *Granas ad tingendum, alumen, Gaidas, bresil, ceram, etc.* Vide *Gaisda.*

¶ 1. **GAIDIA**, ut *Gaida* 3. Præceptum Philippi Pulcri ann. 1312 : *Inhibemus ne quis... lanas seu animalia lanigera, Gaidias, garancias.., de regno nostro extrahere... præsumat.*

* 2. **GAIDIA**, Vectigal, tributum. Charta Joan. dalph. ann. 1312. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 110. art. 25 : *Concedimus eisdem, quod de aliquibus quæ ibidem adducent vel per aliquos adduci faciant, vel apportari, et ibidem vendentur ad mercatum, ne ipsi nec ementes Gaidiam vel gabellam excogitatam vel excogitandam, nobis vel nostris dare, præstare vel solvere teneantur.*

¶ **GAJE**, Silva densior. Vide *Gajum.*

¶ **GAJERIA**, Pignus, Gall. *Gage*, Res pignori accepta. Statuta Cisterc. ann. 1180. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1252 : *Qui Gajerias receperunt, si sciunt sortem suam recepisse, deductis expensis, usque ad Pascha eas resignent, nisi sit possessio, quæ ad jus Monasterii pertineat. Qui aliter retinuerint, extunc Abbas et Prior et Cellerarius a divino officio sint suspensi, nec sensus impositione pallient hujusmodi pignorationes.* Statuta ann. 1184. col. 1256. De Gajeriis, sicut annis præteritis statutum est, *teneantur, quod non licet alicui censum, vel terragium, vel aliquem fructum terræ in Gajeria recipere, qui non computetur in sortem, nisi decimas de propriis laboribus, et usum nemoris, et usus pascuorum.* [* Vide supra in *Gagiatio.*]

GAIFANDA, [Cohæres.] Vide *Gaphans.*

¶ **GAIFERIUS**, Gesta Guillelmi Episc. Andegav. apud Mabillonium tom. 3. Analect. pag. 373 : *Huic autem Ecclesiæ dedit textum aureum ... annulos aureos pontificales quatuor, unum cum smaragdo, alterum cum topasio, tertium cum hyacinthio, quartum cum saphiro, qui Gaiferius nuncupatur, etc.* Quare autem hic anulus *Gaiferius* appelletur, ibid. pag. 369. docemur : *Idem Episcopus habebat anulum, qui a nomine cujusdam Regis Gaiferius vocatus, ab infirmis requirebatur : qui cum anulum illum bona intentione gratia suæ procurationis accepissent, a diversis infirmitatibus auctore Domino curabantur. Nescimus autem utrum per gratiam divinam ex merito personæ anulum illum possidentis, et pauperibus misericorditer accommodantis, exemplo B. Petri cujus in umbra infirmi restituebantur, an ex potentia lapidis, an ex utroque illa curationum gratia proveniret.*

* Non de una re dictum fuisse docet Codex reg. 7887. fol. 3. r°. : *Dutrannus jussit fieri bannum, qui vocatur Gaiferius, et curcinbaldum aureum, et unum manipulum aureum cum chillis.*

* **GAIGERIUS**. Vide supra *Gagierius.*

* **GAIGEURA**, a Gallico *Gageure*, Pignus, sponsio, nostris alias *Gageaille*, et *Gaigaille*, res ipsa in pignus data. Lit. remiss. ann. 1365. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 627 : *Idem Galliotus respondit quod hoc in veritate sciebat, et de hoc nullatenus ambigebat, subjungendo quod ipse contra Johannem d'Escoublehnut centum francos auri in fermalia sive Gaigeura poneret.* Aliæ ann. 1398. in Reg. 153. ch. 466 : *Icellui Santon dist audit Berthelot que il esconvenoit que il luitast audit Hamant son varlet par Gaigaille d'un pot de vin.* Rursum aliæ ann. 1451 in Reg. 185. ch. 148 : *Un pot de vin par maniere de Gageatlle.*

* **GAIGIUM**, Gaigum, Mulcta pecuniaria. Libert. bastidæ *de Monchabrier* ann. 1297. in Reg 44. Chartoph. reg. ch. 95 : *Item curia non debet recipere justitiam seu Gaigium, quosque solvi fecerint rem judicatam parti, quæ obtinuit.* Consuet. villæ *de Buzet* ann. 1273. Mss. art. 24 : *Et tunc præfatus locator vel acomodator in prædicto Gaigo punietur.* Quid sit autem apud Normannos *Gaige-plege*, aperte docent Lit. remiss. ann. 1451. in Reg. 185. ch. 154 : *Selon l'usage et coustume du pays de Normandie, chacun seigneur qui tient noblement, tous ses subgiez sont tenus de venir aux plais du Gaige-plege, bailler pleige au seigneur de lui paier ses rentes et devoirs seigneuriaulx ; ou la cueillette est acquise au seigneur du fief, se il ne fait son devoir dedans temps, que coustume donne. Gaige-leige*, eadem acceptione, in aliis Lit. ann. 1478. ex Reg. 206. ch. 12 : *Le Mardy précédent le jour du saint Sacrement, que on avait tenu les plaitz ou Gaige-leige de la Troussebontiere, etc.* Vide supra *Gagium* et in *Vadium.*

¶ **GAIGNAGIUM**. Vide *Gagnagium.*

¶ **GAILLARDUS**. Vide *Goliardus* 2.

GAINA, Vagina, theca, Cambro Britannis *Gwain*, Gallis *Gaine.* Tudebodus lib. 3. extremo : *Baltheus quoque ejus et Gaina, id est, vagina, fuerunt ad pretiati* 60. *Bisantos.*

* **GAINAGIUM**, Agri culti et sati. Charta ann. 1223. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 244 : *Burgus Puntenerii, qui est ultra aquas Icanæ juxta Clamaciacum, cum Gainagio territorii;.... cum pertinentiis ejusdem Gainagii.* Vide mox

* **GAINARE**, Arare, agrum proscindere, serere ; unde *Gaynier*, qui hæc præstat, in Lit. remiss. ann. 1480. ex Reg. 206. Char-

Digitized by Google

toph. reg. ch. 558 : *Certains Gayniers et autres gens de mestier etc.* Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 91. r° : *De omnibus quæcumque Gainaverit, habebit S. Joannes medietatem; et dabit illi monachus de Murone tres boves, qui nunquam moriantur.* Hinc *Pré ganneau*, dicitur pratum, quod arari potest in Recognit. feud. ann. 1366. Vide supra *Gaagneria*.

* **GAINGNA**, Qui reditus seu *Gainguagia* exigit. Charta ann. 1332. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 947 : *Item ad petendum, habendum et recipiendum rationem et computum ab omnibus hominibus dicti castri de Genestaribus, qui.... Gaingnæ dicti castri emolumenta et commoditates receperunt et ministrarunt.*

* **GAINGNAGIUM**. Vide supra *Gagnagium* 2.

¶ **GAJO**, Silva densior. Vide *Gajum*.

¶ **GAIOLA**, Carcer, Gallis alias *Geole*. Charta Henrici Regis Angliæ tom. 3. Hist. Harcur. pag. 151 : *Sciant me reddidisse et præsenti carta confirmasse Balduco . . . servienti mei . . . custodiam Gaiolæ meæ Rothomagensis et portæ castelli mei : et pro ista custodia habet unoquoque die duorum solidorum usualis monetæ in meo redditu vicecomitatus mei Rothomagensis, pro custodia Gaiolæ meæ decem et octo denarios, et pro custodia portæ sex denarios.* Vide *Gabia*.

* Unde *Engaioler*, in carcerem detrudere; sed et pro Cavea, *Gaiole* dixerunt. Mirac. Mss. B. M. V. lib. 2 :

> Dex l'emprisonne et Engaiole,
> Plus que ne soit gais en Gaiole.

GAIRETHINX, [Donum.] Vide *Garathinx*.

¶ **GAIRICÆ**, pro *Garricæ*, Terræ incultæ vel loca dumis obsita. Præceptum Caroli C. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 30 : *Cum molendinis, terris cultis vel incultis, vineis, Gairicis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, exitibus et egressibus, etc.* Charta ann. 1189 : *Cum devesis, Gairicis, nemoribus, quartis, usaticis, alberguis, etc.*

¶ **GAIRUS**, Modus agri. *Gairum terræ, qui abjacet de uno latus, etc.* apud Stephanotium tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 219.

GAISDA, Isatis, Glastum, vulgo *Guesde*. Marbodeus lib. 2. de Virtutibus herbarum cap. 30 :

> Isatis a Græcis est vulgo Gaisda vocata.

¶ **GAISDO**, Eadem notione. Vide *Guaisdium*.

GAISINDUS, [De familia.] Vide *Gasindus*.

GAITA, [Excubiæ, vigil ipse, speculator, Gallis olim *Gaite*, nunc *Guet*. Homagium ann. 1237. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 19 : *Concessit eisdem ut primo animal captum habeant præcipuum ad opus Gaitæ suæ de præda capta, pro primo insultu, etc.* Libertates S. Georgii de Esperanchia ann. 1291. ibid. pag. 28 : *Item omnes Burgenses præter Religiosos, Sacerdotes et Clericos debent excubias et Gaitas dictæ villæ.* Charta ann. 1241. ubi Prior S. Eusebii queritur de Præposito Altissiod. super gagiis panetariorum, qui decoquebant panem suum in furno S. Eusebii : *Quæ gagia ceperat vel capi fecerat . . . occasione Gaitæ villæ communis* Ibidem declaratur, *quod illi qui decoquebant panem suum ad furnum prælictum, quando citantur ad Gaitam, non gaitent.* Plura] vide in *Wactæ*.

* Alia notione *Gaite*, nimirum pro Urbis regione, in Lit. ann. 1405. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 101 : *De six parties ou Gaites, esquelles ladicte ville* (d'Alby) *est divisée, etc.*

* **GAITAGIUM**, Excubiarum onus, vel census pro custodia urbis vel castri Libert. Domnimed. ann. 1246. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 692. art. 29 : *Nullus laicus potest manere in villa, qui non debeat Gaitagium.* Vide in *Wactæ*.

GAITANUM, Zona, cingulum. Marcellus Empir. cap. 8. pag. 56 : *De tribus cerasis lapillos pertundes, et Gaitano lino inserto pro phylacterio uteris.* Cyrillus in Lexico : Τὰ σχοινία, καὶ τὰ δισμὰ, καὶ ἡ ἅλυσις σπειραὶ λέγονται καὶ τὰ γαιτάνια, καὶ ἅπαν πλέγμα. Vide Meursium in hac voce [et Glossarium mediæ Græcitatis. in Append. col. 46.]

¶ **GAITARE**, Excubias agere, Gall. *Guetter*. Occurrit in *Gaita* et in *Wactæ*.

* *Gaitam* seu excubias facere, Ital. *Guatare*, Gall. *Faire le guet*. Charta ann. 1125. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 429 : *Et ipsum urbem custodias et bene custodire facias et Gaitare.* Alia ann. 1223. in Chartul. Campan. fol. 190 : *Item dicit quod homines nostri ad subventionem suam Gaitent villam.* Vide in *Wactæ*. *Esgaiter* vero, est Speculari, insidiari, in Lit. remiss. ann. 1411. ex Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 175 : *Icellui Guichart s'en ala à tout un baston en les Esgaitant et espiant.*

* **GAITUM**, Excubiæ, Gall. *Guet*. *Gais*, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 467. Protocol. vetus ex Cod. reg. 4184. fol. 59. v° : *Conquesti sunt nobis Robertus Oxtun, serviens noster eques de Gaito necis* (l. noctis) *Parisius, et Johannes ejus frater, quod etc.* Vide *Gaita*.

¶ **GAJULARIUS**, Custos carceris. Vide *Geola*.

* Libertat. de Rotom. statutæ ad scacar. ex Reg. 34. bis Chartoph. reg. fol. 46. r° : *Gajularius turris ejusdem xxvij. lib. et ij. sol. et vj. den.* Sed legendum *Gaiolarius* vel *Geolarius*, Carceris custos. Vide supra *Gaiola* et infra *Geola*.

GAJUM. Excerpta Pithœana : *Gajo, vel Gagio, silva densissima.* Ugutio : *Gajo, vel Gao, i. Gwaldus, vel Gagio, silva densissima.* Ita *Gajum Regis* usurpatur in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. § 37. 38. [** Rothar. 324. 325.] [Apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 42. col. 2. ex Codice Esten. legitur, *Excepto Gaje Regis.*] Charta Caroli M. apud Ughellum tom. 5. pag. 1565 : *Præterea et Gajum nostrum, qui in eodem loco juxta res ipsius Ecclesiæ in Luciaria conjacet, et nunc noviter excolitur, etc.* Alia Hugonis Regis Italiæ ann. 927. apud eumdem tom. 2. pag. 195 : *Molendinosque ibi sitos duos, seu et Gajum unum, nec non in Bergante mansos* 3. etc. Occurrit adhuc infra. Alia in Chronico Farfensi pag. 658 : *Vaccariciis, alpibus, Gajis, molendinis, etc.*

GAGIUM, Eadem notione. Charta Desiderii Regis Longob. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 14 : *Largimur in Jura de ipso Monasterio ex Gagio nostro Regiense, quæ nuncupantur, terra, silva, roncora, et prata, etc.* [** *Kaheius*, in Leg. Bojuv. tit. 21. §6. Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 596. Mytholog. pag. 48. et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 761. voce *Hac*.]

A *Gajo* porro nata videtur vox *Gay* nostris, *Gajo* Italis, pro *Læto*, Gaudente, ab iis scilicet, qui in silvas pergunt, vel venandi, vel oblectamenti gratia, ut curas abjiciant omnes, ac sese ab iis liberent. *Gagio* etiam pro læto dixit Dantes Parad. 6. Vide Octav. Ferrarium in Orig. Ital. v. *Gajo*, et infra in *Gualdus*.

¶ **GAIUS**, Pica, Gall. *Jay*. Vide *Gaia*.

* **GAIVUS**. Res Gaiva, Res derelicta, et quæ a nemine repetitur ut sua; nostris, *Gaif* et *Gay*. Charta Phil. III. reg. Franc. ann. 1280. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1256 : *Offerebant* (abbas et conventus S. Petri super Divam) *probaturos se usos fuisse dicta justitia in casibus seu articulis qui sequuntur, videlicet de rebus Gaivis, de dividendo cursus aquorum, etc.* Lit. remiss. ann. 1373. in Reg. 104. ch. 322 : *Es mettes de la sergenterie fust venu et escheu d'aventure un cheval de Gaif ou espave, etc.* Instr. ann. 1366. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 716 : *Et ont les héritages que eulx tenoient, laissiez guerps et Gays etc.* Vide *Wayf*.

* **GALA**, Wallia. *Princeps Galarum*, Gall. *Le prince de Galles*, non semel in Lit. ann. 1368. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pagi 285.

GALABRUNUS, et Isenbrunus, Pannorum species. Statuta Petri Venerab. cap. 16 : *Nullus fratrum nostrorum pannis, qui dicuntur Galabruni, uel Isembruni, vestiatur.* S. Beruardus de Vita et morib. Religiosor. cap. 9 : *Putasne, ibi cuiquam Galabrunum aut Issenbrunum quærebatur ad induendum?* Statuta vetera Domus Dei Parisiensis MS. : *Sorores habebunt singulæ* 3. *camiseas, et* 3. *succamas talares, unum pelliceum agninum novum et suum vetus, si opus fuerit : tunicam unam de sagio nigro vel subrufo pretii ulnæ* 5. *solid. ad plus, supertunicale agninum ejusdem coloris et pretii, pallium nigrum de Ysembruno, vel Galebruno, vel de sagio, et caligas albas, vel nigras, et bottas rotundas.* Regestum Parlamenti dictum *Olim* fol. 32. verso : *Præpositus Parisiensis arestaverat Galebruna, quæ Everardus de S. Laudo paraverat seu tinxerat Parisius, forisfacta, ut dicebat, occasione cujusdam constitutionis, factæ inter textores et fulones de pannis factis extra villam Parisius non parandis, . . . dictum fuit, quod nihil actum erat contra constitutionem, quia Galebruna non sunt panni, etc.* Regestum Peagiorum Paris. : *Tiretaine, Galebrun, et tout autre drap ourdis, etc.*

Valenbrunum. Rainardus Abbas Cistercensis in Instit. Capitul. Generai. Cisterc. cap. 83 : *Ponanus delicatas vestes et nullus deinceps Isembruna, saia, Valenbruno, vel ejusmodi aut etiam subtilioribus pannis utatur.*

* **GALACTEA**, *Lacteus porcellus*, apud Simon. Januens. in Glossar. medic. ex Cod. reg. 6959.

Digitized by Google

¶ **GALACTIAS**, Via lactea. Vide *Galaxia*.

¶ **GALÆA**, *Triremis*, in Amalthea. Legitur in Vita S. Catharinæ Sen. tom. 3. April. pag. 938. et in Vita S. Angeli Carmelitæ, tom. 2. Maii pag. 824. Vide *Galea*.

¶ **GALAERIUM**, Bona. Vide in *Galoer*.

* **GALAMBORA**, GALANBORA. Stat. Montis-reg. pag. 211 : *Quod nemo debeat cavare in viis communibus faciendo rittanam seu fossatum, causa ducendi aquam, vel alio modo, dando damnum viis, nisi fecerit et manutenuerit pontem vel Galamboram de supra illam rittanam seu fossatum.* Et pag. 253 : *Occasione aliquarum aquarum spargentium in viis, aut occasione pontium seu Galamborarum, etc.* Vide mox *Galandra*.

¶ **GALAMBRUNUS**, pro *Galabrunus*, legitur infra in voce *Scalfarius*.

GALANAS, Vox Wallica, Inimicitia, homicidium, item pretium homicidii, Boxhornio in Lexico Wallico. Occurrit in Legibus Hoëli Boni Regis Walliæ cap. 8.

* **GALANDRA**, Testudo, sic, ut videtur, dicta quod testa sua tueatur, a verbo *Garentir*, mutata, ut sæpe fit, litera *r* in *l*; unde etiam *Galandi* nuncupatum id, quod defendit. Lit. ann. 1375. in vol. 6. arestor. parlam. Paris. : *Item bretesches et manteaux coutonnez ou Galandiz de tours soustendront d'aisselles seulement sans gros.* Dialog. creatur. dial. 119 : *Aquilla volans per aerem et videns movere testudinem, id est Galandram, deponit se super ipsam, accipitque in pedibus, etc.*

GALANDRAVUM, Vestis Virilis. Statuta MSS. Massiliensia lib. 2 : *De Galandravo sine penna et frezo..... Galandravum et caputium de panno grosso.* [Edita præferunt : *De Galandruo sive penna et froire.*]

* Et quidem vestis rusticorum. Inq. ann. 1268. ex schedis Pa. *de Mazaugues : Requisitus a quibus habuit bannum, respondit quod a Bertrando Roscellano cive Arelatis habuit unum Galandravum, pro eo quia vaccæ suæ intraverant dictum territorium.* Rursnm ibid. : *Item dixit quod pignoravit sororium Pontii Meinjorn de Arelate, cum quibusdam aliis, quia invenerunt oves suas infra dictos confines, sine licentia dom. Barrali, de uno Galandravo.*

GALANGA, Radicis arboris species; apud Jacobum de Vitriaco in Hist. Hierosol. cap. 85. [apud Murator. tom. 6. col. 369. et *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 422. Vide Rob. Stephanum de Latinis et Græcis nominibus arborum in *Cyperus*, et Dictionarium Trevolt. in *Galanga*.] Vide *Gallingar*.

GALANTES, *Sperantes*, in Glossis antiqq. MSS.

* **GALANUS**, *Lo calzolaro*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

* **GALARDONARE**, Hisp. *Galardonar*, Remunerare, retribuere nostris alias *Guerredonner*. Vide infra *Guiardonum*. Testam. Alph. II. ann. 1221. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 36 : *Mando adhuc quod dent hominibus de ordine de domo mea et laicis, quibus non Galardonavero suum servitium, sicut viderint.*

* **GALARE**, Indulgere genio, dare se jucunditati. Ital. *Far gala*, nostris, *Galer* et *Mener gale*. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 364 : *Fœtum prædictum ad domum Guillelmi le Cauchois portavit causa quiescendi, Galandi vel dormiendi illa nocte super fœnum prædictum.* Aliæ ann. 1380. in Reg. 118. ch. 43 : *Lesquelx respondirent.... que il danceroient et meneroient grant Gale.* Rursum aliæ ann. 1409. in Reg. 164. ch. 145 : *Icelle femme dist à son mary : vous ne faites que aler par pays et Galer par les tavernes.... le suppliant s'en ala jouer et esbattre à la taverne, ... où il demoura buvant, mengant et menant Gale avec les autres. Galerie*, eodem sensu in Lit. remiss. ann. 1462. ex Reg. 198. ch. 516 : *Lesquelz compaignons, après soupper, menoient grande Galerie, tellement que on les oyoit en la rue. Waler*, eadem notione, in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1 :

Ce tant peu qu'il avait Wala,
Et jeta puer si folement,
Que pouertés isnelement
A son oncle le racacha.

Vide *Gallescere*.

** **GALASTRA**. Reinard. Vulp. lib. 4. vers. 337 :

Villanus cribro pronascitur atque Galastræ,
Rex cereri et piperi, carnibus atque mero.

¶ **GALATHA**. Edictum ann. 1358. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. pag. 337 : *In camera Comportorum superius ad Galathas, ubi erant Domini de Montemorenciaco, etc.* Locus hodie incognitus in Camera Computorum. Contignationem tegulis proximam hodie dicimus *Galetas* : quam vocem arcessunt quidam ab Arabico *Calata*, Arcis vertex, Gall. *Donjon*.

¶ **GALATHEA**, Via lactea. Vide *Galaxia*.

¶ **GALATIA**. Species navis. Vide in *Galea*.

* **GALATICARI**, Galatarum more agere, apud Tertul. lib. de Jejun. cap. 14.

¶ **GALATINA**. Willelm. Brito lib. 10. Philip. :

Millia salmonum murenarumque ministrat
Britigenis, quos inde procul commercia mittunt
Chara diu, dum servat eis Galatina vigorem.

Barthius Crassum jus iutelligit, quod infusum pro conditura piscibus, carnibus eorum diutius saporem et vigorem servat. Germani tale quid *Gallardam* aut *Gallartem* dicere solent.

* Comput. Ms. ann. 1244 : *De duodecim lampredis portatis in Galatina apud Parisios de mandato domini comitis, cxv. sol. vj. den. Galatione* et *Galentine*, Jus concretum e piscibus vel carnibus elixis, vulgo *Gelée*, in Poem. *de la Rose* ubi de comessatore :

Et de maintes viandes taste,
En post, en rost, en sausse, en paste,
En friture, en Galatine,
Quand entrer peut en la cuisine.

Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1 :

Bouce pourcoi cante matines,
Quant li cuers met en Galentines,
Grans bars, grans lux et grans lamproies.

¶ **GALATIUM**, Idioma Gallicanum. Litteræ ann. 1432. pro Arelatensibus tom. 2 Hist. Provinciæ pag. 447 : *Arma seu insignia Marchionum Catalauniæ quæ listata, seu juxta Galatium vulgare, palata de auro et guellis esse noscuntur.*

¶ **GALATOR**, f. pro *Balator*, Saltator. [* Leg. forte *Gabator*. Vide in hac voce.] Statuta Collegii Narbon. ann. 1379. apud Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 668. art. 21 : *Evitare ribaldos, Galatores, mymos, joclatores nocturnos, fugitivos, etc.*

* **GALAVERNA**. Chron. Foroliv. ad ann. 1432. apud Murator. tom. 19. Script. Ital. col. 904 : *Eodem anno, et fuit de mense Januarii, descendit ita magna Galaverna, quod desiccavit arbores, ficus, olivas, lauros, poma granata, etc.* Idem videtur quod hortulani nostri *Roux-vents* appellant, Venti notii versatiles, vel *Vent de galerne*.

* **GALAXEUM**, Idem quod *Galaxia*, Via lactea, pro ipso cœlo. Benzo episc. Albens. Comment. de reb. Henr. III. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. Mss. pag. 396 : *His ita gestis, proh dolor! dominus noster imperator Heinricus deserens nostræ peregrinationis cœnum translatus est ad Galaxeum.*

¶ **GALAXIA**, *vel Galaxias*, *Lacteus circulus, qui vulgo dicitur Via S. Jacobi.* Johan. de Janua. Græcis, γαλαξίας. Papias : *Galathea, Lactea quædam cœli zona alba hoc nomine dicitur, quæ vulgo Strata nominatur.* Epistola Dungali Reclusi ann. 810. ad Carolum M. apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 144 : *Circulorum prædictorum primus est Galactias, quod Latine Lacteus interpretatur.*

* **GALAZANEGUES**. Inventar. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 67. col. 2 : *Item inveni in claustro.... passionarium, qui vocatur Galazanegues.* An iste liber sic dictus est, quod acta contineat, quibus *Galaxeum* seu cœlum obtinetur; vel a *Gala*, gaudium, quod illa ad æternam felicitatem perducant? Vide supra *Galare*.

¶ 1. **GALBA**, pro *Garba*, Manipulus, Gall. *Gerbe*, in Tabul. Monast. de Bona-Requie. Vide *Garba*.

¶ 2. **GALBA**, γαλβάνη, in Glossis Lat. Gr. Sangerman. MSS. Galbanum.

3. **GALBA**, Gallis veteribus, Pinguis, obesus. Sueton. in Galba cap. 3. Strabo, lib. 4.

¶ **GALBACUS**, pro *Gabbarus*. Vide in hac voce.

* **GALBAGIUM**, pro *Gablagium*, Census, tributum, reditus. Charta ann. 1206. in Reg. 38. Chartoph. reg. ch. 57 : *Concessit etiam dictus Juellus.... viginti solidos Cenomanenses in Gallagio et maresium Garsitar.* Vide supra in *Gablum*.

¶ 1. **GALBANUM**, Johan. de Janua, *Genus pigmenti, vel succus, vel lac ferule; unde Galbanum quidam color inde factus: et hinc Galbaneus, a, um, et Galbanum quoddam genus vestium dictum a Galbano colore, qui est sublucidus et subalbus sub pallore.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Galbanum, une maniere de pigment, ou de vestement, ou de coulour.* Utitur Juvenalis pro Vestis specie, Suetonius pro Succo nostris etiam dicto *Galbanum* : quam vocem Martinius ab Hebræo *Chelbenach*, Pinguedo, adducit. Si tanti est hunc Lexicographum consule et vide *Galnabis*.

¶ **GALBANIS**, pro *Galbanum*. Succus, in Rythmica descriptione Veronæ ann. circiter 790. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 1095.

Digitized by Google

¶ **GALBARES**, pro *Gabbarri*, ut ibi dictum.

* **GALCEA**, f. pro *Calcea*, saltem eo sensu, ut videtur, Agger, via strata; quia ex calculis fit; nostris alias *Gal*, pro *Caillou*. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 128 : *Icellui Colin print une pierre ou Gal de mer, et le getta à la teste du suppliant par tele maniere qu'il le porta à terre.* Charta Girardi abb. S. Germ. Prat. ann. 1278. ex Chartul. *AD.* ejusdem monast. fol. 81. r° : *Item apud Cachant tam in pratis, vineis, Galcets, quam terris arabilibus, quinquaginta libratas.* Nisi agros calculis opletos atque adeo incultos, aut de lapicidina, Gall. *Carriere*, intelligas. Vide *Calcatorium* et *Calcatum*.

** **GALCHERÆ**, Proscissio sive aratio vervactorum, Gall. *Jachères*. Chart. Ramerici Abbat. mon. S. Winwaloei ann. 1000. apud Guerard. post Irminon. pag. 353 : *In unoquoque anno debet habere comes tres corowetas, ad Galcheras, ad remotiones, ad avenas.* Vide *Gascaria*.

* **GALDUM**, Fascis lanæ certi ponderis, Gall. *Gal*. Comput. ann. 1431. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil fol. 13. r° : *Petrus le Sage firmarius de Vaucelles redemit decem Galda lanæ, quolibet Galdum xxx. sol.* Alius ann. 1382. fol. 10. v° : *Firmarius de Nouvion redemit quinque Gaulx, pro Galdo xxviij. sol.* Pluries ibi. Stat. pro ponderibus in Lib. albo domus publ. ejusd. urbis fol. 97. v° : *Item de deux livres de laine ou de agnelins jusques à demi Gal, sans plus avoir, se paiera comme de demi Gal. Item s'il passe le gal ou le demi Gal, et il ne monte jusques à cinq livres, etc.* Lit. remis ann. 1379. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 117 : *Lesquelx eussent en icelle maison prins huit ou neuf Gaux de laine ou environ, ... montans en valeur à la somme de xxx. francs ou environ.* Aliæ ann. 1408. in Reg. 162. ch. 317 : *Lesquelx prindrent quatre Gaulx de laine, ... dont il en y ot trois Gaulx vendus, chascun Gal quarente quatre solz Parisis.*

GALEA, Will. Britoni in Vocabul. MS. *Est genus navigii velocissimi.* Ebrardus in Græcismo :

Armo caput Galea, pelagus percurro Galea.

Alius Poëta apud Matthæum Paris ann. 1243 :

In terris Galeas, in aquis formido Galeias.

Galeæ, *Longæ naves* dicuntur Assero ann. 877. et Will. Tyrio lib. 20. cap. 14. *Naves rostratæ*, eidem lib. 10. cap. 28 et Matthæo Paris. *Liburnæ*, Ottoni Frising de Gestis Frider. lib. 1. cap. 33. et veteri Interpreti Vegetii Catalanico MS. lib. 4. cap. 37. Hæcce notione utuntur passim Scriptores, Radulfus de Diceto ann. 1148. 1185. etc. Malaterra lib. 4. cap. 35. Willelm. Britto lib. 7. Philipp. pag. 174. Hugo Falcandus pag. 646. Rogerus Hovedenus pag. 688. 692. Godefridus Mon. in Chron. Petrus de Vineis lib. 1. Epist. 8. 9. lib. 3. Epist. 67. Guiuinus de Expugnat. Alaçon. etc. [*Galeæ de trafico*, apud Bernardum *de Breydenbach* Itiner. Hierosol. pag. 231.] *Galées*, Villharduino n. 14. 124. etc. in Chron. Flandr. cap. 78. 82. et aliis Scriptoribus. [Le Roman *de Blanchandin* MS :

Pardevant l'isle de Bogie
Gouvernerent cele Galie.]

Γαλαίας etiam hac notione usurpant Græci Scriptores recentiores, et γαλέας, ut Continuator. Theophan. lib. 4. num. 37. Vide Notas nostras ad Alexiadem pag. 316.

A *Galea*, tutela, et παρασήμω, quod in rostris erat, sic ejusmodi navigia vocata censent viri docti, ut fuit illud quo vectum se in Pontum scribit Ovidius :

Est mihi, sitque precor, flavæ tutela Minervæ
Navis, et a picta casside nomen habet.

Philippus Pigafetta in Notis Italicis ad Leonis Tactica pag. 292. ubi varias hujusce vocis originationes expendit, videtur existimare, sic appelatum hujusmodi navigium ab eo pisce, quem Xiphiam, et γαλεώτην vocant, cujus, inquit, formam ac figuram omnino repræsentat. Ejus verba proponam : *Il pesce spada del quale ho pieso conoscenza a Constantinopoli, ha nel muso una spada piu d'un braccio lunga, che si confa co'l becco della Galeotta vascello : onde Eliano, che fu persona militare, ponendo forse mente a cio, auvertisce nel* 14. *libro de gli animali* (cap. 23.) *che quella spada cosi nel naso postagli somiglia a becco d'une trireme, usando massimamente la trireme di ferire con lo sprone il nemico, a guisa del pisce spada. Le pinne che il pesce Galeotis tiene al ventre di qua, et di là, dissegnano li remi della Galeotta vassello : et la coda parimente di quel pisce rapresenta il timoni et la poppa, usando li antichi Græci di chiamar la poppa de' navili coda.* Alii a γάλη deducunt, quæ vox Hesychio est εἶδός τι ἀσπάλακος εἶδος. Vide Vossium, Menagium, Ferrarium, [** Glossar. med. Græcit. col. 235.] etc.

* *Galleie*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

¶ **GALRASIA**, Navis longior depressioris oræ. Gall. *Galeasse*. Litteræ ann. 1478. apud Rymer. tom. 13. pag. 59 : *Patroni unius Galeasiæ de Neapole, modo existentis in portu.*

* *Galiace*, apud Monstrel. 3. vol. ad ann. 1448. fol. 5. v° : *Arriverent unze fustes, tant Galiaces, galées, que Galiottes, et chargerent de vuille une partie d'icelles.*

¶ **GALRATIA**, Eadem notione, in Chron. Astensi apud Murator. tom. 11. col. 270. et in Litteris ann. 1481. ex Archivo Massil. De *Galeatis* plura erudite scribit Carolus de Aquino in Lexico Militari.

GALRIDA, Minor *Galea*. Albertus Aquens. lib. 9. cap. 19 : *Duodecim Galeidæ descenderunt cum multis armatis militibus.* Cap. 23 : *Duæ naves, quarum altera minor, quam Galeidam vocant.* Adde lib. 11. cap. 3. 27. lib. 12. cap. 17.

GALIO, GALEO, Minor galea, vulgo nostris *Galion*. Hist. Hierosol. pag. 1167 : *Minor cymba, quam vulgo Galionem nominant.* Infra : *Quod autem antiqui dixere Liburnam, moderni Galeam, merlin producta, nominant, quæ longa, gracilis, et parum eminens, lignum a prora præfixum habet, et vulgo Calcar dicitur, quo rates hostium transfigantur percussæ. Galiones vero uno remorum ordine contenti, brevitate mobiles, et facilius flectuntur, et levius discurrunt, et ignibus jaculandis aptiores existunt.* Epistola Joannis Episcopi Acconensis tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 377 : *In bargis præterea et Galionibus multitudinem pugnatorum... posuerat.* Synodus Florentina : Ἦλθον δὲ μετ' αὐτοῦ καὶ ἕτερα μασκάτεργα, ἃ ὀνομάζουσιν γαλιόνια. *Galeones*, apud Albertin. Mussatum lib. 5. de Gestis Italicor. rubr. 2. [in Breviario Hist. Pisanæ ann. 1172. apud Murator. tom. 6. col. 185. et in Actis SS. Maii tom. 7. pag. 376.] Willelm. *Guiart* in Historia Francor. MS. ann. 1304. :

L'Amirant en un Galiot
Fait entrer ô li sans atente
Arbalestriers entour quarante.

Infra:

Font Gallioz avirons bruire.

* *Galeonem* sic describit Joan. Simoneta in Hist. Franc. Sforliæ apud Murator. tom. 21. Script. Ital. 408 : *Sunt autem Galeones triremibus breviores, sed latiores ac sublimiores. Surgunt namque in tabulata ad summum puppibus et proris altius sublatis. Aguntur tum velis, tum remis, fluminum navigationi solum accomodati, feruntque super malos latiores pluteos, ex quibus armati homines jaculis, sudibus ferreis, et omni telorum jactu acriter subjectos oppugnant hostes.* Hinc

* **GALEUNCULUS**, dimin. a *Galeo*, apud eumd. Simon. ibid. col. 420 : *Multis flumine armatis naviculis duobusque Galeunculis..... expugnare cœperunt. Galippe*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1460. ex Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 71 : *Iceulx ailleurs estoient sur la riviere de Dordogne dedans une Galippe barbotarde, en laquelle il pensoit estre la plus grant partye du pillaige.*

* **GALEO**, Navis oneraria, Ital. *Galeone*. Poggius lib. 3. Hist. Florent. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 275 : *Centum ad eam rem onerarias naves, quas Galeones appellant .... in alveo fluminis statuit. Gamele*, eadem notione, in Hist. contin. Guill. Tyrii apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 731 : *Et i ot xv. galies et autres vessiaus menus, saities et Gameles bien cinquante.*

¶ **GALEONUS**, Eadem notione. *Galeæ duæ et unus Galeonus in cursum*, apud Jacobum Auriam lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1282. Rursum utitur ad ann. 1283. 1286. et 1290.

¶ **GALIONUS**, in iisdem Annalibus Jacobi Auriæ ad ann. 1285. et Ogerii Panis ad ann. 1203.

¶ **GALIONUM**, neutro genere, apud eumdem Jacobum Auriam ad ann. 1285.

¶ **GALEOTA**, Eodem intellectu, in Annal. Genuens. ad ann. 1196. et ad ann. 1242.

¶ **GALLIOTHA**, in Actis SS. Julii tom. 1. pag. 580.

GALEARII, Nautæ, qui in *galeis* operam suam collocant, nostris *Galeriens*, apud Thomam Walsinghamum pag. 243. 244. Le Roman *de Garin* MS. :

N'en istront més par terre ne par mer,
Bien les ferai à Galies garder.

* Chron. Angl. Th. *Otterbourne* pag. 153 : *Quotquot autem ex Januensibus Galeariis reperire poterat, occidit.*

* **GALIOTI**, Eadem notione. Annal. Victor. Mss. ad ann. 1283. ubi de pugna na-

Digitized by Google

vali inter Carolum Salernæ principem Caroli reg. Sicil. filium et Neapolitanos, qui licet victores extiterint, multi tamen ex eorum parte sunt occisi; *sed quia viles erant Galioti nulliusque nominis, non fuit damnum æquale. Galiot* vero, pro Pirata, Ital. *Galeone*, nebulo. Gest. Ludov. Pii cap. 12. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 145 : *Entre ces choses vindrent noveles à cort que xiij. nés plaines de Galioz et de robeors s'estoient parties de Normendie.* Et cap. 15. ibid. pag. 151 : *Pour encontrer, se aventure fust, les Galioz et les robeors, qui en cele isle de Corse faisoient souvent granz domages.* Hinc *Galliotage*, Piratica, in Lit. remiss. ann. 1411. ex Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 237 : *Comme le suppliant eust delaissié son labour, ... et fust alé sur la mer en escumerie ou Galliotage, où il eust demouré grant temps, etc.* A *Galeonibus* haud dubie, quibus in ejusmodi grassationibus utebantur, accersenda vocis origo. At minus apertum est cur *Galliots* nuncupentur in ecclesia S. Petri Insulensis juniores clerici, qui vicariorum seu cantorum officia absque ulla mercede agunt, donec locum ipsum, cum vacaverit, obtineant.

Galeotæ, Remiges *galearum*, vel *galiotarum*. Falco Beneventanus pag. 323 : *Universam quidem substantiam civium, et Ecclesiarum ornatus, Galiotæ Regis et turba innumera prædonum, quæ eum sequebatur, comprehendit, rapuit, despoliavit.* Romualdus in Chron. MS : *Et montem Arobanum, quem ipse de novo ædificaverat, a Galiotis suis capi fecit et destrui.* Joan. Brompton : *Centum galeas armatas cum toto apparatu, et cum victu Galeotarum ad duos annos.* Infra : *Galiotæ Regis.* [Bern. *de Breydenbach.* Itiner. Hierosol. pag. 37 : *Quidam ex Galeotis galearum piscatum euntes, etc.* Pag. 234 : *Viginti Galeothe infirmati in Alexandria de aquis ibi potatis, etc.*]

¶ Galiottus, in Annalibus Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 305. 472. 515. 540. etc.

¶ Galiotus, apud Rymerum tom. 11. pag. 449.

¶ Galiota, apud Bero. *de Breydenbach* pag. 28.

¶ Galestrolus, Eodem significatu. Idem *de Breydenbach* pag. 238 : *Ita quod Galestroli cogerentur vela tempestatibus apta appendere.* Et pag. 243 : *In navi... Galestrolis... plus soluto laboruntibus.*

Galeator, Galeæ patronus, ut vocant. Occurrit apud Nic. de Trivetto in Chron. ann. 1191. pag. 506.

* Galeagium, an pro *Gablagium*, Census, tributum, reditus? Vide supra in *Gablum*. Charta Phil. Aug. ann. 1207. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 52. r°. col. 1 : *Assignamus in feodum et homagium ligium triginta libras redditus annuatim percipiendi... in Galeagio Losduni xx. libras.* Vide supra *Galbagium*.

¶ Galeare, Galeæ i. capitis armatura, Gallice *Casque*, defendere. Acta SS. Julii tom. 2. pag 373. de S. Godoleva : *Palæstrisans in palestra, Galeante Dei dextera sese, sortitur braviam.*

¶ Galearea Vide *Galiaria*.

Galeares. Gloss. Lat. MS. Regium : *Craledæ, Galeares.* Perperam *Glareares.* Papias : *Cipiga, Galeia.*

* Glossar. net. ex Cod. reg. 7641 : *Galearum* (sic) *Jubæ, crini; idem pilleum pastorale ex juncis factum.* Leg. *Galerum.* Vide *Galerus.*

1. Galearia, *Pilus, sive tiara*, Papiæ. [Apud Festum : *Galearia, a Galearum similitudine dicta.*]

* 2. Galearia, Vicus, ubi habitant *galearii* seu galearum artifices. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 253 : *Cum Johannes de Sargiaco una cum pluribus aliis sociis de Galearia, Gallice de la Heaumerie, Parisius ad ecclesiam Villetarum Parisius assessissent* (leg. accessissent).

Galearii, Lixæ, calones. Vegetius lib. 1. cap. 10 : *Lixas, quos Galearios vocant.* Lib. 3. cap. 9 : *Ex ipsis calonibus, quos Galearios vocant, idoneos ac peritos usu legebant.* [Gloss. Isidor. : *Calones, Galearii militum.*] Eusebius in Chron. : Ῥωμαῖοι Γαλλῶν μυριάδας δι πρὸς τοῖς τετρακοσίοις ἀνεῖλον. τοὺς δὲ αἰχμαλώτους αὐτῶν κατεδουλώσαντο, Γαλιαρίους καλοῦντες αὐτούς. Boxhornius, ut solet, ab Hebræo deducit, *Galeare*, vel *Gutlar*, quod idipsum est. Unde nostrum *Goujar*, lixa. Vide Salmasium ad Hist. Aug. pag. 35.

¶ Galearius, f. Qui facit galeas capitis armaturas, Gall. *Casques.* Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* de Feudorum usu tom. 2. pag. CLXXXIX. col. 2 : *Expensa... Gauterus Galearius* XLI. *s. et* VI. *d. Petrus de Argasia de* XLI. *diebus...* VI. *lib. et* III. *sol.* Vide alia notione in *Galea.*

¶ Galeasia, Galeatia. Vide *Galea.*

* Galeatus, pro Milite galea armato. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 98. v°. : *Transcriptum litterarum originalium domini Johannis regis Boemiæ, per quas.... promisit servire regi Franciæ et suis liberis cum iij^c. Galeatis contra regem Angliæ.*

¶ Galebrimus Vide *Galabrunus.*

* Galectum, Ital. *Galetto*, Canaliculus, Gall. *Robinet.* Charta ann. 1281. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 901 : *De soma auchulchi, de soma Galecti, etc. Galetum*, in Stat. Riper. cap. 12. fol. 3. v°. *Galecte* vero est placentæ species, in Reg. sign. *Pater* Cam. Comput. Paris. fol. 155. v°. col. 2 : *Douze grans eschaudez et trois petites Galectes, etc.*

Galedellus, Navis species, ac forte minor *galea.* Rafanus de Caresinis in Chron. MS. ann. 1379 : *Hostibus autem cum Galedellis, paraulandrinis, ganzarolis et bardiis,* (f. bargiis) *viriliter resistentibus, etc.* Infra : *Ad* 38. *galeas et aliquot Galedellos.* Vide *Galladellus.*

¶ Galeida, Galeia. Vide *Galea.*

* Galenga, pro *Galanga*, Radix aromatica Indica. Stat. Astæ ubi de Introit. portar. : *Galenga solvat pro quolibet rubo libras* XXV. Vide in *Galiqua.*

¶ Galenum, *Vas vinarium. Romani antiqui dixerunt Calenum vinum.* Gloss. Isid. Calenum vinum, Calena vitis Horatio nota a Caleni Campaniæ oppidi celebri vino sic dicta. Pro *Galenum*, *Vas vinarium*, haud immerito credit Grævius quod *Calena* legatur in fragmento Varronis περὶ μέθης, *de vasis genere : Dolia atque apothecas triclinares, melicas, Calenas obbas, Cumanos calices.* Attamen in Glossis Sangerman. MSS. n. 501. etiam habetur : *Galeum, Vas vinarium.*

¶ Galeo. Vide *Galio* in *Galea.*

¶ Galeola. Vide *Galo.*

¶ Galeonus, Galeota, Galeotus. Vide in *Galea.*

Galera, Liburna, μονήρης, simplicis ordinis remorum navis, nostris *Galere.* Guill. Apuliensis lib. 5. Rer. Norm. pag. 50 :

Quamque magis celerem cognoverat esse Galeram,
Scandit.

Charta Alphonsi Reg. Aragon. apud Martinezium in Hist Pinnatensi lib. 5. cap. 9 : *Facta carta in illo anno, quando Rex fecit naves et Galeras in Bayona, ut caperet illam æra* 1168. Vide *Galea.*

¶ Galerannus, Avis species, de qua Fridericus II. lib. 1. de Venat. cap. 23. [** Germanis olim *Calander, Galander*, Galerita, Calendrum. Vide *Calandrus.* Adel.]

Galeria. Anastasius Bibl. in S. Hadriano pag. 111 : *Alias vero tres domos cultas, videlicet Galeria posita via Aurelia,... reliquas vero duas, id est, Galeriam positam via Portuensi, etc.* Occurrit ibi non semel, et apud Ughellum tom. 1. pag. 121. 136. [Concil. Compostell. ann. 1031 : *Ita æquum est, ut omnibus intra Galeriam stantibus pacis osculum sibi invicem tribuere. Et in omnibus communionibus majoribus Nativitatis Domini, Paschæ et Pentecostes, quisquis de quo habuerit, munera offerat.*] Nescio, an inde orta sit vox *Galluria*, Italis, *Galerie* nostris, pro longiori porticu, seu, uti vocatur a Sidonio lib. 2. Epist. 2. *Cryptoporticu*, quam vocem ortam quidam volunt, quod oblonga sit instar *Galeræ*, seu navis. Alii alia opinantur. Vide Jacob. *Bourgning* lib. de Orig. et usu vulgar. vocum pag. 83. Octav. Ferrarium in Orig. Ital. [Et Menagium in Gall. ubi vocis *Galerie* antiquitatem probat ex Bardino Senatore Tolosano, qui florebat ann. 1440. apud quem legitur : *Ambulacrum, quod nos Galeriam vocamus. Galeria sive corredor domus*, in Charta ann. 1471. ex Schedis D. *Lancelot.* Ead. notione sumitur in Instrumento anni 1500. apud Rymerum tom. 14. pag. 390. col. 1 : *In quodam superiori ambulacro sive quadam superiori Galeria ex parte australi ædium sive hospitii illustrissimi Principis et Domini nostri Henrici VIII.* Vide *Galilæa.*]

* Memor. D. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1370. fol. 100. v°. : *Rex* 21. *Julii* 1370. *in hospitio suo de S. Paulo in galeriis dixit, etc.* Charta ann. 1397. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 143. col. 2 : *Consules Nemausi per aliquos singulares ejusdem villæ dirrui fecerant Galeriam dicti orti sive viridarii,...et lapides, fustes ac tegulos dictæ Galeriæ, et cujusdam cameræ juxta dictam Galeriam... capi et portari fecerant, etc.*

* Gallerie, Eadem notione, in Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1484 : *Jacobo du Tertre carpentatori, quia cum suis sociis fecit... Gallerias, Gallice Galleries, existentes juxta campanile, etc.*

* Galerius, Pileus. Stat. crimin. Riper. cap. 92. fol. 16. v°. : *Quod si quis acceperit capucium, Galerium vel biretum de capite*

Digitized by Google

alicui personæ, condemnetur in libris duabus parvorum. Vide *Galerus.*

GALERUS, Insigne Ducalis potestatis, in Ceremoniali Rom. lib. 2. pag. 186.

☞ Latinis est Pileus rotundus a *Galea* sic dictus juxta Varronem. Gloss. Isid.: *Galerum, Pileum pastorale, quod de junco fit.* Sed lib. 19. Orig. cap. 30. ait, *Galerium* esse *Pileum ex pelle cæsæ hostiæ factum.* Eadem habet Papias cum addito, *Pastoralis Pileus.* Turnebus Advers lib. 28. cap. 6. ex veteri Lexico: *Galerus, Calamancus.* Lege et vide *Camelaucus.* Synodus Valentina ann. 1590: *Ne ullus Clericus in sacris constitutus, publice et ut plurimum absque necessitate, Galerum gestet;* hoc est, Comam adscititiam. Simili notione Juvenalis dixit:

Sed nigrum flavo crinem abscondente Galero
Intravit, etc.

Vide S. Hieronymum Epist. 128. ad Fabiolam, ubi de Vestimentis Sacerdotum.

GALERUS CARDINALIUM RUBEUS, iis ab Innocentio IV. primum concessus in Concilio Lugdunensi ann. 1244. in privilegio Natalis Domini, creatis 12. Cardinalibus. Ut porro conferatur vel mittatur galerus novo Cardinali, habetur in Ceremoniali Romano lib. 1. sect. 8. pag. 99. Vide Theophilum Rainaudum de Pileo sect. 13. ubi et de Galero viridi Episcoporum.

¶ **GALESTROLUS.** Vide in *Galea.*

GALETA, **GALETUS.** Vide *Galo.*

* 1. **GALETA**, Vasis genus in ministeriis sacris. Acta Abrah. episc. apud Meichelbec. tom. 1. Hist. Frising. pag. 188: *Galeta argentea* 1. *pixis argentea* 1. *albam auro paratam unam, etc.* Vide in *Galo.*

* 2. **GALETA**, Mensura frumentaria. Charta ann. 1166. in Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 117: *Concessimus etiam eis terram quandam ad trium Galetarum sementem jure hæreditario ad terragium, et aliam ad duarum Galetarum sementem in allodium.* Vide *Galetus* in *Galo.*

* 3. **GALETA**, dimin. a *Galea*, Navis species. Locus est in *Galeta* sub *Galo*, ubi minus recte de Mensura vinaria exponitur.

* **GALETUM.** Vide supra *Galectum.*

* **GALEUNCULUS.** Vide supra in *Galea.*

* **GALGA** Nux, Galla Gall. *Noix de gale.* Charta Theob. episc. Ambian. in Cod. reg. 4184. fol. 14. r°.: *Quadriga fructu onerata, sive nucibus Galgis cum uno equo vel pluribus, duas nummatas ejusdem fructus debet.*

* **GALGAGO**, Herbæ genus. Vide supra *Baccaris.*

¶ **GALGIARE**, pro *Gagiare*, Solvere. Diploma Ludovici VII. Regis Franc. ann. 1143. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 774: *Per nos commonitus injustitiam suam recognoscens, nobis et Udoni prædicti* (S. Petri Carnot.) *Monasterii Abbati in manu ipsius rectitudinem fecit, et factum ibidem expensam Galgiavit.* Vide *Vadium.*

GALGO, [Puteus.] Vide *Putiatorium*, [** et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 185.]

¶ **GALGULUS**, *Baca*, πυρήν. Gloss. Isid. πυρὴν est nucleus. Glossator videtur scripsisse *Galgulus* pro *Galbulus.* Varro de Re Rust.: *Non enim Galbuli qui nascuntur, id est, tanquam pilæ parvæ corticæ, id semen, sed in iis intus primigenia semina dedit natura.*

¶ **GALIA**, pro *Galea*, Navis de qua supra, apud Rymerum tom. 5. pag. 427. D. *Brussel* tom. 2. de Feud. usu pag. CLX. et in Libro nigro Scaccarii pag. 382.

¶ **GALIARDUS.** Vide *Goliardus.*

GALIARIA, *Negotii alieni mercator*, Papiæ MS. Editus habet *Gallaria*: alius MS. *Galearea.* Lectionem MS. tuentur Glossæ antiquæ ex Biblioth. Sangermanensi.

* **GALIATOR**, Nebulo, flagitiosus, Ital. *Galeone; Galou*, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 99: *Le suppliant courroucié de ce que icellui Thomassin avoit appellé son compaignon Breton larron ou Galou, etc.* Rursum infra. Stat. Vercel. lib. 3. pag. 84. r°.: *Neque scienter hospitentur..... meretrices, Galiatores vel bannitos.* Vide supra *Galioti* in *Galea.*

* **GALICIA**, pro Gallæcia, *Galice*, Hispaniæ provincia. Consuet. Norman. part. 2. cap. 34. ex Cod. reg. 4651: *Notandum est quod si quis ultra mare Jerusalem, vel Galicia, vel aliis peregrinationibus... decesserit, etc.* Ubi in Gallico: *L'en doit savoir que se aucun meurt Oultremer, ou à S. Jacque, ou en autre pelerinage, etc.*

GALIDA, Vasculum. Vita S. Fidoli Abbat.: *Quæso, Domine, et obsecro, ut Galidam vini liquore abstracto, unde pariter haurimus, tua inclita pietas repleri jubeat.* Vox formata ex *Galo*, de qua infra.

GALIHALPENS, Pecuniæ genus una cum *Suskins*, et *Doitkins* abolitum Statuto primo ann. 3. Henrici V. cap. unico. Spelman.

1. **GALILÆA.** Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniacensib. MSS. cap. 34: *Similiter cum redeunt ad introitum Ecclesiæ; ad exitus vero Galileæ sunt parati duo famuli Eleemosynarii, etc.* [Idem cap. 34: *Exitur ab omnibus usque in Galilæam; cum autem prope corpus, quod ad Galilææ introitum positum esse debet, venerit Prior cum processione.... Prior vero aspergit aqua benedicta... reditur in Ecclesiam.*] Idem cap. 76. § 26: *Si in dominica cum fit processio, defunctus fuerit in Galilea, interim statio fit,* [*paratis candelabris et thuribulo, vadit ad eum Prior cum cruce et aqua benedicta et incensat eum, et post processionem affertur in Ecclesiam, nec fit alia processio ad suscipiendum.* Guidonis Disciplina Farfensis l. 1. cap. De Dominica Palmarum: *Exeuntibus omnia signa pulsentur: duo majora tamdiu prolongentur sonnizando, quousque revertatur processio in Galilæa.* Idem lib. 2. cap. 1. De mensuratione officinarum: *Galilæa longitudinis* LXV. *pedes, et duæ turres ipsius Galilææ in fronte constitutæ; et subter ipsas atrium est, ubi laici stant, ut non impediant processionem... Juxta Galilæam constructam debet esse palatium longitudinis* CLV. *pedum, latitudinis* XXX. *ad recipiendum omnes supervenientes homines, qui cum equitibus adventaverint Monasterio.* Et Infra: *Nam inter istam mansionem et sacristiam atque Ecclesiam, nec non et Galilæam sit cimiterium, ubi laici sepeliantur.* Hist. Monasterii S. Florentii Salmur. tom. 5. Ampliss. Collect. Martenii col. 1133: *Multa ædificia fecit, utpote introitum Ecclesiæ cum Galilæa, refectorium, etc.*] Statuta antiqua Ord. Cartusiensis 1. part. cap. 13: *Dum vero ipsarum Horarum persolutio fit in cellis a cæteris, Sacerdos induitur, sic ut facto spatio congruo post eum indutum, statim secundum signum poste pulsetur per Galileas, indutusque Monachos sedendo, donec ingredi incipiant, expectat.* Part. 3. cap. 28. n. 36: *In Galileis, et a primo ostio coquinæ usque ad portam signi, et usque ad ostium cellarii, nullus loquitur.* Et n. 44: *Quando conventus vadit, vel redit ab Ecclesia, caveant Conversi, ne in Galileis appareant.* Charta Edw. I. Regis Angliæ ann. 24. apud Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 668: *Et insuper inveniam unum Sacerdotem missalem de prædicto sancto in Ecclesia memorata, in loco, qui dicitur la Galileye, diebus singulis celebrantem, etc.* Rupertus Tuitiensis l. 5. de Divin. Offic. cap. 8: *Locus ille, quo processionem suprema statione terminamus, recte a nobis Galilæa nuncupatur.* Hemereus lib. de Academia Parisiensi cap. 2. *Galilæam* porticum hoc loco interpretatur, quam nostri *Galerie* vocant; qua sane notione videtur usurpasse Hugo Flaviniacensis in Chronico Virdunensi pag. 168: *Et defunctus, in Galilæa tumulari meruit*; id est, in claustri porticu. [Mabill. tom. 4. Annal. pag. 187. interpretatur Ecclesiæ navem. Alterutrum potest intelligi, mea quidem sententia. Si namque allegatos locos omnes perpendas, alios de porticu, alios de Ecclesiæ navi perspicies intelligendos.]

2. **GALILÆA** dicta Græcis feria tertia Paschatis. Leo Grammaticus in Constantino Porphyrog. pag. 495. [et Anonymus Combefisianus num. 13.]: Καὶ τῇ τρίτῃ τοῦ Πάσχα τῇ λεγομένῃ τῆς Γαλιλαίας εὐλογεῖται καὶ ςεφανοῦται, etc. Ubi Scylitzes pag. 617. [et Symeon Logotheta in eod. Porphyrog. num. 14.] habent nude τῇ τρίτῃ τῆς Γαλιλαίας, Zonaras vero τῇ τριτῃ τοῦ Πάσχα: unde conficitur, ita appellatam a Græcis feriam tertiam Paschatis. Aliter tamen censent Filesacus lib. de Quadrages. cap. ult. extremo, aitque, intelligi tertiam a Paschate hebdomadam se existimare, cui id nominis adscripserint Græci, quod circa hocce tempus nusquam sæpius sese post resurrectionem discipulis conspiciendum præbuerit Christus, ex Matth. 26. 28. et Marco 14. 16.

☞ Sententiam firmat D. Cangius in Glossario mediæ Græcitatis in Γαλιλαία; quam ibi interpretatur *Hebdomadam Paschalem*, quod in ea legatur Matthæi Evangelium, quo jubentur Discipuli ire in Galilæam, ipsaque illic Christi Apparitio; nam inquit, et recte, ab ejusmodi Evangeliis quæ in singulis hebdomadis leguntur, eæ nomen sumunt apud Græcos.

¶ 3. **GALILÆA**, Nomen collis in Palæstina, de quo hæc habet Bernard. *de Breydenbach* in Itiner. Hierosol. pag. 52: *Venimus in collem quemdam cui nomen est Galilea: et est locus ille de quo Angelus Christi annuncians Resurrectionem dixit Discipulis: Præcedet vos in Galileam... Nam et ante Passionem suam Christus eis promiserat dicens*: Præcedam vos in Galileam, *id est, locum jam memoratum, non regionem Galilee, que longe distat, a loco isto.* Huic scriptori parum concinunt Interpretes Evangelii.

Digitized by Google

GALILÆOS, Christianos appellari præcepisse Julianum Parabatam scribunt Gregorius Nazianz. Orat. 1. in Julian. et Chrysostom. contra Gentiles.

* **GALINERIUS**, Gallinarum venditor. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 165 : *Guillermus Marsani Galinerius Carcassonæ, etc.* Vide *Gallinarii.*

¶ **GALINGA.** Vide *Galiqua.*

GALIO, **GALIOTA.** Vide *Galea.*

GALIOLA. Vide *Galo.*

¶ **GALIONUS**, **GALIORUS.** Vide *Galea.*

* **GALIOTI.** Vide in *Galea.*

GALIQUA, seu *Gallica nux*, Galla, vulgo *Noix de Galle*, apud Hugonem Farsitum de Miracul. S. Mariæ Suession. cap. 19. [Haud scio an eadem notione] M. Justinus Lippiensis in Lippiflorio pag. 130 :

Ilic piper atque crocus, hic gingiber atque Galinga,
Adsunt, et faciunt arte placere cibos.

[* Vide *Galenga*, *Gallingar* et *Galga nux.*]

GALIT, *Perit*, *Gallivit*, *perit.* Ita Glossæ antiq. MSS. [Papias : *Gallit*, *Perit*; *Gallivit*, *Perivit.* Gloss. Isid. : *Galivit*, *Peribit.* Grævius scribendum censet, *Gallulat*, *Pubescit.* Nonius : *Gallulare*, *Pubescere.* Novius Exodio apud eumdem Nonium *Gallulascere* utitur : cujus locutionis hanc reddit rationem Perottus, quod pubescentes vocem grandiorem ad galli gallinacei similitudinem faciant. Gloss. vett. : *Gallulo*, ἡβάω.]

¶ **GALITIUM**, Moletrina fullonica, Gall. *Moulin à foulon*, in quibusdam veteribus tabulis Dumbensibus, *Ganx à gancher les draps.* Charta Tarari prope Lugdunum ann. 1447 : *Juxta Galitia domini de la Fay, etc.*

¶ 1. **GALLA**, pro *Galea*, ut arbitror, Navis species, de qua superius. Oberti Cancellarii Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 341 : *Et quia gravissimum erat et evidens periculum in tanta temporis brevitate grandem exercitum constituere, et maxime quum mille militibus, clientibus et peditibus multis cuncta necessaria, non apud Lucam, sed per totam Thusciam vix labore nimio possent inveniri : et Gallæ et gatti ad terminum illum facti esse non poterant, dilataverunt exercitum tam maris quam terræ voluntate Consulum Lucæ esse faciendum in futura æstate.* Vide *Galea* et *Gatus.*

2. **GALLA**, Scabies, Gall. *Galle.* Jordanus Rufus Calaber MS. lib. 1. de Medicamentis equorum cap ult. : *Galla est quædam tumefactio mollis ad modum vesicæ, magna ut Galla, vel avellana, etc.* Eadem habentur apud Petrum de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 10. qui a Jordano hausit. Adde cap. 43. [Vide *Gallarius.*]

¶ **GALLADELLA**, ut mox *Galladellus.* Continuatio Chronici Andreæ Danduli, apud Murator. tom. 12. col. 446 : *Cum 23 galeis et duabus Galladellis.* Rursum habetur col. 449. et 455.

GALLADELLUS, Naviculæ species. Caresinus : *Dum Niemensem Insulam applicasset, viso uno Galladello, una ex galeis ipsum cepit.* Vide *Galedellus.*

* **GALLANDA**, Coronula, sertum, idem quod *Garlanda.* Vide in hac voce. Stat. pro aurifab. Anic. ann. 1367. tom 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 7 : *In vaissella vero ac Gallandis, et aliis grossis operibus argenti, etc.* Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 262 : *Le suppliant.... trouva un petit coffre ouvert, ouquel il trouva deux Garlandes, l'une boutonnée et l'autre plaine.... Dans l'un des petits coffres avoit trois Gallandes ou chappeau d'argent.*

¶ **GALLANDUS**, f. Instructus, munitus, a veteri Gallico *Galendé.* Histor. Episcoporum Autissiod. apud Labbeum tom. 1. Bibl. MS. pag. 511 : *Petrus de Villanis... loca fortaliciorum... munivit machinis Gallandinis et fossatis.* Le Roman *de la Rose* :

Belle fu et bien atornée,
D'un fil d'or estoit Galeudée.

* Rectius, Circummunitus, circumdatus, Gall. *Entouré*, *bordé*; quo sensu *Galendé* intelligi debet, a *Gallanda*, corona.

* **GALLANGA**, Piscis genus. Tract. MS. de Pisc. cap. 46. ex Cod. reg. 6838. C. : *Rana piscatrix,... a Burdegalensibus pescheteau, Monspoli Gallanga.*

* **GALLARDUS**, Joculator, mimus, scurra, ut *Goliardus* 1. Vide in hac voce. Stat. synod. eccl. Attrebat. ann. 1425. ex Cod. reg. 1610 : *Intelleximus ... quod quamplures curati eorumque vicesgerentes aut clerici... incedunt... cum capuciis, quorum corneta circa colla seu eorum facies habent tortas, adeo quod melius videntur et apparent seculares seu Gallardi, quam presbyteri seu clerici.* Vide infra *Galliardus.*

¶ **GALLARIA.** Vide *Galiaria.*

¶ **GALLARIUS**, *Cerdo.* Gloss. Isid. Sic dicitur sutor, quod, ut est apud Macrobium lib. 2. Saturn. sutor *Gallam subigat*, seu terat. Est autem *Galla*, Joanni de Janua, *Instrumentum cerdonum, quo coria purgantur et dealbantur. Galla etiam dicitur quædam herba et fructus quercuum : unde fit quasi pulvis ad aptanda coria, qui similiter Galla vocatur. Gallarius et Gallicarius cerdo; qui in Galla operatur. Gallarius, Gallicarius, a, um, quod pertinet ad Gallam.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Gallarius, Gallicarius, Parateurs de cuirs. Galla, Instrument à appareiller cuirs.* Vide *Gallicarii.*

* **GALLAWIDENSES**, Provinciæ Scotiæ, quæ *Galloway* appellatur, habitatores. Charta Davidis I. reg. Scot. ann. 1153. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 533 : *David rex Scotorum, episcopis, abbatibus,.... et omnibus hominibus totius terræ suæ, Francis, Anglis et Scottis, et Gallawidensibus, salutem.*

¶ **GALLEA**, Navis genus, de quo in *Galea.* Pluries scribitur in Vita Martini IV. PP. apud Murator tom. 3. pag. 610.

* **GALLERIA.** Vide supra *Galeria.*

* **GALLERIS**, Navigii genus, idem quod *Galea.* Æquiv. Xenophont. ubi de Olymp. : *Hinc sagæ, apud quos navigio salvatus est et ereptus* (Agyges) *ratem vocant Gallerim, quod undis salvet.*

¶ **GALLESCERE**, χαίρειν, γήθεσθαι, *i. Gaudere.* Glossar. Latin. Græc. MS. Sangerman. Supplem. Antiquarii : *Gallesco*, χαίρω, γήθομαι, *Lætor, vitulor.* C. Cangius legit, *Gavisci.* Vide in hac voce. [* Vide supra *Galare.*]

1. **GALLETA**, [Mensura vinaria.] Vide *Galo.*

* 2. **GALLETA**, Radicis aromaticæ species. Stat. Astæ ubi de Intrat. portar. : *Galleta ponatur et solvat pro quolibet rubo libras tres.* Vide alia notione in *Galo.*

GALLETUS. Henricus Knyghton ann. 1342 : *In quarum prima* (acie) *fuit Dominus Galfridus Charnis cum multis Galletis, qui statim, victi sunt ab Anglis.* Ubi *Galleti* non sunt viri *galeati*, uti vult Somnerus; sed *Gallenses*, quos *Galois* vocat Froissartes 1. vol. cap. 121. et alibi non semel, quique nostris contra Anglos semper militarunt. Chronicon Bertrandi Guesclini MS. :

Ainsi disoit Bertrand, qui bon Galois estoit,

Quibus verbis alludit ad Gallensium virtutem bellicam : vel certe quod ita nuncupari ambirent viri nobiles, qui in Walliam pro Gallensibus militandi causa expeditionem susceperant, ut apud Duchesnium in Hist. Monmorenciaca pag. 291. 514. et alios.

* Robustus, vegetus, fortis, Itali *Gagliardo*, eodem sensu, dicunt, nostris *Galois*; unde milites strenui, *Galois* nuncupati. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 313 : *Certaine quantité de gens d'armes, qui lors estoient appellez Galoys, se fussent logiez en la ville de Lorriz en Gastinnois.*

* *Galloire* vero appellatur Mensa ad ludum lapillorum, vulgo *Galets*, apta, in Lit. remiss. ann. 1413. ex Reg. 167. ch. 85 : *En une rue de la ville de Villiers, où sont les Galloires à jouer aux galés.*

¶ **GALLIA**, pro *Germania*, non semel occurrit apud Lambertum Scafnaburgensem in Annalibus : eum vide ad annum 1072.

* **GALLIARDUS**, ut supra *Gallardus.* Concil. Frising. cap. 4. apud Labb. tom. 13 : *Statuimus ut clerici, maxime beneficiati, quacumque dignitate præfulgeant, mimis, joculatoribus, buffonibus, Galliardis seu hominibus artis ludicræ... quidquam largiantur.* Vide infra *Goliardia.*

GALLICA, **GALLICULA**, Genus calceamenti, quo utuntur Galli, *Galloche.* A. Gellius lib. 13. cap. 20 : *Lacernis induti, et Gallicis calceati.* Tertullianus, sive S. Cyprianus, ad Senatorem :

. . . . Caligaque remota
Gallica sit pedibus molli redimita papyro.

GALLICANÆ CALIGÆ, in Vita S. Eugendi Abbatis cap. 3. S. Hieronymus in Regula S. Pachomii cap. 4. 66. 81. inter monachicos habitus, *melotem, balteolum lineum, et Gallicas* recenset.

GALLICARII, Gallicarum confectores, apud eumdem Hieronymum in eadem Reg. cap. 6. ex quo corrigendæ Glossæ Isidori : *Gallarius, cerdo.* Malim *Gallicarius*, etsi Gallarios cerdones dictos volunt a *Galla*, instrumento cerdonum, quo coria purgantur et dealbantur. [Vide *Gallarius.*]

GALLICIANALE TEMPUS, pro *Gallicinale*, [seu *Gallicinale*, ut habetur in Actis SS. Aprilis tom. 2. pag. 43.] Galli cantus, Gallicinium. Occurrit apud Felicem Gyrwensem Monachum in Vita S. Guthlaci cap. 20.

GALLICULA, Idem quod *Gallica.* Glossæ antiquæ MSS. : *Gallicula, Calceamenta pastorum. Gallicula, signum vestis.* Vetus Gloss. : *Galliculæ*, τραχάδες. Sunt autem Hesychio, σανδάλια ἀπὸ αἰγείου δέρματος, *San-*

Digitized by Google

dalia ex caprino corio. Aliud Glos. : Σανδάλιον, *Gallicula.* Sic interpretatus est Rufinus Josephum lib. 4. Antiq. cap. 8 : Ἐπολύσατο δ' αὐτοῦ ἡ γυνὴ τοῦ ἀδελφοῦ τὰ σανδάλια. *Solvens uxor fratris Galliculas illius viri.* Vetus Interpres Juvenalis *Trechedipnas* Poëtæ, *Galliculas Graias currentium ad cœnam* interpretatur. Monachus Sangall. lib. 2. de Carolo M. cap. 11 [** 8.] : *Sed frustrato ictu Galliculam Regis et fasciolam ferus immanissimus disrumpens, tibiamque illius summo licet cornu perstringens, etc.* Mox : *Cumque ad obsequium Domini cuncti hossas suas vellent extrahere, etc.* [Vita S. Johan. Gualberti, tom. 3. Julii pag. 363 : *Galliculam tanti prædicti Patris fiducialiter tetigit, mox sanissimus effectus.*]

CALLICULA, pro *Gallicula.* Glossæ antiq. : *Callicula, signum vestis.* Passio SS. Perpetuæ et Felicitatis : *Qui erat vestitus distinctam candidam, habens multiplices Galliculas.* Infra : *Exivit vir quidam miræ magnitudinis,... discinctatus purpuram inter duos clavos per medium pectus, habens Galliculas multiformes ex auro et argento factas.* Vide *Calligula* in *Caliga.*

GALLICULA, vice pilei. Monachus Sangallensis lib. 1. de Carolo M. cap. 20 : *Excepto uno pauperculo valde rufo, Gallicula sua, quia pileum non habuit, et de colore suo nimium erubuit, caput induto, etc.* Et mox : *Voca ad me pileatum illum hominem, etc.* Ubi quidam MS. *Callicula* habent.

¶ **GALLIGESUS.** Vide *Gessum.*

* **GALLINA** *significat Christum, sapientiam, animam.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

¶ **GALLINA**, nude, pro Census ex gallinis, *Gallinagium.* Charta Libertatum Bellomont. ex Cod. MS. Coislin. : *Liberantes et penitus absolventes... ab omni tallia, mortallia... extorsione, Gallina, treusa, etc.* Charta ann. 1277. apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS pag. 927 : *In quibuscumque rebus et locis consistant, sive in herbergamentis, sive in vineis, terris cultis et incultis, decimis, agreriis, terragiis, quintis, quartis... Gallinis, redevanciis, etc.* Chartul. S. Vincentii Cenoman. f. 81 : *Contentio quæ vertebatur... super Gallina et mestiva, quam dictus Willelmus petebat, etc.*

* **GALLINA LECTI**, Census ex gallinis a servis ecclesiæ debitus, forte cum matrimonium contrahunt. Jura eccl. parroch. de Thoisiaco Eduens. diœc. scripta ann. 1383. ex Cod. reg. 5529. B. : *Qui debent costumas ecclesiæ.... reputant se homines ecclesiæ liberi et sine servitute, præsertim quia in dictis mansis non possunt nec debent capi Gallinæ lecti, et similia per servientes loci, prout in aliis locis taillabilibus, faciunt.*

GALLINAGIUM, Census ex gallinis, *Geline de coustume*, quæ in Christi Natalitio domino exsolvitur, in Consuetud. locali Castelli novi in Biturig. art. 6. et *de Troy* in Biturigib. art. 7. *Geline* nude in Consuet. Marchensi art. 16. 174. *Geline de baronie*, in Charta ann. 1330. in Hist. Vergiac. pag. 241. Chron. Mauriniac. lib. 1. pag. 360 : *Alii sibi minaciter expetebant furfuragium, alii Gallinagium, alii tutamentum.* Occurrit apud Argentreum Hist. Britan. pag. 307. ult. Edit. ubi perperam *galmagium* legit Spelmannus. Vide Sugerium lib. de Adm. sua cap. 11. *Regalia Gallinarum*, apud Andr. Dandulum in Chron. MS. ann. 1205. [*Consuetudinales Gallinæ*, in Tabulario Celsinacensi.] [** Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 274.]

CENSUS GALLINARUM, dicitur in Libertatibus villæ de *Villereys* ann. 1253. Charta Ottonis Imp. pro Monasterio Gemblac. ann. 948. in Chronico Gemblacensi : *Porro subadvocatus nihil juris habebit in villis ad Abbatiam pertinentibus, nisi per singulos annos de unaquaque domo denarium unum, Gallinam unam, avenæ sextarium unum.* Chronicon Andrense ann. 1203. pag. 53 : *Perspiciens D. Iterius Abbas pravum usum in hac parochia inolevisse, Dominum scilicet Comitem Gisnensem ratione Advocationis antiquæ a singulis hospitibus nostris singulas Gallinas accipere, in die diem Cinerum præcedente, ut se et familiam suam exinde pasceret, etc.* Charta Balduini Comitis Guinensis ann. 1203. apud Duchesnium : *Ne iidem mansionarii de cætero Gallinas aut alias consuetudines reddant.* Fori Bigorrenses art. 14 : *Nusquam poscat ab eis Comes agnos vel Gallinas, nisi festivitatem Paschalem aut Natalem Domini ipse vel uxor sua fecerit. Tunc unusquisque Gallinam in Natali, agnum vero si habuerit, mittat in festivitate Paschali : si autem non habuerit agnum, Gallinam.* Redditus Gallinarum, caponum, in Charta Caroli II. Reg. Siciliæ ann. 1303. apud Ughellum in Episcop. Casertanis. [Vide Diaria Trevoltiana ann. 1709. pag. 2179.]

GALLINARII, Gallinarum venditores, apud Andr. Dandulum in Chron. MS. circa ann. 1175. Glossæ vett. : *Gallinarius*, γαλινάριος.

* **GALLINARIUM**, Locus ubi Gallinæ insident, Gall. *Poulaillier*, alias *Gelinier* Charta Guid. episc. Eduens. ann. 1350. inter Probat. tom. 1. Hist. Burg. pag. 114. col. 1 : *Item Gallinarium, quod est juxta grangiam.* Alia ann. 1381. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 232 : *Unum Gallinarium et unum stabulum ad ponendum porcos clausos.* Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. ch. 684 : *Le suppliant monta en un Gelinier où il y avoit deux gelines, lesquelles il tua.*

¶ **GALLINATUS**, Pullus gallinaceus, Gall. *Poulet.* Saisimentum Comitatus Tolosæ n. 22 : *Item de quolibet foco habente gallinas unam galinam ad festum Natalis Domini, et circa festum Natalis B. Joannis Baptistæ unum par Gallinatorum.*

* Alias *Galinat.* Charta ann. 1319. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 164 : *Item pro decem gallinis et viginti Gallinatis censualibus, viginti solidos Caturcenses.* Lit. remiss. ann. 1448. in Reg. 179. ch. 119 : *Ainsi que le suppliant cuidoit frapper d'icelle arbaleste, d'un materat qu'il y mist, ung polet ou Gallinat, qui estoit en ladite place, etc.* Vitæ SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 28. v°. col. 1. ubi de S. Hilario : *Quant Hylaires fu entrez ou concile, li pape li dist : Tu es Hylaires li Gauz; et Hylaires li respondi : Je ne suis pas Galz, c'est-a-dire pous : mais je suis de France, et ne suis mie nez de geline.* In invidiam ergo tunc vocabatur *Galli* appellatio.

** **GALLINGAR**, GALINGAN, ut supra *Galanga. Inter cinamomum et Gallingar et coriofilo uncia una*, in Fragm. 22. Polypt. Sithiens. pag. 405. post Irminonem. *Cinamomum lib.* 15. *Galingan lib.* 10. in Additam. ad Constit. Corb. Adal. ibid. pag. 336. *Galigan* Belgis et German. infer. Vide chart. ann. 1359. et 1360. apud Lappenb. Init. Fœder. Hanseat. pag. 448. not. 2. et 469. Arabibus dici *calvejam* scribit *Capmany*, de Barcinon. Mercatura tom. 3. pag. 172. num. 23.

* **GALLININUM**, ut *Gallinagium*, Census ex gallinis. Assign. facta Ludov. comit. Claromont. ann. 1320. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 602 : *Item pro corrogiis,..... Gallininis, quæ faciunt certi homines dictæ villæ, vj. lib. x. sol. vj. den. Turon.* Vide mox

* **GALLINIUM**, Præstatio gallinarum, *Gallinagium.* Charta Occitanica ann. 1311. ex 47. Regesto Tabularii n. 114 : *Item Galliniam tam gallinarum, quam pullorum* (æstimatum) 30. *Turon. Item tertiam partem messageriæ dicti loci æstimatam valere 24. solid. Turon. etc.* Vide Thomasserium in Consuetud. localib. Bituricensib. cap. 11. 68. [* Charta ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 511 : *Item pro Gallino* (sic) *debito antea domino regi, scilicet super quolibet hospicio unam gallinam, xl. solidos.... In quolibet foco unum gallinam pro Gallinio valente xx. sol. viij. den.*]

¶ **GALLINUS**, f. Gallinaceus. Collectio antiqua Canonum Pœnit. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 43 : *Si casu porci comedent carnem morticinorum aut sanguinem hominis, non abjiciendos credimus, nec Gallinos.*

¶ **GALLIOLUM**, Ornamentum ecclesiasticum. Tradit. Fuld. ann. 800. apud Schannattum pag. 69. Anno 800 : *Unum tintinabulum, altarium vestimenta* IX. *Gallida* IV. *reliqua vestimenta altarium* IX. *manicæ* VI. *auro paratæ, oraria purpurea* IV. *etc.*

GALLIONUS, GALLIOTHA Vide in *Galea.*

* **GALLIQUERCUS**, Normannis *Coqchesne*, Quercus species. Lit. ballivi de villa Tierrici ann. 1221. in Chartul. Æ. S. Germ. Prat. fol. 59 : *Compositum est quod dicti homines in prædicto nemore capient genestam,.... Galliquercum, tronum, retortam ad usus aratrorum.*

¶ **GALLIRE**, *Perire*, apud Papiam. Vide *Galit.*

¶ **GALLO**, Pœna Presbyterorum concubinariorum. Statuta Joannis Episc. Trecor. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 1609 : *Districtius inhibentes, ne quis Presbyter focariam habeat... alioquin sciant se prius monitos Gallonis sententia alligatos, et eo facto suis beneficiis privatos.*

¶ **GALLODIUS**, Mensura frumentaria, f. Eadem quæ *Galetus*, de qua in voce *Galo.* Charta anni 1184. e Chartulario S. Quintini in Insula pag. 65 : *Pro una sextellata terræ... quinque Gallodios forensis frumenti persolverent.*

* **GALLOFERO**, Acad. Hispan. Vagus homo mendicitans; an inde Gallicum *Gaillofre*, pro Equo vilis pretii, apud Guill. Guiart. ad ann. 1286 :

Vint li rois Edouart en France,

Digitized by Google

Ne mena mie o lui Gaillofres,
Mes grans destriers, sommiers et coffres.

* **GALLONNUM**, Instrumentum plectendis et intertexendis crinibus aptum, a verbo *Galonner*, Crines ea ratione concinnare. Vide in *Trica*. Lit. offic. Senon. ann. 1336. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 22 : *Item quatuor paria treconnorum seu Gallonnorum ad pellas, chastonnos, et Gallice esmaux.* Froissart. 2. vol. cap. 17 : *Yvain de Galles venoit devant le chastel seoir, et là se faisoit peigner et Galonner le chef.* Vita J. C. MS.

Seoir i voit une pucele,
Qui moult estoit gentieus et bele;
Elle ses cheviaus Galounoit
A deus fious d'or qu'elle tenoit.

Vide in *Galo*.

* **GALLONUS**, ab Italico *Gallone*, Latus. Hinc *Cutellus de Gallono*, id est, qui ad latus defertur, inter arma prohibita recensetur in Stat. crimin. Cumanæ cap. 138. ex Cod. reg. 4622. fol. 92. v°. Vide infra *Galonus*.

* **GALLUNG**, Mensura annonaria apud Germanos, eadem quæ *Galetus*, ni fallor. Vide in *Galo*. Charta ann. 1335. inter Acta SS. tom. 4. Sept. pag. 729. col. 1 : *Primo prædium in Tyenseus in parochia Matrayensi, quod Omersuel colit, pendet duas (sic dictas) Gallung hordei.*

GALLUS Silvestris, *Fasianus*, Matthæo Silvatico, [et in Vita S. Cælestini Papæ V. apud Murator. tom. 3. pag. 638. col. 1.]

* Nostris *Cocq-Limoges* dictus. Lit. remiss. ann. 1451. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 189 : *Le suppliant et Jehan Baudelot dirent qu'ilz iroient veoir dedens le bois des Sars du lieu de Sorel, se l'on y trouveroit aucuns qui chassaissent aux Cocq-Limoges, autrement nommez faisans.*

Gallus Campanarii. Vide *Campanarium*.

Gallus, pro Gallicinio. Vide in *Pullus*.

¶ **Galli Dies.** Vide *Dies Galli*.

* **Gallorum Pugna**, Ludi genus inter pueros scholares, non in uno loco usitati. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 134. Chartoph. reg. ch. 37 : *En ce Karesme-entrant.... à une feste ou dance que l'en faisoit lors d'enfans pour la jouste des coqs, ainsi qu'il est acoustumé* (en Dauphiné). Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 214. v°. ad ann. 1458 : *Sur le descord et différend meu... entre les maire et eschevins d'Abbeville et les doyen et le cappitle de l'église de S. Vulfram,... lesdites parties sont d'accord en la maniere qui s'ensuit : c'est assavoir que lesdiz doyen et cappitle accordent que doresenavant ilz souff eront et consentiront, que celluy qui demourra roy de l'escolle, le nuit des Quaresmiaulx, apporte ou face apporter devers le maieur de ladite ville ou camp S. George, le Cocq, qui demourra ledit jour ou autre jour victorieux, ou autre cocq; et que ledit roy presente audit maieur, pour d'icelluy faire le cholle en la maniere accoustumée.* Quæ ultima verba explicant Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. ch. 278 : *Petierunt a magistro Erardo Moquart magistro scolarum ejusdem villæ de Rameru, quatenus liberaret et traderet eis unum Gallum, quem, sicut dicebant, idem magister scolarum debebat eis die ipsa* (carniprivii) *ut jacerent baculos ad Gallum ipsum, more solito, pro eorum exhillaratione et ludo.* Vide *Duellum Gallorum* et infra in *Jasia*.

* *Coq de paroisse* vulgo nuncupatur, qui primatum inter suos obtinet; sed deteriori sensu, pro eo scilicet, qui suos vexat expoliatque, accipitur, in Lit. remiss. ann. 1467. ex Reg. 194. ch. 275 : *Icellui Godeffroy dist au suppliant : Vous estes ung très mauvais homme, et n'estes que ung pilleur de gens, et estes droitement ung Coq de paroisse. Coc en pleu*, idem quod Arrogans, confidens, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1. :

A grant peines l'avons eu,
Moult faisoit le Coc en pleu
Li papelars, li ypocrites.

GALNABIS, **Galnape**, Læna, stragulum villosum, apud Smaragdum. Regula S. Isidori cap. 14. de veste et lecto Monachi : *Cujus stratus erit storea et stragulum, pellesque lanatæ duæ, Galnabis quoque et faciestergium, geminusque ad caput pulvillus.* S. Fructuosus in Regula cap. 4. habet hoc loco, *Calnaben villatum*. Menardus in MS. Isidori Vindocinensi legi ait *galbanis*.

Galnapes, apud Isidorum lib. 19. cap. 26. nude, et apud Smaragdum.

* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Galnapes, cervical, Aurelhier, Prov.*

Galnape, in Testamento S. Cæsarii Arelatensis : *Cum casula villosa, et tunica, vel Galnape, quod melius dumisero.* Charta Hispanica æræ 1060. apud Antonium *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5. pag. 435 : *De raupa siquidem Galnapes 2. tres pulmarios*, (plumacios) *duos pares de sabanes, etc.* Alia æræ 1016. ibid. pag. 444 : *Panos gratiscos*, (Græciscos) *et 16. Ganapes paleas, et 30. pannos optimos, etc.* Quæ quidem vox depravata legitur in Charta Sisnandi Episcopi Iriensis, seu Compostellani, æræ 952. apud eumdem *Yepez* tom. 4 : *Scala argentea una, Venapes 4. plumatios 5. tapete 1. lectos 6. cathedras 10. mensas 8. etc.* Et in alia Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 930. apud eumdem tom. 5 : *Adjicimus etiam estramina lectulorum, Gaguapes paleas, antiquum 7. subminores 8. plumatios digniores paleos 10. alios subminores 8. etc.* Utrobique enim legendum *Galnapes*. [Pro *Antiquum*, tom. 3. Concil. Hisp. pag. 181. legitur *Antionum*. Vide *Antio*.]

Voces effictæ, ut quidam putant, a *Galbanum*. Dicuntur autem Papiæ, *Galbana, genera vestium a galbaneo colore, qui est sublucidus et subalbus cum pallare :* quod vocabulum occurrit apud Juvenalem Sat. 2. ut *Galbanatus* apud Martialem lib. 3. Epist. 40. et alios. Sed videntur potius confectæ ex *Gausape*, vel *Gaunape*, stragulum. Glossæ Isid. : *Gaunacha, gausapa.* Gloss. Lat. MS. Regium : *Gaunapa, causapa.* Ex *Gausapa*, factum *Galnapa* vel *Galnape*.

Galnes, Species satisfactionis pro delicto, apud Scotos. Reg. Majest. lib. 4. cap. 24. § 1 : *Reddet pro homine mortuo et taliter occiso, crov et Galnes, quasi cum propriis manibus occidisset.* Ubi Skenæus, *qui sit Galnes, ignoro.* Adde cap. 36. § 7. cap. 38. § 5. et eumdem Skenæum de Verbor. significat.

Galnus. Hariulfus lib. 3. cap. 3 : *Casulæ castaneæ 40. sericæ nigræ 5.... Galnæ sericæ 5. melnæ sericæ 4.* ubi Editor *Galneæ casulas*, flavi coloris esse opinatur. Certe Picardi etiamnum *Gaune*, pro *Jaune* dicunt. Sed malim legere *Galveæ*, pro *Galbeæ*. Gloss. Lat. Gr. : *Galeus*, χλωρός. Vide Salmasium ad Lampridium pag. 227. [* Vide infra *Gaunus*.]

1. **GALO**, **Galona**, Mensura liquidorum apud Anglos, quarum unaquæque octo continet pintas Anglicanas, ut modius earum 8. galones. *A Galon*, iis vulgo, ut est in Monastico Angl. tom. 1. pag. 903. 904. a *Gelo*, seu *Gilo* vel *Gillo*, quod est *baucalis*, lagena, seu vas vinarium, deducit Spelmannus. Papiæ *Galeola* est *urna vini :* vox nota Varroni lib. 1. de Vita Pop. Rom. Sed videtur potius orta vox a Gr. γαυλός, quæ in Glossis Gr. Lat. κυμενικὸν ἀγγεῖον, *sinum*, Hesychio κυμενικὸν τοῦ γάλακτος ἀγγεῖον sonat. Suidas : Γαυλὸς, οἰνηρὸν ἀγγεῖον ἐκ ξύλων κατασκευασμένον, ὃν Ἰταλοὶ μαγγάναν ὀνομάζουσιν. Ubi vir doctus reponit βάγναν, ex veteribus Glossis : *Cupa, seu vagna*, βούττις μεγάλη, ἣν τινες γαυλὸν καλοῦσι. Eadem habentur in voce *Vagna* Nicolaus Trivettus ann. 1194 : *De amphoris seu metretis quas vulgo Galones dicimus.* Matth. Paris ann. 1256 : *Mensuras vini sive cervisiæ, quas Lagenas vel Galones appellamus.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 1040 : *Quandam mensuram, quæ vocatur Lagena, vel Galo.* Ordinarius MS. Ecclesiæ Rotomagensis : *Et debent habere quilibet unum Galonem vini de Cellario Archiepiscopi. Septem Galones vini*, in Tabulario Fiscanensi fol. 88. et alibi. 4. *Galones cervisiæ*, apud Joann. Westerhamium. [Liber niger Scaccarii pag. 354 : *Unum Galum vini expensabilis.*] Usatica MSS. Vicecomitatus Aquarum Rotomagi : *En temps que l'en monte, et de vendanges, de 19. sestiers un sestier et un Galon de tonnes et de rechaus, c'est assavoir de tuneaulx qui sont sur le bout 5. s. etc.* Adde Bromptonum pag. 1258. Will. Thorn. pag. 1041. Brittonem pag. 38. 75. 76. Monast. Angl. tom. 1. pag. 419. 420. etc. Vide *Lagena*. Incertum porro an ab ejusmodi galonum forma nostri voces *Galon*, et *Galoner* hauserint. Le Roman *de Garin* MS :

Bien fu vestue d'une propre roée,
A un fil d'or s'a crigne Galonnée.

Jalo, Eadem notione, in Fleta lib. 2. cap. 5. § 6. et cap. 11.

* Hujus capacitatem indicant Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 243 : *Combien que ledit Jehan le Norrois eust justement perdu un Galon de vin, comme dit est, ledit Robert son cousin et autres, à qui la gageure touchoit, le quitterent pour un pot de vin, moitié de ce qu'il avoit perdu.* Apertius aliæ Lit. ann. 1450. in Reg. 180. ch. 136 : *Ung Gallon, qui sont deux pots, de cistre. Galoie*, eadem acceptione. in Fabul. tom. 2. pag. 9 :

Je vous donrai du meillor vin,
Qui soit ceens, une Galoie,
Par convant que vengié en soie.

Jaleia, Tabular. S. Albini Andegav. : *Viginti Jaleias de vinagio de vineis de Pisciaco.* In Consuetud. Aurelianensi art. 492 : *Chacune Jallaie de vin contient seize pintes de la grande mesure.* In Turon. art. 63 : *Continet 12. pintas.* In Consuetudine Lodunensi cap. 5. art. 5 : *Et tiendra cha-*

Digitized by Google

que pipe 36. *Gealloies.* Will. *Guiart* ann. 1298 :

Si chargiez d'armes et de robes
Taintes de sanc, et touoillies,
Que seul des cotes gambesies
Pouvoit-on emplir maintes Jailles

Hinc

JALAGIUM, quam vocem idem valere ac *Foragium* scribit Raguellus. Tabular. S. Albini Andegav. : *Donavit .... in opus pauperum consuetudinem illam quam habebat in Eleemosyna S. Albini, id est Banagium de proprio cellario Eleemosynarii. Dedit etiam consuetudinem Jaleagii, quam habebat in Cellario dominico Monachorum.* Charta Ludovici VII. ann, 1177. pro Communia Laudunensi : *Rotagii, telonei, cambii, lardarii, Jalagii.* Ubi *Jalagium* videtur esse quod nostri vocant *Droit de Jaugeage*, id est jus mensuræ, ad quam exiguntur dolia vinaria. Vide *Gellagium.*

JALO sumitur in eodem Fletæ libro 2. pro mensura frumentaria, cap. 12. § 1 : *Pondus octo librarum frumenti facit mensuram Jalonis, et* 8. *Jalonatæ frumenti faciunt bussellum, de quibus octo consistit commune quarterium.*

GALETA, GALLETA, Mensura pariter vinaria. Tabularium S. Albini Andegav. : *Galetæ vini* 24. *pro arpenno vineæ redditæ.* Regula Magistri cap. 23 : *In uno Galletæ vase mensuratæ potiones ab eis calida misceantur.* Cap. 27 : *Aut Galleta, aut calices sitientibus porrigantur.* Mox : *Ad calicis, aut Galletæ, aut caucelli bibat mensuram.* Denique : *Aut duo aut tres oportet calices aut Galletas mensarum ministerio deservire.* Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 25 : *Si alicui fuerit adjudicatum sacramentum, et juraverit se non debere, vel esse in culpa, nihil solvat parti vel judici, nec Galletam vini, nec Galletas.* Tabularium S. Nicolai Traguriensis in Dalmatia, apud Jo. Lucium lib. 2. cap. 16 : *Ad hæc autem stabilivimus, si habuerint navigia, sive commercia eant et redeant, piscatores gyrum, sibi Galetam præbeant unam. Alii autem piscatores singulos, cum habuerint, deferant pisces.*

GARLETA, pro *Galeta*, habet Thwroczius in Carolo Rege cap. 97 : *Pabulum etiam equis ejus per singulos dies viginti quinque Garletæ.* In Ludovico cap. 4 : *Habuit etiam secum de florenis fere cum media Garleta.*

GALETUS, Mensura frumentaria. 14. *Galetos bladi annui reditus,... octo modios frumenti et tres Galetos,* in Chartis diœcesis Laudun. ann. 1246. in Probat. Hist. Guinensis pag. 358. [Charta ann. 1153. apud Bellottum in Observat. ad Ritus Eccl. Laudun. pag. 20 : *Præmonstratensis Ecclesia nobis persolvet singulis annis septem modios et quatuor Galetos frumenti.* Chartularium Aquicinctense fol. 45 : *Sub annuo censu concessit tres modios frumenti ... et octo Galetos pisæ.* Idem fol. 48 : *Dedit Ecclesiæ nostræ duos campos ... unum in valle Gisleni sex Galetos seminis continentem, alterum quatuor Galetorum.*]

GALETUS TERRÆ, Modus agri. Charta ann. 1252 : *Ad quatuor Galetos Terræ sitos in via de Chiure,* i. in quibus totidem galeti frumenti seruntur, aut percipi possunt, quo modo *Modium terræ* dicebant olim.

* Ejusdem originis *Géloingnie* et *Géloinie*, pro Mensura salis, in Lit. Guil. episc. Lingon. ann. 1358. inter Ordinat. reg. Franc. tom. 3. pag. 657. art. 13 : *Oppressoient nosdiz ventiers les marchans estranges amenans ou vendans sel en nostredite ville, en exigeant excessivement les debites acoustumées pour les chevaux, chers et cherrettes, Géloinie ou mesure. La Géloingnie du sel,* ibid. pag. 659. art. 11. Infra : *Géloingnie.* Pro mensura avenæ legitur in Charta convent. inter prior. et habit. S. Belini ann. 1461. ex Reg. 198. ch. 191 : *A chacune beste traihant, qui sera à faire lesdites corvées une Géloingnye d'avoine.* Vide infra *Jalotus.*

* 2. GALO, Fornix, concameratio. Sentent. ann. 1204. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 212 : *Et per illam viam usque ad voltam sive Galonem Panarii.*

* GALOCHIA, Genus calceamenti, idem quod *Gallica*, vulgo *Galoche.* Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 232 : *Quandam Galochiam, quam in suis pedibus gerebat, accepit, ac in manu sua posuit ad resistendum et defendendum se de dicta Galochia contra dictum Perrotum.*

¶ GALOER, GUALOER, Bona mobilia aut immobilia, ab Armorico *Gallu, Gallued,* vel *Gallout,* Potestas potentia, valor. Charta Rotonensis apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 99 : *Alanus comes omni Britannicæ imperans regioni, ad Monasterium S. Salvatoris veniens, interpellatus a Monachis dedit S. Salvatori Gualoer totius Abbatiæ per totum Britanniæ regnum diffusæ, illam scilicet partem, quæ Principibus usque ad illud tempus solvi consueverat, pro mercede æterna et pace totius Britanniæ.* Charta Kemperleg. ibidem col. 120 : *Prætera res hominis, qui absque liberis obierit in ipsa tribu, et alieni etiam de aliena terra ibi defuncti Gualoer propriumest S. Amandi.* Alia S. Gregorii ibid. col. 127 : *Ad corporis vero profectum de bannis ac de causis in judicio ante eum prius convictis, ac de Galaeriis octavam partem ei in remuneratione permisit.* Alia Majoris-Monasterii ibid. col. 215 : *Stabilierunt enim invicem atque concordaverunt, ut pro eo Monachis darent ... omnem totius parochiæ bannum, unam aream molendini super Cosnionis fluvium, Galorium omnium albanorum.* Litteræ Johannis Ducis Britanniæ ann. 1396. ibid. col. 661 : *Toutes coustumes, passages, trespas, espaves, Galoiz, droit de desherance, bris et briefsz par mer, par terre,* etc.

* Seu Jus in bona defunctorum sine hærede legitimo, vel qui de iis testamento disponere non possunt, vulgo *Galoy.* Charta ann. 1254. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 956 : *Dicebamus nos habere et debere habere in terra præfati Guillelmi militis, sita in feodo nostro de Thoreo, latronem et le Galoy.* Alia ann. 1410. in Reg. feudor. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 37. v° : *Je Jehan de Craon, sire de la Suze, ... advouhe à tenir .... à foy et hommaige lige .... mon herbergement de Charrace, avecques toutes ses appartenances et appendances, ... pescheries, deffens, Galloys, estangs,* etc.

¶ GALONUS, Ital. *Galone*, Latus, Gall. *Côté.* Chr. Modoetiense apud Murator. tom. 12. col. 1124 : *Caute ad modum assassinatoris ivit, et cum uno cultello a Galono eum in collo percussit.*

* Chron. Placent. ad ann. 1388. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 581 : *Et dicta indumenta sic curta, aliquantulum sunt plus longa de retro et de antea, quam a Galono.* Annal. Mediol. ibid. col. 738 : *Cum una corrigia supra deaurata supra Galonos, etc.* Vide supra *Gallonus.*

* GALOPEDIUM, Calopodium, ligneus calceus, Gall. *Sabot;* vel Forma lignea, qua sutores utuntur in calceis faciendis. Lit. remiss. ann. 1450. in Reg. 185. Chartoph. reg. ch. 58 : *Cum supplicans ante hostium domus suæ pacifice et quiete operaretur de Galopediis, cum securi et aliis instrumentis ad hæc necessariis etc.* Vide *Calopedes.*

GALOPINUS. Le Roman *de Garin* MS. :

Il s'en torna meintenant sans respit,
En la taverne hastivement en vint,
Ilec trouva menuel Galopin,
Lez le tonnel en sa mein trois dez tint,
Quatre ribaus tos l'estrumiax rostis, etc.

Infra :

Il li demande, dont es tu, biaux amis?
De Clermont, Sire, si ai non Galopin.

[*Galopin* vulgo dicimus famulum culinarium similisve conditionis adolescentulum.] [* Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 174 : *Jehan Ligier Galopin de nostre cuisine etc.* Vide infra *Galuppus.*] [** De etymo vide Glossar. med. Græc. voce Κώπη, col. 557.]

¶ GALORIUM. Vide *Galoer.*

¶ GALOS, *viri soror,* in Glossis Sangerman. MSS. num. 501. in Amalthea. Festus habet : *Glos, Viri soror, a Græco* Γάλως. Nonius : *Glos appellatur mariti soror, atque eadem fratris uxor.* Vide Isidorum lib. 10. Orig. cap. 8. et Lexicon Juris utriusque.

¶ GALSTADIO. Vide *Gastaldus.*

* GALVANUS, f. Qui reditus exigit, Gall. *Receveur.* Comput. ann. 1373. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Primo pro expensis Galvani, euntis de mandato capituli pro quadam informatione facienda, occasione decimæ cujusdam.* Vide supra in *Gablum.*

1. GALUM. Charta Longobardica ann. 774. tom. 8. Italiæ sacræ pag. 35 : *Nec non Ecclesia S. Abundi, quæ sita est in Galo nostro de Paline.* Occurrit ibi non semel, et pag. 573. 574. 582. Sed vereor, ne legendum sit *Gajo* : vide *Gajum.*

¶ 2. GALUM, Mensura vinaria. Vide *Galo.*

GALUMMA. Capitis operculum, ex Gr. κάλυμμα. *S. Agathæ Martyris Galumma,* apud Thietfridum Epternacensem in Florib. Epitaph. SS. lib. 3. cap. 4.

¶ GALUNNA, *Velamen candidum, a Gala, id est lac, derivatur.* Papias. Vide *Galumma.*

* GALUPPUS, Ital. *Galuppo*, Militis species, lixa, calo. Comment. Jac. Picin. lib. 1. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 75 : *Hi expeditorum omnium equi ex equestri ordine militum, qui Scipioni aderant, occisi sunt; hos vulgo levi armatura indutos Galuppos Insubres vocant.* Idem lib. 5. col. 104. : *Domesticos ejus*

Digitized by Google

milites et Galuppos capere arma imperat, etc. Vide *Galearii*.

¶ **GALVUS.** Vide *Galnus*.

¶ **GALYOTA**, Remex. Vide in *Galea*.

¶ **GAMA**, Musicum diagramma, Gall. *Game* vel *Gamme*, apud Lobinell. tom. 1. Instrum. Histor. Paris. pag. 417. Vox orta a Græco γ. Vide Menagii Etymolog. Gall.

* Chron. Turon. ad ann. 1033. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 999 : *Clarebat in Italia Guido Aretinus mirabilis musicus, qui Gammam et regulas cantus composuit, et sex vocibus, quas solas musica recipit, nomina imposuit. Nam prius quasi per usum cantabant.*

GAMACHA, Pedulis lanei species, quæ etiam superiorem pedis partem tegit, vulgo *Gamache*. Occitanis *Garamacho, gamacho*, vox ut videtur deducta a *compagus*, vel *gampagus*. [Apud Autissiodorenses *Gamache* est vestis vilioris pretii, qua utuntur rustici.] Vide *Campagus*, et *Garnachia*.

GAMACTA, Gamactus, Ictus, percussio. Lex Bajwar. tit. 2. cap. 4. § 6 : *Coram duce hostili disciplinæ subjaceat, vel ante Comitem suum* 50. *Gamactas, id est, percutiones accipiat.* Editio Heroldi habet *Gamactos*. [Martinius in Lexico suspiciatur *Gamacta* deduci a *Macht, Gemacht*, German. Vis, potentia, potestas, ut si violenta percussio, aut aliena potestate et mandato facta; aut a *Kammen*, Depectere.] [** Confer Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 2. col. 601. voce *Mójan*, Agitare, fatigare, quassare, flagellare.]

* Hinc forte *Gamaffrer*, pro Percutere, vulnerare, ut videtur, in Pœnis ducat. Aurel. apud Thaumasser. ad calcem Assis. Hieros. pag. 467 : *Qui Gamaffre beste parist* (id est, prise en dommage) *et plainct en est, doit cinq sols d'amande, et rand le dommage sans loyer.*

¶ **GAMADIUM**, Vide *Gammadium*.

* **GAMAGA**, ut *Gamagoga*, Lena. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 153 : *Ipsa fama orta fuit et est ab Ysabelli et Perrota matre et filia, inhonestis, vilibus et diffamatis mulieribus, meretricibus, ribaldis et etiam Gamagis publicis.* Vide mox *Gamagaga*.

GAMAGAGA, Lena, quasi ex Græco γαμαγωγός, nuptiarum conciliatrix. Regestum rerum criminalium Parlamenti Paris. ann. 1375. fol. 90 : *Super eo, quod dictæ Agneti imponebatur et imponitur ipsam fuisse et esse Gamagogum publicum, Gallice, Maquerelle publique.* Vide *Nuptiæ*.

¶ **GAMAGIUM**, Jugum boum. Dicitur de bobus aliisve animalibus ad aratrum simul junctis, a γαμέω, Nubo, simul jungo : quod non minus recte dicitur, quam istud Catulli, *Jugare puellæ juvenem*. Charta Libertatum Montis-Britonis tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 83 : *Pro quolibet foco agricolæ, seu gaviatorum dicti mandamenti tenente Gamagium boum, seu aliorum animalium unam heminam frumenti.*

* **GAMAGOGUS**, *Houlier, vel maquerel. Gamagoga, idem ad feminam.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 416 : *Robinus Barberii, qui dicebatur fore homo malæ vitæ famæque ac conversationis inhonestæ, et Gamagogus seu leno, vel mæchus, licet conjugatus esset.* Vide *Gamagoga*.

¶ **GAMAHALI**. Vide *Gamales*.

¶ **GAMAHEI**, Rocho *le Baillif* in Dictionario Spagyrico, *Sunt Lapides in quibus imagines juxta corporum superiorum constellationem insculptæ sunt.*

¶ **GAMALADIONI**, Iidem qui mox *Gamales*. Præceptum Karolomanni pro Monasterio Prumiensi apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 33 : *Genitor meus Pippinus gloriosissimus Rex, prædicto Dirodoino vel suis Gamaladionis de ipsa silva manu vestita fecisset, dum de hac causa sic ante nos fuit ratio deducta, et suam vel suis Gamaladionis tam per veragos homines, quamque per confirmationis Regum cognovimus, justitiam ei reddidimus, etc.*

GAMALES, Gamahali Lex Longob. lib. 2. tit. 55. § 7. [** Rothar. 367.] : *Si aliquis de sacramentalibus mortuus fuerit, potestatem habeat ille qui pulsat, in loco mortui similem alium nominare, et de proximis legitimis, aut de naturalibus, aut de Gamalibus, id est, confabulatis.* Edictum Regis Rotharis tit. 109. § 7. habet hoc loco : *Aut de natis, aut de Gamahalos, id est, confabulatis.* Ubi viri docti *Gamales* esse volunt, filios e legitimis nuptiis procreatos, ad discrimen *naturalium* : ita ut *confabulati* dicantur, qui ex *fabula*, seu pacto ac fœdere nuptiali orti sunt. Plautus Arg. Cistellar. :

> Comprimit adolescens Lemnius Sicyonium,
> Is redit in patriam, et gnatam generat nuptiis.

Vox autem a Germanico *Gemal*, vel *Ghemael*, conjux, formata e Saxonico, Maelen, Conjungere, addita particula ghe, vel ga, verborum præteritis et participiis præteriti temporis apud Saxones et Germanos præponi solita. Vide *Fabula*, [** Grimm. Antiq. Jur. Germ pag. 475. not. et Gralf. Thesaur. Ling. Franc. tom. 2. col. 652.]

¶ **GAMALLUS.** Vide *Hamallus*.

GAMASUS, *Fortis, agilis*, Papiæ. [Vide *Ganasus*.]

* **GAMAU**, Gemmæ species, eadem quæ *Camaeus*. Vide in hac voce. Invent. ann. 1387. tom. 7. Sept. Act. SS. pag. 805. col. 2 : *In capite tumbæ, in parte inferiori sunt duæ imagines de Gamau, videlicet imperatoris et imperatricis.* Ibid. pag. 806. col. 2 : *Duodecim monilia et tres Gamau cum imaginibus et quatuor gemmæ.*

1. **GAMBA.** Vegetius lib. 1. Veterin. cap. 56. de equo : *Post quod admonitus injuria, tollit altius crura, et in flexione geniculorum atque Gambarum, molliter vehit.* Ubi Salmasius *Gambam* interpretatur καμπὴ τοῦ σκέλους, quæ tibiam pedi jungit : καμπὴν enim Græci appellant omnem artuum articulorumque commissuram et inflexionem, quod et Perionius observat lib. de Gallicæ linguæ origine. Occurrit apud eumdem Vegetium lib. 1. cap. 27. lib 2. cap. 49. lib. 3. cap. 19. 20. 22. lib. 4 cap. 1. Inde Italicum *Gamba*, et nostrum *Jambe*, seu ut Picardi efferunt, *Gambe*, deductum plerique censent, id est, ita ut pars pro toto sumpta deinceps fuerit. [*Gamba* pro crure frequentur usurpat Auctor Rei Veterin. et post ipsum alii non pauci.] Vide Oct. Ferrarium in Orig. Ital. [** et Diez. Grammat. Roman. tom. 1. pag. 31.] Hinc etiam Italis *Gambiera*, nostris *Gambiere*, crurale, cruris armatura, de qua mox.

* Pro ea parte, quæ est inter genu et pedem, occurrit in Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 63 : *Pes dexter sibi sine redemptione aliqua amputetur, ita quod a Gamba penitus separetur.* A Gallico *Jambe, Jambayer* dixerunt nostri, pro *Marcher, se promener*, Ambulare. Cæremon. MS. eccl. Brioc. : *Ceulx qui sont vestuz en chappe de soye, ne doibvent pas aller, ne venir Jambayant par l'église. Secourre la jambe*, Certa ratione in signum gaudii vel irrisionis tibiam movere. Lit. remiss. ann. 1474. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1053 : *Lequel Caron disant adieu print à secourre la jambe en disant, Carniquet; qui est ung mot que icellui Caron disoit voulentiers, quant il estoit en joyeuseté.*

Subgambæ, nostris *Soujambe*, Pars pedis, quæ gambæ subjacet, apud eumd. Veget. lib. 4. cap. 4.

* Hinc *Esjamber*, pro *Enjamber*, Distensis cruribus transilire, in Lit. remiss. ann. 1395. ex Reg. 148. ch. 170 : *Comme le suppliant vouloit Esjamber la forme pour y aller etc.* Ita quoque fortean legendum est, pro *Amber*, in aliis Lit. ann. 1482. ex Reg. 206. ch. 835 : *Icellui Boulay s'en alu en la maison de Estienne Turquier, et en Ambant le sueil de l'uys, le pié lui fouit et cheut à terre.*

* Ejusdem originis *Jamber* vel *Faire le jambet* et *la jambete*, Crus crure implicare ad àliquem prosternendum; quod et metaphorice usurparunt, pro Fallere, decipere. Lit. remiss. ann. 1458. in Reg. 189. ch. 239 : *Pierre Dufour Jambeoit avec ung nommé Jehan Duquesne etc.* Aliæ ann. 1374. in Reg. 106. ch. 367 : *Le suppliant fist le Jambet audit Tousset, tant qu'il le fist cheoir à terre.* Rursum aliæ ann. 1383. in Reg. 124. ch. 187 : *Jehan Robin prist ledit Drouet par la chevessaille en soy efforçant de lui faire la Jambete et le faire cheoir.* Denique aliæ ann. 1407. ex Reg. 161. ch. 221 : *Jehan Grundeau, qui estoit coustumier de faire le galant et des semilles, fist plusieurs foiz le Jambet au suppliant pour le faire cheoir.* Mirac. MSS. B. M. V. lib. 2. ubi de Diabolo :

> Tost li fera par son abet
> Un tel torpié, un tel Jambet.

Inde etiam *Jambiere, ocrea, bote de cuir ou de fer*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. *Jambe du poux* vocant Anatomici duos nervos brachiales. Lit. remiss. ann. 1479. in Reg. 206. ch. 124 : *Le suppliant blessa icelle Marie au bras senestre, en la main dextre et parmi la Jambe du poux.*

2. **GAMBA**, Morbi species. Constantinus African. lib. de Chirurgia cap. 13 : *Unguentum ad sanandas Gambas et omnes plagas.*

3. **GAMBA.** Charta ann. 1149. apud Puricellum in Ambrosiana Basilica, pag. 702 : *In prima appositione pullos frigidos, Gambas de vino, et carnem porcinam frigidam, etc.* Vide *Camba* 3.

¶ **GAMBACIUM.** Vide in *Gambeso*.

GAMBAGUS, [Genus calceamenti Pontificibus proprium.] Vide *Campagus*.

¶ **GAMBARIUS.** Vide in *Gambeso*.

GAMBARON. Ordericus Vitalis lib. 4.

Digitized by Google

pag. 545. de Roberto D. Normanniæ : *Erat facie obesa, corpore pinguis, brevique statura : unde vulgo Gambaron cognominatus est, et Brevis ocrea.* Ex Gallico *Jambes*, seu *Gambes rondes*. Vide *Gamba* 1.

GAMBARUS, Cancer, astacus, vox Italica *Gambaro*, nostris *Ecrevisse*. Ex Lat. *Gammarus*. Vide Oct. Ferrarium in *Gambaro*. *Conductor dacii piscium et Gambarorum*, in Computo Thesaurariæ urbis Bononiæ in Italia ann. 1364. ex Bibl. Regia.

* Stat. Placent. lib. 6. fol. 79. v° : *Item Gambaros grossos, pro quolibet centenario xj. den. Jamble*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1460. ex Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 476 : *Icelle femme bailla entre deux escailles ou coquilles de Jambles, qui croissent en la mer, une chose ressemblant de couleur à tiriacle ou métridat.*

GAMBASIUM, [f. pro *Bambasium.*] Vide *Bombax*.

* **GAMBARUTIUS**. Vide infra *Gosengula*.

¶ **GAMBAYCHO**. Vide in *Gambeso*.

* **GAMBEGLA**, f. Cingula, lorum, vel stapes, cui insistunt *gambæ* equitantium. Stat. Montis-reg. pag. 275 : *Item statutum est, quod quilibet busterius .... teneatur ponere borram pro denariis quatuor pro libra, de Gambeglis, et illam de paratorio, pro denariis quinque, tam in bastis, quam in sellis.*

¶ **GAMBERGA**, ut mox *Gamberia*. Charta Henrici de Soliaco ann. 1031 : *Tenebitur habere loricam vel loricale, et capale ferreum et lanceam et Gambergam.* Et apud Thomasserium in Consuetud. Bituric. pag. 123 : *Qui minus de viginti librarum habebit de mobili, teneb tur habere Gambergam et capalum ferreum et lanceam.*

GAMBERIA, Gambria, Italis *Gambiera*, nostris *Jambiere*, Crurum armatura. Auctor Mamotrecti ad 1. Reg. cap. 17 : *Ocrea, Gamberia.* Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium pag. 60 : *Donavit autem Imperator Laudensibus ultra treceatas loricas, et mul as Gamberias, quas de suis hostibus habuerat.* [Computus anni 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 274 : *Per manus Magist. arestorum quod Dominus receperat mutuo pro Gambertis, cosseriis, guantilectis... unc. IV.* Ibid. pag. 276 : *Item, Barthol. Lapo mercatori pro uno paro de platis cum cosseriis et Gamberiis, unc. II. taren. XII.*] Nicolaus Uptonus lib. 2. de Militari officio cap. 8. de duellatoribus : *Sed utrum habere possunt Gambrias et galeas in capitibus, neque lege, neque consuetudine invenimus.* Regestum Peagiorum Bapalmæ : *Les Gambieres ou harnas de gambes de fer.* Vide in *Armatura*.

GAMBESO, Cento, centunculus, *Thoracomachus*, Vestimentum coactile, ex coactili lana confectum : seu *vestimenti genus, quod de coactili ad mensuram et tutelam pectoris humani conficitur, de mollibus lanis, ut hoc inducta primum lorica vel clibanus, aut his similia, fragilitatem corporis ponderis asperitate non læderent*, ut est apud Anonymum de Rebus bellicis Notitiæ Imperii subjectum. Sed et ita describitur a Scholiaste Thucydidis : Πῖλον τὸ ἐξ ἰρίου πυκτὸν ἔνδυμα, ὥσπερ θωράκιόν τι, ὑπὸ τὰ σίδη, ᾧ ἐνδυόμεθα. Et Constantinus Porphyr. in Tacticispag. 5 : Στολὰς εἶχον οἱ τοιοῦτοι ψιλοὶ ἰσχυρὰς καὶ πυκτὰς ἀντὶ χλιβανίων καὶ λωρικίων. *Subarmale* appellatum quidam volunt. Vide in hac voce. Neque alia videtur *Chlamys cannabina*, in Epistola Juliani Propræfecti Provinciæ Britanniæ ad Sinnium Solennem in veteri Marmore haud ita pridem detecto in Bajocassibus : *Licet plura merenti a me pauca, tamen quod honoris causa offero, velim accipias libenter, Chlamydem cannabinam Dalmaticam Laodicen. fibulam auream cum gemmis, lacernas duas, etc.*

Gambeso. Willelmus Brito lib. 11. Philippidos :

> Pectora tot coriis, tot Gambesonibus armant.

In Rotulo ann. 1332. Cameræ Comput. Par. : *Adæ armentario 40. sol. 4. den. pro factione Gambesonorum.* Computus Baillivorum Franciæ ann. 1268 : *Expensæ. Pro cendatis, bourra ad Gambesones, tapetis, etc.*

Gambesum. Idem Will. Brito lib. 3. Philippidos :

> Gambesumque audax forat, et thoraca trilicem.

¶ Gabeisio. Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* de Feudorum usu tom. 2. ad calcem pag. CLXXV. : *Pro balistis et Gabeisionibus portandis in Marciam* LXI. *s.*

Gambesa, in Charta Henrici D. Solliaci ann. 1301. de Libertatibus villæ Aiæ.

¶ Gambesiata Lorica, in Testamento anni 1286. apud Marten. tom. 6. Anecd. col. 1225. *Gambesiata tunica*, in alio Testamento ann. 1287.

Gambacium, in Libertatibus villæ Moneti ann. 1269. apud Thomasserium in Consuetud. localibus Bituricens. cap. 65.

Gambarius, forte pro *Gambacius*, in Charta Libertatum Luriaci apud eumdem cap. 56.

¶ Gambaycho. Consuetudo Brageriaci art 28 : *Item armaturæ, utpote enses, lanceæ, scuta, boglaria, loricæ platæ, pileus ferreus, sive capellus, perponcha, sive Gambaycho, guisarma, nec alia genera armorum necessaria ad tuitionem corporis.... pro ullo debito pignorentur.*

Gambiso, in Fleta lib. 1. cap. 24. § 12. *Gambison*, apud Joinvillam pag. 46. Le Roman *de Gaydon* MS. :

> A ces paroles li vavasors s'arme
> D'un Gambison viez enfumé qu'il a.

Infra :

> Desor vesti un Gambison faitis.

Le Roman *de Jordain* MS. :

> Chascuns avoit son Gambison vestu.

Wil. de Guignavilla in Peregrinatione animæ MS. :

> Là sont heaumes et haubergons,
> Gorgeretes et Gambisons.

Infra :

> Le Gambison vesti Jesus,
> Quant por ti en croix fu pendus.

Cotes Gamboisées. Willel. *Guiart* ann. 1298 :

> Que seul des Cotes Gambesies
> Pouvoit-on emplir maintes jailles.

Et ann. 1304. :

> Espées d'estos et de taille,
> Cotes Gambesies, ventailles.

Statuta MSS. : *Des armoiers et coustepointiers de Paris : Item se l'en fait Cotes Gamboisiées, que elles soient couchées deuëment sur neufves estoffes et poi tées, enfermées, faites à deux fois, bien et nettement emplies de bonnes estoffes, soient de cotton, ou d'autres estoffes, etc.* Infra : *Houpellandes Gamboisées.* Alia Statuta ann. 1296 : *Item, que nul doresnavant ne puist faire Cote Gamboisiée, où il n'ait 3. livres de coton tout net, se elles ne sont faites en fremes, et au dessous soient faites entremains, et que il y ait un ply de vieil linge, enprez l'endroit, de demie aulne et demy quartier devant, et autant derriere. Contrepointes* vocantur in Charta ann. 1206. in 3o. Regesto Archivi Regii Ch. 115 : *Præterea inveni in dictis bonis quinque alberjons et unum alberc, et unam Contrepointe.* Vide Williomarum, seu Josephum Scaligerum, in Titium pag. 46. 47. et 49.

Wanbasium, apud Rogerum Hovedenum ann. 1181. *Wanbais*, apud eumdem pag. 614. Interdum *Hambais*, sic enim in MS. Historia. Le Roman *de Rou et des Ducs de Normandie :*

> Plusours ourent vestus Hambeis,
> Cojures ont chaint et carquais, etc.

Gambaison, in Charta Philippi Pulcri ann. 1303. in 36. Regesto Chartophylacii Regii num. 115 : *Et seront armez de porpoins et de hauberjons, ou de Gambaisons.* Philippus Cluverius lib. 1. Germau. antiq. cap. 16. ad Strabonis locum, ubi Belgas ait ἀντὶ χιτώνων ferre σχιστοὺς χειριδωτούς, *hic quid aliud interpreteris σχιστοὺς illos χειριδοτοὺς ad inguina et nates usque demissos, nisi eam vestium partem, quam vulgus nunc Latinorum Thoracem appellat, patria vero lingua Wammes, et inferioris Germaniæ dialectus Wambeis, Danica Wames, Hispani Jubon, Itali Giupone, Galli Pourpoint, Angli et Leodicenses ad Mosam amnem Doblet.* Chronicon Colmariense ann. 1298 : *Armati reputabantur, qui galeas ferreas in capitibus habebant, et qui Wambasia, id est, tunicam spissam ex lino et stuppa, vel veteribus pannis consutam, et desuper camisiam ferream, etc.* Albertus Argentin. pag. 104 : *Ubi manicas Wambasii sui fractas cum novis peciis reparans, etc.* Et pag. 112 : *Quidam carnifex Episcopum super dextrario in rubea Wambasia circumventum... cuspide perforavit. Culcitræ de Gambasio*, apud Raymundum *de Agiles*.

* *Gamboison*, in Lit. ann. 1303. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 384. art. 2. *Gamvisum*, in Libert. Castrivil. ann. 1286. apud D. *Bouquet* tom. 1. Jur. publ. Franc. pag. 412. Si tamen bene lectum est.

¶ Gaubeson, et Goubisson, apud Borellum. Liber *Du pelerinage de l'ame :*

> Et tout ainsi comme fait est
> De poutures le Goubisson.

Quæ vox etiamnum viget apud Occitanos, teste eod. Borello.

Wanbizius. Statuta Ord. Præmonstrat. Dist. 1. cap. 13 : *In dormitorio nullus rectus in lectum ascendat, sed residens per spondam divertat : super Wanbizios et laneos jacere licebit, etc.* Ubi *Wanbizius*, idem quod *lodix*.

* Wambitius, eadem notione, in Bulla Innoc. IV. PP. pro Præmonst. : *Abbates*

Digitized by Google

quoque .... in dormitorio, cum alits super Wambitios jaceant, omni prorsus excusatione cessante.

* Wambosium, f. pro *Wambasium*, apud Adr. de Veteri Busco in Reb. Leod. tom. 4. Ampl. Collect. Marten. col. 1332. et 1333. Vide *Wamba*.

* Gambesatus, Ex coactili lana fartus, nostris *Gamboisié*. Tabul. Fossat. fol. 4 : *Habentes valorem xxx. librarum et amplius, haberent tunicas Gambesatas sive Gambesones*. Comput. Rob. de Seris in Reg. 5. Chartoph. reg. fol. 5. r° : *Une selle de la taille d'Alemaigne, ... et le siege de cendail vermeil, Gamboisié et pourfillée d'or.* Ita legendum, pro *Gamborsié*, in Lit. Phil. Pulc. ann. 1294. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 136. col. 2. *Gambaiseure*, Stragulum equinum eodem modo confectum, dicitur in Lit. Joan. reg. ann. 1353. ex Memor. C. Cam. Comput. Paris. fol. 143. r° : *Que chascun ait le plus qu'il pourra de chevaux, couvers de maailles et de Gambaiseure.*

Wambasarius, in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 1010. *Wambastorum* artifex.

Vocis etymon a veteri Germanico quidam accersunt, *Wan-bon*, venter, vel *Wamba*, ut habet Willeramus, in Cantica; vel a Saxonico *Wamb*, quod idem sonat, unde Angli *Wombe* accepere : ita ut *Wambasium* fuerit *ventrale*, vel *ventrile*, ventris et pectoris tegmen, quod Germani *Wambeys* vocant. Vide *Cento, Thoracomachus*, et Notas ad Villharduinum pag. 294. et ad Joinvillam pag. 74. [et *de Caseneuve* in Etymol. Gall.]

Gambetta, diminutivum a *Gamba* : Baculus, qui claudo vel infirmo vicem *gambæ*, seu cruris præstat, *Jambette*. Processus de Vita S. Thomæ Aquin. num. 11 : *Dum claudicasset propter morbum pedum, ita quod sine sustentatione baculorum, seu Gambettarum stare et ambulare non poterat.* [Miracula B. Angeli tom. 2. Junii pag. 1101 : *Et posuit se in oratione sequestratus, retro tribunam Ecclesiæ, retro in pedibus cum una Gambetta subter tibiam.*]

* Gambeza, Caudex, Ital. *Gambale*. Stat. Vercel. lib. 7. pag. 191. r° : *Item de barocia assium et Gambezarum, undecumque ducatur intus, Pap. quatuor.* Vide infra *Gambocta*.

¶ Gambiso. Vide *Gambeso*.

** Gambitio, Permutatio *Chartula Gambitionis*, in Tradit. Sangall. ann. 858. apud Neugart. Cod. Alem. tom. 1. pag. 298. num. 369. Vide *Gambium*.

* Gambium, pro *Cambium*, Permutatæ pecuniæ usura. Constit. Caroli reg. Sicil. MSS. : *Item quod recipiatur quæcumque pecunia, pecunia scilicet quæ communiter expenditur in regno, et nichil ultra ratione ponderis vel Gambii exigatur.*

¶ Gambo, Perna, petaso, Gall. *Jambon*. *Duo parta Gambonum porci*, in Litteris Innocentii IV. PP. apud Illustr. Fontaninum in Appendice ad Antiquit. Hortæ pag. 404. Vide *Gamba*, 1.

* Gambocia, ut supra *Gambeza*, Ital. *Gambone*. Stat. Montis-reg. pag. 312 : *Item pro media dozena Gambociarum, solvat denarios sex.*

* Gambroisini, Moneta Cameracensis, quæ et *Cambrisiensis*, dicta, mutato *c* in *g*. Reg. Cam. Comput. Paris. in Bibl. reg. sign. 8406. fol. 147. r°. ubi de monetis : *Esterlins d'Angleterre et d'Escoce, Gambroisins de Philippe .... sont à xj. den. ob. argent le roy.* Vide infra in *Moneta Baronum*.

¶ Gambosus, Qui nodos habet in *Gamba*, seu crure. Veget. lib. 3. cap. 20 : *Si Gambosum factum fuerit animal, et recens passio est, de tibia sanguinem emittito, lanam succidam circumligato.*

Gambria, [Crurum armatura.] Vide *Gamberia*.

Gambutta, [Gambucta, Baculus superne rostratus, incurvatus; Pedum pastorale. Petrus Diac. Casin. in Vita S. Guinizonis, tom. 6. SS. Maii pag. 452 : *Respondere se omnino nihil aliud vidisse, nisi quemdam hominem solitarium discalceatis pedibus Gambuctam in manu portantem.*] Vide *Cambutta*.

Gamelum. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 22. ubi machinas jaculatorias describit : *Ac capsa bonum debet habere Gamelum, quod capsum impellat versus exteriorem partem.* In lib. vernaculo de Contractibus maritimis, *Gameles* dicuntur disci lignei, in quibus reponuntur obsonia nautarum.

* Vel *Gamelus, Funis, rudens;* videtur enim esse pro *Camelus* 1. Vide in hac voce.

* *Gamel* vero inter supellectilem mensariam, forte Cochlear, Gall. *Cuillier*, in Inventar. ann. 1306. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1202 : *Item ij. petits Gameaux, e une forche d'argient à trere soupes.*

* Gamera, pro *Camera*, Cubiculum, ubi custos ecclesiæ manebat. Vita S. Joan. episc. tom. 3. Aug. pag. 511. col. 1 : *Invidus bonorum diabolus, ... prædictum sacerdotem suo amore exarsit in tantum, quod super ipsam ecclesiam, id est in Gamera ejusdem ecclesiæ quadam cum ganea concubuit.*

¶ Gamere, *Nubere*, apud Papiam et Johannem de Janua. Est a Græco γαμεῖν.

* Gamerrus. Vide infra *Gammarra*.

* Gameus, Vestis species, cujus usus est in sacris. Ordinar. vet. eccl. Bisunt. inter Probat. tom. 1. Hist. Sequan. pag. 24. ubi de festo SS. Innoc. : *Dom. archiepiscopus, si cantaverit missam, non accingitur palleo. Duo presbyteri induuntur Gameo.*

Gaminula. Charta Athelstani Reg. Angl. in Monastico Angl. tom. 3. pag. 130 : *Cujus etiam inconcussæ firmitatis auctoritati, his testibus roborata constat, quorum nomina subtus Gaminulis depicta annotantur.* Forte *grammulis*. Vide *Gamulæ*.

1. Gamma, æ, vox Agrimensorum : Limes utramque agri partem complectens, ita ut litteræ Γ. formam efficiat. Siculus Flaccus : *Arbores in versuris quæ notatæ sunt, aut decusses inveniuntur aut Gammæ, ut manifestum sit versuras suis signis observari debere.* Alibi : *Gamma de petra sicca constructa.* Rursum : *Termini si transversi positi fuerint, Gammam faciunt.* Ita Gamma literam fœminino genere extulit Ausonius :

..... Et Gammæ vice functa prius C.

Gammatus Limes. Incertus Gromaticus : *Γ. si in termino inveneris, suæ formæ factura designat Limitem Gammatum.* Innocentius de Casis literar. : *Limes Gammatus currit, hoc est tortuosus.* Γαμματειδῆ ἐπιπδεύματα, apud Leonem in Tactic. cap. 19. § 61. Vide Gloss. med. Græcit. in Γάμμα.

Regammans *Via, Limes, Linea*, apud Aggenum de Limitib. agror. et Latinum et Myrsontium pag. 79. 261.

* 2. Gamma, Idem quod *Gammadium*, ornamenti genus ad literæ Γ formam effictum. Charta ann. 1019. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 80. col. 2 : *Feci autem scribere.... textum S. Evangelii... et manuale unum, quas* (sic) *vestivi ex sericis indumentis, et desuper cruces argenteas, et Gammas, et bullas, et fibulas similiter argenteas.* Census eccl. Reatin. MSS. : *Sanctus Flavianus unum par Gammarum .... Sanctus Fortunatus unum par Gammarum.*

* 3. Gamma, Musicum diagramma. Vide supra *Gama*.

Gammadium. Anastasius in Leone III. pag. 123 : *Columnas argenteas 8. et Gammadia duo, et arcus duos cum crucibus argenteis, etc.* Infra : pag. 127 : *Fecit vestem de stauraci cum cruce et Gamadiis, simul et paratrapetis suis.* Pag. 139 : *Tetravela rubea alythina quatuor, habentia cruces cum Gammadiis, et in circuitu periclysin de Tyrio.* Pag. 140 : *Arcum argenteum unum cum Gammadiis suis.* Pag. 151 : *Fecit etiam in circuitu altaris vela serica quatuor cum Gammadiis, et cruces de quadrapulo.* Pag. 182 : *Fecit vestem sericam albam sigillatam cum Gammadiis et periclysi, etc.* Denique pag. 205 : *Obtulit... vestem de fundato unum habentem in medio crucem, cum Gammadiis de quadrapulo.*

Gammadia, *dic.* Idem Anastas. pag. 149 : *Super quem constituit arcus duos de argento, et Gammadias quatuor, quæ simul pensant, etc.* Idem in Gregor. IV. pag. 161 : *Vela alba serica 4. unum habens undique Tyrium, et in medio crucem et Gammadias de chrysoclavo.* Et pag. 164 : *Fecit vestem de fundato, et Gammadias de octapulo.* Ex his videtur emendanda Charta ann. 1197. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 1275 : *Quin etiam obtuli eidem Ecclesiæ unam planetam de xameto Jalino, unum amictum cum friso magno, unum camisum* (perperam *canusum*) *cum Gramatis et frisis, etc.* Legendum enim fortean *Gamatis*. Sed ex locis istis vix percipitur, quid sit *Gammadium*, nam virorum doctorum de hujus vocis notione conjecturæ non arrident. Vide Salmasium ad Pollionem pag. 343. Dominicum Macrum in Hierolexico, [et Bollandistas tom. 3. SS. Maii pag. 393.]

* Gammarra, Gamora, Vestis muliebris, palla, Ital. *Gammurra*. Stat. Placent. lib. 6. fol. 8. r° : *Item de aliquo mantello, sive tabarro, sive Gamerro drapi integri, sive schietti;... et si de cendali fuerit inforratus ipse mantellus, sive tabarrus, sive Gammarra, etc.* Consil. Bertr. JC. tom. 1. cons. 298 : *Post factum sermonem de omnibus vestibus, Gamora et jocalibus, etc.*

¶ Gammatus. Vide *Gamma*.

¶ Gammula. Vide *Gamula*.

Gammus, Πλατύχειρος, in Gloss. Gr. Lat. Est autem πλατύχειρος Plinio lib. 11. cap. 37. Dioscoridi lib. 2. et aliis, animal, quod

Digitized by Google

cervorum generi annumeratur, licet cervo minus : nostri *Dain* vocant : unde nescio, an non legendum sit *dammus*. Sed repugnat Codex MS. S. Germani Parisiensis, qui *Gammus* etiam præfert. [Reipsa præferendum suadet infra vox *Gamus*, eadem notione.]

GAMULA. Anastasius in Benedicto II : *Similiter et in Ecclesia B. M. ad Martyres aliud coopertorium porphyreticum cum cruce et Gemmulis quatuor, etc.* Ubi Codex MS. *cum cruce et Gamulis*, præfert. [Alius *Gammulis*.] Alius, *coopertorium porphyrium et Gamulas quatuor.* Alius denique, *et Gamulas et clavos quatuor auroclavos.* Quidam etiam *Ganulas*. Forte diminut. ex *Gamma*. Vide in hac voce.

* Idem videtur quod supra *Gamma* 2. Vide in hac voce.

* 1. **GANADO**, vox Hispanica, Grex, pecus, armentum. Charta Adelf. reg. Castel. ann. 1173. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 93 : *Dono ut omnes vestri Ganados per omne regnum meum secura et absque omni inquietatione, exactione et montatico libera habeant pascua.* Vide *Ganata*.

* 2. **GANADO**, Voluntas, consensus, ab Hispanico *Gana*, eodem sensu. Charta ann. 1096. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 2 : *Et istas calumpnias non respondeat sine rancuroso, et rancuroso non valeat sua cherimonia, sine testimonium bonorum hominum et vestro Ganado.*

GAMURDRIT. Lex Bajw. tit. 18. cap. 2. § 3 : *Si servus furtivo modo, supradicto more occisus fuerit, et ita absconsus, quod Gamurdrit dicunt, etc.* Editio Heroldi cap. 28. § 3. *Garmordrit* habet. At Spelmannus observat *ga* et *ge* particulas esse præpositivas præteriti temporis et participii ejusdem. Proinde *Gamurdrit*, idem est ac si *murdritus fuerit*. Vide *Murdrum*.

GAMUS, *Cerva*, ex Hispano *Gamo* : nostris, *Dain*. Fori Alcaçonenses : *De coyro de cervo et Gamo tres Morabit.* [Vide *Gammus*.]

¶ **GANAFUS**, *Fortis, Agilis.* Gloss. MSS. Sangerm. num. 501. Vide *Gamasus*.

¶ **GANAGIUM**, ut supra *Gagnagium*, Agri culti. Fundatio Chartusiæ Vallis S. Georgii ann. 1235. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 96 : *Item (dono) omnes terras quas habeo nomine Ganagii, vel alio modo*, (hoc est, ut intelligo, Terras omnes, tam cultas quam incultas) *in villa de Poques, etc. Item omnes terras Ganagii villæ de Muni cum pratis meis, etc.*

¶ **GANANCIA**, vox Hispanica, Lucrum, reditus, Gallis *Gagnage*. Vide *Bragalis*.

GANAPE. Vide *Galnabis*.

GANARE, Acquirere, Hispan. *Ganar*. Charta Bermundi II. Reg. æræ 1028. apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ord. S. Bened. tom. 5 : *Dum essemus in adolescentia, Ganavimus et emimus villas et hæreditates, etc.*

GANATA, ex Hispanico *Ganado*, Grex, armentum : *Ganadero*, Pastor. Fori Jaccenses : *De appellitis ita statuimus. Cum homines de villis, vel qui stent in montanis cum suis Ganatis, audierint appellitum, omnes capiant arma, et dimissis Ganatis, et omnibus aliis suis faziendis, sequantur appellitum, etc.* Infra : *Ganata, cum descenderint, nullus audeat furare vel rapere vel pignorare ulla occasione, et non jaceant in vetatis militum, nisi per unam noctem. Certa loca sint, in quibus Ganata bibant, ne cequiæ frangantur.* Eximinus Salanova : *Et tales non peytant in al quo cum hominibus signi Regis, nec pro Ganatis, neque equis, ut quidam dixerunt.* Charta Garciæ Fernandi Comitis pro Ecclesia S. Petri de Cardenna æræ 1010. apud *Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti : *Illo Ganato Ecclesiæ S. Petri talem foro habeat sic illis de illas villas ad pascendum per omnes terminos in montes, et in fontes, in paludibus, defensas etiam, et in molinaris, etc.* Alia Sancii VII. cogn. Sapientis, apud eumdem : *Si vero Ganatum vestrum cum alio extraneo mixtum fuerit, et hac de causa illud nobis dare noluerit, mando in fide unius Monachi vel Fratris vestri Ordinis, sine alio sacramento donet vobis, quantum duxeritis esse vestrum.* Infra : *In omnibus locis, in quibus meum Ganatum et aliorum debet pascere, etc.* Passim in Chartis Hispanicis. Ita porro hanc vocem Hispani usurpant, quomodo olim nostri et Angli vocem *Gagnage* pro omni apparatu rustico, in quo recensentur animalia, atque adeo oves ipsæ. Vide *Gagnagium*, et Michaelem *del Molino* in Repertorio Fororum Aragoniæ.

¶ **Ganati**, Eadem notione. Charta Aldefonsi Regis Castellæ ann. 1181. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 495 : *Concedo... ut vestri Ganati proprii.... pascant sine omni montagio per montes et omnia pascua per quæcumque regit Ganati pascere habent per totum regnum meum.*

GANCARE, Per vim auferre. Coronatio Henrici Regis Portugalliæ : *Quando aliquis Gancaverit avere alienum, vadat querelosus ad Alvazil, et ponat querelam, et Alvazil restituat illi suum avere.* Ubi Anton. Brandaon. lib. 10. Monarch. Lusitan. cap. 13 : *Quando alquens per forza tomar a fazenda alhea, etc.* Bursum : *Qui in bello mataverit Regem inimicum, aut ejus filium, et Gancaverit ejus pendonem, sit nobilis.* [** Vide S. Rosa de Viterbo Elucid. tom. 2. pag. 8. vocib. *Gança* et *Gançar*, obtinere, Hispanis *Alcanzar* eodem sensu.]

¶ **GANCES**, Anseres silvestres, in *Gantæ* 2.

* **GANDA**, f. Acervus. Charta ann. 1290. ex Chartoph. Occit. : *Item septimam partem totius salis, quod fit et fiet inantea in dictis territoriis et infra, etiam in gavellos seu Gandas, et tres denarios Turon. in quolibet modio dicti salis, etc.*

GANDARGIUM, Tributi species. Charta ann. 1300. apud Columbum lib. 3. de Episcop. Vivariensibus pag. 226 : *Non poterit D. Rex deinceps aliquid de novo acquirere in terra D. Episcopi.... non adversationes novas, vel nova Gandargia recipere.*

GANDEIA, Genus navigii. Afris familiare, apud veterem Interpretem Juvenalis Sat. 5. v. 89.

GANDENGA, Vestis species. Chron. Vosiense cap. 73. de Deformatione religionis : *Cucullas clausas pro froccis, ocreas pro Gandengis, froccos capellatos absque cuculla.... insectamur.*

GANEA, [Meretrix. Osbernus in Vita S. Dunstani, tom. 4. SS. Maii pag. 368 : *Repertum insuper cum adultera simul et filia illius Principem a mœchali thoro violenter abstraxit.... At Ganea sanguineos intorquens oculos, Tu, inquit, etc.* Latinis *Ganea* Lupanar est, non ipsa meretrix.] [* Inquisit. ann. 1340. ex Cod. reg. 5190. fol. 72. r° : *Dictus dominus Petrus non vivebat caste; sed interdum, quando sibi placebat, habebat de nocte Ganeas, quasusque ad mane tenebat.*] Vide *Glavea*.

* **GANEARE**, Obtinere, Hisp. *Ganar*, Gall. *Gagner*. Leg. Lusit. sub Alph. reg. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portug. pag. 11 : *Qui in bello.... Ganearit ejus* (regis) *pendonem, sit nobilis.* Vide *Gancare*.

¶ **GANEARIA**, pro *Ganea*, Ugutioni. Vide *Clepsedraria* in *Clepsydra*.

¶ **GANEARIUS**, Ganeo. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. MSS. : *Ganearius, Libidinosus, Luxuriosus*, ἀσελγής.

¶ 1. **GANELO**, Insignis proditor, sic dictus a Wenilone seu Guenilone, voce paululum inflexa, Archiepiscopo Senonensi, qui beneficiorum a Carolo Calvo acceptorum immemor, ad partes transiit Ludovici Germanici : ex qua pessima actione labes ei æternum mansit; ita ut insignes Proditores *Ganelones* vocati sint. Hinc Matth. Paris ad ann. 1216. loquens de Comite Nivernensi ait eum fuisse de Guenilonis genere proditoris : sicut et *Bara* in usaticis Barcinonensibus vocatur ille, qui fidem datam non servat, ex eo quod Bera Comes Barcinon. fidem datam Ludovico Pio violaverat. Vide Marcam Hispan. lib. 3. pag. 21.

* Nostris, eadem acceptione, *Ganelon* et *Guenelon*. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 3 : *L'exposant respondi : Tu mans comme faux garçon, traistre, Ganelon, et Dieu et toy le savez bien.* Aliæ ann. 1357. in Reg. 89. ch. 171 : *Et plusieurs autres injures en l'appellant Guenelon, traitre.* Cantil. 40. tom. 2. Poem. reg. Navar. pag. 93 :

> Trop sont fol et mal pensant,
> Pis valent que Guenelon.

* 2. **GANELO**, Acervus lapidum antiqui cementi. Vide Chifflet. in Vesunt. inter voces Celticas.

GANEO, *Gulosus, popinator, tabernio, hasta, vel jaculum, lingua Gallica.* Gloss. MS. Reg. 1013. Latinis *Ganeo*, est λαγνός, καταφαγάς, λαιμαργός, ut est in Gloss. Gr. Lat.

¶ **GANEONIUM.** Vide *Gannium*.

GANERBII, **Ganerbinatus**, de quibus exscribam, quæ habet Spelmannus, cujus sunt, quæ sequuntur.

Ganerbii *Ganerbiorum* societas, quam *Ganerbinatum* vocant, apud Germanos ampla, potens, et antiqua est, a nobilium conditione parum distans. Nobiles enim et *Ganerbios* sic conjungit Jus Saxonicum *Burger oder Burgkmann heissen die Ganerben und Edelleut, etc.* Id est, *Cives et Castrenses* (qui in Castro habitant) dicuntur *Ganerbii et Nobiles, qui olim sub domino* Castri *in castro habitabant, et tunc temporis vocabatur Burgkburger*, i. cives castrenses. Item alibi. *Burgklehen* (i. castrense feudum) *est hujusmodi feudum, ubi multi Nobiles vel Ganerbii (ut nunc dicuntur) unum idemque*

Digitized by Google

castrum simul habent a Principe et Domino, cujus est castrum illud. Et quidem nulla inter ipsos et alios vassallos feudales fere differentia est, nisi quoad pacta et conditiones societatis et fœderis inter ipsos mutui. Quæ res tunc extitit in Germania, quando vis erat jure, *da das Faust-Recht im Schwang gieng.* Tum enim ante factam et promulgatam pacem publicam, i. *dem Landfrieden,* cum passim itinera essent minus secura, et latrones in arcibus apud sui generis sive farinæ homines, latrones latitarent; alii quidam Nobiles, quibus virtutis potius, quam rapinæ studium carum erat, confecerunt sibi arces munitas, in quibus cum familiis suis et rebus pretiosioribus, ab aliorum invasionibus violentis, tuti essent. Et ut potior fieret hæc conjunctio, eoque major et constantior, suisque viribus se et sua felicius defenderent, fraternitates et confœderationes quasdam, certis legibus et conventionibus contraxerunt, *den Burgfrieden,* id est, *Pacem castrensem* appellatas. Confœderatos hos *Ganerbios* vocant *die Ganerben*, quasi *gemeine Erben*, id est, communes hæredes et condominos. Sed dilabitur splendida hæc confœderatio in deteriorem partem. Nam et ipsi *Ganerbii* viribus suis et arcibus confisi, etiam rapere et opprimere cœperunt : aut alios suæ societatis confratres, aut condominos, quando delinquerent, receptarunt, et protexerunt. Eique tandem audaciæ et furori perventum est, ut publicis legibus et imperiali Constitutione coerceatur. Imperator enim Maximilianus in Comitiis Augustanis ann. 1500. inter alia edixit, *ne Ganerbii, sive condomini, bannitum ab Imperio in arcem intromittant, licet etiam ea sit communis ei cum aliis, sed potius a sua societate excludant : quod si vero secus factum fuerit, ut ipsi quoque acceptatores, in pœnam pacis publicæ violatæ debeant declarari et pronunciari.* Præterea in Comitiis Wormaciensibus anni 1495. quadruplex est constituta pœna : *Das ihr Leib und*, etc. Id est, 1. *Primo ut illorum corpora et bona omnibus sint concessa, et nemo illis abuti possit.* 2. *Ut omnia illorum jura, quæ contra alios habent, cessent et sint mortua* 3. *Ut amittant feudum.* 4. *Ut habeantur inhonesti*, seu infames. Renovatur hæc Constitutio aliis Comitiis Wormaciensibus ann. 1521. deinde Augustanis ann. 1548. et inserta denique Ordinationi Cameræ anno 1555. *part.* 2. *tit.* 13. Petrus Denais *in Jure Camerali tit.* 266. *verb. Receptatores, n.* 2.

Arces et munitiones aliquot quæ vocantur *Ganerbenhæuser*, hæ recensetur. Primo arx Rotenburgensis, non procul a Norimberga dissita. Deinde est Friburgum in Veteravia, quæ arx etiam est celebris *Ganerbinatus*. Tertio est arx Saltizburgum ad Salam in Francia orientali, ubi et Imperatoris Conradi (qui cognomen Salici inde adeptus est) Regia olim fuit; et Lex Salica primum lata est a Pharamundo, ejusque Consiliariis quatuor, Wisogast, Arogast, alias et rectius Bosogast, Salagast, Vindogast, qui et in Prologo Legum illarum nominantur, et a Sigeberto in ann. 422. de quo vide plura hic infra in verb. *Lex Salica.* Hæc autem arx etiam hodie est domus *Ganerbica :* et habent singulæ singulos suos Burgravios judicis loco, suasque leges et regalia. Rotenburgensis, quæ ab antiquis dominis ad Coronam Bohemiæ pervenit, et tandem ad Electorem Palatinum, reservato tamen recto domino, condominos, numerat plusquam septuaginta Nobiles.

Sunt et nonnullæ civitates *Ganarbicæ*. Crutzenacum, oppidum situm ad Rhenum, condominos habens Electorem Palatinum, et Marchionem Badensem. Item Smalcaldia, dum viverent Comites ac Principes Hennebergenses, ex parte dimidia ad ipsos, ex altera pertinuit ad Landgravios Hessiæ; hodie Landgravius ea solus potitur. Tale olim fuisse Hebron, de quo in sacris Literis habetur, et in Decreto Gratiani, 1. *Hebron.* 11. *quæst.* 2. notat Conradus Rittershusius *in partitionib. jur. feud. lib.* 1. *cap.* 17.

Constituuntur autem *Ganerbii* et *bona Ganerbica*, pactis et conventionibus ipsorum inter se condominorum : accedente plerumque confirmatione et protectione Superiorum, puta Imperatoris et aliorum Principum. Et dari possunt in *Ganerbinatum* non solum bona allodialia et patrimonialia, sed etiam feudalia; dum tamen non inferatur tertio præjudicium, uti agnatis in antiquis feudis; filiabus, (si hoc dictum sit) in novis; et his, de quibus pactum est, in utrisque. Hinc exigua illa differentia inter *Ganerbios* et vassallos feudales, cujus supra meminimus. Quamquam enim aliquis in *Ganerbiorum* societatem acceptus, et condominus factus fuerit, in aliis tamen rebus non mutatur persona ejus, nec vassallus esse desinit prioris domini sui, nec privilegia et regalia, quæ ab Imperatoribus totum obtinuerit condominorum collegium, singulorum fiunt, sed pariter omnium.

Solet autem plerumque inter eos, qui *Ganerbinatum* constituunt, eo convenire inter se, ut maximus natu in ea gente sit administrator bonorum; et pro onere administrationis partem aliquam fructuum sibi habeat præcipuam : reliqui fructus dividantur æquis portionibus inter omnes gentiles et agnatos, qui quidem sunt puberes, maxime si vel studiis, vel rei militari dent operam.

Denique fraternitati et confœderationi inter condominos renuntiari potest ab eo, cui non amplius libet in illa societate et communione stare : uti quælibet societas renuntiatione tollitur, § *manet. Just. de societ.* Similiter etiam a rectore sive domino illius arcis, in qua *Ganerbinatus* est constitutus, liberabitur renuntiatione, Conrad. Rittersh. *d. cap.* 17. *per tot.* Ubi simul tradit, discernendum esse *Ganerbinatum* a pacto, vocato *Erbeinigung*, quod receptum est inter familias quorumdam Principum, de quo Gail. 2. *obs.* 127. Itemque a majoratu et legato familiæ, ut idem explicat. Vide Hotomannum in *Lexic. feudali* verb. *Hæredes accelerantes*, ubi allegat locum juris Saxonici *Artic.* 17. Et Modestinum Pistoris *p.* 1. consil. *num.* 45. *et* 42. Hæc e Matthia Steph. Pomeran. Tract. de Jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 2. memb. 3. at non suis ubique verbis; sed alias amplius, alias contractius, ut nostro magis conveniret instituto. Addam vero quod Glossographus ad 17. artic. Speculi Saxonici asserit, *Ganerbios*, dici, quod illorum hæreditas descendit, non ascendit, etc. Hæc Spelmannus. [** Vide Grimm. Antiq Jur. Germ. pag. 478. not. 479. n. 2. 481. n. 1.]

* **GANERLOTUS**, perperam pro *Gaverlotus*. Vide infra in hac voce.

** **GANGA**, An *Ganea* pro *Refectorio?* Vide *Gangia*, 1. Reinard. Vulp. lib. 3. vers. 1653 :

Gangaque pro fœno lanam constrata suavem
Accipiat; fœno est non spolianda bidens.

¶ **GANGAGIA**, Occulta loca. Vide *Gangia.*

GANGALIZARE, *Titillare*, in Glossis Antiq. MSS. et apud Papiam.

¶ **GANGAMON**, *Rete sinuosum variis plexibus involutum.* Laurent. in Amalthea. Vide *Ganguilo.*

GANGANUM. Charta Heccardi Comitis Augustod. ex Tabulario Persiacensi apud Perardum in Burgundicis pag. 26 : *Et quicquid de gemmis habemus, et Gangana sirica, cum spondale, et tapete uno.*

GANGDAYES, Dies lustrationis, vox Saxonica, in Concilio Grateleano ann. 928. cap. 12. in Concil. Anglic. Somnero, gang-dagas, dicuntur *Rogationes.*

1. **GANGIA**, *Occulta loca et subterranea Gangagia Græci vocant.* Ita Glossæ MSS. [In Glossis Isid. : *Ganzia, Occulta loca et subterranea.* Legendum *Ganea*, ut lib. 10. Orig. Festus : *Ganeum antiqui locum abditum ac velut sub terra dixerunt. Terentius : Ubi illum quæram? Credo abductum in Ganeum.* Hoc est in tabernam meritoriam seu meretriciam subterraneam et latentem.]

* 2. **GANGIA**, pro *Gagia*, Pignus; unde *Gangiare*, pro *Gagiare*, Pignerari. Charta ann. 1208. ex Tabul. S. Germ. Prat. : *De quibus duodecim denariis, si differrent in solutione eorumdem, . . . pro dicta emenda nosmetipsos poterimus Gangiare seu facere Gangiam per nos vel gentes nostras.* Vide supra *Gagiare* 1.

¶ **GANGIATOR**. Vide *Gagga.*

¶ **GANGLION**, vel Gangilion, Tuberculum, Gall. *Loupe.* Antonius Gallonius in Vita S. Philippi Nerei, tom 6. SS. Mai. pag. 515 : *Artemisiæ cheliæ durum ac renitens tuberculum in sinistræ manus articulo ortum erat. Id morbi genus Ganglion Medici seu nodum vocant. Tuberculum ex parvulo incepit, et diu paulatimque adeo increvit, ut nucis magnitudinem nedum expleret, sed excederet, ovique ferme æquaret.* Legitur apud Celsum. Eadem notione apud Plinium lib. 6. cap. 18 : *Quibusdam sunt tubera, sicut sunt in carne Glandia.*

* **GANGUAGIUM**. Vide infra *Guanguagium.*

¶ **GANGUILO**, Species retis. Statuta Piscatorum Massil. MSS : *Nulla persona cujuscumque status aut conditionis existat, audeat, seu præsumat piscari cum illo rete vocato Ganguilo in insulis marium Massiliæ.* Vide *Gangamon.*

* Vulgo *Bregin.* Charta ann. 1307. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 130 : *De cetero in aliquo stagnorum prædictorum cum arte, vocata Ganguil, nullus ausus erit piscari.*

¶ **GANGULA**, pro *Glandula*, Struma, Ital. *Gangola.* Miracula S. Zitæ, tom. 3. Aprilis pag. 516 : *Habuit semper inflatam gulam et plenam de Gangulis.* Vita B. Luchesii, tom. 3. April. pag. 609 : *Quidam*

Digitized by Google

adolescens de Monte Voltraio cum paralysi percussus gravissima varicas multas, quæ vulgo Gangulæ nuncupantur, per totum insuper corpus haberet, voto a parentibus emisso, etc. Vide *Varica.*

¶ **GANIAGIUM**, a Gallico *Gain*, *Gagnage*, Lucrum, Merces quotidiana quæ *Beneficiatis* choro præsentibus tribuitur. Compendiosa Beneficiorum expositio fol. 11 : *Ad dispensationem pertinet quæstio, qua agitatur, an dispensati de non residendo fructus gnudeant, quæ finitur hac distinctione, ut dispensati fructus percipiant, quos vulgus nomine grossi indicat, diariis vero et manualibus, sive Ganiagiis priventur.* [* f. pro *Gainagium*. Vide supra *Gagnagium* 2.]

* **GANIFVETUS**, Ensis brevior, vel cultellus. Charta ann. 1316. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 153 : *Ad recipiendum ab hæredibus seu successoribus felicis memoriæ Clementis V. papæ quendam Ganifvetum seu cultellum, quem olim ..... D. Gasto Fuxi comes ... SS. patri dicto Clementi papæ V. commodavit.* Vide infra *Ganiveta.*

* **GANILATIO**, Irrisio, idem quod *Gannatura*. Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 276 : *Infra quandam turrim dictum Bernardum intrusit et compeditavit, et sic compeditatum .... per diversa loca transduxit .... Dolens de tractatione, vexatione, transportatione et hinc inde ignominiosa Ganilatione de dicto Bernardo etc.* Vide *Gannum.*

* **GANIPULA**, Ganipulus, Ensis brevior, cultellus. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 377 : *Johannes respiciens seipsum vidit cuspidem Ganipulæ seu gladioli sui, quem pendentem in zona... portabat, vaginam transgredientem.* Aliæ ann. 1457. in Reg. 187. ch. 334 : *Oddo de Beuqua .... evaginavit unum parvum gladium vel Ganipulum, quem portabat, etc.* Vide infra *Ganiveta.*

* **GANITA**, Anser silvestris. S. Ludom. episc. Catalaun. ex Cod. XIII. sæc. ejusd. eccl. : *Habuit etiam beatus Leudomirus cultaram sæpe ab avibus, qui Ganitæ vocantur, depastam.* Vide *Gantæ* 2. et mox *Gantua.*

* **GANIVELUS**, Eadem notione atque *Ganipula*. Barelet. serm. de paucitate salvandorum : *Sextus* (status) *virginum. Ubi sunt? O quot Ganiveli! O quot filii in latinis!*

* **GANIVETA**, Ganivetus, ut supra *Ganipula* et *Ganipulus*, nostris *Ganivet*, *Guenivete* et *Gayvete*. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 203 : *Ipsum cum quadam Ganiveta ferri de cuspide juxta mamillam sinistram vulneravit.* Inventar. Ms. ann. 1379 : *Item duæ Ganivetæ in una vagina, viratæ de argento.* Acta Mss. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 36. r° : *Videbat quod dicti homines portabant in zonis suis cultellos seu Ganivetos.* Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. ch. 342 : *Le suppliant sacha une Guenivete ou coustel petit, etc. Le sainct Ganivet*, Cultellus scilicet, quo sacram Hostiam Judæus percussit, in Diar. regni Caroli VII. pag. 524. Lit. remiss. ann. 1410. in Reg. 165. ch. 333 : *Le suppliant de sa Gayvete ou coustel à tailler pain donna un cop seulement par le corps à icellui Domange.* Hinc *Ganivier*, *Ganivetorum* faber, vel mercator, in aliis Lit. ann. 1390. ex Reg. 139. ch. 44 : *Jehan le Veel poure Ganivier.... mist en vente sur un estal pluseurs ganives, petiz couteaux, etc.* Vide supra *Canivetus.*

* **GANNACHA**, Toga, vestis talaris, pro *Garnachia*. Vide in hac voce. Inventar. Ms. ann. 1379 : *Item panni unius Gannachæ pennæ de vars.*

¶ **GANNARE**, Gannator. Vide *Gannum.*

* Pactum inter Soldan. et Pisan. ann. 1174. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Bonincont. Sicul. pag. 200 : *Et non debet nocere nullum mercatorem Saracenum, nec tradere, Gannare nec de pecunia.* Vide *Gannum.* Nisi sit pro *Gagiare.*

* **GANNARIA**, Ganneria. Vide supra *Gaaneria.*

¶ **GANNATUM**, Grex, armentum, ut supra *Ganata*. Vide locum in *Majoralis.*

GANNATURA. Vide *Gannum.*

GANNINARE, *Gantare*. Papiæ.

¶ **GANNITURIUS**, Irrisorius. *Cum cachinno et Gannituria vituperatione*, in Actis MSS. S. Judicaelis. Vide *Gannum.*

GANNIUM, *Taberna*, Papiæ, pro *Ganeonium*. Alibi : *Ganea, taberna, popina, etc.*

GANNUM, Gannatura, Irrisio, Italis *Gannare*, et *Ingannare*, est fallere, decipere : ut Latinis *Gannare*, irridere. Glossar. Lat. Græc. : *Gannat*, χλευάζει. *Gannator*, χλευαστής. Gesta Regum Francor. cap. 41 : *Qui respondit cum Ganno dicens, Vos mentitis, etc.*

Gannatura, Eadem notione. Rabanus Maurus lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 3 : *Postremo ut idem Apostolus* (S. Petrus qui inventor fuisse dicitur coronæ Clericalis) *suique successores et sequipedes ridiculosum Gannaturæ ludibrium in populo Romano portarent, quia et horum Barones hostes exercitus superatos sub corona vendere solebant.* Eadem verba habentur in Epist. 44. Bonifacii Moguntini Archiep. Candidus Mon. in Vita Eigilis Abb. Fuld. cap. 12 :

> Cujus judicium, et si non zabolica fallit
> Gannatura, tamen laqueos hinc inde timoris
> Non facile superat graviores, etc.

Aldhelmus de Laudibus Virginitatis : *Quid mirum, si Apostolorum oracula et jurisperitorum scita præfatas frivolorum nænias abominantur, cum etiam gentiles gentilibus, et paganis pagani quasi ridiculosum subsannantis Gannaturæ oprobrium legantur improperasse hoc modo, cum infami proverbiorum elogio cachinnantes ac cavillantes.* Scio, hic viros doctos *Gannaturam*, turpe lucrum interpretari, quia Hispanis *Ganar* est lucrari : sed potior videtur nostra conjectura.

GANNUS, [Chirotheca, *Gant.*] Vide *Wantus.*

¶ **GANS**. Inventarium ornamentorum S. Martialis Lemovic. ann. 1227 : *Item v. Gans gaifiers.* Quid sit, ignoro ; sed *Gans, tis*, pro *Ansere*, mox videre est in *Gantæ* 2.

GANSÆ, Anseres. Vide *Gantæ* 2.

GANSHAPICH, *Acceptor*, seu accipiter, *qui anseres mordet*, in Lege Bajwar. tit. 20. cap. 1. ex Germ. *Gans*, anser, et *happen*, corripere capere. [Baluz. legit *Ganshapuch.*] Glossar. Ælfrici : *Auca*, gos. *Aucarius*, goshafuc. [** Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 755. voce *Habuh*, Accipiter.]

¶ 1. **GANTÆ**, Cæstus, Gall. *Gantelets*, Digitalia ferrea, quibus antiqui muniebant manus ad pugnandum. Computum anni 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 326 : *Item, quatuor paria Gantarum de ferro sine bracellis*, II. *s.* VIII. *d. gr. Item, quatuor paria de Gantis cum bracellis pro* II. *s.*

2. **GANTÆ**, Anseres silvestres. Gloss. Lat. Græc. : *Ganta*, χηναλώπηξ. Gloss. Saxon. Cottonianum ; græg gos, *Ganta*. Anglis, *A grei Goose*. Fortunatus lib. 7. Poem. 4. :

> Aut Mosa dulce sonans, quo grus, Ganta, anser, olorque
> Triplice merce ferax, alite, pisce, rate.

Vita S. Pharaildis Virg. num. 13 : *Aves quasdam aggregatas repperit, quas alii Feles, alii Miletas, vulgus vero Gantas nuncupat.* Liber Miraculor. S. Genulfi n. 46 : *Conspicit innumerabilem multitudinem avium, quas vulgus Gantas vocat.* Goscelinus Monachus in Vita S. Wereburgæ Virg. num. 10. ubi avis speciem prodit : *Agros ejus solito infinita aucarum indomitarum, quas Gantas vocant, depopulabatur multitudo.* Sunt igitur *Gantæ*, anseres silvestres, vel etiam domestici, qui

Gansæ vocantur a Plinio lib. 10. cap. 22. qui eas Morinis attribuit : unde patet, vocem esse veterem Gallicam, [*Gouz* scil. ut scribit Petronius pag. 391. Antiq. Gall.] quam retinent etiamnum Germani, quibus *Gans*, *Ganse*, dicuntur, ut Anglis *Goesen* et *Geesen*, Hispanis [et Italis] *Ganso*, id generis avium nominatur. Adso in Actis S. Waldeberti Abbat. Luxoviensis num. 5. videtur, has aves appellatas a voce, quæ albedinem significat, veteri forte Gallica : *Nam cum in aliis Vir iste felicissimus, tum quoque rebus pollebat : et hunc quoque agrum anseres agrestes, quas a candore, vel sonitu vocis more rustico Gantas vocant, agmine collecto frequenti ruptione ab ipso jactu seminis et sationis incremento vastabant.* Potius tamen videtur alterum Etymon. Vide Pontanum lib. 8. Rerum Danicarum pag. 494. [** et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4 col. 220.]

¶ Gangre. Vita S. Amalbergæ Virg. tom. 3. Julii pag. 98 : *Ecce late omnia albicant pennatis volucribus, quos communi vocabulo Ganges appellari solet.* Mabill. sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 243. habet : *Quas communi vocabulo Gantas appellari placet.*

Gantes. Silvester Giraldus lib. 1. de Topogr. Hibern. cap. 18 : *Aucæ minores albæ, quæ et Gantes dicuntur.* [Acta S. Samsonis MSS : *De Gantibus in custodia traditis. Diversæ aves innumerabiles circa Monasterium, id est, anseres furvæ et albigantes, convenitebant, quæ molestiam fratribus inferebant. Dixit S. Samson : Præcipio vobis, ut ante me pergatis ad Monasterium. Itaque illæ in uno grege congregatæ in Monasterium intrarunt, et usque in crastinum diem reservatæ sunt.*] Le Roman *de Garin* MS. :

> Grues, et Gentes, et oes, et poucins.

Alibi :

> Grues et Gentes orent à lor plessir.

Gantula, diminutivum a Ganta. Vetus

Interpres Alexandri Iatrosophistæ lib. 1. Passionum : *Manducet ex domesticis gallinas, fasianos, et de anseribus, alas, collum, caput, pedes, et Gantulas, et aves omnes præter eas, quæ in paludibus degunt.* Ubi Glossæ *Gantulas*, aves esse observant. Idem lib. 2. cap. 67 : *Gantulæ quoque, merulæ, turtures, turdi, etc.*

¶ **GANTARE**. Vide *Ganninare*.

* **GANTELETUS**, Gantelletus, Gall. *Gantelet*. Manuum armatura, chirotheca ferrea. Charta offic. Autiss. ann. 1338. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 40 : *Item cepit quemdam ensem, quemdam magnum cultrum sive cultellum, quosdam Ganteletos, etc.* Inventar. Mss. ann. 1379 : *Item duo paria de Ganteletis.* Charta ann. 1377. ex Cam. Comput. Aquens. : *Item paria Gantelletorum ferri modici valoris tria.* Vide *Chirothecæ* et *Wantus*.

* **GANTELLUS**, Eodem intellectu. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 26 : *Johannes Mensart ex Gantellis ferreis vel calibeis et ense suis præfatum Johannem le Borgnet . . . . percussit.*

¶ **GANTERIUS**, Digitalium opifex, Gall. *Gantier*, in veteri Catalogo sodalium Confraternitatis B. Mariæ deauratæ MS. [* *Gantex*, in Charta pedag. Divion.]

¶ **GANTES**, Gantula. Vide *Gantæ*, 2.

* **GANTUA**, Anser silvestris. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 107. ex Cod. reg. 4659 : *Sint duo alii homines constituti ad fugandum Gantuas et anseres.* Vide *Gantæ* 2.

* **GANTULUS**, Chirotheca. Charta ann. 1468. in Reg. 197 Chartoph. ch. 39 : *Retento per ipsum dominum episcopum* (Montis-albani) *et monachos homatgio unius paris Gantulorum pontificalium.* Vide *Gantus*.

¶ **GANTUS**, Chirotheca, Gall. *Gant*. Occurrit apud Mabill. tom. 2. Annal. Bened. pag. 712. col. 2. Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 64. Martenium tom. 1. Anecd. col. 57. Vide *Wantus*.

GANZARA et Ganzerolum, Navigii genus, in Statutis Veron. lib. 1. cap. 97.

* Chron. Tarvis. apud Murator. tom. 19. Script. Ital. col. 861 : *Ex duabus unam magnam præmittit Ganzaram quadriremem.*

GANZAROLA, Species navis, ex Ital. *Ganzara*, eadem notione. Occurrit apud Rafanum de Caresinis ann. 1379. pluries.

¶ Ganzerolus, Eadem notione, in Andreæ Danduli Chronico, apud Murator. tom. 12. col. 381. 475. etc.

¶ Ganzerra, in Opusculo Gualvanei Flammæ, apud eumdem Murator. tom. 12. col. 1038.

* Ganzirra, Eadem notione. Vita S. Rayner. tom. 3. Jun. pag. 457. col. 2 : *Erant decem et octo Theotonici, de Sardinia redeuntes, in quodam Ganzirra, cum aliis Ganzirris vento magno flante, motus magnus factus est in mari, et naviculæ ab invicem separatæ sunt.*

¶ **GANZIUM**, pro Ganeum. Vide in *Gangia*.

¶ **GAO**, Silva densior. Vide *Gajum*.

1. **GAOLA**, [Carcer, Gall. *Geole*.] Vide *Geola*.

* 2. **GAOLA**, Locus palustris, carectis seu gladiolis abundans. Chron. Joan. Whethamst. pag. 384 : *Et quod omnimodæ concessiones . . . de aliquibus Gaolis vestris, sive de aliquo herbagio, etc.* Vide *Juncaria*.

GAPHANS, Gapans, Gapandus, voces Longobardicæ. Excerpta Pith. : *Gafandus, Hæres, in Lege Long. Gaifanda, cohæres.* Ugutio : *Gafans, Hæres.* Lex Longob. lib. 2. tit. 21. § 3. [** Rothar. 251.] : *Nulli liceat alium pro alio pro quolibet debito pignorare, excepto illo, qui Gaphans esse invenitur, id est, cohæres ejus proximior, qui ad illius hæreditatem, si casus evenerit, venturus est.* Ubi Edictum Rotharis Regis tit. 10. § 4. habet *Gafrand.* [** Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 520. voce *Fan.*] Videtur tamen hæc vox usurpata pro vade et fidejussore. Charta Friderici II. Imp. ann. 1219. pro civitate Norimbergensi apud Goldastum tom. 1. Constit. Imper. pag. 291 : *Nullus Norimbergensis sit alicujus hominis Gaphant de jure, nec unus mercator pro alio.* [Vera vocis origo *Gafreund*, Cognatus, ut Schilterus docet in *Graphans*.]

GAPO, Clavus, uncus, nostris *Crampon*. Galvaneus Flamma in Chron. majori in Ottone III : *Et dicit Chronica Datii, quod cum ad Imperatorem accederet, equum suum magnum aureis Gaponibus, et argenteis clavis ferratum super pannum aureum in domo Imperatoris collocavit.* Apud Ughell. tom. 4. pag. 137.

* **GAPRA**, Fossa, locus ubi piscari potest. Charta ann. 1301. ex Tabul. S. Petri de Regula : *Petrus de Geriaco . . . concessit . . . Gapras piscatorias propinquiores nassæ monasterii de Regula in flumine Garonæ.*

1. **GARA**, Modus agri. Charta ann. 1123. in Monastico Anglic. tom. 3. part. 2. pag. 29 : *Et in prato juxta Bereford sex acras, et duas Garas, et in prato de Atrefort sex acras et duas Garas, etc.* [Charta anni 1402. apud Thomam *Madox* Formul. Anglic. pag. 106 : *Sciatis quod . . . dederit . . . reversionem quandam peciæ pasturæ et bosci vocati Coliarcopy, et unam Garam in insula prædicta.*] Vide *Wara* et Oct. Ferrarium in *Gara*.

¶ 2. **GARA**. S. Willelmi Constitut. Hirsaug. lib. 2. cap. 9 : *Pro signo casei, utramque manum conjunge per obliquum, quasi caseum qui premit. Pro signo generali Garæ, signo casei præmisso, adde etc.* In hunc locum D. Herrgottus in veteri discipl. Monast. pag. 387. *Gara*, nescio quis cibus, qui de caseo fit, aut in quo caseus adhibetur. Idem forte qui *Flato*, qui ex caseo et pane conficiebatur; certe hujus signum immediate sequitur signum casei in Ordine MS. S. Victoris Paris. cap. 25. Hæc ille.

¶ **GARACHINX**, Donum. Vide *Garathinx*.

¶ **GARACHIUM**, Novalis ager, Provincialibus *Garach*, Gall. *Gachere, Gueret*. Libertates de Calma tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 19 : *Volo tamen quod qui debent mihi cum bobus suis servire, cum eis per tres dies in anno mihi serviant, scilicet ad movendum Garachia per unum diem, ad seminanda hiemalia per alium, et ad semina trimensalia per alium.* Rursus occurrit in Charta ann. 1403. ex Schedis Præsidis *de Mazauges* : qui probabili conjectura vocem hanc deducit a Græco χάραξ, Sulcus terræ aratro aliove instrumento excavatæ, fossa. Vide *Warectum*.

¶ **GARACIA**, pro *Garricia*, Ager incultus. Chartularium Ecclesiæ Aptensis fol. 92 : *Propterea cedo ibi ad ipsas casas Dei, id est, in ædificiis, casis una cum solterræ Garaciis, et ex eis pratis, vineis, campis, etc.* Vide *Garricæ*.

* **GARACTUM**, Ager suis frugibus vestitus, nostris *Garet*. Charta ann. 1209. ex Bibl. reg. cot. 17 : *Completis vero viginti annis continuis, tunc ipse honor ad nos libere revertatur, cum omni suo melioramento et augmento, levato tamen a vobis Garacto vel blado seminato, si ibi tunc fuerit.* Hinc *Garison*, vel *Warison*, pro ipsis agrorum fructibus, in Charta ann. 1358. ex Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 157 : *Si doit lidit censiers touz les fourrages de toutes les Warisons . . . . convertir en fiens, et yceulx mener souz les dittes terres.* Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 163. ch. 293 : *Que icellui Requin ne saroit si bien garder sa ditte Warison, que lesdittes bestes n'y allaisent; . . . mais pour esquiever à la destruction et perte d'icelle Garison, ala ledit Requin pour garder laditte Garison en certaine nuit, en laquelle ledit feu vint en la terre ou croissent lesdittes Garisons, et y cachoit pluseurs de ses bestes . . . . Ledit Requin leur vault deffendre qu'ilz ne gastassent saditte advesture et Warison.... Il print bien garde à saditte Varison.* Vide infra *Garrigua*.

¶ **GARAGANGI**, Advenæ. Vide *Warengangi*.

¶ **GARAGETHENGI**. Vide *Garathingi*.

GARALIS. Glossarium Saxonicum Ælfrici : *Acetabulum, vel* garale, i. aceti scyphus. Leo Ost. lib. 1. cap. 24 : *Scattones* 3. *Garales* 2. Cap. 28 : *Tulit in coronis ac baziis, atque hamulis, Garalibus, et cochleariis argenti simul quingentas.* Testamentum S. Everardi Comitis, apud Miræum in Codice Donat. piar. cap. 21. et Lucam Acherium tom. 12. Spicilegii : *Vas ad bibendum marmoreum unum cum argento et auro paratum, Garalem argenteum* 1. *cyphum argenteum* 1. *pallia duo, Garales argenteos cum cochleariis duos.* Occurrit ibidem semel ac iterum.

¶ **GARAMIA**. Privilegium Johannis de Castellione Comitis Blesensis ann. 1265. ex Chartulario Abbatiæ S. Johan. Carnut. : *Nec licebit dicte Comitisse... cloacam vel aliquid indecens habere, nec in ipsis fossatis Garamian vel edificium facere.* Puto legendum *Garannam*, de qua mox.

¶ **GARANCIA**, ut mox *Garantia*, Rubia. Statutum Comitatus Fuxi Carcassonæ actum ann. 1332. apud *de Lauriere* tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 90 : *Inhibitum fuerat, quod grana, gauda, gayda, Garanciæ tinctæ, necnon pastellum... nullatenus extraherentur.* Alium locum vide in *Gaidia*.

GARANDIA, [Auctoritas, cautio, defensio, Gall. *Garantie*. Charta Johannis Abbatis S. Genovefæ ann. 1202. ex Tabulario S. Germani Paris. : *Præfatæ Ecclesiæ vendidit, et de quittatione, eleemosina et venditione plenam Garandiam fide interposita se portaturum promisit.* Charta Adami Porci ann. 1197. e Chartulario Montis Martyrum : *Garandiam ferre craantaverunt.*

Digitized by Google

Charta Curiæ Archidiaconi Remensis ann. 1252. ex Tabulario S. Nicasii Rem. : *Pro Garandia ferenda dedit in contravadium et assignavit dictam Ecclesiam ad omnia bona sua.* Charta Officialium Remens. ann. 1257. ex eod. Tabular. : *Pro legitima Garandia ferenda dedit in contravadium et assignavit eidem Ecclesiæ omnia bona sua.* Similia prorsus habentur in aliis ejusdem Tabularii Chartis ann. 1250. 1252. 1259. etc. Adde Lobinelli Glossar. tom. 3. Hist. Paris.] Vide [*Garantia* 2. et] *Warantus.*

¶ GARANDIARE, Cavere, spondere, præstare, defendere, auctorem esse, Gall. *Garantir.* Charta Gaufridi Episc. Meld. ex Tabulario Sangerman. : *Ratam habendum et Garandiandam promiserunt.*

¶ GARANDIRE, Ead. notione. Charta ann. 1259. e Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 99 : *Si contigerit dictos Religiosos ab aliquo seu aliquibus molestari in aliquo foro... ego et hæredes mei tenemur ipsos servare indemnes et contra omnes Garandire.* Charta Curiæ Noviom. ann. 1270 : *Premissa vendita idem Petrus eidem Ecclesiæ Garandire tenetur.*

¶ GARANDISARE, ut *Garandiare.* Charta Hugonis Militis Dom. de Rumignia ann. 1259. e Tabulario S. Nicasii Rem. : *Eo quod non Garandisabam dictam Ecclesiam contra fratrem meum.* Charta Curiæ Noviom. ann. 1273 : *Illud Garandisabunt et deffendent dictis Abbati et Conventui contra omnes.* Charta Curiæ Suession. ann. 1267 : *Voluerunt se cogi et heredes suos quoscumque, quoties eidem Ecclesiæ necesse fuerit, ad faciendum et implendum et Garantizandum pactiones predictas.*

¶ GARANDISIA, Tuitio, protectio. Chartularium Montisfortis apud D. *Brussel* de Feudorum usu tom. 2. pag. 856 : *Johannes de Montepinçon assecuravit domum suam de Esglencort, cum magno auxilio et parvo, et Comes debet ei custodire terram suam de Eglencort. Dominus Hugo de Mesalant assecuravit domum suam de Villers, et in Garandisia domini Comitis et garda ipse et terra sua.*

¶ GARANDIZATOR, Qui alteri tenetur ad evictionem, auctor, assertor. Charta anni 1219. e Chartulario S. Martini Pontisar. : *Theobaldus de Genciaco Miles fecit se Garandizatorem pro se et suis participibus in conventionibus cum Abbate S. Martini Pontigar.*

¶ GARANDUS, Gall. *Garant*, Ead. notione. Edictum Philippi VI. Fr. Regis ann. 1344 : *Ad suum Garandum, quem nominabat, faciendum adjornari.* Charta ann. 1399. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 755 : *Præfatus defensor petens dilationem suos Garandos adducendi et summandi.* Regest. Parlamenti ann. 1404. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 342 : *Ad quos quidem dies suos Garandos... tenebitur adjornari facere.* Frequenter occurrit in Tabulario S. Vedasti Atrebat. et in Edicto ann. 1363. tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 652. Vide *Warantus.*

* GARANDIZATIO, Auctoritas, cautio. Charta ann. 1256. ex Chartul. Maurign. : *Et de dicta Garandizatione dictis abbati et conventui a dicto milite facienda, vel de dicta pœna centum librarum dictis abbati et conventui reddenda, si dictus miles in dicta Garandizatione facienda defecerit.* Vide *Garandia.*

GARANEUS, Color in equis, qui ad rubiam accedit, cujusmodi est cervorum : *Couleur de cerf, garancé.* Ugutio : *Equus cervinus, qui vulgo Garaneus dicitur.* Vide *Waranio.*

* Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 48 : *Une cote simple à femme de couleur, appellée Garancie.*

¶ GARANNA, Vivarium cuniculorum vel leporum etc. Gall. *Garenne.* Diploma Philippi Franc. Regis ann. 1277 : *Item quod dictus Vicecomes per violentiam in terra... ipsorum Monachorum... nititur facere et facit Garannam, et fecit clamare in foro... ne quis dictam Garannam intraret, seu caperet cuniculos.* Charta anni 1210. in Tabulario Calensi pag. 130 : *Infra vero ambitum domus... non erit Garanna... quod si in Garanna inventus fuerit canis consuetus facere dampnum ibi post defensionem meam, vel mei servientis, ductor canis reddet quinque solidos pro emenda.* Occurrit alibi non semel. Vide *Warenna.*

¶ GARANNIA, Eadem notione. Codex Legum Norman. cap. 8. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. : *Ad bosci etiam forisfactum, Garannie, vel aquarum, defensarum, vel costume, etc.*

* GARANNO, *Garannæ* custos, nostris *Garannier* vel *Garennier.* Chartul. Celsinian. ch. 475 : *Dono . . . . tres mansos in Boisoilo, quos tenent Garannones.*

¶ GARANTANDIRE, pro *Garandiare*, in Charta anni 1219. ex Chartulario B. M. Magdalenæ Castrodunensis fol. 8.

¶ GARANTARE, Eadem significatione. Charta ann. 1086. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 216 : *Pepigit etiam quod hoc contra Harscodium Vicecomitem Garantaret.*

¶ GARANTHINX, Donum. Vide *Garanthinx.*

1. GARANTIA, Rubia, ἐρυθρόδανον, Gall. *Garance.* Glossarium vetus : *Sandix, herba tincturæ, quam vulgus Varantiam vocat.* Sunt, qui scribunt *Varantiam* corrupte dici, pro verantia, *quia verantiæ color verans* est, sive *verus*, hoc est, vere ruber et coccineus : *verare* enim est ἀληθεύειν. Charta Dagoberti Regis, apud Doubletum pag. 656 : *Qui veniunt de ultra mare pro vino, melle, vel Garantia emendum.* Alia Childeberti Regis apud eumdem pag. 688 : *Et quidquid fiscus noster tam de Garancia, quam de merceria ibidem obtinuit. Teloneum Garantiæ*, apud Sugerium lib. de Administr. sua cap. 1. Teloneum S. Audomari in Tabulario S. Bertini : *Carruca de wede* 2. *den. Carruca de Waranche* 2. *den.*

WARENTIA, in Capitulari de Villis cap. 43. Vide Salmasium ad Hist. Aug. pag. 169. 170. et ad Solin. pag. 1152.

* *Galance*, in Ch. Guill. episc. Lingon. ann. 1358. inter Ordinat. reg. Franc. tom. 3. pag. 657. art. 14.

¶ 2. GARANTIA, ut *Garandia*, Cautio, auctoritas, Gall. *Garantie.* Charta Willelmi Archiep. Rem. ann. 1183. de Commutatione : *Quod si forte adversus Rainaldum aliqua insurrexerit calumnia, Ecclesia S. Remigii in nostra curia Garantiam portabit... si adversus Ecclesiam inde aliqua calumnie molestia emerserit Rainaldus Ecclesie Garantiam portabit.* Hoc est auctorem se profitebitur et de evictione cavebit. Charta ann. 1204. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 78 : *Ego Guillelmus de Firmitate... fidem interposui me servaturum hoc in perpetuum et Garantiam laturum.* Vide *Warantus.*

¶ GARANTIARE, ut *Garandiare*, Gall. *Garantir*, in Charta fundationis Marciliaci prope Avalonem, inter Instrum. tom. 4. Gall. Chr. col. 101. Vide *Garantire.*

¶ GARANTIFICATIO, ut *Garantia.* Decretum S. Ludovici ann. 1234. apud *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 55. et Marten. tom. 1. Anecd. col. 984 : *Si aliqua vadia penes ipsos inventa fuerint, de quibus bonam Garantificationem non habuerint, catalum suum amittent.*

¶ GARANTINX, Donum. Vide *Garathinx.*

¶ GARANTIRE, ut *Garandiare*, Gall. *Garantir.* Auctorem se profiteri, cavere de evictione. Charta ann. 1214. apud Lobinell. tom. 3. Histor. Paris. pag. 79 : *Hanc autem eleemosinam... fide interposita, se in perpetuum Garantire promisit.* Vide *Garantia.*

¶ GARANTISARE, Eadem notione, in Charta Capituli Bellovacensis ann. 1292.

¶ GARANTISATIO, ut *Garantia*, in Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 257.

¶ GARANTISSARE, GARANTISSATIO, in Charta ann. 1232. ex Archivo B. M. de Bononuncio Rotomag.

¶ GARANTITIUS CONTRACTUS, quo quis spondet se aliquid *garantisaturum*, apud Rymerum tom. 13. pag. 83. Vide *Garenticius.*

¶ GARANTITOR, Auctor, assertor, qui cavet de evictione, in Chartulario Meld. fol. 69.

¶ GARANTIZARE, in Chartis ann. 1222. et 1233. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 44. et 45. in alia Bertini de Ponte ann. 1244. et in Chartulario S. Vincentii Cenoman. fol. 109.

¶ GARANTIZATOR, ut *Garantitor. Plegius et Garantizator*, in Tabulario nostro Sangermau. *Confirmator, et Garantizator*, Hist. Harcur. tom. 4. pag. 2173.

¶ GARANTUS, Eadem notione, Gall. *Garant*, in libro Scacarii ann. 1213. et 1215. apud D. *Brussel* tom. 2. de Usu feudorum pag. 932. et alibi. Vide *Garandus* in *Garandia.*

* GARANTUS, Qui sub alterius *garantia* seu tutela est. Scacar. Paschæ apud Fales. ann. 1211. ex Cod. reg. 4651 : *Judicatum est quod avia moriente post ultimum Augustum, nepos ejus infra ætatem, qui in vita aviæ Garantus erat, saisinam dotis habebit donec erit infra ætatem; et post faciet quod debebit.* Alia notione, vide in *Garantire.*

* Apud Monstrel. vol. 3. fol. 43. v°. *Se mettre à garand* est Sibi consulere : *Messire Jean bastard de Renty . . . . laissa cheoir la baniere du Duc, qu'il portoit; et se meit à Garand tout le plustost qu'il peut. Aller à garant*, eodem sensu, in Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 183 : *En diverses parties fuioient, li un aloient à Garant ès viles et ès repoustailles des bois.*

* GARARE, pro *Garantire*, ut videtur.

Digitized by Google

Libert. Vernol. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 642. art. 45 : *Si burgensis clamitat ad prælatum de debito, quod debeat extraneus, et cognoscatur, Garetur debitum burgensi, etc.*

GARARIUS, Officium monasticum. Adalardus in Statutis antiquis Monasterii Corbeiensis lib. 1. cap. 1 : *Ad cellarium et dispensam portarii duo : ad domum infirmorum, unus, Gararii duo ad lignarium, in pistrino unus.* Custodes forte, nam *Garir*, et *Garer*, pro *Custodire* dicebant nostri.

☞ Acherius tom. 4. Spicil. pag. 2. eos appellat *Gruriers*, qui nemoribus secandis præerant : potius ipsos sectores intelligo, et lignorum fascium confectores; olim enim nostri *Garras* vocabant lignorum et virgultorum fasces. Vetus Poëta MS. e Bibl. Coislin. :

Un jor estoit Travers alez
Au boschet iluques delez,
Pour faire amener des Garras.

Pro quo, si bene interpretor, infra :

Seignor fist ele il est el bos
Por faire amener des Fagos.

GARATHINGI, vox Longobardica, cujus notio habetur in Lege Longob. lib. 1. tit. 7. § 15. [** Rothar. 74.] : *Tunc ille, qui plagaverit eum, componat qualiter in Gargathingi, id est, secundum qualitatem personæ.* § seq. scribitur *Garathingi, id est, secuudum qualitatem personæ;* ut et tit. 9. § 3. [** Rothar. 14 :] [*Si ingenuus fuerit* (occisus,) *qualiter in Garathingi* (componitur,) *ipsum homicidium componat*, (homicida.)] ubi Editio Heroldi tit. 5. § 2. tit. 30. §. 9. habet *in angar a thungi;* [Muratorii tom. 1.part. 2. pag. 19. col. 1. *Gargahangi* in textu; in notis vero, *in angar gathingi*, ex MS. Estensi : *in agargathung*, ex Mutinensi. Schilterus autem in Glossario Teutonico pag. 223 : *Garagethingi, Gargethungi* et *Garthingi* : quæ verba exponit per *judicium seu placitum ordinarium, solenne, principale, paratum ipso jure*, a vocibus *Gara*, Paratus, et *Thing*, Judicium. Hæc notio apprime convenit loco tituli 9. postremum relato.] [** Glossar. Longab. in Cod. Vaticano : *Ingargathugi, secundum arbitrium regis, sicut appretiatus fuerit juxta qualitatem personæ.*]

GARATHINX, vox perinde Longobardica. Papias : *Garathinx, donum.* Editus perperam præfert *Garethinis*, ut alius MS. *Garechinis.* Gloss. vett. : *Garathinx, donatio universitatis.* Aliæ : *Garathinx fecerit, id est, donatum quid fecerit extra hostem.* Ex voce *thing*, donum, munus, et German. *gar*, prorsus, omnino. Lex Longob. lib. 2. tit. 1. § 8. [** Rothar. 223.] : *Si quis ancillam suam propriam matrimoniare voluerit sibi ad uxorem, sit ei licentia, tamen debeat eam liberam thingare, et sic facere liberam, quod est Widerboram, et legitimam per Garathinx, id est, per libertatis donationem, vel per gratuitam donationem, id est, morgengab, etc.* Boerius ad d. § : *Nota, quid sit guiderbora, quæ est res libera, et Garathinx, id est, legitima.* Tit. 14. § 1 : *Per Garathinx, id est, donationem.* Tit. 35. § 6. [** Liutpr. 54. (6, 1.)] : *Charta donationis per Garathinx facta.* Adde tit. 14. § 11. tit. 15. § 1. 3. tit. 34. § 1. [** Rothar. 167. 172. 174. 225.] Editio Heroldi tit. 60. § 2. tit. 62. § 4. tit. 89. § 2. tit. 91. § 1. *Gairethinx* semper præfert. [Apud Muratorium tom. 1. part. 2. pag. 34. 47. 61. legitur *Garantinx, Garanthinx*, et *Garanchinx.*] [** Glossar. Longab. in cod. Vat.: *Gairethix, obligatio;* in cod. Cavens. : *Gairethix, qui recipit donum.*]

¶ **GARATUS**, pro *Garottus :* quod vide. Computum anni 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 326. col. 2 : *Item sunt in castro duo millia carellorum ad unum et ad duos pedes pro* XV. *sol. gross. Item de carellis, qui dicuntur Garati,* XII. *carellos, qui computantur in dictis quindecim solidis.*

* **GARAVELLA**, Glarea, arena. Stat. Astæ collat. 11. cap. 61. pag. 32 : *Si quis de cetero vetaverit alicui capere nasonas, vel Garavellum, vel sablonum, etc.* Vide *Gravella.*

¶ **GARAYTUM**, Terra novalis, quæ alternis annis quiescit, Gall. *Gueret.* Pluries occurrit in Instrumentis Piperaci. Sic etiam vocant Forisienses rusticl arabilem terram ampliorem. Charta Domini Luyriaci in Foresio ann. 1417 : *Quemdam Garaytum terræ vocatam Cortalii.* Vide *Garachium* et *Warectum.*

GARBA, Spicarum manipulus, Gallis *Jarbe, Gerbe*, Picardis, *Garbe :* Occitanis, *Garbo.* Matthæus Westmonaster. pag. 166 : *Posito ad caput ejus frumenti manipulo, quem patria lingua Seaf dicimus, Gallice vero Garbam.* [Charta Blanchæ Comitissæ Trecensis ann. 1212. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 829 : *Concessimus etiam nos Comitissa, et Abbas B. Mariæ, Silvæ majoris hominibus jam dictæ villæ totam terram suam ad terragium quartæ decimæ, Garbæ, etc. Manipulus seu Garba*, in Chartulario S. Vaudregisili tom. 2. pag. 1813.] Vita Balduini Lutzemburg. Archiep. Trevir. lib. 2. in prologo : *Quia secundum Gregorium, si non possum Garbam integram ad horreum importare, non debeo tamen vacuus remeare.* S. Althelmus de Laude Virgin. pag. 802 :

Sic demum decies metens ex æquore Garbas,
Ternas accipiet, qui vincla jugalia nectit.

Vide Ordericum Vitalem lib. 5. pag. 585. etc.

¶ **GARBA DECIMÆ**, Pars decimæ. Charta Caroli Boni Flandriæ Comitis ann. 1119. apud Miræum tom. 1. pag. 680 : *Abbati et Monachis ad locum Aldenburgensem condonavi duas partes decimæ, id est, duas Garbas totius solitudinis seu deserti.* Charta Balduini Comitis Gisnensis ann. 1180. ibid. pag. 714 : *Clemens de Ardea dedit Deo... tertiam partem decimæ, quæ dicitur tertia Garba.* Chartularium SS. Trinit. Cadom. fol. 2 : *Annuente domino meo Rege emi. . . duas Garbas Decimæ quam habebat in eadem villa.* Ibid. fol. 21 : *In Vallibus habemus Ecclesiam ejusdem villæ et duas Garbas Decimæ, et de tertia dat Clericus* XX. *sol. per annum.* Charta ann. 1261. ex Archivo B. M. de Bono-Nuncio Rotomag. : *Possideant... totam decimam scilicet duas Garbas et tertiam de omnibus terris, etc. et etiam totam decimam Garbam de duabus Garbis ad feodum suum pertinentibus.* Duæ *Garbæ Decimæ* rursus memorantur in Charta R. Rotomag. Archiepiscopi ex eodem Archivo, in nova Gall. Christ. tom. 3. col. 522. in Archivo Montis S. Michaelis, etc.

* Charta ann. 1407. ex Chartul. 23. Corb. : *Les deux Garbes que lesdits religieux prendent en le disme.*

* **GARBA DILLIGATA**, vel cujus vinculum rumpebatur, ad majores seu præpositos ecclesiarum sæpe pertinebat. Charta ann. 1239. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 144. r°. col. 2 : *Recognovit . . . . vendidisse bene et legitime Compendiensi ecclesiæ . . . . Garbas dilligatas et omne jus, quod habebat . . . in grangia ecclesiæ prænominatæ.* Alia ann. 1255. in 1. Lib. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 8. v° : *Cum controversia verteretur inter decanum et capitulum S. Wulfranni de Abbatisvilla ex una parte, et Renoldum præpositum de Rienviler ex altera, super homagio et servicio et pluribus aliis rebus, quas ipse Renoldus ad feodum suum pertinere dicebat, ... compositum est in hunc modum, quod dictus Renoldus homo ligius remanebit ecclesiæ et serviens liber, ... et nichil habebit de pastu quem reclamabat, nec de Garbis, unde rumpebantur vincula, vel quæ erant resolutæ.* Vide infra in *Groinum.*

* **GARBA DE PASTU**, id est, vice pastus, vel Pastus ob *garbas* ad horreum adductas; quod *carionis* officium erat. Charta ann. 1248. in Chartul. 21. Corb. fol. 110 : *Et si tenoit le carion, c'est-à-dire le dime de le dime, et il le doit acarier, et doit avoir le jour qu'il carie une Garbe de past.* Vide *Cario.*

* **GARBA**, Præstatio *garbarum*, idem quod *Garbagium.* Lit. ann. 1186. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 77. art. 31 : *Nullus hominum Boscom. habentium domum . . . . justiciabit se pro abbate S. Benedicti, vel pro ejus serviente; nisi pro Garba vel pro censu suo forefaceret.* Vide mox *Garbale.*

GARBA. Fleta lib. 2. cap. 12. quod inscribitur *de ponderibus et mensuris*, § 5 : *Centena vero ferri ex quinquies viginti petiis : Garba vero aceris fit ex* 30. *peciis.* Quo loco garba pro manipulo videtur usurpari. [*Garba ferri et aceir*, in Privilegio Leduini Abb. S. Vedasti Atreb. ann. 1036. ex Chartulario V. ejusdem loci.] In Statutis secundis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 27. § 4. *Garba sagittarum* dicitur constare 24. sagittis. [*Vicecomes Gloucestriæ provideat infra ballivam suam de mille Garbis sagittarum, etc.* apud Rymerum tom. 5. pag. 245. Pluries occurrit ibidem.] Vide Skenæum de Verbor. significat.

* Leudæ minor. Carcass. Mss : *Item de homine onerato circulorum semalium, unam Garbam . . . . Item de saumata cardonum, unam Garbam. Gerbe*, eadem notione, nostris. Pedag. Divion. 14. sæc. : *La charretée d'oignons en Gerbe, paiera chascune charretée une Gerbe de paaige.*

GARBAGIUM, GERBAGIUM, Præstatio garbarum. Charta fundationis Abbatiæ Bellælandensis ann. 1154. apud Columbum : *Et decimam Garbagii, omnium denariorum, etc.* Alia ann. 1218. in Hist. Monmorenciac. : *Posui messores de novo et levavi Garbagium per vim.* Liber Chirographorum Absiæ fol. 138 : *Et Gerbagium suum pro* 12. *nummis sibi circa festum B.*

Digitized by Google

Michaelis reddendis dimisit. [Chartularium SS. Trinit. Cadom. fol. 83 : *Omnes supradicti veniunt ad precarias.... reddunt* xx. *garbas frumenti, et* xx. *ordei, et* xx. *avenæ de Garbagio.*] *Garbage*, in Consuetudine Hannoniensi cap. 87. Regestum censuum Comitat. Bigorræ ex Camera Comput. Paris. fol. 31 : *Le Gerbadge dels ports, es del Segnor de Lorde. Garba vel census*, in Consuetudine Lorriacensi apud Gallandum de Franco allodio pag. 377. *Garbas et fœnum solvere*, apud Will. Thorn pag. 1884. *Præstatio Garbarum*, pag. 1922. *Garbæ decimales*, in Provinciali Eccl. Cantuariensis lib. 3. tit. 16. quæ pro decima Ecclesiastica assignatæ sunt. Leges Edwardi Confess. cap. 8 : *De omni annona Decima Garba Deo debita est.*

GERBERIA, GERBARIA, Idem quod *Garbagium*, Charta Gerardi Comitis Matiscon. ann. 1180. in Bibl. Cluniac. et Sebusiana cent. 1. cap. 72 : *Dictum est, quod Comes in villa de Domenge et de Iggi habeat Gerberiam, videlicet in fossore unam Gerbam, et in aratore duas.* Arestum mens. Febr. ann. 1277. in Tabular. Cluniacensi Thuano : *Et quod nos in dictis locis habebamus Gerbariam, quæ est in castellania recognitio justitiæ : visis attestationibus, pronuntiatum fuit per Curiæ nostræ judicium, justitiam prædictarum villarum et hominum ad ipsos Abbatem et conventum pertinere.*

¶ GERBERIUM, Gerbarum acervus, vel tectum sub quod messes subjiciuntur. Gall. *Grange.* Charta Libertatum ann. 1291. tom. 1. Histor. Dalphin. pag. 28 : *Quicumque infra terminos franchesiæ in domo, Gerberio, aut fœno incendium fecerit, in nostro arbitrio est.*

¶ GARBAIRONUS, Provincialibus *Garbairon*, Cumulus Garbarum. Instrum. anni 1330. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Solvant tertiam decimam garbarum.... divisio fiat per molonos seu Garbaironos.* Statutum Massil. incerti anni : *Apponentes in eisdem areis blada sive Garbas, teneatur facere Garbaironum.* Vide *Garbera.*

* GARBALÆ, Præstatio *gurbarum*, idem quod *Gerberia.* Charta Inger. de Marign. pro fundat. canon. in eccl. Escoiar. ann. 1310. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 64 : *Præmissis Garbulibus, grossis decimis, fumerum luminari, mediaque parte lanarum exceptis.* Vide in *Garba.*

* GARBEIARE, In manipulos alligare, in fasces struere, Hispan. *Garbear*, Provinc. *Garbejar*, nostris *Engerber.* Stat. Balneoli Mss. ann. 1344 : *Item quod nulla persona, cujuscumque conditionis existat, sit ausa palare per itinera trossas feni, nec Garbeiare de nocte.* Charta notar. *d'Aubagne* ex schedis Pr. a S. Vincentio : *Fuit de pacto quod dictus ..... debeat se juvare a Garbejar. Garber* vero, ut et Hispan. *Garbear*, pro Manipulos spicarum auferre, furari, in Lit. remiss. ann. 1380. ex Reg. 117. Chartoph. reg. ch. 105 : *Comme Jehan Raoul fust souspeçonné d'avoir emblé plusieurs biens, ... et aussi de avoir Garbé plusieurs fois en Aoust en la jurisdiction du chapitre de Thereuenne, etc.*

* Hinc etiam apud Divionenses *Prangerbero* nuncupatur, Instrumentum rusticum, quo apprehenduntur *gerbæ.* Lit. remiss. ann. 1425. in Reg. 173. ch. 308 : *Un baston ferré aux deux bouts, appellé un Prangerbero, à porter gerbes à dismeurs.*

¶ GARBELARIA, f. Culcita straminea, Gall. *Paillasse*, sic dicta a voce *Garba.* Constructio castri Saphet apud Baluzium tom. 6. Miscell. pag. 358 : *Sed non habuerunt ubi caput reclinarent nisi Garbelarias quas portant servientes fratrum, ubi faciunt lectos dominorum suorum* (Templariorum.)

GARBELLARE, ex Italico *Garbellare*, [Cribro succernere, purgare.] Statuta MSS. urbis Massiliensis ann. 1269 : *Ordinamus et statuimus, quod amodo quæcumque grana cujuscumque terræ fuerit vel de Romania, vel de Provincia, Narbonesio, sive de Cathalonia, vel Hispania.... quæ vendetur et emetur deinceps a quocumque in civitate Massiliæ, seu ejus districtu, debeat Garbellari illis duabus Garbellis ad id specialiter constitutis, vel faciendis : qui autem aliter fecerit, puniatur, etc..... et hoc quidem intelligimus de grana assaonada, quæ emetur pro pannis tingendis... et taliter Garbellabunt, et tali modo granam, quod folium et frusta, lapides et pulvis ejiciantur.* [Nostri Pharmacopolæ *Grabeaux* vocant particulas aromatum a ceteris pro vilitate separandas.]

GARBERA, Congeries garbarum, *Jarbiere.* Petrus Rex Aragonum in Constitut. Cataloniæ MSS. ann. 1200 : *Addit etiam et firmiter mandavit, quod nullus esset ausus mittere ignem, vel supponere in messem, neque in congerie frugum, quod vulgo dicitur Modolon, sive Garbera.*

GARBERINA, *Area*, in Gloss. Isidori et Pithœi : ubi forte *garbæ* triturantur, nam et *Garbo* Patavini aream, in qua manipuli spicarum, seu *garbæ*, teruntur, appellant. Statuta Patavina tit. 41. § 80 : *Nisi emat de novo unum Garbum, vel unam domum.* Et infra : *Ædificet in eo Garbo, vel domo.*

☞ In Glossis tum Isidori tum Pithœi, quas consulere licuit, *Gaberina* legimus, non *Garberina*, et *Arca*, non *Area* nisi in Pithœanis tantum. Est autem *Gaberina*, ut supra dictum est, Arca qua mortuorum corpora conduntur. Vide *Gabbara.*

* GARBERIUS, Congeries *garbarum.* Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 250 : *Et quodlibet aliud genus clausurarum ad claudendum ortos, prata, blada, fenerios, palherios, Garberios, et alia.* Vide infra *Gerberius.*

* GARBINA, f. Radicis aromaticæ species. Stat. Astæ ubi de Intrat. portar. : *Garbina ponatur et solvat pro qualibet rubo libras xx.* Vide supra *Galleta.*

* GARBINUM, Mensuræ species. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 230. ex Cod. reg. 4622. A : *Si quis molendinarius .... juratus fuerit granum vel farinam usque ad unum Garbinum et ultra, solvat bampuum solidorum xx.*

1. GARBINUS, Ventus Africus, Libs, *Sudouest*, Italis *Garbino*, Raimundo Montanerio in Chronico Aragon. cap. 140. *Garbi;* apud Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 25. Joinvilla in S. Ludovico : *Par ung vent, qu'on appelle Garbum, qui n'est pas des quatre mestres vens regnans en mer.* De vocis etymo vide Menagium in Guiginib. Italic. pag. 431. 1082. [in Gall. v. *Garbin.*] et Oct. Ferrarium.

* 2. GARBINUS, Manipulus, fasciculus. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 172. ex Cod. reg. 4624 : *Quod aliqui pegolori ..... non debeant . . . ire hostiatim per locum Avillanæ .... ad vendendum mercerias, .. portando sarculos vel Garbinos per villagia, prout aliqui facere atremptant in præjudicium fori seu mercati.* Vide supra in *Garba.*

* GARBOLA, Instrumentum molendini. Stat. Montis-reg. pag. 273 : *Molendinarii teneantur et debeant ita facere aptare et tenere Garbolas ad valambrum circa molas, quod ex omni parte Garbola non distet a mola superiori ultra unum digitum pollicis, etc.* *Garbouteau*, f. pro *Barbouteau*; nam, ut supra monuimus, *g* pro *b* interdum adhibetur, Pisciculi species, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 57 : *Ilz leverent pluseurs nasses, ou ilz trouverent barbillons et Garbouteaulx, qui povoient bien valoir six blans.*

GARBUM. Vide *Garberina.*

GARCAGIUM. Charta ann. 1309. in 9. Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. ex Tabulario Regio Ch. 27 : *C'est asavoir en complans, en Garcuges, en gardes, en reoeps, en rentes, en terrages, etc.* Occurrunt eadem verba infra.

GARCETA, Fori editi per Jacobum Regem Aragon. Cæsaraugustæ ann. 1301 : *Pro eo, quod Saraceni in Regno Aragonum et Ripacurcia non incedunt signati, et vadunt ad modum Christianorum,... statuit Dom. Rex, quod omnes Saraceni.. incedant sine Garceta, circuncissis capillis circuncisura rotunda, ut pro Saracenis cognoscantur, etc.* Ita etiamnum *Garsettes* dicimus capillos in frontem propendentes.

¶ GARCIA. Vide *Garcio.*

¶ GARCIANUS, ut *Garcio.* Vide *Papas.*

¶ GARCIFER. Vide in *Garcio.*

GARCINÆ, Impedimenta castrorum, *le Bagage d'armée*, a *Garcionibus* forte seu militum famulis. Thomas Walsinghamus in Ricardo II. pag. 242 : *Cum certam nostri elegissent stationem.... cariagium quoque (quod Garcinas appellamus) a tergo locassent.* [Regest. Comput. Dalphin. tit. Graisived. ann. 1348. fol. 18 : *Item pro expensis equorum D. Joannis de Gayo Militis Commissarii ad visitandum castra esponderia... 2. Garcinas.* Haud scio an hic sit species mensuræ.]

GARCIO. Ugutio et Will. Brito in Vocab. : *Lixa, mercenarius, Garcio qui sequitur curiam, et portat aquam in castris exercitus.* Joan. de Janua : *Papas, Garcio, qui circa culinas popando incedit.* Vide *Warcinus.*

GARCIONES pro famulis, maxime iis, qui castra sequuntur. Ingulfus pag. 886 : *Habentque Clericum seu Garcionem suo servitio semper attendentes.* Richerius Monachus in Chronico cap. 76 : *Volebat enim Rex ut semper secum in mensa esset, in hoc tantum Garcione contentus, qui ei pallium suum ad curiam deferebat.* Willelm. Brito lib. 10 :

Hunc præcedebat cum parma Garcio, sub qua etc.

Et lib. 11 :

Affuit e famulis Electi Garcio quidam, etc.

Adde S. Bernardum de vita et moribus

Digitized by Google

Religiosor. cap. 10. Lambertum Ardensem pag. 119. 250. Joan. Sarisber. lib. 4. Policrat. cap. 12. Matth. Paris pag. 145. Albertum Argentin. pag. 136. Nangium in S. Ludov. pag. 366. 375. 381. 388. etc. Le Roman *d'Auberi* MS. :

Mais n'i vint mie en guise de Garson,
Ains fu armés en guise de Baron.

Guill. *Guiart* ann. 1207 :

Et cil d'armes és chevaus saillent,
Li Garçon les lances leur baillent.

Idem ann. 1213 :

Houliers, et ribaus, et Garçons:

Et ann. 1304 :

Garçons ne sont en trop grand paine,
De pourchacier fain et avaine.

[Le Roman *d'Athis* MS. :

Ne furent pas ce jour Garçon,
Car vuidier firent maint arçon.]

* Charta ann. 1170. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 110. r° col. 2 : *Si autem . . . . aliquem, qui in comitatu abbatis ad aliquam prædictarum villarum eat, vel ex parte abbatis forte illuc missus sit, vel ibi maneat, nisi sit scutifer vel Garcio, percusserint; ita quod sanguis, vel tumor, vel livor, vel aliqua scissura vestium manifeste appareat, stabunt judicio Compendiensis capituli; scutiferis vero vel Garcionibus de injuriis sibi illatis apud Estrahun in domo ecclesiæ fiet justitia.*

* Garcio, Qui artifici operam suam locat, *Garçon*, eodem sensu, dicimus. Gualt. Hemingford. de Gest. Eduardi I. reg. Angl. ad ann. 1289. pag. 18 : *Ascendit plumbarius ecclesiam cum duobus Garcionibus suis, ut foramina plumbi veteris de novo stagno consolidaret, etc.*

Garciones, Ganeones, nebulones, homines nihili, cujusmodi sunt calones, qui sequuntur castra, quos vulgo *Mauvais Garçons* appellamus. Ordericus Vitalis lib. 13. pag. 904 : *Et multos nebulones, indomitosque Garciones ad strages hominum et latrocinia quotidie peragenda sibi adsciscebat.* Vita sancti Theodardi Archiep. Narbon. : *Propter nimiam Garsionum vexationem, qua jugiter prædicti Episcopatus territoria devastabantur, venire distulit.* Matth. Paris ann. 1146 : *In contemptum dicti Richardi* (Regis Angliæ) *quem Garcionem esse asserebant, etc.* An. 1256 : *Viles personas, quas Garciones vocant.* Innocentius III. PP. in Epist. ad Marchionem Monferratensem, in ejusdem PP. Gestis pag. 95 : *Virgines Deoque dicatas exposuerunt spurcitiei Garcionum.* Chronicon Montis Sereni pag. 190 : *Ita verbis in audientia totius Cleri et populi in eundem invectus est, ut Garçonem, et sicut plerique se audivisse fatebantur, Lecatorem publice appellaret.* Adde Decretales Gregorii lib. 3. tit. 29. cap. 11. Robertum de Monte in Chron. ann. 1163. Lambertum Ardensem pag. 162. 164. etc. Froissartes 2. vol. cap. 77 : *Et lui dit, Baille-moi celle espée. Non ferai, dit l'Escuier, c'est l'espée du Roy, tu ne vaus pas que tu l'ayes, car tu n'es qu'un Garson.* [** Vide Haltaus. Glossar. German. col. 1704. voce *Spiel-leute.*]

* Meretricum sectatores, nostris *Garçons*, eadem acceptione, unde *Garçonner, Garçoniser*, et *Agarçonner*, Aliquem eo significatu *Garcionem* dicere, appellare. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 198 : *Dictus Johannes dixit ipsi Richardo, quod erat pravus Garcio, Galliee, mauvais garnemens.* Aliæ ann. 1376. in Reg. 110. ch. 182 : *Et avec ce lui dist plusieurs injures et villenies, en l'appellant Garçon.* Aliæ ann. 1358. in Reg. 87. ch. 43 : *Pour ce, sanz autre cause, ledit Jehan desmenti et Garçonna plusieurs fois ledit Alcaume.* Rursum aliæ ann. 1396. in Reg. 150. ch. 252 : *Icellui Estienne s'en ala en usant de haultaines et injurieuses paroles, et en Garçonisant et villenant lesdiz Magoz et leurs amis, et disant qu'il n'estoient que merdailles et Garçonnailles. Et pour ce, ledit Jehan Magot . . . . dist audit Estienne qu'il avoit tort de les ainsi Agarçonner sans cause.* Denique aliæ ann. 1416. in Reg. 169. ch. 366 : *Je ne suis point Garson et vous me Garsonnez, ... vous ne me Garsonnerez plus : car ma femme est trespassée. Garchonnier*, eadem notione, in Bestiar. Ms. :

Si vilains et si Garchonnier,
Si mauvais et si pautonnier.

Varie porro hæc vox scripta reperitur :

Gargio, apud Sugerium Epist. 47. Gualterum in Vita S. Caroli Comitis Flandriæ n. 56. Theobaldum in Vita S. Guillelmi Eremitæ n. 25. Matth. Westmonast. ann. 1260. Rigordum pag. 63. Nangium in S. Ludovico pag. 338. in Philippo III. pag. 547. Albertum Argentin. pag. 103. Gaufridum de Bello loco de Vita et Conversat. S. Ludov. cap. 7. in Concilio Londoniensi ann. 1321. cap. 8. in Statut. antiq. Cartusiens. 2. part. cap. 6. § 43. cap. 30. § 32. et alibi passim.

¶ Garcio de Camera, in Testamento Rotherami Eborac. Episc. ann. 1498. ex Libro nigro Scaccarii pag. 679.

Garzio, in Chron. Reichersperg. ann. 1105. et apud Gerhohum Reichersp. cap. 18.

Garso, apud Gaufredum Vosiensem part. 1. cap. 74. [Marten. tom. 3. Ampliss. Collect. col. 1035. et in Statutis MSS. Ecclesiæ Auxitanæ.]

Garzo, apud Pilichdorffium contra Valdenses cap. 18. *Garzone*, Italis.

Garsio, apud Petrum Blesens. Epist. 102. Lewoldum Northowium in Chron. Marcano ann. 1278. in Vita S. Theodardi laudata pag. 759. [Testam. ann. 1344. ex Archivo Eccl. Massil. : *Residuis autem servitoribus meis testamentariis quam Garsionibus et porterio satisfactum est pro quolibet mense.* Occurrit passim.]

Gartio, in Constit. Ottonis Legati in Anglia pag. 31. Joannes Sarisberiensis in Carmine de Membris corporis, præfixo libris Policratici in veteri Edit. :

Vilis leno, procax Gartio, scurra vagus.

Guarcio, in Vita Garneri Præpositi S. Stephani Divionens. pag. 130.

Garçones, in Concilio Marciacensi ann. 1326. cap. 38. et apud Albertum Argentin. pag. 136.

Garcones. Vincent. Bellovac. lib. 30. cap. 71 : *Omnes etiam minimi Garcones equis vel bobus insident, etc.* Ita et cap. 76.

Garçonium, in Charta ann. 1268. tom. 5. Hist. Francor. pag. 436. De vocis *Garcio* etymo, quædam attigimus in Descriptione ædis Sophianæ num. 21. Adde Octav. Ferrarium in Orig. Italic. verbo *Garzone*, [et Menagium in Gall. voce. *Garson.*]

¶ Garcus. Litteræ Capituli Aquensis ann. 1275. apud Rymerum tom. 2. pag. 59 : *Præpositi et Baillivi Senescalli Regis Angliæ imo quod est deterius, illorum Garci, seu servientes bona episcopalia... diripiunt.*

Garsiæ et Garzonæ, *Garces*, rusticis nostris, Puellæ, quæ vox postea ad meretrices traducta, quod ut *Garciones*, ita illæ nebulonum more vitam agerent. Libertates oppidi Montis regalis apud Guichenonum in Probat. Hist. Bress. pag. 203 : *Si leno vel meretrix, si gartio vel Gartia alicui Burgensi convitium dixerit.* Charta Libertatum oppidi Seiselli ann. 1285 : *Si Garsia dicat aliquid probo homini et mulieri, etc. Garzoni et Garzonæ*, apud Sanutum lib. 2. part. 2. cap. 6. [*Garcia*, in Computo anni 1253. apud D. *Brussel* tom. 1. de Feudorum usu pag. 467. et in Vita S. Ivonis, tom. 4. Maii pag. 553. et alibi non semel.] Assisiæ Hierosol. MSS. 2. part. cap. 31 : *Il paiera de peine, asavoir dou vilain 200. bezans, et de la vilaine 100. bezans, et de garçon, ou de Garce, 50. bezans, etc.*

* Testam. Herardi de Novocastello ann. 1308. in Cod. reg. 9484. 2. fol. 142. v°. : *Item doin Estevenace la Garce de Cusante xx. sol d'Estevenans.*

Gargifer, Idem qui *Garcio*. Lambertus Ardensis : *Garcifer quoque, qui eum jugulaverat.... quasi hujus rei nescius in coquinam suam adhuc sanguine commaculatus Domini recipitur.* Gaufredus Vosiensis lib. 2. Chron. cap. 9 : *Ultionem Dominus paulo post libere egit, cum Guarcianum illum, qui Monachos apud Sancium accusaverat, in manibus Petri de Petrabufferia tradidit, qui ei vitam extorsit. Guarcifer vocabatur Guido de Jos, etc.* Charta ann. 1313. in Regesto Tabularii Regii signato 49. n. 12. *Garcifer suus.* Alia ann. 1323. Prioris Rellanæ in Provincia : *Retinuit etiam duas procurationes anno quolibet cum 4. animalibus, duobus Garciferis, et uno summalerio.* Occurrit præterea in Legibus Burgor. Scotic. cap. 66. et tom. 5. Hist. Francor. pag. 437. [Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 308. Capitulis General. MSS. S. Victoris Massil. ann. 1313. 1322. Fragmentis Hist. Stephanotii tom. 1. Hist. Arvern. Baluzii tom. 2. pag. 505. 531. etc.]

¶ Garcyfer, in Capitulis General. MSS. S. Victoris Massil.

Garda, [Custodia.] Vide *Warda* et *Guarda.*

* 1. Garda, Custodia, tuitio. Testam. Raym. Trencavel. ann. 1154. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 551 : *Omnia vero ista suprascripta relinquo in Dei Garda et meorum hominum, meam uxorem et meos infantes et omnes meos honores et meos bajulos. Et omnes meos homines relinquo in Dei mercede, et in Garda, et in baillia comitis de Barsalona. Garde*, sensu opposito, scilicet pro Damnum, incommodum, in Chron. S. Dion. lib. 21. cap. 6. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 185 : *Li rois Théoderic li manda* (à Hermenfrois) *que il*

Digitized by Google

venist parler à lui à un chastel, qui est apelez Tulbic, et l'aseura que il n'auroit Garde de lui. Et lib. 3. cap. 25. ibid. pag. 247 : *La cité hardi, et celle chapele n'ot garde.*

* 2. **GARDA**, Custodia pupilli. Tabul. S. Ebrulphi : *Cum de consuetudine Franciæ, illi qui Gardas habent minorum, de terris et tenementis eorum fidelitates, homagia, reditus et redeventias facere teneantur, etc.* Vide in *Warda*.

* 3. **GARDA**, Arx, munitio, castrum. Charta Raym. Roger. comit. Fuxi ann. 1199. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 187 : *Concedo tibi Stephano de Cerviano et tuis podium seu Gardam de Valrano, cum pertinentiis suis.... In prædicto vero castro vel forcia, ego prædictus vicecomes retineo mihi et meis potestativum meum et justitiam sanguinis. Præscriptum vero podium seu Gardam affrontat ex una parte etc.* Vide *Guarda* 3.

* 4. **GARDA**, Obligatio, qua vassallus tenetur custodire castrum domini sui, idem quod *Stagium*. Vide in hac voce. Charta Galt. de Ardellis ann. 1231. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. fol. 361. r°. col. 2 : *Cum Theobaldus Campaniæ et Briæ comes palatinus diceret, quod ego ei debebam Gardum in castello Vitriaci per tres menses annuatim; et ego dicerem econtra quod Gardam illam non debebam, etc.* Alia Alidis dominæ de Possessa ann. 1261. ex eod. Chartul. fol. 425. v°. : *Lisires de Possesse qui qui il soit, doit à Vitri la Garde un an et un jour. Gardebien*, eodem sensu, in Ch. ann. 1270. ex Chartul. S. Mich. de Eremo. Vide in *Warda*.

* 5. **GARDA**, Præstatio pro tutela. Tabul. S. Vict. Massil. : *Et quia prædicti milites sine ratione deffendebant, quod debebant ibi habere Gardam et albergum etc.* Vide *Guarda* 1. et in *Warda*.

* 6. **GARDA**, Segetum et vinearum custos. Libert. Montisfer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154 : *Quod consules.... eligant.... Gardas seu gasterios, quos et quot sibi placuerit, ad custodiendum bona et res infra mandamentum Montisferrandi existentes, ut exigit officium gasterii seu gardatoris seu custodis. Garde*, Prædium rusticum, ubi animalia custodiuntur et nutriuntur. Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 163. ch. 290 : *Le suppliant se transporta en une Garde ou mestoierie, ... en laquelle avoit pluseurs bestes aumailles, et illecques prist deux buefs, lesquelx il mena à Saint Lo.* Hispan. *Guarida*, Animalium receptaculum.

* 7. **GARDA**, Molendini repagulum, Hispan. *Guarda*. Reparat. factæ in senescal. Carcass. ann. 1435 : *Pro faciendo et ponendo in dicto molendino unum belfague,.... et unam Gardam novam.*

* 8. **GARDA**, pro *Carda*, Gall. *Carde*, Ferreum pecten, quo lana carminatur. Stat. ministerii *Gardarum* art. 1. in Lib. rub. fol. magn. domus publ. Abbavil. : *Que nulz ne faice, ne faice faire Gardes, qui ne soient de l. vergues, de noeuf cuir et de noeuf fil.*

GARDACORSIUM, Pars vestis muliebris, quæ pectus constringit, *Garde corps*, *Garderobe*; Occitanis, *Gardaraube*. Statuta Massiliensia MSS. ann. 1276 : *Gardacorsio muliebris sine frezo de panno coloris.... Gardacortium muliebre de panno vario cabrionato cum penna.... Gardacotium frezatum.... Gardacorsium vel supertunicale cum capucio vel almussia cum pennis.... Gardacorsium vel supertunicale vel turquesium, vel garnachia cum penna filiorum vel filiolarum.* [Alia ejusdem urbis Statuta MSS. ann. 1253. ubi de Sartoribus : *Gardacors dominæ cum fresio et penna* II. *sol. et sine fresio* VIII. *den.... Item de Gardacors, vel de turquesio, vel garnachia, vel subrecot froivalis cum penna vel serico, vel aliter sine freso* VIII. *den.*]

¶ **GARDAGIUM**, Custodia castellorum vel oppidorum ad quam tenentur incolæ. Vide in *Warda*.

* **GARDAGIUM PORCORUM**, inter officia civit. Laudun. ex Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 57. v°. Vide in *Warda*.

* **GARDAIRUS**, Custos, vigil. Tabul. Massil. ad ann. 1381 : *Eligunt Gardairos sive scous ad standum in montanea dicta de Rieu.... pro tuitione civitatis, propter infideles Sarracenos discurrentes per mare Massiliæ... Gardias ponere in locis suprascriptis.*

¶ **GARDAMINGERIUS**. Vide *Guardamanzerius*.

¶ **GARDARE**, Custodire, Gall. *Garder*. Vide in *Warda*.

¶ **GARDARIUS**, Custos, etc. Gall. *Garde*, *Gardien*. Vide in *Warda*.

¶ **GARDAROBA**, ut infra *Garderoba* 1. in Computo anni 1202. apud D. *Brussel* ad calcem tomi 2. de Feudorum usu pag. CXCIV. col. 2.

* **GARDATOR**, Custos messium. Vide supra *Garda* 6.

* **GARDECORSIUM**, ut *Gardacorsium*, Vestis seu tunica superior, quæ pectus constringit et custodit, nostris *Gardecorps*, Ital. *Guardacuore*. Comput. Ms. ann. 1244 : *Pro manchis dominæ comitissæ, ... et pro suo Gardecorsio similiter largiendo, xx. sol.* Arest. parlam. Paris. ann. 1318. in Reg. *Olim* fol. 394 : *Dictus Hugo restituet unum Gardecorsium et unum calabum* (leg. *colobum*.) Inventar. ann. 1301. inter Consuet. Genovef. Mss. fol. 105. r°. : *Unes chauces, deux pere de sollers, un Gardecors de vert.* Memor. E. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1394. fol. 317. v°. : *Pourpoins, Gardecorps et manteaulx doubles à chevaucher.* Vide infra *Wardecocium*.

* **GARDELA**. Vide infra *Gardeta*.

* **GARDELENDA**, Vestis species. Lit. remiss. ann. 1417. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 86 : *Une Gardelende de chambriere mise en gaige pour la somme de trente solz.*

¶ **GARDELLUS**, Carduelis, Ital. *Gardello*, Gall. *Chardonneret*, apud Murator. tom. 15. col. 348.

* **GARDENAPPA**, Ital. *Guardanappa*, nostris *Gardenape*, Orbiculus ligneus, vel ex alia materia, in quo vasa mensaria reponuntur, ne sordescat mappa. Chron. Placent. ad ann. 1388. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 583 : *Utuntur Guardenapis, quæ a paucis utebantur.* Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 149. Chartoph. reg. ch. 18 : *Le suppliant prist en l'ostel de Vionnet Asserode, demourant à Paris, quatre Gardenappes et une sauciere d'estain.* Aliæ ann. 1471. in Reg. 195. ch. 525 : *Icellui Mathieu getta au suppliant ung Gardenappe à la teste, le cuidant fraper. Une Gardenape de bois, où on met le pot sur la table*, in aliis Lit. ann. 1477. ex Reg. 203. ch. 35.

¶ **GARDERIUS**, Custos, etc. Gall. *Garde*, *Gardien*. Vide *Guarderius*.

1. **GARDEROBA**, GUARDEROBA, Vestiarium, locus in quo asservantur vestes et *robæ* : *Garderobe*. Kero Monach. : *Vestiario Wahthuse*, ex *Waten*, vestire, ibidem, et *huse*, domus. Matth. Paris. ann. 1245 : *Apud Lugdunum quædam Domini Papæ Camera, quæ Conclave, id est, Guarderoba dicitur, cum omnibus, quæ in ipsa continebantur, combusta est.* Matth. Westmonaster. pag. 454 : *Cum adessent apud Westmonasterium... admissuri singuli omnem ornatum militarem, præter equitaturam, de regia Garderoba. Confluentibus itaque trecentis juvenibus filiis Comitum, Baronum, et Militum, distribuebantur purpura, byssus, syndones, cyclades auro textæ effluentissime, prout cuique competebat.* Occurrit præterea in Concilio Nimociensi ann. 1298. cap. 4. [et in Charta ann. 1328. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 391.]

2. **GARDEROBA**, in Aula Anglicana, est locus Clericis tantum assignatus, qui in Francia *Camera Clericorum* appellatur, inquit auctor Fletæ lib. 2. cap. 14. § 1. in ea asservantur Chartæ regiæ, ipseque Thesaurus Regius. Regestum Constabulariæ Burdegal. ex Camera Comput. Paris. fol. 1 : *Rogerus de Northingham custos Garderobæ D. Regis* (Angliæ) *liberavit per manus Clerici sui.... per mandatum ejusdem..... registra, monumenta et memoranda infra scripta Ducatum Vasconiæ tangentia, etc.* Fol. 148 : *Fet à remembrer que il façent enserchir les registres, et portent oueskes eux totes choses que touchent la Duchée, en totes ou en parties, et soient enquises cestes choses en tresorie, ou en Garderobe, ou ailleurs là où il porront estre trouvez, etc.* Adde fol. 159. 220. et Parliamentum de depositione Regis Ricardi II. cap. 31. Gull. Prynneum in Libertatibus Eccles. Anglic. tom. 3. pag. 570. et alibi.

GARDEROBARIUS, *Vallet de garderobe*, in Fleta lib. 2. cap. 6. § 1. Vide *Garderoba*, 2.

* **GARDETA**, Collis, clivus. Charta admort. ann. 1415. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 328 : *Pro tribus eyminatis terræ malleolatis, sitis ad collum sive ad Gardetam, unam pictavinam.* Infra : *Gordetam*, et *Gardelam*. Nisi idem sit quod vox Gallica *Garde* supra in *Garda* 6.

* 1. **GARDIA**, Custodia, depositum. Lit. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 366 : *In Gardia, deposito seu commenda habere, etc.* Vide in *Warda*.

¶ GARDIAGIUM, Ead. notione. Vide in *Cotus* 1.

¶ GARDIANATUS, Officium *Gardiani* apud Fratres Minores. Occurrit in Necrologio MS. FF. Min. Silvanect. et alibi.

¶ GARDIANIA, Officium *Gardiani*, seu Custodis apud Anglos. Litteræ anni 1548. apud Rymer. tom. 15. pag. 179 : *Præposituras, magisteria, præsidentias, Gardianias*

Digitized by Google

societatum, seu officia in locis prædictis habentium, etc. Vide *Custos.*

Gardianus, Custos, ex Gallico *Gardien. Gardianus terræ Angliæ, Gardianus regni,* apud Knyghtonum ann. 1284. 1287. 1321. [*Gardianus marchiarum orientalium et occidentalium versus Angliam*, apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern pag. 670. *Gardianus Flandriæ*, apud Martenium tom. 3. Anecd. col. 423. *Gardianus Burgundiæ*, apud Acherium tom. 8. Spicil. pag. 265. *Gardianus Normanniæ*, in Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1100.] Vide *Custos.* Hodie, ut et jam olim, *Gardiani* dicuntur apud Fratres *Minores* Præpositi Monasteriorum. Breviloq.: *Guardianus dicitur, quia est superior inter Fratres Minores, custodiens conventum.*

¶ Gardianus Ecclesiæ. Vide *Wardæ Ecclesiarum* in *Warda.*

¶ Gardianus Navium, in Statutis Massil. MSS.

¶ Gardianus, Gardiarius Bestiarum, Pecorum custos, pastor. Ordinatio Caroli Regis Siciliæ ann. 1278. e MS. D. *Brunet* fol. 68 : *Super facto bestiarum forotanorum et extraneorum et Gardianorum.... ordinatum est.... Si aliquis pastor, seu Gardiarius non possit habere in gardia sua aliquam bestiam extraneam, etc. Guardiani pastorgantes*, in Transactione ann. 1501. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues.*

¶ Gardiare, Conservare, confirmare; tueri, defendere. Concordia inter Episcopum Eduensem et Priorem S. Symphoriani ann. 1395 : *Propter quod procurator dicti reverendi Patris auctoritate regia se fecerat Gardiari in jurisdictione omnimoda criminali et civili Religiosorum ipsorum.* Diploma de Jurisdictione Canonicorum S. Aredii apud Stephanotium tom. 2. Fragm. Hist. MSS. : *Officiales prædicti in sua institutione jurabunt Decanum et Canonicos Gardiare et deffendere cum bonis suis a quibuscumque, prout in Litteris regiis et privilegiis continetur.* Vide *Warda.*

¶ Gardiator, Protector, defensor. Charta Philippi Pulcri ann. 1307. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 41. col. 1 : *Nos et successores nostri Francorum Reges custodiemus, Gardiabimus et defendemus, prout bonus Princeps et bonus Gardiator facere potest.... dictos Archiepiscopum et Capitulum.* Rex Fr. dicitur *Fundator et Gardiator Studii Parisiensis* in Epistola ejusdem Academiæ, tom. 1. Anecd. Marten. col. 1383. Chartul. Latiniac. : *Gardiator dicti Abbatis et Monasterii ad deffendendos ipsos ab injustitiis, violentiis, etc.* Vide Lobinelli Glossar. tom. 3. Hist. Paris. [** et Haltaus. Glossar. Germ. col. 1629. voce *Schirmer.*]

* *Gardeor*, alicujus societatis religiosæ præpositus. Charta ann. 1277. in Chartul. Campan. ex Bibl. reg. fol. 78 : *Frere Hugue Revel Gardeor des Poures de Crist, etc.* Vide infra *Guardianus.*

* Gardiator Regius, Qui iis juribus, quæ ad regem spectant, servandis invigilat, nostris alias *Gardier.* Charta ann. 1335. ex Tabul. Flamar. : *Dilectis nostris Amalvino Azimo curiæ nostræ jurato, Mayo de passu Gardiatori regio, etc.* Alia ann. 1406. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 228 : *Pierre Coustam, dit Mortier, nostre Gardier à Vienne.... pour garder nos droits et jurisdiction à l'encontre de l'arcevesque dudit lieu de Vienne.* Vide infra *Gardire.*

Gardiatores, Tutores. Charta Beatricis Comitissæ Provinciæ, apud Guesnaium in Annalib. Massiliens. ann. 1242. num. 10 : *Nos Beatrix juvenis D. G. Comitissa et Marchionissa Provinciæ, filia et hæres D. Raymundi Berengarii Comitis quondam et Marchionis Provinciæ, assistentibus et consentientibus nobis Romæo de Villanova et Alberto de Tarascono administratoribus et Gardiatoribus datis nobis a Berengario patre etc.* [Vide alia notione in *Warda.*]

Gardiatores Regaliarum. Vide *Custos Regaliarum* in *Regalia.*

¶ Gardiatrix, Tutrix. Testam. Bertrandi de Turre ann. 1328. apud tom. 2. Hist. Arvern. pag. 709 : *Volo et ordino, quod Margarita uxor mea sit tutrix et Gardiatrix liberorum meorum et administratrix eorumdem... et quod habeat tutelam, gardam et administrationem eorum liberorum meorum.... quandiu ipsa a secundis nuptiis abstinebit.*

* 2. **Gardia**, Præstatio pro custodia agrorum. Tabul. S. Vict. Massil. : *Donamus decimas et Gardias vinearum, quantum habemus et appellamus in vinea de Ugolator et in vinea de Gendalber.*

* 3. **Gardia**, Præstatio pro tutela, idem quod *Commenda* 4. Charta ann. 1097. ex Tabul. Gellon. : *Pontius de Maderias in extremo vitæ suæ positus, quod ipse in tota terra sua, sive in honore S. Guillelmi neque bailiam, neque vicariam, sive Gardiam habebat.... recognovit. Deinde Raimundus Pontius ejus filius.... abbati de bailia, et vicaria, et commenda, quas in honore S. Guillelmi requirebat, ... guirpitionem facit.* Vide in *Warda.*

* 4. **Gardia**, perperam pro *Gaidia*, Glastum. Reg. sign. *Pater* Cam. Comput. Paris. fol. 135. r°. col. 2 : *Item quod inhibicio Gardiarum et aliarum tincturarum fieret, ex qua posset haberi per totum regnum* xx. m. *lib. Turon.*

* **Gardiagium**, Præstatio pro custodia agrorum. Vide supra *Cotagium* et *Dechi.*

* **Gardica.** Vide infra *Gradicia.*

* **Gardiens Testis**, Qui fidem de re aliqua præstat. Inquisit. ann. 1217. apud Spon. tom. 2. Hist. Genev. pag. 411 : *Dicit quod credit multos esse dissolutos, quia sunt ibi plurimi sacerdotes, qui palam habent concubinas. Requisitus quomodo scit. Dicit quod vidit testes Gardientes.* Vide *Garens.*

¶ **Gardignagium**, ut infra *Gardinum*, Gall. *Jardin*, seu Collectio plurium *Gardinorum*, Gall. *Jardinage* : quæ tamen vox Gallica sumitur etiam pro rebus quibusvis hortensibus, atque interdum pro loco ad hortum faciendum accomodato. Chartularium S. Vandregesili tom. 1. pag. 779 : *Mihi donaverunt... duas masuras terræ... cum Gardignagiis eorumdem masuris adjacentibus.*

¶ Gardignum, Eadem notione. Idem Chartularium tom. 1. pag. 28 : *Unam masuram terræ cum ædificio supraposito et Gardigno ad dictam masuram spectante.* Ibid. pag. 832. : *In Gardigno Abbatiæ S. Vandregesili.* Occurrit iterum tom. 2. pag. 1707. et in Charta Officialis Rotomag. ann. 1282. ex Archivo B. M. de Bono-Nuntio.

* Gardignum, Hortus, pomarium, viridarium, nostris alias *Gard* et *Gardin.* Charta Math. comit. Pontiv. ann. 1241. in 1. Lib. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 6. v°. : *Terra inter murum et aquam, ubi est Gardignium scabini.* Lit. remiss. ann. 1412. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 27 : *Comme le suppliant se aloit esbatre tout seul autour du Gard ou jardin etc. Une masure, Gardin, cheillier, lieu et tenement seant en la ville de Corbie*, in Charta ann. 1473. ex Chartul. 23. Corb. Vide *Gardinum.*

Gardinarius, Hortulanus, *Jardinier*, seu, ut Picardi efferunt, *Gardinier.* Officium monasticum, cui hortorum cura incumbit, in tom. 1. Monastici Anglic. pag. 147. *Ortolanus*, in Consuet. Floriacens. apud Joan. a Bosco pag. 392.

¶ Giardinarius, Eadem notione, Ital. *Giardinaio*, in Bulla Joannis XXII. PP. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 134.

Gardingatus, Dignitas *Gardingi.* Hist. Wambæ Regis, et Lucas Tudensis pag. 60 : *Hildegiso sub Gardingatus adhuc officio consistente.*

Gardingi, apud Gothos Hispanos, accensentur optimatibus et majoribus Palatii Officialibus, (tametsi quæ fuerit eorum dignitas, non omnino percipitur) in Lege Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 9 : *Si majoris loci persona fuerit, id est, Dux, Comes, sive etiam Gardingus.* Ubi Fori Hispanici *Gardingum*, per *Ricome*, seu *Ricum* vel Divitem hominem efferunt. Lib. 2. tit. 1. § 1 : *Videntibus cunctis Sacerdotibus Dei, senioribusque Palatii, atque Gardingis.* Lib. 9. tit. 2. § 8 : *Seu sit Dux aut Comes, Thyuphadus aut Vicarius, Gardingus, etc.* Vide Histor. Wambæ Regis pag. 833 : *Optimates Palatii atque Gardingi*, in Concilio Tolet. XIII. cap. 2. et in Lege Wisigoth. lib. 12. tit. 1. § 3. *Gardingi Palatii*, apud Lucam Tudensem pag. 68. *Gardingus Regis*, in Vita S. Fructuosi Episcopi Bracarens. a Sandovallio [et Mabillonio Sæc. 2. Benedict.] edita cap. 16. et apud Victorem Tunnensem ad 4. Consulatum Justiniani.

Vocem effictam a *Garda*, custodia, quidam volunt, ut *Gardingi* custodes fuerint Principis, vel Palatii, ex honorationibus.

¶ **Gardinium**, ut *Gardinum.* Præceptum Caroli Calvi ann. 849. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 117 : *Inter vineam et ædificia et Gardinium, etc.* Rursus occurrit apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 241.

Gardinum, Gardinus, Hortus, pomarium, viridarium, Italis *Gardino*, Picardis *Gardin*, Germanis *Gart*, Danis *Gaart*, nostris *Jardin.* Polyptychus S. Remigii Remensis : *Habet mansum dominicum, casam cum solario et cellario, et caminata, laubia, horrea 2. quoquina, stabula 2. hortum, ac Gardinum, torcular, etc.* Occurrit apud Bracton. lib. 2. cap. 34. § 1. in Fleta lib. 1. cap. 28. § 6. etc.

Jardinus, puriori enuntiatione, in Gestis Ludovici VII. cap. 19. 21. in Bulla Honorii III. apud Ughellum tom. 1. Ital. Sacræ pag. 822. etc. De vocis *Gardin*, vel

Jardin, origine quædam habent Cluverius lib. 1. German. antiq. cap. 13. Brodeus in Consuetud. Paris. Claudius Mitalerius, Menagius, et alii.

GARDIO, Piscis, qui nostris *Gard*, vel *Gardon*, apud Silvestrum Giraldum in Topogr. Hibern. Dist. 1. cap. 7.

¶ **GARDIOLA**, Idem, reor, qui *Gardiarius*, *Gardiator*, Gall. *Gardien*, Custos. Arestum ann. 1322. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 241 : *Procurator Domini S. Flori prædicti, et Gardiola terræ, captus fuit per nonnullos familiares ipsius Vicecomitis cum armis in itinere regio.*

¶ **GARDIRE**, Custodire, Gall. *Garder*. Charta ann. 1323. e Chartul. Latiniac. : *Et erant* (Monachi) *et fuerant soli et in solidum in possessionem.... dictas nundinas Gardiendi per se, etc.*

* Charta ann. 1330. in Chartul. S. Maglor. ch. 154 : *Erant in possessione et saisina Gardiendi certum festum.... Præpositus monachus S. Maglorii una cum gardiatore regio.... accessisset ad dictam villam de Issiaco in vigilia dicti festi, causa custodiendi dictum festum, fecit, propter mala et pericula evitanda pro bono pacis, ibidem proclamari sub certa pœna, ne aliquis in dicto festo in jurisdictione eorum portaret arma prohibita.*

¶ **Garditio**, Jus *gardiæ* seu custodiæ. Charta ann. 1320. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 164 : *Quidquid... proprietatis, Garditionis, possessionis habebamus.* Vide *Warda*.

¶ **GARDO**, f. Opilio, Custos pecorum, a Gallico *Garde*. Epistola apologetica Laurentii Abb. S. Vitoni ad Canonicos Virdunenses apud Mabill. tom. 5. Annal. Benedict. pag. 684 : *Nonne scandalum linguæ erat, quando fratres nostros, non Monachos, sed rusticos, Gardones, pantonarios et advenas penuria congregatos vocabatis.*

* Ubi legendum puto *Garciones*. Vide in *Garcio*. At si retinendum *Gardo*, Homo nihili significari videtur, forte a *Gardio*, Pisciculus. *Gardoner* vero, pro Maledicere, in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 2. :

> Quand cil ne set plus que respondre,
> Pour l'ébaubir, pour le confondre,
> A Gardoner et à mesdire
> Se prent, et li coumenche à dire, etc.

* **GARDOIRA**, Vas coquinarium. Inventar. ann. 1320. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Item unam Gardoiram ferream.*

¶ **GARDONIUM**, pro *Gardinum*, Gallice *Jardin*, apud Mabillonium tom. 5. Annal. Bened. pag. 649.

GARDROPIA, Idem quod *Garderoba*, 2. Henricus Knyghton. ann. 1381 : *Juravit quod credidit, quod non esset aliquis Rex Christianus habens meliorem Gardropiam... nam, ut dixit, tanta copia erat vasorum, et jocalium de argento, etc.* Ex Gallico truncato *Gardrobe*.

* **GARDUM**, ut supra *Gardignum*. Vide ibid. Charta ann. 1265. ex Tabul. S. Autberti Camerac. : *Quinque modiatas terræ.... contiguas Gardo domini de Wallaincourt.*

* 1. **GARDUS**. Charta ann. 1327. in Chartul. Boni-port. : *Item de sex solidis.... percipiendis super uno Gardo in parrochia Portus-gaudii.* Sed leg. *Gordo*. Vide *Gordus*.

* 2. **GARDUS**. Glossæ Cæsar. Heisterbac. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthein* pag. 671. col. 1 : *Gardi sunt instrumenta torcularis, quæ appellantur pullen et dile.*

¶ **GARECHINUS**. Vide *Garathinx*.

GARECTUM, Poples, Italis *Garetto*, Gall. *Jaret*, *Garectum*, apud Petrum de Creseentiis lib. 9. de Agricult. cap. 7. 36. 37. Vide Ægidium Menagium et Oct. Ferrarium in Orig. Italic.

* **GAREGIA**, pro *Coregia*. Charta ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 318 : *Item pro Garegia saumeriorum in æstate, videlicet a quolibet habente saumerium, unum jornale.* Vide supra *Corregia*.

GAREGNA. Vide *Garenna*.

¶ **GARENARIUS**, f. Custos, Gall. *Garde*. Vide locum in *Gangerium*.

* **GARENDA**, Jus venandi cuniculos vel lepores. Charta Henr. de Simileio dom. de Alneto ann. 1263. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 884 : *Ego prænominatus Henricus in quibusdam de terris prædictis reclamabam Garendam seu jus venandi.* Vide *Warenna*.

¶ **GARENDARE**, ut supra *Garandiare*, Cavere, spondere, præstare, Gallice *Garantir*. Vide locum in *Stativus equus*.

¶ **GARENDIA**, ut *Garandia*, Cautio, Gall. *Garantie*. Charta fundationis Abbatiæ B. M. de Bellovisu ann. 1234. inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 72 : *Nos vel successores nostri Domini Magduni tenemur... et pertas, et misas, si quas habuerint pro defectu Garendiæ nostræ, dictis Monialibus plenarie restaurare.* Occurrit in Charta donationis Dominæ de Margarille pro Conventu S. Leodegarii Suession. ann. 1205.

* **GARENDIRE**, Tueri, spondere, præstare, in Charta ann. 1239. ex Chartul. S. Joan. in valle. Vide *Garentare*.

¶ **GARENERE**, Tueri, præstare, Gallis *Garantir*. Litteræ Officialis Lemov. pro Archambaldo Abb. Solemniac. ann. 1270. ex Archivo ejus Monasterii : *Promisit se deffensurum et Garenturum eisdem Abbati et Monasterio premissa, etc.* Lubentius legerem *Garentaturum* a *Garentare*, vel *Garentiturum* a *Garentire*.

¶ 1. **GARENNA**, **Garena**, Vivarium cuniculorum leporumve, Gall. *Garenne*. Lira in caput. 15. Judith : *In terra ista in una Garena possunt cito capi trecenti cuniculi.* Occurrit apud Miræum tom. 1. pag. 181. Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 171. in Litteris Officialis Andegav. ann. 1269. ex Archivo S. Albini, in Actis MSS. S. Ivonis, etc. Vide *Warenna*.

* 2. **GARENNA**, Vivarium piscium, ubi nulli licet pisces capere, nostris etiam *Garenne*, eadem acceptione. Recognit. feud. Ms. ann. 1366. pro castel. *de Buri* : *L'eau appellée l'estan de Buri.... et la Garanne oudit estan de touz poissons, qui y sont et y chient.* Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 524 : *Ilz avoient pesché et prins du poisson en une fosse, que on nomme ou pays Garenne.* Vide *Warenna*.

* **GARENNAGIUM**, Præstatio pro jure habendi *Garennam*, vel venandi cuniculos aut lepores, Gall. *Garennage*. Vide supra *Garenda*. Reg. S. Justi in Cam. Comput. Paris. fol. 231. r°. : *Quinquaginta gerbæ pro Garennagio.* Charta ann. 1300. in Lib. rub. ejusd. Cam. fol. 130. v°. col. 2 : *En cens et en garannes et en Garannages, et en hommes et en homenages.*

* **GARENNARIUS**, Custos garennæ, Gall. *Garennier*. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 703 : *Johannes de Marchia Garennarius seu custos garennæ Caticampi, etc.* Vadia offic. reg. ex Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. Paris. fol. 412. r°. : *Undecim servientes et quatuor Garennarii forestæ Resti, vj. den. per diem.*

* **GARENNIA**, Jus *garennæ*. Charta E. abbat. Paracl. ann. 1233. ex Chartul. Campan. fol. 393. col. 1 : *Et sciendum quod idem comes retinet in illis sexaginta arpentis nemoris totam justitiam et Garenniam suam.*

¶ **GARENS**, Vas, cautio, Call. *Garant*. Leges Ottonis Imp. [** cap. 7.] apud Murator. tom. 1. part. 2. col. 2 : *Si quis equum suum, vel cetera animalia, sive rem suam super aliquem reperit, et ipse se Garentem dare dixerit, statim ut ad certum Garentem eum conducat, et super tertium Garentem et tertium comitatum non procedat.* [** Ubi vulgo legitur *Warentem*.] Macer legit *Garrens* in Hierolex. Vide *Warantus*.

¶ **GARENTARE**, Tueri, defendere, spondere, præstare, Gall. *Garantir*. Charta Ludovici Reg. Fr. ann. 1165. in Chartulario Montis Martyrum : *Raginaudus venditionem Garentabit, et si non poterit Garentare... hanc summam coram nobis fiduciaverunt se reddituros. Defendere et Garentare*, in Tabulario S. Victoris Massil. Vide *Warantus*.

¶ **Garentiare**, Eadem notione, apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 521. Vide *Garentizare*.

¶ **Garenticius Contractus**, Quo quis spondet se aliquid *garentaturum*. Bis occurrit in Litteris anni 1493. apud Rymer. tom. 12. pag. 22.

¶ **Garentire**, ut *Garentare*. Charta Medii Monasterii Bituric. ann. 1307 : *Ab omni feodo, retrofeodo, rachato... servitutibus et servitiis Garentiet et deffendet.* Altera anni 1360. apud Rymer. tom. 6. pag. 218. col. 1 : *Dominus fideles suos subditos tenetur defendere ac etiam Garentire.* Occurrit rursus in alia Charta anni 1364. apud Baluzium tom. 2. Histor. Arvern. pag. 357. et in Litteris ann. 1190. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 548.

* **GARENTIGIA**, **Garentigiatum Instrumentum**. Margalet. in Stat. Aquens. curiæ submiss. lib. 2. cap. 3. pag. 141 : *Garentigia. licet tali dictione Cicero forsan usus non fuisset, dicitur Contractus habens executionem paratam jussu notarii habentis jurisdictionem ex forma statuti; .... æquiparatur sententiæ : unde merito talia instrumenta Garentigiata vocantur, et executionem perinde ac si essent sententiæ, quæ in rem judicatam transivissent.* Vide *Guarentigia*. Aliter Calvinus post Bald. et Tiraquel. *Garentigiam* definit in Lex. jurid. Italis *Guarentigia* est Defensio, tutela; nostris vero *Garentage*, idem quod Auctoritas, cautio. Charta ann. 1276. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 44. col. 2 : *En*

Digitized by Google

Garentage de vérité, nos.... avons mis nostres seels à ces présentes leteres. Alia ann. 1310. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 388. v°. col. 1 : *Et en Garentage de ce, nous en avons mis à ces lettres noz seaux.* Lit. Joan. ducis Brit. ann. 1322. ex Cod. reg. 8542. 3 : *Promettons fermement et loyaument en parole de prince ainsi le lui tenir et accomplir, et à lui faire Garentage des choses que pour ce lui avons baillées. Engarentie*, eodem sensu, in Charta ann. 1313. ex eod. Lib. rub. fol. 522. v°. : *Nulz ne c'est trait avant pour enchierier lesdites choses, ne pour plus y offrir, ne donner Engarentie.* Ubi significari potissimum videtur denarius, qui in arrham emptionis dari solet.

¶ **GARENTITOR**, Præs, sponsor, auctor, Gallis *Garant*. Conventio Comitis Nivern. ann. 1215. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1123 : *Et inde litteras suas patentes ad instantiam meam confecerunt, et insuper fidejussionis Garentitorem, et præscriptarum conventionum ab utraque parte dominum meum Philippum Regem constituo.*

¶ **Garentus**, Ead. notione. Codex Legum Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 190 : *Si quis bovem vel asinum vel aliquam rem suam adiraverit, que ab aliquo vania fuerit inventa, si detentor eam suam esse asserit.... Garantum suum debet addncere.* Decretum Philippi Augusti de Judæis apud Acherium tom. 6. Spicil. pag. 472 : *Si Judæus id probaverit per testes legitimos Christianos, Baillivus compellet debitorem et Garentos nominatos ad faciendam recordationem et inrotulationem tam debiti quam assignamenti.* Vide *Warantus*.

¶ **Garenza**, Cautio, auctoritas, fidejussio, Gall. *Garantie*. Tabularium S. Petri Vosiensis f. 68. v° : *De Widone vetulo Castaneo cognato suo convenerunt Garenzam facere, et si forfactum in terra fecerit, ipsi emendent.* Vide *Garandia*.

¶ **GARETINUS**, Donum. Vide *Garathinx*.

* **GARENTIZARE**, Tueri, spondere, præstare. Charta ann. 1261. apud Spon. tom. 2. Hist. Genev. pag. 57 : *Nos dicti Simon et Leoneta uxor nostra promittimus sub eodem juramento omnia supradicta Garentizare contra omnes, et defendere in judicio et extra.* Vide *Garentare*.

¶ **GARETTA**, Turricula, Gallice *Guerite*. Littera anni 1402. apud Rymerum tom. 8. pag. 271. col. 1 : *Villam prædictam per costeram maris, cum quodam muro terræ, Garettis, aliisque modis, quibus poterant, in parte fortificare proponant et intendant.* Vide *Garitæ*.

* **GARETTUM**, Suffrago, poples, Ital. *Garetto*, Gall. *Jarret*. Mirac. S. Zitæ tom. 3. Apr. pag. 525. col. 1 : *Una serpens morsit sibi in calcaneo et Garetto cruris dextri, et ipsa statim tota fuit inflata. Geret*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1453. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 353 : *Icellui Ogier tenant ung Geret de mouton en sa main, etc.* Vide *Garectum*.

* **GARFALES**, Navis onerariæ species. Arest. ann. 1348. 14. Aug. in vol. 3. arrestor. parlam. Paris. : *Quod de prædictis mille florenis dictus Petrus emeret Garfalas, nomine dicti Guillelmi, haberetque medietatem navli, quod haberetur a mercatoribus pro ipsis arcorum mercibus transfretandis.* Vide supra in *Galea*.

¶ **GARGAHANGI**. Vide *Garathingi*.

¶ **GARGAILLUS**, Dolii umbilicus, seu foramen majus per quod vinum infunditur. Statuta Massil. lib. 3. cap. 17 : *Omnes bodii botarum sive vegetum, quæ vendentur de cætero in Massilia a dictis boteriis sint bironati, et quod Gargaillus sit cairatus.* Vide *Gargalia*.

1. **GARGALIA**, *Pars gutturis et cannæ pulmonis*, Matthæo Silvatico. Gurgulio, [Tolosatibus *Gargaillol*, vel *Gargante* est Guttur, Gallice *Gosier* : quod Mont-albanenses *lou Gouladou*, Wascones *lou Garganuila*, alii *Gargamele* vocant, ut est apud Borellum : quem, si vis, consule.]

* 2. **GARGALIA**, Lapideum aquæ pluvialis emissarium, Gall. *Gargouille*. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1481 : *Item Johanni Wagnon, pro ..... mandatione nocqueriarum et Gargaliarum.* Vide infra *Gargoula*.

* **GARGALIO**, *Guttur*, ex Gloss. ad Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 2. Passion. cap. 109 : *Adhuc magis existimandum est diabrosin in Gargale locis in venis factam.* Ubi Gloss. : *Gargalos, i. fauces, et dicitur a loquendo.* Ibid. cap. 115 : *Sic requiescere faciat calorem, qui trahit ex inferioribus partibus, et adducit ad se et transmittit Gargalioni.* Glossæ : *Gutturi. Gargamelle*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1468. ex Reg. 197. Chartoph. reg. ch. 59 : *Le suppliant coppa la gorge audit Guillaume, ou quoy que soit, la Gargamelle ou gosier.* Vide *Gargalia* 1.

¶ **GARGANGI**, Advenæ. Vide *Warengangi*.

GARGARARE, Altius et voce inflatiori aliquid effutire : a γαργαρεών, *Gurgulio* : quæ est pars oris hominis propria, quæ facit ad vocis modulationem, ideoque πλῆκτρον a quibusdam dicta est. Matth. Paris ann. 1252 : *Sed hæc verborum deliramenta Francis innata Gargarando superbia et jactantia reboavit.* [* Italis, *Gargariare*.]

* 1. **GARGARISMUS**, Gr. γαργαρισμός, Gall. *Gargarisme*, Liquoris ore hausti repetita ad guttur revocatio. Vetus interpres Horat. editus a Cruquio ann. 1579. in Epist. 15. lib. 1. ubi de Ant. Musa medico Aug. : *Hic postea in contrarium versis omnibus, non solum perfusionibus frigidis, sed etium Gargarismis Cicerninæ aquæ, quæ est Atellæ, in domo Cæsaris et potionibus usus est, ita ut intra breve tempus eum curaret.* Vide *Gargarizare*.

* 2. **GARGARISMUS**, Gutturis seu vocis modulatio. Vita S. Rosæ tom. 5. Aug. pag. 931. col. 1 : *Pergebat avicula modulari, variabat lepidæ vocis argutias, duplicabat Gargarismos.*

GARGARIZARE, γαργαρίζειν. Vox Medicis notissima. Glossæ MSS. ad Codic. Theodos. : *Colluo, Gargarizo.* Martianus Capella lib. 3. pag. 49 : *Pectusque cujusdam medicaminis adhibitione Gargarizando purgabat.*

* **GARGATA**, Guttur, jugulum, Ital. *Gargatta*, nostris *Gargate*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Gargate, gavion, ructa*. Lit. remiss. ann. 1347. in Reg. 76. Chartoph. reg. ch. 296 : *Interfecerunt dictos duos nuncios, quos invenerunt dormientes, scindendo Gargatam; et deinde ceperunt dictos duos equos.* Le Roman *de Vacces* Ms. :

> O grant conteaux et o coingniés
> Lor ont les Gargaites trenchiés.

* *Gaviete*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1413. ex Reg. 167. ch. 308 : *Le suppliant frappa icellui Jaquet d'un petit coustelet par le coul auprès de la Gaviete.* Vide supra *Gargalio*.

¶ **GARGATA Portus**, Os portus, Gallis *L'entrée du port*. Charta Massil. ann. 1436 : *Navis Januensis cum esset in portu Massiliensi in Gargata.* Litteræ Renati Comitis Provinciæ ann. 1477. in Statutis piscatorum Massil. : *Nullus piscator audeat neque possit calare certam artem piscandi appellatam Tonaira de Posta a loco de Lestaco in mari usque ad Gargatam portus Massil.* Pluries occurrit ibidem.

GARGATHINGI. Vide *Garathingi*.

¶ **GARGATHUM**, *Medicis, Lectus, in quo mente devii, spiritibusque affluti immundis detinebantur.* Laur. in Amalthea.

* **GARGILLUS**, pro *Girgillus*. Vide in hac voce. Acta S. Sebaldi tom. 3. Aug. pag. 773. col. 1 : *Sed modernis temporibus factum est, quod quædam advena mulier in die solennitatis suæ fuso et Gargillo intenderet.*

¶ **GARGOCIL**, f. Guttur, Gall. *Gosier, Bibere ad Gargocil*, in Statutis Cisterc. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1316. est immoderatius bibere. Vide *Gargalia*. [* Vide infra *Garsallum*.]

* **GARGOULA**, Gargoullia, Lapideum aquæ pluvialialis emissarium, Gall. *Gargouille*, alia *Gargoule*. Comput. fabr. S. Lazari Eduens. ann. 1295. ex Cod. reg. 5529. B : *Pro lapidibus, qui vocantur Gargoules, quadrigandis, iiij. lib. x. sol. ix. den.* Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1367 : *Item datum pro Gargoulis dicti pilaris, etc. Item . . . pro mundando Gargoulas superiores et inferiores*, in altero ann. 1469. Rursum alius ann. 1488 : *Datum item .... pro mundatione per eos facta in nocquerris et Gargoulliis arcuum tendentium circa chorum ecclesiæ, etc. Gargoulle*, Draconis figura appellatur, in Stat. pro aurifab. ann. 1378. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 389. art. 19 : *Et en tous petis ymages, feuilles, lyons, Gargoulles, etc.* Vide supra *Gargulia* 2.

* **GARGULA**, ut supra *Gargata*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Gargula, Gargate.*

¶ **GARICÆ**, Terræ incultæ, vel dumis obsitæ. Vide *Garricæ*.

* **GARILIOLI**, an Subditi, qui sub tutela et protectione sunt? Charta Arnulphi III. Mediol. archiep. ann. 1095. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 267 : *Homines autem de Belari, qui Garilioli vocantur, quæ nostræ curiæ annue persolvere debent, persolvant.*

¶ **GARILLÆ**. Charta ann. 841. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 100 : *Tradunt prædictus Sigofridus et uxor sua Erleuba ad ipsam casam Dei S. Vi-*

ctorts ... villam quæ dicitur Carvillanus, id est, casis astantibus ac dirutis, terris cultis et incultis, vineis, pratis, pascuis, silvis, montibus, Garillis, hortis, etc. Sed ex similibus locis ibidem et alibi passim relatis conjicio legendum *Garicis*. Vide *Garicæ*.

¶ **GARIMENTUM**, Auctoritas, cautio de evictione, Gall. *Garantie, Gariment*. Charta ann. 1270. apud Stephanotium Antiquit. Santon. MSS. pag. 270 : *Promisimus dictis Priori et Monachis nos eisdem præstituros super prædictis omnibus perpetuum Garimentum*. Charta Oliverii Abb. S. Johannis Angeriac. ann. 1285. e Chartul. ejusd. Monast. pag. 220 : *Promittimus insuper nos ... contra omnem perturbatorem ... facere Garimentum*. Alia Prioris de Mirabello ann. 1285. ex Archivo Verzeliac. : *Promittentes ... plenarium facere Garimentum bona fide*. Occurrit in Charta ann. 1316. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 470. Vide *Garire, Guarimentum* et *Warantus*.

¶ **GARIOFILUM**, Gariofilus, etc. pro Caryophyllum, Gall. *Girofle*, in Vita B. Lidwinæ, tom. 2. April. pag. 283. apud Marten. tom. 2. Itiner. pag. 264. et 365. *Gariofili clavus*, Gall. *Clou de Girofle*, apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 227. *Gariofolium*, in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 284. *Gariofolum*, in Vita S. Francisci de Paula, tom. 1. April. pag. 126. *Gariophilum*, apud Will. Briton. lib. 10. Philipp. et Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 245.

* *Galiophilée*, pro *Giroflée*, ex Cod. 218. colleg. Navar. tom. 1. Dissert. D. *Le Beuf* pag. 210. Vide infra *Garoffollum*.

GARIOLA, Lydio, Pica glandaria, Germanis *Heer.* vel *Hetzler*. Lex Aleman. tit. 100. § 13. Edit. Heroldi : *Aneta, Gariolæ, ciconia, corvus, cornicula, etc.*

Gariola, in Testamento S. Cæsarii Episcopi Arelatensis extremo, aliud sonat : *Agritia puella mea propria libentissime Monasterio et Cæsariæ Abbatissæ serviat, et vere Gariolas, quas illis vel parentibus eorum, confirmo*. Vide an sit vox unica, *veregariolas*.

¶ **GARIOPHILUM**. Vide *Gariofilum*.

* **GARIOR**, pro *Garitor*, Præs, sponsor. Lit. official. Bitur. ann. 1217. in Chartul. eccl. Miserac. : *Noverint universi quod Guillelmus terragium ecclesiæ Miseracensi dedit, et hujus rei se deffensorem et Gariorem ab omnibus constituit*. Vide mox *Garitor*.

GARIRE, Tueri, protegere, *Garir, Garantir*. Regestum Tolosanum Cameræ Comput. Paris. f. 87 : *Et Do. Comes debet Garire supradictum usaticum affectatoribus prædictis, etc.* Tabular. Absiense fol. 52 : *Et concessi Garire et defendere secundum posse meum ad opus eorumdem Monachorum.* [Charta ann. 1230. apud Stephanotium tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 819 : *Tenentur Garire et reddere helemosinam antedictam*. Alia ann. 1227. ibid. pag. 849 : *Firmiter promittens idem Philippus, fide data in manu nostra, se de cætero in dicto feodo nichil petiturum, immo pro posse suo eidem Monasterio Gariturum, etc.*] Occurrit præterea in Charta ann. 1318. apud Duchesnium in Hist. Familiæ Castaneriæ pag. 35. Alia Guillelmi D. Surgeriarum ann. 1253 : *Sommes tenus ausdits homes et à lors heirs Garir et defendre lesdites terres à tot empestrement, et aus garder de domage.* [Similia leguntur in Charta Gallica ann. 1294. tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 972.] Le Roman *d'Alexandre* MS. :

Oncques ne pot Garir chastiaus ne fermetez.

[Le Roman *de Guillaume au Court nez* :

Garissez moi de mort et de torment.]

Hinc *Gariment*, pro protectione, tuitione, seu *garentizatione*, in Consuetud. Labourtensi tit. 17. art. 2. tit. 18. art. 2. *Tenir en Gariment*, in Consuetud. Pictavensi art. 99. 106. 118. 136. Inculismensi art. 20. et Angeriacensi art. 22. cum primogenitus secundogenitis feudi partes præstat : tunc secundogeniti eas tenere in *Garimento* dicuntur a primogenito. Vocis origo eadem, quæ *Warantire*. Vide *Warantus*, Oct. Ferrarium *in Garire*, [*de Caseneuve*, Menagium in *Guarir* vel *Guerir*, et D. *de Lauriere* tom. 2. Ordinat. pag. 177. ubi docetur nostrum *Guerir*, Sanare, idem esse, quod a morte tueri, defendere, vel morbum propulsare, Gall. *Garantir de la mort, Preserver de la maladie.*]

* **GARISCERE**, Tueri, præstare, Gall. *Garentir*. Charta ann. 1123. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 424 : *Et laudavit donum, quod parentes ejus olim fecerant, et pro suo ordinio firmavit, et teneat et legaliter Gariscat ipse et filii sui omni tempore*. Vide *Garire*.

GARISMATIUM. Senator lib. 12. Epist. 22 : *Hæc loca et Garismatia plura nutriunt, et piscium ubertate gloriantur*. Vide Gorræi Defin. Medic. in Γάρον.

GARITÆ, Garittæ, Turriculæ editiores in tectis domorum, vel in castrorum muris, Gall. *Guerites* vel *Garites* : ita dictæ, quod eos, qui intus sunt, ab hostium insultibus servent. Will. Britto lib. 2. Philipp. :

Non nisi rarus erat qui muris staret in altis,
Omnibus ad tutas fugientibus ultro Garitas.

Et lib. 7 :

Hi cryptas, illi curvas subiere Garitas.

Continuator Nangii ann. 135..... *Castrum, quod incolæ ipsi munitum fossatis et Garitis tenebant*. Chron. Flandriæ cap. 113 : *Et fut la Garite assenée vint fois l'une après l'autre*. Chr. Bertrandi *du Guesclin* :

Et tenoit le monstier qui estoit bien fermez,
Et de bonnes Garites estoit bien garitez.

Sebastianus Cobarruvias, *Garita, la Casilla pequeña, o celdilla que se haze sobre la muralla para que alli esten los que hazen la vela. Es nombre Arabigo, y vale tanto como cueveçuela, o chozilla, de gar, o gara, que vale cueva.*

* Unde *Gariter* et *Garitier*, Castrum *garitis* munire. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 137 : *Damoiselle Jehanne de Vendosme, dame de Bertecourt, nous a fait exposer que .... pour la garde et deffense de son chastel, ... elle a fait emperer et Gariter et enforcier son dit chastel.* Aliæ ejusd. ann. ibid. ch. 612 : *Les complaignans avoient fait enforcier ladite église et ycelle Garitier au mieulx qu'il avoient peu*. Occurrit præterea apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1410.

* **GARITOR**, Præs, sponsor, Gall. *Caution*. Charta ann. 1118. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 405 : *Legales tibi Garitores erimus per directum, et propter hoc accepimus a te quingentas solidatas*. Vide *Garentitor*.

1. **GARLANDA**, Coronula, sertum, strophium; Ital. *Ghirlanda*, nostris *Guirlande*, Anglis, *a Garland*. Ordo ad benedicendum Ducem Aquitaniæ : *Princeps debet venire Baronum comitatus caterva, et capite suo Garlanda redimitus aurea, cujusmodi circulus aureus a capite ejus, cum ibi advenerit, amovebitur, etc.* Matth. Paris ann. 1247. de Rege Angliæ : *Coronula aurea, quæ vulgariter Garlanda dicitur, redimitus.* [Testamentum Yzeu Dominæ d'Anio ann. 1293. apud Baluzium tom. 2. Histor. Arvern. pag. 704 : *Item sepulturam meam eligo in cimiterio FF. Minorum Viennæ, quibus Fratribus jocalia mea, videlicet laqueos et Garlandas do et lego.* Charta ann. 1344. ex Schedis D. *Lancelot* : *Nulla mulier vana portet aliquam Garlandam neque velum in capite. Garlandæ argenteæ*, in Consuet. Lemovic. art. 42.] *Garlande d'argent*, in Consuet. Dissatensi, et Proussatensi : *Chappel d'argent*, in Consuetud. *de Maringues*, et aliquot aliis in Arvernis, in quibus sic potissimum nuncupatur id, quod uxor post mortem mariti, præter dotem, consequitur, æstimaturque pretio lecti nuptialis. De vocis etymo vide Oct. Ferrarium.

¶ Garlandellus, Eadem notione. Consilium Massil. ann. 1381 : *Audita detentione domine nostre Regine, statuit quod nulla mulier aliqua audeat de cetero seu presumat, cujuscumque sit conditionis, preeminentie vel status, portare coronas, Garlandellum, fronteriam, nec capellum auri, etc.* Vide *Gerlanda*.

* 2. **GARLANDA**, Circuitus, ambitus. Libert. Petræassisiæ ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 647 : *Item quod omnes habitantes hospitia seu ayrilia in Garlanda seu circuitu plateæ dictæ bastitæ, possint ædificare cohopertas impune.* Uude *Garlandeiz* dicebatur Corona vel pars muri seu ædificii superior. Lit. remiss. ann. 1450. in Reg. 186. ch. 49 : *Les supplians monterent sur la masse du pont du chastel de la Bruyere, et de là acrocherent un crochet au Garlandeiz d'une tour, et par le moyen dudit crochet, eschielles, ou autrement, ilz monterent sur ladite tour.* Hinc

* **GARLANDERIUS**, *Garlandarum* seu repagulorum ad munimentum constructor. Comput. ann. 1255. ex Cod. reg. 4656 : *Guillelmus Mauricius et Durantus Saorninus Garlanderii, pro quinque cannis ambarrii e quinque cannis vallati, quinque solidos Turon.* Vide supra *Ambarium*.

GARLETA, [Mensura vinaria.] Vide *Galo*.

¶ **GARMACHIA**, pro *Garnachia* 1. Statuta Ecclesiæ Meldensis inter Anecdot. Marten. tom. 4. col. 898. et tom. 2. Hist. ejusd. Eccl. pag. 484 : *Ne* (Sacerdotes) *habeant Garmachias vel vestes inordinatas omnino prohibetur.*

GARMASIA. Concilium Albiense ann. 1254. cap. 16 : *Prohibemus quoque di-*

Digitized by Google

strictius, ut nulli regulares cum balandranis, seu Garmasiis, vel aliis vestibus laicorum equitent. Puto scribendum, *Garnasiis*, vel *Garnachiis*. Vide *Garnachia* 1.

GARMORDRIT. Vide *Gamurdrit.*

¶ **GARNA**, Rami pinorum, quibus furni calefiunt, Arvernis *de la Garna.* Occurrit in Charta Tabularii S. Crucis Savigniacensis.

* **GARNACHA**, Toga, vestis talaris, Ital. *Guarnacca*, Gall. *Garnache*, quomodo etiam legendum, pro *Garvache*, inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 492. Stat. ant. Florent. lib. 1. cap. 66. ex Cod. reg. 4621. fol. 35. r° : *Bannitores communis Florentiæ . . . . . debeant induere se expensis propriis . . . . tunica et Garnacha.* Neque alia forte est vestis superior, quam *Gavardine* nostri appellarunt. Lit. remiss. ann. 1482. in Reg. 208. Chartoph. reg. ch. 244 : *Icellui de la Selle despouilla sa Gavardine, qu'il avoit sur lui, et se mit en pourpoint, et print une javeline en sa main.* Vide mox *Garnachia* 1.

1. **GARNACHIA**, Garnacia, Guarnacia, Italis *Guarnaccia*, Toga, vestis talaris. Sic autem describitur a Gaufredo Vosiensi 1. part. cap. 74 : *Novissime usi sunt ampla quadam veste, instar Monachi, sine manicis, quod Franci vocarunt Garnacha :* ubi perperam edit. *Gamacha.* Urbanus IV. PP. in Regula Militiæ Ordinis S. Mariæ, apud Ghirardaccum in Hist. Bononiensi tom. 1. in Indice : *Habeant tunicam interiorem de panno laneo albo vel pignolato, super quo uti possint Guarnacia similis coloris, aut de camelino.* Rollandinus in Chronic. lib. 5. cap. 20 : *Cultellum arripuit, quem portaverat in sarcoto,* (forte *surcoto*) *sive Guarnacia, inter pannum, et pellicium suum.* Statuta Massil. ann. 1274. MSS. lib. 2 : *Garnachia cum penna et frezio 2. sol. et 6. denar... Garnachia muliebris de senduto, vel de camelotto cum penna.* [Statuta Ecclesiæ Avenion. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 579 : *Illa Garnachia quæ manicas non habent, olim per aliquos* (Clericos) *ferri consueta ab eisdem, et eorum quolibet sub excommunicationis pœna, dimissa penitus et trajecta.* Statuta Cisterc. ann. 1230. ejusd. tom. col. 1355 : *De Monialibus de Moleges, quæ deferunt vela alba et Garnachias, et nutriunt crines longos, præcipitur ut ordinate se habeant, vel ab ordine abscindantur.*] Constit. Joannis Archiep. Nicosiensis ann. 1320. cap. 4. de Canonicis : *Scilicet ut nullus extra domum suam portet Guarnachiam de ante scissam, seu apertam per terram.* Regula Ordinis S. Marci de Mantua : *Una Guarnaccu pellicea, et pelliceum.* Adde Concilium Budense, editum a Rainaldo post 14. tom. Annal. pag. 4. Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis ann. 1351 : *Pour 20. aunes et demie de fin veluau vermeil des fors, pour faire une Garnache, ou long mantel fendu à un costé, et chapperon de mesme, tout fourré d'ermines, . . . pour 2. pieces de fin veluau blanc pour faire une cote et une Garnache fourrée d'ermines pour le Roy à ladite feste de l'Estoille.* Et cap. *Des pennes : Pour fourrer un surcot, une Garnache, un mantel à parer, et un chaperon, que le Roy ot de fin blanc de Broisselles.* Alibi : *Pour 60. ermines à fourrer les manches d'une Garnache blanche pour ledit Seigneur.*

¶ Guarnatia, Eodem intellectu. Computus ann. 1333. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 281 : *Item, Gerardo pro Guillelmo Bastardi, quando fuit factus Miles pro tribus infoderaturis Guarnatiarum .... xxxii. floren.* Hispanis *Garnacha*, Italis *Guarnacca*, *Veste longa che si porta di sopra forse zimarra.* Vide Menagium in Orig. Gall.

Guasnacia, Eadem notione Testamentum MS. Mariæ Reginæ Aragon. 20. April. ann. 1213 : *Gassendiæ Cameriariæ meæ lego 25. lib. ... et capam meam, Guasnaciam, pallium, et tunicam, et pelliciam novam scarlateam, et mantellum, et Guasnaciam de viridi panno : Guillelmæ mulieri servienti meæ Guasnaciam de bruneto, etc.* Vide Meursium in Γρανάτζα, et Ferrarium in *Guarnacca.*

2. **GARNACHIA**, Potus species, seu vinum, quod *vernacium* appellatur a Petro de Crescentiis lib. 4. cap. 4. cujus interpres vetus Gallicus *Vin de Garnache* vertit. Computus Thesauri Regis Francor. ann. 1312 : *Richardus de Archemino Lombardus pro 3. sextariis cum dimidio de Garnachia, captis ab eo per Nic. de Cabour Scancionem Regis pro reimplenda quadam cauda vini de Garnachia, quæ erat Parisiis.* Impositiones urbis Parisiensis ann. 1349. in Regesto Memorialium Cameræ Comput. Parisiens. sign. C. : *Pour le tonnel de vin . . . . pour la queue de Garnasche payera 30. sol.*

* Nostris *Garnache.* Ordinat. an. 1415. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 1 : *Item quant on exposera en vente aucuns vins estranges en la ville de Paris à détail ou taverne, comme Garnache, malevoisie, etc.* Froissart. vol. 2. cap. 77 : *Beuvoient à la Galvache et à la malvoisie sur les Lombars.* Cap. 102 : *Galrigaches, malvoisies, et autres vins estranges.* Melius cap. 163. *Malvoisie et Garnache.* Vide *Vernachia.*

* 1. **GARNAMENTUM**, Toga, vestis talaris, idem quod supra *Garnacha.* Tetam. ann. 1335. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 492 : *Insuper legamus Margaritæ quondam uxori Joceti, quondam fratris nostri, quoddam Garnamentum, nuncupatum Garvache* (l. Garnache) *cum caputio et fourraturis. Garnement*, eodem sensu, seu pro qualibet veste, in Lit. ann. 1372. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 559 : *Son meilleur Garnement à vestir.* Le Roman *de Robert le Diable* Ms. :

> Tous armés des blans Garnimens,
> Et de tels appareillemens,
> Con li blans chevaliers avoit.

* 2. **GARNAMENTUM**, Quidquid rei cuilibet instruendæ vel ornandæ convenit. Charta ann. 1321. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 303 : *Quod ipse marescallus et sui hæredes tenentur . . . . providere quod palefredi et equi de sella prioris et familiæ suæ secum equitantis sint, tam in Garnamentis quam in ferris et aliis, bene muniti.* Vide in *Garnire.*

1. **GARNARIA**, Idem videtur quod *Garnacia*, nisi ita legendum sit, in Constitutionibus Catalaniæ MSS. : *In Mantellis, similiter et cotis, sive Garnartis.* Vide *Laqueatæ Vestes.*

¶ 2. **GARNARIA**, Piscina aquæ recepta culum, Gall. *Reservoir*, Angl. *Waterhouse.* Litteræ anni 1443. apud Rymer. tom. 11. pag. 33. col. 1 : *Diversos aquæ recentis conductus, cum standardis cæterisque machinis et pipis plumbeis, quæ ultra tria miliaria sub et supra terram decurrerunt et decurrunt, construere et erigere, ac quandam comunem Garnariam de novo fabricare, et quandam crucem spectabilem in Westchepe dictæ civitatis, pro quadam augea eisdem conductibus, tanquam mater, deservitura, quæ sine summa plumbi notabili ac operariis eisdem operibus necessariis exequi non valet, etc.*

¶ **GARNATIA**, ut *Garnachia* 1. Computus anni 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 283 : *Item, pro infoderatura unius Garnatiæ et caputii pro domino Andrea Dalphino de virgata, quam Dominus portavit de Francia*, vi. *lib.* vi. *s. Vienn.*

* **GARNATUS**, Carbunculus, lapillus, Gall. *Grenat.* Invent. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. reg. : *Item duo tabelli conjuncti ad invicem, ornati gemmis, in quibus . . . . defficiunt duo saphiri et unus Garnatus, ac de tempore prædicti Buchet defficiunt etiam ibidem duo alii saphiri et unus Garnatus.* Ubi in alio incerti anni : *Granatus.* Vide in hac voce.

* **GARNELES** dictione populari, pro *Grenelle*, olim *Garannella*, diminut. a *Garenna*, teste D. *Le Beuf* tom. 2. Hist. Paris. pag. 397. Charta ann. 1211. ex Tabul. S. Germ. Prat. : *Ipsi autem pro bono pacis statuerunt quod totum territorium, quod continetur a tornella Philippi Hamelini supra Sequanam, usque ad metam, quæ dividit terram S. Germani ex una parte, et terram S. Genovefæ ex altera versus Garneles, etc.*

¶ **GARNERIA**, f. Ornatus linteus, Gall. *Garniture.* Computus ann. 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 276 : *Solvit pro octo Garneriis emptis ibidem per Dominum a Monialibus Monasterii S. Trinitatis taren.* xii.

¶ **GARNESIA**, f. Præsidium, Gall. *Garnison.* Litteræ anni 1417. apud Rymeram tom. 9. pag. 529 : *Assignavimus vos ad omnes et singulas tertias nobis de quibuscumque Capitaneis de Garnesia nostra de Vernulle, etc.*

GARNESTURA, ex Gall. *Garniture, Garnison.* Qua voce intelliguntur victualia, arma, et cætera, quæ ad oppidi vel castri defensionem necessaria sunt. Matth. Paris ann. 1250 : *Significavit Soldanus Regi Francorum, ut sedatis omnibus civitatem Damiatæ cum sustentamentis, quæ Garnesturas vulgares appellant, consultius resignaret, etc.* Infra pag. 532. *Instaurationes* vocat. Historia Castelli Doverensis tom. 2. Monastici Anglicani pag. 1 : *Et enforcea le Chastel de Doure de fosses et de mins et de Garnesture contre les Romains, s'il venissent.* [Vide *Garnistura.*]

¶ **GARNETTUS**, Carbunculi species rubri coloris instar granorum mali granati, Gallis *Grenat*, Angl. *Garnet. Cum aliis saphiris, Garnettis et perles*, apud Rymer. tom. 5. pag. 60.

GARNIAMENIUM. Vide in *Garnire.*

* **GARNIARE**, Vox pannificorum, in Stat. pro arte parator. pannor. Carcass. renovatis ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph.

Digitized by Google

reg. ch. 121 : *Item quod paratores dictæ villæ Carcassonæ seu minsteriales* (l. ministeriales) *ejusdem debebunt et tenebuntur bene, decenter et sufficienter parare et aptare dictos pannos, tam in Garniando, quam inversando et embroendo.*

* GARNIMENTUM, Pellitium, Gall. *Fourrure*. Lit. ann. 1277. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 670. art. 4 : *De quolibet Garnimento pelliperiæ factæ, duos denarios.* Consuet. Paris. ex Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. fol. 36. r° : *Item Garnemens de gris qui vient de hors, iiij. den. la piece. Garnissement*, Munimen, in Charta ann. 1297. ex Tabul. S. Vandreg. : *Avons confirmé ches présentes letres du Garnissement de nos seaus.* Vide in *Garnire* 1.

1. GARNIRE, Ornare, [instruere, parare, munire, Gall. *Garnir*, Ital. *Guarnire*, a Teutonico *Garen*, Saxon. Gearvian, Parare, præparare. Concilium Turon. ann. 925. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 72 : *Ad omnem legem examinandum, quameumque et Synodus indicasset, semper Garnitus adesset* : id est, instructus et præparatus. *Lectus Garnitus*, Gallice *Lit Garni*, Lectus instratus, in Testamento ann. 1392. tom. 2. Maceriarum Insulæ Barbaræ pag. 672 : *Lecti muniti sive garniti*, in Charta ann. 1500.] De vocis etymo vide Oct. Ferrarium in Orig. Ital. [Menagium in Gall. et Schilterum, quem secuti sumus, in voce *Gar.*]

GARNIAMENTUM, Instructus, quidquid ad instruendam vestem, vel adornandam confert, vulgo *Garniture d'habit*. Monasticum Angl. tom. 2. pag. 321 : *Et cuilibet eorum per annum tres ulnas telæ,... et unum Garniamentum lanearum quolibet anno.* Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Reg. anni 1351 : *Pour 3. pieces de drap d'or de Damasque, pour faire à M. le Dauphin une robe de trois Garnemens qu'il ot le jour des Espoussailles de la Reine de Navarre sa sœur.* Cap. *des pennes et fourrures : Pour fourrer les robes et Garnemens, que lesdits Seigneurs ont euz en ce terme, etc. Pour fourrer une robe de 6. Garnemens, etc. Pour fourrer deux paires de robes de 4. Garnemens, et de 6. Garnemens, qu'il ot la veille de Noel.* Le Roman *de la Rose* :

Belle robe et beau Garnement
Amendent les gens durement.

Le Roman *de Siperis de Vineaux* :

Hardement ne vient mie de noble Garnement,
Ains vient de gentil cuer ou prouesse se prent.

Guillelmus *Guiart* :

Là veissiez à l'empressier,
Armes acerées bessier,
Sus Garnemens brunis sans tache,
Comme espées, coutiaus, et haches.

[Le Roman *d'Athis* MS. :

Moult furent chier leur Garnement
En riche atours, en beaux draz.]

Vide Rastallum verbo *Garnishement*.

¶ GARNIMENTUM, Instructus et ornatus quivis rei cuilibet convenientes. Statuta Massil. pag. 461 : *Balistæ sint bene garnitæ de omnibus Garnimentis sibi necessariis, et sint ad c. lib. carrelli pro singulis balistis.* Testamentum anni 1298. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1307 : *Exceptis tamen... vaissilomentis meis argenteis omnibus, totalibus, quæcumque habeam, utensilibus, et aliis Garnimentis hospitiorum meorum, etc.* Charta anni 1300. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 298 : *Cum dictarum terrarum, locorum et castrorum mandamentis, Garnimentis, feudis et retrofeudis, justitiis altis et bassis.* Testamentum anni 1392. in Maceriis Insulæ Barbaræ tom. 2. pag. 671 : *Item domum pridem dicti carissimi fratris sui... una cum toto Garnimento et vasis vinariis infra eandem domum existentibus.* Occurrit rursus in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 406.

GUARNIMENTUM. Constitut. Siculæ lib. 3. tit. 36. § 1 : *Et quod sellas et scuta munire debeant necessariis, et fortibus Guarnimentis.*

GUARNIMENTUM, Apparatus bellicus, Ital. *Guarnimento*. Rollandinus in Chron. lib. 10. cap. 5 : *Et cognito per Ecelinum, quod, quantum in numero personarum, Guarnimentum Ecclesiæ suo Guarnimento comparari non poterat, etc.* [Utitur rursus lib. 1. cap. 4. et 14. lib. 6. cap. 6. lib. 8. cap. 1. ut et Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad annum 1238. Ogerius Panis lib. 4. eorumd. Annal. ad ann. 1204. et 1206. Auctor Chronici Parmensis ad annum 1295. etc.] Adde Hist. Cortusior. lib. 1. cap. 5. 20. 23. lib. 5. cap. 6. etc. *Garnissement*, apud Littletonem sect. 111. Vide Pergaminum in *Guernire*.

¶ GUERNIMENTUM. Chron. Parmense ann. 1305. apud Murator. tom. 9. col. 854 : *Item eodem tempore de mense Augusti... quum diceretur Parmæ, quod domini de Rubeis faciebant Guernimenta Segulariæ, dominus Ghibertus de Corrigia Defensor prædictus misit illuc quemdam suum famulum nomine Zenardum, ad sciendum si erat verum de dictis Guernimentis.*

1. GARNISIO, Commeatus, instructus, annona, virum, arma, et quidquid ad muniendam urbem necessarium est. Vincentius Belvacens. lib. 32. cap. 98 : *De victualibus autem Garnisionis, licet multa per ignem deperierint... multa tamen remanserunt ex eis.* Charta Philippi Pulcri anni 1304 apud Buzelinum lib. 2. Gallo-Fl. cap. 28. [et Miræum tom. 2. pag. 882.] : *Item quod ad opus Garnisionum nostrarum bona eorum... eis invitis non rapientur.* Nangius in Chronic. ann. 1296 : *Fugati de prælio omnem Garnisionem, quam ducebant cum bellico apparatu, totaliter amiserunt.* Vide eumdem ann. 1249. et in Philippo III. ann. 1274. [Litteræ Johannis I. Regis Franc. ann. 1352. apud *de Lauriere* tom. 2. Ordinat. pag. 541 : *Pro bladis, aliisque granis, vinis, animalibus, lignis, aut aliis munitionibus, sive Garnisionibus suis quibuscumque, quas et quæ pro victu et necessariis earumdem, ipsis in servicio nostro existentibus, in domibus et hospitiis, per terram, sive aquam devehi et deferri faciunt, seu adduci, ad pedagium... minime teneantur.* Vide Litteras ann. 1351. tom. 3. earumd. Ordinat. pag. 443. etc.] Chronicon Fland. cap. 39 : *Et feit prendre toutes les Garnisons, qui en la ville estoient, et les feit mener au chastel.* Occurrit passim ibi, et apud Froissartem, Monstrelletum, et alios. *Garison* eadem notione dixit le Roman *de Garin* :

Jusqu'à la nef ne se sont arrestié,
La Garison en ont à mont porté,
Le pein bescuit, et char salée assés.

[* Reg. episc. Nivern. ann. 1287 : *Garnisto torcularium.* Necrol. Bitur. Ms. : *Item tota Garnisio Bellitoci vendetur quantum vendi potest, de quibus quilibet habebit sex denarios Paris. Garnison*, eodem intellectu, in Lit. ann. 1360. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 495. art. 21. et *Guarnison*, in aliis ann. 1371. ibid. pag. 462.] Hinc *Garnisones* dicta ipsa præsidia militaria in castris, quomodo vocem hanc hodie usurpamus. Nangius in Vita S. Ludovici ann. 1265 : *Æstimantes... Garnisionem munitionis egressam pro fortibus exercitum invasisse.* [Instrum. ann. 1430. tom. 1. Hist. Dalphin pag. 64 : *Magna quantitate victualium, artilleriæ et tractus ibidem dimissa, quæ erat sufficiens ad custodiam dicti castri spatio duorum annorum et ultra cum triginta pugnatorum Garnisone.*]

Sed et sic appellatæ nostris apothecæ, seu loca, in quibus asservabatur et recondebatur quidquid ad domum regiam necessarium erat, verbi gratia vestes, vasa aurea et argentea, etc. Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Reg. ann. 1351. cap. *Des draps de laine : Des draps dessusdits l'en a deliveré à chascun pour cotte hardie et houce six aulnes et demie, etc. et le demeurant est demeuré és Garnisons de la taillerie, etc. Des Garnisons de l'argenterie et de l'inventoire G. de Monstrueil pour deux aulnes de drap d'or mattabas et 4. aulnes de velluaux violet, c'est asavoir le drap d'or prins ésdites Garnisons, et le veluau dudit inventoire, etc. Garnisons du Temple*, ibidem.

¶ GARNISONES SERVIENTIUM, Apparitores in domum debitoris, a Judicibus missi, qui ibi vivant, usque dum solvat debitum. Vide *Comestores*.

¶ GARNISO, Species armaturæ, f. eadem quæ Italis *Garzerino*, Lorica, Gallis *Jaseran*. Statuta Massil. pag. 461 : *De Garnisonibus in navibus portandis. Generaliter decernimus observandum quod omnes mercatores portantes in aliqua nave Massiliæ... valens duc. libr. vel amplius portent Garnisonem, et pro servitiali suo ausbergotam, vel curellum.* Ibid. pag. 466 : *Statuimus quod... unusquisque Judæorum* (navigantium) *habeat semper et portet secum unam Garnisonem ferream in eundo et redeundo in viagio.* Forte posset intelligi armatura perfecta, suis constans partibus omnibus, quæ totum *garniat* seu ornet hominem. Vide *Carniso*.

¶ GARNISTURA, ut *Garnestura*, Quidquid ad munitionem castri vel oppidi necessarium est; item quivis ornatus cuivis rei conveniens, Gall. *Garniture*. Litteræ anni 1403. apud Rymer. tom. 8. pag. 328 : *Pro munitione et Garnistura... castri vestri, etc. De Garnistura mitræ*, in Inventario Ecclesiæ Noviom. an. 1419.

* 2. GARNISTO, Instructus, ornatusve cuivis rei conveniens; unde *Garnitor* dicitur, qui illos accommodat. Arest. parlam. Paris. ann. 1303. in Reg. *Olim* fol. 106. v° : *Cum forbissatores ensium villæ Parisiensis curiæ nostræ conquesti fuissent, dicentes quod . . . . . Garnitores fordlorum ensium opera, ... ad officium dictorum forbissatorum . . . . pertinentia, ... exer-*

Digitized by Google

cebant . . . . . Per arrestum nostræ curiæ dictum fuit, quod ipsi Garnitores mercaturas suas bonas ensium et forellorum ac Garnisionum eorumdem . . . . . poterunt asportare vel mittere Parisius. Hinc

* *Garnison*, pro Panno vesti assuto, vulgo *Doublure*. Inventar. ann. 1316. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 84. r°. : *Item cinq tessus de soie, sanz Garnison.* Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 323 : *La moitié d'une Garnison d'une piece de robe, garnie de toile.* Sed et pro re qualibet, quomodo *Chose* usurpamus, occurrit in aliis Lit. ann. 1380. ex Reg. 117. ch. 188 : *Icellui Hugues print un sac, où il avoit pluseurs Garnisons, desquelles ledit supplinnt ne scet, ne ne sceut onques la quantité, ne queles elles estoient.*

* Garnitura, Eadem notione. Inventar. Ms. bonor. Joan. de Madalhano ann. 1450 : *Item unam payrolam cupri parvi valoris sine Garnitura, continentem unam crugam aquæ.* Vide *Garnimentum* in *Garnire*.

Warnitus, seu *Garnitus*, Instructus, *Garni* etiamnum nostris, *Wurni*, Picardis. Capitularia Caroli C. tit. 26. § 6 : *Unusquisque infra patriam cum pace et sine oppressione pauperum.... et in hostem, vel ad placitum, sive ad curtem veniens, de suo sit Warnitus, et de domo sua moveat, ut cum pace venire... possit.* Adde tit. seq. pag. 248. Eadem Cap. tit. 45. § 25 : *Nobis in adjutorium, prout citius potuerint, veniant, et ad hoc omnes semper Warniti sint.*

* 2. **GARNIRE**, Instituere, educare. Testam. Raym. Trencavel. ann. 1154. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 551 : *Et relinquo ei meum filium pro Garnire, et pro facere militem.*

* **GARNIZO**, Præsidium militare, Gall. *Garnison*. Inquisit. ann. 1210. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 49. col. 2 : *Et Garnizones quas intus invenirent, armarent se et socios suos.* Vide *Garnisio* in *Garnire*.

* **GAROFFOLLUM**, Caryophyllum, ut *Gariofilum*. Stat. Astæ ubi de Intrat. portar. : *Folia Garoffollorum ponantur et solvant pro quolibet rubo, et si aliter fuerit plus vel minus pro rata, lib. xxv.* Vide *Garyofolum*.

* **GAROPHANUM**, Pari significatu, ab Italico *Garofano*. Stat. Genuæ lib. 4. cap. 12. pag. 80. r° : *Dum tamen pecuniam inventam in dictis bonis implicare non possint, nisi in mercibus infrascriptis, auro, argento,... Garophanis, nucibus muscatis, etc.*

¶ **GAROSSA**, Species viciæ, Gall. *Jarrousse*. Computus Vienn. ann. 1318 : *Computat de recepta annonæ, bladi, ordei, avenæ, fabarum, pisorum, Garossarum, milii, vini, amigdalarum, olivarum, etc.* Vide *Jarrossia*.

GARPÆ, vox Italica, Morbus equinus, *in juncturis crurium circa pedes*, ex Petro de Crescentiis lib. 9. cap. 44. ubi vetus ejus Gallicus Interpres habet *Grappes*, quomodo mulomedici etiam vocant.

¶ **GARPIRE**, ut infra *Guerpire*, Possessionem rei alicujus dimittere. Chartarium Ecclesiæ Auxitanæ cap. 64 : *Vendidit sine aliqua retentione Deo et B. Mariæ... totam terram supradictam, et Garpivit prænbendam.* Occurrit etiam apud Miræum tom. 1. pag. 390. col. 1. et 2.

¶ **GARRÆ**. Miracula S. Amalbergæ, tom. 3. SS. Julii pag. 108 : *Dum levaverunt eum de curru, ponentes super Garras atrii, statim auxilio B. Amalbergæ resumpsit ibidem omnium membrorum sanitatem.* An scamna, an repositaria, inquiunt Editores eruditi : crediderim esse repagula, et *Garras* dictas fuisse pro *Barras*. Non una hæc esset B. in G. mutatio. Vide *Barræ*.

* **GARRAFOSSUS**, Fossa, canalis, rivus. Stat. Placent. lib. 4. fol. 38. v° : *Ita quod ipsæ stratæ non devastentur vel impediantur, et etiam facere aptari omnes malos sapellos et Garrafossos, et inglarari; quod fiat de aptandis sapellis et Garrafossis expensis illorum, seu per illos, qui utuntur ipsis stratis a quatuordecim miliaribus infra versus civitatem.* Vide mox *Garranerius*.

¶ **GARRALIUM**, Novalis ager. Charta Massil. ann. 1436 : *Dedit 12. Foisateras terre, quorum pars erit in Garraliis.* Vide *Garachium* et *Garratum*.

* **GARRANDARE**, Tueri, præstare, Gall. *Garentir*. Charta Joannæ comit. Fland. ann. 1241. in Suppl. ad Miræum pag. 108. col. 2 : *Qui* (domini terræ) *præfatam domum sæpedictis begginis debebunt Garrandare.* Vide supra *Garentizare*.

¶ **GARRANDIA**, Cautio, tuitio, Gallis *Garantie*. *Præstare Garrandiam*, in Charta anni 1244. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 133. Vide *Garandia*.

¶ **GARRANDIRE**, Tueri, protegere, Gallis *Garentir, Defendre*. Leges Balduini Flandriæ Comitis ann. 1200. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 767 : *Si homo fugitivus, qui hominem interfecerit.... nulla villa libera, nullusque dominus, vel homo, illum tueri vel Garrandire potest.*

* **GARRANERIUS**, ut supra *Garrafossus*. Charta ann. 1398. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 435 : *Cum duo malefactores.. commisissent certa crimina, . . . videlicet inter quoddam femorarium et unum Garranerium in itinere publico, etc.* Infra pro *Garranerium*, habetur *rivum*.

GARRAPATA, vox Hispanica, Genus pediculorum, qui canes et cattos mordere solent. Acta S. Prudentii Episcopi Garrayensis, apud Bivarium : *Illico facta benedictione, cecidit super sceleratos Garrayenses quoddam genus pediculorum, qui apud Hispanos Garrapatæ nuncupantur.* Aliud sonat apud Italos, quibus est uncus, harpago. Vide Oct. Ferrarium in Orig. Italic. verbo *Garetto*.

¶ **GARRATUM**, ut *Garralium*, Novalis ager. Recognitio anni 1207. facta Abbati S. Tiberii apud Stephanotium tom. 1. Antiquit. Occitan. MSS. pag. 406 : *Tamen si in tempore solutionis in condamina, quam habeo in ipso vestro termino, quæ conjungitur ab oltano cum via, quæ movet a villa S. Tiberii et ducit ad gapum* (f. campum) *de Majano, fuerit factum Garratum sasponatum vel bladum seminatum hæc omnia in pace et sine inquietudine inde trahatis.* Vide *Garachium*.

* **GARRATUS**, Lapis, silex, cæmentum, Gall. *Moellon, caillou*. Comput. ann. 1363. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 261. col. 1 : *Solvit magistro Guillermo de Remohis pro una libra pulveris ad opus Garratorum extrahendorum, vij. grossos.*

* **GARREARE**, pro *Guerreare*, Bellum inferre, facere. Charta Guid. de Castell. ann. 1224. in Chartul. Campan. fol. 193. v°. col. 1 : *Præterea si comes Campaniæ vellet Garreare aliquem hominum meorum, qui sunt de feodo suo, etc.* Vide infra in *Guerra*.

¶ **GARRENS**, Gall. *Garant*. Vide *Garens*.

* **GARRERIA**, Herbæ species, f. Caretum. Stat. Vercel. lib. 4. pag. 85. v° : *Item quod aliquis testor non debeat lixare telas, mantilia, vel toalias cum gladio, Garreria, seu re aliqua super telario.*

GARRICÆ, Garricia, etc. Terræ incultæ, Gall. *Garriges, Garicæ, Garricæ*, in Usaticis Barcinonensibus, in Testam. Guifredi Comitis Ceritan. tom. 6. Spicil. pag. 433. 434. in Charta Sancii Reg. Arag. ann. 1093. apud Catellum in Comitib. Tolosan. pag. 93. in aliis apud Ruffium in Histor. Comitum Provinc. pag. 54. Mabillonium tom. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti pag. 89. etc. *Garriciæ*, in Chartis ann. 1066. et 1073. apud Joffridum in Nicia pag. 162. et in Chronologia Lirinensi tom. 1. pag. 365.

¶ Garaciæ, Eadem notione, in Chartulario Ecclesiæ Aptensis fol. 92. ubi etiam habetur *Garicæ*, et *Garriciæ*.

Garrigæ, in Chronol. Episc. Lodovens. pag. 224. 228. et apud Gariellum in Episcopis Magalonensib. pag. 196. Vide Galland. de Franco allodio pag. 132. *Garrigiæ*, in Charta ann. 1289. apud eumdem Gariellum in Episcopis Magalonensibus pag. 263. Petrus Roboriensis Poeta Provincialis apud Joann. Nostradamum cap. 56 :

> Paut m'an valgat mos precs, ny mos prezics,
> Ni jauzimen d'ausel, ni flour d'eglay,
> Ni lou placer que Dieu trausmet en may,
> Quand en vey verds lous prats, ni lous Garrics.

* Ager pascuus, ut supra *Garricus*. Charta ann. 1144. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 507 : *Ego Bernardus Atonis, vicecomes Nemausi, dono et in perpetuum concedo ad patuum populo Nemausensi omnes Garrigas, quæ sunt infra terminos, quos modo dicam. Garric* Petro Roboriensi seu *de Ruere*, cujus laudati a Cangio versus v. *Garricæ*, ita legi debent, auctore ill. Pr. *de Mazaugues* :

> Pauc m'an valgut mos precs, ni mos prezics,
> Ni jauzimen d'ausel, ni flour de glay, etc.

Vide in *Garricæ*.

☞ Oritur hæc vox ab Occitano *Garric*, Ilex : unde Occitanis *Garrigues*, ut et Provincialibus *Garriguo*, Agri sunt virgultis obsiti, præsertim ilicibus minoribus, quas vocant *coccigeras, cocciglandiferas* et *aculeatas*, hæcque propria notio est vocis *Garricæ*, quæ pluribus in Chartis ab agris nude incultis distinguitur : unam alteramve in exemplum profero. Charta ann. 845. Marcæ Hispan. col. 781 : *Vindo illas villas... cum pratis et pascuis, silvis, Garricis.... cultum et inculum.* Alia ann. 879. col. 809 : *Ildegerius Presbyter dimisit ad Abraham clericum fratrem suum terras cultas et incultas, silvis et Garricis.* Multo plures præterea ne longior sim in re manifesta. Si lubet vide Probat. Histor. Tutel. pag. 329. 360. Chartam ann. 638. apud Lobinell. tom. 3.

Digitized by Google

Hist. Paris. pag. 20. col. 2. etc. Cum autem hujusmodi loca, ubi crescunt ilices, fere spargantur thymo, amaraco aliisque similibus herbis seu plantis virentibus, hinc eorum viriditas non male pratis comparatur a P. Roboriensi in versibus mox laudatis. Vide *de Caseneuve*, et Menagium in suis Origin. Gall. ac præsertim Garidelum in suo Tractatu de plantis in Aquensi territorio nascentibus pag. 248.

* GARRICUS, Ager incultus et pascuus. Charta ann. 1319. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 166 : *Ascendit dicta comba usque ad Garricum signatum,.... et sicut dictus Garricus vadit apud Garricum, qui est ante domum Bernardi Laura.* Vide mox *Garrigua.*

* **GARRIFICARE.** Vide infra *Guerragare* in *Guerra.*

¶ **GARRIDOR**, Auctor, qui cavet de evictione, Gallice *Garent.* Charta ann. 1125. apud Stephanot. tom. 1. Antiq. Vascon. MSS. pag. 767 : *De isto dono debemus esse Garridor et authorgardor.* Vide *Garens.*

* **GARRIGERIUS**, Qui messibus servandis invigilat. Vide mox in *Garrigua.*

* **GARRIGUA**, Ager suis frugibus vestitus : nam agro inculto *tala* seu damnum inferri nequaquam potest. Charta pro consul. de Genest. ann. 1402. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 264 : *Quando contingit in dicta Garrigua talas aliquas fieri per aliquem seu aliquos, hujusmodi talas extimandi et extimare faciendi per juratos Garrigerios etc.* Cui interpretationi omnino favet Joinvilla in S. Ludovico minus apte laudatus a Cangio ad v. *Carretum* 2 : *L'un des admiraux d'un Souldan estoit venu fauciller et dégaster les blez d'un Karet estant illeques près.* Hinc, ager etiam spoliatus, et in quo stipulæ tamen remanent, *Garet* dicitur, in Lit. remiss. ann. 1470. ex Reg. 196. ch. 280 : *Ainsi que les supplians faisoient pasturer leurs beufs arans en une estouble ou Garet.* Unde *Temps de Garez* vel *Garoez*, appellatur anni tempestas, qua fruges demetuntur in agris. Charta ann. 1350. in Reg. 80. ch. 17 : *Chascun qui a charrue doit trois corvées, une ou temps de Garez, une ou temps de semailles, et l'autre ou Mars.* Alia ann. 1385. ex Reg. 128. ch. 51 : *Est tenu faire certains services, appellés courvées, par trois foiz l'an,.... à la saison de fromens,.... à la saison de Mars, et autant à la saison de Garoez.* Neque aliunde repetenda mensis Augusti appellatio, in Charta Guil. comit. Hannon. ex Cod. reg. 10196. 2. 2. fol. 36. v° : *Donné l'an de grace* M. CCC. XXIII. *ou mois de Geskerech.* Flandris, *Geschied*, eadem notione. Vide supra *Garactum.*

¶ **GARRIRE**, *Inconditum et horrendum clamorem edere, more Turcarum jamjam prælium commissurorum, ad terrendum hostem.* Barthii Glossarium ex Anonymi Hist. Palæst. : *Tunc videntes Comitem et Boamundum venientes et conducentes illam gentem, mox cœperunt stridere et Garrire ac clamare vehementissimo clamore... Alii qui remanserant viri, jam non amplius audebant clamare vel Garrire.* In Actis S. Francæ Abb. tom. 3. April. pag. 397. Clamare est præ nimio dolore : *Comprehenderunt eam dolores immensi : quibus angustiata clamare cœpit et Garrire tam fortiter, ut mirarentur præsentes.*

¶ **GARRITUS**, *Clamor bellicus*, in Glossario Barthii ex Guiberti Historia Palæstina.

* **GARRITUS**, Cautione assertus, Gall. *Garenti.* Chron. Forojul. in Append. ad Monum. eccl. Aquilej. pag. 35. col. 1 : *Dominus comes factus fuit capitaneus per quinque annos, et omnes reditus patriarchatus et Garritum debebat habere : ita quod patriarcha nihil habebat agere, nisi accipere a domino comite tria millia marcarum in determinatis taxis.* Vide supra *Garrandare.*

* **GARROBIS**, ut *Garossa*, Species viciæ, Gall. *Jarrousse.* Charta ann. 1407. in Reg. feud. comit. Pictav. fol. 246. r°. ex Cam. Comput. Paris. : *Item habeo* (ego Johannes Babaudi) *cogrerium seu largier in bladis quæ seminantur terris superius contentis et declaratis, scilicet de bailhargia, de Garrobe, de vesse, de piso bruno, etc.* Idem forte est, aut pisi genus, *Warpois*, in Consuet. feriar. Trecens. ex Cod. reg. 8312. 5. fol. 148. r° : *Li sas de pois et de Warpois, iiij. den.* Vide infra *Jarrossia.*

¶ **GARROFA**, Siliqua edulis, Gall. *Carouge*, Hispan. *Garova.* Concil. Tarrac. ann. 1591 : *Nec de frugibus duntaxat, frumento, hordeo, avena, spelta, milio, Indico tritico Mahiz dicto... ac virgultorum fructibus solvi præcipimus* (decimas,) *ut de pyris, pomis, prunis, ficis, cannis mellis... siliquis sive Garrofis, castaneis, etc.*

¶ **GARROLIUM**, GARULLIUM, f. Repagulum, Gallice *Barriere.* Computus anni 1202. apud D. *Brussel* ad calcem tomi 2. de Feudorum usu pag. CCIX : *Magister Ricardus pro opere Paciaci* IIII. *l. Pro Garriolo Vernonis reficiendo* IIII. *l. et* VIII. *sol.* Ibid. pag. CXLVIII : *Pro veteri Garullio reficiendo et pro liciis* LII. *solid.* Si veram notionem divinando prænotavi, vox effingi potuit a *Vara*, unde *Varolium*, dein *Garolium*, *Garrolium.* *Vara* autem Isidoro in Glossis, ut jam dictum est in *Garra*, sunt *Perticæ duæ inter se colligatæ, quæ asserem sustinent.* An inde dictum nostrum *Verrouil*, Obex, quod a *Veruculus* non satis certo deducit Menagius? [* Vide *Jarolium* et *Legariol.*]

* **GARROSCA**, Ager incultus et pascuus, ut videtur. Charta ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 52 : *Dictum nemus, situm in parrochia de Ytraco, confrontatum a parte superiori cum Garroscis, vocatis de l'Escarrals,..... et a parte inferiori cum Garroscis de la Brossa,.... et cum Garroscis mansi de la Veraha.* Vide supra *Garriga.*

* **GARROSSERIA**, Ascia, securis, Gall. *Coignée, hache.* Lit. remiss. ann. 1414. in in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 19 : *De quadam securi vel Garrosseria ferrea, cum qua scindebat ligna etc.*

* **GARROTEUS**, pro *Garterianus*, Gall. *de la Jaretiere. Ordinis militiæ Garroteæ*, apud Rymer. tom. 12. pag. 760. Ordo militaris apud Anglos celebris. Vide *Garterium.*

GARROTUS, Spiculum arcus balistarii, Gall. *Garrot.* Continuator Nangii ann. 1356 : *Munientes turres balistis, Garrotis, canonibus, et machinis, etc.* [Computus Castellani de Grasivod. ann. 1348. Regest. Probus fol. VI. ᶻᶻ. XIX : *Et pro* II^{c}. *Garrotis emflethonatis et empennatis folio cupri, etc. Garrotum* inter et *Quadrellum* seu *Carellum* aliquid fuisse discriminis patet ex his verbis proxime præcedentibus : *Pro* IV. *carrellis tam de uno pede quam de duobus garnitis flethonibus et empennatis, et pro* II^{c}. *Garrotis, etc.* Guillelmus *Guiart* ann. 1304 :

> Sus le pont et en la breteche
> Quarriaus traient au cliqueter :
> Et font l'espringale gieter,
> Le Garros, qui lors de la ist,
> Les plus viguereus esbaist.

Infra :

> Et font jeter leurs espringales
> Li Garrot empenné d'airain.

Vide plura ex eodem Poeta ad vocem *Quadrelli;* ex quibus conjicio *Garrotos* esse Spingardarum tela, quibus pennæ æreæ aptabantur utpote grandioribus, *Carrellis* vero pennæ plumatiles tantum.]

* Est et nostris Fustis species, Hispan. *Garrote.* Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 517 : *Le suppliant trouva d'avanture ung Garrot ou levier, à quoy on levoit le branle du moulin.* Aliæ ann. 1473. in Reg. 197. ch. 381 : *Icellui Herisson print ung Garrot ou gros baston, etc.*

GARRULARE, [Garrire, blaterare, clamare, Gall. *Causer, crier, caqueter.*] Regula Templariorum cap. 47 : *Præcipimus omni fratri professo, ne in bosco cum arcu et balista jaculari audeat,.... nec cum cane sit ausus clamare vel Garrulare, etc.* [Vita S. Nicetii Episc. Lugdun. tom. 1. April. pag. 97 : *Sanitati redditus nunquam ausus est ea verba.... Garrulare.* Vita S. Guthlaci tom. 2. April. pag. 44 : *Hirundines duæ... cantulosis vocibus Garrulantes.* Statuta MSS. S. Audomari : *Nullus præsumat per chorum discurrere, seu alta voce Garrulare.*]

¶ GARRULATRIX, Mulier loquax, in Actis SS. Aprilis tom. 2. pag. 320.

¶ GARRULATUS HIRUNDINUM, ut Garritus, in Actis SS. Aprilis tom. 3. pag. 991.

¶ GARRULITAS BRITANNICA, Idioma Britannicum, apud Mabillonium tom. 3. Annal. Benedict. ex Monacho Floriacensi.

* **GARRULUS**, *Verbosus, nugator, ingeniosus, argutus, lætus, blandus vel nimiosus.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

GARSA. Statuta Ordin. Præmonstratensis Dist. 1. cap. 19. ubi de minutione : *Qui vero de ventosis et Garsis minui voluerint, ante cœnam minuentur, cum matura custodia sibi deputata.* Vox confecta ex *Caracter.* Glossar. MSS. Reg. Cod. 1701 : *Caraxare, Garser.* Est igitur *Garsa*, idem, quod *scarificatio*, quam Medici Græci ἐγχάραξιν appellant, cutis scilicet et subjectæ carnis per scalpellum dissectio multis foraminibus. Differt autem ἀπὸ φλεβοτομίας, quod hæc uno vulnere venam aperiat, illa multis vulneribus cutem carnemque dividat. Ita Gorræus, ubi plura de scarificatione, de cujus utilitate legendus Galenus lib. Περὶ ἐγχαράξεως καὶ κατασχασμοῦ. Alias *Jarsa* dicitur in libro Ordinis S. Victoris. Locum vide in hac voce.

¶ **GARSAGUINI.** Sic a Siculis appellati sunt Catalani interfecti in quadam expeditione, de qua Chronicon Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecdot. col. 52.

* **GARSALLUM**, Gall. *Garsoil.* Guttur, ut opinor. *Potare ad Garsallum* vel *ad Garsoil*, est immoderatius seu usque ad satietatem bibere. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 434 : *Rogerus canonicus erat vinolentus et frequenter*

Digitized by Google

immoderate potabat : ipsi vero inhibuimus ne amplius potaret ad Garsallum. Ibid. fol. 11. v° : *Presbyter de Kibuef frequentat tabernas et potat ad Garsoil.* Vide *Gargocil.*

GARSIO, Garsia. Vide *Garcio.*

* **GARSO**, Famulus, minister. Testam. Ms. ann. 1316 : *Ego Sibilla de Tritis, domina dicti loci,.... legamus cuilibet Garsoni et solmenelerio et pedisseco, quicumque sint et qualicumque nomine nuncupentur, qui in nostro servicio tempore nostri obitus fuerint, ultra mercedem xx. solidos.* Vide in *Garcio.*

¶ **GARTERIUM**, Cruris ligula, periscelis, Gall. *Jarretiere*, ab Anglo *Garter.* Notissimus Ordo est Equitum de *Garterio* apud Anglos ab Edwardo III. anno 1350. institutus. *Collegium militare de Garterio*, in Litteris anni 1419. apud Rymerum tom. 9. pag. 711. *Milites de Fraternitate Garteriorum*, in Litteris anni 1416. pag. 335. *Milites de la Garter*, in Litteris anni 1410. tom. 8. pag. 657. V. Acta SS. April. t. 3. p. 159. etc.

¶ **GARTHINGI.** Vide *Garathingi.*

¶ **GARTHULA**, f. pro *Chartula.* Rotharis Leges [** 223.] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 33. col. 2 : *Si quis ancillam suam propriam matrimoniare voluerit ad uxorem, debeat eam thingare, et sic liberam, quod est Widerbora, et legitimare facere per Garthulam, id est, quod intelligatur libera et legitima uxor.* Codex Ambros. habet *Garethinx.* Vide *Garathinx.*

¶ **GARTIA.** Vide *Garsia* in *Garcio.*

* **GARTIO**, in Comput. Ms. ann. 1239 : *Decano Turonensi pro sex Gartionibus comitis Bolonie reparandis, xviij. lib. Turon.* Leg. f. *Garnistionibus.* Vide *Garnisio* 1.

¶ **GARTIO** Hospitii, in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 226. Gall. *Garçon de l'Hôtel.* Vide *Garcio.*

* **GARTUS.** *Guillelmus Grunniesbi armiger et Gartus regis asinorum* recensetur inter commissarios Anglicos pro treuga ineunda anu. 1462. apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 1470. Sed suspectam habeo lectionem.

* **GARVARIA**, Vestis seu tunicæ species. Constit. Jac. I. reg. Aragon. ann. 1234. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1430 : *Et in mantellis similiter et cotis sive Garvariis.* Ubi legendum puto *Garnaciis.* Vide *Garnachia* 1.

* **GARUCA**, Ager incultus et pascuus. Charta anu. 1051. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Raymundus episcopus dat S. Victori et ecclesiæ de Saleta unum mansum, cum omnibus..... pratis, Garucis, aratis et planis.* Vide supra *Garriga.*

¶ **GARULLIUM.** Vide *Garrolium.*

* 1. **GARUM**, *Li squame de pesci.* Glossar. Lat. Ital. Ms. Latinis vero condimenti genus sonat, cujus mentio fit in Dipl. Chilp. II. ann. 716. tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 694 : *Garo modios triginta etc.* Idem fortasse quod sequens

* 2. **GARUM**, Potionis species. Præcepta S. Pachom. tom. 3. Maii pag. 346. col. 2 : *Sed neque Garum, neque vinum bibant.* [** Vide H. Stephani Thesaur. Ling. Gr. Edit. Didot. tom. 2. col. 527. voce Γάρον, in fine.]

GARWYTE. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 283 : *Et sint quieti.... de sira, de hundredo, de Danegeldis, de blodwite et Garwite, de ferdwite, etc.* Videtur idem quod *Wardwite.* Vide in hac voce.

¶ **GARYOFOLUM**, pro *Garyophyllum*, Gall. *Girofle*, Ital. *Garofano.* Utitur Rolandinus Patavinus lib. 1. de factis in Marchia Tarvisina cap. 13. apud Murator. tom. 8. col. 181.

¶ **GARYOPHIUM**, Eadem notione, in Notitia Ecclesiæ Diniensis per Gassendum pag. 83.

¶ **GARZABOLA**, Species navis, in Chronico Danduli, apud Murator. tom. 12. col. 515. Vide *Ganzarola.*

* **GARZARE**, Pannos carminare, tondere. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 148. ex Cod. reg. 4620 : *De pannis non conducendis extra civitatem Mantuæ pro Garzando. Omnes panni, qui fiunt in dicta civitate, comitatu et districtu Mantuæ, Garzari debeant ad Garzariam communis Mantuæ.* Vide *Garzaria* et *Garzator.*

GARZARIA, in Statutis Patavinis tit. 30. § 67. Locus, ubi panni poliuntur. De vocis etymo vide Orig. Italic. Octavii Ferrarii.

GARZATOR, Panni tonsor, carminator, in Statut. Veron. lib. 2. cap. 187. a Carduis, etc.

* **GARZATURA**, Tomentum, Gall. *Boürre.* Stat. crimin. Riper. cap. 225. fol. 29. v° : *Nulla persona audeat.... in ipsis pannis ponere.... Garzaturam, vel carmaturam.* Convent. Saonæ ann. 1526 : *Burra et Garzatura pro bastis etc.*

¶ **GARZIO.** Vide *Garcio.*

GAS, *Hastas.* Papias.

¶ **GASA**, pro *Casa*, Tugurium, ædificium rusticum. Acta fundationis Murensis Monasterii apud Eccardum de Origine familiæ Habsburgo-Austriacæ col. 231 : *Prædium autem ipsum devastatum fuit.... ita ut nec Gasam nec vitis nec alicujus incolatus solatium in eo inveniremus, nisi solam terram.*

GASACHIO, Adversarius, cum quo quis litigat, a Saxonico sac, causa, lis, dissensio; unde sacan, dissentire, et gesaca, adversarius, gesacen, accusator. Etiam Germanis *Saeck*, est causa, lis, res, negotium. Inde *Gesaecker*, cui mecum lis est communis. [** Conf. Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag 855.] Glossæ interlineares Cod. Th. : *Gasachio, causator.* Lex Salica tit. 52. § 2 : *Rogo te judex, ut hominem illum denominatum, Gasachionem meum de debito tali denominato secundum Legem Salicam mihi inde eum astringas.* Adde tit. 53. § 1.

GASALIA, vox Occitanorum, qua significatur contractus, vel pactum de tenendo animalia ad medietatem, ut vocant, apud quos, *Bailla en Gasailho* est *bailler le betail à moitié : Gazalha, Metaier, Laboureur.* Regestum Tolosanum Cameræ Comput. Paris. ann. 1247. fol. 48 : *Vel etiam pro aliquibus mandamentis, vel convenientiis, vel Gazaliis, vel depositis, etc.* Consuetudines Tolosæ 4. part. Rubr. *de homagiis* art. 2 : *Homines, qui habent dominos, possunt bona sua mobilia vendere et alienare, et tenere Gasalias, et recipere nomine Gasaliæ animalia, quæ prius habebant propria, et etiam sine consensu dominorum suorum.* Est titulus in Consuetud. Solensi, *de Gasalhe et miex goadanherie de bestiars*, qui est vicesimus. In Consuetud. S. Severi tit. 3. art. 13 : *Les habitans de chacune Jurisdiction peuvent tenir et prendre betail estranger, en compagnie partiaire, vulgairement appellez Gazaille, pourveu qu'elle soit vraye, et non feinte.*

* Gasalha, Gazalhia, Idem. Charta ann. 1304. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 353 : *Homines de sancto Porquerio possint ibi tenere et habere depascendo animalia sua propria;... dum tamen per modum Gasalhæ, vel alias, in dicta foresta fraudem non committant.* Invent. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus quandam Gasalhiam quinque capitum animalium bovinorum,.... et hoc mediante publico Gasalhiæ instrumento, per me notarium, supra et infra scriptum sumpto.* Ibidem : *Item plus unum par bouum in Gazalhiam in manibus et posse Petri de Porceto.* Neque aliud mihi videtur *Guarsache* in Ch. ann. 1300. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 130. r°. col. 1 : *La value et la quantité du chastiau de Rochefort dessusdit et de la forest du Mareis, des garannes, des terres, des prez,... des complans, des gardes, des recepz, des Guarsaches, des rivages, des cens, etc.* Vide *Socida.*

* Guasalhia, Eadem notione. Charta ann. 1464. in Reg. 4. Arnor. gener. pag. vij : *Dedit et legavit omnes et singulas Guasalhias, quas ipse de Ruppe habebat.* Pluries ibi. Hinc

* Gazalhanus, Qui tenet in *Gazalhia.* Inventar. ann. 1476. jam laudat. : *Qui quidem de Rivali Gazalhanus debebat eisdem pupillis dictam solidatam dicti bovis, de duobus annis ultimate præsentis. Item plus in manibus et posse dicti de Rivali Gazalhani, quindecim capita caprarum.*

* **GASANHAGIUM**, ut supra *Gaagneria*, Prædium rusticum, Gall. *Métairie*, a veteri Occitanico *Gasanhar, Gagner*, ut legitur inter voces Occit. ab Anonymo circa med. sæc. xiv. explicatas tom. 3. Hist. Occit. Charta ann. 1360. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 287 : *Item xiiij. lib. ix. sol. Turon. censuales in termino comitatus Narbonensis ad Gasanhagium den Catel, in dominio dicti vicecomitis.* Vide supra *Gainare.*

* **GASARNIA**, Idem quod *Gisarma*, quomodo etiam forte legendum est, Gesum, spiculum. Charta ann. 1312 : *Guillelmus de Stapo bajulus civitatis Albiæ.... cum multitudine hominum armatorum, equitum et peditum, portantium arma discoperta, videlicet lanceas et balistas, cadrellos, scuta, Gasarnias.* Infra : *Cum armis discopertis, videlicet lanceis, ballistis, cadrellis, scutis, Gasarniis, etc.* Vide *Gazarnia.*

GASCARIA, Ager proscissus, necdum satus. Gloss. Lat. Gall. : *Novale, Gaschiere.* Tabularium Eccles. Ambian. : *Unusquisque equus, qui laborat in terra ejusdem villari, id est, in Gascariis, et in Martio.* [Idem Tabular. : *Corveam etiam debent Episcopo carrucæ tam Veteris villæ quam Novæ tribus diebus in Gascariis, exceptis carrucis prædictorum hospitum.*] Charta Philippi Episc. Bellovac. ann. 1193. in Tabulario Frigidi Montis pag. 218 : *Si autem ipse Odo aliquo alio modo poterit interim terram illam redimere, licebit ei, ita tamen, ut eam redimat, salvis catallis Ecclesiæ, id est blado vel*

Digitized by Google

Gascaria. Willelmus *Guiart* in S. Ludovico :

Maint en gist mort par les Gaschieres.

[Descriptio bonorum Domini de Eska ex Archivo S. Audomari : *Eam* (terram) *debeant.... Ghaskerer, binner et semer, id est, arare, aratrare et serere.*]

GASCHA. Charta ann. 1322. apud V. Cl. Dionysium Salvaingum Boissium lib. de Usu feudor. cap. 32 : *Eundem Gulielmum Regis, ejus hæredes et successores, et bona manumisit, francum hominem, liberum, quitum, et immunem ab onere toltæ, tallicæ, manuoperæ, carucatæ, complaintæ specialis vel generalis, Gaschæ, clausuræ castri, banni minuti, taschiæ, vinteni, etc.* Ubi forte *guscha* est agri proscissio, quam nostri *Gaschere* dicunt, ita ut servi glebæ hisce oneribus agrum proscindendi obnoxii fuerint.

¶ **GASCHERIA**, ut *Gascaria*. Tabularium S. Cornelii Compend. : *In Gascheriis similiter debent corveiam, et debent habere panem et vinum.* [* Libert. Domnimed. ann. 1246. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 693. art. 41 : *Quilibet juratus qui carrucam habet, debet tres corveas per annum; scilicet ad avenas, unam; ad Gascherias, secundam.* Vide supra *Gacherare*.]

* **GASCONIENSES**, Vascones, *Gascons*. Scacar. S. Mich. ann. 1277. ex Cod. reg. 4653. A : *De Gasconiensibus, qui dicebant se esse in saisina transeundi vina, quæ in ipsorum propriis vineis creverant, absque modiatione, etc.* Equi Vascones olim in pretio, ut discimus ex Poem. Alex. Ms. part. 1 :

Son escu est à or à un vermeil lion,
Et son cheval ferrant, qui vaut tous les Gascon.

Chron. Ms. Bertr. Guesclini :

Moitié furent à pié, et li autre ont Gascon.

Infra :

Qui devant sa bataille venoit sur un Gascon.

¶ **GASENDIUS**, ut mox *Gasindus*, apud Mabillonium tom. 2. Annal. Benedict. pag. 155.

¶ **GASIDIUM**. Vide *Gasindium* in *Gasindus*.

GASINDUS, Qui ex familia alicujus est vel domo, familiaris, famulus honoratior : cujusmodi sunt, qui in Lege Longobard. Principi deservire dicuntur, lib. 1. tit. 9. § 21. [** Luitpr. 62. (6, 9.)] : *De Gasindiis vero nostris volumus, ut quicumque ex minimis occisus fuerit, in tali ordine pro eo, quod nobis deservire videtur; etc.* Papias : *Gasindius, honor sub judice.* Glossæ vett. : *Gasindio Regis, serviente, vel camerario.* Bignonio ex MSS. *Gasindi* dicuntur *Ministrales de intus casa.* Spelmannus a Saxonicoh i n d e, famulus, et *Case* Gallico, Casa, domus, etymon accersit. Cluverius lib. 1. German. antiq. cap. 8 a *Gæsatis*, conductitiis militibus, de quibus Polybius lib. 2. vocem confectam putat, aitque, etiamnum hodie Wallos Britannicos *Guessin* famulos conductitios appellare, et Germanos omnem familiam, seu omne conductitiorum corpus, *das Gesinde*. Freherus ad Constitut. Adolphi Imp. de Insulis Rheni observat, etiamnum Germanos *Gesinde*, et *Hofgesinde* vocare aulicos, curiales, palatinos : ut *Hausgesinde*, familiam, servitium domesticum. [** Vide Graff. Thesaur.] Linguæ Franc. tom. 6. col. 233. radice *Sind*, Iter.] Denique Wendelinus ait, Papiæ *Gasindios* dici *cohæredes*, a Theutonico *sin*, et *gesind*, congregatio, cœtus, *huysgesind*, congregatio domestica, seu familia. Marculfus lib. 1. Form. 23 : *Omnes causæ suæ*, (res) *suorumque amicorum, aut Gasindorum.* Form. 24 : *Cum omnibus rebus vel hominibus, aut Gasindis vel amicis, etc.* Form. 32 : *Ut dum prædicti viri illi, vel reliqui pares aut Gasindi, etc.* Denique lib. 2. formulæ 36. titulus sic concipitur : *Si aliquis servo suo Gasindo aliquid concedere voluerit.* Et mox : *Ego in Dei nomine illo, fideli nostro illi. Pro respectu fidei et servitutis, quam circa nos impendere non desistis, etc.* [Præceptum Childeberti I. Regis Franc. ann. 536. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 5 : *Et ipsum Monasterium una cum omnibus rebus vel hominibus suis, Gasindis, amicis, susceptis, vel qui per ipsum Monasterium sperare videntur, etc.*] Adrianus PP. Ep. ad Carolum M. in Cod. Carolino : *Quatenus pro hoc sæpius ammonuimus per Guntfridum et aliis Gasindis vestris epistolas dirigentes, etc. Gasindi suscepti*, in Charta Chlodovei I. Regis, si genuina est, apud Roverium in Reomao pag. 30. Vide novam collectionem Formular. Stephani Baluzii formul. 38.

Gasindium, Familia, seu potius *Familiaritas*, de qua voce supra. Lex Longob. lib. 1. tit. 18. § 2. [** Rach. 6.] : *Violentiam quidem si sustinuerit aliquis a judice suo, aut ab alio homine, et judex neglexerit judicare, aut forsitam attenderit ad Gasindium, aut ad parentes, aut ad amicum suum, etc.* Id est, si illius rationem habuerit, cujus *Gasindus* est. Similia habentur in lib. 2. tit. 52. § 14. [** Pippin. 8.] Eodem lib. tit. 14. § 17. [** Roth. 228.] : *Si aliquid in Gasindio* [Codex Esten. apud Murator. : *Gasidio*] *Ducis aut privatorum hominum obsequio donum uel munus conquisierit* : unde colligitur, *Gasindium* fuisse proprium Magnatum ac Procerum, ut *obsequium*, cæterorum. Atque ex his percipitur, quid velit Papias : *Gasindius, honor sub judice*, i. Comite, cujus *Gasindius* erat familiaris vel domesticus. De *Gasindio Regis*, agitur lib. 2. tit. 52. § 1. [** Rach. 7.] Charta Desiderii et Adelchisi Regum Longobard. in Bullario Casisinensi tom. 2. pag. 8 : *Occisit inibidem Manipert Gasindum gloriosæ Ansæ excellentissime Reginæ, etc.* Apud Marculfum et alios, *Gasindi*, amici, fideles, homines dominorum indigitantur. [** Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 318. num. 28.]

GASIONGABER, *interpretatur consilia viri*. Papias [ab Hebræo עצין גבר, quod idem significat.]

* **GASPACHOS**, Hispanis, *Gazpacho*, ut ex Sobrino annotant dicti Hagiographi, vocatur Jusculum sive pulmentarium ex oleo, aceto, sale, pane tosto, aliisque rebus confectum. Vita S. Rosæ tom. 5. Aug. pag. 914. col. 1 : *Præcipue tamen sextis feriis, velut ex acetosa spongia cum Christo in cruce pransura, ex eodem felle et panis crustula sibi componebat electuarium, mordaci aceto et copiosis lachrymis stillatim superfusis; suo idiomate Gaspachos appellitabat hoc genus embammatis, quia frigidum sumebatur.*

¶ **GASPALEUM**, f. Purgamentum frumenti post ventilationem. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 12 : *Abbas et Monachi tertiam panem decimæ supradictæ ad Presbyterum pertinentem recenter deserti* (deferri) *facient apud Becherel.* Vide *Guapandum*.

* **Gaspalium**, Charta ann. 1221. ex Lib. albo episc. Carnot. : *De porcis episcopi dicimus, quod semper possunt ire per curiam granchiæ, absque dampno Gaspalii et pillonii, quæ sunt majoris.* Vide *Gaspaleum* et infra *Vaspale*.

¶ **Gaspilio**, Eadem notione, f. a Gallico *Gaspiller*, Dissipare quod maxime de prodigo dicitur bona sua dilapidante et abliguriente. Diploma Philippi Regis Franc. ann. 1221 : *Anselmus de Botterviller quittat Abbati Floriacensi redecimam, spilones, Gaspiliones, terratas, etc.* Vide *Guaspaleum*.

* **GASQUERIA**, Terra novalis seu requieta, ut supra *Gascheria*. Charta Joan. episc. Noviom. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 538 : *Quarum peciarum una existens ad præsens in Gasqueria, continet quatuor modiatas. Ghiesquiere*, in Reg. S. Petri Insul. Vide *Warectum*.

* **GASSA**, An pro Italico *Gazza*, Pica ? Funus Joan. *Galeaz* ann. 1402. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 1035 : *Alia duo* (scuta) *cum divisa imperatoris, videlicet uno capitergio cum una Gassa.* Vide infra *Gaza*.

* **GASSACHIO**, in Leg. Salica tit. 53. § 2. edit. Eccardi, pro *Gasachio*. Vide in hac voce.

* **GASSARINA**, Securis, Gall. *Hache*. Lit. remiss. ann. 1336. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 320 : *Raymundus de Putheo.... expugnavit hospitium Jordani Pictavini et portas ejusdem clausas cum magnis pigassis et Gassarinis fregit.* Vide supra *Garrosseria*.

* **GASTADOMUS**, unica voce, nostris *Gastemaison*, Domus diruta, Gall. *Masure*. Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 198 : *Le suppliant par temptation de l'ennemi prist ledit sac et le porta tout seul en une Gastemaison ou masure.* Aliæ ann. 1411. in Reg. 165. ch. 403 : *Icelles bestes furent logiées en une Gastemaison estant en la ville de Caours.*

GASTALDUS, Castaldus, Gastaldio, Gastaldius, Gastaldeus. Sic appellabant Longobardi locorum, prædiorum, ac villarum præfectos, rerum dominicarum actores, procuratores, administratores, villicos. Ugutio : *Gastaldeus, rector loci.* Petrus Crescentius lib. 1. de Arricult. cap. 7 : *Custos, qui vulgo Castaldio nominantur.* Spelmannus a Saxonico g a s t deducit, id est, hospes, et h a l d i a n, custodire, quasi *Custos hospitum* : vel a g a s t, et *aldius*, i. famulus, quasi hospituum famulus, vel qui hospitum curam gerit, curator hospitii. Amerbachius a German. *Gast*, hospitium, et *Halden*, tenere : [Sed perperam, ut videtur Eccardo in suis notis ad additiones Legis Salicæ pag. 193. Nihil enim, inquit, negotii cum hospitibus habuit Gastaldus. Deinde subjicit : Vera tamen nominis significatio et ratio apud nos restat in verbo *Stellen* et *Gestellen*, pro quo nunc usitatius *Bestellen*, Constituere, præponere. Inde enim veteri more

Digitized by Google

Gastalter et Latina terminatione *Gastaldus* est Constitutus, præpositus alicui nempe rei a domino. Hæc ad verbum Vir doctissimus.] Alias originationes suggerit Oct. Ferrarius. [** Vide Grimm. Gramm. Germ. t. 2. p. 527. Sed forte composita vox est ex *Chasto*, Arca, granarium, et *Walto*, Regens. Vide eund. Grimm. ibid. pag. 333. et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 813. tom. 4. col. 530. Haltaus. Glossar. Germ. col. 1067. vocibus *Kastalter* et *Kastvogt*.]

Gastaldorum munus et officium varium fuisse et diversum pro temporum et Principium ratione, docent Scriptores. Nam apud Longobardos, qui officio isti nomen indiduerunt, *Gastaldi* primo dicti videntur, qui quasi custodes, actores, sive procuratores prædiis aut villis regiis imponebantur, velut œconomi aut villici. Lex Longob. lib. 1. tit. 34. § 1. [** Luitpr. 59. (6, 6.)] : *Si quis Gastaldius aut actor Regis Curtem Regis habens ad gubernandam.* Leo IV. PP. de Cura Pastorali : *Nullus Presbyter sub potestate Laïcorum Minister aut Gastaldio fiat.* Eadem Lex Longob. lib. 2. tit. 17. § 1. [** Rothar. 378.]: *Si Gastaldus aut quislibet actor Regis, post susceptas et commissas sibi ad gubernandum curtes aut casas Regis, etc.* Et § seq. [** Lothar. I. 73.] : *Gastaldiis nostris curtes nostras providentibus.* Petrus Crescentius lib. 1. de Agricultura cap. 7 : *Poterit commode in isto loco morari custos, qui vulgo Gastaldio nominatur.* Habuere etiam olim Ecclesiæ suos Gastaldos, cap. 8. Salvator § 2. causa 1. quæst. 3. qui Scriptoribus, Oeconomi, Advocati et Vicedomini passim appellantur. Breviloq. : *Gastaldus est major Dominus, qui habet curam exteriorem rerum Episcopi.* [** *Rudolfus comes de Habispurhc et Cataldus* (sic) *Morbacensis monasterii*, in Chart. ann. 1199. apud Herrgott. Geneal. Habsb. tom. 2. pag. 205.] Boherius Castaldos id muneris egisse vult, quod *Thesaurarii* et *Generales* in Francia.

Sed præsertim ita appellatos constat regionum et urbium Præfectos. Hinc *Gastaldus Tuscanensis*, apud Anastasium in Vitis PP. pag. 76. *Gastaldus Beneventanus*, *Capuanus*, apud Leonem Ostiensem lib. 1. cap. 21. 36. *Castaldius*, seu *Gastaldius civitatis*, in Chartis Alemannicis Goldasti, num. 90. [** Scilicet civitatis *Clusa* hodie *Chiusa*, ad Athesim, in finibus Longobardorum. Chart. ann. 716. apud Brunetti Cod. Dipl. Tusc. tom. 1. pag. 435. in subscript. . *Ego Eldepert in civitate Gastaldus, etc.* scil. Pistorii.] [*Gastallus civitatis* in Vita S. Thomæ Abb. Farfensis, sæc. 3. Benedict. part. 1. pag. 287. Hacque notione *Gastaldus* nude dictus accipiendus est, ubi Ducibus et Comitibus adjungitur, ut in seqq. Chartis. Epistola Gregorii II. PP. qua commendat S. Bonifacium Mart. in Actis SS. Bened. sæc. 2. pag. 38 : *Gregorius Episcopus servus servorum Dei, universis... Coëpiscopis, religiosis Presbyteris, seu Diaconibus, gloriosis Ducibus, magnificis Castaldis, Comitibus etiam, vel cunctis Christianis Deum timentibus.* Aistulfus Rex Longobard. in Diplomate ann. 753. pro S. Anselmo Abb. Nouantul. in Actis SS. Bened. sæc. 4. part. 1. pag. 9 : *Nullus Comes, sive Gastaldus, seu quilibet nobilis vel ignobilis cum canibus aut quocumque ingenio vexationes exercere præsumat, etc.* Infra : *Nullus.... Episcopus, aut Comes, aut Gastaldus, vel reipublicæ proximior, in qualibet prædicta invasionem facere audeat, etc.* Pag. 10 : *Dux, Comes, Gastaldus, vel Actionarius noster, aut quispiam magnus parvusque Gasindius, contra hoc nostrum firmitatis præceptum audeat ire quandocumque.* Diploma Conradi II. Imper. ann. 1027. apud Illust. Fontaninum in Append. ad Antiquit. Hortæ pag. 388 : *Præcipientes ergo jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Episcopus, Comes, Vicecomes, vel aliquis noster Missus discurrens, Sculdassius, Gastaldius, nullaque imperii magna parvaque persona, etc.* Similia prorsus habentur ibid. pag. 393. in Diplomate Henrici III. Imp. Privilegium Benedicti VIII. PP. in Appendice ad Dissert. de Comitatu Comacli pag. 7 : *Nulli unquam Pontificum, vel Archiepiscoporum, sive Episcoporum, aut Marchionum vel Ducum, sive Comitum aut Castaldionum, etc.*]

Muneri adjungebatur jurisdictio. *Gastaldorum* enim præcipue officium erat, subjectis populis jura reddere judiciisque præesse : idque patet ex Constitutione Pipini Regis [** cap. 8.] in Lege Longob. lib. 2. tit. 52. § 14 : *Ut de universali populo, qui ubicumque justitiam quæsierint, suspiciat tam a Comitibus suis, quam etiam a Gastaldiis.* Non tamen absque unius sive plurium Jurisperitorum consilio hanc exercebant : unde idem quod *Baillivi* apud nos obiisse officium videntur. Exstant porro non pauca Gastaldorum jurisdictionis exempla in Lege Longobardorum.

Eorum tamen jurisdictio in plebem sollummodo, et viliora capita porrigebatur, non vero in nobiles, aut vassos dominicos, qui Ducibus aut supremis Provinciarum Præfectis subjecti duntaxat erant. Atque inde forte *Gastaldiones*, *Tribunos plebis*, interpretatur Albertinus Mussatus lib. 2. de Gestis Henrici VII. Imp. pag. 9 : *Magistratus cum Tribunis plebis, quos Gastaldiones appellant.*

☞ Hunc in locum sic Pignorius apud Murator. tom. 10. col. 351. Apud nos, inquit, remansit hæc appellatio, præfecturam urbanam et rusticam designans : urbana est in collegiis et *fratriis*, quas *Frataleas* appellamus, quarum Præfecti etiam nunc *Guardiani* et *Gastaldi* appellantur; rustica villæ custodum est. Regimina Paduæ apud eumdem Murator. tom. 8. col. 385 : *Per Potestatem Paduæ cuilibet Castaldioni fratliæ fuit consignatum vexillum fratliæ ad eum pertinentis.*

Intererant placitis cum Comitibus et aliis judicibus. Chronicon Farfensis Monast. cap. 52 : *Et judicatum exinde factum est per jussionem Theodorici Ducis, per manum Degarini Gastaldi et Referendarii.* Et mox : *Degarus Gastaldus dixit : Ego interfui, et ad partem palatii causa victa est, et ipse judicatum manibus meis scripsi.* Tabularium Casauriense 1. part. cap. 93. ann. 983 : *Notitia judicati. Residentes nos Ato Comes, una cum Alberto et Rozone judicibus, una cum Joanne et Sifredo Castaldiis in placito, etc.* Vide Camillum Peregrinum de Ducatu Beneventano pag. 81. [* Quod inferiori etiam ætate usitatum legimus in Correct. statut. Cadubrii cap. 10 : *In Sylva et Pischulo sit et esse debeat, et ibi habitare unus Gastaldio, qui sit civis Cadubrii; cujus officium duret ad beneplacitum et voluntatem consilii Cadubrii, qui habeat potestatem jus reddendi in civilibus inter homines dictorum locorum.*]

Si bellum esset, subditos in exercitum conducebant : nam et horum quoque munus militare fuisse, docet Lex Longob. lib. 1. tit. 14. § 3. [** Roth. 23.] : *Si Gastaldius exercitalem suum contra rationem molestaverit Dux eum solatiet, quousque veritatem suam inveniet.* Et Anastasius in Gregorio II. pag. 68. tradens, *Longobardos pæne trecentos cum eorum Gastaldione interfectos* a Neapolitano Duce in Cumani Castri recuperatione. Vide Erchempertum in Hist. Longob. num. 15. et 62.

Gastaldorum officium, licet feudi nomine donetur a Feudistis, non erat perpetuum, sed ad tempus, cum in præsens tantum constitueretur Gastaldus, non ut perpetuo munere fungeretur. Itaque Paulus Diaconus lib. 5. Histor. Longob. cap. 11. cum scribit, *jussu Grimoaldi Longobardorum Regis in Italia certas possessiones datas Alzeconi Duci Bulgarorum, ita tamen ut non Dux, sed Gastaldus vocaretur;* hoc significat, inquit Cujacius, jure Gastaldiæ datas, non perpetuo proprioque feudi jure. [** Vide Feud. lib. 1. tit. 2.]

Habuerunt etiam Avares, seu Hungari, suos Gastaldos, ut auctor est Theophanes pag. 296. qui eos primariis viris accenset : Ὅτε Χαγάνος τῶν Ἀβάρων, καὶ οἱ ἐπέκεινα Ῥῆγες, ἔξαρχοί τε καὶ Καζάλδοι, καὶ οἱ ἐξοχώτατοι. Sed et Angli. Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 773 : *Episcopus, aliique Regis satellites, et Gastaldi Anglium spoliabant.* Et lib. 12. pag. 876 : *Dolentes, quod tanta rabies Gastaldorum super incolas grassaretur.* Denique Franci ipsi, ut ex Charta Herimanni Episcopi colligitur, apud Meurissium pag. 379 : *Idem advocatus per se, seu per civitatis Castaldos provideat, ne quid tempori prænominato detrahatur.* [Charta fundationis Abbatiæ S. Mariæ apud Santonas inter Instrum. tomi 2. novæ Gall. Christ. col. 481 : *Ut plane nulla humana potestas Regis, Ducum, Comitum, Vicecomitum, Galstadionum* (Gastaldionum) *Scarionum, Archiepiscoporum, Episcoporum, ... audeat, pertentet aliquid de rebus et facultatibus auferre Monasterio B. Mariæ, quod ego Gaufredus Comes et Agnes Comitissa de propriis sumptibus construximus.*] [** Neque infrequens hæc dignitas apud Bavaros. Vide Grimm. Ant. Jur. Germ. pag. 754.]

Gastaldatum, Gastaldatus, Gastaldi jurisdictio, territorium complectens plura oppida ac castella Gastaldi imperio subjecta. Capitulare Radelchisi Principis Beneventani ann. 851. cap. 1 : *Concedo tibi.... pacem de integra parte Principatus Beneventanæ Provinciæ, quæ tibi nominatim evenit per singularia integra Gastaldata seu Ministeria, quæ hic descripta sint.* Cap. 9 : *In parte vestra... sint ista Gastaldata et loca integra cum omnibus habitatoribus suis.* Erchempertus cap. 69 : *Quando Atenulfus Gastaldatus regendi jura adeptus est.* [** Chronic. S. Benedicti apud Pertz. Scriptor. tom. 3. pag. 202 : *Atenolfus ex Capuano Gastaldato jam comes;* ubi pro

Digitized by Google

Gastaldo accepisse Chron. auctor videtur.] Chronicon Farfensis Monast. ann. 930 : *In Castaldatu Reatino.* [An. 890. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 410 : *In Castaldatu Adrianensi... in Castaldatu Reatino et in Castaldatu Amiternino.* Ann. 1067. col. 578 : *In Castaldatu Pontano.*]

¶ GASTALDIATICUM, Eadem, arbitror, notione. Charta anni 965. apud Murator. tom. 2. pag. 421 : *Ad alia coëret ei de una parte prædicto Episcopio, da alia parte terra quæ pertinet de Gastaldiatico, da tertia parte percurrit Gambina, etc.*

GASTALDICUM, Idem quod *Castaldatus.* Bulla Benedicti PP. apud Ughellum tom. 1. pag. 138 : *Item concedimus vobis ... totum Castaldatum Portuensem.* Et mox : *Vel de jam dicto Castaldico abstulerint, etc.* Occurrit ibi non semel.

GASTALDATICUM, in Charta Lotharii Imper. in Chronico Farfensi pag. 664. videtur esse tributum, quod *Castaldis* pensitabatur : *Sine omni datico, Castaldatico, escatico, herbatico, etc.*

GASTALDIANI, Gastaldiatus incolæ. Charta Ludovici Imp. ann. 875 : *Ipsum castellum, ... una cum omnibus Gastaldianis ibi commorantibus.* Apud Ughellum tom. 8. pag. 64.

* GASTALDIÆ CENSUS, Tributum, quod *Gastaldis* pensitabatur. *Item de et pro censu Gastaldiæ*, in Charta ann. 1400. inter Statuta Perusiæ pag. 23.

* **GASTARE**, Prædari, expilare, Gall. *Piller*, alias *Gaster.* Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 167 : *Entrerent par force d'armes en la terre le roy Loys de Fance, et la commencierent à Gaster.* Mandat. Phil. VI. ann. 1337. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 98. col. 2 : *Certum mandamentum.... de capiendis omnibus Lumbardis usurariis et eorum bona, pro eo quia ipsi infringerunt ordinationes regias in casu usurarum, et devorasse et Gastasse communem populum nostri regni. Facere talham vel Gast*, est Damnum inferre, in Charta ann. 1291. ex Tabul. archiep. Auxit. *Gaster* vero rursum nostris alia notione, scilicet pro *Dépenser, consommer*, Expendere, absumere. Lit. ann. 1355. tom. 3. Ordinat. reg. Frang. pag. 686. art. 8 : *En cas que les deniers, qui seront levez de ladite aide, ne pourroient touz estre, ne ne seroient Gastez au besoing dessusdit. Avant que ses garnisons soient Gastéez*, in Lit. ann. 1337. tom. 4. earumd. Ordinat. pag. 476. Hinc *Gastement*, pro Expensum, jactura, in Vita J. C. Ms. ubi de Maria unguento perfundente pedes Salvatoris :

> Pour cas souffert tel Gastement
> De ce précieus oignement.

Unde *Aguster*, pro Ætatem consumere, consenescere, in Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 4 : *Là demoura et Agasta le remanant de sa vie en une dignité que li empereours li ot donnée.* Ubi Eginhard. ad ann. 774. habet : *Ibique in patritiatus ordine atque honore consenuit.* Vide *Vastum* 1.

* *Gasteboise*, vox ad rem monetariam pertinens, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 288 : *Comme icellui Gravelle faisoit férir le suppliant d'un martel sur la matere, nommée Gasteboise, il s'apperceut que la monnoye n'estoit pas bonne.*

¶ **GASTELLARIUS**, pro *Castellarius*, Castellanus. Aimoinus lib. 5. de Gestis Franc. cap. 46 : *Tempore Roberti Regis, Atho filius cujusdam Gastellarii de castro Ramardo militari honore se fecit sublimari, ipse firmavit castrum Cortinaci.*

* GASTELLARIUS, Qui *gastellos* seu placentas facit, nostris *Gastellier.* Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 800 : *Jaquetus Taupin de Remis Gastellarius, etc.* Aliæ ann. 1357. in Reg. 89. ch. 338 : *Ex parte Johannis de Meso, Cathalani commorantis, pauperis Gastellarii, expositum fuit quod, etc.* Neque alio sensu intelligendus Aimoinus lib. 5. cap. 46. supra laudatus. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 107. ch. 195 : *Le suppliant pris des gasteaux d'une Gastelliere qui les vendoit. Gastelerie* et *Gastellerie*, Præstatio, quæ a *Gastellariis* domino loci pensitatur pro facultate faciendi et vendendi *gastellos.* Charta admodiat. major. Castel. ad Sequanam ann. 1380. in Reg. 116. ch. 243 : *Tout le droit des commendises, talemesleries, Gasteleries, messeries, etc.* Terrear. ejusd. loci ex Cod. reg. 9898. 2 : *Nulz ne peut faire en la ville de Chastillon gasteaulx à vendre, ne vendre iceulx sans licence, c'est assavoir gasteaulx sans levain ; et qui le fait, il est amendable de lxv. solz Tournois, et ladite Gastellerie peut bien valoir au seigneur chacun an xx. solz Tournois.* Vide *Gastellus.*

GASTELLUS, [Placentæ genus, Gall. *Gâteau.* Consuetudines MSS. Monasterii Solemniac. : *In Cena Domini.... ad cenam vero dimidium Gastellum, et duo Gastelli sunt de uno pane parvo, et caritatem de vino.* Menoti Sermones Quadrag. fol. 97. v° : *Si mater emit parvum Gastellum pro puero, an dabit primo cani? Non.*] Vide *Wastellus.*

GASTER, [vel ut quidam legunt *Gastrum*,] *Vas æneum cum fundo angusto*, in Gloss. Arabico-Lat. Dioscoridi γάστρα. Marcel. Empir. cap. 8 : *Eamdemque* (concham) *supra Gastrum lotii virilis ex ea parte, qua melle illita est, superpone ad lotium versus.* Gloss. Gr. Lat. ex Reg. Cod. 85 : Ξύγαστρον, *genus vasis, capsa.* Vide Glossar. med. Græcit. in Γάστρα.

* **GASTERIARE**, *Gasterii* seu messium et vinearum custodis officio fungi. Libert. villæ Castri-pont. in Arver. ann. 1318. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 534 : *Quos Gasterium et custodem nos ad requestam dictorum consulum recipere debemus, et potestatem eis... concedere officium suum custodiendi et Gasteriandi.* Vide *Gasterius* et mox

* **GASTERIUM**, *Gasterii* salarium. Charta Henr. episc. Claromont. ann. 1392. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 169 : *Item gasterius pro animalibus dampnum inferentibus, quando ea capiet in dampno, salarium sive Gasterium suum habebit solum.* Vide *Gasterius.*

GASTERIUS, Qui vineas et messes servat, *Messier*, [*Gastier*, in Consuetud. Arvern. cap. 31. art. 69. et alibi.] Libertates Solemniaci in Arvernis ann. 1272. MS. : *Volumus, quod Bajulus non teneatur recipere in Gasterium apud dictam villam, et infra fores parochiæ dictæ villæ, quandocumque Consules dictæ villæ ei præsentaverint, volentes nihilominus, quod dicta Communitas habere Gasterium teneatur, scilicet tempore messium et vindemiarum.* Tabular. Brivatense fol. 197 : *Gasterii vero seu bannerii in villa et territorio Brivatensi, etc.* [Charta Bernardi de Turre ann. 1308. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 783 : *Si inveniatur res vel equus, vel asinus in forefacto alterius, postquam gastum præconizatum fuerit, solvet quatuor denarios Gasterio, aries vel ovis unum denarium, hœdus vel capra duos denarios.* Ibid. pag. 784 : *Volumus .... quod dicti Consules .... possunt eligere unum Gasterium ad custodiendum res eorum, præsentandum nobis, vel Bajulo nostro .. S. Amantii, qui jurabit in manu nostra, vel Bajuli nostri, bene et fideliter custodire res et bona eorumdem. Et levabit gastum supradictum, et de parto nihilominus tres denarios.*]

GASTIA. Constantinus Afric. lib. 5. Pantechn. cap. 32. quod *de naturis vestium* inscribitur : *Lanea calefaciunt et explicant, et indurant membra. Gastia calefacit et tenerat, frigiditati renum est optima.*

¶ **GASTINA**, Depopulatio, vastitas, Gall. *Degast*; item Terra inculta, silvestris. Charta Valterii *Tiez* circa ann. 1130 : *Concessi fratribus Ecclesiæ B. Mariæ Villari Gundonis... usus necessarios Gastinæ omnes, et mel et ceram et pasturam tam nemoris quam planæ terræ.* Charta Bernardi de Turre ann. 1236. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 510 : *Item ballivus debet bannisare quæcumque fuerint bannisanda... sicut vindemias et Gastina bladorum et vinearum et aliarum rerum..... Item si quis captus in Gastina, vel in banno, vel in aliis jurisdictionibus dominorum fuerit, vel alias condempnatus, pecunia quam exinde Baillivus habebit, etc. Item si quis captus fuerit in Gastina, debet primo satisfacere passo injuriam, et postea solvere pœnam appositam a Ballivo. Item si quis extraneus captus fuerit in Gastina, illa pœna quæ exinde habebitur, soli Domino S. Amantii est distribuenda.* Charta anni 1184. ex Archivo Monialium S. Salvatoris Massil. : *Rex Balduinus Militibus Templi... contulit Gastinas cum omnibus pertinentiis suis, quorum nomina sunt hæc, Bethapet, Mazor, etc.*

* Non una est hujusce vocis notio in locis quæ hic allegantur; primo enim Agrum pascuum significat; in altero Agrum suis frugibus vestitum; dehinc pro Prædio rustico accipi videtur. Vide supra *Garrigua.* Pro terra inculta et silvestri, vide in *Vastum* 1. *Gastine* vero, pro solitudine et loco deserto, in Serm. 21. ex Cod. MS. S. Vict. Paris : *Si deciple li respondirent et si distrent : Qui porroit saoler ceste gent en ceste Gastine?* Quæ verba sunt S. Marci cap. 8. v. 4 : *Et responderunt ei discipuli sui : Unde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine?*

* **GASTINEDUM**, *Corvatæ* seu operæ species, f. illa, qua subditi silvas et dumeta succidere, et in culturam redigere tenebantur. Charta Phil. Aug. ann. 1187. pro habitantibus villæ de Capella reginæ in pago Wastin. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 475 : *Concessit itaque et constituit* (ge-

Digitized by Google

nitor noster rex Ludovicus) *ut omnes apud Capellam manentes, liberi sint et quieti ab omni consuetudine et Gastinedo, etc.*

¶ **GASTOLDUS**, Idem quod supra *Gastaldus. Gastoldo Regis ingentia promiserunt dona*, in Actis SS. Julii tom. 1. pag. 336.

¶ **GASTRIMARGIA**, *Ventris voracitas, vel gulæ concupiscentia.* Papias : a Græco γαστριμαργία, quod idem est. Occurrit in Anecd. Marten. tom. 3. col. 1667. et tom. 4. col. 1518. 1641. in Anecdot. Pezianis tom. 1. part. 1. col. 412. et in Actis SS. Benedict. sæc. 6. part. 1. pag. 152. Vide *Castrimargia.*

¶ **Gastrimargicus**, Helluo, gulosus. *Frugalem non Gastrimargicum*, in Charta anni 990. apud Acherium tom. 8. Spicil. pag. 155.

¶ **Gastrimargus**, Eadem notione, a Græco γαστρίμαργος.

¶ **Gastromagia**, pro *Gastrimargia.* Agnellus in Vita S. Reparati apud Murator. tom. 2. pag. 148. col. 2 : *Non fuit cupiditate plenus, tumidus, non elatus, non invidus, non Gastromagiæ amator, etc.*

¶ **GASTRUM**, Genus vasis. Vide *Gaster.*

¶ **GASTUM**, Vastatio, Gall. *Gast, Degast;* item Mulcta pro *Gasto* seu vastatione. Charta Roberti Delphini Comitis Claromontani ann. 1283. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 299 : *Item in terris quas habet dictum Monasterium... ponemus nos Abbatissa et Conventus prædicti Gasterium; et Gastum poterimus statuere et levare. Faire ravage et Gast*, in Consuetud. Turon. art. 169. Alii loci sunt in *Gasterius.*

Gastum, ut [*Vastum*, Ager incultus, *Terre en Gast.* Charta anni 1196. ex parvo Chartul. S. Victoris Massil. fol. 188 : *Super Gasto quod ruperat W. Bernardi.* Infra : *De malo fossato præcipiunt quod esset patium et Gastum, ita quod defensum ibi nullum sit, excepto eo quod ibi ruptum vel excultum est.* Litteræ Caroli Regis Siciliæ ann. 1270. ex Archivo ejusdem S. Vict. : *In molendinis, terris cultis et Gastis.* Occurrit alibi non semel, ut et *Gasta terra.*] Vide *Vastum.*

GASTUS, veteribus Francis, *Dominus :* ita auguratur Wendelinus, cujus conjecturæ hæc ratio est. Lex Salica in Prologo dicitur condita et dictata a quatuor Legislatoribus, *Wisogast, Bodogast, Salegast*, et *Windegast*, qui quidem Francorum rectores fuerunt in locis *Bodo-heim, sale-heim, Winde-heim*, a suis, ut apparet, sua singuli nomina sortiti : ut proin Bodogast obtinuerit locum *Bodo-heim*, Salegast, *Sale-heim*, Windegast, *Winde-heim*. Unde conficitur *Gastum* idem esse, quod dominus et toparcha. Henricus Meibomius in Notis ad Witikindum, ait *Gast* vocabulum Germanicum, non ut hodie, hospitem, sed quemvis hominem ad omnia promptum et habilem significare : [a qua opinione non multum abest Schilterus, activam significationem tribuens voci *Gast*, qua indicatur curator et custos alicujus rei. Sic *Arbogast* dictus, inquit, quasi hæreditatis curator atque custos. Illi porro quatuorviri Francorum fuerunt quatuor pagorum sive provinciarum earumque *mallorum* Rectores atque Præsides, *Bodogast*, Bodonum, i. e. Batavorum, *Salegast*, Saliorum Francorum Isalæ accolarum, *Widogast*, Widonum ad Widrum, et *Wisogast*, Visonum ad Visurgin. Huc usque vir doctus, qui etiam consuli potest in Præfat. ad Legem Salicam.] Camerarius vero tom. 3. Horarum succisivarum cap. 63. *Gastos*, Germanico nomine a sapientia et scientia rerum, atque ingenii perspicientia dictos existimat. [Sic etiam Borellus in addit. ad Thesaurum Gallicum. Aliter omnino Eccardus, qui *Gast* vult esse compositum ex *Gau* vel, *Ga*, Pagus, provincia, et *Ist*, est; ac significare eum qui est ex provincia, sive provincialem aut provinciæ incolam. Magis arridet Schilteri sententia.] [** Confer Graffii Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 268.] Vide *Vastus.*

1. **GATA**, [Navis vel Machina.] Vide *Gatus* 1.

¶ 2. **GATA**, Placenta, Gall. *Gâteau.* Charta anni 1195. Hist. Harcur. tom. 3. pag. 125 : *Ad faciendum Gatas ad mandatum Cenæ.* Vide *Gastellus.*

3. **GATA**, Mensuræ frumentariæ species apud Anglos. Vide *Mina.*

¶ **GATGERIA**, Pignus, prædium aut aliud quodvis pignori datum. Charta Delphini Comitis Arvernorum ann. 1196. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 261 : *Fructus supradictæ Gatgeriæ in sortem non computabimus, sed eos tibi mera libertate donamus.* Dispositio rei familiaris Cluniacensis facta a Petro Abb. Cluniac. apud Baluz. tom. 5. Miscell. pag. 452 : *Camerario... injunxi, ut trabucos et pedules fratribus provideret de trecentis solidis Gatgeriæ Humberti Ungri, quam nobis, dum Jerusalem iret, pro quatuor milibus solidorum, quos a nobis accepit, in vadimonio dedit. Illam Gatgeriam ego Decano de Lordono concessi tali modo, ut omnes fructus et redditus jam dictæ Gatgeriæ acciperet, et inde præfatos solidos ad ea, quæ supra nominata sunt, Camerario redderet.* Vide *Gagium* et *Gageria* in *Vadium.*

¶ **Gatgiamentum**, Stipendium, Gall. *Gages.* Charta ann. 1308. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 783 : *Item servientes bajuli dicti castri vel domini non debent recipere pro Gatgiamento suo nisi tantum duos denarios.* Vide in *Vadium.*

¶ **Gatgiare Emendam**, Idem quod supra *Gagiare Emendam*, Emendam seu mulctam solvere, pro mulcta pignus dare. Charta ann. 1308. mox citata ibid. pag. 781 : *Item nullus tenetur Gatgiare Emendam, nec pro re confessata vel judicata per judicem vel per bajulum, nisi adeo esset factum notorium quod nulla posset tergiversatione celari.*

¶ **Gatgium**, Pignus. Eadem Charta ibid.: *Item Quilibet potest vendere in dicto castro post octo dies Gatgium sibi impignoratum.* Vide *Vadium.*

¶ **Gatgium**, Pœna, mulcta pecuniaria. Consuetudines MSS. Lemovic. fol. 14 : *Ipsa die* (S. Augustini) *Præpositus debet recipere juncum qui debetur ex consuetudine ad parandum chorum et capitulum, et eos qui debent, si non solverint ipsa die, debet compellere ad solvendum sibi Gatgium.* Consuetud. Brageriaci art. 99 : *Item si coturius de dictis fructibus accipiat, sive sint de vineis sive de hortis, sive de die sive de nocte, eo quia tenetur eos custodire, ut supra dictum est, puniatur, et ultra hoc in Gatgio sexaginta solidorum versus dictum dominum condemnetur.* Vide in *Vadium.*

¶ **Gatgiura**, Idem quod *Gatgeria.* Instrum. ann. 1310. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1429 : *Terram Gavardani tradidit seu tradi fecit dicto Comiti Fuxi, eo modo quo eam tenebat pro summa pecuniæ prædicta, vel partem ipsius Gatgiuræ seu terræ.*

¶ **Gatjare**, Pignori capere, Gall. *Saisir.* Vide in *Pignorare.*

GATHA, [Præco.] Vide in *Wacta.*

* **GATHIA**, Vigil, excubitor, speculator. Libert. Figiac. ann. 1318. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 662. art. 11 : *Poterunt insuper dicti consules* (instituere) *gardas, Gathias seu scubias pro tubicinando et clamando, tam de die quam de nocte.* Leg. *Gachias.* Vide *Gacha* et supra *Gachare.*

¶ **GATHINGI**. Vide *Garathingi.*

1. **GATTA**, Felis. Otto Morena in Hist. Rer. Laudensium pag. 28 : *Januas suarum domorum claudentes, solis canibus ac Gattis ibi relictis.* Vide *Catta* 2.

¶ 2. **GATTA**, Machina bellica, Vinea vel pluteus : de quo plura in *Catus* 2. Chron. Pisanum apud Murator. tom. 6. col. 102 : *Compositis autem ab ingeniosis Pisanorum artificibus, manganis, Gattis atque ligneis castellis, urbem fortiter expugnabant, et cum his machinis urbis mœnia et mœnium turres potentissime rumpebant.* Annal. Genuens. ejusdem tom. col. 287 : *Machinas scilicet et castella et Gattas ordinare præceperunt.* Memorantur iterum hujusmodi *Gattæ* seu machinæ in Continuatione Chronici Andreæ Danduli apud Murator. tom. 12. col. 401. 448. etc. Vide *Gatus* 1.

* **GATTUS**, Uncus ferreus trifidus, nostris *Chat.* Hist. Franc. Sfortiæ ad ann. 1447. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 420 : *Musculis quibusdam, quos vulgo Gattos appellant, clavos nostrarum navium apprehendissent, evellereque adniterentur, etc.* Vide aliis notionibus in *Gatus* 1. et 2.

1. **GATUS**, Gattus, Navis species. Will. Tyrius lib. 12. cap. 22 : *Erant sane in eadem classe quædam naves rostratæ, quas Gatos vocant, galeis majores, habentes singulæ remos centenos, quibus singulis duo erant remiges necessarii.* Quæ sic vertit Hugo Plagon ejus Interpres Gallicus MS : *Et 28. autres vaisseaus qu'ils appelloient Chaz.* Infra : *En celle navire, si comme je vous ai dit, avoit nefs, que l'on claime Chas, qui ont bec devant ainsi come galies, mais elle sont greigneurs, et chascune a deux gouvernaux et cent naageurs. Cahz* dicitur id navigii genus Alberto Aquensi lib. 9. cap. 9 : *Cum galeis 20. et carinis 13. quas vulgo appellant Cahs, occurrerunt.* [** Vide Jal. Archæol. Naval. tom. 1. pag. 411.]

Gattus, Monachus Florentin. de Expugn. Accon : *Gattos et arietes fieri jussere.* Laurentius Veronensis de Bello Balearico :

> Gatti, Dromones, Carabi, celeresque Galeæ,
> Barcæ, Currabii, Lintres, grandesque Sagittæ,
> Et plures aliæ variantes nomina naves.

Andreas Dandulus : *Appositis scalis et Gattis diris, et variis insultibus idem capitaneus impugnare non desinit.* Vide eumdem ann.

Digitized by Google

1148. Rafanus de Caresinis ann. 1379 : *Et combustis ejus Gattis, aliisque ædificiis, vigorose fugatur.*

☞ Iis in locis omnibus *Gatti* non sunt Naves, sed interdum Machinæ bellicæ, vineæ scilicet vel plutei, de quibus supra dictum in *Catus* 2. Hac posteriori notione, mea quidem sententia, vocem *Gattus* usurpant Monachus Florentin. Dandulus et Rafanus de Caresinis. Simili modo Annales Mutin. apud Murator. tom. 11. col. 68 : *Combusserunt Gattum, qui erat versus Botaciam, et post paucos dies similiter combusserunt alium Gattum cum via cooperta, quæ erat versus Servavalle.* Dominicus de Gravina in Chronico apud eumdem Murator. tom. 12. col. 644 : *Fecitque fieri Palatinus ibidem multa ingenia lignea, pontes, scalas et Gattos, trabuccosque erexit ante mœnia civitatis.* Hist. Cortusiorum eod. tom. col. 887 : *Fiunt vineæ sive Gatti, pontes et scalæ, machinæ et alia artificia ad oppugnandum.* Aunal. Cæsenates apud eumdem Murator. tom. 14. col. 1156 : *Ad expugnationem dictæ Rochæ, cum Gattis et castris lignaminum et aliis ædificiis, diebus pluribus laboravit.* Vide *Gatta* 2.

¶ Gata, Eadem notione. Usatici Barcinon. MSS. cap. 83 : *Debeilare cum ingeniis, quod rustici dicunt Fundibula, et Gosa et Gata.* Vide *Guata.*

Gata, Navis. Chron. Anonymi Barens. ann. 1071 : *Et comprehensa est chelandia, in qua erat Gozolino cum auro... et alium Gata Imperatoris demersit in mare.*

Gattus. Anonymus Barensis ann. 1071 : *Cattus, qui pergebat Durrachio... periit in pelago.* Albertus Aq. lib. 11. cap. 27 : *In galeidis, in biremibus et triremibus, dictis vulgariter Cattis, turritis et bello compositis.* Lib. 12. cap. 17 : *Gentilium navis, quæ dicitur Cattus, ab eorum manibus defensa et elapsa est. Cautus*, perperam pro *Cattus* habetur apud Fulcherium Carnotensem lib. 3. cap. 56 : *Exceptis his, qui naves interim conservaverunt, quarum 22. triremes, vel Cautos nuncupant.*

Catta. Willelmus Heda ann. 1428 : *Immergitur ingens navis in flumine Hema ad impediendum introitus Trajectinorum, quam Cattam nominabant.*

Ab ejusmodi *Gatis*, orta vox apud nostros, *Geate*, seu ut Picardi efferunt, *Gate*, pro vase rotundo largiori ac minus profundo. Ordinarius MS. Ecclesiæ Rotomagensis, ubi de Mandato pauperum : *Et debet Archiepiscopus facere distribui cuilibet Canonico præsenti, et custodi vestiarii unum linteum, Gallice* Devantel, *unam concham, Gallice* Guate, *unam ollam terræ, etc.*

2. **GATUS**, Gattus, Felis, catus. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ anno 1247. fol. 34 : *Quicunque Gatum furatus fuerit, et dominus Gati eum invenerit cum latrone, etc.* Infra *Murilegus* appellatur. [Libellus de remediis peccatorum ante annos 800. exaratus apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 47 : *Qui comedit vel bibit intinctum a familiari bestia, id est, cane vel Gatto, et scit*, c. *Psalmos cantet.* Breviarium Histor. Pisanæ ad ann. 1174. apud Murator. tom. 6. col. 190 : *Et ad tantam penuriam civitatem redegit, ut canes et Gattos et coria animalium mortuorum comederent.* Pro *Mure* sumitur, vel *Mus*, pro *Fele*, in Donatione anni 998. apud eumdem Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 353 : *Descendit de Mus comestus, id est, Gato manducato, et pervenit, etc.* Vetus Poeta MS. e Bibl. Coislin. :

Une grant Gate demanda,
Sor une table la denta.]

Vide *Gatta* 1.

¶ Gattus-Maymo, Simiæ species, Ital. *Gatto-Mammone, Specie di simia che a la coda*, Cercopithecus, Gall. *Guenon.* Computus ann. 1333. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 278 : *Item pro emendis duobus pappagallis et uno Gatto-Maymone, unc. 11. taren. VI.* Occurrit apud Muratorium tom. 15. col. 348.

¶ **GAU**, ξίφος. *Ensiculus.* Supplem. Antiquarii. Ausonius utitur pro *Gaudio.* [* Vide Gloss. Græc. Lat.]

¶ **GAVAGIUM**, ut supra *Cavagium*, Census quem homines de *corpore* seu *capite* quotannis præstant Domino suo. Charta Regnerii Episc. Bethleemitani ann. 1223 : *Hæc est eleemosyna, quam Guillelmus Comes Nivern. dedit Ecclesiæ de Bethleem, apud quam corpus ipsius sepultum est; videlicet burgum qui vocatur Pantenorii, qui est juxta aquas Icaunæ juxta Clamiacum cum Gavagio territorii qui vocatur territorium de Cemboſ, et cum pertinentiis ejusdem Gavagii, et villam sitam sub Cerciaco quæ vocatur Domus Dei cum Gavagiis et vineis.* Vide *Capitale* 5.

* **GAVALDATUS**, Servitium militare cum equo, pro *Cavalcatus.* Vide supra in *Caballus.* Libert. bastidæ de Thornaco in Occit. ann. 1307. ex Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 54 : *Item expressum exercitum et Gavaldatum, ut in aliis villis nostris illius terræ, retinemus.*

GAVALUM, [Gavallum, Census, idem, qui supra *Gablum.*] Appendix ad Vitam Lietberti Episcopi Cameracensis ex Cod. MS. Alexandri Petavii : *Dedit.... cambam unam, et in bolengreia furnum unum, et in foro Gavalum unum.* [Litteræ Philippi Flandrensium Comitis ann. 1189. inter Instr. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 3. et 4 : *A majore Ecclesia B. Virginis et aliis conventualibus Ecclesiis, per earum villas in Comitatu Cameracensi recepimus Gavallum, et tactis Sanctorum pignoribus publice juravimus, quod in Ecclesiis dictis Deo servientes et res eorum, si deprimerentur injuste, pro nostro posse, contra quoscumque conservaremus; et hoc beneficium non ad alium, quam ad legitimum heredem Flandriæ transferremus... Hæc est autem colligendi Gavalli mensura et ordo. Carruca debet dare dimidium modium frumenti et dimidium avenæ; manu operator qui terram cultivam non habet, debet unum mencaldum frumenti et unum avenæ ad mensuram Cameracensem; Cameracique suum tenentur comportare Gavallum ad locum eis prædictum.* Chartular. Aquicinctense fol. 40 : *Nobis solvitur dimidius modius frumenti et avenæ de Gavalo.* Pluries occurrit ibid. et alibi.] Vide *Gabulum* in *Gablum.* [* Vide infra *Gavena.*]

¶ Gavallus, Eadem notione. Litteræ Guidonis Flandriæ Comitis ann. 1257. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1095 : *Catellania de Cameraco et Gavalus de Cambresis sunt de pertinentiis Flandriæ.*

GAVANUS, Tonsilla, glandula, Italis *Gavigne.* Miracula S. Thomæ Aquinat. : *Puella a nativitate gutturosa, quia tres Gavanos habuit.*

* **GAVARHGIUM**, f. Ager cultus et satus, vel Prædium rusticum. Charta ann. 1297. apud Stephanot. in Antiq. Bened. Lemov. MSS. part. 1. pag. 518 : *Guillelmus de Cheyro domicellus confessus fuit se tenere in homagium ligium ab abbatissa* (B. M. de Regula) *albergamentum suum de Cheyro,... et omnia terragia, decimam, arreragia, census quos habet in parrochia S. Martini de Corvo,.... et Gavarhgium suum et vineas suas.* Vide supra *Gasanhagium.*

* **GAVARIUS**, Nomen fluvii, Gabarus, vulgo *le Gave.* Charta Arn. Raim. vicecom. Avortæ ann. 1234. ex Tabul. Cagnot. : *Dedi decimam piscium nassæ d'Apremont, quæ ad me pertinet, de salmonibus et troitis, qui in Gavario capientur.*

GAVARRETUS, Officium in Aula Regum Siciliæ sub Normannis Principibus, penes quem non modo Cura et Custodia Palatii sub Castellano incumbebat, *sed et illius erat eos, qui per diversos Palatii carceres tenebantur inclusi, frequenter inspicere, eorumque statum mitius, asperiusve, prout ei visum erat, commutare, et prout vellet, custodes singulis designare carceribus.* Ita Falcandus in Hist. de Sicil. calamitat. pag. 659. 670. 695. Simile fuit in Aula CPolitana Magni *Papiæ* officium, ut in Notis ad Cinnamum docuimus. Chronicon Richardi de S. Germano ann. 1232 : *Magistri Justitiarii, Bajuli Imperiales, qui Gavarreti vocantur, ... amoventur.* Ejusdem nominis habentur Vicecomites in Beneharnis, qui *Vicecomites de Gavarreto* dicuntur, de quibus Marca in Histor. Beneharn. lib. 5. cap. 28.

¶ **GAVASUS**, pro *Gavisus*, Potitus, in Instrumento anni 1316. apud Rymerum tom. 3. pag. 550.

GAVATA, Species vasis. Vide *Gabata.*

* **GAUCHATORIUM**, Gauchorium, Molendinum fullonarium, quo panni poliuntur et dealbantur. *Galcheur*, in Charta ann. 1184. ex Chartul. eccl. Vienn. fol. 81. v°. col. 2° : *Liceat.... batentoria et Galcheurs ædificare sine dampno et detrimento Bernardi de Miribello. Gauchoir* alibi in Dalphin. *Gau* in Bressia; a verbo *Gauchire*, vulgo *Gaucher*, pro *Fouler*, Pannos densare, desquammare. Pactum ann. 1315. inter Johan. dalph. et Petr. Barral. : *Concedentes.... omnibus habitantibus,... quod in ripperiis et rippagiis fluentibus per villam et vallem de Alavardo possint facere, construere, seu fieri vel construi facere molendinum vel molendina, batorium vel batoria, Gauchatorium vel Gauchatoria... in proprietatibus suis pro libito voluntatis.* Charta Henr. Dalph. Met. episc. regent. Dalph. ann. 1322. in Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 105 : *Concedentes eidem Soffredo, quod ipse ac hæredes et successores ipsius, soli et in solidum possint molendina, batistoria, Gauchatoria,... quæ aqua mediante operantur, in dicto loco et ejus mandamento.... construere..... Quod dicti Soffredus, hæredes ac successores ipsius.... possint compellere omnes habitantes in dicto*

Digitized by Google

castro et ejus mandamento molere, bannire (l. baptire), *Gauchire et trulliare ad molendina, bauchoria* (l. Gauchoria), *troillatoria prædicta.* Recogn. feud. ann. 1343 : *Item unum Gauchorium, unum batistorium,* etc. Charta ann. 1445 : *Duo molendina una cum domo, baptitorio, Gauchorio, et aliis ædificiis ibidem existentibus,* etc.

* **GAUCHIRE.** Vide supra in *Gauchatorium.*

¶ **GAUCHO.** Instrum. anni 1269. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 195 : *Item molendina sua, Cauchones, batitoria, prata, et totum territorium de Charuis, et prata de Veneries cum pertinentiis eorumdem.*[* Idem quod *Gauchatorium* supra. Vide in hac voce.]

* **GAUCHORIUM.** Vide supra in *Gauchatorium.*

* **GAUDA**, a Gallico *Gaude*, Luteola. Stat. ann. 1317. in Reg. A. Cam. Comput, Paris. fol. 195. v°. : *Grana insuper, Gauda, gayda, garencia,* etc. Aliud pro pannif. Carcass. renovatum ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121 : *Item quod nullus potest.... tingere seu tingi facere aliquem pannum brunetæ,... nisi cum pestello, rogia sive roia, et Gauda, et cum alumine, sive alum.* Vide infra *Gaudo.*

* **GAUDATICUM**, Jus possessione acquisitum. Charta super negot. marchiar. in regn. Franc. et Aragon. ann. 1406. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 323 : *Si pirata.... reperiatur cum præda, vel sine præda, in altero dictorum regnorum, quod statim facta notificatione per partem et requisitione, absque alia informatione, nullo suffragante eis Gaudatico, aut fide data,.... capiatur.* Vide *Gaudentia.*

* **GAUDENS**, Spontaneus. Charta ann. 1336. inter Probat. domus de Caban. pag. 66 : *Geraldus et Petrus Delmonet, qui pro se et suis Gaudentes et scientes recognoverunt se debere annualiter etc.*

¶ **GAUDENTER**, Læte, cum gaudio, apud Johan. Sarisber. E pist. 187. et alios inferioris ævi Scriptores non semel.

GAUDENTES FRATRES. Vide *Fratres.*

¶ **GAUDENTIA**, Possessio, fruitio, usus-fructus, Gall. *Jouissance.* Litteræ ann. 1438. apud Rymer. tom. 10. pag. 705 : *Hucusque dederunt et concesserunt, cum omnibus proficuis, emolumentis et Gaudentiis ejusdem.* Litteræ ann. 1525. apud eumd. tom. 14. pag. 84 : *Et de dicti dotalitii, douarii sive donationis propter nuptias possessione et Gaudentia in futurum pacifica.* Chartularium Æduense ex Decreto Curiæ Paris. ann. 1446 : *Ipsi Gaudentiam dictæ temporalitatis dicto actori faciebant.* Ex Regesto Parlamenti ann. 1452. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 456 : *Interim autem et donec alias fuerit ordinatum dicta Curia nostra per idem judicium dictarum rerum contentiosarum Gaudentiam absque processus et partium ante dictarum præjudicio... adjudicavit et adjudicat.* Vide Glossarium juris Gall. voce *Gaudence*, et mox *Gaudita.*

¶ **GAUDEOLUM**, Gemma, monile, aliave res hujusmodi pretiosa, Gall. *Joyau.* Donatio ann. 1398. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 227 : *Unum jocale sive Gaudeolum aureum pretiosum, in quo est clavus parvus seu pars clavi, de quo D. N. J. C. fuit crucifixus.*

¶ **GAUDERE**, Frui, potiri, Gall. *Joüir, posseder.* Litteræ ann. 1308. apud Rymer. tom. 3. pag. 70 : *Mandatum est Vicecomiti Devon. quod Margaretam quæ fuit uxor Edmundi... uti et Gaudere permittat, in terris et tenementis, quæ eadem Margareta tenet, in dotem.* Ex regesto Parlamenti ann. 1452 : *Et eisdem* (bonis) *per ultimas annatas et expleta ultima pacifice et quiete usi et Gavisi fuerant.* Occurrit sæpius.

GAUDEYES, [ut mox *Gaudia.*] Vide *Precula.*

¶ 1. **GAUDIA**, Rosariorum alioruinque hujuscemodi piorum Instrumentorum globuli, quos percurrimus recitando *Ave Maria.* Unde et pro ipsa salutatione Angelica eadem vox videtur usurpata. Testament. domini *le Scrop* ann. 1415. apud Rymer. tom. 9. pag. 276 : *Item lego avunculo meo unum par de Pater noster de auro cum Gaudiis de curallo... et unum par de Pater noster de curallo cum Gaudiis de ambre.* Synodus Valentin. ann. 1594. tom. 4. Collect. Conc. Hispan. pag. 710 : *His accedit quod ad nimiam solitudinem jam reductis Ecclesiis parochialibus, sabbatho advesperascente ad profanas illas luicorum ædes concurritur; ibique Salve Regina, Gaudia et aliæ prædicationes a cantoribus et citharistis decantantur quasi in sacris ædibus.*

* 2. **GAUDIA**, Sponsio, fidejussio. Charta apud Ughel. tom. 1. Ital. sacr. edit. 1717. col. 530 : *Ille audiens talem contentionem fecit nobis dare Gaudiam,... ut usque in tertium diem haberemus inducias pensandi inter nos, ut si voluissemus proinde pugnari ad spatham,* etc. Vide infra *Gaudius.*

¶ **GAUDIARE**, Mulctam solvere, vel pro mulcta pignus dare. Historia MS. S. Cypr. Pictav. pag. 141 : *Postea vero Presbeteri cum verecundia Gaudiaverunt, quod injuste rem fecerant, et illorum extitit fidejussor Launo Abbas.* Vide *Gadiare* in *Vadium.*

GAUDIATA. Codex MS. Abbatiæ S. Joannis de Vineis, laudatus a Grisio pag. 287 : *Hodie Dominus Abbas debet vinum Gaudiatæ Canonicis S. Gervasii.* Vox formata a *Gaudium*, idemque sonat quod *Caritas*, extraordinaria scilicet pastio Monachorum, Gallice, *Vin de joyeuseté.*

GAUDIBUNDUS, Lætabundus. Occurrit apud S. Cyprianum Epist. 77. in Actis S. Martinæ Mart. num. 31. apud Julianum Pacensem in Chronico æra 750. etc.

¶ **GAUDICHETUM**, Armaturæ genus. Testam. Odonis de Rossilione Militis ann. 1298. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1306 : *Item, do et lego domino Petro de Monte... unam integram armaturam de armaturis meis, videlicet meum Heaume à vissere, meum bassignetum, meum porpointum de cendallo, meum godbertum, meam gorgretam, meas buculas, meum Gaudichetum,* etc.

GAUDIFICARE, χαιροποιεῖν, in Gloss. Græco-Latinis, Lætificare.

¶ **GAUDIFLUUS**, Perfusus gaudio. *Gaudiflua regna*, Æterna Sanctorum felicitas, in Chartulario Landevenecensi fol. 149.

¶ 1. **GAUDIMENTUM**, ut *Gaudentia*, Fruitio, Gall. *Joüissance.* Charta ann. 1138. apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Occitan. MSS. pag. 431 : *Donamus prædictis fratribus de Ardoretto ad substentationem videlicet et Gaudimentum eorum qui in Ecclesia prædicta,* etc.

* 2. **GAUDIMENTUM**, Fenus, usura. Gall. *Intérest.* Charta ann. 1183. in Chartul, monast. Caun. : *Illos* (septingentos solidos) *vobis post unum annum ad Martror persolvam. Quod si non fecero, deinde per quemque annum, pro Gaudimentis illorum denariorum, dabo vobis cxx. solidos Melgorenses; et illos dcc. solidos Melgorenses, et prædictos cxx. quos pro Gaudimentis annuatim dare debeo, laudo vobis in illa pignora, quam de me in villa de Bajolis habetis.*

1. **GAUDIMONIUM**, Gaudium, lætitia, Gall. *Rejouissance : Gaudina*, Occitanis. Epist. 11. ex Tegernseensib. : *In omnibus vos prosperari nostri scitote esse Gaudimoni.* Theodericus Mon. de Invent. S. Celsi Episc. Trevir. num. 17 : *Immenso perfusus Gaudimonio.* Vincentius Belvac. lib. 30. Spec. Histor. cap. 71 : *In luctationibus et in sagittationibus delectantur tanquam in potissimis Gaudimoniis et exercitationibus.* Occurrit etiam in Fragm. Petronii, apud Nizonem in Vita S. Basini Arch. Trevir. n. 20. et apud veterem interpretem Prophetiæ Baruch cap. 4. n. 34. ubi Græca χαυρίαμα habent.

¶ 2. **GAUDIMONIUM**, pro *Vadimonium.* Judicium anni 997. pro Abbate Farfensi apud D. *le Blanc* in Dissert. Hist. de monetis pag. 90 : *Cui et dixit : Hodie non exies de isto placito, nisi legem feceris. Et iterum Abbas : Ego non contradico legem, sed si permiseris Gaudimonium tibi dabo juxta legem meam, donec vadam ad meum Monasterium, et revertar cum advocato simul et judicibus.*

GAUDINA. Vide *Gualdus.*

* **GAUDIOSE**, Hilare, gaudenti animo, Gall. *Joyeusement.* Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 380 : *Ipsa domicella ansam capiebat eundi supra muros locutura cum dicto Thomelino, et cum eo Gaudiose loquebatur.* Instr. ann. 1452. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 283. col. 1 : *Ideo Gaudiose inter sanos proferimus esse permittendam.* Nostris, *Gaudoier*, Gaudere. Gesta Briton. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1464 :

> Dehors les murs de leur cité
> Où il se vont esbanoier
> Aucune fois, et Gaudoier.

GAUDIOSUS, Gaudens, lætus, ex Gallico, *Joyeux :* Occitanis *Gaujous. Gaudioso*, apud Jacob. Passavantum Italum pag. 258. Utitur Baldricus lib. 2. Chron. Camer. cap. 5. lib. 3. cap. 37. hinc *Gaudiosus* quidam apud Vopiscum. [Vide Spicil. Acher. tom. 6. pag. 116.]

* *Gaudisour* vero et *Gaudisseur*, pro Mulierum sectator et corruptor, in Lit. remiss. ann. 1465. ex Reg. 194. ch. 72 : *Le suppliant demanda à sa femme quel argent elle devoit, en lui disant que s'estoit pour ses putanniers et Gaudisours.* Aliæ ann. 1475. in Reg. 195. ch. 1350 : *Icellui Estienne dist au suppliant : Tu m'as appellé Gaudisseur,* etc.

* Aliud vero sonat *Gaudir*, nimirum

Digitized by Google

Deflectere, declinare, vulgo *Gauchir*, in Lit. remiss. ann. 1401. ex Reg. 156. ch. 300 : *Icellui Richart le cuida férir d'estoc,... mais ledit Bertin se Gaudi et fouy au cop.* Ex mutatione *g* in *v*, *Vaudir* legitur in aliis Lit. ann. 1478. ex Reg. 206. ch. 146 : *Le suppliant d'un espieu qu'il tenoit darda contre ung arbre, et pour ce qu'il ne le attaigny pas, ledit espieu Vaudy ou regailly contre ledit Petit Jehan et le frapa. Waudir* et *Veudir*, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1475. in Reg. 195. ch. 1557 : *Icellui Alain s'efforça pluseurs fois frapper le suppliant de sa congnée, sans que ledit suppliant le voulsist frapper : mais Waudissoit seulement aux coups dudit Alain, et n'y sceust si bien évader, que ledit Alain ne le frappast.* Aliæ ann. 1476. in Reg. 206. ch. 1059 : *Le suppliant eust esté attaint d'icelle fleche, se n'eust esté que de grace de Dieu il Veudist au traict.* Vide infra in *Guillator*.

GAUDITA, Ususfructus, Gallis, *Jouissance*. Charta Raimundi de Monte Olivo : *Et concedo tibi, ut Gauditas et obventiones omnes tu et tui titulo dominationis habeatis. Gaudence*, in Consuetud. Burdegal. art. 101. *Gausidia*, in Testamento Berengarii Comitis Provinciæ ann. 1238. apud Ruffium pag. 109.

* Charta ann. 1210. ex Tabul. Montismaj. : *Omnes fructus et Gauditas, quos et quas ex præfata villa Pertusii... percepistis etc.* Alia ann. 1305. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 270. r°. col. 1 : *Dictus Johannes percipiet et levabit omnes fructus, proventus et Gauditas ex dicta jurisdictione provenientes.* Vide infra *Gausida*.

* **GAUDIVIGENS**, Gaudio gestiens. Vetus inscript. Capuens. in Sorber. ad calcem epist. Graversol. 2. edit. : Ex Epicurio Gaudivigente choro.

¶ **GAUDIUS**, Pignus, vadimonium, Gall. *Gage*. Charta ann. 1163. ex Archivis civitatis Massil. : *Ego R. D. G. sanctissimæ Nativitatis D. N. J. C. quæ est in Bethleem devotus Episcopus, assensu et voluntate totius capituli nostri... recepimus de mutuo Communi Massiliæ* 1211. *bizantios Saracenallos, de quibus nos mittimus in Gaudium dicto Communi Massiliæ casale nostrum quod vocatur Romandet et domos nostras quæ sunt in Acon. Et si debita non esset soluta tam cito quæ esset requisita dicto Communi Massiliæ, debet habere potestatem vendere cui placuerit dictos Gaudios et pagare se.*

* Charta ann. 1076. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Quemdam meum campum in Gaudium misi, tali ratione ut si ipsum in perpetuum venundare non potuissem, inibi darem eis scambium tantumdem valentem ad ipsorum voluntatem.* Vide supra *Gaudia* 2.

* **GAUDO**, *Gallice*, *Tincture*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120. Vide supra *Gauda*.

¶ **GAUDUM**, ut infra *Guaisdium*, Glastum, Gall. *Guesde*. [* Nequaquam; est enim *Gauda*, luteola. Vide supra in hac voce.] Statutum Comitatus Fuxi ann. 1332. apud D. *de Lauriere* tom. 2. Ordinat. pag. 90 : *Pannum crudum, grana, Gauda, gayda, guranciæ tinctæ, etc.*

GAUDUS, [Nemus, silva.] Vide *Gualdus*.

¶ **GAVEDA**, Scutella lignea, qua remiges utuntur ad cibum, Ital. *Gavetta*. [* Quia cavata. Glossar. Provinc Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Gaveda, Prov. cavata.*] Sententia Senescalli Provinciæ ann. 1434. ex Archivo Piscatorum Massil. : *Grassalia lignea et Gavedæ, aut alia quæcumque vascula.*

GAVELBRED. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu *de Gavelkind* pag. 25 : *Allocantur per annum pro Gavelbred adherdemet 3. sum. dimid.* Rursum : *In pane ad Gavelbred, et consuetudine arantium et metentium 2. sum.*

GAVELDUNG. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu *de Gavelkind* pag. 21 : *Item respondet de consuetudine extrahendi fimum debita per custumarios tenentes 27. virgatas, dimid. et 1. ferling. in Borg de Gote, Middelham,..... in una septima post festum S. Michaelis cum auxilio Molmannorum, quod servitium vocatur Gaveldung.*

¶ **GAVELERTH**. Vide *Gavel-herte*.

¶ **GAVELETUM**. Vide *Gavelkind*.

GAVELFOTHER. Vetus Charta Cantuariensis Ecclesiæ apud eumdem Somnerum pag. 25 : *De Gavelnoht vel Gavelfother de Ostreland.*

GAVELGIDA, quod *gablo*, censui, ac pensitationi obnoxium est : a Saxon. gafel, census, tributum, et gildan, solvere pensitare. Leges Inæ Regis West-Saxon. cap. 6 : *Si autem in Gavelgida, id est, in gablum reddente domo* (pugna) *fiat, vel in gebures*, 30. *sol. culpa judicetur.* Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 155 : *Idem Radulfus tenet unam toftam,..... et non dat Gavelgeld, etc.* Vide *Gablum*.

GAVEL-HERTE. Charta Cantuariensis Ecclesiæ, in Tractatu *de Gavelkind* pag. 17 : *Item respondet de* 35. *acris de consuetudine arandi Gavel-herte.* Alia ibidem : *Item sicut ibi* 5. *juga, quodlibet arabit unam dimidiam acram ad semen frumenti, et seminabit, et herciabit, ... et vocatur istud opus Gavelerth.* Vide ibi Somnerum.

GAVELKIND, Gaveletum, est Consuetudo, quæ in Comitatu Kantiæ in Anglia obtinet, qua hæreditas tenens in antiquum socagium æqualiter inter filios masculos dividitur, et qua hæres annorum 15. potest alienare suam terram. Charta de Prærogativa Regis ann. 17. de Edw. II. cap. 17 : *Et in Kancia in Gavelkind, ibidem omnes hæredes masculi participabunt hæreditatem eorum, et similiter feminæ : sed feminæ non participabunt cum masculis, etc.* De vocis etymo censet Rastallus vocem conflatam ex *Gyve al Kinde*, id est, *inter masculos* : nam *Kinde* masculum sonat. Lambardus *Gavelkind* dictum vult quasi gifeal cyn, id est, *omnibus cognatione proximis* datum. Spelmannus denique et Somnerus, quasi *debitum vel tributum soboli, pueris, generi* : hæc enim cyn, et kynd significare : illa gafel, seu gafol. Vetus Charta apud Somner. in tractatu *de Galvelkind* pag. 179 : *Et Prior dicit, quod prædictum manerium non est Gaulikend, neque partibile.* Alia ibid pag. 180 : *Ita quod manerium illud nunquam fuit Gaulikende, nec partitum.* Alia ibidem pag. 177 : *Dedimus Jordano de Serres et hæredibus suis ad Gavelikendam* 40. *acras de marisco nostro, tenendas de nobis jure hæreditario in perpetuum.* Adde pag. 184. 185. 194. Hæc hæreditas feudalibus Legibus non regitur, nec confiscationi ex felonia obnoxia est : domino tamen censum præstat et servitium. Laudimium in venditione aut alienatione non solvitur. Uxor dimidium refert in dotem : sed amittit, si vel ad alias nuptias transierit, vel stuprum vidua commiserit. Vide Glanvillam lib. 7. cap. 1. Bractonum lib. 4. tract. 6. de Act. dot. cap. 15. § 1. lib. 5. tract. 1. cap. 5. § 13. tract. 3. cap. 6. § 1. Statutum de Prærogativa Regis edit. ann. 17. Edw. II. cap. 16. Littletonem sect. 210. Christophorum de S. Germano de Legibus Angl. cap. 9. 18. Cambdenum in Kantio, Rastallum, Jacob. Waræum in Antiquitatib. Hibern. cap. 7. et Somnerum in eo Tractatu, quem *de Gavelkind* edidit ann. 1660. *Tradere terram in Gavelkende*, apud Wilh. Thorn ann. 1059.

Gaveletum dicitur etiam juris processus huic addictus tenuræ, si quando tenens in *Gavelkind*, reditus et servitia ultra modum subtrahit, quod et Londoniensibus ceditur Statut. ann. 10. Edw. I. *de Gaveleto*. Vetus Charta Cantuariensis Ecclesiæ apud Somnerum loco citato pag. 31 : *Et postea per quandam consuetudinem, quæ vocatur Gavelete, usitatam in Comitatu isto de terris et tenimentis de Gavelkinde, pro redditibus et servitiis, quæ a retro fuerint, de eisdem per plures annos devenerunt eædem terræ in manus cujusdam Abbatis, etc.* Alia ibidem : *Item de defectu redditus cujusdam curtilagii jacentis Gavellete quod fuit Aliciæ Hammerii per annum in manu domini 4. den.* Vide Fletam lib. 2. cap. 55. § 2. et Rastallum verbo *Gavelet*.

GAVELLA, Merges, spicarum manipulus, ex Gallico, *Javelle*, seu *Gavelle*, uti Picardi efferunt : *Gabel* et *Gabelo*, Occitanis. Occurrit in Fleta lib. 2. cap. 81. § 2.

* Reg. forestæ de Broton. ex Cod. reg. 4653 : *Et prædictæ avenæ illorum, videlicet qui debent sextarios, debent reddi ad primas Gavellas, quando gentes illius secant communiter.* Unde nostris *Engeveleir*, Spicas in manipulos componere, alligare. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Alligare, Engeveleir.* Vide infra *Glavella*.

¶ Gavelli, Sarmenta seu fasciculi sarmentorum. Charta ann. 1543 : *Promisit eidem Monasterio* (S. Victoris Massil.) *dare medietatem vini, quam aliorum fructuum et Gavellorum provenientium in dicta vinea.*

* Provincialibus *Gaveou*. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 35. ex Cod. reg. 4659 : *Operarius ultra conventionem non audeat accipere ligna, vel vites, vel zocas, vel Gavellos, vel quodcunque aliud.* Testam. ann. 1480. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 306. col. 1 : *Item legavit eisdem uxori et sorori suis... Gavellos sive sermentes vinearum suarum.*

GAVELLOND, Idem quod *Gavelkind*, in Charta apud Somnerum pag. 189 : *Tenentes de Gavellond de octodecim jugis, pro cariagio* 36. *carectatas feni de prata de Redhamne, etc.* Occurrit rursum pag. seq.

* **GAVELLUS**, Acervus, ut videtur. Vide supra *Ganda*.

GAVELMAN, Tenentes *gabulo* obnoxii. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkynd*, pag. 33 : *Et de* 3. *sol.* 6. *den.*

Digitized by Google

de incremento redditus de Simone Theodulfi, de una virgata et dimid. cum uno messuagio in Salwenton,... traditis eidem Simoni hoc anno in servitium de Gavelman, quantum Gavelman debet de tanto tenemento. Alia ibidem : *Villani de Terring, qui vocantur Gavelmanni.*

GAVELMED. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu *de Gavelkind : Consuetudo falcandi, quæ vocatur Gavelmed.* Ibid. : *Et pro una septimana dum falcatur stipula, quæ vocatur Gavelmed.*

GAVELNOHT. Vide eumdem Somnerum pag. 25.

GAVELOCES, Spicula, jacula : ex Gall. *Javelos* : nam ibi *ga*, liquidum est, valetque *ja* : *Javelot* vero videtur formatum ex *Jaculum*. Matth. Paris. ann. 1256 : *Frisiones igitur... ipsum Willelmum cum jaculis, quæ vulgariter Gaveloces appellant, quorum maxime notitiam habent et usum, Danisque securibus et gesis,... hostiliter insequuntur.* Joce. *de Brooklund* pag. 10. apud Spelmannum : *Baculum meum excussi ad modum teli, quod vocatur Gaveloc.*

GAVEL-RIP, dicitur *consuetudo metendi*, in veteri Charta apud Somnerum in Tractatu *de Gavelkind*, pag. 21. Ibidem pag. 19. ex Charta Ecclesiæ Cantuar. : *De Consuetudine metendi* 40. *acras et dimid. de Gavel-rip in autumno* 40. *sol.* 6. *den.*

GAVELROD. Vide *Burghard.*

GAVEL-SESTER, [vox Saxonica, Thomæ *Blount* in Nomolexico, Sextarius vectigalis; cervisiæ scilicet sextarius *manerii* vel prædii domino ab usufructuariis cervisiam coquentibus, census vel vectigalis nomine, pendendus.] Vetus Charta apud Somnerum ibid. pag. 24 : *De Gavelsester, cujuslibet bracini braciati infra libertatem maneriorum, videlicet unam lagenam et dimidium cerevisiæ.*

GAVELTYMBER. Vetus Charta apud Somnerum ibid. pag. 22 : *Et de* 200. *resters de Gavel-tymber, de redditu, quilibet de longitudine* 13. *ped. de quibus proveniunt de tenemento de Barcwasesyle* 100. *et de tenemento de Monynden* 100. *etc.*

¶ **GAVELUM.** Vide in *Gablum.*

GAVELWERCK. Vetus Charta apud eumd. Somnerum pag. 24 : *Arabit unam acram* 6. *pedes, et metet unam acram, dimid. et* 9. *pedes, de Gavelwerk.* In aliis dicitur *Werk-gavel.*

GAVELWOOD. Vetus Charta apud eumdem Somnerum pag. 23 : *Et de* 18. *sol.* 3. *den. ob. de fine cariandi Gavelwood de consuetudine.*

GAVENA, a Flandrico *Gave*, *Gaven*, i. *donum*, seu *munus*, ut annotat Carpentarius in Hist. Camerac. part. 3. cap. 6. qui subdit, exstitisse olim in pago Cameracensi Officialem, *Gavenarium* dictum, qui a Comite Flandriæ institutus, illius nomine jus quoddam annuum muneris gratuiti vice in eo percipiebat, pro advocatione seu protectione Ecclesiarum. Saxonibus, etiam gafel, tributum, censum, vectigal, sonat. Vide *Gablum.* Charta Conradi Imp. ann. 1146. apud eumdem Carpentarium et Miræum in Diplom. Belgic. pag. 122 : *Præterea novam illam consuetudinem, quæ vulgo Gavena dicitur, quam solet Comes Flandrensis exigere, etc.* Ubi idem Miræus *gavenam* jus esse ait, accipiendi certas mensuras granorum ex singulis jugeribus terræ. *Feodi nuncupati la Gavene*, in Castellania Duacensi, meminit Charta Joannis Regis Franc. ann. 1353. in Hist. Guinensi pag. 683. et Hist. Monmorenc. pag. 156. 157. 174. 226. 318. 322. Vide Monstrelletum 1. vol. cap. 144.

* *Gavenam* explicat Tussan. *Carette* capellanus S. Petri Insul. in Lib. MS. de Reb. memor. sui temporis scripto ann. 1575 : *Gavene, Droit de certaine quantité de grains, que le gardien lieve sur les charrues et manouvriers de Cambresis : si comme de chacune charrue, deux muids de froment et demi muid d'avoine, et de chacun manouvrier, qui n'a point de terre à labeur, un mencault de froment et un mencault d'avoine; le tout mesure de Cambray.* Hinc *Gavenarius* in Charta ann. 1389. et *Gavenier* in alia ann. 1416. dicitur comes Flandriæ, ad quem bonorum ecclesiarum Cameracensium tuitio et custodia pertinebat, et cui eam ob rem illa pensitatio exsolvebatur : *Le duc de Bourgoingne conte de Flandre, nostre gardien et Gavenier des églises de Cambray.* Vide *Gavalum.*

* **GAVERLOTUS**, Spiculum, jaculum, ensis brevior, nostris *Gavelot*, *Gavrelot* et *Javrelot*. Stat. senescal. Bellicad. ann. 1320. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 162 : *Item quicumque portaverit lanceas, Gaverlotos* (male editum *Ganerlotos*) *tela, ballistas, ... et hujusmodi arma mortifera, etc.* Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 276 : *Lequel Couvreur print une fourcheſiere, et son filz un demi glaive ou Gavelot.* Aliæ ann. 1455. in Reg. 183. ch. 60 : *Icellui Brumin de son Gavrelot féry Phelipot en la cuisse, et la perça tout oultre.* Ibid. ch. 82 : *Gravelot. Javeline, que l'en appelle ou pais* (Flandre) *Gaulot*, in aliis Lit. ann. 1460. ex Reg. 189. ch. 462. ubi bis, *Gavrelot.* Denique aliæ ann. 1480. ex Reg. 206 .ch 531 : *Le suppliant embastonné d'un Javrelot* (infra *Gavrelot*) *et garny d'une escrevisse en sa poictrine par dessoubz sa robe, etc.* Le Roman *de Robert le Diable* MS. :

> Gaverlos et maches li ruent,
> C'est merveilles qu'il ne le tuent.

Le Roman *de Cleomades* MS. :

> Et maint Gavrelot pour lancier.

Neque aliud est *Gerbie*, in Lit. remiss. ann. 1398. ex Reg. 153. ch. 187 : *Icellui Cayphas vint contre le suppliant à tout une lance ou Gerbie, et le cuida férir par la poitrine.* Eodem quoque sensu intelligenda vox *Gouffour*, licet varie scripta, *Gouffort*, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 109. ch. 316. Aliæ ann. 1377. in Reg. 111. ch. 231 : *Le suppliant esmeu de ce que dist est, de un court glaive, que il tenoit, appellé Gouffour, l'en feriet geta par terre et le navra. Gouffour ou gros baston ferré au bout*, in aliis ann. 1384. ex Reg. 126. ch. 87. Aliæ ann. 1395 : in Reg. 149. ch. 72 : *Icellui Perrot mis audevant du cop demi-glaive ou Gouffourt,... et frappa dudit demi-glaive ou Gouffourt ledit Mace.* Rursum aliæ ann. 1397. in Reg. 152. ch. 184 : *Le suppliant print en sa main un baton ferré, appellé Couffourt..... ledit suppliant tenoit sondit Gouffront, audevant duquel Gouffront ledit Riviere s'enferra. Goufourt*, in Lit. ann. 1403. ex Reg. 158. ch. 124. *Coufort ou javeline*, in aliis ann. 1454. ex Reg. 187. ch. 212. Vide *Gaveloces* et infra *Glaviolus.*

* **GAVERSTLUN.** Charta Frider. II. imper. ann. 1156. in Chron. Viti Arenpec. apud Pez. tom. 1. Script. rer. Austr. col. 1196 : *Et potest in terris suis omnibus tenere Judæos et usurarios publicos, quos vulgo vocant Gaverstlun, sine imperii molestia et offensa. Gawetschin* editum tom. 1. Corp. diplom. jur. Gent. pag. 82. [** *Gawertschin*, apud Pertz. Leg. tom. 2. pag. 101. lin. 7.] et *Gewerteschin* apud Miræum. Vide in hac voce.

¶ **GAVESCERE.** Vide *Gavisci.*

* **GAUFFRA**, Placentæ genus, Gall. *Gauffre.* Chartul. Floriac. fol. 390 : *Item dabit vicecomes duas Gauffras in Carniprivio. Gauffre*, pro *Gauffrier*, Forma, in Inventar. Ms. ann. 1379 : *Item unum ferrum, vocatum Gauffre.*

GAUFRA, Gurges, ex Gall. *Goufre*, seu potius sinus maris. Vincentius Belvac. lib. 31. cap. 142 : *Satellia, ubi est sinus maris, qui dicitur Gaufra Satelliæ.* De eodem sinu Willel. Tyrius lib. 16. cap. 26 : *Totus ille maris sinus... Attalicus dicitur, qui vulgari appellatione Gulphus Sataliæ nuncupatur.* Villharduinus num. 167. de Nicomedia : *Et si sist sor un... Goffre de mer.* Ubi sinum Astacenum intelligit. Vide *Gulfus.*

* **GAUGATUM**, Examen doliorum vinariorum, Gall. *Jaugeage. Officium Gaugati.... castri regii Burdegalensis*, in Charta ann. 1356. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 36. r°. Vide in *Galo* et *Gaugettum.*

¶ **GAUGETTUM**, Gaugetum, Tributum pro *Gaugia* seu examine dolii vinarii exsolutum, Gall. *Jaugeage;* item mensura, ad quam dolium exigitur. Litteræ anni 1400. apud Rymer. tom. 8. pag. 127 : *Illud Gaugettum, quod pro nobis in castro Burdigaliæ percipitur, videlicet, de et super quolibet dolio vini, custumato infra castrum prædictum, quoddam sterlingum Aquitaniæ, vel quinque denarios pro valore dicti sterlingi.* Litteræ anni 1417. apud eumd. tom. 9. pag. 431 : *Dieta officia Gaugeti, turragii, et portagii.... exercere permittatis.* Aliæ litteræ ann. 1420. ejusd. tom. pag. 868 : *Item quod de quolibet dolio vini Gaugeato, sicut venditor vini quod de Gaugeato defuerit supplere tenebitur, sic eidem per emptorem de eo quod ultra Gaugetum superfuerit, juxta pretium ad quod dolium vini venditum fuerit, satisfiat.*

* **Gaugiagium**, Examen doliorum. Arest. ann. 1346. 30. Jan. in vol. 2. are stor. parlam. Paris. : *Dictum officium Gaugiagii vinorum Silvanectensium etc.*

¶ **Gaugia**, Norma dolii vinarii, Gall. *Jauge.* Sententia arbitralis ann. 1446. ex Tabular. Corbeiensi : *Collegit vél habuit in vindemiis anni 1444. per se... septem modia vini ad modium et Gaugiam Suessionensem.* Vide *Gagga.*

Gaugiatores. Horum officiorum erat, *signare pannos, panes, dolia, sigillo officii sui*, ut est in Itinere Camerarii Scotici cap. 14. *Jaugeurs*, in Consuet. Claromontensi art. 233. Norman. art. 24. et Aurelian. art. 108. Perperam *Gangiatores* habet Skenæus de Verbor. significat. Vide *Gagga.*

Digitized by Google

* **GAUJA**, Mensura, ad quam dolia vinaria exiguntur, Gall. *Jauge*. Arest. parlam. Paris. ann. 1322. 22. Jan. in Reg. *Olim : Prædicta viginti dolia fuerunt caujata.... ad Caujam Burgundiæ*. Vide *Gaugia* in *Gaugettum*.

* Vox vero Gallica *Gauge* ligonem præterea, vulgo *Beche*, et quantum altum est illius instrumenti ferrum aliquando significat. Posteriori notione legitur in Charta ann. 1364. ex Reg. 96. Chartoph. reg. ch. 75 : *Item les habitans* (de Ponpoing) *peuent et porront fouir une Gauge en parfont en leurs diz marez, pour mareschier et mettre en leurs masures, partout ou il leur plaira*. Prima vero accipi videtur in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 160. ch. 1 : *Icellui prisonnier soubsleva le toit de la tour et le soustint et fist soustenir en estat par une Gauge, qu'il mist entre la maçonnerie et le toit*.

GAVIALTO. Lex Salica tit. 76. § 1. Edit. Heroldi : *Similiter et alii tres testes dicant, quod in* 40. *noctibus sole ei collocato, et ille nullatenus de antrussione Gavialto estre legibus dixisset*. Id est, ut interpretatur Wendelinus, *nolle antrustionem stare isti judicio;* sed declinare forum tanquam incompetens. Ubi *Gavialto*, idem valere vult ac Flandris, *Ghevillich*, unde et ortum putat, i. *volens, lubens, paratus*. Fides sit penes Scriptorem, quem consule, si lubet.

☞ *Gavialto estre* idem est quod Teneri, obligatum esse vel devinctum, pro quo Germani dicunt *Gehalten seyn;* hincque *Gavialto* corruptum esse evidens est Eccardo, qui conjicit *Gahaltan* primitus scriptum fuisse. *Estre* vero pro *esse* a tertia præsentis *Est* formatum esse optime animadvertit idem Eccardus. Illud etiamnum Galli retinemus; *Essere* Itali efferunt, quod jam apud Plautum occurrit. Sensus ergo legis est *Anstrusionem nullatenus legibus obligatum esse*. Aliter divinat Schilterus : quem, si vis, consule.

¶ **GAVIARE**, Pignerare, pignori dare, Gall. *Engager, Hypothequer*. Statuta Arberti Abbatis Casæ Dei ann. 1272. pro reformatione Parthenonis S. Andreæ de Cumbis, apud Stephanotium tom. 4. Fragm. Hist. pag. 460 : *Ordinamus quod nec Procuratores, nec Priorissa* (valeant) *Gaviare aliquod mutuum, quod* xx. *solidorum summam excedat, aut aliam quamlibet obligationem contrahere aut facere usque ad quinquennium*. Vide *Vadium*.

¶ **Gaviator**, Pignerator, conductor. Dicitur de Agricola seu colono qui prædium pignori accipit, seu sub annuo censu, in Charta Libertatum Montis Britonis ann. 1376. Hist. Dalph. tom. 1. pag. 82. et 83 : *Item quod quilibet agricola seu Gaviator anno quolibet quittus sit et esse debeat erga Dominum prædictum pro quatuor corvatis boum et personæ suæ.... Item a quolibet alio homine tenente focum, seu a quolibet foco habente animalia equina, asinina, vel alia ad bastum, qui tamen non esset agricola, seu Gaviator, quatuor corvatas de se.... Pro quolibet foco agricolæ seu Gaviatorum dicti mandamenti, tenente gamagium boum, seu aliorum animalium unam heminam frumenti ultra census Domini debitos*.

¶ **GAVILE**, Canthus. Papias MS. Bituric. : *Cantus, Ferrum circo rotas, vel ligna, vulgo Gavile*.

* **GAVILIUM**, Clavus ligneus aut ferreus, Gall. *Cheville*. Guido de Vigev. Ms. de Modo expugn. T. S. cap. 12 : *Et ad hoc ut rotæ carri possint in petiis aportari, ponantur Gavilia in axis ab una parte et ab alia, ut possint in una bala colligi; et ad contrarium ponantur duo grossa catenacia, et pro quolibet Gavilio una cavigia ferri*. Haud scio an idem sit *Gaviot*, in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 104. Chartoph. reg. ch. 373 : *Comme le capitaine de laditte ville de Crespy eust chargié audit exposant le gouvernement d'un canon, et lui* (eust) *fait commandement que pour ledit canon esprouver, il vuidast un Gaviot, dont il avoit de pieça esté chargiez, etc*. Vide supra *Cavile*.

GAVINA, Species *vestimenti, super humeros habens purpuram*. Ita Papias. Forte ex *Sclavina*. Vide in hac voce.

¶ **GAVINÆ**, Tumores similes tonsillis seu glandibus gutturis, Italis *Gavine*. Acta B. Benigni Abb. tom. 4. Julii pag. 344 : *Quædam tota gula plena Gavinis turpiter ad eum perrexit, et confestim liberata secessit*. Vide *Gavo*.

* **GAVINUM**, *Toga, la veste*. Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Gavina*.

GAVISCI, Gloriari, gaudere, gestire. Glossar. Lat. Gr. : *Gavescite*, χαίρατε. *Gaviso*, χαίρω, *Gaviso*, (ita lego, pro *Gallesco*) χαίρω, γήθομαι. [Gloss. Lat. Gr. MS. Sangerman. : *Gavescere*, χαίρειν.] Regula Magistri cap. 81 : *Si quis vero frater in specie sua sibi visus fuerit scemari, vel satis Gavisci, etc*.

GAVISIO, Usus, possessio, Gall. *Jouissance;* a *Gaudere*. Statuta Massiliensia in Annalib. Massiliensibus Guesnaii ann. 1294. n. 9 : *Ita quod amplius pro civibus non habeantur neque reputentur, sed indigni sint Gavisione illorum, etc*.

* **GAVISORIUS**, Lætus, plenus gaudio. Mirac. S. Adal. tom. 1. Jan. pag. 121. col. 1 : *Resonat tota ecclesia vocibus Gavisoriis : nemo in ea cessat a laudibus et hymnis*. Vide *Gaudiosus*.

1. **GAVIUS**. Gloss. Gr. Lat. MS. : Οἰκέτης, ἤτοι ὑπηρέτης στρατιωτοῦ, *Gavius*. Editum habet *Gravius*. Hinc forte nostris *Goujats*, Calones dicti.

* 2. **GAVIUS** inter varias supellectiles recensetur in Stat. Vercel. lib. 3. pag. 102. r°.

¶ **GAULA**, an pro *Gaido*, Glastum, Gall. *Guede*, Angl. *Woad?* Litteræ anni 1376. apud Rymer. tom. 7. pag. 116 : *Concessimus vobis, quod stapula nostra lanarum, coriorum et pellium lanatarum, nec non.... casei, butiri, plumæ, Gaulæ, mellis, felpariæ, et cepi, etc*. Similia bis repetuntur ibid. pag. 118. Vide *Gaida* 3. et *Guaisdium*.

¶ **GAULIKEND**, Gaulikende. Vide *Gavelkind*.

¶ **GAULINA**, pro *Gallina*. Charta anni 1281. e Chartulario S. Vandregesili tom. 2. pag. 1505. *Ad festum S. Remigii unam Gaulinam*. Occurrit ejusdem tomi pag. 1457. *Duo capones et una Gaulina*, in Tabulario Compendiensi.

* Charta ann. circ. 1200. in Reg. 4. Armor. gener. pag. iv : *Et pro una Gaulina, quam idem Rogerius et hæredes sui debent reddere michi et hæredibus meis ad natale Domini*. *Gueline*, eadem notione, in Ch. ann. 1290. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 56. v°. col. 1. et in alia ann. 1307. ex Reg. 21. Corb. *Gausle* vero, est Instrumentum, quo aqua ex puteo hauritur, in Lit. remiss. ann. 1451. ex Reg. 185. Chartoph. reg. ch. 115 : *Une Gausle à quoy l'en tiroit l'eaue d'un puys*.

1. **GAULUM**, [Census, tributum.] Vide *Gablum*.

* 2. **GAULUM**, Idem quod supra *Gavena*. Bulla Eugenii PP. III. ann. 1147. ex Tabul. eccl. Camerac. : *Novam illam et nociuam consuetudinem, quæ vulgo Gaulum dicitur, quam injusta usurpatione solet comes Flandrensis exigere, etc*. Vide *Gavalum*.

¶ **GAULUS**, Merops, avis apibus infensa, unde et *Apiastra* vocitatur. Papias : *Meropes, Genus avium, idem et Gauli, qui parentes suos recondere, et alere dicuntur, sunt autem virides, et vocantur Apiastræ*.

¶ **GAUMA**, ὅραια τεκτονική, *Instrumentum fabrile*. Supplementum Antiquarii.

* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. leg. *Gruma*, ὄπτρα τεκτονική. Vide Scaliger. ad Festum in *Groma*.

¶ **GAUNACA**, *Gausapa*. Gloss. Isid. Alii scribunt *Cannaca* ex Græco καννάκη. Utitur Varro lib. 4. de Ling. Lat. Terentius Scaurus in Orthogr. : *C. cognationem habet cum G, et ideo alii dicunt Gaunacam, alii Caunacam*. Vide *Galnabis*.

GAUNAPE. Vide *Galnabis*, [Læna, stragulum.]

¶ **GAUNATRICES**, *Duorum fratrum uxores*. Gloss. Isid. Lege et vide *Janitrices*.

* **GAUNCARIUS**, Officii vel artificii nomen, in Inscript. Don. pag. 331 : C. Pettius Celer Gauncarius.

* **GAUNUS**, Flavus, Gall. *Jaune*. Lib. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 29. v°. : *Duæ viridæ capæ. Duæ capæ Gaunæ*. Vide *Galnus*.

¶ **GAVO**, Struma, ab Italico *Gavone*, Species tumoris. Acta SS. Junii tom. 3. pag. 463. de S. Raynerio : *Strumam, id est, Gavonem habens in gula, etc*.

* **GAVOTUS**, Montanus, Gall. *Montagnard*, Provincialibus et Occit. *Gavoué*. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Interrogatus quorum erant dictæ bestiæ, dixit quod quorumdam Gavotorum, qui morabantur Arelate*. Comput. ann. 1482. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 20. col. 1 : *Item solverunt octo Gavotis, qui avenam prædictam portarunt a domo consulatus ad domum sive diversorium beati Jacobi, j. sol. iiij. den*.

* **GAURANS**, Color equi. Bestiar. Ms. cap. 44 : *Qui* (equi) *frontem album* (habent) *calidi* (appellantur :) *cervinus est, quem Gaurantem dicunt*.

* **GAUREA**, Navigii genus, scapha. Vide *Gaurulus*. Charta sub Phil. I. reg. Franc. ex Chartul. Molism. : *Simon comes Barrensium dedit.... piscaturam cum Gaurea*. In alia ibid. : *Dedit.... piscaturam et Gauream et omnes consuetudines, quas rustici prædictæ villæ ei debebant*. Aliud vero est *Gavreal*, Vinum nempe mixtis acinis aliisque modis renovatum, vulgo *Rapé*, in Stat. ann. 1424. tom. 2. Hist. Leod. pag. 456 : *Ordinons que nuls vendans vins ne*

Digitized by Google

puist faire Gavreal por remplir ses vins, ne ainssy pour getteir avecques son respleit, de quoy il doit remplir ses vins.

¶ **GAURI**, Gaurini. Sic a Turcis appellantur Christiani, ceterique omnes a superstitione Muhamedana alieni, teste Leunclavio Hist. Musulman. lib. 1. Pacificatio ann. 1604. apud Ludewig. tom. 6. pag. 306 : *Nec se* (Turcas) *ad Christianorum postulata, quos contumelioso nomine Gaurinos appellabant, velle aliquid facere.* De vocis etymo consule Hofmanni Lexicon ad v. *Gauri.*

* **GAURIZARE**, ut *Chorizare* 2. ni fallor, Per choros concinere. Prosa de S. Aredio circa fin. ex Cod. S. Mart. Lemov. ann. 600 : *Quo jubilando lirica modulamina ovans, Gaurizans cum agmina purpureata, cantitant per pulcherrima pneumata.*

¶ **GAURULUS**, *Scafa, canale vel locellum, lembus*, apud Papiam, a *Gaulus*, ut puto, quod Festo est *Genus navigii rotundum.*

** **GAURUM**, in chart. Hacon. reg. Norveg. ann. 1316. apud Lappenb. Init. Hanseat. pag. 297. Vide *Garum*, 1. et Glossarium mediæ Græcit. in Γάρος.

GAUSAPE, [apud Papiam, *Mappa, quæ in mensis ponitur, vel qua tergitur. Gausapa et Gausapum antiqui dicebant.*] Ugutio : *Gausape, mantile, et invenitur pro quodam genere pallii.* Gloss. Lat. Gr. : *Gausapa*, βαρβαρικὸν παλλίον. Gloss. Ælfrici Saxonicum : *Gausape* : Beodrægl, i. vestis mensæ. Gloss. Lat. Gall. MS. Thuanum : *Gausape, napa.* Luithprandus in Legat. : *Hac eadem die convivam me sibi esse jussit..... quintus decimus ab eo absque Gausape sedi.* Vox priscis nota, sed ut plurimum pro vestis militaris seu straguli specie.

* Glossar. vetus ex Cod. reg. 521 : *Gausape dicitur mantille, et invenitur pro quodam genere pallii. Gausapa, Gausapia, Gausapium, in eodem sensu.* Hinc, ut nonnullis placet, vox Gallica *Gauppe*, pro Meretrix, scortum, quod hac veste mulieres hujus farinæ uti solerent. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 38 : *Perrin Chabot dist à icellui Jame : Villain tu as appellé Agnes, qui est icy, Gauppe, et as dit villenie d'elle.*

Sedere ad Gausape alicujus, in Consuetud. MSS. Catalaniæ, i. ad mensam. Locum damus in *Soldutaria.*

Gausapatus, in Fragmento Petronii : *Solebat sic cœnare, quo modo Rex, apros Gausapatos, opera pistoria, viscocos, pistores.* Id est, mappa circumductos.

¶ **GAUSARUS**, ἐνδρομίς, *Vestimenti genus*, in Supplemento Antiquarii. Poll. lib. 3. ἐνδρομίδες sunt Calceamentorum quoddam genus, quo cursores utebantur.

* Ita in Gloss. Gr. Lat. et Lat. Gr. sed legendum *Gausapus*, ut in Castigat. ad utrumque Glossar. notatur. Vide Salmas. ad Tertul. de Pallio pag. 272. Casaubon. ad lib. 5. Strabon.

* **GAUSCAPPA**, Vestis species, Ital. *Guascappa*, eadem quæ *Gausape*. Stat. Ferrar. ann. 1279. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 424 : *De Gauscappis et cappettis cum tribus cusituris, quinque solidos Ferrarienses.* Vide *Guascapus.*

¶ **GAUSIDA**, Gausidia, Ususfructus, Gallice *Jouissance*, Provincialibus, præsertim Arelatensibus *Gausido*, Reditus, fructuumque perceptio, Gall. *Recolte, moisson.* Transactio ann. 1223. inter Abbatem S. Victoris et Universitatem Massil. ex parvo Chartulario ejusd. S. Vict. fol. 102 : *Concedimus quod dicta Universitas percipiat fructus et Gausidas universas et obventiones.* Charta ann. 1220. ejusdem Chartul. f. 107 : *Fructus et Gausidas inde provenientes, etc. Perceptio Gausidarum*, in Charta anni 1223. ex eod. Chartulario. Gassendi Notitia Ecclesiæ Diniensis ex Charta anni 1303 : *Confitetur se vendidisse fructus et Gausidas cujusdam prati.* Occurrit in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 18. et alibi. *Gausidia* vero supra in voce *Gaudita.*

* A verbo *Gaudere*, Frui, uti. Testam. ann. 1480. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 306. col. 1 : *Item legavit eisdem Peyronæ et Egidiæ, uxori et sorori suis usufructus, Gausidias, et emolumenta, etc.* Vide supra *Gaudita.*

¶ Gausita, Eadem notione. Charta Archiepisc. Aquensis ann. 1306. inter Instrum. tom. 1. Galliæ Christ. pag. 72. col. 2 : *Omnes fructus, Gausitas et obventiones, etc.* Ibid pag. 73. col. 1 : *Ita quod ex dictis fructibus et proventionibus et Gausitis possint facere pro suo libito voluntatis. Tempore trium annorum, trium Gausitarum et trium saizonum*, in Charta ann. 1543.

* Charta ann. 1254. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Et si forte contingeret, quod absit, quod guerra esset talis, quod fructus et Gausitæ dictæ ecclesiæ et tenementi ejusdem percipi non valerent, etc.*

* **GAUSTARIUS**, Perperam scriptum aut lectum pro *Cantharius* aut *Cântherius*, Gall. *Chantier*, Tigna super quæ dolia collocantur. Libert. Domnimed. ann. 1246. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 691. art. 23 : *Dominus habet vinum ad precium quanti custat burgensi super Gaustarios.* Vide supra *Chanterius.*

* **GAUTA**, Mala, maxilla, Ital. *Gota*, nostris, *Joue*; unde *Joée* et *Jouée*, Alapa, colaphus. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 94. Chartoph. reg. ch. 35 : *Contens et riote de parler se mut entre eulx, et tant que ledit Brisson donna une Joée audit Symonet.* Aliæ ann. 1378. in Reg. 114. ch. 93 : *Le suppliant féri ledit Jehan une Jouée de la paulme seulement.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Gauta, Prov. mala. Gautada, Prov. alapa. Gauteiar, Prov. alapare, alapisare.* Monum. Irenæens. tom. 6. Jun. pag. 268. col. 1 : *Habuit partem capitis S. Bartholomæi, quæ maxilla seu faux, vel Gauta vulgariter dicitur.*

* **GAUTOCUS**, Arca eleemosynaria, vulgo *Gauteau*. Alect. de S. Mart. tom. 5. Jun. pag. 567. col. 2 : *Oblationum vero tanta copia fluxit, ut arca sepulcri Apostolici, quæ vulgo Gauteau appellabatur, præter alias, plena redundaret.*

* **GAWETSCHIN**. Vide supra *Gaverstlun.*

¶ **GAVULUM**, Census, tributum. Vide *Gablum.*

GAVUS, *Levis in verbis*, Ugutioni. [Gallice *Gay*, Lætus, hilaris.]

¶ **GAUZITA**, ut *Gausita*, in Statutis Massiliensibus lib. 2. cap. 1. §. 36.

¶ **GAYA Scientia**, Ars Poëtica, apud *la Faille* in Additionibus ad Annal. Tolos. pag. 13. ex Hieronymo Zurita : *Ut vernacula lingua celebres Poëtæ in Hispaniam ex Narbonensis provinciæ scholis traducerentur, studia Poetices, quam Gayam Scientiam vocabant, instituerentur,; etc.*

¶ **GAYARE**, Pignori capere, Gall. *Prendre en Gage, Saisir.* Charta ann. 1403. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Quilibet homo possit et valeat banniare et Gayare pro banno avere quorumcumque exontium grossum vel minutum.* Vide *Vadium.*

* **GAYDA**, Limbus, fimbria. Vita S. Nic. Tolent. tom. 3. Sept. pag. 665. col. 1 : *Cum Gaydam unius suæ tunicæ altius vellet consuere, etc.* Vide *Gaydes.*

GAYDES, Limbi, fimbriæ, ex Ita *Ghode, liste delle camise di donna, o d'altre suoi sottanelli, le quali sono strette di sopra, e larghe a basso, e servono per allargare le fimbrie delle camise, et delle sottane, e guarnaccie.* Otto Morena in Hist. Rerum Laudunensium pag. 29 : *Sed qui tunc vidissent mulieres parvulorum suorum alium in collo, alium in brachiis suis deferentes, aliosque ad Gaydes vestium suarum se tenentes, etc.* [Apud Murator. tom. 6. col. 1001. habetur *Gaidas.*]

¶ **GAYDUM**, f. Species glasti. Vide *Gaudum.*

¶ **GAYETA**, Speculator, excubitor. Litteræ anni 1340. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 415. col. 1 : *Ut autem dicto officio* (Castellani) *de salario et custodia dicti castri sit opportune provisum, constituimus vobis salarium pro persona vestra viginti quinque solidos grossos, pro duobus clientibus Gayeta et bayeta per annum.* Vide *Gayta.*

¶ **GAYETUS**, Officium militare. Vide *Gaytus.*

* **GAYLATOR**, Speculator, excubitor. Libert. bastidæ Vallis-reg. ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 128 : *Consules possint in portalibus aut turribus.... gaytam seu Gaylatorem libere ponere.* Vide *Gayta.*

GAYMARIA. Monasticum Anglican. tom. 1. pag. 603 : *Ita quod nihil ex nunc remanet in manu dicti Prioris in sustentationem sui, et hospitalitatem Prioratus prædicti, et solutionem firmæ suæ, nisi tantum Gaymaria manerii prædicti, cum proficuis prænominatis, etc.* Sed videtur legendum *Gaynaria*, ex Gall. *Gagnerie.* Vide *Gagnagium.*

* **GAYNA**, Involucrum, integumentum, Gall. *Couverture.* Comput. ann. 1412. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 205. col. 1 : *Solverunt Petro de Lernaco canabasserio..... pro suendo Gaynam dicti vexilli, etc.*

* **GAYNAGIUM**, Prædium rusticum agris colendis, mansionibus aliisque ad culturam necessariis instructum, Gall. *Métairie.* Charta ann. 1258. in Chartul. Buxer. part. 9. ch. 5 : *Guido miles et dominus de Chaudenay recognovit se debere solvere.... annis singulis abbati et conventui Buxeriæ duos sextarios bladi... in Gaynagio suo de Chavannay. Quod Gaynagium movere noscebatur de capite prædictæ dominæ Agnetis.* Vide supra *Gaagneria.*

Digitized by Google

¶ **GAYNERIUS**, Vaginarum opifex, Gall. *Gainier*. Occurrit in Catalogo MS. Sodalium Confraternitatis B. Mariæ Deauratæ Tolosanæ.

* Cujus ars *Gaynnerie* dicitur, in Stat. ann. 1412. ex Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 6.

¶ **GAYOLA**, Carcer, *Gayole*. Vide *Geola*.

¶ **GAYRANTIA**, in Chartulario B. Mariæ Accincti pag. 54. Idem quod supra *Garandia*, Gallice *Garantie*.

¶ **GAYSA**, Vicia, Gall. *Vesce*. Statuta Arelat. MSS. sub Raimundo Archiep. art. 18 : *Commune accipiat in singulis sestariis annone silignis et ciceris ... et Gaysarum*.

¶ **GAYTA**, Speculator, excubitor, custos castri, oppidi, etc. Gall. *Geut, Sentitinelle*. Visitatio castrorum Dalphini ann. 1347. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 66. col. 2 : *Item injunxerunt dicto Cellerario quod muetam, quæ est super portale de burgo dicti burgi de Monte faciat præparari, ita quod Gayta possit jacere desuper et quod sit deffensibilis cum expensis Domini*. Et pag. 67. col. 1 : *Item cum in portalibus dicti burgi turris non possit aliqua ad deffensam stare neque Gayta jacere, ordinaverunt, etc.* Infra : *Item petierunt quot Gaytæ vigilant in castro; dixit quod sex*. Ibid. col. 2 : *Item quod quatuor Gaytas et duas Eschargaytas in dicto burgo constitui faciat, qui noctium temporibus ibidem in dicto burgo Gaytent et etiam eschargaytent*. Hic notandi sunt *Gaytæ* et *Eschargaytæ;* cum enim periculum erat ab hostibus, *Gaytis* addebantur *Eschargaytæ*, qui munitiones prominentiores custodirent. *Gaytare* et *Eschargaytare* fere munus erat vassallorum : de quibus sæpe in Chartis libertatum civibus concessarum hæc vel similia leguntur : *Habitatores castri et burgi debent Excubiare et Gaytare*, ut habetur in Franchesiis habitatoribus Belli-visus de Marco ann. 1256. concessis tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 59. col. 1 : *Illi de castro et mandamento debent Gaytare et Eschalgaytare castrum, et illi de burgo burgum*, in Inquisition. Morasii Regest. *Probus* fol. 42. Quibusdam in locis *Gaytare* debebant incolæ quidam peculiares, iisque certa merces assignabatur. Inquisitio Morasii jam laudata : *Farjolat et Petrus Dacet, vel uxor ejus Dulcis, debet custodire specialiter januas castri in nocte, vel facere custodiri jacendo hic ad januas, qui habent speciales redditus bladi pro hoc et quasdam res alias similiter*. Iis ex Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 21. depromtis addo quod de *Gayta S. Boniti* legitur in Charta ann. 1273. e Tabulario Casæ Dei, quam refert Stephanotius tom. 5. Fragm. Hist. MSS. Huic *Gaytæ* ibi conceditur *Comestio cum habitatoribus prædictorum locorum et convivium nuptiale facientibus et nuptiis rehabentibus, qui Gayta nihil aliud petere possit, nisi quod comedat simpliciter sicut unus extraneis* (f. ex ceteris) *discumbentibus; vel det convivium faciens Gaytæ denarium unum usualis monetæ, si comedere nolit*. Vide *Wactæ*. Le Roman *de Pyramus et Tysbé* MS. :

La frete eusse o mes mains faite,
Que sans veue de nos Gaites, etc.

Infra :

Montent les Gaites sor les murs.

¶ **GAYTARE**, Excubare. Passim occurrit.

¶ **GAYTIA**, ut *Gayta*. Antiquit. Recognit. Albon. Regest. *Probus* fol. 73 : *Gofredus de Montargis est homo ligius Comitis.. et quando Gaytia est in castro debet unam eminam siliginis ad sustentationem ipsius*.

¶ **GAYTUS**, Excubiæ, Gall. *le Guet*. Charta Bernardi de Turre ann. 1308. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 783 : *Item Consules dicti castri debent mandare Gaytum sive excubias ad custodiendum villam de nocte*. Pro officio militari Saracenis noto sumitur in *Gaytus*.

GAZA, **GAZERA**, Pica, avis, Italis *Gazza*, et *Gazzera* : occurrit apud Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 4. et 20.

* *Gage* Provinciales appellant avem, quam *Geay* dicimus. Vide supra *Gassa* et mox *Gazera* 2.

* **GAZALHANUS**, **GAZALHIA**. Vide supra *Gasalha*.

¶ **GAZALIA**. Vide *Gasalia*.

¶ **GAZARA**, Saga, venefica, Gall. *Sorciere, Devineresse*, ab Hebraico גזר, Scidit; unde גזרין, Aruspices, quod scindendo victimas divinarent. Memoriale Potestatum Regiensium ad ann. 1279. apud Murator. tom. 8. col. 1146 : *Fratres Prædicatores omnes qui erant in civitate Parmæ, recesserunt et venerunt Regium, quia Parmenses contra eos insurrexerunt occasione cujusdam mulieris, quæ dicebatur quod erat Gazara, et comburi eam fecerunt*.

¶ **GAZARENUS**, ex eodem fonte. Papias : *Gazarenus Hebraice, Latine Aruspex dicitur*.

* **GAZARI**, **GAZERI**, Iidem qui *Cathari*, Hæretici Valdensium sectatores. Edict. Otton. IV. imper. ann. 1210. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 89 : *Sancimus omnes hæreticos Ferrariæ commorantes, Pathurenos sive Gazaros, vel quocumque alio nomine censeantur, imperiali banno subjacere*. Stat. Riper. cap. 106. fol. 12. v°. : *Potestas Riperiæ teneatur et debeat expellere de communitate omnes Gazaros, hæreticos, et Patarinos inimicos fidei Christianæ*. Stat. Astæ pag. 2. r°. : *Juro ad sancta Dei Evangelia bannire omnes hæreticos, videlicet Gazeros, Waldenses, Pauperes de Lugduno, et alios quoscumque hæreticos*. Vide supra *Gaçari*.

* **GAZARIA**, Thesaurus, fiscus. Charta ann. 1340. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1936 : *Quod si commune Januæ seu officiales robariæ vel Gazariæ haberet seu haberent suspectum vel suspectos aliquem vel aliquos etc.* Vide *Gazatum*.

¶ **GAZARNIA**, ut *Gisarma*, Gesum, spiculum. Statuta Arelat. MSS : *Non defferatur sine licentia Consulum .... per Arelatem pergreriam accutam, vel Gazarniam, vel falsonum longum, vel alia arma, nisi cutellum, nisi portaret dacam exeundi civitatem*. Vide *Gisarma*.

¶ **GAZATUM**, pro *Gaza*, Thesaurus. Odo de varia fortuna Ernesti Ducis Bavariæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 340 :

Dumque suam quivis lauto satiaret in esu
Esuriem, vix ulla cibi vestigia pransi
Ostendit dives plenis opulentia mensis,
Multaque mirati quæ vix natura creasset
Consilio simili, non arridentibus auro
Cor quatiunt gemmis, non ad Gazata resolvunt
Ampla manus, sed divitiis cerealibus intrant
Usque penus plenas, et vina veterrima cellas
Gaudentes, etc.

GAZELA, **GAZELLA**, Equus Saracenicus cursu prævalens. Albertus Aq. lib. 7. cap. 66 : *Ipse vero ascendens equum, qui lingua Saracenica Gazela appellatur, eo quod cæteris equis sit cursu potentior, etc.* Ordericus Vital. lib. 10. pag. 794. de Balduino Rege Hierosol. : *Inde Rex cum suo commilitone Gazellam suam ascendit, etc.* Supra, *celerem equam fortissimamque* vocat. De hiscæ equis forte Vegetius lib. 4. Art. veter. cap. 6 : *Africa Hispani sanguinis velocissimos præstare consuevit ad usum sellæ*.

1. **GAZERA**, Idem videtur quod *Gasalia*. Vide in hac voce. Statuta Synodalia Odonis Episc. Parisiensis cap. ult. . 30 : *Prohibetur districte Sacerdotibus, ne accipiant Gazeras vel admodiationes, nisi de decimis, quoniam esset species negotiationis*.

¶ 2. **GAZERA**, Pica. Vide *Gaza*.

* Hinc forte *Gasillier* et *Gaziller*, pro Colloqui, sermonem conferre, Gall. *S'entretenir, discourir*. Le Roman *d'Alexandre* Ms. part. 2 :

Si vous vueilhiez, biau sire, entre nous conforter,
Entre ces damoiselles Gasillier et joer.

Poema vetus Ms. :

Or en irons ès chambres moi et vous déporter,
Avecuc les damoiselles Gaziller et jouer.

* **GAZERI**. Vide supra *Gazari*.

1. **GAZETUM**, Vinum a Gaza Palæstinæ, olim in pretio. Gregorius Tur. de Glor. Conf. cap. 65 : *Gazetum sextarii vini præbuit in sacrificium Basilicæ sanctæ. Sed Subdiaconus nequam reservans gulæ Gazetum, acetum .... offerebat in calice*. Vinum porro Gazeticum commendant Sidon. Carm. 17. ad Ominatium, Corippus lib. 3. vers. 88. Senator lib. 12. Ep. 12. Fortunatus lib. 4. de Vita S. Martini pag. 296. et Isidor. lib. 20. cap. 3.

2. **GAZETUM**, *Gazarum repositorium*, Jo. de Janua. [*Lieux à garder richesse*, in Gloss. Lat. Gall.]

* **GAZIUM**, idem quod *Gagium*, Pignus. Stat. Vallisser. cap. 92. ex Cod. reg. 4619. fol. 124. r°. : *Poterat dare sacramentum.... si ipsa ligna accepit in Gazio, vel ne*.

* **GAZOPHYLACIUM**, a Græco γαζοφυλάκιον, Arca in qua reponebantur eroganda pauperibus, Lucæ cap. 21. v. 1. et alibi.

GAZUM, pro *Gaza*, vel gazophylacio, usurpat Commodianus Instruct. 55. et 72.

GAZZATUM, Linum vel sericum subtilissimum, vulgo *Gazze*, forte quod *Gaza* Palæstinæ urbe primitus advectum sit. Concilium Budense ann. 1279. cap. 61 : *Statuimus, quod omnes in Monasterio, vel regulari Canonica, indifferenter uno et eodem vestiario induantur : prohibentes expresse, ne quis eorum vestes aliquas alicujus coloris, nisi tantummodo albi, vel nigri, seu grisei habere præsumat, in quibus brunetam nigram, Gazzatum, et alium quemcumque pannum notabiliter delicatum interdicimus universis*.

GEASPECIA. Charta Privilegiorum Novi Castri in Anglia renovata ann. 30. Eliz. : *Sturgiones, balænas, cetas, porpecias, delphinos, riggos, Geaspecias, etc.* Ubi Spel-

Digitized by Google

mannus : Sic quidam legunt, mihi autem videtur *Seaspecias*, quasi maris piscis. Valde barbare, ut etiam *porpecias*, pro piscibus ad similitudinem porci, Lat. *phocænis*, Angl. *porpaises*. At ego malim *Graspecias*, ut intelligantur *Crassi pisces*. Vide *Craspiscis*.

* **GEBA**, *La valle*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

¶ **GEBARA**. Vide *Flosega*.

GEBELLINA PELLIS, [Pellis martis seu mustelæ, Gall. *Marte*.] Vide *Sabelum*.

* **GEBENNA**, Onus, ut videtur, Gall. *Charge*. Charta Phil. comit. ann. 1163. in Chartul. 1. Fland. ch. 325. ex Cam. Comput. Insul. : *De Gebenna mellis, quatuor denarios. De Gebenna cinerum, duos denarios. De Gebenna calibis, id est stali, quatuor denarios.*

GEBULSKINI. Lex Bajwar. tit. 3. §. 4 : *Si in eo venam percusserit, ut sine igne sanguinem stagnare non possit, quod athargrati dicunt : vel in capite testa adparet, quod Gebulskini vocant.* Editio Heroldi cap. 5. § 4. habet *Gebulskim*. Alii Codd. uti monitum a Baluzio, *Gebukin, Gelsbuchini, Sceppolsein*.

GEBURSCIPA, Vicinia Lambardo, seu potius paganorum conventus, *Friborga* : vox Saxonica, a g e b u r e, colonus, rusticus, villanus, et s c i p, adjectitia particula apud Saxones, quam posteri mutarunt in *Ship*, Belgæ in *Schap*. Leges Edwardi Confess. cap. 1. de perjuriis § 1 : *Vel jusjurandum inveniat, si possit, in quo repetenti satisfit : si non possit, nominentur ei sex homines de eadem Geburscipa, in qua ille residens est, etc.* Vide *Decuria, Friborga*.

GEBURUS, vox Saxonica in Legib. Inæ Reg. West-sax. art. 6. apud Brompton. Villanus, paganus, uti supra annotatum.

* **GECEYA**, f. Ambitus, Gall. *Enceinte*. Charta Phil. V. ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 441 : *Usagia et franchisias quascumque nobilibus herbergamentum habentibus in Geceya dictæ forestæ concessi.* Nisi forte legendum sit *Griaria*. Vide infra in *Gruarius* 2.

GEDEOLA. Matth. Silvaticus : *Sima, concavitas est hepatis ampleans stomachum : sed ejus gibbus dicitur Gedeola, ut in lib. Urinarum Isaac.*

* **GEHEGETDING**, Saxonica vox, cujus sensum docet Statutum ann. 1505. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 342 : *Nullus sine licentia suorum hæredum, sine judicio banito, quod Saxonice dicitur Gehegetding, potest dare proprietatem suam vel suos homines.* [** Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 851.]

GEHENNÆ *nomen in veteribus non invenitur; sed primum a Salvatore ponitur. Hujus sermonis occasio fuit Idolum Baal. Juxta Hierusalem, parva campi planities irrigua et nemorosa fuisse legitur, et locus in ea Idolo consecratus, qui appellatur Gehennon, id est, vallis filiorum Hennon. Hoc in loco deserta templi Dei victima hostias immolabant filii Israel, et comminatus est Deus, se locum illum impleturum cadaveribus mortuorum. Futura ergo supplicia, et pœnæ perpetuæ, quibus peccatores puniendi sunt, hujus loci vocabulo denotantur. Duplicem autem gehennam nimii ignis et sulphuris et frigoris plenissime in Job legimus.* Ita Papias ex Isidoro lib. 14. cap. 9. S. Hieronymus de Locis Hebraicis : *Geennon, quod interpretatur Vallis Ennon, et ab hac quidam putant appellatam Gehennam.*

* Hinc *Gehiner*, pro Tormentis rem ab aliquo quærere, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 98 : *Il fit prendre ledit Audriet et mettre au Chastellet, ... le fit très inhumainement Géhiner deux fois, et tant qu'il en fut et est impotent.* Unde fortassis *Géhir*, pro Confiteri, Gall. *Confesser, avouer*, maxime cum quis ad id vi adigitur. Guil. Tyrii contin. Hist. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 645 : *Deus homes vindrent contre lui* (Hemeri) *à cheval por lui occire..... Il furent pris et essilliés, ne onques ne vodrent Géhir qui ce lor voloit faire faire.* Le Roman *de Garin* :

Je le ferai par la gueule Géhir.

Le Roman *du Chevalier au Barizel* :

Qui par force me volez faire
Géhir chau, dont ge n'ai que faire.

* Inde etiam *Agener*, Lædere, offendere. *Crieme de majesté agénée*, læsæ majestatis crimen, vulgo *Crime de leze-majesté*. Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 8 : *Il commanda tantost que il fussent pugni de crieme de conspiration et de magesté Agenée.* Et lib. 3. cap. 25 : *Li rois l'encusa* (Leôdemont) *de crieme de conspiracion, comme corpable de majesté Agénée.*

¶ **GEHENNALE INCENDIUM**, in Anecdotis Martenianis tom. 1. col. 1739.

GEHENNATIO, Jurisdictio, districtus : vox, ut videtur, sumpta a Germanica *Ghenachte*, vel *Ghe-nechte*, Concilium, placitum. Unde *Ghe-nacht houden*, jus dicere, forum agere, apud Kilianum. Capitularia Gregorii II. PP. pro Bavaris cap. 3 : *Ut consideratis locorum spatiis, juxta Gehennationem cujusque Ducis, Episcopia disponatis et subjacentia singulis sedibus terminetis.* Forte *Gubernationem*.

¶ **GEHETI**, Genus hominum ceteris odiosum. Vide *Cagoti*.

* **GEIBA**, Cespes, Gall. *Gazon*. Charta pro hominibus de Stagello ann. 1331. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 174 : *Possent facere alveum seu rechum ad deducendum dictam aquam, resclausam seu resclausas facere, et eam seu eas reficere seu resparare, quocienscumque opus esset, nec non lapides, ramam, clasiantes, glebam et Geibam, et alia necessaria ad dictum resclausum et dictum rechum, in quacumque parte termini castri prædicti, recipere.* Ubi *Gleba* a *Geiba* distinguitur, quomodo Gallicæ voces *Motte* et *Gazon*. Unde in *Gelba*, non *Gleba*, sed *Geiba* restituendum videtur.

GEINFAHRE, [Signum apponere rei, cujus possessionem quis adit judicis auctoritate.] Vide *Wifa*.

* **GEISBART**, Factionis cujusdam nomen. Vide *Pavonici*.

* **GEISCARTA**, **GRISTCARTA**, Eadem quæ *Charta jectiva*, qua scilicet quis placito excidisse ob *defectum* edicitur. Vide in *Abjectire*.

GEIST, **GIETIVUS**, [Qui vadimonium deseruit et defecit.] Vide in *Abjectire*.

¶ **GEISTUM**, **GEIXTUM**. Vide in *Gistum*.

* **GELADA**, *Prov. Pruina*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

GELATOR, pro *Zelator*, Italis *Zelatore*, zelo plenus. Andreas Dandulus in Annal. ann. 1114. de Alexio Comn. Imper. : *Quia comprobaverat sui Imperii Venetos fuisse intimos Gelatores.*

GELBA. Charta Alberonis Episcopi Leod. apud Chapeavillum in Notis ad Ægidium Aureæ vallis Monachum cap. 40 : *Recognovit supradictam traditionem idem Manasses tertia Dominica Quadragesimæ,... Gelbas et ramos de singulis allodiis super altare S. Petri . . . ponens.* Videtur legendum *Glebas*. Vide *Wazo*. [* Vide supra *Geiba*.]

GELDONIO, **GELDUM**, etc. Vide *Gildum*.

* **GELEIA**. In lib. nig. 2. S. Vulfr. Abbavil. fol. 21. r°. exstat Charta ann. 1262. qua Philippa comitissa *Geleiæ*, filia Simonis comitis Pontivi, uti domina de Transleto, confirmat decano et capitulo S. Vulfranni decimam territorii de Transleto, quam acquisiverant a Joanne dicto *Testart*. Ubi restituendum *Gelriæ* : nam in Ch. ann. 1277. ibid. fol. 64. v°. legitur : *Jou Phelippe contesse de Guelre, etc.*

¶ **GELELA**, *Coloquintida*. Papias.

¶ **GELFI**, **GELFINI**. Vide *Gibelini*.

¶ **GELGEL**, *Relatio*, apud Papiam. Vox, ut puto, ducta ab Hebræo גלגל *Galgal*, quod rem significat volubilem, ut rotam, quæ semper in se *refertur* seu revolvitur.

* **GELI**. Charta Caroli C. ann. 842. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 411 : *Placuit..... fiscum nostrum, qui dicitur Vicus-Levandriacus, alio autem nomine Pomponnus, cum sancta Maxentia, nauda et Geli, cumque omni exactione, quæ de ponte ipsius loci partibus fisci seu partibus comitatis exiguntur, a jure nostro in domum* (leg. dominium) *eorum transferendum.* Quæ, quanquam ficta non sit vox *Nauda*, emendanda sic opinor : *cuncta et qualicumque omni exactione, etc.*

¶ **GELIBA**, Manipulus, Gall. *Gerbe*. Instrum. anni 946. tom. 3. Gall. Christ. col. 126 : *Pro decimis prædialibus de centenario nonnisi tres Gelibas, seu garbas, aut manipulos solvere consueverint.* Vide *Gelima*.

* **GELICIDARE**. Vide mox in *Gelicidium*.

GELICIDIUM, *Gelu cadens*, Joanni de Janua. Florentinis, *Gelicidio, i. stagion fredde e gelata*. Regula Magistri cap. 59 : *Sive in hieme, sive in æstate, si gravia Gelicidia camporum, aut ferventes æstus viarum, etc.* Id est, cum tenuis glacies ex leviori imbre concreta campos operit, nostris *Verglas*. Utitur etiam Guillelmus Parisiensis Episcop. lib. de Rhetorica divina cap. 50. et alibi.

* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521 : *Gellicidium, Gallice Vereglaz. Inde, Gelicidare, Vereglacier, Gallice.* Aliud ex Cod. 7692 : *Gelicidium, Verglas* Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 58 : *En sachant* (son coustel) *et s'efforcant ainsi, pour ce qu'il avoit lors un petit Ver-*

Digitized by Google

glacie, et que la terre couloit, ledit Guillaume cheu.

* **GELIGNAGIUM**, Præstatio seu census ex gallinis, nostris *Gelines;* unde *Gelinage*, eodem sensu, in Charta ann. 1316. ex Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 80 : *La chastellenie et baronie de Chastiau-Giron, si comme ele s'estant et poursiet, tant en rentes par deniers, fromentages, avenages, Gelinages, etc.* Libert. Belliv. ann. 1313. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 162. art. 21 : *Liberi et immunes ab omnibus toltis, talliis, ... polcoragiis, de somey, de charre, Gelignagiis, etc.* Vide *Gallinagium*.

GELIMA, Manipulus. Jo. de Janua : *Gelima, a genu, et ligo, as, et manu componitur, i. garba, vel coma segetis, quæ cum manu ligatur super genu.* Ebrardus in Græcismo cap. 9 : *Dicatur Gelima genibus manibusque ligata.* Joannes Hocsemius in Adolpho a Marca Episcopo Leod. cap. 11 : *Cum pro quibusdam speltæ Gelimis, forestariis suis dari solitis . . . esset exorta dissensio.* Infra : *Armigeri petitas solvere Gelimas promiserunt.* Perperam utrobique *gelunis* et *gelunas* editum. Flandri *Gheluye* vocant, quod alii *Glemam*, et *Gelimam :* unde nostri *Glui* et *Gluie* etiamnum vocant frumentarios calamos, paleam, stipulam : præterea fasciculos ex his confectos.

* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Gelima, Gerbe.* Mirac. S. Genov. ex Cod. reg. 4182. apud D. *Le Beuf* tom. 3. Dissert. pag. xlij. : *Si meterent et manipulos in campis extenderent, messis acclivis germinaret, si ligarent in Gelimas, et in horrea ducerent, etc.* Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 234 : *Item quod postmodum dictus præventus hujusmodi literas.... posuit ..... subtus quasdam Gelimas; et ibi fuerunt repertæ.*

Gerima, Eadem notione, Gall. *Gereme.* Charta Girardi *de Vallengoiart* in Tabul. Abbatiæ S. Victor. Paris. num. 21 : *Omnes alii proventus prædictarum terrarum præfatæ sunt Ecclesiæ, sicut campipars, et venditiones, investituræ, metationes, relevationes, et dona Gerimarum.* In alia Charta ejusdem Tubularii, *Donum garbarum* appellatur, quod in priori *Donum Gerimarum.*

¶ **Gelina**, **Glena**, ut *Gelima.* Transactio anni 1493. ex Archivo S. Justi Lugdun. : *Debent decimam de decem Gelinis, Glenis seu gerbis unam Gelinam seu gerbam et Glenam.*

* Charta Barth. Laudun. episc. ann. 1139. tom. 2. Monum. sacr. antiq. pag. 18 : *Statuerunt parochiani utriusque villæ matricularium honestum imponere, et in singulis domibus de meliori annona laborum suorum ei annuatim Gelinam persolvere.*

* **GELIS**, Gelu, Ital. *Gelo*, Gall. *Gelée, glace.* Chron. ex Reg. parlam. apud Labb. tom. 2. Miscel. pag. 702 : *Ultima Januarii* (ann. 1408.) *tanta tempestas viguit inundatione aquarum ex resolutione nivium, glacierum et Gelium, quod pontes Parisius ceciderint.*

¶ **GELLA**, Lagena, vas vinarium. Chronicon Affligemiense apud Acherium tom. 10. Spicil. pag. 617 : *Henricus II.* (Abbas) *anniversariorum symposia sustulit, et in moderatam eamque quotidianam vini portionem converti voluit . . . tertiam nempe partem Gellæ per diem constituit.* Vide *Gillo.*

* Item mensura vinaria, Gall. *Gelle.* Consuet. Mss. S. Cruc. Burdegal. ante ann. 1305 : *Pro qualibet missa cujuslibet mortui, quæ dicitur in altari parrochiæ, vicarius recipit duos solidos cum dimidio, et pro Gella unum solidum, ... et clericus sacristæ et ceteri, qui sunt præsentes, quilibet pro Gella unum solidum, etc.* Charta ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 61 : *Comme les doien et chapitre de l'eglise de Chalon sur la Saone . . . aient esté en saisine et possession de avoir en la terre d'icelle église, ... prez de nostre dite ville de Chalon, une Gelle ou un vassel à mesurer les vasseaulx, ou les vins que l'en vent à détail en icelle ville, etc.* Hinc *Gellagium*, pro Jure ejusmodi mensuræ. Vide in hac voce.

GELLAGIUM, Idem videtur quod *Jallagium*, de qua voce in *Galo.* Charta de Jure D. Noëriarum apud Chableias in Tabulario Campaniæ Thuano fol. 190 : *Item Comes habet quatuor servientes in villa, qui non justitiant se nisi per Comitem, et illi non reddunt, nec Gellagium, nec minagium, nec aliam costumam in villa.* Alia S. Bernardi Abbatis Clarævall. ann. 1145. in Tabulario Episcopatus Autisiod. fol. 1 : *Si Episcopus vinum aut annonam comparaverit, nihil Gellagii, vel alterius consuetudinis ab eo exigetur.* Habetur etiam hæc Charta apud Sammarth. in Episcop. Autisiod. pag. 274.

GELLO, **Gellunculus**, **Gellus.** Vide *Gillo.*

GELLONIA. Vide *Gilda.*

GELMUS, [Cassis, galeæ conus.] Vide *Helmus.*

GELOSITAS, ex Italico *Gelosia*, vel ex Gallico *Jalousie*, Zelotypia : unde et vocis etymon. Monasticum Anglican. tom. 2. pag. 67 : *Concipiens Gelositatem inter uxorem suam et dictum Willielmum, proditiose ipsum Willielmum fecit suspendi.* Philippus *Mouskes*, de Albigensibus :

> Le boin Evesque de Toulouse,
> Qui leur armes sauver Goulouse,
> Kacierent il fors de la tierre.

* Glossar. Provinc Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Gylosia, Prov. Zelotipia. Gylos, Prov. zelotipus.*

* **GELSIMINUS Flos**, Italis, *Gelsomino*, nostris, *Jasmin.* Mirac. S. Gandolph. tom. 5. Sept. pag. 710. col. 2 : *Dum mane sequentis diei vas illud requireret, totum fere reperit floribus Gelsiminis quasi undique coopertum.*

¶ **GELTA**, Mensura vinaria, eadem, ut videtur, quæ infra *Gillo.* Marten. in Glossario ad calcem tomi 5. Anecd. : *Vineæ nostræ . . . de quibus debebat domus duas Geltas vini omni die distribuendas.* [* Leg. *Gella.* Vide supra in hac voce.]

GELTINA *piscium est, quando pisces coquuntur in aceto, et postea congelatur acetum cum quo coquuntur : et eodem modo fit cum carnibus.* Matth. Silvatic. [** Gall. *Gélatine.*]

GELUNA, Manipulus. Vide *Gelima.*

* **GELUNARIUM**, Frumenti ex *gelunis* seu manipulis excussi acervus; unde dubitari licet an legendum sit *Gelima*, pro *Geluna*, uti monet Cangius in hac voce : utrumque enim in usu fortean fuit. Vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 262. col. 1 : *Perrexit dein abbas, comitante cellerario, ad grangiam de Heldun; et ingressus horreum, baculum quem manu gestabat, Gelunario infixit, etc.*

** **GELUS**, pro *Gelu.* Apud Pertz. Script. tom. 1. pag. 10. in Annal. S. Amandi ad ann. 764. *Gelus pessimus*, ubi Annal. Laubac. *Zelum magnum.*

¶ **GEMA.** Charta Agnetis Comitissæ ann. 1050. de consuetudinibus villæ S. Johannis Angeriac. inter Instrum. tom. 2. Gall. Christ. col. 468 : *Ut de redditibus Ecclesiæ concederent nobis pro ipsa procuratione minagium, fornagium, præposituram, credentiam quindecim dierum . . . peagium quoque de sale et Gema, si causa vendendi transferatur, aliter autem nec peti debet, nec dari.*

* Pix, Gall. *Poix* vel *Goudron*, alias *Geme;* unde *Gemer*, Pice illinere. Expensæ pro munit. cujusdam castelli ann. 1391 : *Item pour xij. livres de Geme et de rousine, et vj. livres de suif pour Gemer la liaeson desdiz engins.* Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 26 : *Icelle Dominique avoit fait prenre trois quarterons de poix noire, aliter nommée au pays* (Languedoc) *Geme ou pegue, etc. Jame*, in aliis ann. 1447. ex Reg. 179. ch. 61 : *Poix rafine, que aucuns nomment Jame. Goutron* quoque nostris, eadem notione; unde *Goutrenner* effinxerunt. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 189. ch. ch. 196 : *Icelle Cardine demoura avecques son frere oudit pressouer pour lui aidier à Goutrenner et empiger la meth d'icellui pressouer . . . . Pour ce que ses mains estoient souillée dudit Goutron, etc.* Ubi proprie *Axungia*, vulgo *Vieux-oing*, significatur.

GEMATA, *Confectiones liquidæ, quas mulieres faciunt ad liniendum faciem.* Matth. Silvatic.

* **GEMATICUM**, Perperam, ut opinor, pro *Gainaticum*, Prædium rusticum, ut supra *Gaynagium.* Charta Joan. Aquilej. patriar. ann. 1015. inter Monum. ejusd. eccl. cap. 53. col. 494 : *Cum eorum* (hominum) *massariciis, vineis, ... herbaticis atque pabulaticis, necnon Gematicis, sive eorum amesser.*

¶ **GEMBA**, Crus, Gall. *Jambe*, apud Stephanot. in Fragm. Hist. MSS. Aurelian. pag. 328. Vide *Gamba.*

¶ **1. GEMELLA**, Vasis genus, idem forte quod Ovidio *Camella*, vel quod in Ordine Rom. *Gemellio*, de quo infra. Agnellus in Vita S. Martini Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 182. col. 1 : *Talis fuit in suo corpore, ut dixi, vastus, ut prædictos cc. aureos, quos ego ei in Gemella porrexi, in sola conclusit læva.* Vide *Gamelum.*

* **2. GEMELLA**, *La amaritudine.* Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Gementia.*

GEMELLÆ, Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 15 :

> . . . . . Atque Gemellis
> Codex aurato conceptus grammate scriptus.

Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis ann. 1295 : *Amictus de lato aurifrigio, cum nigris Gemellis strictis.* Inventar. Capellæ Regalis Westmonast. : *Item*

Digitized by Google

una pixis de eburneo Gemellato, cujus coopertorium frangitur. [* Forte diminut. a Gemma, lapis pretiosus.]

GEMELLARIS, Gemellus, geminus, δίδυμος. Itinerarium Hierosolymitanum et Burdegalense : *Interius vero civitatis sunt piscinæ Gemellares quinque porticus habentes, etc.*

GEMELLARIUM, apud S. Augustinum in PS. 80. Vasis genus, quod, ut quidam volunt, geminam mensuram contineret. Neque aliud est

GEMELLIO, in Ordine Romano : *Aquamanus, patenam quotidianam, calicem, scyphos, et pugillares, et alios aureos, et Gemelliones argenteos, cum colatorio aureo et argenteo, etc.* Vide *Gemellarium.*

Gemmiliones dixit Anastasius Bibl. in Gregorio IV. pag. 166 : *Fecit amas argenteas 6. quæ præcedunt per omnes stationes, pens. lib. 13. scyphos duos pens. singuli lib. 10. Gemmiliones 8. pens. singuli lib. 2.*

¶ **GEMELLIPERA**, *Quæ geminos parit*, Johanni de Janua. *Qui enfente jumaux, c'est qui a deux enfans d'une ventrée*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

¶ **GEMENTIA**, Gemitus, Gall. *Gemissement. Gementia spiritus ac cordis anxietas... non permittunt, etc.* apud Rymer. tom. 2. pag. 1075.

1. **GEMINA**, Portio cibaria monastica duplicata : *Double pitance.* Adhalardus lib. 2. Statutor. Corbeiensis Monasterii cap. 3 : *Cellarius junior omnibus fratribus Geminam suam sub æquali mensura anteponat.*

¶ 2. **GEMINA**, *Peristromata*, in Glossis Isidori.

¶ **Gemina Ætas**, f. 60. anni. Ætas enim pro 30. annis apud Horatium Epod. 16. ut explicant Lambinus et Torrentius : quos consule. Flettwoodus in Sylloge antiq. Inscript. edit. 1691. part. 2. pag. 449 :

Et Gemina vitam fœlix Ætate peregit.

GEMINARIUM, *Lavacrum*, in Gloss. Isid. Vide an balneum δίδυμον intelligat. [Etiam, quia duo lavacra seu balnea publice jungebantur, inquit Grævius, virorum unum, aliud mulierum. Varro lib. 8. de Lat. Lingua : *Item contra primum balineum novum et Græcum introiit in Urbem, publice ibi concedit, ubi bina essent conjuncta ædificia lavandi causa, unum ubi viri, alterum ubi mulieres lavabantur.*]

¶ **GEMINATIO Puncti**, Iteratio puncti seu verbi, Musicis familiaris cantus ornandi gratia. Antiquæ Consuetud. Fontanell. : *Ea quæ cantando delectationem conferunt, amputentur, ut est fractio et inundatio vocis et Geminatio Puncti.* Vide *Punctatim Canere*, in *Punctum.*

* **GEMINATISSIME**, Dupliciter. Mirac. B. Raym. Lulli tom. 5. Jun. pag. 690. col. 1 : *Sciens et attendens, ut a majoribus acceptum est, antiquissima traditione, tam verbo quam scripturis fide dignis, Geminatissime confirmata etc.*

* **GEMINI**, Tertium Zodiaci signum. Testam. Renati reg. ann. 1474 : *Item ledit seigneur veut et ordonne que chacun an toujours soient dites et célébrées deux messes solemnelles à note audit autel,.... et les vigiles solemnelles des trépassez, le jour devant Gemini à vespres.* Id est, vicesima dies Maii : nam sequenti sol *Geminos* intrat.

* **GEMININUM**, *Dent. Versus :*

Forte mecum vinum numquam fregit Gemininum.

Ita Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide mox *Geminus.*

¶ **GEMINITAS**, Geminatio. Magister Giraudus in Vita S. Johannis Episc. Valentin. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1702 : *Sicque sancta illa anima corpore soluta est.... ut de stolæ Geminitate jam certi fierent præsentes, quam in corpore et anima daturus est ei justus Judex Dominus Jesus, cui est honor et gloria per infinita sæcula sæculorum.*

* **GEMINUS**, *Lo dent maxillare.* Glossar. Lat. Ital. Ms.

* **GEMIPUNCTUS**, Geminum punctum, apud Italos olim qua ratione in usu fuerit, docet Libellus *de ratione punctandi* ex Diplom. Mabill. laudatus in novo Tract. diplom. tom. 3. pag. 473 : *Sunt etiam præterea punctus qui describitur per duos punctos planos, quo solemus uti in epigrammatis et titulis epistolarum loco propriorum nominum, vel brevitatis gratia, vel in nominis quod ignoramus supplementum.... Sunt autem horum punctorum formæ tales.... Gemipunctus.. semi-punctus..*

¶ **GEMITIOSUS**, ut *Gemituosus*, apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1672.

GEMITUOSUS, Gemitum ciens, tristis, in Chr. Abb. S. Trudonis lib. 3. semel atque iterum pag. 377. 379.

GEMMA. Vita S. Joannis Abb. Reomaëns. lib. 1. cap. 3. apud Bollandum, apud Roverium vero cap. 10 : *Conspicit per visum stare Joannem... Gemmam Eucharistiæ dextra ferentem*, id est, particulam. Vide *Margarita.*

¶ **GEMMADES**, *Mulieres lucæ dominicæ, lingua Gallica.* Gloss. Isid. Hæc corruptissima sic emendat Grævius : *Gymnades, Mulieres Lacedæmoniæ, lingua Græca.* Γυμνὰς Ἑλένης dicitur Luciano. De exercitiis puellarum Laconicarum videndus Plutarchus in Lycurgo, Cragius, et Meursius qui de Republica Lacedæmoniorum scripsere.

* Hinc *Gemme*, pro Puellæ educatrix, in Vita J. C. Ms. :

Joseph garde, vit une femme,
Une pucele et une Gemme.

¶ **GEMMARE**, *Resplendre, ou aourner de pierres pretieuses*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. Joan. de Janua : *Gemmatus, Gemmis abundans.* Sed hac voce usi sunt Ovidius Pliniusque. Aliis *Gemmare* est Gemmas in vitibus et arboribus emittere.

¶ **GEMMARIA**, Palma agrestis. Acta S. Calogeri, tom. 3. Junii pag. 589 : *Qui olim Mons Gemmariarum, quæ palmæ sunt agrestes, dicebatur.*

GEMMARIUM. Gloss. Gr. Lat. : Τρίλινον, κόσμος γυναικὸς, *Trifilum Gemmarium.* Lego *Gemmarum*, ut præfert Cod. MS. Galli dicerent, *un Collier de trois rangs de perles.* Ita *monolinum*, pro una linea gemmarum, dixit Capitolinus.

¶ **GEMMARIUS**, Gemmarum mercator, artifex, Gall. *Lapidaire, Joüalier.* Occurrit Exod. 28. 11. et in Jacobi de Voragine Chronico Januensi apud Murator. tom. 9. col. 32. *Ars Gemmaria*, Exod. 39. 6. *Opus Gemmarium*, ibid. v. 29.

¶ **GEMMATIM Disserere**, Quasi gemmis sermonem ornare et distinguere, in Vita S. Dunstani tom. 4. Maii pag. 346.

GEMMILIO. Vide *Gemellio.*

* **GEMOSUS**, *Pieno de pianto.* Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Gemituosus.*

GEMOTUM, Conventus publicus, concio, concilium, conciliabulum, Comitia, mallum, forum : vox Saxonica, gemote, et mote simpliciter, (ge enim particula est verbis et verbalibus sæpe addita) a gemettan, convenire; quippe provinciarum, urbium et villarum incolæ tenebantur interesse mallis istis et placitis publicis; iisque in eundo et redeundo securitatem omnimodam sanciunt Leges Canuti cap. 107. et Edwardi Confessor. cap. 35 : *Omnis homo pacem habeat eundo ad Gemotum, vel rediens de Gemoto, nisi fur probatus fuerit. Gemotorum* autem seu *motorum* variæ sunt species, quas in verbis sequentibus videre est, *Burgimotus, Folcmotus, Hundredgemotus, Halimotus, Sciregemotus, Witenagemotus.*

GEMUND. Jura Advocatiæ Ecclesiæ Bambergensis in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 50 : *Si homo Episcopi Collegam suum occiderit, reddet hominem longum ad mensuram 7. Gemund, secundum judicium Collegarum ejusdem conditionis.* [** Vide Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 2. col. 815. voce *Munt*, Palma, cubitus.]

* **GEN**, **Ghen** vel **Ghion**, Celtica lingua, Littus, arena, si fides D. *Le Beuf* tom. 2. Comment. pag. 230. apud Bullet. in Comment. ad linguam Celtic. Monticulum, collem significat : ut ut est, nostris, *Gen* vel *Genne* vocatur Scopus uvarum, racemorum, vulgo *Marc*, in Lit. remiss. ann. 1394. ex Reg. 146. Chartoph. reg. 361 : *Icelle Ysabeau venant d'un pressouer, et estant chargée d'une hote plaine de Gen ou marc, etc.* Aliæ ann. 1384. in Reg. 125. ch. 211 : *Depuis en rapportant le marc ou Genne de leurditte vendenge, etc.*

* **GENA**, Facies, vultus. Epitaph. Inger. in eccl. Ham. quam construxit et dotavit ann. 1100 :

Ilic flos militiæ, Paridis Gena, sensus Ulissis.
Eneæ pietas, Hectoris ira jacet.

¶ **GENÆCIUM**. Vide *Gynæceum.*

GENALIS Porcus. Vide *Maialis.*

* **GENEALIS**, Natalis; *Geneale solum, Pays natal*, in Chron. Blanc-ford. pag. 86 : *Vix tres complevit annos, ad Geneale solum, et ad curiam Romanam pro exequendis regni, ut credebatur, negociis transfretavit.*

GENEALOGIA, Gens, genus, familia. Vita S. Boniti Episc. Claromont. cap. 4 : *Virum industrium, atque excellentissimum, Genealogiæque nobilis apice clarum.* Testamentum Fulradi Abb. S. Dionysii : *Pro anima mea, et genitore meo Riculfo, et genetrice mea Ermengarde, et pro germano meo Gausberto,.... et pro Genealogia mea, etc.* Harmerus de Miracul. S. Maurilii Episc. Andeg. MS. : *Ornata filiorum Genealogia, sobolumque propagine.* Adrianus PP. in Epist. ad Carolum M. tom. 3. Hist. Franc. pag. 786 : *Et pro nobilissimis atque excellentissimis natis, necnon et pro omni Christo*

Digitized by Google

dilecta Genealogia vestra, etc. Charta Edwini Regis Angl. tom. 2. Monast. pag. 841 : *Ego Edwinus præpotens Angligenæ Genealogiæ sceptro fretus.* Utuntur passim, Diurnus Roman. cap. 7. tit. 9. Capitul. 3. ann. 811. cap. 9. Hincmarus Opusc. 14. n. 18. Specul. Saxon. lib. 1. art. 19. Wichbild Magdeburg. art. 4. Liber Donationum Ecclesiæ Saltzburgensis cap. 5. Itinerar. S. Willibaldi in præfat. Appendix Patriciacensis ad lib. 5. de Miraculis S. Benedicti n. 3. vetus Scheda apud Ughellum tom. 2. pag. 247. vetus Epitaph. apud Camillum Peregrinum lib. 1. Hist. Longob. pag. 245. Notitia 6. ad Capitula Caroli Cal. Cosmas Pragensis part. 2. Chron. Aulæ regiæ cap. 1. Hermann. Stangefol. in Annalibus Westphalic. lib. 2. pag. 185. etc.

Componere secundum Genealogiam suam, in Lege Bajwar. tit. 1. cap. 9. tit. 2. cap. 4. § 2. tit. 7. cap. 14. § 2. tit. 14. cap. 8. § 1. est componere juxta genus suum, ita ut si injuriam passus liber et ingenuus fuerit, compositio sit liberi et ingenui; si servus, servi. Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 184.[** 336.]: *Si quis ministros Ecclesiæ... injuriaverit, aut percusserit, vel plagaverit, componat hoc tripliciter, sicut solent componere parentes ejus.... Reliquorum autem Clericorum injuria componatur sicut parentum eorum. Monachorum quoque, qui secundum regulam in Monasterio vivunt, injuria dupliciter componatur, secundum Genealogiam suam, etc.* Ubi *sicut parentes*, et *secundum Genealogiam suam*, idem sonant.

Genealogia, Familia. Lex Alaman. tit. 84 : *Si quæ contentio orta fuerit inter duas Genealogias de termino terræ, etc.*

Genealogia, Proprietas, bona avita. Charta Caroli Calvi apud Joan. a Bosco in Vienna pag. 55 : *Nos votum Deo fecisse, ut si Davidicam diutius optatam misericordiam fecisset,... donaremus prædicto Sancto de Genealogiis regalibus apud Arelatam civitatem nobilem, de quibus Metropolitanus Viennensis cum subjectis sibi Deo famulantibus Clericis, haberet stipendia vitæ in servitio Ecclesiarum Dei usu cotidiano, etc.* Infra : *Alodium de nostris Genealogiis propriis... cum villis et Ecclesiis, subjectis... teneat et possideat, etc.* [Præceptum Bosonis Regis Burgundiæ pro Episcopo Maurianensi ann. 887. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 221 : *Donamus eidem sancto Domini Baptistæ refugium de nostris propriis Genealogiis, castrum scilicet in ejusdem territorio S. Johannis positum, etc.*]

¶ **GENEARCHIA**, *Princeps vel caput totius generis*, Joanni de Janua, a Græco γενάρχης. *Primas ou chef de generation ou de lignage*, in Glossis Sangerman, Latino-Gall.

GENEATH, vox Saxonica : Villanus, colonus, inquilinus. Leges Inæ cap. 19 : *Regis Geneath, id est, colonus, fiscalinus, etc.* Cap. 21 : *Si tuus Geneath, id est, colonus vel villanus furatus fuerit, etc.* Ubi perperam utrobique *Genereat* editum apud Bromptonum, observat Somnerus.

GENEATICUS, pro *Genethliacus*, occurrit apud Rodericum Toletan. in Hist. Arab. cap. 1. 2. et alibi semel.

* **GENECERIUM**, Scrinium, arcula, theca, nostris *Genecier*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. *Genecerium, Escrignet.* Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 370 : *Le suppliant tira un petit coustel ou guanivet qu'il avoit dedans son Genecier.*

GENECIUM, Geneciarius. Vide *Gynæceum.*

GENECTUM. Charta Joannis Archiep. Cantuar. apud Willelm. Thorn pag. 2112 : *Percipiant decimas agnorum, lanæ,.... lini canapi, Genecti, cirporum, piscationum, pasturæ, etc.* Ubi Somnerus, *genistam* seu spartum intelligi putat.

* **GENELLA**, nostris alias *Genelle*, Prunus silvestris, ut opinor, vulgo *Prunelle.* Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 236 : *Un buisson d'espines chargé d'un fruit appellé Genelles, dont aucunes gens nourissent leurs pourceaulx.*

GENENPIROS, Papiæ in MS. Cod. *Lingua Gothorum Antichristus vocatur, quod interpretatur Dissipator gentium, et seductor.* Abest vox hæc ab Editione Veneta, quæ *Gotorum* habet, ubi MS. *Cotorum.* [** In cod. reg. 7609. ut ex Remigio : Genchpikoc, *Lingua Gothorum, etc.* Gensericus. Conf. Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 266. radice *Gais.*]

1. **GENER**, Agnatus, affinis; maxime sororis maritus, *Beaufrere.* Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 41. de Henrico Leone Duce Saxoniæ : *Profectusque est ad Generum suum Regem Angliæ cum uxore et liberis.* Adde lib. 3. cap. 2. Charta Gerhardi Archiepisc. Bremensis ann. 1238 : *Decimas .. quas dominus Gener noster Adolphus Comes Holsatiæ de manu nostra tenuit.* Sic passim, Witikindus pag. 4. 6. 27. 29. 41. 1. Edit. Ditmarus pag. 20. 46. 76. Gaufredus Malaterra lib. 2. cap. 23. etc. Sed et e veteribus Probus in Pausania, et Justinus lib. 18. uti observatum a Jacobo Cujacio lib. 6. Observ. cap. 17. Petro Fabro lib. 3. Semestr. cap. 13. et Bongarsio : præterea Victor in Epitome, qui Antoninum Pium ab Adriano *in filium adoptatum*, cujus *Gener fuerat*, scribit : neque enim Adriano filia fuit, quam in uxorem duxerit. Ita etiam γαμβρὸς apud Græcos Script. in Testamento Gregorii Nazianzeni, apud Theophanem pag. 98. 137. et alios. Hinc ἐπιγαμβρία, affinitas JC. Græcis, et ἐπιγαμβρεύειν, Matth. 22.

2. **GENER**, *Initium. Gener, Initium foris.* Glossæ antiq.

¶ **GENERA**, Proles, genus. Formulæ exorcismorum apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 663 : *Ad revocandum examen apum dispersum. Te adjuro ut non te altum levare, nec longe volare, sed quam plus cito potest ad arborem venire. Ibi te allocas cum omni tua Genera vel cum socia tua.*

* *Gendre*, pro *Genre*, in Pœnit. Adami Ms. cap. 21 : *Et se par eaue Dieu juge nostre Gendre, etc.*

GENERALE, *ubi communia dantur conditionibus personarum*, in Glossis antiq. MSS. Apud Monachos vero quid sit docet Udalricus lib. 2. Consuetud. Cluniac. cap. 35 : *Generale appellamus, quod singulis in singulis datur scutellis. Pitancia, quod in una scutella duobus : verbi gratia, aliquando pro pitancia unum crudi casei frustum, vel quatuor ova : pro Generali ova quinque, et caseus nunquam nisi coctus. Sed si quid est Generale, a novissimo incipit administrari, et ad hoc scilla sicut ad olera pulsatur. Pitancia vero a Priore, et de hac hebdomadarii coquinæ nihil omnino se ex debito intromittunt, sed Cellerarius, quibus ad hoc innuerit, cum his eam administrant; quidquid est Generale, hoc apportant, et nisi pisces sint, quos Cellerarius ipse singulis eis suggerentibus apponit : si est alius Generalis, adhuc unus eorum scillam sonat, scutellas colligit eas solas, in quibus fabæ oleraque sunt administrata, etc.* Bernardus Mon. in Consuet. Cluniac, MSS. cap 48 : *Omne Generale a novissimo incipit administrari, sicut olera : pietentia vero, a primo.* Liber Usuum Cisterciensis Ordinis cap. 84 : *De melle autem nunquam et nusquam fiat Generale.* Matth. Paris. ann. 1251 : *Promisit enim Conventui inter alia, quod Generale suum et pitancias, quas primus omnium ad Cameras suas attraxerat, omnino remitteret, etc. Cotidianum fratrum Generale*, in Chartis Sugerii Abbatis S. Dionysii apud Doubletum pag. 861. et 871. Tabular. Celsiniacense : *Ita duntaxat ut Cellerarius Celsinianensis eam* (appendariam) *semper ad Generalia fratrum faciendu habeat.* Testamentum ejusdem Sugerii : *Frater etiam Cellarius Generale suum more solito proponat.* Charta ann. 1301. Abbatis et Conventus S. Maglorii Parisiens. in Tabulario ejusdem Monasterii fol. 115 : *Latori præsentium donavimus et donamus panem, potum, cibum, victum et vestitum, tanquam quidam percipit, et percipere consuevit,.... et eidem ex gratia concedentes, quod dictus burgensis præbendam seu Generale integrum singulis diebus percipiat, tanquam Monachus præfatæ Ecclesiæ, et comedere valeat in refectorio, etc.* [Necrologium MS. B. Mariæ de Argentolio fol. 27 : *Pro procuratione sua habebit tres panes albos, duas justas vini, cenam, potagium et Generale, quale Conventus habebit, et etiam pitanciam, si pitancia fuerit in Conventu.* Occurrit passim apud Guidonem in Disciplina Farfensi, in Statutis Gerardi Abb. S. Theodorici ann. 1233. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 974. in Chartul. B. M. de Argentolio fol. 57. in Charta ann. 1366. S. Crucis de Talmundo, etc.]

Generale Piscium, etc. apud eumdem Udalricum lib. 3. cap. 3. 8. 12. 18. 24. 32. in vett. Consuetud. Floriacensis Cœnobii apud Joan. a Bosco pag. 392. 402. 405. in Hist. S. Mariæ Suession. pag. 465. in Chron. Trudonensi lib. 12. pag. 499. etc. cum scilicet in singulis scutellis piscis singulis Monachis apponitur. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 16 : *Stabilivit et jussit, ut molina, quæ in stagno Tolon construxit, vel construxerit, Pisces ex stagno in Generali fratrum deveniant.*

Generalem Refectionem, quæ omnibus Monachis ex cibo aliquo præbetur, dixit Charta Caroli C. apud Doubletum in Hist. Sandionys. pag. 806 : *Præterea ut omni mense ex jam dicta villa fratres Generalem de omni re Refectionem habeant,*

Digitized by Google

decernimus atque sancimus, ita tamen ut hæ refectiones non diebus festis, neque loco aliarum refectionum, quas fratres ex aliis rebus habere debent, tribuantur. In his ergo Generalibus Refectionibus generalis pro nobis fiat commemoratio, neque hæc generalis oratio specialem præpediat supplicationem, quæ pro nobis fieri debetur ex aliis rebus a nobis collatis, etc.

* *Général* et *Générez* Gallice dictum. Charta ann. 1263. ex Chartul. 21. Corb. fol. 77. v° : *Pour une provende monial, c'est assavoir deux pains de convent et demy sestier de vin chacun jour, de tel vin que ly convent boit, et deux sestiers de poix l'an, et ung denier le jour pour leur Général.* Alia ann. 1361. ex Chartul. S. Magl. Paris. : *Tenetur* (præpositus) *administrare ad horas consuetas Generalia, Gallice le Générez.*

1. **GENERALES**, Præfecti regionum. Scribit Constantinus Porphyrogenitus lib. 1. de Thematibus cap. 1. Provinciis Orientis ab Imperatoribus subactis, eas εἰς ἐπαρχίας divisas, καὶ ἡγεμονίας, καὶ Δουκάτα, καὶ τοὺς καλουμένους Κονσιλιαρίους, τουτέστι βουλευτάς. Ἦσαν δὲ καί τινες αὐτῶν Πρίγκιπες, ὡς ἐν τοῖς τῶν ἁγίων μαρτυρίοις διαγράφεται, ἀλλὰ μὴν καὶ γηριναρίοι. Ubi quidam σκριναρίοι restituunt. Sed *scriniarii* nusquam Provinciarum Præfecti fuere : malim igitur legendum γηριναλίοι, *Generales*, quomodo exercituum Præfectos ac Duces *Generaux* appellamus, tametsi vox hæc pro Præfecto Provinciæ nescio an reperiatur.

* *Domini Generales* appellantur in Chron. Pet. Azar. ad ann. 1332. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 323.

¶ 2. **GENERALES**, Præfecti ærario, Gall. *Generaux des Finances*. Statuta Sacræ Capellæ Paris. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 159 : *Item, si negotiis Ecclesiæ in deliberatione, scriptura erga Regem, Cameram computorum, Parlamentum, Thesaurum, Generales.... legitime fuerit occupatus, bene merito fuerit excusandus.*

¶ 3. **GENERALES**, Omnes. Liturgia MS. Fontanell. *Oratio sive collecta*, Fidelium Deus omnium conditor etc. *pro Generalibus.*

¶ Genehalitas, Universitas, Communitas. Charta Roberti Regis Franc. ann. 1019. tom. 4. Gall. Christ. inter Instrum. col. 228 : *Cum Ecclesia suprascripta Baugiacæ villæ, quam a S. Lupo datam et ab aliis abstractam de Fratrum Generalitate.... habeant, teneant.* Vita S. Gregorii Papæ tom. 2. Martii pag. 134 : *At ubi decretum Generalitatis evadere nequivit.* Epist. Horsmidæ Papæ ad Episcop. Hispaniæ tom. 2. Collect. Conc. Hispan. pag. 252 : *Documenta quæque de Ecclesiæ scriniis assumentes ad Concilium vestrum pro Generalitatis instructione direximus, ut ex illis plenius quæ sunt acta discentes, ab omni vos errantium communione separetis.* Instrum. publicum ex Archivis B. M. de Bono-nuntio Rotomag. : *Ita tamen quod Generalitas specialitati non deroget nec e contra.* Anastasius in Vita Sergii PP. : *Egressus vero idem beatissimus Pontifex foris basilicam domini Theodori Papæ apertis januis in sedem quæ vulgo appellatur sub Apostolis, Generalitatem militiæ et populi qui pro eo occurrebant honorifice suscepit.* Occurrit apud Martianum Capellam et Symmachum.

* *En généralté*, pro *En général*, in universum, generatim, in Charta ann. 1270. ex Tabul. S. Mich. in Eremo.

¶ **GENERAMEN**, Generatio. Strabo Gallus in Rosa :

Flos tibi sceptrigero venit Generamine Jesse.

* *Engendreure* et *Engierure*, eodem sensu, nostris a verbo *Engenrer*, Generare. Bestiar. Ms. :

Quant li oisiaus guerpist arriere
S'engendreure en la poudriere.

Vita J. C. Ms. :

Cele fu femme Zébédée,
Cele fist boine porteure,
Femme ne fist tel Engierure.

Ibidem :

Et hom brehains ne doit entrer
O chiaus qui pueent Engenrer.

1. **GENERATIO**, Gradus cognationis et affinitatis, intra quem matrimonia contrahi vetant Canones, et agnatio computatur. Cognati generis matrimonia, (verbis utor Sirmondi) et divinæ Leges coercuerunt, et humanæ, tum civiles, tum canonicæ. Ac sacris quidem literis apud Hebræos de paucis, iisque proximis cautum fuit : nec longius fere processit interdictum, quam ne fratris sororisve filia copularetur : quod terrenis legibus in Republica Romana obtinuisse innuit Gregorius M. lib. 12. Ep. 31. ad Augustinum, firmatque lex 23. et 24. D. Cond. instit. (28, 7.) lex. penult. de Ritu nupt. (23, 2.) lex 19. C. de Nupt. (5, 4.) Imperatores Christiani etiam consobrinas jungi vetuerunt, ut Theodosius, *tantum*, ut ait Sext. Victor, *pudori tribuens, ut consobrinarum nuptias vetuerit tanquam sororum.* Quare sine Principis venia ducere non licebat, quod declarat Cassiodori *formula, qua consobrina legitima fiat uxor*, lib. 7. Ep. 46. Atque divinæ istæ et Imperatoriæ leges diu satis obtinuere, quod colligere licet ex Synodo Agathensi can. 61. Epaunensi can. 30. Aurelianensi III. can. 10. Turon. II. can. 21. et ex Ennodio lib. 5. Epist. 34. Vide Cujacium lib. 8. Observat. cap. 28. lib. 16. cap. 37.

Primus autem Gregorius M. videtur induxisse, ut cognationis gradus, intra quem matrimonia vetarentur, ad septimum produceretur, lib. 12. Epist. 32. ad Felicem : *Progeniem*, inquit, *suum unumquemque de his, qui fideliter edocti, et jam firma radice plantati stant inconvulsi, usque ad septimam observare decernimus Generationem, et quamdiu se cognoscunt affinitate propinquos, ad hujus copulæ non accedere societatem.* Quibus consona deinceps decrevere Gregorius III. PP. Epist. ad Bonifac. Mogunt. Zacharias PP. in Epist. ad Pipinum, Nicolaus PP. in Ep. Capitularia Caroli M. lib. 6. cap. 80. Hincmarus Opusc. 55. Concilium Wormaciense sub Adriano PP. cap. 32. Concilium Duziacense II. ann. 874. in synodica Epistola, Romanum ann. 8063. cap. 9. Londoniense ann. 1102. cap. 14. Londoniense ann. 1125. cap. 16. etc.

Cognationis vero gradus, non a fratribus et sororibus, ut quidam volebant, sed ab eorum filiis numerari debere, sanxere Concilium Salegunstadiense, cap. 11. et Alexander II. PP. apud Ivonem part. 9. cap. 6. et 33. q. 5. c. 2.

Verum an septimus cognationis gradus ad matrimoniorum interdicta locum ubique et semper habuerit, dubium facit, quod Concilium Wormaciense sub Adriano PP. can. 32. *in copulatione fidelium Generationis numerum* non *definit; sed id statuit, ut nulli Christianorum liceat de propria consanguinitate uxorem accipere, usque dum Generatio recordatur, cognoscitur, aut memoria tenetur.* Mox cap. 78. ad quartam generationem ejusmodi interdictum reducere videtur, hisce verbis : *In quarta Generatione nullus amplius conjugio copuletur.* Quæ habentur etiam in Concilio Moguntino I. ann. 847. cap. 30. Capitulare Compendiense ann. 757. cap. 1 : *Si in quarta progenie reperti fuerint conjuncti, non separamus; in tertia vero si reperti fuerint, separentur, etc.* [Eadem habet Regino lib. 2. cap. 212.]

Apud Wisigothos intra sextum gradum interdictæ erant nuptiæ, lib. 3. tit. 5. § 1. ut et apud Græcos, ex Georgio Pachymere lib. 6. Hist. cap. 6. lib. 9. cap. 4.

Sed tandem hunc Canonum rigorem temperavit Innocentius III. PP. in Concilio Lateranensi ann. 1215. cap. 50. in quo prohibitionem copulæ conjugalis intra quartum consanguinitatis et affinitatis gradum cohibuit. Vide Rabanum in Ep. ad Humbertum Episcopum tom. 6. pag. 165.

Raro autem in ejusmodi cognationibus *Dispensationem*, uti vocant, indulsisse summos Pontifices, argumento est, quod de Philippo Pulcro Rege Franciæ narrat hisce verbis Joannes Hocsemius in Joanne Guidonis Episcopo Leodiensi cap. 14 : *Nec sine mysterio est, quod Rex Philippus istam Johannam* (hæredem Regni Navarræ) *dispensative duxit uxorem, quia antea in tali gradu consanguinitatis, (et tamen non attinebant sibi ad invicem in tertio) non fuerat dispensatum cum Regibus Franciæ, de quo tempore memoria haberetur, nec tunc tanta necessitas videbatur, ut dispensari debuisset : quam dispensationem Honorius PP. IV. difficulter concessit, et nihil boni ex illa provenire prædixit : quod impleri videtur, quia nullus hæres in regno ex isto conjugio existit, qui ad posteros filios masculos perduxerit, quoniam ipsi tres filii eorum, scilicet Ludovicus, Philippus et Carolus, sibi successive per obitum succedentes, quamvis quilibet eorum masculum genuerit, tempore tamen mortis suæ nullum masculum, sed tantum filias reliquerunt, sicut præsentia tempora oculis manifestant.* Dispensationum ejusmodi exempla longe antea produnt Scriptores, Otto de S. Blasio cap. 51. et alii. Vide Gul. Prynneum in Libertat. Angl. tom. 1. pag. 454. tom. 3. pag. 301. 343. 1157. 1185.

Generatio. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 51. § 4 : *Si quis in quatuor suis Generationibus,* [** in Germ. *von sinen vier anen.*] *hoc est, ex duobus avis, et duabus aviis, ac patre et matre, indiffamati juris est, illum in jure suo nemo infamare potest, si non solus ei personaliter prius derogavit.* Adde § 5. et art. 1. § 19. Hinc forte ortum

Digitized by Google

habuit nobilitas, quæ quatuor generationibus nobilibus fulcitur et probatur, quam *Noblesse de nom et d'armes* appellant nostri, de qua copiose egimus ad Joinvillam Dissert. 10. [*Libert. Clarim. ann. 1248. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 601. art. 19 : *Omnes autem hæreditates eorum, hæredibus suis propinquioribus remanebunt usque ad quartam Generationem.*]

GENERATIO, *Temporis Generatio*, pro sæculo, apud Liberatum Diaconum cap. 3.

* 2. **GENERATIO**, apud Cistercienses, pro Familia vulgo *Filiation*. Stat. ejusd. ord. incerti anni cap. 9. ex Cod. Hardenh. : *Item cum propter guerrarum disturbia et malitiam temporis complures abbates ordinis nostri ad solvendum cotas contributionum sibi impositas sint plurimum impotentes, domino Cistercii et quatuor primis, cuilibet in Generatione sua, committet capitulum generale, ut inspectis necessitatibus singulorum etc.*

* 3. **GENERATIO**, Genus, species, Gall. *Sorte, espece*. Barel. serm. in festo S. Th. Cantuar. : *Quatuor sunt Generationes personarum, quæ gaudent in hoc mundo. Primi sunt mansueti, ... secundi adulatores, tertii fatui, quarti gabadei.*

¶ **GENERATORIUM**, Facultas generandi. S. Ambrosius lib. de Noe et Arca : *Non est dubium, quin rationale animæ nostræ in quinque sensus dividatur, et vocem, et Generatorium.*

¶ **GENERBODUM**. Vide *Gernobada*, in *Grani*.

¶ **GENEROSA MULIER**, Famula honoratior, Gall. *Femme de chambre*. Testam. Radulfi *de Newil* Comitis Westmerland. ann. 1440. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 433 : *Item do et lego cuilibet mulierum Generosarum cum uxore mea ad tunc existentium* x. *marcas; et cuilibet mulierum Generosarum alterius status in nutritorio infantium meorum ad tunc existentium* XL. *s.*

GENEROSITAS, Idem quod infra *Genu, Genuculum*, Familia, genus. Synodus Romana II. sub Silvestro cap. 4 : *Constituit hunc ordinem, ut si quis de Clero... transiret ex hoc mundo, si neminem de sua Generositate haberet consortem, quicquid paupertas ejus haberet, conferret Ecclesiæ.* Occurrit præterea cap. 11. in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. § 4. [** Roth. 75.] in Legibus Henrici I. Reg. Ang. cap. 88. etc.

* **GENEROSUS**, Urbanus, officiosus. Expedit. liter. secur. concessarum a rege et ducibus Bitur. et Burg. ann. 1391. inter schedas Mabill. vol. 9. fol. 97. r° : *Post plures reverentiales salutationes et verba Generosa inter eos proloquuta et habita, etc.*

GENESIS, Genitura, fatum. Glossæ antiquæ MSS. : *Genesis, decretum, Genesis, fatum, decretum, vel generatio. Genitura*, Spartiano in Vero, Severo, et Geta, *cujus*, inquit, *plerique Afrorum peritissimi fuere.* Horoscopus. Commodianus Instr. 16 : *Et dicitis fata Genesis adscribere vobis.* S. Audoenus in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 15 : *Nullus sibi proponat fatum, vel fortunam, aut Genesim, quod vulgo Nascentia dicitur, etc.* Ordericus Vitalis lib. 2 : *Neque Deus, neque cultus, neque providentia in mundo, sed fortuitus casus et Genesis agunt omnia.* Infra : *An esset aliquid in nobis, quod nec Genesis, sed Dei judicium gereret.* Vide Fragmentum Petronii pag. 17. Joan. Chrysost. Serm. 5. περὶ εἱμαρμένης, et Isidorum Pelusiotam lib. 3. Epist. 191.

* **GENESPOTA**, *La predicatione*. Glossar. Lat. Ital. Ms.

* **GENESTEIUM**, Ager *genistis* consitus, vel etiam arbor ipsa, nostris *Genêt*, alias *Genestays*, *Genestre* et *Genieste*. Reg. S. Justi in Cam. Comput. Paris. fol. 231. r° : *Viginti septem* (acræ) *et dimidia bosci in sico Genesteio, quæ debent remanere in boscagio sine tertio et dangerio.* Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 382 : *Ilz trouverent près d'un champ plain de Genestays; ... se mist encores en plus fort Genestays.* Aliæ ann. 1410. in Reg. 165. ch. 72 : *Jehan des Roches dist qu'il vouloit aler cueillir des balaiz, ou Genestres, en un boys.* Phil. *Mouskes* :

De flécieres et de Genieste
Fist une loge etc.

¶ **GENESTERIUM**, Locus genistis obsitus, in Chartulario Gemeticensi cap. 408.

* **GENETA**, Viverræ seu icteridis species, Hispan. *Gineta*, Gall. *Genette*, alias *Geneste*. Comput. Ms. ann. 1244 : *Pro capa dominæ comitissæ de escallata violeta fouranda et orla de Geneta, ix. lib.* Stat. monast. Beccens. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Non habeant* (monachi) *coopertoria varia, grisa, aut de cirogrillis, aut Genetis, aut aliis pellibus preciosis, etc.* Pedag. Paris. ex Lib. 2. stat. artif. Paris. in Cam. Comput. fol. 22. r° : *Peaux de fayne, peaulx de chat sauvaige, ... peaulx de Genestes, etc.*

¶ **GENETALIACUM**, *Nativitas*, Johan. de Janua; *Nativités;* in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. pro γενεθλιακόν, Ad natalem diem pertinens.

¶ **GENETALIACUS**, Eidem de Janua; *Genetalicus*, in Gloss. Sangerman. Lat. Gall. pro *Genethliacus*, quo Gellius utitur pro eo, qui conatur prædicere quo quis fato natus sit.

¶ **GENETEARIUS**, **GENETEUM**. Vide *Gynæceum*.

* **GENETERIA**, Lanceæ seu jaculi species, Hispan. *Gineta*, nostris *Genetaire*. Monstræ Mss. factæ apud Chassagniam ann. 1511 : *Franciscus Charbonerii dixenerius habet unam Geneteriam; injunctum est quod habeat unum bragamardum infra quindecim dies.* Ibidem : *Unam Gemitesiam :* sed minus bene. Lit. remiss. ann. 1474. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1033 : *Le suppliant tout en riant print une lance Genetaire ou javeline qu'il trouva en son chemin. Lance genestaire*, in Lit. ann. 1478. ex Reg. 205. ch. 86. Aliæ ann. 1480. in reg. 208. ch. 141 : *Une javeline ou une Genetaire, autrement appellée javeline d'Espaigne. Janetaire*, eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1477. ex Reg. 206. ch. 1159 : *Le suppliant, ensemble Jehan Barriere son cousin, prindrent chacun une arbaleste garnie, et avec ce ledit Barriere cousin une Janetaire.* Quod ejusmodi lancea potissimum uterentur Hispanici equites levis armaturæ, sic appellata, ab Hispanico *Ginete*, Dexter equitator : unde nostris *Genitaires*, Equites levis armaturæ, *Cavalerie légère*. Guill. de Villanova in Hist. Belli Ital. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1533 : *Lequel roy* (Ferrant) *estoit bien accompagné tant d'hommes d'armes, que de gens de pié, et d'un grant nombre de Genitaires, que le roy d'Espaigne lui avoit envoyé.* Vide mox *Genetten* et infra *Ginetheria*.

* **GENETTEN**, Equus Hispaniensis, nostris etiam *Genet*. Hist. desponsat. Frid. III. imper. et Eleonoræ Lusit. ann. 1451. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 613 : *Habebant equos velocissimos et saltantes ut capreæ hinnulorum, nomine Genetten. Et sunt in magno pretio.*

* **GENEVRUS**, Juniperus, Gall. *Genevrier*. Charta ann. 1351. in Reg. 81. ch. 47 : *Possint habitatores prædicti de juniperis seu Genevris, quantumcumque voluerint, scindere.*

¶ **GENGIBIÆ**, Οὖλα ὀδόντων, *Gingivæ*. Supplem. Antiquarii. [* Ita et Gloss. Lat. Gr.] Vide *Gingula*.

* **GENHARE**, vel **GERHARE**, Consilium dare, aliquid suadere, Gall. *Conseiller*. Charta ann. 1331. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1002 : *Præmissa idem Helyas Grequandi fecerat, vel alius seu alii ejus nomine,... ipso Helya procurante, Genhante* (sic) *seu fieri faciente.* Alia decani eccl. Ischigiac. ann. 1310. in Reg. 49. ch. 3 : *Helias de Sancto Desiderio dudum maligno motus spiritu, malitiose et proditorie tractavit et Gerhavit mortem seu interfectionem prædecessoris nostri murtro interfecti.*

* **GENIALIS**, *Lectum, quod nuptiarum die sternitur, vel ingeniosus.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Vide *Geniatus*.

GENIATUS, *Gratus, delectabilis*, Joanni de Janua. Gloss. Lat. Gr. : *Genialis*, ἐπίσημος, γαμήλιος. Gloss. Isid. : *Geniatus, Genialis, Gratus.* Senator. lib. 6. Ep. 3 : *Officium plane Geniatum, efficax, instructum, etc.* Eod. lib. Ep. 6 : *Officium vero ejus tanta Genii prærogativa decoratur, ut militiæ perfunctus muneribus, ornetur nomine Principatus.* Epist. 12 : *Magnum quidem multis, et inter vices videtur esse Geniatum publicæ utilitati probis actionibus occupari.* Ep. 20 : *Vultus quin etiam regnantium Geniata obsequii pompa præmittit.* Ex his forte restituenda hæc vox apud Capitolinum in Vero : *Fuit decorus corpore, vultu Geniatus.* Editi *gemmatus* præferunt. Vide Salmasium.

DEGENIATUS, contraria notione. Idem Senator lib. 12. Ep. 11 : *Si.... dispunctis nationibus non... destinaveris quantitatem, Degeniatus in provincia velociter reddes, quæ te male distulisse cognoscis.*

GENICIUM, **GENICIARIA**, etc. Vide *Gynæceum*.

¶ **GENICLINARE**, Genibus inclinatis adrepere. Miracula B. Simonis de Lipnica, tom. 4. Julii pag. 541 : *A crata chori... usque ad sepulcrum... humillima Geniclinavit.* Vide *Geniculare*, et *Genuclare*.

¶ 1. **GENICULA**, Juvenca, junix, Gall. *Genisse*. Codex Irminonis Abb. Sangerman. fol. 93. v°. [** Br. 17. sect. 49.] : *Solvunt ad tertium annum ad hostem Geniculas* VIII.... *multones* XIIII.

¶ 2. **GENICULA**, Vestis, ut puto, brevior, ad genua tantum pertingens. [* Vel potius, Calceamenti genus, idem quod

Digitized by Google

infra *Genualia.*] *Cilicium S. Germani et Genicula ejus*, apud Mabill. sæc. 3. Benedict. part. 1. pag. 102.

¶ **GENICULARE**, *Adorare*, in Gloss. Sangerman. Glossæ Cyrilli : Γονυπετῶ, *Geniculo, Geniculor, genua advolvo.* Occurrit in Actis SS. Bened. sæc. 3. part. 2. pag. 53. sæc. 4. part. 1. pag. 718. apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 169. et alibi. Plinio *Geniculare* dicitur seges cum pervenit ad articulum et genicula accipit. Vide *Genuculum* 1.

¶ **GENICULARIS**, *Pertinens ad genu, et hic Genicularis quædam herba quæ ob expellendam vim scorpionum sternitur.* Jo. de Janua. *Une herbe qui vaut contre escorpions*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.

* **GENICULARIUS**, Ad *genam* seu faciem pertinens. Mirac. S. Walburg. tom. 3. Febr. pag. 532. col. 2 : ubi de puella cæca : *Subito patescentibus Geniculariis thecis, visus rediit ad pupillas, easdem prolixo jam tempore viduatas.* Vide supra *Gena.*

1. **GENICULUM**, Idem quod *Genesis.* Ordericus Vital. lib. 9. pag. 738 : *Colligebat etiam multa de constellationibus mulier sortilega, et Geniculorum multarumque disciplinarum conscia.* Vide *Genu* et *Genuculum.*

* 2. **GENICULUM**, in Leg. Salica tit. 47. § 3. edit. Eccardi, pro *Genuculum.* Vide in hac voce num. 2.

* 3. **GENICULUM.** Vita S. Aichardi tom. 5. Sept. pag. 86. col. 2. : *Erat itaque infans decennalis, quando resedit in scolari, primo Geniculo.* Id est, ut notant docti Editores, in primis scholarum rudimentis.

¶ **GENICUS**, γενικός, *Generalis*, in Supplemento Antiquarii.

¶ **GENIMEN**, apud veterem Bibliorum Interpretem, Job cap. 31. v. 12. Proverb. cap. 8. v. 19. et alibi non semel. Papias : *Genimina, germina.* Glossæ antiquæ : *Genimen, Generatio.* Henricus Rosla in Herlingsberga :

Hæc meminens, parcas stirpi, Genimenque quod illo
Stipite descendit, calcari non patiaris.

GENIOLUS, *Qui habet ingenium.* Papias, et Glossæ Antiquæ MSS.

¶ **GENIOSUS**, *Plenus genio, scilicet Genio deo, vel genio, id est, ingenio*, Johanni de Janua ; *Engigneux, soubtiz*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

¶ **GENIPERETA**, Locus, ut arbitror, juniperis obsitus, Gall. *Genevrier.* Chartularium Matisconense fol. 100 : *Terminat a medio die ab ipso Aldoni et Genipereta increpita.*

GENISCUS, Genius. S. Eligius Episc. Noviom. apud S. Audoenum in ejus Vita lib. 2. cap. 15. dum *paganias*, seu paganorum superstitiones recenset : *Nullus nomina dæmonum, aut Neptunum, aut Orcum, aut Dianam, aut Minervam, aut Geniscum, aut cæteras hujusmodi ineptias credere, aut invocare præsumat.*

* Homel. ex Cod. reg. 5600. fol. 101 : *Sunt aliqui rustici homines, qui credunt aliquas mulieres, quod vulgum dicitur strias esse debeant, et ad infantes vel pecora nocere possint, vel dusiolus vel aquatiquus, vel Geniscus esse debeat.*

GENISIDIUM, *Generatio*, Papiæ, et in Glossis antiq. MSS. ex Gr. forte γενησίδιον, a γένησις

GENISTÆ, *Hæretici Judæorum dicti, quia de genere Abrahæ se esse gloriantur.* Papias.

* **GENITALIA**, *Unde vir generat, aut mulier creat, parit, vel loca verecundiora.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Unde *Genitilles*, et *Genetaires*, Testiculi, scrotum. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 152 : *Certaine maladie de roupture, que ledit Coleçon avoit lonc temps avant la dite bateure en ses Genitilles.* Bestiar. MS. ubi de Castore :

Se fait on de ses Genetaires
Mechines à pluisieurs afaires.

¶ **GENITARE**, Γένναν, *Gignere*, in Supplemento Antiquarii.

* Ita et in Gloss. Lat. Gr. Vide supra *Generamen.*

* **GENITESIA.** Vide *Geneteria.*

* **GENITIA**, Juvenca, Gall. *Genisse.* Charta Odon. archiep. Rotomag. ann. 1255. ex Cod. reg. 1245. fol. 167. r°. : *Item duæ vaccæ, duæ Genitiæ, et unus bouvellus.... Item tres Genitiæ.* Vide *Genicula* 1.

GENITIALII, nempe dies, τὰ γενέσια, Dies, quo quis in lucem editus est. Capitolinus in Pertinace : *Circenses, et Imperii natalis additi, qui a Severo postea sublati sunt,.... et Genitialii, qui manent.* Hinc

GENICIALES FEMINÆ, Quæ hominum *genituras* inquirunt, incantatrices, sortilegæ, veneficæ : *Guenoches* Bituricensibus, ut auctor est Pithœus. Hincmarus de Divortio Lotharii : *Quidam autem a lamiis, sive Genicialibus feminis debilitati,.... quos per exorcismos et antidota Catholica restituit sanitati.* Vide *Genesis*, et *Gynæceum.* [** Confer Grimmii Mythol. German. pag. 594.]

* Unde nostris *Geneschier* et *Genicier.* Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 163 : *Le suppliant dist à icelle Aalips : Ne vous conseillez pas à un Geneschier.* Aliæ ann. 1455. in Reg. 191. ch. 188 : *Icelle femme avoit en renom d'estre sorciere et Geneschiere.* Hinc emendandæ Lit. ejusd. ann. in Reg. 187. ch. 109. ubi legitur : *Sorciere* et *Guestiere. Tirez vous arriere vielle Geneschiere*, in aliis Lit. ann. 1478. ex Reg. 205. ch. 36. Denique aliæ ann. 1464. in Reg. 199. ch. 474 : *George Vernoys fut accusé de crime de heresie et de faire mourir et languir par sort et art magiques plusieurs gens et bestail.... Le suppliant dist qu'il estoit vray qu'il l'avoit appellé Genicier.* Vide in *Genitialii.*

GENITIARIÆ. Vide *Gynæceum.*

¶ **GENITIUM**, Dominium hæreditario jure possessum. Charta Eberhardi Comitis pro dotatione Monasterii Morbac. apud Eccardum de Origin. familiæ Habsburgo-Austriacæ col. 115 : *De mancipio nostro scopulicolas, quas in Genitio nostro habuimus.* Vide *Genealogia*, Proprietas.

¶ **GENITOR**, Proavus, Gall. *Bisayeul.* Sic Philippus cognomento *Longus* S. Ludovicum proavum suum *Genitorem* vocat apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. pag. 676.

* *Geniteur*, proprio sensu, pro Patre, in Testam. ann. 1137. apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 159.

* **GENITURA**, Ortus, origo, Gall. *Naissance.* Lit. legitim. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 414 : *Quia decus virtutis Genituræ maculam abstergit in filiis, etc.*

¶ 1. **GENIUM** *est vigor, potentia, opinio, honor, vel ordinatio*, in Auctario Janssonii ad Glossarium Isid. Joh. de Janua : *Genium, honor privatus ; Genius honor publicus ; Papias vero dicit : Genium, honor aut dignitas, vigor, ordinatio : Genialis, gratus, propinquus et affinis.*

* 2. **GENIUM.** Charta Phil. Pulc. ann. 1298. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 111 : *Singulas personas Tolosæ et Albiensis senescalliæ,.... in quibus aliquod jus habemus.... ratione vel occasione servitutis,... adscriptitiatus, vel Genii, seu libertinitatis.* Vocem ab editore fictam emenda ex Reg. ejusd. Phil. in Chartoph. reg. ch. 18. ubi legitur : *vel quasi.* Vide *Casalagium* in *Casalaticum.*

** 3. **GENIUM**, ut *Ingenium*, 4. Ratio. Chart. Longob. ann. 716. apud Brunett. in Cod. Dipl. pag. 454 : *Donatum, vel quoquo genio alienatum aut traditum.*

GENIUS, Angelus. Hermas in Pastore lib. 2. cap. 6 : *Duo sunt Genii cum homine, unus æquitatis, et unus iniquitatis,..... æquitatis Genius tener est, lenis et verecundus, mansuetus et quietus. Cum ergo in cor tuum ascenderit, continuo loquitur tecum de justitia, de pudicitia, de castitate, etc.* Ex Herma S. Antiochus Homil. 61 : Δύο γάρ εἰσιν ἄγγελοι μετὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἷς τῆς δικαιοσύνης, εἷς τῆς πονηρίας ; etc.

¶ **GENIZARUS**, Pedes Turcicus, Gall. *Janissaire.* Occurrit in Sententia Sigismund. Regis Poloniæ ann. 1616. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 132. Vide *Janizarus.*

¶ **GENIZEUM.** Vide *Gynæceum.*

GENNALE, *i. roseum, vel de germine.* Ita Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosoph.

* **GENNATUS**, Panni species. Inventar. 1497. tom. 2. Hist. Monast. Cassin. pag. 599. col. 1 : *Item planeta alia cremosina, cum tunicellis de Gennato,.... pluviale de Gennato rubeo.*

GENOBARDUM. Vide *Grani.*

* **GENOBODUM**, *Barbe*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521. pro *Genorbadum.* Vide hanc vocem in *Grani.*

* **GENOCCLALES**, Genuum armatura, Gall. *Genoullieres.* Testam. ann. 1349. apud Cl. V. Garamp. in Ind. ad Hist. B. Chiaræ pag. 511. col 1 : *Gurgeriam, barbutam, Genocclales et guantos, quæ arma nunc habet, etc.* Vide infra *Genualia.*

* **GENOSUS**, *Habens grossas genas*, in eod. Glossar. 521.

1. **GENS**, Gentiles, Pagani. Hinc Patrum libri scripti *adversus Gentes.* Concilium Carthagin. III. can. 12 : *Gentibus, vel hæreticis, aut schismaticis matrimonio non jungantur.* Concilium Laodicenum cap. 39 : Οὐ δεῖ τοῖς ἔθνεσι συνεορτάζειν, καὶ κοινωνεῖν τῇ ἀθεότητι αὐτῶν. Passim apud veteres Scriptores Christianos. Vide *Gentiles* 2.

¶ 2. **GENS**, Militum copia, exercitus, Gall. *Gens de guerre.* Barthius in Glossario ex Histor. Palæst. lib. 4. cap. 3 : *Invenerunt quoddam castrum, cui nomen Exorogorge, quod erat vacuum Gente.* Ibid. : *Tandem invenit eos occidentes Gentem suam.* Et cap. 4 : *Rogerius Comes reversus in Sici-*

Digitized by Google

liam dolebat et mœrebat Gentem suam amittere. Ibid. cap. 13 : *In Saracenorum terram nemo intrare audebat, nisi cum magna Gente.* Denique cap. 20 : *Rex Damasci eo venit cum maxima Gente.* Occurrit eadem notione in Breviario Hist. Pisanæ ad ann. 1175. apud Murator. tom. 6. col. 191. et apud Rymerum non semel.

¶ GENS ARMIGERA, in Tractatu confœderationis anni 1314. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 150. col. 1.

¶ GENTES ARMORUM, in Miraculis S. Ludovici Arelat. Archiep. apud Stephanotium tom. 10. Fragm. MSS. pag. 310. et in Litteris ann. 1358. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 241. *Gentes Armorum, Britones et pillardi*, in Charta depositionis testium ann. 1395. ex Archivo B. M. de Bono Nuncio Rotomag.

¶ GENTES IN ARMIS, supra in voce *Borratura*, Vadium.

¶ 3. GENS, Servi, vassalli, subditi, unde Gallice dicitur *les Gens d'un tel.* Excommunicatio lata a Simone Tornac. Episc. ann. 1130 : *In hac siquidem excommunicatione omnes illos conclusit, qui Gentes S. Mariæ extra propriam legem ponentes, injuste rapiunt, etc. Gentes Regis*, Agentes, procuratores, in Litteris ann. 1324. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 251. *Gens du Roi*, in Parlamentis dicuntur Procurator et Advocati Generales, ut Procurator et Advocatus Regis in curiis inferioribus. *Gentes Sacristæ*, i. e. Famuli Sacristæ servientes, in vet. Ceremoniali MS. B. Mariæ Deauratæ.

* 4. GENS, Domini feudalis justitiarii. Charta ann. 1266. in Chartul. Cluniac. ch. 326 : *Mutilandus vel dampnatus ad mortem per mandatum prioris de Marcigniaco, debet reddi domino Sinemuri vel ejus mandato, pro sententia, a Gente dicti prioris prolata, executioni tantum mandanda.* Vide in *Gens* 3.

* 5. GENS, Homines. S. Bern. serm. 4. in Quadrag. edit. Mabil. pag. 821 : *Volo eos orare tanquam Gentem, quæ peccatum fecerit. Cum Gent ki aient fait péchiet*, in Gallico. Vide *Gentes*.

¶ 1. GENTA, γαμβρός, *Gener*, Gall. *Gendre*, in Supplemento Antiquarii.

¶ 2. GENTA, Anser agrestis, in Miraculis S. Genulphi tom. 2. Januarii pag. 106. et sæc. 4. Benedict. part. 2. pag. 236. pro quo superius legitur *Ganta*. Vide *Gantæ* 2.

GENTARE, GENTACULUM. Will. Brito in Vocabul. : *Jantaculum in mane, quod simplices dicunt Gentari, pro Jantari.* Thwrocz. in Salomone cap. 50 : *Priusquam Rex et Dux cum exercitu suo de Gentaculis capita levassent.* Vide *Jantaculum*.

¶ GENTES, Homines, hominum multitudo. Litteræ anni 1413. apud Rymerum tom. 6. pag. ult. : *Dum tamen peregrini illi de amicitia nostra et Gentes laicæ existant.* Vetus Ceremoniale MS. B. Mariæ Deauratæ: *Elevat Sacerdos Hostiam et Calicem in quantum potest bene et dessenter totum insimul pro monstrando Gentibus*, id est, Populo astanti. Ibidem : *Cantantes predictum Planctum* (B. Virginis, *Stabat Mater*) *non possint videri a Gentibus, nec ipsi videant Gentes, ut securius possint cantare sine timore, quia forte videndo Gentes turbarentur. Gentes in hoc se cognoscentes et expertæ*, in Arresto Parlamenti Paris. ann. 1372. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 71. col. 2. Vide *Gens*.

¶ GENTES COMPOTORUM, Magistri ceteriique Judices regalium rationum. Litteræ Johannis Regis Franc. ann. 1352. apud Acherium tom. 10. Spicil. pag. 220 : *Mandantes dilectis et fidelibus Gentibus Compotorum nostrorum, Thesaurariisque nostris Parisius, et omnibus Receptoribus et Justitiariis regni nostri præsentibus et futuris, etc.*

GENTIA. Capitulare de Villis cap. 31 : *Ut hoc, quod ad paraverendarios vel Gentias dare debent, simili modo unoquoque anno separare faciant.* [** Pertzius habet *Genitias*, i. e. Gynæcea.]

* Canthus, ut videtur; nostris etiam *Gente*, pro *Jante*. Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 281 : *Jehan Honoré faiseur de Gentes, etc.*

* GENTILE FEODUM, Quod ab ingenuis tantum possideri potest. Hinc sine commate legendum, *Oblias, feoda gentilia ac redditus*, in Lit. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 312. art. 7. Vide supra in *Feudum*.

¶ GENTILHOMO. Vide *Gentilis* 1.

1. GENTILES vocabant Romani, quos ipsi etiam interdum Barbaros, qui Romanis militabant, eorum fœderati, vel qui in leges Romanas ultro, vel deditione transibant. Ita *Gentiles* intelliguntur in Cod. Theod. tit. de *Nuptiis Gentilium*, et alibi, apud Ammianum, Ausonium, et in Notitia Imperii, ubi *Schola Gentilium, Schola Gentilium seniorum*, qui sub dispositione Magistri Officiorum militabant, de quibus idem Ammian. lib. 15. 16. 20. 25. et Synaxaria 7. Octob. in SS. Sergio et Baccho.

2. GENTILES, Ugutio : *Gentiles proprie, qui non circumciduntur, nec baptizantur, ut pagani, unde et Gentiles dicuntur, quia tales existunt, quales sunt geniti. Sed Christiani non ita sunt ut fuerunt geniti, quia sunt baptizati; similiter Judæi mutantur, quia circumciduntur.* Adde Isid. lib. 8. cap. 10. S. Augustin. in Psal. 28 : *Gentilis ille est, qui in Christum non credit.* Idem de Opere Monach. cap. 11 : *Quis utique non nisi Gentiles, quos Paganos dicimus, vult intelligi.* Lex 46. Cod. Th. de Hæreticis. (16, 5.) : *Gentiles, quos vulgo Paganos appellant.* Lex 21. eodem Cod. de Pagan. (16, 10.) : *Qui profano pagani ritus errore seu crimine polluuntur, hoc est, Gentiles, etc.* Adde leg. 43. et 63. eod. tit. Commodianus Instr. 26 :

> Gens et ego fui, perversa mente moratus,
> Et vitam istius sæcli veram esse putabam.

GENTILITAS, Paganismus. Sulpitius Severus lib. 1. Hist. : *Ex quibus plerique divinas ceremonias receperunt, reliquis in errore Gentilitatis perseverantibus.*

¶ 3. GENTILES, *Terræ indigenæ, incolæ antiqui*, apud Barthium in Glossario ex Guiberti Hist. Palæst.

* GENTILIA, Nobilitas, nobilium mos, Gall. *Noblesse*, alias *Gentilce* et *Gentilise*. Charta ann. 1314. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 77 : *Qui Humbaudus juramento præstito de veritate dicenda, dixit quod in prædictis stilicidiis, seu joustes, joustaverat cum dicto Guillelmeto legitime, amicabiliter et fideliter, et exercendo Gentiliam et armigeriam, et jus suum servando.* Alia ann. 1317. in Reg. 61. ch. 155 : *Et si ha promis* (*Renars de Choseul chevalier sires de Bourbone*) *en Gentilce, comme leaux chevaliers, que jamais encontre les choses dessusdittes ne venra.* Lit. Joan. ducis Brit. ann. 1317. in Reg. 69. ch. 263 : *Que Raymon Gilbert et Alan son frere peussent user et esploitier en tous cas, comme gentils hommes et nobles personnes, et joir de tous priviléges de Gentilise, tant en Bretaigne, que en tous autres lieux. Gentillesse*, Nobilium appellatio, in Lit. remiss. ann. 1392. ex Reg. 143. ch. 279 : *Icellui Gidouin s'en commença à fouir parmi les jardins, et à crier, Gentillesse, je suis mort.*

1. GENTILIS, Nobilis, ingenuus. *Gentiles* Q. Mutius definivit ingenuos ab ingenuis oriundos, quorum majorum nemo servitutem serviit. Radulfus de Diceto in Imag. Hist. : *Christiani, qui a nobis detenti sunt, sunt Gentiles et nobiles viri.* Le Roman *de Rou* MS. :

> Moult fu beaus, moult fu Gens,
> Gentis homs resembla.

Alibi :

> Elle fu de Chartres Comtesse
> Espousée au Comte Estevenon,
> Gentilhome, noble Baron.

Philippus *Mouskes* MS. in Philippo Aug. :

> Et maint franc baceler illuec,
> Feist cevalier avec son fil,
> Qui furent franc ome et Gentil.

Galterus Metensis in Mappamundi MS. cap. 14 :

> Gentil et vilain, tout y portent,
> Mult se puet bien plaindre du mains,
> Qui chi est Rois, et là vilains.

Le Reclus *de Moliens*, in suo *Miserere* MS. :

> Par le pere sont serf li fil,
> Qui or fussent franc et Gentil.

GENTILHOME, GENTILFAME, in Statutis S. Ludovici lib. 1. cap. 70. 71. *Gentixhom de lingnage*, apud Petrum *de Fontaines* in Consilio cap. 3. § 5. *Gentilhomines*, apud Gobelinum lib. 8. Comment. Pii II. PP. : *Nunquam Gentilhomines aut claves urbis obtinebunt, aut magistratum, quem populi Capitaneatum appellamus. Maisons nobles vulgairement dits Heritages Gentioux*, in Consuet. Aquensi tit. 2. art. 1.

¶ GENTILIS DOMINA, Nobilis matrona, in Regiminibus Paduæ ann. 1325. apud Murator. tom. 8. col. 466.

¶ GENTILIS ET SERVILIS TERRA, in Charta ann. 1245. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 394.

¶ 2. GENTILIS, Formosus, elegans, urbanus, Gall. *Gentil*. Occurrit in Actis SS. Maii tom. 7. pag. 832.

* Ut nobilem decet. Hinc Froissart. vol. 1. cap. 17. ubi de Eduardo III. rege Angl. : *Le gentil d'Angleterre pour mieux festoier ces seigneurs et toute leur compaignie tint une grande court le jour de la Trinité.*

* 3. GENTILIS, Qui ex eadem gente est. S. Athan. seu alius quivis laudatus tom. 6. Sept. Act. SS. pag. 601. col. 2 : *Secundum nomine, Gentilem quidem hæretici, sed non ejusdem fidei, calcitrando virum occiderunt.*

Digitized by Google

GENTILES, et GENTILES PEREGRINI, Falconum species, nostris *Gentils*. Describuntur a Friderico II. lib. 2. de Arte venandi cap. 24. 27. et a Jac. Aug. Thuano lib. 1. de Re accipitr. pag. 18. cui, ut et Alberto M. lib. 23. de Animalibus cap. 17. *Nobiles* dicuntur.

¶ **GENTILITAS**, Paganismus. Vide *Gentiles* 2.

¶ **GENTILITER**, Gentilium more seu Paganorum, in Barthii Glossario ex Baldrici Hist. Palæst.

1. **GENU**, Generatio, ex Gr. γένος, Gradus generationis. Concilium Vermeriense ann. 752. can. 1 : *In tertio Genu conjuncti separantur.* Capitulare Haytonis Episcop. Basil. cap. 21 : *Ut nullus sibi accipiat* (uxorem) *usque in quinto Genu.* Mox : *Et non separentur in quarto Genu, sed in pœnitentia cunctis diebus conjunctionis suæ perseverent.* Willelmus Malmesb. lib. 1. Hist. Angl. cap. 4 : *Successit Ethelbaldo Offa quinto Genu.* Eod. cap. : *Kenulphum quinto Genu nepotem.* Cap. 5 : *Apud Orientales Anglos Rex fuit Reddwaldus a Wodenio, ut scribunt, decimum Genu nactus.* Vide Leges Henrici I. cap. 76. Et infra in *Genuculum* 2. [** Confer Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 468.]

* 2. **GENU**, Cubitus, Vitruvio geniculus, Gall. *Coude.* Charta ann. 1319. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 428 : *Et de dicta paxeria tenendo quoddam vallum conerotorum, quod tendit recte usque ad quoddam Genu carreriæ orbæ, et de dicto Genu dictæ carreriæ etc.*

¶ **GENUA**, Vestis genus, quæ ad genua descendebat. [* Vel idem quod *Genicula* 2. Vide *Genualia.*] Bonifacius Mogunt. Ep. 74 : *Caligas, et peripsemata, orarium, et coculam, et Genuam brevem nostro more consutam.*

GENUALE, Γονατόδεσμος, in Gloss. Lat. Gr. *Jarretiere*, [Periscelis, vinculum tibialium.]

* **GENUALIA**, Armorum genus, quo genua defenduntur, calceamenti species. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Genualia, Gallice Genouillier. Genoullieres*, in alio ex Cod. 7679.

* **GENUARIUM**, Modus agri, a forma, ut videtur, sic dictus. Vide supra *Genu* 2. Memoratur ex Charta ann. 1037. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 1033.

¶ **GENUARIUS**, γονυπετής, Qui genua flectit, in Gloss. Lat. Græc. MSS. Sangerman.

GENUBIUS, Papiæ, *Intimus, interior, domesticus, naturalis.* [Legendum *Genuinus* pro *Genubius.* Gellius lib. 9. cap. 9 : *Quod Homerica quidem* Λατὼ *gaudium gaudeat Genuinum et Intimum, atque in ipso penetrali cordis et animæ vigens :* ad quæ Glossatores allusisse manifestum est.]

¶ **GENUCA**, an Juvenca, Gall. *Genisse?* Testamentum Hengeromi *de Budlecs* apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 424 : *Baldwino filio Personæ* v. *s. de denariis, quos Petrus le Wager debet eidem Hengeromo. Item filiæ Madoci de Witespon unam Genucam.*

¶ **GENUCLARE**, γονατίζειν, a Genua flectere; in Gloss. Lat. Græc. MSS. Sangerman. Vide *Geuiculationes* in *Genuculum* 1.

* *Jenoiller*, in Poem. Alex. MS. part. 1 :

Li chevaus se Jenoille qui fu de cox chargié.

Vide supra *Aggeniculare.*

1. **GENUCULUM** et GENICULUM, diminutivum a *Genu*, unde nostrum *Genouil.* Gl. Lat. Gr. : *Genucula, γόνατα. Indumenta super Genucula elevare*, in Lege Bajwar. tit. 7. cap. 4. Lex Frision. tit. 22. § 60 : *Si tibia subtus Genuculo media incisa fuerit, etc.* Gregorius Turon. lib. 2. Hist. cap. 37 : *Percussus in Geniculo claudicabat.* Rodulphus Tortarius Floriacensis lib. 4. de Miracul. S. Benedicti :

Credulus his dictis sese trahit ille Genuclis.

De Geniculis adorare, orare, γονυπετεῖν. Tertullianus lib. de Corona militis : *Die Dominica nefas ducimus de Geniculis orare, eademque immunitate a die Paschæ in Pentecosten usque gaudemus.* Utitur et S. Hieronymus adversus Luciferianos cap. 4. Le Roman *de Garin* MS :

A Genollons s'est devant les Seins mis.

Hinc

GENICULATIONES, apud eumdem Tertullianum ad Scapulam : γονυκλισίαι, in Nomocanone edito a Joan. Bapt. Cotelerio can. 36. 39. 290. *Geniculare*, Genua inclinare, flectere. Glossæ antiquæ : *Geniculare, adorare. Geniculat, Genibus flexis adorat.* Ita etiam Papias. Glossæ aliæ MSS. : *Geniculo, genua flecto.* S. Augustinus : *Qualis est magnitudinis supernæ gloria, ad cujus pannos Angeli excubant, Reges trepidant, vel tripudiant, sidera obsecundant, et sectatores sapientiæ Geniculant.* Gloss. Lat. Gr. : *Geniculat*, γονατίζει. *Genouiller*, Littletoni sect. 85. *Ingeniculare*, apud Lamprid. in Heliogabalo et Vitruv. lib. 9. cap. 6. In Kalendario Maronitarum apud Allatium in Symmictis pag. 301. observat Gabriel Sionita, *Genuum positionem* appellari pœnitentiæ causa, ducentas, trecentas, ac plures factas genuflexiones publicas : ita ut flexis genibus, et exosculati terram, illico resurgant. Vide *Metanœa*, *Venia*, *Genuflexum.*

GENICULARITER, Genibus flexis, apud Stephanum Tornacensem Epist. 231.

2. **GENUCULUM**, et GENICULUM, Idem quod *Genu*, 1. Gradus generationis. Lex Salica tit. 46. § 10 : *Usque ad sextum Genuculum.* Lex Rip. tit. 56. § 3 : *Usque quintum Geniculum.* Vetus Charta exarata Conrado imperante, apud Ughellum in Taurinensib. Episcopis : *Et sic fiat quousque nobis propinqui usque quinto apparuerint Geniculo.* Lex Longob. lib. 2. tit. 14. § 1. [** Roth. 153.] : *Omnis parentela usque in septimum Genuculum numeretur.* Ubi vetus Interpres : *Geniculum ponitur hic pro generatione : et duæ generatæ personæ faciunt generationem, sive Geniculum, verbo Francorum, qui hoc modo dicunt : Mun cusin de ter Genuclu.* Occurrit præterea in Legibus Canuti cap. 7. et Henrici I. cap. 70. apud Bonifacium Moguntinum Ep. 1. ad Zachariam PP. cap. 5. Burchardum lib. 7. cap. 9. in Concilio Ænhamensi ann. 1109. cap. 8. in Charta Conradi Imp. apud Augustinum *de la Chieza* in Hist. Pedemont. cap. 20. in lib. 1. Feudor. tit. 1. § 4. etc. Ita *Genouil* eadem notione usurpavit vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. sect. 3. cap. 27. ubi de Paragiis : *Les puisnés seront tenus à fere fealté à leurs ainznés, ou à leur successeurs, quant le lignage sera alé et descendu siques au sisime Genouil.* Ibidem : *Et si de non savoir que le lignage s'estent desiques au nouviesme Genouil ou degré.*

GENICULUM, pro quovis gradu, in Vita S. Aicadri Abbatis Gemeticensis cap. 2 : *Erat itaque infans decennalis, quando reselit in scholari primo Geniculo.* i. in primis Scholarum rudimentis.

3. **GENUCULUM**, Alia notione usurpat Anastasius in Stephano IV. PP. pag. 92 : *Cum Longobardis Romanam urbem ingressi sunt, et per muros civitatis cum flammula ascendebant, metuentes populum Romanum, et nequaquam de Genuculo ipsi Longobardi ausi sunt descendere.* Idem in Hadriano pag. 112 : *Ex qua* (forma) *diversæ molæ in Genuculo machinabantur* (al. *macinabant*) *aqua ex eadem forma, etc.* Mox : *Verum etiam et intus civitatem, id est, in Genuculo, ubi molæ machinabantur, sicut antiquitus, abundanter decurrere fecit.*

¶ **GENUFLECTILE**, Pluteus ad orationem, Gall. *Prie-Dieu.* Appendix ad Vitam B. Augustini Novelli, tom. 4. Maii pag. 622 : *Et ante versus altare.... est proportionatum Genuflectile longitudinis arenati prædicti.*

GENUFLEXORIUM, Pulvinus, super quo genu flectitur. [* Idem quod *Genuflectile*, pluteus ad orationem.] Ceremonialis Episcopor. lib. 1. cap. 2 : *Genuflectet iterum super pulvino ibidem parato in Genuflexorio, et orabit.* Cap. 12 : *Præparandum est faldistorium seu Genuflexorium ad genuflectendum ante altare... panno viridi... coopertum.*

GENUFLEXUM, Genuflexio. Vita S. Aicadri Gemetic. cap. 27 : *Semperque quocumque finis Psalmi evenerat, Genuflexum faciens, etc.* Synodus Compendiensis : *Diebus Dominicis et aliis præcipuis festivitatibus, sive inter Pascha et Pentecosten genuum flexio nequaquam debet fieri.* Pœnitentiale Andegav. apud Morinum : *Item pro uno mense, quem in pane et aqua penitere debet, Psalmos 1200. genuflectendo, vel sine Genuflexo* 1670. Γονυκλισία in Vita S. Nili Junioris pag. 28 : Τὸ ψαλτήριον σιγῶν, καὶ ποιῶν γονυκλισίας χιλίας. Pag. 32 : Τὸ λεῖπον δὲ ἅπαν εἰς πλήρωσιν τοῦ ψαλτηρίου, καὶ πεντακοσίων γονυκλισιῶν μέτρον, τῶν τε μεσονυκτικῶν καὶ ὀρθρινῶν ἀνελίσκετο ὕμνων. Vide Concil. Neocæsar. cap. 5. [** Plura in Glossar. med. Græcit. col. 258. sqq. et Append. col. 50.]

¶ **GENUFRAGIUM**, Instrumentum ad frangenda genua. Acta SS. Junii tom. 3. pag. 30. de S. Cyrico : *Fac capitifragium et uncinos ad oculos evellendos, et forfices dentium, et Genufragium.*

¶ **GENUINO**, Jure natalium. Vita sancti Willelmi Gellon. tom. 6. Maii pag. 810 : *Et quoniam nobilibus natalibus ortus, nobiliorem se fieri Christi amplectendo pauperiem studuit; et summum quem Genuino perceperat, pro Christo abjecit honorem.*

1. **GENUINUM**, Nativitas. *Natale Genuinum*, in lib. 3. Sacrament. Eccles. Roman. cap. 53. ut distinguatur a Natali dignitatis initæ. Martyrol. Rhabani : V. *KL. Febr. Romæ S. Agnetis Virginis Genuinum, hoc est, de Nativitate. Genuinus natalis dies*, in

Digitized by Google

leg. 11. et 17. Cod. Th. de Proximis, Comitib. etc. (6,26.) quo quis in lucem editus est. Itaetiam usurpat Silvius in Laterculo apud Bollandum. Vide Dissertationem nostram de Nummis Imper. Byzant.

¶ 2. **GENUINUM**, Quod generat. Otto Frising. Episc. lib. 1. de rebus gestis Friderici I. Imp. cap. 5. apud Murator. tom. 5. col. 642 : *Quicquid est, Genuinum est, aut nativum, sicut autem Genuinum non potest esse non simplex, et, ut ita dixerim, non singulare, non solitarium; ita nativum non potest esse non compositum, non conformè, non concretum. Primo ergo videamus quid Genuinum, quid nativum appelletur, ut exhinc horum sensus verborum facilius appareat. Genuinum dicitur tanquam generans, et non genitum, id est, carens generatione. Nativum velut natum aut genitum descendens a Genuino, unde Plato : Est igitur, ut mihi videtur, in primis dividendum, quid sit quod semper est, carens generatione; quid item quod gignitur, nec est semper.*

3. **GENUINUM**. Sextus Platonicus lib. 1. de Medicina Animal. cap. 1. n. 14 : *Patellam cervinam, hoc est, Genuinum, si tecum habeas, non surgunt inguina, etc.* Cap. 5. n. 22 : *Genuinum capræ si stercori commisceas, etc.* Ubi Humelbergius per *Genuinum*, testiculos, aut naturam, aut tale quid intelligi putat : observatque a Celso lib. 8. cap. 1. *patellam* appellari commissuram femorum osse parvo, molli et cartilaginoso tectam. Vide *Patella*.

GENUISCISSIO. Vide *Expeditatio*.

1. **GENUITAS**, Genus, natales. Monachus Elnonensis in Vita S. Eusebiæ Virg. : *Quantum ad Genuitatem, nobilissimæ conditionis.*

¶ 2. **GENUITAS**, pro *Ingenuitas*. Leges Caroli M. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 102 : *De mannier vero nisi de Genuitate aut de hæreditate non sit opus observare, et ceteris vero causis per districtionem Comitis ad mallum veniant, et juste examinentur ad justitiam faciendam.* Codex Estens. habet : *De maniere vero nisi de ingenuitate, etc.* [** Carol. M. 77. e Capitul. Mabill. 1. cap. 13. et 3. cap. 6. ubique *Ingenuitate*.]

GENULLUM, Idem quod *Genuculum* 2. Filii, posteritas, hæredes, etc. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ 1247. f. 8 : *In introitu judicii debet dare secundum Forum illi, qui possidet hæreditatem illam, bonam et sufficientem fidantiam de redra per se, et per suum Genullum, talem, qualem judicat Forus. Quod si illo judicio fuerit victus ille petitor, ipse aut aliquis de suo Genullo nunquam petat, nec moveat causam in hæreditate, quam petit, etc.* Fol. 15 : *Ille qui petit, debet dare sufficientem fidantiam per se, et per suum Genullum.*

* 1. **GENUS**, Exemplar ad quod pondera et mensuræ exiguntur, unde alia quasi generantur, Gall. *Etalon*. Libert. Montis-oliv. ann. 1312. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 500. art. 4 : *Quod consules possint et debeant tenere in domo communi Genera pensorum seu mensurarum, etc.*

* 2. **GENUS**, Gener, Gall. *Gendre*. Reg. feud. Aquit. sign. JJ. rub. in Cam. Comput. Paris. fol. 28. v° : *Rex mandabat exercitum Aldeberto vel suo generi; idem Aldebertus vel suum Genus mandabat uni de Clayrac vel de Podio acuto, quod iret secum, quia rex mandaverat sibi exercitum.*

GENZIVA, Gingiva, ex Gallico *Gencive*. Warnerius MS. in Caprum Scottum Poetam :

Stercore Genzivas atque habeas humidas.

Infra :

Gengivas perdas frustra terendo tuas.

* **GEODUS** *vel* **GYODUS**, *Alexandro, Humor est terreus*. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

* **GEOGRAPHARE**, *Describre terre*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

GEOLA, **GAOLA**, Carcer, nostris *Geole*, vel *Gayole*, qua voce *Caveam*, qua includuntur aves, etiam Picardi nostri nuncupant. Sed et *Geola* ex *Caveola* formatum supra indicavimus in *Cavea*. [Præceptum Caroli Pulcri Franc. Regis ann. 1322 : *Per Nos etiam ordinatum fuerit, ut scripture, sigilla, scribanie, stilli, memoralia processuum, Geole... et alia ejusdem... ad firmam et cum inchariamento tradenda exponantur et vendenda.* Occurrit rursum infra.]

GAOLA. Monasticum Anglicanum tom. 1. pag. 242 : *Justitiarius Regis per breve Regis deliberavit Gaolam Ramesiæ... de multis latronibus, etc* Occurrit apud Will. Thorn pag. 2022. Bractonum, in Fleta, et apud JC. Anglos passim. Le Roman *de Rou* MS. :

Fu trouvé mort en la Gaole
Grimont, si en fut grant parole.

GAYOLA, apud eumdem Thorn pag. 1945. *Gayole*, in Charta Gallica ibid. pag. 2205. *Gayole d'un molin à vent*, in Consuet. Atrebatensi art. 145. Charta Philippi Ebroicensis ann. 1320. pro Incolis Mellenti in Tabulario Prioratus S. Nicasii fol. 72 : *Les habitans de la ville de Meulent et de Muriaux ne seront pas tenus à gaitier la ville, mais s'ils veulent ils la gaiteront : et si n'est pas nostre entente, que ils gaitent, ne soient tenus gaitier nos prisonniers estans en nostre Geole de Meulent ou des Muriaux, etc. Avis cantans in Gayola*, in Foris Aragon. Oscensibus ann. 1247. f. 36.

GAOLA DELIBERANDA, Practicis Anglis dicitur, cum judex in carcerem publicum pergebat, ibique incarceratorum causas discutiebat, et a carcere liberabat. Vide Brittonum pag. 2. 18. 44. 72.

GEOLAGIUM, Carcerarium, seu, quod Commentariensi vel *Geolario* præstatur ab incarceratis pro victu et portu. In Edicto Ludovici Hutini 1. April. anno 1315. pro Occitaniæ incolis, cavetur, ne quis innocens probatus, in carceribus, sub prætextu *Geolagii seu carcerarii* detineatur. Occurrit etiam in Concilio Bituricensi ann. 1336. cap. 12. Vide *Carcerarium*.

GEOLARIUS, Custos *geolæ*, seu carceris, nostris *Geolier*. Charta Decani Autisiod. ann. 1280 : *Solvere tenebuntur Geolario nostro, sive custodi carceris, 100. sol. etc. qui etiam Geolarius habebit 4. denarios a quolibet, qui ibi incarcerabitur, qui incarceratos custodiet nomine nostro, et periculo suo.* [Rursum occurrit in Edicto Caroli Pulcri Franc. Regis ann. 1325.] Jacobus Gothofr. ad Cod. Theod. perperam quasi *Janicularium* dictum putat.

* Cum *viario* apud Silvanectum confunditur, ex Charta Ludov. X. ann. 1314. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 118 : *Nuper defuncto viario seu Geolario geolæ Silvanectensis, qui jure hæreditario viariam seu geolam loci ejusdem tenebat, officium viariæ seu geolæ hujusmodi cuidam alii concessimus.* Vide in *Geola*.

GAJULARIUS, Eadem notione, in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 86.

* **GEOLERUS**, Eadem notione. Lit. ann. 1316. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 344. art. 3 : *Dicti judex et bajulus deputabunt communiter notarios, servientes, Geoleros, et alios officiales et ministros regimini prædicto necessarios*. Vide infra *Gerlerius*.

* **GEOLARIA**, Jus, quod ex *geola* seu ab incarceratis domino feudi pensitabatur, nostris *Geollage*. Charta ann. 1342. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 551 : *Bassam jurisdictionem loci Agrifolii... dominus noster rex tenebat et possidebat, cum.... emolumentis, deveriis, ... notaria, sergenteria, incantatura, Geolaria, messaguaria, et omnibus aliis juribus.* Alia ann. 1516. in Chartul. Latiniac. fol. 244. r° : *Le Geollage dudit Lagny, qui vault par an dix livres Tournois.* Vide *Geolagium* in *Geola*.

¶ **GEOMANTIA**, γεωμαντία, Divinatio e terra, Isidoro lib. 8. cap. 9. Vide *Geumantia*.

¶ **GEOMANTICUS**, Qui divinat e terra, in Chronico Richardi de S. Germano apud Murator. tom. 7. col. 1023 : *In his enim nobiscum concordes sunt omnes Astrologi et Geomantici, etc.*

¶ **GEOMETRICALE OPUS**, Geometricum, ad geometriam pertinens, apud Lambertum Ardensem tom. 8. Reliq. MSS. Ludewig. pag. 599.

¶ **GEOMETRICARE**, Mensurare, ibidem.

¶ **GEON**. Chronicon Fontanell. apud Acherium tom. 3. pag. 191. cap. 6 : *Ab austro item maximus fluviorum Geon, qui et Sequana, commerciis navium gloriosus, abundantia piscium præstantissimus, distans ab eodem Cœnobio passus octingentos.* Sic rursum appellatur Sequana ibid. pag. 190. per allusionem, ut puto, ad fluvium *Gehon*, de quo Gen. 2. 13.

* **GEORGERIA**, pro *Gorgeria*, Armatura qua guttur tegitur. Vide in hac voce. Libert. Brianc. ann. 1343. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 727. art. 12 : *Et omnes de dicto numero cum propunctis, Georgeriis, bacignetis alberjonatis, etc.*

GEORGIANI, Christiani populi, Persis, Medis, et Assyriis contermini, sic nuncupati, *quod S. Georgium, quem in prœliis suis contra gentem incredulam advocatum habent, et patronum, et tanquam signiferum, cum summa reverentia colunt et adorant, et præ aliis sanctis specialiter honorant.* Ita Jacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 79. ubi plura de Georgianis. Adde Leunclavium in Pandecte Turcico n. 3.

* **GEORSE**. Libert. S. Marcel. ann. 1343. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 381. art. 12 : *Qui Georse degeraverit requisitus super aliquo veritatem confiteri, vel aliter, arbitrio judicis relinquatur.* Hic cæcutire me fateor; an pro *in judicio*, vel *coram judice*? [** Forte *vero se*.]

GEQUARIA, Κοιλίματα ὄρνιθος, in Glossar. Gr. Lat. forte *Zizeria*.

Digitized by Google

1. **GERA**, pro *Hiera*, ἱερά, *dicta quasi divina, confectio medicinalis est.* Papias. Vide *Girapigra.*

* Vita S. Joan. Laudun. episc. tom. 3. Sept. pag. 163. col. 2 : *Sic quod nequivit pigra, perfecit Geru.* Adagium est, inquiunt docti Editores, quo auctor videtur dicere voluisse : Quod non potuit amara medicina seu increpatio, effecit suavis, sancta scilicet humilitas.

* 2. **GERA**, *La zanza*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Culex, Gall. *Cousin.*

¶ **GERACIS**, a Græco ἱέραξ, Accipiter. Agnellus in Vita S. Theodori Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 150. col. 2 : *Iste in sua sede, ut lupus in grege, leo inter quadrupedia, Geracis inter volatilia, porcella in maturis fructibus.*

GERADA. Speculum Saxonicon lib. 3. art. 15 : *Qui expeditorias res, hoc est, arma bellica, postulet, agnatus ex parte gladii esse debet, ad utensilia vero seu Geradam, cognatus, i. ex parte fusi seu mulieris duntaxat admittitur.* Quod vero hic *Gerada* appellatur, Wichbild Magdeburgense art. 23. 26. 57. 58. *Paraphernæ* nomine donat, aitque, eo vocabulo intelligi *omnes vestes muliebres, incisos pannos, et tela itidem cæsa ad usum mulieris, et ea, quæ pro ornatu deferre solent mulieres, etc.* Vox orta ex German, *Ghereed*, apparatus. Exstat porro tractatus Andreæ Goldberti de successione Geradæ Saxonicæ Edit. Jenæ 1607. Vide præterea Joan. Stiernhookum lib. 2. de Jure Sueonum vetusto pag. 199. [**Eichhorn. Instit. Jur. priv. Germ. § 336. Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 566. Haltaus. Glossar. Germ. voce *Gerade*, col. 660.]

* **GERADICÆ** Res, idem quod *Gerada*, Omnis generis utensilia usui ornatuique muliebri inservientia, sic appellari solent in jure Saxonico. Vide Acta Lisp. ann. 1718. pag. 95. *Geræthe*, utensile, supellex, apud Eccard. in notis ad Leg. Ripuar. tit. 64.

* **GERAMEN.** Paltr. Chron. Austr. ad ann. 1390. apud Pez. tom. 1. Script. rer. Austr. col. 728 : *Fuit in Austria unum Geramen, hoc est, consilium secretum, ita quod convocaverunt nobiles et villanos superiores ad unum locum, etc.*

* **GERANIUM**, Grus, machina, Græcis recentioribus γεράνιον. Chron. Noves. ad ann. 1369. apud Marten. tom. 4. Ampl. Collect. col. 588 : *Eodem tempore primum Gerania vel tympana in usum apud Rhenum veniebant, quando vina vel alia ad clerum necessaria ex navibus in littus extrahebant, mercedem poscebant. Jus Geranii*, apud J. H. *Born* de Jure stapulæ tom. 6. Bibl. Germ. pag. 176.

¶ **GERANNOSUS**, *Sacerdotalis morbus, is et Comitialis dicitur.* Papias. In MS. Bituric. *Geranoses.* Gr. ἱερὰ νόσος, Sacer morbus.

¶ **GERANOPEPAN.** Vide *Pipizo.*

GERAPICRA, Gerapliega. Vide *Girapigra.*

GERARGHA, pro *Ierarcha*, apud Petrum Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 125. Habetur etiam apud Joan. de Janua. Ita Itali *Gerarca*, et *Gerarchia* efferunt. Glossæ MSS. : *Gerarchia, Sacerdotii principatus.*

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Gerarcha, saint prince. Gerarchia*, pro Hierarchia, in Lit. procurat. abb. et convent. B. M. de Castriciis dicec. Catal. ann. 1311. Italis, *Gerarca* et *Gerarchia*, iisdem notionibus. *Gieraucie*, pro *Hierarchie*, Theologis, Angelorum chori seu ordines, in Chron. Bert. Guescl. MS. :

De par moi leur direz, et de ce vous deprie,
Que du pouvoir de Dieu et de sainte Marie,
De saintes et de saints qui sont en tronisie,
D'Angles, d'Archangles et de la Gieraucie, etc.

¶ **GERAVERA.** Vide *Flosega.*

1. **GERBA**, [f. pro *Herba*, Locus herbosus.] Charta anni 1041. apud Aug. *de la Chieza* in Histor. Eccl. Pedem. cap. 19 : *Cum silvis, montibus, collibus et vallibus, Gerbis, aquis, molendinis, lacubus, paludibus, etc.* Alia Conradi Imper. apud eumdem pag. 224 : *Et vineas cum areis suis, terris arabilibus, pratis, Gerbis, silvis.* Alia anni 1029. apud eumdem pag. 241 : *Sicut continentur in sediminibus, locis, vineis cum areis suis, terris arabilibus, capellis, pratis, Gerbis, pascuis, silvis, etc.* Charta ann. 1042. apud Guichenonum in Bibl. Sebus. Cent. 1. cap. 84 : *Mensura terræ hujusmodi est, tam de vineis, et terris arabilibus et pratis quingenta et 24. jugera suis locis disposita; de Gerbis et silvis sexcenta jugera.* Pactum inter Thomam Comitem Sabaudiæ et Abbatem Pinarolens. ann. 1246 : *Terræ, prata, nemora, Gerbi, etc.* Adde tom. 3. Ughelli pag. 415. et Franciscum Mariam in Mathildi Comitissa lib. 3. pag. 157.

¶ 2. **GERBA**, Spicarum manipulus, Gallice *Gerbe.* Occurrit passim. Hinc *Gerbagium, Gerbaria, etc.* Vide *Garba.*

* **GERBA** Libertatis, Quæ in signum concessæ libertatis domino a manumissis præstabatur. Charta capit. Aurel. pro manumis. hom. Stamp. ann. 1224. ex Cod. reg. 8542. 6. [** Ordinat. reg. Franc. tom. 11. pag. 322.] : *Unam gerbam habeamus a nobis numerandam et eligendam, et per cultorem agri ad nostram grangiam deportandam, quæ appellabitur Gerba Libertatis.*

* **GERBAGUM**, pro *Gerbagium*, Præstatio gerbarum in pecuniam conversa. Reg. S. Justi in Cam. Comput. Paris. fol. 186. v° : *Item l. gallinæ et pro Gerbago, xxv. sol.* Vide in *Garba.*

GERBARIA, Gerberia, Vide *Garba.*

* 1. **GERBERIA**, Eodem intellectu. Locus est in *Garba.* Nostris *Gerberie.* Charta Odon. ducis Burg. ann. 1325. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 43 : *Item la Gerberie, c'est assavoir de chascun feu deux gerbes; et se il a une beste à charrue, il en doit trois; et se il a trois beufs, il doit trois gerbes; se il en a six, il en doit six.*

* 2. **GERBERIA**, Congeries et acervus gerbarum. Stat. Perus. pag. 51 : *Si quis ignem imposuerit malitiose in tecto, vel feno, vel in giavellis, vel in Gerberiis, solvat pro banno libras decem.* Vide mox

* **GERBERIUS**, Pari significatu, nostris *Gerbier.* Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 462 : *Cum die quadam Raymundus Albesii in quodam campo quædam animalia lanosa custodiret, Bernardus et Deodatus Martini venerunt ad ipsum, juxta quendam Gerberium frumenti .... sedentem.* Aliæ ann. 1460. in Reg. 190. ch. 172 : *Guischart Traffoy .... s'en ala en ung champ .... où estoient quatre Gerbiers, ... esquelz il mist le feu.* Vide supra *Garberius.*

¶ **GERBIDA** Terra, f. pro *Herbida*, id est, Terra ubi herba vel gramen solum crescit. Charta commutationis ann. 965. apud Murator. tom. 2. pag. 421 : *Tradidit dominus Luitprandus Episcopus eidem Pauloni negotiatori in commutationis causa, id est, petia una de Terra Gerbida* : quæ posteriora verba rursum repetuntur inferius, nullo adjecto, unde vera notio certo possit erui. Vide *Gerba* 1. *Herbidare.*

* Ager pascuus. Charta ann. 1033. apud eumd. Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 16 : *Ubi vitis estant seu pratis atque terris arabilis, Gerbidis et buscaleis, seu silvis cum areis illorum.* Vide mox

* **GERBINA** Terra, Eadem notione, in Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 173. ex Cod. reg. 4624 : *Omnes.... habentes possessiones seu terras boschinas et Gerbinas, tam in montibus quam in planicie, etc.* Vide infra *Gerbum.*

* **GERBORA**, idem quod *Gerba*, Rei cujusvis manipulus, fasciculus. Stat. Montis-reg. pag. 312 : *Item pro quolibet centenario Gerborarum scaciorum, solvat duos denarios.*

* **GERBUM**, Ager graminosus et pascuus. Stat. Taur. ann. 1360. cap. 119. ex Cod. reg. 4622. A : *Item quod homines Taurini et districtus possint sine aliqua pœna pascuare cum eorum animalibus in paschis et Gerbis illorum de Droscio.* Ibid. cap. 199 : *Illi qui dicta Gerba vel pascua tenuerint, ... teneantur dare communi pro singulis et singulis jugeribus Gerborum et pascuorum denarios duodecim.* Vide supra *Gerbina terra.*

¶ **GERCIS**, Agna, ut mox *Gergia* et *Germgia.* Chartularium SS. Trinit. Cadom. fol. 45 : *Instauramentum hujus villæ est* VIII. *boves... septem viginti oves matres adpreciatas* IV. *den. et* LX. *et* XII. *inter Gerces et hogastres.* Vide *Jercia.*

GERDIUS, Textor. Hesych. : Γέρδιος, ὑφάντης. Gloss. Lat. Græc. : *Textor*, γέρδιος. Glossæ Gr. Lat. : Γερδία, *Textrix*, Γέρδιος, ὑφάντης, *Textor*, Glossæ aliæ, cap. de Navigatione : *Textrinum*, γερδόπειον. Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2062 : Γέρδιος, ὁ ὑφαντὼρ, καὶ παρ' ἡμῖν ἡ γερδίς. Eadem habet Suidas. Infra : Γερδία, ὑφάντρια, ἀπὸ ἐπὶ τῆς γῆς ἕδους, ἐ ἐστι καθέζεσθαι. Rursum ex Psello, ὁ γέρδης, ὁ ὑφάντης. Jul. Firmicus lib. 8. Matth. cap. 25 : *Textores faciet, Gerdiosque, sed quorum animi insaniæ valetudine quatiantur.* Vide Gloss. Meursii, et mediæ Græcit. col. 245. voce Γέρδης.

¶ **GEREFA**, Anglo-Saxonibus, Vicecomes. Ita Hickesius Dissert. Epist. pag. 4. Sed in Legibus Edwardi Confess. cap. 35. ut et ipsius ætate, per hanc vocem designabatur quicumque fungebatur officio alicujus præfecturæ, *sicut*, inquit, *modo vocantur Greve, qui super alios præfecturas habent.*

* **GEREN.** Gloss. Cæsar. Heisterbac. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 671. col. 1 : *Solvit ..... perti-*

Digitized by Google

cas, virgas, cc. Geren vel kembeln, quibus venna paratur. Vide infra *Gerten.*

¶ **GERFALCHUS, GERFAUDUS,** Æsalonis seu accipitris species major, Gallis *Gerfaut.* Instrum. anni 1318. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 177. col. 1 : *Item Galioto falconerio suo Gerfaudus detur, et viginti quinque libræ. Gerfalchus* legitur apud Spelmann. in v. *Acceptor.* Vide *Gyrofalcones.*

GERGENNA, Vasis species, apud Adamnanum in Vita S. Columbæ, [vel potius, ut exponunt Bollandistæ tom. 2. SS. Junii pag. 217. Ferrum aut lignum teres, quo per duas ansas transmisso operculum firmatur ne excidat : *In dorso portans vasculum novo plenum lacte... quod illico valde concussum est, Gergennaque operculi per sua bina foramina retrusa longius projecta est; operculum terra tenus cecidit, lac ex majore mensura in solum defusum est.*] Glossæ Saxon. MSS. apud Somnerum : Sticca, *Gergenna.*

¶ **GERGIA,** ut infra *Germgia.* Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 128. v°. col. 1. [** Br. 25. sect. 3.] : *Pro hoc accipiunt ad tertium annum Gergia, et de curte dominica trahit fumum.*

* **GERGOMETUM,** Vappa, vinum deterioris conditionis, f. pro *Gergomerum.* Acta B. Jac. Mevanat. tom. 4. Aug. pag. 729. col. 2 : *Ordinaverat ut de quadam vegete, quæ sola vinum bonum continebat, aliis Gergometum* (distribuens), *nulli daret . . . Cum beatus vir ab ea vinum pro ædificatoribus ecclesiæ postulasset, illaque diceret, quod totum Gergometum erat, una vegete excepta, etc.*

¶ **GERGONIUS,** Agillimus. Papias : *Gergos, Agilis; Gergonius, Agillimus, Græce.* Legendum *Gorgonius* a Græco γοργός.

* **GERHARE.** Vide supra *Genhare.*

¶ **GERIA,** Vide *Geronticon* et *Placitum* lin. *Est etiam Placitum exactio, etc.*

* *Gery,* Arboris nomen apud Normannos. Lit. remiss. ann. 1412. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 364 : *Un arbre, appellé ou pays* (Normandie) *Gery.*

¶ **GERICONTINUM,** *Murum, mundi ambitum,* apud Papiam. Gloss. MSS. Sangerman. : *Gericontinus, Murus, mundi ambitus.*

GERIMA, [Manipulus.] Vide *Gelima.*

* **GERITTE.** Gloss. Cæsar. Heisterbac. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 670. col. 2 : *A primis ecclesiæ nostræ fundatoribus, id est, Pippino et Karolo Magno ejus filio, possessiones nostræ ecclesiæ ac bona ab omnibus potestatibus secularibus sunt exemta : quæ potestates vulgariter appellantur pelline, ... Geritte.* Forte Jus utensilia et supellectilem exigendi. Vide supra *Geradicæ res.*

* **GERLA,** Lagena, vas vinarium; item, Corbis species, Ital. *Gerla,* ea notione. Testam. Poncii de Pratocomit. ann. 1402. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xxj : *Item do et lego . . . . tinam meam et Gerlam meam et omnia vasa vinaria mea.* Charta ann. 1404. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 180. col. 2 : *Debeat levari et exhigi pro qualibet saumata Gerlarum dumtaxat unus denarius.* Vide supra *Gella* et infra *Gerula* 2.

¶ **GERLANDA,** ut *Garlanda,* Gall. *Guirlande.* Constitutiones Frederici Regis Siciliæ cap. 95 : *Item uxores tantum Militum possint portare Gerlandam imperlatam et cum gemmis et auro, sicut voluerint, non tamen ultra mensuram digitorum duorum per latitudinem, et quod in Gerlandis ipsis non sint aliquæ mergulæ sub pœna unc. 12.*

* **GERLENDA,** Coronula, sertum, ornamentum muliebre, idem quod supra *Gallanda.* Stat. Baln. MSS. ann. 1344 : *Item quod nulla mulier vana sit ausa portare aliquam Gerlendam, neque velum in capite, etc.* Vide *Gerlanda.*

* **GERLERIUS,** perperam pro *Geolerius,* vel *Geulerius,* Custos *geolæ* seu carceris. Pariag. inter reg. et episc. Mimat. ann. 1306. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 157. col. 1 : *Illi vero baillivus et judex eligent subvicarios, Gerlerios, servientes, et alios officiales seu ministros ad excertionem communis juridictionis, quos noverint opportunos.* Vide supra *Geolarius* et infra *Geulerius.*

* **GERLONUS,** Corbis species, Italis *Gerla.* Comput. ann. 1405. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 182. col. 2 : *Pro uno Gerlono cum corda pro reclusa, ij. solidos, viij. denarios.* Vide supra *Gerla.*

** **GERMANI,** Arimanni. Vide Savin. Histor. Jur. Rom. tom. 1. § 56. infra *Herimanni.*

¶ **GERMANICA FRACTURA,** Scripturæ genus. Vide *Scriptura.*

GERMANITAS, Titulus honorarius in Epistolis Episcoporum invicem sibi scribentium, apud S. August. Epist. 19. 97. 106. Vide *Fraternitas.* [** Inde *Germanitas episcoporum* pro Cœtu episcoporum in Annal. Hildesh. apud Pertz. Script. tom. 3. pag. 100 : *Generali ibidem sinodo præsedit, in qua Germanitas episcoporum priora decreta redintegravit.*]

GERMANITAS, Societas, communio bonorum, qualis est inter germanos vel fratres. Observantiæ Regni Aragon. lib. 5. tit. de jure dotium, § 19 : *Propter Germanitatem factam inter virum et uxorem, superstes non amittit viduitatem, nisi expresse renuntiet eidem.* Lib. 9. tit. *Declarationes Monetatici* § 3 : *Si duo faciunt de bonis quæ habent, vel in posterum habebunt, instrumentum Germanitatis, si solvet unum Morabetinum, dicimus, quod ex quo semel fratres bona diviserint, licet postmodum inter se fecerint communionem bonorum, et societatem, tenetur quilibet unum Morabetinum solvere.*

** **GERMANITER.** Rhythmi de S. Otmaro apud Perzt. Script. tom. 2. pag. 55 :

Cespite junguntur, Germaniter inde coluntur.

Ubi glossa : *quasi duo germani.*

GERMANITUS, ἀδελφόθεν, in Gloss. Græc. Lat. [*Alicui amicus esse Germanitus,* apud Nonium num. 381. *Germanitus suscipi,* apud Mabill. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 189.]

¶ **GERMIGIA,** Agna, ovis quæ nondum parit, Picardis, *Germe.* Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 3 : *Habet in Gaugiaco mansos ingenuiles* XII. *qui solvunt... multones* C. *ad tertium annum Germgias* LXXXVIIII. *ad quartum annum porcos de denariis quatuor* LXXXVIIII. Fol. 24. v° : *Sunt in Vedrarias... qui solvunt ad tertium annum multones* CLVIII. *ad tertium annum Germgias* LXXVIII. Fol. 73 : *Solvit... propter herbaticum Germgia* I. Et fol. 86. v° : *Germgia* I. *cum agno.* Vide *Gercis,* [** *Gergia, Jermgia,* et Indic. Polypt. Guerardo est Ovis quæ semel tantum peperit. Brev. 16. sect. 22. pag. 182 : *Ad tertium annum Germgia* I. *cum agno.*]

¶ **GERMIA,** Eadem notione. Idem Codex fol. 22. v° : *Winegarius.... solvit ad hostem multonem* I. *ad tertium annum in herbatic. dimidiam Germiam.* Ibid. fol. 20 : *Propter herbaticum Germia* I.

* Redit. comitat. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. : *Et s'il n'i avoit castre, le Germe antenoise; et s'il n'i avoit Germe, le brebis.*

* **GERMOTA,** f. Manipulus, fascis, vel mensuræ species. Arest. ann. 1364. 15. Jun. in vol. 5. arestor. parlam. Paris. : *Plena mina avenæ ad mensuram avenæ de Asyaco, cum ducentis et quinquaginta Germotis vessiæ.* Vide supra *Gelima.*

GERMUNDUS, Navis species, *Germe,* nautis. Gaufredus Malaterra lib. 2. cap. 8 : *Nostri denique tantummodo Germundos et Galeas, Sicilienses vero cattos, et golafros, et dromundos, sed et diversæ fabricæ naves habebant.* Σίρμονας, naves sic dictas memorat Anna Com. in Alexiade pag. 91. Sed an eædem cum *Germundis,* non ausim definire. Vide Itinerarium Vincentii *le Blanc* ult. Edit. Paris. part. 2. pag. 117. Rabanus Maurus in Poemate ad Gerhoum alludens ad ejus nomen, videtur vocem *Gerhoh,* sagittam priscis Teutonibus dictam, indicare, qua etiam, nostris, navis genus appellatum constat, uti in voce *Sagitta* docemus.

GERNARIA, apud Petrum de Crescentiis lib. 9. cap. 66 : *Et eorum fimus stercorandis agris et arboribus vineis, et imbuendis Gernariis, et quibusdam vasibus et canistris.* Ubi vetus Gallicus Interpres : *Et estouper Greniers et autres plusieurs vaisseaux.* Unde videtur legisse *Granariis.*

* Vocem non intellexit vetus Gallicus Petri de Crescentiis Interpres, ut opinor; *Gernaria* enim vel potius *Gerlaria,* vasis genus videtur, quod *Jarre* et *Giarre* appellamus. Vide suprà *Gerla.*

¶ 1. **GERNARIUM,** ut infra *Granarium,* Gall. *Grenier.* Charta Thomæ *Adam* in Chartulario S. Fromondi : *Tenemur reddere annuatim... Priori et Conventui S. Fromondi* XIV. *boissel. frumenti ad magnam mensuram Gernarii sui*

* 2. **GERNARIUM,** Ossuarium, locus ubi ossa mortuorum reponuntur, Germ. *Gernerhus,* Gall. *Charnier.* Charta ann. 1290. ex Lib. sal. eccl. S. Thom. Argentor. fol. 41 : *Et ossa in Gernario positorum, etc.*

¶ **GERNATUS,** Hians. Processus de Vita S. Yvonis tom. 4. Maii pag. 569 : *Et adveniente circa mediam noctem, idem testis evigilans vidit in camera, per ostium apertum et Gernatum, tantum lumen et claritatem, quod visum fuit ei, quod incenderetur tota domus.*

GERNOBADA, GERNOBADATUS. Vide *Grani.*

* **GERNUS,** Gener, ni fallor, Gall. *Gendre.* Charta ann. 1148. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 427 : *Ipsæ*

Digitized by Google

vineæ sunt in pago, qui vocitatur de Medina, quas plantavit ad medias Zalema et suus Gernus Masomar Dantudo. [** Hisp. *Yerno.*]

* **GERO**, *Zanzatore.* Glossar. Lat. Ital. MS. Vide supra *Gera* 2.

GEROCOMIUM, ex Græco γηροκομεῖον, Locus ubi aluntur senes, in Vita S. Euphrosynæ Virg. n. 8. in Vitis Patrum. Glossæ MSS. : *Gerotomium, vel Gerocomium, domus, in qua pauperes, ac propter senectutem infirmi homines curantur.* Anastasius in Gregorio II. PP. : *Hic Gerocomium,* [MS. apud Murator. *Grocomium*] *quod post absidam S. Dei Genitricis ad Præsepe situm est, Monasterium instituit, etc.*

Gerontocomium, γεροντοκομεῖον, *Locus venerabilis, in quo pauperes et propter senectutem solam infirmi homines curantur,* [lib. 2. Capitul. cap. 29. et] apud Julianum Antecess. Constit. 7. Ex eo hausit, quæ in hac voce habet Papias, [et Joan. de Janua, qui habet *Gerontecomium.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Gerontocomum, Hospital pour vieilles gens.*] Gregorius M. lib. 12. Epist. 16 : *Cognovimus lectos vel lectisternia in Gerontocomio, quod a quondam illic Isauro constructum est, deesse.* Atque sic accipienda vox *Jerocomium,* in Vita S. Euphrosynæ cap. 7. in Vitis Patrum, ubi perperam Rosweidus existimavit locum esse, ubi curabantur, qui ἱερᾷ νόσῳ laborabant. *Diversorium senum* in Monasteriis agnoscit Petrus Diac. lib. de Miracul. S. Benedicti Casini patratis num. 29. Discrimen vero inter γηροκομεῖον, et γηροτροφεῖον, ponunt Grammatici, quod istud ampla, hoc minor ædes sit, in qua aluntur senes. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062 : Γηροκομεῖον, μέγα, γηροτροπεῖον, μικρόν. Sed videtur legendum γηροτροφεῖον. Hesychius : Γηροκόμος, γηροτρόφος. De Gerontocomiis, et Gerotrophiis Constantinopolitanis agimus in nostra CP. Christiana.

¶ **GEROFALCO**, Æsalon, Gall. *Gerfaut,* apud Rymerum tom. 2. pag. 1075. Vide *Gyrofalcones.*

GEROFANTES, pro ἱεροφάντης. Vide in *Chaldæi.*

GEROFUTILIS. Gloss. Gr. Lat. Ἀχρήσιμος, *Inutilis, incommodus, Gerofutilis.* Editum habet tantum *futilis;* sed legendum, *Gerro, futilis.*

GEROLDINGA, Mali seu pomi species, in Capitulari de Villis cap. 70. [** *Poma Geroldinga* in Ecbas. vers. 1026.]

¶ **GEROLUS**, pro *Gerulus*, Qui gerit, apud Mabillonium Liturg. Gallic. pag. 316.

GERONTES, ex Gr. γέρων, Senex. [Jo. de Janua : *Geron, Sacrum vel sanctum; unde hic Geron, tis, et hæc Gerunta, tæ, Senex vel Sacerdos : unde Geronteus et Gerontícus, Senilis vel sacerdotalis.* Perperam confundit ἱερόν, Sacrum, unde ἱερεύς, Sacerdos, et γέρων, Senex. Irrepsit eadem confusio in Glossas Lat. Gall. Sangerman.] Domnizo lib. 1. de Vita Mathild. cap. 2. de Presbytero :

. . . Forsan trahet hinc nos Domne Geronta.

Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 9. de Monachis :

Ter centum memini ter senos atque Gerontas.

Vide *Abbas, Senior Monasterii.*

¶ **GERONOPEPAN.** Vide *Pipizo.*

¶ **GERONTECOMIUM.** Vide in *Gerocomium.*

GERONTICON, Liber, continens vitas Patrum, seu *Seniorum*, de quo ita Joannes Antiochenus, editus a Cotelerio Regio Linguæ Græcæ Professore, cap. 5 : Ἡ πρώτως ἐν Αἰγύπτῳ συντεθεῖσα μεγίστη βίβλος τῶν ἁγίων γερόντων τῆς Σκήτεως, Θεοβαΐδος, καὶ Αἰθύης τὰς ἱερὰς πολιτείας, καὶ ἀποφθέγματα τούτων κατὰ στοιχείων ἐμπεριέχουσα. Hujus porro libri Latine editi a Rosweido, Græcum exemplar nactus idem vir doctissimus publicavit in tomo primo Monumentorum Ecclesiæ Græcæ, quem præterea consule in Notis pag. 795. [** Vide Glossar. med. Græcit. col. 247. in hac voce.] Charta Sisnandi Episcopi Iriensis æræ 952. apud Anton. *de Yepez* tom. 4. Chronici Ord. S. Benedicti : *Libros, unum Ordinarium, et unum Sacerdotalem, et unum Geronticum, tertium cum officio Passionis et Missæ ipsius Martyris, etc.* Charta Ordonii Regis Navarræ æræ 960. apud eumdem tom. 3 : *Textum Evangeliorum, Librum Regularum, Gera et officium Synonymarum, Epistolarum, et alium laterculum.* Ubi puto legendum *Geronticum.* Alia Sisnandi Episcopi Iriensis seu Compostellani æræ 952. apud eumdem tom. 4 : *Libros ordinum Sacerdotalium, primo Jeroncion* (melius *Jeronticon*) 1. *tertium cum suo officio.* Alia Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 930. tom. 4 : *Bibliotheca, Moralium, Dialogorum, Pastoralis, Ezechielem, Ethimologiarum, Sententiarium, Epistolarum,* * *ingeriarum,* * *geriaæ,* [*Ingerarium, geriæ,* tom. 3. Concil. Hisp. pag. 181.] *Historia Ecclesiastica, Eptamaron, Geronticon, Expositio Trinitatis, et Colationum.*

GERONTOCOMIUM. Vide *Gerocomium.*

¶ **GERONTUS**, Senex, a Græco γέρων. *Geronta nutrix,* in Actis SS. Junii tom. 2. pag. 302. de B. Bardone.

* **GEROPAPA**, *Digno sacerdote,* in Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Geroprepes.*

GEROPREPES, ex Græco ἱεροπρεπής, Sacer, divinus. Miracula S. Remacli cap. 6 : *Retulit se vidisse quemdam Geroprepem, vultum angelicum ac fulgidam speciem gerentem.* Lucianus Presb. de Inventione corporis S. Stephani : *Vidi virum senem, longum, Jeruprepem, hoc est, dignum Sacerdotem, canum, barbam prolixam habentem.* [*Hieroprepes*, apud Mabillonium in Onomastico part. 2. sæc. 3. Benedict.]

¶ **GERPIRE.** Vide *Guerpire.*

* 1. **GERRA**, pro *Guerra*, Bellum publicum vel privatum. Charta ann. 1186. apud Spon. tom. 2. Hist. Genev. col. 44 : *Tibi concedimus ut omnia feoda, quæ a manu tua tenebat, tibi judicialiter abdicata, in potestatem tuam libere recolligas, et partem ex eis strennuis et fidelibus viris, qui Gebennensem ecclesiam debeant et possint defendere, et absque omni dissimulatione prædicto hosti nostro Gerram facere, etc.*

* 2. **GERRA**, Errabunda, vagans Comœd. sine nomine act. 2. sc. 5. ex Cod. reg. 8163 : *Exuriant* (ancillæ) *farsitæ, stent Gerræ, agant inertes.*

* 3. **GERRA**, Clathrus. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Gerræ, circa altaria ferreæ, Prov. Cleda.*

¶ **GERRÆ**, *Crates vimineæ, Athenienses cum Syracusas obsiderent, et crebro Gerras poscerent, irridentes Siculi Gerras clamitabant, unde factum est, ut Gerræ pro nugis et contemptu dicantur.* Ita Festus, a γέρρον, Scutum Persicum e vimine contextum. Vide Martinium et Carolum de Aquino in Lexicis suis.

GERRIA. Vide *Jarria.*

¶ **GERRIRE**, Gestire, Luxuriari. Gloss. Lat. Gr. Sangerman. MSS. : *Gerrio, Gestio,* γρηνιῶ.

* **GERRULI**, Piscis genus. Tract. de Pisc. cap. 68. ex Cod. reg. 6838. C. : *Smaris, quem Plinius et Martialis gerrem appellant, Venetiis hodie giroli et Gerruli, in Gallia nostra et Hispania picarel vocatur, ob id quod salitus et fumo siccatus linguam pungit quadam acrimonia.*

GERSA, **Gersare.** Joannes de Garlandia in Synonymis Chymicis : *Gersa, id est, cerusa.* Joan. de Janua : *Gersa, blatea, unde Gerso, as, Ingerso, as, infuscare faciem, vel aliud, Gersa.* Catholicon Armoricum : *Babouïneff au visage. Gallice, Conchier le visage. Lat. Gersare, ingersare.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Gersa, la boe ou fange des souliés; Gersare, Torcher le visage.* Alibi : *Ingersare, Emboer, souiller.*] Nostri *Gerse*, vermiculum vocant, qui vestes ac libros rodit. *Teredinem* Latini. Vide *Garsa.*

Gersa, Equorum morbus. Jordanus Rufus Calaber MS. de Medicaminibus equorum lib. 1. cap. ult. : *Gersa est quædam mollis inflatio ad magnitudinem ovi, aut amplius, quæ tam interiori, quam exteriori parte nascitur in garectis.*

* **GERSINNA**, perperam pro *Gersuma* bis legitur tom. 11. Gall. Christ. inter Instr. col. 335. Locum vide in voce. *Gersuma.*

GERSUMA, **Gersoma**, et Saxonico gærsuma, Sumptus, expensæ, præmium, compensatio, opes, thesaurus : hæc enim omnia id vocabuli sonat. Sed apud Forenses Anglicos ut plurimum usurpatum legimus pro *fine*, seu pecunia, data in pactionem, et rei emptæ vel conductæ compensationem. Unde in venditionum formulis, et locationum chartis, hæc aut similia verba pro more inserta : *Pro tot solidis, vel tot libris, in Gersumam solutis vel traditis.* Vetus Charta apud Somnerum in Tract. *de Gavelkind* pag. 177 : *Et pro hac concessione dedit nobis prædictus Jordanus* 100. *sol. sterling. de Gersume.* Charta Fundationis Abbat. S. Stephani de Fonteneto in Normannia, in Regesto 106. Tabular. Reg. Ch. 370 : *Liberas et quietas ab omnibus servitiis et consuetudinibus atque Gersumis, et aliis querelis, etc.* Monasticum Angl. tom. 2. pag. 920 : *Pro hac autem emptione dedi prædicto Radulpho unam marcam argenti in Ghersam, et singulis ejus fratribus* 12. *den.* Ubi legendum *Gersumam.* Idem Monasticum tom. 3. pag. 126. : *Pro hac autem donatione . . . . dedit mihi dictus Dominus Gilbertus Cicestrensis Episcopus* 113. *lib.* 6. *sol.* 8. *den. præ manibus in Gersumam.* Adde pag. 226. Vitæ Abbatum S. Albani pag. 28 : *Datis ab ipsa eidem Abbati . . . tribus marcis auri in Gersoma.* [Occurrit iterum apud Kennettum Antiquit. Ambrosden. pag. 125. 178. 194. 225.

Digitized by Google

325. et *Madox* Formul. Anglic. pag. 182.]

GERSUMA præterea pro delicti compensatione interdum capitur. Rastallus in verbo *Childwit : Gersumam capere de nativa vestra imprægnata sine licentia vestra, quod dicitur Childwit.* Interdum pro quavis exactione. Idem Monasticum Anglicanum tom. 2. pag. 973 : *Absque retinentia cujuslibet consuetudinis sive servitii, seu alicujus Gersumæ, aut sæcularis exactionis.*

* **GERTEN**, Germ. Virga, pertica. Gloss. Cæsar. Heisterbac. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 669. col. 1 : *Curia de Denesbure et Hermansbanide adducent palos, id est quod vulgariter dictum stehohen, et perticas Gerten, etc.*

1. **GERULA**, Gestatorium instrumentum, quod ad dorsum gestatur, nos vulgo *Hottes* dicimus. In Chronico Windesemensi lib. 2. cap. 31 : *Trahas atque Gerulas et similia fabricando.* Lib. 2. cap. 46 : *Arenam et lapides ad structuram in Gerula comportando.* [Hofmanno *Gerula*, Vas vini est aut cujuslibet humoris capax, unde, inquit, *Gerlas* hodie Burgundi vocant vasa ampla lactis aut aquæ gerula ex ligno facta. Isid. : *Uri agrestes boves sunt in Germania, habentes cornua in tantum protensa, ut regiis mensis insigni capacitate ex iis Gerulæ fiant.*] Alias *Gerula* dicitur nutrix. Joan. de Janua. [Hanc a nutrice distinguit Hieronymus Epist. ad Lætam : *Nutrix ipsa non sit temulenta, non lasciva, non garrula, habeat modestam Gerulam, nutricium gravem.*]

* 2. **GERULA**, Vas vinarium definitæ capacitatis atque adeo mensuræ species. Stat. crimin. Riper. cap. 216. fol. 29. r° : *Teneantur et debeant justare et bullare .... unam mensuram de quolibet genere mensurarum, ... unam quartam a vino et mediam quartam, sive unam Gerulam, in qua sit media Gerula.* Vide *Zerla.*

* **GERULANUS**, Gerulus, Gall. *Portefaix. Corpus Gerulanorum*, apud Gudium ex vet. inscript. xxxij. 6. Vide indices pag. xxv.

GERULPHUS, Αυκάνθρωπος, Gall. *Lougarou.* Gervasius Tilleberiensis in Otiis Imperial. part. 1 : *Vidimus enim frequenter in Anglia per lunationes homines in lupos mutari, quod hominum genus Gerulphos Galli nominant, Angli vero Were-vulf dicunt. Were enim Anglice virum sonat, vulf, lupum.* Sic *Lou-garou*, dicitur quasi *Loup-warou*, lupus homo. [** Vide Grimmii Mythol. Germ. pag. 621.]

¶ **GESA**, GESARA, GESATÆ. Vide *Gessum.*

¶ **GESDIUM**, Isatis, glastum, Gall. *Guesde.* Polyptychus Fiscamn. ann. 1235 : *In duabus Ecclesiis de valle Rodolii percipit Abbas Fiscanensis annuatim in tribus festis annualibus medietatem panum et oblationum in denariis, et quatuor partes decimarum bladorum, et Presbyteri quintam, et similiter de Gesdiis.* Vide *Guaisdium.*

¶ **GESI**, Fortes viri. Vide *Gessum.*

¶ 1. **GESINA**, Puerperium, Gallis alias *Gesine*, ab antiquo verbo *Gesir*, Jacere. Tabular. S. Sergii Andegav. : *Et promisit ut faceret concedere uxori suæ, cum a sua Gesina levaret.* Inventar. Ecclesiæ Noviom. ann. 1419 : *Calix qui est de capella Gesinæ nostræ Dominæ.* Ibidem : *Pro imaginibus Dei et B. Virg. Matris suæ Mariæ à le Gesine.*

* Quo etiam nomine appellabatur convivium, quod in sua purificatione puerpera exhibebat. Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 359 : *L'exposant oy dire que icelle femme avoit esté à une Gessine, autrement nommée au pays* (Coutance) *cuffere.* Ab antiquo verbo *Gésir*, Jacere; quo etiam ad significandum puerperium et sepultum utebantur. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 105 : *Nul ne pooit entrer ens (mon paveillon) que il ne me veist Gésir en mon lit.* Libert. villæ *de Tannay* ann. 1352. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 60. art. 9 : *Se aucune femme bourgoise .... travaille ou Gist d'enfant, etc.* Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. ch. 372 : *En laquelle ville* (de Taruel) *ladite Marion avoit Jeu d'enfant, ... pour raison de sa Gésine, etc. Laquelle femme a Geu de enfant souvent*, in aliis ann. 1390. ex Reg. 138. ch. 204. Testam. Helvid. uxoris Joan. dom. de Insula ann. 1274. ex Tabul. Vallis N. D. : *Je vel Gésir ou Val Nostre Dame.* Bestiar. MS. :

Car nus n'a terme de sa fin :
Teus est mort, puis Gewi matin,
Que on pooit trover ersoir
Plain de santé et de pooir.

Vide infra *Gisare* et *Jacere* 4.

* 2. **GESINA**, Cessatio, Gall. *Chommage.* Redit. Ebroicæ in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 106. r°. col. 2 : *Gesina molendinorum per cretinam aquæ eveniens, debet restaurari illi, qui tenet molendina.* Vide infra *Jesina.*

¶ **GESMA**, pro *Gesina.* [* Uti etiam legitur in Cod. MS. earumd. Leg. Norman.] Leges Norman. cap. 37. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 242 : *Concesse sunt autem dilationes, que manifeste necessitatis excusationem pretendunt, ut viduitates, exercitus, Gesme et hujusmodi.* Ibid. cap. 43 : *Puerperii autem infirmitas, quæ Gesma vocatur, terminationem querelarum prorogat ac protendit.*

* **GESSA**, *Gallice, Jussarme, et dicitur a gerens*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120. Vide *Gessum.*

* **GESSIA**, a Gallico *Gesse*, Cicercula, leguminis species. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 118. v°. : *Dedit ... de feodo præpositali .... panicios, et Gessias, et vessias, etc.* Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 163 : *Le suppliant trouva en une piece de terre, ... qui avoit esté semée de Gesses, les chievres et berbiz de Bernard Garnier.*

* **GESSIDO**, Hostis, inimicus. Grad. Albiense xi. sæc. in festo Paschæ ex schedis D. *Le Beuf : Christus Patri obedivit usque ad mortem, et antiquum triumphavit Gessidonem.*

¶ **GESSARA**. Vide *Gessum.*

GESSEL. Vide *Gisil.*

¶ **GESSIÆ**, *Divitiæ*, in Glossis Isid. In Excerptis additur *Gazæ* : pro quo mendose scriptum putant *Gessiæ.*

GESSUM, GÆSUM, Gallis veteribus Hasta. Gloss. Isidori : *Gessum, hasta, vel jaculum,* δολίς. [apud Grævium, *Gesum, asta, etc.*] Servius : *Pilum proprie est hasta Romana, ut Gessa Gallorum, Sarissæ Macedonum.* S. Augustinus Locut. de Josue lib. 6 : *Septuaginta Interpretes, qui posuerunt Geson,* (Josue 8. 18.) *miror, si et in Græca lingua hastam vel lanceam Gallicanam intelligi voluerunt, ea quippe dicuntur Gesa.* [Papias : *Gesa, gladius; Gessaris, lanceis.* Gloss. Sangerman. MS. : *Gesara, lancea.*] Suidæ γαῖσα et γαισός, est εἶδος δόρατος. Alibi γέσον, ὅπλον ἢ κόντον μακρόθεν κεντοῦν interpretatur. Hesychio, γαισός, est ἐμβόλιον ὁλοσίδηρον, *Jaculum totum ex ferro.* Pollux lib. 7 : Δορύξους, δόρυ ὁλοσίδηρον, καλεῖται δὲ γαισός, καί ἐστι λιθυκόν. Ita apud Pausaniam in Atticis legendum monent viri docti, γαισός, ὁλοσίδηρον δόρυ. Ubi perperam γαῖος. Moschopolus : Γαισός, τὸ κοντάριον. Porro bina gesa in manibus gestasse Gallos, scribunt Nonius, Virgilius, Ovidius, Claudianus. Will. Brito lib. 5. Philipp. :

Clavam cum jaculo, venabula, Gesa, bipennem.

Matth. Paris ann. 1256 : *Cum jaculis .... Danisque securibus et Gesis ... hostiliter insequuntur.* Vide *Gisarma. Gesi* jaculum missile etiamnum a Vasconibus vocari, auctor est Oyenartus in Notitia Vascon. pag. 42. in Consuetud. Britan. art. 712 : *Goutiere ou Gesse pour porter les eaux communes.*

GALLIGESUS, *Vir fortis. Gesa hasta Gallorum lingua.* Ita Glossæ MSS.

¶ **GESATÆ**, *Mercenarii milites; Gesi, Fortes viri*, apud Sussannæum in Vocabulario.

1. **GESTA**, Acta publica, in quæ referebantur donationes, aut quævis instrumenta. Gloss. Lat. Gr. : *Gesta,* πεπραγμένα, χειροθέντα, ὑπομνήματα. Vigilius Tapsensis lib. 1. Contra Arium cap. 5 : *Venerandi Principis sacra, quæ lecta est, Gestis indatur.* Papianus lib. Resp. tit. 24 : *Gesta autem secundum locorum consuetudinem fieri placuit : nec interest, apud quem Defensorem fuerint celebrata, etc.* Occurrit non semel in Cod. Theod. et Justin. [** Vide Savin. Histor. Jur. Rom. med. temp. tom. 1. cap. 2. § 27. sqq.]

GESTA MUNICIPALIA. S. Augustin. Epist. 228 : *Legem .... qua concessum est eis, qui præcipiuntur ab aliqua Potestate judiciis exhiberi, ut ad Gesta Municipalia perducantur, atque illic interrogentur.* Adde Epist. seq. Vetus Charta apud Doubletum pag. 738 : *Præsentem vero donationem nequaquam a curialium vilitate Gestis Municipalibus alligare curavimus.* Adde Gregor. M. lib. 2. Epist. 9. lib. 7. Ind. 1. Epist. 6. Ind. 2. Epist. 72. 86. lib. 10. Epist. 12. lib. 12. Epist. 10. Vide *Allegare.*

GESTA EPISCOPALIA, quæ ab Episcopis conficiuntur, apud S. August. Epist. 90.

GESTA ECCLESIASTICA, *quæ in Ecclesia fiunt*, apud eumdem S. August. Epist. 75. 106. 110. lib. 2. Retract. cap. 8. Vide *Gestus*, 2.

GESTA PROCONSULARIA, apud eumd. S. Augustin. Epist. 172. 255. lib. 1. contra Parmen. cap. 11. lib. 3. contra Petilian. cap. 16. quæ *Proconsularia Archiva* dicuntur eidem, lib. 3. contra Crescon. cap. 62.

GESTA JUDICUM, apud eumdem S. August. lib. contra Parmen. cap. 12.

Digitized by Google

Gesta Præfectoria, apud eumd. S. August. Collat. 3. cap. 4.

2. **GESTA**, æ, Historia de rebus gestis. Versus Vitæ Caroli M. ab Eginhardo editæ subjecti, interdum præpositi, in Cod. Moissiacensi et Cæsareo :

Hanc prudens Gestam noris tu scribere, Lector,
Einhardum Magni magnificum Caroli.

Guillelmus Bibliothecarius in Stephano VI. PP. pag. 237 : *Sermonum librum unum, Gesturum librum unum, Evangeliorum librum unum, etc.* Infra : *Historiarum librum unum.* Paulo supra : *Prophetarum librum* 1. *Gestarum rerum libros duos.* Vide formulam 12. ex Baluzianis, et Capitul. Caroli C. tit. 51. initio, et ibid. ejusdem Baluzii Notas pag. 1285.

¶ Gesta, æ, Charta donationis. Privilegium Wifredi Comitis Barcinon. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 165 : *Hæc est Gesta, sive Charta, quæ fieri jussit Wifredus Comes de Alaudes S. Mariæ Monasterii Rivipullensis ad diem consecrationis S. Mariæ.* Ibid. pag. 166 : *Fastila Presbyter qui hanc Gestam vel donationem scripsit.*

* Charta Sancii comit. pro fundat. S. Severi in Vascon. : *Ipsi vero sapientes inquirebant si sanctus Severus Gestam vel passionem haberet scriptam. Inventum est a legentibus, quatenus qualiter a francigenis hominibus fuerat destructum.*

3. **GESTA**, Gestum, Flos, seu purgamentum recentis cerevisiæ, quo pistores panes leviores reddunt, Anglis *Gest*, Theutonicis *Ghest* et *Ghist*, est fæx. Matth. Paris ann. 1202 : *Ita quod pistores poterunt sic vendere, et in quolibet quarterio lucrari* 3. *denarios, exceptis brennio et* 2. *panibus ad furnarium, . . . et in sale obolum, et in Gesta obolum, et in candela quadrantem, etc.* Fleta lib. 2. cap. 10 : *Pistor lucrari poterit in quolibet quarterio frumenti . . . . unum obolum pro sale emendo, et unum obolum pro Gesto vel levano.* Nos etiam *Levain* appellamus.

¶ 4. **GESTA**, pro *Gistum*, ut puto. Charta Libertatum Bellimontis ex MS. Coislin. : *Absolventes . . . ab omni tallia, mortallia, angaria, perangaria, Gesta, etc.* Vide *Gistum.*

* 5. **GESTA**, Instrumentum juridicum, in quo testimonia de *gestis* alicujus continentur. [** Vide *Gesta*, 1.] Consuet. Neapolit. MSS. : *Salvo tamen, quod licet volenti se opponere contra id quod in ipso instrumento, quod dicitur Gesta, continetur, quod potest dicere contra personas et dicta testium, quorum dictis et testificatum dictum instrumentum, quod dicitur Gesta, confectum est.*

* 6. **GESTA**, *Una arma*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Vide supra *Gessa.*

¶ **GESTABILIS**, Qui facile geri seu portari potest. *Gestabile cœlum*, apud Cassiodorum lib. 1. Epist. 45. hoc est, parva machina cœlum repræsentans, Gall. *Globe céleste.*

GESTAMEN, Σκῆπτρον, in Gl. Lat. Gr. Sceptrum.

* **GESTAMEN** Cunale, Gestatorium Cunarum, Cunæ, incunabula, Gall. *Berceau.* Vita Ludov. Pii cap. 4. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 89 : *Ludowicus ejus filius, cunarum adhuc utens Gestatorio..... Qui usque Aurelianam civitatem cunali est vectus Gestamine.* Ubi Gesta ejusd. Gall. ibid. pag. 129 : *L'enfant fist porter ensi comme en berçuel.* Vide *Gestatorium.*

GESTANTES, Patrini, qui baptizandos infantes brachiis *gestant*, et Sacerdoti baptizaturo offerunt. S. Augustinus lib. 4. contra Julianum : *Recole, quemadmodum in Ecclesia Christi baptismatis mysteria celebrentur, et invenies quod abrenuncient et parvuli per ora Gestantium, sicut per ora Gestantium credunt.* Idem Epist. 23 : *Offeruntur quippe parvuli ad percipiendam spiritalem gratiam non tam ab eis, quorum Gestantur manibus, ... quam ab universa societate Sanctorum atque fidelium.* Adde Epist. 105. et Ep. 107. cap. 8. Rabanus lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 26 : *Parvulorum qui per ætatem adhuc abrenuntiare diabolo, nec credere in Deum possunt, per corda et ora Gestantium salus adimpletur.* Vide *Tenere.*

¶ **GESTARE**, Continere, Gall. *Contenir, Porter;* ut cum de scripto dicimus : *Cet écrit porte, etc.* S. Eulogius de Concilio Cordub. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 149 : *Non tamen inculpabile illud fuisse putamus simulationis consultum, quod aliud Gestans et aliud sonans, quasi a discursu martyriali plebem compescere videbatur.*

¶ Gestare Canticum, Canticum componere, offerre, vel canere. Nicetius Episc. de Psalmodiæ bono tom. 3. Spicil. Acher. pag. 7 : *Si autem quæramus, quis omnium primus hoc genus invexerit, non invenimus alium nisi Moysen, qui Canticum Deo insigne Gestavit, quando percussa Ægypto decem plagis et Pharaone demerso, etc.*

GESTARI, Lectica, vel equo vehi. Vetus Interpres Moschionis : Ὄχημα, *Gestatio.* Διακινῆσαι, *Gestari.* Gloss. Lat. Gr. : *Gestatur,* γυμνάζεται. *Gestor,* γυμναστής. *Gesto,* γυμνάζομαι, *Gestatio,* γυμνασία. Alexander Iatrosophista lib. 1. Passionum : *Palæstra exercere feci et Gestari, et maxime ante . . . cibum : Gestari autem non solum pedibus, sed et cum caballo.* Cælius Aurelianus lib. 2. Chron. cap. 14 : *Quo fiet ut priusquam cibum sumpserint ægrotantes, Gestatione sunt movendi, secunda etiam deambulatione.* Passim ibi, et apud cæteros Medicos. Vide Mercurialem lib. 3. Artis gymnast. cap. 10. 11.

GESTARIUM, pro *Gestatorium.* Albertus Aquensis lib. 10. cap. 5 : *Milites Hugonis corpus extinctum Gestario impositum, in civitatem Nazareth . . . attulerunt.* [Vita S. Bernardi inter ejus Opera tom. 2. col. 1219. Edit. 1690 : *Itaque Gestario inter duos equos composito, in eo collocatur.* Vet. membrana apud Ludewig. tom. 8. pag. 223 : *Cum nec equo nec curru propter morbum vehementiorem vehi posset, a viris in Gestario ad hoc ipsum composito portabatur.*]

* **GESTARIUS**, Cibus, quia ferculo *gestatur.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Gestarius, mengier.* Vide *Gestorium* 1.

¶ **GESTATIO**, γυμνασία, *i. Exercitatio,* in Glossis Lat. Græc. MSS. Sangerman. Vox antiquis haud ignota tum ad vectionem, exercitationis et valetudinis ergo, designandam, tum ad significandum locum ipsum ubi hujuscemodi gestationes celebrabantur. Vide Fabri Thesaurum et supra *Gestari.*

GESTATORIUM, Lectica. Joan. de Janua : *Gestatorium, illud in quo aliquid portatur, ut feretrum.* Papias et Gloss. Lat. MS. Reg. : *Gestatorium, Ferculum, vel Feretrum.* Julius Africanus lib. 6. Hist. Apostol. : *Quicunque alicujus rei cupit esse possessor, non magnopere Gestatorium, sed ipsum, quod gestatur, spectat.* [Utitur Suetonius in Claudio cap. 17 : *Solitus etiam in Gestatorio ludere.*]

Sed sæpe pro *feretro*, in quo Sanctorum jacent reliquiæ, usurpant Scriptores. Liber Miraculor. S. Adelardi Abb. Corbeiensis cap. 3 : *Comes ad feretrum Sancti accessit, et sumpto manibus Gestatorio. . . . in Ecclesiam tulit.* Aigradus Monachus in Vita S. Ansberti Archiepisc. Rotomagensis n. 43 : *Cum . . . tetigisset pallium, quo tegebatur Gestatorium, etc.* Adde Baldricum Dolens. in Hist. de Capite S. Valentini n. 6. Theodoricum in Hist. Translat. S. Celsi Episc. Trevir. n. 20. Vitam S. Altmanni Episc. Pataviensis pag. 64. Ermanricum in Vita S. Soli cap. 7. etc.

* *Gestatorium, civiere, hoste*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

¶ **GESTICULARIUS**, Gesticulator, qui gestibus mentem exponit. Ammian. Marcell. lib. 24. cap. 16 : *Mutum puerum oblatum sibi suscepit Gesticularium, multa, quæ callebat, nutibus venustissimis explicantem. Gesticularia*, Gesticulans et saltatrix, apud Gellium lib. 1. cap. 5.

GESTICULATIO, Habitus corporis. Alexander III. PP. in Appendice ad Concilium Lateranense III. part. 6. cap. 6 : *Manifestum est, eum puberem esse, qui de Gesticulatione sui corporis talis est, ut jam procreare possit, licet ad metas legibus diffinitas non pervenerit.*

* **GESTIO**, Superbia. Monach. Sangall. de Gest. Caroli M. lib. 1. cap. 22 : *Tunc ille inani Gestione perflatus, dixit coram omnibus, etc.*

GESTIUM. Vide *Gistum.*

¶ **GESTIUNCULA**, *Minuta res*, in Glossis Isid. *A Gestione*, inquit Grævius, est *Gestiuncula*, ὑποχορισικόν. Cicero lib. 1. de Invent. : *Negotiis autem quæ sunt attributa, partim sunt continentia cum ipso negotio, partim in negotii Gestione considerantur.*

¶ **GESTOR**, γυμναστής, i. *Præfectus pueris docendis.* Gloss. Lat. Græc. Sangerman. MSS. An ex hoc loco Plinii non satis intellecto : *Delphinus Gestor collusorque puerorum?* Vide *Gestari.*

¶ Gestor Negotiorum, idem qui *Agens*, Gall. *Agent, Procureur*, apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 351. in Charta anni 1342. apud Ludewig. tom. 5. pag. 469. Instrum. concordiæ ann. 1387. ex Chartular. Eduensi, Charta ann. 1482. ex Archivo B. Mariæ de Bono-Nuncio Rotomag. Vide *Agentes.* Apud Plautum, *Gestores linguis*, Delatores, accusatores.

GESTORIUM, *Ferculum*, Ugutioni et Jo. de Janua; *Mets de viande*, in Gloss. Lat. Gall.

Gestorium, alia notione usurpat Hieronymus Monachus Camaldul. in Vita S. Romualdi n. 81. [* Nempe pro Lectulus,

Digitized by Google

Gall. *Grabat.* Vide *Grabatum.*] : *Cum jam senex fuit, Gestorium debilitato corpori substravit, et capiti modicam paleam clementer indulsit.*

* **GESTRE**, Ligni species, f. Ebenus. Inventar. S. Capel. Paris. ann. 1335. in Reg. I. Chartoph. reg. ch. 7 : *Item una crux de ligno, dicto Gestre, munita de argento deaurato cum Crucifixo de ebore.*

¶ **GESTUM.** Vide *Gistum.*

* **GESTURA**, Agendi ratio. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 31. pag. 73 : *Regnorum Angliæ et Franciæ nobilitates, modos et Gesturas, quorum fama laudabilis digno laudis præconio, multorum assertione fideli, suis auribus frequencius insonabat, cognoscere et videre desiderat* (Sigismundus).

¶ 1. **GESTUS**, Habitus, vestitus forma. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. LV : *Attendendum fore judicamus, quod in omnibus Gestis nostris, sicut regale fastigium non modicum exposcit, honeste et temperate nos habeamus.*

* 2. **GESTUS MONACHALES**, Archivium seu Regestum monasterii. Charta ann. 2. Pipini reg. ex Cod. reg. 9612. T : *Ad hoc mihi inserendum complacuit voluntas, ut cessio ista Gestibus monachalibus obligetur, et sic obtineat firmitatem, quasi gestis fuisset obligata.* Vide *Gesta*, 1.

* **GESUM**, Lanceæ seu spiculi species. Proces. Egid. *de Rays* ann. 1440. fol. 180. v°. ex Bibl. reg. : *Vidit Ægidium reum tenentem in manu sua unum Gesum, vulgariter dictum Jusarme.* Infra : *Jesum.* Vide *Gessum* et *Gisarma.*

1. **GETA**, [pro *Conjecta*, Collecta, contributio.] Vide *Conjectare.*

¶ 2. **GETA**, *Gotthus.* Gloss. Isid. *Geti, Gotthi*, ibidem, infra. Papias : *Geta vel Getes i. Gothus.* Vide Acta SS. Februarii tom. 2. pag. 611. et Sheringamium in Originibus Britannicis, ubi multis probat Gothos olim *Getas* dictos fuisse.

¶ **GETABA.** Chartularium S. Stephani de Vallibus cap. 1 : *Datum die Jovis post Getabas, sexto* * *Sevini anno Domini* MCCLXIV. Forte legendum *post Octabas sancti Sevini.* Vide *Octava.*

GETAGEGA . . . T, *Gothice loquitur*, in Glossis antiquis MSS. [Emendatius in Glossis Isid. : *Getage, garrit, Gotthice loquitur.* Papias : *Geta garrit, Gothice loquitur.* Post Græv ium lubens scriberem *Getice, garrit*, pro *Getage garrit* : quod posterius tamen ferri potest, quasi ductum a *Geta* pro *Gothus.*]

GETIA, *Maleficiorum doctrina.* Glossæ antiq. Forte pro γοητεία, [vel forte a Geta mago celeberrimo, quem diu in Ægypto commoratum fuisse narrat Strabo lib. 7. Papias editus et MS. habet : *Gethia, maleficiorum doctrina, Gheticus, Thracus.* Vide *Gitta.*]

* **GETTA**, Domuncula vel taberna porrecta vel projecta. Charta ann. 1382. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1572 : *Possit in dictis logiis et Gettis ludere, vel tenere ludum.*

¶ **GETTUS**, Laqueus accipitris. Vide *Jactus* 2.

* **GETURA**, *La nutrice, e imperatrice.* Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Gerula.*

¶ **GETUS**, Idem, ut conjecto, quod supra *Calcum*, i. e. Calcatio frumenti dum mensuratur; dicitur autem *Getus* seu *Jactus*, quia mensura quasi jacitur, seu agitatur vel percutitur ad calcandum in ea frumentum. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 96 : *Anno Domini* MCCXLVIII . . . *Odo Alamanni et Ugo de Grangiis dederunt Juveneto de Hospitali Clerico, sub annuo censu unius sextarii frumenti censualis . . . quamdam vineam . . . quod frumentum est solvendum ad mensuram legalem sine Getis. Item . . . dictus D. Odo . . . dedit . . . sub annuo censu unius hemine frumenti solvendi ad mensuram legalem de Vivo sine Getis, scilicet sicut solvendum est aliud frumentum superius nominatum ad mensuram legalem sine Getis.* Vide *Jactus* 3.

* **GEVELINA**, Hastæ seu spiculi species, nostris etiam *Geveline*, pro *Javeline.* Lit. remiss. ann. 1455. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 126 : *Petrus de Fabro præmunitus una Gevelina, ... cum cuspide illius Gevelinæ supplicantem in collo percussit. Espiotz, lances-gayes, Gevelines, etc.* in aliis ejusd. an. ibid. ch. 140. Comput. ann. 1504. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 80. col. 1 : *Plures alios excessus in prædictos cum ensibus, spatis evaginatis, Gevelinis, et aliis armesiis commiserant.* Vide *Javelina.*

* **GEULERIUS**, pro *Geolarius*, Custos *geolæ* seu carceris. Charta ann. 1327. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 55 : *Dictus notarius fecit dictum Remondum . . . . poni in dictis carceribus, et cum clavibus dictorum carcerum recessit, quia noluit confidere Geulerio per ejus malitiam.* Vide supra *Geolarius.*

¶ **GEUMANTIA**, Ars e terra vaticinandi, a Græco γῆ, Terra, et μαντεία, Vaticinatio. Rolandinus Patavinus lib. 10. de factis in Marchia Tarvisina cap. 11 : *Et unus per puncta quædam unius artis, quam dicunt nescio quam Geumantiam, dicere videbatur, quod Padua non poterat hùs temporibus capi.* Idem lib. 12. cap. 2 : *Nam Mercurius Deus sapientiæ ponitur et septima domus, sive in astrologis seu in Geumnaticis,* (Geumanticis) *semper adversantibus assignatur.* Vide *Geomantia.*

GEUSIÆ, Genæ, unde Galli, *Jouës*, Picardi *Jeuës.* Marcellus Empir. cap. 12. pag. 93 : *Atque ita affectæ maxillæ ad sedandum dolorem dentium, et gingivarum, et Geusiarum adhibentur.*

* **GEUSII**, Gall. *Les Gueux*, Flandris nuncupati Calvinistæ vel Lutherani XVI. sæculo; qua etiam appellatione donati primi ex Hollandia, qui pro tuenda libertate societatem inierunt. Vide Stradam. Corn. *Van Gestel* tom. 1. Hist. Mechlin. pag. 240. ubi de prior. Vallis B. M. : *Quam* (clausuram) *huc usque inviolabiter omnino, oppido a Geusiis possesso, servaverunt, ac sedem suam nunquam deseruerunt, quamvis monasterium etiam a Geusiis militibus fuerit inhabitatum.* Adde H. *Languet* in Epist. ad Sydn. passim. Vide *Gueusii.*

¶ **GEWERE**, Species monetæ apud Belgas. Charta anni 1294. apud Miræum tom. 2. pag. 879 : *Sub annuo censu . . . denariorum Flandrensium monetæ quæ dicitur Gewere, etc.*

GEWERTESCHIN. Charta Friderici I. pro erectione Ducatus Austriæ ann. 1156. apud Miræum lib. 2. Donat. Belg. cap. 52 : *Et potest in terris suis omnibus tenere Judæos et usurarios publicos, quos vulgus vocat Gewerteschin, sine Imperii molestia et offensa.* [* Vide supra *Gaverstlun.*]

GEWINEDA, in Legibus Ethelredi Regis cap. 1. [** Concil. Wanet.] apud Brompton. : *Et pax, quam Aldermannus vel Præpositus Regis in quinque burgorum Gewineda dabit, emendetur* 12. *libris.* Ubi Somnerus rescribit *Gethinctha* : vox Anglo-Saxon. ex ðinc, causa; ge autem præpositio est. Ita geþincða idem valet ac mallus, placitum.

GEWITNESSA, in Legibus Ethelredi Regis cap. 3. apud Bromptonum, vox Saxonica *testimonium* significans.

¶ **GEXTUM**, Jus hospitii. Vide *Gistum.*

* **GHEN.** Vide supra *Gen.*

* **GHERRA**, Locus virgultis obsitus, terra inculta. Stat. Placent. lib. 4. fol. 44. v° : *Quolibet anno per totum mensem Martii teneantur omnes habentes facere in Gherris Trebiæ ipsas Gheras et busconos existentes prope stratas, quibus itur ad castrum S. Joannis.* Vide *Jarria.*

GHERSA. Vide *Gersuma.*

GHESCOT. Charta Ludovici Imper. pro Trajectensi Ecclesia, apud Wilhelmum Hedam pag. 228. 1. Edit. : *Ut nec bannum, aut fredum, aut conjectum, quod ab ipsis Verschat vocatur, contingere aut exactare præsumeret.* In Charta Zuenteboldi Regis pag. 244. ubi eadem verba recitantur, *Ghescot*, in alia vero Henrici Imp. pag. 258. *Ghescat*, in Charta denique Ottonis, *Gescot.* Ubi Buchelius annotat in MS. ad marginem scribi *Veerschat.* Sed legendum procul dubio *Ghe-schot*, contributio, ex *Ghe*, præpositiva verbalibus adjici solita, et *Schot*, quod idem valet. Vide *Scot.*

¶ **GHIARIA**, Italis *Ghiara*, Glarea, locus arenosus, Gall. *Gravier.* Chron. Estense ann. 1302. apud Murator. tom. 15. col. 348 : *Die* VIII. *Martii combustus fuit Punzilupus, qui prius vocabatur S. Armannus, in Ghiaria Padi de Ferraria de nocte per Inquisitionem FF. Prædicatorum.*

¶ **GHIAZERINO**, Species vestis militaris. Vide *Jazeran.*

¶ **GHIBELLINI**, GHIBILINI. Vide *Gibelini.*

* **GHIGETUM**, GIGHETUS, Repagulum, agger quo aqua continetur ne in agros excurrat. Stat. Montis-reg. pag. 247 : *Item statutum est quod aliqua persona non audeat vel præsumat frangere seu frangi facere aliquod Ghigetum seu begetum in toto vel in parte.* Ibidem : *Quod quilibet teneatur defendere juxta possessionem suam repagium et aqueirolios seu Gighetos, ita quod dicta aqua non vadat seu discurrat in possessionem suam.*

* **GHILDA**, Societas, collegium, Fland. *Gild*, nostris alias *Gheude.* Charta Phil. comit. Fland. ann. 1211 : *Omnes qui Ghildam habent et ad illam pertinent, et infra angulum villæ sitæ manent, liberos omnes facio.* Lit. ann. 1355. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 509. art. 1 : *Et ne puet nuls*

Digitized by Google

ne nulle faire boulengherie,.... s'il n'est en le Gheude; et ne puet nuls entrer en le Gheude pour faire le mestier, s'il n'a esté varlez etc. Vide in *Gildum.*

GHILDHALLA, Ghilleola. Vide *Gildum.*

* **GHILTALDA**, Locus, in quo exponuntur merces nundinariæ, vulgo *Halla.* Charta Rob. comit. Attrebat. ann. 1248. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 90 : *Concedimus tales immunitates et libertates in nova Ghistalla,.... quales habere soletis in veteri Ghitalda, et volumus quod in nova Ghiltalda etc. Ghiltalda*, ex ead. Ch. in Reg. 96. ch. 97. editum tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 256. Vide in *Gildum.*

* **GHION**. Vide supra *Gen.*

¶ **GHIRLANDA**, vox Italica, Corona, sertum, Gall. *Guirlande.* Chronic. Parmense ad ann. 1303. apud Murator. tom. 9. col. 847 : *Domini de S. Vitale, et Domini de la Porta, et alii omnes tam banniti quam confinati de dicta parte Episcopi, cum Ghirlandis in capitibus redierunt Parmam sani et salvi, et absque aliquo rumore.* Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Martii pag. 112 * : *Et hæc corona erat candidissima et ornata fulgentibus et albissimis rosis, cujus Ghirlanda inferior denotabat firmissimam virginis fidem.* Vide *Garlanda.*

* **GHISELE**, vox Belgica, Suspectus, a Fland. *Gissen*, suspicari; unde et pro Obses, fidejussor, vulgo *Otage*, quod de aliquo crimine suspectus et insimulatus fidejussorem exhibere teneretur. Lit. ann. 1410. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 586 : *Que pour cas civilz l'en ne pourra doresenavant en nostredicte chastellenie prendre à hostage, nommé Ghisele, fors seulement les deux principaux ou les complices.... Et se le cas estoit tel.... que avecques les principaulx ou les complices, leurs parens et amis feussent mis en ostage ou Ghisel-stip.* Leg. *Ghisel-scip.* Charta ann. 1339. in Chartul. 2. Fland. ch. 526. ex Cam. Comput. Insul. : *Jou Riguewars li Rende vallez à M. le comte de Flandre, de Nevers et de Rethest, commissaires de ses Ghisels etc.* Vide *Gisiles.*

* **GHISTALLA**, Ghitalda. Vide supra *Ghiltalda.*

¶ **GIALLUS**, Flavus, Teutonice *Gheel*, Gall. *Jaune.* Acta SS. Maii tom. 6. pag. 175. de S. Jacobo Philippo : *In quo cophino super dicto corpore, super uno velamine albo tanquam nix, ego vidi multas violas coloris Gialli virides, quæ ab omnibus tunc præsentibus judicabantur esse de recenti ablatæ ab ejus planta.* Violæ vulgares luteæ non sunt, sed purpureæ. Hic intelligo violas serotinas seu flores Jovis, Gallis *Pensées*, inter quas exstant luteæ.

* Academ. Crusc. : *Giallo*, luteus, croceus, flaveus, *color simile a quello del sole, e d'ell'oro.*

GIALNISCO, Generosus, Neapolitanus equus, Sambuco in Gloss. ad Leges Hungaricas, *un Genest de Neaples, d'Espagne.*

¶ **GIARA**, Ital. vasis species. Epistola Bajuli Regis Majoric. ad Massilienses ann. 1327. ex Archivo S. Victoris : *Fecit carricari* LXII. *Giaras alquitrani et tria pondera de mostayla et duas sarrias de orchica, etc.*

¶ **GIARDINARIUS**, Hortulanus. Vide *Gardinum.*

* **GIAVARINA**, Telum missile, jaculum, Ital. *Giavellotto.* Stat. datiar. Riper. cap. 12. fol. 5. r° : *De quolibet centenario hastarum a Giavarina, pro introitu soldi duo.* Vide supra *Gevelina.*

* **GIAVELLA**, Merges, spicarum manipulus, Gall. *Javelle.* Stat. Perus. pag. 51 : *Si quis ignem imposuerit malitiose in tecto, vel feno, vel in Giavellis, vel in gerberiis, solvat pro banno libras decem.* Vide supra *Gavella.*

* **GIAVELOTUS**, Ital. *Giavellotto*, Telum missile, jaculum, Gall. *Javelot.* Stat. Vercel. lib. 4. pag. 71. v° : *Item quod nullus major decem annis trahat per civitatem.... Giavelotum vel pennam archatam.* Vide supra *Gaverlotus.*

* 1. **GIBA**, Capsa, arca, theca Reliquiarum, arcuata, sic dicta. Charta ann. 1348. ex Tabul. Floriac. : *Nonnullas alias reliquias sive sanctuaria de quadam capsa sive Giba antiqua et lignea in aliam capsam novam argenteam et superauratam translatavimus.*

* 2. **GIBA**, Onus, fascis statutæ quantitatis, nostris *Balot*, alias *Gibe;* si arriderent Græcæ originationes, vocem deducendam proponerem a Gr. κίββα, sacculus, quod merces sacculo involvi solent. Arest. parlam. Paris. ann. 1301. in Reg. *Olim* fol. 52. v° : *De qualibet chargia seu Giba, pro numero trossellorum, dicti pedagiarii compellebant ad solvendum..... tres solidos.* Pedag. Peron. ann. 1295. in Chartul. 21. Corb. fol. 339 : *Item le charrette qui maine sayes d'Angleterre, ly trousseaulx doit iij. s. vj. d. ob. et s'il y a plus de xx. pieces de saye, c'est Gibe, et doit xlviij. sols.* Infra fol. 341. v° : *S'il y a xx. draps ou plus en le platte, c'est Gibe; et doit le Gibe xlviij. sols. Paris.* Consuet. Aurel. apud Thaumass. ad calcem Assis. Hierosol. pag. 471 : *La Gibe de draps chargez à Orliens, doit iij. sols au roy.* Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 83 : *Pierre de Poitiers lieur de Gibes et de fardeaux, poure homme etc.* Reg. feud. comitat. Clarim. ex Cam. Comput. Paris. fol. 16. r° : *Chascun marchant menant draps par ledit travers à char ou à charete, soit en Gibe ou en fardiaux, etc.*

* Aliud vero *Gibe* et *Gibbe* sonat, Instrumentum scilicet ferreum ad usum rusticorum; unde et pro Baculo ferro ad defensionem munito non semel occurrit. Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 243 : *Lors icellui Pauquaut tira un ferrement qu'il avoit, nommé Gibe, et en frappa ledit Bernart sur les espaules.* Aliæ ann. 1451. in Reg. 185. ch. 111 : *Une Gibe ou baston ferré. Ung baston ferré en façon de sarpe, nommé Gibe ou pays de Périgort, dont on coppe les malles herbes des champs,* in aliis ann. 1457. ex Reg. 187. ch. 164. Aliæ ann. 466. in Reg. 200. ch. 174 : *Une Gibe faite en la façon d'une gisarme. Gilbe*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1473. ex Reg. 195. ch. 1000 : *Gillaume Versasvaulx tenant ung volaut, que l'en appelle Gilbe.* Neque aliud est *Gibault*, in aliis Lit. ann. 1477. ex Reg. 206. ch. 1159 : *Ung Gibault emmanché d'un grant manche de bois.* A forma *Gibbosa* seu recurva repetenda haud dubie vocis origo.

* **GIBAÇARIA**, Gibacerta, Marsupium, bursa, nostris *Gibeciere*, *Gibacier*, *Gibecier*, et *Gibessier.* Lit. offic. Senon. ann. 1336. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 22 : *Item quatuor Gibaçariæ de velueto; operatæ et ornatæ de brodura, quatuor Gibaceriæ, Gallice de tartaire, operatæ et ornatæ de brodura.* Comput. Steph. de Font. argent. reg. ann. 1350 : *Pour six Gibecieres broudées et estoffées à boutons de perles, données aux chevaliers, qui servirent laditte dame à sondit sacre, xij. l. pour la piece.* Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 103. ch. 258 : *Jehan Bourrebas avoit à sa seinture un petit Gibacier, duquel ledit Richier couppa les pendans,..... et avoit au dit Gibacier huit solz Parisis ou environ.* Aliæ ann. 1457. in Reg. 187. ch. 274 : *Le suppliant..... print ung Gibecier de cuir, ouquel avoit une cedule, etc. Icellui Genoilhac ouvrit son Gibessier et mist sur la table aucune quantité de monnoye*, in aliis ann. 1476. ex Reg. 195. ch. 1605. Vide infra *Gibesserius.*

¶ **GIBASSERIUS**, Marsupium, Gall. *Gibeciere*, a Græco κίββα, ut quidam volunt, Pera, sacculus, bursa apud Hesychium, vel κίβισις, quod idem est apud alios; vel tandem, ut vult Menagius, a *Gibiciaria*, a *Gibbus* derivata. Capitulum Gen. MS. S. Victoris Massil. ann. 1506 : *Nec portet... Gibasserios aut bursas apparentes supra vestem.*

¶ **GIBBA**, Gibbus, tuber, tumor. Galfridus Monachus in Vita S. Godrici, tom. 5. SS. Maii pag. 84 : *Gibbam in capite reperiens stupebat.*

* **GIBBATUS**, Gibbosus, apud Glabr. Rodulph. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 55.

GIBBETUM, [Patibulum.] Vide *Gibetum.*

GIBBOROSUS, pro *Gibberosus*, quæ vox postrema habetur in leg. 3. D. de Ædilit. Edict. (21,1.) et apud Firmicum lib. 8. Math. Glossæ antiquæ MSS. *Gibbi, Giporosi.* Leg. *Gibborosi.* Gloss. Saxon. Ælfrici : *Gibborosus, vel strumosus*, Hoferede, i. gibbosus, a *Gibbus* et *Gibber*, tumor. Unde versus :

In dorso Gibbus, in pectore Gibber habetur.

* Mirac. S. Jac. major. tom. 6. Jul. pag. 63. col. 2 : *Quædam mulier.... suum filium contractum et Gibborosum, ita quod caput fere genibus inhærebat, secum assumpsit, etc. Verumtamen in dorso adhuc apparet signaculum gibbi illius.*

* **GIBBOSITAS**, Gibbi deformitas, tumor. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Bossueté, Gibbositas.*

¶ **GIBEITIT**, *Cogat*, in Glossis MSS. ad calcem Collectionis Canonum, e Bibl. D. *Chauvelin* Custodis Sigillorum Regiorum. [** Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 65.]

GIBELINI, et Guelfi, Factiones binæ, quarum dissidiis diu Germania atque Italia conflagrarunt : prior a Sueviæ, altera a Welphis Bajoariæ in Alemannia Ducibus nomina mutuatæ. Nam cum Conradus Imp. *de Weibelingen* cognominatus in Chronico Laurishamensi pag. 73. Imperii diadema adeptus ann. 1139. Welphonem VI. Hen-

Digitized by Google

rici II. Junioris Bavariæ Ducis fratrem, eodem Ducatu, quem in Leopoldum Austriæ Ducem transtulerat, privasset : Welpho, Rogerii Siciliæ Regis armis adjutus, in Conradum bellum movit : quod etsi non semel pactis identidem intervenientibus sedatum, dissidiorum semina diu inter utramque familiam fovit, quæ Italiam potissimum diu afflixere, ubi *Gibellinarum* et *Guelfarum* factionum nomina sæpe audita, dum summi Pontifices *Guelpham*, alii contrariam amplectuntur, ac urbes singulæ alterutri sese addicunt. A Conrado igitur *de Wibelingen, Gibellingi*, ac deinde *Gibellini* : a Welphone vero, familiæ Bavariæ Principe, *Guelphi* appellati sunt. Otto Frisingensis lib. 2. de Gestis Frider. cap. 2 : *Duæ in Romano orbe apud Galliæ Germaniæve fines famosæ familiæ hactenus fuere. Una Henricorum de Gueibelinga, alia Guelforum de Altdorffio : altera Imperatores, altera magnos Duces producere solita. Istæ ut inter viros magnos, gloriæque avidos assolet fieri, frequenter sese invicem æmulantes, reipublicæ quietem multotiens perturbarant, etc.* Albertinus Mussatus in Ludovico Bavaro pag. 5 : *In duas partes secta Christianitas erat nostra, et paucos invenisse contingens fuerit per hanc præcipue nostram Italiam, quos una ex duabus optio non inquinaverit, aut illa, quam aiunt, Gibolenga, vel Gelfa. Hæc enim a tempore Friderici II. vocabula duo inseparabilia germina, seu potius pestifera schismata pullularunt, atque invaluerunt, quæ semper tenuere Italiam inquietam.* [Chronicon Parmense ad ann. 1307. apud Murator. tom. 9. col. 860 : *Quidam vero de Guidonis et quidam de Boschettis et de Rangonibus, cum certis suis sequacibus, dicentes se esse partis Guelfæ, seu Ecclesiæ, sive Aygonorum antiquitus dictæ et vocatæ, spondam fecerunt contra illos qui dicebantur ab antiquo partis de Grisulphis, seu Imperii, sive Ghibellinis, etc.*] Procul a vero absunt, qui secus scripsere de harum factionum nomine et origine, ut Bartholus in tract. *de Gelfis et Gibellinis*, Ricordanus Malaspinus cap. 104. Joan. Villaneus lib. 5. cap. 38. et Morigia de Religionib. pag. 209. Sed de iis copiose egere Felix Osius ad Hist. Mussati pag. 140. et seqq. Hieronymus *dalla Corte* lib. 5. Hist. Veronensis, et alii passim.

* De iis consulendus imprimis Muratorius part. 1. cap. 31. Antiq. Estens. et in Dissert. 51. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 604. Charta Phil. VI. ann. 1339. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 72 : *Gharle Grimaulx chevalier, capitaine de nostre armée Guelphe, que nous avons eu derrenierement en la mer.* Alia ejusd. reg. eod. ann. ibid. ch. 73 : *Gyton Doire* (Doria) *capitaine de nostre armée Guibeline, que nous avons eu derrenierement en la mer, etc.* Ex quibus colligitur Philippum regem utrique parti eodem anno favisse.

Gibolengi, Iidem qui *Gibellini*, Albertino Mussato lib. 5. de Gest. Henrici VII. rub. 1. et alibi.

Gibellinitas, Gibellinorum factio. Anonymus de Rebus gestis Friderici II. Imp. ann. 1258 : *In Tuscia pars Gibellinorum, et civitas Senarum præcipue, quæ Gibellinitatis senescens in fide, tunc temporis semper erga Imperatorem ... devota manebat.* Occurrit rursum pag. 865.

GIBELLINÆ Pelles, [Pelles martium seu mustelarum, Gall. *Martes Zebellines.*] Vide in *Sabelum*.

¶ **GIBERIA**, pro *Gibeceria*, Marsupium, Gall. *Gibeciere*. Statuta Cisterc. ann. 1456. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1621 : *Abbatibus et personis regularibus Ordinis universi præcipitur, ne a cetero bireta seu birros rubeos, vel ad minimam rubedinem tendentes gestare præsumant, nec etiam Giberias seu capsellas.* Vide *Gibasserius*.

* **GIBESSERIUS**, ut supra *Gibaçaria*. Comput. ann. 1402. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 170. col. 1 : *Pro quadam zona et uno Gibesserio, iij. solid. Turon.* Vide *Gibasserius*.

GIBETUM, ex Gall. *Gibet*, Furca patibularis : *Giubeto*, Danti in Inf. cant. 13. Will. Britto lib. 5. Philippid :

> Vultibus erectis sursum tollente Gibeto
> Digna Jovi fiunt oblatio, jure levati
> A tellure procul, etc,

Matth. Paris ann. 1239 : *Ignominiose super machinam illam pœnalem, quæ Gibet appellatur, suspendio traditur.* Idem ann. 1242 : *Et inde usque ad illam pœnalem machinam, quæ vulgariter Gibetus dicitur, distractus, etc.* Et ann. 1247 : *Horrible patibulum, quod vulgus Gibbetum appellat.* Chron. Flandriæ cap. 86 : *Et le feit le Roy Philippe decoler à Paris sur un eschafaut, et feit le corps pendre au Gibet de Monfaucon.* Vide Meursium in Γυβεντίζω. Alia notione vocem *Gibet* usurpat *Vacces* au Roman *de Rou* MS. :

> Endementiers que cil versa,
> La lance chai et froissa,
> Et il a le Gibet saissi,
> Qui a son destre bras pendi,

[Vetus Poeta MS. e Bibl. Coislin. :

> Qui en son lit s'ala bouter,
> Pour le moine desbarater,
> En sa main porta un Gibet,
> Qu'il ot emprunté d'un valet.

Et infra :

> Prenre le volt, mais cil li done
> Tel cop du Gibet, qu'il l'estone.]

* Gallicam vocem *Gibet*, altera notione Cangio ignota, explicat Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Fundibula, sunt quædam parvæ machinæ cum funda in baculo dependente, Gallice Gibet.*

Sed et ab alterutra forte orta vox *Regiber*, seu *Regimber*, pro recalcitrare, quia qui ad patibulum excutiuntur, illud pedibus propellunt. Le Roman *de Garin* MS. :

> En un estable ont mené le destrier,
> Fronche et henist, et Regibe des piez.

* A motu fundibuli, nuncupati *Gibet*, orta fortassis vox *Giber*, pro Membra jactare, vel colluctari. Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 246 : *Icellui Gieffroy et icelle Gervaisote s'entreprindrent à jouer et Giber ensemble l'un à l'autre publiquement devant les dessusdiz, et le cuida ladite femme en eulx jouant abatre à terre.* Aliæ ann. 1382. in Reg. 121. ch. 96 : *Prindrent ledit Girart a Giber par maniere d'esbatement par les piez et par les mains..... Un jeune valeton.... en leur compaignie Giboit, etc.* Unde *Regiber*, pro *Regimber*, recalcitrare.

* Ejusdem originis videtur vox *Dégibier*, pro Agitare se festive, oblectare se, in Lit. remiss. ann. 1399. ex Reg. 154. ch. 196 : *Comme à un certain jour ledit Alain feust venu esbatre et Dégibier en la ville de Therouenne, etc.*

¶ **GIBICERE**, Aucupari, Gallis olim *Gibecer*, a voce *Gibier*, Præda venatica : quod ultimum derivant a *Cibarium*. Constitutiones Cluniac. MSS. ex Archivo S. Mariæ Deauratæ ann. 1301 : *Præcipimus districtius et districte, quod nullus Abbas nullusque Prior aut Monachus ancipitres*, (accipitres) *falcones aut alias aves ad Gibicendum habeat aut teneat, nec canes ad venandum, his dumtaxat exceptis, qui in aliquibus suis locis usum et usagium habeant venandi : quo casu canes eis permittimus ad venandum.* Ex his palam est Gibicere de aucupio proprie, non de qualibet indiscriminatim venatione esse intelligendum. Sic Poeta vetus apud Borellum :

> Tant que un seul Chevalier vit,
> Qui Gibeçoit d'un espervier,
> El pré devant le Chevalier.

Vide *Gibostare*.

* Nostris *Gibéer, Gibeier*, et *Giboyer*. Chron. S. Dion. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 346 : *Et quant li enfés fu venuz de Gibeier et de jouer, etc.* Ubi Willel. Gemetic. lib. 4. cap. 3. ibid. pag. 263. habet : *Puerum ab aucupio regredientem, etc.* Lit. remiss. ann. 1473. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 921 : *Le suppliant s'en ala tout Gibéant jusques à Nogion.* Paulo ante : *Estant aux champs en gibier.* Aliæ ann. 1474. ibid. ch. 1219 : *Jehan Dujardin.... ayant ung autour et pluseurs levriers,... ala vers les parties de Villiers pour Giboyer. Aler en giber* vel *gibier*, eodem significatu. Lit. remiss. ann. 1365. in Reg. 98. ch. 479 : *Si avint que envirõn le dernier jour d'Aoust, ledit Jehannin du Caable.... fust alé en Giber, comme gentils hommes ont acoustumé.* Aliæ ann. 1390. in Reg. 140. ch. 27 : *Martin le Cordien escuier alant en Gibier, un espierver en son poing, etc. Aller au Gibier avec ses chiens et oyseaulx*, in aliis ann. 1474. ex Reg. 195. ch. 1520. Vitæ Patrum Mss. :

> Un jour d'Aoust après mangier
> Alerent tout trois en Gibier.

* **GIBIETTUM**, Tempus aucupandi. Charta Phil. Pulc. ann. 1293. ex Chartoph. reg. Attrebat. : *Volentes et concedentes, ut idem comes aut hæres suus prædictus ipsum spreverium,..... quem præeligere seu choisire maluerit in secutiva vel comitiva nostra, dum tamen præsens fuit in eadem, durante Gibietto, singulis annis semel solum sine difficultate quacumque possit capere et habere.*

* **GIBILINA**, Hastæ seu spiculi species, idem quod supra *Gevelina*. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 19 : *In dicto conflictu et rixa unus castranus seu capotus dicti de Fontaralhac volens interficere nobilem Johannem spurium de Andonis cum quadam Gibilina.*

GIBOLENGI. Vide *Gibellini*.

¶ **GIBOSTARE**, ut *Gibicere*, Gall. *Giboyer*. Statuta Johannis Abb. Cluniac. : *Nullus de Ordine nostro accipitres et falcones ad Gibostandum habeat.* De feris prædantibus verbum *Giboyer* jocose dixit *La Fontaine* in Fabulis :

Digitized by Google

Le Roy des animaux se mit un jour en tête
De Giboyer, etc,

* **GIBUS**, γίαβος, σποδίαις. Gloss. Lat. Gr. Vulc. emendat : *Gilvus*, γίλβος, σποδιαίος.

¶ **GIDOMALA**. Papias MS. : *Canamale, id est, Gidomala*. Vide *Canamellæ*.

* **GIEMENSIS MONETA**. Vide in *Moneta Baronum*.

¶ **GIETIVUS**, Qui vadimonium deseruit. Notitia Judicati ann. 870. apud Perardum in Burgundicis pag. 149 : *Mallatus fuit ipse Hildebertus, et Sacramentum arramivit, unde Gietivos remansit*. Vide *Abjectire*.

* **GIETUS**, idem quod *Gistum*, Jus divertendi ad domum vassalli, atque illius hospitio utendi. Charta ann. 1254. in Chartul. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 229. v° : *Symon de Brione miles.... vendidit Guidoni episcopo Lingonensi et successoribus suis Gietum suum, quem habebat apud Gevrolias annuatim ad septem equos, duos homines pedites et duos canes*.

* **GIETZ**. Charta Joan. Dalph. Vien. ann. 1316. in Reg. 87. Chartoph. reg. ch. 84 : *Sicut protenditur via publica a dicto trucheto versus fontem Geneveysii..... usque ad Gietz de la cunna* (sic) *et a dicto Gietz de la cuma usque ad summitatem rupis*. An Prominentia, vel idem quod infra *Jactus* 7 ? *Giez* vero, Limen sonat, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 163. ch. 381 : *A l'aide d'un levier ou baston, le suppliant osta le Giez ou pierre de dessoubz l'uis*.

* **GIEVERINA**, Hastæ seu jaculi species. Decret. Placent. ad calcem Stat. fol. 108. r° : *Primo pro una lancea, sive Gieverina, seu lanzono lib. l.* Idem forte est *Girvie*, in Lit. remiss. ann. 1442. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 182 : *Le suppliant demanda quelz harnois ilz portoient, auquel icellui Albert respondi que deux espées, deux Girvies et deux boucliers*. Vide supra *Gaverlotus* et *Gevelina*.

* **GIEZIA**, Crimen Giezi. Petrus Cantor lib. 1. Summæ Ms. cap. 102 : *Simonia præsenit contractum aut sequitur. Illa dat causam contractui, et specialiter appellatur simonia : hæc autem nititur vitiare contractum initum, et specialiter dicitur Giezia*. Vide mox *Giezota*.

¶ **GIEZITA**, Qui ut alter *Giezi* munera accipit, apud S. Bernardum lib. 4. de Consid. cap. 6 n. 22.

* **GIEZOTA**, Giezi discipulus et imitator. Fr. Benzo episc. Albens. Comment. de Reb. Henr. IV. imper. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. Mss. pag. 284 : *Neque enim Giezotæ illi statuam conflatilem aliter voluissent erigere, ni prius conducerentur infinita summa pecuniæ*. Vide *Giezita*.

GIFFARDUS, Herodius, falconis species, in Libro incerti Auctoris de Natura rerum.

* Nescio unde *Giffarde*, pro Ancilla coquinaria, ut videtur, in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1 :

N'i a torke-pot, ne Giffarde,
Tant ait desous poure fardel,
N'ait cuevrechiés, manche ou bardel.

¶ **GIFFARE**, Titulum seu signum apponere. Leges Ludovici Imp. cap. 34. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 133. col. 2 : *Nam si iterum contemtores existant, et per publicam auctoritatem domus vel casæ eorum Giffentur*; id est, signo quodam sequestri apprehendantur a Curia sive Fisco. V. *Wifa*.

1. **GIGA**. Rigordus pag. 13 : *Trahentes equi Gigas passim per campos, tam homines quam equi totius exercitus, conculcaverunt messes*. Sed ibi procul dubio legendum *bigas*.

2. **GIGA**, Italis, *Gigue* et *Gige* nostris, est instrumentum musicum. [** Reinard. Vulpes lib. 3. vers. 615 :

Scansilis exiles bis crispat tertia phthongos,
Ut vox alta tubæ, summaque chorda Gigæ.]

Guiotus Pruvinensis in sua Biblia MS. :

Cil Prince nous ont fait la figue,
En harpe, en viele, et en Gigue.

Le Lusidaire MS. :

En estrumens oir sonner
Psalteres, harpes, et vieles,
Giges, et chifonies beles.

[La Bataille *des sept Arts* MS. :

Madame musique as clochetes,
Et li clerc plain de chanconetes
Portoient Gigues et vieles,
Salterions et Fleuteles.]

V. Menag. et Ferrar. in Orig. Gall. et Italic.

* Unde *Gigueour*, qui *giga* canit. Le Roman *de Cléomades* Ms. :

Et des flauteurs de Behaigne
Et des Gigeours d'Alemaigne.

* 3. **GIGA**, Gall. *Guiche* vel *Guige*, Cotgravio et Borello, Ansa, ea scilicet scuti pars, qua suspendebatur, Italis *Guiggia*. Le Roman *de Floire* Ms.

Et l'en li aporte un escu,....
La Guiche fu d'un paile frois
Bien taillé d'or Sarrazinois.

Infra :

Li cox est aval descendu,
Coupe la Guiche de l'escu.

Le Roman *d'Alexandre* Ms. part. 1 :

Si fiert Emenidus sus la targe florie
Que desous la boucle li a fraucé et percié,
La Guige en est routé et l'enarme saillie.

Le Roman *de Garin* :

Escu ot d'or à un lioncel bis,
Parmi la Guige à son col le pandi.

Vide infra *Inarmare*.

¶ **GIGANS**, pro *Gigas*, Gall. *Geant*, apud Mabillonium pag. 456. Liturg. Gallic.

* *Jaiant*, in Chron. S. Dion. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 148.

¶ **GIGATOR**, f. Ædituus, Gall. *Gagier*, vel Domesticus *gagio* seu mercede conductus. Chartam anni 1184. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 181. subscribunt inter alios plures, *Nantelmus Claviger, Chabertus Clericus, Petrus de Maluneriis, Arnulphus scriptor Episcopi et Gigator qui hanc Cartam scripsit*.

* **GIGHETUS**. Vide supra *Ghigetum*.

* **GIGILLA**, **GIGILLUM**, ut *Girgillus*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Gigilla, Gallice Gerouwaide*, (altera manu *Escourseuse*) *et dicitur a Giro, quia vadit in girum, dum filum ex ea evolvitur*. Aliud ann. 1352. ex eod. Cod. *Gigillum, Gérouwaide*. An inde vox Gallica *Gien*, quæ de eo quod obliquum est, dici videtur, in vet. poemate Gall. ann. 1376 :

Quant on veut fouir une vigne,
On ne va mie tout à ligne,
Il faut fouir de Gien en Gien.

GIGLIATI, Nummi, ut quidam volunt, argentei, in quibus lilium, quod insigne est Gallorum, insculptum erat. Itali enim lilium *Giglium* appellant, quorum sex *Florenum Rhodi* constituebant. Nonnulli tamen eum nummum a Fratre Roberto *de Juli* Magistro (Ordinis Hierosol.) appellationem sumpsisse arbitrantur, quod ab eo institutum putent, ut singuli *Gigliati* singulis fratribus secunda Quinquagesimæ feria distribuantur, quod quidem minime constat. Ita Statuta Ordinis S. Joannis Hierosol. tit. 19. de Verbor. signif. § 31. Ex quibus patet, *Gigliatos* in insula Rhodo etiam fuisse cognitos. Vide tit. 3. § 14. Borghinus in Dissertatione de Moneta Florentina existimat, nescio an vere, *Gigliatos*, appellatos nummos Regum Neapolitanorum ex gente Francica, quod in iis effictum esset scutum liliatum. Certe Caroli I. Regis Siciliæ aureum vidimus in Gazophylacio Regio, in cujus antica sedet Rex ipse dextra sceptrum liliatum, sinistra globum crucigerum tenens, cum hac inscriptione : CAROLUS DEI GRATIA SICILIÆ REX. In postica scutum liliatum cum *Labello* effigitur, cum inscriptione : DUCATUS APULIÆ PRINCIPATUS CAPUÆ. Hunc descripsit Antonius Rufius in Comitib. Provinciæ. Constat etiam in posteriorum ex eadem gente Regum monetis expressa fuisse horum liliata insignia, quæ ab eodem Rufio exhibentur. Neque, opinor, alii sunt

GILLATI, de quibus Charta ann. 1138. Dominorum Canneti in Provincia : *Capiat monetam per Curiam regiam stabilitam, videlicet monetam albam pro denariis* 15. *et nigram pro denar.* 2. *et ob. et Gillat. argenti pro denariis* 22. *et Turon. argenti Regis Franciæ pro solidis* 2. Et Charta pro matrimonio Ferrandi Majoricani cum Isabella filia Guillelmi Principis Achaiæ, scripta Messanæ ann. 1313. tom. 8. Spicilegii pag. 274 : *Et tradere ex causa dotis prædictæ Parparos* 40. *millium, computato Parparo pro Gillatis quatuor*. Alia Petri *d'Acigne* Militis Dom. Mayranicarum Senescalli Provinciæ ann. 1405 : *Ducatorum* 20. *millia ad rationem Carlenorum, seu Gillatorum decem pro quolibet ducato*. Unde patet, *Gillatos* appellatos Caroli Regis Siciliæ aureos nummos. Vide *Tarenus*. Nec scio, an eadem sit moneta cum *Gillatis*, quæ *Guillot* dicitur in Regesto Parlamenti Paris. 12. Julii ann. 1378 : *Aprés que le Duc d'Anjou, et les nobles bourgeois et habitans du Maine ont baillé par declaration les cas particuliers, les Evesque du Mans, Doyen et Chapitre illec et autres dirent, que la pluspart des dismes appartient aux nobles du pays, et non aux gens d'Eglise. Dirent.... que les Curés et gens d'Eglise n'ont aucunes dismes, au moins peu, comme dit est; et sont les gens du pays de petite devotion, et vont à l'offrande trés envis une fois ou deux l'an, et quant ils y vont, n'offrent-il qu'un Guillot, dont les six ne vallent qu'un tournois, et ont exhibé à la Cour la monnoie que les gens du pays offrent*. Sed hæc moneta longe minoris videtur fuisse pretii.

¶ **GILIATI**, Eadem notione. Supplicatio ann. 1328. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Quidam extitit condemnatus Giliatorum argenti sexaginta pro uncia computatis*.

Digitized by Google

* **GIGNA**, *Lo exercitio de gignasio.* Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Gignasia* 1.

* **GIGNACIUM**, *Generalis locus exercitiorum.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide *Gignasia* 1.

GIGNADIUS. Joann. Sarisberiensis lib. 1. Policrat. cap. 8 : *Hinc mimi, salii, vel saliares, balatrones, et Emiliani, gladiatotores, palæstritæ, Gignadii, præstigiatores, etc.* Idem lib. 3. Metalogici cap. 10 : *Ad occultationem vero propositi, imo ut uterque Gignadiorum voti compos facilius sit, idiotismus et orthonoismus, perutilis est.* [*f. Qui hominum *gignentias* inquirit, incantator, sortilegus, idem qui supra *Genicialis.* Vide in hac voce.] [** Gignadii sunt qui se in gymnasio exercent, unde in Metalogico metaphorice ita Disputantes dicuntur. Vide *Gignasia*, 1.]

1. **GIGNARUS**, *id est*, *delirus.* Ita Gloss. Arabico-Lat. ubi *Ignarus* reponunt.

GIGNASIA, Gignasium, pro *Gymnasia*, et *Gymnasium.* Ugutio : *A gignos, hæc gignia, i. exercitium, quod fiebat in Gignasio et hæc Gignasia.... Locus studii Gignasium, et quandoque ipsum studium. Gignasiarches, Gignosista, i. doctor.* Similia habet Willelmus Brito in Vocabul. MS. Gregorius PP. apud Matth. Paris anno 1239. de Friderico II. : *Gignasia animas avertentia construit.* Joan. Brompton : *In cujus pectore, ut quidam aiunt, omnium liberalium artium erat Gignasium.* Alibi : *Ad Gignasium Lanfranci cum magna sociorum et equorum pompa pervenerat.* Ubi *Gignasium* idem valet ac *Monasterium.* Vide *Gymnasium.* Occurrit præterea in Chron. Windesem. lib. 2. cap. 41. 54.

Gingnasium. Knyghton : *Et ibi habuerunt Gingnasium malignorum dogmatum et opinionum.* Infra : *Ac si essent de uno Gingnasio educati.*

* 2. **GIGNASIA**, *La taverna, e bagno.* Glossar. Lat. Ital. Ms.

¶ **GIGNENTIA**, Generatio. Epistola Thegani Antistitis circa ann. 830. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 84 : *De divina natura ac de essentia, de æterna Gignentia Dei Patris, de æterna nativitate Filii Dei, de æterna processione Spiritus Sancti, etc.* Vide *Nascentia.*

* **GIGNIA**, Gingiva, pro *Gingia;* qua voce eodem sensu utuntur Itali. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Gignia, Gencive.* Vide infra *Gingnia* et alia notione in *Gignasia* 1.

* **GIGNUS**, *Nudo*, in Glos. Lat. Ital. Ms.

* **GIGOTTUS**, Monetæ Cameracensis minutissimæ species. Reg. actor. capitul. eccl. Camerac. sign. R. ad 22. Maii ann. 1499 : *Dictus magister monetæ.... raportum fecerat sive compotum de grossis quos cuderat; sed non de florenis duplicibus, simplicibus, stuferis, nec non Gigottis.*

GILBOGUS, quid sit, docent Statuta Synodalia Episcopi Sodorensis in insula Manniæ ann. 1229 : *Et si pauper fuerit, et nullum mortuarium persolverit, accipiantur vestes sicuti sunt, et quintus quique denarius ex liberis et de Gilbogus in bonis possessio ad mortuarii valorem se extendentibus mortuarium Ecclesiæ persolvatur.* Mox : *Et si quæratur quid sit Gilbogus, dicendum est, quod Gilbogus est quis, si unius tantum noctis ætatis extiterit, et ad habendum bona ordinatus, aut in bonis possessus existat, si, ut dictum est, obierit, Ecclesia tunc suum debitum obtinebit.*

¶ **GILBOSUS**, pro *Gibbosus*, habetur in Capitulis General. MSS. S. Victoris Massil. : *Surdus, monoculus, deformis, aliter Gilbosus, etc.* [* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Gilbosus, Bochu.*]

* **GILBUS**, pro Gilvus, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613 : *Gilbus, color in equo mellinus.* Vide supra *Gibus.*

¶ **GILDA**, Gildare, etc. Vide mox in *Gildum.*

GILDUM, Geldum, ex Saxonico gild, Solutio, præstatio, vectigal, tributum. [** Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 649. num. 3. pag. 601. 611. et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 191.] Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 2 : *Terras quietas ab omni Gildo et ab omni opere. Gilde* cap. 81. Charta Edredi Regis apud Ingulfum : *Et volo, quod dicti Monachi sint quieti et soluti ab omni scotto, Geldo, auxiliis Vicecomitum, hidagio, etc.* Habetur eadem fere formula non semel in Chartis Anglicis in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 52. 211. 379. tom. 2. pag. 161. 162. 163. [Formul. Anglic. *Madox* pag. 38.] Sed et obtinuit ea vox hac notione in Francia nostra. Bulla Urbani III. PP. ann. 1186. pro Eccl. Barbellensi in Tabular. ejusd. Abbatiæ : *Prohibemus, ne quisquam hominum, vos aut Monasterium vestrum murdris, assisis, placitis, querelis, scutagiis, Geldis, passagiis, paagiis... audeat infestare.* [** *Singulis annis censum solvat, id est servi unius Geldum*, in chart. ann. 849. ap. Neugart. Cod. Dipl. Alem. tom. 1. pag. 267. Vide *Gilstrio*, et Haltaus. Glossar. Germar. voce *Gilt*, sqq. col. 722.]

Geldum etiam sæpe sumitur pro mulcta judiciaria, compensatione delicti, et pretio rei. Capitulare 3. ann. 813. cap. 23 : *Quicquid involavit, novem Geldos componere faciat.* Cap. 25 : *Quicquid in Amore in alterum furatum habent, in duos Geldos componere faciat.* Atque inde *Wergeldum*, dicitur quasi valor seu pretium viri : *Orfgild*, pecoris pretium : *Angild*, simplex rei valor : *Thwigild*, duplex : *Trigild*, triplex : *Octogild*, octuplex : *Novigild*, novemplex. Sunt et voces aliæ complures, quibus in fine additur vox *Geldum*, quæ species quasdam pensitationum designat : verbi gratia *Danegeldum, Vodegeldum, Senegeldum, Hornegeldum, Sotgeldum, Pentgeldum*, et aliæ id genus, de quibus sigillatim suis locis agimus.

Geldum Regis, Tributum vectigal, quod Regi exsolvitur : vel, ut censet Spelmannus, tributum, quod *Danegeldum* vocabant, de quo supra. Liber Rames. sect. 293 : *Gelda autem Regis communia, quæ per omnem Comitatum currunt, solus Ebronius, etc.* Monast. Angl. tom. 1. pag. 378 : *Excepto Geldo Regis, libera et quieta condonavit. Gelda ad coronam Regis pertinentia*, tom. 2. pag. 883. De Geldis regiis, intelligendus Liber Domesdei : *In burgo de Warvic habet Rex in dominio suo* 113. *domus, et Barones Regis habent* 112. *de quibus omnibus Rex habet Geldum suum.* Henricus Huntindonensis pag. 378. et Matth. Paris pag. 37. de Rege Guilliel. Rufo : *Vicinos werra, suos exercitibus frequentissimis et Geldis continuis vexabat.* Idem pag. 380 : *Hoc anno pro necessitate Regis Geldis creberrimis et exactionibus variis Ecclesia compressa est.* Adde Monastic. Anglic. tom. 2. pag. 118. [** Annal Waverl. ann. 1088 : *Prohibuit omnes injustos Geldos.*]

Geldare, ex Saxonic. gildan, Solvere, præstare, præbere, vel geldum exsolvere. Domesdei in Hantoniensi pago : *Hugo de Port tenet Cerdefort, et Willielmus de eo. Duo liberi homines in alodium tenuerunt pro* 2. *maneriis de Rege Edwardo. Tunc et modo Geldabat pro* 5. *hidis.* Infra : *Tunc et modo Geldabat pro* 2. *virgatis et dimidio.* Passim. Vide tom. 3. Monastici Anglici ex eodem Domesdei pag. 181. et seqq.

Gildare, in Legib. Adelstani Regis § 5 : *Et si furetur postmodum, wera sua Gildet eum, vel reddat similiter incarceratum.* i. solvat pro eo *weram*, seu forisfactum emendet. [*Madox* pag. 73. Formul. Angl. : *Willelmus vero juravit Monachis, quod eis fidelis esset, et quod pro dimidia hida ulterius Gildaret, cujus hildum antea injuste retinuerat.*]

Geldabiles Terræ, Geldo obnoxiæ, seu *geldi* pensitationi, tom. 2. Monast. Anglic. pag. 809. *Geldabiles ad Wapentachium*, semel ac iterum, id est, quæ *geldum* exsolvere tenentur, quo tempore tenetur *Wapentachium.* Ita passim in Domesdei, et alibi in eodem Monastico tom. 3. pag. 154. 181. etc.

GILDA, Fraternitas, sodalitium, contubernium, curia, collegium, et Saxon. gild, vel *Gildum*, solutio, præstatio, quod qui ejusmodi sodalitia et confraternitates ineunt, pecuniam ad communes usus conferant et exsolvant. Capitula Carlomanni Regis tit. 2. cap. 14 : *Volumus, ut Presbyteri et ministri Comitis villanis præcipiant, ne collectam faciant, quam vulgo Geldam vacant, contra illos, qui aliquid rapuerint.* Epistola Trajectensis Ecclesiæ, edita a Tengnagelio, de Tanchelino seductore quodam : *Fraternitatem quandam, quam Gilda vulgo appellant, instituerat, in qua* 12. *viros in figura* 12. *Apostolorum, et unam tantum feminam in figura B. Mariæ constituit.* Sanctus Anselmus lib. 2. Epist. 7 : *De Domno Henrico, qui Camerarius fuit, audio, quia in multis inordinate se agit, et maxime in bibendo : ita ut in Gildis cum ebriosis bibat, et cum eis inebrietur.* Infra : *Ex Dei et Sanctorum ejus, et nostra auctoritate prohibeo, ne postquam hanc nostram prohibitionem cognoverit, amplius in Gilda aut in conventu eorum, qui ad inebriandum solum conveniunt, bibere audeat.* Charta Guillelmi Comitis Flandriæ ann. 1127. pro Confirmatione Consuetudinis villæ S. Audomari : *Omnes, qui Gildam illorum habent et ad illam pertinent, et infra cingulum villæ suæ manent, liberos omnes a theloneo facio, etc.* Infra : *Et quidquid in eo habere debeo, ad restaurationem damnorum, et Gildæ suæ sustentamentum constituo. Communia vel Gilda*, in Regiam Majestatem lib. 2. cap. 12. § 17. *Gilda mercatorum*, in Tabulario Fiscanensi f. 15. *Gilda mercatoria*, in Statutis Willelmi Regis Scot. cap. 35. et in Legib. Burgorum Scoticor. cap. 99. *Gildæ generales, particulares, etc.* passim in Statut.

Digitized by Google

Gildæ Scoticæ. Charta Henrici I. Regis Angliæ, in Regesto Normannico sign. P. in Camera Comput. Paris.: *Sciatis, nos concessisse Willielmo Canuto et Osberto filio Huardi, et sociis Cordewanariis et Corvesariis Rotomag. ut habeant Gildam suam ita bene et honorifice et plenarie de ministerio suo, sicut eam, habuerunt, etc.* Vide Monast. Angl. tom. 1. pag. 277. tom. 2. pag. 81. et quæ de hac voce commentatur Willelmus Dugdalus in Antiquit. Warvic. pag. 119. 122. sed et vocem *Gelde* hac fere notione usurpat *Vacces en son Roman de Rou* MS.:

Ses barons apela, les fist tous arester,
Detriés nos voi ne sai queles gens haster,
Ne sai se par bataille nos veullent destorber,
Nostre Gelde et nous homes faites avant aler,
Et la proie cachier, et les somiers mener.

Alibi:

Chevaliers et borjois, et archiers, et Geldon.

* Nostris *Gilde*. Lit. Guid. comit. Fland. ann. 1282. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 260. art. 1: *Touz tel qui ont leur Gilde et à ycelle appartiennent, etc.* Vide supra *Ghilda*.

GILDIA, Idem quod *Gilda*. Tabularium S. Albini Andeg.: *Si duxerit Dominus Monsterolii* (vadens ad exercitum) *secum milites suos et Gildiæ, homines Monachorum custodient castrum.*

GILDALES, Societates. Synodus Wigorniensis ann. 1240. cap. 38. de Clericis: *Ne intersint ludis inhonestis, nec sustineant ludos fieri de Rege et Regina, nec arietes levari, nec palæstras publicas fieri, nec Gildules inhonestas, et præcipue mercatorum peregrinorum, quas omnino fieri prohibemus.*

GILDAGIUM. Charta Alfonsi Comitis Pictav. anno 1209: *Super saisina vel possessione albergamenti, quod vulgariter nuncupatur Capella Bertrandi, et pariter super saisina Gildagii de Pertigniaco, etc.*

GULDA, ex Theutonico *Gulde*, quod idem sonat ac *Gilda*. Statuta Communiæ Mechliniensis MSS.: *Nulla confraternitas, neque Gulda, neque aliquod singulare signum de ipsis, nisi sola communitatis confraternitas in Machlinia esse poterit, vel debebit.*

¶ GYLDA, Eodem intellectu. *Consulibus, opidanis, burgensibus, universitati et Gyldis opidi nostri Wytstock.* Sic in Schedis lego: sed unde excerptum sit, non memini.

GULDAGIUM, pro *Gildagium*, tom. 2. Monast. Angl. pag. 233.

GELDONIA, GILDONIA. Eadem notione. Papias: *Geldonia, adunatio.* Capitulare ann. 779. cap. 16. [** *Gellonia* in Capit. ann. 789. apud Pertz. Leg. tom. 2. pag. 15.] Capit. lib. 5. cap. 200. et Addit. 4. cap. 134: *De Sacramentis pro Gildonia invicem conjurantibus, ut nemo facere præsumat.* [** Pertz. *Ghildonia.*] Paulo aliter Lex Longob. lib. 1. tit. 17. § 7. [** Carol. M. 13.]: *De sacramentis per Gildoniam ad invicem conjurandis, etc.* Hincmarus Rem. in Capitulis ad Presbyteros parochiæ suæ cap. 16: *De collectis, quas Geldonias, vel Confratrias vulgo vocant, etc.*

¶ GUILDIONIA, Eadem significatione, apud Muratorium tom. 1. part. 2. pag. 95.

GILDSCYRA, Sodalitium. Concilium Londoniense cap. 12. post Concilium Grateleanum ann. 928: *Et diximus etiam omnibus illis, qui in nostram Gildscyram vadium dederunt, si contingat eum mori, omnis congildo det unum panem, et companagium pro anima ejus, etc.*

CONGILDONES, Contubernales, contribules, ejusdem gildæ socii, in loco laudato ex Concilio Londoniensi. Leges Inæ Regis cap. 23: *Si quis alienigena vel ignotus sine via vadat in nemus, ut nec ore clamet, nec cornu sonet, pro fure sit occisus: et solvatur ipsius occisi Congildonibus vel Domino suo.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 75: *Si tunc cognationem maternam habeat, reddat ipsam tertiam partem were, tertiam Congildones, pro tertia fugiat.* Occurrit ibi semel ac iterum, eademque habentur in Legibus Aluredi cap. 34. Ubi etiam

GILDONES, pro *Congildones*, qui *Confratres gildæ* dicuntur in Curia 4. Burgor. Scoticor. cap. 1. § 5. et in Statutis Gildæ Scoticæ: *Fratres Gildæ*, ibid. et in Itinerario Camerarii Scotici cap. 21. § 4. *Guldebroeder*, Theutonibus. Hermannus *de Lerbeke* in Chron. Comit. Schawenburg. pag. 42: *Decem magistros Gildonum seu unionum patibulis suspendebant.* Utitur antea semel ac iterum. [V. *Fratres de Gilda.*]

CONGILDA, Eadem notione. Leges convivii Erici Rigstadiensis: *Quod si quis Congilda ad confratrem suum lædendum in domum convivii securim aut gladium, sive aliquod telum portaverit, etc.* Occurrit ibidem pluries.

¶ GILDECANI *ad Gildam regendam* memineré Wenceslaus et Joanna Duces Brabantiæ ann. 1373. in Privilegiis Lovaniensium, apud Miræum tom. 2. pag. 1025. ubi multa de Gildis earumque Decanis et Fratribus, ut et pag. 1027. 1250. etc.

GHILDHALLA, GUIHALA, GUILHAULA, Locus, in quo exponuntur merces nundinariæ, vulgo *Halla*. Vox composita, ex *ghilde*, collegium, fraternitas, societas, et *hall*, domus, quasi domus confraternitatum. Vetus. Gloss. Saxon.: *Frithgildum*, Ildhall.: legendum Gildhall. Charta Theodorici Comitis Flandr. in Hist. Guinensi pag. 202. 203: *Terram, in qua Ghildhalla cum scoppis et appenditiis suis tam ligneis quam lapideis apud S. Audomarum in foro sita est... Et ad omnem mercaturam tam in appendiciis, quam in Ghildhalla exercendam tradidi.* In alia ann. 1151. scribitur *Ghildsalla*. Scribit Spelmannus Londini etiamnum *Gildhallam Teutonicorum* appellari Hanseaticarum urbium mercatoribus addictam ædem. Vide Gul. Prynneum in Libertat. Eccl. Angl. tom. 3. pag. 484. 485. et Gloss. Watsii in *Hustingus*.

GUILHAULA. Tabul. Fiscanense ann. 1260. fol. 51: *Et quod bolengarii, qui sunt homines mei, nullam aliam quitantiam habent in Guilhaulla, vel in mercato de Argentiis.*

GUIHALA, Eadem notione. Charta Willelmi Comit. Pontivi ann. 1210. in Bibl. Sebus. Cent. 1. cap. 6: *Contuli in perpetuum in elemosynam Canonicis S. Mauritii de Chablais* 13. *libras Paris. ad Guihalam meam in Abbatis villa, quisquis eam tenuerit, annuatim recipiendos in nundinis Trecarum, etc.*

¶ GUIHALDA. *Personaliter compareant in Guihalda civitatis*, apud Rymerum tom. 11. pag. 529. semel et iterum.

GHILLEOLA. Lambertus Ardensis pag. 115: *Dum in Ardea forum causarum, et mercatorum Ghilleolam nuper ædificasset, et plumbeo tabellatu contexisset, etc.* Ubi forte legendum *Ghildhalam*.

* GILERUS GALLINARUM, τὸ ἄκρον τῶν ὀρνίθων. Gloss. Lat. Gr. Leg. ex Salmas. *Gigerus*, ἀκρῶον, in Castigat. ad utrumque Glossar.

¶ GILIO, Germanus. Mabill. tom. 3. Annal. Bened. pag. 600. ex Instrum. ann. 969: *Teuzo et Baldo atque Azo Giliones fratres, filii quondam Bruti bonæ memoriæ Silvestro bonæ memoriæ Presbytero et Monacho, atque coangelico Abbati de venerabili monasterio SS. Cosmæ et Damiani, quod nuncupatur Mica aurea, donant Ecclesiam Dei Genitricis Mariæ, etc.* Vide *Glinglio* in *Gurgo*.

¶ GILIUM, Lilium, Ital. *Giglio*. Chronicon Estense apud Murator. tom. 15. col. 349: *Omnes palafreni coperti scarlato, et per totum arma Giliorum auri et aquilarum albarum argenti.*

* GILLA, a Gallico *Gille*, Fraus, mendacium, illusio; unde pro Ludus aleatorius vel mimicus. *Lusores alearum et Gillarum*, apud Menot. in Serm. Quadrag. fol. 191. v°. Vide infra *Guillator*.

GILLATI, GILIATI. Vide *Gigliati*.

* GILLEAGIUM, in Charta Alfonsi comit. Pictav. ann. 1269. ex Reg. 11. Chartoph. reg. fol. 22. v°. pro quo *Gildagium* legit Cangius in v. *Gildum*. Sed leg. *Jalleagium*, ut habet alia Charta in Reg. laudato fol. 2. v°. Vide infra *Jalagium*.

GILLO, GELO, GELLUS, GUILLO, Lagena, vas vinarium. Papias: *Gelonis, Baucalis, vas.* Hinc emendandum Glossarium Græc. Lat.: Ποδόκοιλον, *Aquale, Gello.* Perperam enim editum *Aqualegelle.* Codex MS. S. Germani Paris. ibi præfert *Aquale, Gellæ.*

GILO. Eadem notione. Epigrammata vetera Pithœana lib. 4. pag. 159:

Gilo vomit gelidum vastis singultibus amnem,
Vis aliena cui frigoris addit opem.
Nam tepidum laticem curavit claudere testa,
Ut mensa indigenis unda nivescat aquis.

GILLO, *Vas fictile*, in Glossar. Cambronensi MS. Gloss. vetus: *Gillo*, βαυκάλιον. Gloss. Ælfrici: *Gille*, wægel Ugutio: *Gillo, et Gello, dicitur rusticus, ineptus: aliter, Baucalis, vel Bacalaus.* Aristophani ἐν εἰρήνῃ, et ejus Scholiastæ, pag. 660. γύλιον dicitur ἀλγεῖον σρατιωτικόν, εἰς ὃ τὰς τροφὰς ἄγονται οἱ σρατιῶται. Hebræis גלה *Gulla*, est vas rotundum instar phialæ aut crateris, unde *Gallonem* deducit Guichartus. Cassianus lib. 4. Instit. cap. 16: *Si quis Gillonem fictilem, quem Baucalem nuncupant, casu aliquo fregerit.*

GELLO. Ruffinus lib. 3. de Vitis Patrum cap. 14: *Gello cum aqua, quem ad potum sibi præparaverat, etc.* Infra,

GELLUNCULUS, Eadem notione.

GELLUS. Glossæ MSS. ad disticha Magistri Cornuti: *Batus, ti, Gellus, bichoz vel vaises, vel livres.*

GUILLO, apud Paulum Diacon. Emeritensem lib. de Vita et miraculis Patrum Emeritensium, in S. Renovato: *Surripiens va-*

Digitized by Google

scula vinaria, quæ mutato nomine Guillones, aut Flascones appellant. Vide *Gillonarius.*

De vocis γυλλὼ apud Græcos recentiores notione, erudite ac copiose suo more J. Bapt. Cotelerius tom. 1. Monumentor. Ecclesiæ Græc. pag. 744. egit.

¶ **GILLOMICHAEL,** *id est, Puer Michaelis,* in Translatione S. Cuthberti cap. 22. in Actis SS. Benedict. sæc. 4. part. 2. pag. 291.

GILLONARIUS, Officium palatinum apud Wisigothos, idem videtur qui apud nos *Baticularius.* Vide *Gillo.* Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 4. § 4 : *Ut non immerito palatinis officiis liberaliter honorentur, id est, Stabulariorum, Gillonariorum, Argentariorum, Coquorum quoque præpositi.* Neque hoc loco P. Pantini conjecturam probo, qui *Gillonarios* puerorum fuisse præfectos contendit, quod ut ait, apud Wisigothos *gielen* sit lascivire, quod proprium est ejus ætatis : unde *Giel,* lascivus.

** **GILSTRIO,** Tributarius, qui *gildum* solvit, Goth. gilstr; vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 259. Chart. ann. 856. apud Neugart. in Cod. Diplom. Alem. tom. 1. pag. 294 : *Recepit a nobis... tertiam partem unius curtis, quam a quibusdam Gilstrionibus nostris, Gundwino scilicet et Liudone emerat.* Neugarto *Gilstriones* iidem videntur ac *Gillonarii.*

GILTWITE, vox Saxonica, *Emenda pro transgressione,* Bromptono : ex vite, mulcta, et gilt, reatus, peccatum. Vide *Gyltwite.*

GIMARESTA, Vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

¶ **GIMBOSUS,** pro *Gibbosus,* tom. 2. SS. Junii pag. 380.

¶ **GIMBUS,** pro *Gibbus,* in Onomastico ad calcem tomi 3. SS. Junii.

¶ **GIMECTA,** pro *Guvetta.* Vide in *Guvus.*

GIMEL. Smaragdus in Grammatica MS. *El, ut Mel, Fel, Gimel* : ubi Glossa superlinearis, *i. plenitudo.*

¶ **GIMETTA,** pro *Guvetta.* Vide in *Guvus.*

GIMNAREMUS, Vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4. ubi vetus Interpres Gallicus legit *Gunvaresco.*

¶ **GIMNASIUM.** Vide *Gymnasium.*

¶ **GIMNOLOGIZARE.** Vide *Gymnologizare.*

GIMUS, pro *Guvus;* vide in hac voce.

GINA. Vide *Guna.*

* **GINATIUM,** pro *Gymnasium.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Ginatium, Estude vel luite.* Vide supra *Gignacium.*

¶ **GINDON,** Species, panni. Charta ann. 1377. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Unam casulam de purpura, floratam de Gindone rubeo.* Sed puto legendum *Sindone,* et *folratam.* Vide *Sindon.*

¶ **GINECIARII, GINETIUM.** Vide *Gynæceum.*

¶ **GINESTUS,** pro Genista, Gallice *Genest. Ginesta cum fulgeria,* apud Baluz. Hist. Tutel. col. 436.

* **GINETA,** Genista, facultas scindendi genistas, vel iis utendi. Reg. de Feud. Norman. ex Cod. reg. 4653. A. fol. 176 : *Galterus de Fadeenvilla tenet feudum Auberti Ranel; .... unde debet unum mensem de custodia et quinque solidos Ginetæ.* Vide supra *Genesteium.*

* **GINETHERIA,** Lanceæ seu jaculi species, nostris *Genetaire.* Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 195 : *Accepit Ginetheriam alterius fratrum prædictorum, et ipsam trahendo dirupit et abstraxit eandem a corrigia sua.* Vide supra *Geneteria.*

* **GINGIBER,** Zinziberis, Gall. *Gingembre.* Comput. ann. 1334. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 84. col. 2 : *Item pro quadam libra Gingiberis pulcherrimi, ... vj. sol. vj. den.* Stat. Genuæ lib. 4. cap. 12. pag. 80. r° : *Dum tamen pecuniam inventam in dictis bonis implicare non possint, nisi in mercibus infrascriptis, auro, argento, seta, pipere, Gingibere, etc. Gingembre de Mesche,* in Chartul. Corb. sign. *Ezechiel* ad ann. 1422. fol. 180. r°. *Gimgembrat,* in Stat. ann. 1312. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 513. art. 10. Vide *Gingibretum.*

¶ **GINGIBRETUM,** Gallis *Gingembre,* Zingiberri, in præcepto Philippi Pulcri Franc. Reg. ann. 1304. Vide *Gingimber.*

GINGILIPHUS. Fragmentum Petronii : *Cæteri convivæ circa labrum manibus nexis currebant, et Gingilipho ingenti clamore exsonabant.* [Legendum *Gingilismo* a γιγλισμός, quod Hesychio est, Titillatio manuum risum ingentem et clamorem acutum excutiens.]

¶ **GINGIMER,** ut *Gingibretum,* tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 305. et in Præcepto Philippi Pulcri Franc. Regis ann. 1304.

¶ **GINGINA,** Johanni de Janua et Glossatori Lat. Gall. Sangerm. pro *Gingiva,* ut habet Celsus, Gallice *Gencive.*

* **GINGIPEDIUM,** Sic vocatur scorbutus a Reinero Snoyo, quod tentet gengivas et pedes. Hæc post D. *Falconet.*

* **GINGIVI, GINGIVI-CINOGLOSIUM,** A *Gingiva,* in qua dentes collocati, quemadmodum inclusa in molaribus pars molendini, de qua hic agitur. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Storiobella, Gallice Chevilles; et sunt quidam nodi incloti rotæ; qui movent fusum molendini aut dentes auxiliares,* (l. maxillares) *qui alio modo dicuntur Gingivi-cinoglosium, Gallice Escosieres. Molares dicuntur magni lapides rotundi; et nodus est, quod est æquivocus ad magnos lapides et ad dentes maxillares, qui alio nomine dicuntur Gingivi.*

GINGIVUS, Constantinus African. lib. de Gradibus, de Pipere : *Cujus fructus sunt sicut siliqua faseoli, et dicuntur Piper longum, cujus concavitas parvis granis sicut milium impletur : quæ cum tempus maturandi fecerint, fiunt in eis quasi Gingivi pleni seminibus, quæ dicuntur Piper.*

GINGLA, Παρωτίς, in Glossis Græco-Latinis.

GINGNASIUM. Vide *Gignasium.*

* **GINGNIA,** *Genchive, Gallice,* in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521. Vide supra *Gignia.*

¶ **GINGRIBA,** εἶδος φωνῆς σάλπιγγος, Species sonitus tubæ, in Glossis Lat. Græc. MSS. Sangerman. Legendum *Gingrinæ.* Festus : *Gingrire, Anserum vocis proprium est, unde genus quoddam tibiarum exiguarum Gingrinæ.* Hæ fiebant ex arundine quadam Siciliensi et *breviores licet, subtilioribus tamen modis insonabant,* ut habetur apud Solinum capite 5. de Sicilia.

¶ **GINGRITUS,** Clangor anserum, apud Arnob. lib. 6. Vide *Gingriba.*

¶ **GINGRUM,** Eadem notione. Glossar. Lat. Græc. Sangerm. MSS. : *Gingrum,* φωνὴ χηνός. [* Vide in *Gingriba.*]

¶ **GINGULA,** σῦλα τῶν ὀδόντων, *Gingivæ.* Supplem. Antiquarii. Vide *Gengibiæ.* [* In Gloss. Lat. Gr. *Gingulæ,* singulare non habet.]

¶ **GINIA.** Vide *Guva,*

* **GINIBRERA,** Locus juniperis consitus, Ital. *Ginepraio.* Reg. recognit. feudal. ann, circ. 1460 : *In territorio de alpibus, loco dicto in plano, versus la Ginibrera.* Vide supra *Genevrus.*

¶ **GINICIUM.** Vide *Gynæceum.*

¶ **GINOCHIUM,** Geniculum, Gallice *Genou,* Ital. *Ginocchio.* Miracula B. Henrici Baucenensis, tom. 3. Junii pag. 376 : *Joannes... guttosus in Ginochiis et in anchis, etc.*

* Hinc forte *Guignoche,* baculum recurvum vocabant nostri, cujus forma sic describitur in Lit. remiss. ann. 1456. ex Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 97 : *Ung baston de houx fourché et reployé par le bout, vulgaument appellé Guignoche, que le suppliant avoit fait pour soy esbatre à getter des pierres ou motes de terre au loing.*

* **GINOFLATA,** Flos caryophyllæus, Gall. *Giroflée.* Proces. crimin. ann. 1488. ex Tabul. D. Venciæ : *Item invenerunt multos lapides in fenestra, ubi sunt Ginoflatæ.*

GINOVAGIUM. Vide *Guionagium* post *Guida.*

¶ **GINPLA,** Peplum, Gall. *Guimp.* Computus anni 1202. apud D. *Brussel* ad calcem tom. 2. de Feudorum usu pag. CCI : *Pro* XII. *Gimplis ad opus dominarum, etc.* LXIII. *sol.* [* Vide *Guimpa.*]

* **GIO,** Italis, Vox incitantis equum. Dialog. creatur. dialog. 100 : *Et cum sic gloriaretur et cogitaret cum quanta gloria duceretur ad illum virum super equum, dicendo : Gio, Gio; cepit pede percutere terram, quasi pungeret equum calcaribus, etc.*

¶ 1. **GIOIA,** Ital. Gaudium, Gallice *Joie,* in Actis S. Franciscæ Rom. tom. 2. SS. Martii pag. 133 *.

* 2. **GIOIA,** Gemma, lapis pretiosus, vox Italica, nostris *Joyau.* Stat. ord. S. Joan. Hieros. ann. 1584. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1838 : *Ut libentius et alacrius fratres nostri in armis se exerceant, præcipimus quod duæ Gioiæ, sive bravia, singulis duobus mensibus apponantur; hoc est uno mense, una pro ludo balistarum; altero mense, altera pro ludo scloporum.*

¶ **GIORSUM.** Vide *Gorsum.*

GIOSTRA, Monomachia ludicra : vox Italica, nostris *Jouste :* τζουστρία, Nicephoro Gregoræ lib. 10. et Cantacuzeno. Historia Cortusiorum lib. 5 cap. 7 : *Fuerunt etiam hastiludia, Giostræ, torneria, et omnia solatia cogitata.* Utitur rursum lib. 10. cap. 9. [Chronicon Danduli apud Murator. tom. 12. col. 516 : *Certamina equestria, quæ Giostras appellant, sunt celebrata.*] Vide Dissertat. 6. ad Joinvillam. et Salmasinm ad Hist. Aug.

Digitized by Google

* **GIOSTRARE**, vox Italica, Hastis concertare, decurrere, Gall. *Jouter*. Annal. Mediol. ad ann. 1358. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 729 : *Tunc in Mediolano fuit Giostratum et bagordatum, et factæ fuerunt magnæ lætitiæ.* Chron. Bergom. ad ann. 1395. apud eumd. ibid. col. 890 : *Multas alias festivitates fecerunt in Giostrando et tripudiando.* Vide *Giostra*.

* **GIOTA** Bladi, idem atque *Mensuraticum*, quod pro mensura frumenti a domino fori exigitur; sic dictum, quia mensura quasi *jacitur* seu agitatur ad calcandum in ea frumentum. Vide *Getus*. Lit. ann. 1275. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 61. art. 7 : *Quod consuetudines et usagia, quæ dicta Maria* (vicecomit. Lemov.) *et vir suus ejus nomine, habent in castro seu villa prædictis et pertinentiis, in pedagiis, ledis ac usagiis, ledæ panis et salis, ... Giota bladi, etc.*

* **GIOVA**, Supplicii genus in blasphemos, f. quo lingua ex ore protracta in contumeliam et irrisionem continebatur. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 42. ex Cod. reg. 4620 : *Ordinamus quod si quis de cætero Deum et B. V. M. blasphemaverit, vel maledixerit, seu turpiter de ipsis locutus fuerit, puniatur pœna decem librarum parvorum : et nihilominus lingua ejus ponatur in Giova, et sic per unam diem stet super berlinam.*

* **GIOVATICUM**, Commodum, fructus, emolumentum, Ital. *Giovativo*, utilis, fructuosus. Charta Valt. Brennæ comit. ann. 1143. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 149 : *Dano concessit . . . . decimam redituum suorum de Brena castello, videlicet Giovatici sui et venditionis fori ac minagii.* Vide supra *Gausita*.

GIPO, *Porpoent*, Gallice et Britannice, in Catholico Armorico. Expressit nostrum *Jupon*. [Proclamatio Consilii Massil. MS. 13. circiter sæculi inter Schedas D. *le Fournier : Nullus homo cujuscumque conditionis existat in civitate Massiliæ de cetero portare audeat supertunicale, tunicam, cotardiam, jaquetum, Giponem; quando desuper portabitur, vestis illa superior sit et esse debeat longitudinis usque genu, nisi sit marinarius navigando, cursor, leno vel latro, aut alius brevis conditionis, quæ vestis superior sit in rotunditate sex palmorum ad minus.* Deinde prohibetur, ne *Magistri Giponum*, aliive sartores aliter vestres concinnent, quam hic statuitur. Quod si quis contraierit rogabitur Episcopus, ut excommunicatione coerceat delinquentem. Ea tum erat Massiliensium sollicitudo, ne quid parum decens esset ac modestum in vestibus. De eadem re audiendi Patres Concilii Aptensis ann. 1365. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 334 : *Item* (inquiunt) *cum nostri domicelli seu scutiferi, qui ex nobis aliquid tenent in numero excessivo ultra quem eis esset expediens, calamistrati incedent ut feminæ, et cum vestibus seu diploidibus, hoc est, Giponis tam brevibus, ut femoralia et signa posteriora eis appareant. . . . duximus auctoritate præsentis Concilii providendum, ut nostrum quilibet vestes suis domicellis seu scutiferis, quos tenebit, fieri faciat longitudinis competentis sic quod saltem subtus genu quatuor digitos protendantur, quarum manicæ nodum attingant brachii, etc.* Plura etiam statuunt Cistercienses de Gipponibus Monachor. apud eumdem Martenium laudati tomi col. 1577. 1580. 1585. et 1590. Solis nunc mulieribus apud Gallos nota est vox *Jupon*, qua crocotulam intelligunt seu tuniculam interiorem. Vide *Jupa*.]

* **GIPONUS**, idem quod *Gipo*, vestis superior, eadem quæ *Disploys*. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus duas disploydes sive Giponos cirici nigri, vocati valos.* Vide infra *Gippo*.

¶ **GIPOSSUS**. Vide *Gibborosus*.

¶ **GIPPALICANA**, Scripturæ genus. Vide *Scriptura*.

¶ **GIPPEGIUS**, pro *Gypsarius*, Gallice *Plâtrier*, in Charta Massil. ann. 1432.

* Occurrit in Instr. ann. 1366. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 300. col. 1. et in Comput. ann. 1489. ibid. tom. 4. pag. 49. col. 2. Vide mox *Gippum*.

* **GIPPO**, ut supra *Gipo*, in Inventar. Ms. ann. 1379 : *Item unus Gippo de cirico rubeo.* Hinc *Gipponnier*, ejusmodi vestium sartor. Stat. ann. 1399. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 385 : *Cousturiers, pourpointiers ou Gipponniers de la ville et fourbours de Troyes, etc.*

¶ **GIPPONUS**, ut supra *Gipo*, Gall. *Jupon*. Habetur apud Rymerum tom. 7. pag. 356.

* **GIPPUM**, pro Gypsum, Gall. *Platre*. Inquisit. super destruct. batisdæ Sabran. ann. 1363. ex Cod. reg. 5956. A fol. 81. v° : *Item domus dirrupta suptus et supra solium de Gippo, etc.* Vide supra *Gipperius*.

1. **GIPPUS**, pro *Gibbus*. Althelmus de Laude virginum cap. 27 :

> Idcirco gelida constrictum morte camelum
> Perdebat Gippum, quod vascula ferre pepercit.

¶ 2. **GIPPUS**. Papias MS. Bituric. : *Cleptes, Fur, Græce, vel Gippus, a clependo.*

* **GIPSARIUS**, Gipsum, pro *Gypsarius* et *Gypsum*, in Stat. Avenion. lib. 1. pagg. 13. 50. 101. et 129. et alibi passim.

* **GIPUSUM**, *Lo zesso*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

¶ **GIPSUM**. Vide *Gypsa*.

GIRACULUM, *est illud, cum quo pueri ludunt, quod in summitate cannæ vel baculi volvitur, et contra ventum cum impetu defertur.* Joan. de Janua; [*Moulinet que les enfans mettent au bout d'un baton pour tourner contre le vent*, in Glossis Lat. Sangerman.]

* **GIRAFA**, Nabis species, Camelopardalis, Ital. *Giraffa*, nostris *Giraffe*. Tract. Ms. de Re milit. et mach. bellic. cap. 16 : *Girafa equis fugam facit, et contra eos irruit timentes; nec equi vadunt obviam Girafæ : sed illius fugam accipiunt.*

GIRAPIGRA, Gerapigra. Will. Britto lib. 12. Philippidos pag. 256 :

> Respectus splendore tui succumbet, et ipsa
> De te composito mordax Girapigra libello,
> Horum si similem mereatur habere poetam.

Hic se cæcutire fatetur Gaspar Barthius, mendumque subesse suspicatur. Sed quid sibi velit hæc vox indicat Joannes de Janua : *Gera pigra, Gera componitur cum pigra, quod est Medicina : et dicitur hæc Gerapigra, vel Gerapitagra, quasi sacra vel sancta pigra, propter ejus utilitatem; est enim optima medicina; [Une maniere de bonne medecine*, ut habetur *in* Gloss. Lat. Gall. Sangerm.] Est igitur *Gerapigra*, quod Græcis ἱερὰ πικρά dicitur, medicina, quæ ex aloë paratur, quæ etiam et πικρά simpliciter tempore Galeni appellata est, ut pluribus scribunt Gorræus in Definitionibus medicis, et Gabriel Humelbergius in Præfat. ad Anton. Musam. Hispani *Gerapliega* dicunt. S. Hieronymus Ep. 151 : *Vidi ego nauseam et capitis vertiginem antidoto, quæ appellatur* πικρά, *sæpe sanari, etc.*

¶ **GIRARE**, Funda lapidem mittere *gyrando*. [* Nequaquam; ibi enim Ambire, circumdare sonat.] Chronicon Siciliæ inter Anecdot. Marten. tom. 3. col. 8 : *Sarraceni dederunt eisdem fratribus tantum spacium loci de tera et solo. . . . quantum Giravit corrigia una facta de uno corio bovis.* Infra col. 39. accipitur pro Circumire. Glossar. Lat. Gall. Sangerman. : *Girare, Tourner, Girer.* Vide *Gyrare*.

* Apud Gualter. Hemingford. de Gest. Eduardi I. reg. Angl. ad ann. 1297. pag. 127 : *Nunc ergo tradantur michi quingenti equestres et modica pars peditum, Girabimusque hostes a tergo et debellabimus eos;* idem est quod Galli dicimus, *Tourner les ennemis.* [** Vide Liudprand. Antapod. lib. 2. cap. 45.]

GIRATA. Bulla Honorii III. PP. in Bullario Casinensi tom. 1. pag. 32 : *Sanctam Mariam in Casis, cum Girata, id est, piscaria in Fucino.*

GIRCA. Testamentum Ranimiri Regis Aragon. æræ 1099. in Hist. Pinnatensi lib. 2. cap. 38 : *Et vassos de auro et de argento, et de Girca et cristallo, et macano, et meos vestitos, etc.* Ubi Martinezius in versione : *Vasos de oro, y de plata, de alabastro, de cristal, y de macano.* Est ergo *Girca* Martinezio *Alabastrum*.

GIRDELLA, Cingulus, zona, ex Saxonico g i r d l, et Anglico *Girdle*. Leges Burgorum Scoticorum, cap. 125. § 1 : *Hæres habebit ad domum suam ista utensilia, ... patellam, cratem ferream, Girdellam, mortarium, etc.* At quid *zona* commune habet cum instrumentis culinariis? Vide igitur, an legendum sit *girgillum*, id est, *rotam hauritoriam*, uti vocem interpretantur Isidorus lib. 1. cap. 15. et veteres Glossæ. Nihil tamen temere definio.

* **GIRELLA**, Piscis genus. Vide supra *Donzella*.

¶ **GIRENS**, Auctor, qui cavet de evictione, Gallis *Garant*. Chartarium Ecclesiæ Auxitanæ cap. 157 : *Sed erit bonus Girens et defensor dicti doni in omnibus . . . . ut possit ab Ecclesia Auxitana pacifice possideri.* Vide *Garens*.

¶ **GIRESTUS**; f. Pyrgus, fritillus, sic dictus, quod in eo tesseræ gyrentur antequam jaciantur. Statuta S. Jacobi *Hospitalis* ann. 1388. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 339 : *Inhibemus etiam ne aliquis de dicto loco ad taxales seu Girestum ludat.*

¶ **GIRFALCO**, Girfalcus. Vide *Gyrofulcones*.

¶ **GIRGATHUM**, *Lectus, in quo amentes et spiritibus vexati immundis vincti detinentur*, in Analthea. Vide *Gyrgatus*.

GIRGILLUS, *Rota*, in Gloss. Arabico-Lat. [Joan. de Janua : *Gyrgillus a Girus*

Digitized by Google

(Gyrus) *Instrumentum femineum quod alio nomine dicitur Volutorium; quia vertendo in girum inde fila devolvuntur ... Item, Girgillus est lignum mobile ex quo funis in puteum cum situla dimittitur ad hauriendam aquam; et dicitur Girgillus, quia in girum vertatur.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Girgillus, Desvoideur à file, il veut dire aussi une polie, en quoy tourne la corde à puiser yaue.*] Vide *Girdella* [et *Gevolutorium.*]

* Glossar. Lat. Ital. Ms. : *Girgilus, lo gomisello de filo.* Vide supra *Gigilla.*

* **GIRLANDA**, Coronula, sertum, Ital. *Ghirlanda.* Annal. Mediol. ad ann. 1389. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 807 : *Capelletus unus sive Girlanda una lapidum et perlarum cum sapphiris vj.* Vide supra *Gerlenda.*

* **GIRO**. Vide infra *Gyro* 2.

GIRO, Pars vestis, Gall. *Giron.* V. *Gyro.*

¶ **GIROFALCO**, Girofalcus. Vide *Gyrofalcones.*

* **GIROLI**. Vide supra *Gerruli.*

* **GIROVAGI**. Vide infra *Gyrovagi.*

¶ **GIROUDONUS**. Minister in palatio Dalphini. Ordinatio anni 1336. pro Hospitio tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 310. col. 1 : *Item unus solliardus coquinæ pedes, unus valletus panateriæ : unus in botellaria, quorum alter sit Giroudonus, et custodiat cupam nostram.* Vereor tamen ne sit nomen proprium : id suadet Computus anni 1337. ibid. pag. 331. col. 2 : *Item, de charnagio habito per eum in baylivia sua, pro dicta cavaguta assignavit Giroudono Bregnino de Gratianop.* cc. *mutones,* lx. *animalia bovina et* vi. *bacones, pro quorum animalium et baconum delatorum in Burgondia solvit dicto Giroudono* xx. *s. gross.*

¶ **GIRPISCERE**, Rei alicujus possessionem dimittere. Charta anni 1235. ex parvo Chartulario S. Victoris Massil. fol. 135 : *Dicimus quod W. de Turris desistat et Girpiscat domino Abbati et Priori de Gigors dictum cavallaticum, etc.* Vide *Guerpire.*

GIRSITH, [Testis, obses.] Vide *Gisiles.*

¶ **GIRUM**. Vide *Gurum.*

* **GISARE**, a veteri Gallico *Gésir*, Jacere. Charta ann. 1315. ex Cod. reg. 4184. fol. 30. v° : *In bona possessione, usagio et saisina capiendi, levandi. . . . boscum siccum stando vel Gisando, etc.* V. supra *Gesina* 1.

GISAUMA, Gesum, spiculum. Joan. de Janua : *Gesa, a gero, is, genus armorum, quod Gallice dicitur Gisarma.* Gloss. Lat. Gall. : *Gesa, Jusarme, Maniere de glaive.* Fleta lib. 1. cap. 24. § 12 : *Et qui minus habuerit quam* 40. *solidat. redditus, tunc ad falces, Gisarmas, cultellos, et alia arma minuta sint jurati.* Eadem habentur in Additament. ad Matth. Paris pag. 149. ut et in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 23. § 4. ubi vox restituenda *Gysarm*, pro *Gysarum : Et qui minus habet quam* 40. *solidos habebat Gysarm, quod dicitur Handaxe.* i. Anglis, anceps securis. Quæ quidem Spelmani conjecturam firmant, qui putat *Gisarmam* fuisse securis speciem. [*Guisarma, nec alia genera armorum necessaria ad tuitionem corporis. . . pro ullo debito pignorentur,* in Consuetud. Brageriaci art. 28.] Le Roman *de Rou* MS. :

Et vous avez Lances agues,
Et Guisarmes bien esmollues.

Idem :

Hasches et Gisarmes tenoient.

Balduinus de Condato MS. :

A cops de dards et de Guisarmes.

Bellomanerius MS. cap. 58 : *Portans armes, ne sajettes, ne armes, ne espées, ne Guisarmes, ne autres armes deffendues.* Guillelmus *Guiart* :

Plommées fermement tenues,
Fauchons, Juisarmes esmolues.

Idem ann. 1214 :

Les reçoivent aus fers de lances,
Aux hasches, aux espées nues,
Et aux Juisarmes esmolues.

Vetus Poëta MS. de Alberico Burgundo :

Sire, dit-il, por peu vos voil proier,
C'une Jusarme me faites sans targier.

Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris :

Lances, bastons, espées, et Guisarmes,
Harnois complez pour bien mil hommes d'armes.

Charta Vetus ex Camera Computor. Paris. : *Il lui semble que ceulx, qui porteroient voulges, les devroient avoir moiennement longs, et qu'ils eussent un peu de ventre, et aussi qu'ils fussent tranchans, et bon estoc, et que lesdits Guisarmiers aient salades à visieres, gantelets, et grans dagues sans espées.* Occurrit præterea non semel apud Froissart. Monstrellet. Berrium, Auth. de Obsid. Aurelian. etc. Idem quod *Bisarme* videtur in Consuet. S. Severi tit. 18. art. 5. ubi restituendum forte *Gisarme.* Vide Skenæum de Verbor. significat. in *Gysarum.*

* *Giserme, gesa,* in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. *Jusèrme,* in Lit. remiss. ann. 1426. ex Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 590 : *Ung baston à une grande alumelle, appellé Juserme.* Aliæ ann. 1460. in Reg. 192. ch. 65 : *Icellui Vincent dist que s'il trouvoit le suppliant à son avantaige, qu'il lui creveroit et poucheroit les deux yeux; ... et commença à porter aucuneffoiz une Zirarme.* Infra : *Girarme.* Vita J. C. Ms. :

Il ne venoient pas sans armes,
Haches portoient et Ghisarmes.

* Hinc stimulus, quo boves instigantur, quia spiculi species est, *Gise* appellatur, in Lit. remiss. ann. 1382. ex Reg. 121. ch. 93 : *Il lui gestast l'aguillon, appellé la Gèse, à quoy il poignoit et cassoit lesdiz beufs.*

GISCELLUS, Gistellus, Viscellus. Charta Conradi Imper. ann. 1209. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 143 : *Cum salinis et sartaginibus, aquis aquarumque decursionibus, piscationibus, stationibus, id est, Giscellis piscium, quos Husones dicimus, etc.* Alia Henrici Imp. ann. 1039. pag. 147 : *Stationibus, id est, Viscell. piscium, quos Husones dicimus.* In alia ann. 1057. pag. 151. habetur *Gistell.* [** *Gistellis* etiam in chart. ann. 1029. in Histor. Frising. tom. 1. pag. 223.]

* Idem videtur quod nostris *Guidel*, Locus scilicet in fluvio coarctatus piscium capiendorum gratia, Gall. *Gord.* Charta ann. 1383. in Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 62 : *Comme nostre amé et féal Bernart de Themericourt escuier, capitaine de nostre ville, chastel et chastellerie de Creilg, eust n'aguerres advisé et ymaginé un Guidel ou gort à prendre poisson estre fait en la riviere d'Oise. Un essuy à Guideaus pour la pescherie sur l'arche,* in Charta ann. 1332. ex Reg. 66. ch. 1102. Nisi hic idem sit quod infra *Guadu* et *Guadellum.*

¶ **GISEL**, Testis. Vide *Gisiles* et *Gaid.*

* **GISELON**, *Lo ferro, o asta de sagitta.* Glossar. Lat. Ital. Ms.

GISIA. Charta Friderici II. Imp. ann. 1210. pro Ecclesia Panormitana apud Rocchum Pirrum tom. 1. pag. 143 : *Concedimus omnes Judæos civitatis nostræ Panormitanæ,... ut de cætero homines vestri sint, et .... Ecclesiæ subditi in omnibus existentes de Gisia et omni servitio et jure et aliis rationibus eorum vobis et Ecclesiæ respondeant.* Alia anni 1211. ibid. pag. 144. de iisdem Judæis : *Homines sint Ecclesiæ, et vobis in omnibus redditibus et tributis Gisiæ, vini, macelli, et aliis servitiis respondeant.*

GISILES, Testes, sive obsides in munimentum alicujus pacti, aut traditionis. Papias Edit. Venetæ : *Gisid, testes.* [Alter Papias : *Gisild i. e. Testes.*] MS. Navarræi Collegii Parisiensis, *Girsith*, infra, *Gisith.* Ex Germanico *Ghïisel*, obses, [*Gisel*, apud Schilterum.] Boërius, *Gisiles, testes.* [** Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 267.] Lex Longob. lib. 2. tit. 15. § 1. [** Roth. 172.] : *Si quis res suas alii thingare voluerit, non absconse, sed ante liberos homines ipsum garathinx faciat, quatenus qui thingat, et qui Gisiles fuerint, liberi sint, ut nulla in posterum oriatur contentio.* Ubi Editio Heroldi tit. 62. § 1. et alibi, habet, *qui Cisil fuerint.* Adde lib. 2. tit. 34. § 1. [** Rothar. 225.] Chronicon S. Sophiæ Benevent. pag. 637. et Wendelinum in Gloss. vocum Atuaticar. Verbo *Salici.* [Vide *Gaid.*]

¶ **GISMA**, *Angulus*, in Glossis Isid. Papiæ et Constantiensis. In Excerptis additur *Græce.* Grævius emendat : *Gonia, Angulus*, Græce Γονία.

* **GISMANUS**. Vide supra *Dienismannus.*

¶ **GISSIUM**, *Labium, terminus, finitio.* Papias : *Gissus, Diffinitio. Gissus, Labium vel terminus,* Probabiliter conjicit Grævius legendum *Gilos* pro *Chilos*, Labium χεῖλος. Quia vero et littora maris, inquit, et amnium dicuntur χείλη, inde quia extremi sunt continentes termini, χείλος notarunt esse terminum.

GISSUM. pro *Gypsum*, [Ital. *Gesso*, Hispan. *Yesso.*] Charta Alfonsi I. Regis æræ 1157. pro Cæsaraugustanis, apud Mich. *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. pag. 265. col. 4 : *Et absolvo vobis illas petras, et illo Gisso, quod prendatis et faciatis, ubi melius potueritis.*

¶ **GISSUS**. Vide *Gissium.*

¶ **GISTA**, Jus hospitii. [* Pactum inter reg. et abbat. S. Tiber. ann. 1273. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 338 : *Super annua alberga seu Gista, quam vicecomes Biterrensis quolibet anno, semel cum palea, et semel cum herba in dicto habere monasterio dicebatur, etc.*] Vide in *Gistum.*

GISTA Aquæ, *Jest*, vel *Gest d'eau.* Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 60 : *Et sedem molendini ... ad faciendum molendinum, et vivarium, cum Gista aquæ, et tofto subtus, et uno curtilagio.*

Digitized by Google

¶ **GISTELLUS.** Vide *Giscellus.*

* **GISTIUM**, Eadem notione. Charta ann. 1190. ex Tabul. Nivern.: *Publice professi sunt* (Will. comes Nivern. et filius ejus) *se nullum penitus Gistium vel erberjagium in locis S. Cyrici habuisse.* Alia ann. 1203. in Chartul. Campan. fol. 301. v°. col. 1 : *Comes Theobaldus et hæredes sui habent et habebunt in perpetuum Gistium suum in burco S. Memmii.* Vide *Gistum.*

GISTUM, Hospitum susceptio, Gall. *Giste :* Jus, quod dominis feudalibus competebat in vassallorum suorum prædiis, qui statis ac condictis vicibus eos domibus suis hospitio et conviviis excipere tenebantur. Quod quidem jus *Mansionaticum*, sub prima et secunda Regum nostrorum stirpe, sub tertia vero *Gistum*, *Procuratio*, *Cœnaticum*, *Comestio*, *Pastus*, *Prandium*, dictum suis locis observamus. Charta Philippi Augusti ann. 1184. pro Abbate S. Petri Catalaun.: *Exactionem neque hospitalitatem, quæ vulgo Geiste appellatur*, in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 137 : [*Si idem Hugo habuerit guerram et acceperit Geiste in Andelou*, in Charta ann. 1193. ex Archivo Monasterii S. Urbani.] Alia Hugonis Ducis Burgund. anno 1235. in Probat. Hist. Burg. pag. 73 : *Neque in procurationibus, quæ Gallice Giste nominantur, tenentur me in aliquo procurare.* Charta Ludovici VII. ann. 1158. in Tabul. S. Dionysii : *Hospitium et procurationem per duas vices, quæ consuetudo vulgariter Gista vocatur.* Hist. Episcopor. et Comitum Engolismensium cap. 35. extremo : *Et cum nec aliquem Capellanum nec Gistis, nec quæstis, nec hospitiis vexasset, etc. Procuratio aut Gistum*, in Charta Jo. Comit. Matiscon. ann. 1237. apud Guichenonum in Biblioth. Sebusiana pag. 102. Nangius in S. Ludovico pag. 363 : *Gista sive procurationes.* Adde Galliam Christianam in Archiepisc. Turon. pag. 775. Doubletum pag. 909. Statutum Philippi Pulcri pro reformat. regni art. 36. etc. Vide *Procuratio.*

Gistum Canum et Venatorum, in Charta ann. 1232. apud Perardum in Burgund. pag. 424. Vide Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 98. [Hoc jure, ut nobis assertum est, etiamnum potitur Princeps *de Croy* in monasterio Lesciensi in Hannonia, ubi certum dierum numerum cum toto suo venatico comitatu, si lubet, hospitatur. Vide *Bren.*]

Gestium, pro *Gistum*, in Chartis aliquot Burgundicis apud Roverium in Reomao pag. 216. 221. 228.

¶ Gistius, Eadem notione. Charta Willermi Archiep. Rem. e Tabulario S. Medardi Suession. ann. 1190 : *Item Gistios habebit Advocatus de Donchery in eadem terra... et de omnibus Gistiis adversus Comitem Registetensem, etc.*

Gestum, in Charta ann. 1218. apud Perardum in Burg. pag. 321. [et in Præscripto Caroli V. Franc. Regis ann. 1368. e Chartulario Eduensi.]

¶ Geixtum, in Charta Hugonis Militis ann. 1227. ex Archivo Monast S. Urbani.

Gextum, in Chartis ann. 1209. et 1235. apud eumdem Perardum pag. 309. 438.

Gista. Charta Philippi Reg. Franc. ann. 1293. in Hist. MS. Remensi Joan. Rogerii : *Significaverunt nobis cives bannorum civitatis Remensis, quod propter obscuritatem levandi Gistas coronamentorum Regum Franciæ, damna et gravamina passi sunt in immensum, etc.* Porro ut de *Gisto* aliquid observemus, ad hoc inductum videtur, ut dominus per terras vassallorum iter faciens, in publica diversoria divertere non cogeretur, quod indecorum arbitrabantur. Unde eo tantum casu obtinebat, si dominus domum in illo loco non haberet, ut est in Historia Monasterii S. Nicolai Andegav. pag. 92. Sed ne ejusmodi dominorum exceptionibus, seu, ut vocabant, *procurationibus*, nimium fatigarentur vassalli, eorum in anno numerus, ut plurimum, infeudationum legibus definitus erat, quod passim adstruunt veteres Chartæ, [eæque in primis quas seculis XII. et XIII. actas reperimus, eo scilicet tempore quo feudorum usus maxime invaluit.] Regestum 31. S. Ludovici in Archivo Regio : *Petrus Archiep. Turon. et Capitulum recognoverunt assensu communi se Archiepiscopum et successores suos Archiepiscopos Turon. Regi Franciæ et ejus successoribus debere procurationem unam seu Gistum in vita cujuslibet Archiepiscopi Turon. semel. Idemque Rex ad petitionem dicti Petri sibi et successoribus concessit, quod dicta procuratio sive Gistum 100. libras Paris. non excederet. Sane nuper Dom. Rex Ludovicus apud Turones constitutus, Dominica scilicet intrante Passionis Domini, debitam sibi ab eodem Petro Arch. procurationem sumpsit. Actum an.* 1255. Interdum famulorum comitatum, et obsequium, cum quo dominus in domum vassalli divertere posset, definitum legimus, ut apud Hemeræum in Augusta Viromand. pag. 166. 236. 249. Exstat Charta in Tabular. S. Germani Paris. quæ restringit procurationem Archiepiscopi Senonensis *ad* 40. *equitaturas ad plus, et* 44. *homines, etc.* Interdum denique *procurationum* expensæ ipsæ definitæ, quæ postmodum in nudam præstationem abiere, quod perinde docent veteres Tabulæ.

Quinetiam Ecclesiæ ipsæ ab istis procurationibus non erant immunes. Quippe cum Principes aut magnates Monasteria exstruebant, ab iis ea fere semper conditione dotabantur, ut statis in anno vicibus in iisdem hospitari, et convivio gratis excipi iis liceret. Quod jus potissimum Regibus ipsis, non in Monasteriis dumtaxat, sed et in Ecclesiis Cathedralibus, quarum prædia et *dotes Regalia* dicuntur, competiisse legimus : adeo ut in earum collatione id privilegii sibi reservasse videantur. Certe testatur Monachus S. Galli lib. 1. cap. 15. 16. 17. Carolum M. in itinere non semel in Episcoporum domos divertisse, et ab iis convivio exceptum. Cujus quidem juris studiosi adeo fuere, ut etsi expeditionem et exercitum, pietatis gratia, Episcopis indulsisse legantur, raro tamen *Gistum* aut *procurationem* dimiserint, quod in Historia nostra Comitum Ambianensium pluribus observamus. [** Pag. 397. edit. ann. 1840.]

Legimus tamen in 31. Regesto S. Ludovici, ex Tabulario Regio, Matthæum Episcopum Carnotensem cum eodem Rege composuisse super gistis et procurationibus, quas apud Carnotum et Fresneium villam Episcopi petebat, et pro quitatione ejusmodi gistorum eidem concessisse 500. lib. Turon. annui reditus in perpetuum, M. Aug. ann. 1259. præterea R. Belvacensem Episcopum cum eodem Rege composuisse ita, quod pro gistis et procurationibus, quæ ei a Belvacensi debebantur Episcopo, quoties apud Belvacum ipsum ire contingebat, 100. lib. Paris. singulis annis in Ascensione Dom. Parisiis sibi persolveret, quatenus esset, ann. 1248.

Ad hoc porro in Ecclesiis et Monasteriis id juris sibi reservabant Principes, ut ubi *regiæ* ac *publicæ* deessent *villæ*, (de quibus suo loco) in quas diverterent, in ipsarum Ecclesiarum domos, ex ipso *regaliorum* jure secederent.

Quinetiam nuntiis ac missis Regiis idem juris erat, adeo ut in Episcoporum palatia diverterent. Hinc Fridericus I. Imp. apud Radevicum lib. 4. cap. 34 : *Nuntios nostros non esse recipiendos in palatiis Episcoporum asserit* (summus Pontifex.) *Concedo, si forte Episcoporum aliquis habet in proprio solo, et non in nostro palatium. Si autem in nostro solo et allodio sunt palatia Episcoporum, cum profecto omne quod ædificatur, solo cedat, nostra sunt et palatia. Injuria ergo esset, si quis nuntios nostros a Regiis palatiis prohiberet.*

Id porro juris procurationis in Ecclesiis omnino regium censitum est : quod præ cæteris docet Arestum ann. 1275. in Regesto Parlamenti signato *Olim*, fol. 29. Nam cum Regina Franciæ negaret, Regem filium suum in villis dotalitii sui *jus gisti* habere, pronunciatum fuit, *quod idem Rex capere potuit Gistum suum, cum ipsum jus in ipsam non possit cadere, sed solummodo in Regem, nec in aliquo propter hoc jus deperit Reginæ.*

* Intenti fuere viri ecclesiastici ad ejusmodi onus evitandum; ita ut honore regem excipiendi privatos se maluerint, quam ut hujus juris privilegio ad eorum domos vel prædia ipsum divertisse existimari posset. Quamobrem, si id casu evenisset, non ex jure, sed excipientium beneficio et spontanea voluntate se hospitatum literis declarare, aut expensis satisfacere rex cogebatur; tanta erat regum in ecclesiam reverentia. Singulare hac de re factum, cujus testem oculatum se profitetur, narrat Stephanus Paris. in Comment. ad Regul. S. Bened. cap. 35. in Append. ad tom. 6. Annal. Bened. pag. 700. col. 2 : *Vidi etiam quod volens* (Ludovicus VII.) *quadam die venire Parisius, detentus est in via. Recepit se propter noctis instantiam, quæ eum prævenerat, in quadam villa canonicorum Parisiensium; locus ille Christolium vocabatur; ibi jacuit, ibi ab hominibus loci data fuit sibi expensa. Summo mane nuntiatum fuit canonicis; contristati sunt valde, dixerunt ad invicem : Destructa est ecclesia; fracta sunt privilegia; aut rex iste expensas restituat, aut cesset universa ad nos respiciens ecclesia Parisiensis. Venit rex eadem die Parisius; sic de consuetudine, qualecumque esset tempus, semper habebat, ad majorem ecclesiam; foris stetit ut alter concivis, quia clausam contra se invenit*

Digitized by Google

januam ecclesiæ; admiratus est, cœpit quærere quid esset in causa, et si forte, quia emendare vellet, aliquis offendisset ecclesiam. Responsum est ei tandem : vere Rex, tu es ille homo, qui contra hujus sanctæ ecclesiæ sacratam consuetudinem et libertatem apud Christolium sero, non de tuo, sed de hominum hujus ecclesiæ marsupio præsumpsisti cœnare; igitur cessat hæc ecclesia, igitur hæc ipsa tibi clausa est janua, et prius omnes canonici exeunt de vestra potentia, quam sustineant suis temporibus libertatem ecclesiæ deperire; et ob hoc, si necesse est, parati sunt, antequam consentiant, omnia sustinere tormenta. Expavit ille rex christianissimus ad hæc verba, suspiravit, ingemuit, lacrymatus est pro nimia tristitia, cœpit se excusare fortiter : Non feci hoc, inquit, studiose, nox iter meum impedivit, non potui sero Parisius, ut proposueram, pervenire, me non cogente, terra illa in expensis me honoravit, pro certo non contradixi; pœnitet me illorum hominum servitia gratuita, quia conversa sunt mihi ad verecundiam, suscepisse. Veniat episcopus Theobaldus, veniat et Clemens decanus, veniant omnes canonici, veniat et ipse canonicus ejusdem villæ præpositus, si culpabilis sum, satisfacere volo; si inculpabilis, eorum volo stare consilio. Rex ille quasi agnus mansuetissimus ante januas ecclesiæ clausas in oratione remansit. Nuntius ad episcopum, audita regis præsentia, cucurrit; gavisus est episcopus, gavisi sunt canonici, aperiuntur januæ, intrat rex ecclesiam cum maxima pietate, orat ut consueverat humiliter et devote; dat ipsum episcopum fidejussorem canonicis pro satisfactione; episcopus vero duo sua candelabra donat eis argentea, donec rex quidquid ibi expendit deberet restituere. Hæc graviora sunt, quam ut unico testi fidem adhibeamus; sed et nihil aliud fortassis indicant præter concessam a Ludovico VII. ann. 1157. exemtionem ab oneribus *gisti* quibusdam hujus ecclesiæ villis, rogatu Theobaldi episcopi et cleri Parisiensis. Vide Gall. Christ. tom. 7. col. 66.

* Verum ejusmodi hospitio et conviviis excipiendi oneribus obnoxiæ erant villarum communiæ, quæ interdum in summam aliquam pecuniariam convertebantur. Charta Eudon. ducis Burg. ann. 1215. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 390 : *Pour un Giste de dix livres et six sextiers d'avoine, à moy ou à mon commandement chascun an à payer.*

Gistum porro et procuratio erat trium dierum fere semper. Tabular. S. Martini Turon. de Rege, ut Abbate ejusdem Eccl. : *A primo die pascit eum Thesaurarius, secundo Decanus, et hoc in Claustro B. Martini, et suis domibus, tertio die pascit eum Archiepiscopus. Si ultra vult demorari, de suo vivat.* [Vide D. *Brussel* Tract. de Usu feudorum tom. 1. cap. 38. pag. 536. et seqq.]

Prostat in veteri Regesto et in Rotulo pergamin. Cameræ Computor. Parisiens. Ecclesiarum ac locorum aliorum Catalogus, in quibus Reges nostri *Gista* capere consueverant, quem hoc loco describere, haud inutile fortean fuerit. [* Addenda aut emendanda suppeditat nonnulla Reg. sign. *Pater* Camer. Comput. Paris fol. 162. v°.]

Gista Regis, in al. MS. : *Gista, quæ Domino Regi debentur. Archiep. Remens. unum. S. Remigius Remens. 1. S. Petrus,* [* add. *d'Auvilles.*] *S. Theodoric. et S. Basolus* 1. (al. *S. Baalus.*)

In Laudunesio. Corbiniacum et Corona 1. (al. *Cirona.*) [* leg. *Creona.*] *Cerniacum* 1. *Velleyacum* 1. (al. *Wailliacum.*) [* leg. *Valliacum.*] *Brueriæ* 1. *Episc. Catalaun.* 1. *Burgenses ibi* 1. (al. *Burg. Catalaun.*) *S. Mamius Catalaun.* 1. [* omittitur *S. Mam. Cat.*] *S. Medardus Suess.* 1. *S. Maria ibi* 1. *S. Maria de monte super Branam* 1. *Viacus super Assonam* 1. (al. *Vy.*) *Berreus in Sylvanect.* 1. (al. *Berron.*) *Rexonum super Axonam* 1. (al. *Ressons.*) [MS. Sangerm. *Ressonium.*] *Villare S. Pauli* 1. *Fresneium* 1. (al. *Franne-tum.*) *Castineium Belvac.* 1. (al. *Casteneium.*) *S. Justus in Belvac. in villa* 1. *Brajella* 1. (al. *Braele.*) *Episcop. Atrebat.* 1. *S. Richarius in Pontivo et villa* 1. *S. Petrus de Corbia* 1. *de* 100. *lib. Par.* [*de* 100. *lib. Par.* omittit Sangerman. codex.] *Episc. Belvac.* 1. *de centum lib. Paris. sicut continetur in Charta super hoc, cujus transcriptum habetur. Thoriac.* 1. (al. *Thoiriacum.*) *Rodolium* 1. *Espona* 1. *Andrisiacus* 1. *Anthoniacus* 1. *Villa nova S. Georgii* 1. [MS. Sangerman. addit, *Hesmant juxta Monstrolium* 1.] *Leriacum super Ligerim* 1. *Trambl. in Paris.* 1. *Trapæ* 1. *Sompchamp* 1. [* leg. *Souchamp.*]

Apud Turon. Decan. S. Martini ibi 1. *Thesaurar. ibi* 1. *S. Maximinus* 1. *S. Benedictus* 1. *Ferreriæ* 1. *Liencur. juxta Clarum montem* 1. [* leg. *Liencourt juxta Chaumont.*] *Abbas S. Benedicti apud Euram villam* 1. *Abbas Ferrar.* 1. *Abbas Majoris Monast. Tur.* 60. *libr. levandas quolibet anno si Rex visitaverit Ecclesiam, alias non. Archiep. Turon.* 1. *de* 100. *lib. ad vitam Archiepiscopi, et non plus per totam ejus vitam.*

In terra S. Aniani, Tilleium 1. *Ruemium et Santilliacum* 1. [* leg. *Ruennium et Saucilliacum.*]

In terra S. Crucis. Boevilla S. Petri 1. *Germani villa* [MS. Sangerm. *Ginenminvilla*] *et Abonnivilla* 1. *Colummavilla* 1. *apud Rethom* 1. [Sangerm. *Betony.*] *apud Blandi* 1. *apud S. Dorbinum* 1. *Rouvreyum in Belsia,* [* leg. *In terra S. Crucis. Apud Borvillam S. Petri* 1. *Germenivilla et Abbonvilla* 1. *Colummenivilla* 1. *apud Betoni* 1. *apud Blandi* 1. *apud Sodobrim* 1. *Bouteyum in Bessia,*] *quæ villa S. Dionysii est,* 1. *Samesy, quæ est villa S. Columbæ* 1. *apud Vitriacum in terra S. Launemari* 1. *Apud Blesis* 1. [* leg. *apud Chablis.*] *Apud Mesiacum* 1. *Abbas Fossatens.* 1. *Episc. Meldensis* 1. *de quo solvit per Compotum Ballivæ Paris. ad Omnes SS.* 1269. 107. *lib.* 2. *sol.* 1. *den. Episc. Autissiod. si Giemum exiret de manu Regis,* 1. *Episcop. Suession. si Petrafons exiret de manu Regis, et Episcopus non esset in fide ejus de illa,* 1. *Episcop. Nivern.* 1. *Monachi S. Portiani* 1. *de* 60. *lib. Par. Villa Clarimontis in Alvernia* 1. [Sangerm. addit : *Podium B. Mariæ in Alvernia* 1.] *Episc. de Podio* 1. *Capitulum* 1. *Burgenses* 1. *Bridanum super villam* 1. *Ycoire super villam* 1. *S. Porcianus super Monach. et villam,* 1. *Credona versus Remis* 1. *Episc. Morinensis* 1.

Gista Campaniæ.

Prius in Balliv. Trecensi, Meld. et Pruvin.

In Præposit. Trec. S. Sepulchrum 1. *Juvernant* 1. *Monsterolium villa* 1. *Voonum* 1. *Hausson* 1. *Monstier la Cele,* 1. *ut dicitur. S. Pere le Vif de Sens,* 1. *Monstier au dessous de S. Sauveur en Polseaux* 1. *Monstier aramé* 1.

In Præp. S. Florentii, S. German. Anchiss. [melius, uti Sangerm. codex, *Autissiodorensis*] 1. *Chablies* 1.

In Præpos. de Colommiers, l'Abbeye de Relbez 1. *l'Abbeye de Jeurre.* [Addit Sangerm. 1. *de* 100. *lib.*]

In Præpos. de Bray, Dame Marie sur les hommes S. Martin de Tours de 3. *ans en* 3. *ans,* 1.

In Præp. de Loy, [Sangerm. *Joy* pro *Loy.*] *Rosay en toute la vie du Seigneur de Champagne* 1. *tantummodo.*

In Ball. Vitriaci, prius in Præp. Castellion. Ventelay 1. *vel* 8. *libr. Don...* [Sangerm. *Domery,*] 1. *vel* 20. *libr. Maruetl* 1. *vel* 10. *lib. Crugus* [Sangerm. *Grugny,*] 1. [Sangerman. *vel* 15. *lib.*] *La Chapelle Avullay* 1. *Soilly* 1.

In Præp. Castri Tyerris, Ciergi 1. *vel* 10. *lib. Cierges* 1. *Coinssi* 1. *S. Maart de Soissons* 1. *Chesy* 1. *Orbois* 1.

In Præp. d'Espernay, S. Mainge de Chaalons 1.

In Præp. de S. Menehot, Belleval en Dinelet 1. *Suyppe* 1.

In Ball. Sezannæ, Gaye 1. *Semoigne* 1. *Herbice* 1. *Troan* 1. *Villers* 40. *s. toutefois que le Seig. de Champagne descent en la ville, et prent au Monstier eau benoiste.*

In Ball. Calvimontis, primo in Præpos. de la Ferté, Gronay 1. *vel.* 10. *libr. Guffin* 1. [Sangerm. *Cuffin,*] *vel* 100. *libr. Silve en Rouvre* 1. *vel* 30. *sol.*

In Præpos. de Montesclaire, le Val de Roignon 1.

In Præpositura de Vaissy, Monstrier en Der 1.

In Præpos. de Ronsnay, Sainte Marguerie unum.

Il est à scavoir, qu'en toutes les Abbayes blanches de l'Ordre de Cisteaux le Seigneur de Champagne a acoutumé de venir une fois l'an, quant il leur plaist, aus cousts de l'Abbeye; mais cils de l'Ordre dient qui ne sont mie tenus à le recevoir [Sangerman. *à leurs coustanges*] *fors de grace. Item il est assavoir que aucuns autres menus gistes y a qui sont acensis, dont il ne convient mie faire mention.*

Ex eodem Regesto.

Gistu, quæ dominus Rex cepit an. Dom. 1223.

Dominica ante festum B. Petri ad Vincula apud Belvacum, Gistum 136. *libr.*

Die Lunæ post apud S. Justum in Belvacino, Gistum 100. *libr.*

Die Jovis post apud S. Medardum Suession. 124. *lib.*

Die Veneris post apud Montem nostræ Dominæ, 60. *libr.*

Vigilia et die Coronamenti, apud Remis, 4000. *lib.* [Sangerman. MS. *Die post coronamentum ad nostram Dominam Suession. Gistum* 120. *lib.*]

Die Martis ante SS. Simonem et Judam apud S. Benedictum super Ligerim Gistum 120. *lib.*

Digitized by Google

Die S. Catharinæ in domo Episcopi Atrebat. Gistum 189. *libr.*

Die Veneris post festum B. Nicolai apud S. Richerium, Gistum 200. *libr.*

Dominica post apud Corbeiam, Gistum 100, *lib. etc. Et sic usque ad an.* 1269. Hujus porro Gistorum Catalogi mentio est in Charta Lud. ann. 1259. qua Ecclesiam S. Dionysii ab gisto immunem statuit, hac formula : *Ipsam Ecclesiam quittamus in perpetuum de Gisto prædicto, et de registro nostro in quo continebatur Gistum, ipsum abradi fecimus.* Vide notas nostras ad Joinvillam pag. 101. 102. De jure vero gisti consule præterea Chopinum lib. 3. de Doman. tit. 20. art. 13.

GITA, Idem quod *Assisa*, Impositio, vel potius æqua impositionis partitio. Martinus Didacus *Daux* Justitia Aragon. in Observantiis Regni Aragon. lib. 6. tit. de Munerib. : *In aliis vero tam vicinalibus, quam aliis, non tenentur cum eis contribuere, debent tamen vocari terras tenentes in compartimentis, ut mittant unum vel duos homines ad videndum, qualiter ordinatur Gita, vel talia quæ debent fieri pro prædictis.* Hinc nostris et Hispanis *Geton*, calculus.

* *Geis, Gette, Gepte* et *Giest;* unde *Giter* et *Getter*, impositionem partiri, quod calculis, Gall. *Giet, Gétoier* et *Gétouoir* nuncupatis, putaretur. Libert. villæ *de Braoux* ann. 1331. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 335. art. 2 : *Nous quittons à tousjours lesdiz habitans de Braoux et leurs hoirs vint sols de Tournois, qu'il nous doivent chascun an pour une redevance que l'en appelle Gette.* Aliæ pro Jonvil. ann. 1354. ibid. pag. 298. art. 25 : *Auront auctorité lidit eschevin de faire trais et Geis et provision sur lesdiz habitans, pour faire clousons et fermetez. Jetter,* eodem intellectu, in Libert. *de Bourlemont* ann. 1357. tom. 6. earumd. Ordinat. pag. 630. art. 1 : *Jetteront sur eulx lesdiz habitans leurs dictes tailles.* Libert. villæ *d'Aigueperse* ann. 1374. in Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 360 : *Item voulons et octroions que lesdiz consoulz et conseillers ..... puissent et leur soit leu de leur propre auctorité indire et imposer. . . . taille, queste, Gepte, etc.* Aliæ pro villa *de Bure* ann. 1371. tom. 5. Ordinat. pag. 475. art. 5 : *Leur part et porcion du Giest et taille, qui leur sera imposé.* Charta ann. 1260. ex Chartul. Campan. fol. 390. col. 1 : *Quant cele taille sera fete, elle sera Gitée, et somme feite pardevant les homes devantdiz.* Lit. ann. 1259. tom. 4. Ordinat. pag. 391. art. 5 : *Getter nostre rente de blé . . . A ceulx qui Giteroient le blé, etc. Tapis pour couvrir comptoirs, Giez, chandeliers,* in Charta ann. 1323. ex Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. Paris. fol. 169. r°. Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 158. ch. 416 : *Le suppliant bailla audit Pierre certaine quantité de Getouoirs, pour mettre ou il avoit prins ledit argent.* Aliæ ann. 1407. in Reg. 161. ch. 285 : *Deux petits Gétoiers à compter et sommer etc. Uns Géez d'argent à oiseaux, qui bien pouvoient valoir environ xvj. deniers,* in aliis Lit. ann. 1376. ex Reg. 109. ch. 367. Vide infra *Jactus* 8.

* **GITAGIUM**, Exactio, impositio quævis, idem quod *Gita*. Conc. Narbon. ann. 1227. ex Cod. reg. 1613 : *De novis pedagiis et Gitagiis statuit concilium, ut per ecclesiasticum judicem, si necesse fuerit, prohibeantur omnino. Gittaige*, eadem acceptione, in Chartul. Corb. sign. *Cæsar* fol. 88. r° : *Congié de mettre ses chevaulx paistre ès grant bot : on doit deux poulles et le Gittaige.*

* **GITARE**, Expellere, Provinc. *Gittar*, Gall. *Jetter dehors.* Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Nec inveniebant aliquos, qui eos volverent seu Gitarent.* [** An *Girarent ?*] *Getter canon*, Tormentum bellicum emittere, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 207. *Gétoire* vero, Pala lignea est, in Lit. ann. 1411. ex Reg. 165. ch. 247 : *Une grant paelle, appellée Getoire, qui estoit ferrée. Une Gettoire ou pelle de bois*, in aliis ann. 1454. ex Reg. 184. ch. 450.

* **GITEIA**, Projectura, Gall. *Saillie, avance.* Charta ann. 1243. in Chartul. S. Dion. pag. 206. col. 2 : *Super Giteiam domus Andreæ charronis, ij. denarii; .... super Giteiam etiam domus Richardi barbatoris, ij. denarii.*

¶ **GITERNARIUS**, Qui pulsat instrumentum musicum, quod Angli vocant *Gittern.* Litteræ anni 1363. apud Rymer. tom. 6. pag. 418. *pro Giternario Reginæ : Rex universis, etc. Sciatis quod de gratia nostra speciali concessimus dicto nostro Andreæ Destrer de Bruges, Giternario Philippæ Reginæ Angliæ, consortis nostræ, etc.* [* Vide infra *Guiterna.*]

* **GITH**, *Gargerie*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

¶ **GITTA**. Leges Balduini Flandriæ Comitis ann. 1200. de homicidio, apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 768 : *In juramentis illis nullæ occasiones ammiscendæ sunt, quæ Gitta dicuntur.* Editor laudatus in Glossario ad calcem tomi 5. conjectat *Gitta* idem esse quod *Getia, Præstigiæ per manuum invocationem, maleficia.* Quid si tantum astutia, dolus, ab Anglico *Wit*, vel Belgico *Gite*, quod interdum id significat? Vide *Getia.*

* **GIUDICIUM**, ab Italico *Giudicio*, Judicium, jus, forum, in Stat. Placent. lib. 3. fol. 32. v°.

* **GIUGIARIUS**, inter ministros archiepiscopi Mediolanensis recensetur, in Chron. Mediol. ad ann. 1210. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 637. An qui potiones ex zizypho, Ital. *Giuggiola*, parabat?

¶ **GIZERIA**, pro *Gigeria*, Gall. *Gesier.* Vide locum in *Saucunculus.*

¶ 1. **GLABELLA**, Joanni de Janua, *Grana capitis, quia nuda est, sine pilis, a Glaber, Glabellus, Nudus sine pilis.* Interstitium est illud sine pilis, quod supercilia supra nasum disterminat. Martianus Capella lib. 2. § 132 : *Quarum una deosculata Philologiæ frontem illic, ubi pubem ciliorum discriminat Glabellæ medietas.* Forte melius legeretur *Glabella medietas.* Apuleius non semel utitur *Glabellus* adjective.

* 2. **GLABELLA**, *Grée*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. An a Gr. γραία, vetula? Aliud ex Cod. 7692 : *Glabella, Gréve.* Et quidem arena glabra est, seu sine herba.

GLABRIO. Vetus Charta in Chron. Besuensi pag. 599 : *Omnium noverit industria, quod Aymo, qui erat Glabrio, concesserit, etc, Glabriones* Latinis dicuntur, qui corpus pilis nudum habent. Gloss. Lat. Græc. *Glaber*, ψιλός. Sed hic imberbem et eunuchum vel spadonem intelligi arbitror. Joan. de Janua : *Glabrio, calvus, vel imberbis.* Vide tom. 3. Histor. Francor. pag. 638. [** et Reinard. Vulp. lib. 2. vers. 994.]

¶ **GLACIA**, Gall. *Glace.* Glossæ vett. : *Glacies et Glacia*, Κρύσταλλος, πάχνη.

* **GLACIARE**, Gelascere, Gall. *Se glacer.* Chron. Andr. presbyt. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 47 : *Fuit gelu gravissimum, ... et vinum intra vascula Glaciavit.*

* **GLACIECULA**, *dimin. a Glacies, Glas, Prov.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. 7657.

¶ **GLADIALITER.** Vita B. Coletæ tom. 1. Martii pag. 561 : *Pluries in manibus et pedibus de latere sibi videbatur clavis et lancea se fore Gladialiter perforatam*, id est, tanquam gladio.

¶ **GLADIARE**, Gladio cædere. Vita S. Angeli Carmelitæ tom. 2. Maii pag. 830 : *Martyrium sustinui, et amore justitiæ et Jesu Christi Gladiatus fui.* [** Benedicti Chronicon cap. 34. ap. Pertz. vol. Scriptor. 3. pag. 717 : *Qui mox Albericus appreensis super et scriptis episcopis, et alii ceteris gladiatores, alii berbêrati, alii Gladiati, alii in carcerem retrusi.* Vide Virgil. Grammat. pag. 80.]

¶ **GLADIARIUS**, Qui facit gladios. Gloss. Græc. Lat. ξιφοποιός, *Gladiarius.*

¶ 1. **GLADIATOR**, Homicida, latro. Gasparis Barthii Glossarium ex Baldrici Hist. Palæst.

* 2. **GLADIATOR**, Dignitas et officium in curia ducis Bohemiæ, Qui gladium ducis portat. Chartam Henrici et episcopi Bohemiæ ann. 1195. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 45. subscribit inter alios *Macerat Gladiator ducis Bohemiæ.* Vide *Gladifer.*

¶ **GLADIATORIUM**, μονομαχία, Singulare certamen. Gloss. Lat. Gr. MS. Sangerm. Livio *Gladiatorium* est præmium vincentis gladiatoris.

¶ **GLADIATURA**, Congressus gladiatorum, ludicræ equestres pugnæ. Lambertus Ardens. apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 397 : *Cum ergo ventum est ad locum Gladiaturæ vel tornamenti, justo Dei judicio actum est; ut in primo belli concursu accpto in umbilico vulnere Comes de vita periclitaretur.* Haud absimili notione Tacitus dixit : *E servis Gladiaturæ destinati.* Et Sidonius in Paneg. Anthemii :

> Ad Gladiaturam tu, Spartace vincte, parasti.

¶ **GLADIFER GRACOVIENSIS.** Vita B. Kingæ auctore Joanne Longini Canonico Cracoviensi tom. 5. Julii pag. 744 : *Erat pro ea tempestate Gicolaus Seraphin..... Gladifer Cracoviensis.... genere nobilis.* Ubi Sollerius adnotat : *Gladifer Cracoviensis*, dignitas atque officium aulicum erat, Principi, quoties intra tractum illum in publicum cum pompa procederet, gladium præferre; idemque est de aliis per idem regnum Gladiferis; quamquam nunc (ita de suo tempore scribit Cromerus lib. de Republica et Magistratibus Polonorum) *solum nomen nudumque honorem retinent.*

Digitized by Google

¶ **GLADIOLI**, *a figura vocantur vel Sepiæ, vel viliores pisciculi.* Sussannæus in Vocabulario.

GLADIOLUM, vel GLADIOLUS, Carex, vel Carectum, [Gall. *Glaïeul,*] Anglis *Sedge*, in Capitulari de Villis cap. 70. Matth. Paris ann. 1256 : *Mariscus profert Gladiolum, cespites, et alia ignis pabula.* [Miracula S. Barnardi Episc. Vien. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 589 : *Herbæ, vulgo dictæ Gladioles, flores unus adolescens capsæ memorati Pontificis lætabundus imposuit.* Le Roman *d'Athis* MS. :

Parmi la sale empimentée
De lis, de Glaiaire enjonchée,
De roses fresches et nouvelles.

Plinius utitur voce *Gladiolus* hac notione.] Vide Ruellium lib. 3. de Stirpib. cap. 87.

¶ **GLADIOSUS**, ξυφήρης, *Ensifer, sicarius*, apud Janum in Supplemento Antiquarii.

1. **GLADIUS**, pro sexu virili, ut *Fusus*, pro muliebri. Schedæ MSS. : *Colus est instrumentum filandi, et appellatur a rusticis Gladius mulieris.* Speculum Saxonicum lib. 1. art. 45. § 1 : *Ei in progeniæ æqualis et proximior agnatus ex parte Gladii tutor ejus erit.* Lib. 3. art. 15. § 3 : *Qui expeditorias res, hoc est, arma bellica, postulet, agnatus ex parte Gladii esse debet : ad utensilia vero seu geradam, cognatus, id est, ex parte fusi seu mulieris duntaxat admittitur.* Vide *Fusus.*

2. **GLADIUS**, Jus gladii, merum imperium. Charta Roberti Ducis Normanniæ, filii Richardi, in Regesto Norman. sign. P. in Camera Comput. Parisiens. : *Habens tantum in donis et liberationibus reguardi et panagii, quantum unus ex magistris reguartoribus et panagatoribus meis per totam Normanniam et bustorum meorum ad justitiam Gladii mei pertinentium.* Antiquæ Schedæ apud Camdenum in Britannia : *Comitatus Flint pertinet ad Gladium Cestriæ.* Charta Henrici VI. Regis Angl. apud Seldenum de Titulis honorar. pag. 640 : *Curiam suam liberam de omnibus placitis et querelis in Curia Comitis motis, exceptis placitis ad Gladium ejus pertinentibus.* In veteri Charta Hugo de Abrincis dicitur Comitatum Cestrensem possedisse *adeo liberum ad Gladium, sicut ipse Rex totam tenebat Angliam.* Inde fortean Comites in Anglia cum inaugurabantur, accingebantur *Gladio*, veluti jurisdictionis suæ symbolo. Matth. Paris ann. 1188. de Hugoni *du Puiset* Dunelmensi Episc. Northumbrensi Comite creato : *Qui a Rege Gladio Comitatus accinctus, nomen sibi Comitis usurpavit : quo Gladio accincto, Rex cum cachinno astantibus dixit : Juvenem feci Comitem de Episcopo veterano.* Matthæus Westmonaster. ann. 1227 : *Quo etiam anno Nonis Februar. Hubertus, Angliæ Justitiarius, Gladio accinctus est a Rege Comitatus Cantiæ.* Rogerus Hoveden. pag. 739 : *Eodem die Coronationis Rex accinxit Willelmum Marescallum Gladio Comitatus de Striguil, et Gaufridum filium Petri, Gladio Comitatus de Essex; qui licet antea vocati essent Comites, et administrationem suorum Comitatuum habuissent, tamen non erant accincti Gladio Comitatus : et ipsi illa die servierunt ad mensam Regis accincti Gladiis.* Capitolinus in Gordiano : *Filiusque Legatus Patris, ... Gladii potestate succinctus est.* Lampridius in Alexandro Severo : *Honores juris Gladii nunquam vendi passus est, dicens : Necesse est, ut qui emit, vendat.* Statius lib. 5. Silv. 2 :

Felix qui magno jam nunc sub Præside juras,
Cuique sacer primum tradit Germanicus Ensem.

Adde Firmicum lib. 5. Matth. cap. 5. S. Augustin. Epist. 61. præter JC. Vide *Placitum Spathæ.* [* Hinc

* GLADIUS SANGUINOLENTUS, in Charta Frider. II. imper. ann. 1214. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1651 : *Nos attendentes fidem et devotionem et obsequia multa, quæ Aquilejensis ecclesia, et specialiter princeps noster Wolcherus ejusdem ecclesiæ patriarcha nobis et imperio laudabiliter exhibuit,... ducatum et comitatum Forojulii, ... cum omnibus ad ducatum et comitatum pertinentibus, placitis, collectis, fodro, sanguinolento Gladio .... confirmamus.* Vide *Sanguis.*

* GLADIUS SPIRITUALIS, Jurisdictio ecclesiastica. Reg. actor. capit. eccl. Lugdun. in Cam. Comput. Paris. ad ann. 1337. fol. 23. v° : *Constituerunt judices Gladii spiritualis et claustri Lugdunensis dominos Guillelmum de Cheneluco custodem et Guillelmum de Thureio canonicos.*

GLADII DEDITIO, seu positio. Libellus de fundatione Monasterii Bigaugiensis pag. 256 : *Consuluerunt illi, ut religionis habitum susciperet : qui promtus obediens, in præsentia eorum Deditione Gladii, tam militaria omnia, quam sæcularia abdicavit.* Vide Cæsarium Heisterb. lib. 1. cap. 37.

3. **GLADIUS**, Mors. Isidorus Pacensis Episcopus æra 749 : *A Toleto fugam arripientem Gladio patibuli jugulat, etc.*

* 4. **GLADIUS**, Lamina gladii vel cultelli, Gall. *Lame.* Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 293 : *Prohibitum extiterat ne quis portare præsumeret .... armaturas aliquas vel cultellum, cujus alumella sive Gladius esset longior uno pede.*

* GLADIUS CATHALANATICUS, vulgo *Epée de Catalogne*, olim in pretio. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 99 : *Causa suæ defensionis evaginavit Gladium suum Cathalanaticum. Espée à hault taillier*, Major gladius, vulgo *Espadon*, in Testam. Th. *de Failly* ann. 1473. ex Bibl. reg. *Espée batue*, cujus usus est in pugnis ludicris. Aliæ Lit. ann. 1382. in Reg. 122. ch. 117 : *En eulx esbatant lesdiz Lucas et Brulé sachierent deux espées batues qu'il avoient, dont l'en jouoit au bouclier.* Vide supra *Ensis.* Ecclesiam ingredientes gladium deponebant. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 401 : *Après ce que le suppliant ot mis son cheval en l'estable chiez le secretain dudit lieu, il vint à ycelle église, et laissa son espée en garde à un homme, nommé Bertaut, à l'entrée de ladite église.*

* Gladium per mucronem tenere, signum erat deditionis in arbitratum victoris, ut colligitur ex Poem. Alex. Ms. part. 2.

Douze furent par conte, chascun au poin tenoit
S'espée par la pointe, que bien seneſioit
Miséricorde ou mort, ou il s'umelioit.

* 5. **GLADIUS CEREUS**, Candelæ cereæ majoris species. Calendar. eccl. Camerac. Ms. fol. 22. r°. ubi de Benedictione cereorum in die Purificat. : *Debent esse paratæ candelæ super gradus presbyterii, cum Gladiis cereis pro paribus.*

¶ **GLAEPTA**. Lampridius in Severo : *Sed summa illa oblectatio fuit, ut ... aut perdices inter se pugnarent, aut Glaeptæ parvulæ sursum et deorsum volitarent.* Ita præferre Codd. MSS. monet Casaubonus, ubi editi habent *aves parvulæ.*

¶ **GLÆVIA**, βῶλος, *Gleba*, in Supplemento Antiquarii. Infra legitur *Glaevo* in voce *Glebo.*

GLAGA. Fleta lib. 2. cap. 79. § 2 : *Præsepia ac sua ovilia bonis Glagis calide furatis, palisque grossis parari faciat atque muniri.* [Idem puto quod *Glaia*, Crates, tabula, viminibus aut virgulis contexta, Gall. *Glaye.* Vide *Gleia.*]

¶ **GLAIOLIA**, Gall. *Glayeul*, Gladiolus, seu Carectum, locus gladiolis obsitus. Chartular. S. Vandregesili tom. 1. pag. 731 : *Pro quadam pechia terræ ... sitæ apud Glaiolias, juxta terram Nicolai, etc.*

* **GLAIUS**. Vide mox in *Glaivus.*

* **GLAIVUS**, a Gallico *Glaive*, Gladius, lancea, hasta, quo Eques lancea armatus perinde significatur. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 104 : *Ipse exponens de quodam Glaivo, quem tunc secum portabat, se defendit, de quo Glaivo ad evitandum periculum mortis, ... eumdem Dominicum taliter percussit uno ictu, quod inde dictus Dominicus diem suum clausit extremum.* Charta ann. 1358. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 245 : *Concedimus quod eligatur per communitates cujuslibet senescalliæ unus probus vir, ... qui recipiat vadia quatuor Glaivorum, ... pro sui tamen persona vadia duorum Glaivorum, quos Glaivos habeat tenere de facto.* Et col. 246 : *Item volumus et concedimus quod numerus dictorum mille Glaivorum et peditum, sit et serviat de facto.* Instr. ann. 1358. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 203. col. 1 : *Communitates linguæ Occitanæ mille Glaios et mille servientes obtulerunt domino comiti Pictaviensi.* Lit. Caroli V. ann. 1369. in vol. 6. arestor. parlam. Paris. : *Pluseurs gens d'armes, jusqu'à quarente Glaives ou environ, estoient venus devers les parties de Lorraine etc.* Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. ch. 190 : *Girot Varendin .... trouvast pluseurs gens d'armes, jusques au nombre de douze Glaives ou environ, qui se disoient estre ordonnez et appareilliez pour aler à S. Sauveur le vicomte, pour grever et dommager nos ennemis.* Consule Cangium in not. ad Joinvil. pag. 61. Vide infra in *Glavea.*

GLAMA, in Gloss. Græc. Lat. edito et MS. Λήμη, i. Lippitudo. [* Adde ex Cod. reg. in Castigat. *Sordes oculi, lippus.*]

GLANA, Pugillus spicarum, alliorum, etc. Gall. *glaner*, spicas legere in agro. Tabul. Maurigniacense ch. 68. ann. 1256 : *Et sex Glanas, sive glebas alliorum, tres de grossioribus, et 3. de minoribus.* Occurrit ibi pluries.

* Alias etiam *Glaine.* Lit. remiss. ann. 1427. in Reg. 174. Chartoph. reg. ch. 126 : *Ainsi que le suppliant batoit un pou de Glaines ou gerbes de blé, etc.* Hinc *Avoir glane*, Jus spicas colligendi habere, in Charta locumten. ball. Gisort. ann. 1316. ex Reg. 56. ch. 468 : *Disoient aucuns d'iceus que*

Digitized by Google

il y avoient Glane en Aoust en leur enfance. At vero *Avoir quelqu'un en sa glanne*, est Aliquem sibi devinctum tenere. Guillel. Guiart. ad ann. 1267. ubi de Henr. *de Cosances*, Joan. *de Cleri* et Guillel. *l'Estendart* :

Ces trois ont Lombars en leur Glanne,
Prouvenciaus et ceus de Touscanne.

Vide infra *Glena*.

¶ **GLANCELLA.** Libellus de remediis peccatorum apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 22 : *Pœnitentia bibentis quod intinxerat Glancella (id est ancella in utero habens filium) vel cohabitationis* (f. cohabitantis) *cum ea*, XL. (dies) *in pane et aqua*. Vide *Glandella*.

* **GLANDA**, Glandium pastio, Gall. *Glandée*. Charta Theob. comit. Campan. ann. 1225. in Reg. 131. Chartoph. reg. ch. 121 : *In pasturagio et ad Glandam habebunt usuarium suum homines de Lantage*. Vide in *Glandis* 2.

* **GLANDACIUM**, Præstatio pro facultate porcos *glande* pascendi in silvis. Cens. eccl. Rom. Mss : *Glandacium solvunt in festo S. Martini*. Vide *Glandaticum* in *Glandis* 2.

GLANDARA, Aviculæ species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. de Agricult. cap. 4. 20.

* **GLANDARETUM**, Locus *glandibus* abundans, in iisd. Cens. : *Fundum Rapacesarium cum silvis, Glandaretis et terris sacionalibus, situm in via Aurelia.*

¶ **GLANDARIUM**, GLANDARIA, etc. Vide *Glandis* 2.

¶ **GLANDELLA**, Idem quod *Glancella*. Libellus de remediis peccatorum inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 27 : *Pœnitentia bardicationis Glandellæ post obitum laici vel laicæ* L. *dies in pane et aqua. Si post Glandellam morientem in partu vel cohabitatorem, vel cohabitratricem fidem habentem* XL. *dies in pane et aqua.*

* **GLANDEMIA**, Eodem intellectu atque supra *Glanda*. Charta ann. 1507. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 222 : *Propria sylva ... cum Glandemia et cæsura privatice pro suo jure pro se utetur et fruetur.*

¶ 1. **GLANDIS**, Pars superior valli in munitionibus urbium. Sugerius in Vita Ludovici cognomento Grossi Regis Fr. apud Duchesnium tom. 4. Hist. Franc. pag. 291 : *Castrum munitissimum vallo, arte et rigido superius Glande, inferius torrentis profunditate pene inexpugnabili, aggreditur.* Ibid. pag. 292. dicitur de turri lignea, qua castrum illud oppugnabatur : *Hærebat machinæ eminenti pons ligneus, qui se excelsius porrigens, cum paulisper dimitteretur super Glandem, facilem descendentibus pararet ingressum.* Et pag. 301 : *Qui enim milites velocissimis equis castri defensionem circuibant, manualiter Glandi innitentes, inopinate dum supervenirent, cædebant detruncabant, et ab alto fossati imo graviter deiciebant.*

2. **GLANDIS**, Gallis, *Glandée*. Chrodegangus Metensis in Regula Canonicor. cap. 8 : *Et si contingerit, quod illo anno Glandis vel fagina non sit, etc.* Vide Leges Wisigoth. lib. 8. tit. 5. *Glandis nomine*, inquit Bracton. lib. 4. tr. 1. cap. 38. § 13. *continentur glans castanea, fagina, ficus, et nuces, et alia quæque, quæ edi vel pasci possunt præter herbam.* Vide leg. 1. D. de Gland. leg. (43, 28.) et leg. Qui veneum, de Verb. signif. (lib. 50. tit. 16. fr. 236. § 1.)

GLANDARIÆ, JUGLANDARIÆ, in veteri Charta apud Ughell. tom. 9. pag. 904.

GLANDATICUM, Quod pensitatur pro facultate porcos immittendi in silvam, et *glande* pascendi. Charta Caroli M. in Actis Episcopor. Cenoman. pag. 266 : *De piscationibus et pastionaticis, id est, Glandaticis, etc.* Chronicon Farfensis Monasterii pag. 657 : *Sine datico, herbatico, scatico,* [apud Murator. *escatico,*] *vel Glandatico.* Chartæ Alamannicæ Goldasti Ch. 90 : *Quod vidissent Monachos S. Galli ibidem residere, et Glandaticum tollere.* Vide Vitam Aldrici Episcopi Cenom. pag. 31. [Vitam S. Joachimi Abb. tom. 7. Maii pag. 127. Chartam anni 1138. apud Martenum tom. 2. Ampliss. Collect. col. 107.] et Italiam sacram tom. 1. pag. 117. 298.

[GLANDAGIUM. Transactio Honorati de Castellano Domini de Masalguis cum incolis ejusd. loci aun. 1490. ex Archivo Præsidis *de Mazaugues : Pascua sive pastorgia ac Glandagia et relargueria quæcumque... vendantur.*] *Glandage*, in Consuet. Britanniæ art. 255. S. Severi tit. 3. art. 19. Solensi tit. 13. art. 1. *Glandée*, in Andegav. art. 497. etc.

¶ GLANDATORIUM, Eadem notione, apud Mabillonium tom. 3. Annal. Benedict. pag. 590. n. 19.

¶ GLANDATIO, Βαλανίσις, Glandium collectio, apud Martinium in Lexico.

¶ GLANDEIARE, Porcos in silvis glande pascere. Vide locum in *Esplencha*.

GLANDO, *dinis*, Glans. Ditmarus lib. 1. pag. 8 : *Tritico et avena, et Glandine refertus.* [Vett. Glossæ : *Glandine*, βαλαίνω. *Cibus aspera Glando*, apud Avienum in Descript. orbis v. 285. Rursus utitur v. 1283.]

* **GLANDIUM**, Pari notione. Chartul. S. Sulpit. fol. 83. v° : *Ego in Dei nomine. Erchenbaudus princeps inclitus, tactus divina inspiratione, dono et trado S. Leopardino et monachis ibidem Deo servientibus ad suum locum construendum omnes boscos meos, ubicumque visus sum habere, et ad omne bastimentum, et a porcis eorum pascua et Glandia.*

* **GLANNUS**, pro *Glavius*, ni fallor, Spiculum. Comput. ann. 1383. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 54. col. 1 : *Pro uno arresto posito in hasta Glanni pennonis, vj. patacos.* Vide infra *Glave*.

* **GLANS**, Glandula, tumor. Mirac. S. Niceræ tom. 4. Sept. pag. 8. col. 1 : *Qui bonus medicus, cum non modica vehementia ferrum impulit in Glandem, volendo de loco evellere.* Vide mox *Glantia*.

* **GLANTIA**, idem quod *Glans*. Fragm. hist. ad ann. 1348. in Append. ad Monum. eccl. Aquilej. pag. 43. col. 2 : *Pestilentia, de qua loquimur, in triplici forma visa est, videlicet in Glantia, carbunculo et sputo sanguinis. De carbunculo et Glantia quamplures evaserunt, de sputo sanguinis nullus.*

* **GLANTUS**, *Albus, Blanc, Prov.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. f. *Glaucus.*

¶ **GLARA**, pro *Glarea*, Arena, sabuletum, Gall. *Greve, Gravier.* Utitur Parisius de Cereta in Chronico Veron. ad ann. 1233. apud Murator. tom. 8. col. 627. Rursus occurrit tom. 15. col. 33. Vide *Greva*.

* **GLAREOTA**, quid sit, explicat Anonymus Leob. ad ann. 1336. apud Pez. tom. 1. Script. Rer. Austr. col. 945 : *Quem* (comitem) *dux Otto sibi in familiaritatem militaris contubernii conbinavit, galeæque suæ decus, quod pinnam, sive zimeram, vel Glareotam dicunt, in bellis, tornetis et hastiludiis utendum contradidit, coronam scilicet aureæ resplendentiæ galeæ circumductam.*

* **GLARETUM**, Glarea, Gall. *Gravier.* Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 150. ex Cod. reg. 4624 : *Nulla persona capiat . . . . in aliquo alieno Glareto . . . . . aliqua ligna, vel lignamina ibi arrestata, vel ducta ex impetu vel inundatione . . . . . Duriæ vel Meheciæ.*

* **GLAREUS**, Argillosus. Stat. Placent. lib. 5. fol. 60. v° : *Quæ testa est terra Glarea vel gerbida, quæ non consuevit laborari.*

*, **GLARIA**, perperam pro *Gruaria*, notat Cangius in v. *Gruarium*, apud Doubletum pag. 889. ita tamen legitur in Chartul. S. Dion. ex Bibl. reg. pag. 159. col. 1.

¶ **GLARIS.** μυθολόγος, *Qui narrat fabulas*, in Gloss. MSS. Sangerman. et in Supplemento Antiquarii.

* **GLASIACUS**, Certa pulsandi campanas ratio. Stat. Mss. eccl. Tull. ann. 1497. fol. 5. r° : *In dictis autem solemnitatibus pulsatur cum Glasiaco et trisello per majores campanas.* Vide mox

* **GLASIUS**, Eodem significatu. Charta Phil. Pulc. ann. 1287. inter Consuet. Genovef. MSS. fol. 9. r°. : *Item* (jus) *habendi duodecim denarios Paris. nomine emendæ ab illis, qui operantur Sabbato post Glasium Vesperarum.* Vide *Glassus*.

GLASSANUS, Truttæ species, apud Hibernos. Vide Giraldum in Topogr. Hibern. dist. 1. cap. 7.

¶ **GLASSUS**, GLASUS, Pulsatio omnium Campanarum, Gall. *Glas* vel *Glais*. Rituale Suessionense apud Marten. de antiqua Ecclesiæ Disciplina pag. 330 : *Debent omnia signa Ecclesiæ pulsari, et tandiu quod omnis consecratio sæpedicti chrismatis compleàtur. Post Glassum autem istum nemo præsumat in tota civitate signum aliquod pulsare.* Consuetud. Sangerman. ad calcem Histor. ejusdem Monasterii pag. CXXXVII : *Tunc juniores Monachi pulsabunt le Glais in parva turre.* Ibid. pag. CXLIII : *Debent primo pulsari omnes grossæ campanæ in magna turri; secundo duæ, tertio omnes in pulsatione quæ vocatur li Glais.* Item pag. CLXIV : *Dupliciter motiones pulsabuntur in magna turri cum Glaso.* Vide *Classicum*.

GLASTUM, Gallis herbæ genus, quo Britanni tingendis corporibus usi, ut auctor est Cæsar lib. 5. de Bello Gall. et Plinius, lib. 20. cap. 27. lib. 22. cap. 1. *Guesdum*, vel *Pastellum* nostri appellant : cujus inficiendis lanis maximus usus. Vide Petr. Victorium lib. 19. Var. lect. cap. 3.

¶ 1. **GLASUS**, Pulsatio campanarum. Vide *Glassus*.

¶ 2. **GLASUS.** *Butyrum Glasum*, in Instrumento anni 1219. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 234. Creditur esse nomen loci. Aremoricis *Glas* est Glaucus, lividus.

¶ **GLATIA**, Planities, Gall. *Glacis, Esplanade.* Instrum. ann. 1270. apud Me-

Digitized by Google

nesterium Hist. Lugdun. pag. 14 : *Item fecerunt Glatiam subter turretam, quæ est in ripa Rhodani et fossata fecerunt ibidem.*

* Nostris *Glichy*, Solarium, vulgo *Platteforme*. Lit. remiss. ann. 1476. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1585 : *Et si failloit abatre une engine ou ung arc-boutant, qui estoit appoincté contre ledit clochier.... à l'égal du Glichy;.... en une noe dessus ledit Glichy.*

* **GLATILARE**, Glatire, Vox canum, nostris *Glatir*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Glatilare, Glatir, crier comme chiens. Glatire, catulorum*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. 7657. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 87 : *Icellui Guillaume environ heure de minuit oit ses chiens abbaier et Glatir à sa bergerie.* Occurrit etiam in Chron. S. Dion. ubi et *Glatissement*, tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 275. et 276. Guill. Guiart. ad ann. 1249 :

Sarrazins comme chiens Glatissent.

Hinc *Glas* et *Glay*, nostris, Clamor inconditus aut præ immoderata lætitia, aut ex furore. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 116. ch. 75 : *Iceulx Souteville et Perrote alerent en ladite ville de Beu, ou ilz menerent grant Glay, disnerent et burent et demourerent jusques près de la nuit.* Le Roman d'*Athis* MS. :

Et dist : Les dez leur changeray,
Ja n'en auront joie ne Glay.

Vita J. C. MS. :

Anchois s'escrient à un Glas,
Que rendus leur soit Barrabas.

¶ **GLAVA**, ut mox *Glavea*, in Litteris ann. 1356. tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 102.

¶ **GLAVANEUS**, Glaucus, ut reor. Agnellus in Vita S. Mariniani Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 129. col. 1. Marinianus... *Glavaneo fulgebat oculo et in omnibus valde decorus, etc.*

* **GLAVARINA**, Telum missile, jaculum. Stat. castri Redaldi lib. 2. pag. 39. vo. : *Declaramus quod arma vetita sint infrascripta, videlicet lancea, spata,.... Glavarina, etc.* Chron. Tarvis. apud Murator. tom. 19. Script. Ital. col. 806 : *Et pedibus stando rectus projiciebat unam Glavarinam a dicta porticu usque in curiam domus anguli plateæ.* Vide supra *Gieverina*.

* **GLAUCITARE**, Vox catulorum, in Carm. de Philom. ad calcem Cod. reg. 6816. Vide supra *Glatilare*.

¶ **GLAUCITAS**, Gr. γλαύκωμα, Glaucoma, Plinio, Vitium oculi, quo crystallinus humor in glauceum transmutatur. Occurrit in Miraculis B. Simonis de Lipnica, tom. 4. Julii pag. 566.

¶ **GLAUCOMEN**, Eadem notione, in Translatione S. Sebastiani tom. 2. Januarii pag. 293.

GLAUCUMEUS, pro *Glaucus*. Vita S. Maioli Abbat. in Prologo lib. 2 :

Lux hæc nostra salus, redemptioque
Lumen Glaucumeas agens in umbras, etc,

* **GLAUCUS**, Piscis genus, de quo ita Tract. de Pisc. cap. 29. ex Cod. reg. 6838. C. : *Latinis, servato Græco nomine, Glaucus dicitur; a nostris derbio, a Romanis lechia, a Provincialibus biche et cabrollo et danio, ab Illyricis polanda. Dictus a colore Glaucus.* Et cap. 30 : *Secunda Glauci est species, quam Provinciales liche, Romani piscatores stellam, nostri palamide vel vadigo appellant.*

GLAVEA. Gervasius Dorobernensis anno 1144 : *Quod eum vidisset quispiam de Castello, et adversarium agnovisset, telo gracili, quod Ganea dicitur, cum jam cominus positum petiit, quo testam capitis ipsius male nudati perforavit.* Ubi Guillelmus Neubrig. Hovedenus, et Matth. Westmonast. *sagittam* habent. Sed legend. *Glavea*, qua voce expressit nostrum *Glaive*, seu Angl. *a Glaive*, spiculum, framea, vel lancea. Chron. Flandr. cap. 41 : *Et puis le ferirent de Glaives parmi le corps.* Et cap. 111 : *Il y en avoit grand plante de mal armés, qui ne pouvoient souffrir les coups de Glaives ne de dagues.* Adde cap. 46. 113. Froissart. 1. vol. cap. 49 : *L'Allemand Escuier l'atteignit tellement de son Glaive roide et fort, qu'onques ne brisa.* [Kilianus : *Glavie, Hasta, lancea, Gallis gladius dicitur.*] Cambrobritannis *Glaif*, est falx, Anglis *Gleave*. Vide Gloss. ad Vilharduinum, verbo *Glaive*, et Notas ad Joinvillam. [Adde Schilterum voce *Glefe*.]

* Lancea, hasta, ut supra *Glaivus*, nostris etiam *Glave*. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 117 : *Invadendo in eos cum Glaveis seu lanceis, ensibus et gladiis evaginatis, etc.* Aliæ ann. 1386. in Reg. 130. ch. 57 : *Quandam lanceam sive Glavi, quam dictus famulus secum portabat, eidem violenter abstulit. Unum Glave de decem palmis*, in Comput. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 181. col. 1. Charta ann. 1319. in Reg. 59. ch. 82 : *Item trois paires de wans de mouston et une Glave sans fer.* Lit. remiss. ann. 1445. in Reg. 176. ch. 443 : *Robin Duhamel, qui tenoit en sa main une longue Glave bien de xij. à xiij. piez de long, etc. Ung baston, nommé Glave*, in aliis Lit. ann. 1461. ex Reg. 189. ch. 513.

* Glavia, Eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 284 : *Cum eorum ensibus, bocleriis et Glaviis accesserunt.*

* Glavium, Glavius, Eodem sensu. Inventar. MS. ann. 1379 : *Item duo Glavia ferrata.* Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 7 : *Intinere publico obviaverunt dicto Richardo armato uno magno cutello et una lancea seu Glavio, etc.* Hinc

* Glavius, nostris *Glave*, Eques *glavio* seu lancea armatus. Epist. scripta vicario et consil. Massil. : *Remansit archipresbiter ultra Durentiam, cum ducentis Glaviis vel circa.* Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 269 : *Liebaut sire de Beffromont devant Paris nous servi à vint et cinq Glaves à ses propres fraiz et despens, et y despendi bien mil florins et plus, sans aucune restitution avoir; et avec ce fu en la bataille devant Troies à trente Glaves, et là se combati contre les Anglois.* Vide supra *Glaivus*.

* **GLAVIOLUS**, Glaviotus, nostris *Glavelot* et *Glaviot*, diminut. a *Glavius*, Lancea, hasta. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Glaviel, Prov. Glaviolus.* Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 342 : *Quadam lancea seu Glaviolo eam* (mulierem) *invasit, et in capite ac in diversis aliis sui corporis partibus percussit.* Charta ann. 1390. in Reg. 141. ch. 33 : *Quod idem dominus vicecomes nobilem Bernardum de Sancta Genia.... cum quodam Glavio atrociter vulneraverat, et cum cauda dicti Glavii tres costas sui lateris fregerat.... Cum quodam Glavioto, tam de plato quam de burs, cum cauda pluribus et diversis ictibus atrociter..... percusserat.* Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 112. ch. 370 : *Icellui Picart prist en sa main une fourchefiere, et son fils un demi glaive ou Glavelot.* Ita etiam leg. pro *Glamelot*, in Lit. remiss. ann. 1411. ex Reg. 165. ch. 408. Aliæ ann. 1403. in Reg. 157. ch. 333 : *L'un desdis jeunes gens..... déguisé tenant, comme un messager, un Glaviot en sa main, bouta icellui Glaviot une fois seulement ou visaige de Raoulet Estrillart au dessus de l'œil, en telle maniere que trois jours après ou environ il termina sa vie par mort.* Vide supra *Gaverlotus*.

* **GLAVIS**, quid sit explicant Glossæ Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 663. col. 1 : *Quilibet mansus tenetur Prumiam adducere Glaven, id est, lignarium sive acervum lignorum.* Ubi Editor addit, id est quod Germani vocant *Clafter*, item *Lachter*. Alio sensu *Glaves*, id est, *Clayes*, et tunc forte dicendum potius *Glavas*, ibidem pag. 693. col. 1 : *Glaves tres : circa dominicam curtem alias tres, circa broil quinque perticas habentes longitudine.*

* **GLAVIUM**, Glavius. Vide supra in *Glavea*.

1. **GLEBA**, Fundus, prædium, in lege 72. Cod. Th. de Decurion. (12, 1.) *Servi Glebæ*, Prædio adscripti. Vide *Servus Glebæ*.

Gleba, *Gleba Senatoria, Glebalis functio, pensio, præstatio, etc.* Certum vectigal, quod pro possessionibus, ac postmodum in modum oblationis, Imperatori a Senatoribus pensitabatur, de quo JC. et copiose præ ceteris Juretus ad Symmach. lib. 4. Epist. 62. et Jacobus Gothofredus ad tit. de Senator. et de Glebali Collat. Huc forte spectant verba Hesychii, γλίβα, ἀξίωμα συγκλήτου. Vide *Follis*.

Gleba, Cowello et Practicis, peculiari significatione sumitur pro terris illis; quæ pertinent ad beneficium Ecclesiasticum et Parochiale; vel quæ Ecclesiis datæ sunt in dotem, ut habet Lindwodus, et ex eo Cowellus. Fleta lib. 3. cap. 2. § 18 : *Gleba proprie est solum datum, cui advocatia Ecclesiæ est annexa.* Atque ita sumitur vox Gallica *Glebe*, in Consuetudine Normanniæ art. 142. 157. ut apud Anglos *Glebe*, et *Glebeland*. Ingulfus : *In primis totam insulam Croilandiæ pro Gleba Ecclesiæ et pro situ separali ejusdem Monasterii.... dono.* Charta Simonis Archiepiscopi Cantuariensis : *Item habebit vicarius duas acras terræ arabilis de dote sibi de Gleba ipsius Ecclesiæ juxta ipsam Ecclesiam jacentes.*

¶ Glebales Terræ, Eadem notione, apud Rymer. tom. 14. pag. 746. col. 2.

Glebatica, *et transmissibilis servitus*, in Testamento Perpetui Turonensis Episcopi. Vide *Servus Glebæ*.

Digitized by Google

2. **GLEBA**, pro pugillo vel fasce spicarum alliorum, etc. Vide in *Glana*.

3. **GLEBA**, Corpus, cadaver. Gregorius Turon. de Vitis PP. cap. 7 : *Ad virtutiferam sancti Glebam, nemine retinente, perveniunt.* Goscelinus in Vita S. Wereburgæ virg. n. 17 : *Placuit Regi... quatenus sacrosancta ipsius Gleba de tumulo elevaretur.* Nicolaus Rievallensis :

Semper hic et eris, non hospes, at incola, cujus
Nos penes est dulcedo recens, sacra Gleba, sepulcri
Gratia, defuncti cineres veneramur abunde.

[Charta anni 847. inter Instrum. Hist. Meld. pag. 5 : *Sanctissima corporis illius* (Potentiani) *Gleba, hac interveniente causa, per divinam est honorabiliter translata clementiam.*] Occurrit passim.

* 4. **GLEBA**. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Gleusa, Prov. Gleba, gloriola.*

¶ **GLEBALIS**. Vide *Gleba* 1.

¶ **GLEBARE**. Chartul. Latiniac. : *Sciendum est iterum quod Radulphus aut alius pro eo quociens in eis molendinis diem integrum operatus fuerit, excepto cum Glebaverit, hoc est glebas imposuerit, etc.* Suspicor *Glebas* hic esse argillam subactam, Gall. *Courroi*, qua utuntur ad aquam continendam, ne effluat.

GLEBARIÆ, *Turbæ*, seu carbones ex glebis. Charta ann. 1198. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 920 : *In silvis, campis,... viis, semitis, moris, Glebariis, lapidibus, metallis, avibus, etc.* Vide *Turba*, Niger cespes.

* **GLEBARII**, Servi *glebæ* seu prædio adscripti. Vide in *Colonus*. Varroni autem *Glebarii* dicuntur boves valentes ad proscindendas glebas.

¶ **GLEBATICUS**. Vide *Gleba* 1.

GLEBO, *Arator rusticus*, in Gloss. MS. Reg. Cod. 1013. Isidori, et Papiæ. Gloss. Lat. Gr. : *Glaevo*, βῶλος. Ubi *gleva*, vel *glava*, restituunt viri docti. Candidus Monachus in Vita Eigilis Abbatis Fuldensis in Præfat. :

Quapropter rogitat hic quoque Glebo,
Promptosque et resides quosque legentes
Formicæ ut tenuem farris acervum
Hujus non temere dente peroso
Multum dilacerent, etc.

* **GLEBOCEDOS**. Pactum inter dominos de Lisigniaco et de Pedenacio ann. 1331. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 180 : *Suscitata materia conquerendi, ex verbis venitur ad verbera, et ex verberibus veniunt Glebocedos* (sic) *ut puta lites, controversiæ.* Ubi de limitibus prædiorum sermo est.

GLEBULENTUS, pro *Glebosus*, apud Apuleium de Deo Socratis : *Terra Glebulenta.*

GLEGELLATUS. Visitatio Thesaurariæ ædis S. Pauli Londoniensis ann. 1295 : *Item calix argenteus deauratus intus et extertus, cum pede Glegellato, etc.* Forte legendum *Nigellato*. Vide in hac voce.

GLEIFATUS, Monetæ aureæ species. Diploma MS. Friderici III. Regis Sicil. ann. 1305. pro mercatoribus Majoricens. : *Solvat... Gleifatum unum auri valentem Tarenos auri 8. ponderis generalis.* Nescio an *Scyphatum* legendum sit. Vide in hac voce.

GLEINATOR, Spicarum legulus, ex Gall. *Glaneur*. Charta Libertatum oppidi Jasseronis ann. 1283. apud Guichenonum in Hist. Bressensi : *Si quis Gleynatores vel resinatores vulneraverit, etc.* Vide *Gelima*.

GLEISAGE. Charta ann. 1188. pactum continens inter Bernardum Archiep. Narbonensem et Gaucerandum *de Capestang* pro Ecclesia Castelli ejusdem loci, in Tabulario Ecclesiæ Narbon. : *Dicebatque Gaucerandus, quod Ecclesia memorata jure feudi, quod ab Archiepiscopo Narbonensi tenere debebat, ad se, suosque pertinebat, sicut ad aliquam laicalem personam aliqua Ecclesia dignoscitur pertinere, et Consuetudine Narbonensis patriæ, in qua jus obtinet, quod Gleisage ab hominibus vocatur. Itaque, sicut ipse dicebat, avia sua Guilielma et parentes sui in manu sua tenuerunt præfatam Ecclesiam, etc.*

¶ **GLENA**, Gall. *Glane*, Fasciculus spicarum derelictarum. Exstat inter Anecd. Marten. tom. 2. col. 461. Epistola Clementis IV. PP. qua prohibetur, *Ne de Glenis pauperum Clerici decimas exigant.* Vide *Glana* et *Gelima*.

¶ **GLENNA ALLIORUM**, Fascis alliorum, in Codice MS. reddituum Episcopatus Altissiod.

* Hinc *Faire ses glennes*, Spicas colligere, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 156 : *Icelle Mabile avoit emblé et fait ses Glennes en temps d'Aoust, etc. Glenon* et *Glennon*, pro Cujusvis rei fasciculo. Lit. remiss. ann. 1406. in Reg. 160. ch. 413 : *En hayne de ce que les jumens en poulain avoient mengié deux Glenons de ses pois, etc. Deux Glennons de charnier*, in aliis Lit. ann. 1410. ex Reg. 164. ch. 240. Pedag. prior. S. Gondulfi in diœc. Bitur. ann. 1314 : *Des aus lo Gleno, ob. Le glenon*, in altero ejusd. prior. ann. 1375. Vide supra *Glana*.

* **GLENAGIUM**, Ager cultus et satus, ut opinor. Charta ann. 1404. in Reg. feud. comitat. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 232. r°. : *Item Glenagium contiguum prato dictorum les Villedous.* Vide mox

* **GLENUM**, Frumentum. Charta Guid. comit. Nivern. ann. 1173. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 133 : *Concessi in eleemosynam monialibus de Crisenone unum bichetum Gleni in molendinis suis de Autissiodoro.*

GLEPAS, *Dissensiones*, in Gloss. Regio MS. Cod. 1197. forte legendum, *Glebas, possessiones.* Vide *Gleba* 1.

¶ **GLERA**, An *Glara*, Glarea, arena, sabuletum, Gall. *Greve*. Chronicon Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1115 : *Elegit... quinque millia equitum, ut irent obviam Philippo, qui juxta civitatem Vercellarum in Glera Sargii se posuerunt.* Vereor ne sit pro *Gleva* : quod vide.

GLESCERE, Glebescere. S. Althelmus de Laude Virgin. pag. 806 :

Ut fluerent imbres ubertim ex æthere furvo,
Glesceret et rursus fœcundo germine tellus.

* **GLESIASTICUM**, Beneficium, quod ad ecclesiam pertinet. Charta ann. 1093. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 333 : *Donamus atque reddimus Domino Deo et Beatæ Mariæ et monasterio Soriciniensi.... omnem illam integritatem decimarum, quæ vocatur Glesiasticum ecclesiæ S. Saturnini de Drulia.* Vide in *Gleba* 1. et mox *Gleya*.

GLESSUM, GLESUM, veteribus Gallis *Succinum*. Tacitus de Morib. German. : *Succinum, quod ipsi Glesum vocant inter vada atque in ipso littore legunt.* Plinius lib. 37. cap. 3. de Succino : *Certum est gigni in insulis Septentrionalis Oceani, et a Germanis appellari Glessum itaque et a nostris unam insularum ob id Glessariam appellatam.* Quo loco censent quidam, glessum nihil aliud esse, quam quod Anglo Saxones glæs, Galli, Germani, et Angli *Glasse* vocant, hoc est, *vitrum* : neque enim succinum, quod sit *succus arboris*, uti vult Plinius, appellatum, sed a voce Hebraica, quæ seu ὑαλόϊν seu *vitreum*, vel καθαρόν et διαφανές sonat. Vide præter Fullerum, Joan. Ruellium lib. 1. de Natura stirp. cap. 39. Cluverium lib. 3. Germ. antiq. cap. 44. Kilianum verbo *Gleyepot*, [et Schilterum in *Glas*.]

GLETLUS. Smaragdus in Grammatica MS. : *Altare, mare, astile, mantile.* Ubi Glossa interlinearis, i. *Gletlus*. Vox Francica vetus.

¶ **GLEVA**. Charta ann. 1007. Marcæ Hispan. col. 964 : *Et de meridie adicimus ei terminum in ipsa Gleva, et vadit per ipsam serram quæ vadit per Bacieros.* An *Gleba*, Fundus, prædium, vel *Greva*, Gall. *Greve*? Vide *Glera*.

¶ **GLEVARIA**, f. Idem quod *Graveria*, vel *Greva*, Locus glareosus, Gall. *Gravier, Greve* ; vel f. Agger, moles aquis continendis, voce detorta a *Gleba*, eo quo in *Glebare* dictum est, intellectu accipienda, scilicet pro Argilla subacta, ex qua hujuscemodi moles conficiuntur. Charta ann. 977. Marcæ Hisp. col. 913 : *Molendinos vel molinarios cum caputaquis, cum suis diversis et resclosis et Glevariis, et exiis et regressiis eorum.* Alia ann. 1027. ibid. col. 1042 : *Molendinariis cum caputaquis et Glevariis, ductus et reductus aquarum, etc.* Vide *Gravero*.

* **GLEVUS**, *La tondeza delli liquori*. Glossar. Lat. Ital. MS.

* **GLEYA**, *Prov. Ecclesia, ipsa propria convocatio fidelium, sacellum, basilica.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide supra *Glesiasticum* et infra *Gliserius*.

¶ **GLEYNATOR**. Vide *Gleinator*.

GLEZINUS. Vide *Glizzum*.

* **GLIBA**, *La sculpitura*, in eodem Glossar. Lat. Ital.

GLIBATIS, *Ignis*. Papias.

* **GLICOSA**, GLIRIZA, *La recolicia*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

¶ **GLICUS**. Vide *Glissus*.

¶ **GLIDIUM**, παγώδες, *Rigidum*, in Supplemento Antiquarii et in aliis Glossis, ubi Vulcanius annotat : *Quod aliter Glandium in suilla.* Martinius emendat *Gelidum*.

¶ **GLIDSUM**. Vide *Glizzum*.

** **GLIFIA**, Abstrusus sermo, apud Virgil. Grammat. pag. 43. *Glifi*, ibid. pag. 101.

¶ **GLIMA**, pro *Gleba*, mendose, ut conjecto, Corpus, cadaver. Permutatio ann. 926. apud Marten. tom. 1. col. 281 : *De hereditate S. Maximini Trevericæ urbis Episcopi, cujus Glima oratorium S. Johannis in sinistro latere prædictæ urbis fulgentibus decorat miraculis.* Ecclesia S. Maximini

Digitized by Google

primarium patronum agnoscit S. Joannem Evangelistam.

¶ **GLIMERE**, Addere. Supplementum Antiquarii: *Glimerit*, προστίθεται, *Addit*. [* Ex Castigat. inutrumque Glossar. leg. *Glomerat*, προστίθησι.]

¶ **GLINGLIO**. Vide *Gurgo* et *Gilio*.

¶ **GLIO**, *Mollities*, apud Papiam.

¶ **GLIPHATICUS**, quasi *Glizzaticus*, ut videtur, a *Glizzum*, Linteum majoris pretii; nisi forte *Gliphaticus*, scriptum sit pro *Griphaticus*, aulæaque altaris dicta fuerint *Griphatica*, quod *Griphi* in eis acu picti cernerentur. Guidonis Disciplina Farfensis cap. 17 : *Custos Ecclesiam adornet, presbyterium atque chorum; altaria sericis Gliphaticis.*

¶ **GLIRIUS**, *Somnolentas. Glirium*, *Torpentem*, *stupidum*, in Gl. Isid. a *Glire*, qui inter mures habetur maxime somnolentus. Italis alias *Glirio* idem erat quod Stultitia, stupiditas, et etiam Stultus, stupidus, ineptus.

¶ **GLIS**, Glitis, *Humus tenax*, in Glossis Isid. f. a Græco γλία, Gluten, γλίσχρος, Lentus, viscosus, tenax, glutinosus. Gallis, *Terre Glaise*, Argilla. Papias : *Glis, Glissis, Incrementum. Glis, glitis, Carduus. Glis, glitis, Terra tenax. Glis, Glitis, Herba* : quæ omnia Johan. de Janua deducit a *Glisco*, Cresco; tum addit :

Glis, Animal, Glis, Terra tenax; Glis, Lapa vocatur.
Ris primum; Glitis tenet altera; tertia Glissis.
Ris, Animal; Tis, Terra tenax; Sis, Lapa vocatur.

Demum adjicit : *Glis, glidis, Muffa panis vel vini;* id est, Mucor : qua notione vocem *Glis, glidis* Livius usurpavit.

* **GLISCA**, *La mensa*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Glissera*.

¶ **GLISCERE**, *est Cupere vel desiderare, resplendere, crescere, ardescere, pinguescere, tumescere, superbire vel indignari*, apud Johann. de Janua, qui verbum illud derivat a γλυκύς, Dulcis : *Quæ enim dulcia sunt*, inquit, *desiderare solemus*. Papias : *Gliscit, Crescit, ardescit, augmentatur, desiderat.* Nonius : *Gliscit est Congelascit, et colligitur, vel crescit, vel ignescit.* Vide locos ab eo laudatos, et, si vacat, Lexicon Martinii. Id unum observabo veteres nusquam usos fuisse verbo *Gliscere* pro *Desiderare;* recentiores vero frequenter. In Hymno Martyrum canimus :

Gliscens fert animus promere cantibus
Victorum genus optimum.

Sic in Statutis Canonicorum Regul. art. 64. apud Duellium lib. 1. Miscell. pag. 98 :

Sed non plus teneat quam scit sibi quisque necesse
Utque Deo placeat, Gliscat sibi multa deesse.

Vide Rymerum tom. 8. pag. 297. col. 1. etc.

* Charta Radulfi reg. ann. 932. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 68 : *Qui pro amore omnipotentis Domini sanctam Dei ecclesiam construere et reædificare Glisci, etc. Goulouser*, eodem sensu, Poetis nostratibus. Phil. *Mouskes* in Phil. Aug. :

Le boin evesque de Tolouse,
Qui leurs armes sauver Goulouse,
Kacierent il fors de la tierre.

Guill. Guiart. pag. 25 :

Richart qui guerroier Goulouse,
Assaut le conte de Thoulouse.

Froissart. in Poemat. MSS. :

Tres que n'avoie que douze ans,
Estoie forment Goulousans
De veoir danses et carolles.

* **GLISCERIUM**, *Amie*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. a Terentio desumtum, ubi nomen est proprium.

GLISCHROMARGA, [Species terræ candidæ, Gall. *Marne*.] Vide *Mergæ*.

GLISCYWA. Leges Adelstani Regis cap. 12 : *Et diximus etiam omnibus hominibus illis, qui in nostram Glisciwam vadium dedit, si contingat eum mori, omnis congildo det unum panem et companagium pro anima ejus, etc.* Ubi Spelmannus tom. 1. Concil. Angl. pag. 407. restituit *Gildscyram* : Somnerus vero *Gildscypam*, ex textu Saxonico, quod habet gegyldscypum, id est, tribulium collegium.

GLISDUM. Vide *Glizzum*.

GLISERIA. Charta Will. Com. Pembrochii in Monast. Angl. tom. 1. pag. 721. 722 : *Cum omnibus libertatibus et pertinentiis in domibus, virgultis, boscis, planis, pascuis, pratis, pasturis, vivariis, piscariis, Gliseriis, aquis, wreccis, etc.* Occurrit ibi rursum, et pag. 783 : *In bosco et plano, in sabulis et Gliseriis, cum omni warech, quod in terram illorum venerit.* [Litteræ M. Natalis Canonici Paris. ann. 1250. e Tabulario S. Clodoaldi : *Quorum quidem duodecim arpentorum duo sita sunt, ut dicitur, ad Albam spinam... et unum arpentum juxta magnam Gliseriam*; hoc est, si bene conjecto, locum ubi magna erat copia argillæ, quam Gallice dicimus *Terre Glaise*. V. *Glis*.]

* Glarea, arena, ripa, nostris *Glisse*. Bestiar. MS. ubi de Struthio-camelo :

En la saison qu'ele pont,
Ens ou sablon ses oes repont....
Et Diex qui tout le monde fist,
Li aide par icel devisse,
Que ou sablon et en la Glisse, etc.

* *Esglisser* vero, pro Aquam *gliseria* dilutam spargere, aut etiam nude pro Inspergere, in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1043 : *Le suppliant print de l'eaue d'icelle foulerie et en Esglissa ung pou icellui Colinet.* Vide supra *Glaretum*.

* **GLISEGIUS**, Ædituus, Ecclesiæ procurator, Gall. *Marguillier*, alias *Gliseur*. Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1500 : *Item pro uno missali empto a Gliseriis parochiæ hujus ecclesiæ pro capella S. Pauli hujus ecclesiæ, 100. sol.* Lit. remiss. ann. 1443. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 276 : *Laurens le Wauquier Gliseur, autrement dit marglier de l'église du lieu de Templeuve.* Aliæ ann. 1474. in Reg. 195. ch. 1203 : *Jehan Caillel comme Gliseur ou marglier de l'église et parroisse de Rongy en nostre baillage de Tournesis.* Vide supra *Gleya*.

GLISIS, Silvester Giraldus in Hibern. Expugn. lib. 1. cap. 21 : *Hasculphus a marina Glisi, per quam ad naves transfugerat, retractus, etc.*

GLISSERA, *Mensa, a Glisco*. Ugutio.

¶ **GLISSIS**, Species aleæ non ita pridem apud nostrates in usu, Gall. *Glic*. Menoti Serm. Quadragesim. fol. 139 : *Si videretis fratrem nostri Ordinis solum in taberna ludentem taxillis, chartis, Glissi et fluxui.* Idem fol. 204 : *Qui ludit ad ludum chartarum, du Glic, du flus, de la triomphe.* Villonius apud Borellum in Thesauro :

Gaigne au barlanc, ou Glic, aux quilles.

Coquilartus apud eumdem :

Vient jouer aux sons des cimbales,
Au Glic, ou à la condamnade.

Liber *de la diablerie* ibidem :

Ils ne hobent de leurs maisons,
La jouent en toutes saisons;
Aux quilles, au franc de quarré,
Au trinc, au plus près du coustau,
Au dez, au Glic, aux belles dames.

* Nostris *Glic* et *Glicq*. Lit. remiss. ann. 1471. in Reg. 197. Chartoph. reg. ch. 166 : *Lesquelz jouoient en eulx esbatant au jeu des cartes au Glicq.* Vide Rabelais. tom. 1. pag. 139. et Mercur. Franc. mens. Jun. ann. 1738. tom. 1. pag. 1045.

¶ **GLISUM**. Vide *Glizzum*.

* **GLITEUS**, *De creda*, in Glossar. Lat. Ital. MS. f. *Gliceus*, cretaceus.

¶ **GLITOSUS**, Jo. de Janua, *Argillosus*, *Argilleux*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm. Vide *Glis*.

¶ **GLIX**, ἵππουρος, in Supplemento Antiquarii et in Glossis MSS. Sangerman. Legendum ἵππουρις, quæ species est plantæ, quam Plinius vocat *Equisetum*.

GLIZZUM, Glizum, Glisdum, Linteum, seu tela majoris pretii, sic forte appellata, quod niteret ac pelluceret, a Germanico *Gleysen*, et *Gleissen*, nitere, pellucere. [** Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 291.] Lupus Abbas Ferrar. Epist. 68 : *Et totidem lintea, quæ Germanice Glizza vocantur, dirigatis.*

Glizum, Eadem notione. Historia de Fratrib. conscriptis tom. 2. Alaman. Goldasti : *Quibusdam autem* (Monachis) *palliola viridia cum camisilibus, seu Glizis donavit.*

** Glizza. Statut. Monast. Andlav. sec. XI. in Alsat. Dipl. tom. 1. pag. 181 : *Glizzæ duæ, camisilia duo, stola una, etc.*

Glisum. Charta Eccardi Comitis Augustodun. ex Tabulario Persiensi, apud Perardum : *Ampullam cum patena argentea, uno fanono viridi, cum brusdo uno de Gliso, cum sirico amnistrare.*

Glezinus, Glizinus. *Camisia Glezina*, apud Monachum Sangall. lib. 1. cap. 36. Sic enim præfert Editio Pithœana, non *cilicina*, uti Duchesniana. Vide in *Camisia*. Historia de Fratrib. conscriptis : *Mensasque omnes operimentis mandavit Glizinis vestiri.*

Glisdum. Polyptychus S. Remigii Remensis : *Habens velamina altaris 2. pallium 1. corporales de Glisda 2. capsam argenteam 1.*

* Nostris *Glaçon*, eodem sensu, ut videtur. Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 192 : *Une piece à lasures, une autre piece sans lasures, nommée Glaçon, une piece de pans, etc. Glachon* vero, Vestis militaris species, apud Math. de Couciaco in Carol. VII. pag. 536 : *Les dites communes, qu'on appelle Suisses, estoient assez communement habillez de jacques, de pans, de haubregerie, de Glachons et de chapeaux de fer, à la façon d'Allemagne.*

* **GLOA**, Ligni seu arboris stipes, trabs, nostris alias *Gloe*. Lit. remiss. ann. 1350.

Digitized by Google

in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 221 : *Dum ex solio seu logia grossa ligna per dictam fenestram in curia projiceret, accidit quod una Gloa, seu alia petia hujusmodi lignorum super caput Johannis..... cecidit.* Aliæ ann. 1376. in Reg. 110. ch. 183 : *Le suppliant... donna d'une Gloe ou buche sur la teste, dont il chei estourdi à genoulx. Item pour le cent de Gloe, ij. den.* in Reg. sign. *Pater* Cam. Comput. Paris. fol. 249. v°. Ita etiam leg. pro *Gloc*, in Lit. ann. 1315. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 600.

GLOBA, *Junctura*, Papiæ.

* **GLOBA**, Summa. *In una globa*, Summatim, vulgo dicimus, *En bloc.* Reg. feud. Aquit. ann. 1273. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 42. r°. : *Quando dominus tenet curiam in loco vocato la Tasta enbanida, debet facere domino in una Globa tredecim denarios.* Hinc

* **GLOBAGE**, In unum colligere. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641 : *Globat, acerbat vel colligit.* Pro Pila ludere alicubi legi; at ubi, jam non memini.

¶ **GLOBATA ROTALIS**, Scripturæ genus. Vide *Scriptura*.

¶ **GLOBELLUM**, *a globo, Instrumentum*, Papiæ.

* **GLOBISARE**, Globis ludere. Stat. Casimiri ann. 1347. inter Leg. Polon. pag. 37 : *Filius nondum emancipatus,.... si Globisando, vel tesserisando, aut quemlibet alium ludum damnosum ludendo, aut alia exercendo, aliquid perdiderit, etc.*

* **GLOBORARE**, Corroborare, Gall. *Fortifier.* Charta ann. 1432. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 703 : *Affectans.... mutuam affinitatem ac amicitiam firmo cingulo Globorare et augere, etc.*

GLOBOSITAS, Σφαίρωμα. *Globositas terræ*, apud Macrobium lib. 1. cap. 15. [*Globositas, Montosités*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm MSS.]

GLOBUS IMPERIALIS. Vide *Palla* 1.

¶ **GLOCCA**, Campana, Gall. *Cloche. Signum Ecclesiæ quod vulgo appellari solet Glocca*, apud Othlonum in Vita S. Bonifacii Ep. l. 2. cap. 24. Vide *Cloca* 2.

* **GLOCTOLARE**, Ciconiæ clamor, in Carm. de Philom. ad calcem Cod. reg. 6816 :

Gloctolat immenso mœrensque ciconia rostro.

Vide *Glotorare*.

¶ **GLODITATUS**, ῥδύς. Gloss. Sangerm. Suavis. [* ex Castigat. in utrumque Glossar. leg. *Glocidatus*. Vide Festum.]

¶ **GLODIUS**, f. Gladiolus, carex, Gallice *Glayeul.* Consuetud. Lemovic. art. 77 : *Non debet cooperiri domus aliqua de Glodiis sive palea.* Vide *Glosses.*

GLODUS, Clavus, Gallis *Cloud.* Teloneum S. Audomari in Tabular. S. Bertini : *Duo scof ferri 1. obol. Glodi ferri centum 4. den.* [*Vide supra *Clodus.*]

* **GLOERIUS**, Qui arborem in *gloas* seu stipites findit. Reg. forest. de Broton. ex Cod. reg. 4653 : *Omnes illi qui reddunt pro consuetudine forestæ avenas, et garbas, et ova, et tortellos, et gallinas, possunt et debent capere sine emenda semper consuetudinem forestarii in Brotonna, videlicet emundam de super suam rotam, et residuum Gloerii, et lignifabri, etc.* Vide supra *Gloa.*

GLOGGA, ut *Glocca*. Vide *Cloca* 2.

¶ **GLOMA**, ῥαφίς, Acus, in Glossis Sangerman. MSS.

¶ **GLOMERA**. Vide *Glomex.*

GLOMERARII, GLOMERELLI, in Statutis Academiæ Cantabrigiensis tertio hinc sæculo editis asseruntur fuisse quasi Commissarii, dati ad lites inter scholares et ministros suos audiendas. Hæc Spelmannus.

¶ **GLOMERE**. Papias : *Glomit, Exoritur.*

GLOMERUM, *Pallium pastorale.* Ugutio.

GLOMEX, Plinio *Glomer*, aut *Glomus.* Gl. Lat. Gr. : *Glomera et Glomus*, ἀλαθίς. Wolphardus Presbyter in Vita S. Walburgis lib. 1. n. 19 : *Cum duabus vicibus ex Glomice, sive trama, quam manu tenebat, in tela fila transponeret.*

GLOMO, Instrumentum rotundum, quod retinetur in ore, ut teneatur os apertum. Matth. Silvatic.

* **GLOMUS**, *Linsel. Glomissellus, petit linsel.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

¶ **GLORA**, *Terra*, in Amalthea ex Glossis.

1. **GLORIA**, Pompa, apparatus. Anastasius Bibl. in S. Joanne PP. pag. 35 : *Veteres Græcorum hoc testificabantur, dicentes a tempore Constantini Augusti... usque ad Justini Augusti tempora non meruisse partes Græciarum B. Petri Apostoli vicarium suscepisse cum Gloria.* Vetus Chronicon Francicum, editum a Petro Lambecio lib. 2. Comment. de Bibliotheca Cæsarea pag. 373 : *Celebrantque Pascha Domini cum magna Gloria.* Anselmus Havelbergensis Episc. lib. 3. Dialog. cap. 12 : *Agapitus Papa natione Romanus veniens C Polim ad Justinianum Augustum, cum Gloria susceptus est.*

2. **GLORIA**, Titulus honorarius, concessus Regibus et Magnatibus. Anastas. Bibl. in Martino PP. pag. 50. de Exarcho : *Oportet Gloriam tuam, ut sicut nobis suggessit Paulus Patriarcha hujus a Deo conservandæ urbis, peragere.* Testamentum Bertichramni Episc. Cenoman. : *Unde tibi, gloriosissime Domne Chlotarie, bona retribuamus : attamen de id, quod Gloria vestra nobis contulit, etc.* Epistola Ledradi Archiep. Lugd. ad Carolum Imp. : *Ecce adsunt in conspectu Gloriæ vestræ, etc.* Adde Gregorium M. lib. 1. Epist. 23. 47. lib. 10. Ep. 7. Avitum Ep. 1. 69. 70. aliam Epistolam ejusdem Aviti, editam a Steph. Baluzio post Agobard. Epist. Vigilii Arelat. apud Baron. ann. 538. n. 27. Epist. Judæorum ad Recesvindum Regem in Lege Wisigoth. lib. 12. tit. 2. § 14. Gesta Dagoberti cap. 36. Historiam Wambæ Regis pag. 833. Epistolam ex Francicis tom. 1. Hist. Franc. 19. Epist. Nicolai I. PP. 8. 27. 30. 31. Joannis VIII. PP. 2. etc. Hinc

GLORIOSI dicti præcipui Magistratus. Idem Anastasius in Joanne PP. pag. 50 : *Quomodo nobis suggessit Platon Gloriosus Patricius, et Eupraxius Gloriosus.* Adde Gregor. M. lib. 7. Epist. 11. 22. 30. 32. 70. lib. 8. Epist. 8. lib. 9. Epist. 35. 36. Reges interdum ita compellatos multis probat Bivarius in Commentat. ad Pseudo-Maximum pag. 65. et seqq. qui ejusmodi titulum affectasse Wisigothorum Reges observat. [** Vide Glossar. med. Græcit. voce Μεγαλοπρεπίστατος, col. 895.] [Le Roman *de Blanchandin* MS. ubi de Regis filio :

Darres le fils Alimodes
Garde la tor et le pales,
Moult ot li Glos riche mesniée,
Fait avoir une chevalchiée.]

¶ 3. **GLORIA**, Hymnus *Gloria in excelsis.* Statuta Ecclesiæ Aquensis ann. 1375. MSS : *Statuerunt quod licet perdant tales distributiones, quas lucrati fuissent, si ante Gloriam vel Epistolam cantatam in choro venissent, nihilominus in choro intrare valeant, sed distributiones non lucrentur.*

4. **GLORIA PATRI**, *Glorificatio Trinitatis*, Versiculus, qui Psalmos claudit, Cassiano l. 2. de Cœnob. Instit. cap. 8. δοξολογία Græcis. Gregor. Turon. lib. 1. de Mirac. cap. 33 : *Postquam dicta Gloria Trinitati.* Joannes Abrincensis Episc. de Offic. Eccles. : *In his tribus horis bis tres Psalmos cum trina Glorificatione sanctæ Trinitatis canimus.* Alibi : *Quod vero in primo nocturno in Dominicis diebus 12. Psalmos cum trina Glorificatione sanctæ Trinitatis canimus, et quatuor una Glorificatione et una Antiphona copulamus, etc.* Scribit auctor Chronici Reichersperg. ann. 368. Damasum PP. constituisse, *ut in fine cujuscumque Psalmi Gloria Patri* cantaretur : quem morem sua invaluisse ætate refert idem Cassianus loco citato, et si secus uteretur Orientalis Ecclesia, *ubi cum silentio omnium, finito Psalmo, oratio succedebat.* Sed longe ante Damasum Hymnum istum glorificationis, immo ab ipsis Apostolorum temporibus obtinuisse, pluribus contendunt Baronius ann. 325. Durandus de Ritibus Eccles. lib. 3. cap. 15. et alii. [Consule Coustantium tom. 1. Ep. Rom. Pontif. col. 612.] Vide Concil. Vasion. I. sub Julio cap. 3. Vasense II. cap. 5. Narbon. I. cap. 2. Toletan. IV. cap. 13. Vigilium PP. Ep. 2. Walafridum Strabon. lib. de Rebus Eccles. cap. 25. Bernonem Augiens. cap. 2. Micrologum cap. 31. Durandum lib. 5. Ration. cap. 2. num. 17. et seqq. [** Glossar. med. Græcit. voce Δοξολογία col. 324.]

GLORIA, nude vel *Gloria Psalmi. Tres Psalmos dicere sub una Gloria*, in Regula S. Benedicti cap. 17. 8. *Gloria primi Psalmi*, cap. 43. *Psalmos definire cum Gloria*, vel *cum una Gloria complere*, in Regula Magistri cap. 33. *Gloria Invitatorii, Gloria primi Psalmi*, in Charta ann. 1304. apud Ughellum tom. 7. pag. 898. *Ad gloriam Psalmi inclinare*, apud Hubertum de Miraculis lib. 1. cap. 11. et in Statutis Ord. *de Sempringham* pag. 741. *Occurrere ad primum Gloria*, in iisdem Statutis pag. 764. 726. Adde Johannem Episc. Abrincensem de Eccl. Offic. pag. 8.

¶ 5. **GLORIA**. Sic vocatur una, octava scilicet, e novem partibus hostiæ divisæ in Missa Muz-arabica : *Et sumit illam particulam, Gloriam, et omnes reliquas per ordinem, et sumit calicem dicendo, etc.*

* 6. **GLORIA**, *Specimen*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. Perperam pro *Glossa.* Vide in hac voce secunda notione.

GLORIABILIS, Καυχηματίας, in Gloss. Græc. Lat. Superbus. Glossæ aliæ MSS. *Gloriatio*, καύχημα.

* **GLORIANTISSIMUS**, Titulus honorarius, concessus archiepiscopo. Charta ann. 855. in Chartul. eccl. Vienn. fol. 40. v°. col. 2 : *Domino honorantissimo et Glo-*

Digitized by Google

riantissimo patri Agelmaro archiepiscopo, etc. Vide *Gloria* 2.

¶ **GLORIARE**, pro *Gloriari*. Supplem. Antiquarii : *Gloriat, αὔχει, Gloriatur.*

¶ **GLORIARI**. Fulcuinus de Gestis Abbat. Lobiensium tom. 6. Spicil. Acheriani pag. 588 : *Unum hoc ultimum et omnibus prædicatum, pluribusque sui comperto notissimum dicemus : quod videlicet nullus qui Ecclesiæ illi unquam intulit damnum, Gloriatus sit in annum : et si forte pro quolibet, ut assolet, injuste illato damno Monachi ex majori Monasterio, quod quidem inferius est, montem S. Ursmari scandunt reclamaturi, creditur, nec vana spes est, nunquam inultum iri.* Ubi *Gloriari* idem est ac eo, quod quis intulit, damno minime frui, nec ob id inultum manere.

GLORIATIO Crucis. Vide *Crux.*

GLORIETA, Ædificiolum altius, nostris *Gloriette*. Statuta Mediolanensia 2. part. cap. 348 : *Si quis de cætero construere vel construi facere voluerit aliquam baltrescham, ponticellum, vel Glorietam, in ejus domo, super muro proprio, vel communi, per quam immediate prospici possit in domum vicini, hoc ei liceat, etc.* [Computus ann. 1333. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 274 : *Pro tabulis necessariis in Glorietta domini.* Le Roman *de Partonopex* MS. :

Une moult bien peinte Chambrete,
Urake nome Gloriete.]

* 1. **GLORIFICARE**, Collaudare, Gall. *Rendre gloire.* Epist. Nicolai I. PP. ad Carolum C. ann. 863. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 393 : *Quapropter ejus* (Dei) *misericordiam Glorificamus etc.*

* 2. **GLORIFICARE**, Celebrare, illustrare, Gall. *Rendre célèbre.* Chron. Herman. ad ann. 288. tom. 6. ejusd. Collect. pag. 226 : *Reliquiæ S. Marcellini Aquisgrani allatæ, plurimis Glorificantur miraculis.*

GLORIFICATIO Trinitatis. V. *Gloria* 4.

¶ **GLORIOLARI**, Gloriola et vanitate affici. Gozechini Epistola apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 366 : *Ergo arguis in me levitatem vanitantis animi qui velut hac illac fluitans vacare desideret et Gloriolari, pro eo quod Leogium nostrum tantopere lauduverim.*

* **GLORIOSE**, Honorifice, Gall. *Honorablement.* Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 509 : *Cum dictus exponens die festi Assumptionis B. Mariæ Virginis... aliquos ex amicis suis in domo sua, ob dicti festi reverentiam, invitasset, et eisdem de bonis et epulis suis dare Gloriose et lætifice proposuisset, etc.*

¶ **GLORIOSI**. Vide in *Gloria* 2.

GLORIOSITER, Gloriose. Occurrit apud Eulogium Cordubensem.

¶ **GLOS**, *ris*, pro *Gloria*. Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 63 :

Pignere Sanctorum, multa quoque Glore venustus.

[** Virgil. Grammat. pag. 123 : *Gloria a Glorificatione. Apud philosophos Glores dicuntur.*]

* Ita et nostris *Glore*, pro *Gloire*, ut non semel legitur in Poem. Rob. Diaboli Ms. :

A tant a enquis de son iestre,
Que che ne puet carneus home iestre.
De Glore vient, en Glore vait,
Et de Glore viennent si fait.

* 2. **GLOS**, ἀνδρὸς ἀδελφή. Reg. *Levis*, *Glos*, ἀδελφὴ γαμετή, ὡς Πλαῦτος. Cujac. Ita in Castigat. ad utrumque Glossar. Aliud Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Glos, soror viri.* Vide Analecta Mabill. edit. in fol. pag. 326. [** et Forcellin. in hac voce. Pro uxore fratris occurrit in chart. ann. 1300. apud Guden. in Cod. Diplom. tom. 2. pag. 298.]

* 3. **GLOS**, *Lo legno putrido.* Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide supra *Gloa.*

¶ **GLOSA**, pro *Glossa*, Interpretatio, Gallis *Glose*, in Regesto Parlamenti ann. 1408. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 597. [** Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 3. cap. 24. § 207. not. e.] Vide *Glossa*, 2.

¶ **GLOSARE**, pro *Glossare*, ut infra. Appellatio Universitatis Paris. a Benedicto XIII. PP. dicto, apud Acherium tom. 6. Spicil. pag. 148 : *Fuitque dictum per nonnullos suorum quod Glosari debebat illud juramentum.*

* Interpretari. Stat. castri Redaldi lib. 1. pag. 8. r° : *Quod statutum præcisum sit, et non possit Glosari et interpretari, nisi ut in litera jacet.*

¶ **GLOSATURA**, ut *Glossa*, Interpretatio. Vita Anastasii PP. IV. apud Murator. tom. 3. pag. 440. col. 1 : *Hic etiam Glosaturam super Psalterium et Epistolas Pauli ab Anselmo per Glosulas interlineantes marginalesque distinctam, post a Giliberto continuative productam latius apertiusque explicavit.* Similia sunt in Chronico Trivetti apud Acherium tom. 8. Spicil. pag. 417.

¶ **GLOSOCHOMUM**, Feretrum, loculus, Græc. γλωσσόκομον. Agnellus in Vita S. Joannis Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 189. col. 2 : *Alii salicum vimine intexabant crates, alii tondebant salicum ramos, qui opertebant Glosochomum :* ubi jacebat corpus defuncti.

[* Vel Sepulcrum. Minus bene *Glosochonium*, tom. 7. Jul. pag. 183. col. 2.]

1. **GLOSSA**, Lingua, idioma ex Gr. γλῶσσα. Fridegodus in Vita S. Wilfridi :

.... Nota peregrinæ cui famina Glossæ.

2. **GLOSSA**, Imago, exemplum rei. Vide *Glosa.* Alanus pag. 419 :

Nostrum statum pingit rosa,
Nostri status deceus Glosa,
Nostræ vitæ lectio.

* Glossa Vocabuli, Vocis etymon. Mirac. S. Helenæ tom. 3. Aug. pag. 616. col. 1 : *Præsagio namque muneris cœlestis eum intra Glossam sui vocabuli staturum permansurumque prævidentes, Altumvillare vocitarunt.*

* **GLOSSA**, *Petra, lapis similis linguæ humanæ.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

* **GLOSSALE** super tres libros Salomonis et lamentationes Jeremiæ. Ita inscribitur. Codex membraneus in Bibl. Heilsbr. pag. 12.

GLOSSARE, Denudare, aperire, ut glossa vim verbi detegit. idem Alanus l. 3. extremo Anticlaud. :

Hac igitur veste virgo nitet, immo virago
Glossat in hæc mentem, virgæ dans otia, fabrum
Induit, etc.

Idem de Planctu naturæ :

Nec se justitiæ luce colorat,
Nam sese vitium Glossat aperte,
Fit fraus ipsa sui lingua furoris.

GLOSSARIUM, Papiæ, *dictum quod omnium fere partium glossas contineat.* Vide Præfationem nostram.

¶ **GLOSSATOR**. Glossarum scriptor, interpres, Gall. *Glossateur.* Passim occurrit apud recentiores.

¶ **GLOSSATUS** Liber, Glossis elucidatus, in Gestis Abbatum Lobiensium apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 634. et alibi non semel.

¶ **GLOSSELLA**, Parva glossa, annotatiuncula, in Actis SS. Maii tom. 7. pag. 802.

GLOSSES. Gerardus Presbyter in Vita S. Udalrici Augustani cap. 13 : *Ecclesiam autem S. Afræ, quæ a paganis fuerat cremata, adhuc reædificata non erat, sed tugurium Glossibus tectum altaria ab imbribus et intemperiebus defendebat.* Incertum, an culmos vel scandulas intelligat. [Vide *Glodius.*]

¶ **GLOSSOGRAPHUS**, ut *Glossator*, passim.

¶ **GLOSSULA**, λέξις, *Dictio*, in Supplemento Antiquarii. Vide *Glosaturæ.*

* **GLOTONUS**, Scurra, mimus, ganeo, homo libidinosus; quo sensu *Glotonin* et *Glout* nostri dixerunt : unde *Gloutrenie*, pro Libido. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Glota, Prov. leccatrix, lena, parasita. Glotoniear, Prov. scurrari.* Stat. Vercel. lib. 3. pag. 84. r° : *Neque scienter hospitentur Glotonos, averitarores, basclacerios, meretrices, guliatores vel bannitos.* Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 459 : *Icellui Robert, qui estoit puissant homme de corps, mauvais Glout et de mauvaise renommée, etc.* Aliæ ann. 1400. in Reg. 155. ch. 339 : *Icelle femme par sa mauvaistié Glotonine, commist et perpétra adultere, et se abandonna à un sien voisin.* Le Roman *de Cléomades* Ms. :

Ne d'orguel, ne de Glontrenie;
Chil sont capiel de déablie.

Unde *Malegloute*, de muliere immunda et inhonesta, in Lit. remiss. ann. 1385. ex ex Reg. 128. ch. 173 : *Lors Maroie dist à laditte femme, va-t-an Malegloute, je ne veil à ton point de tencion.* Hinc *Gloute parole*, pro Verbum injuriosum, convicium, in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 105. ch. 3 : *Icellui Regnault dist au suppliant tant d'autres Gloutes paroles, que tous ceulx qui estoient présens en estoient esbaiz.* Haud scio an a veteri Gallico *Glete*, Sordes, spurcitia, corruptio. Bestiar. Ms :

Le carongne que la mer gete,
Homme, beste, ou poisson, ou Glete.

Le Despirement *du Corps* Ms. :

Vius es, et ors à mourir as,
Si deviens Glete et pourreture.

Inde fortassis, *Glous*, pro vulgari *Egout*, Cloaca, per quam purgamenta effluunt, in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 152. ch. 283 : *Icellui Robert disoit audit Gille qu'il lui avoit occupé et occupoit Glous et parois à lui appartenans, estans en laditte ville de Saint Pol, de mortier ou ordure, que ledit Gille devoit mener ou faire mener aux champs.* Vide infra Gallicum *Glassouer* in *Goterius.*

* Sed et *Glout*, pro Helluo, vorax, vulgo *Glouton*, occurrit in eodem Bestiar. Ms. :

Si Glout de boire et de mangier.

Digitized by Google

Unde *Gloutement*, pro *Gloutonnement*, Voraciter, avide, in Hist. Caroli VI. pag. 177 : *Et quant il mangeoit, c'estoit bien Gloutement et louvissement. Godon*, eadem acceptione, Cotgravio ; quæ vox occurrit apud Anonym. in Carolo VII. pag. 512. Aliis, idem est quod Homo divitiis rebusque omnibus abundans. Ejusdem originis est vox *Seglout*, Frustum, quod uno haustu deglutitur, in Mirac. B. M. V. Mss. lib. 2. :

En mer chai et mort l'englout,
Tout autresi com un Seglout.

Vide *Gluto*.

GLOTORARE, Κλάγγειν, Clangere, voce ciconiæ. Auctor Poemat. de Philomela :

Glotorat immenso de turre ciconia rostro.

Plinius dicit ciconias *inter se commurmurare*, Solinus vero, *fere linguas non habere, verum sonum, quo crepitant, oris potius, quam vocis esse.* [* Vide supra *Gloctolare*.]

¶ **GLOVIDENUS.** Vide *Gluvidenus*.

* **GLUEN**, Glutus, a Gallico *Glui*, Palea, calamus, vulgo *Chaume*. Charta ann. 1322. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 34. col. 1 : *Item percipit in dicto loco dominus Calvissionis pro annuo censu, dum petit, a quolibet habente animal deferens bastum, duas sarcinatas de Gluen.* Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1370 : *Item datum pro Gluis, gluyos* (sic) *et Gluyotage, vj. lib. x. sol.* Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 323 : *Un fesseau de chaume, autrement appellé Glui.* Reg. Corb. 13. sign. *Habacuc* ad ann. 1510 : *Les Gluyos pour faire les festus à leyer lesdites vingnes.* Sed et *Gluy* dixerunt, pro Spicarum, secalitiove manipulo et fasciculo herbarum. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 128. ch. 132 : *Un Gluy de feves, où il avoit environ un boisseau de feves.* Aliæ ann. 1405. in Reg. 160. ch. 150 : *Le suppliant print furtivement aux champs neuf Gluys ou jarbes de seigle.* Charta ann. 1476. in Chartul. Latiniac. fol. 246 : *Trois bons Gluys de jonchée vert, chacun Gluy la charge d'ung homme. Gluyon*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1457. ex Reg. 189. ch. 192 : *Jehanin Boistel porta aux champs ung Gluyon de feurre, pour d'icellui lyer le blé que ses gens soyotent.* Hinc *Gluier* et *Gluyeter*, Calamum colligere vel in fascem colligare. Lit. remiss. ann. 1371. in Reg. 102. ch. 27 : *Pierre Hermart ayant envoié Jehan Hermart son filz et Gillon sa fille Gluier du gluy aux champs, etc.* Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1369 : *Item cuidam mulieri pour Gluyeter estrain pro duabus dietis, iiij. sol.*

* **GLUNNIRE**, in Sermon. Hildeberti Cenom. pag. 638. pro *Grunnire*. Vide in hac voce.

¶ **GLUERE**, Gluvere, pro *Glubere*, Corticem detrahere. Papias in MS. Bituric. : *Gluere, Cutem detrahere, excoriare. Gluit, Excoriat.*

GLUFIA, Gall. *Glufie*, Species ferri fusi, in Usaticis Vicecomitatus Aquarum Rotomagi MSS.

¶ **GLURA**, Simia. *Clura, vel Glura, Simia*, in Glossis MSS. Sangerm. Apud Papiam MS. habetur : *Clura vel Glurum, Simia.* Vide *Clura*.

GLUTEN, *Fel taurinum*, Joanni de Gallandia in Synonymis Chymicis. [Rocho *le Baillif* in Dictionario Spagyrico, *Gluten album, vel Synonia, est pars corporis nobilissima, subtilis, pura, alba, perspicua, sal dulce, et humor naturalis, et est locus tartari et podagræ.*]

¶ **GLUTINATORIUM**, Glutinum. Gloss. Græc. Lat. : Κολλητήριον, *Glutinatorium*.

* **GLUTINUM Familiaritatis**, Necessitudo, qua quis cum altero conjunctus est. Vita S. Abbon. Floriac. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 340 : *Charitativo laudabilis in Domino familiaritatis Glutino ei in omni sua conjunctus vita.*

* **GLUTINUS**, Coagulatus. Vita S. Guthl. tom. 2. Apr. pag. 49. col. 2 : *Illa ergo partem Glutinam salis, a S. Guthlaco ante consecratam arripiens, etc.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Gluyer, conjoindre, Glutinare.*

* **GLUTIRE**, *Espoussier, sive uxorare.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

GLUTIS, *Terra tenax*, in Glossis MSS. ad Alexandrum Iatrosoph. *Gluten.* [Vide *Glis* et *Glutum*.]

GLUTO, Glutto, λαίμαρτος, in Gloss. Gr. Lat. Papias : *Ambro, devorator, profusus, luxuriosus, Glutto, consumptor patrimonii.* Idem, *Elluo, prodigus, Gluto, ambro, etc.* Gl. Lat. MS. Reg. : *Lurconem, Devoratorem, vel Gluttonem.* Vetus Interpres Juvenalis Sat. 4 : *Divites, Gluttones.* Et infra : *Neronem dicit Gluttonem.* S. Ambrosius : *Sic amat diabolus filios suos ut perdat, sicut amat Gluto porcellum ut comedat.* Acta S. Sebastiani cap. 3. de Vita præsente : *Ipsa dat edacitatem Glutonibus, ipsa ebrietatem ingerit temulentis.* S. Eligius Homil. 14 : *Qui erat commessator, id est, Glutto, aut ebriosus, fit parcus et sobrius.* Ditmarus lib. 4 : *Glutto et simulator.* Matth. Paris. ann. 1105 : *Et quos desides vocat, et Glutones conculcare desiderat.* [Ratherius Veron. in Serm. 1. de Quadrag. tom. 2. Spicil. Acher. pag. 284 : *At contra Gluttonum ista solet esse defensio, licet non per omnia falsa : Melius est, aiunt, abstinere a vitiis, quam a cibis. Sed quomodo abstinet a vitiis qui gulæ deservit?*] Adde Regul. Magistri cap. 1. 16. 69. V. *Glotonus*. Le Roman *de Gaydon* MS. :

Va Glous, dit Nain, Dex te doint encombrer.

* **GLUTORIUM**, *Le lieu où l'en glue*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide supra *Gluen* et *Glutinus*.

¶ **GLUTTUUS**, pro *Gluttus*, quod legitur apud Persium, Guttur. Vox ficta ex imitatione soni, quem edit liquor means per angustum tramitem. Gloss. Isid. : *Singultim, Qui loquitur per Gluttuos.*

¶ **GLUTUM**, Glutis, κολλά, *Gluten*, in Supplemento Antiquarii. Vide *Glutis*.

GLUVERE. Vide *Gluere*.

GLUVIDENUS, Glovidenus. Ennodius lib. 5. Epist. 4 : *Accipe ergo risum motura poemata, et Glovidenum tuum se solum agnovisse contentus a publico rigore me subtrahe.* Idem in Præfat. carminis ad Faustum : *Ad camœnalem tamen ignominiam, quibus nunquam Gluvidenus deest, versus adjeci.* Notio vocis perspicua ; pro imperito enim usurpatur, sed origo incerta. [* Forte leg. *Gnovidenus*, ab Italico *Gnocco*, Insulsus, imperitus.]

¶ **GNABAT**, *Natus, generatus, filius, creatus, vel enixus, lingua Gallica.* Gloss. Isid. In Glossis MSS. ut jam dictum est in *Creare* 1. pro *Gnabat* habetur *Gnatus*. Hanc genuinam esse lectionem probabilissimum est. Forte tamen possent alia ratione corrigi Glossæ Isidorianæ, legendo scilicet *Gnab* vel *Gnaba* pro *Gnabat; Gnab* enim apud veteres Gallos significasse videtur filium puerum seu famulum, ut hodiernum *Knab* vel *Knabe* apud Germanos. Vide Grævium et Martinium.

GNANUS, pro *Nanus*, Pygmæus, in Architrenio lib. 2. cap. 12. [* Vide supra *Cobali*.]

¶ **GNARAT**, in Supplemento Antiquarii, vel *Gnarrat*, ut est apud Martinium, διηγεῖται, *Narrat.* Hinc Martinius *Narrare* deducit a *Gnarus*, quasi *Narrare* sit Gnarum facere.

GNARIFICATIONES, *Sermones*, Papiæ.

¶ **GNARITUR**, γνωρίζεται, *Cognoscitur*, in Supplemento Antiquarii. Vide *Gnoritur*.

* **GNARUM.** Inventar. ann. 1389. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 809 : *Tabolerium unum laboratum ad Gnara et de jaspide cum scacchis et merellis.*

¶ **GNARURAT**, γνωρίζει, Gnarum seu notum facit, in Glossis Lat. Gr. Sangerman. MSS. et in Supplemento Antiquarii.

¶ **GNARURIS**, Gnarus, notus. Gloss. Lat. Gr. Sangerman. MSS. : *Gnaruris*, γνώριμος. Ausonius : *Non cultor instans, non arator Gnaruris.*

¶ **GNATARE**, τεκνοποιῆσαι, Gnatos seu filios procreare, in vett. Glossis ; Supplementum autem Antiquarii præfert : *Gnatare*, παιδοποιῆσαι, *Liberis operam dare.*

GNATICA. Guillel. Armoricus de Gestis Philippi Aug. pag. 82 : *Sed inclusi parum curabant hujusmodi jactus lapidum et sagittarum... tuto latentes in cryptis et Gnaticis.*

GNATICIDIUM, Τεκνοκτονία, in Gloss. Gr. Lat. Codex MS. S. Germani Paris. habet *Gnatium*. [Genuinum est *Gnaticidium*, Gnatorum seu liberorum cædes, parricidium.]

¶ **GNATONICUS Vir**, ut *Gnatho*, Parasitus, vel Vir impurus et nihili. Henricus Huntindonensis apud Acherium tom. 8. Spicil. pag. 191 : *In Sicestria vero sedit Radulfus : in cujus loco sedit Pelochion vir Gnatonicus, et ob hoc depositus.* Johan. de Monsteriolo apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1451 : *Quibus ipse Gnatonicus blandiri contendebat. Gnatonico ritu cantare*, i. e. more Gnathonum eid. Johanni ibid. col. 1402.

GNATUS. Vide *Creare*, et *Gnabat*.

¶ **GNAVARE**, pro Navare, Operam dare. Gloss. Isid. *Gnavat, Fortiter exequitur.*

¶ **GNETONSUS**, ἀμαυρός, σκοτεινός, in Glossis Sangerman. MSS. Lege *Gnephosus*. Fessus : *Gnephosum, Obscurum ; videlicet ex Græco*, quod est κνέφας.

* Vide H. Stephanum in Præfat. ad Thes. Ling. Gr. pag. 14. ut et Scaliger. ad Festum in hac voce.

¶ **GNOMOLOGIA**. γνωμολογία, Sententiarum prolocutio. Legitur apud Rocchum Pirrum pag. 261. Siciliæ sacræ.

¶ **GNORITUR**, *Cognitum sive compertum est*, apud Papiam. Vide *Gnaritur*.

GNOSOCOMIUM, pro *Nosocomium*.

Digitized by Google

Glossæ MSS. : *Gnosocomium, domus infirmorum. Gnosos, infirmitas.*

GNOSTICI, Hæretici, quorum hæresis a Nicolao Antiocheno fluxit, ut auctor est Philastrius.

¶ **GNOSTICUS**, Doctus, peritus, a Græco γνωστικός. Charta Eadgari Regis Britan. apud *Madox* Form. Anglic. pag. 174 : *Cuidam ministro mihi oppido fideli, qui ab hujusce patriæ Gnosticis nobili Mangoda appellatur onomate... largitus sum, etc.*

¶ **GNOT**, f. vox abbreviata pro *Gnovit*, Novit. Gl. Lat. Græc. Saugerman. MSS. : *Gnot*, οἶδεν, ἐπιγινώσκει : quod posterius verbum omittitur in Supplemento Antiquarii.

¶ **GNOTUS**, διάγνωσις, γνῶσις, *Cognitio.* Supplem. Antiquarii. Festus habet : *Gnotu, Cognitu.*

* **GNOZ.** Vim vocis explicat Charta Rudol. I. imperat. ann. 1274. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. Mss. pag. 154 : *Ecclesia S. Martini in Pfullingen quosdam habet homines censuales, tam in eadem villa, quam alibi residentes, qui nobis et imperio ratione advocatiæ seu dominii sunt subjecti, qui vulgariter Gnoz appellantur, quorum bona immobilia, quæ pro* (f. per) *se possident, non consueverunt hactenus, ut dicitur, aliis quam prædictis hominibus, qui Gnoz appellantur, dari, vendi vel aliter alienari, nisi per alia bona immobilia æquivalencia, vel meliora dictis hominibus restaurentur.* [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Genossen*, col. 659.]

¶ **GOA**, Grioa, Groa, Mensura 3. palmorum. Informationes Civitatis Massil. de passagio transmarino in MS. Sangerman. : *Primo ad navem habentem quindecim palmos in sentena expedit habere arborem de Pora longitudinis* XLV. *Grioarum et grossitudinis, seu rotunditatis novem palmorum et medii : et est ad sciendum quod quælibet Groa continet tres palmos. Item ipsa eadem navis habebit aliam arborem in medio habentem in longitudine* XLIII. *Goas.* Quæ postrema vox *Goa* passim ibidem occurrit; semel autem tantum *Grioa* et *Groa*, eadem notione.

* Contract. navium Massil. in Reg. Cam. Comput. ex Bibl. reg. sign. 8406. fol. 201. v° : *Et habebit* (navis) *a xxxvij. Gois usque ad xxxviij. Goas de roda in roda.*

¶ **GOBEL**, Calix, poculum, culullus : Gall. *Gobelet.* Necrologium Parthenonis S. Petri de Casis : 29. *Sept. ob. D. Ysabel de la Tour, quæ dedit unum calicem et unum Gobel.* Efformatur ex *Cupa, Cupella*, Gall. *Coupe.*

¶ Gobelettus, Gobeletus, Eadem notione, in Inventario anni 1347. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 555. et 556. *Gobeletus*, in Testamento ann. 1373. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 183. in Actis SS. Julii tom. 1. pag. 608. in Testamento anni 1304. inter Instrum. Hist. Meld. pag. 215. etc.

GOBELINUS, Dæmon, qui vulgo *Faunus*, nostris *Gobelin, Demon folastre.* Vide *Folletus*, in *Follis*, Stultus. Ordericus Vitalis lib. 5. pag. 556 : *Dæmon enim, quem de Dianæ fano expulit, adhuc in eadem urbe degit, et in variis frequenter formis apparens, neminem ledit. Hunc vulgus Gobelinum appellat, et per merita S. Taurini ab humana læsione coercitum usque hodie affirmat.* De ejusmodi dæmonibus sic Cassianus Collat. 7. cap. 32 : *Nonnullos eorum* (immundos spiritus) *quos etiam Faunos vulgus appellat, ita seductores et joculatores esse manifestum est, ut certa quæque loca seu vias jugiter obsidentes, nequaquam tormentis eorum, quos prætereuntes potuerint decipere, delectenter, sed de risu tantummodo et illusione contenti, fatigare eos potius studeant quam nocere, etc.* Vide *Covalus* et *Cobali.*

* A veteri Gallico *Gobe*, Lætus, hilaris, officiosus. Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1 :

Riches hom ies de grant avoir,
Se dois estre cointes et Gobes.

Guiartus ad ann. 1298 :

Menés vers Bergues liés et Gobes,
Si chargés d'armes et de robes, etc.

Hinc *Goban*, Lætitia, hilaritas, in vet. Poem. apud Thaumasser. inter notas ad Assis. Hieros. pag. 251 :

Dans son Goban mie n'est close
La spurienne emphitéose.

Eo etiam spectat vox Gallica *Gogue*, qua Delectatio, facetiæ, jocus significatur. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 92. Chartoph. reg. ch. 30 : *Icellui Guillaume lui dist par Gogues : Belle suer, vous ne seriez pas digne de tenir terre, se lesdiz pijons cuisiez en l'eau.* Guill. Guiartus :

N'ot gieu, ne ris, feste, ne Gogue.

¶ **GOBELLETUS**, ut *Gobeletus*, Gall. *Gobelet*, Poculum, calix, in Computo Johannis Humberti sub Guigone Dalphino ann. 1328.

Gobellus, Eadem notione. Vide *Picherium* in *Bicarium.*

* Gobellus, Cyathus, Gall. *Verre, gobelet.* Stat. eccl. Castr. ann. 1358. ex Cod. reg. 1592. A. fol. 76. r° : *Item duos pitalphos terreos et quatuor Gobellos vitreos.* Cómput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 246. col. 2 : *Item solvi pro.... tribus duodenis Gobellorum perditorum sive fractorum, etc.*

GOBIA, Pagus, regio, ex Germ. *Gow*, quod idem sonat, ut ex aliquot Chartis docet Goldastus ad cap. 1. Eckeardi. Hinc vox eadem *Gow* addita passim apud Germanos locorum designationibus, quod pluribus probat Cluverius lib. 1. German. antiq. cap. 13.

¶ **GOBINETUS**, pro *Gobelletus.* Hist. Monasterii S. Laurentii Leodiensis apud Marten. tom. 4. Ampl. Collect. col. 1129 : *Inventa fuit summa mille griffonum, et scyphi argentei 24. cum sex Gobinetis deauratis, duodecim cochlearia argentea, etc.*

* **GOBIUS**, Vinitoria falcula, Gall. *Serpette.* Joan. Germ. episc. Cabilon. in Vita Phil. III. ducis Burg. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. Mss. pag. 35 : *Etiam non occurrerat qui vinetis incolendis insisteret, Gobio putaret, contonderet fossorio, etc.*

* **GOBOLETUS**, Calix, poculum, Gall. *Gobelet.* Annal. Estens. ad ann. 1397. apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 939 : *Cujus pretium habuit dominus Albertus miles, unum videlicet aureum Goboletum.* Vide *Gobelletus.*

GOBONATUS. Monasticum Anglic. tom. 3. part. 2. pag. 83 : *Una parura pro tualliis altaris Gobonatis de armis et lozingis,... duæ paruræ pro albis de una secta, Gobonatis de armis et lozingis bluetis, de perlis in auro.*

* Gallice, ut videtur, *Relevé en bosse*, ab Italico *Gobbo*, Gibbus.

* **GOCKEN**, Navis oneraria, apud Venetos. Hist. desponsat.-Frider. III. imper. et Eleonoræ Lusit. ann. 1451. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 614 : *In portu maris erat navis magna disposita, nomine carraca : sed in Venetiis nominatur proprie Gocken.*

¶ **GOD**, Saxon. Bonus. *Goda puella*, Bona puella, in Vita S. Eadgithæ. Virg. sæc. 5. Benedict. pag. 638. Vide *Clack.*

* Anglis *God*, Deus : unde *Goderode*, Deus omnipotens, in Poemate *du Rou* :

Alierot est en Engleiz,
Qui sainte Croix est en Francoiz,
Et Goderode est autrement,
Comme en Francois Dex tout puissant.

¶ **GODA**, an idem quod *Godia*, Usura, Gall. *Usage, Jouissance?* Chartularium S. Vincentii Cenoman. : *Hæc sunt caritates artocoparum, quæ redduntur in Natale Domini, etc. cum pane et vino, Episcopo* IIII^or. *Cantori* 1... *Hamelino de Marce* II. *propter Godam.* Alias *Gode* Gallis erat ovis vetula; sed nihil ad hunc locum.

GODALA, [Teutonibus, Species cerevisiæ. *Gondale et cervoise* in Privilegio Johannis I. Regis Franc. ann. 1354. pro Viromanduis.] Vide *Celia.*

* Germ. *Goed ael*, Gall. *Bonne bierre*, alias *Goudale;* unde *Goudalier*, qui cerevisiam coquit, vulgo *Brasseur.* Charta ann. 1317. in Reg. 54. Chartoph. reg. fol. 53. r° : *Johanni de Totencuria concessit foragium cervesiæ sive Godalæ, quod in villa de Bellaquercu qualibet die percipere consuevit.* Permut. inter reg. et episc. Tornac. ann. 1320. in Reg. 60. ch. 91 : *Item foragia Godalarum seu cervesiarum, quæ dictus episcopus habebat in villa Tornacensi, una cum omni jure ad ipsum episcopum, ratione dictarum Godalarum, spectant. Godalia*, in Charta ann. 1243. ex Tabul. eccl. Camerac. Charta ann. 1285. in Chartul. 1. Fland. ch. 372. ex Cam. Comput. Insul. : *De le Goudale doit li Cambiers et li Goudaliers dou muy, quatre solz. Cervoise ou Goudalle*, in Ch. ann. 1448. ex Chartul. 23. Corb. Vide infra *Gondala.* Hinc

* Goudalarius, in Charta ann. 1240. ex Chartul. A. eccl. Camerac. ch. 19 : *Cum quilibet cambarius et Goudalarius Cameracensis tenetur capitulo Cameracensi reddere de primo brassino, tam cervisiæ quam Goudaliæ duos denarios Cameracenses;.... de unanimi consensu partium, capituli, cambariorum, Goudalariorum.... ita est ordinatum, quod de quolibet brassino Goudaliæ et cervisiæ, quocumque modo nominetur, etc.*

* **GODANDARDUS**, Goudendardum, Hasta brevior Flandrensibus familiaris, Gall. *Demi-pique, longue javeline*, alias *Godandart, Godendart* et *Goudendart.* Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 417 : *De quodam Godandardo, quem a casu in dicta taberna invenit, dictum Girardum percussit.* Aliæ ann. 1369. in Reg. 101. ch. 127 : *Guigo veniebat ab alia parte deferens in manibus suis quoddam Goudendardum et unum ensem.* Aliæ ann. 1357. in Reg. 89. ch. 116 : *Quemdam ba-*

Digitized by Google

culum ferratum, Godendart Gallice nuncupatum, quem deferebat, sublevavit, etc. Aliæ ann. 1376. in Reg. 109. ch. 219 : *En soy défendant féry ledit Cannaux d'un Godandart ou pique de Flandres un cop seulement, dont mort s'ensuy.* Denique aliæ ann. 1417. in Reg. 169. ch. 499 : *Un baston, que l'en appelle Goudendart, qui est à la façon d'une pique de Flandres, combien que le fer est un pou plus longuet.* Hinc emendandæ Literæ ann. 1347. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 169. art. 7. ubi editum *Godaudac*, pro *Godandar*. Vide *Godendac*.

* **GODARDUS**, Godendus, ut supra *Godandardus*. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 258 : *De quodam Godardo nisus fuit percutere dictum Petrum.* Aliæ ann. 1363. in Reg. 94. ch. 4 : *Quemdam Godardum retro se invenit, et se deffendendo et vim vi reppellendo, præfatum le Campenois ad ictum de eodem Godardo in capite percussit, non de cuspide. Godendis et balistis, ac aliis diversis armorum generibus prohibitis armatus*, in aliis Lit. ann. 1353. ex Reg. 82. ch. 14.

GODEBERTUS, [Godbertus, Militaris vestis species. Testamentum Odonis de Rossilione Militis ann. 1298. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1306 : *Item, do et lego domino Petro de Monte Ancelini... unam integram armaturam de armaturis meis, videlicet meum heaume a vissere, meum bassignetum, meum porpoinctum de cendallo, meum Godbertum, meam gorgretam, etc.* Extractum computi anni 1336. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 326 : *Item, duos Godebertos de maylliа valoris* VI. *s. gross.*] Computum Stephani *de la Fontaine*, Argentarii Regii ann. 1351 : *Pour une fourrure de dos de lievres de Norvoie* (Norvege) *à fourrer un Godebert à Maistre Jean le fol.*

* Consuet. Paris. ex Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. fol. 36. r° : *Item Godebers de Lorrillac, obole la piece.* Neque aliud forte est *Goceon* in Instr. ann. 1309. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1222 : *Goceons souffesans de mailles de haubert.*

GODENDAC, Armorum species, quam Flandrensibus familiarem fuisse innuit Guil. *Guiart* sub ann. 1298 :

A grans bastons pesans ferrez
A un long fer agu devant,
Vont ceus de France recevant.
Tiex baston qu'il portent en guerre,
Ont nom Godendac en la terre.
Godendac, c'est, bon jour, à dire,
Qui en François le veut descrire.
Cil baston sont long et traitis,
Pour ferir à deux mains faitis,
Et quant l'en en faut au descendre,
Se cil qui fiert, y veut entendre,
Et il en sache bien ouvrer,
Tantost peut son cop recouvrer,
Et ferir sans s'aller mocquant
Du bout devant en estoquant
Son ennemi parmi le ventre :
Et li fers est agus qui entre
Legierement de plaine assiete
Par tous les lieus où l'en en giete,
S'armeures ne le detiennent.
Cil qui les grans Godendas tiennent
Qui l'ont à deus poins empoignez,
Sont un poi des rancs esloignez,
De bien ferir ne sont point lasches.

Alibi :

Car les lances d'eus esloignies
Les Godendaz et les coignies
Mettent à mors és herberjages.
Chevaliers, escuiers et pages.

Et ann. 1032 :

Godendaz que l'en repaumoie
Ferrez et fais à grant estuide.

Vide Joannem Villaneum lib. 8. cap. 55. [* et supra *Godandardus.*]

* **GODENDUS**. Vide supra *Godardus.*

GODENGHENUCTEN. Arestum 20. Aug. ann. 1411 : *Quinetiam ante dictas compositionem et accordum, certis mediis et causis ab antiquo jus habebant, in possessione et saisina extabant dictæ villæ Tenremondiæ burgenses, esto quod fuissent vel essent servi, seu servilis conditionis, extranei, advoli, esclavi, aut alterius cujuscunque servitutis macula respersi, a certa servitute seu redhibentia in patria Flandriæ vulgariter dicta Godenghenucten, et etiam præstationis seu solutionis principalis catelli seu mobilis in eorum morte, ubicumque in territorio Tenremondiæ decederent, liberi, quieti, et immunes erant, et semper fuerant, etc.* Vide Kilianum in *Ghe-nachte.*

GODETUS, Scyphi species, nostris *Godet*, in Statutis Ord. Cartusiensis ann. 1368. 2. part. cap. 1. § 8.

GODGILDUM, in Præfatione Legum Aluredi, dicitur, apud Diis offertur, ut *Deofugyld*, quod diabolo. Vide *Gildum.*

GODIA, Usus fructus, Italis *Goduta*, nostris *Jouissance*, in Charta ann. 1398. in Hist. Sabaud. pag. 112. apud Guichenonum. [Vide *Gaudita.*]

* Bona quævis quibus aliquis *gaudet*, fruitur, agrorum fructus. Stat. Montis-reg. pag. 28 : *Qui syndicus teneatur vinculo juramenti salvare jura communis et recipere et exigere reditus, Godias et proventus communis civitatis, etc.* Vide mox *Godimentum* et *Godire.*

* Goldia, Eadem notione. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 42. ex Cod. reg. 4624 : *Camparii.... stare debeant in finibus.... ad custodiendum ipsas messes, et ipsa blada, et frezagia, et alios fructus, et alias recolectas, et Goldias ipsorum hominum Avillianæ.*

* **GODIMENTUM**, Goldimentum, Pari intellectu. Charta Caroli IV. imper. ann. 1355. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1352 : *Concedimus jus imponendi collectas et exactiones quascumque, ac omnia jura et Godimenta quæcumque nobis et ipsi Romano imperio competentes et competentia.* Stat. Astæ collat. 12. cap. 8. pag. 39. v° : *Juro capere omnia Godimenta omnium bannitorum Ast. qui fodrum non solverint, et ea communi tenebo pro eorum fodro.* Stat. Vercel. lib. 2. pag. 36. r°. : *Ita tamen quod fructus et Goldimenta non computentur in sortem ipsi creditori.* Nostri *Goyvre*, eadem acceptione, dixerunt ; a verbo *Goyr*, frui, vulgo *Jouir.* Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 11 : *Le suppliant et Pierre Lymosin eurent ensemble certain débat à cause du Goyvre de certain pré ; ..... ouquel pré estant en Goyvre icellui suppliant, ung jour trouva les beufs dudit Pierre Lymosin.* Charta ann. 1407. in Chartul. 23. Corb. : *En le forme et maniere que je en ay Goy et Gos de présent, etc.* Vide mox

* **GODIRE**, Goldire, Uti, frui, Italis *Godere*, nostris *Jouir.* Pactum inter reg. Rob. comit. Prov. et Phil. de Sabaud. ann. 1325. ex schedis Pr. *de Mazaugues* : *Item quod omnes homines de terra regia et fideles regii, possint et debeant Godire omnes terras, possessiones et bona, quas et quæ habent et hactenus habere consueverunt in terris, quas ipse dominus Philippus tenet ad præsens ; et versa vice homines dom. Philippi prædicti et terrarum ipsius, possint et debeant Godire, ut supra, de hiis quæ habent et habere consueverunt in terris domini regis et quas nunc tenet.... Et idem intelligatur de rebus et Godiis bonorum et rerum forensitorum, etc.* Stat. Taurini ann. 1360. cap. 199. ex Cod. reg. 4622. A : *Illi qui dicta gerba vel pascua tenuerint et Godierint a dicto tempore citra, teneantur dare communi pro singulis et singulis jugeribus gerborum et pascuorum denarios xij. pro fructibus et Godiis, quos et quas inde perceperint.* Stat. Vercel. lib. 2. pag. 35. r°. : *Ita quod si aliquid inde Goldierit, cedat eidem acquisitori in lucrum, nec in sortem computetur.* Vide supra *Godia.*

¶ **GOETUS** *vel Lymata, Sordes*, in Vocabulario Sussannæi, pro Græco γοῖτος, quod Hesychius exponit, ῥύπος, πάθος.

¶ **GOFETUS**, ut infra *Gumphus*, Gall. *Gond*, Cardo. Chartularium Turenæ ann. 1334. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 188 : *Quod dictus Johannes furatus fuerat vectes, sive verroilhs, padenas et Gofetos.*

* **GOFFO**, Cardo, Gall. *Gond.* Reparat. factæ in senescal. Carcass. ann. 1435 : *Pro faciendo et ponendo in dicto molendino..... unum Goffonem, etc.* Vide *Gofetus.*

* **GOFFREDUS**, Nomen proprium, et quidem usitatissimum, nostris *Geoffroy*, injuriæ tamen loco habitum, detorta, ut verisimile est, vocis origine, nempe a *Frigidus ;* unde *Gieffroy*, quasi *J'ai froid*, pronuntiabant. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 132 : *Laquelle femme appelloit icellui son mary sanglant couppault et se ventoit de l'avoir acouppaudi..... En l'appellant Gieffroy par maniere de moquerie, combien qu'il eust nom Jehan.*

* **GOFUM**, vel Gufum, pro Spisso et soloci filo contexto. Voss. de Vit. serm. lib. 2. cap. 8. pag. 218. Unde *Goffe*, nobis, et *Goffo*, Italis. Vide Salmas. in Hist. Aug. pag. 390. et 391. Hæx ex animadv. D. *Falconet.*

* **GOGNA**, vox Italica, Numella versatilis, Gall. *Pilori.* Stat. ant. Florent. lib. 1. cap. 3. ex Cod. reg. 4621. fol. 14. r°. : *Et si condempnationes de eis factas non solverint intra decem dies, a die dictæ condempnationis, possint poni in Gogna cum manibus ligatis, in* (et) *stare debeant palam, ut ab omnibus videri possint ad minus una die.*

GOGOLACIA, Species retis, qua capiuntur pisces, apud Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 37.

GOGRARHOPHE. Alexander III. PP. in Epist. 52. ad Coloniensem Archiep. : *Necnon etiam Comitia in Westphalia, quæ vulgariter Gograrhophe dicuntur, et alodia, etc.* Ex *Gograff*, de qua voce mox.

GOGRAVIUS, Germanis, vel *Gograff*, Comes, qui sine causæ cognitione judicat,

Digitized by Google

vel potius, *Gograven*, vel *Gauwgraffen*, Præses aut Comes pagi : *Gau* namque, vel *Gow*, apud Theotiscos sumitur pro pago, seu territorio satis amplo. Charta Ottonis III. Imp. apud Maximilianum Henricum in Apolog. pag. 4 : *Nec non etiam Comitia in Westphalia, quæ vulgariter Gograchophe dicuntur.* Speculum Saxon. lib. 1. art. 2. § 6 : *Pagani proprium non habentes, suorum Gograviorum judicium expectent.* Art. 55. *Gogravius* ab incolis trium villarum seu prædiorum eligi dicitur : ad tempus, art. 58. cujus jurisdictio cessat, cum adest Comes, d. art. 58. § 2. quandoque ad hanc dignitatem infeudatur. art. 58. § 1. art. 71. ubi tunc *Gogravius natus* dicitur. Adde lib. 2. art. 13. § 1. l. 3. art. 64. § 14. Horum Gographiorum, inquit Gryphiander de Weichbildis Saxonicis cap. 62. quidam *Freigravios* se appellarunt.

* **GOHARDICUS**, f. pro *Goliardicus*, Histrionalis. Vide *Goliardus* 1. Constit. Carmel. Mss. part. 3. rubr. 7 : *Ludos etiam alearum et alios indecentes et inhonestos, atque ludos Gohardicos, larvaticos, hystrionicos; atque etiam incantaticos penitus inhibemus.*

¶ 1. **GOIA**, Falcis species, Gall. *Serpe*, alias *Goie*. Epistola Guidonis de Dampetra ad Philippum Aug. ann. 1213. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 1114 : *Noverit Serenitas vestra, quod Gualerannus de Corbelles et Robertus tradiderunt mihi de munitione de Tornoilles... IV. sextaria salis, et XII. bacones*, et III. *tarerios, et unam Goiam, et VI. pis. et unum mortarium de cupro et VI. martellos, etc.* Vide *Guoya*.

* Alias *Goe, Goy* et *Goye*. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 254 : *Icellui Jehannot férit icellui Botin d'un ferrement, appellé Goy.* Aliæ ann. 1408. in Reg. 162. ch. 311 : *Pierre Lubiron, qui avoit une serpe ou Goye en sa main, etc. Jehannot Fareg qui tenoit un Goiz en sa main*, in aliis ann. 1410. ex Reg. 164. ch. 232. Aliæ ann. 1409. in Reg. 163. ch. 309 : *Icellui Gilet demanda un Goe, appellé serpe à boscheron. Ung Goe ou serpe que le suppliant tenoit en sa main dequoy il tailloit les vignes*, in aliis ann. 1470. ex Reg. 196. ch. 10. Denique aliæ ann. 1456. in Reg. 189. ch. 120 : *Le suppliant féri ung coup d'un Goy, autrement appellé vougesse, dequoy l'en arrache les buissons, de la louppe, qui est devers le dos d'icellui Goy, sur le front dudit Jehan.* Ex mutatione vero *g* in *v*, *Voy*, pro *Goy*, dixerunt. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. ch. 400 : *Icellui Ravenel qui tousjours avoit son Voy en sa main, etc. Ung Goil à tailler bois*, in Lit. ann. 1460. ex Reg. 190. ch. 185.

* Hinc *Goymerez* dicti videntur homines, qui operas cum *Goia* debent. Charta ann. 1319. in Reg. 59. ch. 88 : *De xj. libris et xv. solidis Turon. annui census, quem Petrus de Dyciaco miles habet et percipit super homines, qui vocantur les Goymerez et les bandons.* Neque aliam ob causam *Goys* appellati quidam Seditiosi illius temporis, quod ejusmodi scilicet instrumento armati incederent. Lit. remiss. ann. 1413. in Reg. 167. ch. 202 : *Les supplians estans en la ville de Dousy virent passer deux hommes, que l'en disoit estre à aucuns, nommez les Goys, et ennemis de nous.* Infre : *Gouays*. Vide Sauval. in Antiq. Paris. tom. 2. lib. 5. et infra *Goyardus*.

* Hinc diminutivum *Gouet*, quo Instrumentum ad secandum et incidendum, varii generis pro diversis locis, significatur. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. ch. 217 : *Icellui Jehan.... a roingné de toutes icelles tasses de chascune un pou d'argent à un hostil, appellé Gouet.* Aliæ ann. 1405. in Reg. 160. ch. 149 : *Icellui Perrot prist un Gouet, qui estoit à sa courroye, etc. Gouyer*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1444. ex Reg. 176. ch. 323 : *Icellui Mathe print ung Gouyer, et en frappa ledit Pissoul deux cops sur la teste.* Inde etiam *Gouge*, Armorum genus. Lit. remiss. ann. 1456. in Reg. 187. ch. 8 : *Ung baston de guerre, que on nomme Gouge. Ung grant baston ferré, nommé Gouge*, in aliis ann. 1452. ex Reg. 184. ch. 242. Alibi *Vouge*, ex mutatione *g* in *v*. Vide *Vanga* et *Vougetus*.

* 2. **GOIA**, Pagus, regio, ex Germ. *Gow*, quod idem sonat. Vita B. Hildeg. tom. 3. Apr. pag. 801. col. 2 : *Spiritualia et secularia in Goiis Hylergowe, Angusgowe, Segowe, Risgowe et aliis, dedit monasterio Campidonensi.* Vide *Gobia*.

GOILART, Monetæ Petricoricensis species. Tabularium Abbat. Deip. Santon. : *Willelmus Comes, filius Guidonis Comitis, fecit fundere monetam suam, quæ dicebatur de Goilart, Ricardo cognomento de Santonis.* Vide *Gigliati* et *Goliardus* 2.

* **GOJO**, a Gall. *Goujon*, Clavicula ferrea vel lignea. Charta Erardi dom. *de Chascenai* ann. 1206. in Chartul. Arremar. ch. 9 : *Quod si forte dicti homines fagum vel jarronem succiderint talis grossitudinis ut tarrabrum, quod vulgo dicitur loceret, de quo factores rotarum perforant rotas suas ad inserendum Gojones. Goignon*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 152 : *Duquel coffre le suppliant osta les Goignons ou crampons, à quoy le couvercle dudit coffre ou escrin fermoit par derriere. Gougon*, unde *Desgougonner*, in aliis ann. 1419. ex Reg. 171. ch. 136. et *Desgougener, Desgoujonner*, Ejusmodi claviculas tollere. Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. ch. 563 : *Et avec ce à un jour, dont il n'est recors, Desgougena une huche.* Aliæ ann. 1447. in Reg. 176. ch. 552 : *Le suppliant entra dedans l'ostel, et lui entré Desgoujonna une arche.*

¶ **GOIPHUM**, an filum? Hist. pacificationis Rudolphi II. Imper. cum Imperatore Turcarum anno 1604. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 311 : *Janizarii præterea et hoc elogii bellici merentur, sua sclopeta, bombardas cum funiculis albo Goipho contextis fumantibusque una manu quasi ad repellendum instructi asservabant, altera saltem incomposito gestu orbes apprehendebant.* [* Vide supra *Gofum*.]

¶ **GOLABUS**, Golabrus, Golabius, Species navigii minoris. Caffarus lib. 1. Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 254 : *Januenses cum magno exercitu ad portum Pisarum tenderunt cum galeis* LXXX. *cum gattis* XXXV. *cum Golabis* XXVIII. *et cum navibus magnis* IV. *portantibus machinas ac omnia instrumenta, quæ ad bella sunt necessaria.* Et col. 261 : *Consules miserunt galeas* XXII. *et Golabros* VI. *cum multis machinis lignaminis, etc.* Alter codex habet *Golabios*. Vide mox *Golafrus*. [** *Ghorâb* Arabes galeas dicunt. Vide Jal. Antiq. Naval. tom 1. pag. 467. et tom. 2. pag. 240.]

GOLAFRUS, Navis species, apud Gaufredum Malaterram lib. 2. cap. 8. [Vide *Golabus*.]

GOLDA. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 610 : *Concessionem etiam, quam idem Thomas fecit... de terris suis et terris tenentium suorum, tam liberorum, quam nativorum a Goldis mundandis per se et suos secundum consuetudinem in locis de Alferton et Norton usitatam*, Anglis *a Gold*, est fodina metallica. Vide *Gordus*.

* **GOLDIA**, Goldimentum, Goldire. Vide in *Godia, Godimentum et Godire*.

¶ **GOLENA**, Parvus lacus, ab Aremorico *Len*, Lacus, atque particula diminuente *Go. Aqua Golenæ*, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 278.

* Aliud vero sonat *Golenée* inter Redit. comitat. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. : *Si prent on dou mui de bleit mesurer quatre Golenées, teles que li mesureres les pora prendre.* Ubi agitur de præstatione pro mensura, quæ a mensuratore percipitur, eadem quæ infra *Jaloigneus* et *Jalotus* ex mutatione *G* in *J* appellatur. Cæterum parva mensura est, ut colligitur ex Recognit. Ms. 24. feud. Camerac. : *Le septieme fiefvé est l'ung des fourriers avec ung autre, et eux deux ensembles doivent délivrer l'avaine aux chevaux, et par ce moien sur chascune prouvende doivent avoir une Gollenée d'avaine.*

GOLERIUM, *Gula*, seu *collum vestis*, in Concil. Saltzburg. ann. 1420. cap. 6. [Le Roman *de la guerre de Troye* MS. :

> Lermes li moillent li menton,
> Et les Gollées dou pilliçon....
> Cil cheit mort Golle baée.].

* **GOLFA**, f. Gurges. Acta Mss. notar. Senens. ad ann. 1283 : *Confiteor conduxisse a vobis.... unum molendinum cum domo, positum in flumine de Bocone, ... cum duabus Golfis.* Vide *Gordus*.

¶ **GOLFFUS**, Golfus, Sinus Gall. *Golfe*, Ital. *Golfo*, a Græco κόλπος, *Per sinum quendam, sive, ut aiunt, Golfum, id est, per spaciosum et latam maris viam*, apud Bern. *de Breydenbach* Itin. Hierosol. pag. 28. *Golffum* habet pag. 36. Vide *Gulfus*.

1. **GOLIA**. Glossar. Longobard. S. Germani Paris. : *Testudo, quam vulgo Guolatiam vocant. Testudo, quam vulgo Golia dicunt.* Vide *Golola*.

* 2. **GOLIA**, ut *Goliardia*, Histrionia, in Conc. Senon. ann. 923. laudato in voce *Goliardus*.

* **GOLIARDENSIS**, idem qui *Goliardus*. Math. Paris in Henr. III. ad ann. 1239 : *Illi quos solemus Goliardenses appellare, etc.* Vide mox in *Goliardia*.

¶ **GOLIARDIA**, Histrionia, professio *Goliardi*, seu histrionis. Statuta Synodalia Eccl. Cadurc. etc. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 729 : *Item* (Clerici) *si in Goliardia vel histrionatu per annum fuerint vel breviori tempore : et ter moniti non desistunt... omni privilegio clericali sunt exclusi.* Vide *Ribaldi*.

Digitized by Google

1. **GOLIARDUS.** Breviloq. : *Goliardi, bufones, joculatores iidem sunt.* Gloss. Lat. Gall. : *Estor, ris, Gouliart.* [Statuta Eccl. Cadurc. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 727 : *Item præcipimus quod Clerici non sint joculatores, Goliardi, seu bufones, declarantes, quod si per annum illam artem diffamatoriam exercuerint, omni privilegio ecclesiastico sunt nudati, et etiam temporaliter graviori, si moniti non destiterint.* Concil. Trevir. ann. 1227. apud eumd. Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 117 : *Sacerdotes non permittant trutannos, et alios vagos scholares, aut Goliardos cantare versus super* Sanctus, Agnus Dei, *in Missis vel in divinis Officiis, quia ex hoc Sacerdos in Canone quamplurimum impeditur, et scandalizantur homines audientes.*] Conc. Turon. seu Castelli Guntheri, ann. 1231. cap. 21 : *Statuimus, quod Clerici ribaldi, maxime qui Goliardi nuncupantur, per Episcopos et alios Ecclesiæ Prælatos præcipiantur tonderi, vel radi, ita quod non remaneat in eis tonsura Clericalis.* Cap. 1. de Vita et Honest. Cleric. in Sexto : *Clerici, qui Clericalis ordinis dignitati non modicum detrahentes, se joculatores, seu Goliardos faciunt aut bufones, si per annum artem illam exercuerint.* Concil. Salzburgense ann. 1310. cap. 3. iisdem verbis, præterquam quod habet *Galiardi.* Concil. Coloniense ann. 1300. cap. 12 : *Sacerdotes non permittant quæstionarios Goliardos, vel quoscunque ignotos intra parochiam suam in Ecclesia, vel in via,... prædicare, vel ostiatim deferre indulgentias pro quæstu faciendo.* Eadem habent Statuta Synodalia Joannis Episcopi Leodiensis cap. de *Quæstuariis.* Concil. Senonense ann. 923. sub Gualtero Archiep. cap. 13 : *Statuimus, quod Clerici ribaldi, maxime vero qui dicuntur de familia Goliæ, per Episcopos.... tonderi præcipiantur.* Matth. Paris. ann. 1229 : *Quidam famuli, vel mancipia, vel illi, quos solemus Goliardenses appellare, versus ridiculos componebant, etc.* Charta ann. 1380. in voce *Ribaldus : Se gerens pro Ribaldo, et se dicens de ordine, seu de statu Goliardorum seu buffonum, etc.* Christina Pisana *au Tresor de la Cité des Dames,* 3. part. cap. 9 : *Mais tenir la maniere que aucuns Gouliardes et mauvaises font, est chemin damnable.* Hinc Itali *Gagliardo*, nostri, *Gaillard*, hauserunt indubie, quicquid dicat Julius Scaliger contra Cardan. exercit. 325. qui a Gallico audacia deducit; aut Vossius, qui a *Gallico ardore*, vel alii a *validus, validior.* Willelmus Armoricus in Philippo Aug. ann. 1201 : *Totamque munitionem illam vocavit Gaillardum, quod sonat in Gallico Petulantiam.* Sic porro quidam dictos putant, a quodam scurra, de quo Silvester Giraldus in Speculo Ecclesiæ lib. 4. cap. 16 : *Parasitus quidam Golias nomine, nostris diebus gulositate pariter et dicacitate famosissimus, qui Gulias melius, quia gulæ et crapulæ per omnia deditus, dici potuit. Litteratus tamen affatim, sed nec bene morigeratus, nec disciplinis informatus, in Papam et curiam Romanam carmina famosa pluries et plurima, tam metrica quam rythmica, non minus impudenter quam imprudenter evomuit.* Vide Seldenum ad Fletam pag. 524. [** Thom. *Wright* in Prolegom. Poem. Walteri Mapes pag. 9. sqq. et Haltaus Glossarium German. col. 1704.]

* Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 117. Chartoph. reg. ch. 176 : *Anthonius de Sagiaco se gerens pro ribaldo, et se dicens de ordine seu statu Goliardorum seu buffonum, et ad causam hujusmodi super qualibet muliere uxorata adulterante sibi competere et posse exigere quinque solidos, et pro eisdem dictam talem mulierem de suo tripede pignorare, de talique et alio vili questu, quem sub umbra ribaldiæ, Goliardiæ seu buffoniæ hujusmodi a simplicibus mulieribus, licet probis, ... procurabat sibi dari, vivebat.* Cum autem hujusce artis sit proprium alios fallere et decipere, hinc nostris *Goliardie*, et Poetis Provincialibus *Gualiament*, pro Fallacia, fraus; unde *Galiadour*, iisdem, Deceptor, fallax, ex Diction. Ms. Joan. Nostrad. ex museo Pr. *de Mazaugues.* Alan. *Chartier.* in Poem. inscripto : *La belle dame sans mercy*, inter illius Opera pag. 521. :

> Faulx amoureux au temps qui court
> Servent tous de Goliardie.

* Guill. *Figuiere* circa initium 13. sæc. in Cantil. adversus Roman. :

Roma, verament	Rome, vraiement
Say ycu ben sens dobtansa,	Je scais bien, sans aucun doute,
Qu'ab Gualiament	Qu'avec tromperie
De falsa predicansa	De fausse doctrine,
Lieures à turment	Vous livrés à tourment
Lou bernage de Fransa,	Le sang royal de France
Luenc de Paradis,	Loing de Paradis
E'l bon roy Loys.	Le bon roi Louis.

Guill. de Turre Petragor. in Cantil. :

Perqu'yeu ab cor Galiadour.	Pourquoy moi avec un cœur trompeur.

Idem in alia :

Se gardan et an peor	Les dames se gardent et ont peur
Dels lairos et des trichors,	Des traitres et des tricheurs,
An des fals Galliadors	Aussi bien que des faux
Las domnas.	trompeurs.

* Hinc *Goulardise*, Scurrilis dicacitas, cavillatio, vulgo *Plaisanterie*, *raillerie.* Lit. remiss. ann. 1447. in Reg. 176. ch. 502 : *Jacotin Pouletz le print à moquer et dire pusieurs Goulardises.* Vide infra *Gorgia* 2.

* Goliardizare, Agere *goliardorum* seu helluonum more, illos imitari. Instruct. visitat. ordin. Cluniac. ann. 1494. in Lib. nig. prior. S. Petri Abbavil. fol. 530. r°. : *Armariola habentes et archas, in quibus, quod eis superest* (de cibis) *recondunt; et propterea se ingurgitant et inebriant et Goliardizant, etc.* Et quidem *Goliardus*, Gall. *Gouliart*, pro Helluo, gulæ et vino deditus. Stat. S. Flori Mss. ubi de Interrogandis confitentibus fol. 15. v°. : *Circa gulam quæratur, ... numquid Goliardus fuisti?* Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 437 : *Firent mettre ledit Folleteste hors dudit hostel par leurs varlez, comme Gouliart et yvroin qu'il estoit. Gouliardois* vero, pro Histrio, in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 2 :

> Pour ce c'aucun sermoneeur,
> Gouliardois et jougleeur, etc.

* Unde *Gouliardeusement*, ut ejusmodi farinæ homines decet, in Lit. remiss. ann. 1392. ex Reg. 144. ch. 35 : *Icellui Jamet appella l'oste coupereau, ... en nommant tout oultre Gouliardeusement.* Vide *Goliardus* 1.

2. **GOLIARDUS**, Monetæ species. In Tabulario Monasterii *de Chantoin* in Arvernis, fit mentio agri, qui debebat quotannis *censum quinque Goliardorum.* [In Forensi provincia Moneta *Gaillarde* alias dicta valebat quinque denarios, uti nos monuit Cl. D. *Aubret;* dubium non est quin eadem sit cum *Goliardo :* sed non fuit semper idem valor monetæ ejusdem nominis in omnibus provinciis.] Vide *Goilart.*

* **GOLIRDA**, *Pane triungulato.* Glossar. Lat. Ital. Ms.

* **GOLLIA**, Canalis, aquæ decursus, locus cavus per quem aquæ decurrunt, Ital. *Gota*, nostris *Golot.* Charta ann. 1377. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 151 : *Accensat et abbergat et in emphiteosim perpetuam tradit, cedit et concedit insulam supradictam, cum dicta mollia seu decursu vel Golla.... cum suis juribus etc.* Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 153. ch. 481 : *Comme aucuns d'eulx eussent entreprins d'aller chassier aus connins, en certains travers ou Goloz de là environ hors garenne, ... allerent tendre leurs filez ès Goloz, appellez de Vaul Romain.*

GOLOLA. Glossæ Arabico-Lat. : *Testudo, animal quod testam gerit, i. Golola.* Infra : *Golora, Testudo.* Vide *Golta.*

‡ **GOLOTA**, Famulus, domesticus. Stat. Casimiri ann. 1347. inter Leg. Polon. pag. 36 : *Si famulus alicujus, dictus Golota, aut alias oblomek, vicino domini sui, aut alieni alii damnum intulerit, aut injuriatus fuit, dominus ipsius pro ipso satisfacere teneatur.*

GOLTA, Gena, apud Auctorem Mamotrecti in Isaiam cap. 50. et alibi.

* **GOMARUS**, *Piscis*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679. omittitur vox Gallica; an pro *Homarus*, Astacus, Gall. *Homard?* Vide supra *Gambarus.*

* **GOMBATA**, Fascis cannabis. Stat. Montis-reg. pag. 272 : *Item statutum est quod omnes illi, qui habent batenderios, capiant de quolibet malleo, de quo erit una Gombata canabi, solidos duos, et non plus. Gomitolo*, Acad. Crusc. *Glomus.* Vide *Gomeria.*

¶ **GOMBARIA**, Navis species. Andreas Dandulus in Chronico ann. 992 : *Naves, quas Veneti Gombarias nominant, contra Narentanos Sclavos misit.* Vide *Cumba*, Cymba.

¶ **GOMBATA Lex**, apud Sirmomdum in Gloss. ad calcem Supplementi Concil. Gallic. Eadem est quæ *Gundeboda*, de qua in voce *Gundebodingi.* [* Nostris Scriptoribus, *Loy Gombette.*]

* **GOMBETUS**, ab Italico, ut videtur, *Gomito*, Angulus. Chron. Bergom. ad ann. 1402. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 904 : *Antonius de Lisignano vicarius fecit corlare Montem de S. Gallo, pro eo quod fuit accusatus per Morellum, ... quod ipse cucurrit post ipsum cum uno cultro, dicendo quod volebat eum interficere in Gombeto.*

* **GOMELLI**, Hæretici inter Valdensium sectatores recensiti, in Constit. Freder.

Digitized by Google

contra hæret. ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 19. r°.

¶ **GOMERIA**, *Sarcina lanæ.* Laurentius in Amalthea ex Bulengero.

¶ **GOMERIATICUM**, *Tributum pro sarcinis lanarum*, ibidem.

GOMOR. Vetus Agrimensor tit. *De mensuris liquid. Modia* 5. *medimnum faciunt. Tres medimni Gomor complent. Duo Gomor chorum reddunt. Duo chori, chulleum, quæ sunt modia* 60. Palladius de Architectura : *Modia quindecim Gomor reddunt, Gomor duo, choram faciunt.* Occurrit non semel Exodi cap. 16. ubi *decima pars Ephi* esse dicitur.

GOMPHUS. Vide *Gumphus.*

GONCIS, Hispan. *Gonce* et *Gosne*, Ferrea compago, clathrus ferreus. Inquisit. ann. 1210. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 50. col. 1 : *Quæsivit quoque ipse Poncius ab ipso P. de Luco et Rostagno, per quem locum civitatis melius intrarent clientes, sive per portale de Camino, sive per Gonces juxta stare R. Leonis? .... Per quem locum caucius eos inducere possemus, sive per portale de Camino, sive per Gonces.*

* **GONDALA**, ut supra *Godala.* Charta Ludov. Bavari imper. pro Camerac. apud Oefelium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 759. col. 2 : *Indulgemus ut ipsi per se vel ministratores suos impositam, quæ assisia apud eos vocatur, in civitate sua videlicet de loco vini unum denarium et de loco Gondalæ vel cervisiæ quartam partem denarii,... recipere libere valeant.*

¶ **GONDELARIUS**, Rector *gondolæ* Ital. *Gondoliere*, Gall. *Gondolier.* Charta Consulum Avenionis ann. 1195. apud Fantonum tom. 2. Hist. ejusdem urbis pag. 83 : *Concessimus ut de singulis equitionibus duos denarios, de asino unum denarium, de singulis peditibus singulos obulos, de singulis ovibus singulos posegias, de singulis porcis singulos obulos, et de omnibus pariter Gondelariis.*

GONDOLA, Navigioli seu scaphulæ species, qua æstuaria Veneta pertranseuntur. Guillelmus Apuliensis lib. 4. de Gestis Norman. de Venetis :

> Non ignara quidem belli navalis et audax
> Gens erat hæc : illam populosa Venetia misit,
> Imperii prece, dives opum, divesque virorum,
> Qua sinus Adriacis interlitus ultimus undis
> Subjacet Arcturo. Sunt hujus mœnia gentis
> Circumsepta mari, nec ab ædibus alter ad ædes
> Alterius transire potest, nisi lintre vehatur.

Regaliæ Gallinarum, vini et Gondolarum, apud Andream Dandulum in Chr. MS. ann. 1205. Recte quidem, ni fallor, Brodæus ad lib. 1. Antholog. et Meursius in Glossar. Græc. Barb. Venetos vocem hanc a Græcis nuperis accepisse docuere, quibus κουντελάς idem quod βάρκα, sonat, ut ex Harmenopulo, lib. 2. tit. 11. § 9. colligitur : Καὶ τὴν ἐν τῷ πλοίῳ σκάφην, ἤγουν τὴν κοινῶς λεγομένην βάλκαν καὶ κουντελάδα. Quæ quidem scaphula non ita appellata, quod *contis* regatur, et ex iis navibus sit, *quæ non antenna, sed conto reguntur,* ut est apud sanctum Hieronymum in Vita S. Hilarionis, uti volunt Cobarruvias et Octavius Ferrarius : nam Cymbæ Venetæ remis aguntur; sed quod κοντός Græcis nuperis *brevis*, sit, ἐλάς vero navis : ita *Gondola* est brevis navicula. *Venetus remex*, apud Sidonium lib. 1. Epist. 4. non tamen *Gondolarius.* [** Vide Glossar. med. Græcit. voce Κουντελάς, col. 733. et Κονδόστολος Append. col. 108.]

* Mirac. Urbani V. PP. Mss : *Et cum esset in quadam navicula sive Gondola ipsius barquæ etc.*

* 1. **GONELA**, Pensionis species, quod in *gonelis*, vel ad *gonelas* habendas fieret, sic dicta Bulla Pauli III. PP. pro secular. S. Egidii ann. 1538 : *Alii officiarii prædicti certas pensiones, Gonelas nuncupatas, ... persolvere tenentur.*

* 2. **GONELA**, Gonella, Cyclas, tunica, palla, Ital. *Gonnella*, nostris, *Gonelle.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Gonella, Prov. tunica, tunicella.* Stat. pro comitat. Venais. ann. 1443. cap. 79. ex Cod. reg. 4660. A : *Omnia supradicta et singula serventur, etiam in mulieribus bonis cedentibus, hoc salvo, quod mulieres non teneantur Gonelam expoliare, sed usque ad Gonelam cetera vestimenta, et velum et bendam, cum bonis cederent, dimittere tenentur.* Math. de Afflictis JC. Neapolit. in Decis. 315 : *Maritus mittit uxori suæ, quando est in domo patris vel fratris, Gonellas de serico.* Stat. Ferrar. ann. 1279. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 424 : *De Gonellis dominarum frexatis, eum girronibus et crespis et butonis, octo solidos Ferrarienses ..... Et in Gonella de Mantatura fodrata de pellibus, etc.* Lit. remiss. ann. 1412. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 390 : *Ainsi comme icelle femme senti ledit Jehan, elle se esveilla et se leva toute esmeue et effrayée, prist sa Gonelle ou cotelle pour soy cuider vestir.* Vide *Gunna* 1.

¶ **GONELLA**, Gonellum. Vide in *Gunna* 1.

* **GONELLUS**, Ut *Gonela*, 2. Testam. ann. 1469. ex Tabul. Flamar. : *Vestes nuptiales, videlicet unam raupam nuptialem panni de fauchans, et unum Gonellum panni de paumela de Maseriis.* Stat. Placent. lib. 1. fol. 11. r° : *Teneantur. . . induere omnes tubatores Placentiæ, videlicet unum Gonellum, etc.* Vide in *Gunna* 1.

¶ **GONFALONERIUS**, Gonfano, etc. Vide in *Guntfano.*

* **GONFANERIA.** Vide infra *Guntfano.*

* **GONGALA**, An ab Italico *Gongola* vel *Concola*, Concha? Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 203. ex Cod. reg. 4624 : *Nemini liceat ludere.... ad Gongalas infra burgos Avillianiæ.*

¶ **GONGRUS**, pro *Congrus*, Piscis genus, Gallice *Congre.* Odo de varia Fortuna Ernesti Ducis Bavariæ, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 356 :

> Heu! quid sæva fames cogis? quam non habet artem
> Pauperies? piscari abeunt, subitoque prehensis
> Quot sibi sufficiunt Gongris, etc.

* **GONICA** Prædia, id est, Propria, paterna, apud Chopin. de Leg. Andium part. 1. pag. 628. col. 2.

* **GONICULARES**, Armatura, qua genua teguntur. Munit. castrorum dom. reg. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. fol. 93. v°. col. 1 : *Quædam lorica integra et Goniculares ferreæ.* Vide supra *Genualia.*

¶ **GONJO**, Idem quod supra *Gambeso*, Cento, centunculus. Locos vide in *Perpunctum.*

* Charta ann. 1312. ex Bibl. reg. : *Cum armis discopertis, videlicet lanceis, ... capellinis ferreis, Gonjonibus, etc.* Lit. remiss. ann. 1349. in Reg. 78. Chartoph. reg. ch. 45 : *Aycardus de Miromonte cum hominibus armatis diversorum armorum generibus, ut pote platinis, Gonjonibus, spaleriis, clipeis, etc.*

1. **GONNA**, Gonnella. Vide *Gunna* 1.

* 2. **GONNA**, Machinæ bellicæ, seu missilis species, Angl. *Gunne.* Chron. Angl. Th. *Otterbourne* pag. 256 : *Tunc rex. . . . se accinxit ad persequendum Northumbriæ comitem et dominum Bardalf, habens secum omne præparamentum belli, machinas, petrarias, balistas et Gonnas, quarum una tam capax fuit, ut nullus murus perferret ictus ejus.* Vide *Gunna* 2.

* 1. **GONNUS**, ut supra *Gonjo*, ex Charta ann. 1312. ibid. laudata : *Guillelmus de Stapo bajulus civitatis Albiæ, ... cum multitudine hominum armatorum, equitum et peditum, portantium arma discoperta, videlicet lanceas, balistas, cadrellos, scuta, gasarnias, Gonnos et perponhs more hostili.*

* 2. **GONNUS**, a Gallico *Gond*, Cardo. Comput. ann. 1450. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. : *Item dicto Petro, pro uno Gonno ad ostium aulæ grangiæ apposito, etc.*

GONONUS, [Manipulus.] Vide *Cona* 1.

¶ **GONUM.** Vide *Gunna* 1.

¶ **GOPILLATOR**, Venator vulpium, ab antiquo Gallico *Goupil*, Vulpes. *Le Goupil est molt artillos*, apud Borellum ex Auctore libri *du Bestiaire.* Computus anni 1202. apud D. *Brussel* ad calcem tomi 2. de Feudorum usu pag. CLXII : *Eustachius falconarius et Gaufridus de S. Johanne usque ad Octav. S. Dionysii* XXXI. *l. et* XII. *s. et dim. Gopillator de suo tertio* XXIX. *l.* XI. *d. minus. Luparius...* C. *et* III. *s. et* IIII. *d. Balduinus et Willelmus venator...* X. *l.* IIII. *s.* Vide *Gupilarius.*

* *Gouppilleur* et *Guoppilleur* nostris. Charta Phil. VI. ann. 1338. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 215 : *Pour considération des services que Robin Trovart nostre Gouppilleur nous a faiz oudit office etc. Le Guoppilleur viij. den. par jour,* inter Vadia official. reg. ex Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. Paris. fol. 413. v°. Ubi Codex reg. sign. 8406. fol. 297. r°. habet, *Gouppiller.* Vide *Vulpecula.*

¶ 1. **GORA**, *Advena*, Sussannæo.

* 2. **GORA**, vox Italica, Canalis, aquæ pluvialis ductus. Charta ann. 1097. apud Lamium in Delic. erudit. inter not. ad Hodoepor. Charit. part. 3. pag. 1081 : *Alio capo decurrit ei Gora cum homni aqueducto, sicut curri aquam de molino etc.* Alia ann. 1216. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med ævi col. 263 : *Concedimus.. facultatem. . . . construendi ac ponendi steccatas, Goras, etc.* Ubi idem videtur quod *Gordus.* Stat. ant. Florent. lib. 3. cap. 185. ex Cod. reg. 4621 : *Quieumque conduceret vel conduci faceret per aliquam Goram, foveam sive canale . . . . aquam . . . . fluminis Bisontii, etc.* Vide infra *Gorga* 1.

* **GORAB**, *Arabice, Corvus.* Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

* **GORCET.** Charta ann. 1124. ex Tabul. S. Eparchii : *Dono Deo et S. Eparcho*

Digitized by Google

apud Marciliacum in loco, quem vulgo appellant Gorcet, totum illum Gorcet, et quidquid ibi habeo.

GORDANA. Tabularium S. Genovefæ Paris. ann. 1187 : *Quantum area molendini ipsorum cum utensilibus suis, scilicet Gordana et instrumento piscatorio, quod dicitur Penchum, extenditur.*

* Instrumentum piscandi videtur, nostris *Gourdainne*. Charta ann. 1323. in Chartul. S. Maglor. ch. 181 : *Icellui moulin ou arche estoit . . . en tel point et estat, que il n'i avoit demouré que les palées, lesqueles ledit Estienne . . . . en avoit portées ou fait porter avecques la Gourdainne.* Alia ann. 1327. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 69 : *Item nous défendons les Gourdainnes en la guise de bois, l'en les levera en estel, toutesfois que l'en voudra, pour les nestoier.* Parisiis nomen est cujusdam carceris, ex Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 116. ch. 205 : *Icellui sergent fist mettre en prison en la Gourdaine ledit Neveu chandelier à Paris.*

* **GORDETA.** Vide supra *Gardeta.*

GORDUS, Gurges, locus in fluvio coarctatus piscium capiendorum gratia : *Gors, Gort, et Guort*, dictus passim in Domesdei : *De* 3. *Gorz, mille anguillæ.* Charta Ludovici VI. Regis Fr. ann. 1111. in Hist. Priorat. S. Martini de Campis pag. 24. 27 : *Gordum etiam piscium apud Pissiacum in Sequana... dederunt.* [Eadem habet Charta Ludovici VII. ann. 1137. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 54.] Charta Ricardi II. Ducis Normanniæ in Histor. Monast. S. Audoeni Rotomag. pag. 405 : *Addimus et Gordum in fluvio Sequanæ emptum ab ipsis Monachis.* Alia Hugonis de Feritate, ibid. pag. 460 : *Ad hæc Ecclesiam de Belsas, et* 30. *agros, et Gordos de Poses, et piscatorem* 1. Alia Roberti Ducis Normanniæ, Ricardi II. filii : *Dedi quoque piscariam, quod vulgo Gordum dicitur, apud Ostessum villam.* Alia Gaufridi Episc. Meldensis ann. 1211. in Tabulario Campaniæ : *Propter damnum, quod inde patiuntur Monachi in molendino de Nooilli, et in molendino de Stagno, et in levatis de tribus Gordis avulsis per Comitissam, etc.* Aresta Omn. SS. ann. 1264. 1. Regesti Parlam. fol. 37 : *Dicit se habere usagium in foresta Bordi ad claudendum Gordum suum, situm in Secana de palo et virga.* Minus Pastorale Eccl. Paris. ann. 1233 : *Medietatem cujusdam Gordi, qui dicitur Chatel, quam habebant in Secanam apud Andrisiacum, etc.* [Rursus occurrit apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 223.] In Statuto Caroli VI. ann. 1415. art. 1. vetantur fieri in Sequana, *vennes, Gords, pieux, moulins, pescheries, etc.* [Charta vernacula S. Nicasii de Mellento : *Item appartient audit Prieuré un Gord, autrement dit Ramée, qui est une pescherie dans la riviere entre les deux isles de S. Nigaise.*] Neque aliud sonat *Regort*, quam *Gurges*, in veteri Poemate *de Garin* MS. :

Gironville est fermée en un Regort
Sor une roche del tans ancianor.

Infra :

Gironville est en un Regort de mer,
Sor une roche de viel antiquité.

Vide *Gurges* [et *Gorgus* 2.]

* Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 90. v° : *Littera acquisitionis du Gord seu piscariæ et pertinentiarum, sitæ inter Bry et Nogentum, vocatæ le Gord Saint Antoine, ab abbate S. Mauri. De anno* 1378. Le Roman *de la Rose* Ms. :

Li autre passent si avant,
Qu'il se vont en plain Gort lavant.

Vide *Vieria* 2.

¶ **GOREO.** Vide *Gorgo.*

* **GORETUS**, Goretus, Ager viminibus consitus, quod *goris* seu canaliculis irrigari soleat, sic dictus. Stat. Astæ collat. 7. cap. 2. pag. 23 : *Jurare debeat quod non faciet damnum in Goreto alicujus.* Ibid. collat. 13. cap. 19. pag. 41. r° : *Quod si aliquis inciderit vel asportaverit boschum aut Gorretum. etc.* Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 144. ex Cod. reg. 4622. A : *Qui inciderit vel messuerit fascem alienum Gorreti vel venghi, etc.* Vide infra *Gorra* 2.

GORFFWYLLANC, Stultitia exponitur in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 23. Boxhornio in Lexico Cambrico, *Gorffwyll*, est rabies, insania.

* 1. **GORGA**, ut supra *Gora*, Canalis, per quem aquæ effluunt, gurges, Ital. *Gorga*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Corredor, Prov. Lacunar, ubi fit cursus, vel Gorga.* Rursum : *Gorga, Prov. castula, canalis, fluarium, imbricium.* Formulæ Mss. ex eod. Cod. fol. 41. r° : *De quo quidem oyde, tam de cota ipsius quam de Gorga, per quam dicta aqua erat transire solita etc. Gorge*, eadem acceptione, ut videtur, in Charta ann. 1449. ex Reg. 180. Chartoph. reg. ch. 72 : *Pour maintenir en estat lesdites salines, cabanes, mortelayras, divers pons et pluseurs Gorges nécessaires à la façon du sel, etc.* Vide *Gurga.*

* 2. **GORGA**, Ager vepribus et dumetis obsitus, dumus densus, nostris alias *Gource.* Charta ann. 1197. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Dedit ad acapitum quamdam Gorgam sive terram abosquitam, sitam in territorio de alpibus . . . . Quoddam affare terrarum Gorgarum et vallonum incultorum et abosquitorum.* Lit. remiss. ann. 1469. in Reg. 197. Chartoph. reg. ch. 107 : *Iceulx de Vergirolles poulscerent le suppliant à force de bastons dedens une Gource ou fort buisson etc.* Massiliensibus *Gorgue*, dicitur de agris inter rupes positis, non multum dissimili notione, Nostris vero *Gorge*, fauces, angustiæ vocantur. Vide infra *Gorgia* 3.

* **GORGALE**, Gorgiale, Armatura, qua guttur, Gall. *Gorge*, tegitur. Charta ann. 1335. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 1. v° : *Armaturas etiam in dictis galeis infrascriptas habebunt, ... scilicet in qualibet ipsarum . . . . curacias cxxx . . . . Gorgalia cxxx. etc.* Alia ann. 1324. reg. Rob. comit. Provinc. : *Certæ quantitatis coriarium, Gorgialium, cervellarum, etc. Gorgialium et cervellarum ccl. Armet de Gorgent* dicitur, in Ordinat. milit. Ms. Caroli ducis Burg. ann. 1473. *Gorgerrete* et *Gorgiere*, eodem sensu, non semel occurrit. Stat. ann. 1351. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 69. art. 8 : *Armé de plates, de crevelliere* (l. cervelliere) *de Gorgerette, etc.* Pedag. Peron. ex Chartul. 21. Corb. fol. 341. v°. *La Gorgerette doit un denier.* Guill. Guiart. ad ann. 1285 :

Hyaumes fondent, targes deffacent,
Mailles chieent de Gorgeretes,
Tabours tentissent et trompetes.

Ad ann. 1297 :

Hyaumes mis, Gorgieres laciés.

Rursum ad ann. 1304 :

Bacinez fondent, boucliers faillent,
Haubers et Gorgieres desmaillent.

Gorgery, eadem notione, in Poem. *du Chevalier Délibéré* Ms.

Je te donne pour ton prouffit
Ce Gorgery fait de tele guyse
Qu'il est meslé de barbe grise.

* Sed et *Gorgiere*, pro colli ornamento, inter mundum muliebrem recensetur, in Comput. Steph. de Font. argent. reg. ann. 1352 : *Couvrechiefs, Gorgieres et autres atours pour le chief de madite dame.* Ibidem : *Gorgieres de Behaigne pour l'atour de ladite dame. Gourgerit*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1465. ex Reg. 202. Chartoph. reg. ch. 31 : *Le suppliant frappa sa femme ung grant cop de cousteau ou col en descendant jusques au Gourgerit.* Nisi sinus pars superior hic significetur. Vide *Gorgeria.* [** et Glossar. med. Græc. voce Γοργίειον, col. 262.]

* **GORGAS**, Gorgata, Gurges, Ital. *Gorgo*. Pariag. inter reg. et abbat. Gemondi ann. 1322. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 53 : *Item retinuerunt dicti abbas et scindicus sibi et dicto monasterio molendina, ... cum paxeriis . . . . et piscariis seu piscibus in quantum in Gorgati ipsorum molendinorum tenent.* Charta ann. 1337. in Reg. 68. ch. 48 : *Molendina et molendinaria, sive sint de vento, vel in aqua seu aquis, in Gorgatis vel aliter.*

¶ **GORGERIA**, Armatura qua guttur tegitur, Gal. *Gorgerin*, paucis *Gorgiere.* Garnisiones castri Carcasson. ann. 1294 : *Gorgerie ferri de Lombardia.* Inquisitio anni 1323. Histor. Dalphin. tom. 1. pag. 41. col. 2 : *Item, quod idem Custellanus præcepit... quod haberent centum Gorgerias ferri, et dictas centum Gorgerias misit quæsitum.* Extractum computi ann. 1336. ejusdem Histor. tom. 2. pag. 326. col. 2 : *Item, disploides de fustonyo pro* XII. *s. gr. Item duodecim Gorgeriæ de mayllia* VII. *s. gross.* Vide *Gorgreta.*

1. **GORGIA**, Rumen, ingluvies, de ave, ex Gallico *Gorge*, apud Fridericum II. lib. 1. de Venat. cap. 40 : *Habet supra furculam pectoris quoddam amplum ad modum sacci, quod Gorgia dicitur : primo recipit cibum et potum ab ore in eam transmissum, in ea enim cibus et potus calefit, et præparatur, priusquam veniat ad stomachum, etc.* Adde cap. 23. lib. 2. cap. 9. 19. etc. Vide Oct. Ferrarium in Orig. Ital.

* Unde *Gorga*, Hispanis, Avium pabulum, et nostris *Gorger*, Aves pascere. Lit. remiss. ann. 1458. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 322 : *Le suppliant dist qu'il alloit Gorger son outour, ... lequel incontinent ala Gorger sondit outour; et ce fait se partit de son logis tenant sondit outour sur son poing.* Hinc nostris *Gorgeour*, Helluo, vorax, vulgo *Goinffre, goulu.* Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 140. ch. 136 : *Vous n'en povez maiz entre vous de Quillebuef se vous estes gros et gras, car vous estes grans Gor-*

Digitized by Google

geours. Gormander, Immoderate vesci, in Lit. remiss. ann. 1392. ex Reg. 143. ch. 65 : *Le jour devant que icellui prestre trespassast, il avoit beu et Gormandé par tout le jour.*

* 2. **GORGIA**, a Gallico *Gorge*, Fauces, guttur. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 159 : *Dictus Robertus irruens in ipsum Johannem, et per Gorgiam accipiens, ipsiusque capucium dilacerans etc. Gorger* vero et *Gorgoier*, nostris interdum est Irridere, illudere, Gall. *Railler, se mocquer, insulter.* Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 131. ch. 106. bis : *Te faut il ainsi Gorgoier; par le sanc Dieu je te batray et te monterray comment tu Gorgoieras contre les hommes de cest pais.* Aliæ ann. 1473. in Reg. 195. ch. 997 : *J'ay grant despit qu'ilz nous viennent ainsi despiter et Gorger.* Unde *Gorgieur*, Irrisor, jactator, Gall. *Railleur, fanfaron*, in aliis Lit. ann. 1397. ex Reg. 152. ch. 197 : *Se tu eusses eu à faire ce que nous y eusmes à faire, tu ne t'en seusses sceu délivrer; car tu n'es que un Gorgieur et un venteur, soit à jouer à la paulme, ou en autres choses.* Inde etiam *Gorgias* dicitur de eo, qui ridiculo ornatu instructus est. Lit. remis. ann. 1473. in Reg. 195. ch. 906 : *Une jeune fille de xv. à xvi. ans ou environ, laquelle estoit bien Gorgiase et habillée fort frisquement, ... et en maniere mérétricale.* Id est, discooperto et patente sinu. Chron. Caroli VIII. Pet. *Desrey* ad ann. 1516. fol. 124. r°. ad calcem Monstrel. : *Ils estoient fort Gorgias d'accoustremens faits à plaisir et force plusmars.* Ejusdem originis est *Gorriau*, Collare, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 141. ch. 214 : *L'exposant print en l'estable deux jumens et un petit poulain avec deux coliers ou Gorriaux à traire tous garniz.*

* 3. **GORGIA**, Fauces, angustiæ, Gall. *Gorge.* Recognit. feudal. Ms. ann. 1343 : *Item unum gauchorium, unum batistorium,.. cum suis domibus, ... et pertinentiis universis, sitis infra Gorgiam Alavardi juxta aquam de Breyda.* Vide supra *Gorga* 2.

* **GORGIALE**. Vide supra *Gorgale.*

* **GORGIATA**, *Gorgiæ* seu colli percussio, colaphus, Gall. *Coup de poing, gourmade*, alias *Gorgiere*, Ital. *Gotata.* Charta ann. 1390. in Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 33 : *Quod ipse dominus vicecomes, sine causa, nobilem Migonem . . . . . una magna Gorgiata percusserat.* Lit. remiss. ann. 1413. in Reg. 167. ch. 175 : *Idem exponens unam magnam Gorgiatam eidem de Serinis dedit; quo facto incontinenti uterque eorumdem evaginavit gladium suum, etc.* Aliæ ann. 1401. in Reg. 156. ch. 445 : *Le suppliant dist audit Guillaume qu'il se traist en arriere, ou il lui donroit une Gorgiere; . . . lequel tira un poignant ou dague, et d'icellui féry ledit Guillaume un cop en la poitrine.* Eo spectat vox *Gourder*, qua fauces alicujus invadere, constringere significarunt. Lit. remiss. ann. 1455. in Reg. 189. ch. 41 : *Icellui Quenivet print le suppliant à la gorge et lui dist qu'il l'estrangleroit; et quant ledit suppliant vit que ledit Quenivet le Gourdoit et constraingnoit ainsi, etc.* Vide infra *Gottata.*

* **GORGIUM**, Mensuræ agrariæ species. Reg. S. Justi in Cam. Comput. Paris. fol. 216. r° : *Jardinum continens unam acram et unam virgatam et unum Gorgium.*

¶ **GORGO**, ἀναμφίβολος, *Certe*, in Supplemento Antiquarii. Alibi habetur *Goreo;* Festus : *Gorgo apud antiquos pro adverbio, quod est Profecto ponebatur.* Vide *Gorgus* 1.

¶ **GORGONASSA**, Locus in portu Massil. f. sic dictus ab Ital. *Gorgo*, Gurges, et *Nassa*, Nassa. Statuta Massil. lib 4. cap. 6 : *Idem dicimus observandum de navibus et de lignis quæ onerare voluerint in portu Massiliæ, vel extra buccam portus usque ad Gorgonassam, de blado vel de sale etc.* Infra : *Si vero in bucca portus Massiliæ, scilicet a torreta usque ad punctam Gorgonassæ, aliquid ejiceretur de saorra, vel rumentis, seu lapidibus, compellatur dominus navis, vel ligni dare... pro pœna... centum sol. reg.*

¶ **GORGRETA**, Idem quod *Gorgeria.* Locum vide in *Godebertus.* [* Leg. procul dubio *Gorgereta.* Vide supra *Gorgale.*]

¶ **GORGUÆ**, Colliquiæ, Gall. *Gouttieres.* Statuta Massil. pag. 131 : *Statuimus... tres magistros lapidis bonos et legales, quorum arbitrio terminentur et sopiantur quæstiones omnes... quæ oriventur de andronis Massiliæ et aigueriis et de Gorguis.*

¶ 1. **GORGUS**, ἀναμφίβολος, *Indubius*, in Supplemento Antiquarii. Vide *Gorgo.*

¶ 2. **GORGUS**, Idem quod *Gordus.* Hist. Beccensis. MS. pag. 171. ex Archivo ejus Monasterii : *Duo molendina, quatuor Gorgos, unam domum, etc.*

* Non semel occurrit in Chartis Henr. abb. S. Dion. ann. 1211. et 1213. et Chartul. Campan. fol. 237. v°. col. 1. et 2.

* **GORJA**, Canalis, per quem aquæ effluunt, Italis *Gora.* Form. Mss. Senens. ex Cod. reg. 4726. fol. 3. r° : *Quod ædificium et molendinum, ... cum fretis, steccariis, Gorjis, torcitoriis et aquæductibus pertinentibus etc.* Vide supra *Gorga* 1.

* **GORJONUS**, perperam pro *Gonjonus*, Cento, centunculus, idem quod *Gambeso.* Stat. senescal. Bellicad. ann. 1320. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 162 : *Item quicumque portaverit arma deffensiva, ut pote haubergerium, sive Gorjonum, gorgeriam, etc.* Vide supra *Gonjo.*

GORMARINGA, Mali seu pomi species, in Capitulari de Villis cap. 70.

GORNITHINGS Werc. Andreas Suenonis lib. 9. Legum Scaniæ cap. 9 : *Et est casus, in quo specialitas interfectionis, quæ* Gornithings Werc *in patria lingua nominatur, puta quando sic lancea, vel quovis alio instrumento nocendi, ad minus dimidiam marcam valens animal perforatur, ut horrenda per vulnus viscera emanare cernantur, etc.* [** Vide Rosenving. Hist. Jur. Dan. § 64. not. B.]

¶ **GORNUS**, Gornatus, sive Gurnadus, Piscis marinus albus minimusque, medii digiti longitudinem non excedens : una cum capite ac spinis manditur. Medic. Salern. pag. 180 :

> Lucius, et perca, et saxatilis, alhica, tenca,
> Gornus, plagitia, et cum carpa, galbio, truta.

Vide ibidem pag. 183.

* Nostris *Gournal*, in oceano nostro haud infrequens. Comput. pitent. S. Germ. Prat. ann. 1374 : *Item le Mardi ensuivant pour la pitence du convent d'alouses salées, et deux Gournalx et un mulet pour mons. l'abbé, lx. solz. La charrettée de Gournaux doit six Gournaux de coutume*, in Stat. ann. 1320. tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 582.

¶ **GORPIRE**, pro *Guerpire*, Rei alicujus possessionem dimittere. Chartularium Ecclesiæ Auxitanæ cap. 85 : *Compatus de Idraco, et Bernardus frater ejus et Sancia mater illorum firmaverunt et Gorpiverunt bailiam et begariam domumque confraternariam quæ injuste et tortuose querebant Deo et B. Mariæ et omnibus Clericis et Canonicis ejus.*

¶ 1. **GORRA**, Pilei genus quo caput et humeri teguntur apud Hispanos. Concilium Mexican. ann. 1585 : *Galerum acuminatum seu id genus pilei, quod Hispani Montera aut Gorra appellant, aut sericum pileum ne deferant* (Clerici.)

* 2. **GORRA**, Gorrassus, Viminis species, Italis *Gorra.* Vide supra *Goretus.* Stat. Montis-reg. pag. 236 : *Ordinatum est quod banna damnorum ruvorum, vernarum, collerarum, salicum, Gorrarum et Gorrassorum, non portantium fructus comestibiles, et similium arborum, non possint excedere valorem dictarum rerum.* Vide infra *Gurra.*

* **GORRETUS**. Vide supra *Goretus.*

GORRIDA, *Terribilia et metuenda*, Papiæ. Forte *Horrida.*

* **GORRINARE**, Decipere, surripere; unde *Gorrinus*, Subductor, raptor fraudulentus, Gall. *Escroc :* Hispanis *Gorron* est Mulierosus homo, et *Gorrona*, Scortum; a quo haud inepte deduci potest vox *Gorrinare.* Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 99 : *Nolebat quod dictus Petrus filius suus luderet cum vispilionibus Gorrinis; et illico dictus Paulus dementitus fuit dictum Bartholomeum dicens, quod ipse non erat vispilio Gorrinus, nec consueverat aliquem Gorrinare sive decipere.* Hinc *Gorlé*, nt videtur pro *Fin, rusé*, Callidus, astutus, tom. 2. Fabul. pag. 225 :

> Une Gorlée pautoniere ;
> La garce ot à mon Galestrot,
> Moult sot de fart et de tripot.

* At vero *Gorin, Gorreau* et *Gorron*, Porcellus nostris dicitur. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 1056. ch. 38 : *Il souvint à laditte femme d'un petit Gorreau qu'ilz nourissoient.* Aliæ ann. 1418. in Reg. 170. ch. 112 : *Deux jeunes cochons ou Gorrons, etc. En l'ostel Jehan Rousseau avoient esté trouvez sept Gorins ou cochons de laict*, in aliis ann. 1451. ex Reg. 181. ch. 67. Haud scio an idem *Guagoin*, in Charta ann. 1301. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 140. v°. col. 1 : *Porcaingz et Guagoins à Bourceuf, cent solz. Item le quint pain des fours, quatre livres.*

GORRIONES, *Cum errore sonantes*, in Glossis Isid. Emendat Pricæus, *cum horrore.* [Grævius putat Isidorum scripsisse : *Gorgones, Cum terrore spectantes.* Notæ sunt de tribus Gorgonibus Poetarum fabulæ.]

GORS. Vide *Gordus* et *Gurgs.*

GORSUM, Danis, Summa est super constitutam mulctam erogata, vel doni nomine, ut habet Saxo Grammaticus lib. 10. vel *in augmentum dedecoris*, ut loquitur Sueno in Legibus Castrensib. cap. 11. Leges Cimbricæ lib. 2. cap. 26 : *Si Clerici et mulieres sunt propinquiores hæredes interfecti, tunc recipiunt unum snal pro hæreditate, id est, Gorsum.* Et lib. 3. cap. 21 : *Si quis pro homicidio justam firmaverit emendam, sine Gorsum, tunc solvet* 18. *marcas*

Digitized by Google

denariorum. Sed illud quod vocatur Giorsum, tantum erit, quantum fuerit prædictum, quando emenda fuit firmata : nam quilibet tantum offert in Gorsum, quantum timet in causa. [** Vide Rosenving. Histor. Jur. Dan. § 69. not. C. et supra *Gersuma.*]

* **GORTIUM**, Gortum, Gurges, locus in fluvio coarctatus piscium capiendorum gratia, Gall. *Gort.* Reg. Phil. Aug. de feud. Norman. ex Cod. reg 4653. A. fol. 158 : *Petrus de Longa tenet sua ortia in aqua, et prata sua, tenentia pratis regis ; unde debet xv. dies de custodia ad custum domini regis.* Charta ann. 1378. in Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 90 : *Ancellus de Villaribus miles viginti quatuor libras.... habet et tenet, et specialiter super acquitum seu traversum ripariæ apud Domos,.... et supra ripariam, una cum Gorto situato apud Montehanam in riparia Secanæ : quod quidem Gortum et ripariam Egidius de Poissiaco miles dicto Ancello tradidit.*

* 1. **GORTUS**, Eodem intellectu. Arest. parlam. ann. 1473. in Lib. pitent. S. Germ. Prat. fol. 215. r° : *Actor ad causam cujusdam gurgitis seu Gortus antiqui, vulgariter le Gort Jaillart vocati, supra riparium Secanæ inter villagia d'Auteuil et d'Icy, situati, in possessione et saisina, quod dicti deffensores, sed nec alius, novum gurgitem seu Gortum . . . . . facere aut construere . . . minime poterant.* Vide *Gordus.*

* 2. **GORTUS**, Canalis, per quem aquæ decurrunt. Charta ann. 1301. in Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 122. v°. col. 1 : *Concessimus dicto Gaufrido tertiam partem totius Gorti aquæ fontis nostri, quem emittit in domo nostra de Cachant.* V. *Gorja.*

* **GORVARANIUS**, Gorvaranum. Conc. Mexic. ann. 1585. lib. 3. tit 4. cap. 3. apud Labb. : *Vestimento subserico, aut opere Gorvaranio ne utantur : præbendati tamen aut licentiati in theologia....togas subserici tafetaneo opere aut Gorvarani intertexti domi gestare poterunt.* Academ. Hispan. *Gorrones* dicuntur Bombyces otiosi ; unde fortean *Gorvanarius*, idem quod Sericus. [** Iisdem *Gorbion*, texti serici genus.]

* **GORUM**, Calefactorii species. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1480 : *Item Joh. Siret pro quibusdam Goris æneis ad manus dominorum calefaciendum in hyeme, xx. sol.*

* **GOSENGULA**, Pisciculi genus. Stat. Placent. lib. 6. fol. 79. v° : *Item pisces minutos, botulos, varonos, Gosengulas, quæ appellantur museti gambarutii, pro qualibet libra, vj. den.* Vide supra *Gornus.*

* **GOSSARIUS**, Moneta aurea. Lib. cens. eccl. Rom. ann. 1192. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 877 : *In Episcopatu Cicensi. Monasterium sanctæ Mariæ Lusnezai, duos Gossarios auri.*

¶ **GOSSELINA**. Chronicon Bonæ Spei pag. 462 : *Cessimus domum et hortum in Enquelines sub censu* IX. *lib.* VI. *den. ac similiter Georgio Desperies Gosselinam Marchensem supra memoratum pro* XII. *lib. annuatim solvendis.*

¶ **GOSSETUS**, Cardo, Gall. *Gond.* Instrum. ann. 1270. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 13 : *Parietes cum Gossetis ferreis, quibus applicabatur vorta.* Paulo post : *Remanserunt lapides habentes Gossetos ferreos ad applicandum ostium.* Et infra : *Gossetos ferreos ad recipiendum ostium.* [* Leg. *Goffetus.* Vide *Gofetus* et supra *Goffo.*]

GOSSILIA, Tunicæ ex crassiore materia. Chronicon Windesem. lib. 2. cap. 50 : *Prior voluit, ut Fratres in labore Gossilia deferrent.* An *Gossipia ?*

¶ **GOSSONARIUM**, f. Gossypium, Gall. *Coton.* Testamentum Theobaldi de Marliaco ann. 1287 : *Unum coopertorium fourratum de Gossonario.*

GOSSUM. Petrus de Crescentiis lib. 9. cap. 73. de morbo ovium : *Nascitur eis Gossum sub gula ex fluxu humorum a capite descendentium, etc.* Ubi Gallicus Interpres vetus videtur legisse *bossum*, Gall. *Bosse.* Italis *Gozzo* est guttur. [Hinc in Miraculis B. Simonis, tom. 2. SS. Aprilis pag. 826 : *Ipsa habebat Gossum et Gutturem grossum et inflatum fortissime.*]

* Quod Gallicus Interpres Petri de Crescentiis *Gossum* reddiderit per Gallicum *Bosse*, male efficitur ipsum legisse *Bossum :* nam nostris *Bosse*, alias idem quod Tumor. Vide *Bossa.*

* **GOSSUS**, Canis species, Occit. *Goussas*, Gall. *Chien mâtin*, Academ. Hispan. *Gozque*, Canis gothicus. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 94. Chartoph. reg. ch. 38 : *Mortuus est ille canis mastinus olens dom. de Trembleyo ; si illa canis mastina uxor sua et Gossus suus, de quo ipsa est prægnans, essent in tali statu, etc.*

¶ **GOSTARIUM**, Species vehiculi. Cantatorium MS. Abbatiæ S. Huberti fol. 6. v° : *Guillelmus a dæmone arreptus est et Virinam in Gostario relatus miserabiliter expiravit.*

* *Goheriaus*, Plaustri genus, vulgo *Tombereau*, in Ordinat. Ms. pro duello in Camerac. : *Et quant li bataille est faite, li prouvos doit avoir apparilliet et pourveu, au coust monsigneur, keval, Goheriaus et trais souffisament pour celui faire traisner, ki vaincus est.* Verum hic legendum opinor *Gestorium.* Vide *Gestatorium* et supra *Gestorium* 2.

GOTA, Canalis, ex German. *Gote*, canalis, tubus : Gallis *Goutiere.* Charta Rogeri D. *de Basinghem* ann. 1220. in Tabulario S. Bertini : *Præsenti charta confirmans, ut Gotam suam vel canale per totam terram meam libere habeat, per quam aqua de prato S. Bertini per terram meam.... deducatur.* Vide *Gutta* 1. et *Guttera* in *Guttorium.*

* Charta ann. 1360. ex Tabul. Massil. : *Item unum picherium argenti deauratum cum quinque Gotis. Goute* vero pro *Gouttiere*, Stillicidium vel emissarium. in Charta ann. 1328. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 243 : *Item son serjant doit et peut mettre les Goutes de Tornus, ainsi comme un des serjants au chambarier.* Vide infra *Gouteria.*

* **GOTASSA**, Gotassis, Arthritis, Ital. *Gotta*, Gall. *Goute.* Mirac. Mss. Urbani PP. V. ann. 1372 : *Passus fuerat dolorem gravem de Gotassa in genu tibiæ suæ dextræ per septem annos, quod non poterat ambulare.* Ibidem : *Stetit impotens per sex menses vel circa de Gotassi in persona sua.* Vide *Gutta* 3.

* **GOTERIUS**, Rivulus, canalis. Charta ann. 1470. ex Tabul. Flamar. : *Confrontato ab una parte cum quadam careria publica, et ab alia parte cum quodam Goterio. Cum rivo sive Goterio*, in Testam. ann. 1469. ex eod. Tabul. Nostri *Glassouer* et *Glichouere*, eodem sensu et pro aquali emissario, usurparunt. Charta Galt. *d'Estrommel* ann. 1308. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 309 : *Il puissent.... faire Glichoueres* (infra *Clichouere*) *une ou plusieurs, se il leur plait, pour essyauer par un fossé où l'yaue s'en va derriere ledit torgoir. Esvyer ou Glassouers*, in Chartul. Latiniac. fol. 194. v°. *Glassoir*, in Lit. ann. 1404. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 56. Vide *Guttarium.*

* **GOTEYRIA**, Stillicidium, Hispan. *Goteru*, Gall. *Goutiere.* Consuet. Mss. S. Crucis Burdegal. ante ann. 1305 : *Sacrista habet tenere ecclesiam bene coopertam et reparatam de tegulis, lateribus, Goteyriis et cementis.* Vide *Guttera* in *Guttarium.*

* **GOTHA**, Eodem significatu. Charta ann. 1244. ex Chartul. 2. Fland. in Cam. Comput. Insul. fol. 42. r° : *Dicta ecclesia ponere potest stillicidium sive Gotham ubi voluerit in teneamento suo,..... et si aliquid esset emendandum de dicto stillicidio sive Gotha, etc.*

* **GOTHACENSES, Gothenses Denarii**, Hujus monetæ, a Gotha urbe sic appellatæ, cujus typus, duæ coronæ sibi invicem oppositæ cum epigraphe *Gotor.* prima mentio occurrit in Charta ann. 1335. Consule Dissert. Christ. Schlegel. pag. 34. 52. 53. 55. 61. 62. et 109. de Numm. ant. Goth. etc. Francof. ann. 1717.

* **GOTI**, Occitani, quorum regio *Gothia* appellata propter Gothos, qui eam invaserant. Mirac. S. Jacobi major. tom. 6. Jul. pag. 58. col. 2 : *Inter Gotos in provincia Montis Pessulani, etc.* Eodem nomine designatos opinor Normannos, qui Galliam deprædati sunt, in Charta ann. 1521. ex Chartul. Latiniac. fol. 257. v° : *Les terres et seigneuries de Ducy, d'Ongnes et Drozelles sont et appartiennent à ladite église* (de Lagny) *dès cinq ou six cens ans, et dont eulx et leurs prédécesseurs ont joy et possessé soubz le titre de deffunct de bonne mémoire Ymbert conte de Brye et Champaigne, qui les a donné à ladite église et abbaye de Lagny, pour l'augmentation et restauration d'icelle, qui aurait esté auparavant destruite par les Gotz et Wandres.* Vide *Guti.*

* **GOTINA**, Rivulus. Charta ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 318 : *Confrontantur cum Gotina, quæ incipit difluere a dicto bosco usque ad boscum Bosilh.* Plures ibi. Hinc emendanda eadem Charta in Reg. 61. ch. 428. ubi non semel legitur *Grotina.* Vide supra *Goterius.*

* **GOTTA**, Canalis, rivus. Charta Phil. comit. Fland. ann. 1183. in Suppl. ad Miræum pag. 61. col. 2 : *Si in Septemptrionali parte Hem alteram slusam consideratione utilitatis construi contingerit, in solido ac tuto ponetur loco, et eam cum Gottis suis, lege superioris, fratrum cura tueri tenebitur.* Vide infra *Gutta* 1.

* **GOTTATA**, Alapa, colaphus', Ital. *Gotata.* Jura curiæ ducum Tusciæ ann. 1196. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 92 : *Item de Gottata, quinque soli-*

Digitized by Google

dos curiæ. Item si quis insultaret contra alium, etc. Vide supra *Gauta* et *Gorgiata.*

¶ **GOTTEFFLUS**, Vasculum unde liquor guttatim defluit, a Gutta et Fluere sic appellatum. Charta anni 1338. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 363 : *Unam navem magnam pro mensa dominæ Dalphinæ de vitro.... quinque duodenas de Gotteffios, sex magnas botas vitri ad portandum vinum, etc.*

* **GOUCHETUM**, f. pro *Gauchetum*, Molendinum fullonarium, quo panni poliuntur et dealbantur. Vide supra *Gauchatorium.* Charta ann. 1352. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 424 : *Item hæredes Andreæ Chaucelli pro bastitorum et Gauchetorum de Ornone, duodecim Gallinas.*

* **GOUDALARIUS**, Goudalia. Vide supra in *Godala.*

* **GOUDENDARDUM.** Vide supra *Godandardus.*

* **GOUDING**, Placitum, assisa, conventus, ubi lites dijudicantur, a Fland. *Geding*, Causa, lis. [** *Gouw*, Regio, pagus et *Ding*, placitum. Vide *Gogravius.*] Charta Phil. comit. Fland. pro libert. *franci* et castellan. Brug. ex Cam. Comput. Insul. : *In anno erit semel unum Gouding.... De Gouding. Statutum est Sabbato post Epiphaniam præcones convenire ad virscarnum, et ibi edictum accipere, die Dominica in ecclesia denuntiare et placitum proxima feria secunda esse; durabit autem placitum per totam hebdomadam.... Et ita in ecclesiis suis denuntiabunt Gouding prædicto tempore. Est autem Gouding sic statutum, primo die et ultimo, hoc est feria secunda et Sabbato, placitabunt comes et homines ecclesiæ, interim homines terræ.*

¶ **GOUEMON.** Vide *Goumon.*

¶ **GOUGULATOR**, Præstigiator, in *Cauculatores.*

¶ **GOULETUS**, Litteræ anni 1332. ex Chartulario S. Martini Pontisar. : *Tria quarteria de grouis ad quarreriam.... quinque quarteria ad Gouletum.... tria quarteria de groa.* Nostris *Goulet* vel *Goulot* dicitur os, guttur lagenæ, per quod liquor effluit : an inde sic dici potuit locus peculiaris apud Pontisaram?

* Nomen loci a rivulo, nostris *Goulet*, qui ibi decurebat, sic dicti. *Le ruissel ou Goulet*, in Lit. ann. 1358. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 311. art. 1. Vide *Gula.*

¶ **GOUMON**, Alga, fucus e mari ejectitius, Armoricis nostris *Gouemon*, Normannis *Varech.* Acta SS. Maii tom. 4. pag. 568. et 569. ubi de S. Ivone : *Recollegissent insimul globum herbæ marinæ vocatæ Goumon.* Alibi scribitur *Gouemon.*

¶ **GOUSSA**, Siliqua, Gall. *Gousse*, *Cosse.* Eadem Acta ibid. pag. 555 : *Videatis utrum fabæ, quæ ibi sunt, sint bonæ ad comedendum... Goussas earum ad decoquendum... apportetis.*

* **GOUTERIA**, a Gallico *Gouttiere*, Stillicidium, alias *Gouterel.* Charta ann. 1233. in Chartul. Barbell. pag. 518 : *Et quando necessitas exiget Gouteriam supra dictum murum sitam reparari, etc.* Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 51 : *Comme icellui Robin se feust alouez.... à oster certains tuilleuux et vielz Goutereaux de bois, qui estoient sur les voultes d'icelle église, et ainsi que ledit exposant eust prins un vielz Gouterel de bois, qui contenoit une toise ou environ.* Vide *Gutteria* 1.

* Aliud vero est *Goutiere*, Supellectilis nempe seu ornatus lectualis pars, in Comput. Rob. de Seris ann. 1332. ex Reg. 5. Chartoph. reg. fol. 10. r° : *Pour la chambre de madame, ... pour la coutepointe ij^c. iiij . viij. bestes et ij^c. et lv. papeillons. Item pour les Goutieres lxxviij. bestes et iiij^xx. et v. papeillons. Item pour le chevecier viij^xx. bestes et vij^xx. et iij. papeillons. Item pour le ciel. ij^c. xxiiij. bestes et x. papeillons.*

* **GOUTTÆ**, Guttæ, lacrymæ, vulgo *Gouttes, larmes.* Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg. : *Item una casula, tunica, et dalmatica de camocas nigro, guttato de Gouttis albis pro officio defunctorum.* Vide infra *Gutta* 6.

* **GOUVETARIUS**, Qui res alterius procurat. Charta ann. 1415. in Tabul. S. Germ. Prat. : *Recognosco me recepisse et habuisse a reverendo in Christo patre domino abbate monasterii S. Germani de Pratis prope Parisios et a conventu ejusdem monasterii per manus receptorum sive Gouvetarii dictorum abbatis et conventus summam quatuor librarum et decem solid. Paris.*

GOWNA. Vide *Gunna* 1.

* **GOYARDUS**, nostris *Goyart*, Falcis species, idem quod supra *Goia* 1. Vide in hac voce. Lit. remiss. ann. 1359. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 110 : *Asserebat ..... finaliter dictum Guichardum de quodam Goyardo percussisse, sic quod dictus Guichardus.... infra paucos dies post miserabiliter expiravit.* Aliæ ann. 1381. in Reg. 119. ch. 142 : *Bartholomeus de Varenis ..... ad domum ipsius exponentis accedens, hostium ejusdem fortiter cum uno magno Goyardo ferreo propulsavit.* Monstræ Mss. factæ apud Chassang. ann. 1511 : *Guillelmus petit unum Goyardum et unum spardam.* Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. ch. 225 : *Lequel Questain prist ung grand baston de fer, dit Goyart, etc. Jehan Lancier garni d'un coustel, appellé Goyart*, in aliis ann. 1403. ex Reg. 158. ch. 257. Aliæ ann. 1405. in Reg. 160. ch. 74 : *Un Goyart que le suppliant avoit accoustumé de porter quant il aloit dehors abatre ou copper les buissons ou hayes. Ung certain baston, appellé Goiart, dont l'en coppe les bois*, in aliis ann. 1458. ex Reg. 187. ch. 158. *Voyart*, mutato *g* in *v*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 164. ch. 190 : *Un baston, appellé au pays* (Bourbonnois) *Voyart, duquel on a accoustumé de coper des espines.*

¶ **GOZA.** Vide *Gussa* 1.

* **GOZTITUA.** Charta Kasimiri ducis Slavor. ann. 1175. in Pomer. diplom. pag. 155 : *Homines etiam ipsius ecclesiæ* (Caminensis) ..... *ab omni exactione, insuper naraz, oszep, Goztitua, vectione vel per terram vel per aquam.... penitus esse volumus absolutos.* Ubi Martin. Rango *angarias* et *parangarias* seu operas extraordinarias intelligit.

* **GRAANTAGIUM**, Rerum creditarum pretii petitio et exsolutio. Charta Odon. dom. Montisacuti ann. 1224. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 77 : *Si post nobis factam creantiam, quadraginta diebus completis, creditoribus factum non fuerit pagamentum, debent nobis præmonstrare, et debemus eis Grantagium suum facere; alioquin non tenentur nobis creantiam facere, nisi facto Graantagio suo. Grantey*, eadem acceptione, in Libert. de Auxona ann. 1229. tom. 4. Ordinat. reg. Faanc. pag. 395. art. 3 : *Tant que cilz qui le vent, en ait son Grantey.* Vide in *Creantare.*

¶ **GRAANTARE**, Fide et sacramento interpositis promittere, cavere. Pactum ann. 1297. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 807 : *Super istas pactiones omnes sæpe nominati domino de Legniaco Graantaverunt, quod tenebunt etc.* Vide *Creantare.*

* **GRAANTUM**, Libitum, voluntas. Gall. *Gré.* Charta Guich. de Bellojoco ann. 1192. in Chartul. Cluniac. : *Sub tali conditione sacramento firmavi, ut decem milia in festo S. Martini præsentis anni, et alia decem millia in eadem festivitate sequentis anni, bona fide ad Graantum suum redderem.* Vide supra *Creantatio.*

¶ **GRABATA**, pro *Gabata.* Vide ibi.

GRABATARII. Vide *Clinici.*

¶ **GRABATI**, Canonici minores Misnæ, de quibus in Actis SS. Junii tom. 3. pag. 154. ubi de S. Bernone : *Interim alius paratur Grabatorum ordo, qui horas suas secundum quod vesperi orsus est, persequitur.*

¶ **GRABATUM**, *Reclinati capitis susceptio*, apud Papiam et Johannem de Janua. Notus est Latinis *Grabatus*, ut et Græcis κράβατος vel κράββατος, pro specie lecti humilioris et portatilis; hinc in Evangelio : *Tolle Grabatum tuum, etc.* pro quo cum quidam concionator, *Grabatum* minus Latinum opinans, dixisset : *Tolle lectum tuum, etc.* justam Episcopi præsentis incurrit reprehensionem. Armoricis *Grabaz* species est feretri, quod vulgo dicimus *Civière à bras*; Latinis inferioris ævi feretrum, Loculus, Gall. *Cercueil.* Eigil. in Vita S. Sturmii Fuld. n. 14 : *S. Episcopi Bonifacii* (corpus) *in minore quæ eis vicinior erat Ecclesia cum Grabato quo a navi ferebatur, statuerunt; cetera vero Martyrum corpora sepulturæ tradiderunt.* Jo. de Janua *Grabatum*, penult. correpta, *Gremium* reddit, unde versus :

Pro Gremio Grabatum, pro lecto pone Grabatum.

¶ 1. **GRABELLA**, Navis genus. Nicolaus Lanckmannus de Valckenstein in Historia desponsationis Friderici III. Imp. et Leonoræ Infantissæ Portugalliæ : *Dominus Marchio misit unam Grabellam cum armigeris ad explorandum.* Et infra : *Nostri armigeri et bellatores cum duabus Grabellis invaserunt unam navim.*

* 2. **GRABELLA**, Grabellator, pro *Gabella* et *Gabellator*, ut videtur, Libellus *gabellarum* seu vectigalium; nisi sit pro Mensura, qua præstationes exiguntur. Stat. Avenion. lib. 1. rubr. 21. art. 20. pag. 91 : *Item, quod Grabella signetur signo curiæ temporalis, prius per bajulos juratos visitata, alioquin Grabellator puniatur pœna decem librarum Turonensium.* Vide in *Gablum.*

¶ **GRABIDUS**, Grabis. Vide *Grandes.*

¶ **GRABOTUM**, Leviora grana frumenti cum paleis vanno ejecta. Charta Capituli Athanacensis Lugdun. ann. 1358 : *Idem quod Grabotum omnium et singulorum bladorum inter ipsos Curatum et Vestiarium,*

Digitized by Google

et eorum successores, prout blada inter eos sunt dividi consueta, videlicet quod de Graboto frumenti et siliginis dictus Vestiarius et et sui percipiat et percipere debeat duas partes, et dictus curatus et sui tertiam partem; de aliis vero bladis dictus Curatus medietatem, et Vestiarius Athanacensis Monasterii aliam medietatem.

* **GRACCITARE**, Anserum vox. Carm. de Philom. ad calcem Cod. reg. 6816 : *Graccitat improbus anser. Gracchiare*, Italis, Garrire, crocitare.

* **GRACELLUS**, Vasis genus. Charta Alf. comit. Pictav. et Tolos. pro Villa-franc. ann. 1256. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 46 : *Item de uno onere scutellarum et Gracellorum, unum denarium.* Vide *Grassellus.*

* **GRACENSIS MONETÆ** meminit Comput. decimæ in Italia collectæ pro subsidio T. S. ann. 1278. ex Cod. reg. 5376. fol. 243. v°.

* **GRACHIUM**, pro *Garachium*, a Provinciali *Garach*, Ager recens proscissus. Charta ann. 1460. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Versus occasum cum Grachio, quod tenet Petrus etc.*

* **GRACIES**, *Li gracie delli hominî.* Glossar. Lat. Ital. MS.

GRACILIS, Species cornu, aut buccinæ, quæ inflata acutum et *gracilem* sonum edit : nam *Vox angusta*, apud Juvenalem Stat. 3. *Gracilis* veteri Interpreti dicitur : vel denique quod *Grilli* voci sonum similem edat. Vide Isidorum lib. 12. cap. 3. Gauterius Antiochenus : *Libetque preconari voci propatula ut universi, audito primo sonitu Gracilis, festinent bellicis indui.* Idem : *Gracilibus, tibiis, tubis clangentibus. Greille* appellant nostrates. Glossar. Lat. Gall. : *Lituus, Graile, ô baston à divin.* Le Roman *de Garin* MS. :

Quant vindrent prés, lor Greilles font sonner.

Idem :

Là oysiez Gresles oir et tentir,
Mainte buisine et cornier et bondir.

Alibi :

Bues s'en ist, fist les Greilles sonner.

Le Roman *de la Prise de Hierusalem* MS. :

A fait sonner un Graile devant l'uis de son fief.

Le Roman *de Roncevaux* MS. :

Mil Grisles sonnent, mult en sont cler li ton.

Le Roman *d'Alexandre* MS. :

Et le Rois comanda quatre Greilles sonner.

¶ **GRACILLA**, ut *Gracula*, Gallice *Geai.* [* Vel potius Cornix, *la Corneille noire*, quæ ultra Ligerim *Graule* et Provincialibus *Graile* nuncupatur. Vide *Gragula.*] Miracula S. Joachimi, tom. 7. Maii pag. 116 : *Gracilla quædam prope ac procaciter vocibus eos infestare non desistebat; sed vir Dei Joachim, humili impatientia, Gracillæ comminans, inquit : Heus tace, tuumne tanti es venditura fimum? Absiste hinc, et ecce illico ac si intellectum habuisset humanum, etc.*

* **GRACILLIS**, Crassus, rudis. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus duas mapas magnas Gracilles seu primas fili lini, longitudinis trium canarum.*

GRACOMUS, in Epistola Stephani Tuertbo Regis Bosniæ ann. 1435. Vide Waddingum hoc anno num. 2. 3.

GRACULA, Avis, quæ Latinis *Graculus.* Vita S. Fructuosi Archiepisc. Bracarensis num. 8 : *Nigras parvasque aves, quas usitato nomine vulgus Graculas vocitat, mansuetas in Monasterio habuisse perhibetur.*

¶ **GRADA**, Agri modus, ut videtur. Instrum. ann. circiter 1050. ex Archivis S. Victoris Massil. : *Heæ terræ sunt ipsius Ecclesiæ, ab oriente incipit ipsa Grada, et sicut stat campus Pontii Gaucelini et ferit in aliam Gradam a meredie sicut pergit revolutio; alia Grada per summitatem ipsius montis sicut aqua vergit et ferit ad viam de Boxa, a Septentrionali parte consortatur Grada ipsa usque ad ipsam viam de Boxa.*

1. **GRADALE**, GRADUALE, Responsum, vel Responsorium, quia in gradibus canitur. *Versus Gradales, Responsorius Gradalis, etc.* in Ordine Romano, qui cantatur ad gradus. Ugutio : *Gradale, quod gradatim canitur post Responsorium.* Honorius Augustod. lib. 1. cap. 96 : *Graduale a gradibus dicitur, quia in gradibus canitur. Hoc etiam Responsum vocatur, quia choro cantante, ab uno versus respondetur.* Amalarius lib. de Ord. Antiphonarii in Prologo : *Notandum est, volumen, quod nos vocamus Antiphonarium, tria habere nomina apud Romanos. Quod dicimus Graduale, illi vocant Cantatorium, qui adhuc juxta morem antiquum apud illos in aliquibus Ecclesiis uno volumine continetur. Sequentem partem dividunt in nominibus. Pars, quæ continet Responsoria, vocatur Responsoriale. Et pars, quæ continet Antiphonas, vocatur Antiphonarius.* Adde Hugonem a S. Victore in Speculo Eccl. cap. 7. lib. 2. de Offic. Eccl. cap. 18. Beletum cap. 38. Durandum lib. 4. cap. 19. Innocentium III. PP. lib. 2. myster. Missæ cap. 31. Jacobum de Vitriaco in Hist. Occid. cap. 34. etc. Lex Aleman. tit. 16. § 2 : *Si Clericus, qui in gradu in Ecclesia publice lectionem recitat, vel Gradale, etc. Gradalis Karoli Imperatoris*, apud Sugerium lib. de Administr. sua cap. 20. Capitula Guilleberti Episcopi cap. 9 : *Ut Dominicas et festivitates præcipuas excolere, per Gradalem suum et nocturnalem canticum non ignoret.*

¶ GRADALE OFFICIUM, opponitur *nocturnali*, unde officium diurnum significare videtur. Capit. Caroli M. ann. 789. cap. 78 : *Monachi ut cantum Romanum pleniter et ordinabiliter per nocturnale vel Gradale Officium peragant secundum quod beatæ memoriæ genitor noster Pippinus Rex decertavit ut fieret, quando Gallicanum cantum tulit ob unanimitatem Apostolicæ Sedis et sanctæ Dei Ecclesiæ pacificam concordiam.*

GRADUALIA a S. Cælestino PP. primum instituta tradit Anastasius in ejus Vita, ex Codd. MSS. : *Constituit Graduale post officium ad Missam* (al. *Missas*) *cantari.* Chronicon Reicherspergense de eodem Pontifice, ann. 424 : *Hic constituit, ut Psalmi Davidis 150. ante sacrificium antiphonatim canerentur, quod ante non fiebat, sed tantum Epistola et Evangelium recitabatur. Ex hoc instituto excerpta de Psalmis a B. Gregorio PP. primo Introitus, Gradualia, Offertoria, Communiones cum modulatione ad Missam in Ecclesia Romana cantari cœperunt. Gradualia* et *Alleluya* composuisse S. Ambrosium scribit Honorius Augustod. lib. 1. cap. 88. Nostri *Greel* dicebant. Glossar. Lat. Gall. : *Gradale, Greel, Livre à chanter la Messe.* Perperam *Grec* pro *Greel*, editum in Consuetudine Claromontensi art. 249. Catholicon Armoricum, *Grazal, G. Greel, ung Livre à chanter, L. Gradale.* Robertus Bourronus in Hist. Merlini MS. : *Tu t'en iras en ces parties, où les gens sont qui ont che saint Graal, et toujours mais sera ta paine, et tes livres retrais, et volentiers ois de toutes gens. Deux Greaux*, inter libros Capellæ Ludovici Hutini, in illius Inventario. *Un Messel et un Greel*, in Testam. Caroli Comit. Valesii ann. 1320.

2. **GRADALE**, Gradus, *Degré.* Lambertus Ardensis pag. 161 : *Hic Gradalia et indicula de area in aream, de domo in coquinam, et camera in cameram, etc.*

* 3. **GRADALE**, Catini species, pro *Grasale.* Pedag. Avenion. ann. 1215. ex Cod. reg. 4659 : *De centum Gradalibus, unum Gradale.* Vide infra *Gradalus.*

* **GRADALETUS**, diminut. a *Gradalus.* Vide infra in hac voce.

* **GRADALICANTUM**, Liber ecclesiasticus, idem quod *Gradale* 1. nostris *Grael.* Vet. Pœnitent. MS. ex Beda in Libel. de Remed. peccat. : *Psalterium, lectionarium, antiphonarium, missalem, baptisterium, martyrologium, Gradalicantum, etc.* Charta dotat. capell. de Blainvilla ann. 1335. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 175 : *Je sire de Blainville ay garnies et estoffées lesdites capelles .... d'un messel et d'un breviaire pour chascune capelle, et d'un Grael pour les deux capelles.* Vide infra *Greale.*

¶ **GRADALIS**. Testamentum ann. 1010. in Appendice Marcæ Hisp. col. 973 : *Ad sancta Fide cœnobio Gradales duas de argento, ad sancto Vincentio de Castres anapos duos de argento.* An *Gradales* hic sunt *Gradualia* argento cooperta? Vide *Gradale* 1.

* Inter vasa mensaria seu utensilia coquinæ annumeratur in Charta ann. 1263. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 477 : *Item unum centenarium de parassidibus, et triginta Gradales.* Unde idem forte est quod mox

* **GRADALUS**, Vas mensarium, catini species, pro *Grasalus.* Pedag. castri *de Les* ann. 1263. ex Cod. reg. 4659 : *In singulis centenariis Gradalorum, scutellarum et Gradaletorum, quatuor.* Vide *Graletus* et infra *Grasala.*

¶ **GRADARE**, Judicare, definire. Tabular. Beriaci : *Rothonensis Abbas et monachi immiserunt nobis monachis Majoris-monasterii calumpniam super cellam nostram de Beriaco. Contigit autem dominum Apostolicum Urbanum in partes nostras Turonicas advenisse; cui rem omnem manifestavimus. Judicatum est autem in præsentia ejus illos contra nos egisse parum juste... Mortuo domino Urbano, in cujus præsentia illa Gradata fuerant, dominus Paschalis qui ei successerat, ipse etiam in partes Turonicas devenit, etc.* Statuta Edwardi I. apud Rymer. tom. 2. pag. 261 : *Consules jurabunt Baillivo nostro et populo dictæ villæ, quod ipsi bene et fideliter Gradabunt et gubernabunt nos et populum dictæ villæ.* [* Leg. suspicor *Gardare*, Tueri, defendere. Vide *Gardiare* in *Gardia* 1.]

* **GRADARIA**. Chron. Foroliv. apud

Digitized by Google

Murator. tom. 19. Script. Ital. col. 894 : *Deinde iverunt versus Pisaurum, et quatuor castra posuerunt ad deprædationem seu ad saccomanum, scilicet Gradarium cum aliis tribus, etc.* Nomen fortasse loci.

¶ **GRADARIUM**, Graduum series, Gall. *Escalier.* Codex MS. de Albigensibus e Bibl. D. *de Chalvet* Senescalli Tolosæ : *Dictus Vital una cum dictis hæreticis intravit cameram dicti infirmi ipso remanente ad pedem Gradarii.* Charta Massil. ann. 1433 : *Nos Paulus Massil. Episc... eligimus miserabili corpori nostro sepulturam subtus Gradarium, quo ascenditur ad tribunam.* Vide *Bestalinus* et *Gradarius*, 2.

¶ 1. **GRADARIUS**, Equus tolutaris. Gall. *Haquenée. Molli gradu et sine succussatura nitens*, apud Nonium. Lucilius : *Equus non formosus, Gradarius, optimus vector.* Charta ann. 1406. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 827 : *Dedit... Episcopo Briocensi suum Gradarium flavum, vulgo sa Hacquenée fauve.* Utitur Nicolaus Specialis apud Murator. tom. 10. col. 979.

* 2. **GRADARIUS**, Graduum series, Gall. *Escalier.* Lit. remiss. ann. 1371. in Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 266 : *Respiciens dicta mulier quemdam Gradarium domus suæ, ipsum ascendit, et volens evadere furorem dicti Bertrandi a dicto Gradario credens saltare in quoddam viridarium de subtus Gradarium existens, etc.* Vide *Gradarium.*

* **GRADATARIUM**, Eodem intellectu. Lit. remiss. ann. 1455. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 202 : *Ipse Jaquetus supplicans, qui per Gradatarium ipsius domus ascendebat etc.* Infra : *Gradarium.*

GRADELLA, vox Italica, Craticula, apud Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 37. vetus Gallicus Interpres *Greil* vertit. Gloss. S. Benedicti cap. de Ferramentis : *Graticula.*

¶ **GRADERE**, pro *Gradi*, Ire, vadere. Camillus Peregrinus apud Murator. tom. 2. pag. 290 : *Ad ipsam civitatem pro mercimoniis Graderent.* Infra : *Capuam Gradierunt.*

* **GRADERIUS**, Annuus : *Gradus* enim pro anno dictum est. Vide in hac voce num. 2. Testam. Guill. de Omellacio ann. 1156. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 559 : *Solvo etiam et guirpisco.... omnes secatores Graderios, qui solebant mihi fieri, ne amplius exigantur in terra mea.*

* **GRADICIA**, Gradizia, Crates, virgultorum fascis, Ital. *Graticcia*, Gall. *Claye, fascine.* Hist. belli Forojul. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1206 : *Gradiciis in magna quantitate factis, etc.* Ubi perperam *Gardicis* editum in Append. ad Monum. eccl. Aquilej. pag. 51. col. 2. Stat. Vallis-Ser. cap. 59. ex Cod. reg. 4619. fol. 116. r° : *Conductores ipsorum molendinorum..... non possint nec debeant tenere in ipsis molendinis.... aliquas Gradizias*, (infra *Gradicias*) *assides, pannos, nec aliquas res pro capiendo volaticham nec farinam.* Vide mox *Gradizela.*

¶ **GRADILIS**, ut *Gradus* 8. Fluminis meatus. *Aquis, aquarum pascuis et piscatoriis cum ipsos Gradiles*, in Charta ann. 936. Marcæ Hisp. col. 847.

¶ Gradilis Panis. Vide *Gradus* 5.

¶ **GRADINGUS**, Persona in gradu dignitatis constituta, apud Macros in Hierolexico ex Vita S. Fructuosi. Sed legendum *Gardingus.* Vide *Gardingi.*

* **GRADIPES**, Avis, eadem quæ *Avistarda.* Vide supra in hac voce.

** **GRADIRE**, Ital. *Gradire*, Gaudere, libenti animo consectari. Chronicon Salernit. cap. 79. apud Pertz. Scriptor. tom. 3. pag. 506 : *Ut talia Amalfitanus populus comperit valde gavisus est, atque ut id fieret omnimodo Gradiebatur.*

¶ **GRADIVICOLA**, Gradivi seu Martis cultor, bellator. Silius lib. 4. Belli Punici :

Et Gradivicolam celso de colle Tudertem.

* **GRADIUM**, Graduum series, Gall. *Dégré.* Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 406 : *Quæ dictus Cortada percipiens et verens de persona sua, Gradium domus Bertrandi descendens etc.* Forte pro *Gradarium.* Vide in hac voce. Hinc *Gravir*, pro Ascendere, in Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 126. ch. 196 : *Le mary et sa femme couchoient en un autre lit sur un planchier de boys.... Alain Gravi oudit planchier, etc.*

* **GRADIZELA**, Clathrus, Gall. *Grille.* Charta ann. 1294. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 107 : *Intra chorum vero et altare, debet esse unum portale habens duo paria ostiorum, quorum quædam debent esse integra, alia vero de Gradizela.... Cum vero colloquium hujusmodi fieri contigerit, sit inter dominas et ostia Gradizelæ intermedium mandile.* Vide supra *Gradicia* et infra *Grata.*

* **GRADIZIA**. Vide supra *Gradicia.*

* **GRADOARE**. Testam. Alph. III. reg. ann. 1271. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 56 : *Rogo reginam Beatricem uxorem meam.... quod ipsa Gradoet de suis filiis, et quod videat de eis placentiam.* An de filiis suis ad libitum disponat? quod innuere videntur verba sequentia. *Grado* Academ. Hispan. in Diction. Libenter, sponte.

* **GRADUARE**, Ad gradus academicos recipere, promovere. Stat. Universit. Andegav. ann. 1409. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 499. art. 6 : *Quod a quibuscumque Graduandis per me vel alium directe, vel per obliquum nichil recipiam vel habebo;.... de ipsisque Graduandis approbandis vel reprobandis, fidele pro posse secundumque conscientiam perhibebo testimonium veritati.* Vide *Graduatio.*

¶ **GRADUATIO**, Promotio ad gradus academicos. Longinus in Vita S. Stanislai Episc. lib. 3. cap. 7. ubi damnantur expensæ ad hujusmodi gradus adipiscendos fieri solitæ : *Parisius didici in Theologorum scholis... nullum actum apud Theologos indifferentem esse, sed omnem meritorium aut demeritorium existere. Vellem libenter scire, sub quo virtutis contineatur genere tantas expensas, de sexaginta marcis vel pluribus, in talibus Graduationibus facere. Non sugillo Graduationes hujuscemodi, quas omni veneror honore, præsertim in sacra Scriptura, etc.*

¶ Graduatus, Qui gradum adeptus est in Academiis, Gall. *Gradué.* Memorantur *Graduati* in Charta ann. 1405. apud Rymer. tom. 8. pag. 409. in Bulla Sixti IV. PP. ann. 1474. apud Miræum tom. 2. pag. 1266 in Vita B. Coletæ tom. 1. Martii pag. 569 apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag 168. 421. et alibi.

1. **GRADUS**, in Ecclesia, *Ambo*, *Analogium*, *Lectrum.* Suggestio Germani et Joannis Episcopor. post Epist. 38. Hormisdæ PP. : *Suscepimus* (libellum,) *et præsente omni Clero vel plebe in Gradu a servo vestro Notariæ sanctæ Ecclesiæ Romanæ est relectus.* Lex Alemannor. tit. 16. § 2 : *Clericus, qui in Gradu in Ecclesia publice Lectionem recitat, vel Gradule.* Recitabantur itaque Lectiones in gradibus. Sed et ex gradibus sermones habebantur ad populum. Sidonius Carm. 16 :

Seu te conspicuis Gradibus venerabilis aræ
Concionaturum plebs sedula circumsistit.

Monachus Sangallensis lib. 1. cap. 20. de quodam Episcopo : *Et post Evangelii lectionem ascendit ad gradus, quasi ad colloquendum populum.* Erant porro *Gradus* ante altare, seu potius ante altaris gradus, unde pars ea ædis sacræ βῆμα Græcis dicta; vel sane quod ad eum lectionis locum per gradus perveniretur, uti de ambone a nobis observatum in Descriptione ædis Sophianæ. Leo Ost. lib. 3. cap. 19 : *Fecit libellum ad cantandum ante altare, sive in Gradu.* Infra : *Sed et Gradum nihilominus ligneum ejusdem operis extra Chorum ambonis in modum satis pulcrum constituit, in quo videlicet tam Lectiones in nocte quam etiam et Epistolæ et Evangelia ad Missas præcipuarum festivitatum legerentur.* Perperam in Edit. Brolii est *umbonis in morem.* Cæsarius lib. 6. cap. 5 : *Alleluya festivis diebus, sicut cæteri, ad Gradum ipse cantavit.* Lib. 7. cap. 20 : *Sanctus vero Joannes Evangelista Dalmatica indutus legit Evangelium,... quo perlecto, Dominus* (Jesus) *secundum morem Ordinis nostri* (in die Purificat. Deip.) *ad Gradum rediit, et ab offerentibus candelas suscepit.*

2. **GRADUS**, pro Annus. Hepidanus in Vita S. Wiboradæ lib. 2. cap. 4 : *Soror erat huic B. Martyri nomine Willidruda tricesimum possidens Gradum.* Mox : *In Gradu sexageno a morte inventa est.* Epitaphium Willelmi Nothi Reg. Anglor. apud Ordericum Vitalem lib. 8 :

Per septem Gradibus se solverat atque duobus
Virginis in gremiis Phœbus, et hic obiit.

3. **GRADUS**, pro Generatione. In Lege Bajwar. tit. 14. cap. 9. § 4. dicitur omnis cognatio et parentela finiri in septimo gradu. Vide *Generatio.*

4. **GRADUS** in Ecclesiarum atriis; seu propylæis. Anastasius Bibl. in Symmacho PP. pag. 32. 33 : *Gradus vero ante fores Basilicæ B. Petri ampliavit : et alios Gradus construxit sub tigno, dextra lævaque... Item sub Gradus in atrio alium cantharum foris in vulgo campi posuit... Item et alios Gradus ascendentibus ad B. Andream fecit, et cantharum posuit... Item ad Archangelum Michaelem Basilicam ampliavit, et Gradus fecit, et introduxit aquam.*

Gradus Presbyterii, seu qui jacent ante cancellos, *Solea* Græcis, ex Italico *Soglia*, ad quos amandari solebant Monachi pro levioribus culpis, ut habent Usus anti-

Digitized by Google

qui Ordinis Cisterciensis cap. 75. de Monachis, qui ad *opus Dei* tardius veniunt : *Venient ad Gradum,... et tunc petant veniam ante Gradum, aut flexis genibus in terra, etc.* Cap. 76 : *Si quis de comedentibus vel de servitoribus offenderit aliquo modo, petat veniam ante Gradum.* Cap. 114 : *Ante gradum Presbyterii satisfaciat.* Ita passim hæc formula cap. 81. 88. 89. 94. 102. in Institut. Cisterc. Rainardi Abbat. cap. 45. 62. etc. legitur.

5. **GRADUS**, in urbibus, in quibus distribuebantur panes plebi, qui inde *Gradiles* dicti, de quibus infra v. *Panis gradilis*. De ejusmodi gradibus pluribus agimus in CPoli Christiana.

** **Judicia Ad vel Circa Gradus.** Vide Haltaus. Glossar. German. col. 747. Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 805. et infra *Staplus*.

6. **GRADUS**, Ordines Ecclesiastici : *Canonici Gradus vel plebei*, in Epist. Bonifacii Mogunt. ad Cuthpertum Archiep. Cantii præfixa Concilio Cloveshoviensi ann. 747. Anastasius in S. Hygino PP. : *Hic Clerum composuit, et distribuit Gradus.* Nicolaus I. PP. Epist. 8. ad Michaelem Imp. : *Hinc etiam confessor Christi Silvester fecit Gradus in gremio Synodi, ut non Presbyter adversus Episcopum, non Diaconus adversus Presbyterum,... det accusationem aliquam.* Hæc verba habentur in Synodo Rom. ann. 324. cap. 3. Capit. Caroli M. lib. 7. cap. 309. [**393.] *Clerici cujuslibet Gradus, etc.* Pœnitentiale Theodori Archiep. Cantuariensis cap. 1 : *Gradus non debemus facere ante altare, ubi reliquiæ Sanctorum venerandæ sunt.* Cap. 2. inscribitur : *De tribus Gradibus Ecclesiæ principalibus.* [Capitula Theodori Cantuar. apud Acherium tom. 9. Spicil. pag. 61 : *Nullus per pecuniam obtineat Gradum : sin vero, et ipse, et ordinator ejus omnibus modis a communione projicientur.*] Capitula Walterii Episcopi Aurelian. cap. 20 : *Gradus quoque Ecclesiasticos similiter memoriæ commendatos habeant*, (Sacerdotes) *et unde unicuique Gradui in Veteri Testamento origo fuerit, et quomodo Novum in idipsum concordet, etc.* Et cap. 21 : *Ut Presbyteri*, (alumnos suos) *in quolibet Gradu promovendos in supradictorum tenore sacramentorum et Graduum edoctos exhibeant, quatinus et memoriter ea tenere, et intellectuose sciant explanare.*

¶ 7. **GRADUS**, nude pro xv. psalmis qui *Graduales* vocari solent. S. Wilhelmi Constit. Hirsaug. lib. 1. cap. 29 : *Post prædictas tres orationes recitantur quindecim Gradus vel triginta psalmi, si talis est dies, quando non debent ad orationem procumbere. Ad illas eorumdem quindecim Graduum incisiones, hi, qui super sedilia sedent, exerta manu, propter hoc parum, retro versi solent leniter ea erigere.* Schramb. Chron. Mellicense pag. 426 : *Quia quindecim Gradus sedendo dicuntur, ad Gloria Patri sine resurrectione tamen erit aliquantulum inclinandum.*

8. **GRADUS**, Trajectus maritimus, angustus maris, atque interdum fluminis meatus; [quilibet etiam portus seu locus quo navigium adpelli potest, Occitanis *Grau*. *Gradus* a gradiendo dictus, quia qui de navi ad littus adpulsa exit, continuo terram aqua altiorem ingreditur et ascendit tanquam per Gradus. Hinc portus Asiæ minoris Galli vocant, *Echelles du Levant*, scalæ vel Gradus Orientis.] [*Vide *Scala* 9.] Passio S. Torpetis MS. : *Præceptum est, ut in Gradu ad mare ibidem decolletur; et venerunt in Gradum Arnensem, exierunt ad ripam fluminis, etc.* Ita porro appellant Ammianus lib. 15. et Itinerarium Hierosol. meatus seu trajectus, per quos Rhodanus in mare volvitur, reliquo fluvii ostio arenis pæne obsito. *Gratus* dicuntur in Itinerario Antonini et Maritimo : indigenis vero *Gras*. *Gradus* etiam appellatur, meatus stagni Magalonensis, ubi naves e mari in stagnum trajiciunt. Versus antiqui in Arnaldum Episcopum Magalon. :

Iste Gradus clausit, quo prædo piraticus hausit.

Et infra :

Navibus introitus per eum Gradus alter apertus.

Arnaldus de Verdala in Hist. Episcop. Magalonensium pag. 796 : *Erat enim ibi portus maris vocatus Portus-Saracenus usque in hodiernum diem, ad quem per Gradum galeæ Saracenorum liberum habebant ingressum.* Et pag. 798 : *Quibus peractis, idem sanctæ memoriæ Arnaldus Episcop. ponens manum ad fortia, Gradum præfatum lapidibus et lignis ante omnia claudere et obstruere festinavit, etc.* Philippus Aug. in Charta ann. 1208. quæ exstat in Regesto Carcassonensi pag. 50. dat facultatem Episcopo Magalonensi *aperiendi portum, qui dicitur Gradus.* Et infra : *Adhuc etiam concessit eidem Joanni et Magalonensi Ecclesiæ auctoritatem faciendi Gradum.* Alia Philippi Aug. ann. 1208. in 30. Regesto Tabularii Regii Ch. 145 : *Hoc est, in mari piscationes suas, et ubicumque in Melgoriensi Comitatu et Magalonensi Episcopatu portus, qui dicitur Gradus, aperiatur.* Infra : *Adhuc etiam concessit eidem Joanni et Magalonensi Ecclesiæ auctoritatem faciendi Gradum, ubi ei visum fuisset in Episcopatu Magalonensi, salvo eo, quod spectat ad Comitem de redditibus Gradus, et salvo eo quod spectat ad Ecclesiam Magalon.* [Pactum ann. 1272. inter Jacobum Aragoniæ Regem et Berengarium Magalonæ Episc. : *Item fuit actum quod ubicumque fiat Gradus in Episcopatu Magalonensi, domini Montispessulani et Latarum, habeant et percipiant, et habere et percipere libere valeant, sua etiam auctoritate, id totum quod pro stacha et ratione stachæ percipere consueverunt.* Aliud pactum inter eosdem ann. 1278 : *Mandamus quod si aliquis delinquat vel contrahat in castro de Latis vel alibi in juridictione domini Regis, et delinquentes vel contrahentes se fugæ committerent per stagnum et Grudus prædictos, nuncii seu curiales insequentes possint ibi eos capere sua propria auctoritate et retinere.*] Vide Gariellum in Episcopis Magalon. pag. 100. 106. 286. 288. [Breviarium Hist. Pisanæ ad ann. 1166. apud Murator. tom. 6. col. 177 : *Ad Gradus quoque Mereurii quinque magnas, quamvis vacuas, naves combusserunt, et unam bene caricatam de Garbo ceperunt.* Oberti Cancellarii Annales Genuens. ad ann. 1164. apud eumdem ibid. col. 305 : *Et nostri illuc euntes fecerunt jurare quemdam Provincialem sibi vera dicturum de galeis Pisanorum, qui ait illas in Gradu illo, non esse, neque in flumine. Invenerunt tamen ibi naves Pisanorum, et combusserunt illas igne... Quo facto redierunt ad Gradum Montispessulani, et vento contrario intraverunt Gradum Capræ.*] Chronicon MS. Consulum Monspeliensium ann. 1262 : *En aquel an fou discord entrel Conte de Proenza et homes de Massalha, et adonc lo Coms lo desbaratet al Gra de Magalona, et aprés feron plus ambel.* Charta Ludovici Ducis Andegavensis et Turonens. Reg. Franc. fratris, et ejus locum tenentis in tota Lingua Occitana ann. 1372. ex Tabulario Narbonensi : *Per querelam Consulum Narbonæ percepimus, quod licet pluribus aliis mediantibus litteris per nos eisdem Consulibus concessis pro commodo et utilitate totius reipublicæ tam dictæ villæ Narbonæ, quam locorum circumvicinorum, nonnulla impedimenta seu obstacula, quæ in ea circa Gradum, et introitum atque egressum, tam Gradus quam maris, quæ in gula seu exitu fluminis Atacis, et præcipue in loco vocato Lardalho, amoveri eis mandatum extiterit, et pro ipsis amovendis, ut navigia possint inde vehi et navigari, mercesque et aliæ res tam victualium, quam aliæ, etc.* Raimundus Montanerius in Chron. Aragon. cap. 86. meminit Gradus Cullerensis, *del Grau de Cullera*, in Catalania : Gradus Serinyacensis, *del Grau de Serinya*, cap. 152. Gradus Narbonensis, *del Grau de Narbona*, eod. cap. Petrus IV. Rex Aragon. in Chr. lib. 6. cap. 6. *del Grau de Murvedre, del Grau de Valencia.* Surita in Indice Rer. Aragon. lib. 1. sub ann. 1080. observat, *Pinam* Hispaniæ oppidum ædificatum ad fluvii Hiberi trajectum, quem *Gradum* vocant : *Pina oppidum situm ad Hiberi trajectum, (Gradum vocant) incursione hostili deflagrat.* Et sub ann. 814. *Gradus* videtur appellare fauces Pyrenæi, quas alii *Portus*. [Statuta Arelat. MSS. art. 105 : *Piscator qui juxta Gradum moram faciet causa piscandi.* Et art. 185 : *Quicumque saorrim proicerit* (projecerit) *in Gradibus vel a Gradibus infra vel extra duo miliaria in x. libr. puniatur.* Vide Valesium in Notitia Galliarum pag. 475.] Mitto reliqua, haud ita pridem a me observata ad Alexiadem pag. 313. 314.

9. **GRADUS**. Sententia arbitrorum ann. 1205. in Hist. Monmorenciac. pag. 75 : *Gradus Gurardi usurarii, et occupatio Gradus Domino remanet Montismorenc. extra partem alterius plateæ, in qua domus ejus fuit, etc.* Infra : *Excepto Gradu et platea, quam diximus.* [Dotatio Monasterii S. Mariæ de Ovarra in Ripa-curtia tom. 3. Collect. Conc. Hispan. pag. 125 : *Et sunt ipsos alodes, de ipsum Gradum de Aras usque in ipsum Gradum de S. Christophoro, et de Isavana usque in castrum Ripa-Curtiæ.*] [* Primo saltem loco pro Officina, ut videtur.]

10. **GRADUS** in quatuor qualitatibus secundum Medicos sic explicat Constantinus Africanus lib. de Gradib. : *Antiqui concordati sunt dicentes, unamquamque rem esse calidam aut frigidam, humidam aut siccam. Quorum quidem intentio ad temperamentum humanæ coamplexionis fuit. Humana enim complexio cæteris animalium complexionibus temperatior est, et mediocritati proprinquior, etc.*

Digitized by Google

* Adde ex animadversionibus D. *Falconet* : Passim physicis et medicis, Quantitas, ut ita dicam, qualitatis. Joan. Haslerus in Logistica medica, hoc est, de morborum et medicamentorum qualitatum *Gradus* ratione investigandi etc. Jac. Alkindus de medicinarum compositarum *Gradibus*, idem de rerum *Gradibus;* Joan. Bapt. Montanus de *Gradibus* et facultatibus medicamentorum; Paracels. de *Gradibus* et composit. etc.

* 11. **GRADUS**, Ad honores seu aliquod officium ascensus, promotio. Charta Roricon. episc. Laudun. ann. xv. Lothar. reg. ex Chartul. S. Vincent. Laudun. : *Concessimus igitur præfato Reinoni canonico et S. Vincentio supradictam terram, hoc est, dimidiam abbatiam S. Hilarii et ecclesiam ejus cum altari ex integro, salvo ecclesiastico jure, synodorum scilicet et Graduum sacerdotum.*

* 12. **GRADUS**, Domus contignatio, tabulatum, Gall. *Etage*. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 91 : *Acquisitio duorum cellariorum et unius Gradus supra unam domum, ubi est domus monetæ Parisiensis in vico Theobaldi ad taxillos. De anno* 1340.

* **GRÆCA** Scutula. Testam. Brun. archiep. Colon. ann. circ. 965. in Suppl. ad Miræum pag. 295. col. 1 : *Cuppam auream, sigillum et scutulam Græcam... trado.* Vide *Græciscus e. Scutula.*

¶ **GRÆCANICUM.** Vide *Græcum.*

¶ **GRÆCATIM**, Græcorum more. Tertull. de Pallio cap. 4 : *Græcatim depilari magis, quam amiciri.*

¶ **GRÆCATIO.** Vide *Græcitas.*

* **GRÆCIENSIS** apud nonnullos veteres Grammaticos differt a Græco, quod is in Græcia natus, ille vero in ea tantum versetur. Occurrit apud A. Gell. lib. 19. cap. 10. et Apul. lib. 3. et 11. Metamorph. pag. 79. et 380. Vide Thes. Fabri v. *Hispaniensis.* Nostris *Grigois*, Lingua Græca. Bestiar. MS. :

Le Bestiaire nos recorde
D'une beste mauvaise et orde,
Qui a à non hyerne en Grigois,
Ne le sai nommer en Franchois.

Gris, pro *Grec*, in Poem. MS. :

Alixandres li preus chevetaine des Gris.

GRÆCINGARIUM, Merum vel vinum Græcum. Monachus Sangallensis lib. 2. cap. 12 : *Quadam die cum jam lætiores essent, et Græcingario fortiori incaluissent, etc. Græcari*, Horatio, est conviviis et compotationibus indulgere. [* Vide *Græcum.*]

GRÆCISCUS, pro *Græcus*, ex Græcia. Opus *Græciscum.* Charta Hispanica æræ 1010. apud Anton. *de Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 5 : *Lectos cum suos tapetes, et almoçalas de paleo, et de Grentisco, (f. Græcisco) cum suos plumatos paleos et Græciscos, et suas sabanas literatas, et fateles alfanegues, in panos Gratiscos, (Græciscos) et* 16. *ganapes paleas, et* 30. *panos optimos, et* 25. *mirtas de mesa, et* 150. *solidos pro servitio de mesa, etc.* Alia æræ 1111. apud eumdem tom. 6 : *Frontale Grezisco, casula Grezisca dua, dalmatica Grezisca una, duos mantos, etc.* Alia æræ 1011. ibid. : *Manto armino, una almuçalla Grezisca, etc.* Visitatio Thesaurar. S. Pauli Londin. ann. 1295 : *Calix Græcus sine patena, cum duobus calamis argenteis deauratis, cum imaginibus in circuitu opere fusorio levatis, etc.*

GRÆCITAS, Lingua Græca, vox veteribus nota. Adamnanus lib. 2. de Locis SS. cap. 27 : *Hujus orthographia vocabuli in libris Græcitatis est inventa.* Glossæ : Ἑλληνισμός, *Græcatio.* Ἑλληνίζω, *Græcisco.*

¶ **GRÆCIZARE**, Græce loqui, ut puto, potius quam Demisse in aurem, ut interpretatur Mabillonius. Eddius in Vita S. Wilfridi sæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 710 : *Tunc inter se Græcizantes, et subridentes nos ac celantes multa, loqui cœperunt.*

GRÆCOLATIO. Gloss. Græc. Lat. MS. : Βαρβαρισμός, *Græcolatio.* Editum habet *Græco-Latino.* Idioma scilicet ex Græco et Latino mixtum.

GRÆCOLONUS, Græcæ linguæ peritus, interpres linguæ Græcæ. Liuthprandus in Legat. cap. 46 : *Græcolonum meum, id est, Græcæ linguæ gnarum, non permittebant egredi, etc.* Et mox : *Tantique nummis emebat, quanti Græcolonus obsonium uno.* At unde hæc vox composita? an *Græcolonus*, pro *Græcolatinus*, qui Græcam Linguam in Latinam vertit, vel qui Græce et Latine loquitur.

GRÆCUM, Vinum, quod etiamnum *Græco* vocant Itali, et in ea Italiæ parte, quam incoluere Græci, nascitur : *Vinum Aminæum*, Virgilio. Senator. lib. 12. Epist. 4 : *Nam licet ingeniosa Græcia multifaria se diligentiæ subtilitate commendet, et vina sua aut odoribus condiat, aut marinis permixtionibus insaporet, etc.* Ordo Romanus : *Deinde* (finita Liturgia Pontificis) *descendunt Primates Ecclesiæ ad Accubita invitante Notario Vicedomini, et bibunt ter, de Græco primo, de Pactisi secundo, de Procovia tertio.* Alcuinus Poëm. 220 :

Et Nemias Græco infundat sua pocula Baccho,
Qui secum tunnam secum portare suescit.

Aliud est vinum *Græcanicum*, seu Asiaticum quod Βιθυνόν dicitur in Gloss. S. Bened. cap. de Potionibus. Pro *Pactisi* vero forte legendum *Pachysi*, id est, vino spissiori, crassiori, a Gr. παχύς. De *Procovia*, nihil succurrit. Describam hoc loco vocem mihi haud notam, quæ apud Joannem Abbatem Laudun. occurrit in Speculo Historiali MS. lib. 11. cap. 40: *En ce meisme an les vins furent si vers et si crus, que ad peine les pooit-on boire sans aucune indignation et furent appellez les Aggregis.* Quæ quidem an huc pertineat, aliis examinandum relinquo.

* Vocem *Aggregis* ex Speculo Historiali laudatam a vocabulo *Aygrest* corruptam opinor, quo vinum acerbum, quia confectum ex uvis immaturis, significatur. Vide *Agresta.*

GRÆCUS, Christianus, vel Paganus. *Græcos* ab Ethnicis appellatos Christianos testatur Tertullianus, quod cum Christianam amplecterentur religionem, abjecta toga, pallium, quod erat philosophorum indumentum, supervestiebant. Unde eorum dicterium in Christianum, qui occurebat, *Impostor et Græcus est*, apud Hieronym. Epist. 10. ad Furiam, et Epist. 23. ad Marcellam. Contra, Christiani Ethnicos *Græcos* appellabant Glossæ Græc. Lat. : Ἕλλην τὴν θρησκείαν, *Paganus.* [** Alia vide in Glossar. med. Græcit. col. 362.]

¶ **GRAFARE**, Scribere, pingere, a Græco γράφειν. Statuta Canonicorum Regularium S. August. art. 49. apud Raim. Duellium lib. 1. Miscell. pag. 95 :

Nam si prælati fuerint justique probati,
Tunc bene servantur, hic quæ normaque Grafantur.

¶ **Grafarius**, Scriba, Notarius, Gallis *Greffier*, apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 147.

¶ **Grafarius**, Eadem notione, in Litteris ann. 1564. ex Tabulario Massil. et in Concilio Lugdun. ann. 1527. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 398. Vide *Graphia.*

* **Grafferius**, Scriba, Gall. *Greffier*, in Invent. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. Vide in *Grafare* et *Greffarius.*

Graffagia, Matth. Silvatico, *Scriptura.* Infra : *Melangraficum, Graffagia.*

¶ **Graffiare, Glafiare**, proprie Scribere, dein Tradere, in possessionem mittere; quia traditiones fieri solent charta scripta. Charta ann. 907. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 66 : *Bili Episcopus Veneticæ urbis Mathuedoi Comitem petiit, ut sibi permitteret partem Tremissam quæ vocatur Buiac, quam ipse sibi ad possidendam dederat, S. Salvatori in parochia sempiterna dare. Qui Comes manu propria per manicam suam terram supradictam in manu Catluiant Abbatis voluntarie Graffiavit.* Et pag. 67 : *Duo supradicti Episcopus Bili et Mathuedoi Comes dimidiam plebis quæ vocatur Guiebri, quod rex Alanus atque Civen nepos ejus S. Mariæ atque Episcopo Bili in monachio sempiterno antea dederat, quomodo dederant Buiac, sic donaverunt in manu Catluiant Abbatis. Testes Bili Episcopus qui dedit. Mathuedoi Comes qui Graffiavit. Qui et miserunt Gurgnou Monachum ad Gurmhailon Comitem, qui hanc monarchiam Britanniæ regebat, ut ipse parochiam supradictam Graffiaret et manu propria firmaret.* Tabul. Rothonense : *Riwalt Archidiaconus patriæ Weroc volens fieri monachus, dat S. Salvatori Tiebaltnou etc. quæ monachio sempiterno Graffiavit.*

¶ **GRAFFA**, Uncinus, manus ferrea. Chronicon Parmense ad ann. 1247. apud Murator. tom. 9. col. 773 : *Dominus Imperator quondam uno mane in aurora sabbati furtive venit ad portam de Ulmo et catena projecta cum Graffis ferreis, etc.* Haud ita absimili notione vocem *Agrafe* usurpamus.

¶ **GRAFFAGIA**, etc. Vide in *Grafare.*

¶ **GRAFFILIUM**, Uncinus, fibula, Gall. *Agrafe, Crochet.* Constitutiones Frederici Regis Siciliæ cap. 92 : *Item quod nulla domina sive mulier, cujuscumque conditionis existat, audeat portare in equitatura, quam equitaverit, sambucam, in qua sit aurum vel argentum, sive perlæ, sive folia auri vel argenti seu æris laborati, excepto quod in arzonibus sambucarum ipsarum possit poni aurum circa Graffilia de ære deaurato, etc.*

¶ **GRAFFIO**, Stylus. Vita S. Medardi tom. 2. Junii pag. 96 : *Nostræ tamen narrationis flectamus Graffionem, et juxta ingenii possibilitatem successoribus pariter et nunc existentibus descriptione verissima insinuare conemur.* Vide *Graphium.*

¶ **GRAFFIOLUM.** Vide in *Graphium.*

Digitized by Google

* **GRAFFONUS**, a veteri Gallico *Graffon* et *Greffe*, Uncus, vulgo *Croc*, *crochet*. Reparat. factæ in senescal. Carcass. ann. 1435 : *Item pro uno Graffono ferri posito in fine unius arboris dictorum molendinorum, etc.* Lit. remiss. ann. 1452. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 217 : *Ung baston ferré, appellé picque de Flandres, ... qui avoit .... une rouelle de fer ou milieu à sept ou à huit Graffons.* Instr. ann. 1406. ex Bibl. reg. : *Et sont bien que à ce jour et au devant grant piece, l'uis de ladite sainte chapelle estoit mal ordenez de serrures, et pooit on ouvrir l'uys à un Greffe, ou à autre petit terrement. Granue*, eodem sensu, apud Froissart. vol. 1. cap. 191 : *Le Captal print* (la forteresse de Clermont en Beauvoisis) *par eschelles de cordes et de Granues d'archers.* Melius *d'acier* apud Verard. Sed et mendum esse suspicor pro *Graffons*. Vide *Graffa*.

¶ 1. **GRAFIA**, Comitatus. Vide in *Grafio*.

¶ 2. **GRAFIA**, Scriptura, a Græco γραφή. Agnellus in Vita S. Victoris Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 103 : *Et inter quinque imagines, suam ibidem cernimus, et subtus figuratos pedes Salvatoris Grafia contexta est purpurata : Victor Episcopus Dei famulus hunc ornatum etc.* Vide *Graphia*.

¶ **GRAFIARIUM**. Vide in *Graphium*.

GRAFIO, Grappio, Graphio, Gravio, Teutonice *Graef*, [Schiltero, *Grave*, *Grefe*, *Gerafe*, *Reve*,] Comes, Præses, Præfectus. Ita passim usurpant hanc vocem Scriptores.

Grapio, in Lege Salica tit. 34. § 5. tit. 47. § 2. tit. 52. § 2. 3. 4. tit. 55. § 8. tit. 56. § 1. In Lege Ripuar. tit. 51. § 1. tit. 53. 84. 88. Apud S. Audoënum in Vita S. Eligii lib. 2. Garifredus, qui *Comes Vermandensis* dicitur cap. 47. *Graffio* vocatur cap. 52. Gesta Dagoberti Regis cap. 31. et Fredegar. cap. 47 : *Scaram de electis viris fortibus... cum Ducibus et Grafionibus secum habens.* [Præceptum Caroli M. ann. 795. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 13 : *Carolus... omnibus Episcopis, Abbatibus, virisque illustribus, Ducibus, Comitibus, Domesticis, Grafionibus, Vicariis, etc.* Et paulo post : *Et si quis fuerit Comes vel Domesticus, seu Grafio, Vicarius vel Tribunus seu qualicumque judiciaria potestate succinctus.* Ubi *Grafionibus* Comites longe præponi videntur. Et quidem *Grafio*, ut observat Pithœus in Glossar. ad Capitul. idem significare videtur quod Baronis nomen, quo, Lingua Gallorum, servi militum dicebantur, sicut Cornutus sive quis alias notat in illud Persii : *Baro regustatum etc.*] Judex autem Fiscalis appellatur in Lege Salica tit. 51. inquit Bignonius, ad discrimen Magistratuum municipalium : quorum meminit Gregorius Turon. lib. 1. de Mirac. cap. 33. Glossæ MSS. : *Grafio, vel causidicus, advocatus.* Adde Vitam S. Genulfi num. 7. Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 3. etc.

Grappio. Charta Kenulfi Regis Mercior. tom. 1. Monast. Angl. pag. 100 : *Nec Princeps, nec Graffio hanc lenitatem præfatam mutare audeat.*

Graphio. Anastasius in Hadriano PP. pag. 106 : *Abbates etiam et judices, Duces nempe et Graphiones, etc.* Infra pag. 108 : *Abbates, Duces etiam et Graphiones.* Capit. Caroli M. ann. 769. cap. 6 : *Adjuvante Graphione, qui Defensor Ecclesiæ est, etc.*

Gravio. Charta Chlodovei III. apud Mabillonium tom. 3. SS. Ord. S. Benedicti pag. 617 : *Nec non et inlustribus viris Ragnoaldo, Nordeberchto ... Gravionebus.* In alia habetur *Grafionibus*, pag. 619. ubi a Comitibus distinguntur, iisque postponuntur. [Charta Theoderici II. Regis Fr. apud Miræum tom. 1. pag. 128 : *Theodoricus Rex Francorum vir illuster Gravionibus seu et omnibus agentibus, vel junioribus eorum, etc.*] Capitula Caroli M. lib. 5. cap. 2. et Concilium Liptinense cap. 5 : *Unusquisque Episcopus in sua parochia sollicitudinem gerat, adjuvante Gravione, qui Defensor Ecclesiæ ejus est, ut populus Dei paganias non faciat.* Paulus Warnefridus lib. 5. de Gestis Langob. cap. 36 : *Cum Comite Bajoariorum, quem Gravionem dicunt.* Leges Henrici I. Regis Anglic. cap. 7 : *Gravionum pravitas.*

Grafia, Districtus Grafionis, Comitatus. Germ. *Graffschafft. Greve*, in Legibus Edw. Conf. cap. 35. Formulæ veteres apud Bignonium cap. 7 : *Quæ est in pago illo, in Grafia illa, in loco, qui vocatur ille, etc.* Adde cap. 40. [et Notas ejusdem Bignonii ad cap. 7. appendicis Marculfi.] Tabularium Conchensis Abbatiæ in Ruthenis Ch. 31 : *Qui est in pago Ruthenico, in Grafia Cabiniacense, villa, cujus vocabulum est Clauginiaco.* Idem videtur quod *vicaria*.

Lipsius, Wendelinus, Jacobus Eyndius lib. 2. Chr. Zeland. et alii a verbo γράφειν, *Grafiones* dictos volunt : cum enim, inquit Eyndius, Præsides Provinciarum commissas sibi ditiones per jurisperitos Scribas, et per Quæstores, aliosque ex Comitatu regerent, litterarum legendarum et scribendarum, multo magis juris dicundi, in tanta apud eos barbaria, summa ignorantia esset, omnes, qui litteras tractabant in hoc munere, *Graphios* tanquam *Graphiarios*, ἀπὸ τοῦ γράφειν, dixerunt. Chiffletius in Anastasi Childer. cap. 13. a *Graphio*, quo Reges annotabant in ceris, *Graphiones* dictos vult, quod essent *Graphii Regii* custodes : quod quam a vero absit, quivis facile percipiet qui *Graphiones* in Provinciis ac civitatibus, non vero in Palatiis, judicum munus obiisse advertet. Christ. Besoldus a Græco γραῦς deducit, ita ut *Graven* dicti sint quasi *Seniores* : qua postrema appellatione donatos constat Optimates, ac Urbium aut Provinciarium Præcipuos. Heigius part. 1. quæst. 2. *Graven* a Belgico *Graben*, i. fossa, dictum putat ; quasi limitibus præfecti Comites fuerint. Scriekius in Originibus Celtic. *Grave*, *Graeff*, quasi *Gaer-haeff*, Celtis esse tributorum exactorem et perceptorem collectarum contendit : quo sensu *Grafio* nonnunquam sumitur. Verbi gratia, apud Sugerium de Administr. cap. 23 : *Ab oppressione Exactorum regiorum, quos dicunt Graffiones, multo labore multisque placitis emancipaveram.* Ubi *Graffiones* iidem sunt qui *Gravatores*, et *Gravaringi*, de quibus suo loco. Olivarius, a vernaculo Flandrico *Graven*, quod est scribere, sculpere, cælare, deducit. [Eccardus a *Ragen*, Eminere, in suis Notis ad Catechesin Theotiscam, pag. 151. et seqq.] Alii a Saxonico *Grave*, Judex id vocabuli deducendum censent : nam Judices, *Comites* dictos planum est. Quam sententiam firmant verba ista Legis Edw. Conf. cap. 35 : *Greve quoque nomen est potestatis : Latinorum lingua nihil expressius sonat quam præfectura, etc.* Unde Theutonici Consules suos *Mergreve*, quasi *majores dominos* vocavere. Quæ vero de vocis *Greve* etymo hic subduntur, sciens prætereo, cum nec mihi, nec aliis arrideant. Denique Lambardus, Rastallus, et Spelmannus, a Saxon. gerefa, et per contractionem grefa, Comes, Præses, Vicecomes, Tribunus, Publicanus, Exactor, etc. vocis etymon accersunt : gerefa vero formatum volunt a gerefen, quod est *rapere*, et proprium Exactorum. Atque inde in Lege Salica tit. 33. et Ripuaria tit. 84. hac verba leguntur : *Si quis Grafionem ad res alienas injuste tollendas invitaverit, etc.* Unde conficit idem Spelmannus, alium fuisse Comitem, alium Grafionem, ac Comitem quidem, qui Comitatui præerat : Grafionem, Comitis Vicarium. Sed non advertit, ea tempestate Comites licet officio judicis functos, vectigalia publica exegisse, quod fecere etiam *Ballivi*, qui postmodum Comitibus et Grafionibus in Provinciis successere : unde et *Judices fiscales* dicti Grafiones et Comites, quod et judices essent et fiscalium exactores. Constat enim ex omnibus pene Scriptoribus, qui Grafionum meminere, id nominis pro Comitibus usurpasse. Neque aliud vox gerefa apud Anglo-Saxones significat. Glossar. Ælfrici : *Consul* (i. Comes) gerefa. Ita nude : at *Proconsul*, Under-gerefa : *Publicanus*, vic-gerefa : *Villicus vel actor*, tunt-gerefa, etc.

GRAGNAGE. Regestum censuum et debitorum Comitatus Bigorræ, ex Camera Comput. Paris. fol. 9 : *E sengles concas de pane, e sengles mois de civade Gragnage en Agost.* Infra : 18. *den. per porce per molto, 1. moi de mi, e 6. panes Gragnage, etc.*

* **GRAGNOLA**, vox Italica, Grando, Gall. *Gréle*. Chron. Placent. ad ann. 1352. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 499 : *Cecidit magna tempestas Gragnolarum in civitate Placentiæ et confinibus cum magno vento ; et fuit ipsa tempestas altior uno palmo super terram.*

GRACULA, Avis species Hispanis ita dicta, forte *graculus*. [* Hispan. *Graja*. Vide supra *Gracilla*.] Vita S. Fructuosi Episc. cap. 9 : *Nigras parvasque aves, quas usitato nomine vulgus* (Hispanum) *Gragulas vocitat, mansuetas in Monasterio habuisse perhibetur.* Vide *Gracula*.

¶ **GRAHANTUM**, Idem quod *Grantum*, Cautio. Venditio ann. 1242. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 184 : *Vendidit .... pro* 1500. *lib. Vienn. de quibus dictus Willelmus venditor suum Grahantum habuit in numerata pecunia, prout confessus est coram nobis.* Vide *Creantare*.

GRAIGUS Color, Cæruleus. Chronicon Constantinense : *Venetiarum Episcopus modium plenum Graici Coloris, qui Lazurius dicitur, contulit.* Ex Græcobarb. γραΐνος, forte. Vide Gloss. med. Græcit. in Γεράνεος.

¶ **GRAILHA**. Charta Massil. ann. 1362 : *Recognovit se recipisse a Cellerario S. Vi-*

Digitized by Google

ctoris 400. *florenos auri de Grailha.* [* Vide infra *Graylum.*]

¶ **GRAINGNE**, f. idem quod infra *Granum* 2. Coccum, *Graine d'écarlate.* Codex MS. reddituum Episcopatus Altissiod. : *Bazenna, sic tela, pelliparia, merces, draperia, Graingne, aluns, cuminum, cuprum operatum debet paagium.*

* **GRALA**, Buccinæ species, idem quod *Gracilis.* Vide in hac voce. Charta ann. 1312. ex Bibl. reg. : *Cum Gralis et tuba, sive cornu, qua consuetum est congregari consules etc.*

¶ **GRALETUS**, in Dalphinatu, Catinus sine ora. Computa Dalphin. Graisivod. ann. 1334. fol. 46 : *Recepta frumenti, leguminum, avenæ, vini, castanearum, guardarum, piperis, mellis, caseorum, nucleorum et nucium, parabsidum et Graletorum, gallinarum, etc.* Datio in emphitheosim ann. 1338. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 363 : *Duodecim duodenas scutellarum de vitro, sex duodenas Graletarum, sex duodenas platellorum, etc.* [* Vide supra *Gradalus.*]

* **GRALIUM.** Vide infra *Graylum.*

¶ **GRALUS**, Species spectaculi seu ludi apud Brunsvicenses quolibet septimo anno celebrati. Fuse satis describitur a Telomonio Ornatomontano apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 91.

¶ **GRAMA**, *Linea*, apud Johannem de Janua. Papias : *Grama, Græce, qui Latine scripulus retinet* 6. *tomas.* Vide *Grammæ.*

GRAMALLA, Laïcæ vestis genus, quo in Hispania Barcinonenses et Castellani utuntur : maxime urbium Ædiles. [* Academ. Hispan. Chlamys, toga, Ital. *Gramaglia*, Pulla vestis, lugubris.]

¶ **GRAMASIA**, ut mox *Gramata*, Limbus. Concil. Tarracon. ann. 1591. inter Hisp. tom. 4. pag. 613 : *Nec in circumferentia manicarum vel Gramasiarum, et aliarum vestium portent* (Canonici) *circumferentias pellium additarum.* Marten. tom. 4. Anecd. col. 323. legit, *Grammatiarum.*

GRAMATA, GRAMICIA. Charta ann. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1275 : *Unum camisium cum Gramatis, et frisis, unam stolam de catasfittulo.* Infra : *Duos amictus cum Gramatis. Gramitia* habet liber Anniversariorum Basilicæ Vaticanæ, apud Joannem Rubeum in Vita Bonifacii VIII. PP. pag. 345 : *Item unam dalmaticam nobilissimam de opere Cyprensi cum Gramicis ad figuras cum perlis.... Item 4. camisas de cortina, cum pectoralibus et Gramicis de opere Cyprensi.* [Salas Malaspinæ lib. 4. Rer. Sicul. n. 5. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 294 : *Suspensis ad chordas strophæis, flectis, dextrocheriis, periscelibus, arbitris, Grammatis, armillis, frisiis, etc.*] Γράμμα Græci recentiores dixere etiam pro limbo vestis. Vide Glossar. med. Græcit. [* Vide infra *Gramita.*]

¶ **GRAMATICUS**, pro *Grammaticus*, 1. vel 2. Vide locum in *Filogramus.*

* **GRAMEGNOSUS.** Vide mox in *Gramigna.*

* **GRAMEN**, Doctis Hagiographis, mensuræ species, eadem quæ Frisonibus *Graes* dicitur, complectens virgas geometricas 240. quarum singulæ pedes 14. itidem geometricos continent. Vita S. Hathebr. tom. 7. Jul. pag. 164. col. 2 : *Erant ambo pauperes, nec habebant prædia, nisi tantummodo, juxta metam illius terræ, tredecim Gramina.*

* **GRAMIGNA**, Porrigo, impetigo, lepræ species, Gall. *Gratelle*, ab Italico *Gramigna*, gramen, quod instar graminis pullulat, sic dicta; unde *Gramignosus*, eo morbo affectus. Stat. Montis-reg. pag. 265 : *Si quis macellarius emerit aliquem porcum vel porcam;.... et inventus vel inventa fuerit habere porrigines seu Gramignas, quod venditor porci seu porcæ non teneatur propter ipsas porrigines seu Gramignas recuperare vel retinere, nec de pretio ipsius diminuere, nisi solidos quinque pro qualibet libra pretii, secundum.... qualitatem Gramignarum.* Ibid. pag. 266 : *Quod aliquis macellarius.... non audeat.... vendere seu vendi facere aliquas carnes morbosas seu Gramignosas.* Stat. Placent. lib. 6. fol. 77. v° : *Carnes mutonis vel ovis.... Gramegnosas et morbosas.* Vide infra *Grignolosus.*

GRAMINARI, *Gramine pasci*, in Gloss. MS. Regio.

¶ **GRAMIS**, *Pituita oculorum*, apud Papiam, pro *Gramia*, Gall. *Chassie.*

* **GRAMITA**, Fimbria, limbus. Invent. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : *Item unam albam cum Gramitis rubeis laboratis ad aurum.... Item unam albam cum Gramitis et pectorali de panno tartarico rubeo. Item unam aliam Gramitam cum viij. imaginibus. Item duas Gramitas laboratas super tela linea ad acum.* Vide *Gramata.*

¶ **GRAMLUS**, Species obventionis apud Germanos. Litteræ Friderici Ducis Austriæ pro Monasterio S. Floriani ann. 1243. apud Ludewig. tom. 4. pag. 226 : *Alias autem quascumque causas pecuniarias sive prædiales, sive in personas, sive in damna, sive bannos, pugnarum expurgationes, quaslibet obventiones, scilicet losunge, ubervanch, Gramlos, nocturnos dolos, haferban, in prædiis suis et personis officiales Ecclesiæ exequantur, ita ut actor semper forum rei exequatur.*

GRAMMÆ, Lineæ. Auctor Mamotrecti ad lib. Judith cap. 10 : *Discriminavit, id est, capellos divisit, vel Grammam fecit.* Ubi *Grammam fecit*, i. lineam : est enim γραμμὴ Græcis linea : nam cum discriminantur capilli, fit in medio linea. [** Vide *Grani.*] Apuleius de Herbar. virtutib. cap. 106. de Olusatro : *Thyrso molli, cavo atque celso, veluti scripturis notato, quas Græci Grammas vocant.*

Accipitur etiam pro litteris, quas Græci γράμματα dicunt adeo pro ipsa Grammatica. Smaragdus in Grammatica MS :

> Possis ut ignotos calles dinoscere Grammæ,
> Quos bene præteriti jam cecinere viri.

Infra :

> Leniter ut currat tyronis cymba per altum,
> Quæ Grammæ pelagum cœpit arare libens.

Vetus Charta in Chronico Besuensi pag. 599 : *Limitis vitæ velocitas cogit ut memoranda quæque Grammis cartarum imprimantur, etc.* Alia Alberici Comitis Viromandensis ann. 959. apud Hemeræum, sic claudit : *Scripsit has cartulæ Grammas Benedictus, jussu Humfredi Cancellarii.* Rab. Maurus Poëm. 8 :

> Grammata sola carent fato, mortemque repellunt.

GRAMMUS, Eadem notione. Testamentum Haimonis Dom. Burbonensis ann. 9. Ludovici ind. 3 : *Sicut per Grammos literarum dedi.*

¶ **GRAMMARUS** *Cancrum significat.* Sussanæus.

¶ **GRAMMATA.** Vide *Gramata.*

¶ **GRAMMATIA.** Vide *Gramasia.*

¶ **GRAMMATICASTER**, Scriba, Notarius. Robertus *Creyghton* pag. 29. Hist. Conc. Florent. : *Illud in decretum obrepsit.... errore et incuria Grammaticastri*, Græc. Γραμματικοῦ.

¶ **GRAMMATICELLUS**, Grammaticus parum eruditus. Epistola Gunzonis ad Augienses Fratres ann. 969. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 312 : *Hæc strictim commemoravi, non quo artium prima ponerem, sed ut stultitiam indocti monachi reprehenderem, cui cum scientia artium abesset liberalium, maluit fraude Grammaticellus videri, quam scientiam artium saltem extrinsecus adipisci.*

1. **GRAMMATICUS**, Disciplinis liberalioribus instructus, eruditus. Gl. Lat. MS. Reg. Cod. 1013 : *Grammaticus, scholasticus, vel literatus.* Diomedes lib. 2. de Arte Grammat. : *Grammaticus, Latine literatus est appellatus.* Leo Ost. lib. 1. cap. 50 : *Majo Presbyter atque Grammaticus.* Paulus Warnefrid. de Gestis Longob. lib. 2. cap. 13 : *In arte Grammatica sive Rethorica, seu etiam metrica clarissimus extitit.* Lib. 6. cap. 7 : *Et tempore floruit in arte Grammatica Felix,... quem in tantum rex dilexit, ut ei baculum argento auroque decoratum inter reliqua suæ dignitatis munera condonaret.* Petrus Diac. in Præfat. ad lib. 4. Chronici Casin. : *Ego namque, quem non Grammaticorum scientia ornat, non eloquentiæ gloria, non sapientium peritia.* Huc spectant ista Georgii Acropolitæ cap. 29 : Καὶ νῦν τῆς ἐγκυκλίου ἀπηλλαγμένος τῆς παιδεύσεως, ἣν Γραμματικὴν κατονομάζουσιν οἱ πολλοί. Alias *Grammaticus est Professor litterarum*, ut est in Actis purgationis Cæciliani initio. Vide Glossar. med. Græcit. col. 265.

** GRAMMATICE, Latine. Reinard. Vulp. lib. 2. vers. 381 :

> Sexque cothurnorum trisono paria explicat ore,
> Ungarice, Turce, Grammaticeque loquens.

2. **GRAMMATICUS**, Notarius, Secretarius. Hier. Blanca in Comment. Rer. Aragon. : *Ipsi Notarii ac privilegiorum hujusmodi scriptores, tum Scribæ regii, tum et quandoque Grammatici Regum appellari, Græco nomine retento, consueverunt.* Ita a Græcis Scriptoribus, seu Byzantinis, hanc vocem usurpari monuimus in præfat. ad Cinnamum et in Glossar. med. Græcit. col. 265.

¶ **GRAMMATISTA**, Qui docetur Grammaticam. Robertus *Goulet* in Compendio jurium Universitatis Paris. fol. 10. v° : *In optimis quibusdam Collegiis hora sexta pro Grammatistis parva lectio fiat, ut aptius congregentur in sacello.* Suetonius de Grammat. Illustr. cap. 4 : *Sunt qui Literatum a Literatore distinguant, ut Græci Grammaticum a Grammatista : et illum absolute, hunc medocriter doctum existiment.*

GRAMMATOFORA, Apices, scriptura,

Digitized by Google

diploma. Charta Gerardi Episc. Augustod. in Tabul. ejusdem Ecclesiæ : *Nos itaque audivimus flagitationem illorum concupiscenti animo, et bono desiderio jussimus ei tales Grammatoforas nostræ auctoritatis in membrana adscribi.*

¶ **GRAMMATUS**, *Qui sumit initium legendi, vel qui paginas legere potest.* Joan. de Janua.

* **GRAMMULARE, GRAMOLARE, GRAMULARE**, Ital. *Gramolare*, a *Gramola*, instrumentum depsiticum, Plinio lib. 19. stuparius malleus, Purgare, mundare, massam depsere, subigere. Charta ann. 1133. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 353 : *De lino Gramulato lesineo triginta.* Alia ann. 1174. ibid. *Triginta brancatæ lini Grammulati etc.* Stat. ann. 1262. inter Stat. Placent. lib. 6. fol. 71. r° : *Manfredus confanonerius potestas Placentiæ volens providere publicæ utilitati, quantitatem pastæ sive massæ Gramolatæ, quæ de uno stario frumenti fieri potest etc.*

¶ **GRAMMUS**. Vide *Grammæ*.

GRAMPHA. Historia a Cutheis, de Gestis civium Spalatinorum cap. 2 : *Et antecedebant ipsum sui familiares armati cum tabulariis et clypeis depictis cum Grampha, ipsius arma, et ensibus et spathis nudis, etc.* Italis *Granfo*, est cancer marinus.

GRAMPOIS. Vide *Graspiscis*.

¶ 1. **GRANA**, Italis Bacca cujusdam arboris similis hederæ, cujus usus est ad tincturam ejus panni, quem vocant *Scarlatum*. Jacobus Cardinalis de Coronatione Bonifacii VIII. PP. tom. 4. Maii pag. 451 :

> A Patribus missi, quos uvea Grana cruentat
> Cardinis in signum, etc.

Ibid. pag. 469 :

> . . . Ardentes habitu, quos uvea tinxit
> Grana rubens, etc.

Memorantur *Granæ ad tingendum* in Edicto Philippi Pulcri Franc. Reg. ann. 1304 : *Panni Granæ*, in Statutis Massil lib. 1. cap. 36. § 2 : *Vestes de Grana*, lib. 5. cap. 12.

* Vox Italica, Coccum rubeum, granum infectorium. Charta Phil. comit. Fland. ann. 1163. in Chartul. 1. Fland. ch. 325. ex Cam. Comput. Insul. : *De kerka Graine quatuor denarios.* Stat. Montispessul. ann. 1204 : *Nullus extraneus homo pannos laneos in Montepessulano potest tingere in Grana, etc.*

2. **GRANA**. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 453 : *Et de 94. selionibus, et 12. buttis terræ, et de Grana unius acræ, etc.* Vide *Grava*.

* 3. **GRANA**, **GRANATA**, Moneta aurea Cracoviensis. Inventar. MS. ann. 1366 : *Litteræ patentes comitatus Cracoviæ directæ dom. Benedicto PP. XII. in quibus consules dictæ civitatis se debere fatentur cameræ Apostolicæ certas Granas sive Granatas auri, et nonnullos eorum cives etiam singulariter alias Granas hic expressatas. Anno* 1336. Vide *Granum* 3.

GRANAMELLUM. Vide *Grutum*.

* **GRANARE**, a Gallico *Grainer*, In granum maturescere. Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 4. v° : *Dicti hæretici . . . dicebant quod Deus non fecerat carnem humanam, nec faciebat florere nec Granare ; ponentes instanciam dicti hæretici et dicentes quod si homo poneret granum bladi super lapides, non nasceretur ; sed istud venit ex putredine terræ.* Vide supra *Agranare*.

GRANARIUM, Locus, seu camera reponendis granis frumentariis, nostris *Grenier*. Gloss. S. Benedicti : *Granarium*, σιτοβολών. Lambertus Ardensis pag. 160 : *Promptuaria sive Granaria cellariis continuans.* Mox : *Prima autem area fuit in superficie terræ, ut erant cellaria et Granaria, cistæ etiam magnæ, dolia, et cupæ.* Vox priscis nota. [Infra sumitur pro Horreo, Gall. *Grange*. Vide in *Granea*.]

¶ **GRANARIUS**, ut *Granatarius* in Monasteriis. Chronicon Mellicense pag. 341. col. 2 : *Granarius . . . cum Cellerario, aut alius frater dispensator, si opus fuerit, et ubi major congregatio, fratribus victualia administret, atque sub sua custodia omnia quæ pro mensis fratrum et coquina videntur necessaria, diligenter conservet, habeatque curam, ut singula in refectorio ordinate disponantur.* Hinc patet non unam in omnibus Monasteriis *granarii* curam ad *Granatarium* pertinuisse, sed pleraque ab eo fuisse administrata.

* **GRANAROLUS**, Frumentarius, Academ. Crusc. *Granaiuolo*, tritici propola. Stat. Placent. lib. 6. fol. 68. v° : *Judex victualium teneatur jurari facere mulinarios Granarolos, quod postquam molas molendini pichaverint, antequam macinent de alicujus grano, de suo purgabunt et præparabunt bene molas pichatas.* Vide supra *Farticellus*.

¶ 1. **GRANATA**, pro *Gavata*, juxta quædam exemplaria legitur apud Anastasium in Vita Honorii PP. ut et in Glossis Isid. Vide *Gabata*.

¶ 2. **GRANATA**, f. Coccum, Gallis *Ecarlate* Testamentum Cardinalis de Bolonia ann. 1373. apud Baluz tom. 2. Hist. Arvern. pag. 183 : *Eidem domino Regi do et lego meliorem mulam, quam habeam, cum pulcra sella de Granata. Instratos ostro alipedes*, apud Virgilium. Vide *Grana* 1.

* 3. **GRANATA**, vox Italica, Scopæ. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 15 : *Deficientibus saccis et funibus, recurratur ad scopas, et fiant verræ, vulgari sermone dicuntur Granatæ, et in eis fingantur* (sic) *perticæ, et postea accendantur verrulæ, et obcurratur ad rupturam muri contra rumpentes præfatum murum.*

* 4. **GRANATA**, Moneta aurea. Vide supra *Grana* 3.

GRANATARIA, Granarium, vel locus, ubi frumentum venum exponitur. Charta Libertatum Moneti in Biturigib. ann. 1269 : *Granatariam ad bladum vendendum, si voluero, potero facere, et de blado, qui vendetur intus, habebo reditum sine injuriam faciendo.*

1. **GRANATARIUS**, Officium Monasticum, de quo sic Bernardus Monac. Cluniac. cap. 8. et ex eo Udalricus lib. 3. Consuetud. Cluniac. cap. 18 : *Secundus est qui annonam recipit, quem et Granatarium vocamus. Hinc, quando messis est tota collecta, Prior innotescit quanti modii de illa, et de illa Obedientia sunt venturi, et quod semel audit, usque dum sit redditum, in computo suo tenebit. Pistores sunt sub ejus manu, qui cum frumentum acceperint, duas species panis sunt reddituri, etc.* [Johann. Iperii Chronicon S. Bertini apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 757 : *Secundum officium fuit Granatarii omnia Monasterii ædificia sustentare, vestes et salaria servientium Monasterio ac nunciorum, panem, cervisiam, ligna, turbones, minora luminaria per hospitium et cameras, ollas, patellas, pottos, scutellas, ac omnia utensilia providere debebat, et ad hoc deputaverunt ei territorium de Bourbourg, etc.*] Vide Fletam lib. 2. cap. 82. § 1. et cap. 84. [et supra *Granarius*.]

* Recensetur etiam inter ministros ecclesiæ Conserannensis in Addit. ad reformat. ejusd. ann. 1472.

* 2. **GRANATARIUS**, Publicanus, qui præest rei salariæ. Charta Renati reg. Sicil. comit. Provinc. ann. 1476 : *Fundamus, dedicamus ac dotamus . . . . super gabella salis . . . . . cum omnibus juribus et pertinentiis, proventibus et emolumentis quibuscumque, quos et quæ nos habere et quomodocumque percipere soliti sumus, per nos aut nostram curiam supradictam, nostrosque thesaurarios, Granatarios et officiarios.* Adde Concordat. Universit. Andegav. ann. 1553. Vide infra *Granetarius* 2.

* **GRANATELLA**, Carbunculus, lapillus, Hispan. *Granate*, Gall. *Grenat*. Inventar. Ms. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : *Item unam cupam de cristallo cum pede, in quo sunt xij. zaffirelli, et in corpore sunt xij. et xvij. Granatellæ.* Vide *Granatus*.

1. **GRANATERIA**, Vectigal e granariis collectum. Constit. Siculæ lib. 1. tit. 84 : *Demania etiam, et mortitia, excadentias, Granaterias, piscarias, herbas aluminis, et generaliter omnia, quæ per nostram curiam procurantur, etc.*

¶ 2. **GRANATERIA**, ut *Granataria*, Locus in quo venduntur grana frumentaria, Lugdunensibus *la Grenete*. Codex censuum Calomontis : *Juxta Granateriam Calomontis.*

GRANATICUM, Idem quod *Granateria* 1. S. Gregorius M. lib. 1. Epist. 42 : *Volumus, ut securitatis libellos ita de pensionibus facias, quatenus imprimis dicens tantam pensionem unumquemque debere persolvere, inibi abjectis siliquis, oneribus, vel Granaticis.* Vide *Grangaticum* in *Granea*.

* **GRANATINUS**, Pari intellectu, in eodem Invent. : *Item unum urceum de opere Venetico ad filum, ... cum diversis lapidibus praxininis, zaffinis et Granatinis.* Vide infra *Granitellus*.

* **GRANATORIUM**, Locus seu camera reponendis granis frumentariis, Gall. *Grenier*. Charta ann. 1182. in Chartul. S. Johan. Laudun. ch. 120 : *Sub annuo trecensu duorum et dimidii mediocris annonæ modiorum : . . . . ita quod nos prætaxatum trecensum in Granatorio ejusdem ecclesiæ acceptum deportari inde faciemus.* Vide *Granarium*.

¶ **GRANATUS**, Carbunculus, lapis pretiosus rubicundior, Gallice *Grenat*. Epistola Friderici II. Imp. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1172 : *Porro smaragdi viriditas fidem, sapphiri serenitas spem, Granati rubicunditas charitatem, topazii claritas operationem significat.* Rursum

Digitized by Google

occurrit ibid. apud Mabillonium tom. 3. Analect. pag. 391. in Gestis Gaubredi Episc. Lodun. etc.

* **GRANAVIUM**. Diploma Ludov. VI. ann. 1124. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col 324 : *Omnem quoque decimam vini, et annonæ meæ et avenæ, quæ attinent ad allavium vel Granavium Pissiaci.* Ubi leg. prorsus : *ad cellarium vel Granarium*, ut edidit Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 684. *Graniarium* habet Charta Phil. I. ann. 1072. eadem de re ex Tabul. Colomb.

* **GRANCA**, f. pro *Granea*, Locus seu ædes, ubi grana frumentaria reconduntur, vel idem quod mox *Grancia*. Chartul. Miciac. : *Habitationes rusticanas, id est, Grancas suas, quæ necessariæ erunt, tam ipsis monachis quam rusticis eorum, qui ad hospitandum venerint implexaceis* (l. in plexaceis) *veteris sive novis, concedo eis.*

* **GRANCEA**, Grancetia, idem quod *Granca*. Charta ann. 1153. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 25 : *Duæ garbæ de feodo domini sancti Sidonii et decima molendini et sedes Grancetiæ . . . . . Decima molendini et unus hospes et sedes Granceæ.* Vide in *Granea*.

* **GRANCHERARIUS**, Qui præest *granchiæ* seu villæ, aut prædio rustico. Necrol. Ms. eccl. Meld. ad xvj. Mart. : *Johanna de Diogilo dedit sex modios bladi, quos ei debebant Grancherarii de Marcell.* Vide *Grangiarius* in *Granea*.

* **GRANCHETA**, Eadem notione atque *Granca*, dimin. a *Granchia*. Charta ann. 1325. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 522 : *Item de quadam Grancheta, sita Trecis in vico Cortinæ, etc.*

* **GRANCIA**, Prædium, villa rustica, Hispan. *Granja*, eadem notione. Charta ann. 1210. apud Ughel. tom. 1. Ital. sacr. col. 554. edit. ann. 1717 : *Insuper etiam statuimus, ut nullum liberum hominem in ipso monasterio, vel in Granciis ipsius commorantem invitum adducere, vel molestare, sive injuriam aliquatenus inferre præsumant.* Vide in *Granea*. Hinc

* Grancia, Cella seu obedientia monastica, ab abbatia dependens. Charta Alf. reg. Aragon. ann. 1440. ex Tabul. S. Mich. Caiet. : *Abbas et conventus venerabilis monasterii S. Angeli de Palanzana . . . majestati nostræ reverenter exposuerunt et humiliter supplicarunt, ut cum abbas, monachi et conventus ipsi propter constructionem nuperrime factam de castro nostro Caietæ, quod intra se continet ecclesiam S. Theodori, olim monasterium dicti ordinis, circumquaque reclusam, non possint in eadem ecclesia, quæ est Grancia sive membrum dicti monasterii S. Angeli, divina misteria habiliter et commode celebrare, nec alia quæ cultum divinum et alia pia opera ac temporalia reparamenta conspiciunt facere, ... dignaremur... gratiose concedere, quod loco ecclesiæ S. Theodori, possint quamdam aliam capellam, sub vocabulo etiam S. Theodori, prope dictum monasterium seu in continentiis dicti monasterii S. Angeli construi facere et ædificare.*

* **GRANCRENELLE**, Nomen Gallicum cujusdam antiphonæ in festo nativitatis B. M. V. Calendar. eccl. Camerac. Ms. fol. 59 v° : *Festum præsentationis B. M. Virginis . . . . ad instar nativitatis et visitationis ejusdem Virginis, demptis antiphona, Gallice le Grancrenelle, etc.*

¶ **GRANCEA**, Granchia, etc. Vide in *Granea*.

¶ **GRANDEA**. Acta SS. Junii tom. 1. pag. 105. ubi de S. Symeone recluso : *Excisum est monumentum in saxea Grandea testudinis, ab intus delinitum sive obductum cæmento subtili. Grandeam* interpretantur Editores eruditi supremam domus contabulationem; an recte, judicent alii.

¶ **GRANDEDO**, Granditas, Gall. *Grandeur*. Fulgent. de Cont. Virg. : *Timoris projecta Grandedine.*

GRANDES, Vibices flagrorum, interdum ipsæ flagellationes, quod catervatim instar grandinum irruant. Quomodo τὰς τῶν μαστίγων νιφάδας dixit Anonymus in Martyrio SS. Carpi et Papyli n. 9. Eckeardus Junior de Casib. S. Galli cap. 10 : *Titionem ardentem ab igne dicto citius rapiens, Grandes sine numero infregit.* Ibidem : *Flagello de pyrali rapto, nisi ei erecto ad ictum brachio occurrissent, Grandes incussissent.* Rursus : *Si imperitorum aliquis claustri illius invasori Grandes infregisset, non ego curassem.* Hinc

Grandinare, pro flagellare, castigare. Liber, cui titulus *Aurora* :

Carnis luxuriam Grandinat ira Dei.

Gloss. Gr. Lat. χαλαζοκοπῶ, *Grandino.* [*Vinea Grandinata*, Grandine vastata, in Vita B. Simonis de Lipnica tom. 4. SS. Julii pag. 528.]

Ingrandinare, apud eumdem Eckehard. cap. 3 : *Totis viribus a dorso Ingrandinat.* Prudentius in Martyrio S. Romani :

Pulsatus ergo Martyr illa Grandine,
Postquam inter ictus dixit hymnum plumbeos.

Fortunatus lib. 3. de Vita S. Martini :

Martinum flagris et fustibus urget iniquis.

Et mox :

Ipse tamen patiens, jaculorum Grandine pressus.

Ita *grandinare*, et *ingrandinare*, erit instar *Grandinis*, flagellorum crebris ictibus cædere. Verum quid hoc ad *grandes*? quæ quidem vox ad illud me revocat, quod apud Vopiscum in Tacito legitur : *Nutritorem timeat, respiciat ad nutricem, magnarum magistralium ictibus terrorique subjacent.* Ita enim in Palatino Codice legi monet Salmasius, ubi pro *magnarum* in Editiones *manuum* irrepsit. Sane *Magnæ* Vopisci, et *Grandes* Eckehardi eadem sunt. Gloss. Græc. Lat. : Βαρεῖα, *Grabis, Grabida, Grandis.* Βαρύ, *Grande, Grave.* Sed de vocum origine ac genuina notione alii forte melius divinabunt. [* *Granate*, Italis, eadem notione.]

¶ **GRANDIA**. Gloss. Isid. : *Grandias, Offas carnis.*

* **GRANDIA**, mendose pro *Grangia*, Prædium rusticum. Instr. ann. 1308. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 33. col. 1 : *Canonicorum Ossiliensium domos et Grandias combusserunt.* Vide infra *Granga*.

* **GRANDIFICATIO**, Amplificatio, incrementum, finium propagatio, Gall. *Aggrandissement*. Annal. Estens. ad ann. 1404. apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 998 : *Suggerens inter cetera quantum erat eidem dominio* (Venetorum) *habenda suspecta tanta Grandificatio status dominii Paduæ, non supportatura vicinos, etc.*

* **GRANDINARE**, Instar grandinum irruere, Gall. *Tomber comme la grêle.* Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 62. pag. 168 : *Saxivoma fulminant, lapides Grandinant, etc.* Vide alia notione in *Grandes*.

¶ **GRANDIOLUS**, f. Glandula, inquit Cl. Editor. Vita S. Francæ tom. 3. April. pag. 398 : *In gula mea sensi quasi Grandiolum unum decurrere, et ad partem gulæ declinare; atque tam nocte quam mane gargarizans, grossum phlegma rejeci.* Vide *Grandula*.

¶ **GRANDIRE**, pro *Garandire*, de quo supra, Asserere, præstare, defendere, Gall. *Garantir*. Charta Gaufridi Silvanect. Episc. ann. 1202. e Chartulario Montis Martyrum : *Hanc eleemosinam in perpetuum ratam haberent et erga omnes Grandirent.*

¶ **GRANDISONUS**, Qui clamat voce magna. Chron. S. Trudonis Spicil. Acher. tom. 6. pag. 406 : *Quidam vero ad irruptionem cum clamore se accingerent, unus eorum, cujus sapientiæ et consilio totum inniti videbatur oppidum, vultu flammeo et ore Grandisono prorupit in medium : Eia, inquit, eia viri etc.*

* **GRANDITAS. Præter Granditatem**, Præter modum, Gall. *Excessivement*, in Præloq. lib. Rath. Veron. apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 938. *Granmant*, pro *Long-temps*, diu, in Assis. Hieros. cap. 306.

¶ 1. **GRANDITUDO**, ut Granditas, Jo. de Janua.

* 2. **GRANDITUDO**, Amplitudo, Gall. *Grandeur*. Charta ann. 1359. in Reg. 87. Chartoph. reg. ch. 189 : *Quæ corpora mortuorum proprio cimiterio tunc inhumari non poterant, quia dictum cimiterium minimæ Granditudinis existebat. Grandeur* vero, pro Superbia, arrogantia, in Lit. remiss. ann. 1387. ex Reg. 132. ch. 151 : *Disant tout haultement et par maniere de Grandeur et derrision, etc.*

GRANDITUS, *Enormis*, Gloss. Arabico-Lat.

GRANDUALIS. Monachus Florentinus de Expugnatione Acconis :

Exeunt de mœnibus bis mille pagani,
Qui nuper intraverant facti oppidani,
Grandualem tumulum, quem nostri fecerunt,
Pulsis operariis, statim ascenderunt, etc.

Ubi forte legendum *gradualem*, quod gradus vice fuerit tumulus ad urbis mœnia invadenda.

¶ **GRANDULA**, pro *Glandula*. Vita B. Francisci Fabriani, tom. 3. April. pag. 986 : *Habebat Grandulas in gula.* Vide *Grandiolus*.

¶ **GRANDUS**, pro *Grandis*, Magnus. Testamentum Guillelmi *de Chapponey* tom. 2. Maceriarum Insulæ Barbaræ pag. 279 : *Dat semel et legat... Sacristæ Insulæ Barbaræ ejus filio carissimo, consideratis Grandis stipendiis per ipsum testatorem factis.... unam marcham argenti.*

* *Graindre* et *Greingneur* nostris, pro Major, notabilior, vulgo *Plus grand, plus considérable*. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 12 : *Le chevalier dit que encore avoit il fait Greingneur folie d'assembler*

Digitized by Google

tele desputaison. Annal. regni ejusd. reg. ibid. pag. 199 : *Le Gregnieur des messages, etc.* Charta ann. 1310. ex Reg. 45. Chartoph. reg. ch. 150 : *Jehanne moindre de vint et un ans et Graindre de quatorze ans.*

GRANEA, Locus, seu ædes, ubi grana frumentaria reconduntur, nostris *Grange.* Polyptychus S. Remigii Remensis : *Est ibi domus ipsius Presbyteri, juncta Ecclesiæ, cum Granea.* Lex Aleman. tit. 81. § 2 : *Si enim domum infra curtem incenderit, aut scuriam, aut Graneam, vel cellaria, etc.* [Baluzius habet *Graniam*, Puteanus *Granario*, Editio Basileensis *Graneam* in textu et *Granarium* ad marginem, haud dubie ex alio quopiam codice quam ex eo ex quo textus editus est, inquit Baluzius in Notis.] Occurrit rursum § 5. in Addit. 4. Ludovici Pii § 93. in Charta H. Episcopi Tullensis apud Perardum in Burgundicis pag. 175. [in Chartulario Ecclesiæ Ambian. etc.]

¶ GRANEA, Frumentum, ut videtur. Gesta Guidonis Episc. Cenom. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 344 : *Statuentes, ut ipsi singulis annis unam oblitam et decimam vini, sicut unus Canonicus, et mensuram Graneæ, et* XX. *sol. ex marsupio Episcopi, aut* II. *modios ex horreis habeant episcopalibus.*

GRANEA. S. Hieronym. in lib. 1. Paralipom. cap. 23 : *Primitiæ enim spicarum, quando dereferebantur, et grana comedebantur : quod genus cibi vulgo Graneas vocant.*

GRANICA, ut *Granea*, Gall. *Grange.* Lex Bajwar. tit. 1. cap. 14. § 5 : *Ad casas dominicas, stabulare, fenile, Granicam, vel tuninum recuperandum, pedituras rationabiles accipiant.* Formulæ vett. apud Bignon. form. 13 : *Cellaria, vel camara, et Granica, quicquid in eis habuit repositum, etc.* Polyptychus Floriacensis : *Debet unam carradam adducere de feno in Granicam senioris, etc.* Tabularium Ecclesiæ Carnotensis ann. 1206 : *Et quidquid juris habebat in Granica nostra de Chansery, etc.* Mox : *Unde statuimus, ut Canonici nostri in eadem Granica præbendas suas percipientes, etc.* Alia Ludovici Comitis Blesensis ann. 1199. ibid. n. 116 : *Major vero in Granica illa, quotiens opus est, tenetur quærere scopas, et palas, et vannos, et quæ ad mundandas segetes sunt vel erunt necessaria.* [Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 128. v°. col. 1 : *Facit carropera et scutit* XII. *mod. de annona in Granica dominica et ducit eam ad Monasterium.* Occurrit in Polyptycho Monasterii Fossat. in parvo Chartulario S. Victoris Massil. et alibi non semel. Hinc, ut puto, emendanda Charta anni 746. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 9. ubi habetur : *Hoc est, casis, casalis, Gravicis, domibus, ædificiis, etc.* Legendum enim *Granicis.*]

¶ GRANICA, f. Animalia quævis, ad *Granicam*, seu prædium rusticum pertinentia. Hugonis Abbat. Farfensis Epistola ann. 1019. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 528 : *De villula et de Ecclesia S. Benedicti, quæ est prope Monasterium Domini Salvatoris, et omnia manualia ibidem, quæ dicuntur Granica.* Vide *Manualia.*

GRANGIA, pro area seu loco, ubi bladum teritur, quomodo *Grange* hodie usurpamus, in Charta Joannæ Comitissæ Flandriæ ann. 1222. apud Cousinum lib. 4. Hist. Tornac. cap. 7.

¶ GRANCEA, Eodem intellectu. Chartular. S. Vandregesili tom. 2. pag. 1814 : *Innocentius Dei gratia Tuscul. Apostolicæ Sedis Legatus, etc. fraudem faciebant; manipulos enim seu garbas, quos in carris ad Granceam adductos non ligatos inveniebant, decimare nolebant.* Similiter occurrit in Bullario ejusdem Monasterii fol. 23.

GRANCHIA, Eadem notione, apud Rigordum anno 1182. Sugerius de Rebus in administratione sua gestis cap. 2 : *In introitu villæ novam Curiam cum Granchia nova erigi fecimus, ut in ea campipars universalis... reponeretur.* Adde cap. 21.

GRANCIA, in Hist. Morimundensis Cœnobii in agro Mediolanensi lib. 1. pag. 259.

¶ GRANGICA, ut *Grangia*, Horreum. Tabularium Vindocinense Thuani Charta 88 : *Ex quibus scilicet arpennis unus est plaxitium, in quo domus habetur una, alter vero est ab exitu, ubi Grangica consistit.*

¶ GRANTIA, Eadem notione. Tabularium SS. Trinit. Cadom. fol. 28 : *In Horstrede habemus.... damnum cum buro, duas Grantias... duos tassos garbarum.* Polyptychus Fiscamn. ann. 1235 : *Rogerius Ansrei tenet* IX. *acras terre, et debet facere submonitiones, et nammia capere, et Grantiam retegere et mundare.* Occurrit rursus apud Rymer. tom. 3. pag. 460.

¶ GRANCHIA, ut mox *Grangia*, Prædium. Chronicon Maurigniacense apud Duchesnium tom. 4. Hist. Franc. pag. 371 : *Miles.... veniens ad extrema, torcularis cujusdam medietatem et pratum quoddam juxta hortum nostrum, et terrulam ante Granchiam de Bellovidere sitam, quæ nobis valde necessaria erant, huic dedit Ecclesiæ.* Extractum Regesti magnorum dierum Campaniæ apud D. *Brussel* tom. 1. de Feudorum usu pag. 241 : *Dicebant Prior et fratres de Bello-rege ordinis de Valle-Scholarium, quod Lambertus dictus li Bouchus Miles quondam Camerarius Campaniæ, eisdem Priori et fratribus in fundatione Ecclesiæ suæ dedit et concessit singulis annis duos modios bladi... in quatuor Granchiis, quas habebat in castellania de Barro super Albam, percipiendos.* Pluries ibidem occurrunt promiscue *Granchia* et *Grangia* pro Prædio.

¶ GRANCIA, GRANGUA, Eadem notione. Litteræ ann. 1231. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 542 : *Abbatiam Clarevallis et Granciam contiguam dicte Abbatie, Grangiam que dicitur ultra Albam, Grangiam que dicitur Bordahans, Granchiam que dicitur Cornanum, Granchiam que dicitur Bellinfayum.* Pag. 543 : *Tam ad dictam Abbatiam Clarevallis, quam ad dictas Granguas, cellaria, mansiones, etc.*

GRANGIA, Prædium, villa rustica. *Grangiæ*, ut ait Lindwodus, *dicuntur a granis, quæ ibi reponuntur et sunt Grangiæ domus seu ædificia, ubi reponuntur grana, ut sunt horrea : sed etiam ubi sunt stabula pro equis, bostaria, sive præsepia pro bobus et aliis animalibus, caulæ pro ovibus, porcitheca pro porcis, et sic de aliis, quæ pertinent ad œconomiam, ut sunt loca deputata pro servientibus ad agriculturam, et opera rustica.* Vide Sanjulianum in Tornutio pag. 519. Innocentius III. lib. 1. Epist. pag. 119 : *Licet in eorum privilegiis inhibitum sit expresse, ne quis Archiepiscopus vel Episcopus, nisi in manifesta necessitate, in eorum Grangiis hospitetur.* Vita Caroli Abbatis Villanariensis cap. 3 : *Auxit insuper Conventum Monachis et Conversis, Grangias ædificiis et terris.* Monachus S. Mariani Autisiod. ann. 1143 : *Inter cætera beneficia perplura, quæ contulit, terram Grangiæ de Bosculo emit eis de proprio, idemque considerans locum nimiæ arctitudinis esse, non posse ordini suo congruas dilatari vel extrui officinas, etc.* Gregorius IX. in Constitut. pro Benedictinis : *Hæc autem nolumus ad illas Grangias, seu administrationes extendi, quæ curam animarum non habent, etc.* Occurrit passim apud Scriptores, Conradum Usperg. pag. 324. 325. Ed. 1540. Gervasium Abbatem Præmonstrat. Epist. 33. 35. 43. Lewoldum Northowium in Chron. Marcano ann. 1126. Rainardum Abbatem in Institut. Cisterciens. cap. 5. 8. 66. 70. Joan. Columbum lib. 3. de Episcopis Vivariens. n. 31. apud Mich. Germanum in Hist. S. Mariæ Suession. pag. 446. in primis Statutis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 1. in libro Usuum Ord. Cisterc. cap. 84. in Hist. Vizeliacensi lib. 3. pag. 530. in Bulla Joannis XXII. PP. apud Wadd. tom. 3. in Reg. n. 96. in Monast. Anglic. tom. 2. pag. 1029. 1040. in Legibus Alfonsinis part. 1. tit. 7. lege 33. [apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 81. 86.] etc. Le Roman *du Renard* MS. :

> E nequedent ont tant erré,
> Qu'il s'avoierent par un plantains,
> De lés une Grange à Nonnains.

¶ GRANGIOLA, Villula, prædiolum rusticum. Epistola Henrici Abb. Clarevallensis apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 581 : *Grangiolam illam.... modis omnibus destruit; oves et boves omnemque substantiam, quæ in ea est, deprædatur.... Magistrum Grangiolæ Conversum... vapulaverunt, etc.*

GRANGIARIUS, Qui præest *grangiæ*, aut villæ, vel prædio rustico, Officium Monasticum. Fleta lib. 2. cap. 82. § 1 : *Nec sustineatur, quod Præpositus sit granatarius et Grangiarius simul.* Statuta Ordinis *de Sempringham* tom. 2. Monast. Angl. : *Grangiarius grangiæ habeat solatium, si necesse fuerit, qui videlicet provideat domui post eum.* Vide pag. 703. 713. 745. [Charta Adami Episc. Meld. ann. 1289. e Chartul. ejusdem Eccl. : *Major faciet nobis vel Grangiario domus nostræ prædictæ a dictis hospitibus apud Berciacum reddi et solvi pecuniam expensarum.*] Ita usurpant liber Usuum Ordinis Cisterciensis cap. 81. 111. [Joannes XXII. Papa in Bulla pro Abbatia Lurensi inter Instrum. tom. 1. Gall. Christ. pag. 91. col. 1.] et Cæsarius lib. 5. Mirac. cap. 33. lib. 7. cap. 38. qui interdum et sæpe ejusmodi Monachos, *Grangiarum magistros* appellat, ut *Custodes Grangearum*, Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 378. *Fermiers, Grangers, et Metaiers*, iidem sunt in Delphinatus provincia. Vide Expillium Orat. 21. et *Grangerius*, suo loco.

¶ GRANGERARIUS, Ead. notione. Regestum *Probus* fol. 34 : *Dominus Comes habet ad grangiam de Roncivi* XL. *sextar. terræ, etc. Item sunt ibidem* XXXV. *falcariatæ prati, quæ*

Digitized by Google

possent valere per annum, si darentur ad censam, VIII. *lib... sed hæc omnia tenet Grangearius Comitis, quare non ponuntur cum alio valore castri.* Nihil necesse est dicam hic non agi de Monacho, ac proinde alios fuisse a Monachis dictos *Grangiarios*: quod jam ante observari potuit ex Charta Adami Episc. Meld.

GRANGATICUM. Hist. Episcoporum Autisiodor. cap. 49. extremo : *Deditque ad victum Canonicorum... similiter et debitum horreorum, id est, Grangaticum, quod ad se pertinebat, illis habere permisit.*

GRANCHIAGIUM, Eadem notione. Tabularium Priorat. Neronis villæ fol. 36 : *Quidquid habebat in decima de Fromunvilla, et Granchiagium, et tractum, et cætera omnia, quæ ad decimam pertinebant. Grangeage*, apud Expillium Orat. 21. pag. 244. Vide *Granaticum*.

¶ GRANGIAGIUM, Eodem significatu. Testam. ann. 1292. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 65 : *Item Guigonem Alamandi filium meum mihi hæredem instituo, et jure institutionis sibi relinquo castrum meum de Raterio cum omnibus juribus, pertinentiis, appenditiis et dominicaturis dicti castri, cum omnibus et singulis, quæ habeo et possideo... in omnibus parrochiis de Stevol, etc. salvo Grangiagio de quo superius ordinavi.*

¶ GRANERIUM, Eadem, ut videtur, notione. Testam. Beraldi domini de Rupeforti ann. 1383. apud Baluz. tom. 3. Hist. Arvern. pag. 325 : *Quadraginta solidos... ad opus ejusdem Vicariæ assideo et assigno... per heredes meos persolvendos in et super censibus et Granerio castri d'Albughos.* Vide *Granerium* suo loco.

GRANGIARIA, Officium *Grangiarii*, apud Cæsarium lib. II. Mirac. cap. 2.

¶ GRANELLA. Bernardus Thesaurar. de acquisitione Terræ S. cap. 118 : *Colligitur etiam* (in illis hortis) *Granella quædam, ex qua fit vitri species, unde fabricantur lucidissima vasa.* Forte legendum *Gravella*, Italis, Glarea, arena : ex arena vitrum fieri notum est. Vide *Gravella*.

* GRANELLUM, *dimin. a Granum. Acinus ab aceo, Granellum uvæ.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 521. Aliud Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Granhon, Prov. acinus, botrus.*

* GRANELLUS OLIVARUM, Eadem notione, Ital. *Granello*, in Chron. Bergom. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 876 : *Granhos, Prov. napta olearum est*, in jam laudato Glossar. Provinc. Lat.

¶ GRANERIA, ut *Granarium*, Gall. *Grenier*, Horreum. Vide locum in *Batifolium*.

¶ GRANERIUM, Eadem notione. Testamentum Olivarii *de Pennart* Aquensis Archiep. inter Instr. tomi 1. Gall. Christ. pag. 70 : *Item sexcentas saumatas annonæ, quas habeo tam in Graneriis meis, quam in castris. Camera cum Granerio et deambulatorio et coquina domus domini Raymundi Aymini*, apud Fantonum Hist. Avenion. pag. 167. Vide alia notione in *Granea*.

¶ GRANESCERE dicuntur segetes cum *granum* formatur. *Frumentum desiderat nubes et requirit maxime, quando florescit et Granescit*, in Memoriali Potestatum Regiens. ad ann. 1282. apud Murator. tom. 8. col. 1152.

* GRANETAGIUM, Præstatio ex *granis* seu bladis quæ venduntur. Sentent. ann. 1396. ex Tabul. Lugdun. : *Dixerunt quod dicti dom. archiepiscopus et decanus et capitulum ecclesiæ Lugduni habent jus, possessionem et saisinam . . . . percipiendi, tam per se quam eorum gentes et familiares et censerios seu firmarios dicti Granetagii, in et super bladis, quæ venduntur in villa et civitate Lugduni et bladis eisdem, videlicet de qualibet asinata, unam mensuram appellatam coponati bladi.... Deliberamus per præsentes supradictis dom. archiepiscopo et decano et capitulo et eorum censeriis et firmariis dicti Granetagii ad quos pertinet, decem et octo asinatas bladi saisiti supradicti pro coponis et Granetagio dictarum octies centum asinatarum, ad dictas decem octo asinatas ascendentes.* Vide infra *Grannagium*.

¶ 1. GRANETARIUS, ut supra *Granatarius*, Qui *granario* præest in Monasteriis. Actum Capitularem anni 1329. ex Archivo B. Mariæ de Charitate, subscribunt cum aliis *Guillelmus Bursarius, Johannes Granetarius, Stephanus Coquinarius, etc.*

* 2. GRANETARIUS, ut supra *Granatarius* 2. Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 191. v° : *Ballium et accensamentum domus regiæ, sitæ in villa Monsterolii in fulco Yonæ, dictæ la maison d'Artis, per Granetarium Meldensem pro Rege Jacobo Creau, dicto Pastourel. De anno* 1352. *Grenetier*, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 405.

* GRANGA, a Gallico *Grange*, Prædium rusticum. Charta ann. 1084. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 228 : *Dederunt eidem ecclesiæ cœnobii S. Trinitatis in villa, quæ appellatur Criencis, campum illum in quo sedent Grangæ eorumdem monachorum.* Vide supra *Grancia*.

¶ GRANGATICUM, GRANGIA, etc. Vide *Granea*.

* GRANGERIA, Horreum, Gall. *Grange*. Charta ann. 1407. ex Tabul. Flamar. : *Silvæ, stagna, molendina, boriæ, domus, Grangeriæ, etc.* Vide in *Granea*.

* GRANGERIUS, Qui præest *grangiæ* seu prædio rustico, apud monachos, vulgo *Grangier*; cujus officium *Grangerie* dicebatur. Interrogat. Templar. ann. 1310. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 176. col. 2 : *Item Drohetus . . . . confessus fuit, requisitus, quod in Francia, in quadam grangia, quæ vocatur Molendines, fuit receptus; . . . . qui dictus frater Johannes* (de Cinus) *erat Grangerius dicti loci de Molendines.* Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 92 : *In dicta grangia Grangerium seu custodem ejusdem violenter ceperunt et apprisionaverunt; . . . . dictum Grangerium nequaquam a manibus eum detinentium habere potuerunt, cum unus ipsorum prædonum cum dicto Grangerio suo prisionario ad logiamentum suorum aliorum complicum prius recurrisset.* Charta admortisat. ann. 1476. in Reg. 204. ch. 24 : *L'umble supplication de noz chiers et bien amez les religieux Grangier et couvent de N. D. de Vic de Fezensac. . . . avons receue, contenant que ja pieça feu Jehan. . . . conte d'Armaignac... donna et laissa à ladite église et Grangerie la somme de 50 escus d'or. Grangier* præterea nuncupabatur, Prædii rustici conductor. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. ch. 223 : *Perrinet Ferrant pour homme, Grangier, laboureur de terres, qu'il tient à moison d'estranges personnes. Fermiers, mettoiers, Grangiers*, in Ch. ann. 1425. ex Tabul. Cartus. B. M. de Parco. Vide *Grangiarius* in *Granea*.

* GRANGIAGIUM, Prædium rusticum, *villa*, nostris *Grangeage*. Contract. matrim. ann. 1426. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. XV : *Quoddam Grangiagium, vocatum Mercurrol, ... cum proprietatibus dicto Grangiagio pertinentibus.* Comment. Condæana ult. edit. tom. 3. pag. 146 : *Le prévost mena ledit Dumesnil et ses gens à un Grangeage assez près dudit lieu, appellé communément la Grange Collart, en la maison d'un nommé Jehan Marisot . . . . . Au partir duquel Grangeage, etc.* Vide in *Granea*.

* GRANGIUM, ut *Grangia*, Horreum. Gualt. Heming-ford. de Gest. Eduardi I. reg. Angl. ad ann. 1282. pag. 10 : *Cum clamor ascenderet etiam ad aures ipsius Leulini, qui ibi prope in Grangio Thaulweyr latitabat, etc.* Certus tesserarum ludus, sub appellatione *Jeu de la granche*, memoratur in Lit. remiss. ann. 1419. ex Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 1 : *Le suppliant trouva iceulx compaignons jouans au jeu de la Granche, c'est assavoir à getter trois dez à la plus grant poincture.* An pro *Jeu de la chance?* quod *Chancer* dicebant. Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 160. ch. 222 : *Jehanin le Clerc, et Wibelet demanderent aux autres compaignons se ils vouloient Chancer à eulx pour demi lot de vin.*

* GRANGIUNCULA, dimin. a *Grangia*, Cella. Chartul. nig. S. Florent. Salmur. fol. 126 : *In eadem vinea est quædam domuncula et Grangiuncula, etc.*

GRANGNALOTA, Vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

¶ GRANGUA. Vide *Grancia* in *Granea*.

GRANI, Latinis, si Savaronem et Salmasium audimus, dicuntur Capilli sparsi ac discriminati, qui cum sint in fine rotundati, granorum formam efficiunt. Vetus Interpres Historiæ Judith : *Comam discriminavit, id est, Granam fecit.* [** Vide *Grammæ*.] Cui conjecturæ favet Commodianus Instr. 60 :

> Capillos inficitis, oculos fuligine relinitis,
> Levatis comulas Granulatim, fronte depicta,
> Malas medicatis quodam superducto rubore, etc.

Isidorus lib. 19. Orig. cap. 23. *Granos* Gothis potissimum adscribit : *Nonnullæ etiam gentes non solum in vestibus, sed et in corpore aliqua sibi propria, quasi insignia, vendicant, ut videmus Cirros Germanorum, Granos et Cinnabar Gothorum.* Concilium Braccarense II. ann. 563. can. 11 : *Placuit, ut Lectores in Ecclesia habitu sæculari ornati non psallant, neque Granos gentili more demittant.* Adde Concil. Toletan. IV. can. 41. ubi perperam Garsias Loaysa *Granos* vestis genus esse putavit.

Sed videtur hæc vox non tam capillos discriminatos significasse, quam barbæ eam partem, quæ infra nares est, seu mystacem. Ernulfus Roffensis Episcopus tom. 2. Spicilegii Acheriani pag. 435. ubi quærit, cur sacer calix Laicis propinandus non detur : *Evenit enim, inquit, frequenter, ut barbati*

Digitized by Google

et prolixos habentes Granos, dum poculum inter epulas sumunt, prius liquore pilos inficiant, quam ori liquorem infundant. Ita

GRENONES, usurpant Statuta antiqua Carthusiens. 3. part. cap. 28. § 13. de Conversis : *Barbam non decurtent, nec rasoriis Grenones radant.* Adde Statuta ejusdem Ord. ann. 1368. part. 3. cap. 2. § 9. [et S. Willelmum lib. 1. Constitut. Hirsaug. cap. 8.]

¶ GRENONEÆ. Constitutiones Carthusianæ : *Antiqua consuetudo est, ut toties radantur Conversi et eorum Grenoneæ auferantur, sic appellamus barbam superiorem, quoties Monachi raduntur.*

GRENONES. Regula Templariorum cap. 28. ubi Editio Andreæ Favini habet *Genæ.*

CRINONES, Eadem notione. Papias MS. : *Crinones, quasi Currones dicti, quod discurrant ab utraque parte labii.*

GRANONES. Lex Frisionum tit. 22. § 17 : *Si Granonem ictu percussa præciderit, 2. sol. componat.* Ibidem in Addit. tit. 3. § 17 : *Si Granones præcisi fuerint, etc.* [Godefridi Viterbiensis Pantheon apud Murator. tom. 7. col. 434 :

Dum tenet Othonem, barbam trahit atque Granonem,
Guttur et ora premens, gravior feritate leone.]

Sic etiam

GRENONS, Poetis nostratibus. Philippus *Mouskes* MS. de Philippo Augusto Rege Franc. :

Grans et biaus fu et drois et lons,
S'ot un poi roussais ses Grenons.

Le Roman *du Renard couronné* MS. :

Renars s'affronchie le Grenon,
Si ne set que il puise faire.

Alibi, de Fele :

Sont les Grenons viex et chanus,
Et les dens tranchans et menus.

Le Roman *de Girard de Vienne* MS. :

De mautalent a fronci le Grenon.

Rursum :

La barbe ot longue et les Grenons mellez.

Vetus Poema vernaculum MS. de Inventione S. Crucis :

Cil qui n'avoit ne barbe ne Grenons.

Chron. Bertr. Guesclini MS. :

Et Damp Ferrant de Castre, qui blanc ot le Grenon.

Jacobus *Millet* de Destructione Trojæ :

J'ay long Grenon et grant barbe velue.

GUERNON, aliis. *Vacces* MS. in Ricardo I. Duce Normannorum :

Ni est mie Chevalier, encor est valeton,
N'avoit encor en vis ne barbe ne Guernon.

Infra :

Un des Engleis qui ont veu
Les Normans tout reis tondu,
Cuida que tuit prevoires fussent,
Et que Messes chanter peussent,
Que tuit erent tondus et reis,
Ne leur estoit Guernon remeis.

Le Roman *de Garin :*

Là fu Hardre ô le Guernon fleuri.

Idem :

Là veissiez un estor commencier
Tant chevel traire, et tant Guernon sachier.

Kilianus observat *Granones* barbare appellari pilos felis sive eluri supra os inter nasum et supremum labium. Porro a *Gernon* efficta vox

GERNOBADA, vel GENORBADA, Eadem notione. Ugutio : *Genos, Græce dicitur barba, unde Generbodum, quod vulgo dicitur Gernonus. Unde versus :*

Murilegus bene scit cujus Genorbada lambit.

[mihi *Genorbadum*, et *Gerinonus* pro *Gernonus.*] Joannes de Janua habet *Genobardum.* Gloss. Lat. Gall. : *Genobardum, Grenon, comme barbe de chat ou de chievre.* Silvester Giraldus in Descriptione Cambriæ, cap. 11. de Wallensibus : *Barbam viri præter Gernobada solum radere solent.* Quibus hæc subjungit ex Cæsare lib. 5. de Bello Gallico : *Gallorum gens omni parte corporis abrasa, præter caput et labrum superius.* Olla Patella :

Fasces, patellæ, postela, Gernobada, suræ.

GERNOBADATUS. Tradit Lambertus Ardensis Eustachium Comitem Bononiæ, et Balduin. Grossum Alosti Toparcham, *Gernobadatos* appellatos, *propter barbæ prolixitatem :* quem vocem, *aux Guernons*, vertit Duchesnius lib. 3. Hist. Guin. cap. 2. et lib. 4. cap. 4. quod etiam cognomen Ranulfo Cestrensi Comiti Joannes Bromptonus pag. 1013. Willelmo *de Percy*, qui sub Willelmo Notho floruit, vetus Charta in Monastico Angl. tom. 1. pag. 73. et 74. tribuunt.

Videtur autem vox male compacta ex *Grani* et *barba*, quasi *Grani barbæ :* vel ex *Gena* et *barba.* Nam *Gena*, inquit Will. Brito in Vocab. *a genos dicitur, quod est barba, quod inde incipiat gigni barba.*

* GRANIARIUM. Vide supra in *Granavium.*

* GRANJATGIUM, Idem quod supra *Grangiagium*, Necrol. priorat. S. Rob. Cornil. ex Cod. reg. 5247 : *Ademarus de Balma legavit nobis xx. solidos, ... quos facit dominus Willelmus Dengins pro Granjatgio suo.*

GRANICA. Vide in *Granea.*

¶ GRANICARIUS, Qui præest *granicæ*, seu prædio rustico, vel f. horreo. Statutum Capituli sancti Martini Turon. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 63 : *Anno Domini* DCCCCXXII. *Calendis videlicet Junii hortatu et suasione atque servitio cujusdam fidelis fratris gregis inclyti Confessoris Christi B. Martini, Adam Sacerdotis et Granicarii, necnon et Pseudoforensis villæ Præpositi, statuerunt, etc.* Exstat apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 290. Epistola Gregorii Papæ directa *Magistro Radulpho Granicario S. Martini Turonensis.* Vide *Grangiarius* in *Granea*, et *Granatarius* suo loco.

* GRANICIA, GRANITIES, Limes, meta. Charta ann. 1395. tom. 1. Cod. diplomat. Polon. pag. 7. col. 1 : *Extunc quamprimum gentes nostræ limites seu Granities regni sui attigerint, etc.* Infra : *Granicies. Signa granicialia*, in Stat. Sigismundi I. ann. 1523. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 413. Charta ann. 1405. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 125. col. 2 : *Et in omnibus ipsorum Graniciis et limitibus, quæ ab antiquo sunt limitatæ, nihil nobis proprietatis aut dominii reservantes, etc.* Vide *Granicies.*

GRANICIES. In Wichbild Magdeburgensi, art. 127. est *de limitibus et Graniciebus.* Ubi *granicies* videntur esse lapides ad distinguendos fines positi : qua notione usurpatur hæc vox in Decretis Alberti Regis Hung. ann. 1439 : *De metis vero et Graniciebus inter Hungariam et Moraviam, etc.* [Vide *Greniciæ.*]

* GRANICULUM, Horreum, locus ubi grana frumentaria reconduntur. Tabul. Casaur. fol. 53. v° : *Cum casa et curia, et cum Graniculum, vel omnia ad ipsam curtem pertinentia.* Vide *Granea.*

¶ GRANITARIUS, Qui præest *granario*, vel forte *Granicæ*, seu prædio rustico. Continuatuor Johannis Iperii in Chronico S. Bertini apud Marten. tom. 6. Collect. Ampliss. col. 622 : *Alardus Trubert Abbus* 61. *hic primo hujus loci fuit Granitarius.* Vide *Granicarius.*

* GRANITELLUS, Carbunculus, lapillus. Inventar. Ms. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : *Item unam aliam cupam cum coperculo cum rosis ad esmalta exterius, in quibus sunt Granitelli et perlæ.* Vide supra *Granatella.*

* GRANITIES. Vide supra in *Granicia.*

* GRANITOR, Cui granorum seu annonæ cura demandata est, idem qui supra *Grangerius.* Chron. abbat. Valcell. Mss : *Nonus decimus abbas fuit dom. Willelmus de Gandavo : .... omnia, quæ rapere potuit a Granitoribus, ortolanis et aliis conversis et monachis, in usus comitissæ Flandriæ .... expendit.* Vide *Granum* 1.

¶ GRANITUM, κοκκωτόν, *Grana multa habens*, in Supplemento Antiquarii : *Granitum marmor, Quasi granis conspersum*, in Onomastico ad calcem tom. 7. SS. Junii.

GRANONES. Vide *Grani.*

* GRANNAGIUM, Idem quod supra *Granetagium.* Reg. Phil. Aug. de feud. Norman. ex Cod. reg. 4653. A. fol. 189 : *Dominus Galterus de Marinis tenet .... totum Grannagium ejusdem villæ et universos hospites .... Theobaldus de Brienton tenet... nemora et Grannagium et molturam hospitum.*

GRANT, Dæmonis species. Gervasius Tilleberiensis MS. lib. 3. de Otiis Imperialib. cap. 64 : *Est in Anglia quoddam Dæmonum genus, quod suo idiomate Grant nominant, ad instar pulli equini anniculi, tibiis erectum, oculis scintillantibus. Istud Dæmonum genus sæpissime comparet in plateis in ipsius diei fervore, aut circa solis occiduum, et quotiens apparet, futurum in urbe illa, vel vico, portendit incendium. Cum ergo sequente die vel nocte instat periculum, in plateis, discursu facto, canes provocat ad latrandum : et dum fugam simulat, sequentes canes ad insequendum spe vana consequendi invitat : hujusmodi illusio convicaneis de ignis custodia cautelam facit, et sic officiosum dæmonum genus, dum aspicientes terret, suo adventu munire ignorantes solet.*

¶ GRANTARE, Fide aut sacramento promittere, cavere. Chartular. B. M. Accincti : *Remisit etiam* IX. *denarios censuales et unum eminale avenæ.... Grantavitque quod de omnibus his legitimam gayrantiam portabit.* Vide *Creantare.*

* Charta ann. 1290. apud Spon. tom. 2. Hist Genev. pag. 60 : *Item nos episco-*

Digitized by Google

pus supradictus Grantamus, laudamus, committimus et concedimus dicto domino comiti in feudum, dictum vicedompnatum tenendum et regendum tempore vitæ nostræ et dom. comitis supradicti.

¶ **GRANTIA.** Vide in *Granea.*

¶ **GRANTUM**, Cautio de re aliqua facienda; item Voluntas, Gall. *Gré*, quia qui ultro cavet alicui, fidem ultro præstat. Promissio anni 1273. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 11. col. 2 : *Faciemus vobis Grantum nostrum de dictis mille et quingentis marchis, et tenebimus ostagia apud Lugdunum donec integre de dictis mille quingentis marchis fuerit satisfactum.* Thomas *Madox* Formul. Anglic. pag. 182 : *Et si non possim warantizare, dabo ei escambium alibi ad suum Grantum et valitudinem illius terræ.* Rursum occurrit ibi pag. 297. Vide *Creantare.*

* **GRANVALLA**, Species cerevisiæ, eadem, ut opinor, quæ alibi *Grambille* appellatur. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 85. Chartoph. reg. ch. 183 : *In domo Jacobi Fauvelli, ... ubi cervesia, vocata de Granvalla, vendebatur, etc.* Lit. ann. 1391. ex Lib. albo domus publ. Abbavil. fol. 100. r° : *Ont droit* (le doyen et chapitre de S. Vulfran) *de percevoir seur chascun brasseur de servoise, ... pour cascun brassin de servoise ou Grambille, six los.* Vide supra *Godala.*

1. **GRANUM**, Quævis annona, quo modo *Grain* nostri usurpant. Will. Neubrigensis lib. 4. cap. 19 : *Cumque urbs abundaret præsidiis, Grani plerumque penuria noster exercitus laborabat.* [Chronic. Andreæ Danduli apud Murator. tom. 12. col. 455 : *Galeæ... peroptime armatæ visitandi causa partes nostras Istriæ, eisque Grani et gentium subsidium porrigendi.*][** Tradit. Sangallens. ann. 773. apud Neugart. in Cod. Diplom. Alem. num. 54. tom. 1. pag. 53 : *Per singulos annos 2. carradas de Grano bono non scusso, 1. de spelda et alterum de avina.*]

☞ Peculiarius pro frumento seu tritico usurpant Gregorius Monachus in Chronico Farfensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 545 : *Ad Grani modium 1. hordei et speltæ modium 1. musti lacunas* xx. Col. 571 : *Grani modium 1. hordei 1. speltæ 1.* Obertus Cancellarius in Annal. Genuens. apud eumdem Murator. tom. 6. col. 342 : *Prohibuerunt Granum in nostram urbem adduci... ascendit... mina Grani pretio soldorum decem.*

* Charta ann. 1209. in Chartul. Cluniac. : *Unum modium bladi, scilicet medium Grani et medium avenæ, ecclesiæ S. Margaritæ singulis annis persolvemus.* Hinc

* **GRANUM RUSTICUM** alia inferior annona vocabatur. Charta vetus inter Monum. eccl. Aquilej. cap. 39. col. 337 : *Dum domina et genitrix nostra advixerit, ipsum frumentum in integrum in ejus pertineat potestate; Grano vero rustico æqualiter amodo dividant.*

¶ 2. **GRANUM**, Coccum, Ital. et Hisp. *Grana*, Angl. *Grain.* Litteræ anni 1328. apud Rymer. tom. 4. pag. 363 : *Decem et octo denarios de quolibet panno, in quo pars Grani fuerit intermixta. Item, duodecim denarios de quolibet panno sine Grano.* Aliæ anni 1428. apud eumdem Rymer. tom. 10. pag. 391 : *Unam peciam de sangwin tinctam in Grano*; id est, Chramesinam, Angl. *Dyed in Grain*, Gall. *Teint en Cramoisi.* Vide *Grana* 1. et *Graingne.* [** Conf. Lappenb. Init. Hanseat. Probat. pag. 82.]

3. **GRANUM**, vel **GRANUS**, *Genus nummi*, apud Neapolitanos, *sex denariis parvulis constans*, apud Gobelinum Personam in Cosmodromio ætate 6. cap. 79. Idem cap. 80 : *Unde per dies aliquot laguncula una, quæ vulgo Barille dicitur, pro Granis quinque venivit.* [Constitutiones Caroli II. inter Constitutiones regni Siciliæ editas a Sarayna Lugduni ann. 1560. pag. 313 : *Item pro stallagio equi die ac nocte solvatur Granum 1. Pro quolibet lecto integro ..... solvatur Granum 1.*]

GRANUM AURI, ut *Uncia auri.* Constitutiones Siculæ lib. 1. tit. 90. § 1 : *Apparitori autem pro qualibet citatione infra civitatem aut locum facienda, Granum auri ab actore præbeatur : extra civitatem, aut pro quolibet miliari Granum unum.* Erat autem quotidiana Canonicorum et Clericorum in Ecclesiis deservientium distributio in *Granis auri*, apud Siculos et Neapolitanos ut liquet ex Chartis ann. 1292. et 1304. apud Ughellum in Ital. sacr. pag. 306. cap. 420. d. 899. a.

¶ 4. **GRANUM**, vel **GRANUS**, Pondus minimum, Gall. *Grain*, Scrupuli pars vicesima quarta. Extractum Rotuli anni 1289. apud D. *Brussel* tom. 1. de Feudorum usu pag. 472 : *Et erat busta bona de pondere et tallia; sed deficiebant duo Grani cum dimidio.* Vide *Granus*, alia notione in *Grani.*

* Frustrum, nostris *Grain.* Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 128. Chartoph. reg. ch. 84 : *Lequel suppliant print deux ou trois Grains d'acier et un fer à cheval. Le suppliant tira ung grain ou lappin d'acier qu'il avoit en son saint* (sein) *lequel il avoit achepté au marché*, in aliis ann. 1469. ex Reg. 196. ch. 13.

* 5. **GRANUM SCHOLASTICUM**, Doctrina Evangelica. Acta S. Sebaldi tom. 3. Aug. pag. 770. col. 1 : *Flagrabat eremita Sebaldus conversationem in populo, ut Granum scholasticum in agro seminaret Dominico.*

* **GRANUTUS**, *Granis* distinctus, ornatus. Invent. ann. 1389. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 813 : *Alia bussula deaurata cum soaxiis Granutis.*

* **GRAPA.** Frumenti purgamentum, quod remanet in area, frumento ventilato ac purgato. Charta ann. 1209. ex Bibl. reg. cot. 17 : *De omni fructu qui inde exierit, de blado, et balatico, et Grapis, et palea, dabitis nobis et ecclesiæ sancti Pauli medietatem.* Vide *Graperium* et infra *Grapinum.*

¶ **GRAPADA**, Jus in pisces venales, de quo in Regest. Cameræ Comput. Paris. tit. 22. pag. 17.

* Charta Amalr. vicecom. Narbon. ann. 1309. in Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 22 : *Retinemus .... extimationem et judicium .... piscium recentium et salsorum, qui vendentur in civitate et burgo Narbonæ, ... et Grapadas et leudas dictorum piscium.*

* **GRAPELUS**, Uncus vel nexus ferreus; unde Italis *Grappare*, arripere. Chron. Tarvis. apud Murator. tom. 19. Script. Ital. col. 838 : *Ego vero qui id, quod evenit, cogitabam, quum accurri, circa xl. eum Grapelis et securibus ac armis suis misi ad montem Thomi.* Vide infra *Graphium* 3.

* **GRAPPELLUM** inter utensilia coquinæ annumeratur in Charta ann. 1263. apud eumd. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 476.

¶ **GRAPERIUM**, Quod remanet in area, frumento ventilato ac purgato, Massiliensibus *Grapier.* Charta ann. 1266. ex Archivo Ecclesiæ Massil. : *Decimam partem omnium fructuum scilicet bladi et etiam de Graperio.*

¶ **GRAPETURA**, Collectio uvarum in vineis remanentium post vindemiam, Gallice *Grapillage.* Charta ann. 1293. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 297 : *Prædictis vero nobilibus et eorum heredibus remanent blaeria, vindemiarum præconizatio, et Grapeturarum emptio in locis prædictis, nec non totum commodum præconizationis, emptionis et blaeriæ prædictarum; hoc excepto quod si aliquis forefecerit in dicta blaeria vel in dicta emptione Grapeturarum, de quo forefacto deberetur emenda, ipse erit communis.*

* Racemi, vindemiarum collectio, a veteri Gallico *Grapper*, quod pro Vindemiare usurparunt nostri. Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 256 : *Le suppliant se bouta ès vignes pour Grapper, et print une nappe, laquelle il trouva en Grappant.* Aliæ ann. 1447. in Reg. 176. ch. 580 : *Tous les ans icellui Begue Grappoit icelles vignes, et en avoit la despueille.*

* **GRAPHAGIA**, *Scriptura*, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 1. Passion. cap. 46 : *Ut autem facilius invenire possis ad unamquamque causam expedientia adjutoria, scribam tibi ipsa Graphagia.* Vide *Graphia.*

¶ **GRAPHANS**, mendose. Vide *Gaphans.*

GRAPHIA. Jo. de Janua : *Graphia, scriptura*, γραφή. In Capitulis Caroli M. Addit. 3. cap. 73. [** 109.] lemma sic concipitur : *De Graphiæ prolatore, ut eam affirmet.* Mox : *Statutum est, ut scripturam prolator affirmet.* Epitaphium Pacifici Archidiac. Veronensis, apud Ughellum tom. 5. pag. 609 : *Glosam veteris et novi Testamenti posuit, horologioque carmen speræ cæli optimum, plura alia Graphiaque prudens invenit, etc.* A graphia seu scriptura, *Grapharii* et *Graphiarii* appellati postmodum Notarii et Commentarienses, nostris *Greffiers.* [Tractatus ann. 1550. apud Rymer. tom. 15. pag. 231 : *Guillermus Rochetel Dominus de Sassy ejusdem Christianissimi Regis Consiliarius et Status regni a secretis, ut etiam dicti Ordinis S. Michaelis ab actis seu Grapharius.* Acta S. Basilii Episc. Cæsaræens. tom. 2. Junii pag. 933 : *Nobili Christophoro van Volden primo Brugensium Graphiario.*]

GRAPHIARE, Scribere. Henricus Aquilonipolensis in Adolpheide :

> Nota membranis ea clara per se,
> Clarior virtus tamen hæc profecto,
> Congraphiata est.

GRAPHIARIUM, Γραφιοθήκη, in Gloss. Lat. Græc. MS. sancti Germani Paris. [Vox nota Martiali.] Vide *Graphium.*

* **GRAPHIDA**, ut *Grapharius*, Scriba, notarius. Cod. Bibl. Ms. apud Mabill. in Mus. Ital. pag. 72 :

> Ingobertus eram referens et scribi fidelis

Digitized by Google

Graphidas Ausonios æquans, superansve tenore
Mentis, ut auricomum decus illi crescat in ævum.

Vide in *Graphare* et *Graphia*.

* **GRAPHIO**, Vectigalium exactor; quo sensu hæc vox occurrit apud Suger. de Administr. cap. 23. ut observatum est in voce *Grafio*. Charta Phil. I. ann. 1061. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 283 : *Concessimus loco sanctæ Mariæ in sede nostra, Pissiaco scilicet constituto, ea quæ pater meus et antecessores nostri prædicto loco concesserant . . . . . In alodo duos habet arpennos, a cunctis Graphionum insidiis absolutos.* Vide *Grafio*.

* **GRAPHISTA**, ut supra *Graphida*. Bibl. Heilsbr. pag. 45 :

Hoc quicumque legit, Graphistæ gratior esto.

Graphier, pro *Greffier*, Scriba, tabularius, in Lit. Joan. de Bethunia ann. 1401. ex Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 301 : *Maistre Nicole Crante, dit de Baye, prothonotaire du roy et Graphier en son parlement, etc.*

1. **GRAPHIUM**, Graphius, Græcis et Latinis, dicitur stylus ferreus, ab una parte acutus, qua exarabantur in cera literæ, ab altera parte planus, qua inducebatur, quod perperam erat exaratum, et rursus complanabatur. Symposius in ænigmate, cujus lemma *Grafio* :

De summo planus, sed non ego planus in imo.

Papias : *Graphium, scriptorium.* Alibi : *Grafium*, γραφεῖον, *stilus vel baculus studentis.* Gloss. Ælfrici : *Graphium, vel scriptorium*, græf Petrus in Actis S. Artemæ num. 10 : *Jussit pueris, qui ejus discipuli fuerant, quod cum gladiis, qui ab officio scribendi Græco eloquio Graphii nuncupantur, illum crudeliter trucidarent.* Concilium apud S. Macram ann. 881. cap. 8 : *Ad capitium lecti sui tabulas cum Graphio habebat, et quæ... de profectu et utilitate regni meditabatur, adnotabat.* Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo f. 50 : *Sicut enim supra scriptum est, ita mihi nominavit... et neque auxi, neque minui, ut credo, unum verbum, quia in tabulis cum Grafio scripsi ante eum præfixum feudum. Graphium argenteum*, in Epist. 7. Bonifacii Mogunt. Recensetur porro *Graphium* in supellectili monachica in Regula S. Benedicti, de quo multa congerunt Haeftenus in Disq. Monast. lib. 9. tract. 2. disq. 5. et Chiffletius in Anastasi Child. 13. Poeta Gallicus MS. qui vixit ann. 1376 :

Les uns se prennent à escrire,
De Greffes en tables de cire,
Les autres suivent la coustume,
De fourmer lettres à la plume.

* Nostris *Grefe*. Vitæ SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 29. v°. col. 2. ubi de S. Felice : *Les enfans qu'il avoit enseignié, l'ocidrent à Grefes et à aleignes.*

Grafiarium, Γραφιοθήκη, in Gloss. Gr. Lat.

Graffiolum, Surculus, taleola, ramus arboris *Graphiolo* alteri insitus, inditus, unde nostri *Greffe* dicunt : Occitani, *Grafiou*. Fortunatus lib. 5. Poem. 14. cujus lemma est : *Ad eundem, pro pomis et Graffiolis.* Mox :

Qui mihi transmittis propria cum prole parentes,
Insita cum fructu surcula, poma simul.

¶ 2. **GRAPHIUM**, Donatio, sic forte dicta quod scripto firmari solet. Acta S. Caretoci tom. 3. Maii pag. 586 : *Et postulavit Rex ab illo ut reciperet Carrum in sempiterno Graphio, et postea ædificavit Ecclesiam ibi.*

3. **GRAPHIUM**, seu Grapium, speciem machinæ bellicæ fuisse, videtur innuere Cherubinus Ghirardaccus lib. 17. Hist. Bononiensis pag. 575.

* Rem dubitanter a Cangio propositam pluribus firmat argumentis Muratorius tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 483. ubi probat *Graphium* hic, Ital. *Graffio*, ferreum esse instrumentum uncis pluribus constans, cujus erat usus in tuendis mœnibus, dum hostis impetum faceret; quod in Italia præsertim post sæculum decimum factum fuisse ipse auctor est. Vide supra *Grapelus*.

¶ **GRAPIDES**, Species avis apud Græcos. Vide *Carda* 1.

GRAPILA. Vita B. Angelæ de Fulginio cap. 20 : *Scio enim, filioli mei, quod nobilitas et valor, qui exit de tribulatione, non est nobis cognitus, quia si esset cognitus, esset de ea magna Grapila et rapina, et quilibet raperet ab alio, de quo rapere posset.* Occitani, *Graupinha*, unguibus vellere dicunt, *Graupinhado*, *Esgratigneure*. [Gallis *Grapiller* proprie est Uvas sublegere, et metaphorice Commoda quævis minutiora sumere in rebus alienis.]

* **GRAPINUM**, Frumenti purgamentum, quod remanet in area, frumento ventilato ac purgato, idem quod supra *Grapa*; quomodo etiam intelligenda vox *Grapinus* Charta ann. 1225. in 1. Lib. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 8. v° : *Dictus Renoldus homo ligius remanebit ecclesiæ et serviens liber;.... habebit Grapinum et bladum qui ramanebit in area post pedem, et palea quando mensuratur.* Inquisit. ann. circ. 1270. ibid. fol. 23. r° : *Nec est prætermittendum quod virtute hujus verbi, groini, Grapinum non intelligitur; in quo Grapino dicimus ipsum* (præpositum de Vaucellis) *nihil percipere debere.*

GRAPINUS. Charta ann. 1236. in M. Pastorali Eccl. Parisiens. lib. 16. Ch. 10 : *Præbendarii, qui nunc sunt, receperunt a me foragia absque veciis, et Grapinos, pro 9. singulis annis reddendis, etc.* [Vide *Ventalum*.] [* Idem quod *Grapinum*.]

* **GRAPIUM**, Racemulus, Gall. *Grapillon*. Privil. curiæ Rem. Mss. fol. 6. v° : *Curia remanet quasi vacua et penitus desolata, nec colligitur ibi nisi Grapium post vindemiam et fragmentum.* Vide *Grappus*.

GRAPPUS, Botrus, racemus, Gall. *Grappe*, apud Petrum de Crescentiis lib. 4. cap. 4. extremo. Ital. *Grappo*, est uncinus, Gallice *agraphe*; [unde in Actis S. Franciscæ Rom. tom. 2. Martii pag. 169. * : *Quilibet ex dæmonibus tenebat certa instrumenta ad modum nervorum, qui erant mixti cum Grappis ferreis ignitis, cum quibus ipsam animam percutiebant in illis partibus et locis, in quibus magis se delectubat in choreis.* Et in Actis SS. Maii tom. 1. ubi de S. Juvenale Episcop. Narniensi : *Cum operculo supposito ex eodem genere lapidis ad sepulchri modum, ferreis Grappis firmato plumboque munito. Duo paria de Grappis*, apud Rymer. tom. 7. pag. 945.]

* **GRAPPELLUM**. Vide supra *Grapelus*.

* **GRAPTI**. Vita S. Theod. imper. tom. 2. Febr. pag. 561. col. 1 : *Erat inter convivas Theophanes, ejusque frater Theodorus, qui a notis faciei impressis, Grapti appellabantur.*

¶ **GRAPU FORSI**, Langobardis, Violatio sepulcri. Exstat apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 19. Lex Rotharis [** 15.] inscripta *de Grapu Forsi* hisce verbis exarata : *Si quis sepulturam hominis mortui ruperit, et corpus expoliaverit, aut foris jactaverit* DCCCC. *sit culpabilis parentibus defuncti.* Heroldus habet *de Rapoworfin*. [* A Germ. *Graven*, fodere, et Lat. *Foris*; id est, Cadaver effodere.]

GRARIUS. Vide Ughellum tom. 9. Italiæ sacræ pag. 211. b. 213. a.

¶ 1. **GRAS**, χθών, Terra, in Glossis Lat. Græc. MSS. Sangerman.

¶ 2. **GRAS**, χάρις, *Gratia*, *Grates*. Supplem. Antiq.

* **GRASALA**, Grasale, Vasis genus, ex ligno, terra metallove, non unius notionis; occurrit enim pro vase rotundo largiori ac minus profundo, Gall. *Jatte*, et pro lancis seu catini specie ad mensæ usum, nostris *Plat*, alias *Grasal* et *Greil*, idem quod *Gabata*. Libert. villæ de Granata ann. 1291. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 22. art. 27 : *De uno onere scutellarum et Grasalarum, unum denarium Turonensem.* Stat. ann. 1352. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 152. col. 2 : *Cum lavabitur tabula pissium, quod in uno Grasali, vel broco, vel alia aysina, recipietur aqua illa. Pro saumata Grasalorum, alter denarius*, in Lit. ann. 1404. ibid. tom. 3. pag. 180. col. 2. Index pret. rer. venal. 15. sæc. ibid. tom. 4. pag. 77. col. 2 : *Item de loco ubi vendent Grassalia etc.* Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 237 : *Comme icelle femme eust appareillé un Grasal ou jatte plain de prunes, pour porter à mangier à ung leur porc, et ledit Grasal ou jatte eust mis à son huis etc.* Aliæ. ann. 1395. in Reg. 149. ch. 62 : *Item elle prist un grant Greil, qui est à dire un grant plat tout plain de froument, et l'emporta en sa maison.* Assis. Hierosol. cap. 289 : *Toutes les escueles et les Greaus, en que il* (le seneschal) *aura servi le cors dou roy dou premier mès, doivent estre soues. Grezale*, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 164. ch. 162 : *Icellui Salcisse estoit alé besoigner de son mestier de charpentier et pour faire Grezale.* Vide *Grassale* et infra *Grazala*.

* **GRASALETUS**, Pari intellectu, dimin. a *Grazala*. Charta ann. 1222. ex Tabul. S. Andr. Avenion. : *Item quinquaginta scutellas et viginti quinque Grasaletos censuales annuatim.* Invent. ann. 1294. ex Tabul. Montisol. : *Item xvtij. Grasaleti argentei, ... quæ quidem vasa argentea.... fuerunt tradita.... servanda ad retrotabulum altaris S. Johannis Baptistæ.* Aliud ann. 1361. ex Tabul. D. Veniciæ : *Item duodecim Grasaletos de stagno.* Vide *Grassaletus*.

GRASANEC. Charta Anglica ann. 1330. laudata a Spelmanno : *Et debet Grasanec pro porcis suis ad festum S. Martini, videlicet pro quolibet porco ætatis unius anni obolum.*

* F. Quod pensitatur pro facultate immittendi porcos in silvam et eos glande im-

Digitized by Google

pinguandi, idem quod supra *Glandacium*.

* **GRASCAF**, Jus comitis. Vide in *Grafio*. Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 670. col. 2 : *A primis ecclesiæ nostræ fundatoribus, id est, Pippino et Karolo Magno ejus filio, possessiones nostræ ecclesiæ ac bona ab omnibus potestatibus secularibus sunt exemta : quæ potestates vulgariter appellantur pelline, Grascaf, etc.*

* **GRASCIA**, vox Italica, Adeps. Gall. *Graisse. Modus exigendi gabellam Grasciæ et olei. Pro oleo, Grascia, assongia, etc.* in Convent. Saonæ ann. 1526. *Graset ou chandelle*, in Usat. maris tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 787. art. 8. Vide infra *Graysa*.

** **GRASEWATIO**, Præfectus ultimo supplicio sumendo, exactor supplicii. Chart. Arnold. Abbat. Murbac. ann. 1216. in Alsat. Diplom. num. 404. tom. 1. pag. 331 : *Officiales sunt præpositus, causidicus, cellerarius, forestarius, Grasewatio, etc.* Vide Haltaus. Glossar. Germ. voce *Grieswart*, 3. col. 755.

¶ **GRAS-HEARTH**, Grasshurt, Servitium a tenentibus domino præstitum cum aratro uno die post festum S. Michaelis; a Saxonico cræt, Carruca, et hearth, Cœtus : est ergo *Gras-hearth*, quasi cœtus carrucarum; quia post dictum S. Michalis festum cum suis carrucis tenentes congregabantur. Kennettus Antiquit. Ambrosden. pag. 495. ad ann. 1363 : *Quando autem facient consuetudines sive redditus, venient omnes carucæ infra villam de Pydinton ad arandam terram Domini uno die quem eligere voluerit Ballivus infra quatuor dies proxime post festum S. Michaelis per submonitionem Ballivi vel Præpositi : quod vocatur Grashearth.* Ibid. pag. 497 : *Præpositus erit quietus ab omni servitio pro labore præter Grasshurt.* Aliud etymon indicat Kennettus, mihi minus probabile.

* **GRASILHIA**, Grassala, ut supra *Grasala*, Vas mensarium, lancis species. Charta ann. 1307. in Reg. 38. Chartoph. reg. : *Item de uno onere scutellarum et Grassalarum, etc.* Inventar. Ms. ann. 1379 : *Item duæ Grasilhiæ, videlicet una magna et una parva.* Vide mox *Grassella*.

¶ **GRASPEIS**, pro *Graspiscis*, vel *Graspiscis*, Crassus piscis, *Grapris*, in Charta Gallica ann. 1349. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 436 : *Item, morue, saumons frais et sallez, seches de mer, moules, huistres, pourpris et Grapis, payeront 4. den. pour livre.* Charta ann. 1154. tom. 1. Chartularii Gemet. pag. 295 : *Quidquid ex his ad fiscum pertinebat cum integritate aquæ ex parte terræ Monachorum, et Graspeis, si forte capiatur.*

¶ Graspis, Eadem notione. Litteræ anni 1547. apud Rymer. tom. 15. pag. 127 : *Pisces regales, videlicet sturgiones, balenas, cetas, et Graspes, et generaliter alios pisces.* Vide *Craspiscis*.

¶ **GRASSA**, βάδισμα, βῆμα, *Gressus*, in Supplem. Antiquarii et in Glossis Sangerman.

¶ **GRASSALE**, Species vasis. Sententia Senescalli Provinciæ ann. 1434 : *Quilibet piscator faciat banastonum, canastellum, Grassale et corban diversarum formarum... Quia esset impossibile eos habere et servare certam formam et certum peyronum in dictis vasibus, quia corbæ sunt in riparia Januæ, et Grassalia in riparia Rodani, et canastelli aliqui sunt in Massilia, alii extra portantur... Piscatores teneantur solvere regiæ curiæ de qualibet saumata denarium unum, sive de quolibet canastello, sive Grassali.*

GRASSALETUS, ut mox *Grassellus*. Charta Jausserannæ de Medullione ann. 1225. tom. 7. Spicileg. : *Dono prædictæ Ecclesiæ* (S. Andreæ Avenionensi) 20. *scutellas, et* 25. *Grassaletos censuales annuatim.* [* Vide supra *Grasaletus*.]

¶ **GRASSALHA**. Vide *Grassellus*.

GRASSAMEN, Idem quod *Grassitudo*, πάχος, in Gloss. Græc. Lat. Victorinus contra Manichæos : *Et cassum nunc usque jugi inedia inimicæ, ut ais, carnis membra tenuasti, censens animæ officere meritis ac naturæ pasti corporis succos ac pinguedinis distentæ Grassamina, atque ipsorum abdominum mole prægravari, si post hunc jejuniorum laborem ad Creatorem tuum... reverteris.*

¶ **GRASSARE**, Torquere. Vita S. Guthlaci : *Cum Egga ab immundi spiritus violentia miserabiliter Grassaretur.* Vide alia notione in *Grassus* 1.

GRASSEDO, Crassitudo. Utitur Eulogius Cordub.

* **GRASSELLA**, Eadem notione atque *Grasilhia*. Libert. Mirabel. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 564 : *Pro pondere scutellarum et Grassellarum, duos denarios.*

GRASSELLUS, Vasculi seu Mensuræ frumentariæ species. Libertates MSS. Salvæ terræ in Ruthenis ann. 1284 : *De onere scutellarum et Grassellorum unum denarium.* In Privilegiis Novæ Bastidæ ann. 1298. habetur *Grassalharum*, in Regesto Philippi Pulcri Regis Franciæ ex Tabul. Regio. Alia ann. 1356. apud Gariellum in Episc. Magolonensib. pag. 389 : *De lignis, mappis, mensis, vitris, paropsidibus, Grazaletis, amphoris, ollis, et aliis utensilibus, etc.* [Vide *Grassale*, et *Grassaletus*.] [* Eodem significatu ac *Grassella*. Vide supra *Grasala*.]

¶ **GRASSIA**, Annona quævis, Ital. *Grascia*, passim in Chronico Dominici de Gravina tom. 12. Muratorii col. 704. etc.

* *Magistri passuum et Grassiæ*, in Constit. Mss. Caroli reg. Sicil.

* **GRASSICIA**, dicitur de mari turgido et tumente, sævitia maris, nostris *Gros tems*. Tabul. Massil. : *De die in diem differtur viagium quod opus habetis, assumentes excusationem a Grassicia maris, cum et motum est et ætatem lunæ.* Forte pro *Grossicia*.

* **GRASSIUS**, Ostium fluminis, trajectus. Acta Steph. de Filger. episc. Redon. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 672 : *Et cum veteri Martigneio, sicut aqua illud præterlabitur usque ad Grassium Ingueii, etc.* Vide *Grassus* 2.

* **GRASSPERCIUS**, Piscis marini species, nostris *Graspois*, Crassus piscis. Scacar. Paschæ ann. 1217. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 19 v°. col. 1 : *Judicatum est quod abbas S. Stephani de Cadomo habeat saisinam de Grasspercio, qui captus fuit apud Caborc.* Leg. f. *Graspisce*. Vide *Graspeis*.

1. **GRASSUS**, Pinguis, *Gras*. Gloss. Græc. Lat. MS. S. Germani Paris. : Παχύνα, *Grassa*. Edit. παχεία. Πάχος, *Grassitudo*. Παχύνους, *Grassivus*. Edit. *Grassibus*. Παχύνω, *Grassoso*. Edit. *Grasso*. Παχύς, *Bassus, grossus, crassus*. Althelmus de Laude virgin. cap. 21 :

> Nam footis laticem oleo pinguescere fecit,
> Et liquida Grassis mutavit flumina guttis.

[Gloss. Isidor. : *Grassus, Setosus, pilosus*. Aliæ Lat. Græc. : *Grassum*, λιπαρόν. Joan. Longinus in Actis S. Stanislai Episc. n. 59 : *In gazophilacium Domini aliis Grassos saccos et conferta marsupia fundentibus, duo minuta, etc.*]

¶ 2. **GRASSUS**, Ostium Rhodani, trajectus, per quos in mare volvitur, vulgo *Le Gras*. Regestum Guill. Ferandi Notarii Massil. : *Cum dominus Amiratus decessisset hodie Grassi Arelatis vocatæ Passoni.* Vide *Gradus* 8.

* 3. **GRASSUS**. *Grassorum ludus* prohibetur in Stat. Vercel. lib. 4. pag. 84. r°. Vide infra *Gratiæ Longobardorum*. *Gras serment*, pro Graviore juramento, in Lit. remiss. ann. 1401. ex Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 447 : *Icellui Henriet jura Gras et détestables sermens qu'il ne buroit point.*

¶ **GRATA**, Vox Italica, Crates, Gall. *Claye*; item Clathrus, Gallice *Grille*. Annal. Genuens. ad ann. 1242. apud Murator. tom. 6. col. 494 : *Paratis Gratis et aliis multis ædificiis ad prælium, etc.* Rolandinus Patav. lib. 8. de Factis in Marchia Tarvisina cap. 9. apud eumd. Murator. tom. 8. col. 291 : *Ponderata sunt plaustra armis, victualibus, Gratis* (Cod. Estens. *Cratibus*) *et aliis paramentis ad pugnam.* Sebast. Perusinus in Vita B. Columbæ Reatinæ, tom. 5. Maii pag. 341. * : *Ut autem pervenit ad Gratas, fremens blasphemat.* Acta SS. Junii tom. 1. pag. 367. de B. Andrea Hispellate : *Operitur capsa alia lapidea ab extra in columnis rotundis, et extra eam adest Grata ferrea.*

* Alias *Grail* et *Greil*. Charta ann. 1350. ex Chartul. 23. Corb. : *Mestre esdits fossez et asseoir Grails de fer, lesquels Grails soient en telle maniere mis et assis,.... que aucuns poissons ne peussent monter ne avaler.* Lit. remiss. ann. 1421. in Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 480 : *Quant ce vint à passer le Greil du guichet d'icelle ville, par la grant multitude de gens qui se hastoient rapasser ledit Greil, etc. Greillon*, eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1355. ex Reg. 84. ch. 588 : *Quod ipse exponens Greillon ferreum stanni sive vivarii ... furtive habuerat.* Hinc *Grateine*, quod clathris claudatur, appellatur muscipula; quod et etymon magis arridet quam illud ex Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. in Cod. reg. 4120 : *Muscipula, Gallice Grateine, et componitur de mus et capio.* Vide supra *Gradizela*.

* **GRATANTER**, Libenter, grato animo. Charta ann. 1163. ex Tabul. S. Germ. Prat. : *At idem reverendissimus papa Alexander precibus nostris Gratanter annuens etc.* Tabul. S. Vict. Massil. : *Propter servitium quod ego illi in sua vita morteque Gratanter ac devote exhibui.* Vide infra *Gratifice*. [** et Haltaus. Glossar. German. voce *Dankneme* col. 217.]

1. **GRATARE**, *Scabere*, Joanni de Janua,

Digitized by Google

nostris, *Grater*. Glossæ MSS. Reg. ex Cod. 85 : Ξίω, *Pollio, Frico, Grato*. De vocis etymo, vide Vossium, Ferrarium, et Menagium.

¶ 2. **GRATARE**, Promittere, stipulari, gratum habere. Charta anni 1252. ex Archivo S. Gildasii de Nemore : *Quia illud dictis Abbati et Conventui Gratavi et in verbo veritatis concessi*. Vide *Creantare*.

* Charta ann. 1426. ex Bibl. reg. : *Præmissa omnia et singula immobilia tenere et fideliter adimplire promiserunt et Grataverunt*. Vide infra *Gratificare* 2.

* **GRATARI**, Eodem sensu, nostris, *Gréer*. Charta Joan. de Harecuria ann. 1269. ex Bibl. reg. cot. 19 : *Ego in bono proposito et sano concessi et Gratatus sum et condonavi præceptori et fratribus militiæ Templi ad S. Stephanum in Campania morantibus unum festarium mestillii*. Charta ann. 1323. ex Tabul. S. Mart. Pontisar. fol. 37. v° : *Toutes les choses dessus dittes il Créerent, roerent, ratefierent et accorderent*. Alia ann. 1340. ex Chartul. 23. Corb. : *Ad ce se sont Grée et accordé. Loons, Gréons, approuvons*, in Lit. ann. 1372. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 550.

* **GRATAROLA**, Vectigalis species. Stat. Vallis-Ser. cap. 17. ex Cod. reg. 4619. fol. 110. v° : *Quælibet persona.... teneatur solvere datium Gratarolæ.... de qualibet bestia viva, quam vendet, donabit, vel emet*.

* **GRATERIA**, An idem quod *Regrataria*, interpolatio, mangonium, seu emolumentum quod inde percipiebatur? Charta ann. 1376. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 327 : *Obligans eo casu pro se et suis successoribus et ypothecans specialiter Grateriam Lugduni et emolumentum ejusdem*. Sed leg. forte *Graveria*. Vide infra in hac voce secunda notione.

* **GRATES**, Crates, Ital. *Grata*, Gall. *Glaye*. Tract. Ms. de Re milit. et mach. bellic. cap. 57 : *Super dictas scalas ponantur Gratices, vulgari sermone dicuntur Grati, super quas transeunt pedites*. Vide *Gratitia*.

1. **GRATIA**, Eucharistia. Optatus lib. 5 : *Veniunt gentes ad Gratiam ; exhibet ille, qui invitare dignatus est, ministerium exercet turba famulorum*, i. Sacerdotum aut Clericorum. Ita χάρις non semel apud Cyrillum, et alios.

Gratia, Baptismus, in l. 1. Cod. Theod. Ne sanctum baptisma iter. (16,6.) *Divinam Gratiam implorare*, i. baptismum, apud S. Cyprian. lib. 3. Epist. 17. *Gratiam Dei consequi*, Baptizari, in Chronico Reichersperg. ann. 370. Προσέρχεσθαι τῇ χάριτι, apud Cyrillum lib. 4. Mystag. Elogium S. Pantaleonis :

Τάχιστα δός μοι τὴν παλιγγενεσίαν,
Τὴν ψυχολαμπῆ τῆς καθάρσεως χάριν.

Gratiæ. Statuta Ordinis *de Sempringham* : *Sanctimoniales Latcæ in stallis suis stent ad Missas, et ad Gratias tantum*. i. dum dicuntur preces pro agendis Deo *gratiis*. Matth. Paris ann. 1256 : *Completa qualibet hora canonica in Choro, et post Gratias prandit, etc.* S. Chrysostom. homil. 2. de Anna : Τράπεζα ἀπὸ ἰύχῆς ἀρχομένη, καὶ εἰς ἰύχὴν καταλήγουσα.

Gratia S. Pauli, aut S. Apolloniæ. Statuta Mediolan. 2. part. cap. 433 : *Aventores corrigiolæ pulverettæ, nec dantes Gratiam, nec S. Pauli, nec S. Apolloniæ, nec prædicantes brevia pro febribus, etc.* Species sortilegii.

¶ Gratia Apostolicæ Sedis Episcopos se esse, quandonam primum dixerint Episcopi, dictum est in *Dei Gratia*.

¶ Gratiæ Generales, Annus jubilæus, quo indulgentiæ plenariæ fidelibus omnibus conceduntur sub conditionibus expressis in Bullis summi Pontificis. Instrum. ann. 1371. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 550 : *Dum esset iste testis cum D. Ducissa tempore Gratiarum Generalium fel. record. Innoc. PP. VI. ivit Avinionem ad dictas Gratias cum licentia D. Ducissæ*.

¶ Gratiæ, Privilegia, immunitates. Litteræ ann. 1339. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 562 : *Nos Nicolaus Dei Gratia Oppaviæ Dux ad universos volumus pervenire, quod nos contenti stare volentes nostris terminis, libertatibus et Gratiis datis et impensis nobis a domino Joanne Bohemiæ Rege, etc. Pro præmissis libertatibus, Gratiis, etc.* in Charta ann. 1409. ex Schedis D. *de Mazaugues*.

¶ De Gratia, Sponte, libere, benevole. Statuta Humberti Bellijoci tom. 9. Spicil. Acher. pag. 183 : *Burgenses Bellevillæ non tenentur ire in chavaugia nisi de Gratia*. Vide *Gratiare*.

* 2. **GRATIA**, Dignitas imperatoria. Versus apud D. *Bouquet* tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 310 :

Una valde tibi gradui superaddita summo
Gratia scripta manet, meritis lucrata regentum.

* Gratia, Titulus honorarius, apud Matth. de Couciaco in Carol. VII. pag. 55 : *En cet an dessudit* 1445. *le damoiseau Eurard de la Marche.... envoya lettre de deffy au duc de Bourgogne, de laquelle et du contenu d'icelle la teneur s'ensuit : Très haut, très puissant et très redouté seigneur, monseigneur le duc de Bourgogne, comme je Eurard de la Marche ay escrit pardevers vostre Grace, pour que icelle vostre Grace, etc.*

* 3. **GRATIA**, Fama, nomen, Gall. *Renommée*. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 209 : *Jehan Fenin, qui estoit homs rioteux et felons et melleys, ayanz mauvaise Grace en ladite ville et en touz les lieux ou cogneuz estoit*. Aliæ ann. 1380. in Reg. 118. ch. 10 : *Estienne Fusset .... poure varlet, brigueux, belliqueux et noiseux, et personne de petite Grace et renommée etc.*

* **GRATIÆ Lombardorum**, Tesserarum ludus. Lit. remiss. ann. 1412. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 346 : *Icellui Gerardin dist par esbatement, il nous fault faire les Graces des Lombars ; lesquelles Graces il entendoit jouer aux dez. Gryache* vero est hujusce ludi species, in aliis Lit. ann. 1458. ex Reg. 188. ch. 44 : *Le suppliant dist qu'il ne joueroit plus à la raffle ; mais qui voudroit jouer à la Gryache*. Vide supra *Grassus* 3.

¶ **GRATIALIS**, Gratiosus, in Miraculis S. Servatii Episc. tom. 3. Maii pag. 224. et in Carminibus Sarnovii apud Ludewig. tom. 8. pag. 321.

1. **GRATIARE**, Gratias agere, in Legibus Adelstani Regis Angl. apud Bromptonum pag. 851. 854. [*Gratiari ab aliquo*, Gratiarum actiones ab eo recipere, apud Haymonem Episc. in Explic. Epistolæ ad Romanos cap. 4. Le Doctrinal MS. :

Moult doit Diex Gracier
Qui par son cuer s'avance.]

Vide *Regratiare*.

* *Rendre grez*, eodem sensu, in Poem. de Bello Trojano Ms :

Tos furent lié de sa venue ;
Grez et merciz lui ont rendue.

Gratiare. In Legibus Rotharis Regis Longob. tit. 89. [** 223.] est *de ancilla matrimonio Gratiata* : ea nempe, quam Dominus *de Gratia* in uxorem accepit. Habetur ea Lex. l. 2. tit. 1. § 8. Alanus de Insulis in Planctu naturæ : *Alteri quoque lateri blandienti la sciviens gemmarum benigna oculis Gratiabatur serenitas*.

* 2. **GRATIARE**, Ex gratia concedere, liberare, immunem facere. Charta ann. 1201. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 347 : *Ego vero Guillelmus episcopus* (Nivern.) *ecclesiam illam ab omni exactione quæstarum et procurationum et visitationis archidiaconi Gratiavimus*. Vide infra *Gratifice*.

* **GRATIATIZARE**. Charta Joan. ducis Brit. ann. 1276. ex Bibl. reg. : *Quos* (redditus) *nobis remittit contra episcopum Corisopitensem deffendere, Gratiatizare ac tueri*. Sed leg. *Garantizare*. Vide in *Garantire*.

¶ **GRATICULA**, pro *Craticula*. Gloss. Lat. Gr. Sangerman. MSS. : *Graticula*, ταχαρα. Vide *Gradella*.

* Ital. *Graticola*, nostris, *Greil*. Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 181 : *Unum tripodem ferri, unam Graticulam.... abstulit*. Aliæ ann. 1375. in Reg. 108 : ch. 95 : *Je vuel marier ma fille, me rendras tu un Greil et un trepié qu'il me fault pour son mariage*.

¶ **GRATIFER**, pro *Garcifer*. Famulus, Gall. *Garçon, Valet*. Contractus inter Ludovic. IX. et Venetos de trajiciendo Regis exercitu in Terram S. ann. 1268. Cod. jur. Gent. part. 1. pag. 25. § 6 : *Super eo quod D. Rex vult scire quantum constabit locus cujuslibet Militis cum duobus servientibus, uno equo et uno Gratifero pro equo et aqua*. [* Non semel præterea occurrit tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1963.] Vide *Garcio*.

* **GRATIFFICARE**, Gratificari, favere, Gall. *Favoriser*. Stat. Universit. Andegav. ann. 1409. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 499. art. 5 : *Tunc rectore priore vocato, pro qua parte voluerit, Gratifficare tenebitur*. Ibid. pag. 500. art. 12 : *Quod si pares fuerint in vocibus, tunc locus erit Gratifficationi, ac poterit rector Gratifficari in hac causa*.

¶ 1. **GRATIFICARE**, Declarare se aliquid gratum habere. Instrum. ann. 1335. apud Ludew. tom. 5. pag. 602 : *Promittentes sub fidei præstito juramento, quod sæpe fatus dominus Rex Poloniæ præmissa omnia et singula, hinc intra festum B. Galli proximum, ratificabit, Gratificabit, ac suis patentibus approbabit litteris*. Vulg. Interpres Ephes. 1. 6 : *In laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua Gratificavit nos in dilecto filio suo* ; id est, Gratos nos fecit. Statuta Canonicorum Regul. apud Duellium tom. 1. Miscell. pag. 91 : *Ni sit in officio vel Gressu Gratificato, id est*, ut ibidem habet Glossa, *indulto per licentiam*.

* 2. **GRATIFICARE**, Idem quod supra *Gratare* 2. De re aliqua cum aliquo pacisci, componere, Gall. *Convenir à l'amia-*

Digitized by Google

ble; vel Facere quod alteri gratum est. Vide infra *Gratum*. Libert. civit. Vien. ann. 1361. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 432. art. 31 : *Si duellum firmatum fuerit et juratum in manibus dominorum, et altera pars postmodum pœnitere voluerit, solvat dominis decem libras, vel alias Gratificet cum eis, et emendam faciat alteri non pœnitenti. Gracier* vero, Aliquid ex gratia alicui concedere, vulgo *Faire grace*, in Lit. Phil. VI. ann. 1336. in vol. 9. arestor. parlam. Paris. : *Avons Gracié et remis dès maintenant pour lors laditte amande, etc.*

** 3. **GRATIFICARE**, Gratum esse, placere. Carmin. Hibern. Exsul. ad Carol. M. apud Maium Classic. Auctor. tom. 5. pag. 411 :

Laudibus eximiis celebrantur sæcula prisca,
Omneque præteritum Gratificare solet.

GRATIFICARI, *Largiri, impartiri*. Papias.

* **GRATIFICATIO**, Gratiosus assensus. Lit. ann. 1454. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 175 : *De eorum expressa voluntate, Gratificatione et consensu, etc.*

* **GRATIFICE**, Grato animo. Charta Ric. abb. ann. 1019. in Chartul. S. Vitoni Virdun. ex Cod. reg. 5435 : *Cujus petitio cum a nobis Gratifice suscepta fuisset, etc.* Epist. H. apud Pez tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 53. col. 1 : *Nuntium vestrum, vestræque pietatis litteras Gratifice suscepi.* Vide supra *Gratanter*.

¶ **GRATILLA**, Genus libi, forte a *Gratum* sic dicti. Arnob. l. 7. adv. Gentes : *Quid fritilla, quid frumen, quid africia, quid Gratilla, catumeum, conspolium, cubula?*

¶ **GRATILLUS**, Ital. *Gratillo*, Gall. *Ralingue*, Funiculus limbo veli assutus. Informationes civitatis Massiliæ de passagio transmarino ex MS. Sangerman. : *Item debet habere ipsa navis duas puegas et* VI. *Gratillos et sarciam subtilem pro faciendis cordiceis* VI. *quintals.*

GRATIO, *Crudelitatis voluptas*, Papiæ. Codex MS. habet *Crudelitas*.

¶ **GRATIONARII**, in Ecclesia S. Stephani Vienn. Presbyteri, iidem, ut videtur, qui in parochiis dicuntur *Habituati*. Statuta ejusd. Ecclesiæ apud Raim. Duellium lib. 2. Miscell. pag. 86 : *Hanc observantiam penitus reprobamus mandantes Præposito.... ut ab hujusmodi in antea desistat, et ultra ordinarios confessores, videlicet Octornarios, Vicarios et Grationarios, in principio Quadragesimæ confessores, viros doctos et probatos... assumat.*

* **GRATIOSE**, Munifice. Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 227. v° : *Alia Carta Philippi regis per quam Gratiose concedit archiepiscopo et capitulo..... ecclesiæ Lugdunensis, quod etc.*

¶ 1. **GRATIOSITAS**, Gratus animus. Diploma Bolkonis Ducis Silesiæ ann. 1294. apud Ludewig. tom. 6. pag. 376 : *Tanta siquidem nostra Gratiositate ac mentis liberalitate, etc.*

¶ 2. **GRATIOSITAS**, Amabilitas, comitas. Vita B. Coletæ num. 8 : *Placuit ille conferre Gratiositatem complacubilem et gratissimam diligibilitatem.*

¶ **GRATIOSITAS NOVITATIS**, apud Tertullianum contra Marcionem lib. 1. cap. 9. Idem quod Plinio *Gratia Novitatis*, Gallis *la Grace de la nouveauté*.

* **GRATIOSUS**, ita κατ' ἐξοχὴν appellatur Episcopus in Prol. Wurmser. capit. S. Th. Argent. Vide supra in *Gratia* 2.

* **GRATIROLA** inter arma prohibita recensetur, in Stat. Vallis-Ser. rub. 44. ex Cod. reg. 4619. fol. 88. r°.

¶ 1. **GRATIS**, Libenter, ex animo. Charta. Petri Regis Aragoniæ ann. 1205. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 226 : *De hoc facio junctis manibus hominium, et per hæc sacrosancta quatuor Evangelia corporaliter tacta vobis Gratis juro.* Rursum occurrit in Litteris ann. 1357. tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 204.

* 2. **GRATIS**, De industria, consulto, Gall. *Exprès*. Gualter. Hemingford. de Gest. Eduardi I. reg. Angl. pag. 20 : *Cum essent in descensu Themisiæ juxta mare, Gratis anchoravit eam* (navem) *magister navis in mediis fluctibus.*

¶ **GRATISCUS**. Vide *Græciscus*.

¶ **GRATITARE** dicuntur anseres a sono, quem edunt, Italis *Gracidare*. Auctor Philomelæ :

Hinc Gratitat improbus anser.

[* Vide supra *Graccitare*.]

* **GRATITIA**, Crates, Ital. *Graticcio*, Gall. *Claye*. Stat. civil. Cumanæ nova cap. 3. ex Cod. reg. 4622. fol. 132. v° : *Si aliquis massarius de cetero derelinquerit aliquod massaritium,.... non possit nec debeat exportare de ipso..... nec Gratos, nec Gratitias, nec assides, etc.* Vide supra *Grates*.

* **GRATITIUS**, Eadem notione. Stat. Placent. lib. 4. fol. 46. v° : *Ad dictam clausuram fiendam de muro, vel Gratitio pastonato, vel pariete, etc.*

* **GRATITUDINALITER**, Grati animi sensu, Gall. *par Gratitude*. Charta ann. 1386. tom. 1. Hist. Cassin. monast. pag. 85. col. 2 : *Ad illius* (Salvatoris) *gloriam, reverentiam atque laudem liberales extendere Gratitudinaliter manus suas* (debet).

¶ **GRATIVA**, pro *Gratia*. Sermo de corylo S. Gratiani Mart. tom. 5. Annal. Benedict. pag. 694. col. 2 : *Pro Grativa igitur nostri Gratiani, summi judicis ira placabitur, si nos suæ festivitati viderit intentos, et debita devote reddentes obsequia.*

¶ **GRATSA**, Piscis genus, in Rumpleri Hist. Formbac. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 3. col. 433.

* **GRATTAROLA** inter utensilia coquinæ annumeratur, in Charta ann. 1263. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 476.

* **GRATTERARE**, Arietum vox, in Carm. de Philomela ad calcem Cod. reg. 6816. :

Gratterat hinc aries, et pia balat ovis.

¶ 1. **GRATUITAS**, pro *Gratia*, Beneficium. *Dona et ratuitates*, in Litteris ann 1508. apud Rymer. tom. 13. pag. 180 : *Retribuet Serenitati vestræ in solidum Gratuitates vestras*, in aliis Litteris ann. 1498. apud Ludewig. tom. 6. pag. 119.

* Donum, nostris *Gratuité*, eodem sensu. Comput. ann. 1495. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 62. col. 2 : *Quod si facerent aliquam Gratuitatem; pro qua Gratuitate solverunt, etc.* Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 118 : *Lesquelz compaignons atant se départirent sans boire, ne recevoir aucun don ou Gratuité.* At vero *Gratuit*, idem quod ad mentem spectans, in Libro Ms. cui titulus, *La Pénitence d'Adam* cap. 1 : *Et ainsy fut l'homme Adam formé à l'ymage de Dieu, quant à nature; et à sa similitude, quant aux choses Gratuites et espirituelles, sachans biens et mal.*

¶ 2. **GRATUITAS**, Titulus honorarius, quo Casianus Valenensis Episcopus compellat Collegas suos in Antiqua Collect. Canonum Pœnit. apud Acher. tom. 11. Spicil. pag 198 : *Statuat Gratuitas vestra, etc.*

* **GRATUITE**, Comiter, urbane, Gall. *Poliment*. Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 20 : *Johannes de Proalto potantes Gratuite salutavit.*

GRATUITER, pro *Gratuito* utitur Osbernus in Vita S. Elphegi Archiepisc. Cantuar. num. 19.

¶ **GRATULA**, Crates, craticula, sepimentum. Vita B. Henrici Baucen. : *Gratulam de lignamine super ipsam foveam deponi mandaverunt.*

* **GRATULARI**, Frui, uti, gaudere. Vita B. Gobert. tom. 4. Aug. pag. 393. col. 2 : *Adeo quod ipsa* (ducissa) *precibus pii Goberti mollita dictum abbatem Gemblacensem et conventum suo jure pateretur Gratulari.* [** Hibern. Exsul. Carm. ad Carol. M. apud Majum Classic. Auctor. tom. 5. pag. 406 :

. . . . . Conditor orbis
Nostris assiduis Gratulatur cantibus æquis.]

¶ **GRATULATIVE**, Gratulanter, gratanter, in Homil. Leandri Episc. tom. 2. Conc. Hisp. pag. 351.

¶ **GRATULOSUS**, Gratulabundus, qui gratulatur. Greg. Monachus in Chronico Farfensi apud Murator. tom. 2. col. 629 : *Erat denique* (Oddo Abb.) *astutus et cautus in agendis negotiis... cum sociis compatiens, habilis, affectuosus, hilaris, Gratulosus, verax.*

GRATUM, GRATUS, [Cautio de re quadam facienda. Edictum S. Ludovici Regis Fr. ann. 1235 : *Postquam Dominus per annum terram tenuerit, recipiet homagium ab herede, tali modo quod heres de pretiis vivariorum, garennarum, nemorum, et valore dotium, et servitiorum, debet Domino prius facere Gratum suum, vel competentem securitatem ei dare, quam infra* 80. *dies facere debebit.* Charta Communiæ Rotomag. apud *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. pag. 309 : *Et si* (debitor) *inventus fuerit in civitate Rothomag. vel Castro Fales. antequam Gratum suum fecerit, tamdiu tenebitur in carcere Communiæ, donec redimatur de centum solidis... tum jurabit se non reversurum in dictam civitatem, vel dictum Castellum, donec fecerit Gratum Majoris et creditoris.*] Vide *Creantare*.

* Vel potius, Voluntas, placitum, Ital. *Grato*, Gall. *Gré* : unde *Gratum facere* est Debitum solvere, satisfacere officio, vel id quod alicui gratum est, exsequi, nostris *Faire gré*. Charta Phil. Aug. ann. 1207. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 113. v° : col. 1 : *Nos dedimus in alio loco prædicto Balduino excambium illius terræ ad Gratum suum.* Lit. ann. 1355. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 511. art. 15 : *Et ne*

Digitized by Google

puet nuls varls crier vastiaux ne escaudis parmi le ville, s'il n'a fait Gré au majeur de chuinc sols. Pacifier et faire Gré à partie, in aliis ann. 1370. ibid. pag. 378. art. 26. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 248 : *Icellui Guillaume compta et fist Gré à l'oste de l'escot de lui et de ses compaignons.* Hinc nostris *Estre engrant*, pro Aliquid gratum habere, ex animo agere. Lit. ann. 1380. tom. 6. Ordinat. pag. 486 : *Afin que un chascun soit plus Engrant en son endroit de obéir à noz diz criz.* Mirac. Mss. B. M. V. lib. 2 :

Soions engrés, soions Engrant
De lui servir et jour et nuit.

Le Despirement *du corps* Ms. :

Cors convoiteus mout es Engrans
De manoirs faire haus et grans
A la caroigne hebergier.

Chron. Ms. Bertr. Guescl. :

Guillaume de Lannoy y estoit moult Engrans.

* **GRATURARE**, Conterendo permiscere, Ital. *Grattugiare*, Gall. *Broyer*. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 244. col. 1 : *Item pro ovis et caseo ad Graturandum ad opus dictorum flansonum, solvi quator grossos.*

1. **GRATUS**, [Trajectus etc.] Vide *Gradus* 8.

* 2. **GRATUS**, Crates. Vide supra *Grates*. Hinc

* 3. **GRATUS**, Decipulæ seu caveæ species ad capiendas aves, Ital. *Graticcia*. Stat. crimin. Cuman. cap. 142. ex Cod. reg. 4622. fol. 94. r° : *Non sit aliqua persona,... quæ audeat vel præsumat de cetero capere pipiones seu columbos ad} retia duarum alarum, sive alia retia, laqueos, Gratos, balistos, etc.* Vide supra *Grata*.

* 4. **GRATUS**, Tomentum, lanæ deterioris species, nostris *Gratuise* et *Gratuse*. Stat. pro pannif. Carcass. renovata ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121 : *Item quod nullus parator.... possit.... texere seu immiscere pessols sive borrethos, nec borram sive Gratus quoquomodo*. Lit. pro pannif. Trec. ann. 1377. in Reg. 111. ch. 112 : *Pour ce que plusieurs drappiers.... de Troyes font draps à lisiere de Gratuise, de seurtonture d'aignelins et autres mauvaises matieres, etc.* Perperam editum *Graturse* tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 283. art. 5. Stat. pro pannif. Abbavil. ex Lib. rub. fol. magn. ejusd. civit. art. 3 : *Que nuls ne puist drapper de Gratuse, etc.* Alia pro tibialium sarcinat. Ebroic. ann. 1421. in Reg. 173. ch. 113 : *Item que les jurez puissent arrester tous les draps... ou l'en trouvera barres, ou bridures, ou Gratisses. Gratuisseurs, bourres, ne autres laines ou choses défendues*, in aliis ann. 1403. tom. 9. earumd. Ordinat. pag. 171. art. 9.

* **GRATUSA**, Gratusia, Radula, Gall. *Rape*, Ital. *Grattugia*, Provinc. et Occit. *Gratuse* vel *Gratué*. Invent. Ms. ann. 1320 : *Item una Gratusia ferrea.*

GRAVA, Lucus, arboretum, fructetum, arbustum, nemus, ex Anglico *a Grove*, [Saxon. Græf.] Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 113 : *Dedit Ecclesiæ S. Petri duos breces in feodo suo... cum Grava, et pratellis eidem terræ adjacentibus.* Pag. 117 : *Terram suam... cum Gravis, pascuis, pratis, etc.* Tom. 2. pag. 226 : *Præterea dedi eis unam Gravam, quæ dicitur Birhcombe, et licentiam circumclaudendi.* [Diploma Willelmi Ducis Aquitaniæ ann. 1027. inter Instrum. tom. 2. Gall. Christ. col. 268 : *Cum decimis et aquis dulcis, et terris de mare Salissa usque ad mare de Gironda et de Ubre de Syort usque ad Grava, cum marisco et cum montaneis, cum pineta, cum piscatione, etc.* Thomas *Madox* Formul. Anglic. pag. 47 : *Gravam quæ vocatur Bradele cum bruneria adjacente.* Occurrit iterum ibid. pag. 260. apud Kennetum in Glossario ad calcem Antiq. Ambrosden. et in Chartulario SS. Trinitat. Cadom. fol. 43. v°.] Chartas rursum alias suggerit Spelmannus. Vide *Grana* 2. Aliud sonat *Grave*, in Consuetudine Meledun. art. 4. Est etiam *Grave*, Germanis, fossa. Hesychius : Γραύα, σκαφίον, βόθρον.

¶ **GRAVABILIS**, Gravans. Cæl. Aurel. l. 4. cap. 3 : *Vomitus Gravabilis capiti est.* Idem lib. 3. Acut. cap. 17 : *Cibi Gravabiles.* Occurrit rursum lib. 1. cap. 15. et supra in voce *Carnatio.*

* **GRAVAIRO**, Arena, sabulum, Gall. *Gravier*, alias *Gravage*. Charta ann. circ. 1175. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 39. col. 2 : *Quidquid in molendinis, et in resclausa, et in ipso fonte, et in Gravairone Guillermi Augerii, et in aliis Gravaironibus, et in olivariis, et intra quæ sunt super Gravaironem Guillermi Farragossæ.* Alia ann. 1375. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 548 : *Comme feust venuz et arrivez à verecq en la parroisse de Morsalmes ou Gravage.... deux tonneaulx de vin, etc.* Vide *Gravero.*

GRAVAMEN, Damnum, vel injuria : Gall. *Grief*. Matth. Westmonaster. ann. 1246 : *Ostendit ei manifeste articulos super Gravaminibus et oppressionibus Ecclesiæ et regni, etc.* Occurrit passim. [Notione nonnihil diversa Cassiod. l. 9. Ep. 2 : *Si visceribus sanis Gravamen nullius sentias læsionis*, id est molestiam.]

¶ **GRAVAMENTUM**, Onus, molestia. Gloss. Lat. Græc. : *Gravamentum*, Βάρη.

GRAVANETUM. Vetus Charta apud Perardum in Chartis Burgundicis pag. 89 : *Scilicet porcellos, vitulos, edos, lanam, legumen, milium, panetum, unigranum, Gravanetum, et plastrum juxta Ecclesiam S. Martini vestitum et non vestitum in parte Aquilonis situm, etc.* [* Leg. suspicor *Granetum*; atque adeo idem fortassis esse quod supra *Granetagium* et *Grannagium*. Vide ibi.]

* **GRAVANTIA**, Damnum, injuria, detrimentum, a vet. Gallico, *Grévance*, Ital. *Gravezza*. Charta Joan. comit. Burg. ann. 1239. ex Bibl. reg. : *Omnem Gravantiam, quod pro defectu garantiæ eisdem fratribus eveniret, singuli eorum tenentur ex integro restaurare. Engriégement*, eodem sensu, in Consuet. vett. Aurel. ann. 1137. ad calcem Assis. Hierosol. pag. 464 : *Nous (Loys) à nos borjois d'Orliens por l'Engriégement de la cité oster, ycetes coustumes.... leur donasmes.* Hinc *Greveüssement*, cum damno et injuria, in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 36 : *Lequel exposant par emprisonnement de lui et de ses enfans ont esté Greveussement detenus, etc.* Vide *Gravamen.*

¶ **GRAVARA**, Vita S. Franci Erem. tom. 2. Junii pag. 555 : *Miræ quantitatis massa nivium, quæ Gravara vulgariter dicitur, de montis illius delapsa cacumine.*

¶ 1. **GRAVARE**. Honorare. Vide *Gravitas.*

¶ 2. **GRAVARE**, Accentu gravi pronuntiare, in Epistola Hildemari Monachi de recta legendi ratione, apud Mabill. tom. 2. Annal. Bened. pag. 743.

3. **GRAVARE**, Sculpere, ex Græc. γράφειν, vel ex Germ. *Graven*, Fodere, Gall. *Graver*. Vita S. Senorinæ Virg. : *Sanctam virginem in sublimiorem loculum elevavit, hoc illi Gravans in marmore Epitaphium, etc.*

* 4. **GRAVARE**, Consentire, stipulari, gratum habere; unde leg. videtur *Gratare*. Vide supra in hac voce num. 2. Scacar. Paschæ apud Fales. ann. 1207. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 16. r°. col. 1 : *Judicatum est quod recordatio assisiæ curret super quod monachi S. Audoeni dicebant, quod Robertus Baivel Gravaverat in assisia Fallesiæ, quod perderet querelam suam, si carta similis cartæ, quam monachi habent, posset inveniri sigillata in sigillo fratris sui.* Vide supra *Gratificare* 2.

* 5. **GRAVARE**, *Graveira* seu glarea inducere, vel Onerare, Gall. *Charger*. Charta Will. episc. Autiss. ann. 1176. ex Tabul. S. Marian. : *Item prædicti milites concesserunt canonicis quatenus de terra sua, quoties necesse esset, exclusam suam Gravarent.*

* 6. **GRAVARE**, Concipere; dicitur de piscibus quando copulant, vulgo *Frayer*. Pactum ann. 1303. ex Tabul. D. Venciæ : *Possint piscare..... tempore Quadragesimali cum filatis et aliis ingeniis quibuscumque, entremaillo duntaxat excepto; et ne turtures sive truchas destrui et dissipari valeant, tempore quo Gravant, etc.*

GRAVARIA. Notitia seu Charta Roberti Ducis Normann. ann. 1088. in Tabulario Fiscan. f. 14 : *Has autem terras reddo et concedo quietas de Gravaria, et ab laicali consuetudine.* Charta Henrici II. Regis pro Monasterio beatæ Mariæ de Bernaio in Normann. in 106. Regesto Tabularii Regii Ch. 84 : *Et cum omnibus illis dignitatibus et libertatibus, et quietantiis de Gravaria, et palacitio* (sic) *et aliis rebus, etc.* Charta Will. Nothi Comit. Norm. tom. 2. Monast. Angl. pag. 960 : *Ego Willelmus Normannorum Comes concedo eam* (Ecclesiam) *liberam ab omnibus consuetudinibus Gravariorum et bernagiorum.* Ubi perperam, ni fallor, editum *Granariorum*. Le Roman *de Rou* MS. :

Plait de forest, plait de monnoies,
Plait de porprise, plait de voies,
Plait de gasinz, plait de Graveries,
Plait de mellées, et plait d'ayes etc.

Vide mox *Gravaringus.*

* Vectigal, tributum, quævis exactio. Vide infra *Graveria* 2. Charta Will. Nothi comit. Norman. ann. 1042. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 96 : *Ego Willermus comes concedo eam* (terram) *deinceps liberam ab omnibus Gravariis, bernagiis, et omnibus consuetudinibus meis.*

* **GRAVARINA**, Armorum genus, quo quis alterum *gravare*, unde nomen, potest;

Digitized by Google

nisi sit pro *Giavarina*. Vide supra in hac voce. Stat. crimin. Cumanæ cap. 138. ex Cod. reg. 4622. v°: *Genera armorum prohibita,..... lancea, Gravarina, etc.* Vide infra *Graveta*.

GRAVARINGUS, Gravator. Ordericus Vitalis lib. 15. pag. 876: *Eodem tempore Amalricus Ebroicensis Comes animi nimiam amaritudinem gerebat, quod Præpositos atque Gravaringos in terra sua nimium furere videbat. Insolitas enim exactiones imponebant, ac pro libitu suo judicia pervertebant.* Vox videtur conflata ex *Graf*, Comes, judex, et *Waring*, miles. Ita *Gravaringus* erit Præfectus ac magister militum in urbe quavis. *Warings* enim milites vocant Angli, vocabulo, ut videtur, ducto a *Werra*, bellum, (nostris dicuntur *Hommes de guerre*:) vel potius ministri fuerunt, seu *Milites* Comitum, qui eorum jussa exequebantur, aut denique *exactores* et publicani, quomodo *Graffiones* dicuntur a Sugerio de Administratione sua cap. 23. et *Gravatores*, in libro Miraculorum S. Vulfranni Episc. n. 23: *Quidam homo S. Vulfranni misericordiam expetiit, qui in quosdam ministros incurrit, quos vulgus Gravatores appellat: hi autem equum, cui ille insidebat, eo dejecto rapuerunt..... Illi vero petitionem ejus contemnentes, dixerunt, se domini sui servitium implere velle, et sic ei, si tamen eos sequeretur, reddere.* Vide *Grafio*. Vacces *au Roman de Rou* MS.:

> Venir a fet de cest pais,
> Tous ses privés, et ses Baillis,
> Ses Gravereus, et ses Viscomtes, etc.

[** Vide *Gravaria*.]

¶ **GRAVARIUM**, Glarea, locus glareosus, Gall. *Gravier*. Charta ann. 1192. in Consuetud. MSS. Tolos. e Bibl. D. Abbatis *de Crozat* fol. 29. v°: *Item judicaverunt quod omnes rippæ et Gravaria, quæ sunt a ponte usque ad punctam.... sunt publica causa introeundi et exeundi.* Ibidem: *Ipsum pratum et Gravaria erant publica.* Vide *Graveria*. [* Charta ann. 1319. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 80: *Item vendo..... quamdam locatam meam,..... sitam in Gravario Atacis.* Vide infra *Graverium* 2.]

¶ **GRAVASCELLUS**, *Aliquantum gravis*, Johanni de Janua; *Peu grief*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm.

* **GRAVASIUM**, ut *Gravarium*, Glarea, arena. Charta ann. 1259. in parvo Reg. S. Germ. Prat.: *Concesserunt.... quamdam arcam sicut* (l. sitam) *in aqua Sequanæ Parisius a parte parvi pontis in Gravasio, prope muros domus regis Franciæ, ticello ipsius Gravasii contiguam,.... pro molendino..... ponendo.*

¶ **GRAVATA**, pro *Gabata*, apud Murator. tom. 3. pag. 159. col. 1. Vide *Gabata*.

GRAVATÆ Mulieres, Gravidæ, quæ uterum gestant, κυοφορούσαι, in can. 6. Concilii Neocæsariensis. Capitula ad Legem Alamannor. Edit. Baluzianæ cap. 20: *Si qua Mulier Gravata fuerit, et per facto alterius infans mortuus natus fuerit, etc.* Concil. Eliberitanum apud Burchard. lib. 19. cap. 155. et Ivon. pag. 15. cap. 163. et Capitula Theodori cap. 32: *In tribus quadragesimis anni.... conjuges continere se debent, nec illis diebus copulari, quamdiu Gravata fuerit uxor, id est, a quo die filius in utero motum fecerit, usque ad partum, etc.*

* Nostris alias *Groisse* et *Grosseur*, pro *Grossesse*, Graviditas. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 107: *Comme Ysabel fille du feu Gerart eust esté engroissié sanz mariage; laquelle Grosseur pour doubte de son père et de sa mère.... elle eust célée, etc.* Aliæ ann. 1447. in Reg. 178. ch. 257: *Icelle femme tant qu'elle peut céla saditte Groisse, etc.*

GRAVATIO, [Injusta postulatio.] Vide *Gravare*.

GRAVATORES, in Glossis antiquis MSS. *Ad aquas cruribus conligatis ambulantes*. Vide alia notione in *Gravaringus*.

¶ **GRAVATORIA**, f. Iniqua manus injectio in rem alienam, Gall. *Saisie injuste*. Chartularium SS. Trinit. Cadom. fol. 40: *Inde Robert de Gent aufert ei terram de Don Maisnil... et Radulfus de Cortlandam ponit terram Abbatissæ in Gravatoria, et vult ibi eam tenere.* Vide *Gravare*. Erit forte qui suspicetur *Gravatoriam* idem esse quod *Gravariam* vel *Graveriam*, Glaream, Gall. *Gravier*, adeo ut Radulfus terram Abbatissæ propriam converterit in locum publicum et glareosum.

* **GRAVATUM**, Morbus gravis; nisi sit pro *Grabatum*, lectus. Test. ann. 1517. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. 5: *Nobilis Francesia de Anbert, domina dicti loci de Melhano, existens in Gravato ac infirmitate corporali detenta, etc. Griété*, pro Morbi gravitas, imminens periculum, in Lit. remiss. an. 1372. ex Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 94: *Quant il apperceurent la Griéte de sa maladie, etc.* Pro viarum difficultate, legitur in Chron. S. Dion. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 145: *Li cheval pour la Griété de la voie etc.* Vide infra *Ingravanter*.

GRAVATUM Opus, Sculptura, ex Gall. *Gravé, Graveure*. Occurrit non semel in Monastico Angl. tom. 3. pag. 310. 311. etc. quasi *graphio* exaratum.

¶ 1. **GRAVATUS**, Auctus damno, læsus iniquo judicio. *A Nationis sententia licet Gravato ad ipsam Artium Facultatem appelare*, apud Robertum *Goulet* in Compendio Jurium Universitatis Paris. f. 6.

* 2 **GRAVATUS**, Aliquo morbo affectus. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 84. ex Cod. reg. 4659: *Statuimus quod tauri, et arietes, et porci Gravati vendantur in transverso Corvilinorum.*

* **GRAVAYRIUM**, ut supra *Gravaria*, in Charta ibid. laudata: *Ego Willermus Normannorum comes concedo eam* (terram) *liberam ab omnibus consuetudinibus Gravayriorum et bernagiorum. Granariorum* perperam editum tom. 2. Monast. Angl. pag. 960. monet Cangius in v. *Gravaria*.

* **GRAVEA**, Idem quod *Grava*, Lucus, arboretum. Tabul. eccl. Ambian.: *Pro ampliatione Gravææ remissus est census Epiphaniæ*. Vide infra *Gravium*.

¶ **GRAVE**, Querela, querimonia, Gallice *Grief*: vox practica. Chron. Trivetti apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 579: *Hugo de Burgo Comes Cantiæ, quibusdam Gravibus contra eum propositis, carceri mancipatur.*

¶ 1. **GRAVEDO**, *Afflictio*, in Glossario Barthii ex Baldrici Hist. Palæst.

* Hinc *Griément* et *Griété*, pro Animi affectu, quo quis gravatur. Mirac. S. Ludov. edit. reg. pag. 420: *Et plus li sembloit.... que toute la Griété que il avoit el chief et el cuer de la tristesce que il avoit devant, s'en fu alée desdiz membres.* Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 267: *Icellui Jehan après le dit fait, en son Griément dudit péchié voulant de ce faire satisfaction, etc.* Unde *Grein* dicitur qui ejusmodi affectum patitur in Poem. *Garini*:

> Auberi l'ot, si fu Greins et marris.

Rursum ibid.:

> Greins et dolant en sont et esbahi.

* 2. **GRAVEDO**, Vectigal, tributum, exactio quævis. Libert. Angere-reg. ann. 1119. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 445: *Neque ab eis præpositi vel majores nostri talliatas, quæstus vel aliquam hujusmodi Gravedinem exigerent.* Vide infra *Graveria* 2.

* 3. **GRAVEDO**, Damnum, injuria. Charta ann. 1231. apud Lamium in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Boninc. pag. 152: *Remittentes omnem injuriam et Gravedinem seu damnum ipsis.... De omnibus de quibus Gravedinem vel injuriam, seu damnum substinuerant ab eisdem. Griesté*, eodem significatu, in Lit. ann. 1374. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 79: *Pour relever les supplians de molestacions, Griestez et oppressions, etc.* Vide supra *Gravantia*.

¶ **GRAVEIRA**, Glarea, locus glareosus, ut mox *Gravella*. Litteræ Armandi Vicecomitis de Podemniaco pro S. Andeolo, inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 229: *Ego Stephanus Inscindens-ferrum dono.... medietatem cujusdam prati ad Dagodenas, quod dicitur Graveira. Dono etiam aliam partem Graveiram ad Fondredas, ubi si posse Clericis fuerit, molendinum faciant.* Vide *Graveria*.

* **GRAVELA**, Gravella, Calculus, Gall. *Gravelle*. Annal. Victor. MS. ad ann. 1378: *Non minus afflictus est* (Gregorius PP. XI.) *in persona, quam Gravela adeo gravavit, quod dies suos in magna parte minoravit.* Mirac. Urbani PP. V. MSS: *Patiebatur dolores circa lumbos, ut dolores parturientis, de illa infirmitate, quæ dicitur Gravella. Gravele* vero, pro Arena, in Gestis Caroli C. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 127: *Il habundoient de toutes parz, dusi come la Gravele de la mer.* Occurrit præterea in Vita S. Ludov. edit. reg. pag. 307. et 338.

¶ **GRAVELLA**, Glarea, arena, Gall. *Gravier*. Edictum Philippi VI. Franc. Regis ann. 1329: *Quod ipsi* (venditores salis) *cum sale non ponent, vel miscebunt, poni vel misceri facient pulverem, sabulum vel Gravellam.* Le Roman *d'Athis* MS.:

> Athis et tous ses compaignons
> Furent issus tous és sablons;
> En la Gravelle furent tuit
> Plourant de joie et de deduit.

Gravella Vinorum, [f. Vappa, vinum vapidum, Gall. *Vin pousse*.] Vide *Vimpum*.

GRAVELLATUS. Historia Episcopor. Autisiodor. cap. 25: *Dedit et alium misso-*

Digitized by Google

rium similiter annecteum Gravellatum pensantem lib. etc. Ubi forte legendum *Granellatum*, granis distinctum. Nisi *Gravellatus* idem sit quod *Gravatus*, sculptus.

* **GRAVENA**, *Prov. Glarea, lapilli parvi fluminis.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide supra *Gravairo.*

1. **GRAVERIA**, Arena, sabulum, nostris *Gravier.* Testamentum Guill. D. Montispessulani ann. 1146 : *Scilicet pannos in flumine ablui, et sessicari in ripis et Graveriis.* [Compositio anni 1208. inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 232 : *Concedimus etiam, quod præfati Clerici* (Anicienses) *possint acquirere rustica prædia, villas, agros, prata, vineas et Graverias, in quibus censum habeamus.*] Vide *Grava, Gravaria, Gravarium* et *Gravia* 2.

* 2. **GRAVERIA**, Vectigal, tributum, exactio quævis. Reg. feud. Norman. ex Cod. reg. 4653. A. fol. 115 : *Habeiam et Brehal tenet* (Fulco Paganel) *de domino rege, et in illis non recipit rex aliud, nisi Graveriam suam.* Reg. Phil. Aug. sign. 34. bis in Chartoph. reg. fol. 126. v°. col. 1 : *In illis* (villis) *non percipit dominus rex aliquid, præter Graveriam suam.* Vide supra *Gravaria* et *Gravedo* 2.

* **GRAVERINUS**, Gravis. Hist. translat. corpor. S. Corn. apud Compend. tom. 1. Collect. var. script. D. *Le Beuf* pag. 367 : *Sed ubi sæpe ignis vorans, exigente populi mole peccaminum, accidere dinoscitur, excidium Graverinum et inextricabile terrestrium consuescit parere dispendium.* Vide infra *Graviosus.*

¶ 1. **GRAVERIUM**, Onus, sarcina, Gallice *Charge, Paquet, Ballot*, a Latino *Gravis.* Statuta Ecclesiæ Cadurc. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 787 : *Præcipimus de omnibus Ecclesiis tam prioralibus quam parrochialibus arcas et Graveria penitus removeri. Quod si anno elapso amota non fuerint, ea in usu pauperum converti faciemus.*

* 2. **GRAVERIUM**, Ager glareosus seu arenosus. Charta ann. 1343. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 102 : *Cum Geraldus de Castris et Bernardus de Curia habitatores Tholosæ... acquisissent... quandam boariam, cum..... quatuor cartonatis Graverii infertilis, etc.* Vide supra *Gravarium.*

* Aliud vero est *Grevier*, Canalis nempe, per quem aqua decurrit, rivulus, in Charta Galt. *d'Estrommel* ann. 1308. ex Reg. 72. ch. 309 : *Je disoie que.... oudit vivier devoit avoir Grevier d'eaue.... Disoie encores que lidiz religieus* (du mont S. Martin) *me grevoient en ce qu'ils avoient tourné par un certain cours les yaues tourbles, hors de leurdit vivier de Makincourt, et ainssy.... jou n'avoie mie mon Grevier d'yaue oudit vivier.* Alia ann. 1340. ex Chartul. 23. Corb. : *Et aussi consentiront lesdits habitans... que lesdits religieux puissent faire Grevier d'yaue, depuis l'aiguet mouvant jusques au ventaille et ponchel, qui est devant la maison Liedet.*

¶ **GRAVERO**, f. Idem quod *Graveria. Quidquid in molendinis et in resclausa et in fonte et in Graverone, etc.* in veteri Traditione apud Stephanotium tom. 10. Fragm. MSS. pag. 261. Vide *Gievaria.* [* Vide supra *Gravairo.*]

* **GRAVETA**, Armorum species, major *Gravarina.* Vide supra in hac voce. Stat. crimin. Cumanæ cap. 138. ex Cod. reg. 4622. fol. 92. v° : *Genera armorum prohibita,.... laneea, gravarina, pertixana, Graveta vulgariter nuncupata, minus lancea, et plus Gravarina.*

1. **GRAVIA**, [Ornatus capillorum antiquis in usu, nostris alias *Greve.*] Statuta pro Canonicis S. Capellæ Paris. : *Non debent nutrire, neque deferre comas,... nec etiam facere Gravias in frontibus eorum, quia talia non pertinent Ecclesiasticis hominibus.* Vide *Grani.*

* Capillorum scilicet in fronte divaricatio, nostris *Greve.* Stat. S. Capellæ Bitur. ann. 1407. ex Bibl. reg. : *Item quod comas non nutriant, neque barbas deferant, neque Gravias in frontibus faciant.* Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 23 : *Gyeffroy de Rancon.... avoit juré sur sains que il ne seroit jamez roingnez en guize de chevalier, més porteroit Greve, aussi comme les femmes fesoient, jusques à tant que il se verroit vengié du conte de la Marche.* Le Roman *d'Athis* ibid. in Glossar.:

La Greve droite en la cervis.

¶ 2. **GRAVIA**, Glarea, locus arenosus, Gall. *Gravier.* Charta Philippi Aug. ann. 1211. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1102 : *Si vero eo tempore duellum fuerit adjudicatum, in Gravia castri tenebitur. Si judicium aquæ vel ignis portandum fuerit, apud S. Petrum Puellaris portabitur.* Vide *Graveria.*

* **GRAVIATA**, mendose pro *Grammata*, hoc est, Literæ seu ars legendi, in Dial. super deplor. Gall. Calamit. inter Opera Alani Charter. pag. 549 : *Commune æs artificio raptum iri, nova quædam hominum conjuratio est, in quam ante Graviata filios edoceant.* Vide *Grammatus.*

¶ **GRAVICA.** Vide *Granica* in *Granea.*

GRAVIDARI, Gravidam fieri, apud Aurelium Victor. in Epit. in Adriano.

¶ **GRAVIDO**, ut *Gravamen*, Damnum, onus, Gall. *Grief*, Angl. *Grievance.* Formulare Anglic. Thomæ *Madox* pag. 174 : *Nunc itaque prædicta terra in potestate illius sit donata, et ab omnium servitiis intus vel foras libera perseverat sine aliquo Gravidine et læsione.* Vide *Gravitas* 3.

* **GRAVIGLONUS**, Clathrus, Gall. *Barreau.* Stat. Montis-reg. pag. 274 : *Quilibet habens rotam seu tenens in flumine Elleris, vel aliorum fluminum; teneatur et debeat continue tenere et habere in principio canali seu trogli unum rastellum, qui rastellus habeat Graviglonos, unum prope alium per unum semisse.* Vide supra *Grata.*

GRAVIO. Vide *Grafio.*

* **GRAVIOSUS**, Gravis, onerosus. Stat. colleg. Fux. Tolos. ann. 1457. ex Cod. reg. 4223. fol. 210. v° : *Arbitramur nemini collegium intrare volenti fore Graviosum, si quid pro ingressu collegii ad ejusdem collegii utilitatem elargiatur.* Vide infra *Gravosus.*

1. **GRAVITAS**, *Honor; Gravare, honorare*, in Glossis MSS. ad Concil. Sardic. cap. 13.

2. **GRAVITAS**, Titulus honorarius, tributus Duci Daciæ Ripensis, leg. 13. Cod. Th. de Operib. public. (15, 1.) Adde leg. 1. eod. Cod. de Episc. et Cleric. (16, 2.) leg. 28. eod. Cod. de Appellat. (11, 30.)

¶ 3. **GRAVITAS**, Onus, exactio, Gallice *Charge, Exaction.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 19. col. 2 : *Anno Domini* DCCCXXII. *Cenulphus Rex Merciorum idem donum confirmavit ab omni sæculari Gravitate liberum et fiscali tributo.* Vide *Gravido.*

* **GRAVIUM**, Arboretum, nemus. Charta Vital. ducis Venet. ann. 1094. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1536 : *Usque ad medium Gravium viam a latronibus defendere et securam illam semper reddere debeatis.* Vide supra *Gravea.*

* **GRAVIUS.** Vide *Gavius.*

¶ **GRAULUS**, κολιός, *Culeus*, in Supplemento Antiquarii. Martinius censet legendum *Graculus.* Homero κολιός est Vagina, culeus; Loculus, hydria, Hesychio; Aristoteli vero quædam ævis : sed tum pro κολιός, scribendum dicunt κολιός.

* **GRAVOISIUM**, a Gallico *Gravois*, Rudera. Charta ann. 1099. in Chartul. S. Magl. Paris. ch. 228 : *Noverint universi nos tradidisse et concessisse Simoni Pastourelli et Johanni dicto Bonneri moliariis nostra tria quarteria terræ.... pro molis trahendis et lapidibus taillendis.... Et postea debent reimplere suis sumptibus et expensis propriis omnes foveas, quas facient, et ubi trahent et infundent, videlicet de primo Gravoisio inde proveniente seu tracto.*

GRAVOSUS, Gravis, in Lege Wisig. lib. 9. tit. 1. § 9.

GRAUSIA, Gravamen, ni fallor. Charta Gualteri Episcopi Lingonensis ex Tabul. Albæripæ : *Dimisit omnes Grausias et querelas, etc.* Vide *Greugia.*

* Occurrit præterea in Charta Caroli V. ann. 1367. ex Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 112. Vide supra *Graviosus.*

¶ **GRAYALE**, Craticula, Gall. *Gril.* Inventar. ann. 1342. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Item unum morterium et unum pestellum; item unum Grayale; item duas corchas, etc.*

* **GRAYLATOR**, Vigil, excubitor, quia *grala* seu cornu aut buccina sonum edit. Libert. loci de Trya ann. 1325. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 54 : *Quod ipsi consules possint..... in portalibus aut turribus villæ prædictæ..... gaytam seu Graylatorem libere ponere et tenere.* Vide supra *Grala* et infra *Grelare.*

¶ **GRAYLUM**, Pondus legitimum monetarum. Charta locat. gabellæ vini Avenion. ann. 1367. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 69. r°. : *Girardus de Florentia mercator... obtulit.... pro dicta gabella pro uno anno prædicto xxim. florenorum auri de Gralio* (sic) *seu pretio xxiiij. solidorum pro quolibet. Supervenit... Guillelmus Judicis.... dicens se.... obtulisse pro dicta gabella pro uno anno prædicto simile pretium xxim. florenorum auri de Graylo... Pro pretio et nomine pretii xxim. florenorum auri de Graylo bonorum et justi ponderis.* Vide in *Pondus.*

* **GRAYSA**, Adeps, Gall. *Graisse*, Ital. *Grascia.* Index portorii castri Lancon. ann. 1378 : *Item salmata olei et Graysæ, denarios duodecim conarotorum.* Vide supra *Grascia.*

* **GRAZALA**, ut supra *Grasala.* Libert. loci de Trya ann. 1325. in Reg. 64. Char-

Digitized by Google

toph. reg. ch. 54 : *De uno onere scutellarum et Grazalarum, unum denarium Turonensem. Plats trancheurs et Grazals d'estain, et autres fournitures et utencilles nésessaires pour bien et honestement estre servis dans leurs refections*, in Charta ann. 1543.

* **GRAZALETUS**, Eadem notione. Stat. eccl. Castrens. ann. 1358. part. 2. ex Cod. reg. 1592. A. fol. 76. r° : *Item sex scutellas et sex Grazaletos, etc.* Vide supra *Grasaletus* et *Grasellus*.

* **GRAZILLA**, Craticula, Gall. *Gril*. Invent. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 67. col. 2 : *Duas sartagines, Grazillam, et capud foci, etc.* Vide infra *Gresilha*.

GREAGIUM, Præstationis species. Professio feudalis, seu uti vocant nostri, *Adveu*, quam Regi præstitit Episcopus Ambianensis ann. 1301. in Camera Computor. Parisiensi : *Vechi comment on prent le Greage en le vile d'Amiens. Toutes œuvres de verges faites, si comme van, corbellons, benetons, kanes, ne doivent rien, etc.* Charta Philippi Comitis Flandriæ pro peagiis ejusdem urbis : *Toutes œuvres faites de vergues, si comme vans, corbeilles, corbeillons, paniers, ne canes, ne doivent nient; mais qui porte hanas à vendre en la chité d'Amiens, il doit 4. den. de Greage, ou 4. hanas en se volenté, et en sen quois en sera, et ensi sera quite l'an. Et sil porte auges, 4. auges ou 4. den. payera, etc.*

* Hanc explicat Charta ann. 1469. ex Tabul. 21. Corb. fol. 132. v° : *Ung certain droyt, que on dit Gréage, qui s'estend en la quarte partie des revenues et proffis de la coppe des bois.* Neque enim hic *Gréage*, idem est quod *Griagium*, de quo in *Gruarius* 1. Hinc etiam habes nominis rationem Regesti forestæ de Brotonnia in Biblioth. reg. signat. 4653. quod *Grael* inscribitur; quia nempe in eo recensentur singulorum hominum, ea foresta utentium, præstationes. Cui interpretationi nihil repugnant quæ supra proferuntur; iis quippe significatur præstatio, quæ ex utensilibus ligneis venum expositis percipitur. Vide infra *Greeria*.

* **GREALE**, Liber ecclesiasticus, idem quod *Gradale*, 1. nostris *Gréal* et *Gréel* dictus. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 141 : *Ipsam ecclesiam introiens duos libros, videlicet unum missale et unum Greale.... in ea cepit.* Vide supra *Grudalicantum*.

* **GREANTARE**, Fide aut sacramento promittere, cavere. Charta Rob. de Bellom. ann. 1220. ex Tabul. capit. Carnot. : *Tam ego solus, quàm uxor mea et liberi mei et fratres mei Greantavimus garandire.* Vide supra *Grantare*. Hinc

* **GREANTATOR**, Sponsor, fidejussor, Gall. *Caution*. Charta ann. 1302. ex Chartoph. reg. layet. Pictav. : *Prædictus Guionetus.... fecit se sponsorem, Greantatorem ac etiam principalem debitorem etc.*

¶ **GREDARIUM**, Scalæ, graduum series, Gallice *Escalier*. Sententia arbitralis ann. 1497. inter Dominos et Communitatem Calliani : *Actum Grassæ in porticu supra Gredaria ante introitum portæ ipsius Domini*. Vide *Gradarium*.

¶ **GREDINUNDA**, Βαδίζοντες τοὺς ὅρους λίθοι, *Limites*, in Supplemento Antiquarii. [* Glossar. Lat. Gr. : *Gredinunda*, βαδίζουσα. Ubi in Castigat. leg. *Gradibunda*.] Vide *Gremini*.

* **GREENTARE**, Gratum habere, approbare. Charta ann. 1231 : *Et hoc filio nostro Johanni, cum venerit ad ætatem, Greentare faciemus*. Vide supra *Gratare* 2.

* **GREERIA**, a *Grueria* aperte distinguitur, unde idem videtur quod supra *Greagium*. Charta Alph. comit. Bonon. ann. 1243. inter Probat. tom. 1. Annal. Prædmonstr. col. 349 : *Quittamus etiam omne jus grueriæ et Greeriæ, quod habere possumus in dictis nemoribus.*

¶ **GREETMANUS**, Præfectus civitatis. Litteræ anni 1401. apud Rymer. tom. 8. pag. 193 : *Prælati, Clerus, Consules, Greetmani, Conjudices, totaque Communitas, etc.* Vide *Grietmanni*.

¶ **GREFFARIUS**, Grepperius, Grepperius, Scriba, Gallis *Greffier*. *Grefferius Criminalis*, in Instrumento anni 1378. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1531. *Grefferius*, in Charta ann. 1496. apud Rymer. tom. 12. pag. 594. et in Statutis Monasterii S. Claudii pag. 57. *Greffarius*, apud Robertum *Goulet* in Compendio jurium Universitatis Paris. f. 12. *Registratores seu Greferii Parlamenti*, ann. 1361. apud *D. Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 483. Vide *Grafio*.

¶ **Grepparius**, Officium *Greffarii*, in Instrum. anni 1496. tom. 12. Rymeri pag. 627.

* *Grefferie*, in Charta ann. 1467. ex Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 274 : *La scribanie ou Grefferie de la court du baille et consulat de la mer de nostre ville de Coulieure etc.*

¶ **GREGARE**, Congregare, adunare, conjungere. Gloss. Lat. Græc. Sangerm. MSS. : *Gregat*, ἀγελάζει, ἀθροίζει. Unio Ecclesiarum mensæ Episcopali a Petro III. Episc. Apt. ann. 1257. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues : Nituntur digregare... quæ sancti patres nostri Gregaverunt*

GREGARIA, Bercaria, prædii rustici species, ubi grex ovium, ut *Vaccaria*, ubi vaccæ, nutriuntur. Chronicon Fontanellense cap. 16. pag. 245 : *De illa Gregaria pagens. 60.... de prædicta Gregaria caseorum pensas 30.*

¶ **GREGARIUS**, Pastor, custos gregis. Nicolaus Specialis de Rebus Siculis lib. 1. cap. 11 : *Bubulcos, opiliones, aliosque Gregarios terror continuus invadebat.*

* **GREGETUM**, Ornamenti genus ex pluribus rebus simul adunatis constans, quo sensu *Gregge* dicunt Itali, f. Monile, Gall. *Collier*. Stat. Vercell. lib. 2. pag. 27. v°. : *Appellatione jocalium intelligatur garlanda una quæ portatur omni die, et Gregetum unum quod portatur omni die.*

¶ **GREGIA**, ut *Griechia*, Gravamen, alias Gallice *Grieche*. Libellus de remissione peccatorum tom. 4. Anecd. Mart. col. 26 : *Theodorus de Gregiis dicit : Si pro ultione amici occiderit hominem*, VII. *annis vel* X. *pæniteat.*

* **GREGIUS**, Ital. *Greggio*, Gall. *Gris*, Cinereus. Stat. Orviet. ann. 1491. apud Cl. V. Garamp. in Dissert. 2. ad Hist. B. Chiaræ inter not. pag. 148 : *Guarnellorum Gregiorum sive alborum, etc.* V. in *Griseum*.

* **GREGULUS**, Grex. Breviloquus in Proem. oper. edit. ann. 1482 : *Quod tamen maxime oportunum et necessarium est curam animarum gerentibus, et qui Gregulum commissum pastu vitæ, id est, sacra Scriptura, quæ scriptis comprehenditur, pascere debent et exemplis.*

GREIL. Custumarium Priorat. *de Lewes*, apud Spelmannum : *Hæc sunt, quæ Aluredus accepit cum Ecclesia et terra : 5. boves,... 6. vaccas,... 3. equos, 1. archam, 1. Greil, 1. patellam, et 1. triparium, et 3. barillos, etc.* Ubi *Greil* est *Graticula*, quam *Grille* dicimus, quæ ibi reponitur inter instrumenta culinaria. Vide *Gradale*, *Gracilis*.

* **GREIX**, Dos a marito profecta, in regno Valentiæ dicitur ex Fontanella de Pact. nupt. tom. 2. claus. 7. gl. 1. part. 1. idem quod *Morganegiba*. Vide in hac voce.

* **GRELARE**, Ad *gralæ* seu cornu aut buccinæ sonum proclamare, bannum indicere, a vet. Gallico *Grelloier*, *gralæ* sonum edere. Stat. ann. 1352. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 151. col. 1 : *Item quod nullus custos seu gradianus animalium quorumcumque, sit ausus inmittere seu inmitti facere aliqua animalia in alienis vineis, bladis,... sub pœna banni insfrascripti;... cum erit bladum granatum, et tempore quo erunt racemi in vineis, vel erunt Grelatæ, pro quolibet mutone vel qualibet ove, sex denarios Turon. et pro custode decem et octo denarios Turon.* Guill. Guiart. ad ann. 1304 :

> Qui lors oist tentir buisines,
> Trompes sonner, cors Grelloier.

Vide supra *Grala* et *Graylator*.

GREMIALE, Pannus sericus, qui Episcopi, sacra facientis, cum sedet, gremio aptatur. Octav. Ferrarius : *Grembiale, et Grembiule*, linteum, sive semicinctium, a gremio. Ceremonialis Episc. lib. 1. cap. 11 : *Duo præterea alii, sed in Missa tantum, adhibentur ministri, quorum unus de Gremiali, alter vero.... de ampullis serviat. Et qui Gremiale ministrat, intentus esse debet, ut cum celebrans Episcopus surgit, antequam mitra ei auferatur, ipsum Gremiale per Subdiaconum de gremio Episcopi ablatum reverenter accipiat, illudque complicatum ante pectus ambabus manibus teneat, et cum opus erit, eidem Diacono reponendum in gremio Episcopi sedentis, etc.*

¶ **GREMIALIS**, Qui sunt de *Gremio* seu sodalitate cujusdam ordinis. *Congregatio ipsa per Gremiales suos debeat deliberasse, etc.* in Bullar. Carmel. pag. 388.

Gremiales Rivi. [* Qui ex eodem *gremio* seu flumine decurrunt.] Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 19 : *Circiter* 30. *jugera inter duos Gremiales rivos fluminis, quod dicitur Stour.*

¶ **GREMINI**, οἱ διορίζοντες τοὺς ὅρους λίθοι, *Limites*. Supplem. Antiquarii. Gloss. Lat. Græc. MSS. habent *Grimini*. [* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. ex Sosipatro lib. 1. leg. *Grumi*. Salmasius ad Plin. pag. 88. *Grumuli*. Scaliger. ad Festum et infra *Greniciæ*.] Vide *Gredinunda*.

¶ 1. **GREMIUM**, pro *Cmmium*. Gloss. Isid. et Papiæ : *Gremia, Siccamina lignorum*. Janssonius in Auctario : *Sectile, Gremium, arma, pluteum*. Occurrit pluries in sacris

Digitized by Google

Scripturis vox *Cremium*, quam S. Hieronymus in caput 10. Oseæ exponit herbas aridas et virgulta siccata. Colum. lib. 12. cap. 29 : *Tenuibus admodum lignis, quæ Cremia rustici appellant.*

2. **GREMIUM** Basilicæ, Mediam partem, seu *Navim*, interpretantur quidam, atque in iis Josua Arnedius in Lexico Antiquitatum Ecclesiasticar. pag. 1088. Anastasius in S. Silvestro : *Canthara cerostrata in Gremio Basilicæ argentea* 50. *etc.* Eadem ferme habet in S. Innocentio, et in S. Celestino. Ordericus Vitalis lib. 5. pag. 589 : *Hinc a dulci filio reverenter ad tumulum devecta est, et in Gremio Ecclesiæ juxta consortem thori corpus ejus honorifice sepultum est.* [Mabill. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 590. ad ann. 967 : *Initio ejus anni.... Georgius apostolicæ sedis secundicerius, idem religiosus Abbas prioris Monasterii... quod dicitur in Sublacu... venit in Gremium Basilicæ S. Petri... ubi cum domno Johanne XIII. PP. sanctæ synodo... intererant Ravennas Archiepiscopus, etc.* Translatio S. Gorgonii Mart. in Actis SS. Benedict. sæc. 4. part. 1. pag. 595 : *Igitur Domino favente ad Monasterium S. Martini, quod vocatur Majus, B. Christi Martyr cum summo honore... deportatus, atque in medio Ecclesiæ Gremio positus est.*]

De Gremio Mittere, in Collegiis, Monasteriis, et Conventualib. Ecclesiis dicitur, cum societatis quispiam, sui ipsius et reliquorum nomine delegatur. Et differt ab eo quod dicitur, *a latere legare*, quod hoc unius, illud multitudinis est locutio : sic in conventione quadam inter Simonem Archiep. Cantuar. et Priorem et Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Norwici ann. 1133. Spelm.

* 3. **GREMIUM**, Pars vestis, f. Cingulum, zona. Charta ann. 1391. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 59 : *Gatgiata prius per eosdem* (consules de S. Paulo in Occitania) *more solito in manibus dicti domini magistri per traditionem Gremiorum vestium suarum, quas indutas secum afferebant, emenda.*

GRENA. Vide *Greva*.

¶ 1. **GRENARIUM**, Species frumenti minoris, ut videtur, v. g. secalis, etc. [* Minus bene; de mensura enim sermo est, qua frumentum in *grenario* seu horreo regis mensurabatur.] Computum ann. 1202. apud D. *Brussel* de Feudorum usu tom. 2. ad calcem pag CLX : *Ad Liuns* VI^c. *mensuras frumenti per manum G. Præpositi, et* IIII^c. *et* L. *mensuras Grenarii, quæ valent circa* XXI. *modios per manum G. Borg.*

¶ 2. **GRENARIUM**, Horreum salarium, ubi sal venditur, Gall. *Grenier à sel.* Codex MS. reddituum Episcopatus Autissiod. : *Omnes saunarii qui vendunt sal in archis et in Grenariis debent* XII. *denar. de vinagio, et* VI. *denar. de pissonagio terminis supradictis.*

* Hæc interpretatio facile emendatur ex Ordinat. ann. 1415. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 1 : *Item les courretiers de sel livreront.... les Greniers de toille, que on a accoustumé de mettre soubz les minos en mesurant.... Greniers ou bannes de toille.* Quod enim hic *Grenier* appellatur, velum scilicet seu tela crassior, qua sal vel aliæ merces tegi solent, *Grenarium* Latine dicitur in loco citato, ut cuique patebit. Cæterum *Grenier* nostri vocant arcam, in qua grana reponuntur ab eorum venditoribus.

* **GRENATUS**, Carbunculus, lapillus, Gall. *Grenat*. Invent. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg. : *Deficiunt duæ perlæ et octo Grenati.... Deficiunt... duo saphiri et unus Grenat.* Aliud Gall. : *Y faut deux perles et huit Grenez.* Vide *Granatus*. *Greneté* vero dicitur de vase granis interpuncto, in Invent. MS. jocal. Eduardi I. reg. Angl. ann. 1297 : *Item une coupe d'or grenetée.... Item une coupe d'or Grenetée dedens.* Vide *Gravellatus*.

¶ **GRENCHIA**, an idem quod *Granchia*, Gallice *Grange?* Vide *Granea*. Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* ad calcem tom. 2. de Feudorum usu pag. CLI. col. 2. *de Grenchiis* XXVII. *s. de Harduino Garrad*, XXX. *l.*

¶ **GRENE-HOGA**, Mons viridis. Vide *Hoga*.

¶ **GRENERIUM**, ut supra *Granarium*, Horreum ubi grana frumentaria reconduntur, Gall. *Grenier*. Charta ann. 1229. e Chartulario B. Mariæ de Nantholio fol. 23. v° : *Dedi... cuidam Presbytero sive Clerico lecturo singulis diebus quoddam psalterium in perpetuum in Ecclesia B. M. de Nantholio, super tumbam patris mei, unum modium bladi ymbernagii ad mensuram de Nantholio percipiendum quolibet anno in meis Grenerïis de Nantholio.*

* **GRENERIUS**, Locus seu ædes, ubi grana frumentaria reconduntur, Gall. *Grenier*. Charta Phil. V. ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 223 : *Concedimus quod ipse* (Simon Martini de Raffaille) *quindecim caffiros frumenti ad mensuram Pampilonensem... in et super Grenerium seu seu Grenerios Navarræ... perpetuo possideat.* Vide *Grenerium*.

* **GRENGIA**, Eadem notione, Gall. *Grange*. Charta Blanchæ comit. Trec. ann. 1223. in Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris. : *Hæredes Ysabellæ habebunt... terram apud Chastelbeliart circiter duos arpennos,... cum Grengia lignea... Gervasius vero habebit... Grengiam tectam lateribus.* Vide *Granea*.

¶ **GRENICIÆ**, Termini, metæ, limites. Charta Bolconis Ducis Furstenbergensis ann. 1337. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 41 : *Quod ipsa civitas Friburg habere debeat omnia jura civilia plenarie et perfecte usque ad gades et Grenicias villæ Gunzendorff, et usque in medium villæ Polznitz, veluti aliæ civitates, sitæ in nostro Ducatu, habeant, eorum metis, gadibus et Greniciis.* Ibid. pag. 42 : *Donamus etiam præfatæ civitati... unum rubum liberum in omnibus metis, gadibus et Greniciis, sicut jacet et jacuit ab antiquo.* Alia Bolkonis Ducis Silesiæ pag. 391 : *Prout dicta villa in suis metis et Grenicïis circumferentialiter est distincta.* Litteræ Ruperti Electoris Palatini ann. 1356. apud eumd. Ludewig. tom. 5. pag. 576 : *Cum omnibus et singulis metis, gadibus, juribus, jurisdictionibus, dominiis, utilitatibus et directis Grenicïis, circumferentiis et limitibus, etc.* Rursum occurrit pag. 621. Vide *Granicies*. [** et Haltaus. Glossar. German. col. 752. voce *Grœntze*.]

¶ **GRENIDA**, Horreum, Gall. *Grenier*. Tabular. Ecclesiæ Ambian. : *Quidquid post excussionem manipulorum decimæ remanebit.... dividetur. Majores vero in his quæ ad Grenidam veniunt nihil juris habent, excepto quod quando annona mensuratur, si præsentes fuerint ad servitium Ecclesiæ et taullia sua fecerint, ut de somma annonæ rationem possint reddere Officialibus Ecclesiæ, et saccos et vehicula ad deferendam annonam submoverint uterque sex nummos pro sua procuratione habebit.* Vide *Granea*.

GRENONES, Grennones, etc. Vide *Grani*.

¶ **GRENTISCUS**. Vide *Græciscus*.

¶ **GREPIA** Anchoræ, Annulus quo facile potest apprehendi, a Teutonico *Gripen*, Apprehendere. Acta SS. Junii tom. 3. pag. 456. ubi de S. Raynerio : *Tunc prædictus Albertus Strambo cum serviciali navis, ascito uno de socïis, ivit ad Grepiam anchoræ... ipsi duo tantum cœperunt trahere anchoram per Grepiam.* [** Vide Jal. Antiq. Naval. tom. 2. pag. 66.]

GREPLA. Contract. Datior. Bergom. lib. 2. cap. 12 : *Salvo, quod quilibet ipsam Greplam portare sine dacio per 2. milliaria, etc.*

* **GREPPUS**, Ital. *Greppo*, Rupes præ-rupta, agger, dumetum. Cod. reg. 4189. fol. 19. v°. : *Tendit per ipsam stratellam juxta Greppum, sicut tendit super ipsa stratella usque ad capud vallis Cornachiæ.*

* **GRESA**, *Prov. Raxina*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Pedag. castri *de Les* ann. 1263. ex Cod. reg. 4659 : *In carga Gresæ nasis xiij. den. Le cuyrien, le Gressin, les esgruns semblablement xxxiv. lix. x. soulz, ij. den.* in Charta Phil. VI. ann. 1343. ex Bibl. reg. Aliud sonat in Charta ann. 1257. ex Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 302 : *Tres solidos de solage, vel quartam partem de las Gresas.* Vide infra *Gressius*.

* **GRESCERE**, pro Crescere, in Charta Renati reg. ann. 1476 : *Et religio floret, devotio Grescit, etc.*

* **GRESCHIERIA**, Locus, unde *gressii* seu silices eruuntur. Charta admort. ann. 1405. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 311 : *Septem quarteria plasteriæ et Greschieriæ, valoris per annum circa triginta quinque solidos Turon.* Vide infra *Gressius*.

¶ **GRESEUS**, Leucophæus, gilvus, cinereus, Gall. *Gris*, Angl. *Gray*. *Gerofalcones Gresei*, apud Rymerum tom. 2. pag. 1075. Vide *Griseum*.

¶ **GRESILHA**, Craticula, Gall. *Gril*. Instrum. anni 1341. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Item unam cassetam de cupro, duas cayssatas in dispensa; item unam Gresilham.* [* Provinc *Grasilho*. Vide supra *Grazilla*.]

¶ **GRESILLON**. Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* ad calcem tomi 2. de Feudorum usu pag. CLXVI. : *Pro* LXVII. *Gresillons*, LXXVI. *s. et* III. *d. Pro galea paranda, et porta combuxta, et palicio et breteschiæ*, XX. *l.* Apud Borellum *Gresillons* sunt manicæ ferreæ, Gall. *Menotes*. Codex MS. memorabilium Paris. ann. 1344 : *Henri de Malhetet fut mené par le bourreau,*

Digitized by Google

les Gresillons és mains et les fers és piés. Vide *Grilliones.*

* **GRESIUM**, Collis, ager editus, *gressiis* seu silicibus abundans, Gall. *Pierreux.* Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Et a dicto dente protendebatur et protenditur usque Gresium.* Vide infra *Gressius* et *Gresum.*

* **GRESPIA.** Chron. Tarvis. ad ann. 1380. apud Murator. tom. 19. Script. Ital. col. 778 : *Eatis omnes per vestra cellaria, nobis prius exhibita phiala una pro singulo ex Grespia comitis; quod est vinum phaleratum, suavissimum, pulchrum et amœnum.* An eo pertinet vox Italica *Greppia*, præsepe? Vide infra *Grupia.*

GRESSA, Vernix, sandaros. Matth. Silvaticus.

¶ **GRESSIBILIS**, Qui graditur, Engelberto de Longævitate ante diluvium cap. 7. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 1. col. 454.

¶ **Gressibilis**, Quadrupes, qui graditur. Medicina Salern. pag. 179. edit. 1622 : *Avium porro omnium volucrium genus paucissimum præstat alimentum, si ad genus Gressilium conferatur, potissimum si ad suillam, qua, non aliud invenias, quod copiosioris sit nutrimenti.*

¶ **GRESSIUS**, Silex, Gall. *Grés*, Lapis ad pavimenta. Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* de Feudor. usu, tom. 2. pag. CXII. col. 2 : *Pro Gressiis frangendis* IIII. *l. palicio reparando* XL. *S.*

* Reg. Phil. Aug. in Chartoph. reg. sign. 34. bis part. 1. fol. 96. r°. col. 2 : *Omnes patas tornellarum de Gressiis.* Vide mox *Gresum.*

* **GRESSONARIA**, pro *Cressonaria*, nostris, *Cressonniere*, Palus, lacus, stagnum. Lib. nig. 2. S. Vulfr. Abbavil. fol. 45. v° : *Johannes de sancto Jacobo xiiij. solidos de quodam prato et de Gressonariis suis et de domibus suis subtus Templum.* Vide supra *Cressonaria.*

* **GRESSUM**, Pellis animalis cujusdam, quod vulgo *Vair* Galli appellant, pro *Griseum* vel *Grisium.* Vide in hac voce. Stat. Universit. Aurel. ann. 1367. ex Cod. reg. 4223. A. : *Recepturus insignia doctoratus, suo doctori proprio vel electo insignia conferenti, ... mittere teneatur. . . . unam bonam forraturam de Gressis variis de septemtiriis, loco forraturæ mantelli, et aliam forraturam de Gressis variis bonis et honestis pro supertunicali forrando, quamlibet forraturam de Gressis variis de septemtiriis.*

¶ **GRESSUS**, Eadem notione. Charta anni 1237. e Chartulario S. Quintini in Insula pag. 157 : *Et illarum aquarum punctum certis fecerunt signis designari, videlicet tribus Gressis fixis in muro lapideo sito super vivarium antedictum et foris apparentibus . . . . quandocumque dictæ aquæ superirint vel superaverint illos Gressus, dicti Abbas et Conventus aquas illas exire permittent et effluere ventaliis elevatis.*

¶ **Gressus Gratificatus**, Facultas exeundi e Monasterio et spatiandi. Statuta Canonicorum Regul. S. Augustini art. 29. apud Raimundum Duellium lib. 1. Miscell. pag. 91 :

> Claustrum claudatur. Ne frater ab hoc gradiatur,
> Tempore ni certo, certis metis et aperto,
> Ni sit in officio vel Gressu Gratificato.

* **GRESTE.** Charta Roger. reg. Sicil. ann. 1133. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 246. col. 2 : *Inde vero vadit per Greste sancti Petri.* Pro *Crista*, ut legitur in Ch. Lothar. III. imper. ann. 1137. ibid. pag. 250. col. 1. ubi idem locus describitur : *Pergit per cristam sancti Petri.*

* **GRESUM**, Collis, ager editus et arenosus, *gressiis* seu silicibus abundans, Gall. *Coteau.* Charta ann. 1222. ex Tabul. S. Andr. Avenion. : *Sextam partem tertiæ partis decimæ fructuum de Vallerga, qui in Greso, vel in plano Podii alti percipiuntur.* Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Pascebat cum averi suo in planes et in Greso.* Charta ann. 1358. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 212. col. 2 : *Item quod ubi vendentur racemi de Greso, et apparebit quod aliquæ vindemiæ de plano ibidem adjungantur, etc.* Vide supra *Gresium.*

GRESSUTUS, *Pedester*, Papiæ.

¶ **GRESUS**, a Gallico *Gris*, Cinereus, leucophæus. *Gresus panis*, Panis ater, Gall. *Pain bis*, in Inquisitione MS. pro canonizatione S. Yvonis. Vide *Griseum*, et *Panis Gresus.*

GREVA, Arena, sabulum maris, glarea; nostris *Greve.* Charta Roberti Comitis Drocensis ann. 1220 : *Et sciendum est, quod in omnibus rebus, quæ ducuntur ad Sousmarée per terram, vel per Grevam de Crotoy, versus Pontivum, nihil ibidem habet Dominus S. Walarici.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 625 : *Novem acras in Greva maris . . . mensuratas pertica 20. pedum ad salinas faciendas.* Hinc emendanda videtur Charta Balduini Comit. Flandr. ann. 1067. apud Miræum in Donat. Belg. lib. 2. cap. 25 : *Et quingentas mensuras terræ . . . et salinas in Sintonis, quas Grenas vocant, si redactæ in terram cultibilem ex beneficio maris accreverint, liberas eis cum omnium incremento et tradidi.* Legendum enim *Grevas.*

Nostris etiam *Greves* dicuntur ocreæ ferreæ. Inventarium Philippi Magni Reg. Franc. ann. 1316 : *Item trois paires de Greves d'acier, et 3. paires de poulains.* Guill. *Guiart* ann. 1301 :

> Epées, bacinez, et hyaumes,
> Gantelez, targes, lances, Gréves,
> Ne r'ont là endroit nules tréves.

Chronicon Bertrandi *du Guesclin* :

> De plates et de Greves si fist bien atourper.

Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis ann. 1351. cap. *Pour le harnois : Gardebras, avantbras, cuissoz, Grevettes, sollers, et gantellez.*

¶ **GREVE.** Vide *Gereſa.*

GREUGIA, Gravamen, Gall. *Grief* : in Foris Beneharnensib. *Los Greuges.* Occurrit in Consuetudin. Tolosæ 4. part. tit. de feud. art. 7. 13. Assisiæ Hierosol. cap. 27 : *Se ce Gregier li deust.* [Chartularium S. Vandregesili tom. 1. pag. 675 : *Sans cheu que jen ne aucun de mes heritiers em puisson de rien Grochier, ne venir encontre, ne de rien clamer.* Ibid. pag. 1228 : *Sans ceu que jen ne aucun de mes hers en puisson de rien Groucher;* id est, Conqueri, murmurare, Gallis nunc *Gronder, murmurer.* Le Roman *de la Rose* :

> Et se gens encontre moi Grocent,
> Qui se tormentent et corrocent.

Vide *Greusa.*]

¶ **GREVIA**, ut *Greva.* Vide locum in *Furnile.*

¶ **GREUNO.** Vide *Grani.*

GREUSA, ut *Greugia*, [Gravamen, jurgium, controversia vel querela, Gal. *Grief.*] Charta ann. 1327. in Tabular. Episcopat. Ambian. fol. 161 : *Nonnullis querelis, controversiis, Greusis, debatis, etc.* Vide *Grausia.*

¶ 1. **GREUSIA**, ut *Greusa.* Conventio anni 1251. apud Perardum in Burgundicis : *Quod si aliquid causæ, controversiæ, litis vel Greusiæ, inter nostras Ecclesias . . . emerserit, per duos bonos de conventibus nostris . . . prædictum negotium terminetur.* Chartularium Abbatiæ Accincti pag. 13 : *Quædam Greusia orta fuit inter D. Acey et Giboynum et fratres ejus; dicebant enim quod non debebant facere Monachi molendinum a loco illo, qui dicitur Molendinum Arme usque Taysona, quia tale erat pactum inter eos et Monachos : de hac autem Greusia coram fidelibus hominibus concordati sunt.*

* *Greuse*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 393 : *Le seigneur de Valorges dist au suppliant qu'il fust le bienvenu, sauf sa Greuse ou plaincte.*

¶ 2. **GREUSIA**, Alia notione, in eod. Chartulario pag. 16 : *Giraudus Miles de Ternay et Haymo frater ejus dederunt Deo et sanctæ Mariæ Accincti dimidias rupturas de Tostet et Greusiam de campo Humberti de Louetenges.* Forte legendum *Gravia* vel *Grava.*

¶ **GREVUS**, πυκνός, *Densus, spissus*, in Supplemento Antiquarii. [* *Greuer*, in Gloss. Gr. Lat. et Lat. Gr. ubi Codex Germ. *Greber.*]

GREZISCUS. Vide *Græciscus.*

¶ **GRIAGIUM**, **Griaria.** Vide *Gruarius.*

* **GRIARE.** Vide supra *Baudare.*

* **GRIATORIA**, Jus, quod quis habet in foresta alterius, idem quod *Griarii*, nostris *Graarie* et *Greuerie.* Charta Guid. Buticul. ann. 1203. ex Chartul. B. M. Silvanect. : *Jus Griatoriæ, quod apud Oiriacum habebamus in nemore, tam extirpato quam extirpando, tam exculto quam excolendo, .. ecclesiæ B. M. Silvanectensi libere relinquimus.* Alia Joan. de Valer. ann. 1260. in Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris. fol. 338. v°. col. 2 : *Li ai donné la Graarie dou bois, qui siet entor Lovoies.* Denique alia ann. 1286. ex Reg. Chart. comit. Montisfort. et Droc. in ead. Cam. fol. 11 : *Les bois desdittes terres de Breine, de Quohan et de Couloinges, où il a Greuerie.* Vide in *Gruarius* 1.

¶ **GRIBA.** Consuetudines MSS. S. Augustini Lemovic. : *Monachi S. Martini debent ire primi, et postea nos, et postea Canonici cum Clericis, et debent portare Gribam cum reliquiis S. Justi in primo capite processionis.* Idem videtur quod Theca sacrarum Reliquiarum, Gall. *Chasse.*

¶ **GRIBELLIO.** Statuta Equitum Teuton. art. 58. apud Duellium lib. 2. Mi-

Digitized by Google

scell. pag. 58 : *Omnes fratres armorum vacantes exercitio attendunt mareschalco, qui dare debebit ipsis omnem militiæ apparatum, equos, mulos .... parvas tentas, quæ vocantur Gribelliones.*

¶ **GRIDA**, pro *Crida*, Proclamatio per præconem. Chron. Estense apud Murator. tom. 15. col. 377 : *Illi de exercitu existentes in burgo ad nihilum attendebant, nisi ad faciendum Gridas fieri et præcepta strictissima, quod omnes dicti exercitus de burgo recederent et redirent ad custodiam campi.*

¶ **Gridagium**, Proclamatio præsertim vini venalis, seu tributum ratione hujus proclamationis a domino perceptum. Extenta jurium Comitis Sabaudiæ ann. 1309. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 86 : *Item habet Dom. ibidem bannum vini .... tabernagium et Gridagium, quæ valent ad firmam per annum, ut nunc quatuor libras.* Vide *Cridagium.*

Gridare, Clamare, ex Italico, apud Petrum de Crescentiis lib. 4. cap. 17. extr. Vide *Crida.*

* Publicare. Chron. Bergom. ad ann. 1392. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 859 : *Gridata fuit pax inter prædictos de Suardis et eorum sequaces ex parte una, et prædictos de Rivola et de Bongis et eorum sequaces ex altera.* Vide *Grida.*

GRIECHIA, Gravatio, onus, ex vet. Gall. *Grieche.* Charta ann. 1269. ex Tabul. Fossatensi fol. 97 : *Tria arpenta vel circiter terræ arabilis seu frichiorum... onerata in tribus denariis Paris. capitalis census debitis in festo sancti Remigii, et ad Grieschiam tantummodo, ut dicebant, etc.* Infra : *Quod dicta tria arpenta terræ seu frichiorum ad dictum censum et Griechiam absque alio onere ... garentizabunt.*

* **GRIEILLARE**, Attenuare, minuere, Gall. *Emincer, rendre menu*, alias *Agrellir, agreslier.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Agrellir, aténurir, Grieillare.* Stat. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 432 : *Item chascun maistres dudit mestier* (de hautbergerie) *pour acheter fil, ... et le pourront faire Agreslier en leurs hosteulx ou ailleurs.*

GRIETMANNI, Præfecti civitatum, et *Grietania*, præfectura : voces Frisonibus familiares. In Legibus Opstalbomicis, *Griet-man, Grietenie.* Vide Joann. *a Sande* in Decisionibus Frisicis cap. 1. defin. 1. [Etymon Frisicum *Griet*, contractum ex *Gericht*, Judicium, et *Man*, Homo.]

GRIFALCO. Breviloquus : *Erodius, rapacissima avis, omnium volatilium major, et aquilam vincit. Vulgo Grifalco dicitur, qui aquilam rapit.* Crescentius : *Il Girifalco, e uccello rapace majore chel falcone.* Græcis γρυπός est rapax, unde Germani *Griipen*, nostri *Griper*, pro rapere dicunt Sic *Grifalco*, est *falco rapax*, dictus quasi *Gripfalco.* Landino, *Girifagno*, dicitur *lo sparviere, ch' è stătuto un' anno ne la selva, et ivi s'e mudato.* Dantes in Inf. cant. 22 : *Ma l'altro fu ben sparvier Grifagno. Grifaus* nostri dicunt, quæ vox apud Butilerium occurrit pag. mihi 242. Vide Oct. Ferrarii Orig. Ital. Infra *Gyrofalcones* et *Grifus.*

☞ Hinc Poetis nostratibus vox *Grifaigne* ut virum audacem et vultu minaci significarent. Le Roman *de la guerre de Troye* MS. :

Phellimenis et sa compagne,
Qi mult parert fere et Grifaigne,
Vint à Troye pour deffendre
Que Greis ne la peusse prendre.

Ibidem :

D'Agreste une isle est mer lontaigne
Dont la gent sont fiere et Griffaigne.

* **GRIFARE**, Apprehendere, violenter usurpare. Jura ducum Tusciæ ann. 1196. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 92 : *Unde castellanus Radicofani venit tunc in Priceno, et Grifavit omnia bona eorum.* Nostris vero *Grifer* est Unguibus discerpere, vulgo *Egratigner.* Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 129. Chartoph. reg. ch. 163 : *Lequel bailli fu Grifez ou visage, si que sanc en yssi.* Unde compositum *Aggriffer*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 140. ch. 194 : *Lequel sergent fu attains dudit huis en la main, où il fu un petit esgratiné ou aggriffé.* Hinc etiam *Agrafineure*, Vellicatio, cutis evulsio, vulgo *Egratignure.* Charta ann. 1246. in Reg. 93. ch. 291 : *Cil qui fait sanc .... dou poing, ou de la paume, ou d'Agrafineure, il paie vij. solz au seigneur.*

* **GRIFFIO**, Monetæ species, eadem quæ *Griffo.* Vide in hac voce. Charta ann. 1462. in Suppl. ad Miræum pag. 621. col. 2 : *Pro qua marcha, ... nec non sex Griffionibus conventui dicti monasterii .... solvi solitis, etc.*

GRIFFO, Monetæ species 10. florenis et 10. solidis æstimata, in Magno Recordo Leodiensi pag. 68. 85. [et in Historia Monasterii S. Laurentii ejusdem urbis apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 1129. *Gryfo* appellatur in Chronico Bonæ Spei pag. 398.]

GRIFFONES, nostris ita Græci Byzantini Imperii olim dicti. Matth. Paris ann. 1190 : *Cepit castellum inter Calabriam et Messanam, quod Monasterium Griffonum appellatur, ubi Gryfones insultum facientes in Hugonem Brunum Comitem Marchiæ, a Rege Richardo repulsi sunt.* Rogerus Hovedenus pag. 708 : *Venit ad villam bonam, in qua nobilis Abbatia Griffonum est.* Adde Bromptonum pag. 1189. Castelli de *Mategrifon* in Peloponeso alicubi meminimus in Hist. Gallo-Byzant. constructi a nostris ad *matandos* seu vexandos Græcos. *Griffons*, Villharduino n. 95. 128. 204. et in Chronico Flandr. cap. 11. Philippus *Mouskes* :

A tout lor Griffons et lor Turs,
S'iroient par la mer es murs.

Vide Gloss. ad eumdem Villharduinum.

* Bened. abb. Petroburg. de Gest. Henr. II. reg. Angl. ad ann. 1190. tom. 2. pag. 621. edit. Hearn. : *Ricardus rex Angliæ firmavit sibi castellum forte in supercilio montis ardui, extra mures civitatis Messanæ, quod Mate-Griffun vocaverunt. Griffones vero, ante adventum regis Angliæ, erant potentiores omnibus, qui erant in terra Siciliæ; et odio habebant omnes homines ultramontanos; adeo quod minimo habebant illos interficere.* Et pag. 646. ad ann. 1191 : *Cum autem rex Angliæ et sui armati essent, ... impetum fecerunt unanimiter in imperatorem* (Cypri) *et Griffones suos, etc.* Guill. Tyrii contin. Hist. Belli sacr. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 637 : *Il avint que li Grifon s'assemblerent et pristrent conseil d'assaillir et d'occir les Latins, qui estoient avec les Templiers, etc.*

¶ **GRIFFUS**, Ital. *Griffi*, Nostris *Grifon*, Gryps, Gryphus, Quadrupes alatum, sed fabulosum. *Leones et Griffi, vel aquilæ celeriter convolantes*, in Annal. Januens. Bartholomæi Scribæ lib. 6. ad ann. 1227. De *Gryphis* plura vide apud Schilterum in *Griff.*

* **GRIFOULUS**, Vasconibus *Grifoul*, Fons saliens, in Hist. Eccl. D. *Fleury* lib. 97. num. 3.

GRIFUS, [Superbus, cervicosus.] Vide *Gripus.*

* **GRIGNOLOSUS**, ut mox *Grigulosus.* Vide supra *Gramigna.* Stat. Astæ collat. 7. cap. 50. pag. 23. r° : *Insuper quod ipsi non vendent vel vendi facient carnes Grignolosas in becharia sive in mercato.* Nostris *Grignette*, Panis frustulum, in Lit. remiss. ann. 1454. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 488 : *A laquelle fille le suppliant avoit accoustumé de donner des Grignettes de pain, quant il tiroit le pain hors du four. Gouyaulx* vero appellantur farinæ subactæ frustula, quæ ex mactra raduntur, in aliis Lit. ann. 1483. ex Reg. 209. ch. 294 : *Pour faire du pain de brode, le suppliant a meslé du segle avecques des Gouyaulx du pain blanc, ainsi qu'il est accoustumé de faire en leur mestier de boulengier.*

* **GRIGULOSUS**, Lepra seu morbo infectus. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 88. ex Cod. reg. 4624 : *Si quis beccharius .... vendiderit .... aliquas carnes porchinas Grigulosas seu mesellas, solvat .... solidos decem pro bampno.* Haud scio an huc spectet vox *Grigieur* ex Lit. remiss. ann. 1476. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1618 : *On scet bien qui tu es, Jehan le Berguier, ung Grigieur; et je suis receveur de la Heuse.*

* **GRILENDA**, Circulus, Ital. *Grillanda.* Stat. Saluc. collat. 4. cap. 120 : *Teneantur dicti revenditores garnire omnes mensuras eorum ferro vel aramo, cum una Grilenda ferri vel arami circumcirca, et cum una barra ferri vel arami per medium.*

* 1. **GRILLA**, Denticulata cancri forceps, Gall. *Pince.* Dialog. creat. dial. 48 : *Cancer autem videns quod evadere non posset, se convertit et ranam cum Grillis momordit et dilaniavit.* Ludum *à la Grille* memorant Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 150. Chartoph. reg. ch. 387 : *Lesquels compaignons avoient joué ensemble à la Grille.*

2. **GRILLA**, Uvæ species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4 cap. 4.

¶ **GRILLARE** dicitur Gryllus Auctori Philomenæ.

GRILLIAN. Smaragdus in Grammatica MS. : *Promiscui generis sunt hæc glis, grus, lens, mus, etc.* Ubi Glossa interlinearis ad vocem *glis*, habet, i. *Grillian.* Vox vetus Francica.

GRILLIONES, Pedicæ, compedes, Hisp. *Grillos.* Martinus Didacus *Daux* Justitia Aragon. lib. 8. Observantiar. Regni Arag. tit. de Contumacia : *Si incartatus captus fuerit, non recipitur juris fidantia ab eo, nec etiam caplevatores : sed cum catena in*

Digitized by Google

collo, vel Grillionibus habet stare juri, etc.

* **GRILLONUS**, f. Clathrus. Invent. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 67. col. 1 : *Item inveni duodecim Grillonos et vaccas ferri, et quasdam ferrias.* **Grilete**, Animalis genus, f. rana, in Lit. remiss. ann. 1451. ex Reg. 185. Chartoph. reg. ch. 105 : *Ce poure homme ira après eulx sur la mer, nouant comme les Griletes.*

* **GRIMAUDUS.** Chartul. eccl. Carnot. ann. circ. 300 : *Debet etiam matricularius.. deferre cereum, qui Grimaudus vocatur, quem debet accendere et ponere super candelabrum ferreum inter cordas campanarum, antequam matutinæ incipiantur et etiam ante complectorium.* Liber virid. ejusd. eccl. : *Item doit le doyen à cause du doyené .... un cierge, appellé Grimault, qu'il doit bailler et livrer à l'offrande de la Chandeleur, du poids de 16. liv. un quart.*

¶ **GRIMINI.** Vide *Gremini.*

¶ **GRIMLICHOR.** Glossar. vet. ad calcem Collectionis Canonum MS. e Bibl. D. *Chauvelin : Sevus, Grimlichor.*

¶ **GRIMPA.** Vide *Guimpa.*

* **GRINEUM**, *Lo boscho.* Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide supra *Gravium.*

GRINIOSUS. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi cap. 30. de falconibus nidulariis : *Quando nidasii pascuntur, horripilant pennas, cooperiendo pastum ipsorum, et rostro et pedibus, cum manus custodis eis porrigitur, pastum defendunt, qui dicuntur Griniosi, et quanto citius extrahuntur de nidis, tanto plus habent de prædictis qualitatibus.* Nostri *Grignoner* dicunt circumrodere.

* **GRINNERES.** Vide supra *Cagualis.*

* **GRIO**, Idem fortasse quod *Grifalco.* Charta Regin. Pontis et Brager. dom. ann. 1322. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 138 : *Concedimus consulibus, ... quod in dicta villa Brageriaci sit merqua, cum qua signentur et merquentur tonnelli et pipæ vinorum.. Dicta merqua sit ab una parte de armis nostris, videlicet medietas cum uno pede Grionis, et alia medietas cum quadam turri.*

¶ **GRIOA**, Mensuræ genus. Vide *Goa.*

* **GRIOTA**, Doctis Hagiographis idem videtur quod *Gruellum*, Polenta, Gall. *Griotte.* Proces. de B. Pet. de Luxemb. tom. 1. Jul. pag. 598. col. 1 : *Emisso voto sensit* (mulier impotens) *se aliqualiter melioratam; ita quod manum ad os, licet lente, adduxit comedendo Griotam.*

GRIPHUS, Grippis. Isidorus lib. 20. Orig. cap. 11 : *Spingatæ effigies, quos nos Griphos vocamus.* Helgaldus in Roberto Rege Franc. : *Aliud quoque* (phylacterium) *jussit parari argento, in quo posuit ovum cujusdam avis, quæ vocatur Grippis.* [Vide *Griffus.*]

* **GRIPIDUS**, Dimissus, derelictus. Chartul. Celsinian. ch. 279 : *Et filii Petroni filiique Rainaldi habent ipsam apendariam Gripidam et deseparadam.* Ubi et *Gripitio*, eodem sensu, non semel occurrit. Hinc *Grippire.*

¶ **GRIPIRE.** Vide *Guerpire.*

GRIPPA, Genus navis. Bernhardus *de Breidenbach* in Itiner. T. S. : *Et vidimus fustes et Grippas cum armatis navibus intrare in portum.* [* Vide mox *Grippus*]

GRIPPERIA, seu Gall. *Gripperie*, Species navis, in Itinerario MS. Guillelmi *de Lanoy* D. *de Villerval.*

* **GRIPPIRE**, Dimittere, deserere, pro *Guerpire.* Vide in hac voce. Charta ann. 1162. apud Spon. tom. 2. Hist. Genev. pag. 34 : *Idem comes et filius ejus Guillelmus Grippiverunt, et ut firmam et integram pacem de ipsis regaliis ipsi et heredes eorum in perpetuum teneant, sacramento firmaverunt.*

¶ **GRIPPIS.** Vide *Griphus.*

¶ **GRIPPONERIUS**, Artifex; an qui vestes interpolat, Gall. *Frippier ?* Charta ann. 1374. ex Archivis Trevoltii facta dicitur, *præsente Annequino Lebret Gripponerio civi Lugdunensi.*

* F. pro *Gipponerius*, Vestium, quæ *Gippones* appellabantur, sartor, Gall. *Gipponier.* Vide supra *Gippo.*

* **GRIPPUS**, Idem quod *Grippa*, Celox, Ital. *Grippo*, nostris *Frégate.* Comment. de Bello Ferrar. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 1207 : *Classe unius et viginti triremium, duarumque biremium ac celocium, quos Grippos appellant* (Veneti) *circiter sexdecim instructa, etc.* Vide alia notione in *Gripus.* [** Vide Jal. Antiq. Naval. tom. 2. pag. 132.]

¶ **GRIPTA**, Locus subterraneus. Vide *Crypta.*

GRIPUS, Grippus. Glossæ Isid. : *Grippus, superbus, pilosus.* Ugutio et Joan. de Janua : *Grypus, superbus, convitiosus : unde canes parvos et ignobiles Grippos vocamus, quia præ cæteris superbi sunt.* Gloss. Arabico-Lat. : *Grifus, superbus, cervicosus.* In Passione S. Basilei Episcopi Amaseæ num. 17. χρίππος pro *rete* usurpatur.

* Glossar. Lat. Gall. S. Germ. Prat. : *Gripus, orgueilleux, testart, testu.* Aliud Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Grep, Prov. Gripus. Gripus, lo Grepo, uno cane*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

* **GRISANCHIA**, apud Matisconenses *Grisanche*, Lignum, vectis species. Lit. remiss. ann. 1479. in Reg. 205. Chartoph. reg. ch. 302 : *L'un desdiz hommes de guerre se parforcoit rompre la porte à tout une grosse piece de boys, appellée Grisanche;.... et desja à ladite piece de boys avoit soubzlevé ladite porte, etc.*

¶ **GRISELLUS** Roncinus, Equus gilvus, Gall. *Cheval gris*, in Codicillis anni 1318. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 176. col. 2. et in Chronico Dominici de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 665.

GRISENGUS. Vide *Griseum.*

¶ **GRISENS** Gradarius, Equus gilvus, Gall. *Cheval gris*, Lobinell. tom. 2. Hist. Brit. col. 827.

¶ **GRISENSIS** Panna, pro *Grisea.* Vide *Panna.*

GRISETUS. Vide *Griseum.*

GRISEUM, Grisium, Pellis animalis cujusdam, quod vulgo *Vair* Galli appellant, de quo quædam attigimus in Dissertat. 1. ad Joinvillam, semper in pretio habita. [*Grisia vel varia*, in Privilegio Leduini Abb. S. Vedasti Atrebat. ann. 1036. e Chartulario ejusdem Monasterii signato V. pag. 243. ubi de variis pellibus censui obnoxiis. Tabular. Ecclesiæ Macloviensis : *Statutum fuit* 13. *Aprilis* 1415. *ne Capellani audeant deferre almutias de Grisio seu vairo.*] Arnoldus Lubecens. lib. 6. cap. 5 : *Nunc non solum scarlatico, vario, Grisio, sed etiam purpura et bysso vestiuntur.* S. Bernardus Epist. 2. cap. 11 : *Ut inde compares tibi frœna aurea . . . varia Griseaque pellicea a collo et manibus ornatu purpureo diversificata.* Cæsarius lib. 6. cap. 5 : *Vestimenta ejus erant humillima, non Grisea, non varia, sed ovina. Pelles Grisiæ, et variæ* in Chronico Trudon. lib. 7. pag. 428. Adde Andream Monach. lib. 2. Vitæ S. Ottonis Episcopi Bambergensis cap. 27. Statuta Cluniacensia Petri Venerab. cap. 16. Albertum Aq. lib. 2. cap. 16. lib. 5. cap. 20. Willelm. Neubrig. lib. 3. cap. 22. Ricardum Hagulstad. pag. 328. Gaufrid. de Belloloco cap. 8. Radulf. in Vita S. Ricardi Episcopi Cicestrensis num. 44. [Concilium Terracon. IV. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 323.] etc. Sebastianus Cobarruvias : *Grises, son ciertos animalejos, de cuyas pieles se suelen hazer aforros, y dieron les este nombre por la color parda que tienen.*

¶ Grisum. *Almutiæ de Griso seu de pellibus Grisis*, in Litteris ann. 1371. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 135. Vide *Almutia.*

Grisus Color, qui *Pseudolactinus* Joanni Diacono in Vita Gregorii M. lib. 4. cap. 84. λευκόφαιος, Græcis. Baldricus in Gestis Alberonis Archiepisocopi Trevirensis : *Clericali se toga induit, et peplo muliebri caput et vultum involvit, et cappa de panno Griseo se superinduit, etc.* Leges Burgor. Scoticor. cap. 45 : *Et vestitum unius coloris, scilicet Grisei, vel albi.* Vita S. Gilberti *de Sempringham : Grisiis, quas dicunt vestibus utens, fucatos fugit pannorum colores. Vestis Grisea*, in Chronico Colmariensi ann. 1277. [*Grisevestis*, apud Ludewig. tom. 6. pag. 194.] *Grisea tunica*, apud Albertum Argentin. pag. 101. Fridericus II. Imp. de Arte venandi lib. 1. cap. 46. de plumis avium : *Quædam Griseæ seu cinericiæ.* Chronicon Windesem. lib. 2. cap. 6 : *Grisea tunica de quatuor partibus panni consuta.* Thomas a Kempis in Vita Gerardi Magni cap. 11 : *Vestimenta ejus Grisei Coloris.*

Grisius Rusticanus. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 18 : *Lanea autem dormitorii vel de albo esse debent, vel de Grisio Rusticano.* Infra : *Cappæ laicorum fratrum, id est, conversorum, de Grisio Rusticano.*

Grisei Monachi, *Gryfryers*, Anglis. Vide in voce *Monachi.*

Grisengus Pannus, Griseus, in Legibus Ethelredi Regis cap. 23. et in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 831. Idem qui

Grisetus dicitur Radulfo de Diceto ann. 978 : *Gaufridus Comes* (Andegavensis) *indutus tunica illius panni, quem Franci Grisetum vocant, etc.* Infra : *Rex deinceps ut Grisa tunica vocaretur, edixit.*

¶ Grisus Gipofalco, apud Rymerum tom. 2. pag. 1087. Vide *Gryfalcones.*

Grysbus, in Chronico Mellicensi pag. 360.

Grisitas. Fridericus II. Imper. lib. 2. de Venat. cap. 20 : *Quidam tendunt plus ad Grisitatem.*

De vocis *Griseus* etymo, quædam habent Menagius et Ferrarius.

Digitized by Google

* **GRISEUS**, Gall. *de Grès*. Vide infra *Lapis Griseus*.

* **GRISILIO**, Manica ferrea, Gall. *Menotte*, alias *Gresillon*. Arest. parlam. Paris. ann. 1378. in Reg. 136. Chartoph. reg. ch. 241 : *Eum* (prisionarium) *deligaverant, et extra Grisiliones seu manicas ferreas, aliaque vincula posuerant*. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. ch. 13 : *Il meist ledit prisonnier ou cep par les deux piez et ès Gresillons par les deux mains*. Chron. Ms. Bertr. Guescl. :

Disoient l'un à l'autre leurs grans necessitez,
Et comment on les ot en prison demenez,
Et en geaine mis, et les membres tirez,
Et mis en Gresillons, et les pieds enferrez.

Vide *Gresillon*.

* **GRISIUM**, Collis, pro *Gresium*. Vide supra in hac voce. Charta ann. 1065. ex Chartul. S. Vict. Massil. fol. 43 : *Donamus illi quemdam locum et terram cultam et incultam, ubi vocant S. Johannis in ipso Grisio, totum et integrum*. Alia notione, vide in *Griseum*.

¶ **GRISOLARIS**. Vox corrupta, ut conjecto, quæ legitur in Præcepto Borelli Comitis ann. 986. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 339. et seqq. Præceptum istud dicitur *Scriptum hoo mense Aprilis, die* VIIII. *Calendas Maii, luna decima, Concurrente* IIII. *Epacta* VII. Hæc optime coherent cum anno 986. negotium facessunt proxime sequentia : *A. C. sidus Grisolaris postquam ingressi fuerint* XV. *et antequam ingrediantur ad caput habeamus ad* XLV. Pro *A. C. sidus Grisolaris*, legerem lubens : *Littera C. cycli solaris*, quod hæc littera huic anno conveniat. Cetera, qui potest exponat vel emendet.

* **GRISOPOLUM**. Vide supra *Grisopolum*.

* **GRISSELLUS**, pro *Grassellus*, idem quod supra *Grasala*. Vide ibi. Libert. loci Simpodii ann. 1339. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 96. art. 39 : *De uno onere scutellarum et Grissellorum, unum Turonense*.

* **GRISSUS**, Color equi, Gilvus, Gall. *Gris*. Lit. remiss. ann. 1359. in Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 190 : *Duos equos, videlicet unum ruffum-grissum, ... et unum alium Grissum . . . . furtive abduxit dictus Johannes Martelet*. Vide *Grisellus*.

¶ **GRISULFI**. Vide *Gibellini*.

¶ **GRISUS**. Vide in *Griseum*.

¶ **GRITA**, f. pro *Crista*, Mons, collis vel pro *Crypta*, Antrum, spelunca. Privilegium Wifredi Comitis Barcinon. pro Monasterio Rivi-pullensi, tom. 3. Concil. Hisp. pag. 165. col. 2 : *Ex alio vero latere descendit de serra super corule, et pervenit per ipsa Grita usque in flumine Febreri*. Vide *Critum*.

GRITHBRECH, Pax Domini Regis fracta, Willelmo Thorn. pag. 2031. et Rastallo; *fractio pacis*, Bromptono, ex Anglico *Grith*, vel Danico *Grid*, pax, et *Brece*, violatio. Leges Kanuti cap. 32 : *In Danelaga habet Rex fythwitam, i. forisfactum pugnæ, et fyrthwite, i. forisfactum expeditionis, et Grithbrech. i. infractionem pacis*. Adde Leges Henrici I. Regis Anglor. cap. 12. 22. 35. 59. 79. ubi crebro sumitur pro pacis infractore. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 372. tom. 2. pag. 133. Janum Delmerum ad Jus Aulicum Norvegicum vetus pag. 506. [et Glossarium apud Wanleium de Litter. Septentr. pag. 284. ubi legitur : *Grithbriche, id est, Fractio pacis*.]

* **GRITONATOR** vel **GRITONATUS**, Vocem corruptam esse suspicantur docti Editores. Hispanis *Grito* est Quiritatus, clamor, fremitus : sed nihil ad hujus loci intelligentiam pertinere videntur hæ voces; unde ab Italico *Gettare*, pro Imponere, fucum facere, quod *hypocritarum* est, accersiri atque adeo emendari potest vocabulum *Gritonator;* nisi pro *Gritonatorum*, legas *Goliardorum*, quod satis arridet. Vita S. Facund. tom. 6. Aug. pag. 474. col. 1 : *Falsos autem prophetas et hypocritas et simulatos Christianos, ... beatus Facundinus sicut viperas perhorrebat, eorum familiaritates et colloquia fugiens, non permittebat aliquam sectam talium hypocritarum et Gritonatorum, falsorum que spirituum, in sua ecclesia et diœcesi intrare et morari*.

* **GRIXIUM**, Pellis animalis cujusdam, quod vulgo *Vair* Galli appellant, id quod *Griseum*. Chron. Placent. ad ann. 1185. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 456 : *Habuit ex ea plus quam cl. equos oneratos auro et argento, et samitorum, et palliorum, et Grixiorum, et variorum, et aliarum bonarum rerum*. Vide supra *Gressum*.

¶ 1. **GROA**, Species mensuræ. Vide *Goa*.

¶ 2. **GROA**, **GROUA**, Idem quod Anglis *Cro* vel *Croa*, Palus, terra paludosa, Gall. *Marais, Terre marecageuse*. Litteræ Vicarii Archiepiscopi Rotomag. ann. 1206. in Tabulario Calensi : *Item Ligerus de Vado* II. *den. de terra sua de Gromont et* VII. *den. de masura sua, et* II. *den. de sua Groa*. Litteræ Vicarii Pontisaræ ann. 1332. in Chartular. S. Martini Pontisar. : *Tria quarteria de Grouis ad quarreriam... quinque quarteria ad gouletum... tria quarteria de Groa ... 40. perticas ad passagium, sex arpenta de Groua*.

* Vel potius, Locus aut ager sepibus seu virgultis implexis conclusus, nostris *Groe* et *Groye*. Charta ann. 1321. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 156 : *Pour une Groe, de laquelle l'en li souloit rendre dis sept deniers de cenz*. Lit. remiss. ann. 1476. in Reg. 195. ch. 1575 : *Le suppliant et ung autre en sa compaignie enmenerent une jeune femme amourense en unes plesses et Groyes près d'illec, etc*. Vide infra *Groea*.

* Haud scio an inde *Grohan* in Chron. Andegav. edit. ann. 1529. cap. 9. pag. 15 : *Et dit on pour vérité que César, estant au pais d'Anjou, fit édifier et construire un château et théâtre pour sa demeure, hors la ville d'Angiers, et près l'un des portaux d'icelle, lequel est à présent en ruine, et n'y paroit plus que les fondemens, et est en langage Angevin appellé Grohan*.

GROBA, Fovea, cloaca, ex Germ. *Grube*. Occurrit apud Henr. Aquilonipolensem in Lubecca lib. 2. cap. 1. non semel.

¶ **GROCERUS**, Magnarius, solidæ mercis propola, Gall. *Marchand Grossier*. Litteræ ann. 1392. apud Rymer. tom. 7. pag. 727 : *Per Robertum Fitz Robert, Adam Yerdele et Johannem Halle, Groceros Londoniæ, appreciatas, etc*. Aliæ ann. 1471. apud eumdem Rymer. tom. 11. pag. 680. *Johannes Harrys civis et Grocerus Londoniæ*. Occurrit rursus in Formulari Anglic. Thomæ *Madox* pag. 285.

* Vel qui omne genus specierum vendit, Gall. *Epicier;* utrumque enim Anglicum *Grocer* significat.

* **GROCITER**, Multum, copiose. Charta ann. 1322. in Reg. Chartoph. reg. ch. 126 : *Emerunt frequenter.... mercadayrias, tam de pannis pluribus et diversis, quam de hiis quæ spectant ad ministerium seu artem de ypothecaria,.... in quibus omnibus et singulis per Dei gratiam bene et Grociter lucrati fuerunt*. Phrasis Gallica : *Ils ont gagné gros*. Vide *Grocerus*.

¶ **GROCOMIUM**. Vide *Gerocomium*.

* **GROEA**, Locus in fluvio virgultis implexis conclusus piscium capiendorum gratia. Charta ann. 1144. ex Tabul. S. Satyr. : *Concedo ecclesiæ sancti Satyri quidquid juris in littore Ligeris circa Mesvam in piscatoriis, rameis, Groeis habeo, uxore mea et filio meo concedentibus, omni calumpnia extincta*. Vide supra *Groa* 2. et mox

* **GROETA**, Eadem notione, in Reg. episc. Nivern. ann. 1287 : *Groetæ et sagenæ ad episcopum pertinent*.

GROGNIUM Tabular. Episcopat. Ambian. ann. 1231. fol. 95 : *De Grognio juxta aream Joannis vetulæ, dicimus, quod salices, et illud, quod calceatum est, debent tolli usque ad altitudinem aquæ*. [Forte idem est quod mox *Gronna*.] [* Idem forte quod supra *Groea*.]

GROINUM, [Idem quod infra *Gruinum*.] Charta Raynaldi Episc. Noviom. ann. 1177. in Tabulario Abbatiæ Montis S. Martini, diœcesis Cameracensis : *Hæc autem ad Majoriam pertinere dicebat, tractum et custodiam terragii, Groinum, rehaltonem, garbas deligatas, cyrothecas, redemptiones terrarum, furnum et stalagium*. Vide *Grugnum*.

* Inquisit. ann. circ. 1270. in 1. Lib. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 23. r°. : *De articulo ubi dicit medietatem Groini ad se pertinere : dicunt ipsum ad hoc esse restituendum, hoc salvo quod garbæ, quarum vincula rupta sunt, quas dicebat ad Groinum ire debere, si in propriis vinculis religari non possent, ad Groinum, ut petebat, ire non debent. Nec est prætermittendum quod virtute hujus verbi, Groini, grapinum non intelligitur*. Vide infra *Gruinum*.

* **GROINIUM**, Eadem acceptione, in Charta ann. 1170. ex Chartul. A. eccl. Camerac. ch. 88 : *Et pro Groinio, quod suum major esse contendebat, amore pacis vj. frumenti raserias ad mensuram Duacensem habebit*. Alia ann. 1187. ibid. ch. 100 : *In omni Groinio, in hautone, in procurationibus, etc*.

* **GROLERIUS**, Veteramentarius sutor, Gall. *Savetier*, Provinc. et Occit. *Groulier*. Stat. sabbat. Carcass. ann. 1402. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 564. art. 17 : *Quod Grolerii dicti burgi non sunt ac erunt comprehensi in privilegiis hujusmodi, attento quod ad hoc vocati adhærere noluerunt cum dictis sabbateriis, ymo totaliter ab eis separatos esse voluerunt*.

* **GROLIA**, Putamen, testa, Gall. *Coque*. Stat. Montis-reg. pag. 321 : *Item pro sestu-*

Digitized by Google

rio castanearum cum Grolia, den. vj. Stat. Astæ ubi de Intrat. port. : *Amandolæ cum Grolia solvant pro quolibet modio libras viij.*

* Nostris vero *Grolée* et *Groslée*, Refectio quædam appellata. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 164 : *Lesquels furent un soir par nuit en une pezière,... de laquelle il voloient apporter des rains et des cosses pour faire une Groslée aus champs, où les plusieurs d'eulz gardoient bestes en pasture, etc.* Stat. ann. 1553. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 221. col. 1 : *Quia consuetum est in festis annualibus et solemnibus... ministrari refectio, quæ dicitur la Grolée : et quia consuetudo hujusmodi fuit per nonnullos intermissa, ordinatum quod canonicus noviter receptus, qui nondum paraverit dictam refectionem panis et vini, la Grolée nuncupatam, tenebitur providere super ea, et providere dictam refectionem, quæ erit panis et vini ad minus, et plurium cibariorum, si voluerit.*

¶ **GROLLARE**, Movere. Gall. *Grouiller.* Miracula S. Zitæ tom. 3. April. pag. 522 : *Ipse multoties videbat eam Grollantem capite, tanquam insanientem.*

* Ital. *Crollare*, nostris *Croler, Croller, Crosler* et *Crouler.* Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 144. Chartoph. reg. ch. 220 : *Icelle femme en courant vint hurter audit Guillaume, lequel la hurta du bras, sens ce que il semblast que li uns feist mal à l'autre, ne que l'un ne l'autre en Crolast ou cheust.* Gesta Ludov. Pii cap. 12. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 144 : *Nus ne fu puis si hardiz qui s'osast Croller contre l'emperor.* Lit. remiss. ann. 1403. in Reg. 158. ch. 230 : *Icellui Houcy en demonstrant qu'il avoit voulenté de mal faire au suppliant, Crosla la teste.* Chron. S. Dion. tom. 5. ejusd. Collect. pag. 223 : *De tout cel an ne se Croula li rois de son roiaume.* Le Roman *de la Rose* MS. :

> Ainssy comme un ymage mue,
> Qui ne se Crolle, ne ne mue,
> Sans pié, sans mains, sans doi Croller,
> Sans ex mouvoir et sans parler.

Hinc *Crolle, Crolleys* et *Croule*, Commotio, motus, Ital. *Crollo.* Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 229 : *En icel an meismes* (1255.) *el moys de Septembre, fu Crolleys de terre en la cité de Roume.* Chron. S. Dion. tom. 3. jam laudatæ Collect. pag. 176 : *En ce tens fu Crolles et esmovement de terre.* Gesta Ludov. Pii cap. 15. ibid. tom. 6. pag. 151 : *Si granz Croules et si granz movemenz de terre etc.*

¶ **GROMA**, Species mensuræ. Vide *Gruma* 4.

¶ **GROMARTHIUS**, pro *Turmarchus*, Turmæ præfectus. Vide in *Platearius* post *Plateaticum.*

GROMATI. Epitaphium Romoaldi Principis Beneventani, apud Camillum Peregrinum :

> Gromati pollens, mundana lege togatus,
> Divina instructus, nec minus ille fuit.

Ubi legendum opinor *Grammatis*, id est, litteris. Vide *Gramma.*

¶ **GROMES**, **Gromettus**, Famulus ab Anglico *Groom.* Testam. Richardi Regis Angl. apud Rymer. tom. 8. pag. 77 : *Item, volumus quod omnia indumenta, exceptis perlys et lapidibus pretiosis, remaneant Clericis, valettis et Gromes, qui circa nostram personam jugiter laboraveruut et laborant.* Litteræ ann. 1513. apud eumdem Rymer. tom. 13. pag. 352 : *Dilectus serviens noster Jacobus Worsley Gromettus garderobæ nostræ.* Vide *Gromus.*

* Nostris *Gromet* et *Groumet*, eodem significatu. Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 74 : *Duquel Jaque le Coq l'exposant estoit serviteur et Gromet.* Aliæ eadem de re ibid. ch. 83 : *Un Groumet, nommé Fagot, qui conduisoit iceulx vins etc.* Unde emendanda Ordinat. de mercibus Parisios aqua adductis ann. 1415. in Reg. 170. ch. 1. ubi *Gerromez*, pro *Groumez*, legitur : *Les pontonniers crieront hors et ens, affin que les varlez ou Gerromez des marchands, se ilz sont hors leurs bateaulx, se retraient en leurs bateaulx. Gromme*, pari intellectu, in Poem. MS. *du Riche et du Ladre* :

> A ceste gent (de guerre) sont compaignon
> Mauvais Grommes, mauvais garchon,
> Des boines gens boivent le vin,
> Que il carient, au quemin.

Hinc diminutivum *Grometel*, in Lit. remiss. ann. 1398. ex Reg. 153. ch. 298 : *Laquelle chambriere dist au suppliant, vous estes en jalousie de vostre femme et de Guillaume le foulon;..... vous n'en devez point avoir de doubte. Et adonc ledit suppliant lui respondi, je ne suis tenu de m'en doubter néant plus comme du Grometel,.... et dist à sa femme : je cuide que vous me voulez jouer de jeu que vous me jouastes avec le Grometel, et vous ne m'en ferez plus.*

* Ex quibus non aliunde accersenda videtur origo vocis Gallicæ *Gourmet*, qua significatur ille, cui vina prægustandi atque alterius nomine emendi officium commissum est, vulgo *Commissionaire*, *facteur.* Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. ch. 306 : *Guiot dit Rolot harnicheur et Gourmet de vins demourant à Bruieres en Laonnois, etc.* Nisi sit pro vinorum ductore, Gall. *Voiturier*, ut supra *Gromme.* Inde denique *Gourmet*, sensu hodierno, peritus scilicet vini æstimator. *Grumete* Hispan. Puer nauticus, Gall. *Mousse.* Nunc vero *Gourmette* appellamus illum, cui a mercatore merces in navi servandæ committuntur.

¶ **GROMNA**, pro *Gronna* : quod mox vide.

GROMULUS, *Ager*, in Glossar. Regio MS. Cod. 1197. vox orta, ut videtur, ex *Groma*, quæ Agrimensoribus nota, vel ex *Grumus*, i. *Clivulus.*

¶ **GROMUS**, ut supra *Gromes*, Famulus. Testam. ann. 1440. apud *Madox* Formul. Angl. pag. 433 : *Lego... cuilibet valecto* XL. *sol. et cuilibet Gromo* XX. *sol. et cuilibet pagetto* VI. *sol.* VIII. *den.*

* **GRONDA**, vox Italica, Subgrunda, pars prominens tectorum, qua aquæ a muro projiciuntur. Charta ann. 720. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1003 : *Constant me Sundualdd..... vindedisse.... medietatem de casa meas infra civitatem, cum Gronda sua livera, tam solamentum, quam lignamine fine Grondas, etc.* Vide *Grunda.*

* **GRONDALIS**, Eadem notione. Charta Landenulfi Langob. princ. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 87. col. 1 : *Et licentiam haveret pars ipsius monasterii supra eodem muru facere et ponere canali conjunctæ cum case illæ, quæ ibidem edificare deveret, ubi discurrant aquas de Grondales de case ipsæ.*

* **GRONDICIA**, Stillicidium, Ital. *Grondaia.* Cod. reg. sign. 4189. fol. 18. v°. : *Habet Romana ecclesia in castro Montisflasconis quamdam domum positam.... juxta rem hæredum Martini Ranutii, Grondicia mediante, et juxta viam publicam.*

GRONNA, Grunna, Colgano et Bollando, est palus, seu locus bituminosus et uliginosus, unde cespes eruitur, qui siccatus foco struendo, non secus ac carbones, adhibetur. Cogitosus de S. Brigida virg. Scota, n. 33 : *Ut ædificarent viam latam et firmam ramis arborum, petris in fundamento positis,... in Gronna profunda et pene intransmeabili, et in locis humentibus, etc.* Simeon Dunelmensis, Radulphus de Diceto ann. 1040. et Rogerus Hovedenus pag. 438 : *Ipsius Haroldi corpus effodere, et in Gronnam projicere jussit.* Charta Edgari Regis, tom. 1. Monastici Angl. pag. 243 : *Cum... pascuis, silvis, pascuariis, capturis, Gronnis, etc.* Adde aliam Regis Æthelredi pag. 258. et Anonymum de Miraculis S. Bertini cap. 9. [ubi Mabillonius, legit *Gromna* et ex MS. *Gruma.*] et Vitam 2. S. Carthaci Episcopi num. 46.

Grunna. Vita S. Aidani Episcopi Fernensis n. 10 : *Erat autem magna Grunna inter eos et silvam, per cujus circuitum via erat.*

Gronnia. Asserus de Ælfredi rebus gestis pag. 18 : *Unum* (Monasterium) *quod permaxima Gronnia paludosissima et intransmeabili, et aquis undique circumcingitur.* Infra, pag. 19. *Gronna* scribitur.

Gronnosus, Paludosus. Idem Asserus de Ælfredi rebus gestis ann. 878 : *Cum quibusdam militibus et vassallis per silvestria et Gronnosa Summurtunensis pagi loca in magna tribulatione inquietam vitam ducebat.* Eadem habentur apud Flor. Wigorn. pag. 590. [pro quo Auctor Vitæ S. Neoti sæc. 4. Benedict. part. 2. pag. 333. habet : *Locum ingressus est, magnis undique circumseptum paludibus.*] A *gronnis porro* dicta aliquot oppida volunt, *Groningam* in Frisia; *Gronaw* in Agro Brunswicensi et *Gruningam* in Episcop. Halberstadensi.

* Nostris *Terre Gronelle*, eodem sensu. Lit. Phil. VI. ann. 1335. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 296 : *Item en terres Gronelles, larriz en terres gaengnables, etc.* Vita S. Luani tom. 1. Aug. pag. 351. col. 1 : *Cum ergo Lugidius a Cronano trans Grunnam exiret ad Doim Domnich, sedit lassus in medio Grunnæ, etc.*

Gronnius. Asserus de Ælfredi rebus gestis ann. 887 : *Velut apis fertilissima, longe lateque Gronnios interrogando discurrens, multimodos divinæ Scripturæ flosculos... congregavit, queis præcordii sui cellulas densatim replevit.* Forte *Gronniens*, aut *Grunniens.*

* **Grop**, Sporta, Gall. *Hotte*, a *Groppa*, clunis; quia super *groppam* defertur. Leudæ min. Carcass. MSS. : *Item de saumata cereriarum,.... j. den. et de quolibet*

Digitized by Google

Grop, *unum obolum*. Unde etiam *Gropiera*, *postella*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

¶ **GROPIALS**, Funis ad retinendam navem, Gall. *Croupiere*, vel *Croupias*. Informationes Massil. de passagio transmarino e MS. Sangerm. : *Item vult habere ipsa navis Gropials* VI. *quilibet* XXX. *passorum*.

GROPOSA, Vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

GROPPA, Clunes, vox Italica, nostris *Crouppe*. Auctor Mamotrecti ad cap. 24. Numer. : *Pugio est parvus gladius bisacutus lateri adherens, qui et clunabulum dicitur, quasi ad clunem, id est, ad Groppam religatum*. Vide Oct. Ferrarium in Orig. Ital.

* Chron. Pet. Azarii apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 394 : *Volo quod equum meum in Groppa ascendas*.

GROPPOLOSUS, Nodosus, vox Italica, *Gropposo*, *Groppoloso*. *Lapis Groppolosus*, in Miraculis B. Simonis Tudertini n. 36. Vide Ferrarium in *Groppo*.

¶ 1. **GROPPUS**, σκελλός, *Aridus*. Supplem. Antiquarii. [* Leg. *Grappus*, ut in Gloss. Gr. Lat. et Lat. Gr. Vide in hac voce.]

* 2. **GROPPUS**, Ital. *Groppo*, Nodus, acervus. Stat. Montis-reg. pag. 277 : *Quilibet textor vel textrix capiat tantum..... de Groppis solidos duos*. Vide infra *Gruppus* 1.

* 1. **GROPUS**, Congeries, massa, Ital. *Groppo* et nostris *Grouppe*, eodem sensu. Invent. ann. 1389. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 811 : *Bacilia duo argenti deaurata cum rosa relevata, ad animalia et Gropos cum arboribus et pluribus aliis operagiis*.

* 2. **GROPUS**, Collum ut videtur, phialæ. Correct. stat. Cadubr. cap. 75 : *Nullus hospes sive tabernarius.... audeat.... in ejus taberna sive hospitio tenere fialas, quæ non sint justæ mensuræ usque ad Gropum*.

¶ **GROPYS**, Uncinus, a Saxon. gripan, Arripere, capere : *In clavis carect. Gropys et aliis ferramentis emptis Oxon.*.... XII. *s.* apud Kennetum in Antiquit. Ambrosden. pag. 573. Ferreus uncinus est, cui annectitur catena ad rotam sufflaminandam.

GROS, *Orbis*, *circulus*. Papias.

GROSA, *Rasoria*, Papiæ. Ita MSS. Codd. At Editio Veneta habet *Rasoria argentarii*.

* **GROSELERIUS**, a Gallico *Groselier*, Grossularia. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 320 : *Idem exponens projecit extra muros.... quemdam lapidem,.... ex cujus ictu attinxit quemdam puerum in quodam dumo seu Groselerio juxta fossatos absconsum*.

* **GROSIUS**, *Lo carcasso*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

* **GROSO**, Rudis, hebes. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 341 : *Cui Arnaldo dictus Raymondus replicavit : Tu mentiris, arlot, Groso, mal nez*. Vide in *Grossus* 1.

1. **GROSSA**, Dragma, Anglis, *a Groate*, nostris *un Gros*. Henricus Knyghton. ann. 1378 : *Concessa est Regi una Grossa, quæ continet* 4. *denarios, de quolibet viro et muliere*. Vox nota.

¶ 2. **GROSSA**, Luculentior scriptura, Gall. *Grosse*. Epistola Innocentii III. PP. inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 414 : *Cum autem Notarius... literas notatas secundum arbitrium postulantis et redactas in Grossam literarum in nostra præsentia relegisset*. Vide alia notione in *Grossum* 1.

GROSSARE, In mundum redigere, [seu luculentius nitidiusque scribere,] Gall. *Grossoier*. Carmen de Coria Romana [apud Mabillonium tom. 4. Analect. pag. 172 :]

> Istorum labor est Chartas Grossare notatas,
> Et Grossas Cameris restituisse suis.

Infra :

> Prima dies igitur scribit quodcumque petendum,
> Et tua portabit nota secunda Patri.
> Tertia Grossabit, bullatum quarta videbit, etc.

[Charta S. Illidii Claromont. ann. 1197 : *Prædictus titulus Grossatus et sigillatus fuit*. Consuetudo Brageriaci art. 32. et 33 : *Solvet quilibet actor.... pro Grossando* 5. *solidos de brassata, si sit in papiro; si vero actor processum suum Grossare voluerit in pergameno.... scriptor Curiæ non Grossabit processum, nisi per partem fuerit requisitus*. Occurrit apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 294. *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 417. tom. 2. pag. 125. Rymer. tom. 8. pag. 368. et alibi passim. Vide *Ingrossare* 1.]

¶ **GROSSARIUS**, Qui instrumenta publica luculentius describit. Arestum Parlam. Tolos. ann. 1498 : *Per me Grossarium infra scriptum signato*.

¶ **GROSSATOR**, Eadem notione. *Ricardus de Cabaniis abreviator et Grassator domini Papæ*, in Capitulis gener. MSS. S. Victoris Massil.

* *Grossaire*, eodem sensu, in Lit. Phil. VI. ann. 1336. ex Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 366 : *Nostre amé mestre Bernart Bru, Grossaire du saint Pere, pardevers nostre très chier et féal ami le cardinal vischancelier*. Vide in *Grossa* 2.

* **GROSSATIO**, Actorum luculentior descriptio. Lit. ann. 1407. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 290 : *Circa custodiam et Grossationem protocollorum hujusmodi providendo debite et secure etc. Groussier*, pro *Grossoier*, in Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 128. Chartoph. reg. ch. 12 : *Lequel Boileaue avoit fait Groussier et escripre une fausse lettre*.

¶ **GROSSARE**, Solidam seu magnariam mercem emere, Gall. *Acheter en gros*. Litteræ ann. 1419. apud Rymer. tom. 9. pag. 795. *contra abusus in vino Grossando : Maximam partem vendagii istius patriæ pro hoc anno emerent et Grossarent*. Vide alia notione in *Grossa* 2.

¶ **GROSSARIA**, Platea *Grossariorum*, ubi habitant magnarii in Charta Massiliensi ann. 1428.

¶ **GROSSARIUS**, Magnarius, solidæ mercis propola, Gallice *Marchand Grossier*, apud Menotum Serm. Quadragesim. fol. 120. Vide alia notione in *Glossa* 2.

¶ **GROSSARIUS FABER**. Statuta Adalardi Abb. Corbeiensis, tom. 4. Spicil. Acher. pag. 2 : *Ad secundam cameram... fabri Grossarii sex, aurifices duo, sutores duo, scutarii duo, pergaminarius unus, samiator unus, fusarii tres. Grossarios fabros* suspicor esse ferrarios ; quod hos non credam in longa, quæ ibi habetur, artificum enumeratione fuisse prætermissos. Vide *Fabri Grossarii*.

¶ **GROSSATOR**. Vide in *Glossa* 2.

¶ **GROSSELENUS**, f. Orbis escarius, Gall. *Assiette; Gros* quippe Papiæ est orbis, circulus. Inventarium ann. 1374. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 557 : *Item duas alias scutellas argenti signatas in margine inferiori cum signo ad modum Agnus Dei. Item* 12. *parvos Grosselenos argenti asbque signo quocumque*.

¶ **GROSSELLA**. Glossæ MSS. : *Calta*, *Grossella*.

¶ **GROSSESCERE**. Vide in *Grossus* 1.

* **GROSSICIES**, Crassitudo, Gall. *Grosseur*. Correct. stat. Cadubr. cap. 110 : *Pro clausuris ligna non excedant revolutionem et Grossiciem unius pedis*. Vide aliis notionibus in *Grossus* 1.

GROSSILIA. Jus Vicentin. lib. 4 : *Coloni tenentur dare fictus de Grossilibus, sive de maxoriminibus, in festo sancti Felicis, etc.* Ibidem : *Item laboratores non debent colligere seu movere de campis Grossilia, minuta, uvas, etc.* [* Vide supra *Groselerius*.]

¶ **GROSSITAS**, GROSSITIES, etc. Vide *Grossus* 1.

¶ 1. **GROSSUM**, *Annuus redditus beneficiorum*, in Amalthea ; qui scilicet ratione beneficii annuatim obvenit, præter quotidianas distributiones, quæ iis solum dari solent, qui divinis intersunt officiis, Gall. *Le gros d'un benefice*. Occurrit in Charta ann. 1367. apud Miræum tom. 2. pag. 893. in Statutis S. Capellæ Paris. pag. 20. etc. Vide Bleinyanum Instit. pag. 216. et mox *Grossus* 1.

¶ GROSSA, Eadem notione. Concil. Mexican. ann. 1582 : *Itaque dum in quadranti signum hoc R. requiem denotans habuerit* (Præbendatus,) *præbendæ suæ acervo seu Grossa dumtaxat fruatur*.

* *Gros* itidem appellatur Proventus ex vectigalibus publicis, in Lit. remiss. ann. 1379. ex Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 321 : *L'exposant comme fermier du peage et menues coustumes, appellées le Gros, de nostre ville de Lorriz, etc.*

¶ 2. **GROSSUM**. *Vendere in Grosso* vel *ad Grossum*, Gall. *Vendre en Gros*, per aversionem, in Charta ann. 1332. apud Rymer. tom. 4. pag. 516. in alia ann. 1383. tom. 7. pag. 378. in Chr. Richardi de S. Germano apud Murator. tom. 7. col. 130. et alibi.

¶ 3. **GROSSUM**, Tuber. Miracula B. Gerlandi, tom. 3. Junii pag. 659 : *Nata fuit clauda et super ancha Grossum habebat*.

* Mirac. S. Rosæ tom. 2. Sept. pag. 456. col. 2 : *Puer quidam.... cum infirmaretur eo morbo, qui dicitur Grossum in gutture, etc.*

* 4. **GROSSUM CRURIS**, Pars illius crassior et corpulentior, vulgo *le Gros de la cuisse*. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 637 : *Percussit dictum Petrum de quodam cutello, quem habebat, in Grosso cruris*.

* 5. **GROSSUM**, Latitudo. Charta ann. 1255. ex Cod. reg. 9612. U. : *Duo mille et* 500. *arpenta nemoris,... mensurata ad arpenta Trecensin, quæ continent sex perces de Grosso et* 30. *de longo*. Eadem Gallice leguntur in Ch. Margar. reg. Navar. ejusd. ann. ex Chartul. Campan. Cam. Comput.

Digitized by Google

Paris. : *Deux miles et cinc cent arpans de terre et de bois assiz ès bois de Derf, mesurez à l'arpant de Troies, de six perches de Gros et de xxx. de lonc.*

** Crassitudo. Ruodlieb fragm. 3. vers. 123 :

Inque modum pisæ per cuprea vascula funde,
Majorisque nucis ad Grossum fundito vasis.

1. **GROSSUS**, Crassus, magnus. Glossæ Græc Lat. : Παχύς, *Bassus, Grossus, crassus.* [Hinc Ludovicus VI. Franc. Rex *Grossus* dictus est cum aliquot aliis. Genealogia Regum Franc. tom. 2. Spicil. Acher. pag. 805 : *Ludovicus Grossus genuit Robertum Grossum Comitem Drocarum.* Pag. 807 : *Theobaldus Grossus Comes Trecarum, etc.*] [* Qui et *Magnus* nuncupatur, quia statura proceriori et crassiori, ut in Charta ann. 1140. ex parvo Reg. S. Germ. Prat. fol. 41. r°. col. 1 : *Regnante rege Ludovico filio regis Ludovici Magni.* Eadem habet Charta A. episc. Silvanect. ann. 1162. in Chartul. Vallis B. M. diœc. Paris. Vide *Magnus* 1.] Amalarius in Prologo ad lib. de Eccles. Offic. : *Mihi peccatori Grossa res data est potius ad indagandum quam exponendum.* Adde lib. 2. cap. 16. [*Grossa domus*, Gall. *Grosse maison*, Familia nobilior, Menoto in Serm. Quadrag. fol. 112. v°. *Grossa decima*, in Charta ann. 1103. apud D. Calmet. tom. 1. Hist. Lotharing. col. 575. Gall. *Grosse dime*, scil. frumenti, vini aliorumque fructuum præcipuorum : quæ *Grossorum fructuum* dicitur in Tabulario B. Mariæ de Bono-Nuntio Rotomag. *Grossa glacies*, i. spissa, in Annal. Mutinens. apud Murator. tom. 11. col. 57. *Grossa campana*, Gall. *Grosse cloche*, apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 154. *Grossi fructus*, pro *Grossum* 2. Annuus beneficii redditus, in Charta ann. 1379. ibid. pag. 191. et in Statutis ann. 1380. ibid. pag. 504. *Grossa causa*, majoris momenti, in Statutis ann. 1315. apud eumd. Lobinell. tom. 5. pag. 626.] *Grossum lignum*, in legibus Aluredi cap. 14. *Grossi nervi*, ibid. cap. 51. *Grossus panis*, in Chron. Windesem. lib. 2. cap. 5. 56. *Vestes humiles Grossæ et simplices*, apud eumd. cap. 60. [** *Vestem respuit Grossiorem*, apud Sulpic. Sever. Dial. 1, 21.] [*Grossa tegmina*, in Visione Wetini, sæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 292. *Grossus tumminus*, in Constitut. Frederici Regis Siciliæ cap. 42.] Adde Gregor. M. Præfat. in Ezechiel. et lib. 25. Moral. cap. 22. Palladium de Architect. ex MS. Domnizonem in Prologo lib. 1. de Vita Mathild. et alios passim. [** *Silva Grossior*, in chart. Otton. I. Imper. ann. 937. ap. Erath. Cod. Diplom. Quedlinb. num. 5. *Grossum miliare*, in chartul. Saraept. num. 40.]

* Grossus, Dives, nobilis, potentior, quo sensu *Gros* dicimus. Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 344 : *Oudinus operarius vinearum dixit quod si minuti volebant ei credere, ipsi facerent bellum contra Grossos, et ipsos occiderent.* Unde natum proverbium : *Duo Grossi non possunt in uno sacco conversari*, inter Acta potif. Cenoman. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 386.

* Grossa Justitia, Major, quæ vulgatius *Alta* appellatur, Merum imperium, Gall. *Haute justice.* Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5189. fol. 5. v°. : *Hugoninus de Accellis.... tenet apud Accellos.... domum suam et homines suos in justitia Grossa et bassa.*

* Grossa Materia, Stercus humanum. Vide infra in *Materia.*

* Grosso Modo, Neglectis fori ambagibus, absque arte, simpliciter. Charta ann. 1319. in Reg. 58. Chartoph. reg. fol. 36. r°. : *Deputati procedent summarie et de plano, et informabunt se Grosso modo cum gentibus domini regis, etc.* Homag. ann. 1356. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1609 : *Michi dedit in mandatis, quod Grosso modo et sine præfatione dicam quæ dicturus sum. Grossement*, pro Ample, in Memor. E. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1394. fol. 317. v°. : *Houppelandes entaillées menuement ou Grossement.*

* Grossum Avere, Gall. *Gros bétail*, passim occurit in Chartis diversarum regionum.

¶ Grosse, Difficulter. Vita S. Hugonis Abb. Bonavall. tom. 1. April. pag. 48 : *Ivit considerare qualiter ille paralyticus se haberet, et vidit eum jam Grosse anhelantem.*

** Grossum Diapente, Alta voce et magna aut gravi modulatum. Reinard. Vulp. lib. 4 vers. 675 :

Hic Grossum diapente tonat sub voce Sonoches.

Grossus, Rudis, indoctus. Jo. de Janua : *Grossus, rudis, villanus.* S. Augustinus lib. contra Epist. Manichæi cap. 21 : *Si ad ista Grossi etiam et tardi sitis, quæro, etc.*

* Inhabilis, Ital. *Grosso.* Theodor. *de Niem* de vita Joan. XXIII. tom. 2. Conc. Constant. part. 15. col. 357 : *Qui licet esset in se bonus, erat tamen quasi omnino illiteratus, nec non valde Grossus et indispositus ad papatum.*

Grossus Rusticus. Ita appellatus a nostris, seu *Gallis*, quidam Princeps Saracenus, qui regiones regno Ægypti et tractui Damasceno adjacentes possidebat, dum nostri primam expeditionem sacram suscepere, *præ nimia pinguique corpulentia, vilique persona, in qua totus rusticus esse videbatur*, ait Albertus Aquensis lib. 7. cap. 11. lib. 10. cap. 5.

Grossa Verba, Convicium atrox, vulgo nostris *Grosses paroles.* [*Gros mots.*] Charta Libertatum Novæ Bastidæ in Occitania ann. 1298. in Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. ann. 1299. n. 16. ex Chartophylacio Regio : *Item si quis alicui verba contumeliosa et Grossa dixerit, etc.*

¶ Grossities, Spurcities, immunditia. Cron. Trivetti tom. 8. Spicil. Acher. pag. 434 : *Manus ejus* (Henrici II. Regis Angl.) *quadam Grossitie sua hominis incuriam protestantur; earum enim cultum prorsus negligit, nec unquam, nisi aves deferat, utitur chirothecis.*

¶ Grossities Ingenii, Mentis hebetudo, in Vita Vener. Odæ, tom. 2. April. pag. 773. *Grossicies intellectus*, apud *de Breydenbach* Itiner. T. S. pag. 163.

¶ Grossitas, Asperitas. Vita B. Notkeri Balbuli, tom. 1. April. pag. 582 : *Quia bibuli gutturis Grossitas dum inflexionibus et repercussionibus et diaphoniarum diphthongis mitem nititur edere cantilenam, etc.*

Grossitudo, [Crassitudo, amplitudo-Gallice *Grosseur. Grossitudo pugni*, in Charta ann. 1171. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 882. *minimi digiti*,] in Pactu Legis Salicæ tit. 43. [§. 4. Edit. Eccardi; *quatuor pedum, duorum pedum*, in Computo ann. 1347. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 84. in Charta ann. 1317. ex Archivo Burginadii Blesensis; *quatuor digitorum*, Jerem. 52. 21.]

Grossitudo Cordium. Statuta Roberti I. Regis Scotiæ cap. 20. § 1 : *Quia inter magnates et nobiles regni . . . exorta fuerunt discordiæ et Grossitudines cordium*, [i. e. odia, indignationes : sic Galli dicimus *Avoir le cœur Gros*, indigne ferre, stomachari.]

¶ Grossitudo Styli, Aspera et dura scribendi ratio, in Actis SS. Martii pag. 474.

Grossescere, Crassum fieri. Gregorius M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 53 : *Sicque fit, ut quotidie deteriores fiant, dum in eis culpa Grossescit.* [*Grossescente brachio*, apud Bedam lib. 5. Hist. Angl. cap. 3. *Grossescente tumore cruris*, in Miraculis S. Cuthberti cap. ult. Utitur etiam Guibertus lib. 4. de Pigner. Sanctorum. cap. 1.]

Ingrossari, Eadem notione, in Miraculis S. Eutropii Episcopi Santonensis num. 20. [Vide *Ingrossari* suo loco.]

2. **GROSSUS**, apud JC. Anglos, idem quod integrum aliquod per se subsistens, nec ab aliquo alio dependens, ut *Villanus in Grosso*, est servus, qui glebæ non adscribitur, sed immediate domini sui personæ servit. [Hinc f. *Grossi famuli*, in Fragmento ann. 1430. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 64. col. 2.] Etiam *Advocatio in Grosso*, est jus Patronatus, non feudo, vel manerio annexum, sed primo et principaliter ad eum spectans, qui beneficii Patronus est, ut cum quis manerium suum vendit, retento sibi jure Patronatus; aut e contra jus præsentandi, quod ad manerium suum spectat separatim, et per se cuiquam alienaverit, hoc casu Patronatus a manerio separatus, *Advocatio* dicitur *in Grosso*, id est, non manerio, sed proprietatum personæ annexus. Vide Cowel. lib. 1. Instit. Jur. Angl. tit. 2. in princip. Placita Justitiarior. anno 20. Edw. I : *Et Hugo de Louther, qui sequitur pro D. Rege, dicit, quod wayf est quoddam Grossum de Corona, quod nullus eo gaudere possit, nisi inde habeat speciale warandum a D. Rege, etc.*

3. **GROSSUS**, Monetæ aureæ species, vulgo *Gros.* Charta Friderici II. Imper. ann. 1232. apud Goldast. tom. 1. Constit. Imperial. pag. 299 : *Et possitis aureos Grossos et denarios monetare, etc. Grossi Augustarii*, in verbo *Augustarius.* Adde Decreta Ludovici Regis Hungariæ art. 3. Historiam Cortusiorum lib. 1. cap. 10. etc. [*Grossi argentei*, in Constitutionibus Jacobi Regis Siciliæ cap. 58.] Vide *Moneta.*

* Varii *Grossi* memorantur in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1165 : *Gros d'Espaigne, de Navarre, de Barsalonne, de Pape, de Florence et de Seine.* Rursum alii appellantur apud Christ. Schlegel. in Dissert. de Nummis antiq.

Digitized by Google

edit. ann. 1717. *Grossi Schnebergenses* ex metalli fodinis Schnebergensibus, in Ch. ann. 1471. pag. 93. dicti etiam *Grossi principum* pag. 161. *Grossi acuti*, ab angulis, in Ch. ann. 1464. pag. 96. *Grossi senarii*, in Ch. ann. 1482. pag. 97. *Grossi lati*, in Ch. ann. 1350. pag. 104. *Grossi Pragenses*, in Ch. ann. 1296. pag. 104. et 105. *Grossi Zwickavenses*, in Ch. ann. 1492. pag. 163. [** *Bolognini Grossi et piccioli*, apud Savin. Hist. Jur. rom. med.temp. tom. 3. pag. 617.]

* GROSSUS ANTIQUUS. Charta ann. 1317. in Batav. sacr. pag. 173. col. 2 : *Debebit dare pro qualibet libra viginti Grossos antiquos bonos.* Stat. eccl. S. Dion. Leod. ann. 1330. tom. 2. Monum. sacr. Antiq. pag. 439 : *Novem Turonenses, de quibus sexdecim faciunt Grossum antiquum.* [** Adde Annal. Fossens. ad ann. 1373.]

* GROSSUS METENSIS, in Lit. remiss. ann. 1403. ex Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 142.

* GROSSUS MISNENSIS, in Charta ann. 1366. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 423.

* GROSSUS MITRATUS, Idem forte qui *Papalis*, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 471.

* GROSSUS PAPALIS, in Cæremon. Rom. MS. fol. 27. v°.

* GROSSUS REGIS. Lit. remiss. ann. 1478. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 181 : *Icellui Dufour tira de sa bourse ung Gros de roy et deux grans blans.* Aliæ ann. 1378. in Reg. 114. ch. 262 : *Argent nommé et appellé argent le roy, dit Gros.* Vide in *Moneta.*

* **GROSSUS-TESTICULUS**, Vicus in Velioca ssino Normannico, vulgo *Grosteil*, in Descript. superior. Norman. tom. 2. pag. 579.

* **GROTINA.** Vide supra *Gotina.*

¶ **GROTTA**, Spelunca, Gall. *Grotte.* Vita B. Gerardi de Villa magna, tom. 3. Maii pag. 248 : *Itaque in locum suum rediit, cui a Grottis, id est, cryptis nomen erat.* Vide *Crota.*

¶ **GROUA**, Locus paludosus. Vide *Groa* 2.

¶ **GROUINUM**, Confluens, sic dictus quod quodammodo referat rostrum suillum, Gall. *Grouin* vel *Groin. Juxta Grouinum seu rostrum duarum aquarum, ubi Vigenna Crosam fluvium recipit*, tom. 4. Annal. Bened. pag. 362.

* Vel potius Promontorium, Gall. *Cap;* unde *Groing de Caux*, in Lit. ann. 1364. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 428. art. 6. quod nunc, ut monet doctus Editor, *Cap* vel *Chef de Caux* appellatur.

¶ **GROUNDAGIUM**, Reditus pro statione navium in portu. Vide *Sedes navium.*

* **GROUSSARE**, Murmurare, conqueri, indignari, a Gallico veteri *Grousser*, quod varie scripserunt nostri, eodem significatu. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 260 : *Et si de hoc ipsi habitatores, aut ipsorum aliqui loquerentur vel Groussarent, quod ipsos egregie verberarent.* Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 152 : *Aucun de ses familés Groussoient de ce que il fesoit si larges aumosnes et que il y despendoit moult.* Charta ann. 1319. in Reg. 65. ch. 281 : *Que li abbés et li couvens de S. Martin ... tiengnent pour franchement, ... sans che que nous ne noz hoirs les en puissens reprendre, ne Grouchier en temps à venir.* Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. ch. 18 : *Jehan Seurain dist audit feu Pierre, vous ne devez pas Groucier, nous vous faisons bonne compaignie.* Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 42. r°. : *Fuisoit on vilenie* (en cette maison) *et s'en plainnoient li voisin et Grouchoient, etc.* Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. ch. 30 : *Un nommé Ponsart Robert Champ foulon encommencia à Groussier, et dist qu'il renyot Dieu, etc.* Aliæ ann. 1404. in Reg. 159. ch. 119 : *Icellui Wyet respondi que il n'y avoit compaignon qui se en courrousast, et que se il en vouloit Grousser, il en Groussast.* Aliæ ann. 1409. in Reg. 163. ch. 389 : *Il n'avoit homme ou pays qui osast Grosser contre icellui Colet, pour ce qu'il en avoit batuz et decoppez pluseurs.* Vitæ SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 243. v°. col. 1 : *Sainte Eufemie fu amenée devant le juge, devant lequel durement se Grousa, disanz : Pourquoy contre les loys des empereours pardonez vos à moi seule?* Guignevilla in Peregr. hum. gener. MS. :

> Si ne deuschiez pas Grouchier,
> N'a moi si asprement tenchier.

Rursus :

> Vatant sans li contredaignant
> Et assés le laisse Grouchant.

Hinc legendum *Grousoneir*, pro *Gronsoneir*, tom. 1. Fabul. pag. 144. Eodem sensu *Gourgouler* et *Gourgousser* dixerunt. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 97. ch. 176 : *Icellui Michiel tenant tousjours félonnie et courroux en son cuer, et Gourgoussant contre ledit Lorens, etc.* Aliæ ann. 1401. in Reg. 156. ch. 452 : *Lequel Pierre dist à Jehan Rasse que ores et autresfois il avoit Gourgoulé, etc. Icellui Alain reproucha : Ceste vieille ne cessera meshuy de Gourgousser,* in aliis Lit. ann. 1471. ex Reg. 197. ch. 182. Unde *Gourgoz*, pro Rixa, dissentio, in Lit. remiss. ann. 1450. ex Reg. 176. ch. 751 : *Avecques lequel Jehannin on ne scauroit nulleffoiz estre sans noise et Gourgoz.* Apud Froissart. vero vol. 2. cap. 30 : *Mettre en Gourgoux les paroles d'un autre*, est Mussitare alterius verba et tacite repetere. *Grumeler*, pro *Grommeler*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1402. ex Reg. 157. ch. 319 : *Le suppliant lui dist que s'il Grumeloit, qu'il estoit mort. Lequel Colinet tousjours aloit et venoit parmy ladite foulerie en Grumelant*, in aliis ann. 1474. ex Reg. 195. ch. 1043. Pro Rixari, verbis lacessere, in Lit. ann. 1404. ex Reg. 159. ch. 134 : *En alant leur chemin iceulx deux se Grumeloient et ataignoient de paroles.* Vide *Grunnire.*

* **GROXILLA**, an Gallina? Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 169. ex Cod. reg. 4624 : *Non debeant nec præsumant ire obviam aliquibus venientibus ad vendendum victualia ad locum Avillianæ, sicut edos, Groxillas, capones, fasanos, etc.* Vide *Gruta.*

GRUA, Grus, Italis *Gru, Grua*, Gallis *Grue.* Lex Salica tit. 7. § 6 : *Si quis gallum aut gallinam furaverit, vel cignum, aut Gruam domesticam, etc.* Editio Heroldi : *Si quis Gruem aut cygnum domesticum, etc.* Per *Grues domesticas* Wendelinus ardeas intelligi putat, quæ Flandris *Keigers* dicuntur, quas alunt Flandrenses foventque magno studio circa suas ædes : juxta quas videre est manufactos colliculos, quos *Mottas* vocant, aqua cinctos et arboribus præaltis obsitos, in quorum cacuminibus istæ ardeæ nidulantur. Hæ *motæ* vocantur *Keygerije*, quasi *Gruerieæ.* Adde Legem Longob. lib. 1. tit. 19. § 14. [** Rothar. 322.]

* *Grue* vero pro Mesenterium vitulinum, Gall. *Fraise de veau*, ut videtur, in Lit. remiss. ann. 1421. ex Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 422 : *Six harens., quatre pains et une Grue de veau.*

* **GRUAGIUM**, Tributum, quod ad urbium et oppidorum portas præstatur. Lit. remiss. ann. 1451. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 146 : *Lequel Regnault venoit de la Ferté soubz Gevre, chargé de biens meubles en deux chariotz, et y amenoit sa fiancée; et quant le suppliant aperceut le dit Regnault et ce qu'il menoit, il arresta tout et demanda à ladite fiancée la parelote et le Gruage, pour ce que à icellui suppliant appartenoit de lever ledit Gruage ou barage.* Vide alia notione in *Gruarius* 1.

* Hinc *Gruer*, Tributum seu præstationem quamlibet imponere, exigere, nisi sit pro *Grever*, gravare. Charta pro habitat. *de Vandeuvre* ann. 1271. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 188 : *Le cheval paiera cinq moiteons de blef, moitié fourment et moitié aveine et deulx soulx; et cil qui n'aura, ou ne gaaignera de beste, un quarteron, moitié froument et moitié aveine et douze deniers chascun an : en telle maniere que cil qu'il n'ont beste traiant sont tropt Gruć* (sic), *il seront alegiés d'un moiteon, et sera mis ..... sur ceulx qui mieulx le pourront paier.*

1. **GRUARIUS**, Primus cognitor, seu Judex causarum ad silvas et venationem attinentium, et delictorum, quæ in iis committuntur; cujus appellatio ad Majorem Forestarium devolvitur, *Gruier*, Gallis, apud quos idem, secundum locorum discrimina, qui *Verdier, Forestier, Chastellain, Concierge, Maistre Sergent, etc.* ut est in Statuto Henrici III. de forestis ann. 1583. art. 22. Ex quibus pronum est vocis etymon, ex Germanico nempe *Gruen*, vel *Groen*, viridis, unde nostris *Viridarius*, idem qui *Gruarius.* Pithœus ad Consuet. Trecensem tit. 10. art. 9. a *Gru*, deducit, quod quemvis silvarum fructum sonat, ut sunt glandes, castaneæ, poma ac pira silvestria, quæ ad firmam dantur a Gruariis. Vide *Grutum.* Claudius Mallevilleus in Comment. ad Constit. Silvar. art. 22. a *Gruibus*, improbanda cuivis omnino conjectura : alii a δρύς; quercus, deducunt. Id porro muneris viros primarios, atque adeo Militari cingulo donatos obiisse docet Santyonus pag. 84.

¶ **GRUERIUS**, Eadem notione. Edictum Philippi Pulcri Franc. Regis ann. 1291 : *Gruerii et forestarii in manibus suorum superiorum prestent juramentum secundum formam constitutionis prelibate.* Hujus officium non ad silvas solum et venationem, sed etiam ad aquas et piscationem pertinuisse docet Edictum Philippi Longi ann. 1138. ubi primum statuitur : *Que li Gruier*

Digitized by Google

gouverneront les eaues et les vviers, en la maniere qu'il souloient faire.

¶ GRUIERIUS. Charta anni 1226. ex Chartulario Sangerm. : *Ibi poterat venari, et Gruierius erat eorum.*

GRUARIUM, Jus, quod ratione officii *Gruariis* competit : *Droit de Grurie.* Charta Philippi Aug. ann. 1218. apud Doubletum pag. 900 : *Gruarii vero nemoris prædicti habebunt quiete et sine aliqua consuetudine* 60. *arpennos nemoris prænominati pro Gruario suo.* Ex his emendanda Charta alia apud eumdem Doubletum pag. 889. ubi perperam *Glaria*, pro *Gruaria* habetur. Vide Raguellum in voce *Gruerie*, et Santyonum in Statutis pro forestis lib. 1. tit. 23. art. 1. et Cardinum Bretium de Regis superioritate pag. 181.

GRUARIA, Officium *Gruarii.* Charta ann. 1265. in Hist. Guinensi pag. 378 : *Cum discordia verteretur super garda sive custodia et justitia ipsius Ecclesiæ, ac Gruaria nemorum ejusdem Ecclesiæ.* [Confirmatio fundationis Monast. Veteris-pediculi ann. 1202. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1039 : *Droco de Melloto pater meus et domina Emengardis mater mea dederunt... Fratribus Grandimontis ordinis... omnimodam justitiam altam et bassam, et omne dominium, Gruariam, gardiam et garennam, quidquid habuerunt vel habere potuerunt, etc.* quæ totidem verbis repetuntur ibid. col. 1041.]

¶ GRUERIA. Charta Guidonis Franciæ Buticularii pro Ecclesia Karoli loci ex Chartario ejusdem : *Dedi herbagium et glandem in omnibus nemoribus, in quibus habebam Grueriam.... et ubicumque Grueria de Domnomartino adpertinere dignoscitur.*

* GRUARIUS, Qui jus habet utendi foresta alterius. Charta Petri Meld. episc. ann. 1227. ex Chartul. Campan. fol. 186. v°. col. 2 : *Tenentur dicto decano et successoribus suis illa tredecim arpenta nemoris erga omnes usuarios et Gruarios, exceptis hominibus nostris, libere garentire. Gruyer,* Custos forestæ, in Lit. ann. 1357. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 632. art. 19 : *Le sire* (de Bourlemont) *doit avoir et mettre esdiz boys son Gruyer par dessus lesdiz forestiers; et doit estre creuz ainsi comme il est s'il estoit à eulx, pour son fait.*

GRIARIA, Idem quod *Gruarium*, vel jus, quod quis habet in foresta alterius. Charta Philippi Aug. ann. 1196. apud Doubletum pag. 892 : *Dedit in perpetuum Ecclesiæ B. Dionysii universa tam in traveso aquæ Meduntæ quam in teloneo villæ, et Griaria forestæ, quæ dicitur Arthia, etc.* Tabular. S. Genovefæ Paris. ann. 1186 : *Cessimus et quitavimus, si quid habebamus nomine Griariæ in territorio prædictæ villæ : ita ut neque nos, neque hæredes nostri in perpetuum poterimus impedire vel disturbare colonos Ecclesiæ, quin libere et quiete per Canonicos Ecclesiæ possint colere, dirumpere et extirpare ubicunque voluerint in territorio prædictæ villæ.* Necrologium Ecclesiæ Parisiensis prid. Id. Dec. : *Eodem die ex statuto communis Capituli nostri celebrari debet anniversarium b. m. Theobaldi Comitis Trecensis, et prædecessorum suorum Comitum Campaniæ, pro quorum animalibus Blancha Comitissa Trecensis et Theobaldus, filius ejus, cum Griariam in nemoribus B. Mariæ de Roseto vindicaret, per compositionem factam inter ipsos et Capitulum nostrum, omnia nemora supradicta extirpari, et domos seu villas ibidem ad voluntatem et dispositionem Capituli construi concesserunt.* Adde Probat. Hist. Castilion. pag. 32. 33. 53. et Hist. Drocensis pag. 241. [necnon Chartam Simonis de Pissiaco ann. 1212. apud Martenium tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1106. etc.]

* *Grarie*, in Charta Galcher. de Castel. ann. 1301. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 120. v°. col. 2 : *Nous avons baillié à nostre seigneur le roy par eschange et en non d'eschange toute la chace que nous aviens.... ès bois, que nous avons en Grarie en la forest de Rie et ès bois, que nous avons ès bateys de Vilers;.... sans ce que nous ne baillons, ne avons baillié nus des treffons, des Graryes, des bateys, ne des forfais d'iciaus; ains les retenons pardevers nous, et retenons les gardes desdites Graryes, des bateys et des usaiges, pour faire garder par nos sergens, comme nostre treffons.* Vide supra *Griatoria;* modo tamen non idem sit quod supra *Greagium* et *Greeria.*

☞ Non solum in forestis, sed et in agris cultis jus *griariæ* primum viguisse declarat Charta ann. 1204. apud Duchesnium in Probationibus Hist. Monmorenciacæ pag. 65 : *Ego Radulfus Suessionensis dominus et Adelidis uxor mea notum facimus omnibus præsentem paginam inspecturis, quod compositionem quam dilectus filius noster Gaucherus de Castilione cum Abbate et Capitulo S. Dionysii fecit super Griaria de Trembleio, tam in nemore quam in Plano, concedimus in perpetuum tenendam sicut in Charta prædicti Gaucheri continetur.* Quin imo jus illud ad vineas et alias res sese extendisse mox patebit ex Charta anni 1268. in voce *Gruagium* laudata.

GRIAGIUM, Idem quod *Griaria; Gruage*, in Consuet. Aurelian. cap. 1. art. 82. Charta S. Ludovici Regis ann. 1268. in Regesto Memorialium Cameræ Computor. Paris. fol. 269 : *Et forestam nostram et villam Pantecuriæ cum omnibus Griagiis ejusdem, etc.* Compotus Baillivorum Franciæ ann. 1268 : *Buticularius Silvanectensis pro Griagio suo boscorum Coye, etc.* [Charta anni 1263. ex Tabulario Portus Regii : *Guillelmus de Meuduno armiger habet Griagium sive redditum et obventiones quascumque quæ sibi obvenire poterunt ratione Griagii in nemoribus constitutis in Castellania Montisfortis, quem æstimabat* xxx. *sol. Paris. vel amplius annuatim.*] Occurrit præterea in Charta ann. 1275. pro Monasterio S. Germani de Pratis, et in alia anni 1204. in Probat. Hist. Castilion. pag. 34. [necnon in Charta Philippi Franc. Regis ann. 1307. inter Probat. Hist. Comitatus Ebroic. pag. 29. *Les Griages de la Chastellenie de Meullent*, in altera Charta ejusdem Regis ann. 1298. ibid. pag. 23.]

GRUAGIUM. Charta ann. 1268. ex Tabulario Fossatensi f. 91 : *Omne Gruagium, quod habebant.... in manerio de.... tam in terris, vineis, nemoribus, quam in aliis rebus.* Aresta O. SS. ann. 1287. in Regesto B. f. 78 : *Ordinatum fuit, quod in omnibus forestis, in quibus D. Rex habet Gruagium, tertium et dangerium, etc.* [Litteræ ann. 1358. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 315 : *Ledit concierge... doit prendre et parcevoir... tout le Gruage de tous les bois d'Yveline.*]

¶ 2. GRUARIUS, Accipiter in *gruum* venatione exercitatus. Vide *Commorsus.*

* GRUCIFIXUS, pro *Crucifixus*, in Charta ex Tabul. Cassin.

* GRUCTA, pro *Crypta*, Oratorium subterraneum. Chronic. Amalphit. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 216 : *Domnus Andreas de Alaneo præsul et civis ejusdem civitatis Amalphiæ.... pontificatus anno primo, et anno Domini* 1294. *in inferiori Gructa, ubi est corpus beatissimi Andreæ apostoli, fecit fieri cœlum ornatum stellis, cum diversis ornamentis.* Nostris *Goue* et *Gourdine*, Antrum, spelunca, locus secretior. Vitæ Patrum MSS. :

En une Goue se mucha,
Illueques se tint tout serés,
Tanc que li orés fu passés.

Guignevilla in Peregr. hum. gener. MS. :

Adonc Grace-Diu si entra
En sa Gourdine, et m'apela.

Ubi *Gourdine* forte usurpatur, pro *Courtine*, Tentorium vel Palatium. Vide *Cortis* 3. et 4.

¶ GRUDO, *id est*, *Sanguissuga*, in vet. Glossario MS. S. Andreæ Avenionensis.

¶ GRUDUM. Vide *Grutum.*

GRUELLUM, Polenta, Gall. *Gru, Gruau,* [quibusdam in locis *Gruel.*] Guill. Britto in Vocab. MS. : *Plus dicitur cibus ex aqua et farina confectus, sicut Gruellum.* Monasticon Anglican. pag. 149 : *De avena duodecim summas de eadem villa ad Gruellum faciendum, scilicet quarta et sexta feria per totam quadragesimam.*

* GRUELLUS, a veteri Gallico *Gruis* et *Grus*, Furfur, vulgo *Son.* Arest. ann. 1345. in Reg. 2. arestor. parlam. Paris. : *Dicti officiales nostri jura et utilitates habent et consueverunt habere in die coronationis nostræ, necnon quandocumque et ubicumque nos contingit comedere coronam regiam portantes. Panetarius videlicet panem coctum, Gruellos, mapas, manutergia, etc.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. *Furfur, Grus.* Lit remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 65 : *Thibaut le Grant-prestre, boulengier demourant à Reins, entra en la chambre là où il avoit accoustumé de faire mettre le Gruis ou bran, et le rebulet qui yst de la fleur.*

¶ GRUERE, Γερανίζειν. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. MS. Festus : *Gruere dicuntur grues, ut sues Grunnire; unde tractum est Congruere, id est Convenire, quia id genus volucrum minime solivagum est.* Utitur Auctor Philomelæ. Vide *Gruire.*

¶ GRUERIA, GRUERIUS. Vide in *Gruarius.*

GRUFUS, *Setosus, pilosus, hirsutus.* Ugutio. Vide *Gruosus* et *Grussus.*

GRUGNUM, Rostrum, *Grugno* Italis, Gallis *Groin*, proprie porcorum et aprorum, quo *grunniunt*, Hinc versus :

Hinnit equus, Grunnit porcus, pipat quoque nisus.

Adde Spartianum in Geta, et vide in voce *Musum.*

Digitized by Google

* Qua voce etiam Facies, Gall. *Visage*, populari more significatur : unde *Groingnet*, pro Colaphus, et *Gronger*, colaphum impingere. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 396 : *Auquel Jehan de la Bossue ledit escuier dist : Tu en pourras bien tant parler que je te donrrai un Groingnet.* Aliæ ann. 1377. in Reg. 110. ch. 341 : *Lui dist moult oultrageusement que il mentoit par sa gorge, et que se il en parloit plus, que il le Grongeroit du poing, qui est à dire, que il le ferroit du poing.* A forma ad rostrum pertinente fortassis ortæ voces *Groenet*, Fuscinæ seu tridentis species, et *Grognet* aut *Groignet*, Armorum genus. Invent. ann. 1511. in Reg. 13. Corb. sign. *Habacuc* fol. 39. v°. : *Ung Groenet de fer à tirer char.* Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 41 : *Seurvint illec Jehan de Grantmaire garni d'un baston, nommé Grognet. Un baston, que l'en nomme Groignet*, in aliis ann. 1410. ex Reg. 165. ch. 352.

* Hinc cognomen *Grongnet* additum nomini DD. *de Vassé*, quorum nomen proprium fuisse falso nonnulli existimant, ut colligitur ex Lit. remiss. ann. 1448. in Reg. 179. ch. 280 : *Nostre amé Jehan de Vassé, dit Grongnet, ... jeune escuier natif du Maine, ... s'est accointé d'une femme joyeuse, nommée Agnes Jannelle, de laquelle il s'est aidié par aucun temps, etc.*

¶ **GRUIERIUS.** Vide *Gruarius.*

¶ **GRUINUM**, Grana frumenti, quæ cadunt in area, dum segetes in horreis conduntur, Gallo-Flandris *Grouin.* Charta anni 1199. e Tabulario Corbeiensi : *Easdem* (malas consuetudines) *in plena curia coram hominibus Ecclesiæ quitas clamavit et in perpetuum guerpivit, carionem videlicet bladi nostri in Augusto... omnia ligamina garbarum cujuslibet bladi et leguminis, Gruinum, haltonem, quod in ventilationibus sub rastello remanet in area.* Vide *Groinum.*

* *Gruen*, in Charta ann. 1253. ex Reg. 21. Corb. fol. 114 : *Nous avons vendu .... tout le hauton et tous les fourages et le Gruen .... de nos et de no maisnie, quant on vane.* Vide supra *Groinum.*

¶ **GRUIRE**, ut *Gruere.* Odo de varia Ernesti Bavariæ Ducis fortuna apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 343 :

Progressi modicum per campos, ecce tumultum
Auribus accipiunt horrendæ vocis, habentis
Cum Gruibus genus in latis Gruientibus arvis.

¶ **GRUIT.** Vide *Grutum.*

¶ **GRULLATORES**, Πανικοφοροῦντες, Terrorem afferentes, in Glossis Lat. Græc. [* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. *Grullatores*, πανικὰ φοροῦντες. leg. *Grallatores.* Vide Scaliger. ad Festum in hac voce.]

¶ **GRULLI**, Εἶδος πλοίου, Genus navigii, in iisdem Glossis et in Supplemento Antiquarii. [* Adde ex iisd. Castigat. leg. *Gauli.* Vide supra *Grippus.*]

1. **GRUMA.** Glossar. Græc. Lat. Ἀκρομάθιον, *Gruma, papilla.*

2. **GRUMA**, Ugutioni, *est crusta, quæ fit in lateribus dolii propter vinum, unde Grumosus et Grumositas.* Ital. *Gromma.*

3. **GRUMA.** Charta Aistulfi Reg. Longobard. apud Ughellum tom. 2. pag. 106 : *Et omnes lacoras usque ad Grumam seu silvam, etc.* [Idem puto quod *Gronna.*]

¶ 4. **GRUMA**, Βασιλικὴ γνώμη. Gloss. Lat. Græc. id est, Regia mensura, vel norma; γνώμη enim hic est pro γνώμων : pro qua Latini dixere *Groma* vel *Gruma.* [* Adde ex Castigat. : *Gruma*, γνώμων. Cod. reg. *Figura geometricalis.*] *Groma*, ut habet Festus, *appellatur genus machinulæ cujusdam, quo regiones agri cujusque cognosci possunt, quod genus Græci dicunt* γνώμονα. Præsertim intelligitur mensura, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur. [** Vide Forcellin. in *Groma.*] Hinc

¶ **GRUMARE**, Metiri. Gloss. Lat. Græc. : *Grumat*, μετρεῖ. *Grumari*, καταςρέψαι. Vide Lexica Martinii, ac præsertim Caroli de Aquino : ubi nihil desideratur ad explanationem vocis *Groma.*

* **GRUMARE**, *Assembler, amasser, enfler.* Glossar. Lat. Gall. S. Germ. Prat. Vide alia notione, in *Gruma* 4.

* **GRUMELIA**, Farina accommoda pulti faciendæ, apud Bucel. in Menolog. ad 13. Apr. pag. 270. col. 2. Vide *Gruellum.*

* **GRUMICEGLUS**, Glomicellus, dimin. a *Glomus*, Gall. *Peloton.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Grumeycel, Prov. glomus, glomeracio.* Stat. Montis-reg. pag. 275 : *Item statutum est, quod fileriæ, quæ filant lanam, non faciant aliquam fraudem in faciendis Grumiceglis, videlicet quod in ipsis non faciant initium de lapide, nec de aliquo alio, præterquam de filo.*

* **GRUMINUS**, Grumus, acervus, Gall. *Monceau, tas.* Andreas Floriac. MS. lib. 3. Mirac. S. Bened. : *Verum pluviali agente temperie, dissidente maceria, lapsis fornicibus, fastigium totius ædificii in Gruminos dilabitur.*

¶ **GRUNDA**, Tecti prominentia. Gloss. Lat. Græc. : *Grunda*, σίγη, καὶ τὸ ὑπὲρ τὸν πυλεῶνα ἐξέχον, Tectum et quod pertinet supra vestibulum. Bonfinius lib. 7. Hist. Hungariæ pag. 631 : *In fronte sub Grundiis* [** Leg. *Subgrundis.*] *tectorum triglyphos subjicere decreverat.* Vide Xylandrum in notis ad cap. 8. lib. 2. Vitruvii. Italis *Gronda* sunt Colliquiæ, nostris *Gouttiere.*

* **GRUNDA.** Vide supra *Gronda.*

¶ **GRUNDARE**, *Grundam facere*, Johan. de Janua.

¶ **GRUNDATORIUM**, eidem Johanni, *Quod grundat vel stillat.*

* **GRUNDEGA**, Vestis ornatus, vel pellitium. Vide supra *Gressum.* Lib. censuum eccl. Rom. MS. : *Præstant sub pensione xiij. auri soludos Lucanos, ana denarios novem, et vestita stamesirica quatuor, cum Grundegis suis. Guindegis* edidit Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 829. utrum melius ignoro. Haud scio etiam an inde *Grougnois*, Pellitium, in Lit. remiss. ann. 1453. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 392 : *Une robe à femme fourrée de Grougnois noirs.* An a voce *Grous*, Canis. Fabul. t. 1. p. 83 :

Et ele vous veoit au desous,
Plus vil vous auroit qu'un Grous.

¶ **GRUNDIRE**, ut infra *Grunnire.* Gloss. Lat. Gr. : *Grundit*, γρυλλίζει. Vide Nonium cap. 6. n. 96.

GRUNNA, [Locus paludosus.] V. *Gronna.*

GRUNNIRE, Murmurare more suum, indignari, Gallis *Gronder, Grongner.* [Lambertus Ardensis apud Ludewig. tom. 8. pag. 579 : *Arnoldo... super hoc magis Grunniente et immurmurante.*] Usus antiqui Cluniacenses cap. 106 : *Versum reincipiat, et toties hoc faciat, quoties Priorem propter hoc Grunnire cognoverit.* Eadem notione habent Statuta antiqua Ord. Cartusiensis 1. part. cap. 40. § 4. Jo. Molinetus Valentianensis pag. 27 :

C'est fort Herny à l'autre qui en Groigne.

* *Grondiller*, eodem sensu, in Bestiario MS. :

Si Grondillerent et murmurerent, etc.

Vide supra *Groussare.*

* **GRUNDRUHR**, **GRUNDRURE.** Charta ann. 1340. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 145. col. 1 : *Insuper angurias seu exactiones, vulgariter dictas Grundruhr, in nulla parte conductus seu districtus dom. nostri Trevirensis .... ab aliquo recipiemus.* Alia ann. 1346. ibid. pag. 165. col. 2 : *Cum intellexerimus nonnullos, præsertim super alveum Reni, sibi hactenus vendicasse et adhuc vendicare jus quoddam se intromittendi de bonis, rebus ac mercibus eorum, qui naufragium patiuntur, quod Grundrure vulgariter nuncupatur, et etiam eorum, qui bona vel merces aliquas per terras in bigis vel curribus vehunt sive ducunt, si bigæ vel currus hujusmodi labantur, vel cadant, vel confringantur, vel etiam si bigæ sic cadentes seu dum franguntur, eorum propriis ductoribus, vel aliis aliquod corporis nocumentum inferant, bona, res et merces hujusmodi animo sibi retinendi tenere occupando. Cum igitur hujusmodi juris seu potius injuriæ vendicatio sit contra omnem æquitatem et naturalem etiam rationem, ... non obstante aliqua consuetudine, ... cassamus et irritamus. Grundtrure*, in alia ann. 1354. ibid. pag. 179. col. 1. Vide mox *Gruntroringe.* [** Vide infra voce *Lagan* et Mitterm. Princip. Jur. Germ. § 162. not. 5.]

* **GRUNH**, Terminus, limes, ut supra *Granicia.* Charta ann. 1310. in Reg. 46. Chartoph. reg. ch. 44 : *Prout recte tendit ad quemdam lapidem sive Grunh, ... et a dicto lapide sive Grunh prout recte ducit ad alium lapidem, etc.*

* **GRUNNA.** Vide supra *Gronna.*

* **GRUNTRORINGE**, quid sit explicat Charta privil. civit. Hamel. ann. 1277. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 23 : *Item si aliquod infortunium acciderit ex confractione pontis, vel quocumque casu, ut in aqua, damnum quod vocatur Gruntroringe, sive cum curribus vel navibus citra longitudinem civitatis, judex illa bona non potest impetere; sed homines quorum bona sunt, recolligent ea, sine delicto judicii.* In Chartis horumce privilegiorum confirmatoriis ann. 1335. et 1407. ibid. pagg. 54. et 64. legitur *Grundroringe* et *Grundrohringhe.* Vide supra *Grundruhr.*

* **GRUNUM**, Rostrum, locus prominens, a Gallico *Groin.* Charta ann. 1166. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 606 : *Ego Willelma Nemausensis vicecomitissa, per me et per filium meum vicecomitem, dono... ad beneficium, sine dolo, tibi Petro Raymundo de Anagia, et quibuscumque volueris, scilicet illam pezadam, quæ est ad Grunum de Anagia.* Alia ann. 1233. inter Probat. tom. 1.

Digitized by Google

Hist. Nem. pag. 72. col. 2 : *Ita quod super dictam aqualem teneamini facere testudines, per quas aqua possit transire ad dicta molendina de Porta-rades,.... salvo et quod faciatis in dictis testudinibus vaginas, citra Grunum furni de camino versus orientem, per quas mittantur postes compellentes aquam aqualis venire in claustro nostro, cum necesse fuerit.* Vide supra *Grouinum* et *Grugnum*.

GRUOSUS, *Setosus, pilosus, hirsutus.* Ugutio. Papias habet *Grusus*. Vide *Grufus*.

¶ **GRUPES**, Γρῦπες, *Gryphes*, in Supplemento Antiquarii.

* **GRUPIA**, *Prov. Præsepe*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Italis, *Greppia*.

* 1. **GRUPPUS**, Italis, *Groppo*, Nodus, acervus, ornamenti genus in vestibus. Inventar. ann. 1389. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 809 : *Cotardita una velluti de cramoisi, laborata super cavesium et manicas ad Gruppos perlarum.* Stat. Vercel. lib. 4. pag. 85. v°. : *Item quod aliquis testor non debeat.... tenere in scripnea gladium majorem una spanna, computato manubrio ad taliandum Gruppos.* Vide *Groppus* 2.

* 2. **GRUPPUS**, Chirographum, subscriptio nomini addita, Gall. *Parafe;* sic dicta, quod, nodi instar, calamo ducta ex eadem linea, varie in seipsam reflexa et convoluta formetur, ut notant docti Editores ad Mirac. S. Raym. Palmar. tom. 6. Jul pag. 658. col. 1 : *Subscriptum in authentico cum Gruppo : Ego Joannes de Lege, sacri palatii notarius prædictis interfui, et rogatus hanc cartam scripsi.* Stat. Placent. lib. 2. fol. 19. r°. : *Statuimus quod quicumque utitur aliqua carta vel publico instrumento in judicio, teneatur ipsam adversario cedere integraliter cum die, millesimo, testibus et notariis, et Gruppo notarii.* Vide *Grupus*.

GRUPTA, Crypta, antrum; Germ. *Grube, Gruple:* Ital. *Grotta*, [Gall. *Grotte.*] Charta ann. 887. apud Ughellum tom. 2. pag. 747 : *Insuper eidem contuli Gruptas Eremitarum,... cum omnibus ad dictas Gruptas pertinentibus.* Vide *Crypta*.

GRUPUS, Nodus, ex Ital. *Groppo, Gruppo.* Charta *signata cum Grupo*, apud Ughellum tom. 4. Ital. sacræ pag. 1300. Vide *Gruppus*, 2.

¶ **GRUS**, ut supra *Gruellum*, Polenta. Statuta Monasterii S. Claudii ann. 1448 : *Diebus aliis in Quadragesima debet pittantiarius ministrare potagium de Grus, atque pisa alba, etc.*

* Notanda vocis Gallicæ *Grus* significatio, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 61 : *Icellui Girart appella la suppliante deux ou trois foiz Grus, Grus; et pour ce qu'elle n'entendoit pas que c'estoit à dire desdites parolles, demanda audit Girart que c'estoit à dire : lequel Girart lui dist que c'estoit à dire ribaude, en l'appellant par pluseurs foiz Grus, ribaude, Grus, ribaude.* Vide supra *Gruellus*.

¶ **GRUSSUS**, *Setosus, pilosus*, apud Papiam MS. Editus habet *Grusus*. Vide *Gruosus*.

¶ **GRUT**. Vide *Grutum*.

GRUTA, Gallina silvestris. Silvester Girald. in Topogr. Hibern. Dist. 1. cap. 10 : *Gallinæ campestres, quas vulgariter Grutas vocant, hic raræ sunt.* Dist. 2. cap. 11 : *Sunt montana quædam, in quibus grues et Grutæ avesque variæ suo in tempore abunde nidificant.*

GRUTARIA, Bellaria. Ita vetus Interpres Palladii τραγήματα vertit cap. 9 : *Alius vero Grutaria vendens.*

¶ **GRUTARIUS**. Vide in *Grutum*.

¶ **GRUTERIA**. Vide *Gutteria*.

* **GRUTIMAGNUS**, perperam pro *Grietmannus*, Præfectus civitatis. Charta ann. 1314. in Cod. reg. 10196. 2. 2. fol. 28. v°. : *Ludovicus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, prudentibus viris Grutimagnis, consiliariis, etc.*

GRUTPOPTE. Theloneum Monasterii S. Bertini : *Carteia Grutpopte* 2. *den.* [Vide *Grutum.*]

¶ **GRUTTERIA**. Vide *Gutteria*.

GRUTUM, Leguminis species, alias *Granamelum :* Anglis *Grout*, [a Saxonico Grut, Far, condimentum cerevisiæ, zea, alica.] Liber Rames. sect. 144 : *Decem mittas de braseo, et* 5. *de Gruto, et* 5. *mittas farinæ triticeæ, etc.*

¶ Grudum. Contractus anni 1282. e Chartulario Fiscamnensi : *Vendidi... undecim quarterios bladi et sex boissellos Grudi;* id est, Hordei ad conficiendam cerevisiam accommodati, ut mox dicetur : qua notione vox Gallica *Gru* etiam accipitur in Chartulario Gemmeticensi tom. 1. pag. 30 : *A raison dequoi les gens du Roy nostre dit Seigneur, ou les ayans cause, prennent audit moulin chacun an cinquante-deux boisselets de moulte, ainsi qu'elle vient, moitié res et moitié combles à la mesure en quoy on reçoit ladite moulte, et une somme de Gru.*

Grutdum, Eadem notione. Vide in *Mina.*

* *Grust*, in Lit. remiss. ann. 1383. ex Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 221. Aliæ ann. 1477. in Reg. 206. ch. 1003 : *Le suppliant* (brasseur) *conduisit une charretée de grain ou Gru pour mouldre au molin.*

Grutarius, qui vendit legumina, aut poma. Ita Spelmannus. At hoc loco *Grutum* videtur esse quod Flandri *Grutten* et *Gorte*, vocant, hordeum siccatum, ex quo conficitur cerevisia : jungitur enim *braseo*, ex quo etiamnum

Grutt, et Gruit, appellant tributum, quod pro cerevisia pensitatur. Charta Ottonis Imper. ann. 999. apud Willelm. Hedam pag. 270. 1. Edit. : *Teloneum vero et negotium generale fermentatæ cervisiæ, quod vulgo Grutt nuncupatur, etc.* [Miræus habet *Gruit.*] In alia Henrici Imp. ann. 1003. apud eumd. Hedam habetur *Gruit.* [*Grut* in alia anni 1224. apud Miræum tom. 1. pag. 304. *Grutta*, in Historia Comitum Lossensium pag. 70.] Adrianus Junius ait, hodie *Gruydgheld* dici *jus grutæ*, seu vectigal, quod coctores cerevisiarii pro usu aquæ, centesimam nempe persolvunt : vel vectigal, quod penditur pro tollenda dissipandaque lenticula aquas operiente, quo limpidum haustris situlisque hauriant ad coquendum cerealem potum : vel denique quodvis cerevisiæ et aliis rebus impositum tributum, uti Bekanus.

¶ **GRUVIUM**, f. Idem ac *Gruinum*, de quo supra. Charta Jacobi Episc. Atreb. in Chartul. S. Bartholomæi Bethun. fol. 55 : *Item dicunt dicti Præpositus et Capitulum Bethun. contra dictum Presbyterum, quod cum ipsi consueverint percipere duas partes Gruvii in decima de Sartis ad instar garbarum, quas ibidem percipere consueverunt.*

* *Gruve*, Præstationis species, haud scio an eadem, in Charta ann. 1328. ex Reg. donorum Car. et Phil. reg. in Cam. Comput. Paris. fol. 30. v°. : *Item la Gruve des héritages d'entour Beaugency prisié huit livres par an.* Vide supra *Gruagium*.

¶ **GRUYAGIUM**, Gryaria. Vide in *Gruarius*.

¶ **GRUYDGHELD**. Vide in *Grutum*.

¶ **GRYFO**. Vide *Griffo*.

¶ **GRYPA**, f. pro *Grypus*, vel *Gryphus*, a Græco γρύψ, γρυπός, avis nota, quæ in ornamentis ecclesiasticis haud raro pingitur. Anastasius in Leone III. : *Fecit vestem in titulo Eudoxiæ super altare tyriam, habentem Grypas majores et duas rotas chrysoclabas cum cruce, etc.*

GRYPTA. Vide *Crypta*.

GRYPUS, *Superbus, cervicosus, parvus.* Papias. [Vide supra *Gripus.*]

¶ **GRYSEUS**. Vide in *Gryseum*.

¶ **GRYSOBITUS**, pro *Chrysolithus*, Lapis, pretiosus, apud Rolandinum Patavinum de factis in Marchia Tarvisina lib. 1. cap. 13.

* **GUABAYSHO**, Vestimentum coactile, idem quod *Gambeso*. Privil. Brager. ann. 1334. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 330 : *Platæ, pilleus ferreus, proponcha sive Guabaysho, etc. Gambaycho* ex iisdem editum in *Gambeso*.

* **GUABIA**, Cavea, Ital. *Gabbia*, Gall. *Cage*. Invent. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 67. col. 2 : *Pelvem, gradale, duos broccos, Guabiam ferri, etc.* Vide *Gabia*.

¶ **GUACA**, Guacca. Synodus Limensis ann. 1585 : *Si quis Indus deprehensus fuerit revertisse ad sacrificandum in suorum defunctorum sepulcris, vulgo Guacas, vel adoratorio, etc.* Altera ann. 1582 : *Vos decipiunt* (dæmones) *dicendo... quod in infirmitatibus vocetis Guaccas et veneficos, etc.*

GUACCIA, Species tributi, in Hist. Episcopor. Lodovensium pag. 106 : *Ab omni exactione toltæ, quæstæ, tailliæ, Guacciæ, et financiæ.* [Vide *Guaitia.*]

¶ **GUACHA**, Vigil, speculator. Statuta Arelat. MSS. art. 80 : *Commune habent in dicto castro tres Guachas et unum fornerium et unum porterium.* Art. 116 : *Gacha stet continue cum cornu in aliquo loco Arelatis, in quo concilum convenerit, qui buccinet, etc.* Transactio anni 1284 : *Item dicebant custodiam civitatis, et excubias, et Guachas, et exanguachas, custodiam portarum civitatis ad se pertinere in solidum, et non pro parte, tam tempore pacis quam belli.* Hinc liquet quid sit *Guaccia*, quam mox ait Cangius esse speciem tributi; est enim census, quem exsolvebant vassalli pro custodia castrorum dominicorum, et quem aliis nominibus *Guetagium, Watagium, Wardagium, etc.* appellabant. Vide *Wactæ* et *Gacha*.

* **GUACHIA**, Districtus, territorium, ut videtur. Charta ann. 1451. in Reg. 4. Armor. gener. pag. vj : *Vendidit.... unum ayrale, quod olim solebat esse hospicium, et*

Digitized by Google

de præsenti est ayrale, scituatum in Montealbano, in Guachia de Testone.

* **GUACHILE**, Guachillus, ab Occit. *Gachil*, Specula, turricula editior, unde *Guacha* seu vigil speculari potest, munimenti species. Stat. ann. 1355. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 169. col. 1 : *Item que la barbacanne... soit repparée et levée à son estat deu, garnie de Gachils, etc.* Aliud ann. 1356. ibid. pag. 181. col. 1 : *Item quod ordinetur quot balistæ de turno et quot duorum pedum, in singulis portalibus et Guachillis, et reponentur.* Rursum aliud ann. 1357. ibid. pag. 196. col. 1 : *Frachia antiqui muri de la canal aplanetur, ædificando, sic quod fiat desuper unum parvum Guachile.* Vide supra *Gachilis*.

* **GUACHIUM**, Vigil, excubitor. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Guach, Prov. decubiæ, excubiæ.* Stat. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 181. col. 1 : *Item quod fiant excubiæ de nocte; et quod ad minus quatuor Guachia instituantur in portalibus quæ apperta remanebunt.* Vide *Guacha*.

* **GUADA**, Instrumentum piscandi, retis species, nostris *Guideau*. Jura ducum Tusciæ ann. 1196. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 92 : *Item dicit, quod a sancta Maria de Martio, usque ad sanctam Mariam de Augusto, non debet aliquis in flumine piscare ad Guadam nec ad stortam.* Vide *Guadellum*.

* **GUADAGNUM**, Lucrum, quæstus, Ital. *Guadagno*. Charta Petri Candiani ducis Venet. ann. 964. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1522 : *Si pro tali causa inde Guadagnum accrescat in patria, aut pro causa palatii, etc.* Vide supra *Gadaignare* et mox *Guadanare*.

¶ **GUADALERIUM**, Vas aquæ benedictæ. Vetus Ceremoniale MS. B. Mariæ Deauratæ : *Unus puer vel juvenis cum Guadalerio et aqua benedicta vadit juxta illum qui facit officium.* Infra habetur *Gualaderium*.

* A *Guada*, quod Mauris aquam significare auctor est Bollandus tom. 1. Jan. pag. 974. col. 2.

¶ **GUADANARE**, Lucrari, Gall. *Gagner*, Ital. *Guadagnare*. Testamentum anni 1118. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 488 : *Dimitto ambobus filiis meis totum quod lucratus sum, hoc est quod Guadanavi in castello de Buciagas.*

* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Guasanhar, Prov. Lucrari.* Vide supra *Gadaignare*.

GUADARFIDA, [Consuetudo antiqua.] Vide *Gadarfreda*.

* Hinc emendandum Glossar. Lat. Ital. MS. : *Guadarsiada, la antica constitucione.* Vide *Gadarfreda*.

¶ **GUADDIMONIUM**, Guatdimonium, Vadimonium, pignus, fidejussio. Tabular. S. Cypriani Pictav. fol. 52 : *Injuste præsumpta reliquit et in manu mea Guaddimonium* xxx. *solidorum emendavit, videntibus, etc.* Ibid. fol. 106 : *Cognovit culpam suam et dedit Guatdimonium suum.* Vide *Vadium*.

GUADELLUM. [*Retis species, idem quod supra *Guada*.] Jus Vicentin. lib. 4 : *Nullus qualeas et aves ejusmodi cum Guadello, vel cogolo, vel rete capiat, etc.*

¶ **GUADEMONIUM**, Vadimonium, pignus, fidejussio, in Charta ann. 1097. e Tabulario Majoris Monasterii. Vide *Vadium*.

¶ **GUADIA**, Idem quod *Guademontum*. Luitprandi Leges cap. 61. (6, 8.) apud Murat. tom. 1. part. 2. pag. 63 : *Si quis alii Guadiam de sacramento dederit, et sacramentales dicti fuerint, et postea ipse qui nominatus est, cum ad sacramentum venerit et Evangelia posita fuerint, etc.* Vide *Gaid* et *Vadium*.

¶ Guadimonia, Eadem notione. Chron. Farfense apud Murat. tom. 2. part. 2. col. 574 : *Et dederunt invicem Guadimoniam, ut constituto termino judicantibus judicibus, fecissent secundum legem. Guadimonium*, habetur ibid. col. 615.

¶ Guadium, Idem. Vide *Vadium*.

¶ Guadiare, Vadimonium constituere, etc. Vide in *Vadium*.

¶ Guadiator, Executor testamentarius, Ibid.

¶ Guadiare Sponsam, Despondere, uxorem ducere. Rolandinus Patavinus de factis in Marchia Tarvisina lib. 6. cap. 5. apud Murator. tom. 8. col. 257 : *Conducta de Padua equitavit Veronam, et habitavit in eodem palatio cum venerando marito suo, qui priusquam eam Guadiasset, ut dicebatur, posuerat cor suum in eam et amorem.* Ibid. cap. 6. col. 258 : *Anno eodem Domini* mccxlix. *quo die scilicet Guadiavit dilectam suam sponsam dominam Beatricem, parari fecit in Padua stipendia et expensas pro* xx. *diebus.* Chron. Veronense Parisii Ceretæ ad ann. 1238. ibid. col. 630 : *Idem Imperator eamdem dominam Salvazam ejus filiam tradidit in uxorem domino Icerino de Romano; quam idem dominus Icerinus Guadiavit et desponsavit.*

* **GUADISAGUA**. Notitia judicati ann. 897. tom. 4. Cod. Ital. Diplom. col. 400 : *In omnibus terris et vineis, olivetis, pomis, arboribus, sylvis, Guadisaguis et usu aquarum, etc.* Sed ibi leg. distinctis vocibus, *Guadis, aquis, etc.* vel *Gualdis*. Vide infra *Gualdus*.

* **GUADITURA**, *Guageure*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide supra *Gaigeura*.

1. **GUADUM**, Vadum, Ital. *Guado*. Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium pag. 67 : *Ad quendam Abduæ Guadum nimis altum venere, fingentes se velle transire.* Infra : *Per medium Vadum currere fingentes.* [Occurrit alibi non semel.] Vide Oct. Ferrarium.

* 2. **GUADUM**, Ital. *Guado*, Glastum, quo infectores lanarum utuntur. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 101 : *Ponatur quod rocha sit sita super montem ac circumdata a mare, et per batalitatam habere non potes, tunc oportet recursum habere ad ignem, sive putredinem,... sive aquam putrefactam, in qua fuerint allia, cepe, caseus sive Guadum valde putrefacta.* Stat. Astæ ubi de Intrat. portar. : *Guadum ad tingendum solvat pro qualibet somma lib. xx.* Vide *Guaisdium*.

* **GUAFRA**, *Gaufre*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679. Vide supra *Gaufra*.

¶ **GUAGERIA**, Pignus, Gall. *Gage*. Chartularium Accincti pag. 52 : *Dedit eis insuper quidquid in Guageriam habebat in molendino de Bruchembalt.* Vide *Gageria* in *Vadium*.

¶ Guagiare, Pignerare, etc. Vide in *Vadium*.

¶ Guagium, Pignus. *Guagia duelli*, Gall. *Gages de Bataille*, apud Baluzium tom. 7. Miscell. pag. 326. Vide *Vadium*.

* **GUAGIAMENTUM**, Pignus. Vide in *Vadium*.

* **GUAGIARIUS**, Ædituus, qui res et bona ecclesiæ curat. Vide supra *Gagiarius* 1.

* **GUAGIUM**, Res ipsa in pignus data, quam assignare interdum tenebantur domini, qui jure *credentiæ* gaudebant, cum aliquid a subditis mutuo sumebant. Charta Buch. de Magduno ann. 1179. ex Chartul. Miciac. : *Dixerunt etiam quod si dominus Firmitatis Abreni Guagium suum miserit ad vinum in burgo, et tale fuerit Guagium, quod tripliciter valeat quam quod accipere petit, homo S. Mariæ accipere debet; et si sibi visum fuerit, Guagium tripliciter non valere, et accipere noluerit, portitor Guagii priori vel servienti ejus Guagium ostendet. Quod si ad ammonitionem prioris venditor vini Guagium accipere noluerit, ille vel illa, cujus vinum fuerit, priori vel servienti suo fidem manu sua faciet, quod secundum existimationem suam Guagium illud tripliciter non valeat, et tunc Guagium illud sine damno suo libere refutabit, nec propter hoc gravabitur vel accusabitur. Cum autem Guagium eo modo, quod supra dictum est, acceptum fuerit, vendito vino, a die venditionis per unum solummodo mensem Guagium illud servabitur, et mense finito, ille qui Guagium tenebit, dicet domino Firmitatis vel servienti suo, ut Guagium redimat. Quod si tunc, sine alio termino non redemerit, qui habet Guagium ex tunc illud vendere libere poterit... Si dominus Firmitatis Abreni aut serviens ejus de supradicto Guagio, scilicet de Guagio, quod pro vino positum fuerit, negare voluerit se ad redimendum Guagium semonitum non fuisse, ille qui semonitionem fecit in burgo S. Mariæ, coram priore jurabit se submonitionem fecisse.* Hæc fusius, quia juri *credentiæ* illustrando non parum inservire possunt. Vide in *Guageria*.

¶ **GUAGNAGIUM**, Guaignalis. Vide *Gagnagium*.

* **GUAGNERIA**, Ager cultus seu qui coli potest, vel prædium rusticum, agris colendis, mansionibus aliisque ad culturam necessariis instructum. Vide supra *Gaagneria*. Chartul. S. Joan. Anger. fol. 40. v°. : *Confero S. Joanni omnia prata mea quæ in ipsa villa habebam, et totam Guagneriam meam de villa ipsa.*

* 1. **GUAIGERIA**, Vadimonium, pignus. Charta ann. 1278. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 228. r°. : *Obligo in manu Guidonis episcopi Lingonensis sex sextarias avenæ, quas habeo et habere debeo apud Calmam in granario dicti dom. episcopi Lingon. annuatim percipiendas, pro guardia quam ibidem facere teneor;.... salva quidem dicto reverendo patri dicta guardia, quam ibidem semper teneor facere; dicta Guaigeria nonobstante. Facta est dicta Guaigeria pro sex libris Turon.* Vide *Guageria*.

Digitized by Google

* 2. **GUAIGERIA**, Prædium quod ad *gagia* seu vadia tenetur, Gall. *Ferme*. Charta Odon. ducis Burg. ann. 1216. ex Bibl. reg. : *Sciendum etiam quod Guaigeria non est tenatura.*

* **GUAIGNAGIUM**. Vide supra *Gagnagium* 2.

¶ **GUAINARIUS**, pro *Vaginarius*, Qui facit vaginas, Gall. *Gainier*, Ital. *Gainaro*. Legitur in Additionibus ad Vitam S. Antonini, tom. 1. Maii pag. 345.

GUAISDIUM, Glastum Plinio, quo infectores lanarum utuntur : nostris *Guesde*, Picardis *Waide*. Matth. Silvaticus : *Gaisdo, Guaisdo, id est, herba fullonum, vel saponaria, quæ Isatis Græce dicitur.* Alibi : *Guadus, herba cum qua tingitur blavetum.* Tabular. Ecclesiæ Ambian. : *Habet duas partes minutæ decimæ, excepta lana, agnis, Guaisdio, curtillagiis, et pomariis.* [*Guerde*, tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 256.]

Waisda, in Capitulari de Villis cap. 43. Eadem notione. [Charta anni 1249. e Tabulario Corbeiensi : *Derechief jou ai otroyé perduraulement au devant dit Abbé et au Couvent une maille deu tonliu de chacun bareil de Waisde, qui vendu iert à Moreuil et mesures au bareil de Moreuil, qui doit étre iveus au bareil de Corbie, et ert mis en l'iaue pour avaler à val, et chele maille auront il de l'acateur, et li surplus deu tonliu de Waide me demeure.*]

* Waida, Eadem notione. Charta ann. 1392. apud Rymer. tom. 7. pag. 727 : *Ducentas et quatuor viginti balas Waidæ etc.* Chartul. Corb. sign. *Ezechiel* fol. 62. r°. : *Lequel fermier emportera tous les prouffis, qui esquerront ledit jour durant, tant en chens, rentes, comme en autres coses, excepté messon d'Aoust, réservé Waides, waideles, waudes et navettes, si elles y esquient à despouiller.* Vide infra *Wede* 1.

* Vaisidia, Pari intellectu, in Charta ann. 1200. ex Tabul. eccl. Camerac. : *Dominus prohibere non potest hominibus villæ in territorio suo Waisdiam facere quamdiu velint.* Alia ann. 1303. ex Tabul. Corb. : *Reposuerint decimas bladi, avenæ, ordei, pisorum, fabarum, vechiæ et aliorum granorum in territorio prædicto crescentium, nec non et Waisdiæ.*

¶ Gueda, Eadem notione, in *Marceschia.*

Guesdium. Charta ann. 1171. ex Tabul. Eccl. Carnotensis n. 55 : *Controversia, quæ super campiparte et decima Guesdiorum Ebrardivillæ orta erat, etc.* Infra : *Tali scilicet tenore, ut duobus vel tribus millibus Guesdiorum collectis, suam quartam partem acciperet.* Ruellius lib. 2. cap. 115. de Isati vel Glasto : Magnum quæstum multis regionibus adfert. Viridem herbam trusatilibus molis premunt, ut herbaceam saniem excludant : dein abacto liquore digerunt in magnos globos, quos tabulatis in cinerem computrescere sinunt, *Pastellum* plerisque locis ab effigie pastillorum, in quam glomerantur, nominantes. Hos cortinis infectoriæ coquunt officinæ, et laneos pannos ac vellera demergunt, ut cæruleum ebibant colorem. Cæruleam illam spumam innatantem, quam igni confervescentes eructant cortinæ, *Indum* nostri vocant infectores. Hanc ad Pictorum usus siccant.

¶ **GUAITIA**, f. Jus excubiarum, seu quod pro eo jure erat exsolvendum. Charta Guidonis Comitis Forensis ann. 1224. tom. 1. Maceriarum Insulæ Barbaræ pag. 136 : *Licet autem in villa de Undraicen Guaitiam bastimentum* (bastimentorum) *ratione castri haberemus, totam tamen remisimus.* Vide *Guaccia* et *Guarda* 1.

¶ **GUALABRUNUS**. Vide *Galabrunus.*

¶ **GUALADERIUM**, vel ut supra habetur, *Guadalerium*, Vas aquæ benedictæ, Gall. *Benitier*. Vet. Cæremoniale MS. B. Mariæ Deauratæ : *Pueri portant candelabra cum cereis accensis et turribulum cum igne et incenso, Gualaderium sine aqua, ad finem ut possint portare de aqua benedicta Fontium, quum Fontes erunt benedicti.*

¶ **GUALAPHUR**, Gualapur. Vide *Walapus.*

¶ 1. **GUALDA**, Glastum, Hispanis *Gualda*. Litteræ Henrici VII. Angli Reg. pro Ambassiatore Neapolit. ann. 1494. apud Rymer. tom. 12. pag. 558 : *Licentiam dedimus eidem Domino Juliano quod ipse per se, factores vel attornatos suos, centum dolia Gualdæ in aliqua navi extranea, qua ei placuerit, una vice tantum, in hoc regnum nostrum adducere.* Vide *Gualdum.*

¶ 2. **GUALDA**, ut infra *Gualdus*. Chronicon Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 591 : *Idem ipse refutavit in hoc Monasterio... clausuram Joannis de Bicco, et de porta Cerii medietatem, et de Gualda medietatem, et de silva tertiam partem.*

GUALDANA, Acies, equitatus, manipulus militaris, ex Ital. *Gualdana : vocabolo antiquo*, inquit Acarisius : *che vale la correria, o cavalcata che fanno i soldati a rubare su quello de nemici e la preda, la quale essi hoggidi chiamato Guadagno :* unde etymon accersit. Verum, ea notione, malim illud eruere a *Gualdus*, silva : ut *Gualdana* primitus fuerit venatorius excursus in silvam, saltum, *Gualdum;* unde postea vox traducta fuerit ad rem militarem : quomodo a venatione, dicimns *Donner la chasse aux ennemis.* At *Gualdana*, Cruscanis, dicitur *Ischiera di gente armata, manada.* Ita Rollandinus in Chron. lib. 4. cap. 13 : *Imperator sequenti die misit primo balisterios, et misit Gualdanam suam, secundo milites et pedites, etc.* Lib. 10. cap. 5 : *Præmisit balisterios, et Gualdanam, omnesque vastatores cum illis, etc.* Infra *Waldana* scribitur. Adde lib. 11. cap. 3. et Historiam Cortusior. lib. 3. cap. 4. lib. 6. cap. 8. Utitur etiam Dantes in Inf. cant. 22. Vide Octav. Ferrarium in Orig. Ital. qui vocis etymon a *Gilda*, societas, deducit.

* De turma, non equitum aut peditum, ordinata acie pugnam ineuntium, sed hominum perditorum, a *Ribaldis* non dissimilium, intelligit Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 530. quem consule.

* **GUALDEMANARE**, Custodire, servare. Instr. ann. circ. 1195. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 877 : *Audivit a patre et a suis majoribus, quod hæc terra, quæ tunc nemus erat, a Senata usque ad flumicellum, tota detenta est et guardata atque Gualdemanata per nuntios comitissæ et ducis.* Et col. 879 : *Dominicus Bussolus testatur quod vidit Cabalerium et Trutum tenere et Gualdemanare pro curia ducis et comitissæ a flumicello usque etc.* Hinc

* Gualdemanus, Custos. Stat. Mutinæ rubr. 376. pag. 78. r°. : *Scutifer, tezolanus, castaldus, bubulcus, Gualdemanus sive custos cujuslibet civis Mutinæ etc.*

¶ **GUALDRAPIUS** Ornatus, ab Hispano *Gualdrapa*, Stratum equi, Gall. *Housse*. Concil. Mexican. ann. 1585 : *Si vero mulis vehuntur, eas ne ornent, neque ornatum Gualdrapium eis adhibeant, nisi præbendati sint aut licentiati, vel doctores in Theologia, vel Decretis, qui hoc ornatu, laneo tamen, uti poterunt.*

¶ **GUALDUM**, ut supra *Guaisdium*, Glastum, Ital. *Gualda*. Litteræ anni 1523. apud Rymer. tom. 14. pag. 3 : *Vinorum, Gualdorum, pastellorum, salis, birottorum et canavasii, etc.* Quæ totidem verbis ter repetuntur pag. seq.

GUALDUS, Gualdum, Nemus, silva, ex Saxonico et Germanico wald. [** Vide Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 1. col. 802.] Charta Carlomanni Regis Italiæ et Bavariæ pro Monasterio S. Christinæ in Italico Regno : *Donamus... partem terræ de Gualdo nostro, quod Sisenate dicitur.* Alia Ludovici Imp. in Chron. Farfensi pag. 654 : *Cum... Gualdis, molendinis, etc.* Pag. 656 : *Gualdum unum in finibus Reatinis... cujus termini sunt a silva ejusdem Gualdi, etc.* Pag. 662 : *Gualdum unum, in quo est Ecclesia sancti Gethulii, etc.* Tabul. Casauriense : *Id est, in casis, terris, vineis, pratis, Gualdis, Ecclesiis, etc.* Charta Carlomanni Regis Italiæ ann. 2. pro Monasterio Casauriensi : *Insuper placuit nostræ Serenitati ad id prædictum Monasterium quemdam Gualdum prope ibidem situm, nomine Cornie, tradere cum servis et molendinis, etc. ad id Gualdum pertinentibus.* Alio loco : *Concedo pro anima mea in ipso Monasterio ipsum Gualdum de Corbino, cum terris, casis, vineis, etc.* Occurrit apud Leonem Ostiens. lib. 1. cap. 14. 54. 56. lib. 2. cap. 6. Petrum Diac. lib. 4. cap. 97. in Chartis Italicis apud Ughellum tom. 1. pag. 110. tom. 8. pag. 39. 590. Le Roman *de Parise la Duchesse* MS. :

Muis ce, Sire, sai ge bien que au Gal fu emblez.

Infra :

Parcoi naqui je Duc dedans ce Gal ramé.

Gaudus. Tabularium Ecclesiæ Carnotensis Ch. 72 : *Duodecim carrucatas terræ, unamquam quinque modietarum, in silva, quæ vocatur Gaudus S. Stephani, etc.* Infra : *Reliqua vero decima totius Gaudi remanet Beatæ Mariæ, etc.* Le Roman *de Guillaume au Court-nez* MS. :

Or fut Guillaume el profond Gaud entré.

Infra :

El profond Gaud, ou l'en mes puist trover.

Le Roman *de Garin* MS. :

Lyon ressemble qui de Gaut soit partis.

Alibi :

Se gist li pors dedans un Gaut plenier.

Infra :

Et tot le bois et le Gaut font tentier.

Idem Poeta :

Digitized by Google

La venaison, qui en est Esgaudée,
N'en set esir; quant elle y est entrée.

Esgaudir, Picardis nostris, venationi in silvis indulgere, vel in silvis sese deambulatione reficere: non vero a *gaudere*, ut quidam putant, aut a τρυγωδεῖν, uti vult Perion.

WALDUS, vel WALDUM, Eadem notione, in Chronic. Beneventano S. Sophiæ pag. 595. 597. 598. 608. 642. 644. et in Bulla Sergii PP. apud Ughellum in Aeserniensib. Episc. pag. 489.

WALDA. Will. Thorn. ann. 1364 : *Et debent pro qualibet swollinga 14. den. per annum pro schippershere, timberlode, et bordlode, vel cariare extra Waldam per mare vel per terram ad manerium prædictum.*

WALDORA, pro *Waldum*, enuntiatione Longobardica, in Charta Adelchisi Regis Longob. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 18 : *Statuimus, ut animalia et peculia ex ipsa Monasteria omni in tempore pabulum et escam habere debeant per silvas, Waldoras, etc.*

** WALDATOR. Chron. Vulturn. ad ann. 979. apud Murat. Scrptor. Ital. tom. 1. part. 2. pag. 363. D.

GUALTINA. Charta Tancredi Comitis Licii ann. 1181. apud Ughell. tom. 9. pag. 98. 101 : *Concessimus eidem Monasterio Gualtinam nostram in usum piscium ipsorum religiosorum.* Alia : *Gualtinam piscium ad usum fratrum.* Vox ejusdem originis cujus *Gualdus*, ita ut *Gualtina*, ipsum fuerit quod *foresta piscium*, et nomen convenerit feris silvaticis et piscibus. Nostri *Gaudines* silvas etiam vocarunt. Philippus *Mouskes* in Hist. Francor. MS. :

Ciers i mist, et bisses, et dains,
Puis conins, lievres, et ferains,
Et maniere de sauvegine,
Tant que plaine en fu la Gaudine.

Guill. *Guiart* ann. 1297 :

Tant trespassent chans et Gaudine,
Qu'il arrivent devant Comines.

Alter Poeta MS. :

Et occis des Gregois aval celle Gaudine.

Li Lusidaires MS. :

Grans noises font par ces Gaudines.

Sed et *Gaudinam*, appellatam olim partem illam Franciæ, quæ est inter Ligerim et Sequanam fluvios, scripsit Lupoldus *de Babenberg* de Jure Regni et Imperii Romani cap. 7. quod ea olim silvis abundaret, quod forte ab aliquo e nostris fabulosis Scriptoribus, quos Romanos dicimus, hauserat. [Vide Borelli Thesaurum in voce *Gaudine*.]

* Hinc *Godins* appellati quidam prædones, qui se in silvas recipiebant. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 144 : *Comme icellui suppliant ait esté durant noz guerres par plusieurs foiz avec noz ennemis et les gens de compaigne et les Godins, et conversé avec eulx en prenant vivres, monteures, robes, dras, et autres bien sur noz subgez.* Aliæ ann. 1377. in Reg. 112. ch. 53 : *Pour doubte des malfaiteurs, pillars, larrons et murtriers, appellez Godins ou brigans de bois, etc.* Denique aliæ ann. 1381. in Reg. 120. ch. 137 : *Comme en l'an 1365.... estoient ou pays* (de Nivernois) *pluseurs brigans de boys, appellez Godins, etc.* Vide supra in *Foillata* et infra *Tuchinus*.

GUALEA, pro *Galea*, Genus navis, de quo supra, apud Acher. tom. 7. Spicil. pag. 214.

* Charta ann. 1322. ex Bibl. reg. : *Nonnulli Gualeas ducentes... prope maria Narbonæ etc.* Sed et nostris *Gualie*, pro *Galée*, in Lit. ann. 1347. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 210.

* GUALETUM, dimin. a Galea, capitis armatura. Testam. ann. 1350. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Ego Burgundius de Podio Luperio dominus dicti loci.... volo... quod hæres meus corpus meum sepeliri faciat,... prout decens est, cum banderia nostra, scuto et Gualeto et superveste.*

* GUALHINIERA, Locus, ut videtur, ubi gallinæ insident, Hisp. *Gallineria*, nostris *Poullaillier*. Lit. remiss. ann. 1328. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 261 : *Tenuit eam in domo ipsius uxoris incarceratam ligatam in quadam tustaqua sive Gualhiniera, in tantumque ipsam verberavit,.... quod ipsam interfecit.* Vide supra *Gallinarium*.

¶ GUALIANA, pro *Gualdana*, Excursio militaris. Chronicon Parmense ad ann. 1247. apud Murator. tom. 9. col. 772 : *Et omni mane milites domini Imperatoris veniebant ad glaream prope Religionem veterem, et stabant ibi sero exspectantes et custodientes Gualianas suas, quæ ibant quotidie per montana et planitiem... comburentes et devastantes omnia quæ inveniebant.*

¶ GUALICANA LINGUA, pro *Walonica*, in Chronico S. Trudonis apud Acher. tom. 7. Spicil. pag. 197. et ex eo apud Mabill. tom. 5. Annal. pag. 412.

¶ GUALOER. Vide *Galoer*.

¶ GUALOPPARE, Ital. *Gualloppare*, Gall. *Galoper*, Equi cursu ferri, apud Murator. tom. 12. col. 809. lib. 2. Histor. Cortus. Etymon vide apud Menagium, et supra *Calopare*.

¶ GUALTINA. Vide *Gualdus*.

* GUANAGIUM, GUANNAGIUM, Ager cultus et satus, prædium rusticum; *Guingnage*, in Lit. ann. 1367. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 33. Charta Henr. reg. Angl. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 766 : *Clamavi quietum fratribus de Gresso furragium de proprio Guanagio suo.* Alia Henr. Hosati inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 535 : *Præterea dedi eisdem in dotem prædictæ ecclesiæ de tota annona mea, scilicet Guannagit mei, quæ expenditur in domo mea, ad panem faciendum, decimum quarterium, ubicumque residentia mea fuerit in maneriis meis.* Vide supra *Gaagneria* et *Gagnagium* 1.

GUANASCHIA. Vide *Garnaschia*.

GUANCIALE, Pulvinus, in Addit. ad Vitam S. Antonini n. 73. ab Hetrusco *Guancia*, gena.

* GUANGATOR, Fossor, vel arator, nostris alias *Gaigneur*. Stat. Vercel. lib. 7. pag. 151. v°. : *Item statutum est quod omnes Guangatores et factores fossatorum, teneantur et debeant omnia fossata, quæ facere debuerint, facere bene et legaliter ad mensuram rectam perticæ communis.* Vide supra in *Gaagneria*.

* GUANGUAGIUM, male pro *Guangnagium*, ut supra *Guanagium*. Charta ann. 1301. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 81 : *Cum plateis intra circum et circa ipsa nemora siltis, prout se comportant juxta Guanguagium meum, contiguum dictis domibus de Valle-profunda.* Ibid. col. 80. *Ganguagium* rursus, pro *Gangnagium*. Vide supra *Gaaignagium*.

¶ GUANTILECTI, Digitalia ferrea, Gallis *Gantelets*. Computus ann. 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 274 : *Dominus receperat mutuo pro gumberiis, cosseriis, Guantilectis et aliud armene pro persona Domini, unc. IV.*

* GUANTUM, Tutela, protectio. Charta Soldani pro Pisan. ann. 1174. apud Lamium in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 1. pag. 500 : *Et si nullus Saracenus cum illis processit, debet guardare et servare, sicut persona eorum, et non debet liberare eos ad nullum malum hominem, et habemus in Guanto, ut ducerent in nostro regno, etc.* Nisi legendum sit *Grantum*. Vide in hac voce.

¶ GUANTUS, Chirotheca, Gall. *Gant. Ganti latunati*, tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 274. et 288. Tecti laminis ex orichalco, quorum usus erat in præliis. *Guantus battaliæ, pugnæ*, per quem quis alium provocat ad pugnam, apud Murator. tom. 11. col. 74. et tom. 12. col. 647. Vide *Duellum* et *Wantus*.

¶ GUAPANDUM. Charta ann. 1253 : *Girardus quittat et concedit quidquid habet... in grangia de Figiaco, scilicet vicesimam partem bladorum, piletum, Guapandum, sedes bladorum, etc.* Vide *Gaspaleum*.

GUARADANAU, [GUARADAVANT.] Libertates villæ Bergeraci in Vasconia MSS : *Sine culpa autem dicitur dictas Dominus fore, cum equitat equum vel equam, mulum vel mulam, asinum vel asinam currentem, clamans, Guaradanau, etc.* Id est, tibi cave. [In editis ejusd. oppidi Consuetudinibus art. 162. legitur *Guaradavant*, quasi *Gare devant*, Cave ante, qui præis.]

* GUARAGNUS, Equus admissarius, Ital. *Guaragno*, Gall. *Etalon*. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 119. ex Cod. reg. 4620 : *De Guaragnis. Statuimus quod nulla persona cerreria vel forensis possit vel debeat in civitate Mantuæ vel districtu Guaragnum vel equum aliquem dare vel dari facere alicui equæ, seu equum equam aliquam facere cooperire, nisi prius ille Guaragnus vel equus admissarius acceptatus et approbatus fuerit.* Vide *Waranio*.

¶ GUARANCI. Vide *Guarani*.

* GUARANDA, Vivarium, Gall. *Garenne*. Bulla Innoc. III. PP. ann. 1210. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 285 : *Burgum Troarnense, ... cum mariscis, boscis... pratis, Guarandis, etc.* Vide infra *Guarenda*.

¶ GUARANDIA, Auctoritas, defensio, cautio, Gallis *Garentie*. Litteræ Philippi Flandriæ Comitis apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 852 : *Venit dies constitutus, Rorgo Radulfum adduxit, qui nullam ei Guarandiam tulit.* Vide *Garandia*.

** GWARANDIZARE, in chart. ann. 1315. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 125.

** GUARINDUS, in chart. ann. 1237. apud eundem tom. 4. pag. 884

¶ GUARANDIZATOR, Fidejussor, sponsor,

Digitized by Google

qui alteri tenetur ad evictionem, Gall. *Garant.* Charta Amorrici de Fontenella ann. 1211. e Tabulario Corbeiensi : *Concessimus venditionem, et quamdiu prædicta Mabilia uxor mea vixerit, nos Guarandizatores et fidejussores prædictæ venditionis constituimus.* Alia Petri domini de Jumellis eod. an. : *Fide præstita me Guarandizatorem et plegium constitui.* Vide *Garandizator* et *Warantus.*

GUARANI, Guaranci, et **GUARANGI**, Iidem qui *Varingi*, et Βάραγγοι Græcis dicuntur, apud Leonem Ostiensem lib. 2. cap. 58. et Anonymum Barensem in Chr. sub ann. 1046. 1047. et 1066. apud quem *Guaranci et Guarangi* promiscue appellantur. Vide quæ de *Varingis* a nobis observata sunt ad Vilharduinum, et ad Annam Comnenam, et infra in *Vargi.*

GUARANIO, [Equus integer.] Vide *Waranio.*

¶ **GUARANTIA**, Guarantor, ut *Guarandia, Guarandizator.* Chartular. B. M. de Accincto pag. 38 : *Duorum bichetorum censum, unius frumenti et alterius avenæ, reddent eis, quamdiu Guarantores adversus heredes ipsius decimationis fuerint, vel pacem fecerint, quod si in ista Guarantia vel pace facienda defecerint, etc.* Vide *Garandia* et *Warantus.*

¶ **GUARAPO.** Synodus Limensis ann. 1604 : *Item reservamus vobis absolutionem Hispanorum... qui vendiderint Indis Guarapo seu potum ex aqua et melle extersionis primi vasis, vel mustum, ut id bibant.*

¶ **GUARBA**, pro *Garba*, Gall. *Gerbe*, Fascis desecti frumenti. Occurrit in Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 8. et 11. Vide *Garba.*

* **GUARBERIUM**, *Garbarum* seu manipulorum congeries, nostris *Gerbier.* Charta ann. 1343. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 605 : *Cum gentes præfatæ grangiæ duo Guarberia guarbarum bladi fecissent in quodam campo etc.* Vide supra *Gerberius.*

¶ **GUARCIANUS**, Guarciper, Guarcio, Famulus, Gall. *Garçon.* Vide *Garcio.*

¶ 1. **GUARDA**, Garda, Tributum annuum, modo spontaneum, modo coactum, a subditis et inferioris conditionis hominibus pro tutela et protectione dominis vel patronis potentioribus exsolutum. Charta ann. 1202. in Bibliotheca Sebusiana Centuria 1. cap. 37 : *Recognovi etiam in præ-nominati Abbatis et Stephani Prioris Portarum et aliorum plurimorum præsentia, me in domo, villa et rebus Yminonis nullam Gardam, dominium aut consuetudinem debere habere.* Alia ann. 1270. ibid. Cent. 2. cap. 100 : *Nos frater Joannes humilis Prior Nantuaci et ejusdem loci Conventus, et nos Humbertus Dominus de Thoire et de Villars, notum facimus... quod cum discordia seu controversia verteretur inter nos.... super Garda villæ et Prioratus Nantuaci et rerum et hominum ad dictum prioratum pertinentium in Montania, quam Gardam nos dictus Humbertus dicebamus ad nos pertinere, nobis Priore et Conventu e contrario asserentibus. Tandem inter nos... intercessit super hiis amicabilis compositio in hunc modum, videlicet quod villa et Prioratus Nantuaci et Castrum S. Germani et generaliter omnes res et homines ad dictum Prioratum et dictum Castrum pertinentes... sint et remaneant in perpetuum de bona Garda nostri Humberti... et successorum... quam bonam et perpetuam Gardam, nos dicti Prior et Conventus eidem Humberto et successoribus suis damus... cum conventionibus infra scriptis. Videlicet quod idem nobilis Vir Castrum prædictum S. Germani, res et homines de Castellania dicti Castri tenentur Gardare et defendere bona fide : pro qua bona Garda... nos prædicti Prior et Conventus promittimus bona fide et stipulatione eidem Humberto pro se et hæredibus et successoribus suis dare, reddere et solvere quolibet anno in festo S. Hilarii centum solidos Gebennenses.* Pluries recurrit ibi. Antiq. Recognit. in Regesto *Probus* f. 60. et 61 : *Homines de Monteseterox debent Comiti pro Garda* v. *sextar. Vienn. avenæ, etc. Summa avenæ de Garda et commendaria* 30 *sextar.* Hic idem sonant *Garda* et *Commendaria.* Alibi : *Exactionem etiam quam Guardam appellant, quam accipiebat ab hominibus S. Salvatorio... condonavit.* Charta ann. 1186. tom. 1. Maceriarum Insulæ Barbaræ pag. 124 : *Idem vir nobilis dedit et concessit eidem Monasterio... Guardas Vismeiarum et mansum de Nuiz.* Alia ann. 1217. ibid. pag. 132 : *Medietatem Guardæ, quam ex materna hæreditate habebant apud S. Euphemiam.* Alia ann. 1289. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 50 : *Item fuit actum... quod non potestis... infra territorium et mandamentum castri de Varsia Guardus vel commendarias recipere, vel receptas retinere.* Alia Dumbensis ann. 1426 : *Recognoscit se esse hominem ligium, quittum, justitiabilem, burgensem et subditum domini Ducis Borbonii ad causam castri sui Villenovæ absque aliqua Garda seu tributo in persona ejusdem confitentis nec ejusdem bonis.* Alia ann. 1437 : *Joanna Pascal pro Rozello filio suo confitetur dictum Rozellum esse sub protectione et Garda domini de Franchelins, et pro ipsa debere super capite suo unum grossum bonæ monetæ currentis.* Edictum Ducis Sabaudiæ apud Colletum in Statutis Bressiæ l. 3. art. 9 : *Cum omnes et singuli subditi nostri... in nostris Salvagardia et protectione consistant, hoc edicto perpetuo prohibemus omnibus et singulis nostris, cujuscumque status aut gradus fuerint, ne aliquem vel aliquos ex subditis nostris utriusque sexus, mediatis vel immediatis... sub Salvagardia seu protectione, sub annua pensione, vel alio tributo, dono, vel præmio personali vel reali recipere præsumant, sub pœna decem marcharum argenti puri... Eodem edicto prohibemus omnibus et singulis civibus, burgensibus, notariis, mercatoribus, mecanicis, agricolis et aliis subditis nostris mediatis et immediatis... ne Salvagardiæ aut protectioni cujuscumque se subicere præsumant, sub pœna* XL. *solidorum fortium... interdicentes insuper omnibus et singulis Notariis et Tabellionibus publicis et curiarum juratis, ne deinceps de et super hujusmodi Gardis et Garderiorum receptoribus instrumenta vel literas conficiant, sub pœna decem librarum, etc.* Vide *Commenda* 4. *Commendaria, Commendatio* 2. *Salvamentum* et *Warda.*

¶ Guardæ Ecclesiarum, Ecclesiarum tuitio. Vide *Wardæ Ecclesiarum* in *Warda.*

¶ 2. **GUARDA**, Custos, Ital. et Hisp. *Guarda*, Gallis *Garde.* Parisii de Cereta Chronicon Veronense apud Murator. tom. 8. col. 632 : *Advocatus de Clavica Veronæ dedit castrum Vilimpentæ Communi Veronæ, et expulsit Guardas Communis Mantuæ, quæ erant et tenebant dictum castrum.* Potest hic intelligi Præsidium, Gall. *Garnison*, sed tum etiam res eodem redit : præsidiarii enim milites custodes sunt castri. Conventus Episcoporum Cæsaraugustanus ann. 1058. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 221. col. 1 : *Et ipsos castros mittat Ermengaudus Comes tertiam partem de opera et de Loger et de Guarda, quæ in eis erit necesse.* Charta ann. 1273. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 29 : *Si autem præpositus Paris. Guardas sive custodes, vel servientes ibidem posuerit... ille super quem Guardæ vel custodes, etc.*

¶ 3. **GUARDA**, Locus, ut conjecto, sic dictus, quod facile possit *custodiri* et defendi. Tabularium Majoris Monasterii : *Herveus Præpositus dedit S. Martino, quæ vulgari sermone vocatur Guarda, quia in medio ejusdem terræ quidam parvus mons insurgit.*

¶ 4. **GUARDA**, pro *Gualda*, ut opinor, Glastum. Computa Dalphin. Graisivod. ann. 1334. fol. 46 : *Recepta frumenti, leguminum, avenæ, vini, castanearum, Guardarum, piperis, mellis, etc.*

* **GUARDACAMERA**, Anterius conclave, Gall. *Antichambre.* Annal. Estens. ad ann. 1403. apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 990 : *Tunc illi extincto lumine lampadis, in vicinam Guardacameram paulisper secesserunt, perpendentes Franciscum et uxorem ejus expergefactos.*

¶ **GUARDAGIUM**, Protectio, tutela. Charta anni 1020. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 140 : *Quod monasterium* (Tabulariense) *cum omnibus suis bonis... habet dux noster Imperator in suo salvo Guardagio et tutela.* Vide *Guarda* 1. et *Warda.*

* **GUARDAMANZARIA**, Vas mensarium, quod *Cadenat* appellamus. Inventar. ann. 1389. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 812 : *Guardamanzariæ duæ argenti albi cum duabus testis leonum, et serratura intaliata ad litteras Græcas et aliis operagiis.*

¶ **GUARDAMANZERIUS**, Gardamingerius, Qui curam habebat ciborum mensæ Dalphini. Computus. ann. 1333. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 279 : *Pro equo Andreæ Guardamanzerii taren.* XV. In Ordinatione Humberti I. ann. 1336. habetur : *Andreas de Venaysia Gardamingerius.*

* Mensæ regiæ administer vel curator; *Gardemangier*, in Ordinat. hospit. reg. sub Phil. III. ann. 1286. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1201. Alia sub Phil. V. ibid. col. 1362 : *Item, au commun trois queux, dont il y aura toujours les deux à cour, et sera l'un Gardemangier. Item en la cuisine un Gardemangier, qui aura xiij. deniers de gaiges*, in Ordinat. hospit. Joan. reginæ ann. 1316. ex Reg. sign. *Croix* Cam. Comput. Paris. fol. 88. r°.

¶ **GUARDAROBA**, ut *Garderoba*, Vestiarium, de quo supra. Locus est in *Conclave.*

¶ **GUARDATOR**, Guarderius, Custos, Defensor, etc. Vide *Warda.*

* **GUARDENAPA.** Vide supra *Gardenappa.*

¶ **GUARDEROBA**, Vestiarium. Vide *Garderoba.*

Digitized by Google

¶ **GUARDIA**, Custodia, etc. Vide *Warda*.

¶ 1. **GUARDIANUS**, Superior Conventus Ordinis S. Francisci. Occurrit passim apud Scriptores Franciscanos.

¶ 2. **GUARDIANUS**, Custos pecorum, pastor, Provincialibus *Guardian*, in Charta ann. 1339. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues*.

¶ 3. **GUARDIANUS**, Tutor. Archivum Turris Londin.: *Litteræ Regis Edoardi III. ann.* XVI. *quibus recognoscit secundum conventiones initas cum Ducissa Britanniæ et tutore et Guardiauo Ducis Britanniæ, se accepisse mutuo a prædictis Ducissa et tutore mille libras sterlingorum, quibus solvendis omnia sua bona et hæredum suorum obligavit.* Vide *Warda*.

¶ 4. **GUARDIANUS**. Bulla Pauli III. Papæ de sæcularizatione Monasterii Vezeliac. ann. 1337. inter Instrum. tom. 4. Gall. Chr. col. 116 : *Abbas bedellum suum Guardianum nuncupatum... habeat.* Vide *Bedellus*.

* 5. **GUARDIANUS**, Custos rei cujuslibet. *Guardianus de duana*, in Charta Soldani pro Pisan. ann. 1174. apud Lamium in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Boninconi. part. 1. pag. 197. Alia ann. 1198. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 443 : *Promitto singulis annis Guardianos silvæ facere jurare silvam allevare, et arbores custodire, et jus vestrum reddere.*

¶ **GUARDIATOR**, Curator testamenti. Statuta Ecclesiæ Biterr. ann. 1368. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 647 : *Ecclesiarum Rectores... morientis hæredes, successores, executores seu Guardiatores, et alios quoslibet ipsas dispositiones, seu alteram earum apud se habentes, moneant, ut etc.*

¶ **GUARDIO** *dicitur ille, cui custodia est commissa*, in Vocabulario juris utriusque. Vide *Feudum Gardiæ* in *Feudum*.

* **GUARENDA**, Vivarium, Gall. *Garenne*, ut supra *Guaranda*. Charta Ric. reg. Angl. pro abbat. de Orator. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 18 : *Confirmamus Guarendam suam, quæ circa abbatiam est, sicut fossis undique clausa est.* Vide *Guarenna*.

¶ **GUARENNA**, Vivarium, Gallice *Garenne*, apud Lindwoodum lib. 3. Provinc. tit. 16. pag. 200. Vide *Warenna*.

¶ **GUARENTAGIUM**, ut infra *Guarimentum*. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 82 : *Et per Guarentagii ipsius auctoritatem disseruit Reginaldus Abbas in curia prædicti Huberti.*

¶ 1. **GUARENTIA**, ut *Guarandia*, Gallice *Garantie*, Auctoritas, cautio de evictione. Charta ann. 1264. inter Instrum. tom. 2. Gall. Chr. col. 436 : *Promittentes eidem domino... firmam fieri Guarentiam de terra*, etc. Vide *Garandia*.

* 2. **GUARENTIA**, Rubia, Gall. *Garance; Guérance*, in Lit. ann. 1358. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 256. art. 7. Stat. Astæ ubi de Intrat. portar. : *Guarentia ad tingendum solvat pro qualibet somma ad æstimationem officialium.* Vide *Garantia* 1.

* **GUARENTIANA, GUARENTITIA**, Charta, qua actum seu conventum probatur et confirmatur. Charta Soldani pro Pisan. ann. 1174. apud Lamium in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Boninconi. part. 1. pag. 201 : *Ubi isti conventi fuerint stabiliti, fuerint lecti ante messatico, et bene intellexit et placuit, et levavit guarantes, quia placuit eis, et portavit secum, et literas scriptas, et adduxit Guarentianam ab archipresbyteris, quia placuit eis, et venit ista Guarentitia in Babillonia quindecim dies de mense, qui vocatur Saracenis Saphar.*

¶ **GUARENTIGIA**, Bleyniano Instit. lib. 4. pag. 544 : *Nihil aliud est, quam Summissio quædam facta ab eo, qui se debitorem constituit tabellioni tamquam judici, ut quod ipse scripserit ratione debiti, si ad instar sententiæ.* Concil. Mexican. ann. 1585 : *Publica instrumenta et ea quæ Guarentigia dicuntur, etc.* [* Vide supra *Garentigia*.]

* **GUARENTIGIARE**, Auctorem se profiteri, cavere de evictione, apud Corbinel. inter Probat. domus *de Gondi* tom. 1. pag. 51. Vide *Guarentizare*.

¶ **GUARENTIZARE**, Auctorem se profiteri, cavere de evictione, Gall. *Garantir*. Formulare Anglic. Thomæ *Madox* pag. 254 : *Ego et hæredes mei memoratam terram contra omnes homines prædictis Monachis Guarentizabimus.* Rursum occurrit ibidem pag. 22. Vide *Warentizare* in *Warantus*.

¶ **GUARENTUS**, Qui alteri tenetur ad evictionem, Gallice *Garant*. Occurrit in Chartulario S. Vincentii Cenoman. fol. 17. Vide *Warantus*.

GUARERAFFAU, vox Cambro-Britannica in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 19. *Rhaff*, Boxhornio in Lexico Cambrico, est funis, restis.

GUARGATURA, pro *Carcatura*, ex Gall. *Charge*, onus, Charta Geraldi Episcopi S. Pauli Tricastin. in Libro Mirabili, seu Tabulario Abbatiæ Conchensis in Ruthenis n. 80 : *Et unius asini Guargaturam de vino, et unum quartale de melle.*

* **GUARIDA**, Specula, Gall. *Guérite*. Stat. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 195. col. 2 : *Fiat Guarida fustea supra cameram S. Thomæ parva.* Vide supra *Garitæ*.

* **GUARILHANUS**, an Stillicidium, vel emissarium? Stat. Mss. Montispess. ann. 1204 : *Decretum est ut duodecim viri consiliares communitatis Montispessulani eligant duos viros probos et legales, qui duo habeant potestatem ut carreriæ, et ruinosi parietes, et Guarilhani, et viæ, et vallæ aptentur et meliorentur.*

¶ **GUARIMENTUM**, Auctoritas, cautio de evictione, Gall. *Garantie, Gariment*. Charta Aymerici Archiepresbyteri de Luzciaco ann. 2278. apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 898 : *Promiserunt dicti venditores... contra omnem hominem... plenum, firmum, perpetuum et liberum Guarimentum prædicto domino Abbati* (Nobiliacensi) *et successoribus ejus. Si vero ob deffectum Guarimenti prædicti a dictis venditoribus... faciendi... idem Abbas... dampna... sustinere contingerit in futurum, promiserunt omnes præfati venditores... reddituros et resarcituros dicto domino Abbati*, etc. Occurrit in alia Charta ann. 1277. ibid. pag. 929. in Chartulario S. Johannis Angeriac. pag. 244. etc. Vide *Garimentum*.

¶ **GUARINA**, f. pro Hispano *Guarida*, Refugium, asylum, idem quod *Fossatum*, Castra vallo munita. Alfonsus Rex Portugalliæ in Foris Alcaconensibus eræ 1267 : *Milites qui fuerint in fossado vel Guarina*, etc.

GUARINGAGA. Charta Henrici Imp. ann. 1094. pro Ecclesia Pisana, apud Ughell. tom. 3. pag. 421 : *Et largimur Guaringagas omnes, quæ eorum prædiis adhærent.* Alia Mathildis Comitissæ ann. 1100. ibid. pag. 427 : *Ut liceat Canonicis et ministris illius Ecclesiæ habere, et providere absque alicujus contradictione silciam tumuli, et Guaringagas omnes, qui sunt in capite terrarum Canonicorum, et liceat illis terras suas in paludes et flumina extendere quantuncumque poterunt.* Charta Guelphonis Marchionis Tusciæ ann. 1160. pag. 465 : *Item decimas, prædia, domos, et familias, et Varingagas omnes, quæ eorum prædiis adhærent.* Adde pag. 481. Vide *Watergang*.

¶ **GUARINI**, *Homines ex influentia cœli viventes*, Rocho *le Baillif* in Dictionario Spagyrico.

¶ 1. **GUARIRE**, Sanare, Gall. *Guerir*, Ital. *Guarire*. *S. Lanfrancus Guaribit*, tom. 4. SS. Junii pag. 627.

¶ 2. **GUARIRE**, Tueri, protegere, Gall. *Garentir, Garir*. Pancarta titulorum Abbatiæ S. Stephani de Vallibus apud Xantones Ch. 46 : *De dampno et de violentia Guariremus dictum Priorem.* Vide *Garire*.

¶ 1. **GUARITA**. Charta ann. 1278. apud Stephanot. tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 898 : *Precio decem et octo librarum Turonensium de vendis et honoribus Guaritarum, de quibus confessi sunt se plenariam et integram satisfactionem habuisse ab emptore prædicto in pecunia numerata.* Altera ann. 1277. ibid. pag. 929 : *Precio septies viginti et quatuor librarum currentis monetæ de venditione et honoribus Guaritarum, quas confiteor me habuisse et recepisse perintegre a dicto domino Abbate in pecunia numerata.* [* F. leg. *Guarica*. Vide *Garricæ*.]

* 2. **GUARITA**, Specula, turricula editior. Charta ann. 1212. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 279 : *Cum omni jure et jurisdictione curtis et castri, et specialiter Guaritæ, etc.* Vide supra *Guarida*.

GUARNACIA, etc. Vide *Garnachia* 1.

* **GUARNAMENTUM**, Supellex quævis. Mirac. S. Audoeni tom. 4. Aug. pag. 835. col. 1 : *Prebyter lineam telam, quam venalem nundinis inferebat, simul cum aliis rebus homini imposuit... Diversorium quoddam denique latiturus introgressus, vili satis pretio alieni laboris Guarnamentum vendidit.* Vide in *Garnire* 1.

* **GUARNAZO**, Ital. *Guarnaccone*, Ingens toga. Stat. Ferrar. ann. 1279. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 424 : *Idem intelligimus de Guarnazonibus fodratis, si fuerint fodrati de pelle.* Vide mox *Guarnichia*.

¶ **GUARNAZONUS**, Vestis species. *Discurrebat incidendo maniconos Guarnazonorum.... auro et argento ornatos*, apud Muratior. tom. 16. col. 377.

* Stat. Placent. lib. 6. fol. 80. v° : *Et si fuerit de cendali inforratus ipse Guarnazonus, etc.*

GUARNELLUM, Genus vestis, viris et mulieribus communis. Academici Cruscani : *Guarnello e una sorte di panno tessuto d'ac-*

Digitized by Google

cia, e di bambagia : e guarnello si dice alla veste da donna fatta di cotal panno : essendo usitato modo di dire, il chiamar le vesti da donna col nome del drappo di che sono fatte : Lat. Theristrum. S. Franciscus in Regula Tertiariorum cap. 3 : *Sorores etiam chlamyde induantur, et tunica de hujusmodi humili panno factis, vel saltem cum chlamyde habeant Guarnellum, seu placentinum, coloris albi aut nigri, paludellum amplum de canabo seu lino absque ulla crispatura consutum.* Urbanus IV. PP. in Regula Militum Ord. S. Mariæ, apud Ghirardaccum in Hist. Bonon. in Indice tom. 1 : *Clerici autem camisia de panno lineo, aut Guarnello albo, vel superpelliceis, et cappa clausa utantur.*

* **GUARNERIUM**, Horreum, Gall. *Grenier.* Charta ann. 1267. in Reg. 31. Chartoph. reg. fol. 113. v°. col. 1 : *Duos modios et dimidium avenæ annui redditus in Guarneriis ipsius domini regis apud Crispiacum.* Vide *Granarium.*

¶ **GUARNIAMENTUM**, etc. Vide in *Garnire.*

* **GUARNICHIA**, Toga, vestis talaris, Ital. *Guarnaccia.* Inventar. Ms. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : *Item unam foderam de grisiis pro Guarnichiis.* Vide *Guarnachia* 1.

¶ **GUARNIRE**, Ornare, instruere, munire, in Actis SS. Junii tom. 4. pag. 797. et passim apud Scriptores inferioris ævi, præsertim Italicos. Vide *Garnire.*

¶ **GUARNISARE**, Ead. notione. *Ad muniendum sive Garnisandum domum,* in Charta ann. 1325. apud Lobinell. tom. 4. Hist. Paris. pag. 530.

* **GUARPIRE**, Possessionem rei alicujus dimittere. Charta ann. 1111. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 380 : *Hæc omnia suprascripta donamus et reddimus et Guarpimus, etc.* Hinc

* **GUARPITIO**, Rei possessæ dimissio, cessio ipsa, in Charta ann. circ. 1100. ibid. col. 354 : *Ego Compan de Benca facio Guarpitionem de Eicio, etc.* Vide *Guerpire.*

GUARPISCERE. Vide *Guerpire.*

¶ **GUARRADA**, Species vasis. Acta SS. Junii tom. 3. pag. 588. de S. Amando Episc. : *Quatuor quartarios frumenti et Guarradam puri vini.* Vide *Carrada* 2.

¶ **GUARRARIA**, pro *Carraria*, si bene conjecto, Via vel Lapidicina. Chronicon Andrense tom. 9. Spicil. Acher. pag. 524 : *Assignavit totam decimam silvæ communis apud Lo juxta Hauthinghem, inter montem de Fielnes et antiquam Guarrariam.*

¶ **GUARRELLUS**, pro *Quarrellus*, Species teli, Gall. *Quarreau*, apud Sebastianum Fantoni tom. 2. Hist. Avenion. pag. 99.

¶ **GUARRICA**, pro *Garrica*, Terra inculta. Donatio anni circiter 817. inter Instrum. novæ Histor. Occitan. col. 51 : *Cedimus sic istum locum... cum suis Guarricis, cultibus et incultibus, terris, et vineis.*

* **GUARRIFICARE.** Vide infra *Guerragare* in *Guerra.*

* **GUARRUS**, Spiculum arcus balistarii, idem quod *Garrotus.* Vide in hac voce. Arest. parlam. Paris. ann. 1321. 9. Maii in Reg. *Olim : Item ad reddendum et restituendum tres magnos Guarros cum cadrilis pertinentibus ad eosdem, vel pro eorum valore, quadraginta libras.*

* **GUARUS**, Qui alteri tenetur ad evictionem, Gall. *Garant.* Charta Guill. abb. Furn. ann. 1159. in Suppl. ad Miræum pag. 49. col. 2 : *Si vero pro his.... querimonia qualiscumque exorta fuerit, nostram ecclesiam, absque rerum suarum dispendio, et adjutricem et Guaram constituimus. Gwer,* eadem acceptione, in Charta ann. 1265. ex Diplomat. Bajor. apud Oefelium tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 103. col. 2 : *Quod autem hujusmodi donationis testes et prosecutores, quod Gwer vulgariter intelligitur, sumus et erimus in perpetuum præsentibus litteris sigilli nostri munimine roboratis publice protestamur.* Vide *Garantus.*

* **GUASALHIA.** Vide supra *Gasalha.*

* **GUASAPE**, Pallium altaris. Anonym. de Casib. infaust. monast. Farf. ab ann. 1119. usque ad 1129. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 293 : *Qui ornamenta ecclesiæ, vel quæque utensilia cæpit dispergere absque ulla verecundia, et diversis viris in pignus tribuere; id est,.... textum Evangeliorum et Guasape novum altaris majoris.* Vide *Gausape.*

GUASCAPUS, Vestis species. Urban. IV. PP. in Regula Militum Ord. S. Mariæ, Bononiæ, quos *Fratres Gaudentes* vulgus appellavit, apud Cherubinum Ghirardaccum in Hist. Bonon. in Indice tom. 1 : *Possint hujusmodi fratres præter mantellum et Guascapum Ordinis, habere cappam clausam de panno grisei coloris, aut etiam de camelino.* Alibi : *Quando vero equitant, Guascapis grisei coloris seu de camelino, etc.* Occurrit ibi rursum. [* Vide supra *Gauscappa.*]

GUASCHIA. Charta ann. 1228. apud Petrum Mariam Campum in Regesto 3. part. Hist. Eccl. Placentinæ pag. 266 : *Item in Guaschiis de Gaverzago* 12. *den.* [Vide *Gascha.*]

GUASNACIA. Vide *Garnachia.*

¶ **GUASO**, Cespes, Gall. *Gazon.* Additamenta ad Chronicon Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 933 : *Per cultellum et festucam notatum* (nodatam) *seu Guasonem terræ vobis exinde ad vestram partem corporalem facio vestituram.* Vide in *Investitura.*

¶ **GUASPALEUM**, f. f. Purgamenta seu paleæ minutiores post ventilationem. Tabularium. Majoris Monasterii : *Canonici duas partes frumenti, sigali et avenæ percipient, Monachi vero tertiam; ordei vero primitiarii, milii, panicii, lini, cannabi, Guaspalei, straminis decimarum et terragii in frumento et sigalo et avena grossa Monachi sextam partem recipient.* Vide *Gaspaleum.*

¶ **GUASTALDATUM**, Districtus *Gastaldi.* Capitulare Radelchisi Principis Beneventani ann. 851. cap. 1 : *Quæ evenit per integra Guastaldata seu ministeria, quæ hic descripta sunt.*

¶ **GUASTALDUS**, pro *Gastaldus*, de quo supra, in Actis SS. Martii tom. 3. pag. 293.

¶ **GUASTARE**, pro *Vastare*, Gall. *Gâter, Piller, Ruiner*, Ital. *Guastare*, in Chronico Parmensi ad ann. 1294. Memoriali Potestatum Regiens. ad ann. 1214. apud Marchisium Scribam lib. 5. Annal. Genuens. ad. ann. 1221. etc.

¶ 1. **GUASTATOR**, pro *Vastator*, Ital. *Guastatore*, in Chronico Parmensi ad ann. 1281.

* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Guastador, Prov. prodigus, vastator.*

* 2. **GUASTATOR**, Ital. *Guastatore*, Militiæ genus, quæ itineribus parandis et munitionibus faciendis inservit. Hist. Cortus. lib. 2. apud Murator. tom. 12. Script. Ital. col. 804 : *Quod omnes a lanceis longis, balistis et manarotis, et Guastatores omnium villarum dictarum et contratarum armis præparati, in terra Gussolenghi se debeant congregare.* Annal. Mediol. ad ann. 1371. apud eumd tom. 16. col. 744 : *Et erat capitaneus dominus Vulphus Teutonicus, et habebat tria millia Guastatorum cum zappis et badilibus, etc.* Vide in *Vastum* 1.

¶ **GUASTELLA**, Phiola, vas vitreum, ut videtur, Italis *Guastara.* Vita B. Augustini Novelli, tom. 4. Maii pag. 621 : *Unde ex percussione capitis in murum, factum* (f. fractum) *est caput ejus sicut una Guastella .... cæpit caput pueri reaptare, quasi esset cera.*

GUASTELLUS, [Placenta, panis delicatior, Gall. *Gateau.*] Vide *Wastellus.*

* **GUASTIVA TERRA**, Ager procissus, et nondum satus, nostris *Gachere.* Stat. Vallis-Ser. rubr. 188. ex Cod. reg. 4619 : *Si vero iverit in aliquam petiam terræ non seminatam, prativam, vineatam, brolivam, nec ortivam; sed campivam, vel bregniatam, seu Guastivam, vel buschivam seu silvatam,.... sit ei pœna solidi unius.*

1. **GUASTUM**, Vox veterum Gallorum, de cujus significatu vide Plin. lib. 22. cap. 1. et Salmasium ad eumdem pag. 254.

2. **GUASTUM**, [Vastitas, depopulatio, Gall. *Degat*, Ital. *Guasto;* item Ager incultus.] Vide *Vastum.*

* 3. **GUASTUM**, Mutilatio, occisio. Stat. Vercel. lib. 1. pag. 22. r°. : *Item quod damnum ex Guasto in bestiis datum, quæ scilicet percuterentur, vel interficerentur, vel alio modo mangagnarentur in pascuis, non emendetur; sed peti possit emenda a custode, vel ab alio, qui damnum dedisset.*

¶ **GUASTUS**, Vastatus, desertus. *Loca Guasta et deserta per guerram*, apud Murator. tom. 6. col. 971.

* *Agasti*, eadem acceptione, apud Bellom. Ms. cap. 24. Vide *Guastare* in *Vastum.*

¶ **GUATA**, Idem quod *Gata*, Machina bellica de qua in *Gatus* 1. Constitutiones ann. 1225. Marcæ Hisp. col. 1408 : *Nullus portet fundibulum, guziam, vel Guatam, aut aliquod aliud ingenium sine speciali nostra licentia et mandato.*

¶ **GUATGERIA**, Pignus, Gall. *Gage.* Chartularium S. Petri de Domina fol. 63 : *Octavam partem decimariæ de Thedesio accepit D. Hugo prior in Guatgeria de Petro Bruno pro centum sol. Valencianis.* Vide *Gatgeria* et *Vadium.*

¶ **GAUTGIUM**, Stipendium, Gall. *Gage.* Vide locum in *Cotus* 1.

¶ **GAUTT**, Glastum, Herba tinctilis. Dona facta Monasterio Tulensi inter Instrum. tom. 2. Gall. Christ. col. 208 : *Similiter dedit ei etiam decimum de agnis, et et de porcellis et de lana et Guatt.* Vide *Guaisdium.*

* **GUATTARUS**, f. Inspector ab Italico

Digitized by Google

Guatare, inspicere. Stat. eccl. Castel. ann. 1294. apud Cl. V. Garamp. in Dissert. 6. ad Hist. B. Chiaræ inter not. pag. 207 : *Quod familiares necessarii tantum esse debeant in canonica Castellana continue, cellerarius videlicet, coquus et Guattarus, etc.*

¶ **GUATUM**, Idem quod *Guatt.* Sebastianus Perusinus in Vita B. Columbæ Reatinæ, tom. 5. Maii pag. 325. * : *Si contigisset eam cum convicinis matronis et puellis ruri ad aliqua convenisse, puta vindemiæ vel Guati* (*Guatum quidem est herba tinctoria, quæ Glaustum dicitur*) *vitabat cantantes vana stultiloquia.*

* **GUAURIA**, Pascuum commune, ut videtur, fossis circumcinctum. Bulla Alex. III. PP. ann. 1180. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 169 : *Octavam partem magni prati, quod est in Guauria, et duas partes alterius prati in eadem waria.* Vide *Gaterscapum.*

* **GUAYNA**, Exsectio, canaliculus, incisura, Gall. *Entaille*, *rénure*, quia vaginæ, Gall. *Gaine*, officium præstat : unde *Guaynare*, in ejusmodi vagina inducere. Stat. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 194. col. 1 : *Ad pedem dicti muri faciendi discoperiatur caminus, per quod exit aqua molendinorum, in quo camino fiant Guaynæ, in quibus possit Guaynari trappa, quæ ibi fiet.*

¶ **GUAYTA**, Gaytagium, Guaytare, Excubiæ, Jus excubiarum, Excubias agere. Vide in *Wactæ.*

* **GUAZELLA**, an dimin. a *Gasalha*, Prædium rusticum, Gall. *Métairie?* an Aquarium, lacus, ab Italico *Guazzatorio*, eadem notione? Vide mox *Guazzare.* Charta ann. 1310. in Reg. 46. Chartoph. reg. ch. 44 : *Et inde prout descendit fundus gutæ, quæ est inter curtile de Chaselas et curtile de Loyseret, et ducit ad Guazellam de rivo torti, et a dicta Guazella prout ascendit fundus gutæ, etc.*

* **GUAZIDA** Specula, Gall. *Guérite.* Charta ann. 1358. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 208. col. 2 : *Addens quod de proximo fiant Guazidæ, et aliud nichil indicatur.* Vide supra *Guarida.*

¶ **GUAZO**, Gall. *Gazon*, Cespes. Vide *Investitura.*

* **GUAZZARE**, Adaquare, vox Italica, Gall. *Abbreuver;* unde *Guazzatoriuu*, Ital. *Guazzatoio*, Aquarium, lacus. Stat. Mutinæ rubr. 248. pag. 47. r° : *Remanendo ab una parte pontis Guazzatorio, ubi equi Guazzari et lavari possint.*

¶ **GUBA**, Cisterna. Vide *Cuba* 1.

¶ **GUBBA**, pro *Gibba*, Gibbus, Gall. *Bosse*, in Miraculis B. Henrici Baucenens. tom. 2. Junii pag. 381.

* **GUBEBA**, Grani seu fructus species : f. *Jujuba*, ziziphum. Stat. Astæ ubi de Intrat. portar. : *Gubebæ silvestræ solvant pro qualibet libra ponderis lib. ij. Gubebæ domesticæ solvant pro qualibet libra ponderis lib. j. sol. x.* Vide *Jujuba.* [** Vide *Cubeba.*]

¶ **GUBER**, pro *Gubernator.* Gloss. Lat. Gr. : *Guber*, γυβιρνήτης.

* **GUBERNACULUM**, Tributi genus, quod a prætereuntibus navibus exigitur. Charta Raim. comit. S. Egid. ann. 1164. in Chartul. Cluniac. : *In omnibus consuetudinibus, quas de ratibus, quæ per aquam veniunt, accipere solent, quæ sunt decimæ, et Gubernacula, et transversaria.*

* **Gubernaculum Aquæ**, Jus utendi aqua. Charta ann. 1210. ex Chartul. Vallis B. M. dicec. Paris. : *Dedi ettam... duos denarios, qui de jure hæreditario solent reddi Droconi patri meo et suis hæredibus pro Gubernaculo aquæ.*

* **GUBERNALA**. Chron. Sublac. ex schedis Mabill. : *Ut autem fratres audierunt* (Simonem abbatem esse captum) *venerunt et abstulerunt eum a Richardo, et duxerunt eum Romam, et posuerunt eum in Gubernala. Abbas vero de captione se liberavit.* Ubi Muratorius tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1053. edidit *Gubernacula.* Castri seu carceris nomen videtur.

* **GUBERNANTIA**, Gubernatio, regimen, in Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 90. *Gouvernance*, Vitæ ratio, sumptus, expensum, vulgo *Maniere de vivre*, *depense.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 137. Chartoph. reg. : *Pierre Taquier s'en est retourné en ladite ville de Narbonne, et a trouvé que sa femme, laquelle il avait laissié bien et honorablement avec ses amis, et lui avoit laissié et ordené sa Gouvernance selon sa faculté, s'est portée tres-désordenéement.* Hinc *Gouverner*, sumptus suppeditare, curare, necessaria præbere. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. ch. 232 : *Lors icelle femme dist à son mary que ledit Philippe la Gouvernait et maintenait.* Chartul. Corb. sign. *Ezechiel* ad ann. 1421. fol. 149. r° : *Les dessus nommés seront tenus de trouver les despens des quevaulx, et logier et Gouverner nostredit procureur et ses gens.* Charta Caroli VII. reg. Franc. ann. 1431. ex Chartul. Latiniac. fol. 31 : *Leur a esconvenu* (aux religieux) *pendant et durant le siege n'aguieres mis devant ladite ville* (de Lagny) *par nos ennemys, soustenir et Gouverner grant quantité des gens d'armes de ladite garnison... En quoy ilz ont frayé et despendu de leur blez et vins jusques à la somme de deux cens livres et plus.* Vide *Gubernare*, 2.

¶ 1. **GUBERNARE**, Servare. Disputatio Catholicum inter et Paterinum tom. 5. Anecd. Marten. col. 1755 : *Si aliquod superaret de sacrificio, Gubernarent illud usque ad Pascha, et tunc totum sumerent.*

¶ 2. **GUBERNARE**, Providere, curare, necessaria ministrando. Acta S. Franciscæ, tom. 2. Martii pag. 134 : *Omnia eis sint in communitate; lucrum vero quod licite fit de suis exercitiis, una illarum cui præceptum fuerit, illud capiat, et de illo debeat omnes Gubernare.*

* **GUBERNARIA Domus**, Ædes publica, ubi congregantur qui regimen civitatis habent, in Stat. crimin. Saonæ cap. 17. Vide mox *Gubernum.*

¶ 1. **GUBERNATOR**, Abbas, in Concilio Auscensi ann. 1068. apud Acherium tom. tom. 2. Spicil. pag. 593.

* 2. **GUBERNATOR**, Ecclesiæ parrochialis rector, vulgo *Curé.* Charta ann. 1404. in Reg. feud. comit. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol 68. r°. : *Je Colas Baronneau de Lesignen congnois et confesse moi avoir.... une disnerie, appellée la disnerie de Beusse, laquelle part par indivis o le Gouvernour de l'église d'Airou et o le Gouverneur de l'église de Foillet.* Pro eo, qui apud aliquem est maxima in gratia, vulgo *Favori*, in Hist. Caroli VII. pag. 720 : *L'evesque de Spolette, qui estoit principal Gouverneur dudit Pape, etc. Gouverneur des noces*, is nuncupabatur, qui convivio nuptiali parando atque uniuscujusque symbolæ colligendæ præerat. Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 64 : *Icellui Regnart estoit maistre Gouverneur des noces de Jehan Morel et sa femme,.... et cueilloit l'escot d'icelles noces au souper.*

* **GUBERNEDA**, Dominium, possessio. Arest. parlam. Paris. ann. 1323. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 305 : *Cum omnibus drouturis, domaniis, Gubernedis, terris cultis et incultis, etc.*

¶ **GUBERNIO**, *qui et Gubernator*, apud Papiam. *Gubernio*, *Nauta*, in vet. Glossario Sangerman. num. 501. Vide Isidorum lib. 19. Orig. cap. 1.

* **GUBERNUM**, Regimen, præfectura, Ital. *Governo.* Stat. crimin. Saonæ pag. 122 : *Qui proxime Gubernum dictæ civitatis Saonæ gesserunt.* Vide supra *Gubernaria domus.*

GUCCIA. Charta MS. ann. 1235 : *Promiserunt suprascripti Marchiones de Grondona* (in Vercellensi districtu) *per se et eorum homines dictum castrum facere Gucciam pro suis propriis personis, etc.*

* Idem videtur quod *Guayta*, Excubiæ. Vide in *Wactæ.*

* **GUCEBE**, Vasis genus videtur, in Testam. reg. Mafaldæ ann. 1256. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 33 : *Item domnæ Adaræ Petri... unum vas vitreum optimum et unum Gucebe optimum.*

GUCLA. Will. Brito in Vocabulario MS. : *Polymitus, plurium Guclarum vel colorum, a polis, quod est pluritas, et mitos, quod est Gugla, etc.* In Catholico Armorico : *Gucle*, est *Lectus.*

* **GUDENAIN**. Consuet. Domb. MSS. ann. 1325 : *Item die Lunæ post festum Gudenain festi nativitatis beati Johannis Baptistæ, etc.* An nomen loci?

¶ **GUDUM**, pro *Guadum*, Vadum, Ital. *Vado*, *Guado*, Gall. *Gué.* Charta ann. 1048. apud Stephanotium tom. 8. Fragm. Hist. pag. 59 : *Concedimus præfatæ canonicæ decimam omnium piscium, quos nostri homines, qui habitant Narbonæ... apprehenderint in ipsis aqualibus de ipso Gudo, quod vocatur Capra picta, et de ipsa Capra picta usque in stagnum de ipso rivo Axatis.*

* **GUEAIGNAGIUM**, ut supra *Guanagium*, in Charta ann. 1219. ex Chartul. S. Mariani Autiss. fol. 63. v°.

¶ **GUEBELINI**, Iidem qui supra *Gibelini*, apud Murator. tom. 9. col. 891.

* **GUEDA**, Glastum, quo infectores lanarum utuntur, nostris *Guedelle.* Protocol. vet. ex Cod. reg. 4184. fol. 68. v°. : *Exposuit nobis Johannes de Grandovillari, quod cum nos vel antecessores nostri certam plateam in civitate Ambianensi concedendam duxerimus, in qua Gueda vendatur a mercatoribus illuc venientibus.* Lit. remiss. ann. 1047. in Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 124 : *Icellui Jaquemart dist au suppliant que il lui devoit la disme de trois jalois de Guedelle.* Vide supra in *Guaisdium.*

¶ **GUEITA**, Excubiæ. Arrestum Parlamenti Paris. ann. 1331. ex Archivo Bone-

Digitized by Google

vallensi : *Faciendique fieri Gueitam in dicta villa Bonevallis... habendi ibidem in turri sua Gueitam, etc.* Vide *Wactæ.*

* **GUEITUM**, Excubiæ, Gall. *Guet.* Charta ann. 1459 : *Faciebat Gueitum nocte S. Catharinæ, ut moris est, ad custodiendum de oppressione, violentiis et operibus facti gentes ibidem ad nundinas ipsius loci affluentes.* Vide infra *Gueytum.*

GUELCUS. Joan. de Janua : *Petus, i. Guelcus, strabo aliquantulum, scilicet cujus oculi quadam velocitate cito volvuntur huc illuc : et hæc peta, i. Guelca, et aliquantulum straba.* Vide *Petuosus.*

¶ **GUELDENES.** Acta S. Maudeti MSS. : *Prædicta insula lingua Britonum Gueldenes appellatur. Gueld enim Res indomita Britannico sermone, Enes Insula interpretatur; inde Gueldenes quasi Insula indomita et inhabitabilis propter vermium multitudinem.*

GUELFI. Vide *Gibelini.*

¶ **GUELLA**, Coccineus color, Gall. *Gueules*, in scutis gentilitiis. Litteræ ann. 1432. tom. 2. Hist. Provinciæ pag. 447 : *Arma seu insignia Marchionum Catalauniæ, quæ listata, seu juxta Galatium vulgare, palata de auro et Guellis esse noscuntur.* Vide *Gula* 1.

* An *Guenelle*, Parvum vexillum, vulgo *Banderolle*, a colore coccineo dictum ? Æstimat. rer. necessar. pro exerc. Scotiæ in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Croix* fol. 186. v° : *xv^c. pannonciaus, et les Guenelles des banieres et pannonciaus, où il faut viij^c. aunes de toille inde.*

¶ **GUEMINUM**, Iter, via, Gall. *Chemin.* Chartularium Fontanellense tom. 2. pag. 1359 : *Aboutat ad Gueminum per quod itur apud Fovillam ex uno buto.* Vide *Cheminus.*

¶ **GUERBA**, Manipulus, Gall. *Gerbe.* Codex, Legum Norman. apud Ludewig. tom. 7. pag. 372 : *Queritur N. quod Tycius injuste exigit ab eo servicium secandi Guerbas suas ratione feodi sui, quod tenet de eodem.* Occurrit rursus in Tabulario B. Mariæ de Bono-Nuntio Rotomag. Vide *Garba.*

* **GUERBAGIUM**, *Guerbarum* præstatio, etiam cum in pecuniæ summam est commutata. Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 235. v°. : *Pro quatuordecim acris terræ, quas tenebat ad Guerbagium, xlix. sol.* Vide *Garbagium.*

¶ **GUERBLÆ.** Jacobus Cardinalis de Coronatione Bonifacii VIII. tom. 4. SS. Maii pag. 465 :

> At flatu melior vox gallica, lege morosum
> Præcinit et Guerblis geminans retinacula punctis
> Instar habet duris percussi incudibus æris.

Hic Editor : *Guerblæ* videntur esse plurium notarum conjugationes; *Uncos* nostri vocant.

¶ **GUEREN**, Vivarium piscium. Instrumentum anni 1138 : *Quatuor vero piscatorias in Tenera tendiculas, quas vulgo Gueren nominamus... confirmat.* Vide *Warenna.*

¶ **GUERERE**, pro *Quærere.* Extractum computi ann. 1321. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 160 : *Cum viginti tribus hominibus, qui assidue secum fuerunt per triginta dies per diversa loca ad Guerendum, emendum et charreiandum... dictam fustem.* Occurrit rursum infra in *Inrazellare.*

* **GUERESTARE**, *Guerram* seu bellum inferre, facere. Charta Guill. de Calvign. ann. 1227. apud Thaumas. ad calc. Assis. Hieros. pag. 443 : *Et si forte, quod Deus avertat, comes Marchiæ et dominus Borbonii guerram haberent ad invicem, ego tenerer de meis castris ipsum comitem Guerestare et dictum dominum Borbonii juvare.* Sed forte leg. *Guerreiare.* Vide in *Guerra.*

* **GUERGUERIA**, An idem quod supra *Griatoria*, Jus quod quis habet in foresta alterius? Vide in *Gruarius* 1. et infra *Guerreria.* Charta ann. 1405. in Reg. feud. comitat. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 66. r°. : *Item habeo : unum homagium ligium,... ratione villagii de Romigniaco, insimul cum Guergueria et garena, pertinentiis et appenditiis dicti vilagii. Guergue* vero, pro *Charge, dépense*, Onus, sumptus, in Lit. ann. 1360. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1472. Unde *Guerir luminaire*, in Lit. ann. 1341. tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 177. art. 5. est Illud alere et sustentare.

GUERIGNAGIUM, ex Gallico *Vernage : Vergner* enim nostris est fossati seu fluvii ripas *virgis* seu palis continere. Charta ann. 1257. in M. Pastorali Eccl. Paris. lib. 9. Ch. 25 : *Totum Guerignagium fossarum, jardinum, et totam crescentiam nemorum.*

* **GUERITOR**, Qui alteri tenetur ad evictionem, sponsor, Gall. *Garant.* Charta ann. 1161. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 572 : *Ego Sichardus de Lautrec vicecomes... mando filiis meis, ut hujus doni sint Gueritores et deffensores Deo et sanctæ Mariæ Candelii.* Vide supra *Garitor.* Hinc

* **GUERITUS**, Cautione assertus. Charta ann. 1334. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 24 : *Arnaldus Beraudi busgensis dicti loci Montisalbani.... obtulit se daturum in prædicta boria superius confrontata septingentas libras bonorum Turonensium parvorum Gueritorum.*

* **GUERIUM.** Charta ann. 1295. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 105 : *Usque ad Guerium, vocatum rocum de Becada, alias vocatum Guerium Barro, juxta dictam carreriam, ubi est sexta meta.* An locus incultus et pascuus? Vide supra *Garricus.*

¶ **GUERNA**, Locus alnis consitus, ab Aremorico *Gwern*, Alnus. Charta Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 247 : *Præfatus vero Herveus auxit donum suum et dedit molendinum cum Guerna circumdata aqua.*

* **GUERNIMENTUM**, Apparatus nauticus, quidquid instruendæ navi necessarium est. Charta ann. 1274. tom. 1. Corp. diplom. pag. 236. col. 2 : *Item quod finita guerra, prædictæ universitates restituent dictas galeas, cum.... aliis Guernimentis æque bonis, sicut receperint.* Vide alia notione in *Garnimentum.*

¶ **GUERPILLUM**, Rei cujuspiam abdicatio, Gall. *Deguerpissement.* Charta Hugonis Episc. Autissiod. ann. 1148. ex Chartulario S. Germani ejusd. urbis : *Petrus filius ejus in perpetuum Guerpivit, et pro hoc Guerpillo quadraginta solidos a præfato Gervasio abbate accepit.... Hoc Guerpillum laudavit Odo, etc.*

GUERPIRE, Gurpire, Werpire, etc. Possessionem rei alicujus dimittere, ex Saxon. vurpan, vel veorpan, Deserere, jacere : *Guerpir*, et *Déguerpir*, nostris, et in Consuetudinibus municipalibus, passim. Liber Miraculorum S. Bertiliæ Virg. num. 3 : *Quandam terram feodalem... eisdem legitime vendidit et Guerpivit.* [** Vide Grimm. Antiq. Jur. .Germ. pag. 122. et Graff. Thesaur. Ling. Franc. col. 126. radice *Warf.*]

Gerpire, in veteri Notitia, quæ habetur in Bibl. Cluniac. pag. 547.

* *Gherpir*, in Poem. *de Cleomades* MS. :

> Tous ont Gherpi tentes et trés,
> Cascuns d'aus s'est de là sevrés.

* Guirpire, Eadem notione. Charta ann. 1116. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Sic nos supradicti diffinimus, laxamus et Guirpimus ista omnia suprascripta Domino Deo et S. Mariæ, sanctoque Victori et monachis Massiliensibus præsentibus et futuris.*

Gurpire. Ademarus in Vita Caroli M. : *Ingenuitatem illorum et alodem manibus Gurpierunt.* Concilium Francofurd. ann. 794. can. 3 : *Res proprietatis... Gurpivit atque projecit.* Concilium Bituricense ann. 1031. can. 6. [* Apud Labb. tom. 2. Bibl. MSS. pag. 786.] : *Et si tunc eam* (uxorem) *habuerit, mox ei abrenuntiet, quod lingua Francorum Gurpire dicimus.* Adde Fulbertum Carnot. Epist. 51. [Consuetudinem Brageriac. art. 61. etc.] *Gurpir*, in Consuetudine Baionensi tit. 8. art. 10.

¶ Gripire. Charta Bernardi de Turre apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 486 : *Omnes illas malas consuetudines .. Gripio et dimitto. Hanc autem.... Guirpitionem facio pro redemptione animæ meæ.*

Guilpire, in Chronico Besuensi pag. 698. *Gulpir*, in Consuetudine Avernensi cap. 21. art. 16. 17. 18. *Culpine*, Werpitio, ibid. d. art. 16. 17.

¶ Guipire. Charta ann. 1172. apud D. Calmet. tom. 2. Hist. Lotharing. col. CCCLXVI : *Calumniam super hoc Guipivit in manu mea.*

¶ Guirpiscere, in Testamento ann. 1091. Marcæ Hisp. col. 1188.

Gurpiscere, passim in Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ snb Hugone Episcopo.

* Gurpissire. Chartul. S. Sulpit. Bitur. fol. 45. v° : *Ego Baudricus Sejerons et soror mea Umberga Sejerona... concedimus et Gurpissimus Deo etc.*

Guarpiscere. Charta Bernardi Vicecomitis Carcassonæ ann. 1108 : *Sic laudo et Guarpisco sancto Policarpo sine fraude et malo ingenio.*

* Guspire, pro *Gurpire* in Charta ann. 1328. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 567 : *Quicquid in terris jurium habemus... totum damus, Guspimus, omninoque desamparamus.*

¶ Guerpitio, Abdicatio, rei possessæ dimissio, in Charta ann. 1062. tom. 4. Annal. Bened. pag. 627.

¶ Guirpitio, apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 19. Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 529. Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 323. et alibi sæpe.

* Gurpicio, Eodem intellectu. Chartul. S. Sulpit. Bitur. fol. 85. v°. : *Facis cessionem et Gurpicionem Domino et sancto Leopardino et monachis hic commanentibus de*

Digitized by Google

omnes consuetudines, quæ in villa Vivaris esse videntur.

¶ Guerpimentum, Gall. *Deguerpissement*, in Actis SS. Benedict. sæc. 4. part. 2. pag. 256.

* Guirpimentum, Rei possessæ dimissio, cessio. Charta Raymundi Guillelmi Episc. Nemaus. ann. 1103. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 361 : *Hæc est carta de diffinimento et Guirpimento, quod Raymundus Guillelmi episcopus Nemausensis et frater ejus Bernardus Guillelmi fecerunt domino suo, etc. Werp*, eadem acceptione, in Charta ann. 1259. ex Chartul. Valcel. sign. E. ch. 55. Vide mox *Wirpitio*.

Gurpina. Tabular. Nantoliense in Pictonibus ann. 1392 : *Post quandam expetitionem seu Gurpinam.*

¶ Gurpizo. Charta ann. 1067. Marcæ Hisp. col. 1132 : *Ego Raymundus Bernardi Vicecomes et uxor ejus Ermengardis :... facimus vobis domno Raymundo Barcheonæ Comiti .... evacuationem et Gurpizonem de tota ipsa civitate de Carcassona.* Idem recurrit col. 1133.

¶ Guirpe Facere, apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 266 : *Fecit Guirpem in manu Ermengardis Comitissæ.*

¶ Guerpum Facere, apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 188 : *Gaufridus et frater ejus terram Guerpivit .... concedentibus et Guerpum facientibus Sanctione domino ejus, etc. Hujus Guerpitionis testes sunt, etc.*

Gurpitoria, Charta qua quid *Gurpitur*, in Tabulario Conchensi in Ruthenis Ch. 305.

* Guerpum, Charta, qua quis rem aliquam *Guerpit* seu dimittit. Chartul. S. Petri Carnot : *Odo, Brunellus dictus, ecclesiam de Evorea, quam dudum hæreditario quidem, sed injurioso jure, laicus possederat, Guerpo in manu mea posito, sanctæ ecclesiæ per me restituit.* Ibidem : *Ipsam calumniam quam ipsa guerpivit, postmodum Henricum filium suum relinquere et super altare S. Petri Guerpum ponere fecit.*

* Qua ratione vero fiebat rei possessæ dimissio, ut plenius manifestum sit, hic proferimus Chartam ann. 1233. descriptam ex Tabul. eccl. Camerac. quæ sedulo prorsus legenda est : *Godefridus D. G. Cameracensis episcopus.... Noverit universitas vestra quod cum domina Maria de Montai decimam, quam apud Caudri tenebat in feodum a dom. Egidio de Reumont milite, fabricæ ecclesiæ nostræ Cameracensis pro trecentis et sexaginta Paris. vendidisset, et diu dilata fuisset werpitio, quia dictus Egidius homines non habebat sufficientes ad werpitionem faciendam, cum homagium illud teneret a dom. Adam de Caudri milite et eum rogasset ut homines suos pares ejusdem feodi ei commodaret ad werpitionem ejusdem decimæ faciendam, et idem Adam homines sufficientes non haberet, ut dicebat, et idem feodum a dom. Willelmo de Haussi dictus Adam teneret, eumdem Willelmum rogavit ut et homines suos ad opus dictæ werpitionis faciendæ commodaret. Idem vero Willelmus Johannem Deswes loco suo et homines suos, scilicet Renaldum de Tum militem, Johannem de Haussi præpositum, Dodelinum, Jacobum, Walterum Hiraut, Johannem villicum de Honnechies, Araulfum de Sancto Hylario et Walterum de le Sotiere, eidem Adæ transmisit. Constitutis igitur in pleno capitulo Cameracensi dom. Egidio de Reumont, dom. Adam de Caudri, Johanne et hominibus prædictis, dicta Maria, Werricus filius ejus primogenitus et Heluidis uxor ejusdem Werrici, dom. Bulduinus frater ejusdem Werrici et Hugo frater eorum minor natu, decimam dictam sub testimonio dictorum hominum in manus dom. Egidii de Reumont ad opus fabricæ ecclesiæ Cameracensis reportarunt, semel, secundo et tertio recognoscentes se nichil juris habere de cætero in decima memorata. Quo facto, idem Egidius homines prædictos adjuravit et adjurari fecit per dom. Adam et Johannem, qui vices Willelmi gerebat, ut judicarent si de cætero dicta Maria, Werricus et alii prædicti, vel eorum hæredes haberent aliquod jus in decima sæpe dicta. Qui, consilio habito, unanimiter et concorditer judicarunt, quod dicta Maria et alii, vel eorum hæredes nichil juris habebant de cætero in decima memorata. Postmodum vero idem Egidius dictam decimam in manus dilecti nostri Johannis de Valencenis canonici Cameracensis, cui vices nostras specialiter, quantum ad hoc, commiseramus, ad opus fabricæ ecclesiæ Cameracensis reportavit liberam ab omni servitio et justitia sæculari.... Et tunc, ut omnia rite agerentur, ad preces capituli sæpedicti, Egidius, Adam et Johannes dictos homines adjurarunt; ut judicarent si dicta fabrica bene et legitime, secundum ea quæ acta erant, esset in decima prædicta. Qui tandem consilio habito, unanimiter judicarunt, quod ipsa fabrica erat bene et legitime secundum legem patriæ in decima sæpedicta etc.*

Werpire. Marculfus lib. 1. form. 13 : *Villas nuncupatas illas, in pago illo, sua spontanea voluntate nobis per fistucam visus est Werpisse, vel condonasse. Werpire per stipulam*, in veteri Charta apud Labbeum tom. 1. Miscell. pag. 531. Baldricus Noviom. lib. 3. cap. 74 : *Absolvere eum nolebat, nisi prius dimissionem manu propria (quod et vulgo Werpire dicitur) faceret ex omni beneficio, quod infra ambitum Cameracæ civitatis habeat.* Charta ann. 1149. apud Sanjulianum in Matiscone pag. 251 : *Præterea finivit et Werpivit calumniam, quam faciebat in villa de Montibus.*

Wirpire. Chronicon S. Benigni : *Tunc in ipso placito in præsentia Principum eosdem servos Wirpivit, et S. Benigno reddidit.* Adde Chron. Besuense pag. 517.

Wirpitio, *sive donum*, in Charta ann. 1173. in Hist. Vergiac. pag. 141. *Guerpison*, vel *Gurpizon*, in Consuetud. Burdegal. art. 85. 86. et Angeriacensi art. 117. *Guerpie*, in Consuetud. Marchensi art. 147. *Werp*, in Tervan. art. 11. et Insul. art. 53. 80.

Wlpire, Wilpire, pro *Werpire*, passim in Chartis Burgundicis, apud Perardum pag. 90. 91. 92. 98. 136. 137. 138.

Warpituria, Idem quod *Gurpitoria*, de qua voce supra. Tabularium Prioratus Persiaci in Burgund. apud Perardum pag. 40 : *Notitia Warpituria, et eos, qui hanc notititiam subterfirmaverant... Istas res et omnia supra denotata Warpiverunt, et se exitum fecerunt, etc.*

* Guerpus, Desertus, vacuus, derelictus, nostris *Guerp*. Inquisit. ann. 1261. in Reg. *Olim* parlam. Paris. : *Inquesta facta est ad faciendum utrum Mathæus viarius miles debeat habere per totam viariam Corboneti, in feodo domini regis, omnia bona vacantia sive Guerpa.* Charta ann. 1366. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 716 : *Se sont partiz du pays, et ont les héritages, que eulx tenaient, laissiez Guerps et gays.* Vide *Guerpire*.

Guerra, Werra, Bellum, publicum vel privatum, Gallis *Guerre*, Anglis *Warre*, et *Werre*. Kero Augiensis : *Certamen, pugna, bellum, Guerra.* Leges Alfonsinæ part. 2. tit. 23. lege 1 : *Los sabios antiguos, que fablaron en fecho de Guerra, dixeron que Guerra es estrañamiento de paz, e movimiento de las cosas quedas, e destruymiento de las compuestas.* Leges Edwardi Confess. cap. 12 : *Parentibus occisi fiat emendatio, vel Guerra eorum portetur.* Domnizo lib. 2. de Vita Mathild. cap. 16 :

Finis adest Guerræ, requiem rogat ut sibi præstet.

Will. Brito lib. 1. Philippid. pag. 108. 109 : *Tempore cujusdam Guerræ, etc.* Utuntur Guill. Tyr. lib. 3. cap. 11. Ivo Carnot. Epist. 20. 168. Vita S. Oldegarii Episcopi Barcinon. num. 20. Radulfus de Diceto, et alii sine numero. [*Guerrarum bellum*, dixit Sugerius Abb. in Vita Ludovici Grossi.] Vide Notas Felicis Osii ad Otton. Morenam pag. 72.

** Gwerra, in chart. ann. 1266. apud Rudloff. Cod. Diplom. Megalop. fasc. 1. num. 19. pag. 53. in chart. ann. 1260. 1262. in Alsat. Diplom. num. 599. et 604.

* Guerra Aperta, Bellum indictum, denunciatum. Charta Joan. ducis Lothar. et Brab. ann. 1338. ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 108 : *Cum nos aut successores nostros Guerram apertam habere contigerit sine dolo, quæ vulgariter Guerre ouverte nuncupatur, etc.*

¶ Guerra Bona, *De bona Guerra*, bellum æquum et legitimum, quod nostri dicunt, *De bonne Guerre.* Instrum. ann. 1357. apud Rymer. tom. 6. pag. 15 : *Et ex quo bona ipsa, sic in vera proprietate et possessione inimicorum nostrorum tunc temporis existentia, per gentes nostras de bona Guerra et licita fuerant acquisita.*

¶ Guerra Campeltra, Bellum campestre, apud Murator. tom. 12. col. 568.

* Guerra Diffidatoria, Indicta cum *diffidatione*. Conc. Constant. tom. 1. part. 12. col. 681 : *Hæc sacra sinodus decernit et declarat, quod nihilminus ecclesiasticus prælatus, ut antea, Guerras diffidatorias et invasorias incipiat.*

¶ Guerra Cassa, Induciæ, eæ potissimum de quibus utraque pars armorum pertæsa absque ullo pacto inter se convenit. Confœderationes ann. 1291. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 43 : *Et insuper prædicta D. Comitissa promittit, quod ipsa cum Comite Sabaudiæ cum quo præfatus D. Dalphinus vir suus et ipsa præsentialiter Guerram habent, pacem, treugam, vel Guerram Cassam, appeysamentum seu respeytum, vel aliquod aliud remedium de jure vel de facto non facient.* Vide mox

¶ Guerra Lassa, Eadem notione. Recognitio in feudum ann. 1317. tom. 1. Hist.

Digitized by Google

Dalphin. pag. 58 : *Item fuit actum .... quod idem Dominus Dalphinus . . . . non faciat treugam, pacem vel Guerram Lassam quousque dictum castrum esset recuperatum.*

Guerra Guerrata, id est, indicta cum *diffidatione*, in Charta ann. 1207. apud Catellum in Hist. Comitum Tolosæ pag. 229. ubi legendum : *Si tamen Dominus Comes Tolosæ illum malefactorem non diffidaverit, ita quod non esset Guerra Guerrata :* deest enim negativa.

* Non quæ indicebatur cum *diffidatione*, sed quæ inferebatur hosti per velitationes, per insidias, infestando commeatus, aliisque artibus bellicis, sed abstinendo a prœliis, uti probat Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 531. ex Joan. Villanio lib. 9. cap. 181 : *Per li Sanesi furono contestati di Guerra guerriata, non assicurandosi d'abboccarsi a battaglia, come a gente disperata.* Charta ann. 1212. apud eumd. in Antiq. Estens. pag. 400 : *Item teneantur Papienses dare Veronæ eo tempore, quo non habuerint Guerram guerratiam cum Mediolanensibus, sive Placentinis, duocentum milites.*

* Guerra ad Ignem et Sanguinem, Gall. *A feu et à sang*, Bellum ardens et vigens, in Charta jam jam laudata : *Commune Cremonæ teneatur facere Guerram ad ignem et sanguinem ipsis, cum quibus guerram habuerint*, (Papienses). *De sanguine et foco*, in alia ann. 1243. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1571.

Guerra Mortalis, Indicta etiam inter privatos, in Charta Communiæ Incrensis, et Communiæ Hamensis : *Si quispiam aliquid cuiquam homini de Communia forisfecerit, pro quo infra Ham venire non audeat, Hamensis dominus semel tantum eum conducere poterit, nisi ille de Guerra Mortali fuerit.* Eadem Gall. *S'il n'est de Werre Mortel.*

* Guerra Recredita, Induciæ, Gall. *Suspension d'armes*. Charta Caroli reg. Sicil. ann. 1267. in Reg. 49. Chartoph. reg. ch. 248 : *Sine dicti imperatoris Constantinopolitani licentia et consensu nullam pacem, vel treugam, seu Guerram recreditum eum ejus inimicis seu adversariis.... faciemus.* Hinc emandanda Charta ann. 1200. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 395 : *De prædictis guerris non faciam pacem, nec treguam, nec Guerram Revedutam, absque parabola data a communi Cremonæ.* Leg. enim *Recredutam*. Vide infra in *Recredere* 1.

Guerra Regis, qua durante, interdicta bella privata, duella ac torneamenta, pluribus probavimus in Dissertat. 6. et 29. ad Joinvillam, quibus tantum addo, quæ habent Aresta Omn. SS. ann. 1296. in Regesto Parlamenti B. fol. 114 : *D. Rex pro communi utilitate et necessitate Regni sui statuit, quod durante Guerra sua, nulla alia fiat in regno, et si forte inter aliquos jam mota sit Guerra, quod datis treugis vel asseguramentis, secundum consuetudines locorum duraturis per annum et anno finito iterum continentur et prorogentur, omnes aliæ Guerræ cessent, donec Guerra Regis fuerit finita. Item quod durante Guerra Regis inter aliquos gagia duelli nullatenus admittantur, sed quilibet in Curiis Regis et subditorum suorum jus suum via ordinaria prosequatur. Item quod equi armorum vel arma pro aliquo debito non arrestentur. Item quod durante Guerra Regis torneamenta, justæ, vel equitationes non fiant.*

¶ Guerra Severa, Crudele bellum, in Regesto 80. Chartophylacii Regii, Ch. 620.

* Guerra Terminalis, Eodem sensu, quo Acad. Cruscan. *Guerra finita*, id est, usque ad confectum bellum, ad internecionem usque. Charta ann. 1212. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 400 : *Et omnes prædictæ civitates et marchio teneantur adjuvare Papienses cum populo et militibus, et omni earum fortia, si Guerram terminalem habuerint cum Mediolanensibus.*

* In Guerra Terræ, Infense adversus aliquem se gerere. Charta offic. Noviom. ann. 1318. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 488 : *Item dictus reus graviter verberavit, cum suis complicibus, liberos le Grain de Biauvoir et liberos Johannis de Louchy, et eosdem in Guerra tenuit, et tres equos eorumdem exenteravit et occidit. Estre de guerre*, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138.

¶ Guerra Viva, Bellum acerrimum, gravissimum, Gall. *Guerre Vive*. Concilium Tolos. ann. 1228. tom. 2. Spicil. Acher. pag. 627 : *Consanguinei etiam parentes ipsius teneantur jurare quod ei non præstabunt auxilium vel favorem, sed ei, sicut et alii, facient Vivam Guerram. Totis viribus et Vivam Guerram*, in Charta ann. 1251. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues*.

¶ Guerrarius, Guerrerius, Vir bellicosus, armipotens, Ital. *Guerriere*. Bartholomæus Scriba Annal. Genuens. lib. 6. ad ann. 1227 : *Et de mandato dicti Pecorarii plures muri facti sunt propterea in pluribus carrubiis et viis Januæ civitatis; quum omnes dicti Guerrerii armati irent, et servientes tenerent armatos.* Charta Guillelmi Ducis Aquitaniæ apud Stephanotium tom. 1. Antiq. Vascon. MSS. pag. 511 : *Arma capiunt et malefactores vel Guerrarii efficiuntur.*

* Guerrerius, Miles, bellator, qui bellum facit, nostris alias *Guerrieur*, Ital. *Guerriero*. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 111. ex Cod. reg. 4659 : *Statuimus quod tempore pacis Guerrerii ad portus prædictos.... non transeant eundo vel redeundo.* Stat. Vercel. lib. 1. pag. 23. v°. : *Statutum est quod de aliquo damno dato, vel quod deinceps daretur in districtu Vercellarum per inimicos seu Guerrerios communis seu civitatis Vercellarum, non fiat emenda alicui;....; sed possit jus suum consequi contra illos Guerrerios sive damnum dantes.* Le Roman *du Riche et du Ladre* MS. :

> Après vauls sont li Guerrieur,
> De toutes gens n'est nul pieur,
> Qui ardent villes et moustiers.

Vide infra *Guerus*.

Werrina Terra, Gens, Hostilis, in magna Charta Libertatum Angl. apud Matth. Paris ann. 1215. pag. 179.

¶ Guerrina Terra, Hostilis. Charta Eduardi III. ann. 1338. apud Rymer. tom. 5. pag. 77 : *Ad Terras nobis seu hæredibus nostris Guerrinas nullatenus se divertant; nec inde cum inimicis nostris communicent.*

* Charta Henr. II. reg. Angl. pro Libert. Norman. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 36. r°. col. 1 : *Et si* (mercatores) *sint de terra contra nos Guerrina.* Ubi *Brussel* tom. 2. de Usu feud. pag. vj. art. 40. proprio marte edidit, *Guerram habente. Terre guerriable*, belli injuriis obnoxia, in Ch. Joan. duois Lothar. ann. 1382. ex Chartul. Romaric. ch. 36 : *Que ladicte terre ensy apartenent à ladicte englise, comme dit est, ne puet, ne doit.... estre.... Guerriable pour nostre fait.*

* Guerrana Terra, Eadem notione, in Chron. Henr. Blaneford. pag. 74. edit. Hearn.

¶ Guerrina Navis, in Charta ann. 1336. apud Rymer. tom. 4. pag. 668 : *Intelligentes quod diversa flota Navium Guerrinarum, etc.*

Guerrinum Tempus, Call. *Temps de Guerre*, apud Bractonum lib. 4. tract. 2. cap. 3.

¶ Guerrivum Tempus. Tabular. S. Florentii : *Et hoc tantum de cymiterio retinemus, ut liceat ibi Tempore Guerrivo remanere.*

Guerriare, Bellum inferre, facere, apud Lambertum Ardensem pag. 255. [*Dolis auro et argento plenis ad Guerriandum Regem Franciæ.* Regimina Paduæ ad ann. 1326. apud Murator. tom. 8. col. 436 ; *Qui furtive ceperant dictum locum, causa Guerriandi civitati Paduæ.*]

Guerrare, apud Radulf. de Diceto, et in Append. ad Radewicum. ann. 1168. [Gall. *Guerrer*, apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 22.] *Guerrator*, bellator, apud Knyghtonem.

¶ Guerreare, in Instrumento ann. 1220. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1144.

Guerregiare, Guerreiare, Ital. *Guerregiare*. Charta Oldegarii Episc. Barcin. ann. 1128 : *Guerregiare omnes homines, qui justitias et jura Ecclesiæ ... tollere voluerint.* Charta Will. de Montecatano Vicecomitis Beneharn. ann. 1224 : *De cætero non decipiam te de vita tua, neque de tuis membris, ... sed adjuvabo de tenere, habere, et defendere, et Guerreiare prædictum honorem contra cunctos homines et feminas, etc.* apud Marcam in Hist. Benharn. lib. 6. cap. 31. num. 2. [*Guerreiare* rursus in Appendice Marcæ Hisp. col. 1121. et 1126.] *Guarreiare*, in Curia Gener. Catalaniæ ann. 1359. Vide Jo. Dametum in Hist. Regni Balear. pag. 204.

Guerrificare, Guerram facere. [Conc. Terracon. IV. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 319 : *Adjicientes dictam constitutionem locum habere etiam contra eos, qui prædictos diffidantes, Guerrificantes, seu malefactores in suis receptaverint.*] Willelmus Brito lib. 12. Philippid. pag. 248 :

> Guerrificare Ducem per se nihilominus audent.

¶ Guerriare, Eadem notione. Statuta Cisterc. ann. 1157. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1247 : *Nullus Abbas Guerrientibus aliquid det vel accommodet tempore guerræ.*

¶ Guerriare, Guerriare. Parvum Chartul. S. Victoris Massil. ex Charta ann. 1214 : *Item mandaverunt quod dominus de Catellana possit Guerriare et placitare cum castro de villa Crosa.* Instrum. ann. 1237. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 19 : *Qui eos super Rancurello et ejus mandamento vel pro prædictis conveniret vel Guerriaret.* Occurrit *Guerrizare*, apud Murator. tom.

Digitized by Google

6. col. 265. tom. 12. col. 422. 94. 2587. 715. tom. 14. col. 1164. etc.

* GUERRAGARE, GUERREGARE, Ital. *Guarreggiare*, Bellum inferre, facere, nostris *Guerrer* et *Guérier*. Constit. MSS. Petri III. reg. Aragon. ann. 1359 : *Ordinamus quod dehinc usque ad mensem Madii, et ab inde ad duos annos proxime venturos, aliquis baro, miles, homo de paratico, civis vel homo villæ honoratus, nequeat aliquem Guerragare aut arremire.* Cujus capitis lemma habet : *Inhibitio Garrificandi.* Infra, *Guarrificare.* Pactum ann. 1142. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 498 : *Ego Ildefonsus comes Tolosæ..... facio tibi donum et convenientiam, ut tantum sine tuo inganno Guerregem comitem de Fuxo.* Lit. ann. 1358. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 243 : *Qui de jour en jour s'efforcent tant qu'ils pevent de Guerrer monsieur, nous et le royaume.* Lex Godefr. Camer. episc. MS. ann. 1227. art. 52 : *Statuimus insuper quod nulli de civitate alteri patriam impugnanti servire liceat.* Ubi versio Gallica : *Nous estaulisons enseur-ke-tout ke il ne loise à nului de le cité servir à aucun li le pais Guerrir.* Le Roman *du Rou* MS. :

Sovent les Guerioit, mez riens n'y conqueroit.

Infra :

Et ceuls qu'il Guerreoit avoit touz confondu.

Aliud vero sonat *Guerrer* pro *Garer*, scilicet *Amarrer*, Rudente ligare, in Ordinat. de mercibus Parisios aqua adductis ann. 1415. ex Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 1 : *Se l'avalant treuve aucun bateau ambouché, ou que les fillez soient portez pour monter, il se Guerrera jusques à ce que icellui montant sera passé oultre;.... et aussi feront pareillement tous avalans, quant ilz vouldront Guerrer aucuns bateaulx aux pors de Greve et l'escole saint Fermain.*

* GUERREJARE, Eadem notione. Charta ann. 1124. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 427 : *Et de ista hora inantea ego non te Guerrejabo, etc.*

* GUERRIGGIARE, Eodem sensu, in Vita B. Oldegar. tom. 1. Mart. pag. 490. col. 2 : *Convenio quoque vobis.... Guerriggiare omnes homines, qui justitias et jura ecclesiæ et vestra, vel ipsius civitatis tollere vel minuere tentaverint.* Hinc fortassis, vel a Latino-barbaro *Querulari*, *Guerruler*, pro Rixari, verbis lacessere, in Lit. remiss. ann. 1403. ex Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 111 : *Icellui Barthelemi qui n'avoit pas grant voulenté d'ouvrer, et qui ne querut que rager et Guerruler, etc.*

WERRA, Idem quod *Guerra*. Capitula Caroli C. tit. 24. cap. 15 : *Rixas et dissensiones, seu seditiones, quas vulgus Werras nominat, commovere, etc.* Tit. 43. § 19 : *Si Werra in regno surrexit, etc.* Infra : *Et si Werra de quacumque parte in isto regno surrexerit.* Hesso Scholasticus : *Et possessiones, quas pro Werra ista amiserant, reciperent.* Vita S. Thietmari Salisburgensis : *Quantum vero ad præsens attinet, Werra, sanguis, iniquitas, sic tempora illa fœdaverat, etc.* Versus antiqui in Hist. Prioratus S. Martini de Campis pag. 9 :

Carnis in hac Gerra, sic fit caro splendida terra.

Utuntur præterea Conradus de Fabaria de Casib. S. Galli cap. 14. 15. 21. Chronic. Uspergense pag. 277. 291. 315. Ed. 1540. Chron. Weingartense pag. 196. Will. Heda pag. 116. 1. Ed. Henric. Huntindon. pag. 378. 379. Arnoldus Lubec. lib. 7. cap. 20. edito ab Erpoldo Lindenbrogio, Monastic. Anglic. tom. 1. pag. 104. 114. Tho. Wasinghamus pag. 62. 64. etc. Ita *Werre* dixere nostri. Philippus *Mouskes* :

Quar des Wierres estoit lasés.

Charta Constabulariæ Burdegal. fol. 183 : *Je feusse alé à vous, si ne fust pour une Werre, que li Sires de Nuevile meismes a en no pais.*

WERRIRE, Bellum inferre, facere; *Werren*, Theutonicis. Capitul. Caroli C. tit. 27. cap. 8 : *Regnum illi non forconciliabo, neque Werribo.* Jacob. Hemricurtius de Bellis Leodiensib. cap. 9 : *Chis Ainechons adont meisme Geriolt à cheaz de Humale, etc.* Adde cap. 23.

* WERRARE, Pari intellectu. Charta treug. inter Phil. reg. Franc. et Joan. reg. Angl. ann. 1206. apud Duchesn. Hist. Norm. pag. 1061 : *Et nos similiter homines et inprisios nostros, qui aperte prædictum regem Franciæ Werraverunt pro nobis in hac uerra, etc.*

* WERRIARE, Simili significatu; unde Gallicum vetus *Werier*. Charta ann. 1219. inter Monum. eccl. Aquilej. cap. 59. col. 686 : *Werras et discordias, quas commune Tarvisii modo habet, ... eas Werriabunt.* Redit. comitat. Namurc. ann. 1265. ex Reg. Cam. Comput. Insul. sign. *Papier velu* fol. 15. v°. : *Et s'il avenoit que Braibans et autres estraignes hom Weriast le conte de Namur, etc.*

* GUERRARE DE CASTRO, Uti castro tempore belli ad suam defensionem. Charta ann. 1206. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 12. r°. : *Episcopus etiam movens guerram adversus alium quam adversus me, potest Guerrare de burgo et de castro sicut et ego.* Stat. Vercel. lib. 7. pag. 202. v° : *Ita quod illa pars, cui burgum redditum fuerit, possit ab inde alteram partem Guerreare.*

Jam vero de vocis etymo, quidam putant, atque in iis Cluverius in Germ. antiq. lib. 1. cap. 8. et Boxhornius in Orig. Gallic. cap. 2. *Ger* veteribus Gallis ac Germanis *bellum* significasse, indeque dictos *Germanos* ipsos, quasi homines belli, *Gens d'armes*. Quam sententiam amplectitur etiam Bucherius in Belgio Romano lib. 1. cap. 12. Henschenius ad 6. Martii a Theutonico *Wæren*, quod est vim vi repellere; vel a *Kryghen*, rapere. Spelmannus a Saxon. gar, telum, arma, Anglis *War*, g. in w. converso. Alii a *Werre* Theutonico, quod est dissidium, rixa : Perionius in Orig. Linguæ Gallicæ pag. 272. a Græco γέρρον, arma : Guichartus a Chaldæo *Gera*, et Hebræo *Gara*, litigare, contendere. Sed procul omnino a vero Ludovicus *d'Orleans* ad 2. Taciti, *Gerram* a *verrendo*, dictam vult, quia, inquit, bellum, minime bellum, everriculum est omnium rerum. [** Vide Graff. Thesaur. Ling. Fr. tom. 1. col. 945. voce *Werra*.]

* GUERREATUM, An idem quod mox *Guerreria*? Reg. feud. Norman. ex Cod. reg. 5643. A fol. 166 : *Petrus Senescallus tenet de rege tres partes Guerreati, firmitatem et medietatem Gargenvillæ in feodo.*

* GUERRERIA, Idem forte quod *Griaria*, Jus quod quis habet in foresta alterius, vel Census species, qui *Guerrie* appellatur in Pancarta episc. Carnot. ann. 1411 : *Item tous les cens et Guerrie, qui sont dubz à cause des terres de roture.* Tabul. Vallis B. M. diœc. Paris. : *Drogo Buffe cum se in ecclesia Vallis S. Mariæ Dei servitio subdidisset, dedit eidem in eleemosynam nemus de Guerreria, cum ipsa Guerreria et mareliis adjacentibus sui juris.* Vide supra *Guergueria*.

* GUERUS, Miles, bellator. Annal. Placent. ad ann. 1448. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 897 : *Riccius centurio magnus ad Venetos transfugit cum Gueris sive peditibus octuaginta et equis sexaginta.* Vide supra *Guerrerius* in *Guerra*.

GUESDIUM, [Glastum.] Vide *Guaisdium*.

GUESPA, Vespa, nostris, *Mousche*, *Guespe*. Constantinus African. lib. 8. Pantechn. cap. 22 : *Guespæ atque apes eis, quos pungunt, tumorem calidum et ruborem faciunt et calorem.*

GUETA, GUETTA, [Excubiæ, custodiæ, Gall. *Guet*.] Vide *Wactæ*.

¶ GUETAGIUM, Census pro *Gueta*, ibidem.

¶ GUETARE, Excubias agere, Gall. *Gueter*, *Faire le Guet*. Liber S. Justi fol. 28. apud D. *Brussel* tom. 1. de Feudorum usu pag. 601 : *De Judæis quos burgenses de Berneyo petebant compelli ad Guetandum villam, sicut et burgenses Guetabant, concordatum est quod Judæi non Guetarent.* Vide *Gueytare*.

¶ GUETUS, GUETTUS, ut *Gueta*. Charta Philippi Audacis Regis Franc. ann. 1273. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 27 : *Habebimus etiam... bannum, Guetum, talliam, exercitum, etc.* Litteræ ejusdem Regis ann. 1272. ibid. pag. 293 : *Exceptis Gueto, tallia, exercitu, cavalcata et banno. Compotus Gueti per defunctum Guillelmum de Garennis Militem, quondam custodem villæ Parisius... de Gueto Parisius* LVIII. *lib.* apud D. *Brussel* tom. 1. de Feudorum usu pag. 471. *Ab omni Gueto et custodia villæ exempti*, in Charta ann. 1387. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 132 : *Guetum et gardam facere*, in alia Charta ann. 1392. ibid. pag. LVIII. *Cum Guettus hujusmodi ad communem utilitatem totius villæ Parisiensis pertineat*, in Instrum. ann. 1271. apud eumdem Lobinell. tom. 4. Hist. Paris. pag. 515. ubi *Guettare* pluries habetur ea notione, qua *Guetare*.

* GUEUDA, Idem quod *Gilda*, Fraternitas, sodalitium, contubernium, societas. Arest. parlam. Paris. ann. 1261. in Reg. *Olim* : *Quidam homines ipsius villæ* (Monsterolii) *qui sunt de Gueuda, petebant consuetudinem in eadem domo de lana et propriis rebus monachorum. Gueude*, pro Turma, Gall. *Troupe*, in Lit. remiss. ann. 1374. ex Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 274 : *Icellui bastard, depuis ledit fait, faisoit et menoit Gueude de gens d'armes mal renommez en ladite ville de saint Venant et environ.* Vide supra *Ghilda*.

¶ GUEUSII, Gall. *Gueux*, Belg. *Geusen*. Sic apud Belgas XVI. sæculo appellati Calvinistæ vel Lutherani, ut Grotius narrat

Digitized by Google

in suis Annal. et alii. [* Vide supra *Geusii*.]

¶ **GUEYTARE**, ut *Guetare*. Charta ann. 1232. e Chartul. Meld. : *Homines Episcopi et Capituli Meldensis, qui debent Gueytare villam, Gueytabunt cum hominibus Comitis et in suo ordine, et sine eis non Gueytabunt.*

* **GUEYTUM**, Custodia, excubiæ, vel idem quod mox *Guia*. Charta ann. 1489. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 281 : *Nos vero abbas onera jurisdictionis prædictæ et Gueyti bordarum dumtaxat supportabimus. Guyete* vero prima notione, in Charta Guill. de Veteriponte ann. 1289. ex Chartul. S. Joan. in Valle : *Nous devons avoir chacun an dis soulz par la main doudit prieur à baillier à nostre Guyete chacun an, toutes les fois que guete y a ; et en ces choses fesant nous ne poon rien plus demander sur les hostes S. Nicolas par reson de Guyete.* Vide *Gueytare*.

GUFA, [Vestis genus.] Vide *Bigerrica*.

* **GUFUM**. Vide supra *Gofum*.

GUGALIA, pro *Cochlea*, perperam scribi in Gloss. Ælfrici, monet Somnerus, *Chelio, Testudo, vel marina Gugalia*, sæsnæl.

* Frisch. in Vocab. Germ. Lat : *Gugalia, fides, instrumentum musicum, a Germ. Geig, pro quo olim Gigel dicebatur.* Nihil ergo emendandum.

¶ **GUGILRADA** Lex. Vide *Gundebongi*.

¶ **GUGNAPIE**. Charta ann. 879. Marcæ Hisp. col. 807 : *Et vidimus dicta femina recipiente pretium de hæc omnia præscripta Gugnapie una valente solidos* VII. *et pellicia valente solidos duos.* Forte idem ac *Gunna* 1. quod vide.

* **GUIA**, Metatio, limitum positio, Gall. *Bornage*. Charta Will. comit. Vienn. ann. 1222. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 186 : *Quitavi in perpetuum ecclesiæ Trenorchiensi... quicquid juris habet apud Villamnovam, quæ Silviniacus nominatur, secundum quod a supermanentibus patriæ divisum est et testificatum. Guia ista facta fuit a senioribus, quos nos ipsi ad hoc elegimus, a puteo qui est in medio villæ superius, versus Custriacum, etc.* Hinc

* **Guiare**, Metas ponere, limites defigere, nostris *Guier*, eodem sensu. Lit. procurat. ann. 1324. in Chartul. Arremar. ch. 168 : *Potestatem habentes ad metandum seu bonandum et Guiandum terras, justitias, prata, vineas, etc.* Charta ann. 1307. in Chartul. Pontiniac. pag. 172 : *Les trois parz* (du bois) *qui demeurent ausi comme elles sont arpentées, Guiées, départies et laiées.* Vide alia notione in *Guida*.

* **GUIANENSIS**, vel **Guiennensis Moneta**, Guiennæ scilicet seu Aquitaniæ ducum, nostris *Guiennois*; cujus pretium æstimatur quinque denariis Burdegalensibus seu tribus Turonensibus. Charta ann. 1366. 16. Jul. ex Tabul. S. Maurini : *Et insuper debent.... afferre qualibet vice quantitatem piscium valoris sex solidorum Guianensium.* Libert. Salviatæ ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 386. art. 5 : *Quod cum dominus Gaure et ejus gentes teneantur dictis consulibus in xxx. libras Guiennenses.* Ita quippe legendum ex Reg. ubi contracte sic exarata hæc vox *guienen.* Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 224 : *Jehan Poitrau changeur demourant à Blois achata pluseurs monnoies de dehors nostre royaume, et autres que de nostre coing tant d'or comme d'argent, ... lesquelles d'or estoient appellées Guiennois, et sembloient à Guyennois, fors tant qu'il y avoit escript Robertus dux.* Charta Joan. ducis Bitur. ann. 1386. in Reg. 130. ch. 89 : *Comme certains bourgeois de la ville de S. Maquaire en Bordalez feussent tenuz.... en la somme de vingt livres de Guiennois de rente etc.*

* **GUIARDONUM**, Remuneratio, præmium, Ital. *Guidardone*, nostris *Guerredon*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Guiardon, Prov. præmium, meritum.* Stat. Vercel. lib. 2. pag. 32. r° : *Et creditor recusaverit vel postposuerit accipere solutionem, transacto uno mense a die prædictæ consignationis et obligationis, non currant aliquæ pœnæ, usuræ, vel Guiardona, vel expensæ.* Le Roman *d'Athis* Ms. :

> Et se Dieux sauve le baron,
> Ils en auront bon Guerredon.

Infra :

> Or en a il le Guerredon
> De la serour son compagnon.

Hinc *Guerredonner*, Præmio afficere, remunerare, Ital. *Guidardonare*. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 139 : *Le roy Phelippe mon aieul me dit que l'en devoit Guerredonner à sa mesnie.* Charta Phil. VI. ann. 1330. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 556 : *Voulons pour ce yceulz Guerredonner et poursuir de faveur espécial etc.* Le Roman *d'Athis* Ms. :

> Que l'enfant à sain ramene
> Et son bienfait Guerredonne.

Vide *Guizardonum*.

GUIARE, **Guiaticuum**. Vide *Guida* et *Guai*.

¶ **GUIBELLINA Pars**, apud Jacobum Auriam lib. 10. Annal. Genuens. ad ann. 1284. iidem qui supra *Gibelini*.

¶ **GUIBLE**, Gall. *Crible*, Cribrum : *Item unum Guible, item unum embrunum etc.* in Inventario anni 1342. ex Archivo S. Vict. Massil.

* **GUICHETUS**, Ostiolum, portula, Gall. *Guichet*, alias *Guichel* et *Guichelet*. Arest. ann. 1344. 25. Jun. in vol. 2. arestor. parlam. Paris. : *Confessus fuit se percussisse et pulsasse cum quadam securi ad portam et Guichetum dicti magistri Bertrandi.* Stat. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 197. col. 1 : *In ipso* (muro) *dimittatur unus parvus Guichetus, cum porta ferro cohoperta, et cum sufficienti sarratura, per quem possit exire unus ronssinus incellatus. Guiget*, in Ch. ann. 1358. ibid. pag. 200. col. 2. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 31 : *Et ja avoient arrachié, ou peu s'en failloit la surreure du Guichelet d'icelle porte.* Aliæ ann. 1412. in Reg. 166. ch. 185 : *Ainsi que icellui Grilh ouvroit la porte du lieu de Mossoleux, le Guichel ou portauel d'icelle. Viquet*, in aliis ann. 1405. ex Reg. 161. ch. 106 : *Le suppliant se parti et ala hors desdites prisons par le Viquet d'icelles.*

¶ **GUICIA**, f. Idem quod *Guaccia*, Species tributi. Charta ann. 1360. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britannicæ col. 502 : *Cum maritagiis eschaetis, Guiciis, etc.*

* *Guierres*, Dux exercitus, in Chron. S. Dion. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 286 : *A cele fois fu Guierres de ses os li dux Miles d'Angliers.*

GUIDA, Viæ dux, ex Gall. *Guide*, [Ital. *Guida*, Hisp. *Guia*;] vel ipse conductus. Ugutio : *Ductus vel Guida.* Vox videtur formata a *Gué*, vadum : est enim *Guider*, aliquem per viam ignotam ac incertam deducere, quasi *Gueder*. Alia suggerit Octav. Ferrarius in *Guida*. [Menagius a *Viæ dux*, unde *Viædus*, deinde *Guidus*, nostrum *Guide*, putat efformatum.]

Guidare, **Guiare**, Conducere, salvum et incolumem præstare : quasi *Viare*, in viam deducere, unde quidam vocem *Guiare* effictam volunt. Ugutio : *Ducatus et Ductus, Guida ; et Ducere, Guidare, vel nutrire.* Usatici Barcinonenses MSS. cap. 112 : *Nisi antea ab ipso seniore suo, seu ab amico amonitus fuerit, ut eum non Guidasset, nec cum illo abiisset.* Curia Generalis Catalaniæ in villa Montisalbi ann. 1333. sub Alphonso Rege Arag. MS. : *Ordinamus, quod si contingat bannitos Guidari ex aliqua causa per Vicarios, vel alios officiales, quod sublato dicto guidatico dicti Vicarii et alii officiales teneantur noviter bannire, et bannimentum voce præconia publicare in capite cujuslibet vicariæ.* Consuetudines MSS. Solemniaci in Arvernis : *Si aliquis fecerit furtum in dicta villa de Solignac,... non debet Guidari a nobis, nisi de voluntate et consensu ejusdem Communitatis, etc.* Consuetudines villæ Martelli in Vicecomitatu Turenensi : *Vicecomes Guidare non debet in villa Martelli malefactorem aliquem, nec debitorem, etc.* [Charta ann. 1193. ex Archivo Massil. : *Nullus alius in iis quæ ad mare pertinent, sine consilio vestro affidare vel Guidare possit.* Conventiones anni 1338. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 422. col. 2 : *Item, quod tempore guerræ nullus homo de terra domini Clarimontis audeat Guidare, recipere vel retinere, recolligere aliquem de inimicis Dalphinatus.*]

* Libert. Barcin. Mss. ann. 1283 : *De Guidaticis. Item quod aliquis qui fecerit injuriam corporalem alicui civi Barchinonæ, non potest Guidari, quod veniat vel stet in Barchinona, per vicarium vel per alium officialem domini regis, nisi paratus esset firmare jus.* Charta Petri III. reg. Aragon. ann. 1337 : *Tenore præsentis cartæ nostræ Guidamus et assecuramus socios, factores seu negotiatores societatis Bardorum, etc.* Alia ann. 1266. in Chartul. Cluniac. ch. 326 : *Ipsum forum seu mercatum tenetur conducere seu Guidare dominus Sinemuri, qui pro tempore fuerit.* Unde *Guier*, pro Securitatem coram judice præstare alicui, quocum inimicitias quis habet; hinc *Aguié* dicebatur is, qui ejusmodi securitatem receperat. Lit. remiss. ann. 1465. in Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 115 : *Domenez Record pria le suppliant selon la coustume du pais qu'il le Guiasse, c'est assavoir qu'il le asseurast pour trois ou quatre jours ; laquelle chose le suppliant comme lieuxtenant dudit lieu de Salses, fist ; et le lendemain.... icellui Record estant sur la porte du chasteau de Salses, ainsi que dit est, Aguié et asseuré,*

Digitized by Google

etc. Guiseler, eadem acceptione, in aliis ann. 1463. ex Reg. 199. ch. 79 : *Icellui Loys pour cuider demourer victorien, a trouvé maniere de soy faire Guiseler et de faire Guiseler le suppliant, selon les loy et usaige de la chastellenie de Bourbourg.*

Guiare. Libertates Villæ franchæ, concessæ ab Archembaldo D. Borbonii ann. 1217 : *Quicumque veniet ad forum sive ad nundinas,.... et debent ipsum Guiare per totam terram Domini Borbon. Guier*, nostris, conducere. Le Roman *de Ronceveaux* MS. :

Pinias les Guie à une verte enscingne.

Guill. *Guiart* :

A ceus, qui le navie Guient.

☞ In allegatis Villæ franchæ Libertatibus *Guiare*, non est Conducere, sed *Gagiare*, Pignerari, pignus auferre, Gall. *Gager*; ibidem quippe legimus hac posteriori notione : *Præpositus de Villa francha non debet Guiare apud Villam francham, nisi semel, hominem qui injuriam fecerit burgensi de Villa francha, aut debitum sibi debuerit... et si burgensis voluerit, Præpositus jurabit, quod acceperit eum in guagium prima vice, secunda vice ipse vel alter potest eum Guiare pro debito cognito, et pro fide juxta cognita debet quilibet pignorare apud Villam francham, si voluerit, et tenebit pignus per septem dies, etc.* Vide *Vadium*.

Guiare, Docere, præire. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 91 : *Iste Odo per tale laudavit tenere, in antea servitium reddere unoquoque anno, et taschas, et decimum, de Montemoreto, sicut pater suus monstravit et Guiavit.*

* Guidus, Salvus, securus. Charta ann. 1230. ex Tabul. Massil. : *Item quod dominus comes et domina comitissa nullum hominem guidabunt in civitate vel ejus territorio, sine assensu offensi, nec a suis officialibus Guidum permittent, qui civem Massiliæ offenderit in persona vel rebus.*

Guidaticum, Protectio, salvus conductus, *Salvagardia* : *Guidatico*, Italis. Charta Alfonsi Regis Aragon. ann. 1290. in Camera Computor. Paris. : *Confitemur nos dedisse treugam, Guidaticum et assecuramentum per nos et per omnes valitores nostros ac sequaces, homines et terras nostri et eorum vobis Serenissimo... D. Karolo primogenito illustris Regis Karoli bonæ memoriæ... et omnibus valitoribus... ab hac proxima die Dominica, quæ erit 9. Kl. Madii usque ad 15. dies sequentes.* Curia Generalis Cataloniæ ann. 1320. MS. : *Talis bannitus assecuretur per officialem,... et sic bannitus transacto tempore dicti Guidatici, etc.* Alia ann. 1311 : *In protectionibus et Guidaticis.* Alia Jacobi Reg. Aragon. æræ 1270. apud *Diago* in Hist. Regni Valentiæ lib. 7. cap. 24 : *In nostra fide et in nostro Guidatico, etc.* Franciscus Tarafa in Hist. Episcoporum Barcinon. in Arnaldo II. : *Jacobus Rex Aragonum sub Guidatico et protectione sua suorum successorum accepit possessiones Ecclesiæ.* [Occurrit rursus hac notione in Appendice Marcæ Hisp. col. 1402. 1407. etc.]

Guidagium. Willelmus de Podio-Laurentii cap. 6 : *Quod si quando egredi vellet* (Episcopus) *parochias visitatum, dominos, ad quorum terras ire disponeret, necesse habebat Guidagium implorare, etc.* Charta Willelmi Pictaviensis Comitis Valentini, in Bibl. Sebusiana cent. 1. cap. 19 : *Notum sit omnibus, me domum Liuncelli, et omnes res ejus mobiles et immobiles in securitate mea et protectione et Guidagio suscepisse.* Epistola Raimundi Comitis Tolosani ad S. Ludovicum Reg. Franc. ann. 1242 : *Si nobis apud Caturcum cum litteris vestris patentibus et pendentibns miseritis Guidagium honorabile, et securas firmitates, etc.* [Charta anni 1240. ex parvo Chartulario S. Victoris Massil. fol. 181 : *Nos R. Berengarius Comes Provinciæ... affidamus et sub Guidagio et protectione nostra recipimus bona fide Monasterium S. Victoris Massil. ac omnia molendina paratoria et candoria ipsius Monasterii... Quicquid ad dictum Monasterium pertinet in tota valle Massiliæ... sub Guidagio et protectione et fidantia nostra recipimus. Sub Guidagio et salvatione*, tom. 1. Maceriarum Insulæ Barbaræ pag. 177. Caput 32. libri 5. Statutorum Massil. est *de Guidagio non præstando alicui, qui civem Massiliæ offenderit.* Occurrit in Charta ann. 1266. Marcæ Hisp. col. 1447. in alia ann. 1307. apud Menester. in Probat. Hist. Lugdun. pag. 41. in Conventione ann. 1251. inter Carolum I. Andegav. Comitem et Arelatenses art. 1. etc.]

¶ Guidonagium. Litteræ Alexandri Papæ III. apud Mabill. lib. 4. de Re Diplom. pag. 266 : *Præterea idem G. fidem dedit, quod de Guidonagio Pontis-Episcopi, et de ceteris pedagiis et pontonagiis per supradictum castellum Noviomensi Episcopo nullum damnum eveniet, nec aliqua quadriga ferens vinum, nec aliqua mercatio tendens ad quascumque ferias per castellum transibit; aut si hoc evenerit, Episcopus Guidonagium et forisfactum de transeuntibus habebit.* Hic *guidonagium* tributum est pro securo transitu. [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Geleits-schatz*, col. 633.]

Quidagia et Pedagia, in Concilio Avenionensi ann. 1209. can. 6. Tolosano ann. 1229. can. 21. Avenionensi ann. 1270. can. 7. Andegavensi ann. 1365. can. 23. et Saltzburgensi ann. 1386. can. 11.

Guionagium, Eadem notione, in Charta anni 1187. in Probat. Hist. Guinensis pag. 351. [Le Roman *d'Athis* MS. :

Par demesure et par oultrage
Vous lairont hui grant Guionage.]

Sed præsertim hæ voces sumuntur pro ea præstatione, quæ domino exsolvitur pro securo transitu, vel mercium exportatione, per terram illius; nam, ut ait Baldus in Usib. feudor. : *Capiens pedagium debet dare Salvum Conductum, et territorium ejus tenere securum : adeo ut si aliquis spolietur, teneatur ejus dominus rapinam resarcire.* Tabularium S. Martini de Campis : *Ego Radulphus Viromand. Comes et Aelidis uxor mea concessimus et donavimus Ecclesiæ B. Medardi de Capi ad luminaria facienda singulis annis 10. sol. in conductu mercatorum, quod vulgo dicitur Guionagium, capiendos Peronæ, etc.* Charta Radulfi Comitis Suessionensis ann. 1219. in Tabulario Corbeiensi Ch. 241 : *Concessimus præfatæ Ecclesiæ 20. modios vini sui de Valliaco ad usum ipsius Ecclesiæ absque ulla exactione et Guionagio libere ad pontem Suessionicum transeundos.* Charta ann. 128. apud Perardum pag. 562 : *Quingentos solidos... pro dicto Guidagio et conductu.* Charta Guidonis de Montecatano Vicecom. Beneharn. apud Marcam lib. 6. cap. 28 : *Cupiens transeuntium gravamina removere, pedagium supradictum vel Guidagium, et quiquid a mercatoribus vel viatoribus... exigi consuevit, remitto, etc.* Alia apud Catellum in Comitib. Tolos. pag. 245 : *Quod indebita pedagia vel Guidagia colligo et colligere facio.* Et pag. 247 : *Guidagia vel pedagia vel exactiones aliquas a transeuntibus per stratas, vel etiam per flumina nullatenus accipiemus.* Alia Rainoldi Episc. Noviomensis ann. 1184. in Tabulario Lehunensi : *Quoties vina sua, sive quælibet usibus Fratrum necessaria per pontem nostrum deduci contigerit, a Guionagio et ab omni eo, quoda transeuntibus exigitur, præter calcentam,... eis in perpetuum confirmamus.* Adde pag. 353. 357. Concilium Avenionense ann. 1209. can. 5. Probat. Hist. Turenens pag. 103. Lib. 5. Decretal. tit. 40. cap. 26. Gariellum in Episcop. Magalon. pag. 168. etc. Bernarddus a *Breydenbach* de expugnatione Constantinop. : *Pedagia, Guidagia, impositiones et gravamina illuc applicantibus vel permanentibus suapte statuerunt.* Le Roman *de Garin* :

De mer me tolent le port et le passage,
Et de la terre le mestre Guionage,
Et de Gironde trestot le revage.

Ex his emendandum Chronicon Valciodorense pag. 581. tom. 7. Spicilegii Acheriani, in qua perperam *Ginovagium* scribitur.

¶ Guisagium, Guitsagium. Charta Ludovici Regis Franc. ann. 1171. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 66 : *Juraverunt etiam sese nihil in stratis, neque pro pedagio, neque pro conductu sive Guisagio... a transeuntibus accepturos.* Ibidem pag. 67. habetur *Guitsagium*.

¶ Guisaticum. Charta anni 1197. apud Stephanotium tom. 1. Antiquit. Occitan. MSS. pag. 474 : *Salomon* (dominus castri de Felgariis) *usque modo exigebat ab hominibus Villæ magnæ et Minariorum et Monetatis nomine Guisatici et pesatici in trocellis, carguis, balis, saumatis, ac oneribus quarumlibet rerum per castrum de Felgariis transeuntium hoc quod de aliis hominibus ibi capiebat.*

Wionagium, Eadem notione, in Epistolis Francicis tom. 4. Hist. Franc. Epist. 313 : *Wionagia, quæ nunquam dedimus, nec dare debemus, a nobis exigit.* Ita in veteribus Tabulis aliquot in Hist. Guinensi pag. 338. 347. 349. 353. *Wionagio plaustrorum et vehiculorum*, apud Herimannum de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 92. Charta Idæ Castellanæ S. Audomari ann. 1196. in Tabular. Eccles. S. Nicolai de Clarofonte Ord. Præmonstrat. : *Totum Wionagium, quod ducendo aliquid vel reducendo per villam meam, quæ Perices dicitur, debituri erant in posterum, etc.*

Guinagium, in eodem Tabulario in Charta Balduini Comitis Hannoniensis ann. 1147.

Winagium, et Vinagium, contractius, Eadem notione. Harigerus Abbas Lobien-

Digitized by Google

sis cap. 59 : *Præfatum Cœnobium decimarum, teloneorum, Winagiorum et aliorum quorumdam redituum munificentia ditavit.* Charta Lotharii Regis Franciæ apud Vassorium in Noviomo : *Concedimus etiam fratribus ejusdem Ecclesiæ Winagium et teloneum in omni regno nostro super omnibus, vel quæ de proprtis sumptibus vendiderint, vel in proprios usus emerint.* Charta Godefridi de Ribodimonte ann. 1104. apud Hemeræum : *Concessi in eleemosynam totum Winagium, vel omnimodæ carrucæ transitum liberum ab omni exactione ac repetitione, etc.* Alia ann. 1182. apud eumdem pag. 153 : 20. *solidos in perpetuum super Vinagium Guisiæ et Scalæ, et per omnes terras suas immunes a vectigali vecturæ.* Charta ann. 1226. apud Buzelinum lib. 2. cap. 25 : *Ut vecturæ, quæ res Ecclesiæ deferunt, liberæ sint a Winagio per totam terram meam.* Alia Joannæ Comitissæ Flandriæ apud eumdem cap. 30 : *Absque omni exactione Winagii, passagii, rotagii, telonei, etc.* Adde pag. 403. Charta Philippi Comitis Flandrensis ann. 1176. apud eumdem lib. 2. cap. 22 : *Vinagium et pedagium de omni vino, quod Fratres ducunt ad Ecclesiam ad opus suum per transitus nostros libere transire, et nihil omnino a ductoribus vini exire.* Alia Ivonis Comitis Suessionensis ann. 1177. apud Hemeræum : *Notum... dedisse me... Monasterio S. Præjecti in eleemosynam perpetuo possidendam Winagium septies viginti ter modiorum vini apud Pareguy.* Alia anni 1210. apud eumdem : 20. *bigatas vini, quas ei concedo in eleemosynam perpetuam ducere per terram meam singulis annis ab omni Winagio meo liberas et quietas.* Arestum ann. 1259. ex Regesto 1. Parlamenti Paris. fol. 16 : *Solvendo Vinagium ad Pontem Episcopi de quolibet dolio antiquitus 4. denar. et obol.* Ubi cavendum, ne hisce locis *Vinagium* putetur dictum a *vino*, cum nihil aliud sit quam *Winagium*, seu præstatio pro vectura vini. Charta Gallica apud Haræum in Castellanis Insulensibus lib. 2 : *Et si promet ledit Castelain les rivieres devant dites franchir de Winage, de tous peages, et de toutes autres prises à tous jours, etc.* [Chartularium Doncheriaci laudatum a D. *de Lauriere* in Glossario Juris Gallici : *Au lieu de Soignon, le Prieur de Doncheri a droit de Winage, c'est à sçavoir de chaque chariot passant et repassant par le detroit dudit lieu deux sols huit deniers parisis, et de chaque charette seize deniers parisis.*] Ita

VINAGIUM pro qualibet præstatione usurpat Tabularium Ecclesiæ Ambianensis : *In festo S. Martini pro Vinagio unusquisque, qui habet equum vel equam, solvit 2. solid. similiter quædam terræ sunt, quæ solvunt pro Vinagio 26. sol.* Charta Willelmi Comitis Pontivi ann. 1205 : *Stalla circa S. Georgium, omne Vinagium in domo Alardi de Noion, decimam de Majoc, etc.* [Pactum ann. 1311. lib. 2. Castellanorum Insul. : *Promet ledit Chastellain les reventes devant dites franches de Winages, de tous payages, et de toutes autres prises à toujours.* Ibidem pag. 206 : *Ad pontem de Windin arrestati erant homines sancti Petri pro Winagio. Ecclesia liberos eos reduxit.* Vide *Vinagium* suo loco.] Butelerius in summa rurali lib. 2. tit. 40 : *Les Commis des Vinages et des pontenages.* Froissart. 1. vol. cap. 30. de Artevello : *Il faisoit lever les rentes, les Winages, et les droitures, que le Comte devoit avoir, etc.*

* GUIDAGIUM, Præstatio, a tenentibus facta dominis, pro tutela et protectione personarum ac rerum suarum. Charta ann. 1266. ex Chartoph. reg. Tolos. : *Noverint quod cum religiosus vir D. Hitbertus, prior domus sive monasterii de Casciano, Biterrensis diœcesis, conquerendo assereret,..... tempore dom. Raymundi comitis Tholosani,..... servicia infrascripta fuisse hominibus dictæ villæ imposita indebite et injuste, videlicet Guidagium, gallinagium, etc.*

* GUIDONATGIUM, Eadem notione. Charta Phil. Pulc. ann. 1301. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 163. r°. col. 1 : *Guidonatgium cabanarum pro quindecim libris Morlanorum.*

¶ GUIONAGIUM simili modo pro qualibet præstatione videtur accipiendum in Regesto *Probus* fol. 62. Antiq. Recogn. de Albaripa : *Item comes capit in Guionagio pro sex militibus, et potest valere pars sua communibus annis* XX. *sext. avennæ Vienn.*

* GUIDONATICUM, pro Præstatione qualibet. Charta ann. 1151. apud Cenc. inter Cens. Mss. eccl. Rom. : *Cum.... domibus, urbanis et suburbanis, vinetis, olivetis, castagnetis, et cum omni dominio et Guidonatico, etc.*

* WINAGIUM, Pari intellectu. Arest. parlam. Paris. ann. 1333. ex Cod. reg. 9822. 2. fol. 64. v° : *Religiosi Corbeienses erant in possessione et saisina... percipiendi anno quolibet ab omnibus habentibus mediam mensuram in eorum villa de Silliaco sicco iij. denarios, quod vulgariter nuncupatur Winagium.*

* WINAGIUM, Præstatio, quæ domino exsolvitur pro securo transitu, vel mercium exportatione, per terram illius. Charta ann. 1196. in Chartul. Clarifont. ch. 83 : *Fratribus Clarifontis totam Winagium, quod ducendo aliquid sive reducendo per villam meam, quæ Perices dicitur, debituri erant, in posterum ex integro in perpetuum remisi. Vynguæ*, eodem sensu, apud Rob. Avesbur. in hist. Edwardi III. reg. Angl. pag. 67. unde emendandus idem Robertus ibid. pag. 106. et 174. ubi *Umages* legitur. *Wynage* vero, Præstatio pro vectura vini, in Stat. Ms. scabin. Macer. ad Mosam : *C'est la déclaration du droit des Wynages duquel l'en use.... au lieu de Maisieres. Primo, tous nobles et clers,.... qui amainent vins,.... doient pour chascun char xvtiij. den. Par.*

WIENAGIUM, pro *Wionagium*. Charta Joannæ Comitissæ Flandriæ ann. 1243. apud Buzelinum lib. 2. cap. 28 : *Prædictam Ecclesiam ab omni exactione Wienagii, passagii, thelonei, rotagii,... omnino emancipatam et liberam esse volo.* Philip. *Mouskes* in Hist. Franc. MS. de Tornacensib. :

Et s'oust l'avoerie ausi,
Et les forages leur guerpi
De vin, de cervoise, et de miés,
Qu'il k'il soient nouviel u viés,
Si leur donna le Vienage,
Des nés et tout le pontenage,
Et l'estalage et les merciers, etc.

* Charta ann. 1246. ex Tabul. eccl. Camerac. : *Quamdam partem in Wienagio de Biteviler. Wienaige*, eodem sensu, in Charta ann. 1270. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. : *La poursuite de nos Wienaiges et la justice, qui appartient ès Wienaiges. Winnage*, pro qualibet præstatione, in Lit. ann. 1238. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1007. ut et *Wynage*, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 74. Hinc *Wignageur*, Ejusmodi præstationis seu quorumvis vectigalium collector, in Charta Phil. VI. ann. 1349. ex Reg. 80. ch. 104 : *Les Wignageurs et péageurs des Wignaiges et peages de Bapalmes et de Péronne, etc.*

VIENATIUM. Charta Nicolai Episcopi Cameracensis ann. 1146. apud Hemeræum in Augusta Viromanduòrum : *Controversiam.... eo tenore terminavimus, ut præfatus Nicolaus et successores sui sæpe fatæ Ecclesiæ Humblariensi infra Nativitatis dominicæ et Theophaniæ dies, singulis annis per Vienatorem suum, qui successu temporum Vienatium de Landrecitis collegerit, 20. solid. monetæ illius terræ, pro censu irrefragabiliter persolvat. Quod si Vienatium et Vienatores defecerint, ex fructibus molendini et castelli, censum eundem Ecclesiæ solvi facient.*

* GUIDAMENTUM, Regimen, ut videtur, Ital. *Guidamento*. Pact. inter Greg IX. PP. et popul. Rom. apud Cl. V. Garamp. in Ind. ad Hist. B. Chiaræ pag. 526. col. 1 : *Senatores qui amodo erunt, tempore quo juraverint Guidamentum urbis, jurent quod pacem servabunt.*

* GUIDARMA, pro *Guisarma*, Gesum, spiculum. Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 208 : *Johannes Barre dictum Raymundum Rudulphi percussit de quadam Guidarma super brachium.* Vide supra *Gisarma*.

¶ GUIDATIONES, f. Arbores ceteris majores, quibus distinguuntur nemora ad diversos dominos pertinentia. Charta Cassaniæ ann. 1246 : *Si contingeret aliquam dubitationem oriri super terminis et limitationibus dictorum mansorum, illa dubietas terminetur et diffiniatur per Guidationes Ecclesiæ.*

* GUIDATOR, Dux, Gall. *Guide*, alias *Guieour*. Stat. ann. 1233. in Reg. feud. Carcass. fol. 470. r° : *Receptator, aut Guidator, vel consiliator, vel adjutor latronum aut prædonum, etc. Guieor*, in Vit. SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 1. v°. col. 2. Hinc emendanda Hist. contin. Guill. Tyrii apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 624 : *Le roi Guillaume n'ala mie en cele estoire,.... il envoia des plus haus homes de la terre por estre Guicours et garder de cele gent.* Leg. enim *Guieours*. Vide supra *Guida*.

¶ GUIDEME, Instrumentum musicum, f. Cithara, Hisp. *Guitarra*, Ital. *Ghiterra*, Gall. *Guitarre*, *Guiterre* et alias *Guittarræ*. Constitutiones Frederici Siciliæ Regis cap. 101 : *Nec pulsentur circa funebria Guideme, vel timpana, vel alia instrumenta quæ ars magis ad gaudium, quam ad tristitiam adinvenit.* [* Mendum est pro *Guiderna* vel *Guiterna*. Vide infra in hac voce.]

GUIDERBORA, Libera. Leges Luitprandi Regis tit. 80 [** 106. (6, 53.)] : *Si quis aldiam alienam aut suam ad uxorem tollere voluerit, faciat eam Guiderboram, sicut Edictum continet de ancilla.* Lex Longob. lib. 2.

Digitized by Google

tit. 1. § 8. [** Roth. 223] : *Si quis ancillam suam matrimoniare voluerit sibi ad uxorem, sit ei licentia, tamen eam debeat thingare, et sic facere liberam, quod est Guiderbora.*

GUIDICTORIA, *i. per quadrum.* Ita Ugutio.

¶ 1. **GUIDO**, Vexillum, Gallis *Guidon*, vox ducta a superiori *Guida*. Instrum. anni 1377. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Item unam casulam de purpura floratam de Guidone rubeo cum suffio de auro ante et retro multum nobile.*

¶ Guido, Vexillifer, Gallice *Guidon*. Litteræ anni 1328. apud Rymer. tom. 4. pag. 374 : *Jacobus Chinchii Guidonis de urbe.* Macris fratribus et Hofmanno *Guidones* dicuntur Clerici a Carolo M. instituti, ut peregrinis sacra urbis loca visitantibus *Guidones* essent seu Duces, eosque, si Romæ morerentur, sepelirent. Hæc Clericorum congregatio, si iis Scriptoribus fides, *Schola Guidonum* dicebatur. Hanc in sententiam laudant Constitutionem Caroli M. apud Torrigium de Cryptis Vaticanis pag. 503. edit. 2. ubi non apparet vox ipsa *Guidones*, pro qua *Ductores* solum legitur : quare *Guidoneam portam*, quæ una est ex Vaticanis, non credo dictam, ut ipsi volunt, quod *Guidones* seu ductores peregrinorum in ea morarentur; sed potius, ut Mabillonius habet Itin. Ital. pag. 51. quod per eam peregrini *Guidones* seu vexilla gestantes intrarent.

* Guidonum Schola, Clericorum congregatio, qui peregrinis sacra Urbis loca visitantibus *Guidones* seu duces erant. Charta apud Cenc. inter Cens. Mss. eccl. Rom. : *Scholæ Guidonum decem soludos Provenienses.*

* 2. **GUIDO**, Moneta sic dicta, quod eo nomine insignita esset. Vide supra *Florenі Hannonienses.*

¶ **GUIDONAGIUM**. Vide in *Guida.*

* **GUIDONATGIUM**. Guidonaticum, Guidus. Vide supra *Guida.*

GUIDRIGILD, [Hominis pretium, æstimatio capitis. Leges Ludovici Aug. cap. 16. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 129. col. 2 : *In compositione Guidrigild volumus, ut ea dentur, quæ in lege continentur, excepto ancipitre et spata.*] Vide *Wera.*

¶ **GUIETES**, Militum genus apud Anglos, ut videtur. Litteræ ann. 1362. apud Rymer. tom. 6. pag. 370 : *Si contingat dominum Regem Castellæ et Legionis, Alfonsum filium suum, aut ipsorum hæredes hominibus ad arma, castellanis, sagittariis, Guietibus vandaliensibus, aut aliis indigere, ac subsidium præfati domini nostri Regis.... duxerint requirendum.*

GUIFA, Guiffa, [Signum possessioni appositum; unde *Guiffare*, Signum apponere.] Vide *Wifa.*

GUIHALA. Vide in *Gildum.*

GUILDA, vox Anglica vetus. Ordericus Vitalis lib. 4. pag. 506 : *Edricus cognomento Guilda, id est, Silvaticus.* Est porro *Guald*, silva, unde forte legendum *Gualda.* Vide *Gualdus.*

¶ **GUILDIONA.** Vide in *Gildum.*

¶ **GUILENTIA**, ut *Guarentia*, Auctoritas, cautio ad evictionem, Gallis *Garantie.* Compositio inter Abbatem Berdouensem et Dominum de Montesquivo ann. 1309 : *Contra quascunque personas facere et portare bonam, firmam et legitimam Guilentiam, et reficere omnia damna, gravamina et expensas, quæ vel quas deffectu Guilentiæ prædictæ dictum Monasterium faciet.* Vide *Warantus.*

* **GUILFA**, pro *Guiffa*, Signum, quod prædio, cujus possessionem auctoritate judicis quis adit, apponit, quod *Guilfare* dicebant. Stat. Vercel. lib. 5. pag. 119. v° : *Et nisi stipula fuerit Guilfata, et possint accusari damna facientes per quindecim dies post sequentes, postquam fuerit Guilfatu et non ultra, dummodo Guilfæ in campis positæ evidenter valeant apparere.* Vide *Wifa.*

GUILHAULA. Vide in *Gildum.*

* **GUILIELMINÆ** Sectarii, Mulieris scilicet famosissimæ, quæ ex Bohemia Mediolanum se contulit, ubi e vivis erepta anno fortassis 1281. veluti sancta a plebecula ejusque sectatoribus habita est. Varia hujus Guilielminæ abominanda in fidem Catholicam deliramenta et ridenda somnia ex authentico ejus processu profert Muratorius, quem consule tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 90. et seqq.

¶ **GUILLA**, Metula lusoria, Gall. *Quille. Guillarum ludus cum baculo a longe jactato*, memoratur in Charta ann. 1352. e Regesto 81. Chartophylacii Regii n. 351. Vox probabiliter ducta a Celtico vel Aremorico *Quille*, Lingnum stans et erectum : aliunde tamen Cangius in *Skella.*

GUILLATOR, *Baratator*, apud Alberic. in Chron. MS. ann. 1239. ex vernaculo *Guille*, *Gille*, *Ghille*, Fraus, mendacium, illusio. Philipp. *Mouskes* in Henrico I :

Là fu ocis par tele Ghille
Li Quens Engorrans d'Abbeville.

Infra de Comite Haraldo :

Et il arriva en Pontiu,
Mais jou ne say dire en quel liu,
Fors tant que à celle port par Gille,
Le prist li Quens Guis d'Abbeville.

Galterius Metensis in Mappa mundi MS. cap. 17 :

Et puis dist Dius en l'Evangile,
Qui ne parole pas de Guille.

Vide Fauchetum in Poetis Gallicis cap. 13. 119. 196. Hinc *Guiller*, pro fallere. Theobaldus Navarræ Rex Cant. 5 :

Adés dient, Dame, on vous veut Guiller.

Joan. *Montjot* Atrebatensis :

Cil qui à Guiller s'avoie,
S'en vait autres accointant.

[Hinc proverbium Albigensibus familiare : *Tal penso Guilla Guillot, que Guillot lou Guille;* hoc est, Talis putat a se decipi Guillottum, qui a Guillotto decipitur. Vide plura apud Borellum.]

* *Guilleor*, pro *Trompeur*, inter Poem. reg. Navar. tom. 2. pag. 76 :

Fol Guilleor, qu'à mentir et à faindre,
Font les loisux de lor joie enloiguier.

Gillere, in Poem. *de Cléomades* Ms. :

Sachiés que chilz est uns Gillere,
Mauvais et trahitre et lere,
Vostre honneur vous veloit tolir....
Et li dient, laissiés l'aler,
Puis qu'il uos voloit Giller.

Gilliere, pro Histrio, circulator, apud Phil. *Mouskes :*

Et cil Clarembaut mult l'amoit,
Pour cou que bon Gilliere estoit,
Qu'il ert souvent com peneans
Par hermitages abitans.

Guile, Fallacia, in Vita J. C. Ms :

C'est cele Marie, sans Guile,
De cui on list en l'Evangile, etc.

Hinc *Giler*, Fallere, decipere, in Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1 :

Ki bien le sert d'entier corage
A tousjours a tel avantage,
Que li deables ki tout Gile,
Giler nel puet par nule Gile.

Inde etiam *Guiche*, pro Astutia, calliditas, in Bestiar. Ms :

Mais il i a oisiaus pluisours
Qui les Guiches et les testours
Dou goupil apercheivent bien.

Guenche, eodem sensu, tom. 2. Fabul. pag. 14 :

Et qui veut amer par amors,
Coveint savoir Guenches et tors.

Unde *Ghenchir* et *Guincher*, pro Declinare. vulgo *Se détourner, esquiver.* Lit. remiss. ann. 1365. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 671 : *Hanequin de la Wagne chaudrelier cuida et voult estochier et férir ledit Jehan d'un coutel,.... s'eschiva et Ghenchi ledit Jehan, etc.* Aliæ ann. 1411. in Reg. 165. ch. 196 : *Lequel moine persa la robe du suppliant tant seulement, sans faire sang, pour ce qu'il se retray et se Guincha du cop.* Declinare, *Guenchir* vertit interpres Guill. Tyrii lib. 20. cap. 20. *Ganchir*, eodem sensu, apud Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 56. et 75. Guill. Guiart. ad ann. 1294 :

Les autres vers le port Ganchissent.

Le Roman *de Garin le Loherenz :*

La veissiez trestourner et gauchir,
Lor gent aidier, recourer et Ganchir.

Eo etiam pertinet vox *Glacher* ex Lit. remiss. ann. 1449. in Reg. 184. ch. 4 : *Icelui Lorens par soy Glacher et deffendre tira son espée.* Id est, Ut ictus a se averteret. *Aquincter* vero, in alteram pertem vergere, proclinari, Gall. *Pancher, baisser*, sonat, in Lit. remiss. ann. 1479. ex Reg. 205. ch. 400 : *Icellui Jacques apporta le poing sur la teste du suppliant, tellement qu'il le fist Aquincter son chappeau de l'autre part.* Vide supra in *Gaudiose.* Neque fortassis, ut observat Borellus, aliunde accersenda vocum Gallicarum *Vilon* et *Filou* origo; haud infrequens enim literæ *G* mutatio in *V* vel *F*, et vicissim.

* **GUILLELMUS**, Guillermus, Gall. *Guillemins*, Moneta comitum Flandriæ, sic dicta, quod eo nomine insignita esset. Lit. remiss. ann. 1449. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 690 : *Deux pieces d'or, c'est assavoir ung Guillelmins.... Ung Guillelmins de vingt solz Paristis.* Vide supra in *Florenі* et in *Leones* 1.

GUILLO. Vide *Gillo.*

* **GUILLOTUS**, Monetæ minutioris species. Arest. ann. 1416. 8. Aug. in vol. 11. arestor. parlam. Paris. : *Quod dicti habitantes* (Cenomanenses) *modicæ devotionis erant .... Dicti habitantes ad offertorium in festis annualibus ter vel quater in anno duntaxat veniebant; et si aliis diebus eos venire contingebat Guillotos aut semiguillotos, rece-*

Digitized by Google

ptione indignos, quorum sex unum Turonum valebant, tradebant.

¶ **GUILPIRE.** Vide *Guerpire.*

* **GUIMAGIUM**, Guinagium, ut *Guionagium*, Vectigal pro securo transitu vel mercium exportatione. Vide in *Guida.* Charta Rob. episc. Clarom. ann. 1226. in Chartul. S. Mart. Augustod. : *Abbas et conventus retinuerunt sibi.... furnum cum molendinis, pratum suum, Guimagium cum portagio.* Alia Bald. comit. Hann. ann. 1147. in Chartul. Clarifont. ch. 16 : *Ut si quid in nobis subjecta regione ad usus ecclesiæ vendiderint, sive emerint, vel etiam mutuaverint, a persolvenda omnimoda exactione Guinagii sive thelonei liberi et immunes permaneant.* Alia Radul. comit. Suess. ann. 1183. ex Chartul. monast. S. Corn. Compend. fol. 223. r°. col. 1 : *Statuimus .... ne præfata ecclesia pro hiis quæ ad victum suum, sive per aquam, sive extra aquam in toto comitatu Suessionensi duci fecerit, Guinagium, vel aliquam exactionem de cætero solvat.*

GUIMPA, Peplum, velum muliebre, quo etiamnum utuntur Monachæ, quod *Guimpe* vocant. Occurrit in Regula Roberti Arbrisselli cap. 6 : *Ut Guimpæ albæ earum nunquam appareant, velis eas operientibus.* Velum S. Agathæ hodie *Guimpam* appellare Catanenses asserit Bollandus 5. Febr. pag. 647. ubi perperam *Grimpam* edidit, quod S. Agathæ κάλυμμα vocat Theofridus Abbas Eptern. in Florib. Epitaph. SS. lib. 3. cap. 4. Vide Itin. S. Willebaldi n. 12.

Wimpla, Guimpla, ex Gallico *Guimple, Gimple*, vel *Wuimple.* Charta Roberti *de Baillol* in Tabulario S. Egidii Pontis Audomari : *De recognitione mihi dedit* 50. *sol. et uxori meæ Wimplam.* Tabularium Fiscanense fol. 74 : *Et pro hac concessione dederunt mihi...* 10. *lib. Andegav. et conjugi meæ Vimplam.* Tabular. S. Mariæ de Campis : *Et opertorium capitis optimum donamus, quod vulgari sermone Guimplam vocamus.* [Vide Annal. Benedict. tom. 5. pag. 479.] Le Roman *de la Prise de Hierusalem* MS. :

Pardevant son viaire a la Guimple tornée.

Le Roman *d'Auberi* MS. :

Robe de feme me prennés avenant,
Guimple de soie et mantel trotinant.

Infra :

La Guimple d'or li a en chief fermée.

Philippus *Mouskes* MS. :

Et quant li Rois les vit tant simples,
Come pucieles à leur Guimples.

Le Roman *de Rou* MS. :

Tuit aloient lances levées,
Et en toutes Guimples fermées.

[Vetus Poeta MS. e Bibl. Coislin. :

Quant elle fu appareillée,
Bien affublée et bien loiée
D'une belle Guimple de soie,
Droit au Mostier a pris sa voie,

Le Roman *de la Violette* MS. :

Plus que n'est nois fut blanc couvers
D'un blanc drap d'Ipre moult divers,
Entour son heaume a mis la Guimple.]

Adde Georgium Castellanum in Hist. Jacobi Lalani cap. 18. et quæ notamus ad Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 54. Vide *Guifa*, et *Vinipa.*

* **GUINA**, Cerasi species, Gall. *Guigne*, Occit. *Guino.* Leudæ miner. Carcass. Mss. : *Item de saumata cereriarum et Guinarum, ... unum denarium.* Vide alia notione in *Guva.*

* **GUINAGIUM.** Vide supra *Guimagium.*

* **GUINCHETUS**, Ostiolum, portula, Gall. *Guichet.* Charta ann. 1370. ex Tabul. Massil. : *Pro fusta clavasonæ et magisteriis unius seralhæ in Guincheto portalis Callatæ, etc.* Vide supra *Guichetus.*

¶ **GUINDA.** Vide *Gunna* 1.

* **GUINDEGA.** Vide supra *Grundega.*

* **GUINDOLUM**, Cerasi species, Parisiis *Griotte*, quibusdam in locis *Guindoux*, Occitanis vero *Guindoule* est ziziphum, Gall. *Jujube.* Anonym. Malleac. de Destruct. sui monast. apud Labb. tom. 2. Bibl. MSS. pag. 248 : *Anno sequenti fuit tanta aeris serenitas,... quod circa principium Madii Guindola et cerasa inveniebantur.* Lit. remiss. ann. 1466. in Reg. 200. Chartoph. reg. ch. 36 : *Le suppliant en certaines vignes près la ville de Gimont, où il mengeoit des cerises ou Guindoles, etc.*

¶ **GUINEVÆ**, pro *Gumenæ.* Vide in hac voce.

* **GUINEUS**, Guineæ incola. Bulla Nicol. V. PP. ann. 1455. tom. 1. Prohat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 448 : *Ex inde quoque multi Guinei et alii Nigri vi capti, etc.*

¶ **GUINIATOR**, Guinitor, Exactor *Guionagii.* Privilegium Hugonis Comitis de Roceio pro Monasterio S. Remigii Rem. : *Minus pretium routici ab ipsi quam a laicis Guiniatores accipiant.* Privilegium Bartholomæi Laudun. Episc. pro eodem Monasterio : *De his que Hugo Comes Roceiensis concessit S. Remigio pro absolutione sui. Sicque Guinitores roagium minoris pretii ab ipsis quam a laicis accipiant.* Vide *Guidaticum* in *Guida.*

* **GUINTERNA.** Vide infra in *Guiterna.*

GUIONAGIUM. Vide *Guidaticum*, in *Guida.*

* **GUIONESSA**, an Felix, Gall. *Fougere?* Vide supra *Feugeria.* Stat. Vercell. lib. 5. pag. 128. r° : *Item quod nullus jurisdictionis Vercellarum nec aliunde, præsumat colligere vel colligi facere Guionessam, nec emere, nec vendere. Si quis autem contra fecerit, Guionessa sit illius cujus erit nemus, et solvat pro banno solidos lx. Pap.*

¶ **GUIPHARE**, Possessioni signum apponere. Vide in *Wifa.*

¶ **GUIPIRE**, Abdicare. Vide in *Guerpire.*

* **GUIRA**, Vasis genus, Ital. *Giarro*, Gall. *Jarre.* Charta ann. 1330. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Quod pro primitiæ dentur de cassis et de toto lacte unius Guiræ integræ totius avere luchalis, etc.*

GUIRENS, [Guirentus, Auctor, assertor, qui alteri tenetur ad evictionem, Gall. *Garant.* Charta ann. 1245. ex Chartario Ecclesiæ Auxitanæ cap. 152 : *Promisit etiam dictus Prior pro se et successoribus suis, quod erit bonus Guirens dictæ decimæ.* Charta ann. 1192. in Cod. MS. Consuetud. Tolos. f. 29. v°. e Biblioth. D. Abbatis *de Crozat : Post hæc R. Gauterius dixit se habere et tenere illos honores a dominis, quos volebat inde habere Guirentes.* Passim occurrit in Chartis Occitan.] Vide *Warantus.*

* Charta ann. 1134. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 473 : *Et ut simus eis inde legales Guirenti, etc.* Alia ann. 1449. ibid. col. 523 : *Et si homo aut femina hoc bonum vobis amparaverit, ego ero inde vobis Guirentus legalis sine inganno.*

¶ **Guirentia**, Auctoritas, cautio de evictione, Gall. *Garantie*, in Consuetudine Tolosana Rubrica *de nominatione Guirentis.*

* Charta ann. 1166. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 528 : *Ego Isarnus Jordani dono meipsum custodem et defensorem et facio Guirentiam per me et per meam posteritatem, etc.* Alia ann. 1407. ex Tabul. Flamar. : *Decostamenta,..... quæ ipsum nobilem Aymericum Bermundi pati aut sustinere contingent, ratione dictæ Guirentiæ, etc.*

GUIRIBECCUS. Ordericus Vitalis lib. 13. pag. 905 : *Unde omnes ab eisdem, quibus impudenter nocuerunt, Hilibecci despective cognominati sunt.* Infra pag. 906 : *Furentesque Guiribeccos, ut dictum est, viriliter repulit.* Ita *Guiribecci* rursum pag. 907.

* **GUIRITOR**, ut *Guirens*, in Charta ann. 1198. inter Probat. tom. 3. ejusd. Hist. col. 186 : *Et bonus ero Guiritor legitimus vobis.* Vide supra *Gueritor.*

* **GUIRLA**, Ludi genus, idem, ut videtur, quod Acad. Crusc. *Gherminella, guioco di mano.* Stat. crimin. Cumanæ cap. 89. ex Cod. reg. 4622. fol. 84. r° : *Nullus homo nec puer, habens a decem annis supra, ludat nec ludere debeat in civitate Cumarum,..... nec in plateis publicis... ad Guirlam, nec ad tronchonum, nec ad boletam, etc.*

* **GUIRPIMENTUM**, Guirpire. Vide supra in *Guerpire.*

GUIRPIRE, Guirpitio, etc. Vide *Guerpire.*

* **GUIRUS**, pro Gyrus, in vet. Epigr. de Circensibus :

Septem etiam Guiris claudunt certamina palma.

Vide Salmas. ad Solin. cap. 53. pag. 790.

* **GUISA**, Fraus, mendacium, illusio, f. pro *Guila.* Vide supra *Guillator.* Charta ann. 1034. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 192 : *Ego Rodgerius filius Garsen suprascriptus, le Petrone episcopo suprascripto, per nullam Guisam ad tuum nullum damnum, etc.* Vide *Guysa.*

¶ **GUISAGIUM.** Vide in *Guida.*

¶ **GUISARE**, f. quasi *Guisarmare, Gisarmis* instruere. Litteræ ann. 1283. apud Rymer. tom. 2. pag. 246 : *Mille marcas sterlingorum... recipimus pro dictis militibus Guisandis seu parandis sufficienter.*

* Mendum esse suspicor ex abbreviatione litterarum *ar*, atque adeo legendum *Garnisandis.* Vide *Garnire.*

¶ **GUISARMA.** Vide *Gisarma.*

¶ **GUISATGIUM**, Guisaticum. Vide in *Guida.*

GUISATUM. Testamentum Alfonsi II. Reg. Portugalliæ ann. 1208. apud Brandaon. tom. 4. Monarch. Lusitan. pag. 270. v°. : *Et de illo quod remanserit de ista mea tertia, mando, quod dent Ecclesiis pauperibus de regno meo et leprosis, sicut ipsi viderint pro Guisato.* Testamentum Sancii II. Reg. Portugall. ibid. pag. 278 : *Mando etiam omnibus domibus leprosorum de meo regno* 500.

Digitized by Google

morabit. et dividantur inter illos sicut viderint pro Guisato illi, qui meam mandam tenuerint. Quæ verba Brandaon. ita vertit lib. 14. cap. 33 : *Et dividaos entre elles meu testamenteiro como vir que he meillor.* Galli dicerent, *à leur Guise.*

GUISCARDUS. Eo cognomine vocatum Robertum Normannum Apuliæ Principem, *ob vafritiem*, annotant Willelmus Gemetic. lib. 7. cap. 3. et Robertus de Monte ann. 1129. At Leo Ost. lib. 3. Chr. Cas. cap. 15. ita appellatum fuisse per jocum narrat a Gerardo, cujus amitam conjugem duxerat. Vim vocis expressit Guntherus lib. 1. Liurini :

> Cui propter sensus agiles, animique vigorem,
> Cognomen Guiscardus erat.

Et Guillelmus Apul. lib. 2. Rer. Norm. :

> Cognomen Guiscardus erat, quia calliditatis
> Non Cicero tantæ fuit, aut versutus Ulysses.

Testatur præterea Joannes Tyreneus Guillelmi Apul. editor, nostra etiam ætate vulgo apud Normannos, cautos et astutos viros *Guischards* appellari. Atque inde ab astutia et prudentia Guiscardum fere semper commendat idem Apuliens. lib. 1 :

> . . . Guiscardus ad omnia prudens.

Lib. 2 :

> . . . . Robertus et ingeniosus,
> Semper celsa petens, et laudis amans et honoris,
> Si contingebat sibi palma, vel arte, vel armis,
> Æque ducebat; quia quod violentia sæpe
> Non explere postest, explet versutia mentis.

Sic pariter Romualdus Salernitatus Archiepiscopus in Chronico MS. ann. 1085. ait, Robertum fuisse *callidum moribus, et admodum astuti et prudentis ingenii.*

* **GUISIARMA**, Gesum, spiculum, vel securis species, nostris *Guisarme.* Stat. Vercel. lib. 3. pag. 107. v° : *Intelligantur arma offensibilia, spata,.... Guisiarma, faucia, misericordia, etc.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 38 : *Icellui Jehan saicha une vielle Guisarme qu'il avait pendue à sa seinture, etc.* Unde *Archers Guysarmiers* et *Guisyarmiers*, qui *Guistarma* armati erant, in Hist. Caroli VII. ad ann. 1450. pag. 206. Vide *Gisarma.*

* **GUISCHETUS**, Ostiolum, portula, Gall. *Guichet.* Reparat. factæ in senescal. Carcass. ann. 1435 : *Eidem* (serralherio) *pro alia clave, quæ posita extitit in Guischeto dictæ portæ, et pro reparando portam dicti Guischeti.* Vide supra *Guicketus.*

* **GUISSALLA**, Funiculus, resticula, Gall. *Ficelle.* Comput. Ms. senescal. Tolos. ann. 1370 : *Petro de Turre corderio pro chordis ad ligandum homines et mulieres malefactores, . . et pro Guissallis seu chordis ad suspendendum homines, etc.*

* **GUITERNA**, Guinterna, Instrumenti musici species, cithara, Gall. *Guittarre*, Angl. *Gittern*, nostris alias *Gisternei, Guigerne, Guiterne, etc.* Lit remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 390 : *Instrumentum quoddam, dictum Guiternam, super se deferebant; accidit quod quidam varletus barbitonsor in villa prædicta commorans petiit ab eisdem, quasi deridendo, si dictam Guiternam sibi venderent.* Aliæ ann. 1362. in Reg. 93. ch. 89 : *Ipse supplicans cum dictis aliis, non quærentes aliquid mali facere, sed tantum causa spacii, per dictam villam* (de Aurelianis) *de nocte cum duabus Guinternis ire proposuisset, etc.* Aliæ ann. 1368. in Reg. 99. ch. 367 : *Les supplians en icelle maison s'esbatoient et jouoient à la Guyterne ;.... l'un de eulx dist à Jehan Barre, qui lors jouoit de la Guyterne : Viens jouer et Guysterner avecques nous.* Aliæ ann. 1376. in Reg. 110. ch. 36 : *Perrin Rouet print une Guiterne,. . . . et en féry icelluy Moriset par la teste, tellement que laditte Guiterne fendi.* Aliæ ann. 1379. in Reg. 115. ch. 118 : *Comme l'exposant fust alez esbatre en une nuit parmi la ville du chastel de Limoges avec Guinternes et autres instrumens, etc.* Aliæ ann. 1393. in Reg. 145. ch. 113 : *Un menestrier jouant de la vielle ou de Guigerne, etc.* Denique aliæ ann. 1399. in Reg. 154. ch. 172 : *Comme icellui Lotin eust joué d'une Gisternei qu'il avoit, pour faire esbatre et dansier plusieurs jeunes gens, qui là estoient assemblez.* Vetus Poeta Gallicus ex Cod. reg. 7612. fol. 55 :

> Là je vi tout en un cerne
> Violle, nubelle, Guiterne, etc.

Vide *Giternarius.*

* **GUIVA**, *La ventosa de retro.* Glossar. Lat. Ital. MS.

¶ **GUIZARDONUM**, Guizardorum, Munus seu donum quoddam apud Massilienses. Statuta Massil. pag. 7 : *Item, quod nullum munus, Guizardorum* (Melius in MS. *Guizardonum*) *vel xenia aliqua* (Vicarius) *recipiet ab aliquo vel aliquibus per totum tempus sui regiminis . . . nisi essent canes et aves ad venandum, vel res pertinentes ad esculentum et poculentum a 5. sol. ad plus.* Eadem habentur pag. 15. nisi quod legitur *Guizardonum.* Ibidem pag. 33 : *Judices omnes vel singuli durante officio vel post in fraudem nullatenus possint aliquo modo . . . aliquam remunerationem, vel Guizardonum, vel aliquod servitium, vel donum seu xenia aliqua postulare vel accipere.* Similia recurrunt pag. 51. et 54. Vetus interpretatio legit : *Guerdon ou estrenne.* [* Vide supra *Guiardonum.*]

1. **GULA**, Gall. *Gueulle*, vocabulum, quo frequenter utuntur feciales nostri ad designandum in armis seu insignibus rubeum colorem. Est autem *Gula* pellis rubricata, auctore S. Bernardo Epist. 42. cap. 2 : *Horreant et murium rubricatas pelliculas, quas Gulas vocant, manibus circumdare sacratis.* Unde elicimus, *Gulas* fuisse pelles non nativi coloris, sed rubrica intinctas, ad idque adhibitas Armenicas, hoc est, murium Ponticorum : interdum etiam ipsas Martes Zebellinas, albas scilicet, quales in Norvegia nasci auctor est Adam Bremensis cap. 239. Idem S. Bernardus de Vita et morib. Cleric. cap. 4 : *Aliqui forte et dependentes a collo rubricatas murium pelles . . . a mulierculis mutuantur.* [Mabill. tom. 4. Annal. Benedict. pag. 460. ex Chron. Saxon. MS : *Delicatioris etiam vestitus nulla Canonicis* (Hildensheimensibus) *cura, ita ut Gulas, quibus nunc ardet Clerus, penitus nescirent, linguas pelliciales ac manicas, non pallio, sed ingrato panno ornarent.*] *Pelles arietum rubricatæ*, vel *janthinæ*, Exod. cap. 25. et 26 ubi Græcus Interpres, δέρματα κριῶν, ἠρυθροδανωμένα [κόκκινα δέρματα, apud Theophanem pag. 422.] *Pelles coccineæ*, apud Anastasium in Histor. Eccl. pag. 178 : *Vestimenta quoque seu coccineus pelles usque ad pretium 50. librarum.* Has δερμάτια ἁλυθινὰ videtur appellare Constantinus de Administ. Imp. cap. 6. Occurrit præterea *Gulæ* vox apud Brunonem de Bello Saxonico eadem notione : *Unus ex ipsis cujusdam nobilis ex curia crusinam Gulis ornatum quasi furtim præcidit.* [Ex his observat Menagius *Gulæ* plurali numero, non *Gula* singulari, scribendum fuisse, similique modo Gallice *Gueules*, non *Gueule*, dicendum esse, licet aliter dixerint nonnulli Genealogistæ.]

2. **GULA**, Crumena, marsupium. Histor. Franciæ MS. ex Bibl. Memmiana fol. 271 : *Le filleul de Prevost de Paris fut prevenu d'un larrecin, et d'avoir renié ung Gueulle de deniers, dont il fut condamné par son parrain à estre pendu.* Vide *Gula*, 1. in fine.

* Nostris *Goule, Gouliere* et *Gulle.* Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 87. Chartoph. reg. ch. 151 : *Lequel Delalande li prist et osta son argent, qui estoit en une Gulle.* Aliæ ann. 1399. in Reg. 154. ch. 563 : *Le suppliaas print les braies dudit Regnault qu'il avoit laissiée au chief de son lit, en la Goulière desquelles il trouva six frans en or.* Rursum aliæ ann. 1410. in Reg. 165. ch. 3 : *Fut dit entre les compaignons, que icellui Godart iroit à Rouen acheter trois Goules pour mettre la monnoye qu'ils auroient à Varengeville.*

* 3. **GULA**, Os, Gall. *Bouche.* Lit. Phil. Pulc. ann. 1294. in Reg. Cam. Comput. Paris sign. *Pater* fol. 324. r° : *In Gulis eorum fustes a parte post cum cordis ligando, ne loqui possent seu appellare.* Unde *Engouler*, pro Comedere, deglutire, ingurgitare. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Engouler, mengier, glutire.* Le Roman *de la Rose* Ms. :

> Qu'il n'est nus qui tant en Engoule,
> Qu'il n'en vueille plus Engouler.

Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 277 : *Le suppliant vouloit tout avoir et Angouler.* [** Vide Glossar. med. Græcit. voce Γοῦλα, col. 260.]

* Hinc *Goulafre*, Diabolus appellatur in Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1 :

> Li Goulafre, li rekingié
> Assez avoit eskignié
> De che qu'ensi l'avoient pris.]

Gula Fluvii, Ostium, per quod in mare influit. Charta fundationis Abbatiæ Orbisterii ann. 1007 : *Usque ad torrentem Illicon, qui defluit per Gulam de Doëtis in mare.*

* Nostris *Engoulement* vel *Engloutement*, eodem sensu, atque etiam de ostio fossati, per quod aqua fluvii incurrit, dixerunt. Reg. Corb. 13. rign. *Habacuc* ad ann. 1513. fol. 168. v° : *Ne porra tendre ledit fermier nulz harnas depuis le penne de Cherisy jusques à ledit Engloutement du fossé de l'église,... ne depuis ledit Engloutement jusques au gril de desseure.*

Dare per Gulam. Vetus [Charta Spalatensis ann. 1241. apud Joan. Lucium de Regno Dalmat. : *Si aliquid extorqueretur, Comes, vel sui hæredes teneantur facere re-*

Digitized by Google

stitui ablatum a suis hominibus, vel dabunt per Gulam transgressores damnum patientibus, et si non possent illum dare per Gulam, quod Comes et ejus hæredes solvant de suo, etc. Hoc est, suspendi facient aut curabunt. [*Suspendi per Gulam*, in Chronico Andreæ Danduli, apud Murator. tom. 12. col. 487.]

GULA AUGUSTI, Initium mensis Augusti. *Le Gule d'August.* In Statuto Edw. III. ann. 31. cap. 14: *Averagium æstivale fieri debet inter Hokedai et Gulam Augusti.* Utitur Willelmus Armoricus in Philippo Augusto ann. 1219. [Vide Kennetti Glossarium ad calcem Antiquit. Ambrosden.]

* Charta ann. 1204. in Reg. 31. Chartoph. reg. fol. 82. v°. col. 1 : *Domino regi dono quingentas marchas argenti reddendas duas partes ad proximum festum S. Johannis, et tertiam partem ad festum S. Petri in Gula Augusti proximi. En goule Aoust*, in Reg. Phil. Pulc. 50. ch. 92. Charta ann. 1281. ex Chartul. S. Dion. pag. 436 : *Le jour de feste S. Pere en Goule Aoust.*

GULA MANTELLI, apud Ugutionem, pars vestis seu togæ superior, qua caput immittitur. Le Roman *d'Aubery* NS. :

Li sans en fille, que forment est maumis,
Si que les Goules de son pelison gris
En sont mouilliés.

Hinc *Gulis* ejusmodi instructæ pelliculæ Armenicæ et Zibellinæ, *Hermines*, et *Zebelines Engoulées* dicuntur Poetis nostratibus. Le Roman *de Garin :*

Si ot vestu un hermin Engolé.

Alibi :

Et par dessus un hermin Engolé.

Reclusus *de Moliens* MS. in suo *Patenostre :*

Houches, manteaus, chappes fourrées
De sebelines Engoulées, etc.

Le Roman *du Renard* MS. :

Et tenoit un rous peliçon,
Dont les Gules estoient d'os,
Et li mettoit par force el dos.

Le Roman *de la Prise de Hierusalem* MS. :

Li Seneschans y vait, s'ot la mure anfautrée,
Vestus d'une pelice richement Agolée,
Par dessus son bliaut n'ot pas chappe fourrée.

Le Roman *de Girard de Vienne* MS. :

Ces hauz Barons qui tant font à loer,
Qui sont vestus de frez ermines chers,
De vair, de gris, et d'ermine Engolé, etc.

* Aliter, haud scio an melius, eamdem vocem ex iisdem poetis interpretatur Cangius in Dissert. 1. ad Joinvil. pag. 136. nimirum de pelliculis rubrica intinctis; qua notione vox *Gula* haud infrequens apud feciales nostros, ut observat Vir doctissimus in *Gula* 1. Cæterum *Guole*, vestimenti aut pellitii genus videtur, in Poem. *de Vacces* MS. :

En Normendie erent chetis,
Mis en agneaux et en Guoles.

Hinc *Hargouler*, Fauces alicujus invadere, aliquem per *gulam mantelli* apprehendere. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 729 : *Jehan Roussel se traist pardevers ledit Jehan Manchon, celluy prinst par le capperon, féri et Hargoula, et fist plusieurs injures.* Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 56. r° : *Willaumes Kenars de Eu, pour che qu'il mist main à un sergent, et qu'il le Hargoula, banis.* Unde *Hargoulement*, Succussus, in Lit. remiss. ann. 1369. ex Reg. 100. ch. 208 : *Iceulx Pierre et Jehannot Baillet prindrent ledit Fremin par la barbe et par la poitrine en lui tirant et sachant; et pour le tirement et Hargoulement qu'il faisoient l'un à l'autre, cheirent par terre.*

GULERUM, Idem quod *Gula* mantelli. Etiamnum Picardi nostri *Gouleron*, [Galli *Goulet* vel *Goulot*,] vocant os lagenæ strictius. Matth. Paris ann. 1134 : *Invenit introitus capucii, qui Gulerum vulgariter Gallice appellatur, nimis arctum.*

¶ GULATOR, Gulo. *Gulatores*, λάγνοι, μάκται, καταφαγάδες, in Gl. Lat. Gr. Sangerm. Supplem. Antiquarii : *Gulatores*, λάγνοι, καταφαγάδες, *Gulones.*

** GULATUS, Ornatus *gulis*, instructus pelliculis Armenicis. Ruodl. fr. 13. vers 102 :

Præ vel post fissum, vel circumquaque Gulatum.

Ibidem fragm. 14. vers. 90 :

Ruotlieb pellicium dederat bene valde Gulatum
Sponso, vel crusinam limbo terræ crepitantem.

Vide *Gula Mantelli*, post *Gula*, 3.

GULBIUM, Instrumentum ad hortum excolendum, apud Adalardum in Statutis antiquis Monasterii Corbeiensis cap. 1. *Scalprum, Gulbium, et falcilia, etc.* [** Guerardus in Glossar. Polyptych. Irmin : Instrumentum ferreum in usu fabrorum lignariorum atque ferrariorum, vulgo Gallis *gouge.*]

GULDA, GULDAGIUM. Vide *Gildum.*

GULERUM. Vide *Gula Mantelli.*

¶ GULETUM, Locus *guliis*, hoc est, scirpis abundans, Papebrochio in Appendice ad Vitam sancti Guillelmi tom. 5. Junii pag. 128.

GULFUS, GULPHUS, Sinus maris, ex Gr. κόλπος, seu ut recentiores efferunt, κόλφος, ut colligimus ex Glossis Græco-Barbaris, in quibus præterea κόρφος, pro κόλπος habetur, de qua voce Leunclav. in Pand. Turc. n. 180. nostris *Golfe*, Germanis *Golpe*, Anglis *Gulpe*, Belgis *Golpen.* [* Bened. Abb. Petroburg. de vita Henr. II. reg. Angl. tom. 2. pag. 680 : *Gulfus dicitur, ubi aqua protenditur inter duas terras et sinum facit.*] Guillelmus *de Baldensel* in Hodœporico pag. 104 : *Postquam transivi sinum, seu mare Adriaticum, quod hodie Gulfus Venetiarum appellatur.* [*Gulfus Venetiorum*, apud Bartholomæum Scribam lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1264. *Gulfus Venetorum*, apud Jacobum de Voragine in Chronico Januensi tom. 9. Muratorii col. 18. *Gulfus Nebii*, apud Jacobum Auriam lib. 10. Annal. Genuens. ad ann. 1282. *Gulfus Forojuliensis*, in Charta ann. 1357. ex Archivis Massil.] Willebrandus ab *Oldenborg* in Itiner. : *Intravimus portum sinuosum Antiochiæ, quem Franci Gulphum Antiochiæ appellant. Gulphus Sataliæ*, seu sinus Attalicus, apud Willelmum Tyrium lib. 16. cap. 26. Rogerum Hovedenum pag. 708. et Bromptonum pag. 1165. 1215. *Gouffre de Satellie*, in Gestis Lud. VII. cap. 14. Vide *Gaufra.*

¶ GULIA, Scirpus, Papebrochio in Actis SS. Junii tom. 5. pag. 138.

¶ GILUS, ἀλλαλωλος, *Vorator, helluo.* Suppl. Antiq.

* GULLUS, *Uno navigio.* Glossar. Lat. Ital. MS.

* GULO, Animal regionum Borealium, de quo Apollon. Menaben. ubi de Alce : antea vero Gesner. ex Olao Magno. Ita D. *Falconet* in Animadv.

GULONES, Gulosi, λαίμαργοι, apud Apuleium in Apologia.

* GULOSITAS, Ingluvies. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Glotonia, Prov. ganea, edacitas, Gulositas.* Ibid. : *Gulo, gulonus.* Vide supra *Gula* 3.

¶ GULPHUS, Sinus maris. Vide *Gulfus.*

GULTA, Tributum, [census., Charta ann. 1274. Hist. Monasterii Mediani pag. 332 : *Præfatos agros prædictis colonis nomine conditionis* (conductionis) *ad duodecim annos pro eadem annona et Gulta, sicut antea unusquisque dare de suis agris consueverat, liberaliter de manu sua concessit ... Gultam consuetam* (de vineis) *ut de aliis agris curiæ dare tenentur.*] Charta Caroli IV. Imp. ann. 1350. apud Pontanum lib. 7. Rerum Danicar. pag. 478 : *Et propterea oppigneramus supradicto Daniæ Regi .... pro justo pignore annuam steur* (steuram alibi) *et Gulte, quam nos et Romanum Imperium habemus ex urbe Lubecensi.* Vide *Gildum.* [** Confer Haltans. Glossar. German. voce *Gilt*, col. 722.]

* GUMARIUM, *La basilica.* Glossar. Lat. Ital. MS.

* GUMASIO, *La excitatione*, in eod. Glossar. Pro *Gymnasio, la exercitatione.*

1. GUMBA, *Cuneus*, Papiæ. Vide *Cumba* 2.

* 2. GUMBA, Tumor, Ital. *Gomma.* Inquisit. ann. 1270. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 102 : *Et proprio juramento firmavit, quod ipsa habuit et habebat duas Gumbas sive boclas, unam in pectore, et alteram in spatulis. Et stetit dicto morbo et languore oppressa, usque ad diem Martis nuper elapsum de nocte; .... ita quod Gumba anterior non apparebat, et posterior modicum cernebatur.* Vide *Gumbus.*

GUMBARIA, Navis species. Vide in *Cumba* 1.

¶ GUMBUS, Gibbosus. *Benevenuta .... a cunabulis Gumba in spalla dextra, sanata est*, in Miraculis B. Henrici Baucen. tom. 2. Junii pag. 379. Vide *Gumba*, 2.

* GUMELLA, Mensuræ species, Ital. *Giumella*, quantum scilicet cavis palmis continetur. Fragm. hist. Fulgin. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 143 : *Item dicto anno* (1306.) *fuerunt augmentatæ Fulginiæ mensuræ bladi ad pondus triginta trium unciarum ad mensuram tribus Gumellis et media ad manus justas, videlicet ad manus justi hominis.* Vide infra *Jumella.*

¶ GUMENÆ, Vox nautica, Gall. *Gumenes* vel *Gumes*, Generatim funium apparatus, et specialius funes ancorarum biremis triremisve. Statuta Massil. pag. 394 : *Statuimus quod corderii omnes de Massilia teneantur spectali sacramento se non facturos per se, vel per alios, Gumenas, vel prohlctios, vel amannos, vel hostas, nisi de cannabo femello.*

¶ GUINEVÆ, pro *Gumenæ*, ut conjecto. Informationes Civitatis Massil. de passagio

Digitized by Google

transmarino e MS. Sangerman. : *Item vult* (navis) *habere* xx. *Guinevas ponderis pro qualibet septem talium et longitudinis* lxx. *passorum.*

¶ GUMFUS. Vide *Gumphus.*

¶ GUMMA, *Tegorium*, in Glossis Isidor. Grævius non dubitat quin legendum sit : *Gunna, Tegumentum* vel *Tectorium*; nisi forte *Tegorium*, inquit, pro alterutro lectum sit apud hujus generis Scriptores. Cangius infra retinet *Tegorium*, quod interpretatur locum superne tectum, ac pro *Gumma* suspicatur legendum *Gumlumma*, a Græco κάλυμμα. Arridet magis Grævii conjectura. Vide *Gunna* 1.

* Cangianæ interpretationi utcumque favet vox Gallica *Gomme*; quæ tamen non uno sensu accipi a nostris videtur : pro Arca, in qua pisces asservantur, occurrit, ut opinor, in Lit. remiss. ann. 1390. ex Reg. 140. Chartoph. reg. ch. 115 : *Lesquels alerent de nuit ou molin de Courtangis pour lever les Gommes ou nances, qui estoient aus portes ou escluses de la riviere dudit molin, et prendre les anguiles, s'aucunes en trouvoient.* Pro Loco, seu gurgite, unde alibi *Gourgue*, ubi aqua ex rota molendini cadit, forte quod veluti arca sit conclusus, usurpatur in aliis Lit. ejusd. an. ibid. ch. 147 : *Icelle Jehanne emporta laditte Benoite sur le bort du pont pour la getter en la Gomme du moulin, où elle disoit qu'elle la noieroit.* Aliæ ann. 1403. in Reg. 158. ch. 225 : *Lesquels compaignons.... haucerent icellui ventaile et firent tourner la roue d'un tordoir ou moulin à huille, et laisserent aler un baston avant l'eaue, qui se mist entre la roue dudit moulin et la Gomme.* Aliæ ann. 1478. in Reg. 201. ch. 195 : *Le suppliant.... ala veoir par dehors le molin que c'estoit, et vit en la Gomme que c'estoit Jehan Hurache, qui estoit ja mort soubz la roe.* Fasciculum vero sonat in Ch. Pedag. Peron. ann. 1295. ex Chartul. 21. Corb. fol. 356. v° : *Item une Gomme d'aguilles, c'est assavoir xxv. livres de pesant pour le Gomme, le Gomme doit viij. den. Paris.* *Goume*, eadem notione, in Stat. mercer. Paris. ann. 1407. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 305. art. 4. et pag. 306. art. 11.

GUMPHUS, *Gunfus, Gomphus, Conglutinatio, concatenatio*, Papiæ; *Junctura vel vinculum aliquorum corporum*, Ugutioni, et Willelmo Britoni in Vocabulario. Acta S. Sebastiani n. 88 : *In cloaca illa, quæ est juxta Circum, invenies corpus meum, pendens in Gompho. Gumfus*, habet Ordericus lib. 7. pag. 643 : *Quid referam de Sebastiano, quem sagittatum in cloaca suspenderunt Gumfo?* Acta S. Thyrsi n. 21 : *Quia ipsa* (simulacra) *magis reguntur Gomphis ferreis, et plumbo, et saxo.* Gesta Consulum Andeg. cap. 3. num. 26 : *Cum ostio fusili, quod Gunfis et vertevellis et quatuor clavibus firmabatur.* Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 11 : *At modo residui proceres profugarum usque ad Gonfos, seras, et pessulos omni substantia atque utensilibus addemnabant.* Ita emendandus hic locus, pro *ad confosceras.* Magister Ægidius Corboliensis lib. de Pulsibus :

Atropos exsindit Lachesim, vitalia rumpit
Stamina, dissolvit Gumphos, vitamque relegat.

Joannes de Garlandia in Synonymis :

Est constructa polis, radius, cantus, rota Gumphis.

Alanus in Anticlaudiano lib. 7. cap. 1 :

Junctura tenui, Gumphis subtilibus aptat.

Idem de Incarnatione :

Quæ sint vincla, quæ junctura,
Qui Gumphi, quæ unio.

Hinc nostris vox, *Gond*, orta. [Græcis γόμφος est clavus.] [** Gloss. vet. Lat. German. et Gemma Gemmarum : *Gumphus, Germ. ein Huffnagel* (clavus quo ferrea sola equo suppingitur) *vel uncus, vel est quilibet clavus.* Adel.] [* Vide *Vertibella.*]

1. GUNA, [Cucurbitula. Vide *Guva.*]

¶ 2. GUNA, Vestis pellicea. *Gunarius*, Mercator *gunnarum. Gunella*, Minor guna. Vide in *Gunna* 1.

GUNDEBODINGI, appellati Burgundi, et generaliter, qui *Lege Gundeboda* vivebant, ea nempe, quam Gundebadus Rex Bungundiæ condidit, in Capitul. Aquisgran. ann. 789. cap. 62. et in Capitul. Caroli M. lib. 1. cap. 61. *Guntbadingi*, in Capitul. Francoford. ann. 794. cap. 43. [Pro *Lege Gundeboda* legitur apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 99. col. 1. *Gugilbalda, Gundebada* rectius et *Gundebanda*, ex variis codd. *Gundobada*, in Præfat. Capitul. 2. ann. 813. *Gombata*, in Notis Baluzii ad Capitularia tom. 2. col. 1074. ex MSS.]

Gunebodigni, in Capitul. Aquisgr. ann. 789. cap. 63.

Guntbodingi, in concil. Francoford. ann. 794. cap. 45.

* GUNDULA, Donum, munus, ut videtur. Charta Vitalis ducis Venet. ann. 1094. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1536 : *Si cenglarem aprum aliquo venatu ceperitis, caput illius cum pedibus nobis..... portaturi estis..... Gundulam vero nullam, nisi libera voluntate vestra, facturi estis.* Vide supra *Gonela* 1.

* GUNFANA. Vide infra in *Guntfano.*

GUNFUS. Vide *Gumphus.*

¶ GUNITA. Greg. Mon. in Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 409 : *Concessit Guidonato unam petiam terræ ad casas ædificandum, et alias res ibidem ad cellam nostram S. Mariæ de Minione pertinentes, ad annualiter ibi reddendum pensionem, et si necesse esset, Gunitas ad mare faciendum.*

1. GUNNA, Vestis pellicea, nostris *Gonne*, Anglis *Gowne*. Lexicon Cambro-Britannicum, *Gwn, toga*. Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2066 : Βλίτη, διφθέρα, ὅ ἐστι γοῦνα. Alibi : Διφθέρα, ποιμενικὸν περιβόλαιον ἐκ δέρματος, οἷον γοῦνα, ἢ ἄλλο τί. Aliud Cod. 930 : Σίσυρα, ἱμάτιον τραχύ, περιβόλαιον ἀγροικικὸν, δουλικὸν, παλαιὸν, καὶ ἡ γοῦνα. Ita vocem hanc usurpant sequioris Græciæ Scriptores, Constantinus de Admin. Imp. cap. 32. et alii, quos laudat Meursius in Gloss. [** Vide Glossar. med. Græcit. voce Γοῦνα, col. 260.] Italos vocem hanc usurpare pariter pro viliori veste, observat Pergaminus, ex Petrarcha part. 1. Cant. 1. 5. etc.

Gunna. Bonifacius Archiep. Moguntin. in Epist.... *Gunnam brevem nostro more consutam.* Epist. 89 : *Gunnam de pellibus lutrarum factam fraternitati vestræ misi.* Vinea Benedictina cap. 5 : *Senibus nostris Gunnas pelliceas tribuimus; infirmis etiam in culcitris jacere permittimus.* [Theodemarus in Epistola ad Carolum Regem de usibus Casin. : *Senibus nostris Gunnas pelliciæ tribuimus.*]

Gonna, in Gestis Guillelmi Majoris Episcopi Andegav. cap. 1 : *Canonici ejusdem Ecclesiæ in Gonnis suis, etc.* Occurrit etiam in Actis B. Francisci Fabrianensis num. 21. Le Roman *de Guillaume au Court-nez* MS. :

Or ferai gré, s'il me tollent ma Gonne.

Alibi :

Laissa le siecle por devenir prodhom,
Et prist la Gonne, et le noir chaperon.

Rursum :

Son froc osta, sa Gonne a despoillée.

Le Roman *du Renard* MS. :

En vous auroit bele personne,
S'aviés vestue la Gonne.

Gouna, ex Anglico *a Gowne*, et Græco-Barb. γοῦνα, apud Knyghtonem : *Cum innumerabili multitudine equitum de civibus, vestitis omnibus in coloribus regiis, videlicet in Gounis albi coloris et rubei.* Dantes in Parad. cant. 26 :

Che va di Gonna in Gonna.

Petrarcha part. 1. cant. 1 :

Non essermi passata oltra la Gonna.

Gunella, diminut. ex *Guna*, Occitanis *Gounel, Gounelo, Cotte de femme, Cotillon; Gonnella*, Italis. Bernardus Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. cap. 3. et Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 5 : *Si propter calorem frocum exuerit, in cuculla sedere poterit, sed ita ut nec Gunellam, nec pellicium subtus habeat, nec aliud quidquam stamineum suum.* Cap. 11 : *Duo paria caligarum, tria pellicia, vel unam pro tertio Gunellam.* Adde eumdem Bernardum Monachum cap. 32. [S. Willelmum lib. 1. Constitut. Hirsaug. cap. 16.] Chartam Manassis Episcopi Aurelian. ann. 1210. in Probat. Hist. Blesensis pag. 10. Le Roman *d'Aubery* MS. :

Un Moine i ot qui ot une Gonelle.

Willem. *Guiart* MS. ann. 1304 :

Des Serjeus aux noires Gonnelles.

Le Lusidaire MS. :

Desi que vint à la jornée,
Dont a sa Gonelle endossée.

Le Roman *de Guillaume au Court-nez* MS. :

* Va s'en li Quens empre une Gonelle,
Deschaus, en langes parmi l'estrange terre.

Le Roman *du Renard* MS. :

Se vous estes ci longuement,
Vous i lairés vostre Gonnelle.

Hinc Goffridus Comes Andegavensis dictus *Grisa Gonella*, quod tunicam *griseam* gestaret, ut supra observatum in voce *Griseus* : Cui inscripta legitur in Schedis Duchesnianis Epistola Joannis Papæ pro Ecclesia Lochiensi, hoc titulo : *Goffrido Grisia Gonella cognominato nobilissimo Andegavorum Comiti.* Et quidam Episcopus Triscanus nuncupatus *Tres Gonellas*, quod triplici gunella uti soleret, in vett. Schedis apud Augustinum *du Pas* in Stemmat. Armoric. part. 1. pag. 47. [Spicilegium Fontanel. MS. pag. 235 : *Duo paria caligarum, tria pellicia, unum blanchetum, vel*

Digitized by Google

una Gunella pro tercio.] Vide Ricordan. Malaspin. cap. 161. Raimundum Montanerium in Chron. Aragon. cap. 74. 124. et Chr. Petri IV. Regis Arag. lib. 3. cap. 15. lib. 4. cap. 3. [Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 315. col. 2. *Gonella de Scarlato*, in Tabulario S. Vincentii Cenoman.] Le Roman *de Girard de Vienne :*

Et vos comant ces cuidés donc entrer,
A vos Gonelles grises.

* GUNNELLA, dimin. a *Gunna*, Vestis pellicea, toga talaris. Tabul. S. Sergii Andegav. : *Gaufrido, qui junior erat, dedit unam tunicam, quæ vulgo Gunnella dicitur, emptam octo solidis.* Vide in *Gunna* 1.

¶ GONELLUS, Eadem notione, in Charta an. 1416. apud Rymerum tom. 9. pag. 334. et in allia anni 1317. tom. 3. pag. 648.

¶ GUINDA, Eadem, ut opinor, significatione. Anastasius Bibl. in Epitome Chro. Casin. apud Murator. tom. 2. pag. 369. col. 1. : *Hic Ludovicus Italiam dum ingressus fuisset cum Clotario patre ad Casinense cœnobium possessiones universas ablatas restituit, et parinos* (pannos) *nativos et grisos, calicasque cum Guindis et ocreas fratribus concessit.* Forte leg. *Gunnis.*

GUNATUS, Gunam indutus. Luithprandus in Legat. cap. 53 : *Nec ipsa capiet eum in qua ortus est, pauper et Gunata, id est, pellicea Saxonia.*

GUNARII, *Gunarum* seu pellium mercatores, a quibus dicta olim Constantinopoli Basilica τῶν γουναρίων, de qua Chronicon Alexandrinum pag. 778. qui locus idem videtur cum eo qui τὰ γουνάρια τοῦ φόρου nuncupatur a Leone Grammatico pag. 505.

Cluverius lib. 1. German. antiq. cap. 15. *Gunam*, a *Gaunaco* dictam putat, quod Varro *majus sagum* interpretatur, vocemque Græcam esse ait. Sunt autem Hesychio, κώνακα, ῥώματα, ἢ ἐπιδόλαια ἱπποκόμαλλα, *Stragula altera parte villosa.* Adde Oct. Ferrarium in *Gonna.*

2. GUNNA, Machinæ bellicæ, seu missilis species : vox contracta ex *Mango*, vel *Mangona*, uti opinatur Somnerus. Thomas Walsinghamus pag. 226 : *Nec mora, consuetis adhibitis instrumentis, missilibus scilicet, quæ vulgus Gunnas vocant, terribiliter feriunt.* Idem pag. 303 : *Et cum lapidibus, lanceis, et sagittis, igne Græco et missilibus, quæ Gunna vocantur, nostros ubique repellunt.* Pag. 374 : *Quod cum illi præcise negarent, intendit Gunnam magnam, cujus unico jactu dejecit partem unius turris.* Pag. 398 : *Et illic figere vel locare Gunnas suas, quas Galli Canones vocant, quibus validius villam infestare posset.* Ex quibus patet, *Gunnam*, eamdem fuisse machinam bellicam, quam nostri *Canonem* vocabant, quæque Anglis *a Gunne* dicitur. Unde nescio, an a *Gunnis* dicti sint *Canones*, quasi *Gunnones.* Occurrunt præterea ejusmodi *Gunnæ* apud eumdem Walsinghamum pag. 323. 390. 539. et Henricum Knyghtonem pag. 2621. 2672. 2677. et 2679. Vide *Duplodes.*

¶ GUNNES dicuntur in Litteris anni 1406. apud Rymerum tom. 8. pag. 447.

GUNNARII, *Gunnarum* artifices, vel potius qui e *gunnis* missilia emittebant, *Gunners* dicti in quibusdam expensarum militarium Tabulis, quas laudat Spelmannus verbo *Bombarda* : ut *Magister Gunnarius*, Gunnarum confector, artifex vel *gunnis* præfectus, qui *Master Gunner*, Anglis.

¶ GUNPOUDRE, Pulvis tormentarius, Angl. *Gun-Powder*, Gall. *Poudre à canon.* Exstant Litteræ ann. 1414. apud Rymerum tom. 9. pag. 160 : *De non transmittendo Gunpoudre versus partes exteras, etc.*

GUNTFANO, Vexillum, flammulum. Vox formata ex *Fano*, de qua supra. [** Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. col. 518. voce *Gundfano*, et tom. 4. col. 219. voce *Gund, Pugna, bellum.*] Hariulfus lib. 3. Chr. Centul. cap. 3 : *Item poma Guntfanonum septem argento auroque parata.* Le Roman *du Renard* MS. :

Querez qui le Gonfanon porte
Et qui que le doiez baillier,
Vous convient-il Gonfanonier.

Le roman *de Gurin* MS. :

Là veissiez tantes et paveillons,
Bannieres droites, et vermeux Gonfanons.

Alibi :

Là veissiez meint Gonfanon lever,
Meinte banniere sor le fossé ester.

Le Roman *du Rou* MS. :

Ni a riche home ne baron,
Qui n'ait lés lui son Gonfanon,
Ou Gonfagnon, ou autre enseigne,
Ou sa mesnie se destraingne.

Alibi :

Li barons ourent Gonfanons,
Li chevaliers ourent penons.

Guillem. *Guiart* ann. 1248 :

Tant seulement li Gonfanon,
En un flum, qui Nilus a non, etc.

Chron Flandr. cap. 67 : *Et tenoit en sa main une lance, à quoi l'oriflamme estoit attachée d'un vermeil samit, à guise de Gonfanon à trois queuës.* Vide Joan. Villan. lib. 6. cap. 40. lib. 7. cap. 13. [et Borellum, in voce *Gonfanon*, ubi observat Angliæ regnum a Romano Pontifice Guillelmo Conquestori traditum fuisse per Gonfanonem : qua de re Poëta vetus, qui vivebat ann. 1160. hæc habet inter cetera :

L'Apostolle li otroya,
Un Gonfanon li envoya,
Mout precieux, et chier, et bel,
Si comme il dit dessus la pierre,
Auroit un des cheveux S. Pierre,
A ces enseignes li manda,
Et de par Dieu li otroya
Que Angleterre conquerist,
Et de S. Pierre le tenist.]

Sæpe etiam usurpatur hæc vox pro ipso *Fanone*, seu *Flammulo*, quod hastis appendebatur : φλαμμεολίσκιον, Græcis recentioribus, Leoni in Tact. cap. 5. § 5. Mauricio, et aliis a Rigaltio laudatis. Le Roman *d'Aubery* MS. :

Baisse la lance où li Gonfanon pent.

Alibi :

A lances sont li Gonfanons pendus.

Le Roman *de la Prise de Hierusalem* MS. :

Voient l'ost paienne venir et aprochier,
Les riches Gonfanons sus au vant baloier.

Le Roman *de Garin :*

Brandist la hante au Gonfanon pendant.

Alibi :

Et prist l'espié à tot le Gonfanon.

Idem :

Brandist la hante, destort le Gonfanon.
Parmi le cors li mest le Gonfanon, etc.
Les lances bessent ô sont li Gonfanon.

Le Roman *de Guiteclin* MS. :

Li Rois tint une lance à un vermeil Penon.

Alibi :

Moult si siest bien au col la lance au Gonfanon.

Le Roman *d'Alexandre* MS. :

Hante ot grosse de fresne, et Gonfanon pendant.

Ejusmodi porro insularum, ab hastis ac lanceis pendentium mentio est apud Frontinum lib. 1. Strateg. cap. 12. n. 5. Albertum Aq. lib. 2. cap. 39. lib. 4. cap. 6. Fulcherium Carnot. lib. 2. cap. 10. Guibertum in Hist. Hieros. lib. 4. cap. 39. in Gestis Francorum expug. Hieros. cap. 42. apud Gaufredum Malaterram lib. 3. cap. 37. Will. Britonem lib. 8. Philippid. pag. 196. Gruellum in Hist. Arturi Ducis Britan. pag. 66. etc. Sed et *Hastæ puræ* dicuntur, quæ insulis istis carebant, in veteribus Inscriptionibus : in quibus interdum donatos milites *Hasta pura sine vexillis*, in virtutis militaris præmium, legere est, 414. 8. 498. 13.

¶ CONFANO. Fundatio Murensis Monast. apud Eccardum de Orig. familiæ Habsburgo-Austriacæ col. 216 : *Duo offertoriola et linteum analogium subter Evangelium ponendum in festivis diebus et* v. *Confanones.*

¶ CONFALO, in Annal. Mutin. apud Murator. tom. 11. col. 60 : *Cum Confalonibus et crucibus.*

* *Chundfano*, in vett. Gloss. quasi a *Chunden, Kunden*, Indicare, denunciare, signum dare : unde *Guntfano* proprie est vexillum classicum, index belli, alias *Herifanon.* Et quidem Gothis ex Schiltero, *Gunfana*, idem est ac militum vexillum. Verel. Ind. ling. Goth. *Gunna* est prælium; hinc forte vocis origo. Hæc post virum doctissimum D. Schœpflinum.

GONTFANONARIUS, Vexillifer, signifer : Italis *Gonfaloniere.* In Synodo VIII. CP. ex parte Ludovici Pii adfuit Suppo *primus Guntfanonariorum et consobrinus uxoris ejus*, ut auctor est Anastasius ad eamdem Synodum Act. 10. ubi perperam editum, *Concofanariorum.* Capitula Caroli C. tit. 32. cap. 13 : *Providentiam habeant, qualiter unusquisque Episcopus, vel Abbas, seu Abbatissa cum omni plenitudine et necessario hostili apparatu, et ad tempus suos homines transmiserit, cum Guntfanonario, qui de suis paribus cum Missis nostris rationem habeat.* In Consuetud. Bononiæ in Morinis, art. 7. *l'Enseigne et Gonfanier*, dignitas dicitur attributa uni e quatuor Comitis Paribus. Le Roman *de Rou* MS. :

Par drois et par ancesserie
Devés estre de Normendie,
Et vos parens Goufanongniers.

Chron. MS. Bertrandi *du Guesclin* MS. :

Que s'il avoit le monde tout entier à baillier,
Et il vousist avoir un bon Gonfannoier,
Pour sa terre garder, et son prix essaucier.

¶ CONFALONERIUS, apud Bartholomæum lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1227. et apud Illustr. Fontaninum in Antiquit. Hortæ pag. 416. et 417.

Digitized by Google

¶ Gonfalonierus, in Vita S. Anreæ Corsini n. 36. tom. 2. Januarii pag. 1071.

¶ Confalonerius, apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 931.

Obtinuit etiam apud Italos *Gonfanonarii* dignitas, præsertim apud Florentinos, quibus olim ita indigitabatur supremus Magistratus, [ann. 1292. institutus. Ex plebeis assumebatur : cujus præcipuum munus erat leges tueri et nobilium potestatem auctoritatemve deprimere. Vide Jacobum Wilhel. *Imhoff* in Genealogiis viginti illustrium in Italia familiarum. Ibi *Gonfalonerius* dicitur hic Magistratus. *Gonfalonerius Reipublicæ Lucanæ* memoratur tom. 5. SS. Junii pag. 488.] Sed et hodie regitur Senensis urbs a tribus *Gonfanonariis*, quorum singulis tertia urbis pars regenda datur. Habet denique Ecclesia Romana suos *Gonfanonarios*, de quibus præ aliis Froissartes 2. vol. cap. 135. Joan. Villaneus lib. 8. cap. 69. et Matth. Villan. lib. 9. cap. 90.

¶ Confalonis Confraternitas, seu *Commendatorum* vel *Recommendatorum* B. M. Virginis Romæ a quibusdam Patriciis ann. 1264. instituta et a Clemente IV. ann. 1267. confirmata, sic appellata est a vexillo, Italis *Confalone*, in quo ejusdem Dei Genitricis imago depicta erat. Ei Confraternitati redimendorum captivorum ab infidelibus detentorum cura ann. 1583. delegata est, et data, jam ab anno 1579. facultas alias sibi sodalitates aggregandi. Huic reipsa accessit Societas Lugdunensis; cui nomen dedit Henricus III. Fr. Rex, uti narrat Thuanus Hist. lib. 6. Vide Spondanum ad ann. 1576. Macros fratres in Hierolexico et Hofmannum.

¶ Gonfaloniæ Feodum, in Charta Ecclesiæ Lugdun. ann. 1290.

* Gonfaneria, Dignitas et officium *Gonfalonerii* seu vexilliferi. Comput. MS. Guill. de Cheriaco recept. regni Navar. ann. 1300 : *Domino Furtunio Almoravit pro complemento militiarum suarum ..... Item eidem pro jure Gonfaneriæ etc.*

¶ **GUNTHADINGI**, etc. Vide *Gundebodingi*.

¶ **GUODOBIA**, Pilum, venabulum, Gall. *Vouge, Epieu*. Acta S. Lauri MSS. : *Deponentes eum desuper equum suum .... collum ejus de Guodobia acuta præciderunt.*

¶ **GUOLATIA**. Vide *Golia*.

¶ **GUOYA**, Falcis species, Gall. *Serpe*, alias *Goie*. Litteræ anni 1340. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 53 : *Muniri faciatis et provideri arnesiis pro cala et destructione arborum, vinearum et bladorum opportunis; utpote de Guoys, falcibus, deytrauz seu securibus, fauciliis et fundis, etc.* Vide *Goia*.

¶ **GUPHUS**, pro *Gumphus*, de quo supra, Cardo. *Guphi et cardines*, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1700.

¶ **GUPILARIUS**, ut supra *Gopillator*, Qui vulpes, alias *Goupils*, venatur. Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* ad calcem tomi 2. de Feudorum usu pag. CLXXII : *De venatione paranda et de minutis rebus*, XLVIII. *s. et* IIII. *d .... Gupilarii de secundo tertio* XIX *l.* XL. *d. minus.*

* **GUPPA**, Sagum militare, idem quod *Jupa*. Vide in hac voce. Stat. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 181. col. 1 : *Item quod omnes, cujuscumque conditionis existant, habeant suum arnesium condecens; .... et quod pauperiores ad minus habeant unam Guppam, unam servelliam.*

* **GUPPUM**, Gypsum, Gall. *Platre*. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 139. ex Cod. reg. 4620 : *Ordinamus quod... coramen pilosum, assungia, sepum, Guppum, ... lapides calcinarii .... extrahi non possint de territorio Mantuano.* Vide supra *Gippum*.

GURBILIO. Charta Gastonis Vicecom. Beneharnensis ann. 1168. pro fundatione Monasterii Silvæ latæ : *Et de reditibus nostris, qui paterno jure nobis succedunt, centum solidos Pictavinos, et* 30. *Gurbiliones salis in villa, quæ dicitur Salies.* Ubi Marca lib. 5. cap. 22. vertit *trente Courbillons de sel*, id est, corbulas, seu *Gorbiculos*.

* **GURDAMONIUM**, Grani species. Stat. Astæ ubi de Intr. portar. : *Gurdamonium solvat pro qualibet libra, lib.* 1. *sol.* 10.

GURDONICUS, ut mox *Gurdus*, Rudis, imperitus. Sulpitius Severus in Hist. : *Vereor ne offendat vestras nimium urbanas aures sermo rusticus. Audietis tamen ut Gurdonicum hominem, nihil cum fuco aut cothurno loquentem.*

GURDUS. Gloss. MS. Reg. : *Obtusa, surda, gurda*. Papias: *Gurda, inutilis, inepta, stulta*. Eadem habent Isidorus in Gloss. et Ugutio. Idem Papias : *Obtusa, gurda*. Gloss. S. Bened. : *Gurdus*, ὀμβλός. [* Pro ὀμβλός leg. ἀμβλίς, ex Castigat. in utrumque Glossar.] Quintilianus lib. 1. Instit. cap. 5 : *Gurdos, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audivi.* Etiamnum Hispani et Vascones *Gordos*, vocant pingues et obesos, ut tradit Oyhenartus in Notitia Vasconiæ. [* Academ. Hispan. *Gurdo, stolidus, hardus.*] Regula Magistri cap. 50: *Duricordes vero et simplices fratres, vel qui litteras discere nolunt, et non possunt, ipsi Gurdis operibus intricentur.* Abbo lib. 1. de Obsid. Parisiensi vers. 424 :

Noxque falam Gurdis mandat custodibus ipsam.

Et infra lib. 2. vers. 525 :

... Ponunt animas cum sanguine Gurdi.

Ubi, ut et aliis locis, [** lib. 1. vers. 531.] *Gurdos, ineptos et stultos* interpretatur. Occurrit etiam in Notis Tyronis pag. 102. Robert. Gaguinus in Poem. vernaculo, *le passe-temps de l'oisiveté :*

Guerres et de Dieu le grand flaeil,
Et le maillet de sa Justice,
Qui est aux bons paix et conseil,
Et terreur au Gourt et au nice.

At contra vocem *Gourd* in bonam partem non semel usurpat Sangelasius in Viridario honoris.

* *Gordin*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1459. ex Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 7 : *Icellui Boyn commença à desmentir le suppliant et l'appeller villain Gordin.* Unde *Engordeli* vel *Engourdeli*, pro vulgari *Engourdi*, hebes, torpens, in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1 :

La pensée ont vers Diu si froide,
Qu'il sont Engordeli et roide
Plus que ne soit poil en fouarbe.

Ibidem infra, *Engourdeli*. Vide infra *Gurgus* 2.

GUREIC, Ephebiæ, vox Wallica, in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 13. Boxhornio in Lexico Cambrico, *Gwyryf*, est virgo, [*Gwec'h* Armoricis : quibus mulier dicitur *Gourec* vel *Gwrec*. Magna quidem vocum affinitas cum *Gureic*, at minor cum *Ephebis*.]

GURGA, ut mox *Gurges*, Italis *Gorgo*. Charta Friderici II. Imp. ann. 1229. apud Rocchum Pirrum tom. 2. Notitiæ Sicil. pag. 640 : *Et ducere.... conductum* (aquæ) *in alias terras in Gurgam suam propter fogiam magni fluminis Lentini, et piscarium ibi facere, etc. Gourtz*, in Consuet. Burbon. art. 162. *Gourgues de moulin*, in Consuetud. Burdegal. art. 112. Vide *Gordus*.

* **GURGERIA**, pro *Gorgeria*, Armatura, qua guttur tegitur. Locus est supra in *Genocclales*.

GURGES, Papiæ et Will. Britoni in Vocabul. *est locus verticulosus in flumine, altus et profundus, vorago, fossa, lacuna, barathrum :* sed proprie est locus in fluvio arctatus, seu ad construendum molendinum, seu ad capiendos pisces : *Gourgo*, Occitanis. Ovidius de arte amandi :

Quo minime credis Gurgite piscis erit.

Domesdei, in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 305 : *Ibi unum molendinum de* 13. *sol. et* 5. *den. prati acra una, pastura ad pecora villæ, de uno Gurgite* 32. *denar. etc.* Charta Henrici Reg. Franc. in Tabular. S. Maglorii Paris. : *Denique præcipimus inserere Gurgites piscales tres, primum ex his situm in confluentia Sequanæ et Maternæ, etc.* Charta Ludovici VII. Regis Franc. ann. 1147. pro Abbatia Barbellensi apud Sammarthanos : *Ut in Secana construant et ædificent sibi Gurgitem unum in idoneo loco... ad piscationem videlicet et molendinum.* Monasticum Angl. tom. 1. pag. 766 : *Decimam totius piscis et piscariæ de Gurgitibus, tam de retibus, vel ingeniis qualitercumque evenientem.* Charta ann. 1196 : *Quod nec a nobis, nec a quoquam mortalium in dictis Gurgitibus molendinum construatur.* Bracton. lib. 4. tract. 1. cap. 45. § 10 : *De stagno vel Gurgite levato, vel prostrato ad nocumentum injuriosum.* [Necrologium MS. B. Mariæ de Argentolio : *Xl. Kal. Martii Ricardus Episcopus Monachis B. Dionysii pro faciendo anniversario* x. *sol. ad pictantiam de Gurgite.* Ibidem ad calcem : *Idem Prior eodem die de Gurgite suo pitanciam dari Conventui stabilivit.*] Joan. Britto pag. 32 : *Puis soit enquis de Gors levez en euves communes, etc.* Adde pag. 158. v. Fletam lib. 4. cap. 27. § 4. cap. 28. § 8. præterea Walafridum Strabum de Vita S. Galli cap. 12. 28. Probat. Hist. Monmorenciac. pag. 407. Gull. Prynnæum in Libertatib. Angl. tom. 2. pag. 424. etc. Vide *Gordus*.

Gurgiculi nomine, Mare Mediterraneum appellare solebat Carolus M. ut auctor est Monachus Sangall. lib. 1. cap. 29.

Gurgus, in Tabulario Conchensi in Ruthenis Ch. 483. [in Chronico Farfensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 474. in Charta ann. 957. Marcæ Hisp. col. 875. Chronicon D. Gravinæ apud eumdem Murator. tom. 12. col. 708 : *Erat autem ibi prope quidam Gurgus aquarum profundus,*

Digitized by Google

ubi ex profunditate aqua nimium rutilabat.] Hinc Occitani molendinum *Engourgat* dicunt, quod aqua nimia laborat. *Engourgument de aigue*, in Consuetud. Solensi tit. 12. art. 1.

* GURGIS, Ostium, per quod rivus in fluvium influit, vel Locus, ubi in *Gurgitem* desinit. Charta ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 318 : *Exinde tenendo matrem antiquam dicti rivi Dandaut, usque ad Gurgim ejusdem rivi.* Vide *Gula fluvii* supra in *Gula* 3. et mox *Gurgitum* 2.

GURGITOSA MARISCI PLANITIES, apud Lambertum Ardensem pag. 11.

¶ 1. GURGITUM, Locus fluminis, ubi Gurges, in Consuetudine Tolosana Rubr. de terminis Villæ Tolosæ.

* Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 186. v° : *Gurgita aquarum xxv. sol. duæ sedes ad molendinum foulerez.*

* 2. GURGITUM, Canalis, per quem aqua decurrit. Charta Phil. Pulc. ann. 1313. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 424. r°. col. 1 : *Nec teneantur ad refectionem seu reparationem conductuum seu meatuum dicti fontis aut locorum, in quibus ipse fons oritur, et rivulus ipsius egreditur per diversa Gurgita in abbatia prædicta.* Vide supra *Gurgis*.

¶ GURGITATUS, Ingurgitatus. Vita B. Caroli Comitis Flandriæ, tom. 1. Martii pag. 180 : *Tantum panis insumpsit epulator... atque sic per insolentiam est Gurgitatus.*

GURGO. Poeta laudatus ab Aldhelmo Abbate Malmesburiensi in Epist. ad Eahfridum :

Digna fiat fante glinglio Gurgo fugax fambulo,
Neu timeat scriptor terreutis ludicra linguæ.

Ubi Usserius Armachanus monet in MSS. apponi hanc Glossam : *Fugax Gurgo, id est, virgo impetrante noverca de matrimonio exposita, inter feras enutrita, ferarum consuetudinibus assuescens, quæ alio nomine Juturna. Fante glinglio, id est, rogante fratre, vel alio quolibet amico, ut digna fieret illa fugax fambulo, id est, reversione, vel fine laboris.*

* GURGUINA, Cella minor. Charta ann. 1304. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 49. col. 2 : *In hospicio vero prædicto est quædam aula longa, in cujus capite est una camera, cum sua privata camera; et in alio capite est Gurguina quædam.* Vide mox *Gurgustium* 1.

¶ GURGULIO, οἰκήματιον βραχύ, *Casula*, Parva domus, in Supplemento Antiquarii. [* Gloss. Gr. Lat. et Lat. Gr. : Οἰκημάτιον, *cellula.* Οἰκημάτιον βραχύ, *Gurgulio.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Gargeton, Gurgulio.*] Vide *Gurgustium* 1. Varroni aliisque est pars colli, qua spiritus commeat. Lactant. de Opificio cap. 11 : *Spiritus contra, qui est incorporalis ac tenuis, qui spatium sibi facere non poterat, accepit viam fatalem, quæ vocatur Gurgulio. Is constat ex ossibus flexuosis ac mollibus quasi ex annulis in catenæ modum compactis et cohærentibus, patetque semper hinc transitus.* Papiæ MS. Bituric. : *Bronchum, guttur, quem Gurgulionem dicimus, id est eminentior pars gutturis.*

¶ GURGULIONES, sic dicti Burgundiones in Historia Luitprandi apud Murator. tom. 2. pag. 450. col. 2. *vel quod ob superbiam toto gutture loquantur, vel, quod verius est, quod edacitati, quæ per gulam exercetur, nimis indulgeant.*

GURGUNEO. *Glutio.* Papias.

GURGUR, *Celer.* Papias MS. Editus habet *Gurgus*, [a Græco γεργός, Velox.]

¶ 1. GURGUS. Vide in *Gurges* et *Gurgur.*

* 2. GURGUS, *Inepto, e stolo, e ingordo.* Glossar. Lat. Ital. MS. Vide supra *Gurdus.*

* GURGUSTIO, *Genus retis*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679. Vide mox *Gurgustium* 1.

1. GURGUSTIUM. Papias : *Gurgustium, Casa brevis, ubi pisces nutriuntur. Gurgutium, cella modica, domus pauperis.* [Idem Papias : *Gurgustia, Loca tabernarum tenebrosa, ubi convivia turpia fiunt.* Servio, *Gurgustium* etiam est obscura et latens taberna. Hinc Gallicum *Gargotte*, Cauponula, tabernula : *Gurgustiolum, Antrum secretum, angustum*, apud Papiam laudatum. Voces sunt Ciceroni et Apuleio notæ, dubiæ tamen Latinitatis. A *Gurgulione* seu *Curculione*, Verme, dictum est *Gurgustium.* Vide Festum.] Job. cap. 40 : *Nunquid implebis sagenas pelle ejus, et Gurgustium piscium capite ejus.* Thwroczius in Carolo Rege Hungar. cap. 97 : *Sed erant omnino sicut pisces in Gurgustio, vel in reti comprehensi.*

* Gloss. Bibl. MSS. ex Bibl. reg. : *Gurgustium, vas est vimineum, in quo pisces reservantur; sic et rete piscatorium nuncupatur. Item, locus tabernarum tenebrosus, ubi convivia turpia fiunt, cella modica, vel domus pauperis.* Tabul. Pontisar. : *Dedit Ludovicus puer monachis SS. Germani et Martini unam aquæ arcam ad Gurgustium piscium faciendum.* Ubi idem quod *Gurges.*

¶ 2. GURGUSTIUM, *Guttur*, apud Papiam.

* Nostris *Guterel* et *Goitron.* Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 208 : *Icellui Pierre .... print ledit Thomassin son filz par la gorge et par le visaige, et d'un coustel ... le fery deux cops en la gorge ou Goitron.* Aliæ ann. 1414. in Reg. 167. ch. 427 : *Guillaume Daumelle avoit navré icellui Simonnet en la gorge ou Guterel.* Bestiar. MS. ubi de Vulpe :

Puis qu'il les tient en son Goitron,
Tous les dévore chis larron.

* 3. GURGUSTIUM, Gurges, locus in fluvio arctatus ad capiendos pisces. Charta ann. 1362. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 72. col. 2 : *Insulam Ostinhusen ... dimisimus cum omni jurisdictione et jure temporali in agris, pratis, pascuis, ac sua parte Gurgustii.* Ubi in aliis Chartis eadem de re ibid. pagg. 62. 63. et 64. legitur *Piscaria.* Neque aliter intelligendus videtur Thwroczius ad *Gurgustium* 1. laudatus.

* GURGUSTRIUM, pro *Gurgustium*, Retis seu vasis piscatorii genus. Charta ann. 1279. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 641 : *Cives vero nequaquam aliter, nisi cum hamis et Gurgustriis, in eodem fluvio piscabuntur.* Vide supra *Gurgustium* 1.

** GURNA, Urna, concha ; mensura quædam. Vide Glossar. med. Græcit. voce Γοῦρνα, col. 262. et Append. pag. 51. Chart. Roger. Reg. Sicil. apud Rocchum Pirrhum pag. 96 : *Donamus quoque causa condimenti mensæ monachorum in territorio Phari a salina Gurnus sive cassectas* 50.

¶ GURNADUS. Vide *Gornus.*

* GURPICIO, GURPIRE, GURPISSIRE. Vide supra in *Guerpire.*

GURPIMENTUM, GURPIRE, etc. Vide *Guerpire.*

¶ GURULA, *Nutrix, comportatrix*, in Glossis MSS. Sangerman. num. 501. Lege et vide *Gerula.*

GURUM, vel GIRUM, Pulvis molendini, apud Matthæum Silvaticum.

* GURRA, Viminis species, Ital. *Gorra.* Stat. Montis-reg. pag. 229 : *Idem intelligatur de ruvore, quercu, cerro, ... Gurris et salicibus etc.* Stat. Astæ ubi de Intr. portar. : *De salixetis et sarmentis nihil solvatur, etiam de Gurris, tinis et carrariis veteribus nihil solvatur.* Vide supra *Gorra* 2.

* GUSCARTA, in novo Tract. de Re diplom. tom. 1. pag. 305. perperam pro *Geiscarta.* Vide supra in hac voce.

* GUSPIRE. Vide supra in *Guerpire.*

1. GUSSA, GOZA, GUZIA, Machinæ bellicæ species. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 83 : *Nemo præsumat.... castrum contra Principem ædificare, nec fortitudinem tenere obsessam, nec debellare cum ingeniis, quod rustici dicunt fundibula, et Gosa, et gata, quod magnum dedecus erit Potestatibus.* Charta Jacobi I. Regis in Constitutionibus Catalaniæ MSS. : *Statuimus, quod nullus portet fundibulum, Guziam, vel gattam, aut aliquid aliud ingenium contra aliquem, sine speciali nostro mandato, nec trahat cum eis, nisi de hoc habeat a nobis... privilegium speciale.* Edictum Nunonis Sancii D. Rossilionis de Treuga tenenda ann. 1217 : *Statuimus... quod nullus expugnet aliquod castrum, vel aliquam munitionem cum Gussa, vel perrerio, vel manganello, vel cum alio genere lignorum.* Ita porro appellata fortean hæc machina, quod canis formam referret : nam Occitanis *Goussas*, canis species est, *Chien matin, Clabaud.* [* Vide supra *Gossus.*]

¶ 2. GUSSA, Putamen. Ital. *Guscio*, Gall. *Coquille, Coque.* Memoriale Potestatum Regiens. ad ann. 1271. apud Murator. tom. 8. col. 1133 : *Et* XX. *castanea cum Gussis* (vendebantur) 1. *rexanum, et* XIV. *amigdalæ* 1. *rexanum.*

GUST. Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 10. § 2 : *Secundum antiquam consuetudinem dici poterit de familia alicujus, qui hospitatus fuerit cum alio per* 3. *noctes : quia prima nocte dici poterit Uncuth, secunda vero Gust, tertia vero Hoghenehyne.* [** *Gast*, hospes.]

GUSTALDUS. Vide *Gastaldus.*

¶ GUSTANTER, Grato animo, in Actis SS. Aprilis tom. 3. pag. 111.

* GUSTARE, Idem quod *Pastus, procuratio* seu convivium ; maxime vero illud quo vassali dominum excipere ex jure vel ex consuetudine tenebantur. Placit. ann. 785. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 745 : *Et per singulos annus Gustare eorum dava in ipsa casa basilica sancti Petri, ubi ipse Dammianus residebat .... Quantum ipsi Dammianus ad manus sua abuet, et ipso Gustaren per singulos annos, unde vos dicitis, sua voluntate dava.*

Digitized by Google

* **GUSTARIS**, Eodem intellectu, in Placit. ann. 853. ibid. tom. 3. col. 168 : *De secundo in secundo anno eis et sacerdotes seu clerum suum quarta feria post Pascha Domini Gustarem unum ibi facere et dare debuisset cum Vallerino presbiter, quomodo antea consuetudo fuerat de ipsa ecclesia faciendi.*

GUSTATOR Degitus, qui Græcis λιχανός. S. Hieronymus in cap. 40. Esaiæ : *Parvo digito, quem vulgo Gustatorem vocant.*

GUSTRUM, Vasis species. Zyxillanes Episc. Toletanus Hymno de S. Thyrso, a Bivario, ex Breviario Musarabum editus :

Gustrum perniciter adfore præcipit
Plenum lympha, caput martyris suffocat.

In Actis, est *lebes, vas, tinna.* [Papias MS. Bituric. : *Gutrum, Genus vasis, vel ampullæ, quo unguenta servantur.* Editus habet *Guttum.*] Gloss. Lat. Græc. : *Cupillum*, γευςρίδιον. Ubi *cupillum* idem valet ac *cupella.* Vide in *Cupa* 2.

1. **GUSTUM**, Cupediæ. Utitur Apitius lib. 4. de Re culin. cap. 5. Adde Fragmentum Petronii pag. 74. et quæ notamus in Descript. CP. ubi de Augustæo.

¶ Gustum, Cenula, Gall. *Collation.* Mabill. tom. 1. Annal Benedict. pag 704. col. 2. ex MS. Casinensi : *Cum autem liberi a vindemia fuerint, statim ad nonam horam reficiunt, et post vesperas Gustum manducant, et bibunt iterum.*

* 2. **GUSTUM**, ut *Gustare.* Charta Joan. dom. Castrivil. ann. 1279. in Chartul. Cluniac. ch. 307 : *Serviens noster .... cum quinque servientibus habet .... semel in anno in prædicto prioratu de Blanzeto in sero suum convivium atque Gastum.* Nisi sit pro *Gistum.* Vide supra in hac voce. *Goustement*, Cibus, in Vit. SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 29. r°. col. 2 : *Je porte le Goustement as freres, etc.*

* **GUSTUM** Facere, Prægustare, Gall. *Faire l'essai.* Leg. Palat. Jacobi II. reg. Majoric. infer Acta SS. tom. 3. Jun. pag. x. col. 2 : *Deinde ipse idem majordomus sive magister hospitii de eisdem cibariis Gustum ibidem facere non omittat.* Nostris alias *Gueusson*, pro Gustus, sapor. Charta ann. 1366. ex Tabul. S. Joan. Laudun. : *Disoit qu'il l'avoit mis* (le vin) *d'une part pour euls en une tine et une tinette, tant blanc comme rouge, qu'il monstroit; et que dès lors il l'avoit offert à dant Oudart qu'il volsist essaier dou vin, lequel il offroit; et que s'il n'estoit de tele Gueusson, comme il devoit estre, si estoit il, si comme il disoit, prest de l'amender.*

* **GUTA**, Gutatus. Vide infra in *Gutta* 1. et 6.

GUTI, Gothi, et Gotti, vel *Goti*, quibusdam *Jutæ* et *Jutones*, Romanis *Getæ*, Anglo-Saxonibus geatas, a priseo Gothico *jæt*, quod gigantem significat. Ita autem appellatus potissimum unus de tribus populis illis primariis, qui relictis in Germania sedibus, in Angliam transiere, et ibi sedes fixere, ut Beda refert, cujus Interpres Saxonicus, pro *Jutas*, geatum, id est, *Getas* vertit. Inde illud in Legibus Edw. Confess. cap. 35. tit. de His, qui cohabitare debent in Britannia : *Guti vero similiter cum veniunt, suscipi debent et protegi in regno isto, sicut conjurati fratres, sicut proquinqui, et proprii cives regni.* Plura de *Gutiis*, et *Jutis*, vide apud Camdenum, Spelmannum et Cluverium lib. 3. Germ. antiq. nam hæc Glossarii consilium excedunt, cum ad rem Geographicam spectent.

¶ **GUTILLIOCÆ**, Κάρυα μακρά, in Glossis Lat. Gr. [* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. leg. *Gulliocæ.*]

* 1. **GUTOSUS**, Hydropicus. Append. ad vit. S. Ludov. reg. tom. 5. Aug. pag. 569. col. 2 : *Juvencula quædam .... de parochia de Asneriis, quæ, ut asserebat, a longo tempore Gutosa erat, ad altare sancti miserabiliter influta accessit, etc.* Vide *Gutta* 4.

* 2. **GUTOSUS**, Articulari morbo laborans, Gall. *Goutteux.* Charta ann. 1384. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 79. col. 1 : *Dictus vero custos sigilli se excusavit, dicens non posse ad dictam villam accedere, cum sit impotens et Gutosus suæ personæ, etc.* Vide *Gutta* 3.

* 3. **GUTOSUS**, Imbre imbutus, in Stat. capit. Nem. ann. 1394. ibid. pag. 138. col. 1 : *Et si in episcopatu aliquando tripudiatum fuerit, hoc erat propter necessitatem, quando solum ecclesiæ erat Gutosum, quod contingit quando sunt magnæ pluviæ.* Vide *Gutta* 1.

* **GUTREMA**, Gutturis morbus, angina, Gall. *Esquinancie.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Squilantier, Prov. Gutrema.*

* **GUTROSUS**, *Cuti infermo*, in Glossar. Lat. Ital. MS. pro *Gutosus.* Vide supra in hac voce num. 1.

¶ **GUTRUM**. Vide *Gustrum.*

1. **GUTTA**, Idem videtur quod *Gota*, de qua voce supra, et *Gutera*, Canalis, rivus. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 22 : *Terminat de una parte currente Gutta, alia via publica, etc.* Fol. 29 : *Sant ii fines dis lo perron, usque ad Guttam, quæ dividit villam Defensum dictam, et silvam, etc.* Fol. 42 : *Qui terminat de una parte Gutta mortua, etc.* Fol. 62 : *De una parte terra S. Vincentii, de alia Liger fluvius, de altera Gutta decurrit.* Tabular. Monasterii S. Andreæ Viennensis : *In alio fronte, Gutta percurrente, qui ad æstum siccat, etc.* Infra, *Gutta sicca* dicitur. Occurrit etiam crebrius in Tabulario Conchensis Abbat. in Ruthenis.

* Charta ann. 1310. in Reg. 46. Chartoph. reg. ch. 44 : *Ex alia parte dicti pontis S. Johannis sicut Guta ascendit, ... et prout exinde protenditur ad quemdam lapidem rotundum, qui est quasi in capite dictæ Gutæ inter rivos de Laverneda, ... et inde prout descendit fundus Gutæ, quæ est inter curtile de Chaselas et curtile de Loyseret.* Alia ann. 1319. in Reg. 61. ch. 428 : *Et exinde sicut Gutta de fossa ascendit ad cenderium de Vallieras.* Vide *Guttarium.*

☞ In tractu Dumbensi, et fortassis etiam in aliis, per *Guttas* sæpius intelliguntur illi canales et alvei, quibus aqua fluvialis in vicinos fundos derivatur. Qui in iis locis, in quibus hujusmodi canales effodiuntur, jurisdictionem integram habent domini, ii piscationis jure potiuntur. Charta Thossiaci ann. 1451 : *Debet* 5. *sol. Vienn. pro licentia ei data de construendo in suo prato vocato la Goille quamdam Guttam piscatoriam.*

Guta, Eadem notione. Tabularium Eccl. Cadurcensis : *Cum ipsa terra, quæ tenet in ipso loco, quæ tenet in illa Guta.* Charta Froterii Episcopi, ibidem : *Et per illo termine... et descendit per mediam cumbam, usque in illa Guta, quæ dicitur Boina.*

Guttula, Rivulus. Tabularium Monast. S. Andreæ Viennensis : *In alio fronte terra ipso quintillone, et Guttula, quæ ad æstum siccat.* Tabularium Brivatense Ch. 15 : *De duobus vero lateribus vineas S. Juliani, ex quarto vero latere Guttulam decurrentem, etc.* Alibi : *De subteriori vero latere est Gutula decurrens, de superiore vero latere strata publica.*

2. **GUTTA**, Italis *Gotta*, Hispanis *Gota*, Catarrhus, fluxio, quod *guttatim* fiat, inquit Berevicius lib. de Idea Medicinæ antiquor. nescio an vere. Domnizo lib. 2. de Vita Mathildis cap. 21 :

Frigore percussa, doluit nimis illico Gutta.

Vita S. Anselmi Episc. Lucensis n. 57 : *Die quadam cito superveniens Gutta, ita ut unius oculi lumen sanguine cooperiret.* Num. 58 : *Gutta, quam dicunt fistulam, generante, putredo quædam assidue stillabat.* Num. 39. et 42 : *Gutta paralytica, Gutta, quam Paralysim vocant. Hydropisis,* apud Tortarium Floriacensem :

Gutta fugit ventris, restinguitur hic sacer ignis.

Magister Ægidius Corboliensis de Urinis :

Innoitur Gutta regnare per alba minuta.

Ubi vide Gentilem de Fulgineo. Ebrardus in Græcismo cap. 10 :

Est pluviæ gutta : sed sit situlæ tibi stilla :
Dicitur esse sene passio Gutta fore.

Vide Albertum M. lib. 23. de Animalib. cap. 18. [** et Grimm. Mythol. German. pag. 673.]

Gutta Cadiva, Caduca, Ἐπίλεψις. Glossæ Biblicæ MSS. : *Epilenthici dicuntur, qui Guttam habent Cadivam.* [Robertus de Tumbalenia in Epistola ad Monachos S. Michaelis de Monte apud Mabill. tom. 5. Annal. Benedict. pag. 659. col. 1 : *Hugo vocatus frater quidam... subito illa molestia arripitur, quam Medici Epilepsiam vocabulo Græco dicunt, vel Sacrum morbum, eo quod sacras hominis partes, ut est caput, et mentem occupet; nos vero vulgariter Guttam Caducam, ex eo quod cadere faciat, vocamus.*] Vita MS. Caroli M. jussu Friderici Imp. exarata lib. 2. cap. 22 : *Sed quod magis dolendum erat, intrinsecus epatica passio, imo ebitudo animi, Caduca Gutta, et cotidiana vecordia ipsum desipere faciebant.* [Vita S. Raynerii, tom. 2. Junii pag. 442 : *Hæc sub occasione Caducæ Guttæ, biennio ante adventum almi Raynerii ad nos a dæmonio fuerat vexata.*]

* *Goute félonnesse* appellatur in Lit. remiss. ann. 1366. ex Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 676 : *Icellui Thomas ala de vie à trepassement par une maladie, si comme l'en dit, de quoy il estoit malade par plusieurs fois, appellée Goute félonnesse.* Aliæ ann. 1425. in Reg. 173 ch. 311 : *Icellui jeune enfant estoit entachié d'une maladie d'avertin de teste, nommée Goute, dont il cheoit voulentiers par intervalles.*

Digitized by Google

¶ Gutta Ciata, Gallis *Goutte Sciatique*, Ischiadicus dolor, in Miraculis B. Edmundi Archiep. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1895.

* Gutta Estranguria. Vide supra *Estranguria.*

¶ Gutta Fantilia. *Filiam habebat parvulam... habentem Guttam Fantiliam*, in Actis SS. Junii tom. 3. pag. 452. ubi *Fantilia* forte pro *Infantilis*, et *Gutta Fantilia* pro *Variolæ.*

Gutta Malogranata, Hemicraniæ species, quam Galli vocant *Pome grenade.* Occitanis, *Mielgrano.* Steph. Julianus in Vita B. Coletæ n. 234 : *Affligebatur... specialiter passione Guttæ Malogranatæ, taliter quod vi doloris efficiebatur quasi furibunda.* Ditmarus lib. 4. pag. 50 : *Cui in capite suo multum nocuit migranea, quæ duplex : aut ex Gutta, aut ex vermibus.* [* Morbi, non fructus, genus est, vulgo *Migraine*, Hemicrania.]

* Gutta Palestina, f. pro *Paralytica*, ut notant docti Editores ad Append. vitæ S. Ludov. reg. Franc. tom. 5. Aug. pag. 569. col. 2.

¶ Gutta Rosacea, Medicis, Rubedo in facie.

¶ Gutta Salsa. Vitus Cortonensis in Vita B. Humilianæ, tom. 4. Maii pag. 397 : *Sicut autem recessisti a me, nunquam illi et lateris dolorem sensi... Infirmitas illa vulgo Pupici vocabatur, alio item vocabulo Ignis volatilis, alio modo Gutta Salsa nominatur.*

¶ Gutta Serena, Medicis nostris *Goutte Sereine*, Cæcitas, licet nullum in oculis vitium appareat præterquam in pupilla, quæ tum latior apparet et obscurior. Miracula S. Mariæ Magd. de Pazzis, tom. 6. Maii pag. 322 : *Ob Guttam Serenam, quam biennium passa fuerat in oculo dextro, videndi facultatem amiserat.*

3. **Gutta**, et Guta, Gallis *la Goutte*, Podagra, [Arthritis quælibet,] in Vita Innocent. VI. PP. apud Bosquetum pag. 139. Chronicon Cæsauriense : *Illa infirmitate, quæ Gutta appellatur, graviter fuerat occupatus.* Radulfus in Vita S. Richardi Episcopi Cicestrensis num. 86 : *Cum Gutta, quam Podagram vel Artreticam vocant, frequenter vexaretur, etc.* Pseudo-Ovidius lib. 2. de Vetula :

Tussiat æternum, juncturas Gutta fatiget.

Ptolemæus Lucensis ann. 1284 : *Defectum patiebatur in manibus et pedibus propter Guttas, ita quod vix celebrabat.* [Occurrit in Hist. Mediani Monast. pag. 275. in Fragmentis Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 624. col. 2. in Miraculis B. Simonis, tom. 2. April. pag. 823. in Vita B. Hugonis de Lacerta, apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 1186. et alibi.]

¶ 4. **Gutta**, Hydropisis. Hartmannus in Vita S. Wiboradæ Virg. sæc. 5. Benedict. pag. 60 : *Ægritudinis, inquit*, (Eggehardus vel Ekkehardus) *incommoditatem Gutta infestante, et totum corpus meum contrahente, etc.* Hydropisin intelligendam esse patet ex Hepidanno, qui de eodem morbo disserens ibid. pag. 62. ait : *Ekkehardus... cum quodam tempore Hydrope ad extrema deductus esset, etc.*

5. **Gutta**, [Stillicidium, Gall. *Goutte, Gouttiere.* Chirographum Remboldi in Tabulario S. Clodoaldi : *Et si prædictus Remboldus domus pinnaculum auferre voluerit, vel heres ipsius, usque ad pannam Guttæ auferre licebit.*] Charta Philippi Aug. ann. 1220. in Hist. Monmorenciaca pag. 85 : *Facit unam domum si voluerit, nomine suo absque forteritia in insula de Chastelles supra Sequanam, ejusdem altitudinis, cujus sunt aliæ domus in eadem insula : ita videlicet quod parietes Guttæ, altitudinem aliorum parietum ejusdem insulæ non excedant.*

6. **Gutta**, Macula. Auctor Mamotrecti ad cap. 36. Gen. : *Polymitus, vestis ex variis coloribus et Guttis, a polis, quod est pluralitas, et mitos, quod est Gutta.* Infra : *Mitos, Guttam sonat.... calamita est rana, quæ moratur in cannis, varias habens Guttas.* Idem ad 35. Exod. : *Polymitarius, qui operatur polymito, id est, vario opere et Guttato.* Ita *Guttatus*, color est in equis, guttis distinctus. [Hac notione Ovidius :

Nigraque cæruleis variari corpora Guttis.]

* Memor. Dadon. ad ann. 893. inter Probat. Hist. Virdun. pag. 1. col. 2. [** Pertz Script. tom. 4. pag. 37. lin. 41.] : *Berhardus dedit ad ipsum altare unum sacerdotale vestimentum auro ornatum, planetam scilicet, id est ex dirotano cum Guttis, etc.* Maxime vero dicitur de maculis, quæ lacrymas effingunt. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1335. in Reg. I. Chartoph. reg. ch. 7 : *Item una casula, una dalmatica et una tunica de camoscato nigro gutato Gutis albis pro officio defunctorum.* Aliud Gall. ex Bibl. reg. : *Un chasuble, tunique et dalmatique de camocaz noir, goutté de Goutes blanches pour l'office des mors.* Vide *Gouttæ.*

Bona Gutta. Vide *Calamita.*

¶ 7. **Gutta**, Species aromatica, Psal. 44. 9. Eccli. 24. 21. et in rythmica Descriptione Veronæ apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 1095.

* Gutta Alba, Sebum, ut videtur, Gall. *Suif.* Constit. civit. Tull. ann. 1297. in Reg. A. Chartoph. reg. ch. 1 : *Quiconques seroit trouvez..... dedans la ville cusant char de murie, paieroit cinq sols : mais la doient cure aux champs et desous vent, sus la poinne dessusdite; et la blanche Goute puet en faire dedans la ville.*

Gutta Mera, Gall. *Mere goute.* Charta ann. 1208. ex Tabul. Fossatensi f. 29 : *Annuatim unum duplarium vini sine fusto de Mera Gutta ad mensuram Parisiensem persolvent.* Alia ann. 1212. fol. 31 : *Et tempore vindemiarum nomine censum in cuva et de Mera Gutta... persolvent.*

¶ Gutta Pura, Eadem notione. Charta Adami Abb. S. Faronis ann. 1313. inter Instrum. Histor. Meldensis pag. 200 : *Tenebitur perpetuo reddere Conventui supradicto centum viginti et duodecim modios vini de Pura Gutta ad mensuram Meldensium.*

¶ Gutta Prima, Aqua ex qua fit sapo. Vide *Capitellum* 2.

¶ **Guttare**, Στάζειν, Stillare, Gall. *Goutter*, in Glossis Sangerm. Joh. de Janua : *Guttare, Guttatim cadere vel fundere, vel guttis perfundere.*

Guttarium, Guttatorium, Rivulus, canalis, stillicidium. Angl. *a gutter. Gouttiere*, in Consuet. Britann. art. 712. Ugutio : *Aqualitium, Guttarium.* Alibi : *Impluvium, i. lavatorium, Guttatorium.* Will. Britto in Vocabul. : *Aquæductus... Guttatorium, per quod aqua elicitur, vel foras educitur.*

Guttera, Eadem notione. Charta Henrici I. Regis Angl. in Tabulario Fiscanensi f. 5 : *Et de eadem cruce usque Fingerlin, ubi quædam Guttera est, quæ vadit per mediam villam.* Chronicon Abbat. Burthonensis in Anglia : *Inceptum fuit pavimentum Altæ villæ, diruto causeto, ponendo Gutteram in medio.* Adde Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 815. et Willelm. Thorn. ann. 1281.

Gutura, Eadem notione habetur in Libro Anglico *Justice of peace*, fol. 80. v. Incertum, inquit Somnerus, an a Saxonico geotan, sive ageotan, fundere, effundere, an a Latino *Gutta*, quod guttatim aquam accipiat ac reddat, unde *Guttare*, pro *stillare.* Vide *Landea.*

Guttatus, Guttis diversi coloris inspersus. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Venat. cap. 20. de Gyrofalconibus : *Quidam eorum non sunt Guttati super dorsum et caudam, et quidam sunt Guttati super dorsum et caudam, quidam plus, quidam minus.* [Martialis lib. 3. Epigr. 58. eadem notione dixit :

Et picta Perdix, Numicidæque Guttatæ.

Palladius quoque inter colores *Guttatum* refert ut non minimum.] Vide *Gutta* 5.

¶ 1. **Gutteria**, Stillicidium, Gallice *Gouttiere.* Charta ann. 1258. ex Archivo Veteris-villæ : *Concessi Monachis de Veterivilla, quod aqua descendens de domo ipsorum per Gutteriam communem, sitam super murum communem inter domum meam et domum ipsorum de drapperia Dinanni, cadat in terra mea retro domos supradictas.* Vide *Guttarium.*

2. **Gutteria**, Vitium, seu morbus gutturis ex male olentium aquarum potu contractus, βρογχοκήλη Græcis, *Goitrie* Gallis. Vita S. Gudilæ Virg. n. 23 : *Omnesque descensuri ex eorum germine, plectantur nævo istiusmodi pœnæ, ut uterque sexus lapsante poplite jugiter claudicet, super hæc vero femineum Gutteria obscænet.* Eadem habet Baldricus in Chronico Camerac. lib. 1. cap. 16. Anso in Vita S. Ursmari Lobiensis cap. 8 : *Nata est infirmitas in collo ejus sæva nimis, quæ vulgo dicitur Grutteria.* Rectius Ratherius cap. 5 : *Quæ Gutteria dicitur sermone Gallico.*

Gutturosus, in leg. 12. § 1. D. de Ædilit. Edict. (21, 1.) Vetus Interpr. Juv. Sat. 13 : *Tanquam si in Alpibus homines Gutturosos admireris, ubi tales sunt plurimi, nam lata et inflata colla habent.* Miracula S. Thomæ Aquin. : *Puella a nativitate Gutturosa, quia tres gavanos habuit.* Occurrit etiam apud Durandum lib. 7. Ration. cap. 19. n. 3. Alias *Gutturosus*, est λαίμαργος, in Gloss. Lat. Gr.

* *Gormé* nostris. Vitæ Patrum MSS. :

Dieu amés et Dieu reclamés,
Qui si bele vous a fourmée,
Se fuissés bochue ou Gormée,
Espoir preude femme fuissiés.

Gutturna, et Gutturnia etiam dicitur idem morbus. Gloss. Isidor. : *Gutturnia*,

Digitized by Google

gutturis inflatio. Ugutio : *Gutturna, infirmitas gutturis, quæ solet inflatione gulæ evenire, unde Gutturnosus, illam habens infirmitatem.*

GUTTURNOSUS, Idem qui *Gutturosus.* Hincmarus in Vita S. Remigii : *Omnes, qui hoc egerunt, et de eorum germine nati fuerint, viri ponderosi fiant, et feminæ Gutturnosæ etc.* Gervasius Tilleberiensis MS. lib. 3. de Otiis Imperial. : *Est in Provincia Ebredunensi, quæ pars est regni Arelatensis, castrum de Bartes : in eo territorio fons scaturit, ex cujus aquæ potu ac lavacro curantur Gutturnosi.* Vita MS. Caroli M. jussu Friderici Imper. exarata lib. 2. cap. 23 : *Febricitantes vero absque nomine et numero : caduci* 65. *Gutturnosi plures, etc.* Inde etiam

GUTTURNOSITAS, in eadem Vita S. Gudilæ, et apud Guill. de Thoco in Vita S. Thomæ Aquin. n. 96 : *Cum haberet filiam Gutturnosam, et ipsam propter strumam gutturis maritare non posset.*

¶ GUTTONARIUS EQUUS, Vegetio Art. Veter. lib. 1. cap. 56. et lib. 4. cap. 6. Idem qui Trepidarius seu Tolutarius, *guttatim* seu minutim incedens, Gall. *Cheval qui va l'amble.*

* Vide Salmas. in Hist. Aug. pagg. 245. et 246. ubi *Trepidarios* a *Tolutariis* distinguit; hi quippe iidem qui *Colatorii : Trepidarii* vero sunt *Guttonarii.* Hæc ex animadv. D. *Falconet.*

* GUTTURUOSUS, Morbo gutturis laborans, idem quod *Gutturnosus*, quomodo etiam forte legendum est. Vide in *Gutteria* 2. nostris *Gohatereau.* Joan *de Trokelowe* Annal. Edwardi II. reg. Angl. pag. 35 : *Morbus enim dissentericus, ex corruptis cibis conceptus, fere omnes maculavit : quem sequebatur acuta febris, vel pestis Gutturuosa.* Lit. remiss. ann. 1410. in Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 235 : *Lesquelx compaignons changerent icelles jumens à treize pourceaux Gohatereaux.*

* GUTUM, *Uno unguento.* Glossar. Lat. Ital. MS.

* GUTURNIUM, *Lo vaso de aqua forato in fundo*, ibid.

¶ GUTTOSUS, Arthriticus, habens dolores articulorum, Gallice *Goutteux.* Miracula B. Henrici Baucenens. tom. 2. Junii pag. 382 : *Alexander... Guttosus in schinali et in schina, non poterat se curvare ante et retro.* Et pag. 383 : *In caviglis Guttosa similiter, ita quod non bene firmiter ambulabat.* Occurrit rursum in Vita B. Giraldi de Salis, apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 1008. Vide *Gutta* 3.

¶ GUTTUM. Vide *Gustrum.*

¶ GUTTUR POSTERIUS, Anus podex. Miracula B. Aloysii tom. 4. Junii pag. 1106 : *Natus fuerat filiolus sine Gutture Posteriore ad excernendum.*

¶ GUTTURNA, GUTTURNIA. Vide *Gutteria*, 2.

¶ GUTURA, Rivulus, etc. Vide in *Guttarium.*

GUVA, seu GUNA, ut præfert Codex MS. et Editio Veneta, Papiæ est *Vas vitreum, quod a Latinis a similitudine cucurbitæ Ventosa vocatur, quæ animata spiritu per igniculum in superficiem trahit sanguinem.* Eadem pæne Ugutio, qui *Gina*, et *Ginia* scripsit, ut et Papias editus *Guna*, et Joan. de Janua, *Guna et Guina.* Atque ii ex Isidoro lib. 4. cap. 11. ubi de Instrumentis Medicorum : *Angistrum, spatomele, Guna, quæ a Latinis; a similitudine cucurbitæ a suspirio dicitur Ventosa.* Ita editi : at MSS. auctore Vossio, *Guva* et *Guvia*, præferunt : ex quibus licet emendare ejusdem Isidori Glossas : *Guna, ventuosa.* Legendum enim : *Guva, ventosa.* De vocis origine legendus Vossius. Vide *Ventosa.*

GUVERNERIUS, Rector gubernator, Gall. *Gouverneur.* Metellus in Quirinalibus pag. 136 :

> Viderat hunc Dapifer probus,
> Guvernerius loci sacri.

¶ GUVETTA. Vide *Guvus.*

GUVIA. Isid. lib. 19. cap. 19. de Instrumentis lignariis : *Cauterium, Gallis Guvia.* Etiam hodie *Gouge*, quoddam instrumentum ferreum, quo utuntur fabri lignarii, appellatur. [Vide *Guva.*]

GUVIO, Gobio, piscis, qui nostris *Goujon*, apud Silvestrum Giraldum in Topographia Hiberniæ dist. 1. cap. 7.

GUVUS, et GUVETTA, Bubo, Italis *Guvo*, *Guffo.* Apud Petrum Crescentium lib. 10. de Agricult. cap. 16 : *Gimus et Gimetta... sunt animalia nocturna potius quam diurna, quia eorum oculi de nocte vident melius quam de die.* Ubi legendum *Guvus*, et *Guvetta*, quomodo legit vetus Interpres Gallicus *la Guve et la Guvette*, nostris *Chouette.* Ita etiam emendandus idem Crescentius cap. 28. ex eodem Interprete, quo loco perperam editum *Gimecta*, pro *Guvetta.*

* GUYCHETUS, Ostiolum, portula, Gall. *Guichet.* Regula Fontis-Ebraldi cap. 28 : *Nulla alia ab officiariis sic distinctis præsumat seras tangere ad aperiendum vel claudendum, vel Guychetum, vel locutorium.* Vide supra *Guichetus.*

GUYSA, Forma, modus, ex Gallico *Guyse.* Knyghton ann. 1388 : *In habitu et apparatu et diversis Guysis, etc. Gysa*, pro *Guisa* infra mox habetur. De vocis etymo, vide VV. CC. Ægidium Menagium in Origin. Gallic. et Oct. Ferrarium in Origin. Ital. qui ex *vice* deducit; *ad vicem*, quod nostri *à guise* dicunt. [Forte melius a Britannico *Ghis* pro *Kis*, Modus agendi vel gradiendi.] [**Germ. *Wisa.* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 1073.]

GUZIA, [Machina bellica.] Vide *Gussa* 1.

¶ GWALDUS, Vide *Gajum* et *Gualdus.*

GWALSTOWNA, Locus patibuli, patibulum, furcæ. Vox Saxon. confecta ex g w a l, patibulum, et s t o w n, locus. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 10 : *Omnia Gwalstowna, i. occidendorum loca, totaliter Regis sunt in soca sua.*

¶ GWANTUS, Chrirotheca, Gallice *Gant.* Occurrit non semel. Vide *Wantus.*

GWASTRAUD AFWIN. Vox Wallica, quæ occurrit in Legibus Hoeli Boni Reg. Walliæ cap. 5. est autem *Gwastrawd Afwin*, Boxhornio in Lexico Wallico, *pedissequus, frenigerus.*

¶ GWAYF vel *Waif*, apud Anglos, Gallis *Gaive.* Res vaga et deserta, quæ Regis est vel domini feudalis, nisi ante annum et diem a legitimo possessore repetatur. Instrumentum ann. 1123. apud Kennettum pag. 196. Antiquit. Ambrosden. : *Recognitum est a Militibus et liberis hominibus... quod ad nos spectat le Gwaif.... in terris nostris ad Ecclesiam S. Georgii pertinentibus... Ita et statim redditum est nobis de Gwaif de Ernicot, scilicet* 11. *porc. cum* v. *porcellis, et apud Covele* 1. *ovis cum agno suo.* [* Vide supra *Gaivus.*]

* GWER. Vide supra *Guarus.*

GWERRA. Vide *Guerra.*

¶ GYLDA. Vide in *Gildum.*

* GYLLA NA TRINONBER, id est, Puer trium turmarum, ut ex vita impressa num. 18. explicant docti Editores ad Vit. S. Luani tom. 1. Aug. pag. 344. col. 2.

¶ GYLTWITE, Mulcta pro transgressione. *Debita transgressionum et pœnam delictorum, quæ nos dicimus Ofersegenesse et Gyltwite*, apud Th. *Blount* in Nomol. ex Autographo ann. 964. Vide *Giltwite.*

¶ GYMNAS, γυμνάς. Jo. de Janua : *Gimnas, Pugna, cursus, vel locus in quo fiebat, et hinc facta translatione, Studium scholarium et magistrorum.* Gl. Lat. Gall. San-german. : *Gimnas, Bataille de poins, ou liute, ou course, ou escole.* Utitur Statius non semel.

1. GYMNASIUM, Thermæ. Ælfricus in Gl. Saxon : *Thermas, vel Gimnasium,* b æ ð s t e d e, i. e. locus lavacri.

2. GYMNASIUM, Ἀσκητήριον, Monasterium. Epitaphium Aligerni Abbatis Casinensis. :

> ... Hoc sacrum regere Gymnasium
> Promeruit.

Vita S. Rictrudis cap. 12 : *Gymnasium monasteriale, ubi stadium vitæ præsentis agonizando percurreret. Gymnasium monasticæ disciplinæ*, in Gestis Abbatum Gemblacensium pag. 533. Τῆς ἀσκητικῆς παλαίστρας γυμνάσιον, in Vita S. Nicolai Studitæ pag. 896. Vide S. Basilium Epist. 23.

3. GYMNASIUM, pro ludo illo literario, in quo pueri litteris et liberalibus disciplinis exercentur, usurpavit S. Ambrosius lib. 6. Hexaem. cap. 4. Vide *Gignasia.*

GYMNOLOGIZARE, *Exercere*, in Gloss. MSS. S. Germani Parisiensis. [Johanni de Janua, *Gimnologizere, Nude loqui, vel nude ratiocinari*, a Græco γυμνός, nudus et λόγος, sermo. Glossar. Lat. Gall. San-German. : *Gimnologizare, Gimnologizere, Parler nuement, arraisonner.*]

GYNÆCEUM, GENECIUM, GENICIUM, γυναικεῖον, Græcis et Latinis Scriptoribus, dicitur locus interior in ædibus, in quo solæ mulieres versantur, apud Plautum in Mostellar. Terentium in Phorm. Ciceronem, etc. quem *Gynæconitidem* Cornelius Nepos, γυναικωνῖτιδα, Plutarchus et alii, *Triclinium matronale*, Sidonius lib. 2. Epist. 2. appellant.

Præterea ita vocabantur textrina publica. Isid. lib. 15. cap. 6. et ex eo Papias : *Genecium, Textrinum, Græce dictum, quod ibi conventus feminarum ad opus lanificii exercendum conveniat.* Gloss. Saxon. Ælfrici. *Genitium*, t o v h u s o f v u l l e. Ubi Somnerus *Gyneceum* emendat. Saxonibus autem h u s, est domus, v u l l e vero lana. Ita *Genicium* est locus, vel ædes, ubi mulieres lanificio operam dant; quomodo etiam γυναι-

Digitized by Google

κών appellatur Polluci, θάλαμος ἐργῶν. Catholicon parvum : *Genecium, Estraingue, ou Ouvroir à texerant, ou Bourdele.* Mox additur : *Geneceium potest dici Sayrie, ubi manent mulieres de sero nendo.* Sic sane Picardi nostri rustici puellarum serotinos conventus, in quibus lanificio una vacant, *Series* etiamnum appellant.

Sub Imperatoribus Roman. extitere *Gynæcea*, seu textrina publica, in quibus *Gynæciarii*, opifices ita dicti, vestibus texendis operam dabant, obnoxiæ cæteroquin conditionis : adeo ut vice pœnæ in ea interdum loca noxii ac rei amandarentur, quod de viris testatur Sozomenus lib. 1. c. 8 : Δημοσίοις ἔργοις ἢ γυναικείοις, ἢ λινυφίοις ὑπηρετεῖν. Passio S. Romani Mart. : *Et induit eum colobio laneo, et tradidit eum in Gyneceo ad injuriam.* De feminis vero Joannes Chrysostomus in Epist. ad Juniorem viduam tom. 6. pag. 300. Quo pertinet, quod habet Lactantius de Mortib. Persecutor. n. 21 : *Matres-familias ingenuæ ac nobiles in Gyneceum rapiebantur.* Horum meminit Itinerarium Hierosolymitanum Antonini Monachi, ubi de Tyro : *Genecia sunt ibi plurima vel publica, oloserica, et diversa genera telarum.* De Gynæciariis vero exstat titulus in utroque Codic. *de Murilegulis et Gynæciariis.* [Vetus Vocabularium Juris utriusque : *Gineciarii sunt qui pannos imperiales texunt inserendo sericum et aurum. Ginetium est locus ubi hæc fiunt : et dicitur a Gynos* (Gymnos a Gr. γυμνός) *quod est nudum, quia nudo panno vestitur aurum.* Ex dictis satis patet, vanum hoc esse etymon minusque accuratam definitionem.]

Habuere etiam Reges nostri sua *Gynæcia*, seu, uti vocabant, *Genicia*, in quibus ancillæ Regiæ rei lanariæ vacabant : quas *Geniciarias* et *Pensiles* inde dictas mox docemus. Capitulare de Villis cap. 48 : *Ad Genicia nostra, sicut institutum est, opera ad tempus dare faciant, id est, linum, lanam, waisda, vermicula, warentia, pectines, laminas, cardones, saponem, unctum, vasculu, et reliqua minutia, quæ ibidem necessaria sunt.* [** Fiscorum describend. formulæ ann. 812. apud Pertz. Leg. tom. 2. pag. 177 : *Est ibi Genitium, in quo sunt feminæ 24. in quo repperimus sarciles 5. cum fasciolis 4. et camisiles 5.*] De iis præterea accipiendum Capitulare 2. ann. 813. cap. 19 : *Et ut feminæ nostræ, quæ ad opus nostrum sunt servientes, habeant ex partibus nostris lanam et linum, et faciant sarcillos et camisilos, etc.*

Quinetiam a singulis feminis lanarium opus Principes exigebant, præstationis vice, adeo ut ab eo præstando vix eximerentur Sanctimoniales. Capitulare Ludovici Pii pro Sanctimonialibus S. Crucis Pictavensis cap. 4 : *Ut temporale servitium de opere femineo ab eis ad partem Dominicam nullatenus quæratur : quia si hoc fieri cœperit, omnino ordo regularis stare non poterit.* Quod vero *opus femineum* hic dicitur, *Geneceum opus* vocat Concilium Meldense anno 845. cap. 77. a quo, ut et a cæteris, abstinendum diebus Dominicis statuit.

☞ Viris quoque nobilibus sua interdum fuisse *Gynæcia* constat ex Miraculis S. Bertini sæc x. ineunte exaratis cap. 5. inter Acta SS. Benedict. sæc. 3. part. 1. pag. 131. ubi legimus *de quodam excæcato, pristino lumini restituto : Quoniam a puericia in domo cujusdam nobilissimi ejusdem regionis viri adultotenus educatus et altus fuit, atque in Genæcio ipsius nendi, cusandi, texendi, omnique artificio muliebris operis edoctus, quidquid in prædicta postmodum Ecclesia pallorum ornari habuit et emendari.... ipse sollicita intentione procuraret.* Ubi id quoque notandum, in ipsa scilicet gynæcia inductos fuisse adolescentes, ut textrinam artem edocerentur. [** Obnoxiæ conditionis fuisse mulieres in gynæceis operantes monet Guerardus in Gloss. Polypt. Irmin. quod denuo probat charta Eberhardi comit. Alsat. ann. 728. de fundat. Murbac. Monast. in Alsat. Diplom. tom. 1. pag. 10 : *Vel de mancipio scopulicolus, quos in Genicio nostro habuimus, plus minus numero 40.*]

Exinde accidit, ut publica ac priva ista Gynæcea pessime audirent, cum ancillis, ex quibus illa conflata erant, abuterentur domini ipsi, ac stupra cum iis perpetrarent : unde generatim *Gynæcea*, ipsa lupanaria et meretricum cœtus appellabant. Joannes de Janua : *Genecæum, lupanar, vel textrinum : quia ibi conventus feminarum ad meretricandum, vel opus lanificii exercendi causa conveniunt.* [Perperam *Geneteum* in edito ann. 1514. ut *Genetearias*, pro *Genecearius*, *Qui*, ut habet idem de Janua, *utitur vel præst Geneteo, vel textor in Geneteo. Texerant, ou mestre ou frequentant bourdel*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.] Lex Alamannorum tit. 80. § 4 : *Si cum puella de Genecio priore concubuerit aliquis contra voluntatem ejus, cum 6. sol. componat.* In Editione Heroldi tit. 81. § 2. vox *priore* abest. Et § 2 : *Si quis cum aliqua de alio Genecio contra voluntatem ejus concubuerit, cum 3. sol. componat.* Ubi Editio Heroldi : *Si quis cum aliqua ex illis aliis de Genecto, etc.* Capitula ad eamdem legem cap. 42 : *Si quis alterius puellam de Genicio deviolaverit, etc.* Sed inprimis lupanar hac voce intelligi docet omnino Lex Longobard. lib. 2. tit. 37. § 6. [** Lothar. I. cap. 88.] : *Statuimus, ut si femina, quæ vestem habet mutatam, mœcha deprehensa fuerit, non tradatur Gynæceo, sicut usque modo : ne forte quæ prius in uno, postmodum cum pluribus locum habeat mœchandi, etc.* Et eodem libro tit. 9. § 2. [** Rothar. 222.] mulier libera, aut puella, quæ servo nupsit, *in curtim Regis* duci jubetur, *et intra pensiles ancillas* constitui, ubi Edictum Rotharis Regis tit. 88. § 11. habet : *Et in Pisele inter ancillas statuere.* Quæ quidem lectio pro legitima haberi potest : siquidem *pisele* idem valet etiam ac *pensile*, et *Gynæceum*, in Charta ann. 803. apud Ughellum in Episcopis Veronensib. : *De vestimentis, quæ de pisele veniunt, vel de Ginicio, decimam partem.* Ubi perperam editum *ginicro*. Hinc *Pensilarii* in Historia Epitomata Fredegarii cap. 65. iidem, qui *Gynæciarii*, seu qui pensa trahunt : *Nec multo post tempore Narsis Patricius Justini Imperatoris, ejusque Augustæ Sophiæ minis perterritus, eo quod Augusta ei apparatum ex auro factum muliebre, eo quod eunuchus erat, cum quo filaret, direxit, et Pensilarios regeret, non popalos, etc.* In Libro veterrimo Sacramentorum Ecclesiæ Remensis n. 162. describitur *Oratio in pisle*, hisce verbis : *Omnipotens sempiterne Deus, cujus sapientia hominem docuit, ut domus hæc careat aliquando frigore a vicinitate ignis, ita nunc quæsumus sicut omnes habitantes vel convenientes in ea careant in corde infidelitatis frigore a fervore ignis Spiritus sancti. Per Dominum, etc.* Ita etiam *Pisle* legitur in Indice, qui Libro præponitur, ubi monuit vir eruditissimus Joan. Mabillonius, qui recte, ni fallor, hoc loco intelligi existimat, quod *Poile*, seu vaporarium dicimus : adeo ut ab ejusmodi *pensilibus*, seu gynæceis nomen traxerit, quod ex hypocaustis vicinis calor immitteretur in ea loca, quo facilius per hiemem operi vacarent, qui pensilario operam dabant, quod verba orationis, *a vicinitate ignis*, indicant. Unde postmodum ejusmodi vaporariis, nomen inditum videtur locis allatis infra in voce *Pisalis*, ubi ex Adalardo et aliis docemus, *piselum* et *pisalem* fuisse triclinium monasticum, in quod Monachi calefaciendi causa simul secedebant, in eoque *pannos infusos* suspensos desiccandos, ex eo depromptas vestes Monachorum, denique *Piselem* et *Gynæceum* promiscue appellari : sed et inde Zelandos *Pitsel* vestiarium, Frisios vero culinam appellare. Quod vero Adalardus *Piselum*, alii *Calefactorium* vocant. Vide in hac voce.

Ejusmodi porro feminas aut puellas liberas, quæ servis nupserant, *ad Palatium*, seu in Gynæceum Palatium amandatas, docet etiam Charta Pandolphi et Landolphi Principum Langobardor. in Chronico S. Sophiæ Benevent. : *Similiter concedimus in eodem Monasterio omnes illas liberas feminas, quæ servos ejusdem Monasterii sibi sociaverint maritos, vel illas, quæ ante ex ipsis sibi viros copulaverunt, pariterque et ipsos servos cum filiis et filiabus illorum in ipso Monasterio concedimus, ut quomodo omnes legaliter ad nostrum sacrum devenire debuerunt palatium, sic illis in eodem Monasterio deveniet ad serviendum et dominandum.*

Genæciariarum ancillarum passim mentio perinde occurrit, nude interdum, sæpe in malam partem. Synodus Meldensis can. 75 : *Si autem Laici capellas habuerint, a ratione et auctoritate alienum habetur, ut ipsi decimas accipiant, et inde comes aut Geniciarias suas pascant.* Eadem habet Concilium Confluentinum ann. 922. cap. 5. Interrogationes Synodales cap. 37. apud Reginonem lib. 2. de Eccles. disciplin. cap. 5 : *Si aliquis in domo sua consentit cum propriis ancillis vel Geneciariis suis adulterium perpetrare.* Concilium Nannetense can. 19 : *Cum indecens sit, mulieres virorum causas discutere, et quæ de lanificiis suis et operibus textilibus et muliebribus inter Geniciarias suas residentes debuerunt disputare, senatoriam sibi usurpant auctoritatem.* Charta Ludovici Regis Bajwariorum in Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 12 : *Mancipia infra curtem inter pueros et feminas Genecios viginti duo.* Charta Dodiconis Comitis, in Monumentis Paderbornensibus pag. 159 : *Exceptis ministerialibus ejus hominibus,... cæterisque mulieribus jam ad Gynæceum ipsius adsumptis, non alterius ausu-*

Digitized by Google

mendis, etc. De iis etiam capiendus videtur Gregorius Turon. lib. 9. cap. 38 : *In Marilegium villam deducitur, ut scilicet trahens molum his, quæ in Gynæcio erant positæ, per dies singulos farinas ad victus necessarias præparet.* Quæ quidem intelligenda sunt de feminis, quæ in pœnam in *gynæcea* amandatæ fuerant : id enim indicat vox *positæ*. Nam feminas, quæ stupra commiserant, in gynecea, tanquam in publica prostibula, fuisse relegatas supra indicavimus : ex quibus conficitur, permissa ac instituta fuisse eo ætate lupanaria publica de quibus accipienda etiam fortean hæc verba Monachi Sangallensis lib. 2. de Carolo M. cap. 5 : *Erant quoque ibi duo nothi de Genicio Columbensi*, etc. Ita hæc vox accipitur in Passione S. Inicii MS : *Infelix, quid tibi melius est in palatio, an in Geneçio esse? Isicius respondit : Melius est in Geneçio propter Christum, quam in palatio propter dæmones.* Scribit Theophanes, Theodosium M. statuisse, ne in posterum feminæ, quæ stuprum commiserant, in lupanaribus publicis includerentur : Ὡρίσας δὲ καὶ τῶν μοιχευομένων γυναικῶν ὕβρεν ἐν ταῖς πορνείοις, μὴ συγχωρήσας ταύτας ἔτι ἀνῳκίσθαι, καὶ διὰ κόσμους τὴν πρᾶξιν ἐπίγεσθαι.

De lupanaribus vero publicis, etiam multo post toleratis ac permissis, locus est in Bulla Benedicti IX. PP. ann. 1033. apud Ughellum tom. 1. pag. 121 : *Quod denique domus plus conveniens esse videtur prædicta Ecclesiæ S. Nicolai, vobis et Clericis vestris, quanquam in ea laicæ et seculares personæ maneant ad patrandam libidinem, et seculária facinora : quoniam justum non est, ut domus lupanaris, et turpis lucri, Ecclesiæ adhæreat*, etc. Chartam aliam damus in voce *Panagator*, ubi mentio fit *Custodis Regii meretricum publice venalium in lupanari Rotomagensi*. Sed et Lupanaria publica Parisiis certis ac designatis in locis olim extitere, quæ *Bordeaux* et *Clapiers* dicuntur, in Charta ann. 1395. in libro rubeo Castelleti Parisiensis. Colligitur præterea ex libro nigro Castelleti Parisiensis, ubi hæc describuntur : *Item l'en commande et enjoint à toutes femmes publiques, bordelieres et de vie dissolue à present demeurans és ruës notables de la ville de Paris,... qu'elles vuident incontinent aprés ce present cry et se retraient, et que elles facent leur demeure és Bordeaux et autres lieux et places publiques à eux ordonnez d'ancienneté, pour tenir leurs bouticles au pechié devant dit, c'est assavoir és ruës de l'Abrevoir, de Mascon, de Glatigny, de Tiron, la cour Robert de Paris, Baillehor, la ruë Chapon, et la ruë Palée, sur peine d'estre mises en prison, et d'amende volontaire.* Exstat in eodem libro Statutum Caroli Regis 3. Februar. anno 1368. quo meretrices publicæ a vico Caponis expelluntur. Et Statuto alio anno 1481. in Regesto viridi novo Castelleti Paris vetantur meretrices, *de ne eux tenir, herberger, ne demeurer és bonnes ruës de Paris, mais que ils vuident eux et leurs biens hors desdites bonnes ruës, et voisent demeurer és moiens bordeaux, et és rues et lieux ad ce ordonnez, sur peine de bannissement de cette ville de Paris.*

Genizeum, pro *Gynæceum*, in Charta alia Ulrici Pataviensis Episcopi ann. 1144. in Metropoli Salisburg. tom. 3. pag. 553 : *Unam curtim... cum hubis illuc pertinentibus,... cum Genizeo, silvis, pratis, piscationibus, et omni utilitate sua.* Et pag. 556 : *Villam cum Genizeo, et molendino, silvis, pratis*, etc. Sed quid proprie sit hoc loco *Gynæceum*, fateor mihi haud omnino compertum.

¶ **GYNDRAGIUM**, ut *Vindragium*, Tributum pro vino in urbem adducendo. Bulla Innoc. II. Papæ ad Fromundum abb. Vindocin. ann. 1136. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 387 : *Tu siquidem quosdam census in quibusdam Ecclesiis Andegavensis parochiæ Vindoctnensi monasterio vendicabas, quos utique idem Frater noster appellabat Gyndragia, et tam eos quam oblationes baptisteriorum in nostra præsentia refutasti.* Vide *Vinagragium*. [* Legendum haud dubie *Jundragium*. Vide *Juniaratus* in *Junior*.]

GYPSA, pro *Dipsas*, Serpens. Aldhelmus de Laude Virginum cap. 26. :

Et iterum Gypsas spiris sinuata maligna,
Cærula pestifera extollit colla veneno.

Gypsa, semel ac iterum cap. 45 :

Jusserat et Gypsam verbo torrente migrare.

Et lib. de 8. principalibus vitiis cap. 8 :

Hinc metuat multo Gypsam incocare superbam.

Alvarus Cordubensis in Hymno in S. Eulogium :

Rector dum populos docte reficeret,
Gypsum cum doceret fragmine perdere,
Turbam multiplici germine lauream
Cœlestî rutilus agmine provehit.

Ita in MS. legi monet Ambr. Morales, qui vim vocis *gypsam* ignorans, versum sic emendavit. :

Gypseum cum diceret fragmine prodere.

Quasi vas terrenum aut testaceum fractum, Legem Mahumeti esse diceret. Sed nihil mutandum fuerat. *Gipsum* dixit cap. 17 :

Nam Gipsum miseros quod dudum faucibus atris
Sorbuit, etc.

Passio S. Victoris Massiliensis :

Cum videas ipsum quod habes pro numine Gypsum.

[** Adde Vitam S. Bonif. cap. 1. apud Pertz. Script. tom. 2. pag. 355.]

GYPSEÆ FENESTRÆ. Matth. Silvaticus cap. 479 : *Lapis specularis, lapis Lunæ. Afroselinum, secundum Albertum, est lapis ad modum vitri perspicuus. Dicitur autem in Hispanorum urbe Segundia primitus inventus esse. Ego autem vidi illum abundantius inveniri in diversis partibus Theotoniæ : et vidi etiam in Gallia inveniri cum Gypso : quia est Gypsi extremitas quædam. Effusius autem scinditur in quaslibet partes tenues, et fiunt inde Fenestræ, sicut de vitro : nisi quod loco plumbi oportet ponere lignum.* Vide Isidor. lib. 16. cap. 3. lib. 19. cap. 10. *Gypsearum Fenestrarum* meminit Leo Ost. lib. 3. cap. 29. (al. 27.) 33. (al. 31.) 32. (al. 34.)

¶ **GYPSOPLASTES**, Qui gypsea facit opera. Vide *Musivarius* in *Musivum*.

¶ **GYRAMEN**, Gyrus, circuitus, orbis. De S. Fortunato in Actis SS. Junii tom. 3. pag. 601 : *Vitam S. Marcelli prædictæ urbis Antistitis totius mundi Gyramini indubitanter patefecit.*

¶ **GYRARE**, Visitare quasi *Gyrando*, seu circumeundo, in sacris Bibliis non semel; sic Genesis 30. 32: *Gyra omnes greges tuos.*

Gyrare Contentionem, in Lege Alaman. tit. 84. est agrum, de quo est *contentio*, seu controversia, inspicere et circumire. Vide *Monstrata, Ostensio, Visus.*

¶ **Gyrator**, Qui gyrat, circuit. *Multarum regionum Gyrator*, apud Ottonem Frising. Episc. de Rebus gestis Friderici I. Imperat. lib. 1. cap. 3.

¶ **GYRFALCUS**. Vide *Gyrofalcones*.

¶ **GYRGATUS**, *Lectus in quo paralytici, manteque capti, quique vocantur dæmoniaci, vinti jactant sese.* Sussannei Vocabul. Supra habetur *Gargatum* et *Girgathum* ex Amalthea. Græcis γύργατος, canistrum, qualus e vimine.

1. **GYRO**, Giro, Lacinia, id est, pars vestis ac togæ, qua laxior fit, et in superiori parte contracta, in largiorem formam in imo se explicat, nostris *Giron*, Italis *Gerone*, vel *Gherone* : Germanis, *Ghoere*, et *Gheerene* : Anglis *a Garde*. Sic porro dicta, quod hæc parte *gyret* vestis, i. circuli figuram efficiat. Udalricus lib. 2. Consuet. Cluniac. cap. 11 : *Sedens ad Lectionem ita sedet, ut ulna sit inter se et alium juxta sedentem. Anteriora frocci sui semper in gremium ita attrahit, ut pedes possint bene videri. Girones quoque, vel quos quidam Sagittas vocant, colligit utrinque, ut non sparsim jaceant in terra.* Eadem habet Bernardus Monach. in Consuetud. ejusdem Monasterii parte 2. cap. 18. et cap. 45 : *Mox cum sinistra manu Gironem Albæ accipiens, et ante se tenens, spargit ante se aquam, (benedictam) etc.* [Guidonis Disciplina Farfensis cap. 4. de vestimentorum mensura : *Similiter autem subtus circa pedes tunica debet esse rotunda qualitate mensurata; sagitas vero vel Gerones tantum habeat, ut iter gradientes vel superfluitate, vel paritate non impediat.*] S. Hildegardis in Exposit. Regulæ S. Benedicti, tunicam Benedictinam describens, ait, *laneam fuisse, et aliquantum cuculla constrictiorem, sed circa crura aliquantulum largiorem, et ad pedes tendentem, brachialiis nec multum amplis, nec multum constrictis, ad manus tendentibus, imo cum Gyrone in utroque latere sub ascella deorsum descendente, quæ desuper caputio carebat.* Chronic. Senoniense cap. 16 : *Unus vero eorum Gyrone loricæ levato, coxam ipsius ita perforavit*, etc. [Acta S. Petri Confess. tom. 4. Julii pag. 666 : *Ejus vestimenti forma, nonnisi quidam saccus veridice dici potest, cum nec manicas habeat, nec Girones, nec capitellos atque bottones.* Laudes Papiæ apud Murator. tom. 11. col. 30 : *Portant autem plurimi Canonici... togam clausam sine Gironis, et vestimenta longa decenter.*] Le Roman *de Garin* :

Ceignent espées au senestre Giron.

Sic tabernaculorum *Gyrones* describit vetus Poeta in Poemate, cui titulum fecit, le Roman *d'Aubery* MS. :

Son pavillon a fait tendre Auberis,
Li dras en fu d'un vermeil paile bis,
Et el pomel estoit un aigle assis,

Digitized by Google

Et li paisson pointuré et assis :
Les cordes sont de soie, ce m'est vis
Plus de sept mil Gyrons i ot bastis.

Infra :

Fist Auberis son paveillon drescier,
Li drap en furent de paile de quartier,
Mult estoit riche ouvers à eschaquier,
Sept mille Girons i ot fait entaillier,
Li paisson furent et d'argent et d'ormier,
Les cordes furent de soie d'orellier.

In Consuetud. municipali Peronensi art. 241. *Tendre le giron en la Justice*, est, cum quis se paratum ait ad recipiendum pecuniam, quæ offertur in solutionem. Notum porro proverbium Ital. *Che no và nelle maniche, va ne Geroni.* Hoc est, quod non in re aliqua absumitur, absumitur in alia.

* Ad muliebrem vestem maxime pertinet *Gyro*, atque idem est quod ventrale, Gall. *Tablier, Grons*, in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 2 :

Tout en ourant l'erbe a cuellue, . . .
Ses Grons en a la dame emplis.

Hinc *Géronnée* et *Gironnée;* quantum capit *Gyro* seu ventrale. Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 142 : *Icellui Roussel qui avoit une Gironnée de cailloux en suiant le suppliant, etc. Une Géronnée de roisins*, in aliis ibid. ch. 197.

¶ 2. **GYRO**, Ambitus murorum. Vita Adriani IV. PP. ex MSS. apud Murator. tom. 3. pag. 440. col. 2 : *Hic fecit Gyronem in Radicophano et turribus munivit.* Et pag. 445. col. 2. ex Cardinali Aragonio : *Hic fecit Gironem in castro Rodicophini turribus munitum et alto fossato.* Joh. Iperii Chron. S. Bertini apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 649 : *Iste Papa Adrianus IV. fecit Gyronem in Vadicosono, ac muris et turribus munivit.*

* Liber de Mirab. Romæ apud D. Montemfalc. in Diar. Ital. pag. 291 : *Quod ædificium rotundum fuit duobus Gyronibus.* Charta ann. 1317. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 11 : *Item que l'en ne puisse mettre ou tiges de heusiaus, ne d'estiveaus, ne de heuses de cordoan, qu'il n'i ait demi pie de Giron ou plus de cordoan par dessous.* Vide *Gericontinum.*

GYROFALCONES, vel Gyrofalci, ita vocantur *majores, fortiores, et velociores omnibus aliis falconibus*, inquit Fridericus II. lib. 2. de Arte venandi cap. 4. additque, ita appellatos *a hiero, quod est sacer, inde Gerofalco, id est, sacer falco : vel a Kyrio, quod est dominus, inde Kyrofalco, id est, dominus falco, secundum Græcam linguam.* Alii a *gyro faciendo, vel in gyrum falcando*, ut Silvester Girardus in Topogr. Hibern. dist. 1. cap. 8. et dist. 2. cap. 13. cui concinit Albertus Magnus cap. 6. de Falconibus : *Major est asture, et minor aquila, et dicitur Gyrofalco a gyrando, quia diu gyrando acriter prædam insequitur, nec dignatur ad parva; sed aves magnas insequitur, sicut grues, et cygnos et hujusmodi. Gyrfalci*, apud Crescentium lib. 10. de Agricult. cap. 14. [*Gerofalco*, apud Rymerum tom. 2. pag. 1071. *Girfalco, Girofalco, Girfalcus*, apud alios.] Vide *Grifalco*, [** et Graff. Thesaur. Ling. Fr. tom. 4. col. 236. voce *Gir.*]

¶ **GYROGRILLUS**, Erinaceus, Gall. *Herisson.* Vide in *Chirogrillus.*

GYROVAGARI, *Circumcirca vagari*, Joanni de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Girovagari, Contourner deça et delà, ou errer, ou forvoier.*] Pelagius Archidiaconus in Vita S. Prudentii Episcopi Tyrassonensis, apud Bivarium : *Huc et illuc cæpit Gyrovagans ambulare.* Conradus de Monte Puellarum contra Begehardos : *Hi opera manualia suorum postponentes artificiorum, cucullati Gyrovagando provincias per diversas incedunt, etc.*

Gyrovagatio, in Vita S. Isidori Episcopi Hispalensis n. 17 : *Ne occasione comperta, vana quæque per Gyrovagationem meditando, mentem a studio revocarent, ferreis astringebat compedibus.*

GYROVAGI, proprie appellati Monachi, qui Monasteriis suis relictis per diversas cellas, nescio qua pietatis vana specie, vagabantur, de quibus ita Regula S. Benedicti cap. 1 : *Quartum genus est Monachorum, quod nominatur Gyrovagum : qui tota vita sua per diversorum cellas hospitantur, semper vagi, et nunquam stabiles, et propriis voluptatibus et gulæ illecebris servientes, etc.* Agunt de ejusmodi Gyrovagis præterea Regula Magistri cap. 1. Ep. 63. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc. Petrus Damian. lib. 5. Epist. 9. S. Bernard. Epist. 68. Odo Cluniac. lib. 1. Collat. cap. 23. Statuta Hugonis Cluniacens. pag. 1465. Cæsarius de Mirac. lib. 1. cap. 7. Matth. Paris pag. 490. 551. etc. Hos etiam ita depingit Paulinus in Poëm. ad Cytherium :

Qualia vagari per mare et terras solent
Avara mendicabula,
Qui dejerando monachos se vel naufragos
Nomen casumque venditant.

Eodem sensu Presbyteri *Gyrovagi* dicuntur qui dimissa sua parochia errones fiebant. Ratherius Veronensis in Epist. ad Joannem PP. apud Chappeavillum : *Quem jam ubique videri, atque ad omnibus Gyrovagum pudet vocari.* De iis etiam Desiderius Episc. Cadurcensis Epist. 16. et Innocentius III. lib. 1. Epist. ad Auxitanum Archiep. pag. 49. Vide Albertum Stadensem ann. 1051. Sed et *Gyrovagum*, pro quovis errone dixit Rodericus Toletan. lib. 4. de Reb. Hisp. cap. 1 : *Cæpitque per loca devia et incerta cædes agere contra Mauros, et quasi Gyrovagus eorum totam victoriam perturbare.*

GYRRUS. Charta Dalmatica ann. 1064. apud Joan. Lucium lib. 2. de Regno Dalmat. pag. 101 : *Ad hæc autem stabilivimus, si habuerint navigia, sive commercia, eant, et redeant, piscatores Gyrrum, sibi galetam præbeant unam : alii autem piscatores singulos, cum habuerint, deferant pisces.*

¶ **GYSA.** Vide *Guysa.*

GYSARUM. Vide *Gisarma.*

Digitized by Google



H LITTERA numeralis, quæ 200. denotat. Unde versus :

H. quoque ducentos per se designat habendos.

seu, ut habeat Ugutio :

Littera H. quondam bis centum notat, nec plura quondam.

Eidem literæ, si recta linea superaddatur, 200. millia significat.

H. *In superscriptione cantilenæ, et tantum in scriptura aspirat, ita et in nota id ipsum habitat.* Notkerus Balbulus Opusc. *Quid singulæ literæ significent in superscriptione cantilenæ?* Vide *A.*

H. Literam vocabulis propriis seu appellativis a Theutonibus non sine mysterio præponi solitam, censent quidam : verbi gratia, in *HLudovicus*, *HLotarius*, *HRabanus*, et similibus; aiuntque *Herrn*, id est, *Dominum* innuere, quemadmodum Latini D. plerumque usurpant. *Herr* autem, ut auctor est Walafridus Strabo lib. de Rebus Eccl. cap. 7. ab *heros*, seu potius *herus* deducitur. Cousule Olaum Wormium in Monumentis Danicis lib. 5. p. 440. V. infra *Hc.*

☞ Nodum in scirpo quærunt qui vocabulis propriis seu appellativis litteram *H* non sine mysterio præmissam volunt; quisquis enim noverit Francos olim, quod et Græcis familiare fuit, verba, quibus litteræ *l* et *r* præponuntur, forti aspiratione firmare et roborare amavisse, ut eorum sonus esset vividior vegetiorque, rem manifestam habebit. Vide hanc in rem Gloss. Schilteri litt. *H.* [** Grimm. Grammat. German. tom. 1. pag. 195. edit. 2ª.] Neque vero si honoris causa nominibus Regum præmittebatur, in aliis, ut Dagoberti, Sigeberti aliorumque, omitti debuit. Aliquando autem, ut apud Occitanos et Catalaunos postponitur literis *l* et *n* non quo fortiter aspirentur, sed ut *l* pronuntietur velut duplex *ll* Hispanorum in *Llamar*; *n* vero ut *ñ* eorumdem in *Saña*. Quoniam de Hispanis occurrit mentio, non abs re erit monere ipsis usitatissimum esse mutare *f* in *h* ut a nobis pluribus ad literam *F* est observatum.

☞ Quemadmodum vero perperam in MSS. codicibus non raro additur eadem hæc littera : ita non rectius sæpe omittitur; utriusque exemplum accipe. Testamentum in cortice scriptum ann. circ. 690. et a Felibiano in Hist. S. Dionysii pag. x. vulgatum : *Et possedendum relinco, et hoc dum advixero, Husufructuaria condicione, et absque præjudicto sanctarum basilecarum tenire et domenare dibeant... Et quidquid exinde ipse Abbas qui tunc temporis ibidem fuerit pro Hutiletatibus memoratarum basilecarum decriverit faciendi, etc.* Charta Chlodovei III. ann. 691. apud eumdem Felibian. pag. xi : *Sin autem non potuerit quod lex de tali causa edocit Oc inde susteniat, unde et talis præceptiones eis ex hoc fieri et accipere jussimus.* Et hæc quidem sufficiant, rem quippe notam loquor; alias varietates sua sponte animadvertet studiosus lector.

* **HAA**, Vox interjectionis, qua Ensem nostri significarunt; forte quod evaginatus terrorem incutiat. Lit. remiss. ann. 1373. in Reg. 104. Chartoph. reg. ch. 326 : *Adonc icellui Fatroulle va sacher s'espée, et dist à son compere : N'aprochiez de moy; car se vous aprochiez, je vous donrai de ceste Haa.*

HAALADAL, Caro conjuncta venis, per quam fit motus membrorum. Ita Constantinus African. lib. de Anima et spiritu. Vox Arabica. [* Vide supra *Alaandal.*]

¶ **HABBA**, pro Abbas. Instrum. ann. 873. apud Mabillonium lib. 6. de Re Diplomatica pag. 543 : *Et vendidit homo, qui fuit* (nomine) *Egiga Habba de jam dicto Monasterio.*

HABE, pro *Ave*, vel *Have* : nam et ita scribebant. Glossæ Lat. Græc. : *Have*, χαῖρε. Acclamatio Senatus, apud Pollionem in Claudio : *Claudi Dux fortissime Habeas*, i. χαίρους εἶ. Ita in Inscriptione Legum in Cod. Theod. : *Habe Posthumiane carissime nobis. Have Marcelline, etc.* Vide Cujac. ad Paulum lib. 3. Sentent. tit. 4. et lib. 1. Observ. cap. 15. et Juretum ad Symmach. lib. 5. Epist. 38.

** **HABELLANIETUM**, ut *Avellanetum*, Locus avellanis arboribus consitus. Chart. ann. 860. apud De Blasio Ser. Princ. Salern. num. 95. pag. 162 : *Arbusta, castanieta, Habellanieta, in montes quam et in planum, etc.*

¶ **HABELLUM**. Vita S. Declani Episc. tom. 5. Julii pag. 605 : *Mulier cujusdam villici venit cum servitio suo ad Monasterium S. Declani : sed ipsa non longe a civitate accepit furtive de tributo sancti Pontificis magnum Habellum, volens injuste aliis tribuere : sed illam coram viatoribus terra deglutivit . . . et devorans terra eam, projecit Kabellum de sinu suo; et illico illud coram omnibus lapis apparuit.* Ubi Sollerius in Notis : *Quid sit Habellum nescio; sed cum infra constanter scribatur Kabellum, agaturque de tributo quod S. Declano pendi debebat, suspicor intelligi Gabellam seu summam pecuniariam ex arca tributaria Monasterii S. Declani furtim ablatam.*

HABENÆ, Papiæ, *Funes navium.*

¶ **HABENDENCIUS**, pro Abundantius, in Litteris Caroli Johannis Reg. Franc. primogen. ann. 1358. tom. 3. Ordinat. pag. 320 : *Ut eo libentius et ferventius circa divina intendant obsequia, quod* (quo) *dictis presidiis Habendencius prospexerint se munitos.*

¶ **HABENTIA**. Vide in *Habere.*

1. **HABERE**, Velle, vel debere. Lib. 1. Capitular. cap. 61 : *Qui in sanctis Habet jurare, hoc jejunus faciat, etc.* Rupertus Abb. in Vita S. Heriberti Archiep. Colon. n. 23 : *Currens affer illum ad me, ego enim eum Habeo baptizare.* Num. 26 : *Ipse enim, quia ægrotat, Habeo eum visitare.* Fulbertus Carnot. Epist. 102 : *Rex proximo rugitu, ut dicitur, venire Habet in silvam Legium, etc.* Phrasis Gallica : *J'ay à le baptizer, à le visiter, à aller à la chasse.* Leges Luithprandi Regis Longob. tit. 108. § 1. [**138. (6, 85.)] : *Veni et occide dominum tuum, et ego tibi facere Habeo bonitatem, quam volueris.* Mox : *Feri eum adhuc, nam si non feriveris, ego te ferire Habeo.* Statuta Ordinis S. Gilberti : *Omnes Canonici, qui Sacerdotes non fuerint, omni die Dominica Habent communicare*, id est, tenentur. Occurrit ibi pluries : formula loquendi a veteribus etiam usitata. Vide Pœnitentiale Theodori cap. 3. Juretum ad Symmachum lib. 1. Epist. 26. et Cerdam in Adver. Sacr. cap. 17. num. 3. Vide Glossar. med. Græcit. in Ἔχειν. [** et Semler. Indic. Latin. Tertull. voce *Habere.*]

* 2. **HABERE**, Habitare; qua notione utitur Plautus in Menæch. Notit. vet. apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 135 : *Inquisivit . . . . utrum essent aliqui Habentes circa nos in foresta, qui possent libere esse parochiani hujus cimiterii, quod benedicere volebat . . . . Designavit nobis parochiam quotquot erant inhabitantes, vel habitaturi erant, in tota foresta illa, etc.*

* 3. **HABERE**, Cogi, compelli, Gall. *Etre forcé.* [** Vide *Habere*, 1.] Lit. remiss. ann. 1452. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 165 : *A patria Cathaloniæ se absentare Habuerunt, et in fugam se constituerunt, ne justitia de ipsis fieret. Habet* vero, pro Oc-

Digitized by Google

cupare vel Destruere, usurpari videtur in Chron. MS. Bertr. Guescl. :

Furent tout mors ou pris et les chasteaux Habex.

* 4. HABERE, Dicitur de equa, quæ concipere potest, vulgo *Qui peut retenir*. Constit. MSS. Petri III. reg. Aragon. ann. 1359 : *Quod equa, quam ille, cujus fuerit, quis teneri seu calcari fecerit per equum aut roncinum nostrum, nequeat pro debito, vel quavis alia causa seu occasione pignorari seu capi, nec etiam interim donec ad Habendum apta fuerit.*

5. HABERE. Concilium Turonense III. can. 25 : *Quoniam aliqua sunt Monasteria, in quibus jam pauci sunt Monachi, qui prædicti Patris regulam suis Abbatibus Habeant promissam.* i. qui promiserint. [Guidonis Disciplina Farfensis lib. 1. cap. 16 : *Cum autem orationem Habuerint factam, pueri incipiant, etc.* Lib. 2. cap. 2 : *Sed tamen ante Habeant ipsi omnia sua facinora patefacta.*] Capitulare Aquisgran. ann. 789. cap. 79 : *Nec in publico vestimenta lavare, nec berbices tondere Habeant licitum.* Additio altera ad Capitulare Theodulfi : *Et nulli extra parvulos et infirmos, licet Missam auditam Habeant,... edere et bibere præsumat, ante publicum peractum officium.* Capitulare Noviomagense ann. 806. cap. 7 : *Auditum Habemus, qualiter, etc.* Phrasis Gallica : *Nous avons ouï.*

* HABERE DONATUM, FACTUM, Donare, facere ; usitatissima apud Scriptores mediæ ætatis loquendi formula : sed et Latinis haud incognita ; quam prætermisissem, nisi a quibusdam viris doctis inter barbaras voces fuisset amandata. Vide Collect. Histor. Franc. tom. 7. pag. 627. et tom. 9. pagg. 554. et 604.

¶ HABERE SE, Gerere se, Gall. *Se Comporter*. Laurentius Bizinius de Origine belli Hussitici ann. 1421. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 171 : *Tentabant quatenus Pragenses Haberent Se ad defendendum.* Bartholomæi Scribæ Annal. Genuens. lib. 6. ad ann. 1244. apud Murator. tom. 6. col. 509 : *Qui ad defensionem exercitus Mediolanensis et offensionem exercitus domini Friderici Se mirabiliter Habuerunt.* Lanfranci Pignoli Annal. Genuens. lib. 7. ad ann. 1266. ibid. col. 539 : *Quia vero dictus Admiratus et consiliarii et comiti ejus male Se Habuerunt, adeo quod præsumptum fuit eos fuisse proditores.*

* HABERE AGERE, Multum laboris et operæ in re aliqua ponere. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 134. Chartoph. reg. ch. 52 : *Idem exponens respondit quod revera ipse satis Habuerat agere, et multum passus fuerat in solvendo suam partem ; adeo quod non posset ipsum juvare ad solvendum suam partem antedictam.* Phrasis Gallica : *Qu'il avoit eu assez à faire*, id est, non sine magno negotio.

* HABERE AGERE, HABERE FACERE CONTRA ALIQUEM, Gall. *Avoir à faire contre ou avec quelqu'un*, Rem pugna cum aliquo dirimere. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 146 : *Idem Petrus Marc-d'argent, malo imbutus spiritu, dixit eidem Stephano, quod contra ipsum volebat Habere agere.* Aliæ ann. 1351. in Reg. 80. ch. 637 : *Indignatus Petrus dixit Johanneto : Garcifere vilissime, tecum Habere facere volo ego.... Percussit dictum Petrum de quodam cutello, etc.* Charta ann. 1300. in Chartul. Sabaud. fol. 133. v° : *Dominus antiquiores ipse tenetur sequi ratione ligietatis antequam comitem Sabaudiæ, si forsitan ipsi Haberent facere cum dicto domino comite vel ejus hæredibus.*

* HABERE FACERE, Negotium habere, vulgo *Avoir affaire*. Charta ann. 1313. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 13. col. 1 : *Nisi essent peregrini, vel aliæ personæ, quæ Haberent facere extra regnum, quibus gentes regiæ permittant portare parvos Turonenses.* Stat. Astæ collat. 11. cap. 78. pag. 33 : *Insuper quilibet Habens facere prope dictum beale, etc.*

* HABERE ANIMUM CUM ALIQUO, Parti alicujus favere, societatem cum aliquo habere, Gall. *Avoir des intelligences*. Hist. belli Forojul. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1200 : *Et in terra erat major pars hominum animum Habens cum domino Paduæ.*

* HABERE BONUM OS, Galli eodem sensu dicimus, *Avoir bonne bouche*, Tacere, commissa celare. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 236 : *Pactum inter se fecerunt et ordinaverunt, quod Haberent bonum os, id est, quod istud non revelarent.*

* HABERE AD DIES SUOS, Usufructuario et precario jure possidere, Gall. *Avoir sa vie durant*. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 421 : *In diocesi Meldensi habebant* (monachi S. Martini Pontisar.) *quoddam manerium, in quo deberent esse monachi ; sed episcopus loci Habebat illud ad dies suos, et archidiaconus Meldensis similiter Habebat unum aliud manerium ipsorum ad dies suos.*

* HABERE INJUSTITIAM, Injustam actionem intendere, causam iniquam defendere. Charta an. circ. 1130. ex Chartul. Stirp. : *Iterum quæsivit michi terram de la Reversaria,..... et injustitiam Habens defecit.*

* HABERE AD JUSTITIAM, Aliquem ad juri standum, vel quod juris est exequendum, cogere. Charta jam jam laudata ; *Item die adorato piscatus fuit stagnum de Vilalaur : unde domini stagni quæsierunt mihi rectum, sed ego Hycterium non potui eis Habere ad justitiam.* Alia Alfonsi comit. Tolos. ann. 1138. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col 482 : *Ad justitiam vobis Habebo, et si illos ad justum vobis Habere non possemus, adjuvabo vos de eis, sine vestro inganno.*

* HABERE PRO MALO, Gall. *Trouver mauvais*, Offensioni habere. Epist. inter Acta B. Christ. tom. 4. Jun. pag. 412. col. 1 : *Unde pro malo non Habeatis, nec ingratitudini imputetis, etc.*

* HABERE MATERIAM, Causam habere, vulgo *Avoir matiere*. Comput. ann. 1412. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 205. col. 2 : *Et primo solverunt.... Raymundo de Guerra et Petro de Rodis, capitaneis gentium armorum.... ad finem ne Haberent materiam faciendi malum per gentes suas, etc.*

* HABERE MELIUS, Gall. *Avoir du meilleur*, Viribus superare aliquem. Lit. remiss. ann. 1477. in Reg. 203. Chartoph. reg. ch. 13 : *Voyant icellui suppliant qu'il n'avoit pas du meilleur, etc.*

* HABERE IN TESTIMONIUM, Testem adhibere, Gall. *Prendre à témoin*. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 39. r° : *Et de hoc Habebat curiam in testimonium.*

¶ HABERE PERSONAM, pro Respicere. Canones Hibern. tom. 9. Spicil. Acher. pag. 13 : *Non oportet judices Ecclesiæ Habere Personam in judicio, quia non est acceptio personarum apud Deum.*

¶ HABERE, Exstat. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 25 : *Habet ibi silva quæ habet in totum leguam 1. et dimid.*

HABERE, Res, divitiæ, facultates, *Avoir* nostris, *Avere* Italis, *Haabe* Germanis. Vide *Havo*. Pacta inter Venetos et Francos, in Gestis Innocentii III. PP : *Totum quidem Habere, quod in civitate inventum fuerit, cuilibet duci debet, et poni in commune, etc.* [Tabularium S. Florentii : *Hic ob salvationem animæ suæ omnes redhibitiones prædictæ villæ Monachis condonavit, et de Habere eorum* LX. *solidos accepit.*] Occurrit passim in Statutis Venetis ann. 1242. lib. 1. cap. 43. 46. 53. etc. ut *Avoir* in Scriptis Gallicis medii ævi. Hinc *Guillelmus sine Habere*, apud Guibertum, qui Alberto Aq. et Tyrio, *Sans avoir* nuncupatur. Vide Glossar. ad Villharduinum.

HABENTIA, numero singulari, Divitiæ, opes, apud S. Augustinum lib. 20. contra Faustum. Nonius Claudius lib. 7 : *Animos eorum Habentia inflarat.* [Hist. Novient. Monast. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1150 ; *Anni duo necdum fluxerant, et Habentia Monasterii sic est exhausta, quod retroactæ copiæ nullum vestigium invenitur.*] Plautus in Truculento :

Ad se cum animo ejus Habentiam averterit.

Utitur etiam Quadrigarius apud Nonium.

HABENTES. Florentinis *Abbienti*, Divites. Julianus Antecessor. Const. 108. § 14 : *Et si post tres testationes in scriptis habitas, et idoneos homines Habentes, invenerit eum, quem contestatus est cum uxore sua, etc.* Ubi Græca habent ἀξιοπίστους μάρτυρας. Charta Cenulfi Regis Merciorum ann. 821. in tom. 1. Monastici Angl. pag. 100 : *Nec Rex suum pastum requirat, vel Habentes homines, quos nos dicimus Fæstingmen, etc.*

¶ HABERGAGIUM, Domicilium, domus. Charta ann. 1262. ex Chartular. Sangerm. : *Sextam partem in pressoriis quæ sunt sita subtus villam de Meudonno et in Habergagiis et pressura et aliis pertinenciis.* Vide *Hereberga*.

* HABERGAMENTUM, Habitatio, domus, nostris alias *Habergement* et *Habergaige*. Charta ann. 1209. ex Tabul. S. Germ. Prat. : *Dederunt et cimiterium, cum Habergamento ipsius presbyteri, liberum in omnibus et quittum.* Alia ann. 1479. ex Pancar. episc. Carnot. : *Actores dicebant quod inter possessiones ipsos spectantes duo maneria, vulgariter Habergemens dicta, in villagio de Bercheriis.... Prædicta Habergamenta defuncto magistro Johanni Guetæ canonico Carnotensi ccc. florenos auri vendiderunt.* Consolat. Boetii MS. lib. 1 :

Digitized by Google

La tierce chose qui me muet,
A visiter ton Habergaige, etc.

* Sed et *Habergaige*, pro Stabulo, occurrit in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 348 : *Comme.... Colinet de Bacilli.... eust amené et conduit des champs.... une grant quantité de porceaux et truies, grans et petiz, et mis yceulx en l'estable ou Habergaige, ouquel yceulx avoient et ont accoustumé d'estre mis et Habergiez.* Unde *Haberge*, pro quovis loco, in quo aliquid collocatur. Charta Galt. d'Estrommel ann. 1308. in Reg. 72. ch. 309 : *Lequel fossé ledit religieus pouront encores ralingnier, retaillier, widier et rejetter à un lés et à l'autre sur mon héritage,... et ledit lez rejés espardre et adès rejetter,.... par quoy le darrain reject peussent adès avoir leur lieu à leur Haberge.* Vide *Habergagium*.

¶ **HABERGELLUM**, Habergeon, Habergetum. Vide in *Halsberga*.

¶ **HABIA**. Regestum Philippi Aug. Herouvallianum fol. 172 : *Haia Live, et haia de Aubenas inter cheminum Perre et semitam Decani, et usque ad Habiam Catorum sunt de deffensa.* Vide *Gabia*.

* Dumus, rubus, vel Dumetum, nostris alias *Habier*, pro *Hallier*. Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 3 : *Le suppliant a prins à défricher et essamblir pluseurs terres et héritaiges, qui estoient en grans buissons et Habiers.* Vide infra *Halotus*.

¶ **HABILAMENTUM**, Indumentum, vestimentum, Gall. *Habillement*. Literæ Henrici V. Regis. Angliæ ann. 1416. apud Rymer. tom. pag. 400 : *Exceptis semper armaturis, artillariis et omnibus aliis hernestis et Habilamentis guerrarum.*

* **HABILHAMENTUM**, Vestis, indumentum, Gall. *Habillement*. Codicil. Ferr. de Pratacomit. ann. 1516. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xlviij : *Legavit nobili Margaritæ de Pratocomitali ejusdem testatoris sorori... ejus habitationem, ac victum, ac Habilhamentum de panno,... more nobili et honesto faciendo. Habereau*, Vestis species videtur, in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1317 : *Le suppliant a prins et emblé ung Habereau avecques une paire de chausses de bureau.* Vide *Habilamentum*.

* **HABILIMENTUM**, Apparatus belli, quidquid bello gerendo aut sustinendo necessarium est, machinæ bellicæ, nostris *Habillement*. Elmham. in vita Henr. V. edit. Hearn. cap. 14. pag. 28 : *Et rex interim... guerrarum Habilimenta diligenter ordinat, saxivoma fabricat, lapides ab eisdem evomendos præparat, etc.* Rursum cap. 71. pag. 206 : *Oppidum de Ew multis fortificatum Habilimentis guerrarum.* Lit. remiss. ann. 1455. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 99 : *Le suppliant garni d'une arbalestre de bois, viretons, raillons et autres Habillemens de guerre, etc. Habillemens pour eschieller et prendre places*, apud Juvenal. de Ursin. in Hist. Caroli IV. reg. Franc. pag. 63. Hinc *s'Habilleter*, Armis se instruere, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 135. ch. 216 : *Comme les Angloiz occupoient la Charité sur Loire,.... le suppliant.... avecques pluseurs autres compaignons se Habilletoient le mieulx qu'ilz porent et aleent ès destroiz, ou ilz savoient que lesdiz Angloiz.... passoient, etc.* Vide infra *Habillamentum*.

1. **HABILIS**, Agilis, industrius, *Habile et diligent*. Odofredus ad l. Quod venditor. 37. D. de Dolo malo : *Bonus est servus et Habilis.* [** Histor. Archiep. Bremens. pag. 39. vers. 12. edit. Lappenb. Vide *Abilis*.]

¶ Habilis, Probatus. Epistola Henrici clerici Pomposiani XI. sæculo scripta apud D. *de Montfaucon* in Diario Italico pag. 95 : *Unde sagax ingenium illius nunquam quiescit sedulo rogitando et percunctando ubi Habiles Sanctorum libri latitent, quatenus ad eorum indaginem pervenire et suo armario addere valeat.*

¶ Habilis, Certus, ratus, constans. Diploma Conradi Imperat. ann. 1138. apud Tolnerum Histor. Palat. inter Instr. pag. 40 : *Et ut hæc regiæ nostræ confirmationis authoritas Habilis et inconvulsa permaneat, hanc Cartam inde conscribi, manuque propria, ut infra videtur, corroborantes sigilli nostri jussimus impressione insigniri.* [** Leg. *stabilis*.]

* 2. **HABILIS**, vox forensis, Aptus, idoneus, Gall. *Habile*. Charta ann. 1417. ex Tabul. S. Germ. Prat. : *Quod dictus actor non esset pars Habilis ad faciendam dictam prosecutionem contra dictos defensores.*

¶ 1. **HABILITARE**, Idoneum, *habilem* reddere, Gall. *Habiliter*. Concilium Pisanum tom. 6. Spicil. Acher. pag. 250 : *Qui ponebant in dubium, si Cardinales poterunt se Habilitare mutuo.* Conc. Dertusanum ann. 1429. inter Hispan. tom. 3. pag. 649 : *Tollendo sententias et processus contra ipsum ratione schismatis latos et factos, Habilitarat de Apostolicæ potestatis plenitudine usque ad summum Pontificium inclusive.* Literæ Henrici IV. Regis Angliæ ann. 1408. apud Rymer. tom. 8. pag. 510 : *Ac ipsum ad rectas leges et consuetudines patriæ nostræ Aquitaniæ restituimus, admisimus et Habilitavimus, nec non omnem maculam culpæ ab ipso abstulimus et amovimus.*

¶ 2. **HABILITARE**, Informare, instituere, disponere. Literæ Eduardi II. Regis Angliæ ann. 1307. apud Rymer. tom. 3. pag. 34 : *Ad hæc, ad vestram accedunt præsentiam religiosi, honesti et litterati viri, ut populum vestrum ad fidem Catholicam.... ac ad assumendum bellum contra detestabilem Muchometi sectam Habilitent et informent.* Epistola Friderici II. Imp. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1219 : *Providimus . . . . . ut civitatis locus profecto maris et terræ fœcunditate præclarus, ubi studendi congruentia se quævis Habilitarint.* Epist. Clementis IV. PP. in Conc. Lugdun. ann. 1274. apud eumd. tom. 7. col. 207 : *Sic studeas Habilitare materiam, sicque animos tuos tuorumque disponere, etc.* Bulla Urbani V. PP. ann. 1365. in Bullar. Carmelit. pag. 123 : *Animos vestros ad rationabilem Habilitare concordiam studeatis.* Eadem notione *Habiliter un procès* dicunt Practici nostri.

* Nostri *Habiliter*, eodem sensu, usurparunt. Stat. ann. 1407. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 205 : *Les gens frequentans les armes, et qui se Habilitent à ycelles, etc.* Unde *Habiller* et *Habillonner*, pro Curare, parare, aptare. Lit. remiss. ann. 1458. in Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 45 : *La suppliante se print à Habiller le disner d'elle et des gens de son hostel.* Aliæ ann. 1466. in Reg. 194. ch. 169 : *Et des branches dudit boys.... avoit fait copper et Habillonner pour son chauffage.* Hinc *Estre Habillé*, dicitur de eo qui paratus est ad aliquid faciendum. Lit. remiss. ann. 1443. in Reg. 176. ch. 273 : *Comme le suppliant est prest et Habillé de faire plaisir, service à autruy, etc.*

* 3. **HABILITARE**, Incœptum perficere, exsequi : unde *Habiliture appellationem*, pro Eam prosequi. Instr. ann. 1379. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 38. col. 1 : *A qua appellatione propter præmissa renunciare nullathenus intendit, quinymo in ipsa persistere et eam Habilitare.*

¶ **HABILITAS**, Refectio, ornatus, instructio. Epistola Panormitanorum ad Martinum PP. IV. in Chron. Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 35 : *Illud idem ministri sceleris de supellectilibus pauperum facierbant, a quibus post Habilitatem suorum corporum iniquorum, turbato juris ordine, ut ipsa patronis supellectilia redderent, denarios expetebant.*

¶ Habilitates Conditionum, Conditiones propositæ. Albertus Mussatus de Gestis Ital. post Henricum VII. lib. 12. apud Murator. tom. 10. col. 720 : *Interdum cum Spineta Lucensi Marchione in colloquia secreta in locis finitimis convenire, res novas tentare, coordinare, et per dies suspensos habere Habilitates conditionum.* Galli diceremus, *le Projet des Conditions*.

¶ Habilitatio, Habilitas, capacitas, in honorem et gradum pristinum restitutio. Conc. Dertusanum ann. 1429. inter Hispan. tom. 3. pag. 650 : *Et in eadem villa sancti Matthæi publice præstarent obedientium, et consequerentur reconciliationem, absolutionem et Habilitationes eis necessarias.*

* **HABILITATI**, Iidem qui *Habituati* in ecclesiis cathedralibus seu collegiatis, canonici inferiores sive capellani. Bulla Innoc. VIII. ann. 1484. in Contin. magn. Bullar. Rom. pag. 289. col. 1 : *Item statuerunt quod..... solvat..... pro suo jucundo adventu octo Habilitatis chori quatuor florenos.* Et col. 2 : *Statuerunt quod nullus in dicta ecclesia, neque in civitate, portet armaturam de variis grisis, nisi sit canonicus aut prælatus, sive de octo Habilitatis.*

* **HABILITER**, Opportune, commode. Charta ann. 1380. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 313 : *Item quod ipse dom. comes* (Virtutum) *teneatur et debeat... tenere suis expensis... lanceas quatuor centum.... super riperia et territorio Januensi tanto tempore, quanto ibi Habiliter stare poterunt ad offensas Januensium.* Alia Alf. reg. Aragon. ann. 1440. ex Tabul. S. Mich. Caiet. : *Abbas et conventus venerabilis monasterii S. Angeli de Palanzana.... majestati nostræ reverenter exposuerunt,... quod... non possint in eadem ecclesia... divina misteria Habiliter et commode celebrare.*

* **HABILIUS**, Sufficiens, qui satis est; nostris alias *Hable* et *Habille*, eodem sensu. Charta Phil. IV. ann. 1338. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 89 : *Concedimus præfatis consulibus,.... quod possint in dicta villa Narbonæ.... unam domum sufficientem et Habiliam,... pro una domo sufficienti faciendo*

Digitized by Google

pro eorum consulatu tenendo,..... acquirere vel ædificare. Charta ann. 1343. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. : *Li religieus seroient tenut de laisier trente piés de lét, Hables et souffisans pour charier au lés devers nos bos de Crespy.* Alia ann. 1425. ex Chartul. Latiniac. fol. 240 : *Fournil suffisant et Habille pour cuyre suffisamment leur paste. Avable* vero, pro Habendus, in Instr. ann. 1385. tom. 2. Probat. Hist. Brit. col. 511 : *Les choses qui au fait seront utiles, proffitables, Avables et necessaires.*

¶ **HABILLUS**, pro Habilis, aptus, guavus, strenuus. Charta Henrici VIII. Regis Angliæ ann. 1540. apud Rymer. tom. 14. pag. 655 : *Hominum Habillorum ad guerram etc.*

¶ **HABITACULUM**, Habitatio, domus. Breviarium Pisanæ Historiæ apud Murator. tom. 6. col. 163 : *Si quidem Græci duce prædicto Pelope, de Arcadia venientes et ad litora Pisanorum applicantes, invenientes postum et flumina, balnea et lapidicinas, cæperunt Habitacula in diversis partibus construere.* Occurrit apud Gellium et passim in Scripturis.

* **HABITAMENTUM**, Instructus bellicus. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 19 : *Supervenerunt viginti balisterii et septem homines eques* (sic)..... *Dicti homines sunt in Habitatu et Habitamento, in quo vos videtis; ideo quia vos insidiose me sequtus fuistis.* Vide supra *Habilimentum.*

1. **HABITANTIA**, Prædium rusticum, seu agri portio excolenda cum habitatione, idem quod *Mansus.* Vide in hac voce. Notit. jur. eccl. Aquilej. ann. 1386. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1665 : *Tam nobiles quam alii cujusvis conditionis et status, obtinentes feuda, ministeria et Habitantias, et cujuscumque conditionis bona ab ecclesia Aquilegiensi, etc.*

* 2. **HABITANTIA**, Obligatio, qua, qui jure alicujus civitatis frui volunt, in ea per certum anni tempus habitare tenentur. Charta ann. 1173. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 210 : *Item illud juravit Ildeprandinus de Ozano, sed exceptavit Habitantiam. Item illud idem juraverunt Albertus de Redaldo, Widó Baji, Grimaldus et Raphanellus, quod Gerardus de Montecuculo, et Habitantiam facere.* Quæ juramenti formula sic incipit ibid. col. 209 : *Ego juro esse civis Mutinæ semper et Habitator per unum mensem omni anno, etc.* Vide infra *Habiturium.*

* 3. **HABITANTIA**, Familia. Charta ann. 1219. inter Monum eccl. Aquilej. col. 687 : *Quilibet illorum habitabit et stabit continue cum Habitantia sua in civitate Tarvisii, quolibet anno.... per mensem unum.* V. in *Mansio.*

* 4. **HABITANTIA**, Habitatio, domus. Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 62 : *Si in villa aliqua, vel regulatu alicujus villæ, vel contratæ Cadubrii vel Caprilis, in qua sint ad minus decem Habitantiæ, commissum fuerit aliquod maleficium, etc. Maison ou Habitaige*, in Libert. villæ *d'Aigue-perse* ann. 1374. ex Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 360. *Habitement*, pro Loco ubi quis habitat, in Bestiar. MS. :

> Une maniere est de serpent,
> Qui en l'ewe a Habitement.

* *Estre habité*, Sedem stabilem et domicilium habere, in Lit. ann. 1378. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 381. art. 12 : *Que se aucuns desdiz receveurs estoient bons et suffisans, et fussent bien Habitez et mariez, etc.* Vide infra *Hæredes* 2.

* **HABITATIO**, Actio habendi. Charta ann. 1342. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 41. art. 15 : *Exceptioni dictorum quingentorum florenorum auri non habitorum et non receptorum, speique Habitationis et receptionis futuræ renuncians, etc.*

HABITATORES HÆREDITARII. Vide *Mansionarii.*

** **HABITATORES.** Hoc nomine barbaros donatos, qui in provinciis Romani imperii occupatis urbes vel oppida incolebant, exemplis probat Savinius in Histor. Jur. Rom. med. temp. tom. 1. cap. 5. § 87. Romani distinguunt possessores ab habitatoribus civitatum, ita vero ut ubi de utrisque simul agunt, habitatores dicant. Vide Julian. Epit. Nov. const. 124. § 556.

¶ **HABITATURA**, ut Habitaculum. Acta S. Symeonis reclusi tom. 1. Junii pag. 105 : *Reperit non tam magnificam et fortem structuram, quam mirificam et humilem anachoretæ Habitaturam.*

* **HABITATUS**, Habitatio, domicilium. Sermo habitus in synodo Lemov. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 339. inter not. : *Et si esset Habitatu vel natu Francus, eloquio tamen Romano clarus, etc.* Vide alia notione supra in *Habitamentum.*

¶ 1. **HABITIO**, De castro, vel urbe ab hostibus capta dicitur. Breviarium Hist. Pisanæ apud Murator. tom. 6. col. 171 : *Ad quod castrum vincendum Pisani fuerunt cum quinquaginta navibus, plattis et schafis, et cum* XII. *manganis ordinatis in plattis, cujus castri Habitio fuit anno Domini* 1148.

¶ 2. **HABITIO**, *Tenuta*, possessio, Gall. *Tenuë.* Tractatus confœderationis inter Robertum Regem Siciliæ et Johannem Dalphinum ann. 1314. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 150 : *Quod si dicta Habitio vel tenuta cessaverit, idem dominus Rex vel hæredes sui ad duplicatum subsidium astringeretur.* Vide in *Tenere.*

* **HABITUALIS TUNICA**, Qua quis vestitur. Acta B. Joan. Firm. tom. 2. Aug. pag. 461. col. 1 : *Nihil aliud ad usum habere voluit, nisi solam tunicam Habitualem, chordam et femoralia, etc.* Vide mox *Habituare.*

¶ **HABITUARE**, Vestire, induere, Gall. *Habiller.* Instrument. ann. 1473. in Bullario Carmelit. pag. 301 : *Et se talibus Habitibus respective Habituare debeant.* Compendium jurium et consuetud. Universit. Paris. per Robertum *Goulet* fol. 13 : *Habituati capis doctoralibus aut aliis scholasticis indumentis, processionaliter ordine præmisso obviam corpori defuncto ituri.*

* Alias *Habituer.* Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 382 : *Lors. icellui suppliant estoit mal vestu et Habitué* Aliæ ann. 1414. in. Reg. 168. ch. 129 : *Lequel compaignon... estoit vestu et Habitué en estat de gens d'armes. Ung grant compaignon Habitué d'un mantel noir,* in aliis Lit. ann. 1469. ex Reg. 195. ch. 265.

¶ **HABITUATIO**, Habitus, vestitus, Gall. *Habillement.* Acta S. Godelevæ tom. 2. Julii pag. 425 : *Viduam, inquam, decet simplex Habituatio.*

¶ **HABITUATIO**, Vestis Religiosæ susceptio, Gall. *Vêture.* Schramb. Chron. Mellicens. pag. 421 : *De ejus* (i. Novitii) *rasura et Habituatione. Deinde ejus perseverantia considerata traditur et rebus Monasterii vetitur, toto tempore probationis tunicam exteriorem ferens albi coloris.*

¶ **HABITUATI**, In Ecclesiis Cathedralibus seu Collegiatis Beneficiati Canonicis ordine minores; frequentius hodie de Presbytero intelligitur sive Clerico, qui ad alicujus Ecclesiæ servitium se mancipavit, absque ullius beneficii titulo, certis pecuniarum distributionibus, juxta locorum consuetudines, contentus. Litteræ Francisci I. Regis pro reformatione S. Capellæ Paris. : *Tenebitur Thesaurarius dictæ Capellæ committere unum bonum distributorem, videlicet unum de Habituatis in dicta S. Capella.* Ibidem iterum de *Habituatis* post Canonicos et Capellanos occurrit mentio. Obituarium MS. Ecclesiæ Morinensis fol. 30 : *Item in conductu processionali feretri B. Mariæ et in ejus regressu quilibet Habituatus de gremio Ecclesiæ Morinensis, et omnes alii supra in articulo præcedenti declarati cum aliis servitoribus in viagio dicti feretri ordinatis per Capitulum, quilibet percipit tertiam partem quatuor denariorum. Item presbyter, diaconus, subdiaconus, chorista et duo Habituati deferentes feretrum, ultra distributionem præfatam quilibet percipit tertiam partem quatuor denariorum.* Rituale MS. Ecclesiæ Cathedr. S. Stephani Tolos. : *Et Sacerdos vadit ad aspergendum altare magnum, et deinde descendit ad aspergendum Canonicos et alios Habituatos.* Instrum. ann. 1551. tom. 1. Macer. Insulæ Barbaræ pag. 276 : *Idem R. Abbas Decanus et Prior sæcularis S. Reneberti Lugdunensis Diœcesis ejusque in dicta Ecclesia et prioratu successores, respective super Canonicis, presbyteris et Habituatis dictorum Ecclesiæ collegiatæ.* Occurrit in Instrum. ann. 1480. apud Miræum tom. 2. pag. 1341.

* **HABITURIUM**, Idem quod supra *Habitantia* 2. Stat. Pistor. ann. 1107. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 559. § 124 : *Nobiles homines Pistoriensis districtus, qui videbuntur mihi convenientes et idonei, faciam jurare Habiturium civitatis Pistoriensis sine fraude; ex quo Habiturium civitatis Pistorii juraverint, eis faciam rationem, et laudatos usus nostræ civitatis observabo.* Italis, *Abituro*, habitatio, domicilium.

* **HABITURUS**, pro Habendus. Annal. Fuld. ad ann. 865. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 172 : *Condictoque inter eos placito de supradicta conventione apud Agrippinam Coloniam Habituro.* Occurrit præterea in Charta ann. 878. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 99.

¶ 1. **HABITUS**, nudes de iis dicitur qui Monasticum habitum induere. Vita S. Declani Episc. tom. 5. Julii pag. 601 : *Multa jam millia Habitus utriusque sexus in illis plurimis locis sub cura et regula sanctissimi patroni Declani in vita felicissima vixerunt.* [** Inde *Habitus mutatio* et *Ha-*

Digitized by Google

bitum mutare, Monasticum habitum induere, passim.]

¶ HABITUS REGULARIS, Monasticus, in Addit. 3. ad Capitul. cap. 52. *Habitus religionis*, in lib. 7. Capitul. cap. 338. in Addit. 4. cap. 88. in Canon. Isaaci Episc. Lingon. n. 9. et in Capitul. Caroli C. tit. 7. n. 67. *Habitus religiosus*, in Capit. ejusdem Caroli tit. 27. n. 8. Interdum *Habitus religionis* usurpatur pro eo qui Sacerdotem decet. Ita in Addit. 3. ad Capitul. cap. 109.

* HABITUS NUPTIALIS, pro *Superpellicium*, Vestis linea clericis propria. Stat. synod. Tornac. ann. 1366. cap. 39. pag. 24 : *Capellani ecclesiarum, habentes capellanias in ecclesiis curatis, non incedant, dum divina celebrant, nisi in habitu nuptiali, scilicet cum superpelliceo.* Vide infra *Vestis nuptialis*.

* HABITUS SANCTORUM, Monasticus, in Charta ann. circ. 1183. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 692 : *Qui Herveus circa finem vitæ suæ ad abbatiam se contulit et Habitum sanctorum suscepit, et ibi finem vitæ sortitus est.*

HABITUS VENERABILIS, Imperatorius, apud Victorem in Epit. in Constante.

¶ 2. HABITUS, Mendose pro Ambitus. Monast. Anglic. tom. 1. pag. 25 : *Unde etiam aulas suas cæterasque domos necessarias intra Habitum curiæ S. Augustini ipsi habebant, ibique frequentius commanebant propter aerem liberiorem.* [** Pro *Abitus*, in Ekkeh. Cas. S. Gall. Pertz. pag. 99. lin. 34.]

¶ HABLUERE, pro Abluere, in vetusto Ceremon. MS. B. M. Deauratæ : *Tamen hospitalarius tenetur postmodum Hubluere predictos amictos, et restituere predicto sacriste amictos mundatos.*

* HABLUM, Portus, navale, a veteri Gallico *Hable*, pro hodierno *Havre*. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 198 : *Johanne et Richardo de Mortuo mari in villa de Hunnefleur existentibus supra Hablum, Gallice le Hable, dictæ villæ, etc. Le Able qui vient à Harefleu*, in Lit. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 243. art. 10. *Hables et pors de mer* in aliis ann. 1374. tom. 6. earumd. Ordinat. pag. 47. *Havaire*, eadem acceptione. Le Roman *du cuens de Ponthieu* in Glossar. ad calcem Joinvil. edit. reg. : *Tant crut la nés k'ele vint devant Aumarie, et quant il eurent Havaire pris, galies vinrent encontre aux*, etc. Vide *Habulum* et *Haula*.

¶ 1. HABOUTARE, Constituere, assignare, Gall. *Assigner*. Charta Curiæ Suession. ann. 1273 : *Et super prædictis viginti solidis . . . solvendis assignaverunt et Habouta verunt prædicti Johannes et ejus uxor, prædictos Abbatem et Conventum . . . ad quartam partem prædictæ domus.* Eadem notione *Faire about d'ouvrage*, in Consuet. Montensi cap. 12. art. 6.

¶ 2. HABOUTARE, et HABUTARE, Gall. *Aboutir*, Terminari. Charta ann. 1254 : *Quod videlicet* (pratum) *situm est inter pratum dicti Prioris ex una parte et pratum Guillelmi Vaorsoris ex altera, et Haboutans territorio de atrio ex una parte et Communi Exclusarum ex altera.* Charta ann. 1295 : *Situm in parochia de Maintru inter masnagium Ricardi dicti sutoris ex una parte et queminum regale ex altera, Habutantem ad aquam currentem ex uno capite etc.* Alia ann. 1298 : *Domus et masura sita est in mesnillo Monachorum juxta domum et masuram meam ex uno latere, et masuram Petri ex alio, et Habutat ad terram Roberti Franchais ex uno bouto, et queminum regale ex alio.* Vide *Abbutare* in *Butum*.

¶ HABRA, Famula. Gloss. Anglo-Saxon. Ælfrici : *Ancilla, serva, Habra, vel dula.* Vide *Abra*.

* HABRIGEONARIA, Vicus Parisiis, ubi *Halsbergarum* opifices habitant, vulgo *Haubergerie*. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 233 : *Theobaldus, dictus Champaigne, sellarius Parisius, in vico Habrigeonariæ commorans, etc.* Vide *Halsberga*.

¶ HABUDARE, pro Abundare. Litteræ Johannis Reg. Franc. ann. 1361. tom. 3. Ordinat. pag. 505 : *Nos vero dictos mercatores begnino favore prosequentes, et ut affluencius in regno nostro suas merces deferant, et per hoc regnum nostrum copiosus Habudabit, etc.*

¶ HABUGHUNT, et HAPICHUNT, Canis qui cum accipitre venatur : *Hapich* enim seu *Habich* Germanis est accipiter : *Hund*, canis. Lex Bajwar. ex Edit. Heroldi cap. 27. § 6. Vide *Canis Acceptoricius*.

HABUISIA. [Contractus Navigii D. Regis cum Venetis ann. 1268. tom. 5. Hist. Franc. : *Et pro quolibet alio peregrino habando placam ab arbore de medio ad proram cum suis viandis et Habuisiis marcham unam etc.* Ubi pro *Habuisiis*, leg. *Harnesiis*, ut monet D. Cangius] in voce *Placa*.

HABULUM, Portus, Gallis *Hable* et *Havre*. Tabularium Monast. Fiscanensis fol. 41 : *Laxavi . . . et dimisi Dom. Abbati Fisc. quidquid juris habebam . . . in portu et Habulo et villa sua de S. Valerico, etc.* [Charta Henrici *Malconduit* Vicecomit. Blosse-villæ ann. 1240. apud Valesium in Notit. Gall. pag. 211 : *Ego in portu sive Habulo suo de S. Walarico nullum jus sive libertatem aliquam habeo emendi, etc.*] Vide *Haula* et *Hablum*.

¶ HABUNCOLUS, pro Avunculus. Præceptum Childeberti ann. 697. apud Mabill. Diplom. pag. 479 : *Ibique veniens venerabilis vir Magnoaldus Abba de Monasterio Thunsone-valle, quem Habuncolus suos domnus Charclericus quondam Episcopus suo opere ædificavit.*

¶ HABUNDA, Abundantia. Computus ann. 1407. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 548 : *Propter Habundam casei maximam ubique in tota parochia hoc anno.*

¶ HABUNDANTIA, pro Abundantia, in Præcepto ann. 884. apud Mabill. Diplom. pag. 550.

¶ HABUNDUS, Largus, copiosus. Ratbertus de Casib. S. Galli cap. 11 : *Abbates cum fratribus eo die mensæ aderant, de communi et privatis collectæ fiunt, et Habundam caritatem faciunt.*

HABUS, Φαλός, in Gloss. Gr. Lat. MS. et edito, forte *apex* : nam id Φαλός sonat. [Suppl. Antiquarii : *Habus*, φαλός, *Exilis, splendidus.*] [* Vide Scaliger. epist. 334.]

* HABYSE. Benzo in Panegyr. Henr. IV. imper. apud Menken. tom. 1. Script. rer. Germ. lib. 4. cap. 22 : *Non est, cui possim dicere : Stemus simul; quia si non omnes, plures tamen de ordine Habyse infecit pestis Patariæ.* Ubi legendum *Abiæ*, ut sacerdotes indicentur secundum Evangelium Lucæ cap. 1. auctor est Muratorius tom. 5. Antiquit. Ital. med. ævi col. 86.

* HACCUS, perperam pro *Nactus*, Stragulum, quo totus equus insternitur, in Bulla Leon. IX. PP. ann. 1054. ex Contin. magn. Bullar. Rom. pag. 1. col. 2 : *Confirmamus tibi omnia, quemadmodum in privilegiis patrum nostrorum apostolicorum virorum sunt inscripta, crucem videlicet, et pallium suo tempore suoque loco ferendum, insigne quoque sustivi* (leg. festivi) *equi, quem Haccum vocant nostri Romani.* Non rectius editum *Naccum* apud Miræum tom. 2. pag. 1132. col. 1. Vide *Nactum*.

¶ HACELELIA, vox Hispanica, f. Fasciola, diminutivum a fascia, vel *fasciolum*, operimentum capitis. Scriptura Principis Adelgastri pro Monasterio S. Mariæ de Obona tom. 3. Conc. Hispan. pag. 90 : *Damus . . . sex sabanas, duas literatas et quatuor sine serico, et tres Hacelelias et duas siucatas et una cappa serica et tres calices.*

* HACETA, Securila, Gall. *Petite hache*. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 179 : *Quandam Hacetam, quam habebat dictus reus, recepit.*

¶ HACHERIA. Vide in *Harmiscara*

* HACHETA, Eodem intellectu. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 413 : *Dictus defunctus Bernardus... misit quæsitum in domum suam quandam securim seu Hachetam, etc.* Secures propria, tam veterum, quam modernorum Gallorum, fuisse arma, observare est non apud antiquos Scriptores duntaxat, sed et in recentioribus Instrumentis, in quibus pro variis formis regionibusve, ubi in usu erant, variis nominibus distinguntur. Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. ch. 532 : *Portant une grande Hache à son col, laquelle avoit bien trente deux posses d'alemelle ou environ.* Aliæ ann. 1460. in Reg. 189. ch. 485 : *Une longue guisarme ou Hache, nommée Hache de Crequi. Un baston que l'en nomme ou pais* (de Vimeu) *Hache de Crequy*, in aliis ann. 1467. ex Reg. 195. ch. 2. Aliæ ann. 1461. in Reg. 198. ch. 119 : *Le suppliant avoit une Hache de Crequi,.... qui est ung baston poinctu comme une dague.* Rursum nostris *Hache Danoise, Larroise*. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 108. ch. 120 : *Le féry d'une Hache Lorroise, tant que mort s'en ensui.* Aliæ ann. 1390. in Reg. 138. ch. 266 : *Gerard le frappa sur les épaules ou sur les bras un seul petit coup du plat d'une petite Hache Danoise qu'il portoit.* Vide *Hachia* 1. et *Secures*.

* HACHEYA, HACHIA, Mulctæ honorariæ species. Gall. *Amende honorable*, quæ viris plebeiis, ut *Harmiscara* militaribus, irrogari solebat. Arest. parlam. Paris. ann. 1313. in Reg. *Olim : Episcopus Belvacensis, ratione feodi sui et juris ecclesiæ suæ, dicebat ad se solum pertinere compellere homines de communia Belvacensi ad Hacheyam faciendam.* Aliud 16. Jan. ann. 1332 : *Quandam pœnam imposuerant* (major et pares

Digitized by Google

Belvacenses) *corporalem, quæ vulgariter Hachies nuncupatur.* Quæ conferenda omnino sunt cum iis, quæ leguntur in voce *Hachia* sub *Harmiscara.* Hæc vero mulcta honoraria Bellovaci olim fiebat Saxum quoddam ascendendo, unde reus ad forum publicum deducebatur, ibi a majore est scabinis pecunia mulctandus.

¶ 1. **HACHIA**, Securis, a Gall. *Hache.* Instrum. ann. 1430. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 64 : *Ictibus ensium et Hachiarum multiplicatis et resonantibus, sic quod erat quasi unum terribile nedum videre, sed audire.* Instrum. ann. 1282. apud Rymer. tom. 2. pag. 207 : *Ita quod quilibet eorum* (Coupiatorum) *habeat unam bonam, magnam et fortem Hachiam vel securim ad grossas et parvas arbores succidendas.*

2. **HACHIA**, [Pœna quævis.] Vide in *Harmiscara.*

* **HACHIATUS.** Decussatim delineatus. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg. : *Item duo alii morsus argenti deaurati et Hachiati ad vignetas.* Ibidem : *Item, una absconcia argenti deaurata operis Hachiati.* Aliud Gall. : *Item une esconce d'argent dorée Hachiée.*

* **HACIATA**, Mensuræ species. Chartul. S. Mart. Pontisar. : *Duas Haciatas salis, quas habetis in foro Pontisaræ unoquoque Sabbato, etc.* Vide infra *Haquetum.*

¶ **HACLA**, Genus vestis. Liber Repræsentationum Historicarum in MS. Floriacensi XIII. sæculi, in Repræsentatione peregrinorum Emmaüs : *Accedat quidam aliis in similitudinem Domini, Hacla vestitus et tunica.*

* **HACTARE**, pro *Actare*, Actionem intendere. Charta Gerardi episc. Camerac. ann. 1083. ex Tabul. S. Autb. : *Bernardus ejusdem æcclesiæ præpositus querelam quandam in præsentia mea pronuntiavit et Hactavit.*

¶ **HADA**, pro *Hida*, apud Th. *Blount* in Nomolex. Anglic. : *Sursum reddidit in manus domini duas acras terræ, continens decem seliones et duas Hadas.* Hinc

¶ **HADAGIUM**, pro *Hidagium*, in Charta Henrici VIII. Reg. Angl. ann. 1526 : *De terragio, ac scotto et geldo, Hadagio, etc.* Vide in *Hida.*

HADERUNGA, Vox Saxonica, Personarum acceptio, ab had, persona, et arung, honoratio, admiratio. Leges Ethelredi : *Judicia debent esse sine omni Haderunga, quod non parcatur diviti alicui vel egeno, amico vel non amico jus publicum recitari.*

* **HADES**, Tortiles ex virgultis laquei, pro *Hardes.* Vide in hac voce. Charta Milon. *de Marchais* ann. 1210. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 122 : *In nemoribus nostris poterit quilibet homo de tallia villæ de Marchais accipere Hades et chavignon, et quidquid necesse fuerit pro carruca sua.*

* **HADOX**, Piscis genus sale conditum. Tract. MS. de Pisc. cap. 119. ex Cod. reg. 6838. C : *Est aselli species, quem salitum a Britonibus Hadox quidam vocant.*

¶ **HADRIANEA**, HADRIANALIA, Ludi in honorem Hadriani Aug. celebrati. Vide Hofman. in hac voce.

* **HADUBBA**, Tubæ species, ut videtur. Andr. Floriac. MS. lib. 1. Mirac. S. Bened. : *Satrapæ vero in centuriis et milibus cum innumerabili Argiraspidarum agmine cominus subsequentes æreis Hadubbis, nervis et manibus personabant.*

¶ **HÆCCEDORA**, HAGCEDOGE, *Cantiones in carminibus.* Papias.

¶ **HÆDULARE**, Παίζειν, Ludere. Gloss. Lat. Græc.

¶ **HÆLIX**, ἀναπνοὴ ὑγιτοῦ, *Elix, sulcus aquarius*, in Supplem. Antiquarii.

¶ **HÆMODIA**, *Infestatio dentium et gengivarum ob acida et austera.* Lex. med. in Amalth.

¶ **HÆMORRHOUS**, Gr. αἱμόῤῥους, Viperæ species, *colore arenoso, . . . per corpus vero notis nigris et albis variegata*, uti ait Aëtius, quæ morsu sanguinem elicit, a Gr. αἱμοῤῥοέω, sanguinem fundo. Plura videsis apud Hofman.

* **HÆNA**, mendum pro *Cauda*, Pergameni scilicet pars resecta, cui bullæ cereæ ac sigilla, quibus Chartæ muniri solent, aptantur. *Vidimus* ann. 1383. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 291 : *Litteras regias in pergameno scriptas, sigillo magno regio cereæ communis cum Hæna dupplici impendenti, etc.*

* **HÆRA** FALCONI. Vide supra *Æra* 4.

¶ **HÆREDARE**, Jure hæreditario habere, possidere. Charta Eduardi III. Reg. Angl. ann. 1342. apud Rymer. tom. 5. pag. 331 : *Cum quædam conventiones inter nos ex parte una, et nobilem virum Almaricum de Clizon tutorem et curatorem Johannis de Britannia filii et hæredis Johannis Ducis Britanniæ et Comitis de Monteforti, pro dicto Johanne filio, et de dicto ducatu Britanniæ Hæredato et seisito.*

1. **HÆREDES** nude, interdum feudi paterni appellatione addita, dicebantur apud nos, Nobilium filii ac hæredes, qui parentum hæreditatem, quoad feuda, adire non poterant, donec 21. annorum attigissent ætatem; cum interim eorum tutores, ac *Custodes*, prædiis pupillorum feudalibus fruerentur, et eo nomine militaribus obsequiis ac servitiis obnoxii hominia dominis præstarent. Quod potissimum inductum constat, in favorem dominorum feudalium, quorum intererat vassallos habere, qui feudalia omnia servitia possent adimplere. Idque jus est tutelæ Nobilis, quæ in Gallia adhuc observatur, et in Anglia ac Normannia Regi defertur, censeturque inter jura regalia. Pupilli vero, minores ætate, quibus nullum fere jus erat in bonis paternis, quorum usufructus erat penes tutores, qui eos alere et educare habita conditionis et dignitatis ratione tenebantur, eorumdem bonorum *Hæredes* tantum nuncupabantur, tanquam solum iis aliquando fruendi jus competeret, eorumque adipiscendorum, hæreditatis adeundæ instar, spe alerentur : quo etiam sibi iis in bonis, quorum dominos sese inscribebant tutores, jus esse indicarent, licet possessionem nondum adiissent. Habetur in Tabular. Majoris Monasterii fol. 159. Charta *Gaufredi Comitatus Andegavensis naturalis Hæredis*, subscripta, a *Fulcone Vindocinensium Comite naturali.* Et fol. 118 : *Auctorumentum super hoc expetivimus Fulconis, qui Vindocinensis comitatus naturalis Hæres est, obtinente eum avunculo suo supra-taxato Comite Gaufredo, honoris hujus aliquando expers remanserat.* Exstat in Archivo Ecclesiæ Ambianensis Charta ann. 1221. in qua Bernardus *Hæres*, Robertus vero de Bova, *Baillivus terræ de Morolio* inscribuntur. Nempe Robertus tutorio jure Morolium tenebat, Bernardo adhuc in pupillari ætate constituto. Hinc frequenter in Catalogo *Militum ferentium Bannerias*, Philippo Augusto regnante, *Hæredes* legimus *de Veteriponte, de Vaurin, de Carency, de Roye, de Ponte S. Maxentii, de Triangulo, etc.* et apud Willelm. Britton. lib. 7. Philipp. pag. 171 : *Et Hæres Hugo Novi castri.*

Hujus porro moris, quo *Hæredum* tutores dominos sese inscribebant feudorum pupillarium, complura exempla proferunt Scriptores. Lambertus Ardensis pag. 150. scribit Balduinum Bethuniensem, *mortuo Albæmarlæ Comite, impregnatam ejus viduam duxisse uxorem, et Albæmarlæ factum fuisse Comitem et nominatum.* Idem Scriptor tradit, Arnoldum I. Ardensem Dominum, ducta Clementia Hugonis Comitis S. Pauli vidua, ejus filiorum impuberum tutelam suscepisse, factumque S. Pauli Comitem. Robertus Ludovici VI. Regis Franciæ filius, ducta Rotrodi Comitis Perticensis vidua, susceptaque filiorum Rotrodi tutela, Comes Perticensis dictus est. Idipsum de Edmundo Lancastriæ Comite prodit Pithœus, qui ducta in uxorem Blanca, Henrici III. Comit. Campaniæ vidua, Comitem se Campaniæ inscripsit, Joannæ *Hæredis* jure, cujus tutelam susceperat, et quæ postmodum Regi Philippo Pulcro nupsit. Exstat ejusd. Edmundi Charta ann. 1277. in Tabul. Eccl. Meld. hoc initio : *Nous Eymond fieuz le Roy de Engleterre, de Champaigne Cuens Palasins, faisons à savoir, que come tençons fut entre nous pour la raison de l'oir de Champaigne, que nous tenons en nostre garde, d'une part, etc.* Denique Ingelrannus Codiciaci Dominus, Comitis Ruciac. et Comit. Pertic. viduis in uxores ductis, Ruciacensis, ac deinde Perticensis Comes appellatus est, quod utriusque hæredum tutelam nactus esset, ut refert Duchesnius in Hist. Codiciac. lib. 6. cap. 6.

Sed et constat, servatum fuisse eum morem in ipsis Regnorum et Imperiorum successionibus. Observant quippe nonnulli, atque in iis Beslius, Francicum Regnum delatum Pipino, quo illud regeret tutorio jure, Childerico III. adhuc impubere. Nec in alium finem data Odoni Aquitaniæ Duci Regia dignitas : tutela quippe Caroli Simplicis a Francis donatus, ut majori auctoritate Regnum gubernaret, in Regem coronatus est. Chron. Floriacense, Continuator Aimoini lib. 5. cap. 42. et Chron. Besuense pag. 526 : *Ex his majorem natu Odonem Franci Burgundionesque congregati in unum, licet reluctantem, tutorem Caroli pueri, Regnique elegere gubernatorem, quem unxit Gultherius Archiepiscopus Senonum.* Conditionem addit Albericus ann. 994 : *Ad reprimendam quorumdam insolentiam superborum, et retundendam late bacchantium rabiem Normannorum, de consensu Principum, consensus ad regalis coronæ gestamen concessus est Odoni,*

Digitized by Google

quousque spatia Regius Puer nondum ad regnum idoneæ percurrisset ætatis. Chronic. breve ex Bibliot. Thuana : *Deinde inito consilio Francorum, electus Odo in regnum ad tempus.* Chron. Turon. : *Odonem ... Regem sibi præficiunt, eique Carolum puerum custodiendum tradunt tali pacto, quod post 7. annos Carolo puero regnum Franciæ relinqueret, et Odo Regiis insignibus depositis, Dux in posterum remaneret, retento nomine Regis et honore.* Ordericus Vitalis lib. 7. et Chron. S. Petri Vivi : *Ludovicus Rex Francorum, Caroli Calvi filius, reliquit filium suum parvulum Carolum, qui Simplex vocatur, cum regno, in custodiæ Odonis Principis.* Denique Philippus *Mouskes*, de eodem Odone :

Si fisent li François le dou
Del roiaume al Conte Wedon,
Pour garder en lia de droit oir,
Ki la terre devoit avoir,
Por çou con tenoit à sage,
Tant que l'Enfes auroit eage,
Et pour la terre conforter
Li fisent couconne porter..

Balduino II. Imperatore CPolitano adhuc in puerili ætate constituto, necdum rebus gerendis, iisque difficillimis, idoneo, ut qui vix annum ætatis 12. attigisset, Galli, qui Constantinopoli, et in toto Imperio Orientali, sedem fixerant, consilio habito, eligendum Principem censuerunt, qui Imperium, quoad Balduinus legitimam esset consecutus ætatem, administraret, et contra hostium incursus et conatus fortiter tutaretur. Eam in rem delectus Joannes Brienensis Exren Hierosolymitanus, qui et filiam Balduino pacisceretur, et Imperium tutoris vice administraret, concesso insuper Imperatoris titulo, eoque, ut mos est Imperatorum, solenniter coronato, hac tamen conditione, ut quando Balduinus suæ tutelæ factus esset, Imperio cederet, illudque genero resignaret : quod pluribus prosecuti sumus in Historia nostra Gallo-Byzantina lib. 3.

Nec alio denique jure Philippus V. et Carolus Pulcher Reges sese inscripserunt Navarræ, quæ erat Joannæ eorumdem ex fratre Philippo IV. Rege Franciæ et Navarræ neptis, cujus, adhuc infra pubertatem constitutæ, tutelam et Regni curam suscepere, usurpato regio titulo, quo iis majus in administrandis Regni negotiis accederet pondus, uti observat Tillius. Exemplo quoque Francorum Arsenius Patriarcha CP. corona donavit Michaelem Palæologum, Joannis Lascaris Imperatoris tutorem a patre relictum, addita ea conditione, ut Imperium administraret et regeret, quoad Joannes suæ tutelæ factus esset, sicuti narratur a Nicephoro Gregora lib. 4. Verum ea fidei integritas, quam in nostris mire prædicat Nicetas Choniates, a Græcis nusquam servata fuit.

Prædictis addo solenne ea tempestate fuisse, ut legitimi Regnorum et possessionum hæredes eo *hæredum* titulo tantummodo donarentur, quamdiu in tutorum potestate essent, penes quos jure *tutelæ nobilis*, quæ passim in nostris Consuetudinibus municipalibus *Garde* vel *Bail noble* appellitatur, pupillarium possessionum, ut ita dicam, dominium, vel, si mavis, administratio remanebat : quorum etiam nomine hominia supremis dominis exhibebantur, non vero pupillorum. Unde et fluxit mos, diu apud nostros servatus, teste supra laudato Tillio, ut in Gallia litteræ omnes, quæ in Cancellaria conficiuntur, Tutorum Regni et Rectorum nomine inscriberentur, non Regis, ut qui nulla per ætatem fungeretur administratione : contentus ut plurimum sola hæredis Regni appellatione, quo legitimum in eo jus sibi esse cunctis notum esset. Ita Joanna Henrici Navarræ Regis et Campaniæ Comitis filia, quamdiu in pupillari fuit ætate, Regnumque, quod ad eam jure hæreditario spectabat, a Philippo III. Francorum Rege administratum est, nulla alia quam ejusdem Regni hæredis donatur appellatione a Nangio in Gestis ejusdem Philippi pag. 529. 534. Sic apud Froissartem, *Hæredem Glocestriæ* legimus filium Ducis Glocestriæ, cujus tutela penes Angliæ Regem erat. Eo denique sensu Conradus junior, Friderici Imperatoris ex Isabella Hierosolymitana filius, *Hæres regni Hierosolymitani* nuncupantur in Chron. Elvangensi sub ann. 1246. Isabella quippe matre extincta, cum Conradus longe abesset, nec spes esset proxime affuturum, Franci Hierosolymitani, Regium titulum, et Regni curam Alisiæ et ejus marito Hugoni Cypri Regibus contulere, hominiumque præstitere, salvo tamen jure Conradi, inquit Sanutus lib. 3. part. 11. cap. 16. Ejusmodi porro *Hæredum* mentio est præterea in Quoniam Attachiam. cap. 91. 92. 93. 94. 95. et in Fleta lib. 1. cap. 9. 11.

Secundus Hæres, *Nepos*, in Glossis antiquis.

Ultimus Hæres, JC. Anglis dicitur, qui ex legitimo matrimonio natus, moritur nullo post se legitimo hærede relicto. Illius porro successio non solum fisco, sed cuilibet capitali domino competit, ut est in Regiam Majestatem lib. 2. cap. 55. Id JC. nostri *Droit de desherence* vocant, cum scilicet nullus adest hæres, de quo ii passim.

* *Her*, pro *Héritier*, Hæres, apud Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 18 : *La royne de Jérusalem, qui estoit droite Her du royaume etc.* Libert. *de Chagny* ann. 1282. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 381. art. 7 : *Deissent et affermessent lidiz preudommes que il ne sont tenuz de sigre les Hers monsieur Philippe de Montagu.* Hinc *Hérage*, Genus, vulgo *Race, extraction.* Charta ann. 1445. in Chartul. Latiniac. fol. 42 : *Que s'il est aucun qui se die noble et de noble Hérage... Or estoit ainsi que ledit Sasse-ville si estoit et est noble de noble Hérage.*

Hæres, Is cujus hæreditas speratur. Acta Martyrii S. Vassii Santonensis n. 2 : *Audivi de Hærede tuo Vassione, quod omnia per suam stultitiam pauperibus dispergere non cesset, et tibi, qui hæres ejus es, nihil reservet.*

Hæreditas Luctuosa, Quæ ad parentes ex morte filiorum obvenit, id est, quarta portio de rebus filiorum, uti est apud Anianum ad leg. 2. Cod. Th. de Inoffic. testam. [Judicium ann. 1030. in Append. Marcæ Hispan. col. 1045 : *Tempore autem quo crevit prædictus Miro et voluit capere hereditatem sive immeliorationem, mater ejus jam dicta propter quasdam Hereditates Luctuosas filiorum suorum, quas retinebat in rebus jam dicti Guillelmi, etc.*] Vide Legem Wisigothor. lib. 4. tit. 2. § 18.

* 2. Hæredes, Iidem qui *Hæreditantes*, qui libertate donati legitimam hæreditatem adire poterant. Charta ann. 1201. ex Chartul. Pontiniac. lib. 5. ch. 25 : *Homines quidam de Venossa, qui vocantur Hæredes, vel alii, habent usagium in prædictis nemoribus.* Nisi, quod forte potius est, intelligantur ii, qui ex alio dominio alicubi sedem fixerunt, ibique bona immobilia possident. Vide *Hereditagium* 2. Et certe *Hérité*, ea notione, occurrit in Lit. ann. 1370. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 374. art. 1 : *Chacun an à certain jour, les chiefs d'ostel Héritez de ladiete ville* (de Tournay) *etc.* Charta ann. 1481. in Reg. 207. Chartoph. reg. ch. 318 : *Considérans que icellui Jehan de Meritain escuier* (Bearnois) *a entention de soy Héritier et demourer en nostre royaume, etc.* Vide supra *Habitantia* 4. [** Confer de hisce vocibus Beselerum *über die Erbvertræge* tom. 1. pag. 14. et Haltausii Glossar. German. col. 355. voce *Erbe, etc.*]

Hæredipeta, Hæres proximior. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 70 : *Et nullus Hæredipetæ* (pegperam *hæredipede*) *suo propinquo vel extraneo, periculosa sane custodia, committatur.* [Concilium Compostell. ann. 1114. can. 18. inter Hispan. tom. 3. pag. 324 : *Cæterum ne quis Hæredipeta, ne quis sycophanta usurpative accedat, etc.* Jo. de Janua : *Heredipeta, qui alterius hereditatem petit vel cupit.*]

1. Hæreditabilis, Qui rem avitam et hæreditarium possidet. Fulbertus Carnot. Epist. 96 : *De te Domine mi, valde miror, qui me tam præpropere causa indiscussa tuo beneficio judicabas indignum. Num si respicatur ad conditionem generis, daret Dei gratia, quod Hæreditabilis sim. Si ad qualitatem beneficii, constat, quia non est de tuo fisco; sed de his, quæ mihi per tuam gratiam habui, etc.*

* 2. Hæreditabilis, Dicitur de re, quæ ad aliquem spectare debet. Tabul. S. Sergii Andegav. : *Burchardus frater suus, cui causa Hæreditabilis erat, ad hanc causam auctorizandam vocatus non fuit.* Nostris *Rente héréditale* nuncupatur Pensio annua in prædiis et possessionibus assignata. Charta ann. 1366. in Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 200. v°. : *Que yceulx héritages soient bailliez .... à certaine rente Héréditale à vie ou à temps.*

¶ Hæreditabiliter, Jure hæreditario. Charta ann. circ. 1140. apud *Madox* Formul. Angl. pag. 40 : *Noverint tam præsentes quam futuri, quoniam molendinum de Lee, quod bonæ memoriæ Walterius Coventrensis Episcopus dedit Willelmo pistori et hæredibus suis Hæreditabiliter tenendum.* Ibidem recurrit semel et iterum. Vide *Hereditaliter.*

* Nostris *Héritablement*, *Héritaulement* et *Irétaulement*. Charta Walt. comit. de Avesn. ann. 1238. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1007 : *Trois cent libres de blancs cascun an à prendre Héritaulement à mon winnage d'Avesnes.* Alia ann. 1247. ex Ta-

Digitized by Google

bul. S. Crisp. in Cavea : *Robert de Parnant chevalier soloit avoir à mon molin de Berzy demy muy de bled chascun an Irétaulement, que il tenoit en fié de mes ancesseurs. Hirétaulement*, in Ch. ann. 1293. ex Chartul. 21. Corb. *Héritablement*, in alia ann. 1332. ex Chartul. S. Mart. Pontisar. fol. 28. Vide infra *Herediter*.

HÆREDITAGIUM, Pars, quæ hæredi obvenit. Charta Luitgeri postmodum Episcopi Mimigardens. : *Tradidi.... pro remedio animæ... dimidietatem hæreditatis meæ, quæ mihi jure paterno et lege hæreditaria... contingit.* [Litteræ Philippi Reg. Franc. pro Guidone Episc. Lingon. ann. 1285. tom. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 213 : *Quiu dicta villa cum suis pertinentiis de Hæreditagio carissimæ consortis nostræ Johannæ movere seu pertinere noscuntur.*]

Hæreditagium, Possessio, prædium, *Heritage*, in Constit. Sicul. lib. 3. tit. 8. [Statuta reform. S. Claudii sub Nicolao V. PP. ann. 1448 : *Super quibus Hæreditagiis vel personis, cujus conditiones, quando et qualiter solvere debeant, ulteriorem declarationem faciendam ordinamus.* Statuta Collegii Plæssei ann. 1406. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 386 : *Sed nec Hæreditagia, terras, dominia, vel jura ipsius collegii ultra novem annos ad firmam tradant, etc.*] Apud Anglos, hæres is tantum intelligitur, in quem prædia et res immobiles transeunt : res enim mobiles executorum sunt. [Vide *Hereditagium* 2.]

¶ **HÆREDITAMENTUM**, Id omne quod jure hereditario ad hæredem transit, ac præsertim res immobiles. Charta ann. 34. regni Henrici VIII. Regis Angliæ apud *Madox* Formul. Angl. pag. 288 : *Concessi, barganizavi, vendidi.... tenementa, prata... et Hæreditamenta mea quæcumque cum pertinenciis in Esthroppe prædicta.*

HÆREDITANTES Homines, [f. Manumissi, liberti, *Hæreditantes* dicti, quod eorum id præcipuum erat privilegium, ut succedere possint; nisi iidem sunt qui *Hæresiotæ* infra nuncupantur. Vide *Hæresis* 2.] Tabularium Eleemosynæ S. Pauli Viennensis : *Terminatur ab uno latere terra franchilium hominum, et ab alio terra Hæreditantium virorum, a tertio vero latere una stricta via, sicut istis terminis concluditur.* [* Vide *Hæredes*, 2.]

¶ 1. **HÆREDITARE**, Succedere, hæreditatem obtinere, Gallis *Heriter*. Concilium Tolet. VIII. inter Hispan. tom. 2. pag. 546 : *Verum quæcumque ordinata fuerint, Hæreditabunt gloriam successoris. Propria eorum* (leg. *successores propria eorum.*) Charta Caroli Regis Hungariæ ann. 1327. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 481 : *Si vero sæpe dictum filium nostrum habendo filiam vel filias mori contingeret, ex tunc ipsa vel ipsæ, juxta consuetudinem ipsius Hungariæ observatam, succedere et Hæreditare debent.* Vide *Hereditare* 1.

¶ 2. **HÆREDITARE Animam suam**, In proprios usus reservare, Gall. *Reserver pour son usage, pour son entretien.* Charta 90. Chartularii S. Martini de Camarcio, vulgo *Chamars*, in territorio Dunensi : *Quando dedit filiam suam Gaufredo Normanno cum quadam parte terræ suæ, totam terram suam quæ est a loco qui dicitur Charistra usque ad molendinos de Morciis ad animam suam Hæreditandam retinuit.*

* Vel potius, Piis donationibus animæ suæ saluti testamento providere. Chartul. Celsin. ch. 862 : *Ego Oda dono... Celsiniensi loco omnem rectum et concensum, tantum quantum ipsa jure hæreditatis ex parentibus meis habebam in clausum, qui est prope ecclesiam, quæ est constructa in castello de Monteacuto, ut ab hodierna die fratres ejusdem ecclesiæ quitiam, et absque ullo contradictore teneant,.... nullique amplius mortali hominum ex mea progenie ullum censum reddant, quoniam ego ad mortem meam Hæreditavi animam meam.*

3. **HÆREDITARE**, Possessionem dare rei alicujus : *Adheriter*. Anastasius in Hist. Eccl. pag. 58 : *Ab hora vero, qua promoverentur, neminem habere licentiam disponendi; sed omnia ipsius venerabilem domum Hæreditari.* Theoph. κληρονομεῖν. Thwroczius in Petro Rege Hungar. cap. 38 : *Ac bona quantitate de terra eundem Hæreditare non omisit.* [Epistola Sanctimonialium Blasiliensium ad Urbanum II. PP. apud Mabill. tom. 5. Annal. pag. 654 : *Temporibus igitur priscis, matrona quædam, nomine Ermengarda Comitissa.... Monasterium Blasiliæ in prædiis suis constituit, atque circa adjacentibus campis et villis et Ecclesiis Sanctimoniales Deo servientes ibi unde viverent Hæreditavit.*] Vide *Adhæredare*, et *Hereditare* 2.

* Nostris *Ariter, Ayreter* et *Hériter*. Charta apud Meichelbec. tom. 2. Hist. Frising. pag. 206 : *Tunc utique jam fatus episcopus percunctavit quemadmodum oratorium præfatum Hæreditare præfiniret.* Charta ann. 1266. ex Chartul. S. Auberti Camerac. fol. 68 : *En laquele terre li église devant dite est entrée et Aritée bien et loiaument par nos et par nos homes et par nos volenté.* Alia ann. 1293. ex Tabul. eccl. Camerac. : *Jehans comme sires en Ayreta maistre Jakemon de Marli canone de l'église;... et Michiel de Paillencourt... comme li secons sire gréa et otria l'Ayretance et l'amortissement de cele disme.* Alia Car. Valesii comit. Alenc. et Joan. ejus uxoris ann. 1330. ex Tabul. Carnot. : *En saisissons, Héritons et revestons et douons corporelement, réalment par le bail de ces présentes lettres, etc.* Vide supra *Adheredare*.

¶ **HÆREDITARIE**. Aliquid *Hæreditarie* possidere, i. e. ita possidere, ut filius tuus neposve, te mortuo, possideat; apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 544.

1. **HÆREDITARII**, Hæredes, *Heritiers*. Ditmarus lib. 6. pag. 77 : *Et nos in Ecclesia majore cum funere intrantes, amici cum Hæreditariis omnibus, elevatis cum luctu manibus, miserabiliter suscipiunt.*

¶ 2. **HÆREDITARII**, Domini, quibus dominium, possessio alicujus rei competit. Charta ann. 1240. ex Chartul. S. Vandregesili tom. 1. pag. 11 : *Accepi a dominis meis viris Religiosis Roberto Dei gratia Abbate S. Vandregesili et ejusdem loci Conventu, quamdam masuram terræ... tenendam mihi et hæredibus meis de dictis Religiosis et Hæreditariis possidendam quiete et pacifice.* Literæ Henrici IV. Regis Angliæ ann. 1409. apud Rymer. tom. 8. pag. 611 : *Dicendo se Hæreditarium et Dominum dictæ placeæ de Camarssac, placeam illam fortificare incepit.* Vide Consuetudines Insulens. art. 232. Hannon. cap. 59. 69. etc. Montens. cap. 12.

¶ **HÆREDITARIUM**, Hæreditas. Charta ann. 1239. tom. 1. Chartul. S. Vandregesili : *Sciant omnes... quod ego.... vendidi et omnino dimisi Roberto Dei gratia Abbati S. Vandregesili et ejusdem loci Conventui quidquid jure Hæreditarii habebam in molendinis de fontibus in Braio.* Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 127 : *Ipsa dixit quod nunquam denarios illos, nisi de suis Hæreditariis venderet, reddere valeret.* Vide *Hereditarium*.

¶ **HÆREDITAS**. Vide in *Hæredes*.

* **HÆREDITAS**, pro *Alode* nonnunquam occurrit in Speculo Saxon. teste Calvino in Lex. Jurid. Vide *Hereditagium* 2. *Hoirrerie*, pro *Hoirie*, Hæreditas, in Libert. hominum *de Boussac* an. 1427. ex Reg. 179. Chartoph. reg. ch. 42 : *Par droit de succession et Hoirrerie, etc.*

* **HÆREDITATUS**, Qui jure hæreditario possidet, nostris *Hérité*. Arest. ann. 1355. 12. Mart. in vol. 4. arestor. parlam. Paris. : *Quod dicta filia erat Hæreditata de septentis* (leg. septengintis) *libratis terræ ex successione patris ejusdem.* Charta Phil. Pulc. ann. 1312. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris fol. 416. r°. col. 1 : *De laquele rente nous voulons que desorendroit ladite Jehanne soit doée, et li hoir, qui de eus naistront, Hérité.*

HÆREDITORIA Charta, Epistola, qua scilicet quis filiam suam naturalem, quam ex ancilla suscepit, ingenuamque ac *Denarialem* ante Regem factam, ad hæreditatem suam vocat. Hujus formulæ exstant apud Bignonium in Formulis vet. cap. 46. et 49.

¶ **HÆREDIUM**. Acta S. Marcelli tom. 2. Jan. pag. 12 : *Maxentius pejor prioribus, regni infortunio sortitus imperium, ut regnandi, ita sæviendi in Christianos obtinuit Hæredium.* Quod nos Galli diceremus : *Il a herité de sa haine contre un tel.*

* **HÆRERE Se**, propius accedere. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 48 : *Locusta ambulatoria : intus homines ducentes eam, possunt se Hærere muro, aut prope murum castelli, et defendere se a saxis hostium ac missilibus.*

¶ **HÆRES**. Vide in *Hæredes*.

Hæreseus, Hæresista, Hæreticus. Carolus M. de Cultu Imag. in Præfat. : *Nonnunquam incredulorum vel Hæreseorum impellitur infestationibus.* Occurrit et lib. 1. cap. 26.

Hæresista. Henr. Knygthon ann. 1382 : *Cæteri sui Hæresistæ discipuli et complices.*

Hærsianus, apud Will. Briton. lib. 12.

¶ **HÆRESIARCHA**, Hæreticæ alicujus doctrinæ princeps et auctor. Epistola R. ad D. Episc. Virdunensem ann. 890. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 233 : *Gog autem tectum, Magog de tecto interpretatur. Et Gog quidem Hæresiarchas, id est, principes hæreseum; Magog vero a Gog deductum nomen eorum sequaces et adjutores intelligimus.* Actio 2. Synodi Leonis PP. III. adversus Felicem : *Quia non solum Hæresiarcha dudum de adoptione in Filio Dei latrans factus est.* Et alibi passim.

Digitized by Google

La tierce chose qui me muet,
A visiter ton Habergaige, etc.

* Sed et *Habergaige*, pro Stabulo, occurrit in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 348 : *Comme.... Colinet de Bacilli.... eust amené et conduit des champs.... une grant quantité de porceaux et truies, grans et petiz, et mis yceulx en l'estable ou Habergaige, ouquel yceulx avoient et ont accoustumé d'estre mis et Habergiez.* Unde *Haberge*, pro quovis loco, in quo aliquid collocatur. Charta Galt. d'Estrommel anu. 1308. in Reg. 72. ch. 309 : *Lequel fossé lidiz religieus pouront encores ralingnier, retaillier, widier et rejettier à un lés et à l'autre sur mon héritage,... et lesdiz rejés espardre et adès rejettier,.... par quoy le darrain reject peussent adès avoir leur lieu à leur Haberge.* Vide *Habergagium*.

¶ **HABERGELLUM**, Habergeon, Habergetum. Vide in *Halsberga*.

¶ **HABIA**. Regestum Philippi Aug. Herouvallianum fol. 172 : *Haia Lire, et haia de Aubenas inter cheminum Perre et semitam Decani, et usque ad Habiam Catorum sunt de deffensa.* Vide *Gabia*.

* Dumus, rubus, vel Dumetum, nostris alias *Habier*, pro *Hallier*. Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 3 : *Le suppliant a prins à défricher et essamblir pluseurs terres et héritaiges, qui estoient en grans buissons et Habiers.* Vide infra *Halotus*.

¶ **HABILAMENTUM**, Indumentum, vestimentum, Gall. *Habillement*. Literæ Henrici V. Regis. Angliæ ann. 1416. apud Rymer. tom. pag. 400 : *Exceptis semper armaturis, artillariis et omnibus aliis hernesiis et Habilamentis guerrarum.*

* **HABILHAMENTUM**, Vestis, indumentum, Gall. *Habillement*. Codicil. Ferr. de Pratacomit. ann. 1516. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xlviij : *Legavit nobili Margaritæ de Pratocomitali ejusdem testatoris sorori... ejus habitationem, ac victum, ac Habilhamentum de panno,... more nobili et honesto faciendo. Habereau*, Vestis species videtur, in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1317 : *Le suppliant a prins et emblé ung Habereau avecques une paire de chausses de bureau.* Vide *Habilamentum*.

* **HABILIMENTUM**, Apparatus belli, quidquid bello gerendo aut sustinendo necessarium est, machinæ bellicæ, nostris *Habillement*. Elmham. in vita Henr. V. edit. Hearn. cap. 14. pag. 28 : *Et rex interim... guerrarum Habilimenta diligenter ordinat, sarcinoma fabricat, lapides ab eisdem evomendos præparat, etc.* Rursum cap. 71. pag. 206 : *Oppidum de Ew multis fortificatum Habilimentis guerrarum.* Lit. remiss. ann. 1455. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 93 : *Le suppliant garni d'une arbalestre de bois, viretons, raillons et autres Habillemens de guerre, etc. Habillemens pour escheller et prendre places*, apud Juvenal. de Ursin. in Hist. Caroli IV. reg. Franc. pag. 63. Hinc *s'Habilleter*, Armis se instruere, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 135. ch. 216 : *Comme les Angloiz occupoient la Charité sur Loire,.... le suppliant.... avecques pluseurs autres compaignons se Habilletoient le mieulx qu'ilz porent et aleient ès destroiz, ou ilz savoient que lesdiz Angloiz.... passoient*, etc. Vide infra *Habitumentum*.

1. **HABILIS**, Agilis, industrius, *Habile et diligent*. Odofredus ad l. Quod venditor. 37. D. de Dolo malo : *Bonus est servus et Habilis.* [** Histor. Archiep. Bremens. pag. 39. vers. 12. edit. Lappenb. Vide *Abilis*.]

¶ Habilis, Probatus. Epistola Henrici clerici Pomposiani XI. sæculo scripta apud D. *de Montfaucon* in Diario Italico pag. 95 : *Unde sagax ingenium illius nunquam quiescit sedulo rogitando et percunctando ubi Habiles Sanctorum libri latitent, quatenus ad eorum indaginem pervenire et suo armario addere valeat.*

¶ Habilis, Certus, ratus, constans. Diploma Conradi Imperat. ann. 1138. apud Tolnerum Histor. Palat. inter Instr. pag. 40 : *Et ut hæc regiæ nostræ confirmationis authoritas Habilis et inconvulsa permaneat, hanc Cartam inde conscribi, manuque propria, ut infra videtur, corroborantes sigilli nostri jussimus impressione insigniri.* [** Leg. *stabilis*.]

* 2. **HABILIS**, vox forensis, Aptus, idoneus, Gall. *Habile*. Charta ann. 1417. ex Tabul. S. Germ. Prat. : *Quod dictus actor non esset pars Habilis ad faciendam dictam prosecutionem contra dictos defensores.*

¶ 1. **HABILITARE**, Idoneum, *habilem* reddere, Gall. *Habiliter*. Concilium Pisanum tom. 6. Spicil. Acher. pag. 250 : *Qui ponebant in dubium, si Cardinales poterant se Habilitare mutuo.* Conc. Dertusanum ann. 1429. inter Hispan. tom. 3. pag. 649 : *Tollendo sententias et processus contra ipsum ratione schismatis latos et factos, Habilitarat de Apostolicæ potestatis plenitudine usque ad summum Pontificium inclusive.* Literæ Henrici IV. Regis Angliæ ann. 1408. apud Rymer. tom. 8. pag. 510 : *Ac ipsum ad rectas leges et consuetudines patriæ nostræ Aquitaniæ restituimus, admisimus et Habilitavimus, nec non omnem maculam culpæ ab ipso abstulimus et amovimus.*

¶ 2. **HABILITARE**, Informare, instituere, disponere. Literæ Eduardi II. Regis Angliæ ann. 1307. apud Rymer. tom. 3. pag. 34 : *Ad hæc, ad vestram accedunt præsentiam religiosi, honesti et litterati viri, ut populum vestrum ad fidem Catholicam.... ac ad assumendum bellum contra detestabilem Machometi sectam Habilitent et informent.* Epistola Friderici II. Imp. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1219 : *Providimus . . . . . ut civitatis locus profecto maris et terræ fœcunditate præclarus, ubi studendi congruentia se quævis Habilitarint.* Epist. Clementis IV. PP. in Conc. Lugdun. ann. 1274. apud eumd. tom. 7. col. 207 : *Sic studeas Habilitare materiam, sicque animos tuos tuorumque disponere, etc.* Bulla Urbani V. PP. ann. 1365. in Bullar. Carmelit. pag. 123 : *Animos vestros ad rationabilem Habilitare concordiam studeatis.* Eadem notione *Habiliter un procès* dicunt Practici nostri.

* Nostri *Habiliter*, eodem sensu, usurparunt. Stat. ann. 1407. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 205 : *Les gens frequentans les armes, et qui se Habilitent à ycelles, etc.* Unde *Habiller* et *Habillonner*, pro Curare, parare, aptare. Lit. remiss. ann. 1458. in Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 45 : *La suppliante se print à Habiller le disner d'elle et des gens de son hostel.* Aliæ ann. 1466. in Reg. 194. ch. 169 : *Et des branches dudit boys.... avoit fait copper et Habillonner pour son chauffage.* Hinc *Estre Habillé*, dicitur de eo qui paratus est ad aliquid faciendum. Lit. remiss. ann. 1443. in Reg. 176. ch. 273 : *Comme le suppliant est prest et Habillé de faire plaisir, service à autruy, etc.*

* 3. **HABILITARE**, Inceptum perficere, exsequi : unde *Habilitare appellationem*, pro Eam prosequi. Instr. ann. 1379. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 38. col. 1 : *A qua appellatione propter præmissa renunciare nullathenus intendit, quinymo in ipsa persistere et eam Habilitare.*

¶ **HABILITAS**, Refectio, ornatus, instructio. Epistola Panormitanorum ad Martinum PP. IV. in Chron. Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 35 : *Illud idem ministri sceleris de supellectilibus pauperum faciebant, a quibus post Habilitatem suorum corporum iniquorum, turbato juris ordine, ut ipsa patronis supellectilia redderent, denarios expetebant.*

¶ Habilitates Conditionum, Conditiones propositæ. Albertus Mussatus de Gestis Ital. post Henricum VII. lib. 12. apud Murator. tom. 10. col. 720 : *Interdum cum Spineta Lucensi Marchione in colloquia secreta in locis finitimis convenire, res novas tentare, coordinare, et per dies suspensos habere Habilitates conditionum.* Galli diceremus, *le Projet des Conditions*.

¶ Habilitatio, Habilitas, capacitas, in honorem et gradum pristinum restitutio. Conc. Dertusanum ann. 1429. inter Hispan. tom. 3. pag. 650 : *Et in eadem villa sancti Matthæi publice præstarent obedientium, et consequerentur reconciliationem, absolutionem et Habilitationes eis necessarias.*

* **HABILITATI**, Iidem qui *Habituati* in ecclesiis cathedralibus seu collegiatis, canonici inferiores sive capellani. Bulla Innoc. VIII. ann. 1484. in Contin. magn. Bullar. Rom. pag. 289. col. 1 : *Item statuerunt quod..... solvat..... pro suo jucundo adventu octo Habilitatis chori quatuor florenos.* Et col. 2 : *Statuerunt quod nullus in dicta ecclesia, neque in civitate, portet armutiam de varis grisis, nisi sit canonicus aut prælatus, sive de octo Habilitatis.*

* **HABILITER**, Opportune, commode. Charta ann. 1380. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 313 : *Item quod ipse dom. comes* (Virtutum) *teneatur et debeat... tenere suis expensis... lanceas quatuor centum.... super riperia et territorio Januensi tanto tempore, quanto ibi Habiliter stare poterunt ad offensas Januensium.* Alia Alf. reg. Aragon. ann. 1440. ex Tabul. S. Mich. Caiet. : *Abbas et conventus venerabilis monasterii S. Angeli de Palanzana.... majestati nostræ reverenter exposuerunt,... quod... non possint in eadem ecclesia... divina misteria Habiliter et commode celebrare.*

* **HABILIUS**, Sufficiens, qui satis est; nostris alias *Hable* et *Habille*, eodem sensu. Charta Phil. IV. ann. 1338. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 89 : *Concedimus præfatis consulibus,.... quod possint in dicta villa Narbonæ.... unam domum sufficientem et Habiliam,... pro una domo sufficienti facienda*

Digitized by Google

cingeretur. Et pag. 266 : *Facta Hæreticatione prædicta, ipse Guillelmus et omnes alii assistantes adoraverunt prædictos hereticos more hereticali dicendo*, Benedicite, *eorum ipsis.*

¶ 2. HÆRETICAMIO, Convicium, exprobratio hæreseos. Laurentius Bizinius de Origine belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 152 : *Quibus civitatem noctis tempore ingredientibus gens Montanorum ipsos diversis blasphemiis et Hæreticationibus afficiendo, nec non facibus accensis in ipsos projectis, duræ mancipant captivitati, vinculis ac ferreis catenis astringendo.*

* HÆRETICUS HÆRETICARE, Hæreticæ alicujus doctrinæ princeps et magister. Inquisit. ann. 1258. in Reg. *Olim* parlam. Paris. : *Comes Montisfortis propter Hæreticos hæreticantes in dicto castro, bis ipsum castrum cepit.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 5211 : *Hæreticus, Bougre, Gallice. Hérite*, eodem sensu, in Stabil. S. Ludov. cap. 85. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 175. Quo etiam nomine appellatus, qui rem cum bestiis habet. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 460 : *Jehan Chevalier dist à l'exposant pluseurs paroles injurieuses... en l'appellant Hérite, et disant qu'il l'avoit trouvé avec une vache.* Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 52. r°. ad ann. 1315 : *Jakemin Castris de Harmavile pour pluseurs larrechins, que il reconnut avoir fait, fu jugiés et menés as fourkes, et ileuoques reconnut que il avoit esté bien et conversé à une vake, pour lequel larrechin il fu pendus tout vis; et pour che que il estoit Hérites, il tous vivans fu ars.* Quod ultimum crimen, *peccatum Sodomiæ* nuncupatur, in Lit. remiss. ann. 1460. ex Reg. 190. ch. 215 : *Le suppliant eut par tentation de l'ennemi voulenté d'avoir compaignie à une des vaches qu'il gardoit et d'accomplir avec elle le pesché de Sodomye.*

HÆSIMENTA, Latrinæ, Gall. *Aisements.* Andr. Monach. lib. 1. de Vita Ottonis Episcopi Bambergensis cap. 44 : *Fabula vero retro Hæsimenta omnibus convolvi jussit.* Vide *Aisantia.*

HÆSITANTES, Eutychiani Hæretici. Vide Leontium de Sectis Act. 6. et 7.

¶ HAFERBAN, Obventionis genus apud Germanos. Litteræ Friderici Ducis Austriæ et Styriæ pro Monasterio S. Floriani ann. 1243. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 226 : *Quaslibet obventiones, scilicet lesunge, uberwaach, gramlos, nocturnos dolos, Haferban in prædiis suis et personis Officiales ecclesiæ exequantur.*

* HAFFNE, Societas hominum, qui tenentur servire navibus, interprete Ludewigo ad Jus Danic. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 187 : *Item si rex duxerit expeditionem navalem redimendam tunc; de qualibet Haffne, solvantur tres marcæ denariorum.* Vide *Hafnecourts.*

HAFNECOURTS, Curia portus, seu *Cour d'Amirauté*, ex *Hafne*, portus Danis, et *Courts*, Curia. Litteræ patentes Ricardi Ducis Glocestriæ Amiralii Angliæ super inquisit. in re Amiralitatis 14 Aug. ann. 5. Ed. IV : *Ulterius dicunt, quod dicti Abbas et Conventus et prædecessores sui habent, et habere consueverunt idem tempus in prædictis villis, cum hulmo quasdam Curias portus vocatas Hafne-Courts, tenendas ibidem ad placitum Abbatis.*

HAFTUNNA, [Certus ac determinatus agri modus.] Traditiones Fuldenses lib. 1. cap. 12 : *Hoc est, quod donamus, quidquid in Frithorphe proprietatis habemus, exceptis vero Haftunnis, et uno mancipio, etc.* Vide *Hobunna* in *Hubæ.*

HAGA, Sepes, sepes, sepimentum ex virgultis confectum, Germanis *Hage*, *Hagen*, et *Haeghe*, Anglis *Hedge*, nostris *Haie* : denique Anglo-Saxonibus, Hæg. Alanus in Anticlaudiano lib. 1. cap. 3 :

Ambit silva locum muri mentita figuram.

Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 273 : *Quod totam dictam placeam... includere possint fossato et Haga, secundum assisam forestæ.* Vide Jacobum Eyndium in Chron. Zeland. pag. 100.

HAGA, seu *Gegin*, dictus etiam apud veteres Germanos, aliquot provincialium districtus, certo pagorum ac vicorum numero constans, quem et *Circulum* vocabant : quæ vox etiamnum hodie obtinet hac ipsa notione : nam *Circulos*, verbi gratia, *Westphaliæ* dicimus, ejusdem provinciæ conventus. Appellationem docet hisce pluribus Monachus Sangall. de Reb. Caroli M. lib. 2. cap. 2 : *Terra Hunnorum novem circulis cingebatur. Et cum ego alios circulos, nisi vimineos cogitare nescius interrogarem, quid aliud miraculi fuit Domine? novem Hegin* (al. *haganis*) *muniebatur. Cumque et illos alterius generis esse nescirem, nisi quales segetibus solent prætendi, inquisitus etiam de hoc dixit : Tam latus fuit unus circulus, hoc est, tantum intra se spatium comprehendit, quantum est spatium de Castro Turonico ad Constantiam. Ita stipitibus quercinis, fuginis, et abiegnis extructus, ut de margine ad marginem 20. pedes tenderentur in latum, et totidem erigerentur in altum. Civitas autem universa aut durissimis lapidibus, aut creta tenacissima replebatur. Inter quorum confinia plantabantur arbusculæ, quæ ut cernere solemus, abscissæ atque projectæ comas caudicum foliorumque proferunt. Inter hos igitur aggeres ita vici et villæ erant locatæ, ut de aliis ad alias vox humana posset audiri. Contra eadem quoque ædificia inter inexpugnabiles illos muros, portæ non satis latæ erant constitutæ, per quas latrocinandi gratia non solum exteriores exire solebant. Item de secundo circulo, qui similiter, ut primus, erat extructus, 20. milliaria Teutonica, quæ sunt 40. Italica, ad tertium usque tendebatur : similiter usque ad nonum. Quamvis ipsi circuli alius alio multo contractiores fuerunt. De circulo quoque ad circulum sic erant possessiones et habitacula undique versum ordinata, ut clangor tubarum inter singula posset cujusque rei significativus adverti.* Ex Monacho Sangallensi hauserunt, quæ habent Albertus Stadensis ann. 768. et Munsterus lib. 4. Georg. cap. 2.

HAIA, HAYA, HEIA, Voces ejusdem notionis et originis, ac *Haga*, nostris *Haie*. Capitula Caroli C. tit. 36 : *Quicumque istis temporibus castella et firmitates, et Haias sine nostro verbo fecerint, etc.* Ubi *Haia* sumitur pro militari vallo, quod ex palis conficitur, *Palissade*. [Eadem notione usurpatur apud Th. *Blount* in Nomolex. Anglic. ex Bracton. lib. 2. cap. 40. § 3 : *Vallatum fuit et inclausatum fossato, Haia et palitio.* Le Roman *de la Guerre de Troyes* MS. :

Haires, et lices, et fossez
Poent avoir puis fet assez.]

Charta Roberti Ducis Burgundiæ ann. 1054. ex Tabulario S. Germani Pratensis : *Nec non insuper et calumniam silvarum et sepium, quas vulgo dicunt Hayas.* Henric. Knyghton. ann. 1271 : *Arbores, vineas, et Haias subvertit.* [Index MS. Beneficiorum eccles. et dioces. Constantiens. fol. 17 : *Dictum Capitulum et Abbas de Cereseyo percipiunt decimas juxta Hayam de Rubeto.* Adde Kennet. Antiquit. Ambrosden. pag. 274. et 389.]

HEYA, apud Bracton. lib. 2. cap. 34. § 1 : *Mesuagium,.... quod vallatur fossato vel Heya.*

HAIA, Corveiæ species, qua quis haias domini reficere tenetur, [vel Prestatio pecuniaria pro redemptione ejusmodi corveiæ.] Charta Ottonis Comitis Viromandensis apud Hemeræum in Augusta Viromand. ann. 1023 : *Eo tenore, ut bannum et lutrenem, corveias, carrucarias, silvæ ad capiendam venationem ulterius non persolvant, etc.* Alia ann. 1168. ex Tabulario Fossatensi fol. 19. : *Quinque solidos pro pastu, atque corveias bis in anno, quas vulgus Haias appellat.* Occurrit alibi in eodem Tabulario. Tabularium S. Dionysii ann. 1230 : *Justitiam, et advocatiam, et omnia pertinentia ad ipsas, quæ habebat in Bullivia de Bellorama,.... et trossas fœni, et reditus, qui vocantur Hayes, et tensamenta sita in avena, et denariis, et quosdam reditus, qui vocantur Buhors, etc.* Vide Acta Mussensia Monasterii pag. 45.

HAYCIUM, HAICE, Idem quod *Haya*, Sepes. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 722 : *Et de subbosco in dicta chacia quidquid eis necessarium fuerit ad ardendum, et ad Haicias claudendas, et plantandas, etc.* Tom. 2. pag. 916 : *In omnibus aliis terris et boschis, quæ sunt inter Haicium, quod includit prædictas terras.*

HEYARE, HAWYARE, Sepire, sepimento munire. Fleta lib. 2. cap. 48. § 3 : *Cum quis in alieno solo opus fecerit magnificum, ut si Hawyaverit, fossatum fecerit, vel carucam immiserit.* Ubi Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 37. § 13. habet *Heyare. Hayer sa terre et la mettre en défense*, in Consuet. Britann. art. 405. Aliud est *Hayer*, in Consuetud. Comitatus Burgundiæ art. 106. ubi species venationis est, cum quis ad feras captandas silvam aut boscum *Hayis* sepit, ut eas ibi includat.

HAYBOTE, HEIBOTE, vel HEDGBOTE, est jus percipiendi necessarium lignum ad faciendas *hayas*, quod percipi potest in terris seu prædiis ad vitam, vel ad annos aliquot concessis, licet in Chartis donationis id expressum non sit. Ita Rastallus. Charta Galeranni Comitis Mellenti in Tabular. S. Egidii Pontis Audomari : *In nemoribus habebit pasuagium, et in veyleia husbotam et Heibotam jussu Forestarii.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 134 : *Et concedo eis, ut de bosco meo... habeant Heybod et husbot.* Adde pag. 268. 874. Bracton. lib. 5. tract. 5. cap. 10. § 7 : *Sicut habendi rationa-*

Digitized by Google

bile estoverium in bosco patroni, sicut ad housbote et Heybote. Ubi *Husbote* est jus percipiendi lignum ad conficiendam domum, quod idem valet ac nostris *fesragium*: hus, Anglis et Saxonibus, est *domus*; bote vero mulcta, emendatio: ita ut qui eo jure gaudet, quietus sit a mulcta, quæ infligi solet id agentibus. [** Bote hic est restauratio. Vide *Bot*, 1. Placit. ann. 6. Richard. I. Buck. rot. 7. in Abbrev. Placit. pag. 1 : *Habeat de prædicto bosco Haibote et husbote et ad ignem suum, sine wasto.*]

¶ HOYBOLD, Eadem notione, in Monast. Anglic. tom. 3. pag. 633. Locus est in *Housabold.*

HAIA, Silva, *haiis*, seu sepibus septa, munita. Vetus Consuetudo Normanniæ cap. 10. de Senescallo : *Il visitoit les forestes et les Haies du Prince. Foresta nostra sive Haia*, in Consuetud. Lorriaci editis a Morino in Hist. Wastinensi, et Gallando in lib. de Franco allodio. *Haya Gisnensis*, in Chronico Andrensi pag. 463. [Charta Ludovici VIII. Franc. Regis ann. 1224. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1193 : *Nos autem donamus et concedimus in perpetuum Abbati et Conventui prædictis pro quitatione usagii sui prædicta octingenta et octo arpenta nemoris ad perticam nostram in Haia Lyræ, et in magno nemore tenente ad Haiam prædiciam infra metas positas.*] Charta Roberti Rotomag. Archiepisc. ann. 1217. tom. 6. Spicilegii Acheriani : *Concessimus quod Haia Archiarum sit immunis ab his consuetudinibus, etc.* Charta Milonis de Nantolio in Tabularia Campaniæ : *Ab hac partione excipitur Haia prope prædictum nemus sita, continens circiter centum arpenta.* Occurrit apud Fletam lib. 1. cap. 24. § 8. 11. lib. 2. cap. 41. § 15. apud Matth. Westmomast. ann. 1260. [sæpius in Charta Odonis Episc. Bellovac. ann. 1148.] etc.

Proprie etiam *Haiam* nostri appellabant quamdam silvæ partem delectam, quam sepibus muniebant ad ferra includendas, aut ad alios usus; quod docent Charta S. Bernardi Abbatis apud Sammarthanos in Episcopo Autissiodor. pag. 274. et vetus Notitia in Hist. Monast. S. Nicolai Andegav. pag. 53. [Charta Philippi Aug. Reg. Franc. ann. 1207. in Tabul. Sangerm. : *Eidem ecclesiæ confirmamus præterea quitationem illam quam Petrus Miles de Samesio . . . fecit dicto Abbati Hugoni coram genitore nostro de jure fugationis, venationis et Haiæ.* Charta Hugonis Abb. ibid. : *Jus fugationis seu venationis et Haiam in nemoribus Samesioli.*]

HAGIA, Eadem notione. Vetus Notitia in Tabulario Monasterii Fiscan. fol. 82 : *Et Hagia facta fuit per medium ... bosci.*

HAGA, Domus, ex vet. Saxonico haegh, et hagh, inde forte dicta, quod ut plurimum domus agrestes ac casæ ex viminibus complicatis instar cratis ac sepis fabricatæ sint. [Anonymus apud Th. *Blount* in Nomolexico Anglic. : *Haga, Domum cum shopa.*] Charta Ethelredi Regis Angl. anno 996. in Additam ad Matth. Paris pag. 156 : *Cum novem præfatæ civitatis habitaculis, quæ patria lingua Hagan appellari solent.* [Index MS. Beneficiorum eccles. et diœc. Constantiens. fol. 22 : *Item capitulum Constantiense percipit decimam grossorum fructum Haye dicte parochie.*] Domesdei, apud Spelmannum : *Radulfus tenet unam Hagam de 12. denar. Willelmus 5. Hagas de 5. sol. Nigellus 5. Hagas, quæ faciunt servitium.* Alio loco apud Edw. Cokum ad Littleton. pag. 142 : *Walsingford continet 276. Hagas, reddentes 9. libr. de gablo.* Charta ann. 811. pro Ecclesia Cantuar. : *Duas mansiones et dimidiam, quod Angli dicunt Thridda hialf Haga.* Ubi *Haga* videtur sumi pro *mansa*, seu modo agri. Adde Chronicon. Will. Thorn ann. 866. et 988. [** Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 761. voce *Hac.* Confer Anglosaxonicum tun, infra in *Tungravius.*]

¶ HAGHA, Eadem notione. Descriptio bonorum D. de Eska ex Archivo S. Audomari : *Item in quodam angulo jacente juxta mansionem Henrici dicti Abbet tendente west-wart tanquam illa Hagha durat quæ est supra vicum qui descendit id pontem.*

* HAGHA, Locus tectus et ex omni latere apertus, vulgo *Hangard.* Comput. fabr. S. Petri Insul. ann. 1473. ex Tabul. ejusd. : *Item magistro N. Pallanc pro una Hagha, quæ erat ante domum suam, per appunctuamentum factum in capitulo, ut patet per cedulam, xij. lib. Hayon*, eadem notione, ut videtur, in Reg. 13. Corb. sign. *Hubacuc* ad ann. 1514. fol. 219 : *Et sera tenu le dit prendeur de tenir les Hayons, maisons et four ou fournot de pel, vergue, torcque, couverture et soliaure.* Vide alia notione in *Haga*, pro Loco scilicet *haiis* seu sepibus aut palis cincto; unde *Hague* in Charta ann. 1341. ex Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 224 : *Le chevalier disoit et affermoit que toutes les choses venantes et arivantes à verec à la coste et à l'estande de la mer, en la parroisse d'Anderville, en la Hague, lui appartenoient;..... et ledit procureur disoit et affermoit que au duc nostre sire appartenoient lesdiz verez en certaines mettes en ladite parroisse.* Ubi *Hague* est Constantiensis agri portio. Vide Huet. Orig. Cadom. cap. 21.

HAGABULUM. Vide *Gablum.*

¶ HAGIOGRAPHI, Scriptores Sacri. Notkeri Balbuli liber de Interpret. Scripturæ apud Bern. *Pez* tom. Anecd. part. 1. col. 3 : *De Hagiographis vero in sequenti doceberis, quorum primum est Psalterium.*

¶ HAGIOLOGIUM, Calendarium festorum, apud Stephanot. part. 1. Antiquit. Benedict. Vascon. MSS. pag. 58.

¶ HAGION PNEUMA, vox Græca, Spiritus sanctus. De S. Aureo tom. 3. Junii pag. 61 : *Sicut Hagion Pneuma olim de cœlo descendens, Apostolos omnium linguis gentium glorificavit.*

¶ HAGIOSIDERUM, Græce ἁγιοσίδηρον, quasi sacrum ferrum, unum est ex illis tintinnabulorum generibus, quæ Græci hodierni campanarum loco habent. Est autem ferrea lamina 4. digitorum latitudine, 16. vero longitudine, funiculo in medio librata. Hæc ferreo malleolo ternis interpolatis vicibus ab homine pulsari solet, qui Sacerdotem Eucharistiam deferentem solet præcedere, ut inter transeundum quisque rei admoneatur. Ita Hofmannus.

HAIA, HAIBOTE. Vide *Haga.*

* HAIA CARRUCÆ, Pars Carri forte lateralis, vulgo *Ridelle;* sic dicta quod res carro impositas contineat. Inquisit. forestæ *de Lyons* in Reg. 34. bis Chartoph. reg. fol. 118. r°. col. 1 : *Residua carpentariorum cum testi* (f. resti) *copellorum et duas furcas et unum feste ad hospitandum per libram* (leg. liberationem) *et Haiam carrucæ, etc.* Vide infra *Letis.*

* *Haie* vero, Moneta est Hagæ Comitum cusa, unde nomen, in Charta ann. 1424. tom. 2. Hist. Leod. pag. 457 : *Que ledit maire pour cascun de ses adjours aux partyes ne puist demandeir que une demi Haye corante en bourse.* Lit. remiss. ann. 1426. in Reg. 173. ch. 533 : *Vingt-quatre solz de monnoie, tant en pataz, comme en Haies.*

* HAIARE, Venari in *haia* seu silva, *haiis* vel sepibus septa, nostris etiam *Haier.* Arest. ann. 1334. 28. Jan. in vol. 9. arestor. parlam. Paris. : *In possessione et saisina chaciandi seu venandi et Haiandi, tendendi omnia genera filorum et harneyorum, etc.* Charta Galch. de Castil. ann. 1301. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. 121. r°. : *Ne puet contraindre nus de nos hommes, ne de nos subgés de Vilers, ne d'ailleurs, à Haier és bois, ne en la forest desuzdite.* Alia ann. 1317. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 98 : *Pourra la comtesse de Rouci Haïier et faire faire haies pour la chasse esdiz bois.* Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. ch. 224 : *Icellui chevalier donna congié et licence de chacier et Haier ès garennes de nostre dit frere.* Vide in *Haga.*

¶ HAIDROTII. Vide *Heideoti.*

HAIMESUCKING. Vide *Hamsoca.*

¶ HAIMGART, Hortus domesticus. Diploma Leopoldi Ducis Austriæ et Styriæ ann. 1202. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 181 : *Item juxta donationem ipsius avunculi nostri domini Otacheri Ducis Styriæ ortum domesticum, qui Haimgart communi vocabulo nuncupatur, confirmamus.*

HAIMHALDARE, Rem suam, vel animal aberrans rei vindicatione repetere, et suum vel quasi domesticum reposcere, seu potius ad domum reducere : est enim Scotis et Germanis *Haime*, domus, vel domicilium; in Legibus Baronum Scotiæ, seu Quon. Attach. cap. 10. est *de Catallis Haymhaldandis.* Cap. 48. § 14 : *De animali invento wayff* (i. errante) *in territorio alicujus domini, potest dominus illius animalis venire, et Haymhaldare illud.* Vide Skenæum de Verbor. significat. voce *Haimhaldarf.*

* HAIOTA, diminut. ab *Haia*, Silva aut pars silvæ *haiis* seu sepibus septa. Feuda Norman. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 163. v°. col. 1 : *Quod dictus Amalricus habet in Haiotis de garenna, et hoc quod dominus Eustachius de Ruel habet in foresta de Ruel, etc.* Vide in *Haga.*

1. HAIRA. [Vestis rufa, villosa et vilis, a Sax. hær, Pilus, crinis, unde nostris *Haire*, Cilicium, Sax. hæra, quod ex pilis hircorum aliorumve conficiatur.] Vett. Schedæ Thuanæ : [*In Christi nomine notitia de vestimentis domni Germani, quod accepit Wineradus diaconus in thesauro an. XLII. regnante domino Chlotario :*] *Sagia fusca 1. caligas albas 4. sagia de Haira 1. calcias filtrinas paria 1. etc.* Vide *Bigera.*

* 2. HAIRA, Tortilis ex virgultis laqueus, Gall. *Hart.* Charta ann. 1239. in Hist. Sabol. pag. 349 : *Ita etiam quod om-*

Digitized by Google

nes transeuntes mercatores per cheminos forestæ supradictæ, qui coustumas dicto Jacobo debuerint, poterunt capere in dicta foresta pro unaquaque quadriga duodecim Hairas eisdem necessarias, et essolium novum.

HAIRBANNUM. Vide in *Herebannum* et *Halbannum*, 1.

¶ **HAIRED**, Cervus. Gloss. Lipsii : *Hiret, cervus.* Ubi Somnerus : *Sax. Heort, nobis Hart, Belg. Hert et Hirt, Teut. Hirsch, Hirtz*, Danis *Hiort.* Liber niger Scaccarii pag. 357 : *Venatores de Haired unusquisque* III. *den. in die, et magni Haired* IIII. *debent habere* I. *den. et de parvis Haired* VI. I. *den.*

* **HAIRO**, Ardea, erodius, Gall. *Héron*, alias *Hairon.* Mirac. S. Helenæ tom. 3. Aug. pag. 619. col. 2 : *Advenientes ad loca sanctorum quidam peregrini, in prato, quod eidem monasterio subjacet, considentes, volucres sunt contemplati, quas Hairones nuncupat locutio vulgaris.* Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 107 : *Le suppliant garde des bois du seigneur de Bouberch, et commis à garder les Hairons, etc.* Unde *Hayronniere*, Locus ubi ejusmodi aves nutriuntur, in aliis Lit. ann. 1480. ex Reg. 205. ch. 262 : *Icellui Chevalier estoit ung destructeur de garennes et Hayronnieres du pays, et n'estoit gibier qu'il ne gatast à l'arbaleste.* Haud scio an eadem notione *Hiere*, in aliis Lit. ann. 1453. ex Reg. 182. ch. 10 : *Le suppliant estant après vespre hors la place de Gardie, près de la Hiere de l'abé de S. Hilaire, etc.* Nam ut *Hairo*, ita et *Hiero*, pro ardea, legitur. Vide in hac voce. An idem quod infra *Hara*, stabulum porcorum?

¶ **HAISELLUS**, Ostii genus apud rusticos maxime in usu ex ramis confectum, quo curtis vel pomarii clauditur ingressus, Gall. *Haise* vel *Aise.* Instrumentum ann. 1303. ex Tabular. Corbeiensi : *Nolebat idem Major quod ante grangiam seu grangias fieret Haisellus.*

* Lit. remiss. ann. 1371. in Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 286 : *Comme Pierre Playart poure laboureur, demeurant à Barrisy,.... voulsist mettre en une court de la maison, où il demeuroit, une Haise qu'il avoit faite pour obvier que le bestail de la ville n'entrast en sa court. Harsel, Hasel*, et *Haseau*, eodem sensu. Aliæ Lit. ann. 1401. ex Reg. 156. ch. 82 : *Lequel Jehan estant sur ycelles sellettes pour advenir plus hault à forer un Harsel pour clorre sa court.* Infra : *Hasel.* Rursum aliæ ann. 1453. in Reg. 184. ch. 341 : *L'uys d'icellui hostel estoit seulement fermé d'un Haseau, etc. Hese* vel *Heze*, eadem notione. Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 167. ch. 371 : *Lesquelx arrivez devant l'hostel eussent frapé des piez contre la Hese ou huis de la court dudit hostel.* Aliæ ann. 1432. in Reg. 174. ch. 187 : *Le suppliant ala à la Heze de son jardin pour la clorre,.... et appuya de sa hache ladite barre ou Heze.* Idem videtur *Haisin*, in Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1358 : *Item paiiet à Le Haye pour Haisin avoec kesteres pour le molin, vij. solz.* Ejusdem originis vox *Haison*, qua cratis species significatur, ubi merces venum exponuntur. Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 161. ch. 379 : *Comme icellui mercier eust levé ou drecié un Haison ou estal en la place de laditte ville de Bailleul. Haion* appellatur in Stat. ann. 1355. pro pistor. Attrebat. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 511. art. 20. Haud scio an inde accersenda vox *Hayne*, qua cista ex viminibus complicatis contexta designari videtur, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 168. ch. 369 : *Lesquelz homme et femme menoient un cheval devant eux, lequel cheval portoit Haynes et poullaille.* Cujus vocis alia notio exponitur in aliis Lit. ann. 1380. ex Reg. 117. ch. 160 : *Nous a esté humblement exposé de la partie Hayne Harinc, qui vault en langage François Henry Harenc, marinier Alemant, etc.*

HAISTALDI, Rustici, coloni, hospites, mansionarii, etc. qui in prædiis dominorum mansiones habent, et glebæ sunt addicti. Vox forte conflata ex *haie*, domus, et *stal*, sedes. Annales Francorum Bertiniani ann. 869 : *De centum mansis unum Haistaldum, et de mille mansis unum carrum cum* 2. *bobus.... ad Pistas mitti præcepit : quatenus ipsi Haistaldi castellum.... excolerent et custodirent.* Charta ann. 858. pro Monasterio Deiparæ Suession. : *In villa d'Effenboch mansiones dominicales cum castitia et omnibus appenditiis et Haistaldis viginti..... In villa Movendich mansiones dominicales cum appenditiis suis, ubi aspiciunt Hestaldi octodecim. In villa Martan mansiones dominicales, ubi aspiciunt quinque Hestaldi, etc.* Tabularium S. Vitoni Virdunensis : *Tantum terræ est ibi, quæ solvit* 13. *denar. in Nat. S. Joannis Bapt. Haistoldi vero solvunt censum capitis in festivitate S. Martini unusquisque* 2. *denar. etc.* Ex quibus colligitur *Haistaldos dictos*, quos alii *Hospites, Colonos, Rusticos, Manentes, etc.* appellarunt. Sed et nostri etiamnum, voce apud vulgus recepta, pullos gallinaceos, qui in prædiis rusticis ab ejusmodi colonis aluntur, *Estaudeaux* appellant, ab eorum scilicet, a quibus aluntur, nomenclatura deducta. Vide *Hestha.*

* Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 664. col. 1 : *Haistaldi, id est, qui non tenet a curia hæreditatem; quia communionem habent in pascuis et aquis nostris.* Ubi Cl. auctor sic annotat : *Haistaldi*, qui Germanis *Haushælter, Hausgesessene, Eingesessene*, Incolæ, qui hæreditatem suam non a curia, id est in beneficium vel feudum, sed in allodium habebant; ingenui interim homines, *Freye Bauern;* neque ut Du Cangius putat, glebæ adscripti, quod ille ipse, quem allegat, locus Bertinianorum Annalium docet, ubi custodiendo castello ad Pistas destinantur, quod glebæ adscriptis, ab armorum usu tunc exclusis, non conveniebat. Verum vim vocis *Custodire* hic non satis attendit Vir eruditus : non enim armis, sed cultu custodiendum castellum iis committebatur; quod abunde indicat verbum *Excolere* alteri additum. Cangiana præterea interpretatio firmatur ex aliis locis ibi prolatis, et maxime ex eo, ubi *Haistaldi* censum capitis solvere dicuntur. Unde coloni videntur fuisse mediæ conditionis inter ingenuos seu liberos, et servos. Vide in *Colonus.* [** Germanis hodie *Hagestolz*, cælebs. *Haistaldi* mediis temporibus iidem sunt qui *solivagi*, rustici mercenarii, non uxorati, neque plenum mansum ab curia aliqua recte pendentem excolentes. Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc tom. 4. col. 762. voce *Haga-stalt* et Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 313. et. 484. ubi monet in chartis Sangallensibus non uxoratorum liberos naturales hoc nomine notari.]

* An inde *Hasez*, quasi rustici, Burgundiones appellantur, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 237 : *Ardez, ardez, mettez tout à feu et à flambe aux Hasez, aux Hasez villains Bourguignons.* Aut mendum esse quis suspicabitur, pro *Salez*? Vide supra *Burgundiones.*

HAISTERAHANDI. Lex Aleman. tit. 10 : *Si quis in curtem Episcopi armatus contra legem intraverit, quod Alamanni Haisterahandi dicunt, etc.* Ubi Editio Heroldi, *Haisterahanni*, præfert. Idem quod *Zitterhand, id est, calida manu*, ut habet Constitutio Friderici Imperat. lib. 2. Feud. tit. 27. ex Theutonico *hand*, manus. Vide Baluzium ad Capitul. pag. 1002. [** Vide supra *Asto animo*, ubi adde Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 1062. voce *Hast.*]

☞ *Hausteranni* legendum videtur Schiltero in Gloss. Teuton. quod *Hausfrid storen*, i. e. turbare pacem domesticam interpretatur. Vide *Hamsoca.*

* **HAISTRIA**, Fagus, Gall. *Hêtre.* Reg. forestæ de Broton. ex Cod. reg. 4653 : *Monachi Gemeticis* (habent) ... *ad louatus suorum baccorum vj. Haistriaux* (sic) *et duos furons : et rursus vj. Haistrias ad estalariam de Wigeria.* Vide infra *Hastra.*

* **HAITA**, Frisonibus, Pater. Vide supra *Atta.*

HAKEDUS, Lucius, piscis, ex Sax. hæced, hacod, lucius, vel mugil. Liber Rames. sect. 2. apud Camdenum in Icenis, et Spelmannum : *Ibi admirandæ magnitudinis lucii, qui ab incolis Hakeds nuncupantur, persæpe extrahuntur. Haket*, in Vita S. Oswaldi Episcopi Wigorn. n. 6.

☞ Sæpissime etiam usurpatur pro quodam pisce exsiccato et sale condito, qui apud Anglos *Poorjohn;* in aliis vero ejusdem Angliæ provinciis *Hakot*, a Saxonico Hacod, appellatur : hinc tritum illud proverbium : *As dry as a Hake, Sec comme un Hake.* Computus ann. 1425. apud Kennettum Antiquit. Ambrosden. pag. 575 : *Et in tribus copulis viridis piscis... cum una copula de Hake, etc.*

¶ **HAKENEIUS** et **HAKENETTUS**, Equus tolutarius, gradarius, Gallice *Haquenée.* Mandatum Eduardi III. Regis Angliæ ann. 1373. apud Rymer. tom. 7. pag. 27 : *Et vobis Hakeneios, cariagia, et alia necessaria pro ductione filiorum prædictorum, in hac parte, pro denariis nostris, inde solvendis, habere faciant.* Charta ann. 1413. ibid. pag. 124 : *Et quatuor equorum, et unius Hakenetti.*

1. **HALA**, Domus, domicilium, aula, palatium : sed proprie locus contectus *hallis*, id est, ramalibus siccis, unde etymon. Nam vix probem sententiam Goropii Bekani lib. 2. Francic. pag. 46. qui a voce prisca Germanica, *hal*, deducit, quod est *conservare*, quod iis in locis conserventur merces. Ut et Barthii, qui in lib. 42.

Digitized by Google

Advers. cap. 6. a Græco, ἅλς, *sal* deducit, quod in *hallis* sal asservetur et distrahatur. [Et quidem Kiliano : *Halle, vetus German. Salina, Locus in quo sal coquitur. Hinc urbes eas ubi sal conficitur Germani Halas communiter appellant.*] Anglo Saxonib. healle, aulam et palatium pariter sonat. [** Germ. templum. Vide Grimm. Mythol. Germ. pag. 56. et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 859.] Maxime vero ita appellant nostri aulas majores et publicas, in quibus *Communiæ* congregantur pro communibus negotiis, ubi etiam mercatores merces suas venum exponunt : [unde eidem Kiliano : *Halle, Taberna, domus mercium, forum rerum venalium.*] *Halle*, in Consuetudine S. Severi tit. 16. art. 6. et alibi passim. Rigordus in Philippo Aug. ann. 1183 : *Duas magnas domos, quas vulgo Halas vocant, ædificari fecit, in quibus tempore pluviali omnes mercatores mundissime venderent, et in nocte ab incursu latronum tute custodirent.* Adde Nangium eodem anno. Charta Communiæ Royensis in Picardia : *Hæc est voluntas nostra, ut in foro constituatur Hala ad vendenda ibi mercimonia.* [Charta ann. 1218. ex Archivo Ecclesiæ de Colonanciis : *Dedi ob remedium animæ meæ dictæ ecclesiæ de Colonanciis decem solidos de singulis annis ad Natale Domini in Hala de Monte-mirabili percipiendos.* Instrum. ann. 1239. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1011 : *Et in pecunia quæ nobis singulis annis debetur in Hala Brugensi, in qua panni venduntur die S. Donatiani, quæ est pridie Idus Octobris, assignavimus capiendas.* Occurrit etiam in Instrum. ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 98. et in Charta ann. 1421. apud Rymer. tom. 10. pag. 71.] [* *Hale* occurrit in Lit. ann. 1366. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 649 : *Ayons fait convenir et assembler pardevant nous en le Hale de Tournay les jurés, eschevins, massars et autres officiers de la dicte ville.* Ita et tom. 5. earumd. Ordinat. pag. 374. et 377. Hinc *Hallepiguaille*, qui *Halas* seu domos diripit, in Lit. remiss. ann. 1378. ex Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 304 : *Lequel Estienne les appella harpaille, ribaudaille et Hallepiguaille, en disant pluseurs autres injures.*] *Tenir Halle*, Conventum habere, apud Robertum Gaguinum in Poemate *le Passe-temps d'oisiveté* :

Se j'ay tenu Halle de neant,
Vous en estes trop consentant, etc.

Vide *Hallus*.

¶ HALA, apud Atrebatenses locus in quo jus olim dicebant urbis Scabini. Chartularium V. S. Vedasti Atrebat. pag. 30 : *Ivit ad Scabinos... in Halam et quæsivit ab eis si eum judicaverant.*

HALLA, pro quavis domo. Domesdei tit. Chent : *In Newcerce hundredo, ipse Hugo* (de Montfort) *tenet unam terram, quam Azor Rot tenuit de R. E.* (Rege Edwardo) *sine Hulla.* Vide *Hasla*.

HALLAGIUM, Tributum, quod exsolvitur pro licentia exponendi merces in *Halla*. Charta Willelmi Comitis Pontivi apud Ægidium *Bry* in Hist. Perticensi pag. 117 : *Sint quieti et liberi de teloneo,..... Hallagio, havagio, bosselagio, reparatione viarum, etc.* Regestum 2. *des Mestiers*, in Camera Computor. Paris. : *Quiconques ameine morue à Paris, l'acheteur doit 5. sols de coustume, et 16. den. de congié et de Hallage.*

2. HALA, *Hircosus, olens*. Papias.

¶ HALABARCHES, Præfectus salis, id est, maris, apud Ruffinum. Vide *Alabarches*.

* HALACHIA. Vide supra *Alosa*.

* HALÆ, HALAGIA, Aulæa, ni fallor, quibus *Hala* seu aula ornatur, vel Lintea, quibus paratur mensa. Arest. ann. 1345. 6. Aug. in vol. 2. arestor. parlam. Paris. : *Magistri quoque hospitii nostri omnia Halagia et omnes scutellas de quibus in comestione servitur .... Dicti habitantes et scabini erant in possessione et saisina pacificis post prandium coronationis regum Franciæ... habendi et penes se retinendi vessellamenta,... nec non Halas remanentes post prandium.* Vide supra *Alæ* 2.

¶ HALARES, ἱππέων ταξίαρχοι : *Alares equites*. Supplementum Antiquarii.

* HALATIO, Halitus. Pontif. Ms. Senon. ad usum eccl. Paris. ubi de consecratione olei sancti : *Quilibet dictorum canonicorum assistentium singulariter, ut prælatus, præfationes, consecrationes, benedictiones, signa, cruces et halationes, super ea facient voce submissa.* Infra : *Halent ter pontifex et sacerdotes assistentes in ipsam ampullam.*

1. HALBANNUM, Tributi species : vox formata ex *herebannum*, idemque quod *arbannum*, et *biennium*, Submonitio ad operas, vel ejus redemptio pecuniaria. Charta ann. 1269. ex Tabulario Fossatensi fol. 72 : *Et retinent perpetuo omnem justitiam, magnam et parvam, bannum, sanguinem, Halbannum, foragium, ventas, etc.* Charta Ludovici VII. ann. 1145. pro Bituricensib. : *Præpositus autem atque Vigerius, quotiescumque volebant, Halbannum submonebant, et villanos sese redimere coercebant : de quo quoque præceptum ab ipso est, ut illa redemptio Halbanni remaneat, et Halbanus tamen ter in anno fiat termino competenti, etc.* Charta Ludovici filii Regis Philippi, ex Tabul. N. D. de Campis : *Ab omni consuetudine videlicet tallia, seu equitatione, seu Halbanno, seu exemptione mei Præpositi liber permaneat.* Alia Lud. VII. ann. 1140. ibid. : *Ab omni datione et tallia, Albanno et exactione mei Præpositi.* Alia Caroli VI. ann. 1484. in Reg. Novo viridi Castelleti Paris. f. 49 : *Parpaiant chascun an 3. sols de Hauban au Roy.*

2. HALBANNUM [et HAUBANNUM, Tributum, quod pecunia aut rebus ipsis a quibusdam artificibus pro licentia artes suas exercendi Regi exsolvebatur] apud nostros Parisienses, de quo vetus Charta descripta a V. C. D. Herouvallio : *In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia Francorum Rex. Noverint universi præsentes pariter et futuri, quod nos concessimus Burgensibus nostris Parisiensibus, ut quicunque integrum Halbanum nobis debebit, pro integro Halbano reddet nobis singulis annis sex solidos in die festi sancti Martini. Et si dimidium, vel integrum et dimidium Halbanum vel amplius debebit, secundum proportionem prædicti integri Halbani nobis reddet in prædicto festo, et sic de Halbano tantum liber erit et quittus. Quod ut perpetuum robur obtineat, præsentem paginam sigilli nostri auctoritate, et regii nominis karactere inferius annotato præcepimus confirmari. Actum Parisiis anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo primo, regni vero nostri anno vigesimo secundo. Astantibus in Palatio nostro, quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo. Signum Huidonis Buticularii. Signum Matthæi Camerarii. Signum Droconis Constabularii. Data vacante Cancellaria.* [Charta fundationis Capellæ B. M. in Palatio Paris. per Ludovicum VII. ann. 1154 : *Pro victualibus sacerdotis in Capella eadem servientis, dotem assignavimus... sex modios vini de Haubanno, 30. solidos Parisienses.* Alia pro Capella B. Nicolai in eodem Palatio inter Statuta pro Canonicis S. Capellæ Paris. : *Constituimus Capellano... Parisius in trelia nostra retro Palatium sex modios vini, ubi si vinum defuerit, de Haubanno nostro præcipimus reddi.* Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* Tract. de Usu feud. pag. CXLVII : *Dominus Evrardus Capellanus Regis* XL. *et* VIII. *s. pro* VIII. *Haubam.* Hoc est, ut puto, pro pensitatione octo dierum, quibus annonam ex *Haubanno* assignatam non perceperat.] In Regesto Peagiorum Parisiens. lib. 2. est titulus *Des mestiers, que Hauban doivent au Roy*, in cujus contextu hæc habentur : *Haubens est un propres noms d'une coustume assise anciennement, par laquelle il fu estably que quiconques seroit Haubanniers, qu'il soit frans et à moins de droictures paians du mestier et de la marchandise dont il seroit Hautbannier, que cil qui ne sont pas Hautbanniers. Hautbannier furent anciennement estably à un muid de vin, paiant en vandanges au Roy; et puis mist li bons Rois Phelipes ce muy de vin à 6. sols Par. pour le contens, qui estoit entre les poures Hautsbanniers, et les Eschançons de Roy qui le muy de vin recevoient de par le Roy. Des mestiers Hautbanniers li uns doivent demy Hauben, c'est à savoir 3. sols, et li autres plein Hauben, c'est à sçavoir 6. sols, et li autre Hauben et demy, c'est à sçavoir 9. sols. Tous les mestiers de Paris ne sont pas Hautbanniers, ne nul ne peut estre Hautbannier, se il n'a esté, et est du mestier, qui ait Hauban, ou se li Rois ne lui ottroie, par vente, ou par grace.* [** Steph. *Boileau* ed. Depping. pag. 6.] Statutum de Juribus Camerarii Franciæ ann. 1410 : *Le Hautbannier du Roy ne doit estre contraint de acheter ledit mestier de friperie dudit Chambrier, ne de son maire pour lui, puis qu'il soit fait Hautbannier du Roy, et que de lui il ait acheté ledit Hauban. Item que ledit Hautbannier est tenu de acheter sondit Hautban du Roy, ou de ses Officiers pour lui, et non d'autre, et si est tenu de estre estagier dedans la banlieue de Paris, et de paier au Roy, ou à son Receveur pour lui, sitost qu'il est fait Hautbannier, 25. deniers et audit Chambrier 14. den. mais outre il est tenu de paier au Roy par chascun an 6. sols 8. deniers Parisis : et partant ledit Hautbannier peut vendre et acheter toute maniere de pelleterie vieille et nouvelle, etc.* V. Brolium lib. 2. Hist. Par. pag. 307. 2. Ed.

☞ *Halbannum* igitur, ut ex præallatis patet, Parisiis ad decimum quintum usque seculum viguit; an vero Aureliani Bituri-

Digitized by Google

cisque, quas solas civitates *Halbanno* subjectas novimus, idem jus ad hæc tempora obtinuerit, mihi prorsus incertum. Quod quidem jus ubi in redemtionem pecuniariam commutavit Philippus Augustus, hanc colligebat Præpositus urbis; exinde ad *firmam* datam fuisse probat Computus ann. 1265 : *De stallagiis hallarum et Altobanno, pro ultimo tertio.* IIIIc. XXXIII. *lib.* VI. *sol.* VIII. *denarios.* Quinam vero artifices *Halbannum* debuerint, si nosse volueris, consule Gloss. juris Gallici in voce *Haultban.* [** et Steph. *Boileau* pag. 297.]

¶ HAUBENTUM, pro *Haubannum*, in Litteris Philippi Aug. ann. 1182. tom. 3. Ordinat. pag. 259 : *Quisque carnificum debet nobis singulis annis, unum Haubentum vini, in vindemiis.*

¶ HALBERC, HALBERGELLUM, HALBERGIUM. Vide in *Halsberga.*

HALBERGARIA. Vide *Hereberga.*

HALBERGET. Vide *Haubergettus.*

HALBFRISCH, Semifriscinga : vox Germanica, ex German. *Halb*, semis, et *frisch*, friscinga. Vetus Charta in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pap. 319 : *Solvit... duos anseres, porcum sagin. fronchuse* 62. *Halbfrich, vel* 16. *den.* Infra : 6. *pullos, duos anseres, unum modium rap. porcum saginatum*, 2. *Halbfrisch, vel* 24. *den.* Habetur ibi pluries. Vide *Friscinga.*

¶ HALCIDA, *Nomen anguis.* Papias MS. Edit. vero : *Halcidia.*

¶ HALECIUS SORRUS, Harengus infumatus, Gall. *Haran soré.* Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 38 : *Concessi Abbatiæ S. Vincentii... unum milliarium Halecii Sorri.*

* HALENSES, HALERI. Vide infra *Hallenses.*

HALESONE, [Conventio, pactum, compositio.] Consuetudines Arkenses ann. 1231. in Tabul. S. Bertini : *Si convictus fuerit de Halesone infra villam data vel accepta, tres libras emendabit.* [Consuetudines Furnenses ex Archivo Capituli S. Audomari : *Quicumque fecerit concordiam celatam, id est, Halesona emendabit Comiti* 3. *lib.* Vide *Concordia.*]

HALFEHANG. Charta Canuti Regis de Forestis cap. 14 : *Et pro culpa solvat Regi* 10. *solidos, quos Dani vocant Halfehang, alias Halsehang.* [** Thorp. *Halseang alias Halsefang.* Vide *Halsfang.*]

HALFKINEG, et HALFKONING, Semirex, ex Saxon. half, dimidius, et king, Rex. Liber Rames. sect. 4. apud Spelmannum, de Æthelredo Duce Orientalium Anglorum, i. Norfolciæ : *Quia ipsi Regi* (Æthelstano) *adeo officiosa erat ejus impensa sedulitas, ut ad arbitrium ipsius cuncta regni negotia tractarentur : idcirco ab universis Æthelstanus Halfkeneg, quod est semirex, dicebatur.* Ejusmodi sunt, quæ alibi de Carolo Martello observamus.

* HALGA, pro Algia, Gall. *Auge*, pagi in inferiori Normannia nomen. Charta Phil. Aug. ann. 1207. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 115. v°. col. 2 : *Nos terram, quæ fuit Ricardi de Bellomonte in Halga, . . . damus . . . . Roberto Crasso in feodum et homagium ligium.*

* *Halgan* vel *Hargan*, Monetæ minutioris species. Lit. remiss. ann. 1448. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 644 : *Une piece de monnoye, appellé à Huise Halgan.* Aliæ ann. 1449. ibid. ch. 741 : *Ung Hargan, qui vault ung denier et maille.* Vide supra *Arganum* 3.

HALGARDUM, ALGARDUM. Charta Joann. Regis Angl. tom. 2. Monastici Angl. pag. 71 : *Et unam virgatam, quæ fuit Ricardi, et totum Algardum ex parte Orientali juxta Monasterium.* Ibid. pag. 114. 115 : *Decimam de omnibus quæcumque ad Castellum de Chenilened pervenerint, sive ad lardarium, sive ad granarium, sive ad Halgardum, etc.*

* Locus tectus et undique apertus, Gall. *Hangard.* Vide supra *Hagha* et infra *Hangardum.*

¶ HALI, *Sicci rami.* Sic vetus Gloss. a Lindenbrogio citatum. Vide *Hallus.*

HALIETUS. Tabularium Abbatiæ Villælupensis pag. 125 : *Et quitare fecit duos Haletos, quos ipsi de Chepdone debebant.*

¶ HALIGEMOT. Vide *Halimotum.*

HALIMOTUM, Curia Dominica Baronis seu alterius domini, in villis suis et dominiis, in qua lites vassallorum agitantur : seu Curia tribuum, wardarum, et societatum in burgis et urbibus. Vox Saxon. formata ex heal, Angl. *hall*, domus, aula, et gemot, seu *mot*, conventus. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 9 : *Omnis causa terminetur, vel hundredo, vel comitatu, vel Halimoto socam habentium, vel dominorum curiæ, vel divisis parium, etc.* Adde cap. 20. 57. 78. Will. Thorn ann. 1176 : *Ipsis Thanetensibus asserentibus se ad capitalem Curiam B. Augustini Cantwar. placitandi causa, vel judicium sustinendi, nullo modo debere accedere, sed in Halimoto suo in Thaneto omnia sua judicia exerceri.* [** Vide Phillips. Histor. Jur. Anglic. tom. 2. pag. 86.]

HALIGEMOT, in veteribus Schedis apud Spelmannum.

HALLIMOTA. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 140 : *Teneant terram de Hollecumba, quæ liberata eis fuit per homines de Hallimota de Bensintune.*

ALIMOTUM. Petrus Blesensis Epist. 95 : *Accusatur... quod undredo et Alimoto defuerit.*

HALMOTUM, apud Will. Thorn. ann. 1176.

HALITOR, *Fortis vel olerum cultor.* Papias.

¶ HALLA, HALLAGIUM. Vide *Hala* 1.

¶ HALLA HAUCABER, voces Turcicæ, in Chronico Radulphi *Coggeshale*, apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 572 : *Ascenderunt mundare æstimantes quod spurcitiis et mugitibus horribilibus legem Mahometi, pollutis labiis, vociferando Halla Haucaber, Halla Haucaber, polluerunt.*

HALLEBIC, Pensitatio pro piscibus, qui Parisios importabantur, sublata a Carolo Pulcro Statuto mensis Mart. ann. 1325. cujus loco duplicatum tributum, quod pro marinis piscibus præstabatur. In Regesto *des anciennes Ordonnances* fol. 2. [nunc apud D. *de Lauriere* tom. 2. Ordinat. Reg. Franc. pag. 586 : *Nous faisons sçavoir... que comme à la supplication et complainte de plusieurs marchands de poissons de mer confluans à Paris des parties de dessus la mer, sur ce qu'ils se douloient d'une fausse coustume estant à Paris sur le poisson appellé Hallebic, par laquelle les marchands établiers, par chacun panier, puis le prix fait, rabatoient à la fois douze sols, à la fois dix, à la fois huit, selon leur volenté.*]

* HALLEBOUT, Vox ad impetum in aliquem faciendum excitatoria. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 42 : *Comme aucuns d'iceulx compaignons eussent crié à haulte voix, Hallebout, Hallebout, sur les varlez de S. Denis lez Resbés, etc.*

HALLENSES, Monetæ Hallæ cusæ. Kilianus : *Haller, obolus*, vulgo *Hallensis.* Henricus Rebdorff. in Chron. ann. 1348 : *Legavit pro constructione Chori... quadringentas libras Hallenses.* Adde ann. 1346. et vide Chartam Caroli IV. Imper. in Chron. Constantiensi pag. 626. Vitam Balduini Lutzemb. Archiep. Trevir. lib. 3. cap. 1. et Goldastum ad Hepidanni cap. 14. lib. 1. de Vita S. Wiboradæ, etc. Vox *Haller* occurrit in aliquot Chartis apud Fredericum Sandium in Consuetudines Feudales Geldriæ pag. 35.

* Qui et *Haleri, Halleri* vel *Halenses* appellantur in Chartis laudatis a Christ. Schlegelio in Dissert. de Numm. antiq. edita Francof. ann. 1717. ubi docet *Hallenses* ex ære et argento conflatos ab una parte cruce, altere manu signatos fuisse absque ulla inscriptione; postea manum et crucem una facie sistere; quæ mutatio circa ann. 1494. accidit. Hujus monetæ prima mentio, eodem teste, occurrit in Ch. ann. 1228. Consule præterea Bern. *de Breydenbach* Iter Hierosol. pag. 140. et 141.

☞ *Helbling* interdum in vett. Chartis vocatur hæc eadem moneta, ut observat Schilterus in Gloss. Teuton. Hinc Anglo-Saxones *Halpenni* dixerunt seminummum, qui pro mensis aut tabernis erigendis in foro datur. Vide *Bordhalpeny.* Ab Hala urbe Sueviæ vocis originem accersit Freherus; Goldastus vero, qui et libram Hallensem et Hallerorum differre putat, a Latino obolus, quasi Hoboler, deducit. Hunc consule tom. 1. Rer. Alaman. pag. 254.

HALLUS, Ramus siccus, in Gloss. vet. apud Lindenbrog. Anglo-Saxones healme, ramum, et frondes appellant, [Picardi nostri etiamnum, *Haille*, vocant sepimentum ex ejusmodi ramis confectum.] Lex Salica tit. 43. § 3 : *Si autem de ramis, vel de Hallis, aut de qualibet re eum* (interfectum) *cooperuerit.* Et § 3 : *Aut de Hallis, aut de ramis eum cooperuerit.* Aliud sonat in Gloss. Lat. Gr. : *Hallus*, ποδὸς μέγας δάκτυλος, Festo, *allus* : Isidoro *allex.*

☞ Mendosam hanc lectionem putat Eccardus in Notis ad hunc titulum; nec immerito. Hic enim particula *vel* disjunctiva est, non explicativa; non idem ergo *ramis* quod *Hallis* significatur. Unde *callis*, voce ex calculus contracta, legendum docet vir doctissimus; veteres quippe Franci, inquit ille, facile potuerunt scribere *Hallis* pro callis, more, quo *h* ipsis et ceteris Germanis frequentissime pro *ch* vel etiam *k* ponebatur.

¶ HALMOTUM. Vide *Halimotum.*

* HALOTUS, Gall. *Halot*, Caudex, stipes. Lit. remiss. an. 1358. in Reg 86. Chartoph. reg. ch. 114 : *Prædictus Huardus*

Digitized by Google

quemdam baculum, Halot nominatum,... accepit. Aliæ ann. 1386. in Reg. 130. ch. 120 : *Icellui Pierre prist lès une cheminée une busche à mettre ou feu, nommée Halot, que il trouva.* Aliæ an. 1394. in Reg. 146. ch. 134 : *Le suppliant print un baston de cerisier, que l'en appelle un Hallot, etc. Une busche ou Halot*, in aliis an. 1402. ex Reg. 157. ch. 244.

* Quæ eadem vox salictum vel dumetum etiam sonat. Charta an. 1340. in Reg. 72. ch. 217 : *Douze deniers à Baudoin le gondalier pour sa maison,.... vint soulz pour les Hallos à l'encontre de cette maison.* Pactum ann. 1344. in vol. 2. arestor. parlam. Paris. : *La moitié de tous les aunois, sauchois, Halos, prez et rentes.* Lit. remiss. an. 1424. in Reg. 172. ch. 470 : *Comme le suppliant eust fait esmonder un Halot ou saulx, etc. Hasoy* nostris etiam dumetum significat. Charta ann. 1403. in Chartul. 21. Corb. fol. 321. v° : *Item que les bos et espines ou Hasoy etc.* Alia ann. 1430. ibid. fol. 330 : *Et sera tenus ledit Pierre de essarter et destruire les Hasoys, estans sur ladite masure.* Vide supra *Habia.*

HALSBERGA, Lorica maculis contexta : *Cotte de mailles*, Germanis *Hals-bergh*, id est, munimen colli, ex *hals*, collum, et *berghen*, tueri, custodire : ut *beinbergha*, crurum munimen, de qua voce, suo loco. Ita Kilianus. Sic λωρίκια μέχρι ἀσραγάλων ἀνασυρόμενα διὰ λωρίων καὶ κρικελλίων fuisse docet Leo in Tactic. cap. 5. § 4. At Beslius etymon accersit ex *al*, et *alla*, omnis, et *Berghen*, cooperire; ut *halsbergha* fuerit armatura integra. Fauchetus ab *albus* deducit, quod maculæ thoracis expolitæ albedinem quandam præferrent : cui quidem conjecturæ, licet vero minus consentaneæ, faveat Scriptores aliquot, qui *albas halsbergas* vocant. Le Roman *de Haria* MS. :

Le blanc Hauberc derompre et depanser.

Guill. *Hystart* ann. 1214 :

Et couvertures freteler
Sur blans Haubers brunis a mailles.

Testamentum Everardi Ducis Forojul. apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 21 : *Et helmum cum Hulsberga.*

¶ **Hubberguel.** Consuetudines Furnenses ex Archivo Audomar. : *Quicumque loricam, id est, Hubberguel, vel pileum ferreum tulerit, si convictus fuerit perdet ea et emendabit Comiti tres libras.*

Halsperga, in Charta Caroli III. Imp. de Expedit. Romana § 5 : *Et hoc in arbitrio Dominorum pendeat, quos ducunt a quibus stipendia accipiant, quibus Halspergas concedant.*

¶ **Halberc**, in Charta ann. 1049. apud Mabill. tom. 4. Annal. pag. 510 : *Accepit unum equum* XXX. *librarum, nec non unum Halberc septem librarum.*

¶ **Halbergium.** Tabularium S. Sergii Andegav. : *Dedit autem D. Achardus Abbas Juhallo* XXX. *solidos, Merivo autem dedit quemdam Halbergium valens* XL. *solidos.*

Alsbergum. Charta Heccardi Comitis Augustodunensis, apud Perardum : *Rotardo donate mea brunia cum Alsbergo.*

Halspere Germanis. Liber Rythmicus a Besoldo laudatus :

Da sprach der Lampartere :
Ich bin noch ungewehrt,
Geh und bring mir doch here,
Mein Halsperg und mein schwerdt.

Haubergum. Mandatum super juratis ad arma, in Addit. ad Matth. Paris pag. 149 : *Ad catella* 60. *marcarum unum Haubercum, capellum ferreum, gladium, et cultellum.*

¶ **Haubergus**, in Charta ann. 1294.

Osbergum. Chronicon Besuense pag. 578 : *Acceptis pro pretio duobus militantium instrumentis, quæ vulgo dicuntur Helmum, et Osbergum. Hauberg*, vel *Hamberc*, vulgo nostris. Gl. Lat. Gall. : *Lorica, haubers.* Ita passim apud Scriptores. Le Roman *de Garin* :

Il ot vestu un Haubere doblentin,
Chaude est la maille, ne pot l'acier soffrir.

Guill. *Guiart* :

Haubers desmaillent, lances fraingnent.

Chron. Bertrandi *du Guesclin* :

Vestir et endosser maint bon Haubert doublier.

[Le Roman *de Partonopex* MS. :

Lances levées les gales,
Heaumes és chief, Haubers és cox.

Le Roman *d'Athis* MS. :

Haubers doubliers, Haubers notis.

Le Roman *de la guerre de Troyes* MS. :

Vestent les Haubers doblentins,
Et craignent les brancs acerins.]

Henricus *de Hauchi* in Versione Gallica libri Ægidii de Roma de Regimine Princip. lib. 3. part. 3. cap. 13 : *Ceus qui sont esprouvés en bataille, disent que li Haubers doivent estre large, parce que les mailles sont plus empressées.* Chr. Fland. cap. 79 : *Trois cens hommes couvers de Haubergerie et de flanchieres.*

Albergellum, Minor lorica. Rogerus Hoved. in Henrico II. pag. 611 : *Omnis homo habens in catallo* 40. *vel* 30. *lib. Andegavensis monetæ ad minus, haberet Albergellum et capellum ferreum, lanceam et gladium.* Infra pag. 614 : *Quicumque liber Laicus habuerit in catallo ad valentiam* 10. *marcarum, habeat Albergellum et capelet ferri, etc.*

Habergellum, in Statutis Roberti I. Reg. Scotiæ cap. 27. § 1. [Lex Henrici II. apud Roger. Hoveden. fol. 350 : *Ceteri autem omnes haberent wambasiam et Habergellum.*]

Halsbergol. Teloneum S. Audomari in Tabulario S. Bertini : *Lorica, 4. denar. lorica minor, quæ vulgo Halsbergol dicitur, 2. den.*

¶ **Haubergeolum**, in Charta Ludovici Philippi ann. 1269. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1090 : *Induti Haubergeolo et capello ferreo poterimus illa (torneamenta) videre.*

* *Haubergiolum* habet Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 102. r°. col. 1. ex ead. Ch.

Ausbergotum, Ead. notione, in Statutis Massiliensibus ann. 1274. MSS. lib. 4. cap. *De garnitonibus in navibus portandis : Decernimus, quod omnes mercatores portantes in aliqua nave Massiliæ valens* 100. *libras Regales, vel amplius, habeant et portent ad minus loricam vel Ausbergotum, etc.* Le Roman *du Renard* :

Ne fust le Haubercot vesta.

Alberjos. In Charta ann. 1255. in Regesto Carcasson. fol. 42 : *Præterea inveni in dictis bonis* 5. *Alberjos, et unum albere, et tres balistas, et unam contrepointe.*

Haubergettum, in Fleta lib. 1. cap. 24. § 12.

Habergetum, in Mandato super juratis ad arma, in Addit. ad Matth. Paris pag. 149.

¶ **Haubergon.** Epistola Guidonis de Dampetra ad Philippum Aug. ann. 1113. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1114 : *Duas loricas*, 11. *Haubergons*, 1v. *capella ferri.*

¶ **Hauberjones**, in Charta ann. 1294.

Habergon, in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 23. § 2. Guill. *Huiart* ann. 1304 :

Armez de cotes à leurs tailles,
Et de bons Auberjons à mailles.

Guignevilla :

Adonc attaint un Haubregon,
D'une belle et plaisante facbon.

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Haubergion, thorax. Le Haubergon doit iiij. den.* in Pedag. Peron. ex Chartul. 21. Corb. *Alecret*, in Chron. Caroli VIII. ad ann. 1515. fol. 120. v° : *Plusieurs Alecrets et utencilles pour le fait de la guerre.*

Halsfang, Healfang, Helfeng, Halfang, Hanlffangr, Collistrigium, vulgo *Pilorium*, a Saxon. Hals, id est, *collum*, et fangen, *comprehendere.* Supplicii machina, quæ rei collum e pegmate sublati, inter duas tabulas comprehendit, populoque ad ignominiam exponit. Dicitur et ipsa mulcta pecuniaria in commutationem hujusmodi pœnæ Regi vel domino exsolvi solita. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 11 : *Qui falsum testimonium dicet,... reddat Regi vel terræ domino Helfeng.* Infra : *Si liber festis diebus operetur, emendet suum Helfeng.* Ita in Legibus Canuti § 57. 67. et Edmundi § 7. In Legibus Henrici cap. 76. scribitur *Halfang* et *Hanlffangr*, ubi dicitur esse verbum Anglicum, quod sonat *apprehensionem colli.* Adde cap. 14. et 90. Vide *Collistrigium, Pilorium.*

¶ **Halsperga.** Vide in *Hulsberga.*

¶ **Halteristæ**, Qui *Halteribus* ludebant. Erant autem *Halteres* massulæ ex plumbo, vel etiam leviori alia materia. Iis apprehensis utraque manu librare se certatores solebant, ut certius se saltu exercerent. Ceterum non unus fuit Halterum usus. Consule Carolum de Aquino in Lex. milit. in voce *Halter.*

¶ **Haltius**, pro *Aldius*, Libertus operas debens, *Halten.* In MSS. est *Haltius*, id est, nutritus, alumnus. Ita Grotius in vocabulario Gothico apud Murator. tom. 1. part. 1. pag. 370. Vide *Aldius.*

¶ **Halto**, Spicæ non omnino triturata, et minora stramina quæ in area sub rastello remanent, Gall. *Hauton* vel *Aulton.* Charta ann. 1199. ex Tabul. Corbeiensi : *Easdem* (malas consuetudines) *in plena curia... quitas clamavit et in perpetuum guerpivit, carionem videlicet bladi nostri in Augusto.... gruinum, Haltonem, quod in ventilationibus sub rastello remanet in area.* Vide *Hauto.*

Digitized by Google

* **HALVEHARE**, Capitis census. Charta Margar. comit. Fland. ann. 1261. in Chartul. 1. Fland. fol. 196. ex Cam. Comput. Insul. : *Conventi quod ad capitagium ipsi et prædecessores sui pertinebant, quod capitagium vulgariter nuncupatur Halvehare .... Ipsas personas omnes et singulas, et earum hæredes in perpetuum liberamus, et ab omni nota servitutis quitas clamamus in perpetuum, quantum ad capitagium, quod Halvehare dicitur, ut superius est expressum.* Flandris, *Halveeren*, est per medium partiri.

¶ **HALWIN**, Tributum quod pro vino exigitur. Rerum Mogunt. tom. 1. pag. 649. col. 1 : *Partim emptione, partim donatione obtinuit omnes census, sturas sive exactiones precarias vini, vulgo Halwin nuncupari solitas, judicia, salinas, stupam baliniarem, et alia jura inferioris hallis.*

HAM, et **HAMME**, voces Saxonicæ et Theutonicæ : Domus, domicilium, habitatio. Interdum etiam

HAM, significat vicum, villam : unde apud Germanos et Anglos villæ et urbes sua nomina in *ham* desinentia passim habent. Ordericus Vitalis lib. 11. pag. 807 : *Per silvam Hunelgehem, quam Latini malum callem vel vicum nuncupare possunt.* Quasi *hunel-ge-hem*.

HAMELLUM, diminut. ab *Ham*, Villula a vico majori dependens, quæ Ecclesiam parochialem non habet : nostris *Hamel, hameau*. Willelmus Thorn : *Cum 11. sol. annui redditus in Hamello de Chetam.* [Charta ann. 1235. ex Hist. MS. Monast. Beccensis pag. 591 : *Abbas et Conventus dicto Ricardo concessere manerium quod vocatur Hamellum quod habebant juxta Livacout.* Literæ Officialis Belvac. ann. 1263. ex Tabular. Calensi pag. 167 : *Percipiebat ex propria hæreditate sua 4. modios et dimid.... in Hamellis de Mesnilo et in villa de Camberona Belvac. diocesis etc.* Index MS. beneficiorum Ecclesiæ et diœcesis Constantiensis fol. 5 : *Item rector dicte Ecclesie percipit omnem decimam et altalagium, excepto quodam Hamello qui vocatur Valieres.*]

HAMELETTA, **HAMELETTUM**, et **HAMLETUM**, diminut. ab *Hamellum*. Nostris etiam *Hamelet*. Occurrunt hæ voces non semel apud Scriptores Anglic. Will. Thorn pag. 1956. 2092. Bractonum lib. 4. tract. 1. cap. 31. § 3. in Fleta lib. 2. cap. 54. § 13. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 298. 963. tom. 2. pag. 93. 94. 103. 209. etc.

☞ Manifesta vocis *Hameletta* origo, ab *Ham*, nempe villa, et *Let*, membrum : unde *Hameletta* membrum, seu pars villulæ potius videtur quam villula; quod prius observavit Spelmannus ex statuto Exoniæ edito ann. 14. Eduardi I : *Lez nosmes de toutes les villes et Hamlets que sount en son wapentake, hundred, ou franchise... Que ils ordeinent et facent venir devant eux de chescune ville entier, 8. homes : et de demie ville 6. homes : et de Hamlette, 4. homes des plus sages et plus loyalx, horsprises les Seignours des villes, demie villes, et Hamlets avant nosmes, etc.* Charta Johannis de Monteforti Ducis Britanniæ ann. 1360. ex Archivo castri Nannet. : *Simul cum membris, Hamelettis, pratis, pascuis, etc.*

¶ **HAMA**, Mensura vinaria, aliorumque liquidorum. Charta Adelberti Mogunt. Archiepisc. ann. 1139. tom. 2. Rerum Mogunt. pag. 584 : *Ut ... dimidiam ipsius terre vini Hamam persolverent, sicque residuum sine aliqua exactione in pace possiderent.* Chron. Bonæ-spei pag. 390 : *Donant in eleemosynam Hamam vini rubelli reditus annui super tres partes vineti, juxta buxetum in parochia, etc.* Et pag. 396 : *Duas Hamas vini etc.* Instrum. ann. 1522. apud Miræum tom. 2. Diplom. Belgic. pag. 1050 : *Ac etiam pro quoque capite habere quatuor Hamas cerevisiæ, ex qua poterunt sumere tertiam partem cerevisiæ bonæ, ac duas alias parvæ.* Vide *Ama* 3. et infra, *Hamelicus*.

* Charta ann. 1047. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 384. col. 1 : *Et quia novem mansionalia, quæ et curtilia vocitantur, hæreditarie dicuntur possidere, decretum est ut.... Hamam vini, quæ dicitur Pippini, ... persolvant.*

HAMALLUS. Lex Salica tit. 49 : *Ista omnia ubi suus Hamallus est, super quem res primitus agnita fuerit, aut intertiata, fieri debet.* Ubi variant MSS. Codd. Unus : *Ista omnia facere debet in mallo, ubi ipse Amallus esse dignoscitur, etc.* Alter : *Ista omnia in mallo debent fieri, ubi ille est Hamallus, id est, qui suscepit causam ad mallandum in vicem altertius.* Ubi *hamallus* est advocatus illius, qui ad *mallum* citatus est. [Guelferbytanus Codex, *Hamallus*.] Denique Editio Heroldi tit. 50 : *Ista omnia facere debet in mallo, ubi ipse Rhamallus esse videtur.* Quo loco Wendelinus *Rhamallum*, vocabulum ex Latino Romanicum existimat, locumque esse, in quo judices considebant sub *Ramalibus*, seu in loco superne ramis tecto : [quam lectionem et sententiam secutus est etiam Eccardus ibidem.] [* Glossa Cod. Estensis : *Hamallus, id est Debitor*, ut monet Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 290.] Sed potior videtur *Hamallus*, ita ut is fuerit, qui ad *mallum* pro alio venit, illius causam susceppturus. Hinc

HOMALLARE, vel **HAMALLARE**, apud Marculfum lib. 1. form. 36 : *Causas ipsius licentiam habeat adsumendi vel Homallandi.* Et infra : *Cum æquitatis ordine licentiam habeat respondendi vel Homallandi.* Ubi *homallare* non est *admallare*. *Hamallare* enim est patrocinium alterius suscipere : quique id suscipit muneris, *Hamallus* dicitur : quod omnino formulæ titulus evincit : *Ut causas auctorum adsumendi suorum aliquis licentiam habeas. Admallare* vero est *ad mallum*, seu in jus citare, vocare.

HAMARIUM, Modus agri, vel *mansionale*, ab *Ham* Germ. mansio. Habetur Charta in Tabulario S. Vitoni Virdunensis ann. 1229. qua *Comitissa Alverniæ remittit reditus ad ipsam spectantes trium Humariorum et dimidii, quæ Gilbertus de Felines possidet, sub tali forma, quod terram præmemoratam legabit claustro de Gorzes, etc.* Vide *Hamma*.

¶ **HAMATA**, Factionis nomen quæ in Belgio, excitante Margareta Ludovici Bavari Imperatoris uxore, exstitit, quæque Ludovici partes, contra Asellatam factionem quæ Willelmo ipsius Margaretæ filio favebat, tuita est. Vide *Asellata*.

* **HAMACGHE**. Vide infra *Haminge*.

* **HAMATI**, Factionis apud Hollandos nomen. Vide supra *Asselli*.

* **HAMATILE**, Spiculum, apud Tertul. in Scorp. Gloss. Lat. Gr. : *Hamatilis*, ἀγκιστριώδης. Nostris *Hamée*, idem quod Manubrium. Lit. remiss. ann. 1459. in Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 138 : *Le suppliant coppa une branche de bois pour faire une Hamée ou manche à sa faulx.*

HAMATORES, *Piscatores*, in Gloss. Isidori, qui hamis piscantur.

* *Hameur* inter instrumenta piscandi, ab hamo distinctum, recensetur in Stat. ann. 1326. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 793. art. 4. *Hain*, hamus, vulgo *Hameçon*, in Vit. SS. Mss ex Cod 28. S. Vict. Paris. fol. 187. r°. col. 1 : *Uns peschierres geta iluec son Hain, et quant il cuida avoir pris un grand poisson, etc.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Ain à prendre poisson, hamus.* Hinc annulli ferrei, quibus consertæ erant loricæ, *Ains*, appellantur, in Stat. ann. 1416. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 432 : *Item chascun maistres dudit mestier* (de haubergerie) *pourront acheter fil à faire leurs Ains quelque part que il leur plaira.*

¶ **HAMAXURGUS**, Curruum faber, a Gr. ἅμαξα, currus, et ἔργον, opus, in Annalibus Novesicalibus ad ann. 1001.

* **HAMBURGUS**, vulgo *Hambourg*, Cerevisiæ species, a dolio ejusdem nominis, quo infundi solet, fortean sic dicta; vel a civitate Hamburga, ubi primum est inventa. Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 326 : *Jehan Buignet tavernier de cervoise et Hambours.* Aliæ ann. 1456. in Reg. 183. ch. 160 : *Un lot ou autre quantité de cervoise ou Hambourg, etc. Embourghebiers*, apud Gandavenses, ex Lit. remiss. ann. 1463. in Reg. 199. ch. 396 : *Après leur premier escot fait et paié, firent venir certains potz de keute et de Embourghebiers, etc. Oubourg*, in aliis ann. 1473. ex Reg. 204. ch. 7. Sed forte legendum *Ambourg*, ut in Lit. ann. 1463. pro civitate Tornac. ex Reg. 199. ch. 54.

¶ **HAMEDII**, *Id sunt conjuratores, quos nos Heidon dicimus.* Ita Glossæ Helmstadienses laudatæ ab Eccardo in tit. 51. Legis Salicæ; ubi vir eruditus, pro *Hamedii* reponendum putat, *Samedii*. Hi etiam *Sacramentales* vocantur.

HAMELETTA. [Viculus, *Hameau*.] Vide *Ham*.

¶ **HAMELICUS**, et **HAMEKELLUS**, Mensura liquidorum, Gall. *Hamequin*. Charta ann. 1129. ex Tabulario sancti Richarii : *Camba Bernardi bubulci per singulos quindecim dies debet tres Hamelicos cervisiæ.* Charta ann. 1279. ex eodem Tabular. : *Dicti magister, fratres et sorores dimittunt in perpetuum sexaginta Hamekellos cervisiæ quos ex domo Everardi, etc.* Cujus vero capacitatis fuerit hæc mensura, utcumque æstimari licet ex declaratione cujusdam feodi Gallice scripta ann. 1376. in Lib. rubro ejusdem Tabular. *C'est à savoir* XII. *lots de vin à la petite mesure*, VI. *pains*

Digitized by Google

tels que du Couvent, 11. *cappons et* 11. *hastes de porc soit masle ou femelle, trois Hamequins de servoise ou* VIII. *poitevines pour la valeur de cacun Hamequin, et les doit paier li hosteliers et* VI. *pains de maisme.* Vide *Hama.*

¶ **HAMELLUM**, Gall. *Hameau.* Vide *Ham.*

HAMFARE, ut et *Hamsocna*, Insultus factus in domo, apud Bromptonum pag. 957. ubi tanquam synonyma ponuntur, ut et in Legibus Henrici I. cap. 80 : *Si quis alium in sua vel alterius domo, ... vel domum sagittet, vel lapidet, vel colpum ostensibilem undecumque faciat,... hamsocnam est, vel Hamfare.* Inter Anglo-Saxones vocem non reperio, inquit Somnerus : effictam tamen puto ab h a m, *domus*, *mansio*, et f r i, vel f r i ð, *pax*, *quies* ; quo *hamsocnæ* ad amussim quadrare quis non videt? nisi nisi malis f a r e, sensu quo in *herefare*, et *fyrdfare*, acceptum, quasi profectio in domum.

* **HAMIDUM**, *Lo amido*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

* **HAMINGE.** Charta commun. Mechlin. ann. 1316. in Cod reg. 10197. 2. 2. fol. 82. 1° : *Item, officia quæ zamencoep, vertheeringhe et Haminge Teutonice nominantur, etc. Hamacghe*, apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1423. Vide *Ham.*

HAMIS, *Hamitis*, Johanni de Janua, *est fustis aucupabilis, scilicet virgula, quæ sustinet rete, quo capiuntur feræ : vel quod levat rete, in quo capiuntur aves, et dicitur ab hamus.* [Hinc Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Hamis, la perche ou la verge qui soutient la roiz à prendre bestes ou oiseaux.*]

HAMMA, **Hamme**, Portio et modus agri. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 210 : *Terram suam ... cum omnibus domibus, quæ in ea sunt, et cum duabus Hammis, quæ sunt juxta fontem Chante, et pertinent ad prædictam terram.* Rentale *de Wy* pag. 14. apud Spelmannum : *Tenet in dominico unum messuagium : et in le Hamme* 16. *acras.* Infra : *Tenet juxta Hamme duas acras.* [Ab *Hamme* quod Belgis etiamnum partem, segmentum significat. Kilianus : *Hamme, Pars abscissa rei cibariæ, frustum esculentum.*] Vide *Hammarium.*

¶ **HAMNUS**, Idem quod *Hallus*, ramus siccus. Gesta Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecdot. col. 168 :

De reliquis dumis, seu Hamno, sive rubetis
Perflat in obstantes furiali mente phalanges.

¶ **HAMOCRISUS**, *Lapis arenis auroque intermixtus.* Papias. Leg. *Ammochrysus* ab Ἀμμόχρυσος.

HAMSOCA, **Hamsocna**, **Hamsoken**, Domus seu habitationis immunitas, a Saxon. Ham, domus, habitatio, et s o k n e, libertas, immunitas. [** Inquisitio, consectatio. Vide Bosworth. in hoc voce § 3.] : quasi *habitaculi privilegium*, ita ut qui id effringit, *Hamsocnam* facere dicatur : [Kilianus : *Heym-soecken, Germ. Sax. Sicamb. Visere, invisere, visitare. Item, Invadere violenter alicujus domum, vi irrumpere in alterius ædes.* Vide *Hussuchung.*] quod crimen eo atrocius videri debet, non solum quod pax regia violetur : sed etiam quod domus regia (qua nihil est sanctius, nihil omni religione munitius) tutissimum sit unicuique receptaculum et refugium. Ideoque in eo nemini injuria inferri, neque quisquam de domo sua extrahi debeat leg. 12. de In jus vocando. (2,4.) Vulgo autem definitur *Hamsocna, Invasio mansionis*, ut in Legib. Canuti Regis § 28. *Insultus factus in domo*, apud Ranulph. Cestr. lib. 1. cap. 50. et Bromptonum pag. 957. *Invasio domus*, apud Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 23. § 3. Cujus quidem criminis mentionem agunt Leges Saxonicæ Edmundi Reg. Angl. apud eumdem Bromptonum § 6. Leges Ethelredi § 25. Leges Henrici I. cap. 12. 59. 61. 80. Britton. pag. 72. etc. Hujus vero cognitio inter jura regia recensetur in iisdem Legibus Henrici I. cap. 10. 12. 35. 80. [** Record. tempor. reg. Johan. Bedef. rot. 5. in Placit. Abbrev. pag. 94 : *Henricus Bunin appellat Ricardum Everard et alios de pace regis infracta, etc. et quod venit prædictus Ricardus et alii ad domum suam et ostia domus suæ fregerunt et in pace domini regis et nequiter et in Hamsoka et extraxerunt eum et uxorem suam et pueros suos et in roberia ceperunt et asportaverunt unum pallium, etc.*]

Haimesuckin, Eadem notione, in Regiam Majest. lib. 4. cap. 9. § 1 : *Si quis aliquem calumniari velit de Haimesuckin, oportet quod propria domus, ubi calumnians est manens, surgens et cubitans die et nocte, assaliata sit.* Adde § 2. et cap. 10. § 1. Ubi Skenæus vocem compositam ait, ex *haime*, domus, domicilium; et *suchen*, quærere, vel persequi.

Hamsocna, præterea duplici significatione usurpatur : scil. pro impunitate ob ejusmodi admissum crimen : et pro privilegio cognoscendi in Curia sua de eodem crimine. Utramque attigit Will. Thorn pag. 2030 : *Homsokne, hoc est, quietus esse de amerciamentis pro ingressu hospitii violenter et sine licentia, et contra pacem Regis, et quod teneatis placita de hujusmodi transgressione in Curia vestra.* Priorem Fleta lib. 1. cap. 47. § 18. ubi *Hamsokna* dicitur significare *quietantiam misericordiæ intrusionis in alienam domum vi et injuste.* Alteram Liber MS. Coxfordiensis Monast. apud Spelmannum : *Hamsockene, quod Prior tenebit placita in Curia sua de his, qui ingrediuntur domum, vel Curiam alicujus ad litigandum, vel furandum, vel quidquid asportandum, vel aliquod aliud faciendum contra voluntatem illius, qui habet domum vel Curiam.* Adde Skenæum in *Haimsuken*, et Rastallum in *Hamesoken.* [** Confer Grimm. Antiq. Jur.Germ pag. 639. Warnkœnig. Histor. Jur. Flandr. tom. 3. pag. 240.]

1. **HAMULA**, Fibula libri. Vide *Ligatores.*

2. **HAMULA**, Vas. Vide *Amula*, in *Ama* 2.

* 3. **HAMULA**, Fuscinula. Gloss. Bibl. Mss. annonymi ex Bibl. reg. : *Hamulas dicunt quidam esse fulcinulas de auricalco.*

HAMUS, Mensura liquidorum. Ephemerides Monasterii S. Galli pag. 160 : *Quindecim Humi cervisiæ.* Vide *Hama.*

¶ **HANAFAT**, **Hanaperium**, etc. Vide in *Hanapus.*

HANAPUS, **Hanappus**, **Hanaphus**, Vas, patera, crater, ex Saxonico h n æp, h n æp p a, calix, patera. Glossar. Ælfrici, cap. de vasis : *Ciatus*, H n æp. *Antlia*, H n æp. Gloss. Lat. Gall. : *Scyphus*, *Henap.* [Aremoricis *Anap* et *Anaph.*] Hariulfus lib. 2. cap. 10 : *Hanappi argentei superaurati* 13. Idem lib. 3. cap. 3 : *Hanappi pendentes argentei tres.* Eodem cap. : *Hanappus ad bibendum argenteus unus.* Chron. Fontanellense cap. 16 : *Hanappum argenteum optimo opere factum, habentem limaces aureos quatuor in fundo exterius sibi annexos.* Infra : *Hanapum vitreum optimum unum.* [** cap. 15. *Hanapas argenteos.*] [Edictum Philippi VI. ann. 1332. tom. 2. Ordinat. Reg. Franc. pag. 86 : *Item, que nuls orfevres, changeurs ne autres quiex que il soient, ne soient si hardiz de faire ni faire faire vessaille, ne grands vesseaux d'argent, ne Henaps d'or, se n'est pour calices, ou vessiaus à sainctuaire pour servir Dieu, et Hannaps dorés à couvercle.*] Ph. *Mouskes* in Hist. Fr. MS. :

Et apporterent estrelins,
Hanas, coupes, et maserins.

[Le Roman *d'Athis* MS. :

Parmi les rencs le (vin) vont portant
A pleins Hanaps à espandant.

Le Roman *de Cortois d'Artois* MS. :

Fait bon boivre à Henap d'argent.]

Chronicon Flandr. cap. 15 : *Il feit apporter un grand Hanap de vin.*

Anaphus, in Breviloquo : *Cyphus deauratus, ab ana, sursum, et phos, i. lux, quasi in superiore parte vel superficie lucens.* Catholicon Armoricum : *Hanaff, Gall. Hanap. Lat. Cantarus, crater.* Poeta infimæ ætatis MS. :

Sunt Anaphos, piscina, batos, Abatis, corus, orcham.

Ubi Glossa habet eadem, quæ auctor Breviloqui. Vetus Chronicon MS. : *Hæc sunt, quæ de S. Ansberti habemus reliquiis,... partem ipsius casulæ, marsupium vero et anaphum, seu pyxidem, atque cultellos.* [Maceriæ Insulæ Barbaræ tom. 1. pag. 76 : *Septimo Idus Decembris obiit Hillinus Comes, qui dedit Fratribus calcaria aurea valentia mille solidos, et S. Stephano unum Anaphum valentem centum sexaginta solidos.*]

Anapus, Historia Episcoporum Autisiodorensium cap. 20 : *Dedit et hicinarios* 2. *anacteos pensantes libras* 4.... *Item dedit cochleares,... dedit et Anafum unum pensantem lib.* 2. *habentem leonem et taurum deauratos.* Tabularium Brivatense Ch. 256 : *Mapam* 1. *Anafo* 1. *etc.*

Anapus. Charta Heccardi Comitis Augustodunensis ex Tabular. Persiensi apud Perardum : *Anapos corneos meliores duos.... et Anapo corneo majore, cum illo de mazaro.* Infra : *Cuppa una, et Anapellos de marmore duos.*

Hannipa, Idem sonat apud Wolphardum Presb. lib. 3. de Mirac. S. Walburg. num. 7 : *Vas, quod Hannipa nominatur, quo mixtio agebatur, ita exinanitum est, etc.*

* Vas ansatum et pede instructum, quo a poculo distinguitur. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 290 : *Il ne se recorde pas se ce fu Hanap ou gobelet. Hanepel d'argent*, in Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 162. v°. ad ann. 1391. Quorum vasorum conficiendorum ars, *Hannpperie* vocatur, in Lit.

Digitized by Google

remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 370 : *Le suppliant qui est ouvrier de orfavrerie et de Hanapperie etc. Henapier* autem vel *Hennapier*, eorumdem artifex vel mercator. Lit. remiss. ann. 1403. in Reg. 158. ch. 211 : *Le suppliant vendi .... le hannap de madre à bosse d'argent à un Hennapier.* Aliæ ann. 1407. in Reg. 161. ch. 333 : *Trois hommes relieurs et vendeurs de henaps; ... lesdiz relieurs ou Henapiers etc. Henepée* vero dicitur, quantum *hanapo* continetur, apud Fauchet. lib. 2. cap. 14. ex veteri Poeta Gallico :

Ne de buens Parisis une grant Henepée.

¶ Hanapat Mellis, Vas quoddam quo mel mensurabatur, Gall. *Une Hanapée de miel.* Charta ann. 1107. ex Tabulario Kemperleg. : *Ego Alanus D. H. Britanniæ Comes, dedi Monasterio S. Crucis terram Killicadoc in Elgene, quatuor videlicet ciatos, id est Hanafat mellis.* Idem Tabularium : *Quidam balistarius Constans nomine dedit Monasterio S. Crucis terram Kiltperit, quæ est septem Hanafat mellis, quam acceperat ab Alano Comite.*

Hanaperium, Vas amplum, vel locus recondendis *hanapis* aptus. Chron. Will. Thorn : *Hi 4. bacini in uno Hanaperio.* Infra : *Item undecim ciphi argentei plani de una fabricatura. Hæc omnia cum suis Hanaperiis.* Le Roman *de Garin* :

Li Rois Girar a pris le Hennepier
Del viel Fromond, que il n'avoit point cher.

Statuta pro vaginarum confectoribus, quos *Hainniers* et *Fourreliers* vocabant : *Nul menestrel dudit mestier ne peut, ne ne doit faire nul Hennepier, qui ne soit de trois cuirs neufs, etc.* Præsertim vero

Hanaperium apud Anglos, dicitur Fiscus vel sporta grandior in Cancellaria Regis, cui inferuntur pecuniæ e sigillatione diplomatum, brevium, chartarum regiarum, etc. provenientes, cui qui præest *Clericus Hanaperii* appellatur. Charta Regis Ricardi II. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 943 : *Rex... cum de gratia nostra speciali, et pro quodam fine, quem Elizabeth, quæ fuit uxor... nobis solvit in Hanaperio nostro, concesserimus, etc.* Adde tom. 2. pag. 22. Sic autem videtur primitus appellatus Fiscus regius apud Anglos, quod in eo reconderentur *Hanapi*, et *scutræ*, cæteraque vasa, quæ in censum ac tributum persolvi solebant. Guibertus lib. 3. de vita sua cap. 4 : *Magnus ille census monetæ Anglicæ, Hanaporum, et scutrarum, qui male coaluerat, brevi dilapidatus est.* Vel etiam, quod quæ in pecunia numerata Principibus quotannis exsolverentur munera, in *Hanapis*, seu pateris, præstarentur; quod monuimus ad Joinvillam pag. 86. de quo more Symmachus lib. 10. Epist. 28. ubi de strenis annuis Imperatori oblatis : *Merito vobis solennes pateras cum quinis solidis, ut numinibus integritatis offerimus, quibus nec vester pudor, nec noster census oneratur.* Vide in voce *Cubitorium*.

Hanepier, Aliud sonat apud nostros, quibus ita appellatur pars quædam corporis, pectus forte, eadem notione, qua *aream* appellari supra observatum. Le Roman *de Roncevaux* MS. :

Tout le pourfent desci en Hanepier.

Le Roman *de Gaydon* MS. :

Tout le fendi desci en Hanepier.

Chron. MS. Bertrandi *du Guesclin* :

A moitié le fendi chervelle et Hanepier.

Alibi :

Mais Charles de Dinant li ala si paler,
Que tout li enfondra bacier et Hanepier,
La cervelle en espant, mort le fit trebucier.

☞ Ex allatis postremo verbis superior capitis pars voce *Hanepier* significari videtur : quod firmat le Roman *d'Athis* MS. :

Del branc lui va tel cop donner
A mont parmy son heaume cler,
Et lui embarre si parfont,
Le Hanepier dessoubs en font,
Que la chiere en couvre toute
Dessoubs les yeulx qui ne voit goute.

* Alteram interpretationem confirmat Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Craneum, Gallice Hannepier.* Hinc galeam, *Hanepier* appellat Monstrel. vol. 3. ad ann. 1453. fol. 51. r° : *Messire Jaques de Laling ... fut attaint au chief d'une pierre de veuglere venant du chastel, et fut son Hanepier emporté du coup, si qu'il cheut mort illec.* Neque huic interpretationi omnino repugnare videntur, quæ hic proferuntur a Cangio.

¶ Hancha, Coxendix, Gall. *Hanche.* Charta ann. 1275. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Eterat statura ipsius imaginis usque ad Hanchas tantum.* Vide *Anca* 1.

¶ Hancha, Vervecis coxa, Gall. *Eclanche, Gigot de mouton.* Ordinarium Lauduense apud Marten. de Diviniis Officiis antiq. Eccl. pag. 795 : *Cantores prædicti cantant coram Episcopo dum epulatur. In secundo ferculo pulsatur campanula, et fit benedictio a sacerdote, et datur Hancha et magnus panis et dimidius sextarius vini.* Hemeræi Hist. Viromand. pag. 115 : *Dominica, debet Decanus* 10. *sextarios frumenti.* ... 5. *Hancas, quarellum salsum, sex humeros salsos, minutam assaturam.*

* Nostris *Hanchier*, est Crus crure implicare; quod *Le tour de haute hanche* etiam vocabant. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 206 : *Lequel Guillaume abati à terre ledit Laurens du tour d'une haute hanche.* Aliæ ann. 1397. in Reg. 151. ch. 368 : *Je gagerai à toy un pot de vin que je te abatray dedens trois foiz, mais que tu me laisses Hanchier ou croquier à chascune foiz.*

¶ Handborow. Vide *Headborow.*

* Handfeste. Jus Danicum apud Ludewig. tom. 12. Reliq. Mss. pag. 176 : *Item leges Erici regis bonæ memoriæ, quæ Handfeste dicuntur, serventur.* [** Vide Haltaus. Glossar. German. in hac voce col. 802. Rosenvingii Histor. Jur. Dan. § 88. 90.]

Handgrith, Pax manu data, ex Sax. Hand, manus, et grið, pax, quæ etiam cyninges hand gryð, dicitur, i. *pax manu Regis data.* Leges Alfredi et Godrimi § 1 : *Et hoc est primum dictum Ecclesiæ, pax intra parietes suos, ut Regis Handgrith semper inconvulsa permaneat.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 13 : *Hæc mittunt hominem in misericordia Regis, infractio pacis, quam per manum suam dabit alicui.*

Handhabenda, Latro manifestus, in flagranti crimine deprehensus, Bractono, *Handhabend*, ex Saxon. Hand manus, et hæbbend, habens, *quasi furtum in manu habens*, ut est in Legibus Adelstani Regis apud Greatleyam § 1. ubi Editio Saxon. pag. 53. Geof æt hæbbendre handa gefangen. Leges Henrici I. cap. 59 : *Ne forisbannitum, aut furem Handhabbendam Francigenam, vel Angligenam, ultra duodecimum ætatis annum, et 8. denarios valens, impunitum transeant.* Infra : *Si in mortificationibus Handhabbenda sit, sicut liber moriatur.* Adde Leges Adelstani Exoniæ editas § 6. Fleta lib. 1. cap. 38. § 1 : *Furtum manifestum est, ubi aliquis latro deprehensus saisitus de aliquo latrocinio Handhabbinde et backberynde, et insecutus fuerit per aliquem, cujus res illa fuerit, quæ dicitur Sacborgh, et tunc licet insecutori rem suam petere criminaliter ut furatam, etc.* Vide Bracton. lib. 3. tract. de Corona cap. 32. § 2. cap. 35. § 1. et Britonnum pag. 72. v.

Est etiam jus quod Baroni competit cognoscendi de hoc crimine in Curia sua. Fleta lib. 1. cap. 47. § 2.

* Handhouder, Officii municipalis apud Flandros nomen, qui legibus servandis invigilat. Lit. ann. 1410. pro libert. Furn. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 588 : *Savoir faisons .... de par les Handhouders et cueriers de nostre chastellenie de Furnes, etc.* Infra : *Landhouders.*

¶ Handseax, Manualis gladius, pugio, Gall. *Dague, poignard :* Somnero, sica : Kiliano, Securicula, securis manualis, a Sax. Hand, manus, et seax, gladius. Testam. Byrhtrici apud Hickes. pag. 52 : *Primum naturali domino suo Regi armillam auream quæ habet* 80. *mancas auri, et unam Handseax tantumdem auri habentem.*

* Hinc forte repetenda origo vocis Gallicæ *Hendeure* vel *Hendure*, Capulum, vulgo *Poignée.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Scapulus* (l. capulus), *pars ensis, Gallice Hendure.* Rob. Bourron. in Poem. Merlini Ms : *En copa il l'espée le roi tout outre parmi par devant le heut, si que li brans l'en cheia à terre, et Hendure en remest le roi en sa main.* Le Roman *d'Alexandre* Ms. part. 1 :

Mes l'espée li brise, si est en deux volée,
Parmi la Hendeure ou denier fu qussée.

* *Enhendeure*, eodem sensu, in Chron. S. Dion. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 350 : *Li dux dona une moult riche espée, dont li pomiaus et l'Enhendeure estoit de fin or.* Ubi Will. Gemetic. ibid. pag. 267 : *Uni ensem ex auro quatuor librarum in capulo fulgidum dedit.* Emendanda itaque eadem Chronica tom. 5. ejusd. Collect. pag. 270. ubi perperam *Enheudeure.* Inde etiam forte *Enhanté*, pro *Emmanché*, manubrio instructus, in Lit. remiss. ann. 1427. ex Reg. 173. ch. 705 : *Une coignée Enhantée en guise d'une hache.* Vide infra *Scapulus.*

* Hanehost, apud Andegavenses, Delator. Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 429 : *Ung Hanehost, qui est à dire ung accuseur de gens.*

¶ Haneknecht, vel potius *Hanchknecht*, quod proprie servum patibuli sonat : at pro homine *bannito* seu lege aliqua

Digitized by Google

proscripto usurpatur in Consuet. Furnens. MSS. ex Tabular. Audomar. : *Quicumque receperit Haneknechtemendabit Comiti* 60. *lib. Et qui receptus fuerit* 10. *lib.*

¶ **HANELLARE**, pro Anhelare, in Literis Johannis Franc. Reg. ann. 1358. tom. 3. Ordinat. pag. 264 : *Nichilominus Consules de Tribus-bonis ad eorum propria commoda Hanellantes, non considerantes dampna illata nobis, etc.*

* **HANELLUS** : *et inde Hanella, æ, Baiscelle.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521.

¶ **HANERATUS**, Inductus. Vetus Inscriptio : *Calce Hanerata lito politoque.* [* Si scriptum non est pro *Arenatus*, arena mixtus.]

* **HANGARDUM**, Locus tectus et undique apertus, Gall. *Hangart.* Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1492 : *Datum extraordinarie pro reparationibus et ædificiis factis novis in domo clientis capituli a latere Hangardi scolarum, etc. Hangardium*, in altero ann. 1486. ibid.

HANGWITH, vel **HENGWITHA**. Mulcta, pro latrone præter juris exigentiam suspenso vel elapso : a Saxonico, hangian, suspendere, et vite, mulcta. Cum igitur in Chartis dicitur alicui remitti *Hangwithe*, intelligendum juxta Rastallum, *esse quietum de latrone suspenso sine judicio, vel extra custodiam vestram evaso :* hoc est, immunem esse de mulcta et pœna pro hujusmodi delictis. Leges Willelmi Nothi vernaculæ cap. 5 : *Cil ky prendra larrun sanz suite e sanz cry, que cil en laist à qui il aurad le damage fait, et vienge pois aprés, si est raisun que il dunge* 10. *sols de Hengwite, e fin face la justice à la premerine devise sans le congé à la justice, si est forfait de* 40. *sols.* [Glossariolum Beccense: *Hengewyte, Quite de larron, pendu sans serjant le Roi.*] Vide Fletam lib. 1. cap. 47. § 17.

HANIC, Præstationis vel operæ species, apud Anglos. Charta Ricardi I. Regis Angl. in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 264 : *Et sint quieti... de operibus castellorum, parcorum, pontium, et de clausuris, et carreio, et sumagio, et Hanig, et regalium domorum ædificatione, et omnimoda operatione.*

¶ **HANIS**, Idem quod Rex vel Princeps Persis et Tartaris sonat. Vide in *Caganus.*

¶ **HANLFFANGE**. Vide *Halsfang.*

HANNIPA. Vide *Hanapus.*

HANOK, [Clamor militaris, provocatio ad arma.] Statutum Henrici V. Reg. Angl. tempore guerræ, apud Nicolaum Uptonum lib. 4. de Militari Officio : *Item si aliquis inventus fuerit, qui clamorem vocatum Hanok, aliquo modo sine nostra licentia inceperit, morte punietur, etc.*

HANONES, Piscium species, vulgo *Hanons.* [Litera Johannis I. Regis Franc. ann. 1351. tom. 2. Ordinat. pag. 424 : *Item Morues.... moules, oistres, Hanons, pourpois, crapois, payeront six deniers pour livre.*] Vide *Platesia.*

* *Hannon* vero, partem quamdam aratri, quam vulgo *Coquille* dicimus, sonat, in Lit. remiss. ann. 1449. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 686 : *Ainsi que le suppliant ahannoit sa terre, rompi ung Hannon ou piece de sa charrue.*

* **HANOT. MITTERE DOMUM AD HANOT**, Idem quod *Condemnare domum*, Eam scilicet judicis sententia diruere vel incendio absumere; is enim in Francia mos invaluit, ut non corporis modo pœna, vel morte, mulctarentur rei, præsertim homicidæ, sed et eorum diruerentur vel comburerentur domus; nisi id pecunia data redimerent, ut dictum est in v. *Condemnare;* quod *Mettre à Hanot* et *Hanoyt* vel *Hanoter* appellabant. Charta commun. Peron. ann. 1207. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 53. r°. col. 2 : *Si quis aliquem de communia Peronæ.... occiderit, et captus fuerit, capite plectetur, ... et domus ejus, si aliquam habuerit, diruetur et mittetur ad Hanot.* Alia pro Atheis ann. 1212. ibid. part. 2. fol. 54. v°. col. 1. eadem repetit, nisi quod pro *Hanot*, habet *Hanoyt.* Ita quoque, pro *Havot*, legendum esse tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 159. præterea probat Charta ann. 1376 : *Li maisons Alemand Aspers, pour l'homicide fait en le cité, ... sera abatue et mise à Hanot, après le mort de le femme doudit Alemand, qui devant les espousailles en fu souffissamment doée et en nom de doaire advestie.* Sentent. ann. 1445 : *Nous adjugeons auxdits demandeurs le moitié en treffons et propriété de le maison et hirétaige où ledit Jehan demoureit au jour dudit homicide, ... et tout ledit hirétaige pour le vendre et adénérer selon les dictes clauses de le loy et le correction, qui par edict imperial pour non Hanoter les maisons de ledicte cité, depuis y a été mise.*

* Ubi autem desiit hæc consuetudo, domus, quæ prius diruebantur, fisco dehinc assignatæ fuerunt atque ob id signo aliquo insignitæ, ut discimus ex Charta Caroli V. ann. 1368 : *Domus cujusvis homicidæ, de qua diruenda fit in prima clausula dictarum litterarum mentio, propter hoc minime diruetur nec mittetur ad Hanot, sed in signum atque memorium commissi delicti et acquisitæ seu confiscatæ nobis propter hoc domus prædictæ, volumus ibi signum poni palam et publice.* Quæ prima videtur esse hac de re promulgata lex.

* **HANOTUS**. Vide infra *Havotus.*

1. **HANSA**, Pensitatio pro mercibus exsolvi solita. Charta confirmationis Consuetudinum municipalium S. Audomari in Morinis a Will. C. Flandriæ ann. 1127 : *Quisquis eorum ad terram Imperatoris pro negotiatione sua perrexerint, a nemine eorum Hansam persolvere cogantur.* Alia Philippi Augusti Reg. Fr. ann. 1201. in Regesto Rerum Normannic. signato P. in Camera Comput. Paris. et in Regesto Philippi Aug. f. 81 : *Notum facimus.... quod homines nostri de Medonta habent ab antiquo omnes Hansas Medontæ, tam de villa, quam de aqua, suas proprias pro servitio, quod nobis faciunt et antecessoribus nostris fecerunt, scilicet quod adjuvant ad onerandas et ad exonerandas nostras machinas infra Meduntam, et quod reddunt Præposituræ* 5. *den. de Hansis aquæ. Pro hoc vero servitio et redditu, et quod eas ab antiquo habuerunt, concedimus in perpetuum universitati hominum nostrorum Medunteni omnes Hansas Meduntenses, tam aquæ quam villæ, sicut hactenus habuerunt.* [Meier. de Reb. Flandric. ann. 1164 : *Ab omni telonio ac Hansa, quam vocant, fecit liberos.*] In Sacramento quod is, qui in Burgensem Insulensem involabat, præstabat, apud Haræum lib. 2. de Castellan. Insul. pag. 181 : *Et devez paier* 15. *livres Parisies Comptes de la Hanse, en dedans le prochain jour de cloche.* [** Vide Lappenb. Init. Fœdar. Hanseat. tom. 1. Prolegom. pag. 18. et 19.]

HANSIA, Eadem notione. Charta Roberti Comitis Drocensis ann. 1220. apud Duchesnium : *De Hansiis ita dictum est, quod licebit omnibus quibuscumque navibus, de quocumque loco venerint, ire sine conditione* (f. *conductione*) *ad quemcunque portum voluerint.* [Malim *contradictione.*]

* *Hanses, coustumes*, in Lit. ann. 1405. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 704.

¶ 2. **HANSA**, Mercatorum Societas, collegium. Litera ann. 1407. apud Rymer. tom. 8. pag. 468 : *Cum societate mercatorum de Hansa ipsorumque nunciis et procuratoribus quibuscumque.* Hinc

HANSATUS, In *hansam*, id est societatem, admissus, ex German. *Hansen*, in numerum sociorum recipere. Vetus Arestum apud Molineum : *Præceptum fuit Præposito Mercatorum Parisiensium, ut restitueret cuidam mercatori de Vasconia, qui Parisius adduxerat quamdam navem vinis oneratam, quæ creverant in vinis suis,* 60. *solidos et* 14. *denarios Par. quos ab ipso levaverat, pro eo quod non erat Hansatus Parisiis*, id est, *de Communia Parisiensi.* Notat Brodeus in Consuet. Paris. art. 173. hæc verba : *Marchand hansé*, vel *ansé*, crebro reperiri in veterib. Statutis Parisiensibus cap. 1. art. 3. cap. 3. art. 4. 19. 20. cap. 12. art. 4. cap. 17. art. 2. cap. 22. art. 3. etc. [Statuta Scabinorum Macerierum ad Mosam : *Touchant la Hance de harans. Tous marchans.... qui ne seront point Hancés aud. Maisieres sur le fait de la marchandise de harans... Et loit au Prevot dud. Maisieres... les contraindre à Hancer au dit et ordonnance dud. Prevot... Et s'il est Hancé oultrement, il payera du moins xx. s. p. et une livre de cire selon sa faculté et chevance et ne puelt etre Hancés à plus bas pris.*] Hugo *Plagon*, vetus Interpres Gallicus Will. Tyrii lib. 20. cap. 25 : *Usum habentes armorum familiarem*, vertit *bien Hansez d'armes.* Lib. 21. cap. 23 : *Disciplina militari instruere diligenter.... apprendre les font et Anser d'armes.* Et infra : *Armis strenuos,... bien Ansez d'armes.*

* Stat. ann. 1382. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 743. art. 6 : *Quant aucun varlet vouldra lever son mestier ou ouvroer de soy comme maistre, il sera premiérement Hansé, etc.* Hinc *Ansaige* et *Hance* nuncupatur, quod pro ejusmodi admissione exsolvitur. Stat. ann. 1301. tom. 6. earumd. Ordinat. pag. 608. art. 4 : *Pourront ledit maistre et compaignon dudit mestier* (de bouchers) *faire paier à cellui, qui aura fait ledit serement,... son Ansaige raisonnable, selon son pouoir et faculté.* Lit. remiss. ann. 1424. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 88 : *Colin Banquelin paioit l'escot pour se Hance ou bienvenue. Anser*, Societati vel ejusdem propositis opus examminandæ exhibere, in Stat. ann. 1399. tom. 8. Ordinat. pag. 336. art. 4 : *Que tous tixerans en personne viengnent Anser, et apportent... avec eulx tous les draps qu'ils aront tissu. Enhanser* vero, Insertare, Gall. *Enclaver*, sonat, in

Digitized by Google

Lit. remiss. ann. 1423. ex Reg. 172. ch. 348 : *Le suppliant tenant en ses mains un baston, auquel il avoit Enhanssé trois aguz cloux de fer, etc.*

HANSEATICÆ CIVITATES. Ita appellatas censent Rutgersius Rulandus, et Wehnerus, quod earum maxima pars mari adjaceat, unde *Anseestatt*, et litera H. euphoniæ gratia successu temporis, adjecta, *Hanseestatt* fuerint dictæ. Besoldus a veteri Teutonico, seu Gothico *Ansi* deducit, quæ quidem vox eos, qui reliquos opibus et nobilitate præcellunt, significat, quasi eæ urbes præcipuæ fuerint, et negotiationibus, operibus, fœderibusque conspicuæ. Bekanus lib. 2. Francicor. ab *Anse*, i. societas, deducit. Vide Cleyracum de Legib. maris pag. 193. et Chopinum lib. 1. de Dom. tit. 11. num. 22. tit. 15. num. 12. Cardinum Bretium in Orat. 28. Petrum Merssæum in Archiep. Coloniensib. [* D. *Dupuis* in not. ad num. 8. lib. 51. Hist. Thuanæ.] etc. Eæ autem primum 7. fuerunt, quibus adjunctæ aliæ 70. quarum omnium nomenclaturas exhibet Pontanus lib. 7. Rerum Danicar. ad ann. 1364.

☞ Primam circa hujusce vocis etymon opinionem multum juvat Hickesius horum idiomatum peritissimus, qui in 2. Præfat. ad Grammat. Anglo-Sax. docet apud Anglo Saxones aliasque gentes Septentrionales setenan et setan incolas exprimi; atque adeo urbes *Anseatenses* vel *Aen-sætenses* non ab *Ans* vel *Anst*, neque ab *Hansa* ita dictas esse : sed a Cimbrico Anna, flumen, aqua, et seat vel sæt, sedes, habitaculum : unde in compositione An-sæt, An-seat nuncupata urbs maritima, vel fluminea, Latino-Barbare *Anseatica* vel *Hanseatica*. Nihilominus Fr. Jun. in Gloss. Goth. et Schilter. in Teuton. *Hanseaticas civitates* sic appellatas volunt ab inhabitantium frequentia, ex *Hansa* nimirum, Multitudo congregata, concio, concilium. Ubi addit Schilter. *Anses* vel *Hanses* Gothis Proceres, communi fortuna majores significari : unde in compositione nominum propriorum, Anselmus, Ansegisus ex *Anse* et *Hæsus*, quo primas virorum fortium exprimitur. Vide *Anses* 1. [** *Hansa* Gothis est Cohors, multitudo, mediis temporibus idem fere quod *Gilda*. Vide Lappenberg. Init. Fœder. Hanseatici in Prolegom. tom. 1. et passim.]

HANSE. Charta Caroli IV. Imp. ann. 1356. apud Maximilianum Henricum in Apolog. pag. 96 : *Et si quis mercatorum secus fecerit.... poterit ab eo licite arrestari, et puniri more antiquo, qui ut dicunt, Hanse vocatur, qui sic ut dicitur fieri consueverat, quod Civis Coloniensis mercatorem in tali excessu a se deprehensum calamo vel junco vel aliquo consimili ligamento ligabit, etc.* Vide *Harmiscara*. [** Vide Lappenb. in Prolegom. modo laudatis pag. 19. not. 1.]

HANSESISII. Vide *Assasini*.

HANSGRAVIUS, Comes vel præfectus societatis, vel confraternitatis : ex Germ. *Hanse*, societas, et *Grave*, Comes, præfectus. Fridericus II. Imp. in Privilegiis Ratisbonensibus ann. 1230 : *Cives postatem habebunt eligendi Hansgravium, qui disponat et ordinet extra civitatem, et non infra, ea tantum, quæ respiciunt negotia nundinarum.* [** Vide Lappenb. ibid. pag. 18. Haltaus. Glossar. German. pag. 823. 2207.]

HANTELOD. Decretum Tassilonis Ducis Bajwar. part. 2. § 15 : *Qui manus immissionem resisterit, quod Hantelod vocant, 40. sol. solvat in publico, et ipsam rem quærenti tradat. Hant*, et *Hande*, Germanis, ut Anglis *Hand*, est manus, *load*, al. *laid*, impositum. Ita *Hantelod* erit, quod vulgo *arestum*, seu *manus immissio*, cum scilicet ex decreto judicis in quempiam manus injicitur. [** Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 974. voce *Hantalón*.]

¶ HANTER MINOT GUINITH, et HANTER MINOT KERCH, in Chartulario Kemperlegiensi. Voces Aremoricæ quæ semi-modium frumenti et semi-modium avenæ significant.

* HANTERIA, Urbis Parisiensis regio, vulgo la *Hanterie*. Vide supra *Alaantheria*. Charta abbat. et convent. S. Germ. Prat. ann. 1276. in Reg. A. Chartoph. reg. ch. 20 : *Cum ventis et saisinis et aliis proventibus ex eisdem locis et terminis inferius annotatis, videlicet in Hanteria Parisiensi ad festum S. Andreæ apostoli, super domo Everardi de Britannia,.... unum denarium. Item unum denarium pro domo, quam Elena tenet in vico S. Opportunæ in cuneo vici Hanteriæ. Hantir*, Invadere, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 109. ch. 317 : *Paroles contencieuses se murent entre icellui Aleaume d'une part et feu Jehanne Burelle.... d'autre part,... et se Hanti ladite deffuncte audit Aleaume par plusieurs foiz, dont il fu esmeuz et courrociez.*

¶ HANTESIA. Leges Henrici I. Angliæ Regis cap. 64. apud Spelmannum : *In Hantesia qui verborum jurat observantiis, semel juret, et in eo lapsus vel elapsus judicetur.* Quod intelligendum existimat idem Spelmannus de Comitatu Hantoniensi, qui in Domesdei passim *Hantese*, quasi *Hant-scira*, more Saxonico, scribitur.

HANTRADA. Capitulare 3. ann. 813. cap. 10. Edit. Baluzianæ : *Qui per Hantradam hominem ingenuum dimittere voluerit, in loco, qui dicitur Sanctum, sua manu duodecima ipsum ingenuum dimittere faciat.* Et cap. 11 : *Qui per chartam aut per Hantradam ingenuus est, etc.* Ubi per *Hantradam* manumissio ea videtur, quæ *per manum proprium* fiebat, ut est in Lege Ripuar. tit. 57. § 1. Est enim *Hand* Anglo-Saxonibus et Germanis, manus. Vide *Manumissio*,] [** et Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 179. not. et 332.]

* HANTSACCUS, Idem quod supra *Handseax*, Manualis gladius, pugio, apud Roriconem initio lib 5.

¶ HANTUS. Charta Geraldi Abbatis Angeriac. ann. 1385. ex Chartul. ejusd. Monast. pag. 472 : *Vigilia Nativitatis Domini, S. Stephani, SS. Innocentium, S. Thomæ Cantuariensis et Sylvestri Papæ, somma per octuaginta Hantus seu trenericis* (leg. *tricenariis.*)

¶ HANUM, pro *Fanum*, Templum, delubrum, in Amalthea. Sic apud Festum : *Hanula, Parva delubra, quasi Fanula.*

¶ HAOSPEX, pro *Auspex*. Præceptum Caroli M. pro Monast. Prumiensi ann. 790. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 45 : *Ut memoratus vir venerabilis Asoarius Abba suique successores.... ad partem ipsius sancti loci nostris, Deo Haospice, futurisque temporibus teneant atque possideant.*

HAPICH-HUNT, [Canis accipitrarius.] Vide *Canis Acceptoricius*, et *Habughunt*.

HAPIOLA, Cognomentum, quod datum legitur Balduino Comiti Flandriæ, Roberti II. Comitis filio, in Chronico Andrensi pag. 409. qui Meiero et aliis, *Securis* dicitur. Bellocampius in Histor. Merovingica pag. 824. *Hapiolam* interpretatur vernacule, *Hapiette*, seu securiculam, Gallice *Hachete*, *petite Hache*. Ex *Hape*, securis, quæ vox occurrit in Consuetudine Insulensi tit. 1. art. 46.

* Charta ann. 1358. in Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 157 : *Et aussi poet coper lidiz censiers une fié sur temps les dessus diz héritages, partout si avant que Hape ou sermens a couru, à droit age et en saison.* Lit. remiss. ann. 1473. in Reg. 195. ch. 869 : *Le suppliant fut treffort navré en la jambe senestre par l'une des filles de Jehan le Wactier d'une Hapiette. Lequel Arnoul... avoit une Hapiette en l'une de ses mains, dont il avoit couppé ledit frasnel*, in aliis ann. 1475. ibid. ch. 1532.

HAPSUM, *Vellus lanæ*, in Gloss. Isid. Caper de Verbis dubiis : *Hapsum, vellera lanæ, non hapsus.* Utitur Celsus lib. 4. cap. 6. lib. 7. cap. 26. Kiliano teste *Haps et Hasp*, idem sonat Teutonibus.

* HAQUE. EQUUS HAQUE, Semiexsectus, Gall. *A moitié coupé*. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 334 : *Oddo de Beuqua increpando Johannem de Forgis, quia sic tenebat unum equum Haque, quod est animal malitiosum, juxta seu prope dictum jumentum.*

* HAQUENEYA, Equus tolutarius, Gall. *Haquenée*. Comput. ann. 1402. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 169. col. 1 : *A Johanne Arraudi, pro una Haqueneya morella, xxxij. francos valentes xxxij. libras Turon. Un Haubby d'Irlande*, apud Math. de Couciaco in Carolo VII. pag. 593.

* HAQUETUM, Mensuræ species. Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 211. r° : *Item decem et octo Haqueta salis.* Vide supra *Haciata*.

¶ HARA, f. Idem quod *Haracium*. Testamentum Henrici Comitis Ruthenensis ann. 1301. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 556 : *Hæc omnia pertinere voluit dictus testator ad dictam Beatricem cum omnibus suis instrumentis, juribus et pertinentiis.... ac cum omni integritate juris et status quæ prædictus testator habet et habere debet in prædictis locis et Haris et rebus a dictis locis, territoriis, pertinentiis, etc.*

* HARA CUNICULARIA, Vivarium cuniculorum, Gall. *Garenne*. Charta ann. 1467. ex Tabul. S. Maurini : *Liberum erit omnibus juridictionis incolis vivaria, columbaria et Haras cunicularias habere.* Pro stabulo porcorum, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Hara, porcherie. Harans*, Grex porcorum, in Charta ann. 1358. ex Bibl. reg. Vide mox *Haracium*.

HARACIUM, Grex equorum, nostris vulgo *Haras* : ab *Hara* forte, stabulo, vel grege porcorum. Auctor Græcismi :

Digitized by Google

Est Hara porcorum brevis, et non ara Deorum.

Leges Burgorum Scoticorum cap. 89 : *Non licet Burgensi.... porcos tenere, nisi habuerit custodem eos sequentem, vel pascat eos in Hara, id est, stye, unde vicini sui damnum inde non incurrant.* Alii vocem ex Italico *la Razza*, seu Gallico *la Race*, formatam volunt, quod in ejusmodi *Haraciis* equi secundum ortus, generationis, et notionis speciem distinguantur. Nemesianus in Cynegetico :

..... Delectus equorum,
Quos Phrygiæ matres Argæaque gramina pastæ
Semine Cappadocum sacris præsepibus edunt.

Vincentius Belvac. lib. 31. cap. 143 : 10. *millia equorum,... præter illos, qui erant in pascuis et Haraciis.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 337 : *Universas decimationes de dominio meo in bladis, pratis, Harraciis, molendinis, etc.* Adde pag. 339. Idem Monasticum tom. 2. pag. 967 : *Plenam decimam de... venationibus et venditionibus, et Aracits equorum et equarum.* Regestum Philippi Augusti Herouvallianum fol. 158 : *Et possunt mittere per totam forestam... Haracia sua.* Adde Matth. Paris pag. 261. [et *Madox* Formul. Anglic. pag. 27.] Charta Philippi Regis Franc. ann. 1310. ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 60 : *Ut quandam congregationem seu armentum equorum et jumentorum, quod vulgariter Haracium nuncupatur, haberent et tenerent in foresta nostra Aurelianensi, etc. Greges dominici, Haracia dominica*, in leg. 1. C. Th. de Grege dominico (10, 6.) : Ἱππηφόρβια βασιλικά, Procopio lib. 1. Vandal. cap. 12. et lib. 4. Gothicor. cap. 27. de quibus consulendus omnino Jacobus Gotofredus ad dict. tit.

Habuere etiam nostri *Haracia* sua, ut colligitur ex Gregorio Turon. lib. 8. cap. 40. ubi *jumentorum fiscalium* meminit, et ex Capitulari de Villis, quod Carolo M. adscribitur.

Habuere denique Imperatores CP. citerioris ævi, quibus præerat Magistratus, Λογοθέτης τῶν ἀγελῶν dictus, cujus, præter Codinum, meminit Pachym. lib. 9. cap. 5.

Aliud porro est *Harasse*, in Assisiis Hierosol. MSS. cap. 94. ubi arma Militis duello pedes decertantis pro causa *murdri* describuntur : *Il combat à pié avec une targue que l'on appele Harasse, qui soit plus grand de lui de demipié, ou plain paume, en laquelle ait deus pertuis de coumun au grant, en tel endroit que il puisse son adversaire veir par ceaus pertuis, etc.* Ex qua quidem ejusmodi ingentis scuti descriptione, satis liquet, gravissimum fuisse illius pondus, ita ut qui eo sese tuebatur adversus hostem, non minimum defatigaretur, ac proinde ortam vocem nostris familiarem videri, *Harasser*, pro fatigare, quomodo *Targer*, eadem fere notione, a *targia*, scuto perinde prægrandi, effictam suo loco docemus. Rigordus ann. 1214 : *Quidam de obsidione consueverat venire ad fossas parma prætenta, quam quidam famulus ante ipsum portabat, non manuali quidem parma, sed immensa, quales in obsidionibus deferri solent.*

* An inde *Harcourt*, qui equos nutrit, in Gest. Brit. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1483 :

Ce didrent troys, qui avoint non,
Hanchelin, Brandes et Symon.
C'estoient les troys connestables ;
De bons chevaux en leur estables
Plusours avoint assez toujours ;
Car ils estoint bons Harcours.

An idem quod *Hardicort* infra in *Hardimentum*, Veles, procursator, vulgo *Escarmoucheur?*

¶ **HARAHUM**, Locus sacer, basilica. Vide *Arahum.*

HARAIDUM. Vide *Harireda.*

¶ **HARALDUS.** Vide *Heraldus.*

* **HARAMEN**, *Lo sterco de colombi.* Glossar. Lat. Ital. MS.

* **HARANEA**, pro *Aranea*, Pannus seu tela subtilior, vel reticulata. Rubric. antiq. MS. eccl. Belvac. : *Accedunt magister matricularius et minister altaris, et flexis genibus in albis auferunt dictas Haraneas, et chorus debet ornari.* Paulo ante : *Altare ornatur... pannis delicatis, qui dicuntur araneæ.* Vide *Aranea* 1.

¶ **HARANGUA**, Oratio publica, Gall. *Harangue*, Processus de B. Petro Luxemburgo tom. 1. Julii pag. 529 : *Qui quidem D. Decanus inter alia, quæ dixit, faciendo Haranguam nomine Ecclesiæ Parisiensis prædictæ, recitavit, etc.* Vide *Arenga.*

HARANSCARA. Vide in *Harmiscara.*

HARAUM, [Idem quod *Harahum.*] Vide *Arahum.*

* **HARBANNUM**, Idem quod *Herebannum*, Submonitio ad exercitum. Charta ann. 1137. ex Chartul. Med. monast. Bitur. fol. 4. v°. : *Quicumque in tota terra illa habitabunt, ab omni consuetudine penitus immunes et quieti perpetuo habeantur, videlicet... ab omni expeditione, ab omni Harbanno, etc.*

¶ **HARBERGARIA.** Vide in *Hereberga.*

¶ **HARBERJAMENTUM**, Ædes, mansio, domus. Charta Petri Abbatis de Talmundo ann. 1366 : *Perpetuo tenendum et expletandum, videlicet Harberjamentum nostrum de Olono vocatum, decimariam cum curtilagio, viridariis et pertinentiis suis.* Vide *Herberga.*

* **HARCIA**, Tortilis ex virgultis laqueus, Gall. *Harcelle;* qua etiam Gallica voce Vimen, vulgo *Osier*, significatur. Charta ann. 1205. ex Lib. albo episc. Carnot. : *Dictus Nevelo concessit hominibus de Deconfectura.... Harciam de omni arbore, excepta quercu, ad filicem simul cum herba crescente ligandam.* Lit. remiss. ann. 1448. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 586 : *Le suppliant ... a mal prins certaines gaulles et Harcelles, que l'en nomme osier. Herchelle*, eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1451. ex Reg. 184. ch. 154 : *Laquelle femme s'aproucha près et frapa le suppliant par le visaige d'une waulette ou Herchelle.* Vide *Hardes.*

HARDACIUM. Notitia ann. 1145. ex Tabulario Eccles. S. Laudi Andegav. fol. 90. verso : *Dedit præterea duabus Ecclesiis, videlicet B. Mariæ et B. Laudi Hardacium parvum, quod sub exclusa præd etarum Ecclesiarum communi in sabulo impulsu undarum ibi adunato adillando creverat, et cum et nihil valeret, Ecclesiæ damnosum erat.*

¶ **HARDEIA**, Fasciculus, Gall. *Bote*, ab *Hardes* qua constringitur sic dictus. Chartularium Monast. Aquicinct. : *Tribus autem terminis in anno debet ei Monachus unam Hardeiam straminis sive stipulæ dare.*

* Alias *Hardée*. Lit. remiss. ann. 1369. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 315 : *Iceulx signifians ont prins six Hardées de lin.* Aliæ ann. 1394. in Reg. 146. ch. 351 : *Le suppliant vendi vint Hardées de foings à Pierre le Queux.* Haud scio an eadem notione *Wardelle*, in aliis Lit. ann. 1401. ex Reg. 156. ch. 427 : *Après ce que ledit Simon eust chargié audit lieu de Masengarbe certaine quantité de Wardelle.* Sed legendum videtur *Waidelle.* Vide supra *Waida* in *Guaisdium.*

* **HARDELLUS**, Nebulo, nequam, nostris *Hardel* et *Hardiau*. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 66 : *Iste Hardellus est audacia magna motus, qui potavit de vino, postquam michi displicebat.* Aliæ ann. 1365. in Reg. 98. ch. 737 : *Ita non fecit ille Hardellus Colinus le parcheminier, cui tanta bona feci.* Aliæ ann. 1397. in Reg. 152. ch. 67 : *Icellui Yssebar, dit audit Goule qu'il estoit un mauvez Hardelt hayneux et brigueur. Laquelle Jehanne eust deslengiés les dittes trois jeunes filles, pour ce qu'elles mengeoient du fruit de laditte Jehanne,.... et leur dist que elle les feroit batre, en les appellant sanglantes Hardelles*, in aliis ejusd. an. ibid. ch. 290. Aliæ an. 1380. in Reg. 118. ch. 20 : *Icellui Symon... dist à l'exposant plusieues villenies et paroles injurieuses, en lui appellant Hardiau.* Hinc *Hardaille*, hujus farinæ hominum turma, in Lit. remiss. ann. 1401. ex Reg. 156. ch. 451 : *Iceulx Galois et Tourbier commencerent à dire.... Montez amont Hardaille, alez à la landie vo mere. Hardel*, pro quadam vestimenti parte, in Mirac. B. M. V. MSS. l. 1 :

N'ait cuevrechiés, manche ou Hardel.

¶ **HARDELONUS**, Fibula, seu fibulæ acicula, a Gall. *Ardillon.* Processus de Vita S. Yvonis tom. 4. Maii pag. 565 : *Et venter ipsius Blanchæ adeo inflavit quod Hardelonus zonæ et tunicam quam habebat indutam circa ventrem ruperunt.*

¶ **HARDERE**, f. pro *Hurdare*, Cratibus munire. Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 2. pag. CLXXVIII : *Pro tachia turris Hardenda et plumbanda, et pro aliis tachiis quas fecit apud Dunum*, III^c. *l.*

HARDES, Tortiles ex virgultis laquei, nostris *Hards*, et *Harcelles*. Charta Gaufridi D. *de Baucignies*, fratris Ducis Brabantiæ, in Tabulario Monasterii Thenaliensis fol. 27 : *Alteras virgas colligere potuerunt in nemore supradicto : et si Hardes ruptæ vel fractæ fuerint, alteras Hardes colligere poterunt, sicut de virgis superius est expressum.*

Ab hac voce indita resti ac laqueo, quo furciferi suspenduntur, appellatio : forte quod ejusmodi tortilibus virgultis ad majorem ignominiam eorum colla innecterentur, iisque furcæ appenderentur : quod testatur Wippo de Vita Conradi Salici pag. 433 : *Postera die Romani, qui seditionem commoverant, ante Imperatorem venientes, nudatis pedibus, liberi cum nudis gladiis, servi cum Torquibus vimineis circa collum, quasi ad suspensionem præparati, ut Imperator jussit, satisfaciebant.* Supra, pag. 432 : *Mane autem facto Ravennates, qui remanserant, in cilicio et nudis pedibus, atque*

Digitized by Google

exertis gladiis, ut lex eorum præcipit... omnibus modis satisfaciebant. Adde Ottonem de S. Blasio cap. 11. extremo : *Imposer la Hard aux larrons*, in Consuetud. Belloquercensi art. 1. ut in Consuetud. Arvern. cap. 10. art. 4. et Marchensi art. 32. infractio assecuramenti dicitur *emporter la Hart*, et pœna capitali puniri. Le Roman *de Parise la Duchesse* MS. :

Je te ferai la Hart autor lo col noer
Et pandre as forches, et an ost ancroer.

Le Roman *de Vacces* MS. :

Je l'enveiroie as forches enter le col la Hart.

Chronicon Flandr. cap. 90 : *Six des bourgeois de Calais alerent au Roi Edoüart en leurs dras linges, deffulés et deschans, la Hart au col.* Guill. Guiartus de Vernolii incolis :

Qui les Hars au col se rendirent.

Banni sor le Hart, apud Bellomanerium et Butelerium, i. *sur peine de la Hart*, ut est apud Froissart. 1. vol. cap. 111. et in Consuet. locali Ambian. art. 19. Tradunt Historici, Philippum Pulcrum Joanni Comiti Hannoniæ, qui a fide defecerat, (utpote Regis vassallus propter Comitatum Austrevanti) indixisse, ut in curiam veniret, *pour amander à sa volonté ayant un fil de soie entour son col, en guise de Hart.* Vide *Retorta*.

☞ Haud scio an ab eadem origine, an a Lat. Ardere, repetenda sit vox *Hardiere* qua nostri usi sunt pro hodierna voce Gall. *Cremilliere* vel *Cremaillere*, Cremathra, ferrum suspendendis in foco lebetibus aptum. Vetus Poëta MS. e Bibl. Coislin. :

Et met de l'eue en la Chaudiere;
Et la pendent à la Hardiere.

* Hinc etiam *Hardiere*, Funis grossior ex aliis minutioribus intextus, in Lit. remiss. ann. 1441. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 78 : *Lequel varlet print la Hardiere ou hemye faite de grosse corde, propre à mettre un verrin ou grosse cheville de bois, qui est mise parmi la vis du pressoir.*

* **HARDIATA TUNICA**, Sagi vel tunicæ species, idem quod *Cotardia*. Charta ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 306 : *Presbyteri dicti hospitalis.... defferre non audeant sive possint supertunicalia, aut tunicas pro supertunicalibus Hardiatas, nisi clausa seu clausas ab anteriori parte. Robe hardie* nuncupatur in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 398 : *Une robe Hardie de pers à usage de femme.* Vide infra *Hardita Tunica*.

* **HARDIMENTUM**, Audentia, Gall. *Hardiesse*, in Lit. remiss. ann. 1362. ex Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 204. Nostris *Hardement* et *Hardiement*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Animositas, Hardement.* Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 11. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 163 : *Il prist cuer et Hardement.* Christ. Pisan. in Carolo V. part. 1. cap. 16 : *Sa douceur et clémence donnoit Hardiement et audace, mesmes aux mendres de hardiement deviser à lui.* Lit. remiss. ann. 1446. in Reg. 178. Chartoph. reg. ch. 108 : *Tant par temptacion de l'ennemy et de jeunesse, que aussi pour le Hardement, soles et simples manieres que avoit et tenoit à l'environ d'icellui suppliant une jeune fille,... il la cogneut charnelement.* Vide supra *Ardimentum*.

* Hinc *Hardier* et *Hardoier*, Verbis vel armis lacessere. Gesta Ludov. Pii cap. 5. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 135 : *Aucun des hardiz bachelers de l'ost venoient trop près des murs pour Hardoier à ceus dedenz.* Guil. Tyrii contin. Hist. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 606 : *Mes sitost comme il murent, li Sarrasins lor furent au devant por Hardoier.* Ibid. col. 721 : *Le Croc... i envoia ec. Turs por Hardier. Dont il avint que sitost que li Hardicort les aprochierent, il se mistrent au retraire.* Villehard. paragr. 207 : *Et furent mult Hardoié de la gent de la terre et des Grex.* Lit. remiss. ann. 1416. in Reg 169. Chartoph. reg. ch. 238 : *Lesquelz en Hardoyant l'un contre l'autre, icelui suppliant donna audit Cerchemeau d'un petit coustel par le ventre.*

¶ **HARDINEA**, Sylva cædua, Gallis *Taillis*. Charja ann. 1255. tom. 1. Chartul. Vandreg. pag. 148 : *Dedi.... unum pratum quod habebam in parrochia S. Vandregesilli, situm intra Hardineas ex una parte et costuram S. Vandregesilli ex altera pro* VII. *solidis.*

* Nequaquam; est enim Locus arenosus vel glareosus, ut efficitur ex voce *Hardine*, qua Arena, sabulum, glarea, vulgo *Gravier*, significatur, in Charta ann. 1197. ex Chartul. priorat. Lehun. ch. 20 : *Et pro degrano illo, quod habet dictus Johannes* (de Hapelincurte) *in molendinis de Lehons apud Pontem, prior Lehuni et monachi de jure possunt et debent le Hardine accipere ad usus suos ubique in omnibus aquis domini Johannis, ubicumque voluerint, pro calcinata reficienda et pro ponte reficiendo. Hardinam* habet eadem Charta infra num. 34. Rursum alia ann. 1348. ibid. ch. 105. hæc Gallice ita reddit : *Et pour chel desgren, lidis sires et si successeurs seigneurs de me dite maison de Happlincourt doivent livrer Hardine en leurs yawes, prés ou mares asdis religieux, pour refaire leur cauchie, leurs pons de Brye et les moelins dessusdis.*

* **HARDITA TUNICA**, ut supra *Hardiata*. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 113 : *Nisi mitteret sibi decem libras et unam tunicam Harditam, cum quibusdam caligis.*

HARDWICES. Domesdei apud Spelman. : *In Wales sunt tres Hardwices : Lamecare, Potischmet, et dimid. ex his sunt* 8. *carucatus, et* 2. *villani.* Saxonibus h e r d e est via, et v i c, vicus, villa : sed an huc quadrent, alii viderint.

* **HARE**, Vox quæ ad nundinas inclamari solebat. Charta ann. 1219. ex Bibl. reg. : *Tenetur integre sine difficultate persolvere, in proximis nundinis S. Johannis Trecensibus apud Trecas, quatuor diebus antequam clametur Hare, Hare, tringinta marcas bonorum novorum et legalium sterlingorum.* Alia Math. ducis Lothar. ann. 1230. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. : *De fidejussione* 1725. *librarum Pruviniensium solvendarum in proximo futuris nundinis Maii de Pruvino apud Pruvinum, octo diebus postquam clamabitur Hare, Hare, qua obligatus est pro me, etc. Au quatriéme jour de Hare de dras de la foire S. Jehan à Troyes,* in Ch. ann. 1294.

HAREBANNUS. Vide *Herebannum*.

* **HAREIMAR**, *Lo sterco de asino.* Glossar. Lat. Ital. MS.

¶ **HARELA**, **HARELLA**, Conjuratio, conspiratio, societas hominum conjuratorum. Regest. 80. Chartophylacii regii Charta 196. ann. 1350 : *Rebelliones et conspirationes per modum Harele et monopolii contra nos et gentes nostras.... commisissent,* Ibid. Ch. 545 : *Rebellium seu Harelatorum.* Vide *Manipolium*.

☞ Hinc eadem vox usurpata a Scriptoribus medii ævi, ut expeditionem militarem, in qua negotium Episcopi agebatur, significarent : ipsis quippe religio erat bellum pronuntiare, non vero inferre aut gerere. Charta ann. 1206. apud Lobineil. tom. 2. Hist. Britan. pag. 329 : *Quando negotium proprium Comitis est, et homines Episcopi cum Comite vadunt in exercitum, tunc Exercitus nuncupatur. Et quando negotium proprium est Episcopi, tunc Episcopus ballivum Comitis requirit de hominibus Comitis sibi in auxilium transmittendis, qui per suum submonitorem homines Comitis submonet ad auxilium domino Episcopo impendendum, et tunc dicitur Harella. Si vero aliquis hominum vel Comitis vel Episcopi remanserint ab exercitu sive Harella, emenda de hominibus suis ad Comitem, et de suis ad Episcopum totaliter pertinebit.*

* Seditio, tumultus, nostris *Harele* et *Harelle*. Arest. parlam. Paris. ann. 1308. in Reg. *Olim* fol. 125 : *Sic a dicto tempore citra per tales conspirationes illicitas et Harellas reprobatas, etiam juramento vallatas, consulatum et administrationem dictæ villæ inter se per circuitum tenuerunt. Sans faire aucun Harele, monopole, assemblée,* in Lit. ann. 1343. ex Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 60. Stat. ann. 1424. in Reg. 173. ch. 118 : *Et se nul est trouvé qui face quaquehan ne Harelle, il sera pugny selon le cas.* Neque alio sensu intelligenda hæc eadem vox infra ex Lit. ann. 1339. ubi pro *Avanies*, legendum *Aliances*. Hinc *Hareleux*, pro Rebellis, seditiosus. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. ch. 236 : *Icellui sergent dist que c'estoit grant dommage que lesdis de Dieppe n'estoient les testes coppées,.... qu'ilz n'estoient que Hareleux, traitres, rebelles à nous, et faulx meilliés.* Unde *Hareusement*, Tumultuose, seditiose, in aliis Lit. ann. 1393. ex Reg. 144. ch. 155 : *Les habitans de Lucey alerent violemment à force d'armes, garnis de bastons moult Hareusement en la ville de Bruley, etc.* Quæ non absurde deduci possunt a verbo *Harer*, In aliquem incitare. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 119. ch. 74 : *Huguenin et sa femme... Hurerent et firent courir lesdis chiens ausdis moutons. Héraulder,* eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1459. in Reg. 190. ch. 9 : *Le suppliant appella son chien, le Héraulda et mist après les pourceaulx estans en son jardin. Helle*, f. abbreviate scriptum pro *Harelle*, in Lib. rub. domus publ. Abbavil. fol. 82. r°. ad ann. 1358 : *Jehan de la Mare pour plusieurs Helles, compilations ou paroles sentans commotion de peuple.... fu jugié à avoir coppe-le-teste.* Hinc fortassis auxiliares copiæ, *Harella* appel-

Digitized by Google

latæ, quod ex collectitiis militibus congregarentur. Vide Ducat. part. 2. pag. 445.

☞ Ad hunc sensum proxime accedit vox Gallica, *Harelles*, vexatio, molestia, exactio, a veteri Gall. *Harier*, molestiam exhibere, gravare. Vide Skinnerum in Etymolog. Linguæ Anglic. in voce *Hare*. Literæ Philippi VI. Regis Franc. ann. 1339. tom. 2. Ordinat. pag. 136 : *Nous voulons et ordenons, et par ces lettres defendons, que les maistres de nefs et vesseaux, et ceuls qui chargeront, ou deschargeront leurs denrées, ne puissent faire avanies ou Harelles de prendre ou avoir d'euls, plus excessif salaire qu'il ne appartiendroit.* Nec aliunde repetenda videtur vocis *Harelle* origo, qua seditio quædam seu factio quæ Rotomagi sub Carolo VI. commota est, designatur. Vide Juvenalem *des Ursins* in Hist. Caroli VI. ad ann. 1382. et Menagium in Origin. Gall.

HAREMANNUS. Vide *Herimanni.*

* **HARENA**, pro *Arena.* Vide in hac voce.

HARENAM, vel **Herrenam**, Unum e 12. auguriis, de quibus in verbo *Venta* : quando homo *vel avis a dextro latere tui vadit in sinistrum, transiens post tergum tui, et eam vides alicubi repausare, tunc est tibi malum signum super negotio.* Ita Michael Scotus de Physionomia.

¶ **Harenari**, Eadem notione. Vide *Fert.*

¶ 1. **HARENARIUS**, Nervus instrumenti musici. Julius Firmicus lib. 6. cap. 31 : *Musicos faciunt, qui lyræ vel Harenarios, vel ærenervos dulci modulatione percutiant.*

¶ 2. **HARENARIUS**, Qui in arena depugnat. Acta Proconsularia sub Zenophilo de Traditoribus, apud Baron. ad ann. 303. num. 27 : *Nundinarius diaconus dixit : Campenses et Harenarii fecerunt illum Episcopum.* Mæcianus in Dig. fr. 5. lib. 36. tit. 1 : *Sed et qui magna præditus est dignitate vel auctoritate, Harenarii vel ejus mulieris quæ corpore quæstum fecerit, hereditatem restituere cogetur.* Vide *Arenarii.*

¶ 1. **HARENGA**, Oratio publica, declamatio, concio, Gall. *Harangue.* Statuta Academiæ Paris. art. 22. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 384 : *Item nota, quod bachalarii in decretis non debent recipi ad bachalariatum, nec ad examen, nec ad dicendum Harengam, nisi quando Doctores legunt in decretis ordinarie.* Adde Concil. Pisan. ann. 1409. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1102. Vide *Arenga.*

¶ 2. **HARENGA**, **Harengium**, **Harengus**, Piscis species, Gallice *Haran.* Processus de Vita S. Thomæ Aquin. tom. 1. Martii pag. 689 : *Si haberem Harengas recentes, comederem.* Charta ann. 1324 *Item tria millia Harengorum apud Pontaudomarum in Britonia.* Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 2. pag. CLXXXVIII : *Pro Harengio et sale empto* VIII. *l.* VIII. *s. Andegav.*

¶ **HARENGARIA**, Tempus piscatus Harengorum, Gallice *Harangeaison.* Polyptychus Fiscamn. ann. 1235 : *Quamdiu Harengarie duraverint singulis diebus quibus ostiarius coquine allectia recepit, debet habere unum galonem vini et unum panem Monachi.*

* **HARENGARIUS**, Officium monasticum, is, ut videtur, cui piscium cura vel administratio commissa. Charta ann. 1235. ex Chartul. Cluniac. : *Inquiratis etiam de domno Martino Harengario Cluniacensi, de beneficiis a dicto præposito nobis et domui nostræ fideliter impensis, et quomodo negotia conventus Cluniacensis et Harengario vestro procuraverit.*

* **HARENGERIA**, Mulier, quæ pisces et *Harengos* vendit, Gall. *Harengere.* Arest. ann. 1384. in Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 83. r°. : *Certa lite... pendente inter procuratorem nostrum pro nobis ex una parte, et procuratorem mercaturæ et nonnullas mulieres aleca Parisiis in halis ad detaillum..... vendentium ex altera..... Dicto procuratore mercaturæ et Harengeriis prædictis dicentibus ex adverso inter cætera, quod ab omni tempore dictæ Harengeriæ pisces et aleca in dicto loco et platea libere... vendere consueverant.* Reg. sign. *Pater* ejusd. Cam. fol. 254. v°. : *Marchans et vendeurs de poissons et de harens de mer paieront, soient poissonniers ou Harengiers, ou autres, etc.* Charta ann. 1350. in Reg. 78. Chartoph. reg. 178 : *Thomassin Helies Harengier print sous l'ombre de nostre poissonnier ... cinq barris de caqueharen à nostre pris. Harengresse*, in Stat. ann. 1424. tom. 2. Hist. Leod. pag. 454 : *Ordinons que les Harengresses dorsenavent ne vendent autres poissons que harens, bockhoux fendus, etc. Harengerie*, Forum piscium, in Charta Phil. Pulc. ann. 1297. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 18. r°. col. 2 : *La halle au blé, la draperie, la Harengerie, etc.*

* **HARENGUADE.** Vide supra *Aphya.*

¶ **HARENIFODINA**, Arenaria, Gall. *Sablonniere.* Mæcianus in Dig. fr. 13. § 5. lib. 7. tit. 1 : *Inde est quæsitum, ut lapicidinas vel cretifodinas, vel Harenifodinas instituere possit.*

¶ **HAREOLUS**, *Jocundus.* Papias et vetus Gloss. MS. Sangerman. num. 501.

* **HARETALOGUS**, pro *Aretalogus, falsidicus*, Papiæ. Benzo episc. Albens. de Reb. Henr. III. imper. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 351 : *Balaam hæc deludendo fecit Haretalogum, ideoque cum prophetis non habet catalogum.*

* **HARETH.** Jus Danic. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 169 : *Item in quocumque Hareth vel villa forensi facta fuerit rapina, etc.*

¶ **HAREU.** Vide *Haro.*

¶ **HARFFE.** Vide *Harpa.*

¶ **HARIBANNUM.** Vide *Herebannum.*

* **HARIDA**, Onus carri. Charta Gerardi de Vanco ann. 1491. ex Bibl. reg. : *Unum pratum continens unam Haridam seu vecturam feni vel circa.* Vide *Heredum.*

¶ **HARIETTUM.** Vide *Heriotum.*

HARIGOLA. Vestis species. Statuta Walteri Episcopi Dunelmensis ann. 1255 : *Ut Sacerdotes qualitercumque celebrantes, Harigolis aut capis manicatis in locis publicis non utantur*

¶ **HARIMANNUS.** Vide in *Herimanni.*

¶ **HARINC**, Halex, Gall. *Haran.* Custumar. *de Hecham : Ad nonam 4. panes, et 8. Harincs, vel aliud companagium quod tantum valet.*

¶ **HARINXIDA.** Vide *Harireda.*

HARIOTUM. Vide *Heriotum.*

* **HARIQUIDAM**, Quod a tironibus cujuscumque artis in eorum admissione exigebatur. Lit. remiss. ann. 1474. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1043 : *Hariquidam ou bienvenue, que tous les aprentifs patent chacun en droit soy. Hastellier*, eadem acceptione, occurrit in aliis Lit. ann. 1426. ex Reg. 173. ch. 459 : *Icellui Perrot devoit sa bienvenue en la vente, selon la coustume des boscherons, et quant vint à l'escot paier ... icellui Perrot ne voult paier son Hastellier, c'est assavoir un galon de vin.*

HARIREDA, **Hariraida.** Lex Ripuar. tit. 64 : *Si quis hominem in domo propria cum Hariraida interfecerit.* Edit. Heroldi tit. 65. *Hariraida* præfert, Codices alii *Arriragida, Harinxida*, et *Harroida*, ut monet Steph. Baluzius. Idem videtur quod

Haraidum, in Legibus Henrici I. cap. 80 : *Si quis altum in sua vel alterius domo cum Haraido assaltaverit, vel persequatur, ut portam, vel domum sagittet.* De vocis utriusque notione mihi non liquet. [** Vide *Herireita*, Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 2. col. 479. Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 635. et Thorp. Glossar. Leg. Anglosax. voce *Haraidum.*]

☞ Utramque nobis interpretari tentat doctissimus Eccardus ad hunc Legis Ripuar. tit. *Hari* est *heer*, exercitus, inquit, et *raida* idem ac *ræthe*, vel quod usitatius, *geræthe*, utensile, supellex militaris. Nos supellectilem militarem, quæ in hæreditate paterna filii primogeniti est, eodem fere nomine adhuc *Heergeræthe* appellamus. Forcipem his vocibus significari opinatur Schilterus in Gl. Teuton.

HARISLIZ. Vide *Heristlz.*

HARITRAIT, [vox Longobardica, Pars tertia.] Vide *Aratraib.*

¶ **HARMA**, Currus, a Græco ἅρμα. Relatio corporis S. Venantii tom. 4. Maii pag. 137 :

> Egregium corpus jam clarum Martyris almi,
> Quod tulit ad Siculas magno super Harmate partes.

HARMANNUS. Vide *Arimannus.*

¶ **HARMELLINUS.** Vide *Hermellina*

HARMISCARA, **Armiscara**, Gravior mulcta, quæ a Principe viris præsertim militaribus, atque adeo magnatibus irrogari solebat. [** Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 681. Haltaus. Glossar. Germ. pag. 825.] Varie autem hæc vox scribitur : ac primo quidem

Harmiscara. Capitul. Wormatiense ann. 829. cap. 1 : *Aut illum bannum persolvant, aut aliam Harmiscaram sustineant.* Capitul. Caroli C. tit. 43. cap. 9 : *Et nostrum Harmiscaram secundum modum culpæ, et ut nobis placuerit, sustineat.* Adde pag. 446. [** ap. Carisiac. cap. ult.] præterea Capit. Carlom. tit. 1. c. 3. et Capit. Compendiense ann. 877. Caroli cap. 9. Hincmarus Laudun. Episc. :.. *Per wadia emendaverit, quod misfactum habebat, mandaveritque mihi, se velle ad meam mercedem venire, et sustinere, qualem illi commendassem Hamiscaram, etc.*

Armiscara, in Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 43. [** 98.] Concilio Suess. apud Baron. ann. 853. n. 30. et Concilio apud Carisiacum, apud eumdem, ann. 856. n. 16. Decretum Ludovici II. Imp. quod exstat in Historia Longob. Ignoti Casinensis, edita a

Digitized by Google

Camillo Peregrino : *Quod si clamor ad seniores venerit, et ipsi talia non emendaverint, tunc horum seniores ipsam compositionem faciant et eadem Armiscara, quamdiu nobis placuerit, sufficere compellantur.*

Harmscara. Capitula Caroli Calvi tit. 9. cap. 9. *Et simul cum excommunicatione Ecclesiastica, nostram Harmscaram durissimam sustinebunt.* Tit. 20. cap. 9 : *Et illa omnia, quæ male egerant, legaliter emendare, et talem Harmscaram.... aut judicium... sustinere.* Tit. 31. cap. 21 : *Quatenus per nostram Harmscaram ita castigentur, etc.* Tit. 34. cap. 9 : *Ac post debitam emendationem, dignam Harmscaram a nobis dispositam sustineant.*

Harniscara, in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. § 43. [** Lothar. I. cap. 43.]

Haranscara, perperam in Constit. Henrici IV. Imp. ann. 1056. apud Goldastum tom. 1. Constitut. Imper. pag. 231 : *Petens venit, ut sibi illam Haranscaram cum vadimonio, quam vobis jurejurando promisit, nostri amoris et rogatus causa dimittatis.* Ita etiam scribitur in Charta Henrici Imp. apud Gretserum de Divis Bambergensibus pag. 461.

* Harneschar, Pactum ann. 1222. apud Steyer. in Addit. ad cap. 2. Hist. Alberti II. ducis Austr. pag. 205 : *Ad emendationem vero et satisfactionem tanti sceleris* (Henrici episcopi Basileensis incarcerati) *comes* (Phirretensis Fredericus) *et cum eo ministeriales pœnam, quæ vulgo Harneschar dicitur, sustinebunt; quam ante portam civitatis, quæ Spalon dicitur, unus quisque, prout sui sanguinis nobilitas et generis conditio et terræ consuetudo in talibus requirit, assumentes et per civitatem via publica usque ad valvas basilicæ B. Mariæ deferentes, ibi se prosternent, et ab ipsis et pro ipsis oratione effusa surgentes, et ad pedes episcopi, ubicumque locorum in civitate fuerit, semel, secundo et tertio prostrati, veniam de tanto commisso humiliter postulabunt.*

Aliscara. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 2 : *Si* (Miles) *solummodo captus et custoditus, et nullam calumniam, pœnam, vel contumeliam passus, nec longo tempore retentus, emendetur per Aliscaram, aut per hominaticum, aut per talionem, si videtur sibi esse similis. Et si major est ille, qui ceperit, quam qui captus fuerit liberet ei Militem de suo valore, qui faciat ei Aliscaram, et hominaticum, aut recipiat talionem.* Cap. seq. : *Aguayt et Encalz de cavallario, et assalt de castello, emendetur per hominaticum et per Aliscaram.*

Hascaria, Vox efficta et contracta ex *Harmiscara*, vel *harmscara*. Vita S. Mengoldi Mart. cap. 2. n. 11. de homicida : *Hascariam, hominum emolumentum, ad placitum obtulit.* Nec scio, an etiam vox

Hacheria, ejusdem sit originis. Placitum Parisiense anno 1308. apud Loisellum in Hist. Bellovac. : *Quibus ipsi juxta morem consuetum Hacherias imposuerunt pro delictis.* Chron. Bertrandi Guesclini :

Au Prince vous rendés, ou vous aurés Gaschiere.

Ex *Hascaria* denique, et *Hacheria*, abbreviata videtur vox

Hachia, Pœna quævis aut mulcta. Charta G. Episcopi Silvanectensis Cancellarii Franciæ ann. 1224. in Tabulario Abbat. Frigidi montis f. 14 : *De pœnis autem et Hacheis dicto Roberto et coadjuroribus suis infligendis pro injuriis, quas ipsi dicto Conventui Frigidimontis intulerant, etc.* Charta Philippi Regis Fr. ann. 1276. apud Loisellum in Histor. Bellovac. pag. 291 : *Nec eidem poterunt auferre membrum, sed poterunt dictum malefactorem punire gravius in denariis, vel Hachiis, tanquam si simplicem juratum percussisset.* Placitum Parisiense ann. 1321. apud eumd. : *Quod dicti Major et Pares contra puncta cartæ suæ abutendo privilegiis suis certas pœnas, vulgariter nominatas Hachias, imposuerunt.* Tabular. Altæripæ in Diœcesi Lingon. ann. 1331 : *Cum talliis, censivis... corveis, Achiis, et justitiis.* Philipp. *Mouskes* in Carolo M. de Leone PP. :

Et si ot la langue trancie,
Por soffrir plus grande Hacie.

Le Roman *de Garin* :

Là soffrirent dolireuse Hachie.

Alibi :

Pesme chai, mult parot grande Haschie.

Will. de Guigneville in Peregr. animæ :

Tous devez brisier et casser,
Par menus tiés, et par partie
En grans souspirs et grans Hasquies.

Chron. Bertrandi Guesclini :

Vous en serez occis à deuil et à Hachie.

Mox :

Il en sera pendus à deuil et à Haehie.

[Le Roman *d'Athis* MS. :

Passer les font à grant Haschées,
Et par mal pas et par chaucées.]

De horum vocabulorum etymo vix certum quid traditur. Amerbachius in Notis ad Cap. Car. M. *Harmiscaram* putat significare pœnam, quam Germani *Armscheer* vocant, hoc est, *brachii forcipem aut vinculum*, ex *arm*, armus, brachium, et *scheer*, vinculum. At non videtur *Harmiscara* fuisse pœna corporalis; sed quævis mulcta ad libitum, et pro modo culpæ inflicta, quod ex præallatis omnino patet. Proinde ad hujus vocis notionem referenda puto, quæ habet Browerus lib. 8. Annal. Trevir. pag. 473. 1. Edit. ex Cæsarii Abbatis Prumiensis Glossario, ubi ait, *scaram facere*, esse *domino, honesta jubenti, servire, et nuncium ejus, mandatum, seu litteras perferre quocumque vellet : scaram autem hanc vel pedestrem, vel navigio vel caballo fieri, unde Scararii, qui postea dicti Ministeriales, voce non minus obvia, quam incomperta.* Quæ postrema Broweri sunt, nam scivit Cæsarius, qui essent *Ministeriales*, de quibus suo loco.

Sane ad *Harmiscaram*, vocis *scara* hanc significationem referri debere, tametsi *Harm* notio incerta maneat, probat etiam Capitulare Ludovici II. Imp. editum a Camillo Peregrino, in quo *Liberum Armiscara* dicitur ea pœna, quæ viris militaribus irrogabatur, qua sellam supra dorsum deportare per definitum spatium jubebantur. Ita si *scara*, hoc loco *deferre*, seu nuntium, vel aliud quidpiam, denotat, uti vult Cæsarius Prumiensis, vox *arm*, quæ *scara* præcedit, erit ea vox Germanica, quæ *armum* sonat, ita ut *arm-scara*, fuerit *armis*, seu humeris *canem* aut *sellam* deferre : nam *sellæ* vel *canis* delatio pœna militaris fuit, et proprie *Harmiscara* dicta est, ut docet laudatum Capitulare Ludovici III. quod præterea omnino firmat Innocentius III. lib. 13. Epist. 135. ubi quemdam nobilem Germanum, qui Subdiaconum male acceperat, et incarceraverat, pro satisfactione eidem præstanda, ad hujusmodi compositionem cum eodem Subdiacono devenisse ait, *ut videlicet idem nobilis honorificentiam illi, et sibi verecundiam faciendo, cum ducentis Militibus, a loco, in quo præfatum Subdiaconum captivaverat, usque ad civitatem Magdeburgensem, et per omnes conventuales Ecclesias portaret opprobrium, quod Harmiscare vulgariter appellatur.* Ubi *portare opprobrium*, nihil aliud est, quam *portare canem* vel *sellam*, ita ut hæc pœna militaris proprie *Harmiscara* appellata fuerit. Quo etiam referenda Charta ann. 1246. ex Tabulario S. Petri Carnot. quam mecum communicavit V. C. Jo. Mabillonius : *Noveritis, quod cum mors religiosi viri Joannis quondam Prioris de Hisiaco imponeretur Roberto de Villeta Militi, et Guillelmo Perier Armigero, et propter hoc essent de terra Domini Regis banniti, tandem ab hac impositione sibi facta, ad hanc pacem coram nobis devenerunt. Prædicti Milites ac Armiger facient processiones, quæ vocantur vulgariter Hachées : unam et primam a loco, in quo dicuntur maleficium perpetrasse, usque ad sepulturam prædicti Prioris, aliam in Ecclesia Rotomagensi, et alias in Ecclesiis Cathedralibus Provinciæ Rotomagensis, singulas in singulis, et unam in Parisiensi, et aliam in Ecclesia Carnotensi, aliam in Ecclesia sancti Petri Carnotensis. Alias processiones facient in diebus dominicis, vel in solennibus festivitatibus, si inciderint, nudis pedibus, induti braccis et camisiis de grossissimo sacco : et prædictus Armiger habebit in collo suo panellum suum perforatum, et caput suum emittent per foramen, et virgas deferent in manibus suis, et sic facient in singulis processionibus prædictis, quousque singulæ compleantur omnino; et in singulis processionibus dicent sic alta voce : Nos facimus hoc pro facto, quod imponebatur nobis de morte Joannis quondam Prioris de Hisiaco, et pro bono pacis, et de singulis Ecclesiis referent litteras certificantes, quod fecerint processiones, modo, qui est expressus.* Habetur insigne aliud ejusmodi processionum in mulctam et pœnam indictarum exemplum apud Maximilian. Henricum in Apologia pro Archiep. Colon. in Probat. pag. 52. 53. ex laudo, seu sententia lata in cives Colonienses ann. 1264. cujus verba hæc sunt : *Item ordinamus et pronuntiamus, ut ex prædictis triginta septem viris vadant decem et octo Leodium, et ibi moram faciant per tres Dominicas : ita quod prima Dominica apud S. Lambertum, secunda apud S. Petrum, tertia apud S. Martinum præcedant processiones nudis pedibus et capitibus, et discincti, portantes virgas in collis suis, et ibidem veniam quærant prostrati super terram. Quarta Dominica vadant Tungrim, quinta Trajectum, sexta Aquisgranum, et ibi præcedant processiones in majoribus Conventualibus Ecclesiis, eo*

Digitized by Google

modo, quo superius est expressum. Mitto similem pœnam, aliis inflictam, hic descriptam : cujus exempla alia subministrat præterea Tabular. Episcopat. Ambian. ex Bulla Alexandri IV. Pap. de quodam Præposito Ambianensi, qui Clericos suspenderat : *Sacco indutus, nudis pedibus, discooperto capite, furcas super humeros suos et laqueum suspensorum circa collum suum, qui in ipsis furcis pendebat, quinque diebus per Civitatem Ambianensem ac etiam per omnes Cathedrales Ecclesias Remensis Ecclesiæ deportavit.* Charta alia ann. 1322. ex eod. Tabul. fol. 175. continente sententiam, latam ab ipso Episcopo Ambianensi in Joannem de Pinconio Militem Dom. *de Suintuin : Dicimus et pronunciamus, quod dictus Dominus Joannes sub pœnis prædictis, existens in pura tunica, sine fraude, non accinctus corrigia, sine caputio, in caligis sine sotularibus, faciet et facere tenebitur unam solemnem processionem circa claustrum Ecclesiæ Ambian. ubi morantur Canonici, in proximo futuro festo S. Fusciani, una cum Canonicis, clero et populo, tenens dictus Miles in manu unum cereum ponderis 2. libr. etc.* Huc etiam pertinet Epistola, ut videtur, Petri Abbat. Cisterc. ex Cod. Victorino, ubi de quodam Petro magnate Albigensi : *Interim vero singulis diebus Dominicis Ecclesias Tolosanæ Urbis nudus et discalciatus cum disciplinalibus virgis jussus est circuire, etc.* Vide Regest. Temporalitat. ex Camera Comput. Paris. fol. 33. v°. A Græcis Byzantinis infligi solitam hanc pœnam videtur innuere Continuator Theophanis lib. 4. cap. 10. et ex eo Scylitzes pag. 539. Hæ porro præcessiones in pœnam indictæ prohibentur in Statutis Synodalibus Nicolai Episcopi Andegav. ann. 1271. cap. 2. [** Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 713. sqq.]

Cur vero ejusmodi *Harniscaræ*, seu *Hacheæ*, ut ibi vocantur, *Processionum* vocabulo donarentur, id causæ est, quod eæ criminum emendationes, reis in mulctam impositæ, ab eis, solenni indicta processione Ecclesiastica, peragerentur : cujus moris aliud lubet exemplum proferre, ex Charta ann. 1296. ex Hist. MS. Remensi Joannis Rogerii, ubi de Præposito Remensi, qui Canonicum Remensem male acceperat : *Item dictus Petrus* le Gouverneur *chorum Remensem euntem processionaliter sequatur in camisia et brachis, capite, pedibus, et tibiis denudatis, Remis, in duabus processionibus solennibus, quæ infra annum Remense Capitulum indixerit eidem. Et insuper idem Petrus* le Gouverneur *sequetur choros trium Cathedralium suffraganearum Ecclesiæ Remensis euntes processionaliter in qualibet Ecclesia quemlibet ejus chorum una vice tantum, si ubi et quando Remense Capitulum prædicto Petro* le Gouverneur *infra annum prædictum duxerit indicendum, etc.* V. *Canem ferre, Sellam ferre.*

* Quam pœnam et ad mulieres spectasse, docet Arestum ann. 1330. 8. Febr. in Reg. *Olim* parlam. Paris. : *Homines in bracis et camisiis, et mulieres in tunicis achevelatis, nudis pedibus et capitibus, et in introitu ecclesiæ dictæ abbatiæ inclinabunt se ad terram, et ibunt flexis genibus et cubitis suque ad altare, etc.*

☞ Haud absimilis pœna irrogabatur iis qui festis diebus a consuetis operibus non abstinebant. Statuta Eccl. Trecor. apud Marten. tom. 4. Anecdot. col. 1109 : *Si aliquem in aliquo prædictorum festorum, vel die Sabbati post vesperas viderint vel sciverint relatu fide dignorum opera ruralia facere; si divites sint, solvant quinque solidos ad luminare suæ Ecclesiæ; si pauper, quinque dies Dominicos sequatur processionem in camisia et femoralibus, habens super collum instrumentum cum quo operabatur.* Vide *Festum* 1.

* 1. **HARNA**, *Arabice, Procelliones, vermiculi sunt qui morantur sub vasis aquariis; et sunt pervilati, qui tacti inflectuntur, et fiunt ut pullula.* Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

* 2. **HARNA**, Vulnus, plaga gravior, vel etiam homicidium. Charta Phil. comit. Fland. pro libert. Brugens. ex Cam. Comput. Insul. : *Protractus de dontslaga sive Harna, dabit homini ecclesiæ unam libram... Quicumque de vulneribus, sive de Harna, sive de dontslaga, in causam tractus fuerit, etc.*

HARNASCHA, Armatura, lorica, thorax; sed proprie apparatus omnis bellicus : German. *Harnas, Harnasch*, Anglis *Harnisch*, Gallis *Harnois*, Italis *Arnese*. Radevicus lib. 3. cap. 26 : *Si Miles vociferatione signi litem commoverit, auferetur ei omne suum Harnascha, et ejicietur de exercitu.* Infra : *Et ejicietur de exercitu, nisi dominus redimat eum* (servum) *cum omni suo Harnasch.* Hinc *Harnascher un cheval*, proprie dixere nostri, de equo militari, qui armaturis ferreis munitur, et instruitur. Sed et pro *apparare, instruere*, usurpat Petrus *de Fontaines* in Consilio cap. 3 : *Nekedent teus espase n'est mie pour plaidier, mais pour lui Enharneskier, et à che repair cois.* Hinc

HARNESIUM, Eadem notione; cujus vocis etymon frustra a Latinis et Græcis quæruntPergaminus, Castelvetrus ad Bembum, et alii. [Nec mirum, si fides D. Lud. *le Pelletier;* est enim prisca vox Britannica, *Hoarn* et *Haiarn*, quæ ferrum sonat; unde *Harnés* lorica ferrea, et *Harnésa* loricam induere.] Gauterius Cancellarius de Bellis Antioch. pag. 454 : *Hæc inter discrimina, conventus nostri Harnesii, cum totius exercitus supellectili, in quodam monte prope existente se locavit.* Statuta secunda Roberti I. Regis Scotiæ cap. 27. § 2 : *Quilibet paratus sit cum actiliis et Harnesiis, etc.* [Tractatus inter Eduardum Reg. Angl. et Franciscum Ducem Britan. ex Archivis castri Nannet. : *Iisdem sagittariis redire volentibus, dominus Dux tenebitur tradere passagium, seu naves ad transeundum mare, pro personis, rebus, armaturis, Harnesiis, bugagiis et aliis necessariis.* Literæ Henrici V. Reg. Angliæ ann. 1416. apud Rymer. tom. 9. pag. 400 : *Exceptis semper armaturis, artilleriis et omnibus aliis Harnesiis.*] Le Roman *de Garin :*

Qui n'ot Hernois, son fié en gage mist.

¶ **HARNESYUS**, in Litteris Johannis Fr. Reg. ann. 1351. tom. 3. Ordinat. pag. 444 : *Capere seu arrestare equos, Harnesyos, pisces et alecia predictorum mercatorum, etc.*

HERNASIUM, apud Rogerum Hovedenum pag. 725 : *Missus ab eo cum Hernasio suo in Angliam.*

HERNESIUM, apud Matthæum Paris in Vitis Abbat. S. Albani pag. 98. etc. [Literæ ann. 1277. apud Rymer. tom. 2. pag. 84 : *Vobis mandamus, quod eisdem nunciis.... in veniendo ad nos, cum familia, Hernesiis et rebus suis.... non inferatis vel inferri permittatis injuriam.* Et alibi passim.]

HARNESIUM, equorum, in Charta anni 1217. in Hist. Drocensi pag. 246.

ARNESIUM, apud Anonymum de Gest. Friderici II. Imper. pag. 776. Vide suo loco.

HARNESIUM, seu *Harnois*, in Consuetud. Bayon. tit. 26. et *de Labourt* tit. 19. art. 8. sumitur pro ense seu gladio, quo quis alium ferit. [Statutum Cortis communis Pontis Spiritus S. ann. 1486. ex Schedis D. *Lancelot : Item, que nulle personne ne soit si ousé de Harnoys de jour ne de nuit sans licence de la Cort, sur peine de... et confiscation du Harnoys.*]

HARNIZATUS, Armatus, instructus, ex Anglico *Harneshed*. Monasticum Anglic. tom. 3. part. 2. pag. 85 : *Duo baculi Harnizati, cum berillo.*

¶ **HERNESIATUS**, Eadem notione. Instrum. ann. 1322. apud *Madox* Formul. Angl. pag. 431 : *Item lego Nicholao Renavod... meliorem zonam meam argenteam, ac dagam meam meliorem Hernesiatam.* Et infra : *Cum una zona rubea de serico non Hernesiata.*

* *Harnas*, eadem acceptione, in Testam. Adami de Insula ann. 1295. ex Chartul. Vallis N. D. : *Item je lés à Adan de Cocuce mon cousin mon meilleur Harnas. Item je lés à Anselet de Bréecourt morel mon sommier et mon autre Harnas.* Hinc *Enharnesquier un cheval*, Equum instruere, in Charta ann. 1357. ex Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 103 : *Six autres quevaux traianz à carue touz Enharnesquiés de le valeur de lxx. escuz ou environ.* Unde *Harnicheur* appellari videtur, qui carro merces ducit, Gall. *Voiturier.* Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. ch. 306 : *Guiot, dit Rolot, Harnicheur et gourmet de vins demourant à Bruieres en Laonnois, etc.*

* Aliud vero sonat *Harnois*, Tumultum nempe, querelam, rixam, jurgium, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 159. ch. 50 : *Faut-il faire si grant Harnois, s'il a donné une buffe ou deux au tabellion de la ville.* A verbo fortean *Hergner*, Luctuosos clamores edere. Lit. remiss. ann. 1426. in Reg. 173. ch. 432 : *Ung enfant aagié de deux ans ou environ, qui plouroit et Hergnoit par force de maladie.*

¶ **HARNASIUM**, Rete piscatorium, Gall. *Harnois*, vulgo *Harnas*. Literæ ann. 1331. ex Tabular. Corbeiensi : *In qua consueverant et poterant piscare seu piscari facere de omnibus Harnasiis in qualibet septimana per tres dies cum dimidio.* Privilegia Gallico idiomate scripta pro habitantibus Maceriar. ad Mosam : (*Il peut pecher*) *à tous autres Harnas et manieres quelzconques resques, lesrois, perrieres etc.* Atque hinc est quod eadem vox, *Harnas*, quibuslibet utensilibus et instrumentis significandis accommodata est. Chartularium Compendiense : *Li Harnas de Rumigni baillié à Ja-*

Digitized by Google

quier et Rogier de Houcencourt. Hæc sunt nomina utensilia de Ruminiaco quæ tradidimus domino Odoni de Vilrames.... tria patria lintheaminum servientibus, duæ mapæ, etc.

* **HARNESCHAR**, Mulcta seu pœna in satisfactionem criminis inflicta, idem quod *Harmiscara*. Vide in hac voce.

* **HARNESIATUS**, Armatus, instructus. Lit. Ludov. IX. ann. 1247. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 464 : *Cum viginti balistariis equitibus bene Harnesiatis et centum peditibus.... Cum prædictis gentibus bene Harnesiatis venient.* Vide in *Harnascha*.

* Haud scio an inde *Harmeré*, in Lit. remiss. ann. 1395. ex Reg. 147. Chartoph. reg ch. 245 : *Un nommé Regino d'Albinhac bastart, homme Harmerez de sa mauvaistié, etc.* Id est, de sua malignitate et nequitia commendatus. *Harmier* vero, ut videtur, est Vibrare, succutere, vulgo *Brandir;* nisi idem sit quod supra *Esmerare*. Vide ibi. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 112. ch. 195 : *Ainsi que Pierre Blindel Harmioit son coustel ou bazelaire au devant de sondit frere par jeu, comme dit est, et en disant, mon frere, tu n'en aras pas, etc.*

¶ **HARNISCARA**. Vide in *Harmiscara*.

HARO, Harou, seu Clamor *de Haro*, qui in Normannia potissimum obtinet, et inclamari solet, dum crimen aliquod capitale perpetratur, verbi gratia, furtum, incendium, homicidium, etc. Tum enim ii, quorum ea vox aures verberat, ad reum persequendum foras exire tenentur, eumque detinere, si possunt, ac judicibus tradere : quod si id negligant, Principi, aut domino feudali, qui jus gladii habet, in cujus territorio crimen commissum est, emendam præstant et exsolvunt. Igitur jus habere dicitur clamoris *de Harou*, qui alta, ut aiunt, justitia gaudet. Aresta ann. 1282. in Regesto Parlam. B. f. 63 : *Abbas S. Petri super Divam... non habebit cognitionem seu justitiam de sanguine et plaga cum clamore de Harou, nec de Harou sine sanguine et plaga, imo remanebit Regi, etc.* Et fol. 73. inter Aresta cap. 55. ann. 1286 : *Deliberata fuit Guillelmo Crespin saisina justitiæ sanguinis et plagæ sine morte, et mehaigno, cum clamore et sine clamore de Harou in Baronia sua de Estrepiguiaco, etc.* [Charta ann. 1328. ex Archivis S. Lazari Montisfort. : *Ipsum guardiatorem clamantem in pleuis nundinis : Haro; violentia fit domino Regi, turpiter per nundinas trainasse, etc.*] Adde Synodos Rotomagenses ann. 1299. cap. 4. et 1315. cap. 3.

* In clericos etiam olim inclamatum, illiusque clamoris emendæ ipsos obnoxios fuisse, discimus ex Arest. scacar. Paschæ ann. 1276. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 36. v°. col. 2 : *De habendo consilium utrum clerici capti ad præsens clamorem Harou, solvent emendum. Concordatum fuit quod solvent, propter hoc quod rex est in saisina, et quod est fractio pacis; quam quidem pacem tenetur dominus rex observare in tota terra sua.*

☞ Verum quidem omnino est quod modo observabat D. Cangius, *Haro* tantum inclamari dum crimen aliquod capitale perpetratur; modo tamen de hujus clamoris origine id intelligas : nec minus quippe certum est exinde in aliis causis minoris momenti locum habuisse. Sic ex hodierno usu inclamatur quoque cum de bonis hæreditariis agitur, adeo ut si is, quem ab hæreditate repellere tentas, *Haro* inclamaverit, rem infectam relinquere cogeris, ni velis rebellionis crimen incurrere.

Cujusmodi autem fuerit, vel sit clamor *de Haro*, et clamoris istius cognitio, aut jurisdictio, pluribus docet vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. 5. distinct. cap. 5. hocce verborum contextu : *Le Duc de Normandie a la Court du cri de Hareu, et en doit fere venir enqueste, assavoir mon se il fu criez à tort ou à droit : quer nus ne doit crier Hareu fors par trop grant besoing, si comme par feu, par larrons, et par homicides, pour roberies, etc. més quiconque crie Hareu sans peril apert et manifeste, il le doit amender au Prince, et se il nie, que il ne le cria pas, le Prince en puet enquerre par les plus prochains voisins du lieu où le Hareu fu criez par ceus qui l'oirent, asavoir mon se il oirent ce Hareu crier que celui nie : et se il en est ataiut, il l'amendera. Et se l'enqueste le met en non savoir, cil qui en est accusé, s'en puet desresnier, etc. Au cri de Hareu doivent issir tous ceus qui l'oiront, et se il voient meffet où il aet peril de vie ou de mort ou de larrecin, par quoy le malfeteur doit perdre vie ou membre, il le doivent prendre et retenir, et crier Hareu aprés lui, autrement seront-ils tenus à amender le au Prince, ou au desresnier cen que il n'avoient pas oï le cri, se accusez en estoient; se il ont pris et retenu le malfeteur, il sont tenus à le rendre à la Justice. Car il ne le doivent garder que une nuit, se se n'est pour apert peril, etc.* Vide Consuetud. novam Norman. art. 5. 54. 55. 58. 59. Hinc

Haro interdum usurpatur pro quovis clamore, qui in tumultibus excitari solet, apud Froissartem 1. vol. cap. 49. 220. vol. 2. cap. 113. 119. [Adde Literas Philippi Regis Franc. ann. 1320 : *Ad tumultum et clamorem dicti Reliqui conveniunt in villa de Kala cum armis qui dictum Reliquum clamando Haro Haro, ad focum ad focum, de prædictorum servientium manibus per armatam eorum potentiam abstulerunt.*] Sed et in prælio Bovinensi inclamatam hanc vocem a fecialibus, auctor est Willelmus Guiartus :

La vois de nul n'i est oie,
Fors des Heraux, qui Harou crient,
Et par le champ se crucefient,
Harou, dient-il, quel mortaille,
Quelle occision, quelle bataille, etc.

* Sed et quoties quis a populo auxilium obtinere volebat, aut luctuosam rem nuntiare, *Haro* inclamabat. Id docet factum relatum in Cod. privil. curiæ Rem. ex Bibl. reg. fol. 2. r°. : *Juhellus archiepiscopus Remensis quadam die Dominica in mane, indutis pontificalibus, quibus erat in morte sepeliendus, omni de ejus familia ignorante penitus, nudis tamen pedibus clam de porta Martis domo sua solus exivit, et quasi desperatus, imo demens, mitra in capite, baculo pastorali in manu a parte cuspidis sive caudæ tenens illum, capite in lutum ad terram perlutosam stratum et vicos civitatis tempore hyemali, frigido ac pluvioso sic procedens usque ad forum clamando Harou, ad populares se vertit, apud quos, suum plangens dolorem, clamorem deposuit et ad hospitium se recepit.* Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 84 : *Les exposants emmenerent laditte fille, sens cri de Haro ne de haultbret.*

Clamoris istius origo probabili conjectura Rolloni primo Neustriæ Duci adscribitur, qui, ut ait Dudo lib. 2. de Morib. et Actis Norman. *In terra suæ ditionis bannum, id est interdictum, misit, ut nullus fur vel latro esset, neque assensum malæ voluntatis ei præberet :* quod si quispiam inveniretur vel homicida aut incendiarius, aut gravioris alterius criminis reus, statim clamore sublato, indigenæ ac vicini in eum irruerent, captumque judici exhiberent. Erat autem clamor iste : *Ha Raoul*, qui ab iis primum edebatur, quibus vis illata erat, aut ab eorum agnatis et affinibus, tanquam Rollonis Ducis auxilium implorantibus.

☞ Quam opinionem firmare licet versibus qui in Capella S. Romani, in qua Rollo sepultus est, leguntur :

Dux Normanorum cunctorum norma bonorum
Rollo ferus fortis, quem gens Normanica mortis
Invocat articulo, hoc jacet in tumulo, etc.

Aliter de clamoris istius origine scribit Guiartus, in Histor. Francor. MS. sub ann. 1206. vers. 4714. ubi de Rotomagi expugnatione, cujus sententiam, quam tamen non probo, produnt sequentes versus :

Ainsi fu Normandie prise,
Ft tous les porz de cele marche,
C'un Roi paien de Danemarche
Ot par guerre soudainement
Trois cens et seize ans droitement,
Ains la saison remeutue,
A Challes le Simple tollue.
Cis Rois iert Rous, pour ce crioient
Normans, qui en son tans fuioient
Droit vers Chartres comme garous,
De toutes pars, Ha Rous, Ha Rous,
Con tu nous maisnes malement!
Par quoi acoustumément,
Celes gens quant aucun mal sentent,
En criant Harou se dementent.

Alibi describens, ut Philippus Augustus Normanniam ingressus sit :

Fames dont les voies sont plaines,
Crient Harou à grant alaines.

☞ Tertiam originationem proponit Hickesius in Grammat. Franco-Theotisca pag. 96. *Haro* a Cimbrico *Hior*, Gothice *Hairus*, gladius; quod persecutio malefactorum, contra quos inclamari solebat *Haro*, vocata erat spada, id est gladius, nempe quia gladio et armis erant reprimendi. Et quidem in Consuetud. Norman. vocatur Placitum spadæ seu ensis jurisdictio cui hujus clamoris cognitio competit. Hæc omittere noluimus, quamvis prior sententia magis nobis arrideat, ut quid de hac notissima voce dici solet curiosus lector perspectum habeat.

¶ **FEUDUM DE HARO**. Vide in *Feudum*.

* Ejusdem usus fuit apud nostros vox *Haha* vel *Hahay*. Lit. ann. 1354. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 295. art. : *La justice et jurisdictions... de cri et de Haha neuctantement faiz, etc.* Charta ann. 1331. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 570 : *Se aucun fait Hahay en ladite ville ou en terroir,*

Digitized by Google

etc. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. ch. 69 : *Y eust grant noise, cry et Hahay. Auquel cryala ledit suppliant et y survint d'aventure pour veoir que c'estoit ; car il ne savoit pourquoy l'en crioit ledit Hahay.* Aliæ ann. 1399. ex Reg. 154. ch. 464 : *Pourquoy ladite femme cria à la mort par plusieurs fois, et y ot grant Hahay et cry. Hay* mude, in Lit. remiss. ann. 1382. ex Reg. 121. ch. 60 : *Une fillette, appellée Jehannette,... volt issir hors de la maison, criant le Hay, etc.* [** Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 876.]

* Hinc fortean *Haroublettes* vel *Haroullettes*, appellatæ inconditæ illæ vociferationes et vasorum æneorum pulsationes, quæ in nuptiis vetularum seu viduarum excitari solent, vulgo *Charivari*. Lit. remiss. ann. 1406. in Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 427 : *Icellui Thibaut avoit dit qu'il iroit* (à Roquencourt en la prévôté de Montdidier) *à un esbatement, que on dit Haroublettes ou charivari. Haroullettes*, in Reg. 161. ch. 71.

¶ **HAROEP** et **Haroe**, voces Belgicæ ejusdem notionis, ni fallor, atque *Haro* supra, quæ et clamorem ob crimen perpetratum, jurisdictionem cui illius cognitio competit, atque locum ubi sedent qui jus habent de eo judicandi significant. Consuetud. Furn. in Tabular. Audomar. : *Quicumque pugnaverit in vierscara, vel Haroep, vel douslach emendabit Comiti* XXX. *lib. adversario suo* IV. *lib.* Ibidem : *Convictus ex dontslach et Harop emendabit Comiti tres lib. et ei qui maletractatus est* XX. *sol.* [** Idem quod sequens. Vide Warnkœnig. Histor. Flandric. tom. 3. pag. 238.]

HAROPEN, [Capillorum avulsio, a Germ. *Haar*, capillus, et *Open*, discerpere, avellere : quo etiam intelligi potest quodvis capitis ornamentum.] Consuetudines Arkarum ann. 1231. in Tabulario S. Bertini : *Similiter Haropen et scissio vestimentorum cum eorum restitutione*, emendabitur.

¶ **HAROUVENUM**. *De Harouveno.* Ita inscribitur apud Eccardum tit. 64. Legis Salicæ ubi tamen legendum putat idem Eccardus *Charowenum*. Est autem hoc, addit ille, idem ac Saxonicum geroven, vel Germanicum *Herauben*, et rapinam designat.

1. **HARPA**, Arpa, Instrumentum musicum, cujus figura et forma Delta Græcum efficit, sequioribus sæculis notum, Germ. *Harpff*, nostris *Harpe*. Glossæ Isonis Magistri : *Testudo, Musa vel Cythara magna in cælo, Harffe.* Papias : *Harpa, dicta a gente Arporum, qui hoc instrumentum musicum invenerunt.* [Insulse omnino, si fides Hickesio pag. 96. Grammat. Franco-Theotiscæ; a veteri quippe Septentrionali, quod Saxonice scribitur *Heappa*, Cimbrice *Harpa*, cithara, deducenda hujus vocis originatio.] Infra : *Arpi, populus Italicus.* Gloss. Lat. Gall. : *Lira, Harpe, Liricen, Harpeur.* Hanc a lyra distinguit Fortunatus libro 7. Carmine 8 :

Romanusque Lyra, plaudet tibi Barbarus Harpa
Græcus Achilliaca, Chrotta Britanna canet.

Idem in Præfat. Carm. : *Sola sæpe bombicans Barbaros leudos Harpa relidebat.* De *Harpa*, musico instrumento hoc Martiani Capellæ lib. 2. accipiendum censuit olim Josephus Scaliger : *Denique Arpis, bombisque perterrita tam intoleranda congressione virgo diffugit.* Dantes in Paradiso cant. 14.

E come giga, e Arpa in tempra tesa
Di molte corde fan dolce tintino, etc.

Vossius lib. de Poëmatum cantu et viribus Rythmi pag. 118. illud fuisse instrumentum existimat, quo Bardi Gallorum olim uterentur Sacerdotes, quod lyræ non absimile fuisse testatur Diodorus Siculus. Vide Menagii et Octavii Ferrarii Origines Italicas.

* *Herpe*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 62 : *Lesquelx deux compaignons portoient une Herpe, dont ilz s'esbatoient.*

Harpator, qui *harpat*, seu Citharam vel Harpam pulsat, Lyricus, citharœdus. Leges Angliorum et Werinorum tit. 5. § ult. : *Qui Harpatorem, qui cum circulo harpare potest, in manum percusserit, componat illum quarta parte majori compositione, quam alteri ejusdem conditionis homini, aurifices similiter.* Le Roman *d'Aubery* MS. :

Cil violeur, et tuit cil Harpeor.

Philippus *Mouskes* in Henrico I. Rege Franc. :

Robert Crespins entre el Palais,
U on cantoit et sons et lais,
Li uns une Harpe, li autre vijelle.

2. **HARPA**, Falx, ex Græco ἅρπη. Andr. Monach. lib. 2. Vitæ S. Ottonis Bamberg. cap. 30 : *Armati securibus et Harpis.*

¶ Harpis, Eadem notione, seu potius ensis ad modum falcis reflexus : unde milites qui eo utebantur *Harpigeri* dicti. Papias : *Harpe, genus gladii.* Albertinus Mussatus lib. 6. de Gestis Henrici VII. Cæsar. rubr. 10 : *Is enim præfato Riciardo fratri per eosdem pene dies per ignotum ruralem virum agresti Harpe nequiter interfecto successerat.* Vox haud ignota. Ovid. Metam. lib. 5. et Lucan. lib. 9. *Falcem supinam* vocat Juvenalis Sat. 8.

HARPAGARE, Ἁρπάζειν, Rapere, diripere : vox Plauto familiaris. Victor Uticensis lib. 3. de Persecut. Vandalica pag. 50 : *Dimicavit contra innocentiam cupiditas furoris, et avaritia crudelitatis, ut et animas perderet, et substantiam Harpagaret.* Althelmus de Laude virg. cap. 43 :

Cærula sanguineis Harpagans vulnera rivis.

* Hinc *Harpaille*, pro Raptorum seu nebulonum turma, in Lit. remiss. ann. 1378. ex Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 304 : *Lequel Estienne les appella Harpaille, ribaudaille, etc.* Aliud vero sonat *Harpeur*, qui nimirum in piscando harpagone utitur, in aliis Lit. ann. 1361. ex Reg. 91. ch. 153 : *En ce mesmes hostel se herbergast Jehan de Villepointe, Harpeur de marée.* Vide supra *Arpacare.*

Arpaxare, Eadem notione dixit Petrus Damiani lib. 2. Ep. 18. lib. 5. Ep. 16. lib. 6. Ep. 22. lib. 8. Ep. 10. *Harpaxare*, lib. 4. Ep. 3.

¶ **HARPARE**, Harpator. Vide *Harpa* 1.

¶ **HARPENI**. Vide *Harthpenny.*

HARPIGERI. Albertinus Mussatus lib. 1. de Gestis Italicor. post Henricum VII. rubr. 1 : *Per latera distinctis Harpigeris, lancearis, fundibularis, etc.* In Glossis MS. *Arpis, falcastrum* exponitur. Ita *Harpigeri* fuere milites *harpis* seu falcibus instructi. Vide *Harpa* 2.

* **HARPINUS**. Charta Phil. Aug. ann. 1181. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 146. pro monast. S. Ambr. Bitur. : *Omnia quæcumque habet concedimus,... eo videlicet tenore, quo ipsa tenuit tempore Harpini prædecessoris nostri et Ludovici patris nostri, etc.* Quisnam hic Harpinus Philippi Augusti prædecessor ?

¶ **HARPIS**, Harpe. Vide *Harpa* 2.

HARPONES, Spicula ferrea longa 6. pedib. quibus balænæ in mari configuntur : Gallis *Harpons*, unde *Harponarii*, *Harponeurs*, balænarum piscatores. Vetus Charta ex Regesto Constabulariæ Burdegal. f. 221 : *Unam balænam, cujus Harpones, cum quibus interfecta fuerat, fuerunt positi ad trabem unam magnæ aulæ castri Burdegalæ.* Describuntur Harpones a Cleiraco ad Leges maris Oleron. pag. 149.

¶ **HARPYIÆ**, Isidoro in Glossis, *Virgines volaticæ.* Intelligit *Harpyias* Poetarum. Tralate Sidon. lib. 5. Ep. 7 : *In foro Scythæ, in cubiculo viperæ, in convivio scurræ, in exactionibus Harpyiæ.*

HARROIDA. Vide *Harireda.*

* **HARSA**, Candelabrum ecclesiasticum in modum *occæ*, seu trigoni confectum, Gall. *Herce.* Necrol. eccl. Paris. MS. : *Hac sacra nocte vigiliæ nativitatis Domini, Jacobus Divitis decanus fundavit unam Harsam cerorum de viginti quinque libris ceræ recentis atque bonæ.* Ubi semel et iterum occurrit. Vide *Hercia* 2.

HART. Henricus Rosla in Herlingsberga :

Saxoniæ nemus est viginti millibus et sex [Hart,
Porrectum, dicit quod Theutona lingua vocans
Esse potest major, sed non præstantius ullum
Silvis, sive feris : hoc autem dives habetur,
Quod municipiis et pagis pullulet. Hart est
Hinc ideo dictum, quia durius omne, quod illud
Educat, est aliis.

Hart quippe Germanis est durus, asper.

☞ *Hart* Teutonibus vox generica quæ silvam significat ; specialius vero eam quæ per totam Germaniam a Rheno usque ad Vistulam porrecta, Hercynia dicitur, Germanis *Harzin*, vel *Harkin*, *Horkün*, quod ab *Hart* et *Kün* derivatum existimat Schilterus, et in compositione silvam seminariam seu aliarum matricem sonare ipse auctor est in Glossario Teutonico.

* **HARTEX**, *Lo pomo grana.* Glossar. Lat. Ital. MS.

HARTHPENNY, Denarius S. Petri, seu *Romescot*, in Legibus Edgari Regis cap. 4. qui scilicet singulis focis, hoc est, domibus imponebatur : ex Saxon. Heorð, focus, locus, quo ignis fovetur, domus, et peninge, denarius. [*Harpent*, perperam pro *Harthpenny*, in Litteris Henrici Reg. Angl. Regest. 92. Chartophylacii regii Ch. 58.] ex Vide *Heordpeni.*

* **HARTMUTTO**. Tradit. 53. Ebersperg. apud Oefelium tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 26 : *Cunctis etiam, qui propter cædenda ligna in ipso foresto avenæ modium, quem*

Digitized by Google

dicunt Hartmutto, solvebant, ob remedium animæ sui mariti Adalberonis, mediam partem idem usque ad usualem modium remisit. Vocis origo ab *Hart*, silva et *Mutt*, vectigal; præstatio itaque est pro usu silvæ exsoluta. [** Vide *Marchmutte* apud Graff. in Thesaur Ling. Franc. tom. 2. col. 700. *Mutte* est Modius.]

* **HARUBUL**, *Quello de cani*, in Glossar. Lat. Ital.

¶ **HARUS**, vox Teutonica quæ arborum folia, ramos, frondes significat. Kilianus : *Haer der boomen, Comæ arborum, rami et frondes.* Diploma anni 1290. apud Schilterum : *Item in silva Eckerene de Haro et de pascuis medietatem den.*

* **HARUSCA**, *La mandragora*, Gloss. Lat. Ital.

* **HASBANUM**, Idem quod *Halbanum* 2. Tributum, quod a quibusdam artificibus pro licentia artes suas exercendi et eorum opera vendendi, regi exsolvebatur. Charta Ludov. VI. reg. Franc. ann. 1129. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 428 : *Confirmamus quidem quod hospites jam dictæ ecclesiæ, qui mercatores sunt et in foro nostro opera venalia exercent, Hasbanum, quod cæteri mercatores præposito nostro persolvunt, ipsi ecclesiæ persolvant.* Eadem rursum leguntur in alia ann. 1190. ibid. col. 444.

¶ **HASBARDUM**, Alea, Gall. *Hazard.* Statuta Ecclesiæ Argentinensis ann. 1435. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 539 : *Usum tabernarum præterquam in itinere constituti et ne tabernas in domibus suis teneant, ludos quoque taxillorum ad Hasbardum.*

HASCARIA. Vide *Harmiscara.*

* **HASCLEA**, Fustis species, hastile, nostris *Hampe* vel *Hante*. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 372 : *Idem Johannes auriga quandam magnam Hascleam fusteam seu baculum cepit;... et de dicta Hoscla* (sic) *ipsum significantem percussit. Haulte*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1480. ex Reg. 206. ch. 512 : *Des Haultes de leurs javelines fut frapé les ungs sur les autres.* Vide supra *Ascla.*

¶ **HASCO**, Idem videtur quod Saxon. Hacod, Mullus, Gall. *Mulet.* S. Wilhelmi Constitut. Hirsaug. cap. 8 : *Pro signo piscis, qui Hasco appellatur, generali præmisso, hoc adde, ut summitatem indicis super pollicis ungulam in manum prosilire facias, ac si simules anferentem ipsius squamas : ipse enim cæteris amplius abundat squamis.*

* **HASENA**, *Harena aut hasas, quas nos aras et lases, quasi lares, dicimus.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

HASLA. Lex Ripuarior. tit. 67. § 5 : *Si quis pro hæreditate et vel pro ingenuitate chartam receperit pro malo ordine, cum sex in Ecclesia conjuret, et cum duodecim ad scaplum Regis, in circulo et in Hasla, hoc est, in ramo, cum verborum contemplatione conjurare studeat.* Hæc paulo secus habentur in Edit. Heroldi tit. 69. § 4. Hic autem *Haslam* idem valere ac *Hallam* plerique existimant : nam et *hallus* ramum sonat. Vide in his vocibus.

☞ *Haslam* minime confundendam esse cum *halla* monet Schilterus in Glossar. Teuton. ubi addit idem potius esse quod *Rama.* Vide *Ramale.* Eccardus vero *Haslam* hic speciatim pro Ramo ex corylo deprompto sumi existimat, qui ramus tanquam signum rei vere gestæ in judiciis adhibebatur, inde apud plebem veritatis index habitus est, et pro virgula divinatoria in usum venit. Et certe corylus in Gloss. Ratisbon. *Hasul*, in Bensonii Vocabul. Anglo-Saxon. *Hæsl*, Angl. etiamnum *Hasle* vocatur. [** Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 810.]

HASPA, Cowello est id, quod ostium posti annectit, Anglis *Haspe*, fibula. Bracton lib. 2. cap. 18. § 1 : *Fieri debet traditio per ostium, per Haspam vel annulum, et sic erit in possessione de toto.* Adde lib. 5. tract. 4. cap. 15. § 14. et Fletam lib. 3. cap. 15. § 5. Vide *Firmatura* in *Firmæ.* In formulis Anonymi, form. 20. et 43. traditiones fieri dicuntur *per ostium*, hoc est, per *Haspam : Per illud ostium de ipsa casa, per herbam vel terram, ipsum mansum... visus fuit tradidisse.*

HASPACIUM, Præstationis species. In Charta ann. 1283. ex Tabulario S. Dionysii Rex dicitur *habere in villis et territoriis de Belna de clauso Regis,... octo libras pro mengerio... bichenagium, vinagium, Haspagium, bannum pro vino vendendo, etc.*

HASPALICI. Miracula S. Eusebiæ Abbatissæ Hamaticens. n. 7 : *Tunc piratæ non erant, neque sicarii, neque qui nunc confuso nomine dicuntur Haspalici, quorum numerus modo ubique locorum pene innumerabilis est, qui diurni nocturnique raptores semper incumbunt et infensissimi sunt.* Ubi doctissimus Henschenius, *forte*, inquit, *Raspalici :* hoc enim vocabulo fæcem hominum undique collectorum appellari apud Flandros auctor est. Quid si ita dicti, quod *haspas* seu ostia effringunt, ut *Haspatici* legendum sit, fuerintque, qui Latinis *Derectarii?*

¶ **HASSASERI**, Iidem qui *Assasini.* Jacobi de Vitriaco Hist. Orient. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 272 : *Et nota quod in terris Damasci et Antiochiæ est quoddam genus Sarracenorum, quod vulgariter Hassaseri vel Egisseri dicitur, et alio nomine veteres Promontani appellantur; et hoc genus hominum sine lege vivit.*

¶ **HASSATUTI**, Eadem notione. Vide *Assasini.*

* *Hasesins* et *Hassesis*, in Contin. Hist. Guill. Tyrii apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 639 : *Le sire des Hassesis li remanda autre fois qu'il li rendist l'avoir de ses gens, et seust bien s'il ne li rendoit, qu'il lui en nuieroit. Le marchis dist qu'il ne le rendroit mie. Lors commanda le sire des Hassesis à deus de ses homes qu'il alassent à Sur, et occissent le marchis.* Infra : *Hasesins.*

HASSBERCH. Vide *Halsberga.*

HASSOCUS, [f. Tofus, Anglis *Hassock*, Gall. *Tuf*, lapidis species.] Monasticum Angl. tom. 1. pag. 850. 852 : *Ab illo vero exitu de Birchemere indirecte per transversum marisci usque ad tertium Hassocum a firma terra in aquilonali fine de Higgeneie, et sic deinde per omnem tertium Hassocum, etc.* Infra pag. 853 : *Pastores vero nostri super exteriores Hassocos versus Wulton, inter pratum et mariscum debent stare, et animalia sua usque ad pedes suos venire permittere.*

1. **HASTA**. Hastæ Francorum potissimum fuere arma, quos *probissimos bellatores, et mirabiles de lanceis percussores* fuisse ait Fulcherius Carnot. lib. 2. cap. 41. quod et firmant Græci Scriptores ævi inferioris, Anna Comnena, Nicetas, et Cinnamus, locis indicatis ad Joinvillam pag. 167. Ita porro Francorum hastas describit Albertus Aq. lib. 4. cap. 6 : *Hastæ fraxineæ in manibus eorum ferro acutissimo prafixæ sunt, quasi grandes perticæ.* Et Will. Brito lib. 11. Philippid. :

> Mox Hastas hastata manus configit in illum,
> Quorum cuspis erat longa, et subulæ instar acuta,
> Et nonnulla velut verubus dentata recurvis,
> Cuspidis in medio uncos emittit acutos.

[Le Roman *de la guerre de Troye* MS. :

> Li Dux d'Athenes à tant premier
> Que la Gaste grosse de pomier
> Li fist parmi l'escu passer.]

Vide *Lancea.*

¶ **HASTA** *frangatur in dorso ejus*, Pœna servorum qui cum lancea inveniebantur, in Capitul. lib. 5. cap. 247 : *Et ut servi lanceas non portent. Qui inventus fuerit post bannum, Hasta frangatur in dorso ejus.*

* *Hate*, pro *Haste*, eo sensu, in Charta ann. 1363. ex Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 433 : *Pourveu de espée, Hate,... qui sont armes défendues.* Hinc *Haste* appellatur Stimulus, quo boves punguntur et incitantur, in Lit. remiss. ann. 1479. ex Reg. 206. ch. 263 : *Durand Jarrie portant à son col une Haste ou aguillade pour toucher les beufz.*

¶ 2. **HASTA**, Veru, vernacule *Haste.* Vox Occitanis etiamnum notissima, quemadmodum et nostris olim; nunc vero *Broche.* Privilegium Leduini Abb. S. Vedasti Atrebat. ann. 1036 : *Stallus cultellorum in anno 1. cultellum. Qui vendit Hastas in anno 1. Hastam.*

* Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 158 : *Icellui de la Ronce prist un Haste ou broche de fer, etc. Hasterel*, eodem sensu, in Pedag. Peron. ann. 1295. ex Chartul. 21. Corb. : *Chacun Hasterel, j. ob.*

3. **HASTA**, Pars corporis, qua viri sumus, quomodo βάλος Græci dicunt. Michael Scotus de Physionomia cap. 22 : *In viso nasus longus et grossus, significat præputium magnum, et e converso : et super hoc dixit quidam et bene : Ad formam nasi dinoscitur Hasta baiardi.* Cap. 100 : *Statura hominis multum nuntiat de illo : nam si Hasta fuerit longa et bene recta, ac plus macra quam pinguis, significat hominem audacem, crudelem, etc... cujus Hasta est longa et crassa... significat hominem fortem, etc.* Ita hastam usurpavit Ausonius in Centone :

> Intorquet summis anuixus viribus Hastam.

Græcos hac notione δόρυ usurpasse, observavit Jan. Rutgersius lib. 2. Var. Lect. cap. 2.

¶ 4. **HASTA**, Recentis suillæ frustum; unde rusticis nostris : *Je vous enverrai de la Hastille et du boudin.* Ordinarium Laudunense apud Marten. de Divinis Officiis antiq. Eccles. pag. 95 : *In alia benedictione data ab Hospitalario similiter pulsatur campanula, et benedicenti datur Hasta cum cibo,*

Digitized by Google

et hæc dantur pro præbenda presbyterii. Decanus dicit Tu autem, *lectori dantur tria jecora cum cibo.* Charta ann. 1339. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 450 : *Jurati dicunt quod Johanna... tenuit medietatem unius messuagii, et unam carucatam terræ in Blechesdon de domino Rege per servitium deferendi domino Regi unam Hastam porci pret. 11. cum fugaverit in parco suo de Cornbirie.*

* *Une Haste de porc à quelque jour que la feste soit, neis se elle estoit au Vendredy,* in Lib. 2. statut. artif. Paris. ubi de Pedag. regi debitis fol. 5. *Hatemenue*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1392. ex Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 273 : *Ouquel ostel ilz eussent fait cuire et appareiller une Hatemenue de porc, que le suppliant avoit apporté d'Estampes.* Vide supra *Astis.*

5. **HASTA**, Modus agri. Charta Hugonis Archiep. Senonensis ann. 1154. in Tabul. Ferrariensi : *Et 5. den. de censu, quos Isambardus tenebat de Alberico de una Hasta terræ arabilis, etc.* Tabular. Albæripæ : *In duabus hastis pratorum.* Tabular. S. Albini Andegav. : *Concessit etiam de silva, quæ juxta est, quantum opus erit ad claudendum ipsa prata, spatio* 3. *Hastarum in latitudine, etc.* Liber Chirographorum Absiæ fol. 15 : *Ut omnes hajæ et defensabiles habeant in universis terris Monachorum circa omnes aquas et rivos unam Hastam hinc et inde.* Vide *Asta* 3. *Lancea.*

* Nostris *Haste*, eadem acceptione. Charta ann. 1335. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 56 : *Item un Haste sus la voie de Berseneeles, etc.* Lit. remiss. ann. 1468. in Reg. 195. ch. 141 : *Icellui Jehan avoit cuilli ou fait cuillir et moissonner deux Hastes de terre, que le suppliant extimoit à la somme de deux boysseaux.... Le suppliant se coucha au long d'une Haste de vigne.* Sic forte appellata quod certis passibus, *Has* nuncupatis, constaret. Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 142. ch. 44 : *L'uys dudit Basin, qui est près de la maison ou demouroit ledit Colin, à huit ou dix Has.* Aliæ ann. 1408. in Reg. 162. ch. 381 : *Lequel Henrion chancela et chut si comme à trois ou quatre Has de là, ou il eut le cop. Hax* et *Haz*, eodem intellectu. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 130. ch. 7 : *A trois Hax ou environ près dudit hostel, Bezançon Darboys a esté trouvez navrez.* Aliæ ann. 1418. in Reg. 170. ch. 211 : *Avant que le suppliant et son frere feussent près d'icellui Robert d'environ soixante Haz, autrement enjambées, etc.*

Hastilis, Eadem notione. Testamentum Sancii II. Reg. Portugalliæ, eræ 1286. apud Brandaonum in Monarch. Lusitana tom. 4. pag. 379 : *Item mando Isidoro Petri homini meo præstimonium, quod ipse consuevit de me tenere in Cortigia, et sex Hastiles hæreditatis in Valado, etc.*

6. **HASTA Regia**, [Imperii insigne.] Charta Henrici III. Regis Angl. apud Prynneum tom. 2. Libertat. Angl. pag. 1046 : *Crucem portatilem argenteam... cum Hasta sive baculo, etc.* [** Adde Thietmar. lib. 6. cap. 3.] Vide *Baculus* 2.

7. **HASTA**, Vestis Monachica. Vide *Superpellicium.*

* 8. **HASTA**, Stipes, palus, hastile, nostris *Hastelle.* Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 52. ex Cod. reg. 4624 : *Si aliquam arborem grossam vel parvam seu planzonum, vel Hastam seu paronum sciderit, vel pellaverit, seu eradicaverit de die, solvat.... solidos decem.* Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 161 : *Le suppliant print un tison de feu, appellé Hastelle au langage du pays* (d'Auvergne). Aliæ ann. 1475. in Reg. 195. ch. 1525 : *Icellui prestre tenant en sa main une busche de bois, qui se nomme au pais* (Normandie) *une Hastelle.* Hinc *Enhaster*, Palo infigere. Chron. S. Dion. lib. 3. cap. 14. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 231 : *Puis la fist Enhaster en un pel et ficher en terre.* Ubi Aimoin. lib. 3. cap. 42 : *Palo præcepit infigi.* Lit. remiss. ann. 1471. in Reg. 195. ch. 608 : *Les supplians prindrent en l'hostel d'icellui mosnier..... trois pieces de chair, qu'ilz Enhasterent en un baston.* Guignevilla in Peregr. hum. gener. Ms. :

L'autre vielle en sa main tenoit
Un glave, qui tous plains estoit
D'orelles d'ommes trefforées,
Qui y estoient Enchanstées.

* **HASTALLARE**, Differre, tempus prorogare; unde *Hastallatio*, Dilatio, mora, induciæ. Vide supra *Astallare.*

** **HASTARE**, Hastis pugnare. Virgil. Grammat. pag. 80 : *Magno impetu facto Hastavere se omnes et calciaverunt et scutantes se inruerunt.*

1. **HASTARIUM Argentum**, apud S. Augustinum Ep. 124. opponitur *argento proprio :* ubi Filesacus lib. 1. Selector. *Hastarii* nomine intelligi existimat, pecuniam ex rebus propter debita fiscalia divenditis, ipsi fisco acquisitam. Quippe hasta in foro posita venditiones a fisco celebrabantur. Vide Cod. Th. De fide et jure hastæ, lib. 10. tit. 17.

¶ 2. **HASTARIUM**, Alia notione, apud Tertul. Aphloget. cap. 15 : *Quos* (Deos) *in Hastario vectigales habetis.* Et lib. 1. ad Nat.: *Quos* (Deos) *in Hastarium regessistis.* Hinc recte Rigaltius : *Hastarium* igitur est Liber Hastarius, seu Tabularium et Regestum vectigaliorum, quæ sub hasta et voce præconis quinquennio quoque addici redemptoribus solebant.

HASTATOR, Officium in coquina regia, in Ordinat. Hospitii S. Ludovici Reg. ann. 1261. vulgo *Hasteur*, qui veru ad focum versat : est enim nostris *haste*, veru, quod *hastæ* speciem referat, apud Froissartem 1. vol. cap. 181. *Hastier*, in Gloss. Gall. Le Roman *de Parise la Duchesse* MS. :

Si un porte un paon rosti an un Astier.

Le Roman *de Garin* MS. :

Et Bue ot un grant Hastier sessi,
Plein de bons Hastes, qui sont bons et rostis.

Alibi :

Pardevant lui trova un Escuier,
Qui en sa main portoit un grant Hastier,
Prent-le à deus mains car il en ot mestier.

Ita etiamnum Arverni veru *Aste* et *Ate* vocant.

☞ Hæc a Latino *Assare*, Gall. *Rotir*, deducenda existimo : unde etiam *Hastes* vocarunt carnes ad focum versatas atque assatas. Le Roman *de Guillaume au faucon* MS. :

Et les tables basses assises,
Et les blanches napes sus mises,
Et aprés les mez aportez,
Pain et vin et Hastes tornez.

Le Roman *d'Athis* MS. :

Et de beaulx Hastes de lardez,
Et roisollez, et puis pastez,
Servent partout à tel plenté,
Comme s'il n'eust riens cousté.

¶ **Hastator**, Assarius coquus, obsonator, Gall. *Rotisseur, Cuisinier.* Laurentius Bizinius de Origine Belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 175 : *Ad quæ civitatis Hastatores aiunt se non posse sine consensu aliarum civitatum, cum quibus sunt ligati, aliquam inire concordiam.*

* **Hastarius**, Officium in coquina regia, nostris *Hateur*, idem qui *Hastator.* Charta Phil. Pulc. ann. 1304. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 481. r°. col. 2 : *Theobaldus de Bolumvilla Hastarius Johannæ reginæ, etc.* Lit. remiss. ann. 1425. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 344 : *Comme le suppliant ait esté.... en office de souffleur de la cuisine et depuis Hateur, etc.* Vide supra *Asterius* et *Hasta* 2. [** et Guerard. in Prolegom. Chartul. S. Petr. Carnot. pag. 57.]

HASTEDUM, **Astedum**, [Villa, prædium rusticum, ac præsertim agri qui a villa dependent.] Tabular. S. Petri Cellensis Diœcesis Trecensis, ann. 1089 : *Præterea... totum Hastedum, quem possidebat apud Fontanetum villam, quantum scilicet possent colere, quicumque in ejusdem villæ potestate essent mansuri, B. Petro concessit; ipsiusque Astedi justitiam ac terragium tam in terra quam in pastura seu pratis concessit.* Apud Duchesnium in Histor. Castrovillana pag. 10. [Vide *Hasta* 5.]

¶ **HASTELARIA**, Locus ubi *hastæ* coquinariæ asservabantur. Liber nig. Scaccarii pag. 348 : *Hostiarius Hastelariæ consuetudinarium cibum, homini suo tres obol.* [* Legendum fortean *Hostelaria.* Vide *Hostellaria.*]

¶ **HASTENDITIUM**, Servitium quod domino capitali proficiscenti ad exercitum debetur, et ejusdem redemtio pecuniaria. Vide *Hostis.*

* **HASTERELLUS**, Collum, jugulum, cervix, nostris *Hasterel* et *Haterel.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Haterel, cervix, i. posterior pars colli.* Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 897 : *Dictus cutellus in dicta corneta existens intravit Hasterellum seu cervicem dicti defuncti ita profunde, quod mors extitit incontinenti vel paulo post subsecuta.* Charta ann. 1346. in Reg. 75. ch. 530 : *Icellui prinrent par la poitrine et li donnerent un cop ou Haterel.* Lit remiss. ann. 1400. in Reg. 155. ch. 209 : *Il tira un petit coustellet qu'il avoit et frappa ledit d'Aubencheul, que ou visage, que autour du Hasterel.* Aliæ ann. 1467. in Reg. 194. ch. 266 : *Ung gigot de mouton routy et ung Hatereau ou col de veau aussi routy.* Chron. Bertr. Guesclini Ms. :

De sa broche de fer lui a trois cops donnez
Parmi le Hasterel, lui est le sanc coulez.

Guill. Guiartus ad ann. 1298 :

Aus destriers donnent tiex meriax

Digitized by Google

Amont parmi les Hateriax,
Que de pesans cops qu'il ourdissent,
En plusieurs lieus les estourdissent.

* **HASTERIUS**, ut supra *Hastarius*, in Distribut. quotidianis eccl. Lugdun. Mss. Officium in coquina canonicorum.

* **HASTIFRAGUS**, Hujus cognomenti rationem docent Acta B. Lucæ abb. Cuissiac. tom. 2. Monum. sacr. antiquit. pag. 6 : *Hualterus Cuissiaci simul ac Juminiaci dominus, quem ob actus bellicos, armorumque et lanceæ potissimum peritiam, vulgus nobilium nuncuparat Hastifragum, etc.*

HASTILE, *Pars candelabri e stipite directe procedens*, Jo. de Janua. Vide Exod. cap. 25. et 1. Reg. cap. 17. 2. Reg. cap. 21.

¶ **HASTILIS**, Modus agri. Vide *Hasta* 5.

* **HASTILLIA**, *Jouste*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Vide *Hastiludium*.

HASTILUDIUM, Quod vulgo *Torneamentum* vocant. Joan. de Janua : *Hastiludium, quidam ludus militum, cum hastis : scil. quando equites currunt et frangunt hastas.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.] *Hastiludium, Jeu ou jouste de lance.* Synodus Herbipolensis ann. 1287. can. 4 : *Hastiludia et torneamenta, etc.* Matth. Paris ann. 1256 : *Circa Pentecosten apud Blie commissum est Hastiludium prospere et generaliter secundum legem et disciplinam Militarem, etc.* Chronicon Aulæ Regiæ : *Per torneamenta et Hastiludia vestra diffundetur gloria.* Occurrit passim. Vide Dissert. 5. 6. et 7. ad Joinvillam.

Hastiludiare, Hastis confligere in hastiludiis et torneamentis. Ægidius de Roya ann. 1386 : *Ubi facta sunt solemnia magna, et hastiludia, ubi Rex Franciæ Hastiludiavit.*

Hastiludere, Eadem notione, apud Albertum Argentinensem pag. 144. [et in Chron. Estensi apud Murator. tom. 15. col. 390.]

¶ Hastilisare, Eodem significatu, in Annal. Mutinens. apud Murator. tom. 11. col. 70. ad ann. 1270 : *Multæ fuerunt societates Baronorum Hastilisantium, etc.*

¶ Hastiludus, in Regimin. Paduæ ad ann. 1300. apud Murator. tom. 8. col. 450 : *Hoc anno milites et nobiles et alii judices Paduæ, et fratalcæ Paduæ fuerunt in Hastiludis et aliis solactis cum pulchris vestibus.*

Hastilusus, apud Ericum Upsaliensem lib. 3. Hist. Suecicæ pag. 95.

* **HASTILUSOR**, Qui *hastiludio* decertat. Annal. Estens. ad ann. 1397. apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 938 : *Hastiludentibus continue ante ipsam supradictis societatibus Hastilusorum, cum vestibus de syndone coopertis.... Quibus intrantibus portam Leonis, Hastilusores de societate notariorum, etc.*

HASTINA. Gloss. : *Hasta, δορύ. Hastina, δορύ, ἀκόντιον.* Leg. forte *Hastula*, vel *Hastile*.

* **HASTINGA**, Navium statio, ut videtur, Gall. *Rade*. Chartul. Fiscamn. fol. 4. v°. : *Ipseabbas* (habebit) *reliquam medietatem et hanc consuetudinem ita divisam de omnibus navibus, quæ ibi applicuerint, exceptis solis navibus hominum residentium in Hastingis, quæ vi tempestatis ibi applicare compulsæ fuerint.*

HASTINGI, Normanni, Dani, ab Hastingo eorum Duce primario, de quo Scriptores passim ; et quem natione Gallum, ac in pago Tricassino ex infimo rusticorum genere ortum asserit Glaber Rodulfus lib. 1. cap. 5. Charta Guidonis Episcopi Belvacensis ann. 1075. apud Loisellum : *Sed postmodum barbarorum incursione, et impiorum, id est, Hastingorum pervasione cuncta perlideràt.* Iidem *Heastingenses* dicuntur Simeoni Dunelmensi ann. 1049.

¶ **HASTITENENS**, Hasta armatus. Gesta Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 133 : *Aliam Turcus ensis dimidiat, ut Hastitenens putetur potius venisse armatus sude pedes, quam lancea miles.*

* **HASTIVIA**, Animi impetus, nostris alias *Hastiveté*. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 492 : *Cum dictum delictum, ad quod si aspiraverint per simplicem Hastiviam, grassante stultitia aspirarunt, pretium quinque solidorum non ascendat.* Aliæ ann. 1369. in Reg. 137. ch. 107 : *Benat considérant que autant valoit dire touchin, comme rebelle et traitre, meu de chaude cole et de Hastiveté fery d'une dague qu'il portoit ledit Provensal.* Hinc *Hastis*, Fervidus, iracundus, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 137. ch. 10 : *Doubtant qu'il ne les villenast et tuast, parce qu'il estoit homme moult perilleux et Hastis, etc.* Unde *Hativatus*, cognomentum cujusdam Gaufredi, in Charta ann. 1234. Gall. dicimus, *Qui a hate.*

¶ **HASTO**. *Jurare sine Hasto*. Vide *Asto*.

* **HASTRA**, Arboris species, quam *Hêtre* appellamus, a fago nihilominus distincta. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 12. v°. : *Diximus quod habeat unam fagum cum una Hastra ad natale Domini per livreiam servientis nostri.* Vide supra *Haistria*.

* **HASTRUS**, Mensura frumentaria. Charta Walt. dom. *de Sothengien* ann. 1208. in Chartul. abbat. Montis S. Mart. part. 1. ch. 54 : *Particula ejusdem decimæ, quam.... tenebat ad censum annuum decem et octo Hastrorum avenæ ad mensuram, quæ dicitur scolthastre, in Natali solvendæ.*

1. **HASTULA**, Modus agri, pertica. Gregorius M. lib. 8. Epist. 61 : *Hastulas vinearum numero quatuor.* Vide *Hasta* 5.

¶ 2. **HASTULA**, diminut. ab *Hasta*. Glaber Rodulphus Hist. lib. 1 : *Alius quoque Saracenorum eorumdem cultro deplanans ligni Hastulam, etc.* id est, Hastulæ lignum.

¶ 3. **HASTULA**, Assula, Segmentum, in Glossario Gasparis Barthii apud Ludew. Reliq. MSS. tom. 3. pag. 441. ex Guiberti Hist. Palæst. Occurrit etiam in Miracul. S. Bertini lib. 2. cap. 3. Vide *Astula*.

* **HATIVATUS**. Vide supra in *Hastivia*.

¶ **HATUBUS**, μογιλάλος, Qui ægre loquitur. Gloss. Lat. Græc. Sangerm.

¶ **HATYA**, Odium, invidia ; ita aliquando scribi testatur Spelmannus. Vide *Atia*.

* **HAVA** vel Havus, Mensura frumentaria, eadem forte quæ *Havotus*. Vide infra in hac voce. Charta ann. 1320. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 410 : *Deductis sex Havis, tribus carregnonibus et dimidio frumenti, valoris octo solidorum Parisiensium annuatim vel circa, quæ nobis super ipsa terra debentur.* Vide infra *Havein* 1.

HAVAGIUM, Havagium. [Tributum, ni fallor, quod pro mensura aridorum exigitur, Gall. *Havage, Havée*, forte a mensura quæ *Havata* vel *Havotus* dicitur, vel a veteri Gall. *Havir*, Capere, ducta origo.] Charta Gaufredi Comitis Mauritaniæ in Biblioth. Clun. pag. 543 : *Havadium quoque, et omnes alias consuetudines, quas in burgo S. Dionysii accipiebam, omnes dimitto.* Idem esse videtur quod

Havagium, [Charta ann. 1276. in Chartular. Domus Dei Pontisar. : *Dicebant nos debere sibi quasdam consuetudines, vulgariter nuncupatas Havagium et criagium apud Pontisaram, ipsosque ac eorum prædecessores esse et fuisse in possessione vel quasi percipiendi prædictum Havagium et criagium nomine annui redditus sibi a nobis debiti.* Alia vernacula ibid. de ead. præstatione : *Sachent tuit que comme content fust... d'un Havage et d'un bufetage de Pontoise, etc.* Charta ann. 1283 : *Cum Normannus de Clelennec armiger tradidisset alias illustri viro D. Johanni Duci Britanniæ L. libras annui redditus ratione cujusdam emendæ, et nos requisiti fuissemus de assidenda prædicta summa ; assignavimus duas partes Havagii villæ de Lannuyon.*] Charta Willelmi Comitis Pontivi, in Hist. Perticensi pag. 117 : *Sint quieti et liberi de teloneo,... hallagio, Havagio, bosselagio, etc.* Ubi perperam editum *Hanagio*. Regestum Philippi Augusti Herouvallianum f. 142 : *Præpositura Vernonis... avenæ 6. mod. Havagium 30. lib. halæ 60. lib. etc.* Regestum censuum et feodorum Comitatus Carnotensis f. 16 : *Le Havage de chascun sestier de blé vendue la ville de Chartres hors franchise, se cil qui le vent, l'a acheté, il doit un Havagiau ; se il a cru en sa terre, ou en son gaaignage, il doit dou sestier demy Havagiau, et de tout grain autressi, fors que d'avoine, et l'avoine paie au double.*

¶ 1. **HAVATA**, Mensuræ genus. Charta ann. 1315. ex Chartul. S. Martini Pontisar. : *Abbas et Religiosi S. Martini Pontisarensis sunt in possessione pacifica percipiendi quælibet die Sabbathi duas Havatas salis in foro Pontisarensi a vendentibus sal.*

* Quantum scilicet pugillo seu manu contineri potest, nostris *Havée* ; qua etiam voce significatur Jus percipiendi certam quantitatem ex rebus, quæ in foro divenduntur. Charta ann 1337. in Reg. donor. Caroli IV. et Phil. VI. fol. 182. v°. ex Cam. Comput. Paris. : *Item la Havée des fruiz qui sont venduz à jour de marchié à Chauny, dont chascun, sur qui l'en prendra la Havée, se pourra rachater parmi une obole paiant, et partant sera quicte de ladicte Havée.* Chartul. Latiniac. fol. 240. v°. : *Ly sauniers doibt une obole d'estallage et une Havée de seel. Havongnie*, eodem significatu, in Consuet. Camerac. Mss. : *Li caretée de sel, une Havongnie à dois clos de sel, etc. Avedier* nuncupatur, in Lit. admort. pro eccl. Vivar. ann. 1445. in Reg. 177. Chartoph. reg. ch. 151 : *Item trois Avediers de sel, que soulolt prendre Guillaume de la Roche sur chacun voiage de sel passant par la riviere du Rosne.*

* 2. **HAVATA**, Candelarum fasciculus,

Digitized by Google

qui pugillo apprehendi potest, Gall. *Poignée*. Charta ann. 1232. in Chartul. S. Petri Carnot. : *Dedi in perpetuam elemosinam monasterio S. Petri Carnotensis tres gallos et unum pugillum sive unam Haveiam candelarum, quas percipere solebam annuatim in altaritagio S. Christophori.* Vide infra *Haveia* 2. et *Puginata*.

HAURA. Vide *Haba*.

¶ **HAUBANNUM**, Haubertum. Vide supra in *Halbannum* 2.

* **HAUBERGARE**, Hospitari, habitare, diversari, Gall. *Loger*. Reg. feud. Aquit. sign. Jll. rub. ex Cam. Comput. Paris. fol. 9. r°. : *Si ipse locumtenens non Haubergeat cum dictis hominibus in anno etc.* Vide in *Herebergare*.

* **HAUBERGERIUS**, Loricarum artifex. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 629. : *Dictus nepos Stephani Haubergerii de quadam pecia maclearum ferri, quam in manu tenebat, dictum servientem in vultu percussit.* Vide *Hulsberga*.

¶ **HAUBERGETTUM**. Vide in *Halsberga*.

HAUBERGEUTUS, Panni genus apud Anglos, *Haberjeets*, apud Stephan. Skinnerum in Etymol. Angl. Charta Libertatum Angliæ cap. 26 : *Una sit latitudo pannorum, tinctorum, russetorum, et Haubergetorum, scilicet duæ ulnæ inter listas.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 83c : *Vestimenta autem dabunt mihi de grisenc, vel Hulberget, et pellibus agninis.*

* Hanc eamdem Libertatum Angliæ Chartam mire depravatam ex Reg. S. Justi fol. 35. v°. col. 1. profert *Brussel* tom. 2. de Usu feud. pag. v. art. 3a. iis verbis : *Et una latitude pannorum cunctorum et ruisetorum et Haubergiorum, scilicet duo ulnæ infra listas.* Qui codex, quem perlegi, nihil tamen differt a verbis editis in Glossario, præterquam quod *pannorum* mendose habet, pro *pannorum*.

* **HAUBERGIOLUM**. Vide supra in *Halsberga*.

¶ **HAUBERGUS**, Haubergonus. Vide *Halsberga*.

* **HAUCARIUS**, *Aucarum* seu auserum custos. Vide supra *Aucarius*.

* **HAUCIRE**, Attollere, Gall. *Hausser*, alias *Haucher*. Reg. 34. bis Chartoph. reg. sub Phil. Aug. part. 1. fol. 95. v°. col. 2 : *Magister Matheus et Alardus habebunt iij°. libras Paris. pro facienda nova turricula et pro aliis Hauciendis.* Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 147. ch. 134 : *Le suppliant trouva ledit Cousin, lequel il print par le visaige de son chapperon, et en le Hauchant asez courtoisement etc. Haulse*, Pars vestis videtur, in aliis ann. 1460. ex Reg. 192. ch. 76 : *Le suppliant d'ung baston donna ung cop sur une des Haulses du porpoint d'icellui Colin.* Vide infra *Haupeta*.

¶ **HAUCTUS**. Vide *Havotus*.

* **HAUDRAGUA**, Gall. *Haudrague*, Instrumentum, quo herbæ in fluviis secantur vel eradicantur; unde *Haudrager* et *Haudraguier*, id præstare. Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 23. v°. ad ann. 1365 : *Il est bien sceu que les devanchiers dudit Fremin.... ont ledite riviere fait nettier de Haudraque, de faux et de rastel; .... ledit Fremin dores-en-avant sera tenu de y faire nettier et Haudrager souffisamment. Netoier et Haudraguier les fossez*, in Ch. ann. 1448. ex Chartul. 23. Corb.

HAVE, pro Ave, Salutationis formula, crebra in Constitutionibus Imperatorum de qua videndus Brissonius in Formul. lib. 3. pag. 351. Vide *Habe*.

¶ **HAVEDELONDS**, Agrorum anguli, a Saxonico Heafod, Anglis *Head-land*. Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 535 : *Item una pecia terræ jacet ibidem cum Havedelonds, et jacet pro duabus acris et dimidia.*

* L. **HAVEIA**, Mensuræ genus, eadem quæ supra *Hava*. Charta Hugon. comit. Trecens. ann. 1114. ex Bibl. reg. : *Salagium... scilicet Haveias et boissellos, tam in foris quam in nundinis Trecarum, concedo.* Vide supra *Havata* 1.

* 2. **HAVEIA**, Idem quod supra *Havata* 2. Charta ann. 1247. in Chartul. prior. de Guilcio fol. 45. v°. : *Petrus de Rupe miles assarebat sibi deberi a priore de Goiz quandam trossam paleæ et aliam feni, et unam Haveiam candelarum ceræ.*

* **HAVENEGHELT**, Quod pro religatione seu statione navium in portu penditur, ab *Haven*, Flandris, *Havre*, et *Ghelt*, pecunia. Comput. Watergravi ann. 1389. ex Cam. Comput. Insul. : *Les eschevins de Hulst, qui ont prins à ferme le Haveneghelt de ladite ville.* Vide *Haula*.

HAVER, Idem quod *Averium*, [et *Habere* 2.] de quibus supra, in Foris Oscæ ann. 1247. f. 4. Vide in *Pignale*.

¶ Haveræ, Eadem notione. Breviarium Hist. Pisanæ ad ann. 1172. apud Murator. tom. 6. col. 185 : *Et naves, galeas, galeones, Haveræ et homines diversa per loca maris ceperunt, et vivam guerram fecerunt.* Occurrit non semel apud eumdem tom. 12. col. 326. 406. et 1128. Vide *Habere* 2.

* Stat. Cadubr. lib. 1. cap. 1 : *Item Havere dicti communis custodiri faciam per massarium sive massarios communis.... nec de dicto Havere permittam expendi, nisi pro evidenti utilitate et necessitate communis.* Et cap. 32. pag. 58. r°. : *Et totum Havere communis Cadubrii et specialiter denarii etc.*

* **HAVETUS**, Uncus, Gall. *Crochet*, alias *Havet*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Havet, croc, crochet, fuscina.* Anest. ann. 1344. 23. Febr. in vol. 2. arestor. parlam. Paris. : *Dicti officiales nostri jura et utilitates habent et consueverunt habere in die coronationis nostræ, necnon quandocumque et ubicumque nos contingit comedere coronam regiam portantes; ... cocus mensa, scilicet calderias, calderonos, Havetos et cæteras res ad coquinam pertinentes.* Lit. remiss. ann. 1393. in Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 163 : *Un crochet ou Havet d'argent pour courroye, du pris de quatre blans ou environ.* Hinc *Haver*, unco arripere, in Charta ann. 1407. ex Tabul. S. Joan. Laudun. : *Nulz ne puet, ne ne doit aler, chever, Haver, faire pierres, ne autre quelque chose en une certaine quarriere.* Vide supra *Creaga*.

¶ **HAUFARE**. Vide *Heinfare*.

¶ **HAVIA**, pro *Haula*, de quo mox. Mandatum Henrici V. Regis Angliæ ann. 1420. apud Rymer. tom. 9. pag. 854 : *Publicari faciant in portubus et Haviis, etc.* Ubi littera *i* errore typographico perperam pro *l* edita est.

HAULA, Navium statio, portus, hodie *Havre*, olim *Hable*, vel *Havle*, ex quo *Habulum*, de quo supra. Occurrit non semel in Charta Radulfi Paganelli, in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 564 : *Duas partes decimarum de Haulis de Asceleria... quidquid ad eam pertinet in omnibus rebus et decimis Haulæ, etc.* Begestum Philippi Augusti Herouvallianum fol. 29 : *Tenet de Domino Rege S. Walericum et advocatiam terræ S. Walerici et le Havle pro* 10. *libris de reditu.* Willel. *Guiart* in Histor. Francor. MS. ann. 1304 :

Et grans nes profondes et larges,
Chascune fermée à chable,
Plus de cinq cens dedens le Hable.

Alibi :

Mariniers esloignent de Hable.

Reperitur etiam in Statuto ann. 27. Henrici VI. cap. 3. et in Consuet. urbis Bononiæ art. 22. 23. 24. Portus vero sic nuncupati, quod in iis religentur naves : Arabes enim *habala* vincire et nectere dicunt. *Habl* iisdem est funis, unde forte nostrum *Chables*, pro spissioribus funibus, quibus naves ad portus religantur. Sunt, qui putant vocem *Havre*, ab *Aber* Britannica ortam, quæ ostium fluminis sonat, apud Giraldum Cambrensem lib. 2. Itiner. cap. 2 : *Versus Aberteivi, id est, casum Teivi fluminis in mare. Havene d'Acre*, pro *Havre*, habetur in Itinerario MS. Comitis Pontivi.

¶ **HAULLA**, pro *Halla*, Domus, aula, palatium, Germ. *Hauss*. Anglis *Haw*. Charta ann. 1267. ex Chartular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 994 : *Vendidi.... unam peckiam terræ cum domo quadam supra positam apud Caudebec intra Haullam domini Abbatis S. Vandregesilli supradicti ex parte una.*

* Vel potius, Locus, ubi merces venum exponuntur, nostris etiam *Haule;* unde *Haulage*, pro *Hallage*, Tributum, quod exsolvitur pro licentia exponendi merces in *Haula*. Charta ann. 1310. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 174 : *Avons baillié en perpétuité et à héritage à tousjours à Pierres Briefer bourgois de Harrefleu et ses hoirs la Haule de la ville de Harrefleu haut et bas, et tout le Haulage de ladite ville appartenant à ladite Haule.* Alia ann. 1364. in Reg. 98. ch. 596 : *Comme Regnault Briefer tiegne de nous en fieuferme la Haule et le Haulage de la ville haulte et basse de Harrefleu, en quelconques lieu que ce soit en ladite ville, etc.* Privil. S. Valer. ann. 1376. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. : *Item les bourgeois n'aront point de justice et de sergent au Haule du seigneur.* Lit. ann. 1358. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 660. art. 13 : *Chacun des habitans vendant par destail sel ou marchié le samedi desoubz nostre Haule ou en nostre place, etc. Les Aules de Granoey*, in aliis ann. 1348. tom. 9. earumd. Ordinat. pag. 160. art. 3.

* **HAULTURA**, Locus editus, Gall. *Hauteur*, Provincialibus *Auturo*. Charta ann. 1517. ex schedis Pr. *de Mazaugues : A quodam monticulo sive Haultura etc.*

* **HAUNAIGIUM**, an Præstatio pro mensione ad *aunam* seu ulnam? Vide supra

Digitized by Google

Alnagium. Assignat. dotalitii Johan. reginæ Franc. ann. 1319. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 69 : *Item pro Haunaigio de Vernone centum quatuor viginti libras. Haunier* vero, nomen artificii videtur, in Lit. remiss. ann. 1382. ex Reg. 122. ch. 176 : *Un Haunier, nommé Jnquot Gaugnier, et un autre Haunier avec lui etc.* Nisi forte legendum sit *Hannier*, qui aratro terram proscindit et colit, a voce *Hannon*, pars aratri. Vide supra *Hanones*.

HAVO. Odo de Diogilo lib. 4. de Ludovici VII. profect. in Orient. pag. 42 : *Veniunt de exercitu, qui cambiunt necessaria, junguntur et illis, qui ambiunt non sua. Igitur una die Flandrensis quidam dignus flagris et flamma, cernens immensas divitias, et immoderata cupiditate cæcatus, clamat, Havo, Havo, rapiens, quod cupivit, etc.* Flandris, *Have*, sunt divitiæ, opes, pecuniæ, etc. ex Lat. *Habere*. Sic clamabat ille : *Quot bona, quot bona!* ut alios ad prædam invitaret.

* **HAVOARE**, pro *Avoare*, fateri, agnoscere, clientelam profiteri, in Charta ann. 1332. ex Tabul. Carnot.

¶ **HAVOTUS**, Mensura frumentaria apud Belgas, quæ ad modium revocari posse videtur. Charta Stephani Episc. Tornacensis ann. 1198. tom. 3. novæ Gall. Christ. inter Instr. col. 52 : *Præterea quosdam redditus quos emimus, apud Markain, videlicet quinque Havotos frumenti, duas raserias avenæ, quatuor capones, et viginti et octo denarios præfato Capellano assignavimus in perpetuum.* Perperam editum apud Miræum tom. 2. pag. 962. *Hauctos*. Tabularium S. Bartholomæi Bethuniensis fol. 66 : *Hii sunt redditus qui debentur S. Bartholomæo et S. Præjecto apud Herlies. Johannes Hailles... terciam partem unius Havoti frumenti de redditu ad mensuram de Basleia.... Emma Bernaus et heredes de tribus Havotis terræ sitis apud Wailli 7. den..... Beatris de atrio de 10. Havotis terræ sitæ... 2. sol.... Hanaderlus del Mortier 11. Havotos terræ.* Erat ergo *Havotus* etiam mensura agraria, quæ haud scio an referri possit ad vocem, *Actus quadratus*, quæ apud Columellam significat portionem agri 125. pedum.

* Nostris *Havon* et *Havot*. Comput. ann. 1365. ex Tabul. S. Petri Insul. : *Item receptum pro xiij. panibus de Anapia et de Anetieris en Melentois, de quibus tres faciunt Havotum, tantum pro Havoto v. sol. iiij. den. ob. Flandrensium, valent xxiij. sol. itj. den. ob. Fland.* Pactum inter Phil. reg. et episc. Tornac. ann. 1320. ex Bibl. reg. : *Item pour vint sept deniers Parisis de taille que on devoit pour le manoir, et se le devoit on pour deux bonniers de terre et pour huit Havos d'avoine et deux chapons.* Charta ann. 1344. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 328 : *Nous quittons aus poures de la charité de la paroisse S. Estienne en nostre ville de Lille quatorze rasteres, troys Havons, quareignon et demy de blé, troy Havons et demy quareignon d'avoine.* Hinc *Havotée*, Modus agri, cui seminando satis est *Havotus*. Charta ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 413 : *Item de neuf Havotées de terre, séans devant le moustier de ladite ville de Villainnes.* Pluries ibi. Lit. remiss. ann. 1468. in Reg. 195. ch. 197 : *Le suppliant achepta une Havotée de terre, qui estoit entre les siennes.* Ubi perperam *Hanotée* scriptum est. At vero *Havos*, Direptor significari videtur, a Flandrensi voce *Havik*, Gyrofalco, avis rapax, apud Philippum *Mouskes* :

> Et tout, si com cou fust Havos,
> Prendoit et reuboit le pais.

* Est præterea *Havotus*, Mensura liquidorum. Libert. villæ Domnimed. ann. 1246. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 692. art. 24 : *Dominus habet Havotum cervisiæ pro uno obolo minus quam venditur per villam.* Ubi perperam editum *Hanotum*.

* **HAUPTRECHT**, *Corvatæ* capitalis species, quæ cum carro præstatur, forte a Flandrico *Haupt*, caput, et *Trekken*, trahere. Charta ann. 1317. ex schedis Mabill. : *In quibus bonis prædictis dominus abbas monasterii in Banth conventusque ibidem tale jus habent, quod vulgariter Hauptrecht vocatur, et quilibet rusticorum in prædictis bonis residentium de manso integro, quem possidet cum tribus aratris, tribus temporibus annuatim debet ministrare ad curiam, in majori villa Gamstadt sitam, pertinentem ad cœnobium Banzense.* Rursum occurrit in Ch. Bertoldi comit. *de Henneberg* ann. 1322. ex iisdem schedis.

* **HAUQUETO**, Sagum militare, nostris *Hoqueton*, idem quod *Gambeso*. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 372 : *De quodam Hoquetone, quem induerat, etc.* Aliæ ann. 1478. in Reg. 206. ch. 370 : *Lequel Perrin bailla à icellui Mace ung cop de la fourche en la poitrine, dont il le navra, et l'eust tué n'eust esté son Houqueton d'argent.* Ubi Collare argenteum, Gall. *Haussecou*, significari videtur. Vide supra *Auquetonnus*.

¶ **HAVRA**, Navium statio, portus, Gallis *Havre*. Charta S. Ludovici ann. 1231. ex Archivo castri Nannet. : *Ludovicus D. G. Francorum Rex, etc. Promisimus Petro de Drosco alias de Brenne Duci Britanniæ, et ejus successoribus omnia sua jura illæsa servare... cum forefactis et emendis ex fractura navium, et ratione præmissorum peceiorum ob defectum brevetorum seu sigillorum marinorum capiendi in villis, Havris et portis sui Ducatus et in mari obvenient quoquomodo percipiendi.* Instrum. ann. 1419. apud Rymer. tom. 9. pag. 760 : *In partibus, portubus, ripariis, Havris, etc.* Et infra : *In portus, Havras, riparias etc.* Vide *Haula*.

HAURITORIUM, *Locus de quo hauritur, vel ubi hauritur, vel instrumentum hauriendi.* Ugutio. [Glossar. Lat. Gall. Sangerm. : *Hauritorium, vel Hausitorium, Instrument à puiser, ou lieux ou l'en puise yaue. Hausorium, idem.*] Gloss. Isid. : *Haustrum, rota, Hauritorium, qui et girgillus.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm : *Haustra, vel Haustrum, Puisouer, roë à puiser, quod girgillus dicitur.* Guillelmus Paris. de Rhetor. div. cap. 40 : *Homo ex stultitia laborat, ut qui viderit Hauritorium suum vacuum, ad fontem vel fluvium pro haurienda aqua ire contemnet.*] Tabular. Episcop. Ambian. ann. 1236 : *Super quodam planqueto seu Hauritorio facto subtus vicum, etc.*

¶ **HAUSSASIS.** Vide *Assasini*.

* **HAUSTORIUM**, Puteus, putealis fossa, Gall. *Puisard*. Charta Gaufr. episc. Ambian. ann. 1236 : *Per arbitralem sententiam pronuntiamus Haustoria, ... pontes fieri debere de licentia decani et capituli Ambianensis in rivis Ambianensibus, a ravina usque ad Goudran.* Vide *Hauritorium*.

* **HAUSTRA**, *La rota da tirare l'aqua.* Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Hauritorium*.

¶ **HAUSTUS**, *Est jus hauriendi aquam de puteo vicini, cui eo invito jure servitutis ascribitur.* Vocabul. juris utriusque.

¶ **HAUT ET BAS FORISFACTA**, Quorum cognitio ad dominum, qui altam justitiam habet, spectat. Libertates villæ *de Villereys* tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 192 : *Nisi pro furto, homicidio, raptu vel adulterio, quæ quatuor forisfacta Haut et Bas ad nostram remanent voluntatem.* Vide *Alte et Basse*.

¶ **HAUTA JUSTITIA**, pro *Alta justitia*, Gallice *Haute justice*, in Charta ann. 1239. e Tabulario Corbeiensi.

¶ **HAUTO**, Spicæ non omnino triturate minoraque stramina quæ ventilatione a tritico separantur, Gall. *Hauton* vel *Aulton*. Charta ann. 1239. ex Tabular. Compend. : *Recognovit D. Alernum patrem suum quondam Majorem Ecclesiæ Compendiensis de Nigella vendidisse bene et legitime supradictæ Compendiensi Ecclesiæ Hautonem et rehautonem, etc.* Literæ Curiæ Ambian. ann. 1244. ex eodem Tabul. : *Recognoverunt se Abbati et Conventui Compendiensi totum carionem, totum pastum, totum Hautonem... et omnia alia quæ habebant.... in grangia dictorum Abbatis et Conventus.* Vide *Halto*.

* Charta ann. 1269. ex Chartul. 21. Corb. fol. 124 : *Tout le Hauton du secourion etc. Trois quartes de Hauton*, in Lit. remiss. ann. 1369. ex Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 315.

¶ **HAUTONNUM**, Idem quod *Hauto*. Charta Decani et Capituli Rosetensis ann. 1240. ex Tabular. Compend. : *Sciendum est insuper quod in tota decima supradicta tam in grano quam stramine, foragio, palea, et Hautonno Abbas et Conventus habent duas partes.*

¶ **HAUTUMNA, HAUTUMNIA**, Eadem notione. Charta ann. 1221. Ex Tabul. S. Richarii : *Pro straminibus, Hautumnis et omnibus excandentiis, et quidquid in grangia reclamare poterat, novem sextarios bladi et octo avenæ percipiet.* Charta Adami Morinorum Episc. ann. 1228 : *Recognovit dominum Arnulphum militem... contulisse Ecclesiæ Compendiensi farraginem, paleam, Hautumniam, pastum et omnia alia jura.* Vide *Autumpnia*.

* **HAVUS.** Vide supra *Hava*.

* **HAWARE**, Fodere, seu terram ligone versare, Gall. *Houer*, alias *Heuer* et *Heuher*. Charta Ludov. VIII. reg. Franc. ann. 1218. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 410 : *Ita tamen quod nemus illud neque sartare, neque Haware poterunt, eo quod in residuo nemore nostro de Ruhoth nihil juris omnino de usuario clamare poterunt in posterum.* Chartul. 23. Corb. ad ann. 1480 : *Lequel demandeur concluoit à l'encontre du deffendeur à ce qu'il fust condempné envers lesdits religieux en la somme de*

Digitized by Google

60. *sols Parisis d'amende, pour avoir piquié ou Heué sur les frocqs, flegars et voieries de Musarville.* Chartul. ejusd. monast. sign. *Cæsar* fol. 58. v° : *Fut donné congié . . . . . pour picquer et Heuher et prendre terre etc.* Vide *Hoare.*

* **HAUVREDUCHE**, quid hac voce intelligendum sit, utcumque colligitur ex Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 260 : *Jehan le Picart qui portoit un grant chappeau à grant bord sur la teste, et en estoit telement embrunchié, qu'il ne sembloit qu'il ne dangnoit regarder que par maniere d'orgueil, . . . le suppliant fit cheoir sondit chappel hors de la teste, en lui disant qu'il le portoit trop sur le Hauvreduche.*

¶ **HAUVYARE.** Vide in *Haga.*

¶ **HAYA**, Hagbote, Haycium, etc. Vide in *Haga.*

* **HAYRELIUM**, Heyrelium, Domus rustica cum ædificiis, quæ ad eam pertinent, nostris *Heirau.* Charta ann. 1295 : *Item tres fessoriatas prati cum verneto, sitas in yllas retro molendinos suos, et fluit aqua de Breyda ab una parte, et Hayrelium molendinorum dicti Hugonis ab alia parte, dictum Hayrelium et eclosam molendinorum suorum usque ad chenales dictorum molendinorum. Item unam seytoratam prati sitam inter pratum quondam Arueti et Heyrelium molendinorum dicti Hugonis.* Recognitio feud. dom. de Veteri-ponte pro castel. *de Buri* ann. 1366 : *Onze eireaux assis à Villerusche, ou les estagiers qui y demeurent. . . . Item l'eireau qui fut Perrin Chenau.* Infra : *Heireau* et *Hereau* non semel. *Hel* vero significare videtur Agrum domui rusticæ contiguum sepimentoque clausum, in Charta admort. ann. 1412. ex Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 272 : *Une maison, un ort et une court contigus avecques certains Helz et autres appartenances.* Unde *Helle*, pro Repagulo ad quod vectigalia exiguntur, vulgo *Barriere.* Pedag. Peron. ann. 1295. in Chartul. 21. Corb. : *Item tous vins de France et de Bourgoingne allans desdits lieux en Flandres doivent chemin à Péronne et aux Helles dudit péage.* Vide supra in *Haisellus.*

¶ **HAYUM**, Pratum, ab Angl. *Hay*, Fenum. Charta apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 257 : *Et in pratis de Benigton, ex orientali parte de Rieholm sex rodas prati : concessi etiam præfatis Monachis claudere prædictum Hayum et defendere.*

¶ **HAZARDOR**, Aleator, Angl. *Hazarder.* Placitum sub Henrico IV. apud Th. *Blount* in Nomolex. Anglic. : *Hazardor communis ludens ad falsos talos adjudicatur quod per sex dies in diversis locis ponatur super collistrigium.*

* *Hazart*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1403. ex Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 281 : *La femme dudit Henry dist aux-dits Robin et Gossellin, alez vous hors de cenns, vous n'etes que un Hazart ; et ledit Robin dist, je ne suis point Hazart, cellui est Hazart, qui joue sa femme aux dez.* A verbo *Hazarder* nude, pro Aleas sectari. Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 161. ch. 260 : *Jehan le Picart qui ne servoit* (l. scavoit) *d'autre bien que de Hazarder, taverner et bordeler etc. Hazardé* vero, pro Audax, temerarius, in Stat. ann. 1388. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 262. art. 22 : *Que lesdits douze clers . . . . tiennent les écrits de ladite Chambre* (des Comptes) *secrets ; . . . . et qu'ils ne soient si Hazardez de les porter hors de ladite Chambre.*

¶ **HC**, pro K. non semel occurrit, præsertim in Chartis Longobardicis. Ita in Leone Ostiensi edito ab Angelo de Nuce *HCarolus*, semper scribitur, pro *Karolus*, *HCalendæ*, pro *Kalendæ.* Epitaphium Aligerni Abbatis Casinensis :

Conditur his septis ter ternis rite HCalendis, etc.

Vide supra *H.*

* **HCLRAM**, Vox contracte scripta, quæ contemptum sonat, in Mirac S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 500. col. 1 : *Ob cujus* (Sancti) *venerationem inter se cunctis osculum dantibus, et invicem ad potum charitatis se cohortantibus, unus hanc superbe respuens, dixit : Hclram in ventre meo non habet locum : quia cibus et potus jam intrantes præoccupaverant illum.* Potionis vilissimæ genus forsan indicatur.

HEADBOROW, Capitalis plegius, primarius : ex Saxonico heafod, caput et borgh, vas, fidejussor : in decuria enim seu decemvirali collegio decimus ipse novenis præfuit : qui quod minus essent capitales, *Handborowes*, quasi *plegii manuenses*, seu *manuales*, hoc est, *inferiores* appellantur. Vide *Friborga.*

* **HEAGIUM**, Præstatio pro habitatione, nostris *Héage.* Charta Phil. V. ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 392 : *Item pro Heagio in parrochia de Biars xij. solidos collectos sub domino de Ysigniaco per manum primogeniti.* Recognit. feud. dom. de Veteri-ponte pro castel. *de Buri* ann. 1366 : *Item deux muis ou environs d'avoines, deux chacun an entre Noel et Quaresme-prenant, estre renduz au chasteau de Buri de plusieurs habitans de la paroisse de Coulanges, pour leur demourance que ilz font esdites mesons, appellé celui devoir Héage.*

HEALGEMOT. Vide *Halimot.*

¶ **HEARPA**, Cithara. Vita S. Dunstani tom. 4. pag. 350 : *Sumpsit secum ex more citharam suam, quam lingua paterna Hearpam vocamus.* Vide *Harpa* 1.

HEASTINGENSES. Vide *Hastingi.*

* **HEAUMERIUS**, a Gall. *Heaumier*, Galearum artifex. Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 280 : *Heremin us de calciata galearius seu Heaumerius etc.* Vide *Helmus* 1.

HEBDOMADA, Septem dies totius septimanæ : vox nota. Anastasius Bibl. in S. Simplicio PP : *Hic constituit ad S. Petrum Apostolum, et ad S. Paulum Apostolum, et ad S. Laurentium Martyrem, Hebdomadam, ut Presbyteri manerent ibi propter pœnitentes et baptismum.* Ubi per *Hebdomadam*, intelligit *Hebdomadarios* Presbyteros, qui ob ingruentem populum vicissim succedere solebant, qui pœnitentes ad reconciliationem, et paganos ad baptismum præstolarent. Ita Baron. ann. 483. num 5. Vide *Hebdomadarius.*

Hebdomada in Albis, Quæ hebdomadam Paschalem et Dominicam in Albis, subsequitur. Incipit autem illa a Sabbato in Albis, et terminatur in alio Sabbato, et sic durat per octo dies. Ita Beletus cap. 130. et Durandus lib. 6. cap. 81. n. 16. cap. 89. n. 1. Vide in *Alba* 3.

Hebdomada Authentica, quæ *Major*, de qua mox, in Suggestione Dioscori Diaconi, quæ exstat inter Epistolas Hormisdæ Papæ, [in Liturgia Gallicana apud Mabill. pag. 127. et 128.] et in Charta ann. 1075. apud Puricellum in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ pag. 461. v°. : *Propinquante sanctissimo Paschæ festo, secunda videlicet Hebdomadis Authenticæ feria, etc.*

¶ Hebdomada Casta, Ineuntis Quadragesimæ hebdomada dicebatur apud veteres, ut castimonia per Quadragesimam servanda significaretur.

¶ Hebdomada Crucis. Sic apud Teutonicos Rogationum hebdomada appellatur, teste Macro in Hierolexico.

** Hebdomada Duplex, Quæ sequitur *Dominicam Duplicem.* Vide mox *Hebdomada Trinitatis.*

¶ Hebdomada de Excepto, dicitur in ritu Ambrosiano ultima hebdomada Adventus ; quia in ea excluditur omne aliud officium, ut docet idem Macer.

Hebdomada Expectationis, Sexta septimana post Pascha, quæ scilicet est post Ascensionem, quoniam repræsentat illud tempus, quo Apostoli expectaverunt adventum Spiritus sancti, quibus Dominus dixit : *Manete in hac civitate, et Expectate usquedum induamini virtute ex alto.* Ita iidem Beletus cap. 130. et Durandus.

* Hebdomada Grassa, *La Semaine grasse*, Quæ Dominicam *Quinquagesimæ* præcedit, qua scilicet carnibus uti licet. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 331 : *Un peu de temps avant Caresme-prenant derreinement passé en la grasse Semaine, ou environ etc.*

Hebdomada Indulgentiæ, dicitur Hebdomada major, seu sancta, *quia in ea pœnitentes absolvuntur*, inquit Honorius Augustod. lib. 3. cap. 72.

Hebdomada Major, Quæ diem Resurrectionis Christi præcedit, ἑβδομὰς μεγάλη, Græcis. Ideo autem *Major dicitur*, inquit Honorius Augustod. lib. 3. cap. 72. *quia ob maxima officia insignis habetur.* Eadem habent Micrologus cap. 50. et 52. et Beletus cap. 88. Monachus Sangall. lib. 2. cap. 11 : *Venerunt illuc in majoris Quadragesimæ Hebdomada majore, etc.* Vide Chrysostomum Homil. in Magnam hebdomadam. [** et Glossar. med. Græcit. voce Ἑβδομὰς μεγάλη, col. 339.]

* Hebdomada Magna, appellata etiam quæ Pentecosten præcedit, in Arest. ann. 1398. 24. Maii ex vol. 9. arestor. parlam. Paris. : *In septimana magna ante Pentecostes etc.*

Hebdomada Mediana, Quadragesimæ hebdomada quarta. Pelagius PP. in Epist. apud Holstenium in Collectione Romana pag. 241 : *Veniente Mediana Septimana Paschæ, unumquemque per officia, quæ prædiximus, promovere non differas.* Gelasius I. PP. Epist. 9. cap. 11 : *Ordinationes etiam Presbyterorum et Diaconorum, nisi certis temporibus et diebus exercere non debent, id est, quarti mensis jejunio, septimi et decimi ; sed et etiam quadragesimalis initii, ac Mediana Quadragesimæ die sabbati jejunio circa vesperam noverint celebrandas.* Eadem

Digitized by Google

habet Nicolaus I. apud Sammarthanos in Episcopis Sistaricensibus n. 18. ut et Liber Diurnus cap. 3. tit. 9. Gesta Innocentii III. PP. pag. 102 : *Idem igitur Dominus Innocentius præfatum Constantinopolitanum Electum sabbato quatuor temporum Quadragesimæ in Diaconum ordinavit, et in sabbato Hebdomadæ medianæ in Sacerdotem promovit, ac sequenti Dominica Romæ apud S. Petrum in Episcopum consecravit, etc.* Sugerius in Ludovico VI : *Sequente die, sabbato scilicet Mediante, me indignum ordinavit Presbyterum.* Vide Durandum lib. 6. Rational. cap. 59. num. 2.

Hebdomada Muta, seu *Sancta, quando campanæ adstringuntur*, ut est in Legibus Ostrogotthicis de Jure Ecclesiast. cap. 22. Vide Joannem Loccenium lib. 1. Antiquit. Suecic. cap. 5.

Media Jejuniorum Paschalium Septimana, apud Marcellinum Comitem, in Chron. ubi de Inventione capitis S. Joannis Baptist. quæ in Tractatu Græco a nobis edito μέση τῶν νηστειῶν ἑβδομάς dicitur, et apud Cedrenum in Leone Copronymi F. μέση ἑβδομάς in Concilio Calchedonensi act. 11. μεσονήστιμος. Joanni Chrysostomo, Theodoro Studitæ, Theophylacto, Germano Patriarchæ CP. et aliis, est quarta Quadragesimæ hebdomada juxta Græcos, tertia vero secundum Latinos, ut pluribus docet Allatius de Dominicis et Hebdomadibus Græcorum.

Hebdomada Paschalis, quæ Festum Paschatis subsequitur, et protenditur usque ad sabbatum *in albis* exclusive, et sic Pascha sex dies tantum habet pro octavis. Ita Durandus lib. 6. cap. 81. n. 16. Hanc Græci διακαινίσιμον vocant, quod ex sanctissimo Christi triumpho omnia renoventur, instaurentur, et in meliorem statum reducantur. Vide Allatium de Domin. et Hebdom. Græcor. cap. 23.

Hebdomada Passionis, quæ Dominicam Palmarum præcedit. Vide notas ad Villharduinum num. 129.

☞ Pro hebdomada majori, quæ est post Palmas accipi videtur a Bartholomæo Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1227. apud Murator. tom. 6. col. 445 : *Sed quia quadragesima erat et Passionis Hebdomada imminebat, ob illius reverentiam qui pro redemtione humani generis passus est patibulo crucis affigi, dictus dominus Lazarius distulit usque post octavam Paschæ resurrectionis movere.*

Hebdomada Pentecostes, quam Græci τοῦ ἁγίου πνεύματος ἑβδομάδα vocabant, ut est apud Morinum. Vide Jo. Bapt. Cotelerium ad Constitut. Apost. pag. 253. [** et Glossar. med. Græcit. Append. col. 62. d.]

Hebdomada Poenalis dicitur illa, qua Christus Crucem subiit, et quod jejuniis et laboribus transigatur ad memoriam Passionis Christi. *Laboriosam Hebdomadam* vocant Latini Patres, nos etiamnum *la semaine penoreuse* : Nicetas, τοῦ Χριστοῦ παθημάτων ἡμέρας. Hugo Francigena de excidio Salvanicensi Monasterii n. 6 : *Altera autem die est secunda pœnalis Hebdomadæ.* Charta ann. 1247. in Hist. Monmorenciaca pag. 410 : *Domb. sol. .... annui reditus de eleemosyna in Ebdomada Pœnali annis singulis persolvendis. Hebdomada Pœnosa*, in Chronico Archiep. Upsaliensium pag. 216. [et apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 353.] *Septimana Pœnosa*, in Tabular. Monasterii Hederæ, anno 1197. fol. 24. Vide Josuam Arndium in Lexico Antiquitatum Ecclesiasticarum pag. 409.

* Hebdomada Poenitentialis, Eadem quæ *Pœnalis*, ut videtur. Stat. collegii de Marchia ann. 1423. fol. 76. ex Bibl. reg. : *In quinta feria et sexta, similiter Sabbato Ebdomadæ pœnitentialis .... cantentur in eodem collegio solenniter et devote matutinæ, missa, vesperæ et completorium.*

* Hebdomada Remissionis, in qua a præstatione aliis hebdomadis solvenda quis eximitur. Charta ann. 1230. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. Mss. pag. 571 : *Dicti solidi persolvantur, quatuor septimanis in anno exceptis, videlicet nativitatis Domini, pascha et pentecosten, quæ Septimanæ remissionis appellantur.*

¶ Hebdomada Sancta, Quæ Pascha præcedit. Statuta Ecclesiæ Nemausensis circa ann. 1364. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1096 : *Præcipientes, ut singulis annis in Hebdomada sancta Presbyteri parochialium Ecclesiarum, per se ipsos, aut Diaconos, aut Subdiaconos, vel per Clericos adultas chrisma novum et oleum a nobis, vel ab Archipresbyteris nostris suscipiant sicut est consuetum.* Placidi Diaconi Supplementum Virorum illustrium Casinens. cap. 8. apud Murator. tom. 6. col. 68 : *Scripsit innumera pene opera .... speculum peccatoris; parœneses sex in Hebdomada Sancta.* Gall. *Semaine sainte.*

* Hebdomada Trinitatis, Quæ hoc festum subsequitur, *Duplex* etiam nuncupata; forte quod duplici nomine donetur Dominica quæ illam præcedit; nam et *Dominica Trinitatis* simul et *Dominica prima post Pentecosten* dicitur. Lit. baillivi Rotomag. ann. 1377. in Reg. 125. Chartoph. reg. ch. 76 : *Item la coustume de la double Sepmaine, touttefois que elle chiet disiesme, avecques la pecherie de laditte riviere, laquelle Sepmaine chiet la Sepmaine de la Trinité.*

¶ Hebdomadalis, Dominicalis. Statuta Canonicorum Regul. S. Augustini art. 19. apud Raim. Duellium Miscell. lib. 1. pag. 89 : *Officium plenum de Sanctis si peragatur, solaque Missa choro fit, tunc in ea recitatur semper Collecta, quæ dicitur Hebdomadalis*, id est, Collecta Dominicæ præcedentis.

¶ Hebdomadariatim, Hebdomadatim, Ordine septimanario. Chronic. Mellicense in Regula reform. ann. 1451. pag. 418 : *Officialium principalium scilicet domni Abbatis, Prioris et Subprioris ac aliorum fixorum non Hebdomadariatim sibi succedentium ... officia describere ... omittimus.* Consueta regula Toribii Archiep. Limæ tom. 4. Concil. Hisp. pag. 677 : *Facient suum officium Hebdomadariatim per vices.*

Hebdomadarius, Frater, vel Monachus, qui suas vices in ministeriis monasticis per hebdomadam exequitur. Ugutio : *Hebdomadarius, qui per hebdomadam curam gerit pro sociis super cibariis.* S. Hieronymus Epist. 22. cap. 15. de Cœnobitis : *Et unaquæque decuria cum suo parente pergit ad mensam, quibus per singulas hebdomadas vicissim ministrant.* Cassianus lib. 4. de Instit. Cœnob. cap. 19 : *Singulis hebdomadibus vicissim fratres ad hæc officia sibi reddenda succedunt.* Et cap. 20 : *Hebdomadarum mutua vicissitudo.* Concilium Aquisgran. cap. 123 : *Vicissim in refectorio et cæteris communibus necessitatibus sibi fraternitatis officia fungantur.* Regula SS. Patrum cap. 12 : *Debet is, qui præest Pater disponere Hebdomadarios, et ordinem officii, quo sibi invicem succedant ad ministrandum.* Vide Concil. Tarraconense sub Hormisda PP. can. 7. Concil. CPol. sub Menna act. 5 : Τέσσαρες διάκονοι τυγχάνουν, μεταδιδόντες τὸ ἅγιον φωτοφόριον τοῦ ἱερατείου οἴκου τῆς ἁγίας Μαρίας, ἑβδομάριος ὤν. *Septimanas facere*, hebdomadarii munus implere, in Regula S. Fructuosi cap. 23. Novatus Catholicus Homilia ad Fratres : *Cruciari, jejunare biduo, triduo, aut quatriduo, Septimanas facere, frequenter inde superbiunt fratres.* [*Hebdomadam facere*, in Charta ann. 1366. de officio Aquariatus de Talmundo.] *Hebdomadas tenere, custodire.* Relatio Fr. Joannis de Monte Corvino, Ord. Fratr. Minorum apud Waddingum ann. 1035. n. 10 : *Pueri jam sciunt officium nostrum, et tenent chorum, et Hebdomadas, sicut in conventibus fit.* Charta ann. 908. apud Ughellum in Episcopis Bergomens. : *Ea vero ratione, ut singulis diebus refectio fiat Presbytero et Diacono et Ostiario, qui Hebdomadam in ipsa custodierint Ecclesia.* Vita sancti Adalberti Episcopi Pragensis apud Surium : *Coquinas purgat, Hebdomadas intentissime procurat, scutellas lavat, etc. Hebdomadale servitium*, in Charta Araldi Episcopi Carnotensis pro Monast. Cluniac. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 451. Observat Molanus lib. 2. de Canon. cap. 15. Thesaurarium in Ecclesia S. Petri Lovaniensi, eumdem et hebdomadarium a trecentis annis et amplius fuisse, cui incumbit quotidie summum sacrum canere, seu omnium horarum officium inchoare, licet nomen ipsum indicet hoc onus per hebdomadas solitum fuisse dividi. [* In ecclesia Aniciensi, idem forte quod in ecclesia S. Petri Lovaniensis. Charta ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 336 : *Item Petrus Raymondi Ebdomadarius ecclesiæ Aniciæ pro anniversario quinquaginta sex solidos Turonenses.*] Quot igitur erant officia in Monasteriis, totidem erant Hebdomadarii. Verbi gratia

Hebdomadarius Sacerdos, apud Udalricum lib. 2. cap. 30. Lanfrancum in Decret. pro Ord. S. Bened. cap. 11. Leon. Ost. lib. 3. cap. 21. et Gaufr. Vosiensem cap. 59. Idem qui

Hebdomadarius Sacri Altaris, in Vita Joannis Gorziæ Abbatis pag. 745.

Hebdomadarius Majoris Missæ, apud Lanfrancum cap. 13. in Statut. Ord. de *Sempringham* cap. 735. [Consuetud. antiquæ Canonicorum Regular. Monast. S. Jacobi de Monteforti apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1217 : *Sed et sacerdos et subdiaconus qui in præterita septimana majoris Missæ Hebdomadarii fuerint, parati Missam pro defunctis ex more persolvant.*]

Hebdomadarius Lector ad Mensas, in Regula Magistri cap. 24. in Statutis Ord.

Digitized by Google

de Sempringham pag. 735. [Charta ann. 1380. apud Lobinellum tom. 3. Hist. Paris. pag. 510 : *Præcipimus quod omne silentium sit inter illos in mensa, et quod ex ipsis sit unus Hebdomadarius successive qui Bibliam legat intelligibiliter et succincte.*]

HEBDOMADARIUS CANTUS, apud Udalricum lib. 2. Consuet. Cluniac. cap. 29.

HEBDOMADARIUS INVITATORII, cui Invitatorium præcinendi onus incumbit, apud Udalricum in Consuet. Cluniac. lib. 2. cap. 29. et in Statut. Ord. *de Sempringham.*

HEBDOMADARIUS PSALTERII, ibid. pag. 764.

HEBDOMEDARIUS CHORI. Beletus cap. 24 : *Hebdomadarius, ita eum appellamus, cujus est totu Hebdomada in Choro administrare officium.*

HEBDOMADARIUS DEFUNCTORUM, in Statutis Ordinis *de Sempringham* pag. 730. qui curat officia defunctorum.

HEBDOMADARIUS COQUINÆ, apud Reginonem anno 741. Cæsarium lib. 1. cap. 35. lib. 11. cap. 11. Vita S. Adalberti Episcopi Pragensis cap. 13. apud Sur. 23. April. : *Coquinas purgat, Hebdomadas nitidissime procurat, scutellas lavat, et ad cocorum necessaria cuncta cursu pervolat.* Vita S. Thomæ Abb. Farfensis cap. 9 : *Hebdomadas suas in coquinæ officio, sicut et alii fratres, in ipso faciebant Monasterio.* Adde Regulam S. Benedicti cap. 35. Regulam S. Isidori cap. 19. Udalricum lib. 2. Consuet. Cluniac. cap. 35. Reginonem ann. 746. Lanfrancum in Statut. Benedict. cap. 1. Regulam Magistri cap. 18. 21. etc. De ejusmodi *Hebdomadariis*, vide S. Hieron. in Præfat. ad Regulam S. Pachomii cap. 2. ipsam Regulam cap. 24. Regulam S. Fructuosi cap. 9. etc.

¶ HEBDOMADARIUS MINOR, in Statutis MSS. Capituli gener. ann. 1294. S. Victoris Massil. : *Item statuimus quod Minor Hebdomadarius videat ea quæ in coquina pro Conventu ministrabuntur . . . ne Conventus valeat in aliquo defraudari.*

* HEBDOMADARIUS, idem qui alibi *Cellarius*, Cui potus et escæ cura est. Charta ann. circ. 1300. apud Cl. V. Garamp. in Dissert. 9. ad Hist. B. Chiaræ pag. 292 : *Carnes, pisces et cetera, quæ pertinent ad edendum, venire faciat in commune cellarium annuatim, quæ libere perveniant ad communis Hebdomadarii manus, inter ipsum episcopum et canonicos sæpedictos consueto moderamine dividenda.*

* HEBDOMADARIUS KALENDÆ, Qui *Kalendas* per hebdomadam annuntiat seu martyrologium legit. Ordinar. Ms. S. Petri Aureæ-vallis : *Post matutinas, quando ad finem appropinquant, frater ille, videlicet annus de pueris, ille scilicet qui erit Ebdomadarius Kalendæ, etc.*

ARCHIHEBDOMADARIUS, Qui his omnibus præerat, Ἀρχιεβδομάριος dicitur in Concilio CP. sub Menna Act. 7. qui hebdomadariis præest, ut singuli sua officia rite exequantur. Archihebdomadarii mentio etiam occurrit apud Anonymum περὶ ἐπιτηδείων, inter Opera Basilii editum.

Cæterum ut super hebdomadarios, priusquam septimanas suas inciperent, ita et cum eas absolverant, orationes fundebantur. Utraque habetur inter Opera Alcuini pag. 1194.

¶ HEBDOMADARII, Dicti in Ecclesiis Cathedralibus sicut et in Monasteriis quibus majus Sacrum canere, omniumque horarum officium inchoare incumbebat. Statuta Ecclesiæ Barchinonensis ann. 1288. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 609 : *Illam* (pecuniam) *distribuat, et distribuere teneatur de assensu illius qui tenebit sacristiam majorem, et Hebdomadarii qui faciat septimanam, ut juxta Apostolum, sint consolationum socii, qui fuerint passionum.*

¶ HEBDOMADARIA, Munus Hebdomadarii. Constitut. Dominican. per Vincentium Mariam part. 1. col. 305. ex Capitulo ann. 1417 : *Nullus ab Hebdomadariæ munere subeundo est exemptus præter Magistros in sacra Theologia, Lectores actuales et Prædicatores actuales.*

HEBDOMADARII præterea dicebantur, qui per vices septimanatim ad cubiculum Imperatoris excubabant. Vide Codinum de Orig. CP. pag. 20. Meursium [et Gloss. mediæ Græcit.] in Ἑβδομάριοι.

¶ HEBDOMADARIUS, Qui singulis septimanis recurrit. Epistola ad Archiducem Austriæ ann. 1589. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 333 : *Per hanc totam septimanam, excepto Veneris die, qui Turcarum Hebdomadario festo sacer est, etc.*

¶ HEBERGAGIUM, HEBERGAMENTUM, HEBERGIARE, etc. Vide in *Hereberga.*

* HEBERGARE, *Hebergamenta* seu ædificia construere vel reparare, nostris *Héberger*, eodem significatu. Charta Raym. episc. Aniciens. ann. 1219. in Reg. feud. senescal. Carcass. etc. fol. 325. v° : *Mihi et successoribus meis licet firmare onstrum meum de Charbonero, Hebergare et augmentare pro voluntate mea.* Infra *Herbergare.* Alia ann. 1316. ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Qu'il n'avoit droit en aucunes édifices faites sur les murs de la clousture dou chastel, c'est assavoir une tourecle Hébergée sur iceus murs et autres édifices.* Alia ann. 1322. ibid. : *Si lesdits religieux veulent icele tourele Hebergier en quelque maniere que il leur plaira, que il le puissent fere sans dangier. Et ladite tourelle metent en estat,* in alia ejusd. anni ex eod. Tabul. Vide *Herbergare.*

* HEBERGIARE BOSCUM, Loco *bosci, hebergamenta* seu villam construere. Charta Guill. comit. Nivern. ann. 1161. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 19. col. 2 : *Canonici B. Stephani prothomartyris in bosco de Tul usuarium suum habebant, et placuit patri meo boscum Hebergiare, et sic factum est. Canonici vero usuarium, quod in prædicto bosco habebant, tali modo amiserunt.* Chartul. S. Steph. Autiss. habet, *Herbergiare.* Vide in hac voce.

HEBIDUS, pro *Hebes.* Vita S. Guthlaci cap. 21 : *O mi Becceline, et quid Hebido sub pectore antiquum hostem occultas?*

¶ HEBITA, *Lorica.* Gloss. Isidori et vetus Glossar. MS. Sangerman.

¶ HEBONA. Sic Liberum barbatum seu ejusdem simulacrum vocabant Neapolitani in Campania, teste Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 18.

HECATONPENTA. Anastasius Bibl. in S. Hilario PP. : *Ubi sunt columnæ miræ altitudinis, quæ dicuntur Hecatonpenta :* altæ scilicet 105. pedibus.

* HECATOVERY, an *Æqua partitio?* Comput. ann. 1382. fol. 6. v°. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. : *Pro vino dominorum meorum qui fuerunt ad Hecatovery prebendarum, x. solidos. Item pro ponderando lanas in granario capituli partitas dominis; et pro illo qui adhecavit partes, etc.*

¶ HECHOITA, Escaeta. Perardus in Burgund. pag. 350 : *Dedi etiam eis . . . et omnes Hechoitas in hominibus quæ ad me devenire debent.* Vide *Escaeta.*

¶ HECK, Retis genus, quo utuntur piscatores, fluvii Isidis Eboracensis accolæ. Statuta ann. 23. Henrici VIII. cap. 18. apud Spelmannum.

* Nostris *Heque*, quo in aucupando etiam utuntur. Stat. pro Bono publico ex Lib. rub. fol. magno domus publ. Abbavil. art. 50 : *Que nulz prende coulons as rois, ne aux Hesques.*

* HECTA. Vide supra *Ecta.*

* HECTHECA, *Solarium : unde dicit Papias : Hecthecas Romæ appellant solaria de cenaculorum parietibus eminentia, sive meniana, ab eo qui primus ea invenit.* Anonymus in Gloss. Bibl. Mss. ex Bibl. reg. : *Hectheca dicitur solarium,* in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

¶ HECTICA, Febris *Hectica*, Gall. *Fievre etique.* Vita S. Celestini PP. V. auctore Jacobo Cardinali : *De miraculo mulieris curatæ ab Hectica.*

¶ HECULANUS, *Eunuchus*, Papias. In MS. Bituric. *Heculaneus.* Amalth. *Heculanus, sulcus.* Idem Papias suo ordine legit. : *Herculaneus, Eunuchus.*

¶ HECUNA, Sulcus, αὖλαξ. Gloss. Lat. Græc. MS. Sangerman.

HEDA, HITHA, Portus. Domesdei, in Descriptione terrarum Regis, Tarensfordiæ, in Comitatu Cantii : *Ibi sunt duo Hede, id est, portus.* Et tit. Chent. Episcopus Bajocens. *Meletune, Heda de 20. sol.* Ubi Spelmannus *Hedam* intelligendam censet de portu minori et minus celebri, et ex Saxon. hæð, Fovea, deducit. Ex hoc, inquit, *Lamb-hit, Quene-hit, Oxburg-hit.* [Monast. Anglic. tom. 2. pag. 142 : *De tota medietate Hithæ suæ apud Hengestesey, cum libero introitu et exitu, etc.*]

* HEDEBRENNE, Qui silvam incendit, interprete Ludewigo ad Leg. Danicas tom. 12. Reliq. Mss. pag. 175.

HEDERA. *Hederam in Pascha, in Choro administrare.* Vide Hemerænm in Augusta Viromand. in Regesto pag. 42. in Charta ann. 1130.

¶ HEDIFFICAMENTUM, Eo nomine significatur id omne quo res aliqua melior fit, Gall. *Amelioration :* quod de domo reparata, vel ædificiis quibusdam aucta, et de agro diligentius culto intelligi potest. Charta ann. 1286. ex Tabular. D. *de Flamarens : Recipienti totam illam domum et localem in quo est, cum introitu suo et exitu et omnibus suis juribus et pertinentiis et Hedifficamentis in dicta domo factis.*

* HEDIFFICARE, pro Ædificare, construere, in Lit. ann. 1357. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 448.

¶ HEDIFICARE, pro *Ædificare*, Ad pie-

Digitized by Google

tatem movere, impellere. Capitula gener. MSS. S. Victoris Massil.: *In illa hora dicta enrabiada . . . que non Hedificabat, sed potius Fratrum animos conturbabat.*

¶ HEDIFICARE VINEAS, Plantare. Instrum. ann. 878. tom. 1. Hist. Occitan. pag. 135 : *De illas vero vineas et maliolos, quos jam dictos Fulcrada Hedificavit super ipsum territorium, a suis partibus obtineat.*

HEDINUS, apud Hispanos, dicitur *Justitiarius Judæorum, qui exercet compulsiones, et mandat sententias executioni, et cognoscit de minoribus causis, etc.* Ita Vitalis Episcopus Oscensis, apud Blancam in Comment. Rer. Aragon. pag. 784. [ab Hebr. דין, Judicium, et articulo præposit. ה]

¶ **HEDIUM**, *Presidium. Hedium, Predium.* Ita vetus Gloss. MS. Sangerm. f. ab *ædes* voces fictæ.

HEDRA, Sedes, lectica, ex Gr. ἕδρα. Bonitus Subdiaconus in Actis S. Theodori Ducis Martyr. n. 12 : *Dispositis equitibus, ipse Hedram auream considens, Heracliam veniebat.*

HEDROTII, HEDROTES. Vide *Heideoti.*

* **HEDUS**, Aries, machina bellica, Gall. *Bélier.* Charta S. Ludov. reg. Franc. ann. 1243. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 75. col. 2 : *Fortericiam Rocaduni eidem Petro, Hedos et balistas nostras et alias armaturas, quæ sunt ibidem, penes te retineas.*

HEERE-SCHILD, Vox Saxonica et Germanica, composita ex heer, exercitus, et schild, vel scyld, clypeus. Gloss. Ælfrici pag. 66 : *Scutum, clypeus*, scyld. Proprie autem est obsequium militare, quo quis Principi obnoxius est : quod *Scutagium* vocant Angli. In Constitutione Friderici I. ann. 1158. apud Goldastum tom. 3. Constitut. Imperial. § 8. est *de Abbatissæ et Episcopi Hereschildo.* Mox : *Si Monialis in Abbatissam, aut Monachus in Episcopum eligatur, per hoc in Imperio Militiæ cingulum, et non jura civilia acquirere possunt,* id est, eo ipso, quo Abbatissæ et Episcopi eliguntur, Regalium quæ tenent jure, militares functiones obire tenentur. Vide *Scutagium.* [** Specul. Saxon. lib. 1. cap. 3. et Specul. Suevic. art. 8. Auctores qui de *Heerschild* egerunt, enumerat Mittermaierus Princip. Jur. German. § 48. not. 22.]

Neque alterius sunt originis voces *Arascild, Arachild,* et *Arischilit,* quæ prave editæ leguntur, pro *Hereschild,* in Lege Longob. lib. 1. tit. 17. § 4. [** Luitp. 134. (6, 81.)] : *In collectione habitantium in uno loco, pro vi inferenda alicui, si plaga illata, aut homo mortuus fuerit, de ipsa collectione compositio fit 20. solidorum ei, qui vim passus est.* Statuti rationem reddit Princeps : *Quia non potuimus causam istam assimilare ad Arascild, nec ad Concilium* (ita leg. pro *Consilium*) *rusticanorum, vel ad seditionem : et plus nobis potuit congruum esse de consilio malo, id est, consilio mortis.* Quo verborum contextu Legislator innuit, ejusmodi conventus illicitos accipi non potuisse pro legitimis conventibus, verbi gratia pro *Hereścild,* id est, conventu ad militiam, vel conventu pro rebus publicis, vel denique conventu pro seditione vel tumultu aliquo pacificando ac sedando. Ita § 5. vis a feminis, maritorum impulsu, illata, ab ipsis maritis emendatur : *Quia,* inquit idem Legislator, *non possumus mulierum collectionem ad Arascild assimilare, neque ad seditionem rusticanorum, quia viri istam causam faciunt, non mulieres.* Ubi paulo secus Editio Heroldi pag. 249 : *Quia non potuimus mulierum collectionem ad Arschild consimilare, neque ad seditiones rusticanorum, quia istam causam viri faciunt, nam non mulieres.* Hoc est, ea mulierum collectio, vel is conventus, capi non potest pro militari collectione, nec pro seditione pacanda, cum res hæc (*causa*) viros spectet, non mulieres. Id autem hoc loco *Hereschild* sonat, quod prave, ut diximus, *Arischild* vel *Arscild,* locis iis dicitur, ut apud Papiam *Arachild,* qui *cavalcadam* recte interpretatur : ut et apud Ugutionem, *Arischilit,* qui *adunationem* perinde recte vertit. Atque inde

HERESCHILD, ut habet Kylianus, dicitur *dignitas originis, clypeus patris ac matris, feudum et clypeus, clypeus feudalis, nobilis prosapia paterna, clypeus militaris, insignia.* Chronic. Laurishamense pag. 88 : *Nam septem principalia beneficia... ad generum ejus Ducem Welephonem transierunt, maximo videlicet Ecclesiæ detrimento. Exinde siquidem militaris clypeaturæ, scilicet Hereschilt, integritas confusa, atque in diversa distracta est, et Ecclesiæ status tam in militari frequentia, quam in re stipendiaria, in suis opportunitatibus et regalibus expeditionibus imminutus est, multorum servitiis in unam personam collatis, solumque remansit inane nomen domini et hominii.* Supra pag. 78 : *Qui communicato 12. illustrium fidelium suorum consilio, quo numero etiam beneficialis summa militaris clypei, qui vulgo dicitur Hereschild, Laureshamensis Ecclesiæ attinens includitur, singulis pro quantitate beneficiis centenos Milites (ut traditur) assignavit.* Idem Chronicon pag. 91 : *Quæ idcirco Rex remiserat, ne forte dignitas regalis Abbatiæ militari clypeo, qui vulgo dicitur Hereschildt, subtracto diminueretur.* Vide *Clypeus.*

[**HEERESTRETE**], HERESTRETE, Viæ regiæ, seu *militares,* uti appellantur ab Eumenio in gratiarum act. sect. 7. et aliis, ab *Here,* exercitus, et *Strete,* seu *Strata,* via. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 10 : *Omnes Herestrete omnino Regis sunt, et omnia gwalstowna eis,* id est, non modo viæ ipsæ, sed et delictorum, quæ in viis regiis committuntur, cognitio Regis sunt. [Consuetudines Furnenses ex Archivo Audomar. : *Si quis rapinam fecerit aut in via aut in Heerstrata super mercatores vel quoscumque alios et in hoc maleficio captus fuerit suspendetur.*]

[**HEERETOCHIUS**], HERETOCHIUS, Ductor exercitus, Magister militum : ex Saxon. heretoga, voce conflata ex here, *exercitus,* et togen, *ducere* : unde Germanis *Herzog,* Dux dicitur, quasi *Dux exercitus.* Qui autem *Heretochii* potissimum fuerint apud Anglos, sic pluribus prosequuntur Leges Edwardi Confess. cap. 35 : *De Heretochiis : Erant et aliæ potestates et dignitates per provincias et patrias universas, et per singulos Comitatus totius Regni prædicti constitutæ, qui Heretoches apud Anglos vocabantur, scilicet Barones, nobiles, et insignes, sapientes et fideles et animosi. Latine vero dicebantur Ductores exercitus, apud Gallos Capitales Constabularii, vel Marescalli exercitus. Illi vero ordinabant acies densissimas in prœliis, et alias constituebant, prout decuit, et prout eis melius visum fuit, ad honorem Coronæ et ad utilitatem Regni. Isti vero viri eligebantur per commune Concilium pro communi utilitate Regni per Provincias et patrias universas, et per singulos Comitatus in pleno folcmote, sicut et Vicecomites Provinciarum et Comitatuum eligi debent : ita, quod in quolibet Comitatu semper fuit Heretochius per electionem electus ad conducendum exercitum Comitatus sui, juxta præceptum Domini Regis ad honorem et utilitatem Coronæ Regni prædicti, semper cum opus adfuerit in Regno. Item qui fugit a Domino vel socio suo pro timiditate belli, vel mortis, in conductione Heretochii sui, in expeditione navali vel terrestri, perdat omne, quod suum est, et suam ipsius vitam, et manus mittat Dominus ad terram, quam ei ante dederat. Heretochii* in Legibus Henrici I. gradu Vicecomitibus inferiores ponuntur : ubi enim de Placitis generalibus Comitatuum : *Intersunt Episcopi, Comites et Vicecomites, Heretochii, Trithingrevi, Ledgrevi, etc.* Ita habet Spelmannus : nam in Editis cap. 7. vox *Heretochii* abest.

¶ **HEERGEWETHE**, in Speculo Saxon. *Vestitus militaris,* ab *Heer,* exercitus, et *Gerœthe* vel *Gewethe,* supellex. Quænam vero ad illum vestitum pertineant, ibidem distincte describuntur. Vide *Hergeweth.*

¶ **HEERGRAVIUS.** Vide *Heregravius.*

¶ **HEERWADIUM**, HERWEDIUM, Militare vadium, a Sax. Heere, exercitus, et Vadium, pignus. *Relevii* species quod ab hærede ad rehabendum feudum paternum vel bona hæreditaria domino præstabatur. Leges feudales Ottonis Comitis in Tecklenburg. apud Ludewig. tom. 2. pag. 301 : *Si filius ministerialis nostri, vel hæres legitimus, si filius non est, patre præmortuo intra annum et diem jus quod Herwede dicitur, in castro nobis vel Camerario nostro præsentaverit, jus bonorum suorum per hoc salvabit. Si vero præsentatum, nec per nos nec per Camerarium nostrum recipere vellemus, sub testimonio Castellanorum hoc relinquet, et sic iterum jus bonorum suorum salvabit. Per equum meliorem præmortui, vel cum dimidia marca, si equus non est, Herwedium exsolvit, dummodo loco et tempore hoc exhibeat, sicut prædictum est. Si vero intra annum et diem exhibere hoc noluerit, bonorum suorum jus perdet. Qui vero propter legitimam necessitatem exhibere non potuerit, vel quia est peregrinus, vel ex legitimis causis detentus, si necessitatem evadit, qua hora sibi de præmortuo innotuerit, ab eadem prædictum anni et diei competit ad Herwadium exhibendum. Item si ministerialis noster moritur sine legitimo hærede, et unus ex cognatione, de qua plures agere possunt pro hæreditate, alios in dolo prævenerit, equum præmortui pro Heerwadio exhibendo; si quilibet aliorum, quibus hæc actio competit, dimidiam marcam exhibuerit nobis debito loco et tempore, sicut prædictum est, eodem modo illos audiemus, sicut eum qui primo loco nobis exhibuit equum. Item exhibitio Herwa-*

Digitized by Google

dii per tutores eorum qui sunt minorennes eodem modo, loco et tempore completur, sicut per hæredes ipsos, qui sunt legitimæ ætatis. Vide *Heriotum, Catallum, Relevium.*

* **HEF**, quid sit nostris, docent Lit. remiss. ann. 1420. ex Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 225 : *Un baston, dit Hef, qui est en maniere de fauchon, que les charretiers ont acoustumé de porter.*

HEGELWITE. Charta Henrici I. Regis Angl. pro Abbatia S. Catharinæ Rotomag. in Regesto Cameræ Comput. Paris. signato P. : *Quietas, liberas... et de lærwite, et de Hegelwite, et de fleanteineswite, etc.* Anglo-Saxonibus h e g e et h e g g e, est sepes, septum, w i t e, mulcta.

HEGIN. Vide *Haga.*

HEGIRA, Muhametanorum æra, quæ a Muhamedis pseudoprophetæ fuga initium habet. Nam cum is ob erroris novitatem de vita periclitaretur, ex Mecha Medinam fugam arripuit. Quia vero Muhamedes, ait Scaliger lib. 2. de Emendat. temp. pag. 136. simia Christianorum est in multis, is principium æræ suæ eadem appellatione donavit, qua Christiani suam a Diocletiana. Ut enim æra Diocletiani dicta est *æra Martyrii*, ita etiam Muhammedis dicta est *Hegira*, a voce Arabica *Hegirathi*, seu *Hegeraton*, ut habet Joan. Hesronita post Geographiam Nubiens. cap. 8. hoc est, διωγμὸς ὑπὲρ τῆς θρησκείας. Cujus quidem auspicatissimæ fugæ tempus incipit in 16. Julii A. Chr. 622. feria 5. *secundum medium calculum, seu* 6. *secundum phasin lunæ*, uti habet Ulug-Beig. lib. de Epoch. cap. 1. Muhammetani menses hujus epochæ a phasi novilunii ad phasim sequentis novilunii numerant : atque hoc intervallum nunquam 30. dies excedit, neque minus est 29. ita ut 4. menses alternatim consequentes 30. dierum sint, et tres 29. sine ullo utrimque excessu e 12. mensibus annum constituunt. Anni itaque et menses secundum eorum usum sunt lunares veri. Sed de hujus epochæ ratione plura habent idem UlugBeigus, Scaliger lib. 7. pag. 763. Leunclavius in Pand. Turc. n. 11. Petavius de Doctr. temp. et alii Chronographi. Vide *Annus.*

¶ **HEGUMENIARCHA.** Vide *Hegumenium.*

HEGUMENI, Ἡγούμενοι. Ita Græci *Abbates* passim vocant, qui *Primates Monasterii* Juliano Antecessori cap. 19. *Principes Monasterii*, in Regula S. Pachomii § 7. 22. dicuntur. Thiofridus Abbas Epternacensis in Procemio libri, tui titulus : *Flores Epitaphii : Olivæ uberi, pulcræ, speciosæ, fructiferæ in domo Domini, sanctæ Trevericæ sedis Archipræsuli Brunoni, Oleaster aridus Efternacensis Cœnobii Hegumenus Thiofridus.* Ita idem Julianus Antecessor cap. 264. Anastasius in Leone III. pag. 124. etc.

Egumenus, absque aspiratione. Ugutio : *Egumenus, i. Dominus.* Liberatus Diaconus cap. 18 : *Egumenus Monasterii Diolchon.* Sic usurpant Leo III. PP. Epist. 10. Paulus Diac. in Miscella, etc.

Eugumenus, perperam apud Guillelm. Biblioth. in Hadriano II. pag. pag. 228. et eumdem Diacon. pag. 762. Edit. Canisii.

Egumenarchium, id forte quod ἡγουμενεῖον vocat Alexii Comneni Novella : Monasterium, vel potius domicilium Hegumeni, ut *Patriarchium*, Patriarchæ. Anastasius in Hadriano I. pag. 119 : *Basilica vero Monasterii S. Anastasii Martyris una cum baptisterio et Egumenarchio, etc.* Alii Codd. habent *Igumenarchio.*

¶ **Hegumenium**, Ea Monasterii pars quæ peregrinis recipiendis propria erat. Passio SS. 20. Martyrum tom. 3. Martii pag. 171 : *At Hegumeniarcham, id est, eum qui peregrinis præpositus erat in Hegumenio commorantibus, Joannem nomine, compositis optimisque moribus adolescentem ubi diaboli satellites agnoverunt, mille affectum plagis... non permiserunt pedibus introire in Ecclesiam.*

HEIA, **Heiare.** Vide *Haga, Hercia.*

¶ **HEIBOTE.** Vide in *Haga.*

HEIDEOTI, Factio quædam in urbe Leodiensi, de qua magnum Chronicum Belgicum ann. 1403 : *Cœperunt certi cives Leodienses, qui seipsos nominabant Heideotos, (quod interpretantur multi de Gallico in Latinum, Osores justitiæ) rebellare D. Joanni de Bavaria, Electo Leodiensi.* Vim vocis Gallicæ non omnino percipio. *Hair*, et *Heir*, est odisse : verum *Heideotos* potius nominasse se, quasi *Idiotas*, censerem, nisi non *Heideotos*, sed *Hædrotios* appellatos scriberet Suffridus Petri in eodem Joanne Episc. cap. 4. qui vocis hujus posterioris vim pariter attigit : *Erat illic genus hominum factiosorum, qui ob effrenem linguæ petulantiam, qua sine pudore legitimis suis magistratibus ad captandam auram popularem obtrudebant, Hedroten, sive Hedrotii vocabantur.*

¶ **Haidrotii**, in Chron. Cornelii *Zantfliet* apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 361. ubi et de vocis etymo diserte docemur : *Anno* 1403. *quidam filii iniquitatis, Gallice Haidroits, id est, odientes jus et æquum, cives Leodienses cœperunt rebellare contra dominum Leodiensem Electum inclytum Johannem de Bavaria, nitentes contra Deum, justitiam et rationem posse tenus destruere jurisdictionem ecclesiasticam in plerisque modis et formis, etc.* Ibidem col. 362 : *Odium tamen quod in cordibus dictorum Haidrotiorum suscitatum fuerat, nondum poterat radicitus extirpari ab eisdem.*

¶ **HEIDONES**, Gentiles, pagani, idololatræ, a Germ. *Heyde*, Gall. *Gentil, Payen.* Epistola ad Archiducem Austriæ ann. 1589. apud Ludewig. tom. 6. pag. 328 : *Quidam ex nostris Heidonibus transfuga factus est.*

¶ **HEILIGOWE**, Sacer pagus. Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 12. ubi de B. Notkero Balbulo : *Igitur beatus Notkerus de pago, qui Turgowe dicitur, oriundus fuit, et in vico qui Sacer-pagus Latine, vulgariter Heiligowe appellatur, etc.* Teutonibus *Heilac*, Sanctus. Vide Schilter. in hac voce et infra *Helechvelt.*

¶ **HEIMBURGENSIS**, **Heimburgius**, Apparitor, præco. Jus Argent. lib. 1. cap. 1. apud Schilter. in Gloss. Teuton. : *Ad scultetum pertinet statuere tres personas (precones) quos Heimburgenses dicimus, unum in interiori scilicet veteri urbe, duos in exteriori.* Chronicon Wormat. apud Ludewig. tom. 2. pag. 78 : *Apud Wormatiam seu Vangiones, supremus olim judex erat camerarius tempore adhuc Francorum Regum; mansitque etiam succedentibus Episcopis, quorum nomine tres singulis annis placita in curia Episcopali exercebant, Januario, Aprili et Junio. Judici camerario* XVI. *apparitores præsto erant, quos Heimburgios appellabant.* Si tamen vim nominis spectes, idem est qui judex, Præfectus vici, a Teuton. *Heim*, Vicus, villa. [** Vide Halt. Gloss. Germ. col. 856.]

HEIMERE. Chronicon Montis-Sereni ann. 1218 : *Fames magna facta est, quæ priori anno inchoata tantum invaluit, ut modius siliginis, qui vulgo Heimere dicitur,* 3. *marcis, et nonnunquam carius venderetur.*

HEIMSUCHUNG. Jura Ecclesiæ Bambergensis pro advocatia, in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 50 : *Quandoque vero non solummodo causæ ad ejus* (Advocati) *examen spectant, id est, vehtat, notnunft, nahprant, Heimsuchung, et furta : horum reus vadiabit Advocato* 60. *nummos pro pelle et capillis suis.* Vox ejusdem originis, fortean etiam notionis, ac ea, quæ sequitur.

HEIMZUHT, Expeditio hostilis, Germanis *Heimzuch*, ut vult Lindenbrogius. Lex Bajwar. tit. 3. cap. 8 : *Si quis liberum hostili manu cinxerit, quod Herireita dicunt, id est, cum* 42. *clypeis,... si autem minus fuerint scuta, veruntamen ita per vim injuste cinxerit, quod Heimzuht vocant, componat, etc.* Theutonibus *Heymen*, est sepire, obvallare : *Heyminghe*, sepimentum, a quo potius ducendum videntur vocis etymon. Vide *Hamsoca* et *Hussuchung.*

HEINFARE, **Heinfara**, et **Hainfar**, Discessio, fuga, lapsus servi, ex Angl. *Hein*, famulus, servus, et *Far*, iter, transitus. Dicitur et mulcta, quæ hoc nomine penditur, et ipsa jurisdictio animadvertendi in servos fuga lapsos. Domesdei : *Heinfaram qui fecerit,* 100. *sol emendet.* Alibi : *Si quis occiderit hominem Regis, et facit Heinfaram, dat Regi* 30. *sol. de solutione hominis, et de forisfacto* 100. *sol.* Rursum alio loco : *Istæ consuetudines pertinent ad Tantone, Burgherisch, latrones, pacis infractio, Hainfare, etc.* Ex Spelmanno.

¶ **Haufare**, Eadem notione. Consuetud. antiquæ Norman. in Concilio apud Lillebonam ann. 1080. celebrato confirmatæ apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 118 : *Nulli liceat in Normannia Haufare facere, vel incendium, vel raptum mulieris, vel nammum capere, quo fieret inde clamor apud eum, qui clamorem inde habere debuit.*

HEIRONES, Ardeæ, erodii, *Herons* nostris, accipitrum nobilium species primaria. Charta Anglica de Forestis, apud Matth. Paris, et in libro inscripto *Pupilla oculi : Ærias accipitrum, fulconum, aquilarum, et Heironum.*

* **HEISA**, **Heisia**, f. Silva sepibus septa, idem quod *Haga.* Vide in hac voce. Charta Henr. Hosati inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 535 : *Dedi... unam croftam, quam Robertus filius Seman tenuit juxta Heisiam de Demesford.* Infra semel et iterum *Heisa. Heas* vero Virgam sonat, in Lit. remiss. ann. 1459. ex Reg. 188. Chartoph. ch. 114 : *Le suppliant print ung Heas de hayes d'environ la grosseur d'une verge d'aguillon.*

¶ **HEISSESIN.** Vide *Assasini.*

Digitized by Google

* **HEKET** vel **HECQUET**, nostris Ostium cohortale. Vide supra *Haisellus*. Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 35. r°. ad ann. 1265 : *Tempore refectionis et fimationis ortorum, debet idem Radulfus ibidem facere hostiolum, Gallice dictum Heket, per quod homines cum vehiculis fimum et sabulonem ad ortos deferentes. . . . transibunt.* Lit. remiss. ann. 1427. in Reg. 174. Chartoph. reg. ch. 2 : *Le suppliant ouvri le Hecquet de la court et entra en icelle court. Hec* vero est dimidia porta, qua pars inferior introitus clauditur. Lit. remiss. ann. 1367. in Reg. 97. ch. 427 : *Le suppliant estoit à son huis appoié sur son Hec, qui fait aussi que demi closture d'un huis.* Aliæ ann. 1400. in Reg. 155. ch. 292 : *Ilz alerent ensemble heurter au Hec de l'uis de l'ostel dudit Obery, duquel Hec ilz rompirent un ais ou deux. Héquet*, Nomen cujusdam carceris apud Rotomagum, f. ab *Henghen*, carcer, custodia. Vide in hac voce. Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 131. ch. 105 : *Icellui Roulant se muça et tapy derriere un pilier où post de bois en un cornet près d'une prison, appellé Héquet* (a Rouen). *Hecquer* vero est cultro baculum acuere, ut videtur, in aliis Lit. ann. 1418. ex Reg. 170. ch. 194 : *Le suppliant s'esbatoit avec les compaignons et Hecquoit d'un petit coustel qu'il avoit à sa dague un baston.*

¶ **HEKFORE**, Juvenca, Anglis *Heifer*, Gall. *Genisse*. Computus ann. 1407. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 548 : *Et de* XII. *den. receptis de debili vitulo cujusdam Hekfore vendito prædicto Johanni hoc anno.*

¶ **HELBLING**, Monetæ genus. Vide *Hallenses*.

¶ **HELCHIA**. Charta Walteri Abb. S. Quintini de Monte ann. 1214 : *Sciat universitas vestra quod cum nos... in aqua communi de Buiescourt supra molendinos de Fullieres crustam unam cum Helchia et furnum de Biescourt cum mansura ejusdem furni longo tempore possedissemus, etc.* Quæ verba in Regesto ann. 1665. Gallice redduntur, *une Crouste avec une Huche*, quo significatur Arca lignea major ubi pisces in aqua servantur.

HELCINIENTES. Charta Theodorici Comitis Flandr. ann. 1151. in Tabulario Monasterii S. Bertini : *Non solum quidem terrarum, sed et omnium rerum, quarum decima in sancta Ecclesia persolvitur ab Helcinientibus* (sic) *et submanentibus ex integro decima S. Bertino persolvatur.*

¶ **HELECHVELT**. Iperius in Chron. cap. 20. part. 3 : *Sanctus campus vulgariter Helechvelt, nunc vero corrupto nomine Hellefaut nominatur. Locus-Ecclesiæ* dicitur in Mirac. S. Bertini cap. 7. Vide *Heiligowe*.

* **HELECTUS**, pro Electus, in Sentent. arbitr ann. 1302.

¶ **HELEFURLUNGA**. Vide *Furlongus*.

¶ **HELEMOSINA**, pro *Eleemosyna*. Charta Goffridi Comitis Alisinæ ann. 1177. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 1012 : *Pro fidelium defunctorum anima Helemosinam dari præcipiatur.* Syllabus Rubricarum ad Leges palatinas Jacobi II. Regis Majoric. tom. 3. SS. Junii pag. VIII : *De Helemosina per helemosinarios præstanda.*

¶ **HELEMOSINARIUS**, et **HELEMOSINARIUS**, pro *Eleemosynarius*. Syllabus Rubric. ad Leges Palatinas Jacobi II. Regis Majoric. tom. 3. SS. Junii pag. VIII : *De Scholari capellæ, de Helemosenariis.* Constitutiones MSS. Ordinis Cluniac. *Nullus Monachus infra bannos exemptionis nostre comedat aut bibat... videlicet in grangia Helemosinarii, etc.*

¶ **HELEMOSINATOR**, Qui dat in eleemosynam ecclesiæ, monasterio vel pauperi. Charta ann. 1030. tom. 1. Hist. Lotharing. col. 407 : *Hæc sunt nomina Helemosinatorum, cum elemosinis suis : Domnus Imperator Chaonradus, libras* XV. *et auri uncias* IV. *Domna Imperatrix, etc.* Vide *Eleemosynarii* 3.

¶ **HELERA**. Testamentum Armandi *d'Alegre* ann. 1263. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1119 : *Item volo et præcipio quod dicta domus de Camps percipiat in solutum pro mille solidis Podiensibus quos debeo eidem, prædicta Helera dictæ Catherinæ filiæ meæ tertiam partem proventuum dicti mercati d'Alegre.* Locus perobscurus. An legendum *Heredia?*

¶ **HELFENG**. Vide *Halsfang*.

¶ **HELIGEVORST**. Vita S. Deodati Nivern. Episc. sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 473 : *Beatus Deodatus ad quemdam locum pervenit, qui Teutonico idiomate Heligevorst, Latino Sancta-silva vocitatur, juxta opidum quod Hegenowia dicitur, in Alsatiæ finibus situm.* Vide *Heiligowe*.

HELIOGABALUS, ita Sol dictus apud Gabalitanos. Vocem Arabicam esse contendit Scaliger, *Alagabal*, uti præferunt aliquot nummi, i. e. *Deus Habalitarum*. Sed de Heliogabalo, et Antonino Imperatore ita nuncupato, multa congessere idem Scaliger in Notis ad Eusebium pag. 231. ult. Edit. lib. 1. Epist. pag. 209. Casaubonus et Salmasius ad Lampridium, Fullerus, lib. 1. Miscell. cap. 14. et alii.

¶ **HELITIATUS**, Extra omnem litem positus. Præceptum Childeberti III. Regis Franc. ann. 697. apud Mabill. Diplom. pag. 480 : *Omni tempore contra ipso Drogone et conjuge sua Adaltruta aut herides eorum, vel cujuscumlibet de parte eorum omni tempore habiat evindecatum adque Helitiatum.* Vide *Elitigare*.

* **HELLEBIC**, Præstatio pro piscibus, qui Parisios importabantur. Lit. Caroli VI. ann. 1403. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 614 : *Certain tribut ou impost sur leurs denrées, appellé Hellebic, ... c'est assavoir sur chascun pennier de poisson de mer . . . . vendus esdictes halles, deux deniers Parisis, etc.* Vide *Hallebic*.

* **HELLEBIT**, Ludi genus. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 227 : *Icellui Fouquant et autres avoient joué au Hellebit audit Cayeu, et après alerent boire en la taverne.*

* **HELLEMPARTA**, Hastæ species, quam *Hallebarde* dicimus. Sic Latine reddit μανάρα Nicet. in Andronico lib. 2. ut observat ipse Cangius pag. 296. in Villehard.

* **HELLEQUINUS**. Guill. Paris. in Tract. de Universo part. 2. cap. 12 : *De equitibus vero nocturnis, qui vulgari Gallicano Hellequin, et vulgari Hispanico Exercitus antiquus, vocantur, nondum tibi satisfeci, quia nondum declarare intendo qui sint, nec tamen certum est eos malignos spiritus esse.* Radulf. *de Presles* ad lib. 15. cap. 23. de Civit. Dei : *La mesgnée de Hellequin, de dame Habonde et des esperis qu'ils appellent Fées, qui apperent és estables et és arbres, etc.* Vide *Fadus*.

HELLINGUS. Vide *Hallenses*.

¶ **HELLIRUNA**, Maga. Vide *Alyrumnæ*.

¶ **HELLOUS**, *Vorax, insatiabilis*, pro Helluo, in Gloss. MS. Sangerm. n. 501.

¶ **HELLUABUNDUS**, *Multum bibens, ebriosus*. Id. Gl.

* **HELLUUS**, *Rufus, pallidus, vel navisia*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

¶ **HELMARC**, Dimidia pars marcæ, a Germ. *Hel* vel *Half*, dimidium; et *Marc*, marca. Consuetudines antiq. Norman. in Conc. apud Lillebonam celebrato ann. 1080. confirmatæ apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 119 : *Nulli licuit in Normannia monetam facere extra monetarias domos Rothomagenses et Bajocenses : et illam medium argenti et ad justum pensum, scilicet* VIII. *solidorum in Helmarc.*

¶ **HELMBARTE**, Kiliano, *Quiris, bipennis, securis Romana, securis Amazonia. Barde i. dolabra, quod scilicet cassidem dolare, et galeam asciare possit uciei duritia.*

¶ **HELMVARIPHA**, Vox Arabica, Quandrangulum irregulare seu inæquale, quod vel duos obtusos habet angulos, et duos acutos, vel rectos duos, unum obtusum, et unum acutum. Goclenius in Lexico Philos. : *Impossibile est Helmvariphan aut tres rectos aut tres obtusos angulos habere.*

1. **HELMUS**, Cassis, galeæ conus, *Heaume* Gallis, *Helmo* Italis, *Helm* Cambro-Britannis Glossarium Theotiscum : *Cassis, Helm*, (*Heldenbuch*). Lindenbrogius a Germanico deducit, Spelmannus a Saxonico, Gloss. Ælfrici : *Galea*, læfel, helm. [Gloss. MSS. ad Bedæ Gutbertum : *Cono, i. e. Helme.* Ab *Helen*, celare, accersit Ecardus, quia caput galea celat : unde *Celata* Italis dicitur.] [** Vide Graff. Tesaur. Ling. Frang. tom. 4. col. 856.] Occurrit in Legibus Ripuariorum tit. 36. § 11. in Chronico Besuensi pag. 578. in Testamento S. Everardi Ducis Forojul. etc. *Heaume* in Legibus Norman. Guill. Nothi cap. 22. 23. 24. quam vocem non percepit Seldenus. *Heaume à broces*, apud Bellomanerium cap. 62. *Heaume à visiere*, in Assisiis Hierosol. cap. 95. [*Heaume à vissere*, in Testam. Odonis de Rossilione ann. 1298.] *Gelmus Silvanectensis*, in Poem. *de Garin* :

Puis lace l'iaume, qui fut fait à Senlis.

Helmus gemmatus, ibidem :

L'auberc vestu, lacié l'iaume gemé.

[Le Roman *d'Athis* MS. :

D'Eaumes gemés, blans et fourbis.]

Poeta vernaculus MS. :

Parmi son Elme agu qui fu à or portrais,
Feri Clarjus l'Indois qui d'amour faisoit gais,
Pour la tres-grant beauté la belle Fezenais,
Trestut en abati hericles et balais.

Herme etiam pro *Helme* dicebant. Idem Poeta :

Mil Chevaliers à hauberes et à Hermes.

Alibi :

L'en le desarme de l'haubers et de l'Herme.

Digitized by Google

Elmete, in Consuetud. Hannon. cap. 79. Vide Gloss. ad Villard. verbo *Hielme*.

* *Aiume*, apud Guill. *Plagon* in Hist. contin. Guill. Tyrii tom. 5. Ampl. Collect. Marten. col. 622 : *Il* (le Chevalier d'Espagne) *portoit une chaine de fer sus son Aiume*. Forte pro *Iaume*, ut in Poem. Garini.

* *Hyalme* et *Ielme* præterea nostri dixerunt. Manit. castror. dom. reg. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 93. r° : *iiij. Helmes duplices, xxvj. capellos ferri*. Froissart. vol. 1. cap. 29 : *Ils eurent convenant de défier le roy de France, et d'aller avec le roy d'Angleterre quand il lui plairoit, et que chacun le serviroit à un certain nombre de gens d'armes, à Heaumes et timbres couronnées*. Pedag. Bapalm. in Chartul. 21. Corb. : *Le Hyalme, un denier*. Le Roman de *Robert le Diable* MS :

Ses escus qui bien est clavés
Ne fust il mie mieulx froés,
Ne ses Ielmes mieulx detrenchiés, etc.

☞ Circulo aureo cassides, Regum præcipue, ornabantur. Testis est le Roman *d'Athis* MS. :

O les espees se requierent,
Es Heaumes poins grans cops fierent,
Trenchent les cercles ormier,
Et par dessus trenchent l'acier.

Infra :

Sur le Heaume fiert le Roy
Du cop le mist en grand effroy,
L'acier en faulse, brise et ront,
Et le cercle d'or tout en confent.

Gelmus, ex Hispanico *Hyelmos*, in Testamento Ranimiri Regis Aragon. æræ 1099. in Hist. Pinnatensi lib. 2. cap. 38.

¶ 2. **Helmus**, Culmen, tectum, Anglo-Saxon. *Hælme*. Verelius in notis ad Herrauds Saga pag. 83. observat, suis *Hialm* esse tectum quatuor perticis affixum fœno vel segetibus tegendis aptum. Tabular. Abbatiæ SS. Trinitatis Cadom. fol. 21 : *Ricardum etiam de Gracio qui habet duos bordarios, et horreum suum et Helmos, et hoc totum quod habet Helto Dapifer in eadem villa*.

* 3. **Helmus**, Gall. *Heaume*, Monetæ species, a casside ibi sculpta sic haud dubie dicta. Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 132. Chartoph. reg. ch. 151 : *Se chascun d'eulz vouloit paier une somme d'argent, appellé au pais* (Tournay) *Heaume, ilz auroient du vin assez*.

¶ **Helna**, Helenium, enula campana, species plantæ, Gall. *Aunée*. Hinc

¶ Helnatum Vinum, Hac scilicet herba conditum. Bernardi Ordo Cluniac. part. 1. cap. 8. in vet. Discipl. Monast. pag. 151 : *In vindemiis collecta Helna a famulo suo, qui doctus est inde, et ex altera parte aliis herbis quæ huic negotio aptæ sunt, facit in uno vase unum* (leg. vinum) *Helnatum, in altero herbatum*.

* **Helotis**, Sarmatica lues, sive plica Polonica. De ea Joan. Agricola, Joan. Th. Minadous, et alii, ut monuit D. *Falconet*.

¶ **Helovitreum** Vas, pro *Holovitreum*, totum vitreum. Vox ibrida. Vita S. Odilonis Abb. Cluniac. auctore Petro Damiano tom. 1. Januar. pag. 74 : *Aliquando Imperator Henricus dum apposita mensa discumberet, vas illi Helovitreum valde pretiosum et Alexandrini operis arte compositum, cum tritis et pigmentis allatum*. Vide *Holovitreus*.

¶ **Helowe wall**, Domus fastigium, ut videtur, Gall. *Pignon*, a Saxon. Helan, operire, et Angl. *Wall* domus. Computus ann. 1425. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 573 : *Et in solutis eidem dominæ* (*Reginæ*) *pro quodam Helowewal unius domus apud Curtlyngton annuatim* 11. *den*.

Help, Piscis majoris species. Charta Guidonis Comitis Pontivensis in Tabul. Abb. S. Judoci : *Ita quod si quis piscator ceperit infra terminos maris circumadjacentis sturjonem et salmonem, et porcum marinum, et Help, in jus cedit Ecclesiæ totaliter et integre*. Vide *Craspiscis*.

* *Helpinum* ediderunt Benedictini tom. 10. Gall. Christ. col. 336. inter Instr.

¶ **Helperoup**, Subsidium, suppetiæ. Belgis *Helpe*, Gall. *Secours*, *aide*. Consuetud. Furnenses ann. 1240. ex Archivo Capituli Audomar. : *Qui de nocte ad Helperoup cum armis venerit, excepto canipulo et tortuosa nichil emendabit, nisi cum armis alio modo forefecerit. Similiter qui de die venerit ad Helperoup contra bannitos vel latrones, etc.*

Helswinde. Vide Hermannum Contractum pag. 562. Edit. Canisii.

¶ **Helucus**, pro Elucus, Capitis gravitas a vino creata. Tertullianus de Corona cap. 7 : *Harpocration industria hederatum argumentatur, quod hederæ natura sit cerebrum ab Heluco defensare*.

* **Helvesuatenses**, Iidem qui Helvii seu Vivarienses. Stat. eccl. Tullens. MSS. fol. 76. r° : *Sunt autem alii* (confratres ecclesiæ nostræ) *extra diocesim ab antiquo, videlicet .... Helvesuatenses, pro quibus tenemur semel in anno solemniter missam celebrare pro defunctis*.

Helvitice. Liber 3. Miraculor. S. Dionysii cap. 14 : *Haud Helvitice habeo, quod loquar pro Dionysio, cum qui jam Sanctorum sociatus in cælo pollet exercitibus, apologia nostra minime indigeat*.

Hemero, Ἄρπαξ, in Gloss. Lat. Græc. ubi Goldastus ad S. Valerianum emendat *Hamaro* : hunc vide pag. 63. [* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. leg. *Hemerocoetus*, ex Gr. ἡμερόκοιτος.]

** **Helus**. Virgil. Grammat. pag. 138 : *sunt* (pronomina) *quæ tetracasibus declinantur, ut Helus, helius, heli, helium ; heliæ etc. ; helum etc*.

¶ **Hemerodromi**, Quasi diurni cursores, tabellarii, a Græco ἡμέρα, dies, et δρόμος, cursus. Historia cædis SS. in Sina auctore S. Nilo tom. 1. Januar. pag. 962 : *Et ad eum quidem mittunt duos ex iis qui apud ipsos vocantur Hemerodromi accusantes quod inita fregissent fœdera*.

* **Hemerotrophus**, Diurnus cibus, Gr. ἡμεροτρεφος. Vide supra *Chœnix*.

* **Hemicyclus**, Semicircularis. ἡμίκυκλος, *semicirculus*, in Gloss. Gr. Lat. *Occupante locum fornice Hemicyclo*, apud Murator. tom. 19. Script. Ital. col. 50.

¶ **Hemigranea**, Hemigrania. *Dolor* medii imo et totius capitis, Gall. *Migraine*, a Græco ἡμισυς et κρᾶνιον. Vita S. Bernardini Senensis tom. 5. Maii pag. 285. * : *Doloremque totius dextræ partis capitis patiebatur continue, quod Hemigranea a medicis nuncupatur*. Miracula B. Coletæ tom. 1. Martii pag. 596 : *Ad minus semel in mense pati consuevit gravem et acerbam valde capitis ægritudinem cum ejusdem maximo dolore, quam medici Hemigraniam vocant*.

Hemina, in Regula S. Benedicti cap. 40. est certa vini mensura, quam Monachis sufficere per diem existimavit, de cujus quantitate multa habent Regulæ Interpretes, quæ collegit Haeftenus lib. 10. Disquis. Monast. tract. 4. disq. 2. ac præsertim nuperus Scriptor in Dissertat. Gallica de vini hemina et libra panis in Regula S. Benedicti, edita ann. 1667. [Adde Menardum in Concordia Regularum, Martenium in Commentario ad Regulam S. Benedicti et Johannem *Pelletier* in Dissertat. Gallica de libra panis et de vini hemina S. Benedicti ad calcem Dissertat. de Arca Noe. *Emina appendit libram unam, quæ geminata sexarium facit ; habet drachmas centum*. Papias. Epistola Theodemari Abb. Casinensis an. circiter 790. ad Carolum M. : *Quas duas mensuras æstimaverunt majores nostri Eminæ mensuram esse*.] Charta anni 858. pro Monasterio Deiparæ Suession. : *Vini modii* 600. *et mellis modii* 10. *ad dandas omni tempore regulares Eminas, vel in solennitatibus mixtas purasque potiones propinandas*. Alia Caroli C. ann. 872. in Hist. ejusdem Monasterii pag. 435 : *Ad cotidianum vero vel festivum potum a Præposito loci annuatim* 250. *modii eis dabuntur, quando plena fuerit vini abundantia ; et hæc mensura per dies singulos, Sacerdotes Eminam, id est, tres libras ; Diacones duas ; Subdiacones, vel minorum ordinum Clerici, unicas vini libras accipiant*. Apud Palladium de Architectura : *Cyathi novem Heminam faciunt. Heminæ duæ sextarium complent. Sexterii sex congeum reddunt*. Scriptum de ponderibus et mensuris, laudatum a Mabillonio : *Libra una et semis Heminam facit : duæ Heminæ sextarium reddunt*. Vide Gloss. med. Græcit. in Ἡμίνα, col. 478. et Append. col. 80. et quæ in hanc rem commentatur idem Mabillonius in Præfat. ad tom. 5. Vitar. SS. Ord. S. Bened. num. 158.

☞ Quidquid sit de celebri controversia quæ circa heminam vini inter eruditos viros olim versata est, certum omnino est non ejusdem capacitatis ubique exstitisse hanc mensuram, etiam in Galliis nostris. In quibusdam locis circa Bellijocum Hemina vini eadem est ac semi-asinata ; Asinata vero valet octo quartas vini. In Delphinatu Hemina vini æquivalet sextario ; utraque enim mensura 2. s. perinde æstimatur in Tractatu D. *de Boesliou*. Aliæ autem differentiæ colligi possunt ex auctoribus a D. *Lancelot* in Dissert. de Hemina vini laudatis ; plerosque licet illorum in æstimatione hujus mensuræ, potius ad usus suos respexisse, quam ad intimam illius capacitatem, mihi vix dubium sit.

* Vocabul. Cassin. ann. circ. 700 : *Emina vini habet uncias xvj. Emina olei habet*

Digitized by Google

uncias xij. Emina mellis habet uncias xxiiij.

Emina, [et Eymina], Mensura frumentaria. Charta Rogerii Vicecom. Biterrensis ann. 1149. apud Catellum lib. 4. Rerum Occitan. : *Etsi forte aliquis homo vel femina Biterris vendiderit suum bladum ad suam Eminam vel sestarium, etc.* In Consuetudine Divionensi dicitur Emina constare 2. bichetis : *En l'esmine de grains mesure d'illec a 2. bichots, etc.* Vide eumdem Catellum in Hist. Comitum Tolos. pag. 218. [Capitul. gener. MS. S. Victoris Massil. ann. 1227 : *Statuimus quod census bladi qui debent solvi Monasterio de Prioratibus, ad Eminam Massiliensem quæ nunc currit solvant de cætero.* Instr. ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 86 : *De quacumque quantitate bladi venditi, videlicet de una Hemina, ut supra, capitur una cazeola pro qualibet Hemina.* Inventarium MS. ex Archivo Principis *de Rohan : Item unam Eyminam frumenti et* 5. *pictas quas serviunt Petrus Verderii, etc.* Saisimentum Comitatus Tolosæ apud D. *la Faille* tom. 1. Annal. Tolos. inter Probat. pag. 17 : *Et unam Eminam bladi de quolibet foco habente bestiam carregii, etc.* Tabular. Casæ-Dei : *Et dono ad Bonam-fontem* 1. *Eminam de segle.*]

☞ Nec minus variavit Hemina solidorum quam liquidorum : pro sextario interdum accipitur. Charta ann. 1242. : xvi. *Emynas seu sesteria annonæ ad mensuram Aquis... Unum modium seu* xvi. *sexteria.* Ita etiam in novo Custumar. tom. 4. part. 2. pag. 1008. art. xi. ubi *Heminam* per vocem *Setier* reddidit Gallicus interpres. Alibi *Hemina* duos bichetos valet : cujus ponderis fuerit apud Massilienses utcumque æstimare licet ex Statutis ejusdem civitatis lib. 1. cap. 53. num. 4 : *Decernentes similiter quod nullus faciat saumatam portandam ad molendinum in qua sint plus quam septem Eminæ annonæ.* Alicubi *Hemina* Massiliensis 8. civaderias continere dicitur; civaderia vero fere æquiparatur modio Parisiensi.

* *Emina bassa*, eadem atque *rasa*, quæ cumulatæ opponitur. Charta ann. 1344. in Reg. 87. Chartoph. reg. ch. 45 : *Item relicta Simonis Bernerii unam Eminam bassam..... Item Matheus Marmerii unam Eminam avenæ ad mensuram bassam. Ymal*, in Testam. Isabellæ dom. *de Bauzemont* ann. 1407. ex Bibl. reg. : *Je donne aux quatre ordres mendians.... chascun vint Ymal de froment.* Pluries ibi. Apud Castellionem ad Sequanam sextarius constat duabus *heminis*, hemina vero duobus *bichotis*, ex Terreario ejusd. in Cod. reg. 9898. 2 : *Les deux bichots font une Emine; les deux Emines font ung setier; douze setiers font ung muy de blé.*

¶ Eminale, Eadem notione, idem ac Sextarium, Gall. *Setier*. Charta Willelmi Montispessul. domini ann. 1103. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 2. pag. 728 : *Sestairalaticum dono vobis de omni blado, et de omni legumine, et de farina,... si mensurantur cum seistarale vel Eminale.* Ubi particula *vel* explicativa est, non disjunctiva : utriusque enim mensuræ eadem est præstatio. Tabular. B. M. Accinct. : *Remisit etiam* ix. *denarios censuales et unum Eminale avenæ.*

¶ Heminale Salis, Mensura unius heminæ salis capax, simul et præstatio quæ pro distractione salis exsolvitur, duodecima scilicet heminæ pars de unaquaque vectura. Charta ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 91 : *Joannes de Aurïis... dedit, vendidit... quidquid juris... habebat, et in rebus quæ inferius subsequuntur; videlicet in Heminali salis de Mura, cum quo Heminali mensurare consueverunt et debent, et dictus Joannes venditor pro dicto Heminali accipere debebat et consuevit, ut inferius sequitur, videlicet pro quolibet animali portante sal ad vendendum in dicto mandamento, unam moydam, de quibus valent duodecim unam Heminam salis.*

* Heminata, Modus agri unius *heminæ* capax. Stat. Avenion. lib. 1. rubr. 18. art. 1. pag. 52 : *Ad rationem certæ pecuniæ pro qualibet Heminata prædiorum.* Ibid. rubr. 48. art. 1. pag. 133 : *Ad solutionem pro modo jugerum seu numeri Heminatarum.*

Eminata Terræ, Modus agri unius heminæ capax, ut modiata, unius modii, etc. *Eminée de terre*, Arvernis, *Eminada terræ*, in Charta Raimundi Comitis Tolosani ann. 1248. in Regesto Tolosano Cameræ Comput. Paris. f. 46. Charta ann. 1300. in Regesto Philippi Pulcri Regis Fr. ann. 1299. Tabularii Regii n. 47 : *Tres cartonatas, et unam Eminatam terræ, cum quodam pradello, etc.* Alias vide in Tabulario S. Dionysii de Capella Diœcesis Bituric. Ch. 104. et in Tabulario Absiensis Monasterii apud Duchesnium in Hist. Castanerensi pag. 3.

Eminagium, Præstatio ex quacumque emina frumenti, aut alterius grani. [Charta Philippi Aug. Reg. Franc. ann. 1183. in Chartophylacio regio Regest. 91. Ch. 448 : *Dedit etiam eisdem unum modium frumenti ad mensuram Parisiensem in granchia sua Compendii, vel Eminagio illius oppidi. Sisa heminarum*, Impositio, præstatio *Eminagii*, in Charta ann. 1251. Vide *Sisa. Aminage*, in Charta Johannis Reg. Fr. Regest. 91. Chartophylacii regii num. 502 : *De lever aussi Aminage de boulengiers faisans ou vendans pain de leur labour.* Ibidem : *Item, quant à l'Aminage que le vextier demande aus Talemeliers de blef que is cuient, qui est leur labeur et heritage.*] Charta ann. 1278. Joannis de Vergeio Senescalli Burgund. : *Item volo et concedo, quod si ego vel hæredes mei in villa seu castro de Fontisuenna... aliquod forum seu nundinas... faceremus vel instituneremus, quod dicti Religiosi totum Eminagium dictarum nundinarum... habeant et percipiant.* In Regesto feodorum Burgundiæ 2. part. fol. 97. fit mentio *Eminagii Divionensis*, in Charta anni 1245. Vide *Pisa.*

* Charta ann. 1197. ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Concessi insuper eisdem theloneum et Eminagium singulis diebus, hominum scilicet in burgo S. Romani et in ipsius parochia residentium : Eminagium etiam extraneorum, qui annonas suas habebunt in terris monachorum, ipsis concessi diebus singulis habendum. Esminaige*, in Libert. villæ *de Grancey* ann. 1348. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 160. art. 3.

¶ Hemina, Eadem notione, ni fallor, qua *Eminagium*. Testam. Guinardi Comit. Ruscin. ann. 1173. in Append. ad Marcam Hisp. col. 1360 : *Relinquo etiam eis* (Templariis) *ipsas Heminas de Perpiniano.*

Imina, pro *Emina*, in Charta ann. 1136. apud Joffredum in Nicæensibus Episcopis pag. 167.

¶ Exemina, Eodem significatu. Charta Borelli Comit. Barcin. ann. 964. in Append. ad Marcam Hispan. col. 884 : *Dono ego Borellus Comes et Marchio... sestarium de civada, et Exeminam unam de vino.*

* **HEMIOLIUM**, Sescuplum. Gloss. Gr. Lat. : Ἡμιόλιον, *Secuplum.* Pœnit. vetus MS. ex Conc. Nicæno cap. 17 : *Si quis inventus fuerit.... usuras accipiens aut ex inventione aliqua, vel quolibet modo negotium transiens, aut Hemiolia, id est sexcupla, exigens, vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri, dejiciatur a clero, et alienus existat a regula.* Eadem habet Concil. Aquisgr. cap. 40.

* **HEMIOLIUS**, Numerus sesquialter, apud Gell. lib. 18. cap. 14. Glossar. Lat. Ital. MS. : *Hemiolus, che tene tuto, e poy mezo.*

* **HEMIPLEXIA**, Paralysis, qua dimidia pars corporis laborat, in Epist. Andr. Morelli ad Jac. Perizon. ex edit. Amstel. ann. 1702. pag. 8.

¶ **HEMISIUM**, Species monetæ, dimidia pars assis. Hist. Miscell. apud Murator. tom. 1. part. 1. pag. 162 : *Et ita processerunt jactantibus Imperatoribus hypatiam et trimisia et Hemisia et numismata nova usque ad magnam Ecclesium.*

¶ 1. **HEMISPERIUM**, pro *Hemisphærium*, Ugutioni.

¶ 2. **HEMISPERIUM**, Instrumentum vitreum in modum spheræ dimidiæ, vel in orbem efformatum, quo ad lintea leviganda utebantur. Bernardi Ordo Cluniac. part. 1. cap. 54 : *Quando vero levigantur eadem corporalia cum vitreo Hemisperio, unus eis substernitur pannus, nec ponuntur unquam super lignum nudum.*

* **HEMISPHÆRIUM Consummare**, Tempus terere, interpretibus doctis Editoribus ad Mirac. S. Bertini tom. 2. Sept. pag. 599. col. 1 : *Sed cum Hemisphærium, nihil ibi prævalentes, consummarent, et, nedum dicamus, aliquid proficerent, etc.*

HEMISSECLA, Dimidium *sicli*, Germanis *secel*, sive *sicel*, quod est quarta pars unciæ apud Græcos et Latinos. Hepidannus de Vita S. Wiboradæ lib. 1. cap. 14 : *Cum nesciant de tot talentis Hemisseclas vel obolos observare.* [Vide *Emisexcla.*]

¶ **HEMITOGIUM**. Papias MS. Bituric. : *Emitogium, dimidia toga; Hermitogium*, Johanni de Janua.

¶ **HEMITRITÆUS**, Semitertiana febris, Gallice *Fievre double tierce*. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Hemitriteus, Fievre ague.* Acta S. Raynerii tom. 3. Junii pag. 454 : *Enricus quondam Romellæ habens Hemitritæum, posuit corrigiam B. Rayneri sub capite suo, et continuo dimisit eum febris.* Eadem notione Martialis Epigram. 91. lib. 12 :

Pro sene, sed caro, votum Maro fecit amico,
Cui gravis, et fervens Hemitritæus erat.

Vox ducta a Græco ἡμιτριταῖος, Semitertianus.

Digitized by Google

HEMMETHE, Modius, mensuræ frumentariæ species, apud Holsatenses. Helmoldus lib. 1. Chronici Slavorum cap. 92 : *Et solverent de manso sex modios siliginis, et octo avenæ, illius, inquam, modii, qui vulgo dicitur Hemmethe.*

¶ **HEMOSUS**, *Odium*, Gloss. Isidori. Ita etiam in Exceptis Pithœi. Bonaventura Vulcanius suspicatur legendum, *Heinosus*, odiosus, unde forte Gall. *Haineux.*

* **HEMUM**, *Lo parlamento, e modulacione*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

¶ **HENAPHUS**, Vas, patera. Tabularium Majoris Monast. : *Accepit de substantia S. Martini optimos Henaphos corneos et unum equum.* Vide *Hanapus.*

¶ **HENATINI**, *Gigantes sive robusti sive potentes, aut humiles consurgentes*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm. MSS. et in Amalthea ex Catholico Joh. de Janua. Vox procul dubio detorta ab *Enac* vel *Enacim*, de quibus num. 13. 34 : *Ibi vidimus monstra quædam filiorum Enac de genere giganteo, quibus comparati quasi locustæ videbamur;* et Deuter. 2. 11 : *Quasi gigantes crederentur, et essent similes filiorum Enacim.*

* **HENDEGARIUS**, Machina bellica. Stat. Ferrar. ann. 1279. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital med. ævi col. 508 : *Quod quotiescumque mutabuntur capitanei et custodes castrorum,.... potestas teneatur mittere ad prædicta loca unum bonum notarium,.... qui scribat statum cujuslibet loci, scribendo solaria, assides,.... scalas, Hendegarios, funes, balistas, etc.*

¶ **HENDEM**, *Eque, similiter.* Gloss. Sangerm. MSS. num. 501.

HENEDPENY. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 827 : *Sint quieti... de chevagio, et Henedpenny, et bucstall, et tristris, etc.* Forte *gallinagium*, ex Saxon. Hæn, vel Henne, gallina, et Peny, denarius. Vide *Gallinagium.*

¶ **HENEUNTE**, pro Ineunte. Præfatio Francisci Blanchini apud Murator. tom. 3. pag. 81 : *Epitaphium : Hic requiescit in passe Eusebia religiosa magna ancella Domini, qui in sæculo ab Heneunte etate sua vixit secolares annus* XIIII. *et ubi a Domino electa est in Monasterio SS. Cyriaci servivet annus quinquagenta, recessit sub die pridie Kald. Octobris indictione sexta.*

HENGHEN, Carcer, custodia, ergastulum : ex Saxon. Henghen, et Hengenne. quod idem sonat. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 65 : *Si quis amicis destitutus, vel alienigena, ad tantum laborem veniat, ut amicum non habeat, in prima accusatione ponatur in Henghen, et ibi sustineat, donec ad Dei judicium vadat.* In Legibus Politicis Saxonicis Canuti cap. 32. quæ eadem habent, *Henghen*, per *carcannum, id est, carcerem* redditur.

HENGHWITA. Vide *Hangwith.*

HENGISTE. Charta Arnulfi Imp. ann. 898. in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 62 : *Cum curtilibus et ædificiis,... agris, pratis, pascuis, silvis, foresto ad Hengiste, aquis, aquarumque decursibus, etc.* Kiliano, *Engist*, est equus, caballus : igitur *forestum ad Hengiste*, fuerit forte usus silvæ ad pabulandos equos.

* **HENGISTFUOTER**, Cui cura equorum demandata est, maxime qui eorum pabulum curat, a Germ. *Hengst*, equus, caballus, et *Futter*, pabulum. Charta Ludov. reg. ann. 903. apud Meichelbec. tom. 1. Hist. Frising. pag. 151 : *Delegavimus cum curtibus et casis aliisque ædificiis, familiis, et utriusque sexus mancipiis, parscalchis, sindmannis, Hengistfuotris, etc. Hengistvotris*, in alia ann. 1057. apud eumd. tom. 2. pag. 516. Hinc emendandæ videntur Chartæ laudatæ in voce *Hengistnotus.*

HENGISTNOTUS. Charta Ludovici Regis ann. 892. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 130 : *Cum... familiis utriusque sexus, mancipiis, parschalcis, sindmannis, Hengistnotis, censibus, campis, etc.* Alia Henrici Imp. ann. 1039. pag. 147. habet *Hengiswoteris*, alia denique ann. 1057. pag. 151. *Hengisturtis.* Vide *Hengistfuoter.*

¶ **HENGLBITA**, perperam pro *Hengwitha*, in Literis Henrici Reg. Angl. ex Regest. 92. Chartophylacii regii Ch. 58. Vide *Hangwith.*

HENKINI, dicti per contumeliam Rheni accolæ, *die Henchen*, vel *Hencken*, carnifices, furciferi. In Vita Caroli IV. Imperat. : *Si pater noster arripuerit istas pecunias, disperget eas inter Rinenses Henkinos, et sic decepti manebimus et illusi.*

HENOTICUM, ex Gr. ἑνωτικόν, Edictum de unitate Ecclesiæ, quomodo appellatum illud, quod Zeno Imper. sanxit. Victor Tunnensis : *Anastasius Imp. hæreticorum Synodum faciens Henoticum Zenonis confirmat.* Habetur illud apud Evagrium. Vide *Unitivum.*

¶ **HENRICI**, Dicti denarii aurei ab Henrico II. Rege cusi. Vide in *Moneta.*

HENRICIANA HÆRESIS, dicitur Simonia, ab Henrico IV. et V. Imperatoribus, qui Episcopatuum et Ecclesiarum investituras pretio accepto conferre solebant. Guillelmus Apuliensis lib. 3. de Gest. Norman. :

> ... Quia Rex Henricus ab illo
> Damnatus fuerat, propter commissa nefandis
> Accumulata modis : nec enim venundare sanctas
> Ecclesias veritus, perversum dogma colebat
> Simonis, et nullum donabat pontificali
> Culmine, præter eos, qui maxima dona tulissent.

Vide Gaufridum Vindocinensem lib. 3. Epist. 11. et Notas ad Alexiadem pag. 536.

HENSA, HENSATA LIGA. Vide *Hansa*, 2.

* **HENTICH**, Picardis, Sepimentum ex palis, ut opinor; nisi legendum sit *Heutich.* Vide in *Hutten.* Sentent. arbitr. ann. 1313. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 53 : *Et volons .... que lidit religieus ne puissent enclore ledit fossé, ne deseurer dudit vivier par Hentich ou clouture autre .... Lesqueis* (acort) *fait mention des Hentis, des voies, des neis, des ouvretures et des resures.* Forte ab *Henel*, Palus, stipes. Chartul. magn. nig. Corb. ch. 65. fol. 59. r°. : *Jehans Pains faisoit amener à Corbie, bos à voiture qui devoit fouée; par raison de le voiture le gent de l'église prisent un Henel en le carete : Jehans Pains devantdis s'en dolu à le gent le roy, et disoit que li Henyaus estoit siens; et li fu li Henyaus recreus.*

HEORDFEST, Mansionarius : ex Saxon. heorð, focus, domus, et fæst, fixus. Unde Lambardus vocem hanc per *astro astrictus* reddit : est autem *astrum* idem quod domus, ut suo loco dictum est. Leges Canuti Regis cap. 40 : *Non sit aliqua liberorum rectitudine dignus, sit Heordfeste, sit folgarius, sit in hundredo et in plegio constitus.* Vide *Huiderefest.*

HEORDPENI, Præstatio pro quolibet foco : ex Saxon. heord pening, voce conflata ex heord, domus, focus, et pening denarius, proprie autem is, qui vulgo *Romescot* dicitur, et Romano Pontifici pendebatur. Leges Edgari Regis cap. 5. apud Bromptonum : *Omnis Heordpeni reddat ad Festum S. Petri, et qui non persolverit ad terminum illum, deferat eum Romæ, etc.* Vide *Denarius S. Petri* et *Harthpenny.*

¶ **HEORTHPENING**, Eadem notione. Vide in *Ælmesfeoh.*

** **HEPA**, Coxendix, Angl. *Hip.* Chart. ann. 1252. apud Lappenb. Init. Fœder. Hanseat. pag. 57 : *Baco sive flek, obolum; Hepa 1. denarium.*

¶ **HEPTADOGMA**, Sermo de septem artibus. Compendium Jurium et Consuetud. Universitatis Paris. per Robertum *Goulet.* Edit. 1517. fol. 17 : *Præterea supplementum de duabus artibus et Heptadogma pro erigendo recenter gymnasio, multis cum aliis utilibus documentis.*

¶ **HEPTAMARON**. Donatio S. Rudesindi pro Monast. S. Salvatoris de Cellanova : *Heriæ, historia ecclesiastica, Heptamaron, geronticon, expositio Trinitatis, et collationum.* Forte legendum *Hexaemeron* a Græco ἑξαήμερον, Liber satis notus de sex diebus quibus mundus conditus est.

¶ **HEPTAMYXOS**, Lucerna septem *myxos* seu *nares*, ut alii vocant, habens. Hegesippus lib. 5. cap. 10 : *Lucerna quæ sub candelabro ponitur, ante sub modio erat, id est, sub legis mensura, nunc est sub gratiæ plenitudine, Heptamyxo frequens lumen effundens.* Ita Hofmannus.

¶ **HEPTAPHONOS**, ἑπτάφωνος, Habens voces septem. Theogerus Episc. Metensis apud Bernardum *Pez* tom. 1. Anecd. Præfat. pag. xv :

> Is (*Christus*) in ævum sit benedictus,
> Heptaphonos, strophicus, punctus, porrectus, oriscus,
> Virgula, Cephalicus, clinis, quilisma, podacus.

HEPTATICUS, EPTATICUS, corrupte, pro Heptateucho, seu tomo sacrorum Bibliorum primo, continente *Pentateuchum* Moysis, et sequentes 2. libros Josuæ et Judicum. Ugutio : *Eptaticus, vetus est Testamentum, quinque libri Moysi, sex Josuæ, septem libri Judicum.* (Sic in MS.) Occurrit apud S. Hieronym. in quæst. in libr. 1. Paralipom. cap. 2. in Regula S. Benedicti cap. 42. in Vita B. Joannis Abbatis Gorziensis n. 81. apud Aratorem lib. 1. Hist. Ecclesiast. cap. 17. Gregorium M. lib. 12. Ep. 30. Alcuinum Ep. 27. in Statutis Guigonis Cartusiensis Ord. cap. 4. in Antiq. Statutis ejusdem Ord. 1. part. cap. 9. Ordericum Vitalem pag. 470. etc. Vide Juretum ad Epistolas Ivonis Carnotensis. Ex his emendandum Poema Alcuini præfixum Bibliothecæ, seu libris sacris, editum lib. 2. Commentar. Bibl. Cæsareæ pag. 406 :

> Et paticus enim librum decurrit in istum,
> Quem Ruth consequitur fœmina clara satis.

Digitized by Google

Ubi vir doctissimus ad marginem : *Locus mendosuss, de cujus emendatione nondum mihi liquet.* At facilis nunc emendatio ex præallatis : legendum enim *Eptaticus.*

¶ 1. **HERA**, Herea, Ager, aut locus, qui nec colitur nec aratur. [* Vel potius idem quod mox *Heralis.*] Charta ann. 1206. in Tabular. Calensi pag. 190 : *Recipiant de cætero.... unum obolum super suis Heriis de Beomonte, et sex denarios super quadam Hera de Buseviaco.... quinque denarios de duobus Hereis de Gromont et 11. den. de prato suo de Gromont.* Vide *Area* 1.

¶ 2. **HERA**, Juno, Græc. Ἥρα. Gobel. Persona Cosmodr. æt. 6. cap. 38 : *Quod Hera colebatur a Saxonibus videtur ex eo, quod adhuc quidam vulgares recitant se audivisse ab antiquis, prout et ego audivi, quod inter festum Nativitatis Christi et festum Epiphaniæ Domini, Domina Hera volat per aera, quoniam Junoni apud Gentiles aer deputabatur. Et quod Juno quandoque Hera appellatur, et depingebatur cum tintinnabulis et alis, dicebant vulgares, prædicto tempore Vrowe Here seu corrupto nomine Vro Here de vlughet, et credebant illam sibi conferre rerum temporalium abundantiam.* Huc spectant quæ de nocturna quarumdam mulierculorum equitatione retulimus in voce *Diana* : ubi Dianæ Herodiadem adjungi apud recentiores, qui de hac superstitionis specie scripserunt, observare cuique promtum est; quænam vero sit illa Herodias definire haut ita facile. Rem illustrat Gobel. Persona loco mox laudato, unde Herodiadis cognomen Junoni, quæ *Hera* vocabatur, tributum esse putat Schilterus, quem videsis in Glossar. Teuton. v. *Chervioburge.* Quid si ex *Hera Diana*, uti scriptum erat, *Herodiadem* facili lapsu finxerunt.

¶ 3. **HERA**, Capitum sectio. Vide *Æra* 1.

HERACLEA, *Statua Herculis.* Sic Glossæ MSS. ad illud veteris Interpretis Alexandri Iatrosophistæ lib. 2. Passion. ubi de Ligaturis et Characteribus : *Aliud de lapide medicamentum : sculpens in eo Heracleam rectam suffocantem leonem includens in annulo aureo, et dabis ad utendum in digito, et sanus erit.* Vide l. 10. pag. 592. Edit. Græc. Lat. Joan. Guinterii. Nam dum nude in hoc Glossario Alexandrum Iatrosophistam laudamus, ejus veterem Intrepretem intelligimus, pridem editum, et quem MS. cum Glossis legimus ex Bibliotheca Regia. Ejusmodi forte est gemma, quam servat Gazophylacium RR. PP. Canonicorum Regular. S. Genovefæ Parisiens. in qua sculptus Hercules leonem suffocans, cum hisce characteribus sat male formatis CKTAΘPON. Hanc propediem vir doctissimus C. *du Moulinet*, Ordinis Procurator Generalis cum aliis rarioribus ejusdem Gazophylacii monumentis publicabit. [Rem feliciter præstitit.]

¶ **HERACLIA**, vox Architectonica, Gall. *Terme*, Telamon. Gregor. Turon. de Glor. Mart. l. 1. cap. 65 : *Erectis tamen parietibus super altare ædis illius, turrem ac columnis, pharis, Heracliisque, transvolutis arcubus erexerunt.*

HERALDUS, vel Haraldus, Fecialis, vulgo *Herault*, de cujus officio, sic Nicolaus Uptonus lib. 1. de Militari officio cap. 12 : *De Haraldis. Ex quibus quidem Prosecutoribus* (de quibus suo loco) *creari debent, postquam autem exercuerunt per septennium, alii nuncii majores, qui Haraldi armorum nuncupantur. Quorum officium est minores nuncios creare, ut superius dictum est, multitudinem populi faciliter numerare, tractatus inter Principes matrimoniales et pacis inchoare, diversa regna et regiones visitare, Militiam honorare, et singulis actibus Militaribus interesse desiderare, clamores publicos et proclamationes in torneamentis et similibus actibus Militaribus ordinare, fidelem negotiorum relationem inter hostes deferre, et neutri favere parti in actibus bellicis, aut in pugna, quæ inter duos aliquando nobiles geritur inclusos; sed omnia per superiorem parti vel partibus mandata, seu a parte parti, fideliter et sine palliatione nuntiare.*

Et isti debent portare tunicam armorum dominorum suorum, et eisdem indui eo modo sicut domini sui, cum in conflictibus fuerint vel torneamentis, aut aliis periculis bellicis, vel cum per aliquas regiones equitaverint extraneas. Item in conviviis et maritagiis, ac Regum et Reginarum coronationibus, et Principum, Ducum, et aliorum magnorum dominorum solennitatibus, dominorum suorum tunicis uti possunt; et tenentur in regionibus et regnis, licet extraneis, ad honorem suorum et magnificentiam dominorum.

Qui quidem Heraldi aliquando creantur in actibus bellicis, ut aliquis Rex vel Princeps cognoscens industriam Prosecutoris sui, antequam cum hostibus congressum habeat, Prosecutorem suum in præsentia commilitonum novo nomine nominabit, industriam, fidelitatem, diligentiam, honestatem, et taciturnitatem prædicti sui Prosecutoris commendando, eumdem nobilitabit, ipsumque vel terris aut feodo sufficienti dotabit, et arma congruentia eidem et suis hæredibus assignabit.

Creantur insuper Haraldi aliquando in Regum vel Reginarum coronationibus, seu torneamentis, eodem tamen modo, ut supra. Et est sciendum, quod Haraldus, ut supra dicitur, creatus jurare debet, ut sequitur, alio Heraldo veterano sic dicente : Tu jurabis, quod omnia capitula in juramento Prosecutoris contenta fideliter observabis, tractatus et negotia quæcumque tibi commissa secundum nudam et planam veritatem exequeris. Non eris in damnum domino tuo speciali in suis secretis, quæ tibi ut secreta ab eo committantur, vel de suis munitionibus, per quas tutus esse potest. Nec eris domino tuo in damno de suis possessionibus : Sic te Deus adjuvet, et sancta crux Dei. Sed de Heraldorum sacramentis et creatione, audiendus in primis Philippi Burgundiæ Ducis Heraldus, dictus *Toison d'or*, ex Tractatu MS. cui titulus ejusmodi est : *Comment le Roy d'armes des François fust premierement créé, et puis nommé Monjoye, et la fasson de son noble couronnement, les sermens qu'il doit faire, ses droits aussy, et tout ce qu'il est tenu de faire.*

Quand le Roy est conclud et par son Conseil déliberé de faire son principal Roy d'armes des Franchoys, nommé Monjoie, il dist à son Connestable, qu'ilz le metent à son Conseil, se le Connestable y est comme chief des armes, ou aultrement à son premier Marissal, où seront pour celle cause seulement pluiseurs Princes, Seigneurs, Barons, et gens d'Estat, qu'ilz nommeront sur le serment qu'ilz ont au Roy, celluy qui mieulx et souffisant leur samblera. C'est assavoir tout premier noble, saige et vaillant Chevalier ou Escuier sans repreuche de son corpz, et qu'il ait tant exercité les armes et les loingtains voiages, sy anchien que bonnement ne puist les armes porter, sachant lirre et escripre necessairement, et aultrement non, pour les charges et ambassades secrettes, que on lui porroit donner. Et de tous ceux qu'ilz seront nommés, en sera esleu un, qui samblablement pour la tres-noble excellence de la Couronne fault qu'il soit Chevalier, ainsy qu'il s'enssuict.

Et quant il est esleu, le Connestable ou premier Marissal le fera à luy venir, et s'il n'y est, lui sera tantost escript : lors luy dira la nouvelle de son ellection. Savoir de luy se il porra ou vouldra exerciter et servir ainssy qu'il appartient, loyalement, dilligamment, et honnestement à son pooir; et s'il l'accorde, on le fera venir devant le Roy, et son Conseil. Et lors le Roy luy dira, ou fera dire par son Connestable, ou premier Marissal, et generalement en recitant l'honneur, les vaillances, et aultres biens, qui sont en luy. Et pour ce le Roy l'a esleu en l'office de son premier Roy d'armes de Franchoys. Et lors le Chevalier ou Escuier tres-humblement l'en remerchie. Alors luy sera donné pour prefix et terme de aulcune sollemnelle feste, la plus prochaine qui viendra, se aultres grans affaires ne anticipoient celluy jour auquel il se trouvera.

Et quant celluy jour sera venu, ledit Esleu ce matin s'en ira en une chambre à ce ordonnée en l'ostel du Roy, et là seront les varlés de Chambre, qui le vestiront, de tous les habis royaulx, comme la personne du Roy proppre, qu'ilz seront d'escarlatre et tous fourrés de menu vair que le Roy luy donnera.

Et quant le Roy sera presque prest pour aller à la grand. Messe, alors viendra le Connestable comme chief des armes et les Maressaulx ainssy acompaignés de plusieurs Chevaliers et Escuiers, Capitaines de guerres, et aultres, le mieulx que on pourra pour acompaignier l'Esleu à la grand Eglise ou Chapelle, là où le Roy vouldra oyr le saint service celluy jour.

Alors se partiront premier deux à deux tous poursievans, puis les Heraulx, puis les Roys d'armes des marches, puis des aultres Princes subigetz. Et puis ceulx du Roy tous les desrains, selon l'ordonnance de leurs anchiennes et nobles marches, et des Heraux les premiers creés. Et se aulcun Roy d'armes ou Herault d'autre Roy ou Prince estrange y estoit on le mettra au reng des Roys d'armes ou Herault du Roy, en leur disant, que c'est pour l'honneur de leur Seigneur.

Aprés ces Officiers d'armes se l'Esleu n'est Chevalier, il viendra ung Chevalier tout seul, qui portera une espée de Chevalier en son fourreau la croix contre mont, de laquelle il sera fait Chevalier s'il ne l'est; et s'il l'est, il n'en fault point.

Aprés ces Officiers d'armes et Chevaliers pour la dignité et excellence des armes du Roy viendra ung aultre Chevalier, qui sur une lance croiste en fachon d'un confanon

Digitized by Google

portera la tournicle ou cotte d'armes du Roy, en laquelle sera fichie en la poitrine une couronne d'or et chargie de fines pierres precieuses, ou sera seullement esmailliet le blason du Roy : et sera tenu de jamés en porter nul de quelque autre Seigneur que ce soit.

Aprés ce Chevalier de la cotte d'armes viendra ung autre Chevalier, qui en ses mains portera la couronne telle, et à l'honneur du Roy, que son bon plaisir sera.

Aprés ce Chevalier à la Couronne viendra le Connestable s'il y est, qui tiendra l'Esleu à sa dextre main, et s'il n'y est, il sera menés entre deux Maressaulx premiers.

Aprés le Connestable ou Maressaulx et l'Esleu viendront les autres Seigneurs et Capitaines de guerre, Chevaliers et Escuiers, qui pour l'honneur sont là venus, comme dit est.

Aprés cette ordonnance ledit Esleu sera mené en l'Eglise ou Chapelle, où que le Roy vouldra le service de celluy jour oyr. Et là vis-a-vis du grand autel plus bas que l'oratore du Roy sera sur une chaiere mise le tapis vellu couverte moult hounourablement, en laquelle ledit Esleu sera assis; et à ses deux lés, les deux ou troys Chevaliers, qui porteront la Couronne, la cotte d'armes et l'espée, s'il n'est Chevalier, tant que le Roy soit là venu.

Et quant le Roy est arrivés, l'Esleu se levera de sa chaiere en laquelle le Roy s'assiet. Alors le Connestable ou le premier Marissal prend l'Esleu, et estant à genoulx dist au Roy, Mon tres-excellent Prince et Souverain Seigneur, vecy mesire tel, ou tel, s'il n'est Chevalier, votre Esleu qui est cy venu et se presente pour vous obéir. Et l'Esleu dist aprés : Notre Souverain Seigneur, il est ainssy. Aprés ce le Connestable ou Marissal se lieve sur piés, auquel il dist qu'il die ce qui luy a dit.

Alors luy dit, Mesire tel, ou tel, s'il n'est Chevalier, le Roy nostre Sire qui cy est, m'a commandé vous dire, que pour le preudhommie, honneur, vaillance, et aultres biens qu'ilz sont en vous, il vous a esleu pour son Roy d'armes, vous nommant son tresnoble et victorieux Roy d'armes et de Messeigneurs de son Sang, qui dit est Monjoye. Auquel Seigneur presentement vous comme vray Chrestien jurés et prometés sur Dieu et les saintes Ewangiles, escriptes cy-dedens en ce Messel, sur lequel à genoulx il tiendra à ses deux mains.

Et premierement que sur tout vous servirés le Roy de tout vostre pouvoir et savoir, et loyalement luy garderés en tous lieux son hounеur et son bien là où vous serés, et de Messeigneurs ses enfants, s'il en a, et luy revellerés son contraire, se le savés, ou à ses officiers, à qui il appartiendra, le plustost que porrés, se aultrement par vous n'y est pourveu. Laquelle chose ja pour ce que dist est, ne chellerés ne retiendrés, comme le tres-houneste et hounourable office le requiert. Car celluy, à qui ceste office appartient, est et doit par tous les Princes Chrestiens estre faite ceste ordonnance en vostre office de Roy d'armes des Franchoys dit Monjoye, et de tous aultres Roys d'armes, des marches et Heraulx, et aussy poursuivans d'Empires et des Royalmes et Seignouries Chrestiens comme aux personnes publicques que vous serés, et les aultres sont, se faussement ils ne se parjurent de ce qui s'enssuict.

C'est assavoir, que vous ne dirés ne revellerés les choses secretes, que vous porrés oyr ou presenter au Conseil du Roy ou aultre Seigneur, qui se fiera en vous, sans commandement ou ordonnance, ou de celluy ou ceulx, à qui il sera commis à le vous dire ou chargier, et ce par nulle voie directe ne indirecte qui soit dit ou seu.

Item, que vous ne revellerés en quelque fasson que ce soit emprinses secretes d'armes d'amis ou ennemis, ne d'ennemis à amis Chrestiens, quant au regard de vostre office de personne publique, quant ils se fieront en vous, se par eux n'en estes commis.

Item que toutes charges d'ambassades, de rappors, et de commissions, qui vous seront par le Roy ou ses Conseillers enchargies, dictes et commises loyalment et dilligamment à vostre leal povoir vous le dirés, les ferés et vous en acquitterés, soient d'amis ou ennemis, et d'ennemis à amis, se des ennemis vous ne prenez la charge totallement.

Item, que pour amour ne pour haine, pour don ne pour promesse, ne en faveur de nulluy, ne blasmerés ne amendrirés l'honneur de nul, quelqu'il soit, pour le donner, estre porté ne acroistre à nul autre, ne aussy en fait d'armes blasmerés nulluy, s'il ne vous en est demandé par le Roy ou par ceulx, à qui il appartiendra ou ara commis, s'il ne l'a par trop deshonnestement, et trop evidamment destruy.

Item, que par vous ne sera fait raport, ne à vostre povoir souffrirés qu'il soit fait nul poursuvant, s'il n'est premier noble, honneste, habille, sain et entier des choses evidentes de son corps, et sachant lirre et escripre necessairement, et aultrement non, et non pas par necessité.

Item, par la requeste de nul, quel qui soit, ne sera fait par vous rapport à quelque Seigneur ne aultre que son poursuvant soit fait Herault, s'il n'est noble, saige, habille, honneste et souffisant pour ce faire, aiant servy l'office d'armes à l'honneur, c'est assavoir servy les frontieres, les fais d'armes en la guerre en ce Royaulme, s'elle y est, ou aultres Seigneurs en leurs guerres ou voiages, desquelz il doibt porter comme il soit aussy enseignement, et ce par l'espace de sept ans, s'il n'a grace de son Prince d'un an sans plus.

Item, que par vous ne sera fait raport à peticion de quelconques il soit de tesmoignier que ung Herault portant vice deshonneste sur lui, soit digne et souffisant d'estre Roy d'armes de aulcunes marches; et se son Prince le veult faire, vous en acquittiés paisiblement à luy.

Item, vous savés certainement que aulcun Roy d'armes, Herault ou poursuvant se fust deffait en son honneur, que Dieu ne veulle, à sa requeste ne d'aultre quelconques, soit par faulx rapport ou aultrement, par aulcun vice detestable contre les Commandemens de sainte Eglise, vous le dirés au Roy ou au Connestable ou à son Conseil, se sera le plaisir du Roy.

Item, que se certainement vous savés que ung poursievant, quelque notable qu'il fust, continuast, ce que par vous ou par aultre Roy d'armes ou Herault seroit de par vous reprins et deffendus chelle deshonneste vie en laquelle il continuast, vous le dirés à son Seigneur et Maistre, qui luy deffende de ce jour en avant, et de plus porter son blason ne d'autre, et qu'il le rende courtoisement, au aultrement, vous luy ferés hontusement etrachier de sa poitrine; et samblablement le ferés d'un Roy d'armes ou d'un Herault, aprés ce que le Roy, le Connestable et le Marissal en aroient eu la connoissance.

Item, que de tout vostre sens et povoir vous exaucherés l'honneur et les proesses sans rien cheller de tous les bons et vaillans hommes, soit par journées, ou par continuer, riches ou pouvres quelz qu'ils soient.

Item, vous garderés l'honneur de toutes Dames et Demoiselles riches ou poures quelles qu'elles soient, especialement sans certaines repreuches. Et se par aucuns vous oyés blasmer aulcunes, vous honnestement les reprendriés ou feriés taire, ou aultrement, monstrant que telles choses mal dictes vous despluisent, et vous en departirés.

Item, et que de tout vostre povoir vous aiderés, conseillerés et emploirés aux justes et raisonnables querelles, que certainement vous serés en la faveur desdites Dames et Demoiselles sans nulles evidentes repreuches, et de tous les enffans orphellins.

Item, le bon plaisir du Roy sera, que vous yrés par toutes les provinces et marches de ce Royalme, ainssy que on le vous donnera par escript, en la compaignie de notables Roys d'armes et Heraux avec la commission du Roy par ses Lettres Patentes à tous les Princes, Contes, Vicontes, Barons, Banerés, Bacellers, et aultres notables hommes tenans dignités et aultres fiefs nobles quelz qu'ils soient, desquels par leurs docibles instrumens et previleges, seullement pour savoir la noblesse de son Royalme, et lesquelles sont les plus anchiennes, et de ceulx faire un extrait à fasson d'un livre à par soy de chascune marche, ou seront leurs noms et surnoms, les crois et leurs armes, blasons, et titres naturels.

Item, que depuis ce que de trois ans en trois ans une foys vous acquitterés de faire assambler tous les Roys d'armes de ce Royalme en ung lieu par Connestable aã ce ordonné. Et avoec ce devés avoir par escript la congnoissance de tous les Nobles chascun de sa marche, tant Princes que Seigneurs et aultres pour lors vivans, et comme dit est, leurs noms, surnoms, blasons, timbres et nobles fiefs, tant de par eulx, que de par leurs femmes, adfin que le Roy soit souvent informé de la Noblesse de son Royalme.

Item, se aulcun faisoit aulcune infame, ou deshonnesté, ou de coustume au prejudice d'honneur de Chevalerie ou d'Escutrie ou de Noblesse, s'engendrast ou se prinst la coustume en aulcunes marches ou estours de Seigneurs de ce Royalme, dont la verité de la congnoissance veinst à vous pour y pourveoir, vous le dirés au Roy, ou s'il luy plaist en son Conseil, là où il sera proppрement assigné.

Item toutes ces choses de rechief que j'ay dictes, vous jurés et promettés sur la foy de bon Chrestien et sur etc., et sur la foy, que devés au Roy, les tenir et entretenir entierement, et à vostre leal povoir acomplir sans enfraindre, le plus que vous porrés.

Digitized by Google

Cy commence le Couronnement de Mesire Monjoye.

Alors luy estant à genoulx, les sermens fais, le Connestable le despoulle de son royal mantel, puis le Chevalier, qui aporte l'espée, baise la croix, et le Connestable la trait, puis baise la croix, et le baille au Roy, qui en fait son esleu Chevalier, puis la rend au Connestable qui la luy chaint.

Lors l'autre Chevalier qui aporte la cotte d'armes, la baille au Connestable qui la baille au Roy, qui en la vestant audit Esleu luy dit : Mesire tel N. par ceste cotte et blason couronné de nos armes, lequel blason sera une couronne d'or et de fines pierres, soubz laquelle le blason est esmaillé aux armes du Roy acrochié en la poitrine, en luy disant : Nous te establissons perpetuellement en l'office de Roy d'armes. Et ces paroles dictes, le Chevalier viendra qui porté ara la couronne, et le baillera au Connestable, qui en la baisant la baillera au Roy, lequel le prendra à ses deux mains, et en le asseant sur le chief de son Roy d'armes luy dist : Nostre Roy d'armes, par ceste couronne, nous te nommons par nom Monjoye, qui est nostre Roy d'armes, ou nom de Dieu, de nostre Dame sa benoite mere, et de Monseigneur saint Denis nostre patron; en disant ces paroles, il la lui assiet. Et ces paroles dictes, alors tous les Roys d'armes, Heraulx et poursievans ayans leurs cottes d'armes vestues estans illec criront par troys fois à haulte voix tous ensemble : Monjoye saint Denis, Monjoye saint Denis, Monjoye saint Denis, au tres-excellent et noble Roy de France. Et ce fait le Roy entre en son oratore pour oyr le service divin, et ladite chaiere tout ainssy qu'elle est, sera portée à l'autre lés, vis-à-vis de l'oratore du Roy, en laquelle Mesire Monjoye, tant que le service durera, sera assis. Alors le Connestable ly fera tenir son mantel royal durant tout le service estendu en la fasson d'un dossier entre le mur et luy par deux ou troys Roys d'armes ou Heraulx, qui pour l'anuy de foys à aultre seront changiés. Et quand le service sera fait, l'un des Roys d'armes prend son mantel et l'emportera sur son bras, qu'il gardera jusques à l'hostel, que Mesire Monjoye se despoullera de tous ses habits Royaux.

Alors le Roy se part après le service pour aller disner, et Mesire Monjoye le suict, qui est conduit de pluiseurs Seigneurs. Et quant le Roy est assis à table, on fait au hault bout de la seconde table asseoir Mesire Monjoye, qui est servy de deux Escuiers de couppe dorée descouverte et à par soy, et puis ceulx qui seront ordonnés pour celle foys. Et tel pourroit-il estre, que pour la dignité de la Couronne, et pour les biens, qui seroient en luy, il seroit pour celle foys assis au bas bout de la table du Roy : comme furent Mesire Robert Dorfin, quant le Roy Dagobert le fist son Roy d'armes, et aussi fist le Roy Phelippe le Conquerant à son Roy d'armes Franchoys de Roussy, mais d'aultres je n'en treuve plus.

Et quant la table est toute desservie, le Roy luy fait presenter la couppe dorée couverte où ledit Mesire Monjoye ara beu, et mettera dedens en or ou en monnoye, ce qui luy plaira ordonner.

Après ce, espices seront prinses et vin de congié, avant que le Roy se retraie, Mesire Monjoye luy viendra à genoulx très-humblement remerchier. Et en ce faisant il tiendra par la main aulcun noble et honnourable Roy d'armes ou Herault, disant au Roy : Sire, par le serment, que je vous doy et aux armes, vecy le tel Roy d'armes ou Herault, qui a très-grand et bonne renommée de preudhomme, saige et souffisant, lequel je vous presente pour mon Marissal d'armes et Lieutenant. Et lors il offre au Roy une vergette de boys pellée que le Roy prend, et le baille audit Roy d'armes ou Herault, luy disant telles parolles : Par ceste verge nous te consentons estre Marissal d'armes et Lieutenant de Monjoye nostre Roy d'armes des Franchoys. Et ces parolles dictes le Roy se départ.

Alors Mesire Monjoye couronné, et la cotte d'armes dessus l'habit royal, après ce qu'il a disné, se part en la compaignie de deux Maressaulx, et de ceulx, qui pour l'honneur du Roy le vont accompaigner à son hostel, les Roys d'armes, Heraulx, et poursievans, ainssy que dit est, seront les premiers.

Au despoullier de sa couronne, de sa cotte d'armes, et de ses habis royaux, sera ung des varlets de chambre, qui luy apportera une robbe et une couronne de Chevalier, que le Roy luy donnera, en laquelle se fichera la couronne du blason en la poitrine qu'il portera; et sera tenus de jamés plus autre blason porter.

Cy fine le mistere du noble Couronnement de Messire Monjoye le noble Roy d'armes des Franchoys.

Cy-après s'ensuict ses drois et ses ordonnances, et ce qu'il est tenu de faire et de soy gouverner.

Ce jour passé ledit Mesire Monjoye pour soy acquitter ira de Seigneur en Seigneur en leurs hosteulx, les remerchier des honneurs, qui luy aront fais, soy recommandant à eulx, en leur suppliant, accompaignié de plusieurs Heraulx, que l'office d'armes leur soit recommandée.

Ledit Mesire Monjoye tiendra en tous honneurs son lieu de Chevalier comme pardevant il estoit, ou à present est, excepté aux solemnelles et royalles festes que le Roy tiendra estat royal, couronné ou non. Premierement tous les poursievans, puis les Heraulx, puis les Roys d'armes deux à deux, et Mestre Monjoye tout seul et le desrain en habit royal, couronné se le Roy est, se ilz ne sont ordonnés sur l'eschaffault, iront devant les maistres d'ostelz au partir du dresoir. Et quant les metz seront mis sur la table, ledit Mesire Monjoye ira seoir au hault front de sa table, qui sera vis-à-vis du Roy, et la sera servy d'un Escuier à par soy. Et après luy le Roy d'armes, et la plus anchienne marche qui y sera, et une place entre deux, et puis les aultres Roys d'armes selon les anchiennetés de noblesses de leurs marches, et puis les Heraulx, et ainssy qu'ilz seront premiers creés, et les poursievans à l'autre table derriere eux.

Item le Roy à cause de l'office le logera prés de luy pour tenir son maisnaige, s'il ne l'est, et luy sera tenu de donner pension pour chascun an, telle et sy bien assignée, que il porra bien et honnourablement tenir son estat de Chevalier et de Roy d'armes toute sa vie.

Item le Roy sera tenu de luy donner tous les ans sa robbe, telle comme il le portera le jour de Noel.

Item le Roy luy paiera ses despens toutes les fois, qu'il l'envoiera en ambassades et commissions.

Item la couronne, dont il sera couronné, et l'autre du blason seront siennes, pour servir son ame à la fin de ses jours.

Item à cause de son office ara lettres patentes du Roy, adressans à tous les Seigneurs, Cappitaines de gens d'armes et de trait de bonnes villes, de chasteaulx, gardes de pontz, de ports et de passaiges, et à tous autres Officiers, pour luy faire ouverture de jour et de nuyt; luy donner guides condignes, et toutes aultres choses necessaires, en les payant, se par luy en sont requis.

Item ara du Roy lettres patentes et privilieges d'estre franc de tous guets et gardes de portes, tant de jour comme de nuyt, de tailles, de gabelles, d'impositions, et de toutes autres subsides mis et à mettre, quels qu'ils soient, comme à noble homme appartient, et luy estant en l'office royal pour l'estat de sa maison, quelconques gens d'Eglise et nobles y fussent contrains.

Item ara de tous les Princes et Seigneurs, qui porteront cry de Monjoye, lettres de penssion ordonnées du jour de sa creacion, telle qu'il leur plaira ordonner à leur honneur et à leur condition.

Item de tous les Chevaliers nouveaulx, Princes, Seigneurs, et aultres, qui nuement porteront leurs surnoms et armes soubz la demaine du Roy seulement, luy seront tenus de donner une robbe en la valuë de leur honneur.

Item de tous les dons et largesses, qui seront données tant à sa creation, se le Roy les donne, comme à toutes les aultres festes royalles et solennelles, que le Roy tiendra : et aussy des aultres festes armigeres ou courtoises, luy present ou non, par le priviliege du Roy d'armes, il partira en la ciuquiéme partie des drois des autres Roys d'armes et Heraulx.

Ejusmodi fere sunt, quæ habet haud inficetus liber Galiicus, cui titulus *le Heraud de la Guerre* edit. Parisiis ann. 1610. a pag. 59. ut omittam nuperum Scriptorem Columberium. De vocis vero etymo mulcta hactenus viri docti commentati sunt, quorum plerique eo concessere, atque inprimis Pithœus, Skinnerus, et alii, ut arcessendum existiment abhere Anglo-Saxonico, et Germanico *Heer*, exercitus, et *Ald*, servus vel famulus, quod Feciales exercituum ministri habeantur, sintque belli denuntiatores. Nam jure explodítur eorum sententia, qui *Heraux*, quasi *Heroes* dictos volunt, de qua pluribus agit Æneas Silvius Epist. 126. Alia profert Spelmannus, præsertim de Heraldis Anglicis.

¶ Haraldus, in Instrum. ann. 1520. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 687 : *An de novo velit urbem ingredi, et quando, et qua die, an habeat Haraldum.* Occurrit iterum in Diplomate Maximiliani I. Imperatoris ann. 1486. apud Miræum tom. 1. pag. 232. et alibi.

Heroudes. Henricus Knyghton pag.

Digitized by Google

2571 : *Et assistebant eis quatuor Duces, tres Archiepiscopi, ... de Baronibus et aliis advenientibus, bene ad æstimationem des Heroudes* 17000.

* *Her*, in Assis. Hieros. cap. 223 : *Se le seignor le fait semondre par le Her ou par le bunier, etc.*

* **HERALIS**, Domus rusticana, cui adjunctus, est hortus, idem quod *Curtile*. Vide in *Cortis* 1. Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 678. col. 1 : *Engilardus tenet Heralem unam, id est curtilem; solvit denarios quatuor.* Vide supra *Hera* 1.

* Aliud sonat *Hereau* in Lit. remiss. ann. 1460. ex Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 166 : *Le suppliant donna à icellui Johanneaux ung cop sur la teste du serceau d'un Héreau qu'il trouva.* An dolii cujusdam nomen?

1. **HERBA**. *Herba aluminis*, in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 84 : *Granaterias, piscarias, Herbas aluminis, et generaliter omnia, quæ per nostram curiam procurantur.*

Investitura per Herbam et Terram, in Formulis veteribus Lindenbrog. 153. 154. Vide *Investitura*.

¶ Herbæ Domesticæ, Olera, legumina, Gall. *Herbes portageres*. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351. ex lib. viridi fol. 52 : *Debet dare dictus hortulanus quotidie Conventui... de Herbis domesticis horti, aliquando de bonis, aliquando de aliis, sicut sunt caules, spinargia, porri, etc.*

Herbas Dare, Veneficio, seu veneficis potionibus, alicui vitam, vel mentem auferre. Quintilianus declam. 350 : *Venenorum plura sunt genera, plura nomina sunt, diversi etiam effectus. Aliud ex radicibus Herbarum contrahitur, aliud ex animalibus mortiferis reservatur, etc.* Lex Salica tit. 21. § 1 : *Si quis Herbas alii dederit bibere, et mortuus fuerit. Herbas haurire*, apud Gregorium Turon. lib. 6. cap. 35. Formulæ veteres cap. 34 : *Ego Herbas maleficas, nec potiones malas nunquam temperavi, nec bibere dedi, per quod ipse infirmus, vel insanus fuisset, aut vitam suam perdere debuisset. Herbarum venena* apud eumdem Gregorium Turon. lib. 2. Hist. cap. 9. lib. 4. de Mirac. S. Mart. cap. 36. *Herbas incantare*, apud S. Audoenum in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 15. *Herbas, quæ ad maleficia pertinent, super se habere* vetantur campiones, in Lege Longob. lib. 2. tit. 55. § 11. S. Anselmus lib. 3. Epist. 23 : *Qui Herbas quæsierit mulieri, quibus virum suum interficeret.* Pirminius in excerpt. de libris canonicis : *Characteres, Herbas, succinum, nolite vobis vel vestris appendere.* Sic lego. Claudianus lib. 1. in Rufinum :

> . . . . Nec me latuere fluentes
> Arboribus succi, funestarumque potestas
> Herbarum, etc.

Vide Concilium Triburiense ann. 895. can. 50. Martin. Bracarensem cap. 74. Reginonem lib. 2. cap. 5. § 8. etc.

☞ *Herbam dare, porrigere*, veteres dicebant alia omnino notione, de qua sic Festus : *Herbam do, cum ait Plautus, significat, victum me fateor : quod est antiquæ et pastoralis vitæ indicium; nam qui in prato cursu aut viribus contendebant, cum superati erant, ex eo solo, in quo certamen erat, decerptum herbam adversario tradebant.* Vide Erasmum Centur. 9. Adag. 78.

Inherbare, Idem quod *herbas dare*. Lambertus Ardensis pag. 80 : *Veneno in cibis accepto, vel potibus Inherbata, ibi statim mortua est.* Le Roman *de Gaydon* MS. :

> Et Enherbereut maint chevalier vaillant.

Le Roman *d'Aubery* MS. :

> Un de ses jors vous fera Enherber.

Le Roman *de Parise la Duchesse* MS. :

> Et le fist vostre frere mortir et Enherber.

Mori ab Herbada, in Chron. Petri IV. Reg. Arag. apud Cabonellum fol. 199. v. Alius Poëta :

> Sous gist le frais serpent en herbe,
> Fuiez enfans, car il Enherbe.

* *Enierber*, eodem sensu, apud Phil. *Mouskes* :

> Li buens empereres hardis
> De Coustantinoble Henris,
> C'on avoit appelliet Dango,
> Fu Enierbés et vesqui po.

Herbarius, Veneficus, Helvetiis *Herberger*. Gloss. Lat. MS. Reg. : *Veneficus, qui venenum dat, Herbarius.* Fredegarius in Hist. Epitom. Francor. cap. 56 : *Clamant et filii negligentes matrem Herbariam et meretricem.* Halitgarius in Pœnitent. cap. 10 : *Herbarius vir aut mulier, interfectores infantum, etc.* [Judicia sacerdotalia de crimin. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 32 : *Si quis arïolos, id est, sortilegos, prædicatores vel Herbarios veneraverit, aut secutus fuerit, tribus annis pœniteat et eleemosynas faciat.*]

Herbaria, Venefica. Capitula ad Legem Alamanor. cap. 22. Edit. Baluzii : *Seu stria, aut Herbaria si sit.* [** Vide Grimm. Mythol. German. pag. 631.]

Herbaria, Ipsum veneficium. Liber promissionis Maleficii, in Statutis Venetis, cap. 17 : *Si aliquis vir vel mulier alicui maleficium aliquod, vel Herbariam dederit manducare vel bibere, vel fecerit aliquid, quod perire debeat, aut amens esse, etc.* Adde Decreta Veneta fol. 41. verso. Alias

Herbarii, sunt ῥιζότομοι, et Βοτανολόγοι Græcorum. Firmicus lib. 8. cap. 13 : *Herbarios faciet, qui scilicet herbas sollerti arte collectas ad medelam laborantium servent.* Plinius quoque *Herbarios* vocat, qui medicas herbas legebant ac vendebant. [Præceptum Johannis Reg. Franc. ann. 1352. tom. 2. Ordinationum pag. 609 : *Quam plurimi utriusque sexus, mulieresque, aliquæ et vetulæ, et conversi, rustici, nonnullique apothecarii et Herbarii quamplures . . . venientes ad villam Parisiensem gratia practicandi, etc.*]

* Hinc *Herbelée* vocabant nostri potionem medicam ex herbis confectam. Mirac. MSS. B. M. V. lib. 2. ubi de Medicis :

> Bon pain, bon vin et le bon air
> Aim' assez miex, par S. Wistasse,
> Que tous lor orinaus ne face,
> Ne que toutes lor Herbelées,
> Qui tantes bourses ont boulées:

¶ 2. **HERBA**, Tributum, seu census pro jure et facultate succidendi herbas in pratis vel in silvis, atque animalia in iis pascendi : accipi etiam potest pro servitio quod subditi ac rustici domino suo in herbis ipsius succidendis præstare tenentur. Charta Balduini Comitis Flandriæ ann. 1116. apud Miræum tom. 2. pag. 1153 : *Almanus quasdam sibi injustas consuetudines usurpavit; quibus se deliquisse cognoscens . . . prorsus abdicavit, videlicet, exactionem quam vulgo Tolpri vocant, sive Herbam aut corvedas.* Vide *Herbagium*.

* **HERBACIA**, Pratum, locus ubi herbæ abundant. Charta ann. 1108. ex Chartul. S. Hugon. Gratianop. episc. : *Gaufredus habet..... vernetum juxta Herbaciam. Erboie*, in Bestiario MS. :

> Icel les femeles mestroie
> Et en la plaine et en l'Erboie.

Herbu vero, pro Herbosus, ibid. :

> L'oliphant est moult corporu,
> Quant il vient en paistis Herbu.

* **HERBAGAGIUM**, Domicilium, ædes, domus. Charta ann. 1217. ex Chartul. 21. Corb. fol. 322. v°. : *In elemosinam dederunt Herbagagia, mansiones, ædificia, et alia quæ in curia de Bentencourt ..... facta sunt.* Alia Guill. de Valle-grign. ann. 1224. ex Chartul. AD. S. Germ. Prat. fol. 61. v°. : *Herbagagium meum, quod fuit quondam domini Hugonis Guerrici de Salicibus in parte hæreditatis habuerit, vel quicumque alius ipsum hoc Herbagagium tenuerit, etc.* Vide in *Hereberga*.

* **HERBAGIA**, Census, qui pro facultate succidendi herbam penditur. Charta Nivelon. episc. Suession. ann. 1192. ex Tabul. S. Crisp. in Cavea : *Dedit etiam dictæ ecclesiæ Gilo miles de Juveigniaco duos solidos censuales apud Loiry et minimam Herbagiam ejusdem villæ.* Vide in *Herbagium*.

HERBAGIUM, Herba in pratis succisa : *Herbage*, in Consuetud. Norman. art. 30. Bracton. lib. 4. tr. 1. cap. 37. § 1 : *Hæc esset potius emptio Herbagii, quam pastura.* [Charta ann. 1344. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 458 : *Dicunt quod est communis via ac sua communis pastura, quum fœnum et anterius Herbagium amoveantur.*]

Herbagium, Jus seu facultas succidendi ejusmodi herbas in pratis, aut in Communiis, vel etiam in silvis, [aut animalia in iis pascendi.] Regestum censuum et feodorum Carnoti f. 57. ex Camera Comput. Paris. fol. 57 : *L'herbage d'ilec, c'est asavoir l'usage, que les bestes d'ilec prenent és bois d'ilec, quant lesdits bois sont en aage, qui il se puent deffendre.* Idem Bracton. cap. 38. § 12 : *Notandum, quod sub nomine Herbagii non continetur glans, et ideo tempore glandis et pessonæ, excluduntur porci et capræ, nisi ad hoc specialiter agatur, quod talem habeant communiam.* Adde § 1. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 90 : *Inde pensandum de eo, cui hoc licuit, an qui læsus est, Herbagium, vel lignagium, vel causam aliquam in nemus habeat.* Ordericus Vit. lib. 5. : *Concesserunt etiam totius villæ Herbagium.* Charta Odonis Episcopi Parisiensis ann. 119. ex Tabulario Episc. Paris. : *Terram nostram de Marna, in qua*

Digitized by Google

nemus olim fuisse dinoscitur, ad hostisias dedimus et ad censum, tali modo, quod quælibet hostisia habebit 8. *arpennos terræ cultibilis, et unum arpennum ad Herbagium faciendum.* Quoniam Attachiam. cap. 48. § 6 : *Escheteæ de mobilibus sunt, utpote per impasturationem animalium in dominiis et Herbagiis dominorum, etc.* Charta Balduini Episc. Noviom. apud Vassorium in Hist. Noviomensi pag. 895 : *Herbagium vero de Canectencourt, nostræ Ecclesiæ est proprium, etc.* Charta ann. 1300. in Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. ann. 1299. n. 38. ex Tabulario Regio : *Et franchisiam Herbagii pro sex vaccis, et pasnagii pro sex porcis.* Jacobus I. Rex Aragon. in Foris apud Exeam ann. 1265 : *Richi homines, Milites, nec etiam Infantiones Aragonum teneantur dare sibi vel successoribus suis boalage, nec Herbage.* [Charta Hugonis Vicecomitis Castriduni ex Chartul. B. Magdalenæ de Castroduno fol. 17 : *Facta fuerit compositio, scilicet ut ipsi libere mortuum nemus ad usus suos et Herbagium ad pecora sua alenda in nemoribus meis caperint.* Charta apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 250 : *Canonici regulares de Chaucumbe habeant tres equos in Herbagio cum equis meis dominicis.*] Adde Augustinum *du Pas* in Stemm. Armoric. pag. 823. et Foros Beneharn. Rubr. *de Herbages.*

¶ Herbagia, Eadem notione. Charta ann. 1208. ex Chartul. S. Nicasii Remens. : *Quantum ad Herbagiam et pascua, etc.*

¶ Herbergium, Eodem significatu. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 71 : *Habebat illa Alesia in hortis de virgulto monachorum, et Herbergium, et repercussionem arborum de virgulto illo, quæ emit idem Miles.*

Jus Vivi ac Mortui Herbagii, Gall. *Droit de mort et vif Herbage*, in Consuet. Ambianensi, Monstrol. Vimacensi, et aliis. [Litteræ ann. 1291. tom. 3. Ordinat. pag. 194 : *Si retieng mes Herbages et mors et vis ; et l'amende des mors, se paiié n'étoient au terme deu. Herbagium vivum* vocant quod in pecude, *mortuum* quod in pecunia numerata exsolvitur.] Vide Raguellum.

* Herbagium Vivum, Gall. *Vif herbage*, dicitur Census, qui pro facultate succidendi aut depascendi herbas in pecude exsolvitur, ad discrimen *mortui*, qui in numerata pecunia. Arest. ann. 1395. 21. Aug. in vol. 8. arestor. parlam. Paris. : *Quod episcopus Ambianensis et ejus successores levarent jus Herbagii mortui et vivi ab omnibus tenentibus animalia lanigera in prædictis villa, banleuca et metis earum.* Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 34. v°. ad ann. 1287 : *Li sires de Demenchecourt demandoit à avoir vif Herbage de xvj. bestes que chil Ernouls avoit en se maison ; et chil Ernouls disoit que il ne devoit fors que mort Herbage, pour chou que se fille avoit vij. bestes en ches xvj. bestes. Il fu rendu par jugement que lidis Ernouls devoit paier vif Herbage, pour chou que se fille estoit à sen pain et à sen pot.* Unde ejusmodi præstationem locum non habuisse colligitur, nisi ubi esset certus pecudum numerus. Charta ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 256 : *Item les mors et vis des herbages d'Ault et de la chastellenie, pour lx. solz Paris. de rente par an.*

¶ Herbagium, Census annuus domino debitus pro facultate succidendi herbas, etc. Charta ann. 1217. ex Chartul. S. Nicasii Remens. : *Radulphus de Betignicurte vendidit Ecclesiæ S. Nichasii quidquid habebat . . . . tam in mansionariis quam in Herbagio et censu.* Diploma Jacobi I. Aragon. Regis ann. 1264. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1121 : *Quod ipsi, nec homines eorum, nec etiam extranei qui non essent eorum, qui animalia ducerent ad terminos et pascua castrorum, locorum, et villarum eorum, non teneantur dare nobis, nec successoribus nostris, Herbagium, nec aliquid ratione Herbagii de animalibus quæ in terminis prædictorum pascentur. Item quod si eorum Clerici habitent in villis et locis eorum, ab ipsis Herbagium non recipiant de animalibus ipsorum quæ pascentur in pascuis nostris.* Charta ann. 1269. ex Archivo S. Albini Andegav. : *Fulco de Toralio minor miles . . . . vendidit et concessit . . . omnes fructus quos habere poterat . . . in censibus, supercensibus, hominibus, . . . pratis, insults, herbis, Herbagiis.* Adde Constitut. Federici Reg. Siciliæ cap. 23. Vide *Herba* 2.

¶ Herbagia, Eadem notione. Bulla Paschalis PP. II. ann. 1114. ex Chartul. S. Nicasii Remens. : *Habitatores S. Martini debent B. Nichasio Herbagiam.*

¶ Herbarium, Eodem significatu. Charta ann. 1115. apud Stephanot. Antiquit. Bened. Petracor. MSS. fol. 171 : *Dederunt Deo et beatæ Mariæ* (de Ligurio) . . . *decimam partem pasquerii et decimam partem Herbarii de omni silva et de omnibus bestiis porcorum vel pecoribus qui de ipso loco fuerunt . . . Similiter datum est ut reddant pasquerium, alias Herbarium Deo et servitoribus ejusdem Ecclesiæ.*

¶ Herbatgium, in Charta Guidonis domini Montislauri ann. 1387. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 610 : *Homines, homagia, pedatgia, Herbatgia, quæstus, proventus, talliæ, etc.*

Herbaticum, Idem quod *Herbagium.* [** Guerardo in Glossar. Polypt. Irminonis : Census tertio quoque anno domino debitus pro herba succidenda vel depascenda. Vide ibi Indic.] [Diploma Ottonis II. ann. 981. apud D. *Le Blanc* Dissert. de Monetis pag. 88 : *Per hoc nostrum perdonamus præceptum, ut nullus eorum, aut suorum hominum deinceps . . . in aliquo loco donet portonaticum, aut ripaticum, vel Herbaticum, vel glandaticum.*] Charta Rogerii Ducis Apuliæ ann. 1110 : *Ut de omnibus Monasterii animalibus per totam terram meam nemo Herbaticum tollat.* Charta exarata Constantino et Basilio regnantibus anno mundi 6532. Indict. 7. apud Ughellum tom. 7. pag. 1362 : *Communem pascendi animalia habeant locum, . . . nec Trojani Vaccariensibus Herbaticum, vel dent, vel accipiant.* Adde pag. 1434. Charta Caroli M. in Actis Episcop. Cenoman. pag. 266 : *Tam de sua dominicata, quam et de Vassallorum suorum, de vinericiis quoque et perdonato, et pastionibus et pascuariis, de Herbaticis et pullis, de piscationibus et pastionaticis, id est glandaticis, etc.* [Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 20 : *Ad alium annum* (solvit) *multones* 11. *ad tertium annum propter Herbaticum germin* 1. *de vino in pascione mod.* 111. Quod ibidem sæpius occurrit. Vita S. Guillelmi tom. 5. Junii pag. 129 : *Nullus Herbaticum aut aquaticum tollat vel exigat aut aliquam aliam faciat exactionem.*] Adde Chartam Rogerii Regis Siciliæ ann. 1137. apud Falconem Benevent. Chartam Sancii Regis Aragon. æra 1158. apud Blancam in Comment. Rer. Aragon. pag. 607. Suritam in Indice æra 1160. Chronic. Farfensis Monast. pag. 657. 664. Chronicon Richardi de S. Germano ann. 1232. Ughellum tom. 1. Ital. Sacr. pag. 117. 915. tom. 8. pag. 201. etc.

* Herbaticum, Census pro facultate succidendi vel depascendi herbas, ut infra *Herbantum.* Charta Jacobi reg. Aragon. ann. 1232. ex Chartul. Campan. fol. 549. col. 2 : *Damus etiam . . . . quod in aliquo terræ nostræ non donent umquam Herbaticum vel carnaticum de suis bestiariis seu ganatis grosis vel minutis, ymnos* (l. immo) *ubique sui bestiarii et ganati franche et libere et salve ac secure pascantur.*

* Herbatium, Jus exigendi *Herbaticum.* Lib. cens. eccl. Rom. MS. : *Cum placito et districto eorum et glandatio et Herbatio, tam de eodem castello quam de villis.*

HEBAJARE, Herbas depascere. Observantiæ Regni Aragon. lib. 7. tit. de Pascuis, § 7 : *Si aliquæ oves Herbajantur in aliquo loco, non possunt pascere talia animalia in loco seu termino convicino.* Nostri *Herber* dixerunt. Charta ann. 1290. ex Tabular. S. Quintini in insula fol. 7. v : *Et en empeschant le chemin des nés pour aller pasturer et Herber és lieux dessusdits.*

* Et *Herbager.* Lit. remiss. ann. 1459. in Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 188 : *Le suppliant mena quatre bestes aumailles qu'il avoit engressees et Herbagées.* Aliæ ann. 1480. in Reg. 207. ch. 367 : *Ouquel villaige de Custrac* (en Auvergne) *a ung terrouer, appellé la Aste de Custrac, et autres deveses ou pasturniges, ... lesquelz . . . . sont ordonnez . . . . à faire paistre et Herbager les beufs arans dudit villaige.* Charta ann. 1343. ex Chartul. S. Vincent. Laudun. : *Item li habitant de Bucy . . . . doivent avoir aisement de Herber en notre terroir, ès lieus où il ont aisement de pasturage.* Ubi *Herber* est Herbam succidere et colligere : eam vero depascere sonat in Lit. remiss. ann. 1442. ex Reg. 176. ch. 161 : *Comme le suppliant eust vendu certaine herbe ou fourrage pour Herber ung poulain, etc.*

Herbajarius. Qui pascuis invigilat. Jacobus I. Rex Arag. in Foris Oscæ ann. 1247. ubi de pascuis et gregibus : *Quotiens Merinus vel Herbajarius Domini Regis ad capannas venerit Infancionum, etc.*

¶ HERBANNUM. Vide in *Herebannum.*

* HERBANTUM, Census pro facultate succidendi vel depascendi herbas. Charta ann. 1153. in Chartul. Pontiniac. ch. 15 : *Willelmus comes Nivernensis contulit in mutuo et elemosina suum Herbantum, quod habebat in Truncheio.* Vide in *Herbagium.*

HERBAPERIARUM. Thwroczius 2. part. cap. 3 : *Kusid autem de aqua Danubii lagenam implens, et Herbaperiarum ponens in*

Digitized by Google

utrem, et de terra nigri sabuli accipiens ad suos reversus est. Sed ex iis quæ subduntur, legendum indubie *Herbam pratorum*, quod non vidit Editor.

HERBARE, *Herbam pascere*, [*vel herba ornare, induere,*] Joanni de Janua [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Herbare, Herber, glager d'herbe.*]

* **HERBARIA**, Forum herbarium, Gall. *Marché aux herbes.* Stat. Montispess. MSS. ann. 1204 : *Acta sunt hæc et publicata in solerio Herbariæ, ubi erat domus duodecim consulum, etc.*

HERBARIUM, Joanni de Janua, *Locus, ubi herbæ abundant.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Herbarium, Herbier, lieux où herbe croist.*] In Glossar. Isidori : *Herbitium, locus in quo herbæ nascuntur.* Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 8 : *Quos tamen* (pannos) *non suspendant ad siccandum in horda, ut alii fratres, sed tantum deponant in Herbario claustri.* Le Roman *de Garin* MS. :

Mort le trebuche devant lui en l'Erbier.

[Le Roman *de la guerre de Troye* MS. :

Se ferirent de plain eslais . . .
Si que ambdos chient en l'Erbois
Après comencient li tornoi.]

Aliud porro est *Herbarium* apud Henricum Knyghtonum lib. 2. cap. 7. de Willelmo Rufo Rege Angl. : *Fecit de loco illo Forestam novam, quam vocavit suum novum Herbarium, et replevit eam cervis, damis, etc.* Quippe hoc loco in voce *Herbarium*, *ju*, consonantem efficiunt : idemque valet hæc vox, ac *herbergium*, seu domicilium. Tabular. Absiense fol. 171 : *Ædificare, secare, plantare in Auberiis, pratis, exclusis.* Rursum fol. 199 : *Partem meam Auberiæ, quam habeo in Martreio, etc.* Vide *Hereberga.*

¶ **HERBARIUS**, Herbarium. Vide *Herba.*

¶ **HERBASCUM**, *Ellychnium*, in Amalmalthea.

HERBATICUS. Gloss. Gr. Lat. MS. et Editum : Ἀλητής, *Herbaticus, vagus, erroneus.* Sed legendum *Erraticus.*

Herbatica Animalia, ποφάγα, apud Vopiscum in Probo, ubi quidam restituunt *Erratica*, quod improbant viri docti.

* **HERBATUM**, Pratum. Charta ann. 1206. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 806 : *G. capellanus dedit vineam Pilardi Douvastenir, terram et Herbatum in Bletheria.* Hinc, ut videtur, quod herba seu pratum lasciviæ accomodatum sit, *Herbaument*, pro Lætе, hilariter, vulgo *Guillardement, en folâtrant*, in Lit. remiss. ann. 1412. ex Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 16 : *Laquelle* (femme) *avecques eulx s'en ala Herbaument, et telement que depuis ilz furent bien à accort.*

¶ **HERBATUM** Vinum, Vinum herbis aromaticis conditum. Usus Custumæ Cenoman. : *In festo Sanctorum Simonis et Judæ, caritatem de vino Herbato . . . In nocte S. Martini debent habere botas, caritatem de vino Herbato in refectorio.* Bernardi Ordo Cluniac. part. 1. cap. 8 : *Facit in uno vase vinum helnatum, in altero Herbatum.*

¶ **HERBEGAGE**, Jus depascendi herbas in foresta. Literæ Geraldi Tornacensis Episc. pro Monast. Elnonensi ann. 1152. apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 431 : *Ministerialis in silva nihil juris habebit excepto Herbegage et usu ignis necessarii.*

* Nequaquam; est enim eo loci Jus capiendi ligna domibus construendis vel reparandis necessaria; interdum etiam Præstatio, quæ pro ejusmodi jure exsolvitur, ut in Charta ann. 1370. ex Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 51 : *Pour et à cause duquel office* (de sergenterie) *il est frans de pasturage, ardoir, herbage, panage, Herbegage, etc.* Hinc *Une masure séant en Herbegage*, quæ huic juri obnoxia est, in Charta ann. 1372. ex Chartul. 21. Corb. fol. 266. Inde etiam *Herbegage* nuncupatur Tributum, quod penditur domino loci pro reponendis doliis vini in domibus vel cellis vinariis, in Charta ann. 1408. ex schedis meis : *Tuntost que les vins amenez par ladite riviere* (d'Oise) *et arrivez audit port* (du Pont l'Evesque) *sont tirez et mis hors des nefs, ... et quant dudit port ilz sont vieutrez et transportez, mis et herbegiez en maisons ou celliers en la terre d'icellui nostre conseiller* (l'Evêque de Noyon) *il en doit avoir et a accoustumé recevoir pour chacune piece de vin un denier de Herbegage, que on dit issue de terre.* Vide infra *Herbergatum* et *Hospitagium* 3.

¶ **HERBEGARE**. Vide in *Hereberga.*

* **HERBERA**, Venefica. Vide infra *Herberia.*

* **HERBERAGIUM**, Domicilium, ædes, mansio. Charta ann. 1177. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 697. art. 3 : *Venditiones omnium possessionum suarum, præterquam de domibus suis et Herberagiis, reddent.*

* **HERBERGACHIUM**, Eodem intellectu. Locus est in *Hereberga.* Vide ibi.

* **HERBERGAGIO Decimæ**, Horreum, ut videtur, seu locus ubi decima reponitur. Charta ann. 1227. ex Chartul. B. M. de Josaphat : *Cum querela verteretur inter me et fratres meos.... ex una parte, et priorem et monachos de Cornelera ex altera, super Herbergagione decimæ de Ves, quam prædicti monachi habent apud Ves, etc.*

* **HERBERGAGIUM**, Jus *gisti* ac *procurationis*, seu divertendi in domum vassalli et in ea hospitandi, vel censum eam ob causam percipiendi. Charta Ludov. Jun. ann. 1153. ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Venerabilis abbas S. Petri Carnotensis Fulcherius et donnus Radulfus prior Leonis-curiæ nos humiliter adierunt, et dictæ domus pauperatem et gravamen ostenderunt, ubi nos Herbergagium habebamus, et in domo monachorum et quorumque hominum ibidem manentium.... A consuetudine jacendi totum cellam de Leonis-curia absolvimus, retento Herbergagio nostro super rusticos villæ et quoscumque sive ecclesiæ sive militum hospites. Herbergaria consuetudo*, in Charta Willel. comit. Nivern. ann. 1143. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 114. Pro domo seu mansione, vide in *Hereberga*; quo sensu *Hébergement*, in Chartul. episc. Paris. fol. 120. et *Herbergaje*, in Cantil. 4. tom. 2. Poem. reg. Navar. pag. 9 :

A amors pris en moi son Herbergaje.

* **HERBERGAMENTUM**, Gall. *Herbergement*, Census, qui pro facultate succidendi vel depascendi herbam exsolvitur; unde *Herbaiger*, de ejusmodi censu pacisci. Charta ann. 1325. ex Bibl. reg. : *Recognurent.... avoir vendu.... le Herbergement des prez lèz Courtenay, si comme il se comporte o toute la pourprise et l'encelnte.* Alia Renati Alenconii ann. 1480. ex Tabul. Cartus. B. M. de Parco : *Les religieux.... ont droits de franchises et libertez, tels que nous avons en nostredite forest de Charnie, et entr'autres sont en possession de prendre et à eux apartenir toutes les bestes porchines, aumailles et autres qu'ils treuvent au dedans de leurdit parc non Herbaigées et apparnaigées, comme à eux appartenans par confiscation.*

¶ **HERBERGARE**, Domum construere, ædificare, reædificare, supellectili instruere. Charta xii. sæculi ex Tabulario B. M. de Bono Nuntio Rotomag. : *Licet siquidem eidem Gilleberto et heredibus suis hanc prædictam terram et domum Herbergare de ligno et lapide, aut vendere vel invadiare, sive donare cum voluerit aut inde facere totam voluntatem suam sicut de suo proprio.* Charta Roberti Lingon. Episc. ann. 1234. tom. 4. novæ Gall. Christ. inter Instr. col. 207 : *Quod si inter ipsorum Abbatis et Conventus homines invenerit mansum vacuum idem Johannes, et voluerit Herbergare de aliquo, sine aliqua contradictione poterit.* Charta ann. 1280. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1453 : *Tenetur dictus Nicholaus dictam masuram ita bene et sufficienter secundum consuetudinem patriæ Herbergare, quod dicti Religiosi pro dicto redditu et emenda supra dictam masuram ædificatam suam possint justitiam facere ac etiam adimplere.* Charta Poncii de Montelauri apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 86 : *Dicto Episcopo Aniciensi..... licet firmare castrum suum de Charbonneriis, Herbergare et augmentare pro voluntate sua.*

* **HERBERGATUM**, Jus in foresta exscindendi ligna domui construendæ vel reparandæ necessaria. Charta ann. 1206. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 806 : *V. Berrun dedit.... dictam* (l. dietam) *prati et Herbergatum in foresta cum pratis.* Vide supra *Herbegage.*

* **HERBERGEGIUM**, Domicilium, mansio, ædes, hospitium, *Hesbargege*, nostris, habitatio. Chartul. feud. episc. Aurelian. sub finem xiij. sæc. fol. 272 : *Item Guillelmus de Marvillier miles tenet a dicto Petro de Varannis Herbergegium de Marvillier.* Ordinat. hospit. reg. ann. 1285. in Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. Paris. fol. 51. v° : *Item Galeran des nappes, qui fait le figé le roy, prendra par jour une provende et vj. deniers pour son cheval, pour fein et pour Hesbargege.*

* **HERBERGERIA**, Diversorium, Gall. *Auberge*, alias *Herbergerie.* Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 489 : *Cum Johanna la Maçonne in quadam Herbergeria Parisius seu hospitio, vocato Postel du Bacin, serviret etc.* Aliæ ann. 1374. in Reg. 105. ch. 503 : *Comme ledit escuier et une sienne serourge aprez la messe se feussent traiz à une Herbergerie pour prendre refection, etc.* Vide alia notione in *Hereberga.*

* **HERBERGIARE**, *Herbergia* seu mansio-

Digitized by Google

nes ædificare, villam construere. Charta Phil. Aug. ann. 1187. pro habitantibus villæ de Capella reginæ in Wastinedo ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 475 : *Quoniam genitor noster venerandæ memoriæ rex Ludovicus hominibus de Capella et de villis ad bailliam illam pertinentibus concessit easdem consuetudines, quas pater suus avus noster piæ recordationis rex Ludovicus eis concesserat, quando fecit Herbergiari Capellam.* Vide supra *Hebergiare. Herbergier* vero, pro Habitare, in Charta Auberti abb. Castr. ann. 1247. ex Chartul. Campan. fol. 343. col. 2 : *Et se aucuns tient masure an la ville, qui ne soit Herbergié dedanz un an, li prevoz la puet baillier qui il vorra por Herbergier.* Hinc *Herbergaut*, Habitabilis, commodam habens habitationem, vulgo *Logeable, habitable.* Charta ann. 1374. in Reg. 106. ch. 202 : *Item deux maisons Herberguales pour deux moitoiens.* Lit. remiss. ann. 1410. in Reg. 165. ch. 21 : *Le suppliant hoste d'un hostel en la ville de Chasteauthierry ; lequel est Herbergaut et grant.* Vide alia notione in *Hereberga.*

¶ **HERBERGIUM.** Vide *Herebagium* et *Hereberga.*

* **HERBERIA**, **Herberra**, Venefica. Correct. stat. Cadubr. cap. 60 : *De Herberiis et veneficis denunciandis. Herberas et veneficas, et omnes maleficas generis cujuscumque denunciantes et accusantes, etc.* Vide *Herbaria* in *Herba* 1.

* 1. **HERBERJAGIUM**, Habitatio cum certa agri portione, prædium rusticum. Charta ann. 1183 : *Ut anniversarium ejus in ecclesia beati Maximini quotannis celebraretur, Herberjagium duobus monachis congruum et granchiam.... promisit.* Alia ann. 1203. ex Chartul. S. Maglor. Paris. ch. 254 : *Concessimus etiam pro eschangio terræ de Chatpendu Herberjagium suum de Panfoul liberum tamquam feodum, et terram ad idem Herberjagium pertinentem similiter liberam.* Vide in *Hereberga.*

* **Arbergium**, eadem notione. Charta ann. 1318. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 405 : *In mansis seu hereditatibus quas ibi possident in præsenti homines infra scripti, videlicet Arbergium Rodulphi Marii, Arbergium Jacobi Marii, Arbergium Marcheti Baptendiæ, Arbergium liberorum Ansermi Boegz, Arbergium Johannis Harcionis et Arbergium liberorum Mermeti Borelli.*

* 2. **HERBERJAGIUM**, ut supra *Herbergagium.* Charta ann. 1226. ex Chartul. Campan. fol. 436. col. 1 : *Johannes Braiacensis ecclesiæ cantor recognovit coram nobis illustrem comitem Campaniæ commodasse sibi domos suas apud Braium sitas.... ad vitam suam possidendas, salvo tamen Herberjagio dicti comitis et hæredum suorum.*

* **HERBEUS**, Coloris viridis. Inventar. ann. 1497. tom. 2. Hist. Cassin. pag. 600. col. 1 : *Reperiuntur duæ tunicellæ Herbeæ et una antiqua ex purpura alba cum planeta.*

¶ **HERBIAGIA**, Idem quod *Hereberga*, Domicilium, domus. Enumeratio feodorum Norman. apud Duchesnium Hist. Norman. pag. 1044 : *Hugo presbyter Herbiagiam suam, mappis quirendum Parisius tota Gravia, et moncellum S. Gervasii.*

¶ **HERBICARE**, Herbas evellere. Descriptio censuum Monast. S. Emmeramm apud Bernardum *Pez*, tom. 1. Anecd. part. 3. col. 76 : *De Talahova* LXX. *denarii.... arat in hebdomada* III. *dies, Herbicat, secat, inducit carradium unum, fenum secat et inducit.*

¶ **HERBICE.** Vide *Herpix.*

HERBIDARE, Herbam seu gramen proferre, apud Colvenerium in Gloss. ad Baldricum. [*Herbidare terras*, Herbas serere, Martiano Capellæ lib. 1.]

¶ **HERBILEGUS**, Messor, Gall. *Moissonneur.* Gesta Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 146 : *Primo die paucos ipsos a longe emittunt messores.... fecerat eos jam tutiores dies hesterna, quæ transierat tuta, Herbilegos incolumes ducens ac reducens.*

HERBILIA, Leguminis species. Miracula S. Columbani cap. 5 : *Legumen Pis, quod rustici Herbiliam vocant... sponte nascitur per illas rupes* (in Italia.)

* Italis *Ervilia*, *Erveia* aut *Arveia*, ex Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 350. Vide *Herbum.*

¶ **HERBITIUM.** Vide *Herbarium.*

¶ **HERBITUM** *dixerunt pastores, eo quod herbæ vice præbeatur pecoribus cum pascua desunt.* Papias.

¶ **HERBOLASTA**, Panificium herbis fartum et conditum. Ordinatio super numero et ordine mensarum in hospitio Dalphini tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 313 : *Item, volumus quod fiat unum intromesium pro nobis in dicta die Sabatti in prandio de tartis aut de Herbolastis.*

* **HERBOLERIUS**, *Herbarum* seu pratorum custos. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. *de Mazauques : Item dixit quod Artigua emerat quondam herbam territorii prædicti a domino Barralo,.... et quod ipse fuit Herbolerius dicti Artiguæ et Hugo Russus et Guillelmus Campagnola, et pro custodia dictæ herbæ habuerunt septem solidos Raymundenses inter ipsos tres.*

¶ **HERBUM**, Ervum, ut videtur, species leguminis, Gall. *Ers.* Pallad. lib. 1. cap. 24. de Columbis : *Fœtus frequentant, si ordeum torrefactum, vel fabam, vel Herbum sæpe consumant... Herbum fœtus gratia mensibus præbeamus hibernis.* [* Vide supra *Herbilia.*]

* **HERBURGIUS**, Veneficus, in Lege Salica tit. 67. edit. Eccardi. Vide *Cherviburgus.*

HERCALÆ, Strumæ, ex Gall. *Escrouelles.* Gaufridus de Belloloco, de Vita et conversat. S. Ludovici Reg. Fr. cap. 35 : *In tangendis infirmitatibus, quæ vulgo Hercalæ vocantur, super quibus curandis Franciæ Regibus Dominus contulit gratiam singularem, etc.*

¶ **HERCEARE**, etc. Vide in *Hercia* 1.

¶ **HERCHIA.** Vide in *Hercia* 2.

1. **HERCIA**, Occa, instrumentum rusticum, quo terræ proscissæ occantur, et teruntur, vulgo *Herce* : ex *herpex, herpicis*, quasi *herpicia*, et contracte, *hercia.* Fleta lib. 2. cap. 77 : *Carucas et Hercias reparare.* Adde cap. 84. Charta Petri Episcopi Meldensis ann. 1229. in Tabulario ejusdem Ecclesiæ pag. 36 : *Consuetudines nemoris... videlicet omnem arborem præter quercum et fagum... ad ædificandum, et aratoria carrucarum, et ad charterios, et Hercias, et ad duas perticas ad ligandum quadrigas oneratas, etc.* Rodolphus Tortarius lib. 5. Miracul. S. Benedicti n. 12 : *Eum quem in hieme prosciderat gliscens rescindere campum, ut tam æstatis calore, quam hiemis rigore decoctus, et sementis tempore, dentata crate glebis attritis, in pulverem redactus, semine suscepto, abundantiorem diebus messis suo cultori exhiberet frugem.* Charta Philippi Regis Franc. ann. 1310. ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 36 : *Item il a ésdites fermes brebiage de tiers an en tiers an, services de seonneeurs en Aoust, services de Herces et de charues, et la court, et leisage, qui sont prisiez ésdites fermes* 40. *sols.*

¶ **Hercis**, Eadem notione. Chartularium SS. Trinitatis Cadomens. fol. 46. v°. : *Hedricus* XXX. *den. et præter hæc hostia et Herces quæ pluris facio.* Et fol. 48 : *Godricus Mol.* 40. *denar. et unam Hercem et* 4. *gallinas.*

* Eodem nomine nuncupatur *corvatæ* species, qua vassalli tenentur dominorum terras occare. Charta Phil. Pulc. ann. 1306. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 494. v°. col. 2 : *Duas Hercias, unam ad tremesium et aliam ad yvernagium.* Alia ann. 1308. ibid. fol. 338. v°. col. 1 : *Derechief huit corvées de Hercier à un cheval.*

Hercaare, **Herciare**, Occare, *Hercer.* Concilium Rotomagense ann. 1096. apud Ordericum Vital. lib. 9. pag. 771 : *Equi arantes, et homines carrucas ducentes, et Herceatores, et equi, de quibus Herceant,... perpetua sint in pace.* [Chartular. SS. Trinitat. Cadom. fol. 48 : *Et* (debet) *Herceare eas cum equo suo, et in quadram unam acram et Herceare eam.*] W. Thorn ann. 1364 : *Herciare, sarculare, metere, etc.* Consuetudinarius Monasterii de Bello in Anglia : *Et debet invenire unum hominem cum uno equo ad Herciandum qualibet septimana ad unum diem ad utrumque semen hiemale et quadragesimale, dum aliquid fuerit ad Herciandum de terra domini, etc.*

¶ **Hercer**, **Hercharr**, Eadem notione. Charta ann. 1181. ex Archivo Eccles. Dolensis : *Vidit Baldricum Archiepiscopum sedentem super campum et facientem terram arari et Hercer cum suo palefrido.* Polyptychus Fiscamnensis ann. 1235 : *Et debet dimidiam acram arutare ad hiemalia et dimidiam acram ad tremeis, et serere et Herchare de blado domini Abbatis.*

¶ **Herchatura**, Occatio, Gall. *Hersage.* Chartularium SS. Trinitatis Cadom. : *Omnes isti faciunt precarias bis in anno de aratura et Herchatura, et vadunt ad fena.*

2. **HERCIA**, Candelabrum Ecclesiasticum in modum *occæ*, seu trigoni, confectum, nostris *Herce.* Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MS. cap. 77 : *Pallia super altare non ponuntur, et Hercia non illuminatur.* Charta Odonis Episcopi Parisiens. ann. 1198 : *Luminaria Herciarum.* Apud Will. Thorn pag. 2152 : *In primis pauperibus die sepulturæ, et die mensis, et pro corpore ficto, cum Hersia.* Ubi *corpus fictum*, est *tumba cenotaphii*, seu *cenotaphium* ipsum : *Hersia* vero, candelabrum in *Herciæ* modum confectum, luminibus variis instructum, quod ad cenotaphii caput erigi solet. [Id aperte docet Testamentum Richardi II. Regis Angliæ apud

Digitized by Google

Rymer. tom. 8. pag. 75 : *Cujus quidem sepulturæ seu funeris nostri exequias more regio volumus celebrari; ita quod pro prædictis exequiis*, IV. *Herciæ excellentiæ convenientes regali, pro eodem funere nostro honestius exequendo, in locis subscriptis, per executores nostros præparentur.*] Errat ergo Somnerus qui *Hersiam* hoc loco ipsum cenotaphium intelligi vult, quod Angli *a Hearse* vocant, ab ipsa *Hercia* i. partem pro toto. Nam quod a Saxonico vocis etymon accersit, nihili, opinor, est. Vide Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 332.

* Obituar. Ms. eccl. Camerac. fol. 6. v° : *Ornantur luminari quinque Herciæ sivæ coronæ, prout fit in aliis solemnitatibus B. Virginis.*

¶ **Herchia**, Eadem notione. Spicileg. Fontanell. MS. pag. 394 : *Feria quinta Paraseeve et feria sexta et sabbato Herchia debet esse ad dextrum cornu magni altaris, et ibi debent esse* 26. *cerei illuminati ad matutinas, et inde extingui a famulo sacriste unus post alium ad quemlibet psalmum et lectionem, videlicet sex in* 1. *Noct. sex in* 2. *et sex in* 3. Statuta antiqua Capituli Senon. : *Item in utroque festo S. Stephani debet centum cereos pro una Herchia.* Ordinarium Lexoviense MS. : *In prima nocte Tenebrarum et duabus sequentibus accenditur luminare sicut in festo novem lectionum et ultra habentur viginti quinque cerei in Herchia super altare majus.*

¶ **Hercium**, in Testamento Johannis de *Nevill* ann. 1386. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 429 : *Volo quod* XXIV. *torches et* V. *tapers, quolibet taper pondere* X. *librarum, præparentur pro sepultura mea, absque ullo alio Hercio.*

¶ **Hertium**, apud Bernardum part. 2. Ord. Cluniac. cap. 25 : *Tria pallia super altare non ponuntur, et Hercia non illuminantur.*

Erza, Eadem notione. Statuta Cluniacensia S. Petri Venerab. Abbatis Cluniac. cap. 52 : *In reliquis vero festivitatibus, quibus accendi solebat machina illa ferrea, quæ vulgo Erza vocatur, pro illa lampadibus vitreis illustretur.*

Heia, videtur simili perinde significatu sumi, (nisi *hercia* legendum sit) in Synodo Exoniensi ann. 1287. cap. 12 : *Vas ad aquam benedictam, Heia ad Tenebras, candelabrum Paschale, etc.*

¶ **HERCICITUS**, διαίρεσις ὑπαρχόντων, *Divisio hæreditatum.* Suppl. Antiquarii. [* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. Germ. Cod. *Herciscitus.* Vox Jurisconsultorum. Heraldus lib. 1. cap. 11. *Hercitus citus*, legendum censebat. Reg. Cod. διαίρεσις, *Divisio hæresis*, forte *hæreditatis.* Vide Cujac. ad tit. Cod. Famil. ercisc. et Salmas. ad Plin. pag. 1272.]

¶ **HERCITÆ**, Servorum genus, qui in agris versabantur apud Veteres. Vide Alex. ab Alex. Genial. Dier. lib. 3. cap. 25.

HERCIUS. Cæsar. l. 3. Belli Civil. : *Erat objectus portis Eritius.* Infra : *Excisoque Eritio.* Ubi *Hercius*, et *Hercio*, legendum contendit Robertus Constantinus in Supplemento Linguæ Latinæ, ut fuerit ἕρκιον, vel ἕρκος, ut nos vulgo *Herce*, septum, quod portis objicitur, ut κατοῤῥάκτης, sive ἐπιῤῥάκτη θύρα, porta cataracta, sive pendula ac recidens Livio, quia forte herpicis in formam confecta.

* Interdum et pro quocumque repagulo, quo locus aliquis occluditur ac munitur. Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 300. col. 2 : *Qui* (captivus) *sepium et Herciorum hirsuta transcendens acumina, fossarum profunditates et abyssos.... transiliens, etc.* Vide infra *Hericia.*

¶ **HERCTUM**, Vox antiqua, hæreditatem, patrimonium, bona, denotans, ab *Hercto* quod et *forctum* et *horctum* et *erctum*, pro bono. Unde formula, *Hercto non cito*, apud vett. JC. de cohæredibus, qui hæreditatem inter se non ciebant, id est, non dividebant. Hæc ex Hofmanno.

¶ **HERCULANUS**, *Eunuchus.* Vetus Gl. Sangerm. Isidorus : *Herculaneus.* Ubi Græv. : Vulcanius, *Eunicus*, Εὐνοῦχος.

¶ **HERD.** Vide *Hird.*

* **HERDA**, Germ. et Gall. *Herde*, Grex. Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 346 : *Comme le sergent eus prise en certain blé.... la proie, que l'en appelle la Herde des vaches de la ville de Waucayeu, en laquelle proie le suppliant en avoit aucunes.*

HERDAMENTUM, Possessio, Hæreditas, in Chartis Hispanicis, quasi *Hæreditamentum.* Vide Anton. Brandaon. lib. 15. Monarch. Lusitan. cap. 36.

* Acad. Hispan. in Dict. *Heredamiento, y asst se llamaban tambien aquellas tierras que los reyes concedian à los nobles que les servian en las conquistas y recuperacion de España de los Moros.* Charta ann. 1294. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portug. pag. 108 : *Contulit.... insuper domos, vineas, pomeria, hortos, molendina et omnia Herdamenta quæ ibi habebat.*

¶ **HERDICUS**, Dominicus, a German. *Herr*, dominus. Charta Biblioth. Cottonianæ quæ sic incipit : *Anno Herdicæ Incarnationis* 956. *indictione* 14.

HERDOCHO. Vide *Heriotum.*

HEREBANNUM, Heribannum, Arribannum, Submonitio ad exercitum : ex *Heer*, exercitus, et *bannum*, citatio, submonitio, indictio. Glossar. Ælfrici : *Exercitus*, Here. *Bannum* vero vox notissima, pro quavis citatione. Ita Guillimannus lib. 2. de Reb. Helvetior. pag. 241. et alii passim. [** Confer Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. § 65. et 59. Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 295. Eichhorn. Histor. Jur. Germ. § 166.] Vide *Bannire* in *Bannum, Hostis, Submonitio.* Maxime vero vox

Herebannum, usurpata pro mulcta, quæ in exercitum pergere, post *bannum* et *submonitionem*, contemnenti indicebatur; de qua sic Gregorius Turon. lib. 5. cap. 26 : *Post hæc Chilpericus Rex de pauperibus et junioribus Ecclesiæ vel Basilicæ jussit bannos exigi, pro eo quod in exercitum non ambulassent.* Lib. 7. cap. 42 : *Post hæc edictum a judicibus datum est, ut qui in hac expeditione tardi fuerant, damnarentur.* Capitul. 2. anno 810. cap. 11 : *De Heribanno exigendo.* [Charta Ludovici II. Reg. Franc. ann. 878. apud D. Calmetum tom. 1. Hist. Lotharing. col. 315 : *Ut nullus judex, vel quislibet.... Heribannum exigere aut exactare præsumant.*]

Ea vero mulcta erat 60. solidorum, secundum Legem Francorum, dicebaturque, *plenum Heribannum* : quomodo *plenum bannum* vocant Capitul. 2. ann. 812. cap. 9. et alia Capitularia Caroli M. et Calvi, quod alias *Bannum Dominicum*, et *Bannum Regis* appellari, totidemque esse solidorum, suo loco docuimus. Lex Longob. lib. 1. tit. 14. § 13. [** Carol. M. 35.] et Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 67 : *Quicumque liber homo in hoste bannitus fuerit, et venire contempserit, plenum Heribannum componat, secundum Legem Francorum, id est*, 60. *sol. solvat.* Quod etiam obtinuit sub tertia Regum stirpe. Statuta S. Ludovici lib. 1. cap. 59 : *Et se nus de ceus, qui sont semons, ne venoient, et l'en le povoit savoir, il en paieroit* 60. *sols de gages.* Ejusmodi mulctarum mentio est præterea in Usaticis Barcinonensibus MSS. cap. 28 : *Qui fallerit hostes vel cavalcadas seniori suo, cui eas facere debuerit, emendet illi eas in duplo.* Et in Regesto Feodorum Campaniæ fol. 97 : *Guido de Vilers fecit emendam Domino Comiti de hoc, quod non fuit in chevaucheia contra Metenses.*

Qui porro pro ejusmodi contemptu, *Herebanni* mulctæ obnoxii erant, si non habebant, unde solverent, *wadia* dare tenebantur, seu *herebannum rewadiare*, uti habent Capitul. lib. 4. cap. 70 : *Ut Vassi nostri et Vassi Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, et Comitum, qui anno præsente in hoste non fuerunt, Heribannum rewadient.* Eodem lib. addit. 2. cap. 28. al. 29. Capit. 1. ann. 812. cap. 2. 9. et Capitul. 1. ann. 810. cap. 11 : *De Heribanno, ut diligenter inquirant Missi nostri, qui hostem facere potuit, et non fecit, ut bannum nostrum ipse componat, si habet, unde componere possit. Et si tantum non habuerit, unde componere valeat, rewadiatum fiat et imbreviatum : et nihil ex hoc exactum fiat, usque dum ad notitiam Domini imperatoris veniat.* Quod si denique nec pecuniam, nec wadia dare possent, tum ipsimet per modum wadii in servitium Principis transibant. Lex Longob. et Capitula Caroli M. locis laudatis : *Si non habuerit, unde illam summam persolvat, semetipsum per wadium in servitio Principis tradat, donec per tempora ipsum bannum ab eo fiat persolutum, et tunc iterum ad statum suæ libertatis revertatur. Et si ille homo, qui propter Herebannum in servitio se tradiderit, et in servitio illo defunctus fuerit, hæredes ejus hæreditatem, quæ ad illos pertinet, non perdant, nec de libertate, nec de ipso Heribanno obnoxii fiant.* Adde cap. seq. Sed et si *Senior vel Comes* quempiam ab *hoste* inconsulto Principe domum dimisset, ipsi pro eo *Herebannum* persolvere tenebantur, ex Capit. Caroli M. lib. 4. Append. 2. cap. 35. [** 36.]

Interdum *Herebannum* non plenarie exigebatur, pro modo facultatum, ne subditi gravioribus ejusmodi exactionibus ad inopiam redigerentur. Idque *legitimum Herebannum* appellabant : ita ut ab eo, qui libras 6. in auro, argento, armis, et peculiis, haberet, 3. libræ : ab eo qui tres libras, 30. solidi, ab eo qui libr. 2. solidi 30. ab eo denique, qui libram 1. solidi 5.

Digitized by Google

exigerentur, ut est in Additione 3. Caroli M. ad Legem Salicam cap. 12. in Lege Longob. lib. 3. tit. 6. § 1. [** Carol. M. 23.] et in Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 14. Vide Capitul. 3. ann. 811. cap. 6.

* Submonitio etiam ad *corveias;* unde pro operis, quas vassalli domino debent aut earumdem redemptione, ea vox usurpatur, notris etiam *Herban*. Charta ann. 1406 : *Quod eo casu dictus Joannes Du Bois et sui hæredes debebunt et tenebuntur persolvere prædictis assensatoribus, nomine et causa præmissorum superius confrontatorum, tam Arbanna brachialia sive ad brachia, etc.* Alia Will. comit. Tornod. ann. 1101. ex Tabul. Molism. : *Quamdam consuetudinem, quam habebat in vineis eorum de Troncheio, et quod nos vulgariter Herban dicimus, Molismensi ecclesiæ remisit, ministris suis interdicens ne ulterius de vineis monachorum Herban acciperent.*

Herebannum non exigebatur, nisi præcessisset jussio dominica, ex iisdem Capitul. lib. 4. cap. 72. cujus quidem pars tertia ad Comitem spectabat : ita tamen ut ei herebannum exigere non liceret; sed Misso dominico, a quo suam tertiam partem recipiebat, ex iisdem Capitul. lib. 3. cap. 68. ubi *Herebannum* in terris neque in mancipiis *exactari*, id est, persolvi, vetatur : sed in auro et argento, armis, palliis, et animalibus, sive talibus speciebus, quæ ad utilitatem pertinent, pensitabatur. Adde Capitulare 3. ann. 811. cap. 6. Capitulare 1. ann. 812. cap. 2.

Postmodum gravissimis Normannorum ingruentibus bellis ac incursionibus, indicta a Carolo Calvo, ad exsolvendum, de quo convenerat, iis tributum, vectigalia, et collectæ, a quibus ne ipsi quidem eximebantur Presbyteri : *Et Herbanni ab omnibus Francis accipiuntur,* ut est in Chronico de Norman. gest. ann. 869. et in Annalib. Francor. Bertinianis ann. 866. Exactum porro pro modo prædiorum : ita ut pro manso ingenuili vel servili denarius persolveretur. Atque hinc colligitur, quid velit Charta 90. inter Alamannicas Goldasti : *Dixit... negare, quod nihil ibi habuisset proprietatis, pro quo Heribannum reddere debuisset, nisi res S. Galli, quas pater suus illuc ad prædictum Monasterium tradiderat.* Et infra : *Adhuc etiam ipsum Odalhartum... audissent enarrantem, quod proprium non habuisset, et ideo Haribannum dare non debuisset.* Sed et inde percipitur, cur in Imperatorum aliquot privilegiis pro Ecclesia Mindensi, post Chronicon Mindense descriptis, pag. 735. 737. 740. *Bannum sive Heribannum* ab illius possessionibus et agris exigere prohibeantur Judices publici. Huc etiam forte respexit Browerus lib. 8. Annal. Trevir. pag. 473. 1. Edit. qui *Heribannum tributum, quod Legatus cogebat, sive agrarium illud esset, sive pascuum, sive ex vitibus peculiove collectum*, interpretatur, ex Cæsarii Abbatis Prumiensis Gloss. inedito.

Ab heribanni pensitatione eximebantur, qui ab *hoste*, seu exercitu immunes erant : verbi gratia senes, ut in Formulis vett. Bignonii, for. 31. aut qui propter necessarias causas ac legitimas domi residere cogebantur, de quibus in Capitulis Caroli M. lib. 4. cap. 70. vel si alicubi a Principe missi essent, verbi gratia ad custodiam maritimam, ut apud Eginhardum Epist. 22. vel si in civitatum ac pontium vel transituum operis, vel in *Marcharum wachtis*, aut ejusmodi occupati essent, ut in Capitul. Caroli C. tit. 31. cap. 27. Vide *Hostis*.

Haribannum, pro *Herebannum*, in Capitul. 4. Caroli M. incerti anni cap. 13. [et in Charta Ludovici Pii Imp. in Hist. Alsatiæ pag. 15. inter Instr. col. 1 : *Nulla deinceps hominum persona destruere vel inquietare, atque ulla fræda, Haribanna... requirat vel extorqueat.*]

** Harebannus. Theodor. IV. Franc. Reg. chart. ann. 727. pro Murbacensi coenobio, in Alsat. Diplom. num. 8 : *Et quicquid tam de ingenuis quam de servientibus, super territuriis ipsius monasterii omni commanentibus, fisco de fredo aut Harebannus unde poterat sperare ad luminaribus vel stipendiis superscriptis famulis Dei, etc.*

Arribannum, in Formulis veteribus Bignonianis form. 31.

Erbannum, [vel *Erband*, ut legunt Editores novæ Gall. Christ. tom. 2 col. 46.] Charta Emenonis Principis seu Domini Auxelioduni (*Issoudun*) ann. 30. HLotarii, (Chr. 984.) : *Ut nemo illorum pergat ad pugnam, quæ alio nomine vulgariter vocatur Erbannum, neque botagium vini alicui reddat, etc.*

Heribannator, Qui *Heribannum* colligit. Capitul. 3. ann. 803. cap. 5. et Capitularia Caroli M. lib. 3. cap. 35 : *Ut illi, qui heribannum solvere debent, conjectum faciant ad Heribannatorem.* Adde Capitulare 5. ejusd. Caroli ann. 803. cap. 17. Idem qui *Exactor heribanni*, apud Eginhardum Epist. 17 : *Sibi curæ esse, seque providere, ut cum exactore Heribanni, si venerit, et eum compellaverit, sine vestro labore se pacificet.* Vide *Retrobannus*.

Ab eodem fonte deductæ voces *Arbannum*, *Hairbannum*, et *Albannum*, quæ ut plurimum usurpatæ leguntur pro quibusvis præstationibus vel operis.

Arbannum, in Charta Ludovici Philippi Regis filii Regis Francor. ex Tabulario N. D. de Campis Paris. : *Ego Ludovicus Philippi Regis filius, Dei gratia Franc. Rex. Notum... quod Bartholomæo de Fulgosio furnum, quod Parisiis habebat, tanta libertate possidendum et habendum concessimus * huic prædicti furni ab omni consuetudine, videlicet talliæ, seu equitatione, seu Arbanno*, (al. *albanno*) *seu exemptione nostri Præpositi liber remaneat. Huic dono interfuerunt Comes Radulfus, Stephanus Cancellarius, Stephanus Dapifer, Hugo de Rua nova, Ervinus Aurelianus, in Palatio publice, prima Dominica post Natale, regnante Ludovico, 4. ann. Dat. per manum Dom. Stephani Cancellarii.* Ubi *Arbannum* videtur esse idem quod *Heribannum*.

Verum aliud sonat in Tabulario Absiensi : *Guillelmus de Cantamerula et fratres sui...* (dederunt) *quarteria 7. blavii, quæ habebant de Arbanno in terris de Peloella, et in terra de Chamaillardi, et gallinas, et quælibet ad illud Arbannum pertinentia, etc.* Habetur in Hist. *des Chastaigniers* pag. 4. Idem Tabular. fol 71 : *Arbannum et alias omnes consuetudines quas proprio jure habebat in terris, quæ circa frostos sunt, etc.*

Arbanagium, in Charta ann. 1299 : *Eorum quilibet debebant et eis reddere tenebantur Arbanagium, scil. unam dietum ad reparandum castrum, muros, etc.*

Airbannum, Idem quod *Arbannum*, in veteri Notitia Tabularii San-Benigniani Divion. apud Perardum in Burgundicis pag. 161 : *Facient ancingas, et corvadas, et sovincta, et Airbannum, solidos 2. et denarios 8. etc.*

Hairbannum. Polyptychus Floriacensis : *Habet ibi 2. mansos absos. Solvunt vestiti mansi Hairbannum pro duobus bovibus sol. 20. pro homine redimendo de hoste s. 3. verveces 4. etc.* Quid autem proprie sit *Arbannum*, et *Airbannum*, hisce allatis locis, docet Consuetudo Marchensis art. 136 : *Tout homme tenant servement son heritage, ou mortaillablement, doit faire par chacune semaine à son seigneur le ban, ou Arban, c'est à dire, une corvée à bras du mestier qu'il sçait faire : et s'il fait Arban avec deux bœufs, il en vaut deux, etc.* Adde art. 137. 143. 146. 166. 167. 168. 429. 430. et Consuetud. local. castri Meliandi tit. 5. art. 24. 25. etc. In Consuetud. locali Castelli novi in Biturig. art. 4. *Bian* et *Arban* idem esse dicuntur. Libertates oppidi *de Vesdun* in Biturigib. ann. 1275. apud Thomasserium : *Je quite tout Araban aux hommes et aux femmes de ladite franchise, fors que tant je retien mon charroi entierement au besogne de mon chastel et de mes maisons de Vesdun, et de vins et de foins tant seulement, et je ne les puis forcer de nul Arban ne de charroy aller fors la paroche de Vesdun par nesun besoin.* Adde eumd. Thomasserium cap. 76. Est igitur *Arbannum* opera, quam quis tenens domino præstat : vox conficta ex *Heribannum*. Perperam vero hæc vox *Arban*, in *Herbaux*, et *Arbaux*, commutata in Consuetudine Pictavensi art. 103.

¶ Herbannum, Eadem notione. Charta Ludovici VII. Regis Franc. circa ann. 1160. e Chartul. Monast. Montis Martyrum : *Hominibus qui in nemore quod Telfolium dicitur hospitari volunt arpentum terræ... tali ratione ad eos hospitandos concedimus... ut neque Herbannum neque talliatam, etc.*

* Haud scio an inde *Harrebanne* appellatur scortum, quod ad vitium submoneat vel invitet. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 229 : *Lequel Jaquemart dist à icellui sergent qu'il n'eust pas osté ledit baston à une mauvaise Harrebanne.* Verum non aliunde repetenda vox *Herebout*, cujus vim explicant Literæ remiss. ann. 1393. ex Reg. 144. ch. 301 : *Lesquelx compaignons de Trappes commencerent à trayner un esteuf au bout d'un baston parmi ladite feste en disant et criant : Herebout, Herebout; qui est à dire, qui vuelt jouer à la paume.*

Herreberga, Herrebergum, Heribergum, Heribergare, etc. Voces unius ejusdemque originis, tametsi non omnino ejusdem significationis. Vide *Alberga*.

Herreberga, in Gl. Theotisco Lipsii, *Castra. Heribergo, castrorum.* Nos, inquit Lipsius, pro omni diversorio; sed illud proprie et primo. [Hinc pro castrensi tabernaculo seu tentorio accipit Guillelmus Abbas in Præfat. ad Cant. Cant. ubi *Sicut*

Digitized by Google

tabernacula Cedar vertit, *sicut Heriberga Cedar*. Nostri *Herberge* eadem notione usurparunt. Le Roman *de la guerre de Troyes* MS. :

Quant des nez sont les gens issues,
Et les Herberges ont tendues, etc.

Ibidem :

Vers les Herberges vet grant pas,
Quant il viut Vespres fu bas.
Au paveillon dou tref soltis, etc.]

Somnerus in Glossar. Saxon. : Hereberga, Statio, mansio. [** Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 175. voce *Heriberga*, et tom. 4. col. 983. voce *Hari*.]

[☞ Inde est quod *Herbergeriam facere* dicuntur qui ad ministerium sive officium suum stant in Palatiis Regum.] Liber niger Scaccarii Anglici f. 30 : *Quatuor Marescalli, qui serviunt familiæ Regis, tam Clericis, Militibus quam Ministris, die, qua faciunt Herbergeriam, vel extra Curiam morantur in negotio Regis, 8. den. in die, galonem vini, etc.*

Heribergum, Domicilium, ædes, mansio, domus. Edictum Pistense Caroli Calvi cap. 37 : *Et quoniam... Heribergum nostrum, quod præterito anno hic fieri jussimus, homines de illa parte Sequanæ in istas partes venientes... destruxerunt, etc.* Mox : *Et nunc illud Heribergum non sine labore et dispendio fidelium nostrorum fieri fecimus, volumus... ut sicut nec in nostro palatio, ita nec in isto Heribergo aliquis alius sine nostra jussione manere præsumat, nec illud aliquis destruat.* Ex quibus satis patet, hoc loco *Heribergum*, non esse jus *mansionatici*, quod vult vir doctus.

¶ Harbergamentum, Eodem significatu. Charta ann. 1244. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pictav. MSS. : *Quidquid juris habere se dicebant in nostro territorio de Riost quod dicitur ortus Regis, et domibus et Harbergamentis intus contentis.*

¶ Herbergagium. Charta Bartholomæi Abb. Floriac. ann. circiter 1220 : *Concessimus.... totum Hebergagium suum sicut se comportat cum propisia sua scilicet cum virgulto et fossatis.* Charta Hervei domini Virsionensis ann. 1269. apud Thomasserium Consuetud. Bituric. pag. 94 : *Omnes quidem homines mei et fœminæ meæ in castellum vel intra banleucam manentes, pro unoquoque suo Hebergagio, dabunt mihi singulis annis quinque solidos monetæ currentis per terram, et pro una quoque domo quam præter Hebergagia sua habebunt, similiter quinque solidos.* Ubi *Hebergagium* a domo distinguitur, ita tamen ut illud pro rustica domo vel rudiori aliquo ædificio accipi videatur; hæc vero pro æde sita intra urbis mœnia, vel villæ septum, atque adeo elegantiori. Qua quidem notione ut plurimum intelligendam hanc vocem censeo : quod ex subjiciendis iterum manifestius fiet.

¶ Herbegagium. Codex Legum Norman. cap. 27. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 214 : *Capitale Herbegagium primogenito remanebit.* Index MS. Beneficiorum Eccles. et diœc. Constant. fol. 17 : *Petrus Bourque undecim solidos homagii pro Herbegagiis suis et particlpum suorum siti in vico elemosine presbiteri.* Ibidem sæpius occurrit, nec non et in Chartular. S. Fromondi.

¶ Herbergachium. Charta Philippi Augusti pro Monast. Compend. ann. 1201. ex Tabular. ejusdem loci : *Burgenses vel Communia in platea illa neque stalla, neque halas, neque Herbergachium, quæ in posterum ibi possint remanere, nisi illa quæ ibidem modo constructa sunt, aliquo modo ædificabunt.* Rursum occurrit in alia Charta ejusd. anni ex eod. Tabul.

Herbergagium, Eadem notione [Charta S. Ludovici Reg. Franc. ann. 1225. in Chartul. Domus Dei Pontisar. : *Ita quod in dictis pratis non potest facere villam, sed in eis potest facere domum ad Herbergagium suum.*] Regestum Feodorum Campaniæ fol. 79 : *Richeras de Rilli recepit de Comitissa terram suam arabilem, et Herbergagium, et 4. arpenta vineæ.* Fol. 108 : *Joannes de Grangia est homo ligius de 40. arpentis terræ, quæ tenet ante domum suam, et de dimidio Herbergagio.* Regestum Normanniæ signatum P. in Camera Comput. Paris. fol. 19 : *Inquisitiones costumarum de Andeliaco... Jurati dixerunt, quod D. Rogerus Torel habet in prædicta foresta per liberationem Vicomitis, qualiscumque sit, suum Herbergagium ad virgam de pleno pugno ad terram, etc.* Charta ann. 1228. apud Hubertum in Hist. Eccl. S. Aniani pag. 112 : *Dotalitium suum... in Majoria et pertinentibus ad Majoriam, terra, Herbergagiis, et aliis... quitavit.* [Charta Theobaldi Blesensis Comitis ann. 1215. ex Tabul. Calensi pag. 170 : *Dedi ei siquidem meremum in foresta mea de Hez capiendum.... ad Herbergagium suum si ipse in feodo isto fecerit Herbergagium.* Tabularium B. M. de Bono-nuntio Rotomag. : *Henricus Dei Grat. Rex Angliæ, Dux Norman. et Aquit. et Comes Andegav.... sciatis me concessisse et præsenti carta confirmasse Abbati et Monachis de Becco ut accipiant in forestis meis de Roveraio et de Bordea quæ necessaria sunt ad Herbergagia sua de Kivillico et de Marrethot facienda, et cum opus fuerit reficienda.* Occurrit præterea in Chartulario Monast. Aquicinctensis pag. 15. et in Charta ann. 1200.] *Herbejagium*, in Charta Ludovici Comitis Blesensis in Probat. Histor. Blesens. pag. 27. Willelmus *Huiart* sub ann. 1301 :

Metent à mort és Herberjages
Chevaliers, Escuiers, et Pages.

Ita in Charta Philippi Pulcri ann. 1309. in ejus Regesto sign. 9. Ch. 1. ex Tabulario Regio. Robertus *de Bourron* in Hist. MS. Arthuri et Merlini : *Il est jà tart, que se vous partiés orendroit de chi, vous ne pourriés hui mais venir à Herbergage de nulle heure.* Et alibi : *Car sans grant gent ne fu onques si riches Herbergages, come chis est.*

¶ Herberagium, Charta Ludovici Comitis Blesens. ann. 1200. ex Chartul. B. Magdalenæ de Castroduno f. 75 : *Dedit Abbatiæ Elemosine Cisterciensi Herberagium quoddam quod habebat ante Abbatiam Castridunensem.*

¶ Herbergarium. Charta Ludovici VII. Regis Franc. ann. 1160. ex Chartulario Monast. Montis-martyrum : *Insuper ipsum conquestum.... et Herbergarium quod in conquestu fecerat mea libertate.*

¶ Herbergium, in Charta Blanchæ Comitissæ Trecensis ann. 1212. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 828 : *Comes ejusdem villæ etiam habebit duo arpenta terræ in eadem villa ab omni exactione et tallia libera et quieta pro Herbergio suo faciendo.*

¶ Herbergerium, in Charta ann. 1200.

¶ Hebergamentum. Charta ann. 1276. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 739 : *Vendidi et concessi et penitus dimisi in fine perpetuo... quoddam Hebergamentum integre sicut se præportat in longum et in latum, quod habebam in parrochia S. Vandregesilli, situm intra masuram, etc.* Charta Philippi V. Regis Franc. ann. 1318. pro Canonicis S. Capellæ Paris. : *Decem libras Paris. deputavimus... in Hebergamento, hortis, etc.*

¶ Herbergamentum. Charta ann. 1221. ex Archivo S. Nicolai Andegav. : *Ragin. Johanne dedit Abbatiæ S. Nicolai Herbergamentum in quo ipse manebat, situm in burgo de Coiron.* Charta ann. 1291. apud Thomassorium Consuetud. Bituric. pag. 727 : *Quod dictus Johannes de Soliaco habuit et habere debuit ratione suæ primogenituræ melius Herbergamentum, meliorem feudum.* Occurrit iterum in Chartulario S. Vincentii Cenoman. fol. 14. et 82. in Charta Ludovici Comitis Blesens. ann. 1192. et in alia ann. 1283. in Chartulario S. Vandreg. tom. 2. pag. 1454.

¶ Herbergementum. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 51 : *Et ipsi Monachi de Herbergemento de Souday tam de parte illa quæ est in cimiterio, quam de parte quæ extra est, nullam debent dicto Galterio vel suis hæredibus redibitionem.*

¶ Herbegiamentum. Idem Chartul. Cenom. fol. 8 : *Concessimus eis etiam quandam terram in eadem villa cum virgulto et Herbergiamento.*

¶ Herberjagium. Charta ann. 1197. ex Schedis D. *Lancelot* : *Pro unaquaque domo quam præter Herberjagium habebit, tres solidos similiter persolvet. Si autem Herberjagium divisum fuerit, quot domus ex eo facte fuerint, pro unaquaque domo tres solidos persolvent.* Literæ A. Episc. Meldens. ann. 1204. ex Tabul. Calensi pag. 81 : *Noverint universi quod E. Kalensis Abbatissa totusque ejusdem ecclesiæ Conventus quoddam Herberjagium quod habere solebant contiguum ecclesiæ de Mintri, totum integre sicut illi possidebant, videlicet quidquid ædificatum vel non ædificatum infra clausturam prædicti Herberjagii continebatur Fulconi presbytero de Mintri possidendum concesserunt.*

¶ Harbergaria et Harbergia, Jus *gisti* ac *procurationis*, seu divertendi in domum vassalli et in ea hospitandi : vel præstatio quæ pro redemtione ejusmodi procurationis domino exsolvitur. Charta Hugonis Ducis Burgundiæ ann. 1171. tom. 4. novæ Gall. Christ. inter Instr. col. 91 : *Habeo enim ex consuetudinario jure in Potestatibus præfatæ ecclesiæ Harbergarias, videlicet Belignico, Saxiaco, Marchisiolo, pro quarum Harbergiarum redemptione quandoque nummos accipi feceram; quod nec juris mei esse cognovi, nec antecessores mei usque ad tem-*

Digitized by Google

pus meum fecerant. Hanc siquidem Harbergiarum redemptionem, ex toto dimisi, et ne deinceps fiat omnino prohibeo. Harbergariam vero quam homines et clientes mei in villa Bieric et villulis et appendicibus ultra montes accipiebant in equis, in canibus, in hominibus, in omnibus quibus Harbergaria fieri potest, omnino dimisi... ut non licet nec mihi nec alicui successorum meorum, nec homiuibus nec clientibus nostris pro Harbergaria quicquam ab hominibus extorquere vel accipere. [** *Halbergaria* in chart. ann. 1297. apud Neugart. in Alem. Diplom. tom. 2. pag. 346. num. 1056.] Vide *Alberga.*

¶ HERBERGERIA, Eadem notione. Chartularium S. Vandreg. tom. 2. pag. 2097 : *Et totam Herbergeriam de Villeta cum mota sua.... et omnes consuetudines silvarum tam ad ardendum quam ad ædificandum.*

¶ HERBERGIAGIUM, Eodem significatu. Literæ Henrici IV. Regis Angliæ ann. 1403. apud Rymer. tom. 8. pag. 324 : *Moram ex causis præmissis ibidem traxerit pro liberata sua ac Herbergiagio servientum et equorum suorum secum ibidem venientium providere.* Charta apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 228 : *Adelesis soror ejus germana donavit nobis post mortem suam in manu ipsius Abbatis totam terram suam de Bigoteria, prata et Herbergiagium.*

¶ HERBERIGIUM, Eadem notione. Charta anni 1187. ex Archico Majoris Monast. : *Decem solidos annuatim, vel unam pelliciam, duo Herberigia unoquoque anno, unumquodque cum quinque militibus.*

¶ HERBEGAGIUM, Eadem significatione. Charta Henrici *de Val* ex Chartul. S. Fromondi : *Tenemur prædictam terram cum Herbegagio et homagio dicti hominis garentizare.*

HERIBERGARE, Hospitio excipere, *mansionaticum* præbere, vel morari in aliquo hospitio, in Capitulis Caroli M. lib. 3. cap. 68. [** *Heribergón, Hospitari*, ex ant. Gloss. Germ. Lat. apud Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 175.] Villharduinus n. 99 : *Proia l'Empereres as Contes et as Barons et ses fils meismes, que il por Dieu s'allassent Herbergier d'autre part del port. Herbreger*, in Consuetud. Britann. art. 315. 606. *Herbergement*, pro domo, domicilio, ibidem et art. 621. *Herbergement*, in Consuetud. Andegav. art. 222. in Consuetud. Norman. art. 356. in Consuet. Vicecomotat. Bajocensis art. 4. etc. Ubi hæc vox sumitur pro primario feudi manerio ac domicilio, quod primogenito ratione primogenituræ competit.

¶ HERBERGIARE SE, Hospitari, diversari. Charta ann. 1279. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1628 : *Ita tamen quod dicti Religiosi et eorum successores poterunt et debebunt descendere et Herbergiare se eundo et redeundo ad custus suos proprios... in domo quam ego faciam in masura superius annotata.*

¶ HERBEGARE, Aliquo hospitandi causa divertere. Charta Caroli Simplicis ann. 914. apud Miræum tom. 2. pag. 806 : *Ut nullus Christianus, Laicus, neque Clericus præsumat.... Herbegare, nec in mansiones, neque in annonas vel pratis audeat caballos suos repascere.* Videtur legendum *Herbergare.*

¶ HERBERGIATA TERRA. Charta ann. 1214. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 1042 : *Et si forte aliquis veniebat qui vim vel injuriam ei.... faceret, ego Radulphus, vel hæres meus excambiabimus ei vel suo hæredi in terra mea melius Herbergiata secundum voluntatem suam.* An pro domo vel castro munitiori atque ad defensionem paratiori ?

¶ HERBERGIATOR, Qui hospitio excepit. Literæ Henrici IV. Regis Angliæ ann. 1403. apud Rymer. tom. 8. pag. 324 : *Nolentes quod Herbergiatores hospitii nostri... herbergiare præsumant.*

¶ **HEREBODE**, Submonitio, mandatum ad exercitum, ex here, exercitus, et bode, mandatum. Fœdus Aluredi et Godvini Regum : *Nullus supersedeat outhorn, nec outhest, vel buiblotam, vel firdfare, nec Herebode, ore aut cornu.* Vide *Herebannum.*

HEREBURGIUS. Vide *Chervioburgus.*

* **HERECONIUS.** DIES HERECONIA, Dies pecuniæ solvendæ. Formul. Mss. Instr. fol. 53. v° : *Cumque adveniente præfato termino, scilicet die Herconia, quæ fuit dies Kalendas Augusti, et ipse dominus P. non habuisset possibilitatem præfatum debitum persolvendi, etc.*

1. **HEREDA**, HÆREDA, Suecis, est Provinciæ pars, suis terminis circumscripta. Vide Joan. Stiernhookum de Jure Sueonum vetusto pag. 29.

2. **HEREDA**, *Mala Hereda.* [* Hæreditas.] Lex Burgundion. tit. 86 : *De mala Hereda : Si pater filiis dimittat malum Heredam, si vivus dare voluerit, cui voluerit donet, postea ad filias suas, si ille dederit, nemo requirat.*

¶ **HEREDARE**, Hæreditatem assignare. Jacobi de Vitriaco Hist. Orient. lib. 3. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 269 : *Saphadinus habuit quindecim filios, de quibus Heredavit septem. Melealim qui prior est omnibus et major, qui tenet in hereditatem Alexandriam, etc.*

* Stat. Montispess. Mss. ann. 1204 : *Si pater habet magnum unum filium et unam filiam, quæ non sit maritata vel Heredata, et pater moritur intestatus, bona patris revertuntur filio et filiæ non maritatæ vel Heredatæ æquis partibus.*

¶ **HEREDICAPA**, *Qui heretitatem alterius capit*, apud Joannem de Janua.

¶ **HEREDIOLUM**, *Possessiuncula.* Gloss. Sangerm. MS. num. 501.

¶ **HEREDIPETA.** Vide *Hæredipeta.*

¶ **HEREDISCINDA**, *Qui alterius hereditatem scindit*, Johanni de Janua.

1. **HEREDITAGIUM**, Hæredium, prædium ex successione parentum, Gall. *Heritage*, in Constit. Neapol. lib. 3. tit. 8. 10. 15. [Vide *Hæreditagium* et *Hereditamentum.*]

¶ 2. **HEREDITAGIUM**, Possessio, proprium, bona immobilia. Charta 1177. ann. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 1012 : *Primum quidem in civitate nostra Alesinæ homines tres piscatores, Rogerium Donati... et suos filios et filias cum eorum Hereditagiis.* Charta ann. 1262. ex Tabul. B. M. de Bono-Nuntio Rotomag. : *Vendidi et concessi in perpetuum Hereditagium viris religiosis Priori et Conventui B. M. de Prato juxta Roch. tres solidos monetæ currentis.* Instrum. ann. 1302. tom. 1. Ordinat. Reg. Franc. pag. 351 : *Non enim intentionis nostræ existit, quod illi qui in mobilibus et Hereditagiis valorem ducentarum librarum Turon. non habent, ad financiam cogantur. Sed quicumque centum libras in mobilibus tantum, vel ducentas libras Turon. in mobilibus et Hereditagiis habere noverittis, financiam præstari volumus, vel ad exercitum faciendum compelli.* Arestum Parlamenti ann. 1322. in Chartular. Domus Dei Pontisar. : *Fecerat proclamari in venditione Hereditagium dicti Militis et specialiter feudum vel partem feudi quod ipse Miles tenebat a dicto Rege Francorum.* Occurrit ibi non semel ; ubi et mobilia videntur opponi hereditariis.

* *Hérité*, eodem sensu, in Poem. *de Cléomades* Ms. :

De deffendre leur Hérités
Sambloit chascuns entalentés.

* 3. **HEREDITAGIUM**, Dos alicui ecclesiæ assignata, bona quibus ipsa dotatur. Lit. ann. 1367. pro S. Capella Paris. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 2 : *Ut magis pacifice ac liberius et utilius valeant* (canonici) *in perpetuum de eis et eorum singulis, tamquam de suo, et dictæ sacrosanctæ capellæ Hereditagio proprio.... gaudere et uti, etc.*

* 4. **HEREDITAGIUM**, Jus ad hæreditatem. Charta Guill. archiep. Rem. ann. 1224. ex Chartul. Campan. fol. 117. v° : *Usque dum quæstio Hereditagii fuerit terminata.*

* **HEREDITALIS**, Proprius, id omne quod quis possidet. Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 79. v° : *Herveus scutifer vendidit dicto Viron omne jus Hereditale, quod habebat in parrochia S. Hilarii super Rille.* Vide *Hereditagium* 2.

¶ **HEREDITALITER**, Jure hæreditario. Miracula S. Vincentii Madelgarii tom. 3. Julii pag. 679 : *Sed quia eadem familia ex antecessoribus suis Hereditaliter sibi pervenerit, affirmat se juramento firmaturum.*

¶ **HEREDITAMENTUM**, ut *Hereditagium* 1. Testamentum Jacobi I. Regis Aragon. ann. 1272. tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 203 : *Ad hæc nos Infans Petrus et Infans Jacobus non coacti ab aliquo vel circumventi, sed bono animo, et gratuita voluntate recipimus a vobis D. Rege patre nostro, hanc donationem et hoc Hereditamentum quod nobis facitis.*

¶ HEREDITAMENTUM MARITORUM, vel *Firma dotis*, Aragonensibus dicitur Donatio quæ a marito uxori fit propter nuptias, vel potius donum quod uxori maritus post primam nuptiarum noctem offerebat ob pretium virginitatis. Vide *Morganegiba.*

¶ 1. **HEREDITARE**, Jure hæreditario obtinere. Codicillus Henrici Comitis apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1171 : *Ego lego Berardo, omnes bestias quas habet... et puer Hereditet illum* (mulum) *et semper teneat pro socio.* Vide *Hæreditare* 1.

¶ 2. **HEREDITARE**, In possessionem rei alicujus mittere, *Investire.* Testamentum Jacobi I. Regis Aragon. ann. 1272. tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 247 : *Qui postquam eos ibi Hereditaveramus, jurarent nos defendere ipsum regnum Valenciæ contra Sarracenos.* Vide *Hæreditare* 3.

Digitized by Google

¶ 3. **HEREDITARE**, Exhæredare, privare. Instrum. ann. 1385. ex Codice MS. : *Domini Regina et Rex, ac Comites, aut aliquis ipsorum nunquam faciant pacem.... cum illo nephandissimo.... qui tam injuste, et inique, ac violenter captivavit et Hæreditavit, et spoliavit... Reginam Joannam regno Neapolitano.* Sed pro *et Hereditavit* leg. *Exhereditavit.*

¶ 4. **HEREDITARE**, Eradicare, evellere. Gall. *Arracher.* Charta Henrici domini de Soliaco ann. 1301. apud Thomasserium Consuetud. Bituric. pag. 123 : *Si quis accusatus fuerit de parturalli, turelli, vel platea arata, vel meta Hereditata seu admota.* Legendum *Heradicata.*

¶ **HEREDITARIA**, Hæres, cui hæreditas de jure competit, Gall. *Heritiere.* Charta ann. 1336. ex Archivo Camerac. Eccl. inter Schedas D. *Lancelot* : *Præfatus baillivus Camerac. sicut suo incumbebat officio requisivit... ut ipsa D. Maria de Pareria de Rumilliaco et terra S. Sulpicii... ad ipsam jure hereditario pertinentibus, tanquam Hereditaria, et ipse D. de Ambasio ejus maritus tanquam ballus,... ipsi homagia et debita juramenta facerent et præstarent adhibitis solemnitatibus consuetis. Iretaine*, eadem notione in veteri Epitaphio apud Miræum tom. 2. pag. 1173 : *Ici gist li drocte Iretaine : Castelene de Sanson, qui fut de lignage li Roy de Jerusalem : pols por l'asme, que Deus console.*

¶ **HEREDITARIUM**, Hæreditas, ac præcipue bona immobilia. Compendium Jurium et Consuet. Universitatis Paris. per Robertum *Houlet* fol. 10. verso : *Quinque capellanie vulgo nuncupate de Savoisi perpetuo fundate quelibet 20. librarum Paris... singulis annis percipiendarum super terras, dominia et omnia Hereditaria que fuerunt D. Karoli de Savoisi.*

* **HEREDITARIUS**, Hæres. Charta ann. 24. Lothar. imper. ex Chartul. S. Petri Carnot. : *Proposui in cordis mei secretario, quatinus de prædiorum possessionibus, Hereditarium facerem sanctam Dei Ecclesiam.* Vide *Hereditaria.*

* **HEREDITER**, Perpetuo. Charta ann. 1256. in Chartul. S. Cornel. Compend. fol. 138. v°. col. 1 : *Egidius de Faveroles et Ysabella ejus uxor regnoverunt se Herediter vendidisse abbati et conventui S. Cornelii de Compendio triginta et octo minas terræ.* Vide supra *Hæreditabiliter.*

¶ **HEREDIUM**, Idem quod *Hereditarium.* Joan. de Janua : *Heredium, Prædium, hereditas.* Vita S. Macarii Antiocheni tom. 1. Aprilis pag. 890 : *Heredium successionis... tribus in eodem cœnobio reliquerat Abbatibus.* Corollarium Norbertinum tom. 1. Junii pag. 964 : *Qui fraterna devotione provocatus, Heredium suum cœnobio quoque obtulit.* Occurrit præterea in Vita S. Adalhardi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 351.

¶ **HEREDUM**, a veteri Gallico *Hardée*, Onus, Gall. *Charge.* Charta Ingelranni III. ann. 1207. in Hist. Codiciac. inter Instr. pag. 166 : *Concedo etiam mortuum nemus de bosco S. Vincentii et herbam meam nemoris de Laujou ad fascillam, ad usum eorum ; et Heredum mortui nemoris ejusdem loci.* [* Vide supra *Hardeia* et *Harida.*]

HEREFARE, Profectio militaris, ex Saxon. here, exercitus, et fare, iter. profectio, expeditio.

HEREGEAT, Hereget. Vide *Heriotum.*

* **HEREGIA**, Hæresis, seu Præstationis species vel mulcta, quæ ab iis, qui hæreseos convincebantur, solvenda erat ; nostris et Hispanis *Herege*, hæreticus. Charta ann. 1245. in Reg. S. Ludov. fol. 24. r°. ex Chartoph. reg. : *Retinemus.... ost et cavalgatam et omnes alias magnas justitias domino regi, Heregias etiam et faidimenta.* Reg. sign. *Pater* Cam. Comput. Paris. ubi de inauguratione regis fol. 163. v° : *Li arcevesques.... ou aucuns des evesques.... doivent demander au roy que il promette et ferme par son serment.... de mettre hors de son royaume les Héreges.* Lit. remiss. ann. 1466. in Reg. 201. ch. 98 : *Jehan de Fontaine tenu et réputé sorcier et Hérege, parcequ'il usoit de sorcerie.* Guill. Guiart. ad ann. 1207. ubi de Raim. comit. Tolos. :

Les Héreges reconfortoit.

Vide infra *Heretice.*

HEREGRAVIUS, vel Heergravius, id est, Comes militaris, seu verius, belli dux. Quatuor vero hacce dignitate in Imperio statuit Hertzog. in Chronico Alsatiæ fol. 143 : *Duces Brabantiæ, Nortmanniæ, Hungariæ, et Ferrariæ.* Sed de his fides sublesta omnino.

* **HEREM**, Arest. ann. 1374. 3. Febr. in vol. 6. arestor. parlam. Paris. : *Dictus vero Viventius eundem Columbum ulterius de facto posuisset in samatha et Herem ; quæ dicta seu sententiæ de samatha et Herem contra dictum Columbum latæ maledictionem aut condemnationem significabant, ut dicebant. Herem* vel *Cherem*, Major et gravior excommunicatio apud Judæos, qua quis a cœtu sacro et synagoga ejicitur, privaturque communione cibi ac potus. Plura videsis apud Buxtorf. et in Lexic. Chald. Rabbin. Thalm. et tom. 1. Proleg. Calmeti ad Script. Sacr. pag. 263.

¶ **HEREMANNI**. Vide *Herimanni.*

¶ **HEREMIA**, Locus desertus et solitarius. Literæ ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 391 : *Sicut nos ipsi Episcopi et astantium multitudo ad utilitatem hanc Heremiam habitantium melius intelligere potuimus.*

HEREMINÆ Pelles. Vide *Armeniacæ* [et *Hermellina.*]

¶ **HEREMITA**, Cella, habitatio Eremitæ, Gall. *Hermitage.* Acta B. Thomassi tom. 3. Martii pag. 596 : *Plures Sacerdotes ex devotione venerunt ad prædictam Heremitam ad celebrandum, in festo S. Hieronymi, cujus vocatur ecclesia Heremita ejus.*

¶ **Heremitarium**, Eadem notione. Chronicon Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 656 : *Dedit.... Heremitarium in valle de Cerasa, et Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Aviliano.* Vide *Eremitorium* in *Eremitæ.*

¶ **Heremitagium**, **Hermitorium**. Monast. Anglic. tom. 2. pag. 339 : *Vulgariter autem locus iste a laicis Heremitagium nuncupatur propter solitudinem ; non quod Heremita aliquis aliquo tempore ibidem solebat conversari. Capellam sive Hermitorium*, apud Th. *Blount* in Nomolex. Anglic.

¶ **Heremitarius**, Eremita. Hist. Britan tom. 2. pag. 73 : *Dedit... locum supradictum in eleemosynam et dedit licentiam quantum ex sylva et saltu in circuitu potuisset præparare et abscindere, sicut Heremitario in deserto, qui non habet dominatorem, excepto Deo solo.*

* **HEREMITA**, Mulier eremiticam vitam agens ; nostris *Hermitain*, pro *Hermite.* Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 55 : *Ordinamus quod quicumque rapuerit per vim, vel cognoverit, sive adulteraverit uxorem alterius, virginem, viduam, sanctimonialem, Heremitam, vel aliam mulierem bonæ opinionis et famæ et honeste viventem, capite puniatur.* Vitæ SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 67. v°. col. 2 : *En cel tans fu ung Hermitains hons de grant vertu, qui avoit laissé toutes choses pour Dieu.* Vide infra *Heremitana.*

* 1. **HEREMITAGIUM**, Monasterium. Charta ann. 1199. ex Chartul. S. Evortii Aurelian. : *Ego Guillelmus de Halanda.... concessi Heremitagio Franchardi in Bierra elemosinam, quam Robertus Malusvicinus eidem fecit apud Sarcloies.* Vide in *Eremitæ.*

* 2. **HEREMITAGIUM**, Locus desertus et solitarius. Charta ann. 1215. in Tabul. S. Petri Carnot. : *Concessi in perpetuam elemosinam ecclesiæ B. Petri Carnotensi et monachis ibidem Deo famulantibus Heremitagium de Fatgermont, cum plexicio eidem Heremitagio adjacente, quiete et libere possidendum.* Vide in *Heremita.*

* **HEREMITANA**, ut supra *Heremita.* Charta ann. 1460. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Quoddam affare hermarum et bosquitarum terrarum versus Heremitanas de sancto Cassiano.*

¶ **HEREMITARE**, Vastare. Vide *Eremitare* 2.

* **HEREMITAS**, Terra inculta, *Heremps*, in Consuet. Solensi tit. 13. art. 1. Charta ann. 1272. in Reg. S. Ludov. fol. 94. v°. ex Chartoph. reg. : *Extimaverunt.... terras incultas et omnes alias Heremitates infructiferas ad decem octo sextaria, etc.* Alia ann. 1341. in Reg. 72. ch. 360 : *Quæ quadraginta sextariatæ terræ se tenent et confrontantur a parte superiori cum Heremitatibus seu forestis domini regis.* Lit. ann. 1357. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 448 : *Propter quæ dictus locus ejusque territoria et pertinentiæ.... ad Heremitatem, gastinam et sterilitatem, et ad nemora et bartas sunt reductæ.... Et cum tam propter dictas Heremitates, gastinas, bartas et nemora, etc.*

* **HEREMODICIUM**. Vide supra *Eremodicium.*

¶ **HEREMOSUS**, incultus. Instrum. ann. 1461. ex Archivis S. Victoris Massil. : *Volebant relinquere vineas totaliter Heremosas.* Vide *Eremus.*

HEREMUS, [Terra inculta, in Charta an. circ. 970. in majori Chartul. S. Victoris Massil. et in alia ann. 1298. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 541.] Vide *Eremus.*

¶ **Heremus**, Locus desertus, in Hist. Mediani Monast. pag. 53. *Heremus et desertum ita distinguitur. Heremus est invia solitudo ubi nunquam habitatum est. Desertum ubi aliquando habitatum et derelictum est.* Ita vetus Gloss. Sangerm. et Johan. de Janua.

Digitized by Google

* *Heremis et populatis*, in Charta ann. 1142. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 495.

HERENACHUS, apud Hibernos, Dignitas Ecclesiastica, apud quos sic nuncupabatur Clericus, qui primam tonsuram non excesserat, et censum Episcopi cæteraque Ecclesiæ debita colligebat, partem unam Episcopo, aliam reficiendæ Ecclesiæ fabricæ, tertiam fovendis pauperibus excipiendisque hospitio peregrinis disponens. In stipendium muneris, libera ei cessit ab omnibus præstationibus terræ portio, quam honoris causa *Honorem villæ* nuncupant. Ita Vicedomini vel œconomi munus obibat; quod etiam hæreditarium fuit. Vide de *Herenacia* plenius disserentem Spelmannum in *Corba*, ut et Jacobum Waræum in Antiquitatib. Hibernicis cap. 17.

HERENAMES, vox formata et contracta ex Saxonico hæreteames, id est, *exercitus illicite coacti participium*, ab here, alias herge, unde et hergian, quod *grassari, prædam facere* sonat: et theam, *sequela*. Leges Aluredi et Godrini Regum cap. 2. apud Bromptonum: *Qui Herenames fuerit accusatus, weregildo suo se redimat.*

HERENCIA, [Adhærentia, appendix, Gallice *Appartenances, dependances.*] [*Quæ interpretatio locis hic prolatis apprime convenire videtur; quamquam Academicis Madritensibus in Diction. Hispan. *Herencia*, idem sit quod Hæreditas.] Charta Hispanica apud Oyhenartum in Notitia Vasconiæ pag. 203: *Cum omnibus omnino, domos, hortos, vineis, vel omni Herencia, molinos, pratos, etc.* Alia Garsiæ Regis Suprarbiensis apud Blancam in Comment. Rerum Arag. pag. 698: *Duas villas Leudam et Anivessem, cum suis Herenciis, id est, terminis a me et filio meo determinatis.* Aliud apud Antonium *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5. pag. 436: *Dedimus vobis sancti Michael de Bueneo, cum tota sua Herencia, et omni integritate, etc.* Adde Sandovallium in Episcopis Pampilonensibus pag. 57.

* **HERENCINUS**, Qui alteri adjacet, ab alio dependens. Charta Aymer. de Narbona ann. 1337. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 400: *Vendimus quidquid juris habemus.... in dicto castro de Herestaribus,.... tam in hominibus et feminabus, pasturagiis, aquis, terris Herencinis, cultis et incultis, etc.*

¶ **HERENICAS**, *Antiquas*. Isidorus. Ubi Grævius: Puto *Hernicas*. Respexit, credo, Juvenalem qui in Sat. 14. 18.

Hernicus olim
Vestinusque senex.

Aut legendum, ut est in Excerptis, *Heroicas, antiquas*, quod magis probo. Papias: *Heroica, antiqua. Heroici, antiqui.* Vide *Hereticus.*

¶ **HEREOTUM**. Vide *Heriotum.*

HERES, Medicaminis species, apud Cælium Aurelianum lib. 1. Chronicon cap. 3.

¶ **HERESCARIUS**, Minutæ monetæ species. [** Qui domino scaram debet, ut monet Guerardus in Glossar. Irminon.] Codex MS. Folquini: *Inde veniunt libræ* 2. *solidi* 18. *Herescarii* 109. Consuetudines Furnenses MSS. ex Archivo Audomar.: *Litlo habet bun.* 3. *arat bun.* 2. *sunt ibi lunarii* 8. *luminarii et Herescarii* 155. *veniunt lib.* 2. *sol.* 14. *den.* 8.

¶ **HERESCHILD**. Vide *Heereschild.*

* **HERESIPILIS**, Erysipelas, Gall. *Erésipele*, latiori tamen, quam vulgo accipi solet, intellectu. Mirac. S. Fiacrii tom. 6. Aug. pag. 616. col. 2: *Joanneta habebat Heresipilem, id est sacrum ignem, in mamilla.* Vide *Herisipila.*

¶ **HERESIS**. Vide *Hæresis* 1.

¶ **HERESTRATA**. Vide *Heerestrete.*

¶ **HERESYVE**, Cribrum, Gall. *Crible, tamis*, a Sax. Hær et Syve. Computus ann. 1425. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 574: *Et in uno Heresyve empto ad pistrinam ibidem* x. *den.*

HERETAGIUM, ex Gallico *Heritage*, Patrimonium, quod successione obvenit, apud Henric. Knyghton. [Testamentum Remigii de Summa vera ex Tabul. Capellæ S. Yvonis Paris.: *Omnia Heretagia sua vendantur per executores suos.*]

HERETAYNES, Herethaynus, Idem quod *Herenames*, de qua voce supra, ejusdemque originis ac notionis, in Legibus Inæ cap. 17: *De Heretaynes conducentibus exercitum.* Et cap. 17: *Qui Herethaynus, id est, conducens exercitus fuerit accusatus, Weregildo... se redimat.*

¶ Heretemius, Eadem notione. Fœdus Aluredi et Godrini Regum: *Nullus supersedeat outhorn, nec outhest vel buiblotam, vel firdfare, nec herebode, ore aut cornu, juxta præceptum Heretemiorum regni.*

¶ **HERETICALIS**. Vide *Hæreticalis.*

* **HERETICE**, Dicitur de conventibus sortilegorum, in Charta Phil. VI. ann. 1328. ex Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 232: *Intelleximus quod quamplures in fide debiles et infirmi, in ea offerentes et desperantes de divinæ potestatis auxilio, in dicto loco* (quadruvio videlicet Rubei fossati sito prope S. Laudum) *certis temporibus bis in anno se consueverunt Heretice colligere, ut argentum et aurum, immo potius sempiternum opprobrium et æternum supplicium, recipiant, dæmonia, proh dolor! invocantes, etc.* Vide supra *Heregia.*

* **HERETICULA**. Charta ann. 1244. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 124. r°: *Si vero vechia non triturata vendita fuerit.... habebit ipse* (abbas) *duas partes et major tertiam; idem erit de Hereticula.* Sed leg. *Lenticula.*

¶ 1. **HERETICUS**, *Antiquus*. Vetus Gloss. Sangerm. Sed legendum *Heroicus*. Vide *Herenicas.*

* 2. **HERETICUS**. Hereticæ Carnes, Morbo aliquæ infectæ. Consuet. MSS. *de Buzet* ann. 1273. art. 42: *Item que negun masere no sia ausart de vendre, ne tenir carns pudentas, Hereticas, leprosas, ny autras carns deteriozas, ny malas en lo mazet.*

¶ **HERETOCHIUS**. Vide *Heeretochius.*

HEREZELDA, et Herrezelda, Scotis, dicitur jus illud, quod domino feudali competit ratione dominii, percipiendi in bonis sui *husbandi*, seu tenentis, *meliorem averium sive animal, de ejus catallis*, post illius decessum. Ita Quoniam Attach. cap. 23. et Leges Burgor. Scoticor. cap. 19. Adde Regiam Maj. lib. 2. cap. 36. § 2. Id Angli *Heriotum* vocant. Vide in hac voce. Vox confecta ex *Her*, dominus, et *Zelde* donum, seu ex *geld*, præstatio, ut existimat Spelmannus. Ego vero *Heregeldum*, appellatum potius censuerim ab *here*, exercitus, et *geldum*: quod vassallis ac tenentibus decedentibus, dominis jus esset capiendi in illius bonis equum, arma bellica, veluti ad exercitus subsidia. Vide Skenæum de Verborum significat. verbo *Herrezelda.*

¶ **HERFERDINGLAND**. Concilium Cloveshoense ann. 822: *Retenti sunt anim tres manentes de prædicta conditione, et libri quinquaginta septem manentium, liber de Bockland, liber de Wambelea, liber etiam Herferdingland.* f. Liber tenementorum, quæ quartam partem denarii, Anglis *Farding*, pro censu dehent. Vide in *Ferto.*

¶ **HERGA**, Hergandus, Vestis species Armigeris propria, f. a Sax. here, exercitus. Statuta Synodal. Eccl. Cenoman. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1393: *Inhibemus expressius ne presbyteri indumentum scutatorium, quod dicitur Herga, vel aliud laicale indumentum desuper deferre præsumant.* Acta Synod. Eccles. Aurelian. art. 88. ibidem col. 1283: *Prohibetur penitus universis sacerdotibus... ne habeant cappas alatas et vestes inordinatas, maxime houcies et Hergandos.* Vide *Herigaldus* et *Hergas.*

* **HERGAS**, Vestis species, quæ aliis superinduitur, mulieribus etiam in usu, nostris *Hergaut*. Constit. monast. S. Petrimont. tom. 2. Monum. sacr. antiq. pag. 427: *Canonici cum equitabunt superpellicia cum strictis manicis portare poterunt, æstivales et Hergates equiantes* (f. equitantes) *portare poterunt, alias non.* Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 218: *Un Hergaut à femme de burnete fourrée de connins.* Vide *Herga* et *Herigaldus.*

* **HERGEWEDE**, Militaris supellectilis præstatio domino exhibenda post obitum vassalli, idem quod *Herezelda* et *Heriotum*. Charta Reinaldi archiep. Colon. ann. 1166. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 76: *Hoc tamen ipsi tantum comitissæ permisimus, ut si, quod vulgo dicitur Hergewede, ipsa vivente de ministerialibus Merensibus vacaverit, ipsa id ex nostro mandato recipiat.* Alia ann. 1231. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 709. col. 2: *Nec idem* (hæres) *in receptione dicti feodi aliquo jure, quod vulgariter Hergewede dicitur, nobis vel nostro servire tenebitur successori.* Vide *Hergeweth.*

HERGEWETH, Arma bellica: vox Teutonica, ex *Heer*, exercitus, et *Gewet*, pignus, quod in belli pignus ea hæredi relinquantur. Speculum Saxon. lib. 1. art. 19. § 1: *Suevus tam res expeditorias, hoc est, arma bellica, seu Hergeweth, quam hæreditarias, non solum in septimo tollit gradu, etc.* [** Vide Haltaus. Glossar. German. col. 881.]

HERGRIPA. Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 94: *Si quis aliquem per capillos arripiat, tantum emendet, quantum de uno colpo faceret, i. quinque denarios de Hergripa.* Vox ex Saxonico vel Anglico formata, *a Haire*, capillus, et *gripan*, capere.

* **HERI**. Ab Heri, Hesternus. Vide supra particulam *Ab* et mox *Herinus.*

¶ **HERIATUA**. Vide *Heriotum.*

Digitized by Google

HERIBANNATOR, HERIBANNUM. Vide in *Herebannum*.

¶ **HERIBERGARE**, HERIBERGUM, in *Hereberga*.

* **HERICIA**, Septum, quod portis urbium objicitur, seu quodvis repagulum, quo locus aliquis occluditur ac munitur, nostris *Herse*. Reg. feudor. Norman. ex Cod. reg. 4653. A. fol. 157 : *Homines sui debent reparare unam perticatam de fossatis,... et facere Hericiam supra illam perticatam, cum reparata fuerit.* Vide *Herctus*.

¶ **HERICIUS**, Herinaceus, Gall. *Herisson*. Histor. Monast. Villariensis lib. 3. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1361 : *Pelles videlicet Hericii, quibus usque ad largam effusionem sanguinis seipsum cædebat, et urticarum aculeos quibus sese involvebat.*

* **HERIÇO**, HERISSO, Eadem notione, Gall. *Hérisson*, proprie Trabs versatilis spiculis hirsuta ferreis. Reparat. factæ in senescal. Carcass. ann. 1435 : *Eidem* (fabro ferrario) *pro præparando serruram Hericonis barreriæ portæ vocatæ Aude*. Infra : *Eidem pro præparatio armellas Herissonis portæ Narbonesiæ etc.*

¶ **HERIDETARE**. Hæredem constituere. Testamentum Ælfegi apud Hickes. Dissert. pag. 59 : *Rex Æthelberhus primum Heridetaverat de Valdahum Apostolum sanctam Andream et ecclesiam suam in Hrofeceastra æterno jure.* Forte leg. *Hereditaverat*.

* **HERIES**, *Morio*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. Nostris *Hérier*, verbum obscœnum. Lit. remiss. ann. 1418. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 803 : *Le suppliant apperceut icellui Raulin qui tenoit sa Chamberiere par les jambes, et la Hérioit oultragеusement, oultre son gré et voulenté.* Vide infra *Hullarii*.

¶ **HERIETTUM**. Vide *Heriotum*.

HERIGALDUS, Vestis species. Synodus Wigorniensis ann. 1340. cap. 21 : *Capas etiam deferant clausas Sacerdotes et Personatum habentes ubique, et non amplius utantur Herigaldis.* [Vide *Herga*.]

HERILES, Principum seu Dominorum filii, quasi *minores heri*, quos sequior ætas *Domicellos* dixit. Gloss. Gr. Lat. : Δεσποτικός, *Erilis*. Δεσπόσυνος, *Erilis*. Gloss. MS. Eccles. Paris. : *Erilis, filius dominicus. Eriles, domini. Erilis, dominicus, etc.* Glossæ Pithœanæ : *Eruli, domini, domnuli*. Papias : *Heri, domini : inde Herilis velut heri filius, velut quidam dicunt, minor filius, i. domicellus. Herilem filium* dixit Terentius in Andr. quem Donatus τρόφιμον interpretatur : *Herilem filiolam*, Prudentius lib. περὶ στεφάνων, in S. Fructuoso, pro filia Præsidis, et Anonymus in Vita S. Antonini Abbatis Surrentini num. 14. Δεσπόσυνος, Xenophonti, Theophilo, Harmenopulo, et aliis : υἱὸς δεσπότης, Heliodoro lib. 1. Hujus vocis usum revocarunt etiam Scriptores ævi medii. Guibertus Epist. 39 : *Ego quidem, cui ob beneficia Ottonis est multa fides, circa Herilem filium sic protinus delibero, etc.* Will. Britto in Præfat. ad Philippid. de Ludovico Philippi Augusti filio :

...Herilis sanguinis hæres.

Theodolus :

Tandem confectis ætate creatur Herilis
Filius.

Sed et Regum fratres, *Heriles* vocat Jonas Aurelian. in Præfat. ad Opusc. de Instit. regia, ad Pipinum Reg. Aquit. : *Necesse est, ut vos et fratres vestri, Heriles nostri, in mutua dilectione consistatis.* [** *Herilis*, Domini filia, virgo nobilis. Ruodlieb fragm. 8. vers. 48 :

Surrexit juvenis, quo contra surgit Herilis;
Ille velut falcho se girat et hæc ut hirundo,
Ast ubi conveniunt citius se præteriebant.

Adde fragm. 9. vers. 22. fragm. 14. vers. 23. etc.]

¶ **HERILIS**, Clarus exponitur in Glossulis ad Statuta Canonic. Regul. S. August. metrice scripta apud R. Duellium tom. 1. Miscell. pag. 56 :

Major ut est humilis, gratus sit plus et Herilis.

[* *Herile lignum Crucis*, in Charta ann. 1077. ex Tabul. Gellon.]

¶ **HERILITAS**, Eximius corporis habitus. Acta S. Udalrici tom. 2. Julii pag. 99 : *Rex vero intuens Herilitatem staturæ illius.*

HERIMANNI, HERMANNI, ARIMANI, ARIMANNI. Ita dicebatur apud Longobardos certum hominum genus, quos humilioris fuisse conditionis quidam rentur, quod servis adjungantur in Diplomate Conradi Imp. apud Sigon. lib. 8. de Regno Italiæ : alii vero Milites, vassallos, et qui beneficia a Principe obtinebant, ita dictos censent. [Vocabularium Gothicum a Grotio collectum apud Murator. tom. 1. part. 1. pag. 370 : *Arimanus, herman. Miles gregalis, qui publicum munus non habet. Postea pro paupere sumta vox. Hinc jus Arimandiæ in feudis.*] Certe *Arimanos* in Legibus Longob. subditos fuisse immediate Comitib. ipsis, Judicibus, Sculdasiis, etc. deprehendimus, ita ut diversos fuisse a servis nemo non putet. Lib. 1. tit. 18. § 2. [** Rach. 6.] : *Arimanus ille quidem, si mentitus fuerit, et dolose hoc egerit, si ante venerit ad palatium, quam ad judicis sui vadat judicium.* Tit. 25. § 50. [** Luitpr. 44. (5, 15.)] : *Si ille judex.... Arimano suo faciendum mandatum neglexerit.* Lib. 3. tit. 12. § 5. [** Guid. 3.] : *Nemo Comes, neque loco ejus positus, neque Sculdasius ab Arimanis suis aliquid per vim exigat.* [Ubi Eccardus scribit : *Arimannis, Erbmænner, qui bona hæreditaria possident, domini minores. Vide notas iterum nostras ad catechesin Theotiscam p.* 163.] Tit. 13. § 3. [** Guid. 4.] : *Comes loci ad defensionem patriæ suos Arimannos hostiliter præparare monuerit, etc.* Charta Hugonis et Lotharii Italiæ Regum ann. 938. in Bibl. Sebus. Cent. 1. cap. 83 : *Insuper concedimus eidem fideli nostro Aledramo, suisque hæredibus, ut de villa, quæ vocatur Roncho, et de omnibus Arimannis in ea morantibus, omnemque districtionem, omnemque publicam functionem et querimoniam, quam antea publicus nosterque missus facere consueverat,... custodiant et observent.*

Prædictis addo, quæ de Arimannis habent Capitula Concilii anonymi an. 904. can. 1. et seqq. : *Ut nullus Comitum Arimannos in beneficio suis hominibus tribuat. Ut homines Comitum nullatenus in domibus Arimannorum resideant, sed domos reipublicæ instaurent, ibique resideant. Ut Scriptoribus publicis nullatenus interdicatur res Arimannorum transcribere, si quando eis fuerit opportunum. Quod si occasione vitandi exercitus, aut placitum, venditæ fuerint, et ipsi eas pendere supersederint, exigatur ab eis utrumque, sicut ante transcriptionem. Ut ipsi Arimanni frequentius quam in lege statutum est, ad placitum ire coguntur, nec a Comitibus, nec a Sculdasiis, etc.*

Sane his omnibus in locis *Arimanni* videntur fuisse, qui sub Comitibus, judicibus aliisque regiis Officialibus, in oppidis et castris militabant, invigilabantque eorum tuitioni. Cui sententiæ favet etymon Germanicum : dicti enim *Arimanni*, seu *Herimanni*, ab *Here*, exercitus, et *Man*, homo, quasi *vir exercituum*, uti vocem *Herman* interpretatur Aventinus. Nos diceremus *Hommes de guerre, Hommes d'armée*; Germanis *Hermanner*, milites, et beneficia ac prædia ab Imperatore concessa possidentes, vassalli minores. Ita Goldastus. Vel certe *Arimanni*, seu *Herimanni*, fuere ipsi villarum incolæ, vel, ut vulgo dicimus, *subditi*, prorsus diversi a servis, cum nulli oneri subjacerent, præterquam *hostis*, et *placiti*, ut ex supra allatis satis patet : quod de servis nullibi dictum legere est. Proinde vocis etymon arcessendum hoc casu ex *herr*, dominus, et *man*, homo, quasi *homo domini*, id est, vassallus.

Sed dubitationem adimunt omnem Chartæ veteres, quæ *Herimannos* liberos fuisse homines declarant, ut Charta Caroli Crassi Imper. apud Ughellum tom. 5. in qua *liberi Erimanni* dicuntur. Alia Ottonis Imper. ann. 967. apud eumdem in Episc. Veronensibus : *Castellum, quod vocatur Romanianum cum liberis hominibus, qui vulgo Heremanni vocantur.* Ubi perperam editum *Heremitani. Rustici Arimanni*, in veteri Charta ibid. pag. 742. Atque hac notione *Harimannos* et *Herimannos* habent aliæ apud eumdem Ughell. tom. 1. pag. 899. tom. 4. pag. 632. 635. 663. etc. Adde Chronicon Benevent. S. Sophiæ pag. 619. et eumdem Ughell. tom. 2. pag. 217.

* Liberæ conditionis fuisse *Herimannos*, post allata in hanc rem a Cangio argumenta, nusquam dubitari licet : maxime si iis addas, quæ ad eandem sententiam tuendam rursum profert Muratorius tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 715. quæ quidem a servili conditione, cui subjectos fuisse *Herimannos* nonnulli volunt, ita sunt aliena, ut idem doctissimus vir inter nobiles illos cooptari debere existimet. Sed id ultra metam, ut opinor. Et vero non ejusdem conditionis fuisse omnes, qui *Herimanni* vocabantur, facile ex diversis locis, quæ ad eos spectant, crediderim. Interdum iidem videntur, qui sub comitibus, judicibus, aliisque regiis officialibus, in oppidis et castris militabant, invigilabantque eorum tuitioni, ut pluribus docet Cangius. Nonnunquam inter burgenses, et quidem præcipuos videntur recensendi; quippe qui negotiatoribus adjungantur, et potiorem in electione presbyterorum, quibus ecclesiæ parrochiales committebantur regendæ, partem habuerint. Quæ ex sequentibus non obscure indicantur. [** Vide Savinii Histor. Jur. Rom. med. temp. tom. 1. § 55. sqq. Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 292.]

Digitized by Google

* Aremanni, Arimanni et Eremanni, Voces unius ejusdemque notionis. Lit. ann. 819. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 747 : *Breve ordinationis facio ego Petrus gratia Dei episcopus, qualiter una cum consensu sacerdotum, et Aremannos hujus Lucanæ civitatis, quorum nomina subter leguntur, ordinare videor te Andripertum presbiterum filio Pauli in nostra ecclesia sedalem S. Donati.* Privil. Henr. II. reg. Germ. ann. 1014. tom. 4. earumd. Antiq. col. 13 : *Cunctos Arimannos in civitate Mantuæ, sive in castro.... cum omni eorum hæreditate, paterno vel materno jure, cum familiis utriusque sexus, servis et ancillis, libellariis, precariis, et cum omnibus rebus eorum mobilibus et immobilibus, per hujus nostri præcepti paginam.... corroboramus.... Concedimus eis omnem tholoneum et ripaticum, quod pro negocio exercent in Garda, et in Lasese, et in summo Lacu, vel in Brixiana et in Ferraria, vel in Comaclu, et in Ravenna, ipsi, suisque filiis ac hominibus, qui illorum causam laborantes negociantur, licentiam habeant potestative negociandi per jam dictum lacum, absque omnium hominum contradictione, vel publica functione, vel alicujus tholonei vel ripatici reddita.* Aliud Henr. III. ann. 1055. ibid. col. 15 : *Statuentes etiam ut nulla magna parvaque persona prædictos cives, videlicet Eremannos, in Mantua civitate habitantes, de suis personis, sive de illorum servis et ancillis, vel de liberis hominibus in eorum residentibus terra, vel de Eremania et communibus rebus, ad prædictam civitatem pertinentibus.... inquietare, molestare, disvestire sine legali judicio præsumat.*

Arimanna Femina, non *Arimanni* uxor, sed femina ejusdem conditionis ac fuit Arimannus, et, ut interpretor, quæ liberæ erat conditionis, et ab Arimanis genus ducebat. Charta Ludovici Pii in Chron. Farfensi pag. 657 : *Ut secundum tenorem antiquorum præceptorum, quæ Reges Longobardorum nobis dederunt, de Arimannis feminis, quas sibi pertinentes huic Monasterio in conjugio sociaverunt, ut post transactum annuale spatium, secundum dicti tenorem, sic eos easque possideamus, nobisque proprio nomine vindicemus.* Quibus verbis innuit Ludovicus, legem latam a Ratchise Rege [** 2.], quæ exstat in lib. 2. Legis Langob. tit. 35. § 10 : *Si autem amodo præsumpserit cujuscumque servus Arimannam ducere uxorem, sic exinde detur judicium, sicut in anteriori edicto legitur.* Ubi disertim servus ab arimanno distinguitur, prorsusque alterius fuisse conditionis ostenditur : ut et in alio Diplomate ejusdem Ludovici Pii pro Ecclesia Veronensi apud Ughellum : *Insuper etiam placuit nostræ Serenitati de famulis ejusdem Monasterii definitiones facere, videlicet feminis liberis, quas Itali Herimannas vocant, quæ se famulis ipsius Ecclesiæ et Monasterii copulaverunt, etc.*

Arimania, Arimannia. Marculfus lib. 1. form. 18 : *Fidelis noster veniens ibi in Palatio nostro, una cum Arimania sua, in manu nostra trustem, et fidelitatem nobis visus est conjurasse.* Ubi *Arimaniæ* vox non *familiam* tantum, uti vult Bignonius, sed *familiam militarem* significat. Ibi enim *Antrustionis* Regis mentio fit, qui Regi dem et operam suam, in exercitu scilicet, spondet. Unde et interdum vox eadem pro *cavalcata*, *hoste*, seu *exercitu*, usurpatur, hoc est, pro eo jure, quo domini vassallos suos in exercitum secum ire compellebant. Charta Guillelmi Montisferr. ann. 1156. apud Guichenonum in Bibliotheca Sebusiana Cent. 1. cap. 93 : *Ut nec nos, nec nostri successores... valeamus ab antedicto Monasterio, vel a præfatis omnibus exigere placitum, districtum, bannum, fodrum, albergariam, prædariam, Arimanniam, angariam, parangariam, etc.* Neque aliud est *Armannia*, *Arimandia*, et *Armandia*, (vix enim sibi constant Codices editi) in libro 5. Feudorum, in cujus vocis origine vestiganda frustra insudarunt Feudistæ : est enim *Arimannia*, et *Arimandia*, obligatio in vassallis, eundi in exercitum, quæ merito inter jura regalia ibi accensetur : *Regalia autem sunt Armanniæ, viæ publicæ, flumina, etc.* Ubi perperam Isern. Alvarottus, Baldus, et alii, *Arimandiam* vectigal esse quoddam, quod ex armentis animalium solvebatur, interpretantur. Neque felicius Cujacius et alii, armamentaria publica, i. armorum fabricas, quarum jus penes Imperatorem est, esse censuere : vel, ut Borcholten, certum vectigal, quod ex licentia arma faciendi penderetur. Hinc *districtus Erimaniæ*, pro mulcta, quæ pro defectu *hostis* irrogatur, in veteribus Chartis apud Ughellum tom. 5. pag. 777. 785. 790. etc. Vide Histor. Bellunensem Georgii Piloni pag. 84. v°.

Arimannaria, Idem quod *Arimandia*, in Charta Philippi Ducis Thusciæ ann. 1195. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 226 : *Ab omnibus similiter albergariis, Arrimanariis, angariis, parangariis, fodris, etc.*

* Arimania, Arimannia, Tributum, vectigal, quod ab *Arimannis* negotiationis ac fortean tuitionis suæ causa exsolvebatur ; simul et *Arimannorum* munus et officium, vel eorum societas. Charta ann. 1178. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 348 : *Et jubeo ut nullus marchionum emat Arimaniam alicujus militis alterius marchionis, vel quæ sit communis.* Liber censuum eccl. Rom. ann. 1192. apud eumd. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 871 : *Romana ecclesia debet habere pro censu de civitate Ferrariensi l. solidos Lucenses, et medietatem tributi ripæ, et districtum de mercato, et totam Arimanniam de plebe Cornacervina, et totam Arimanniam Massæ Fiscaliæ, et totum publicum ejusdem.* Pluries ibi. Consule præterea eumdem Murator. tom. 1. earumd. Antiq. col. 736. [** et Savinium Hist. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. § 58.]

Erimarii, perperam, ni fallor, pro *Erimanni*, in Charta Caroli Crassi Imp. ann. 882. apud Ughellum tom. 4. pag. 1366 : *Liberos massarios, vel Erimarios, quos legalis coactio exigere, quærere placitum per patronos vel advocatum adducat, etc.*

* Herinus, Hesternus. Mirac. S. Ant. Ripol. tom. 6. Aug. pag. 539. col. 1 : *Postmodum vero die Herina, quæ fuit Lunæ, et xxviij. hujus mensis Augusti, etc.* Instr. ann. 1451. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 276. col. 1 : *Hora tertiarum ejusdem diey, qua hora curia præsidalis domini senescalli Bellicadri et Nemausi teneri est assueta, continuata a die Herina, etc.* Acta capit. Claromont. MSS. ann. 1535 : *Domini infra nominati fuerunt in capitulo generali remisso a die Herina, qua cadebat capitulum generale.* Vide supra *Erinus*.

Heriotum, Herietum, Hariotum, Arma bellica, bellicus apparatus, Saxonibus Heregeat : vox conflata, ut quidam putant, ex here, exercitus, et geat, profectio, quod hereotum fuerit præstatio, quæ domino dabatur profecturo ad bellum. Somnerus ex here, et geat, vel geot, confectam vult, quæ quidem vox ultima, *fundo*, *effundo*, significat : ita ut vectigal fuerit, quod ad exercitum erogabatur. Certe *hereotum* proprie fuit *heregeldum*, et ita appellari in Legibus Scoticis infra adnotamus, adeo ut probabile sit, *Heriotum* idem habere etymon : est autem *heregeldum*, pensitatio pro exercitu, uti et *Heriotum*, quod proprie fuit vassalli, post illius obitum, militaris supellectilis præstatio, domino facta. Regularis Concordia Anglicæ nationis Monachorum Monialiumque, edita a Seldeno post Eadmerum pag. 153. 1. Edit. : *Solitus census, quem indigenæ Heriatua usualiter vocitant, qui pro hujus patriæ potentibus post obitum Regibus dari solet.* Ubi Saxonicum habet *heregeate*. [** Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 373.]

Olim quidem pro *hereoto*, arma et equi domino præstabantur : diversi tamen pro personarum dignitate ; nam ut est in Legibus Saxonicis Kanuti Regis, editis a Lambardo, part. 1. cap. 69. et Editionis Bromptoni cap. 97. pro *Eorla*, seu Comite, hereoti nomine dabantur 8. equi, scilicet 4. ephippiati, et 4. sine ephippiis, 4. galeæ, 4. loricæ, 8. hastæ, et totidem scuta, 4. enses, et 200. auri mancusæ seu marcæ : pro *Thano regio* majoris dignitatis, 4. equi, ephippiati 2. et 2. sine ephippiis, enses 2 hastæ 4. et totidem scuta, 1. galea, 1. lorica, et 50. auri mancusæ : pro *Thano mediocris dignitatis*, equus cum ornamentis et telo, aut healsfang in Occidua Saxonia, et in Mercia 2. libræ, et 2. etiam in Anglia Orientali. *Thani autem Regii*, qui socam, i. liberam habuerit jurisdictionem, hereotum erat 4. lib. et si is Regi esset familiarior, equus unus ephippiatus, alter item sine ephippiis, ensis 1. hastæ 2. scuta 2. auri mancusæ 50. et si minoris vel infimæ esset conditionis Thanus, libræ 2. Vide *Relevamentum* in *Relevare*.

☞ Nec a præstatione hereoti exemti erant Episcopi et Abbates, ac præsertim ii quorum electio et nominatio ad Regem spectabat ; quale autem id hereotum fuerit, et in quo constiterit discere est ex Charta ann. 1297. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 330 : *Abbas de Oseneya obiit anno regni Regis Edwardi* xxv. *et.:. petiit Escheator ad opus domini Regis cupam et palefridum dicti Abbatis defuncti et etiam lanas bidentum ejusdem Abbatiæ de tempore vacationis Abbatiæ prædictæ.* Prynnæus Hist. Collect. tom. 2. pag. 834 : *Cum ex consuetudine approbata et obtenta habere consueverimus palefridos et cupas Episco-*

Digitized by Google

porum et Abbatum regni cedentium et decedentium, etc.

Duplex autem *hereotum* statuit Rastallus, *hereotum consuetudinarium*, et *hereotum servitii. Consuetudinarium* illud vocat, quod ex Consuetudine semper pensitatum est : *servitiale*, quod in infeodationis charta insertum est mortis tempore exsolvendum. Istudque solvitur post mortem tenentis in feudum simplex.

Hereoti mentio est non semel in Monastico Anglicano tom. 1. pag. 929. 934. tom. 2. pag. 147. in Additam. ad Matth. Paris pag. 131. etc. sed et in Domesdei, tacito licet nomine, in Hereford. : *Burgensis cum caballo serviens cum moriebatur, habebat Rex equum et arma ejus : de eo, qui equum non habet, si moreretur, habebat Rex aut* 10. *solidos, aut terram ejus cum domibus.* Vetus Inquisitio apud Will. Dugdalum in Antiquit. Warwicensis Provinciæ pag. 665 : *Et post decessum hujusmodi custumariorum, dominus solebat habere nomine Herioti melius animal, et non plus, etc.* [Vita Edmundi Cantuar. Archiep. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 1806 : *Est alia ejusdem terræ consuetudo, quod mortuo patrefamilias, dominus ejus accipiat melius animal quod habuit, cujuscumque sit generis.* Huc spectat le Roman *de Guillaume au faucon* MS. :

En Engleterre est un Rois,
En icel tens ert sus et drois,
Que quant un hom moroit sans oir,
Li Rois avoit tot son avoir.]

Quæ quidem præstatio obtinuit apud Scotos, ut in voce *Gerezelda*, et apud Francos nostros, ut in voce *Catallum*, docemus. Sed et apud Longobardos. Conradus Imp.[** 1.] in Lege Longob. lib. 3. tit. 8. § 4 : *Præcipimus, ut cum aliquis ejus Miles, sive de majoribus, sive de minoribus de hoc sæculo migraverit, filios ejus beneficium tenere. Si vero filios non habuerit, et aviaticum ex masculo reliquerit, pari modo beneficium habeat, servato usu majorum valvassorum, in dandis equis et armis suis senioribus.* Quod idem videtur, quod in libr. 2. Feudor. tit. 12. dicitur, *armis et equis communibus beneficium* (feudum) *acquirere.*

In Legibus Edwardi Confess. cap. 35. Angli omnes *arma habere* jubentur, *nec debent illa invadiare, nec extra regnum vendere; sed hæredibus suis in extremis legare ad servitium tenementorum suorum dominis suis explendum, cum opus adfuerit. Quod si qui eorum hæredes vel parentes non habuerint, dominus suus illa recipiet, etc.* Sed *hereoti* alia fuisse videtur conditio, cum arma demortui domino ab hærede præstarentur.

Interdum *Hereotum* cum *relevio* confunditur. Leges Canuti Regis cap. 97. apud Bromptonum : *Nisi quantum ad justam relevationem pertinet, quæ Anglice vocatur Hereget.* Liber Ramesiensis Monasterii sect. 63. et 151 : *Ego Godricus concedo Deo et S. Benedicto Ramesiæ, post dies meos terram meam de Tiringtona, ita tamen ut Abbas Ecclesiæ Ædnothus frater meus, acquietet eam de servitio, quod Heregeat Anglice, Latine Relevatio hæreditatis dicitur, quæ ab hæredibus liberis, post mortem patrum dominis solet impendi.* [Charta ann. 1499. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 128 : *Et prædicti Robertus, Cecilia uxor ejusdem, ac Johannes filius eorum, et quilibet eorum successive, solvent nomine Harietti tres solidos et quatuor denarios quocienscunque acciderit.*]

Discrimen tamen fuit inter *Hereotum* et *Relevium*, adeo ut ex uno eodemque prædio utrumque interdum exsolutum legatur. Bracton. lib. 2. cap. 36. § 1 : *Fit quædam præstatio, quæ non dicitur Relevium, sed quasi, sicut Herietum, quasi loco relevii, et quod dari debet aliquando ante sacramentum fidelitatis, aliquando post.* Et § 9. ait : *Herietum nullam habere comparationem ad Relevium, præstari autem cum Tenens, liber vel servus, in morte sua, respicit Dominum suum, de quo tenuerit, de meliori averio suo, vel de secundo meliori, secundum diversam locorum consuetudinem : quæ quidem præstatio magis fit de gratia quam de jure, et quæ hæreditatem non contingit.* Vide cap. 25. eod. libr. § 3. [Charta ann. 1361. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 140 : *Salvo tamen eidem Abbati dominio suo, ut in wardis, releviis, escaetis, Herietis, sectis curiarum, etc.* Adde] Fletam lib. 2. cap. 18. 57. § 10. lib. 3. cap. 18. Britonum cap. 69. Rastallum, Veterem Chartam apud Ægidium Gelenium in Colonia pag. 68. etc.

☞ *Hereoto* obnoxii erant, non minus ac nobiles, villani aliique infimæ conditionis homines, hoc uno, ut videtur, discrimine, quod illi in armis et equis hereotum præstarent, ii vero in vilioribus animalibus. Instrum. ann. 1343. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 456 : *Juliana Hardy quæ tenuit de domino unum messuagium et unam virgatam terræ in bondagio diem clausit extremum, et accidit domino nova Heriota* 11. *boves pret.* XVI. *s.* Aliud ann. 1363. apud eumdem pag. 496 : *Si quis villanus morietur super feodo domini, dabit domino meliorem bovem suum.*

Porro cavebant testamento Milites ipsi, ut cum humo mandarentur, equus dextrarius seu palefridus coram sepulcro adduceretur, ac Ecclesiæ offeretur, tanquam *Hereoti* nomine, ac *Principalis* animalis vel Catalli. Istius moris aliquot exempla descripsit Willel. Dugdalus in Antiquitatib. Warwicensis Provinciæ pag. 680. quæ hic etiam exhibenda duximus. Testament. Willelmi *de Beauchamp* ann. 52. Henrici III : *Et corpus meum terræ sepeliendum in Ecclesia Fratrum Minorum Wigorniæ, et coram corpore meo unum equum ferro coopertum, ut decet, cum stramentis Militaribus.* Testamentum Rogeri *de Clifford* ann. 12. Edwardi I : *Et corpus meum sepulturæ, Matrici Ecclesiæ de Dore, et cum corpore meo dextrarium meum coopertum, vel* 30. *marcas.* Aliud Hugonis de Plessetis Militis ann. 24. Edw. I : *Et corpus meum ad sepeliendum in Ecclesia Conventuali de Mussenden juxta monumentum patris mei ibidem, quondam defuncti, et cum corpore meo, nomine Principali, palefridum meum album cum armatura, qua decet.* Aliud Walteri *Cokesey* Militis ann. 24. Edw. I. : *Item lego corpus meum ad sepeliendum in Ecclesia Fratrum Minorum Wigorniæ, et eisd. Fratribus* 10. *marcas argenti pro omnibus armis meis coram corpore meo venientibus : quæ quidem arma integraliter Waltero filio remanebunt, et quidam equus coram corpore meo veniens, tunc ibidem dicta arma deferens cum dictis Fratribus remanebit.* Aliud Willelmi *de Beauchamp* Comitis Warwici ann. 25. Edw. I. : *Lego etiam duos magnos equos coram corpore meo, arma mea, secundum quod decet, portantes, ut prædicto loco, ubi corpus meum sepelietur, remaneant.* Aliud Ricardi *de Mandeville* ann. 27. Edw. I. : *Do, lego corpus meum Ecclesiæ Conventuali Canonicorum de Chauncumbe humanæ tradendum sepulturæ juxta patrem meum, et coram eodem unum equum pretii* 20. *marcarum, vel valorem* 20. *marcarum.* Aliud Roberti *de Legh* Militis ann. 9. Henrici IV. : *Item lego unum palefridum nigrum coram corpore meo die sepulturæ meæ transiturum, nomine Herieti.* Aliud Joannis *Marclefeld* Clerici ann. 9. Henr. IV. : *Item lego equum meum vocatum le Bay aumbler, ut offeratur ante corpus meum in die sepulturæ meæ, nomine Principali.* Atque hæc quidem fusius adnotanda duximus, ut tandem inde discamus, cur in Magnatum funeribus et exequiis eorum arma et equi in Ecclesia sæpius offerantur.

Quippe *Melius Catallum*, seu *Principale* ad Ecclesiam deferebatur cum corpore defuncti. Vetus Inquesta apud eumdem Dugdalum : *Requisitus de testamentis dictorum hominum dicit, quod Principale legatum debet deferri ante corpora defunctorum ad Ecclesiam de Persore, et ibi per Sacristam illius Monasterii et Capellanos dictorum locorum æstimari, et facta æstimatione, medietas debet residere penes Sacristam, et alia medietas penes Capellanos dictorum locorum.* Testam. ann. 1390 : *Item lego ad fugandum ante corpus die sepulturæ meæ unum bovem meliorem.* Aliud ann. 8. Henrici IV. : *Ac corpus meum ad sepeliendum in cæmeterio... et meum melius animal coram corpore meo, ut mos exigit, die sepulturæ meæ, nomine Principali.* Aliud ann. 1369 : *Item, jeo devise à chescun Eglise où jeo su segneur, et ay per mez ministrez ma menere en mon temps ma meillour beste illecques trové, en nom de Principal, por grée faire de mes dismes obliez.* Aliud denique ann. 2. Henrici IV. : *Item, jeo devise à chescun liu où je sui segneur ou patron,* 20. *s. de monoie en nom de mon Principal, etc.* Sed præstat, quæ in hanc rem habet Ceremoniale Gallicum MS. hic Lectori proponere :

Comment les obseques se doivent faire.

En aprés tous Heraux et pourseivans doivent cognoistre comme les obseques se doivent faire, mais plusieurs n'y tiennent point de regle. Car les uns font par devotion de Messes à petit de luminaire de très-petit paiemens. Les autres les font à grans paiemens, et grans pompes, et à peu de Messes, et en plus grand magnificence, qui ne leur appartient. Mais principalement l'honneur du service des estats mondains sont à prendre garde, comme se font et vont les offrandes, esquelles anciennement parmi le luminaire d'entour la biere avoit cierges aux quatres cornets, et à chascun cierge un escuçon. Le premier doit avoir les armes de la mere, le second les armes de l'esle, (ayeule) *le trois de lui, et le quart des armes de suz-*

Digitized by Google

esle, (bisayeule) *parti chascun escu comme armes de service doivent estre, quant leur mary vivoit. Et au pié de la biere un escuçon des armes du trespassé. Et tout le luminaire et sainctuaire de l'Eglise doit avoir armes des mesmes escus de plus petits escuçons, et doit icelui estre armoié de deux costez, et si espés, qui se puisse tourner tout droit, quand il est assis sur les piés de la biere, et se doit porter et offrir à l'offrande par l'aisné fils accompignié des quatre plus prochains des escuçons des armes, et descendus és chiefs du lignaige desdites armes, et doivent porter chascun un desdits cierges armoié comme dit est. Et par ce est cogneu celui qui porte l'escu, qu'il est gentilhomme de quatre lignes : et par les armes et ceux qui portent les cierges à l'accompaignier, est cogneu qu'és trois lignes se font dont il est descendu, et quelque ancienneté qu'il ait selon le lignaige de quatre lignes, il doit estre honnourez. Car quant l'homme a prins ligne de quatre lignes en la maniere dessusdite, il se peut dire Gentilhomme, et à qui noblesse appartient. Et si un noble homme d'ancienneté est issus aprés sa noblesse de quatre lignes non nobles, c'est assavoir de celle de l'esle, de suzesle, et de mere, il ne se devroit plus nommer Gentilhomme. Et pour cette cause tout noble homme doit desirer à soi marier à noble lignie : car se il n'est en cele faute, sa lignie sera toujours dite noble, quelque chose qu'elle face, combien que le noble homme de sa nature, doit tousjours faire nobles œuvres, ou il fait honte à sa nature.*

Item, la seconde offrande doit estre le healme, que les deux et plus grans Seigneurs, qui soient à l'obseque, doivent porter, et doivent tous deux ensemble offrir.

Item, la tierce offrande doit estre l'espée, laquelle doit estre offerte par les deux plus vaillans hommes de toute l'obseque.

Item, la quatriesme offrande doit estre d'un cheval, couvert des armes du trespassé. Et sera monté dessus un Gentilhomme ou amy du trespassé, qui portera sa banniere, s'il est Banneret, ou s'il est Bachelier, son penon. Et sera accompaigné de deux nobles hommes les plus vaillans et les plus renommez à estre Capitaines et Gouverneurs de gens d'armes, qui soient en tout l'obseque.

Item, en aucuns lieux la cinquiesme offrande sera pareillement d'un cheval couvert de sa livrée, et dessus ara un Gentilhomme, lequel sera mené et offert par les deux plus gracieux, et les plus mondains entre Dames et Damoiselles sans repreuche de tout l'obseque.

Item, en aucuns lieux les offrandes se doublent par moitié pour la guerre, moitié pour le tournoi des choses dessusdites, et en plusieurs contrées non.

Item, en aucuns lieux où elles sont ainsi faites, les noirs vestus n'offrent point, sinon celui qui apporte l'escu. Mais és lieux où ils vont à l'offrande, ils doivent estre menez et conduits par les plus grans de l'obseque, qui n'ont point offert les choses dessusdites.

Item, lesdites offrandes sy doivent estre offertes et portées aux Seigneurs par les Roys d'armes ou Heraux, en leur disant, qu'il leur plaise à eux non excuser de ce faire, et que ainsi est ordonné. Et doivent ceux respondre, à qui ils sont presentez : L'en a mal regarde de moy presenter tel honneur, car il n'est pas deu devant tant d'autres de ceste compoignie : mais sous la charge de ceux, qui ont fait ceste ordonnance, je le feray, et non pas de mon vouloir.

Laquelle ordonnance de services sont ahbaissiés au temps present pour trois choses. La premiere, si est que plusieurs qu'ils se montrent gent de grant estat, ne saroient armoier les cierges de quatre lignes, parce qu'ils ne sont pas venus d'icelle descente, comme de noblesse. La seconde, si est pour les envies, qui estoient pour les offrandes. La tierce, si est pour le grant coust que l'en promettoit. Mais c'estoient choses pourquoi l'estat des personnes pooit estre cogneu, et par quoi l'en povoit cognoistre, quel honneur leur devoit estre fait. Et estoit la cause principale à quoy les Heraux prennoient garde plus aux offrandes, que aux autres chose, qui appartiennent au service, lesquelles se peuvent cognoistre et demander par escrits et autres livres sur cette matiere.

Philippus *Mouskes* ann. 1180. de Arnaldi de Aldenarda funere :

Aportés fu trop ricement,
Et enfouis moult noblement,
Ses cevaus i fut tout couvers
De ses armes, mult biel ofers,
Et un vallés sist sus armés,
De ses armes tous acesmés.
Si ot Clers, Dames, Cevaliers,
Tant que tout plains fu li Mostiers.

Pompa funebris Bertrandi Guesclini Franciæ Constabularii MS : *Premierement il i ot quatre escus. Et chascun escu avoit pour deux cierges. Et offrit le premier escu de la guerre le Comte de Longueville frere du trespassé, accompagné du Comte de Dammartin, et du Sire de Rieux. Le second escu offrit Messire Alain de Beaumont, accompagné du Sire de Beaufort, et du Sire de Hambié. Le tiers escu offrit Messire Olivier de Mauny, accompagné de Messire Guillaume de Vienne, et du Sire de Berry. Le quatriesme escu offry Hervé de Mauny accompagné du Begue de Villaines, et du Sire de Beaumanoir. Item et aprés offry quatre espées pour la guerre, et deux pour le tournoy. La premiere offry Monsieur de Touraine, la seconde offry le Comte de Nevers, la troisiesme offry Messire Pierre de Navarre, la quatriesme offry Messire Pierre de Bar. Item, il i ot quatre Sergens d'armes montez sur quatre destriers couvers des armes dudit Connestable, accompagnez chascun de deux nobles Chevaliers. Le premier de Baudran de la Heuse, et de Monseigneur Moriee de Persigny : le second du Mareschal de Blainville, et de Monseigneur Guillaume des Bordes : le tiers de Regnaut du Gennes et du Borgne de Mondoublet : le quatriesme du Comte de Grantpré, et de Comte de * Chaume.* Vide Andream Favynum, in Theatro honor. pag. 1878. et Tillium tom. 2. pag. mihi 286. adde præterea Pompam funebrem Ludovici Comitis Flandriæ apud Froissartem 2. vol. cap. 148. Statuta Mediolanensia 2. part. cap. 469.

Herdocho, Idem quod *Hereotum* : itaque forte scribendum in Charta Grodegangi Episc. Metensis ann. 765. apud Meurissium pag. 169 : *Quicumque mansum vel aclam de terra nostra possederit, moriens bovem unum ad curtim dabit, quod vulgo dicitur Herdocho : aut si bovem non habuerit, duodecim denarios persolvet.* Sed et in Synodo Sodorensi, cap. de Mortuariis, legendum videtur *Heriottum*, pro *Pirottum*. Vide in hac voce, et Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 811.

Heriperretus. Browerus lib. 8. Annalium Trevirensium pag. 473. 1. Edit. ex vetere Glossario Cæsarii Abb. Prum. : *Dare parafredum, cum tres mansi collato sumptu senibri Curiam Imperatoris, vel Longobardicam, aliamve meditanti expeditionem publico vel rei suæ familiaris bono, equum militarem subministrare cogebantur, quem Heriperretum vulgo nuncupabant, addito mancipio, quod equum curaret.* Vide *Herpert.*

Herireita. Lex Bajwar. tit. 3. cap. 8. § 1 : *Si quis liberum hostili manu ceperit, quod Herireita dicunt, ad ostium cum 40. clypeis, et sagittam in curtem projecerit, aut quodcumque telorum genus, cum 40. sol. componat, Duci vero nihil minus.* Ubi Editio Heroldi tit. 23. pro *ad ostium*, habet *idem*. Lindenbrogius vocem ab *Heer*, exercitus, deducit, et *Reita*, equitatura. Id improbat Spelmannus, cum *clypeus* et *sagitta*, de quibus hoc loco, peditum, non equitum sint arma : unde mavult a Saxonico r y t, i. *agmen*, *caterva*, vocem formatam, ut intelligatur *caterva militaris*. Posset etiam legi *Herireisa* : nam *Reisa*, ut suo loco docemus, Germanis *excursionem militarem* sonat. Confer *Hariraida*.

¶ **Herisemlitz**. Vide in *Herisliz*.

Herisicindium. Henricus Rosla in Herlingsberga :

Non totiens fieri placet Herisicindia mecum.

Id est, non placet, ut toties fiant mecum ditionum mearum divisiones. Vox enim formata a Latina *Herciscere*, dividere. Unde *judicium familiæ Herciscundæ*, apud J Ctos est rei familiaris dividundæ. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Herediscinda*, *Qui oste ou cope heritage d'autrui.*] [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Erbschichtung*, col. 383.]

¶ **Herisipila**, Erysipelas, Gall. *Erésipele*, Græc. ἐρυσίπελας, Tumor ex ferventi tenuique sanguine ortus, ab ἐρύειν Trahere, et πέλας, Prope. Adalgisus Monachus in Miraculis sancti Theoderici tom. 1. Julii pag. 79 : *Sacer ignis, quem Græci Herisipilam dicunt.*

Herisliz, Harisliz, Teutonica Lingua, est *armorum depositio*, ab *Heer*, exercitus, et *Lassen*, deserere, *Laisser*, uti vult Lindenbrogius. Rhenanus lib. 2. Rer. German. pag. 94 : *Deseruisse exercitum inter capitalia numerabatur. Id flagitium Franci vocabant Herischlitz, quasi dicas exercitus scissionem.* Hinc *Herisliz facere*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 14. § 15. [** Carol. M. cap. 81.] in Capitul. ann. 802. cap. 3. in Capit. 1. ann. 810. cap. 12. Capitul. 2. ejusd. ann. cap. 14. et Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 70. dicitur eadem *Theudisca lingua, qui dimisso exercitu absque jussu et licentia Regis domum revertitur.* Quod quidem crimen, ut majestatis, capite et bonorum confiscatione ibidem puniri dicitur. Adde lib. 4. Capit. Car. M.

Digitized by Google

Append. 2. cap. 29. Annales Francorum Tiliani ann. 789. de Tassilone Duce Bavariæ : *Et ipsa Synodus juxta linguam suam Harisliz judicaverunt eum ad mortem.* Annales Loiselliani ann. 788. de eod. Tassilone : *Et quomodo dominum Pipinum Regem in exercitu derelinquens, et ibi, quod Theodisca lingua Haristallit,* (al. *Haristallit*) *dicitur, vist sunt judicasse se eumdem Tassilonem ad mortem.* Concilium Ænhamense ann. 1009. cap. 24 : *Si quis de profectione militari, cui Rex intererit, sine licentia se subtraxerit, in detrimentum corruat omnium fortunarum.* Est præterea

HERISLIZ, Legitima armorum depositio, cum scilicet expleto expeditionis tempore, qui ad eam tenentur, domum revertuntur. Lex Longob. eodem tit. § 17. [** Lothar. I. cap. 56.] : *Postquam Comes et pagenses de qualibet expeditione hostili reversi fuerint, ex ea super 40. noctes bannum sit rescissum, quod Theudisca lingua Herisliz, id est, armorum depositio vocatur.* Eadem pæne iisdem verbis habentur in Capitulis Caroli C. tit. 31. cap. 23. præterquam quod pro *Herisliz*, legitur *scastlagi*, ita ut nullum esse in utriusque vocis notione discrimen appareat, licet aliter censuerit Spelmannus, qui *Herisliz*, factum putat, ex here, exercitus, et slit, et slice, Saxonico, vel slitan, rumpere scindere : ut fuerit exercitus dimissio, *la rupture d'armée*, quomodo hic intelligitur.

* HERISSO. Vide supra *Heriço.*

HERISTALLUS, Castra, sedes exercitus, ex *Here* exercitus, et *Stelle*, vel *Stal*, statio, situs. Veteres Francorum Annales cap. 57 : *Positisque castris apud Wiseram fluvium, locum castrorum Heristelli vocari jussit.* Addit Eginhartus : *Qui locus ab incolis usque in præsens ita nominatur.* Veteres Annales alii, editi a Lambecio lib. 2. Comment. de Bibliotheca Cæsar. anno 797 : *Intravit in Saxonia, et ibi habitavit ipsam hiemem, et fecit sedem suam juxta locum, ubi Timella fluit in Wisaraha, quem etiam Heristelli appellavit, eo quod ab exercitu suo fuerunt constructæ ipsæ mansiones, ubi habitabant.* Eadem pæne habentur anno seq. Poëta Saxonicus ann. 797 :

. . . . Wisuræ positis in littore castris
Sedit, Heristellique locum jussit vocitari.

Ibidem :

. . . . Tum Gallica rursus ad arva
Regrediens, hiemis tempus transegit in aula,
Nomen Heristalli dederat cui barbara lingua.

Id est, Germanica, ut suo loco docuimus. Denique Chronicon Moissiacense ann. 797 : *Quam etiam Heristalli appellavit, eo quod ex exercitu suo fuerant constructæ ipsæ mansiones, ubi habitabant.*

HERISZUPH, Collecta, conventus militaris, seu cum armis. Capitul. Caroli C. tit. 12. cap. 3 : *Similiter de collectis, quas Theudisca lingua Heriszuph appellat, et de his, qui immunitates infringunt, etc.* Ita rursum tit. 29. § 4. pag. 275. ubi *Herizuph*, absque *s*. Vide *Collecta* 4.

* HERITAGIUM, Possessio, proprium, bona immobilia, Gall. *Héritage*. Charta ann. 1198. ex Chartul. Miciac. : *Ego Bence, filia Auberti le Paumier, vendidi totum Heritagium meum Auberta scutifero.* Vide *Hereditagium* 2.

¶ HERITATOR, Hæres, Gall. *Heritier*. Charta ann. 1497 : *Crescat dictis hominibus et veris Heritatoribus, etc.*

* HERITIUS, Hæres. Placit. ann. 711. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 676 : *Contra suprascripto Siclando vel ipsa cojove sua Dinane aut eorum Heritios omne tempore habiat evindecata.* Vide *Heritator*.

HERITUDO, Dominatio, ab *Herus*, Joanni de Janua Glossæ Græc. Lat. : Δεσποτεία, *Dominatus, dominatio, Heritudo.* [* Vide *Eritudo.*]

* HERIZELDA, Idem quod *Herezelda*, Jus quod domino competit in bonis sui vassalli, post illius obitum. Charta Jacobi reg. Scot. ann. 1450. in Chartul. eccl. Glasg. ex Cod. reg. 5540. fol. 96 : *Cum libero introitu et exitu, bludwelf, Herizeldis et marchetis mulierum.*

HERKARE. Lambertus Ardensis pag. 142 : *Ubi rustici homines et incompositi ad bibendum, vel ad cheolandum, vel etiam Herkandum, propter agri pascui largam et latam planitiem convenire solebant.* Ubi *Harcatia*, lusus apud rusticos nostros species fuit. Vide *Cheolare*.

☞ Haud scio tamen an non legendum sit, *Herpandum*, vel *Harpandum*, voce confecta ex *Harpastum*, Pila folle minor, quod loco citato vel maxime convenit. De hoc ludo ita Martialis lib. 4. Epigram. 19 :

Sive Harpasta manu pulverulenta rapit.

Et lib. 7. Epigram. 67 :

Harpasto quoque subligata ludit.

¶ HERLININI MILITES, apud Petrum Blesensem Epistola 14. per contemptum vocantur Aulici, quod poculis potius, quam gladiis, dimicent. An ab Herlino Anglo, exercitus in Saracenos ductore, sed militiæ prorsus imperito? Ita Hofmannus.

* Pavidi, qui facile exterrentur, ut opinor, a Gallico *Herle*, terror; unde *Sonner une cloche à Herle*, pro Campanam ad terrorem pulsare, vulgo *Sonner le tocsin*. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 6 : *Ricouwart d'Auterive escuier.... estoit par un jour en sa maison en la conté de Flandres, assez près de la ville d'Espiere, et oy sonner ledit jour bien matin les cloches à Herle de ladicte ville d'Espiere et d'autres villes voisines,.... doubtant que ce ne feussent ses ennemis qui lui venissent courir sus, et qu'il est accoustumé au pais que au son des cloches les gens du pais s'assemblent, etc.* Aliæ ann. 1454. in Reg. 189. ch. 3 : *On sonna les cloches du lieu à Herle et effroy pour assembler le peuple.* Vide infra *Hida*.

¶ 1. HERMA TERRA, id est, inculta. Charta ann. 1058. ex Tabular. S. Victoris Massil. : *Ego Pontius de Rians dedi Deo, sanctæ Mariæ et sancto Victori terram Hermam et cultam.* Alia ann. 1455. ex eodem Tabular. : *Terra Herma quæ non laboratur.* Vide *Eremus*.

¶ 2. HERMA, *Castratio*. Papias pro *Hernia*.

¶ 3. HERMA, *Inaurium genus muliebre, vel prægrande saxum*. Vocabul. Sussannæi. Est ἕρμα Græcorum.

¶ HERMACIUM, Idem quod *Herma* 1. Inventarium Recogn. ex Archivo Principis *de Rohan* n. 18. fol. 339 : *Item pro Hermacio scito a Ribanto confrontante cum etc.* Et fol. 358 : *Cum suis juribus ac pertinentiis et cum quibusdam Hermaciis etc.*

* HERMALE, Ager, qui nec coli nec arari potest, nostris *Herm*. Lit. admortiz. pro eccl. Vivar. ann. 1445. in Reg. 177. Chartoph. reg. ch. 151 : *Item ung Herm ou piece de terre non labourable,.... qui est de bien peu de value.* Charta ann. 1319. in Reg. 78. ch. 113 : *Quoddam Hermale commune ipsius villæ burgi Carcassonæ,.... quod continere dicebant circa quatuor viginti sextariatas terræ.* Aliæ ann. 1342. in Reg. 72. ch. 341 : *Quamdam bastidam, cum ædificiis suis, cortali, paillerio et Hermali juxta ipsam bastidam, etc.* Vide infra *Hermassium*.

¶ HERMAN. Glaber Rodulfus in Vita S. Guillelmi sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 331 : *Hermannus Præsul...., cæpit exasos hujus patris habere monachos cum sua institutione.... Quod dum patri relatum fuisset, ad nomen illius alludens, ait : Secundum suum nomen, inquiens, facit Episcopus iste Nam lingua barbara Herman in nostra homo errans dicitur.*

¶ HERMANERIUM, Ædes, mansio, domus *Herimannorum*. Charta ann. 1280. Hist. Dalphin. pag. 39 : *Cum discordia esset et verteretur.... de personis, et terris, et Hermaneriis, possessionibus, et quibusdam aliis juribus quæ de feudo domini Episcopi, vel in emphyteosim tenebantur.*

HERMAPHRODITUS, Eunuchus, spado. Gloss. Isid. Papias, et Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013 : *Hermaphroditus, castratus, hoc est, nec vir, nec mulier,* al. *nec femina.* Occurrit in Vita S. Potiti Mart. ex MS. Neapol. cap. 3. apud Bollandum 13. Janu. S. Asterius Homil. 5 : Καὶ μετ' ὀλίγον ἡνιόχοις μερίζοντας τὸν χρυσὸν, καὶ αὐλητὰς κακοδαίμοσι, καὶ μίμοις, καὶ ὀρχησταῖς, καὶ ἀνδρογύνοις, καὶ γυναιξὶ πόρναις, etc. Infra ead. Homilia de quodam Eunucho : Γυναιξὶν ὢν καὶ ἀνδράσιν ἀμφισβητήσιμος. S. Basilius Epist. ad Simpliciam, et Palladius in Vita S. Joan. Chrysostomi pag. 139. nec masculinum, nec femineum esse genus aiunt, ἄθηλυ καὶ ἀνανδρον. Hinc apud Theophanem ann. 26. Constantis Andreas Sergium Militiæ Magistrum Eunuchum sugillabat, ὅτι οὐκ ἀνὴρ, οὐδὲ πάλιν γυνὴ esset. Severus Imp. apud Lampridium, *tertium genus hominum Eunuchos esse dicebat, nec videndum, nec in usu habendum a viris, sed vix a feminis nobilibus.* Vide Matth. Paris ann. 1246. et Gloss. med. Græcit.

* Vocabul. jur. canon. Martini MS. : *Ermofroditus* (sic) *inter infames ponitur, et non potest esse advocatus.* Monstrum, quod eo nomine vulgo intelligitur, aut quid simile, aliquando extitisse suspicari licet ex Lit. remiss. ann. 1405. quas hic, ut rem raram et singularem, describendas censui ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 112 : *Charles, etc. Sçavoir faisons..... nous avoir receu l'humble supplication des amis charnels de Laureuce femme de Colin Poittevin, jeune femme aagée de xvj. ans ou environ, d'Eselimont en la chastellanie de Galardon, de la parroisse de Blury, prisonniere du sire d'Amboize au regart de la justice d'Estrigni-*

Digitized by Google

les, contenant comme deux ans eut en Aoust derrenierement passé ou environ, Jehanne femme de Perrin Goula dudit lieu d'Esclimont à un jour.... se trahy pardevers icelle Laurence pour aler soyer avec elle;.... et quant vint sur la relevée,.... laditte Jehanne dist à laditte Laurence telles paroles ou semblables : Laurence, se tu veulx estre ma mie, je te feray beaucoup de bien; laquelle Laurence, qui ne pensoit à nul mal, lui dist qu'elle le vouloit bien : et adonc icelle Jehanne sans plus dire prist laditte Laurence et la jeta sur une javelle de blé; et lors dist à laditte Jehanne : que me voulez vous faire? vous n'estes pas femme comme les autres; et icelle Jehanne lui dist : tés toy, tu le saveras assez tost; et adonc icelle Jehanne rebrassa laditte Laurence et monta sur elle, comme un homme fait sur une femme, et commença icelle Jehanne à remuer ses reins et faire en la maniere que un homme fait à femme, et tant que par eschaufoison, que elle fist nature en laditte Laurence; et lors se leva laditte Jehanne de dessus elle, et commencerent à soyer jusques au soir qu'il s'en alerent en leurs hostelz. Et trois jours après, laditte Jehanne ala à l'hostel d'icelle Laurence et lui dist : Je vien à toy parler d'amourètes; et lui fist ce que homme doit faire à femme, comme gieter sa nature en laditte Laurence... Icelle Laurence ala aveq laditte Jehanne ès vignes;... et quant ilz eurent un peu besongné, laditte Jehanne dist à laditte Laurence : sa il faut que je te face cela, et ce que acoustumé lui avoit; et laditte Laurence lui respondi que elle le vouloit bien; et le lui fist en une fosse desdittes vignes..... Et quant icelle Laurence aloit à la fontaine quérir de l'eaue, elle trouvoit aucunesfoiz laditte Jehanne, qui gardoit les bestes près d'icelle fontaine, qui par pluseurs foiz lui avoit fait les choses dessusdittes.... Pour occasion desquelles choses laditte Laurence prisonniere est en adventure de bien briefment finer ses jours, se par nous ne lui est sur ce impartie et extendue nostre grace, etc. ex his colligi posse videtur Joannam hic memoratam inter Hermaphroditos annumerandam, de quibus *Schenck* in suis animadversionibus.

HERMAPHRODITARE. Alanus de Insulis in Planctu naturæ contra Sodomitas :

Fœmina vir factus sexus denigrat honorem,
Ars magica veneris Hermaphroditat eum.

* **HERMARE**, Deserere, incultum et inhabitatum relinquere. Libert. Montisfer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154 : *Item quicumque infra dictum mandamentum accipiens pedam sive peazo, debet ibi ædificare sive eam claudere infra annum et diem; et si postquam ædificata seu clausa fuerit, licet Hermetur, non perdet eam, dummodo censum domino vel ejus bajulo persolvat.* Vide supra *Hermale* et mox

¶ **HERMASSIUM**, HERMASSUM, Idem quod *Hermacium*. Charta ann. 1501. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues : Confrontatur cum Hermassio Joannis Venelli passagio in medioneus discus Hermas.* Charta ann. 1510. ex Archivis S. Vict. Massil. : *Quoddam tenementum seu terram hermam, sive quoddam Hermassum confrontatum cum laboragio.*

* Idem quod supra *Hermale*. Charta ann. 1534. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. 1 : *Accensat.... quoddam Hermassium ad manus dalphinales, diu est et de præsenti vacantem, situm in eodem Montilii mandamento in nemoribus de Laus.* Vide supra *Ermassius* et mox *Hermosus*.

HERMECACES. [Eadem notione.] Vide *Bicocaria*.

HERMELLINA, Mus Ponticus, nostris *Hermine*, ab *Armenia* dictus, quod inde ejusmodi murium pelles in Europam adveherentur : nam *Hermeniam*, pro *Armenia* dixere Scriptores Latini recentioris ævi, Anonymus in Actis S. Chrysolii, (uti monet Bollandus) Tudebodus, et alii, a nobis laudati in Dissert. 1. ad Joinvillam, ubi legimus de hoc animali, et illius pellibus, quæ semper magno in pretio habitæ sunt. Thwroczius in Salomone Rege Hungar. cap. 52 : *Cumque tetigisset veprem lancea, quædam Hermellina albissima mirum in modum, lanceæ ejus insedit, et super ipsam discurrendo in sinum ejus usque advenit.*

HARMELINUS. Paulus Venetus lib. 1. cap. 56 : *Deferunt pelles delicatas vulpium, aut Harmelinorum, aut aliorum animalium, præsertim quæ vulgo Zebellinæ vocantur, etc.* Et lib. 3. cap. 48 : *Varia producens animalia* (regio) *ut sunt Rhondes, Armelini, Erculini varii, vulpes nigræ, etc.*

ERMELINUS. Petrus Damiani lib. 2. Epist. 2 : *Ovium itaque, simul et agnorum despiciuntur exuviæ, Ermelini, gebellini, martores exquiruntur et vulpes.*

HERMINIÆ PELLES. Concilium Parisiense part. 4. cap. 4 : *Pelles quoque de Erminiis caudatis omnibus Ecclesiasticis personis prohibemus.* Galfridus Monemuthensis lib. 7. cap. 4 : *Caius Dapifer Herminio ornatus,... totidem vario amicti.* [Ordinatio ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 406 : *Pro Herminiis dictarum raubarum Dalphinæ ordinamus 12. florenos.*]

ARMINIÆ PELLES. Chartæ ann. 1117. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacræ pag. 868 : *Pellibus griseis, berariis et Arminiis.*

HEREMINÆ, apud Ricardum Hagulstadensem ann. 1139.

HERMINÆ, apud Silvestr. Girard. in Topogr. Hibern. dist. 1. cap. 21.

ARMERINÆ PELLES, apud Rollandinum in Chron. lib. 1. cap. 13.

HEREMINÆ PELLES, in Concilio Londinensi ann. 1138. cap. 15.

HERMENDATUM, vocant Hispani, et maxime Navarrenses, jurisdictionis speciem, in fures et facinorosos homines. Hujus autem, inquit Oyhenartus in Notitia Vasconiæ lib. 1. cap. 6. inventum extorsit a populo latrociniorum cædiumque ac publicarum grassationum immensitas, quæ bella tam externa quam civilia subsecuta est : tunc enim cum magistratuum cura ac sollicitudo, graviori solito onere pressa fatisceret, cœpere plebeii, quorum præcipue res agebatur, societates (Hisp. *Hermendadas*) inter se contrahere, constitutumque est, ut quoties hujusmodi aliquod scelus a facinorosis admissum esset, universi facto ad sonitum æris campani concursu, (*abcrit et repic de campanes*, ut est in Charta ann. 1452.) de compacto in illos impetum facerent, pœnas debitas ab ipsis sumpturi : quæ quidem Societatum ejusmodi jurisdictio postmodum regia auctoritate comprobata est, de qua pluribus eodem loco agit Oyhenartus. Exstat Ferdinandi Aragonii Castellæ Regis Edictum apud Medinam lib. *de los Grandezas de España*, part. 2. cap. 72. cujus summam deliberavit Antonius Nebrissensis decade 1. Rerum a Ferdinando et Elizabetha gestarum lib. 6. cap. 3. *Hermandati* etiam meminit Marineus Siculus lib. 19. de Reb. Hispan. Vide *Juncta*, et *Huesium*.

¶ **HERMENIUM**, ἑρμηνεία, Interpretatio, expositio. Fridegodus in Vita S. Wilfridi sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 176 :

Qui non æratas instabat condere gazas,
Dapsilis ast cunctis, dedans Hermenia vitæ.

HERMERUS. Leges Adelstani Regis Angl. apud Brompton. pag. 851 : *Tertium est, quod gratiant omnes misericorditer Hermerum dominum suum de dono, quod forisfactis hominibus concesisti, etc.* Ubi *Hermerus* est Saxonic. her-mære, i. magnus dominus. Quod additur, *dominum suum*, Glossema est.

¶ **HERMES**, *dicitur Capitellum quod ponitur super columnam.* Papias. Vox nota, ut *Herma*, proprie Mercurii statua sine manibus pedibusque.

¶ **HERMINII**, pro *Armeni*. Gasparis Barthii Gloss. apud Ludewig. tom. 3. pag. 14. ex Hist. Palæst.

¶ **HERMINIUS**, adject. Vide in *Hermellina*.

¶ **HERMIS**, Terra inculta. Privilegium Archambaldi Borbonii et Agnetis uxoris ejus pro Villafranca : *Præpositus de Villafrancha potest accensare pedationes Hermes quæ non reddent fructus domino.* Vide *Eremus*.

* 1. **HERMITAGIUM**, Idem quod *Hernale*. Charta Henr. I. reg. Angl. ann. 1130. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 132 : *Concedo et eidem ecclesiæ subjecta facio omnia Hermitagia in foresta mea de Conchis, et quicumque infra forestam illam et in aliis silvis meis terram coluerit, ex toto prædictæ ecclesiæ decimas dono et concedo.*

¶ 2. **HERMITAGIUM**, Cella eremitæ, in Charta ann. 1269. ex Archivis Montis S. Michaelis, et in Instrum. ann. 1345. ex Schedis D. *Lancelot*.

¶ **HERMITORIUM**, Ead. notione. Vide *Heremita*.

¶ **HERMOGENIANI** EQUI. Vide in *Equus*.

¶ **HERMONIUM**, *Anathema, alienatio.* Papias.

HERMORA. Vetus Charta Cornutianensis edita a Suaresio : *Septem pharos æreos, duos habentes delphinos octonos et Hermoras, etc.* An *Remoras?*

* **HERMOSUS**, Incultus. Charta ann. 1401. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Vineas in dicto loco de Cezarista non excolebant et volebant totaliter relinquere Hermosas.* Vide supra *Hermale*.

¶ **HERMULA**, *Statua sine manibus ab Herma derivatur.* Papias. *Hermula* proprie est parvula solius Mercurii statua sine manibus et dimidia sui parte inferne trunca; sed hic ad quamlibet statuam extenditur. Vide *Hermes*.

HERMUNII. Vide *Infanciones*.

Digitized by Google

¶ 1. **HERMUS**, Terra inculta. Vide *Eremus*.

¶ 2. **HERMUS**, Cassis, Gall. *Heaume*. Ogerii Panis Annal. Genuens. lib. 4. ad ann. 1204. apud Murator. tom. 6. col. 289: (Navim carrociam) *campali bello devicit et eam cepit, in qua ultra* CCCL III. *guarnimenta ferri, ultra juppones, Hermos, clypeos et alia arma multa ceperunt.* Vide *Helmus* 1.

¶ **HERNACULUS**. Charta ann. 866. apud Humfredum Wanleium de Ant. Litt. Septent. pag. 307 : *Pro terra quinque manentium in unius hominis diem*, 400. *siclis in argento puro, duobus Hernaculis cum omnibus supellectilibus suis*, 8. *bobus*, 50. *porcis*, 200. *segetibus cum gramine toto, et* 30. *modiis de ordio triturato sine contribulibus et suburbano.* An pro junioribus equis accipiendum?

* **HERNALDUM**, Gall. *Hernault, Pedagii* genus, dominis de Partiniaco exsolvendum. Charta ann. 1388. ex Cod. reg. 9823. fol. 7. v°. : *Le seigneur de Partenay disoit avoir .... ung droict, appellé Hernault, qui est ung péage, que quiconque de la ville passe par certain lieu sans payer à Partenay ledit droict, le seigneur est en possession de prendre les biens de ladite ville à forces d'arme en acquit et payement dudit péage. Par arrest ladite coustume est donné.*

HERNASIUM, Hernesium, etc. Vide *Harnascha*.

HERNIA; *Castratio*, in Gloss. Isid. Alias est κήλη, seu tumor in inguinibus c scroto. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Hernia, Roture, enfleure és entrailles.*]

* Glossar. vetus ex Cod. reg. 521 : *Hernia, durum apostema. Hernicus, durus.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Crebadura, Prov. Hernia, defluccio intestinorum. Crebat, Prov. Hernitus, qui lapidem habet in mentula.*

¶ **HERNIOSUS**, Hernia laborans. Vita B. Edmundi Cantuar. Archiep. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1821 : *Alii Herniosi, gibbosi alti, quidam læsi graviter, etc.*

* **HEROCRETA**, *La castagnia*. Glossar. Lat. Ital. MS.

* **HERODIAS**, Sortilegii species. Vide *Diana* et *Hera* 2.

¶ 1. **HERODIUS**, Genus avis, Gall. *Heron*. Joan. de Janua : *Herodius, Rapacissima avis, avium et omnium volatilium major, qui et aquilam vincit, etc.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Herodius, Un oiseau de proie, gilfaut.* [* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521 : *Herodius, faucum, Gallice.* Leg. *Faucon.*] Vita S. Bonifacii Mogunt. tom. 1. Junii pag. 473 : *Hic autem* (Gwelibus) *honestis moribus, ut ferunt, suam vitam circumsepsit, nisi tantum quod cum Herodiis et canibus per semetipsum jocabatur.* Hist. Luitprandi apud Murat tom. 2. pag. 467 : *Pennæ strutionis similes sunt pennis accipitris, et Herodii : cum tempus advenerit in altum alas erigit, deridet equitem et ascensorem ejus.* Non semel legitur in Bibliis sacris, ut Deuter. 14. 16. etc.

* 2. **HERODIUS**, Idem qui *Heraldus*, Fecialis, Gall. *Hérault*. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 24. pag. 54 : *Trium Herodum legacione media, regi Anglorum, de prælio per ipsos cum Anglicis ineundo, certificare assensu unanimi convenerunt. Ipsi quoque Herodii, cum aciem præcedentem exercitus Anglici attigissent, adventus sui causa per ducem Eboracensem.... prius nota, etc. Requisitusque ab ipsis Herodiis, qua via incederet, dixit eis, etc. Herodii, his responsis contenti, etc.* Vide infra *Hiraudus*.

* **HEROES**, Militum propria appellatio, episcopis tamen aliquando attributa. Chron. Vigev. apud Labbeum tom. 11. pag. 319. ubi de Concilio Lemov. : *Heroes, qui per dies septem concilium celebravere, Lemovicina discedunt ab urbe.*

¶ **HEROICUS**, *Antiquus*. Gloss. MS. Sangerman. n. 501. Aliæ Gloss. Lat. Gall. : *Heroicus, De Baron. Heros, Baron. Heroys, Boronesse.*

* **HEROIDUM**, *Lo libro delle epistole de Ovidio*. Glossar. Lat. Ital. MS.

* **HEROIS**, *La baronissa*, in eod. Glossar. Vide *Heroicus*.

¶ **HEROTOCHIUS**. Vide *Heeretochius*.

¶ **HEROUDES**. Vide *Heraldus*.

* **HERPERT**, Equus ad usum domini, a Germ. *Herr*, dominus, et *pferd*, equus. Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 668. col. 2 : *Quando dominus abbas pro necessitate ecclesiæ accedit ad curiam domini regis sive imperatoris,.... tenentur ei ad hoc semper tres mansi equum unum accommodare, vel sicut possunt, eum debent redimere : qui equus vulgariter appellatur Herpert.*

¶ **HERPES Esthiomenus**, Ulcus a flavæ bilis copia crassiore et acriore profectum; a Græco ἕρπειν serpere, et ἐσθίειν, comedere. Miracula S. Antonii tom. 2. Januarii pag. 158 :

> Mannm ægris imperantem servo dedit Dominus,
> Ut cum jubet vi naturæ fiat morbo terminus,
> Et tollatur infernalis Herpes esthiomenus.

* **HERPICA**, Candelabrum ecclesiasticum in modum *herpicis* seu occæ confectum, Gall. *Herce*. Kalendar. eccl. Camerac. MS. fol. 38. r°. ubi de feria v. ante Pascha ad matut. : *Post altare per tres noctes in Herpita xxiij. luminaria accenduntur;... ad singulos psalmos extinguitur una candela in Herpita a secretario.* Melius in antiquiori : *Herpica*. Vide *Hercia* 2.

* **HERPIUS**, Occa, instrumentum rusticum ad terendas glebas, Ital. *Erpice*. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 202. ex Cod. reg. 4624 : *Si aliqua persona ceperit alienam celoyram, vel alienum Herpium, sine licentia domini cujus erit, solvat.... pro bampno... solidos tres.* Vide *Herpix*.

HERPIX, Hirpex, Herpex, Occa, crates : Festo, instrumentum rusticum trigonum ad terendas glebas, nostris, *Herce*. Gloss. Ælfrici : *Hircipes, vel tribula*, Egva. [Papias : *Hirpices, Tribuli*. Gloss. Sangerm. MS. n. 501 : *Tribula.*] Germani *Egge* dicunt. Lex Salica tit. 36. § 2 : *Si quis per alienam messem, postquam germina produxerit, Herpicem traxerit, aut cum carro sine via transierit.* Ubi Editio Heroldi habet, *postquam levaverit, Herbice traxerit, etc.* Servius ad 1. Georg. Virgilii... *Viminea trahit crates. Ad agrorum scilicet exæquationem, quam rustici Hirpicem vocant.* Hinc

Herpicare, apud eumdem Servium, et Herpicarius, in Gloss. Lat. Theuton. *Egedere*.

Herpicatio, pro opera unius diei cum herpice. Extenta manerii de W. ann. 13. Edw. III : *Item faciet tres Herpicationes, vel dabit* 3. *den.* Spelman.

¶ **HERREMERITUS**, Benemeritus, vel magnis meritis clarus. Charta ann. 1530. apud Rymer. tom. 14. pag. 398 : *Almi studii Ferrariensis Cancellarii Herremeriti in loco et collegio consueto constituti, etc.*

¶ **HERRENAM**. Vide *Harenam*.

¶ **HERRERUELUS**, Vestis seu pallii genus apud Hispanos. [* Academ. Hispan. in Diction.: *Herreruelo* vel *Ferreruelo*, Lacerna.] Concilium Valentinum ann. 1565. inter Hispan. tom. 4. pag. 69. *Vel pallium brevius ad genua tamen usque saltem demissum, cujusmodi vestes vulgus Herreruelos vocat.*

* **HERREWERCK**, Furtum, rapina in alterius domo vel fundo. Jus Danicum apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 169 : *Item si aliquis succiderit silvam alicujus et succisam detulerit, tunc possit injuriam passus pro illo sequi causam Herrewerch vel rapinæ; si vero silvam succisam jacere permittit, tunc prosequatur causam Herrewerck, etc.*

¶ **HERRID**, Aula, domus, Danis. Literæ Erici Danorum Regis ann. 1303 : *Dedimus in solidum domino Archiepiscopo et ecclesiæ supradictæ... prædictum Herrid, pro dictis bonis scotatum.* Vide *Hird*.

* Nostris *Hériquet* dicitur Officina, vulgo *Echoppe*. Lit remiss ann. 1396. in Reg. 150. Chartoph. reg. ch. 211 : *A l'aide d'un sisel de fer et d'une viille à tonnelier entre en un Hériquet ou eschoppe à espicier, assis en laditte ville de Pontoise.*

* **HERRUM**, pro Horreum, ut opinor; quanquam ex præcedenti voce, *Herrum*, eadem notione atque Horreum, dici potuit. Charta Rotrodi comit. Pertic. ex Reg. forest. comitat. Alencon. in Cam. Comput. Paris. fol. 52. v°. : *Dono Deo et monachis de Tyron..... unam magnam somam salis apud Mauritaniam in unaquaque hebdomada perpetuo habendam, et decimam annonæ omnium Herrorum meorum.*

¶ **HERSA**, Septum quod urbium portis objicitur, vulgo *Herce*. Instrum. ann. 1532. ex Archivis Ecclesiæ Redonens. : *Clerus secum adduxit Principem ad portam fullonum, et ad Hersam R. in Christo pater Yvo Redon. Episcopus cum suo clero exegit ab eo juramentum fidelitatis de conservandis libertatibus ecclesiæ.* Vide *Hercius*.

HERSIA, [Candelabrum.] Vide *Hercia* 2.

¶ **HERSONARIA**, f. Hortus leguminum, a Gallico *Ers*, Latine *Ervum*, quod est species leguminis. Charta ann. 1263. ex Chartulario S. Vandreg. tom. 1. pag. 144 : *Licebit eisdem* (Monachis) *facere plenariam justitiam supra domum meam de Resanchon, et supra pomerium meum, et supra Hersonariam meam, et supra residuum hæreditagii mei... sciendum est siquidem quod nec ego prædictus Hugo, nec mei hæredes prædictam domum et pomerium et Hersonariam poterimus vendere, eleemosynare vel alicui obligare.*

* **HERTEMUS**, Ager, qui nec coli nec arari potest, nostris *Ertaye* vel *Hertaye* et

Digitized by Google

Hertoye. Chartul. S. Vict. Massil. pag. 101 : *Ego Willelmus frater Rostagni dono de meo alode S. Victori et S. Michaeli in comitatu Cabilonensi* (Cavaillon) *in territorio Agoldi, et est ipsa terra.... usque in Hertemo, sicut aqua vergit usque in fontem Romenia*. Lib. censuum terræ *d'Esnby* ex Cod. reg. 9493. an. circ. 1430. fol. 5. r°. : *Trois deniers assés sur demi arpent de terre ou environ... joignant à la terre et Hertoye feu Estienne Cornillau,... d'autre part à l'Ertaye de Gaion le Bouyer*. Et fol. 6. v°. : *Item sur une autre piece d'Ertaye, qui est près le sentier en allant aus Metaiz, joignant à l'Ertaye de Guillaume Guignet d'une part, etc.* Rursum fol. 30. r°. : *Sur demy arpent de terre, bois et Hertoye joignant d'un bout à quareour au Renart et au bout de l'aunay et chenevrau Mace Vaugoin*. Vide supra *Hermale*.

HERTHAMON. Lex Frision. tit. 22. § 28. *Si præcordia, id est, Herthamon gladio tetigerit*. Ita etiam Editio Heroldi. Vox confecta, inquit Lindenbrogius, ex *Herte*, cor, et *Wund*, vulnus. Sikama reponit *hertaem*, vel *hertaden*, ita ut sit corporis pars, ubi vitæ spiritus prope cor continetur, quæ intestina et interanea vitalia appellantur, et corde, ubi vitæ sedes est, quasi prætenta. Somnerus denique legendum censet *Herthemon*, vel *Herthemond*, quod cordis scutum, vel præsidium significat, diaphragma scilicet, seu præcordia, quæ cordi objacent : voce composita ex herte, vel Saxon. heort, cor, et mond, Saxon. mund, tutela, defensio, munimen.

¶ **HERTIUM**. Vide *Hercia*.

¶ 1. **HERTUS**, *Asper et malus*. Gloss. MS. Sangerm. num. 501. Leg. *Hirtus*.

¶ 2. **HERTUS**, Suevorum et Borealium Germanorum, perinde Anglorum Dea. Vide Spelmann. et Schilterum.

HERVADIUM. Vide *Hergeweth*.

¶ **HERVENUS**, *Genus materiæ*. Papias, et Gloss. MS. Sangerm.

* **HERVESTRET**. Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 685. col. 1 : *Præterea solvit, ut puto, duos denarios, qui appellantur Hervestret*.

* **HERVIS**, f. Canalis. Charta ann. 1299. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 110. v°. col. 1 : *Item omnia alia, boces, feoda de cerces, pascua, Hervis aquarum, deveria, etc.*

¶ **HERUNCELLUS**, Ardeola, Gall. *Petit Heron*. Epistola Eduardi I. Angliæ Regis apud Rymer. tom. 2. pag. 1087 : *Mittimus vobis quatuor girofalcones grisos; quorum duo apti sunt et instructi ad grues et Heruncellos*.

¶ 1. **HERUS**, Imperator. Acta S. Cassiani apud Illust. Fontan. in Append. ad Antiquit. Hortæ, cap. 6. ubi de Joviano Imper. pag. 347 :

> Quod Herus agnoscens, jussit perquirere statim
> Quid super hoc Domini vellet sententia magni.

* 2. **HERUS**, Arboris species, nisi sit nomen loci. Inquisit. foresta *de Lyons* in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 118. r°. col. 1 : *Robertus de Pissiaco habet.... mortuum boscum ad ardendum ad noticnem vel ad Herum*.

* **HERWEDE**. Charta Ernesti ducis Brunswic. ann. 1335. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 30 : *Item si aliquis hospes debet petere hæreditatem, quæ vocatur Herwede vel rathe, dabit judici solidum; si burgensis, dabit sex denarios*. Vide *Hergeweth*.

¶ **HESCUDARIUS**, Miles prædo, vel famulus, nam *Escuderios*, famulos suos vocabant monachi. Fragmenta Hist. MSS. Stephanotii tom. 1 : *Super sacrilegis excessibus commissis a quibusdam nefariis personis, quæ nuncupatur Hescudarii*. Vide *Escuderius*.

HESIA. Vide in *Aisantia*.

¶ **HESICASTÆ**, apud Bleyuian. Instit. pag. 267 : *Anachoretæ dicuntur quoque Hesicastæ tanquam quiescentes; ἡσυχάζω enim quiesco significat*. Eorumdem Monachorum occurrit mentio in Novella Justin. 5. tit. 3. Vide *Hesychasterium*.

* **HESNAGIUM**, Jus primogeniti in hereditatem paternam. Charta ann. 1241. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 920 : *Fuit autem prædicta concordia facta, salvo Hesnagio prædicti Radulphi, quod dum voluerit et de jure poterit, reclamabit*. Vide supra *Aisecia*.

¶ **HESTA**. Charta Hugonis Burgundiæ Ducis apud Perardum pag. 335 : *Concessi etiam eis quod locationem Hestarum fori et nundinarum... non possunt accrescere ultra tertiam partem locationis quæ fuit anno illo*. Sed perperam omnino, legendum quippe, uti habetur in eadem Charta quæ exstat in Chartul. Divion. *Estallorum fori*. Vide *Estallum*.

* Mendum esse pro *Estallum* nem ita certum est : nam *Hestaus*, eadem notione, occurrit tom. 3. Fabul. pag. 211 :

> Si s'est assis se ur un Hestaus.

Unde

* **Hestallagium**, Jus *hestas* habendi : inde *Officium hestallagii*, illius scilicet, qui *hestis* ordinandis invigilat, vel præstationem ex *hestis* percipiendam colligit. Officia-Laudun. civit. in Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 57. v°. : *Officium Hestallagii super calceyam et introitus domorum*. Vide in *Stallum* 1.

HESTALDI. Vide *Haistaldi*.

¶ **HESTCORNE**. Monast. Anglic. tom. 2. pag. 367 : *Dedit* (Rex Ethelstanus) *Deo et Sanctis prædictis, ac septem presbyteris ibidem Deo servientibus... quasdam avenas, vulgariter dictas Hestoorne, percipiendas de dominiis et ecclesiis in illis partibus, quas ministri dictæ ecclesiæ usque in præsens percipiunt pacifice et quiete*. Vide *Hestcrasda*.

HESTCRASDA. Miracula S. Joannis Beverlac. n. 7 : *Et quidem coloni illius Provinciæ Hestcrasda, id est, quod exigebatur ad pabulum Regis, singulis annis solebant Regis præfectis reddere, videlicet de unaquaque caruca, id est, ad cultrum et vomerem, quatuor travas de suis frugibus, et talis reditus inter vectigalia regia computabatur*. [Vide *Hestcorne*.]

* **HESTELSIE**, Merces, quæ dabatur *veridicis* seu testibus, interprete Ludewigo ad Jus Danicum tom. 12. Reliq. MSS. pag. 167 : *Item non debet aliquis ad placitum generale veridicos citare nisi executor causæ vel aliquis alius ex parte sua ad hoc in placito constitutus, vel aliquis qui veredicorum Hestelsie exsolvere sufficit, cum emenda, si convincatur, quod suum Hesteleie non exposuit legitimo tempore*.

¶ **HESTEREN**, Arboris genus. Reynhardi de Breydenbach Iter Hierosol. pag. 276 : *In mari peregrinanti si subversus et vomitus acciderit, utatur siropo Hesteren vel granatorum cum menta, vel pomorum morarum cum tamarindis sugat, et odoret granata poma muza coctana minuatque cibum*.

HESTERNUS Annus, Proxime elapsus. Beda in Epistola ad Egbertum Antistitem, initio : *Meminit te Hesterno dixisse anno, cum tecum aliquot diebus legendi gratia in Monasterio tuo demorarer, etc.*.

HESTHA. Domesdei tit. *Castra* : *Quando Rex ipse ibi veniebat, reddebat et unaquaque carucata 20o. Hesthas, et unam cuvam cervisiæ, et unam butyri ruscam*. Ubi Spelmannus *Hestham* intelligit capum, seu gallum castratum, vel pullum quempiam gallinaceum : a Gallico *Hestaud*, *Hestandeau*, seu *Estoudeau*, pullaster. Vide *Haistaldi*.

HESTRAFFLA. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 170 : *Rex Athelstanus suum jus de Hestraffla, id est, de pabulo equorum, quod ei singulis annis solvebatur, etc.*

* **HESUS**, pro *Esus*, pastus. Charta Guill. comit. Nivern. ann. 1165. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 22. col. 2 : *Homines illi qui debent salvamentum, conducent illud Silliniacum in domum domini Rucardi, et ipse dabit eis Hesum*. Vide *Esus*.

¶ **HESYCHASTERIUM**, Græcis recentioribus, ἡσυχαστήριον, Cella solitarii, hic, ut videtur, Cœnobium. Vita S. Stephani Sabaitæ authore Leontio ejus discipulo tom. 3. Julii pag. 531 : *Prosequere igitur eam vivendi rationem quam edoctus a Deo es; dimidium quidem temporis ponens in solitudine, quod autem reliquum, in Hesychasterio, ut multos ad veram Dei notitiam ac virtutem instituas*. Vide *Hesicastæ*.

¶ **HETA**, Votum, optatum, desiderium. *Solvere in Hetam*, hoc est, ex Sententia, ad optatum, a Gallico veteri *Hait*, unde nostrum *Souhait*. Testamentum Arnaudi *d'Alegre* ann. 1263. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1115 : *Ipsam domum pro eis instituo in heredes in duobus mille solidis Podiensis monetæ, quas donavi et solvi in Hetam dictæ domui pro eisdem*. Ibidem occurrit iterum.

HETÆRIARCHÆ, Qui cohortibus conflatis ex Romanorum sociis præerant in Palatio ad Imperatoris custodiam, Græcis ἑταιάρχαι, de qua dignitate multa diximus in Notis ad Annæ Alexiadem pag. 227. Will. Tyr. lib. 22. cap. 16 : *Joannes vir magnificus, Megaltriarcha*, pro *Megasteriarcha*. [Acta S. Nicolai CP. tom. 3. Maii pag. 510 : *Tunc Romanus Imperatoris pater decluratur, et Romani vice Christophorus ejus filius Heteriarches instituitur*. Ubi *Heteriarches* Bollandistis est Princeps juventutis.]

¶ **HETEROCLITUM**, *Diversiclinium*, in Glossis Isidori. Est autem *Diversiclinium* Joanni de Janua : *Locus ubi diversæ viæ conjunguntur*.

* **HETEROGENEUS**, vox Græca, Dissimilis, alterius generis, in Conc. Constant. tom. 2. part. 1, col. 48 : *Si in nullis ejus*

Digitized by Google

partibus Heterogeneis, id est statibus, etc.

¶ **HETEROMALA, Heteromascha**, *Vestis servitiis dicata, altera tantum parte villosa, cui opponitur Amphismaschala utrinque villosa.* Laur. in Amalth. Statuta Avenion. lib. 1. Rubr. 5. art. 5 : *Quibus dicti Consules fieri curent ad honorem civitatis vestem Heteromalam, vulgo Robe de Velour.* Vox Græcæ originis ἕτερος, alter, μαλλός, vellus. Vide *Amphibalas* 1.

¶ **HETI**, *Folia quatuor fuere de exemplari.* Isidori Gloss. Ubi Grævius : Hæc est nota scribæ, qui significavit in exemplari, unde hæc hausit, desiderari quatuor folia. Fideliter descripsit Constantiensis : *Hestus* folia, a quatuor quæ excisa fuerunt de exemplari, *a Heth vita.*

¶ **HETRUSCÆ Coronæ**, de quibus Tertullianus lib. de Corona milit. cap. 13 : *Superferuntur etiam illis Hetruscæ. Hoc vocabulum est coronarum, quas gemmis ac foliis ex auro quercinis ob Jovem insignes ad deducendas thensas cum palmatis togis.* Hetruscæ igitur coronæ Tertulliano eæ sunt, quibus in solemnioribus Deorum pompis utebantur : Hetruscæ dictæ quod illas ab Hetruria Romani, non secus ac cæteros superstitionum suarum ritus, ut ipse Tertul. scribit lib. de Spectac. acceperant.

HETTEMATICUS. Jul. Firmicus lib. 3. cap. 9 : *Ipsos tamen faciet Hettematicos, et prima quidem ætate semper vitiosos.*

¶ **HEVA**, Uxor. Annales Corbeienses apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 312 : *Justinus Luther cum Heva sua, ex singulari devotione seculo renunciat. Ille fit ostiarius noster, hæc autem serva dominarum in Valle Dei*

* **HEUÇA, Heusa**, a veteri Gallico *Heuce* vel *Heus* et *Heuse*, nunc *Aisse*, Embolus, fibula. Arest. parlam. Paris. ann. 1303. in Reg. *Olim* fol. 106 : *Harnitores pomellorum, bandarum, capellorum, virolarum et Heuçarum ex auricalco, electro et metallo, etc.* Lib. 1. statut. artific. Paris. ex Cam. Comput. fol. 218. r°. : *Des garnisseurs d'espées, faiseurs de viroles, de Heus et pommeaulx, etc.* Comput. fabr. S. Petri Insul. ann. 1522 : *Datum Balduino François, qui mutavit omne plumbum vetus vitrei campanarii in novum, et deposuit crucem, et posuit Heusam novam etc.* Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 132. Chartoph. reg. ch. 220 : *Lequel supplient a emblé... une Heuse de fer à la charrue de certaine personne qu'il ne cognoist. Deux chevilles de fer, appellées Heuses, à charrette,* in aliis ann. 1408. ex Reg. 163. ch. 6.

* **HEUCHIA**, an Rivus, canalis? quia quasi in arca, quam *Huchiam* dicunt Picardi, continetur. Charta ann. 1261. ex Chartul. 23. Corb. : *Johannes dictus Pagnus de Cherisi et domicella Margarita ejus uxor recognoverunt coram nobis se vendidisse.... quamdam vierium suum, situm inter Cherisiacum et Salliacum aquosum supra Heuchiam Coullely.*

¶ **HEUDUM**, Mensura frumentaria apud Belgas. Charta ann. 1368. apud Miræum tom. 2. pag. 1328 : *Quæ quidem terræ solvunt 24. solidos Paris. monetæ Flandriæ annui et perpetui redditus, cum uno Heudo frumenti annuatim ad vitam domicellæ Grietæ, dictæ Spaens.* Vide *Hodium.*

¶ **HEVET**, Anglis, Caput, nunc *Head.* Vita sanctæ Ethildritæ sæc. 2. Bened. pag. 750 : *Collem eminentem prope qui Coldeburch-Hevet, quod Latine Caput Coldeburci dicitur, ubiit et ascendit.*

HEVEWARD. Domesdei titt. Grentebr. Picot. de Grentebr. Heatiton. : *Et 8. averas, et 8. ineward, et 4. Hevewurd Vicecomiti inveniebat.* Occurrit alio loco semel. Voces incertæ notionis, inquit Spelmannus. [Vide *Heyward.*]

HEULBO, *Guttur*, Papiæ.

* **HEUSA.** Vide supra *Heuça.*

¶ **HEUSE**, Calceamentum militare. Vide in *Osa.*

* **HEUSIA**, Tibiale, crurale, caliga, nostris *Heuse*; unde *Heuser, boter, ocreare*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Comput. MS. ann. 1239 : *Pro Heusiis domini Johannis de Bellomonte, xvj. sol.* Vide *Osa.*

HEUVELBORH, Fidejussor : ex Saxonico healf, dimidius, et borge, borgh, debitor, vel etiam fidejussor, quia qui fidejubet, debitorem se quodammodo constituit : nisi hæc vox eadem sit cum *Headborow*, quam consule. Vide Leges Willelmi Nothi vernaculas cap. 25. uti eas dispunximus, et Latine reddidimus, editas a viro doctissimo Gabriele Gerberono cum S. Anselmo.

¶ **HEXAMITUM.** Vide *Exametum.*

¶ **HEXAPLA.** Vide *Exapla.*

* **HEXAPTOTUS**, *de sey cast.*, Glossar. Lat. MS.

¶ 1. **HEYA**, ἄγε, *Eia.* Supplementum Antiquarii.

¶ 2. **HEYA, Heyare, Heymote.** Vide in *Haga.*

¶ **HEYLEKA**, Sancta, a Teuton. *Heilac*, Sanctus. Cæsarius Heisterb. lib. 6. cap. 5 : *Venerabilem illam inclusam ordinis nostri, dominam Heylekam, secundum nomen suum, vere Sanctam.*

¶ **HEYMSOECKEN.** Vide *Hamsoca.*

* **HEYRELIUM.** Vide supra *Hayrelium.*

¶ **HEYWARD**, Rei pascuæ curator, a Sax. hig, gramen, vel heg, sepes, et veard, custos. Hodie passim pro Armentario accipitur.

HIALUM, ex Græc. ὕαλος, Vitrum. Gloss. Ælfrici : *Vitrum, vel Hialum*, glæs.

¶ **HIANIO**, *Margarita preciosa.* Vetus Gloss. MS. Sangerm. num. 501. Forte leg. *Unio.*

HIATOR, ex Gallico *Hieur*, et *Hie*, Fistuca, pavicula, instrumentum, quo pavimenti silex premitur. Lambertus Ardensis pag. 258 : *Wallactores, et Deuparii, et Hiatores cum convenientibus... instrumentis.* Vide Bergerium de Itinerib. Roman. lib. 2. cap. 15. n. 8. Le Roman *de Jardain* MS. :

Les murs essaillent par defors et à Hie.

¶ **HIATUS**, Os. Vita Liethberti Episc. Camerac. cap. 3. tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 677 : *Nomen accepit Liethbertus, et merito quippe qui liberaturus erat plebem sibi committendam de hostis rabidi versutis Hiatibus. Hiatum oris* dixit Tullius.

HIBALCIO, *Maris habentia.* Ita Glossæ antiquæ MSS. [Vide *Ibalia.*]

¶ **HIBERE**, Tenere, ligare : obsoletum verbum. Passio SS. Perpetuæ et Felicitatis ex Edit. Lucæ Holstenii pag. 28 : *Horruit et erubuit Tribunus; et ita jussit illos manibus Hiberi.*

¶ **HIBERNAGIUM, Hibernaticum, Hibernum.** Vide *Hybernagium.*

* **HIBERNICUS**, f. pro Ibericus, ut conjectant Benedictini ad Dipl. Rodulphi reg. ann. 996. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 377 : *Archiepiscopatum* (Tarentasiensem) *Hibernicis incursionibus penitus depopulatum etc.*

¶ **HIBITUM**, *Asperum.* Papias MS. Gloss. Sangerm. n. 501. *Hibtas, Asper.* Legendum *Hirtus* et *Hirtum*, voces Latinis notæ pro *Hirsutus*, vel *Hirsutum.* Joh. de Janua : *Hirsutus, asper pilis, vel pilosus, ut hircus; unde Hirtus per syncopam pro Hirsutus.* Sed notior res est quam ut indigeat vade.

¶ **HIBLATUS**, pro *Niblatus*, Splendidus, resplendens. Vita S. Gregorii tom. 2. Martii pag. 206 : *Tenens in capite matronalem mitram candentis brandei raritate Hiblatam.*

¶ **HIBTUS**, pro *Hirtus.* Vide *Hibitum.*

¶ **HICA** vel **Hicha**, pro *Bica*, legendum in Pactu Legis Salicæ tit. 19. § 10. et 11. auctor est Eccardus. Vide *Haga.*

HICHINACULUM. Testamentum S. Remigii, apud Flodoardum lib. 1. cap. 18 : *Remigiæ coclearia 3. quæ meo sunt nomine titulata, mantile ipsius, quod habeo feriale, transcribo : Hichinaculum quoque dono illi, de quo Hondebodo dixi.* Ita etiam habet prius S. Remigii Testamentum apud Labbeum et Marlotum. Ubi *Hichinaculum* forte pro *Hichinariolum* dicitur, ut diminutivum sit vocis *Hicinarius*, de qua mox. Vide *Hilcus.*

HICHINARIUS, Hicinarius, inter ministeria seu vasa sacra reponitur in Historia Episcoporum Autisiodor. cap. 20 : *Dedit et Hicinarios duos anacteos pens. lib. 4. et uncias 3. Item Hicinarios 3. anacteos pens. etc.* Infra : *Ichinarium unum pens. lib. 1. et unc. 1. Item Ichinarios columellatos 3. pens. unusquisque lib. 1. Item Ichinarium unum, etc.*

* *Lacuniarios* legendum conjectat Domin. Georg. Rhodig. lib. 1. de Liturg. Rom. Pontif. cap. 21. nam *Lacuniaria*, inquit ille, apud Isid. in Origin. sunt pendentia lumina, quasi lucanaria, id est, in aere lucentia. Vide *Lichinus.*

¶ **Ichriarius**, Eadem significatione. Testamentum illustris matronæ Ermentrudis apud Mabillonium in Appendice ad Liturgiam Gallicanam pag. 463 : *Item dulcissimo nepoti meo Bertegisilo Ichriario argenteo et mancipia his nominibus, Sunniulfo et sorore ejus Hibethrude et filias Anthimio.... habere jubeo.*

* **HICTER**, *Lo papagallo.* Glossar. Lat. Ital. MS.

* **HICTICUS**, Idem quod infra *Hissirus*, vox corrupte scripta. Epist. Soldani Ægypt. in Chron. Joan. Whethamst. pag. 407 : *Tu habes naves, nos Hictios.*

HIDA, et **Hyda**, ex Saxon. hyd, Terræ portio, quantum sufficit ad arandum uni aratro per annum. Henricus Huntindonensis lib. 6. pag. 360. et ex eo Bromptonus : *Hida Anglice vocatur terra unius aratri cul-*

Digitized by Google

turæ sufficiens per annum. Huntindon. pag. 370. Radulphus de Diceto, Brompton. Robertus de Monte ann. 1083. et alii : *Misit Rex potentissimus Anglorum Willelmus Justitiarios suos per unamquamque scyram, id est, provinciam Angliæ, inquirere fecit per jusjurandum, quot Hidæ, id est, jugera uni aratro sufficientia per annum essent, in unaquaque villa, etc.* Matth. Paris. ann. 1082 : *De unoquoque aratro, id est, Hida, etc.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 21 : *Dedit huic Ecclesiæ Fengg. 7. aratrorum, quod Anglice dicitur 7. Hides.* Proinde *Hida* idem est, quod aliis *Carrucata.* Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 678 : *Omnes carrucatas, quas Angli Hidas vocant, funiculo mensus est et descripsit.* Rogerus Hovedenus pag. 778 : *Carrucata terræ, sive Hyda.*

¶ HIDA, Eadem notione. Chartularium SS. Trinitatis Cadomens. f. 26 : *In Felestede habemus duas Hidras in dominio nostro; de his debet nobis reddere Radulfus ter centum acras terræ seminatas, dimidium frumenti, et aliud dimidium avenæ, de his adhuc duobus Hidris habent decem et novem bordarii quatuor virgas terræ, quisque horum dat per annum 2. denarios de capite suo.* Ibidem fol. 27 : *In Penneberia 3. Hidras terræ, unam in dominio, alias habent homines, boves 22. vacas 2. in tribus carucis, equum unum, etc.*

De hidæ quantitate non consentiunt Scriptores, ac veteres Tabulæ. Gervasius Tilleberiensis lib. de Scacario apud Lambardum ait, hidam constare 100. acris. Codex MS. apud Spelmannum quatuor virgatas, alius in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 313. *octo unam Hidam* conficere tradunt. Veterem schedam *Hydarum* numerum in plurimis Angliæ regiunculis continentem hic accipe ex Spelmanno, ne et in his minutiis fidem nostram Angli desiderent :

1. *Myrcna continet* 30000. *hidas.*
2. *Woken-setna* 7000. *hid.*
3. *Westerna* 7000. *hid.*
4. *Pec-setna* 1200. *hid.*
5. *Elmed-setna* 600. *hid.*
6. *Lindes-farona* 7000. *hid.*
7. *Suth-Gyrwa* 600. *hid.*
8. *North Girwa* 600. *hid.*
9. *East-Wixna* 300. *hid.*
10. *West-Wixna* 600. *hid.*
11. *Spalda* 600. *hid.*
12. *Wigesta* 900. *hid.*
13. *Herefinna* 1200. *hid.*
14. *Sweordora* 300. *hid.*
15. *Fyfla* 300. *hid.*
16. *Wicca* 300. *hid.*
17. *Wight-gora* 600. *hid.*
18. *Nox gaga* 5000. *hid.*
19. *Oht gaga* 2000. *hid.*
20. *Hwynca* 7000. *hid.*
21. *Ciltern setna* 4000. *hid.*
22. *Hendrica* 3000. *hid.*
23. *Unecung-ga* 1200. *hid.*
24. *Aroseatna* 600. *hid.*
25. *Fearfinga* 300. *hid.*
26. *Belmiga* 600. *hid.*
27. *Witherigga* 600. *hid.*
28. *East-willa* 600. *hid.*
29. *West-willa* 600. *hid.*
30. *East-Engle* 30000. *hid.*
31. *East-Sexena* 7000. *hid.*
32. *Cant-warena* 15000. *hid.*
33. *Suth-Sexena* 7000. *hid.*
34. *West-Sexena* 100000. *hid.*

De vocis notione et etymo, sic censent Spelmannus et Somnerus, ab Saxon. h y d e n, quod est *tegere, Hidam* profluxisse, ita ut primario idem fuerit, quod *tectum, mansus, manerium*, id est, domus cum adjuncta agri ad colendum portione, quam h y d e l a n d e s vocat vetus Bedæ Interpres Saxonicus, quasi *terras ad Hydam pertinentes.* Sed et Spelmannus in veteri Glossario Saxon. h a d a e, *stationem* et *confugium* reddi auctor est; unde Gallorum *Hute*, inquit Somnerus. Huic conjecturæ favet Scotorum enuntiatio, qui *Hildam* vocant, quod Angli *Hidam*, et *Hilden*, pro *tegere, cooperire.* Occurrit autem vox *Hilda* in Regiam Majestat. lib. 2. cap. 16. § 20. 21. Vide *Hloth.*

HIDARE, Terram per *hidas* censere, unde *Hidatus*, taxatus, censitus.

HIDAGIUM, Præstatio, quæ Regi Angliæ fiebat pro auxilio, pro ratione hidarum, vel quæ ex singulis hidis exsolvitur. Bromptonus : *Hidage, vel taillage, est tallagium de hidis terrarum.* Charta Henrici I. Regis Angl. tom. 1. Monastici Anglic. pag. 185 : *Dono etiam Hidagium, quod exigebatur de 20. hidis ad eamdem urbem pertinentibus, etc.* Apud Matth. Paris ann. 1242. *Carucagium et Hidagium*, idem sonant. Bracton. lib. 2. cap. 16. § 8 : *Sunt etiam communes quædam præstationes, quæ servitia non dicuntur, nec de consuetudine veniunt, nisi cum necessitas intervenerit, vel cum Rex venerit, sicut sunt Hidagia, carragia, et caruagia, etc.* Quæ quidem auxilia et præstationes per *hydas* perantiquæ in Anglia videntur : siquidem Ina Rex in Legibus suis § 71. Edit Saxon. *de 10. Hidis ad corredium* dari sanxit 10. *modia mellis*, 300. *panes, etc.* et Ethelredus ann. 1008. apud Matth. Westmonast. *Per totam Angliam jussit parari ex 300. Hidis navem unam, et ex octo Hidis galeam unam et loricam.* Apud Simeonem Dunelmensem anno 1084 : *Rex Anglorum Willelmus de unaquaque Hida per Angliam 6. solidos accepit.* Adde Leges Edwardi Confess. cap. 11. Henricus I. pro matrimonio Mathildis filiæ suæ, *cepit ab unaquaque Hida Angliæ 3. solidos.* Apud Rogerum Hovedenum pag. 778 : *Ricardus Rex Angliæ accepit de unaquaque carucata terræ, sive Hyda, totius Angliæ. 5. solidos de auxilio.* Est etiam

HYDAGIUM, Rastallo, *quietum esse, si Dominus Rex tulliaverit totam terram per Hidas.* Ita passim usurpant veteres Chartæ in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 169. 192. 372. 976. tom. 2. pag. 827. apud Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 2. pag. 632. etc.

* Nostris vero *Hide*, idem quod Pavor, terror, vulgo *Fraieur, épouvante.* Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 406 : *Laquelle Prieuse après ce qu'elle fu ainsi délivrée, dist à son mary, que par l'espouvantement et la Hide que elle avoit eu de ce que lidit Pierressons lui avoit fait, ses enfés estoit mors en son vendre.* Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1 :

Moult est li clers en grant freour,
Moult a grand Hide et grant peour.

Guignevilla in Peregr. hum. gener. MS. :

Grant Hide et grant paour me faites.

Vide supra *Herlinini.*

HIDALGUS, Nobilis, apud Hispanos, de cujus vocis etymo consulendus Covarruvias tom. 2. Var. Resol. cap. 1. n. 11. et Sebastianus Cobarruvias in Thes. linguæ Castellanæ verbo *Fidalgo.* Hieron. Blanca in Comment. Rerum Aragon. pag. 734 : *Militum autem vox et Infancionum id sonat, ut priori equestris ordinis viros nuncupemus, quos vulgari sermone Cavalleros : posteriori vero, quos vocare solemus Hijos dalgo.* Leges Alfonsinæ part. 2. tit. 21. lege 3 : *Fidalguia,... es nobleza que viene à los omes por linage. Filii dalgo* dicuntur in Foris Aragon. lib. 1. tit. de Officio Justitiæ Aragon. Charta ann. 1289 : *Dom. Rex Portugalliæ, et Comes Boloniæ fecit cum Consilio suorum Ricorum hominum, et suorum filiorum de algo tale incautum.* Proinde iidem, qui nude *Homines de linagen* dicuntur, in Charta Lusitana apud Brandaonum in Monarch. Lusitana tom. 4. pag. 272. Eumdem vide ibid. pag. 268. 279. v°.

HIDGILDUM, Corii redemptio, ex Saxon. h y d e g y l d, vel h y d e g y l d e, ab h y d e, *corium*, et g y l d, *solutio, compensatio.* Leges Alfredi et Godrini RR. cap. 11 : *Si liber festis diebus operetur, perdat libertatem, .. servus corium perdat, vel Hidgildum.* Adde cap. 12. Vide *Corium perdere.*

¶ **HIDRA**. Vide *Hida.*

¶ **HIDRINIS**, *Serpentinis.* Isidorus. Ubi Grævius : *Hydrinus* ab *Hydrus.*

* **HIDRIO**, Aromatis genus. Dipl. Childeper. II. ann. 716. tom 4. Collect. Histor. Franc. pag. 694 : *Hidrio libras* 50. *cicer lib.* 150.

¶ **HIDROMATES**, *Qui ex aqua divinant.* Vetus Gloss. MS. Sangerm. Sed legendum *Hydromantes*, a Græco ὑδρόμαντις.

HIDROS, *Diabolus, Servus*, in Glossis Antiq. MSS. [Pro *Servus* puto restituendum *Serpens;* est enim ὕδρος Græcis Serpens aquaticus.] Vide *Hydros.*

¶ **HIEMALIS ANNONA**. Vide in *Hybernagium.*

¶ **HIEMANTES**. Vide *Hyemantes.*

HIEMICA ÆSTAS. Glossar. MS. Medicum Regis Cod. 1486 : *Hiemica æstate, f. pro qualitate temporis temperata.*

HIEMS. Per hiemes annos putasse Anglos, colligitur ex fragmento Regum Westsaxon. edito post Vitam Ælfredi Regis pag. 199.

¶ **HIERACITÆ**, Hæretici, sectatores Hieracis, qui Ægyptius gente, Manichæus opinione, novam sectam procudit. Negabat resurrectionem carnis, conjugatis et infantibus regnum Dei intercludebat, Filii Dei æternam nativitatem nesciebat, Spiritum sanctum Melchisedech dicebat. Ita Bollandistæ ad Vitam S. Macarii Ægyptii auctore Ruffino tom. 1. Januar. pag. 1013 : *Aiebant præterea aliquando venisse ad eum hæreticum quemdam Hieracitam, quod genus hæreseos invenitur apud Ægyptios.* De eo agunt S. Ephiph. et alii.

¶ **HIERARCHA**, Archiepiscopus. Vita S. Severi Archiep. Ravennæ in Append.

Digitized by Google

apud. Murator. tom. 2. pag. 192 : *In hoc denique specialis doni miraculo æstimari non immerito possumus sanctum D. Severum Archiep. per omnia B. Ambrosio æquiparandum, qui sicut ille Beatissimus Hierarcha sancti et gloriosi Martini Episc. natalitio deservit, sic et iste B. Heminiani.*

¶ **HIERATICI**, *Peregrinantes dubii, non habentes firmum locum. Hieraticæ, litteræ sacerdotales.* Papias.

¶ **HIERAX**, Species falconis, Thuano de Re accipitraria, vulgo *Sacre*, Græc. ἱέραξ.

¶ **HIERO**, Ardea, Gall. *Heron*. Charta forest. cap. 13. apud Spelmannum : *Unusquisque liber homo habeat in boscis suis aëreas accipitrum, espernarum, falconum, aquilarum, et Hieronum.*

¶ **HIEROCERUS**, vox Græca, ἱεροκήρυξ, Sacer præco, qui favere linguis jubet, dum sacra peraguntur, aut qui aliud quippiam inter rem sacram edicit. Francisci Blanchini Præfatio apud Muratorium tom. 3. Scriptorum Italicorum pag. 73 :

M. D. M. I. ET ATTIDI MENO TYRANNO CONSERVATORIBUS SUIS CAELIUS HILARIANUS C. DUO DECEMBUR URBIS ROMAE P. S. ET HIEROCERUS I. M. S. D. L. S. D.

Vide *Hierocoracica*.

¶ **HIEROCOMIUM**, in Actis SS. Febr. tom. 2. pag. 539. male pro *Gerocomium*. Vide in hac voce.

¶ **HIEROCORACICA**, in veteri Inscriptione apud Reinesium pag. 303. 2. Sacra Mithriaca, quorum participes *Hierocoracas* vocabant. Et quidem corvum Mithræ peculiari religione dicatum fuisse notum est. Vide laudatum Reinesium Ep. 69. et Monumenta veteris Antii part. 2. cap. 4.

HIERODULUS, Ædituus, ἱερόδουλος. Vim vocis indicat Jul. Firmicus lib. 8. Math. cap. 21 : *Ædituos faciet, templorumque custodes, Hierodulos, et qui sacris officiis deputentur.* Et cap. 29 : *Hierodulos faciet et templorum servos.* Usi sunt hoc nomine Græci Bibl. Interpretes in lib. Esdræ cap. 2. et 7. et 8. de Nathinnæis. Vide Cedrenum in Julio pag. 167. et Henric. Valesium ad Euseb. lib. 1. cap. 6. pag. 66.

HIEROHÆRIX, in Notis Tyronis pag. 173. inter *Salpinctas* recensetur. Videtur legi debere *Hierocerix*, ex Græc. ἱεροκήρυξ, quæ vox occurrit apud Demosthenem et Synesium. [Vide *Hierocerus*.]

¶ **HIEROLANTIA**, *Merentia*. Papias.

¶ **HIEROMNEMON**, Græce ἱερομνήμων, Diaconale officium erat in Ecclesia CP. magnæ existimationis; cui incumbebat Patriarcham *pontificaliter* induere, preces in libro indicare, in throno locum electis ac consecratis adsignare, et *contacium* orditionis consuetum intonare : uti ceremoniarum Magistri in Aula Pontificia solent. Plura vide in Glossario mediæ Græcit. col. 510. d. et apud Hofmannum.

¶ **HIEROMONACHI**, Græcis ἱερομόναχοι dicuntur, qui non simplices Monachi, sed Sacerdotes sunt. Vide Glossarium mediæ Græcitatis.

¶ **HIERONTICUM**, Liber Liturgicus, seu Missalis Mabillonio tom. 3. Annal. Benedict. pag. 348. Idem est quod *Geronticon*. Vide in hac voce.

¶ **HIEROPHANTA**, ἱεροφάντης, Qui sacra et cæremonias docet, Sacrorum antistes, ædituus. Angelomus in Genesim cap. 39. apud Bern. *Pez* tom. 1. Anecd. part. 1. col. 217 : *Tradunt Hebræi emptum ab hoc* (Putiphare) *Joseph ob nimiam pulcritudinem in turpe ministerium, et a Domino viribus ejus arefactis, postea electum esse juxta morem Hierophantarum in pontificatum Heliopoleos.* Hist. Pacificationis inter Rudolfum II. Imp. et Imp. Turcarum ann. 1604. apud Ludewig. tom. 6 pag. 309 : *Ad proximum igitur tentorium illius rei gratia tapetibus structum ostensum est, quorsum Turcæ cupide adulantes ... ritu gentili et barbaro humi se sternunt, ac uno Hierophantarum clamore et cantu præ reliquis personante, pectora tundunt, faciem, barbas promissas palmis permulcent.*

* Occurrit præterea apud Arnob. lib. 5 : *Et qui postea floruerunt caduceatores, Hierophantæ atque præcones.* De his docte Vandal. Dissert. 6. cap. 5. pag. 500. Vide etiam Gruter. in inscript. 192. 3.

¶ **HIEROPHYLACIUM**, ἱεροφυλακεῖον, Sacrarium. Synodus Valentina ann. 1594. inter Hisp. tom. 4. pag. 711 : *In Hierophylaciis seu sacristiis tabella suspendatur aut parieti affigatur, in quo ordine describantur omnia quæcumque ad præfectum operum ecclesiæ illius pertinent officio.*

¶ **HIEROPRÆSES**, Archiepiscopus. Vita S. Severi Archiep. Ravennæ in Appendice apud Murator. tom. 2. pag. 193 : *Gaudeamus omnes, gaudeamus singuli, quia Hieropræses noster B. Severus, etc.*

HIEROPREPES. Vide *Geroprepes*.

¶ **HIEROSOLYMIPETA**, Qui proficiscitur Hierosolymam. Gasparis Barthii Glossar. ex Roberti Monachi Hist. Palæst. cap. 11 : *Sed quid post creationem mundi mirabilius factum est, præter salutiferæ Crucis mysterium, quam quod modernis temporibus actum est in hoc itinere nostrorum Hierosolymipetarum.*

¶ **HIERUSALEM**. Sic Monasterium Resbacense primitus vocatum, testis est Charta Caroli Simplicis Reg. Fr. ann. 907. tom. 2. Hist. Meld. pag. 6 : *Abbatiam S. Petri Resbacis nomine dictam, et quondam Hierusalem cognominatam, etc.* Quod nomen a Fundatore inditum docet Bulla Innocentii II. ann. 1135. ibidem pag. 25.

¶ **HIES**, Exitus angustior, callis vix singulis pervius, Gall. *Issue, petit sentier*. Codex censuum Calomontis : *Juxta quoddam Hies*. Occurrit non semel ibidem : *Juxta His quod ducit ad, etc.*

¶ **HIETARE**, Oscitari, hiare. Glossar. Lat. Græc. MS. Sangerm. *Hieto*, χασμῶμαι.

¶ **HIF**. Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 2. pag. CXLVI : *Pro* XXVII. *costis Hif.* XXIII. *s.* An Taxus, arboris genus, nostris *If?*

HIFFARONDA. Glossæ antiquæ MSS. : *Orbia, Hiffaronda*. Infra : *Orbia, Gen. quo die ercasum, quod qui diem Saturni Obinam vocant*. Videat lector, an aliquid ex his expiscetur?

HIFFERA, *Pila, a feriendo*. Papias MS.

HIGRA, Anglis dictus quidam *quotidianus aquarum* Sabrinæ fluvii *furor, quem vel voraginem vel vertiginem undarum dicam nescio*, ait Guill. Malmesbur. lib. de Pontific. *Qui fundo ab imo verrens arenas et conglobans in cumulum cum impetu venit, nec ultra quam ad pontem pertendit : nonnunquam etiam ripas transscendit, et magna parte circuita, terræ victor egreditur. Infelix navis, si quam a latere attigerit : nautæ gnari cum vident illam Higrum* (*sic Anglice vocant*) *venire, navem obvertunt, et per medium secantes violentiam ejus eludunt.*

HIKENILD, *Hikenil-strete*. Vide *Ikenild*.

HILARAMEN, *Lætitia, gaudium*. Joann. de Janua. [*Leesse, joye*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.]

HILARIZARE, Hilariter agere, in Hist. Translation. S. Modoaldi Archiepiscopi Trevir.

HILCUS. Testamentum S. Everardi Comitis apud Miræum in Cod. Donat. Belgic. pag. 96. et alios : *Volumus, ut habeat spathas duas, unam cum Hilcis aureis et argenteis simul*. Ubi *Hilcus* fortean est, quod Anglo-Saxonibus h y l c a vocatur, anfractus, vel quidpiam incurvum, quo scilicet ensis capulus munitur.

HILDA. Vide *Hida*.

¶ **HILDEBRANDUS**. Paulus Beonridensis in Vita Gregorii VII. Papæ : *Hildebrandus enim Teutonice vernacula nuncupatione perustionem significat cupiditatis terrenæ.*

¶ **HILEICUM**, *Silvestre*. Papias MS. Bituric. Forte *Iliceum*, ab *Ilice*.

¶ **HILIBECCI**, Nugatorium nomen. Ordericus Vitalis lib. 13. pag. 905 : *Unde omnes ab eisdem, quibus impudenter nocuerunt, Hilibecci despective cognominati sunt.*

HILIDER, Coluber, serpens, pro *Chelider*, vel *Chelidrus*. Glossæ antiquæ MSS. : *Hilidri, serpentes*. Vita S. Samsonis Episc. Dolensis lib. 1. cap. 12. in Actis SS. Ord. S. Benedict. : *Hilider quidam de quodam rubo exiens quemdam fratrem momordit in inguine.*

¶ **HILIE SATUS**, *In silva natus*. Papias MS. Bitur. f. pro *Ilice*.

HILISTRINUS. Anastasius in Hormisda PP. pag. 34 : *Gabata electrina pensant. libr.* 2. Alii Codd. habent *gabata Hilistrina*, vel *gabatam hilifirimam*, vel denique *hilifirmiam*.

* **HILLA**, Gall. *Hille*, Velum, aulæum, forte sic dictum, quod ejusmodi aulæa ad ilia seu latera altaris, nostris olim *Hilliers*, collocarentur. Inventar. ann. 1415. ex Cod. reg. 9484. 2. fol. 489. v°. : *Idem deux Hilles, autrement dites custodes, pour mettre à l'environ de l'autel, de taffetas vermeil rayé*. Vide supra *Custoda*.

¶ **HILLICUS**, *Major venetia*. Papias MS. Bituric.

¶ **HILLIO**, *Gulosus, luxuriosus, eversor*. Papias MS. Bituric. Leg. *Helluo*.

HILLITOR. Papias : *Hillæ, salcitiæ vulgo. Hillitores scænici*. mox : *Hillitor, hortica*. In edito *ortica*.

HILLO, *Aquila*, apud Papiam. MS. Navarræus habet *Hilo*. [Scriptum fuisse olim *Hierax* censet Grævius.]

HILNACHIA, [Navigii species.] Vide *Naca*.

¶ **HILTISCHALCHI**. I. Mansi Serviles, *Schalk* enim servus. Burchardi Abbatis S.

Digitized by Google

Emmerammi Complacitatio apud Bern. Pez tom. 1. Anecd. part. 3. col. 77 : *Hanc compendiosam cum Ruitensibus fecit complacitationem, ut de familia quæ ad Rutt pertinet, mansi scilicet seu Hiltischalchi expediti a sale, fiscali censu ex parte adaucto, quem antea solverant per singulos annos.*

HIMERINUS. Joann. Sarisberiensis Epist. 183 : *Neminem tamen arbitror sapientem, qui dissuadeat pacem, quæ fieri potest in Domino, et ante Himerinum diem honestati non derogat.* Ex Græc. ἡμερινός, *Diurnus.* Sed quid sibi velit *dies* ἡμερινός, non plane percipio, nisi sumatur pro *hodiernus.*

HIMILZORUN. Lex Bajwar. tit. 7. cap. 4 : *Si indumenta super genuculu elevaverit, quod Himilzorum vocant, etc.* Edit io Heroldi *Himilzoron* habet [*Himidzorun*, apud Schilter. in Gloss. Teuton. ab *Hemida*, Tunica, vestimentum : sensus ergo est, qui indusium vel tunicam feminæ elevaverit, etc.]

¶ **HIMMELZ**, in Gloss. veteri apud Schilterum, *Capella, sub qua defertur Eucharistiæ Sacramentum in processionibus fieri solitis : et dicitur sic, quod olim fiebat de pellibus caprarum.*

* A Germ. *Himmel*, cœlum, potius accersendum videtur; qua notione etiam Galli *Ciel* dicunt.

¶ **HIMNIZARE**, Hymnos canere. Rolandinus Patavinus de factis in Marchia Tarvisina lib. 9. cap. 12. apud Murator. tom. 8. col. 309 : *Canctis Himnizantibus et psallentibus, sive cantantibus*, Te Deum laudamus, *et orationes alias ad laudem Domini pertinentes.* Gl. Lat. Gall. Sangerm. : *Himnizare, Dire, ou faire, ou chanter himnes.* Vide *Hymnus.*

¶ **HIMONIA**, Funiculus quo ex puteo educitur aqua. Vocabul. Sussanæi; ἱμονιά.

¶ **HIN**, *Mensura est duplex, major* 18. *sextariis, minor* 9. Papias. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Hin, une mesure, sextier*, ex Catholico Johannis de Janua, ubi *Hin, quædam mensura est, scil. sextarius.*

HINDENI HOMINES, in Legibus Adelstani Regis cap. 3. et 7. ex Saxonico hyndene, *societas*, quasi homines societatis, contubernii, contubernales. Saxonibus enim erat in more positum, (verbis utor Somneri) ut omnem hominem æstimarent, ac pro natalis sui ratione capite censerent; sed etiam secundum cujusque valorem in classem (vel Collegium) parium suorum, quam hyndene nuncuparunt, referrent: trium scilicet sequentium unam, infimam, mediam, summam. Infima classis fuit, quorum singuli valerent 200. sol. talis inde Latine dictus *vir ducentenus*, vulgariter a classe, in quam ascitus, tvy hyndnemon. Media eorum, quorum singuli valerent 600. sol. talis inde Latine dictus *sexcentenus*, vulgariter a classe, in quam ascitus, syx hyndnemon. Summa autem eorum, quorum singuli valerent 1200. sol. talis inde Latine dictus *duodecies centenus*: vulgariter a classe, in quam ascitus tvelfhyndnemon. Pariterque uxores ipsorum *Cyriseum* (i. *Twyhyndam*, nam *Twyhyndeman* idem erat, qui *ceorliscus*, et sic quandoque dictus, quandoque *villanus*) *syxhyndam*, et *twelfhyndam*, nominarunt. Totam hanc apud Anglos hominum partitionem observare est, præsertim in Legibus Alfredi Regis cap. 12. 30. 31. 34. etc. apud Bromptonum, et Henr. I. cap. 76. et 87. *Twyhindorum*, seu villanorum præterea mentio est in iisdem Legib. Henrici I. cap. 70 76. ut *Sixhindorum*, eodem cap. 76. et *Twelfhindorum*, seu *Thanorum*, cap. 69. 70. 76. 83. 87. qui *perfecte nobiles* dicuntur eodem dicto cap. 76.

HINDERLING, Contumeliæ vocabulum Occidentalibus Saxonibus olim familiare. Leges Edw. Confess. cap. 35. extremo : *In quadam regione Saxoniæ Ling, imago dicitur, Æthel Anglice Nobilis est, quæ conjuncta sonant, Nobilis imago. Unde etiam Occidentales Saxonici, scilicet Exoestrenses, habent in proverbio summi despectus, Hinderling, id est, omni honestate dejecta et recedens imago.* Saxonibus hynder est *remotus* et *posthabitus*, ait Spelmannus.

HINEFAR. Vide *Heinfare.*

HINFANGTEFE, apud Bracton. lib. 3. tit. 2. cap. 8. § 4. Vide *Infang-theefe.*

HINNICULUS. Vide *Cervulus* et *Hinnulus.*

* **HINNITIVUS**, a verbo Hinnire, Gall. *Hannir.* Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 79. pag. 228 : *Prior enim cœtus, caliginosæ noctis umbraculis coopertus, ne Hinnitivus aut progressivus equorum tumultus Gallos, in oppidi capiendi muris nocturnus conservantes excubias, in arciores vigilias excitarent, etc. Hynæ* Equa, in Poem. Alex. MS. part. 1. :

Il ont chevaus courans et grans Hynes brehaingnes.

* Unde *Hynerie*, Grex equorum, in Charta ann. 1334. ex Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 280 : *Pour grant mortalité de leurs bestes blanches et de toute la Hynerie de leurs jumenz et de leurs poulains, etc.*

¶ **HINNOLESCERE**, pro Inolescere. Hist. Principum Langobard. auctore Camillo Peregrino apud Murator. tom. 2. pag. 337 : *Satis infamis, et inlicita consuetudo temporibus istis Hinnolevit.*

¶ 1. **HINNULA**, Spurcum ludi genus. Vide *Cervula.*

* 2. **HINNULA**, Cepula, Gall. *Echalotte.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Hinnula, Escalongne.*

Hinnulus in silvis, Hinnulæ quæruntur in hortis.

¶ **HINNULETUM**, f. Septum in quo concluduntur Hinnulei. Diplomatarium Grissoviense apud Ludew. tom. 6. pag. 377 : *Ex nostra etiam donatione habent et habere debent fratres nostri ante præfinati vinetu et Hinnuleta juxta civitatem nostram Lenberg, secundam propriam limitam suorum illic factam.*

* Vel potius Hortus olitorius, Gall. *Potager*, ab *Hinnula*, quod vide supra.

HINTHICA, [Reconditorium.] Annales Rerum Pisanarum anno 1156 : *Pisani fecerunt barbacanas circa civitatem, et Hinthicam, et miraverant a turre, ubi posuerunt leonem marmoreum, etc.* Vide *Enthica.* [* Vide Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 885. et supra *Chinitha.*]

¶ **HIOBA.** Vide *Huba*

* **HIOLIS**, *Verde*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

¶ **HIPPOTHECARIUS**, Pharmacopola, Gall. *Apoticaire.* Concilium Regiense ann. 1265. can. 10. apud Marten. tom. 4. Anecdot. col. 194 : *Inhibemus ne quis Hipothecariorum vel quivis alius, cujuscumque conditionis, vel sexus existat, toxicum vendat aut donet, nec alio modo ministret alicui, vel alia venenosa, nisi prius significet curiæ sæculari.* Statuta Ecclesiæ Avenionensis ann. 1341. apud eumdem ibid. col. 565 : *Ab eodem quoque nullus Hipothecarius seu speciator recepens ordinatas per talem Judæum medicum auderet seu attentaret sub eodem panno confficere, nec ministrare alicui Christiano.* [* Vide infra *Hypothecarius.*]

¶ **HIPPARCHUS**, ἵππαρχος, Præfectus equitum. Codex Ottobonianæ Biblioth. apud **Mabill.** tom. 2. Annal. pag. 167 : *Tunc stet ad sinistram Imperatoris illius Hipparchus, quem nos dicimus Præfectum, et dicat ei Imperator cum protospatario : futurum Patricium adducito.*

¶ **HIPPICUM**, *Mensura et spatium* IV. *stadiorum, aut quatuor cubitos continens.* Laur. in Amalth.

¶ **HIPPITARE**, *Oscitare, bullare.* Isidorus. Ubi Gravius : Constantiensis, *Hippitare, oscitare, id est, crebro hiare.* Festo est *Hippicare.* Ubi vide Scaligerum.

¶ **HIPPOBALISTÆ**, apud Bonfinium Rer. Hungar. dec. 2. lib. 3 : *Ex Ungaris Hippobalistæ quidam audacissimi, concitatis equis, arduum montis clivum conscendunt, e sagittariis quosdam obtruncant, etc.* Ex ipso nomine conjicit Carolus de Aquino fuisse decertantes equis funditores, aut potius balistarios, qui balistis minoribus manuariis saxa projicerent.

¶ **HIPPOCHARMÆ**, *Dicti olim Principes qui ad pugnam equos alerent.* Laur. in Amalth.

HIPPOCOERCIUM, seu **Yrcocoercium**, sic enim scribitur in Glossa MS. ad Disticha Magistri Cornuti, ubi dicitur esse *locus, ubi ferrantur equi*, quod ibi coerceantur, ne calcitrent : vox hybrida.

¶ **HIPPOTHICOS**, Superpelliceum, Gall. *Surplis, rochet*, ex Schedis Godefredi.

¶ **HIPPOTRIBA**, Officium apud Venetos, idem forte quod Galliæ *le grand Ecuyer.* Translatio SS. Pauli Episc. et Barbari tom. 7. Maii pag. 772 : *Tum vero suis locis assurgens Serenissima Dominatio cœpit procedere sub hac serie : commendatores, capitanei, camerarii, scutiferi, architrielinus, Hippotriba, capitaneus major, etc.*

* **HIPTARE**, *Hiscaridem crebriare.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Barbare omnino; pro *Hippitare, oscitare, id est, crebro hiare.* Vide *Hippitare.*

¶ 1. **HIRA**, *Locus tenebrarum, vel porcorum.* Papias et vetus Gloss. MS. Sangerm. Haud dubie pro *Hura.*

* 2. **HIRA**, Alia notione, in *Ara* 1. quod videsis; minus attente ergo desiderari in Glossario Cangii scribunt Auctores novi Tract. diplom. tom. 3. pag. 100.

* **HIRAUDUS**, Idem qui *Heroldus*, Fecialis, Gall. *Héraut.* Charta Joan. reg. Franc. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 540 : *Nos attentis gratuitis serviciis per Gobertum de Godelenicurte, regem Hiraudorum Franciæ, carissimo domino genitori nostro et nobis impensis, eidem Goberto bona... cujusdam Hiraudi, nuncupati Beaujeu, nuper defuncti,.... de speciali gratia et ex certa scientia donamus.* Alia ann.

Digitized by Google

1353. in Reg. 82. ch. 511 : *Godefroy de Godelaincourt, roy Hiraudons Franciæ, quandam domum sitam apud Laigniacum... domus Hiraudorum Campaniæ nuncupatam, etc.*

* Hinc *Hiraus* vel *Hiriaus* appellati videntur, qui festum virorum facta laudesque verbis suis prædicabant. Stat. MSS. ord. Coron. spin. cap. 22 : *Et celuy saint disner soit bien gardé que Hiraus et bordeurs ne fussent leur offices, mais à collation du roy, et en présence des vaillans chevaliers se pourront bien réciter, en lieu d'instrumens bas, aucunes ditties à la louenge de Dieu, etc.* Vitæ Patrum MSS. :

. . . . . Un Hiriaus,
Un jonglerres, un menestraus, etc.

* An vero inde accerseuda vox *Héraudie* vel *Hiraudie*, qua vilis indumenti genus seu lacerna significatur, quod ejusmodi scurræ hac veste induerentur, haud satis scio; an, quod probabilius videtur, ab Hispanico *Herreruela*, eodem intellectu? Vide supra *Herreruelus*. Chron. Fland. cap. 9 : *Et là luy monstra le Roy d'Angleterre qui avoit vestu une mauvaise Hiraudie, et tournoit le rost.* Le Roman *du Chevalier au Barisel* :

Si li convint sa reube vendre,
Et canger, coi que nus en die,
A une poure Hiraudie,
Qui mout estoit poure et chincheuse,
Et à tel home trop honteuse.

Fabul. tom. 1. pag. 74 :

Lors a sa robe despoillié
Et vesti une Héraudie,
Qui ne valoit pas trois deniers.

Aliud vero sonat in Consolat. Boet. MS. lib. 1 :

Il avient bien à la fie
C'on ne puet pas tout refuir,
Einz remaint quanque Héraudie,
Dont grant maulx ne puet pas venir.

An perplexitas sollicitudo, vel calamitas, mœror?

HIRCIPES. Vide *Herpix*.

¶ **HIRCO**, *Impudicus*, Papiæ. Leg. *Hircus*.

HIRCORITIA, Stabulum hircorum, in Capitulari de Villis cap. 23.

¶ **HIRCUS**, f. Cilicium, quia ex pilis hircorum texitur. Vita S. Mariæ Oigniac. tom. 4. Junii pag. 674 : *Tunc venerandus Episcopus, vestibus spoliatus, Hirco tantum accinctus erat.*

HIRD, Aula, domus, Danis. In Confirmatione Libertatum Decani S. Petri Eboracensis an. 5. Henrici VII. apud Spelmannum : *Herd*, i. *domestica, vel intrinseca familia.* Recte, inquit, a Saxonico hired, conventus, familia, etc. Hinc *Hirdscraa* appellatum vetus Jus Aulicum Norvegicum, cum Latina Jani Delmeri Dani interpretatione et notis editum a Petro Joanne Resenio, ex *hird*, aula, et *scraa*, Leges scripto comprehensæ, ut observat idem Delmerus.

¶ **HIRDEMANNI.** Vide in *Hiremanni*.

HIREMANNI, apud Anglo-Saxones, videntur iidem fuisse, qui Aremanni apud Longobardos [* Vide supra *Herimanni*.] [** Vide Rectitudines personarum ed. Leo, pag. 50. not. 6.] : ita ut vox utraque deducatur ab *Here*, dominus, et *Man*, homo, et quasi *homines domino subditi* dicti sint, cum revera *subditi* dicantur in Legibus Adelstani Regis cap. 18. apud Brompton. : *Si aliquis supersedeat, et non obtemperet, ut hoc vadium ab Hiremannis vel a subditis suis capere nolit, etc.* Ita etiam usurpatur cap. 23. et in Legibus Ethelredi apud Habam editis cap. 1. At Somnerus, contra Spelmannum, negat *Here*, apud Saxones pro *dominus* reperiri, mavultque a Saxonico hyran, *obedire, subjacere, auscultare*, etymon veris accersi debere, unde hyremon, *subditus* vel *subjectus*, quomodo apud Spelman. tom. 1. Concil. pag. 601. 602. ex quo *Hireman* et *Hiremannus* formata sunt vocabula. Certe non alii sunt ab iis, qui *Hirdemanni* in Jure Aulico Norvegico veteri appellantur cap. 260. ex versione Jani Delmeri, ubi de *Huscarlis*, qui iidem esse cum *Hirdemannis* seu Aulicis dicuntur : *Omnes vero in Regia aula servientes, Hirdman vernacule nominabantur, Regem observaturi ac tuituri.* Vox autem formata ex *hird*, aula, et *man*, homo, ut observat idem Delmerus ad cap. 30.

* **HIRENARCHÆ**, Magistratus militares, non semel in Cod. Theod. Vide *Irenarchæ*.

¶ **HIRMENSUL**, Priscorum Saxonum fanum vel idolum. Vide *Irminsul*.

* **HIRNA**, *La salziza*. Glossar. Lat. Ital. MS.

* **HIRNEA**, *Lo vasa da portare de bevere*, in eod. Glossar.

* **HIRNIA**, *Tramea*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

¶ **HIRONIUS**, *Subsannator et detractor*. Vetus Gloss. MS. Sangerm. leg. *Ironicus* ab εἰρωνικός.

¶ **HIRPIX**, Occa, *Herca*. Vide *Herpix*.

** **HIRPUS**, Lupus. Vide Serv. in Æneid. lib. 11. vers. 785. Ruodlieb fr. 13. vers. 12 :

Lucius et ruffus, qui sunt in piscibus Hirpus,
Pisces namque vorant, illos ubi prendere possunt.

HIRSET. Leges Burgorum Scoticos. cap. 29. § 1 : *Quicumque factus fuerit novus burgensis de terra vasta, et nullam terram habuerit hospitatam, potest respectuationem, quæ dicitur Hirset, in primo anno.* i. confirmationem, ne cogatur solvere firmam vel redditum burgalem. Ita Skenæus.

¶ **HIRSI**, *Hirsuti*. Papias Leg. *Hirti*.

¶ **HIRSICULUS**, δασυπρωκτος, *Pilosum habens culum*. Supplement. Antiquarii.

* Occurrit præterea in Gloss. Gr. Lat. et Lat. Gr. in Castigat. vero ad utrumque Glossar. *Hirticulus*, leg. *Hysticulus*. Vide Salmas. ad Tertul. de Pallio pag. 245.

HIRSTIS. Charta Henrici III. Regis Angl. tom. 2. Monastici Anglic. pag. 815 : *Pasturam marisconum, et turbariam, et duas Hirstes circumjacentes, et sartum juxta mariscum.*

* Incultus et eremus ager, idem quod *Fraustrum*, Gall. *Friche*. *Histar*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 347 : *Lesquels virent en un Histar ou friche plain de genestes... un cerf, etc.*

HIRTUS, *Sonitus*. Papias.

* **HIRUDO**, Piscis genus. Vide infra *Plota*.

HIRUNDELLA, Hirundo, Gall. *Hirondelle*. Sic autem *Hirundellæ* Comitem Anglum vocat non semel Will. Britto lib. 3. Philipp. quem alii *d'Arundel*. [Et quidem *Arondel* vel *Aronde* pro *Hirondelle* dixerunt Poetæ nostrates, ut etiamnum Gallo-Belgæ. Le Roman d'*Athis* MS. :

Il laisse courre le morel,
Ainsi queurt que vole Arondel.

Ibidem :

Et ont armés de Chevaliers,
Fors qui y ot bien mil archiers,
Qui sont vaiz comme ung Aronde.]

* *Arondelle*, Scuti genus, lanceæ alligatum, quo manus tegebatur, apud Joan. *de Saintré* cap. 51 : *Deux lances à poulces pareilles, ferrées et armées chascune de son Arondelle pour couvrir la main devant.* Quod a forma rotunda sic dictum existimo.

¶ **HIRUNDINA**, Eadem notione. Acta B. Francisci Fabriani tom. 3. Aprilis. pag. 991 : *Cum... præ multitudine Hirundinarum ac earum cantu et garrulatu orare nequiret.*

HIRUNDO, Machinæ bellicæ species. Henricus Rosla in Herlingsberga :

Non hic unigena fabricatur machina : nomen
Hæc Librilla, quasi saxea pondera librans :
Obtinet illa Suis; sed Hirundinis hæc; stat Asellis
Illa vocata nota, etc.

¶ **HISCA**, Pallii genus, f. a verbo Hisco, quod sit vestis aperta. Statuta Eccl. Leodiensis ann. 1287. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 855 : *Item, præcipimus, quod de cætero nec Monachi nigri, nec Canonici regulares in Hiscis vel tabardis equitent vel incedant, sed tantummodo in cappis rotundis vel cucullis.* [* Vide infra *Hissus*.]

¶ **HISCERE**, *Desinere*. Gloss. Isid. Ubi Grævius : Vide num scripserit, *Herciscere, dividere*. In Constantiensi sane corrupte legitur, *Hiscitur, dividitur*, pro *Herciscitur*. Papias : *Herciscundæ familiæ, dividendæ familiæ*. Vide *Histinere*.

¶ **HISCINERE**. Vide *Histinere*.

¶ **HISCLUM**. Vide *Laiscum*.

¶ **HISDRIO**, *Historia*. Papias MS. Bituric. pro *Histrio*. Est autem Papiæ, *Histrio vel historia scenicus saltator... qui saltando historias demonstrabat.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Histrio, Jongleur, qui raconte ou contrefait divers faits des hommes.*

HIS EMNE CHRISTEN, voces Saxonicæ, quæ *frater in Christo* sonant. Idem, qui *frater adjuratus*. Leges Edwardi Confess. cap. 36 : *Reddat interfector Episcopo tres forisfacturas, unam, quia legalem pro latrone interfecerit, alteram, quia fratrem suum pro latrone interrauit, quod Angli dicunt His eune christen.*

* **HISIGIA**. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 6 : *Accipiat vero steriles et pedes de bobus, et Hisicia de pectinis et conchiliis facta.* Ubi Glossæ : *i. farcula vel jura.* Vide *Isicium*.

¶ **HISLULA**, Insula. Tabularium S. Cypriani Pictav. fol. 128 : *Airaudus et conjux sua Aeat concesserunt Monachis S. Cypriani ad Ecclesiam construendum in Hislula vel insula quæ vocatur Cordal decimam de una masura terræ.*

Digitized by Google

* **HISMAELITÆ**, Saraceni, in Act. S. Januar. tom. 6. Sept. pag. 879. col. 2.

HISPANUS Thwroczius in Chron Hungar. 1. part. cap. 15. ubi de Attila et prælio Catalaunico : *Et horum quidem Capitaneos ipsorum lingua Hispanos vocatos extitisse, et exinde et Hispaniam nomen accepisse tradunt.* Ab ejusmodi *Hispanis* Capitaneis ortum nomen apud Hungaros *Ispan* quidam censent, quibus idem est, ac *Comitatus*, judicium provinciale, cui scilicet Capitaneus *Hispanus* præerat.

HISSA. Vide in *Housia.*

* **HISSIRUS**, Idem quod *Huissertum*, hippegus. Vide in hac voce. Epist. Soldani Ægypt. in Chron. Joan. Whethamst. pag. 407 : *Tu habes galeas, nos Hissiros, etc.* Vide supra *Hicticus.*

* **HISSUS**, Tunica talaris ex tela cannabina contexta. Walon. *Hisse.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Hissus, His.* Vide *Housia.*

* **HISTER**, pro *Ister*, Danubius. Vita S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 490. col. 1 : *Ubi cum defluentis Histri fluminis imperium sequeretur, Ratisbonam accessit urbem, etc.*

HISTINERE, *Detinere*, Papiæ. Ita MS. Codex, ubi editus *Hiscinere* præfert.

* 1. **HISTORIA**, *Allegoria*, in Gloss. Bibl. MSS. anonymi ex Bibl. reg. Vide alia notione in *Historiæ.*

* 2. **HISTORIA**, Figura, imago. Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1519 : *Item Jacobo Derpin incisori imaginum pro triginta Historiis in trino per eum incisis, etc.* Vide *Historiare, Histriatus*, [** et Glossar. med. Græcit. col. 524.]

* 3. **HISTORIA**, Pannus figuris intextus. Constit. Jacobi II. reg. Aragon. ann. 1301 : *Qui* (campsor) *de cetero securitatem sub forma non præstiterit supradicta, non audeat tenere in sua tabula, tapits, vel alios pannos seu Istoriam.* Vide infra *Historiatus.*

HISTORIÆ, dicuntur Scriptoribus de Offic. divinis Lectiones, desumptæ ex libris historicis veteris Testamenti, et aliis, quæ in Ecclesia statis diebus recitantur, in Micrologo cap. 32. 38. et apud Honorium Augustod. lib. 3. cap. 29. 38. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 48 : *Historiæ et cætera, quæ in Ecclesia leguntur, non debent legi in Refectorio, donec in Ecclesia incipiantur.* [Constitut. Synod. Udalrici Patav. Episc. ann. 1470. apud Hansizium tom. 1. German. Sacræ pag. 564 : *Declaramus quod beneficiati et clerici in sacris ordinibus constituti non artentur ad omnes Historias, quas Kathedralis Ecclesia nostra Pataviensis ex singulorum institutione observat, decantat aut solemnizat; sed unusquisque satisfacit conformando se Breviario diocesis nostræ Pataviensis in dicendis Horis canonicis.*] De ejusmodi Historiis ita Summula Raimundi Ordin. Præd. : *De Impositionibus Historiarum per circulum anni :*

Annalis scripto sub tali noscitur ordo.
Septuagesima sic lege quod Deus omnia mandat
Quinque libros Moysi, quos claudit Passio Christi.
Tempore mœsticiæ leges verba Hieremiæ.
Post Pascha legimus quod Lucas exemplificavit.
Post Pentecosten Regum liber exit in hostem,
Donec ad Augustum : Salomon tunc argue stultum.
Per totum mensem Sapientia proferat ensem.
Job lege Septembri, Thobiam, Judith, et Esther.
Octobris mense Machabeus atque recense
Verba Prophetarum bis sex lege mense Novembris,
Donec ad Adventum Domini veniesque Decembris,
Profer in Adventu Esaiæ verba diebus.
Post Natale legas Paulum, sic fine quiescas.

Vide Usus antiquos Ordin. Cisterciensis cap. 39. 41. 43. Concilium Arelatense ann. 1260. cap. 6. Statuta Synodalia Guill. Majoris ann. 1314. Metropolim Salisburg. tom. 3. pag. 45. Radulfum in Vita S. Richardi Episc. Cicestrensis num. 68. 69. Gobelin. Personam in Cosmodromio pag. 289. etc.

¶ **Istoria** de Responsoriis post Lectiones decantandis dicitur in veteri Ceremoniali MS. B. M. Deauratæ : *Sequitur Dominica prima post octavam Paschæ*, i. e. secunda post Pascha, ut nunc loquimur : *Nota quod in ista Dominica cantatur Istoria,* Dignus es Domine etc. *quæ Istoria cantatur per duas Dominicas.* Hoc Responsorium, *Dignus es etc.* etiam hodie canitur Dominica tertia post Pascha, ut Dominica quarta. *Si oblitus fuero etc.* de quo sic in laudato Ceremoniali : *Sequitur Dominica tertia post octavam Paschæ... Nota quod in ista Dominica cantatur Istoria*, Si oblitus fuero etc. *quæ Istoria cantatur per duas Dominicas, scilicet in ista et in sequenti ; quare si in prima Dominica vel in sequenti cadat aliquod festum in albis vel in capis, potest et debet celebrari, et non prolungatur. Tamen commemoratio fiet de ipsa Dominica cum antiphona et oratione consentientibus ipsi Historiæ.* Pluries recurrit infra simili notione in eodem Ceremoniali.

¶ **Historia**, pro ipso festi officio. Ordinarium festorum SS. per totum annum. in Histor. S. Germani inter Instr. pag. CLIII. : *Historia istius festi est Historia festi Nativitatis B. Mariæ, excepto quod ubi dicitur Nativitas vel Nata, debet dici Conceptio vel Concepta.*

Historia, pro quovis codice aut libro. Willelmus Heda in Conrado Episcopo Trajectensi [ex Charta ann. 1083.]: *Textum Evangeliorum etiam auro gemmisque decoratum, Historiam, id est, medicinalem librum, etc.* Infra : *Missale, Capitulare, et Historiam vetus novumque Testamentum continentem.*

1. **HISTORIALITER.** Dudo lib. 3. de Actis Normannorum pag. 153 : *Hinc forinsecus dealbavit illud,* (delubrum) *intrinsecus autem depinxit Historialiter,* id est, historias et figuras depinxit. [Gesta Innocentii PP. III. apud Murator. tom. 3. pag. 539 : *Ea siquidem quæ sub umbra legis Historialiter acciderunt leguntur,... spiritualiter eveniunt in populo Dei tempore gratiæ.*]

* 2. **HISTORIALITER**, Stilo historico. Glab. Rodulph. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 1 : *Quoniam in spatio fere ducentorum annorum nemo ista appetens extitit, id est, post Bedam Britanniæ presbyterum, seu Italiæ Paulum, qui Historialiter quippiam posteris misisset scriptum, etc.* Occurrit præterea in Epist. Abbon. Floriac. ibid. pag. 437.

1. **HISTORIARE**, Narrare, dicere. Alypius Antioch. seu Auctor Descript. Orbis cap. 13 : *Post hos sunt Persæ,... qui Historiantur valde in malis omnibus et bellis esse fortes.*

* *Historier*, eodem sensu, apud Froissart. vol. 3. cap. 26 : *Pour Historier et croniser toutes choses avenues, etc.* Vide *Historiographus.*

¶ 2. **HISTORIARE**, Historias picturis repræsentare. Chron. Beccense pag. 27 : *Fecit sumtuose depingi et in honorem virginum Historiari Capellam.* Archivum Massil.: *Solvunt Joanni de Bosco illuminatori librorum de Avinione pro Istoriando librum novum seu de novo transcriptum... florenos auri decem.* Vide *Historia*, 2. et *Historiographus.*

¶ **HISTORIATUS**, Intextus figuris. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. tom. 3. Junii pag. LXXIII. : *Declarantes ut paramenta alba Historiata teneantur atque indumenta.* Antiquit. Bened. Occitan. MSS. apud Stephanot. part. 2. pag. 325 : *Unum pannum lanæ Historiatum, unum tapetum, etc.*

* Inventar. ann. 1449. ex Tabul. D. Venciæ : *Unum pannum Historiatum historia Alexandri.* Vide supra *Historia* 3. et mox *Histriatus.*

¶ **HISTORIDIO**, *Historiam motu corporis significans.* Papias. Vide *Hisdrio.*

HISTORIOGRAPHUS, Pictor. Gloss. Lat. Gall. : *Historiographus, Peintre de hystoire. Historiographo, as, Peindre hystoire.* Ugutio : *Historiographare, historiam describere, vel depingere et designare.* Ἱστοριογράφος μουσιάτωρ, in Inscriptione, quæ visitur in Ecclesia Deiparæ Bethleemitana, legiturque in Dissert. 27. ad Joinvillam pag. 319. Ἱστορεῖν et ἀνιστορεῖν, Græcis nuperis est pingere. Joannes Damascenus in Synodica ad Theophilum Imp. : Διὸ καὶ πρότερον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀνιστορεῖσθαι ἐνομοθέτησαι, καὶ ταῦτα ἐν ζωγραφικοῖς χρώμασι χαράττων τὴν ἐν Βηθλεὲμ γέννησιν, etc. Paulo supra : Κατακοσμοῦντες αὐτὴν ζωγραφικαῖς ἱστορίαις, καὶ μουσουργικοῖς ψηφίσιν. Annonymus de Locis SS. : Εἶναι καὶ ἱστορημένη ἡ λαζάρωσις τοῦ Χριστοῦ. Sic Itali *Historiare* usurpant. Dantes in Purgat. Cant 10 :

Quivi erat Historiata l'alta gloria
Del Roman Prence.

* **HISTORIUM**, Codex historicus. Comput. MS. ann. 1245. ex Bibl. reg. : *Pro quodam romano religando et pro Historio de Roncevaux, xx. sol.*

* **HISTRIATUS**, *Historiis sculptus vel depictus : unde pannus vel paries, in quo plures depinguntur historiæ vel sculpturæ, Histriatus dicitur, id est historiatus.* Gloss. Bibl. MSS. anonymi ex Bibl. reg.

HISTRIONES, *Præpositi meretricum*, in Glossis antiq. iidem forte qui lenones.

HISTRIX, *Quadripex, spinosus.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

* **HITERIS**, IDIS, *Che deventa zalo per infirmita.* Glossar. Lat. Ital. MS.

HITHA, [Portus.] Vide *Heda.*

* **HITRUDE.** Charta Joan. de Harecuria ann. 1269. ex Bibl. reg. cot. 19 : *Præmissis in omnibus fideliter Hitrude conservatis.* Ubi *Hitrude*, synonimum videtur vocis *fideliter.*

HITTA, Ὑμήν, Hymen, in Gloss. Lat. Gr.

¶ **HITTIRE**, Investigare.. Supplem. Antiquarii, *Hittio*, ἰχνεύω, *Investigo.* [*Adde

Digitized by Google

ex Castigat. in utrumque Glossar. : *Hittio*, ἰσχυόω, in Edit. H. Steph. non ἰχνεύω.]

¶ **HITTUS**, φωνὴ κυνός, vox canis. Gloss. Latin. Græc. MS. Sangerman.

¶ **HIVERNAGIUM**. Vide *Hybernagium*.

HIUFA, [Signum, quod prædio vel ædi, cujus possessionem quis adit, apponit.] V. *Wifa*.

HLAFORDSCONA. Leges Adelstani Regis, Exoniæ editæ cap. 5 : *Ne dominus homini libero Hlafordsconam prohibeat, qui rectum per omnia fecerit.* Ubi Somnerus emendat *Hlafordsocnam*, aitque, videri significare domini protectionem vel tutelam, aut simile quid, nisi legendum sit

Hlasocnam, quomodo habetur in iisdem Legibus cap. 6 : *Ne dominus libero homini Hlasocnam interdicat, si recte custodierit eum.* Pro *lasocnam*, seu *ladsocnam*, i. beneficium Legis, ex *lada*, lex, et *socna*, secta, sequela. [** Thorpius legit Æthelst. II, 4. *hlafordsoknam* et III, 5. *hlafordsocnam*, Protectio quam dominus debet clienti.]

HLAVA, Tributi species apud Bohemos. Occurrit in Charta Regis Ottocari ann. 1221. in Bohemia Pia pag. 88.

* Et **Hlawa**. Vim vocis explicat Charta Wenceslai reg. Bohem. ann. 1249. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 522 : *Statuimus etiam ne homines præfatæ ecclesiæ graventur in hoc quando aliquis occisus seu strangulatus, quod materna lingua Hlava nuncupatur.* Alia Ottocari reg. ann. 1226. ibid. col. 519 : *Sive causa, quæ appellatur Hlawa, etc.*

* **HLEASTYNG**. Charta Eduardi reg. Angl. ann. 1044. in Suppl. ad Miræum pag. 13. col. 2 : *Concedo eis etiam in omnibus terris suis prænominatis, consuetudines hic Anglice scriptas, scilicet... Hleastyng,... aliasque omnes leges et consuetudines, quæ ad me pertinent.*

¶ **HLORBOTE** ; Somnero est compensatio damni turmæ dati. Vide mox *Hloth*.

HLOTH, vel **Hlode**, Anglo-Saxonibus dicitur *turma*, vel *cohors*, quæ a 7. hominibus, usque ad 35. numeratur. Leges Inæ cap. 13 : *Fures nominamus usque ad septem homines : a 7. Hloth, id est, cohortem, vel satellites usque ad 35. deinceps here, id est, exercitus.* Cap. 14 : *Qui de Hloth fuerit accusatus, abneget per centum viginti hidas, vel sic emendet.* Id est, ait Spelmannus, qui turmæ illegitimæ interfuisse arguitur, tot sacramentalibus se purget, quotis, qui 120. hidis æstimatus est vel ea mulcta se eximat, quæ

Hlothbota dicitur : sic enim appellabatur mulcta ejus, qui turmæ illegitimæ interfuerat : ex b o t, Sax. *compensatio, emendatio.* Leges Aluredi cap. 30 : *Si quis hominem thwyhindum innocentem cum hlodhe, id est, cohorte, occidat, reddat, qui ictum confitebitur, weram et witam, et omnis, qui interfuerit, reddat* 30. *sol. pro Hlothbota.* Adde cap. 31. 32. Leges Henr. I. cap. 87 : *Si quis occidatur in hlothe, reddat interfector weram parentibus, et manbotam domino, et omnes, qui interfuerunt, Hlotbotam, etc.* V. *Lot.*

* **HLUTOWIGCH**, Hludovicus, nunc Ludovicus. Ermold. Nigell. Carm. eleg. lib. 1. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 13:

Nempe sonat Hluto præclarum, Wigch quoque Mars est :
Unde suum nomen composuisse patet.

Eccardo in Hist. studii Etymol. *Hlutowigch*, celebrem bellatorem sonat.

HLUTTRES, Vox Sax. Simplex, purum, Lucidum. Leges Inæ cap. 70. apud Bromptonum : *De 10. hidis ad corredium debent reddi 10. dolia mellis, 30. panes, 12. umbræ cervisiæ Waliscæ, 30. Hluttres, 2. boves.* Id est, cervisiæ potentioris 12. tenuioris 30. amphoræ, uti Spelman. interpretatur.

¶ 1. **HO**, Vocabulum in indicendo silentio usitatum. Literæ Henrici IV. Reg. Angl. ann. 1408. apud Rymer. tom. 8. pag. 539 : *Eis pugnæ supersedere mandavimus, emisso per nos silentii vocabulo consueto, scilicet Ho, Ho, Ho,* (quod est) *cessate, cessate, cessate, vindictam demeriti divino judicio reservantes.* Alia notione nostri *Hoe* dixerunt : nam pro Gallico *Oui*, Ita, etiam, occurrit in Poemate *de la guerre de Troyes* MS. :

Li done une tiel collée,
Qu'il ne dist Hoé ne non,
Amphymacus avoit à nom.

¶ 2. **HO**, in notis antiquorum, Homo vel Honestus. *Ho. H.* Homo honestus; *H. Hon.* Homo Honestus. *H. P.* Honesta persona.

¶ **HOARE**, Pastinare, terram ligone seu pastino vertere, Gall. *Houer.* Charta ann. 1219. ex Tabulario S. Remigii Remens. : *Homines agricolæ mei in illis nemoribus extirpare non poterunt, vel Hoare, vel alio aliquo modo terras excolere.* [* Vide *Haware.*]

HOBA, **Hobarius**. Vide *Huba*.

HOBELLARII, **Hobbarii**, **Hobillers**, sic Anglis nuncupati milites levis armaturæ, et mediocri equo et *cursorio* merentes, quem Angli *an hobby* vocant, *Hobin* Philippus Cominæus lib. 6. cap. 7. quos Jacobus Waræus in Antiquitatibus Hibernicis cap. 7. ait esse equos ex Hibernia, sic appellatos ob mollem incessum, magno in pretio habitos : unde et *Hobiners* Gallice interdum vocatos mox observamus *Hobellarios*, quam quidem vocem *Hobin* ab Hebræo *Habras*, arcessit Steph. Guichartus. Ut ut sit, ab ejusmodi equis *Hobellarii* dicti. Will. Thorn. ann. 1364 : *Item dicunt, quod dicti tenentes pro omnibus terris suis in geldabili tenentur, et debent contribuere in omnibus lottis et scottis, in geldabili assessis, videlicet pro warda maris tempore guerræ, pro Hoberariis sagittariis inveniendis, et sustentandis, ubi necesse fuerit super costeram maris.* Mox : *Pro expensis factis circa Constabularios laborantes ad eligendum et ducendum prædictos Hobilarios sagittarios, et in omnibus aliis lottis, etc.* Hic sane *Hobellarii* videntur fuisse sagittarii, cum nulla interpunctione *Hobellarii sagittarii* dicantur. Charta Henrici V. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 976 : *Pro munnitione et apparatibus hominum ad arma Hobelariorum sagittariorum seu peditum quorumcumque pro obsequio nostro vel hæredum nostrorum in posterum eligendorum, etc.* Tabulæ, describentes Obsidionem Caleti ann. 1350 : *Sub Comite Kildariæ ; Bannerets* 1. *Knights* 1. *Esquiers* 38. *Hobilers* 27. Sub Dom. Reginaldo Cobham. : *Bannerets* 1. *Knights* 6. *Hobiners* 19. *Archers on horse* 24. *archers on foote* 32. Sub Dom. Fulcone *de la Freigud* Hibernico : *Bannerets* 1. *Knights* 1. *Esquiers* 18. *Hobilers* 14. Statutum 2. ann. 18. Edw. III. cap. 7 : *Et que gentes d'armes, Hobelers, et Archiers eslus pour aler en le service le Roi d'Angleterre soient as gages le Roy, etc.* Et anno 25. Stat. 5. cap. 8 : *Nul home soit arctes de trover gens d'armes, Hoblers, n'archers, autres que ceux, qui teignent par tiels services, s'il ne soit per commun assent, et grant fait en parlement.* Duravit inquit Spelmannus, id vocabuli usque ad ætatem Henrici VIII. Vide Will. Dugdalum in Antiquitatibus Warwicensibus pag. 19. col. 1. Opuscula Anglica Roberti Cottoni pag. 264. et Isaacum Casaubonum de Lingua Anglica vetere pag. 192. col. 1.

* Gall. *Hobelours*. Charta ann. 1326. apud Rymer. tom. 4. pag. 232. col. 2 : *Volons... que tous yceux auxi bien gentz d'armes, Hobelours et homes à pié armez, comme arblasters, archers et altres homes à pié... soient à lour valu prestéement payez de lour gages, c'est assaver homes d'armes xij. deners le jour, Hobelour vj. etc.* Alia ann. 1334. ibid. pag. 534 : *Assignavimus ipsos et duos eorum ad eligendum in comitatu prædicto, tam infra libertates, quam extra, cum omni celeritate qua fieri poterit, quadringintos homines sagittarios et centum Hobelarios de validioribus et potentioribus comitatus ejusdem. Ita quod dicti Hobelarii... prompti sint et parati ad proficiscendum, etc.* Ubi notandum *Hobelarios* a *sagittariis* distingui, quos confundit Cangius.

HOBERUS, [Curtis ruptura.] Vide *Oberos*.

HOBIRA, *Lorica*, in Gloss. Isid.

¶ **HOBUNNA**. Vide *Huba*.

* **HOBUS**, Modus agri cum habitatione coloni, idem quod *Huba*. Vide in hac voce. Charta ann. 994. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 432 : *Et hoc scitote, quod ad nostrum Hobum pertinet, xc. jugera ; et si ibi non inveniuntur, ubi propius habemus, adimpleatur.*

* Aliud vero sonat vox Gallica *Hobe*, in Lit. remiss. ann. 1422. ex Reg. 172. Chartoph. reg. ch. 252 : *Le suppliant porta lesdites gelines et coq en sa maison, et icelles mist en son solier dessoubz une Hobe, qu'il covry de une escudelle.* Ubi majoris caveæ species videtur, Gall. *Cage à poulets.*

HOCCUS, Picardis, *Hoc*, uncus, aduncum instrumentum. Lambertus Ardensis pag. 258 : *Oneratores etiam et buttarii cum Hoccis, et cespitarii cum cespitibus oblongis et mantellatis... operabantur.* Vide infra *Hoke*.

* Lit. remiss. ann. 1369. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 501 : *Un hoc à tannaur, de quoy on trait les cuirs hors de l'eaue.* Unde *Ahoquier*, Unco alligare, constringere. Guignevil. in Peregr. hum. gener. MS. :

Ausi com un singe Ahoquié
A un bloquel et ataquié,
Et que ne puet monter en haut
Que en montant tost ne ravaut.

¶ **HOCEDEI**. Vide *Hokeday*.

HOCHIA, [Terræ portio arabilis, fossis vel sæpibus undique clausa.] Vide *Olca*.

* Nostris *Hoche*, eadem notione. Reg. Cam. Comput. Paris. fol. 84. v° : *Vergiers, Hoches, chasaus, maisons etc. Hoche* vero,

Digitized by Google

Aleæ genus, in Charta ann. 1331. tom. 2. Hist. Leod. pag. 415 : *Item avons ordineit qu'il ne soit nulz que de ce jours enavant, qui joue ens le cloestres ou chimiteires de egliez de Liége aux deis, aux scouz, aux Hochez, ou aux autres jeux que ons appelle tremrealz.* Quod *Jouer à Hoissier* dicitur, in Lit. remiss. ann. 1371. ex Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 256 : *Ilz commencierent à jouer ensamble à Hoissier à plus croix, ou plus pile.* A verbo *Hocer*, vel, ut nunc effertur, *Hocher*, Quatere, movere. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 117. ch. 137 : *Icellui Estienne ainsi qu'il tenoit et Hocoit les dez, etc. Hocher*, obscœne accipitur, in aliis Lit. ann. 1405. ex Reg. 159. ch. 317 : *Lequel Jehannot vit sa femme venir d'un jardin, et avec estoit un jeune homme;.... il lui dist, tu viens de toy faire Hocher.* Aliud autem est *Hoicher*, nempe Opprimere, Gall. *Etouffer*, in Serm. 7. ex Cod. MS. S. Vict. Paris. : *La tierce partie de la semence si chai sor espines, et les espines la Hoicherent tote.* Ubi Lucas cap. 8. v. 7 : *Exortæ spinæ suffocaverunt illud.*

¶ **HOCHOFINNA**, Gravior, ut videtur, mulcta, a Germ. *Hoch*, altus, excelsus; et *Fine* emenda, mulcta. Charta Ansbaldi Monachi pro S. Willibrordo Episc. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 18 : *Tibi dono... quidquid ego ibidem juste laborare visus sum, hoc est, casis, curticlis,... mobili cum immobili, cum manentibus ibidem aspicientibus, x. servientes gafergarias, Hochofinnas, cum ingressu et egressu, etc.*

* Nisi idem sit quod *Hochia*, vel coloni, qui *hochiam* colunt.

HOCKETTOURS, in veteri Statuto, quod *Ragman* nuncupant, apud Spelmannum : *Que nul en querelant, n'en repoignant, ne soit surpris neu cheson pur Hockettours, ou barestours, paront que la verité ne soit ensue.* Vide *Baratator* in *Baratum*.

¶ **HODEGITRIA**, Vox Græca, viæ Dux, appellata est imago B. M. Virginis quam D. Lucam depinxisse dicunt; eo quod, cum expulsis Latinis Michael Palæologus urbem triumphans ingrederetur, imaginem hanc sibi prælatam pedes secutus fuerit. Gregoras lib. 4 : *Post dies complures Imperator CP. intrat non prius tamen, quam sacrosanctæ Deiparæ, quam quasi viæ monstratricem Hodegitriam nuncupant, imago per portam, quæ Aurea dicitur, ingressa est etc.* Plura vide apud Hofman.

HODIE. Theodericus de Inventione S. Celsi Episcopi Trevirens. n. 16 : *Cujus memoria, quamdiu Hodie dicitur, semper est in benedictione habenda.*

HODIEDUM, pro *Etiamnum hodie*. Historia fundationis Monasterii Gladbacensis : *In grandi cavato lapide, quem Hodiedum cernere licet.*

¶ **HODIETENUS**, Ad hodiernam diem, hodieque. Vita S. Reguli Episc. tom. 3. Martii pag. 824 : *Ubi ab incolis Hodie tenus supplicatur Deus et colitur.*

¶ 1. **HODIUM**, Mensura frumentaria apud Belgas. Descriptio bonorum domini *de Eska* ex Archivo S. Audomari : *Et debet quodlibet caput unum Hodium avenæ.* Statuta MSS. Capit. S. Audomari ann. 1432 : *Fabrica propter hoc habebit in posterum IX. Hodia avenæ inde super hoc deductis prædictis XIIJ. quarteriis cum dimidio avenæ... sic remanebunt ad opus fabricæ VII. Hodia cum duabus quarteriis et dimidio avenæ.* Capiebat itaque *Hodium* 8. quarteria; si quidem 13. *quarteria* cum dimidio addita 7. *Hodiis* duobusque *quarteriis* et dimidio compleant assignatum novem *Hodiorum* numerum. Vide *Hodus* et *Hodius*.

* 2. **HODIUM**, pro Odium, in Lit. ann. 1358. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 193. art. 18.

* **HODIUS**, ut *Hodium* 1. Mensura frumentaria apud Belgas, vulgo *Hoet*. Charta Joannæ comit. Fland. ann. 1230. in Suppl. ad Miræum pag. 89. col. 2 : *Donavi eidem monasterio septem modios et tres Hodios spicarii frumenti ex eleemosyna spicarii Brugensis.* Alia ann. 1275. ex Chartul. 1. Fland. in Cam. Comput. Insul. : *De chascun Hoet de fourment quatre deniers, et de chascun Hoet d'avaine deus deniers, etc. Heud* non semel ibid. *Hodii* octo modium faciunt, in Ch. ann. 1458. ex ead. Cam.

HODŒPORICUM, Iter, via. Historia Translat. S. Sebastiani cap. 14. n. 69 : *Hodœporico licet difficulter expleto, ... Romam ingreditur.* Alias *Hodœporicum*, est itinerarium, sive itineris descriptio.

¶ **HODŒPORICÆ INCOMMODITATES**, Itineris incommoda. Vita S. Rigoberti Archiepisc. Remens. tom. 1. Januar. pag. 179 : *In itinere a domino Archipræsule ei præcepto secum ducere volebat, et iste Hodœporicas incommoditates vitando, nolebat etiam cum adhuc sospes esset.*

HODUS, Mensura frumentaria, apud Flandros, vulgo *Hoed*. Charta Theodorici Comitis Flandr. ann. 1187. apud Miræum in Donat. Belg. lib. 2. cap. 65 : *Considerantes hæc in victu et vestitu eis non posse sufficere, triginta Hodos tritici mensuræ Brugis in spicario . . . persolvendos . . . addiderunt.* Infra : *Eique in usus suos assignaverunt 5. pisas caseorum, 24. Hodos avenæ, 200. anguillas, etc.* Vide *Hodium*.

HOECKENSES, [Ita appellati quidam factiosi in Hollandia sub ann. 1530.] Vide *Cabelgenses*.

* **HOELLUS**, Ligo, Gall. *Hoe* vel *Houe*; unde diminut. *Hoette* et *Houette*. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 75 : *Quemdam martellum cum uno Hoello ferreis furtive cepit. Quemdam ligonem, aliter Hoellum, accepit* ibid, ch. 89. Aliæ ann. 1408. in Reg. 163. ch. 47 : *Le suppliant print une Hoete;... et lui getta laditte Hoette... Lui donna un autre cop de laditte Houette. Jehan Laisné envoia querre une Houete pour esrachier et oster une pierre*, in aliis Lit. ann. 1374. ex Reg. 106. ch. 263. *Vuiot*, eodem sensu, in aliis ann. 1451. ex Reg. 184. ch. 121 : *Lesquelles vignes le suppliant ait n'agnires fait essarter et labourer ou Vuiot, etc.*

* **HOEVA**, Modus agri cum habitatione coloni, idem quod *Huba* et *Mansus*. Vide in his vocibus. Charta ann. 1276. apud Miræum tom. 2. novæ edit. pag. 865 : *Vendidimus viris religiosis abbati et conventui monasterii Loci sancti Bernardi.... quinquaginta Hoevas sive mansos wastinæ, jacentes in parochia de Hastel et unamquamque Hoevam sive mansum duodecim bonaria continentem.*

¶ **HOEVE**, Hof, Hova. Vide in *Huba*.

* **HOFF.** Constit. Erici reg. Daciæ ann. 1282. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 205 : *Promisimus semel in anno in media Quadragesima parlamentum, quod dicitur Hoff, debeat celebrari.* Germanis ex Eccardo ad Leg. Salic. tit. 62. *Hoff*, idem quod Ambitus, circuitus.

HOFFATA, Prædii rustici species : *Curtis*, ex Germanico, *Hoff*. Charta Henrici Imp. ann. 1111. in Metrop. Salisburgensi tom. 2. pag. 549 : *Unam Hoffatam ad Vindberch, unam hubam ad Steinwelt, unam ad Sunbach et ad Winzhain, 1. Hoffatam in loco, qui dicitur Alburg, et duas partes decimationis ejusdem Ecclesiæ cum una huba, etc.* Occurrit ibi pluries, et in Charta Ulrici Episc. Pataviensis ann. 1144. ibid. pag. 553. 554. 556. 557. Vide *Huba* et *Hova*. [** Leg. *Hofsatam*.]

¶ **HOFFGERICHT**, Germanica vox. Chron. Noriberg. apud Oefelium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 327. col. 2 : *Anno Domini 1392. Argentinenses bellabant cum rege Wentzeslao, qui eos citavit ad judicium suum, dictum Hoffgericht.*

¶ **HOFPORCI**, vox ibrida, ex Theutonico, *Hof*, villa; et porcus; Porci villæ alicujus. Charta Philippi Flandriæ Comitis ann. 1187. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 552 : *In Quadragesima ducentas anguillas, sive earum pretium, in Rogationibus vero viginti novem denarios ex Hofporcis in officio Dierkimi de Cardario, quiete et irrevocabiliter a se et a suis successoribus in perpetuum solvendos assignaverunt.*

** **HOFGAMLINUS**, Procuratur aulæ, Germ. *Hofgæmlin*, in Histor. Frising. tom. 2. part. 1. pag. 129. Vide Haltaus. Glossar. German. col. 933.

HOFMARCHIA. Vide *Curtimarchia*.

HOFWARDERS, Villarum vel domorum custodes, ex Theuton. *Hof*, villa, fundus, area, solum, hortus, etc. et *Warder*, custos. Consuetudines Arkenses ann. 1231. in Tabulario S. Bertini : *Extranei quocumque tempore de navi dant 1. den. Hofwardres liberi sunt de theloneo.*

HOGA, *Hoghia*, *Hogium*, et *Hoch*, *Hogum*, Mons, collis a German. *hoogh*, *hoch*, altus, editus, excelsus : unde Anglica obsoleta *ho*, et *how*, pro *monte*, g. in w. mutato. Sic in Domesdei hundredum de *Grenehow* in Comitatu Norfolc. *Hrenehoga* dicitur, i. *mons viridis*. Liber Shanburnensis, apud Spelmannum : *Idem Canutus* (Rex) *dedit prædicto Edwino* (de Shanburne) *villam de Neteshamia* (hodie *Snetsham*) *integram, cum toto dominio integro, et plures alias terras in Comitatu Norfolciæ : et similiter dedit ei unam planiciem non cultam, sed vastatam, versus Orientem, a prædicta villa per sex milliaria Anglicana, ubi idem Edwinus invenit quemdam collem et Hogum petrosum, et ibi incipiebat ædificare quandam villam, et vocavit illam Stanhoghiam, quæ postea vocabatur Stanhowe.* Sonat autem *Stanhoghia* montem lapidosum : *Stane* enim lapidem, *Hoghia* montem sonat.

* Unde *Hollon*, Colliculus, vulgo *Eminence*, *rideau*. Chartul. Corb. sign. *Daniel* ad ann. 1427. fol. 69. v° : *Demi journel de terre, séant ou terroir de Bonnai, au lieu que on dist les ries de Coquerel, tenant d'une*

Digitized by Google

part au ridel ou Hollon, qui est devers le terroir de Heilly. Ejusdem originis est vox *Hoguement* apud Monstrel. 3. vol. ad ann. 1451. fol. 40. v°. : *Puis feirent* (ceux de Gand) *trois nouveaux officiers, nommez en leur langage Hoguemens, qui vault à dire Souverains hommes, et les feirent capitaines d'eux.* Ibid fol. 46. v°. : *Item que tous ceux de la loy les doyens et les Hoiquemans de la ville, etc.* Neque alii sunt, qui *Haumans* appellantur in Lit. remiss. ann. 1386. ex Reg. 129. Chartoph. reg. ch. 226 : *Comme ou temps que ceux de Flandres furent rebelles à nous,.... eussent esté ordennez pluseurs capitaines et Haumans oudit pays, etc.* Flandris *Hooſdman*, qui centum militibus præfectus est.

HOGASTER, Porcellus : ex Anglico *Hogge*, porcus. Leges Forestar. Scotic. cap. 7 : *Iste est modus pannagii, videlicet de qualibet cindra, id est, de 10. porcis, Rex habebit meliorem porcum, et Forestarius unum Hogastrum .... Si omnes fuerint Hogastri, tunc nihil habebit Forestarius, nisi unum Hogastrum.* Fleta lib. 2. cap. 79. § 4. et 12. hanc vocem etiam in ovibus usurpat : *Tertium ovile ... pro Hogastris annatis et juvenibus.* [Chartularium SS. Trinitatis Cadomens. fol. 45. v° : *Instauramentum hujus villæ est 8. boves ... septem viginti oves matres adpreciatas 4. d. et 60. et 12. inter gerces et Hogastres, medietatem gerces et medietatem Hogastres.*] Vide Gull. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 1209.

Hogri, ex Anglico *Hogrell*, Bidentes. Monasticum Angl. tom. 2. pag. 666 : *De vaccis 69. de boveriis 17. de boviculis 10. de annalibus 28. de vitulis 29. item de multonibus 381. de hurtis et muricis 207. de Hogris 121. et de agnis 100.* Ex his emendandus videtur Petrus de Vineis lib. 5. Ep. 70. ubi *de dextrariis et ronchinis mittendis* verba fecit, addit : *De Engastris autem mittendis, ecce quod in proximo tibi curabimus providere.* Ubi legendum videtur *Hogastris.*

* **HOGETTUS**, Bidens, Gall. *Brebis*, alias *Houe.* Comput. MS. monast. Clareval. ann. 1364. fol. 27. r° : *De 610. pellibus ovium, Gallice Houe, venditis in Barro, 15. flor. 3. gros.* Inventar. ann. 1420. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 591 : *De porcis triginta tres, de Hogettis centum viginti sex, et porcellis octoginta novem.* Inde fortassis *Hot*, Bidentium grex, in Lit. remiss. ann. 1442. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 124 : *Il y avoit ung Hot de moutons, que icelluy censier ne osolt emmener aux champs pasturer pour doubte des gens de guerre.* Vide *Hogaster.*

* *Hoguette* vero, Minoris cujusdam dolii nomen, in Charta Henr. V. reg. Angl. ex God. reg. 8387. 4 : *Nostre custume sur les vins... admenez en petits tonneaulx, que l'en nomme Hoguettes, etc.*

HOGHENEHYNE, [Familiaris, domesticus famulus.] Vide *Agenhine.*

¶ **HOGRUS.** Vide in *Hogaster.*

¶ **HOGUM.** Vide *Hoga.*

¶ **HOKE**, Uncus, et id omne quod ad modum unci recurvum, angulus terræ recurvus, ab Anglic. *Hook*, Gall. *Crochet*, *Croc.* Instrum. ann. 1294. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. pag. 324 : *Et super haylam de Longlonds-end et sic usque le Hoke versus le Frereslone.* Vide *Hoccus.*

HOKEDAY, sic appellarunt Angli festivitatem annuam, quam ob ejectos ex Anglia ab Æthelredo Rege Danos, eosque pæne omnino uno eodemque die anno 1002. internecioni datos, institutam ferunt : quæque apud mediterraneos Anglos haud omnino exolevit. Lambardus in Itinerario Cantii tit. *Sandwik*, dictam putat, quasi *huixtnesdæg*, id est, *diem Martis irrisorium.* Saxon. dæg, et Anglis *day*, diem sonat : tues-dæg, diem Martis, Anglis *Tuesday.* Huise et Huix denique Saxonibus est *irrisio*; contractius etymon potest formari. Hucx dæg, quasi *dies irrisionis.* [Kennettus in Antiq. Ambrosden. rectius deduci existimat a Saxon. Headæg, quod Gallice dicimus, *Haut jour*; forte quod in æstivis diebus adeoque longioribus incidat hæc festivitas.] Certe festivitatem hanc in diem Martis cadere, constat ex Matthæo Paris ann. 1251 : *Die Lunæ, quæ ipsum diem præcedit proximo, quem Hokeday vulgariter appellamus.* Et ann. 1258 : *Post diem Martis, quæ vulgariter Hokeday appellatur, factum est Parlamentum Londoniæ.* Matth. Westmon. ann. 1261. pag. 379 : *Quibus venientibus Herefordiam, et Comitatu convocato, die Lunæ ante le Hokeday sedere volentibus, etc.* hoc est, die Lunæ, qui *Hokeday* præcedit. In æstate exactum docent Chartæ veteres. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 104 : *A die, quæ dicitur Hokedai, usque ad festum S. Michaëlis.* [Instrum. ann. 1363. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 495 : *Item inter Hokeday et diem S. Martini bene possunt ibidem ducentæ quadraginta muttones sustentari ad opus domini ad terram suam compostandam, sed in tempore hyemali non possunt ibidem sustentari.*] Alia apud Spelmannum : *Sciendum est, quod unum quoque averagium æstivale fieri debet inter Hokeday, et gulam Augusti.* Diei situm prodit idem Matthæus Paris ann. 1255 : *Circa idem tempus, scilicet in quindena Paschæ, quæ vulgariter Hokeday appellatur, convenerunt Londini omnes nobiles Angliæ.*

¶ **Hocrdii**, Eadem notione. Chartular. SS. Trinitatis Cadomens. fol. 54. v° : *Decem bubulci sunt in Hantonia; unusquisque debet habere 5. acras et Sabbato sibi arare et a quaque carea 1. garbam, et omnes bubulci debent habere 1. acram frumenti ad Augustum, et a Hocedi usque ad Augustum habebunt de bidentibus lac mane diebus Dominicis.*

Ita *Hokeday* est dies Martis, qui Quindenam Paschæ expletam proxime excipit. [Id abunde probat Charta apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 225 : *Die Martis proximo post quindenam Paschæ qui vocatur Hockeday.* Rursum occurrit infra.] At cur in hunc diem dilata cædis Danorum solennitas, quos Henric. Huntindonensis lib. 6. ann. 1002. Radulfus de Diceto ann. 1000. Knygthonus lib. 1. cap. 2. et alii in festivitate S. Bricii, id est, 13. Nov. interfectos tradunt, non promptum est asserere. Sed et neque ann. 1002. festum S. Bricii die Martis extitit, sed die Veneris, siquidem litera dominicalis fuit D. Rationem igitur quærant, qui plus in re Anglica sapiunt : id tantum lubet adnotare ex Spelmanno et Watsio, adhuc in eo die mulieres solere jocose vias oppidorum funibus impedire, et transeuntes ad se attrahere, ut ab eis munusculum aliquod extorqueant, in pios usus erogandum; sed et domi magisterium obtinere, quod ut existimat idem Watsius, hæc Danorum cædes ab ipsis etiam mulieribus perpetrata sit : quod tamen non habent veteres Historici. Vide Steph. Skinnerum in Etymologico Angl. verbo *Hocktide.*

* **HOKENBUCH**, Armorum genus. Vide supra in *Bombarda.*

¶ **HOLCA**, Terræ portio arabilis. Charta ann. 1132. tom. 2. Hist. Lotharing. col. ccc : *Holcam unam ad Braum dono Liduidis de sancta Manchilde.* Ibidem : *Holcam unam in eodem Wulesmeio dono Heilæ filiæ Bernardi.* Vide *Olca.* [* Vide *Hoscha.*]

¶ **HOLCAS**, *Oneraria navis, ab* ὁλκω, *traho, quod trahi debeat. Item vas vinarium.* Laur. in Amalth. Notum est ὁλκὰς pro navi oneraria.

* **HOLDA**, Sortilegii species. Liber qui *Corrector* inscribitur ex Cod. 894. S. Vict. Paris. : *Credidisti ut aliqua femina sit, quæ hoc facere possit, quod quædam a diabolo deceptæ se affirmant necessario et excepto facere debere, id est cum dæmonibus in similitudinem mulierum transformatæ, quam vulgaris stultitia Holdam vocat, certis noctibus equitare debere super quasdam bestias, et in eorum consortio se annumeratæ essent; si particeps fuisti illius incredulitatis, unum annum pro legitima feria pœnitebis.* Quæ desumta sunt ex Burchardo Vormat. lib. 19. fol. 270. v°. Vide *Diana* et *Hera* 2.

HOLDES. Leges Æthelstani, *de Wergildis*, i. de capitis æstimationibus : *Comitis Wergildum est 15. millia thrymsa. Holdes et summi Præpositi quatuor thrymsa*, intellige *millia.* Videntur esse, qui apud nostros *Baillivi*, qui civitates et provincias custodiebant : nam Saxonibus holdan est *curare, custodire.* Lambardus, Spelmannus et Somnerus militiæ Præfectos, Tribunos militum, vel belli imperatores interpretantur. [** Vide Thorp. Glossar. Leg. Anglosax. qui hanc dignitatem a Danis in Angliam orientalem introductam esse censet; Phillipsio de Jure Anglosaxon. not. 334. iidem sunt qui *Twelfhyndesman.*]

¶ **HOLERII.** Vide in *Hullæ.*

* **HOLETA**, a Gallico *Houlette*, Pedum pastorale. Arest. ann. 1351. 3. Mart. in vol. 4. arestor. parlam. Paris. : *Guillelmus indutus quadam veste pastorali fingens se fatuum, tenens in manu quandam Holetam, percussit fortiter ad januam, etc.* Unde *Houletter*, ejusmodi baculo pugnare, in Lit. remiss. ann. 1451. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 105 : *Ilz estriverent ensemble en Houlettant de leurs houlettes les ungs contre les autres.*

¶ **HOLFARE**, pro *Olfacere*, apud Papiam.

¶ **HOLINUS**, Olla, vas coquinarium, vulgo *Marmite.* Vocabul. Sussannæi.

* **HOLITI.** Vim vocis explicat Charta Wenceslai reg. Bohem. ann. 1249. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 521 : *Sint liberi et exempti ab omni jugo servitutis, seu exactionis et gravaminis,.. et a retibus ad venationem ducendis, et a victualibus*

Digitized by Google

canibus dandis, ac ipsorum custodibus, qui Holiti vocantur. Diction. Bohem. Lat. : *Holiti, deglubare, tondere;* quod ad ejusmodi officium pertinet.

HOLMUS. Vide *Hulmus.*

HOLOBLATTEUS, Totus ex blatta, seu purpura. Charta Donationis Ecclesiæ Cornutianæ, edita a Suaresio : *Vela tramoserica Holoblattea* 2. Ibidem : *Vela holoserica Holoblattea* 2. *etc.*

¶ **HOLOCAUSTA**, Hostiæ Eucharisticæ. Fragmenta Hist. MSS. apud Stephanot. tom. 2 : *Tanta in altari Holocausta offerantur, quæ populo sufficere debeant. Quod si remanserint in crastina non reserventur, nisi propter viaticum eorum qui morituri sunt, ne quis Christianus sine communione sancta moriatur; sive propter virtutem custodiæ Ecclesiæ, ne virtutes adversariæ nocere valeant loco, etc.*

¶ **HOLOCAUSTOMA**, vox Græca ὁλοκάυστωμα, Sacrificium, sic dictum quod in eo tota victima cremaretur. Tertullianus lib. 5. adversus Marcionem cap. 5 : *Quid stultius, quid infirmius, quam sacrificiorum cruentorum et Holocaustomatum nidorosorum a Deo exactio?* Vitæ Patrum Emeritensium tom. 2. Concil. Hispan. pag. 655 : *Quorum scilicet Salvator noster Jesus Christus animas obrizo puriores .... velut Holocaustomata suscipiens, catervis martyrum in cælesti sacrario collocavit.*

¶ Holocaustum, Eadem notione, passim.

¶ **HOLOCAUSTUM**, pro *Encaustum*, vel *incaustum*, atramentum. S. Wilhel. Constit. Hirsaug. lib. 1. cap. 24 : *Pro signo Holocausti, generali posito aquæ, signum scribendi adde.*

HOLOCHRYSUS, Totus aureus, Græc. ὁλόχρυσος. Gregorius Turonensis lib. 10. Histor. c. ult : *Fuit autem faber lignarius, faciens etiam turres Holochryso tectas, ex quibus quædam apud nos retinentur.*

¶ **HOLOCOTINUS**, Nummi Ægyptii genus, forte integri auri unciam vel amplius appendens. Ita Bollandistæ ubi de SS. Pachomio et Theodoro tom. 3. Maii pag. 340 : *Respondente autem fratre, nequaquam ita futurum, sed pro centum Holocotinis velle emere frumentum, ejus arbitrio æstimandum.*

HOLOGRAFUS, vel *Olografus*, ὁλόγραφος, pro ἰδιόγραφος. Acta vetera ex Collectione Conciliorum Crisconiana, apud Baron. ann. 325. n. 8 : *Edidi Canones sanctorum Patrum Olographa manu mea subscriptos.* Fragmenta S. Hilarii : *Exemplum Epistolæ, qua Athanasium reum non esse Holografa manu Valens scripsit, et Ursacius subscripsit.* Ὁλόγροφοι ἐπισημειώσεις, apud Eusebium lib. 6. Hist. Eccles. cap. 24. ubi videndus Valesius. [** *Holographum testamentum*, apud Isidor. in Origin. lib. 5. cap. 24. sect. 7. et in Nov. Valent. III. de testam. II, 21. const 2.]

¶ **HOLOSERICUS**, et Holosericalis, Totus ex serico, a Græco ὅλος, et Latino Sericum. Concil. Hispan. tom. 2. pag. 640 : *Fui in loco amœno, ubi erant multi odoriferi flores, herbæ viridissimæ, rosæ et lilia . . . vela Holoserica innumerabilia.* Codex MS. ex Abbatia. S. Huberti fol. 16 : *Videres neminem se posse continere a lacrymis, cum tantarum paulo ante deliciarum juvenis, tam subito mutatus ad mundi contemtionem adeo se accingeret ac pretiosissimas Holosericalis habitus vestes cum tunica Holoserica sponte sua spoliatus abjiceret.*

* **HOLOTA**, Polonica vox. Vide infra *Odartus.*

HOLOVERUS, Purpureus : *vestes holoveræ*, quæ totæ *vero colore*, i. ἀληθινῷ, seu purpureo tinctæ sunt absque ullius alterius coloris permistione : quomodo fuisse indicantur in leg. 3. Cod. Theod. de Vestibus holoveris. (10, 21.) Vox hybrida ex Latino et Græco composita. Ita Salmasius, Petavius, Cerda, etc. Ferrarius de Re vestiaria lib. 2. cap. 10. contractam ex ὁλοπόρφυρος putat. Procopius in Histor. arcana pag. 112. 1 Edit. ὁλόβηρον tincturam et colorem fuisse, qui Regum proprius erat, indicat. Anastasius in Hormisda PP. : *Pallia Olobera blattea, etc.* In Joanne II. : *Pallia Olovera auro texta quatuor.* In Paschali pag. 153 : *Aliam vestem de stauraci cum periclis de Olovero.* Ita pag. 152. 156. 161. 163. 164. 165. 204. 206. etc. Vide præterea Turnebum lib. 1. Adv. cap. 13.

HOLOVITREUS, vel Olovitreus, Totus vitreus : vox hybrida. Acta S. Marcelli Martyris : *Ad atrium divi Hamonis, ubi effigies Olovitrea celso columnæ adorabatur collocata fastigio, . . . perducitur.* Acta S. Sebastiani n. 54 : *Habeo, inquit, cubiculum Holovitreum, in quo omnis disciplina stellarum ac mathesis mechanica est arte constructa. Olovitreum* nude occurrit in Glossar. Arabico Lat. Charta Ferdinandi M. Reg. æræ 1101. apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 6 : *Crucem auream cum lapidibus coopertam Olovitream, etc.* Occurrit ibi pluries. Alia ejusdem : *Calicem et patenam ex auro cum Olovitreo, etc.* Ibidem : *Aliud argenteum habet opera Olivitrea.*

¶ Holovitreus, nude pro Scypho vitreo. Vita S. Odilonis Abb. sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 669 : *Accepto confestim parvo Holovitreo infudit merum, et singulis pro benedictione largitur potum.*

* **HOLTZ.** Glossæ Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 663. col. 1 : *Quæ ligna vulgariter appellantur kunikeges Holtz sive wideglage.*

¶ **HOLULARE**, pro Ululare. Epist. Prælatorum et Baronum etc. pro liberatione Caroli Principis Salern. apud Rymer. tom. 2. pag. 318 : *Ad vos, excellentissime domine, tanquam ad singulare spei nostræ refugium, Holulantes una voce clamare compellimur.*

¶ **HOMAGIALIS**, Homagiatus, Homagium, etc. Vide post *Hominium.*

* **HOMAGIUM**, Obsequium, cultus; ut infra *Homen.* Chron. Pontif. Leon. Urbevet. edit. Lamii pag. 162 : *Silvester, natione Gallicus, nomine Gilbertus.... Hic primum juvenis Floriacensis cœnobii in Aurelianensi diœcesi monachus fuit; sed dimisso monasterio, Homagium diabolo fecit, ut sibi omnia ad votum succederent; quod diabolus promisit implere. Ipse obsequiis diaboli insistens, etc.* Vide alia notione in *Hominium.*

* **HOMALLARE.** Vide *Hamallus.*

* **HOMATA**, Modus agri vineis consiti, tria circiter *jornalia* complectens, nostris *Hommée.* Charta Gazon. episc. Laudun. ann. 1313. in Reg. donor. Caroli IV. et Phil. VI. ex Cam. Comput. Paris. fol. 117. r°. : *Gerardus de Paigneyo supplicavit, ut nos quandam peciam vineæ, circiter quindecim Homatas vineæ continentem,... admortizare nostra auctoritate vellemus.* Alia pro eccl. Laudun. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 442 : *Item aliam vineam ... continentem circa duas Homatas cum semi-homata.* Pluries ibi. *Quatuor Homines vineæ*, in Terrear. ann. 1502. *Hommée de vigne*, in Ch. ann. 1339. ex Tabul. S. Joan. Laudun. Alia ann. 1362. in Reg. 91. ch. 429 : *Item environ huit jours de vignes, séans au terroir de Maisy,.... contenans trois Hommées... Item Hommée et demie en marlies.* Major ergo *Homata*, quam mensura, quæ *Dies* vel *Jornalis* dicitur, quantum scilicet uno die potest homo laborare vel fodere; repudianda itaque *Homatæ* definitio proposita in Diction. Trevolt. *Oumée*, eodem intellectu, in Charta ann. 1374. ex Reg. 105. ch. 474 : *Item environ dix Oumées de vigne ou finaige de Brene.* Neque aliud sonat vox *Omilée* in Charta composit. inter Phil. V. reg. Franc. et episc. Tornac. ann. 1320. ex Cod. reg. 8448. 2. 2. fol. 90. v°. : *Ernouls li queus pour terre... une Omilée et demie, demi chapon et sis Loenois... Deus Omilées, un chapon et douze Lovisiens.* Vide infra *Hometa* et *Hominata.*

* **HOMATICUM**, Idem quod *Hominium*, professio feudalis. Charta ann. 1208. ex Cod. reg. 8407. 2. 2. fol. 28. v°. : *Cum hominibus et feminabus, militibus et Homaticis hominum et militum, etc.*

HOMBARIUS. Vide *Hobarii* in *Huba.*

* **HOMEAGIUM**, Eadem notione. Charta ann. 1337. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 48 : *Fidelitates, Homeagium seu Homeagia, et aliæ servitutes cujuscumque generis, etc.*

HOMELA, Gall. *Houblon.* Vide *Humlo.*

* **HOMEN**, Obsequium, cultus. Form. liter. pro stipendiis militum stratas custodientium ex Cod. reg. 4189. fol. 11. r°. : *Si delinquentibus terminum et criminum patratoribus pœna debita infligatur,.... Homen et nomen Domini ampliatur.* Vide supra *Homagium.*

¶ **HOMENAGIUM**, Homenaticum. Vide in *Hominium.*

HOMENECHA. [Idem quod *Hominium.*] Tabular. Nantoliense in Pictonib. ann. 1165 : *De achaptamento 5. sol. et Homenecha in villa, quæ Cella vocatur, etc.* Occurrit hæc vox non semel in hoc Tabulario.

* **HOMENESCO**, Promissio sacramento firmata, obsequium fide vassalli assertum. Charta hominii æra 1241. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. : *Super his omnibus fecit Homenesco Binianus de Agramont Sancio regi Navarræ, pro bona fide et sine malo ingenio, quod teneat istas convenientias.*

* **HOMENSTRA**, *La mappa.* Glossar. Lat. Ital. MS.

* **HOMENTUM**, *La massa del ventre*, in eod. Glossar.

HOMESOKEN. Vide *Hamsocna.*

* **HOMETA**, ut supra *Homata.* Charta admort. pro monast. S. Auberti Camerac. ann. 1405. in Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 233 : *Unam vineam.... continentem quatuor-*

Digitized by Google

decim Hometas cum dimidia, quinque virgas et decem perchias. Pluries ibi.

¶ **HOMETUM**, Domus, ædes, mansio, Anglis *Home*. Regestum Paris. Parlamenti sign. B. f. 41. in Aresto ann. 1277 : *Hometum quod tenetur ab eo tanquam ab antenato per paragium, juxta consuetudinem Normanniæ.*

HOMICEDIUM, Cum quis hominem cædit, verberat. Leges Henrici I. cap. 80 : *Qui in domibus... Comitum fecerit homicidium, vel Homicedium, sicut causa fuerit, membrorum vel pecunialis emendationis reus sit.* [** Thorp. § 8. *Hominicedium.*]

HOMICIDA, de animali. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscensib. ann. 1247. de bestia, quæ alteram occidit : *Alter* (dominus) *cujus Homicida bestia est, etc.... Si vult habere bestiam vivam, quæ extitit Homicida bestiæ suæ, etc.* Occurrit ibi pluries.

* Homicidii pœna, hoc est suspendio vel igne, solemni ex sententia mulctatas fuisse bestias, quæ hominem occiderant, etiam ad nostra fere usque tempora, pluribus documentis patet; quæ hic describere nostri esse instituti visum est. Consuet. Genovef. MSS. fol. 57. r°. : *L'an de grace 1268. fu pris à Fontenai un pourcel, qui avoit mengié un enfant,... et fu ars en la court au mere de S. Genevieve à Fontenai.* Comput ann. 1322. MS. : *Au bourreau pour faire pendre une truie qui avoit mangié un enfant, iij. solz.* Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 53. v°. : *Uns fais avint en cheste ville, que uns vers ochist un effant, fil Guiffroi Lengles leulieus, en le rue S. Gile, pour lequel fait et par grant délibération de conseil, on trayna et pendi ledit vers, et fu pendus par les piés, et en sonna on les trois clokes le vegille S. Vinchent el mois de Jenvier l'an 1323.* Ibid. fol. 140. v°. : *Il advint n'agaires que un pourchel en nostre juridiction, en le meison de Aliaume d'Oisemont, murdri le fil dudit Aliaume; pour lequel fait ledit pourchel fu prins par les sergans de Pontieu et menés à le court de Pontieu; et depuis fu tant poursui par nous envers les officiers du roy noss. tant que rendu nous fu comme à no droit. Lequel pourchel fu pour ledit fait trainez et pendus par les gambes de derriere; et fu ladite exécution faite par nostre conseil de Paris le xiiij. jour de Février l'an 1378.* Aliud rursus exemplum ad ann. 1414. legere est ibid. fol. 194. Sentent. ann. 1641. 11. Dec. ex Arch. *de Meudon : A tous ceux etc. Guy Cocquillon praticien en cour laye, lieutenant au baillage de Viroflay... salut. Sur le procès meu et pendant en jugement devant nous entre le procureur fiscal de la prévosté et seigneurie dudit Viroflay, demandeur d'une part; Prud'homme et Jeanne Duplessis sa femme deffendeurs d'autre part. Veu la requeste et plainte dudit procureur fiscal,... les charges et informations etc. Le tout veu et considéré ce qui estoit à voir et considérer. Il est dit par délibération du conseil que la truye, qui est apresent dans nos prisons, est déclarée appartenir ausdits deffendeurs, et être celle qui a dévoré, tué, étranglé et mangé la teste d'un petit enfant masle age de quinze jours, appellé Mathieu, fils de Louis le Roux et de Madelaine de la Noue; cause pourquoy nous ordonnons qu'en la présence desdits deffendeurs ladite truye sera étranglée et traisnée à la queue d'un cheval par les carrefours de cedit lieu et jettée à la voirie. Et outre condamnons lesditz deffendeurs en vingt quatre livres Parisis de réparation civile envers les pere et mere dudit enfant et huit livres Parisis d'amende, etc.* Quem usum sic suggillat Bellom. MS. cap. 69 : *Li aucun qui ont justichez en leurs terrez, si font justiche des bestez, quant elles mettent aucun à mort. Si comme se une truie tue un enfant, il le pendent et trainent, ou une autre beste : mes che est noiens à faire, car bestes muez n'ont pas entendement qu'est biens ne qu'est maus; et por che est che justiche perdue.*

¶ **HOMICIDALIS**, Homicidam spectans Ratherius Episc. tom. 2. Spicileg. Acher. pag. 216 : *Cum.... de sola pejeratione Homicidalis perageretur solummodo causa.*

* **HOMICIDALITER**, Ac si homicidii reus esset. Vita S. Joan. Laudens. episc. tom. 3. Sept. pag. 164. col. 1 : *Memini eum in ipso prope caniculares dies caumate se incarcerasse,... nec ante inde exisse, quam omne quadraginta dierum curriculum Homicidaliter elapsum esset.*

¶ **HOMICIDIA**, æ, Jus cognoscendi de homicidiis, vel etiam mulcta pecuniaria propter homicidium. Charta a Jacobo Rege Aragon. recognita ann. 1313. tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 268 : *Et sic totum dono et firmo et laudo, videlicet Homicidias, cugucias, firmancias et justitias, quod ibi esse possunt.*

1. **HOMICIDIUM**, Hominum cædes, cujusmodi in præliis, *Carnage*, nostris. Lupus Protospata : *An.* 946. *factum est Homicidium Bari mense Decemb. inter cives.* Idem ann. 1042 : *Abiitque ad civitatem Materam, et fecit ibi grande Homicidium.*

¶ 2. **HOMICIDIUM**, Mulcta pecuniaria propter homicidium. Donatio Alphonsi VI. pro Monast. S. Facundi tom. 3. Conc. Hisp. pag. 284 : *Homo percussus si ad mortem venerit, et dixerit Clerico, quia ille homo percussit me unde morior, per testimonium Clerici dabit Homicidium.* Charta Willelmi Comit. Ceritan. ann. 1071. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1162 : *Dono ad præfato cœnobio... omnes apparatus, sive albergas, sive census, sive usaticos, sive Homicidiu, etc.*

¶ **Homicidius**, Eodem significatu. Charta ann. 1114. MS. : *Donamus vobis... totos clamos et districtos de mercato toto de Biterris, quod habeatis inde tertiam partem et nos duas... exceptis ipsos Homicidios et excogociamentos, quos ego et uxor mea et infantes nostri retinemus in nostro dominio.*

¶ **Homicidum**, Eadem notione. Concil. Legion. ann. 1012. inter Hispan. tom. 3. pag. 190 : *Item mandamimus ut Homicida et rausos omnium ingenuorum hominum Regi integra reddantur.*

* *Homicidium* a *murdro* ita distingunt Assis. Hieros. cap. 91 : *Murtre et Homecide ne puet estre en un cors;... car murtre est fait en repos,... et celui à qui l'on done cos, dequoi il receut mort, est Homecide.* Et cap. 94 : *Homecide est quant home est tué en apert devant la gent en meslée.* [** Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 625.]

¶ **HOMILETA**, *Concionator.* Faber in Thesauro.

¶ **HOMILETICUS**, *Ad conciones pertinens*, ibidem.

HOMILIÆ, Familiares collationes, quæ a Præsulibus habebantur in ædibus sacris, in quibus et interrogabant populum, et interrogabantur a populo : ita enim ὁμιλίαν a λόγῳ seu oratione distinguit Photius in Bibl. Cod. 172. unde *Tractatus populares* dicuntur S. Augustino in Psalm. 118. in Proœmio : *Statui autem per sermones id agere, qui proferuntur in populis, quos Græci* ὁμιλίας *vocant.* Idem Epist. 2. ad Quodvultdeum præfixa lib. de Hæresib. : *Tractatus populares, quos Græci Homilias vocant.* Victor. Vitens. lib. 1. de Persecut. Vandal. de eodem S. Augustino : *Usque ad illud tempus* cc. *jam* xxx. *et duos confecerat libros, exceptis innumerabilibus Epistolis, vel Expositione totius Psalterii et Evangeliorum, atque Tractatibus popularibus, quas Græci Omelias vocant.* Senator lib. de Divinis lect. cap. 17 : *Modo enim doctissimi viri, aut libros divina inspiratione conficiunt, aut invicem se Epistolarum gratia consolantur, aut populos dulcissimo sermone deliniunt. Homeliaticus sermo,* apud Æneam Parisiens. Episc. adversus Græcos pag. 86. et Nicol. Trivettum ann. 1180. [*Ad quod* (Concilium) *venit civis Pisanus quidam nomine Burgundio in Græca Latinaque lingua peritus, afferens Evangelium S. Johannis expositum sermone Homeliatico.*] Ruffinus in Prologo ad Originis lib. περὶ ἀρχῶν : *Libellos Originis, quos Homiliaticos appellavit.* Vide Synodum Laodic. can. 19. et Concilium Turon. III. cap. 17. Ὁμιλεῖν, Sermonem habere ad populum, in Concilio Ancyrano cap. 1. [*Homiliaris ammonitio,* in Epist. Alcuini ad Monachos Vedastinos circa ann. 796. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 51 : *Necdum mihi, carissimi Fratres, occurrit tempus dictandi Homiliarem ammonitionem, sed vita comite, Spiritu sancto inspirante, non ero immemor petitionis vestræ et promissionis meæ.* Vide Ὁμιλεῖν in Gloss. med. Græcit.]

Homiliarius, Liber, continens Sanctorum homilias, quæ legi solent in Dominicis, in Natali, et in festis Sanctorum propria Evangelia habentium, et in Paschate et Pentecoste, cum ferialibus eorumdem. Ita Belethus can. 60. et Durand. lib. 6. Ration. cap. 1. n. 28. Vide Concilium Turonense ann. 813. cap. 17. Moguntinum ann. 847. can. 2. etc. Riculfum Suessionensem Episcopum in Constit. cap. 6. et infra in *Vitæ Patrum.*

Homiliare S. Augustini, continens Sermones 147. in Chron. Fontanell. cap. 16.

Omelia, et **Omelium**, pro *Homeliario*, non semel in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 322

¶ **HOMINAGIO**, **Hominagium**, **Hominatus**, etc. Vide in *Hominium.*

* **HOMINAGIUM**, Injuriarum satisfactio, Gall. *Réparation.* Charta Simon. comit. Montisf. ann. 1207. in Chartul. S. Dion. pag. 308 : *Conquerebatur dominus Mathæus, quod major suus Montismorenciaci fuerat vulneratus ab Auberto majore B. Mariæ de Argentolio... De Auberto majore dixi ut tringinta Hominagia faciat fieri et a se et ab*

Digitized by Google

amicis suis majori Montismorenciaci pro pace reformata inter ipsos. Id est, ni fallor, ut reus ei, quem offendit, cum triginta amicis satisfaciat. Vide alia notione in *Hominium*.

HOMINATA. Observat Menagius Andegavensibus suis *Hominatam vinearum*, Gall. *Une hommée de vignes*, vocari, quantum vinearum *homo* per annum colere potest.

* Idem quod supra *Homata*. Chartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol. 93. r°. : *Vinea au choufour versus Hermisi continet xv. Hominatas.... Vinea Renaldi continet xiij. Hominatas.* Infra : *Hommée.* Occurrit ibi pluries.

* **HOMINATIO**, Professio obsequii seu servitii, quam *homo* seu vassallus domino suo feudali præstat. Charta Hugon. de S. Maura apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 253 : *Quidquid tam homines quam feminæ omnis meæ castellaturæ... monachis Miciacensis cœnobii... habendum annuerunt, corde concedo lætissimo, ita duntaxat, ut Hominationis eorum non amittat servitium.*

¶ **HOMINES BONI**, Sic appellati Grandimontenses Monachi. Vide *Boni homines*.

HOMINATUS. Vide *Hominium*.

* **HOMINICIUM**, Professio quævis obsequii seu servitii. S. Rufini tom. 6. Aug. pag. 819. col. 1 : *Ille vero post hoc in hospitali prædicto per dies aliquot commoratus, tandem Hominicio facto sancto martyri, et in recognitionem Hominicii vovens se oblationem ad ecclesiam ejusdem singulis annis, dum viveret, oblaturum.*

HOMINICOLÆ, Ἀνθρωπολάτραι, dicti ab Apollinaristis Catholici, quod Deum hominem adorare dicerent. Facundus Hermianensis lib. 19. cap. 3. de Theodoro : *Qui rursus sexto ejusdem operis libro, capitulo 54. adversus eosdem Apollinaristas, qui nos videri volunt Hominicolas, etc.* Vide Athanasium sub finem libri de Incarnatione Domini. Ita etiam dictus Nestorius in Diurno Romano pag. 37 : *Et profanus Hominicola Nestorius Dominicæ dispensationis infestus, utpote qui adorandæ incarnationis arcanum, Deum ab homine separando, distinxerit, etc.* [Vide *Homuncionitæ*.]

* **HOMINISCUM**, Præstatio annua, quæ in signum servitutis vel obsequii fit. Charta Aymer. de Narbona ann. 1320. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 539 : *Item Palus Thoroni facit de usatico, et facere tenetur michi et meis singulis annis pro Hominisco, quatuor denarios Narbonenses.* Pro professione feudali a cliente præstita, vide in *Hominium*.

HOMINIUM, est servitium, seu obsequium, quod *homo*, seu cliens, vel servus, domino suo præstare tenetur. Formula vetus 48. apud Bignonium : *Præterea hanc chartulam redemptionalem in te fieri et adfirmare rogavi, ut taliter sis ingenuus, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisses procreatus vel natus, cum omni peculiari tuo, nec mihi, nec ulli hæredum meorum nullum impendas servitium, nec Hominium, nec libertaticum, nec ullum obsequium, etc.* Ubi *hominium* est *hominis servitium*, ut recte definitur ab Ugutione. [Hinc in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Hominium, Service d'homme.*] Postmodum

HOMINIUM, seu **HOMAGIUM**, dicta fuit professio illa fidei et obsequii, quam *homo*, seu vassallus, domino suo feudali præstat ratione feudi, quod ab eo tenet : seu uti definitur a Bractono lib. 2. tract. 1. cap. 35. § 1. est *juris vinculum, quo quis tenetur et astringitur ad warentizandum, defendendum, et acquietandum tenementum suum in seisina versus omnes, per certum servitium in donatione nominatum et expressum : et etiam vice versa, quo tenens reobligatur et astringitur ad fidem domino suo servandam, et servitium debitum faciendum.* Ita etiam Fleta lib. 3. cap. 16. § 8. Leges Alfonsinæ part. 4. tit. 25. lege 4 : *Et Homenaje tanto quiere decir, como tornarse home de otri, et facerse como suyo, para darle seguranza, sobre la cosa, que promete de dar, o de facer, que la cumpla.* Vetus Consuetudo Normanniæ, cap. 29 : *Hommage et promesse de garder foy des choses droiturieres et necessaires, et de donner ayde.* Britton. in Legib. Angl. cap. 68 : *Homage est un lien de droit, dount home est lié et tenu de garaunter, acquiter, et defendre son tenaunt en sa seisine vers toutes gens par les services dues del tenement, que il tendra de luy en service, ou en demeine, et sa foi garder * desbleray, dount autant est le Seigneur tenu à son home, come le home à son Seigneur fors que soulement en reverence.* [Nec prætereundum in Italia *vassalagium* dici quod apud nos *homagium* appellatur. Id observant Speculator lib. 4. part. 3. de Feud. art. 2. § 5. Jacobinus de S. Georgio Tract. de Homagiis § 5. et Petrus de Vineis lib. 6. Epist. 9. Vide in *Vassi*.] Sugerius lib. de Administr. sua memorat, *nobilem Regis Dagoberti Cathedram, in qua, ut perhibere solet antiquitas, Reges Francorum suscepto regni imperio, ad suscipienda optimatum suorum Hominia primum sedere consueverant.* Atque hæc quidem vox, ut et *Homagium*, passim occurrit, adeo ut supervacaneum sit locos laudare, tametsi constet in Libris feudorum non reperiri, sed *fidelitatis* duntaxat, quæ non tantum sonat, quantum *hominium*, uti in sequentibus docemus. Sed et interdum *hominiscum, hominatus, hominagium, etc.* occurrunt.

* A qua fidei et obsequii professione, nec ipsi regum nostrorum filii, cum ad ipsos, quacumque ratione, feudum aliquod devolvebatur, exempti erant. Ejusmodi est homagium quod exhibet Chartul. episc. Paris. fol. 115. v°. : *Anno Domini* 1266. *die Jovis proxima post festum B. Andreæ apostoli, in domibus dom. episcopi Paris. Parisius in aula inferiori hora prima comparuit personaliter dom. Johannes, dictus de Demmiete, filius illust. regis dom. Ludovici Dei gratia Francorum regis, petens se admitti ad Homagium feodi episcopi Paris. scilicet castri et castellaniæ de Montegayo, de quo debebat esse homo et fidelis episcopo Paris. ratione uxoris suæ, filiæ olim bonæ memoriæ Odonis ducati Burgondiæ, qui, priusquam iter arriperet transmarinum, erat homo et fidelis dom. episcopi, nomine dictæ filiæ suæ, nunc uxoris dicti dom. Johannis, quem reverendus pater Reginaldus Dei gratia Paris. episcopus, protestatione præhabita de jure suo quantum ad feodum de Cloia, quod esse solebat de feodo de Montegayo, et nunc est divisum, de quo habere debet episcopus Paris. xx. libras annui redditus super feudum Montisgaii,... ad Homagium recepit et ipsum Johannem per annulum aureum de dicto feodo investivit, salvo racheto suo. Dictus autem Johannes sibi fecit Homagium et fidelitatem de dicto feodo, ut dictum est, in præsentia multorum, scilicet dom. Arnulphi et dom. Gaufridi de Villeta militum de consilio dom. regis et multorum aliorum, qui venerant cum ipso Johanne, etc.* Vide mox *Homagium Evanescere*.

HOMINISCUM. [Charta Guillelmi Dom. Montispessul. ann. 1103 : *Qui castellum et vicariam habuerit faciat Homintscum domino Montispessulani et juret et castellum et vitam et membra et totum honorem suum.*] Charta ann. 1212. apud Catellum in Hist. Comit. Tolosæ pag. 29 : *Donec compulsus fuit jurare, et facere eidem Comiti Hominiscum pro Ducatu, etc.*

HOMINATUS. Vetus Charta apud Beslium in Episcopis Pictav. : *Ego Isembertus concedo de casamentis meis quidquid datum fuerit B. Mariæ et S. Cypriano, excepto ne ita detur, ut ex toto perdam Hominatum meum.* Gregorius PP. VII. apud Juretum : *Ut Clericus a laico nunquam justificetur, nec pro terra, nec pro aliis rebus, quas ab illo teneat, nec sibi Hominatum faciat, etc.* Chronicon Andrense pag. 425. [ex Charta ann. 1097 :] *Ut si aliquis fevatorum de fevo ipsius centum solidatos, vel tantum ut suum Hominatum non perderet, donare voluisset, concessit.* Ubi perperam *fenatorum*, et *feno* editum.

HOMINAGIUM, HOMENAGE, in Consuet. Beneharn. tit. 1. art. 8. 27. Leges Partidæ part. 4. tit. 25. leg. 4 : *Et Homenage tanto quiere decir como tornarse home de otri.* Radulfus de Diceto : *Fulco Rechin primus Stephano Blesensi Hominagium fecit.* [Charta Odonis Ducis Burgundiæ pro Theobaldo Comite Campaniæ ann. 1214 : *Profitemur enim... quod Comites Campaniæ nobis vel successoribus nostris non tenentur facere Hominagium.*] Regestum Comitum Inculismensium ex Camera Comput. Paris. ann. 1244 : *Et aura en la vile le quart des Homenages des Chevaliers, et le ters des Homenages des servens.* [In Charta ann. 1215. ex Tabul. S. Illidii Claromont. *Homenatge.*] Occurrit passim in Regesto Andegav. et alibi. Le Roman *de Philippe de Macedoine* MS.

Cui vieugne faire l'Homenage.

HOMINAGIO, in Domesdei.

¶ **HOMINATICUM.** Testamentum Guifredi Comitis Ceritan. ann. 1035. tom. 6. Spicileg. Acher. pag. 434 : *Volo ergo et mando ut jam dicta Ecclesia de Molig teneat eam Bernardus de Castro-sono per manum prædicti filii mei Berengarii, et per suum donum et habeat inde Hominaticum.*

* Apud Hispanos potissimum intelligitur, cum quis criminis alicujus reus, cum eo, quem offendit, vel illius hæredibus, ita paciscitur, ut quoad vixerit, vassallus illorum sit, eoque nomine hominium iis præstet. Vide *Hominium pro Emenda*.

¶ **HOMINICATUS.** Hist. MS. S. Cypr. Pictav. pag. 321 : *Quidquid ex casamentis eorum excepto Hominicatu adquirere potuissent.* Chartularium S. Vandreges. tom. 2. pag. 2062 : *Et eis Ecclesiam prædictam*

Digitized by Google

contrado, a qua etiam terra comitanditam Hominicatus Abbati facio.

¶ Homatgium, Arvernis pro eorum consuetudine mutandi *g.* in *tg.* in Charta ann. 1311. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 140.

¶ Hommagium. Charta Philippi Pulcri Reg. Fr. ann. 1307. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 1. pag. 288 : *Eumdem de dicta moneta et cursu ipsius, recepimus in nostrum Hommagium, præsentes sibi in hujus rei testimonium concedentes.*

¶ Homonagium. Charta Girardi Abb. Compend. ann. 1290 : *Ecclesiæ nostræ jura ubicumque posset fideliter servare juravit et nobis Homonagium quod successores sui similiter facient, ita tamen quod ipse nobiscum in exercitum ire coactus non tenebitur.*

¶ Homanagium. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 222 : *Prædictus vero Monachus in manu domini Johannis Abbatis coram omni Capitulo Homanagium et estagium et quidquid reclamabat in prædicta platea libere et quiete refutavit.*

¶ Homanaticum, in Charta ann. 1146. apud Columbum de Gente Simian. pag. 588.

¶ Homenagium. Charta Dumbensis ann. 1410 : *Redemit Homenagium prædictum cum servitiis, etc.*

¶ Homenaticum, in Charta ann. 1069. Append. ad Marcam Hisp. col. 1150 : *Pro nimio amore quo eum* (Episcopum Urgellensem) *dilexerat, noluit suum Homenaticum accipere... Verum pro hac condonatione Homenatici, etc.*

¶ Hominiaticum, in Charta ann. 1068. ibid. col. 1143 : *De Hominiatico ac de potestate et servitio et de fidelitate semper teneant et adimpleant supradictam ordinationem de castro Ageris, ut hoc ita sit fevum de isto castro sicut scriptum est ex illo.*

Menagium, truncate, pro *Homenagium*. Charta ann. 1261. apud Brandaon. tom. 4. Monarch. Lusitan. pag. 272 : *Sit absolutus et quitus ab isto juramento et Menagio.* Ibid.: *De mandato Regis juraverunt, et Menagen fecerunt.* Passim ibi. Et rursum pag. 271. v°. : *Juravit et Omaginem fecit.*

☞ Tres *Hominiorum* species distinctas vult D. *Brussel* Tract. de Usu feud. tom. 1. cap. 8. et seqq. Primum *ordinarium*, quod hac voce, *homo*, significabatur, tria domino feudali a vassallo præstanda continebat, *fiduciam*, *justitiam* et *servitium*. *Servitium*, in expeditionibus bellicis per 40. dies; *Justitiam*, ab ejus curia non declinando; *Fiduciam*, illum in placitis generalibus consiliis suis adjuvando, quod aliis verbis dicebatur, *sequi et juvare dominum de placito*. Vide in *Fiducia*. Alterum *planum*, de quo vide infra : tertium *Ligium*, quod in voce *Ligius* videre est.

* *Hominii* conditiones tribus solent exprimi verbis, quæ sic reddit Cencius apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 832. bis : *Debent vero præfati oppidani Romano pontifici omni tempore gratis expeditionem, colloquium, placitum, sicut nos est fidelium militum.* Quod *à simple gaige, court et usaige* dicitur in Lit. Blanchæ ducissæ Aurel. ann. 1379. ex Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 125.

Hominii seu *Homagii* formulam hanc usitatam sic descripsit Bractonus lib. 2. cap. 35. § 8 : *Devenio Homo vester de tenemento, quod de vobis teneo, (vel aliter, quod de vobis teneo et tenere debeo) et fidem vobis portabo contra omnes gentes, (qui vivere poterunt et mori, secundum quosdam) salva fide debita Domino Regi et hæredibus suis.* Huic formulæ Anglo-Gallicam addam ex Littletone sect. 85 : *Jeo deveigne vostre home de cest jour en avant, de vie et de membre, et de terrene honor, et à vous serra foyall et loyall, et foy à vous portera des tenemens, que jeo claime de tener de vous, salve la foy, que jeo doy à nostre Seignior le Roy.* Similes propemodum homagii formulas habes in Regiam Majestat. l. 2. cap. 62. apud Glanvillam l. 9. cap. 1. in Fleta lib. 3. cap. 16. § 20. in Consuet. Norman. art. 107. Andegav. art. 137. Marchensi art. 189. et Britannica art. 333. et in veteribus Chartis. In quo vero differat *Homagium* a sacramento fidelitatis, diximus in verbo *Fidelitas*.

Homagium feminarum aliis concipitur verbis : neque enim dicet domino, inquit idem Littleton. sect. 87 : *Jeo deveigne vostre feme, pur ceo que n'est convenient, que feme dira, que el deviendra feme à aucun home, fors que à sa baron, quant ele est espouse : mais ele dira Jeo face à vous Homage, et à vous serra fuiall et loiall, et foi à vous portera des tenemens, que jeo teigne de vous, salve la foi, je doi à nostre Seignor le Roy.*

In præstandis hominiis observatæ fuere quædam necessariæ ceremoniæ, quæ vassallorum omnimodam erga dominos denotarent subjectionem : quas generatim attigit idem Littleton. sect. 85 : *L'hommage est le pluis honnorable service, et pluis humble service de reverence, que franc tenant puit faire à son Seignior. Car quant le tenant fera l'hommage à son Seignior, il sera discint, et son test discouwert, et son Seignior seera, et le tenant genulera devant luy, sub ambedeux genues, et tiendra ses maines extendes, et jointes emsemble enter les mains le Seignior, et issint dira, etc.* Consuetudo Aurelianensis art. 47 : *Et ce fait, doit estre nuë teste, sans espée, ne esperons, etc.* Meledunensis art. 23 : *Un genouil en terre, sans espée, ni esperons.* Consuetudo Marchensis art. 189 : *La façon d'entrer dans l'hommage d'autrui est telle, c'est à savoir, que le Seigneur feodal doit estre requis humblement par son homme, qui veut faire foi et hommage, d'estre receu à foi, ayant la teste nuë, et si le Seigneur se veut seoir, faire le peut, et le vassal doit desceindre sa ceinture, s'il en a, oster son espée, et baston, et soi mettre à un genouil, et dira ces parolles, etc.* Quos quidem ritus sigillatim illustrabimus. Ac primo quidem vassallus in præstando hominio junctas manus immittit. Bracton. lib. 2. tract. 35. § 8 : *debet quidem tenens manus suas utrasque ponere inter manus utrasque domini sui : per quod significatur ex parte domini protectio, defensio et warrantia; et ex parte tenentis, reverentia et subjectio, etc.* Adde Britton. pag. 173. et Fletam lib. 3. cap. 16. Consuetudo Normanniæ art. 107 : *La forme d'hommage est, que le vassal noblement tenant doit estendre ses mains, entre celles de son Seigneur, et dire ces mots, etc.* Andegavensis art. 137 : *Ayant les mains jointes en les mains de son Seigneur.* Marchensis art. 190 : *Et est accoustumé, que le vassal doit avoir les mains jointes, et le Seigneur les doit prendre entre les siennes, en le recevant et baisant.* [Butilerius in Summa lib. 1. tit. 81 : *Doit l'homme joindre ses deux mains en nom d'humilité, et mettre és deux mains de son Seigneur en signe que tout lui voue, et promet foy; et le Seigneur ainsi le reçoit, et aussy lui promet à garder foy et layauté, et doit l'homme dire ces paroles : Sire, je viens à vostre homage et en vostre foy, et deviens vostre homme de bouche et de mains, et vous jure et promist foy, et loyauté envers tous et contre tous, et garder vostre droit en mon pouvoir.*] Vita S. Remberti Archiep. Hamburg. n. 27 : *Et per manus acceptionem hominem illum Regis fieri, et inter Consiliarios ejus collocari obtinuit.* Veteres Franc. Annales ann. 757. cap. 17 : *Ibique Tassilo venit Dux Bajoariorum, in vassatico se commendans per manus, sacramenta juravit multa et innumerabilia, reliquiis Sanctorum manus imponens; et fidelitatem promisit Regi Pipino,... sicut vassus recta mente et firma devotione per justitiam vassus domino suo esse deberet.* Ubi et *hominium*, et *sacramentum fidelitatis* observare est hisce etiam temporibus una et simul exhibita. Adde Annal. Fr. Bertinianos ann. 884. Dudo lib. 2. de Actis Normanpag. 82. de homagio Rollonis Ducis Norman. : *Si dederis filiam tuam, ut ei dixisti, conjugem, terramque maritimam in sempiternam per progenies progenierum possessionem, manus suas, se subjugando, tibi dabit fidelitatis gratia, tuumque servitium incessanter explebit.* Et pag. 83 : *Statim Francorum coactus verbis manus suas misit inter manus Regis.* Denique pag. 86 : *Atque inter manus Willelmi adolescentis manus suas mittentes Principes, conligavit illis conjurationis sacramento.* Pag. 170 : *Qui nunquam colla suæ cervicis gratia servitii manus suas commendando commisit.* Adde pag 82. d. 83. cap. 91. d. 113. a. 126. d. 157. b. Gesta Guillelmi Nothi Regis Angl. pag. 189 : *Normanniæ Ducem Guillelmum, sub quo tutus foret, supplex adiit, manibus ei sese dedit, cuncta sua ab eo, ut Miles a domino recepit.* Ordericus Vitalis lib. 3 : *Tunc Baldricus Rodberto Abbati junctis manibus fidelitatem fecit, subjectionem justitiamque de se suisque hominibus promisit.* Galbertus in Vita B. Caroli Comitis Flandr. n. 90 : *Primum hominia fecerunt ita : Comes requisivit, si integre vellet homo suus fieri : et ille respondit, Volo : et junctis manibus amplexatus a manibus Comitis osculo confœderati sunt.* Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 479. b : *Abbati junctis manibus fidelitatem fecit.* Homagium præstitum a Jacobo Rege Aragonum pro Montepessulano et Castro Latarum Joanni *de Montlaur* Episcopo Magalonensi mense Dec. ann. 1236. in Reg. Carcass. pag. 48 : *Nos Jacobus D. G. Rex Arragonum, etc. et D. Montispessulani, cognoscentes, nos tenere in feudum villam Montispessulani, et Castrum de Palude, quod vulgo dicitur Lates, a venerabili Patre D. Magalon. Episcopo, et pro eisdem sacramentum fidelitatis eidem præstare debere, sicut vassallus domino præstare tenetur, et prædecessores nostros, a quibus causam habuimus, et in quorum feudum successimus, habuisse et tenuisse, et*

Digitized by Google

propter hoc eidem Episcopo homagium fecisse, et sacramentum fidelitatis præstitisse, vobis venerabili in Christo Patri Joanni de Montelauro Dei gratia Magalon. Episcopo sponte et debite manibus junctis et in vestris manibus positis, dato osculo pacis et firmitatis pro prædictis villa Montisp. et Castro de Palude, quod dicitur Lates, certi de facto et certiorati de jure, vobis Homagium fecimus sine dolo, secundum quod melius et melius intelligi potest. Actum in Montepess. etc. Homagium Geraldi *de Valats*, præstitum Raymundo Comiti Tolosano pro terra *de Rie* in diœcesi Ruthenensi ann. 1248. in Regesto Tolosano: *Et inde ligium homagium vobis facio manibus meis positis inter vestras, et dato vobis osculo fidei et recepto.* Philippus *Mouskes* in Chilperico :

Si est om li Castelains
A l'Eveske de ses deux mains.

Et infra de sacramento Episcoporum pro regalibus :

Et cascuns Veskes premerains,
Dou Roy de France joint ses mains,
Prent son Regale pour droiture,
Et ses om est de teneure,

In homagiis Nobilium Vasconensium ann. 1363 : *M. Arnaud Amaneu Seigneur de Labret, etc. estant à genoils sans centure, ne chaperon, tenant ses mains junctes par entre les meins dudit M. Lieutenant, est devenu homme lige dudit Roy d'Angleterre.* Hinc *homagium manuale* dictum in Charta ann. 1227. apud Perardum in Burgund. pag. 410 : *Et tenetur ipsi vel hæredes eorum facere pro prædictis feodis successoribus nostris Homagium manuale.* [Charta ann. 1297. tom. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 253 : *Canonici dictos redditus percipientes, nomine dictorum vicedominatuum, nobis et successoribus nostris* (Episc. Cabilon.) *sicut consuetum est ab antiquo facient Homagium manuale, et nihil percipient aliud, nisi redditus superius nominatos.*] Will. Tyrius lib. 2. cap. 15 : *Factus est, ut dicitur, Dominus Boamundus Imperatoris homo, fidelitate manualiter exhibita, et juramento præstito corporaliter, qualiter solent fideles Dominis suis exhibere.* Vide Chartam ann. 1266. apud Sammarth. in Episcop. Autissiodor. pag. 307. Consuetud. Turon. art. 115. Britan. art. 335. etc.

* Ceremonias in præstandis hominiis observatas, sigillatim descriptas habemus in Charta homagii præstiti Benedicto XIII. PP. a Joanne duce Bitur. ann. 1391. apud Cencium inter Cens. eccl. Rom. MSS : *Dom. Johannes dux* (Bituricensis) *gratis et sponte ac deliberato animo, prout dixit, nomine suo suorumque hæredum et successorum prædictorum, remotis capucio et mantello, genibus flexis coram prælibato domino nostro papa humiliter inclinatus, manibusque suis inter manus ejusdem domini nostri junctis et complosis, pro præmissis omnibus recognitis Homagium fecit ipsi domino nostro,... ac corporale ad sancta Dei Evangelia manibus suis prædictis corporaliter tacta fidelitatis debitæ præstitit juramentum, eundemque dominum nostrum primo in pede, deinde manu devote osculatus fuit, et successive idem dominus noster ipsum dominum ducem ad osculum oris in signum obedientiæ, devotionis et fidelitatis perpetuæ benigne et gratiose recepit.*

* Aliquando etiam adhibebantur signa, quæ non subjectionis tantum, sed et humillimæ servitutis indicia erant, ut in Pacto inter comit. Tolos. et episc. Vivar. ann. 1210. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 227 : *Ad hæc dominus comes prædictus per se et per successores suos juravit, ... quod propter hoc feudum Homagium facient sancto martyri Vincentio super altare ipsius apud Vivarium in ecclesia majori, episcopo Vivarii tenente catenam circa collum ejus, dum osculabitur altare.* Sed id pietatis, non usus recepti testimonium est.

Apud Hispanos, vassallus manum domini osculatur. Leges Alfonsinæ parte 4. tit. 25. lege 5 : *Besar debe la mano el vassallo al señor, quando se face su vasallo.*

Genua flectit vassallus in præstatione hominii, domino sedente. Jus feudale Saxonum cap. 16. § 8 : *Offerat homagium manibus conjunctis, appropians ad ipsum, ut si steterit Dominus, ipsum valeat attingere. Si sedeat genua flectat coram ipso : quidam dicunt, quod movere debeat manus erga dominum, quod non est ita. Qui cum accesserit ad dominum stantem, vel genua flectat coram sedente, totum corpus movetur et manus.* Charta ann. 1231. ex Regesto Tolosano fol. 55 : *Ego prædictus Raymundus Comes Tolosæ pro me et successoribus meis, vestris manibus junctis missis inter meas, et flexis vestris genibus accipio vos Arnaldum de Vadegia in Dei miserationeet mea, etc.* Alia ann. 1245. Ibidem : *Et inde ligium Homagium vobis facio manibus meis positis inter vestras, et flexis genibus, et dato vobis fidei osculo et recepto.* Consuetudo Marchensis art. 190 : *Si le vassal fait foi et Hommage au Prince, il doit estre à deux genoux : si c'est à un moindre, il doit estre à un genouil.*

* Genua flectit vasallus cum ipsimet domino feudali exhibetur hominium; nam si a procuratore recipiebatur illud, tunc vassallus stans homagium præstabat. Tabul. S. Vict. Massil. : *Jurans* (abbas) *in manibus dicti dom. senescalli recipientis pro parte dicti dom. regis* (Roberti) *hæredumque suorum in comitatibus ipsis, nomine suo et dicti sui monasterii stando rectus in pedibus, et junctis manibus cum pacis osculo fecit pro bonis, castris, terris et locis Homagium legitimum.* Et quidem in aliis Chartis de eodem homagio, ab abbate flexis genibus ipsi domino illud præstitum fuisse legitur.

* Interdum stans et capite cooperto homagium præstabat vassallus; quod potius ex infeodationis Charta, quam ex vassalli nobilitate repetendum videtur. Homag. præst. Alano dom. *d'Albret* comit. Droc. Petragor. etc. ann. 1499. ex Arch. D. de Altofort. : *Recognoissons audit sieur d'Aultefort qu'il est tenu à nous faire foy et hommage, avec chaperon en teste et estre sur pieds.*

In Delphinatu Nobilis hominium præstat *stando pedes more nobilium. osculo oris interveniente.* Burgensis et Francus ac liber, flexis genibus hominium præstat osculando Delphinum *in annulo vel dorso manus suæ, sicut franchi, non autem in pollicibus, sicut populares.* Vide Dionysium Salvaingum lib. de Usu feud. cap. 4.

☞ Neque vero in Delphinatu tantum obtinuit ut plebei, dum hominium præstarent, pollices domini oscularentur : idem quippe in usu fuisse apud Provinciales colligitur ex Charta homagii ann. 1371. Galterio de Ulmeto domino de Masalgiis præstiti a suis vassallis, inter Schedas Præsidis *de Mazaugues : Et pollices vestrarum manuum in signum veræ submissionis et Homagii devote osculavimus.* [* Charta ann. 1442. in Reg. 4. Armor. gener. pag. 19 : *Petrus Hrassi Homagium ligium ac fidelitatis fecit et præstitit juramentum, polices eidem* (Desiderio de Rastello) *obsculando.*]

Hominio facto, vassallus ad osculum Domini admittitur. Unde

Homagium Manuum, et Osculi Oris, in veteribus Tabulis supra laudatis, et aliis ann. 1344. et 1347. apud Justellum in Probat. Hist. Arvernensis pag. 93. 95. 96. *Homage de bouche et de mains*, in Consuetudine antiqua Ambianensi art. 24. *le baiser*, i. osculum, in Pictavensi art. 111. 112. Charta Jacobi Regis Aragonum ann. 1231. apud Joann. Dametum in Hist. Regni Balearici pag. 334 : *Et ego infans Domnus Petrus facio vobis homagium ore et manibus, ect.* [Instrum. ann. 1299. tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 262 : *Facient Honagium ore et manibus commendatum, et juramentum vallatum.*] Quippe vasallus, dum hominium præstat, manus suas in manus domini immittit, peractaque fidelitatis ac hominii præstatione, in fidei signum illum osculatur. Unde *fidelitatis*, vel *fidei*, dicitur ejusmodi *osculum.* Hominium Geraldi *de Valats* pro Castello Vincellæ in Diœcesi Ruthenensi ann. 1248. in Tabulario Comitatus Tolosani: *Et inde ligium Homagium vobis facio manibus meis positis inter vestras, et dato vobis osculo fidei et recepto.* Eadem habentur in hominio Gerardi Armeniaci pro Castro Malivicini ann. 1245. fol. 55. Ex quibus patet, dominum recipere osculum et impertiri. Aliud hominium ejusdem anni ex eodem Regesto pag. 72 : *Et convenit servire ipsi Domino Comiti et ejus ordinio, sicut fidelis Miles tenetur servire dominum suum, tradens sibi osculum in signum fidelitatis, et in consolidationem omnium prædictorum. Osculum pacis* dicitur in hominio Jacobi Regis Aragonum pro Montepessulano ann. 1236 : *Dato osculo pacis et firmitatis.* Aliud hominium apud Marcam in Hist. Beneham. lib. 6. cap. 1 : *In osculo pacis et veritatis.* [Instrum. ann. 1293. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 37 : *Ipsi domino Dalphino præsenti et recipienti pro se et hæredibus et successoribus suis in manibus ipsius domini Dalphini, pacis Osculo interveniente, Homagium ligium et fidelitatem fecit, et juravit contra quascumque personas.*] *Osculum fœderis*, in Charta ann. 1337. in Probat. Hist. Sabaud. pag. 164 : *Homagium et fidelitatem realiter fecit, et præstitit, inmisis dicti Domini Bellijoci manibus infra manus dicti Comitis, Osculo fœderis intervenientе, etc.* [Stabilimenta S. Ludovici lib. 2. cap. 18 : *Et je vous reçois et preing à hons, et vous en bese en nom de foy, et sauf mon droit et l'autruy.*] Hunc præterea ritum attigit le Roman *de Garin :*

Li Dus l'en bése, et ses hom en devint.

Vide Joannem Sarisberiensem Epist. 268.

Digitized by Google

et Sammarthanos in Episcopis Tricastinensibus numero 34.

* Homag. vicecom. Carcass. ann. 1110. ex Cod. reg. 8407. 2. 2. fol. 29. r° : *Pro quibus omnibus et singulis facio Hominium et fidelitatem manibus et bucca tibi præfato domino meo Leoni abbati* (S. Mariæ Crassensis). Charta ann. 1359. ex Chartul. 21. Corb. fol. 272 : *Et sur ce par ledite demoiselle Perrigne nous fu supplié et requis que dudit fief nous le vausissons recepvoir en nostre foy et hommage en prenant nos droitures, qui pour ce nous appartenoient; lesquelles elle nous offry aveuc le bouque et les mains.*

☞ Non omnes vero vassalli, ut observat *de Laurière* in Gloss. Juris Gallici ad vocem *Bouche*, indistincte ad osculum admittebantur; solis nobilibus id permissum fuisse, colligitur ex Speculatore lib. 4. de Feudis. § *Quoniam* 2. n. 66 : *Porro in regno Franciæ facilius se expediunt, nam nobilis homo flexis genibus, coram Rege et immissis manibus junctis intra manus regias, sibi fidelitatem jurat, et Homagium facit et rex illum recipit ad Osculum; si vero sit ignobilis, licet habeat nobile feudum, non recipitur ad Osculum.* Id confirmat le Roman *de la Rose* MS. :

Mais il m'a lors par la main pris,
Et me dist, je t'aime moult et pris,
Quand tu as respondu ainsi,
Onques cette parole n'issi
D'home villain mal enseignié,
Et si y as tant gaaingnié,
Que je vueil pour ton advantage
Qu'orendroit me fasses homage,
Et me baises emmi la bouche,
A qui nul villains home ne touche,
A moi touchier ne laisse mie
Nul home, ou il ayt villenie.
Je n'i laisse mie touchier
Chascun bouvier, chascun bouchier,
Mais estre doit courtois et frans
Celui duquel homage preus.

Adde Bellomanerium cap. 48. pag. 265. Observandum tamen, præeunte D. *de Laurieure*, non hominium modo per voces, *manus* et *osculum oris*, in quibusdam Consuetudinibus intelligandum esse, sed iis quoque *sacramentum fidelitatis* exprimi. Remensis art. 59 : *Ne doit l'ancien vassal, audit nouveau Seigneur feodal seulement que la foy, et homage, qui est la bouche et les mains.* Hinc in Consuetudine Paris. hominio manuum et oris tantum obnoxium esse vassallum dicitur; aliquando vero et hominium ejusmodi et fidelitatis sacramentum debere. Vide art. ejusdem Consuetud. 3. 4. 26. 66. et art. 106. Consuetud. Calniacens.

☞ Ab oris osculo interdum eximebantur feminæ, pudoris et honestatis causa, præcipue cum Episcopis hominium præstabant. Homagium præstitum Hugoni Carpentorac. Electo ann. 1332. ex Schedis D. *de Remerville* Aptensis : *Fecit eadem domina tutrix... homagium, et fidelitatem juravit solemniter ipsi domino Electo flexis genibus, manibus tam ipsius dominæ tutricis quam prædicti Refforciati junctis infra manus dicti domini Electi, et insuper osculum bonæ fidei præstitit ipse Refforciatus eidem domino Electo, remisso ejusdem dominæ tutricis Osculo propter honestatem.*

* At non omnes episcopos male habebat ille scrupulus. Homag. ann. 1328. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 90. v° : *Domicellæ Johanneta relicta dicti Bridart et Aalipdis de Roura.... fidelitatem præfati dom. episcopi, junctis suis manibus intra manus dicti dom. episcopi positis, una post aliam intraverunt, ac ipsi dom. episcopo præsenti, viceque et nomine ecclesiæ suæ Lingonensis stipulanti et recipienti, homagium ligium fecerunt, pacis obsculo interjecto.* Qui religiosiores fuere, scrupuli pœnam interdum luerunt. Sic ecclesia Cameracensis privata est homagio terræ *d'Oisy*, quod nunc regi, quatenus comiti Atrebatensi, præstatur. Cujus facti rationem ita prodit Codex MS. eccl. Camerac. : *J'ai trouvé que jadis au temps de l'évesque* (Guillaume II. qui fut évêque de Cambrai depuis 1337. jusqu'à 1342. qu'il fut transferé à Autun) *surnommé d'Oussomme* (d'Aussone) *lixe. évesque, une dame d'Oisy annoncha devers lui pour demander licence de relever sa terre; lequel évesque lui assigna jour, dont elle se vanta qu'elle le baiseroit, car il estoit renommé d'estre le plus bel homme de son temps. Et quant l'évesque le sceut, il proposa de s'en garder. Et cette dame vint au jour assigné, et l'évesque envoya à son bailli pour recepvoir son relief; ce que la dame ne digna faire : mais par dépit s'en alla au conte d'Artois et releva sa terre de lui. Et depuis a tousjours esté la terre d'Oisy relevée du conte d'Artois, qui paravant estoit Cambresis et vraie Empire.* Idem factum refert alter Codex MS. Chronic. Camerac. in Tabul. S. Autberti sign. F. sub Joanne de Bethuna, qui sedem Cameracensem obtinuit ab ann. 1200. ad ann. 1219. his verbis : *Une dame d'Oisy reprinst la ville d'Oisy du conte de Flandres, qui adonc estoit quens d'Artois, pour ce que anchien dient que il eult ung évesque à Cambray, qui fut moult biaux et preudhomme, et ot nom Jehan de Bethune, duquel évesque ceste ville d'Oisy et les appartenances devoit estre tenue de ses prédécisseurs évesques de Cambray et quens de Cambresis. Or advint que quant celle damme vol venir à l'hommaige de cel évesque de se terre d'Oisy, elle envoya à l'évesque pour scavoir le jour et le lieu, quant et où il le volroit recepvoir, et il lui fist sentir et scavoir par ung de ses cappellains le lieu et le jour où il le recepvroit à sen hommaige. Quant la damme oy ce, elle dist par esbanoy ensy : Je doy estre moult lye, quand je baiseray le plus bel prélat que on sace en ces terres. Cil cappellain s'en partit à tant et revint à l'évesque son seigneur et luy dist que ly damme venoit moult voulentiers à son hommaige, et ly recorda les parolles que li dammes avoit dittes. Quant li évesques les ot oyes, il, qui trop ot estroite conscience, pensa et puis dist que ja ly damme ne se poroit vanter qu'elle le uist baisier, pour ce que pourroit estre pechet pour le délit : à quoy poeultestre la damme n'entendoit mye en ce cas. Et quant la damme vint pour son hommaige faire, cil évesques le voeult faire recepvoir par son bailli et ne le vault oncques recepvoir de luy, et elle s'en parti courchié et s'en ala tantost d'icelluy terre faire hommaige au conte dessudit. Ainssy et par celle occoison fu ly hommaige de la terre d'Oisy ostés de l'Empire et de le conté de Cambresis : mais adès en retint on le nom; car on le nomme Oisy en Cambresis. Assés ont esté de prélas et de preudhommes, qui pour sy peu de choses ne lairoient mye perdre ung tel hommaige. Et cil quens reprist cel hommage du Roy en accroissement de ses aultres fiefs.*

* Verum ut pudori simul et ceremoniæ usuali fieret satis, cum tutrix hominium præstabat pro pupillo, illum osculandum domino præbebat. Inquisit. ann. 1448. ex Tabul. D. Venciæ : *Joannes Borelli senior.... respondit.... hæc dici audivisse ab ejus patre, qui fuit camerarius dom. Agouti de Agouto, nepotis seu felesenni dictæ dom. Raybaudæ..... quod in hujusdem præstatione, dum ille, qui hujusdem homagium recipiebat nomine curiæ, osculum, ut est moris, recipere vellet ab eadem dom. Raybauda; ipsa tum ad hoc obtulit supradictum ejus nepotem seu felesennum tunc pupillum, quem in suis brachiis propriis accepit, dicendo : Vesi quis oscularet; ob quod ipse dominus, qui hujusdem Homagium recipiebat, dictum pupillum osculatus fuit.*

* Prælati stola induti hominium præstabant. Charta ann. 1374. ex Tabul. monast. Montisol. : *Saxius Montis-olivi abbas constitutus ante præsentiam Petri Isarni judicis majoris et locumtenentis Arnaudi de Hispania senescalli Carcassonæ et Biterris, et tenens stolam in suo collo, more prælati, recognovit se tenere a dom. rege locum de Monteolivo, tunc in pariagio cum ipso,... ad juramentum fidelitatis, quod et incontinenti præstitit dicto judici majori super sancta quatuor Dei Evangelia, manibus suis corporaliter tacta, cum stola in collo, salvo honore et honestate, more prælatorum.*

* Præstito homagio, et altera die eodem recognito seu ratum habito, vassallus domino feudali fidelitatis sacramentum solemniori ritu jurabat. Hujus rei exemplum sit Charta ann. 1236. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 142 : *Præsentis scripti serie apertissime declaratur, quod Jacobus Dei gratia illustris rex Aragonum et Majoricarum, comes Barchinonæ et Urgelli, et dominus villæ Montispessulani, filius quondam illustris Mariæ reginæ Aragonum et dominæ villæ Montispessulani, ad interrogationem domini Johannis de Montelauro, eadem gratia episcopi Magalonensis, recognovit se eidem præcedenti die Homagium sibi fecisse pro villa Montispessulani et castro de Palude, quod vulgo dicitur Latas, quæ ab episcopo Magalonensi tenet in feudum; et statim facta recognitione Homagii, dictus dominus rex domino Johanni de Montelauro episcopo supradicto et ecclesiæ Magalonensi præpositis super altare S. Firmini in Montepessulano, Corpore Jesu Christi, cruce, reliquiis et textu Evangeliorum aperto, sacrosanctis Evangeliis manu tactis, sacramentum fidelitatis in modum præstitit subsecutum, etc.* Vide supra in *Fidelitas*.

* *Erectis digitis*, altero homagii et fidelitatis formulam recitante, homagium præstare consueverant Poloni, ut discimus ex Charta ann. 1385. tom. 5. Cod. diplom.

Digitized by Google

Polon. pag. 83. col. 1 : *De justis eorum bonis paternis successive unum post alium per traditionem osculi infeudavit* (archiepiscopus Rigensis) *et postquam surrexissent, juxta consuetudinem erectis digitis, ad pronunciationem domini Joannis de Rosen supradicti jurantes, omagium et fidelitatem domino suo archiepiscopo mutuo præstiterunt.*

In homagiis dominus rogabat vassallum, an scilicet *Homo* fieret suus, fidelitatemque sibi in posterum præstiturus esset? Hominium Guidonis de Severaco ann. 1246. in Regesto Tolosano : *Ego Guido de Severaco confiteor, et in rei veritate recognosco vobis Dom. meo Raymundo Dei gratia Comiti Tolosæ, Marchioni Provinciæ præsenti, et interroganti, me tenere in feudum, etc.* In homagio, quod Rex Angliæ Edwardus II. Philippo Regi Franciæ præstitit Ambiani 6. Febr. ann. 1329. pro Ducatu Aquitaniæ, etc. inter utrumque Regem convenit, homagium ejusmodi in posterum a Regibus Anglicis præstandum hoc forma : *Le Roy d'Angleterre Duc de Guienne tiendra ses mains entre les mains du Roy de France : et cil qui parlera pour le Roy de France, addressera ses parolles au Roy d'Angleterre Duc de Guienne, et dira ainsi : Vous devenez homme lige du Roy de France, et lui promettez foi et loiauté porter? dites, Voire. Et ledit Roy et Duc et ses successeurs Ducs de Guienne diront, Voire. Et lors le Roy de France recevra ledit Roy d'Angleterre et Duc audit Hommage lige, à la foy, et à la bouche, sauf son droit, et l'autrui.* Ex Schedis MSS. et Froissart. 1. vol. cap. 15. Vide Consuetud. Andegav. art. 137. 138.

Fidei professio, quæ in *Homagiis* præstabatur, reciproca erat : nam ut fidelitatem domino vassallus, ita et vassallo dominus illius personam, et feuda, ac in iis jura, se conservaturum pollicebatur. Domnizo lib. 1. de Vita Mathild. cap. 11 :

> Voceque mox viva juravit Rex sibi vitam,
> Atque suos artus, et honorem Principis aptum,
> Absque dolo recte servare per omnia semper.

Occurrit passim in Regesto Tolosano hæc formula in homagiis, quæ Raimundo Comiti præstita sunt a nobilibus Tolosanis, Aginnensibus, et Ruthenensibus ann. 1248 : *Ad hoc nos dictus Comes recipientes dictum confessionem et recognitionem fidelitatis, et homagium a vobis dicto N. pro prædictis feudis in forma præscripta, promittimus vobis quod tam personam vestram, quam dicta feuda, et omnia jura, quæ in eis habetis, contra quoslibet molestatores, qui super hoc eis injuriari voluerint, bona fide defendemus.* [Homagium præstitum Comitissæ Vien. a D. de Racurello ann. 1237. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 19 : *Versa vero vice supradicta Comitissa promisit eisdem dominis de Rancurello, ut ipsos contra omnem hominem semper defendat et amparet Dominus Comitatus, qui eos super Rancello et ejus mandamento vel pro prædictis conveniret vel guerrizaret.*] Ratio autem ejusmodi sacramenti dominici a fide ducitur, qua uterque, dominus scilicet et vassallus, invicem tenentur. Nam ut est in Regiam Majest. lib. 2. cap. 67. § 1. apud Glanvillam lib. 9. cap. 4. Bractonum lib. 2. tract. 1. cap. 35. § 2. Brittonem pag. 170. et in Fleta lib. 3. cap. 16. etc. *mutua debet esse dominii et homagii fidelitatis connexio; ita quod quantum homo debet domino, ex Homagio, tantum dominus debet homini ex dominio, præter solam reverentiam.* Philippus de Beaumanoir cap. 58 : *Et ce qu'on dit que voir que s'est que li Sires doit autant foi et loiauté à son home, come li home fet à son Seigneur, ce doit estre entendu, en tant come cascuns est tenus li uns vers l'autre : car porce se li Sires justise son homs par bonne cose contre se volenté, ne ment-il pas sa foi vers luy.* Assisiæ Hierosol. cap. 198 : *Le Seignor est tenus à son home, se me semble, pour la foi, qui est entre eus de toutes les choses avant dites de quoi home est tenus à son Seignor : car entre Seignor et home, ne n'a que la foi; et la foi doit estre entre eaus as choses avant dites, mais que tant que l'home doit à son Seignor reverence en toutes choses : et chascun doit garder sa foi l'un vers l'autre fermement, et enterinement endroit soi, par sa foi et sa loiauté et son honour garder et bone renomée.*

☞ Hominium sub conditione aliquando præstitum : si quis enim imparem se novisset injuriam sibi illatam ulciscendo, aut quod vi ablatum sibi fuerat recuperando, alterius potentioris domini hominem se futurum atque ab eo possessiones suas in feudum recepturum se pollicebatur, modo ipsi auxilium suppeditaret quod cogitatis perficiendis satis esset. Hujus exemplum suppeditat Appendix ad Marcam Hispan. col. 1132 : *Quod Bernardus Atto Viceconies indigne ferens, perrexit ad Comitem Tolosanum, et fecit ei Hominium sub tali conditione, quod si tantum ei conferret auxilium ut sæpedictam civitatem posset recuperare, teneret pro eo civitatem et comitatum.*

Interdum hominium non per seipsum, sed per alios præstabat vassallus, idque ex peculiari pacto ac conventione. Extat quippe in Historia Remensi MS. Joannis Rogerii Diploma Henrici Leodiensis Episcopi, ann. 1269. quo Johanni Remensi Archiepiscopo homagium se debere *per tres homines tantum*, non vero per quatuor, uti contendebat Remensis Antistes : denique *ad instantiam bonorum pro bono pacis eidem Archiepiscopo fecisse Homagium nomine suo in pratis de Donzeio per tres homines* agnoscit, *videlicet per Lambertum de Chevetoigne, Egidium de Fermes Milites, et Jacobum de Cuignon Armigerum, etc.* Interdum denique aliæ erant ac peculiares hominiorum conditiones, cujusmodi est illa, quam juvat hocce loco describere ex Charta originali, data Paris. die Mercurii ante festum S. Michaelis ann. 1329 : *A tous ceus, qui ces presentes lettres verront, Robert d'Artois Comte de Beaumont, salut. Sachent tuit, que come nostre amée Cousine, Madame Marie de Brebant, Dame d'Arschot et de Virzon, nous fust tenue à faire deux Hommages pour raison de sa terre de Virzon, à li appartenante au lieu, que on dit Beaucheines entre nostre terre de Meun sur Eure, et la terre de Vierzon, et l'autre hommage au lieu au gué de Noies, pour cause de la suite de ses hommes des appartenances en nostre terre de Meun, en tele maniere, que nous et la Dame de Vierzon devons estre à cheval, et nostre cheval, les deux piés devant en l'eaue dudit gué, et les deux piez derriere à terre seche pardevers nostre terre de Meun : et le cheval à ladite Dame de Vierzon, les deux piez derriere en l'eaue dudit gué, et les deux devant à terre seche par devers nostre terre de Meun, etc.* Vide in *Bombus*, et in *Relevium*.

Hominium subsequitur *sacramentum fidelitatis*, nam eo præstito, vassallus, tactis sacrosanctis Evangeliis, *fidelitatem* domino pollicebatur, stans, non flexis genibus. [Aliquando vero fidem seu *sacramentum fidelitatis* subsecutum est hominium, ut videre est in Charta ann. 1179. tom. 2. Hist. Lotharing. col. DCCLXXXI : *Post factam fidelitatem, et præstito ordine præmisso juramento, faciat Hominium Primicerio.* Idem colligitur ex Hominio præstito ann. 1237. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 18 : *Et inde fidelitatem juratam super sancta Dei Evangelia et Homagium fecerunt.*] Neque tamen semper *hominio* adjunctum erat *sacramentum fidelitatis*; sed interdum absque eo hominium, interdum etiam absque hominio *fidelitatis sacramentum* præstabatur, uti in voce *Fidelitas* docuimus. Ut porro variæ ac diversæ erant *feudorum*, ita et *hominiorum*, duæ potissimum obtinuere species, *planum* et *ligium*. De *ligio* agemus in hac voce.

* Homagium Corporis, Quo quis alterius servum se vel *hominem de corpore* profitetur. Charta ann. 1231. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 446 : *Præcipimus universis et singulis firmiter observari, quod non faciant aliquem dominum per Homagium corporis et servitutis, quamdiu in dicta villa voluerint commorari.* Sed et

* Homagium, nude, idem quod *Servagium*, Servi conditio. Charta ann. 1264. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 107. v°. col. 2 : *Nos dictos fratres esse homines de corpore ecclesiæ nostræ dicebamus, ipsis fratribus e contrario dicentibus et negantibus se esse homines nostros, immo se esse liberos ex omni costa asserentibus. Tandem post aliquas controversias, de bonorum consilio super dicta discordia servagii seu Homagii .... compromisimus.*

* Homagium Francum, Nulli servitio obnoxium. Reg. feud. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 36. r° : *Quæ omnia tenet* (Anessancius de Serras miles de Landarrone) *a dicto domino rege, cum uno pari cirothecarum albarum sine seda de sporla et cum Homagio franco.* Occurrit ibi pluries.

* Homagium Honorabile, Eodem intellectu. Charta Alfonsi comit. Pictav. et Tolos. ann. 1256. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 551 : *Nicholaus episcopus Coseranensis de voluntate et assensu capituli Coseranensis nomine ecclesiæ suæ recepit a nobis in feudum honorabile civitatem Coseranensem, ... pro quibus omnibus fecit nobis Homagium honorabile idem episcopus.*

¶ Homagium Juratum et Ligium, Cui adjunctum erat sacramentum fidelitatis. W. *Wyrcester* Anecd. in Libro nigro Scaccarii pag. 536 : *Obicitur etiam ipsi Regi Angliæ, quod ipse homagium ligium et juratum sibi* (Philippo Valesio Regi Fr.) *fecit.* Et pag. 538 : *Nec dici potest, quod in Homa-*

Digitized by Google

gio facto per dominum Regem, fuit contentum tacite juramentum,... quod verbum Ligium ex sui significatione nullatenus hoc importat.

* Homagium Justiciale, Quod ex jure debetur. Charta ann. 1531. in Reg. 4. Armor. gener. pag. 25 : *Johannes Guilhiæ, ... manus suas tenens ..... in manibus nobilis Florencii de Rastello, ... fecit Homagium ligium et Justiciale.*

* Homagium Ligium, Illud dicitur, quo fidelitas domino contra quemvis juratur. Homag. Joan. ducis Brit. ann. 1403. ex Cod. reg. 8542. 3 : *Arnaldus de Corbeia miles, cancellarius Franciæ, exposuit alta et intelligibili voce verbis Gallicis subsequentia : In effectu, domine dux Britanniæ, homagium quod fecisti domino regi hic existenti, intelligit ipse dominus rex quod dictum Homagium sit ligium; quoniam omnia homagia, quæ sibi faciunt et præstant vassalli sui et maxime pares Franciæ, de quibus estis unus, sunt ligia.* Vide infra in *Ligius*.

¶ Homagium Manuale. Vide supra.

¶ Homagium Militare, Quale militem decet. Charta hominii Radulfi *de Chasteauneuf* ann. 1208 : *Fecit Homagium Militare dicto domino Comiti flexis genibus, junctis manibus, prout est in talibus consuetum.*

* Homagium de Paga quid sit, explicat Consuet. Norman. part. 1. cap. 30. ex Cod. reg. 4651 : *Fit homagium quandoque de pace servanda, quod Homagium de Paga nominatur, eo quod fit in pagum concordiæ inter aliquos reformatæ, ut quando aliquis sequitur alium de aliqua actione criminali, et pax inter ipsos reformatur, ita quod secutus facit ei homagium se altero de pace illa conservanda.* Eadem vernacule ibid. : *L'homage est fait aucune fois de garder paix, et est appellé Homage de Paie, pour ce qu'il est fait pour paix et en affirmation de la concorde qui est refformée entre aucuns.* Vide *Hominium pro Emenda*.

¶ Homagium de Persona, Illud est quo vassallus dominum suum feudalem contra quemvis adjuturum se profitetur, non ita tamen ut nemo excipi possit. Consule quæ de duplici *Ligeitate* docuit D. Cangius in voce *Ligius*. Instrument. ann. 1339. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 388. col. 1 : *Anno* 1339. *Indict.* VII. *ipsa indict. mutata cum anno*, 12. *mens. Nov. Nobilis domicellus Ulricus Tibaudi facit Homagium de Persona ante omnes homines et personas, exceptis dom. nostro Rege Francorum, et dom. Joanne de Cabilone domino de Arlaco, quibus est primo, ut asserit, ad homagium obligatus, illustri Principi DD. Humberto Dalphino Vienn. promittens dictus Ulricus dictum dom. Dalphinum de placito, et de guerra juvare contra omnes personas exceptis duobus dominis supradictis, et Archiep. Bisuntinensi, et Episc. de Bala.* Hujus homagii exstat formula in Lib. nig. Scaccarii Anglici pag. 7. ex Charta Conventionis inter Henricum Reg. Angl. et Robertum Comit. Flandr. : *Robertus Comes Flandriæ, fide et sacramento assecuravit Regi Henrico vitam suam et membra, quæ corpori suo pertinent, et capcionem corporis, ne Rex eam hanc* (l. habeat) *ad damnum suum, et quod juvabit eum ad defendendum regnum Angliæ contra omnes homines, qui vivere et mori possunt, salva fidelitate Philippi Regis Francorum.* Vide *Membrum* 2.

Homagium Planum, [vel *Simplex*,] ad discrimen *Ligii*, dicitur *Hommage Plain*, quod nude fit, et cui non adjunctum est sacramentum fidelitatis, vel illud, in quo quis excipitur. Regestum Feodorum Campaniæ fol. 105 : *Gaufridus de Villemaur fecit Homagium ligium, et aliud Planum : Ligium est apud Villam Mauri, et Planum apud Paleiz.* Et fol. 118 : *Joannes Maucosins fecit Homagium de eo,... nescit, utrum sit planum vel ligium, et propter hoc inquirendum est.* Occurrit ibi crebro *Planum Homagium, ligius de plano feodo*, fol. 71. 76. 83. 94. 101. etc. Charta Guidonis *Cansdaveine* Dom. *du Pleissié* ann. 1258. in Tabulario Corbeiensi lib. 1. Chart. 22 : *Tenrons en fief lesdits* 40. *muiz d'aveine à Plain Homage sans ligée.* In Consuetud. Rupellensi art. 4 : *Quand aucun vassal tient à Homage Plain ou lige aucunes terres et fief noble, etc.* In Consuetudine Ambian. art. 7. 25. et 189. duplex genus feodorum observare est, ac primum quidem, quod alteri dignitate præfertur, feodum, quod in *Parriam* tenetur, *Fief tenu en Pairrie;* alterum, quod tenetur in planum homagium, *Fief tenu en Plain Hommage.* Plani homagii mentio præterea fit in Consuetudine Pontivensi art. 77. et in Pictavensi art. 108. ubi duplex perinde homagium esse dicitur, aliud *ligium*, aliud *planum*, et art. 113. homagium planum non tactis Evangeliis fieri, secus de ligio. Adde art. 133. 148

☞ Quæ quidem, si paulo attentius a D. *Brussel* perpensa fuissent, æquiori haud dubie censura carpsisset. Ex his quippe manifestum fit vix aliud ullum, præter planum et ligium, notum hisce temporibus homagium fuisse; imo inter utrumque non modicum interfuisse discrimen. Recte igitur observavit D. Cangius duplicem hanc hominiorum speciem potissimum obtinuisse, quod alias species exstitisse dicere est, nec minus quoque unum per alterius discrimen apte definivit, clara omnino notione; cum enim, *nude*, dixit D. Cangius addendo : *cui non adjunctum est sacramentum fidelitatis*, mentem suam non obscure declaravit. Fuere etiam, fateor, *homagia non ligia* in quibus nemo excipiebatur; quid inde? Virum cetera eruditissimum non omnia vidisse, quod conditionis humanæ vitium est, non ingenii : verum nec illud prætermissum voluit D. Cangius, cum duplicem *Ligeitatem* distinxit, quod in voce *Ligius* consulere licet. Qui vero *hominium planum* debebat, liber et immunis erat erga dominum feudalem ab omni servitio sive curiæ, placiti aut exercitus; unde ejusmodi feuda primum quidem *alodia*, dehinc sub hominii conditione alicui domino subjecta fuisse non immerito existimat idem D. *Brussel.* Hæc autem hominii species circa medium XIII. seculum ab *ordinario* indistincta esse cœpit.

¶ Hominagium Plenum *de franco servitio sine ligiatione*, quo vassallus servitium militare, nulla exceptione facta, domino feudali pollicetur. Charta anni 1241. ex Tabular. Compend. : *Hominagium Plenum de Franco servicio sine ligiatione fecit Ansoldus de Faciet Miles Abbati et Conventui S. Cornelii Compendiensis, super quod habetur, etc.*

¶ Homagium Rectum, Quod Regi nullo medio præstatur. Charta ann. 1276. Chartular. Domus Dei Pontisar. : *Possidebant omnes res hujusmodi et omnes res alias spectantes ad res prædictas superius expressim nominatas in feodo et recto Homagio nude et immediate a Domino Rege Franciæ.* In alia vernacule scripta eod. anno ibid. ubi de iisdem feodis : *Tenoient au chastel de Biaumont nu à nu du Roi de France et en fié.*

* Homagium Rusticale, Quod a rusticis seu servis debetur. *Homagia nobilia et rusticalia*, in Charta ann. 1355. ex Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 173. Vide supra *Homagium corporis.*

Homagium Solidum et Non Solidum, id est, ligium et non ligium. Constitutiones Cataloniæ inter dominos et vassallos MSS. cap. 31 : *Duplex est Homagium, videlicet Homagium solidum, et non solidum. Homagium solidum est quasi gerens legalitatem et fidelitatem. Nam homo solidus adversus omnes gerit fidelitatem domino suo : et ita in homagio solido nullus excipitur, quando fit quantum ad verba, sed quantum ad rectum intellectum, ille qui generalem habet jurisdictionem, intelligitur exceptus : nam, contra illum non tenetur dominum suum juvare : ex quo evidenter apparet, quod nullus potest facere Homagium solidum duobus, quia talem simplicem fidelitatem, in qua nullus intelligitur exceptus, præter generalem jurisdictionem habentem, non potest aliquis facere duobus. Est autem Homagium non solidum, quando aliquis excipitur faciendo Homagium, cum dicitur : Facio tibi homagium, excepta fidelitate, quam debeo domino meo solido. Vel sic : Facio tibi Homagium in hoc, excepto quod possim mihi alium dominum constituere, contra quem nolo teneri te juvare : item si excipiatur aliqua persona, etc.*

☞ Hujusmodi homagiorum plurima occurrunt exempla, inter ea quæ in Commentariis ad Historiam Delphinatus referuntur. In homagio per Aymonem de Bocsozello Dalphino ann. 1290. præstito tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 21 : *Salvis et exceptis homagio et fidelitatè unius domini, quemcumque dictus Aymo vel prædecessores sui sibi constituerint, vel quem dictus Aymo vel hæredes sui sibi constituere voluerint in futurum.* In alio ann. 1293. ibid. pag. 36 : *Facientes ipsi domino Dalphino et ejus hæredibus Homagium ligium et fidelitatem contra quamcumque personam, Collegium, Universitatem, excepta persona Imperatoris, et honore et corona Imperii, et excepto Abbate Insulæ barbaræ, et excepto D. Episc. Vasionensi.*

Homagium Liberum. Charta Guillelmi de Maineriis Militis ann. 1248. in Tabul. S. Judoci : *Quæ omnia de dicta Ecclesia nos per Homagium liberum quondam tenentes, ipsi Ecclesiæ eschangiavimus pro* 60. *sol. Paris.*

Hominium pro Emenda, vel pro *pace habenda*, vel *pro debito solvendo* : cum quis criminis alicujus reus, cum eo, quem offendit, vel illius hæredibus, ita paciscitur,

Digitized by Google

ut quoad vixerit, vassallus illorum sit, eoque nomine hominium iis præstet : vel si non est solvendo idoneus, vice debiti vassallum creditoris se constituat, eique hominium exhibeat. Usatici Barcinonenses MSS. editi a Raimundo Bereng. et Adelmodi Comit. Barcin. cap. 3 : *Aguayt et encalz de cavallario, et assalt de castello, emendetur per Hominaticum et per aliscaram, sicut visum fuerit judicanti.* Cap. 72. *De compositionibus juxta leges : Judicant nempe omnes homines æqualiter, nihil vero judicant inter vassallum et seniorem, quia in legibus non invenitur Hominaticum, et ideo facienda sunt, quæ sunt secundum usaticum.* Constitutiones Catalaniæ inter dominos et vassallos MSS. cap. 35 : *Causa quandoque intervenit, quando dicitur in promissione : Ideo constituo me tuum hominem, quia tu dedisti mihi tale feudum, vel ut me defendas in jure meo a talibus meis adversariis, vel in emendam injuriæ, quam dicis me tibi intulisse.* Cap. seq. dicitur ejusmodi homagium non transire in hæredes, nisi per stipulationem, quæ intervenit in emendam, ille, qui homagium stipulatus est ac promisit, bona sua ei, quem in dominum accepit, subjecerit, recipiendo ea ab ipso in feudum. Secunda Curia Generalis Catalaniæ sub Jacobo Rege Aragon. ann. 1299. MSS. : *Item quod pro aliquo debito non fiat de cætero Homagium in Catalania aliquo tempore, nisi fuerit debitum, quod debeatur pro fine captionis sui, vel amici sui, vel pro matrimonio, et si contra fieret de cætero, quod contractus iste non valeat.* Id dilucidius explicatur in Charta alia ejusdem Regis : *Nisi pro debito, quod deberetur pro faciendo fine seu remissione captionis debitoris vel amici sui, vel pro debito, quod deberetur causa matrimonii.* Vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. sect. 3. cap. 16 : *Hommage est fet aucunefois pour garder pés, et en cel homage denomné est dit Homage de paiement, pour cen que pour tel Homage pés et concorde soit reformée entre aucuns. Si comme quant aucun sieut un autre d'aucun crime, et pés est reformée entre eus, ensi que icelui, qui est suis del crime, fet Hommage à l'autre pour garder lu pés.*

☞ Hujusce moris, quo quis alterius quem offenderat, vel illius hæredum, vassallus hominio constituebatur, exemplum insigne profert Sententia Innocentii II. PP. ann. 1133. apud Acherium tom. 8. Spicileg. pag. 177. contra auctores cædis Archembaldi Subdecani Aurelian. de qua S. Bernardus Epist. 171. et Petrus Vener. Abb. Cluniac. lib. 1. Epist. 17 : *Noverit vestra dilectio quoniam Goffredus de Vico-novo nuper ad nos veniens in præsentia Fratrum nostrorum jurejurando firmavit, quod salva fidelitate carissimi filii nostri Ludovici Francorum Regis ligium Hominium faciet dilectis filiis nostris Stephano subdecano, Si. præposito, et aliis cognatis et nepotibus Archembaldi bonæ memoriæ Aurelianensis subdecani, qui hoc recipere voluerint, et tam ipsis quam omnibus aliis qui cum eodem defuncto fuerant exulati, vitam et membra et bona jurabit, et cum eo meliores de cognatione ipsius eandem securitatem jurabunt. Hoc etiam addito quod fideliter laborabit, quatinus Henricus similiter juret idem et faciat, et uterque Aurelianensi Ecclesiæ quam graviter læserunt satisfaciet. Præterea Herveus de Vico-novo, Hugo nepos ejus, et Thebaldus Hervei, et cum eo tot milites ut centesimum numerum compleant, et centum quadraginta de melioribus burgensibus urbis Aurelianensis, quos ad hoc poterunt invenire, prædictis Archembaldi subdecani parentibus Hominia facient.*

Hominium Pacis. Tradit Butilerius lib. 1. tit. 82. triplex esse homagium : primum quod *feodi* dicunt, alterum *servitii*, tertium *pacis*, quod sic definit : *Le tiers si est si comme ils sont hommes, qui ont juré à faire tenir et garder paix au Seigneur.* Et infra : *Item se paix est faite pour le Seigneur, aussi peus savoir et entendre, qu'il peut obliger ses hommes à la paix tenir et garder par la foi de leur hommage.* Robertus Monachus lib. 2. Hist. Hierosol. pag. 39. de Alexio Imp. CP. : *Requisivit a nostris, ut sibi Principes exercitus facerent Hominium, id est, securitatem pacis.* Et mox : *Fecerunt igitur ei cum sacramento Hominium, tali conditione, ut tamdiu duraret, quamdiu ipse perseverasset in sacramento suo et promissione.*

☞ Huc etiam spectat quod refert Sugerius in Vita Ludovici Grossi cap. 1. Captos scilicet a Guillelmo II. Rege Angl. nullo modo *evinculari potuisse, donec suscepta ejusdem Regis Angliæ militia, Hominio obligati regnum et Regem impugnare et turbare jurejurando firmaverunt.* Eadem notione Radulphus de Gestis Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 119 : *Illic Boamundus oblatus Alexio, ei jugo, quod Hommagium vulgo dicitur, subditur.* Et infra : *Nam quid de Ducibus Galliæ dixerim, quibus ipsa sua multitudo non modo jugum Hommagii subtrahere, verum etiam rebelles quosque debuerat subjugare.*

Hominia Plevita, in Consuetudinibus Barcinonensibus, quæ Surita et Garibaius *pleytos Homenages* vocant, *Homages de plejure* nostri, facere dicuntur, qui pro domino fidejubent, vel erga superiorem dominum, vel erga alium quemvis, illiusque verba et conventa præstant, eoque nomine ei, cui fidejubent, hominium faciunt. Butilerius lib. 1. tit. 82 : *Encore dient le sages qu'il y a un autre hommage, qui est appellé Hommage de plejure : car l'homme doit faire plejure pour son Seigneur pour l'honneur de lui, et tout ce est en droit et par raison. Et l'avés peu voir par le Roy de France, qui fut prisonnier en Angleterre, comment il fut ordonné que plusieurs nobles Barons, qui estoient ses hommes, s'en allassent en Angleterre tenir prison pour lui, et faire plejure.* Vetus Consuetudo Normanniæ cap. 29 : *A hommage est adjointe plevine : car l'Hommage doit plevir son Seigneur en toutes cours, s'il est suy de mesfect, qui appartienne à sa personne, et qu'il sera à droit aux termes, qui lui seront mis, et de ses namps delivrer et d'emprunts, tant comme la rente qu'il lui doit d'un an, se peut estendre.* [Assisiæ Hieros. cap. 206 : *Et home doit tant plus à son Seignor, par la foy qu'il li est tenu, que le Seignor à luy, que home doit entrer en ostage pour getter de prison son Seignor, se il l'en requiert, ou fait requerre par certain message. Et chascun home qui a fait homage à autre est tenu par sa foy s'il trouve son Seignor en besoing d'arme à pié entre ses ennemis, ou leue qui soit en peril de mort, ou de prison, faire son loyal pouvoir de remonter le, et de rejetter le d'icelui peril, et se il autrement ne le peut faire, il li doit donner son cheval, ou sa bête sur quoi il chevauche, se il la requiert, et ayder le à mettre sus, et ayder le en son pooir à son corps sauver.*] Ejusmodi vero hominii formula ita concipitur in Hominio Mariæ Beneharnensis Vicecomitissæ Ildefonso Aragoniæ Regi præstito æra 1208. quod descripsit Marca in Hist. Beneharn. lib. 7. cap. 1. n. 2 : *Ut autem hoc totum, quod supra scriptum est, per bonam fidem sine omni enganno attendatur, vobis domino Regi ex parte Dominæ Mariæ promitto hoc et convenio vobis in Dei fide et legalitate mea et ordine, et in osculo pacis et veritatis, quod si forte D. Maria supradicta vellet infringere, ego attendam ad vos, et adjuvabo vos, etc.* Et infra : *Ego quoque Fortunius Dat, et ego Raymundus Ot de Arbus, et ego Ogerius de Golirs idem similiter vobis Domino Regi in bona fide et sine omni enganno promittimus, et vobis hominium facimus.*

Homagium per Stipulationem. Bracton. lib. 2. tr. 1. cap. 35. § 2 : *Item contrahitur Homagium de utriusque voluntate, tam domini, quam tenentis, etc.* Constitut. Catalaniæ inter dominos et vassallos MSS. cap. 84 : *Licet de jure Romano homo liber non possit servum se facere alterius per aliquam simplicem pactionem, nec etiam per confessionem, factam in jure : potest tamen per confessionem aliquis suam gravare conditionem, quia per pactionem interveniente scriptura, potest aliquis homo liber se constituere ascriptitium. Et ita aliquis liber homo per pactionem videlicet et per stipulationem potest se constituere hominem alicujus nobilis, et potest ei facere homagium. Et quando super hoc, scilicet ut aliquis liber homo constituat se hominem alicujus hominis nobilis, concipitur stipulatio, intervenit de consuetudine generali Catalonensi osculum, in hunc scilicet modum : Dominus tenet tunc inter manus suas manus illius, qui facit homagium, et ille flexis genibus facit homagium per stipulationem, promittendo illi domino inter manus suas fidelitatem. Et ipse dominus in signum, quod versa vice eidem fidelis erit, ipsum osculatur. Nam eamdem fidelitatem dominus debet suo vassallo, quam vassallus domino suo : tenebitur enim dominus ipsum juvare, et custodire ab inimicis, vel pro posse suo ipsum in suo jure defendere. Et quamvis illud homagium introductum non sit de jure Romano, seu civili scripto, introductum est tamen usu diuturno Catalonensi, qui legem imitatur, et ideo legibus adjuvatur et defenditur, quia pactiones licitæ custodiendæ sunt.* Nescio, an huc pertineat quod narrat Matth. Paris ann. 1246. de Amedeo Comite Sabaudiæ : qui *cum Regem Angliæ* (Henricum III.) *præcordialiter diligeret, fecit Homagium eidem Regi in manu Archiepiscopi Cantuariensis, qui supplevit Regis absentiam : et Homagium factum fidei interpositione, addito sacramento de inviolabili*

Digitized by Google

observatione, spontanea ac gratuita voluntate, pro utrorumque hæredibus confirmavit, recipiens de dominio dicti Regis quædam feuda, videlicet Secusiam cum Palatio, Avillianam, S. Mauritium de Chablasio, et Castrum de Bardo. Quod licenter facere potuisse asserit idem Scriptor, *sine Imperatoris injuria et Imperii mutilatione, cum nihil præter aquas et transitus teneret de Imperio.* Prostant in Regesto Tolosano Cameræ Computor. Paris. complura per stipulationem homagiorum exempla : ex quo ea, quæ sequuntur, a nobis olim descripta, hic inseremus, ut moris haud omnino triti vestigia lector inde percipiat. Fol. 79 :

Noverint universi, etc. quod Guillelmus Boërius de Algariis de sua mera et spontanea voluntate recognovit et concessit et confessus fuit coram D. Raymundo Dei gratia Comite Tolosano March. Provinciæ, se non habere in hoc sæculo dominum nisi eundem dominum Comitem antedictum, neque alicui domino teneri ratione homagii vel dominii, nisi ipsi domino Comiti Tolosano supradicto. Et ibidem dictus Guill. Boërius dedit et concessit, se scilicet, suum proprium corpus, et omnem suam progeniem ab ipso ortam et orituram per homines proprios ipsius Dn. Comitis et hæredum et successorum ejus in perpetuum ad omnem ipsius Dn. Comitis et hæredum et successorum ejus voluntatem, inde scilicet de prædicto W. Boërio et de progenie sua antedicta tanquam de suis propriis hominibus in cunctis locis semper faciendum. Et promisit ipsum servire tanquam suum proprium dominum in cunctis locis fideliter et devote. Hoc ita facto et concesso, dictus Dn. Comes per se et successores suos recepit ipsum W. Boërium de Algariis et omnem progeniem ab ipso ortam et orituram per homines suos proprios, promittens ipsum et progeniem suam cum omnibus bonis, juribus et rebus suis mobilibus et immobilibus, quæcunque sunt et ubicunque sunt, protegere, salvare, manutenere, et custodire tanquam res proprias suas, ubicunque et in cunctis locis ab omni damno, injuria, violentia, gravamine, molestia, et offensa. Actum fuit ita et concessum apud Vaurum ult. die mens. Decemb. 1247. Charta alia : *Noverint, etc. quod Arnaldus Natalis, mercator de Salvitate, de sua propria et spontanea voluntate, nulla tamen vi vel deceptione coactus vel deceptus, etc. confessus fuit D. Raymundo Comiti Tolosæ, se scilicet, suum proprium corpus, esse hominem ipsius D. Comitis supradicti, et etiam omnem suam progeniem ab ipso Arnaldo Natali orituram, et promisit ipsi Comiti et successoribus suis, etc. quod ipse Arnaldus serviet eumdem dominum suum Comitem et successores suos semper in perpetuum fideliter ac devote tanquam suum proprium dominum, scilicet infra Ecclesiam et extra, et in Tolosana et extra, et in Salvitate et extra, et aliis cunctis locis, et quod ipse Dn. Comes et successores sui de ipso Arnaldo et sua progenie ab ipso oritura, tanquam de suo proprio homine et de suis propriis rebus in prædictis locis et cunctis aliis suam possit facere voluntatem. Item promisit eidem Comiti et successoribus suis, se et suam progeniem ab ipso orituram omnem, servitium et fidelitatem exhibiturum et servaturum ipsi D. Comiti et successoribus suis, sicut fidelis et proprius homo debet suo proprio domino servare et exhibere. Et voluit et mandavit, quod progenies ab ipso oritura, eandem fidelitatem, dominium et Homagium ipsi domino Comiti et ejus hæredibus facere teneantur in perpetuum. Item dictus Arnaldus Natalis recognovit et concessit et confessus fuit, quod pater suus et alii antecessores sui ab antiquo erant homines a patre et aliis antecessoribus ipsius D. Comitis supradicti, et illud idem hominium et servicium sicut proprii homines tanquam eorum proprio domino facere tenebantur. Act.* 1236. Charta alia anno 1238 : *Recognoverunt et concesserunt D. Raymundo Tolosæ Comiti et suo ordinio, dominium et homagium de seipsis, scilicet de eorum corporibus et de omni eorum progenie orta et oritura, etc.* Fol. 80. 85. 124. et 125.

Homagium Servitii, Butilerio lib. 1. tit. 82. quod quis domino præstat pro *servitio*, militari nempe, ei impendendo, pro quo interdum ab eo prædia et feuda obtinet. Vetus Consuet. Normann. cap. 29 : *Hommage de foy et de service, est quant aucun reçoit autre à hommage, à luy garder foy, et à luy faire service de son propre corps, ou soy à combattre pour luy, se mestier est, ou à faire aucun tel service.* Regiam Majestatem lib. 2. cap. 65. § 1 : *Fiunt autem homagia de terris, de tenementis liberis tantummodo, de servitiis et redditibus assignatis in denariis et aliis rebus.* Dudo lib. 1. de Moribus et Gestis Normannorum pag. 70 : *Qui nunquam colla suæ cervicis cuipiam Regi subegit, nec cuilibet manibus, gratia servitii, munus suas commendando commisit.*

☞ Haud ingrata forte erunt quæ addemus ex antiquo Glossatore in verba Consuetudinis mox laudatæ : *Et fut cet homage constitué, pour ce que quand aucun a passé aage comme de soixante ans, ou qu'il est debilité d'aucun membre, il n'est pas habile pour combattre. Et pour ce fut établi que s'il était accusé d'aucun cas, qui par gage de bataille se deut terminer, qu'il pourroit mettre champion qui ferait le fait pour lui, à ses perils et depends, et pour ce fut constitué et etabli homage de foy et de service, et en souloit on anciennement plus user, que l'on ne fait, car on combattait pour plus de cas, qu'on ne fait pour le présent.... et doit l'en savoir, que quand un champion faisoit guige de bataille pour aucun autre accusé d'aucun crime, se le champion estoit desconfit, feust par soi rendant en champ, ou autrement, cil pour qui il combattoit estoit pendu, et forfaisoit tous ses biens et meubles et heritages, ainsi que la Coutume declaire, aussi bien comme cil propre eut été déconfit en champ; et le champion n'avoit nul mal et ne forfaisoit rien, etc.*

Homagium Campionis. Vide *Campiones.*

¶ Homagiorum Rachatum, Certa pecuniæ quantitas, quam hæres vassalli demortui domino præstat pro obtinendo feudo paterno; idem quod *Relevium.* Charta ann. 1366. de Aquariatu de Talmundo : *Item altam et mediam justitiam et omne jus altæ et mediæ justitiæ, quam et quod habemus in villa et parochia de Olona, una cum commodo et emolumentis seu Rachatis Homagiorum nobis dicto Abbati debitorum in villis et parochia de Olona.*

Homagia non modo a Viris Feudalibus ac nobilibus fiebant, sed etiam ab hominibus de corpore, seu servis. Tabular. S. Germani Parisiens. sub Hugone Abbat. : *Ut super quibusdam injuriis, quas nobis fecerat, sicut homo de corpore responderet, Hominium et fidelitatem, quam præscriptis audientibus et videntibus fecerat, denegavit, etc.*

☞ Inde est quod ejusmodi homagium *Corporale* vocabant. Charta ann. 1265. in Chartular. Latiniac. : *Recognoverunt etiam semetipsos esse hominem et feminam de corpore... et hactenus fuisse dictorum Religiosorum et prædecessorum ratione Homagii corporalis, manum mortuam et foremaritagium cum prædecessoribus suis debere.*

Homagium, et Hominia, pro territorio, intra quod *Hominia*, vel *servitia* quævis, etiam operarum, domino debentur. Charta Waldensis Cœnobii apud Spelmann. : *Noverit universitas vestra, me reddidisse Deo et S. Mariæ et S. Jacobo de Waldene et Monachis ibidem Deo servientibus totum Homagium in villa de Waldena, a cruce de Nuport, super ripam versus Cantburg, vid. in hominibus et eorum servitiis, et in omnibus ad eos pertinentibus, etc.* Liber Ramesiæ sect. 317 : *Henricus Rex... si Abbas de Ramsey poterit monstrare, quod nullus antecessorum suorum operasset ad Hominium de Brampton, etc.* [Index MS. Beneficiorum Eccl. et Diœc. Constant. f. 17 : *Hæredes Laurentii Thomassin* (debent) *unum quarterium frumenti, 11. den. 11. gallin. Homagium... Johannes Lebret dimidium bussellum frumenti pro quodam herbegamento et Homagio.* Et fol. 23 : *Rector habet manerium presbyteratus... 11. sol. et 1111. gallinas, et unum gallin. et duo Homagia pro cunctis elemosynis.* Charta ann. 1268. in Chartul. Domus Dei Pontisar. : *Possidebant in feodum a domino Rege Franciæ... videlicet circiter unum arpentum vineæ in clauso de Mello.... Item* VII. *Homagia.*]

* *Hommaige*, eadem, ut videtur, notione, in Cod. MS. eccl. Camerac. de feud. episc. : *Item ledit fiefvé doibt avoir à cause de sondit fief vingt Hommaiges tenus de lui, desquelles Hommaiges il doibt avoir le quint denier, quant on les vent ou met de main à autre.*

Homagium, Sacramentum, juramentum, in Legibus Aragonens. apud Blancam, pag. 771.

Hominium, Securitas cuivis data cum sacramento. Vide Rodericum Toletan. l. 7. de Rebus Hispan. cap. 22.

* Homagium, Securitas data cum sacramento. Constit. MSS. Jacobi II. reg. Aragon. ann. 1306 : *Et jurent super sancta Dei Evangelia et faciant Homagium nobis, quod bene et legaliter inquirant contra dictos officiales, et condempnent vel absolvant ipsos secundum justitiam et eorum bonam conscientiam.*

¶ Hominium, Clientelæ professio. Miracula S. Aigulfi sæc. 2. Bened. pag. 672 : *Qui ab infirmitate quam triennio sustinuerat perfecte curatum se sentiens, sponte sancto Martyri Hominium fecit, et a domino Joscelino portarius constitutus in tantum robur*

Digitized by Google

corpus invaluit, ut onus animalis fortissimi ferret.

* Homagium, Dicitur id, quod sub obligatione *homagii* et servitii tenetur. Charta ann. 1234. ex Bibl. reg. cot. 19 : *Ego Johannes de Ferreriis miles dedi, concessi et feodavi Roberto de Jumeliis escuerio meo pro Homagio suo et servitio quod mihi fecit, xl. solidos annui redditus.* Alia ann. 1243. ex Chartoph. reg. Attrebat. : *Ego Balduinus miles..... vendidi illustri domino meo Roberto comiti d'Artois Homagium domini Egidii militis de Mailly, quod de me tenebat, centum et sexaginta libras Parisienses, tali modo quo dictum Homagium de me tenebat.* Adde Libert. Villæ-franchæ ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 700. art. 9.

* Homagium, Feudum superius, a quo alia homagio obnoxia dependent. Libert. Podii-Mirol. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 312. art. 7 : *Concedimus... quod quæcunque persona, cujuscunque sexus, dicti loci burgensis, oblias, feoda gentilia ac redditus, usque ad summam trescentarum librarum rendualium, et sine fortalicio et Homagio, emere et acquirere.... possit.*

* Homagium præstitum pro officiis et dignitatibus ecclesiasticis. Chartul. episc. Paris. fol. 139 : *Anno Domini 1273. die Martis ante festum beati Dionysii, magister Robertus de Frovilla pœnitenciarius Parisiensis fecit Homagium dom. Paris. episcopo Stephano de pœnitenciaria Paris.*

* Homagium, Oblatio, quæ fit intra Missarum solemnia pro defunctis. Charta Theob. comit. ann. 1228. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. : *Contra Galcherum de Estrepeio, Robertum de Wanou, qui rei fuerunt de morte dicti Eustachii, et amicos coadjutores eorum, etc. Concesserunt etiam ipsi Galcherus et Robertus, quod ipsi facient cantare Missas et facere Homagia ad dictum meum.* Nisi *Homagia* ibi intelligas de conventionibus paciscendis inter homicidii reos et occisi hæredes. Vide *Hominium pro Emenda.*

* Homagium, Præstatio quævis, etiam pecuniaria. Pactum inter Phil. V. reg. Franc. et episc. Tornac. ann. 1320. ex Cod. reg. 8448. 2. 2. fol. 89. v°. : *Item Homagium franci marcelli et omnium campsorum Tornacensium cum certis deveriis ab ipsis debitis.*

¶ Homagiales Terræ, Eæ nimirum quæ sub fide et hominio a Domino feudali tenentur ; *Terre homagée*, in Consuetud. Turon. art. 132. Privilegium Mathiæ Regis Hungariæ apud Ludew. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 510 : *Monasterium cum suis Abbate, personis, villis, Terris Homagialibus et hominibus, sub nostræ regiæ Majestatis... recipere, etc.* Charta Wenceslai Regis Bohemiæ ann. 1418. apud eumdem Ludewig. tom. 6. pag. 87 : *Præfatum castrum nostrum Hassenstein, alias cum valido exercitu nostro expugnatum et acquisitum cum Homagialibus, oppidis, villis, theloneis, jure patronatus Ecclesiarum, censibus, etc.*

¶ Homagialis, Vassallus, qui ad præstandum domino feudali homagium tenetur. Chronicon Salzburgense apud Raimundum Duellium Miscell. lib. 2. pag. 161 : *Ad hoc etiam accessit consensus Capituli, Homagialium et præfectorum, qui ab eo tunc a juramento fidelitatis per eumdem Bernhardum absoluti sunt.* Literæ Richardi II. Reg. Angl. ann. 1397. apud Rymer. tom. 7. pag. 855 : *Cum Rupertus sénior Comes Palatinus Reni devenerit efficaciter Homagialis noster, pro termino vitæ suæ... Et nos, præmissorum consideratione, et ita quod idem Dux Homagialis, vassallus, et fidelis homo ligeus noster fiat, et deveniat, et existat, ac homagium suum, etc.* Homagium Archidiaconi Coloniens. ann. 1397. apud eumdem Rymer. tom. 8. pag. 1 : *Alia faciendo quæ et prout fidelis vassallus, Homagialis et consiliarius domino suo facere tenetur et solet, etiam contra quoscumque. Hominio et sacramento fidelis,* in Charta ann. 1128. Append. ad Marcam Hispan. col. 1262.

¶ Homagiatus, Eadem notione. Leges Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS : *Omnes Homagiati dominum suum debent plegiare et tenentur de debitis suis.*

¶ Hominagius, Idem quod *Homagialis.* Charta fundationis Abbatiæ Villæ-novæ apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 327 : *Assignavi quidquid habebam in toto feodo Girardi.... et omnia quæ pertinent ad Comitatum inter Leyne et Boloygne pro* LXX. *libris, exceptis Hominagiis quæ retinui in manu mea ad servitium meum cum equis et arraus faciendum.*

Hominium perdit dominus pro defectu juris, id est, si vassallo judicium suæ Curiæ denegat, vel si feloniam fecerit, vel aliquid ad exhæredationem tenentis sui, propter quod justo judicio debeat exhæredari, quo casu ad domini capitalem dominum transit : ita Stabilimenta S. Ludov. lib. 1. cap. 52. Petrus *de Fontaines* in Concil. cap. 13. § 8. Bracton. lib. 2. cap. 35. § 12. Fleta lib. 3. cap. 16. § 27. Constit. Sicul. l. 3. tit. 13. 17. [Statuta MSS. Caroli I. Reg. Siciliæ cap. 132.] etc.

Homagium Gurpire, Reddere, Remittere. Ex Consuetudine Bellovacensi, ut ait Bellomanerius cap. 61. seu potius ex generali feudorum lege, non poterat vassallus dominum suum appellare, i. ad monomachiam Legibus receptam et statutam provocare, vel ad bellum diffidare, vel in jure de quovis crimine interpellare, priusquam suum *gurpisset Homagium.* Adeo ut vassallus, qui dominum de crimine aliquo accusare volebat, eum deberet convenire, coramque suis *Paribus* hæc verba proferre : *Sire, j'ay esté une pieche en vostre hommage, et ai tenu de vous tex heritages en fief : et à l'hommage et à le foy je renonce, parce que vos m'avez meffet, duquel meffet j'entens acquerir vengence par appel.* i. Domine, diu est, quod in tua fide et tuo homagio perstiti, et talia prædia in feodum a te tenui : nunc vero eisdem homagio et fidei renuntio, quia malefactum in me commisisti, de quo per appellum vindictam exigere decrevi. Quo facto, eum *submonere* seu citare in Curiam superioris domini debet, ibique suum prosequi appellum. Quod si ante appellum, feodo et homagio non renuntiasset, non dabatur locus gagio duelli : sed in emendam erga dominum cadebat, tanquam prolatæ in eum contumeliæ reus, *pour lui avoir dit vile ie.* Id etiam attigit vetus Consuetudo Normanniæ cap. 84 : *L'on doit savoir, que aucun ne peut appeller de felonie son Seigneur, à qui il a fait hommage, ne le Seigneur son homme pour la foy de l'hommage, que l'un doit porter à l'autre. Mais se le Seigneur veut ainsi suyr son homme, il convient qu'il lui rende son hommage, ains que il lui offre son gage de l'appeler, et l'homme aussi : et se le Seigneur enchiet, l'homme ne tendra jamais de lui la terre, ne le fief que il tenoit, mais la tendra nuëment du Seigneur, qui est pardessus... Et se l'homme est vaincu, la terre remaindra quitte au Seigneur.* Bracton. lib. 2. cap. 35. § 12 : *Item reddere poterit domino suo Homagium suum, simul cum tenemento, propter capitales inimicitias, ut liberius prosequatur appellum suum, et sic dissolvitur Homagium.* Adde Fletam lib. 3. cap. 16. § 35. Ricardus Hagustaldensis de Bello Standardico pag. 321 : *Itaque Robertus reddito Homagio, quod ei fecerat,.... ad suos socios reversus est.* Matthæus Paris. ann. 1188 : *Tunc Rex Anglorum Regi Francorum fecit Homagium, quia in principio hujus guerræ Homagium suum reddiderat Regi Franciæ.* Ejusmodi redditionum homagii exempla et formulas proferunt passim, Nicol. Trivettus ann. 1294. 1296. Henr. Knyghton. pag. 2477. 2481. 2497. 2549. 2550. Thom. Walsinghamus pag. 61. 66. 67. 133. Renerus apud Chappeavill. tom. 2. Hist. Leod. pag. 226. Rodericus Toletan. lib. 7. Hist. Hispan. cap. 7. 33. Inventarium MS. Chartophylacii Regii, *Layette, Flandres, Coffre* v. tit. 20. *Coffre* 3. *Sac.* 2. tit. 23. etc. Vide præterea Leges Alfonsinas parte 4. tit. 25. legibus 7. et 8.

* Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 152 : *Le suppliant.... rendi audit Grignart son homme liege, la feueté et Hommage que fait lui avoit, et le fit deffier.*

Hominium Rumpere. Sugerius in Ludovico VI. cap. 2 : *Quo siquidem tempore inter B. Dionysii Adam Abbatem et Burchardum nobilem virum Dominum Monmorenciacensem accidit quasdam contentiones pro quibusdam consuetudinibus emersisse, quæ in tantam ebullierunt irritationis molestiam, ut rupto Hominio inter defœderatos armis, bello, incendiis concerteretur.*

Pari modo dominus, qui vassallum de proditione aut alio quovis forefacto appellare decreverat illius *homagium guerpire* tenebatur. Cujus quidem paritatis ea ratio est, inquit Philipp. Bellomanerius d. cap. 61. quia *tout autant, que li hons doit à son Seigneur de foi et de loiauté par la reson de son homage, tout autant li Sires en doit à son home.* Id est, ut verbis utar Bractoni pag. 98 : *Est tanta et talis connexio per homagium inter dominum et tenentem, quod tantum debet dominus tenenti, quantum tenens domino, præter solam reverentiam.* Hujus porro moris exemplum profert Gualter. Terwanensis in Vita Caroli Comitis Flandr. cap. 37. ubi de Guill. Yprensi : *Unde et idem Domnus Guillelmus Hominium Alardi guerpivit, et eo diffiduciato, totum feodum ejus saisivit.* Matth. Paris ann. 1233 : *Formam pacis cum eo (Rege) mihi plurimum damnosam gratis inii : in qua convenit, quod nisi illa ex parte Regis mihi observaretur, omnia omnino ex parte mea essent*

Digitized by Google

in statu, in quo fuerant ante dictam pacem initam : videlicet quod ego essem extra homagium suum, et diffiduciatus ab eo, sicut prius fui per Dn. Episc. Menevensem. Et infra : *Unde aperte didici, quod nullam pacem voluit mihi observare, cum post pacem deterius me pertractaret. Unde homo suus non fui; sed ab ipsius homagio per ipsum absolutus.* Adde eumdem ann. 1233. 1234. pag. 268. 273. et Thwroczium in Uladislao cap. 34.

Est præterea alia hominii ex solo arbitrio apud Danos gurpiendi ratio, de qua Sueno in Legibus Castrensibus cap. 7 : *De ministerii resignatione : Illam etiam non prætermisit antiquitas formam instituere, qua et principis majestas illibata, et militis non esset honor imminutus, si ad alterius se quis transferret hominium. Statuit ergo in Circuncisionis vigilia, quæ novum annum inchoat, experti Militis novitatem affectantis, duos commilitones ad dominum, cujus se dominio exuere cupit, ablegandos esse, qui et ei hominium cum servitio illius resignent, et sic absque contumeliæ verecundia, dominique offensa, poterat unusquisque ad alterius hominium libere convolare.*

Homagium Evanescere dicitur, cum prædium vel feudum ad Regem devolvitur, quia *Reges nulli consuerunt facere Hominium.* Id pluribus probamus in Historia Comitum Ambianensium, [** pag. 383. edit. ann. 1840.] quam dudum absolvimus, prælo proinde paratam, cum altera Comitum Pontivi.

* Quod de rege erga subditum intelligendum est : paulo enim ante rex Aragonum hominium præstat episcopo Magalonensi. Imo ex subditi concessione illud se non fecisse agnoscunt etiam reges nostri. Pactum inter Philip. Aug. et episc. Ambian. apud *Brussel* de Usu feud. pag. 152 : *Voluit hæc ecclesia et benigne concessit ut feodum suum absque faciendo hominio teneremus, cum utique nemini facere debeamus vel possimus.* Aliud inter eumd. reg. et episc. Morin. ibid. : *Noverint universi quod Lambertus Morinensis episcopus nos et successores nostros absolvit et in perpetuum quitos dimisit ab hommagio, quod sibi facere debebamus de feodo Hesdin.* Sed nec tunc omnino evanescebat homagium : nam aut vassallum exhibebant, qui illud præstaret; aut de eo paciscebantur, donum aliquod in homagii recompensationem assignantes. Charta Steph. episc. Noviom. ann. 1213. in Reg. 31. Chartoph. reg. fol. 36. v° : *Cum secundum usum et consuetudinem hactenus approbatam, predecessores karissimi domini nostri Philippi illustris Francorum regis nulli consueverint facere Homagium, in recompensationem homagii, quod domini Viromandiæ debebant nobis et ecclesiæ Noviomensi, ipse nobis et successoribus nostris Noviomensibus episcopis dedit et concessit, in perpetuum augmentum regalium, quidquid habebat apud Laceniacum, cum pertinentiis suis.* Charta ann. 1284. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 3. v° : *Philippus regis Francorum primogenitus Dei gratia rex Navarræ, Campaniæ et Briæ comes palatinus.... Notum faci mus quod nos de rebus, quas ratione karissimæ consortis nostræ Johannæ hæredis Campaniæ tenere debemus in feodum ab episcopo Lingonensi, Homagium fecimus venerabili in Christo patri Guidoni D. G. episcopo Lingonensi, hoc acto quod si contingat nos ad successionem regni Francorum venire, evanescet Homagium, et nullius firmitatis existet; ita tamen quod eidem episcopo, vel illi qui tunc erit episcopus Lingonensis, tenemur dare sufficientem vassallum; qui res teneat feodales, et ipsi episcopo Homagium faciat de prædictis, vel super hiis amicabiliter componere cum eodem.* Eadem rursum leguntur in Ch. Ludov. primogeniti Phil. Pulcri ann. 1309. ibid. fol. 4. r°.

* Eo quoque gaudebant privilegio milites, cum feudum possidebant ab alio dependens, quod *rusticus* vel homo innobilis deinceps acquirebat, ut judicatum legitur per Arestum ann. 1260. in Reg. *Olim* parlam. Paris. fol. 110. v° : *Dominus Amalricus de Meuduno miles tenebat quemdam feodum a quodam armigero consanguineo suo. Johannes Frogerii burgensis Parisiensis partem ipsius feodi emit ab ipso armigero, partem aliam permutavit cum eo. Idem Johannes petiit ab eodem Amalrico quod veniret ad homagium ipsius de ipso feodo, sicut erat in homagio ipsius armigeri. Idem Amalricus nolebat eidem facere homagium, cum ipse esset miles, et ipse Johannes esset rusticus, et maxime quia hujusmodi feodum non obvenit ipsi Johanni de hæreditate sua, sed illud acquisivit. Tandem partibus super hoc petentibus jus curiæ, determinatum fuit quod ipse Amalricus non tenebatur facere Homagium eidem Johanni.*

* Qua ratione vero dicatur abbas Compendiensis *non posse hominium facere* Meldensi episcopo, prorsus me latet : nisi abbatis dignitati minime congruum putes, ut pro sui monasterii officio clientelam profiteatur. Charta ann. 1164. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 174. r°. col. 1 : *Notum fieri volumus.... quod inter Meldensem episcopum et thesaurarium Compendiensis ecclesiæ, dominum videlicet Philippum fratrem regis, diutina fuerat controversia de quadam annona, quam præfatæ Compendiensis ecclesiæ matricularii in decima Nantolii accipiebant. Si quidem Meldensis episcopus annonam illam saisierat, quia de suo erat feodo, et prænominatus thesaurarius ei hominium inde facere nolebat. Prædicta igitur controversia in hunc modum compositionis est terminata. Abbas Compendii in cujus manus thesauraria devenit, quia Hominium facere non potest, Meldensi episcopo annuatim persolvet in festo beati Stephani mense Augusto decem solidos.... Matricularii vero suam libere habebunt annonam.*

* Homagium Intrare, Clientelam domino profiteri. Charta ann. 1275. in Chartul. episc. Paris. fol. 144 : *Et hoc homagium facit propter defectum altertus, qui dictum Homagium intrare deberet, et quousque dominus episcopus de dicto feodo alium hominium habeat. Intrare in homagium,* in Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 111. v°. ex Bibl. reg.

* Hominium Placitare, Illud in judicio discutere, et exigere. Charta Ric. I. reg. Angl. ann. 1196. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 33 : *Concessimus etiam eis ne aliquis officialium nostrorum præsumat Hominia eorum placitare, sine aperta rationabilique causa de illo distringat.*

HOMIPLAGIUM, Cum quis homini plagas infligit. Leges Henrici I. Regis Anglor. cap. 80 : *Si quis in domo vel in Curia Regis fecerit homicidium, vel Homiplagium, de membris componat.*

* **HOMMATIO**, Idem quod *Hominium*, Professio fidei et obsequii, quam *homo* seu vassallus domino suo feudali præstat. Charta Rob. vicecom. Bles. ex Tabul. Miciac. : *Hæc prædicta concedo ita duntaxat, ut Hommationem eorum non amittam.*

HOMO. *Homines* appellati, famuli, actores, procuratores, custodes, etc. Ita usurpant Senator lib. 10. Epist. 5. Ausonius Epist. 22. Pacatus in Paneg. Symmachus lib. 2. Epist. 30. lib. 3. Ep. 27. lib. 5. Ep. 54. Greg. M. lib. 3. Ep. 37. lib. 6. Ep. 9. Jurisconsulti, et alii passim, ut omittam veteres. Vide Cujacium lib. 8. Observ. cap. 14. Jacob. Gothofr. ad Cod. Theod. etc. Hinc *Homines* generatim posterioribus sæculis dicti quivis alterius dominio quavis ratione subjecti, seu essent ii servilis conditionis, seu ingenuæ, sed obsequii ac servitii nexu superioribus dominis, atque adeo suis Principibus ratione debitæ fidelitatis subditi.

Prioris speciei *Homines* sunt, quos *Denariales, Chartularios, Ecclesiasticos, Fiscales, Regios, de Corpore, Pertinentes*, et ejusmodi nominant, ut alterius *Commendati, Casati, Feudales, Exercitales, Franci, Romani, etc.* qui nullo scilicet viliori servitutis nexu, sed ex fidelitate, vel ex obsequio dominis suis quodammodo subsunt. De his sigillatim agimus in singulis epithetis.

Triplicem porro *hominum* liberorum, etiamsi subditorum, conditionem observare est ex Lege Longob. Alii enim *primæ*, alii *mediocris*, alii denique *minimæ* et infimæ sortis erant, pro fortunæ ac facultatum modo. *Primæ* meminit lib. 1. tit. 9. § 21. [** Luitpr. 62. (6, 9.)] : *Consuetudo enim est, ut pro minima persona, quæ exercitalis homo invenitur esse, 150. sol. componantur, et pro eo, qui primus est, 300. sol.*

Mediocres personæ. Glossæ antiquæ MSS. : *Pauper, mediocris.* Habentur non semel in Legibus Wisig. lib. 9. tit. 2. § 8. lib. 12. tit. 2. § 15. in Legib. Burgund. tit. 2. § 2. tit. 26. § 2. et in Addit. 1. ad easdem Leges cap. 14. *Medii Alemanni*, in Legib. Alem. tit. 68. § 4. Ita passim in Cod. Th. *mediocres*, pro *pauperioribus* ac infimis, respectu potentum, dicuntur, in leg. 3. 4. de Extraord. muneribus, (11, 16.) *paupertate mediocres*, in leg. 14. de Censitor. (13, 11.) *mediocritas*, pro paupertate, in leg. 27. de Annona, (11, 1.) etc. et in hac Inscriptione, Lugduni : *D. M. Jovino Valerioni vet. ex leg. 1. M. Julia Materna conjugi incomparabili memoriam posuit e mediocritate sua, et sub ascia dedicavit.* Julius Firmicus lib. 4. Mathes. cap. 7 : *Mediocres in vita, et qui neque facultatibus abundent, etc.*

Homines denique *minores*, in Legibus Longob. lib. 1. tit. 14. § 7. [** Luitpr. 82. (6, 29.)] *qui nec casas nec terras habent*, qui et *minimæ personæ*, cujusmodi sunt *exercitales homines*, ibidem tit. 9. § 21. *minimi maximique* in l. un. Cod. Th. de Grege

Digitized by Google

domin. (10, 6.) Vide *Manus*. Sed præsertim unice et nude

Homines appellari cœpere, *vassalli et clientes*, qui ratione *beneficiorum* ac *feudorum* dominis suis, speciali ad id facta professione, quæ ex hoc *hominium* et *homagium* dicta est, fidem et servitium, seu militiæ, vel placitorum, aut quodvis aliud debebant : qua quidem notione vocem *Homme* usurpant passim Consuetudines nostræ municipales, quarum locos indicavit Raguellus. Annales Francor. Fuld. ann. 884 : *Ibi inter alia veniens Zwentibaldus Dux cum principalibus suis, Homo, sicut mos est, per manus Imperatoris efficitur, contestatus illi fidelitatem juramento, etc.* Anno 887 : *Quem Imperator... honorifice suscepit ad Hominem, sibique adoptivum filium eum injunxit.* Acta Episcopor. Cenom. pag. 244 : *Venientes ergo parati auro et argento et vestimentis nobilibus ad prædictum Regem Francorum gloriosissimum Carolum, deprecati sunt, ut sui mererentur effici Homines : qui et quadam humana cupiditate illusus suscepit eos, et eorum beneficia sua largitione habere promisit.* Vita S. Remberti Archiep. Hamburg. n. 27 : *Ut per manus acceptionem Hominem illum Regis fieri, et inter Consiliarios ejus collocari obtinuit.* Eadmerus lib. 2. Vitæ S. Anselmi Cant. Arch. cap. 38 : *Homo Ducis* (Rogerii) *Rogerus Comes de Sicilia.* Vetus Charta apud Beslium pag. 389 : *Amonuit Hugonem, ut fieret Homo supradicto Bernardo pro ipsam partem de castro, qui fuerat patri suo.* Et infra : *Promisit ei Comes sicut debet senior suo Homini rationem vel finem, etc.* [Charta ann. 1246. ex Hist. Mediani Monasterii pag. 284 : *Noverint universi præsentes litteras inspecturi, quod ego Hugo de Parvapetra Comes, sum Homo illustrissimi viri Mathæi Ducis Lotharingiæ, et Marchionis de terra Berkeim, sicuti bonæ memoriæ D. Philippus de Hilbevillari de dicta terra Homo suus erat.* S. Bernardus Epist. 39. ad Theobaldum Comitem Campaniæ Edit. Mabillonii ann. 1690. tom. 1. col. 51 : *Ipsa est uxor Belini illius Hominis vestri.*] Anna Comnena in Alexiade : Πείθει παραχρῆμα ἄνθρωπον αὐτοῦ γενέσθαι. Sic passim.

* Charta ann. 1103. inter Probat tom. 2. Hist. Occit. col. 361 : *Dominus Montispessulani habuerat Hominem suum in omnibus placitis Montispessulani. Hons*, pro *Homme*, in Stabil. S. Ludov. cap. 23. 26. et alibi passim. Vide alia notione supra in *Homata.*

* Homo, pro Subditus, Gall. *Sujet*, qui principi suo ratione fidelitatis astrictus est. Chron. Th. *Otterbourne* edit. Hearn. pag. 76 : *Monachos Cantuarienses profugavit* (Joannes rex) *et bona eorum confiscavit; qua etiam de causa papa Homines Johannis ab ejus fidelitate absolvit.*

* Homo dicitur etiam de femina, quæ alicui domino *homagii* præstatione subjecta est. Charta Bald. dom. *de Muy* et *de Estrées* ann. 1241. in Chartul. abb. Montis S. Mart. 1. ch. 96 : *Cum mulier nobilis Joia vidua, domina de Wallaincort, Homo nostra etc.*

Homo, pro marito, quomodo *Homme* Galli dicimus Gregorius M. lib. 6. Epist. 27 : *Quod vero scribitis, ut excellentissimæ filiæ meæ Gurdiæ et sanctissimæ filiæ ejus domnæ Theotistæ, et magnificis earum Hominibus Domno Marino et Domno Christodoro scribere debeam, etc.*

Homines ad Arma, Cataphracti equites, nostris, *Hommes d'armes*. Joannes Fortescutus de Laudibus Legum Angliæ cap. 35 : *Reminiscere... qualiter villas et oppida regni Franciæ frugum opulentissima, dum ibidem peregrinaberis, conspexisti Regis terræ illius Hominibus ad arma, et eorum equis ita onusta, ut vix in eorum aliquibus quam magnis oppidis tu hospitari valebas, etc.*

Homines de Capite. [Ii plerumque intelliguntur qui manumissi fuerant sub conditione operarum, servitii, aut census annui.] Vide *Capitales Homines.*

* Homo Capitis, Idem qui *de Capite*. Arest. ann. 1311. in Reg. *Olim* parlam Paris : *In villa S. Quintini, quando aliquis Homo capitis suspectus de aliquo maleficio etc.*

¶ Homines Casati, Spelmanno, qui in ædibus serviunt. Capitul. lib. 5. cap. 136 : *Biduanas omnes faciant, tam Episcopi, Monachi et Moniales, quam Canonici, et eorum infra Casati Homines.* Vide *Casati.*

* Homo Coactus, servituti glebariæ obnoxius. Charta ann 1223. ex Chartul. Campan. fol. 190 : *Item* (dicit comes) *de Hominibus coactis, ut redimerent escheetas.*

* Homo ad Collum, Qui onus ad *collum* portat, in Libert. Clarim. ann. 1248. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 600. art. 13.

¶ Homo Commendatus, Eidem Spelmanno, qui se in manum alterius commendavit, causa patrocinii. Lex Ripuar. tit. 72. § 5 : *Homo commendatus, vel fugitivus, etc.* Quænam vero fuerit eorum conditio discere est in voce *Commendatus*, quam videsis.

* Homines Conditionati. Vide supra *Conditionati.*

Homines de Corpore, Servituti glebariæ obnoxii, qui censum debent de capite, *Capite censi. Homines de corpore, ascriptitii seu glebæ affixi, aut alterius servilis conditionis*, in Statuto Philippi Pulcri anno 1302. pro reformat. Regni art. 63. Charta Philippi Aug. Regis Fr. 1180. pro Ecclesia Aurelian. : *Servos et ancillas, quos Homines de corpore appellamus,.... ab omni jugo servitutis absolvimus.* Bulla Gregorii IX. PP. ann. 1240. in Histor. Monast. S. Mariæ Suession. pag. 451 : *Originarii Monasterii vestri, quos Homines de corpore patria censuit appellandos.* Charta Amaluini Abb. Silvæ Majoris ann. 1207. in Tabular. Campan. Bibl. Th. pag. 284 : *Si dominus hominis illius juramento trium Militum et trium aliorum proborum hominum probaverit, quod ille sit Homo suus de corpore, et quod eum pro voluntate sua sicut Hominem de corpore tailliabat.* Arestum Paris. 28. Jan. 1319 : *Proponebat, quod dicta Agnes est Femina sua de corpore tailliabilis de alto et basso ad voluntatem, et astricta eidem Militi, videlicet ad tallias, forismaritagium, et mortuam manum, et alias redhibentias, etc.* [Consuetudo Vitriac. art. 145 : *Tous Hommes et Femmes de corps sont au baillage de poursuite, en quelque lieu qu'ils aillent demeurer, soit lieu franc ou non, et les peuvent les Seigneurs reclamer, et faire reclamer, si bon leur semble, car tels Hommes et Femmes de corps sont censez et reputez du pied et partie de la terre, et se baillent en aveu et denombrement par les vassaux, avec leurs autres terres.*] Adde Chartam Communiæ S. Quintini ann. 1195. Historiam Ecclesiæ S. Aniani in Probat. pag. 100. 101. Doubletum pag. 907. Pithœum ad Consuetud. Trecensem pag. 14. etc. Vide *Capitale* et *Manumissio.*

* Horum conditionem apprime describit Inquisit. ann. 1263. in Reg. parlam. B. Mart. hyem. : *Decanus et capitulum Paris. intendebant probare quod Johannes de Civilliaco est Homo de corpore ecclesiæ B. Mariæ Paris. Homines autem de corpore intelligunt, secundum consuetudinem hujus patriæ, in quibus ecclesia Paris. habet ista jura quæ sequuntur : videlicet manummortuam, forismaritagium, quod non possint promoveri ad clericatum sine licentia capituli : item quod commutantur cum aliis hominibus de corpore aliorum dominorum, persona pro persona : item non habent illam liberam testamenti factionem, quam habent liberi homines istius patriæ.*

* Humanius tamen interdum cum iisdem actum est, ut colligitur ex Charta Guiardi archidiac. Trec. ann. 1215. in Chartul. Campan. ex Cod. reg. 5993. fol. 27. r° : *Blancha illustris comitissa Trecensis ad multas preces quas ei fecimus, nobis, accommodavit Stephanum cutellarium et Mariam uxorem ejus, homines suos, ad serviendum nobis quamdiu vixerimus ad expensas eorum, tali modo quod.... post decessum nostrum ad dominam comitissam et ad hæredes suos, tanquam Homines eorum de corpore sine contradictione aliqua revertentur. Concessit autem dicta domina comitissa pro servitio, quod nobis exhibebunt prædicti Stephanus et Maria, ipsos fore liberos ab omni tallia, tolta, demanda et exactione, per duos solidos singulis annis ipsi comitissæ vel mandato ejus in festo S. Remigii persolvendos.* Et quidem *Homines de corpore* aliquando appellati videntur, quod operas manuales tantum deberent. Charta ann. 1252. ex Chartul. Campan. in Cam. Comput. Paris. fol. 452. v°. col. 1 : *Promittentes per fidem suam in manu nostra præstitam, quod nec in corpore dictæ uxoris nec corporibus suorum hæredum natorum de suo corpore et nasciturorum, ratione alicujus servitutis, et hæredes sui aliquid in posterum reclamabunt.* Vide infra *Homines de suis manibus.*

¶ Homo Ligius de Corpore, Qui censum de capite Domino debet, nulla facta reservatione. Consuet. Tolos. rubr. de Homagiis n. 7 : *Si aliquis Homo Ligius de corpore et casalagio, vel de corpore sine casalagio, qui sit alicujus domini, contrahat matrimonium cum aliqua muliere quæ sit libera, etc.*

Homines Cubantes, et Levantes. [Mansionarii, manentes, Gall. *Levans* et *Couchans.*] Vetus Inquisitio in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano : *Abbas eum requisivit tanquam hominem suum Cubantem et Levantem.* Vide *Levantes et Cubantes* in *Levare.*

Homines Ecclesiastici, [In servitium alicujus Ecclesiæ adscripti,] in Lege Ripuar.

Digitized by Google

tit. 10. § 1. tit. 11. § 3. tit. 18. § 3. tit. 19. § 2. 3. tit. 22. in Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 151. [** 303.] in Capitul. Caroli C. tit. 23. c. 14. *Ecclesiastica femina*, in Leg. Ripuar. tit. 14. § 1. qui in Capitulis Caroli C. tit. 9. cap. ult. *Mancipia Ecclesiastica* dicuntur. Capitulare Compendiense Caroli C. ann. 868. cap. ult. : *Neque mancipia Ecclesiastica quisquam nisi ad libertatem commutet, videlicet ut mancipia, quæ pro Ecclesiastico dabuntur, in Ecclesiæ servitute permaneant, et Ecclesiasticus Homo, qui commutatus fuerit, perpetua libertate fruatur.* Testament. S. Remigii apud Flodoardum lib. 2 : *Vitis plantam super vineam meam... possidebunt, cum Melanio vinitore, quem do in loco Ecclesiastici hominis Albovichi, etc.*

¶ Homines Exercitales, Milites qui militant in exercitu. Leges Longobard. lib. 1. tit. 9. § 21. [** Luitpr. 62. (6, 9.)] : *Consuetudo enim est, ut pro minima persona quæ Exercitalis Homo invenitur esse, 150. sol. componant, et pro eo qui primus est 300. sol.* Leges Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 9 : *Si quisque Exercitalium in eamdem bellicam expeditionem proficiscens, minime Ducem secutus fuerit, etc.* Vide *Exercitales.*

* Homo pro Falce, Qui operam cum falce præstare debet. Libert. Clarim. ann. 1248. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 601. art. 27 : *Insuper, qui contumaciter ad corveiam faciendam non venerit, Homo pro falce debebit six deniers.* Vide supra *Falcatio.*

* Homo Fidei, *Homme de foy*, Vassallus, fidei sacramento astrictus, in Charta ann. 1363. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 529. Vide infra *Homo Homagii.*

¶ Homines Fiscales et Fiscalini. Vide in *Fiscus.*

¶ Homines Franci. Vide *Franci.*

* Homines Francigenæ, Franci, in in Charta Sancii comit. pro fundat. S. Severi in Vasconia. Vide *Franci.*

* Homo Frumenti, Qui præstationem frumentariam debet. Declar. Joan. de Sacrocæsare milit. ann. 1318. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 6 : *Item pour ce que li Homme du froment valent une foiz plus et autre moins, et pour ce que nous devons donner à mangier et à boire à ceux qui doivent ledit froment, etc.*

* Homo Generosus, Nobilis, ingenuus. Charta ann. 1407. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 36. r° : *Mandamus præterea tenore præsentium.... omnibus et singulis generosis et aliis Hominibus et habitatoribus dictarum terrarum, quathinus donatarium supradictum in eorum verum dominum recipiant et ei obediant.* Apud Catalonios *Homo generosus*, idem qui mox *Honoratus.*

Homo de Guerra, Militaris, vulgo *Homme de guerre.* Guill. de Podio-Laurentii in Chronico : *Si quis etiam Homo de guerra gradiens cum eis inveniretur ab hostibus tutus erat.*

* Homo Homagii, Vassallus *homagio* obnoxius. Charta Joan. abb. Maurimon. ann. 1346. ex Cod. reg. 9861. 2. 2. fol. 36. v°. : *Item* (habeo) *viginti quatuor vel circa milites et armigeros in Homines fidelitatis, homagii seu vassallos.* Inquisit. ann. 1449. ex Tabul. D. Venciæ : *Interrogatus an cognosceret dictum dominum testatorem, dixit quod sic, et bene debuit eum cognoscere, cum ipse testis esset Homo homagii dicti domini testatoris.*

* Homo Honoratus, Civis præcipuus, qui in dignitatibus urbis constitutus est et inter nobiles quarti ordinis apud Catalonios, ut et *Homo de paratico*, annumeratus. Consule Disquisit. histor. D. *Xaupi* de Civibus honorat. Barcin. et Perpin. Constit. Jacobi II. reg. Aragon. ann. 1321 : *Intelligimus de hominibus de paratico sive de genere militari, et de Homine honorato civitatis vel villæ.* Alia Petri III. itidem reg. Aragon. ann. 1359 : *Et si forsan contigerit quod aliquis baro, miles, vel homo de paratico, civis, burgensis vel Homo villæ honoratus etc.* Vide *Honorati.*

* Homines de Imperio, Qui intra imperii fines sub imperatoris ditione manent, in Charta ann. 1212. ex Chartul. Campan. fol. 444. col. 2. opponuntur *Hominibus de Potestate.*

* Homo Ingenitus, perperam pro *Ingenuus*, in Charta Phil. Aug. ann. 1184. ex Chartul. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 12. v°. col. 2.

* Homo Justitiæ, Alicujus jurisdictioni et justitiæ subditus, Gall. *Justiciable.* Lit. admort. pro abb. *de Chases* diœc. S. Flori ann. 1464. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 418 : *Item huit Hommes de justice moyenne et basse; et vault chacun homme en rente assise deux solz.*

* Homo Legalis, Adolescens. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 177. r° : *Quod si noluero monachus fieri, suscipiant unum de filiis meis cum augmento quod faciam, non tamen infantem, sed Hominem legalem quindecim annorum ætatis aut amplius.* Vide *Legalis.*

* Homines Legitimi, Iidem qui *Boni* vel *Probi homines*, ii scilicet qui in placitis publicis judicia exercebant. Charta ann. 1138. ex Tabul. capit. Carnot. : *Homines legitimi de ipsa terra, vidente ipso* (Ursione de Merlaio) *juraverunt in capitulo quia injuste hoc pedagium acciperet.* Charta Phil. comit. Fland. ann. 1211 : *Si quis burgensis S. Audomari alicui pecuniam suam crediderit, et ille cui credita est coram legitimis Hominibus et in villa hæreditariis sponte concesserit, etc.* Interdum nude ii significantur, qui ex lege idonei sunt ad aliquid faciendum. Libert. Calvimont. ann. 1247. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 516. art. 7 : *Si vero de legitimis Hominibus duellum factum fuerit, etc.* Vide *Legitimus.*

¶ Homines Ligii. Vide *Ligius.*

Homines Linei, vel Ligneï, [Hominum membra ex ligno vel lino quæ in biviis et compitis a veteribus Gallis superstitiose collocabantur.] Vide *Pedes lignei* in *Pes.*

¶ Homines Manus mortuæ, Servi glebæ. Vide in *Manus.*

¶ Homines de suis Manibus, ab iis qui nude *Homines* dicebantur distincti; unde fortassis intelligendi qui ad homagium manuum admittebantur. Chartularium Æduense in Catalogo feudorum Castellaniæ D. *de Glane* ann. 1262 : *Item li Boisserans de Ædua sunt homines domini de Glane. Sed dominus de Glane recepit Guillelmum Boisserans in Hominem de suis manibus.*

* Ii potius videntur, qui a servitute glebæ manumissi, operas manuales tantum debent. Charta Odonis *Ragoz* dom. S. Sepulcri ann. 1238. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. fol. 448. v°. col. 1 : *Manumisi Huetum de Chauchigniaco hominem meum de corpore, tali conditione quod.... remaneret Homo meus de manibus suis.* Vide supra *Homines de Corpore.*

* Homines de Mansata, Qui ratione alicujus *mansi* seu possessionis alicui domino subjecti sunt. *Homines de mansata seu servos ac manentes, cum eorum liberis et famulis*, in Inventar. Ms. ann. 1366. Vide in *Mansus.*

¶ Homines de Manupastu, Domestici. Vide *Manupastus.*

¶ Homines sine Medio, Qui nullo medio a Rege aliquod feudum tenent, in veteri Chronico Flandriæ cap. 66.

* Homo Motarius, Gall. *Homme motier*, Qui pensitationi, quæ *molta* nuncupabatur, obnoxius est. Charta ann. 1308. ex Bibl. reg. : *Et se il avenoit que entre ledit chevalier et les siens d'une part, les hommes baniers ou motiers d'autre, eust contans, veut li roys que la querelle etc.* Vide *Molta* 2.

* Homo Mundi. Epist. ann. 1380. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 44. col. 1 : *Fuit dictum sibi per fide dignos et michi quod ipse* (rex) *erat à Beuté extra Parisius, et quod Homo mundi, qui vellet pro negociis sibi loqui, non poterat intrare, et quod frustra iremus.* Phrasis Gallica, *qu'homme au monde ne pourroit, etc.* Id est, nemo, nullus.

* Homo Naturalis, Instructus *natura* seu ea parte corporis, qua quis vir est. Lit. remiss. ann. 1469. in Reg. 196. Chartoph. reg. ch. 82 : *Icelle Marote mettoit sus au suppliant* (son mary) *qu'il nestoit pas Homme naturel, ne capable de mariage.* Vide *Natura* 1.

¶ Homines Novi, apud Spelmannum, qui novo donantur feodo.

* Homo de Paratico. Vide supra *Homo honoratus.*

* Homo Pedes, vel de Pede, Plebeius, infimæ conditionis. Curia 2. gener. Terracon. sub Jacobo I. reg. : *Statuimus quod omnes Homines de pede, tam rustici quam villani, sive sint nostri, sive ecclesiarum, etc.* Constit. MSS. Petri III. reg. Aragon. ann. 1351 : *Et qui contrafecerit, si miles vel homo paraticus, aut civis, aut homo villæ honoratus fuerit, ad exilium decennii ex sola delatione absque spe veniæ condempnetur; et si Homo pedes fuerit, pugnum amittat.*

¶ Homines Pertinentes, Eidem Spelmanno, qui glebæ adscribuntur, Servi feodales. Leges Longobard. lib. 1. tit. 16. § 8. [** Aistulph. 6.] : *Si Homines Pertinentes sine voluntate domini sui hoc fecerint.* Leo Marsic. lib. 3. cap. 43 : *Familias Hominum ad ipsum locum Pertinentes.*

* Homo de Plassa, Hispanis *Hombre de plaza*, Homo publicus, præcipuusque ac notus. Instr. pacis inter cives et burg. Narbon. ann. 1236. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 380 : *Si aliquis homo... hujusmodi treugas frangere..... præsumpserit, det nomine pœnæ,.... si fuerit miles, vel Homo de plassa, D. solidos Melgor. et si*

Digitized by Google

fuerit ministerialis, vel quælibet alia persona, C. solidos Melgor.

* Homo de Prosecutione, Gall. *Homme de poursuite*, Quem fugitivum dominus sequi et requirere ex jure potest. Lit. ann. 1388. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 267 : *Johannem Villeloup hominem dicti nostri prioratus esse dicebamus de corpore et capite, taillabilem et explectabilem de alto et basso, ac etiam de prosecutione et manumortabilem.* Libert. villæ *d'Ecan* ann. 1371. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 390. art. 1 : *Noz hommes et femmes de corps, mainmortables et de poursuite, etc.* Vide *Secta fugitivi* in *Fugaces*.

* Homo Quæstalis, *Quæstæ* seu tributo obnoxius. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 10. r°. : *Jurati dixerunt et recognoverunt se esse Homines quæstales domini regis Angliæ et ducis Aquitaniæ.* Vide in *Quæsta*.

¶ Homines Regis vel Regii, Iidem qui Fiscalini et Longobardis *Aldiones*, qui ad prædium Regis vel fisci pertinent. Lex Ripuar. tit. 11. § 3 : *Si quis Regio aut Ecclesiastico Homini de quacumquelibet re forciam fecerit.* LegesCaroli M. apud Murator. tom. part. 2. pag. 107 [** 109.]: *Homo Regis, id est fiscalinus, vel Ecclesiasticus, id est lidus, interfectus* c. *solid. componatur. Homo Regis, Homme le Roy.* Ita se inscribit Johannes de Kieurchis Præpositus S. Quintini.

* Homo Regis, *id est, Nobilis*, in Jure Danico apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 181.

¶ Homo Remanens in Pedibus suis. Charta an. circ. 1080. ex Bibl. Colbert. : *Emendet Bernardus de Aviciano Imberto et suis totas malefactas quas Imbertus habet factas de ipso castello Enforas, post Imbertus ipsum castellum sibi abstulit, et ita tamdiu suus Homo remaneat in pedibus.* Infra : *Donec suus Homo permaneat in pedibus.* Id est, ni fallor, quamdiu in ejus servitio militari perseveraverit.

¶ Homines Sanctuarii, Iidem qui Ecclesiastici, ad Sanctos seu ad Ecclesiam pertinentes, Ecclesiarum tenentes. Vide *Sanctuarius*.

Homines Signi, [Qui nostris dicuntur *Consuetudinarii*, seu *Coustumiers*, qui servitium domino debent.] Vide *Signum, servitium*, in *Signum*.

* Homo Status, Gall. *Homme d'estat*, Liberæ conditionis, qui sui juris est. Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 315 : *Lequel Hilet appella l'exposant sanglant villain, sers taillable ; dont ledit exposant, qui est Homme d'estat, et non pas de serve condition, doulent et courrociez etc.* Vide infra *Status* 13.

¶ Homo Terrenus, Vassallus, tenens. Charta ann. 1093. tom. 3. Gall. Christ. inter Instr. col. 114 : *Nobilis vir Ingelrannus Homo meus Terrenus castri Lileriensis dominus, etc.*

¶ Homines Veragi, Veraces, probi. Præceptum Carolomanni Reg. ann. 770. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 33 : *Dum de hac causa sic ante nos fuit ratio deducta, et suam vel suis gamaldionis, tam per veragos Homines, quamque per confirmationis Regum cognovimus, justitiam ei reddimus.* Vide *Boni homines*.

Homo Venditus. Leges Malcolmi II. Reg. Scotiæ cap. 3. § 1. et 2 : *Item ordinaverunt pro sustentatione Justitiarii quolibet die itineris sui centum solidos. Item Clericis suis, pro quolibet Homine amerciato, vel vendito, duos solidos : et pro quolibet homine mundato per assisam, pro tractu extra rotulos, 4. denarios.* Ubi Skenæus *hominem amerciatum* intelligit, qui legitime citatus, ut in *itinere* seu Curia Justitiarii compareat, se non sistit, ideoque ratione suæ contumaciæ amerciatur, et mulctam solvit. *Hominem* autem *venditum*, qui in *itinere* coram Justitiario comparet, crimen sibi objectum, pro quo fuit attachiatus, confitetur, et pro eo cum Justitiario, certo quasi pretio interveniente transigit : ita ut alter *witam* vel pœnam pecuniariam pro crimine ipsa lege debitam redimat; alter vero, nempe Justitiarius, hæc eadem accepta pecunia ei vendat. Vulgo *Compositionem* vocant.

¶ Homo, Qui aliis servis præest. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 57. col. 1 : *Eurinus servus.... habet de terra arabili bun.* v.... *sed pro ipsa waeritiam quod prævidet non solvit denar. sed facit curvadas et rigas, quantascumque sibi jusserit Homo, et solvit pullos* III. *cum ovis.*

Homo, *Homonis*, pro *Hominis*, licentia plusquam Poetica. Hincmarus Rem. in Opusculis pag. 383 :

Ne tibi sis sapiens multum, quod crecat Homonem.

Salomon Episcopus apud Canisium :

Tunc igitur veterem deponens Martyr Homonem.

Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 626:

Inter silvestres ubi pauper mansit Homones.

¶ **Homoduli**, *Conservi*. Laur. in Amalth.

* **Homogeneitas**, quid sonet apud Chimicos, docet Arnaldus in Rosar. MS. lib. 1. pag. 8 : *Tunc omnia ad suam naturam et Homogeneitatem primam sunt redacta : prima enim Homogeneitas omnium metallorum est argentum vivum.*

* **Homolegius**, unica voce, Vassallus, qui fidelitatem domino feudali contra quemvis jurat, idem qui *Ligius*. Vide in hac voce. Charta Frider. II. imper. ann. 1156. tom. 1. Corp. diplom. pag. 82 : *Sed si voluerit unum locare, poterit de suis vassallis seu Homolegiis, et coram illo secundum terminos præfixos pnrare potest, etc.* Perperam *Homogiis* editum ex eadem Charta apud Pez. tom. 1. Script. rer. Austr. col. 1196.

Homoligius, in Charta Friderici I. Imper. apud Miræum in Donation. Belg. lib. 2. cap. 52.

Homologare, ὁμολογεῖν, Profiteri. Tabularium S. Flori in Arvernis ann. 1268 : *Pro se et hominibus suis voluerunt et Homologaverunt Deo et B. Mariæ prædictas decimas.* Id est, professi sunt se concessisse, etc.

Amologare, in veteri Charta apud Columbum in Manuasca lib. 2. num. 49. Hodie

Homologare vulgo nostri usurpant, pro Regiorum edictorum, aut Statutorum in Acta Parlamenti relatione : cujus quidem usus tum primum cœpit, cum Joanne Rege capto et in Angliam abducto, Carolus filius Regni Vicarius et *Regens* dictus est : litteris enim Regiis, quibus ea dignitas Carolo attributa, adscripta hæc verba leguntur in Regesto Parlamenti signato C et D. : *Lecta et præsentata in Camera Parlamenti* 3. *Martii an.* 1356. cum ante hæc tempora vix Regias litteras in Acta Parlamentaria relatas videre sit. Certe olim Principum edicta a Senatu confirmari solita docet Justinus Apol. 2. ubi de Edicto Imperatoris pro Christianis : Ταῦτα δὲ καὶ τῆς συγκλήτου δόγματα κυροῦσθαι βούλομαι. Martianus Capella lib. 1. pag. 15. dixit : *Augustius fieri Joviale decretum, cum cœtu Deorum attestante depromitur.* Vide Cujacium lib. 1. Observ. cap. 19. [et P. Fabrum lib. 1. Semest. cap. 25.]

Homologi Coloni, in leg. 6. Cod. Theod. de Patrociniis vicor. (11,24) : *Vicis adscripti, et Homologi more gentilitio vocati :* id est, glebæ adscripti, qui prædiis certis addicti erant, nec ab iis excedere poterant : ὁμόλογοι, dedititii, conditionales; more gentium ejusmodi servituti obnoxii, ex pacto ac conditione. Nam ὁμολογία est *confessio, professio*, in Gloss. Græc. Lat.

¶ **Homonagium**. Vide in *Hominium*.

¶ **Homophagia**, Cruda comestio, ὠμοφαγία. Utitur Cassianus lib. 4. Instit. cap. 24.

Homorarium. Vide *Humerale*.

Homousiani appellati ab Arianis Catholici. Fastidiosus Arianus in Sermone : *Bipartitus namque pridem error inrepsit, qui hactenus perditorum animas vinciens ad quærendam veritatem spirare non sinit. Homousianis asserentibus inseparabilem atque individuam Trinitatem, nec Patrem ingenitum Filii sui esse factorem.* S. Fulgentius lib. contra eumdem cap. 1 : *In illo autem profano sermone vocans nos Homousianos, quod nos Arriani assolent nuncupare.* Idem lib. pro fide Catholica adversus Pintam Arianum : *Verum quia quidam proprio spiritu actus, ejus fidei cultores Homousianos, vel Unisubstantianos vocandos esse præsumpsit, etc.* Infra : *Magnum sane fidei crimen putant applicari Catholicæ, cum ejus alumnos Homousianos vel Unisubstantianos appellant, quasi homousion vel substantiam Deitatis vel alicujus hominis vocabulum contineat, etc.* Adde Victorem in Epist. ad eumdem S. Fulgentium.

¶ **Homousion**, Quod est ejusdem substantiæ, ὁμοούσιον. Notkeri Balbuli lib. Sequent. cap. 37. apud Bern. *Pez*, tom. 1. Anecd. part. 1. col. 41 : *Est unigenitus, via, vita, manus, Homousion.* Gennadii Synopsis dogmatum Eccles. : *Homousion, id est, coessentialis in Divinitate Patri Filius; Homousion Patri et Filio et Spiritus Sanctus et coessentialis.*

¶ **Homsokene**, *id est saltus in domum*, ex Gloss. MS. apud H. Wanl. de Litt. Septentr. pag. 284. Vide *Hamsocn*.

Homullus, pro *Homulus, Homunculus*, Homo. Gloss. Græc. Lat. : Ἀνθρώπιον, *Homullus*, Ἀνθρωπάριον, *Homullus, Homuncio*. Domnizo lib. 2. de Vita Mathildis cap. 12 :

Planiciem cujus didicit Guibertus Homullus.

Et cap. 21 :

A te non ullus vacuus discessit Homullus.

Digitized by Google

[Odo in Carmine de varia Ernesti Bavariæ Ducis fortuna apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 363 :

Et Regem quis sit ab eis interrogat, omnem
Pollicitus cum pace fidem; lætantur Homulli.]

Vox nota Lucretio :

..... Brevis hic est fructus Homullis.

Utitur etiam Symmachus lib. 4. Epist. 33. ubi Juretus.

HOMULLULUS, apud Auxilium de Causa Formosi Papæ tom. 4. Analect. Mabillonii pag. 613.

¶ HOMULULUS, in Ratherii Veron. Episc. lib. Apologet. tom. 2. Spicileg. Acher. pag. 233 : *Distare quid inter hominem et Homulalum sit omnibus dum non ignotum.* Et in Epist. Cardinalis Sabinensis tom. 8. ejusdem Spicileg. pag. 288 : *Qui et quæ Homululis ductoribus porcorum et pecudum etiam vilissimis personis effecti sunt famuli et subjecti.*

HOMUNCIONATES, dicuntur ab Arrianis apud Arnobium Juniorem in Conflictu cum Serapione, initio libri 1. Catholici, *qui dicunt, duas naturas esse in Christo duasque substantias*, quos alii *Homousianos* vocant, ut Victor Vitensis.

HOMUNCIONITÆ. Ita vocantur a Prudentio Ebionitæ, Samosateniani, aliique hæretici, qui Christum purum hominem esse, nihilque divinæ essentiæ ac virtutis habere contendebant. Marius Mercator de Anathematismo Nestoriano § 19. 20. pag. 166 : *Photinus autem Nestorii magister verbum quidem hoc Dei esse in substantia negat, sed esse id Dei Filium non vult,... Photinum Romana Ecclesia et participes hujusmodi pravitatis Homuncionitas nominat.* Prudentius in Apotheosi, in carmine *Contra Homuncionitas :*

Sunt qui Judaico cognatum dogma furori
Instituunt, media Christum ratione secuti
Hoc tantum quod verus homo est, at cælitus illum
Adfirmant non esse Deum, etc,

Hos Ἀνθρωπολάτρας vocat Athanasius libro extremo de Incarnat. Domini, *Hominicolas* Facundus Hermian. lib. 9. cap. 3. Vide Notas Jo. Baptistæ Cotelerii ad Constitut. Apostol. pag. 271.

HONDHABBENDE, Qui rem furtivam *in manu habens*, deprehenditur, et cognitio ejusmodi delicti, quæ Baroni competit in Curia sua, ex *Hond* Angl. manus, et *Berend*, ferens. Apud Bractonum lib. 2. tract. 2. cap. 8. § 4. cap. 32. § 2. et cap. 35. Vide *Bacberend.*

¶ **HONDI**, Vox apud veteres Francos usitata ad significandum centenarium numerum, Flandris *Hondert*, Germanis *Hundert.*

¶ **HONDOARDUS**, pro *Eduardus.* Sic vocatur primus hujus nominis Angliæ Rex in Litteris Mariæ Hungaricæ apud Rymer. tom. 2. pag. 311 : *Recepimus ab excellentissimo Principe domino Hondoardo D. G. illustri Rege Angliæ.*

¶ **HONDPENY**, Præstationis species, ex *Hond*, manus, et *Peny*, denarius. Privileg. *de Sempringham* apud Th. *Blount* in Nomolex. Anglic. : *Et sint quieti de chevagio, Hondpeny, buckstall et tristris et de omnibus misericordiis, etc.* Forte contracte pro *Hundredpenny.*

¶ **HONDUS**, Modus agri. Charta ann. 1485. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 787 : *Item septimo, adhuc septem jugera cum septem Hondis, ad valorem viginti septem librarum currentium.*

¶ **HONERA**, pro *Onera*, quævis servitia. Charta ann. 1254. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 7 : *Noverit universitas vestra, quod cum esset hæsitatum, an Prior et Conventus de Monemuta Honera ordinaria consueta.... sustinere tenerentur, vel Vicarii earumdem ecclesiarum; tandem nobis constitit legitime... eosdem Vicarios et eorundem successores omnia Honera prædicta agnoscere debere.*

¶ **HONESTAMENTUM**, Ornatus, insigne alicujus dignitatis. Johannis Gofredi Cardinalis Oratio ann. 1468. habita, tom. 7. Spicileg. Acher. pag. 315 : *In quo tamen profecto vix tam peperit Rex huic Reverendo Patri hoc Honestamentum honoris, quam iter aperuit ceteris honorum acquirendorum.*

* **HONESTARE**, Vestire, ornare. Pontif. vetustissimum MS. ex Cod. reg. 943 : *Subdiaconum vero oportet epistolam legere, vestire et Honestare altaria et ministrare diacono.*

¶ HONESTARE SE, Sese accingere, disponere, Gall. *Se préparer.* Roberti Monachi Hist. Palæst. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 3. pag. 10 : *Denique reversus iterum in terram dominus Boamundus, diligenter Honestavit se ad incipiendum iter sancti Sepulcri.*

1. **HONESTAS**, Honor, prærogativa, privilegium. Charta Godefridi Episcopi Ambianensis ann. 1104. in Hist. S. Martini de Campis pag. 350 : *Salvis Honestatibus et utilitatibus prædictis Ecclesiæ nostræ, etc.*

* *Honneté*, eadem acceptione, in Charta ann. 1332. ex Reg. 67. Chartoph. reg. ch. 3.

¶ 2. **HONESTAS**, Decorum, decentia, observantia. Charta ann. 1101. apud Mabill. tom. 5. Annal. pag. 443. Bertrandus Archiep. Narbon. S. Pontio subjecit Monasterium S. Aniani *quod est juxta fluvium Vernazoubre, a pravis hominibus suis possessionibus privatum, et ab omni Honestate seclusum S. Regulæ.*

* **HONESTATUS**, pro Honestus. Lit. remiss. ann. 1465. in Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 2 : *Inter alios liberos ex legitimo matrimonio Johannis de Bessio patris et Honestatæ mulieris Anthoniæ matris, etc.*

¶ 1. **HONESTE**, Viriliter, fortiter. Roberti Monachi Hist. Palæst. lib. 4. cap. 18. apud Ludewig. tom. 3. pag. 10 : *Videntes autem aliæ acies quod vexillum Boamundi tam Honeste esset ante alios delatum, illico redierunt retrorsum.* Ibidem pag. 83 : *Quia jam cum iis in retroactis Honeste pugnaverat, pacem obtinuit.*

* 2. **HONESTE**, Decenter, cum reverentia. Ordinar. MS. S. Petri Aureæ-val. : *Cantetur prædictum evangelium suo cantu solito et notato in libris Honeste et devote.*

* 3. **HONESTE**, Congruenter, rite. Charta ann. 1183. in Chartul. Clarifont. ch. 86 : *Quod missam unam pro anima ejus et pro animabus fidelium defunctorum celebrari faciet omni die, quo Honeste poterit celebrari.* Supra : *Quando rationabiliter poterit celebrari.* In alia ann. 1180. ibid. ch. 85 : *Quando cantari poterit.* Vide infra *Honestus.*

* **HONESTES.** Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 91 : *Cum ipsi supplicantes morati fuerint apud dictum Orbecum cum nostris hostibus,.... ac se reddiderint.... per aliquod tempus Honestes seu rebelles nostros.* Haud dubie pro *Hostes*, quanquam non semel ibi recurrat.

HONESTIMUS, Honestus. Papianus in Collat. Legis Mosaicæ tit. 4. de marito, qui uxorem iu adulterio deprehensam occidit : *Si de pœna tractas,* * *non his, quæ aliquid ejus Honestimo calori permittetur, ambigitur.*

* **HONESTUS**, Conveniens, congruus. Charta ann. 1418. ex Chartul. S. Aviti Aurel. : *Idem capicerius tenebitur... facere luminare totum ecclesiæ competens et Honestum de bona et Honesta cera.* Vide supra *Honeste* 3.

¶ **HONESTUS** EQUUS, *Splendide, optime ornatus et instructus.* Gasparis Barthii Gloss. ex Hist. Palæst. Eadem notione ibid. dicuntur *Honestæ copiæ.*

¶ **HONGRECOLTRA**, Ager incultus, palustris, cespitibus nigris fodiendis aptum, ab *Hongre*, fames, et *Coltra*, ligo. Charta Guillelmi Comit. Flandr. ann. 1117. inter Probat. Hist. Guinens. pag. 195 : *Pasturam adjacentem villæ S. Audomari in nemore quod dicitur Lo, et in paludibus, et in pratis, et in bruera, et in Hongrecoltra, usibus eorum, excepta terra Lazarorum, concedo.*

* **HONNINA**, Eruca, Gall. *Chenille*, Insulensibus *Onaine.* Comput. fabr. S. Petri Insul. ann. 1458. ex Tabul. ejusd. eccl. : *Duobus hominibus qui deposuerunt Honninas de arboribus in claustro, xvj. solidos.*

HONNO, HONNIA. Charta Bonifacii Marchionis Italiæ ann. 1009. in Bullario Casin. tom. 2. pag. 69. 70 : *Et rebus meis in loco Besella, et loco Bojano, id est, prænominatis Honnibus, curtis, et castellis, cum suarum pertinentiis, etc.* Infra : *Habeant et teneant ad eorum juris proprietatem diebus vitæ illorum; et si ipsis eorum sive filius filiabus migrati fuerint, hanc cartulam offensionis, in suo robore permaneat, atque persistat; sic hæc Honnia fuerit, sicut supra legitur decessum, si filios aut filias de legitimo matrimonio non habuerit, etc.*

HONOR, apud Scriptores Ecclesiasticos, usurpatus potissimum pro majoribus et excellentioribus in Ecclesia dignitatibus, ut sunt Episcopatus, Presbyteratus, et Diaconatus. Optatus Milev. lib. 2. adversus Parmenianum : *Honore nominis sui spoliati sunt Sacerdotes.* Et infra, de Donatistis, qui Episcopos et Presbyteros abdicabant : *Quid prodest, quia vivi sunt homines, et occisi sunt Honores a vobis : valent quidem membris, sed ereptæ portant funera dignitatis.* S. Augustinus lib. 2. adversus Epist. Parmeniani cap. 11 : *Et cum expedire non videatur Ecclesiæ, ut præpositi earum venientes ad Catholicam societatem Honores suos ibi non administrent, non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur, sed manent super eos.* Concilium Arelat. IV. can. 1 : *Episcopatus vero vel Presbyterii Honorem nullum laicus ante præmissam conversionem, vel ante 50. ætatis annum accipiat.* Can. 2 : *Sed nec reliqui Pontifices Presbyterii, vel*

Digitized by Google

Diaconatus Honorem conferre præsumant. Ita Presbyterii et sacerdotalis Honor, apud Cyprianum Epist. 34. 65. τιμὴ τοῦ πρεσβυτέρου, in Concilio Ancyr. can. 18. et alibi passim. V. Synod. Tricass. ann. 878. cap. 7. Capitularia Caroli M. lib. 5. cap. 8. [** 10.]: *Si Ecclesiastici viri supradicta facinora commiserint, si honorabilis persona fuerit, perdat Honorem suum.* Qui vero *honorabiles* hic, *honorati* dicuntur in Charta Divisionis Imperii Francor. Caroli M. cap. 2 : *Vel ad loca sancta, vel ad Honoratos homines confugiat.* Auxilius de Ordin. Formosi lib. 1. cap. 30 : *Et si clerici fuerint, Ecclesiastico judicio a suis dejicientur Honoribus.* [Adde lib. 2. cap. 10.]

Postmodum generatim *Honores* dicta majora in Ecclesiis Cathedralibus *Beneficia*, seu, uti vocantur, *Dignitates*, atque adeo Canoniæ ipsæ. Alexander PP. in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis n. 3 : *Præterea cum juxta B. Gregorii sententiam singula Ecclesiastici juris officia singulis quibusque personis sigillatim committi debeant, prohibemus de cætero, ut nulli duo Honores in eadem Ecclesia concedantur, nec Præposituræ sive personatus ejusdem Ecclesiæ personis alibi commorantibus tribuantur.* Alia ejusdem Alexandri ad Episcopum Carnotensem num. 18: *Duximus statuendum, ut Honores Carnotensis Ecclesiæ aliis de cætero minime concedantur, nisi qui secundum antiquam et rationabilem consuetudinem residentiam se promiserint habituros.* In eamdem sententiam habentur Chartæ aliæ Lucii PP. n. 21. 23.

☞ Idem aperte docet Testamentum Philippi Augusti ann. 1190. tom. 1. Ordinat. pag. 21 : *Præcipimus etiam Reginæ et Archiepiscopo, ut omnes Honores, qui dum vacant, pertinent ad donationem nostram, quos honeste poterunt retinere, sicut Abbatiæ nostræ et Decanatus, et aliæ quædam Dignitates, in manu sua teneant, donec a servitio Dei redierimus. Et quos retinere non poterunt, donent secundum Deum, et assignent consilio fratris G.* (vel *B.*) *et hoc faciant ad honorem Dei et utilitatem regni. Si autem in via moriemur, volumus ut Honores et Dignitates ecclesiarum donent illis, quos magis dignos viderint.*

Honores, præterea appellata *Beneficia*, seu prædia, quæ ad vitam viris nobilibus assignabantur, ad militare servitium, a quibus *feuda* postmodum profluxere : quæ perinde *Honorum* appellatione donantur a Scriptorib. Hieron. Blanca in Comment. Rerum Aragon. pag. 734 : *Quæ vero ea essent* (oppida) *perinde ut Ricis hominibus assignabantur, quasi in feudum honoratum dabantur eisdem : unde Honores, quod in honorem darentur, sunt vocata.* Roderic. Toletan. lib. 7. de Reb. Hisp. cap. 1 : *Cui manu et ore hominium fecerat pro terra, quam ab eo acceperat in Honorem, etc.* id est, in beneficium, in feudum. Nithardus lib. 3 : *Et si Honores, quos idem in Burgundia habuit, eidem donare vellet, ut se illi commendaret, præcepit.* [Fragmenta de Gestis Regum Fr. apud Duchesn. tom. 1. pag. 535 : *Nihil petit sibi dari* (Wlfinus) *nisi super Chari fluvium quem Rex habebat Honorem.* Chron. Maurign. : *Tradita vero neptis sua in conjugio Amalrico de Monte-forti, cum Honore de Rupe-forti, etc.*] Abbo Monachus lib. 2. vers. 551 :

> Perdidit ergo suos illic Willelmus Honores,
> Hugoni regnante datos, qui Bituricensis
> Princeps extiterat Consul, etc.

Honores Comitum, seu Comitatus, in Legib. Longob. lib. 1. tit. 25. § 68. et lib. 2. tit. 53. § 2. [** Carol. M. 86. Guido 1.] Eod. lib. 2. tit. 39. § 3. [** Carol. M. 9.] : *Et si bassi nostri hoc non adimpleverint, beneficium et Honorem perdant.* Adde Capitul. Caroli C. tit. 13. cap. 4. tit. 23. cap. 6. tit. 2. cap. 7. tit. 31. cap. 24. Chron. Norman. ann. 869. etc. Hinc *Honores*, ut et *Beneficia*, opponuntur *alodis* et *proprietatibus*, in Capitul. Caroli C. tit. 19 : *Ut omnes in Honoribus et alodis vestris interim consistatis.* Et tit. 30. pag. 292 : *Legem et justitiam et in se, et in suis proprietatibus, et in suis Honoribus habeat.* [Adde tit. 31. col. 144. Edit. Baluzii]

¶ Honores, appellatæ etiam provinciarum vel urbium Præfecturæ. Charta ann. 1167. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 307 : *Illutrissimo domino suo Henrico Regi Anglorum . . . Johannes de Soligneio salutem et fidele in omnibus obsequium. Ex benignitate vestra contigit ut mihi Honorem Dolensem regendum committeretis. Factum est autem ut dum terram illam regerem, quod etc.*

Honores Aperti, Vacantes, in Cap. Caroli C. tit. 42. § 8. Vide *Aperire.*

Honores vero pro feudis passim occurrunt, [sæpe etiam *Honor* pro præcipuo feudi manerio et universo ipsius ambitu reperitur.] Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 55 : *Omni domino licet summonere hominem suum, ut ei sit ad rectum in Curia sua : et si residens est ad remotius manerium ejusdem Honoris, unde tenet, ibit ad placitum, si dominus suus summoneat eum.* [Charta ann. 1069. ex Tabul. S. Victoris Massil. : *Frater autem ejus mundialis ac secularis animi castrum illud nobilissimum ad defensionem sui Honoris aptissimum etc.* Charta Leodegarii Episc. Aptensis circa ann. 1120. tom. 1. Gall. Christ. inter Instr. pag. 78 : *Et insuper totum meum Honorem quem a parte patris mei Rostagni habui.* Alia Froterii Episc. Nemaus. ibidem pag. 5 : *Damus et reddimus ad honorem B. Salvii in communia, illum Honorem quem Præpositus ejus Ecclesiæ tenere solet.*] Ita vocem hanc usurpant Vitikindus lib. 1. pag. 10. 1. Edit. Rathbertus Monachus de Casibus S. Galli cap. 3. Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 464. Fulbertus Carnot. Ep. 96. Joannes VIII. PP. Epist. 130. Leo Ost. lib. 2. cap. 10. 52. lib. 3. cap. 16. Gauterius de Bellis Antioch. pag. 443. Sugerius in Ludovico VI. cap. 17. 18. Joannes Hagulstad. ann. 1138. 1145. 1150. Richardus Hagulstad. ann. 1135. Rad. de Diceto ann. 1170. Gaufredus Vindocin. lib. 5. Ep. 27. Vetus Charta apud Beslium pag. 388. 393. Epist. 62. inter Francicas tom. 4. Hist. Franc. etc.

Honores interdum laxius quævis possessiones dictæ, in Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 5 Tabularium sancti Severi apud Marcam lib. 3. Hist. Benehara. cap. 11. n. 5 : *Decrevi ex meis propriis Honoribus hunc locum accrescere.* [Charta ann. 1085. tom. 1. Gall. Christ. inter Instrum. pag. 65 : *Damus quandam portiunculam nostræ hæreditatis, scilicet Honorem illum qui quondam fuit proavi Poncii Balde dicti Marini Rufi. Est autem Honor præscriptus in territorio castelli, quod dicitur Fossas in mansionibus, vineis, terris cultis et incultis, in salinis et piscatoriis.* Testament. Guillelmi Montispessulani ann. 1211. tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 156 : *Inter opus et mensam dominorum Ecclesiæ Magalonæ* MM. *sol. in Honore emendo.* Charta Alphanti Episc. Aptensis ex Chartul. Aptensi fol. 44 : *Faciam deliberationem et gratuitam donationem omnipotenti Deo et S. Mariæ Sedis Aptensis ex quodam Honore quem hucusque possedi.* Sententia arbitralis ann. 1292. MS : *Item dixerunt et pronunciaverunt, quod perticus, cum quo mensurantur arpenta terræ, vineæ et alii Honores.* Vita S. Pontii sæc. 6. Bened. part. 2. pag. 496 : *Cum sanctus vir in quemdam Honorem monasterii sui hospitandi gratia devenisset, etc.* Statuta Massil. lib. 1. cap. 58 : *Ordinamus præsenti constituto quod Rector vel Consules teneantur et debeant facere inquiri ab aliquibus viris statutis, . . . quot et quales, et qui sint Honores omnium personarum extranearum eas habitantium Massiliæ.*] Henricus Huntindon. de Contemptu mundi cap. 23 : *Possessiones magnas, et varias, quas vulgo vocant Honores.* Sic *Honeurs* usurpant etiam Poetæ nostrates. Le Roman *de Rou* MS. :

> N'a droit au fieu, ne à l'Onor,
> Qui se combat à son seignor.

Le Roman *d'Aubery* MS. :

> Se vos jamais avoir volés m'amor
> Et en Borgoingne tenir fief ne Honor,
> Secorez moi por Dieu hui en cest hor.

Le Roman *de Garin* MS. :

> Et ge estoie venus à nostre Rois,
> Por recevoir l'Onor de Bordelois.

Villeharduinus n. 123 : *Et cil departiroient les fiez et les Honors par les homes, et deviseroient quel service il en feroient à l'Empereur.* Et n. 162 : *La Duché de Nike, qui ere une des plus haltes Honors de la terre de Romenie.* Charta Beneharnica apud Marcam pag. 339. *L'Aunor d'Ax*, Honor Aquensis. [** Poema del Cid vers. 290 :

> Unos dejan casas è otros onores.

Ubi vers. 302 :

> Vos que por mi dejades casas è heredades.

Consuetud. Barcinon. ann. 1358. vulgo *Recognoverunt proceres* dictæ art. 21 : *Item quod vicarius donat sex menses pro vendendis Honoribus debitoris, qui jurat se non habere res mobiles, de quibus possit creditori satisfacere.*]

* *Ennor*, eodem sensu, in Charta ann. 1300. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 130. r°. col. 1 : *En l'Ennor et en la chastellanie du chastiau de Rochefort.* Idem quoque sonat *Honrage* in Lit. Ludov. X. reg. Franc. ann. 1315. ex Reg. A. ejusd. Cam. fol. 79. v°. : *Ja fust ce que il* (Robert comte de Flandre) *tenist encore son fief et son Honrage que il tenoit de nostredit seigneur et pere. Anor*, eodem sensu, in Poem. *du Loheran :*

Digitized by Google

Leans avoit meint riche pongneor,
Comtes et princes, demoines, vavassors,
Qui de Girbert tenoient lor Anors.

Et quidem *Annor* et *Anor*, pro *Honneur*, sæpius legitur apud nostros scriptores; unde *Anorer*, honorare. Lit. ann. 1277. in Chartul. Campan. fol. 78 : *Salus et accroissemens d'Annor, etc.* Le Roman *de Garin* :

Si li devons moult grant Anor porter.

Ibidem :

Seignor, dit-il, bone gent Anorée.

Honores nostri appellarunt *Laudimia*, quæ ratione *Honoris*, seu *feudi*, domino ex feudorum alienationibus obveniunt. Liber Chirographor. Absiæ fol. 177 : *Et habuerunt inde 6. solidos solvendos de vendis et Honoribus.* [Charta ann. 1229. ex Hist. Beccens. MS. pag. 562 : *Ad perpetuam firmam decimam, redditus, terras, Honores, pensiones Ecclesiæ, res denique omnes, quas Henricus Abbas, et Ulterioris portus Monachi habebant apud burgum Teroldi.*] *Ventes et Honneurs*, in Consuet. Pictav. artic. 21. 22. 26. 27. etc. Inculismensi art. 10. 12. 16. Rupellensi art. 3. 39. Baionensi tit. 8. artic. 9. Angeriac. art. 18. 27. et seqq. Aquensi tit. 9. art. 29. et Turon. art. 165.

Honor, apud Hispanos, distat a *feudo*, et *terra*. Dicitur enim *Terra*, quam dominus annuatim dat vassallo in pecunia : *Honor*, quem dat sibi sine conditione, ut reditus alicujus villæ; et honor iste non aufertur ei in vita sine causa. *Feudum* autem datur alicui, ut certum servitium faciat. Ita Interpres legis 2. Alfonsi IX. Regis Castellæ part. 4. tit. 26. quæ sic habet : *Tierra llaman en España, à los maravedis que el Rey pone à los Ricos omes, e à los Cavalleros en logares ciertos. Et Honor dizen à aquellos maravedis, que les pone en cosas señaladas, que pertenescen tan solamiente al señorio del Rey : et dagelos el por les fazer honra : asi como todas las rentas de alguna villa o castello. Et quando el Rey pone esta tierra, et Honor à los Cavalleros, non facen ninguna postura. Ca se entende segun fuero de España, que lo han à servir lealmente, et non los deben perder por en toda su vida, si non fecieren por que. Mas el feudo se otorga con postura, prometiendo el vasallo al señor, de facerle servicio à su costa, et su mision, con cierta contia de Caballeros, o de homes, o servicio señalado, o en otra manera quel prometiesse de facer.* Vitalis Episcopus Oscensis, apud Blancam pag. 727 : *Debent enim omnes civitates et villæ Domini Regis tam majores quam minores Ricis hominibus pro suis stipendiis assignari.* Mox addit, in ejusmodi honoribus Ricos homines judices statuere, mulctas judiciarias percipere *usque ad mediam mortificaturam et fractionem cultelli inclusive, etc.* ita ut Rex nullum in iis jus habeat, nisi præsens sit in urbe, cum pœna hujusmodi est exigenda : *Tunc enim, quia eo præsente omnia minora officia conquiescunt, et omnia debent per suam excellentiam petractari, pœnæ per compulsionem Domini Regis exactæ usibus Regis cedunt, etc.* Vide eumdem Blancam pag. 734.

Honor, apud Anglos, significat feudum vel manerium aliquod nobilius, quod regalibus exornatur, et multa inferiora sibi servitutem debentia habet. Cowell. lib. 2. Instit. tit. 2. §. 7. [Litteræ ann. 1235. apud Rymer. tom. 1. pag. 340 : *Nos reddemus eidem Duci Honorem de Eya cum pertinentiis suis.* Instr. ann. 1283. apud eumdem tom. 2. pag. 238 : *Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro Johanni de Britannia Comiti Richemondiæ libertatem Honoris Richemondiæ.*]

¶ Honor, Territorium, districtus, *Banleuca*. Litteræ Caroli Johannis Franc. Reg. primogeniti ann. 1357. tom. 3. Ordinat. pag. 204 : *Quod ad questionem seu clamorem alterius, non mandabunt vel citabunt Senescalli dicti Domini nostri vel Baillivi sui, nisi pro facto proprio ejusdem Domini nostri, vel querela, aliquem habitantem in dicta villa, extra Honorem dicte ville, super hiis que facta fuerint in dicta villa et pertinenciis et Honore dicte ville, vel possessionibus dicte ville, et in Honore ejusdem.* Pluries ibi.

¶ Officiales, Servitores ad Honores, Qui non ex officio, sed sponte et voluntarie serviunt nostris *Honoraires, volontaires.* Charta Ludovici Reg. Comit. Provinciæ ann. 1409. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues : Jus inquirendi, procedendi, ac puniendi Officiales et servitores nostras, qui Volentes dicuntur, et sunt ad Honores, et nostræ Majestati ac Curiæ continuo actu non serviunt.*

* Honor, Munus; unde *Honorare*, muneribus aliquem prosequi. Charta Caroli C. ann. 25. regni ejusd. in Chartul. S. Dion. pag. 63. col. 2 : *Inter tres vero festivitates, videlicet natalis Domini et paschæ ac missa sancti Dionysii honorandus abba ejusdem loci a fratribus per annum de libris argenti sex, in hoc computati Honores, qui ei dabantur per prædictas festivitates.*

¶ Honor Cathedræ, Præstationis species quæ Episcopo quotannis in signum subjectionis ab Ecclesiis exsolvitur. Concilium Bracarense cap. 2. tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 111 : *Placuit ut nullus Episcoporum cum suas diœceses perambulant; præter Honorem cathedræ suæ, id est, duos solidos, aliquid aliud per Ecclesias tollat.* *Honor* nude dicitur in Præcepto Theodorici Calensis apud Eccardum de Orig. familiæ Habsburgo-Austr. col. 113 : *Non Archidiaconus, non Ecclesiæ judices, nec censum mittere, neque pastum, neque Honorem in rebus monasterii accipere non audeat.* Vide *Cathedraticum*.

* Honores Decedentium, Quæ per testamenta ecclesiis offeruntur. Charta Ludov. VII ann. 1150. in Chartul. Compend. fol. 54 r°. col. 2 : *Insuper etiam personarum decedentium Honores libere et absolute concessimus.* Vide *Oblationes defunctorum* in *Oblatio*.

* Honor Beatæ Mariæ, Ita appellatur monasterium sanctimonialium Cisterciensis ordinis prope Orchesium, in Ch. Joannæ comit. Fland. ann. 1234. ex Chartul. 2. Fland. fol. 98. in Cam. Comput. Insul.

* Honor Normalis, Regula monastica. Charta Loth. et Ludov. regum pro fundat. S. Maglor. ex Chartul. ejusd. monast. ch. 1 : *Volumus.... ut idem locus semper abbatem habeat ex propria congregatione, qui ipsam casam Dei et monachos ibidem degentes cum normali Honore custodiendo tractet.*

* Honor Vexilli, Jus vassallos suos in prælium sub vexillo suo conducendi, quod ad milites *banneretos* pertinebat. Charta ann. 1407. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 36. r°. : *Nos Philipa uxor dudum et nuper relicta nobilis viri, dum vixit, domini Mathæi de Gornay, qui statu baronis et Honore vexilli, dum in humanis agebat, præditus existebat, etc.* Vide *Bannereti*.

* Honores Facere, Phrasis Gallica, *Faire les honneurs d'une ville*, Munera, honoris causa, offerre, aliquem honorifice habere. Comput. ann. 1399. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 150. col. 1 : *Item dictæ communitates se congregaverunt in dicta domo communi, et domini consules faciendo Honores villæ, dederunt dictis communitatibus unum vas vino plenum, etc.* Hinc *Honneur* nostri etiam dixerunt convivium, quo aliquis honoris testificatione excipiebatur. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 95. Chartoph. reg. ch. 124 : *Lesquelz burrent tous ensamble.... en la maison de un ami,.... lequel les receust et festia bien honorablement :... liquiex le landemain pour le remunerer et guerredonner de la courtoisie, qu'il leur avoit faite, il donnerent un disner.... Lors commença ledit Perrin à dire que de l'Honneur ou du disner dessusdit il ne paieroit aucune chose.*

¶ **Honorabile Feudum.** Vide in *Feudum*.

Honorabiles, *Honoribus perfuncti*, ut est in leg. un. Cod. Th. de Comitib. vacantib. (6, 18.) seu *administratione perfuncti*, ut in leg. 2. eod. Cod. de Medic. (13, 3.) Qui quidem titulus vulgo a nostris in civitatibus concedebatur iis, qui civilia munia obierant, quos *Honorables personnes* vocabant : tametsi hodie apud nos viluit ejusmodi ap- pellatio, quod nobilitati, quam omnes ambiunt, quodammodo opponatur, [vel ut rectius dicam, opponi falso existimetur. Hoc quippe titulo donatos videmus, et id quidem duobus retro sæculis, eos qui majoribus dignitatibus Ecclesiæ vel Regni illustres fuerunt.] Interdum etiam *Honorabiles* appellantur in dignitate constituti, ut in Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 8. [** 10.]

* *Houneraules hommes et saiges*, in Charta ann. 1347. ex Chartul. Valcel. sign. E. Vide supra *Discretus*.

¶ **Honorabilis**, Ornatus, optime instructus. Codex MS. Consuetud. S. Augustini Lemovic. : *Septimus decimus* (Abbas) *Raimundus ... ipse fecit ... quinque casulas obtimas, nec non et quinque libros Honorabiles, scilicet Epistolas Pauli, et Epistolas Jeronimi, etc.*

1. **Honorabilitas**, Titulus honorarius Episcoporum, apud Facundum Herminianensem lib. 4. cap. 2. pag. 152.

¶ 2. **Honorabilitas**, Decorum, decentia, honor. Capitul. Caroli C. ann. 862. tit. 35. cap. 9 : *Et paratus sum cum tali caritate et Honorabilitate illum recipere sicut Christianus Rex Christianum Regem, et sicut diligens patruus dilectum nepotem debet recipere.*

* Honoris testificatio. Annal. Bertin. ad ann. 865. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 89 : *Nicolaus papa Arsenium Ortensem*

Digitized by Google

episcopum et consiliarium suum cum epistolis ad Hludowicum et Carolum fratres..... non cum apostolica mansuetudine et solita Honorabilitate, sicut episcopi Romani reges consuevérant in suis epistolis honorare,.... transmittit.

* **HONORABILITER**, Honorifice, in iisdem Annal. ibid. pag. 90.

¶ **HONORANTIA**, Honor, pompa, Italis *Honoranza*. Annal. Cæsenat. ann. 1324. apud Murator. tom. 14. col. 1141 : *Triumphus quidem maximus fuit ibidem, ad quorum Honorantiam concurrerunt Florentini, Perusini, etc.*

1. **HONORANTIÆ**, Honores, privilegia, prærogativæ. Charta ann. 1193. in Hist. Bellunensi pag. 98. v : *Cum omnibus suis pertinentiis, Honorantiis, et districtibus, etc.*

* Charta Caroli IV. imper. ann. 1360. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 705 : *Cum universis et singulis dictorum marchionatuum.... juribus, limitibus, fructibus, utilitatibus, pertinentiis, honoribus, obventionibus, Honorantiis debitis et consuetis, etc.*

* 2. **HONORANTIÆ**, Gall. *Honoraires*, Stipendia. Stat. Vercel. lib. 2. pag. 36. v°. : *Item quod fiat justitia comitibus de Cabaliaca in Honorantiis ejusdem loci, curtis et territorii; nonobstante aliquo statuto, scilicet de Honorantiis extra burgum, de quibus solutionem non recepissent.*

¶ 1. **HONORARE**, Forte pro *Onerare*, hoc est, alicui servitio subjicere; nisi *Honorare* hic idem sit ac donare. [* In *honorem* seu feudum concedere. Vide in *Honor.*] Charta ann. 1261. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 161 : *Nec de cætero possim hæreditatem meam vendere, nec alicui obligare nec Honorare absque eorum licentia.* [** Forte Donare, ut *Honorare*, 3. Germ. *Verehren.* Theoder. Comit. Holland. Chart. ann. 1083. apud Kluit Hist. Comit. Holland. tom. 2. part. 1. num. 19 : *Antecessores nostri ex propriis possessionibus eandem ecclesiam dei construxerunt, ditaverunt et Honorliverunt.*]

* 2. **HONORARE**, Verbis seu titulis honorariis aliquem compellare. Vide supra in *Honorabilitas* 2.

* 3. **HONORARE**, Muneribus seu beneficiis aliquem prosequi. Charta ann. 1228. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 99 : *Promittentes vobis bona fide ejusdem domini regis, quod ipse benefaciet vobis et Honorabit vos.* Vide supra *Honor*, Munus.

* 4. **HONORARE**, Stipendia præbere, remunerari. Charta Caroli III. imper. ann. 885. apud D. *Bouquet* tom. 1. Jur. publ. Franc. pag. 393 : *Qui quatuor quanto plus sunt laboraturi, tanto plus in stipendio, in vestitu, in equitatu, præ cæteris sunt Honorandi.* Vide supra *Honorantiæ* 2.

* 5. **HONORARE**, Celebrare. Stat. Univers. Tolos. ex Cod. reg. 4222. fol. 49. v°. : *Immo ex hoc ipsa festivitas amplius poterit Honorari et ipsa universitas congregari.*

¶ **HONORARIUM VINUM**, *Quod Regibus et potentibus honoris gratia offertur.* Vetus Gloss. MS. Sangerman. ex Isidoro lib. 20. cap. 3.

HONORATI, Qui in honoribus ac dignitatibus sunt constituti, vel qui dignitates gessere, seu in urbe, seu in provinciis. Gloss. Lat. MS. : *Satrapæ, Judices, Honorati, vel Principes.* Ἀξιωματικοί, in veteri Glossario; οἱ ἐν ἀρχαῖς γεγενημένοι, Libanio; οἱ ἐπ' ἀξίαις, Gregorio Nazianz. Orat. 1. Stileut. *Honoribus usi*, in aliquot Inscript. maxime enim *Honorati* dicuntur post gestos honores. [** Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. § 21.] Lex 8. Cod. Th. de Privilegio eorum qui in sacro palat. mil. (6,35.) : *Qui vel post administratam provinciam Honorati auctoritate fulcitur.* Salvianus lib. 3. ad Eccl. Cathol. : *Introducunt nempe in testamentum, quos nunquam introduxere in affectum, et hoc maxime, ut dixi, aut locupletes, aut nobiles, aut Honoratos, et qui nisi potentes essent, parentes forsitan non fuissent.* Victor Vit. lib. 1. Vandal. persec. : *Senatorum atque Honoratorum multitudinem.... exilio contrivit.* Julius Africanus seu Abdias lib. 6 : *Venerunt autem cum eis Indorum Honorati, etc.* Usatica Regni Majoric. MSS : *Si aliquis Honoratus homo, seu mulier Honorata captus seu capta detinebitur, ibidem non detineantur in domo, ubi homines seu mulieres modici valoris detinebuntur.* Adde Epist. Honorii et Theodosii ad Agricolam Præf. Præt. Gall. editam a Sirmondo ad Sidonium, Leonem PP. Epist. ad Episcop. Viennensis provinciæ; Gregorium Turon. lib. 8. cap. 42. Adamnanum lib. 1. de Locis SS. cap. 3. Agobardum lib. de Dispensat Ecclesiast. rer. cap. 2. Capitulare Pipini Regis Italiæ cap. 36. Synodum Ticinensém ann. 850. cap. 4. Baron. ann. 1054. n. 22. et quæ congessit Jacobus Gothofredus ad Leg. unic. Cod. Theod. de Offic. Judic. Civil.

¶ **HONORATI**, Qui honorariam per codicillos vacantes dignitatem habent, leg. 1. C. de offic. civil. jud. (1,45.) leg. ult. C. de offic. divers. jud. (1,48.) leg. 1. C. de honor. vehic. lib. 11. (tit. 20.) Pancirolus lib. 1. Thesauri var. lect. cap. 77.

HONORATI, *Qui honores*, hoc est, feuda, possident. Capitul. Radelchisi Princip. Beneventani cap. 27 : *Si populus portionis meæ... ierint in exercitu quocumque, et quolibet modo occiderint vel apprehenderint vestros Honoratos ac vassallos.* Vide *Honor.*

HONORATIM. Fulcherius Carnot. lib. 1. Hist. Hieros. cap. 4 : *Nec permittebat Imperator introire in civitatem multos simul : sed Honoratim, vel quinque, vel sex de potentioribus, ad horam ingredi sinebat.* Ita utraque Editio : id est, cum honore debito.

HONORERIUM, Presbyterium, consessus Presbyterorum honoratiorum. Inscriptio Christiana apud Gruterum 1174. 8 :

Parvulus interea Petri nutritus ovili,
Primus Honorerii Presbyter enituit.

¶ **HONORIFICABILITUDINITAS**, Honor. Albertus Mussatus de Gestis Henrici VII. lib. 3. rubr. 8. apud Murator. tom. 10. col. 376 : *Nam et maturius cum Rex prima Italiæ ostia contigisset, legatos illo Dux ipse direxerat cum regalibus exeniis Honorificabilitudinitatis nec obsequentiæ ullius causa, quibus etiam inhibitum pedes osculari regios.*

HONORIFICABILITUDO, pro *Dignitas*, in Charta Hugonis Archiep. Genuensis ann. 1187. apud Ughellum.

* **HONORIFICARE**, Honoribus et dignitatibus cumulare, apud Hincmar. in Epist. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 359 : *Deus.... vos.... præ ceteris Honorificavit et ditavit.* [** Vide Forcellinum.]

** **HONORIFICATIO**. Hraban. Maurus de Rever. Filior. cap. 1 : *Quam placita fuerit omnipotenti deo Honorificatio parentum et subjectio filiorum, etc.*

1. **HONORIFICENTIA**, Titulus honorarius Pontificum, in Epist. Isidori Hispal. ad Masonam Emerit. Episcopum, de cujus fide viri docti dubitant. Vide Joannem VIII. PP. Epist. 269. [** et Liberium PP. Epist. 3. apud Coustant. pag. 423.]

¶ 2. **HONORIFICENTIA**, Dignitas, pompa. Instrum. ann. 1362. in Tabular. Massil. : *Reformavit quod cantare solemne fiat pro salute animæ ipsius domini nostri Regis bonæ memoriæ, juxta modum et Honorificentiam cantaris domini Andreæ mariti primi dominæ nostræ Reginæ.*

3. **HONORIFICENTIA**, Idem quod *Honor*, Feudum, dignitas feudalis. Pacta inita inter Francos et Venetos ante expugnationem CP. in Gestis Innocentii III. PP. pag. 93 : *Est autem sciendum, quod a nostra et vestra parte 12. homines vel plures pro parte eligi debent, qui juramento adstricti, feuda et Honorificentias inter homines distribuere debent, et servitia assignare, etc.* Occurrit ibi pluries. Idem Innocentius in Epist. ad Marchionem Monferratensem : *Non habito respectu ad possessiones et Honorificentias, quas obtines affluenter.*

¶ **HONORIPETA**, Ambitiosus, qui honores aucupatur. Apuleius de Philos. lib. 2 : *Culpabilium autem virorum quatuor formæ sunt : quarum prima Honoripetarum est.*

1. **HONORIUM**, Idem quod *Honor.* Charta Philippi Pulcri Regis Franc. ann. 1309. in Regesto ejusdem Regis n. 85. ex Tabul. Regio : *Nec pedagium seu barragium in Honorio castri et Castellania de Burdellia solvere compellentur.* [* Seu *honoris* aut feudi territorium et ambitus. Charta ann. 1349. ex Tabul. Flamar. : *Prout redditus in Honorio de Montinhiaco in et circa dotes assignantur.*]

* 2. **HONORIUM**, Suprema jurisdictio ejusque districtus. Charta ann. 1313. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 102 : *De Honoriis et ressortis nostris aliarum ballivarum circumvicinarum, Honorium sive ressortum balliviæ bastidæ S. Ludovici crescerent et ampliarent, etc.*

HONOROSUS. Regula Templariorum cap. 10 : *Quia assueta carnis comestio intelligitur Honorosa corruptio corporum.* Ita Editio Andr. Favini et Labbei. [f. pro *Onerosa.*]

¶ **HONORUS**, Honorificus. Frodoardus in fine libri metrici de Romanis Pontificibus :

Ac geminans dono cumulatum muneris almi
Pergere lætantem amplexu dimisit Honoro.

Mabill. in Itinere Germ. tom. 4. Analect. pag. 52 :

Hunc librum Carolus quondam perfecit Honorus.

¶ **HONTEISTER**, Mensuræ species. Charta ann. 1238. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 421 : *Quæ terra solvit annuatim ad Nativitatem Domini quadraginta et tres denarios Bruxellenses, et*

Digitized by Google

novem fertellas avenæ, cum mensura quæ dicitur Honteister, nomine census.

HONTFONGENETEF. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 723 : *Teneant omnes prædictas terras... in liberam, puram, et perpetuam eleemosynam, et sicut aliqua eleemosyna liberius dari poterit vel teneri omnino, extra dangerium nostrum, hæredum, vel assignatorum nostrorum, ballivorum, vel ministrorum, in perpetuum, tantummodo Hontfongenetef mihi retento.*

1. **HONUS,** pro *Honor.* Gloss. Lat. Gr. : *Honus, honor,* τιμὴ θεῶν, τιμὴ ἀνθρώπων. Glossæ Lat. : *Honus, honor, dignitas.* Adde Isidor. lib. 1. cap. 26. et Egesippum lib. 5. cap. 23. extremo, ubi *nullus Honus curat hoc vulnus*, legi in MSS. Codd. monent viri docti. Vide Chronicon. Fredegarii cap. 82.

* 2. **HONUS,** pro Onus, Gall. *Charge*, in Stat. ann. 1358. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 193. art. 19. et alibi.

HOPELANDA, Pallii vel tunicæ species, nostris, *Houpelande.* Statuta pro S. Capellæ Paris. : Canonicis *Cavendum est, ne subtus superpellicia induantur Hopelandæ, propter deformitatem, quæ ibi multotiens est apparens in colleriis.* [Charta ann. 1433. ex Archivo majoris Ecclesiæ Massil. : *Hopelandam nostram sive tunicam brevem de violeto obscuro foderatam de bocassino et de grisis.* Charta ann. 1406. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 827 : *Dedit D. de Vaucler pannam seu forraturam Hoppelandæ suæ. Item legat..... unam suam Hoppelandam rubeam martris foderatam.* Litteræ Caroli V. Regis Francor. ann. 1367 : *Nulla ipsarum audeat portare aliquam Hopelandam.*]

¶ **Houppelanda.** Statuta Eccl. Ambian. circa ann. 1450. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1226 : *Juppones quoque Houppelandas, vilanos et alia vestimentorum genera, præter tunicam, supertunicale, mantellum, houciam et epitogium non portent* (*Ecclesiastici.*) Vocis etymon ab Uplandia provincia arcessit Huetius, quod inde credat allatas fuisse *Houppelandas. Pelandas* eas vocant Itali.

* *Hoppelandas succinctas, nimiæ longitudine vel brevitate notatas*, in Stat. S. Capel. Bitur. ann. 1407. ex Bibl. reg. Varias hujusce vestis formas descriptas habemus ex Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 317. v°. ad ann. 1394 : *Houppellandes plaines de draps, de laine et de soye, les unes longues, les autres à my jambe, les autres audessus du genoul, et les autres courtes : et aussi de semblables Houppellandes entaillées menuement ou grossement, en bendes à pelz et en quelconque autre maniere.* A pallio in quibusdam scutis aureis efficto, *Houpellandes* vel *au mantelet* nuncupata fuisse, discimus ex Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 61 : *Sept escus d'or, nommez Houpellandes, etc.* Vide in *Moneta.*

* **Hopulanda,** Eadem notione. Vinc. Ferrar. in serm. de S. Joan. Bapt. ad calcem Natal. Burg. pag. 155 : *Cogito ego quod* (S. Elisabeth) *fecit sibi amplas Hopulandas sive vestes, ut absconderet partum, timens ne gentes dicerent : Ecce, licet sit devota, tamen adhuc vacat libidini.*

¶ **HOPERATUS,** *Operatus*, Contextus. Vetus Cæremoniale MS. B. M. Deauratæ : *Et ibi debent reperire forastollum præparatum a gentibus Sacriste munitum de uno panno lineo, Hoperato de cirico.*

¶ **HOPIA,** *Veneni genus, quod ex incisis capitibus papaverum succo expresso conficitur.* Laur. in Amalth.

¶ **HOPLA,** Populus, arbor. Charta Mathildis Comitissæ ann. 1096. tom. 2. Bullarii Casinensis pag. 117. Vide *Oplus.*

* **HOQUELATOR,** Gall. *Hoqueleur,* Versutus ac fraudulentus litigator, fallax, rixosus; a verbo *Hocqueler*, litigiis vexare : unde *Hoquelerie*, fallacia, dolus. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 494 : *Rixosus et ebrius, verberator, Hoquelator et captor gentium ad hoquetos.* Aliæ ann. 1364. in Reg. 94. ch. 58 : *Lequel Alain estoit Hoqueleur, bateur, brigeux, tanseur, etc. Cabuseurs, Hoqueleurs et trompeurs de gens*, in aliis ann. 1370. ex Reg. 100. ch. 609. Aliæ ann. 1380. in Reg. 118. ch. 348 : *Icellui Boudin estoit homme hautain et Hoqueleur.* Aliæ ann. 1412. in Reg. 166. ch. 377 : *Lequel Jehan estoit de très mauvaise vie et Hocqueleur en tenant pluseurs gens en grans procès. Lequel Thomas estoit homme Hoqueleux, procédeux et rioteux*, in aliis ann. 1427. ex Reg. 173. ch. 709. Denique aliæ ann. 1468. in Reg. 194. ch. 311 : *Le suppliant dit : Ce n'est point fait de bon procureur, mais est fait d'un Hoqueleur.* Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 93. ch. 220 : *Jehan du Puch dist que c'estoit la coustume des sergens de tenser et Hocqueler les bonnes gens.* Aliæ ann. 1395. in Reg. 149. ch. 151 : *Icellui Jehan fu aucunement contredisant, en disant que c'estoit une Hoquelerie ; et ledit Hennequin lui repondi que ce n'estoit qu'esbatement.* Vide *Hockettours* et Diction. Menagii v. *Hoquelerie.* Quæ voces omnes accersendæ videntur a vocabulo

* 1. **HOQUETUS,** nostris *Hoquet*, Impedimentum quodvis, difficultas quæ moram affert in negotiis. *Houquet*, in Lit. ann. 1354. tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 558. Locum vide in *Hucciare*, ubi minus bene allegatur. *Occot*, eodem sensu, ni fallor, in Testam. Hugon. V. ducis Burg. ann. 1314. inter Probat. tom. 2. ult. Hist. Burg. pag. 155. col. 1 : *Volons nous que nostredis hoirs soit contraints, sens deloy et sens Occot, por la court le roy de France monseignour à tenir et garder..... les choses dessusdites.* Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 494 : *Hoquelator et captor gentium ad Hoquetos.* Haud scio an huc spectet vox *Hocquemelle* ex aliis Lit. ann. 1413. in Reg. 167. ch. 283 : *L'exposant dist à icellui Garelle que autrefoiz avoit il eu une Hocquemelle ; qu'il se gardast d'en avoir un autre et qu'il ne feust rangier.*

* *Hoquet* vero, Pedum pastorale sonat, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 158. ch. 346 : *Icellui Caton getta un sien baston à bergier, appellé Hoquet, au suppliant.* Aliæ ann. 1410. in Reg. 165. ch. 25 : *Adam Michiel pasteur de son Hocquet ou baston à bergier, et le suppliant de son Hocquet à picque, etc.*

¶ 2. **HOQUETUS,** Singultus, Gallice *Hoquet.* Bulla Johannis XXII. PP. in Extravag. de Vita et honestate Clericorum, ubi de musicis sui temporis : *Nonnulli novæ scolæ discipuli... melodias Hoquetis intersecant.*

* Hinc *Hoquet* dixerunt Ictum sub mento inflictum, quod sonum singultus efficiat. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 76 : *Icellui Perrinet fist un petit Hoquet de sa main au menton dudit Symon en lui levant hault son menton par un cop seulement. Icellui Jehan baillz audit son compaignon un Hoquet par le menton*, in aliis ann. 1394. ex Reg. 147. ch. 12. *Hoqueter* vero, est Quatere, succuture, vulgo *Ebranler en secouant.* Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 162. ch. 252 : *Icelle jeune fille oy gens qui Hocquetoient à l'uis du jardin.* Aliæ ann. 1410. in Reg. 164. ch. 280 : *Quand le suppliant ne trouvoit point l'huis ouvert, il faisoit tant en le Hoquetant et sourdant, que il ouvroit.*

¶ 1. **HORA,** Moneta, vel pars libræ monetariæ. Vide *Ora.*

* *Horis*, monetæ Britannicæ species, in Lit. remiss. ann. 1480. ex Reg. 207. Chartoph. reg. ch. 225 : *Targes et Horis, autrement appellez gros de Bretaigne.*

* 2. **HORA,** Regio, idem quod Italis *Contrada.* Charta ann. 1230. apud Cl. V. Garamp. in Dissert. 13. ad Hist. B. Chiaræ pag. 361. inter not. : *Domus posita in civitate Arimini Hora S. Gregorii, a duobus lateribus totius domus plateæ publicæ.*

¶ **Hora Nona,** Vox usurpata ad significandas partes Orientis circa solsticium hiemale. Charta incerti anni apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 250 : *Usque dum pervenitur ad ipsum locum ubi tres fossæ simul adveniunt. Et tunc vadit fossa sancti Catuodi quasi ad Horam Nonam per abrupta loca usque dum pervenit ad unam nodula.*

¶ **Hora Tertia,** post meridien scilicet, Partes Occidentis circa solsticium hiemale. Charta mox laudata ibidem : *Et in capite marcasii levat fossa per montem Huelgoret quæ recte vadit quasi ad Orientem. Tunc relinquens nodam quæ vadit ad puteum tenens nodam unam cum fossa contra Horam Tertiam.* Chartularium Quimperleg. fol. 82. v° : *Fossa... quæ recte vadit ad Orientem, et antequam pervenit quasi ad acervum petrarum curvat parum per quasi ad Horam Tertiam.*

¶ **Hora Enrabiada.** Capitulum MS. S. Victoris Massil. ann. 1312 : *Statuimus quod prima illa Hora dicta Enrabiada, in qua Prima aliquotiens dici consuevit, quæ non ædificabat, sed potius animos fratrum conturbabat, ex nunc in antea non dicatur.* Haud scio an huc spectet quod legitur in Dialogo inter Cluniac. et Cisterc. monach. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 1603 : *In æstate, sonitu exercitati post solis ortum surgitis ; et antequam Primam cantetis, opera vestra tam otiosa quam negotiosa soletis operari, ipsam Primæ celebritatem in horam diei secundam fere plenam differentes.* Sed hæc nihil ad vocis originem.

* 3. **HORA Bassa,** Serotina. Lit. remis ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 288 : *Invenit dictum Jacobum Brouhuat et dictam Johannetam in hospitio Petri de Lermet, januis clausis et sine aliqua media persona, circa Horam nonam bassam.* Aliæ ejusd ann. ibid. ch. 380 : *Comme à Heure de basse rissue, lui Gosset*

Digitized by Google

estant à la croix d'icelle ville de Verneuil, etc.

* Hora Captata, Præstituta. Vide supra *Captatus.*

* Hora Cliquexi, Qua mane pulsatur campana. Vide supra *Cliquetum.*

* Hora Macelli, Qua, ut videtur, merces venum expositas emere licet. Acta S. Aurei tom. 3. Jun. pag. 55. col. 1 : *Quadam autem die, videlicet feria quinta ante festum Walpurgis, Hora macelli, sarcophagum lapideum, miro modo et plane sectum, ... invenerunt.*

* Hora Parva, Exiguus temporis articulus. Barel. serm. in feria 5. hebdom. 3. Quadrag. : *Propter insuetudinem vini, in parva Hora se inebriaverunt.* Vide infra *Horula.*

* Hora dicta *de remontée*, vel *du ravaler*, vulgatius *de relevée*, Pomeridiana. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 122. Chartoph. reg. ch. 313 : *Le Lundi xviij. jour de ce présent mois de May à Heure de remontée.* Stat. pannif. in Lib. rub. fol. magn. domus publ. Abbavil. art. 31 : *Et seront tenus lesdis manouvriers de retourner à l'ouvrage à maubege du ravaler.* Vide infra *Releveia.*

* Hora nuncupata *de Riotte*, Qua merenda sumebatur, designata in Glossar. Lat. Gall. S. Germ. Prat. : *Merenda, le mangier de l'heure de none. De riotte* appellata a verbo *Recigner* vel *Rechigner*, Merendam sumere; quæ pomis aut pyris asperis fiebat : unde fortean nomen ; vel a rixa, nescio qua ratione, quod indicare videtur vox Gallica *Riotte.* Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 125. v°. ad ann. 1372 : *Or est vrai que . . . . environ Heure de riotte etc.* Rursum fol. 138. r°. ad ann. 1377 : *Environ Heure de entre riote et cœuvre-fu etc. Ruyote*, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 111. ch. 358 : *Item an erant plures in vico Hora, qua pulsatur Ruyote? Heure de rissue* dicitur supra in *Hora bassa.* Vide *Rechinus* et infra *Recticinium.*

* Hora Seralis, Vespera. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 230 : *Prædicti exponentes euntes per villam Matisconensem de nocte post Horam seralis, causa spatiandi, etc. Heure de l'ansery*, in aliis ann. 1421. ex Reg. 171. ch. 479 : *Comme le suppliant environ Heure de l'ansery eust envoyé pour lui sur les murs de la ville de Reims et pour la garde d'icelle un jeune filz, etc.* Vide infra *Sera* 1. *Serale* 2.

* Hora Signi, Gall. *Heure de saint*, Qua *signum* seu campana pulsatur. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 209 : *Item en un autre jour, ... comme environ Heure de saint sonnant pour fermer les portes de ladite ville* (de Montargis). Vide *Signum* 8.

* Hora Tarda, nostris *Heure tarde*, Serotina, crepusculum. Inquisit. contra Templar. ann. 1311. ex Cod. reg. 5376. fol. 16. r° : *Interrogatus si illa die ulterius viderunt se simul; et respondit quod Hora tarda se viderunt.* Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 281 : *Hora tarda, quæ vulgariter vocatur hora inter canem et lupum, etc. A heure d'encour* (f. pro entour) *chien et leu*, in aliis ann. 1381. ex Reg. 119. ch. 417. *Entre deux Wignorons*, eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1370. ex Reg. 100. ch. 861 : *Comme le suppliant passoit par devant l'ostel dudit Claye à Tournay à heure d'entre deux Wignorons rabat jour, etc.* Aliæ ann. 1450. in Reg. 180. ch. 151 : *Icellui de Salheras, le Samedi après ensuivant Heure tarde, ala de vie à trespassement.*

Horæ Canonicæ, Officia diurna, quæ in Ecclesiis fideles psallendo exequuntur, sic dicta, quia certis horis recitari debent juxta Canones et regulas SS. Petrum. Hæ autem septem numero sunt, scilicet, *Matutina, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespera, Completorium :* quæ ita recensentur in Canonibus Saxonicis Ælfrici ad Vulfinum Episcopum cap. 19. Uhtsang, id est, *Cantus antelucanus* : Primsang, id est, *Cantus matutinus* : Undersang, i. *Cantus tertianus* : Middægsang, i. *Cantus meridianus* : Nonsang, i. *Cantus nonalis* : Æfensang, i. *Cantus vespertinus* : et Nihtsang, i. *Cantus nocturnus.* Papias : *Synaxis, Græce, Hora dicitur, quando fratres conveniunt.* De Horis Canonicis et earum institutione ac antiquitate ex SS. Patribus multa scripsere, qui de ritibus Ecclesiæ tractatus ediderunt, inprimis Durandus lib. 5. Ration. cap. 1. et seqq. Durantus de Ritibus Eccles. lib. 3. cap. 1. et seqq. Pamelius ad S. Cyprian. de Orat. domin. Bellarminus lib. 1. de Bon. oper. cap. 11. Baron. ann. 34. num. 163. 251. ann. 51. n. 69 Gazæus ad Cassianum, Haeftenus lib. 7. Disquisit. Monast. tract. 2. 9. et alii passim. Adde Excerpta Egberti Archiep. Eborac. cap. 28. et Glossar. med. Græcit. voce Ὥραι, col. 1791.

☞ Tredecim horarum cursus nocturna et diuturna continuatione cum integro psalterio persolvisse S. Gerardum Episcopum Tullensem referunt Acta Episcop. ejusdem Ecclesiæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1053. Quid consuetis septem horis addiderit non percipio.

Horæ, nude. Gervasius Dorobernensis : *In hac Capella ante exilium et post, Missas celebrare, Horas audire, et frequenter orare solebat.* Ordericus Vital. lib. 6. pag. 607 : *Cotidie Missas audire studebat et Horas.* Monast. Anglic. tom. 1. pag. 876 : *Interim dicamus Horas et Evangelia nostra.* Ita ψάλλειν τὰς ὥρας, dixerunt Græci recentiores. Vide Nomocanonem nuper editum a Cotelerio cap. 37. 53.

* Iis etiam privatim cum alia muliere recitandis assidue vacabat uxor Caroli V. ut discimus ex Lit. ann. 1363. in Reg. 92. Chartoph. reg. ch. 261 : *Don fait par Mons. le duc* (Charles V.) *à Estienne Julien, valet de la chambre Mr. la duchesse, et à Maheut Boutefeu sa femme, qui aide à dire les Heures de Madame, en acroissant de leur mariage, quatre cens franz d'or pour une fois.*

Horarius, Liber Horas canonicas continens, apud Gillebertum Lunicensem Episcopum de Usu Ecclesiastico.

Horæ Diurnales. Ordericus Vitalis libro 12 : *Diurnales horas ad Laudem Dei ex debito modulabantur.* Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis cap. 15 :

Psallebant semper Capellani reverenter
Horas nocturnas sibi, quotidieque diurnas.

Will. Thorn. ann. 1283 : *Vel alius rogatu ipsius dicet Horas de die in Conventu.*

Horæ Regulares, quæ et *Canonicæ*, vel quæ juxta regulam monasticam in Ecclesia decantantur : apud Lanfrancum in Decretis pro Ordine S. Benedicti cap. 14. 15. in libro Ordinis S. Victoris Pariensis MS. cap. 38. et alibi sæpe, etc.

Horæ de S. Maria, Quæ in quibusdam Monasteriis cum *Horis regularibus* cantantur. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 50 : *Sive Hora regularis, sive de sancta Maria, etc.* Et cap. 55 : *Notandum, quod Horæ de sancta Maria mediocri voce dicendæ sunt, et cum cantu, et in his non inclinatur, ad Gloria Patri. Ad omnes Psalmos communiter sedent, etc.* Vide Concil. Tolosanum ann. 1229. can. 14.

¶ Horæ, Liber precum, Gall. *Heures.* Menoti Sermones fol. 159. v° : *Les Sergens sunt ministri diaboli; ecclesia eorum est taberna, numquam enim veniunt ad sermonem; servitium eorum est blasphemare nomen Dei; Hore eorum sunt charte et alee, Pater noster sunt taxilli.*

Horarum Receptor, Qui canonicas *Horas* persolvendas curat in Ecclesia, et stipendia Canonicis, qui iis intersunt, persolvit. Necrologium Ecclesiæ Parisiensis 2. Non Febr. : *Hic dicitur fieri Missa de B. Virgine,... in qua Receptor Horarum tenetur distribuere Canonicis et majori altari servientibus unicuique 2. sol. etc.* Ejus munus alibi dicitur *officium Horarum.* 6. Id. Martii : 150. *libr. Paris..... solvendas sine dilatione annis singulis ab illo, qui prædictarum Horarum officium procurabit.* In Charta alia veteri *Horoscopus* videtur appellari, ejusque officium *Horoscoparia* et *Horoscopatus* : nisi ille sit, *cui temperandarum Horarum et Vigiliarum diligentia committitur*, in Vita S. Leobini Episcopi Carnotensis.

Horæ Incompetentes, *id est, silentium*, in Capitulis Adalhardi Abbat. cap. 43.

* **Horalis**, Vestis seu tunicæ species, Gall. *Casaque.* Charta abb. de Conchis in Ruthenis ann. 1325. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 471 : *Ad hoc officium ponderandi.... consules eligent seu deputabunt hominem legalem, ... qui poterit tenere et portare baculum nostrum seu Horalem, ut serviens noster.* Vide mox *Horarium.*

Horama, Oroma, Orama, ex Gr. ὅραμα, Visio, apparitio. Passio SS. Perpetuæ et Felicitatis : *Priusquam pugnaremus, video in Horomate hoc.* Vita S. Willebrodi cap. 2 : *Mater intempestæ noctis quiete cœleste in somnis vidit Horama.* [S. Gerardus in Mirac. S. Adalhardi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 362 : *Cui* (ædituo) *nocte quadam in Horamate se idem Confessor offerens, etc.*] Adde Rodolphum Tortarium lib. 5. Miraculor. S. Benedicti n. 12.

Orama, sine aspiratione, aliis. Ugutio : *Orama, visio, somnium.* Olbertus Abbas Gemblac. de Miracul. S. Veroni n. 2 : *Obstupuit Presbyter ex Oramate.*

Oroma, interdum, et crebro habent Scriptores. Aldhelmus lib. de Virgin. cap. 3. ait, S. Joannem Evangelistam *in Pathmo raptum in Oromate.* Et cap. 26 :

Oroma per noctem cernebat rite supernum.

Digitized by Google

Gualdo Monachus Corbeiensis in Vita S. Anscharii Arch. Hamburg. cap. 4 :

. . . . Quod Oromà vir ille tenaci
Pertractans animo.

Et cap. 16 :

Pœna mali vindex fuit hujus Oromatis index.

Poeta anonymus de Episcopis Eboracensibus :

Oroma gentilis, qua viderat ipse supernum.

Adde Fulcuinum de Gestis Abbatum Lobiens. cap. 2. Fridegodum in S. Wilfrido cap. 25. Ermenricum in Vita S. Soli cap. 9. etc.

HORARIE, quasi *Ad horam* : Galli dicerent : *Pour un temps, Pour une heure.* Charta Raimundi Episcopi Tolosani ann. 1160. apud Catellum : *Nisi illi scilicet, qui vere, et non Horarie fratres fuerint, vestes crucibus signatas non simulate deferentes, etc.*

* **HORARIUM**, Vestis episcopalis in formam sindonis. Hugon. Metel. epist. 41. tom. 2. Monum. sacr. Antiq. pag. 387 : *Item non absque lineo amictu incedere laudabile est, sed pretium linearum vestium non habere, valde enim ignominiosum est et plenum dedecoris, referto marsupio gloriari, quod non habeas Horarium et sudarium.* Glossar. Lat. Ital. Ms. : *Horarium, la scufia.* Vide *Horalis* et *Orale.*

1. **HORARIUS**, Genethliacus. Gloss. Gr. MS. cui titulus Στέφανος λίξεων, ex Biblioth. Reg. Cod. 1688 : Ὡροσκόπος, ὁ σκεπῶν τὴν ὥραν, ὡραιάριος. Vide alia notione in *Horæ.*

* 2. **HORARIUS**, Qui, ratione beneficii seu præbendæ, *Horas canonicas* seu officia diurna in ecclesiis psallendo exequitur, et in iis vices canonici agit, vulgo *Heurier.* Charta Caroli V. reg. Franc. ann. 1367. ex Tabul. Carnot. : *Optamus quod duodecim dictæ ecclesiæ* (Carnotensis) *capellani in collegio Horariorum et matutinariorum ipsius ecclesiæ ex nunc per decanum et capitulum ejusdem ecclesiæ electi, etc.* Necrol. recens. Ms. ejusd. eccl. ex antiquioribus compositum : *x. Cal. Maii. Obiit Philippus de Cornillon archidiaconus Dunensis, qui dedit pro uno Horario perpetuo x. lib. x. sol. annui reditus.* Comput. ann. 1372. ex eod. Tabul. : *ix. Mart. anniversarii in Clementis Frascaille Horarii matutinarii.* Vide infra *Matutinarii.*

* 3. **HORARIUS**, Qui stipendia canonicis qui *Horis* intersunt, persolvit. Comput. eccl. Paris. ann. circ. 1381. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Item ab Horario super curtillia aux Boteloys, quinquaginta solidos.* Necrol. Paris. Ms. ad. iv. Id. Febr. : *Quæ omnia supradicta et singula tenebit et possidebit Orarius* (sic) *ad opus Horarum; ita tamen quod dictus Horarius solvet annuatim in die anniversarii dicti Stephani Fredet centum solidos Paris.* Idem qui alibi *Receptor Horarum* dicitur. Vide in *Horæ.*

¶ **HORATIM**, Per horas, vel horis competentibus. Vita S. Illidii tom. 1. Junii pag. 430 : *Qui divino mancipati servitio, ecclesiastico more Horatim laudes Deo persolverent.*

¶ **HORATORIUM**, pro *Oratorium*, Minus altare, quo nomine intelligi debent Capellæ et minores Ecclesiæ, quæ a principali dependent. Consecratio Ecclesiæ B. M. Virg. in villa Formiguaria ann. 873. tom. 1. Hist. Occitan. inter Instr. pag. 126 : *Ecclesiam sancte Marie.... cum appendiciis et Horatoriis suis.*

¶ **HORCA**, Vas olei, vel species amphoræ. Vita S. Sidronii Mart. tom. 3. Julii pag. 183 : *Et jussit exhiberi quadraginta Horcas olei, et mitti super flammam ignis.* Vide *Orca.*

HORDA. Udalricus lib. 3. Consuetud. Cluniac. cap. 8 : *Pannos.... non suspendunt ad siccandum in Horda, ut alii fratres; sed tantum deponunt in herbario claustri.* Puto legendum *in Chorda.*

¶ **HORDALICIUM**, Hordamentum. Vide in *Hurdicium.*

HORDARIUS. [* Visselbec. Chron. Huxar. ad ann. 1160 : *Matthias Sperber Hordarius seu quæstor dedit burnetum, id est nigrum pannum.*] Vide *Hordera.*

¶ **HORDEARIUM**, *Æs quod pro hordeo equiti persolvebatur.* Laur. in Amalth.

¶ **HORDEATIO**, *Morbus equorum*, in Amalth.

* **HORDEICIUM**, Pali in fossatorum marginibus infixi, ne statim ad mœnia accessus pateret, Gall. *Palissade*, alias *Hordis* et *Hordois.* Reg. Phil. Aug. sign. 34. bis ex Chartoph. reg. part. 1. fol. 95. v°. col. 1 : *Hordeicium reparandum inter portam de Monte Musardi et portam mercati etc.* Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 58 : *Il geterent le feu grégois ou Hordis que il y avoient fait faire.* Guill. Tyrii contin. Hist. apud. Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 614 : *Or vous dirai qu'il avint la nuit, la pierre d'une perriere féri si à l'ordois d'une tornace, que li Hordois chai etc.* Vide *Hurdicium.*

¶ **HORDEOLUS**, Apostema nascens in extremitate palpebræ. *Hordeoli in palpebris,* Prisciano lib. 1. cap. 12.

HORDERA, Hordarius, Vox Saxon. hordere, Quæstor, ab hord, Thesaurus. Leges Adelstani Regis cap. 8. apud Bromptonum : *Et quicunque Hordera Regis, vel præpositus furi consentaneus erit, etc.*

Hordarius, Ibid. cap. 15. Inde

Horderium, in Legibus Canuti Regis cap. 104. ubi *dispensa* exponitur : *Sed suum Horderium quod dicere possumus Dispensam, et custam suam, et trage, id est, scrinium suum debet ipsa custodire.* Hinc Anglis *Hord*, et *Horder*, eadem notione.

HORDICIUM. Vide *Hurdicium.*

¶ **HORDINIUS**, f. Hæres, successor. [* Vel potius *Hordinium*, Posteritas. Vide *Ordinium.*] Charta ann. 1286. ex Tabular. D. *de Flamarens : Constantius Darton et Maria ejus uxor.... tradiderunt jam dicto Geraldo de Sentis pro se et suo Hordinio stipulanti et recipienti totam illam domum et localem in quo est.*

HORGRIFT. Lex Bajwar. tit. 7. cap. 3 : *Si quis propter libidinem liberæ manum injecerit, aut virgini seu uxori alterius, quod Bajwari Horgrift vocant, cum. 6. sol. componat.* Ubi Lindenbrogius : *Hore*, meretrix : *grifte*, tactio. Nec Angli secus, ait Spelmannus. At hic non de meretrice agitur; sed de virgine, aut alterius uxore. Proinde existimarem potius standum Editioni Heroldi, quæ *Horichrift* præfert, ut sit tactus cum vi, pulsatione, offensa. Est enim *Hort*, pulsatio, unde *Horten*, pulsare, allidere, et *Grift*, tactus. Lectiones alias profert Baluzius ex Codd. MSS.

☞ Lindenbrogianam interpretationem probat Schilterus. Et quidem licet de virgine aut aliena uxore hic agatur, nihilominus vocem *Hurgrift*, vel, ut legendum censet *Horgriff* de tactu meretricio, non violento, injurioso tamen et puniendo, interpretandum existimat : quam compositam docet ex *Hur*, meretrix, et *Griff*, contactus.

* **HORIA**. Charta abb. de Conchis in Ruth. ann. 1325. ex Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 471 : *Item ut in præmissis honor seu Horiæ nostræ serventur, statuimus et ordinamus, quod consules dictæ villæ clavem domus, in qua pondus tenebitur, nobis præsentent anno quolibet.* Sed restituendum procul dubio *Senhoriæ nostræ*, id est, dominii. Vide *Senhoria* 2.

HORIDIA, pro *Hordeum*, perperam scriptum apud Alypium Antiochen. in Descript. orbis cap. 30 : *Vina varia, oleum, Horidiam, purpuram bonam, etc.*

* **HORILOGIUM**, pro *Horologium.* Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. reg. : *Item solebant esse quædam Horilogia.* Aliud Gallicum : *Item y souloit estre un reloge, etc.* Vide mox *Horologium* 2.

¶ **HORIPETÆ**, *Qui horas petunt.* Papias.

* **HORLA**, Ora, limbus, Gall. *Ourlet.* Stat. sabbat. Carcass. ann. 1402. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 560. art. 7 : *Nullus magister nec alter operarius dictæ artis sabbateriæ .... sit ausus ponere seu immiscere de duobus coriis, quasi dicamus corium mutonis immiscere cum corio vaquæ seu de cordoa, nec e converso, nisi esset tamen Horle vel vengueta.* Ubi leg. *Lengueta*, ut habet Registrum. Vide *Orlum.*

¶ **HORMENI**, pro *Armeni*, apud Wildebrandum ab *Oldenborg* in Itinerario Terræ Sanctæ : *Nullis munitionibus cingitur, unde potius eam villam, quam civitatem nuncuparem, si sedem Archiepiscopalem Hormenorum in se non haberet.*

HORMESTA Mundi, vel Ormesta. Ita inscripta vulgo in MSS. Codicibus Pauli Orosii Historia, uti monemus in V. *Ormesta*, in Codd. scilicet Dunensi, Groenendalensi, et Vallis S. Martini Lovaniensis, apud Sanderum part. 1. pag. 187. et parte 2. pag. 137. 200. præterea in Vita S. Baboleni tom. 1. Hist. Franc. pag. 662. et in Tractatu vernaculo sat antiquo de Heraldis. Sed et monet Josias Arndius in Lexico Antiquitatum Ecclesiasticarum pag. 997. in quodam antiquo Codice inscribi : *De miseria hominum.* In Codice vero 508. Sangermanensi titulus ita concipitur : *Pauli Orosii Presbyteri Liber de Ormesta, seu miseria mundi :* ex quo irrepsit titulus alius *Hormesta mundi.* Quam quidem *Hormesta* vocem rursum perperam irrepsisse volunt viri docti, atque in iis Stephanus Pighius in Hercule Prodicio, pro *Orchestra*, seu *scena*, in qua varii rerum casus, Imperatorum mutationes, et hominum miseriæ palam exponuntur. Hunc sane titulum quodammodo præfert Editio Parisiensis ann. 1506. Inscribitur enim : *De miseria*

Digitized by Google

hominum per peccatum ab initio : forte quod caput 1. libri 1. initium ducat ab his verbis : *Ego initium miseriæ hominum ab initio peccantis hominis ducere institui, etc.* Quod quidem caput in Editione Francisci Fabricii aliquot ante periodis auctius legitur, adeo ut Editio Parisiensis prior fuerit ipsius Orosii Editio, quam ille postmodum auxerit. Vide Bongarsium in Præfat. ad Gesta Dei per Francos sub finem.

* Consule præterea Joan. Alb. Fabric. Bibl. Lat. med. et inf. ætat. tom. 5. pag. 520. ubi varias doctorum virorum opiniones de hac voce collegit et discutit.

HORNA, pro *Urna*. Joannes Diaconus in Episcopis Neapolit. in Agnello II : *Perpetuis temporibus alimenta constituens ducentorum nempe et decem tritici modiorum, totidemque vini Hornarum per singulos annos.* [* Vide *Orna.*]

HORNEGELDUM, Tributum, quod exigitur pro animalibus cornutis, ex Saxon. Horn, cornu, et geld, tributum, præstatio. Est etiam in Chartis, *quietum esse de quadam consuetudine exacta pro tallagio per totam terram, sicut de quacumque bestia cornuta*, ut habet Rastallus. Hinc crebro in Chartis iisdem : *Sint quieti de.... scutagiis* et *hidagiis, geldis, danegeldis, Hornegeldis, fotgeldis, etc.* tom. 1. Monast. Angl. pag. 192. 976. tom. 2. pag. 17. 812. Vide *Cornagium.*

Horne With Horne, Voces Anglicæ, i. *Cornu cum cornu*, vel *Cornutum cum cornuto*, quod dicitur de cornutis animalibus, quæ simul una pascendi quis jus habet. Constitutio Roberti Dunelmensis Episc. ann. 1276. apud Spelman. : *Similiter de decimis, quæ de vaccis proveniunt, statuendum duximus, quod ubicumque fuerit receptaculum eorum, licet in vicinis parochiis Horne with Horne, secundum Anglicam linguam, pascua quærant, illi remaneat tota decima, ubi fuerit domicilium et remanentia.*

HORNO, Orno. Joan. de Janua : *Horno, hoc anno. Item hornotinus, et hornus, hujus anni.* Voces prisco Latio notæ, et a recentioribus in usum revocatæ. Hincmarus Remensis : *In Synodo apud Vermeriam palatium olim ab Orno habita obsecrando declamavi.* Vide Flodoardum lib. 1. cap. 20. lib. 3. cap. 22. Petrum Damian. lib. 7. Ep. 17. lib. 8. Ep. 11. etc.

Orna, Papiæ, *Unius anni palea :* quo modo forte *Horna messis*, Plauto [et Horatio lib. 2. Sat. 6.

Cum pater ipse domus palea porrectus in Horna.]

HORNOMME. Andreas Suenonis lib. 4. Legum Scaniæ cap. 8 : *Ad sopiendam controversiam exortam super limitibus duarum villarum, quarum una ex alia constet originem habuisse, vel super terra, quæ vulgariter Hornomme appellatur, etc.*

¶ **HOROCOPUS**, f. pro *Horoscopus*, Excubitor, vel f. idem qui *Horarum receptor*, de quo in *Horæ*. Index MS. Beneficiorum Ecclesiæ Constant. : *Rector..... a tempore antiquo debet dare ad prandendum duobus Horocopis dicte parochie..... tribus sollempnitatibus anni.*

HOROCRALU. Lex Aleman. tit 100 : *Aneta, gariola, ciconia, corvus, cornicula, columba, Horocralu, et cauha, etc.* In Edit. Lindenbrogiana abest hæc vox.

* **HOROLOGIATOR**, Horologiorum opifex, Gall. *Horlogeur*. Arest. ann. 1413. 30. Aug. in vol. 11. arestor. parlam. Paris. : *Pro parte Henrici Bye Horologiatoris et custodis seu gubernatoris horologii palatii nostri Parisius, etc.*

¶ 1. **HOROLOGIUM**, ὡρολόγιον, Liber Ecclesiasticus apud Græcos, Horas diurnas et officia continens. Vide Glossarium mediæ Græcit. col. 1794. et Suicerî Thesaurum in Ὡρολόγιον.

2. **HOROLOGIUM Nocturnum** invenit Pacificus Archidiaconus Veronensis, qui vixit Lothario Ludovici Pii filio imperante, si qua fides illius Epitaphio, quod ex Panvinio recitat Ughellus in Italia sacra tom. 5. pag. 609 : *Horologium nocturnum nullus ante viderat, en invenit argumentum, et primum fundaverat. Nocturnum* vero dicitur ad discrimen *solaris*, seu diurni *horologii* ; proindeque illud forte fuerit, cujusmodi hodie frequens est usus, æreum scilicet aut ferreum, quod rotis, ponderibus, libraminibus, ac campanulis constat, cujus inventor, Polydorum Virgilium, et Guidonem Pancirollum lib. 2. Novorum Repertorum cap. 10. illiusque commentatorem Henricum Salmuthum, aliosque hactenus latuit. [** Vide Murator. Antiq. Ital. tom. 2. col. 391. c.] Tradunt tamen Annales Francor. anno 807. Aaronis Persarum Regis Legatos inter cætera munera Carolo M. attulisse *Horologium ex aurichalco arte mechanica confectum, in quo* 12. *horarum cursus ad clepsidram vertebatur, cum totidem æreis pilulis, quæ ad completionem horarum decidebant, et casu suo subjectum sibi cymbalum tinnire faciebant, additis in eodem ejusdem numeri equitibus, qui per* 12. *fenestras completis horis exibant, et impulsu egressionis suæ totidem fenestras, quæ prius erant apertæ, claudebant.* Alia fuere *horologia* quæ *ex aqua* vocat Vitruvius lib. 9. cap. 9. et *quæ aquis sub modulo fluentibus temperantur*, Senator lib. 1. Epist. 45. Hinc

Horologium Temperare, in Libro Usuum Ord. Cisterciensis cap. 114. apud Bernardum Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. cap. 53. 54. 114. in lib. Ord. S. Victor. cap. 21. in Statut. Ord. Præmonstrat. dist. 2. cap. 8. etc. nostris, *Monter l'horloge*, seu pondera vel momenta librare, vel sursum evehere, quæ cum in imum delapsa sunt, tum *horologium cecidisse* dicitur, ibidem. Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 2. cap. 8 : *Sacrista debet temperare Horologium, et ipsum facere sonare ante matutinas ad se excitandum quotidie.* Vide *Index.*

¶ Horologium Excitatorium Gall. *Reveil.* Chron. Mellic. cap. 774 : *Excitabit aliquis a superiore deputatus, qui Horologium Excitatorium habeat, ad omnes quoque cellas lumen deferat.*

¶ Horologica Vasa, Martiano Capellæ lib. 6.

* Horologium solare ita describit. Gasp. *de Soif* monachus Valcel. circa initium sæculi xv. in Gestis abb. ejusd. monast. Mss : *Erat Horologium in medio claustri sub divo positum ; trabes videlicet lignea in altum porrecta, habens in summitate sui speram ligneam, habentem inferius xij. lineas incisas, juxta numerum scilicet xij. dei horarum : non solum autem horæ, sed etiam puncti ante vel post horas, qui in regula S. Benedicti legunter, hoc est horæ pene iv. hora quasi vj. plena tertia, decima plena, et illud quod dicitur medietate octavæ hora, subtiliter in præfata spera habebantur designati : in medio quoque ejusdem speræ virgula ferrea erat posita, per quam umbra solis in lineas punctosque descendens, horas singulas designabat.*

3. **HOROLOGIUM**. Synodus Nemausensis ann. 1284. c. de Decimis : *Districte etiam prohibemus, ne Clerici bladum, Horologia, vel quælibet alia decimare præsumant.* Ubi vir doctus emendat *Horrea.* [* Perperam pro *Hortaligium*, hortus leguminum, ut videre est, in *Hortus*, ubi idem statutum laudatur.]

* **HOROLOICUS**, *Che colte le ore.* Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Horoscopi.*

HOROMA, [Græc. ὥραμα, Visio.] Vide *Horama.*

¶ **HOROSCOPARIA**, Horoscopatus. Vide *Horarum Receptor* in *Horæ.*

¶ **HOROSCOPI** *dicti quod horas nativitatis hominum speculantur, dissimili et diverso fato.* Isid. lib. 8. cap. 9. Vox Astrologis notissima, Græcis ὡροσκόποι.

¶ Horoscopicus, Eadem notione. Epistola Johannis de Monasteriolo apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1439 : *Quid de Julio Cæsare, Crasso ac Pompeio dices? de quibus Horoscopicus et mathematicus præfatus fuerat, eos post omnem felicitatem Romæ in domibus morituros.* Alias *Horoscopicus* est Pertinens ad diem natalem apud Firmicum lib. 1. Mythol.

¶ Horoscopium, Signum, indicium. Miracula S. Joannis Beverlac. tom. 2. Maii pag. 194 : *Cum superesset adhuc quasi unius horæ spacium ut eis signum surgendi præberet Horoscopium.* Sidonius lib. 4. Epist. 3. utitur pro Instrumento ad indagandam horam natalem, a Græco ὡροσκοπεῖον.

¶ Horoscopus, *Instrumentum quoddam rotundum vel quadrum, habens circumquaque multas divisiones et medietinium in medio, in quo sunt foramina per quæ omnes horæ et stellæ cognoscuntur; unde Astrolabius dicitur.* Sic Papias. Aliis *Horoscopus* vel est Astrologus, qui horas, maxime natales, inquirit vel considerat; vel ea pars cœli quæ genituræ tempore ab Oriente oritur vel ascendit in hemisphærium; hincque *Ortus* vel *Ascendens* dicitur; vel est illud punctum temporis quo quis nascitur; vel denique idem est qui Excubitor; ut in Charta ann. 1221. apud Miræum tom. 1. pag. 100 : *Salvis tamen illis calceis, qui de jure debentur Scabinis Namurcensibus, et tribus Horoscopis, duobus portariis castri et duobus præconibus villæ.* Vide *Horarum receptor* in *Horæ.*

HOROWENO. Vide *Charocna.*

¶ **HORREARIUS**, ἀποθηκάριος, in Glossis Lat. Gr. Sangerman. MSS. Præses et custos horrei. Nota vox Ulpiano leg. 5. § 3. Dig. de his qui effuderint, et leg. 60. § ult. Locati. Senator. lib. 10. Epist. 28 : *Arcarios, prorogatores tritici, vini et casei, macellarios, vinarios, capitularios Horreariorum et tabernariorum, etc.* [** Vide Marin. Pap. Diplom. not. 7. ad num. 75.]

¶ **HORREATICUS**, Pertinens ad hor-

Digitized by Google

reum. *Horrentiæ species*, Fructus in horreo asservati leg. 3. Cod. Theod. de conditis in horr. publ. (11, 14.)

* **HORRENDIUS**, Magis horrendum. Charta ann. 1358. in Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 5 : *Sed quod Horrendius seu detestabilius est, etc.* Nostris *Horribleté*, Horrendum crimen, in Ordinat. ann. 1360. ex Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 32. r° : *Plusieurs autres excès, crimes et Horribletez faiz et perpétrez. Horraille* vero, Pars aratri, in Lit. remiss. ann. 1392. ex Reg. 143. ch. 62 : *Le suppliant trouva une Horraille de charrue, de laquelle il frappa sur ledit Perrin.*

¶ **HORRENTIA**, Aversatio. Tertull. adv. Marc. lib. 4. cap. 24 : *Pulverem jubet excuti ad Horrentium terræ illorum.*

* **HORRERE**, Horrori esse, apud Gregor. Turon. lib. 1. Hist. Franc. cap. 42 : *Horrent terrenæ species, Horrent solaria.* [** Pro Minas jactare in Reinard. Vulpe lib. 1. vers. 1236. 1655. ibid. *Horror* pro Minæ lib. 2. vers. 61.]

¶ **HORRESCENTIA**, Timor, pavor. Tractatus ann. 1417. apud Rymer. tom. 9. pag. 519 : *Asserentes se propter potentiam et per Horrescentiam Ducis Burgundiæ, in eorum itinere existentis, tute ad locum tractatus venire non posse.*

HORREUM. Joannes Diaconus in Episcopis Neapolitanis : *Ante majoris Ecclesiæ fores magnum ædificavit Horreum, in quo cubiculum aptavit : erat autem Horreum locus destinatus ad custodiam pretiosarum rerum ad quotidianum usum deservientium.*

HORRIBILIS, Qui aliquid abhorret, refugit. Constantinus Africanus lib. 1. de Morborum cognit. cap. 20. ubi de Cura amoris, quem *morbum in cerebro contiguum* esse ait : *Ab ebrietate caveant* (qui amore tenentur,) *et cum oporteat, dormiant, post somnum vero in balneo delectentur, cum aqua et aere temperato et lucido, neque eis accedat, quod animus abhorreat. Interrogatus autem quidam a Philosophis, quare Horribilis homo gravior esset quam quodlibet pondus, taliter respondisse fertur : Homo, inquit, Horribilis pondus est animi solitus : alia vero pondera animæ et corporis sunt communia.* In Glossis antiquis MSS. *Horribile* exponitur *infinitum*.

¶ **HORRIDITAS**; Locus horridus, opacior latebra. Sallas Malaspinæ lib. 4. Rer. Sicul. pag. 302 : *Alii per silvas, alique per montes, alii ad nota, nonnulli per ignota devia fugientes.... illos nigra salvat Horriditas, altos incalcata semita calles devehit per occultos, etc.* Pro horrore usurpavit Nævius : *Omnia mihi Horriditati erant maximæ.*

HORRIPILARE, Horripilatio, *cum capilli præ horrore eriguntur.* Jo. de Janua. Gloss. Lat. Gall. : *Horripilatio, Herissement de poil pour paour.* Gloss. Græc. Lat. : Ὀρθοτριχῶ, *Horripilo.* Gall. Lat. Græc. : *Horripilatur*, ὀρθοτριχεῖ. Gloss. Lat. MS. Reg. : *Horripilatur, Horret.* Apuleius lib. 3 : *Aures immodicis Horripilant auctibus.* Et lib. 8. de apro : *Pilis inhorrentibus, corio squalidus.* Fridericus Imp. lib. 1. de Venat. cap. 23 : *Quando aves timent aut trascuntur, Horripilant plumas, etc.* Adde cap. 57. etc. [*Cumque Horripilasset a timore visionis insolitæ*, in Vita Gregorii VII. PP. tom. 6. Maii pag. 141.]

Horripilatio. Jo. Diaconus in Hist. Translationis S. Severini Noricorum Apostoli num. 14 : *Quod... omnibus immensam Horripilationem incussit.* Et mox : *Quousque, ait, Horripilationem patimini, metu vesano fluctuantes?* Theobaldus in Vita sancti Guillelmi Eremitæ n. 24 : *Non enim, ut assolet, accidit ei Horripilatio, non frontis rugatio, etc.* Odo Archiepisc. Cantuariensis in Epist. præfixa Fridegodi Carmini : *Igitur venerabilissimas B. Confessoris Christi Wilfridi reliquias indecenti sentinosæ voraginis situ marcidas, imo prælatorum Horripilatione neglectas, etc.* Rythmi in obitum Henrici VII. Imp. :

> Fit mentis trepidatio,
> Stupor, Horripilatio,
> Ob nefas contremendum.

Adde Ecclesiasticum cap. 27. 15. Lib. 2. Miraculor. S. Bertini cap. 5. Messianum in Vita S. Cæsarii Arelat. pag. 252. Vitam S. Bernardi Pœnitentis n. 11. Vincentium Belvac. lib. 26. cap. 62. etc. Hinc nostris *Hurepé*, cui pili horrent, vel eriguntur. Rob. *Bourron* in Merlino, MS. : *Et fu moult Hurepés, et ot moult longue barbe.* Philippus *Mouskes* in Ludovico VIII :

> Li Quens Hurepais Felipes,
> Ki ert assés vaillant et vistes.

Vide Menagium in Originibus Linguæ Gallicæ V. *Hurepois*

¶ Horripilatio, Tremulus motus, qui in febris reversione accidere solet. Canonizatio S. Edmundi Cantuar. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1844 : *Item quidem volo teneri ad votum, si statim post hanc accessionem ita plane curatus fuero, quod nulla succedat accessio, nec Horripilatio frigoris aut caloris.*

¶ **HORROR**, Carcer, locus caligine horridus. Epistola ann. 1204. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 788 : *Tunc vero Karisacus Imperator, et Imperatrix uxor ejus.... qui diu in Horrore tenti fuerunt et inclusi.... mandaverunt quod per Dei gratiam, et nostrum auxilium, fuerant a carcere liberati.*

HORSGABULUM, [vox ibrida, ex Anglico *Horse*, Equus, et *Gabulum* vel *Gablum*, Census, tributum; *Horsgabulum* ergo est Redemptio pecuniaria, nomine census, alicujus servitii quod cum equo quis debebat. Custumarium Monasterii de Bello apud Spelman. tit. *Brenhame* fol. 91 : *Alicia Frere tenet.... et debet inde de redditu.... et de Horsgabulo, ut supra 4. den. falcare per 3. dies, etc.*] Vide *Nydbedripes*.

* **HORTA**, pro Hortus. Visselbec. Chron. Huxar. ad ann. 1297 : *Hermann Locher pro perpetua sui memoria omnem hæreditatem contulit S. Petro, domum scilicet, Hortas duas, tria pascua, etc.*

* **HORTALIA**, Hortalitia, Olera et alia id genus, quæ in hortis nascuntur; *Hortalessies* et *Ortalessies*, in Charta ann. 1543. ex meis schedis. Stat. Montis-reg. pag. 238 : *Teneantur ipsi camparii emendare omnia damna, messes, fenum, cannabum, linum, legumina, airatia, Hortalia, fructus, etc.* Stat. crimin. Saonæ cap. 19. pag. 30 : *Pro rebus vero esculentis, Hortalitiis et similibus, quis non possit puniri pro furto.* Vide in *Hortus*.

* **HORTATIS**, perperam pro *Hortalis*, in Charta ann. 1183. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 442. Vide hanc vocem in *Hortus*.

HORTATUS, Impetu detrusus, *Horten* Germanis et Belgis. Lex Alaman. tit. 99. § 2 : *Si porcarius ligatus, de via Hortatus vel battutus fuerit.* Alii legendum censent *ostatus*. Vide Legem Salicam tit. 27. § 20. [*Hurter* nostris pro Impetum facere in aliquem, illidere, pulsare. Le Roman *de la guerre de Troyes* MS. :

> Si assi lent lor anemis,
> Tant qe à la voie les ont mis,
> A grant destroit les ont Hurtez.]

* Unde *Heurteure*, Impulsio, illisus. Bestiar. Ms. :

> C'est li Sauveres qui se trait
> Sour les pieres fermes et dures,
> Qui pour cos, ne pour Heurteures
> Ne li fallent, ne ne fauront.

* **HORTELLUS**, Ager cultus et clausus. Vita S. Domit. tom. 1. Jul. pag. 50. col. 2 : *Oratorium vero et Hortellos, ac vineam, quam ibi construxerant, cuidam presbytero commendantes, etc.*

* **HORTIS**, Hortus. Chartul. Bitur. fol. 162 : *Cedo.... curtilem unum cum Horto, etc.*

* **HORTIVUS**, Hortensis. Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 65 : *Nullus terram arratoriam, prativam seu Hortivam post prohibitionem et ultra consuetudines regularum intrare præsumat.* Vide infra *Ortivus*.

¶ **HORTUS Dominicalis**, Abbatialis. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351. ex lib. viridi fol. 53 : *Et de aliis herbis quæ crescunt in Horto Dominicali ipsius Monasterii, et fabas teneres.*

¶ Hortus, Septum, Gall. *Clos*. Charta ann. 1122. tom. 2. Rerum Mogunt. pag. 744 : *Et una carrata vini, in una dumtaxat vinearum, quas Hortos vocant, juxta muros castelli jacentium.*

¶ **Hortum**. Testamentum S. Gennadii Episcopi Asturic. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 172 : *Terra de Scalido ejeci; Horta et omnia quæ ad usum Monasterii pertinent, imposui.*

¶ **Hortalz**. Johannis de Cermenate Hist. de Mediolano cap. 27. apud Murator. tom. 9. col. 1245 : *Non plura inquiens invalidum e lecto tollit, quem transacto vicino muro per Hortalia Monasterii Horont in monialium interiora domus secum defert.* Chron. Modoet. apud eumdem tom. 12. col. 1100 : *Guido a domo sua per vicina hospitia, muros et Hortalia transiens, etc.*

Hortalis, Italis, *Hortali luogo di molti horti, Curtilis* : in Charta anni 1009. apud Ughellum tom. 3. pag. 61. et in alia Willelmi Regis Siciliæ ann. 1179. apud eumdem tom. 7. pag. 715. [Charta ann. 845 : in Append. ad Marcam. Hispan. col. 781 : *Vindo illas villas jamdictas.... cum casalibus et Hortalibus, cum pratis et pascuis, etc.*] Libertates Regni Majoricarum ann. 1248. apud Joan. Dametum in Hist. Regni Balearici : *Et damus vobis casas et casales, hortos et Hortales, etc.* Matth. Villaneus

lib. 9. cap. 79 : *Ne condussono tra gli Hortali dentro.*

HORTIFER, Hortus, *Curtilis*. Vetus Charta apud Vadianum, de Monasteriis, etc. : *Cum curtis clausis, cum Hortiferis, vel pomiferis, vel officinis, quæ ibi esse videntur.*

¶ HORTALITIUM, diminut. ab Hortus. Vita B. Luchesii tom. 3. Aprilis pag. 599 : *Cuncta si quidem quæ de agello sive Hortalitio provenire poterant, quasi manu perforata peregrinis et advenis... erogabat.* Bulla Martini V. PP. ann. 1423. in Bullario Carmelit. pag. 175 : *De bonis sibi a Deo collatis quoddam oratorium cum ecclesia, cœmeterio, campanili, campana, nec non domibus, hortis, Hortalitiis.* Eadem occurrunt in alia Bulla Calisti III. PP ann. 1457. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 457.

¶ HORTICELLUS, Eadem notione. Bulla Stephani III. PP. ann. 755. apud Felibian. in Hist. S. Dionysii pag. XXVIII : *Igitur quia petistis a nobis quatenus... domum positam juxta Monasterium B. Martini cum inferioribus et superioribus suis, cum metatu suo et Horticello.... vobis ad tempus emissa præceptione concedere deberemus.*

¶ HORTICULA, Hortulanus. Epistola Johannis de Monasteriolo apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1391 : *Horticulam censuarium... qui Parisius, ut assolet, nuperius cum vehiculis suis proficiscens, in alliis, cepibus, porris, caulibus, etc.*

¶ HORTICULUS, *Hortulanus, hortorum colens.* Vetus Gloss. MS. Sangerm.

HORTILIO, Hortulanus; sed proprie *arearum, des aires*, nostris, *Ortillon.* Gloss. Isid. : *Hortilio, Horti custos.* Will. Brito in Vocabul. : *Ortus*, unde *Hortilio, et hortolanus.*

ORTILIS, Hortus. Charta Abbonis pro fundatione Monasterii Novalicensis ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolit. fol. 48 : *Et in Massilia res nostras proprias, casas, et Ortiles, quæ de avunculo meo Dodone obvenit, et de avia mea Dodina. Similiter ad Pero casas et Ortiles, qui mihi de parente mea Godane obvenit.*

HORTOLANUS, seu ORTOLANUS. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 593 : *Et totam decimam feriæ S. Christophori,... et in Marchesio unum Ortolanum quietum cum sua terra.* Vide *Ortolanus*.

HORTULANUS, Officium Monasticum, cui horti cura incumbit, apud Udalricum in Consuetud. Cluniac. lib. 3. cap. 20. Liber Ordinis S. Victoris MS. cap. 11 : *Hortolanus Celerario subjectus est, ut si quid fuerit in horto, quod ipse velit, et expedire noverit, ad servitium fratrum accipiat.* [** Vide Adalhard. Statut. S. Petri Corbeien. lib. 2. cap. 1.]

HORTOLAGIUM, [Præstatio pro leguminibus quæ in hortis crescunt.] [* Et ipsamet legumina et olera cujusvis generis. Vide *Ortolagium* in *Ortal.*] Tabularium Episcopatus Autissiod. : *Debet quilibet denariatam de quocumque Ortolagio, nisi fuerit de suo orto, et si de suo orto, nihil debet.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 436 : *Eis dedit pro 5. acris terræ, et pro una* (sic) *Ortolagio, et nona garba totius lucrationis, etc.* [Notitia Ecclesiæ Diniensis per Gassendum pag. 83. e Tabulario ejusd. Eccl. ad ann. 1320 : *Bona, proventus... Præposituræ consistunt... in quartaria apud aquas calidas et illis partibus, quæ consistit in Hortolagiis et aliis obventionibus.*] Observandum porro, ea vocabula plerumque absque aspiratione scribi, quomodo apud veteres, ut auctores sunt Varro et Festus.

¶ HORTULARIA, Olera, legumina, et alia id genus quæ in hortis nascuntur. Charta ann. 1108. apud Baluzium tom. 5. Miscell. pag. 373 : *Quatenus Monachi hortum suum et quod in horto excolerent absque reclamatione et alicujus dominationis redhibitione possiderent; excepto si olera horti vel fructus arborum et cetera Hortularia venundarentur, tunc de venalibus decimum Canonicis darent.*

¶ HORTALIGIA, Eadem notione, in Statutis MSS. Augerii II. Episc. Conseran. ann. 1280 : *Bladum, vinum, Hortaligia, fenum, fructus, etc. clerici decimare non præsumant.*

* HORTORAGLIÆ, Idem. Stat. Montisreg. pag. 225 : *Item statutum est quod qui ceperit alienos fructus domesticos, rapas vel Hortoraglias, ubicumque essent, solvat bannum, etc.* Vide supra *Hortalia* et infra *Ortolaglia.*

** HORTULATIO, Hortorum cultus. Chronic. S. Michael. in pago Virdun. cap. 34. ap. Pertz. Script. tom. 4. pag. 85 : *Remotiora vero... agriculturæ vel hortulationi se commodant.*

* HORULA, Temporis punctum, Gall. *Instant.* Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 118. pag. 310 : *Cumque hinc obsessi magna virtute bellica urgerent, hinc illos obsidentium tædiosa continua inquietarent certamina, non potuit reperiri Horula, etc.*

HOSA, [Tibiale, caliga, Gall. *Heuse*; *Hosella*, Gall. *Houseaux.*] Vide in *Osa.*

* HOSA VINI, Mendum esse suspicor, in Charta ann. 1034. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 201 : *Suscepit etiam aliud colaphum Ricardus de Lillabona, qui Hosam vini comitis Roberti ferebat.*

¶ HOSCHA, Portio terræ arabilis, fossis vel sepibus undique clausa. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 43 : *Controversia quæ vertebatur inter Abbatem... super quadam Hoscha terræ, quæ vocatur Holcha Fraemberti et est sita juxta ecclesiam de Attaneio, in hunc modum est sedata.* Vide *Olca.*

* Nostris *Hosche.* Charta ann. 1411. in Reg. 165. Chartoph. reg ch. 289 : *Devant ledit acin une Hosche ou piece de terre . . . assise ès Hosches de Molin.* Haud scio an huc spectet vox *Hoischon*, quasi qui *Hoscham* possidet. Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. ch. 250 : *Que se ilz ne se déportoient qu'il en feroit la plainte au seigneur de Creancey, et qu'il n'y auroit Hoischon ne Hoischeton qui ne venist avant.*

* HOSCLA. Vide supra *Hasclea.*

* HOSEBONDRIA, f. Vox composita, et male scripta, ex *Hoscha* et *Bondus*, rusticus, colonus. Vide in hac voce. *Hosebondria pro manerio custodiendo*, in Codd. Mss. reg. Angl. pag. 165. edit. Londin. ann. 1734. Vide supra *Hoscha.*

¶ HOSNUM, ξύλον, *Lignum.* Gloss. Lat. Græc. MS. Sangerman.

¶ HOSOBINDA, Idem quod *Hosa.* Vide *Osa.*

HOSPES. Burgundi, pervasis Galliarum finibus, cum veteribus incolis, quos *Romanos* vocabant, agros, terras ac prædia, et mancipia ita partiti sunt, ut Burgundis duæ terrarum partes, mancipiorum tertia, reliquæ cederent Romanis, quos ex eo *Hospites* appellabant, quod ab iis Burgundi, atque adeo Barbari, veluti advenæ hospitio excepti, et in rerum possessionis partem adsciti, rebus iisdem *Hospitalitatis jure* gaudere ac frui dicerentur. Id colligere est ex Legibus Burgundionum, ac potissimum tit. 54. § 1 : *Licet eodem tempore, quo populus noster mancipiorum tertiam, et duas terrarum partes accepit, ejusmodi a nobis fuerit emissa præceptio, ut quicumque agrum cum mancipiis, seu parentum nostrorum, sive largitione nostra perceperat, nec mancipiorum tertiam, nec duas terrarum partes ex eo loco, in quo ei hospitalitas fuerat delegata, requireret, etc.* Et tit. seq. § 1 : *Quotiens de agrorum finibus, qui hospitalitatis jure a barbaris possidenter, inter duos Romanos fuerit mota contentio, etc.* Et § 2 : *Quod si enim Romanus, hoc est, Hospes ipsius, etc.* Adde tit. 84. § 2. 3. Videntur tamen uterque, Romanus scilicet et Burgundio, suo quilibet respectu, *Hospites* appellari in tit. 13. [** Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. § 88. et 118.] [*Ostellain* Poetis nostratibus pro advena, externus. Le Roman *de la guerre de Troyes* MS. :

> Se tant avient qe un peu li pleise,
> Les Ostellains en auront eise.]

Inde, ut opinor,

HOSPITES dici cœpere apud nos *villarum*, seu pagorum incolæ, quos alii *Mansionarios* vocant, qui scilicet domos incolunt sub censu annuo, qui *Hostisia* nuncupatur, eoque nomine *reseandisium*, hoc est, *residentium* debent, et *stagium*, unde et *Stagiarii* vocantur; *Hostes*, in Consuetudine Silvanectensi art. 112. 120. *Oste couquans et levans dessous un Seigneur*, apud Bellomanerium cap. 62. *Manans ou Tenans, Sujets, Hostes et Cottiers*, in Summa Rurali Butilerii, et in Consuetud. Insulensi tit. 1. art. 23. [*Cambriers*, in Charta Radulfi Comit. ann. 1322 : *Que tous les Cambriers qui couchent et levent en leur feu, peschent en la mer, etc.*] Annales Francor. Bertiniani, et Chronicon de Norman. gest. ann. 869 : *De unoquoque manso ingenuili exiguntur 6. denarii, et de servili 3, et de accolis unus, et de 2. Hospitibus unus, etc.* Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 496 : *Dominatum omnium Hospitum, qui Parnis degebant, ita Monachis concessit, ut si eisdem forisfacerent, non eos per domos eorum, sed per alium fiscum castigarent.* Ejusmodi hospitum non semel præterea meminit, pag. 465. 576. 587. 605. etc. [Codex MS. Irminonis Abb. S. Germani fol. 107 : *De Hospitibus qui sunt in Bovaisvilla Ermengarius... tenet hospicium, habet de terra arabili bun. III. solvit pullos III.* Charta Stephani Tornac. Episc. ann. 1193. apud Miræum tom. 2. Diplom. Belgic. pag. 1336 : *Quatuor etiam domus lapideæ ante B. M. ecclesiam constructæ cum Hospitibus et appendiciis ad ipsas pertinentibus.* Charta

Digitized by Google

ann. 1273. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 27 : *Habebunt etiam dicti Canonici in Hospitibus dictæ terræ... justitiam, etc.*] *Hospites dominici*, in veteri Charta in Tabulario S. Mauri : *Hospes noster cubans et levans esse voluit.* M. Pastorale Eccl. Paris. lib. 7. Ch. 30. ann. 1202 : *Et istius terræ nihil dare poterit ipse vel ejus hæredes ad Hospites faciendos, nisi per consensum Capituli.* Alia Theobaldi Comitis Trecensis ann. 1200. ibid. Ch. 31 : *Ita tamen, quod de nemoribus illis nihil amplius poterunt extirpare, nec villam illic construere, nec Hospites ponere.* Vide Hemeræum in Augusta Viromand. pag. 120. 172. 179. in Regesto ejusdem pag. 33. 35. 36. 52. etc. [** Guerard. in Prolegom. Chartul. S. Petri Carnot. § 27. 28. 29. eundem in Glossar. Irminon. et Lappenberg. Histor. Anglic. tom. 2. pag. 20.]

Differebant porro a servis, seu ascriptitiis et glebæ adscriptis, colonisque accensentur, in Charta Ludovici VII. ann. 1179. in Tabular. Monast. S. Genovefæ : *Notum sit, etc. quia cum in præsentia nostra Stephanus Abbas S. Genovefæ et Canonici ejusdem Ecclesiæ assererent homines de Rodoniaco servos esse Ecclesiæ suæ, homines id penitus negaverunt, et sese tantum Hospites Ecclesiæ et colonos esse confessi sunt, etc.*

☞ Longe potiora fuisse illorum privilegia colligere est ex Charta ann. 1165. Non secus enim ac Milites inferioris gradus in exercitum pergere minime tenebantur, nisi prius per nuntium domini sui capitalis moniti fuissent ac requisiti. Charta Philippi Alsatii Flandriæ Comitis ann. 1165. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 705 : *Hospites vero Ecclesiæ Hospitibus Comitis in omni lege et consuetudine ita pares esse dixerunt, ut nec in exercitum vadant, nisi per Abbatis nuntium moniti, quando Comitis Hospites per nuntium ejus moniti iverunt.* Sua habuere tribunalia propria et distincta, in quibus eorum causæ definitivo judicio agebantur. Hospites quos Canonicales S. Donatiani Brugensis vocant, ut observat Miræus, in civilibus judices habent Canonicos quatuor; qui ex ordine singulis hebdomadibus feria sexta pro tribunali, chorali veste induti, sedent et causas decidunt, a quibus ad ipsum Capitulum provocatur. Unam *carrucatam* terræ, hoc est, tantum terræ, quantum uno aratro coli potest in anno, quatuor *Hospitibus* adsignat Robertus I. Bethuniæ dominus in Charta ann. circiter 1000. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 945 : *Dedit etiam carucam terræ apud Nuet ad quatuor Hospites et unam cambam* Cæterum non eamdem omnium fuisse conditionem facile crediderim.

☞ Et quidem ex Bellomanerio in Bellovac. cap. 32. pag. 169. intelligere promtum est quosdam Hospites servitiis addictos fuisse, quosdam ab iis omnino liberos et immunes, si tamen jus *hostisiæ* excipias. Cum enim contentio esset de hospite qui in alterius dominium transierat, judicatum, *que il li renvoyeroit couchant et levant dessous li, et que il ne le pooit receler devant qui il auroit fait son devoir de s'ostise vers son Seigneur, ou par quittance ou par vente, par don, ou par échange, mais chés vous ne peut li Sires deffendre à son Oste, puisqu'il est son Franc-Oste sans servitude. Et fut encore dist à cil jugement fere, si comme ils avoient ouy témoigner à leurs peres et à leurs tayons que cette concordance fust faite entre le Comte Raoul de Clermont et ses hommes en la Comté de Clermont, pour che que li Cucus Rucus Raoul avoit fet crier au lieu de Villeneuve en Hez, franches mazures, et à petites rentes, et les donnoient à chaux qui y vourroient habiter franchement.* Unde et *Hostisias francas* seu liberas extitisse discimus.

¶ Hospites Capitales, Iidem forte qui *Manumissi capitales*, quibus scilicet conditionali libertate donatis prædia seu hospitia habitanda et excolenda committebantur, sub certa fructuum redhibitione. Charta Roberti Archiep. Rotomag. ann. 1025. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 146 : *Et quatuor Capitales Hospites in Marculfi villa, etc.*

* *Houste*, in Charta Rob. de Veteri-ponte ann. 1330. ex Chartul. S. Joan. de Valle : *Nous conoissons que touz les Houstes reséanz et demorenz en la terre S. Nicolas à Courbeville peuvent et pourront, etc. Hostager*, in Charta ann. 1425. ex Tabul. Cartus. B. M. de Parco : *Les exposans, leurs fermiers, mettoiers, grangiers et autres leurs Hostagers et serviteurs, etc.*

¶ Hospites Feodi, Qui præcipuum feodi *manerium* habitant et excoluut. Chartularium Capituli Ambian. de Juribus Canonic. ejusdem Ecclesiæ in villa *de Camons : Hospites veteris villæ totum placitum generale debent, exceptis hospitibus Majorum et Hospite Decani et Hospite Feodi, qui ab hac consuetudine liberi sunt.*

* Hospes Mutarius, Habitator alicujus loci, qui vectigalia publica exigit. Correct. stat. Cadubr. cap. 98 : *Mandamus quod omnes mutarii Hospites et quæcumque aliæ personæ cujuscumque conditionis, teneantur et debeant acceptare et recipere sequestra omnia, quæ in manibus eorum præsentata ac facta fuerint, sine aliquo præmio vel solutione. Et si aliquis mutarius Hospes, aut quæcumque alia persona, recipere et acceptare nolluerit vel recusaverit dicta sequestra, et renuerit obedire mandatis domini vicarii, condemnetur in libris quinque Pap.* Vide *Mutarius*.

Hospites Oblatiarii, Qui se ultro Ecclesiis addicebant ac offerebant. Chronicon Mauriniacense lib. 1 : *Hospites Oblatiarios pæne octoginta ibi congregavit.* Vide *Oblati Monasteriorum*.

* Hospes Plenarius, Qui cunctis servitutibus, quæ *Hospitis* conditioni addictæ sunt, obnoxius est. Charta ann. 29. Henr. I. reg. Franc. ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Donando concedo in Loconisvilla septem quidem Hospites plenarios, cum quadam parte bosci, qui Johannlachus dicitur. Duos Hospites non plenarios*, in Ch. Ludov. Crassi ann. 1117. ex eod. Tabul.

Hospitamentum, Hospitium in quo *Hospes*, seu *Mansionarius* habitat. Tabularium S. Vincentii de Nemore ann. 1164 : *Hospites Canonicorum cum eorum Hospitamentis ab omni Majoratus consuetudine et oppressione liberat.* [Charta ann. 1300 : *Cum dicti Religiosi acquisierint in villa... quoddam Hospitamentum in propria censiva ipsorum pertinens proprie ad ipsos Religiosos, etc.*]

Hospicietus, seu Hospitiatus, Ipsa hospitum conditio, quæ cum *colonatu* jungitur in Charta Ludovici Regis Fr. ann. 1179. in Tabul. S. Genovefæ Paris. : *Ut quia homines Hospicietum et colonatum Ecclesiæ cognoscebant, etc.*

Hospitare, Hospites in *villa* collocare, statuere. Tabular. Vindocinense Ch. 508 : *Dedit Radulfus uxorque sua totam terram, quam habebat ad villam Leurei tam in bosco quam in plano, tali convenientia ut Monachi eandem terram Hospitari facerent, et de hisdem hospitibus sex proprios haberent, de cæteris vero medietatem, et Radulfus aliam.* [Charta Roberti Reg. Franc. ann. 1016. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 2. pag. 788 : *Si nox eum occupaverit, hospitium in Abbatia et servitium sibi demandat ab hominibus villæ a se Hospitatæ ministrari.* Charta ann. 1247. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 388 : *Volo etiam et concedo, quod ipsi habeant et recipiant de hominibus meis ad terram suam Hospitandam.* Charta an. circiter 1252. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 195 : *Nullatenus poterimus nec debemus prædictum Galfridum nec hæredes suos, nec eorum assignatos, de prædicta terra, domibus cum pertinentiis, dehospitari, causa me vel hæredes meos, vel aliquem alium hominem vel fœminam ibidem Hospitandi.*]

Hospitare, Hospitium, seu ædem ædificare. Leges Burgor. Scoticor. cap. 29 : *Quicumque factus fuerit novus burgensis de terra vasta, et nullam terram habuerit hospitatam, potest habere respectuationem in primo anno, et post primum annum Hospitabitur, ædificabit terram suam.* [Charta Ludovici VII Regis Franc. ann. 1160. e Chartulario Monast. Montis Martyr. : *Hominibus qui in nemore quod Tolfolium dicitur Hospitari volunt, arpentum terræ... tali ratione ad eos Hospitandos concedimus.... ut neque herbannum, neque talliatam, etc.* Charta Ricardi Abb. S. Audoeni e Tabul. B. M. de Bono nuntio Rotomag. : *Concedimus... prædictam terram... quietam ab omnibus consuetudinibus et ad Hospitandam eam de lapide et ligno per decem solidos de censu reddendos ad festum S. Remigii.* Chartularium Gemmet. tom. 1. pag. 327 : *Accipient ligna et nemora ad calefaciendum et ad Hospitandum.*]

Exhospitare et Rehospitare Villas, apud Sugerium de Administr. sua cap. 15 : *Villas omnino Exhospitatas Rehospitari fecimus.*

Hospitatus, Hostagia, Hostigia, Hostisia, etc. unum idemque sonant, scilicet servitutes mansioni addictas, quæ ab *Hospite* ratione domicilii sui quotannis domino præstantur. *Hospitatus* et *Colonatus*, in Charta anno 1179. ex Tabulario S. Genovefæ Paris. [** Polypt. Irminon. Br. 12. sect. 51 : *Ut nullam omnino aliam consuetudinem in prædicta villa habeat, neque receptum, neque Hospitatum, neque tapsationem, neque rogationem, etc.* Ubi idem forte quod *gistum*. Vide *Hospitagium*, 1. et *Hospitaticum.*] *Hostisia, Hostagia*, in aliis; *Hostises*, in Consuetud. Blesensi art. 40.

Digitized by Google

et Carnot. art. 12. ubi restituenda vox *Ostise*, pro *Estrise*. Regestum censuum Carnoti : *Chascune Hostise de icelle Merie doit une geline et un feneur, selonc que les censives desierrent. Et se ainsinc estoit que les estagiers lassassent les Hostises dechair, pour ce ne demourroit pas que le past n'en fust rendu et poié pour reson de la reseandise.* Charta Raimundi Comitis Burgundiæ apud Perardum pag. 198 : *Et perdonavi... manentibus arbergarias, corvatas, expeditiones, Ostisias, justitias, etc.*

Sed hæ appellationes ipsis domiciliis *Hostisiæ* obnoxiis postmodum attributæ. Charta Odonis Episc. Paris. ann. 1199. ex Tabulario Episcopatus Parisiensis Bibl. Puteanæ fol. 50 : *Terram nostram de Marna, in qua nemus olim fuisse dinoscitur, ad Hostisias dedimus et ad censum : tali modo, quod quælibet Hostisia habebit* 8. *arpennos terræ cultibiles et unum arpennum ad herbagium faciendum.* Ubi *herbagium* idem valet ac *herbergium*, domicilium. [Consuetudines Apamienses ann. 1212. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 835 : *Licitum erit omnibus hominibus qui possunt talliari, transire a dominio unius ad dominium alterius; ita tamen quod illi qui dicuntur liberi cum omnibus mobilibus suis poterunt transire.... relicta hæreditate et Hostisia priori Domino suo.* Charta ann. 1262. ex Tabul. Calensi : *Item tres Hostisias super tribus masuris in eadem villa sitis... quæ quidem tres Hostisiæ honeratæ erant ipsi armigero.* Adde Hist. Paris. tom. 1. pag. 14. et Meldens. tom. 2. pag. 152.] Charta ann. 1259. in Tabulario Ecclesiæ Meldensis fol. 64 : *Vineæ... circiter duo arpenta contigua Hostisiæ dicti Ynardi.* In M. Pastorali Paris. lib. 2. Ch. 62 : *Domus, seu Hostisia.* Tabular. S. Mauri ann. 1245 : *Octo solidi annui census in duabus Hostisiis ad Corbolium.* Alia Charta ann. 1266 : *Pro qualibet domo, masura, seu Hostisia.* Alia apud Hemeræum pag. 55 : *In domibus, Hostigiis et districtu.* Tabular. Capituli Ambian. Ch. 272 : *Hostisiam cum ejusdem Hostisiæ pertinentiis, quam Ingerrannus filius Lauretæ tenere dicebatur.* [Chartularium Prioris Donchericiaci : *En la ville de Donchery sitent plusieurs maisons et Hostises. Hostiex*, in Edicto Johannis Reg. Franc. ann. 1355. tom. 3. Ordinat. pag. 25.] *Hostagia* apud eumdem Hemeræum pag. 195. Adde Doubletum pag. 900. Hist. Monmorenc. pag. 90. Hist. Eccl. S. Aniani Aurelian. in Probat. pag. 111. et Pontanum ad art. 40. Consuetudinis Blesensis, qui vim et originem vocis *Ostize* non percepit, etc. Hinc

¶ HOSTISIARE, *Hostisias* ædificare, construere. Tabularium Calense pag. 154 : *Nos eisdem concessimus quod cum prædictis hostisiis quas tunc habebant in dicta villa de Villaribus possent in eadem villa quinque arpenta terræ Hostisiare et dare ad annuum censum.*

HOSPITALITIUM, Idem quod *Hostisia*, domus. Tabularium Ecclesiæ Carnotensis Ch. 72 : *Hospites omnes Canonicorum erunt soluti et quieti, quorum unusquisque tertiam partem agripenni terræ ad Hospitalitium suum habebit. In hospitibus et in Hospitalitiis eorum, sicut dictum est, nihil habebo, etc.* [Tabul. Gemmetic. : *Ea vero pars territorii de Beu quæ est supra dictam viam a parte castelli propria cedet Comiti, exceptis ecclesiis et Hospitalitio, Monachis ibi manentibus ex nostro arbitrio, etc.*]

HOSPITES, Obsides, *Hostes*, nostris, quod apud eos, ad quos in obsides mittebantur, *hospitarentur*, ac diverterent, in Epist. 16. Codicis Carolini. [** Annal. S. Amandi et Laubac. ad ann. 776 : *Subjugati Saxones, dederuntque Hospites.* Inde *Hospitatus* pro *Hostagium* in Chesnii Fragm. Annal. Laurish. ap. Pertz. Scriptor. tom. 1. pag. 33 : *Et filio Aregiso inde in Ospitatum recepit*, ubi codex Laureshamensis *et adduxit secum obsidem filium Aragis.*] Vide *Hostaticus* in *Hostagium*, 3.

HOSPITES, Pauperes. Riculfus Suessionensis Episcopus in Constit. ann. 889. cap. 11. de partitione facultatum Ecclesiæ : *Ex quibus una est, si voluerit, Episcopi; alia ad luminaria et sarta tecta, id est, restaurationem Ecclesiæ; tertia Presbytero et suis; quarta Hospitibus deputata.* Ubi Concilia habent *pauperibus*. Vide Concilium Triburiense ann. 895. can. 13. Namnetense can. 10. etc. Idem Riculfus cap. 12 : *Hospites, secundum quod possibile est, excipere, et illis juxta vires, ea quibus indigent, hilariter administrare studete.*

HOSPES GENERALIS, Magnus Metator hospitiorum, qui vulgo *Mareschal des logis*. Statutum Henrici V. Regis Angliæ tempore guerræ, apud Nicolaum Uptonum lib. 4. de Militari officio : *Item quod nullus seipsum hospitare præsumat,... sed volumus, ut quantum ad hospitia pertinet, omnes indifferenter nostro Hospiti Generali obediant sicut nobis, sub pœna, etc.* Vide *Hospitator* 1.

¶ HOSPICIATUM, *Gistum*. Vide in *Hospitium*.

¶ HOSPICIETUS. Vide in *Hospes*.

¶ HOSPILITAS, pro *Hospitalitas*, in Histor. MS. Monast. Gemmetic. pag. 65.

¶ 1. HOSPITAGIUM, Idem quod *Gistum*, *procuratio*. Charta Guillelmi Abb. Floriac. ann. 1296. e Chartul. Floriac. : *Burgenses de Castellione remanebunt et erunt quitti et immunes... de omni Hospitagio, de ferculis nuptiarum vocatis Espaules, etc.* Tabularium B. M. de Bono-Nuntio Rotomag. : *Concessi et dedi Radulfo filio Stephani terram... tenendam ei et heredibus suis de me et meis heredibus liberam et quietam pro* 20. *sol. census per annum, salvo Hospitagio meo cum Rothomagum venero.*

¶ 2. HOSPITAGIUM, Hospitium, domus. Charta Hugonis Vicecomit. in Chartular. B. Magdalenæ Castrodun. fol. 17 : *Qui terram bestiis excolunt, singulis annis ad festum S. Remigii unum sestarium avenæ mihi daret. Qui autem Hospitagium tantum seu censivam habebunt, unam minam. Verumptamen Hospitagium quod vacuum et destitutum a possessore fuerit, liberum erit.*

* 3. HOSPITAGIUM, Jus capiendi ligna *hospitio* construendo vel reparando necessaria in foresta. Charta Hugon. de Montef. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 61 : *Hugoni senescallo meo dedi suum Hospitagium in foresta mea de Monteforti in custode sua et in custode altorum forestariorum meorum, et duas arbores ad natale Domini.... Dicto Hugoni boscus tradetur et arbores ad natale Domini ad hospitandum se, etc.* Vide supra *Herbegage*.

* HOSPITALAGIUM, Tributum, quod pro *hospitandis* mercibus exsolvitur, idem quod *Hostilagium*. Privil. mercat. de Harefloto ann. 1344. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 126 : *Poterit idem gubernator* (mercatorum) *scripturas, Hospitalagia mercium et sportulas quascumque taxare et etiam moderare.* Vide *Hospitamentum*.

* HOSPITALANI, Peregrinorum, ægrorumve ac pauperum in hospitalibus obsequiis addicti. Charta ann. 1249. inter Monum. eccl. Aquilej. col. 668 : *Porro prædicti Hospitalani viverent de cultura prædictæ terræ, aliisque bonis eisdem collatis.* Vide *Hospitalarii* in *Hospitale* 2.

¶ HOSPITALARIA, HOSPITALARIUS, etc. Vide in *Hospitale* 2.

¶ HOSPITALARII DE PONTE. Vide *Fratres de Ponte*.

¶ 1. HOSPITALE, Palatium, Gall. *Hôtel*. Litteræ S. Ludovici Regis Franc. tom. 1. Ordinat. pag. 61 : *Actum apud Hospitale juxta Corbolium, anno Domini* MCCXLVIII. *mense Junii.*

2. HOSPITALE, et HOSPITALIS, Hospitium, diversorium. Julius Africanus lib. 6. Hist. Apol. : *Hæc cum dixissent Apostoli, deportati sunt ad Hospitalia magi, etc.* Lib. 8 : *Cæperunt circumire omnium peregrinorum Hospitales, etc.* Occurrit præterea apud Gregorium Turon. lib. 6. cap. 10. et lib. de Miracul. cap. 53. Flodoardum lib. 4. Hist. Rem. cap. 10. etc. Est etiam

HOSPITALE, seu OSPITALE, ξενών, τὸ δῶρον τὸ πεμπόμενον * ξενών, in Gloss. Gr. Lat. ubi legendum ξενοῖς.

HOSPITALIS, vel HOSPITALE, HOSPITALIUM, Xenodochium. Gloss. Gr. Lat. : ξενοδοχεῖον, *Hospitalium*. [Epistola Alcuini : *Consideret quoque tua diligentia in eleemosynis, ubi Xenodochia, id est, Hospitalia fieri jubeat, in quibus sit quotidiana pauperum et peregrinorum susceptio.*] Anastasius Bibl. in Leone III. pag. 141 : *Hic autem præfatus Antistes.... Hospitalem B. Petro Apostolo... a fundamentis noviter construens diversa illic domorum ædificia decoravit.* Et pag. 152 : *Hospitale S. Peregrini, etc. Hospitale pauperum*, in Regula Sanctimonialium canonice viventium cap. 38. ex Concilio Aquisgranensi, in Concilio Tullensi ann. 859. cap. 14. in Statutis antiquis Corbeiensibus lib. 1. cap. 4. [** in Vita S. Anskarii cap. 35.] etc. Capitularia Caroli Magni lib. 1. cap. 75. [** 70.] : *Nobis competens et venerabile videtur, ut hospites, peregrini, et pauperes susceptiones regulares et canonicas per loca diversa habeant.* Vide Jacobum a Vitriaco lib. 3. Hist. Occid. cap. 29. Privilegium Joannis VIII. PP. in Synodo Tricassina ann. 878. pro Monasterio Floriacensi Epist. 13. etc. [** Confer Murat. Antiq. Ital. tom. 3. col. 558. D.]

HOSPITALIA SCOTORUM, *quæ sancti homines gentis illius* in Gallia *construxerunt*, in Concilio Meldensi can. 40. et in Capitul. Caroli C. tit. 6. cap. 40. tit. 21. cap. 10. De his ita Gretzerus lib. 1. Observat. ad Vitam S. Willibaldi cap. 19 : *Dubium non est, talia xenodochia, seu diversoria, seu*

Digitized by Google

Hospitalia, (*sic enim nominantur in vetustis monumentis*) *primitus ædificata fuisse, præcipue pro Hibernis, qui veteres Scoti erant, vel potius pro omnibus, qui ex Britannicis insulis in Germaniam fidei propagandæ gratia se contulerant. Posteris tamen temporibus soli Scoti juniores, qui veterum Scotorum, hoc est, Hibernorum colonia sunt, et Septentrionalem Albionis* (*quæ nunc Anglia*) *partem tenent, jus in Scotica Monasteria sibi vendicant, neque ullum, nisi fallor, Hibernum aut Anglum suam in congregationem cooptarent.* De Scotorum in Germania Monasteriis vide præterea Rhenanum lib. 2. Rerum German. pag. 96. Hundium in Metropoli Salisburgensi pag. 266. Miræum in Diplomat. Belg. lib. 2. cap. 22. et Innocent. Cironum lib. 1. Observat. Jur. Canon. cap. 13.

Hospitale, Locus, seu ædes in Monasteriis, ubi hospites et advenæ recipiebantur, quæ *Domus hospitum*, apud Victorem III. PP. lib. 2. Dial. in Chronico Montis Sereni ann. 1199. 1205. apud Hugonem de S. Victore lib. 3. de Claustro animæ, Joannem Italum in Vita S. Odonis Abb. Cluniac. lib. 1. pag. 23. in Chartis Alemannicis Goldasti n. 57. *Domus Hospitalis*, in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 17. in Vita Godefridi Comitis Campebergensis cap. 38. et apud Sugerium lib. de Administr. sua cap. 10. *Hospitium*, apud Cæsarium lib. 1. Miracul. cap. 13. et in formula 32. ex Baluzianis. *Cella Hospitum*, in Addit. 1. Capitul. cap. 34. [** et in Chart. Sangall. ann. 885. apud Neugart. in Cod. Alem. num. 558.] quomodo *Cellulas Hospitales* dixit Paulinus Nolan. Epist. 10. extrema. [Diploma Caroli Calvi Imperat. pro Abbatia Marchianensi ann. 877. apud Miræum tom. 1. pag. 138 : *Insuper etiam concedimus.... ad Hospitale ejusdem Cœnobii, infra ipsum Monasterium, mansum unum, et in villa Ampleias mansos* 11. *atque in Rulliaco sericos duos.*] Charta fundationis S. Georgii de Lunevilla in Lotharingia : *Hospitalem domum instituit, ut ibi supervenientes hospites certis et incertis horis reciperentur, etc.* Tabularium Vindocinense Thuanum Ch. 19 : *Venit itaque jussu illius in Capitulum nostrum, ipso in Hospitali remanente.*

*. Hinc locus in ecclesia Carnotensi, ubi *hospitantur* seu repositæ sunt plurium martyrum reliquiæ, eodem nomine appellatur in Codice Ms. ann. circ. 400. ejusd. eccl. : *In cryptis est Hospitale, quod dicitur Sanctus locus fortium, eo quod pridem multitudo martyrum ibi passa fuerit martyrium, quorum corpora in magnæ profunditatis puteum ibidem factum de tyrannorum mandato projecta fuerint.*

Varia autem fuere in Ecclesiis et Monasteriis Hospitalia, Nobilium nempe, et Peregrinorum quorumvis. [Charta Herimanni Episc. Nivern. ex Tabular. S. Cyrici n. 3 : *Hospitum denique loca non longe a vestra civitate duo constituimus, unum ad pauperes recipiendos, alterum ad Nobiles viros undique confluentes.*] Charta anno 871. pro Monast. S. Medardi Suession. in Hist. B. Mariæ Suession. pag. 452 : *Et Hospitalis nobilium accipiat nonam ex villis ipsius Abbatiæ secundum antiquam consuetudinem, et habeat Cauciacum simul cum lignariis de Pinone : et Hospitalis peregrinorum accipiat decimam, et habeat Hatonis curtem, etc.*

¶ Hospitalia, Ædificiola quæ ad *curtem* spectant. Testamentum Tellonis Episc. Curiensis ann. 767. apud Mabill. tom. 2. Annal. pag. 708 : *Tabulata, torbaces, vel alia Hospitalia, vel cellaria, et quidquid ad ipsam curtem pertinet, omnia ex integro, etc.*

¶ Hospitalis, Idem qui *Hospes* sive *Mansionarius*. Charta Roberti de Cortiniaco ann. 1216. apud Thomasserium Consuet. Bituric. pag. 83 : *Quicumque in parrochia Cellensi possessionem suam habuerit, nihil ex ea perdet pro quocumque forisfacto, nisi adversus nos, vel aliquem de Hospitalibus nostris forisfecerit.*

¶ Hospitalerius, Eadem notione, in Charta Curiæ Arelat. ann. 1225. ex Cod. MS. D. *Brunet : Non possunt Hospitalerii... facere devendudum in palude.*

Hospitalis, Hospitalarius, diversoriarius, ξενοδόχος, πανδοχεύς, Gallis *Hostelier*. Utitur Lucas Tudens. lib. 3. contra Vald. cap. 14.

Hospitalis, qui *Hospitalarius*, seu cui cura est hospitii Monachici, in Usibus antiquis Cisterciensibus cap. 74. 75. 80. 87. etc. in Chronico Montis Sereni anno 1210. pag. 92. Qui et

Hospitalarius, Græcis ἡγουμενιάρχης : sic enim appellatur ὁ εἰς ὑποδοχὴν τεταγμένος τῶν εἰς τὸ ἡγουμένιον καταλυόντων ξένων, in Martyrio SS. xx. Patrum Sabaitarum num. 34. Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 22 : *Hospites, qui sunt peregrini, vel qui non pro alia causa, quam animarum suarum adveniunt, custos hospitii cum omni recipit benignitate : quidquid ejus opus fuerit, a Cellerario quærit, etc.* Aimoinus de Mirac. S. Bened. cap. 3 : *Leutherius.... Monachus habitu, suscipiendorum hospitum tunc delegatus ministerio.* Tabul. Vindocinense Thuanum Ch. 52 : *Respondit fuisse conventionem, ut si veniret in Hospitale nostrum semel aut bis in anno, reciperemus eum sicut Fratrem nostrum,... interrogavit eum Prior noster, si fuisset locutus cum Monacho Hospitalario, etc. Frater Hospitalis*, in Statutis Ord. Præmonstrat. dist. 2. cap. 15. [*Custos Hospitum*, apud Udalricum loco citato, et Bernardum Mon. in Consuetud. Cluniac. cap. 9.] [** Vide Guerard. Proleg. Chartul. S. Petri Carnot. pag 65. et Glossar. med. Græcit voce Ξενοδόχος, col. 1014.]

¶ Hospitalerius, in vet. Ceremoniali MS. B. M. Deauratæ : *Et in mandato pauperum debet providere Hospitalerius Deauratæ de aqua calida et de aqua frigida pro temperando.*

¶ Hospitalarius Grangiæ, Frater Conversus apud Cistercienses, cui prædii, seu villæ rusticæ, sub *Magistro grangiæ*, cura incumbit. Regula Conversorum Ord. Cisterc. apud Martem. tom. 4. Anecd. col. 1650 : *Hospitalarius Grangiæ, si quis ei fratrum signum fecerit loquendi, locum habet designatum, in quo loqui poterit. Si autem magister extra fines grangiæ fuerit, poterit Hospitalarius per totam curiam cum omnibus loqui.*

De Hospitalariis Monasteriorum agit præterea B. Dorotheus Doctr. 11. de eorum vero officio Regula S. Pachomii cap. 51. Beda in Vita S. Cuthberti Episcopi num. 13. Udalricus loco citato, Molanus lib. 2. de Canonicis cap. 20. Nembridius Mundelheimius Antiquit. Monast. Epist. 104. Doubletus in Histor. Sandionys. pag. 429. Haeftenus et alii. [* *Ostelleur* nuncupatur *Hospitalarius* in Charta ann. 1360. ex Chartul. 23. Corb.]

Hospitarius, Eadem notione, in Chartis Alemannicis Goldasti 16. 18. 25. 26. et in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 17. ubi de ejus officio : *Hospitarius major..... in hospitali assidue commorari debet et nocte jacere, ut ea, quæ inibi continentur, custodiat, et paratus sit omni tempore advenientes quosque, quos recipi oportet, sicut oportet, recipiat, etc.* Bernardus Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. cap. 10 : *Hospitario pertinet omnes hospites, qui equis vadunt, hospitari : peditibus vero, qui tales non sunt, ut veliat ire ad eleemosynariam, cum hospitantur alicubi in villa, si sint* 12. *aut* 15. *scilicet ut possit eos sine magno dispendio furnire, mittit panem, carnem, et vinum, etc.*

Subhospitarius, qui *Hospitario* subest, et ei est adjutor, in eodem libro Ordinis S. Victoris Parisiens. cap. 14. 15.

¶ Hospitalaria, Xenodochium. Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 2. pag. cxciv : *Pro Hospitalaria c. s.*

¶ Hospitalaria, Domus, domicilium. Epistola Conradi Regis apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1208 : *Ut civitas ipsa* (Salerni) *antiqua mater et domus studii.... sic renovata quasi paranympha scientiæ et singularium Hospitalaria Facultatum docentibus et addiscentibus se præbeat gloriosam.*

Hospitalaria, Domus hospitum, in Monasteriis. Statuta Joannis Archiepiscopi Cantuar. ann. 1279 : *Religiosi autem omnes et seculares ad vestrum Monasterium accedentes, in communi Hospitalaria comedant, vel in camera Abbatissæ, et nullatenus in cameris infra Claustrum.*

¶ Hospitaria, Eadem notione. Vita S. Zitæ tom. 3. Aprilis pag. 507 : *Transferebant illud venerandum corpus,..... nunc in claustrum, nunc in capitulum, nunc in refectorium, nunc in Hospitariam et alia Monasterii loca.*

¶ Hospitas, Eadem significatione. Institutiones Geroldi Abb. Fabariensis tom. 5. Annal. pag. 679 : *Ordinavimus etiam libere de vinea quadam commemorationem annuam fieri obitus mei, et ut Fratribus ad plenum serviatur a Magistro Hospitatis.*

¶ Hospitalaria, Officium *Hospitalarii* in Monasteriis. Bulla Pauli III. PP. ann. 1536. apud Miræum tom. 2. pag. 1051 : *Nec non una eleemosynaria, una pictantiaria, una infirmaria, una Hospitalaria, ac forsan alia officia inibi claustralia.*

* Bulla Joan. XXII. PP. qua Phil. reg. Franc. concedit annalia benes. eccl. ex Reg. A. Cam. Comput Paris. fol. 100. r° : *Declaramus, ut concessum tibi hujusmodi privilegium nullatenus extendatur ad .... cellarius, infirmarias, Hospitalarias et administrationes alias.*

Digitized by Google

Hospitalarii, Appellati Milites Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, quod primitus Hierosolymis in Hospitali S. Joannis Eleemonis sedes suas fixissent, peregrinorum obsequiis addicti. De istius Ordinis origine et incrementis agunt præ cæteris Willel. Tyrius lib. 18. cap. 5. et ex eo Jacobus de Vitriaco in Hist. Hierosol. cap. 64. compluresque exstant scripti libri. Σπιταλιῶται dicuntur Cantacuzeno lib. 2. cap. 12. 29.

Hospitalarii Teutonici seu *sanctæ Mariæ Theutonicorum in Hierusalem* : Ordo institutus sub Regula S. Augustini, de quo pluribus agunt Chronicon Montis Sereni ann. 1190. Jacob. de Vitriaco in Hist. Hierosol. cap. 66. Sanut. lib. 3. part. 7. cap. 3. Franciscus Mennenius, Belloius, Fauynus, et alii, qui de Ordinibus Equestribus scripserunt. Iis alba pallia, quæ Militum Templariorum erant, deferre vetuit Innocentius III. PP. lib. 13. Epist. 125. 126.

Hospitalariorum S. Spiritus Ordinem in Gallia instituisse aiunt Guidonem, nescio quem Comitem apud Montempessulanum, quem postmodum confirmavit Innocentius III. PP. de quo plura Gariellus pag. 178. Spondanus, Sammarthani in Episcopis Magalon. n. 24.

Hospitaliarii utriusque sexus, qui in hospitalibus ægrorum ac pauperum obsequiis addicti Regulam S. Augustini profitentur. De his Jacobus de Vitriaco in Hist. Occid. cap. 29.

Hospitalarii, Ipsi hospites, apud Thwroczium in Hist. Hungar. 2. part. cap. 3.

* 3. **HOSPITALE**, Domus Hospitalariorum militum ordinis S. Joannis Hierosolymitani. Charta delph. Vien. ann. 1225. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 9. col. 1 : *Si ducissa Burgundiæ mihi templum vel Hospitale constituere fecerit principales debitores; . . . . et cum templum vel Hospitale sic fecerint mihi, etc.*

* **HOSPITALETTUM**, diminut. ab *Hospitale*, Hospitium, diversorium. Charta ann. 1297. apud Lamium in Delic. erudit. inter notas ad Hodoepor. Charit. part. 1. pag. 124 : *Et ab ipso monte sicut vadit confine de Pietra usque ad Hospitalettum ; et ab ipso Hospitaletto, etc.*

HOSPITALITAS, Studium, quo quis afficitur erga peregrinos, quos benigne excipit : vox Latinis Scriptoribus nota. Hanc in Germanis Tacitus, in Slavis mire commendat Helmoldus lib. 1. cap. 83. et lib. 2. cap. 12. A Francis etiam nostris hanc maxime cultam docet Capitulare 1. Caroli M. ann. 802. cap. 27 : *Præcipimusque, ut in omni regno nostro neque dives neque pauper peregrinis hospitia denegare audeant, id est sive peregrinis propter Deum ambulantibus per terram, sive cuilibet itineranti propter amorem Dei et propter salutem animæ suæ, tectum et focum nemo illi deneget.* Capitulare 5. ann. 803. cap. 16 : *Ut infra regna Christo propitio nostra omnibus itinerantibus nullas hospitium deneget, mansionem et focum tantum. Similiter pastum nullus contendere faciat, excepto prato et messe.* Adde Capitul. 5. Caroli M. incerti anni cap. 8. Capitul. Caroli C. Compendiense ann. 868. cap. 1. et Concilium apud S. Macram ann. 881. cap. 4 : *Hospitalitatem supervenientium hospitum et receptionem pauperum ibidem disponant et ordinent. Hospitalitatem dare*, hospitio excipere, in Lege Salica tit. 57. § 5 Vide Capitul. Aquisgran. ann. 789. cap. 73. lib. 1. Capit. cap. 70. Capitula Carlomanni tit. 2. § 12. 13. Cumeanum Abbat. de Mensura pœnitentiar. cap. 8. Pœnitentiale Egberti cap. 18. Supplicem libellum Monachorum Fuldensium Carolo Magno oblatum cap. 14. [** Murator. Antiq. Ital. med. ævi tom. 3. col. 581. B.] etc.

Hospitalitas, Metati onus, cui omnes obnoxii, præter eos, qui illustribus donati erant dignitatibus, in leg. 3. 10. 11. 12. etc. Cod. Th. de Metatis, (7, 8.) *Ubi Hospitalitatis munus, præbitio, hospitum molestia, inquietudo.* Ita

Hospitalitas, usurpatur pro *gisto* seu *procuratione*, in Capitulari 1. anno 809. cap. 35. Capitul. 2. ejusdem ann. cap. 15. et lib. 3. Capit. cap. 25 : *De Hospitalitate et susceptione itinerantium, tam Missorum nostrorum, quam reliquorum bonorum hominum.* Tabular. S. Albini Andegav. : *Gaufredus Comes concessit auctoritate sua, ut nulla dominatio Hospitalitatis ab ullo homine habeatur ibi, nec Vice-Comitis, nec cujuslibet Vicarii, etc.* Idem Tabular. : *Uxor Herberti de Buziaco clamabat erga Monachos S. Albini pro quodam beneficio suo, quod ille fecerat, quandam consuetudinem scilicet hospitandi se et suos missos per consuetudinem Andecavis, et in omnibus obedientiis S. Albini, etc.* Charta Roberti Ducis Burgund. anno 1040. ex Tabul. S. Germani Pratensis : *His consuetudines Guerpivi, scilicet mei hospitalem susceptionem, et canum meorum Hospitalitatem et pabulum, etc.* Alia Theobaldi Comitis Blesensis ann. 1140. ex eodem Tabul. : *Quod Hilduinus et servientes ejus ex consuetudine exigere volebant hospitari pro libitu suo et procurari, quotiescunque, et cum quot hominibus vellent in terra S. Germani, etc.* Infra : *Et nullam aliam Hospitalitatem seu procurationem ipse vel milites, seu servientes ejus in præscriptam terram exigant.* Concilium Narbonense ann. 1054. cap. 16 : *Neque per vim, neque per vicariam, neque per districtionem ibi ullam Hospitalitatem accipiat.* Charta Widonis de Monte Falconis anno 1112. in Tabulario Ecclesiæ Augustod. : *Derelinquo penitus illam, quam ab Ecclesia S. Nazarii videbar habere consuetudinem, quæ videlicet consuetudo Hospitalitas appellabatur.* Alia Hervæi Episcopi Nivern. in Tabular. S. Cyrici n. 84 : *Similiter modo in altera villa, quæ vocatur Ars, videlicet in horreo non capiebat consuetudines pravas, Hospitalitatem scilicet in anno bis vel ter cum suis Militibus.* Ibid. Ch. 91 : *Habebant quondam consuetudinem apud nos vobis in anno cum tribus vel quatuor hominibus exhiberemus ei hospitalitatem.* Alia ex Tabulario Dervensi : *Neque carropera extorquere, neque pastum equorum vel canum, aut ursorum requirere, seu pedituram vel aliqua opera contra morem exigere, aut aliquam Hospitalitatem servientium hac illacque discurrentium repetere, etc.* Alia Joannis Abbatis S. Bertini ann. 1228. in Tabulario ejusdem Monasterii : *Procurationes autem, Hospitalitates, et omnes corveias, quas... calumniabatur, etc.* Infra : *Nec venatores, nec canes mei, nec etiam aliqui ex parte mea precationes vel Hospitalitates habeant in curtibus supradictis.* Occurrit præterea hac notione apud Silvestrum Giraldum de Expugn. Hiberniæ lib. 2. cap. 34. Ericum Upsaliensem lib. 5. Hist. Suecicæ pag. 109. in Charta ann. 883. apud Steph. Baluzium in Append. ad Capitul. n. 117. et in Charta Christophori Ducis Lalandiæ ann. 1360. apud Pontanum lib. 7. Rerum Danicar. pag. 489. [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Herberge*, col. 880.]

Hospitalitatis Domus, Hospitium, diversorium, apud Gregorium Turon. lib. 2. Mirac. cap. 15.

Hospitalitas, Hospitale, xenodochium. Henr. Knyghton lib. 1. cap. 2 : *Iste Robertus Mellent etiam Hospitalitatem de Bracleye fundavit et dotavit.* Acta Episcoporum Cenoman. pag. 300 : *Fecit namque Hospitales domos, quæ antea ligneæ fuerant, petrinas : et Hospitalitatem pauperum Christi, quæ necdum et loco illo lignea erat, constituit petrinam.* Item

Hospitalitas, Eleemosyna, quæ ad hospitalia præbetur. Chronicon Abbatum Lobiensium pag. 599 : *Fundos, Ecclesias, mensam nostram, decimas Hospitalitatis et eleemosynæ dispertiens, ampliavit divitum abundantiam, et adauxit divitum seu pauperum inopiam.* Infra : *Hæc sunt Hospitalitates et eleemosynæ, etc.*

¶ Hospitalitas, Mansio, domus, domicilium. Charta ann. 1259. ex Tabul. Divion. : *Ita quod in eisdem Ecclesiis instituantur perpetui Vicarii quibus assignentur sufficientes redditus et qui Hospitalitatem teneant et residentiam faciant in ipsis Ecclesiis et in eisdem continue deserviant.*

* Charta ann. 1258. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Una cum tota jurisdictione, quam habemus in mansionibus, in Hospitalitatibus, in cellis, etc.*

¶ **HOSPITALITIUM**. Vide in *Hospes*.

¶ **HOSPITAMENTUM**, Idem quod infra *Hostilagium*. Vide in hac voce. Chronicon S. Petri Vivi tom. 2. Spicileg. Acher. pag. 776 : *Anno* MCLVI. *Rex Ludovicus confirmavit ecclesiæ S. Petri Vivi transitum et Hospitamentum mercatorum in burgo.* Vide alia notione in *Hospes*.

HOSPITARE, Hospitio excipere. Leges Edwardi Confess. cap. 27 : *Si quis Hospitaverit privatum vel alienum, . . . poterit eum noctibus habere duabus tanquam hospitem.* Thwrocz. in Ladislao Rege Hungar. cap. 82 : *Apud Marchionem Estensem magnifice est Hospitatus.* [Charta Guidonis Episc. Corisopit. ann. 1480. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 1616 : *Quæsivit a venerabili patre domino Francisco Mylon sanctæ Sedis Apostolicæ prothonotario dictique Prioratus commendatario et administratore ibidem presente, si eum Hospitaret et ad pernoctandum reciperet.*]

¶ Hospitari, Eadem notione. Statuta Arelat. MSS. : *Ne quis scienter Hospitetur in sua domo furem vel latronem.* Utitur Plinius.

Hospitare, Hospitium, seu *Mansionaticum* præbere vel accipere. Charta Wil-

Digitized by Google

lelmi Comitis Nivernensis ann. 1159. ex Tabul. Eccl. S. Cyrici Nivernensis : *Quod Willelmus Nivernensis Comes Guillermi Comitis ad Ordinem Cartusiæ conversi filius, guerram cum inimicis suis licet invitus exercens, terram Canonicorum S. Cyrici Nivernis cum manu militum Hospitatus est, et bona hominum Canonicorum indebite accepit, contra tamen jus et consuetudinem prædecessorum suorum, qui in terra nullam Hospitandi consuetudinem habuerunt.* [Bulla Alexandri III. PP. ann. 1162. in Hist. MS. Monast. Beccens. : *Si memorati Archidiaconi vel Decani ad domos vestras declinaverint Hospitandi, ultra quam fuerit honestum et justum, a vobis non debeant aliquid extorquere.* Charta Roberti Comit. Moretonii ann. 1453. apud Stephanot. tom. 13. Fragm. Hist. MSS. pag. 122 : *Excepto quod si necessitas Hospitandi illi incubuerit in domibus Burgensium monachorum, licentiam Hospitandi habuerit.* Adde Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 604. *Hosteller*, Poëtis nostratibus. Le Roman *de la guerre de Troyes* MS. :

Mout furent bien la nuit servi,
Li sain furent bien Hostellés.]

* *Prendre ostel*, metaphorice dicitur de Christo, qui novem menses in utero B. M. V. hospitatus est. Bestiar. Ms. :

Jhesu Crist nostre créatour,
C'est l'unicorne espéritel
Qui en la Virge prist ostel.

¶ HOSPITARE DECIMAS, Servitii species, quo quis fructus decimales domini sui recondere, aut iis recondendis locum commodare tenetur. Charta ann. 1246. in Chartular. S. Vandreges. tom. 1. pag. 325 : *Noverint universi... quod ego Robertus Putes de S. Albino super Deppam et hæredes mei tenemur facere Abbati et Conventui S. Vandregisili singulis annis servitium de duabus partibus grossarum decimarum de S. Albino Hospitandis.*

¶ HOSPITARE, Aliis notionibus. Vide in *Hospes*.

¶ **HOSPITARIUS.** Vide *Hospitale* 2.

HOSPITATICUM. Pactum Arechis Principis Beneventani cum Neapolitanis, apud Camillum Peregrinum in Hist. Langobardorum : *Dividantur ipsæ terræ in tertiam partem, unam partem tollat exinde pars de Neapolim pro ipsa Hospitatica, et aliam pro ipsi soli, tertiam partem tollat exinde pars de Capua.* Infra : *Inquiratur diligenter ad qualia Hospitatica fuerunt pertinentia antiquitus.* Loquitur ibi de *fundis exfundanis* aut *exfundatis*. In Diplomate Henrici Regis Francorum ann. 29. pro Abbatia Trenorchiensi occurrit *Hospitaticum* cum *navatico, salutatico, rotatico, etc.* [Ubi pro jure exigendi *gistum* seu *procurationem* accipi videtur : non secus ac in Charta Carlomanni Reg. Franc ann. circ. 880. Append. ad Marcam Hispan. col. 812 : *Concedimus etiam... ut nullus judex publicus audeat a famulis tam liberis quam colonis ipsius loci Hospitaticum, montaticum, rotaticum... exigere.*]

¶ 1. **HOSPITATIO**, Servitus quæ ab *Hospite* ratione domicilii sui quotannis domino præstatur. Charta Roberti Magdunensis domini ann. 1177. apud Thomasserium Consuet. Bitur. pag. 73 : *Neque furtum, neque sanguinem, neque multria, neque bataliam... neque raptum, neque Hospitationem, neque procurationem, neque pedagium, etc.* Vide *Hospitatus* in *Hospes*.

¶ 2. **HOSPITATIO**, Jus divertendi in domum alterius *hospitandi* causa, vel redemtio pecuniaria ejusmodi juris. Diploma Conradi II. Imper. ann. 1145. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 778 : *Exactiones et tallius, quas quidem precarias vel petitiones nuncupant, sive Hospitationes regia censura penitus interdicimus.*

* Charta ann. 1125. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 441 : *Erat autem redditus per singulos annos, duæ Hospitationes, una in hieme cum civada, altera in æstate sine civada; sed et omnibus diebus, quibus ipse abbas sæcularis in Moysiaco præsens pernoctaret, sero xv. candelæ sibi dabantur.* Occurrit præterea in Lit. Ludov. Jun. ann. 1171. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 207.

¶ 1. **HOSPITATOR** MAGNUS, Hospitiorum et castrorum præfectus, Gall. *Mareschal de camp.* Regimina Paduæ ad ann. 1320. apud Murator. tom. 8. col. 432 : *Dominus Oldoricus de Gualfer.... venit ad civitatem Paduæ... cum multa quantitate militum et dismontavit in magno palatio domini Henrici Scrovegni, ubi habitabat Vivianus a Borsetis Magnus Hospitator.* Vide in *Hospes*.

¶ 2. **HOSPITATOR**, Caupo, stabularius, tabernarius, Gall. *Hostelier.* Miracula B. Simonis Eremit. August. tom. 2. Aprilis pag. 829 : *Qui nunc moratur Bononiæ in hospitio Sotti Hospitatoris.*

* **HOSPITATURA**, Mansio, domus, hospitium. Charta ann. circ. 1133. ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Adjecit etiam dono huic unam ibidem terræ carrucatam,.... cum una Hospitatura in Trebuleto, et cum una area juxta ecclesiam, in qua monachi sufficienter possent hospitari.* Vide supra *Hospitalitas*.

* 1. **HOSPITATUS**, Pari intellectu. Chartul. Miciac. : *Unusquisque arpennum suum habebit, qui et ipsi cum arpenno suo et Hospitatu suo in dominatu monachorum erunt.*

2. **HOSPITATUS**, [De fundo vel domo dici videtur quæ *hospiti* sub certis servitiis conceditur.] Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 511 : *Ex dono Gilberti filii Nigelli totum pratum tam Hospitatum, quam non Hospitatum, quod est sub habitaculo eorumdem Monialium.* [Instrum. ann. 1082. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 66 : *Idem Robertus habet* XLII. *domus Hospitatas tam intra murum quam extra.* Charta Willelmi Angliæ Regis ann. 1083. ex Tabul. SS. Trinit. Cadom. : *Quicumque in futurum facient domos in illis terræ mansuris quæ nunquam ante fuerunt Hospitatæ. Hospitatus*, alia notione, vide in *Hospes*.

¶ **HOSPITELARIUS**, Officiorum magister, Gall. *Maître d'hôtel.* Instrum. ann. 1302. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 257 : *Presentibus... Alexandro nostro kamerario et Bertramo nostro Hospitelario.*

* Chron. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 1. col. 1 : *S. Ludovicus obiit crastino S. Bartholomei anno m. cc. lxx. pro cujus redemptione captæ sunt per Hospitelarium suum anno m. cc. l. viij^xx. vij^m. cij. lib. xvij. solid. viij. den. Turon.*

¶ **HOSPITIA**, Hospitium, domus, mansio. Charta ann. 1241. tom. 2. Hist. Meld. pag. 144 : *Dederunt Hospitiam quæ fuit Josse cum toto proprisio et appendentiis, et unum arpentum prati juxta dictam Hospitiam.*

* **HOSPITISIA**, Familia, domus. Charta Theob. comit. Bles. ann. 1183. in Chartul. S. Aviti Aurel. : *Tensamentum michi assignaverunt, tale scilicet, ad festum S. Remigii de unaquaque Hospitisia duos sextarios avenæ.* Occurrit rursum ibid. in Ch. ann. 1212. *Hostel*, pro Familia, genus, in Lit. remiss. ann. 1456. ex Reg. 191. Chartoph. reg. ch. 254 : *En laquelle ville de Bayeux le suppliant a ses pere et mere de bon Hostel, bourgois d'icelle ville.* Dici etiam videtur de iis, qui sub uno duce militant, in Stat. ann. 1373. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 658. art. 1 : *Que nostre connestable de France.... nommera et ordonnera certaine personne pour recevoir les monstres des gens de son Hostel.* Pluries ibi. Denique *Hostel*, pro qualibet æde cujusvis generis hominum, passim occurrit. *Host* et *Ost*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1465. ex Reg. 194. ch. 81 : *Le suppliant, estant en ceste ville de Paris, retourna environ six heures au soir en son logeiz en l'Ost de nostre cousin le conte de Charolois, et lui arrivé audit Hst, etc.* Rursum infra : *Host.* Hinc *Hostelée*, ipsa habitantium in domo congregatio, apud Froissart. vol. 3. cap. 57 : *Moult fut toute l'Hostelée réjouie de la venue des dames*

¶ **HOSPITISSA**, Hospes, mansionaria. Codicellus Theobaldi de Marliaco ann. 1286. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1227 : *Item, Hospitissæ nostræ de Vanderville* c. *solidos Turonenses.*

HOSPITIUM, Idem quod *Gistum, procuratio*, [*Molestia hospitum*, in leg. 2. et 4. Cod. de Metatis. (12,40.)] Synodus Ticinensis anno 855 : *Quando etiam Episcopos, Abbates, vel Comites, seu fidelium nostrorum quempiam in propria villa morari contigerit, cum suis in suis maneant domibus, ne sub obtentu Hospitii vicinos opprimant, vel eorum bona diripiant.* Concilium anonymum ann. 904. can. 11 : *Ut in domibus Ecclesiarum neque Missus, neque Comes, vel judex quasi pro consuetudine, neque placitum, neque Hospitium vindicent, etc.* Willelmus Neubrigensis lib. 4. cap. 14. et Joan. Brompton. pag. 1193. de Legato Sedis Apostol. : *Et nomine suæ legationis cum excessivo numero Hospitia a cunctis per Angliam exegit Monasteriis : minores vero domus, quæ pondus Hospitii ferre non poterant, certa summa, id est, octo vel quinque marcarum Hospitia redemerunt.* Bulla Honorii III. PP. apud Ughellum tom. 1. Ital. sacr. pag. 817 : *Et quod eidem annuatim Hospitia duo darent.* Charta S. Ludovici Reg. ann. 1255. ex Tabul. S. Dionysii : *Acceperamus apud Cormellas*

Digitized by Google

Parisiorum Hospitium et procurationem per duas vices, quæ consuetudo vulgariter gista vocatur. Charta Rainaldi Burgundiæ Comitis ann. 1148 : *Ut usualem illam Hospitii susceptionem in villa S. Stephani, quæ dicitur Tercennais, habemus, etc.* Statuta synodalia Episcopi anonymi ann. 1237. tom. 2. Concil. Angl. : *Præcipimus..... ne Patroni Ecclesiarum laici, sive sint Anglici, sive alicujus nationis, Hospitia a Clericis beneficiatis extorqueant, vel exigant de cætero.* Vide Thomasserium in Consuet. localib. Bituric. pag. 62. et infra in *Mansionaticum.*

Hospicietum, Eadem notione. Stephanus Tornac. Epist. 282. Ed. Molineti : *Aliquam procurationem, sive ut vulgariter loquamur, Hospicietum aut gistum receperunt.* Ubi expressit Gallic. *Hospice.*

Hospitium, Domus, in quo consistunt *hospites*, seu *Mansionarii*. Concilium Senonense sub Lothario Imp. ann. 834 : *In summa sunt mansa centum nonaginta, et Hospitia decem et novem.* Polyptychus Floriacensis : *Sunt ibi Hospitia 7. et manent ibi inter mansos et caroperarios et manoperarios et Hospitia homines 121. etc.* [Codex MS. Irminonis Abbatis S. Germani fol. 2 : *Ermengaudus tenet Hospicium, solvit inde in anno pullum 1. ova v.* Quod ibidem sæpius recurrit. Epitome Constitut. Eccl. Valentinæ tom. 4. Concil. Hispan. pag. 154 : *Hospitia ecclesiarum parochialium et beneficiorum... visitentur anno quolibet, more Hospitiorum Capituli.* Ὁσπίτιον, Græcis, eadem notione. Vide Glossar. mediæ Græcitatis.] [** et Gerardi Indic. Polypt. Irmin.]

Hospitium, seu domus hospitum in Monasteriis, in Charta Charitatis Cisterciensis cap. 2. apud Cæsarium lib. 1. Miracul. cap. 13. etc. [Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratæ : *Pauperes debent esse in numero quatuor viginti, quibus debet dari de mane in Hospicio domni mei Deaurate in aliquo loco honesto, etc.*]

¶ Hospitium Regis, Regis familia, Gallice *Maison du Roy*. Epistola Petri de Condeto tom. 2. Spicil. Acher. pag. 566 : *Sciatis quod cum in exercitu ejus tam de Hospitio suo, quam extra tot quotidie moriuntur, vel saltem infirmantur, quod fere nullus est qui præ morbi pestilentia debeat securari.* Hinc

¶ Magister Hospitii, in Charta Caroli VIII. Regis Franc. ann. 1497. apud Ludewig. tom. 6. pag. 97 : *Dominus de Fay Magister Hospitii nostri nobis retulit, quo pacto ob adversam valetudinem, que sibi contingit in itinere, communicatio illa.... fuerit interrupta.*

Hospitia Studiorum : ita vocant in Anglia Juris Collegia in *Universitatibus*, seu Academiis, in quibus, qui Juri addiscendo operam collocant, morantur. Joannes Fortescutus de Laudibus Legum Angliæ cap. 49. ait in quolibet *studio* esse *decem Hospitia minora, quandoque vero plura, quæ nominantur Hospitia Cancellariæ, ad quorum quodlibet pertinent centum studentes ad minus, et ad aliqua eorum major in multo numerus, licet non omnes semper in eis simul conveniant. Studentes etenim isti, pro eorum parte majori, juvenes sunt, originalia, et quasi legis elementa addiscentes, qui in illis proficientes, ut ipsi maturescunt, ad majora Hospitia studii illius, quæ Hospitia Curiæ appellantur, assumuntur. Quorum majorum quatuor sunt in numero, et ad minimum eorum pertinent in forma prænotata, ducenti studentes aut proprie. In iis enim majoribus Hospitiis nequaquam potest studens aliquis sustentari minoribus expensis in anno quam* 80. *scutorum, et si servientem sibi ipse ibidem habuerit, ut eorum habet pluralitas, tanto tunc majores ipse sustinebit expensas. Occasione vero sumptuum hujusmodi ipsi Nobilium filii tantum in Hospitiis illis leges addiscunt, cum pauperes et vulgares, pro filiorum suorum exhibitione tantos sumptus nequeant sufferre .... quo fit, ut vix doctus in legibus illis reperiatur in Regno, qui non sit nobilis, et de nobilium genere egressus..... In his revera Hospitiis majoribus, etiam et minoribus, ultra studium legum, est quasi gymnasium omnium morum, qui nobiles decent. Ibi cantare ipsi addiscunt, similiter et se exercent in omni genere harmoniæ. Ibi etiam tripudiare, ac jocos singulos Nobilibus convenientes, qualiter in domo regia exercere solent enutriti : in ferialibus diebus eorum pars major, legalis disciplinæ studio, et in festivalibus sacræ Scripturæ, et Chronicorum lectioni post divina obsequia se confert. Ibi quippe disciplina virtutum est, et vitiorum omnium exilium : ita ut propter virtutis acquisitionem, vitii etiam fugam, Milites, Barones, alii quoque Magnates et Nobiles regni, in Hospitiis illis ponunt filios suos, quamvis non gliscant eos legum imbui disciplina, nec ejus exercitio vivere, sed solum ex patrociniis suis.* Mitto reliqua, quæ ibi lector inspicere, si tanti est, poterit. Vide *Servientes ad legem* in *Serviens*.

* **Hospitium Fortalitium**, Domus munita, arx. Sentent. arbitr. inter Aymar. de Pictav. et Jacob. abb. Monast. ann. 1302 : *Acta fuerunt hæc apud Montem Mayranum in ospitio fortalitio dicti domini comitis.*

¶ **Hossa**, Tibiale, caliga, Gall. *Heuse, Houseaux*. Vide *Osa*.

* **Hosseia**, in veteri catalogo, vulgo *la Houssoie*, vicus in Briegio confinioque Parisiorum atque Meldorum, non longe a Mucra fluvio, cognominatus a copia aquifoliæ, quam vulgo *Hossum* vel *Hussum* nostri vocitant, *du houx*. Ita Valesius in Notit. Gall. pag. 420. *Houset*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Biscus vel ruscus, Gall. Houset.*

¶ **Host** Vide *Hostis*.

¶ **Hosta**, Funis nautici genus, vulgo *Hource*, Ductorius funis. [* Vel potius Juncus Hispanicus ex quo texitur. Vide infra *Osta*.] Informationes civitatis Massil. de passagio transmarino ex Cod. MS. Sangerman. fol. VIIIXX. XVII : *Item in saccia Hostarum et pro tonegando navem* CCXL. *passorum.* Statuta Massil. lib. 3. cap. 16 : *Statuimus quod corderii omnes de Massilia teneantur speciali sacramento se non facturos per se, vel per alios... Hostas nisi de canabo femello et filo subtili.*

¶ **Hostades**, An tibialium seu caligarum species, detorta voce ab *Hossa*? Instrumentum ann. 1412. apud Rymer. tom. 8. pag. 754 : *Sex paria de gantelez, sex Hostades, quatuor pelves, etc.* [* Vide infra *Ostada*.]

¶ **Hostagiamentum**, Obses, vadimonium, securitas, Gall. *Otage*. Instrum. ann. 1342. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 439 : *Qua die homines de Romanis, videlicet viginti burgenses et viginti populares intrabunt et intrare debent Hostagiamenta penes dictum dominum Dalphinum.* Conditiones sub quibus Carolus Princeps Salernit. de carcere liberatur apud Rymer. tom. 2. pag. 342 : *Videtur tractatum non posse compleri nisi per liberationem seu Hostagiamentum nobilis viri dom. Karoli Salern. Principis, qui in præfati dom. Regis Arragon. carcere detinetur.* Litteræ Henrici IV. Regis Angliæ apud eumd. Rymer. tom. 8. pag. 423 : *De associatione in appellatione super Hostagiamento Comitis de Denia.*

* Pactum inter Amed. comit. Sabaud. et Joffredum dom. de Claromont. ann. 1306. in Chartul. Sabaud. fol. 115. r° : *Item nos dominus Claromontis... quittamus, gurpimus et remittimus Hostagiamenta et fidejussiones, quas in manu nostra habebamus.* Vide *Ostagiamentum*.

¶ Hostagimentum, Eadem notione. Instrumentum. ann. 1334. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 252 : *Item fuit actum et convenerunt dominus Comes et Dalphinus quod omnia et singula Hostagimenta, conventiones, redemptiones non solutæ, etc.*

¶ **Hostagiare**, Securitatem, vadimonium dare, liberari sub conditione dandi obsides. Chronicon Senoniense lib. 5. cap. 9. tom. 3. Spicileg. Acher. pag. 429 : *Plebanus vero nolens longius ita detineri, Hostagiavit se pro sexaginta libris, et sic recessit, et veniens, nunciavit Episcopo.* Charta Guidonis Comit. Nivern. ann. 1231. tom. 3. Ordinat. pag. 117 : *Si non haberet unde juri parere posset, similiter capi non posset, nec etiam res sue, dum se posset Hostagiare.* Rymer tom. 2. pag. 342 : *Tractatum extitit et etiam ordinatum, quod præfatus Princeps liberaretur a carcere supradicto seu Hostagiaretur sub conditionibus infra scriptis. Ponantur in posse dicti D. Alphonsi Regis Aragon. pro obsidibus tres filii primogeniti Principis Salernitani.* Nostris, *Livrer ostal*, pro *Donner ostage*. Le Roman *de Floire* MS. :

> Puis apela son Seneschal,
> Si lor a fait livrer Ostal.

* Nostris *Ostagier* et *Ostaiger*. Charta Joan. comit. Cabilon. ann. 1224. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. fol. 211. r°. col. 1 : *Creantavi dicto comiti quod si contingeret quod ego vel aliquis de gente mea caperemus dictos W. et R. de Chay vel alterum eorum, ... non redderem vel Hostagiarem illum vel illos qui capti essent, donec hostagii, quos ducissa Burgundiæ dedit, ... essent deliberati et quitti. Ostagiare*, eodem sensu, in alia Ch. ibid. *Ostagier*, in Ch. ann. 1267. ibid. fol. 270. r°. col. 1. *Ostaiger d'ester à droit*, in Libert. villæ *de Levigny* ann. 1291. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 514. art. 6. Le Roman *d'Alexandre* Ms. part. 1 :

> Daires l'avoit tenu quatorze ans prisonnier,
> Petit fu porté pour son per Ostagier.

Digitized by Google

HOSTAGIARIA, Securitas, Gallis, *Ostage*, *Ostagiere*. Pactum inter Will. de Hollandia et Ludov. Comitem *de Los* ann. 1206. lib. 1. Regesti Honorii III. PP. : *Et pepigit... dare Hostagiariam et securitatem, videlicet, quod coram Episcopo Trajectensi ponet terram Hollandiæ in Hostagiariam.* Occurrit ibi non semel.

¶ **HOSTAGIARIUS**, Obses, fidejussor. Statuta Massil. lib. 5. cap. 36 : *Constituimus firmiter observandum, ne unquam deinceps occasione aliqua, obsides sive Hostagiarii pro communi Massiliæ dentur, vel tradantur in civitate Massiliæ, vel extra.* Vide infra *Hostagium tenere.*

1. **HOSTAGIUM**. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 348 : *Has terras ego et hæredes mei acquietabimus erga Regem de scutagio et Hostagio, et omni auxilio et alio servitio ad Regem pertinente.* Idem videtur quod *Gistum, procuratio.* Vide *Hospitatus* in *Hospes.*

☞ Rectius de censu annuo, qui ratione domicilii debetur, intellexisset Vir eruditus, ut ex Chartulario S. Vedasti Atrebat. Litt. V. pag. 192. manifestum fit : *De Hostagiis autem, id est, censibus domorum, quoniam inolevit nequitia... ut qui Hostagia debent, ea ab ecclesia abalienare... contendant.*

* Charta Gerardi Camerac. episc. ann. 1083. ex Tabul. S. Autberti : *Annualia Hostagia persolvebant et debita furnagia ad furnum ecclesiæ.*

¶ 2. **HOSTAGIUM**, Mansio cum certa agri portione sub censu annuo *hospiti* seu rustico ad excolendum concessa, Gall. *Hostise*, " *hostage.* Charta ann. 1154. tom. 3. Gall. Christ. col. 354 : *Confirmamus vobis Hostagia quæ dedit vobis Robertus Præpositus.*

3. **HOSTAGIUM**, Vadimonium, ex Gall. *Hostage : Obsidiatus*, Eutropio lib. 2. et Ammiano lib. 16. Matth. Paris pag. 216 : *Dux Bavariæ et alii divites in Hostagio remanserunt.* [Chronicon ann. 1215. tom. 2. Hist. Lotharing. col. xxxix : *Nam sicut patruus ejus Fridericus sæpe fecit, a quodam cive Metensi creditore suo sæpius in Hostagiis detinebatur, nec habebat unde redderet.*]

¶ **HOSTAGIUM TENERE**; *Ostager*, in Consuet. Britan. art. 112. et seqq. Dicitur de debitore qui intra præfinitos fines consistere tenetur, donec creditori satisfecerit. Charta ann. 1291. ex Chartul. S. Johannis Angeriac. pag. 278 : *Ego dictus miles* (obligo) *corpus meum ad faciendaseu tenenda Hostagia seu teneterias infra muros castri S. Johannis, per tantum tempus donec de præmissis sit eidem Abbati plene et integre satisfactum.* Statuta Massil. lib. 2. cap. 1. § 19 : *Curia... debitorem, si tamen masculus est, quicumque sit, dum tamen pubes sit, vel major pubere, per sacramentum ab eo inde factum, vel exactum, continue Hostagia tenere compellat ubicumque dicta curia statuet infra hos terminos Hostagia communiter teneri.* § 20 : *Terminos autem tenendi Hostagia per hoc statutum assignamus masculis debitoribus, quos terminos hujusmodi ponimus, videlicet in carreria palatii Massiliæ ex parte Occidentis quatenus extenditur, etc. Ista loca modo assignata, faciat dicta curia ab hostagiariis observari, quando jussu judicis debitores ad tenendum Hostagia compellentur, ita scilicet quod inde nullatenus recedat hostagiarius, absque licentia et voluntate expressa creditorum suorum, usquequo ab ipso debitore... sit in solidum satisfactum.* § 21 : *Si vero dictus debitor mulier est vel erit, illa similiter compellatur ad tenendum inde Hostagia a dicta curia, ut supra dictum est per omnia de debitore masculo, eo excepto quod ipsa mulier Hostagia dicta non teneat, in loco illo ubi homines tenent ea, sed in domo sua, vel patris sui, vel matris, vel mariti aut soceri, vel socrus suæ, vel in domo ubi morabitur stagiam faciendo.* Vide *Obstagium.*

* Ejusdem consuetudinis meminit Charta Hervei episc. Trec. ann. 1232. ex Chartul. Campan. fol. 171. col. 1 : *Pro residuo vero dictarum triginta sex milia librarum Parisiensium dictus Theobaldus tenebit Hostagium Senonis anno prædicto completo, et ibidem singulis noctibus pernoctabit.* Vide *Ostagium*, 2.

HOSTAGIUS, **OSTAGIUS**, **HOSTIAGIUS**, Obses, *Hostage.* Guill. de Podio-Laurentii cap. 14 : *Ipso vicecomite.... in Ostagium remanente* Adde Henric. Knyghton. ann. 1295. Sic autem dictus, quod obses in alterius potestatem transiret, ejusdem *hospes* esset, uti supra observatum; præterea sponsor, præs, qui pro altero spondebat sacramento interposito : quia si is, cujus præs erat, pactum non adimpleret, in potestatem illius, cui fidejussionem præstiterat, transibat, donec illud adimpleretur. [Charta Ricardi Regis Angliæ ann. 1195. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 2. pag. xvii : *Hiis omnibus pactis, Comes Leicestriæ, et omnes prisones et Hostagii prisonum, prout divisum est hinc et inde liberabuntur.*] Tabularium Eleemosynæ S. Pauli Viennensis : *Et Guigo Peira et Adalardus frater suus se ipsos obsides posuerunt, quatenus si in terra illa Eleemosynæ ab aliquo inferretur injuria, postquam Eleemosynæ Custos eos monuerit per se vel per nuntium suum, intra 7. dies ad Siurenum in Obstagium venirent, et ita manerent ibi, donec injuria illa integre emendata esset.* Epist. 61. ex Francicis tom. 4. Hist. Francor. : *Milites etiam et burgenses totius territorii Nigellæ Ostagii sunt per sacramentum hujus conventionis tenendæ; hac conditione, si Comitissa in hæredem, vel hæres in Comitissam insurgeret, ille, in quem alter insurgeret, si Ostagios submoneret, aut infra 15. dies ei, cui injuria illata esset, emendari facerent, aut donec emendatum esset, parti ejus adhærerent, et, postquam emendatum esset, ad pristinum statum rediret.* Charta ann. 1239. ex Tabul. S. Aniani Aurelian. : *De his autem fideliter et firmiter observandis fidejussores sunt isti,... qui similiter fide in manu nostra promiserunt, quod in civitate Aurelianensi prisionem tenebunt Militis donec præfatus venditor fecerit garentiam, etc.* Ubi *prisio Militis*, est qualis Militem decet. Observantiæ Regni Aragon. lib. 9. tit. de Cessione bonorum § 1 : *In commanda non habet locum cessio bonorum, nec admittitur; sed solum in mutuo admittitur. Est autem consuetudo regni, quod si debitor commandæ captus detineatur per judicem, quia non reddit depositum, si petat se tradi custodiæ creditoris, est sibi tradendus, prius tamen creditore assecurante vitam et membra, et quod dabit sibi comestionem sufficientem, et tenebit eum captum in loco decenti. Si autem depositarius noluerit ipsum recipere, et de prædictis cavere, judex debet ipsum a captione liberare.* Alia hujusce ritus exempla profert Anton. Brandaon. tom. 4. Monarch. Lusitan. pag. 271. v. 272. ut et vir eruditissimus Dionysius Salvaingus Boissius in Tractatu de Usu feudor. cap. 73. Vide *Obses.*

HOSTATICUS, Obses, interdum fidejussor, Italis *Statico.* Vetus Charta apud Beslium pag. 390 : *Dedit autem Bernardus Comitem in plevone Hugoni, et 4. Hostaticos, per talem conventum, quod si Bernardus per fidem attenderit tibi tuas convenientias, ego eos tibi reddam in captionem, etc.* Occurrit ibi pluries. Concilium Helenense ann. 1065. et Constitutio Jacobi I. Regis Aragon. pro Treuga domini : *Fidejussores vel Hostatici.* Charta Guillelmi D. Montispessulani ann. 1109 : *De centum marchis persolvendis sunt firmantiæ et Hostatici, etc.* [Chron. Modoet. lib. 3. apud Murator. tom. 12. col. 1155 : *In his verbis multi nostrum timuerunt ne vellet nos tenere prout Hostatici.* Pluries ibi. Chronic. Estense apud eumdem Murator. tom. 15. col. 339 : *Exivit de dictis carceribus relinquendo ibi Hostaticos tres filios suos, et alios Barones, etc.*] Vide Consuet. Britan. art. 112. et seqq. Adde Chartam Hispanicam apud Blancam in Comment. Rer. Aragon. pag. 635. aliam apud Martizenium in Histor. Pinnatensi lib. 3. cap. 5. et Molinum in Repertorio voce *Hostagium.*

HOSTATICUM, **OSTATICUM**, Obsidium, *Hostage.* Charta ann. 1316. qua Arnaldus de Corsavino recognoscit debere se Sancio Regi Majoricarum 60. mill. sol. Barcin. ob observantiam *hostaticorum*, ad quam tenebatur in villa de Coirio : ... *Nos spectata aliqua monitione veniemus intus villam de Coirio, ubi tenebimus et servabimus prædictos Hostaticos.* Charta ann. 1156. ex Bibl. Sebusiana Cent. 1. cap. 24 : *Ita tamen, quod ibi securus sim a vobis per omnia, præter Ostaticum tenendum, sine vestro enganno, quod inde aliquo modo non egrediar, donec supradicti.... reddant vobis Castrum de Trencatallia, etc.* Charta Joannis XIII. PP. apud Ughellum tom. 2. pag. 15 : *Neque ripaticum, aut teloneum, sive Ostaticum, neque paratum... faciant.* Sed hic pro *Hostiaticum* videtur sumi.

HOSTATICARE. Vide *Opsticare.*

* 4. **HOSTAGIUM**, Jus illius qui decimas colligit, idem quod *Cario* et *Redecima.* Vide in his vocibus. Charta ann. 1217. in Chartul. S. Petri Gandav. ch. 19 : *Quatuordecim raserias avenæ ad mensuram frumentariam de Hostagiis.* Quod clarius exponitur in Declar. feud. ann. 1330. ibid. ch. 18 : *Derechief a lidit Mikiel à Harnes rentes, que on appelle Ostages, sur toutes les terres dont les dismes et li terrage vienent as cours sains Pierre à Harnes et à Loysons; et valent chil Hostage par an six muis d'avoine.* Nisi idem sit quod *Agrarium.* Vide infra *Rentagium.*

¶ **HOSTALAGIUM**, **HOSTELAGIUM**, Pretium quod pro exhibito hospitio exsolvitur. Limborch Sent. Inquis. pag. 123 : *Dedit sibi tres Turonenses argenti pro Hostalagio.* Computus ann. 1270. ex Archivo castri

Digitized by Google

Nannet. : *Item pro Hostelagio equorum apud Marsilium* cx. *sol.*

* *Ostage*, eadem significatione, in Cons. Petri de Font. cap. 19. art. 7. pag. 116. At vero *Hostelage*, Stipendium quod alicui pro stabulandis equis tribuitur. Ordinat. hospit. reg. ann. 1317. in Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. Paris. fol. 79. v° : *Prandra ledit monseigneur Adam quatre provendes d'aveine, fer et clou, et cinq sols de gages par jour pour fein, Hostelages et les gages de ses valez.*

* 1. **HOSTALARIA**, Officium, cui hospites suscipiendi cura incumbit. Tabul. ecc. Agin. apud Stephanot. tom. 1. Antiq. Vascon. Mss. pag. 532 : *Monasterium SS. Gervasii et Prothasii de Exiis .... habet abbatem et administrationes, ... cantoriam, Hostalariam etc.* Vide *Hostellaria* 3.

* 2. **HOSTALARIA**, Hostalayria, Diversorium, Gall. *Hôtellerie*. Mirac. Mss. Urbani V. PP : *In quadam Hostalaria, ubi tenet signum regis Aragonum, etc.* Acta Mss. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 35. r° : *Exiverunt domum prædictam, et iverunt cubitum in quadam Hostalayria villæ.* Vide *Hostellaria* 4.

¶ **HOSTALARIUS**, Qui mercatoribus extraneis domos vel apothecas locat. Litteræ Philippi VI. Regis Franc. ann. 1335. tom. 2. Ordinat. pag. 115 : *Hostalariis quibuscumque prohibere, sub pœna decem librarum Turonensium, nobis applicanda, ne de dicta corraterta se aliquatenus intromittant. Et quod ipsi corraterii destituti nec Hostalarii, per quos multæ fraudes, quandoque circa præmissa consueverunt, ut dicitur, committi.* Vide *Hostilagium*.

* **HOSTALERIUS**, Tabernarius, Gall. *Hotellier*, alias *Hostellain*. Charta ann. 1332. ex Bibl. reg. cot. 2 : *Inveniens in cantono domus seu hospicii, . . . quod hospicium tenet Raimundus Torrozelle Hostalerius Narbonæ.* Alia ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 606 : *Bertrandus Auchiam serviens regius et Hostalerius Montispessulani, etc.* Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 138. ch. 224 : *Perrinet Danisy trouva Perrinet de la Croix Hostellain et tavernier, etc.* Aliæ ann. 1405. in Reg. 160. ch. 255 : *Iceulx compaignons se vouldrent loger en l'ostel Adam Corbel, lors Hostellain publique, . . . lequel les reffusa à hosteler léans.* Ita quoque legendum, pro *Hoscelain*, in Lit. ann. 1399. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 372. Vide *Hostallerius*.

¶ Hostallerius, Caupo, Stabularius, Gall. *Hôtelier*. Processus de Vita B. Petri de Luxemburgo tom. 1. Julii pag. 566 : *Franciscus dictus Lemosini Hostallerius hostalleriæ Leonis rubei.* Vide *Hostellarius* 2.

* **HOSTALICUS**. Hostalicos Tenere, Idem quod supra *Hostagium tenere*. Consuet. Perpin. Mss. cap. 40 : *Item quilibet tenens Hostalicos in Perpiniano; .... dum ibi erit in Hostalicis et bona quæ ibi habet, etc.*

* **HOSTARIA**. Vide infra *Hosterius*.

¶ **HOSTATICUM**. Vide in *Hostagium* 3.

* **HOSTELERAGIUM**, Diversorium, Gall. *Hôtellerie*. Ordinat. ann. 1395. in Memor. F. Cam. Comput. Paris. fol. 29. r° : *Que tous veneurs et fauconniers, à qui que ils soient, ... ne se loge dores-en-avant en aucun lieu ou plat pais, ne ailleurs, fors ès hébergeries, ou l'en a acoustumé hébergier pour l'argent.* Quæ ad marginem codicis ita Latino-barbare redduntur : *Quod venatores et fauconarii non logent nisi in Hosteleragiis pro suis pecuniis.* Vide supra *Hostalaria* 2.

HOSTELICIA, Hostellicium. Vide in *Hostis*.

¶ **HOSTELINA**, Præstatio in belli expensas et sumtus. Tabularium S. Remigii Remens. : *Ad estivaticam simul facit corrogatas* 9. *donat annis singulis in Hostelina denarium.* Vide *Hostilitium* in *Hostis* 2.

1. **HOSTELLARIA**, Eleemosynaria, domus eleemosynæ, in qua Hospites et advenæ gratis excipiuntur, in Chronico Andrensi pag. 361. 414. et tom. 1. Monast. Anglic. pag. 298. Vide *Hospitalaria* in *Hospitale* 2.

¶ Hostelaria, Eadem notione. Charta Jacobi Episc. Atrebat. ex Tabular. S. Bartholomæi Bethun. fol. 61 : *Cum impetrassent ut in Hostelaria Bethuniensi... manere perpetuo permitterentur, et ibidem Deo et pauperibus deservire, etc.*

¶ 2. **HOSTELLARIA**, Domus hospitum, in Monasteriis. Charta ann. 1130. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 382 : *Per singulos annos viginti raserias frumenti reddituram... super altare S Salvatoris et S. Rotrudis Andernensi Ecclesiæ donavit, decem scilicet ad mensam Monachorum, quinque autem ad infirmariam, quinque vero ad Hostellariam.*

¶ 3. **HOSTELLARIA**, Officium ejus cui cura est hospitii Monachici. Bulla Pauli III. PP. ann. 1537. tom. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 111 : *Et ultra dignitatem Abbatialem, una cameraria, una infirmaria, una sacristia, una celleraria, una Hostellaria, etc.*

¶ 4. **HOSTELLARIA** et Hostelaria, Diversorium, nostris *Hôtellerie*. Charta ann. 1377. ex Archivo Camberiaci : *Parisiis in Hostellaria habente signum Ursi in magna carreria S. Anthonii.* Constitutiones Cluniac. ann. 1301. ex Codice MS. B. M. Deauratæ : *Item, omnes et singulos de Ordine Cluniacensi maxime Abbates dicti Ordinis, et Priores conventuales salubribus monitis exhortamur, eis pro suarum animarum salute et pro honore Ordinis persuadendo omnino ut ab esu carnium in Hostelariis et in aliis locis secularium personarum maxime extranearum se omni tempore abstineant dum in itinere fuerint constituti.*

¶ 1. **HOSTELLARIUS**, Monachus qui hospites excipit. Charta ann. 1167. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 117 : *Dabit etiam ipse et hæredes sui post eum, annis singulis ad festivitatem S. Johannis Baptistæ, Hostellario nostro manutergium unum.* Bulla Pauli III. PP. ann. 1537. tom. 4. Gall. Christ. inter Instrum. col. 111 : *Quæ personatus seu officia secularia inibi existerent pro uno sacrista, uno Hostellario et uno cantore.*

¶ 2. **HOSTELLARIUS**, Hostelarius, Caupo stabularius. Acta S. Francisci de Paula tom. 1. Aprilis pag. 148 : *Johannes Jolis mercator Hostellarius commorans in parochia B. Mariæ divitis Turonis.* Litteræ Philippi VI. ann. 1341. tom. 2. Ordinat. pag. 159 : *Hoc salvo quod nullus ipsorum correctariorum erit tabernarius, Hostelarius, seu mercator, propter multas fraudes quæ subsequi possent.* Vide *Hostallerius*.

¶ **HOSTELLENSES**. Vide *Hostollenses*.

* **HOSTELLERIA**, Eadem notione. Testam. Joan. Fabri episc. Carnot. ann. 1390 : *Acta fuerunt hæc omnia et singula modo præmisso Avenione in Hostelleria cervelheriæ, in careria dicta de la Boucerie.* Vide *Hostellaria* 4.

* **HOSTENA**, Idem quod *Hostis* 2. seu obligatio eundi in exercitum, vel præstatio in belli expensas. Libert. Montis-calvuli tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 596. art. 2 : *Burgenses liberi sint de taillia et corvada et Hostenis, nisi cum rege vel comite ierint.* Vide *Hostelina* et infra *Ostaliena*.

* **HOSTENDERE**, pro Ostendere, in Lit. remiss. ann. 1363. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 233.

¶ **HOSTENDUCIÆ**. Vide in *Hostis* 2.

¶ **HOSTERIA**, Sacra pyxis, ciborium, Gall. *Ciboire*. Recensio supellectilis Monast. S. Johann. Bapt. apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Bened. Occitan. MSS. pag. 421 : *Item unam Hosteriam argenti deauratam cum armis domini Cardinalis.* Vide *Hostiaria*.

* **HOSTERIUS**, Tabernarius, Gall. *Hôtellier*. Stat. datiar. Riper. cap. 111. fol. 9. v° : *Item quod omnes et singuli Hosterii et Hostariæ, cujuscumque conditionis existant, ... non possint tenere pro usu suo vinum in illa canipa illius coloris, seu mænerici, seu speciei, cujus fuerit vinum gabellatum.* Italis, *Osteria*, caupona.

¶ 1. **HOSTIA**, Panis ad sacrificium Eucharisticum destinatus. Charta ann. 1257. ex Tabular. S. Mariani Autissiodor. : *Dedi et concessi unum sextarium frumenti boni et laudabilis pro Hostiis in dicta ecclesia faciendis.* Statuta Nicolai *Gelant* Episc. Andegav. ann. 1263. tom. 11. Spicileg. Acher. pag. 207 : *Prohibemus singulis Sacerdotibus parrochialibus ne ipsi parrochianis suis die Paschatis testes* (f. tostas) *seu Hostias loco panis benedicti ministrent, ne ex ejus ministratione seu receptione erubescentiam evitare videantur.* Tabularium Abbatiæ Melerei : *Ego Mauritius de Credonio dedi B. M. de Melereio duo frumenti sextaria de Chantoceo ad faciendas Hostias in Corpus Domini consecrandas.* Charta ann. 1420. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 194 : *Et sic corpus Christi in Hostiis non secundum formam Ecclesiæ rotundis, sed qualitercumque incisis, vel manibus fractis.... conficiebant.* Vide *Oblata*.

* Nostris *Hoiste*, *Oiste*, et *Oite*, pro ipsa sacra Eucharistia. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Hostia, dicitur sacrificium, Oite Gallice.* Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 214 : *Lesquelz pillars .... s'en alerent en l'église de Beon, en laquelle ils prindrent un joyau de cristal, qui estoit en maniere d'une custode pour porter le Corps N. S. J. C. et une boiste d'yvoire, où il avoit deux Oistes sacrées .... En widant unes besaches où les dites choses estoient, il chut une des boistes en laquelle estoient les deux Oistes sacrées; pourquoy ledit Guillaume prist à un drappel les dites Hoistes, et les remist en une des dites boistes, comme celui qui ne savoit se elles estoient sacrées, ou non.* Vitæ Patrum Mss. :

Digitized by Google

Et quant il vint au sacrement,
Que la sainte Oiste dut lever, etc;

* Hostiæ Divinæ Celebratio, Missæ sacrificium, in quo Corpus Christi conficitur. Hist. Fr. Sfortiæ apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 533. male notata 553. ad ann. 1449 : *Ille* (Franciscus) *cum ea ipsa hora celebrationi divinæ Hostiæ interesset, non modo pedem, sed ne faciem quidem aut vultum mutare visus, sacramenti celebrationisque exitum exspectavit.*

¶ Hostia *sub imagine Salvatoris in throno sedentis* celebris apud Divionem ubi religiose asservatur, hodieque notata conspicitur guttis sanguineis, quæ olim manarunt, dum sacrilegus quidam Judæus pluribus gladii ictibus confodisset. Breve Eugenii IV. PP. ann. 1433. apud Miræum tom. 2. Diplom. Belgic. pag. 895 : *Tuis igitur in hac parte devotis supplicationibus annuentes, tibi Hostiam quamdam sub imagine Salvatoris in throno sedentis, mirabile Sacramentum Dominici Corporis, multis in locis a vesana cujusdam feritate gladii ictibus perforatam, et ex eo sanguine respersam in locis præfatis, quæ in sacrario nostro erat recondita, tuæ piæ devotioni concedimus et donamus.* Celeberrima quoque quæ Parisiis in ecclesia parochiali S. Johannis in Grevia asservatur et colitur : rem utpote notam, et ad nostrum institutum non omnino pertinentem silentio præterimus.

¶ Hostiæ Fractio, in solemni sacrificio apud Muz-arabes fit in novem partes suo quovis nomine distinctas. Officium Gothicum tom. 3. Conc. Hispan. pag. 266 : *Symbolo Apostolorum recitato, vel dum in choro illud absolvitur, frangit Hostiam sacerdos et patenæ imponit.... in novem* (partes) *eam dispescit, secundum præcipua novem fidei nostræ mysteria, in symbolo quod absolvitur contenta : dumque singulas partes frangit, ad earum quamlibet mysterii plena quædam verba profert.* Unaquæque nomine proprio donatur : 1. *Corporatio*, 2. *Nativitas*, 3. *Circumcisio*, 4. *Apparitio*, 5. *Passio*, 6. *Mors*, 7. *Resurrectio*, 8. *Gloria*, 9. *Regnum* appellatur. [** Vide Glossar. med. Græcit. voce Μερίς, col. 907. c.]

¶ Hostiæ Caudam Immolare, Proverbialis formula, pro, quod cœptum est perficere. Epistola Gaufredi Abbatis S. Barbaræ apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 543 : *Dilecto dilectori suo Hugoni frater Gaufredus talarem induere tunicam, et Hostiæ caudam immolare.*

¶ 2. **HOSTIA**, pro *Hostisia*, ut videtur; Servitium quod ratione hospitii a colono debetur. Chartularium SS. Trinitatis Cadom. fol. 46. v°. : *Hedricus* 30. *denar.... et præter hæc Hostia et herces quæ pluris facio.* Vide *Hospitatus* in *Hospes*.

Hostiæ Immolatitiæ, *quas stulti homines juxta Ecclesias ritu pagano faciunt sub nomine sanctorum Martyrum vel Confessorum Domini*, in Capitulis Caroli M. ann. 769. cap. 6.

* 3. **HOSTIA**, Panis tenuissimus ex farina et aqua confectus in modum panis Eucharistici. Comput. ann. 1393. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 124. col. 2 : *Solvi pro duabus libris specierum confictarum, scilicet manus-Christi et dragée perlade, et Hostiarum deauratarum, xvj. grossos.* Vide *Oblata*.

¶ **HOSTIAGIUS**. Vide in *Hostagium* 3.

¶ **HOSTIALIS**, Pallium. Vide *Ostialis*.

1. **HOSTIARIA**, Pyxis, quæ hostias consecrandas continet, in Ceremoniali Episcop. libro 1. cap. 12. Vide *Hosteria*.

* 2. **HOSTIARIA**, Limen superius, ut videtur, vel postis. Comput. eccl. Paris. ann. circ. 1381. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Item Johanni Huberti lathomo per forum factum cum ipso... corruendi totam Hostiariam magnæ portæ,... et reficiendi de novo de petra et plastro, et quærendi certas petras tailliæ pro dictis Hostiariis expensis suis, pro pœna et materia decem francos auri.*

1. **HOSTIARIUS**, [Cui de pane Eucharistico ecclesiam aliquam providere incumbit.] Tabular. S. Theofridi in Velavis : *Notum sit cunctis, quod controversia, quæ versabatur inter Sacristam monasterii S. Theofredi, et Hostiarium Aniciensem super hostias, fuit sic concordatum, quod quæsta hostiarum S. Fortunati sit in perpetuum Sacristæ et successoribus ejus : et Sacrista debet dare annuatim Hostiario ratione dictæ questæ tres Cartonadas bladi, et dictus Hostiarius tenetur in perpetuum dare et providere monasterium et Ecclesiam S. Fortunati de hostiis sine aliqua conditione, etc.* Vide *Oblationarius*.

* Extat etiamnum in prioratu S. Petri Podiens. officium monasticum, nomine *l'Hostier*, cujus erat totius diœcesis ecclesias *hostiis* providere. Consule D. *le Vert* in Dissert. de Missa et Commun. pag. 462.

¶ 2. **HOSTIARIUS**, Apparitor, Gall. *Huissier*. Litteræ Johannis Regis Franc. ann. 1351. tom. 2. Ordinat. pag. 600 : *Deputetis dictis mercatoribus adductoribus, servitoribus,... unum vel plures Hostiarium* (leg. *Hostiariorum*) *nostri Parlamenti, seu alios servientes nostros.* Mandatum ann. 1404. apud Baluzium tom 2. Hist. Arvern. pag. 342 : *Mandamus committendo primo Parlamenti nostri Hostiario aut servienti nostro qui super hoc fuerit requisitus, etc.* Hugonis Falcandi Hist. Sicula apud Murator. tom. 7. col. 326 : *Missis igitur Hostiariis, curiæ familiares, Episcopi, Comites, cæterique proceres cum magistris justitiariis ad curiam convocantur.* Ibid. col. 328 : *Missique sunt per urbem Hostiarii, qui cives ab armis juberent discedere, populique metum sedarent.* Occurrit præterea in Computo ann. 1202. apud D. *Brussel* de Usu feud. pag. CLXV. Vide *Ostiarius*.

¶ 3. **HOSTIARIUS Armorum**, Nostris *Sergent d'armes*. Butilerius in Summa rurali lib. 2 : *Les Sergens d'armes sont les maciers que le Roy a en son office, qui portent maces devant le Roy. Sont appellés Sergens d'armes, pour ce que ce sont les Sergens pour le corps du Roy.* Confœderatio inter Henricum Castellæ et Carolum V. Franc. Reges ann. 1369. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1504 : *In præsentia dilectorum Johannis de Bignetes militis cambellarum, et Yvonis de Cacambras Hostiarii Armorum, et nuntiorum dicti Regis Franciæ fratris nostri carissimi.* Vide *Servientes armorum* in *Serviens*.

* Testam. Rad. de Aurel. ann. 1294 : *Ego Radulphus de Aurelianis armorum regis Hostiarius, etc.* Inventar. Chartar. reg. ann. 1482. fol. 95. v°. : *Acquisitio facta per regem per modum excambii totius usus, quem Radulphus de Aureliis Hostiarius armorum habebat in foresta de Gommez.* Vide infra *Huisserius* 2.

¶ 4. **HOSTIARIUS**, Cui ostii seu portæ cura incumbebat. Liber niger Scaccarii pag. 355 : *Hostiarii Milites ipsi in domo comedent.... Alii Hostiarii non Milites in domo comedent, sine alia liberatione.*

* Hostiarius Coquinæ, Officium in coquina regia. Charta Phil. Pulc. ann. 1304. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 479. r°. col. 1 : *Laurentius de Sancto Martino Hostiarius coquinæ Johannæ reginæ.*

¶ **HOSTIATICUM**, Hosticum. Vide in *Hostis* 2.

¶ **HOSTIATIM**, pro *Ostiatim*, in Consuetud. Udalrici Episc. Patav. ann. 1470. apud Hansizium tom. 1. Germ. sacræ pag. 555.

¶ **HOSTICIUM**, Domus, mansio. Charta ann. 1422. apud Rymer. tom. 10. pag. 237 : *Quatuor Hosticia et quinque arpennis de vineis cum appendiciis.* Vide *Hospitatus* in *Hospes*.

* **HOSTICUS**, Diversorium, Gall. *Hôtellerie*. Necrol. eccl. Meld. Ms. fol. 21. v° : *Domus sita inter Hosticum cagiæ et puteum claustri.*

¶ **HOSTIGIA**. Vide *Hospitatus* in *Hospes*.

HOSTILAGIUM, Pretium seu salarium, quod exsolvunt mercatores extranei pro locario domorum, seu apothecarum, in quibus reponunt merces suas vendendas et distrahendas in nundinis publicis. Ita vox *Hostellage* usurpatur in Consuetudine Bayonensi tit. 5. art. 47. tit. 7. art. 22. 23. 30. Iter Camerarii Scotici § 67 : *De Hostilagiis in burgo.* Charta ann. 1172. apud Perardum pag. 245 : *Quidquid habebant de ventis, et Ostellagium, quod mihi debent panifici, et calciamentorum constructores, etc.* Vide *Hostelarius*. [* Vide supra *Hospitalagium*.]

* **HOSTILARE**. Gloss. Bibl. Mss. anonymi ex Bibl. reg. : *Hostilare, prout mihi videtur, nihil significat, licet in multis Bibliis inveniatur scriptum : sed pro eo dicendum est ustulare.*

¶ **HOSTILARICIUM**. Vide in *Hostis* 2.

1. **HOSTILARIUS**, Idem qui *Hospitularius*, Officium Monasticum, ex Gall. *Hostellier*, apud Henricum Knyghton. ann. 1099.

* 2. **HOSTILARIUS**, Idem qui *Hospes*, qui domum incolit sub censu annuo. Charta ann. 1083. ex Chartul. Nivern. : *Quam* (terram) *sub censu octo denariorum Hubertus tenuit Hostilarius, etc.*

* **HOSTILE Iter**, Exercitus, obligatio pergendi in hostem. Vide supra *Exercitale*.

HOSTILENSE. Vide in *Hostis* 2.

¶ **HOSTILIA**, Domus, mansio. Charta ann. 1265. in Chartular. S. Johannis Carnot. : *Non licebit dictis Abbati et conventui in dicto clauso Hostilias facere in quibus hospites commorentur.*

¶ Hostilia, f. Diversorium, Gall. *Hôtellerie* : nisi idem sit quod supra *Hostilagium*. Hist. Cortusior. lib. 7. apud Murator. tom. 12. col. 896 : *Cæterum domini prædicti de la Scala nullo unquam tempore debeant*

Digitized by Google

vel possint, vel alii pro ipsis aliquid accipere apud Hostiliam, nec in Pado in dicto loco, vel alibi, occasione ipsius Hostiliæ, nec aliquod impedimentum mercatoribus vel mercationibus transeuntibus, etc.

* Quævis officina. Charta Theob. comit. Bles. ann. 1151. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 644 : *Statuimus ut nullus domum, grangiam, penitus aliquam Hostiliam circa ecclesiam infra subnotatas metas præsumat erigere.*

* **HOSTILICATUS**, Ad aggrediendum hostem idoneus. Joan. de Cardalhaco serm. in Epiph. Dom. : *Tertio dico quod isti Magi obtulerunt munus Hostilicatum, deffensativum, quod designatur cum dicitur, arma et equos.* Hinc *Baston à hostoier*, in Lit. remiss. ann. 1393. ex Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 521.

* 1. **HOSTILITAS**, Idem quod *Hospitalitas, gistum* seu *procuratio*. Charta Caroli M. ann. 770. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 719 : *Nullus judex publicus, nec ad causas audiendas, nec ad infrendas vel freda exigenda, nec Hostilitates vel mansiones aut paratas faciendas. . . . ingredi audeat.*

2. **HOSTILITAS**, Hostilitium. Vide in *Hostis* 2.

¶ **HOSTIMENTUM**, *Dicitur lapis quo pondus exæquatur.* Papias. [* Glossar. Lat. Gall ex Cod. reg. 7692 : *Hostimentum, pois, vel balence, vel fer de baton.*] Hinc

¶ Hostimentum Dotis, JC. dicitur donatio quæ uxori a marito fit in compensationem dotis ab ea acceptæ.

¶ **HOSTIRE**, *Æquare, adplanare.* Gloss. Isidori et Sangerm. MSS. n. 501. Unde, inquit Grævius, *Redhostio* et *Hostorium*.

* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Hostire, esqualier.* Aliud Prov. Lat. ex Cod. reg. 7657. *Egualeiar, Prov. equare, Hostire.*

¶ 1. **HOSTIS**, pro *Hospes*. S. Bernardus in Epist. 441. Edit. Mabill. tom. 1. pag. 393 : *Dum enim ad mensam Domini nostri Episcopi, civem nostrum, imo et Hostem meum, in argenteis vasis de more suaviter nutrirer.*

* Alterum sensum ejusdem vocis docent Statuta antiqua Florent. lib. 3. cap. 36. ex Cod. reg. 4621 : *Quicumque offenderet in persona aliquem suum Hostem, id est, illum pro quo laborat aliqua bona, ultra pœnas alias sibi impositas per ordinamenta, intelligatur esse et sit magnus et de numero magnatum civitatis Florentiæ, et si contumaciter condempnatus, non solverit condempnationem infra duos menses postquam venerit in fortiam communis Florentiæ, amputetur sibi pes.*

2. **HOSTIS**, Exercitus, castra, expeditio bellica, Gallis *Host* et *Ost*, Hispanis *Hueste*. Gloss. Lat. Gall. : *Exercitus, Host.* Gregorius M. lib. 12. Epist. 23 : *Hostem collectum habet.* Anastasius in Joanne VI. PP. : *Et illum cum suo Hoste ad propria repedare fecit.* Sampirus Astoricensis Episcopus in Hist. Hispan. : *Ipsis diebus Hismaëlitica Hostis urbem Legionensem adtemptavit.* Vetus Charta apud Bollandum 26. Mart. pag. 633. sic clauditur : *Acta est autem publice in Saxonia, ubi tunc temporis fuimus in Hoste.*

Sed et feminino interdum genere usurpatur. Baldricus in Chron. Camerac. lib. 3. cap. 68 : *Terram Hosti suæ devastandam distribuit.* Charta Ludovici VII. ann. 1143 : *Si Hostem nostram submonemus.* Alia : *Condonavimus illis ne ulterius in Hostes nostras vel expeditiones ire non compellantur.* [Breves Annales Ratisponenses apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 477 : *Anno a Nativitate Domini.... MCCCXX. Hostis magna contra Hliudwicum.*] Sic Itali Scriptores *Hoste*, etsi utroque genere, crebrius tamen feminino usurpant, ut [Caffarus in Annal. Genuens. lib. 1. apud Murator. tom. 6. col. 285 : *Ita se de armis, tentortis et de omnibus necessariis oneraverunt, quod a mille annis in sursum tam pulchra et honesta et tanta in una Hoste visa nec audita fuerunt.* Chronicon Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecdot. col. 28 : *Infra quod tempus dicti Parnomitani fecerunt de hominibus habitantibus in eadem urbe Panormitana tres Hostes, seu acies et congregationes gentium, quas miserunt extra urbem.*] Joan. Villaneus lib. 1. cap. 46. Boccacius Nov. 17. etc. Ita pariter Latini Scriptores ævi inferioris, Lex Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 2. 3. etc. Lex Salica tit. 32. § 6. tit. 66. Capit. Caroli M. ad Legem Salicam cap. 1. § 6. Lex Bajwar. tit. 2. cap. 4. § 1. 4. Lex Ripuar. tit. 63. Lex Saxon. tit. 5. § 1. Lex Longob. lib. 2. tit. 18. § 5. [** Carol. M. 106.] Capit. Caroli M. Caroli C. variis locis, Gesta Regum Fr. cap. 10. 12. 17. 19. 37. Fredeg. cap. 98. Annales vett. Franc. ann. 740. 750. 781. 790. Tudebod. pag. 801. etc. Raim. Montanerius in Chron. Aragon. cap. 122 : *Feu anar la crida per la sua Host, que tot hom pegas les tendes, etc.* Sic etiam nostri *Ost* et *Host* dixere. Guill. *Guiart* ann. 1297 :

Assembla ses Os à Compiengne
Li Rois pour soi plus avoier
D'aller en Flandres Ostoier.

[Le Roman *d'Athis* MS. :

Que sans son message envoier,
Viengnent à lui pour Ostoier
Dedans le terme de quinzaine,
Car la guerre sera prouchaine.]

Occurrit passim.

* *Ost bennie*, bellum bannitum seu indictum, tom. 1. Fabul. pag. 100 :

Yssus sont fors à Ost bennie
Toute la noble compaignie.

* Unde *Hostoyer*, bellum gerere. Charta ann. 1357. in vol. 12. arestor. parlam. Paris. : *Lesquelz disent qu'ils sont en possession et saisine de servir le roy toutesfois qu'il Hostoye en sa personne, ou fait crier son arrierban.* Ejusdem originis *Ostoiour*, Vir bellica virtute præstans, in Poem. Alex. Ms. part. 1 :

Onques en nulle terre n'ot meilleur Ostoiour.

* *Hostiage* vero, pro Jurgium, rixa, molestia. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 397 : *Comme le suppliant feust avecques ses familiers et mesnage au lieu de la Noxierre du conté de la Marche, sans faire à aucuns injures, villenie ne Hostiage etc.*

Hostem vero proprie postmodum appellarunt nostri servitium militare, quod dominis suis feudalibus debebant vassalli ac tenentes : ita ut ad bellicam *submonitionem*, seu citationem, militaribus armis instructi cum iis in exercitum pergere tenerentur. Idque vocabant *Hostem*, vel *exercitum*, quibus vocabulis adjungitur fere semper alterum ex his, *cavalcata, equitatus, expeditio*, ita ut una eademque fuisse videatur obligatio, cui obnoxii essent vassalli. *Consuetudo eundi in Hostem*, appellatur in Tabulario S. Albini Andegav. Charta A. Comitis Inculismensis ann. 1191 : *Dedi, quitavi,.... illam consuetudinem, quæ dicitur Ost sive Chevauchein, quam habebam in hominibus S. Eparchii, etc.* Discrimen tamen inter *Hostem* et *cavalcatam* statuit vetus Consuetudo Andegavensis tit. : *De Houst et de chevauchie : Il y a difference entre Houst et chevauchie : car Houst est pour defendre le pays, qui est pour le proufit commun, et chevauchie est pour defendre son Seigneur.* Unde colligi datur, per *Hostem* intellexisse nostros eam expeditionem, quæ pro patria tuenda intra dominii fines peragitur : per *cavalcatam* vero eam expeditionem quæ pro bellis domini, etiam extra dominii sui limites peragitur : quod firmare videtur Charta ann. 1124. apud Hemeræum in Augusta Viromand. pag. 96 : *Si extra provinciam exercitum duxerit, homines villæ juxta antiquam consuetudinem expeditionem ei tantum faciant.* Præterea Charta Ludovici VI. ann. 1218. descripta a Bosqueto in Vita S. Exuperii pag. 46 : *Nec expeditiones nostras nisi submoneantur in nomine belli, eant, et hoc solummodo bis in anno : in cavalcariis autem nostris, si submoneantur, vadent : sed 12. leucas a castro Corbelio non excedent.* Quo loco *expeditio* pro *Hoste* sumitur. [Consulendum hac de re Glossarium juris Gallici v. *Chevauchée*.]

Utcumque sit de postremi hujus vocabuli notione, id constat, crebro has voces promiscue pro una eademque obligatione usurpari; fortean quod ut plurimum, qui *Hostem* debebant, deberent et *cavalcatam* : quæ quidem obligationes, non *tenentes* modo ac *mansionarios* spectabant, sed et viros nobiles, feudatarios, seu vassallos, cum nemini earum immunitas concederetur, ac ne ipsis quidem Episcopis, Abbatibus, aut Sacerdotibus, quos passim legere est obnoxios fuisse *Hosti* et *cavalcatæ*, ratione *regalium*, aut possessionum Ecclesiasticarum, quod in extrema hujusce Dissertationis parte probandum reservamus : prius enim quæ de generali *Hostis* obligatione nobis occurrerunt, videntur præmittenda.

Non omnes tamen *Hostes*, vel *Hostem facere* tenebantur, ut loquuntur Leges Longobard. lib. 3. tit. 9. § 3. 4. [** Lothar. I. cap. 22. 23.] Capitul. 1. ann. 810. cap. 11. Capitula Caroli C. tit. 31. cap. 26. et Append. 2. cap. 30. sed qui *Hostem debebant*, ut est in iisdem Capitulis tit. 43. cap. 18. vel *qui per se poterunt expeditionem facere*, tit. 31. cap. 27. ut *qui caballos habebant, vel habere poterant*, ibid. cap. 26. ita tamen ut interdum expensarum partem alii, qui in hostem non pergebant, iis exsolverent, qui expeditionem suscipiebant, [quod probant Additamenta ad Leges Lotharii apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 153 : *De mediocribus quippe liberis, qui non possunt per se Hostem facere, Comitum fidelitati committimus ut.... adjutorium præbeant ad nostrum servitium faciendum.*] Sed et nec

Digitized by Google

illi immunes erant a bellicis oneribus : nam, ut est in d. cap. 27 : *illi, qui in Hostem pergere non poterant, juxta antiquam et aliarum gentium consuetudinem, ad civitates novas, et pontes ac transitus paludium operabantur, et in civitate atque marcha wactas faciebant*, ita ut *ad defensionem patriæ omnes sine ulla excusatione venire* tenerentur : quod et habet Eginhardus Epist. 22. Adde Capitula Caroli C. tit. 7. cap. 69.

Maxime tamen in *Hostem* eundi necessitas incumbebat iis, qui prædia possidebant : adeo ut detrectandæ militiæ causa ea alienare non liceret, quod potissimum colligitur ex Legibus Longob. lib. 3. tit. 9. § 3. 4. 6. 7. 8. [** Lothar. I. cap. 22. 23. 80. 24. 26.] Capitulari ann. 807. Edit. Baluzianæ cap. 2. ex Capitulis Caroli M. lib. 3. cap. 69. et Addit. 2. ejusdem libri cap. 35. Capitula Caroli C. apud Marsnam ann. 849 : *Et liberi homines secundum qualitatem proprietatis exercitare debeant.* Quæ quidem militaris servitii ratio pro prædiorum modo ac numero, etiam obtinuit posterioribus sæculis, maxime in feudalibus. Vide Statuta secunda Roberti I. cap. 27. et Statuta Willelmi Regum Scotiæ cap. 23.

Sed et ne liberi quidem, si ætatem pupillarem excessissent, patrefamilias licet pergente, immunes erant ab *Hoste* : ita tamen ut si tres, aut ultra essent, unus semper propter domesticam curam remaneret, ex Lege Longob. lib. 3. tit. 9. § 8. et ex Constit. Ludovici II. Imper. ann. 867. edita a Camillo Peregrino. In Consuet. Aquarummortuar. *de qualibet domo sufficit unam ire personam* in expeditionem. Ita etiam in Libertatibus villæ Montisbrisonis ann. 1223. loco mox laudando.

Ætas, qua debebatur *Hostis*, sic definitur in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 23. § 1. et in Mandato Henrici III. Regis Angl. *Super juratis ad arma*, in Addit. ad Matth. Paris pag. 149 : *Quilibet homo ætatis inter sexdecim et* 60. *annos jurabit, et assidebitur ad arma secundum quantitatem terrarum suarum et catallorum.* Apud Saxones, ut auctor est Luithprandus lib. 2. cap. 8 : *Vigebat mos laudandus atque imitandus, quatenus annum post unum atque duodecimum, nemini militum bello deesse contingeret.*

* A pueris, etiam novem annorum aut circiter, præstitum fuisse militare servitium, docent nos Literæ remiss. ann. 1381. in Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 138 : *Philippot Brunet estoit commis et ordené pour aler veoir et visiter sur les murs de ladite ville* (de Mante) *par nuit, sur lesquelz il trouva un enfant.... de l'aage de neuf ans ou environ, qui n'estoit pas bien en sa garde; si lui dist, que fais tu cy mauvais garçon? et lui donna un seul cop de sa main sur la teste, dont il se heurta ou cheut sur un caillot, en disant, va à ta garde.* Verum si aliquando in puerili ætate ad *Hostem* astricti fuerunt, in virili nonnunquam ab eo fuerunt exempti, ut dicimus ex Charta Odon. Tull. episc. ann. 1221. inter schedas Mabill. : *Præterea idem comes Wademontis ... illos homines ad ipsas chevalcatas nullatenus transducet, qui triginta et quinque annos excesserint.*

* Ex pacto interdum inito inter dominum et vassallos, qui *Hostem* debebant, *clientem* pro se mittere illis licebat, modo non instans esset periculum. Libert. castri Carof. ann. 1194. in Reg. 185. Chartoph. reg. ch. 55 : *Omnes in expeditionem ibunt, aut clientem idoneum mittent pro se; sed si negotium tam propinquum fuerit, quod clamor aut visus a castro percipiatur, omnes pariter, tam clientes quam domini, in auxilium et tuitionem patriæ properabunt, ... si in excubias aut in expeditionem ire aut mittere noluerit, remissam reddet cum satisfactione quinque solidorum etc.*

In *Hostem* pergebant *hostiliter præparati*, ut est in Capitulis Caroli Calvi tit. 21. cap. ult. *Cum omni plenitudine et necessario hostili apparatu*, Tit. 32. cap. 13. *Warniti*, seu *cum omni hostili apparatu*, ut est in Decreto Ludovici II. Imp. de Promotione exercitus, etc. cap. 8. apud Camillum Peregrinum : rebus omnibus instructi, ut *venire et redire cum pace possent*, ex iisdem Capitul. Caroli C. tit. 26. 27. pag. 240. 248. 300. *Stuffati de cariagiis et victualibus*, ut est in primis Statutis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 5. § 5. In eundo vero ab omnibus *transituris* immunes erant, ex Capitulis Caroli M. lib. 4. cap. 58. neque durante expeditione in jure conveniri poterant. Charta Communiæ sancti Quintini ann. 1195 : *Quotiescumque Communium submonuerimus, Communia in exercitus et equitationes nostras veniat. Facta autem submonitione nostra, ipsi arma ferentes, nulli respondebunt justitiæ infra diem submonitionis.* Hinc apud nos *Literæ*, quas *status* vocant.

* Charta Renardi *de Choisuel* milit. dom. *de Bourbonne* et *de Verecourt* ann. 1316. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 423 : *Li homme de ma seigneurie de ladite ville doient alier en ma chevauchié garni de bascinet et d'espée, ou de hache Danoise, ou de lance, et de pourpoint à armet, deus jours à leurs despens.*

Ab *Hoste* recedere inconsulto duce non licebat, in Statutis S. Ludovici lib. 1. cap. 59. Eorum, qui ante præscriptum tempus ab *Hoste* Regis recedebant, mulcta erat 60. sol. cujusmodi erat eorum, qui *Hosti* deerant. Vide *Herisliz*, et Capitularia Caroli M. lib. 4. cap. 70.

Immunes tamen erant ab *Hoste*, seu *exercitu* et *expeditione*, mulieres. Statuta S. Ludovici lib. 1. cap. 59 : *Nule fame n'acoustumée, ne doit aler en l'Ost, n'en chevauchie.* Et infra : *Dame ne doit ne Ost ne chevauchie desormais, se elle est fame le Roy : més elle puet bien envoier tant de Chevaliers, come ses fiés doit, et li Roy ne la puet achoisonner.* Vetus Consuetudo Britan. art. 132 : *Il n'appartient pas à la femme aller en Ost, ne en chevauchie, ou il y a fait d'armes.* Præterea

Qui 60. annum attigerant. Charta Mathildis Com. Nivern. ann. 1223. pro Autisiodorensibus : *Dicti vero cives mei exercitum mihi debent et equitationem, etc. Homo sexagenarius ultra, et vel corporis infirmitate manifesta impeditus ad exercitum vel equitationem ire non tenetur, nisi talis sit, quod possit mittere aliquem loco sui, ad respectum* 12. (juratorum) *vel majoris partis eorum.* Charta ann. 1293. apud Duchesnium in Hist. Castilion. pag. 197 : *Homs de sexante ans et de plus ne sera de riens contrains d'aler en Host ne en chevauchée, més il y envoira soffisament par l'esgard des Eschevins.* In Libertatibus Barcinonensibus MSS. concessis a Petro Rege Arag. ann. 1283 : *Mulieres, et qui sunt ætatis* 70. *annorum, viduæ vel pupilli non tenentur ire vel mittere in exercitum.* Vide Leges Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 9. et Stephan. Tornac. Epist. 252. 2. Edit.

Immunes præterea erant ab *Hoste*, urbium *Jurati* vel Ædiles, Gubernatores, Notarii, in Foris Beneharn. tit. 1. art. 15. 16. Notarii, Physici, Jurisperiti, in Consuetud. Aquar. mort. *Furnarii ac molitores*, in Statutis S. Ludov. lib. 1. cap. 59. *Ægri*, in Legibus Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 4. 5. 9. in Lege Ripuar. tit. 65. denique *Pauperes*, in Consuet. Aquarum mortuarum. Erant præterea immunes alii ab *Hoste* et *cavalcata*, ex speciali Principum privilegio. Vide Gregor. Turon. lib. 5. cap. 27. Denique qui uxorem acceperat, primo anno ab *Hoste* et omnibus necessitatibus publicis immunis erat, in Capitulis Caroli M. lib. 6. cap. 52. Quod etiamnum in urbium incolis obtinet, qui hoc primo nuptiarum anno ab excubiis aliisque oneribus eximuntur.

* Consuet. Carcass. in Reg. L. Chartoph. reg. ch. 3 : *Extraneus homo, qui in villa Carcassonæ ducat uxorem et ibi remanebit, liber sit per annum et diem de cavalgada et Ost et gaita.*

* Eodem privilegio in quibusdam locis gaudebant viri, quorum uxores in puerperio jacebant. Charta Henr. episc. Clarom. ann. 1392. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 144 : *Item fuerunt et sunt in possessione habitantes prædicti* (de Laudozo) *non solvendi nec præstandi excubias aut alias debitas, nec ad voluntatem vestram accedere, ubi alia tenerentur, quamdiu eorum uxores in puerperio jacent.*

Eundi in *Hostem* et *expeditionem* oneris seu obligationis non una eademque fuit ratio; sed secundum locorum libertates ac immunitates prorsus exstitit diversa. Siquidem quorumdam locorum incolæ non tenebantur ire extra territorii sui fines : alii in *Hostem* ita pergebant, ut domum redire eadem possent die : quidam tres dies *Hostis* debebant, quidam plures. Alii *Hosti* obnoxii non erant, nisi pro defendenda patria, et si domini castra aut dominia ab inimicis impeterentur : non vero pro fœderatis ferendo auxilio. Denique interdum ad quasvis dominorum expeditiones, etiam extra dominii fines, ire tenebantur. Hæc sigillatim veterum tabularum auctoritate firmanda sunt.

E Provincia, seu e territoriis dominorum suorum excedere pro *expeditione* facienda non fuisse adstrictos vassallos, diserte habet Guibertus lib. 5. Hist. Hierosol. cap. 24. Barones Bohemici, in Vita Caroli IV. Imp. sub finem : *Domine Rex, de jure nostro existit, et ab antiquis temporibus inviolabiliter observatum, quod extra regnum non debemus armis proficisci; sed intra regni limites ipsum regnum contra eos, qui hoc hostiliter invadere conantur, pro viribus defendere et tueri.* Consuetud. S. Audomari ann. 1127 : *Libertatem vero quam*

Digitized by Google

antecessorum meorum temporibus habuerunt, eis concedo, scilicet, quod nunquam de terra sua in expeditione proficiscentur, excepto si hostilis exercitus terram meam defendere debebunt. Charta Communiæ *de Bassolis les Anlers* ann. 1202 : *Notandum est insuper, quod in omnibus negotiis nostris et torneamentis infra ditionem nostram a nobis submoniti venient : extra vero eos ducere non poterimus.* Fori Aragon. lib. 1. fol. 8 : *Item que los Richos hombres de Aragon non sian tenidos por las honores, ni por las terras, que tienen del señor Rey, de servir lo por aquellas fuera de su señoria, ni passar mar.* Vide Foros Beneharn. tit. 1. art. 12. Statuta Dalphinalia pag. 38. Lindanum in Teneræmunda pag. 220. et Chopinum lib. 1. de Doman. tit. 13. § 17.

Paulo aliter in Libertatibus Raucurti, et Haraucurti, concessis a Galchero Comite Regitestensi ann. 1255 : *Præterea Burgenses de Raucourt et Haraucourt mihi debent exercitum et expeditionem per totum Comitatum meum, et adhuc possum ipsos ducere in exercitum et expeditionem in extra Comitatum meum per unam jornadam ad ipsorum coustangias. Et si amplius ipsos tenere voluero, ipsos ad meas coustangias rationabiles per Scabinorum considerationem possum tenere, et tamen illos non possum tenere et ducere in exercitum et in expeditionem, nisi cum castellanaria de Maceriis.* Eadem habentur in Charta Libertatum Maceriarum Hugonis Comitis Regitestens. ann. 1233.

Quidam, ut diximus, ita in *Hostem* pergebant, ut eodem die domum reverti eis liceret. Consuetudo Loriacensis : *Nullas eorum in expeditionem nec in equitationem eat, nisi eadem die ad domum suam, si voluerit, reveniat.* Charta Ludovici VII. ann. 1153. pro Seaucii incolis, ex Tabulario Fossatensi fol. 152 : *In expeditionem vel exercitum nunquam ibunt, quin eadem nocte revertantur ad domos suas.* Epistola 62. ex iis, quæ habentur tom. 4. Hist. Francor. : *Comes de Mellento honorem totum de Gornaco assecuravit Regi contra omnes homines ad parvum vim et magnam, ipsi et cuicumque Baillivo, qui de parte Regis venire cognosceretur : ita quod homines terræ cum Rege irent; sed ipsa nocte redirent, nisi pro amore plus remanerent.* Charta Joannis Comitis Vindocinensis ann. 1213. in Hist. Castilion. pag. 29 : *Et si tandem in expeditionem iter fecerim per terram præposituræ de Mesangeio, personam meam sequi tenentur : ita tamen quod eodem die, quo moti mecum fuerint, poterunt ad propria remeare.* Apud Thomam Walsinghamum in Edw. II. ann. 1326. Londonienses aiebant *exire civitatem suam se non teneri ad pugnam, nisi possent, juxta libertatem eis concessam, ipso eodem die reverti ante solis occasum.* Adde Consuetudinem Marchensem art. 137. et Consuetud. MS. S. Juliani de Saltu in Lingonibus.

* Reg. sign. *Pater* Cam. Comput. Paris. fol. 96. r°. col. 2 : *Stephanus Mener, Adam alluterius comparuerunt pro Villanova regis juxta Senonas et dicunt se non debere exercitum domino regi, nisi ex sua mera gratia, nisi tantummodo ire cum mandato domini regis tanto spatio, quod una die possint redire ad Novamvillam de sole vel de die.* Ubi notanda prorsus hæc verba : *Ex sua mera gratia*, cum de regia expeditione agitur; quæ etiam 60. dierum erat, ut monet infra Cangius.

Alii duorum dierum *Hostem* debebant. Libertates Solemniaci in Arvernis : *Item aliquis de communitate prædicta non tenetur nos sequi in exercitum nisi per 2. dies, in quibus nos debet sequi expensis suis propriis, nisi hoc spontaneus facere vellet : ultra duos dies prædictos tenetur nos sequi ad expensas nostras proprias pro defendendo jura Comitatus nostri.*

Interdum *Hostis* trium dierum erat. Guibertus lib. 5. Hist. Hierosol. cap. 35. Crucesignatorum alacritatem ad expeditionem sacram extollens, hæc subdit : *Et quod majus dinoscitur præstare miraculum, cum intra proprios adhuc tenerentur fines, vix in sui Regis exercitu tridui spatio patiebantur tentoria, etiam cum non cogerentur exire a Provincia.* Fori Oscæ Jacobi I. Regis Arag. anni 1247. fol. 25 : *Infantiones Aragonum tenentur istud facere Regi, cum tendit ad campale prælium, vel ad obsidionem castri sui, quod intra terram suam aliquis violenter contra suam detinet voluntatem, quod debent ipsum sequi cum expensis propriis per tres dies, post triduum vero manere aut redire arbitrio permittatur Infantionis.* Charta Adelfonsi Regis Aragonum pro Cæsaraugustanis æræ 1153 : *Et habent fueros Infançones de Aragone, qui non tenent honore de Seniore, quod vadat ad lite campale et a sitio de castellum cum pane de tres dies.* Vide Observantias Regni Aragon. lib. 6. de Privileg. Militum § 1. et Michaelem del Molino in Repertorio pag. 176. col. 1. Libertates urbis Baugiaci ann. 1150 : *Item si pro jure nostro acquirendo, seu defendendo guerram haberemus, vel exercitum contra aliquem moveremus, homines in dicta villa commorantes, nos in expensis eorum propriis sequi tenentur, et per tres dies nobiscum cum armis fideliter per se vel per alium idoneum substitutum commorari : ultra tres dictos dies non tenentur nobiscum morari, nisi ex gratia hoc facere voluerint, nec ad hæc compellere ipsos amplius possumus, nec debemus.* In foris Beneharnensibus tit. 1. art. 11. *Hostis* 9. dierum esse dicitur : in Charta Libertatum Pontallerii ann. 1257. apud Perardum pag. 488. est quatuordecim. In Jure feudali Saxonico cap. 5. *Feudatarius tenetur servire domino suo sex hebdomades in propriis expensis.* Quod si a domino ultra hos statos dies in exercitu retinerentur vassalli ac tenentes, dominus eis *vadia* dare tenebatur. Vide Augustinum *du Pas* in Stemmatib. Armoric. part. 2. pag. 454.

* Trium dierum erat servitium militare, quod monasterio Cassinensi præstare debebant illius subditi. Charta ann. 1271. inter Privil. ejusd. monast. : *Quod si contingit dictum monasterium vel dominum abbatem ejusdem movere exercitum, servire sibi tenentur prædicti homines in prædicto exercitu, expensis propriis ipsorum hominum, tribus diebus, quibus elapsis tenentur servire ad expensas ipsius monasterii vel abbatis.*

* Alii 21. dierum *Hostem* debebant. Charta Aymer. vicecom. Rupecav. ann. 1296. in Reg. 77. Chartoph. reg. ch. 311 : *Concedimus quod ipsi non sequantur nec sequi teneantur nos nec hæredes nostros cum armis, nisi duntaxat pro deffensione terræ nostræ, et tunc in expensis suis nos sequantur et sequi teneantur cum sexaginta hominibus solum per viginti et unum dies, infra castellaniam de Rupecavardi tantum; et in expensis nostris in castellaniis seu locis de Brigolio et de la Cossiere, cum dicto numero et per dictos viginti et unum dies; qui homines et arma per dictos consules et per duos probos viros pro nobis fideliter eligantur, et si opus fuerit pro deffensa terræ nostræ, tota communitas nos sequetur cum armis ad expensas nostras.*

In Francia tamen, regia *expeditio* 60. dierum fuit, ut colligitur ex Statutis S. Ludovici, quorum verba sub finem hujus observationis subdemus : nisi ex infeudationum tabulis minoris esset dierum numeri, ut habetur in Catalogo Militum, qui contra Comitem Fuxi profecti sunt ann. 1271. tom. 5. Hist. Franc. pag. 551.

Ex verbis, quæ locis allatis, et in aliis Chartis occurrunt, *nos sequi tenentur, Expeditio*, seu *Hostis*, in Charta ann. 1350. apud Justellum in Hist. Taronenri pag. 104. *Sega et sequuta cum armis*, dicitur.

Interdum ea gaudebant immunitate vassalli ac tenentes, ut *Hostem* dominis suis non deberent, nisi pro terræ defensione, et pro propriis eorum negotiis : ac proinde si aliis axilium et opem ferre vellent, eos sequi cogi minime possent. Fori Bigorrenses art. 15 : *Censuales rustici vel liberi non in expeditione Comitem sequantur, nisi forte exercitus extraneus in terram insurrexerit, vel suum obsessus castrum excutere voluerit, aut ad nominatum bellum abierit.* Tabularium S. Crucis Talemondensis fol. 3 : *Si tamen inimici nostri in honorem nostrum supervenerint, tunc omnes eant, ut defendant sua ab inimicis propria.* Charta Radulphi de Balgenciaco ann. 1085. in Tabulario Vindocinensi fol. 193 : *De hominibus Monachorum nullum faciet ire in bannum, vel corveiam, sive equitatem, nisi forte aliqui in terra ejus venerint deprædaturi : aut si quis inimicus castellum voluerit facere in terra sua super eum. In his tantum duobus negotiis ibunt cum eo homines nostri : si autem ipse voluerit ire super alios, in ejusmodi negotiis cum eo non ibunt, neque cum hominibus suis.* Charta Petri Decani Trecensis anno 1198. in Tabular. Campan. : *Si Comes iturus est in exercitum vel expeditionem in propria persona, pro negotio proprio, per litteras suas, vel per credibilem nuntium nobis mandabit, ut homines nostros submoneamus, et hoc faciemus, et ad nostram submonitionem ibunt homines nostri, et aliter non, et eunte ipso Comite.* Charta Galcheri de Castellione Comitis S. Pauli ann. 1218 : *Homines vero ejusdem villæ in exercitum vel equitationem ego Galcherus Comes vel hæres meus non potero ducere, nisi proprio negotio cogente.* Alia ann. 1224. in Probat. Histor. Ducum Burgundiæ pag. 134 : *Præterea debent nobis in propriis expensis suis exercitum et chevachiam, tantummodo in negotiis nostris, et in defensione Ducatus Burgundiæ, non in aliorum negotiis aut auxiliis, nisi de voluntate sua, etc.* Charta

Digitized by Google

ann. 1240. in Tabulario Campaniæ f. 366 : *In chevaucheiis vero homines dictæ villæ nunquam ibunt nisi pro patria defendenda, vel pro præda recuperanda..... In carreiis nunquam ibunt, in exercitu vero ubi dominus Rex personaliter, vel alius loco ejus fuerit, ibunt, et in eodem exercitu non morabuntur nisi per octo dies, tam in eundo quam in redeundo.* Charta ann. 1286. apud Marcam in Hist. Beneharn. pag. 662 : *In hominibus et habitationibus dictorum locorum et pertinentium habebunt... exercitum et cavalcatam pro defensione terræ, etc.* Libertates MSS. villæ *de Vitré*, a Theobaldo Comite Campaniæ concessæ mense Aprili ann. 1230 : *Se je semon ost ne chevauchie en tans que foire sera, li changeor et li marcheant, qui venront en la foire en besoignie, i porront envoier homes soffisans por aux sans emande : et se aucuns defalloit de mon ost ou de ma chevauchie, cil qui defaurroit, lo m'amanderoit. Et je promet à bone foi, que je ne les semondrai en ost ne an chevauchie por aux oquisener, mais que por mon besoing.* Libertates urbis Jasseronis ann. 1283 : *Item homines habitantes et habitaturi infra dictos terminos non tenentur nos juvare ad guerras nostras, quascumque et contra quemcumque habeamus, nec in castris nostris manere, nec nobiscum in exercitum ire, nec cubiam vel excubiam in castris nostris facere, nisi pro proprio facto de Jasserone, nec ad prædicta ipsos possumus compellere, nec debemus. Clamores vero Castellaniæ de Jasserone, et villæ de S. Justo non guerram sequi tenentur homines supradicti.* Charta Galcheri de Castellione Constabularii Campaniæ ann. 1293 : *Et tuit cil, qui desores en avant y vendront demorer, soient quites eus et leurs hoirs de Ost et de chevaucherie, sauf ce qu'il aideront defendre le chastiau et la chastellerie de Chastillon, se mestiers et besoins est, et ne les porrons tenir en la besoigne où nous les meterons, que deus jours à leurs despens : et se plus les volons tenir, d'illeuc en avant nous les tenrons à nostre coust, et promettons en bonne foi, que nous ne les semondrons, se n'est por la besoigne de Chastillon, ou por necessité de la Chastellerie, et aura chascuns armes et chevaus selon son pooir par son serment, et par le serment des Eschevins.*

Interdum etiam tenebantur dominos sequi in expeditionem, cum bellum iis erat cum aliis : quod *nominatam* et *indictum* appellabant. Charta Goffredi Comitis Andegav. ann. 1096. apud Sammarthanos in Abbat. S. Nicolai : *Insuper etiam concedo, ut sui homines nullam mihi cosdumam faciant, nec ad aliquod negotium meum pergant, nisi solummodo ad bellum publice indictum, aut denominatum.* Fori Bigorrenses art. 15 : *Censuales, rustici, vel liberi non in expeditione Comitem sequantur, nisi forte exercitus extraneus in terram insurrexerit, aut suum castrum exurere voluerit, aut ad nominatum bellum abierit.* Tabularium Angeriacense fol. 239 : *Willelmus Dux Aquitanorum restituit burgum, quod vocatur Alodium, quod vult ab omni consuetudine liberum, nisi forte quando populus undecumque vocatus, etiam de alodiis Militum ad nominatum bellum pro patria processerit pugnaturus.* Charta ann. 1087. apud Beslium pag. 505 : *Et concedo liberos et francos omnes homines, qui pertinent ad jus illius Ecclesiæ, ubicumque sint, ab omni exercitu et expeditione, excepta illa quæ vocatur nomine belli, cum scilicet dominus Pictavis bellum acturus est cum aliquo inimicorum suorum.* Charta ann. 1076. apud eumdem pag. 467 : *Nec cogantur prædictorum homines Monachorum ubicumque habitent, ire in exercitu aut expeditione, nisi agatur nomine belli.* Alia ann. 1112. ex Tabulario Vindocinensi fol. 217 : *Ita ut homines in eodem burgo manentes pro banno Comitis vel cujuslibet ejus Præpositi submonitione non moneantur, nisi pro exercitu, et hoc nomine prælii in adversarios, nec tunc a Comite vel a quolibet ipsius homine, sed a Præposito Monachorum submoneantur.* Charta Goffredi Comitis Andegavensis pro Monasterio SS. Sergii et Bacchi : *Dono... de toto territorio ad S. Melanium pertinente vicariam totam et bidannum, et universas consuetudines, excepto fodrio, et prælio generali pro defensione regni aut principis.* In regno Aragonum, Infantiones, *extra dominationem domini Regis non tenentur ei servire pro honore vel terra, vel mare transfretare*, in Observant. Regni Aragon. lib. 6. tit. de Conditione Infantionatus § 17.

* Aliquando *Hostis* ea conditione debebatur, ut præsens esset dominus aut aliquis ex ejus familia. Charta Blanchæ comit. Trec. pro libert. *de Valmy* ann. 1202. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 486. art. 6 : *Exercitum et cavalchiam meam michi facient, si ego vel aliquis de domo mea præsens* (fuerit); *ita tamen quod Maternam non transient.*

* Varias hujusce obligationis pergendi in *Hostem* rationes simul collectas exhibet Charta ann. 1240. ex Chartul. Campan. fol. 366. col. 1 : *In chevaucheiis vero homines dictæ villæ* (Sancti Juliani super *Roignon*) *numquam ibunt, nisi pro patria defendenda, vel pro præda recuperanda, in castellariis videlicet Calvimontis, Montisclari, Nogenti et Montignei, in Charreiis nunquam ibunt : in exercitu vero ubi dominus rex* (Navarræ) *personaliter, vel alius loco ejus fuerit, ibunt, et in eodem exercitu non morabuntur nisi per octo dies, tam in eundo quam in redeundo et in exercitu morando, nec deinceps in eundem exercitum per dominum regem nec per suos redire compellantur.* Ubi *Exercitus*, quod idem est atque *Hostis*, a *Chevaucheia* ita distinguitur, ut hæc expeditionem, quæ extra dominii limites; ille vero, quæ infra fines ejusdem peragitur, significet.

De jure communi, vassalli *Hostem* debebant et *equitationem* propriis expensis. Interdum tamen *vadia* dabantur vassallis, eorumque damna in expeditione passa a dominis resarciebantur, ut est in Statutis Delphinalibus pag. 36. 37.

Prædictis subjungenda videntur, quæ de *Hoste* et *cavalcata* universim habent Chartæ aliquot aliæ, ex quibus ejusmodi expeditionum quis usus, quæve conditiones fuerint, facile quivis colliget.

Libertates villæ Montisbrusonis, concessæ a Guigone Comite Forensi M. Nov. 1223 : *Item voluit et retinuit Dom. Comes, ut homines villæ Montisbrusonis et infra terminos habitantes, faciant exercitum Domino Comiti in propriis personis : scilicet unus de qualibet domo, si necesse sibi fuerit pro bello campali, vel si inimici ejus obsident castrum suum, vel si ille vellet obsidere castrum alicujus inimici sui pro guerra propria; vel si ipse vellet bastire castrum, quando Dom. Comes præceperit. Et si aliquis remanserit de illo exercitu, solus inde pœnam 10. sol. et si obsidio vel exercitus ad bellum ultra septimanam duraverit, pro unaquaque septimana solvat Comiti, qui remanserit 10. sol. nomine pœnæ. Tamen si aliquis dominus domus esset extra Comitatum Forensem, quando exercitus ierit, nulla pœna ab eo exigatur, sed si redierit adhuc durante exercitu, si securus possit ire, tenetur ire, vel solvere pœnam pro tanto tempore, quanto fuerit in mora. Si vero Comes pro alia guerra sua et defensione terræ suæ guerrum fecerit, alio modo, et voluerit exercitum sive cavalgatam a villa Montisbrusonis, homines ipsius villæ et infra terminos debent mittere unum hominem munitum pro se de qualibet domo, quod ni fecerint, dabit quilibet, qui non miserit, Comiti 3. solid. et 6. den. nomine pœnæ pro unaquaquaque septimana. Idem dicimus de cavalgutis pro guerris amicorum suorum specialium : tamen hujusmodi cavalgatam et exercitum debent facere homines villæ Montisbrusonis, et infra terminos habitantes tunc tantum, quando Dom. Comes indixerit exercitum universaliter aliis gentibus de terra sua. Nullus tamen tenetur ire vel mittere in prædictos exercitus, secundum quod supra dictum est, nisi domum habeat, et valentiam 10. librarum tam in domo, quam in aliis rebus.*

Charta Communiæ Nivernensis ann. 1194 : *Item de exercitu et chevaucheia dictum est, quod præfatos homines extra Comitatum Nivernensem non traham, quin ipsi in ipsa nocte in eundem Vicecomitatum possint reverti. Ad torneamentum prædictos homines ducere non potero, nisi apud Chableiam, Jovigniacum et Rubeum montem. Si autem de exercitu vel chevaucheia ipsos submoneri fecero, unusquisque ibit, vel per se mittet idoneum servientem. Si quis vero ætatis 60. annorum, vel infirmitate detentus, vel non audita submonitione nostra remanserit, et hoc jurare poterit, quitus erit : sin autem, legem suam emendabit, et conductionem unius servientis usque ad 6. dies singulis diebus, quibus alii moram fecerint, persolvat.* Similia habentur in Charta Communiæ Autisiodor. indulta a Mathilde Comitissa anno 1223.

Libertates concessæ Albiensibus et Carcasson. ab Amalrico Comite Montisfortis ann. 1212 : *Ad bellum campale, sive nominatum, vel ad succurrendum Comiti, si fuerit obsessus, vel ad Rereban, tenentur omnes ire communiter Barones, Milites, majores, et minores, qui fuerint citati. Quod si Baro, Miles vel alius Dominus terræ, in hac suprema necessitate comprobatus fuerit ad Comitem auxilium laturus, nisi sufficienti causa possit, bona mobilia ipsius erunt in manu et voluntate Comitis et Domini, sub quo manebit per medium. Item Barones, Milites, et alii Domini terrarum, qui debent servitium Comiti, et citati ad quindenam, non venerunt ad locum præfixum a Comite ad exer-*

Digitized by Google

citum, ita quod infra quindenam iter accepit, quinta pars redituum singulorum, unius anni scilicet terræ illius, quam tenent a Comite, erit pro emenda in manu et voluntate Comitis, nisi causa sufficienti... possint; si vero venerint, sed non cum debito numero Militum, pro quolibet Milite, qui deerit, debunt duplicia stipendia, quamdiu sine debito numero Militum fuerint.

Consuetudines et Libertates Aquarum Mortuarum, anno 1246 : *Item quod per 20. annos sint liberi et immunes in perpetuum ab omni cavalcata per aquam et per terram; et post 20. annos sint liberi et immunes in perpetuum ab omni cavalcata ultra Magalon. Uticens. et Nemausens. dioeceses, sed infra istas faciant cavalcatam, et etiam in Arelat. et Avinion. dioecesibus citra Rhodanum. Et hæc intelligimus cum alia terra de Senescallia Belliquadri exibit ad cavalcatam, et tunc exeant secundum quod de villis bonis Senescalliæ exibunt. Nec possit aliquis habitator loci illius compelli personaliter ire in cavalcatam, si tamen aliquem peditem cum armis competentibus mittere voluerit loco sui : et de qualibet domo sufficiat unam ire personam, exceptis pauperibus, illis scilicet, qui non habent valens ultra 25. libras Turonenses, qui nec ire nec mittere compellentur, et exceptis viduis et pupillis, et exceptis Notariis, utentibus officio, et Juris peritis et Physicis. Ad dandam autem redemptionem pecuniariam pro cavalcata, nullo modo compellentur : et non teneantur in toto anno stare in cavalcata, nisi tantum 40. diebus.*

Consuetudines Albienses et Carcassonenses concessæ ab Amalrico Comite Montisfortis ann. 1212 : *Barones Franciæ et Milites teneantur servire Comiti, quando et ubicumque habebit guerram contra personam suam ratione hujus terræ, vel acquirendæ in hac terra, et hoc cum numero Militum, ad opus quorum Comes dedit eis terram suam et reditus, ita tamen quod si reditus ex integro secundum promissum fuerint assignati sufficienter, tunc cum promisso numero Militum tenebuntur servire. Baro vel Miles sic assignatur : quamdiu habebit guerram Dominus Comes pro hac terra acquisita, sicut dictum est; ille autem Miles, cui non esset plenarie facta assignatio, secundum pactum non tenetur servire cum integro numero Militum, sed secundum rationem assignationis factæ et quantitatem erit determinandus numerus ad serviendum. Verum si Comes non necessitate terræ suæ, sed pro voluntate propria, vellet juvare aliquem vel aliquos in guerra, sive vicinos, sive remotos : Milites sui supradicti non tenentur eum sequi in hoc, aut eidem servire per se, aut per alios, nisi hoc facerent in amore et beneplacito suo.* Adde denique pro hujusce Dissertationis corollario, quæ in hanc rem habet

Charta conventionum inter Carolum I. Comitem Andegaviæ et Provinciæ ann. 1251. art. 14 : *Item cives Arelatenses communiter debent facere cavalcatas semel in anno eidem domino Comiti, ad quadraginta dies, per viginti leucas, ubicumque voluerit in Imperio, nec poterunt dicti cives compelli ad covalcatam in pecunia redimendam. Milites autem et probi homines equos cum armis habentes, quandocumque ibunt cum domino Comite, vel eius locum tenente, habebunt ab eo stipendium sive vadia, et tantum habebit de stipendio probus homo, quantum et Miles.*

Ejusmodi ac similes Chartas alias variarum Libertatum legere licet apud Thomasserium in Consuetudinibus localibus Bituricensibus lib. 1. cap. 56. 58. 61. 71. 83. 84. 103. Quibus adjungenda omnino, quæ habent Stabilimenta sancti Ludovici, a nobis edita lib. 1. cap. 59. quod inscribitur *d'Ost et de chevauchie devers le Roy le Baron et des amendes et des gaiges. Se li Bers fait semondre ses homes, et il li amaine ses homes coustumables pour aler en l'Ost le Roy, li Prevosts les doivent amener de chascun ostel au commandement leur Seingneur el cuer du Chastel, et puis s'en doivent retourner, més nule fame n'acoustumez n'en Ost n'en chevauchie, ne fournier, ne mousnier, qui gardent les fors et les moulins. Et se nus de ceus, qui sont semons, ne venoient, et l'en le pooit savoir, il en paieroit 60. sols de gages : et li Prevoz au Baron si doit mener les homes de chevalerie jusques au Prevost le Roy el chastel dont li home sont du resort, et puis si s'en doit retourner arrieres. Et ainsi li homes coustumier des Chevaliers si doivent aus Barons leur chevauchiées, et li Prevoz aus vavasors si le doivent mener el cors du chastel au commendement au Baron. Et li Bers ne les doit mie mener en lieu dont eus ne puissent venir jusques au soir. Et cil qui remeindroit, en paieroit 60. sol. d'amende. Et se li sires les voloit mener si loing, que eus ne se peussent venir au soir, il n'iroient pas s'il ne voloient, et n'en feroient ja droit ne nule amende. Et ainsi li Baron et li home le Roy doivent le Roy suivre en son Ost, quant il les semondra, et le doivent servir 60. jours et 60. nuiz, et tant de Chevaliers come chacun li doit, et ces services qu'il lui doivent, quant il les en semont, et il en est mestiers. Et se li Rois les voloit tenir plus de 60. jours au leur, il ne reviendroient mie, s'il ne voloient par droit. Et se li Rois les voloit tenir au sien pour le Royaume deffendre, il devroit bien remeindre par droit. Més se li Rois les voloit mener hors du Royaume, puis qu'il auroient fet 60. jours et 60. nuiz. Et nule dame ne doit ne Ost ne chavauchiée des ores més, se elle est fame dou Roy : més elle puet bien envoier tant de Chevaliers come ses fiez doit. Et li Rois ne la puet achoisonner. Et se les gens le Roy truevent les homes le Roy par les Chastelleries, qui fussent reniez, fors ceux qui deveroient remeindre, li Rois en porroit bien lever sus chascun 60. sols d'amende, et li Bers ne les en porroit garantir. Et li home coustumier ne doivent estre en l'Ost le Roy, que 40. jours et 40. nuiz, et se il en venoient avant, et il en fussent prové, la Justice le Roy en porroit bien lever 60. sols.*

De Hoste et Exercitu Episcoporum.

Episcopos ipsos ac cæteros Ecclesiæ Prælatos *Hosti* et *expeditioni*, perinde ac laicos, ratione *Regalium*, seu possessionum Ecclesiasticarum, fuisse obnoxios, jam supra attigimus. Certe stante prima ac etiam altera Regum nostrorum stirpe, ipsis interdum prælliis interfuisse Episcopos, et in iis quandoque cæsos, docent veteres Scriptores, atque in primis Gregorius Turon. lib. 4. cap. 37. 43. lib. 5. cap. 20. lib. 8. cap. 39. Supplicatio Episcopor. in Concilio Wormat. lib. 6. Capitul. Caroli M. cap. 285 [** 370.] : *Quosdam enim ex eis in Hostibus et prœliis vulneratos vidimus, et quosdam pertisse cognovimus.* Sed et ductasse exercitus legimus in Chronico brevi Francor. ann. 712. tom. 3. Hist. Fr. pag. 127. ut omittamus, quæ de posteriorum ævi Præsulibus narrant Ordericus Vitalis lib. 4. ann. 1070. pag. 523. Godefridus Monachus S. Pantaleonis, Cinnamus, et alii de Christiano Archiep. Moguntino, etc. Quod certe haud injuria objectum Latinis, a Græcis præsertim, et a Michaele Cerulario Patr. CP. in Epist. ad Petrum Antioch. ubi de Episcopis Latinis : Καὶ εἰς πολέμους ἐξιόντες, αἵματι τὰς ἰδίας χεῖρας χραίνουσι, καὶ πρὸς ἑαυτῶν τὰς ψυχὰς ἀναιροῦντες καὶ ἀναιρούμενοι. Vide Notas nostras ad Alexiadem pag. 358

* Nequaquam igitur a militari aliquot episcoporum ingenio, aut ipsorum cum optimatibus laicis de potestate et præeminentia certandi proposito repetenda hujusce usus institutio; non quidem ut prœliis ipsimet interessent, sed ut milites præstarent pro rege et patria pugnaturos. Hinc est quod Gregorius Turonensis aliique religiosiores episcopi prælatos, qui milites suos in aciem deducebant, acrius redarguunt. Quod si castris prœliisque præsentes adesse constringebantur, id *vexationi* tributum fuisse, docet Petitio populi ad Carolum M. apud Baluz. tom. 1. Capitul. col. 405 : *Flexis omnes precamur poplitibus majestatem vestram, ut episcopi desinceps, sicut hactenus, non vexentur hostibus. Sed quando vos nosque in hostem pergimus, ipsi propriis resideant in parrochiis.* Cui supplicationi sic respondet imperator ibid. col. 407 : *Omnibus notum esse volumus, quia non solum ea, quæ super episcoporum et presbyterorum hostium vexationibus et precibus pro nobis et vobis fieri rogitastis, concedere optamus, etc.* Cum nihilominus certum sit militaria auxilia ab episcopis abbatibusve petita fuisse et præstita; quo alia, quæso, ratione, quam prædiorum regalium, exigi potuere? Et certe, abbates vel episcopi, qui *regalia* non habebant, ad expeditiones non poterant submoneri, ut monet et probat Cangius, qui consulendus omnino est, ut de novo hac de re D. *de Mably* systemate judicare valeas. Hic observatum tantummodo velim iniquum esse ex privatis quorumdam exemplis in universum corpus invidiam trahere.

Sed postmodum ex prædicta Episcoporum supplicatione, Carolus M. *Apostolica auctoritate, consultu omnium nobilium, seipsum corrigens, posterisque exemplum dans*, sanxit, ut nullus in posterum Sacerdos in *Hostem* pergeret, *nisi duo vel tres Episcopi electione cæterorum propter benedictionem populique reconciliationem : et cum illis electi Sacerdotes, qui bene scirent populis pœnitentias dare, Missas celebrare, etc.* Iis vero arma ferre, vel ad pugnam pergere interdixit, uti est in Capitul. 1. ann. 769. cap. 1. lib. 6. Capitul. cap. 61. 286. [** 371.] lib. 7. cap. 91. al. 123. Extat in Cod. Carolino Epistola 77. Adriani PP. ad eumdem Imperatorem, qua eum hortatur, *ut non*

Digitized by Google

permittat, Episcopos vel Presbyteros militarem induere armaturam: quod antea fecerat Zacharias PP. Epistola scripta ad Pipinum, quæ quinta habetur in eodem Codice, ex qua hæc sunt: *Principes et seculares homines convenit curam habere et sollicitudinem contra inimicorum astutiam, et provinciæ defensionem: Præsulibus vero, Sacerdotibus, atque Dei servis pertinet salutaribus consiliis et orationibus vacare, ut illis orantibus, et vobis bellantibus, Deo præstante provincia salva persistat, fiatque vobis in salutem, laudem et mercedem perpetuam.*

Verum haud diu stetit Caroli M. Constitutio: ingruentibus quippe Danorum incursibus, totaque Francia bello ab iis petita, cum de suprema salute ageretur, Episcopi ac Abbates in *Hostem* cum vassallis suis submoneri cœpere. Frotharius Episcopus Tullensis Epist. 26. ex persona Hetti Archiepiscopi Trevirensis ad eumdem Frotharium: *Tibi mandamus atque præcipimus de verbo domini Imperatoris, ut solerti sagacitate studeas cum summa festinatione omnibus Abbatibus, Abbatissis, Comitibus, Vassis Dominicis, vel cuncto populo Parochiæ tuæ, quibus convenit militiam regiæ potestati exhibere, in quatenus omnes præparati sint, ut si vespere ei adnuntiatum fuerit, mane; et si mane, vesperi absque ulla tarditate proficiscantur in partes Italiæ: quia Dominus Imperator suum iter præparat, etc.* Flodoardus lib. 3. Histor. Rem. cap. 18. de Carolo Calvo: *Domno vero Hincmaro Rex idem non solum de rebus Ecclesiasticis; sed et de populo in Hostem convocando, ut ipse hoc ageret, mandare solebat: et ipse accepto Regis mandato tam Episcopos quam Comites convocare solebat.* Et lib. 4. cap. 14: *Hungaris quoque Regnum Lothariense depræ dantibus, dum Karolus proceres Francorum in auxilium sibi contra gentem ipsam convocaret, solus hic Præsul ex omnibus hujus regni primatibus, cum suis tantum in defensionem Ecclesiæ Dei Regi occurrit, habens secum, ceu fertur, mille quingentos.*

Exinde perinde ut cæteri Barones ac vassalli regii, *Hosti* et *equitationi* adstringi cœpere, ita ut et ipsi castris interesse tenerentur, et in ea vassallos suos deducere, quod præ cæteris testantur Libellus proclamationis Caroli C. adversus Wenilonem Archiep. Senonensem cap. 6. 13. et Epistola synodalis ad eumdem, *nisi eos ab expeditionis labore corporis defenderet imbecillitas, aut ex indulgentia Principis vacationem impetrassent.* Quo casu, *homines suos reipublicæ profuturos alicui ex fidelibus* committebant, *ne se ab officio subtrahere viderentur.* Verba sunt Concilii Vernensis ann. 844. can. 8. Adde Constit. Ludovici II. Imper. de Expeditione Beneventana ann. 867. cap. 6. 7. apud Camillum Peregrinum.

Atque id postmodum adeo in receptum abiit morem, ut ratione regalium seu possessionum Ecclesiasticarum, Episcopi milites suos in aciem deduxisse, ac servitiis militaribus perinde ac Barones cæterique vassalli seculares obnoxii fuisse passim legantur. Paschalis Pontifex apud Dodechinum ann. 1110: *In vestri regni* (Alemanniæ) *partibus Episcopi vel Abbates adeo curis sæcularibus occupantur, ut Comitatum assidue frequentare, et militiam exercere cogantur: quæ nimirum aut vix, aut nullo modo sine rapinis, sacrilegiis, incendiis, aut homicidiis exhibetur. Ministri vero altaris ministri Curiæ facti sunt; quia civitates, Ducatus, Marchionatus, Monetas, turres, et cætera ad regni servitium pertinentia a Regibus acceperunt.* Archiepiscopus Remensis Legatus a Callisto PP. ad Fridericum Imp. missus pro Ecclesiarum investituris: *Scito me,* inquit, *in regno Francorum Episcopum electum, nec ante consecrationem, nec post consecrationem aliquid suscepisse de manu Regis: cui tamen de tributo, de militia, de telonio, et de omnibus, quæ ad rem publicam pertinent, et antiquitus, scilicet a Regibus Christianis Ecclesiæ Dei donata sunt, ita fideliter deservio, sicut in Regno tuo Episcopi tui deserviunt.* Et Philippus I. Rex apud Lisiardum lib. 1. Vitæ S. Arnulphi Episcopi Suessionensis cap. 15. eidem Arnulpho, tunc Abbati S. Medardi, militiam detrectanti, ut voto Monastico contrariam, dixit, *fuisse morem antiquum, ut milites Abbatiæ, Abbate prævio regali expeditioni inservirent: aut faceret juxta morem antiquum, aut daret locum, ut fieret Regis Imperium.* Atque ut ille Abbatia, quod militiam detrectasset, privatus est, ita Sigefridus II. Archiepiscopus Moguntinus, ut est in Conradi Chronico Moguntino, accusatus apud Papam, *quod omnino inutilis esset Ecclesiæ, et quod evocatus ad expeditiones Regis invitus veniret,* Archiepiscopatu submotus est. *Hoc autem,* ait Conradus, *verum erat, eo quod fierent incendia, sectiones vinearum, devastationes segetum: dicebat etenim nequaquam decere talia Sacerdotem.* Hanc porro servitii militaris et *Hostis* ac *cavalcatæ* obligationem agnovere non semel ipsi Episcopi suis Diplomatibus. Exinde, passim Episcopos in castris cum vassallis suis habent Scriptores, Monachus Floriac. lib. 4. Miraculor. S. Bened. cap. 24. Adam Bremensis cap. 38. Ordericus Vital. lib. 12. pag. 856. Radevicus lib. 3. de Gestis Frider. cap. 11. Ivo Carnot. Epist. 28. Sugerius de Administratione sua cap. 12. Godefrid. Monach. S. Pantaleon. anno 1166. etc. Vide præterea Stephanum Tornacensem Epist. 279. Edit. Molineti.

Quod si vero Abbates vel Episcopi regalia non haberent, ad expeditiones submoneri non poterant. Epistola 33. ex his, quas Tinguagelius cum Domnizone edidit: *Tibi præsentium tenore mandamus, quod Abbatem ipsum et Ecclesiam suam, cum regalia non possideat, ad expeditionem contra suos professionis debitum non compellas.* Charta Ottonis III. Imp. ann. 997. apud Hermannum Stangefolium lib. 2. Annal. Circuli Westphalici pag. 215: *Abbas illius Monasterii ad castra et in Hostem ire non cogatur, nisi regia liberalitate adjutus beneficii copiam quandoque accipiat illud faciendi.*

Indicta igitur generali a Rege expeditione, submonebantur et ipsi Episcopi, ut cæteri Barones, peculiari submonitione ac citatione; atque ii accepta primum regia illa, sua deinde submonitione suos perinde seu Ecclesiæ suæ vassallos, ut armis instructi castris regiis adessent, submonebant. Utriusque submonitionis, Regis scilicet et Episcopi, formulas habet Gallandus lib. de Franco alodio pag. 255. Verum interdum vassalli ipsi Episcoporum primario a Rege ipso submonebantur: ita ut deessent, qui Episcopis militarent, ac proinde alios stipendio conducere necessum haberent. Historia Episcoporum Autisiod. cap. 59. de Manasse Episc. Aurelianensi: *Vassallos Ecclesiæ Aurelianensis, quos Rex in expeditionibus suis propriis eorum sumptibus quasi jam pro consuetudine diu obtenta militare cogebat, non veritus propter illos cum Dn. Rege de eorum injuria disceptare, in hanc libertatem eduxit, ut Episcopus in ejusmodi expeditionibus suis habeat stipendiis quotquot voluerit de eisdem, unde et eorum jugum allevatum est immensum, et Episcoporum conditio longe melior, quam existeret, est effecta. Nam vocato ad expeditionem a D. Rege Episcopo, non defuerunt et vassalli sui, qui se ei militaturos, ne compellantur a Rege, certatim, et magna ambitione offerant, qui magnis prius stipendiis et non sine difficultate solebat conducere alienos.*

* Submonitionis ejusmodi formulam habemus ex Literis Philippi Pulcri ann. 1297. in Tabul. Corb.: *Philippus Dei gratia Francorum rex dilecto et fideli nostro abbati Corbeiensi salutem et dilectionem. Ad vestram deduximus notitiam quod Edwardus rex Anglorum ad depopulationem, ruinam et excidium regni nostri totis conatibus sitibundus aspirans, jam regni ejusdem fines ingressus, Brugis in auxilium Guidonis quondam Flandrensis comitis, novissime diebus istis applicuit, quas potest undique viribus congregatis, diversos et longe majores solito facit bellicos apparatus. Cum igitur ad defensionem regni ac personarum ejusdem et ecclesiasticæ libertatis, prout nostro incumbit officio, totis studiis et continuis ac voluntariis laboribus intendere habeamus, considerantes attentius quod negotium ejusmodi totius regni statum, ecclesias ecclesiasticasque personas immediate contingit, et in eo proprium interesse conspicitur singulorum, dilectionem vestram requirimus tenore præsentium mandantes, quatinus ad nos apud Courtracum cum decenti gentis armigeræ comitiva, in equis paratis et armis, die Dominica in octabis instantis Beatæ Mariæ Virginis personaliter intersitis, nobis in ejusdem communis defensionis auxilio potenter et viriliter astituras. Actum in castris ante Insulam ultima die Augusti anno Domini* 1297.

Episcopis vero, qui in *Hostem* submoniti erant, *auxilium* conferebant vassalli cæteri ac tenentes, qui ratione prædiorum suorum militaribus haud erant obnoxii obsequiis: quod quidem auxilium, vulgo *Aide d'Host* appellabant, ut suo loco docuimus. Charta Friderici I. Imper. anno 1157. pro Archiep. Viennensi, apud Leurium in Antiquit. Viennens. cap. 42. et Joan. a Bosco in Vienna: *Ad hæc devenimus, ut in adventu nostro, vel quotiescumque ad Curiam nostram vocatus fueris: vel expeditionem nobiscum facere debueris, cives Viennenses et Romanenses omni excusatione remota tibi subsidia conferant.* Ea autem subsidia erant, ut plurimum res omnes, seu ad victum, seu ad bellum necessariæ,

Digitized by Google

arma, vel quæ apparatum bellicum spectarent, a quibus immunes non erant Abbates ipsi. Privilegium de Abbatia S. Remigii Senonensis ad Varellias transferenda, datum in Concilio Senonensi ann. 834. tom. 2. Spicilegii Acheriani pag. 582: *Episcopus quoque in exigendis muneribus Abbatem ejusdem loci non gravet; sed sufficiat ei ad annua dona equus unus, et scutum cum lancea. Quod si in expeditionem publicam ire jussus fuerit, addantur ei de eodem loco carra duo, unum vini, alterum farinæ, verveces decem, supra quæ in exigendis muneribus, cupiditatis, avaritiæque causa gravare eos nullatenus præsumat, etc.* Charta Ludovici VII. pro Communia Bellovacensi ann. 1144. apud Loisellum: *Si Episcopus Belvacensis ad tres Curias nostras et ad exercitus ire voluerit, tres equos tantum ad unamquamque Curiam accipiet, et equum extranei hominis nullo modo accipiet.* Vetus Regestum Cameræ Comput. Paris. sign. M. de Episc. Ambianensi: *Et aussi se li Rois mandoit son arriereban en Ost, ledit Evesque seroit tenus d'y aler, ou envoier pour lui: et lors la communalté des Paintres et des Escuchiers d'Amiens seront tenus de trouver audit Evesque bon et suffisant escu; et la communauté des Feures le cuignie virolé, et pessons de tentes de l'Evesque, et toute autre chose faites de fer. Item, la communalté des Tenneurs doivent trouver 2. paires de bouchaus de cuir, bons et souffisans: l'un tenant un muy, et l'autre 24. sestiers: et les Bouchers le soing pour couvrir lesdits bouchaus.*

* Imo et monasteria ipsis subjecta, episcopis, qui in *Hostem* submoniti erant, *auxilium* præbebant Charta ann. 833. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 5: *Episcopus quoque in exigendis muneribus abbatem ejusdem loci non gravet; sed sufficiat ei ad annua dona equus unus et scutum cum lancea. Quod si in expeditionem publicam ire jussus fuerit, addantur ei de eodem loco carra duo, unum vini, alterum farinæ, verveces decem.* Ubi notandum inter annua exhibenda episcopo dona recenseri *equus*, *scutum* et *lancea*.

Adeo autem hisce militaris servitii impensis gravabantur Episcopi, ut interdum possessiones Ecclesiasticas distrahere necesse haberent. Hujus rei exemplum profert sequens Charta Henrici II. Imper. anno 1023. pro Monasterio S. Maximini Trevirensi: *Notum fieri cupimus, qualiter nos ex Abbatia S. Johannis Evangelistæ et S. Maximini, quæ in suburbio Trevirorum sita est, ubi Haricho Abbas præesse videtur, quasdam curtes et territoria, villas et possessiones, videlicet* 6656. *mansos, ut verius computari potuit, a præfato Abbate in beneficium accepimus, et his fidelibus nostris, Ezzoni videlicet Palatino Comiti, et Henrico Duci, necnon Ottoni Comiti ea conditione beneficiavimus, ut quia præfatus Abbas jam senio confectus, commode nobis domi militiæque servire non poterat, ipsi e hæredes, qui hæc beneficia habent, pro eodem Abbate suisque successoribus Curiam Regalem petant, et in expeditionem eant; Abbas vero suique successores a Curia regia et omni expeditione omnino sint liberi, nisi in Moguntinensem sive Metensem aut Coloniensem civitatem ad generale concilium sive colloquium, aliqua necessitate cogente, fuerint invitati.* Alia ex Regesto Feodor. Ecclesiæ Lingon.: *Nos Guillelmus miseratione divina Lingonensis Episc. notum facimus universis, quod nos considerantes et attendentes, nos et Ecclesiam nostram Lingonensem esse pluribus et diversis creditoribus in nonnullis pecuniarum summis et rebus aliis multipliciter obligatos,.... quodque nos de præsenti maxima pecuniæ quantitate et rebus aliis necessario indigemus, tam pro defensione et tuitione terræ Episcopatus nostri, quam pro præsentibus guerris Dn. nostri Regis Franciæ, in quibus nos oportet necessario de ejusdem Domini nostri Regis speciali mandato super hoc nobis facto, cum ipso secundum statum nostrum personaliter interesse, maxime cum temporalitatem nostram et Ecclesiæ nostræ totam a dicto D. nostro Rege teneamus, et propter hoc cum gentibus armorum eidem durantibus guerris prædictis servire debeamus, quod nisi fecerimus, posset in grave damnum et præjudicium nostrum et nostræ præfatæ Ecclesiæ redundare. Considerantes etiam nos non posse præfatum servitium dicto Domino nostro Regi impendere de præsenti, nec a dictis obligationibus liberari, nisi per aliqualem venditionem aliquorum reddituum et proventuum terræ nostræ, etc.* ann. 1347. Vide Ardonem Mon. in Vita S. Benedicti Abbatis Anianensis cap. 54. Edit. Mabillonii, et Chronicon Senoniense cap. 16.

Quod si Prælati militiam detrectarent, vel abnuerent, tum ad id compellebantur Regalium obsignatione seu *saisitione*. Hujus rei exemplum insigne ac notissimum narrant Rigordus ann. 1190: *Cum omnes Barones et Episcopi vocati ad hunc exercitum convenissent apud Medontam, et misissent ad mandatum Regis homines suos, prout debebant, in expeditionem illam: Aurelianensis et Altisiodorensis Episcopi cum militibus suis ad propria sunt reversi, dicentes, se non teneri ire vel mittere in exercitum, nisi quando Rex ipse personaliter proficiscitur. Et cum nullo ad hoc privilegio se tueri possent, generali consuetudine contra eos faciente, petiit Rex, ut hoc emendarent. Ipsis autem emendare nolentibus, Rex eorum regalia confiscavit, scilicet ea tantum temporalia, quæ ab eo feodaliter tenebant, decimas et alia spiritualia eis in pace dimittens; ipse enim Rex Christianissimus semper timebat offendere Ecclesiam Dei et ejus ministros. Ipsis ergo terram et homines Regis interdicentibus, et ad Romanam Curiam mittentibus, et in propriis personis accedentibus, Domino Papæ Innocentio III. consuetudines et jura Regni nolente infringere, aut in aliquo revocare, emenda tandem facta, et Regi soluta, post duos annos recuperaverunt omnia, quæ a Rege fuerant confiscata.*

Totam hanc controversiam perstringunt etiam ejusdem Innocentii Epistolæ, lib. 13. Epist. 190. lib. 14. Epist. 52. lib. 15. Epist. 39. 40. 106. attigit etiam Historia Episcoporum Autisiod. tom. 1. Bibl. Labbei pag. 486. Legitur in Regesto Philippi Augusti Herouvalliano fol. 111. Charta ejusdem Episcopi Autisiodorensis mens. Aug. ann. 1212. qua, sopita hac controversia, exercitum se Regi debere profitetur, ut cæteri Episcopi ac Barones Franciæ, hocce verborum contextu: *Noveritis, quod nos confitemur debere Domino nostro Philippo Regi Fr. illustri exercitum suum, sicut commune Episcoporum et Baronum debent, et illum de cætero per nostros Milites, ut alii, faciemus. Idem enim dominus Rex personam nostram a servitio exercitus, quamdiu vixerimus, relaxavit.* Habetur ibidem similis Charta Manassis Episc. Aurelian. ut et Charta Philippi Regis, qua eundem Episcopum Autisiodorensem ab *exercitu suo*, quamdiu vixerit, relaxat: *Ita tamen*, ait Rex, *quod ipse nobis faciet servitium exercitus nostri per milites suos, sicut commune Episcoporum et Baronum nostrorum debet.*

Quod vero Episcopi Aurelianensis et Autisiodorensis hac se tuerentur immunitate, ut exercitum Regi non debere se assererent, nisi ipse castris suis præsens adesset, exemplo non caret. Siquidem Sammarthani Chartam descripsere ejusdem Philippi Regis ann. 1209. qua in regalibus Episcopi Matisconensis exercitum *hoc tantummodo habere* se profitetur, *si*, inquit, *nos vel filius noster, vel Senescallus, vel Constabularius Franciæ de mandato nostro versus partes illas exercitum duceret; in hoc casu dictus Matisconensis Episcopus usque Divionem et non ultra in nostrum exercitum cum militibus et armis venire teneretur.* At revera Episcopus Autisiodorensis simili tueri se privilegio haud poterat, cum in Charta ann. 1206. qua Rex Philippus immunitates quasdam Ecclesiæ Autisiod. confirmat, hæc verba subdat: *Salvo servitio nostro equitationis, exercitus, et submonitionis, sicut Episcopi Autisiodorenses nobis fecerunt.*

Si igitur Prælati *Hosti* defuissent, summam aliquam pecuniariam *pro expeditione* Regi exsolvebant. Exstat Charta Jacobi Episc. Suessionensis anno 1226. qua agnoscit, *debere se Regi* 120. *libr. Paris. pro servitio istius anni, quod ei in expeditione debet, videlicet medietatem in instanti festo Omnium SS. et aliam medietatem in Pascha proximo.*

Quidam tamen Episcopi eo gaudebant privilegio, ut omnino immunes essent ab exercitu, seu potius ab obligatione, qua cæteri tenebantur præsentes castris adesse, cum interim vassallos suos mittere deberent. Sic enim capienda Charta Guillelmi Episcopi Andegavensis ann. 1223: *Noverit universitas vestra, quod nos carissimo Domino nostro Ludovico Dei gratia illustri Regi Franciæ fecimus sacramentum fidelitatis, sicut alii Episcopi Regni Franciæ ipsi faciunt: et ipse nobis recognovit, quod non tenemur ire in exercitum aut equitatum ejus in propria persona nostra, vel mittere aliquem ad sumptus nostros, etc.* Ejusdem contextus tabulæ, ac ejusdem anni, pro Mauricio Episcopo Cenomanensi habentur in Regesto Cenomanensi Cameræ Comput. Paris. mens. Novembr. ann. 1223. Ch. 6. Habetur alia perinde similis Charta S. Ludovici mens. Febr. ann. 1260. pro Episcopo Aurelianensi in 30. Regesto Archivi Regii Ch. 471.

Interdum ipsos Episcopos ab hac necessitate exemtos legimus, quadam speciali immunitate, quæ Ecclesias ipsas spectabat, ut fuit illa Episc. Andegavensis apud Sammarthanos sub ann. 1223. vel quæ ipsorum tantum personas spectaret, ut est ea, quam

Digitized by Google

Autisiodorensi indulsit Augustus. Similis denique exstat ejusdem Regis ann. 1200. in Tabulario Episcopatus Paris. Puteano f. 32. pro Odone Episc. Parisiensi : *Noverint universi, quod nos carissimum consanguineum et fidelem nostrum Odonem Episc. Parisiensem... in persona sua tantum, quamdiu vixerit, ab omni exercitu et equitatione absolvimus penitus, et quitamus tam tempore nostro, quam temporibus successorum nostrorum, salvo nobis debito militum, quos idem Episcopus tenetur mittere in servitium nostrum, etc.* Ita in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. pag. 129. mentio fit *Præcepti, quod Carolus M. fecit Franconi, Episcopo Cenomanensi, quando ei concessit, ut hostes et itinera nulla faceret, sed Adalgisus suus propinquus omnia regalia servitia pro eo faceret, quæ ille*, ut est pag. 118. pro sua infirmitate et senectute *facere non valebat.* Describitur in eadem Vita n. 72. Charta Ludovici Pii Imperat, quæ eidem Aldrico concedit, *ut juxta Canonicam auctoritatem habere* liceat, *qui pro illo exteriores curas gereret, et regalia servitia atque itinera, prout melius posset, sua vice faceret, et prædictus Episcopus ad ea, quæ Dei sunt, intenderet, et ad suum ministerium perficiendum certaret.*

* Immunitatem ab *Hoste* concessam Willelmo episcopo Autissiodorensi ad ejus vitam duntaxat, regalium suorum cessione regi facta ab ipso fuisse redemptam, docent nos verba quæ immediate sequuntur allegata a Cangio ex Charta ejusdem episcopi col. 1229. hoc contextu in Reg. I. Chartoph. reg. ch. 6 : *Et nos pro hac relaxatione et pro amore ipsius* (regis) *et gratia habenda, concedimus et volumus, quod ipse de proventibus regalium nostrorum, quos percepit usque ad festum S. Johannis Baptistæ nuper præteritum, retineat pro sua voluntate.*

Sed et anno 1224. Ludov. VIII. regnante, in natalitio S. Joannis festo, Turonibus, a castris Regiis excessere Episcopi Constantinus, Abrincensis, et Lexoviensis, quod se iis coram adesse, ut et cæteros Normannicos Antistites, non teneri contenderent : data tamen Regi securitate, quod si re per testes expensa, *Hostem* ab iis præsentibus deberi inventum esset, ipsi præsentes in posterum adforent; vel si deessent, multam pro defectu subirent : quod ipsi professi sunt coram Joanne Rege Hieros. Guillelmo Silvanectensi Episc. et Franciæ Cancellario, B. Franciæ Camerario, Matthæo Monmorenciaco Constabulario, Galtero Archiepisc. Senonensi, Meldensi, Bellovacensi, Trecensi, Nivernensi, Suessionensi, Episcopis, Ingeranno de Codiciaco, Cambellano Regio, Adamo de Bellomonte, Guidone de Merevilla, Joanne de Bellomonte, Joanne de Osniaco, Petro de Viriaco, et Guillelmo Men.

Verum quid tum in castris ac exercitibus agerent Prælati, id est, Episcopi ac Abbates, instarne militum loricas induerent, ac præliarentur, vulgo quæritur. Sane constat, generatim loquendo, arma non tractasse, nec præliis interfuisse Prælatos : sed erant in castris, ut militare explerent servitium, cui erant obnoxii perinde ac Laici : cum et prædia ac feuda ut ii, possiderent, militaribus etiam adstricta muneribus, a quibus ne ipsi quidem immunes erant, cum a Regibus essent Ecclesiis oblata ac concessa, hacce apposita vel subaudita conditione, ne eorum servitium militare minueretur.

Castris præterea intererant Prælati, ut pro Rege ac patria militantes suis exhortationibus ad rem præclare gerendam accenderent, iisque benedictionis gratiam impertirentur, ac denique pro faustis rerum successibus Deum exorarent : vel certe ex iis seligebantur aliquot, qui id muneris implerent, præsertim, cum ex Synodo ann. 742. sub Carlomanno, prohibeantur Episcopi in *Hostem* et exercitum pergere, *nisi illi tantummodo, qui propter divinum ministerium, Missarum scilicet solennia adimplenda, et Sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi* erant. Quo spectant, quæ fautores Henrici V. Imp. apud Gerhohum Reichersperg. cap. 24. dicebant contra Pontificios : *Non est æquum, Sacerdotem Domini relicto verbo Dei ministrare mensis, aut litium sæcularium fieri cognitorem : quanto minus æquum est, ejusmodi relicto verbo Dei ductare militiam, castris interesse regalibus, aggerem comportare subvertendis urbibus, struere, per quæ homicidia frequenter fiunt, quæ si pro parte Regum imperantium interdum juste geruntur, Sacerdotem Dei talibus vel interesse fas non est, ne sancti violentur obtutus, nisi forte pro defensione patriæ ab alienigenis, ad cives cohortandos ejus præsentiam ad tempus necessitas expostulet, aut pro divinis rebus in castris regalibus agendis et consiliis salutaribus ministrandis, Sacerdotem Domini in commeatum pergere necesse sit.* Rogerus Hoveden. pag. 435 : *Eadnothus quoque Lincolniensis Episcop. et Wlsius Abbas, qui ad exorandum Dominum pro milite bellum agente convenerant, interfecti sunt* in prælio contra Danos. Auctor Gestorum Guillelmi Nothi Regis Anglor. pag. 201. narrans, ut prælio Senlaciensi, in quo Heraldus fusus est, Odo Bajocensis et Goisfredus Constantinus Episcopi interfuerint, cum multo Clero et Monachis nonnullis, *id collegium*, inquit, *precibus pugnare disponitur.* Et Ordericus Vitalis lib. 3. de iisdem pag. 501 : *Quorum officium erat pugnare precibus et consiliis.* Eodem pæne verborum contextu idem expressit Willelmus Britto lib. 8. Philipp. pag. 193. ubi de prælio ad Murellum :

> Intra Murellum cum Simone contulerant se
> Personæ primi multæ, pluresque secundi
> Ordinis, et Cleri quamplurima turba minoris,
> Arma, quibus tractare negat lex Ecclesialis,
> Qui sacra doctrinæ cælestis verba pluentes,
> Consilium præstant aliis, qui belligerantur,
> Et bello superant inimicos spirituali,
> Exemplo Moysis, etc.

Rigordus, ut Garinus Silvanectensis electus prælio Bovinensi interfuerit, commemorans, *Erat ibi*, inquit, *electus, non quidem ut pugnaret, sed armatus, exhortabatur et animabat ad honorem Dei, et Regni, Regis, et ad defensionem salutis propriæ.* Nangius in S. Ludovico pag. 376. de prælio ad Beneventum : *Guido de Bellojoco Autisiodorensis Episcopus, quo nullus in agmine manu promptior, si prælationis dignitate deposita, cum aliis pugnare liceret, et qui prius a summo Pontifice absolvendi potestatem acceperat, gratia benedictionis impertita, omnes ab omnium criminum suorum contaminatione absolvit, talem eis injungens pœnitentiam, ut in hostes ictus cum potenti dextera geminarent.* His consimilia habet Monachus Vallis Sarnei cap. 57. ubi de Episc. Cadurcensi, qui in prælliis contra Albigenses, *nostros hortabatur, ut viriliter se haberent, promittens firmissime, quod si tam glorioso certamine pro fide occumberent Christiana, redemptionem adepti peccatorum, omni statim gloria et honore coronati, mercedem reciperent sui certaminis et laboris.* Adde cap. 63. et 72. Rodericus Toletanus lib. 8. de Rebus Hispan. cap. 8 : *Toletanus autem et cæteri Pontifices per singularum civitatum, et singulorum Principum mansiones verbum exhortationis et indulgentiæ devotissime proponebant.* [Vide Synesium Epist. 121.]

* Feuda aliquando monasteriis data reperimus ea conditione ut monachum presbyterum præberent, qui divinum officium in castris perageret. Reg. feud. Aquit. sign. JJ. rub. in Cam. Comput. Paris. fol. 21 : r° : *Abbas monasterii de Blavimonte pro se et toto conventu ejusdem monasterii juratus recognovit, quod tenet, et sui antecessores tenuerunt ab antiquo in feodum immediate a domino rege Angliæ et duce Aquitaniæ, castrum de Blavimonte cum justitia alta et bassa et omnibus suis pertinentiis; et ipse abbas et conventus debent pro eo tradere dicto domino regi vel suo senescallo in Vasconia, si requirantur, unum commonachum eorum presbyterum, cum una equitatura et garcione suo, qui eat et stet cum eis ad eorum expensas, et celebret eis missas, et dicat horas, quamdiu eis placuerit.*

Verum etsi eo animo in castra regia sese conferrent Prælati, ut in ea deductis vassallis suis, pietatis officiis vacare debuissent : interdum tamen, ut erant animi magnitudine præditi, quique ex ingenito ardore toti Martem spirarent; vel certe, ut dum milites in ipso prælii procinctu adhortarentur, ab hostium munirentur jaculis et gladiis, loricas induebant. Sic Episc. Podiensem *vestitum lorica, et dextera manu Salvatoris lanceam tenentem*, et Cruce signatos adhortantem in bello sacro, describit Robertus Mon. lib. 7. Hist. Hieros. Sic apud Albericum in Chron. MS. ann. 1214. ubi de Prælio Bovinensi : *Frater Guarinus Silvanectensis Electus, non quidem pugnabat, sed eos animabat.* Sic Guidonem de Melloto Episc. Autisiodorensem Legati Apostolici fungentem officio, in prælio Beneventano Gallos ad rem bene gerendam excitantem, loricatum repræsentat auctor Historiæ Episc. Autisiodor. cap. 63 : *Cumque... starent acies hinc inde paratæ congredi, ipse erat armis intus divinis præcinctus, et exterius indutus militaribus, stans super Regis exercitum, salutaris exhortationis sermone præmisso, pro ipsis animandis ad pugnam, elevata manu loricata, Apostolica fretus auctoritate, omnes ab omnibus peccatis absolvit.* Et mox : *In quo congressu modestiæ pontificalis non immemor, nunc acies erumpendo, nunc equos hostium gladio prosternendo, nunc clamando et animando, gestu et linguæ redimebat officio : quod in*

Digitized by Google

personas hostium attentare propter irregularitatis periculum forsitan exponebat.

Gladium igitur vibrabat totus loricatus Antisiodorensis in hostium equos, non in ipsos hostes *modestiæ*, inquit Scriptor, *Pontificalis non immemor*, cum scilicet contra hostes præliari Sacerdotibus interdictum sit.

Pari sane, forteau licet generis alterius, excusatione se texit Philippus Drocensis Episc. Bellovacensis, qui dum loricatus prælio interest ann. 1196. ne Canonum oblitus videretur, clava hostes prosternere a Pontificali officio haud alienum putavit. Guillelm. Britto lib. 11. Philipp. pag. 237 :

Sic plerosque alios clava sternebat eadem,
Militibus super hoc titulum palmamque resignans,
Accusaretur operam ne forte Sacerdos
Gessisse illicitam, cui nunquam talibus inter
Esse licet, ne cæde manus oculosque prophanet.
[Non tamen est vetitum defendere seque suosque,
Dum non excedat positos defensio fines.]

At Episcopo ab hostibus capto, cum summus Pontifex de eo liberando cum Joanne Angliæ Rege ageret, *præcepit idem Rex*, ait Matth. Paris, *ob reverentiam Papæ, ut lorica Episcopi exuta, ipsi Papæ præsentaretur, et diceretur : Vide an tunica filii tui sit, an non ? Cui Papa : Non filius meus est, vel Ecclesiæ : ad Regis autem voluntatem redimetur, quia potius Martis, quam Christi Miles judicatur.* Et Cælestinus ipse Pontifex Epistola ad eumdem Episcopum, dum adhuc captivus teneretur : *Præsulem namque pacificum exuens Militem bellicosum induisti, clypeum pro infula, gladium pro stola, loricam pro alba, galeam pro mitra, lanceam pro baculo pastorali, ordinem rerum et seriem pervertens, temerarius bajulasti.*

Ita prorsus constat damnatos semper ab Ecclesia Prælatos ac Sacerdotes, qui præliis interfuere, licet bellicæ virtutis nomine interdum a Scriptoribus laudentur. Sed et Monachus Sangallensis lib. 1. de Carolo Magno cap. 34. ait, id solenne pæne fuisse Francis nostris, ut Clerici etiam militarent. *Quidam*, inquit, *Diaconus juxta consuetudinem Cisalpinorum contra naturam pugnare solitus, etc.* Admodum porro simile vero videtur Bellovacensem Antistitem clava usum in prælio, exemplo Christiani Moguntini Archiepiscopi, de quo ita Albertus Stadensis ann. 1172 : *Christianus Moguntinus Archiepiscopus Imperialis aulæ Cancellarius et Sedis Apostolicæ Legatus, cum Brabantinis per Lombardiam et Thusciam omnia depopulans, Bononienses invasit, et in equo residens, indutus thorace, et desuper tunica hyacinthina, habens in capite galeam deauratam, et in manibus clavam trinodem, ipse in eodem prælio dicitur stravisse novem homines propria manu.*

Fuit tamen, cum contra Paganos arma exercere fas esset, nec Canonum sanctis contrarium censuere Prælati ac Sacerdotes. Hinc passim bellis sacris, ipsisque interfuisse præliis, et in iis interdum cæsos legere est apud Abbonem lib. 1. et 2. de Bell. Paris. in Historia sacrarum expeditionum, apud Hovedenum pag. 635. Joinvillam nostrum pag. 50. 78. Rodericum Toletan. l. 8. cap. 3. 9. 10. Innocent. III. l. 15. Epist. 180. in Epist. Blanchæ Reginæ Franc. quæ habetur tom. 5. Hist. Franc. pag. 427. etc. Mitto porro Episcopos, qui posthabitis Ecclesiæ regulis arma induere, præliisque interfuere, ut Adolphus ille Markensis Leodiensis Episcop. apud Joannem Hocsemium cap. 22.

Eidem denique servitio militari Episcopos Anglicanos, post fusum Heraldum, expugnatamque majorem Britanniam, subdidit etiam Guillelmus Nothus. Matt. Paris ann. 1070 : *Episcopatus quoque et Abbatias omnes, quæ Baronias tenebant, et eatenus ab omni servitute seculari libertatem habuerant, sub servitute statuit militari, inrotulans singulos Episcopatus, et Abbatias pro voluntate sua, quot Milites sibi et successoribus suis, hostilitatis tempore, voluit exhiberi, et rotulos hujus Ecclesiasticæ servitutis ponens in thesauris, multos viros Ecclesiasticos huic constitutioni pessimæ reluctantes, a regno fugavit.*

Id tamen haud omnino in Anglia insolens ante Guillelmi ævum videtur fuisse : siquidem Statuta Edgari Regis Angliæ, *tribus tantummodo causis, secularibus obtemperare præceptis* Abbates jubent, *rata videlicet expeditione, pontis, arcisve constructione.* At hæc forte, subsidia militaria, non ipsa servitia spectant, a quibus sub ann. 1267. Anglici Clerici sese exuere conati sunt. Nam cum a Rege peteretur, *ut omnes Clerici tenentes Baronias, vel laicum feudum, personaliter armati procederent contra regios adversarios, vel tantum servitium in expeditione Regis invenirent, quantum pertineret ad tantam terram, vel tenementum :* ab iis responsum est, *quod non deberent pugnare cum gladio materiali, sed spirituali, scilicet cum lacrymis, et orationibus humilibus et devotis : et quod propter beneficia sua tenentur pacem manutenere, non bellum, et quod Baroniæ eorum ab eleemosynis puris stabilitæ erant, unde servitium militare non deberent*, apud Matth. Paris pag. 675. Vide Gul. Prynneum in Libertat. Angl. tom. 2. pag. 339. 1008. 1009. Atque hæc de Episcoporum expeditionibus, seu obligatione eundi in *Hostem*, dicta sufficiant, quæ forte licet prolixiora ; haud injucunda fortean lectoribus erunt, cum haud passim obvia ac trita sint.

Hostis sumitur interdum pro ea præstatione, quam tenentes ac vassalli domino exsolvunt in belli sumtus. Vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. sect. 3. cap. 7 : *Ost aucune fois est dit une aide de deniers, que le Prince de Normandie fet commander à fere et à lever par toute Normandie, selon la faculté et le poer de chescune personne. Et fet l'en tele aide pour aucune raençon fere, que il convient fere par le besoing et pour la nécessité del Prince et des Barons, etc.* Ejusmodi porro præstatio fiebat sæpe pro ipsa *Hostis* exemptione. Vetus Inquesta apud Louvetum tom. 2. Hist. Bellovac. pag. 384 : *Dicit quod Rex habet Communiam ad ducendam eam in chavalcatam, vel extra exercitum : et si non vult, accipit inde denarios : et audivit, quod aliquando inde Rex accepit mille quingentas libras, et aliquando minus.* Vide *Herebannum*.

* Quæ præstatio, *Auxilium* seu *Aide d'host* appellabatur, ut apertius docet eadem Consuetudo Latine scripta cap. 25. part. 1. ex Cod. reg. 4651 : *Exercitus autem quandoque dicitur Auxilium illud pecuniale, quod concedit princeps Normanniæ, facto exercitu per quadraginta dies servicio, baronibus et militibus* (ab eis) *qui tenent de eis feodum loricale, vel de tenentibus suis in feodo loricali.*

¶ Ad Hostem Solvere, in Codice MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 15. recto : *Solvit ad Hostem de argento sol. u. ad alium annum sol. 1.* Ibidem fol. 11. v° : *Mansos ingenuiles qui solvunt omni anno ad Hostem carra* VI. Passim occurrit ibi.

Hostis Temporalis. Capitulare 2. ann. 813. cap. 9 : *Habeant loricas, vel galeas, et temporalem Hostem, id est, æstivo tempore*, i. tempore definito, æstate scilicet, in exercitum pergant, in eoque permaneant.

* Hostis Mundana, Expeditio militaris quælibet ; quod sæculares principes spectet, sic dicta. Chartul. Celsinian. ch. 392 : *Si de illa substantia, quam monachi in illam mansionem aut in curtem miserint, aliquid, extra Hostem mundanam, per nullum* (ullum) *hominem perdiderint, quod ego eis faciam esmendam.*

Hostiaticum, Idem quod *Hostis*, seu necessitas eundi in exercitum. Charta Berengarii Regis Italiæ ann. 904. apud Ughellum in Episcop. Bergomensib. : *Nulla denique magna parvaque publicæ auctoritatis persona eos Hostiaticum facere compellat.* Statuta MSS. Caroli 1. Regis Sicil. cap. 104 : *La exception de Hostice, laquelle nos avons sovent en nos jugemens oï, nos la volons determiner. Doncques nos establissons premierement, que se aucuns soit ammonestez dou Roi, qu'il voise en l'ost, etc.*

Equitatio, Similiter. Charta Ludovici VII. ann. 1275 : *Præter jacere nostrum, exercitum, et Equitationem.* Alia ann. 1182. apud Hemeræum in Aug. Viromand. : *Homines Viriaci debent mihi tales exercitus et Equitationes, quales homines alii Viromandiæ, qui sunt in advocatiis meis.* Alia anni 1093. tom. 11. Spicilegii Acheriani : *Equitationem aut servitium exercitus, etc.*

Equitatura, Eadem notione, in Spec. Saxon. lib. 2. art. 11. et in Tabul. Monasterii S. Dionysii Novigenti f. 23. in Charta ann. 1223. apud Hemeræum in Augusta Viromand. pag. 213.

Equitatus. Tabularium Cluniacense Charta 335 : *Homines Monachorum debent Equitatum et exercitum.*

Cavalcata. Statutum S. Ludovici anni 1255. cap. 20. de Ballivis : *Cavalcatas extorquendæ pecuniæ causa non mandent, sed ex causa tantummodo necessaria.* Catalogus Militum, qui venerunt contra Comitem Fuxi ann. 1271. tom. 5. Histor. Franc. pag. 552 : *Hugo de Arpajone Baro dicit, quod ipse debet Dn. Regi homagium et sacramentum fidelitatis : ost seu Cavalcatam ex debito non debet, etc.* Statuta Monspeliensia Petri Regis Aragon. ann. 1204 : *Host et Cavalcatam habet Dn. Montispessulani.* Statuta Massiliensia ann. 1257 : *Cavalcatæ fient D. Comiti, et D. Comitissæ, ac eorum successoribus per 40. dies.* Vide Catellum in Hist. Tolosana pag. 36. Chronol. Episc. Lodovens. pag. 232. Occurrit crebro in Chartis.

Cabalicatio. Charta fundationis S. So-

Digitized by Google

veri in Vasconia apud Marcam. l. 3. Hist. Beneharn. cap. 8. n. 1. et cap. 11. n. 5 : *Nec in hostem, nec in Caballicationem esse ductores.*

Chevaucheia. Charta ann. 1227. ex Tabular. Campan. Thuano f. 182 : *Quod homines de Congi debent ire cum eo ad exercitum et Chevaucheias.* Ibid. fol. 323 : *Exemptio a custodia urbis, turris, et gabiolæ, et ab omni tolta, et demanda, Chevaucheia, et exercitu.* Diploma Edwardi I. Reg. Angliæ pro Prioratu de Ponte *Fermoy* in Hibernia, tom. 2. Monast. Angl. pag. 1045 : *Absque omni servitio et exactione... et absque... canes subjarnare, homines vel equos ire, vel mittere in exercitum, vel en Chevache*, id est, chevaucheiam. Vetus Consuet. Britanniæ art. 132 : *Il n'appartient pas à la femme aller en ost, ne en Chevauchie, où il y a fait d'armes.* Occurrit passim.

Hosticum, Hostis, exercitus, bellum, expeditio. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 68 : *Si Rex in Hostico, vel in ipso sit comitatu.* Perperam *hostio* scriptum pro *Hostico*, in cap. 80. Chronicon Andrense pag. 440 : *Constat, quia in Hostico multa flagitia patrata sunt.* Galli dicerent : *En cette campagne.* Andreas Marcianensis in Chr. ann. 1096 : *Eminebant in hoc Dei Hostico Dux Lotharingiæ Godefridus, et fratres ejus.* Laurentius Leodiensis in Hist. Episcopor. Virdunensium : *Quamobrem ipsam villam et Ecclesiam ab Hostico Episcopali contigit concremari.* Infra : *Rainaldus tristibus auditis mox contrahit Hosticum, etc. Hostici exceptionem opponere*, in judiciis, cum quis excusationem pro defectu allegat, in Constitut. Sicul. lib. 2. tit. 20.

Hostem Bannire, *adnuntiare, denuntiare.* Vide *Bannire*, in *Bannum* 1.

Hostiliter. Capitulare 2. ann. 813. cap. 10 : *Et unusquisque Hostiliter sit paratus, et omnia utensilia sufficienter habeant.* Capitul. Pipini Regis Italiæ cap. 37 : *Hoc anno veniant hostiliter in solatio, etc.* Hincmarus Laudunensis : *Et nunc in proximo, dum Hostiliter omnes banniti fuissent in Regis servitium.* Annales Francor. Bertin. ann. 867 : *Populus autem in hostem denuntiatus interim paratus domi resideat, usque quo si necesse fuerit, et Rex demandaverit, 8. Kal. Sept. Carnutum Hostiliter veniat.* Infra : *Et reliquum populum regni sui paratum esse præcepit, quatenus mox, ut ipse iusserit, præparati movere Hostiliter possint.* Anastasius Bibl. in Hist. Eccles. pag. 119 : *Et extertus Hostiliter castra metatus est.* Et pag. 146 : *Exierunt Hostiliter, et usque ad Longum murum venerunt.* Ubi Theophanes habet φοσσατικῶς : Galli dicerent, *En corps d'armée.*

Hostilitas, Bellum, tempus belli. Annales Franc. breves ex Monast. sancti Nazarii ann. 740 : *Sine Hostilitate ulla.* Ubi Annales alii, hoc ann. et 781. 790 : *Sine Hoste fuit hic annus;* ut ann. 750. *sine Hoste.* Concilium Vernense anno 755. can. 6 : *Nulla abbatissa... extra Monasterium licentiam habeat exire, nisi Hostilitate cogente.* Statutum Synodale de Treuga Dei, post Concilium Islebonense anno 1080 : *Cæterum in hac pace nullus, nisi Rex aut Comes, hujus patriæ cabullicationes, aut Hostilitatem faciat; et quicumque in caballicatione aut Hostilitate Regis fuerit, etc.* Adde Matth. Paris ann. 1070. Buzelinum in Gallo-Flandr. pag. 527. etc.

Hostilitium, sumitur pro præstatione ad bellorum expensas. *Hostilis exactio*, apud Hincmarum Remensem Opusculo 15. § 14. Chartæ Ludovici Pii et Caroli Calvi Imp. apud Hariulfum in Chron. Centul. lib. 3. cap. 2. et 7 : *Aut paratas, aut lidimonium, aut Hostilicium, aut alias quaslibet redhibitiones exigere aut exactare præsumat.* [Cod. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 58 : *Hubet Adalbertus in Belone mansum, solvit de Hostilicio denar.* VI.]

¶ Hostilaricium, Eadem notione. Idem Codex Irminonis MS. fol. 82 : *Amalbertus colonus... tenet mansum unum ingenuilem... excepto Hostilaricio solvit similiter et parvaretum.* [** Guerardo Boum præstatio in rem bellicam exsoluta.]

Hostilitium Solvere, quod appellabant *Matselde*, cum boves, aut minora pecora villici mactabant, alimento dominis futura, si placuisset uti; sin minus, pretium pro bubus offerebant. Ita Browerus lib. 8. Annal. Trevir. pag. 472. 1. Edit. ex veteri Glossario Prumiensi. Polyptychus Floriacensis : *Habet in illa villa factus, id est, mansus* 60. *solvit unusquisque de Hostilese, id est, pro bove sol.* 2. *et porcos* 2. *aut sol.* 2. *etc.* Infra : *Debet unusquisque pullos* 3. *cum ovis* 15. *de vino sext.* 12. *corbadas* 2. *unamquamque cum sex bovibus, et tertiam corbadam cum* 2. *pro Hostilitio den.* 19. *pro carropera den.* 3. Polyptychus S. Remigii Remensis : Teutlagius *ingenuus solvit in Hostelicia den.* 8. *pro bove aquensi den.* 1. *de ligno carros* 3. Alibi : Berlanus *solvit in corbo de spelta modios* 12. *in Hostelicia den.* 8. Occurrit ibi pluries. Charta Caroli Simplicis ann. 26. ex Tabular. S. Cornelii Compend. : *Dedimus nonam de Hostilitio, et decimam de teloneo mercatus nostri.*

Hostilense, Eadem, ut videtur, notione. Vita Aldrici Episcopi Cenoman. pag. 31 : *Et de omnibus redditionibus, quæ ab hominibus memoratæ matris Ecclesiæ recipiuntur, excepto Hostilense, id est, de bubus, et conjecto ad carros construendos.* Et pag. 144 : *De pastione, vini modios* 271. *de Hostilense, argenti solidos* 149. Vide Acta Episcoporum Cenoman. pag. 166.

Hostenditium, Hostenducæ, Germ. *Hostendienst*, Servitium bellicum, quod vassallus domino præstare tenetur : vel potius ea præstatio, quæ a vassallis domino fit pro *hostis*, seu belli sumptibus. Baratus e lib. 4. Feudor. tit. 48 : *Constituit Conradus in Hostenducis petendis, ut liceat dominis Hostenducias petere, nulla præscriptione obstante. Hostenducæ dicuntur adjutorium, quod faciunt vassalli, dominis Romam cum Rege in hostem pergentibus, quando cum eis non vadunt : verbi gratia in Longobardia* 12. *den. de modio* (terræ,) *in Theutonia tertiam partem fructuum facta computatione fructuum solummodo ejus anni, quo hostem faciunt.* Vide *Herebannum.* [** Lib. 2. Feud. tit. 40. § 3. tit. 55. § 1. Haltaus. Glossar. German. voce *Hersteuer* col. 888. et supra *Adoha.*]

Hostmannus, Vir militaris, qui *hostem*, seu servitium militare debet domino. Vide Foros Morlanenses sub finem apud Marcam lib. 5. Histor. Beneharn. cap. 1.

Hostisia, Hostisiare. Vide in *Hospes.*

* Hostispices, *Aruspices*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. quod *hostias* inspiciant.

¶ Hostitium, Hospitium, domus. Charta ann. 1273. apud Lobinellum tom. 3. Hist. Paris. pag. 25 : *In qua terra S. Mederici sunt quinque Hostitia cum eorum pertinentiis.* [** Polypt. Irmin. Br. 24. sect. 159 : *Hostitia* 4. *quæ solvunt denarios* 4. *unumquodque.*]

¶ Hostitor, *janitor, portitor.* Gloss. Isid. est *Ostitor*, pro ostiarius.

¶ Hostium, pro Ostium, sæpius occurrit; a porta nihilominus aliquid differre innuunt Instrumenta. Chartularium S. Vandregesili tom. 1. pag. 810 : *Dedi et concessi... totam partem illam domus meæ sicuti se præportat in longitudine et latitudine quæ est a clausura usque ad vivarium cum Hostio.* Charta apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 139 : *Concessit præfato Waltero, licenciam et legitimam potestatem omnes domos in dicto mesuagio jam ædificatas prosternendi, a summo usque deorsum, ac totum merremium, petram tegularem, et lapides murorum dicti mesuagii, cum portis, Hostiis, et fenestris, etc.* [* Vide supra *Hostiaria* 2.]

* Hostoarius, Avis venatoria, astur, Gall. *Autour*, alias *Hostouer.* Pactum inter comit. Montisf. et episc. Agen. ann. 1217. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 16 : *Dabit in mutatione comitis seu episcopi acaptamentum in recognitione dominii, unum Hostoarium.* Lit. remiss. ann. 1412. in Reg. 166. ch. 393 : *Symon de Boulainvillier escuier estoit appoyé à une haye, tenant son Hostouer sur son poing, ... ledit Houstouer vola jus de son poing.* Unde *Hostricier*, qui ejusmodi aves curat, in aliis Lit. ann. 1397. ex Reg. 152. ch. 278 : *Comme ledit Jehan eust veu Symon de la Mote Hostricier d'icellui nostre conseiller, etc.* Vide supra in *Astur* et *Hostorius.*

Hostolenses. Charta Caroli Simplicis, apud Catellum in Hist. Occitanica pag. 773 : *Si vero infra istas vel alias villas ejusdem Ecclesiæ homines Hostolenses vel Hispani fuerint, quicquid jus fisci inde exigere debet, totum ad opus sanctæ matris Ecclesiæ Narbonensis jure perpetuo concedimus obtinendum.* Ita in alia ejusdem Regis pag. 777. At in Charta Odonis Regis, descripta pag. 749. *Hostellenses* scribitur. Ubi *Hostolenses*, et *Hostellenses*, videntur dicti *hospites*, seu advenæ ac peregrini.

¶ Hostorium, *Lignum quo modius æquatur*, Prisciano. Joannes de Janua : *Hostiorium, lignum cum quo modius vel sextarius adæquatur, illud videlicet lignum quod ducitur super mensuram, ut si quid ibi superfluum est removeatur, et si quid deest suppleatur.* Acta Coronationis Maximiliani in Regem Romanorum : *Intrans avenam cum equo suo usque ad pectus equi, habens unum modium et Hostorium, sive baculum argenteum in manu sua ad mensurandam avenam.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Hostorium, Ratoere à rere blé que l'en mesure.*

¶ Hostorius, Avis venatoria, Astur, Gall. *Autour.* Computus ann. 1202. apud

Digitized by Google

D. *Brussel* de Usu feud. tom. 2. pag. CXC : *Renaudus falconarius, pro duobus Hostoriis et uno falcone, et pro custode a prima die Martii usque ad festum S. Johannis de* VIIX. *diebus*, V. *diebus minus*, IX. *l. et* XI. *s. et* VIII. *d. Hotoier*, in eodem Computo pag. CXLVI : *Symon Lambequinus et Joannes, et* VI. *Hotoiers et* VII. *falcones*. Vide *Hostricus*.

¶ **HOSTREANTIA**, Præstationis species quæ domino feudali debetur; eadem videtur quæ pro facultate seu consensu, quem dominus præstat vassallo, pro alienando feudo, exsolvitur : forte a Gall. *Octroier*. Charta Oliverii Abbatis S. Johannis Angeriac. ann. 1298 : *Omnes vendæ, et Hostreantiæ ac honores, devestitiones et investitiones et jus eorumdem Abbatis et Monasterii prædictorum in solidum sunt et erunt*. Vide in *Laudare* 5.

¶ **HOSTRICLINIUM**, f. pro *Austriclinium*, Conclave versus Austrum; si tamen legendum non est *Claustriclinium*. Epistola Petri Canonici Noviom. ad Eustachium Abb. S. Eligii ann. circiter 1120. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 668 : *Sequenti igitur feria Sanctimoniales civitatis videntes per sanctum Hostriclinium pluviam non cessasse, similiter asserentes se reliquias supradictæ Potestati assignatas habere, iterum per præcones et tubicines indicto jejunio, plebe adscita, suam iteratæ sunt processionem*.

* Nomen corruptum cujusdam sancti presbyteri Lemovicensis, qui *Austriclinianus* appellatur.

¶ **HOSTRICUS**, Idem quod supra *Hostorius*. Charta ann. 1425. apud Kennett. Antiq. Ambrosden. pag. 569 : *In capite per serjantiam mutandi unum Hostricum domini Regis, vel illum Hostricum portandi ad curiam domini Regis*.

HOSTULARIUS Lapis, apud Joannem de Beka in Egilbodo Episcopo Traject. 13. Locum vide in *Superaltare*.

HOTCHPOTH, Vox fori Anglici, significans rerum hæreditarium et bonorum collationem inter fratres, quorum alii vivente parente per donationem propter nuptias partem jam adepti sunt, qui si ad paternam successionem accedere volunt, tenentur res donatas in commune conferre, ut inde cum aliis fratribus, quibus nihildum in partem cessit, legitimam jure ipsis debitam auferre possint. Nostris *Rapport de mariage*. Est autem *hotchpoth* vox mere Gallica, quæ escariam ollam motatam, versatam et concussam significat, aut certe ejusmodi condimentum, quod in olla ex pluribus carnibus et escis invicem mistis et confusis conficitur. Vide Littletonem sect. 267. 268. etc. Rastallum, et verb. *Faderfium*. [** Placit. ann. 2. Edward. I. in Placit. Abbreviat. pag. 274 : *Fulco frater ejusdem Henrici, qui habuit custodiam dicti Henrici ex dono Reginæ concedit quod omnia tenementa quæ tenet de hereditate fratris sui una cum dote Aliciæ uxoris ejus ponantur in Hochepot, et quod Fulco habeat 2. partes et Alicia terciam, etc.*]

* **HOTELLUS**, Mensuræ frumentariæ species, Gall. *Hostiel* vel *Hotiel*. Charta pro monast. S. Nicolai prope Tornacum ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 523 : *Legaverunt sex rascrias et tres Hotellos avenæ*. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 123. ch. 221 : *Comme..... Pierrart de la Croix eust demandé à l'exposant l'argent pour le cuisage de sept Hostiaux de pain, montans environ trous solz Tournois, etc.* Charta ann. 1408. in Reg. 163. ch. 143 : *Pour six cent de terre ou environ.... doit par an quatre Hotiaux et le comble d'un Hotiel d'avoine*. Vide supra *Hota*; unde fortassis *Hotellus*, quantum sporta dossuaria ferri potest. Vide *Hotus*.

¶ **HOTOIER**. Vide *Hostorius*.

HOTOLBENDER. Andreas Suenonis lib. 4. Legum Scaniæ cap. 8 : *Si qui vero ad emptionis vel alterius acquisitionis se converterit allegationem, ne bonis careant, quæ aliorum villæ sic ostensum est adjacere his, qui tali remedio possessionis commodum sunt adepti, sacramentum defensionis per seipsos singulos primo permittuntur inchoare, deinde semel tantum per undecim, quos Hotolbender lingua materna nominat, adimplere*.

¶ **HOTUS**, Mensura frumentaria, forte pro *Hodus*. Charta Roberti Frisii Comitis Flandriæ ann. 1085. apud Miræum tom. 2. Diplom. Belgic. pag. 1137 : *Ad hospites recipiendos centum et sexaginta Hotos avenæ, et novem libras*. Vide *Havotus*.

HOVA, Hovastat. Vide *Huba*.

* **HOUALES**, Qui tenent curiam, iidem qui nostris *Scabini* dicuntur. Diar. Frat. Minor. in Wisby Gotlandiæ apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 196. ad ann. 1416 : *Obsederent famosissimum castrum Marieborgh et alia castra, per proditionem Houalium et civium eo tempore obtinuerunt etc.* Vide *Houetmanni* et in *Huba*.

HOVAWARTH, [Custos curtis.] Vide in *Canis*.

¶ **HOUBA**. Vide *Huba*.

¶ **HOUCELLUS**, Ocrea, Gall. *Bottine*. Arrestum Parlamenti ann. 1377. ex Tabul. Sangerm. : *Quod secundum antiquos usus et observantias ipsius Monasterii consueverint... percipere et habere per manus merariorum dicti Monasterii . . . frocos et cucullas de broella, botas, ocreas seu Houcellos*. Vide *Osa*.

HOUCIA. Vide *Housia* et *Osa*.

¶ **HOVELUTE**, Homines proprii. Liber redituum Episcopalis apud Schilter. in Gloss. Teuton. : *Item homines jure proprietatis eidem curiæ attinentes, qui vulgariter dicuntur Hovelute, tenentur ad annuam contributionem duabus vicibus in anno, videlicet in Februario et Automno*. A Teuton. *Hof*, *hove*, proprie Proaulium, item et Curtis, curia, prædium.

¶ **HOVERISS**, Curtis ruptura. Vide *Oberns*.

* **HOVER-JUNGEREN**. Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 676. col. 1 : *Sciendum est quod quæcumque feminæ ecclesiæ nostræ proprios servos duxerint et ex illis filios genuerint; quod illi filii omnibus diebus vitæ suæ servi permanebunt nostri, qui vulgo vocantur Hover-jungeren*. Vide in *Huba*.

* **HOVESTAT**, in iisdem Gloss. ibid. pag. 671. col. 1 : *Aream appellamus Hovestat*. Vide *Hovastat* in *Huba*.

* **HOVET-LUDE**, Idem quod *Hovelute*, ibid. pag. 684. col. 1 : *Homines illuc attinentes, qui appellantur Hovet-lude, alibi commorantes, solvunt de capitibus suis annuatim, vel circiter hoc, quæ infeodata est*.

HOUETMANNI : Sic judices Groningani appellantur, quos circa ann. 1400. colligendo tributo per agros præfuisse, quemadmodum per urbem Consules, docet Ubbo Emmius in Groninga pag. 78. 82. 173. ubi et *Cameræ Houetmannorum* meminit.

¶ **HOVIA**, Hovina. Vide *Huba*.

* **HOULA**, Ludi genus, quo globulus ligneus clava propellitur. Lit. remiss. ann. 1152. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 509 : *Cum habitatores Fontanæ-burgi.... in mediis campis.... congregati ad quemdam ludum, vulgariter nuncupatum o Houle, fuissent, etc.* Sed legendum forte unica voce *nuncupatum choule*. Vide supra *Choulla*. *Hoole* vero et *Heulle* partem cultri vel securis aversam, quam vulgo *Dos* appellamus, significare videtur, in aliis Lit. ann. 1426. ex Reg. 173. ch. 401 : *Icellui Colot tira un coustel à charreton qu'il portoit, et en frappa icelle femme du Hoole en la temple*. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. ch. 34 : *Icellui chevalier donna audit Pierre un cop ou deux du Heulle d'une hache ou congnié, et si lui donna un autre cop du taillant*.

¶ **HOULARIA**. Vide in *Hublæ*.

HOULKENHINE, [Familiaris, domesticus famulus.] Vide *Agenhine*.

* **HOUPETA**, Paniculus, vestis ornamentum, Gall. *Houppe*. Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1506 : *Item cuidam mulieri pro refectione 48. Houpetarum servientium indumentis puerorum, pro qualibet 2. sol. et pro aliquibus fringiis sericis simul, 100. sol.* Lit. remiss. ann. 1469. in Reg. 196. Chartoph. reg. ch. 163 : *Lequel se print à la Hoppe de la robe d'icellui Remonte, etc.* Neque aliud esse videtur *Hurcoite*, in aliis Lit. ann. 1418. ex Reg. 171. ch. 251 : *Lequel Bosquet prist icellui Jehannin par la Hurcoite de son auberjon et de sa houpellande*.

* *Houppegny* vero, Furtum subdolum plebeio sermone significare videtur, in Lit. remiss. ann. 1403. ex Reg. 158. ch. 25 : *Alard Remons clochemant de l'église de S. Quentin en Vermendois et Gerart Casse aussi clochemant de la dite église, se complaignoient l'un à l'autre de ce que il leur sembloit que le séneschal de la dite église, avoit mal paié leur salaire ou desserte de deux solz ou environ;... icellui Alard dist,... quant le Camus clochemant vivoit, et on lui faisoit ainsi, il s'en savoit bien récompenser;.... il faisoit le Houppegay, et des cierges que il alumoit, il en ostoit chacun un pouche ou deux au dessus, et ansi se paioit d'eulx*.

¶ **HOUPPELANDA**. Vide in *Hopelanda*.

* **HOURDAGIUM**, a vulgari *Hourdage*, Tabulatum, quod ex *Hurdiciis* seu cratibus ligneis compingatur, sic dictum, Gall. *Echafaut*. Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1519 : *Carpentario, pro Hourdagiis factis in circuitu Crucifixi, vj. lib.* Vide infra *Hourdum*.

* **HOURDARE**, Cratibus seu alio quovis

Digitized by Google

sepimento munire, Gall. *Horder*. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 109 : *Cui Aymerico miles prænominatus sic respondit : Expecta, ego te alibi reperiam, ubi tu non eris ita fortis seu Hourdatus; cum dictus Aymericus foret quodam dumo tunc temporis circumdatus et inclusus, propter quod ipsum nequibat attingere aut ad eum accedere quoquo modo.* Villehard. paragr. 122 : *Li Grieu si recommencierent la ville à Rehorder ..... Ne onques nulle ville ne fu si bien Hordée.* Vitæ Patrum MSS. :

Qui de long garde, de près got,
Et qui bien se Horde et clot,
Si puet dormir seurement.

* Hinc *Se Hourder de compaignon*, Aliorum comitatu et subsidio se munire. Lit. remiss. ann. 1413. in Reg. 167. ch. 134 : *Icellui Simon se Hourda de compaignons garniz de plançons et autres bastons et lui d'un arc.* Unde *Hourdé*, Instructus, onustus, Gall. *Garni, chargé*, in aliis ann. 1415. ex Reg. 169. ch. 60 : *Gens d'armes très bien garniz et Hourdez de pillaige.* Vide infra *Hurdare*.

* **HOURDUM**, Tabulatum, Gall. *Echafaut*, alias *Hourt*. Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1367 : *Item datum pro sex fracchinellis pro Hourdo ligando, viij. solidos .... Item pro cordis pro le Hourdich ligando, etc.* Alius S. Vulfr. Abbavil. ann. 1455. fol. 9. r° : *A capellanis hujus ecclesiæ pro parte sua Hourdi ludi Passionis, et doni lusoribus dicti ludi dati, iiij. lib. xvj. sol.* Reg. S. Petri Duac. ad ann. 1472. ubi de solemni ingressu Duacum Caroli ducis Burg. fol. 110. r° : *Et y avoit, tant en ladite rue Nostre-Dame comme au marchié, neuf Hours, où avoit les neuf histoires des neuf preulx par seignement sans parler.* Chartul. Corb. sign. *Cæsar* fol. 106. v° : *A esté donné congié .... pour faire ung Hourt sur rue, et pour dansser et faire la feste Dieu et monsieur S. Vaast.* Occurrit præterea apud Math. de Couciaco in Carolo VII. pag. 670. ut et pro scamno seu sedili, ibid. pag. 666. et 669. Vide supra *Hourdagium*.

* **HOURIUM**, Districtus vel septum. Vide supra *Hourdare*. Libert. loci de Insula ann. 1309. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 365 : *Nec pedagium seu barragium in Hourio castri et castellaniæ de Burdelia solvere compellantur.* Nisi legendum sit *Honrio*, per compendium scripto, pro *Honorio*. Vide supra *Honorium* 1.

¶ **HOUSABOLD**, Idem quod mox *Housebote*. Monast. Anglic. tom. 3. pag. 633 : *Et similiter concessionem quam idem Willielmus de Lancastre fecit eisdem* (Abbati et Canonicis de Cokersand) *et eorum tenentibus villæ de Gairstand, tam qui essent, quam qui fuerunt, de Housabold et Hoybold cum omnibus aliis libertatibus eidem villæ pertinentibus.*

HOUSEBOTE, Lignum, quod ex indulgentia Legis conductori de conducto prædio succidere et asportare licet in ædium, sepium, aratrique sui refectionem, etiam ignis submini strandi gratia. Charta Feodi pag. 163 : *Et habebat idem B. Housebote, haybote, cartbote de arbore et boscis dicti manerii competenter, ac etiam firebote rationabile de ramis et scissione arborum, absque projectione vel cimatione earumdem, et absque vasto seu destructione faciendo in eodem manerio, etc.* [Charta ann. 1262. apud Kenett. in Antiquit. Ambrosden. pag. 259 : *Concessi etiam prædictæ Aliciæ heybotum et Housbotum in dominicis boscis meis de Acle.* Alia ann. 1363. ibidem pag. 497 : *Dicunt etiam quod de antiqua consuetudine habent Housbote et haybote in bosco domini.*] Vide Dugdalum in Antiquitatib. Warwicensib. pag. 665. et Rastallum in hoc verbo; et supra in *Haga*, *Haybote*.

* **HOUSELLUS**, Tibiale, crurale, caliga, Gall. *Houseau. Huese*, apud Villehard. paragr. 116 : *Marchuflex chauça les Hueses vermoilles. Une Hueses de chienc sols*, in Ch. ann. 1286. ex Chartul. Namurc. in Cam. Comput. Insul. fol. 42. v°. Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 433 : *Cum dictus exponens emisset certam quantitatem Housellorum sive estivalorum, quorum aliqui erant perfecti et aliqui perficiendi.* Aliæ ann. 1358. in Reg. 87. ch. 62 : *Cum Gauffridus Gassini a patre suo instanter petiisset, ut quædam tibialia vel Housellos eidem habere faceret, ... pro eundo in quadam equitatura seu exercitu, etc. Triquehouse*, eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1459. ex Reg. 189. ch. 380 : *Deux Triquehouses de blanchet, que le suppliant avoit enrollées autour de ses jambes.* Hinc *Houser*, ejusmodi caligas induere. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. ch. 84 : *Ilz furent d'accord que ledit Anthoine se Houseroit et esperonneroit et feroit semblant d'aler dehors.* Aliæ ann. 1474. in Reg. 195. ch. 1520 : *Ainsi que le suppliant estoit en l'ouvrouer d'un cordouennier pour soy Houser pour aller au gibier, etc.* Unde *Deshouser, Housellos* exuere. Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 164. ch. 7 : *L'exposant se feust devestu et Deshousé, etc.* Aliæ ann. 1410. ibid. ch. 205 : *En laquelle hostellerie, après que le suppliant se fut logié et qu'il ot esté Deshousé, etc. Desoucer* vero, pro Spoliare, diripere, inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 267 :

Cofic de Grolée Humbert,
Qui conduisoit Cadey Bernert
Frere du comte d'Armignat,
Et Emery de Severat,
Qui ont le pays Desoucé,
Et mis du tout en poureté.

Vide *Osa*.

* **HOUSERE**, Instruere, munire. Reg. Phil. Aug. sign. 34. bis in Chartoph. reg. part. 1. fol. 95. v°. col. 2 : *Magister Mathæus et Alardus habebunt if°. lib. Paris. pro .... faciendis les bars super quatuor tornellas et propter illas tegendas et Housendas et porta tegenda de tegula ..... Et facient palicium fossati xij. pedes altitudinis super terram et posternam, et debent Housour extra, etc.* Nisi sit pro Tegere, operire, a veteri Gallico *Houchier*, eo intellectu. Vide mox in *Housia*.

HOUSIA, Houcia, Tunica talaris, Gall. *Housse*, quam vocem vulgo tribuimus equorum instratis, vel lectariarum cortinarum stragulis. Statuta Collegii Navarræi Paris. apud Joannem Launoium in Hist. ejusdem Collegii : *Nullus habitum deferat, nisi tabaldum seu Houssiam longam de bruneta, etc.* Occurrit ibi pluries. Statuta synodalia Guillelmi Majoris Episcopi Andegav. ann. 1298 : *Inhibitum, ne Abbates, Monachi, Priores, et alii Religiosi ... Houcias et clochas deferre præsumerent.* Statuta Synodalia Joannis Episcopi Leodiens. : *Præcipimus, quod nec monachi nigri, nec Canonici regulares in Hissis* (sic in MS.) *vel tabardis equitent.* Charta fundationis Domus Dei Tornodorensis ann. 1293 : *Et cum domum exierint, superpellicia, vel capas clausas, vel Houcias deferant.* [Testamentum Remigii de Summa vera ann. 1360. ex Tabular. Capellæ S. Yvonis Paris. : *Item Jacobo Redello suam capam cum Houcia curta et capucio fourrato de variis.*] Occurrit pluries, præcipue in Ordine, quem tenet Universitas Paris. in delatione Corporum Regum Franciæ in libro viridi Novo Castelleti Paris. fol. 47. Vide *Herga*.

¶ Hucia, Hussia, Eadem notione. Fundatio Collegii Plessæi ann. 1326. apud Lobinel. tom. 3. Hist. Paris. pag. 376 : *Theologi vero et Canonistæ Hucias longas, et Baccalarii cappas habeant honesti coloris.* Statuta ejusd. Collegii ann. 1466. ibid. pag. 382 : *Ordinamus quod vos omnes et singuli habeatis longas Hussias sive cappas honesti coloris.* Adde pag. 389.

* Stat. eccl. Attrebat. cap. 1. ex Cod. reg. 1610 : *Ad sanctam synodum honeste veniant; prælati videlicet ... seculares supertunicalibus et wardecorsis induti, clausis vestimentis, puta Houciis vel in capis.* Comput. MS. ann. 1239 : *Pro burellis ad Houcias ad equos stabulorum, xxvij. lib. Houce*, in Stat. ann. 1363. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 648. art. 10. *Togam, scilicet Housse*, in Officiar. curat. diœc. Claromn. ann. 1490. *Housselin*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1399. ex Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 168 : *Trois quartiers de drap avec un Housselin de cendal rouge à une manche brodée.* Quomodo etiam legendum puto pro *Haneselin* vel *Haveselin*, in aliis Lit. ann. 1403. ex Reg. 158. ch. 72. *Houe de burel*, in Ch. ann. 1384. tom. 2. Probat. hist. Brit. col. 484. Denique *Houche* apud Reclus. *de Moliens* MS. :

Houches, mantaus, chappes fourrées.

Hinc *Houchier*, pro Operire, in Stat. ann. 1390. tom. 7. earumd. Ordinat. pag. 565. art. 11 : *Que nulz ne puist Houchier archons aucunement de cuir de mouton.*

* Ejusdem quoque originis vox *Houspaillier* et *Houspouillier*, Calo, prædator, spoliator. Lit. remiss. ann. 1481. in Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 745 : *Aucuns mauvais garsons, pillars et Houspailliers, etc.* Math. de Couciaco in Carolo VII. pag. 540 : *Mille hommes de guerre, ou plus, tous gens de bonne étoffe, sans les Houspouilliers, fouragers, et autres gens de petit estat.* Inde etiam *Houspigner*, vulgatius *Houspiller*, Aliquem agere, per vestem apprehendere et succutere. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 112. ch. 45 : *Coleçon Lambin et Martinet vindrent courir sus audit Raguet et tellement le Houspignerent par le chaperon, qu'il perdit léans sondit chaperon. Hubillier*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1467. ex Reg. 195. ch. 43 : *Lesquelz compaignons s'avancerent ..... de*

Digitized by Google

Hubillier, tirer et sacer Jehanin le Bouchier pour prendre et avoir sa bourse. Idem sonat *Hurtepiller*, in aliis Lit. ann. 1418. ex Reg. 170. ch. 227 : *Colard Milon et Jehançon Colard se Hurtepilleront eulz deux, tellement qu'ilz cheirent touz deux à terre. Houssepiller* vero, pro Vexare, molestare, in aliis Lit. ann. 1454. ex Reg. 184. ch. 463 : *Jaques le Leu dist aux supplians que se il les avoit Houssepillié, encores les Houssepilleroit il.*

HOWSEBODING, Anglis, est crimen supra ædium expilationem, id est, diurna irruptio in domum, vel tentorium alterius, et bonorum subductio, dummodo aliquis in domo vel tentorio tum præsens fuerit. Cowellus lib. 4. tit. 18 §. 23.

¶ **HOYBOLD**, Jus percipiendi necessarium lignum ad faciendas *hayas*. Locus est in *Housabold*. Vide *Haybote* in *Haga*.

HR. Vide *Æra*.

HRÆFAWNT, Hrefwnt, Ventris seu alvi vulnus : ex Saxon. h r i f, seu a prisco Germ. *Href*, vel *Hreve*, venter, alvus, et Saxon. w u n ð, seu Germ. *Wunt*, vulnus. Lex Bajwar. tit. 3. §. 6 : *Si cervella in capite apparent, vel interiora membra plagata fuerint, quod Hræfawnt dicunt, cum 12. sol. componat.* Ubi Editio Heroldi cap. 5. tit. 6. *Hrevawnt* habet. Lex Aleman. tit. 65. §. 25 : *Si autem interiora membra vulnerata fuerint, quod Hrefwnt dicitur.* Eadem Lex Bajwar. tit. 1. cap. 6. § 2 : *Et quanti homines ibi intus fuerint,* (sub incenso culmine) *et inlæsi de incendio evaserint, unicuique cum sua Hrevawnti componat.* Ubi Editio Heroldi *Hrævaunta* habet : quo loco, si bene auguror, incendiarius unicuique homini componit, tanquam de vulnere in alvo accepto. Vide Notas Baluzii ad Capitular. pag. 1008. 1014. 1017. [** et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 1153.]

HRANNE, Grex porcorum : vox ex Latina *Hara*, quæ idem sonat, formata : unde etiamnum *Renne*, pro grege, Antuerpianis, uti habet Wendelinus : et *Rannen*, gregatim procurrere. Lex Salica tit. 2. § 1 : *Si quis porcellum lactentem furaverit de Hranne prima aut mediana, etc.*

☞ A scopo aberrasse Cangium nostrum, allosque omnes qui hujus vocis etymon hactenus quæsiere scribit Eccardus in notis ad titulum laudatum; existimatque vir eruditus vocem esse Germanicam, jam quidem obsoletam, olim tamen non infrequentem. *Rennen* autem pro coire sumitur apud Germanos, unde porcellus de *Rhanne prima* aut *mediana* sive altera, inquit ille, est porcellus ex primo vel secundo coitu seu fœtura scrofæ ortus. Quæ quidem sententia eo probabilior fit, quod lex, ut ipsemet observat, neque de porcis pinguefaciendis, neque de gregariis mentionem faciat. [* Interpretationem Eccardi omnino confirmat Glossa codicis Estensis apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 286. ubi *de Chranne prima* dicitur, id est, *de primo partu*. Vide *Cranna*.]

HREDIGE. Leges Adelstani apud Greateleiam cap. 16. ex Bromptono : *Item diximus de illis latronibus, qui in Hredige nequiunt culpabiles inveniri.* Ubi Somnerus ex textu Saxonico restituit h r æ d i n g e, id est, *in præsens, in promptu* : nos diceremus, *Sur le champ*. Ejusdem Glossarium : H r æ d i n g e, *brevi, cito.*

HRINGUS, Ringus : Ita olim Avares seu Hungari castra sua appellabant, quod in circuli modum circumducta essent, a voce Saxon. h r i n g, et Germ. *Ring*, circulus, orbis, annulus : seu quod revera *Hringus* fuerit is *circulus*, quem et *Hagin* vocabant, intra quem sese continebant Hungari, ut in *Haga* docuimus : a qua quidem voce Germanica, deductam investiturarum formulam, *Par Rhin et par baston*, censet Cujac. ad lib. 2. Feud. tit. id est, *per annulum et virgam*, tametsi id jure controverti potest. Annales Francor. anno 796 : *Sed et Heirtsus Dux Furjulensis missis hominibus suis cum Wonomiro Solavo in Pannonias, Hringum* (al. Hrigun) *gentis Avarorum, longis vero temporibus quietum, civili bello fatigatis inter se Principibus, spoliavit.* Annales Eginhardi : *Spoliata Hunorum Regia, quæ Ringus vocabatur.* Et mox : *Hunis trans Tisam fluvium fugutis, eorumque Regia, quæ, ut dictum est, Ringus, a Langobardis autem campus vocatur, ex toto destructa, etc.* Poeta Saxon. lib. 3. ann. 796. vers. 15 :

> Nam spoliata fuit Hunorum Regia, Hringum
> Quam vocitant.

Mox, vers. 32 :

> ... A Francis Hunorum Regia tota
> Est æquata solo, quam Hringum diximus ante.

Annales alii a Lambecio editi lib. 2. Comment. de Biblioth. Cæsarea pag. 379 : *Pervenit ad locum, ubi Reges Avarorum cum Principibus suis sedere consueverant, quem et in nostra lingua Hringe nominant, etc.* [Ubi hæc addit eruditus Editor : *Hringe sive Ring vocabulum est mere Germanicum, et significat hic locum rotundum sive orbiculatum in meditullio castrorum, vel munimenti vel consessus alicujus situm, quem honoris et securitatis causa Rex cum optimatibus suis obtinet.*] Eadem habet Chronicon Moissiacense ann. 796. præterquam quod pro *Hringe*, *Kinno* præfert, ubi *Kinno* forte est *Regia*, ex Saxon. K y n et K y n n e, regius. Unde fortean etiam dicta urbs Danica *Ryngstadium*, de qua Saxo Gram. lib. 13.

* Ex his manifestum est quam ridicule Monachus Engolismensis *Ringum* in ejusdem nominis ducem Avarorum transformaverit, apud Duchesn. tom. 2. pag. 78 : *Henricus autem dux Furjuliensis misso in Pannoniam Wonomirro Sclavo principe suo, Ringum ducem Avarorum interficere jussit.* Cons. D. *Le Beuf* tom. 2. Dissert. pag. 403.

Ex allato porro Eginhardi loco docemur castra sua *Campum* appellasse Longobardos : quod etiam apud nos obtinet. Castra enim *Camp* dicimus. Acropolita cap. 85 : Καὶ πλησιάζοντες εἰς τὴν πόλιν, ὥρμησαν εἰσελθεῖν, ἀλλὰ τὰ Ρωμαϊκὰ στρατεύματα τοῦτο γνόντες, πῦρ ταῖς εἰκίαις τῶν Λατίνων ἐνέβαλον περὶ τὸν αἰγιαλὸν κειμένας, καὶ ἐνέπρησαν ταύτας, πρῶτα βενεκῶν, εἶτα τῶν ἄλλων γενῶν, ὃς Κάμπους ὀνόμαζον.

¶ **HROBATEN**. Vide *Hropant*.

HROCCUS, [Vox Germanica significans supremam vestem.] Vide *Roccus*.

HROPANT. Lex Bajwar. tit. 3. § 8 : *Si eum per vim implexaverit, et non ligaverit, quod Hropant dicunt, etc.* Ubi Editio Heroldi, *Hrobaten*, alius Cod. *Hroupant*, præfert. Spelmannus : *Rape*, Angl. r a f e, Saxonibus, *funis* : et si *Hropant* referatur ad *ligaverit*, sensus perspicuus est : sin ad *implexarit*, quod rectius videtur, alius quærendus est, et hic me fugit, ni dicatur ex Saxonico r a e p a n, *intercipere.*

¶ **HRUOTLONGE**, Bovis pulmo, a Germ. *Rint*, vel Belgico *Runt*, Bos, et *Lunge*, pulmo. Eginhardus Epist. 23 : *Boves vero qui occidendi sunt, volumus ut facias ad Ludivacam venire, et ibi occidere. Unum ex his volumus ut dari facias Hruotlonge, et illa minutalia atque interranea, quæ ad nostrum opus servari non possunt, volumus ut dentur ad illam familiam quæ ibidem est.* [** Edit. Teulet. *Ruotlouge;* nomen proprium viri aut feminæ, cujus prima pars *hruot* est Rumor, gloria.]

¶ **HUABA**. Vide in *Huba*.

* **HUALE**, an Radius, Gall. *Rayon?* Reparat. factæ in senesc. Carcass. ann. 1435 : *Item pro ponendo in una rodu dicti molendini unum Hual fusti bonum et sufficientem, etc.*

* **HUANARIA**, f. Locus aquifoliis, Gall. *Houx*, consitus. Charta pro monast. Pisciaci ann. 1317. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 92 : *Item super redditu Huanariæ pro toto ad S. Michaelem xij. denarios.* In Lib. rub. Cam. Compat. fol. 433. v°. col. 1 : *Bolleria et Huenuerta.*

HUANUS, Avis species, quæ in altum volat, apud Fridericum II. lib. 2. de Venat. cap. 54.

* **HUARE**, Habere, ab Occitanico *Havoir*, pro *Avoir*, inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 3 :

> Et præsentibus inde totis gentibus illis
> Quæ regis jus Huant, et causa placitata
> Ad longum, etc.

HUBA, Hoba, Hova, Hobunna, etc. Modus agri cum habitatione coloni : *Colonia*, uti exponitur in *Hobunna*, mox; *Prædium*, uti in veteri membrana apud Browerum lib. 3. Antiq. Fuldens. cap. 11 : *Numerus mancipiorum 254. villarum 23. prædiorum, seu Hubarum, 170.* Alia apud eumdem pag. 266 : *Optimos extinde sibi excepit mansos, eosque pro beneficiali jure in suos hæreditavit filios, ita ut aliqua villicatio plures amitteret Hubas, quam retineret.* [Vita S. Eberhardi tom. 2. Aprilis pag. 503 : *Ecclesiam in Matokial cum omnibus ad ipsam pertinentibus, videlicet Hubis, decimis.*]

Tradit Vadianus *Hobam fundi partem significare, maxime pascuam*, hodieque vulgo *Huob* appellari. Glossarium Latino-Theotiscum *mansum*, cum *hoba*, confundit. At ex infra laudandis Chartis aliud fuit *Hoba* a *manso* : siquidem *mansus* aliquot *hobis* interdum constitit : sed et *hobæ* ut plurimum *terra arabili* constitere, interdum et silvis.

☞ Et quidem *Hubarum* nomine terras arabiles designatas fuisse manifestum est ex Vita S. Udalrici Episc. Augustod. sæc. 5. Bened. pag. 459 : *Nisi* xx. *Hubas extra traditionem dimisit, et eas servituti sancti Magni ad Fauces descrevit, canonicisque placavit ut potestatem haberent, si vellent, easdem Hubas* xx. *cum* x. *in ista pro-*

Digitized by Google

vincia in bono loco sitis Hubis concambire.

Germani *Hofas*, seu *Hovas*, solitarias colonorum ædes vocant, ut est apud Gretzerum in Dissertat. seu Appendice de Aureato pag. 558. Kiliano perinde, *Hof*, veteribus et *Hoeve*, recentioribus est villa. Freherus in Constitut. Adolphi Imp. de Insulis Rheni, ait, *Hoeve* Germanos appellasse, quod Latini inferioris ævi *Curias*, *Parlamenta*, *Placita generalia*. *Huba dotalis*, in veteri Charta a Gevoldo edita cum Chronico Reichersperg ensi pag. 40 : *Descriptio Hubarum et pensionum ad curiam Furde pertinentium*, apud Freherum in Orig. Palat. pag. 39. Adde Acta Murensis Monast. pag. 65. et Chartas aliquot in Chron. Laurisham. pag. 69. 89. in Antiquit. Fuld. Broweri pag. 260. in Diplomatib. Ottonis M. a Meibomio editis pag. 118. in Tradit. Fuld. pag. 604. Metropoli Salisburgensi passim, etc. [** Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 535. Graff. Thesaus. Ling. Franc. tom. 4. col. 753. et 828.]

☞ Inde est quod *Hubam* ab *hofa* distinguit Aventinus lib. 7. pag. 433 : *Classes rusticorum prædiorum apud Bojos duæ sunt. In prima tantum agri, quod quadrigis, in secunda quod bigis arari solet. Hanc Hubam atque mansum, illam curtim, Hofam, prisci Bojorum jurisperiti vocant, illi a Rudolfo* LX. *asses, alteri* XXX. *impositi sunt.*

Hoba. [Charta Hedeni Ducis pro S. Willibrordo Episc. ann. 704. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 13 : *Et in curte nostra alta nuncupante Monhore donamus tibi* VII. *Hobas et* VII. *casatas et* CCCC. *diurnales de terra.* Alia ann. VI. regni Hildericis Regis tom. 2. Annal. Bened. pag. 696 : *Dono.... Hobam unam.... cum casalibus, campis, pratis, silvis, accessisque omnibus cum ædificiis, pascuis.*] Charta Alamannica 18. Goldasti : *Dedit... 5. Hobas de terra arabili, et casas cum curtis, etc.* Alia Ansfridi Comitis apud Miræum in Notit. Eccl. Belg. pag. 52 : *Hoc est mansum indominicatum cum ædificiis et omnibus utensilibus, habentem Hobas* 3. *Hobas serviles* 19. *et silvam, etc.* In Charta seq. : *Hoc est Hubam indominicatam unam, serviles* 9. *etc.* Adde pag. 77. Tradit. Fuld. lib. 1. trad. 42 : *Unam Hobam, et ad eam pertinentem arialem, cum integra ædificii structura, etc.* Tradit. 66 : *Duas Hobas, unam in silva, et alteram in terra.* Lib. 2. tradit. 81 : *Et duas Hobas, unam in campis, et alteram in silvis.* Lib. 1. trad. 84. et lib. 2. trad. 117 : *Duas Hobas terræ arabilis.* Adde lib. 1. trad. 22. 30. 36. 42. lib. 2. tr. 31. 47. 77. et Stangefol. lib. 2. Annal. Westphalic. pag. 185.

Hubæ Regales, in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 103. 138. 139. 145. etc.

¶ Huba Salica, Quæ pertinet ad *salam*, seu domum *cortis* præcipuam, apud Hansizium tom. 1. Germ. sacræ pag. 186. Vide *Salica terra* in voce *Lex*.

Huoba, in Testamento Herberti Comitis Viromand. ann. 1059. apud Joan. Carpentar. in Hist. Cameracensi non semel, et in Tradit. Fuld. lib. 1. trad. 21. 24. 32. 147. 151. 156. lib. 2. trad. 38. 39. 71. 75. 157. 177. lib. 3. trad. 28. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 105. etc. [Apud Gregorium Christianum tom. 2. Rerum Mogunt. pag. 736 : *Notum esse cupio... qualiter ego Ruocelin et conjux mea Willa, prædium nostrum scilicet ad quinque Huobas quod... communiter possidemus, ad ecclesiam S. Albani.. delegavimus.*]

Huaba, in Tradit. Fuld. lib. 1. trad. 26.

Houba, in Chronico Reichersp. pag. 204.

Hioba, apud Carpentarium, et in Trad. Fuld. lib. 1. tradit. 69.

Hova. Variæ Chartæ Germanicæ apud Heuschenium ad Vitam S. Ludgeri Episc. Mimigard. Una anno 793 : *Tradidi partem hæreditatis meæ Ludgero Abbati in villa,... id est, illam Hovam integram, Alfgatinghova, cum paseuis et perviis, et aquarum decursibus, et scara in silva juxta formam Hovæ plenæ.* Alia ann. 797 : *Hæc autem pars tertia hæreditatis meæ tribus in locis consistit : in pago Hisloi, in villa, quæ nuncupatur Oceanni, Hova una, quam proserviunt liti mei : in pago vero... in villa... Hova altera, et in eodem pago Hova tertia, et sexta pars Hovæ quartæ in villa, quæ appellatur, etc.* Alia ann. 799 : *Terra aratoria illius Hovæ, quæ dicitur, etc.* Adde Chartam Arnulphi Imp. post Chron. Gerbrandi a Leydis pag. 372. [et Chartam ann. 1308. apud Miræum tom. 1. pag. 1012.]

¶ Hovina, in Charta ann. 1136. tom. 3. Gall. Christ. inter Instr. col. 116 : *Ego Theodoricus Dei gratia Flandriæ Comes, pro remedio animæ meæ et antecessorum meorum duo Hovina terræ in Ruholt... concessi.*

Hovia, Villa, vel curtis. Chron. Montis S. Agnetis cap. 26 : *Damnum magnum habuimus in Hovia nostra ex inundatione aquarum.*

Hobunna, Eadem notione, Colonia, prædium. Tradit. Fuldens. lib. 2. trad. 21 : *Id est, in supradicto loco novem trado colonias (hoc sunt Hobunnæ) integras cum omnibus adjacentiis, etc.* Adde lib. 1. trad. 1. 119. lib. 2. trad. 32. Vide *Aba*.

Hubarum Magister, Dignitas quædam in Austriæ Ducatu, qua donatus quidam Baro Austriacus *Joannes de Tyrnavia*, ann. 1384. in Privilegiis Academiæ Viennensis in Austria, apud Lambecium. De illius functione mihi non liquet.

Hovastat, quasi *Hove stade*, Domus hovæ, quæ in *hova* exstructa est. Tradit. Fuldenses lib. 2. trad. 17 : *Ego ab ipsis unam arialem, id est, Hovastat, cambiavi, id est, mutavi, in illa, quæ dicitur, etc.* Et trad. 20 : *Quid sit extra unam arialem, id est, Hovastat, etc.*

* Idem interdum quod *Curtis*, prædium. Charta Henr. II. episc. Leod. ann. 1147. in Suppl. ad Miræum pag. 708. col. 1 : *Tres curtes, quæ apud ipsos vocantur Hovestede, pro anima patris sui eidem tradidit ecclesiæ.* Vide supra *Hovestat*. Haud scio an inde accersenda vox *Houbiller*, Mulgere, Gall. *Traire;* quia *Hobariæ* seu colonæ opus est. Stat. 1350. tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 370. art. 184 : *Les chambrieres qui servent en Houbillant les vaches, etc.*

Hobarii, Hobarum possessores, vel *coloni*. Charta Anshelmi Abbatis Laurishamensis apud Freherum de Orig. Palat. pag. 38 : *Aream et vineas Hobariis atque curtariis... concessi :... ut cum aliquis Hobariorum obierit, hæres ejus tantum* 5. *s. tribuat, etc.* Occurit ibi pluries. Acta Murensis Monast. pag. 37 : *Hombarius autem, qui plenum habet mansum, debet singulis annis dare 4. maltra de spelta.* Et pag. 38 : *In festivitate S. Sergii dabunt Hobarii, qui extra silvas domos habent, lineum pannum, etc.* Mox rursum *Hombarii;* sed legendum *Houbarii.* [** Vide infra *Mansarius* sqq. post *Mansus*, et Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 317. 536.]

¶ Hubarii, Eadem notione. Charta ann. 1274. in Hist. Mediani Monast. pag. 332 : *Pronuntiavimus prædictum Abbatem... omnes agros qui jure proprietatis ad sæpe dictam curiam spectare noscuntur, conferre posse et debere sine reclamatione villici et Hubariorum dictæ villæ.* Adde Tolnerum in Hist. Palatina inter Instrum. pag. 16. *Hovir* Hobarium seu colonum vocant Poetæ nostrates. Le Roman *de Partonopex* MS. :

> Et que Dame de nul endroit
> Nul meillor Hovir ne porroit,
> Plus cortois, ne plus debonaire, etc.

[* Scriptum potius videtur pro *Hoir*, hæres, ita ut, habita versus ratione, *Houir* vel *Houoir* dissyllabum poeta finxerit.]

¶ Huppfennige, Denarius, sive census de *huba*, quem possessor annuatim præstat domino. Liber redituum vetus Episcopi N. apud Schilterum in Gloss. Teuton. : *Item jura sive census denariorum, qui dicuntur Huppfennige, spectantes ad curiam V. sunt hi : etc. Item notandum est quod solventes Huppfennige non tenentur ad mortuaria : alii autem curiæ attinentes, vel bona eidem censualia possidentes tenentur ad mortuaria.*

¶ **Hubberguel.** Vide in *Halsberga*.

Huca, Ricinium, quo scilicet mulieres olim caput operiebant et velabant : *Huque*, uti etiam appellatur in Flandria. Statuta Massiliensia MSS. ann. 1276 : *Huca cum caputio vel almussa cum pennis... Huca cum sendato et caputio vel almussa.... Huca de panno serico, vel de camelotto cum sendato. Huca frezata.* Viris etiam attribuit Jac. Valerius in Tractatu MS. *du Droit d'armes et de Noblesse : Ceux, qui ont tournoié sous les bannieres endroit soi, sont vestus de pourpoins pareils avec Heuques d'orfaverie, ou outres habillemens.* Et Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris :

> Armetz luisans, briquoquez, capelines,
> Hucques de pris, tres-riches mantelines,
> Venans sans plus jusqu'au dessus des fesses.

Vide Monstrelletum 1. vol. cap. 155. 3. vol. pag. 74. Theatrum Honoris Vulsonis *de la Colombiere* pag. 71. et Menagium in Originib. linguæ Francicæ. Vide *Huka*.

* Seu Vestis species, qua viri simul et mulieres non caput tantum, sed et corpus operiebant, nostris *Heucque*, *Heuque* et *Huque*. Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 382 : *Le suppliant print une Huque noire, qui estoit à sondit maistre, qu'il vesti.* Aliæ ann. 1408. in Reg. 162. ch. 223 : *Icelle Boudiere ala en une des chambres de l'hostel et apporta une Heuque fourrée qu'elle bailla en gaige à laditte Perrette,... qui print laditte Huque.* Aliæ ejusd. an. ibid. ch. 378 : *Une Heucque de brunette et une robe de brun vert à femme. Icellui Jehan bouta sa main dessoubz sa*

Digitized by Google

Heuque en querant un coustel, in aliis Lit. ann. 1409. ex Reg. 163. ch. 361. Denique aliæ ann. 1425. in Reg. 173. ch. 165 : *Icellui Coupper devesti sa robe et print sa Heuque.*

¶ **HUCAGIUM**, Proclamatio vini venalis, ut conjecto, et tributum pro ea solvendum. Charta ann. 1269. ex Tabul. Floriac. : *Tandem inter nos... pacificatum extitit in hunc modum, videlicet quod.... Hucagium seu clamor tabernarum et collatio Hucagii seu clamoris in Majoria... et omne jus quod habet in celleria et in collatione ejusdem nobis... libera remanebunt.* Etymon puto vetus Gallicum *Hucher*, Clamore accessere. Vide *Cridagium.*

HUCCIARE. Vetus Placitum ann. 17. Ludovici Pii, editum a Baluzio in Append. ad Capit. num. 34 : *Et perquisierunt terminos de ipsa villa, archas, et fixorias, et vindenatos. Nos vidimus tenantes, et in omnibus Hucciando truncato mantildo Oderius comparatus, et Ababdela, qui vocatur Maruton, etc.* Nostris *Hucher*, est clamare, aliquem vocare.

☞ Hinc in Litteris Johannis I. Regis Franc. ann. 1354. tom. 2. Ordinat. pag. 558 : *Et se eulx ou aucun d'eulx se complaignent de ceuls qui se sont entremis des impositions ou temps passé, ou d'aucuns nos Officiers, ou d'autres, faites leur sommerement et de plein ostez tous Houquez, fuitez et cavillations par voye de reformation ou autrement, etc.* Le Roman *de Partonopex* MS. :

De son cheval le trebusche,
Li paiens crie et brait et Huche.

* *Ahuchier*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Appelé, Ahuchié, accersitus. Hucer* in Vita J.C. MS. :

Deus deciples Huça à soi.

* **HUCCUS**, Clamor inconditus. Vide infra *Uccus.*

* **HUCELLUS**, Huchellus, diminut. ab *Hucha*, Arca, nostris *Huceau, Hucheau*, et *Huchel*. Lit remiss. ann. 1353. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 789 : *Cum Perinetus Gaubelin seram Hucelli Johannis le Begue... vi fregisset aut levasset, in quo Hucello, etc.* Aliæ ann. 1367. in Reg. 99. ch. 42 : *Fuerunt quædam armaturæ et alia in quodam debili Huchello in dictæ domus introitu confracto existentia, in vico dilacerata.* Aliæ ann. 1391. in Reg. 141. ch. 246 : *Apud villam de Brithulio in ecclesia B. Mariæ archas parvas et Huchellos... fregit.* Aliæ ann. 1399. in Reg. 154. ch. 646 : *L'exposant rompi.... ledit coffre,.... et prinst dedens... une certaine quantité de fretin d'argent.... avec ledit petit Huchel. Une huche ou Huchel*, in aliis ejusd. an. ibid. ch. 735. Denique aliæ ann. 1414. in Reg. 168. ch. 81 : *Le suppliant rompi un coffre ou Huceau, etc. Le huche doit iiij. den. le Hucheau doit ij. den.* in Chartul. 21. Corb. fol. 85. v°.

¶ **HUCENABRA**, Idem videtur quod *Huba*, ab Anglico *House*, Domus, mansio; vel *Husband*, terram colore. Chartularium S. Trinitatis Cadom. fol. 46. v°. : *Hugo 4. sol. pro una Hucenabra 3. denarios, pro home 1. obolum.* Infra fol. 48 : *Willelmus pro Huchenacra 4. denarios, etc.* Potior mihi videtur prima lectio.

1. **HUCHA**, Huchia, Arca, vel cista lignea oblongior, vox Picardis nostris nota, *Huche*. Leges Burgorum Scoticor. cap. 125 : *Item habebit cistam, Hucham, aratrum, etc.* Nescio an huc pertineat quod habent Schedæ MSS. : *Uns peletiers ne doit Huche, se il n'a six garnemens ou plus : et ce garnemens ne doit tonlieu.* Usatica MSS. Vicecomitatus aquarum Rotomagi : *Si aucun porte Huche ou buffet à clef hors de la ville, il doit 4. den.* [Consuetud. Brageriaci art. 93 : *Qui archas seu Huchas debotaverit, aut falsas claves quæ dicuntur contra-claves tenuerit et eis usus fuerit.* Inventarium ornament. et reliq. Ecclesiæ Noviom. ann. 1419 : *Item magna Huchia operata a parte anteriori et entre-deux ad duas serruras.*] Vide in *Retorta*, et *Hutica*. Ab *Huchiarum* forma dictæ fortasse naves, quas *Huches* vocat Monstrelletus 1. vol. cap 243.

¶ Huchetta, diminut. ab *Hucha*. Inventarium modo laudatum : *Item una parva Huchetta ad ponendum candelas modici valoris.*

* *Huge* et *Hugette*, eodem sensu, in Charta ann. 1350. ex Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 17 : *Item la vendue.... des Huges et Hugette, c'est assavoir.... de chascune Huge et Hugette,..... iiij. deniers.* Unde *Huge-lange*, Linteum, quod arcæ apponitur, in Lit. remiss. ann. 1368. ex Reg. 99. ch. 476 : *Le suppliant fu avec Pierre Auberée à prendre et embler certaine quantité de file, Huge-lange, draps, etc.* Unde *Huichier*, Ejusmodi arcarum opifex, in Lit. remiss. ann. 1383. ex Reg. 123. ch. 100 : *Colin Gauchier poure Huichier ou charpentier de la parroisse de S. Symeon en la prévosté de Coulommier en Brie, etc.*

* Aliud vero sonat vox Gallica *Huche* in Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 196 : *Avant que il* (le roy Théodebert) *trespassast, dona aus borgois de Verdun viiij. mille Huches, que il devoient chacun an, etc.* Ubi Aimoin. lib. 2. cap. 25. ibid. pag. 59. habet : *Civibus ejusdem urbis octo millia solidorum, qui annuatim exinde ejus inferebantur thesauris.... concessit.* At in schedis MSS. a Cangio laudatis idem est, ni fallor, quod alibi *Boiste* dicitur, arcula nempe, in quam vectigalia inferuntur.

* 2. **HUCHA**, Ucha, Auctio, hasta publica, bannum, proclamatio et ipse præco qui proclamat. Libert. castri de Manso SS. Puellar. ann. 1327. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 32 : *Item supplicant dicti consules, quod cum institutio et destitutio inquantatorum seu Uchæ castri de Manso prædicto ex usu longissimo ad ipsos pertineat, ut concedatur eis prædicta arrendatio, et quod emolumentum, quod provenire poterit utilitati dictæ universitatis imposterum applicetur dictis consulibus ex prædictis Ucha et inquantu.* Aliæ ann. 1328. in Reg. 66. ch. 77 : *Cum institutio et destitutio incantatorum seu Huchæ castri.... ad ipsos* (consules) *pertineat, ut concedatur eis prædicta arrendare,... et ex prædictis Ucha et incantu dictum emolumentum in utilitate universitatis dictæ villæ convertendum.* Hinc *Ucage*, pro Tributo, quod ex ejusmodi *Uchis* percipitur. Redit. comitat. Namurc. ann. 1265. in Reg. Cam. Comput. Insul. sign. *Papier velu* fol. 6. v°. : *Namur.... Et si a li cuens le Ucage et le pesiel et le menus cens.* Et in Reg. ejusd. Cam. sign. *Le Papier aux aysselles* ann. 1289. fol. 73. r° : *Encor i a* (à Namur) *li cuens le Ucaige, ki vat par an xxiij. livres et xix. sols.* Vide in *Incantare* 2.

* **HUCHELLUS**. Vide supra *Hucellus.*

¶ **HUCHENACRA**. Vide *Hucenabra.*

¶ **HUCIA**. Vide *Housia.*

* **HUCIA**, Virga, flagellum virgeum, Gall. *Houssine*, ut videtur. Chartul. Major. monast. pro pago Vindoc. ch. 129 : *Et de ejusdem silvæ* (donavit) *similiter.... cavillas et Hucias et si quid hujusmodi aliud eis in rurali opere necesse fuerit.* Idem forte sonat *Hoisez*, nisi Aquifolium, Gall. *Houx*, intelligas, in Lit. remiss. ann. 1387. ex Reg. 131. Chartoph. reg. ch. 155 : *Lesquelles femmes garnies de verges de boust, de Hoisez et de bastons, etc.*

¶ **HUCNOTICUS**, Calvinianus. *Hucnotica persecutio*, apud *le Brasseur* Hist. Ebroic. pag. 324. ex Epitaphio ann. 1562. Vide *Hugonotti.*

* **HUCTINUS**. Vide infra *Hutinus.*

HUDEFEST. Vide *Hurderefest.*

HUDEGELD, ex Saxon. hyd-gyld, Cutis vel corii pretium, quo sensu quis dicitur *corium redimere*, cum a flagellationis pœna, soluta pecunia, se eximit; ex hyd, corium, et gyld, mulcta. Fletæ lib. 1. cap. 47. § 20. *Hudegeld*, significat *quietantiam transgressionis illatæ in servum transgredientem.* Id est, *a servo, qui forefecit.*

☞ Haud scio an perperam editum sit *Hudegeld* pro *hinegeld*, ita ut vox formata sit ex *hine*, servus, et gyld, mulcta, quod ad definitionem Fletæ proprius accedit.

* **HUDERA**. Charta Henr. III. reg. Angl. an. circ. 1240. in Suppl. ad Miræum pag. 106. col. 2 : *Et habeant in eadem villa sua Huderam suam liberam et quietam.* An vecturam liberam et tributo immunem intelligendum est? nam *Hudel*, vehiculi genus videtur, in Lit. remiss. ann. 1464. ex Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 412 : *Cassin Herbaine ala querir icellui Baffart en ung Hudel, et l'apporta à son hostel.*

¶ **HUDREDEPENY**. Vide in *Hundredus.*

¶ **HUELLUM**, f. Ligo, Gall. *Houe*. Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 2. pag. CLX : *Pro* C. *piceis et* L. *Huellis et pro vectura a Belvaco usque ad Archas* VI. *l. et* XIII. *s.*

* **HUENUERIA**. Vide supra *Huaneria.*

HUERNUM, [f. idem quod *Huba*, Mansio, domus coloni.] Charta Eduardi Confessoris anno 1044. in Monastico Angl. tom. 2. pag. 901 : *Præterea addidi loco illi infra Londoniam partem terræ de terra illa... cum Huerno eidem terræ pertinenti.* [* *Huervum* ex eadem Charta in Suppl. ad Miræum pag. 13. col. 2.]

HUESIUM, Hutesium, Multitudinis clamor inconditus, quo ut plurimum quempiam insectatur : ex Gallico *Hus*, formato ex ipso sibilo, quo quis aliquem explodit : *Huer* et *Huée*, etiamnum dicimus. Vita Ludovici Pii anno 840 : *Quibus id agentibus,... conversa facie in sinistram partem, indignando quodammodo, virtute, quanta potuit, dixit bis, Hutz, Hutz, quod significat, Foras, Foras. Unde patet, quia maligum spiritum vidit, etc.* Ita *Hus* de clamore

Digitized by Google

militari confuso ac incondito usurpat non semel Villharduinus num. 89 : *Et li Hus ere si grans, que il sembloit, que terre et mer fundist.* N. 127 : *Li Hus de la noise fu si grans, que il sembla, que terre fondist.* Et n. 212 : *Et fu li Uz et la noise grans.* Le Roman *de Florimon* :

Quant se furent entretenu,
Le cri leverent et le Hu.

[Le Roman *de la guerre de Troyes* MS. :

Lors leisserent cheval aler
Là oussies uns Hus lever,
Et une noisse, et un cris.]

[* *Huerie*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1380. ex Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 27 : *Pour cause du fouel, Huerie et cornerie qu'il avoit fait, etc.* Unde *Huyer*, Clamores edere, in aliis Lit. ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 256 : *Les pasteurs qui gardoient les bestes crioient moult haultement en Huyant le loup. Huier trompes*, Buccinare, in Chron. S. Dion. lib. 5. cap. 27. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 311.] Monasticum Angl. tom. 2. pag. 832 : *Unde verbera, Hutesiæ clamores, querimoniæ, sanguinis effusiones emergere possent.* Fleta lib. 3. cap. 7. § 6 : *In coactionibus oportet, quod coactus statim cum evaserit, clamorem, strepitum et Hutesium faciat et levet.* Sed apud Practicos Anglicos,

Hutesium, uti scribitur in Legibus Malcolmi II. Scotiæ Regis cap. 15. § 1. 2. et in Statutis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 21. § 9. seu, ut apud alios passim,

Hutesium, sumitur pro eo multitudinis clamore incondito, quo latronem, aut capitalis criminis reum, seu in ipso crimine deprehensum, seu fugientem ac latitantem, pagani omnes tenentur insectari ac prosequi, donec comprehendatur, et in judicis manus tradatur : ita ut ex iis si quispiam defecerit, id est, reum clamore insectatus non fuerit, mulctis subjaceat, ut est in Legibus Canuti Regis Saxonicis § 26.

* Nostris, *Hu*, *Huirie*, et *Hurie*. Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 140. Chartoph. reg. ch. 252 : *Pour ce il eust fait cry ou Hu.* Aliæ ann. 1432. in Reg. 174. ch. 233 : *Pour la noise qu'ilz faisoient se leva un Hu pour faire assembler le voisiné. Crioient les bonnes gens de la feste, qui à grant Huirie les suirent*, in aliis Lit. ann. 1349. ex Reg. 78. ch. 247. Aliæ ann. 1467. in Reg. 194. ch. 251 : *Icellui Poncharry mena grans cris et Huries, ausquelles survindrent, etc.* Unde *La justice et jurisdicions.... de Heux brisié*, quæ scilicet de ejusmodi clamoris infractione cognoscit, in Libert. Jonvill. ann. 1354. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 295. art. 9.

Id apud Francos nostros a primæva regni origine obtinuisse, satis colligitur ex Decretione Chlotarii II. Regis cap. 16 : *Si quis ad vestigium minandum, vel latronem persequendum admonitus venire noluerit, quinque solidis condemnetur.* Ubi *vestigium minare*, est *per vestigium sequi*, ut est in Lege Salica tit. 39. Adde cap. 1. et 2. ejusdem Decretionis. Capitula Caroli C. tit. 11. cap. 5 : *Commendaverunt etiam, ut si alicui denunciatum fuerit, ut ad accipiendum latronem adjutorium præstet, aut aliquis sonum inde audierit, ut ad latronem accipiendum concurratur, et se inde retraxerit, ut ad hoc adjutorium non præstet, si liber homo fuerit, bannum dominicum componat; et, si colonus fuerit, ictus accipiat.* Ubi *sonus*, idem est quod apud Anglos, *Huesium levatum*. Similia habentur tit. 39. cap. 2.

Mulctæ autem pro latrone non secuto, apud Anglos vocantur *Amerciamenta* pro *Hutesio non levato*, vel *levato et non secuto*, in Fleta lib. 1. cap. 20. § 114. vel *de Hutesiis levatis injuste, vel si juste, tunc non prosecutis qui ea levaverint, et per quos defecit secta.* Lib. 2. cap. 52. § 16. et lib. 1. cap. 34. § 2 : *Ideo excipere poterit et dicere, quod secta non fuit bene facta, eo quod statim Hutesios non levavit : et si levavit, illud tamen non ad villas vicinas et propinquiores non manifestavit, nec scelus illud Coronatoribus vel aliis Ballivis Regis non ostendit; sed inde subticuit, etc.* Adde Will. Thorn. pag. 2022.

In Anglia quippe, ut est apud Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 1. § 1 : *Omnes tam Milites, quam alii, qui sunt 15. annorum et amplius, jurare debent, quod utlagatos, murdritores, robbatores, et burglatores non receptabunt, nec eis consentient, nec eorum receptatoribus : et si quos tales noverint, illos attachiari facient, et hoc Vicecomitibus et Ballivis suis monstrabunt, et si Hutesium et clamorem de talibus audierint, statim audito clamore sequantur cum familia et hominibus de terra sua.* Ibidem cap. 10. § 1 : *Quia sunt quidam, qui statim fugiunt post feloniam, et capi non possunt, statim post tales levetur Hutesium, et fiat post eos secta, de villa in villam, quousque malefactores capiantur, alioquin tota villata in misericordia Regis remanebit.* Adde Fletam lib. 1. cap. 27. § 1. Statuta Willelmi I. et Roberti I. RR. Scotiæ locis laudatis, et Additamenta ad Matth. Paris pag. 149. 150.

☞ Hujusce rei exemplum insigne profert Thom. *Blount* in Nomolex. Anglic. : *Mandatum est Gulielmo de Haverhul Thesurario Regis, quod civitatem London capiat in manum Regis, eo quod cives ejusdem civitatis non levaverunt Hutesium et clamorem pro morte magistri Guidonis de Aretio et aliorum interfectorum, secundum legem et consuetudinem regni.*

Hutesium igitur, seu *Hutesium*, fuit inconditus clamor; atque ita appellatur in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 65 : *Si quis audito clamore non exierit, reddat Oversenessam Regis, aut plane se ladiet.* In Regiam Majest. lib. 4. cap. 5. § 3 : *Clamor aut vox popularis, clamor victniæ, quod a vicineto levaretur. Sequela clamoris*, lib. 4. cap. 15. *Lever Huy et cry*, apud Brittonum pag. 54. v. *Clamor violentiæ*, in Speculo Saxonico lib. 2. art. 71. § 3. Ex quo id moris etiam in Germania obtinuisse docemus : *Arma licite ab his feruntur, qui violentiæ sequuntur clamorem. Clamorem autem violentiæ omnes sequi tenentur, qui annos discretionis habent, et gladiis accingi possunt, etc.*

Aliud tamen est *clamor*, aliud *Huesium*, etsi sæpe confundatur. Leges forestarum Scoticar. cap. 15. § 4: *Et si non possit* (capere) *debet levare Huy et cry.* Et cap. 22 : *Debet levare Hoy et cry.* Ubi *cry*, est *clamor popularis; Huy* vero videtur esse clamor cum cornu. Junguntur autem quia uterque clamor adhibebatur. Will. Thorn. cap. 25. § 9 : *Venit cum clamore et Hutesio.* Ita in mandato de Jurat is ad arma : *Vigiles levent Hutesium super eos undique, et eos insequantur cum tota villata et vicinis villatis cum clamore et Hutesio de villa in villam donec capiantur.* Regiam Majest. lib. 4. cap. 23. § 2 : *Si quis latronem in damno suo invenerit cum furto, clamorem super illum statim levare debet cum cornu, vel cum ore, si cornu non habeat, cum alio clamore in vicinia, etc.* Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap. 4. § 2 : *Debet levare cornu super illum de illo deforciamento.* Monasticum Anglican. tom. 1. pag. 818 : *Et arrepto cornu circumivit Abbatiam bis vel ter, levando Hutesium super Abbatem et conventum.* Knyghton. ann. 1326 : *Omnes, qui poterant cornu sufflare, vel vocem Hutesii emittere, etc.*

Clamoris usus, seu *Hutesii levandi* super reos obtinuit etiam in Gallia. Exstat enim Statutum pro urbe Parisiensi, inter Judicia, Consilia, et Arresta expedita ann. 1274. in Parlamento Assumpt. B. M. in quo *ordinatum fuit per Dom. Regem, et ejus Consiliarios, quod quotiescumque melleia, vel domorum fractio, raptus mulierum, vel aliud consimile maleficium Parisius acciderit, omnes vicini et alii, qui hoc sciverint, statim exeant ad impediendum malum pro posse suo, et ad arrestandum et capiendum malefactores, quos si arrestare vel capere non potuerint, levent clamorem, ad quem omnes, qui illum audierint, currere tenentur : et hoc proclamabitur ad bannum, et transgressores et inobedientes graviter puniantur.* Quibus adjungenda videntur, quæ in hanc rem habet Philippus *de Beaumanoir* in Consuetud. Bellovacensi MS. cap. 67 : *Li jugemens est bons, et le coustume est bonne, qui quort en Beauvesains, en ce que chascuns pot, et doit penre les malfeteurs à justice, et sans justice : et especialement les larrons et les bannis et les amandés, et tos cis qui s'ensivent por quelque cas que ce soit, quand cas est apers, eus* [** Edit. Beugnot. *quand cris est après eus,*] *et loist à tos à penre les vis, s'il poent, et mener en main de Justice : et se li malfeteur tornent à defense, et on les occit en prenant, on n'en doit rien demander as preneurs. Car mis vaut qu'il soient occis qu'il escapent. Et plusors fois avons nos commandés en nos assises que tuit saillent as cris qui avenront, et que cascuns mete paine en arrester les malfeteurs dessusdits, etc.* [Nec prætermittenda etiam quæ in hac voce scribit Rastallus : *Hue et crie est un pursuit de un ayant commis felonie par le hault chemin; car si le partie rob, ou ascun en le companie de un qui fuit murdri ou rob, vient al Constable del prochein ville, et lui commanda de faire Hue et crie, ou de faire pursuit; puis l'offendor, describant le partie, et si prés que il poit, montrant quelle voie il est allé, le Constable doit immediatement de appeler sur le paroche, par aid en querance le felon; et se il ne soit trouvé là, donc de donner garrein al Constable, et il ad prochein à luy, desque le offendor soit apprehend, ou al meins jusque il soit été poursuie al latere de mere.*] Obtinuit etiam in Hispania, maxime in Navarra, mos idem, reos ac malefactores per-

Digitized by Google

sequendi : apud eos enim ineuntur societates, quas *Hermandatas*, quasi *Fraternitates*, Navarri; *Junctas*, quasi *Uniones*, Aragonii vocant : quibus qui adscripti sunt, quoties aliquod gravius delictum admittitur, facto ad sonitum æris campani concursu (*ab crit et repic de campanes*, ut habet Charta ann. 1452.) de compacto in illos impetum facere, reosque judicibus sistere tenentur. Exstat in hanc rem Ferdinandi Aragonii Castellæ Regis Edictum, apud Medinam *de las Grandezas de España* part. 2. cap. 72. cujus summam delibavit Antonius Nebrissensis Decade 1. Rer. a Ferdinando et Elizabeta gest. lib. 6. cap. 3. *Hermandati* etiam meminit Marinæus Siculus lib. 19. de rebus Hispan.

Sed et ab *Hutesio*, vox *clamor*, apud Practicos Gallos, Anglos, Italos, etc. usurpari ex hoc usu cœpta pro rei alicujus vindicatione, quam etiam *Calumniam* vocabant : quod qui rem repetebat, *levato clamore*, coram testibus ac concivibus suam esse assereret, sibique restitui postularet : quod etiamnum faciunt Normanni nostri, apud quos rei vindicatio *Clamor de Haro* dicitur, de quo supra egimus.

Hutesium et Hutesium, sæpe sumitur præterea pro ea jurisdictione ac cognitione criminum, de quibus *clamor levatur*, in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 767. tom. 2. pag. 293. 345.

Secta et Sequela Uthesii, cum huthesio levato, loci incolæ sequuntur malefactores. Vetus Charta in Additamentis ad Matth. Paris pag. 150 : *Quod sectæ de Uthesiis fiant secundum antiquum debitum modum, ita quod negligentes, et Uthesium sequi nolentes capiantur, tanquam consentientes malefactoribus, et liberentur Vicecomiti, et insuper in qualibet villa provideantur 4. homines, vel 6. secundum quantitatem villæ ad vicesia prompte et instanter prosequenda, et ad malefactores prosequendos, si supervenerint, etc.* Ubi perperam editum *vicesia*. Regiam Majestatem lib. 4. cap. 15 : *Si quis catallum aliquod furatus fuerit, et sequela clamoris vicinæ sequatur eum, etc.* Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 10. § 1 : *Quia sunt quidam, qui statim fugiunt post feloniam, et capi non possunt, statim post tales levetur Hutesium, et fiat post eos secta de villa in villam, quousque malefactores capiantur, alioquin tota villata in misericordia Regis remanebit.* Leges vernaculæ Guillelmi Nothi cap. 5 : *Cil ki prendra barun sans suite et sans ori, etc.* Charta Odardi Dom. Hamensis ann. 1328 : *Se aucuns meffais est fais en ladite ville, lidis Maire et Juré porront suir le malfaiteur par toute la terre dudit Seigneur à frecque poursuite, et aveuc duell.* Infra : *Si tost comme lidis Sires, ou si hoir seront enfourmé de la frecque poursuite, rendre le devoront ausdis Majeur et Juré, etc.* Vide *Hermendatum*.

Uthagium, pro *Utesium*, in Charta Henrici III. Reg. Angl. apud Gull. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 65.

¶ Hutesium alia notione accipit Johannes Skenæus de Verborum significatione pag. 77 : *Huesium*, inquit, *hoyesium, clamor, Gallice Oyer, Latine Audire; quod est in usu in proclamationibus, scilicet cum lictor armatus aut legatus populum convocat, et orat ut se audiat. Huchement* dicitur in Ordinat. Metens. tit. 2. art. 52.

☞ Aliud etiam sonat vox Gallica *Huage*, in Charta ann. 1473 : *S'ensuit ceux qui doivent chasser en mes forests à toutes grosses bestes, rouges, rousses, noires, toutesfois que moi ou mes officiers voulons chasser, et aussi ceux qui doivent le Huage audites grosses bestes en mes forests.* Ubi manifestum est significari inconditum illum clamorem, quem, venante Domino suo, edere tenebantur vassalli et subditi, ut feræ eo territæ e latibulis suis prodirent.

* Aliud iterum sonat *Huée*, Intervallum nempe, intra quod clamor audiri potest, in Lit. remiss. ann. 1449. ex Reg. 180. Chartoph. reg. ch. 34 : *Ilz estoient en une cave près aussi comme d'une jupée ou Huée de son hostel.*

* Huc etiam spectat vox *Hucours*, qua significari videtur hominum concursus, qui clamoribus editis feram e latibulis suis prodire aut in silvam regredi cogunt. Charta ann. 1321. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1317 : *Et puet ledit monsour Hervé de Laon et ses hairs mettre cours ou Hucours, ou l'un ou l'autre, entre ledit bois, qui fut à Kon de Coitan-Scoure et le bois de Bodister, à la fin de prendre la beste ou de la faire retourner, à la fin de la prendre à son bois, si faire le puet.* Quod *faire la Huhe* dicitur, in Charta ann. 1404. ex Reg. feud. comit. Pictav. in Cam. Comput. Paris. fol. 29. v°. : *Doivent les dessusdix et chascun d'eulx et sont tenuz faire la Hure* (sic) *en la fourest de Mouliere à la chasse, quant ledit seigneur chasse ou fait chasser; et doit avoir chascun, qui est à ladite Huhe, ung pain d'un Parisi. Hues* perperam, pro *Niés*, vulgo *Neveu*, apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 624.

* Huffredh. Jus Danicum apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 179 : *Item si quis delictum Huffredh in villa forensi commiserit, tunc fiat in placito illius villæ executio Huffredh per villanos ibidem habitantes, consimili modo sicut in rure.* Ibid. pag. 186 : *Item quicumque aliquem in taberna,.... loco aggere circumdato, vel in navi, vel in cimiterio per insultum... læserit vel his locis fugaverit vel traxerit, et postea ipsum, in fuga existentem, læserit, hoc delictum sit Huffred brode.* [** leg. *Husfredh*, Pax domestica.]

* Hugnare, Obmurmurare, mussitare, nostris *Hongner* et *Huigner*. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 87. Chartoph. reg. ch. 27 : *Dicta filia, huro, haro, multum basse proclamavit,.... quasi Hugnando.* Aliæ ann. 1386. in Reg. 129. ch. 195 : *Pour ce que la charrete dudit exposant pignoit, qui est à dire selon le langage du pays* (à Paluau) *Huignoit, ledit Colin de l'Estang lui dist que elle avoit bien mestier de oindre. Icellui Perrenot dist au suppliant : Se tu en Hongnes, encores seras tu batu*, in aliis Lit. ann. 1482. ex Reg. 206. ch. 833.

* Hugo, pro Ligo, in Terrear. ann. 1502 : *Possidet quatuor homines vineæ ad Hugonem, etc.*

* *Huet* vero, quod ab Hugonis nomine nostri formarunt, idem audiit atque Stolidus, ineptus. Hist. Caroli VI. ad ann. 1387. pag. 63 : *Et à Rouen y eut un autre docteur en théologie, qui...., en preschant dit, que s'il ne le sçavoit monstrer* (que la Vierge etoit engendrée en péché originel) *qu'il vouloit qu'on l'appellast Huet. Et au contempt de ce, quand on voyoit aucun de ladite religion* (des Freres Prêcheurs) *on les appelloit Huets.*

Hugonensis Solidus, in Tabulario Narbonensi sub ann. 1126. [* Vide in *Moneta Baronum.*]

¶ Hugonotti, Hæretici recentiores, Lutherani aliique ejusdem furfuris viri. Prosper Sanctacrucius de Civil. Gall. Dissent. apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 1460 : *Appellabantur eo tempore in Gallia qui ab Ecclesia desciverant, Hugonotti, cujus nominis originem cum diligenter perspexissemus, invenire non potuimus. Alii enim ad Hugonem quemdam, qui multis jam annis contra Regem conspiraverat, referebant : alii, quod porta Turonensis civitatis, ubi frequenter congregari consuevere, de Ugoni appellaretur. Utcumque sit, iniquissimo animo ferebant ac gravissimæ injuriæ loco reputabant, cum Hugonotti appellabantur.* Vide Menagium in Origin. Gall.

¶ Hujas, *atis*, Incola, ejusdem urbis seu regionis. Acta S. Ottonis tom. 1. Julii pag. 367 : *Quo die Milleni homines, tum Hujates, tum externi, sepulcrum Sancti visitant.*

* Huila, a Gallico *Huile*, Oleum; unde *Huiliarius*, mercator olearius, Gall. *Huilier*. Comput. MS. eccl. S Ægid. Abbavil. : *Huiliario pro Huila et luminare majus in Pascha, iv. libras Turon.*

¶ Huissartum, Idem quod *Essartum*, Silva in terram cultam redacta. Charta Thosiacensis ann. 1451 : *Juxta Huissarta Garnerii Ponceti.* Vide *Exartus*.

Huisserium, Ussaria, Usserius, Ussaria, Usseas, Hippegus, navis, qua equi transvehuntur, *Liuto* Genuensibus, *Palandrea* Turcis dicta, ut auctor est Remigius Nanninus. Sydonius in Panegyrico Majoriani :

> . . . . Pars jam litore cavata
> Indociles exponit equos.

Philippus Mazerius in Vita S. Petri Thomasii Patr. CP. n. 87 : *Videlic.* 60. *navigia, inter galeas, Huiseria, et alia navigia militum armatorum.* Et n. 91 : *Inter galeas, Huisseria, ligna, naves, et alia navigia.* Godefridus Mon. S. Pantaleonis ann. 1224 : 50. *naves fecit fabricari, quæ Usseriæ nuncupantur, quarum magnitudo tantæ capacitatis erat, ut duo millia Militum cum dextrariis suis, et omnium armorum suorum pertinentiis, et præterea decem millia aliorum hominum valentium ad pugnam et ad bella cum armis suis in eisdem Usseriis valeant transferri. Usarias*, alio loco appellat. Tractatus inter Venetos et Principes Christianos contra Turcos ann. 1334. qui exstat apud Joannem XXII. PP. tom. 9. part. 2. Epist. secr. pag. 137 : *Item supponitur, quod Rex Siciliæ non omittet, quod faciet 4. Usserios et 4. galeas.* Utitur et Caresinus Scriptor Venetus ann. 1378. *Usarii* in Epistola Comitis S. Pauli de Expugnat. CP : *Quilibet Usarius mangonellum suum habet erectum.* Ubi Gaspar Barthius ad Philippid. pag. 517. *Usarios* pro hominibus accepit. *Huissiers*

Digitized by Google

passim dicuntur Villharduino, *Wisers* Hovedeno, *Uffers*, perperam, pro *Wissers*, Bromptono sub ann. 1190 : *Rex Tancredus dedit Regi Angliæ 4. magnas naves, quas vocant Vixers, et 15. galeas.* [Instrum. ann. 1345. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 502 : *Promettons à nostre dit cousin, que nous ferons faire à nos cous et depenz douze Huissiers et six galées et pourvoirons de quant que besoing sera à la façon des dix-huit vaisseaux, et les frunirons de voyles, d'ancres et de cordes.*] *Uscieri*, apud Jo. Villaneum lib. 7. cap. 57. lib. 8. cap. 49. lib. 9. cap. 92. lib. 10. cap. 107. et Ricordan. cap. 206. *Usieri*, apud Aug. Justinian. Episc. Nebiens. in Annal. Genuens. anno 1293. Petrus IV. Reg. Arag. in Chron. lib. 3. cap. 10 : *E eren ne les set Uxers grosses, qui portaven cavalls, et vint naus grosses appellades naus de Covent, etc.* Adde cap. 11. 12. lib. 4. cap. 4.

* Le Roman *d'Athis* MS. :

Ne remest ne batel, ne targe,
Dromon, galée, ne Huissiez,
Ne esquippe n'y trouvissiez
Ne feust chargié à sa maniere,
Et si com sa façon requiere :
Car ès eschas sont les armeures,
Es Huisiers les chevaucheures,
Es busches sont les chevaliers,
Et ès galées les archiers,
Et les énesques et les nez
Portent les tentes et les trez,
Les sergens et la poulaille,
Et gens qui servent pour vitaille,
Es dromons furent li seignour,
Les dus, les princes et li contour.

[** Vide Jal. Antiq. Naval. tom. 1. pag. 61. 427.]

Vocis etymon doctissimis viris Vossio, Somnero, et aliis hactenus incompertum, a nobis indicatum in Notis ad Villharduinum : ubi *Usserias* sic appellatas observavimus, a vocabulo Gallico, *Huis*, quod *fores* aut *valvas* significat, quibus ostium clauditur, cum ejusmodi hippagones, receptis equis, foribus ad puppim occluderentur, ne maris unda navim occuparet. Idque, ex Joinvilla, ipso Villharduino, et Will. Tyrio lib. 20. cap. 14. satis superque docuimus, in Notis ad eosdem Villharduinum et Joinvillam. *Huis* vero vox pro *foribus* deducta videtur a Saxon. hus, et Germ. *Huys*, domus, ædes. Le Roman *de Rou* MS :

Tel cuide de l'ostel issir,
Qui à l'Us ne pot avenir.

[Le Roman *d'Athis* MS. :

Et l'Uis par où ils y entrerent,
Onques oueil tel ne resgarderent.

Huiselet, minor porta. Le Roman *de la Rose* MS. :

Tant cum Huiselet bien barré
Trouvois petitet et estroit.]

[* Unde etiam *Huisserie*, eodem sensu, in Charta ann. 1320 : *Avons donné congié... de faire... une entrée ou Huisserie souffisant de six piez de haut et de quatre piez et demi de large, pour entrer et issir de l'une maison en l'autre en une cave.* Alia ann. 1400. ex Chartul. Latiniac. fol. 217 : *En saizine et possession... de y faire et avoir Huisseries ou entrées, une ou plusieurs pour aller au long des dits murs anciens.*] Sed et etiamnum *Huissieres* appellamus leviores illas fores, quæ velis obducuntur, aut cancellis, cujusmodi fuere *Cancelli forenses*, ad quos, qui stare solent ostiarii, *Huissiers* etiamnum dicuntur. Computum Steph. *de la Fontaine* Argentarii Regis ann. 1351 : *Pour 10. sergettes vermeilles pour mettre aux Huissieres et fenestrages de la Chambre du Roy.*

¶ 1. **HUISSERIUS CAMERÆ**, Aulæ ostiarius, Gall. *Huissier de la chambre*. Ordinatio Officiorum in domo Dalphinali ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 392 : *Quorum camerariorum et barberii unus, sit semper successive Huisserius Cameræ nostræ, et quilibet eorum percipiat pro salario annuatim florenos auri decem.* Ibid. pag. 396 : *Ordinamus in eodem hospitio unum Husserium Aulæ.*

* 2. **HUISSERIUS ARMORUM**, Qui et *Hostiarius* et *Serviens armorum* nuncupatur, nostris *Sergent d'armes*. Charta ann. 1376. ex Bibl. reg. : *Dux Gerundæ misit nobis Petrum de Planella Huissertum et consiliarium suum cum litteris quæ sequntur, etc.* Infra *Consiliarius et Huisserius armorum, domicellus* appellatur. Joannes *Le Mire* et Gentianus *Tristan*, *Huisserii armorum* dicuntur in Testam. Ludov. X. an. 1316. Vide supra *Hostiarius* 3.

* Ejusdem nominis officium seu dignitas hæreditaria extitit in curia comitum Flandrensium. Charta Guid. comit. Fland. ann. 1282. ex Chartul. Namurc. in Cam. Comput. Insul. fol. 24. r°. : *Comme nostre chiere dame et mere Margherite,.... jadis comtesse de Flandre et de Haynaut, feist une eschange à mons. Baudoin de Batlleul qui fu, liquels fut Huissiers héritables de Flandres en teil maniere que elle li donast à lui et à son hoir le mareschaucié de Flandres à tenir héritablement pour l'Uisserie qu'il tenoit devantdite.*

¶ **HUKA**, Peplum muliebre Brabantiacum, Flandris *Huycke*. Acta B. M. Oignacensis tom. 4. Junii pag. 632 : *Quum ipse Nivellis viderit pictam pro matrimonii annis in habitu sæculari cum peplo brabantico nigro, Hukam vulgo vocant.* Vide *Huca*.

* **HULCA**, Navis onerariæ species, Angl. *Hulks*. Chron. Joan. Wethamst. pag. 476. edit. Hearn. : *Nam victibus variis de caracis, Halcts et liburnis, de aliisque grandibus navibus variis, victoriam optinens, etc.* Monstrel. 1. vol. cap. 242 : *Et adonc le roy* (d'Angleterre) *issit de sa Hurque et se logea en son chastel.* Vide *Hulka* et *Ulcus*, [** et Jal. Antiquit. Naval. tom. 1. pag. 89. 129. 159.]

¶ **HULCUM**, Idem quod mox *Hulka*. Instrum. ann. 1412. apud Rymer. tom. 8. pag. 755 : *Anno regni nostri* (Henrici IV. Regis Angl.) *undecimo, supra mare in quoddam Hulcum de Selandia, ducentes secum aliud vas cum vinis carcatum, ad veniendum mercatorie in regnum nostrum Angliæ, se miserunt... Prædicti igitur nostri cum Hulco suo prædicto, una cum prædicto alio vase.... capti fuerunt.*

¶ 1. **HULCUS**, *Pastor*. Vetus Gloss. MS. Sangerm.

* 2. **HULCUS**, pro Ulcus, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Floyronc, Prov. Hulcus, ignatum, forunculus.*

HULDA, Hominium, veteri Scriptori apud Brouverum lib. 17. Annal. Trevir. pag. 957. 1. Edit. ex Germ. *Hulde*, fides, fidelitas, obsequium. Vide Vitam Balduini Lutzemburg. Archiep. Trevir. lib. 1. cap. 5. lib. 2. cap. 3. tom. 1. Miscellan. Baluzii. [** et Haltaus. Glossar. pag. 966. sqq. voce *Huld*.]

HULKA, Navis species, oneraria, Flandris *Hulke*. Thomas Walsinghamus pag. 394 : *Commisit cum eis, et cepit tres caricas, et unam Hulkam, et 4. baltingarias.* Vide *Hucha* et *Hulca*.

HULLÆ, Carbones ex terra nigra, quibus fabri utuntur, Leodiensibus, apud quos primum reperti dicuntur sub ann. 1200. hodie *Houilles*. Brusthemius ann. 1198 : *Carbones, quos Galli Hullas vocant, inventi sunt juxta Leodium in monte publico.* Adde Ægidium Monachum Aureæ Vallis in Episcopis Leod. cap. 95. et M. Chronicon Belgicum ann. 1201. Hylle Saxonib. est *carbo*, hinc Coles-hylle, *Collis carbonis*, apud Silvestr. Giraldum de Expugn. Hibern. lib. 2. cap. 30. [** Minime, hylle quippe est collis et cole carbonem significat.] Vide *Carbo*.

HULLARII, Qui ejusmodi carbones eruunt. Raduphus de Rivo in Episcop. Leod. cap 1 : *Gregariorum militum,... quorum plurimi erant Hullarti.* Cap. 23 : *Hullarti Leodienses.* Hinc traducta vox apud nostros pro calonibus et prædatoribus. Poeta MS. infimi ævi, post Summam Willelmi Brittonis, ex Bibl. Collegii Navarræi :

Sunt per quæ cunctis obstant anathemata juris,
Pseudo-pugil, nebulo, meretrix, fur, saltria, leno,
Et decii factor, Hoularia vilis et actor.

Vetus Interpres Gallicus MS. Novellarum Justiniani, Nov. 16. de Lenonibus : *Cist titres est des Houliers et des meschines, et des lescheors, etc.* Petrus *de Fontaines* in Concilio, cap. 16. extremo : *Ne à un ribaut, ne à un Houlier, contre celuy qui est de bone vie.* [Hinc emendandus Butilerius in Summa rurali cap. 88. ubi perperam editum, *Hourieur*, et *Houriere*, pro *Houlier* et *Houliere*.] Guill. *Guiart* ann. 1204 :

Houlier, et ribaut, et paillart,
Qui toujours la guerre commencent
En Normendie se relancent.

Idem ann. 1214 :

Houliers et ribaus et garçons,
Dont l'erre ne n'est pas sèrie,
Font tele noise et tele crierie, etc.

Et ann. 1304 :

Houliers et ribaus de Champaigne
Qui sont si liez et si gaillart,
Et ribaus de four et paillart,
Qui gaaigner en guerres attendent,
Par les chans çà et là s'espandent,
Volentiers d'aller en feurre.

¶ **HOLERII**, Eadem notione. Edictum Johannis Regis Franc. ann. 1352. tom. 3. Ordinat. pag. 496 : *Ex fide dignorum relatione ad nostrum pervenit auditum, non solum semel, sed pluries et frequenter, quod quamplures extranearum nationum, ministeriorum, et statuum diversorum, alii murtrarii, alii latrones, nonnulli monetarum falsatores, e aliqui exloratores* (f. exploratores) *et Holarii, deceptores, etc.* Adde Hist. Paris. Lobinelli tom. 3. pag. 245.

Digitized by Google

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Holier, adulterator. Holiere, adulteratrix. Holerie, adulteratio.* Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 382 : *Ilz prindrent laditte Houlliere ou macquerelle en une voie ou santier, etc.* Aliæ ann. 1390. in Reg. 138. ch. 224 : *Danisy entendit la Croix qui disoit à cette femme : Jehannete, as tu fait venir Perrinet Danisy ton Houllier; il n'y a plus fort Houllier en cette ville de lui. Hourier et Houriere,* in Usat. Camerac. Mss. pro duello. *Hurrier,* in Ch. ann. 1355. tom. 2. Hist. Leod. pag. 423. Hinc *Houllerie*, Liberior vivendi licentia, vulgo *Débauche, libertinage*, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 111. ch. 78 : *Jehan le Pionnier,.... qui estoit homme de légier esperit, diffamez de Houllerie et de maintenir et fréquenter femmes etc.* Huc etiam forte spectat *Marchant de houes*, quod convicii loco dicitur. in aliis Lit. ann. 1473. ex Reg. 195. ch. 831 : *Ung trompeur, larron, marchant de Houes et pluseurs autres parolles injurieuses.*

HULLUS. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 292 : *Habendum et tenendum dictam pasturam in Hullis et holmis, etc.* Anglo-Saxonibus h u l l, et h i l l, est mons, collis : *Holmus* vel *Hulmus*, locus depressior aquis irriguus. Vide *Hulmus.*

HULMUS, Holmus, Anglis, Danis, Germanis, *Holm*, vel *Holme*, Clivus, monticulus, collis. *Holm*, (inquit Lelandus in Commentar. in Cygn. Cant.) *eminentis loci, interdum et silvosi, et aquis circumsepti verticem aut eminentiam exprimit.* Addunt Camdenus in Insulis Britannicis, et Spelmannus, interdum *Holmes* dici depressiores et herbidas planities plurimis rivulis et aquarum divortiis circumfusas : quomodo videtur usurpare Monasticum Anglican. tom. 1. pag. 680 : *Tres dalos prati, et unum Hulmum, et aliquos sospites.* Et tom. 2. pag. 292 : *Habendum et tenendum dictam pasturam in Hullis et Holmis in separabilitate, etc.*

HULSAAR. Andreas Suenonis lib. 5. Legum Scanicarum cap. 23 : *Si vero descendat* (vulnus) *ad interiora, puta in capite usque ad cerebrum, in pectore usque ad jecur, vel pulmonem, in ventre usque ad viscera, quod vulnus Hulsaar dicitur in vulgari, duplo majorem et satisfactionem exigit et defensionem.* Vide *Waadesaar* [** et Rosenving. Histor. Jur. Danic. § 70. not. B.]

* **HUMANALIS,** Humanus. Testam. Giraudi de Villanova ann. 1481. ex Tabul. D. Venciæ : *Attendens amorem sincerum quem erga nobilem Margaretam dominam de Canderaca soceram ejusdem nobilis testatoris; ... quantum vitam duxerit Humanalem et vidualem etc.*

¶ **HUMANARI,** Homo fieri, de Christo dicitur qui humanam carnem assumsit. Acta S. Franciscæ Romanæ tom. 2. Martii pag. 105 : *Verbum et ipse Deus, dignatus es intra meos virginales Humanari artus.* Occurrit etiam in Homilia MS. Remigii Autissiod.

¶ Humanatus, *Homo natus.* Gasp. Barthii Gloss. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 3. pag. 454. Papias in Præfatione : *Et pro me Papia multiplicibus obsito peccatis, ad Humanatum pro nobis Dominum exhorrent.* Epistola Concilii Francoford. ad Episc. Hispaniæ tom. 3. Conc. Hispan. pag. 105 : *Adjunxistis : In professione Nicæni symboli non invenimus dictum, in Christo duas naturas et tres substantias, et homo deificus et Deus Humanatus.*

¶ Humanatio, Incarnatio qua Verbum Divinum homo factus est. Bulla Nicolai IV. PP. apud Rymer. tom. 2. pag. 513 : *Cujus etenim pectoris, etiam lapidei quamtumcumque duritiam non emolliat considerata illius Humanationis humilitas in qua Dei filius factus homo exinanivit semetipsum.* Adde Concil. Armenorum ann. 1342. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 318.

* **HUMANISSIME.** Hist. Ratispon. ad ann. 1493. apud Oefelium tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 519. col. 2 : *Dux Bavariæ Christophorus.... in peregrinatione ad Terram Sanctam..... morbo correptus Rhodiis vitam cum morte mutavit, ibique Humanissime sepultus.* An cum maximo dolore, uti viros humanissimos decet? Verum legendum suspicor *Honestissime.*

1. **HUMANITAS,** Cibus, potusque humanitati sufficiens, Varroni. Hinc *Humanitatem tribuere*, apud S. Maximum Taurinensem homil. de Non timendis hostibus carnalibus. *Humanitatem dare*, in Legibus Wisigoth. lib. 9. tit. 1. § 4. 5. 6. *Humanitatem ministrare*, apud Marculfum lib. 1. form. 11. quæ est tractoriæ : *Ideo jubemus, ut locis convenientibus eisdem a vobis evectio simul et Humanitas ministretur : hoc est, veredos seu paraveredos tantos, panis nitidi modios tantos, etc.* Charta Caroli Calvi ann. 858. pro Monasterio S. Mariæ Suession. : *Delegavimus decimas omnium rerum de tota Abbatia, et earum scilicet rerum, quæ in terra coluntur, vel quæ hominum studio ad Humanitatis usum habenda nutriuntur, et per curam Præpositi aptis vehiculis ad Monasterium ducantur : et ne aliquando quicquam necessarium deesse possit hospitibus, et omnis humanitas supervenientibus exhibeatur, etc.* Lex 7. Cod. de Custodia reor. (9,4.) : *Judices omnibus dominicis diebus productos reos custodia carcerali videant, interrogent, ne his Humanitas clausis per corruptos carcerum custodes negetur.* Ubi Anianus : *Ut eis a Christianis, vel a Sacerdotibus substantia, vel alimonia præbeatur.* Vide S. Ambros. de Tobia cap. 14. Senatorem lib. 7. Epist. 33. et Martyrol. vetus 5. Kl. Aug. in S. Pantaleon. Eadgarum in Legibus Monochorum Hydensium cap. 13. Udalricum lib. 3. Consuetud. Cluniac. cap. 21. etc. Adde Capitul. Aquisgr. ann. 817. cap. 27.

¶ 2. **HUMANITAS,** Statura. Acta S. Agricolæ Episcop. Cabillon. tom. 2. Martii pag. 514. ex Gregorio Turon. : *Humanitatis exiguæ, facundiæ vero magnæ erat.* Quod Galli diceremus : *De petite taille.*

* 3. **HUMANITAS,** Hominis vita. Vita S. Galt. abb. sæc. 6. Bened. part. 2. pag. 820 : *Fabas nulla pinguedine vel sapore conditas ei deferebat, istisque alimentis suam artissime Humanitatem sustentabat.* Hinc *avoir humanité*, Existere, inter vivos esse, in Charta ann. 1340. ex Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 381 : *Comme pluseurs deffuns, ou temps que il avoient Humanité, meuz de dévotion.... eussent laissé à l'église de Sainte Nourice de Rains, etc. Humanité* vero, Pars corporis, qua quis vir est aut mulier. Lit. remiss. ann. 1349. in Reg. 78. ch. 247 : *Aucuns d'eulz* (des moines de S. Leu) *avalerent leurs braies et monstrerent leur derriere et toute l'Humanité que il portoient, aus hommes et fames qui là estoient, en disant en leur langaige, par le cap de Dieu, cy prandrés vostre Salvadour le jour de Pasques, et non ailleurs.* Aliæ ann. 1382. in Reg. 120. ch. 274 : *Icellui Senwin.... envoia ledit Pierre à la Humanité sa mere vilainement.*

* 4. **HUMANITAS,** Hominum universitas. Charta Henr. Æduens. episc. in Chartul. S. Dion. Vergiac. fol. 4. v°. : *Noverit omnium, tam præsentium quam futurorum, generalis Humanitas, quod etc.*

¶ **HUMANITUS.** Charta Theobaldi Prioris Charitatis ann. 1237 : *Postquam de me Humanitus contigerit.* Id est, postquam me mori contigerit. [* Eodem sensu dixit Cicero : *Humanitus si quid mihi accidisset*; a Glossario proinde amandanda vox.] [** Pro *humaniter* occurrit in Vita S. Galli apud Pertz. Scriptor. tom. 2. pag. 12 : *Quique a viro Dei Humanitus susceptus, etc.*]

* **HUMANTSIN,** Piscis marini genus. Vide supra *Centrina.*

* **HUMARI** apud Danos solebant feminæ furti damnatæ. Jus Danic. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. Mss. pag. 172 : *Item mulieres pro furto non debent suspendi, sed Humari debeant; et si invenitur quod sint impregnatæ, tunc abscindentur sibi ambæ aures.* Vide supra *Fossa* 1. et infra *Subterratio.*

* **HUMATA,** perperam pro *Huvata.* Vide infra in hac voce.

* **HUMATIO,** Sepulcrum. Obituar. S. Nicol. Corbol. ad vj. Jul. : *Post dictum servitium dicti officiarii ibunt processionaliter super Humationem dictæ deffunctæ, cantando* Libera *ad longum, etc.* Ibid. ad xiv. ejusd. mens. : *Super locum ubi inhumatum fuit corpus.*

¶ **HUMDRET.** Vide *Hundredus.*

* **HUMECTAMEN,** Humectatio, *Lo bagno*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

¶ **HUMECTARE,** Inundare, Gall. *Inonder.* Chron. parvum Ferrariense apud Murator. tom. 8. pag. 477 : *Ceterum cum hic Sandali fluvius vadosus nimis agros Humectaret vicinos, et steriles esse faceret.* Hoc verbum usurpat Columella pro *Humidare.*

* **HUMECTE,** vox vernacula, Ludi genus. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 317 : *Commençerent les aucuns à jouer pour le vin aux cartes, à ung jeu appellé la Humecte.*

¶ **HUMECTUS,** Paludosus, Gallice *Marécageux.* Chron. Monast. Novalic. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 734 : *Hæc subtus limina ostiorum terram cavat manibus et quemdam hiatum faciens, se dominam clam liberat. Quæ inde evadentes, collocant sese in Humectis locis, ut sic fugere valerent.*

¶ **HUMELETUM,** Villula a majori vico dependens, Nostris *Hameau.* [* Nisi idem sit quod *Humlo.* Vide in hac voce.] Charta Henrici IV. Ducis Silesiæ ann. 1288. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 427 : *Quo defuncto fructus vinearum ipsarum cum*

Digitized by Google

usibus Humeleti ac proventibus molendini, ad quotidianas distributiones cedent tam personis, quam Canonicis Sanctæ Crucis qui pro tempore fuerunt residentes. Ibidem : *Vineas vero de Olsnitz, Humeleta ac molendinum, etc.* Vide *Hamellum* in *Ham.*

¶ **HUMELO.** Vide *Humlo.*

HUMERALE, Idem quod *Amictus*, vel *Superhumerale*, Vestis *Clericalis*, Sacerdotalis et Pontificalis, de qua suo loco. [*Humerale* a superhumerali distingunt Macri Fratres, quos consule in Hierolex.] Gloss. Lat. Gall. : *Humerale, Espaultere, Ephot.* Alcuinus lib. de Divin. Offic. cap. Quid significent vestimenta : *Post sandalia in Ecclesiæ vestimentis sequitur Humerale, quod fit ex lino purissimo, etc.* Hugo a S. Victore lib. 1. de Sacram. cap. 45 : *Humerale sive amictus.* Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 55 : *Et alligat Superhumerale, i. amictum.* Ordo Romanus: *Fratres in chorum ordinatim convenire debent Humeralibus et albis, apud quosdam autem casulis induti.* Alio loco : *Anabolagium, id est, amictum, quod dicitur Humerale.* Hildebertus Cenomanensis de Officio Missæ :

> ... Scapulas Humerale tegebat
> Præsulis intrantis interiora sacri.

Acta Murensis Monast. pag. 29 : *Septuaginta albæ cum totidem Humeralibus et cingulis.* [Adde Miracula S. Udalrici sæc. 5. SS. Benedict. pag. 466. et tom. 1. Rerum Mogunt. pag. 94.]:[** Vide Glossar. med. Græcit. voce Ὠμοφόριον, col. 1789. sqq.]

Humorarium, pro *Humerale*, in Charta Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 1016. apud Antonium *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5 : *Indumenta Sacerdotum et Levitarum, cum balteis et Homorariis aureo texta, visinia,* (bissina,) *purpurea et linea, in admonitione conversorum signos et campanas, etc.*

☞ Est etiam *Humerale* vestis militaris. Paulus JC : *Si tibiale vel Humerale miles alienavit, castigari verberibus debet.* Ea autem voce non solum pars illa vestitus ænei intelligitur qua teguntur cataphractorum humeri, sed et quodcumque militare amiculum humeros contegens, Italis *Dorsiere, Schiniera.* Vide Carolum de Aquino in Glosssar. Militari.

¶ **HUMERULUS**, Axis, Gall. *Essieu.* Vita S. Columbæ Abb. tom. 2. Junii pag. 225 : *Fuit itaque talis ejusdem agitatio diei per longa viarum spatia, sine ulla rotarum Humerulorumque separatione sive labefactatione... ut currus cui insederat, salubriter absque ulla impeditione recta incederet orbita.*

* **HUMERUS**, nude, pro Armo vel membro porcino, quod domino præstari debet. Charta ann. 1173. ex Tabul. Cassin. : *Breve recordationis, quod facio ego G. rector Albanetæ, de convenientia, quæ fuit inter nos et Constantinum et uxorem ejus. Concessimus eis in vita sua tantum caserinum unum juxta hospitale, cum horto suo et arboribus, et vineam unam prope Casinum, de qua debent nobis singulis annis medietatem proventus sicut ceteri homines, et de supradicto caserino Humerum unum debet in nativitate Domini, et pullum gallinaceum, si non habuerit Humerum.* Vide *Spalla.*

¶ **HUMICUBÆ**, *Sacerdotes humi cubantes ad Deorum responsa accipienda.* Laur. in Amalth.

¶ **HUMIDARE.** Suppl. Antiquarii. : *Humido*, διαβρέχω : *Irrigo.* Verbum Plinio notum.

HUMIGARE, Humidum reddere, Gallis *Humecter.* Vindicianus Comes Archiatror.: *Post hæc a me æger ad balnea mittitur, ut lavacro ejus siccitas Humigetur.*

1. **HUMILIARE**, Dehonestare. Concilium Triburiense ann. 895. cap. 41 : *Frater vero ejus, suadente diabolo, adamatus ab ipsa, clanculum eam Humiliaverit, et violatam reddiderit, etc.* Andreas Suenonis lib. 13. Legum Scaniæ cap. 3 : *Ubicumque quispiam licet solus violenter vel virginem Humiliaverit, vel corruptam oppresserit, etc.* Ita *Humiliationem* pro opprobrio et dedecore cuipiam illato usurpant S. Columbanus de Pœnitentiarum mensura cap. 28. et Cumeanus in Pœnitentiali cap. 3. Vide *Humilitas.*

Humiliare Se, Per adorationem inclinare se, genua flectere. Gloss. Gr. Lat. MS. : Προσπίπτω, *Humilio.* Anastasius in S. Marcello PP. : *Comprehensus a Maxentio, ut negaret se esse Episcopum, et sacrificiis se Humiliaret dæmonum.* In S. Joanne PP. pag. 35 : *Tunc Justinus Augustus dans honorem Deo, Humiliavit se pronus, et adoravit beatissimum Papam Joannem.* Et in S. Agapeto pag. 38 : *Tum piissimus Augustus Justinianus gaudio repletus, Humiliavit se sanctæ Sedi Apostolicæ, et adoravit beatissimum Papam Agapitum.* Charta Charitatis Cisterciensis Ordin. cap. 2 : *Ubi vero consederint, Humilient sibi mutuo.* Usus antiqui ejusdem Ord. cap. 68 : *Incedat per medium chorum cum gravitate, Humilians se contra Abbatem.* Cap. 70 : *Humiliet se profunde de loco suo versus Abbatem.* Vita MS. S. Romani Presbyteri : *Ut autem ad eum venit, Humiliavit se coram eo, etc.* Vide Statuta Ordinis Præmonstrat. dist. 1. cap. 5. [Le Roman *de la guerre de Troyes* MS. :

> Chascune vers Deu s'Humilie,
> Qu'a lor gent gart et maintegne,
> Qe meschance ne lor viegne.]

Humiliatio, Capitis inclinatio, vel genuflexio. Regula S. Donati cap. 26 : *Similiter pœniteat, quæ Humiliationem in synaxi, id est, in cursu oblita fuerit, hæc est Humiliatio in Ecclesia post finem uniuscujusque Psalmi.*

¶ **Humiliatio**, Satisfactio propter delictum. Regula reformat. Monast. Mellicens. ann. 1451. apud Schramb. in Chron. Mellicensi pag. 410 : *Pro errorum diversitate in cultu divino commissorum solent secundum consuetudinem triplices fieri emendæ sive Humiliationes.*

* 2. **HUMILIARE**, Deprimere, Gall. *Humilier.* Epist. syn. Aquisgr. ad Pipinum ann. 836. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 354 : *Hortamur a Deo sublimatam potestatem, ut eorum, qui ecclesiam Christi dehonoraverunt et Humiliaverunt, rebusque propriis exspoliaverunt, etc.* Vide *Humilitas.*

HUMILIATI, Ita dicti in Italia, maxime in Lombardia, viri quidam ac mulieres regulariter, et in congregatione viventes, *eo quod in paupertate et asperitate habitus,* (quem album fuisse aiunt,) *et gestus exterioris compositione, et morum gravitate, et in omnibus verbis et operibus suis magnum ostenderent Humilitatis exemplum.* Ita Jacobus a Vitriaco in Hist. Occident. cap. 28. qui plura de eorum Institutis refert. Hunc postmodum Ordinem, cujus initia quidam ad Friderici I. alii ad Conradi, alii denique ad ejusdem Conradi successoris Henrici tempora referunt, Lucius Papa, quod ejusmodi *Humiliati*, hæreticis dogmatibus, ac superstitiosis observationibus addicti deprehensi essent, abrogavit : confirmatis postmodum ab Innocentio III. in eorum et Pauperum de Lugduno, quorum Ordo pariter est damnatus, locum, Ordinibus Fratrum Minorum et Prædicatorum, ut auctor est Conradus Abbas Uspergensis sub ann. 1212. Vide Hieronymum *dalla Corte* in Histor. Veronensi lib. 10. pag. 586. ubi de Humiliatorum primordiis, pluribus agit, ut et Miræum de Ordinibus Monasticis. [Vide *Fratres de Spiritu Sancto.*]

¶ **HUMILIATIO.** Vide in *Humiliare.*

HUMILIATORIUM. Charta Didaci Episc. Compostellani æræ 1153. apud Anton. *de Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 4. pag. 437 : *In primis confirmamus vobis, ut diximus, totum illud Monasterium, cum suis domibus, et servis, et cum cunctis, quæ videtur habere intra Humiliatoria B. Jacobi Apostoli, etc.* An *Heremitoria?*

¶ **HUMILIS**, Titulus ab Episcopis in suis subscriptionibus non semel assumtus; ut in Privilegio Pauli I. PP. apud Labbeum tom. 6. Concil. col. 1693. Hac etiam formula usus Henricus Rex apud Puricellum in Basil. Ambros. pag. 534 : *In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Henricus divina favente clementia Humilis Romanorum Rex.* Quæ tandem penes Monachos tantum remansit.

* Eumdem titulum Chartis regiis inscriptum non semel reperimus. Charta pro monast. Gratiæ B. M. ann. 1199. in Reg. 185. Chartoph. reg. ch. 157 : *Alienor Dei gratia Humilis regina Angliæ, ducissa Normanniæ, Acquitaniæ et comitissa Andegavensis etc. Humeles*, pro *Humble*, in Serm. Maurit. episc. Paris. tom. 17. Comment. Acad. Inscript. pag. 722 : *Si doit estre* (*li prestres*) *Humeles, benignes, larges, etc.*

HUMILITARI, Humilem fieri, humiliari. Faustus Regiensis contra Nestorianos, de Christo : *Natus, qui moreretur, datus, per quem vita renasceretur : illic dominatur, hic Humilitatur.*

HUMILITAS, Dejectio, opprobrium. [Lactantius lib. de mort. Persecut. n. 30. de Maximiano Imper. qui purpuram deponere coactus fuerat : *Sic amisso Imperatoris et soceri honore, Humilitatis impatiens, alias rursus insidias machinatus est.*] Gregor. Turon. lib. 2. Hist. cap. 41 : *Victosque totondit, et Chararicum quidem Presbyterum, filium vero ejus Diaconum ordinari jubet. Cumque Chararicus de Humilitate sua conquereretur, etc.* Lib. 6. cap. 36 : *Ad ulciscendam Humilitatem generis sui velocius properant, etc.* Adde lib. 1. Miracul. cap. 78. Vide *Humiliare.*

Humilitas. Leontius Episc. Arelatensis in Epist. ad Hilarum PP : *Et te decrevimus,*

Digitized by Google

quam primum hac Humilitatis nostræ epistola salutare. Vide *Humilis.*

* **HUMILITAS** Beatæ Mariæ, Titulus monasterii de Longo-campo, in Charta Phil. Pulc. ann. 1273. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 158. r°. col. 2 : *Abbatia Humilitatis Nostræ Dominæ prope S. Clodoaldum.* Alia ann. 1317. ibid. fol. 534. r°. : *Item concessit* (Philippus rex) *abbatissæ et conventui monasterii Humilitatis B. Mariæ de Longuo-campo, ordinis S. Claræ prope S. Clodoaldum, superficiem quatuor arpentorum bosci.* At vero *Humilité*, Beneficentiam sonat, in Hist. chronol. Caroli VII. pag. 467 : *Lequel* (le Roy) *les receut volontiers, et quitta et remit à ceux de Bayonne, de sa grace et Humilité, vingt mille escus d'or, des quarante mille qu'ils lui devoient payer.* Christ. Pisan. in Carolo V. part. 1. cap. 2 : *Adonc lui trèz benigne* (le duc de Bourgogne) *après que son Humilité m'eust rendu plus mercis qu'à recepvoir à ma petitece n'appartenoit, etc.*

¶ **HUMILITER**, Absque molestia. Otto Morena in Hist. rerum Laudensium apud Murator. tom. 6. col. 991 : *Imperator namque inde discedens ac iter suum pacifice faciens, cum Veronam approquinquasset, indeque Humiliter pertransire voluisset, etc.* Ubi Muratorius : Bene Corius hoc verbum Italice reddens scribit, *Absque ulla molestia.*

HUMILITUDO, *Humiliatio*, ταπείνωσις, in Gloss. Gr. Lat. In aliis Gloss. MSS. ταπίνωμα.

¶ **HUMIPES**, *Sponsa dicta, quod rheda non veheretur.* Laur. in Amalth.

¶ **HUMISTERNIUM**, Humi cubatio. Vita S. Syncleticæ tom. 1. Januar. pag. 255 : *Nam jejunia et Humisternia instituta sunt propter fœdissimas voluptates carnis.*

HUMLO, Humulo, ex Gall. *Houblon*, quod a Latino *Lupulum* formatum, elisa litera L. Adalardus in Statutis Abbatiæ Corbeiensis part. 1. cap. 7 : *Nec messes, vel prata colligendo, nec braces faciendo, nec Humlonem, nec ligna solvendo, etc.* Polyptychus S. Remigii Remensis : *Summa census frumenti mod.* 106. *speltæ* 1416. *ordei* 732. *mixturæ* 325. *leguminis* 11. *Humulonis mod.* 3. *vermiculi unc.* 12. *vini mod.* 1567. *etc.*

¶ Humelo, Humolo, Eadem notione. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 100. v°. : *Restaurius servus solvit omni anno de Humelone modium* 1. *et facit wactam.* Ibidem fol. 101. recto : *Ostroldus servus solvit de Humolone mod.* 1. *et aliud servitium quod ei injungitur.* Et verso : *Camsiles* VIII. *omni anno de Humolone mod.* VIII. *pastas* XLVIII. Adde Constitut. Ansegisi Abbatis sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 640.

** Homela, in chart. ann. 1282. apud Lappenb. Init. Fœder. Hanseat. pag. 61.

¶ Humlonaria, Locus ubi *Humlo* nascitur. Charta Pippini Regis apud Doubletum Hist. Sandionys. lib. 3. pag. 699 : *Donamus... id est cotonarias cum omni integritate, et in Ulfrasingas mansos duos, et Humlonarias cum integritate.* V. *Humularium.*

¶ **HUMMELLUS**, pro *Humerus.* S. Wilhel. Constit. Hirsaug. lib. 1. cap. 84 : *Notat quoque Diaconus quando Sacerdos inter Canonem se inclinaverit, ut postea cum illo se erigat, calicemque cum eo discooperiat, et cum levante levet, iterumque repositum cooperiat; prius tamen in ipso accessu osculatur altare, ac deinde Sacerdotis brachium parum infra Hummellum.* Bernardus Mon. in Ord. Cluniac. ibid. pag. 223 : *Deinde dextrum Humerum Sacerdotis deosculatur.*

¶ **HUMOLO**. Vide *Humlo.*

¶ **HUMOROSITAS**, Humiditas. Miracula S. Ambrosii Senens. tom. 3. Martii pag. 232 : *Tantum incurrit dolorem et Humerositatem in capite.*

* Nostris, *Humeure*, Potio, medicamentum. Lit. remiss. ann. 1467. in Reg. 200. Chartoph. reg. ch. 64 : *Lequel medecin ordonna en la boutique d'un apoticaire d'icellui lieu de Pezenas plusieurs beuvraiges,... ou Humeures, etc.*

* **HUMULARIUM**, Ager *humulo* seu lupulo consitus, nostris *Houblonniere*, alias *Umeau* et *Umelaye.* Charta apud Meichelbec. tom. 2. Hist. Frising. pag. 362 : *Dedit prænominatus nobilis vir... Humularium* 1. *de terra arabili hobas vj. etc.* Alia ann. 1386. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 75. col. 2 : *Campum situm retro idem nostrum monasterium, prope nostrum Humularium. Humulator*, qui *Humularium* colit, ibid. Lib. censualis terræ *d'Estilly* ex Cod. reg. 9493. fol. 8. v°. : *Sur deux boicellées de terre joignant à l'Umelaye au prieur de Beaumont.* Et fol. 9. r°. : *Une euvre et demie de terre... joignant au covers de l'Umeau Berte d'une part etc.* Vide *Humlonaria* in *Humlo.*

¶ **HUMULO**. Vide *Humlo.*

HUMULUS, Idem forte quod *Humlo.* Specul. Saxon. lib. 2. art. 52 : *Transcrescat siquidem Humulus sepem, qui radices habet intra sepem, vel cujus fundo radices fixerit, quantum de Humulo attrahere per sepem potest, Humulum tollet, et quod extra manet, ad vicinum pertinet.* Eadem habentur in Wichbild Magdeb. art. 128. [** In Germ. *Hoppe;* hodie *Hopfen.*]

¶ *Humulum* idem esse cum *Humlo* vix dubitare sinit Chronicon Florentii Episc. apud Eccardum de Orig. Domus Saxon. col. 59 : *Triginta sex oves et tot agnos, et octoginta sex moldia Humuli, et viginti sex porcos pingues et viginti sex anseres.*

* **HUNA**, Funis nauticus, rudens. Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 123 : *Requisivit ut sibi venderet unum, Gallice chable, aliter Hune, ad trahendum naves ascendendo per aquam.* Occurrit præterea in Stat. pro mercibus per aquam Parisios transvectis ann. 1415. ex Reg. 170. ch. 1.

HUNDREDUS, Hundredum, Hundreda, Hundreth, vel Undredus, absque aspiratione, ut apud Petrum Blesensem Epist. 95. Anglis dicitur, quod Latinis *Centena, Centuria*, a voce Saxonica hundred, *centum* : unde Belgæ *Hundert*, eadem notione. Scribit Joan. Stiernhookus lib. 1. de Jure Suenonum vetusto pag. 30. districtus, seu Comitatus apud Uplandos et Suedos Cissilvanos, *Hundari* appellatos, quod centum ut plurimum villas, vel potius colonos continerent. *Hundredorum* autem in Anglia institutum ab Aluredo Rege profluxit : nam is indigenarum rapinas et eorum excessus cupiens compescere, ut auctor est Ingulphus, *Totius Angliæ pagos et provincias in comitatus primus omnium commutavit, comitatus in centurias, id est, Hundredas, et in decimas, id est, in trithingas divisit, ut omnis indigena legalis in aliqua centuria et decima existeret : et si quis suspectus de aliquo latrocinio, per suam centuriam vel decuriam, vel condemnatus, vel inwadiatus, pœnam demeritam vel incurreret, vel vitaret. Præfectos vero provinciarum* (*qui antea Vicedomini*) *in duo officia divisit, id est, in judices, quos nunc Justitiarios vocamus, et in Vicecomites, qui adhuc idem nomen retinent. Horum cura et industria tanta pax in brevi per totam terram effloruit, ut si viator quantamcumque summam pecuniæ in campis et publicis compitis vespere dimisisset, mane vel post mensem rediens integram et intactam indubie inveniret.* Ingulpho adjungendus Willelmus Malmesbur. lib. 2. de Gestis Rerum Angl. cap. 4. qui etsi fere eadem tradat, rem tamen ita refert, ut lucem porrigat Ingulpho : *Et quia occasione barbarorum indigenæ etiam in rapinas anhelaverant, adeo ut nulli tutus commeatus esset sine armorum præsidio, centurias, quas Hundred dicunt, et decimas, quas Trithingas vocant, instituit, ut omnis Anglus legaliter duntaxat vivens haberet et centuriam et decimam. Quod si quis alicujus delicti insimularetur, statim ex centuria et decima exhiberet, qui eum vadaretur; qui vero ejusmodi vadem non reperiret, severitatem legum horreret. Si quis autem reus vel ante vadationem vel post transfugeret, et omnes ex centuria et decima Regis multam incurrerent. Hoc commento pacem infudit provinciæ, ut etiam per publicos aggeres, ubi semitæ in quadrivium finduntur, armillas aureas juberet suspendi, quæ viantium aviditatem riderent, dum non essent, qui eas abriperent.* Hæc perinde sub annum 892. narrat Willelmus Gemeticens. ut et alii : quæ postmodum Willelmus Nothus observari sua etiam tempestate sanxit, ut est in illius Legibus Latinis sub initium. Sed et hanc provinciarum Anglicarum divisionem habent Leges Edw. Confess. et Leges Henrici I. cap. 6. 8.

Hundredos seu *centurias*, vel *centenas*, non primus tamen instituit Aluredus; sed earum usum in Angliam invexit : non longe antea apud Francos nostros provinciæ in *Comitatus*, iique rursum in *Centenas*, vel *Centurias*, denique eæ in *Decanias* distributæ erant, uti in his vocibus docuimus. Sed quod de securitate inter indigenas stabilita, ac mutua vadatione narrant Scriptores, Aluredi prorsus videtur institutum.

Hundredi an certo familiarum vel villarum numero constiterint, haud omnino planum est. Gervasius Tilleberiensis lib. de Scacario part. 1. cap. penult. *Hundredum*, ait, *ex hidarum aliquot centenariis, ut hidam ex* 100. *acris* constitisse. Est autem *hida* tantum terræ, quantum uni aratro per annum sufficit, quod Latini ævi inferioris *Mansum* vocant, agri scilicet portio cum domicilio, uni familiæ colonariæ attributa : ita ut *Hundredus* certo familiarum numero constiterit : quod de *Centena* apud Francos volunt. Neque aliud apud Bromptonum *Villa* videtur sonare, cum ait, *Hundredum Latine dici, quod Wallice et Hibernice Cantredus, et continere centum villas :*

Digitized by Google

ut et apud Ranulfum Cestrensem lib. 1. cap. 50. scribentem, *Wapentak et Hundret idem esse, quod procinctus centum villarum.* Videtur enim his locis *villa* idem esse, quod *colonia*, seu familia rustica, uni agri portioni addicta. Sed et inde intelligendus Giraldus Cambrensis, scribens *Monam Insulam* 343. *villas habere, et pro tribus cantredis reputari.* Nam his locis, *villa*, pro pago, uti hodie appellamus, sumi non potest, cum, ut ait Spelmannus, tantum abest, ut in *Hundredo* tot reperiantur villæ, ut majores vix 30. aut 40. habeant. Proinde cum Lambardus ait, *Hundredum a numero centum hominum appellationem habere :* id intelligendum de iis, quos nostri *Capita mansi* appellabant, seu *Chefs de famille*, capita familiæ, quibus reliqua ipsa familia suberat, ita ut unicum caput conficeret.

Iis porro centuriis et decaniis adscribebantur omnes, qui annum ætatis duodecimum excesserant, cujuscumque essent conditionis, sive liberi, sive servi, ex Legibus Canuti Saxonis § 19. Decaniis præerant *Decani*, centuriis seu hundredis *Centenarii*, qui et

Hundredarii, et *Præpositi*, vel *Domini Hundredorum* vocabantur, ut in Legibus Edw. Confess. cap. 32. Hi una cum hominibus decaniarum et hundredorum de litibus, et *Decani* de iis, quæ minoris, ut suo dictum loco, *Hundredarii* vero de iis, quæ majoris essent momenti, cognoscebant.

Hundredarii primitus ab ipso populo eligebantur, ut in voce *Wapentachium* docemus. Postmodum Statuta Edw. II. ann. 9. *Hundredarii* a Cancellario, Thesaurario, et Baronibus Scacarii designabantur. Denique Statutis ann. 2. Edw. III. cap. 13. et ann. 14. ejusdem cap. 9. omnes hundredi, ut olim, Comitatibus restituti, iterumque annexi, et Vicecomitibus præceptum, ut probos in eisdem *Hundredarios* aliosque ministros constituerent. Vim hoc obtinuit, quoad hundredos, qui Regi suberant : in aliis autem, qui jure hæreditario ex Regum privilegiis, eos possidebant, non item, ait Spelmannus.

Hundreda, Hundredariorum Comitia nude passim dicuntur, in quibus una cum 12. Senioribus hundredi seu centuriæ illi judicabant, ut est in Legibus Ethelredi apud Vanatingum sancitis cap. 4. Quando autem ea tenerentur, varie observatum arguunt Leges Anglicæ. Quippe in Legibus Edgari Saxonicis cap. 5. et Canuti cap. 17. oppidana ter, suprema vero, ex omnibus scilicet hundredis coacta, Comitia bis in anno teneri sancitur : quæ quidem suprema comitia *Comitatus* vulgo appellabant, quibus præerant Episcopi et Comites Provinciarum : ubi Episcopi quidem de rebus Ecclesiasticis, Comites de rebus civilibus cognoscebant. Quod etiam habetur in Legibus Edw. Confess. cap. 32. 34. Leges veteres Legibus Inæ subjectæ, singulis mensibus exacta hæc Comitia docent : *Hoc est judicium qualiter Hundredum teneri debeat. In primis, ut conveniant semper ad quatuor hebdomadas, et faciat omnis homo rectum alii,... et faciat furi rectum suum, etc.* His consentiunt Leges Edw. Confess. cap. 35 : *Debet autem Scyremot bis, Hundreda et Wapentachia duodecies in anno congregari, et septem diebus antea summoneri, nisi publicum commodum vel dominica Regis necessitas terminum præveniat.* Est autem *Wapentachia* in aliquot Angliæ Provinciis, quod in aliis *Hundredus :* quod et rursum habetur cap. 34. Leges Henrici I. cap. 51 : *Debent autem ad singulos menses, i. per annum duodecies congregari Hundreda : Comitatus bis, si non sit opus amplius, ut omnis homo rectum faciat alteri ad rectum terminum, et omnis causa finem habeat : et summoneatur Comitatus septem dies antea.* Et Charta ejusdem Regis *de Comitatu et Hundredis tenendis* apud Spelmannum : *Sciatis, quod concedo et præcipio, ut amodo Comitatus mei et Hundreda in illis locis et eisdem terminis sedeant, sicut sederunt tempore Regis Edwardi, et non aliter. Ego enim, quando voluero, faciam ea summoneri propter dominica necessaria ad voluntatem meam.* Has denique in hundredis tenendis consuetudines observari hocce generali Sancito voluit Stephanus Rex, apud Ricardum Hagustaldensem de Bello Standardico pag. 314 : *Bonas leges et antiquas et justas consuetudines in Hundredis et placitis et aliis causis observabo, et observari præcipio et constituo.*

Ex prædictis colligitur coacta interdum extra ordinem ejusmodi Comitia, propter regni necessitates, vel propter emergentia negotia, ad Regis libitum. Quod et docet Charta seu Breve Willelmi II. apud Spelman. : *Willelmus Rex Anglorum H. Camerario sal. Facias convenire et considere tres Hundredos et dimidium, apud Flicchamburch, propter terram illam de Holm, quæ pertinet ad Ringstedam, et quam Abbas Ramesiæ reclamat ad victum et vestitum Monachorum suorum. Et si Abbas poterit ostendere ratione et testimonio comprovinciali, quod antecessor suus eandem terram habuerit, eo die, quo pater meus fuit vivus et mortuus, tunc præcipio, ut illam terram et omnia, quæ juste pertinent ad Abbatiam suam, pacifice et honorifice habeat. Teste R. Bigod apud Windesoriam.*

Sed et inde habemus convocatos interdum plures simul hundredos, secundum causarum momenta : quod et firmatur ex lib. Ramesiensi sect. 298 : *Notum esse volumus, Reinaldum Abbatem Ramesiensem apud Uderwiwelle in præsentia Roberti filii Walteri eo tempore Vicecomitis, et Alani Subvicecomitis Norfolciæ et Suffolciæ, et in præsentia multorum aliorum Francorum et Anglorum, dirationatum fuisse testimonio virorum de novem Hundredis ibi congregatorum, quod Rex Canutus, etc.* Infra : *Fuerunt nempe viri prædicti de novem Hundredis jurare parati se audisse et vidisse, etc.* Ex his initiis prodiit, ut opinatur Spelmannus, hodierna apud Anglos juratarum e plurimis hundredis conscriptio, et causarum examen, quod *Patria*, et *Per patriam* dicitur, vulgo, *Trial par pays.*

In *Hundredis* examinabantur causæ civiles et Ecclesiasticæ, perinde ac in Comitatibus, ipsis Episcopis vel Archidiaconis pro tribunali sedentibus. Sed id immutavit Guillelmus Nothus ea Constitutione, quam descripsit Seldenus in Jano lib. 2. § 14 : *Propterea mando, et regia auctoritate præcipio, ut nullus Episcopus vel Archidiaconus de Legibus Episcopalibus amplius in Hundredo placita teneat : nec causam, quæ ad regimen animarum pertinet, ad judicium sæcularium hominum adducat : sed quicunque secundum Episcopales Leges de quacumque causa vel culpa interpellatus fuerit, ad locum, quem ad hoc opus elegerit et nominaverit, veniat, ibique de causa sua respondeat, et non secundum Hundredum ; sed secundum Canones et Episcopales Leges rectum Deo et Episcopo suo faciat.*

Omnes porro *Hundredis*, seu *Hundredi* Comitiis, quæ anglos. hundrede-gemote appellabantur, interesse tenebantur, [quod *Hundredi secta* dicebatur:] qui abesset, absentiam gravi mulcta luebat, ut est in Legibus Edgari Saxonicis § 5. et in Legibus Canuti § 16. in Legibus Guillelmi Nothi, et in Legibus Henrici I. cap. 51. Charta Henrici I. apud Spelman. : *Et volo, et præcipio, ut omnes de Comitatu eant ad Comitatum et Hundreda, sicut fecerunt tempore Regis Edwardi, nec remaneant propter aliquam causam, pacem meam, vel quietudinem meam, qui non sequuntur placita mea et judicia mea, sicut tunc temporis fecissent.* Hæc vero eorum, qui ab hundredis seu Comitiis aberant, mulcta intelligitur in veteribus Chartis Anglicis, in quibus Ecclesiarum Prælati, verbi gratia eximuntur ab *Hundredis*, id est, a necessitate eundi ad *hundredos*, ita ut si iis ipsimet non interfuerint, mulctam propterea non incurrant. Charta Edw. III. pro Abbatia S. Remigii Remensi, tom. 2. Monastici Anglic. pag. 993 : *Prohibeo, ne submoneatis Monachos de S. Remigio de Remis, ut eant ad Hundreta, nec ad scyras ; sed Præpositos suos, vel unum ex hominibus suis mittant.* [Charta Henrici II. Regis Angliæ pro Ecclesia de Herleia apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 45 : *Et terra et homines Ecclesiæ illius, quocumque sint loco per Angliam, sint liberi et quieti de siris et Hundredis, et murdro, et latrocinio etc.*] Eæ vero mulctæ

Hundred-laghes, id est, *leges*, seu *mulctæ*, vel *emendæ Hundredi* dicuntur : nam in hac voce, laghe, Saxonibus, ut Latinis, lex, mulctam sonat : a quibus quidem mulctis immunes dicuntur omnes forestarii, in Legibus Forestarum Canuti Regis cap. 9 : *Sint... quieti et liberi ab omnibus provincialibus summonitionibus, et popularibus placitis, quæ Hundred-laghe Angli dicunt.* Interdum

Hundredum, ut apud Rastallum, *est quietum esse de denariis vel consuetudinibus faciendis Præpositis et Hundredariis.* Nec aliud est

Hundredes-penny, Hundrepeny, Præstatio, scilicet quæ ab hominibus hundredi Vicecomiti, vel Hundredi præposito, in oneris sui subsidium fiebat, et *Auxilium Vicecomitis* interdum vocitatur. Vide in hac voce. Immunitas ab hac præstatione sæpe occurrit in Privilegiis Ecclesiarum cum aliis immunitatibus, ut in Monastico Angl. tom. 2. pag. 134. 827. etc. [Charta Henrici II. Regis Angliæ ex Archivo Beccensi : *De blodwita, et de fietwita et de Hundrepeny et de thednigpeny.* Glossariolum ejusdem Monast. : *Hundredepeny, Quitte de tallage de Hundred.*] Alias, ait Spelmannus, vocatur *Denarius de hundredo*, quæ vis est vocis *Hundred-penny*, in qua *penny*, dena-

Digitized by Google

rium significat : sed arctioris significationis est, quam vox *Hundredum*. Hoc enim in privilegiis videtur liberare ab omnibus consuetudinibus et solutionibus hundredo debitis : illud ab istiusmodi tantum solutione. Observo præterea

HUNDREDUM, ipsam mulctam, quæ in hundredorum Comitiis interdum irrogabatur, appellatam, eamque 8. fuisse librarum. Leges Edwardi Confessoris cap. 31 : *In Danelaga per* 18. *Hundreda, qui numerus complet septies* 20. *libras, et* 4. *quoniam forisfacturam Hundredi, Dani Norwagienses* 8. *libr. habebant, etc.* Ricardus Hagustaldensis de Statu Hagustaldensis Ecclesiæ cap. 14 : *Si quis igitur quemlibet cujuscumque facinoris aut flagitii reum et convictum infra quatuor cruces, quæ sunt extra ipsam villam de Hestaldasham, capit et retinet, universali judicio duo Hundreth emendabit : si vero infra villam*, 4. *Hundreth* : *si vero infra muros atrii Ecclesiæ*, 6. *Hundreth : si autem infra Ecclesiam*, 12. *Hundreth* : *si vero infra valvas chori*, 18. *Hundreth*,... *In Hundreth* 8. *libræ continentur.*

HUNDRED-SETENA. Privilegium Edmundi Regis Angl. dat. ann. 944. apud Malmesbur. lib. 2. de Gest. Reg. Angl. : *Concedo Ecclesiæ sanctæ Dei genitricis Mariæ Glasconiæ... jura, consuetudines, et omnes forisfacturas omnium terrarum suarum, id est, burggerita, et Hundret-setena, athas, et ordelas, etc.* Ubi Spelmannus : Nunquid legeris *Hundret-sceatena?* A sceat, pro symbolo, quod *Hundredariis* solebat impendi, et hoc privilegio jam remittitur. At Somnerus nihil mutandum censet ex Textu, ut vocatur, Roffensi, ubi hæc vox, *constitutio hundredi* redditur : *Debent habere constitutionem hundredi, quod Angli dicunt Hundret setene.*

☞ Placet Somneri sententia : sæta enim vel setena, ut ipsemet observat, Anglo-Sax. in compositione habitatorem, colonum, incolam significat; unde *Hundred-setena* de mulcta, quæ ob crimen vel injuriam in Hundredarium commissam exigitur, licet interpretari : nisi malis de præstatione ab eo qui Hundredis adscribebatur exsoluta accipere; quod suadere videtur Textus Roffensis. Charta Edgari Regis ann. 12. regni ejusd. tom. 1. Monast. Anglic. pag. 16 : *Et habeant socam, et sacam, on stronde, et on streame, et on wode, et on felde, on grithebrice, Hundred-setena, adas et ordelas, etc.*

¶ HUMDRET, in Charta Henrici II. Regis Angliæ ex Archivo Beccensi : *Et in omnibus aliis locis solutas et liberas* (possessiones habeant) *et quietas de syre et Humdret et placitis et querelis.*

¶ HUNDRETUS AFFIRMATUS, Tributum quod ab hominibus *Hundredi* exigitur, ad *firmam* datum. Computus ann. 1305. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 354 : *Item de burgo affirmato* XXIII. *l. Item de Hundreto affirmato* IX. *l.*

HUNDREDARII SERVIENTES, Bedelli, apparitores, in Fleta lib. 1. cap. 18. § 2.

Editus porro legitur *Modus tenendi unum Hundredum, sive curiam de recordo*, in libro Anglico, inscripto *Justice of peace*, edito ann. 1574. fol. 122. v.

HUNNISCUS, pro *Hunnicus*, inflexione Anglo-Saxonibus et Longobardis familiari. Carolus M. in Epist. ad Offam Regem Merciorum, quam describunt Radulfus de Diceto, Willelm. Malmesburiensis, et Matth. Paris, seu quis alius, in Vitis Abbatum S. Albani : *Vestræ quoque dilectioni, unum balteum, et unum gladium, Hunniscum, et duo pallia serica duximus destinanda.* Ubi *Hunniscum*, non videtur esse adjectivum gladii, quod vult Watsius; sed aulæum ita nuncupatum, quod apud *Hunnos* texeretur, illudque esse, quod ἀμφίθυρον Οὐννικὸν appellatur in Epistola Chosrois, apud Theophylactum Simocattam lib. 5. cap. 14. Evagrium lib. 6. cap. 20. et Nicephorum Callisti. Sunt autem ἀμφίθυρα vela, quibus januæ cancellatæ obducebatur, quasi ἀμφίκθυρον, uti innuimus in Descript. ædis Sophianæ n. 72. Neque aliud est *coopertorium Sarmaticum, quo altare dominicum cum oblationibus tegebatur*, apud Gregorium Turon. de Vitis Patrum cap. 8. ubi *rarum*, id est, tenue et pellucidum fuisse innuit.

HUNNISCI, Equi ex Hungaria, vulgo *Hongres*. Vegetius lib. 4. Artis veterin. cap. 6 : *Hunniscorum longe primo docetur utilitas patientiæ, laboris, frigoris, famis.* Et in Præfat. lib. 2 : *Nunquid vero exemplo Hunnorum, sive gentium aliarum artis etiam ipsius* (veterinariæ) *usus intercidet, dum homines refugientes expensas, barbarorum consuetudinem imitari velle si simulant, et incurata animalia hibernis pascuis, et negligentiæ casibus dedunt? etc. Sarmatas porro*, seu Hungaros, *Equorum plurimis ex usu castratis usos, ne aut feminarum visu exagitati raptentur, aut in subsidiis ferocientes prodant hinnitu densiore vectores*, observatum ab Ammiano lib. 17. ut et a Strabone lib. 7.

¶ HUNNISONI, Eadem notione, nisi pro *Hinnisoni* a verbo Hinnire. Will. Brito lib. 11. Philippid. :

> . . . . Nunc corpora forti
> Pressa manu, quando spatium non invenit ictus,
> Hunnisonis depellit equis, nunc juxta peremptis.

HUNONES, vel HUNNONES. Charta Henrici III. Imp. ann. 1056. et Henrici IV. Imp. ann. 1065. ex Tabulario S. Maximini Trevir. : *Constituimus etiam atque jubemus, ut Advocati in Abbatia illa non nisi ter in anno placitare debeant, et illi, qui Hunones* (al. *Hunnones*) *in quibusdam locis dicuntur, tertio tantum anno, nisi recens furtum fuerit, aut ex parte Abbatis vocati fuerint, placitum habeant.* Meminit etiam *Hunonum* Charta Henrici V. Imper. ann. 1112. et alia Conradi Comitis Lutzelinburgensis ann. 1135. in eodem Tabul. Sed cujus ordinis ii fuerint, mihi non liquet. Vide Zyllesium, et Duchesnium in Hist. Luxemburg.

* Iidem videntur qui apud Anglos *Hundredarii*. Vide in *Hundredus*. Gloss. Florent. Mss. : *Centurio vel tribunus, Hunno.* Charta Henr. III. imper. ann. 1054. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 397. col. 2 : *Servientes vero, qui præbendarii, et qui fratribus infra claustrum serviunt, vel qui foris ad curtes dagescalci dicuntur, nulli advocato, neque Hunnoni subjaceant; sed tantum abbati ejusque præpositis.* [** Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 756.]

¶ HUNSHOUC, vox Belgica ejusdem forte notionis atque *Hussuchung* infra. Consuetudines Furnenses ex Archivo Audomar. : *Qui convictus fuerit per quinque Coratores ex Hunshouc emendabit illi super quem factus est Hunshouc* XX. *sol. et damnum suum ei dupliciter restituet et quidquid de bonis suis residuum fuerit, erit in gratia Comitis.*

HUOBA. Vide *Huba.*

HUPA, Lupulus, Flandris *Hop. Hortus Huparum*, in Chron. Windesem. lib. 1. cap. 9. lib. 2. cap. 17.

¶ HUPPFENNIGE. Vide in *Huba.*

* HUPUPATUS, Plumis cristatus, Gall. *Huppé*, Proces. Egid. *de Rays* ann. 1440. fol. 159. v°. ex Bibl. reg. : *Proposuerunt facere.... invocationem.... cum lapide vocato diadocus, et cum ave crispata sive Hupupata.*

1. HURA, [Pileus villosus.] Vitæ Abbatum S. Albani pag. 53 : *Statimque assurgens* (Episcopus Lincolniensis) *in manu Regis per capitis sui galerum, qui Hura dicitur, resignavit id juris, quod dicebat se habere in Ecclesia B. Albani, etc.* Vocem *Hure*, nostri de apri capite usurpant. Vide Menagium in *Hurepois.*

* Imo et de hominis capite. Le Roman *de la Rose* Ms. :

> Lors leva le vilain la Hure,
> Oevre ses iex et s'esvertue, etc.

* *Hure* vero, Irrisionis signum quoddam, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 243 : *Lequel Bernart faisoit la Hure audit Pauquaut par maniere de dérision, etc.*

* 2. HURA, Idem quod *Hira*. Vide *Æra* 1.

¶ HURDAMENTUM, HURDARE. Vide mox *Hurdicium.*

HURDEREFEST, Familiæ alicui adscriptus, ex Saxonico hyred, familia, et fæst, fixus : hinc paterfamilias hyredes ealder, materfamilias hyredes moder. Atque sic legendum videtur in Legibus Henrici I. cap. 8. pro *Hudefest : Bis in anno conveniant in hundredum suum quicumque liberi tam Hudefest, quam Folgarii, ad dinoscendum..... si decaniæ plenæ sint, vel qui... recesserint, etc.* [Ubi potius legendum *Hurdesfest* censet Spelmannus : at Th. *Blount* in Nomolex. Anglic. mavult *Heordfest.* Vide in hac voce, et infra *Husfastene.*] [** *Heorthfest* scribendum esse censet etiam Thorpius.]

HURDICIUM, HURDICIUS, Cratis lignea, qua obducebantur mœnia, ne ab arietibus, vel missilibus lapidibus læderentur : seu, ut ait Vegetius lib. 4. cap. 23. *ut impetus machinæ materia molliore fractus murum non destrueret* : vel pali in fossatorum marginibus infixi, ne statim ad mœnia accessus pateret : a Saxonico, Hyrdl, plectrum, cratis : Anglis *Hurdle.* Glossarium Saxon. Ælfrici : *Clæta, Cratis :* Hyrdel : vel a Teutonico, *Hoorde, Horde*, et *Hurde*, quod idem sonat. Will. Brito lib. 1. Philipp. pag. 107 :

> Ictibus assiduis Hurdicia fracta recedunt.

Idem lib. 7. pag. 174 :

Digitized by Google

Et quæ reddebant tutos Hurditia muros.

Rogerus Hovedenus pag. 680 : *Combusserunt quatuor Hurdicios per ignem Græcum.* Idem pag. 693 : *Petrarias suas et Hurdicios suos, et alias machinas suas bellicas paraverat.* Eadem habet Brompton. pag. 1189. 1201.

* *Ourdeys*, in Charta ann. 1385. ex Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 142 : *Pour icellui* (prieuré) *emparer et mettre en estat et deffence, ne convient que un pont leveiz, et y faire guérites et Ourdeys.* Vide infra *Urdicius.*

¶ HORDAMENTUM. Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 2. pag. CCVII : *Pro Hordamenta Feritatis quod ventus trebuchavit et pro granchia reparanda* c. *et* XIII. *s. et* III. *d.* Ibidem : *Et pro* L. *caulis ad Hordamentum Gornaci, etc.* Charta ann. 1217. in Tabul. S. Urbani : *Ego Simon Joinvillæ dominus Campaniæ Seneschallus. Notum facio universis quod Abbas et Conventus S. Urbani homines suos pro Hordamento Joinvillæ faciendo miserint. Et sciendum est quod memorati homines dictum Hordamentum per usum vel consuetudinem facere non tenentur. Et dicti Abbas et Conventus ipsos homines ad illud Hordamentum miserint spontanee et non coacte.* Sententia arbitralis ann. 1264. ex eodem Tabular. : *Apres est ordenés que li homme de la terre S. Ourbain ne doient aler ne par droit ne par coustume faire lou Hourdement à Jainvile, ne ne les en doit on contraindre, ne ne puet.*

HORDECIUM. Guillelmus Armoricus de Gestis Phil. Aug. pag. 82 : *Et machinis bellicis cæpit lapidibus emissis damnificare propugnacula et Hordecia.* Le Roman *du Renard* MS. :

Ainsi s'est Renars atournez,
Mult fut bien d'eue avironnez,
Et Hourdeiz et bon et bel
Par dedens les murs du chastel,
Ses barbacanes fist drecier,
Pour mieux son chastel enforcier.

Le Roman *de Rou* MS. :

Donc courut un home au terrein,
A un Hordel tendi sa main,
Plein poing prist de la couverture, etc.

Will. *Guiart* in Philippo Augusto :

I met au hais du Hourdeis,
Le feu à poi de crieis.

Octavianus *de S. Gelais*, in Viridario honoris, de S. Veronica :

Par trois fois fut evidemment monstrée
A tout le peuple en moult grant reverence,
Par un Evesque sur un Hourt, à l'entrée
De S. Pierre, etc.

HORDICIUM, interdum sumitur pro machina bellica, seu ariete. Henr. Knyghton pag. 2612 : *Deinde fecit insultum ad castellum eodem die usque ad noctem... et tunc reddiderunt illud : habuit namque unum Hordicium forte et bene provisum, cum quo ad tales insultus operatus est mirabilia in prosternendo muros castrorum.*

HURDARE, Cratibus munire. Will. Brito lib. 1. Philipp. pag. 106 :

Hurdari turres et propugnacula, muros
Subtus fulciri facit.

Vetus Charta in Regesto Normannico sign. P. ex Camera Comput. Paris. : *Et viderunt quod timorem habuerunt de obsidione, et attornati sunt 4. homines de Communia ad unumquemque quarnellum custodiendum, et Hurdandum eum.* [Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 2. pag. CLIX : *Pro calceia facienda et palicio calceiæ, pro turre paranda et Hurdanda, et fossato turris et molendinis, etc.*]

* Nostris *Hourder*. Le Roman *de la Rose* Ms. :

Et li portier les murs Hourdoient
De fors cloies refuscicés,
Tyssues de verges pleicés.

* Perperam *Hurtare*, in Chartul. Norman. ex Cod. reg. 4653. A. fol. 69. pro *Hurdare.*

¶ HURDATOR, Qui *Hurdicia* seu crates ligneas facit. Computus ann. 1202. mox laudatus pag. CLXIII : *Robertus Hurdator pro perchis et cleis et hurdeicio* IIC. *et* LXI. *l. et* X. *s.*

HURDAMENTUM. Regestum Philippi Aug. Herouvallianum f. 128 : *Non capiebant Comites Ebroicenses aliquam consuetudinem, nec eschallas, nec Hurdamenta ad castellum Gallionis, etc.*

HORDALICIUM, Assisæ Comitatus Campaniæ anno 1284 : *Hordalicia, seu defensiones in marginibus fossati.*

¶ HURE, vox Teutonica, Locatio, ab *Hueren*, conducere, *Hire*, Anglis. Chron. Hamel. apud Leibnit. Script. Brunsvic. tom. 2. pag. 515 : *Hæc autem sunt jura ejusdem civitatis, quæ sequuntur. Buermeister eorum autoritate et ex parte Consulum habebit judicare super omne pretium deservitium* (f. de servitio) *quod vocatur meinasme vel Hure, et super animalia pennata, et super vestes abluendas, et super loca sepium et super quælibet ædificia.*

HURSACRUM, *Ignis sacer*, morbi genus, apud And. Resendium in Vita S. Ægidii Ord. Prædic. n. 99 : [*Cujus sinistrum brachiolum fœdarat sacri ignis species quædam infantibus familiaris, quam qui ex Judaismo apud nos medicinam sunt professi, Hursacrum appellavere, voce ex Hebræo et Latino sermone compacta.*] sed legendum *Pursacrum*, πῦρ ἱερόν.

☞ Nihil omnino mutandum probat ipse contextus; neque enim ex Græco et Latino compactam hanc vocem scribit Resendius, sed ex Hebræo et Latino; unde ibridam esse vocem, efformatam ex Hebræo אוּר Ignis, et Latino *Sacrum*, manifestum est.

¶ HURSLEGA. Vide *Hursta.*

¶ HURSNIUM, Idem, ut videtur, quod *Harnesium*, Gall. *Harnois*. Necrolog. Lauresham. inter Vindem. Litter. Fred. Schannati pag. 31 : *Dedit nobis Hursnium et equum et balteum unum et arma.*

HURSTA, Sax. hurst, Silva. [Kilianus : *Horscht, horst, virgultum, silva humiles tantum frutices proferens, frutetum, frutectum, senticetum.*] Hinc castellum quod in tutelam portus Avoniensis extructum est, a silvestri situ *Hursta* dicitur. De hoc Lelandus :

Non tulit hanc labem magni mens Principis alta,
Quin Hurstam statuit vindicis illa loco.

Inde *Hurslega*, pro loco silvestri, eodem Lelando interprete in Comment. Cygn. Cantion. *Hurslega*, inquit, *Saxonice* Hurstelege, *vulgo Hurley; recentiores verterunt Lege* (*quod locum Latine significat*) *in* le, *et* ley. *Sonat autem Hurste-lege latine silvestrem locum.* Ex Spelmanno.

¶ HURTAGIUM, Tributum quod pro facultate figendi in portu anchoram exsolvitur, Gall. *Droit d'Hurtage.* Charta ann. 1238. ex Chartul. Gemmet. : *Super eo quod dictus Guillelmus de la Huese volebat habere Hurtagium de navibus et batellis qui onerabantur et exonerabantur super Secunam inter aquam de Vuinilla et portum de Gemmetico.* Instrum. vernacule scriptum ann. 1642. ex Tabul. ejusd. Monast. : *Item le droit d'Hurtage pour les navires et vaisseaux qui terissent et mouillent à l'encre, affermé* 100. *l.* Vide *Anchoragia.*

* HURTARE, Percutere, cum vi aliqua propellere, Gall. *Heurter.* Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 494 : *Prædictus serviens..... injuriose percussit seu Hurtavit de cubito in pectus præfatum Giletum Tardif.* Aliæ ann. 1354. in Reg. 82. ch. 301 : *Quidam ex ipsis dictum baillivum per vestes pectorales maliciose ceperunt pulsando et Hurtando eumdem viliter ac turpiter huc et illuc.* Arest. ann. 1330. 20. Apr. in Reg. *Olim* parlam. Paris. : *Pluribus ictibus Hurtantes dictam januam frangere.... conati fuerunt. Dehurter*, eodem sensu, tom. 1. Fabul. pag. 96 :

Lors sui batus et ledengiez,
Et Dehurtez et descachiez.

* Dejicere sonat apud Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 336 : *Comme c'est pire chose que une meson chiée pour un petit vent ou sanz nul vent, que cele qui est Déhurtée de fort vent, etc.* A voce *Hurt, Hurteis* et *Hurtis*, Illisus, impulsio, pulsatio. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 116. ch. 46 : *L'exposant bouta ou hurta ledit Jehan une foiz ou deux de l'espaule; .... et combien que dudit Hurt ou bouteure, etc.* Aliæ ann. 1363. in Reg. 92. ch. 321 : *Les supplians commencierent à aler au lieu où ledit descort avoit esté,.... et y ot des Hurteis et bouteis d'une partie et d'autre grant quantité.* Aliæ ann. 1412. in Reg. 166. ch. 367 : *Icellui Bourgois frappa à l'uys de l'ostel; ..... et advint que quant Jehannin de Claelles oy ledit Hurtis.* Pro campanæ pulsu, in Lit. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 253. art. 1. *Au premier Hurt de Prime, etc.* Hinc, ni fallor, *Hurtouoir*, Pars carri, in Lit. remiss. ann. 1375. ex Reg. 107. ch. 12 : *Un essoul de char et un Hurtouoir de char.*

HURTUS, HURTARDUS, [Spelmanno videtur esse Aries integer; nec fortean immerito, cum inter oves constanter numeretur.] Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 666 : *De multonibus* 381. *de Hurtis et muricis* 207. *de hogris* 121. *et de agnis* 100.

HURTARDUS, Vox ejusdem originis et notionis. Domesdei, in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 306 : *Item* 100. *acræ de marisco et valet acra communiter per annum* 3. *den. et pascunt in marisco et terris susseinis*, 300. *oves cum Hurtardis.*

¶ HUS ET HANT, Commune plegium. Placita curiæ Regis ann. 27. Henrici III. rot. 9 : *Quidam H. P. captus per quærimo-*

Digitized by Google

niam mercatorum Flandriæ, et imprisonatus offert domino Regi Hus et Hant in plegio, ad standum recto, et ad respondendum prædictis mercatoribus et omnibus aliis qui versus eum loqui voluerint. Et diversi veniunt qui manucapiunt quod dictus H. P. per Hus et Hant veniet ad sommonitionem Regis, vel Consilii sui in curia Regis apud Shepweye, et quod stabit ibi recto. Ita Spelmannus. [** An *Hals et Hant?*]

¶ **HUSBANDREA**, Agricolæ mansio; ædes vel certa terræ arabilis portio. Vetus Charta apud Spelman.: *Kilketh, pro qualibet Husbandrea* 2. *den.* Vide *Husbandus.*

HUSBANDUS, Husbanda, Paterfamilias agriculturam exercens, œconomus, Gallis, *Mesnager.* [Testamentum Johannis *de Nevill* ann. 1386. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 428: *Item dum contingat me obire, volo quod tota firma mea unius termini tunc ultimo elapsi condonetur omnibus tenentibus meis videlicet Husbandis, cotiers et bond.*] Scotis præsertim agricola dicitur. Anglis vero etiamnum *Husband*, maritum sonat. A Saxonico deducit Spelmannus hus, domus, et banda, vinculum: quomodo Danicum *Huszbon*, sive *Hoszbon*, eadem notione interpretatur Pontanus in Chorogr. descript. Daniæ pag. 777. quasi *domus columna* sit maritus. In Legibus Inæ Regis West-Sax. cap. 19. Edit. Saxon. seu Lambardi, Husbanda sumitur pro agricola, ut et *Husbandus*, in Quoniam attachiamenta cap. 23. et in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 33. 38. in Legibus Forestar. Scotiæ. cap. 4. et in Statutis David. II. Regis Scotiæ cap. 43.

¶ Husbondman, perperam pro *Husbandman*, Eadem notione. Charta ann. 1522. apud *Modox* Formul. Anglic. pag. 288: *Sciant præsentes et futuri, quod ego Willelmus Taylour alias dictus Edmonds de Brode Bluntesdon in Comitatu Wiltesiæ Husbondman.*

HUSBOTE, [Jus percipiendi lignum ad conficiendam domum, a Sax. Hus, domus et Bote, multa. Charta apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 188: *In omnibus aisiamentis dictæ villæ de Malopassu, pertinentibus, et cum Husbote et hatbote in prædicto bosco de Malopassu.*] Vide *Haybote* in *Haga.*

HUSBRECE, *Infractura domus*, Bromptono, ex Sax. hus, Anglis *House*, domus, et bryce Anglis *Brech*, fractura, effractura: unde nostris *Breche* eadem notione. Occurrit in Legibus Henrici I. cap. 12. 47. Vide *Burgaria.*

HUSCARLA, Vir e familia, domesticus, famulus domesticus, ex Sax. hus, domus et carle, per translationem, *vir, homo*, proprie autem *masculus, robustus, fortis*: unde *Carolus* nomen, nostris *Charles.* Hovedenus post Simeon. Dunelmensem et Florentium Wigorn. ann. 1041: *Rex Anglorum Hardeknutus suos Huscarlas misit per omnes regni sui Provincias ad exigendum, quod dixerat, tributum.* Infra: *Unde Rex ira commotus ob ultionem necis illorum.... et cæteros Angliæ Comites, omnesque suos Huscarlas cum magno exercitu.... illo misit.* Id est, domesticos et aulicos. Simeon Dunelm. ann. 1065: *Eodem die primitus Danicos Huscarlas Amanidum et Raveneshearum de fuga retractos... peremerunt.* Idem ann. 1071: *Rex cum Huthsecarlis in Orientali plaga insulæ omnem illis exitum obstruxit.* et infra: *Eilaf Huscarl apud Regem prævalens honore.* Occurrit hæc vox sæpe in Domesdei: *De hoc manerio tenuit Tochi duas hidas, Huscarle Reg. Edwardi fuit.* Alibi, *Burchardus Huscarle* pariter *Regis Edwardi* dicitur et mox *Teignus* (i. Baro) *Regis Ed.* Rursum: *De hac terra tenuit Huscarle homo Reg. Ed.* 3. *virgas, et averam invenit.* Ita ibidem, *Huscarli Comitum* non semel occurrunt. Denique tit. *Brideporte*, tit. *Warham*, et tit. *Dorset. Et gilda pro* 10. *hidis, scilicet ad opus Huscarlium unam marcam argenti.* Id est, huscarlis, et pro eorum proficuo, præstandam.

Huscarlorum Danicorum dignitatem pluribus describit Jus aulicum Norvegicum vetus cap. 26. ex versione Joannis Delmeri: *Omnes viri, qui fidem servitii, ex veteri consuetudine Regi adjuraverant, sive manus datæ, sive apprehensi gladii confirmatione, vocabulo Huskarla appellabantur, quamvis illi postmodum multo excellentiore et eminentiore titulo, pro sua quique conditione sint honorati. Omnes vero in Regia aula servientes Hirdmen vernacule nominantur, Regem observaturi ac tuituri, etc.* Tradit idem Delmerus pag. 535. Præfectis Provinciarum concessum a Rege, ut 40. non vero plures, servos domesticos nomine *Hurscarlarum* in servitio suo haberent. Scribit Sueno in Legibus Castrensibus cap. 8. *Colloquium*, seu Curiam aulicam, in qua de rebus ad *Huscarlas* pertinentibus judicia fiebant, *Huskarlesteffne* appellatam. Est autem *Steffne*, forum sive quilibet locus juri dicundo causisque agendis destinatus, uti observat ibidem Stephanus Stephanius: qui præterea addit, *Huscarle* dictos Officiales aulicos, sive officia palatina, milites prætorianos, et quoscumque in aula Regis aut Principis alicujus versantes. [Osbernus in Translat. S. Elphegi sæc. 6. Bened. part. 1. pag. 124: *Mandans* (Rex) *omnibus familiæ suæ Militibus, quos lingua Danorum Huscarles vocant, ut etc.* Et pag. 126: *Divisus ergo a Rege Archiepiscopus, cum ingenti Huscarlium turba præcedentes subsequitur.*] Observat præterea idem Resenius ad Jus aulicum Canuti II. Regis Daniæ Runice, Islandice, et Danice etiamnum *Huscarl*, domesticos, operarios, et vernas appellari, et antiquiores Danos aulam Regiam sua vernacula *Huus* nominasse: *Karl* vero vocem esse Islandicam et Danicam, et sonare masculum, adultum, virum.

HUSFASTENE, Anglis, Qui terram tenet et domum, quasi domi fixus, apud Bractonum lib. 3. tract. de Corona cap. 10. § 1. Vide *Hurderefest.*

HUSGABLUM, quasi census domus, ex hus domus, et gable, census. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 154: *Item tota illa terra, quæ est inter dictam aulam et venellam, quæ dicitur Swinegalle, est de terra S. Petri,.... et sunt ibi tria tofta, et quod reddit Husgablum, aliter non geldabilis.* Et pag. 155: *Item terra cum domibus, quam Joannes de Wiphall dat Husgabl. alia domus non dat Husgabl. nec aliter sunt geldabiles, ut credunt.* Vide *Gablum.*

¶ **HUSGENUS**, Familiaris, domesticus famulus, Belgis *Huys-genoot*, Germanis *Husgenoz*, ab *Hus*, domus, et *Genoz*, familiaris. Codex MS. Consuetud. Eccl. Coloniensis: *Cuilibet Husgenorum* 1. *ama cervisiæ, exceptis quatuor qui vocantur nuntii, quorum quilibet recipit* 3. *sumberinos avenæ.* Vide Schilter. in Gloss. Teuton. voce *Huse.* [** Eichhorn. Histor. Jur. Germ. § 296. Rudolph. I. Imperat. Sentent. de jure monetæ antiquo servando ann. 1283. apud Perz. Leg. tom. 2. pag. 443. etc.]

¶ **HUSIA**, Equi stragulum, Gall. *Housse.* Charta ann. 1259. apud Perardum in Burgundicis pag. 494. *Equi cum Husiis.* Vide *Housia.*

¶ **HUSKARLA.** Vide *Huscarla.*

HUSLADA, est *annua quædam exactio*, inquit Joannes a Leydis lib. 7. cap. 26. quæ scilicet a singulis ædibus, vel *focis*, aut familiis exigitur, ex *Hus*, domus, et *Lada*, lex, mulcta, præstatio. [Diploma Ottonis III. Imper. ann. 985: *Beneficium cum omni utilitate, excepto quod vulgari lingua vocatur Huslada.*] Nisi legendum sit *Huslota*, quod censeo. Vide mox *Huslotum.*

¶ **HUSLATUM.** Vide *Huslotum.*

HUSLGENGA, Huslgengum, in Legibus Inæ Regis Saxonicis § 15. et 19. in Latinis vero § 18. perperam hulsgonges, et Hulsgengag, Lambardo interprete, Saxonibus est *pater familias*: Welocho *Catechumenus*, Somnero denique *Eucharistiæ* præceptor, ex Saxon. husl, Eucharistia, et genga, vel ganga, ire, adire, unde *to husl gan*, est Eucharistiam adire, *Huslgenga*, proprie parochianus.

HUSLOTUM, Tributum, cujus mentio in Chartis aliquot apud Willelmum Hedam pag. 65. 78. 85. 2. Edit. ubi interdum *Huslatum* perperam habetur, ut et in 1. Edit. pag. 246. 256. 262. Vox ex Germanico confecta *Hus*, domus, et *Lot*, tributum, census, *focagium.* [Vide *Cogeehulst.*]

HUSONES, Majorum piscium species. Thwroczius in Andrea Rege Hungariæ cap. 43: *Tunc Rex Andreas solita Regum Hungariæ largitate utendo misit Cæsari* 50. *corpora immensorum Husonum, et duo millia lardorum, mille tauros ingrates.* Vetus Charta apud Browerum in Antiq. Fuldensib. lib. 3. cap. 11: *Unde singulis annis transmittere debent ad Fuldensem Ecclesiam... piscem magnum Husen nuncupatum, et de oleo arborum, quantum equi duo in lagenis deferrent.* Epistola 7. ex Tegernseensib.: *Sed si Deus anno præsenti fœcundavit capturam Husonum vobiscum, petimus ut jubeatis largiendo communicari.* Vide *Giscellus*, [** et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 1059 voce *Hûso*, Scarus, esox.]

¶ **HUSSERIUS.** Vide *Huisserius.*

¶ **HUSSIA.** Vide *Housia.*

¶ **HUSSITÆ**, Johannis *Hus* hæretici in Bohemia Sectatores. Vide Diarium belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6.

¶ **HUSSUCHUNG**, Domus invasio, deprædatio; ex *Hus*, domus et *Sucken*, rapere, deprædari. Diploma Rodulphi I. Imperatoris ann. 1284. apud Ludewig. tom. 2. pag. 240: *Volentes etiam quod his qui alium vulneraverit, non lædabitur, vel consimiles excessus commiserit, aut loquendo vulgariter, Hussuchung fecerit juxta privilegia, libertates, jura et consuetudines ratio-*

Digitized by Google

nabiles et honestas ipsis confirmamus et volumus perpetuo inviolabiliter observari. Vide *Hamsoca.*

HUSTILIMENTUM, Supellex domestica, *Utensile*, unde forte vox nata. Joan. Fortescutus de Laudib. Legum Angliæ cap. 36 : *Etiam abundant in lectisterniis, et quolibet supellectili, cui lana congruit, in omnibus suis, necnon opulenti ipsi sunt in omnibus Hustilimentis domus, necessariis culturæ, et omnibus, quæ ad quietam et felicem vitam exiguntur.* Versio Anglica habet *Hustlements.*

* Nostris *Hostillement.* Lit. ann. 1342. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 12 : *D'icellui bois il font charretes et charrues et chalis pour les lis dudit hostel et autres Hostillemens.* Ibid. ch. 13 : *Et autres Houtillemens pour la nécessité de leur hostel.* Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 84. ch. 761 : *Plusieurs Hostillemens d'ostel, c'est assavoir, quatre tabliers, trois touailles, six escuelles d'estain, un petit flacon et un petit hanap de fust.* Hinc *Hostiller*, Instruere, munire. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 110. ch. 296 : *Icellui filz Baudri et son serourge garniz et Hostillez d'espées et de taloches le poursuient, etc.* Vide infra *Ustensilia.*

¶ **HUSTINGIA.** Vide *Hustinum.*

HUSTINGUS, Curia ita dicta non modo in urbe Londoniensi; sed et in Wintoniensi, Lincolniensi, Eboracensi, et apud *Shipwey* insula in borealibus Cantii partitibus, ex hus, domus, et þing, causa, quasi *domus causarum*, vel ubi *causæ* agitantur. Ita censet Spelman. At Somnerus *Hustingum*, dictum contendit, quasi hystþing, id est, *supremum judicium*, ab highest, vel ut antiquitus scriptum, hyhsta, i. supremum, et þing, judicium. Janus Dolmerus ad Jus aulicum Norvegicum vetus pag. 503. *Huusting*, Prætorium vertit, vocemque effictam ait ab *Huus*, domus, et *Ting*, forum; quasi domesticum forum.

De Hustingo Londoniensi, ita Leges Edw. Confess. cap. 25 : *Debet etiam in London, quæ caput est regni et legum, semper Curia domini Regis singulis septimanis die Lunæ Hustingis sedere et teneri.* Charta Henrici I. Regis Angl. pro Londoniensibus : *Et amplius non sit Miskenninga in Hustenge, neque in falkesmote, neque in aliis placitis infra civitatem, et Husting sedeat semel in hebdomada, videlicet die Lunæ.* [Charta apud *Madox* Formul. Angl. pag. 200 : *In pleno Hustengo Londoniæ de Communibus placitis tento die Lunæ proximo post festum S. Martini, anno regni Regis Edwardi III. post conquestum Angliæ 37.*] *Hustingi* Londoniensis meminit præterea Matth. Paris ann. 1196. Bractonus lib. 3. tract. 2. cap. 13. § 9. Will. Thorn. ann. 1395. Gul. Prynneus in Libert. Angl. tom. 3. pag. 484. etc. aliarum etiam memoratarum urbium, Fleta lib. 2. cap. 2. § 13. cap. 54. § 1. 2. etc. Watsius ait, hodie *Hustingum* Londoniensem *Guild-hall* nuncupari, et in eo Commune urbis de rebus arduis consultare consuevisse : ibidemque etiam nobile haberi tribunal, ubi civium lites causæque vitatis inutilibus fori formulis dirimuntur.

HUSTINUM Pondus, dictum ab *Hustingo* Londoniarum civitatis Angliæ præcipuæ Curia suprema : quod in ea fortean pondus ad examen cæterorum ponderum asservaretur. Charta antiquissima lib. Rames. sect. 32. et 127. apud Spelmannum : *Ego Ætelgina Comitissa do.... duos cyphos argenteos de 12. marcis ad Pondus Hustingiæ Londoniensis.* Tabularium Corbeiense Ch. 236 : *Sub censu duarum marcarum boni argenti Hustino pondere.* Alia Charta Innocentii II. PP. ann. 1135. ibidem : *Salvo censu unius marcæ puri argenti, quem ad Hustinum pondus S. Martino de Campis in solemnitate Nativ. S. Joan. B. persolvere debetis.* Charta alia in Historia Monasterii S. Martini de Campis pag. 175 : *Ecclesiæ nostræ marcham puri argenti et Hustini ponderis persolvant.* Hustinges gewiše, in Charta Saxon. apud Somnerum. Hustinum porro pondus ex iis fortasse fuit, quæ *urbana pondera, id est, trutinæ largioris examina* vocat Symmachus lib. 10. Epist. 26.

☞ Quam quidem doctissimi Viri conjecturam firmare licet ex Charta Corbeiensi; ubi, quamquam aliis verbis, res tamen eadem significatur : *Pactum quod Prior S. Martini Capituli sui assensu cum Abbate Corbeiæ habuit de Ecclesia quæ dicitur Guanneis et Bonai, scilicet singulis annis censualiter datis per marcam puri argenti et Grossi ponderis in perpetuum ego Petrus Abbas Cluniacensis concedo et confirmo.* Ubi voce *Grossi ponderis* idem haud dubie exprimitur quod *trutinæ largioris examine* apud Symmachum loco citato.

☞ Hujus autem rei occasione referam Arestum Curiæ Parisiensis ann. 1387. ex quo, quantum hac ætate a genuina *Hustini ponderis* notione aberratum fuerit, haud difficile erit cognoscere : quod quidem libentissime observo, ne quis tanti nominis auctoritate ductus in errorem inducatur. Cum ergo controversia inter Corbeienses et Carolilocenses Monachos verteretur circa nativum *Hustini ponderis* pretium, a Curia, facta inquisitione, sic judicatum est : *Karolus D. G. Franc. Rex universis præsentes litteras inspecturis salutem. Cum Religiosi Abbas et Conventus Monasterii de Corbeia in nostra Parlamenti Curia proponi fecissent quod licet Religiosi Abbas et Conventus Karoliloci dictis de Corbeia teneantur in duabus marchis argenti fini ponderis, quod tempore claræ memoriæ Ludovici dicti Hutini Franciæ et Navarræ Regis antecessoris nostri annui videlicet et perpetui redditus ratione et ad causam certi scambii alterius redditus seu terræ inter dictas partes dudum facti, nihilominus dicti debitores prædictas duas marchas argenti sub qualitate et valore debitis solvere recusant ac recusabant, prætendentes dictas duas marchas minoris fore pretii seu valoris quam valeat marcha argenti de presenti, prædictis de Corbeia contrarium asserentibus : cumque dictis partibus hinc inde super hoc auditis, et de earum consensu dilectus et fidelis Consiliarius noster Johannes de Diciaco per dictam Curiam ad hoc deputatus se informaverit per Magistros monetarum et computorum de dictarum marcharum argenti valore moderno; et per eandem informationem reperit marcham argenti fini tempore dicti Ludovici Regis ejusdem prout nunc esse valoris et estimationis, prout dictus commissarius die dattæ præsentium retulit Curiæ nostræ memoratæ. Notum facimus quod audita per Curiam nostram præfati commissarii relatione, præfata Curia nostra ordinavit et ordinat per præsentes, quod dicti Religiosi Karoliloci de cætero solvent et solvere tenebuntur dictis de Corbeia dictas duas marchas argenti fini, et arreragia inde debita in valore et estimatione supra taxatis. Datum Parisius in Parlamento nostro die 20. Januarii an. Dom. 1387. et regni nostri octavo.*

☞ Haud obscurum certe quæ fuerit erroris causa; errante enim oculo lectum haud dubie est *Huttinum* pro *Hustinum*; mirum nihilominus non attendisse judices Chartam, de qua tunc controversum, uno et dimidio sæculo Hutinum Regem præcessisse. Hanc subjiciemus, rem haud ingratam lectori facturos nos existimantes : *Johannes D. G. Corbeiensis Abbas et Conventus omnibus tam præsentibus quam futuris. Quoniam quæ temporaliter fiunt nisi litterarum custodiæ committantur futurorum memoriæ subripere oblivio consuevit, idcirco conventionem inter nos et Ecclesiam B. M. de Carlier habitam ne posteros nostros latere queat, earumdem litterarum testimonio perpetuo commendamus, assistente siquidem in Capitulo nostro Amalrico Episc. Silvanectensi cum Archidiacono suo Petro et quibusdam clarissimis, et Abbate Caroliloci, ipso capitulo annuente, concessimus absque ulla retentione eidem Ecclesiæ et Fratribus ibidem Deo servientibus quidquid Ecclesia nostra in territorio Bernuilly et Villers et Verderon in terra, in vineis, in hospitibus, in censibus, in corporibus hominum antiquo jure possidebat et habere debebat, ea videlicet conditione ut in festo Omnium Sanctorum centum solidos Corbeiensis monetæ, aut si maluerint duas marchas puri argenti Hustino Pondere nobis Corbeia persolvant; quod si die præfixa solutio factu non fuerit, infra quindecim dies sequentes sine aliqua emendationis lege, solvere licebit. Hujus concessionis testes fuerunt ipse Amalricus Episc. Petrus Archidiac. Odo Crassus, Urbanus Abbas Caroliloci, Hugo frater ejus Cellerarius etc. Actum ann. Incarnat. Verbi* M. C. LXI.

¶ **HUSZARONES**, Huzarones, Militia Hungarica levis armaturæ, Gall. *Houssarts*, vel *Hussarts.* Epistola ann. 1589. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 6. pag. 324 : *Huszaronibus autem Pechi Ferentz qui quoque erectis signis perfide et perpetua infamia nos deseruerunt.* Decretum 38. Mathiæ Regis apud Carolum de Aquino in Gloss. milit. : *Quia nonnullæ gentes, potissimum vero levis armaturæ, sive Huzarones hoc facere consueverunt, etc.* Vide equitis Huzaronis schema apud P. *Daniel* Hist. Militiæ Francicæ lib 12.

HUTESIUM. Vide in *Huesium.*

HUTFANGTHEFE, apud Bractonum lib. 3. tit. 2. cap. 8. § 4. [Proprie est jus cognoscendi et judicandi de furibus extraneis.] Vide *Utfangethef.*

¶ **HUTHSCARLA.** Vide *Huscarla.*

HUTICA. Otbertus Abbas Gemblacensis in Vita S. Veroni n. 2 : *Quædam cista, vulgo Hutica dicta, quantitate magnitudinis*

Digitized by Google

ampla, quæ supra beati viri tumbam stabat annonæ plena. Sic in excuso, pro qua voce perperam viri docti *butica* restituunt : est enim *hutica*, quod Belgæ nostri *Huche* vocant, cista major ac longior. Vide *Huchia.*

UTICA, absque aspiratione. Charta Heccardi Comitis Augustodun. ex Tabulario Persiacensi in Burgund. : *Donate Assuinaro pro sua eleemosyna et planeta castanea, ibi donate et libros, qui sunt S. Benedicti de Floriaco Monasterio, in illa Utica parvula.*

HUTINUS, Cognomen quo donatus Ludovicus X. Rex Franciæ, quod, ut quidam putant, dum adhuc in pueritia esset, rixas et contentiones cum sodalibus crebro excitaret; nam et de pueris vulgo dicimus, *Il aime le Hutin*, id est, *le bruit, le tintamarre, les querelles.* [Hottom. Francogal. cap. 27 : *Imperio Regis Ludovici Hutini, quo nomine prisca lingua nostra Turbulentus significatur.*] Sic etiam id vocabuli usurpat le Roman *de Garin :*

En trente leus, ou en neuf, ou en vint,
Avoit meillée et merveilleus Hutin.

Alibi :

Devant les liges commence li Hustins.

[Le Roman *d'Athis* MS. :

Ouyent la noise et le Hustin
De ceulx qui sont moult prés voisin.]

Charta Odardi Dom. Hamensis ann. 1328 : *Se il advient aulcun Hustin ou mellée en ladite ville, etc.* Inde *Hustiner*, rixari. Ibid. : *Se il se Hustinoient, ou faisoient mellée.* Vox autem ejusdem videtur originis, cujus est *Huesium* vel *hutesium :* quod qui *huz* clamare solent, id potissimum faciant, ut seditionem ac contentionem excitent.

* Rixa, contentio, jurgium, nostris *Hutin*; unde *Hutinare*, Jurgare, rixari, et *Hustineur* vel *Hutineux*, nostris. Ejusdem cognominis alia nobilior ratio legitur in Chron. Amalphit. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 212 : *Tancredus autem fuit timoris Dei non immemor. Qui duodecim filios habuit, quorum.... quartus Huctinus et ipse comes, qui propter fortitudinis suæ prudentiam grandia faciens, pro nomine appellatus fuit; erat enim astutissimus et ferox, fortisque viribus.* Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 175 : *Prædicti Lotardus et Johannes iterum se Hutinando et de verbis ad verbera procedendo, præfatus Johannes in dicto Hutino et mesleya fuit vulneratus.* Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 50 : *Les serjans les alerent querre en la bataille, où le Hutin estoit grant d'eulz et des Turs. Se aucuns Hutin ou meslée se faisoit, etc.* in Charta Joan. comit. *de Roucy* ann. 1338. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 147. ch. 298 : *Icellui de Poittiers, qui ne vouloit que Hutin et mal, courut aus pierres, etc.* Aliæ ann. 1363. in Reg. 95. ch. 25 : *Jehan, dit Vyanne, risseur, brigueur, Hustineur, mal et outrageux parleur. Hustineurs ou esmouveurs de hustins*, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 713. Lit. remiss. ann. 1413. in Reg. 167. ch. 343 : *Lequel de la Place, qui estoit Hutineux et merveilleux, etc.*

¶ **HUTSEN**, Pyrgus, fritillus, Gall. *Cornet à jouer au dez.* Vox Belgica. Consuetudines Furnenses ex Archivo Audomarensi : *Sed licet cum tabulis et scateis ludere protracti ex Hutsen, emendabit Comiti tres lib. Domus in qua ludetur cum talis et Hutsen tres lib.*

HUTTEN. Glossæ Isonis Magistri : *Magalia, Hutten mapalia et magalia idem sunt, id est, casæ pastorum, quæ et tugurium.* Hinc nostrum *Hutte*, eadem notione. *Heute, Heutich, ou Logette*, in Tabul. S. Quintini in Insula fol. 24.

* 1. **HUVA**, Modus agri cum habitatione coloni, idem quod *Huba.* Vide in hac voce. Charta ann. circ. 1134. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 1. col. 313 : *Sighardus comes.... duas Huvas nobili viro tradidit ad altare S. Petri.*

* 2. **HUVA**, *Discriminale, ornamentum capitis mulierum, Gall. Huve*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 4120. *Une Huve de soye*, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 133. *Huvet*, eodem sensu, in aliis ann. 1387. ex Reg. 131. ch. 93 : *Le suppliant féry laditte femme un ou deux cops parmi le visaige, dont le Huvet de sa teste chey à terre.* Rursum aliæ ann. 1391. in Reg. 141. ch. 178 : *Lesquelx se prinrent à icelle Margue et lui tirerent par force sa coiffe ou Huvet, que elle avoit sur sa teste, hors de son chief.* Hinc

* **HUVATA**, Galerus, pileus, quo etiam milites cassidis loco caput tegunt, nostris *Huvette.* Stat. senesc. Bellic. ann. 1320. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 162 : *Item quicumque portaverit arma deffensiva, ut pote haubergerium, sive gorionum, gorgeriam, Huvatam* (male *Humatam*) *sive capellum ferreum, etc.* Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 372 : *Jehan Gomont escuyer portoit sa Huveste en sa main, etc. Huvete*, ibid. ch. 465. Aliæ ann. 1396. in Reg. 151. ch. 171 : *Auquel Boulent ladite Marion eust fait semblant de getter par esbatement la Huvette, ou barrette dudit Houfroy son nepveu.* Aliæ ann. 1421. in Reg. 171. ch. 484 : *Lesquelz entrerent en la maison d'un armoiseur, et la prindrent chacun une Huvette ou capeline. Une Huvette ou coiffette*, in aliis ann. 1446. ex Reg. 176. ch. 492. Ita quoque legendum, pro *Huette* et *Havette*, in Lit. aliis ann. 1412. et 1415. ex Reg. 168. ch. 180. et 242. Vide supra *Huca.*

¶ **HUVETI**, Vestis species. Instrum. ann. 1303. in Hist. Monast. Sangerm. inter Instr. pag. CLXXIV : *Item quod nullus deferat infra metas Monasterii apparentes Huvetos.* Legendum forte *Housias.* Vide in hac voce.

* Vel Vestis ornamentum, idem fortassis quod *Huon* dicitur in Lit. remiss. ann. 1334. ex Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1380 : *L'avoient* (icellui Thiebaut) *tant trainé et batu et feru d'orbes coulx, et li avoient tors le bras et les jambes, et pris et saché par les Huons, etc.*

* Aliud vero sonat *Huvrelau* vel *Huvrelas*, Umbraculum nempe ligneum, vulgo *Auvent*, in Arest. ann. 1312. ex Reg. *Olim* parlam. Paris. fol. 135 : *Issues, saillies, huisseries, Huvrelas, appentis, etc.* Lit. remiss. ann. 1412. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 288 : *Pluseurs jeunes gens venus pour veoir le jeu d'arbaleste se mistrent au dessoubz d'un Huvrelas ou auvant, lieu et place ordonnée pour veoir le jeu seurement.* Magn. Chartul. nig. Corb. fol. 11. v°. : *Item nus ne puet.... faire Huvrelaus, ne autre ouvrage seur froc de vile, quesqu'il soit, sans le congié mons. l'abbé.* Hinc emendanda Charta ann. 1324. in Reg. 64. ch. 2. ubi *Huveles* legitur, pro *Huvrelas : Si li dit habitant voloient faire Huveles, ou appantiz, ou saillies nouviaus, il en requerroient congié au froquier.*

* **HUUS-GHELT**, Census pro domo, ex *Hus*, domus, et *Geld*, pecunia, nummus, tributum. Charta Car. Audacis ducis Burg. ann. 1469. in Suppl. ad Miræum pag. 209. col. 1 : *Le droit de Huus-ghelt, qui est de quatre gros de nostre monnoye de Flandre, pour chacune maison, feu ou mesnage, qui sont et seront cy après en ladite isle.* Vide *Husgablum.*

¶ **HUY.** Vide *Heusium.*

¶ **HUZARONES.** Vide *Huszarones.*

¶ **HYALINUM VELUM**, Vitrea fenestra, a Græco ὑάλινος, vitreus. Fridegodus in Vita S. Wilfridi sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 180. :

Nec minus approperant opicizi emblemata proni
Arcus incultos Hyalino claudere velo.

Utitur etiam Prudentius Peristeph. 12 :

Tum camuros Hyalo insigni varie cucurrit arcus.

* **HUYBA**, Vitta crinalis, Belgis, *Huyven*, in Ind. onomast. ad calcem tom. 2. Jun. Act. SS. Vide supra *Huva* 2.

* **HUYDARDUS**, Gall. *Huydart* et *Wydart*, Locus, ut videtur, in quem aqua molendini superflua decurrit. Charta ann. 1336. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 205 : *Tout le droit, l'action, saisine et propriété que lesdix vendeurs avoient..... ou moulin et pertuis, qui sont dessouz Chaumont sur Yone,.... soit en vannes, en Huydart, en pescherie, etc. Vennes, Wydart, pescherie, etc.* in alia eadem de re ibid.

* **HUYHO**, vox Gallica, Vir cujus uxor mœchatur. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 195 : *Laquelle baisselete dist audit varlet Hanuyer, tu n'oserois dire à ce compaignon là,.... Huyho, qui est à dire en François, coux; lequel dist que si feroit bien : et tantost dist ledit Hennuyer audit Robin, Huyho, Huyho.* V. infra *Willot.*

* **HUYSSEGUE**, Rivus, ni fallor, per quem aqua fluere possit. Charta ann. circ. 1460. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Quoddam casale.... confrontatum cum bastida dicti acaptantis, eidem dando suum Huyssegue bonum et sufficientem, et versus meridiem cum domo Antonii Balmæ, Huyssegue in medio, etc.*

* **HYBERIENSIS**, pro *Iberiensis*, Hispaniensis : nam Hispania nuncupata olim *Iberia.* Vita S. Firm. tom. 7. Sept. pag. 51. col. 1 : *Erat in urbe Hyberiensi, nuncupata Pampolana, etc.*

HYBERNAGIUM, INVERNAGIUM, ex Gall. *Hivernache*, vel *hivernage.* Χειμονικόν, in Nomocanone Coteleriano num. 516. *Semen Hiemale* Fletæ lib. 2. cap. 73. § 18. 19. *Hiemalis annona*, in Charta ann. 1178. in Probat. Hist. Guinensis pag. 349. *Fruges Hyemales*, in Speculo Saxon. l. 2. art. 48. § 11. [* *Bladum hiemale*, in Charta ann. 1221. ex Tabul. S. Crisp. in Cavea; quod in alia ann. 1254. ibid. *Blé yvernaige* appellatur. Vide supra *Bladum.*] [** *Bladum Ym-*

Digitized by Google

bernagium, in voce *Grenerium.*] Charta Mauricii Episc. Parisiensis ann. 1190. apud Brolium : *Duos modios Hibernagii in campi parte ejusdem villæ, etc.* [Charta ann. 1218. ex Tabul. Portus-regii : *Mathæus de Meudun miles dedit Monialibus S. Mariæ de Porregio tria sexturia ordei et totidem Hibernagii in sua decima de Meudun.* Alia ann. 1227. ex Tabul Montisfortis : *Concedimus tenenda in perpetuum libere, pacifice et quiete pro septem modiis bladi medietate Hybernagii et medietatæ avenæ ad mensuram Montisfortis.* Engelbert. *Maghe* in Chron. Bonæ-Spei pag. 113 : *Sub censu annuo* 23. *modiorum avenæ et totidem Hyvernagii.*]

☞ Observandum vero *Hybernagii* nomine non quodvis seminis hyemalis genus intelligi, sed proprie de illa frumenti specie accipiendum, quam *secale majus*, Gall. *Ségle*, vocant. *Hybernagium* autem dicunt quod ante hyemem seratur; quo etiam nomine distinguitur ab hordeo, avena, pisis etc. quæ *Marceschia* et *Martium* dici solent, Gall. *Mars* et *bled Marsois*, quod ineunte Martio serantur. Porro cum de *Hybernagio* in veteribus Instrumentis occurrit mentio absque alia determinatione, vix aliter hæc vox intelligenda videtur quam de miscello frumento, nostris *Bled méteil*, quod Chartæ sequentes non obscure innuunt. Charta Guidonis de Campis ex Chartul. Calensi pag. 54 : *Nec non et quatuor sextariis ad mensuram de Kala bladi ybernagii scilicet boni et legalis Mixtolii percipiendis singulis annis.* Tabular. S. Remigii Remens. : *Duos modios laudabilis bladi persolvet.... medietas bladi erit avena, reliquum hivernagium, cujus hivernagii medietas erit frumentum, medietas siligo.* Charta ann. 1201. ex Chartul. Monast. Montis-Martyrum : *Ita quod medietas illius modii erit de meliori Hyvernagio granchiæ nominatæ, reliqua vero medietas erit bonæ et legalis avenæ.* Charta ann. 1252. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 155 : *Concedimus... quatuor sextarios bladi ybernagii pro pitancia facienda eisdem die obitus nostri, in qua nostrum anniversarium celebrabunt.... octo sextarios bladi ybernagii... ad faciendum panem pro generali Capitulo Ordinis S. Trinitatis.*

¶ **Ivernagium.** Donatio facta Monasterio Cameræ-fontis ann. 1208 : *Concessit elemosynam scilicet tres minas Ivernagii.* Occurrit alibi.

Yvernagium, in Fleta lib. 2. cap. 41. § 1. et in veteri Charta in Hist. Montmorenc. pag. 43. Sic etiam hiemale tempus vocabant nostri. Vetus Poeta MS. :

Il ne me chaut d'esté ni de rousée,
De froidure ne de tems Hivernage.

Hybernaticum. Polyptychus Floriacensis : *Arant ad Hybernaticum unusquisque perticas* 4. *et ad tramisium perticas* 2. Habentur ead. verba ibi non semel. [Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 12. recto : *Solvunt in pascione denarios* IIII. *arant ad Hybernaticum perticas* IIII. *ad tremissum perticas* II.]

Hybernatica Festivitas S. Martini, in Vita Aldrici Episcopi Cenom. pag. 155. et alibi.

HYBERNIUM, Hiematio, παραχειμασία, in Glossario Græc. Latino.

Hibernum, nude, pro *Hibernum tempus*, Hiems. Capitulare 1. ann. 809. cap. 35. et Capitul. 2. ejusdem anni cap. 13 : *In Hiberno et in æstate.* Adde lib. 3. Capitul. cap. 57. S. Ambrosius Serm. 38 : *Miser peccator dum hic Hyberni rigorem metuit, ibi tenebrarum frigus incurrit.* Vetus Chron. MS. laudatum a Baluzio : *Hybernus grandis et durus.*

¶ **HYCONIA**, Imago, ex Græco εἰκών. Charta Adelelmi ann. 975. ex Chartul. Floriac. fol. 35 : *Dono.... quoddam juris mei prædium... ad illuminandam scilicet sempiterni Regis Hyconiam.* Vide *Icona.*

¶ **HYDA, Hydagium.** Vide *Hida.*

* **HYDRA.** Charta Henr. I. reg. Angl. ann. 1130. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 131 : *Do etiam eisdem monachis unam Hydram terræ adjacentem ecclesiæ, et aliam Hydram, quæ vocatur Douresel.* Quæ facile emendantur ex Bulla Greg. IX. PP. ann. 1234. eadem de re ibid. col. 146. ubi rectius editum est *Hida.* Vide in hac voce.

HYDRIA, Metreta frumentaria, interdum liquidorum, et vini : *væder.* Ita Sambucus ad Leges Hungaricas.

* *Ydrie*, in Testam. Renati reg. Sicil. ann. 1474. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1279.

HYDRIÆ, Inter ministeria sacra recensentur ab Anastasio in S. Leone PP. p. 27.

HYDROMANCII, inquit Hincmarus Remensis tom. 1. pag. 125 : *Sunt, qui in aquæ inspectione umbras dæmonum evocant, et imagines vel ludificationes ibi videre, et ab iis aliqua audire se perhibent.*

☞ Antiquius est quod de hujusce diviuationis specie tradit S. Augustinus de Civ. Dei lib. 7. cap. 37 : *Nam et ipse Numa, ad quem nullus Dei propheta, nullus sanctus Angelus mittebatur, Hydromantiam facere compulsus est : ut in aqua videret imagines deorum, vel potius ludificationes dæmonum, a quibus audiret, quid in sacris constituere atque observare deberet. Quod genus divinationis idem Varro a Persis dicit allatum.*

¶ **HYDROMELIPOLIUM**, Locus ubi Hydromeli distrahitur, a Græc. ὑδρόμελι et πωλέω vendo, in Actis SS. Junii tom. 2. pag. 1010.

* **HYDROPARASTATÆ**, Hæretici, Manichæorum asseclæ, in Cod. Theod. leg. 7. 9. et 11. tit. 5. lib. 16. sic dicti forte, quod aquam exhiberent discipulis suis potandam.

¶ **HYDROPHAGI.** Gervasii Tilberiensis Otia Imperialia apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. pag. 984 : *A dextra parte descenditur ad Ægyptum, hinc ad insulam, in qua nascuntur nutrientes barbam usque ad genua, qui nuncupantur Hydrophagi, quia pisces crudos comedunt.* Videtur potius legendum *Ichtuophagi*, ab ἰχθυοφάγοι.

¶ **HYDROPHYLACES**, Custodes aquarum, Latinis Castellarii, in veteri Inscriptione apud Reynesium pag. 565. Gregorius PP. X. lib. 5. tit. 11. cap. 12. in sexto : *Custodes aquarum (quos Hydrophylacas nominant) queis infigi solent annotatione signati.* Iis præerat *Consularis aquarum* lib. 1. de Aquæduct. et l. 1. de divers. offic. Vide Frontinum de Aquæductibus.

HYDROPICARE, Hydropem facere. Alanus lib. 4. Anticlaud. :

Dum satiat, parit unda sitim, potusque sititur
Amnis, et innumeros Hydropicat ille bibentes.

Idem in Planctu naturæ :

Dum stomachum mentes Hydropicat ardor habendi.

Utitur et lib. 7. Anticl. cap. 8.

HYDROS, *Psalmus, quem cantio componit organi.* Papias MS.

HYEMA. Regula Magistri cap. 81 : *Inquinamenta cuccaborum, cucumæ, vel Hiemarum, necnon et foci calorem..... sustineant.* Legendum *Zemarum.* Vide *Zema.*

¶ **HYEMALES Fruges.** Vide *Hybernagium.*

¶ **HYEMANTES**, Græcis χειμαζόμενοι, dicti Pœnitentes publici, qui propter enormia et turpia quædam delicta etiam ab ipso Ecclesiæ porticu, ubi cæteri pœnitentes stabant, arcebantur, coacti sub dio remanere omnibus aeris injuriis expositi, induti cilicio, etc. vel, ut quibusdam placet, χειμαζόμενοι dicti *Dæmoniaci*, quod hi instar navis χειμαζομένης huc atque illuc jactarentur. Vide Hofmannum, Macros fratres, Suicerum in Thesauro Eccl. v. Χειμάζομαι et Gloss. mediæ Græcit. in Χειμαζόμενοι, col. 1741.

¶ **HYLE**, Materia, a Græco ὕλη. Gervasii Tilber. Otia Imperialia apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. pag. 886 : *Hanc confusam machinam mundialem velut primordialem materiam, nunc Hylen, nunc chaos, nunc terram, nunc abyssum, nunc aquas nominant.*

* **HYLESATUS**, In silva genitus. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

¶ **HYLICUS**, Materialis. Responsio Marii Victorini ad Candidum Arrianum apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 164 : *Non potest enim esse qualitas ipsa per semet, sed eo quod est, hoc ipso ὑλη est, et semper Hylica cum sit, nihil aliud quam ὑλη est.*

¶ **HYLOPANDURUM**, Vinculum gravissimum; vox ibrida, ut videtur, a Græco ὑλέω vincio, πᾶν omne, et durum. Histor. Miscell. apud Murator. tom. 1. part. 1. pag. 159 : *Ex Hylopanduris constrictos trahens Bulgares captos, quos extra portam aueram decollarii præcepit.*

¶ **HYMERA**, Dies, Græce ἡμέρα. Acta S. Swithuni tom. 1. Julii pag. 336 : *Phæboque tertiam replicante Hymeram, deductus est ad præsidem.*

* **HYMNIGERÆ Voces**, Quæ *hymnos* decantant. Hist. translat. S. Baudelii inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 4. col. 2 : *Tam procedebant cum suis turmis Deum laudantibus, quam subsequebantur cum Hymnigeris vocibus, etc.* Vide *Hymnidicus* in *Hymnus.*

¶ **HYMNODIA**, Hymnorum decantatio, canticum. Fr. Arnonis Scutum Canonicorum apud Duellium l. 1. Miscell. pag. 12 : *Scio, inquam, tales, qui inter jejuniorum ac lectionum et orationum studia... nonnunquam cœlestium Hymnodiarum sonos mellifluæ dulcedinis plenos, extra carnis sensum facti, auditu divinissimo audierint.* Qua etiam voce designatum *Agnus Dei etc.* legimus tom. 1. Rerum Mogunt pag. 111 : *Vidi ibidem in eodem codice symbolum Apostolicum, et Trisagion et Hymnodiam, cætera-*

Digitized by Google

que Græcanica, notulis musicis interstincta, ne nobis clam esset, Credo, Sanctus, Agnus, *etc.*

* **HYMNOLOGUS**, Officium religiosum apud Paganos, in Inscript. Grut. et in Dissert. 7. Vandal. pag. 579.

HYMNUS, HYMNARIUM, HYMNIZARE, etc. *Hymni*, Eusebio et Isidoro lib. 1. de Eccl. Off. cap. 6. *Carmina, quæcumque in laudem Dei dicuntur, vocantur.* Ruffinus in tit. Psal. 72 : *Hymni sunt cantus continentes laudem Dei. Si sit laus, et non sit Dei, non est Hymnus; si sit laus et Dei, et non canteur, non est Hymnus. Oportet ergo ut sit Hymnus, habeat hæc tria, laudem, et Dei, et canticum.* Huic definitioni convenit Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 930 : ὕμνος, δοξολογία μετὰ ἐπιλήξεως. Sed et Psalmos Hymnos interdum vocat Cassianus l. 3. de Cœnob. Instit. cap. 6. ut et Victor Vitensis lib. 1. de Persecut. Vandal. : *Dum præciperet nostrorum corpora defunctorum sine solemnitate Hymnorum cum silentio ad sepulturam perduci.* Et lib. 2 : *Jam enim ob celebritatem festivitatis, Hymni nocturni per totam Ecclesiam canente populo concrepabant. Hymnidicum*, Davidem appellat Gregorius Bæticus lib. de Fide.

HYMNI AMBROSIANI, ab Ecclesia recepti, ut testantur Concil. Turon. II. can. 23. Toletan. IV. can. 13. præterea Regula S. Benedicti cap. 17. in qua nude *Ambrosianum*, pro *Hymno Ambrosiano* habetur. Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 6 : *Hilarius autem Gallus Episcopus Pictaviensis, eloquentia conspicuus, Hymnorum carmine floruit primus. Post quem Ambrosius Mediolanensis Episcopus, vir magnæ gloriæ in Christo, et in Ecclesia clarissimus doctor, copiosius in hujusmodi carmine claruisse cognoscitur, atque inde Hymni ex ejus nomine Ambrosiani vocantur, quia ejus tempore primum in Ecclesia Mediolanensi celebrari cœperunt : cujus celebritatis devotio dehinc per totius Occidentis Ecclesias observatur.* Adde Rabanum lib. 2. de Institut. Cleric. cap. 49. Walafridum Strabon. lib. de Reb. Eccl. cap. 25. Honorium Augustod. lib. 2. cap. 17. etc.

HYMNUS ANGELICUS, dicitur a Scriptoribus Ecclesiasticis, hymnus ille, qui in Missa canitur : *Gloria in excelsis Deo*, quod initium nempe illius ex hymno in Domini Natalitio ab Angelis decantato, desumptum sit. Hunc enim, ut ait Rupertus Tuitiensis, *ab ore Angelorum Ecclesia sancta rapuit.* Primus autem Telesphorus PP. instituit, *ut ante sacrificium diceretur*, ut auctores sunt Anastasius, Walafridus Strabo de Reb. Eccl. cap. 22. Amalarius l. 3. de Off. Eccl. cap. 8. Rabanus Maurus, Alcuinus de Divin Off. Berno cap. 2. et ipsemet Telesphorus Epist. Decret. cap. 2. Sed an ab illo integer compositus sit, addubitatur. Integrum a Telesphoro exaratum scribunt Rabanus lib. de Institut. Cleric. cap. 32. et Innoc. III. PP. lib. de Myst. Miss. cap. 20. Usque ad versiculum, *Laudamus te*, compositum a Telesphoro, cætera addita esse a S. Hilario Episcopo Pictavensi, Alcuinus prodidit. Cui favet Concilium Toletan. IV. can. 12 : *Reliqua, quæ ibi sequuntur, Ecclesiasticos Scriptores composuisse* scribens. Verum ab Hilario consummatum negat Goarus ad Euchology. idque probat ex Athanasio, qui Hilario convus fuit, lib. de Virginibus sub finem, qui hujus hymni pæne integri meminit, ut sua ætate ab universa Ecclesia recepti. Et certe sunt, qui putant ab ipsis Apostolis compositum fuisse, ex eo potissimum, quod integer extet apud Clementem lib. 7. cap. 47. ubi προσωιδὴ ἑωθινὴ nomine donatur. Alii ὑμνὸν ἑωθινὸν appellant, ut observatum est ab Usserio Armachano : δεξολογίαν Græci, si Goaro fides.

Instituit præterea Symmachus PP. ut omni die Dominico, vel Natalitiis Martyrum diceretur, ut est apud Anastas. in ejus Vita (qui etiam consulendus est in Stephano IV. pag. 96.) et Alcuinum lib. de Divin. Offic.

Ad Matutinas decantatum volunt quidam, quod in Antiquis MSS. *Hymnus in die Dominico ad Matutinas* inscribatur. Quibus astipulatur locus Anathasii supra a nobis indicatus qui sic se habet : Πρὸς τὸν ὄρθρον δὲ τὸν ψαλμὸν τοῦτον λέγετε Ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου πρός σε ὀρθρίζω, διαφαῦσαι δέ, Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα κυρίου κύριον. Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, ὑμνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, προσκυνοῦμέν σε, καὶ τὰ ἑξῆς.

HYMNI ANGELICI appellatione donatum etiam interdum *Trisagium*, auctor est Micrologus cap. 11. [et Capitul. lib. 6. n. 173 : Te igitur *non inchoent sacerdotes nisi post Angelicum Hymnum finitum.*] [** Vide Glossar. med. Græcit. col. 1630.]

HYMNUS EVANGELICUS, seu *de Evangelio*, idem qui *Angelicus*, Beleto cap. 36.

HYMNI FERIALES, qui in Feriis canuntur, apud Joannem Episcopum Abrincensem de Offic. Ecclesiasticis.

HYMNUS S. MARIÆ, *Magnificat*, apud Joannem Abrincens. Episc. de Offic. Eccles.

¶ HYMNUS TRIUM PUERORUM, olim inter Missarum solemnia decantatus, ut patet ex Brevi Expositione antiquæ Liturgiæ Gallicanæ apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 92 : *Hymnum autem trium puerorum, quod post lectiones canetur in figura Sanctorum veterum, qui sedentes in tenebris adventum Domini expectabant.* Quibus concinit Canon 13. Concil. Toletani IV : *Ut per omnes Hispaniæ ecclesias vel Galliæ in omnium Missarum solemnitate decantetur Hymnus trium puerorum in pulpito.* Exstant etiamnum hujusce ritus vestigia : Sabbato enim Quatuor Temporum post Lectiones cantari solet.

HYMNUS S. TRINITATIS, qui Græcis τρισάγιον, is scilicet, qui canitur ab utraque Ecclesia in die Parasceves Græce et Latine, *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis*, Ἅγιος ὁ Θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Marcellinus Comes in Chronico : *Die Dominico, dum jubente Anastasio Cæsare, per Marinum perque Platonem in Ecclesiæ pulpito consistentes, in Hymnum Trinitatis Deipassianorum quaternitas additur, multi orthodoxorum pristina voce psallentes, perfidosque præcones clamoribus objurgantes, in ejusdem Ecclesiæ gremio cæsi sunt etc.* Infra : *Cæteris die noctuque Hymnum Trinitatis Christo Deo psallentibus, etc.* Rursum : *Hymnum Trinitatis juxta morem Catholicorum concinentes, etc.* Quo loco agit Marcellinus de additione facta Trisagio a Petro Cnapheo, σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, quam, ut hæreticam, proscripsit Ecclesia, in Concilio Romano I. ann. 483. Vide Zonaram in Theodosio juniore. De Trisagio copiose disputarunt Baronius anno 483. 492. Menardus ad librum Sacrament. Gregorii M. pag. 20. 21. Meursius in Glossar. Sirmondus in Notis ad Aviti Viennensis Ep. 3. Leo Allatius de Liturgia S. Jacobi cap. 16. 17. 18. [Johan. Morinus lib. 6. de Pœnit. cap. 10. n. 7. 8. de Sacris Ordinat. pag. 211.] et alii.

HYMNUS, *Te Deum laudamus*, vulgo tribuitur S. Ambrosio et S. Augustino, in libro Psalmorum MS. quem Carolus M. ad Hadrianum PP. misit, qui in Cæsarea Bibliotheca asservatur, ut auctor est Lambecius, et apud Durandum lib. 5. Ration. cap. 3. n. 31. Unde *Hymnum Ambrosianum* vocant Gualterus Tervanensis in Vita S. Caroli Comitis Fland. cap. 38. Liber de Miraculis S. Pelini Mart. apud Ughellum tom. 9. pag. 38. etc. Vide Menardum ad Sacram. Gregor. M. pag. 399. In Breviario Casinensi, scripto sub Paschali II. PP. quod asservatur in Bibl. Institutionis Parisiensis Oratorii Jesu, inscribitur *Ymnus Sisebuti Monachi.* Ita etiam in alio Cod. MS. Bibliothecæ Vaticanæ apud Card. Bona in libro de Divina Psalmodia. In Psalterio Gallico-Latino, exarato circa tempora Henrici I. *Hymnus S. Niceti* dicitur, ut auctor est Usserius Armachanus lib. de Symbolis : Sive, inquit, hic intelligendus fuerit Nicetius, sive Lugdunensis, sive Treverensis. Hujus hymni mentio est in Concilio Triburiensi ann. 821.

HYMNI, quorum auctores incerti, vetiti in Concilio Turon. II. can. 23.

¶ HYMNIDICUS, HYMNODICUS. Vita S. Leonis IX. PP. auctore Wiberto Archid. apud Murator. tom. 3. pag. 294 : *Hymnidicam totius Cleri harmoniam suis diris evincebat vocibus.* Placidi Diaconi Supplementum Virorum Illust. Cassin. cap. 8. apud eumdem tom. 6. col. 68 : *Extant quoque libri duo, in quibus celeberrima nonnulla Sanctorum et Sanctarum sacra vario describuntur metro, eorumque gesta Hymnidicis proferuntur modulis.* Vita S. Severi Archiep. Ravennæ in Appendice apud eumdem tom. 2. pag. 193 : *Gaudeamus... quia hodie alternantibus Hymnodicis Angelorum choris intravit pascua æternæ hæreditatis.* Adde Marten. tom. 6. Collect. col. 810.

¶ HYMNISONUS. Miracula S. Johannis Beverlac. tom. 2. Maii pag. 179 : *Clerus quoque, viso quod factum fuerat miraculo, Hymnisonis concrepat laudibus.* [** Vide Forcellinum.]

** HYMNISTA. S. Aldhelm. de land. Bugge vers. 48. apud Maium Classic. Auctor. tom. 5. pag. 389 :

Dulcibus antiphonæ pulsent accentibus aures,
Classibus et geminis psalmorum concrepet ode,
Hymnistæ crebro vox articulata resultet,
Et celsum quatiat clamoso carmine culmen.

HYMNIARIUM, vel HYMNARIUS, Liber hymnos continens. Gennadius lib. de Script. Eccles. ait, Paulinum Nolanum Episcopum scripsisse *Sacramentarium et Hymnarium.* Leo Ost. lib. 2. cap. 52 : *Duo*

Digitized by Google

etiam Hymnaria in choro habenda. [Bernardi Mon. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 17 : *Pro signo Hymnarii, adde ut pollicem et digitum et proximum proferas, summitatibus eorum conjunctis, quo præsens tempus, vel quod primum est significat, et hoc signum est inventum pro occasione hujus solius verbi, quo Hymnarius ita incipit*, Primo dierum. Idem occurrit apud S. Wilhel. Constit. Hirsaug. lib. 1. cap. 21.] Adde librum Usuum Ordin. Cisterc. cap. 71. *Hymnare* in Synodo Oxoniensi ann. 1287. cap. 12. *Ympnare*, apud W. Thorn. pag. 1935.

HYMNIZARE, ex Græco ὑμνίζειν, Laudare, prædicare. Jo. de. Janua : *Hymnizare, laudare, vel hymnos cantare.* Honorius Augustod. lib. 3. cap. 38 : *Similiter* Sæpe expugnaverunt, et Deus Deus meus, *tristitiam*, Laudate *vero Hymnizat lætitiam.* [S. Gerardus in Miraculis S. Adelardi tom. 1. Januar. pag. 121 : *Cumque simul ecclesiam Hymnisantes repetissent.*] Miracula S. Agili lib. 1. cap. 7 : *Hymnizant læti, Sit summo gloria Patri cum genito Verbo, etc.* Christianus de Scala in Vita S. Ludmillæ pag. 48 : *Et statuunt supradicto sermone*, (Sclavico) *partibus in illis Missarum solemnia cæterasque Canonicorum horas Hymnizari.* Aldhelmus Abbas Malmesburiensis : *Stridula vocum symphonia, melodiæ cantilenæque carmine modulatori Hymnizemus.* Adde Anonymum in Miraculis S. Ursmari per Flaudr. n. 13. et Aimonium de Miracul. SS. Georgii et Aurelii lib. 1. n. 1.

¶ HYMNICHARE, Eadem notione. Fr. Arnonis Scutum Canonic. apud R. Duellium Miscell. lib. 1. pag. 12 : *Scio hominem ejusmodi meæ scholæ discipulum... qui factus in agonia ac prolixius inter odores paradisiacos expallens et Hymnichans, ad insitatum quemdam carnis ac spiritus in Dominum exultantis tremorem tam fortem quam suavem raptus sit.*

¶ HYNE. Servus prædio excolendo addictus, servus glebæ, Angl. *Hine.* Testament. Johannis *de Nevill* ann. 1386. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 428 : *Item volo quod* cc. *marcæ.... destribuantur inter carucarios, plaustrarios, et custodes animalium meorum, videlicet Hyne, Nethirdes, et Shephirdes, per discrecionem Executorum meorum.*

HYOPA, Hirtus, setosus, ex Græco ὑώψ, porco similis. Luitprandus in Legat. cap. 3. pag. 81. Edit. 1600. de Nicephoro Imp. : *Barba curta, lata, spissa et semicana fœdatum cervice digitali turpatum, prolixitate et densitate comarum satis Hyopam, colore Ægyptium, cui per mediam nolis occurrere noctem.*

¶ HYPANTE. Vide in *Hypapanti.*

HYPAPANTI, barbare, ex Græco ὑπαπαντή, qua appellatione donatur festum Purificationis B. Mariæ, ab *occursu* seu obviatione tunc facta a sene Simeone et Anna vidua : unde et *festum S. Simeonis* appellari in Codice Remensi Libri Sacramentt. Gregorii Magni monet Menardus, cui concinit Anastasius in Sergio PP. pag. 62 : *Constituit autem, ut diebus Annunciationis Domini, Nativitatis, et Dormitionis sanctæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ, ac sancti Simeonis, quod Hypapantem Græci appellant, Litania exeat, etc.* Ugutio : *Ypapanti, indeclinabile, i. obviatio, vel occursus. Unde repræsentatio Domini in templo, i. festum Purgationis B. Mariæ Virginis dicitur Ypapanti, et tunc Symeon occurrit Christo, et obviavit, et in ulnis suis accepit eum et præsentavit.* Flodoardus lib. 3. Hist. Rem. cap. 6 : *In eadem solemnitate, Hypapanti scilicet Salvatoris.* Ordericus Vitalis lib. 13. pag. 921 : *Dum sacra solemnitas Hypapanti celebraretur.* Gualdo in Vita S. Anscharii Archiep. Hamburg. cap. 105 :

Instabatque dies Hypapanti dictus Achivis.

Joannes Episc. Abrinc. de Offic. Eccles. : *In Hypapanti, quæ dicitur Præsentatio Domini, etc.* Vide Ughellum tom. 5. pag. 528.

HYPANTE, aut HYPANTI, corrupte dicitur apud plerosque Scriptorum de Divinis Offic. Alcuin. lib. de Divin. Offic. Amalar. lib. 3. cap. 43. Rabanum lib. 2. de Instit. Cler. cap. 33. Honorium August. lib. 3. cap. 24. etc. Ditmarus lib. 5 : *Quarto Non. Febr. id est,* ὑπαντῇ *Domini, id est, obviatione justi Simeonis.* De hoc festo, et ejus initiis, pluribus agunt Baron. ad Martyrol. Menardus ad lib. Sacram. Greg. pag. 40. 41. et doctissimus Henschenius peculiari Commentario ad 2. Febr. [Adde Marten. de antiqua Ecclesiæ Disciplina in divinis celebrandis Officiis.]

¶ HYPATIA, Missilia ab Imperatoribus et Consulibus in populum sparsa. Histor. Miscell. apud Murat. tom. 1. part. 1. pag. 162 : *Superposuit et chlamydem et auream coronem, et ita processerunt, jactantibus Imperatoribus Hypatiam et trimisia et henisia et numismata nova usque ad magnam ecclesiam.* Vide Gloss. mediæ Græcit. in Ὑπατία.

HYPATUS, YPATUS. Dignitas in Aula CPolitana, cujus mentio est in Epist. 36. 38. 227. Joannis VIII. PP. [Ὕπατος, Græcis, Consul, ut in Numismatibus passim occurrit.] Anastasius in S. Agathone PP. pag. 54 : *Post hæc Patricii, Ypati, omnesque inclyti introierunt. Hypati civitatum,* apud Leonem Ost. lib. 2. cap. 37 : *Joannes Imperialis Patricius Caietanus filius Docibilis Hypati.* Joannes VIII. PP. Epist. 38 : *Docibili et Joanni Hypatis Caietæ.* Adde Ughellum tom. 1. Ital. sacr. part. 1. pag. 582. Chron. MS. Andreæ Danduli ann. 814. de Duce Venet. : *Qui ab Imperatore Leone votive susceptus, honorem Hypati, seu Imperialis Consulis ab eo obtinuit.* Ita ann. 740. 742. Servatur in Gazophylacio Canonicorum Regulat. S. Genovefæ Parisiensis Bulla plumbea, in qua exaratum EYΘHMIAC ΥΠΑΤΙCCΗC. Charta Istriana ann. 804. apud Sansovinum, et Stringam in Venetia lib. 13. pag. 356 : *Ab antiquo tempore dum fuimus sub potestate Græcorum Imperii, habuerunt consuetudinem parentes nostri habendi actus Tribunati, domesticos, seu Vicarios, necnon loci servator, et per ipsos honores ambulabant ad communionem, et sedebant in consessu unusquisque pro suo honore : et qui volebat meliorem honorem habere de Tribuno, ambulabat ad Imperium, qui illum ordinabat Hypatum. Tunc ille Imperialis erat Hypatus, in omni loco secundum illum Magistratum militum præcedebat.* Vide tom. 1. Canisii Antiq. Lection. pag. 120. et quæ de Hypato Philosophorum observavimus ad Alexiadem pag. 304. [qui idem videtur qui καθηγητὴς τῶν φιλοσόφων dicitur Anonymo in Porphyrog. n. 10. 14.] quibus adde Lambecium lib. 6. de Bibl. Cæsarea pag. 148. et lib. 7. pag. 232. [** et Glossar. med. Græcit. col. 1636. sqq.]

** HYPERBATICUS. Virgil. Grammat. pag. 76 : *Nam si Hyperbatico more in media dictione commixto alium ordinem posuisset, etc.* Vide Forcellin. in *Hyperbaton.*

¶ HYPERBERETÆUS MENSIS, October, Macedonibus ὑπερβερεταῖος. Canon. Apost. tom. 1. Concil. Hispan. pag. 65 : *Bis in anno Episcoporum Concilia celebrentur, ut inter se invicem dogmata pietatis explorent, et emergentes ecclesiasticas contentiones amoveant : semel quidem quarta septimana Pentecostes; secundo vero duodecima die mensis Hyperberetæi.*

¶ HYPERBOLI LAPIDES, (Aristophani ὑπέρβολοι) *Quibus ad cervicem religatis, scelerati in profundum demergebantur. Ager Hyperbolus, creditoribus obnoxius lapidis indicio vel columnæ.* Vocabul. Sussannæi.

¶ HYPERBOLICUS Vide in *Hypobolon.*

HYPERICUS, vel ut habet Ugutio, *Ipericus, superbus.*

¶ HYPERPERATA TERRÆ. Vide in *Hyperperum.*

HYPERPERUM, Moneta Imperatorum Byzantinorum aurea, sic appellata, quasi ex auro eximie rutilo et recocto confecta esset, quod pluribus docemus in Dissertatione de Imperatorum Constantinopolitanorum nummis, ut et hanc monetæ aureæ nomenclaturam vix cognitam ante nostrorum in Orientem expeditiones. Willelmus Tyrius lib. 18. cap. 24 : *Viginti duo millia Hyperperorum, et tria millia marcarum argenti examinatissimi... dicebatur esse largitus.* [Edito Basileensis ann. 1564. habet, *Hyperorum.*] Male igitur dixit Robertus Cænalis lib. de Mensuris et ponderibus : *Hyperpereum nummum esse qualis apud nos est Grossus Mediolanensis.* [** Vide Glossar. med. Græcit. voce Ὑπέρπυρον, col. 1639.]

¶ HYPPERUS, apud Bernardum Thesaurarium de Acquisitione Terræ sanctæ apud Murator. tom. 7. col. 678 : *Nec etiam ob hoc a munerum largitione cessavit, sed singulis hebdomadibus a die festo Epiphaniæ usque ad Ascensionem Domini Hypperos aureos quantos duo viri una vice deferre poterant, etc.*

PERPERA, in Charta Petri Ziani, Ducis Venet. ann. 1211. in Hist. Belunensi pag. 109 : *Debens... solvere Perperas quingentas in terra salvos, etc.*

PERPERUM. Guntherus in Hist. Hieros. cap. 8 : *Per totum annum ad 14. dies fisco regio persolvebat nummum aureum, qui Perpera vocari solet, Ferdoni, id est, quartæ parti marcæ unius æquivalens.* [Occurrit præte ea in Chron. Jacobi de Voragine apud Murator. tom. 9. col. 38.] *Perperi,* apud Joannem Villaneum lib. 7. cap. 73. [et Caffarum Annal. Genuens. lib. 1. apud eumdem Murator. tom 6. col. 280.]

PERPARUS, non semel in Tractatu matrimonii inter Ferrandum Regis Majoricarum filium, et Isabellam Guillelmi Achaiæ Principis filiam, [apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 272. et in Annal. Genuens. Oberti

Digitized by Google

Cancellarii ad ann. 1164. apud Murator. tom. 6. col. 336. et 343.]

PERPRE. Albericus ann. 1236 : *Et ex quo Rex Joannes venerat ad partes illas, mittebat quolibet anno 22. millia Perpres ad conducendos auxiliarios.* Hist. Bellorum Ultramarinor. MS. : *Et fut droit emmi la sale, puis fist apporter Perpres d'or etc.* Raimund. Montanerius in Hist. Regum Aragon. cap. 121 : *Enach de reschat tres milia Perpres d'or, et val una Perpra 10. sous Barcelonesos.* Adde cap. 224. 228.

ISPERI, et YPERPERI, in aliquot Chartis, laudatis in Historia nostra Franco-Byzantina.

PURPURATI, pro *Hyperperi*, apud Tudebodum, lib. 2. Baldricum, et Guibertum lib. 4. Hist. Hierosol. cap. 5. etc.

HYPERPERATA TERRÆ, ut *Librata terræ*, de qua infra, Reditus terræ, vel agri tot hyperperorum. Charta Roberti Imp. CP. apud Odoricum Rainaldum ann. 1222. n. 25 : *Miles quicumque habet trecentas Yperperatas terræ ad assisam Imperatoris, per se dividet et dabit undecimam, et partem duorum millium Yperperorum, videlicet pro centum Yperperis unum et dimidium.*

PERPIRIARII, ita dicti in Regno Cyprio, regnantibus Lusinianis, homines, qui licet liberæ conditionis, obnoxii tamen erant ratione 13. hyperperorum, quæ domino feudi pensitare quotannis tenebantur. *Il cavalier Loredano, nell' histor. de Re Lusiniani lib.* 1 : *Il Perpiriario era Parico,* (a voce πάροικος, colonus,) *ma libero delle persone, e di figlivoli, cosi essentato da i Duchi per denari, obligato ad godimento de i terreni come i Parici, ed à contar' ogni anno* XV. *perperi, che erano la valuta d'un bisante.* Vide eumdem lib. 7. pag. 369. et Thomam *Porcacchi* in Descript. Insul. Italica, pag. 150. ex quo sua hausit Lauredanus.

¶ **HYPOBOLON**, Dotis est incrementum, vel quod mortuo marito uxori superstiti redditur supra dotem, quod est instar donationis propter nuptias, Græcis ὑποβόλον, ab ὑποβάλλειν, adjicere. Ita Lexicon. Calvini. Vide *Augmentum dotis.* Hinc

¶ HYPOBOLICUM INSTRUMENTUM, Scriptum de *Hypoboli* donatione, apud Sidonium lib. 7. Ep. 2 : *Quo profecto mater puellæ pro Hypobolicis instrumentis cœpit actionem repetundarum velle proponere; et tunc demum de mancipiorum sponsalitiæ donationis paucitate mœrere, quando jam nepotum numerositate gaudebat.* Ita emendant viri docti. Editi habent *hyperbolicis.* Vide Salmasium de Modo usur. cap. 4.

¶ **HYPOBRICHIUM**, ὑποβρύχιον, Submersio, abyssus. Tertullianus de Idololat. cap. extremo : *Ceterum inenatabile excussis profundum est, inextricabile impactis naufragium est, inrespirabile devoratis Hypobrichium in idololatria.*

HYPOCAMISIUM, Vestimentum, quod subtus camisium est : ὑποκάμισον, apud Codinum in Orig. CP. et alios, quos laudat Meursius. Glossæ MSS. : *Ypocamisium, vestis super camisiam.* Leg. *subter.* Anastasius Biblioth. in Vita S. Joannis Eleemos. num. 35 : *Et dicebat semper, quod posset aliquis intentione dandi pauperibus expoliare divites, et ipsum etiam Hypocamisium ab eis benevole auferre, et non peccare.*

HYPOCARTOSIS, [Tectorium sive crusta qua parietes et cameræ inducuntur.] Vide *Camaradum.*

HYPOCAUSTORIUM, in Monasteriis, ubi Monachi simul sese calefaciunt, *Chaufoir.* Vita S. Thiadildis Virg. n. 7 : *Refectorium hyemale et æstivale, Hypocaustorium, dormitorium, cellarium, domum arearum, coquinam, . . . ædificavit.*

HYPOCISMA. Lex Wisigoth. lib. 11. tit. 1. § 5 : *Si quis medicus Hypocisma de oculis abstulerit, et ad pristinam sanitatem perduxerit infirmum, etc.* Ubi Lindenbrogius in MSS. aliquot *Hypocrisin* legi monet, ex quo *hypopyosin* restituit Vossius, ex ὑπόπυον, *i. collectio puris copiosi sub cornea oculi tunica.*

* *Hypochyma*, tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 435. ut efferunt etiam medici, vel *Hypochyse*, a Gr. ὑπόχυμα, oculi suffusio, Gall. *Cataracte.*

* **HYPOCONDRIA**, Vox medicorum. Placent. JC. qui circa ann. 1100. vivebat in Summ. Instit. Justin. lib. 1. tit. 11 : *Nisi fuerint furiosi, vel prodigi, vel in Hypocondriis perpetuo patientes.*

¶ **HYPOCRIS**, pro Hypocrisis, simulatio, apud Murator. tom. 3. pag. 282 : *Si credere non vis, quid per Hypocrin tentare vis tanti mysterii sacramentum.*

¶ **HYPOCRISIS**. Vide *Hypocisma.*

HYPODIACONISSA. Vide *Frigdora.*

HYPODIACONUS, Subdiaconus, quo vocabulo utitur passim S. Cyprianus in Epistolis. Vide *Subdiaconi.*

HYPODROMUM, seu potius *Hypodromus*, Longior porticus, *Galerie.* Papias MS. : *Ypodromum, domus declinationis ad necessitatem, et per gyrum habens arcus deambulatorios, super quos ambulant homines.* Ordericus Vitalis lib. 2. pag. 412 : *Hypodromum, et per gyrum arcus deambulatorios.* Gotselinus lib. de Miracul. S. Augustini Cantuar. cap. 3 : *Ductoque Comite in quoddam suum Hypodromum, tale protulit consolationis antidotum.* De hac voce plura commentatur eruditus Sirmondus ad Sidonii lib. 2. Epist. 2.

YPODROMUS, in Catholico Parvo, *Travail de cheval*, ubi equi ferrantur, *Travaglio*, Itali, de qua voce Menagius in Origin. Italicis, forte pro *Hippodromus*, tametsi alia sit vocis significatio.

HYPOGÆA, pro *Hypogæum.* Anonymus in Miracul. S. Ursmari per Flandr. n. 6 : *Quæsivit et invenit securum in Hypogæa sedentem, etc.*

* **HYPOMNEMATOGRAPHUS**, Magistratus apud Alexandrinos, de quo Strabo lib. 17. pag. 797. Commentariorum scriba, ὑπομνηματογράφος, *actuarius, memoralius*, in Gloss. Gr. Lat. Commentariensis, custos carceris, in lib. 60. Basil. tit. 35. c. 20. 21. Lex 59. Cod. de Decur. (50, 2.) : *Si quos spontaneos Hypomnematographi municipes suis exhortationibus ad publicas nominaverint functiones, jubemus, etc.* Vide Glossar. med. Græcit.

HYPOPSALMA, S. Augustino lib. 1. Retractat. cap. 20. est, *quod ad singulas Psalmi partes succinitur et respondetur.* Galli vocant *Refrain.*

* **HYPOSARCHA**, vel potius *Hyposarca*, a Gr. ὑποσάρκη, ut monent docti Editores ad vit. S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 272. col. 2 : *Quatuor quidem secundum physicos sunt hydropisis species; quarum duæ, scilicet leucoflancia et Hyposarcha sunt in initio, antequam radicentur et roborentur, curabiles.*

¶ **HYPOTAMUS**, pro *Hippopotamus.* Epistola Johanni Presbytero seu Regi Abissinorum falso adscripta ad calcem MS. Corbeiensis : *In terra nostra oriuntur et nutriuntur elephantes, dromadarii, cameli, Hypotami.*

HYPOTENUSA. Vide *Tolffmyning.*

HYPOTHECA, [Officina, Gall. *Boutique.* Verum mendum esse pro *Apotheca*, merito quis suspicatur.] Vide *Apotheca.*

¶ **HYPOTHECARE** et **HYPOTECARE**, Oppignerare, obligare, Gall. *Hypotequer.* Charta Adolfi Imperat. ann. 1292. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 435 : *Hypothecamus et inpignoramus et Hypothecata et inpignorata præsentibus assignamus, tradimusque dicto domino Vinceslao Regi Bohemiæ et heredibus suis pro pecunia prælibata.* Instrum. ann. 1317. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 154 : *Dicebat etiam dicta D. Anna dictam terram et bona dicta patris sui quondam sibi fore obligata et Hypotecata, ratione legatorum sibi factorum.* Charta ann. 1369. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 350 : *Idem Marquesius sponte sua obligavit et Hypothecavit, obligata et Hypothecata esse et tenere voluit dictæ nobili Catharinæ.* Testamentum Anglici Episc. Alban. et Cardinalis ann. 1388. apud Stephanot. tom. 10. Fragment. Hist. pag. 340 : *Obligans et expresse Hypotecans ac obligatam et expresse Hypotecatam esse volens.* Adde Hist. Lugdun. pag. 113. col. 1.

* HYPOTECATIO, Obligatio, oppignératio, Gall. *Hypotéque.* Charta ann. 1351. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Et hoc sub obligationibus et Hypotecationibus prædictis.*

* **HYPOTHECARIUS**, Medicamentarius, pharmacopola, Gall. *Apotieaire.* Conc. Reg. ann. 1285. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 194 : *Statuimus et sub pœna excommunicationis districtius inhibemus, ne quis Hipothecariorum vel quivis alius.... toxicum vendat, nec donet;..... et quod Hypothecarii quilibet ad hoc servandum juramento.... astringantur.*

¶ **HYPPARCHUS**. Vide *Hipparchus.*

¶ **HYPPERUS**. Vide in *Hyperperum.*

* **HYRINES**, *Convenientiæ, series.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

HYRITIUS, Erinaceus. Sugerius in Ludovico VI. cap. 16 : *Innumeris sagittis Hyritiorum more hispidi, etc.*

¶ **HYROBI**, *Qui ungulas non dividit.* Papias.

¶ **HYRPEX**. Vide *Herpix.*

¶ **HYSITIUM**, Farcimentum. Apitius de Re culinaria lib. 2. cap. 1 : *Et exinde Hysitia plassantur, quod est, effinguntur.* Vide *Isicium.*

¶ HYSITIATUS, Fartus. Idem Apitius lib. 8. cap. 7 : *Pullus Hysitiatus, lepus Hysitiatus.*

HYSOPUS, Ugutioni, *herba est,... et*

Digitized by Google

dicitur Sparsorium aquæ, quia in quibusdam locis fit ex ea herba, vel propter similitudinem purgationis. Præcipitur Numer. cap. 19. ut aqua super cineres in vas infusa mundus homo aspergat hyssopo eos, qui mundandi sunt. Liber Sacram. Gregorii M. : *Inde veniens ante altare, cum Hyssopo aspergit ipsum altare septem vicibus.* Inventarium Ecclesiæ Eboracensis in Monastico Angl. tom. 3. pag. 171 : *Una magna cuva pro aqua benedicta, cum Ysopo de argento ponder. 9. libr. 3. unciar.* [Inventarium Ecclesiæ Aniciens. ann. 1444 : *Item unum aspersol cum Hyssopo argenti.* Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. tom. 3. Junii pag. LXXIII : *Et vas argenteum ad aquam benedictionis tenendum, cum suo Hyssopo ad servitium Capellæ nostræ esse convenienter manduvimus.*] Historia Abbatiæ Condomensis pag. 504 : *Duas canetas, et unum urceum pro aqua benedicta portanda, cum Hyssopo de argento.* Vide Isidorum Hispalensem lib. 17. Originum cap. 9.

¶ **HYSTERICUS MORBUS**, Mulierum morbi genus, Gall. *Suffocation de matrice;* a Græco ὑςτέρα, uterus, matrix. Vita S. Philippi Nerii tom. 6. Maii pag. 633 : *Per annos plures variis morbis conflictata, eoque præsertim quem Hystericum appellant, cum acri quadam distillatione, ex qua deinde putridum malignumque ulcus exortum est.*

¶ **HYVERNAGIUM.** Vide *Hybernagium.*

JA JAC JAC

I Litera numeralis, quæ 100. denotat; unde versus :

I. C. compar erit, et centum significabit.

Seu ut habet Ugutio :

I. retinet centum, vocalibus una tenetur.

In Notis antiquis I. unum valet. Eidem literæ si recta linea superaddatur, mille significat.

I. *in superscriptione cantilenæ, jusum, vel inferius insinuat, gratitudinemque pro g. interdum indicat.* Ita Notkerus Balbulus opusc. *Quid singulæ litteræ significent in superscriptione cantilenæ.* Vide A.

¶ I. quandoque mutatum in A. *Balanx* pro *Bilanx*, Gallicum *Paresse* pro *Pigritia*, Latinum *Tango* pro θίγω. Frequentius in E. *Placetum* pro *Placitum*, *Basilecus* pro *Basilicus*, Gall. *Enfer* pro *Infernus*, etc. J. consonum in G. sæpius, et vicissim. Promiscue fere scribuntur *Gardinum*, *Jardinum*, *Gaola*, *Jaola*, *etc.* Idem J. consonum pro Ch. *Jaable* pro *Chable.* Ejusdem perpetua mutatio est in Gi apud Italos, ut *Giesu* pro *Jesu*, *Giusto* pro *Justus*, *Giurare* pro *Jurare.* I. quandoque sublatum *Strumentum*, pro *Istrumentum* vel *Instrumentum.* Nihil necesse est moneam I. pro Y. sæpius reperiri, ut Y. pro I. Mutationes aliæ rariores.

* I, pro *Et*, in vett. Inscript. apud Vignol. pag. 335 : ABIENTIA CESQUET IN PACE DEPOSITA XIII. KAL. MAR. QUÆ VIXI ANNIS L. MEN. I. I DIES VII. Ubi Vignolius : *i dies*, pro *et dies.*

* I aliquando vocibus præponitur, ut videre est infra in *Isponsio.*

* **JA**, nostris alias, idem quod nunc *Ajamais*, In omne tempus. Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 33. r°. ad ann. circ. 1275 : *Nous le mesimes hors de no prison.....et li fesimes jurer seur sains que il n'entreroit en le vile, devant là que li esquevin le rapeleroient; et frémames en no conseil que che ne seroit ne à ore, ne à Ja.*

* JA PUST vero, pro vulgari *Quoique*, Quamvis, etsi, in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 104. Chartoph. reg. ch. 374 : *Iceulx sergens moult durement lierent de cordes ledit Jehan Loste, Ja fust il leur desist qu'il estoit clerc.*

¶ **JAABLE**, Rudens, Gall. *Chable*, vel *Cable.* Epistola Guidonis de Dampetra ad Philippum Aug. ann. 1113. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 1114 : *Noverit Serenitas vestra, quod G. de Gaubertem tradidit mihi in turri de Riomo hæc quæ sequuntur : XXXI. sextaria frumenti . . . XI. M. quarellorum, et CCC. quarellos ad duos* (pedes) *II. cros. IIII. pis. II. martellos, VIII. parvas targias et IV. magnas, et I. Jaable et IV. glomos fili.*

* **JAASOU** et JAASOUR, vox Gallica, Instrumentum, quo aratrum terra purgatur. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 122. Chartoph. reg. ch. 365 : *L'exposant prist un Jaasou, qui estoit devant lui sur la charrue, lequel ilz ont acoustumé de porter pour curer et vuidier leur charrue, quant elle se charge trop de terre.* Infra : *Jaasour. Jazour*, in aliis ann. 1397. ex Reg. 152. ch. 320 : *Icellui Renier couru sus audit Guiot à tout le Jazour ferré, dont on cure la charrue.*

¶ **JABUS**, *id est, Deunx XI. uno subtracto de libra.* Papias. [** Richer. Histor. lib. 1. cap. 5 : *Ovis vero tribus unciis atque vacca Iabo tollebatur.*]

JACCA, nostris *le ratelier des chevaux.* Vegetius lib. 1. Artis veterin cap. 56 : *Cratis quæ Jacca* (alias *cocca*) *vocatur a vulgo, pro equorum stratura, nec nimis alta sit . . . nec nimis humilis.*

¶ **JACCHENSES FLORENI**, Moneta Catalaunis et Aragonis nota, quæ sic dicta est, ut puto, ab urbe *Jacca.* Visitatio Popleti monasterii in diœcesi Barchinon. ann. 1316. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1348 : *In bursaria vero erant 87667. solidi et novem denarii Barchinonenses, reductis Jacchensibus, Turonensibus, grossis, Florenis in Barchinonenses, computando 12. Jaccenses pro 14. Barchinonensibus, et Turonenses grossosque 15. denariis Barchinonæ et florenos auri de Florentia pro 16. solidis Barchinonensibus. Jacchenses vero sunt in universo 42574. solidi 9. denarii Jacchenses Floreni 100. Turonenses vero grossi sunt circa 2600.* [*Curia 2. gener. Terracon. sub Jacobo I. reg. Aragon. : *Apud Ilerdam et in locis, ubi currit moneta Jaccensis, etc.*]

* **JACEA**, Mentha. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Jacea, dicitur Gallice Menthe.* Nota nostris vox *Jacée.*

* **JACELLUM**, *Una rete*, in Glossar. Lat. Ital. MS. *Giacchio*, Acad. Crusc. Vide infra *Jacula* 2.

¶ **JACENTIA**, *Subciva, reliqua*, in Glossis Isid. Melius in Excerptis *Subsictva.* Dicitur de fundis inter colonos indivisis, quæ reliqua erant. *Jacent* enim quæ sunt sine possessore, teste Papiano lib. 37. tit. 3. leg. 3.

** **JACENTIA COMESTUS.** Vide infra *Obstagium*, et Haltaus. Glossar. Germ. col. 1020. voce *Inlager*, col. 1268. voce *Liegen.*

* **JACENTIÆ**, Idem quod *Adjacentiæ*, Loca vicina eidem domino parentia vel subjecta, appendices. Charta ann. 1053. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 203 : *Cum suorum pertinentiis et Jacentiis.* Alia ann. 1100. ibid. pag. 313 : *Cum omni jure, Jacentiis et pertinentiis earum rerum per loca et vocabula ad ipsas pertinentia superius et inferius.*

JACENTIVUS. Vide *Arbor* 1.

Digitized by Google

1. **JACERE**, Gistum. Charta Ludovici VII. ann. 1144. pro Monachis Argentolii in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano f. 152 : *Præter Jacere nostrum, et exercitum et equitationem.* Alia ejusdem Regis et anni, in Tabul. S. Dionysii : *Tallium de annona, quæ dicitur mestiva, avenam, quam accipiebat ab unoquoque hospite, porcos seu frescingias, anseres, et gallinas, Jacere, et procurari, sive ipse, sive sui,... corveias, etc.* Occurrit ibi rursum. Pactum inter Monachos S. Dionysii et Advocatum de Solemniaco ann. 1233 : *Recognosco quod nec ego, aut hæredes mei possumus Jacere vel manere, vel aliquid capere in domo S. Dionysii apud Solemniacum.* Guigo II. Prior Cartusiæ in Statutis ejusd. Ord. cap. 36. § 4 : *In superiori autem domo non nisi religiosi hospites Jacere consueverunt.* Ita usurpant Statuta antiqua ejusdem Ordin. cap. 8. § 42. cap. 9. § 28. Itinerarium Petri de Columbaria Cardinalis tom. 1. Bibl. Labbei pag. 354. etc.

¶ 2. **JACERE**, Abjicere, contemnere, negligere. Statuta Canonicorum Regul. apud Raimundum Duellium lib. 1. Miscell. pag. 87 :

Qui bona despiciunt, de justis projicientur.
Qui latriam Jaciunt, cum dæmonibus patientur.

* 3. **JACERE** Fœdus, pro Inire. Annal. Laur. Bonincont. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 92 : *Anno salutis* 1405. *rei frumentariæ inopia Nicolaus Estensis relicto Francisco Patavino, cum quo fœdus Jecerat, etc.* [** Pro *Icerat.*]

* 4. **JACERE DE PARTU, DE PUERO**, Cubare ex puerperio, Gall. *Estre en couches.* Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 24. r°. : *Item dixit.... quod ipsa quæ loquitur, in dicta domo Jacebat de partu, etc.* Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 134 : *Quæ quidem Margareta tunc de puero Jacens et propter hoc se balneabat, etc.* Vide supra *Gesina* 1. et infra *Jassina.*

JACENTIBUS COLUMNIS opus novum impedire, id est, priusquam ædificium eductum et elevatum fuerit, in Lege Bajwar. tit. 11. cap. 6. § 1.

* **JACHA**, Inter res aromatarias recensetur, in Convent. Saonæ ann. 1526 : *Pro quibuscumque generibus specierum seu aromatum et drogariarum, videlicet.... cardeghi, Juchæ, etc.*

¶ **JACHERIA**, Terra novalis, Gall. *Jachere.* Tabularium Fossatense : *Habet corveias octo diebus per annum... in Jacheriis duobus diebus, in binalibus totidem, et in seminalibus totidem, in marcesahiis uno die, et in vindemiis uno die.* Vide *Gascaria.* [* Vide infra *Jascheria.*]

¶ **JACHTIVUS**, Ad judicium citatus. Vide in *Abjectire.*

¶ **JACINTUS**, pro *Hyacinthus*, Lapis pretiosus, apud Bernardum *de Breydenbach* Itiner. Hierosol. pag. 111.

¶ **JACIS**, pro *Ajacis*, Vicaria, districtus. Vetus formula apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 552 : *Tradimus... manso nostro in pago Arvernico, in Jace illo, in villa illa, quæ de alode vel atracto vissi sumus habere, cum casis, tictis, ædificiis, etc.* Vide *Ajacis* 1.

JACKE, Jacque, Sagum militare, quod loricæ superinduebatur : nescio an a *Jacobis* factiosis, de quibus mox, nomen sumpserit. Thomas Walsinghamus ann. 1379. pag. 239 : *Quod mille loricas, vel tunicas, quas vulgo Jackes vocant, redemerit de manibus creditorum.* Infra pag. 249 : *Arreptam quandam vestimentum ipsius, quale Jacke vocamus, et impositum lanceæ, pro signo ad cognitas suas posuerunt.* Chronicon MS. Bertrandi Gueselini :

S'avoit chascun un Jaque par dessus son haubert.

Alibi :

Car il fut bien armez de ce qu'il luy failli,
S'et un Jaque mouli fort de bonne cuir empli,
Le bacinet en chief, etc.

Froissartes 4. vol. cap. 114. sub ann. 1199 : *Et vest adonc veste un court Jaques d'un drap d'or à la façon d'Alemagne.* Octavianus de S. Gelasio in Viridario honoris :

Jaques, plastrum, voulges, et alhardes.

Occitani *Jaquetas* vocant, quod nostri *Pourpoint.*

Describitur porro ejusmodi vestis militaris species in Charta, quæ asservatur in Camera Computor. Paris. hocce titulo : *Memoire de ce que le Roy veult, que le Francs archers de son Royaume soient habillez en Jaques d'icy en avant, et pour ce a chargé au Bailly de Mante en faire un get : et semble au dit Bailly de Mante, que l'abillement de Jacques leur soit bien proufitable et avantageux pour faire la guerre, veu qui sont gens de pié, et que en ayant les brigandines, il leur faut porter beaucoup de choses, que un homme seul et à pié ne peut faire. Et premierement leur faut desdits Jacques de* 30. *toilles, ou de* 25. *à un cuir de serf à tout le moins : et si sont de* 31. *cuir de serf, ils sont des bons. Les toilles usées et deliées moyennement sont les meilleures, et doivent estre les Jacques à quatre quartiers, et faut que les manches soient fortes, comme le corps, reservé le cuir. Et doit estre l'assiette des manches grande, et que l'assiette prengne pres du collet, non pas sur l'os de l'espaule, qui soit large dessous l'aisselle, et plantureux dessous le bras, asses faulce et large sur les costez bas, le colet fort comme le demourant du Jacques : et que le collet ne soit pas trop hault derriere pour lamour de salade. Et faut que ledit Jacques soit lassé devant, et que il ait dessous une porte piece de la force dudit Jacques. Ainsi sera seur ledit Jacques et aisé, moiennant qu'il ait un pourpoint sans manches, ne colet, de deux toilles seulement, qui n'aura que quatre doys de large sur l'espaule : auquel pourpoint il attachera ses chausses. Ainsi flotera dedens son Jacques, et sera à son aise : car il ne vit onques tuer de coups de main, ne de flesche dedans lesdits Jacques ses hommes, et se y souloient les gens bien combattre.*

¶ **JACMIUM**, *Jacmarium Servitium Matrimonii*, non semel recensentur inter debita domino feudali servitia in Recognitionibus de Vouta apud Vivarienses tom. 2. ex Archivo Principis *de Rohan*, ut fol. 349. ubi legimus : *Sunt homines litgii prout ceteri homines, videlicet talhabiles in Serviciis Jacmariis matrimoniorum.* Hæc *Jacmaria matrimoniorum servitia*, nihil aliud forte sunt quam census, quos domino suo solvere tenebantur ii homines ligii cum maritabantur. Haud scio an a Græco γάμος, Nuptiæ, *Jacmia* seu *Jacmaria servitia* dici potuerint census hujusmodi. Vide *Formaritagium* et *Maritagium.*

JACOBI, ex Gallico *Jaques*, appellati factiosi quidam in agro Bellovacensi, ab eorum Capitaneo, quem *Jaque Bonhomme* vocabant, sub ann. 1358. de quibus copiose Froissartes 1. vol. cap. 187. 188. 189. Matth. Villaneus lib. 8. cap. 67. Continuator Nangii Gall. MS. etc. qui factionem ipsam *Jaqueriam* nuncupant. Regestum 3. Memorialium Cameræ Computor. Paris. fol. 218 : *Sigillum Capitanei Rusticorum vocatorum Jacoborum decapitati apud Claromontem in Belvacino, fuit traditum Cameræ per Thomam Brochardi Receptorem Silvanect.* 11. *Dec.* 1356. Chronicon scriptum sub Carolo V : *Anno* 1358. *cum Jaquetis de Belvacino congregati sunt illi de Mucien, et destruxerunt Montmorenci.* Vide Louvetum in Hist. Bellovac. tom. 2. pag. 544. et infra *Jaquet.*

¶ **JACOBIPETA**. Vide *Jacobita.*

JACOBITA, Qui peregrinationem instituit ad S. Jacobum Compostellanum, *Pelerin de S. Jacques.* Uguitio : *Jacobita, qui petit Ecclesiam S. Jacobi.* Joannes de Janua habet *Jacobipeta.* [ut et Gloss. Lat. Gall. Sangerman.]

* **JACOBINI**, Iidem qui *Jacobitæ* 2. Dominicani, in Charta Phil. V. ann. 1317. ex Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 184. Inter codices MSS. eccl. Paris. nunc Bibl. reg. unus ita inscribitur : *Fratris Jacobi de Cessolio, Jacobini, de Moribus hominum et Officiis nobilium super ludo scacorum.* Vide alia notione in *Jacobitæ* 1.

1. **JACOBITÆ**, Jacobini, in Ægypto et in Terra-Sancta, dicuntur Christiani quidam certis hæresibus ac pravis opinionibus infecti, ob quas a Patriarcha Constantinopolitano olim excommunicati, et ab Ecclesia Græcanica sequestrati sunt. Ita autem appellati a quodam Jacobo Severi Patriarchæ Antiocheni discipulo, qui annuente et præcipiente Timotheo Patriarcha Alexandrino Christianos ad sectam Dioscori Alexandrini Patriarchæ revocabat : cujus hæresim amplexus Anastasius Imp. ideo non semel *Jacobita* dicitur in Chronico Orientali ab Abrahamo Ecchellensi edito pag. 59. 60. 120. 121. 122. *Jacobitas* et *Jacobinos*, promiscue appellant Jacobus de Vitriaco in Hist. Hierosol. cap. 75. ubi de eorum hæresibus, Aithonus cap. 13. 14. Willebrandus ab Oldenborg in Itiner. T. S. initio, etc. Sed et Auctor Mappæmundæ MS. ita de *Jacobinis* edisserit :

Autres gens i a barbarins,
Qui se font clamer Jacobins,
D'un Jacob qui lor maistre fu,
Et sont Chrestien corrompu,
Par les mariages qu'il font
As Sarazins qui pres d'eus sont,
Et pourprennent bien celle gens
Quarante regnes de tous sens,
Ne croient pas confession
A nul autre home, s'a Diu non.
Quant il se confessent à Diu,
Prés d'eux mettent enchens et fu,
Et cuident qu'aveuc la fumée

Digitized by Google

S'en aille veers Diu lor penséz.
Mais n'est pas ainsi comme il croient.
Saint Jean Baptiste mescroient,
Qui les baptisa premerains,
Car dire lors convenoit sins
Tous lors pechiés à lui mesme,
Et puis recheveient Baptesme,
Dont S. Jehan maismes dist,
Quand li hons ses pechiés gehist
A un autre, celle verongne,
Qu'il a de dire sa besongne,
Li est en lieu de penitanche
Et de ses pechiés alleganche,
Et plus de pechiez se retrait,
Quant il scet que savoir convient
A un autre tout son affaire,
Ains que vers Diu se puisse traire,
Ca dist S. Jehans li Baptistes,
Qui par Baptesme nous rent quites
Envers Diu de tous nos pechiés
Par confession espurgiés,
Dont cele gent sont déshu,
Qui malement l'ont entendu.

De eorum Patriarcha, vide Godefridum Monachum S. Pantal. ann. 1237.

2. **JACOBITÆ**, dicti Dominicani, seu Religiosi Ordinis S. Dominici, quod eis *Hospitale Peregrinorum S. Jacobi* Parisiis ad mansionem assignatum primitus fuerit. Albericus, et ex eo Magn. Chron. Belg. ann. 1207 : *Similiter Parisiis datum est eis* (Dominicanis) *quoddam hospitium S. Jacobi, a quo denominantur Jacobitæ, ubi fecerunt Ecclesiam et Claustrum.* Rem plenius narrat Matthæus Paris ann. 1198. (in variant. lect.) aitque, quod *ii Fratres primitivi, cum non haberent domum, ubi post prædicationis laborem declinarent, longo tempore Parisiis perdurarunt. Quo tempore fuit in eadem civitate quidam famosus Anglicus de villa S. Albani oriundus Magister Johannes dictus de sancto Albano, Physicus præcipuus, et Regis Franciæ curum gerens. Hic cum ditatus fuisset auro Franciæ, sibi quoddam hospitium comparavit in civitate prædicta pene dilapsum et dirutum, in quod solebant ex longinquis partibus venientes causa peregrinationis versus S. Jacobum in Hispania divertere peregrini, et ibidem per dies aliquot exhibere. Sed deficientibus redditibus, et eleemosina subtracta est, et est hospitium desolatum. Emit ergo Magister Joannes dictum Xenodochium, et exinde fecit sibi hospitium correspondens fortunæ suæ : qui cum videret dictos Fratres cotidie Missas celebrare, orationibus instare, et prædicationibus invigilare, motus tam devotione quam pietate, contulit eis prædictum Xenodochium in habitaculum sempiternum. Ex cujus hospitalis vocabulo nomen traxerunt præfati Fratres, ut Jacobitæ vocarentur ab adjecto nomine hospitalis.* Donationem porro Hospitalis S. Jacobi a Magistro Johanne Decano S. Quintini factam anno 1218. observat Brolius lib. 2. Antiq. Paris. Vide Constit. Ord. Præd. dist. 12. cap. 10. § 2. At idem scriptor et Matth. Westmonasteriens. anno 1198. aliam nominis rationem videntur comminisci : *Exortum est in Italia novum genus Prædicatorum, qui Jacobitæ voluerunt appellari, eo quod vitam cæperunt Apostolicam imitari.* Unde a *Jacob* Patriarcha ita appellatos quidam, sed falso, censuere. Hocce Jacobitarum vocabulo nuncupantur apud Thierricum Valliscolor. in Urbano IV. PP. pag. 228. et Joannem Hocsemium cap. 32. *Prædicatores S. Jacobi*, dicuntur in Chronico Andrensi ann. 1222.

* 3. **JACOBITÆ**, A Jacob patriarcha appellati, qui fratres suos ad illius exemplum supplantant. Charta ann. 1098. ex Tabul. S. Albini Andegav. : *Monachi S. Nichalai.... supplantaverunt nobis benedictionem, effecerunique apud comitem, ut jus nostrum quod repetebamus, eis potius sub nomine elemosynæ daret..... Verum cum cognovissemus id agitare Jacobitas illos, etc.*

1. **JACOBUS**, Minutior moneta, vulgo *Jaques*, cujus mentio in Foris Benebarn. Rubr. *de Peages* art. 12. et in Consuetud. Solensi tit. 7. art. 4. *Jakes*, moneta, nescio an Anglica, occurrit etiam sub Henrico VI. apud Will. Stanford. lib. 2. de Placitis Coronæ cap. 30. [* Vide infra *Jaquetus*.]

* 2. **JACOBUS**, Sagum militare, nostris *Jaque. Jacobus seu Jaquemardus, etc.* in Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 157. r°. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 226 : *Prædictus monachus monachali habitu abjecto se armavit, et indutus quodam indumento, vulgaliter Jaque nuncupato, etc.* Vide infra *Jaquetonus*.

* **JACONIA**. Stat. MSS. eccl. S. Laur. Rom. : *Quando canonici fuerint invitati ad funus extra ecclesiam, Jaconia dividatur inter euntes.* Cujus capitis inscriptio est : *De divisione Jaconiæ, id est, lucri exequiarum et funerum.*

¶ **JACQUE**. Vide *Jacke* et *Jacobus*, 2.

¶ **JACQUETA**, Species vestis monasticæ. [* Imo et Toga quævis ad usum quoque laicorum. Vide supra *Fluetum* et infra *Jaqueta*.] Statutum Cisterc. ann. 1519. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1642 : *Quia generale Capitulum graviter ferens deformitates et dissolutiones vestium ante et retro fissarum, more secularium manicas latas habentium, Jacquetarum fronsatarum, stramentorum lectorum, et camisiarum de canapo, etc.* Hodie *Jacquette* appellamus togam, qua utuntur pueri, usque dum feminalibus induantur, atque etiam sagulum sine manicis ad usum rusticorum.

* **JACQUETUS**, a vulgari *Jacquet*, Jacobus. Charta ann. 1277. ex Chartul. Monast. in Argona : *Maria Damisons vidua supradicti Jacqueti seu Jacobi de Sancto Germano, etc.*

JACTANDA, *Gloriatio, glorificatio*, in Glossis MSS. ad Concilium Sardicense can. 15.

1. **JACTARE**, Dejicere, *Jetter à bas.* Capitula ad Legem Alamannor. cap. 40 : *Si quis alium de caballo Jactat, etc.* [In ipsa lege tit. 67 : *Si quis liber liberum in vita de caballo Jactaverit, etc.*]

¶ 2. **JACTARE**, Aliquid projicere ad significandum rem aliquam esse a se dimissam. Charta ann. 968. ex parvo Chartul. S. Victoris Massil. fol. 7 : *Recognoscentes quia nullum directum habebant de ipsis campis et de ipsis vineis, et se guerpiverunt, et stipulaverunt, et intra jacentem Jactaverunt et calcaverunt.* Sic in Lege Salica tit. 63. § 1. qui alicujus parentelæ et hæreditati nuntium remittebat, tenebatur *quatuor fustes alninos super caput suum frangere, et illas quatuor partes in mallo Jactare, et ibi dicere ut et de juramento et de hereditate et de toto illorum se ratione tollat.* Vide *Festuca*, *Investitura* et *Laisus*.

* Nostris *Jetter la pierre*, Ludi genus, in Lit. remiss. ann. 1383. ex Reg. 122. Chartoph. reg. ch. 309 : *Icellui jour après souper ledit Johan le Charon dist qu'il vouloit Jetter la pierre, et y mettoit un franc au plus hardi. Dégetter* vero, Angere, sollicitare sonat, in Event. Rem. ann. 1396. ex Cod. S. Vict. Paris. : *Tu es Dégettée et temptée de diverses temptations.* Vide infra *Jactus* 11.

¶ **JACTARIUS**. Vide *Jacturarius*.

* **JACTATOR**, Calculus, Gall. *Jetton*. Memor. D. Camer. Comput. Paris. fol. 52. v°. : *Falsa moneta tradita de armariis magistro J. de Acheriis xv. Decembris* 1362. *pro Jactatoribus Cameræ faciendis mille. Item tradidi eidem cl. Jactatores argenti ad pilam Turon. et cl. alios Jactatores argenti ad scutum cum fol. lilii.* Occurrit rursum ibid. fol. 58. v°. Vide infra *Jactus* 8.

JACTATORIUM, Machina bellica, quæ tela complura simul vel certe lapides emittebat, *Petraria*. Galbert. in Vita Caroli Comitis Flandr. n. 96 : *Arietes, sues, Jactatoria, scalæ et consimilia, quibus muros et lapideas compositiones destruere solent.* N. 163. 181 : *Jactatoria ingenia, instrumenta.* Græcis λιθοβόλα.

* **JACTATUS**. Decima Jactata. Vide supra in *Decimæ*.

¶ **JACTIO**, f. Traditio quæ fiebat olim projiciendo festucam, ut dicitur in vocibus *Festuca* et *Investitura*. Venditio ann. 1070. Marcæ Hisp. col. 1153 : *Ego Rangardis Comitissa* (Biterrensis)... *per hanc scripturam venditionis meæ vendo vobis omnes voces et dretaticos, possessiones vel auctoritates, quas ego habeo... et homines vel feminæ habent... per me, per fevos, vel per alodia, vel per bajulias, sive per convenientias, vel per dimissiones, vel Jactitiones, seu luctuosum, sive decimum, vel qualescumque voces in comitatu Redensi, etc.*

¶ **JACTIRE**, In jus vocare festucam in sinum projiciendo. Placitum Caroli M. ann. 812. apud Mabill. lib. 6. de Re Diplom. Ch. 63 : *Tunc ipse Salacus per triduum seu amplius, ut lex habuit, placitum suum legibus custodivit, et ipso Tingulfo ibidem Jactivit vel solsedivit : et memoratus Tingulfus nec a decto placito vinit, nec ullum direxit ad vicem suam, qui pro sonia nunciasset, sed Jactivus exinde in omnibus apparuit.* Hic *Jactivus* non tantum significat eum, qui in jus vocatur eo quo diximus modo, sed eum qui vadimonium deseruit. Vide *Abjectire*.

* **JACTISSIUS**, Projectus. Charta ann. 1417. ex Tabul. S. Germ. Prat. : *Ad retrahendum terras Jactissias contra dictum murum ad longum et versus dictum ambulatorium existentes.*

¶ **JACTURA**, Pœna. Atto Vercell. Episc. in Libello de pressuris Ecclesiast. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 46 : *Eandem accusatoribus reprobatis imponentes Jacturam, quam convicti pati debuerant accusati.*

* Nihil est, ut opinor, cur nativo sensu hic non accipiatur, Gall. *Perte, dommage*, alias *Jacture*, ut in Charta Phil. Pulc. ann.

Digitized by Google

1306. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 418. v°. col. 1. Pro Incommodum occurrit in Vita S. Caii tom. 7. Sept. pag. 396. col. 1 : *Satius rati, mortis cum illo vel pro illo subire dispendium, totiusque Jacturam penuriæ, quam perfrui, etc.*

¶ **JACTURALE**, ἐπιζήμιον, *Damnosum.* Suppl. Antiquarii. Gloss. Lat. Græc. Sangerm. : *Jacturale*, ἐπιτίμιον, Mulcta, pœna.

JACTURARIUS, *Qui frequenter jacturam patitur, i. damnum.* Glossæ Isid. [Papias habet *Jactuarius.* Johan. de Janua : *Jactarius, Jactuarius, Qui frequenter damnum patitur, et proprie qui res suas jactat in mare imminente et ingravescente tempestate. Jactuarius, a, um, Damnosus, patiens vel inferens damnum.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Jactarius, Jactuarius, Domageux ou qui souffre domage.*]

* **JACTURATUS**, Jacturam passus. Hist. translat. S. Corn. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 375 : *Hinc nempe tantum in honore excrevit locus iste, ut etsi in tot vicibus repertus foret Jacturatus, nullus locorum Franciæ huic se ornatu præsumpsisset ullo modo comparare.* Vide *Jacturarius.*

1. **JACTUS**, ὑπατία, Missile. Ita non semel usurpat Cencius Camerarius in Ceremoniali Romano apud Baron. ann. 1191. Jacob. Stephanescus Cardin. De Coronat. Bonifacii VIII. PP. lib. 2. cap. 11 :

> Hoc illi, verum populus lustraverat urbem
> Arcubus, in more Veterum, qua tendere mos est :
> Atque frequens Patrem currens stipabat euntem,
> In quem Jactus erat valida per cuncta monetæ, etc.

2. **JACTUS**, Gall. *Jet. Jacti*, falconariæ artis magistris, dicuntur laquei de corio facti, qui pedibus falconum imponi solent, *ut cum eis retineantur, et jactentur ad prædandum, qui ob hoc Jacti dicuntur, quod cum eis jaciuntur falcones, et emittuntur ad prædam.* Ita Fridericus II. Imper. lib. 2. de Arte venandi cap. 38. et alibi.

¶ **Gettus**, Eadem notione, Ital. *Geti.* Constitutiones Friderici Regis Siciliæ cap. 115 : *Quod si avis amissa, antequam se recipiat in pristinam libertatem, volando per arborem cum Gettis et sonaliis, ab aliquo fuerit cum pastu, vel sine pastu vocata, et ad eum venerit, etc.* Hujusmodi laqueos ex canino corio fere contextos, *Gets* vel *Giez* alias nostris vocavere, uti videre potes apud Menagium in his vocibus.

3. **JACTUS.** Consuetudines villæ *de Machau* in Comitatu Regitestensi MSS. ab Hugone Comite Regitestensi et Felicitate uxore editæ : *Tuit cil qui seront manent en la ville à lesgard del Majeur et des Jureis, paieront ce blé areis l'ivernage à la premiere mesure et sans Giez, et l'avenance à la mesure premeraine et sans Gez.*

☞ Pro *areis* puto scribendum *a reis* distinctis vocibus, et *à reis* idem esse quod Mensura rasa, *Mesure à rez*, ut etiamnum loquuntur Gallo-Belgæ. Per hæc autem verba *Mesure sans Gez*, intelligo Mensuram minime *jactam*, non agitatam, non succussatam, adeo ut *Jactus* idem sit quod supra *Calcum.* Vide *Getus.*

* *Jactus* potius Id quod manu mensuræ superadditur. Charta Barth. episc. Laudun. ann. 1139. tom. 2. Monum. sacr. antiq. pag. 16 : *Dimidium quoque prædicti territorii acceperunt a monachis Majoris monasterii, concedente ejusdem loci capitulo, sub trecensu viginti sextariorum frumenti ad mensuram Roceii sine Jactu.* Alia ann. 1238. in Chartul. Compend. fol. 100. v°. col. 1 : *Blado ad rasum, et avena ad comblum sine Jactibus.*

¶ 4. **JACTUS.** Statuta Radulphi Episc. Trecor. ann. 1439. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1148 : *Item, etiam noviter intelleximus, quod nonnulli domini temporales, et alii subditi nostri suis subditis inhibent, et non subditis comminantur, decimas et primitias nobis et Ecclesiæ nostræ Canonicis, aliisque viris Ecclesiasticis nostrarum civitatis et diœcesis debitas, et laicis et agricolis ad firmam concedi, salvo Jactu seu elatione consueta, a nostris receptoribus et dictis Canonicis et aliis Clericis nostris dictas decimas recipere. Et si jam receperunt aliquem Jactum, seu elationem, in fructuum et proventuum beneficiorum nostrorum et ipsorum Canonicorum et Clericorum crementum facere habeant, reddentes et satagentes ipsis et eorum consanguineis et servitoribus per dicta media dictas decimas et primitias pro vili pretio attrahere et consequi. Unde cum præmissa in derogationem libertatis ecclesiasticæ... redundare constet; omnes et singulos talia de cætero facientes... excommunicamus.* Haud scio an *Jactus*, seu *Elatio*, hic recte exponi queat per Hastam publicam vel auctionem, adeo ut *domini temporales* et alii, de quibus agitur, prohiberent ne subditi sui *ad firmam* reciperent decimas Clericorum; ut hi cogerentur eas præconis voci subjicere, hacque ratione ipsi temporales domini viliori pretio possent illas comparare. Textus non videtur satis emendatus.

¶ 5. **JACTUS Missionum**, Irrogatio seu distributio pecuniæ a civibus pro communibus impensis exigendæ. Charta Philippi Regis apud Perardum pag. 348 : *Major et Scabini Divionenses pro negotiis dictæ communis Divionis poterunt imponere et levare a dictis hominibus quantamcumque summam pecuniæ voluerint et viderint expedire; et si ad Jactus Missionum dictorum negociorum dictæ communiæ faciendum mandatum nostrum interesse voluerit, intererit... et jurabit super sancta Dei Evangelia, quod in dictis Jactibus dictarum Missionum bene et fideliter habebit.*

6. **JACTUS Maris**, Littus, seu potius agger, mari oppositus, *Rejet de la mer*, [*Jettée.*] Charta ann. 1242. in Probat. Hist. Guinensis pag. 502 : *Vendit totam terram... cum omnibus appendiciis suis, scilicet dico et Jactu maris.* Ubi *Dicus* est nostrum *digue*, agger. Consuetudo Bituric. tit. 11. art. 14 : *Le fossé estant entre deux heritages, appartient au Seigneur de l'heritage du costé duquel est le Ject dudit fossé, etc.* [Obertus Cancellarius lib. 2. Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 342 : *Quas* (paludes) *a radice montis usque ad litus maris nemo potest transire propter loca aquosa et profunda, nisi per quemdam Jactum petrarum parte altiorem aqua, et vocatur Jactus ille Via-regia, ad quam nemo potest pedes appropinquare, nisi forsan parvissimo navigio; in capite Jactus cujus est pulchrum et laudabile ædificium.*]

* *Giés de la mer*, in Charta Guid. comit. Fland. ann. 1290. ex Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 200. Quod a mare projicitur. Vide infra *Rejectus. Gettaison* vero usurpatur, cum merces aliave in mare projiciuntur navis sublevandæ causa. Consuet. maris tom. 1. Probat. hist. Brit. pag. 790. art. 18 : *Si Gettàison se faisoit en la mer, etc.*

* 7. **JACTUS**, nostris vulgo *Terre-jet.* Pactum ann. 1515. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Et habere debere per degam dictorum vallatorum suum Jactum et passagium.*

* 8. **JACTUS**, Calculus, Gall. *Jetton.* Charta Caroli V. pro eccl. colleg. S. Galli de Leugiaco diœc. S. Flori ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 41 : *Proviso tamen, quod de ipsis merellis seu forma Jactorum in dictis cugneis sic concessis fabricandis aut formandis, in allocatione pro moneta se non juvent, nec in aliis usibus, quam ut præmittitur, ullatenus convertantur.* Vide supra *Gita* et *Jactator.*

* 9. **JACTUS**, Computatio, quæ cum calculis fit, Gall. *Calcul, supputation.* Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 83. Chartoph. reg. ch. 20 : *Dicti commissarii reportarunt.... supplicantem prælibatum, tam pro ignorantia mali Jactus dictorum compotorum suorum, quam indebita avaluatione seu apretiatione monetarum, etc.*

* 10. **JACTUS**, nostris *Ject*, Prima perscriptio, vulgo *Minute, projet d'un acte.* Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 420 : *Icellui Alleaume escripsy de sa main la minute ou Ject d'une obligation, etc.*

* 11. **JACTUS**, *Vexatus*, σκυλευθείς. Germ. *Jactatus.* Castigat. in utrumque Glossar. Vide supra *Jactare* 2.

¶ 1. **JACULA**, pro *Jaculum*, Telum, apud Marten. lib. 2. de Ritibus Eccl. pag. 242.

* 2. **JACULA**, *Genus retis.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679. Vide *Jacellum* et *Jaculum.*

¶ **JACULARIS**, ἀκοντιστής, qui jaculatur, in Glossis Sangerman. MSS.

JACULATOR. Charta Amelii Episcopi Tolosani in Tabular. Abbat. Conchensis in Rutbenis n. 1 : *Tali pacto, ut nullus Miles, neque cliens, neque Jaculator, etc.* Idem forte qui *Arcubalistarius.*

¶ **JACULUM.** Gloss. Isid. : *Cassiculum, Rete, Jaculum.* Legendum est, *Cassiculum, Reticulum*, ut apud Festum.

¶ **JADELLUS.** Genus vasis, fortean idem quod Gallicum *Jale*, Gabata. Charta Geraldi Abbat. S. Joannis Angeriac. ann. 1385. ex Chartulario ejusdem Monast. pag. 460 : *Item debet facere Jadellos et scutellas et tersoria ipso die ad faciendum Mandatum.* [* Vide infra *Jala.*]

* **JADRUM**. Italis *Zadro*, Theatrum, apud Scip. *Maffei* in Veron. illust. part. 4. pag. 193.

* **IAFARINUS**, Crocei coloris; *Zafferano*, Italis, Crocus. Charta ann. 1031. ex Bibl. reg. cot. 17 : *Ego Ermensinda inpignorator sum tibi Barnardo abbati in comitatu Narbonense, in ipso brolio prope Narbona juxta fluvium Azatis, modiatas vj. de vineas propter uncias duas de auro Iafarino obtimo.* Rursum infra : *Duas uncias de auro bono Iafarino.* Vide *Aurum coccinum.*

* **JAHOC**, Jahot, in Tract. de Concord.

Digitized by Google

Vet. et Novi Test. apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 180. ad quas voces in Ind. onomast. hæc notat ex Lexic. heptaglot. Castelli : Nomen idoli, quod tempore Noe cultum fuisse tradunt : quin et ipsum Noe significat.

* **JAHRGEDING**, Placiti seu assisiæ species. Charta ann. 1367. tom. 2. Hist. Trevir. pag. 242. col. 1 : *In annuis judiciis omnibus et singulis ad ipsam abbatiam* (S. Maximini) *pertinentibus, vulgariter Jahrgeding nuncupatis, etc.* Infra, *Jargedinge.*

* **JAIA**, Caveæ species ad piscandum. Charta ann. 1215. ex Cod. reg. 4659 : *De singulis navigiis hominum piscantium in Jais, qui vendunt anguillas in die Veneris ante Penthecostem, anguillam unam.* Vide *Gaja.*

* **JAIXUM**, Terra inculta, ager virgultis obsitus. Charta ann. 1056. apud Stephanot. tom. 10. Fragm. Mss. pag. 282 : *Donamus illi Jaixum, ab ecclesia S. Nicolai usque ad aquam Capelli et usque ad vallatum, quod intrat in mare.*

¶ **JALAGIUM**, Jalragium, Jus mensuræ, ad quam exiguntur dolia vinaria, Gall. *Droit de jaugeage.* Litteræ Officialis Andegav. ann. 1269. ex Archivo S. Albini : *Fulco de Torallo minor Miles.... vendidit et concessit... omnes fructus quos habere poterat... (in) avenagiis, bannis, pressoriis, pressoragiis, meseria, bonagiis, Jaleagiis, mensuris, etc.* Vide *Jalagium* in *Galo.*

* Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 224 : *Littera episcopi Laudunensis per quam similiter dedit hominibus communiæ Laduni.... Jalagium pro octo libris præfatæ monetæ Laudunensis et ad censum perpetuum. De anno* 1177.

* **Jalleagium**, Eadem notione, nostris *Jailaige, Jaillage* et *Jalaye.* Charta Alienordis abbat. Fontis-Ebraldi ann. 1306. in Reg. C. Chartoph. reg. ch. 21 : *Cum Jalleagium et mensuragium et præconis vini missio apud Lodunum Pictavensis diœcesis, et omnia spectantia ad prædicta ad nos et monasterium nostrum pertineant, etc.* Alia ann. 1331. in Reg. B. ch. 33 : *Le droit que il* (l'évêque de Laon) *demandoit et se disoit avoir par point de chartre ou tonlieu, ou rouage, ou Jailaige, etc. Jaillage,* ex ead. Charta in Reg. 66. ch. 518. Charta Ludov. ducis Aurel. ann. 1483. ex Tabul. capit. Carnot. : *Scavoir vous faisons que Marion de Saurcire, vefve de feu George Bonnemet, nous a aujourd'huy fait les foy et hommage lige de son droit de Jalaye qu'elle a à Yngre.* Vide *Jalagium* in *Galo.*

* **JALDUS**, ab Italico *Giallo* Luteus, croceus, flavus. Inventar. Ms. thes. Sedis Apost. ann. 1295 : *Item unum copertorium de listis Jaldis et rubeis, copertum rete de serico viridi.* Vide infra *Jalidus.*

* **JALEA**, Mensura liquidorum, nostris *Jale*, eadem quæ *Jalleia.* Vide in *Galo.* Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 235 : *Cum de et super hoc pro quadam Jalea vini gagiassent, etc.* Redit. comitat. Namurc. ann. 1265. ex Reg. sign. *Papier velu* in Cam. Comput. Insul. fol. 22. v° : *Si a lt cuens le cambage, c'est de oascune cambe, à cascune fié c'on y brasse, trois Jales de cervoise.* Bononiensibus vero, *Jale*, interdum idem quod Globus, vulgo *Boule.* Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 184. ch. 386 : *Le jeu de boules, que l'en nomme ou appelle* (en Boulenois) *le jeu de Jales.*

* **JALETUM**, Modus agri, *modii* pars duodecima. Vide in *Modius.* Charta pro eccl. Laudun. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 442 : *Nonaginta Jaleta.... ascendendo duodecim Jaleta pro modio... Unum Jaletum nemoris, etc.* Vide *Jaletus.*

¶ **JALETUS**, Modus agri, vel silvæ. Hemeræus Hist. Viromand. pag. 313 : *Rodulphus Eques legaverat testamento octo Jaletos nemorum suorum de Mortier, octo Jaletos terrarum suarum arabilium, duas falces pratorum suorum situatorum in prato de Anisiaco.* Occurrit rursum in Charta Walcheri de Rumigniaco ann. 1231. ex Archivis S. Nicasii Remensis. Vide *Galetus* in *Galo.*

* **JALIDUS**, Idem quod supra *Jaldus.* Stat. crimin. Riper. cap. 20. fol. 8. v° : *Item per consilium generale communitatis eligantur octo ministrales, et non ultra, bonæ reputationis et famæ; qui ministrales portare teneantur et debeant singulum biretum, sive infulam rubei seu Jalidi coloris, seu utriusque coloris, etc.*

JALINUS, pro *Hyalinus*, coloris vitrei, ὑάλινος. Charta ann. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1274 : *Obtuli eidem Ecclesiæ unam planetam de xamito Jalino, etc.*

* **JALLA**, Vasis genus liquidis continendis aptum, situla, nostris *Jaille* et *Jalle.* Arest. ann. 1345. 6. Aug. in vol. 2. arestor. parlam. Paris. : *Dicti officiales nostri jura et utilitates habent et consueverunt habere in die coronationis nostræ, necnon quandocumque et ubicumque nos contingit comedere coronam regiam portantes;.... scanctionarius.... dolia vacua, cuverios, tinas, Jallas, etc.* Jura buticul. in Reg. sign. *Pater* Cam. Comput. Paris. fol. 155. v°. col. 2 : *Celui qui les* (lies) *va querre et les prent ou nom dudit bouteiller, il convient qu'il apporte ou celier son sac et sa Jalle.* Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 150. Chartoph. reg. ch. 195 : *Icelle Jehannette print en ses mains deux seilles ou Jailles, et ala à la fontaine quérir de l'eaue.* Ex frequenti mutation *l* in *r*, *Jarle* legitur tom. 1. Fabul. pag. 26 :

> Lors a li prestres encontrez
> Deux gars qui portent une Jarle.

* **JALLEAGIUM**. Vide supra in *Jalagium.*

* **JALLEATA**, Mensura liquidorum, eadem quæ supra *Jalea*, nostris *Jalaie.* Charta Alfonsi comit. Pictav. et Tolos. ann. 1263. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 373 : *Concedimus quod dicti religiosi Mallesiacenses de sexaginta tribus Jalleatis vini, in quibus nobis tenebantur,.... sint in perpetuum liberi.* Pedag. prior. S. Gondulfi in diœc. Bitur. ann. 1314 : *Dou mui de vin à ladite mesure* (de Gien) *deux deniers et une Jalaie. Jaloye*, in altero ann. 1375. Testam. Joan. *Lessillé* ann. 1382. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 391 : *Ge donne et luisse à tousjourmes aux parroissiens affluans chacun an en l'église de Juigné au jour de Pasques, une Jalaye de vin.* Vide *Jallia* in *Galo.*

JALO, [Jalonata, Mensura frumentaria.] Vide *Galo.*

* **JALOIGNEUS**, Mensura annonaria, nostris ex mutatione *g* in *i* et vicissim, *Golenée* nuncupata. Lit. remiss. ann. 1360. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 522 : *Dictus Johannes fuerat deprehensus saisitus de quatuor Jaloigneis, vel circiter, avenæ.* Vide supra in *Golena* et infra *Jalotus.*

* **JALONEIA**, Herbarum fasciculus, Gall. *Botte*, alias *Jaglonnée.* Charta Guil. episc. Laudun. ann. 1266. in Reg. B. Chartoph. reg. ch. 16 : *Cum discordia esset inter nos ex una parte et majorem et juratos Laudunenses ex altera, super poigneis et Joloneis* (melius infra *Jaloneis*) *quas nos diebus Sabbatis Lauduni in foro et extra per servientem nostrum capere volebamus de porris et caulibus et oignonnis et nucibus et aliquibus rebus aliis venalibus, quæ ad vendendum aportabantur, dictis majore et juratis dicentibus econtra quod dictas poigneas non poteramus capere nec facere capi.* Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 162. ch. 322 : *Une Jaglonnée, que l'en dit Jonchée d'erbe au pays* (en Gatinois). *Jaugle*, eadem acceptione, in aliis Lit. ann. 1413. ex Reg. 167. ch. 148 : *Icellui Huet dist au suppliant : Vous avez mené l'erbe de ces prez ainsi que bon vous a semblé.... Et lors le suppliant lui respondi qu'il n'estoit pas de ceux qui avoient porté les Jaugles à Sens,.... qu'il avoit portées les dittes Jaugles etc.*

* **JALOTUS**, Mensura annonaria, idem quod *Jaloigneus* supra, nostris *Jaloi.* Charta Phil. Pulc. ann. 1312. in Reg. 48. Chartoph. reg 54 : *Sexdecim Jalotos, sive Jalois, Laudunenses avenæ renduales.... concedimus et donamus.* Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. ch. 140 : *Un sac ouquel il y avoit environ un Jaloy de blé.* Vide supra *Galo* 1.

* Pro mensura agraria legitur in Chartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol. 64. r° : *Deux muiz et trois pugnez à le mesure de Vervin, dont li Jalois contient quatre vingt verges, et li verge vingt quatre piés.* Vide *Galetus* in *Galo.*

* **JALOUSUS**, a Gallico *Jaloux*, Zelotypus. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 66 : *Cum prædictæ mulieres habuissent ad invicem inter se verba injuriosa,.... eo quia ipsa Helis fuerat zelotipa sive Jalousa de ipsa Johanna.*

¶ **JAMBELEGUM**, *id est*, *Pentametrum*, apud Papiam. Agit, ut videtur, de metro seu carmine, quod *Iambo* constet.

¶ **JAMBRICARE**, Tegere, operire. Supplement. Antiquarii : *Jambricat*, σκέπει, καλύπτει. [* Leg. *Imbricare*, ex Castigat. in utrumque Glossar.]

¶ **JAMBRICES**, καλυπτῆρες, *Tegmina*, ibidem : vel legendum est *Imbricare* et *Imbrices*, quæ voces sunt notæ, vel forte *Lambricare*, a Gallico *Lambrisser*, Lacunare, et *Lambrices* a Gallico *Lambris*, Lacunar : Gallicum autem *Lambris* dictum est ab *Ambrices*, quæ Festo sunt *Regulæ, quæ transversæ asseribus et tegulis interponuntur.* Turnebus lib. 14. Adversar. cap. 12 : *Lego in Festo ambrices regulas esse non tegulas*, ut quidam male, *id quod sensus ipse declarat, sed et Francorum lingua quæ articulo addito tabellas quibus lacunaria texuntur, aut ædes obducuntur Lambrices vocat, quod cum fit, Lambricari pro Ambricari dicit.*

¶ **JAMELLOCTUM**, Pannus e pilis camelorum contextus, Ital. *Ciamelloto*, Gall. *Camelot. Nisi de panno laneo vel Jamellocto,*

Digitized by Google

in Constitut. Frederici Regis Siciliæ cap. 93. Vide *Camelotum*.

JAMJAMQUE, Continuo, in leg. 32. Cod. Th. de Decur. (12, 1.)

JAMMUNDLING, Jamundilingi, Servorum, seu glebæ adscriptorum species apud Germanos, qui a *litis* et *colonis* distinguntur in veteribus Tabulis, etsi utrisque adjungantur. Charta Ottonis M. ann. 937. in Privilegiis Ecclesiæ Hammaburgensis, pag. 149. et apud Goldastum tom. 2. Constit. Imper. pag. 43 : *Si vero aliquis ex libertis voluerit Jamgundling vel litus fieri, aut etiam colonus ad Monasteria supradicta, cum consensu cohæredum suorum non prohibeatur a qualibet Potestate, sed habeat licentiam nostra auctoritate. Habeat quoque potestatem prædictas Adalgeg successoresque ejus Ecclesiæ Hammaburgensis Archiepiscopi, super liberos et Jammundlingos Monasteriorum supradictorum in expeditionem, sive ad Placitum Regis.* In Chartis Henrici II. ann. 1003. et 1014. in iisdem Privileg. pag. 155. 156 : *Litis, colonis, atque Jamundilingis.*

Censet Spelmannus *Jammundilingos*, eosdem esse cum *Commendatis*, liberis scilicet, qui se alterius dominio ac protectioni commendabant, ex Saxon. gemundian, *protegere* : unde *mundium*, protectio, tutela; et *Ling*, quæ est terminatio vocabulorum Anglo-Saxonibus familiaris, et *hominem* fere, aut *hominum* speciem denotat, ut in *Adeling*, *Esterling*, et alibi docemus.

JAMNUNC, Ex die præsenti, continuo : occurrit non semel in Cod. Th. locis a Jac. Gotofredo indicatis.

JAMPNA. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 22 : *Pasturas, mariscos, boscos, Jampna, bruerœ, communias, piscarias, redditus, etc.* [Litteræ anni 1544. apud Rymerum tom. 15. pag. 59 : *Centum acras prati, ducentas acras pasturæ, centum acras Jampnorum et buerorum, etc.* Conventiones ann. 1551. pag. 266. ejusdem tomi : *Jampna, brueria, mariscos, boscos, etc.* Jampna dici videntur loca iis arbusculis obsita quas Armorici *Jan* vel *Jaon* nuncupant. Hæ autem arbusculæ junipero fere similes, pro foliis habent spinulas.]

JAMTUM, ἐκπάλαι, in Excerptis Gloss.

¶ **JAMUNDILINGUS**. Vide *Jammundling*.

* **JANESTARIA**, Ager *genistis* obsitus; *Jannaie*, in Ch. ann. 1384. tom. 2. Probat. Hist. Brit. col. 485. *Janniere*, in Lit. remiss. ann. 1406. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 312 : *Icelle femme s'en ala et se mussa en une Janniere en laquelle on ne la povoit veoir.* Charta ann. 1242. in Chartul. Cluniac. : *Medietatem nemoris, quod dicitur Brucia, et Janestariam sitam juxta condeminam del Tronchet.... quitaverunt ecclesiæ Cluniacensi.* Vide supra *Genesteium*.

* **JANETI**, Nummi argentei, a Jano rege Cypri cusi. Lit. ann. 1277. ex Bibl. reg. cot. 15 : *Multitudo Janetorum, quos regio Affricana genuit, in Valentino regno convenit.* Vide *Janneti*.

* **JANGARIA**, f. pro *Juncariæ*, Loci palustres. Vide in hac voce. Charta ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 218 : *Vineæ, prata, nemora, landæ, Jangaria, ripperiæ, ripagia, molendina etc.*

* **JANGULARIA**, Garrulitas, nugæ; a veteri Gallico *Jangle*, unde *Jangler*, Garrire, vulgo *Jaser, caquetter*. Notit. vet. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 338 : *Facto autem inde judicio, et sine ulla contradictione accepto; quia jam nulla debebat esse querela, quidquid deinceps tale fiebat, sicut nominatim Andegavensis episcopus ait, non jam debebat dici querela, sed sicut vulgariter dicitur, Jangularia.* Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 183 : *Icellui Fougero courroussié de ce, dist à icelles femmes que ce n'estoit pas bien fait à elles de rapporter telles Jangles.* Aliæ ann. 1389. in Reg. 136. ch. 27 : *Comme iceulx se feussent, prins à parler et Jangler ensamble de guerres, impositions, gabelles, etc.* Hist. Caroli VI. reg. Franc. pag. 98 : *Ils mirent leur information sur le bord de la table, et d'adventure en Janglant et caquetant ensemble, avec aucuns de solliciteurs et conducteurs de la besongne, lesdites informations cheurent à terre.* Poem. Eust. Desch. ex Cod. reg. fol. 160. col. 2 :

> On les amoit aussi très loyalment;
> Et ne Janglot, ne mesdisoit en rien.

* Huc spectare videtur vox *Japeraille* ex Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 243 : *Icellui Bernart dist au suppliant que lui et tout son lignage ne valoient pas son tabart, et que ce n'estoient que Japeraille.*

JANITORES, Ostiarii, *qui ultimi Ecclesiastici ordinis sunt*, ait Eginhardus in Vita Caroli M. Vide *Ostiarius*.

JANITRICES, αὐταδέλφων γυναῖκες, in Gloss. Gr. Lat. MS. in quo perperam scriptum *Inanitrices*. Gloss. Gr. Lat. edit. : Σύννυμφος, *Consponsus, Janitrix*. Jo. de Janua : *Janitrices dicuntur uxores duorum fratrum, quasi eandem januam terentes vel per eandem januam iter habentes.* Ex Isidoro lib. 10. cap. 8. et Gloss. ejusdem. Vide leg. 4. D. de Grad. et affin. (38, 10.)

¶ **JANIZARI**, vel Jenizari, Copiarum Turcicarum milites præstantissimi, Gall. *Janissaires*, qui a pueritia omnibus militaribus exercitationibus instructi præcipuum sunt robur imperii Turcici : ex iis eliguntur custodes Imperatoris; cujus aula quia *Porta Osmanica* nuncupatur, a *Janua* dictos fuisse *Janizaros* plerique dixerunt : quocirca etiam a quibusdam dicti *Milites Januæ*. Probabile tamen non est, Musulmanos a Latino *Janizari* nomen fuisse mutuatos : quare iis suscribimus, qui inde vocabulum arcessunt, quod *Genizeri* lingua eorum signet *novos homines* sive *milites*, qui Latinis *Tyrones*. Hæc fere Vossius de vitiis sermonis pag. 227. *Janizaros* passim memorant recentiores, qui de rebus Turcicis scripsere. Vide Carolum de Aquino in Lexico Militari, [** et Glossar. med. Græcit. voce Γενίτζαροι, col. 242.]

JANIZZERI, Sollicitatores expeditionum, in Curia Romana. Vide Octav. Vestrium lib. 1. et 2. de Judic. Aulæ Rom.

* Jenizzeri, Officiales tertii ordinis in cancellaria Romana, quos male *Sollicitatores expeditionum* post Vestrium vocat Cangius. Vide Diction. Trevol. voce *Janissaires*. Steph. de Infest. Ms. de Bello inter Sixtum PP. IV. et reg. Ferdin. ann. 1482. ex Cod. S. Germ. Prat. : *Quando ceperunt prœliari dictus dux Calabriæ cum suis Jannizeris, multum animose se gesserunt.* Nihil tamen forte est quominus hic milites eo nomine notissimi intelligantur. Ital. *Giannettario* et *Giannettiere*, Miles hastatus.

JANNETI, Nummi argentei, a Jano Rege Cypri, cusi, in Statutis Ordinis S. Joannis Hierosolymitani tit. 19. § 33. Vide *Janeti*.

¶ **JANTACULUM**, *Cibus quo solvitur jejunium ante prandium; unde Jantaculare et Jantaculari, idem quod Jantare vel Jantari, Comedere ante prandium, solvere jejunium secundum Hugutionem.* Jo. de Janua, qui reprehendit quosdam qui *corrupte solent proferre hac vocabula per e. in prima syllaba, scil. Gento, as, etc.* Qui scribantur hæ voces, hodie satis notum. Usi sunt quidam e Latinis. Vide *Dejejunare* et *Gentare*. [* Vide Salmas. ad Hist. Aug. pag. 419. et Casaubon. ad Suet. in Aug.]

JANTAR, Parata, gistum, pastus, a Latino *Jentare* forte : [quod confirmatur ex antiqua scribendi ratione, de qua mox in *Jantaculum*.] Charta Lusitanica æræ 1168. in Hist. Episcop. Portensium 2. parte pag. 20 : *Pro parata, quod vulgo dicitur Jantar; scilicet ut Episcopus accipiat pro illo Jantare omnem illam terram, quam habebat Ecclesia sanctæ Mariæ, etc.* Occurrit præterea ibidem in Charta Hugonis Portugalensis Episcopi æræ 1160. pag. 18. et in Charta Henrici Comitis Portugallensis tom. 3. Monarch. Lusitan. Brandaonis pag. 282.

* **JANTICLUM**, *Prandium. Janto, prandeo*, in Gloss. ant. forte pro *Janticulum*.

¶ **JANTILIA**, λίθοι τραχεῖς, διαιρετόμενοι, Lapides asperi, diffissi, in Glossis Lat. Græc. Sangerman. et aliis.

* *Lapides aspratiles*, Gromaticis, ex Castigat. in utrumque Glossar.

* **JANUARIUM**, Clathrum, Gall. *Grille*. Consuet. Mss. monast. S. Crucis Burdegal. ante ann. 1305 : *Debent portari cadavera familiarium per quatuor familiares dicti monasterii coram altari B. M. Virginis extra Januaria ejusdem altaris.*

¶ **JANUARIUS**, Janitor. Vide in *Exclusor*. [* Chartam Radulphi de Marla in Chartul. Thenol. fol. 16. r°. subscribunt *Petrus camerarius, Godefridus bastitularius, Arnulphus Januarius, Guido major de Vervin.*]

¶ **JANUATOR**. Jo. de Janua : *Janitor et Januator, Qui observat januam.*

¶ **JANUINI**, Monetæ species cusa Januæ, in Annal. Genuens. Ogerii Panis ad ann. 1204. Jacobi Auriæ ad ann. 1283. Vide *Bruneti* et *Januinini*.

JANUM. Charta Longobardica ann. 774. apud Ughellum in Archiepisc. Beneventanis : *Nec non Ecclesia S. Mercurii, quæ posita est in Jano nostro, et de ipso Jano circa ipsam Ecclesiam largiti sumus terræ modiorum 500.*

* **JANUNINI**, Iidem qui *Januini*, Monetæ species cusæ Januæ. Comput. decimæ in Italia collectæ ann. 1278. pro subsidio T. S. ex Cod. reg. 5376. fol. 248. v° : *Summa expensarum... libræ xxxvij. et sol. ix. Januninorum. Genuini parvuculi*, denarii minutiores, in Invent. ann. 1240. apud Cl. V. Garamp. in Dissert. 7. ad Hist. B. Chiaræ

Digitized by Google

pag. 233. Consule ibi indicem v. *Januensis moneta.*

* **JANUS**, Flavus, Gall. *Jaune.* Stat. Placent. lib. 1. fol. 10. r° : *Volumus quod omnes currerii, tam præsentes quam futuri, teneantur... portare super caput caputium vel zaffardam de panno Jano.*

¶ **JAOLA**, pro *Gaola*, Carcer, nostris *Geole.* Computus ann. 1202. apud D. *Brussel* ad calcem tom. 2. de Usu feud. pag. CXLI : *Pro.... Jaola reparanda* LXXIII. *s.* Vide *Geola.*

¶ **IAPEX**, *Velox*, in Gloss. Sangerman. MS. num. 501. An *Iapyx*, Ventus spirans ex Iapygia seu Apulia, Gr. ἰάπυξ ἄνεμος. Haud scio an huc referri queat vox *Japygus*, quam usurpat Cosmas Materiensis apud Mabill. sæc. 5. Benedict. pag. 115 :

> Cosmas Martyribus sacris carmen dedit actus,
> Gregorii precibus mente pia Japygus.

¶ **JAPIDES**, *Spolia*, apud Papiam.

¶ **JAPPA**, f. *Juppa*, Vestis species, Gall. *Jupe.* Diarium Belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. pag. 192 : *Hæc omnia sunt destruenda vel comburenda, magisque licet rusticis in dictis sacris vestibus incedere et Jappas et manicas ex eis facere, quam Presbyteris in eis peragere divina.* Vide *Jupa.*

* **IAPRA**. Stat. Avenion. Mss. ann. 1244. ex museo meo fol. 54. v° : *Item statuimus quod nullus faciat infra civitatem istam femoracium, in casalibus vel in locis contiguis carreriis publicis, nisi locum illum clausum habeat de pariete vel Iapra vel sepe.* Sed leg. *Vepre.*

¶ **JAPYGUS**. Vide *Iapex*

¶ **JAQUE**. Vide *Jacke.*

* **JAQUEI**, a Gallico *Jaques*, Iidem qui *Jacobi*, cujus factionis, *Jaquerie* nuncupatæ, præcipui auctores fuerunt plebeii Parisienses, uti docent nos Annales Victor. Mss. ad ann. 1358 : *Contra Karolum ducem Normanniæ et delphinum Viennensem, primogenitum regis Franciæ, qui, dicto patre suo tunc in captivitate detento, regimen regni tenebat, insurrexerunt cives et populares Parisienses, adhærentibus sibi et consentientibus fere omnibus aliis ejusdem status linguæ Gallicanæ; et facto sibi quodam capitaneo, dicto Jaques Bonhomme, ipsum ducem ac sibi assistentes deliberaverunt interficere.... Eorum capitaneus qui, quia prius se regem Jaqueorum nominabat, fuit cum uno trepode ferrato candenti seu ignito coronatus, ac demum, prout meruerat, occisus. Et sic cessavit hujusmodi tempestas.* Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 87. Chartoph. Reg. ch. 117 : *Ou temps que les gens du plat pais, nommez Jaques, aloient par le pais déformans les nobles et ardans leurs manoirs etc.* Aliæ ann. 1402. in Reg. 157. ch. 261 : *Jehan de Mons dist au suppliant, t'en faut-il parler, très fort sengiant villain Jaques;.... auquel ledit suppliant respondi, nous ne sommes point Jaques, ne de l'age pour l'avoir esté.* Rursum aliæ ann. 1401. in Reg. 156. ch. 397 : *Icellui Gilet dist à Toussains hostellier et fermier du quatriesme du vin audit lieu de Vernon, qu'il estoit un villain Jaques, et qu'il allast à sa Jaquerie.*

* *Hurons* appellati, nescio unde, iidem factiosi. Lit. remiss. ann. 1360. in Reg. 89. ch. 377 : *Comme Aliames de Maresquiel fust détenu prisonniers.... pour le souppechon de avoir esté en l'ost et bataille des Hurons, nommez Jaques Bonz-hommes, à l'encontre des nobles, etc.*

* Quæ vox, ut et *Jaques* vel *Jaquier*, deinceps injuriæ loco habita est, et pro rustico seu stolido usurpata; quod ex jam allatis et ex sequentibus observari licet. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 117. ch. 247 : *Comme les habitans de Villers en Vermandois fuioient parmi ladite ville,... un appellé Jehannin Corbel dist publiquement : ces Hurons de ceste ville ont il paour?* Aliæ ann. 1476. in Reg. 195. ch. 1555 : *Estienne Corrarde dist au suppliant pour le courrocer et promovoir à noise plusieurs injures en l'appellant par plusieurs fois villain Huron.* Aliæ ann. 1396. in Reg. 150. ch. 258 : *Icellui prisonnier lui dist qu'il mentoit comme mauvais villain Jaques qu'il estoit.* Poema ann. 1489. inscriptum *L'aisnée fille de fortune* num. 37. ubi de Anglis :

> Entre vous autres gros Jaquiers,
> On vous descoudra bien vos toiles, etc.

Ubi a sago militari, *Jaque* dicto, *Jaquiers* nuncupantur.

* **JAQUEMARDUS**, Loricula annulis contexta. Vide supra *Jacobus* 2.

JAQUERII. Vide *Jacobi.*

¶ **JAQUETA**, Species vestis monachicæ. Statuta MSS. S. Victoris Massil. ann. 1531 : *Item Statuerunt, ut omnes Monachi bonetos nigros deferunt rotundos et profundos, non cornutos seu largos nec bassos, sed mediocres, et pariter disploides, Jaquetas, caligas, etc.* Vide *Jacqueta.*

* Imo et Toga quævis ad usum etiam laicorum. Acta capit. Autiss. MSS. ann. 1523 : *Sex Jaquetæ ex panno candido... pro sex pueris in albis.* Vide supra *Jacqueta.*

* **JAQUETONUS**, Sagum militare, quod loricæ superinduebatur, idem quod *Jacke.* Codic. 2. Car. Andegav. ultimi comit. Prov. ann. 1481. ex schedis D. *Chaix* Aquens. advoc. : *Item Hectori de Montebruno capitaneo gardæ, idem dom. noster rex exsolvi ordinavit per dictum christianissimum dom. regem Francorum hæredem suum universalem xxv. marcas argenti per ipsum dom. capitaneum gardæ exbursatas in faciendo fieri Jaquetonos sagittariorum sive archeriorum dicti dom. nostri regis.* Vide supra *Jacobus* 2.

¶ **JAQUETUM**, Genus vestis. Proclamatio Consilii Massil. circa ann. 1400 : *Nullus homo cujuscumque conditionis existat in civitate Massiliæ de cetero portare audeat supertunicale, tunicam, cotardiam, Jaquetum, giponem : quando desuper portabitur vestis illa superior, sit et esse debeat longitudinis usque genu.* Vide *Jacqueta.*

* **JAQUETUS**, Minutior moneta, nostris *Jaquet.* Charta ann. 1469. 2. Nov. ex Tabul. Flamar. : *Computando scutum auri pro decem et octo grossis auri et duobus ardicis, et pro quolibet grosso auri sex ardicos, et pro ardico duos Jaquetos monetæ nnnc currentis.* Alia ann. 1472. 9. Febr. ibid. : *Summa decem mutonum auri, computando, pro quolibet mutone auri decem grossos auri, et pro quolibet grosso auri sex ardicos, et pro ardico duos Jaquetos monetæ nunc currentis.* Eadem rursum leguntur in Charta ann. 1475. ex eod. Tabul. Lit. remiss. ann. 1474. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1165 : *Lesquelz hommes payerent le suppliant en faulse monnoye de Jaquetz, targes, etc.* Vide *Jacobus.*

¶ **JARBA**, pro *Garba*, Gall. *Gerbe*, Manipulus. Tabular. S. Martini Pontisar. : *Alelmus... ducet Monachis partem suam vel bladi vel Jarbarum.*

* Charta ann. 1209. ex Chartul. Campan. fol. 317 : *De duodecim Jarbis accipient unam pro terragio, et alteram pro decima. Jarbe*, pro Re quavis simul colligata, in Reg. sign. *Pater* Cam. Comput. Paris. fol. 248. r°. : *Acier, le cent de Jarbe, deux sols.* Vide supra in *Garba.*

* Aliud vero sonat, Vasis nempe genus, f. pro *Jalle*, cupa minor, vulgo *Baquet*, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 332 : *Comme le suppliant qui venoit de la riviere de Loire de querir du sablon, qu'il menoit en une charrete dedens trois Jarbes, pour faire du mortier, etc.*

¶ JARBA VACCENTII. Charta Thomæ Abbat. Sangerman. ann. 1250 : *Tenemur cuilibet quadrigam cum blado conducenti ministrare in granchia nostra de Pyrodio unam Jarbam Vaccentii et in Monasterio nostro duos panes.* Similia iisdem fere verbis habentur in Charta manumissionis hominum de Theodasio, Choisiaco, etc. ann. 1250. ex Archivis ejusdem Abbatiæ. An vicia pro equis?

¶ **JARDENUM**, Hortus, Gall. *Jardin.* Computus ann. 1333. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 276 : *Apud Scaulum in primo Jardeno ubi Dominus accepit fructus arangiarum etc. taren.* 1. Legitur apud Murator. tom. 12. col. 568. 572. et alibi.

¶ JARDINUM, Eadem notione, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 81. inter Probat. Hist. Comitatus Ebroicensis pag. 45. et alibi. Vide *Gardinum.*

¶ JARDINARIUS, Cultor *Jardini*, Gallice *Jardinier*, apud Lobinell. in Gloss. tom. 3. Hist. Paris.

* JARDINARIUS, JARDINERIUS, a Gallico *Jardinier*, Cui *jardinorum* seu hortorum cura incumbit, hortulanus, Ital. *Giardiniere.* Charta Phil. Pulc. ann. 1313. in Reg. 49. Chartoph. reg. ch. 116 : *Nicolaus de Malaassisia Jardinarius noster Fontisbliaudi, etc.* Alia ann. 1317. in Reg. 58. fol. 7. v° : *Stephanus Jardinerius jardinorum domini regis, etc.* Vide in *Jardenum.*

* **JARDINELLUS**, JARDINETUS, dimin. a *Jardinus*, Hortus, Ital. *Giardinetto.* Charta Caroli reg. Sicil. ann. 1269. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 80 : *Curtis in qua sunt tres domus constructæ et Jardinellus.* Pactum inter reg. et abb. de Becco ann. 1308. in Reg. 40. ch. 104 : *Quidam ortulus seu Jardinetus prope dictum manerium, triginta perticas terræ continens.*

* **JARDINULUS**, Eadem acceptione. Charta Odon. abb. S. Dion. ann. 1241. in Chartul. ejusd. monast. pag. 167. col. 2 : *Retro domum Gaufredi cousturarii cum suo Jardinulo.*

* **JARDINUS**, ab Horto utcumque distinguitur, in Stat. crimin. Saonæ cap. 42. pag. 94 : *Nec quispiam possit nec præsumat in aliquo horto, Jardino, viridario, etc.* Vide *Jardenum.*

Digitized by Google

* **JARGEDINGE.** Vide supra *Jahrgeding.*

JARLERI, apud Suecos. Iidem, qui *Earles*, apud Anglos, Comites. Snorro Sturlesonius in Chronico Norwegico, ubi de Herlevo : *Rex offerebat illi Jarleri nomen et comitatum.*

¶ **JARN-BYRTH.** Vide *Ferrum Candens.*

¶ **JAROLIUM**, f. Repagulum, Gall. *Barriere.* Computus anni 1202. apud D. *Brussel* ad calcem tom. 2. de Feudorum usu pag. CXCVI. col. 2 : *Pro liciis circa fossatos faciendis, et pro Jarolio villæ parando, et pro pane portato apud Bellum montem* XXIIII. *l.* III. *s. et dim.* Vide *Garrolium.*

¶ 1. **JARRA**, Species vasis, Ital. vulgo *Giarra.* Vita B. Martini Solitarii tom. 1. Aprilis pag. 807 : *Accidit autem ut cucurbitulam Martini implere oleo jussus procurator monasterii Jarram oleo vacuam esse nuntiaret.* Miracula MSS. Urbani V. PP. : XX. *Jarras seu hidrias plenas aquæ rosaceæ.*

* Nostris *Jarre.* Inventar. ann. 1449. ex Tabul. D. Venciæ : *Item duæ Jarræ ad tenendum oleum.* Vide supra *Gerla* et *Gerula* 2.

* 2. **JARRA**, Alia notione, quam prodit Charta Phil. V. ann. 1318. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 144 : *Cum nobis apparuerit fratres et sorores domus Dei Trecensis habere et habuisse ab antiquo usagium in forestis nostris Insularum et de Erniaco ad Jarras, quæ alias vocantur querqus, et ad fagos, etc.* Vide mox *Jarro.*

JARRECTA, vernacula lingua, inquit Rocchus Pirrus in Episcopis Catanensibus, scapha est, qua homines alveo fluminis terræ trajiciuntur.

* **JARREIA**, **JARREIA**, **JARRETA**, an idem quod *Jarrecta*, Scapha scilicet, qua homines alveo fluminis terræ trajiciuntur? Charta Will. ducis Aquit. ann. 1126. ex Tabul. Monast. novi Pictav. : *Concedo medietatem pedagii de Ussello et medietatem de Lolayo et terrarum illi pertinentium et cimiterium ecclesiæ, et Jarretam cum terris sibi appendentibus.* Apud Beslium pag. 405. in Ch. ann. 1087. quæ de eadem re est, legitur *Jarreria* ; inter schedas vero Mabillonii habetur *Jarreia.* Idem forte quod mox *Jarrigia.* Nostris *Jarie*, Morbi genus est. Lit. remiss. ann. 1467. in Reg. 200. Chartoph. reg. ch. 183 : *Lequel garson se plaigny d'une Jarie ; et dit on que par eschivissement, mauvaistié et malice dudit garson, ou autrement, lui vint une ominade ou bosse en l'ayne, grosse comme le poing.*

¶ **JARRETUS**, Species pisciculi. Statuta Massil. lib. 1. cap. 17 : *Pisces minuti, scilicet sardinæ, Jarreti, serclet, boguæ, etc.* Hesychio ἰάραξ, est piscis genus, unde dictus videtur *Jarretus.*

JARRIA, **GERRIA.** Charta fundationis Abbatiæ Brolii Grollandi in diœcesi Lucionensi, ann. 1109. apud Sammarthanos : *Ego Aimericus de Bulio dono et concedo Deo et B. Mariæ et prædictis Monachis ipsum locum, qui vocatur Brolium Gollandi, et Gerriam illam, et terram, quæ ante est, et extenditur usque ad terras Airandensium, et determinatur de valle, quæ subtus Jarriam illam est, usque in viam, quæ de Thalemundo venit.*

JORIA, Eadem notione. Charta Friderici I. Imper. ann. 1157. apud Guichenonum in Bibl. Sebus. pag. 179 : *Pratis, pascuis, silvis, Joriis, montibus, vallibus, etc.* [Cum in hoc posteriori loco desideretur vox *Garricis*, quæ in similibus Chartis passim apponitur, suspicio est *Jarrias, Gerrias, Joriasve* nihil aliud esse quam *Garricas*, terras incultas seu loca virgultis obsita : hanc notionem patiuntur loci citati, neque alienam puto ab illo, quem nobis exhibet Charta ann. 1222. ex Camera Comput. Sabaudiæ, ubi legitur : *Accepit in feudum lo Jorrat de Candubrio.* Conjecturam hanc nostram doctiorum judicio subjicimus.]

¶ **JARRIGIA**, pro *Garrigia*, de qua in *Garricæ*, Terræ incultæ. Charta Willelmi Pictav. Comit. ann. 1073. inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 466 : *Sunt autem res ipsæ sitæ in episcopatu Santonense... hoc est, Ecclesiam cum omnibus ibi pertinentibus, id est, sepulturam et baptisterium cum fisco presbyteri Ecclesiæ pertinenti, cum offerendis et decimis de omni Jarrigia, vel de omnibus locis Ecclesiæ pertinentibus, etc.*

* Et pascua, nostris, *Jarrige.* Charta ann. 1310. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 388. r°. col. 2 : *Derrechef avons assis ausdis religieus tout le pavage de Charros,... ou le droit qui y puet appartenir pour rayson dudit paage pour* XXV. *livres de rente, excepté le paage de las Fons et de la Jarrige.* Vide supra *Garriga.*

* **JARRO**, **JARRONUS**, Quercus species, Petragor. *Jarryc.* Charta Erardi dom. *de Chascenai* ann. 1206. in Chartul. Arremar. ch. 9 : *Homines et feminæ de Monsterello... habebunt in perpetuum in bosco, qui dicitur Dervet, integrum usuarium,... excepto Jarrone, et piro, et fago.* Charta Joan. abb. Pontiniac. ann. 1244. in Chartul. ejusd. monast. pag. 41 : *Præterea sciendum est quod prædicti homines.... a Jarrono recrescentiarum dictæ venditionis se abstinebunt usque ad decem annos.* Hinc *Jarion*, pro Fustis quercinus, in Lit. remiss. ann. 1477. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 1103 : *Embastonnez de bastons et armes invasibles, comme d'espées et de grans dagues, et de gros Jarions.* Cotgravio, *Jarron*, canthus, vulgo *Jante.* Vide supra *Jarra* 2. et infra *Jayna.*

¶ **JARROSSIA**, Viciæ genus, Hispan. *Algarova*, Gall. *Jarousse.* Charta ann. 1096. e Tabular. Casæ Dei : *Decima de siligine, de frumento, de ordeo, de avena, de Jarrossiis et de vessis.*

* Nostris *Jarroce.* Charta ann. 1326. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 713 : *Item les terrages de Venours en... pois, feves, Jarroces et veces. Jorrasier* vero, Pruni, ni fallor, species, in Lit. remiss. ann. 1396. ex Reg. 149. ch. 290 : *Pierre Lengloys de une serpe avoit copez ou jardin dudit exposant pluseurs arbres, c'est assavoir nouerdiers ou Jorrasiers.*

JARSA, [Scarificatio.] Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MSS. cap. 65 : *Qui de ventosis vel Jarsis minuendi sunt, omni tempore post Vesperas id facere debent, et deinceps per totum diem sequentem, interim dum Horæ dicuntur, in Retrochoro sedebunt, etc.* Vide *Garsa.*

* **JASCHERIA**, Terra proscissa et nondum seminata, Gall. *Jachere*, alias *Jasciere.* Charta ann. 1218. in Chartul. S. Dion. pag. 476. col. 2 : *Apud Ruolium sunt novalia,.... terra Arnulfi de Bauderon, ... et Jascheria Rogeri de Sala.* Le Roman *de la Rose* MS. :

> Par montaignes et par rivieres,
> Par prés, par vignes, par Jascieres, etc.

* *Jasupierre*, eodem ut videtur. intellectu, in Lit. remiss. ann. 1450. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 121 : *Lesquelles vignes le suppliant ait n'agaires fait essarter et labourer au vuiot, en intention de les mettre en Jasupiere.* Vide *Jacheria.*

* **JASIA**, Equa, ni fallor. Reg. episc. Nivern. ann. 1287 : *Duæ Jasiæ ad trahendum vineam. Ieque*, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 139 : *Le suppliant habitant de Tarbe en Bigorre loua les jumens ou eques de Raymond de Fort de Bearn... Bon homme ne me perturbés pas les jumens ou Iequas... Derechief le suppliant dist à icellui Cloder, laissié moy aler les Ieqas... En parlant desdittes jumens ou Ieques, etc.*

* *Jas* vero vel *Jau* Gallum sonat, in Fragm. versionis Gallicæ Passionis secundum Matth. tom. 17. Comment. Acad. Inscript. pag. 725 : *Cil* (Pierre) *desnoiet davant toz et se dit : ne ni sai, ne ni n'entent ce ke tu dis. Si ussit fuers davant la cort. Se chanteit li Jas. Lo parax quant une altre ancele l'ot veut... Et cil encommencoit excommunier et jurier ke ju ne sai ke cist hom soit ke vos dites. Maintenant lo parax chanteit li Jas.* Ubi Matth. cap. 26. v. 74 : *Et continuo Gallus cantavit.* Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 252 : *Item sur celui meismes en fromaiges, eufs et Jaux de rente. Jau ne jeluie*, Gallus nec gallina, in Lit. remis. ann. 1479. ex Reg. 205. ch. 245. Unde *Jouste de Jaulx*, Gallorum pugua, in aliis Lit. ann. 1482. ex Reg. 208. ch. 200 : *Le quatrieme jour de Février, auquel jour les enfans de l'escolle avoient entreprins pour parfaire leurs esbatemens de la jouste des Jaulx, d'aller courir la poulle aux champs.* Vide supra in *Gallus.* Hinc *Baionenses Jau, id est gallum*, (auratam vocant) *a dorsi pinnis surrectis velut i gallorum gallinaceorum cristis*, in Tract. MS. de Pisc. cap. 99. Ex Cod. reg. 6838. C.

JASSEFATUM, Navigii Persici species, apud B. Ordericum de Foro Julio in Peregr. n. 6.

* *Jassefutum*, tom. 1. Jan. Act. SS. pag. 988. col. 1.

* **JASSILE**, Idem quod mox *Jassium*, f. quod in eo jacent pecora. Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 368 : *Prædicti consules et tota universitas* (S. Amancii).... *de die et de nocte causa depascendi, arramandi, paregalia, Jassilia, cortilia, cabanas pro ipsis animalibus et eorum pastoribus ac familiis intus et extra forestas et nemora... fecerant. Jasseau* vero, Manipulus, fascis, vulgo *Botte*, in Lit. remiss. ann. 1375. ex Reg. 108. ch. 6 : *A confessé aussi qu'il embla un Jasseau de fain, qu'il vendi à Joigny deux petits blanz.* Vide supra *Jaloneia.*

* **JASSINA**, Puerperium, nostris *Gesine.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Jassina, Prov. Decubiæ.* Hinc *Jassi-*

Digitized by Google

neria mulier, quæ jacet ex puerperio, in Charta ann. 1483. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 26. col. 2 : *Exceptis tamen hospicio hospitalis S. Marci, quod pertinet capitulo ecclesiæ cathedralis ipsius civitatis Nemausi, dedicatum principaliter pro pauperibus mulieribus Jassineris et aliis pauperibus non infectis.* Vide supra *Gesina* 1.

¶ **JASSIUM**, Ovile, Provincialibus *Jas*, in Charta ann. 1473. ex Schedis D. *de Mazaugues*, et in Conventione ann. 1522. ex Archivo Eccl. Massil.

* Charta an. circ. 1460. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Quoddam casale totum situm in loco de Alpibus, prope magnum Jassium, etc.* Vide supra *Jassile*.

* **IATRICOLABON**, *Vertibella, i. forfex medicinalis*, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Pass. cap. 115 : *Ex mulsa lavari bonum est quando molesti humores in aure surrexerint, et exit sæpius quod incidit, et Iatricolabon, i. vertibella, facile trahitur.*

¶ **IATROMEA**, Ιατρομέα, Medica mulier, ab ἰατρός, Medicus, et μαῖα, obstetrix. Vetus Inscriptio apud Gruterum pag. MCX. : *D. M. Valeriæ berecundæ Iatromeæ regionis suæ primæ.* Exstat etiam in Syntagmate Reinesiano elogium *Iatromææ* dicatum.

* **JAVARINA**, Hastæ seu jaculi species. Vide supra *Gieverina*. Stat. Montis-reg. pag. 167 : *Et si fuerit lancea, vel Javarina, vel aliud telum, etc.* Ibid. pag. 313 : *Item pro media dozena Javarinarum solvat denarios sex.*

* Nostris *Javart*, Carcinomatis species, hominum morbi genus. Lit. remiss. ann. 1448. in Reg. 179. Chartoph. reg. ch. 130 : *Lequel Robin avoit une grant maladie, que l'on appelle chancre, ou Javart, à la verge.*

¶ **JAVELINA**, Species hastæ, Gall. *Javeline*. Statuta Eccl. Meld. inter Instrum. Hist. ejusd. Eccl. tom. 2. pag. 513 : *Neque portent enses, bracmardos, venabula, Javelinas, etc.*

¶ **JAVELLA DE BUSCHA**, Lignorum fascis, in Tabulario Solemniacensi. Occitanis *Gavel* est Fascis sarmentorum, aliis *Javella* ; quod ultimum etiam pro Spicarum mergite aliisve fasciculis accipitur. Quidam vocem *Javelle* deducunt a *Capella* seu *Capulus*, Manipulus; alii ab *Hapsus*, Manipulus, Celso, quod *Havelle* pro *Javelle* olim dictum velint. D. de Casanova *Javelle* quasi *Garbelle*, a *Garba* dictum opinatur. Vide Menagium in Etymol. Gall.

* Cujusvis rei fasciculns. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 46. ex Cod. reg. 4624 : *Si aliqua persona... exportaverit aliena fresagia seu legumina, solvat de bampno... pro qualibet Javella solidos duos.* Vide supra *Gavelli*.

JAVELLUS. [* Locus, ut videtur, in fluvio *Javellis* seu fasciculis coarctatus piscium capiendorum causa. Vide *Gordus*.] Tabularium Fossatense : *Apud Fossatum... salceias, insulas, gurgites, et Javellos quamplures... habet.* Aliud opinor, *Javelle* sonat in Regesto censuum Carnotensis urbis ann. 1302. fol. 18 : *Marchand, qui vend charbon ou Javelle en la ville de Chartres, à sas rewidiez, etc.* [Vide *Javella*.]

* **JAUGERIA**, Officium dolia vinaria ad bolidem exigendi vel explorandi, Gall. *Jaugeage*. Reg. S. Ludov in Chartoph. reg. ad ann. 1316. fol. 3. v° : *Dominus rex concessit Johanni dicto Moranc clerico scutiferiæ suæ officium Jaugeriæ vinorum villæ Cadomensis.*

* **JAUGIA**, Doliaris capacitatis index et norma, Gall. *Jauge*; unde *Jaugiator*, Doliorum explorator. Charta ann. 1344. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 348 : *Imponebatur quod ipse Gerardus Jaugias et signa facta per Jaugiatores bonos et legitime* (l. legitimos) *in dolils seu caudis mercatorum mutabat et falsificabat. Esjauger* et *Esjaugeur*, pro *Jauger* et *Jaugeur*, in Lit. remiss. ann. 1481. ex Reg. 209. ch. 9 : *Geuffroy Mornain revisiteur et Esjauguer des mesures et poix ès baillaiges de Caen et Coustantin;... que c'estoit son office de revisiter et Esjauger poix et mesures ès marchez.*

* Hinc *Jauge* appellatur Pars aratri, ad quam sulcus exigitur. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 129. ch. 183 : *Desqueles, charues le suppliant print et emporta les ceps, la Jauge, deux chevilles de fer et la tune.* Aliæ ann. 1388. in Reg. 132. ch. 220 : *Le suppliant a emblé un soich, un chasgnon, une Jauge et une heuse de fer à la charrue de certaine personne qu'il ne cognoist.* Inde etiam *Jaugier un huis*, Ostium effringere, illius limen effodiendo. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. ch. 55 : *Le suppliant et autres firent semblant de Jaugier ledit huis et de rompre les palessons dudit hostel.* Aliæ ann. 1399. in Reg. 54. ch. 464 : *Icellui pionier vint audit huis garni de sondit louchet;.... et commença ledit pionier à Jaugier ledit huis et faire son effort de entrer ens.*

* **JAULARIA**, Carcerarium, seu quod domino carceris vel *Jaulario* ab incarceratis præstatur, Gall. *Geolage*. Charta ann. 1330. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1078 : *Pro prisonagio seu Jaularia solvere castellano seu Jaulario dicti castri de Lurda amplius quam duodecim denarios Morlanorum non teneantur.* Alia ann. 1346. in Reg. 77. ch. 379 : *Item pro inquantu Jaulariæ et quibusdam nogueriis regiis dicti loci, facta extimatione... ad sexaginta solidos Turonensium parvorum, etc.* Vide supra *Geolaria* et infra *Jeularia*.

* **JAULARIS**, **JAULARIUS**, Carceris custos, Gall. *Geolier*. Libert. Figiaci ann. 1318. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 668. art. 46 : *Et non cogantur* (incarcerati) *recipere sibi necessaria a custode carcerum seu communtanenti* (l. commentariensi) *quem Jaularem aut castellanum aliter contingit nominari.* Vide *Jaularia*, et *Jaulerius*.

¶ **JAULERIUS**, Carceris custos, Gall. *Geolier*. Codex MS. Consuetud. Tolos. fol. 41. v°. : *Item præcipimus ne castellani seu Jaulerii levent pro expensis a presonariis, nisi quantum expendent.*

* 1. **JAYNA**, Quercus, trabs quercina. Comput. ann. 1400. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 149. col. 1 : *Solvi duobus bastaissis, qui portaverunt trabes, Jaynas, et alia necessaria ad palmum, pro ibidem dicta die Ramis palmorum divinum officium celebrando, etc.* Alius ann. 1479. ibid. pag. 337. col. 2 : *Et tam pro suo labore dicti fusterii, decem cannis Jaynæ, sex cannis cabrionum, circulis et aliis fustibus necessariis, etc.* Vide supra *Jarro*. Hinc

* 2. **JAYNA**, Locus quercubus consitus, quercetum. Charta ann. 1468. ex schedis Pr. *de Mazaugues* : *Juxta faissiam sive Jaynam Joannis Alexis.* Inde etiam

* **JAYNETA**, Armorum species, hasta, cujus hastile ex quercino ligno est. Vide supra in *Jarro*. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 248. col. 2 : *Dedi nuncio misso per Johannem de Capellorubeo.... cum literis clausis directis dominis consulibus, continentibus quod iiij^or. homines Spanorum cum Jaynetis veniebant contra villam Nemausi pro dampnificando eandem, et quod domini consules haberent bonam custodiam, vj. grossos.*

* **JAZALLUM**, **JAZULUM**, *Asur*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

JAZERAN, Vestis militaris species. Chron. Bertrandi Guesclini MS. :

> Que li Duc entreroit du tout en son comant,
> Lui disime sans plus sans vestir Jazerant.

Alibi :

> Bien estoient armez de nobles Jazerant.

Rursum :

> Dont chascun ot cheval couvert de Jazerant.

Ghiazerino, apud Jo. Villaneum lib. 8. cap. 78. pag. 354.

* Lorica annulis contexta, Ital. *Ghiazzerino*, nostris vulgo *Cotte de maille*. *Jesseran*, in Hist. Caroli VII. pag. 514. unde *Jazequené*, maculis contextus. Inventar. bonor. mobil. Ludov. Hutini ann. 1316. apud Cangium in Observat. ad Hist. S. Ludov. pag. 75 : *Item trois paires de couvertures gamboisiées des armes le roy et unes indes Jazequenées.*

¶ **IBALIA**, *Maris habentia*. Glossar. Isid. ad quas Grævius : Quid si scripserit : *Ibis, Avis Ægyptia*. Vide *Hibalcio*.

¶ **IBER**, ἡμίονος, Mulus, in Glossis Sangerm. MSS. Vide *Iberus* 2. et *Imbrus*.

¶ **IBERNAGIUM**, pro *Hybernagium*, de quo supra. Frumentum hyemale, Gall. *Hivernage*. Charta Ministri Hugonis et Capituli Majoris Monast. ann. 1224 : *Domus S. Medardi de Favieres singulis annis reddet Ecclesiæ S. Theobaldi quatuor sextarios Ibernagii ad mensuram Brane.*

1. **IBERUS**. Pactus Legis Salicæ tit. 13. § 3 : *Quicunque alienam domum violenter disturbaverit, et domus si pro firmamento Iberus habuisse probatur, qui hoc fecerit,* MDCCC. *den. culpabilis judicetur.* Ubi Wendelinus, *Iberus*, culmen interpretatur, ita ut *culmine* seu summo tigno domui imposito, tunc confecta et absoluta censeatur : ex Germ. ut ait, *Uber*, quod est *Culmen*, unde Belgæ *Ewer*, et *Ewerboom*, supremum lignum, vel tignum. *Uber* certe Germanis *supra* sonat.

☞ Paulo aliter ab Eccardo *Iberus* ad verbum redditur, scilicet *superior domus*, sicque pro *Iberus* ait legi *domus superius* in Decretione Clotarii. Deinde observat Saxonibus œver esse *Superior*, ab ober, supra ; *Haus* vero vel *Hus* denotari *Domum* : hincque tandem elicit hunc esse legis sensum : *Si domus destructa, loco tecti, quod alias infimæ et uni tantum contignationi incumbebat, præter illam adhuc aliam contignationem super impositan* (ein

Digitized by Google

oberhaus) haberet, mulctum 1800. *denariorum solvi debere.*

☞ 2. **IBERUS**, Equus Hispanicus. Willelmus Brito lib. 11. Philipp. :

Mox caput inflectens, collumque amplexus Iberi,
Per medias acies iterum prorumpit.

Nicolaus de Braja in Ludovico VIII :

Hic lascivit equus, quem gramen pascit Iberi.

Vide Auctores de re Veterin. lib. 2. cap. 112.

¶ **IBEX**, *Rupicapræ genus*, in Amalthea. [** Vide Forcellinum.] Chron. Novaliciense lib. 2. cap. 5. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 703 : *In eo quippe monte asserit popularis vulgus haberi nonnulla ferarum genera, sicut et in Cenisio monte, ursi, Ibices, capreæ, etc.*

* **IBLADA**, Piscis marini genus. Tract. MS. de Pisc. cap. 60. ex Cod. reg. 6838. C. : *Melanurus, quem Plautus ophtalmiam vocat ab oculorum magnitudine, id est oculatam : sicut et nunc Romani ochiata, Massilienses oblado, Nicenses Iblada, Monspolitæ nigr' oil, id est nigrum oculum. Omnes ab oculis nomen posuerunt.*

¶ **IBLOSUS**, Locus, nisi fallor, ebulis consitus, Gall. *Hieble*, Sambucus humilis. Præceptum Caroli Simplicis apud Mabill. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 696. col. 2 : *Quidquid excrescens Rhodanus... suis inundationibus seu alluvionibus semper reliquerit terrenum arenosum, nemorosum, arbutiferum, virgunculosum, Iblosum, palustricum, lacus, etc.*

¶ **IBNALIS**, *Genus aspidis, dicta quod somno necat.* Gloss. Sangerman. MSS. Est pro Græco ὑπναλέ.

* **ICABA**, Via, iter, ni fallor. Charta ann. 1065. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 197 : *Unde per ipsa merisse tetigit a scripto quondam Gregorio portio ex ipsa clusuria a parte Septentrionis justa Icaba publica, qui pergit ad ipso loco sanctum Sossium... Et scripta Icaba, qui pergiebat ad area nostra, qui modo est explanata, justa eadem clusuria a parte Septentrionis.*

ICANATI, [Cohortes militares.] Vide *Domesticus.*

¶ **ICASUDIA**, Bona cadaca. Statuta Capituli Glandatensis ann. 1327 : *Tenet D. Præpositus claves Ecclesiæ et campanilis, et debet habere campanarium suis sumptibus ; et quia in civitate de sede habet jurisdictionem in hominibus brevis præposituræ, et ab ipsis servitium recipit, et alias Icasudias, et alia jura in eis et eorum bonis, etc.* Vide *Escarta.*

IC-DIEN, Epigraphe, qua Principes Walliæ sub emblemate trium pennarum utuntur : facta a Saxonico Ic ðien, ubi ð cum trajectione in erecta parte, non D. sed Th. exprimit, significat autem *Ego servus*, vel ipse *servus sum*, juxta illud Apostoli ad Galatas cap. 1. ðien enim, ðen et ðegen, *Servus, Minister.* Inde Barones Regum Anglo-Saxonum, juxta linguam eorum vernaculam, *Theini*, et *Thani*, et *Theigni* : juxta Latinam *Ministri* appellati sunt. Semper igitur scribendum moneo cum aspiratione, ut petitum intelligatur a Saxonibus. Hæc Spelmannus.

¶ **ICERE**, pro Dicere. Judicium ann. 821. inter Probat. novæ Hist. Occitan. col. 56 : *Quia nos subranominati testes Iximus, et bene in veritate novis cognitum est,... et oc quod Iximus de hac causa, recte et fideliter testificamus.*

¶ **ICHAT**, Rivus, rivulus, Gall. *Rigole.* Charta Occitan. Guillelmi Laveruha pro Bernardo Bermundi ann. 1322 : *Et ejus nepotes facere possint libere dictum Ichat sive paxeriam et assumere et habere cursum, meatum et transitum dictæ aquæ sive rivi, pro adaquando prata prædicta.*

* Leg. *Ichac*, ut in Charta ann. 1318. ex Tabul. S. Maur. : *Durat petia terræ de dicto molendino usque ad bozulam, sitam in dicto prato, ante primum escorradorium sive Ichac, versus rivum de Gasquis.*

¶ **ICHINARIUS**, Species vasis. Vide *Hichinarius.*

¶ **ICHONIMUS**, pro *Oeconomus*, in Litteris ann. 1155. apud D. *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. pag. 12. Vide *Iconomus.*

¶ **ICHRIARIUS**, Species vasis. Vide in *Hichinarius.*

¶ **ICINUS**, Species animalis. Vide in *Ericius* 1.

¶ **ICIUM**, *Quasi exicus, nullo remanente.* Gloss. Isid. Gebhardus in Crepundiis ait scriptum fuisse *Exitium, Exitus*, Exitium autem esse ἔξοδον, ut Initium pro initu, εἴσοδον.

¶ **ICON**, pro *Echo.* Gl. Bituric. : *Icon, Saxum, quod sonum captans etiam verba loquentium imaginatur.*

ICONA, Iconia, Imago, ex Græco, εἰκών. Gloss. Lat. MS. Reg. cod. 1013. et Papias : *Iconia, Figura, Imago.* Frodoardus de Pontificib. Romanis :

.... sumuntur in ipsum
Arma Deum, decorisque jubetur Iconia prisci
Vastari, quacunque notat pictura triumphos.

Ebrardus in Græcismo cap. 8 :

Icos imago sit, quod probat Iconia.

Utuntur promiscue Scriptores, Joann. Diacon. lib. 4. Vitæ Gregorii Mag. cap. 83. Gregor. Turon. lib. 1. Miracul. cap. 22. Chron. Cas. lib. 3. cap. 31. Anastasius Bibl. in Vitis PP. pag. 179. 184. 202. [Vita S. Kunegundis cap. 4.] Vita S. Hugonis Benedictini n. 11. Acta Innocentii III. pag. 19. Cæsarius lib. 7. cap. 21. 25. 38. 45. Hist. Translat. S. Julianæ ann. 1207. n. 8. Gotselin. de Mirac. S. Augustini. Cantuar. cap. 29. Odo de Diogilo pag. 28. Matth. Paris pag. 146. 491. Roger. Hoveden. pag. 670. Brompt. pag. 1178. etc.

¶ **Iconicus**, Icone expressus, in Actis SS. Maii tom. 7. pag. 189. ubi de B. Petro Petrono.

¶ **Iconisma**, εἰκονισμός, Iconica repræsentatio. Vide locum in *Textus.*

ICONOMUS, pro *Oeconomus*, apud Jo. de Janua : [*Despenseur des choses de l'ostel, menager*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Iconomia, Menagiere*, ibid. *Procuratores seu Iconomi* non semel apud Lobinell. tom. 3. Histor. Paris. pag. 330. et 332.] Willelm. Brito lib. 3. Philipp. :

Ichonomumque sui patris nihilominus ictu
Solius pugni morti succumbere fecit.

Ita ικονόμος scribitur in veteri Inscript. apud Sponium tom. 3. Itiner. part. 2. pag. 18.

* **ICONUM**, *Rotunditatem*, in antiquis Glossis.

¶ **ICOS**. Vide *Icona.*

¶ **ICOSAHEDRUM**, *Aqua, humiditas*, apud Papiam in MS. Bituric. Editus habet, *Isoedrum.* Proprie est apud Geometras corpus solidum viginti constans faciebus planis ; εἰκοσάεδρον, quod habet viginti sessus.

¶ **ICTIFER**, Piscosus, a Græco ἰχθύς, Piscis, et Lat. Ferre. *Amnis Ictifero gurgite undique cingitur*, in fragmento Hist. Britan. Aremor. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 831. [* Leg. *Ichthiofer.*]

¶ **ICTIO**, *Percussio*, Joan. de Janua ; *Percussion, Ferrure*, in Glossario Lat. Gall. Sangerman. [* Hinc emendandum Glossar. Lat. Ital. ubi : *Ictio, la persecutione.* Leg. *Percussione.*]

¶ **ICTOFAGUS**, pro Græco ἰχθυοφάγος, qui comedit pisces. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Ictofagus, Qui mene* (mange) *poisson.*

ICTUARE, Flagellis cædere : nam ut habet Papias, *Ictus proprie sunt flagellorum, ab agitando dicti.* Sed et in flagellatione numerabantur ictus. Vide *Flagellare. Ictus virgarum*, dixit Victor Vitensis lib. 3. de Persecut. Vandal. pag. 39. *Ictibus aut virgis castigare*, in Capit. Caroli C. tit. 27. Theod. Campedonensis in Vita S. Magni cap. 6 : *Non est tibi necesse eum Ictuari, etc.* Epistola Pauli ad Desiderium Cadurcensem Episc. 13. apud Canisium tom. 5. et 74. inter Francicas tom. 1. Histor. Francor. : *Cognoscatis Chainoaldum Episcopum Ictuatum etiam fati munus implesse.* [Glossar. Lat. Gall. Sangerman. : *Ictuare, Ferir.*]

* **ICTUATUS**, Ictu sanguinis seu apoplexia confectus, vulgo *Coup de sang.* Locus est in *Ictuare.*

1. **ICTUS Primi**, Prima acies. Gall. *l'Avantgarde.* Rodericus Toletan. lib. 8. de Reb. Hisp. cap. 9 : *Exercitum suum disposuit in totidem aciebus : primos Ictus habuit Garcias Romerii : secundam aciem Eximinus Cornelii, etc.* Hist. Gastonis Comitis Fuxensis, scripta a Guillelmo *le Seur* ejus domestico MS. cap. 5 : *Cela fait il fit ses estandars de ses batailles, et ordonna de son avantgarde, et de ceux qui recevroient le premier Heurt à la veue des ennemis.*

2. **ICTUS**, Cognitio judicis de ictu inflicto. Charta Henrici Imper. ann. 932. apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 30 : *Confirmamus eis bannum et justitiam impetum et burinam, Ictum et sanguinem, reperturam, etc.* Ubi ictus est

Ictus Orbus, Qui non apparet, qui *sanguini* effuso opponitur, *livor et tumor*, in Lege Saxon. cap. 1. § 2. Gloss. Gr. Lat. : Τηρός, *cæcus, orbus.* Bracton. lib. 2. tract. 2. cap. 5. § 7 : *Si inveniantur plagæ apertæ, vel brussuræ per Ictus orbos.* Cap. 23. § 2 : *Ligna faciunt brusuras, orbes, et Ictus, qui judicari non possunt ad plagam.* Cap. 24. § 2 : *Si nullam plagam ostendit,... vel non nisi rufflaram, vel brusuram, orbes Ictus cum baculo, et non armo moluto.* Fleta lib. 1. cap. 41. § 3 : *Si de lapide vel baculo plaga facta fuerit, peti poterit judicium, desicut hujusmodi arma non faciunt plagas, licet horribiles faciant Ictus.* Charta Philippi

Digitized by Google

Regis ann. 1273. pro Ecclesia S. Mederici Parisiens. : *Justitia super Ictibus orbis, vel aliis Ictibus, ex quibus verisimile esset, vel etiam contingeret, quod percussus membrum, seu vitam amitteret, etc. Ictus sine sanguinis effusione*, in Capitul. Caroli M. lib. 4. cap. 14. et in Capitul. Ludovici Pii post Capit. ann. 824. cap. 2. Statuta Mediolanensia part. 2. cap. 487 : *Si equus fuerit Orbus, vel diffidatus, etc.* Gallis *Coup orbe. Ictus non apparentes*, in Libertatib. villæ S. Palladii in Biturigib. ann. 1279. Ita in Consuetudine Silvanectensi artic. 110. *Sombres Cops*, in Consuetudine Insulæ tit. 1. art. 20. Chronicon MS. Franciæ ex Bibl. Meermaniana fol. 373 : *Il fut porté jus à terre, et moult ot de Orbes Coups.* Bellomanerius cap. 38 : *Il avient aucune fois que aucuns cas aviennent si Orbe, con ne peut pas tantost savoir se c'est cas qui apparteigne à haute Justice.*

Orbare, Ictum *orbem*, vel orbum *infligere, tumorem facere*, apud Ulpianum in Collat. Legis Mosaicæ tit. 2. Capit. Caroli M. ad Monach. cap. 16 : *Ut disciplina Monachis regularis imponatur, non sæcularis, id est, non Orbentur, non mancationes altas habeant, etc.*

Orbitatio, pro *Orbatio*. Landulfus de S. Paulo in Chronico Mediolanensi cap. 26 : *Ipsius autem Grosulani caterva undique concurrens, ferendo et inferendo vulnerationes, Orbitationes, et occisiones multas in equis et hominibus, etc.*

Ictus Cæci, Iidem qui *orbi. Cæcæ plagæ*, Apuleio lib. de Herbar. virtutib. cap. 3. ubi Gabriel Humelbergius. Leges Henrici I. Regis. Angl. cap. 94 : *Si... alius alium verberet Cæcis Ictibus, et non cruentis, sive cravatus ibi sit, vel non convictus, noxa vitam emendabit Domino, cujus hominem verberavit.*

Ictus Apparens, cæco et *orbo*, opponitur. *Plaga aperta*, in Charta laudata, *Plaie à vis descouverte*, in Legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 12. *Se clamer dou Cop Aparant par l'Assise dou Roy Banduin*, in Assisiis Hierosol. MSS. cap. 107. qua Assisa, *le Chevalier, qui avoit frappé ou donné coup à un autre Chevalier, et en estoit atteint, payoit d'amende au Seigner mil bezans, et au blessé harnois de Chevalier. Si autre que Chevalier donnoit Coup apparent à un Chevalier, et en estoit atteint, il perdoit le point dextre, pour l'onnor et la hautesse que li Chevalier a, et doit avoir sur toutes autres manieres de gens, etc.* Adde capita 108. 109.

* Ictus Defensalis, Quo quis se defendit, ictus aggredientis avertendo et declinando; quod *Esister* dicitur, in Lit. ann. 1447. ex Reg. 178. Chartoph. reg. ch. 237 : *Icellui suppliant mist son espée audevant du coup; auquel par ce moyen il Esista.* Aliæ ann. 1385. in Reg. 126. ch. 179 : *Incepit reus se defendere et Ictus defensales, videlicet cos fendans et croissiés.... facere.*

* Ictus Maghat, *Massa* seu clava inflictus, sine sanguinis effusione. Lit. remiss. ann. 1333. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 53 : *Johannes Raynaldi verberaverat et percusserat ipsum Johannem Lagut malitiose et injuriose.... Item et per partes corporis ipsius Johannis Lagut et in ejus capite à Cops maghatz.* Vide *Ictus Orbus*.

* Ictus Planus, Percussio, quæ gladio, qua planus est, fit. Libert. villæ de Andeloto ann. 1268. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 126. art. 5 : *Quicumque percusserit iracunde alium plano Ictu, sine sanguine faciendo, persolvet quinque solidos pro emenda.*

Ictus Regis. Aresta Candelosæ ann. 1259. in 1. Regesto Parlamenti fol. 100 : *Quia Canonici S. Petri Suession. post pacem tractatam inter ipsos ex una parte, et Comitem Suessionensem ex altera, per Magist. Jo. de Ullitaco et per Ballivum Viromand. contra inhibitionem ipsorum Magistri et Ballivi, ac servientis D. Regis, qui præsens erat, fecerunt dari Ictus Regis in Curia sua, Capitulum ipsum S. Petri, qui in eodem loco, in quo dati fuerunt ipsi Ictus, emendabunt hoc coram omnibus Ballivo pro Dom. Rege, maxime cum Justitia ipsius loci capta esset antea in manu Regis.*

* Vim vocis explicant Libert. Jonvil. ann. 1354. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 297. art. 18 : *Se aucun desdiz habitans estient en gaige de bataille;... ou cas que li premier coup en seroient donnei, que l'en dit les Coups le Roy, encor s'em puent départir et oster de péril parmi dix livres d'amende.*

* Ictus Volans, Gall. *Coup volant*, Cæsim inflictus. Lit. remiss. ann. 1367. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 204 : *Ouquel fait ledit Michiel perdi le poing et fu mehaingnié d'un pié d'aventure d'un Cop volant d'espée.*

¶ Ictus Cubiti, Species sortilegii apud Hispanos. Concil. Liman. ann. 1582 : *Item si aliqua persona vel personæ sint sortilegæ, veneficæ, striges, vel quæ utantur quibusvis aliis superstitionibus.... vel si per aquam, labrum, Ictum Cubiti, vel aliam modum veneficum manifestent cogitationes vel voluntates aliorum, vel quæ faciunt ligaturas, etc.*

* Ictum Ejicere, pro Inferre : nostris *Jetter d'une épée, d'une dague*, Ictum sica inferre, aliquem gladio punctim petere, vulgo *Porter un coup d'estocade*. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 72 : *Dictus Vitalis erexit se ad eum* (Gassien) *et de quadam magna securi, quam in manibus suis tenebat, unum magnum Ictum ad eundem Gassien ejessit, de quo per caput ipsum percutere putavit.* Aliæ ejusd. ann. in Reg. 138. ch. 48 : *Jean Jacopin... tira une dague qu'il avoit en Jettant d'icelle audit Pierre Guerart, etc.* Rursum aliæ ann. 1390. ibid. ch. 190 : *Ils vinrent tous deux tenant leurs couteaux ou épées nuës assaillir Tripet et le frere de Gilet son cousin, et Jetterent de leurs dits couteaux ou épées contr'eux, en eulx efforçant de les tuer ou mutiler.*

* Ictusia, *La elemosina*. Glossar. Lat. Ital. MS.

¶ Idalma, f. Facies, quæ pro se ferebat speciem benignitatis, a Græco ἰδαλμα, Species. Belegrini Abb. Novalic. Epistola ad Joannem PP. XIII. ann. 965. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 758 : *Sanctissime Vater, competenter vestræ clementiæ benignitatem requirimus, suppliciterque propriam ingenuitatem vestri Idalmatis flagitamus, ut etc.*

Idea, Imago. Vetus Inquesta apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 1037 : *Veniunt ad Ecclesiam majorem, antequam Missa major ibi incipiatur, in Dominicis diebus et præcipuis festivitatibus, et adportant arcam et Ideam.*

* Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 910 : *Portant Ideam ad prædictam ecclesiam cum scala. Et legatus primicerii quærit duas corrigias, quas ponat in Idea, et liget super scalam.* Vide mox *Idolum*.

* Idemptitas, a Gallico *Identité*, Æqualitas, parilitas. Libert. villæ de Berco ann. 1290. in Reg. 46. Chartoph. reg. ch. 229 : *Item quod æqualitas et idemptitas debeant observari in mensuris, tam bladi quam salis et vini, et in pondere et in cannis sive ulnis, et breviter prædictis omnibus Idemptitas et æqualitas observetur.* Lit. ann. 1375. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 142 : *Illorum qui nobis sanguinis Idemptitate sunt conjuncti, etc.* Chron. Angl. Th. *Otterbourne* edit. Hearn. pag. 7 : *Hanc antedictam insulam* (Angliæ) *tam pro Idemptitate quam varietate temporum, diversarum notionum homines coluerunt.* Vide *Identitas* 1.

* Idemtitare, Iterare. Glab. Rodulph. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 61 : *Didicimus quod visa sit a suis stella Phosphorus, quæ et Lucifer, vespere sursum atque deorsum agitari, quasi comminans terrigenas Idemtitabat.* Vide *Identitas* 1.

1. Identitas. Quævis actio repetita. Vita Abbatum S. Albani : *Ne Identitas in Claustro acediam parturiret.* i. *en faisant toujours la mesme chose.* Miracula S. Adalberti Egmundani capite 11 : *Identitas satietatis nuter est.* Vide Stephanum Tornacensem Epist. 27.

Identitas, pro *Idem*. Paschasius Radbertus in Epitaphio Walæ Abb. Corbeinsis lib. 2. cap. 2 : *Ideo Identitas est pæne et in rebus Ecclesiarum, etc.* [Albertinus Mussatus lib. 16. de Gestis Henrici VII. Cæsaris rubrica 8 : *Admirabilis hæc mortalibus et veluti fatalis notata loci ac diei intervenientium Identitas, etc.*]

* 2. Identitas, Jus, quod domino superiori competere solet. Charta Nic. episc. Camerac. ann. 1249 : *Volentes Identitatem et subjectionem et jurisdictionem omnimodam, immediatam et indivisibilem, pro nobis et nostris successoribus, in volis et vestris hæredibus... perpetuo et inseparabiliter retinere.*

¶ Iderus. Placitum anni 860. apud Mabill. Diplomaticæ pag. 534 : *Sed ipse tantum postulavit, ut diebus vitæ suæ et habere liceret, et in S. Petro aliquid daret pro Idero juxta suam voluntatem.* [* F. leg. *Iberus*, domus. Vide *Iberus* 1.]

Iderzon, [Sepimentum.] Vide *Derzon*.

* Idida, *Solamente*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

Idiocera, ἰδιόχειρον, *Ecrit privé*. Rolandinus in Summa Notariæ cap. 3 : *Sagacitates vero in deponentem et depositarium, ne depositum alteri detur, nisi sicut ordinant, multimode fiunt : aliquando per Idioceram, aliquando per Cirographum, et multis aliis modis, etc.*

Digitized by Google

* **IDIOLANA**, Herbæ genus, portulaca, vulgo *Pourpier*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Idiolana, pourcelaine.*

* **IDIOMELA**, Cantica festo propria, in Ind. onomast. tom. 4. Jun. Act. SS.

* **IDIOPACIO**, *La passione intrinsica.* Glossar. Lat. Ital. MS.

IDIOTA, Illiteratus, imperitus. Glossæ Gr. Lat. : Ἰδιωτὴς, ὁ μὴ νοῦμων, *Rusticus, rudis.* Ἰδιωτία, *Rusticitas.* Papias : *Idiota, propria vel rustica lingua contentus. Idiota, Rusticus, Indoctus, Ignarus, sine literis.* Gl. Lat. MS. Reg. : *Idiota, Imperitus, Ignarus, Nesciens, Inscius.* Gloss. Ælfrici : *Idiota*, ungelæred, i. Illiteratus, Indoctus. Will. Brito in Vocabular. : *Idiotæ dicebantur, qui propria tantum lingua naturaliqué scientia contenti, literarum studia nesciebant, unde dicebantur sine litteris, non quod litteras non scirent, sed quia artem Grammaticæ propttiam non haberent.* Libeartus Diaconus cap. 7. de Maximiano Patriarcha Constantinopolitano : *Constans quidem in fide vera, Idiota autem sermone.* Cælius Aurelian. lib. 1. Acutor. cap. 11 : *Apud inertes, quos Idiotas appellant.* Beda in Epistola ad Egbertum Antistitem : *Et quidem omnes qui Latinam linguam lectionis usu didicerunt, hæc etiam optime didicisse certissimum est; sed Idiotas, hoc est, eos, qui propriæ tantum linguæ notitiam habent, hac ipsa sua lingua dicere, ac sedulo cantare facite.* Capitula Synodalia Laurentii Archiepisc. Strigoniensis : *Idiotæ Presbyteri ne ordinentur.* Arnulfus Lexoviensis Episc. Epist. ad Alexandrum PP. : *Priorem constituit Idiotam, ut ipse scilicet locum suppleat Idiotæ.* Bernardus Abbas Fontis-Calidi lib. contra Wald. cap. 5 : *Aliter scilicet Idiotæ, aliter literato.* Arnoldus Abbas Bonæ-Vall. de Operib. sex dier. de Apostolis : *Cum repente facto cælitus sono, illiterati et Idiotæ facti sunt fidei assertores.* Cæsarius lib. 7. Mirac. cap. 4 : *Cum esset in ejus diœcesi Sacerdos quidam Idiota, nullam sciens Missam, nisi de D. nostra S. Maria.* Vide eumdem lib. 10. cap. 3. et Goldastum ad Dositheum pag. 53. [Actus Apost. 4. 13. *Comperto quod homines essent sine litteris et Idiotæ* Vide 1. Corinth. cap. 14. v. 16. 23. et 24. Sed et apud Latinos non semel occurrit vox *Idiota* pro Illitterato. Lucilius : *Quidni et tu idem illiteratum me, atque Idiotam dicres?* Cicero in Verrem : *Quæ non modo istum hominem ingeniosum atque intelligentem, verum etiam quemvis nostrum, quos iste Idiotas appellat, delectare possent.* Rursum utitur pro Sexto cap. 51. ut et Seneca Suasor. 6. Quintilianus, Gellius lib. 1. cap. 2. ad quem Commentatores annotant Idiotam esse proprie hominem privatum, cui opponitur ὁ ἄρχων apud Demosthenem, quia vulgus solet esse imperitum. Tertullianus ad Martyres : *Non tantum magistri et præpositi, sed etiam Idiotæ.*]

Idiotæ, dicti etiam Monachi, qui vulgo *Conversi* appellantur, seu qui nullo Ordine Ecclesiastico donati, ut est apud Allatium lib. de Narthece veteris Eccl. pag. 15. Udalricus lib. 2. Consuetud. Cluniac. cap. 10 : *Quia unum (manutergium) est pueris, alterum Cantoribus, tertium Idiotis.* Lib. 3. cap. 8 : *Incedunt inter Idiotas et Cantores.* Joannes Cluniac. in Vita S. Odonis Abb. Cluniac. : *Etenim cum Idiota esset, utrumque ei imposuerunt, scilicet obedientiæ jugum et studium literarum.* Vide Petrum Vener. lib. 1. Epist. 4. Ita etiam hanc vocem usurpat Petrus Damianus lib. 1. Epist. 91. lib. 2. Ep. 12. Vide Passionem SS. XL. Martyr. Lauræ S. Sabæ num. 62.

Interdum et qui literas, seu *legere* nesciebant *Idiotæ* appellati. Gregorius M. lib. 9. Ep. 9 : *Quod legentibus scriptura, hoc Idiotis præstat pictura cernentibus : quia in ipsa ignorantes vident, quod sequi debeant, in ipsa legunt, qui litteras nesciunt.*

Idiota, Privatus. Sententia Ivonis Carnotensis Episc. pro Monasterio S. Martini de Campis : *Testis fuit, se vidisse Presbyterum de Hienvilla, servos et liberos parochiales ex debito ad sepulturam suscepisse, seque interfuisse; Presbyterum vero Puteacensem in præsentia Presbyteri de Hienvilla tantummodo locum suscepisse Idiotæ.* i. viri privati.

Idiota, JC. Anglis, dicitur a natura stultus, qui numerare non potest 20. denarios, et patris vel matris nomina ignorat, vel quam ætatem habet, et similia : ejusmodi enim stulti rei suæ gerendæ incapaces habentur. Verum si non adeo ingenio privatus sit, ut magistro adjuvante legere addiscere possit, vel, ulnam panni mensurare, vel aliud agere, ex quo erui possit non omnino ingenio destitutum esse, tunc non dicitur a natura Idiota. Hæc Rastallus.

Idioticus Sermo, in Vita S. Arigii Episcopi Vapincensis, rusticus.

* **IDIOTUS**, Privatus. Testam. quod circumfertur sub nomine S. Amati Nusc. episc. ann. 1093. tom. 6. Aug. pag. 704. col. 1 : *Dum jacerem in stratu meo in valida infirmitate detentus, et ante me adstante Urso vicecomite, et alios Idiotos homines, qui me ad visitandum venerunt, etc.* Vide in *Idiota.*

IDITHUM. Lambertus Schaffnaburg. ann. 1070 : *Ipse denique, qui ut res certamini committeretur, vehementissimus auctor incentorque fuerat Rutgerus Comes, is nunc primus fugiendi auctor ac signifer apparebat, omnique, ut vulgo dicitur, vento citatior, montes et colles modernus Idithum transmittebat.* Alcuinus poem. 221 :

Instituit pueros Idithum modulamine sacro,
Utque sonos dulces decantent voce sonora, etc.

Ubi vir doctus *Idithum* putavit esse auctoris nomen, qui sub Carolo M. vixerit. Guill. Brito lib. 4. Philipp. v. 576 :

. . . . . Præstructus ab illo
Esdra, qui docuit reparare volumina Legis
Atque Prophetarum, Psalmos, Ithidique libellos,
Et Testamenti simul omnia scripta prioris.

Ubi editor ad marginem correctionis vice reposuit, *f. itidemque.* Alii Psalmos Davidis, qui *pro Idithum* inscribuntur, intelligi volunt, 38. 61. 76. de quo lib. 1. Paralipom. cap. 9. 16. 25. lib. 2. cap. 5. 29. 35. etc. Hieronymus in Psalm. 27. et Isidor. lib. 7. cap. 8 : *Idithum, Transiliens eos sive saliens eos, etc.* [Jo. de Janua : *Idithum interpretatur Transiliens eos vel saltans : quia quosdam humo inhærentes, et ea quæ in imo sunt cogitantes, et in rebus rebus transeuntibus ponentes, transilivit canendo iste qui vocatur Transiliens.*] Vide Chronicon Alexandrinum pag. 202.

¶ **IDOLAGIA**, pro *Idololatria.* Fulcuinus de Gestis Abbatum Lobiens. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 543 : *Franci... Gallias demum occupantes... Idolagiam in Christi tyrocinium commutaverunt.*

* **IDOLATICUM**, *Idolo consecratum.* Gloss. bibl. MSS. anonymi ex Bibl. reg.

¶ **IDOLATRARE**, pro *Idololatrare*, Idola colere, in Vita S. Bernardini, tom. 5. Maii pag. 268 *. et alibi.

IDOLATRIA, pro *Idololatria.* Epitaphium S. Isidori Hispalensis Episcopi, *In doctrina præmicans, Crucifixum prædicans, fugans Idolatriam.* Occurrit non semel.

¶ Idolatricus, Pertinens ad idololatriam. *Idolatrica pravitas*, in Origine Belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. pag. 184.

IDOLIUM, Locus, in quo idola coluntur. Iso Magister in Glossario : *Idolium, templum idoli, locus idolorum.* Alibi : *Idolium est locus, in quo idolis immolabatur : Idolothytum, sacrificium. Idolum, res ipsa, cui immolatur.* Rursum : *Idolium, servitus Idolorum.* In alio MS. Cod. : *Officium idolorum.* Versificator quidam :

Est locus Idolium, quod ibi datur, idolothytum.

Papias : *Idolium, locus, ubi idololatræ venerantur et colunt idolium.* Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2062 : Εἰδωλεῖον, ὁ ναὸς τῶν εἰδώλων, εἰδώλιον δέ, τὸ ὁμοίωμα. S. Paul. 1. ad Corinth. cap. 8 : *Qui habet scientiam in Idolio recumbentem, etc.* Prudentius lib. 2. adversus Symmachum :

Aspice quam pleno subsellia nostra senatu
Decernant infame Jovis pulvinar, et omne
Idolium longe purgata ex urbe fugandum.

Utuntur, idem in Apotheosi, Lib. 1. Macchab. cap. 1. et 10. Dionysius Exiguus in Versione canonis 4. Ancyrani, et Publicola in Epist. quæ 153. exstat inter Epistolas S. Augustini, idem S. Augustinus lib. 2. de Morib. Manichæor. cap. 14. Petrus Cellensis, etc.

Idola vocabant interdum Pseudopontifices, seu Antipapas, ut *Burdinum* Calixtus II. PP. in Epist. ad Episcopos Galliarum : *Per illud Teutonicorum Regis Idolum, Burdinum videlicet, etc.* Ita Joannes Sarisber. Epist. 59. 159. 210. *Idolum* Octavianum Pseudo Pontificem vocat, de quo etiam Alexander III. PP. Epist. 1 : *Quem sibi in Statuam erexerunt.* Respectum forte ad illud Zachariæ cap. 11. v. 17 : *O pastor et Idolum derelinquens gregem, etc.*

¶ **IDOLICUS**, Pertinens ad idolum. *Idolica nebula*, in Inventione S. Cataldi Episc. tom. 2. SS. Maii pag. 570.

IDOLOLATRA, pro *Idola*, Nicolaus de Braja in Ludovico VIII :

Hac in urbe prius Idololatra culta fuerunt.

IDOLOLATRARE, Idola adorare, in Concilio Eliberit. cap. 1. Gallis *Idolatrer.*

* **IDOLUM**, Imago, effigies. Bened. abb. Petroburg. de gestis Henr. II. reg. Angl. edit. Hearn. tom. 2. pag. 523 : *Noveritis quod dominus Saladinus, assensu imperatoris Constantinopolis, misit Constan-*

Digitized by Google

tinopolim Idolum suum, ut ibi publice adoretur. Vide supra *Idea.*

¶ **IDOMADA**, pro *Hebdomada*, in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 284.

* **IDONEARE**, Legitimum jurique consonum declarare, asserere. Charta ann. 1115. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 315 : *Judicaverunt eam* (notitiam) *Idoneari duodecim juratoribus... Omnes isti juraverunt veram et Idoneam esse illam noticiam.* Vide alia notione in *Idoneus* 1.

1. **IDONEUS**, Innocens, qui ita ab omni delicto immunis est, ut *Idoneus* sit juri stare. Joan. de Janua : *Idoneus, Irreprehensibilis.* Pactus Legis Salicæ tit. 76. 1 : *Et ille postea, qui rogatus fuerat, si ex hoc Idoneum se cognoscat, se debet postea cum duodecim per sacramenta absolvere.* Infra : *Si se Idoneum agnoscit, etc.* S. Audoenus lib. 2. Vitæ S. Eligii, cap. 75 : *Cæpit ab ea extorquere, ut se per juramentum ab hac suspicione Idoneam redderet.* Gregorius Turon. lib. 9. cap. 13 : *Si eum cum Idoneis hominibus Fredegundis ab hac actione, qua impetitur, immunem fecerit, abscedat liber, et quo voluerit, eat.* Cap. 16 : *De quo* (crimine), *sacramento, si vultis, aut qualibet alia conditione Idoneus reddi potest.* Lib. 8. cap. 8 : *Tu vero si Idoneus es, ut adseris, accede propius, et sume tibi Eucharistiæ particulam, et impone ori tuo : erit enim Deus inspector conscientiæ tuæ.* Concilium Francofurd. ann. 794. cap. 9 : *Et exivit ad judicium Dei, . . . qui etiam a Domino liberatus, Idoneus exivit.* Ubi *Idoneus* idem est ac innocens. Idem Gregor. Turon. *Tandemque*, inquit, *ne crimen consurgat ulterius, Innocentem facium eum sacramento.* Quod idem valet ac *Idoneare.*

Idoneum se facere, Sacramento ab imposito crimine se purgare, exuere, in Capitul. Carol. M. lib. 3. cap. 89. *Idoneum se reddere*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 19. § 4. et in Concilio Dusiacensi I. part. 4. cap. 7. in Synodo Suession. ann. 853. in Edicto Pistensi cap. 20. etc.

Idoneare se, Eadem notione. Charta Caroli M. apud Mabillonium : *Fuerunt namque aliqui in nostra præsentia convicti; et secundum judicium Francorum dijudicati : aliqui vero fideles per judicium Dei se exinde Idoniaverunt, etc.* Occurrit passim, in Leg. Aleman. tit. 44. § 1. tit. 91. Leg. Ripuar. tit. 67. § 1. tit. 71. Leg. Longob. lib. 1. tit. 1. § 7. tit. 3. § 1. lib. 2. tit. 35. § 4. [** Roth. 9. 2. Grimoald. 2.] in Capit. Caroli M. lib. 3. cap. 64. lib. 4. cap. 29. in Legibus Henrici I. Reg. Angl. cap. 35. extremo, in Synodo Suession. act. 1. § 6. etc.

Eduniare, præferunt Edictum Rotharii Regis Longob. tit. 109. § 9. et Leges Grimoaldi tit. 1. § 3.

Exidonrare, Idoneum se Reddere, purgare se. Capitula Caroli C. tit. 9. cap. 6 : *Donec se ab illis, quæ et impingebantur, Idoneum redderet, vel competenter satisfacere procuraret.* Lex Aleman. tit. 17. § 5. et Decretum Tassilonis, § 12 : *Si autem tres annos induraverit opus ancillæ, et parentes ejus non Exadoniaverint eam, ut libera fuisset, etc.* ubi Cod. MS. *Exidoniaverint*, alius *Adexoniaverint.*

Idoneus *sive Liber*, in Speculo Saxonico lib. 3. art. 26. 29. Ita videtur usurpasse S. Fructuosus in Regula cap. 13 : *Alius de genealogia et gente sua fatetur esse Principes, alius de parentibus, alius de germanis, alius de cognatis, alius de fratribus et consanguineis et Idoneis, alius de divitiis, etc.* Ubi *Idonei* dicuntur honorabiliores, ut *Idonei servi* et *liberti*, in Lege Wisigoth. lib. 9. tit. 3. quibus ibidem opponuntur *vilissimi.*

Idoneitas, Facultas. Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 74. § 1. [** 117 (6, 64.) al. *damnetatem.*] : *Nullam exinde habeat Idoneitatem, etc.* [Joan. de Janua : *Idoneitas, Aptitudo, utilitas, convenientia; Idoneités, convenables*, in Gl. Lat. Gall. Sangerm.]

¶ Idoneitas Locorum, Commoditas, apud Ottonem Frising. Episc. lib. 1. de rebus gestis Friderici I. Imp. cap. 3.

* 2. **IDONEUS**, Mundus, Gall. *Propre, net.* Vetus Pœnitent. MS. ex Cod. reg. 943 : *Si quis tinxerit in aliquo cibo manum, et non est Idonea manus, centum palmatis emundetur.*

* **IDRAGULA**, *Lo sono del organo. Idragulicus, dolze sono de organi.* Glossar. Lat. Ital. MS.

IDRERON. Lex Longobard. lib. 1. tit. 19. post § 5. in Editione Boeriana hæc habentur, quæ desunt in Lindenbrogiana [** Rothar. 290.] : *Si quis sepem alienam ruperit, i. Idreron comp. sol.* 6. [Vide *Derzon.*]

* **IDRIA**, pro Hydria. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Idria, Prov. Amfora, diota.*

¶ **IDROMALUM**, *Unguentum quod fit ex aqua et malis*, Johanni de Janua. Vox hibrida ab ὕδωρ et malum.

¶ **IDROMELLUM**, apud Rymer. tom. 8. pag. 404. pro *Hydromeli*, ὑδρομέλι, Aqua melle mixta, aqua mulsa, Gall. *Hydromel.*

¶ **IDROR**, *Diabulus, servus*, in Glossis Sangerman. MSS. num. 501. Suspicor legendum, *Idrus, Diabolus, serpens.* Vide mox *Idrus.*

¶ **IDRUS**, ὕδρος, Hydrus, serpens aquaticus. Charta Fulconis Comitis Andegav. anu. 1028. ex Tabulario S. Mariæ Andegav.: *De quibus B. Marsus paulo abstinentior, eulogiam in sinu ab ore dejectam in Idrum statim vehementissimum conversam Dei servo Melanio in ipso reditu celare non potuit.*

¶ **IDUATUS**, Ultra idus provectus. *Iduato Martio*, in Barthii Glossario ex Guiberti Hist. Palæst. *Iduato Aprili*, apud eumdem Guibertum l. 1. Vitæ suæ c. 3.

¶ **IDUUS**, ὅμοιος, Similis, in Glossis Lat. Gr. Sangerman. MSS. *Iduum*, ὅμοιον. Supplem. Antiquar.

¶ **IECORUS**, ἀγυνόμος, *Ædilis, curator urbis.* Suppl. Antiq. Lege et vide *Viocurus.*

¶ **JECTARE** ad Judicium, In jus citare, vocare. Constitutio Caroli M. apud Spelmannum in *Abjectire : Nullus præsumat hominem ad judicium sine causa Jectare, nisi judicatum fuerit.* Vide *Abjectire.*

JECTIGARE. Pseudo-Ovidius lib. 1. de Vetula :

> Sicut multoties agitur furiis agitatus,
> Sicut Jectigat is, cujus nervi sunt resoluti.

Id est hac et illac membra disjicit.

JECTIVUS, Jectiscere. Vide *Abjectire.*

JECTUS, [Piscatio.] Vide *Tractus* 2.

¶ Jectus Lapidis, pro *Jactus* lapidis, in Vita MS. S. Winwaloei fol. 103.

JEDDA. Vide *Ledda* in *Leudis.*

JEFFNITEED, Juramenti species, apud Andream Suenonis lib. 5. Legum Scaniæ cap. 4 : *Quam cautionem semper debet præcedere sacramentum, quod Jeffniteed in lingua patria nominatur, virorum duodecim nominatorum de consanguineis occisoris, qui non sacris reliquiis, sed sacro coram posito tacto libro jurant in suas animas, et sic sibi Deum futurum propitium deprecantur, etc.* Danis *Eed* est juramentum. [** Vide Rosenvingii Histor. Jur. Danici § 69.]

* **JEHINARE**, Tormentis rem ab aliquo quærere. Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 78 : *Præpositus Parisiensis ipsas sorores bis fecit torqueri sive Jehinari.* Vide supra *Gehennæ.*

¶ **JEJUNALES** Dies, Dies sacri jejunii, in Statutis Collegii Cornubiæ ann. 1380. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 500. [* Leg. palat. Jac. II. reg. Majoric. tom. 3. Jun. pag. LXXX. col. 2 : *In diebus vero Jejunalibus, puta in Quadragesima et aliis quibus a carnibus abstinetur, etc.* Nostris *Jeuge*, pro Jejunus, vulgo *Qui est à jeun.* Lit. remiss. ann. 1403. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 391 : *Icellui Godier qui estoit coustumier à Jeuge et à saoul de injurier et vilener gens etc. Qui est jeun*, eadem acceptione, in aliis ann. 1384. ex Reg. 125. ch. 9 : *Icelle Perrenelle, qui estoit laisse et vaine, tant pour ce qu'elle n'avoit mengié de tout le jour, comme.... pour ce qu'elle estoit malade et Jeune etc. Jugn*, eadem notione, apud Joinvil. in Hist. S. Ludov. edit. Cang. pag. 75. ubi editio reg. pag. 79. habet, *Jeun.*]

JEJUNITAS, Abstinentia, jejunium. Utitur Cælius Aurelian. lib. 1. Acutor. cap. 11. lib. 2. cap. 10. et lex 4. Cod. Theod. de Suariis. (14, 4.)

JEJUNIUM Quadragesimale, in hoc differt a cæteris jejuniis, quod in aliis post nonam, in hoc autem post vesperam reficiebantur. Microlog. cap. 49. Quo vero pacto observaretur a fidelibus, pluribus docent Socrat. lib. 5. cap. 22. Beletus cap. 11. Baronius ann. 57. n. 195. 196. Filesaccus lib. de Quadragesima cap. 5. et 6. Haeftenus lib. 10. Disq. Monast. tract. 8. Binius ad Canones Apost. Henric. Valesius ad lib. 5. Eusebii cap. 24. Joan. Bapt. Cotelerius ad Constit. Apostol. [Thomassinus Tract. de Jejunio, Bailletus de Quadragesima,] et alii. Vide *Quadragesima.*

Jejunium Paschale, apud Hincmarum; *observantia paschalis*, apud Gregor. in libro Sacram. Idem quod *Quadragesimale.*

Jejunia Quatuor a Latinis primitus observata, docemur ex Philastrio in Catal. hæres. : *Per annum 4. Jejunia in Ecclesia celebrantur. In Natali primum, deinde in Pascha, tertium in Epiphania, quartum in Pentecoste. Nam in Natali Salvatoris Domini jejunandum est, deinde in Paschæ Quadragesima, atque in Ascensione itidem in cælum post Pascha die quadragesimo, inde*

Digitized by Google

usque ad Pentecosten diebus decem, etc. Vide *Quadragesima.*

Jejunium Sabbati, Petrus Damiani in Vita S. Romualdi n. 15. initium habuisse ait a Silvestro PP. Ast alii antiquius putant, et in Oriente institutum ab hæreticis contra Judæos, statim initio Ecclesiæ. Innocentius vero Pontifex Epist. ad Decentium ait, in quibusdam Occidentis partibus illud fuisse indictum, quod Apostoli Sabbato sancto non minus ac feria sexta præcedente in mœrore positi jejunaverint. Cassianus lib. 1. Instit. cap. 7. istius jejunii causam affert, quod S. Petrus, postridie cum Simone Mago conflicturus, antecedente Sabbato cum fidelibus jejunaverit, et illud jejunium in consuetudinem abierit. At hanc historiam incertam esse ait S. Augustinus Epist. 86. Utcumque sit, constat in Romana Ecclesia diu jejunatum esse : at contra in Ecclesia Orientali, in qua nunquam jejunabatur, nisi in Sabbato S. ac ne quidem in ipsis Quadragesimis. Quod Cassianus lassitudini a jejunio quinque dierum antecedentium adscribit : S. vero Cyrillus Catech. 4. quod Catholici noluerint participare cum hæreticis. Vide [Concil. Eliberit. can. 26.] S. August. Epist. 118. S. Hieron. Ep. 28. Innocent. I. Ep. 1. cap. 4. [Leonem Papam Epist. 11. et specialem hac de re Quesnelli Dissertationem ad calcem Operum ejusd. S. Papæ, Isidorum lib. 1. Offic. cap. 4.] Cod. Carolinum Epist. 95. Vitam S. Nili junior. p. 132. etc. Capit. Caroli M. lib. 6. cap. 184. [** 187.] Baron. ann. 34. n. 156. etc. Huc referenda, quæ in hanc sententiam congessit Cotelerius ad lib. 5. Constit. Apost. cap. 15.

Jejunium *Feriæ Quartæ et Sextæ*, ab Apostolis institutum tradunt plerique : et quarta quidem, quod ad vesperam captus sit Dominus; sexta autem, quod in ea sit crucifixus, ut habent Epiphanius in Expos. fid. S. Petrus Alexandr. can. ult. de Pœnit. S. Apollonius apud Rufin. lib. 1. Vitæ Patr. cap. 7. Quod quidem jejunium in Ecclesia Romana non sub S. Augustino duntaxat, sed et a Monachis in Occidente passim observatum, Ludovico Pio imperante docet Concilium Aquisgran. cap. 18. Istius jejunii meminere Canones Apost. can. 61. Clemens Alex. lib. 7. Strom. S. August. Epist. 86. Clemens in Constit. Apost. lib. 5. cap. 15. et ult. lib. 7. cap. 23. Ignat. ad Philipp. 13. Tertullianus de Jejunio cap. 2. 10. 14. Epiphanius, Prudentius, Ambrosius, Cyrillus lib. 10. in Leviticum, Nicolaus I. PP. in Resp. ad Bulg. cap. 4. 5. 60. Philostorgius lib. 10. cap. 12. Socrat. lib. 5. cap. 21. lib. 7. cap. 22. Rupert. lib. 3. de divin. Offic. cap. 5. Baron. ann. 34. n. 168. Haeftenus lib. 10. Disq. Monast. tract. 7. Disq. 1. etc.

☞ Exinde vero, refrigescente Christianorum pietate, paulatim in desuetudinem abire cœpit isthæc antiqua jejunii religio; diutius tamen perseveravit jejunium sextæ feriæ. Et quidem circa finem x. seculi, retenta tantum pro feria iv. carnis abstinentia, jejunium pro feria vi. præceptum, vel, ut rectius dicam, suasum legimus in Concilio Ansano ann. 990. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 76 : *Laici omnes feria* iv. *a carne abstineant, et* vi. *feria jejunent, si ita possunt perficere, aut pauperibus eleemosynas tribuant.*

Jejunium *Secundæ et Quintæ Feriæ*, quod Judæorum fuit, ut est apud Clementem lib. 7. Constit. Apost. cap. 23. ad quem vide Cotelerium.

Jejunium *Vernale, Æstivale, Autumnale, et Hiemale*, seu *Jejunium primi, quarti, septimi, et decimi mensis*, vel *quatuor temporum*, ubi primus mensis est Martius, a quo annum auspicabantur; quartus Junius; septimus September, et decimus December. Vide vetus Kalendarium Rom. editum ab Allatio lib. de Dominic. et Hebd. Græcor. cap. 37.

In primo mense, inquit Ordo Romanus, *quarta et sexta feria, vel Sabbato in prima hebdomada ipsius mensis primum jejunium celebratur.*

Secundum temporis jejunium, in quarto mense, in secunda hebdomada ipsius mensis, quarta et sexta feria vel Sabbato consummatur.

Tertium temporum jejunium septimi mensis, id est, Septembris, tertia hebdomada ipsius mensis, ut

Quartum jejunium, quarta hebdomada, in iisdem feriis consummantur, . . . et tunc sacri Ordines in Ecclesia Romana de iis qui vocantur Cardinales, tradi consueverunt. Alibi : *Ut autem hoc jejunium celebretur in largitione sacrorum Ordinum, Ecclesiæ primitivæ mos obtinuit.* Sed postmodum Gregorius VII. PP. statuit, ut jejunium, quod dicitur Martii, in prima hebdomada Quadragesimæ, secundum in hebdomada Pentecostes celebraretur, tertio et quarto more solito remanentibus, ut est apud Micrologum cap. 24. quod sane in Concilio Salegunstadiensi ann. 1022. can. 2. in Quintilineburgensi ann. 1085. 13. Gregorii Pontificatus, ac deinde in Placentino ann. 1034. in Concilio Claromontensi ann. 1095. can. 27. et in Conventu generali Episcoporum Germaniæ in Northusens. ann. 1105. apud Conradum Uspergensem. statutum legimus. De tempore jejunii quatuor temporum, prostant hi versus :

Vult Crux, Lucia, Cinis, Charismata dia,
Quod det vota pia quarta sequens feria.

Horum porro jejuniorum *denuntiatio* olim fiebat in Ecclesia, in Missa, post illa verba : *Pax Domini sit semper vobiscum, et cum spiritu tuo.* Post hæc enim *commonebatur plebs pro jejunii* 1. 4. 7. *et* 10. *mensis temporibus*, ut est in Codice Remensi in orationibus quotidianis ad missam, apud Menardum. Formulam istiusmodi denuntiationis jejunii quatuor temporum habet Gregorius Magnus in libro Sacramentor. pag. 106. Cardinalis Bona lib. 2. Rerum Liturgicarum cap. 16. num. 4. et cap. 1. num. 4. lib. 1. Sacrament. Ecclesiæ Romanæ cap. 82. Ejus etiam mentio est in Capitulis Caroli M. lib. 6. cap. 183. [** 186.] et lib. 7. cap. 98. [** 135.] Agunt de his jejuniis Callistus I. PP. Ep. 1. cap. 1. [quem hujus jejunii auctorem faciunt Pontificale, necnon Leodicenses in Epist. ad Trevirens quam consulas, sicut et Trevirensium ad Leodicenses hac eadem de re apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 292. et seqq.] S. Augustinus, S. Leo in Homiliis, Gelasius PP. apud Holstenium in Concil. Rom. pag. 216. [Isidor. Hispal. lib. 1. Offic. cap. 36. ubi nulla mentio jejunii Decembris,] Ivo part. 4. cap. 26. 33. Eghbertus de Ecclesiastica institutione pag. 109. Rabanus lib 2. de Instit. Cleric. cap. 19. 21. 22. 23. 24. Alcuinus de divin. Offic. Amalarius lib. 2. cap. 2. Micrologus cap. 24. 25. 26. 27. Rupert. lib. 3. de divin. Off. cap. 5. 6. lib. 10. cap. 26. Homilia Incerti in Appendice edit. Capitular. Baluzianæ pag. 1376. Honorius Augustod. lib. 3. cap. 150. Durand. lib. 6. cap. 6. Denique Baronius ann. 57. n. 207. et Card. Bona loco laudato.

Jejunium *in Litania Majore*, indictum olim a Mamerto Episcopo Viennensi, et ab Ecclesia postmodum observatum. Joannes Abrincensis Episc. de Off. Eccl. pag. 55 : *Litania major, si infra octo dies Paschæ evenerit, nullum jejunium, nulla abstinentia, nec aliqua ejus mentio fiat, nisi festiva tantum processio. Si autem alio tempore evenerit, omnes exceptis parvulis et infirmis jejunent, etc.* Istius jejunii mentio est apud Sidon. lib. 5. Epist. 14. lib. 7. Epist. 1. In Concilio Engelheimensi ann. 948. cap. 7. Moguntino cap. 33. apud Burchard. lib. 1. cap. 94. interrog. 48. lib. 13. cap. 7. lib. 19. cap. 5. et Ivonem part. 4. cap. 40. Petrum Damiam. lib. 6. Ep. 35. etc.

* Minus attente locum Joannis Abrincensis hic allegat Cangius; aut male a Mamerto hocce jejunium, de quo ille Johannes, institutum scribit vir doctissimus : etquidem Litaniæ Mamertinæ in triduo ante Ascensionem Domini celebrantur, atque adeo *infra octo dies Paschæ* evenire non possunt. Vide in *Litaniæ.*

Jejunium *Kalendarum Januariarum*, ideo statuit *Ecclesia universalis*, inquit Ordo Romanus, *quia cum imperiti homines secundum dementiam gentilium hunc diem a Principe suo Jano, quem pro Deo colebant, ita vocatum, multis diabolicis spurcitiis sacrarent : quatenus his calamitatibus auctor vitæ finem imponeret, jejunium publicum in isto die fieri præcepit.* De eodem jejunio Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 40 : *Proinde ergo SS. Patres considerantes maximam partem generis humani eodem die hujusmodi sacrilegiis ac luxuriis insidere, statuerunt in universo mundo per omnes Ecclesias publicum jejunium, per quod agnoscerent homines in tantum se prave agere, ut pro eorum peccatis necesse sit omnibus Ecclesiis jejunare.* Adde Alcuinum lib. de Divin. Offic. cap. 4.

Jejunium *Kalendarum Novembrium*, universaliter ab omnibus fidelibus observatum, illiusque causam tradit Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 39.

Jejunium *in festis Apostolorum.* Vide Petr. Damiam. lib. 6. Epist. 35. Beletum cap. 11. Durand. lib. 6. cap. 7. n. 16. 17. 18. etc.

Jejunium *Vigiliæ Assumptionis Deiparæ*, de quo Concilium Salegunstadiense ann. 1022. cap. 1. Petrus Damianus lib. 6. Epist. 35. Joan. Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 62. Durandus lib. 6. cap. 7. num. 12. lib. 7. cap. 24. n. 9. [In Statutis Eccl. Leodiensis ann. 1287. apud Marten. tom. 4.

Digitized by Google

Anecd. col. 853. præcipitur ut in hac vigilia etiam *a lacticiniis abstineatur.*]

Jejunium *Ascensionis Domini.* Rabanus lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 40 : *Ante diem Ascensionis Domini mos est Ecclesiarum Occidentis, per tres dies proximos jejunium exercere, et Litanias agere, etc.* Concilium Aurelianense I. can. 27 : *Rogationes, id est, Litanias ante Ascensionem Domini ab omnibus Ecclesiis placuit celebrari : ita ut præmissum triduanum Jejunium in Dominica Ascensionis Festivitate solvatur,... quo triduo omnes abstineant, et quadragesimalibus cibis utantur.* [Concilium Turon. ann. 567. can. 17 : *De jejuniis vero antiqua a monachis instituta serventur, ut de Pascha usque ad quinquagesimam, exceptis Rogationibus* (quibus et ipsis laicis indictum erat jejunium) *omni die fratribus prandium præparetur.*] Concilium Copriniaccnse circa ann. 1255. can. 19 : *In Septimana Ascensionis Domini non debent carnes comedi, nisi in die.* Adde Homiliam Anonymi de Decimis et Jejunio editam a Baluzio post Capitularia col. 1376.

☞ Non ita tamen stricte observatum semper præceptumve ejusmodi jejunium probant Statuta Guillelmi Episc. Nannet. ann. 1446. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1012 : *Insuper, omnibus et singulis Rectoribus, et Vicariis et Capellanis prædictis præcipimus et mandamus, quatenus in Majori Letania, festo videlicet Sancti Marci, et tribus diebus Rogationum parochianis suis jejunare consulant; non autem sub pœnis excommunicationis, aliove præcepto, prout in nonnullis prædecessorum nostrorum Statutis cavetur, ipsos parochianos faciant jejunare.*

Jejunium *Epiphaniæ.* Joannes Episc. Abrincensis de Officiis Eccles. : *Vigilia vero Epiphaniæ, quam plebes diverse colunt, (alii enim jejunant, et alii prandent,) nobis jejunandum congruum videtur, etc.* Vide Petr. Damian. lib. 6. Epist. 35.

Jejunium *Pentecostes.* Concilium Turonense II : *Ut post Quinquagesimam tota hebdomada ex asse jejunent.* Meminit præterea *jejunii hebdomadæ Pentecostes*, Concilium Oxoniense ann. 1222. cap. 8. et Concil. Copriniacense can. 19. Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 28 : *Secundum jejunium est, quod juxta Canones post Pentecosten alio die inchoatur,... hoc jejunium a plerisque ex auctoritate Evangelii post Domini Ascensionem completur, etc.* Ordo Romanus *jejunium Pentecostes* vocat illud Jejunium 4. temporum, quod post Pentecosten fit. Vide S. Leonem Serm. 1. 2. 3. 4. de jejunio Pentecostes, Rabanum lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 21. Menard. ad libr. Sacrament. Gregor. pag. 165. et Cotelerium ad Constitut. Apostol. pag. 254.

☞ Commode ergo interpretandum quod legitur in Capitul. Aquisgranensi ann. 817. ubi jejunium per hebdomadam Pentecostes his verbis prohibetur : *Ut in hebdomada Pentecosten non flectantur genua et non jejunetur, nisi statuti fuerint dies jejunii.* De jejuniis quippe Monachorum, uti vocant, regularibus, quæ per hanc hebdomadam interdicuntur isthæc accipienda.

Jejunium *Sabbati Pentecostes.* Ordo Romanus : *Sabbato in Vigiliis Pentecostes omnes jejunium faciunt, etc.* Idem statuitur lib. 6. Capitul. Caroli M. cap. 187. et in Capitulis S. Bonifacii Archiepisc. Mogunt. cap. 34. Adde S. Ambrosium Serm. 60. Anonymum in Homil. de Decimis et Jejunio edit. a Baluzio, et Durandum l. 6. cap. 7. num. 17. In aliquot tamen diœcesibus apud nos Jejunium istud haud observatur.

Jejunia *Temporalia*, quæ in 4. Temporibus fieri solent. Statuta antique Ordinis Cartusiensis 1. part. cap. 3.

Jejunium *Purificationis B. Mariæ.* Joan. Episcop. Abrinc. de Offic. Eccles. : *Nullam enim celsitudinem reverentiæ hujus diei* (Epiphaniæ) *reperimus, quam in omnibus diebus Purificationis B. Mariæ, in quibus per aliquot dies jejunamus.*

¶ Jejunium *in Vigilia B. Fidis* jam ex more institutum apud Ruthenos confirmat Paschalis II. PP. in Bulla ad Begonem Abbatem Conchensem apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 337 : *In Ruthenico igitur pago, præsertim apud Conchense vestrum Monasterium, ubi Beatæ Fidis corpus requiescere creditur, ante secundum Nonas Octobris quibus eadem virgo martyrium consummasse legitur, sicut ex more vos devotissime agere audivimus, vigilias et solemne jejunium celebrari annuimus et decreti præsentis auctoritate firmamus.*

Jejunium *Vigiliæ S. Laurentii*, solius inter Martyres celebrat Ecclesia, *quia beatus Laurentius gravius cæteris passus est. Unde B. Sixtus dixit ei : Majora tibi debentur pro Christi fide certamina.* Durandus lib. 6. cap. 7. n. 12. et 20. cap. 4. n. 1. ex Beleto cap. 145. Idem Durandus lib. 7. cap. 23. n. 1 : *Beatus Laurentius, quia post beatum Stephanum inter alios Martyres primatum obtinet, vigiliam habet, non quia majorem pœnam sustinuerit, quam alii, nam multi tantam pœnam sustinuerunt, sicut B. Vincentius et B. Georgius, et alii quidam : sed propter Officium Prædicationis et propter Martyrii locum, quia Romæ : et propter bonam administrationem thesaurorum Ecclesiæ.* Idem n. 5. ait solum inter Martyres habere jejunium institutionis. Hinc mirari subit, cur aliquot Francici Præsules in nupera Festorum abrogatione, et Festum S. Laurentii et Jejunium pariter abrogarint, cum, ut ait ibidem Durandus, *generalia et specialia Jejunia per Episcopos in Synodo et Conciliis instituta, solvi non debeant.* Vide Concil. Salegunstad. cap. 1. et Copriniacense cap. 19. Synodum Bajocensem ann. 1300. cap. 66. etc.

Jejunium *Festi S. Martini*, solius inter Confessores celebrat Ecclesia. Durandus lib 6. cap. 7. n. 20.

Jejunium *in Vigilia Nativitatis S. Joannis Baptistæ*, apud Anonymum Homilia de Decimis et Jejunio, edit. Baluzianæ. Vide Durandum in Rational. lib. 7. cap. 14. n. 4.

Jejunium *Vigiliæ Festi Omnium Sanctorum.* Vide Durand. lib. 6. cap. 7. n. 13. lib. 7. cap. 34. n. 5.

Jejunium S. *Michaelis.* In Legibus Ethelredi Regis apud Habant editis § 2. apud Bromptonum, statuitur, ut omnis Christianus, qui ætatem habet, jejunet tribus diebus in pane et aqua ante Festum sancti Michaelis, scilicet die Lunæ, die Martis et die Mercurii, et ad Confessionem vadat, et nudis pedibus ad Ecclesiam, etc.

Jejunium *Banni*, et *jejunium Bannitum*, banno seu Edicto publico indictum. *Indictum jejunium*, lib. 5. Capit. Caroli Magni cap. 87. [** 152.] in Epist. Pipini Regis ad Lullum Episc. et apud Amalarium de Ordine Antiphonarii cap. 77. Ita *Indicere jejunium*, dixit Sidonius lib. 7. Epist. 7. ut et Gregorius Turon. lib. 2. Hist. cap. 34. quemadmodum *Indicere hostem*, Annales Francorum Bertin. ann. 867. quod alii *Hostem bannire.* Concil. Salegunstadiense cap. 15. et Capitulare Ahytonis Episcopi Basiliensis cap. 8 : *Indictum vero jejunium, quando a Palatio vel a Domno* (al. *Domo*) *fuerit denuntiatum, ab omnibus generaliter observetur.* De Jejuniis vero a Regibus indictis agunt Gregorius Turon. lib. 9. cap. 21. Carolus M. in Epist. ad Fastradam Reginam, Capitulare ann. 828. Epistola generalis Ludov. Pii, ex Placito Aquisgranensi, et Anonymus de Miracul. S. Wismari cap. 1. extremo.

Jejunium *Bannitum*, inquit Serrarius lib. 1. Rerum Moguntiac. cap. 32. fuit magnum et intensum Jejunium, quod ad Dei bannum, seu pœnam, iramque avertendam ab iis suscipiebatur, qui se banno divino dignos agnoscebant, (videat Lector, an hæc probet) hujusque ad nostra fere tempora fuit in Moguntina Ecclesia usus, et eo modo fere per triduum servabatur, iisdemque Feriis, quemadmodum Quatuor Temporum jejunia, sed aliis hebdomadibus, quas ad memoriam versiculo isto significabant :

Post Salus et Miseri tibi erunt jejunia banni.

Id est, post Dominicas, quibus canitur *Salus* et *Misericordia*, quarum illa est Dominica 19. post Trinitatem, hæc Dominica prima post *Quasimodo.* Jejunii banniti originem sic ex MS. Codice refert idem Serrarius : *Feria secunda, quarta, et sexta post Dominicam* Misericordia Domini, *et* Salus populi, *Jejunium Banni in tota Diœcesi Moguntina institutum est contra plagam aboriendi, quæ olim in diœcesi Moguntina graviter in hominibus et bestiis sæviebat, curataque est, et remota a Domino misericorditer per hanc observantiam, quæ agitur in Ecclesiis Collegiatis, cum Processionibus, jejuniis, et orationibus singularibus ibi institutis, cum abstinentia carnium in populo, feriis 2. et 4. olim etiam feria 6. cum abstinentia ovorum et lacticiniorum, quod modo relaxatum est. Nemo igitur hujusmodi modicam abstinentiam observare negligat aut contemnat, ne incurrat Dei vindictam, qualem communiter incurrunt temerarii prævaricatores.* Codex alius : *Feria secunda post Dominicam* Misericordia Domini, *celebratur jejunium Bannitum : qua die post Primam itur ad sanctum Joannem, et in exitu cantatur,* Omnipotens Deus nostrorum consolatio, *et deinde incipitur Missa, qua finita legitur Sexta, et postea reditur ad Ecclesiam Moguntinam cum Litania... Feria quarta in jejunio Bannito itur post Primam ad Ecclesiam Moguntinam cum Litania... Feria quarta in jejunio Bannito itur post Primam ad Ecclesiam S. Mariæ ad Gradus, et ad exitum cantatur Antiphona,* Oremus. Di-

Digitized by Google

lectissimi : *cætera, ut supra. Feria sexta in Jejunio Bannito, itur post Primam ad S. Mauritium, et in eundo de Choro per totam viam mediam cantatur,* Timor et tremor venit in Niniven, *et cætera, ut supra.*

¶ JEJUNIUM *pro defunctis* præcipitur in Capit. ann. circiter 744. cap. 2 : *Fideles pro defunctis amicis Jejunia et oblationes triginta diebus adimpleri faciant.*

JEJUNIUM *Dispensationis* est, quod celebratur in Vigiliis solennium dierum et magnarum Festivitatum, ut Natalis Domini. Durand. lib. 6. Rat. cap. 7. n. 7. Vide *Vigiliæ.*

JEJUNIUM *Votivæ Promissionis*, ut si quis vovet, quod certa die jejunabit, vel a carnibus abstinebit. Beletus cap. 11. et Durandus l. 6. cap. 7. n. 8.

JEJUNIUM *Pœnitentiale, quod Ecclesiastico more pœnitentialibus traditur ad remedium*, inquit Sigefridus Episcop. Moguntinensis Epist. 3.

JEJUNIA *Indicta* in pœnitentiam, quo pacto redimerentur, docent Canones Saxonici sub Edgaro Rege dati, cap. de Satisfactione, § 18. 19.

JEJUNIA *Triduana*, in electionibus Episcoporum observata fuisse animadvertere est in Formulis antiquis apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 604 : *Ideoque ammonemus ut Triduana Jejunia ab omnibus in ista parochia commorantibus fieri jubeantur.* Abbatum quoque electioni aliquando jejunium prævisse, testis est Guibertus Gemblacens. in Epistola ann. circiter 1182. ubi de electione Abbat. Majoris Mon. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 609.

JEJUNIA *Monachorum* Vide Concilium Turonense II. can. 17.

JEJUNIUM *Escarum*, in quo a carne abstinetur, in Charta Manassis Episcopi Aurelian. ann. 1210. in probat. Hist. Blesensis pag. 10.

PURGATIO *per Jejunium.* Leges Kanuti Regis cap. 7. apud Bromptonum : *Cum sociis se purget, vel Jejunium ineat, si opus est, et applicetur ad Corsned, et fiat voluntas Dei.* Ordo Romanus et Beda in Præfatione ad librum de Remediis peccatorum : *Singula quæque dijudicet, et aliquos a cibis abstinendo, alios eleemosynas dando, nonnullos sæpius flectendo genua, sive in cruce stando, aut aliquid aliud hujusmodi, quod ad animæ salutem pertinet.* Benno Cardinalis de Vita Hildebrandi, seu Gregorii VII. PP. : *Idem Præsumptor* (Gregorius VII.) *Jejunium indixit Cardinalibus, ut Deus ostenderet, quis rectius sentiret de corpore Domini, Romanane Ecclesia, an Berengarius, per hoc manifeste probatus infidelis, cum in Nicæno Concilio scriptum sit, quia dubius in fide, infidelis est. Et de corpore Domini signum quæsivit, quod petente B. Gregorio ad firmandam mulieris fidem contigit, quando panis Christi formam accepit digiti : et misit duos Cardinales, Othonem et Cunonem ad sanctam Anastasium, ut cum Suppone ejusdem Ecclesiæ Archipresbytero, triduanum jejunium peragerent, et illi tribus diebus singulis per dies singulos Psalterium et Missas decantarent, ut supradictum signum eis Christus ostenderet : quod minime contigit.* [* Innocentiæ vel assertionis probatio per jejunium. Nihil ergo huc spectat locus ex Ordine Romano prolatus, ubi de animæ per jejunium purgatione sermo est.]

JEJUNII *Superpositio.* Vide *Superpositio.*

JEJUNIA *Legitima*, [id est, ex præcepto observanda. Collectio antiqua Canonum pœnitent. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 50 : *Jejunia legitima tria sunt in anno pro populo,* XL. *ante Pascha, ubi decimas anni solvimus, et* XL. *ante Natale Domini, et post Pentecostem* XL. *dies et noctes.*] Vide *Quadragesima.*

¶ JEJUNIUM, *Fames.* Barthii Glossar. ex Roberti Monachi Hist. Palæst. : *Hanc famis asperitatem, ut suos probaret, evenire permisit Deus. Nam et suos premebat Jejunio, et vicinas nationes disterminabat gladio.*

* IENENSES NUMMI binas uvas exhibent cum voce *Ihena*, vel *Ihene*, ob solum vini præstantis fertile, apud Schlegel. in Dissert. de Num. Ienen. edit. ann. 1697.

* JENERARE, pro Generare. Charta ann. 1139. ex Bibl. reg. cot. [17 : *Donator sum tibi... uxori meæ, nomine Aladaicis, et ad infantes, qui de me vitæ sunt Jenerati et nati de te.*

¶ IERARCHA, pro *Hierarcha*, a Græco ἱεράρχης, Qui sacris præest. Hoc honoris titulo Guibaldum seu Wibaldum Abb. Casinensem compellat Lotharius Imper. apud Marten. tom. 2. Collect. Ampliss. pag. 165.

¶ IERARCHIA, Dignitas Ierarchæ, in Epistola Presbytero Johanni seu Regi Abissinorum falso adscripta ad calcem MS. Corbeiensis.

¶ IERARCHUS, ut *Ierarcha.* Sic inscribitur Epistola anni 890. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 230 : *Domino beatissimo et vere Apostolico veræ et æternæ Sapientiæ amatori D. sanctæ Virdunensis Ecclesiæ Ierarcho*, id est, Episcopo.

* IERBUS, Locus vel ager herbosus et palustris, Ital. *Erbaio.* Dipl. Otton. I. imper. ann. 962. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 66 : *Inde descendens per ipsum Ierbum seu paludem Trivisiensem etc. Cum omni honore, pratis, vineis, silvis, Ierbis, cultis, et incultis etc.* Placit. ann. 1014. ibid. tom. 1. col. 409 : *Pecia una de terra, quod est in parte prato et in parte Ierbo, seu in parte silva etc.* Vide supra *Herbacia.*

¶ JERCIA, Agna, ovis quæ nondum peperit, Picardis *Germe.* Chartularium SS. Trinit. Cadom. fol. 27 : *Oves* L. *cum lacte, anniculos* XXX. *inter arietes et Jercias... bovarios* VI. *etc.* Vide *Gercis* et *Germgia.*

¶ JEREMITA, Navis, *igne Græco* plena, Gall. *Brulot.* Memoriale Potestatum Regiens. ad ann. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1092 : *Alio autem die venerunt Saraceni per flumen cum* XXX. *galeis et tribus Jeremitis ardentibus ad comburendum pontem.* Et col. 1100 : *Venerunt Pagani et Saraceni et direxerunt quatuor Jeremitas ardentes per flumen, coopertas pice et oleo cum stipula et lignis aridis et palea, comburentes ac si essent campanæ, et sulphure et flamma videbantur tangere cœlum, et credebant ardere pontem, et intrare civitatem cum frumento et aliis necessariis.*

* JERGERIA, Lolium. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Jergerie, une mauvaise herbe qui croist entre les bleds, zizania, i. lolium.*

* JERICHOMIUM, Locus ubi aluntur senes. Testam. Brun. archiep. Colon. ann. circ. 965. in Suppl. ad Miræum pag. 295. col. 2 : *Jerichomium loco competenti ad nutum abbatis, non longe a cœnobio constituatur.* Vide *Gerocomium.*

JERMGIA. Vide *Germgia.*

* JERNAGIUM, pro *Ivernagium*, frumentum hyemale. Charta Guill. comit. Nivern. ann. 1165. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 22. col. 2 : *Salvamentum est mina avenæ in ochia, et duo denarii, et unus panis Jernagii.* Vide *Ibernagium.*

¶ JERN-BYRD. Vide *Ferrum Candens.*

JEROCOMIUM, [Locus ubi aluntur senes.] Vide *Gerocomiam.*

¶ JERONTICON, Liber continens Vitas Patrum. Vide *Geronticon.*

JERUPREPES, [Sacer, divinus.] Vide *Geroprepes.*

¶ IES, Exitus, semita, callis. Charta Dombensis ann. 1466 : *Juxta terram Joannis Chabua quodam Jes intermedio.*

* JESA, *vel Jesus, vel Jhesa, Gisarme*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679. Vide *Gisarma.*

* JESINA, Cessatio, Gall. *Chomage.* Charta Odon. archiep. Rotomag. ann. 1259. ex Cod. reg. 1245. fol. 613 : *Sciendum est quod occasione seu ratione Jesinæ molendinorum nostrorum, nichil nobis poterit dictus firmarius computare.* Vide supra *Gesina* 2.

JESSE. Will. Thorn ann. 1097 : *Candelabrum etiam magnum in choro æreum, quod Jesse vocatur, in partibns emit transmarinis.* Ejusmodi sunt candelabra, seu *Polycandela* ærea etiamnum in aliquot ædibus sacris, ab humo altius educta, et in latum expansa, *Arboris Jesse* (unde nomen) speciem referentia; seriem scilicet genealogicam Jesu Christi, juxta Isaiam cap. 45. et S. Paulum ad Roman. cap. 1. Sugerius libro de Administr. sua pag. 348 : *Vitrearum etiam novarum præclaram varietatem ab ea prima, quæ incipit a stirpe Jesse, in capite Ecclesiæ, usque ad eam, quæ superest principali portæ.... depingi fecimus.*

* JESUATI. Vide supra *Fratres Jesuatorum* in *Frater.*

* JESULUS, Puerulus Jesus, in Vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 255. col. 1.

* JESUM, Jesus, Lanceæ seu spiculi species. Vide supra *Gesum* et *Jesa.*

* JETA, Impositio seù impositionis æqua partitio. Libert. Montisfer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154 : *Quod dicti consules... possint et eis liceat facere... Jetam et Jetas, talliam et tallias, qui et quæ sibi et eorum consiliariis videbuntur in habitantibus... Quamcito Gatgiatus de suo cumino, Jeta seu tallia satisfecerit etc.* Vide supra *Gita.*

* Hinc *Jeument*, ut videtur, pro Æquabiliter, vulgo *Egalement*, alias etiam *Igaument.* Charta ann. 1263. ex Chartul. S. Petri Insul. sign. *Decanus* fol. 112. v°. : *Et pour toutes ces coses faire... doit li fourniers... prendre pour nous trois fournages; desqueles il doit prendre les deux coumunément et Jeument de cascun soulonc çou k'il cuist de cascun; et le tierce doit il prendre de cascun, ne mie Jeument, mais plus et mains*

Digitized by Google

selonc çou k'il sont lonc et près dou four. Partir iguument, in Cons. Petri de Font. cap. 32. art. 21. pag. 146.

¶ **JETUS**, Piscatio. Vide *Tractus* 2.

* **JEULARIA**, Idem quod supra *Jaularia*. Charta ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 619 : *De emolumentis bajuliæ, notariæ et Jeulariæ, etc.* Alia ann. 1350. in Reg. 84. ch. 611 : *Item pro inquantu, Jeularia et notaria dicti loci etc.*

¶ **IF**, vox Gallica, Taxus. *Balistæ de If*, in Epistola ann. 1113. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 1115.

¶ **IFFIGIARE**. Glossar. Sangerman. MS. : *Amendat, Iffigiat, aut longe mittit, vel extra commendat.*

IFUNGIA, Panis primarii genus, panis similaceus, Anglis *Coked bread*. Anonymus priscus :

> Dic panem, lapidem ; quoque dic Ifungia, quare ?
> Hoc quia de facili fungitur omnis homo.

Hæc Spelmann. Sed pro *Ifungia*, scribere debuerat Grammaticulus iste, *Sfungia*, quæ Isidoro lib. 20. cap. 2. *dicitur panis, aqua diutissime laxatus*, qui *similam modicam accipit, et fermentum modicum, et habet humectationis plus, quam omnis panis, unde et Spongiæ nomen accepit.* Glossæ antiquæ MSS. : *Sfungia, panis aqua ditius* (f. diutius) *malaxatus.* Vide *Panis de Coket.*

¶ **IGGERERE**, pro *Ingerere*, in Gestis Tancredi, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 132.

* **IGHEHECLE**, vox Belgica, cujus vim exponunt Lit. remiss. ann. 1420. in Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 242 : *Et sur ce jugier bonne paix selon coustume et usage de la ville et l'entier amendement ou amendise, que on appelle Ighehecle.*

* **IGILDH**, in Jure Danico apud Ludevig. tom. 12. Reliq. [MSS. pag. 175 : *Item notum sit, quod Igildh est tantum quantum fur abstulit bondoni.*

¶ **IGNARURES**, ἀγνοοῦντες, *Ignari*, in Supplemento Antiquarii.

* **IGNATIA**, Placentæ species. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679 : *Ignatia, fouace, ab igne.*

* **IGNATUM**, Morbi genus, carbunculus. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Floyronc, Prov. hulcus, Ignatum, forunculus.*

¶ **IGNEARIUM**. Vide mox *Igniarium*.

¶ **IGNIA**, Festo, *Vitia vasorum fictilium*, nempe quod ignis eorum quædam causa, ut habet Martinius : qui et istud refert ex Glossis : *Ignia*, νοτία, φυσιάσις : pro quibus suspicatur legendum, *Ignia*, νοττία vel νοττιά, πυρίασις, ut intelligatur Nidus calidus, cui Gallina incubat, fomentum : aut νοτία, πυρίασις, Humor calidus, aqua calida, qua quis fovetur ; νοτία enim est Uligo, humor.

IGNIARIUM, *Focarium*. Joan. a Janua. *Foyer* Gall. Gloss. Isid. : *Igniarius, ignem continens.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Ignearium, Fouyer, Ignearius, Contenant feu.* Onomast. apud Martinium : *Igniarium*, πυρεῖον. Lego apud eumd. de Janua : *Igneartus, Ignem continens ; Ignearium, Focarium.*]

IGNIBULUM, *Thuribulum*, Joanni de Janua. [*Encentier*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm. Vocem hanc usurpavit Prudentius eadem notione.]

* **IGNICOMUS**, Cujus coma ignea. Erm. Nigel. Carm. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 52 :

> Ne nox atra cadens miseros deprendat inertes,
> Tradat et Ignicomis illico rite focis.

Sol ignicomus, apud Auson. Epist. 7.

¶ **IGNICREMUS**, *Igne crematus, vel igne cremans*, Johanni de Janua ; *Brulé par le feu*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

IGNIFER TERMINUS. Incertus Gromaticus : *Lapis si mixtam venam habuerit, Ignifer nomen habet.* Latinus et Myrsontius pag. 261 : *Termini Tiburtini, Silicei, Tofinei, Igniferi, etc.*

* **IGNILIS**, Belgis *Ickse*, Nummi argentei nomen, schelinus, vulgo *Escalin*, apud Leonin. cancellarium Gelriæ in Consil. 49.

¶ **IGNIRE**, Accendere, Gall. *Alumer*. Vita S. Johannis Gualberti tom. 3. Julii pag. 381 : *Accensa candela, lampadem Ecclesiæ festinabat Ignire.* Missale Mozarabicum a Mabillonio Liturg. Gall. pag. 37. laudatum : *Hodie nobis thesaurus natus est : hodie nobis lucerna Virginis, quam Spiritus Sanctus Ignivit, verum lumen apparuit.*

¶ **IGNIRE**, Fulgere, veluti ignis resplendere, Gall. *Briller*. Rolandinus Patavinus de Factis in Marchia Tarvis. lib. 11. cap. 4. apud Murator. tom. 8. col. 328 : *Itaque Paduani figentes calcaribus sonipedes Ignientes, discurrunt per aciem Alemannorum, non aliter quam animosi leones discurrerent per pecudes.*

¶ **IGNIRE**, Instigare, instimulare, asperare, Gall. *Irriter*. Camilli Peregrini Histor. Princip. Langobard. apud Murator. tom. 2. pag. 241 : *Qui illuc adiens astu doloso Principem deseruit, et se illis sociavit, eosque Ignivit deterius.*

¶ **IGNIRI**, Uri, inflammari, Gallice *Brusler*. Chronicon Comodoliacense apud Stephanot. Fragm. Hist. tom. 2 : *Sic in interioribus corporis Igniebantur, quod nulla aquæ vel humoris alterius frigiditate refrigerari valebant.* Alcoran. Franciscan. ex conform. S. Francisci fol. 4 : *Qui ab ipso tactus manu, summi caloris incendio est Ignitus ; quod probabat Franciscum Seraphico incendio esse Igniendum.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Ignire, Ardoire, Enflammer.*

1. **IGNIS**, Idem quod *Focus*, Domus. Lex Ripuar. tit. 30. de servo reo, ubi sic dominus loquitur : *Ego ignoro, utrum servus meus culpabilis an innocens de hoc extiterit, propterea eum secundum Legem Ripuariam super 14. noctes ad Ignem repræsento.* § 2. *Quod si postquam eum ad Ignem applicuerit, fuga lapsus fuerit, etc.* Charta ann. 1138. in M. Pastorali Eccl. Paris. lib. 7. num. 42 : *Comes Theobaldus in Festo S. Dionysii de unoquoque Igne illius villæ pro taxamento* (seu tensamento) *unum sextarium avenæ habebit : si vero aliquis ignium defuerit, Comes nec de terra, si sine domo remanserit, nec de domo, si sine Igne fuerit, prædictum taxamentum habebit.* Charta Conradi Episc. Metensis ann. 1214. apud Meurisium : *E contra præfati Canonici et Advocatus proponebant, non ideo eos esse liberos a solutione telonei, quod domos haberent in civitate Metensi, cum non facerent in ea Ignem et fumum, nec eorum uxores et familiæ ibidem manerent, nec ipsi in eadem civitate sicut alii cives facerent excubias.* Ita promiscue *Ignis*, et *focus*, in Charta ann. 1306. in Regesto 9. Philippi pulcri Reg. Franc. ch. 14. Hinc *fovere larem*, aliquis dicitur in Provinciali Ecclesiæ Cantuariens. lib. 2. titul. 1. *qui habet domum, in qua moratur et fovet Ignem*, ut ait Lindwodus. Charta Joannæ Reginæ Siciliæ ann. 1348. apud Guesnaium in Annalib. Massiliensib. pag. 353 : *Hujusmodi civitatis homines... Lares in illa et incolatus proprios confoventes. Ignem tenere*, in Libertatibus Jasseronis oppidi in Sebusiis. Fori Oscæ ann. 1247. fol. 8 : *Et quod ipsa casa sit cum habitatore, qui faciat ibi Ignem, etc.* Vide *Focus*.

* 2. **IGNIS**, Jus lignum exscindendi in nemoribus ad usum ignis, lignatio. Charta Henr. I. reg. Angl. ann. 1126. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 235 : *In eodem nemore dedit monachis... Ignem et materiam ad omnia ædificia sua et opera.* Vide supra *Accendere*.

IGNIS BRIGIDÆ, quem inextinguibilem dicunt, etc. cujusmodi fuit Vestalium. Vide Silvestrum Giraldum lib. 2. Topogr. Hibern. cap. 34. 35. 36. 48.

IGNIS GRÆCUS, Confectitius, *Feu d'artifice*. W. Neubrigensis lib. 4. cap. 19 : *Quodam Ignis genere, quem Græcum dicunt.* Guibertus lib. 7. Hist. Hierosol. cap. 33 : *Græcos, quos ita vocitant, Ignes injicere machinis, etc.* [Johannes Iperius in Chronico S. Bertini cap. 23. part. 1. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 549 : *Henricus cum paucis viriliter occurrit, et injecto igne Græco, omnes pene cum suis navibus exussit.*] Πῦρ Ρωμαικόν, Theophani ; *Ignis Romaicus*, Paulo Diacon. lib. 21. Hist. Misc. Ejusmodi factitii ignis Callinico Heliopolitano, qui sub Constantino Pogonato floruit, inventionem adscribunt Theophanes, Cedrenus pag. 678. Constantinus de Adm. Imp. cap. 48. Paul. Diacon. lib. 19. Hist. Misc. et Sigebertus ann. 678. quo quidem igne soli diu usi leguntur Græci Orientales, adeo ut illius conficiendi rationem et modum exteris non modo non communicarent, sed iis, si hac de re rogarentur, responderent, id sibi potissimum interdictum ab Magno Constantino, a quo inventum primo esse asserebant aut fingebant, ut est apud Porphyrogenitum loco citato. Licet vero ignis ejusmodi conficiendi modum docere exteros renuerent, confectum tamen sæpe communicabant Principibus fœderatis, navesque eo repletas locabant, quibus hostium classem ii comburerent, ut patet ex Luithprando lib. 5. cap. 4. et Ditmaro lib. 3. pag. 33. Nam in mari potissimum istius ignis usus fuit, unde πῦρ θαλάσσιον dicitur Theophani, πῦρ ὑγρὸν [eidem Theophani ann. 1. Leonis Isauri, ann. 2. Michaelis Curopalatæ, Porphyrogenito de Admin. Imp. cap. 48. de Callinico, Anonymo Combefisiano in Porphyrog. num. 30. in Romano Juniornum 8. et] Nicetæ pag. 249. *Ignis liquidus*, Monacho Florentino de Expugn. Accon. pag. 233. Quo autem pacto Græco igne instruerentur naves, et quomodo eo

Digitized by Google

uterentur Græci tum in navalibus, tum in terrestribus prœliis, sat multis diximus in Notis ad Joinvillam pag. 71. His adde Rigordum ann. 1190. pag. 32. Thwroczium in Salomone Rege Hungarorum cap. 50. [Petavium Rationarii Temporum lib. 8. part. 1. cap. 1.] et quæ notamus ad Cinnamum pag. 480. [** Glossar. med. Græcit. col. 1275.] etc.

Ait autem Albertus Aqu. lib. 7. cap. 15. *hujus ignis genus aqua esse inextinguibile;* quod revera est, siquidem in ipsa aqua, ipsoque mari ardebat, ut observatum in Annalib. 11. Alexiad. pag. 336. Willelmus Neubrig. lib. 4. cap. 19 : *Muris enim admotæ* (machinæ) *incendebantur ab hostibus quodam ignis genere, quem Græcum dicunt. Denique hoc genus arte confectum miræ esse potentiæ dicitur, nec contrario cedere elemento.* Le Roman *de Garin :*

Le feu Grezois lors fet leans jalir,
Aux grans palez et à sales ferir,
Vente li venz, li paley est espris,
N'iert més esteint par eve-nes un dis.

Inventæ tamen postmodum variæ extinguendi istius ignis rationes. Aceto enim extingui annotant Luitprandus lib. 3. cap. 6. Ditmarus lib. 3. Matth. Paris ann. 1219. et Cinnamus : et arena, vel sabulo, idem Matthæus Paris loco citato, et Hist. Hierosol. pag. 1167. Vino etiam, ut auctor est Poeta vernaculus *de Garin le Loherans* :

Més le sablons, et li vins, et l'esil
L'eust esteint, si s'en fust entremis.

Ubi *esil* idem est quod acetum. Denique Jacobus de Vitriaco lib. 3. cap. 84. ut et Gobelinus Persona ætate 6. cap. 49. urina etiam extingui produnt : et oleo Baldricus Dolensis lib. 3. Hist. Hieros. pag. 125. et idem Jacobus de Vitriaco lib. 3. cap. 84. His omnibus addendus Monachus Florentinus de Expugnat Acconensi :

Pereat ô utinam Ignis hujus vena,
Non enim extinguitur aqua, sed arena,
Vixque vinum acidum arctat ejus frœna,
Et urina stringitur ejus vix habena;
Ignis hic conficitur tantum per Paganos,
Ignis hic exterminat tantum Christianos.
Incantatus namque est per illos prophanos
Ab hoc perpetuo, Christe, libera nos.

Ex quibus vero confici soleret Ignis Græcus, discere est ex Anna Comnena, ex Alberto Magno de Mirabilibus mundi, et ex Julio Scaligero Exercitat. 13. in Cardanum n. 3.

Ignem Græcum in phialis et ollis in hostes projectum habent Albertus Aqu. lib. 9. cap. 49. et Nicol. Trivettus in Chr. ann. 1191. pag. 506. [Bernardus Thesaurarius de Acquisitione Terræ Sanctæ cap. 809. apud Murator. tom. 7. col. 809.] Chron. MS. Franc. ex Bibl. Memmiana ann. 1190 : *Ainsi qu'il s'en alloit par mer, il rencontre une nef de Sarazins que le Soudan Saladin envoioit en Acre pour le secours faire à ceux, qui estoient en la cité : et cele nef avoit grand planté de fioles de voire pleines de feu Gregois.* Octavianus Sangelasius in Viridario Honoris :

Lances gourgons, et feu Gregois en buirc.

Interdum tormentis et machinis bellicis in hostes immissus, ut auctor est Joinvilla pag. 38. et Thwroczius in Salomone Rege Hungariæ cap. 50. pag. 55. Vopiscus in Aurelian. : *Ignes etiam tormentis jaciuntur.* Le Roman *de Garin* MS. :

Lievent engins, sont perieres dreciécs,
A maugoniax le feu Grezois lor gietent.

* Ignis Pelasgus, *dicitur Gallice Feus Grijois*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120. Aliud ex Cod. 7679 : *Ignis pellagus, Feu Gréjoays.* Vide *Ignis Græcus.*

Ignis Sacer Hierosolymitanus, quo scilicet olim quotannis Hierosolymis Sabbato Sancto lampades supra Dominicum sepulcrum appensæ sub horam vespertinam divinitus accendebantur. Miraculum, etsi frustra ab aliquot heterodoxis controversum, fulciunt Scriptores, (atque in iis αὐτόπται nonnulli,) scilicet [Auctor Gest. Franc. expugn. Hieros. pag. 581. et seqq.] Anonymus de Locis Hierosol. num. 1. Bernardus Monachus in Itiner. T. S. cap. 10. Leo Ostiensis lib. 3. cap. 30. Glaber Rodulphus lib. 4. cap. 6. Chronicon Monasterii de Fontanis cap. 4. Willelm. Malmesbur. lib. 4. Hist. Angl. pag. 140. 147. Hugo Flaviniacensis pag. 178. Albericus in Chron. MS. ann. 970. et Chronic. Andrense pag. 465. in quo *sacer ignis* nuncupatur, quo lampades accenduntur. In Kalendario Maronitarum, apud Allatium in Symmictis pag. 301 : *Sabbat. ignis jejunii*, Sabbatum sanctum, quo ignis vel splendor divinus apparere solebat supra sepulcrum domini in templo Jerosolymitano, interpretatur Gabriel Sionita. Sed et scribit Wilhelmus Dugdalus in Antiquitat. Warwicensis Provinciæ, in Eccles. Warwicensi inter reliquias olim asservatum *oleum, in quo venit ignis in vigilia Paschæ de cœlo.* Adde alia suggerentes Leonem Allatium lib. 1. de Opinationibus Græcorum n. 30. Richardum de Insula S. Irenes pag. 157. Christophorum Angelum de hodierno Græcorum statu cap. 42.

Novus Ignis, Qui in Ecclesia Sabbato sancto Paschæ, extincto veteri, accendi solet. Leo IV. PP. de Cura pastorali : *In Sabbato Paschæ extincto veteri novus Ignis benedicatur, et per populum dividatur.* Ordo Romanus : *Cereo benedicto, illico illuminentur ab eodem in duobus candelabris alii duo cerei staturam hominis habentes, et de ipso novo et benedicto Igne accendant in omni domo, quia omnis ignis anterior, qui tunc ardebat, extingui debet.* Nam, ut ait Alcuinus, in Romana Ecclesia extinguitur totus ignis in sexta Feria. Honorius Augustod. lib. 3. cap. 94 : *In Romana Ecclesia hora sexta, et in nona reaccenditur.* Adde Rupertum lib. 5. de Divin. Offic. cap. 28. Vide *Cereus Paschalis.*

☞ Novum quoque ignem feria 5. in Cœna Domini et in feria 6. Parasceves simili ritu, quo Sabbato sancto, in quibusdam Ecclesiis benedictum fuisse discimus ex MS. Pontificali Ecclesiæ Pictaviensis annorum circiter 800. Hæc inter cetera ex eo MS. referuntur apud Marten. Tract. de antiqua Eccl. Discipl. pag. 283. et 284 : *Ipso quoque die Cœnæ Domini ignis de crystallo sive de amula sumitur, vel etiam de cote, si neutrum horum fuerit, excutitur, et a Presbyteris in novissima sive in forensi loci Ecclesia benedicitur... Sicut in isto die taxavimus, sic et feria sexta faciendum est, similiter et Sabbato ea tantum ratione, ut ad horam nonam excutiant ignem de lapide, sicut diximus, et* (a) *Mansionario quinta feria portetur* (cereus ex novo igne accensus, dum Clerus in Ecclesiam revertitur) *sexta feria ab Archidiacono, in Sabbato Sancto ab Episcopo juniore portetur. Si vero hic ordo in Monasterio agitur, quinta feria ipse ignis* (i. e. cereus ex eo accensus) *a Custode Ecclesiæ portetur, sexta feria a Præposito, Sabbato vero sancto ab Abbate portetur.*

* Ex novo quoque igne benedicto accendebantur cerei in Purificatione B. Mariæ. Ordinar. S. Mart. Lemovic. ex Cod. reg. 1138. fol. 10. r°. : *In Purificatione sanctæ Mariæ... Post Tertiam induti sacerdos et ministri in albis, et Igne de cristallo vel silice noviter excusso, procedant ad altare, et ibi Ignem benedicat et cereos a sacrista præparatos.*

Ignis Paschalis. Zacharias PP. in Epist. 12. ad Bonifacium Archiepiscop. Moguntinum : *De Igne autem Paschali, quod inquisisti, a priscis sanctis Patribus, ex quo per Dei et Domini nostri Jesu Christi gratiam, et pretioso sanguine ejus dedicata est, quinta Feria Paschæ, dum sacrum Chrisma consecratur, tres lampades magnæ capacitatis, ex diversis candelis Ecclesiæ oleo collecto, in secretiori Ecclesiæ loco, ad figuram interioris Tabernaculi insistentes indeficienter, cum multa diligentia inspectæ ardebunt, ita ut oleum ipsum sufficere possit usque ad tertium diem : de quibus candelis, Sabbato sancto, pro sacri Fontis baptismate sumptus ignis per Sacerdotem renovabitur.* Vita S. Kierani Episc. Sagiriensis num. 24 : *Sanctus senex statuit ut in suo Monasterio ignis Paschalis consecratus per annum non extingueretur.* Vide Serrarium lib. 3. Rerum Moguntinar. pag. 474. Idem

Ignis Lapideus dicitur apud Bernardum Mon. in Consuetudin. Cluniac. MSS. cap. 69. quod inscribitur *De Igne Lapideo :* ubi nominis rationem explicat his verbis : *Lapis pretiosus, de quo Ignis est producendus, sub custodia jam dicti Apocrisiarii servatur, etc.*

* Ignis dictus Fudos, Qui in vigilia S. Joannis Baptistæ accendi solet. Charta ann. 1343. in magno Chartul. nig. Corb. fol. 100. r°. : *Audevant de le maison desdis religieus le nuit de le S. Jehan Baptiste l'an 1342.... lidis religieus par euls ou leurs gens avoient fait faire un feu, apelé Fudos, en l'onneur de monsieur S. Jehan.* Alterum ejusdem diei usum referunt Literæ remiss. ann. 1364. in Reg. 96. Chartoph. reg. ch. 95 : *Comme la veille de la saint Jehan Baptiste les bonne gens de la ville de S. Just, qui ont petiz enffans gisans en bers, ont accoustumé de temps ancien de veillier leursdis euffans en la rue devant leurs huys, et de y faire ramées de bois vert entour leursdis enffans pour la solempnité de la feste, et de donner et départir des tartes aux bonnes gens, qui y viennent viellier et eulx esbatre et jouer, ainssi que il a esté et est accoustumé.*

* In vigilia quoque SS. Petri et Pauli consueverant ignes fieri quibusdam in locis. Lit. remiss. ann. 1358. ex Reg. 86. Char-

Digitized by Google

toph. reg. ch. 375 : *Quadam nocte in vigilia SS. Petri et Pauli apostolorum;... qua nocte in honore dictorum Apostolorum fiebant Ignes more solito, in dicta villa de Tribus vallibus.*

* Imo et qualibet Dominica in Quadragesima idem usus obtinuit in diœcesi Suessionensi, ut testantur Literæ remiss. ann. 1396. ex Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 192 : *Icellui Jaquemin estoit alez après souper en la ville de Villeblain, en l'éveschié de Soissons, veoir les feux, que l'en a accoustumé de faire chacun Dimenche en Quaresme oudit pais, etc.*

* Ignis Sacer, Qui et *Morbus B. Mariæ* dicitur, in Charta ann. 1248. ex Necrol. eccl. Paris. MS : *Cum ecclesia nostra in parte anteriori qua ægri et morbo, qui Beatæ Mariæ nuncupatur vulgariter, laborantes ac angustias alias patientes reponi consueverint etc.* Alia ejusd. ann. ibid. : *Cum... statuerimus sex lampades ardentes singulis noctibus perpetuo in ecclesia Parisiensi, ubi infirmi qui morbo, qui Ignis sacer vocatur, in ecclesia laborantes consueverunt reponi etc.* Vide Miracula S. Ludov. episc. Tolos. tom. 3. Aug. pag. 820. col. 1. [** et Murator. Antiq. Ital. med. ævi tom. 1. col. 911.]

¶ Ignis Divinus, Ignis sacer. Chronicon Andrense tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 411 : *Eodem anno* (1129.) *plaga Ignis Divini Carnotum, Parisius, Suessionem... et alia multa loca mirabiliter pervadit, sed mirabilius per S. Dei Genitricem Mariam extinguitur. Juvenes etenim, senes cum junioribus, virgines etiam teneræ in pedibus, in manibus, in mamillis, et quod gravius est in genis exuruntur et celeriter extinguntur.*

* Hinc *Feus-Dieu* appellantur, qui eo morbo laborant, in Charta Guil. de Haricuria ann. 1317. ex Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 122 : *Après Prime chantée, messe à note pour les Feus-Dieu.* Vide infra *Ignis Judicialis.*

Ignis Silvester, Ignis sacer, ἐρυσιπέλας, nostris *Feu sauvage*. Rogerius Episcop. Abellinensis in Historia Translat. S. Modestini et sociorum cap. 2. n. 9 : *Brachii nimia laborans infirmitate, quæ vulgo Ignis Silvester dicitur.* Ademarus Cabanensis in Abbatibus S. Martialis Lemovicens. pag. 272 : *Hujus Principatu plaga Ignis super corpora Aquitanorum desæviit, et mortui sunt plus 40. millia hominum ab eadem pestilentia.* Vide Agobardum in Epist. ad Bartholomæum, et supra vocem *Ardentes.*

¶ Ignis Gehennæ, Eadem notione, in Vita S. Eleutherii Episc. Tornac. n. 19.

* Ignis S. Firmini, Morbi genus, idem qui *Ignis sacer.* Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 217 : *Quædam infirmitas, vocata Ignis sancti Firmini Ambianensis, in pluribus partibus corporis ejusdem Johannis supervenit.* Aliæ ann. 1382. in Reg. 121. ch. 121 : *Icellui Cote de fer... acoucha malade d'une bosse et épidimie, et aussi d'une autre maladie, appellée le Feu saint Firmin, parquoy il fut porté en l'église de Nostre Dame d'Amiens, si comme en tel cas est accoustumé.* Vide infra *Morbus Ambianensis.*

Ignis Inferni dictus, qui vulgo Sacer, seu *Erpeta.* Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 6 : *Eodem tempore illa ignea pestilentia divino judicio nimis ipsam provinciam oppresserat, qua plurimorum pedes invisibili igne, qui Ignis Inferni vocabatur, publice comburi videbantur.*

¶ Ignis Infernalis, Eadem notione. Instrumentum MS. ann. 1482 : *Alius in posteriori parte morbo illo horribili qui dicitur Ignis infernalis comburebatur... Quisquis contagio infirmitatis illius quæ dicitur Ignis infernalis fuerit contaminatus, cerei ceram superfluentem in aqua distillet, et lesura ignis aqua aspergatur, cito extinguitur.* Chron. Mellicens. pag. 90 : *Nam tibia cum pede protinus conjuncta nigredine quadam intumescens, nullo medicorum potuit cataplasmate sedari, quin Igni quem Infernalem vocant, tumori admixto intolerabiliter cruciaretur.*

¶ Ignis Persicus, Eodem significatu. Acta S. Dympnæ Virg. et Mart. tom. 3. Maii pag 488 : *Est morbus hic tabificus, sub extenta livente cute carnem ab ossibus separans et consumens, et mora temporis augmenta doloris capiens et ardoris, per singula momenta cogit miseros mori, sed desiderantibus mortem non advenit, donec depastis artubus ignis ille sacer et pestifer invadat membra vitalia.... Habet ignis ille apud archiatros plura nomina; dicitur quippe Ignis sacer, Ignis Persicus et Ignis Infernalis, et est qui Ester dicitur Græco eloquio.*

* Ignis Judicialis, Morbi teterrimi genus, quod sic describunt Miracula S. Corn. tom. 4. Sept. pag. 774. col. 2 : *Quodam tempore plaga Ignis judicialis, Dei, ut credo, justo judicio contigit in provincia nostra, ita ut multi, membris amissis, alios, ne talia paterentur, formidare facerent. Hic quippe vastator Ignis putridas carnes, et ad omnium nauseam fœtentes, etiam cum ossibus paulatim consumit, et non humana, sed divina medicina compescitur.* Vide *Ignis Infernalis.*

Ignis Subcutaneus, sic leg. pro *igneus*, in Chronico Gaufredi Vosiensis parte 1. cap. 27. idem qui *sacer. Subtercutaneus morbus*, apud Aurel. Victor. in Epit. in Adriano.

¶ Ignis B. Mariæ, Morbi genus, qui sub Johanne Franc. Rege desæviit. Regestum Chartophylacii Regii num. 81. sign. 13 : *Dictus Persil habebat Ignem Beatæ Mariæ in lingua sua et gutture suo.... ex igne prædicto expiravit.*

* Lit remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 460 : *Fx quodam accidenti Igne B. Mariæ per tibias percussus fuit, ex quo mors fuit subsequta.*

¶ Ignis S. Ambrosii. Caffari Annales Genuens lib. 1. apud Murator. tom. 6. col. 255 : *Clavarii, Scribani, Cancellarius pro utilitate reipublicæ in hoc consulatu primitus ordinati fuerunt : et Ignis S. Ambrosii in hoc consulatu fuit anno Domini* MCXXII.

¶ Ignis Volatilis, Haud scio an idem qui nostris *Feu volage*, Impetigo, lichen, Gall. *Dartre.* Vita B. Humilianæ tom. 4. Maii pag. 397 : *Sicut cum recessisti a me, nunquam illi et lateris dolorem sensi... Infirmitas illa vulgo Papici vocabatur, alio item vocabulo Ignis volatilis, alio modo Gutta salsa nominatur.*

¶ Ignis Agrestis. Vide in *Ampullæ.*

¶ Ignis Pennatius, Materia ignita tormentis et machinis bellicis in castella et hostes immissa. Vide *Pennatius ignis.*

Ignis Silvaticus. Simeon Dunelmensis, Florentius Wigorniensis, et alii anno 1048 : *Ignis aereus, vulgo dictus Silvaticus... villas et segetes multas ustulavit.*

Ignis Fricatus, Pagana superstitio. Vide *Nodfyr*, et *Nedfri.*

¶ Ignis, pro *Incendium.* Regimina Paduæ ad ann. 1291. apud Murator. tom. 8. col. 426 : *Hoc anno fuit Ignis ad pontem Corbum, et fuerunt extimata bona, et soluta datia mensis Madii.*

¶ Ignis, Jus cognoscendi de incendio. Charta Henrici I. Regis Angliæ ex Histor. MS. Monast. Beccens. pag. 36 : *Habeant in tota parochia Becci omnes regias libertates, murdrum, mortem hominis, plagam mehaim, sanguinem, aquam et Ignem.*

¶ Ignis, Dies. Martyrologium Wandalberti tom. 5. Spicileg. Acher. pag. 346 :

> .... Hæc fulget tricenis Iguibus unda ;
> Hunc hyemis verisque tenent confinia mensem.

Ignis Incensio. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 12. ubi de testibus : *Tamen si postea venerit* (is, contra quem testes adducuntur,) *et poterit probare, quod legitima causa fuit impeditus, quod non potuit venire ad diem prædictam, quia non potuit aquam transire, etc. non habeatur pro victo, sed detur sibi dies altera ad recipiendos testes, et tunc vocatio adversarii, et incensio Ignis non habeat locum.*

Ignis Judicium purgationibus vulgaribus accensetur : quo scilicet, manu in ignem immissa, innocentiam suam quis tueri tenebatur. Lex Ripuar. tit. 30. § 1 : *Quod si servus in Ignem manum miserit, et læsam tulerit, dominus ejus, sicut Lex continet, de furto servi culpabilis judicetur.* Tit. 31. § 5 : *Quod si in provincia Ripuaria juratores invenire non poterit, ad Ignem, seu ad sortem se excusare studeat.* Hugo Flaviniac. in Chron. pag. 244 : *Firmantiam autem hanc ita fuisse oblatam affirmare voluerunt, ut judicatum fuisset etiam per Ignis aut aquæ judicium.* Charta Balduini Comitis Flandriæ pro Gerardimontensibus, apud Miræum in Diplomat. Belgic. pag. 352 : *Nemo cogatur inire duellum, vel subire Judicium Ignis et aquæ.* Ita perinde *Judicium Ignis et aquæ*, in Diplomate Henrici III. Regis Angl. quod descripsit Seldenus ad Eadmerum, ut et Spelmannus in Gloss. *Ingitum Judicium*, in veteri Charta. *Igneum Judicium*, in Tabulario S. Albini Andegav. : *Probationem per Igneum Judicium oltulit.* Sed vereor, ne hæc postrema ad purgationem per *ferrum candens* pertineant, cum istiusmodi ignis judicii alibi vix mentio habeatur. Vide *Ferrum Candens.* Matth. Westmon. ann. 1250 : *Prohibitum est Judicium, quod fieri consuevit per Ignem et per aquam.* Pro *examinatione Ignis et aquæ*, pecuniam extorquere Sacerdotes vetantur in Appendice ad Concilium Lateranense III. parte 2. can. 3. 11. [** Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 912. sqq.]

Interdum etiam per rogum accensum transeuntes illæsos, innocentiam suam, aut rei, quam asserebant, veritatem, probasse legimus : licet id generis judicii, ut et *ignis*, inter receptas purgationes vulgares raro legatur; quædam tamen istius pro-

Digitized by Google

ferunt exempla Cedrenus ann. 16. Zenonis, Victor III. PP. lib. 3. Dialog. pag. 98. de B. Petro, inde *Igneo* appellato, postmodum Cardinale Albanense, et ex eo Baron. ann. 1063. Bosius, Ughellus, et alii : Fulcherius Carnot. lib. 1. Hist. Hierosol. cap. 10. Landulphus de S. Paulo in Chronico Mediol. cap. 10. etc. Vide præterea Pachymerem lib. 7. cap. 22. et Baron. ann. 1063. num. 31. 42.

☞ Triduanum jejunium aliquando ejusmodi judicio præivisse, quo habitu vestitus reus, quave ratione rogum disponebant, docet Radulfus in gestis Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 179 : *Unde placuit summis procerum, ut qui erroris initium fuerat, ipse litem finiret, Ignito argumento rei dubiæ fidem facturus. Accito itaque in concilium Petro, adjudicantur novem passus hinc inde flammantium medii spinarum, quatenus hac examinatione aut illæsi vera probetur inventio, aut falsa ustulati. Datur jejunio triduum, legitime orandi vigilandique induciæ : sic disceditur ; at mox postridie iterum convenitur. Flammascunt ordine gemino spinæ, Petrus tunica et braccis velatus, nudus cetera per medium graditur, in exitu ambustus cadit, postridie expirat.*

Ignis judicio probatæ reliquiæ, veræne essent, an supposititicæ. Chronicon Andrense pag. 342 : *Comitem ad hoc induxit, ut per Ignis judicium sanctum famulæ Dei corpus examinaretur.* Complura ejusmodi examinationis reliquiarum exempla habent Scriptores, Leo Ost. lib. 2. cap. 34. Adamnanus de Locis Sanctis, cap. 10. Matth. Westmonast. ann. 1065. Rodericus Tolet. de Reb. Hispan. lib. 6. cap. 26. Hariulfus lib. 4. cap. 20. Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. ult. Hist. Fundationis Prioratus Stonensis in Anglia tom. 2. Monast. Angl. pag. 125. Hugo Flaviniac. in Chronico pag. 258. Galferus in Vita S. Secundi Episcopi n. 9. Theodericus de Inventione sancti Celsi n. 22. Hist. Inventionis S. Prisci apud Ughellum tom. 8. pag. 424. Merlotus in Metrop. Remensi tom. 1. pag. 626. et alii, quos laudat Ferrandus in Disquisit. Reliquiarum.

IGNITA. Regula S. Tetradii Presb. cap. 26 : *Hæc licet minus idonei bellatores arma vobis spiritualia contra Ignitas Diaboli providemus.* Ubi *Ignitæ* Diaboli sagittæ intelliguntur.

¶ **IGNITABULUM**, *Ignis receptaculum.* Festus. Onomast. : *Ignitabulum*, πυρεῖον, quod latius patet ut etiam igniarium significet. Gloss. : *Ignitabulum*, δαδὸς ῥαβδίον πυροσχόφον. Carolus de Aquino in Lexico Militari *Ignitabulum* exponit lignum duplex, quorum alterum levius et rarius substernebatur, atque ab alio duriore, et in terebræ formam facto, tamdiu perforabatur, donec excitato calore ignem eliceret. Hac voce usi sunt Solinus cap. 18. et Macrobius lib. 2. Saturn. cap. 8.

IGNITEGIUM, Hora, qua oppidorum incolæ intra ædes suas se recipere, nocte adveniente, et ignem suum tegere coguntur, campanæ, quæ inde *Curfu-bell* appellata, sono indicata, ut furtis nocturnis caveretur : nostris *Couvre-feu*. Id autem a Willelmo Notho Rege Anglorum primo inductum aiunt. Leges Burgorum Scoticor. cap. 86 : *Quando pulsatur Ignitegium.* Statuta Leichefeldensis Ecclesiæ in Anglia : *Est autem Ignitegium qualibet nocte per annum pulsandum hora septima post meridiem, exceptis illis festis, quibus Matutinæ dicuntur post Completorium, in quibus Ignitegium ex consuetudine non pulsatur.* [Statuta Massil. lib. 5. cap. 4 : *Statuimus hac præsenti constitutione perpetuo observandum, quod nullus de cætero vadat per civitatem Massiliæ, vel suburbia civitatis contigua de nocte, ex quo campana quæ dicitur Salvaterra, sonata fuerit, sine lumine.*] Arresta O. SS. ann. 1282. in Regesto Parlamenti B. fol. 96 : *De nocte, post pulsationem campanæ ad Ignitegium, etc.* Charta Joannis electi Archiepisc. Upsalensis ann. 1291 : *Statuimus, ut nullus extra domum post Ignitegium seu Coverfu exeat, etc.* Thomas Walsinghamus ann. 1311 : *Ante horam nonam Ignitegii visum est fulgur horribile. Hora Ignitegii*, in Tabul. 1. Eccl. Bellovac. apud Louvet. tom. 2. pag. 475. [*Ignitegium B. Mariæ*, seu *Ecclesiæ Parisiensis*, apud Lobinell. in Glossar. Hist. Paris. tom. 3.] Le Roman *du Renard* :

Si oirent Cueuvrefeu sonner.

Statutum ann. 1291 : *Nul ne traite vin, puis que Cueuvrefeu sera sonnez.* Vide Gesta Guillelmi Majoris Episc. Andeg. cap. 20. Continuatorem Nangii ann. 1358. et Steph. Paschasium in Disquisit. Francic. pag. 391. 2. Edit. Instituit postmodum Joannes XXII. PP. ut ad pulsationem ignitegii ter *Ave Maria* diceretur, quod etiamnum obtinet. Concilium Senonense ann. 1347. cap. 13 : *Præcipimus, quod observetur inviolabiliter ordinatio facta per S. M. Joannem PP. XXII. de dicendo ter* Ave Maria *tempore, seu hora Ignitegii.* [Statuta Synodalia Simonis Episc. Nannet. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 962 : *Item, præcipimus, ut ipsi faciant hora consueta pulsari campanas in ecclesiis suis ad Ignitegium, Gallice* Couvrefeu, *et præcipiant parochianis ad pulsationem hujusmodi dicere genibus flexis verbum salutationis ab Angelo gloriosæ Virgini Mariæ* Ave Maria : *et ex hoc lucrantur decem dies indulgentiæ.* Vide *Angelus.*]

* *Carrefeu*, in Stat. ann. 1363. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 668. pro *Cerrefeu*, ut legitur in Stat. ann. 1403. tom. 8. earumd. Ordinat. pag. 601. art. 14. *Quevrefeu*, in Consuet. Bitur. apud Thaumasser. pag. 338.

PYRITEGIUM, Eadem notione, in Vitis Abbatum S. Albani : *Non tamen ultra Pyritegium hora loquendi protrahatur. Couvrefeu*, nostris passim. Charta Caroli Regis Franc. ann. 1367. pro Servientibus Gueti Paris. : *Et s'en iront faire leur devoir par la Ville jusques à l'heure du Cuevrefeu nostre Dame de Paris, à laquelle heure ils s'en retourneront audit Chastelet.* Vide *Piritegium.*

* **IGNITONITUS**, f. pro *Ignitosus*, Ignitus. Chron. Angl. Th. *Otterbourne* edit. Hearn. pag. 113 : *Circa festum beati Mathæi Evangelistæ cum veru Ignitonitus celanda confossus, ignominiose interemptus est.*

* **IGNIVOMUS**, Ignem evomens. *Ardeat Ignivoma flamma Judæ et Pilati*, in Chartul. S. Vict. Massil.

IGNITOSUS, Ignitus, vel ignem evomens, apud Adamnanum lib. 3. de Locis SS. cap. 6.

IGNOMINIARE, Ignominia afficere. Landulphus de S. Paulo in Chronico Mediolanensi cap. 40 : *Nulla guerra Mediolanenses Ignominiavit.*

* **IGNOMINIOSITAS**, Ignominia. Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 342 : *Dictus maritus animadvertens Ignominiositates, injurias et difamias, quas facto ipsius mulieris passus fuerat, etc.*

IGNOMINIUM, pro *Ignominia.* Papias : *Ignominium dictum, eo quod desinat habere nomen is, qui in aliquo crimine deprehenditur, quasi sine nomine.* Commodianus Instruct. 19 :

Non Ignominium est virum seduci prudentem.

¶ **IGNOS**, ἀγνωςός, *Ignotus.* Supplem. Antiquarii. In aliis Glossis habetur, *Ignos*, γνωςις, sed legendum ἀγνωςός. In Sangerman. *Ignus*, pro *Ignos.*

IGNOSCE, Formula loquendi Monachis olim familiaris, quomodo etiamnum viget apud nostros, *Pardonnez-moi.* Pelagius libello 15. n. 20 : *Quando Abbas Theodorus cum Fratribus manducabat, accipiebant calices cum reverentia et taciturnitate, nec dicebant, sicut mos est, Ignosce.* Συγχώρτσον, apud Sozomenum lib. 8. cap. 17. Occurrit crebrius in Vitis Patrum. Vide Gl. med. Græcit. in Συγχώρτσον, col. 1474. c.

* **IGNOSCENTIA**, Innocentia. Lit. remiss. ann. 1334. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 236 : *Idem clericus asserebat se inculpabilem penitus et insontem, et purgare volebat super et de præmissis suam Ignoscentiam coram nobis, et se reddere penitus innocentem.*

¶ **IGNOTESCERE**, pro *Innotescere.* Chartular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 901 : *Ignotescat hanc cartulam inspecturis, quod ego Ricardus Orionț, etc.*

* Unde *Ignoticion*, Cognitio, notitia, vulgo *Connoissance.* Lit. ballivi Constant. ann. 1327. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 133 : *Mes pour ce que plait et riote et Ignoticion des faits, de la vérité et de la saisine peussent nestre et estre engendrez ou temps avenir, etc.*

¶ **IGNUS**. Vide *Ignos.*

IGULUS. Epistola Eginhardi 26. sic clauditur : *Bene vale. Igulorum amantissime. Sic optet Igulus tuus vetulus et infirmus.* Ubi nescio quis : *Igulus, videtur esse amicus obsequens.* Vide, annon legendum sit *igalus*, pro *æqualis* : nam Franci nostri superioris ævi *igal*, pro *égal* dicebant, *æquales* autem Latinis, socii ejusdem ferme ætatis dicuntur.

¶ **IGUMENARCHIUM**. Vide *Hegumeni.*

¶ **IHERATICUS**, pro *Hieratitus*, ab ἱερατικός, Sacerdotalis. *Episcopi et Iheratici*, id est, Sacerdotes, apud Murator. tom. 3. pag. 139. col. 2.

¶ **IHEROCHOMIUM**, mendose pro *Gerocomium*, Locus ubi senes aluntur, in Actis SS. Februarii tom. 2. pag. 539. Vide *Gerocomium.*

IKENILD-STREAT. Vide *Erminstreat.*

Digitized by Google

* **ILA**, *Becken-hube*, in Twingeri Vocabulario Lat. Germ. MS.

* **ILBERNUS**, Vestimenti genus. Vide supra *Berniscrist.*

¶ **ILIA**, f. Insula, Gall. *Isle.* Diploma an. circiter 1000. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 356 : *Et ipse alodis habet terminos in fluvio quem dicunt Welena, et pergit per ipsum rametalem, qui est ultra ipsam salam et pervenit ad ipsam Iliam, etc.*

* **ILINIRE**, pro Illinere. Stat. crimin. Saonæ cap. 50. pag. 104 : *Qui vero auro vel argento quidpiam æris monetati Ilinierit animo expendendi,... plectatur corpore.*

ILL. cum linea transversa, in antiquis MSS. crebro reperitur, loco nominis proprii, pro *ille* vel *illa*, ut ex Formulis Marculphi, et veteribus aliis Codicibus patet. Vide Itinerarium S. Willibaldi num. 25. Literis istis successit postmodum litera N. qua nomen etiam proprium designabant : quod inductum videtur circa annum Christi millesimum, ut observat Menardus ad libr. Sacrament. Gregorii.

¶ **ILLA**, σκώληξ κλίνης, in Glossis. ιούλη est Vermis, sed proprie nascens in corpore ex putredine.

* **ILLÆSO**, Adverbialiter usurpari videtur in Libert. Vienn. ann. 1361. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 430. art. 3 : *Procurator domini pro jure et interesse ecclesiæ et civitatis Illæso servando, requirere graciose valat* (f. velit) *cives et incolas.*

ILLALDIONES, [Species servorum.] Vide *Aldius.*

¶ **ILLAPSARE**, Illabi, inclinari, verbum ab *Illapsus* effictum. Sallas Malaspinæ de rebus Siculis apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 336 : *Sicque affectu thesaurizandi forsitan ardens manus ad exactiones Illapsat, et flagore concupiscentiæ inexplicabilis necessario tyrannisat.*

¶ **ILLARIA**, quasi *Hilaria*, ab *Hilaris*, Festivitas. *Benedictio agni in Illaria Paschæ. Domine J. C. qui per Moysen famulum tuum etc.* apud Marten. de antiqua Eccl. Discipl. pag. 465.

¶ **ILLARIDARE**, Larido suffigere, apud Apicium. *Enlarder* nostris, Verubus figere, *Embrocher.* Le Roman *de la Rose* MS. :

Tout vif me face l'Enlarder,
Se jamais hons vivans y entre.

1. **ILLATIO**, in Missa Mozarabica, est id, quod in Missa Romana *Præfationem* vocant, quæ in singulis Missis propria est.

¶ 2. **ILLATIO**, Donum, munus, tributum. Senator. lib. 1. Epist. 16 : *Sensimus auctas Illationes : vos addita tributa nescitis.* Index veterum Canonum inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 37. col. 2 : *Ut nulla prædia (præmia) vel Illationes de baptizandis consignandisque fidelibus exigantur.* Concil. Tolet. VII. can. 4 : *Non amplius quam duos solidos unusquisque Episcoporum præfatæ provinciæ Galliæ per singulas diœcesis suæ Basilicas juxta synodum Bracharensem annua Illatione sibi expetat inferri.* Concilium Braccarense III. hic laudatum habet can. 2 : *Placuit, ut nullus Episcoporum, cum per diœceses suas ambulant, præter honorem cathedræ suæ, id est, duos solidos, aliquid aliud per Ecclesias tollat.* Vide *Inlatum* et *Cathedraticum.*

¶ **ILLATOR**, Calumniator, qui alicui infert crimina, delator. Ratherius de contemtu Canonum tom. 2. Spicil. Acher. pag. 198 : *At si parvipensa tantorum taliumque authoritate, vi publica expellor, intersit Illatoris.*

* **ILLATUM**, Vulnus, plaga. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Illatum, plaie.*

¶ **ILLECEBRARE**, *Illecebris attrahere.* Johanni de Janua. Vide *Inlecebrare.*

¶ **ILLECEBRITAS**, pro Illecebræ. Conjectura Cardinalis de Cusa de novissimis diebus : *Persequutionem patietur spiritus rigoris Heliæ in primoribus ipsis prædicatoribus, uti in Johanne; quoniam Illecebritas fornicaria hujus mundi, quæ fuit causa necis Johannis, non patietur illos vivere.*

ILLEGALIS, Extra *Legem* positus, *Exlex, bannitus, proscriptus*, cui legi ac juri stare non licet. Speculum Saxonicum lib. 2. art. 71. § 1 : *Quicumque contra edictum et adversus ea fecerint, sicut Illegales et banniti judicentur.* Lib. 3. art. 34. § 1 : *A judice proscriptus, et in bannum Regis, seu Illegalitatem inductus.* § 3. *Denuntietur Illegalis et bannitus.* Adde Jus feudale Saxon. cap. 37. § 1. [Diploma Ottonis I. Imper. ann. 966. apud Tolnerum Hist. Palat. pag. 18 : *Qui illud hactenus possidere visi sunt, exhæredes et Inlegales sunt adjudicati.*] Vide *Exlex*, [** et Haltaus. Glossar. German. col. 1527. voce *Rechtlos.*]

ILLEGIARE. Vide *Inlegiare.*

* **ILLEGIBILIS**, Qui legi non potest. Inventar. ann. 1366. MS : *Item quidam rotulus de cortificibus* (corticibus) *arboris scriptus litteris quasi Illegibilibus, etc.*

* **ILLEGITIMATIO**, **ILLEGITIMITAS**, Filii non legitimi conditio. Lit. legitimat. ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 40 : *Ita quod de sua nativitate vel Illegitimatione in quocumque actu... teneatur quomodolibet facere mentionem.* Paulo ante : *Illegitimitas. Inlégitisme* vero, pro Concubina, in Lit. remiss. ann. 1402. ex Reg. 157. ch. 356 : *Et y survint Symon Douchet et Ysabel Brouguarde sa concubine et Inlégitisme.*

ILLETABILE, *Immortale*, Papiæ.

* **ILLETGIARE**, Pacto firmare, sacramento ligare. Charta ex Tabul. Flamar. : *Cum dominio et acaptamento prædictis præfati venditores michi presbitero assignarunt, assituarunt et Illetgiaverunt, et jus et servitutem michi dicto presbitero et meis perpetuo imposuerunt in et super omnibus bonis et rebus suis.* Vide *Inligare.*

* **ILLETUS**, dimin. ab Ilex, quercus viridis, vel Ilicetum. Charta ann. 1283. ex Bibl. reg. : *Decem solidi Turonenses, siti super unam vergetam terræ... haboutantem ad Illetos d'Anout.*

* **ILLEUS**, Avis species. Bestiar. MS. :

D'un oisel oés, ainc ne fu deus,
Qui en Latin a non Illeus ;
Sen non ne sai en Roumans mie.

* **ILLEX**, Sine lege. Adalber. Carmen tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 70 :

Grammaticus simplex, nedum dialecticus Illex,
Valde recordaris studiorum pauca priorum.

¶ **ILLIBABILIS**, Qui corrumpi non potest, aut contaminari. Lactant. lib. 2. Instit. cap. 7 : *Illibabilis est* (sapientia) *tanquam lux.*

¶ **ILLIBARE**, Imbuere, instruere, ornare. Vita B. Notkeri Balbuli tom. 1. April. pag. 594 : *Confidenter præsumebat de Spiritu, qui eum ab infantia suis charismatibus Illibaverat.*

ILLIBER, ἀνελεύτερος, in Glossar. Græc. Lat. MS. Editum *Inliberalis* præfert.

* **ILLIBERE**, Cum coactu. Sentent. episc. Cracov. ann. 1369. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 101 : *Insuper volumus quod columbatio Illibere per rectores ecclesiarum a suis parochianis non exigatur de cætero; sed quod quisque sponte petenti dare voluerit, cum gratiarum actionibus tolli debet.* Vide mox *Illibertare.*

¶ **ILLIBERIS**, ἄτεκνος, Carens liberis, apud Tertullianum adv. Marcion. lib. 4. cap. 34 : *Si frater Illiberis decesserit.*

ILLIBERTARE, quasi libertatem auferre. Nicolaus Clemangis lib. de Annatis non solvendis : *Per tales appellationes et oppositiones volentes impedire et Illibertare dicentes vota sua, etc.* Galli dicerent : *Voulans empêcher et oster la liberté à ceux, qui exposent leurs demandes, etc.*

* Unde *Illibertatio*, Privatio libertatis. Stat. ann. 1505. inter easd. Leg. Polon. pag. 307 : *Terrigenis Cujavitis conquerentibus nobis, quia per oppidanos Bidgostienses nostros Illibertaventur, etc. Quia istud facerent.... in Illibertationem nobilium, idcirco statuimus quod Bidgostiæ sit nobilibus libera frumentorum vendicio et deductio.* Vide *Illibertas.*

¶ **ILLIBERTAS**, Privatio libertatis, servitus. Charta anni 1419. apud Rymer. tom. 9. pag. 790 : *Quæ quidem petitio, sic respiciens jus quod oriri poterat in futurum, omnino irrationabilis esse dinoscitur, eam continens Illibertatem, cuivis hominum dinoscitur subjacere.* Vide *Illibertare.*

¶ **ILLICENTIATUS**, Non obtenta licentia seu venia. Concil. Pisanum tom. 6. Spicil. Acher. pag. 313 : *Non expectato responso Illicentiati recesserunt.* Occurrit apud Rymer. tom. 10. pag. 414. et tom. 11. pag. 339. et infra in *Licentia.*

¶ **ILLICIBILIS**, Qui illicit. *Illicibilis voluptas*, apud Lactantium.

¶ **ILLICITATOR**, Qui tentat vel agit illicita. Decretum Flavii Ervigii Regis pro Concil. Tolet. XII. : *Nullus temerator hæc decreta subvertat, nemo Illicitator vel contemptor vigorem his institutionibus subtrahet* (subtrahat.)

¶ **ILLICUS**, Subitaneus. Miracula B. Wernheri Mart. tom. 2. April. pag. 726 : *Cum ipse... Illicam sanationem de puncto mortis susceperit.*

* **ILLIMARE**, Lima radere. Acta S. Heler. tom. 4. Jul. pag. 150. col. 1 : *In fundo quarum* (fossarum) *erant lapilluli minuti et asperrimi, qui basibus illius et plantis in tantum Illimabant, ut rupta cute aliquando guttæ nigerrimi sanguinis, aliquando vero minutim putrida caro et tabida caries intabescerent.*

* [**ILLIMINARE**, Pingere, coloribus adumbrare, Gall. *Enluminer.* Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Unum librum,... vulgariter vocatum lo Libre de l'Arbre de vatalhas, in pluribus partibus Illiminatum auri.* Vide *Illuminare* 3.

¶ **ILLINGUIS**, *Mutus*, Papiæ pro *Elinguis.*

Digitized by Google

* **ILLION**, Parva insula. Charta feud. nobil. Castil. Domb. ann. 1463 : *Super quodam Illion existente in prato prope molendinum, in angulo sive cadro prati, prope planchias d'Epey.*

¶ **ILLIQUIRI.** Vide *Inliquiri.*

* **ILLOCALIS**, Qui loco non est circumscriptus; unde *Illocaliter*, non circumscripte. Charta Ebbon. fundat. monast. Dolens. ann. 927. ex Chartul. ejusd. monast. : *Quamvis... nullus sapientum ambigat Dominum ac Redemptorem nostrum omnia mundi spatia, cum nusquam sit Illocalis Illocaliter adimplendo continere et continendo adimplere, etc.* Vide *Localitas.*

* **ILLOMIUS**, Idoneus, legitimus, vel sacramento ligatus. Charta Edm. abb. de Ripat. ann. 1327. in Chartul. Arremar. ch. 7 : *Dicta molendina, sive aquæductus prædictus, erunt per carpentarios terræ Illomios et alios probos viros, ad hoc per nos et ipsos religiosos monasterii Arremarensis electos, communiter metata et fideliter livelata.* Vide supra *Illetgiare.*

* **ILLOSUS**, *Pieno de fraude.* Glossar. Lat. Ital. MS.

* **ILLUEUM**, *L'anima che a pena*, in eod. Glossar.

1. **ILLUMINARE**, *Baptizare*, Græcis φωτίζειν. *Illuminati*, φωτιζόμενοι. S. Paulus ad Hebræos cap. 10 : *Rememoramini autem pristinos dies, in quibus Illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum.* Acta S. Susannæ : *Adjuro te, Domine mi, per ipsum quem Illuminasti, fratrem nostrum Claudium, ne me tardes Illuminare, etc.* Anastasius Bibl. in Hist. Eccl. : *At Imperator cum gaudio illo suscepto, Illuminavit eum, et filium appellavit.* Ubi Theophanes : ἐφώτισεν αὐτόν. Justinus Martyr Apol. 2 : Καλεῖται δὲ τοῦτο τὸ λουτρὸν φωτισμός, ὡς φωτιζομένων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μανθανόντων. Concilium Laodic. can. 3 : Περὶ τοῦ μὴδεῖν πρόσφατον φωτισθέντας προσάγεσθαι ἐν τάγματι ἱερατικῷ. Hinc in Baptismi ritibus post indutam vestem candidam, adeptæ sanctitatis et innocentiæ testem, cereus accensus, seu, ut habet Durandus in Rationali lib. 6. cap. 81. n. 10. *illuminatus*, in signum fidei acceptæque gratiæ, ut est apud Gregor. Nazianzenum orat. 41. quæ est de Baptismo, et Cyrillum Hieros. in Procatechesi, et Catech. 1. de quo more etiam alii, Gregor. Turon. lib. 5. Histor. cap. 11. Fortunatus lib. 4. Poem. Amalarius, Ivo Carnotensis, Hugo de S. Victore, etc. [** Vide Glossar. med. Græcit. col. 1719.]

¶ **Domus Venerandæ Illuminationis**, Baptisterium, seu locus ubi *illuminatur* et baptizatur, in Vita S. Marciani Presbyteri, tom. 1. Januarii pag. 612.

¶ 2. **ILLUMINARE**, Accendere, Gall. *Allumer.* Guido Discipl. Farfensis cap. 21 : *In coquina frater qui primus venerit diluculo, quamdiu solus fuerit, nihil aliud gerere poterit, nisi focum Illuminare.* Bernard. Mon. Ord. Cluniac. part. 1. cap. 46 : *Venientes in coquinam ignem accendunt, candelas duas aut unam a secretario datas illuminant. Cum torchtis cereis Illuminatis*, in Charta ann. 1398. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 227.

3. **ILLUMINARE**, Pingere, coloribus adumbrare, *Enluminer.* Alcuinus Epist. 1 : *Quosdam stellarum ordine, ceu picto cujuslibet magnæ domus culmine Inluminari gestio.* Guigo Prior Carthusiæ lib. de Quadripertito exercitio Cellæ cap. 36 : *Libris utique vel præparandis, vel conficiendis, vel ligandis, vel emendandis, vel ornandis, vel Illuminandis, vel intitulandis, vel iis, quæ ad ista pertinent, ordinandis, faciendis et perficiendis intendere debet.* Vitæ Abbatum S. Albani : *Librum non scribant, nec Illuminent.* Ibidem : *Missale auro Illuminatum.* Bromptonus ann. 1076 : *Ita ut ipse Episcopus libros scribere, Illuminare, et ligare non fastidiret.* Chronicon Trudonense lib. 8. pag. 441 : *Graduale unum propria manu formavit, purgavit, punxit, sulcavit, scripsit, Illuminavit, musiceque notavit syllabatim.* [Testam. Henrici Archiep. Ebredun. inter Instrum. tom. 3. novæ Gall. Christ. col. 180 : *Bibliam quam emi Paristus sine glossillis et sine postillis, Illuminatam auro et azuro in uno volumine, Ordini Prædicatorum lego. Missale bene Illuminatum*, in Charta ann. 1377. ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Diœcesis Massil.]

* 4. **ILLUMINARE Famam**, Existimationem reconciliare, Gall. *Rétablir sa reputation.* Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 490 : *Cum idem clericus esset penitus innocens de præmissis, ad Illuminandam famam suam et ut sciretur veritas de innocentia sua, etc.*

* 5. **ILLUMINARE**, subst. Candelæ, lucernæ ecclesiarum, Gall. *Luminaire.* Charta ann. 1006. apud Lamium in Delic. erud. inter not. ad Hodoepor. Charit. part. 3. pag. 888 : *In ipsa sancta ecclesia dies noctuque missas et orationes, incensum et Illuminaria, et officium Dei, et ordo sancti Benedicti semper studere et peragere debeant.* Vide *Luminare.*

* **ILLUMINATI**, Hæretici recentiores in Hispania, de quibus in Actis S. Ignat. tom. 7. Jul. pag. 646. Vide alia notione in *Illuminare* 1.

¶ 1. **ILLUMINATIO**, Illustratio, Gall. *Enluminure.* Martenius Itiner. tom. 2. pag. 149. docet duos codices MSS. sacrorum Bibliorum in Stabulensi Monasterio asservari, ad quorum calcem habetur : *Codices hi ambo quia continuatim et tamen morosius scripti sunt per annos ferme IIII. in omni sua procuratione hoc est, scriptura, Illuminatione, ligatura uno eodemque anno perfecti sunt ambo; licet hic posterior, qui est anterior, et ipse est annus ab Incarn. Domini MXCVII. Indict. V. Henrico IIII. Imperante.* Eadem notione occurrit apud Goulettum in Compendio Jurium Universit. Paris. fol. 7. Vide alia notione in *Illuminare* 1.

* 2. **ILLUMINATIO**, Baptismus, Gr. φωτισμός. Acta S. Gratil. tom. 2. Aug. pag. 729. col. 1 : *Et tunc obtulit ei beata Felicissima urceum cum aqua per Illuminationem suam : et baptizavit eam, astante matre sua.* Vide *Illuminare* 1.

ILLUMINATOR, Aurarius pictor, qui libros variis figuris, iisque aureis condecorat, Gall. *Enlumineur.* Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 480 : *Præcipuusque scriptor, et librorum Illuminator.* [Diploma ann. 1386. apud Tolnerum in Probat. Histor. Palatinæ pag. 146 : *Concedimus per præsentes ut universi servientes* (Academiæ Heidelberg.) *sui videlicet bedelli, librarii, stationarii, pergamenarii, scriptores, Illuminatores, et alii famulantes eidem... libertatibus gaudeant.* Occurrit etiam apud Goulettum in Compendio Jurium Universitatis Paris. fol. 11. et alibi.]

ILLUSIO. Usus antiqui Cisterciensis cap. 97 : *Si et iste non aderit, frater, quamvis Illusionem passus, hoc faciat.* Cap. 90 : *Missas solennes debet cantare, etiamsi nocturno somnio Illusus fuerit.* Nomocanon, nuper editus a Cotelerio cap. 117. Ἱερεὺς μέλλων λειτουργῆσαι, ἐὰν πίσῃ εἰς ῥεῦσιν, etc. [Vide Constitut. Apost. lib. 6. cap. 26. Dionysium Alexandrinum can. 4. S. Athanasium in Epistola ad Ammonem Monachum, Cassianum Collat. 22. Gregorium M. lib. 11. Ep. 64. resp. 12. ad S. Augustinum Cantuar. S. Thomam in 4. dist. 9. art. 4. quest. 1.]

¶ **ILLUSTER**, pro *Illustris.* Occurrit passim. Vide *Illustres.*

¶ **ILLUSTRA**, **Illustrari.** Vide *Illustres.*

¶ **ILLUSTRAMEN**, Lumen. Acta S. Franciscæ num. 26. tom. 2. Martii pag. 109 : *Noli a me auferre confortamentum et totius meæ mentis dilucidum Illustramen.*

¶ **ILLUSTRAS**, **Illustratus.** Vide *Illustres.*

ILLUSTRES, Honoratiores, vel qui hocce titulo donati erant. Anastasius in sancto Hormisda PP. : *Qui ingressi una cum Grato Illustri, etc.* Tres porro Honoratorum gradus passim adnotare est apud Scriptores, *Illustrium, Clarissimorum, Spectabilium. Illustrium* potior erat, tribuebaturque Præfectis Prætorio, Præfectis Urbi, Quæstoribus, Magistris Militum, etc. quod pluribus docuerunt Brissonius, Pancirollus, Sirmondus, et novissime Joannes Seldenus lib. de Titul. honorum. [** Adde Glossar. med. Græcit. voce Ἰλλούστριος col. 513.] Apud nostros etiam hæc dignitatis prærogativa diu, stante prima et secunda Regum Franciæ stirpe, obtinuit, cum Reges ipsi, atque adeo Majores domus, *Viros Illustres* sesemet indigitarent : quod ex eorum diplomatibus colligere est apud Doubletum in Historia Sandionysiana pag. 655. 656. 658. 689. 697. 698. 704. 705. 707. et alios. Quomodo vero a Romanis in Franciam ea dignitas transierit, a nemine hactenus proditum. Quod quidem, si hac in re sententiam interponere liceat, inde ortum existimem, quod Clodoveus, acceptis ab Anastasio Consularis dignitatis codicillis, *Inlustris* titulum, qui Consulibus, cæterisque summis magistratibus competebat, tanquam Consul, et Imperii officialis sibi adscripserit. Neque enim hac tempestate Reges, suæ licet potestatis, neque dominii jure Imperatoribus obnoxii, eorum dici *Milites*, hoc est, non Vassalli, sed officiales, ut quem tanquam supremum orbis dominum suspiciebant ac venerabantur, renuebant, ut ex Epistola Sigismundi ad eumdem Anastasium, apud Avitum Viennensem docuimus in Dissert. 23. ad Joinvillam. Hinc crebro tot Regibus ab iis delata Patricii dignitas, quod in voce *Patricius* infra ostendimus. Exhinc Reges alii Franciæ, indeque Majores domus, qui

Digitized by Google

Regulorum vices obtinebant, *Illustris* nomenclaturam servarunt, aut sibi arrogarunt. [Quin etiam Comitibus eumd. honoris titulum sub Merovingica stirpe tributum fuisse, cum ab aliis, tum ab ipsis Regibus, ex Marculfi formulis probat Mabillonius lib. 2. Diplom. cap. 3. num. 4.] Ad quos vero spectarit, inclinato jam Imperio, docemur ex Speculo Saxon. lib. 3. art. 58 : *Nullum est feudum vexilli, de quo possit Illustris, seu Princeps fieri, nisi illud sibi a Rege conferatur. Feudum alii prius collatum, sequenti Illustriam non tribuit dignitatem.*

☞ His addam post Mabillonium loco citato *Illustris* titulum, qui fere sæcularis primum habitus fuerat, demum ad Abbates præcipuos transiisse. Exstant in appendice Marculfi formulæ duæ 40. et 51. in quibus *Inlustris* Abbatissa dicitur, forsitan ob claros natales, quemadmodum Chrothildis matrona in suis litteris, quas exhibet laudatus Mabill. lib. 5. tabella 29. et lib. 6. Charta 8. et fortassis eodem ævo idem elogium aliquando tributum est illustrioribus Abbatibus, unde sæculo IX. *Illustris Abbas Rabanus*, apud Lupum Abbat. Epist. 5. et Agobardus epistolam suam inscripsit, *Dominis et sanctissimis, beatissimis, viris Illustribus, Hilduino sacri Palatii Antistiti, et Walæ Abbati.* Nova collectio Formularum Baluziana : *Domino venerabile Illustrique sagacissimo, sed inlustriore sanctitate et gratia Dei pollente et sacerdotale apice sublimato :* quod de Episcopo dictum videtur. [* Idem titulus tribuitur archiepiscopo Viennensi in Charta ann. 906. ex Chartul. jusd. eccl. fol. 38. r°. col. 1 : *Ubi* (Viennæ) *Inluster vir venerabilis domnus Alexander archiepiscopus, rector et pontifex præesse videtur.*] Procedente tempore *Illustrissimi* dicti sunt Episcopi et Rom. Ecclesiæ Cardinales. Verum sub Urbano VIII. ut notavit Allatius de Consensu utriusque Eccl. lib. 1. cap. 5. num. 25. cum *Illustrissimi* titulus, qui Cardinalium proprius erat, communicatus aliis minus dignis vilesceret; provisum fuit, ut in posterum Cardinales, exceptis Regibus, *Eminentissimi* titulo insignirentur. Sic paullatim degeneravit *Illustrissimi*, nedum *Illustris* vocabulum, quo nullum fere quondam illustrius erat, maxime apud Francorum Reges.

Illustra, de feminis. Tabular. S. Victoni Virdun. pag. 1 : *Dum illustro viro Pipino, ejusque Illustra matrona Plectrude, etc.*

Illustria Dignitas, Dignitatis titulus, qui *Illustratus dignitas* dicitur Senatori lib. 1. Epist. 4. et lib. 6. Epist. 11. 16. *Illustratus gradus*, in leg. 11. C. de Jud. (1, 9.)

¶ Illustras, vel melius Illustritas, Eadem notione. Utraque vox pluries occurrit in Sententia Sigismundi Regis Poloniæ de felonia objecta Ducibus Curlandiæ, iisque Ducibus tribuitur, apud Ludewig. tom. 6. pag. 217. 218. 220. et 225.

Illustrari, Illustratus dignitate donari. Salvianus lib. 4. de Gubernat. Dei : *Reddunt miseri dignitatum pretia, quas non emunt. Commercia nesciunt, et solutionem sciunt. Ut pauci Illustrentur, mundus evertitur.* Idem lib. 5 : *Veniunt plerumque novi nuncii Epistolarum a summis Sublimitatibus missi, qui commendantur Illustribus paucis ad exitia plurimorum.*

* ILLUSTRISSIMITAS, Titulus honorarius quo cardinales compellantur a regibus Poloniæ, ex Amyden. in Stylo Datar. cap. 15. pag. 137.

¶ ILLUTIBARDUS, Qui barbam habet illotam et sordidam, apud Apuleium Florid. cap. 3. Quidam legunt *Inlutibardus.*

* ILNECHIA, Navigii species. Vide in *Naca* 1.

* ILUA, Lucanica. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Ilua, Saucisse.*

* ILUM, Pennæ substantia medullaris. Idem Glossar. *Ilum, Mouele de penne.*

* IMA, Ora, Gall. *Bord, rivage.* Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 8. r°. : *Helias Vigerii de Sancto Petro.... recognovit se tenere... domum suam,... sitam... ad Imam maris ex parte posteriori.*

IMAGINABILIS, *Fictilis*, in Glossis Isonis Magistri. [*Imaginabile, Aptum imaginatione percipi*, J. de Jan.]

IMAGINABILITER, Per speciem imaginis vel figuræ. Joannes Abbas in Præfatione ad libellum Precum : *Sunt aliqui minus proficientes, quique Deum sibi Imaginabiliter fingunt : quia in hæc temporalia deformiter sparsi, illam miram et incircumscriptam lucem contemplari intellectualiter nequeunt.*

¶ IMAGINALIS, Constans imagine. S. Irenæus lib. 5. cap. 11 : *Hæc Judæorum Imaginalis est descriptio.*

¶ IMAGINALITER, ut *Imaginabiliter*, apud S. Augustinum. Vita S. Winwaloei MS. : *Si autem Angelus ejus, quamvis Imaginaliter hoc fecisse, ipso absente, credendus esset, etc.*

1. IMAGINARE, Imaginem rei alicujus referre, effingere. Alanus de Insulis in Planctu naturæ : *Illic armilla colubri naturam Imaginans, etc.* [Eadem notione Gellius : Ὀπτικὴ *facit multa demiranda id genus, ut in speculo uno imagines unius rei plures appareant : item, ut speculum in loco certo positum nihil Imaginet, aliorsum translatum faciat imagines.*]

* 2. IMAGINARE, Imagine seu sigillo, illius effigie cujus erat, insignito Chartam munire. Charta Henr. reg. ann. 1002. ex Diplomat. Tegur. apud Oefelium tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 80. col. 1 : *Propria manu in hac charta subnotavimus signum et sigilli nostri impressione jussimus Imaginari.* Vide *Imaginatio.*

* IMAGINARIA, Imago, figura. Chartul. S. Petri puellarum Bituric. fol. 10. v°. : *In patrimonio sancti Petri sunt duæ Imaginariæ de argento.* Hinc nostris *Imagier*, Sculptor. Lib. 1. statut. artif. Paris. ex Cam. Comput. fol. 209. v°. : *Quiconques veult estre Ymagier, c'est assavoir tailleurs de crucefis, de manches de cousteaux, et de toute autre maniere de taille, quelle que elle soit que on face d'yvoire, de fust et de toute autre maniere d'estoffe, quelle que elle soit, estre le puet.* Vide in *Imaginarius* et infra *Ymaginatus.*

IMAGINARIUS, Vicarius, Locum-tenens, qui vices alterius in rebus gerendis implet, et *imaginem* quodammodo refert. Vetus Glossar. Bibl. Reg. : *Imaginarius, Subposita persona.* Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 21 : *Quem ad vos tanquam Imaginarium personæ nostræ transmittimus.* Lib. 3. Epist. 9 : *Filium nostrum ad vos tanquam Imaginarium nostræ præsentiæ destinamus.* Adde Epist. 21. et 26.

Imaginarius Ordo, in Concilio Turon. II. can. 3. opus sculptile, aut pictum, [vel potius Ordo seu locus imaginum, quo sensu *Imaginaria pictura* dicitur ab Anastasio in versione Concilii II. Nicæni, et in libro 1. Beati Abbatis adversus Elipandum *Imaginarie*, id est, secundum imaginem. Hæc Mabill. de Liturg. Gallic. pag. 93. ubi integram videre potes explicationem Canonis laudati.]

Imaginarii, Sortilegi quidam ita dicuntur, *qui imagines faciunt, qui in possessionem præsidentium spirituum mittunt, ut ab eis de rebus dubiis doceantur.* Ita Petrus Blesensis lib. de Præstigiis fortunæ, seu potius Joan. Sarisber. lib. 1. Policrat. cap. 12. et Vincentius Belvac. lib. 25. cap. 101. Iidem forte qui εἰκονικοὶ dicuntur in Glossar. Lat. Græc. : *Imaginarii*, εἰκονικοί.

1. IMAGINATIO, pro *Imago*, [seu sigillum, sic dictum, quod ejus cujus erat præferret imaginem.] Charta Friderici I. Imp. apud Ughellum in Episc. Bobiensibus si clauditur : *In hujus ceræ materia pro sigillo expressa nostri vultus Imaginatio.* [Chronicon Bonæ Spei pag. 4 : *Ut hæc præfata traditio inconcussa permaneat, subsignato canonico testimonio, immo apposita sub Imaginatione nostra, hujus nostri decreti paginam confirmavimus.* Rursum occurrit pag. 10. et tom. 3. Gall. Christ. col. 23. Instrum. Charta Odardi Camerac. Episc. ann. 1108. apud Miræum tom. 1. pag. 81 : *Quæ bona ne tradantur oblivioni, nostri sigilli Imaginatione signamus.* Altera Manassis ejusdem urbis Episc. ann. 1096. laudato tom. pag. 165. col. 2 : *Ut hæc nostra Charta indissolubilis permaneat, sigilli nostri Imaginatione firmata est.* Similia leguntur in Charta Nicolai successoris ann. 1142. tom. 5. Gall. Chr. col. 296.]

* 2. IMAGINATIO. Chron. Angl. Th. *Otterbourne* edit. Hearn. pag. 158 : *In quo* (parlamento) *quidam frater Carmelita accusavit ducem Lancastriæ de Imaginatione mortis regis.* Forte pro *Machinatione;* nisi id spectet ad sortilegii speciem, quo adversarium vulnerare vel etiam occidere tentabant, illius imaginem ex cera compactam pugione percutiendo. De eo mentio fit in Lit. remiss. ann. 1459. ex Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 14 : *Pour laquelle accusation maistre Bernard Desplez fist informacion contre le suppliant; lequel en haine de ce fist une Ymaige, au moyen de laquelle ledit Desplez peust estre si blessié et impotent, qu'il ne peust jamais escripre. Et ainsi advint audit Desplez, comme depuis a oy dire ledit suppliant.* Vide infra *Insultare* et *Vultivoli.*

IMAGINATUS, Imaginibus adornatus, sculptus. Testamentum S. Remigii, Remensis Archiep. : *Tibi hæredi meæ Ecclesiæ supra memoratæ jubeo thuribulum et Imaginatum calicem fabricari.* Acta Concilii Remensis, ubi de Translatione corporis S. Remigii : *Continens Dominicum sepulcrum eleganter Imaginatum, instar illius Hierosolymitani, in quo nostra requievit salvatio.*

Digitized by Google

Charta Rudesindi Dumiensis Episcopi æræ 930. apud Anton. de *Yepez* tom. 5. Chron. Ord. S. Benedicti : *Diptagos aureos argenteos Imaginatos et deauratos, calices argenteos exaratos tres, ex quibus unum Franciscum, et eorum pateris, etc.* Infra : *Concos Imaginatos 7. etc.* [In Conciliis Hispan. tom. 3. pag. 180. habetur *Inmaginatos*.] Alia Bermundi II. Regis, æræ 1035. apud eumdem tom. 5. pag. 439 : *Accepimus de vos unum vassum argenteum et Imaginatum, quod fuit de amica nostra Regina domina Gelvira, etc.* Chr. S. Trudon. lib. 1. pag. 349 : *Altare... auro argentoque Imaginatum cum ciborio desuper.* [Lactant. lib. 5. cap. 13 : *Sibylla Erythræa* κωφοὺς καὶ ἀνοήτους *vocat, surdos scilicet et excordes, qui nec audiant divina, nec sentiant, sed terram digitis suis Imaginatam* (in imaginem efformatam) *metuant et adorent.*] [* Vide infra *Ymaginatus*.]

¶ IMAGINATA VITA, Quæ solam habet virtutis imaginem, qualis est hypocritarum. Chronic. S. Trudonis pag. 346. tom. 7. Spicil. Acher. : *Probi priorum exemplo accensi in melius et melius semper proficiant, improbi Imaginata vita sua confusi a malis operibus suis vel sic saltem resipiscant.*

IMAGINEUS, Imaginarius. Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini :

Nec stat Imagineis simulatilis umbra figuris.

Idem lib. 1. Poem. 13 :

Sumpsit Imagineas paries imitando figuras.

Will. Brito lib. 12. Philipp. :

Sunt quibus assuetas vires rapit extasis umbræ
Mortis Imagineæ, pavimenti in pulvere pressis.

IMAGINIFERI, Qui vexilla, in quibus Imperatorum erant depictæ imagines, in acie deferebant, apud Gruterum 562. 1. 1007. 1. Vide Stewechium ad Vegetium lib. 2. cap. 6. et Pancirollum in Notitia Imp. cap. 24. In Gloss. Lat. Gr. : *Imaginifer*, est πρωτόμορφος. Emendat Meursius, πορτόμορφος. [Vide Lexicon Militare Caroli de Aquino,] [** et Glossar. med. Græcit. col. 1206.]

IMAGINIOLA, Imaguncula. Chronicon Abb. S. Trudonis lib. 6. pag. 403 : *Pelviculam... intus habentem Imaginiolas, fusili opere cælatas.*

¶ **IMAGO**, masc. gen. *Cum parvo Imagine aureo ad figuram D. N. J. C.* in Charta ann. 1398. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 227.

IMAGO, Vexillum Sanctorum imaginibus insignitum. Epistola Adriani PP. in Codice Carolino 92 : *Neapolitani vero cum magno obsequio cum signis et Imaginibus eos suscipientes, Neapolim ingressi sunt.* Honorius III. in V. Compilat. Decret tit. 6. cap. 1. *Invenimus pro Patriarcha* (Gradensi) *probatum, quod recipiebatur in ipso Monasterio processionaliter cum insenso, aqua benedicta, et Icona. Et quando revertebatur a gradu, pulsabantur ibi campanæ.* Vide *Agalmen.*

IMAGO AURI, Nummus aureus, Regis imagine signatus. Regiam Majest. lib. 4. cap. 40. § 7 : *Pro vulnere in facie, vulnerans dabit unam peciam auri, videlicet unam Imaginem Auri.* Vide *Forma* 4.

IMAPUS. Vita B. Joann. Abbat. Gorziensis cap. 9. n. 75 : *Vas quoddam, quod Imapum dicunt, guttulæ excipiendæ vasi vinario suppositum invenit.* Sic etiam præfert Editio Labbei. Sed *Hanapum* legendum arbitror. Vide in hac voce.

¶ **IMBALSAMARE**, Vox Italica, Gallis, *Embaumer*, Corpus mortui *balsamo* aliisque bonis odoribus condire. Memoriale Potestatum Regiens. ad ann. 1272 : *Obiit Rex Heuzus... et sepultus fuit ad Ecclesiam FF. Prædicatorum, et fecit Commune Bononiæ eum Imbalsamari.*

* *Embassamer*, in Chron. S. Dion. lib. 2. cap. 9. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 188 : *La sainte royne Crotilde prist les cors de ses neveuz en grans plours et en grans larmes, atourner et Embassamer les fist.* Ubi Aimoin. lib. 2. cap. 12. *condiens aromatibus, etc.* Vita J. C. Ms. :

Ces trois dames que je vos di,
Achaté ont chier ongement,
Et moult vaillant Embaussement
As plaies lor maistre saner
Et à son cors Embassemer.

IMBANCHITUS. Interpres Novell. 88. cap. 2 : *Multis enim domos possidentibus in hac felicissima civitate, qui Imbanchiti non videntur, mox futuris pensiones ab inquilinis accipere, calumniantur, etc.* Ubi Græc. πολλοὶ δὲ τοῖς οἰκίας κεκτημένοις κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν βασκαίνοντες, etc. Vox videtur deducta a *bancus*, ita ut imbanchiti dicantur, qui in ædibus propriis *stallum*, seu sedem fixerint. Vide *Bancus*, Scamnum, sedile.

¶ **IMBANDITIO**, Ferculum, Gall. *Service*, ab Italico *Imbandire*, Mensam instruere. Chronicon Placentinum Joh. Demussis apud Murator. tom. 16. col. 581 : *De victu omnes cives Placentiæ faciunt mirabilia, et maxime in nuptiis et convivitis... et pro prima Imbanditione dant duos cappones, vel unum capponem, et unam magnam petiam carnis, etc.*

* **IMBANNIRE**, In *bannum* mittere, confiscare. Stat. eccl. S. Dion. Leod. ann. 1330. tom. 2. Monum. sacr. antiq. pag. 440 : *Elapsis his octo diebus, extunc si manserit* (canonicus) *extra claustrum, præbenda ejus erit Imbannita, fructusque, tam grossi quam minuti, dictæ præbendæ, cedent ecclesiæ.* Vide in *Bannum* 1.

¶ **IMBANNIRI**, Interdici. S. Bernardus Epistola 253. n. 9 : *Super omnia plangitis, quod Ecclesiam S. Foillani, quæ de Ordine vestro est, Abbas noster de Villari fecerit Imbanniri.* Vide *Bannus Episcopi* in *Bannum* 1. pag. 572. et ibi *Imbannire* pag. 568.

* **IMBARCUM**, vulgo *Embargo*. Stat. Genuens. lib. 4. cap. 17. pag. 123 : *Nisi navigium jussu superioris loci, ubi fuerat, esset interceptum, aut saxitum, vel, ut dicitur, de eo factum Imbarcum.*

¶ **IMBASIO**, Adulteratio, ab Anglico *to Imbase*, Adulterare. Dicitur maxime de iis, qui cudunt nummos adulterinos. Literæ anni 1550. apud Rymer. tom. 15. pag. 206 : *Alkimisticam multiplicationem et pejorationem sive Imbasionem cuniæ nostræ.*

IMBASSIATOR, Legatus. Vide *Ambascia.*

* **IMBASTARE** a Gallico *Embaster*, Clitellas imponere. Inquisit. ann. 1260. in Reg. *Olim* parlam. Paris. : *Ipsum militem viliter duxerunt super quemdam roncinum Imbastatum in prisionem ipsius comitis apud Cenomanum.* Aliud vero sonat *Embasteis*, Rem nempe inter socios dividendam, in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Bel* fol. 123. v° : *Item environ cinquante arpens de bois Embasteis avec autres parsonniers.*

* **IMBATALIARE**, IMBATEGLARE, IMBATTAJARE, Munire, *batalliis* instruere. Guido de Vigev. de Modo expugn. T. S. Ms. cap. 5 : *De modo faciendi scalas Imbatuliatas et super equis involutas apportare.* Cap. 6 : *De modo faciendi castrum Imbataliatum, quod ponetur juxta murum civitatis et altius muro.* Ibid. cap. 12 : *Et ipsa domus fiat incastellata et Imbateglata, ut videtur operanti.* Chron. Tarvis. ad ann. 1379. apud Murator. tom. 19. Script. Ital. col. 771 : *Insuper pro majori firmitate et securitate formaverunt quamdam bastitam ad portum Mathemaucium duabus chochis ad traversum illius portus Imbattajatis ut supra.* Vide *Imbatellare.*

¶ **IMBATELLARE CASTRUM**, f. Arcem munire, instruere, ab Anglico *to Imbattle:* quod tamen proprie dicitur de acie. *To Imblattle an army*, Aciem instruere. Vide locum in *Machicollare.*

* **IMBAXATURA**, Legatio, demandata rei cujuscumque exsequendæ alicui cura, provincia, Ital. *Imbasceria*, Gall. *Ambassade, commission.* Charta ann. 1251. ex Cod. reg. 4659 : *Quicumque cives Avinionis a dictis dominis vel eorum curia in Imbaxaturam sive mesagariam mittentur, expensis dominorum seu curiæ ibunt.* Vide supra *Embaxaria.*

* **IMBAXIATA**, Eodem significatu. Comput. ann. 1381. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 33. col. 2 : *Pro viatgio sive Imbaxiata Franciæ facienda Parisius, etc.* Hinc

* **IMBAXIATOR**, Legatus, [Ital. *Imbasciadore*. Instr. ann. 1359. ibid. tom. 2. pag. 204. col. 2 : *Cum Imbaxiatoribus a Montepessulano ad nos destinatis, etc.* Vide supra *Embaxator.*

* **IMBE**, Apiarium, Germ. *Imme*. Necrol. abbat. Altorf. in Alsat. : *Obiit Bertoldus viij. Calendas Aprilis, qui dedit unam Imbe.*

IMBELLIA, *Debilitas*, ab *imbellis*. Joan. de Janua. [Festus exponit : *Imbelliam, Belli inscientiam.* Macrob. lib. 2. Saturnal. : *Tunc Pœnus eludens ignaviam Imbelliamque militum ejus pretiose armatorum, plane, inquit, satis esse credo Romanis hæc, etiamsi avarissimi sint.* Eadem iisdem prorsus verbis refert Gellius lib. 5. cap. 5. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Imbellia, Féblesse.* Laurentius in Amalthea : *Imbellia, Ignavia, belli imperitia, imbecillitas.*]

¶ **IMBENEFICIARE**, Bona ecclesiastica in feudum seu beneficium dare, apud Macros fratres in Hierolexico ex Burchardo de casibus S. Galli. Vide *Beneficium.*

* **IMBER**, a Germanico *Regen*, quod *imbrem* sonat, *Regini* fluvii nomen, ut notant docti Editores ad Vit. S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 484. col. 1 : *Super plantationem vinearum, quæ inter confluenta Danubii et Imbris sita esse dignoscitur.*

* **IMBERX**, pro *Imbrex*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Imberx, Goutiere.* Vide infra *Imbrium.*

* **IMBIBESIA**, Vox ficta ab Henr. ab

Digitized by Google

Heers observ. viij. ad potum, idem quod inedia ad cibum. Hæc post D. *Falconet.*

IMBILIUM, in Glossario Saxonico Cottoniano, exponitur leohs-leap. Vide conjecturam Somneri.

* Nostris *Emblay* est Torcularium instrumentum. Lit. remiss. ann. 1441. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 78 : *Grosse cheville de bois, qui est mise parmi la viz du pressoir, et en quoy l'en mettoit l'Emblay ou grant thignel à faire tourner ladite viz d'icellui pressoir.*

* **IMBINDARE** Oculos, Ital. *Imbendare*, Oculis velum obducere, Gall. *Bander les yeux.* Barelet. serm. in Domin. 1. Advent. : *Te percutient, te ad columnam ligabunt, oculos Imbindabunt, et cruci affigent, etc.*

¶ **IMBLADARE**, Agrum *blado* seu segete conserere. Vide in *Bladum.*

¶ **Imbladatio**, *Fructus fundi, Emblaveure*, Nomenclatori Idiotismi Leodiensis.

* **IMBLADIARE**, Ital. *Imbiadare*, Agrum *blado* seu segete conserere, Gall. *Emblaver.* Charta ann. 1273. ex Tabul. S. Mariani Autiss. : *Annis singulis dictas terras suis propriis sumptibus excolent cultura debita et Imbladiabunt modo debito et tempore competenti.* Hinc *Emblable* dicitur, Ager *blado* recipiendo præparatus. Lit. remiss. ann. 1417. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 77 : *Lesquelles terres estoient et encores sont Emblables.* Ejusdem originis *Emblaeir*, pro Impedire, vulgo *Embarrasser.* Charta ann. 1247. in Chartul. 21. Corb. fol. 95 : *Ne puis je faire herbergage, ne ostise doueir, ne Emblaeir par quoi ly hommes devantdiz soient destorbez de leur aaisemens.* Vide supra *Abladare* et in *Bladum.* Inde

* **Imbladatura**, Agrorum fructus, *bladum* quodvis. Charta ann. 1219. in Chartul. Arremar. : *Prior ecclesiæ S. Johannis de castro Trecensi habebit..... Imbladaturam cujusdam petiæ terræ de frumento.* Alia ann. 1252. ex Chartul. Maurigniac. : *Tam in decimis bladorum et cujuscumque Imbladaturæ terrarum arabilium et vinearum, quam in censu, tallia, etc.*

* **IMBLAVARE**, ut supra *Imbladiare. Campus Imblavatus, vel aliquo semine seminatus*, in Stat. Vercel. lib. 5. pag. 119. v°.

IMBLOCATUS. Cum legibus Ecclesiastis vetaretur, excommunicatorum corpora sepelire, non modo in cœmeteriis benedictis, et consecratis, sed ne quidem in humum ubivis mittere, proindeque necesse esset in plateis aut agris insepulta relinquere : ne tamen fœtor nares, aut spectaculi horror mentes fœdaret, illa ut plurimum humo injecta, aut tumultuaria lapidum congerie operire solebant : idque *Imbloccare* dicebant nostrates Belgæ, quibus *bloc*, est tumulus quidam altior. Lambertus Ardensis pag. 173. de Arnoldo Ardeæ Domino, in excommunicatione defuncto : *Dominum Arnoldum juvenem extra atrium ad cellam suam apud Bramas adduxerunt, et eum ita Imblocatum extra parietes capellæ suæ, eo quod ibi non esset atrium adhuc benedictum, neque cimiterium, quam proprius potuerunt, collocaverunt.* Idem scriptor pag. 177 : *Primus igitur Ardeæ Prior Caradocus ad consilium Abbatis sui Theodorici, et R. Patri et D. Morinensis Ecclesiæ Episcopo Miloni, primo super excessu, quo Ardensis quondam D. Arnoldus... ei obligatus tenebatur, pro quo et Imblocatus sine honore fuerat super terram, omnino satisfaciens, eumdem Arnoldum a Bramis apud Ardeam transtulit, et... honorifice sepelivit.* Ejusce moris observo præterea vestigium apud Nicephorum Gregoram lib. 5. histor. pag 58. 1. Edit. et Rudolphum Monachum in Vita S. Liobæ Abbatissæ cap. 3. et 4. ex Edit. Mabillonii. [** Sequentia ex Additionibus Cangii post Glossar. Latin. Paullo aliter post Glossar. Græc. : Sed et videri potest vox inde formata, quod qui excommunicati moriebantur, in truncum cavum, quem *bloc* Belgæ vocant, immitterentur. Certe moris istius, etc.] Non diffiteor tamen, *Bloc*, vocem Gallicam, hoc loco pro trunco usurpari, quomodo etiamnum Picardi vocant : quippe qui excommunicati moriebantur, cum humo mandari vetarentur, in truncum arboris cavum immittebantur. Moris istius argumentum profert Charta Imberti Parisiensis Episcopi apud Jac. Petitum post Pœnitentiale Theodori pag. 557. de quodam Milite : *Morte præventus, exitu miserabili anathematizatus vitam finivit : cujus corpus insepultum atque in concavo trunco repostum, cum per tres menses animalibus et feris esset expositum, conjux ejusque parentes miseratione moti, Odonem Decanum cæterosque Canonicos adierunt, ut terræ commendare liceret, per omnia satisfaciendo, quicquid forisfecerat, sese emendaturos promiserunt.*

Excommunicatorum corpora humari vetitum, a primis Christianismi sæculis palam est. Exstat apud Hemereum in Augusta Viromand. pag. 106. vetus formula excommunicationis præclara, in qua hæc habentur : *Sint cadavera eorum in escam volatilibus cœli, et bestiis terræ, et non sint, qui sepeliant eos.* In Charta Heriväei Archiep. Rem. in Concilio Remensi ann. 900 : *Sepultura asini sepeliantur, et in sterquilinium super faciem terræ sint, ut sint in exemplum opprobrii et maledictionis præsentibus generationibus, et futuris.* In alia, quæ descripta legitur in Spicil. Acher. tom. 12. pag. 142 : *Anathematis vinculo innodatus, a liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ alienus efficiatur, et a consortio Christianorum privetur, ejusque corpus exanime asinorum accipiat sepulturam, et ipse æternarum flammarum incendiis miserabiliter torqueatur.* Denique in Epistola Urbani II. ann. 1091. ad Hugonem Episcop. Gratianopol. in Tabulario ejusdem Ecclesiæ : *Porro sanctorum Canonum decreta ubique inviolabiliter conservari cupientes, constituimus atque censemus, ut interdictos a nobis, aut excommunicatos in communionem recipere, aut mortuos sepulturæ tradere nemo præsumat.*

Excommunicatorum corpora insepulta jacuisse *super terram* per vicos et plateas testantur Acta Concilii V. Tricassini ann. 878. can. 3. 7. Innocentius III. lib. 15. Epist. 129. Ejusdem Acta pag. 34. Rogerus Hoved. pag. 769. 773. 801. 810. et Ordericus Vitalis lib. 13. pag. 908. etc.

Quin et ea invaluit opinio, excommunicatorum cadavera, nisi mortui absolverentur, in cineres non abire, et resolvi haud posse : sed in horrendum posteris exemplum indissolubili membrorum compage integra in omnia secula perdurare. Id non uno, licet raro, probant exemplo Scriptores Latini, Matth. Paris ann. 1245. pag. 464. Adamus Brem. cap. 75. vetus Scheda de quodam excommunicato, edita a Tengnagelio cum Domnizone pag. 380. Albert. Stadensis ann. 1050. et Odo Gesseus in Hist. Podiensi lib. 2. cap. 21.

In Græcis vero plura observare est, apud quos constans et indubitata ea perseverat adhuc opinio, excommunicatorum corpora post mortem non putrescere. Unde cum id et virorum vitæ sanctitate illustrium cadaveribus non raro æque eveniat, hanc potissimum adhibent censuram, ut si illa quidem suave aliquid redoleant, aut quapiam decoris luce præfulgeant, pro reliquiis colant : si vero nigra et deformia appareant, aut fœtorem emittant, denique si τυμπανικὰ sint, i. ad tympani morem turgentia, excommunicatorum illa indubie opinantur. Quod longa apud eos compertum est experientia, ut observat Jacobus Goarus ad Eucholog. Gr. quem consulas velim, ut et Hist. Politic. pag. 27. Turco-Gr. lib. 2. Epist. 21. Leonem Allatium in Epist. ad Paulum Zacchiam de quorumdam Græcorum opinationibus, Christophorum Angelum libro de Hodierno Græcorum statu Græce edito cap. 25. et Franciscum Richardum de Insula *Sant-Erini* cap. 15. extremo. Vix est enim, ut quæ in hanc sententiam conferri possunt, capiat Glossarium.

* **IMBOBATUS.** Vide infra *Imbotatura.*

* **IMBOCCARE**, Imbuccare, vox Italica, Influere, os canalis vel fluvii aperire; unde *Imbuccatura*, officium *Imbuccatoris*, cui scilicet ejusmodi cura demandata. Stat. Mutin. rubr. 202. pag. 38. r° : *Imboccando sdugurium in canalem de Situla prope stratam.* Addit. ad ead. Stat. cap. 28. pag. 50. r° : *Statuimus quod aqua Situlæ veniens in civitatem Mutinæ, Imbuccari debeat in locis et temporibus solitis, et ubi commodius Imbuccari poterit per Imbuccatorem eligendum per magnificos D. Conservatores.* Ibid. cap. 30 : *Nulli liceat ponere aquam in canalibus, nisi tantum Imbuccatoribus, et de quibus in statuto sub rubrica de Imbuccatore et Imbuccatura, nec facere aliquam buccam in flumine Situlæ, nisi fiat per dictum Imbuccatorem.* Non dissimili notione nostris *Emboier*, nimirum pro Transfodere, perforare, vulgo *Percer de part en part.* Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 4 : *Bon Wathier de Donchery..... geta de sa ditte espée contre ledit exposant si grand cop, qu'il Emboia un boucler, que ycellui exposant tendi contre le cop, et lui creva un doi de sa main.*

* **IMBOGARE**, *Bogis* seu compedibus reum vincire; unde *Imbogatura*, Actio ipsa vinciendi, seu quod commentariensi ob id ab incarcerato solvitur. Stat. Cuman. cap. 90. ex Cod. reg. 4622. fol. 44. r°. : *Pro Imbogatura et bogis nichil debeat* (carcerum custos) *habere; nisi sibi specialiter præceptum fuerit quod carceratus debeat Imbogari.* Nostri *Embuscher*, pro Compedes indere, vulgo *Mettre des entraves*, dixerunt. Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 495 : *Le suppliant trouva deux chevaulx Embuschez de brts de fer, lesquelz il*

Digitized by Google

desbuscha, et furtivement en print et enmena ung. Emboucher un cheval, alia notione, Equum scilicet habenis ad aliquid alligare, occurrit in aliis Lit. ann. 1380. ex Reg. 118. ch. 295 : *Le suppliant Emboucha son cheval à l'entrée de l'uys.* Vide *Boia.*

¶ **IMBOIATUS**, Boiis seu compedibus vinctus. Ordericus Vitalis apud Chesnium Hist. Norman. pag. 449 : *Imboiatos in arcto carcere, ut punirentur, servavit.* Vide *Boia.*

* **IMBOSCA**, Insidiæ Ital. *Imboscata*, Gall. *Embuscade*; unde *Imboscare*, Insidiari. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 654 : *Aliqui dictorum inimicorum.... erant imboscati prope locum de Chalhaco;.... a dicta Imbosca exeuntes aliquos ipsorum hominum armorum et servientium ceperunt.* Aliæ ann. 1391. in Reg. 140. ch. 313 : *Nonnulli ex dictis armorum hominibus latitabant, et Imboscam fecerant, ut possent per ibi deprædari transeuntes.* Vide *Imboscamentum.*

¶ **IMBOSCAMENTUM**, **IMBOSCATA**, Insidiæ, Gall. *Embuches*, *Embuscade*, Ital. *Imboscata.* Acta SS. Maii tom. 5. pag. 200. ubi de S. Attone Episcop. : *Et esset ibi cum 25. sociis, ut faceret quamdam Imboscatam, etc.* Dominic. de Gravina in Chronico apud Murator. tom. 12. col. 649 : *Exercitus egreditur civitate Neapolis, et ad statutum locum Imboscamenti quilibet se recondit.*

¶ **IMBOSCARE**, Italis, Insidias struere, in insidiis esse. Idem Dominicus de Gravina col. 599 : *Invenerunt.... Imboscatos in quadam valle nemorosa ejusdem itineris Hungaros circa centum.* Et col. 619 : *At omnes suspicabamur Imboscatos esse in Petramanga longe parum a civitate Gravinæ, ut omnes foras euntes capere possent in macertis et campis.*

* **IMBOSQUARE**, Insidiari, in insidiis esse. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 248. col. 2 : *Pro splorando si Spani veniebant, vel erant Imbosquati.*

* **IMBOSSOLARE**, **IMBUSSOLARE**, vox Italica, In *Bussolam* seu arculam suffragium conjicere, quod in electionibus fieri solet; unde *Imbussolata*, ipsa electio. Stat. pro castro Castil. ann. 1371. ex Cod. reg. 5376. fol. 85. v°. : *Finito vero termino prædicto sex annorum, proponatur.... quis modus sit servandus per futura tempora in electione dicti Potestatis, videlicet an velint concedere electionem dicto communi Castilionis; an velint quod per commune Aretii eligatur et Imbossoletur, ut moris est.* Stat. crimin. Riper. cap. 17. fol. 7. v° : *Et sic omnes electi Imbussolentur in sacculis duobus super bulletinis æqualis formæ, et postea de sacculis duo eorum extrahantur..... Finitis vero illis Imbussolatis, fiat alia nova electio similiter prosedendo.* Vide supra *Bussola.*

IMBOTARE, [Vox Italica, Gall. *Entonner*, Liquorem in *Buttam* seu lagenam vel dolium infundere; *Imbotatura*, Infusio in lagenam doliumve.] Vide *Butta*, Cupa.

* Aliud vero sonat *Emboter*, nimirum Inserere, immittere, vulgo *Emboeter*, in Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 167 : *Pour savoir la vérité, la main de justice avoit esté mise auxdittes queues* (de vin) *et fait deffense qu'elles ne feussent meues; que depuis elles avoient esté abbatues et Embotées.* Aliæ ann. 1409. in Reg. 164. ch. 15 : *Lequel just estoit Emboté avec autres assis près de la maison.*

* *Ambouschure* vero dicitur de re, quæ cum altera in fraudem commiscetur, in Charta ann. 1415. ex Reg. 170. ch. 1 : *Item, quiconques amenera aucunes d'icelles marchandises esdittes places et marchez, où il y ait aucune Ambouschure; c'est assavoir qu'ilz ne soient aussi bonnes et souffisantes dessoubz comme en la montre, il forfera icelles denrées. Emboucheure*, in Stat. ann. 1350. tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 354. art. 61. *Embouqueure*, eadem notione, in Stat. carnif. Ebroic. ann. 1424. ex Reg. 173. ch. 118 : *Item se les jurez et gardes dudit mestier trouvent aucunes denrées,... où il ait eu Embouqueure ou autre liqueur adjoustée, etc.* A verbo *Enbouchier*, Ejusmodi permistionem facere, in Stat. ann. 1312. tom. 1. earumd. Ordinat. pag. 513. art. 10.

* **IMBOTATURA**, **IMBOTATUS**, Impositio, exactio, vectigal, a verbo *Imbottare*, Tributum exigere. Charta Frider. III. imper. ann. 1466. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1382 : *Cum omnibus redditibus et introitibus,.... videlicet datiis,.... salinariis, transversiis, Imbotatibus, limitationibus, etc.* Et col. 1383 : *Adjicientes expresse quod si forsan aliqua præfatorum jurium, ut pote datiarum, vectigalium, pedagiorum, Imbobatuum* (sic), *molendinorum, etc.* Charta ann. 1480. ibid. tom. 2. col. 560 : *Cum omnimoda immunitate et exemptione quorumcumque onerum et Imbotaturarum.* Annal. Placent. ad ann. 1461. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 908 : *Item, quod non Imbottentur bladæ. Item, quod pro Imbottaturis vini et fœni, non solvant nisi medietatem.*

* **IMBOZITUS**, f. Inæquabilis, asper. Vide supra in *Desbozare.*

¶ **IMBRACHIARE**, Amplexari, brachiis complecti, Gall. *Embrasser*, apud Goclenium in Lexico Philosophico.

¶ **IMBRACIARIA**, Judicum corruptio, Angl. *Imbracery.* De eo dicitur qui judices corrumpit, quem Angli vocant *Imbraceour* vel *Imbrasour.* Litteræ Henrici VI. Angl. Regis ann. 1460. apud Rymer. tom. 11. pag. 456 : *Pro omnimodis proditionibus, murdris, raptibus mulierum, rebellionibus, insurrectionibus, feloniis, conspirationibus, çambipartiis, manutenentiis et Imbraciariis, etc.* Litteræ Maximiliani Imp. ann. 1508. apud eumd. Rymer. tom. 13. pag. 233 : *Confœderationes, impetitiones, deceptiones, extortiones, Imbraciarias, indebitas prolationes verborum, manutenentias, cambipartias, falsitates, etc.*

* Vim vocis non intellexit Hearnius, cum ad hanc in Chron. Joan. Whethamst. pag. 320. hæc notat. : *Brausia* sive *Brasia*, Vepris seu dumetum videtur fuisse, notante Cangio. Unde colligere est *Imbreciatores* homines illos fuisse, qui vepres ac dumeta sibi per fas et nefas asserebant; et *Imbreciarium*, Actum ipsum ejusmodi vepres et dumeta assumendi atque tenendi.

¶ **IMBRACULUM**. Acta S. Helerii Mart. tom. 4. Julii pag. 150 : *In Imbraculo enim ostii illius Ecclesiæ Deum diu noctuque exorabat.* Ubi doctiss. Editor Sollerius : *Imbraculum hic sumitur, ni fallor, pro tecto, quia in illud decidit imber, vel imbricibus tegitur. Nisi forte quis cum MS. Rotomag. malit legere* Umbraculum, *pro loco ubi est umbra, qualis esse solet in portieu Ecclesiæ.*

IMBRARE, quasi *imbre* perfundere, *Arroser.* Apitius lib. 8. de Re culin. cap. 6 : *Imbrato buccellis panis et oleo modico.* i. perfundito.

IMBREN, vox Anglo-saxonica, quæ *jejunium quatuor temporum* significat, ut est in Concilio Ænhamensi ann. 1009. can. 16. de qua multa commentatur Somnerus in Glossario Sax. voce y m b r e n.

¶ **IMBRESCERE**, Madefieri, quasi *imbre* perfundi. Lambertus Ardensis apud Ludewig. tom. 8. pag. 479 :

..... Imbrescunt fletibus ora.

¶ **IMBREVIARE**, In *Breves* redigere, describere; *Imbreviatura*, *Protocollum*, apud Laurentium in Amalthea. Vide in *Brevis.*

* **IMBREVIARIA**, Charta compendiaria, prima perscriptio, Ital. *Imbreviato*, Gall. *Minute.* Stat. Placent. lib. 5. fol. 63. r° : *Nullus audeat vendere vel emere aliquas Imbreviarias alicujus notarii vivi vel defuncti.* Vide in *Brevis.*

¶ **IMBRICITUR**, ὑμβροῦται, βρέχεται, Pluit, in Glossis Lat. Græc. Sangerman. MSS. et apud Martinium, qui restituit, *Imbre icitur.*

1. **IMBRIGARE**, [In *brigas* seu lites et jurgia conjicere.] Vide *Briga.*

* 2. **IMBRIGARE**, Turbare. Stat. Mutin. rubr. 42. pag. 8 : *Nulli liceat dictam aquam Imbrigare sub pœna xx. sol. Mutin. pro qualibet vice.*

* **IMBRIGUS**, Ebrius, Ital. *Imbriaco.* Tract. Ms. de Pisc. cap. 107. ex Cod. reg. 6838. C. : *Mullus imberbis, qui a nostris imbriago dicitur ab insigni rubore; ebriosis enim, quos Imbrigos nostri vocant, sæpius rubra facies.*

¶ **IMBRINGARE**, ut *Imbrigare.* Statuta Massil. pag. 68 : *Et quod dicto fundegario non impedient, vel Imbringabunt, vel fieri facient aliquid vel aliqua quæ contraria sint his, quæ dicto fundegario a Rectore Massiliæ sunt vel erunt concessa, vel conventa.*

* **IMBRIUM**, pro Imbrex. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521 : *Imbrium, Goutiere.* Vide supra *Imberx.*

* **IMBROCCATUM**, Pannus auro intextus, Ital. *Broccato*, Gall. *Brocard.* Steph. de Infest. Ms. ubi de Innoc. VIII. : *Papa donavit ei 700. ducatos et certas vestes Imbroccati et serici.* Rursum infra : *Donavit etiam duas vestes Imbroccati auri etc.* Vide supra *Broccatum.*

¶ **IMBROMARI**. Vide *Imbrumari.*

IMBROMIDARE, ἐμβρωματίζειν, Cibum dare. Alexander Iatrosophista lib. 2. Passion. : *Quod si cum febre fuerit, impedimentum fit curationi, et ulcera Imbromidantur, et sordidantur.* Ubi Glossæ MSS. interlineares, *i. sordidantur.*

IMBRUMARI. Papias : *Bruma, Græce edacitas dicitur : tunc enim major fit appetitus cibi : inde Imbrumari dicuntur, quibus fastidium est ciborum.* [MS. Bituric. habet *Imbrumarii.* Melius Gloss. Sangerm. MS.

Digitized by Google

n. 501 : *Imbromari, Quibus fastidium est ciborum, Broma quippe edacitas est*, a Gr. Βρῶμα, Cibus.]

¶ **IMBRUS**, ἰμίονος, πρόβατον, Mulus, Ovis, Gloss. Sangerman. Lat. Græc. MSS. Vide *Iber*.

IMBRUTUS, Papiæ, *Sine intelligentia, imprudens.*

* **IMBUCCARE**. Vide supra *Imboccare*.

IMBULUS, ab *ambulando*, *Ambulatorium*, ita Gloss. Isidori. Papias : *Imbuli dicti, vel quia sub volumine sunt, vel quia sub his ambulamus. Sunt enim platearum porticus hinc inde.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MS. : *Imbulus, Porche large.*] Vide *Embolus*.

* Cathol. : *Imbulus, quasi inambulus, locus ad ambulandum spaciosus.* Unde suspicatur D. *Falconet* scribendi compendio *imbulus* scriptum, pro *inambulus*.

IMBUMENTUM, Papiæ, *Documentum*. Vide *Imbutamentum*.

¶ **1. IMBURSARE**, Nummos in *bursam* seu loculos dimittere, Gall. *Embourser*. Sic in Statutis Collegii Narbon. ann. 1379. apud Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 670. et in Concilio Avenion. ann. 1509. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 389. *pecuniam Imbursare* dicitur, qui nummos in propria crumena recondit; sed interdum *Imbursare* est Pretium pro convictu solvere, eo quod pecunia ad convictorum alimoniam destinata in arca quam *bursam* vocabant, asservaretur. Statuta Collegii S. Bernardi apud eumd. Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 167 : *Qui vero minus quam dictam bursam Imbursaverit, nihil eidem de communi ministretur.* Id est, Convictor qui non solverit integrum pretium pro convictu, etc. Infra : *Inhibetur etiam, ne aliquis scholasticus in Collegio S. Bernardi famulum, servientem, vel scriptorem teneat, nisi pro eo voluerit Imbursare.* Pag. 170 : Provisor habeat *potestatem compellendi dictos Abbates ad Imbursandum integraliter pro ipsis eorum Capellanis et servitoribus... sicut Inbursant alii, et sint contenti singuli eorum ordinaria portione.* Rursus occurit pag. 178. Vide *Inbursare*.

¶ **IMBURSATIO**, Solutio pretii pro convictu, ibid. pag. 167 : *Quod si scholares sine Imbursatione post festum O. SS. remanserint, sententiam excommunicationis se noverint incurrisse.* Recurrit ibid. pag. 178.

* **2. IMBURSARE**, Nummos in usus suos convertere; quo etiam sensu *Embourser* dicimus. Codicil. Joan. Fabri Carnot. episc. ann. 1390 : *Nihil valeat Imbursare seu in usus suos convertere, aut sibi vel suis retinere seu appropriare.* Hinc

* **1. IMBURSATIO**, Usus rei alicujus non suæ, Gall. *Appropriation*. Testam. Joan. de Grangia card. Ambian. ann. 1402. in Addit. ad Hist. Carol. VI. pag. 755 : *Ita tamen quod illa quæ pro dictis reparationibus tradentur de bonis executionis meæ,.... non veniant ad commodum vel Imbursationem illorum, qui beneficia obtinebunt.*

* **2. IMBURSATIO**, Apocha, charta solutæ pecuniæ. Sozom. Pistor. hist. ad ann. 1393. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 1156 : *Et habitavit super pontem veterem in habitatione templi sancti Sepulchri, et omnes Imbursationes factæ omnium officiorum exustæ fuerunt et remotæ.* Vide alia notione in *Imbursare* 1.

* **IMBUSSOLARE**, **IMBUSSOLATA**. Vide supra *Imbossolare*.

1. IMBUSTAMENTUM, IMBUSTATURA, pro *Imbuccamentum* et *Imbuccatura*, Apertura, itineris vel stratæ caput, Ital. *Imboccatura*. Arest. ann. 1410. 8. Apr. in vol. 11. arestor. parlam. Paris. : *In Imbustamento seu apertura et ingressu dicti itineris.... Imbustatura aut apertura uterentur.* Vide supra *Imboccare*.

IMBUTAMENTUM, ab Imbuere. Robertus Monachus Walciodorensis in Prologo ad Vitam S. Foranani Abbat : *Sed quoniam Imbutamento artis| Philosophiæ minus fulti verbis has* (virtutes) *enucleare nequimus venustis, etc.* Gloss. antiq. MSS. : *Imbumentis, documentis.* Glossar. Ælfrici : *Imbutor, vel eruditor*, Lareow.

* Nostris *Embousement*, Illiniendi materia, in Stat. figulor. ann. 1456. ex Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 193 : *Ne pourront icelles denrées, ouvrages et marchandises dudit mestier Embourser* (l. Embouser), *calminer, ne estouper; car l'Embousement est fait de chaulx et d'eufz.*

¶ **IMBUTATURA**, f. Immissio vini in dolium, et tributum inde solvendum, ab Italico *Imbottare*, Vinum in dolium immittere, Gallice, *Entonner*. [* Idem quod supra *Imbotatura*. Vide in hac voce.] Chron. Estense apud Murator tom. 15. col. 509 : *Dominus Albertus Marchio... ad eos inermis descendit, et multis eos blandis verbis allocutus, ut eorum impetum et furorem mitigaret, fecit eis tradi omnes scripturas gabellarum, Imbutaturæ et extimorum, tam novas quam veteres; qui statim accenso igne... prædictas omnes scripturas et libros concremaverunt.*

¶ **IMENERIUS**, Liber *hymnorum*, in Enumeratione munitionum Somneriæ ann. 1260. Vide *Hymnus*.

¶ **IMGLA**, vel **IMGLUS**. Confirmatio testamenti per Carolum M. apud Mabill. pag. 507. Diplom. et apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 746 : *Morogenna domus... cum ædificiis, cortiferis, exavis, ortis, vineis, campis, seu Imglis, una cum Ecclesia, etc.* Si particula *seu* vocem præcedentem exponat, *Imglus* idem erit quod Campus; verum hæc particula sæpe vim habet conjunctionis in veteribus Instrumentis. Vide *Imlaria*.

* **IMIGERE**. Vide infra *Imugere*.

IMINA, [Species mensuræ.] Vide *Hemina*.

¶ **IMITABILITER**, Modo quem quis imitetur : *Reddantur promptiores alii Imitabiliter ad exemplum*, in Donatione ann. 1379. ex Regesto *Rubei* Cameræ Comput. Provinciæ.

* **IMITABIUM**. Lib. de Mirab. Romæ apud D. Montisfalc. in Diar. Ital. pag. 294 : *Sancta Sabina fuit Imitarium Cæsaris.* Ubi vir doctus *Mutatorium* legendum putat. Vide in hac voce.

IMITAS, Pars ima, inferior. Testamentum S. Remigii Remensis Episc. : *Partem meam de prato, quod Lugduni juxta vos habeo, ad Imitatem montium posito, et quæ juxta sunt pratella, quæ tenui, ad te revocabis.*

¶ **IMITATIO**. Vide *Immutatio*.

IMIZILUM, **IMIZINUM**, etc. Anastasius in Leone III. pag. 144 : *Fecit vestem albam holosericam ornatam in circuitu de Mizilo.* Ubi alii Codd. habent *de micilo*. In Paschali, pag. 156 : *Vela de fundato 14. de quadrapulo 14. similiter et de Imizilo 14.* Mox : *De Imizilo vela numero quatuor.* In Sergio II. pag. 173 : *Obtulit vestes de Imizilo quatuor.* [In Leone IV. apud Murator. tom. 3. pag. 246. et tom. 4. SS. Julii pag. 325 : *Cum lista de chrysoclavo cum velis ex Imizino duobus.*] In Nicolao I. pag. 210 : *Fecit.... vestem de fundato unam habentem historiam Leonum, et in circuitu Myzinum.* Bulingerus *Imizilum* his locis sericum lenius, quod Italice dicitur *Ermesino*, vel Byssinum interpretatur. Vide, an non idem sit, quod *Camisile*.

¶ **IMLARIA**, Campi modus, ut videtur. Mandatum Radulfi Episc. Atreb. ann. 1217. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1190 : *Rex Barbariæ offert pro deliberatione sua octo castra meliora quæ habet, et Christianos quos habet in sex civitatibus suis, vel pro his omnibus dare perpetuos denarios tot, ut de his possit dimidium Imlariæ in latitudine unius agri totaliter cooperire.* Ex his conjecto *Imlariam* spatium fuisse duorum *agrorum*; de agri spatio dictum est in *Ager*.

¶ **IMMACULABILIS CONSCIENTIA**, Quæ maculari nequit seu inquinari, in Vitis Patrum Emeritens. inter Concilia Hispan. tom. 2. pag. 648. col. 1.

¶ **IMMACULATIO**, Integritas, innocentia, in Actis S. Francisci de Paula n. 162. tom. 1. April. pag. 190.

* **IMMAGINARE**, vox Italica, Pingere. Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 83 : *Si quis vero schaciaverit, Immaginaverit, vel alium colorem sibi dederit alicui prædictarum avium, ad hoc ne cognoscatur, curiæ in decem libris condemnetur.* Vide *Imaginatus*.

IMMAGISTRATUS, Papiæ, *In honore positus*. [* Vide *Inmagistratus*.]

IMMAJORARE, Augere. Acta Episcopor. Cenoman. pag. 75 : *Quam et antea jam dictus Domnus sanctus Victurius Immajorare et restaurare cæperat.* Infra : *Et civitatis Ecclesiam in orientali parte Immajoravit.* [Utrobique Mabill. tom. 2. Analect. legit *Inmajorare.*] Pag. 79 : *Quam ipse Emelioravit.* Charta Ludovici Pii Imp. in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. pag. 88 : *Et quas a novo restruxit, atque immelioravit, Immajoravitque.*

* **IMMALLATUS**, Encausto ornatus, distinctus, Gall. *Emaillé*, alias *Enmaillé*. Charta ann. 1328 : *Item unum dragerium, cum pede de argento Immallato, Gallice enmaillié.* Vide supra *Esmailliatus*.

* *Emmaler* vero, pro In fascem colligere, in Vita S. Isabel. apud Cangium pag. 171 : *Il avint un matin qu'ils devoient heirer, que ciz qui devoient trousser et Emmaler les licts, etc.*

¶ **IMMANCATIO**, Membrorum conservatio, ne quis fiat *mancus* seu mutilus. Indiculus precatorius ad Episcopum formula 22. inter Bignonianas : *Precamur vobis ut vitam et Immancationem et disciplinam corporalem ei concedere jubeatis.* Hæc erat Episcoporum seu Clericorum consuetudo, ut pro sontibus ad Ecclesiam confugientibus intercederent, nec prius eos redde-

Digitized by Google

rent, quam *ad evangelia datis sacramentis*, inquit Synodus Aurel. I. can. 3. *de morte et debilitate sint securi, ita ut ei cui reus fuerit criminosus, de satisfactione conveniat* : quod etiam in servis obtinebat, qui nonnisi excusati dominis permittebantur, ibid. cap. 4. et 5. Vide Gregor. Tur. lib. 5. cap. 3.

IMMANTARE, IMMANTATI. Vide *Mantum*.

* Nostris *Emmanteler* et *Emmenteler*. Inventar. bonor. ducis Bitur. ann. 1416. fol. 7. r°. ex Cam. Comput. Paris. : *Item un doussellet.... où sont ois et cynes Emmenteles des armes de monseigneur, et de son mot, Le temps viendra.* Guignevil. in Peregr. Hum. gen. MS. :

. Pour menchonges Emmanteler
Et faire les voirs ressambler.

¶ IMMATIENS, ἀνίφικτος in Glossis Lat.-Gr. Sangerman. Quem non possumus consequi. Vox, ut opinor, ducta a Græco ματεῖν quod Hesychius exponit ζητεῖν, Quærere, et præpositione *in*, quæ locum habet ἀ privativi.

¶ IMMATRICULARE, Annectere, adjungere. Fundatio Monasterii de Altaripa apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 313 : *Prædicta omnia approbata fuerunt et confirmata a dicto Guidone Episcopo Lausanensi, qui hanc domum de Altaripa in suam successorumque specialem protectionem suscepit, decimasque totius laboris et nutrimenti sui juxta generale totius Ordinis privilegium eidem assignavit, adjiciens insuper et Immatriculans huic Monasterio Ecclesias de Escuvillens et de Unens cum fundis et pertinentiis suis.* Gallis *Immatriculer*, In album referre.

¶ IMMEDIETATE, pro Immediate, sine ullo medio. Litteræ Johannis Franc. Reg. ann. 1361. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 544 : *Ordinamus pro nobis et successoribus nostris dictos Religiosos* (Clarevallenses).... *in et de superioritate prepositure et ressorti dicti loci de Barro super Albam in solidum et Immedietate perpetuo permansuros.* Eadem notione legitur, *Sub Immediato ressorto regio*, in aliis ejusdem. Regis Litteris eod. ann. ibid. pag. 501.

¶ IMMEDULLARI, Imbibi, quasi medullis infundi, inseri. Vita S. Ayberti, tom. 1. April. pag. 680 : *Comes vero finita benedictione, dum portaret ejusdem limphæ potum, per singula sua membra sic sensit Immedullari, ut etc.*

IMMEDULLATUS, Imbibitus, medullis insitus. Jocelinus in Vita S. Patricii n. 109 : *Nec magnos illos velle deserere malitiam Immedullatam, etsi cucullis candidatam.*

¶ IMMELENATUS, Mulus, vel onus muli. Radulfus de Gestis Friderici I. Imp. apud Murator. tom. 6. col. 1195 : *Misit ad eum* (Restagus) *quod non transiret, nisi daret ei centum summarios auri et argenti onustos. Imperator vero respondit se libenter velle dare ei aurum et argentum, sed nisi Immelenatum unum.* Vide *Innemilus* in *Azemila*.

IMMELIORARE, Meliorem reddere, apud Simeon. Dunelmensem ann. 616. Adde Vitam Aldrici Episcopi Cenom. pag. 92. 93. 159. 164.

¶ IMMELIORATIO, in Charta ann. 878. ex Appendice Marcæ Hisp. col. 802.

* IMMEMORANS, Immemor. Vita S. Davanz. tom. 2. Jul. pag. 528. col. 2 : *Dei Immemorans timoris atque justitiæ.*

* IMMEMORANTER, Ex oblivione. Lit. ann. 1411. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 611 : *Et si quæ in contrarium videantur aut fieri contingeret Immemoranter aut aliter, ea ad statum prestinum et debitum... reducant seu reduci... faciant.*

* IMMENSIBILIS, Immensns. Charta Phil. VI. ann. 1328. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 241 : *Builionem usque ad Immensibilem quantitatem extra regnum nostrum portari fecisse dicebantur.*

IMMENDARE, Papiæ, *Depravare*.

* IMMENSITAS, Universitas. Charta ann. 1225. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 390 : *Aymarus Dei gratia Maurianensis episcopus, et Berlio abbas Stamedei omnibus præsentis scripti auditoribus æternam in Domino salutem. Noverit vestra Immensitas quod etc.*

* IMMENSITAS PULCHRITUDINIS, Dicitur de muliere præcellentissimæ venustatis, in Chron. Will. Godel. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 262 : *Constantiam, cognomento ob suæ pulchritudinis Immensitatem Candidam, puellam accepit* (Robertus rex) *uxorem.* Eadem rursum leguntur ibid. pag. 277.

IMMENSURATIM, Sine mensura, immense, Gallis *Démesurément*. Salvianus lib. 6. de Gubernat. Dei : *Videamus, quæso, quantumlibet Immensuratim lætemur, quamlibet jugiter, etc.*

¶ IMMERCIATUS, Cui pro delicto imposita est pœna seu mulcta pecuniaria. Confirmatio Chartæ Ricardi I. Angl. Reg. ann. 1423. apud Rymer. tom. 10. pag. 34 : *Si aliquis hominum prædictorum fratrum sit Immerciatus erga nos, vel erga Ballivos nostros, pro quacumque causa, vel delicto, vel forisfacto, merciæ et Amerciamenta pecuniæ prædictis fratribus sine dilatione reddantur.* In Privilegiis Equitum S. Johannis Jerosol. pag. 4. perperam legitur *Imminerciatus*, ut et *Intramenta pecuniæ* tom. 3. Histor. Harcur. pag. 184. pro *Amerciamenta pecuniæ*. Vide *Amerciare*.

** IMMERENTER, Immerito, in chart. ann. 1409. in Alsat. Diplom. num. 1256. tom. 2. pag. 317.

¶ IMMERITE, pro *Immerito*, apud Thom. *Madox* Formul. Angl. pag. 72.

* *Immérite*, Qui non meretur, immeritus, in Lit. ann. 1402. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 496 : *Personnes de petit estat et Immérites.*

¶ IMMETALLATUS, Ornatus, vermiculatus, Gall. *Emaillé*. Testamentum ann. 1332. e Chartulario B. M. de Bono-nuntio Aurelian. : *Tres scyphi argentei Immetallati, ponderis quinque marcharum. Duo bachini Immetallati*, apud Lobinell. in Glossario ad calcem Hist. Britan. Vide *Smaltum*.

IMMI, [Mensuræ species, forte eadem quæ *Hemina*. Fundatio Murensis Monasterii apud Eccardum de Origine familiæ Habsburgo-Austriacæ col. 231 : *Reportat ad villicum duos panes et quartam hydriæ de vino, et duo Immi de avena sive de hordeo*, Pro mensura lactis sumitur alibi.] Vide *Sester*.

IMMINERE. Papias : *Imminet, instat.* Ita usurpant Tertullianus de Pœnit. cap. 6. Anastasius in S. Fabiano, Greg. Turonensis, et alii.

IMMINENTIA, Instantia, apud Gregor. M. lib. 2. Ind. 11. Epist. 29. lib. 3. Epist. 10.

* IMMINUARE, pro Imminuere. Acta SS. tom. 4. Jun. pag. 820. col. 2 : *Cujus loci, quia tunc temporis a militia castri adjacentis Montis-acuti rebus et ædificiis Imminuatus erat, recuperationi operam dabat.* Vide *Minuare*.

¶ IMMINUATUS, Immunis. Chronic. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 635 : *Ab omni datione, ab omni districtione Pontificum, Ducum, Comitum, vel quorumcumque Rom. Pontificis ministrorum, et cujuscumque dignitatis personæ inconcussum, Imminuatum et liberrimum existeret.*

¶ IMMINUERCIATUS. Vide *Immerciatus*.

¶ IMMINUERE, Libertate et *immunitate* donare. Charta ann. 1291. e Chartulario S. Joannis Angeriac. pag. 277 : *Promittimus bona fide eidem Abbati, nos facturos et curaturos, quod nobilis vir dominus Haleburgi amortibit, liberabit, Imminuet ac confirmabit.... eidem Abbati et Monasterio omnia supradicta.* Sed f. legendum *Immuniet*, ab *Immunire*.

¶ IMMINUTIO, Immunitas. Eadem Charta Angeriac. : *Et si contigat nos non procurare vel facere amortitionem, liberationem, Imminutionem ac confirmationem prædictas, etc.* Puto legendum *Immunitio*.

* IMMINUTOR, Qui sanguinem *minuit* seu detrahit. Stat. synod. Tornac. ann. 1366. pag. 50. art. 8 : *Item hæc sunt officia seu negotia clericis concessa, et quæ possunt clerici exercere, ut puta :... barbator, Imminutor, etc.* Vide *Minuere*.

1. IMMISSIO, Exactio, vel violentia. Gregorius M. l. 7. Ind. 1. Epist. 18 : *Vel de loco aliquo, qui ad id pertinet, quocumque modo, qualibet occasione minuere, nec Immissiones dolosas aliquas facere.* Charta fundationis Monasterii S. Severi in Vasconia, apud Marcam lib. 3. Hist. Benehasn. cap. 8 : *Vel de villis vel Ecclesiis, quæ ad eum pertineant, quocumque modo et occasione movere,* (leg. minuere) *vel dolos, vel Immissiones aliquas facere, nec in hostem, nec in caballicationem esse ductores, etc.*

2. IMMISSIO, ἐνέργεια, [Operatio.] Joan. Sarisber. lib. 2. Policrat. cap. 17. de Daniele : *Sciens utique satellitem satanæ ad subversionem hominum in angelum lucis transfigurari, et Immissiones fieri per angelos malos, etc.* [Verba sunt Psalmi 77. v. 49.] [** Vide Glossar. med. Græcit. voce Ἐπιπομπή col. 424. supra *Dæmon* et infra *Incursus*, 1.]

¶ IMMISSURA, *Sagittarum immissarum jactus*. Barthius in Glossario ex Roberti Monachi Hist. Palæst. : *Sed hæc nostri irridebant, et protecti clypeis, loricis, galeis, eorum Immissuras vilipendebant.*

¶ IMMOBILE, Bona immobilia, in Caffari Annalibus Genuens. ad ann. 1162. apud Murator. tom. 6. col. 278.

Digitized by Google

¶ **IMMOBILITARI**, Immobilem esse. Sebastianus Perusinus in Vita B. Columbæ Reatinæ, tom. 5. Maii pag. 360. * : *Immobilitato hoc sensu, omnes alii Immobilitantur.* Engelbertus de Longævitate ante diluvium cap. 23 : *In quarum fundo aquarum aer et aqua præcluduntur et Immobilitantur usque ad infectionem et putrefactionem.*

IMMOLARE, Offerre aliquid Ecclesiis. Tabularium Landavense in Monast. Anglic. tom. 3. pag. 192 : *Idon Rex... unam de domibus suis... Immolavit cum omni sua libertate, et cum refugio Ecclesiæ S. Petri, etc.* Pag. 205 : *Immolavit 4. modios terræ... pro commercio regni cælestis Deo et Sanctis, etc.* Occurrit in hoc Tabulario non semel.

IMMOLATICIÆ Hostiæ, Escæ, carnes, idolis immolatæ. *Mortiferi idolorum cibi*, apud Cyprian. de Lapsis. *Occisarum hostiarum miser sanguis*, apud Julium Firmicum de Errore profanar. religion. *Cibi dolorum cultibus Immolati*, in Concilio Aurelian. II. can. 40. *Immolata dæmonibus*, in Aurelianensi IV. can. 15. Εἰδωλόθυτα, in Epist. 1. ad Corinth. 10. Gloss. Græc. Lat. : Θύσιμος, *Immolaticius*. Εἰδωλεῖον, *Immolaticium*. Ab iis abstinere jubebantur Christiani, ne gentilitiæ superstitioni viderentur participare, adeo, ut si eas contigissent, gravi pœna, ac, uti vocant, pœnitentia mulctarentur, ut est in Pœnitentiali Halitgarii cap. 6. et in Addit. 4. ad Capitula Caroli M. cap. 54. Solebant autem Gentiles, qui ex sacrificio domum redibant, portiunculam aliquam victimæ consecratæ domesticis suis afferre, quod docet Scholiastes Aristophanis in Pluto. Sed et interdum in macellis venum exponebant, et ex iis collecta pecunia Sacerdotum erat, ut est apud S. Augustinum lib. Expositionis quarumdam propositionum ex Epist. ad Rom. cap. 78. Unde sæpe legimus, porrectas a paganis ad manducandum ejusmodi escas Christianis Martyribus, in Actis Martyrii SS. Tarasii et Socior. apud Baron. ann. 290. n. 24. et apud Gregorium M. lib. 3. Dial. cap. 27. Vide eumdem Augustinum Epist. 153. [et Lactantium lib. de mortibus Persecutorum n. 37.]

¶ 1. **IMMOLATIO Missæ**, vulgo *Præfatio*, seu pars Missæ, in qua fit sacrificium, *Actio*. Acta SS. Junii tom. 4. pag. 699. ubi de festis S. Johan. Baptistæ : *Immolatio Missæ. Vere dignum est, nos tibi semper hic et ubique gratias agere, etc.* Vide Missale Gothicum pag. 263.

* 2. **IMMOLATIO**, Oblatio, quæ ecclesiæ fit. Charta ann. 1462. in Suppl. ad Miræum pag. 621. col. 2 : *Item Immolationes et oblationes totius ecclesiæ, et omnia emolumenta ex parte curæ ecclesiæ Arschotensis provenientia.* Vide *Immolare*.

¶ **IMMORA**, *Dilatio, procrastinatio*, ὑπέρθεσις. Glosss. Lat. Græc. Sangerm. MSS.

¶ **IMMORANTER**, Sine mora. Gloss. Græc. Lat. : Ἀνυπερθέτως, *Immoranter, incunctanter*.

¶ **IMMORIGERATUS**, Non morigerus, male moratus, in Chron. Modoetiensi apud Murator. tom. 12. col. 1129.

¶ **IMMOROSE**, ut *Immoranter*, in Litteris Caroli VI. Franc. Regis ann. 1411. ex Libro viridi 2. Castelleti Paris. fol. 136.

* **IMMORTALIS, Immortalis**, Non mortiferus, Gall. *Qui n'est pas mortel*. Libert. Brager. ann. 1334. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 330 : *Item si dicta vulnera judicentur Immortalia, dictus burgensis tradetur ad recredentiam vel in commendam.* Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. ch. 157 : *Cum hujusmodi vulnus esset curabile et Immortale, prout sirurgici.... relati fuerunt.* Aliæ ann. 1385. in Reg. 127. ch. 157 : *Licet periculum vulneris coram justitia loci fuisset reportatum tanquam Immortale et sanabile, etc.*

* **IMMORTIFFERUS**, Eodem intellectu. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 125. Chartoph. reg. ch. 115 : *Vulnera per medicos et cirurgicos in talibus expertos sanabilia et Immortiffera justitiæ reportata, etc.*

¶ **IMMORTIFICATUS**, lib. 1. de Imit. Chr. cap. 3. n. 3. Qui sibi plus satis blanditur et indulget, Gall. *Immortifié*.

* **IMMOTABILIS**, Immotus. Charta ann. 863. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 558 : *Ad utilitatem... servorum Dei ibidem Domino famulantium, eique Immotabili religione cum ipsius adjutorio acceptabiliter servientium.* Vide *Immotabilitas*.

IMMOTABILITAS, ἀκινησία, in Gloss. Gr. Lat.

¶ **IMMOTORES**. Vide *Usupelliones*.

* **IMMOVILE**, pro *Immobile*, Res immobilis, in Charta ann. 1064. apud Ughell. tom. 1. Ital. sacr. col. 534. edit. ann. 1717.

¶ **IMMUNDÆ Carnes**, a quibus Judæi debebant abstinere; quæ fuerint, dicitur Levitici cap. 11. quænam vero fuerint Christianis immundæ, discimus ex Actibus Apost. cap. 15. ubi Gentes recens ad Christum conversæ jubentur abstinere *a sanguine et suffocato*. Hinc liquet quid sibi velit Capitulum 100. Theodori Cantuar. Archiep. apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 61 : *Qui carnes Immundas manducaverint, et olera quæ cum carne coquuntur, cessare oportet a ministerio;* hoc est, Qui carnes cum sanguine, seu carnes suffocatas manducaverint. Interpretationem, si opus est, firmant Capitulum 105 : *Sanguinem sine voluntate edentibus non esse peccatum*, et Capitulum 119. *Aves et animalia cætera, si in retibus strangulentur, non sunt comedenda; similiter ab accipitre mortua. Apostolus etiam dicit : Similiter abstinete vos a suffocato sanguine et ab idololatria.* Haud scio an aliud posterius sit hujuscemodi interdictionis exemplum.

* **IMMUNDICITIA**, Immundities. Arest. parlam. Paris. ann. 1394. in Cod. reg. 9852. 3. 3. fol. 84. v° : *Nonnulli alii in scutum armorum nostrorum in lapide sculptum, lutum et immundicitiam, arma nostra vituperando, projecerant.*

¶ **IMMUNDITIÆ**, Purgamenta. Vide *Mundillæ*.

* **IMMUNDITIATUS**, Immundus, impurus, immunditiis destinatus. Annal. Placent. ad ann. 1445. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 890 : *Post vero palatium ipsius* (Baptistæ) *in ruinam dederunt, et Giselerii lex ibi dicta est, ne quis audeat ædificare, sed locus sit Immunditiatus.*

* **IMMUNIMEN**, Munimen; dicitur de sigillo quo Chartæ muniuntur. Charta ann. 1216. tom. 1. Germ. sacræ pag. 361 : *Præsentem paginam sigilli nostri Immunimine cum horum, qui interfuerunt, nominibus jussimus annotari.*

* **IMMUNIRE**, *Immunem* facere. Charta ann. 1114. ex Tabul. episc. Carnot. : *Eos et terras ipsas sive possessiones vel hæreditates et animalia liberavit, ipsam ecclesiam omnino et immunivit.* V. *Emunire* in *Emunis*.

* 1. **IMMUNITAS**, Protectio, tutela. Charta Caroli C. ann. 844. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 475 : *Qua* (auctoritate) *continebatur, qualiter prædictum monasterium, ædificatum a Castellano quondam in valle, quæ dicitur Asperia, sub sua Immunitate atque defensione.... plenissime suscepit.*

2. **IMMUNITAS**, ἀτέλεια, ἀλειτουργησία, in Gloss. Lat. Græc. quomodo *Emunitas* sumitur, uti in hac voce docuimus : in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. § 21. 25. in Capit. [** Pippin. 5. 19.] Caroli M. lib. 5. cap. 187. [** 339.] etc.

Immunitas, Locus *immunis*, asyli jure donatus, cum de ædibus sacris agitur, ut in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. § 30. 36. lib. 2. tit. 39. § 3. 4. [** Lud. P. 10. Loth. I. 58. Carol. M. 9. 102.] in Capit. Caroli M. lib. 3. c. 26. l. 4. c. 13. 51. 52. l. 5. cap. 13. 148. [** 15. 279.] in Fragmentis Capit. Baluz. cap. 8. 14. etc. ipsa scilicet Ecclesia, Monasterium ipsum, vel ædium sacrarum ambitus. Concilium Coloniense ann. 1260. cap. 8 : *Item Canonicis, ne frequentent extra Immunitatem Ecclesiarum suarum, comedant aut dormiant extra ipsam, firmissime prohibemus.* Cap. 14 : *Ut Omnes Ecclesiæ Collegiatæ Immunitates suas muro circundatas, et clausuras portarum bene munitas habeant, firmissime præcipimus.* Adde cap. 13. et Statuta Conradi Archiep. Coloniensis ejusdem ann. 1260. cap. 19. 28. Concilium Londinense ann. 1268. can. 13. etc. Inde prædia ac villæ *de immunitate* esse dicuntur, quæ ad Ecclesias pertinent, in Edicto Pistensi cap. 8. 18. in Chronico Besuensi pag. 504. in Præcepto Barnoini Viennensis Archiepiscopi ann. 811. tom. 12. Spicil. Acher. pag. 140. 141. in Concilio Coloniensi ann. 1266. can. 4. etc. [Chartularium Gemmetic. tom. 1. pag. 10 : *Item en la ville et cité de Rouen avons un ancien manoir, la chapelle S. Philebert dudit lieu, ou sont plusieurs maisons et jardins, ainsi que le tout se comporte, clos de hauts murs anciennement nommé Turris Alneredi, et de present la Poterne, qui est lieu d'aumosne, franchise et Munité, assis pres le Palais en la paroisse S. Lo.*] Vide *Emunitas*.

* Nostris *Immunité*, eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 71 : *Et se mit en Immunité et franchise en l'église du Sépulcre à Paris.*

¶ **Immunitaria Institutio**, Qua conceditur Immunitas, in Charta Chonradi Regis ann. 971. apud Menesterium Hist. Lugdun. pag. xxxviii.

¶ **Immunitatio**, Idem quod *Immunitas*. Charta Regis Bosonis pro Ecclesia Viennensi ann. 2. regni ejus : *Quod inrationabiliter ablatum foret, cum omnibus appenditiis et Immunitationibus redderemus.*

¶ **Immunitio**, Eadem notione. Charta Roberti Ducis Burgundiæ apud Perardum pag. 348 : *Promittimus... omnia privilegia,*

Digitized by Google

omnes libertates, Immunitiones, cartas, instrumenta... inviolabiliter observare.

IMMUNITATEM ECCLESIÆ PERSOLVERE, id est, bannum seu mulctam propter infractam Ecclesiæ immunitatem. Synodus Pontigonensis ann. 876. can. 3 : *Quod si quispiam fecerit, restitutis male præsumptis, Immunitatem ipsius Ecclesiæ persolvat, et bannum nostrum tripliciter componat.*

IMMURARE, [Carcere includere, Gall. *Mettre entre quatre murailles.* Pœna alias satis frequenter irrogata hæreticis aliisque graviter delinquentibus, ac præsertim iis qui in judicio constituti diu negarant veritatem, et se perjurio obstrinxerant. Chronicon Trivetti ad ann. 1222. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 572 : *Rusticus etiam quidam seipsum crucifigens et stigmata vulnerum Christi superstitione quadam circumferens perpetuo Immuratur.*] Vide *Murus* et *Inclusi.*

* Nostris *Emmurer.* Charta ann. 1260. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 372 : *Et si hæreticus fuerit, simpliciter ut hæreticus condemnatus, regali curiæ relinquatur; si autem fuerit Immurandus, vel pœna leviori seu pœnitentia onerandus, id totum per episcopalem curiam expediatur... Ad expensas hæretici Immurati dominus rex et episcopus pro rata conferant.* Lit. remiss. ann. 1444. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 334 : *Comme Jehanne femme de Philippot de Culan, pour son petit gouvernement et impudicité,... fu Emmurée jusques à ce que du consentement d'icellui Philippot, elle fu desmurée et baillée à ses amis etc.*

¶ **IMMURMURARE REMEDIUM**, illud quasi *Immurmurando* implorare, in Vita S. Godebertæ tom. 2. SS. April. pag. 35.

¶ **IMMUTATIO**, Imminutio. Capitularia Caroli M. lib. 7. cap. 445 : *Monemus ut jura Ecclesiarum, sicut a Patribus divinitus inspiratis sunt ordinata, inviolata permaneant. Nihil alienum improbus ambitus concupiscat, nec per alterius Imitationem suum aliquis quærat augmentum.* Eadem habentur in Capitulari tertio incerti anni cap. 10. quod ad annum 814. refert Baluzius. Sed quamquam et in antiquis Benedicti Levitæ exemplaribus legitur *Imitationem*, contendit tamen idem Baluzius legendum esse *Immutationem*, idque probat ex lege Codicis Theod. relata ejusd. lib. cap. 477. ubi sic habetur : *Quæcumque a parentibus nostris diversis sunt statuta temporibus manere inviolata atque incorrupta circa sacrosanctas Ecclesias præcipimus. Nihil igitur a privilegiis Immutetur,* hoc est, *Imminuatur*, ex ejusdem Baluzii interpretatione, quæ belle congruit his verbis, *nec per alterius Immutationem* (seu *Imminutionem*) *suum aliquis quærat augmentum.*

* A Latino *Immutare*, nostri *Immuter*, eodem sensu, dixerunt. Lit. ann. 1388. in vol. 8. arestor. parlam. Paris. : *Pendant laquelle cause aucune chose ne doye estre Immutée ou innovée au préjudice des parties etc.*

¶ **IMMUTILATUS**, Integer, illibatus. Philippus II. Franc. Rex in Charta ann. 1189. pro Ecclesia Eduensi, tom. 8. Spicil. Acher. pag. 203 : *Jura harum Ecclesiarum volumus et debemus Immutilata conservare.* Occurrit in Formul. Anglic. Thomæ *Madox* pag. 60. 177. etc.

¶ **IMNARIUM**, pro *Hymnarium*, Liber continens hymnos solitos in Ecclesia decantari; legitur in Præfatione Francisci Blanchini in Vitas Rom. Pontif. apud Murator. tom. 3. pag. 86. Vide *Hymnus.*

* **IMNELLA**, Porcella ablactata, ut opinor. Charta Caroli regnum regentis ann. 1358. ex Bibl. reg. : *Item les harans truiarum, Imnellarum, qui valent sex libras communiter annuatim.* Vide *Ymnisfith.*

* **IMON**, pro Imo, in Charta Petri Rob. milit. ex Tabul. Flamar. : *De et super... aliis bonis ipsius quondam Guillelmi prædictis, Imon et quamcumque aliam servitutem, censum sive redditum.*

IMPAGATUS, [Non solutus.] Vide *Pacare.*

1. **IMPALARE**, In palum impingere. Lex Burgund. tit. 24. § 2 : *Si quodlibet animal, dum de messe, aut de prato... expellitur, Impalaverit, etc.* Lex Ripuar. tit. 70. § 3 : *Si in sepem animal Impalaverit.* § 4 : *Si autem deintus sepem se in virgam Impalaverit.* Lex Longob. lib. 1. tit. 19. § 10. [** Rothar. 309.] : *Si caballus aut quodlibet peculium in clausuram alterius, intus saliendo, se Impalaverit, etc.* Adde Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 9.

2. **IMPALARE**, Papiæ, est *Impugnare.*

¶ **IMPANALARE**, In schedulam referre, ab Anglico *Panell*, Pagina, schedula. Henricus VI. Reg. Angl. in Charta ann. 1447. apud Kennettum Antiquit. Ambrosden. pag. 657 : *Concedimus præfato Edmundo quod ipse hanc habebat libertatem videlicet quod de cætero durante vita sua, aliquo statuto non obstante, contra voluntatem suam non ponatur nec Impanaletur in aliquibus assisis, juratis, recognitionibus attinctis seu inquisitionibus quibuscumque, etc.* Vide *Panellum*, 2. et *Pannellare.*

¶ **IMPANATORES.** Sic Guitmundus lib. 3. appellat. Berengarii sectatores, qui panem et vinum in Corpus et Sanguinem Christi *transubstantiari* negabant; hocque deinceps nomine vocati sunt Lutherani, qui panem una cum Corpore Christi in Eucharistia remanere somniarunt.

¶ **IMPANATUS CHRISTUS**, Eadem ratione, dicitur Anonymo qui ab annis plus quingentis confutavit errores *Impanatorum.* Hujus Scriptoris Anonymi necdum editi excerptum refert Marten. tom. 2. Itin. pag. 125.

¶ **IMPANELLARE**, ut *Impanalare*, In schedulam referre. Vide *Panellum* 2.

IMPANS. Papias : *Impans, in manu Regis servus dimissus, extraneus est.* Lex Longob. lib. 2. tit. 34. de Manumissionib. § 1. [** Roth. 225.] : *Similiter, qui per Impans, i. in votum Regis dimittitur, ipsa lege vivat, sicut qui amund (i. a tutela liber) factus est.* Edictum Rotharis tit. 91. § 5. habet *qui Inpans.* [Cod. Estens. *Infas*, alter Codex *Infans*, apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 34.] [** Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 333.]

¶ **IMPARAGARE**, Puellam nobili et convenienti conjugio copulare. V. *Disparagare.*

* **IMPARAMENTUM**, Munitio, propugnaculum, nostris *Emparement.* Vide supra *Emparamentum.* Charta Joan. reg. Franc. ann. 1362. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 110. col. 1 : *Ipsi supplicantes muros et fossata atque Imparamenta dictæ villæ fecerant suis propriis sumptibus et expensis.* A verbo

* **IMPARARE**, Munire, nostris alias *Emparer.* Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 519 : *Ecclesium de Paulliaco... incastellaverant et Imparaverant, etc.* Vide *Emparare* 2.

* **IMPARANTIA**, Sequestratio, vox fori Aragonensis, a verbo *Imparare*, Hisp. *Amparar*, sequestrare, unde *Ampara*, sequestratio, apud Acad. Hisp. in Diction. Charta pro reformat. regni Navar. ann. 1322. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 168. r°. : *Item in causa super jure patronatus ecclesiæ de Lanz testes fuerunt citati, aliqui non comparuerunt, fuerunt Imparati ratione contumaciæ, possunt pati Imparantiam annum et diem.* Vide infra *Imperancia.*

1. **IMPARARE**, [Invadere, occupare, Gall. *S'Emparer; Imparantia*, Invasio, Tuitio.] Vide *Amparare.*

* 2. **IMPARARE**, Munire. Vide supra in *Imparamentum.*

IMPARCARE, IMPARCAMENTUM, IMPARCATIO. Vide *Parcus.*

* **IMPARENTIA**, Tutela, protectio. Articuli treugæ inter Henr. reg. Angl. et Joan. comit. Armen. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 83. r°. : *Possessiones, quæ pro nunc existunt sub gubernatione et Imparentia ipsius comitis, etc.* Pluries ibi. Vide *Amparantia* in *Amparare.*

IMPARTES, *Expertes, sine parte*, Glossæ Isid.

IMPARTICARE, Ad *perticam*, seu furcam vel patibulum suspendere, ex Gallico *Empercher.* Lambertus Ardensis pag. 169 : *Mox quæsitis mortidatoribus et proditoribus, et consciis, et consiliariis, et multis inventis alios inrotavit, alios Imparticavit, alios caudis jumentorum protrahendos et discerpendos adhibuit, etc.*

* **IMPARTIRI**, f. Amplificare, Gall. *Agrandir.* Charta ann. 1221. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 257 : *Rad. Jugan dedit et concessit sæpe dicto hospitali... septem virgatas terræ et dimidiam, quas fratres ejusdem hospitalis intra fosseia sua Cordellæ incluserunt, exceptis duobus pedibus terræ, quos reliquerunt extra fosseia ad Impartiendum ea, prout necesse fuerit.* Potest et de fossatorum purgatione intelligi.

IMPARTITIO, Mulcta, *emenda.* Vitalis Episcopus apud Blancam in Comm. Rer. Aragon. pag. 728 : *Pœna vero homicidii, flagitiorum æqualium vel majorum, nec Impartitiones, quæ intercisiones vel incurrimenta vulgariter appellantur, etc.* Vide *Incurrimentum.*

* **IMPASSIBILIS**, Qui sustineri non potest. Vita S. Bertel. tom. 3. Sept. pag. 452. col. 1 : *Gigas vero horribilis rugitu prosiliens leonino, assultus minabatur Impassibiles.* [** *Impassibilis*, Qui pati non potest, et *Impassibilitas*, passim apud Christian. auctor. Vide Porcellinum.]

¶ **IMPASSIONABILIS**, Qui pati non potest. *Impassionabilis Deitas*, apud Christian. Lupum de Appellationibus pag. 890. ex fragmento Eutychetis.

¶ **IMPASSIONATUS**, *Passionis expers*,

Digitized by Google

Gall. *Apathique*, ex Goclenii Lexico Philosophico.

¶ **IMPASSULATUS**, Desiccatus, ab Italico *Impassire*, siccare. Catalogus Sanctorum apud Rocchum Pirrum Siciliæ Sacræ pag. 61 : *Et invenerunt caput purum et immaculatum... oculi erant clausi... dentes albissimi, pellis faciei Impassulata seu desiccata, nasus erat planus et venustissimus.*

¶ **IMPASTARE**, In *Pasta* seu pane coquere, Gall. *Mettre en pâte*, Ital. *Impastare*. Vita S. Guillelmi Fundatoris Montis-Virginis, tom. 5. Junii pag. 135 : *Pavo Impastatus delatusque in Montem, invenitur totus scatere vermibus.* Vide *Passimæ*.

* **IMPASTATIO**, Commistio; unde *Impastare*, commiscere. Arnauld. in Rosar. MS. lib. 2. cap. 3 : *Spiritus cum corpore tunc impastatur, et omnia hæc quæ impastantur ex toto dissolvuntur; et Impastatio fit tamen in una contritione et inseratione et assatione : nam propter contritionem et assationem ad ignem dividuntur partes ligatæ a viscositate, quæ est in corporibus.*

* **IMPATIENTIA** Vultus, Oris depravatio, Gall. *Grimace*. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1258 : *Racemi etiam maturari non potuerunt debite, ideoque vina fuerunt viridia nimis et rubia, adeo quod cum difficultate et vultus Impatientia bibebantur.*

¶ **IMPAUSABILIS**, Qui non *pausat*, quiescit. Fulgent. Myth. 1 : *Alecto Græce Impausabilis dicitur.*

¶ **IMPAUSABILITER**, Incessanter, continue. Cæl. Aurel. lib. 3. Tard. cap. 2 : *Impausabiliter cibum sumere.*

¶ **IMPECHEMENTUM**, Impedimentum, Gall. *Empeschement*. Tractatus ann. 1428. apud Rymer. tom. 10. pag. 390 : *Absque licentia, demanda, impedimento* seu *Impechemento quocumque.*

* Alias *Empagemeat*. Libert. Matiscon. ann. 1346. in Reg. 77. Chartoph. reg. ch. 111 : *Item se aucuns a fait Empagement en voies ou en chemins, chascuns s'en puet plaindre.*

¶ **IMPECHIAMENTUM**, ut *Impechementum*. Identura anni 1407. apud eumd. Rymer. tom. 8. pag. 498 : *Absque Impechiamento, impedimento, arrestatione quavis, libere vehere, mittere et disponere poterunt omnia eorum bona.* Possent hæ duæ voces eadem notione explicari, qua sequens

IMPECHIARE. Henric. de Knyghton ann. 1256 : *Et promisit Regi Navarræ, quod nunquam eum Impechiaret pro morte dicti Caroli de Hispania, etc.* i. impeteret, vel quæstionem moveret. Ita *Empescher*, usurpat consuetudo Carnot. art. 32 : *Un Seigneur feodal, par defaut d'homme, ou de devoirs de Fiefs non faits et payez, peut assigner luy-mesme sur les heritages tenus en Fief de luy, et les mettre en sa main, brandonner et Empescher, et y faire mettre et apposer la main du Roy, etc.* Consuetudo Vadensis art. 32 : *Le Seigneur nouveau ne peut Empescher, ne mettre en sa main les Fiefs, etc.* Quam quidem vocem Gallicam, non ab *impedire*, sed ab *impetere* videntur accersere Spelmannus et Somnerus : est enim *impetere*, idem quod in jus vocare, accusare, apud Gregorium Turon. lib. 5. cap. 14. Hist. Flodoardum lib. 3. cap. 21. in Legibus Henrici I. cap. 6. [et apud Rymer. tom. 8. pag. 108. et alibi.] Unde *Impetitio*, pro accusatione, ut in Jure Anglico, *sine Impetitione vasti*, exponitur, *sans Empeschement de gast.* [Permutatio anni 1319 : *Renunciantes... omni actioni, Impetitioni, liti, juri, etc.* Præceptum anni 1326. apud Rymer. tom. 3. pag. 879 : *Sine Impetitione ponenda in corporibus hominum illorum, vel in navibus, seu bonis ante dictis.*] *Impacciare* dicunt Itali, pro impedire, molestiam afferre.

* *Empescher*, eodem sensu; unde *Empeschement*, accusatio, in Lit. remiss. ann. 1381. ex Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 43 : *Icellui Andrieu... au conjurement des jurez de nostre ville de Tournay, ainsi qu'il est acoustumé à faire en tel cas, encoulpa et Empescha ledit exposant, et dist que icellui exposant lui avoit fait l'une desdittes plaies; ... et par vertu dudit Empeschement, ledit exposant et sondit oncle ont esté et sont enregistrez ès registres de nostredite ville comme avoir perdu à tousjours l'abitation d'icelle sans rappel.* Vide *Impedire*.

IMPECTORARE, Pectori recondere. Auxilius de causa Formosi Papæ : *Paulisper vis artis aperienda est, ut locorum status finesque constitutionum facilius Impectorentur.* Vita S. Wilibaldi Episc. Eystetensis cap. 5 : *Soliloquiorum Dei librum amplectens legebat, quoad usque secundum morem ordinis Psalterium sibi ex integro memoriter Impectorasset.*

IMPEDATURA. Esdras lib. 3. cap. 5 : *Et horum quæsita est generis Impedatura, et non est inventa.* Ubi Gr. Edit. : Καὶ τούτων ζήτησις τῆς γενικῆς γραφῆς ἐν τῷ καταλογισμῷ, καὶ μὴ εὑρεθείσης, etc. Will. Brito in Vocabul. MS : *Impedatura, dicitur pedis mensura vel impressio, vel investigacio. Est autem peda, ut dicit Ugutio, vestigium humanum, unde dicitur, pedo, pedas, et per compositionem impedo, das, i. pedam facere, vel imprimere, vel investigare, et inde dicitur Impedatura. Unde* 3. *Esdræ* 5. *dicitur,... et generis sexta Impedatura i. generis investigatio; vel genealogiæ computatio, Impedatura dicitur, quod sicut in deambulatione una peda post aliam terræ imprimitur, et una alteri succedit, ita et in hujus computatione una peda post aliam minatur, et * æqualiter una alteri successit; observatur, et sicut peda distinguitur a peda, et similiter persona a persona.* Adde Auctorem Mamotrecti. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS. : *Impedatura, Impressure de pié, ou mesure, ou trace de pié.*]

* Nostri *Empiener* dixerunt, pro Cogere aliquem pedibus suis ire. Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 328 : *Lesquelz rompirent les serreures de ladite prison, prindrent ledit religieux et l'emporterent ou Empiénerent tout enferré en l'ostel du suppliant.*

** **IMPEDIMIA**, pro *Epidemia*, in Annal. Fossens. ad ann. 1360. apud Pertz. Script. tom. 4. pag. 34.

* **IMPEDIA**, **IMPEDIUM**, *Empiengne*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide supra *Empedia*.

* **IMPEDICATUS**, Pedica constrictus, Gall. *Empétré*, Ital. *Impedicato*. Lex Burgund. tit. 4. art. 6 : *Si autem Impedicato caballo ingenuus pedicam tulerit, etc.*

¶ **IMPEDIARE CANEM**, Ejus pedes quodammodo mutilare. Vide *Expeditare Canem.*

¶ **IMPEDICARE**. Papias : *Impliciscere, implicare, illigare, irretire, Impedicare.*

¶ **IMPEDIENS**, Reus, in litem adductus et causam defendens. *Hæc est finalis concordia facta... anno regni Regis Henrici filii Regis Joannis septimo... inter Willelmum de Mohun querentem, et Willelmum Brewere Impedientem, de manerio de Clynton*, apud Thomam *Blount* in Nomolexico Anglic.

* **IMPEDIMENTOSUS**, Noxius, incommodus. Conv. apud Marsn. ann. 851. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 605 : *Et ideo tanta Deo contraria, et nobis ac vobis Impedimentosa acciderunt.*

¶ **IMPEDIOSE**, Cum impedimento. Utitur Gocelinus in Translatione S. Augustini Cantuar. tom. 6. Maii pag. 434.

* **IMPEDIRE**, In jus vocare. Stat. ann. 1505. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 310 : *Si Christianus Judæum Impedit, asserens quod ei pignora sua obligaverit, etc.* Vide supra *Impechiare.*

* **IMPEDIRE SE**, Curare, sollicitudinem habere, Gall. *s'Embarrasser*. Acta S. Anton. Ripol. tom. 6. Aug. pag. 535. col. 1 : *Qua in re idem D. consul decrevit non se de hoc homine Impedire : sed rogatus.... eumdem fratrem Antonium a dicto carcere idem D. consul extraxit.*

¶ **IMPEDITIVUM**, Quod obstat, impedit, apud Ludewig. tom. 6. Reliq. Mss. pag. 191.

¶ **IMPEDITOR**, Qui impedit, obstat, apud Rymerum tom. 5. pag. 4.

* **IMPEDIUM**. Vide supra *Impedia.*

IMPEGNARE, ex Italico *Impegnar*, Impignorare, pignori dare, in Statutis Venetor. ann. 1242. lib. 1. cap. 4.

IMPEJORARE, [Pejorem facere.] Vide *Pejorare.*

* **IMPEJORATIO**, Rei in deteriorem statum deductio, imminutio, Gall. *Détérioration*. Charta ann. 1317. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 274 : *Pro Impejoratione cujusdam domus canonicalis etc.* Vide *Pejoramentum.*

¶ **IMPELLARE**, pro *Impellere*. Donatio Alphonsi VI. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 283. col. 2 : *Qui alium Impellaverit, aut eum pugno percusserit, quinque solidos dabit Abbati.*

* **IMPELLERE**, Agitare, succutere : dicitur de mensura quæ ut oppletior sit, agitatur. Charta ann. 1317. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 355. r°. : *Item concessit* (rex) *Guillelmæ uxori Roberti de Gamachiis militis lxxx. minas avenæ ad mensuram carcatam et Impulsam ad hæreditatem pro xxiv. lib. viij. sol. ij. den.*

IMPELLICATUS, *Concubinatus, a pellice*. Papias.

* **IMPENDIUM**, *La fidelita*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Hinc pro Servitio feudali, seu hominio et fidelitate, in Charta Aymari comit. Valent. ann. 1324. ex Cod. reg. 6008. fol. 27. v°. : *Ordinamus quod universaliter comitatus Valentinensis et Diensis, et omnia et singula castra, loca, bona et jura in juridictione, mero et mixto imperio, et Impendiis sive feudis existentia, etc.*

IMPENSA, Farturæ, seu condimenti

Digitized by Google

species, de qua Apitius lib. 8. de Re culinaria cap. 7. et 8. Gloss. Lat. Gr. : *Impensa*, ἀνάλωμα, ἐλαιόγαρον. Gloss. Isid. : *Conditura*, *Impensa*. Ita etiam Papias. Hinc forte *Impensam* vocabant Architecti, quarumvis rerum ad opus albarium commixtionem, ut Anonymus de Re Architectonica cap. 18. 19. 23. Palladius de Architectura : *Nucleus Impensa meliore inducatur*. Alio loco : *Exacto pavimento ad regulam et libellam, supra Impensa testaceo mollior inducatur.*

¶ **IMPENSATUS**, Inopinatus. *Hora Impensata redire*, in Miraculis B. Raymundi, tom. 5. Junii pag. 689.

* Ital. *Impensato* : nostris *Empensé*, sensu opposito. Charta ann. 1392. in Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 277. r°. : *Sur la nuytier, d'aguet et entreprinse Empensés, sanz defiances précédens, etc.* Le Roman *de Robert le Diable* MS. :

Il a fait son commandement
Itel com il l'ot Empensé.

Vide supra *Appensatus*.

¶ **IMPENSIO**, Donatio. Concil. Tolet. VI : *Quicumque Simonis imitator, Simoniacæ quoque hæresis exstiterit auctor, ut Ecclesiasticorum ordinum gradus, non dignitate morum obtineat, sed munerum Impensione conquirat, etc.* Charta ann. 1046. ex Chartul. Apt : *Ego Pontius, qui hoc litterali aminiculo mea persona firmo, et aliis pluribus firmari adopto, ut incorrupta coemptio, suo servata pretio, perduret hæc Impensio.*

* *Impenser*, pro Remunerari, in Charta ann. 1333. ex Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 287 : *Pour Impenser les bons et agréables services que Mariote la Guyevre m'a faiz, etc.*

¶ **IMPERACTE**, Otiose. *Imperacte negligebat*, in Vita B. Aleidis, tom. 2. Junii pag. 418.

¶ **IMPERAMENTUM**, Census pro *amparantia* seu protectione solutus. Saisimentum Comitatus Tolosani ann. 1271. apud *la Faille*, tom. 1. Annal. Tolos. in Probat. pag. 28 : *Et quod propter dominationem et libertatem quam dominus Raymundus quondam Comes Tolosanus eis dedit, ipse Abbas et Universitas dicti castri debent domino Regi per Imperamentum in uno quoque anno centum solidos Tolosanos et sexaginta sestaria medium frumentum, medium avenam et sex modios vini ad mensuram antiquam, et exercitum et cavalcatam.* Vide *Amparantia* in *Amparare*.

* **IMPERANCIA**, idem quod supra *Imparantia*. Comput. Guill. de Cheriaco recept. regni Navar. ann. 1300 : *De laboratoribus de Diacasteyllo pro residuo emendæ Imperanciarum fractarum*, L. *lib.*

* **IMPERANTE CHRISTO**, Formula sæpius Chartis inscripta, eadem quæ *Regnante Christo*. Vide in *Imperium* et *Regnans*. Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 79 : *Actum anno incarnationis Dominicæ* 1138. *indict.* 1. *epacta* vij. *concurrente* v. *ciclo lunari* xv. *regnante Ludovico rege Francorum, Imperante Domino nostro Jhesu Christo.*

IMPERARE, Vox Medicis attributa, cum ægris remedia imponunt, quomodo ea ab iis *ordinari* dicimus, apud Arnobium Jun. in Psalm. 143. Cælium Aurelian. lib. 1. Chron. cap. 4. etc. Vide Juretum ad lib. 10. Symmachi Epist. 1.

* **IMPERARE ANTIPHONAM**, Præcinere. Ordinar. MS. S. Petri Aureæ-val. : *Reliquæ antiphonæ Imperantur religiosis presbyteris et antiquis per illos, qui exequuntur officium cantoris : antiphona vero de Benedictus semper Imperatur dompno abbati Dominicis diebus et festis Apostolorum, et magnis et simplicibus dupplicibus, si præsens fuerit... In diebus vero trium lectionum non Imperatur prædicta antiphona, sed incipitur per illum, qui exequitur officium cantoris.* Vide infra *Præcipere Antiphonam*.

* **IMPERATIO**, Imperatum, jussum. Charta ann. 770. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 209 : *Per annos triginta, tam parentes mei quam et ego, voluntate mea Imperationem fecimus de presbiteris supradictæ Dei ecclesiæ; et hic Luca propter chrisma nos mittebant ad tollendum ab episcopo, et cavallicaturam cum ipsis presbiteris faciebamus.*

¶ **IMPERATORICALIS**, Scripturæ genus. Vide in *Scriptura*.

IMPERATORIS dignitatem, quæ penes Romanos et Constantinopolitanos Augustos hactenus remanserat, Leo III. PP. Carolo M. indulsit anno 801. Annales Eginhardi : *Ipse autem cum die sacratissima Natalis Domini ad Missarum solemnia Basilicam beati Petri Apostoli fuisset ingressus, et coram altari, ubi ad orationem se inclinaverat, assisteret, Leo Papa coronam capiti ejus imposuit, cuncto Romano populo acclamante,* KAROLO AUGUSTO A DEO CORONATO, MAGNO ET PACIFICO IMPERATORI ROMANORUM VITA ET VICTORIA. *Post quas laudes, a Pontifice more antiquorum Principum adoratus est : ac deinde omisso Patritii nomine,* IMPERATOR *et* AUGUSTUS *appellatus.* Monachus Sangellensis lib. 1. de Carolo M. cap. 28 : *Cum autem ibidem aliquot diebus reparandi exercitus gratia moraretur, convocavit Antistes Apostolicus de vicinis partibus quoscumque potuit, et coram positis illis, et invincibilibus gloriosi Caroli Comitibus, nihil minus suspicantem pronunciavit Imperatorem, Defensoremque Ecclesiæ Romanæ.* Mox addit, huncce titulum *gratanter* haud suscepisse, quod cum Byzantino Imp. amicitiam servare cuperet.

Cur vero a Leone divisum fuerit Imperium, et a Constantinopolitano Augusto ipse secesserit, ita refert Anastasius Biblioth. in Præfat. ad VIII. Synodum : *Sed postquam Imperatores Romanorum, qui nunc Græcorum appellantur, variorum fautores vel incentores essent errorum, sanctam Christi Ecclesiam diversis hæresibus scindere minime formidaverunt. Scidit Deus Imperium eorum, et in occiduis partibus paulatim regnare, superno decernente judicio, cessaverunt : donec Romanos Pontifices suis pravitatibus incurvare conantes, nec valentes, ac per hoc multiplicibus pœnis afficientes, Hesperiæ potestatem jam prorsus amitterent. Occidentis etiam amisso Imperio, nihilominus Romanis Pontificibus, quia jam jubere nequeunt, suadere nituntur, suis læsis favorem sensibus accommodandum.*

Exhinc Summi Pontifices, Occidentis Imperatores coronandi jus sibi adscripsere. Glaber Rodulphus lib. 1. cap. 5. sub ann. 900 : *Illud nihilominus nimium condecens ac perhonestum videtur, atque ad pacis tutelam optimum decretum, scilicet, ut ne quisquam audacter Romani Imperii sceptrum præproperus gestare Princeps appetat, seu Imperator dici aut esse valeat, nisi quem Papa Sedis Romanæ morum probitate aptum elegerit reipublicæ, eique commiserit insigne Imperiale.* Vide Annales Henrici Rebdorff. ann. 1339. 1347. et quæ de divisione Imperii, post Bellarminum et alios, acute et erudite commentatus est vir doctissimus Ludovicus *Maimbourg* Soc. Jesu, in Historia Iconoclastarum Gallice nuper edita.

* Quod assumtum jus adeo invaluit, ut Imperatores minime renunciarentur, nec ea, quæ ad Imperatoris dignitatem munusve pertinerent, existimarentur exsequi posse, donec a Romano pontifice coronam suscepissent. Quæ omnium imperii principum statuto anni 1338. antiquata sunt. Codex reg. 10197. 2. 2. fol. 110. r°. : *Anno Domini* 1338. *Ludovicus IV. Romanorum Imperator.... apud Confluenciam supra Renum tenuit consistorium imperiale, in quo.... de consilio electorum, principum et procerum suorum... quinque novas leges imperiales quæ sequuntur promulgavit. Prima lex est, quod per principes electores concorditer, aut per majorem partem ipsorum electus in regem, et Imperatorem postea promovendus, potest statim jura, castra et bona imperii apprehendere et administrare, confirmatione papali, quoad hoc, nullatenus exspectata.* Vide in voce *Electores*.

Cum igitur translatum fuisset Imperium ab Orientalibus Principibus ad Occidentales, Summi Pontifices, qui id sibi juris potissimum arrogaverant, Imperatorium nomen Constantinopolitanis Augustis fere semper denegavere, cum unicum Imperatorem Francorum seu Germanorum agnoscerent, in quem eam dignitatem jam olim ipsi transfuderant. Unde in Provinciali Romano, et in Ceremoniali Romano lib. 1. sect. 3. lib. 3. sect. 2. Constantinopolitanus Princeps Regibus semper accensetur. Honoratus *Bonnor* [*Bonnet*] Salonensis, qui sub Carolo V. Rege Francor. vixit, *en l'Arbredes Batailles*, 4. parte cap. 131 : *Or devez sçavoir, qu'il ne doit estre sur terre que un seul Empereur, combien que celui de Constantinoble extime estre seul Empereur, mais non est, il n'est fors seulement que ung Roy, et luy ne porte que une seule couronne.*

Imperatores, seu Βασιλέας sese etiam inscripsisse Bulgariæ. Principes, testatur Luithprandus in Legatione : *Cum Christophori filiam Petrus Bulgarorum Vasileus conjugem duceret;* ut et Scylitzes pag. 623. qui iisdem, quibus Imperatores Constantinopolitani usos insignibus ac vestibus auctor est. In Actis Innocentii III. PP. habetur Epistola Joannicii Bulgariæ Regis, quam sic orditur : *Ego Calojoannes Imperator Bulgarorum et Blancorum*, seu Βλάχων. Alia ibidem : *Cum placuit Domino nostro Jesu Christo, me Dominum et Imperatorem totius Bulgariæ et Blachiæ facere, etc.* A Latinis tamen, non *Imperatores*, sed *Reges* compellabantur. Innocentius ibidem in Epistola ad eumdem Joannicium : *Monemus igitur Serenitatem Regiam, etc.* Et in alia ad Archiepiscopum Trinovitanum :

Digitized by Google

Carissimum in Christo filium nostrum Calojoannem ipsorum dominum Regem statuimus super eos, etc.

Imperatoris titulum sibi arrogasse Reges Anglo-saxonicos ex hoc patet, quod *Basileus* sese passim indigitarent : quæ vox Imperatorem tum sonabat. Sed et Edgarus in Rescripto, quod habetur in Epistolis Hibernicis Usserii Armachani, ita inscribitur : *Ego Edgarus Anglorum Basileus, omniumque Regum Insularum Oceani, quæ Britanniam circumjacent, cunctarumque Nationum infra eam includuntur, Imperator et Dominus.* Alia Charta ejusdem Regis de Clericis uxoratis, quam ita subscribit : *Ego Eadgar Basileus Anglorum et Imperator Regum Gentium, etc.* Alia : *Ego denique Imperator Knuto, a Christo Rege Regum regiminis Anglici in Insula potitus, etc.* Vide *Basileus.*

* Stephanus rex Anglorum *Imperatorem* se inscribit in Charta ann. 1136. ex Chartul. Cluniac. ch. 203 : *Ex gratia supernæ miserationis sedulus Imperator, etc.*

Imperatoris titulum Regibus Franciæ Scriptores non semel attribuunt, ut Chlodovæo Baltherus in Vita sancti Fridolini Abbat. n. 30. Pipino Sugerius lib. de Administrat. sua, atque adeo ipsius Pipini sigillum, si genuinum est, apud Zyllesium in sancto Maximino, in quo exaratum, *Pipinus imperator.* Exstat vetus Charta cujusdam Maurengi in Tabulario Flaviniacensi, quæ sic clauditur : *Actum Flaviniaco Cœnobio anno 17. Pippini Imperatoris 3. Idus Junii.* Carolo Calvo, antequam hac dignitate donaretur, Tabularium Belliloci ch. 74. apud Beslium in Regib. Aquitan. pag. 3 : *Regnante domino nostro Carolo Rege, vel Imperatore Francorum, sive Aquitanorum, Garrulfo Abbate an.* 844. Carolo Simplici vetus Charta ex eod. Tabul. Flaviniacensi, quæ sic clauditur : *Data in mense Febr.... regni autem vel Imperii Augusti Karoli Simplicis anno* 3. Odoni Regi Stephanus PP. in Epistola, quæ describitur in Vita S. Theodardi apud Catellum lib. 5. Rer. Occitan. pag. 765. ubi *gloriosissimus et Catholicus Imperator* dicitur : Roberto Helgaldus in ejus Vita pag. 67. Ludovico VI. Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandriæ num. 84. cæteris denique Regibus Rigordus ann. 1185. ubi de Monasterio seu Ecclesia S. Dionysii : *Quæ corona Regni Francorum est, et Regum seu Imperatorum sepultura.* Vide *l'Arbre des Batailles*, 4. parte cap. 84. Tillium tom. 1. pag. 249. et Dominicum in Assertore Gallico pag. 177.

Imperatores Hispaniæ, vel *Hispaniarum* sese appellitasse Castellanos Reges, probant eornm complures Chartæ, *quod*, ut ait Matthæus Paris ann. 1155. *principarentur Regulis Aragonum et Galliciæ.* Zurita in Analibus Aragon. lib. 1. cap. 55 : *En el año de* 1135. *el Rey Don Alonso, estando en la ciudad de Leon, tomo la corona e insignias del Imperio, como Imperador y Monarca de toda España, pretendiendo que los Reynos y Senorios della o eran suyos, o le devian reconocer como a Señor soberano.* Adde Indicem ejusdem Zuritæ lib. 1. æra 1160. Christi 1122. Lucas Tudensis de Alphonso VI : *Ad tantam devenit gloriam, ut Imperatorem Hispaniæ faceret se vocari.* Rodericus Toletan. lib. 7. Hist. cap. 7. de eodem : *Post hæc rediens Legionem, imposuit sibi Imperii diadema, et vocatus fuit deinceps Imperator.* Idem Lucas Tudensis de Alphonso VII : *Fecit congregari Episcopos, et omnes Barones Regni sui in Legione et imponere sibi coronam secundum Legem Dei et Consuetudinem Regum priorum : ab illa die vocatus est Imperator Hispaniæ.* Chartas varias ann. 1122. 1136. 1144. in quibus uterque Alphonsus Imperatorio donatur titulo, habent Michael *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. pag. 266. Colmenaresius in Hist. Segobiensi cap. 14. § 2. 12. cap. 15. § 1. cap. 16. § 11. Antonius *de Yepez* in Chron. S. Benedicti, et Doubletus in Hist. Sandionys. lib. 3. Sed et Alphonsum VII. post Friderici II. Imp. obitum, extincto Willelmo Hollandiæ Comite, Electorum pars Imperatorem dixit anno 1155. de qua re consulendus præ cæteris Ughellus in Archiepiscopis Pisanis n. 15. Sed longe ante hæc tempora ejusmodi titulos sibi arrogasse Castellanos Reges, probant, quæ Mariana lib. 9. Hist. Hisp. cap. 5. narrat, ad Concilium scilicet Turonense, ann. 1055. missos ab Henrico II. Imperatore Legatos, ejus nomine questos adversus Ferdinandum M. Castellæ ac Legionis Regem, quod contra morem majorum, et legum præscripta, se Imperii Romani jure exemptum ferret, et incredibili arrogantia ac levitate in ipsum Imperii nomen invaderet. Quid inde secutum sit, pluribus exequitur idem Mariana. Vide Indicem Suritæ ann. Ch. 1024. Vetus Schedа apud Martinezium in Hist. Pinnatensi lib. 5. cap. 8. ubi de pacto inito inter Alfonsum Aragoniæ, et Alfonsum filium Castellæ Reges : *Et Alfonsus de Arragonia tradidit absolute totam illam terram Castellæ, quæ pro ipso tenebatur Alphonso de Castella, et deinde noluit quod vocaretur Imperator, nisi Rex Aragonum, Pampilonæ, et Navarræ.* Alia Sanctii Majoris Regis Aragonum, apud eumdem lib. 2. cap. 17 : *Ego Sanctius Rex Imperator in Castella, et in Pampilone, et in Aragone, et in Suprarbi.* Alia ann. 1036. eod. lib. cap. 34 : *Regnante Imperatore Beremundo in Leyone, et Comite Ferdinando in Castella, et Rege Garsea in Pampilona, et Rex Ranimirus in Aragona, et Rex Gundesalvus in Ripacurtia, etc.* Vide Chartam Ordonii II. Regis æræ 947. apud Antonium *de Yepez* tom. 4. pag. 450. et aliam æræ 990. apud eumdem tom. 5. pag. 437. Reges etiam Wisigothorum Imperatoris sibi arrogasse titulum, colligi potest ex Legibus Wisigoth. lib. 12. tit. 2. § 13.

* Sic et reginæ *Imperatrices* nuncupatæ. Charta æra 1181. ex Chartul. Cluniac. : *Ego Adefonsus Imperator hanc donationem.... Deo auctore confirmo... Ego Berengaria Imperatrix confirmo. Ego Sancius Imperatoris major filius, etc.*

☞ Ceterum haud satis sibi constitere Scriptores in hujusce tituli distributione, ut quid inde uti indubitatum hauriri liceat. Modo enim qui Imperator est dictus, is paulo post ab eodem Rex est appellatus; et vicissim : quod etiam accidit in Imperatricis titulo. Verum hac in re, quod longe gravius est, non Scriptores tantum, sed et Instrumenta publica variasse certum est. Hæc pluribus exemplis confirmat Mabillonius lib. 2. Diplom. cap. 4. ad eas literas vindicandas, in quibus Regis et Imperatoris vocabula confunduntur, quales, ut observat Vir doctissimus, inveniuntur non paucæ apud Hispanos. Quæ quidem observare pretium erat ne quis eam tantum ob causam pro libitu suo quævis repudiet Instrumenta.

* **Imperator Romanorum** quando vacare dicebatur, vide in *Imperium vacare.* Form. MSS. in foro Senensi usitatæ ann. 1414. ex Cod. reg. 4726. fol. 1. r°. : *Anno Domini ab ipsius salutifera incarnatione* 1414. *die* 12. *mensis Novembris, tempore pontificatus SS. in Christo patris et DD. Johannis divina providentia papæ xxiij. Romanorum Imperatore, ut Senis fertur, sede vacante, constitutus, etc.*

* **Imperator**, Notione Ciceroniana etiam apud recentiores, Dux, vir militari gloria clarus. Annal. Placent. ad ann. 1447. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 893 : *Hic comes* (Franc. Sfortia) *plures secum duxerat Imperatores, dominum scilicet Alexandrum ejus fratrem, D. Robertum ejus nepotem, comitem Dulcium, Almatium Barilem, comitem Franciscum, et quamplures alios duces expertissimos.*

* **Imperator Miles**, in Comput. MS. ann. 1239 : *Dominus Baldoinus Imperator miles in Penthecostes pro suis vadiis c. lib. Turon.*

* **Imperator Stultorum**, alibi *Regis* titulo donatus, Princeps juvenilis societatis. Lit. remiss. ann. 1456. in Reg. 183. Chartoph. reg. ch. 117 : *Certain esbat ou assemblée faict en la ville de Neelle entre plusieurs compaignons avecques cellui que lors on nommoit l'Empereur des sotais.* Vide infra *Rex.*

* **IMPERATRIX Summa** nuncupatur Virgo Dei Genitrix in Charta Girfredi archiep. Vesont. ann. 945. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 113. *Empererts*, pro *Imperatrice*, in Lit. ann. 1248. inter Probat. Hist. Villehard. pag. 6.

¶ **IMPERATUS**, Jussus, mandatum. Ammianus Marcell. lib. 31 : *Richomeres Imperatu ejusdem Gratiani motus e Galliis properavit ad Thracias.*

¶ **IMPEREGRE**, *Instabiliter, vel sine certa mansione*, Johanni de Janua ; *Sens maison ni stablement*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman.

¶ **IMPERFECTUS**, substant. Defectus. *Cujus naturali Imperfectui condolentes, etc.* in Miraculis S. Gengulphi tom. 2. Maii pag. 651.

¶ **IMPERFICIUM**, *Superficium, Cenaculum*, ὑπερῶον in Glossis Sangerman. MSS. *Imperficium*, ὑπερῶον, *Superficies*, in Suppl. Antiquarii.

* **IMPERFIDUS**, Perfidissimus. Constit. Frider. imper. contra hæret. inter Stat. Astæ pag. 2. v°. : *Ut Imperfidos contra Deum et ecclesiam insultantes, tamquam materni uteri corrosores in judicio et justitia persequamur.*

¶ **IMPERIA**, vel **Emperia**, a Gr. ἐμπειρία, Peritia. Vegetius lib. 4. de Re milit. cap. 41 : *Hæc gubernatores sese scire profitentur, sed eatenus, quatenus eos Imperiæ*

Digitized by Google

usus instruit, non altior doctrina firmavit. Sic legendum, non *Imperitiæ*, merito censet Carolus de Aquino.

* Nostris *Imperice*, opposito sensu, ab *Impericia*, Gall. *Ignorance*. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 110 : *Lequel vendeur de triacle... n'estoit que un broulleur, et ne se congnoissoit au fait de cirurgie;.... pour l'Imperice et non saichance dudit Castille, etc. Par Imperice ou autre coulpe*, in Stat. ann. 1402. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 530. art. 47. Quomodo etiam legendum, pro *Imperité*, in iisd. Ordinat. tom. 6. pag. 227. art. 8. et tom. 9. pag. 57.

IMPERIALE, Panni pretiosioris species. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis ann. 1295 : *Item tunica de Imperiali cum arboribus rubeis et leonibus aureis, etc. Item tunica de alio Imperiali, florigerata viridi et rubeo, etc. Item tunica ex alio Imperiali, quasi marmorea, etc. Frontale ad altare de Imperiali debili.*

¶ **Imperiale Diadema**, Tiara Pontificalis qua Clemens PP. V. Lugduni coronatus est. Chron. Trivetti tom. 8. Spicil. Acher. pag. 723 : *Bertrandus Burdegalensis Archiep. natione Vasco in Papam electus, Clemens V. dictus est, qui mense Octobri in Lugduno convenientibus illuc Cardinalibus, Rege Francorum Philippo suam præsentiam exhibente, Imperiali Diademate coronatur.*

¶ **Imperiales Litteræ**, Antiquationis diplomata, nostris *Lettres de recision*. Resignatio et venditio Ducatus Stinaviæ apud Ludewig. tom. 5. pag. 547 : *Renunciantes in his omnibus ac singulis supra scriptis exceptioni doli mali, in factum actioni, beneficio restitutionis integrum.... Litteris et indulgentiis Apostolicis, Imperialibus, vel a Romanorum Regibus impetratis.*

IMPERIALIA, [Imperii insignia.] Vide *Regalia*.

IMPERIALIS. Gloss. Græc. Lat. : Αὐτοκρατορικός, *Imperialis*. Ita autem proprie appellabatur Moneta Imperatorum, quæ in Italia currebat jam inde ab anno 1187. Bulla Urbani III. PP. pro Fratribus Crucigeris Hospitalis Bononiensis : *Ad indicium, quod eadem domus vestra specialiter B. Petri existat, 12. Imperiales nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvatis.* Chronicon Ricardi de S. Germano ann. 1236 : *Hoc anno jussu Imperatoris Brundusii novi Imperiales cuduntur, et veteres cassati sunt.* Matth. Paris ann. 1249 : *Octodecim millia librarum, de moneta Imperialium, quæ tantum fere valet, quantum Esterlingorum.* Innoc. IV. PP. in Rescripto ad Potestates et Rectores Civitatum Italiæ ann. 1254. apud Waddingum n. 12 : *Dentur de Camera communis civitatis vel loci, unicuique pro qualibet die 18. Imperiales in pecunia numerata.* Occurrit ibi pluries. Chartæ Henrici et Ludov. Imp. pro Monasteriis Cumensibus et Papiensibus ann. 1311. et 1329 : *Operarii debent habere pro operagio denariorum, qui dicuntur Imperiales, de quolibet penso 20. marcharam et unciarum 2. 10. solidos et 10. denariorum Imperialium novæ nostræ monetæ.* Adde Ughellum tom. 2. Ital. sacr. pag. 162. [Muratorium tom. 6. col. 1189.] et Vitam Balduini Lutzemburg. Archiep. Trevirens. lib. 2. cap. 10. Vide *Augustalis* et *Regales*.

* **IMPERIARE**, Imperare, vox Italica. Charta ann. circ. 870. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 1. col. 79 : *Imperante domino nostro Hlodovico imperatore, Hlotharii filius, postquam Imperiare cœpit, anno vicesimo quinto, etc.*

¶ **IMPERIATUS**, Imperium. Godefridi Viterbiensis Pantheon apud Murator. tom. 7. col. 387 : *Octo sedens annis Phocas tenet Imperiatum.*

* **IMPERIOSITAS**, *Majesta imperiale*. Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Imperositas*.

¶ **IMPERIOSUS**, *Splendidus, speciosus*. Gasp. Barthii Gloss. ex Baldrici Hist. Palæst. : *Tentoria Imperiosa.*

IMPERIUM, Merum Imperium, jus summum. Curia generalis Barcinone a Petro II. Rege Aragon. acta anno 1283. cap. 3 : *Restituimus possessionem, vel quasi meri Imperii, omnibus illis qui ipso ab antiquo usi sunt.* [Transactio inter Priorem Cartusiæ Vernensis et Rossolinum de Fossis Dominum Bormiensem ex Schedis Præsidis de *Mazaugues* : *Habere debeant merum Imperium et majorem jurisdictionem, videlicet mortis illationem et membri abscissionem.* Altera ejusd. inter eosdem : *Propter merum Imperium, quod habet dictus Rossolinus in territorio de Verna, non possit ibi acquirere aliquam servitutem super dictum Monasterium, Monachos et Donatos, et alios dictæ domus Vernæ, nec pro filia maritanda, suo filio uxorando, vel alio quocumque casu tallias vel quistas facere nec exigere, nec mutuum vel exactiones, angariam, proangariam (paranguriam) vel aliquid novi facere, aliquod fortalitium vel tenere vel habere, nec castellum in vista Monasterii.* Hæc alibi præcipua videntur fuisse meri Imperii jura, quibus hic ad tranquillitatem Monachorum eximitur Monasterium Vernense.]

Imperium Mixtum, in Curia generali supradicta cap. 4. Justitia media. [Vetus vocabular. Juris utriusque : *Mixtum Imperium, est potestas media per quam ea quæ sunt in jurisdictione media explicantur. Et dicitur Mixtum, quasi ex jurisdictione et mero imperio; eo quod habet commodum pecuniarum.*] Stephanus Tornacensis Epist. 132 : *Jurisdictionem civilem usque ad rigorem, quam Imperium Mixtum quidam appellant, sub potestate Comitis Flandrensis procuratorio nomine diu exercuit, etc.* [Privilegia a Raymundo de Agouto superiori domino castri de Masalgis anno 1348. concessa Johanni de Masalgis ejusdem loci condomino, qui in eo minorem seu mediam habebat jurisdictionem, ex Archivis Præsidis de *Mazaugues* : *Quod Præfatus Dom. Johan. de Masalgis et ejus uxor et eorum liberi et successores habeant in eorum hominibus larem fovent ibus in dicto castro sub ipsorum dominio et ejus districtu omnem civilem jurisdictionem et Mixtum Imperium, et eorum exercitium.... sit eis licitum constituere et creare Bajulos, Judices, Notarios, nuntios et præcones, et præconisationes facere... et præconisationes habere, ac contumassare, et de contumassia condemnare; possit habere carcerem et incarcerare.... ac eos torquere.... compellere dictos homines ad confitendum veritatem per omnem cohertionis modum juridicum atque formam... et habere costellum... adcathenare... et citra sanguinem fustigare. Quod possint dictos homines suos inquirere, corrigere et punire, et facere condemnari pecuniariter de adulteriis voluntariis seu sine violentia perpetratis tam in malem quam in fœminam cujuscumque sexus; necnon et de quibuscumque furtis... et criminibus minoribus, quæ pecuniaria cohertione plecti solent, et maxime de illis de quibus alii Castellani de Comitatu Provinciæ habentes Mixtum Imperium et jurisdictionem homines suos puniunt, et punire consueverunt de consuetudine vel de jure.* Hic notanda Mixti Imperii seu Mediæ Justitiæ jura, quæ dominus inferior ab eo tenet, qui merum habet imperium.] Vide *Sanguis*.

¶ **Merum et Mixtum Imperium**, Sæpissime in veteribus Instrumentis occurrit ad significandam omnimodam justitiam, altam uti vocant, et bassam. Charta fundationis Cartusiæ S. Crucis in Maceriis insulæ Barbaræ pag. 534 : *Item, quidquid habeo in villa de Treves cum omnibus juribus et pertinentiis universis... exceptis bannis, clamoribus personalibus, Mero Imperio.* Charta ann. 1293. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. pag. 436 : *Concessit et transtulit quidquid juris, possessionis et propietatis, jurisdictionis, Imperii Meri et Mixti.... habet.* Ordinatio Philippi VI. Regis Francor. ann. 1333. apud *de Lauriere* tom. 2. Ordinat. Reg. Franc. pag. 96 : *In terris Prælatorum... in quibus habent omnimodam justitiam altam, et bassam, seu Merum et Mixtum Imperium.* Occurrit etiam in Pacto inter Jacobum Aragon. Regem et Berengarium Magalonæ Episc. ann. 1272. locum vide in *Boyranium*. Nonnihil tamen discriminis aliquando interesse *altam* et *bassam justitiam* inter ac *merum* et *mixtum imperium*, vix dubitare sinunt Instrumenta quædam; hinc in iis civilem et criminalem jurisdictionem significari facile crediderim. Litteræ ann. 1313. apud Rymer. tom. 3. pag. 372 : *Dudum nobilem virum Bertrandum de Guto... volentes prosequi munere gratioso, sibi et hæredibus suis... castrum et villam de Blancaforti Burdegaliæ diœcesis, cum omnibus ædificiis, fortaliciis, juribus et pertinentiis, territoriis, jurisdictionibus altis et bassis, Mero et Mixto Imperio, homagiis, etc.* Vide pag. 513. et 521. Charta ann. 1380. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 173 : *Una cum omnibus suis jurisdictionibus et justiciis altis, mediis et bassis, Meris et Mixtis Imperiis, feudis etc.* Vide Glossar. Calvini.

* Nostris *Mere et mixte Empere* vel *Impere*, eadem acceptione. Pactum inter reg. et Archiep. Lugdun. ann. 1320. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 125. r°. : *Jurisdiction haute, moienne et basse avecques mere et mixte Empere. Juridicions haute, basse et moyenne, mixte et mere Imper*, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 444.

¶ **Imperium Vacare**, Merum est Scriptorum quorumdam figmentum; quod sedulo est observandum, ne quis in hæc verba cum occurrerit, reipsa tunc temporis vacuum fuisse imperium falso existimet. Id autem accidere duplici potissimum ex causa temere opinati sunt : prima est, cum electus

Digitized by Google

Imperator, a Romano Pontifice coronam imperialem nondum est adeptus; tamdiu enim *vacare imperium* fingebant, quamdiu huic ceremoniæ, quam sibi abscripserant Romani Pontifices, cujusque defensores erant acerrimi, non esset factum satis. Inde est etiam quod apud Romanos, nonnisi a coronationis die, Imperatoris anni computari solent : quod sub Ludovico Pio in usu cœpit, ac tandem sub Carolo V. Imperatore desiit. Altera est, cum Imperator ob grave aliquod crimen Ecclesiæ censuras incurrit atque a Romano Pontifice excommunicationi subjicitur : statim quippe jure imperium administrandi Imperatorem privari, atque eo ipso imperialem dignitatem auctoritatemque penes Romanum Pontificem esse atque ad eum pertinere commenti sunt. Primum probat Charta ann. 1068. quo nondum Henricus III. solemni ritu coronatus fuerat, quæ sic clauditur : *Domino nostro Papa Alexandro Romanum imperium tenente, et Henrico III. regnante.* Id tamen non omnibus probatum innuit Charta provocationis Delphini ann. 1304. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 121 : *Coram Serenissimo Principe D. Alberto Dei gratia Romanorum Rege semper Augusto, ut pote domino ipsius feudi, vel saltem coram Paribus curiæ, ac forte coram Apostolica Sede, si secundum estimationem quorumdam Imperium vacare dicatur, licet idem D. Albertus Rex Romanorum existat.* Secundum eruitur ex Charta ann. 1082. quo eumdem Henricum excommunicaverat Gregorius PP. VII : *Domino nostro regnante et Domino nostro Papa Gregorio imperium Romanum tenente.* Vide Commentaria in Hist. Dalphiu. loco laudato.

☞ Huc spectat formula, *Regnante Christo*, quæ passim veteribus Instrumentis, sive publicis, sive privatis, olim apposita est. Hanc primum invexit religio, quam exinde pro arbitrio usurparunt vel mutarunt Notarii : eam nihilominus quosdam consulto adhibuisse, etiam in Galliis nostris, existimo, præsertim eo tempore quo aliqua discordia erat inter Romanos Pontifices et Francorum Reges. Consule, si placet, Blondelli diatribam hac de re ex professo editam.

IMPERIUM, Titulus honorarius Imperatoris. Constitutio Theodosii et Valentiniani Impp. apud Facundum Hermianensem lib. 8. cap. 3 : *Turbam atque tumultum, qui evenit in Oriente nostrum cognovit Imperium, etc.* Epistola Caroli M. ad Albinum et Monachos Turonenses : *Adlatæ sunt nobis literæ de contempu jussionis Imperii nostri, etc.* Epistola Theodeberti Regis ad Justinianum Imperat. : *Amorem nostrum erga Imperium vestrum, etc.* Joannes VIII. PP. Epist. 24. ad Carolum Calvum Imp. : *Et idcirco inter Pontificium nostrum et Imperium vestrum mediatorem illum esse decrevimus.* Adde Epist. 27. Nicolaus I. PP. Ep. 8. ad Michaelem. Imp. : *Porro scripsit nobis Imperium vestrum, etc.* Ἡ βασιλεία μου, cum de se loquuntur Imperatores Constantinopolitani passim. Adde Diurnum Roman. cap. 2. tit. 3. Vide Dissertationem nostram de Imperatorum Byzantinorum Numismatibus.

* *Ampiere*, pro *Empire*, Imperium, in Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 156.

* IMPERIUM, Quævis jurisdictio. Stat. ann. 1360. tom. 11. Ordinat. reg. Franc. pag. 39 : *De litteris donationis Imperii seu jurisdictionis, quinquaginta florenos.*

* IMPERIUM de Ducatu Normanniæ dicitur in Charta ann. 1066. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 59 : *Ego Normannorum dux Guillelmus, etc. Convenientes Imperii nostri excellentissimi pontifices, etc.*

* IMPERIUM, Auctoritas. Charta ann. 1197. in Lib nig. S. Petri Abbavil. fol. 314. v°. : *Ego Warinus Imperio domini Hugonis abbatis Cluniacensis, prior monasterii S. Petri Apostoli, etc.*

¶ IMPERLATUS, Ornatus *perlis* seu unionibus. Constitut. Frederici Regis Siciliæ cap. 94 : *Item quod nulla domina sive mulier audeat portare capellum Imperlatum, sive smaltatum sub pœna unciarum* 12. Cap. 95 : *Item uxores tantum Militum possint portare gerlandam Imperlatam et cum gemmis et auro.* Vide *Perlæ*.

* IMPERMUTABILIS, Immutabilis. Charta ann. 1312. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 589 : *Ut autem hæc nostra conventio simul et actio rata et Impermutabilis perpetuis temporibus perseveret, etc.*

IMPERNATUS, [ut *Imperlatus.*] Vide *Pernæ* 2.

¶ IMPEROSITAS, *Majestas*, Johanni de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS. : *Imperositas, Majesté*, Imperialis dignitas.

¶ IMPERPETI, pro *Perpetim*, Perpetuo. Chartular. S. Vandreg. tom. 2. pag. 2001. ex Charta anni 1153 : *Hugo D. G. Rotomag. Archiep.... Contulimus nostræ autoritatis munimine Imperpeti duratura, etc.*

¶ 1. IMPERS, καλυπτήρ, Tegmen, in Glossis Lat. Gr. Sangerman. MSS. [* Ex Castigat. in utrumque Glossar. leg. *Imbrex.*]

¶ 2. IMPERS, *Expers, sine parte. Ambr. super Egisippum : Vestro prælio omnes implicabuntur, nec erit nostra ulla regio vestri Impers decoris.* Joh. de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Impers, Sens partie.*

¶ IMPERSONALITER Altare seu Ecclesiam Monasterio vel Collegio tradere dicitur Episcopus, cum nullum sibi jus reservat *Personam* seu Clericum, qui ei Ecclesiæ deserviat, nominandi, aut certam præstationem, quam Altarium redemtionem vocabant, accipiendi, cum instituitur nova persona. Hac notione legitur tom. 5. Annal. Benedict. pag. 310. 387. et in Vita Urbani II. PP. tom. 3. Operum Posthum. Mabillonii et Ruinartii pag. 213. etc. Vide *Personæ*.

* An ea sit unica constansque hujus vocis notio, subdubitari haud temere potest, cum de præbenda etiam usurpetur, ut in Charta Petri episc. Bellov. ann. 1132. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 429 : *Præbendam quam clerici ecclesiæ S. Vincentii in ecclesia S. Evremundi de Credulio legitime possederunt et possident, ut ipso ecclesia perpetualiter et Impersonaliter possideat concedimus et summa pontificali auctoritate firmamus.* Unde *Impersonaliter* dicitur altare aliudve beneficium alicui monasterio concedi, cum altaris aut beneficii titulus nemini nominatim adscribitur, totique conventui tribuitur possidendum. Quod ex hodierno Canonicorum Regularium usu, præsertim ubi de præbendis in aliis ecclesiis ipsis attributis agitur, confirmari licet. Vide mox

¶ IMPERSONALITER, Alia notione. [* Id est, Nemine nominatim appellato.] Epitom. Constitutionum Eccl. Valent. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 170 : *Ne quis ex Beneficiatis circa onus Missarum sibi incumbentium dubitet pro varietate clausularum institutionis beneficii sui, declararunt quod institutio loquitur Impersonaliter, scilicet quod quotidie, vel expresse, quod per se, vel per alium celebret, seu faciat celebrare.*

IMPERSONARE, [in *Beneficio* seu Ecclesia *Personam*, i. Clericum constituere.] Vide *Personare*.

* Seu in *personatus* possessionem mittere. Charta Alb. episc. Leod. ann. 1187. in Suppl. ad Miræum pag. 356. col. 1 : *S. R. S. Apostolicus Lucius III. præfatum Bonæ Spei ecclesiam jam dicto de Gennetines altari perpetuo Impersonavit et investivit.*

¶ IMPERSONATUS, dicitur de Conventu qui potestatem habet *Personam* in Ecclesia instituendi, apud Th. *Madox.* Formul. Anglic. pag. 248.

* IMPERSONATUS, Liber a *persona*. Vide supra *Impersonaliter* 1. Charta Nicolai I. episc. Camerac. ann. 1164. ex Tabul. ejusd. eccl. : *Altaria quæ ab antecessoribus nostris Burcardo scilicet et aliis sanctæ recordationis episcopis cœnobio Hunocurtensi fratrum... Impersonata æternæ salutis contemplatione collata concepimus; auctoritatis nostræ titulo... confirmare decrevimus.* Alia Alardi ejusd. eccl. episc. ann. 1175. ex Tabul. S. Gauger. : *Unam præbendam in construendis seu restituendis ejusdem ecclesiæ ædificiis, sive ad quoslibet usus ecclesiæ necessarios liberam et Impersonatam concedimus et assignamus.* Occurrit rursum ibid. in Ch. ann. 1182.

¶ IMPERSUASIBILIS, Cui nihil persuaderi potest, in Epist. Cleri Nannet. ad Leonem IX. PP. apud Marten. tom. 1. Collect. novæ in 4°. part. 2. pag. 24.

¶ IMPERTINENS, Ineptus, insulsus, Gall. *Impertinent*, in Vita B. Coletæ n. 54. tom. 1. Martii pag. 553. *Impertinentia verba*, apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 906.

* IMPERTINENTIA, Vox fori; dicitur de eo quod a re, de qua agitur, alienum est. Lit. remiss. ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 229 : *Primum articulum negat dictus Johannes* (reus) *salvo jure ineptitudinis et Impertinentiæ, etc.* At vero *Impertinacité*, idem quod Ingenuitas, simplicitas, in Lit. ann. 1382. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 654 : *Nous eu regart à la simplesse, Impertinacité, etc.*

* IMPESATUS, Gummi oblinitus, Gall. *Empesé*. Guido de Vigev. MS. de Modo expugn. T. S. cap. 8 : *Illæ axe cum scissura a tergo cooperiantur de corio bene Impesato.* Rursum ibid. : *Sed antequam firmetur navis super ouvis habeantur stopini præparati, Impesati et Incerati qui ponantur in illis tribus scisuris.*

¶ IMPESIUM, Prælium, forte sic dictum ab *Impetu*, quasi *Impetium*. Litteræ Philippi Franc. Regis ann. 1329. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 224 : *Notum facimus,*

Digitized by Google

quod cum dilectus et fidelis consanguineus noster Guigo Dalphinus Vienn. ad nostram requisitionem dilecto et fideli nostro Johanni de Cabillione Comiti Altissiodorensi, quem idem Dalphinus in Impesio captum in bello suo et in terra sua prisionarium detinebat, elargitionem prisionis, usque ad instans festum S. Andreæ Apostoli concessisset. [* A Gallico veteri *Empainte*. Vide infra *Impeteius*.]

* **IMPESTIS**, *Impubes*, ἄφθορος; sic etiam in Germ. sed leg. *Investis*. Herald. Castigat. in utrumque Glossar.

¶ **IMPETEIUS**, Impetuosus, violentus. Glossar. Lat. Græc. : *Impeteius*, βίαιος, Sangerman. habet *Impeteius*.

*„ *Empeitous*, eadem acceptione, in Consolat. Boetii MS. lib. 1. :

> Quant le vent qui est Empeitous,
> Fait de mer en poy mouvoir l'onde, etc.

Hinc *Empainte*, Tempestas, maris sævitia, in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1 :

> Et si reclaiment sains et saintes,
> Quant de mer voient les Empaintes.

* Sed et pro oppugnatio, assultus, dixerunt nostri. Froissart. vol. 1. cap. 226 : *Et fut commandé de par leur mareschal que nul n'allast avant sans commandement, ny ne fist jouste, course, n'Empainte.* Vide infra *Impingere*.

IMPETERE, [Imponere, expetere, exigere. Præceptum Lotharii Regis Franc. pro Monasterio S. Petri Carnut. apud Mabill. tom. 4. Annal. Benedict. pag. 689 : *Nullo tempore aliquis Principum ecclesiasticorum aut sæcularium... in claustro prædicti Monasterii, aut in cunctis rebus... ipsi adjacentibus aliquas impetat exactiones, neque bannum, neque districtum, aut quidquid in aliquo terrenæ justitiæ titulo dici potest.*] Vide *Impechiare* et mox

* **IMPETICIO**, Petitio in jure, exactio. Charta ann. 1278. tom. 1. Amœnit. Lit. pag. 193 : *Ab omni Impeticione nociva prædictam ecclesiam volumus werendare.* Alia ann. 1282. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 417 : *Eandem ecclesiam per judicium nostræ curiæ absolvimus super prædictis omnibus ab Impeticione hominum prædictorum.* Instr. ann. 1385. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 81. col. 1 : *Hennickius ad hanc Impeditionem domini archiepiscopi præcise respondere dissimulans*, etc. Rectius paulo post : *Impetitio*. Vide *Impetere*, [** et Haltaus. Glossar. German. voce *Ansprache*, col. 42. et *Zusprechen*, col. 2180.]

¶ **IMPETIGINOSITAS**, *Scabiositas*, Johanni de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MSS : *Impetiginositas*, *Dertruyte* (a Gallico *Dertre* vel *Dartre*, Scabies,) *Rogne seche*.

* **IMPETIGINOSUS**, *Dertreux*, *rongneux*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide *Impetiginositas*.

* **IMPETIGO**, *Cange*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide *Forma* 16.

* **IMPETRATIO**, Libellus supplex, quo coram judice superiori, omisso medio, jus suum prosequendi licentia petitur. Lit. ann. 1356. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 177 : *Pro expeditione causarum suarum, prædictos decanum et capitulum* (ecclesiæ Carnotensis) *oportet per Impetrationes recurrere ad nostram curiam parlamenti. Empétrer*, pro *Impétrer*, Impetrare, in Vita S. Ludov. Edit. reg. pag. 337. *Enporter*, eodem sensu, in Annal. regni S. Ludov. ibid. pag. 191.

¶ **IMPETRATUS**, θυσία, in Glossis Lat. Græc. Sangerman. MSS. Sacrificatio Impetratoria.

¶ **IMPETUM**. Conventio inter Arelatenses et Barralum ann. 1245. e MS. D. *Brunet* fol. 79. v°. : *Non faciat dictus Barralus, nec fieri patiatur aliquod Impetum... ante capud pontis, quod est Trencatalhiarum, per quod minus libere ire et redire possint.* Puto legendum esse *Impedimentum*.

IMPETUS, Aggressionis crimen. Vide *Pergus*.

¶ **IMPEYSONATUS**, f. Inclinatus. Visitatio anni 1347. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 67. col. 2 : *Domus mercati... quæ male fundata et Impeysonata est a parte superiori... reparetur.*

¶ **IMPHALERARE**, Phaleris instruere, ornare. Vide in *Phaleræ*.

¶ **IMPIARE**, Profanare, impie agere, scelere contaminare. Gloss. Lat. Græc. : *Impio*, μιαίνω. Gloss. Cyrilli : Ἀσεῶ, *Impior, Impie facio*. Jonas Aurelian. lib. 3. de Institut. laicali cap. 15 : *Hæc consuetudo in tantum quibusdam irrepsit, ut se in hoc facto peccare non intelligant, dicentes nihil obesse illis, quorum ossa Impiant, cum utique si illis non obsit, plurimum sibi tamen noceat... Desinant ergo homines Impiare ossa mortuorum.* Guibertus lib. 1. de Vita sua : *Quibuslibet impuritatibus Impiari.* Idem lib. 1. de Pigneribus Sanctorum : *Sunt enim quamplurimæ super quibusdam Sanctis relationes, quibus potius eorum præconium apud infideles Impiari poterat, quam aliquatenus illustrari.* Vide Turnebum l. 15. Advers. cap. 6.

¶ **IMPIATUS**, *Sceleratus*, apud Festum.

* **IMPIATIO**, Profanatio, rei sacræ violatio. Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 267. col. 1 : *Mulier, Doda nomine, sacras ferias negligentius tractans, ipsam quoque diei Dominicæ majestatem.... ausa est lanificio usuali violare.... Ejusdem Impiatione diei Nonnula mulier itidem contrahi meruit.*

¶ 1. **IMPIGNORARE**, Oppignerare, pro pignore tradere, Gall. *Engager, Hypothequer*. Charta anni 1292. apud Ludewig. tom. 5. pag. 435 : *Hypothecamus et Impignoramus, et Hypothecata et Impignorata præsentibus assignamus, etc.* Computus anni 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 281. : *Pro redimendo mantello Domini, qui erat Impignoratus, etc.*

¶ **IMPIGNORATIO**, Pignoris obligatio, Gall. *Engagement*, in Litteris ann. 1348. apud Ludewig. tom. 5. pag. 568.

* 2. **IMPIGNORARE**, *Faire aliance, i. amorem firmare*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

¶ **IMPIGNORANTIA**, in Charta Bernardi Attonis Vicecomitis ann. 1114.

* Libert. Montisfer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154 : *Item non debent* (dominus et bajulus) *Impignorationes, los Engetz, nec oblationes, quas et quæ fecerint alicui de dicto usatgio infringere, impedire.* Vide in *Impignorare* 1.

* **IMPIGNORATURA**, Præstationis species domino feudali solvenda, cum fundus aliquis in pignus alicui assignabatur. Pariag. inter reg. et abb. Gemondi ann. 1322. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 53 : *Census seu oblíæ, vendæ seu pax, Impignoraturæ, retrocapita majora et minora, etc.* Libert. Montisfalc. ann. 1369. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 52. art. 2 : *Habentes vel habituri plateas infra dictum locum,... solvent pro qualibet platea... octo denarios Turonenses monetæ tunc currentis; et similiter vendas et Impignoraturas, quando dictæ plateæ seu earum altera de uno in alium transferuntur.*

¶ **IMPIGRABILE**, ἐνεργίζατον, ut ex vett. Glossis legit Martinius, pro ἀναργίζατον, Actuosum, non pigrum.

IMPILARE, *Convicio proscindere, castigare, impugnare*, Papias. [MS. Bituric. : *Impilasti convicio, pro cecidisti, vel castigasti, impugnasti.*]

* **IMPILORAMENTUM**, *Pilorii* seu numellæ versatilis supplicium, *Pilorisement*, in Consuet. municip. Arest. parlam. Paris. ann. 1330. 17. Maii in Reg. *Olim* : *Idem Baudelotus ponetur in piloreyo, et per mensem dumtaxat, post ultimum Impiloramentum, in prisione apud Laudunum detinebitur.*

¶ **IMPINCTIO**, Impulsio, sollicitatio. Notitia anni 1074. inter Instrum. tom. 1. Gall. Christ. pag. 44 : *Postmodum suasionibus et Impinctionibus, ut ita loquamur... victus, etc.*

IMPINGERE. Lex Salica tit. 33. § 1 : *Si quis baroni viam obstaverit, aut eum Impinxerit, etc. In puteum aut in pelagus Impingere*, tit. 43. § 10. *Impingere in aquam*, in Addit. ad leg. Frision. tit. 3. § 41. *Impingere alium ut cadat*, in Lege Longob. l. 1 tit. 6. § 5. t. 16. § 3. [**Roth. 385. 381.]

* Hinc nostris *Empainger, Empaindre* et *Empeindre*, pro Impellere, ferire, vulgo *Frapper, heurter, pousser*. Vita S. Ludov. edit. reg. pag. 307 : *Cele nef Empeint et hurta en une dure gravele.* Lit. remiss. ann. 1369. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 555 : *Icelle femme prist une petite espée, laquelle elle mist audevant de son mari, qui estoit tout nu levé pour la batre, et n'avoient point de clarté, et de ladite espée eust Empaingné tellement sondit mari que il chey mort.* Aliæ ann. 1377. in Reg. 111. ch. 107 : *Icellui curé Empaint et bouta ledit Symmonnet vilainement, si que il le fist cheoir sur un sauger.* Rursum aliæ ann. 1395. in Reg. 147. ch. 251 : *Icellui varlet charretier prist une charrette, laquelle il Empanit et hurta deux fois contre l'uis, telement qu'il le rompi. Empaindre* vero, Implicare, vulgo *Embarrasser, entortiller*, sonat, in aliis Lit. ann. 1395. ex Reg. 148. ch. 284 : *Toutesvoies pour la force du cop et de ce que la picque estoit Empainte ou fichée ès robes dudit exposant, etc.* Vide supra *Impeteius*.

* **IMPINGERE**, Irruere. Inquisit. ann. 1252 : *In dominum Amalricum et socios suos Impinxerunt.*

* **IMPINGUARI**. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 40 : *Impinguantur enim magis* (humores) *sub his, quam ad digestionem subveniant.* Ubi Glossæ : *i. siccitate ingrossantur.*

Digitized by Google

* **IMPINGUERE**, *Estre gras dedens.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

¶ **IMPIPERARE**, Pipere condire. *Ova Impiperata*, in Consuet. MSS. Monasterii Solemniacensis.

¶ **IMPIREUM**, pro *Empyreum*, Summum cœlum, Gall. *l'Empirée*, a Græco πῦρ, Ignis, præ lumine et splendore sic appellatum. *Cum Angelis in Impireo*, in Vita B. Giraldi de Salis, apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 1002.

* **IMPIZARE**, Italis *Impinzare*, Suffarcinare, obvolvere, Gall. *Envelopper.* Stat. Montis-reg. pag. 167 : *Extranei possint usque ad hospitium vel ad domum ejus, ad quam accedunt, arma vetita portare, et etiam alibi,... dummodo spatam seu cutellum, vel alia arma, portet ligata cum manico, ita quod non possit extrahi : et si fuerit lancea, vel javarina, vel aliud telum Impizatum in summitate.*

¶ **IMPLA**, Velum. Marten. de antiqua Eccl. Disciplina pag. 341. ex Missali Mozarabum : *Supra dictam patenam et calicem ponat Implam et pulcram ; quæ quidem Impla cooperiat totum calicem.* Vide *Guimpla.*

IMPLACITARE, [In placitum et jus vocare. Charta Philippi Aug. ann. 1194. pro Atrebatensibus : *Nullus civium debet alium Implacitare de catallo, nisi coram justitia nostra et Scabinis, et si alias Implacituerit, etc.* Occurrit in Vita B. Lanfranci, tom. 6. Maii pag. 848. et S. Anselmi, tom. 2. April. pag. 909.] Vide *Placitum.*

** **IMPLACITATIO**, in Leg. Henrici I. reg. Angl. cap. 61.

* *Emplaidier*, in Poem. Rob. Diaboli MS. :

> Quand chil qui furent au concille
> La vérité oirent dire,
> Que chilz qui tant lor a aidié,
> Et par cui furent Emplaidié,
> Est li senescaus de la tierre, etc.

1. **IMPLAGARE**, Plagis, id est, retibus irretire, apud Sidonium lib. 9. Epist. 6.

* 2. **IMPLAGARE**, Verberibus excipere, flagellis cædere. Vita S. Bertholdi tom. 6. Jul. pag. 480. col. 1 : *Sed, ut redeam ad confessiones,.... morem habuit verberare omnes absque personarum acceptione, nullum omnino sinens transire Implagatum.*

¶ 1. **IMPLAGIUM**. Isid. lib. 19. cap. 5 : *Minus autem rete Implagium dicitur a plagis ; nam plagas proprie dicimus funes illos, quibus retia tenduntur circa imam et summam partem.* Cangius supra scripsit *Emplagium* : quod vide. [* Leg. *Semiplagium.* Vide in hac voce.]

¶ 2. **IMPLAGIUM**, f. Expletio, completio, Gall. *Remplage* vel *Remplissage.* Charta Thomæ Abb. Sangermann. ann. 1248. e Tabulario ejusd. loci : *Licebit nobis et Ecclesiæ nostræ habere bannum singulis annis in dicta villa de Antogniaco de duabus tonis, quæ ibi sunt, vel aliis tantumdem tenentibus, cum duobus trossulis pro Implagio.*

* Alias *Emplage.* Charta ann. 1322. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 439 : *Quant les deux tonneaux sont dévalez de la nef dedens les charretes et illec aemplis et aeulliés par le marchaant, que il ne les sont depuis tenuz à Emplir ne eullier en meson ne en celier.... Les-diz fermiers maintenoient au contraire que non contrastans l'Emplage fait ès charretes, il estoient en saisine pour le roy de faire apporter l'eullage au celier, ou les vins de la prise sont, par les marchaans, pour lesdiz vins aeuller et emplir.* Hinc emendandæ videntur Lit. remiss. ann. 1454. ex Reg. 182. ch. 128. ubi *Voiller*, pro *Aeuller* vel *Eullier*, legitur : *Le fermier fut par sentence condempné à rendre et restituer la pipe de vin, et se plaine n'estoit à la Voiller et emplir.* Stat. tabernar. in Lib. rub. fol. mag. domus publ. Abbavil. art. 6 : *Que nulz taverniers soit si hardis qu'il acateche vin de buffet, pour faire œuilliage ne Remplage, ou aultrement.* Idem etiam quod Accessio, additamentum, in Charta ann. 1310. ex Reg. 45. ch. 139 : *Lequel bos contient onze acres et vint perches, sanz point de raemplage, à la perche dont l'en mesure les bois..... Duquel* (bois) *nous avons vendu la tonture six livres douze sols Tournois pour chascune acre, sans Emplage.* Quæ vox totam præterea cujusvis rei summam interdum significat. Stat. ann. 1407. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 210. art. 4 : *Sur paine de dix solz d'amende pour chascun cent* (des peaux) *qu'il achettera, et de plus plus, et de moins moins, et au dessoubz au fuer l'Emplage.* Charta ann. 1430. ex Chartul. Latiniac. fol. 148 : *De chacun septier ung boisselet, et aussi de plus plus, et de moins moins, au fur l'Emplage.* Vide infra *Implengagium* et *Remplagium.*

IMPLANARE, Joan. de Janua, et Will. Brito in Vocab. : *Implanare, dicitur decipere, vel in errorem ducere. Unde Eccles. cap.* 15. 12 : *Non dicas, Is me Implanavit.* Et cap. 34 : *Qui Implanatus est, etc. et componitur Implanare, ut dicunt quidam, ab in, et planos* (πλάνος) *quod est error, vel vagatio.* Gloss. Lat. Gr. : *Plano*, ἀποπλανάομαι. [*Implano*, apud Martium qui pro ἀποπλανάομαι restituit ἀποπλανάω. S. Cyprianus : *Si quis putat se aliquid esse, cum non sit, seipsum Implanat :* pro quo vet. Interpres habet Galat. 5. 3 : *Ipse se seducit.*] Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 23 :

> Syngraphidem scripsit, munus venale notavit
> Quiret Adalgisum collatis subdole Regem
> Implanare opibus Ervinus Philocompos.

* **IMPLANATOR**, *Impostor*, apud Laurent. in Amalth. Vide *Implanare.*

IMPLASTRARE. [* Infundere, intromittere.] Victor in Epist. ad S. Fulgentium : *Minoravit se paululum magnitudo, ut cum osculatur mortuum, Implastraret animam, et redderet puerum vivum.*

¶ 1. **IMPLASTRUM** *dictum eo quod inducatur*, Papiæ. MS. *Implaustrum ;* pro *Emplastrum, Emplâtre.*

* 2. **IMPLASTRUM**, Locus vacuus ædificandis domibus idoneus, idem quod supra *Amplastrum.* Libert. Clarim. in Bassig. ann. 1248. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 601. art. 18 : *Licebit autem prædictis burgensibus, uni eorum alteri vendere domum suam, vel Implastrum, vel pratum, vel vigneam, etc.*

* **IMPLAUSTRUM**, *Lo Implaustro.* Glossar. Lat. Ital. MS.

¶ **IMPLECTERE**, Mulctam impositam solvere. Chartul. Aptense fol. 137 : *Sit culpabilis et Impleturus* (l. implecturus) *auri libras duas.* Hinc emendandum videtur Instrum. 1. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 1 : *Tunc sit culpabilis et Implecturi tantum libras auri* XVI. *componat.* Vide *Plecta* 2.

* **IMPLECTIO**, Cumulatio, a verbo *Implere*, Gall. *Remplir.* Charta ann. 1331. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 524 : *De quibus* (fossatis) *erant et eorum prædecessores fuerant in possessione pacifica, vel quasi, a tempore..... Implectionis fossatorum seu vallatorum Tholosæ.*

IMPLEGIARE. Vide *Plegium.*

IMPLEITÆ, Sumptus in emendas merces, vel ipsæ merces emptæ, ex Gallico *Empletes.* Fori Morlanenses art. 37 : *Nullus... teneatur solvere in Ortesio lesdam, sive pedagium de aliquibus mercibus, vel Impleitis, quas habeant seu apportent et adducant in villa Ortesii.*

¶ **IMPLEMENTA**, An idem quod *Impleitæ?* Litteræ ann. 1541. apud Rymer. tom. 14. pag. 723 : *Cum omnibus et omnimodis vasibus, jocalibus, ornamentis, bonis, catallis et Implementis.*

* **IMPLEMENTUM**, Complementum, Gall. *Accomplissement. Raemplance*, in Vitis SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 1. v°. col. 1 : *La Raemplance del tans n'estoit encor venue par la temprance de celui, par lequel li tans sont fait.* Charta ann. 1479. ex Tabul. colleg. Lombard. : *Ad Implementum voluntatis fundatorum secundum formam et tenorem in instrumento fundationis contentum.* Nostris *Ademplir*, pro *Accomplir, exécuter*, Exsequi. Lit. remiss. ann. 1383. ex Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 143 : *Et en Ademplissant ledit jugiet, fu ladite vérité criée souffisamment en l'église de Herlies.*

* **IMPLENGAGIUM**, Expletio, seu quod implendo dolio infunditur, Gall. *Remplage.* Comput. MS. ann. 1245 : *Pro Implengagio de quatuor tonellis vini sancti Porciani xviij. sol.* Vide supra *Implagium* 2.

* **IMPLERE**, Impendere, insumere, Gall. *Employer.* Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 121 : *Centum et decem milia francorum debebant Impleri in acquisitionem hæreditatis pro prædicta domina suisque liberis.* Vide *Implicare.*

IMPLETOR, Fullarius, Goldasto ad Ephemerides Monasterii S. Galli 5. Kal. Dec.

* **IMPLEX**, f. Velum. Inventar. sacræ supellect. abbat. Prum. ann. 1003. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 350. col. 1 : *Implices duo, dalmaticæ diaconales xxviij.* Vide *Impla.*

¶ **IMPLICAMENTUM**, Impedimentum. Remigius Autissiod. Homil. in Evang. *Ecce nos reliquimus omnia : Hæc sancti Evangelii lectio.. congruit eis qui cuncta mundi Implicamenta pro amore divino postponere... eligunt.* Imit. Christi lib. 2. cap. 8 : *Sine alicujus creaturæ Implicamento.*

1. **IMPLICARE**, Expendere, insumere, ex Gall. *Employer.* M. Pastorale Eccles. Paris. lib. 2. ch. 147 : *Dedit* 40. *libras Implicandas in augmentum communitatis.* Passim pariter in Necrologio ejusdem Ecclesiæ : occurrit etiam apud Stephanum Julianum in Vita B. Coletæ n. 50. et in Charta ann. 1247. in Probat. Hist. Monmor. pag. 411. *Implicatura, Emploi*, in eadem. [Vide Glos-

Digitized by Google

sarium Lobinelli tom. 3. Hist. Paris. Le Roman *de la Violette* MS. :

Mais Girart son mantel lui ploye.
Le serpant son cop y Employe]

Implicari in Servitio, Idem quod *Inclinari*, de qua voce infra, in servitutem redigi. Capitulare 3. ann. 819. Edit. Baluzianæ cap. 3 : *Si quis ingenuus ancillam alienam in conjugium acceperit, ipse cum ea in servitio Implicetur.* Et cap. 6 : *Judicatum est ab omnibus ut si francus homo vel ingenua femina in servitio sponte sua Implicaverit, etc.*

* 2. **Implicare**, Implere. Charta ann. 1318. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 229 : *Stanna piscibus Implicare, prout erit agendum, facere non tardetis.*

Implicatrix, *Ornatrix*, ἁμπλέκτρια, in Gloss. Græc. Lat. quæ capillos mulierum recte *implicare* novit.

* **Implicatura**, Sumptus in emendas merces, vel merces ipsæ emptæ, idem quod *Impleitæ*, Gall. *Emplette*. Lit. ann. 1406. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 157 : *Plures mercatores, tam de transmontanis partibus, quam aliis diversis partibus, ad dictas nundinas affluentes, et billonum auri et argenti defferentes, eorum Implicaturas sæpius facere obmiserunt et obmittunt in toto vel in parte, defectu cambii et alicujus nostræ monetæ ibidem in qua possent dictum eorum billonum implicare.* Vide in *Implicare* 1. et mox *Implicita*.

* Aliud vero sonat *Emploite*, idem quippe quod genus, species, vulgo *Espece*, in Lit. ann. 1378. tom. 7. earumd. Ordinat. pag. 79 : *Autre drapperie à deux pas, de tele emploite comme la précédente, etc.*

¶ **Implicisсere**, *Implicare*. Papias. Hinc emendandæ Gloss. Isid. ubi : *Implisceret, Implicaret*, legendum quippe *Implicisceret*.

* **Implicita**. Stat. Genuens. lib. 4. cap. 13. pag. 113 : *Implicitam vero declaramus emptionem mercium per committentes ordinatam, in quibus ille, qui administrat seu exequitur, non habet partem, sed solum capit suas provisiones; dum tamen in dictis accommendis et Implicitis societas aliqua seu ratio imposita non fuerit.* Vide supra *Implicatura*.

¶ **Implicitare**, In jus vocare, pro *implacitare*. Epist. ann. 1153. tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 180 : *Qui* (Robertus Episc.) *justiciarius totius Angliæ... in ultimo vitæ suæ anno bis Implicitatus est a Rege per quendam justiciarum ignobilem, et damno gravissimo cum dedecore bis afflictus.* Vide *Placitum*.

¶ 1. **Implodere**, Cum plausu imponere. *Dicenti coronam implodit*, in Vita S. Eulogii Mart. tom. 2. Martii pag. 91.

* 2. **Implodere**, Inferre, infligere. Vita S. Columbæ tom. 5. Sept. pag. 624. col. 2 : *Cum plus aliquid, ut reor, in semetipsam cruciatus ipsa inferret, quam furens Imploderet carnifex, etc.*

¶ **Implombare**, pro *Implumbare*, Plumbo claudere, signare. Miracula S. Bononis tom. 5. Maii pag. 191 : *Clausaque et Implombata fuit dicta area.* Vitruv. lib. 10. cap. 6 : *Ferreos chodaces in capitibus scaporum Implumbavit.*

* **Implere**, *Emplovoir*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide infra *Implutus*.

Implumbari. Constitut. 20. in Appendice Codicis Theod. : *Hinc adduci jussimus, et manus ejus Implumbari.* Constit. 21 : *Impliciti sceleris auctores coercitos Plumbo exilium, in quo omni vitæ suæ tempore afficiantur, accipiet.*

* **Implus**, Amplius. Chron. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 1 :

Res agitur publica recte, si quæque gerenda
In scriptis reddantur sæpius et videantur
Per successores; sic erant utiliores
Implus, quam si sola essent in mente divina

Implutus, Madidus, super quem pluit. M. Robertus de Sorbona in Serm. de Conscientia : *Si tales homines cum sint cum papelardis viris et religiosis, dicunt : Orate pro me, et faciunt gallum Implutum, et contrafaciunt Magdalenam.*

* Nostris *Emplus*, eodem sensu. Fabul. tom. 1. pag. 51 :

Mais à la dame mes-avint
Que li sires Hernoul vint
Tous Emplus et tous engelez.

Vide supra *Implaere*.

* **Impluviatus**, Color similis pullo sive nigro, sic nominatus quasi fumato stillicidio implutus. Vide Alciat. Emblem. 117. pag. 550.

Impluvium, Pluvia. Sugerius in Ludovico VI. cap. 4 : *Mutata quippe grata aeris temperie, ingrata et turbulenta intemperies emersit, tantoque et tam horribili Impluvio tonitruorum coruscatione totam terram in nocte turbavit, etc.*

* **Impocionabilis**, Venenatus, veneno infectus. Lit. official. Senon. ann. 1336. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 22 : *Supra cibaria et in potu dictorum mercatoris et ejus famuli clam et occulte pulveres venenosas seu Impocionabiles et plenas malicia, dolo et fraude posuerunt.* Vide *Impotionare*.

* **Impocionatio**. Vide *Impotionare*.

¶ **Impœnitens**, Quem non pœnitet, perstans in peccatis. Vox Biblica quæ occurrit tom. 3. Concil. Hisp. pag. 122.

¶ **Impœnitentia**, Peccandi pertinacia, apud Johan. Sarisber. et alios recentiores.

¶ **Impœnitudo**, Eadem notione, in Barthii Glossario, ex Baldrici Hist. Palæst.

¶ **Impollire**, *detrahere, protrahere*. Papias.

* **Impomentum**, *Desrenier més, comme fruiz*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Aliud Lat. Ital. MS. : *Impomentum, quello che se pone dapo cena, como fruti, e simile.*

¶ **Impomifer**, Qui non fert *poma* seu fructus. Dicitur de quavis arbore fructus non ferente, apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 85. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 100. et alibi non semel. Vide *Pomifer*.

Imponere Psalmum, Litaniam, est eorum cantum incipere, et quo vocis sono decantari debeant, designare. Ordo Romanus : *Schola vero ad nutum Diaconi Imponit Litaniam.* Liber Miraculorum S. Adelardi Abbatis Corbeiensis cap. 8. n. 16 : *Occurrunt Ambianenses cum S. Firmino, Corbeienses cum S. Adelardo : utque simul perveniunt, Antiphonas ex more Imponunt.* Vita S. Austrebertæ cap. 3 : *Mox vero Imposito Psalmo, etc.* Adde Petrum Diacon. lib. 4. Chron. Casin. cap. 77. Gregorium Turon. de Vitis Petrum cap. 4. Fulbertum in Vita S. Autberti Episcopi Camerac. Regulam Magistri, Leonem Atinensem in Translatione S. Marci Episcopi Atinensis num. 7. Rainaldum Abbat. Venetiacensem in Vita S. Hugonis Abbat. Cluniac. num. 10. Ezelonem in Vita ejusdem sancti Hugonis n. 11. etc.

¶ **Impopee**. Charta ann. 37. Conradi Regis apud Stephanotium tom. 7. Fragm. MSS. pag. 349 : *Quod si ad ipsum terminum pretium ipsum non fuerit persolutum, mansus ipse sit suus, lingua rustica Impopée.*

Impopularis, Impopulabilis. Papias : *Impopularis, inusitata; Impopulabile vero, illæsum.*

¶ **Imporcare**, Sulcare, porcas facere. Gloss. Lat. Græc. : *Imporco*, χῶνεύω. Columella lib. 1. cap. 10 : *Cum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus, Imporcatumque occabimus.*

* Consuet. Neapolit. MSS. : *Si de terra ipsa* (colonus) *præstat annuam pensionem terrarum, terram ipsam debet urare seu secundum vulgare Neapolis Imporcare.*

Importabilis, δύσνικος, in Gloss. Græc. Lat. *Importabiles dolores*, apud Anastasium Bibl. in Hist. Eccl. ubi Theophanes, ἀφόρητοι ὀδύναι. [*Mulier Importabilis omnibus et invisa*, apud S. Bernardum in Vita S. Malachiæ, cap. 25. *Importabilis labor*, in Edicto ann. 1358. apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 336.]

* **Importabilitas**, Intolerantia. Joan. de Cardalhaco serm. in Nativit. B. M. : *Omnes infirmantur.... aut in oculis per Importabilitatem et invidiam, etc.* Vide mox *Importibilis*.

¶ **Importancia**, Importantia, Gall. *Importance*, Momentum, pondus. Statuta Capituli Tull. ann. 1497. cap. 9 : *Et si res ipsa esset magnæ Importanciæ, etc.* Legitur *Importantia*, apud Acher. tom. 9. Spicil. pag. 328. Rymer. tom. 7. pag. 638. Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 583.

¶ **Importans**, Utilis, magni momenti, Gall. *Important*, ex quo in Epistola anni circiter 1408. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 900 : *Percurram igitur, Importantiora legens ex plurimis.*

* 1. **Importare**, Asportare, auferre, Gall. *Emporter*, alias *Impourter*. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 1 : *In domo Sandræ unum forgerium, in quo erant lx. grossi Flandrenses,.... furtive et malitiose cepit et Importavit.* Lit. offic. Noviom. ann. 1400. in Reg. 155. ch. 88 : *Johannes dictus de Neelle Importavit unam cuvetam argenteam et duo cocleraria argentea.* Libert. Joinvil. ann. 1354. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 299. art. 35 : *Et se il lè plait départir, il s'empuent départir par le congié de nostre justice, et Impourter avec lui ses biens.*

* 2. **Importare**, Afferre, inducere, trahere; quo sensu *Importare* Itali et nostri *Emporter* dicunt. Charta ann. 1264. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. 1 : *Et duos solidos apud Anconam; qui quidem duo*

Digitized by Google

solidi dominium non Important. Alia ann. 1511. in Terrear. Apchon. : *Sub censu annuo cum omni directo dominio, quod census Importat, et omnimoda jurisdictione, alta, media et bassa. Avoir Emport*, dicitur de eo qui auctoritate sua rem aliquam obtinet, quo sensu *Emporter* dicimus. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 25 : *Pour ce que je n'eusse point d'Emport, je me levai du conseil, et en ting quanque il rapporterent, sanz débat.* Vide *Importancia.*

* **IMPORTIBILIS**, Intolerabilis, Gall. *Insupportable*, alias *Importable*. Rob. Avesbur. in Eduardo III. reg. Angl. edit. Hearn. pag. 239 : *Sed onera quasi Importibilia multociens sibi imposuerat.* Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 90 : *Injurier de villaines et Importables paroles.* Vide *Importabilis.*

IMPORTITOR, *Qui portus facit*, Jo. de Janua. [*Faiseur de portes*, in Glossario Sangerman. Lat. Gall.]

¶ **IMPORTUNARI**, Importune instare. Gonzo in Miraculis S. Gengulphi, tom. 2. Maii pag. 649 : *Huic tunc senex quidam visione persæpe assistens Importunabatur dicens, etc.*

* **IMPORTUNITAS**, Improbitas, injuria. Charta Nic. abb. S. Joan. Laudun. ann. 1196. ex Tabul. ejusd. monast. : *Si qua vilis et inhonesta persona, honestum virum vel mulierem turpibus conviciis inhonestaverit, liceat alicui viro probo de pace, si supervenerit, illum objurgare, et illum uno vel duobus aut tribus colaphis sine fortisfacto ab Importunitate sua compescere.*

IMPORTUNIUM, Importunitas. Concilium Matisconense II. can. 8 : *Utquicunque culpa compellente, aut potentum Importunia non sustinens suæ gremium matris Ecclesiæ petierit, etc.*)

* **IMPORTUNUM**, *In quo nullum est auxilium, ut esse solet portus navigantibus.* Laur. in Amalth.

IMPORTUNUS. Edictum Dominicum de honore et adjutorio Episcopis præstando ann. 800 : *Si quis autem, quod absit, unus ex vobis ullus de nonis et decimis censibusque reddendis atque renovandis negligens apparuerit, et Importunus Episcopis nostris de his, quæ ad illorum ministerium pertinere noscuntur,... contradicere præsumpserit, etc.* id est, cum pertinacia et obstinatione.

* **IMPOS**, Qui non potest, impotens. Charta Hugon. comit. ann. 1097. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 20 : *Abbas et monachi tantumdem habebunt et ibi, dantes ad construendum partis suæ compendium. Si vero tunc temporis Impotes fuerint ad dandum, etc.*

* **IMPOSICIONARIUS**, Vectigalium impositorum redemtor et exactor, nostris *Imposteur.* Lit. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 409 : *Mandamus.... universis et singulis prædictarum senescalliarum justiciariis, officiariis, Imposicionariis, leudariis, gabellarum, redibenciarum, barragiorum et aliorum quorumcumque subsidiorum levatoribus, collectoribus et gubernatoribus, etc.* Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 235 : *Sans ce que dedit de Louvres feust onques da confessé, ne de l'assemblée des maillés à tuer, ne rober Impositeurs, ne Juifs.* Aliæ ann. 1389. in Reg. 138. ch. 78 : *Guillaume Boute, qui est grand Impositeur, meu de convoitise, vint trouver Fiquet, et lui dit qu'il vouloit partir à ladite ferme; Fiquet lui répondit qu'il ne vouloit point de parçonnier.* Denique aliæ ann. 1408. in Reg. 163. ch. 190 : *Jouart le Villain soy disant Impositeur et tenant la ferme de l'imposition, etc.* Vide *Imposita*, 2.

¶ 1. **IMPOSITA**, Mandatum. Gloria posthuma B. Ambrosii Senens. tom. 3. Martii pag. 243 : *Facta tamen Imposita de infra scriptis apud dictum palatium.*

* 2. **IMPOSITA**, Tributum impositum, collatio. Charta Ludov. Bavari imper. pro Camerac. apud Oefelium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 759. col. 2 : *Indulgemus ut.... Impositam, quæ assisia apud eos vocatur... imponere... valeant.* Vide *Impostus.*

* **IMPOSITIO**, Institutio. Charta Theob. episc. Ambian. ann. 1194. in Lib. 1. nig. Vulfr. Abbavil. fol. 2. v°. : *Ordinavimus quod omnes obventiones personatus prædictæ ecclesiæ, fratres hospitalis sub prædicto censu in perpetuum tenebunt, Impositione sacerdotis a prædictis canonicis tantum retenta; ita quod sacerdos, qui a canonicis ibidem instituetur, fidelitatem faciet prædictis fratribus de his, quæ ad portionem eorum pertinent.*

* **IMPOSITITIUM**, *Quod impositum et non naturale est. Impositivum, Imposititicium, nomen non a natura positum, sed ad libitum.* Laur. in Amalth. Adde Ulpian. in leg. de Pupillo.

* **IMPOSITOR AQUARUM**, Qui aquis præest, vel qui superiorem fluminis partem habitat. Annal. Placent. ad ann. 1483. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 976 : *Cum civitas Placentina et peste et fame periret propter aquarum retentionem per Durindanum et Antognatium Colam, Impositores aquarum fluminis Trebbiæ pro magnifica communitate nostra, etc.* Et col. 977 : *Manfredus ipse una cum Impositoribus aquarum ausus est Placentiam intrare cum equis quadraginta, etc.*

* **IMPOSSESSIONATUS**, Qui non habet possessiones, hoc est, bona solo. Stat. ann. 1496. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 262 : *Ipsi vero si possessionati fuerint, personaliter citabuntur,.... contra quos sic agendum procedendumque erit, ut fieri consuevit judicium cum Impossessionatis.* Vide infra *Possessionatus.*

¶ **IMPOSSIBILIS**, Impotens, Gall. *Impuissant.* Acta S. Pontii Mart. tom. 3. Maii pag. 278 : *Licet incredulitas tua Impossibilem Dominum nostrum dixerit; ego tamen in nomine Domini JC. credo, ut pœnæ tuæ ad nihilum redactæ, nullum corpori meo dolorem incutiant.* Passio SS. Sisinnii et Martyrii, tom. 7. Maii pag. 43 : *Nisi quia Impossibilem me, ut insequendo ista, confiteor referendo.* Litteræ ann. 1262. apud Rymerum tom. 1. pag. 754 : *Ad quæ tam pro loci distantia, quam pro temporis brevitate nos jam Impossibiles effici satis liquet... in quibus nostram impotentiam, non voluntariam, sed potius necessariam, regali Excellentiæ vestræ habere placeat excusatam.*

** Gloss. Gr. Lat. : Ἀδύνατος, *Inpotens, Inpossibilis, invalidus, nops, infirmus.*

¶ **IMPOSSIBILITAS**, Impotentia, imbecillitas. Translatio S. Jacobi Apost. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 124 : *Ut omnium imbecillium in te se inclinantium Impossibilitates sustentes et foveas.*

IMPOSSIBILITER, Coacte. Vide *Possibilitas.*

¶ **IMPOSTA**, vox Italica, Gall. *Impôt*, Vectigal, tributum. Chron. Parmense ad ann. 1302. apud Murator. tom. 9. col. 845 : *Fuerunt impositi per Commune Parmæ mille equi de Imposta*, id est, Vectigales. Vide *Impostas.*

* **IMPOSTOR.** Vide *Imposturare.*

* **IMPOSTORIUM**, *Deceptorium.* Cath. et Joan. de Janua.

¶ **IMPOSTRIX**, Quæ decipit, imponit. Vita Vener. Idæ Virg. tom. 2. April. pag. 159 : *Blasphemisque vocibus Impostricem, et hypocritico respersam vitio, devotissimam Dei famulam inclamare aggressus est.*

IMPOSTURARE, Decipere, fallere, *User d'imposture*, ab *impostura*, quæ vox prisco Latio vix nota : unde *impostores* Christiani olim appellati Ulpiano leg. 1. D. de Var. et extr. cognition. (50,13.) qui et, *impostura*, vocem usurpat in leg. 1. § 3. Crim. stellionat. (47,20.) ut et utramque alii sequioris ævi Scriptores. Anonymus de Orthographia : *Imponere, pro fraudem facere, aliquando dicitur, unde Impostura vocatur, cum argentum vel aurum viliori metallo adulteratur; et qui hoc facit, Impostor vocatur. Unde etiam qui aliquid fraudis facit, aut simulationis, Impostor solet appellari.* Gregorius M. PP. lib. 3. Dialog. cap. 14 : *Hunc simulatorem dicere, et verbo rustico cæpit Impostorem clamare* Gloss. Lat. Gr. : *Impostor*, ἐπιβέτης. [* Gloss. Lat. Gr. : *Impostura, stellionatus*, ἐπίβεσις, ἡ χλεύη. Vide Martin. Lexic.] Hincmarus Remensis in Opusc. 55. Capitulor. cap. 18 : *Quidam ipsas scripturas verbis inlicitis Imposturaverunt.* Baldricus lib. 3. Chronici Cameracensis : *Summa curetis vigilantia, ne antiquæ... religionis nobilitas aliqua adinventionis novitate Imposturetur.* Vetus orbis descriptio cap. 18 : *Non enim est apud illos ulla Impostura; sed singuli eorum, quod polliceutur, certe sciunt.*

¶ **IMPOSTURATIO**, Impostura, fraus, deceptio. Chron. Watinense inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 824 : *Diversis tamen questibus conluctantur medici, diversis Imposturationibus adquirunt medici, diversis modis seipsos extrudunt medici, multis assertionibus promittunt, multis promissionibus fallunt.*

IMPOSTUS, Tributum impositum, Gallis *Impost.* Charta ann. 1272. apud Joan. Carpentarium in Hist. Cameracensi : *Compositionem pro talliis et Impostibus, etc.* [*Pro meditate talliarum et Impostuum*, in Instrum. tom. 3. novæ Gall. Christ. col. 38. Vide *Imposta.*]

* **IMPOSUISTA**, pro *Imposta*, Vectigal, tributum. Charta ann. 1319. apud Ughell. tom. 1. Ital. sacr. edit. ann. 1717. col. 426 : *Monasterium ipsum liberum facimus et exemptum ab omni solutione decimarum, jure cathedratico, datiis, collectis, Imposuistis, et aliis occurrentibus oneribus.* Vide supra *Imposita.*

* **IMPOTENTER**, *Tyrannice*, apud Laur. in Amalth.

IMPOTENTES, Mutilati, debiles, quomodo etiamnum *Impotens* dicimus. Cap. 6.

Digitized by Google

ann. 819. cap. 7. Edit. Baluzianæ : *De viduis et orfanis et pauperibus, vel omnibus Impotentibus, etc. Impotens* ad matrimonium, apud Albertum Argentin. pag. 168. Sextus Platonicus lib. 1. de Medicina animalium cap. 5 : *Ad eos, quibus semen fluit, et non potentibus, etc.* Vide Synodum Vermeriensem ann. 752. can. 17. et supra in *Apocopus*. [* Castigat. in utrumque Glossar. : *Impotens, senescens*, ἄγηρον. Hinc]

* 1. **IMPOTENTIA**, Mutilatio, membri amputatio, debilitas, nostris *Impotence*. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 115 : *Idem Petrus Johannam uxorem dicti Guillelmi Bay in pollicem manus suæ in rixa hujusmodi dicitur vulnerasse, absque tamen Impotentia et membri mutilatione*. Aliæ ann. 1456. in Reg. 183. ch. 209 : *Fut d'oppinion icellui suppliant que icellui curé feust mangé par aucunes gens qu'ilz trouveroient, sans trop grant oultraige lui faire, parquoy s'ensuivist mort ou Impotence de son corps*. Judic. ann. 1337. in vol. 4. arestor. parlam. Paris. : *Nous avons ordonné que le prieur et la prieuse de l'Hostel-Dieu de Compiegne, qui sont à présent, demeureront en leur estat toute leur vie sans estre ostez, se ce n'estoit pour Impotence de corps, ou par male administration*.

* 2. **IMPOTENTIA**, Defectus naturalis vel accidentalis, quo quis copulationi minime aptus est, in Tit. de frig. et malefic. in jure canon. Clavin. Lex. jurid. Justinian. in Novel. 22. cap. 6. de *Impotentia*, permittit uxori *disjungere matrimonium et mittere repudium, post elapsum triennium, quando aliquis impotens fuit coire mulieri et agere quæ a natura viris data sunt*. [** Conf. Capitul. Car. M. lib. 6. cap. 55.]

IMPOTIONARE, Veneno propinato extinguere, unde Galli *Empoisonner* habent. Ordericus Vitalis lib. 4. pag. 532 : *A Normannis Impotionatus occubuit*. Vincentius Belvac. lib. 33. cap. 36 : *Dicebaturque ab omnibus, quod ibidem... fuisset Impotionatus*. Leges Willelmi Nothi vernaculæ cap. 38 : *Si home Enpuissoned altre, seit occis, u permanablement eissillé*. Id est : *Si quis aliquem Impotionaverit, occidatur, aut perpetuo exilio damnetur*. Hic enim cæcutiit eruditus Interpres.

* Impocionatio, Potio venenata. Chron. Th. *Otterbourne* edit. Hearn. pag. 224 : *Nondum convaluerat* (Henricus rex) *de infirmitate gravissima, quam contraxerat ex Impocionatione vel per cibaria intoxicata*. Hinc emendandus Labbeus tom. 11. Concil. col. 1632. ubi *Impocotare* et *Impocotatio* perperam, pro *Impocionare* et *Impocionatio* : *Leprosi Christiani suos confratres Christianos Impocotaverunt... Si Impocotationes istæ non bene fecerint cursum suum, etc.* Vide *Impocionabilis*.

* *Empotionnement* vero, pro Potione medica, apud Guignevil. in Peregr. hum. gen. MS. ubi de Medicorum arte :

> Et non pour quant maugré ses boistes
> Et ses emplastres et ses moistres,
> Et ses Empotionnemeus, etc.

** Impotionatus, Cui potio medicata data est, Gall. *Qui a pris médecine*. Chart. ann. 1288. apud Schannat. Histor. Fuld. tom. 1. pag. 16 : *Minutis aut Impotionatis et infirmis.... uti carnibus liceat*.

IMPOTIRE, *Divestire, ut, impotiatis eum præbenda sua, id est, divestiatis, et derivatur ab impos, potis*. Ita Joan. de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman.. *Impotire, Devestir, Dessaisir*.] [* Cath. apud Laur. in Amalth. : *Impotio, devestio, spolio*.]

IMPOTUS. Lex Salica tit. 29. *De furtis diversis*, § 8 : *Si quis Impotos de melario aut de pirario tulerit, etc.* Editio Heroldi tit. 27. § 21 : *Si quis Impotus de pomario aut de pirario, etc.* Ubi *Impotus*, vox confecta ex Belgico Theutonico *inte*, insitum, et *pote*, surculus, calamus ; unde nos *Entes* dicimus. Forte igitur pro *impotos*, legendum erit *intpotos*, quo accedit Editio Heroldi, ex *int pote*. [* *Id est, poma*, in Gloss. codicis Estens. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 288. Ubi divinum egisse videtur Glossator.]

☞ Si fidem habemus Eccardo, omnia sunt ab *Impositus*, unde corrupte *Inpotus* et reliqua formata. *Imp* Cambro-Britannis quoque Surculus est. Addit idem Scriptor : Nos a posteriori *Inpoti* parte defleximus etiam nostrum *Poten*, *Pfoten*, Surculos inserere, *Propfen*. Quod jam Winsbekio notum fuit, qui § 36. canit :

> Sun, du solt hoeveliche sitte
> In dinen siunen lassen Pfaden.

¶ **IMPRÆCEPS**, pro *Præceps*, Festinus, properans. Vita S. Romani Archiep. Rotomag. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1661 :

> Forte sed Impræceps turba stipante minister,
> Dum pede festinat, ne Pontifici mora fiat,
> Labitur e manibus, fractum vas evacuatur.

¶ **IMPRÆDATIO**, Prædatio, in Capitulis Caroli Calvi tit. 22.

¶ **IMPRÆGNARE**, Gravidare, gravidam facere. Utuntur Jo. Sarisber. lib. 8. cap. 11. Lamb. Ardensis apud Ludewig. tom. 8. pag. 389. Bern. de *Breydenbach* Itin. Hierosol. pag. 114. et alii recentiores. Will. Brito Philipp. 5. usurpat pro *Augere* :

> Utilius fusos potes Imprægnare Philippo.

Vide Vossium de Vitiis Lat. Ling. lib. 1. cap. 23.

* *Empreingner*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 249 : *Comme pieça Pierre le Maire prestre eust séduicte laditte Perrette, et tant fait par ses cauteles que il la défiora et l'Empreingna, et en ot un enfant*. Laur. in Amalth. : *Imprægnari, concipere*.

¶ Imprægnatus. Idem Will. Brito Philipp. 7 :

> Et jam finis erat hyemis, tellusque calore
> Imprægnata novo flores gignebat et herbas.

* Imprægnatio, Graviditas ; unde *Imprægnator*, qui gravidam facit. Stat. crimin. Saonæ cap. 24. pag. 47 : *Si accusatus vel inculpatus de Imprægnatione negaverit, etc.* Ibid. pag. 48 : *Et quam cautius poterit* (magistratus teneatur) *investigare quis fuerit ipsius* (sclavæ) *Imprægnator*.

¶ **IMPRÆMEDITATE**, Sine prævia meditatione, imprudenter, extemplo. Buschius de reformat. Monast. apud Leibnitium tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 876 : *Impræmeditate subito feci sic*.

* **IMPRÆPUTIATUS**, *Habens præputium, non circumcisus*, ex Tertull. apud Laur. in Amalth.

* **IMPRÆSCIENTIA**, *Non præscientia*, ex eod. ibid.

IMPRÆSTABILIS. Salvianus lib. 4. de Gubern. Dei : *Dicentes Deum incuriosum, Deum non intendentem, Deum negligentem, Deum non gubernantem, ac per hoc immisericordem, et Impræstabilem, inhumanum, asperum, durum*. Ubi Brassicanus *impræstabilem* dictum a Salviano Deum opinatur, *qui nihil præstet pro rei dignitate*. [Martinius exponit, *Non placabilem, non propitium*.]

* **IMPRÆSTANS**, Idem quod *Impræstabilis*. S. Irenæus lib. 4. cap. 75 : *Quamvis Deus.... hoc fecerit, ne quis eum putet invidiosum aut Impræstantem, etc.* Vide Martin. Lex.

IMPRÆSTARE, [Commodare] Impræstitum, [Mutuum.] Vide *Præstare*.

* **IMPRÆSTIMONIUM**, Dicitur de prædio ad usum fructum concesso, in Testam. Mafaldæ reg. ann. 1256. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 33 : *Item quod illud casale, quod dedi magistro V. per Impræstimonium, qui ambulat cum fratre meo, quod teneat ipsum in vita sua*. Vide *Præstimonium*.

IMPRÆTERMISSE, Sine mora, ac dilatione, utuntur Cresconius in Breviario Canon. cap. 129. Nicolaus I. PP. Epist. 7. cap. 1. Epist. 39. Hadrianus II. PP. Epist. 6. Joannes VIII. PP. Epist. 23. 30. Herardus Turonensis in Capitul. cap. 133. Regino lib. 2. de Ecclesiast. discipl. cap. 1. Anastasius Bibl. in Præfat. ad VIII. Synod. initio, etc. [Pro *Continue*, sine intermissione, usurpat Lambertus Ardensis apud Ludewig. tom. 8. pag. 490 : *Quandoquidem cum eo semper et Impræterm isse, ubi stationarius esse nequivit, strenuissimum in armis nepotem suum... consocium reliquit*.]

* **IMPRÆVARICABILIS**, Inviolabilis. Charta Pipini reg. Aquit. pro monast. S. Florent. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 264 : *Dido abba ex monasterio, quod vulgari nomine dicitur Glonna,.... obtulit obtutibus nostris Imprævaricabilia præcepta*. Occurrit rursum in diplom. Caroli C. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 622. *Imprævaricatus*, eadem acceptione, in Ch. 863. ibid. pag. 588. Vide *Imprævaricandus* et *Imprevaricabilis*.

¶ **IMPRÆVARICANDUS**, Inviolabilis, perpetuo duraturus. Præceptum Caroli Calvi apud Baluz. tom. 2. Capit. col. 1482 : *De quibusdam rebus a gloriosis Imperatoribus Karolo avo nostro et Ludovico genitore nostro eidem Ecclesiæ nostræ* (SS. Emetorii et Genesii) *per præcepta Imprævaricanda concessis*.

¶ **IMPRECARI**, Bene precari. Translatio SS. Sebastiani et Gregorii n. 5 : *Fit unus omnium in hac re consensus, et ut felicem obtineat exitum votis Imprecantur unanimes*. Recurrit ibid. num. 7.

¶ **IMPRECARIA**, Species exactionis, de qua sermo est in *Precaria* 2. Charta anni 1155. Histor. Lossensis pag. 107 : *Erit vero tam ipsum prædium, quam familiæ*

Digitized by Google

collata cum prædio, liberum ab omni advocatorum exactione, sive Imprecaria, vel angaria, vel placitis, vel hospitiis.

¶ **IMPRECATIO**, *seu Benedictio Principis noviter nati*, apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 502. ubi refertur Benedictio Ludovici filii Ludovici Ducis Andegav. post ejus baptismum facta a D. Johanne Alexandrino Patriarcha ann. 1377.

¶ **IMPRECATIONES**, in vett. Instrumentis adhibitæ. Vide *Maledicere.*

* **IMPRECIABILIS.** Vide infra *Impretiabilis.*

¶ **IMPREMIA**, σκιαγραφία. Glossar. Videtur dici ab *Imprimo;* ut sit delineatio, quæ primum tabulæ alicui imprimitur. Martinius in Lexico. Supplem. Antiquarii præfert, *Inpremia.*

* **IMPREMPTA**, Impressio, a Gallico *Empreinte.* Charta Joan. reg. Franc. ann. 1351. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 231 : *Cum archiepiscopus Narbonæ.... recipere consueverit.... pro qualibet Imprempta sigilli curiæ suæ duos denarios Turonenses, etc.* Vide infra *Impressura.*

* 1. **IMPRESSIO**, Quodvis opus quod aggredimur, Gall. *Entreprise, prétention.* Chartul. eccl. Andegav. ad ann. 1081. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 456 : *In capitulo S. Mauritii Marbodus scholasticus questus est de injuriis et Impressionibus, quas Goffridus cantor contra morem majorum sibi faciebat, quod scilicet scolares Marbodi a se petere volebat licentiam chorum intrandi.* Vide infra *Imprisa.*

* 2. **IMPRESSIO**, Sigillum, quod in eo impressa sit imago sic dictum, apud Heinec. de Vett. sigill. cap. 2. num. 8. pag. 19 : *In sigillo minori ecclesiæ SS. Simonis et Judæ Goslariensis cum hac inscriptione :* Impressio sci Mathie. Vide infra *Imprisia.*

¶ **IMPRESSOR**, Librarius, typographus, Gallis, *Imprimeur*, in Litteris ann. 1552. apud Rymer. tom. 15. pag. 356.

¶ **IM PRESSORIA Ars**, Typographia, Gall. *Imprimerie.* Utitur Trithemius lib. 1. Exhortat. homil. 7. et Epist. 48. inter familiares.

* Cum primi hujusce artis executores aut inventores nequaquam prætermittendi sint, quorumdam nomina profero ex Lit. natural. ann. 1474. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1321 : *Michiel Friburgier, Uldaric Quering et Martin Granetz natifz du pais d'Alemaigne.... sont venus demourer en nostre royaume puis aucun temps en ça, pour l'exercice de leurs ars et mestiers de faire livres de pluseurs manieres d'escriptures en mosle et autrement, etc. Berchtoldo Rembolt artis impressoriæ architecto primario* epistolam inscribit Vitalis *de Thebes* juris canonici professor ad calcem Decreti Gratiani edit. Paris. ann. 1501.

* **IMPRESSURA**, Impressio, Gall. *Empreinte.* Memor. E. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1390. fol. 229 v° : *Quorum* (sigillorum) *Impressura ponitur in camera prædicta, videlicet in altero parvorum scrinorum stanni. Vidimns* ann. 1397. Chartæ Joan. ducis Brit. ex Bibl. reg. : *Cum Impressura unius scuti arma Britanniæ, videlicet nonnullas herminas in quartiero dextro illius scuti, et in residuo ejusdem scuti arma de Drotor continentis. Impresser* nostris, pro *Empreindre*, Imprimere. Lit. remiss. ann. 4179. in Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 247 : *Le suppliant Impressa en pain tendre icellui martel et fleur de liz.* Vide supra *Imprempta.*

* **IMPRESSUS**, *Non pressus*, ex Lex. Philol. apud Laur. in Amalth.

¶ **IMPRESTARE**, Commodare, Gall. *Prêter;* Imprestitum, Mutuum, Gallis, *Emprunt.* Vide *Præstare.*

IMPRETIABILIS, Pretium omne superans, passim apud Matthæum Paris.

* Epist. Theod. reg. Ital. 18. tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 8 : *Indicamus nos venientibus legatis vestris Impretiabilis quidem rei, sed more gentium suscepisse pretia destinata, etc. Impreciabilem sanguinem Christi*, in Sermone habito in Conc. Turon. ann. 1163. inter Epist. Arnulphi episc. Lexov. pag. 71. v°. Chron. Angl. Th. *Otterbourne* edit. Hearn. pag. 258 : *Thesauro Impreciabili et coronis suis ex inundantia aquarum repente perditis et demersis. Impréciable*, apud Rabelais. in Prol. ad lib. 1. pag. xl.

¶ **IMPREVARICABILIS**, ut *Imprævaricandus*, Qui violari non debet, in Præcepto ann. 878. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 207.

¶ **IMPREYSIA**, ut *Imprisa.* Instrum. ann. 1342. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 441 : *Impreysiam fecistis de invadendo terram, bona et jura et subditos Dalphinales, et ex proposito et Impreysia, armis bellicis sumptis... more hostili intravistis, etc.*

* **IMPREZIA**, Militaris expeditio, idem quod *Imprisa.* Comput. ann. 1405. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 182. col. 1 : *Indictio levari ordinata per dominum nostrum regem in senescallia Bellicadri et Nemausi pro resistendo Impreziæ Henrici de Lencastre, regnum Angliæ occupantis, de anno Domini* 1404. Vide supra *Empresia.*

¶ **IMPRIMITUS**, pro Imprimis, tom. 2. Annal. Benedict. pag. 702. tom. 3. pag. 721. col. 1. apud Leibnit. tom. 1. Scriptor. Brunsvic. pag. 102.

¶ Imprimum, Eadem notione, pluries in Histor. Harcur. tom. 4. pag. 1397.

IMPRISA, Imprisia, Militaris expeditio, vel quodvis opus, quod aggredimur, Italis *Impresa*, nostris scriptoribus ævi medii, *Emprise*, hodie *Entreprise.* Vide Dissertat. 7. ad Joinvillam p. 176. 180. Epist. Ingerranni Dom. Codiciaci ad Theob. Comitem Campan. in Chartul. Campan. Thuani fol. 180 : *Multum nobis cederet ad honorem, si Imprisam, quæ sicut dicitur, adversum vos et nos incœpta erat, dirumpere possetis, et illis cederet ad dedecus, qui Imprisiam illam, ut dicitur, incœperant, nisi eis, quibus Imprisi erant, auxilientur.* [Forma pacis inter Reges Franciæ et Angliæ ann. 1216. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 859 : *Dominus Ludovicus quittat omnes Barones et homines de regno Angliæ de omnibus terris domini Regis ab omnibus homagiis, fidelitatibus, confœderationibus et Imprisiis, et de cætero cum illis nullam inibit confœderationem.*]

* Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 370 : *Colloquio inter eos habito, consenciit quod idem curatus verberaretur; et sic, post hujusmodi consensum et Imprisiam, fuit factum, eodem Stephano in facti perpetratione non præsente.*

Imprisii, Qui *imprisiæ*, seu partibus alicujus favent, vel alterius tutelam suscipiunt, quomodo dicimus *Emprendre*, vel *Entreprendre le party de quelqu'un*, unde vocis origo. [Charta Philippi August. Reg. Franc. ann. 1220. apud D. *Brussel* tom. 1. de Feudorum usu pag. 328 : *Barones vero Pictaviæ qui Imprisii nostri sunt, et alii quos voluerimus, facient nobis homagium ligium.* Occurrit iterum in Conventionibus ejusd. Regis cum Rege Angliæ ann. 1220. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 1144. et 1145.] Matth. Westmonaster. ann. 1224. pag. 282 : *Respondit præterea quod juramentum in Anglia factum, ex parte Regis Anglorum fuerat violatum, dum Imprisii sui ob redemptionem gravissimam sunt redempti.* Concordia facta inter Henricum Reg. Angliæ et Ludovicum primogenitum Regis Franciæ : *In primis quod omnes homines et Imprisii Domini Ludovici et coadjutores sui Anglici.... habeant terras suas, etc.* Charta Henrici Reg. Angl. in Additam. ad Matth. Paris pag. 127 : *Videlicet quod nos erimus Imprisii ejusdem Regis Castellæ contra omnes homines, et juvabimus eum cum toto posse nostro bona fide.* Utitur hac notione non semel Matth. Paris pag. 206. 207. 218. 654. Falluntur, qui a Gallico *prix*, pretium, vocis etymon accersunt, quasi sint *alteri pretio auctorati.*

Emprisia, Idem quod *Imprisia.* Concilium Rossiacense ann. 1258. can. 1 : *Confœderationes, conspirationes, colligationes, Emprisias, tacitas vel expressas, et alias machinationes, etc.*

* **IMPRISIA**, ut supra *Impressio* 2. Inquisit. contra Templar. ann. 1311. ex Cod. reg. 5376. fol. 16. v°. : *Duodecim scutellas argenti et sex platellos argenti et unum collarem auri sub Imprisia regis Siciliæ.* Id est, sub sigillo regis Siciliæ signatos.

¶ **IMPRISINAMENTUM**, apud Rymer. tom. 2. pag. 614. pro *Imprisonamentum;* quod mox vide.

¶ **IMPRISIUS.** Vide *Imprisii* in *Imprisa.*

¶ **IMPRISONAMENTARE**, In carcerem conjicere, Gall. *Emprisonner*, Rymer. tom. 15. pag. 64.

¶ Imprisonamentum, In carcere detentio : Gall. *Emprisonnement*, apud Rymer. tom. 5. pag. 4.

Imprisonare, [ut *Imprisonamentare.*] Vide *Prisona.*

¶ **IMPRISUS**, Ad certum diem vel locum indictus, a Gall. *Empris, Entrepris*, Susceptus. Charta anni 1279. apud Rymer. tom. 2. pag. 1073 : *Est enim vista Imprisa inter ipsos duos Reges in media Quadragesima apud Belli-Quadrum.* Vide *Imprisa.*

¶ **IMPROBABILITER**, Imprudenter. Atto Vercell. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 80 : *Ne postea si reprehensibilis videatur, pœniteat rei principem populi non ad liquidum judicasse, sibique metuat imputandum quod meretur, civem Improbabiliter ordinavit.*

* **IMPROBATUM**, Malum, scelus, apud Ulpian. L. 24. § 3. ff de Pignerat. actio.

Digitized by Google

Si prostituit ancillam, vel aliud Improbatum facere coegit.

¶ 1. **IMPROBITAS**, *Pusillanimitas*, in Barthii Glossario, ex Gautherio de Bellis Antiochenis.

¶ 2. **IMPROBITAS**, Molestia, importunitas. Luc. 11. 8 : *Propter Improbitatem tamen ejus surget, etc.* Vide Annal. Benedict. tom. 3. pag. 292. et infra *Improbus.*

* 3. **IMPROBITAS**, Inverecundia. Gloss. Lat. Gr. : *Improbitas*, ἀναιδεία. Gloss. Gr. Lat. ἀναίδης, *Improbus, impudens.*

¶ **IMPROBRIOSE**, Probrose. Epistola Cardinalis Sabinensis de expugnatione urbis CP. ann. 1453 : *Feminas virtute prædicta et nobilitate, vituperose et indecore detractas, nonnullis injuriis, ac si meretrices et prostibulo institutæ essent, trahebat, cædens et Improbriose ac inhoneste eas vituperans, etc.*

¶ **IMPROBROSUS**, Probrosus. Vita B. Caroli Boni n. 48. tom. 1. Mart. pag. 137 : *Diversis suppliciis Improbrosis, ut dignum erat, tormentati.*

IMPROBUS, Molestus. Hermes apocryphus lib. 1. cap. 3 : *Sed tu non desinis in petendo revelationes, Improbus enim es.* Infra : *Consummavit igitur enarrationem turris. Ego vero, cum adhuc essem Improbus, interrogavi illum, etc.*

IMPROCERATUS, Non procerus, humilis. Gl. Lat. Gr. : *Improcerata*, αὐτελῆ, ταπεινά, ἄναρχα. Sed. leg. *Improcera*, τὰ αὐτελῆ, etc. [*Improcerata*, in Supplemento Antiquarii.] [* *Improcerus*, eadem notione, apud A. Gellium lib. 4. cap. 19.]

* **IMPROCINCTUM**, *Acto a malicia.* Glossar. Lat. Ital. Ms.

¶ **IMPROCURATUS**, Orbatus, destitutus, cujus nulla cura est. Buschius de Reform. Monast. apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 858 : *Quoniam D. Deus eorum est procurator, et non dimittet eos Improcuratos de cunctis sibi necessariis.*

* *Impourveu*, eadem acceptione, in Lit. Caroli V. ann. 1370. ex vol. 6. arest. parlam. Paris. : *Comme le suppliant Impourveu de conseil eust appellé en nostre cour de parlement, etc.*

* **IMPROHIBITO**, *Licenter*, ἀκωλύτως. Germ. et Reg. *Improhibite*, in Castigat. ad utrumque Glossar.

* **IMPROLIS**, Prole carens, vel qui legitimos filios non habet, apud Boll. tom. 3. Jul. pag. 150. col. 2.]

* Improlis, Eadem notione. Append. ad Form. Marculfi tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 521. art. 54 : *Dum Improlis fuerit, nec legitimos infantes habuerit, etc.*

IMPROLOQUIBILE, ἀλάλητον, in Gloss. Lat. Gr. [Supplem. Antiquarii : *Inproloquibilis*, ἀλάλητος, *Inenarrabilis.*]

* **IMPROMITTERE**, perperam pro *Intromittere.* Vide in hac voce. Charta ann. 1105. apud Lamium in Delic. erudit. inter notas ad Hodoeporic. Charit. part. 3. pag. 1099 : *Si unquam in tempore de prædictis rebus præsumpserit agere, causare, tollere, contendere, Impromittere, intentionare, aut pro placito fatigare, etc.*

* **IMPROMPTARE**, Mutuari, Gall. *Emprunter.* Comput. ann. 1488. inter Probat. tom. 4 : Hist. Nem. pag. 48. col. 1 : *Item solverunt uxori de Bernisson pro una magna olla, Impromptata pro decoquendo potagium, ... ij. sol.* Vide infra *Imprunctare.*

¶ **IMPROPERANTER**, Cum improperio. Promissio B. Thomæ Mart. in Anecd. Marten. tom. 3. col. 1878 : *Alioquin non diceret Dominus Improperanter multis Ecclesiarum Rectoribus per Ezechielem : Non opposuistis vos murum pro domo Domini, etc.*

* **IMPROPERATOR**, Conviciator. B. de Amor. in Speculo sacerd. Ms. cap. 26 :

Non discordator fratrum, non Improperator.

* **IMPROPERATUS**, *Non festinus*, apud Laur. in Amalth.

IMPROPERIUM, Dedecus, convitium, injuria, derisio. Sueno Aggonis filius in Histor. Danica : *Nam et tunc temporis ignominiosum extitit Improperium, si solum duo jugularent.* Utitur sæpe vetus Bibliorum Interpres. [** Vide Forcellinum.]

* **IMPROPORTIONALIS**, *Non æqual. Improportionaliter*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

* **IMPROPRIARE**, A proprio et nativo sensu declinare. Stat. Mantuæ lib. 2. cap. 72. ex Cod. reg. 4620 : *Addentes quod statuta ipsa a quocumque.... glossari, subaudiri, Impropriari seu extendi non possint.* Molin. in Consuet. Paris. tit. 1. de Feud. § 60. gloss. 1. num. 16 : *Verba judicis, etiam Impropriando, si opus, reducuntur ad intellectum juris et materiæ subjectæ, et talis ejus scilicet judicis mens præsumitur, qualis esse debet.*

¶ **IMPROPRIATUS**, f. Jure proprio possessus, apud Rymer. tom. 15. pag. 69 : *Ego Thomas Wryothesley... Cancellarius Angliæ... tradidi... Henrico VIII... rectoriam meam Impropriatam de Southmymes.* Et infra : *Quæ habeo aut unquam habui de et in rectoria Impropriata de Southmymes in Comitatu etc.*

¶ **IMPROPRIETARIUS**, Non proprietarius, qui rei alicujus non habet proprietatem et dominium. Albertus Mussatus apud Murator. tom. 10. col. 765 : *Viduarum, pupillorum, pauperum civium, qui inquilini, vassalli, libellarii erant, ac Impropriatariorum quibuslibet titulis uterantur, etc.*

¶ **IMPROPUGNATUS**, Indefensus. Marcell. lib. 29 : *Quod si contigisset, Impropugnata civitas venisset in manus hostiles.* Et lib. 31 : *Et tanquam signo erecto occultus... civitas prorumperetur Impropugnata.*

* **IMPROTECTUS**, Protectione carens, indefensus. Arest. parlam. Paris. ann. 1361. 21. Aug. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 411 : *Indefensi et Improtecti remanserent.*

¶ **IMPROTRACTIM**, Sine mora, abjecta omni cunctatione. Litteræ ann. 1402. apud Rymer. tom. 8. pag. 273 : *Nostris opidanis et vicinis restitutio fieri deberet Improtractim.*

* **IMPROVIDENTIA**, Incuria, negligentia. Dipl. Frider. I. imper. ann. 1159. apud Lamium in Delic. erudit. tom. 3. pag. 188 : *Quoniam tenemur ante tribunal Christi Deo.... in die judicii reddere rationem, si per Improvidentiam imperii nostri homines in camino perirent, etc.*

* **IMPRUNTARE**, Mutuari, a Gallico *Emprunter.* Arest. parlam. Paris. ann. 1283. in Reg. 2. Olim fol. 67. r°. : *Fuit inventum quod ipsi usi erant dictos clericos ponere sub cuppa et in ferris Impruntatis etc.* Practicis nostris *Emprunter prison*; quo etiam sensu, *Impruntavimus curiam*, in Chartul. S. Maxim. Vide Radulph. Former. lib. 6. Rer. quotid. cap. 28.

IMPRUNTATUM, Mutuum, ex Gall. *Emprunt.* Vide *Mutuum violentum.*

¶ **IMPRUTAMENTUM**, ut *Impruntatum*, Mutuum. Vide *Regatio*, Census.

¶ **IMPUBERE**, Johanni de Janua, Non pubere, ut exponitur in Glossis Lat. Gall. San-Germ. MSS. ubi *Impubeo*, *Non crottre, non commencer avoir barbe.*

IMPUBLICARE, [In publicum seu fiscum, redigere infiscare.] Vide *Publicum.*

¶ **IMPUDEFACTUS**, Impudens, quem non pudet. *Impudefactus adulter*, in Epistola Montani Episcopi inter Concil. Hisp. tom. 2. pag. 270.

IMPUDERATUS, Impudens, absque pudore. Gloss. MS. : *Impuderatus, inverecundus.* Lucifer Calaritanus lib. 1. pro S. Athanasio pag. 85 : *Non despicis revera conviperinos tuos Arianos, natos videlicet de Impuderato patre vestro diabolo.* [Concil. Tolet. VIII : *Recedant ergo talium desideriorum Impudorati fautores. Impudorati et audaces*, apud vet. Interpretem Irenæi lib. 3. cap. 25.]

Impudorate, pro *Impudenter*, dixit vetus Irenæi Interpres lib. 1. cap. 21. [et lib. 2. cap. 14.]

* **IMPUDICARE**, *Corrumpere, violer*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Impudicatus, stupratus, impudicus factus*, apud Laur. in Amalth. ex Festo.

* **IMPUDOR**, Labes, macula, pudori opponitur. Lit. legitim. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 414 : *Quia decus virtutis genituræ maculam obstergit in filiis, et pudicitia morum Impudor originis abolebitur, etc.* Eadem formula passim occurrit in ejusmodi Literis.

* **IMPUGNE**, pro *Impune*, in Lit. ann. 1365. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 591. et alibi.

IMPULATOR, *Concitator, Incitator*, in Glossario MS. Reg. Cod. 1013. infra : *Impulsor, Hortator, Concitator.*

* **IMPULSA**, Dilatio, procrastinatio, Gall. *Delay.* Lit. remiss. pro consulibus Villæ-longæ ann. 1337. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 47 : *Qui res a se venditas minori pretio in fraudem usurarum reemerunt, aut pro impulsa seu spera temporis plus sibi dari in pecunia, bladо aut alias in similibus, seu obligari ultra sortem fecerunt.*

¶ **IMPULSARE**, Excitare. Epistola encyclica Henrici V. Abb. Fuldensis ad alios Abbates Ordinis S. Benedicti; *Abbates quidem Ordinis nostri nos... multipliciter Impulserunt, quatenus... assumere curaremus, etc. Aliquem de statu Impulsare*, apud Marculfum lib. 2. form. 52. Eum est dejicere, expellere, removere.

¶ **IMPULSATUS**, Illesus. Joh. Longinus in Vita S. Stanislai Episc. tom. 2. Maii pag. 270 : *Multa pericula latronum et bestiarum, Martyri glorioso se devovens, Impulsatus evasit.*

Digitized by Google

IMPULSORIUM ALÆ, Fridericus II. Imp. l. 1. de Venat. cap. 27 : *Reliqua vero tertia pars alæ descendit ab illo loco, qui dicitur Impulsorium alæ, et Gallice dicitur* le bout, *usque inferius.* [* Imperfectus, vitiosus, ut videtur; f. pro *Impurus.*]

* **IMPULSUS.** Vide supra *Impellere.*

* **IMPUNARE**, pro *Impugnare*, in Lit. ann. 1355. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 728.

1. **IMPUNUS.** Fleta l. 1. cap. xv. § 22 : *Si mercedem acceperint, per quod hujusmodi pannos Impunos vendi sustinerent.*

¶ 2. **IMPUNUS**, apud Johannem de Janua, ut Impunis, sine pœna. Gloss. Lat. Gall. Sangermau. MSS : *Impunus vel Impunis, Non punis, sens peine.*

* **IMPURGABILITER**, Absque venia, ita ut ab indicta pœna quis purgari vel absolvi non possit. Charta ann. 1313. in Reg. 49. Chartoph. reg. ch. 179 : *Mandamus sub pœna viginti mille librarum Paris. quam eo ipso per eundem Hugonem contrarium facientem vel etiam attemptantem Impurgabiliter committi,.... decernimus.* Pariag. inter comit. Petragor. et capit. S. Front. ann. 1317. in Reg. 56. ch. 462 : *Item obligamus nos dictæ partes sub pœna mille marcharum argenti dictam compositionem servare; quæ pœna Impurgabiliter committetur per partem compositionem hujusmodi non servantem.*

1. **IMPURIA.** Pirminius in Excerpt. ex libris Canonicis : *Qui Impurius, quæ dicunt homines super tecta* [*tectus*, apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 586.] *mittere ut aliqua possint eis denuntiare, quod eis bona aut mala adveniant, nolite eis credere, quia soli Deo est futura præscire.*

* 2. **IMPURIA**, *Ordure*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Vide *Inpuricia.*

¶ **IMPURIMUS**, f. pro Impurissimus. Gloss. Lat. Græc. : *Impurimum*, ἀκάθαρτον. Supplem. Antiquarii præfert *Inpurimum.* Vide *Inpuricia.*

* **IMPUS**, ἀσεβεῖς. leg. *Impii.* Castigat. in utrumque Glossar.

¶ **IMPUSTELLARE**, Agnellus in Vita Sergii Episc. apud Murator. tom. 2. pag. 174. col. 2 : *Cuncta atrii lychnia extinguantur, ne illis flammæ candelarum nocte solatia præstent, et quod possumus occulte abdicare, omnia Impustellentur, ignorante Pontifice nostro.* Mutin. cod. clarius habet, *In cryptis celentur.*

* **IMPUTABILE.** Vide infra *Imputatio.*

1. **IMPUTARE**, Non putare, non existimare, apud Sidonium lib. 9. Epist. 11. initio.

¶ 2. **IMPUTARE**, pro Amputare. Capitula General. S. Victoris Massil. MSS : *Ut omnis dissolutionis occasio a juvenibus Imputetur.*

* 3. **IMPUTARE**, Latinis; unde Gallicum *Imputer*, alias *Emputer*, pro Accusare, denuntiare. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 134 : *Icelle Guillemette Emputaaux Anglois dulieu de Sainte Suzenne le pere du suppliant, et leur dist qu'il recelolt les François et les entretenoit à son povoir.* Hinc *Emputement*, Delatio, in aliis Lit. ann. 1447. ex Reg. 179. ch. 157 : *Comme ledit blé estoit ainsi mussié, vindrent audit buisson par Emputement ou autrement trois gens de guerre, etc.* Et *Emputeur*, Delator, calumniator. Lit. remiss. ann. 1480. in Reg. 209. ch. 176 : *Guillaume Bernard.... homme Emputeur, sedicteux et plain de mauvais langaige, etc.*

* **IMPUTATIO**, *Nil aliud est quam quædam ascriptio eorum, quæ locum tenere debent in his, quæ sunt detrahenda ad differentiam computationis, quæ est cumulatio rerum in hæreditate, ex qua deductio fit.* Ita Ant. Mangil. JC. Pisaur. in Præfat. ad Tract. de Imputat. etc. num. 2. et 3. *Imputabilia* frequenter ibid. ab *Imputare*, Supputare, numerare, subducere rationem.

* IMPUTATIO, Alia notione, in Glossar. Gr. Lat. : Καταλογισμός, *Acceptilatio, Imputatio.*

* **IMBECILLOR**, ἀῤῥωςῶ, in Glossar. Lat. Gr. et Gr. Lat. Ἀῤῥωςῶ, *ægroto, languesco, Imuecillor.* Pro *Imbecillor*, ut videtur, sum imbecillis.

* **IMBOS**, ἀνεξεύσιος, *Impos.* Cujac. Scalig. ad Festum, in Castigat. ad utrumque Glossar.

¶ **IMSIUM.** Vide *Juisium.*

* **IMUCHRE**, IMIGERE, f. Adæquare, complanare. Lit. remiss. ann. 1454. in Reg. 191. Chartoph. reg. ch. 70 : *Ipso supplicante existente in suo operatorio carpenteriæ, utendo suo ministerio dolando et Imugendo doelas cujusdam pipæ seu dolii, ... cum quadam doela pipæ, quam Imigebat, etc.*

* **IMUS.** AD IMUM, Ultimo, Gall. *En dernier lieu.* Udalr. *Onsorg* Chron. apud Oefelium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 357. col. 1 :

> Thassilo dux primum,
> Postea rex, sed monachus ad Imum.

IN, Præpositionem, Germani, Poloni et Bohemi iis fere attribuunt, qui domini sunt locorum : cæteris nempe, *de*, *a*, vel *ab*, etiam iis, qui inde duntaxat orti vel oriundi sunt, etiamsi ibi non habeant, ubi pedem figant. Ita Martinus Cromerus lib. 1. Polon. pag. 105. Addit Ægidius Boilleus in Notis ad Ludovicum Davilam de Bello Germanico pag. 37. locorum, vel dignitatum ejusmodi, primogenitos dominos nude, secundo-genitos vero *in* iisdem perinde sese indigitare, cum in Germania feuda majora divisionem admittant.

¶ **IN VITAM ET IN MORTEM.** Tabularium Savigneii : *Radulfus D. G. Dominus Filgeriarum. Rogerius Vinrius et Marchisus filius ejus anno* MCLV. *coram me et Baronibus meis dimiserunt abbatiæ Savigneii viariam in Lovigneio, et ipsi cum Hamelino Breotas nepote Rogerii prædicti concesserunt semetipsos ecclesiæ Savigneii Ad Vitam et Ad Mortem, Ad Vitam scilicet, ut in ea monachi fierent, quando eis placeret; et Ad Mortem, ut ibidem sepelirentur, si in sæculo mori contingeret.* Ibidem : *Andreas dominus Vitreti et Alanus dominus de Dinan elegimus domumde Savigneio, ut ibi et nos et fratres nostri Robertus et Joscelinus habemus sepulturam in capella S. Catharinæ juxta dominum Robertum de Vitreio patrem nostrum; et dedimus nosmetipsos et fratres nostros Abbati et Monachis Savigneii et In vitam et In Mortem. Facta est hæc donatio in capitulo Savigneii eorum omni conventu.* Ibidem : *Willelmus de Guirchia elegi domum de Savigneio, ut ibi habeam sepulturam, et dedi meipsum abbati et monachis Savigneii et In Vitam et In Mortem. Hæc donatio mea facta est in Capitulo, etc.*

* **INA.** Glossæ Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 677. col. 2 : *Habemus de Vico, qui est in Salmense, octuas duas, id est casas duas, in qua sunt Inæ tres, quæ vulgo nuncupatur patellæ. Exit de una Ina in unoquoque mense burdurus xiij.* Vide *Patella.*

¶ **INABSTINENTES**, *Impatientes.* Gloss. Isid.

¶ **INACIDUM VINUM**, pro *Mucidum*, Vappa, vapidum vinum, Gall. *Vin poussé.* Vide in *Vinum.*

INACTE, Nulla re acta, *Sans rien faire.* Chronicon Montis-Sereni ann. 1156 : *Hinricus Dux Freslam hostiliter ingreditur, sed Inacte revertitur.*

¶ **INACTITARE**, In acta publica referre. Litteræ ann. 1432. apud Rymer. tom. 10. pag. 517 : *Quod præmissa in rotulo Parliamenti prædicti Inactituri, et postmodum litteræ sub sigillo regio prædicto, sibi in forma debita, fieri deberent. Inactitata acta*, apud Th. *Madox* Formul. Anglic. pag. 70.

INACTIVUS, Negligens. Capitulatio Caroli Mag. pro partibus Saxoniæ, apud Holstenium in Collect. Romana, cap. 31 : *Si cuilibet homini sacramentum debet, adrameat illum ad Ecclesiam sacramento ad diem statutum : et si jurare contempserit, fidem faciat, et sol. 15. componat, qui Inactivus apparuit, et deinceps causam plenius emendare faciat.*

¶ **INADIBILIS**, Inaccessus. Vita S. Eulogii Mart. tom. 2. Martii pag. 91 : *Multa Inadibilia tentare in Scripturis, puerilis immatura docibilitas egit.*

* **INACRESCERE**, Accrescere. Tertul. Scorpiac. : *Sanguis animi gelascit,.... nausea nominis Inacrescit.* Ubi quidam Codd. habent, *Inagrescit.*

* **INACTUM**, Decretum, ab Ampl. *Enacted.* Chron. Joan. Whethamst. pag. 473 : *In die destcionis parliamenti, in quo die solent singula in eo Inacta sive inactitata afferri in medium, ibique legi in publico publiceque promulgari, etc.* Vide *Inactitare.*

* **INACTUS**, Qui nihil egit. Chron. Sith. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 72 : *Recesserunt Inacti et cum majori Danorum seu Normannorum exercitu Lotharingiam petierunt.* Vide *Inacte.*

* **INADMISSIBILIS**, Non admittendus. Arest. parlam. Paris. ann. 1473. in Lib. pitanc. S. Germ. Prat. fol. 215. r°. : *Pro parte vero dictorum defensorum plura in contrarium facta et rationes propositæ extitissent ad finem seu fines, quod diceretur et declararetur præfatum actorem certamque veutam per eum de rebus contenciosis factam Inadmissibiles fore ac quod super dicta veuta iidem defensores procedere minime tenebantur.*

¶ **INADMODIATIO**, ut *Admodiatio*, Locatio, datio ad *firmam*, in emphyteusim. Charta Theobaldi Comitis Campaniæ ex Archivis B. Mariæ in valle Pruvini : *Con-*

Digitized by Google

cesserunt mihi ad Inadmodiationem, et hæredibus meis, molendinum quod habebant apud Pruvinum.

* **INADVERTANCIA**, a Gallico *Inadvertance*, Imprudentia. Libert. Villæ-franchæ ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 700. art. 7 : *Et si quid per errorem seu per Inadvertanciam aut aliter factum fuerit, dum ad noticiam eorum pervenerit.... revocabunt et ad statum pristinum et debitum reducent.*

* **Inadvertencia**, Eadem notione. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 87. Chartoph. reg. ch. 136 : *Dictus Petrus percussit ex Inadvertentia et a casu prædictum Martinum in capite de uno baculo. Inadverti*, pro Imprudens, in aliis Lit. ann. 1406. ex Reg. 160. ch. 321 : *Et pour ce que tousjours elle* (Alips) *persévéroit à dancer, icelle Katherine Inadvertie et non souvenant dudit asseurement la fery de la main.*

¶ **INADORANDUS**, Non adorandus. [* Imo, Valde adorandus.] Epist. Hadriani PP. tom. 3. Concil. Hispan. pag. 93 : *Si quis dicit... Inadorandam Domini nostri carnem sicut hominis, et non adorandam Domini et Dei carnem, hunc anathematizat sancta et apostolica Ecclesia.*

¶ **INADULATUS**, Qui non movetur adulationibus. Epistola ann. 1160. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 854 : *Pius, prudens, constans, disertus, magnanimus, Inadulatus, largus, etc.*

¶ **INÆNIGMATARE**, in ænigmate repræsentare. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. in Actis SS. Junii tom. 3. pag. lxxiv : *Ut ad præfutam stellæ claritatem et baptismatis munditiam Inænigmatandam, parumentis et vestibus albis ista die in capella nostra* (uti) *teneantur.*

¶ **INÆQUALICALIS Variana Media**, Scripturæ species. Vide *Scriptura.*

* **INÆQUALIS**, Injustus, iniquus. Charta ann. 903. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 313 : *In publica synodo ad justa judicia discernenda, et Inæqualia destruenda etc.*

INÆQUALITAS, Ægritudo, invalitudo, ἀνωμαλία, *Indisposition*. Glossæ antiq. MSS. : *Inæqualis, infirmus.* Ἀνωμαλεῖν in Concilio Ephesino act. 1. pag. 543. Edit. Labbei. Epist. Honorii Imp. ad Paulinum Episc. Nolan. apud Baron. ann. 419. n. 20 : *Cum Beatitudo tua de corporis Inæqualitate causata, itineris non potuit injuriam sustinere.* Regula S. Cæsarii ad Virg. : *Abbatissa, nisi Inæqualitate aliqua, aut infirmitate, aut occupatione compellente, extra congregationem penitus non reficiat.* Regula S. Aureliani cap. 7 : *Et si Inæqualitas exegerit, jubente seniore quod necesse fuerit, non ei negetur.* Vita S. Eugendi Abb. cap. 4 : *Cum ergo Pater ille... etiam corporeæ Inæqualitatis frangeretur incommodis.* Cap. 12 : *Febricula levi correptus est, paulatimque Inæqualitate vexatus, cursum vitæ præsentis explicuit.* Occurrit rursum cap. 15. Ita etiam Atto Vercell. Episc. in Capitul. cap. 54. Symmachus lib. 7. Epist. 12. Ennodius non uno loco, Avitus Viennensis Epist. 4. ex Baluzianis, Diurnus Romanus cap. 3. tit. 15. Synodicon adversus tragœdiam Irenæi cap. 26. Concilium Carthaginense IV. can. 49. Vita S. Lupicini Abbat. Jurens. n. 4. 12. etc. Vide Notas nostras ad Alexiadem pag. 224. et infra in *Varietas.*

¶ **INÆQUUS**, pro **Iniquus**, apud Lobinellum in Glossario Hist. Paris. tom. 3.

¶ **INÆSTIMABILITER**, Turpiter. *Quidam.... ebrietati Inæstimabiliter incumbens, etc.* in Vitis Patrum Emeritens. tom. 2. Concil. Hispan. pag. 641.

¶ **INAFFABILIS**, *Insuavis et austerus ad loquendum*, Johanni de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS : *Inaffabilis, non disable, ou non recontable, ou dure à dire;* ubi confunduntur *Inaffabilis* et *Ineffabilis.*

INAFFECTIO, Affectionis defectus. Vita S. Anscharii Corbeiensis Monachi cap. 17 : *Hoc autem venerabilis Abbas non de Inaffectione faciebat, etc.*

* **INAGNITUS**, Incognitus. Acta S. Anath. tom. 2. Jul. pag. 681. col. 1 : *In specu videlicet illo, in quo ex mundi naufragio nudus evadens vir Domini Benedictus..... Inagnitus hominibus tribus latuit annis.*

* **INAGRESCERE**. Vide supra *Inacrescere.*

* **INALARE**, *Redolere, fragrare*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. pro *Inhalare.*

¶ **INALBARE Se**, Albas induere. Guidonis Discipl. Farfensis cap. 7 : *Sacerdos cum ministris Inalbent se.* Cap. 17 : *Octava ejusdem magnifici Johannis Inalbent se.* Et cap. 23 : *Ad Sanctus, Sanctus, omnes Inalbentur a minimo usque ad maximum.* Vide *Alba* 3.

* **INALIENARE**, Alienare. Bulla Bened. VI. PP. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 241 : *Non habeat potestatem vel licentiam Inalienare eundem locum, vel sub alterius monasterii dominatione submittere.*

¶ **INALTARARE**, Consecrare, dedicare, ornare, in Hierolexico Macri : quod vide.

INALTARE, *Valde altare, altum facere*, Willelmo Britoni in Vocabul. *In altum levare*, in Mamotrecto. [* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Inaltare, essaucer, haut lever. Inaltatio, essaucement.*] Vita S. Drausii Episcopi Suess. num. 3 : *Taliter tantæ nobilitatis lineam sanctis actibus Inaltavit.* Ordericus Vitalis lib. 9. cap. 754 : *Turribus Inaltandis insistebant.* Baldricus Dolensis in Vita B. Roberti de Arbressello : *Jam igitur parietibus oratorii dilatandis et Inaltandis instabatur, etc.* Occurrit in Ecclesiastico semel ac iterum. *Altatus*, apud Sidonium lib. 2. ep. 2.

** **Inalzare**, Idem. Annal. Mosomag. ad ann. 1259. apud Pertz. tom. Script. 3. pag. 164 : *Muros circa dictam villam Inalzari fecit.*

¶ **INALTATIO**, Elevatio, in majorem altitudinem exstructio. Vita S. Medardi, tom. 2. Junii pag. 96 : *Funditus eam* (regiam) *diruere jussit, et tam culminis Inaltatione, quam longitudinis porrectione ampliavit honorifice.*

¶ **INALTERABILITER**, hoc est absque ulla alteratione, conjunctæ dicuntur duæ in Christo naturæ, divina et humana, in Concilio Armenorum ann. 1342. art. 20. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 336.

¶ **INAMARICARE**, Exacerbare, animum exulcerare, ad iram excitare, Gall. *Aigrir, Irriter.* Codex Sacramentorum ante 900. annos MS. pag. 394 : *Dominum deprecemur, quem quotidie pravis Inamaricamus operibus.*

* **INAMBIGUUS**, Certus, indubius. Epist. Nic. I. PP. ann. 864. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 400 : *Non immerito credula, vel Inambigua, fidem certam accomodans.*

* **INAMISMA**, *La imagine.* Glossar. Lat. Ital. Ms.

¶ **INAMORARE**, Amore inflammare. Joh. Longinus in Vita S. Stanislai Episc. tom. 2. Maii pag. 274 : *Volens ego dictum Barthossium ab uxore ea die sequestrare et odiosam illi facere, et de filiæ suæ Dorotheæ ductione Inamorare.*

INAMORARI, Amore capi, vox Italica, Petrarchæ et aliis familiaris. Michael Scotus de Physion. cap. 14 : *Frater non sic Inamoratur in sorore, quæ est pulcra et delectabilis.*

* Nostris *s'Enamourer.* Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 10 : *Comme l'exposant se feust Enamourez par jeunesse et druerie de ladite femme et elle de lui.* Aliæ ann. 1398. in Reg. 154. ch. 126 : *En icelui an s'Enamoura ledit chevalier de ladite Jehannete, qui estoit belle fille et jeune.*

¶ **Inamorosus**, Amore captus, incensus : *Inter infuriosum et Inamorosum nihil aut parum prostat*, apud Raymundum Duellium lib. 1. Miscell. pag. 241.

* **INAMOVIBILIS**, Idem quod *Immobilis* : dicitur de bonis immobilibus. Charta ann. 1119. apud Lamium in Delic. erudit. in Præfat. ad Hodoepor. Charit. part. 1. pag. xxiv : *Ut omnes res mobiles et Inamovibiles, terras et vineas aliarum ecclesiarum, etc.*

INANIMARE, Animos addere, animare : Italis *Inanimare*, et *innanimare.* Utitur Galfridus Monemuthensis lib. 8. cap. 4. lib. 10. cap. 9.

* **INANIRE**, Exinanire, ad nihilum redigere. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Despulhar, Prov. exuere, nudare, Inanire.* B. de Amor. in Spec. sacerd. Ms. cap. 5 :

> Ludens res perdit, famam et tempora perdit,...
> Perdens insanit, malestando corpus Inanit.

¶ **INANITAS**, Deliquium, animæ defectio, Gall. *Défaillance, Evanouissement.* Acta SS. Junii tom. 1. pag. 793. de S. Bertrando : *Subito venit sibi Inanitas, taliter quod cecidit in terra pro mortua.*

¶ **INANITRICES.** Vide *Janitrices.*

INANTE, In posterum, *deci en avant*, in Fœdere Regum apud Nithardum lib. 3. ann. 842. *Inanzi* Itali dicunt. Commodianus Instr. 46 :

> .... Cave, ut non delinquas Inante.

Gregor. Turon. lib. 2. Hist. cap. 16 : *Inante absidem rotundam habens.* Vita S. Deicoli Abb. cap. 2. num. 10 : *Subito febre invaditur, languore nimio arctatur, adeo ut nec passum quidem Inante perficere valuisset.* Capitula Caroli C. tit. 12. cap. 6 : *Quicunque abhinc Inante latronem receperit.* Adde Vitam S. Wunebaldi cap. 14. Bedam lib. 1. Hist. cap. 5. etc. Gloss. Isid. : *Inante diem, in ipso die.* Gloss. Gr. Lat. : Εἰς τὴν πρὸ ταύτης ἡμέραν, *Inante diem.* Octav. Horatianus lib. 4. Rer. Medic. : *Ita ut unum habeat*

Digitized by Google

Inante, et alterum retro. Utitur et Alexander Iatrosophista lib. 2. Passion. cap. 66. ut et Plautus, Cicero, Propertius, et alii.

INANTEA, Eadem notione. Sacramentum fidelium apud Pithœum : *Promitto, quia de isto die Inantea isti seniori meo, quandiu vixero, fidelis et obediens, etc.* Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 60. [** 167.] : *Habeat eas* (res) *sibi Inantea absque portione fratrum.* Adde Leges Aistulph. Regis tit. 9. § 5. [** 14.] Occurrit passim.

¶ INANTIA, Eadem significatione. in Chronico Novaliciensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 751. in Charta ann. 691. apud Felibianum Hist. Sandionys. pag. xi. et apud Mabill. de Re Diplom. pag. 510.

* INANTEA, Præterea, ulterius. Gregor. Turon. lib. 7. Hist. Franc. cap. 28 : *Post hæc exercitus ab urbe Pictava remotus, Inantea post Gundovaldum proficiscitur.* Charta ann. 1043. ex Bibl. reg. cot. 17 : *Qui meam donationem infringere voluerit,.... componat tibi in vinculo tantum et alium tantum, et Inantea quod petiit adquirere non valeat, et Inantea hæc mea donatio firmis et stabilis permaneat.* Pro In posterum, passim occurrit, ut observat Cangius in voce *Inante*.

* INAPOZIMATUS, *i. sine jure*, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 2. Passion. cap. 112 : *Accipiant pullos et gallinas non satis pingues, Inapozimatas magis quam zimas.*

¶ INAPPREHENSIBILIS, Qui non potest comprehendi. S. Paulinus Epist. 32. n. 20 : *Jam constat quomodo videas invisibilem et Inapprehensibilem comprehendas.*

¶ INAPPRETIABILIS, Sine pretio, qui non potest pro dignitate et excellentia satis æstimari. Concil. Tolet. XI. : *Scilicet ne Inappretiabilem S. Spiritus gratiam donis vel muneribus quis existimet comparandam.* Concil. Tolet. VIII. : *Sacrosancti baptismatis Inappretiabile donum.*

* 1. INAQUARE, Aqua macerare, subigere, Gall. *Rouir.* Stat. antiq. Cumanæ cap. 75. ex Cod. reg. 4622. fol. 42. r°. : *Nulla persona præsumat Inaquare linum nec canapum etc.*

* 2. INAQUARE, Irrigare, Ital. *Adacquare.* Stat. Cadubr. cap. 99 : *Sancimus quod quilibet buscherius in Cadubrio per dies octo, postquam signatæ fuerint ejus talleæ per aliquem mercatorem, tam terrigenam quam forensem, teneatur et debeat eas Inaquare vel Inaquari facere, sub pœna solidorum centum pro quolibet buscherio, et nihilominus ipsas talleas Inaquare omnino teneatur.*

* INARMARE, Ansa seu corrigia, nostris *Enarme* nuncupata, scutum instruere. Arest. parlam. Paris. ann. 1304. in Reg. *Olim* fol. 64 : *Declarantes quod licet dicti sellarii sut officii ratione pectoralia, estriverias et culerias de duobus coriis suere non possint,.... ipsi tamen.... præparare poterunt et scuta Inarmare, et cætera facere ad ipsorum officium pertinentia.* Guill. Guiart. ad ann. 1304 :

Fors messire Oudart seulement,'
Qui l'escu pris par les Enarmes, etc.

Le Roman *de Garin* :

L'escu au col par les Enarmes tint.'

Alibi :

Il s'entrehurtent et de cors et de pis,
Que les Enarmes se font des poins saillir.

Rursum :

Là veissiez grosses lances croisir,
Et les Enarmes fors des poins départir.

Vide supra *Giga* 3.

¶ INARREHAMENTUM, f. ut *Æramentum*, Quodvis utensile agricolarum. [* Malim de Agro, qui aratur et colitur, intelligere.] Chartularium S. Vandregesili tom. 1. pag. 265 : *Guillelmus in Darennio granchiam ex suo proprio ædificabit, et cum defecerit de communi reædificatur, et tempore messis garbæ per manus famulorum utriusque partis ante granchiam partientur. Et sciendum quod de omnibus Inarreramentis, quæ per Guillelmum vel hæredem ejus in eadem tenura facta fuerunt, Abbatia medietatem habebit.*

¶ INASPICABILIS. Gloss. Græc. Lat. : Ἀόρατος, *Invisibilis, Inaspicabilis.*

* INASPILATUS, Alligatus. Chron. Tarvisin. ad ann. 1380. apud Murator. tom. 9. Script. Ital. col. 777 : *In capite autem caputium alterius dictorum pannorum gestabat, sub gula Inaspilatum cum chordulis siricis ejusdem coloris, quibus infra brachia caputium per spallas emissum conligabat.*

¶ INASTA, *Sancta, pulchra, clara, splendida.* Gloss. Isid. In excerptis *Inacta.* Grævius haud sine probabilitate existimat legendum esse *Inclyta.* Papias : *Inclytus, clarus, gloriosus, invictus, illustris.*

INATRIUM, Atrium Ecclesiæ, *Paradisus.* Anastasius Biblioth. in Vita Stephani II. PP. ex Bibl. Cæsarea apud Lambecium lib. 2. pag. 927. (nam desunt in Editis) : *Renovavit Inatrium ante fores B. Petri Apostoli, qui Quadriporticos dicitur.* Vide *Atrium.*

¶ INATTINGIBILIS, Qui non potest attingi, comprehendi. Gervasius Tilberiensis in Otiis Imperial. apud Leibnitium tom. 1. Scriptor. Brunsvic. pag. 884 : *Super istud arbitror esse cœlum Trinitatis, ubi sola Trinitas habitat non localiter, sed incircumscripte, et inenarrabili et Inattingibili gloria.*

INAVARITIES, in veteri Inscriptione 1046. 6 :

Feido feida viro veixsit studio parili, quum
Nulla Inavarities cessit ab officio.

INAUDIENTIA, Inobedientia. S. Cyprianus Ep. 28 : *Perniciem sibi et mortem per Inaudientiam et intemperantiam provocent.*

* INAUDIRE, Non audire, inauditum rejicere. Vita S. Vital. tom. 2. Mart. pag. 31. * col. 2 : *Noli delinquentem aliquem Inaudire.*

* INAUDITOR, Inobediens. Acta Lat. S. Niceph. tom. 2. Febr. pag. 894. col. 2 : *Sapricius presbyter imperatorum contemptor et Deorum immortalium Inauditor etc.* Vide *Inaudientia.*

¶ INAVISATUS, Inconsultus, a Gallico *Avis*, Consilium. Confirmatio fundationis Capituli Middelburg. ann. 1480. apud Miræum tom. 2. pag. 1346. col. 2 : *Nec alienentur dicto domino et nobis Inavisatis et inconsultis et non consentientibus.* Occurrit rursus in Chronico Bergomensi apud Murator. tom. 16. col. 1404.

* INAURATUS, perperam emendatum pro *Inornatus*, recte monet D. *de Ste. Palaye* in Comment de Ant. milit. pag. 191. ex Vita S. Elig. tom. 2. Spicil. 2. edit. pag. 82. col. 2. Sed minus attente hanc temerariam emendationem Acherio tribuit, quæ D. *de la Barre* tribuenda erat, ut ex ipsa nota ad hunc locum colligitur.

* INAURES, *dicuntur Phialteria idolorum, sicut dicit Glossa super Genesim xxv.* Vocabul. Brevil.

* INAUSTRO, φωτίσω, in Excerptis. Mendose fortassis pro Inlustro, inlumino.

* INAUTORARE, Cooptare; unde *Inautoratio*, Cooptatio, præsertim cum ex auctoritate fit. Leg. Polon. a Prilusio collectæ pag. 267 : *Civium ad militarem ordinem Inautoratio quomodo rata esse debet, vel non... Porro quod sculteti et kmetones etiam in militarem ordinem per regem Inautorentur, et milites atque scartabelli appellantur.*

INAUXILIATUS, Auxilio, ope destitutus, Sapient. cap. 12. v. 6. ubi Græca habent ἀβοήθητος.

* INBALSAMARE, Grato odore perfundere, quo etiam sensu *Embaumer* dicimus. Metaphorice usurpat Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 7. pag. 14 : *Dumque ipsa tempora pocius viciorum sordere scoria, quam morum Inbalsamari odore mellito, ... aspiceret, etc.*

* INBANNARE, Sub *banno* ponere; cum scilicet agri, prati aut silvæ usus edicto publico prohibetur. Charta Joan. delph. Vien. ann. 1315. in Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 100 : *Et quod possint eisdem uti et frui, essartare et essartata tenere, pasqueyrare, ... et ipsa Inbannare, etc. Enbaldir,* pro Publicare, proclamare, in Charta ann. 1424. tom. 2. Hist. Leod. pag. 455 : *Ordinons que nuls queilconques vendans vins dedains la citteit de Liege, ne polrat faire nonchier vin tenant colleur, ne ainssy Embaldir tenant colleur, se celly vient* (vin) *ainssy nonchiet et Embaldis ne tient colleur douze heures entieres.* Vide *Inbannire* 1.

1. INBANNIRE, [INBANNARE, In fiscum redigere. Statuta Ecclesiæ Leodiensis ann. 1287. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 859 : *Fructus decimæ dictæ Inbanniant et saisiant auctoritate nostra, donec de prædictis fuerit satisfactum, et quicumque de prædictis fructibus post hujusmodi Inbannitionem se intromiserit, etc.*] Vide *Bannum* 1.

¶ 2. INBANNIRE, Excommunicare, interdicto subjicere. Charta Liethardi Camerac. Episc. ann. 1132. pro Ecclesia Grimbergensi, apud Miræum tom. 1. pag. 97 : *Concedo etiam ut si Inbannitur terra, remotis excommunicatis, hæc cantet Ecclesia januis clausis.* Alia Odonis ejusd. urbis Episc. ann. 1112. laudato tom. pag. 371 : *Et si tota patria offensis aliquorum Inbanniatur, remotis sæcularibus laicis Ecclesia non cesset, sed sub silentio cantet.* Charta anni 1244. apud Hansizium tom. 2. Germaniæ sacræ pag. 342 : *Si aliquis Episcopus aliquem Inbannierit et ille contumaciter* XL. *diebus Inbannitus perseveret, Duci per litteras suas insinuet, et Dux ipsum statim proscribet. E converso Dux de contumaci proscripto nunciet Episcopo, et nec Inbannitus, nec proscriptus absolvatur, nisi ab eo qui prius ipsum ligavit.* Vide *Bannus Epi-*

Digitized by Google

scopi in *Bannum* 1. [** Reinard. Vulp. lib. 3. vers. 2331 :

Corvigare infelix, case hæc rasoria dicis?
Inbannite quater quindeciesque Satan!]

¶ **INBANNITOR**, Qui invadit et quasi in *bannum* mittit. Statuta Eccl. Leod. ann. 1290. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 888 : *Occisores, mutilatores, percussores atrociter clericorum, Inbannitores, et arrestantes bona Ecclesiarum, vel Ecclesiasticarum personarum, etc.* Vide *Inbannire*, 1.

¶ **INBANNIZARE**, ut *Inbannire* 2. Vita S. Ayberti, tom. 1. April. pag. 679 : *Concedimus etiam tibi, ut in oratorio tuo licentiam habeas ostiis apertis Missas celebrare, etiamsi pro aliquo forisfacto patria reliqua Inbannizata fuerit.*

* **INBANNUM**, Idem videtur quod *Bancus*, stallum, ubi mercatores merces suas exponunt. Privil. concessa ab Eduardo reg. Angl. habitatoribus Salvet. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 658 : *Volumus quod Inbanna et projecta et domorum stillicidia, fenestræ et antefenestræ, quæ sunt ante mercatum, sint liberæ burgensibus, quorum fuerint dictæ domus.*

* **INBASTARDIRE**, Degenerare, Ital. *Imbastardire*, Gall. *s'Abatardir*. Serm. Gabr. Barel. in festo S. Steph. : *Italia. .. Inbastardita dicitur, quia degeneravit a bonis moribus.*

* **INBAXIATOR**, Legatus, in Comput. ann. 1383. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 51. col. 2. Vide supra *Imbaxiator.*

IN BENE. Capitula Caroli C. tit. 21. cap. 2 : *Vobis sic merere possimus, sicut antecessores nostri vestris antecessoribus In bene meruerunt, etc.* Phrasis Gall. *Meriter en bien.* [* Utitur Seneca lib. de Beat. vit. cap. 9.]

INBENEFICIARE, [Prædium in beneficium dare. Lambeciani Annal. Franc. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 120 : *Primores itaque Marchenses, qui fuerunt Italici regni... Regi se præsentavere, sed præsumptuose se Inbeneficiari ultra modum jactantes, omnes capti sunt.*] Vide *Beneficium.*

INBLADARE, [Sementem facere, *Bladum* terræ committere, Gall. *Emblaver.*] Vide *Bladum.*

INBOIARE, [Compedibus vincire.] Vide *Boia.*

¶ **INBONITAS**, *Malus animus*, in Glossis Sangerman. MSS.

* **INBOSCA**, **INBOSCATA**, Insidiæ, Gall. *Embuscade.* Comput. ann. 1383. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 54. col. 2 : *Pro videndo si erat Inboscata gentium armorum etc.* Instr. ann. 1384. ibid. pag. 68. col. 2 : *Inde animalia, tam per falsas Inboscas quam alias deraubando.* Vide supra *Imbosca.*

* **INBRACCATUS**, *Bracis* seu femoralibus vestitus. Chron. Danic. incerti auctoris ad ann. 1389. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. Mss. pag. 114 : *Hic* (Albertus rex Sueciæ) *videns femineum principatum Daniæ, multis contumeliis reginæ ejus Margarethæ illatis, vocando eam regem Inbraccatum, juravit, non se gestaturum caputium, priusquam illi sceptra Daniæ adimeret.*

¶ **INBREMATA**, *Ornamenta vasorum.* Glossar. vet. Sangerman. MS. num. 501.

INBREVIARE, [In *Breves* redigere, describere. *Cætera, ut super Inbreviatum est, concessit*, in Chartulario S. Vincentii Cenoman. fol. 5. Rursum occurrit apud Marten. tom. 7. Collect. Ampliss. col. 13.] Vide *Brevis.*

¶ **INBREVIATIO**, Descriptio in *Brevi* seu schedula. Bern. Ord. Cluniac. part. 1. cap. 14 : *Si quando festiva Inbreviatio est agenda, non agitur in illa minori tabula quotidiana, sed in alia proprie ad festivitates deputata. Fit etiam apud nos alia Inbreviatio non inutilis... scilicet ut qui servierunt in coquina, omnes per ordinem conscribantur, ne forte per oblivionem contingat, ne quisquam frequentius quam alii eo officio gravetur.*

¶ **INBREVIATURA**, ut *Inbreviatio;* vel etiam id quod pro *Brevibus* obtinendis, vel actis in *Breves* redigendis solvebatur. Charta Stephani I. Comitis de Sancero ann. 1152. apud Thomasserium Consuetud. Bituric. pag. 703 : *Census denariorum et frumenti... decimum arietum, quinque solidos de Inbreviaturis, consuetudinem pasnagii et herbagii.* Vide plura in *Brevis.*

* Aliud sonat *Embriefver*, Aliquem nempe per *breve* in jus vocare, in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 3 : *A quoy icellui Regnault dist au suppliant, je te vois Embriefver à Clermont. S'Embriéver* vero, pro *s'Amortir, s'éteindre*, Exstingui, in Vit. SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 34. r°. col. 1 : *Com li filz au prevost la cuida touchier* (Ste. Agnes) *lu clartez s'Embriéva en lui.* Ubi Acta ejusd. Mart. tom. 2. Jan. pag. 352. col. 2 : *Irruens in ipsum lumen, priusquam vel manu eam contingeret, cecidit in faciem suam, et præfocatus a diabolo, expiravit.*

¶ **INBRICARE**, Tegere. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. MSS. : *Inbrico*, καλυπτηρίζω.

* Hinc vox *Imbrinqué*, Practicis nostris etiamnum nota, teste Pr. *de Mazaugues*, pro re intricata, obscura et difficili : inde etiam vel ab *Embrum*, ut supra in hac voce dictum est, nostrum *Embrunchier*, Tegere, operire, involvere. Charta ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 26 : *Il estoit si Embrunchié de son chaperon, que on ne le congnoissoit pas.* Vide supra *Embrum.*

* **INBRIGATIO**, Difficultas, molestia, lis. Charta Yoland. de Lezign. comit. March. et Engolism. ann. 1308. in Reg. 40. Chartoph. reg. ch. 175 : *Promittimus ipsos et successores suos ab omni impedimento, inquietatione, perturbatione, Inbrigatione, ... immunes facere.* Vide *Briga* 1.

INBROCCARE, [Transfigere.] V. *Broccæ.*

¶ **INBRUCLUM.** Vide *Inburuclum.*

INBRUTUS, *Imprudens, sine sensu, sine intelligentia.* Glossæ antiq. MSS. [* *Imbrutus*, ex Papia. Vide in hac voce.]

¶ **INBUCUM**, Infundibulum, Gall. *Entonnoir*, Ital. *Ombuto*, Hispan. *Embudo.* Inventarium ann. 1341. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Item unum Inbucum magnum et aliud parvum, unam estivam de fuste, item foiratum unum cum ysotono.* [* Provincialibus *Embud. Imbutum*, eadem notione, in Macri Hierolex. ex Victor. de Persecut. Vandal.]

INBULLARE, [Sigillare.] Vide *Bulla.*

INBURSARE, *In bursa reponere.* Ugutioni : nostris *Embourser.* [Concilium Salisburg. ann. 1456. apud Hansizium tom. 2. Germaniæ sacræ pag. 503 : *Habentes enim duas partes decimarum, duas etiam partes novalium in gravamen suarum animarum sibi Inbursare non verentur.* Hoc est sibi sumunt, ut solent qui pecuniam in *bursa* sua seu loculis recondunt. Vide *Imbursare.*]

INBURUCLUM, **INBRUCLUM.** Gloss. Gr. Lat. MS. : Ἐμβούκλιον, *Inbruclum.* Editum *Inburuclum* habet. Meursius in Auctario libri de Gloria cap. 32. et in Gloss. v. Βουρίγος, putat, nescio an vere, sellam esse equestrem, quæ scilicet *burici* dorso aptatur. Aliis est involucrum. Vide Glossarium mediæ Græcitatis.

¶ **INCÆNIARE**, *Stupere, cessare.* Gloss. Isid. *La Cerda* legit : *Incænare*, ut primo sit ἀδιάπνευστον εἶναι, deinde quia ex jejunio delirium, *Stupere.* Sic et ante hunc Gebhardus in Crepundiis. Grævius.

* **INCÆNIUM**, Donum, munus, pro *Encæniũm.* Vide in hac voce. Stat. Montisreg. pag. 64 : *Caveant dicti domni vicarius et judex, ... ne ultra eorum ordinata salaria, a quavis persona exigant vel acceptent... aliqua munera vel Incænia.* Vide infra *Incennium.*

¶ **INCÆSA.** Vide *Incisa.*

INCALÇARE, Quærere. [Persequi, Ital. *Incalzare.*] Fori Oscæ ann. 1247. sub Jacobo I. Rege Arag. : *Si aliquis homo fuerit interfectus in castro, vel villa Infantionis,... homines ipsius villæ vel castri tenentur Incalçare illum, et esforcium facere, quod capiant eum, et reddant bajulo Regis.*

¶ **INCALLARE**, Callo obducere. *Carnem indurare et Incallare*, apud Vegetium lib. 2. de re veterin. cap. 27. Italis *Incallire.* Hinc

¶ **INCALLITUS**, Callo obductus. Miracula B. Gregorii Vernacul. tom. 1. Maii pag. 539 : *Statimque genu extendit, paulo post pedem Incallitum movit, et paulatim crus totum.*

* **INCALLEGARE**, Vendere. Stat. Genuens. lib. 6. cap. 10. pag. 155 : *Non possit aliquis fideicommissarius, executor, administrator, tutor vel curator emere neque Incallegare, per se vel interpositam personam, rem aliquam, licet mobilem, fideicommissariæ, tutelæ seu curæ.*

¶ **INCALUMNIATUS**, Liber a *Calumnia* seu ab omni juris actione. Charta Sigeri Castellani Gandensis ann. 1217. apud Miræum tom. 2. pag. 1213 : *Nos ergo id, quod in prædictis nostri juris esse putabamus, Incalumniatum relinquentes, liberum ab omni vexatione dimittimus.* Vide *Calumnia.*

¶ **INCALZUS**, Persecutio, cum victor hostem fugientem insequitur, ab Italico *Incalzare*, Insequi. Regimina Paduæ ad ann. 1320. apud Murator. tom. 8. col. 434 : *Disconfittus fuit dictus dominus Canis, et fugit usque ad Montem Silicem cum maximo Incalzo filii domini de Gualser, semper sequendo cum sociis suis usque ad dictum castrum Montissilicis.*

¶ **INCAMARARE**, Adulterare. Dicitur

Digitized by Google

de quibuslibet mercibus fallacibus et fucosis. Statuta Massil. lib. 5. cap. 21 : *Ne avera aliqua Incamarentur sive sophisticentur. Constituimus ut nemo possit vel audeat in Massilia Incamarare, seu sophisticare, aliquod avere cujuscumque sit generis et materiei; et quicumque hoc fecerit puniatur inde arbitrio Rectoris, vel Consulum. Addentes insuper quod tres probi homines statuantur, ad arbitrium quorum fiant caricæ averorum, quæ vehentur in Franciam, et qui cavere debeant ne possit ibi fieri aliqua Incamaratio, vel sophisticatio : et si prædicti tres homines non poterint interesse dictis caricis faciendis, quod possint fieri ad arbitrium duorum ex eis, et qui debeant judicare avera, cum dubitaretur, an essent Incamarata.* Vide *Incameratus* 1.

INCAMATATUS. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 7 : *Indiget præterea dictus exercitus, quod ex istis navigiis antedictis aliqua sint Incamatata seu barbotata, tali modo, quod homines prædictorum non timeant lapides machinarum.* Forte *incamerata.*

¶ 1. **INCAMERATUS**, Adulteratus. Statuta Massil. lib. 1. cap. 38 : *Nullus audeat afferre in Massiliam herbas Incameratas, seu mixtas; imo illæ quæ apportabuntur, apportentur in Massilia mundæ... Nullus blanquerius audeat de cætero emere herbas Incameratas, seu mixtas, vel de eis operari.* Ibid. cap. 40 : *Et quod teneantur dicti corraterii sui officii sacramento non vendere, nec vendi facere, nec baratare aliqua avera Incamerata; et si alicubi in Massilia talia avera sic Incamerata seiverint, teneantur hæc manifestare illis duobus probis hominibus, qui erunt constituti a communi Massiliæ super averis Incameratis.* Vide *Incamarare.*

¶ 2. **INCAMERATUS**, In *camera* seu cubiculo habitans, inclusus. Vide locum in *Forcaria.*

¶ **INCAMISIATUS**, Indutus *camisia*, seu indusio. Miracula S. Amalbergæ, tom. 3. Julii pag. 111 : *Ego templum tuum ad honorem nominis tui, nuda pedes, Incamisiata peregre visitabo.*

¶ **INCANALIS**, *Via angusta inter montes transgrediens.* Gloss. MS. in Seguer. Cod. Canonum collect. præmissæ. V. *Canalis*, 1.

* **INCANCERATUS**, Gangræna infectus, Ital. *Incancherato*, Gall. *Gangrené*, alias *Engriné.* Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 207 : *Tant par la mauvaise garde dudit Willaume, comme pour le harle et air du temps, laditte playe porroit estre Engrinée.* Mirac. S. Fiacrii tom. 6. Aug. pag. 616. col. 2 : *Quædam mulier habebat mamillam Incanceratam, etc.* Vide *Incancrire.*

INCANCRIRE, In cancrum desinere. Alexander Iatrosophista lib. 2. Passion. : *Si Incancrierint ulcera.*

¶ **INCANDIDARE**, Candidum facere, lavare, mundare. Jul. Firmicus de Error. relig. profanæ pag. 57 : *Maculas Christi sanguis Incandidat.*

¶ **INCANIGENIA**, *Primigenia.* Papias.

* **INCANNIPARE**, In *canipam* seu cellam penariam vel vinariam inferre, Gall. *Encaver, mettre en cellier.* Stat. Cadubr. pag. 52. v°. : *Item ordinamus..... quod nullus homo vel persona forensis.... audeat vel præsumat per se vel alium.... Incannipare vel Incannipari facere vinum, bladum, oleum, sal, pannum cujuscumque manerici et conditionis, vel aliqua alia mercimonia in terra Cadubrii, animo et intentione vendendi ipsa ad minutum.*

¶ 1. **INCANONIZARE**, Approbare. Joan. XIII. PP. apud Mabill. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 587 : *Annuimus et collaudamus atque Incanonizamus, ut ad ecclesiam S. Viti et S. Wenceslai Mart)rum fiat sedes espiscopalis.*

¶ 2. **INCANONIZARE**, In Sanctorum numerum referre, adscribere, Gall. *Canoniser.* Dissertatio de corpore S. Adalberti, tom. 3. April. pag. 204 : *Quem tu dicis Sanctum, adhuc non est per apostolicam sedem Incanonizatus. Missam ejus ut pro defunctis celebramus.*

1. **INCANTARE**, Præstigiis magicis illudere, *Enchanter.* Gloss. Gr. Lat. : Ἐπάδω, *Incanto, præcanto. Carmina profana Incantare*, apud Lamprid. in Juliano. Speculum Saxonicum lib. 2. art. 13. § 6 : *Si quis Christianus.... apostataverit, vel venenum alicui ministraverit, aut Incantaverit, etc.*

INCANTATORES. Anianus ad leg. 3. Cod. Th. de Malefic. (9,16) : *Malefici vel Incantatores, vel immissores tempestatum.* Vita S. Præjecti : *Cum nullatenus a medicis vel Incantatoribus medelam consequi valuisset.*

INCANTATIO. Fredegar. Epist. cap. 9 : *Mummolum factione Fredegundæ, cui reputabant filium suum per Incantationem interfecisse, jussit Rex suggillare.*

¶ **INCANTATURA**, Eadem notione. Index vett. Canonum tom. 3. Concil Hisp. pag. 7 : *De eo quod non liceat Sacerdotibus vel Clericis Incantaturas vel etiam contrarias ligaturas facere.*

INCANTAMENTUM *ad leniendum dolorem adhibere*, apud Ammian. lib. 16. ubi Lindenbrogius.

* Præstigiis uti ad sanandum licet ex Stat. Mantuæ lib. 1. rubr. 83. ubi alioquin severe prohibentur : *Et per hoc statutum non includatur seu etiam afficiatur, qui vel quæ prædictas incantationes fecerit ad sanandum vel liberandum aliquem de aliqua infirmitate, et alio modo licito et à jure communi permisso.*

2. **INCANTARE**, Auctionari, sub hasta vendere, [vel locare,] Italis pariter *Incantare, Far Incanti, vender all' Incanto*, nostris *Vendre à l'Encant.* [** Vide Murat. Antiq. Ital. tom. 2. col. 1230.] Statuta Veneta lib. 6. cap. 63 : *Antequam procedatur ad Incantandum aliquam proprietatem, etc.* [Statuta Arelat. MSS. tit. 146 : *Castrum Auriculæ non Incantetur, sed Castellani constituantur, et communes habeant in dicto castro tres guachas et septem alios sufficientes cives Arelatis quorum duo sint peyraroni.* Statuta Massil. lib. 1. cap. 53 : *Statuimus similiter observandum etiam in eo, qui jus dicti ponderis tunc emerit, vel Incantaverit, seu teneret.* Occurrit ibid. lib. 2. cap. 1. lib. 6. cap. 16. apud Ogerium Panem lib. 4. Annal. Genuens. ad ann. 1214. et Marchisium lib. 5. eorumd. Annal. ad ann. 1222. etc.] In Charta ann. 1372 : *Incantator Gabellæ salis. Vendre à l'Enchantement*, in Assisiis Hierosol. MSS. cap. 134. *Mettre à l'Encant*, in Consuetud. Pictavensi art. 428. et Britannica art. 729. Vide Foros Beneharn. Rub. *de forma de far Incant*, [et supra *Encantare.*]

¶ **INQUANTARE**, Eodem intellectu. Statuta Arelat. MSS. art. 156 : *Inquantatores Arelatis jurent.... quod bene et fideliter vendant et Inquantant* (sic) *omnes res quæ sibi tradite fuerunt.* Occurrit rursus art. 190. et apud Salvaing. de Usu feud. pag. 44.

* *Incanter*, eodem sensu, in Lit. ann. 1474. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 324. col. 2.

* **INCANTOR**, Auctionans, nostris alias *Enchanteur.* Libert. Figiaci ann. 1318. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 663. art. 13 : *Ipsique consules instituere poterunt correterios,.... et Incantores, quos et quot volunt et volent.* Charta ann. 1340. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 148 : *Courratiers, crieurs de vins et Enchanteurs. Encanteur*, in Lit. ann. 1373. tom. 5. earumd. Ordinat. pag. 682. art. 12.

* **INCANTATOR**, Licitator. Stat. datiar. Riper. cap. 5. fol. 14. r° : *Quilibet Incantator, emptor seu conductor etc.* Rursum cap. 19. fol. 6. v°. : *Item quod dicto Incantatori et emptori dicti datii, etc.*

INCANTATORES, in Charta ann. 1309. in 9. Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. ch. 88. ex Tabulario Regio : *Bajuli, Notarii, Servientes, Incantatores, Præcones, et alii Curiales dictarum villarum, etc.* [Statuta Massil. lib. 6. cap. 16 : *De officio Incantatoris. Quoniam res mobiles quotidie per licitationem venduntur, et in ipsa licitatione, seu Incantu, multæ fraudes excogitantur.... statuimus inviolabiliter observandum, quod nullus Incantator, etc.* Pluries occurrit ibi. Litteræ Johannis I. Regis Franc. ann 1351. quibus creat Consules in castro de Gleola : *Item, quod Incantator publicus dicti castri valeat et debeat facere proclamationes. Inquantator*, in Statutis Arelat. MSS. art. 156.] Huc spectant hæc Exodi cap. 36 : *Jussit ergo Moyses præconis voce Cantari, etc.*

ACCANTATORES, Vectigalium conductores, qui vulgo *Firmarii.* In Tabul. Tolosano Cameræ Comput. Paris. ann. 1239. fol. 87 : *Hæc est carta commemorationis de placito, quod habuerunt,.... pro se et pro cæteris Accantatoribus eorum bonorum hujus urbis Tolosæ ac suburbii, etc.*

¶ **INCANTUM**, **INCANTUS**, **INQUANTUS**, Auctio, hasta publica, Gall. *Encant.* Statuta Eccles. Cadurc. etc. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 731 : *Non permittant aliquatenus Sacerdotes in Ecclesiis, vel cimeteriis, choreas fieri, nec dici cantilenas profanas et sæculares, nec edicta, vel Incanta, ibidem induci* (indici) *per laicos, sive banna.* Passim occurrit *Incantus* in Statutis Massil. lib. 1. cap. 39. lib. 2. cap. 1. lib. 6. cap. 16. Charta ann. 1496 : *Per captionem, venditionem et distractionem omnium et singulorum bonorum eorumdem, præsentium et futurorum, quorumcumque prædictorum, bannique, Inquantus et garnisionis duorum aut plurium servientium in bonis et domibus appositionem.* Bleyn. Instit. pag. 552 : *Subhastationes publicas Pragmatici Incantas vocare malunt, a voce forsitan præconis proclamantis licitationes... attollit enim vocem, ita ut eam per modum cantus emittere videatur. D. de Caseneuve* ab *In quantum*,

Digitized by Google

Gall. *Pour combien*, *Incantum* deducit, et ad confirmationem sententiæ laudat Consuetudinem Britanniæ art. 728. ubi : *Ladite maison sera vendue et Inquantée entre lesdits heritiers*. Addit Menagius Arestum Parlamenti ann. 1413 : *Tellement que comme à l'Inquant se bailloient lesdites Prélatures*. Horum Scriptorum sententiæ suffragatur Testamentum Johannis *de Talaru* Card. et Archiep. Lugdun. in Maceriis Insulæ Barbaræ tom. 2. pag. 671 : *Vendatur ad Inquantum publice, et majus pretium offerenti tradatur. Vendantur ad Inquantum et extinctum candelæ*, in Litteris anni 1363. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 626.

* INCANTATURA, Officium *Incantatoris*, seu emolumentum ex *incantationibus*. Charta ann. 1342. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 551 : *Bassam juridictionem loci Agrifolii.... dominus noster rex tenebat et possidebat, cum... sergenteria, Incantatura, geolaria, etc.*

* INCANTUS, Eodem significatu. Charta Phil. V. ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 221 : *Habeant* (consules S. Pauli in senescal. Tolos.) *Incantum seu institutionem præconis et incantatoris, cum emolumentis inde percipi consuetis. Jura incantus et cridæ*, in Ch. ann. 1332. ex Reg. Cam. Comput. Aquens. *Incantum et bannum*, in Lit. ann. 1368. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 286. art. 6.

¶ 3. **INCANTARE**, Injungere, vehementer rogare. Limborch. Sent. Inquis. Tolos. pag. 140 : *Incantavit eum, quod non loqueretur alicui extraneo de eis*. Pag. 141 : *Incantavit eam, quod nulli revelaret*. Pag. 153 : *Incantabat eum, quod esset constans, quia ipse nihil dixerat contra eum*. Pag. 205 : *Illos de domo sua Incantavit, ne prædictum hæreticum revelarent*. Et pag. 222 : *Fuit similiter Incantatus, ne revelaret eos*. Eodem intellectu vocem *Enchanter* etiamnum usurpant quidam in inferiori Normannia.

* Monere, denuntiare. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Et dixit quod frater Raimundus Audefredus Incantabat illos de baillia, quod non acciperent cirogrillos; quia præconisatio facta erat, quod nullus caperet cirogrillos sub pœna* 60. *solidorum*. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1378. ubi de Romanis petentibus, ut nemo nisi Romanus aut Italicus in Papam deinde eligeretur : *Rogaverunt* (cardinales) *et requisierunt eos* (Romanos) *ut cessarent a requestis et verbis suis hujusmodi, quæ minas expresse sapiebant, et ex quibus etiam impressionem ipsis per eos fiendam vehementer suspicabantur, quam si facerent, eos ex tunc advisaverunt et Incantaverunt, quod si ejus aliquem eligerent, ipse non esset Papa, sed intrusus*. Bonifac. prior major. Cartus. in Defens. Bened. XIII. cap. 98 : *Nec hoc est detrahere, sed Incantare, instruere, avisare*.

* 4. **INCANTARE**, Cantare, legere. Parid. de Grassis Cærem. capell. Papal. MS : *Quoniam hi decem et novem ordinarii* (sermones) *Incantati Evangelii currentis expositionem, et in Dei laudem aguntur, sacri vocantur*. [** Vide Forcellin.]

* **INCANTATURA, INCANTOR**. Vide supra in *Incantare* 2.

INCANUS, Σπαρτοπόλιος, in Gloss. Gr. Lat. [** Vide Forcellinum.]

* *Valde canus*, apud Laur. in Amalth. Proprie, Cui sparsi per tempora capilli cani, a σπείρω, spargo et πολιός, canus. In quibusdam Gloss. *Incanus, canaster*, teste Kuhnio in Polluc. lib. 4. cap. 19. 3.

INCAPABILIS, [Qui capi non potest seu comprehendi. Suppl. Antiquarii : *Incapabilis*, ἀχώρητος, *Incomprehensibilis, immensus*. Vetus fidei professio apud Mabillon. tom. 4. Analect. pag. 177 : *Ceterum Deitatem invisibilem, inernarrabilem, Incapabilem, incomprehensibilem confitemur*.] Vide *Capabilis*.

* Occurrit in Gloss. Gr. Lat. et Lat. Gr. Iren. lib. 4. cap. 37 : *Incapabilis visibilem se et comprehensibilem et capacem hominibus præstat*. Charta Ragenfredi episc. Carnot. ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Divina autem quia sunt pleraque rationis Incapabilia, ammirationis nonnumquam subeunt contemplativa*.

¶ **INCAPARARE**, Manus in aliquem injicere, Gall. *Arrêter*, ab Italico *Incaparrare* vel *Caparrare*, Detinere. [* Minus recte; ibi enim *Incaparare*, est sibi aliquem devincire, quasi arrhis datis : nam Italis *Incaparrare*, proprie Arrhabonem dare sonat. Vide supra *Caparra*.] Chron. Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 386 : *Immo quantoscumque poterat Incaparare, potius gloriabatur in faciendis injustitiis, ut Bononienses et alios adhærentes potius perterreret*.

INCAPILLATUS. Anastasius in Gregorio IV. PP. : *Signum Christi habet historiam in modum leonis Incapillatam, cum diversis operibus purissimis aureis pendentibus in catenulis quatuor et uncino uno*.

INCAPITALIS. Gloss. Gr. Lat. : Ἀκέφαλος, *Incapitalis*, sine capite. [* Legitur in Castigat. ad utrumque Glossar. deest vero in Gloss. editis.]

INCAPITARE, ἐπάρχεσθαι, in Gloss. quasi *in*, vel *a capite incipere*. Nihili est, quod viri docti *incæptare*, restituunt. [* Excerpta : ἐπαρῶμαι, *insecro*, *Incapito*. Vide in Amalth.]

INCAPITATUM, Papiæ, *sine capite*, [in Glossis Sangerm. MSS. *Incapitatus*.]

INCAPPARE, [Cappa induere.] Vide *Capa*.

INCAPSARE, Intra *capsam* includere, *Enchasser*, apud Jo. de Capella in Chron. Centulensi MS.

INCAPTIBILIS, Incomprehensibilis, apud Baltherum Mon. in Vita S. Fridolini Abb. num. 29.

¶ **INCAPTIVARE**, *Captivum reddere*, in Glossario Barthii ex Roberti Monachi Hist. Palæst. : *Qui eam Incaptivaverant*.

* **INCAPTUS**, Non captus. Acta S. Andr. abb. tom. 2. Mart. pag. 48. col. 1 : *Etenim semel utcumque Incaptus evasisti*.

* **INCAPUTIATUS**, *Caputio* seu capitis tegumento tectus, involutus, Gall. *Encapuchonné*. Vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 266. col. 2 : *Et ipse Incaputiatus ac secum commorans et soli Deo vacans, etc.* Hinc *Enchapperonner*, Murum fastigio suo coronare, in Charta ann. 1378. ex Chartul. Latiniac. fol. 224. v°. : *Auquel jardin les dits preneurs feront une cloison de pierres et de mortier, Enchapperonné de plastre*.

¶ **INCARARE**, ab Hispano *Encarar* Aspicere. *Incarare versus Boream*, in Charta ann. 1473. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues*.

* Hinc practicis nostris *Accarer des témoins*, illos cum reo componere, vulgo *Confronter*. Vide supra *Accaratio*.

¶ **INCARAXARE**. Vide *Incharaxare*.

¶ **INCARBONARE**, vox Italica, Gall. *Charbonner*, Carbone denigrare. Acta S. Fridolini Abbatis, tom. 1. Martii pag. 433 : *Superior pars sarcophagi pene tota Incarbonata est; interius erat pannus e gossipio*.

¶ **INCARCATUM DEBITUM**, quo quis laborat, ut videtur, *Dettes dont on est chargé*, ab Italico *Incarcare*. Instrum. ann. 1228. ex parvo Chartul. S. Victoris Massil. fol. 105 : *Respondit comune Massiliæ non prius castra restituere prænominata, quam omnium Incarcatorum fieret solutio debitorum*.

¶ **INCARCERAMENTUM**, Quod præstatur custodi carceris ab incarcerato pro cibo et potu, qui ei subministrantur. Charta Ludovici Hutini Regis Franc. ann. 1315. apud *La Faille* tom. 1. Annal. Tolos. pag. 63. Probat. : *Cum super eo quod frequenter aliquem capi et incarcerari contingit, causa cognita innocentem seu inculpabilem reperiri, ac nihilominus retineri pro geolagio, seu carceragio, et scriptura, peterent ab hujusmodi extorsionibus desistere et cessare, concessimus quod nullus... ad solvendum hujusmodi geolagium, seu Incarceramentum, aut scripturam ob hoc factam, aliquatenus teneatur*. Videsis *Carcerarium*.

* **INCARCERATI**, Iidem qui *Inclusi*, monachi qui in cella privata solitarii degunt. Stat. ann. 1334. apud Cl. V. Garamp. in Dissert. 1. ad Hist. B. Chiaræ pag. 100. inter not. : *Sorori Incarceratæ apud pontem Levoronis* 20. *sol. Ravennat.* Testam. ann. 1348. ibid. : *Reliquit cuilibet loco dominarum seu Incarceratarum et fraticellorum.... 12. den. Ravennat. Encarceratus*, in alio ann. 1294. ibid. in Ind. pag. 522. col. 1. Vide supra *Carcer* 2.

INCARCERATIO, Jus habendi carcerem. Charta Thomæ Regis Manniæ ann. 1055 : *Et quod habeant Incarcerationem, et incarceratorum evasionem, et furcas seu patibulum super terram suam*. [Alias *Incarceratio* idem est quod Inclusio, Gall. *Emprisonnement*. Vide Ludewig. tom. 6. pag. 124.]

* A Lat. *Incarcerare*, nostri *Encarcerer* et *Enchartrer*, dixerunt. Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 32 : *Le suppliant a esté de ce prins et Encarcerez au pain et eaue*. Aliæ ann. 1357. in Reg. 91. ch. 68 : *Pour lequel fait ledit Perrot fu pris et Enchartré à Cambray ès prisons de l'évesque*.

¶ **INCARDINARE**, Episcopum, Presbyterum, Diaconumve in alicujus Ecclesiæ possessionem mittere, eum ibi *Cardinalem* seu proprium Sacerdotem vel ministrum instituere. Litteræ Urbani II. Papæ ad Atrebat. ann. 1093. apud Miræum tom. 1. pag. 76 : *Volumus... Cardinalem Episcopum vobis et Ecclesiæ vestræ utilem eligere, et electum per manum Metropolitani vestri consecrare et Ecclesiæ vestræ Incardinare studeatis*. Passim occurrit. Vide *Cardinare*.

* Occurrit ea notione apud Joan. Diac. in vita Greg. M. lib. 3. cap. 3. in Epist.

Digitized by Google

Hadr. PP. ad episc. Suessione congregatos ann. 867. etc. Hinc

* INCARDINATIO, Eodem significatu, in Epist. Attrebat. ad Urb. II. PP. apud Labb. tom. 10. Conc. col. 466.

* INCARDIUM, *Prisciano, Interior pars seu meditulium cujusque rei.* Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959 : *Incarduum, palmæ medulla, corculum*, ex Diosc. apud Laur. in Amalth.

* INCARIAMENTUM, Auctio in licitatione, Gall. *Enchere*, ab *Incariare*, Liceri. Vide in hac voce. Arest. ann. 1313. in Reg. *Olim* parlam. Paris. fol. 273 : *Requirens per Incariamentum hujusmodi sibi tradi firmam prædictam.* Ita etiam leg. puto in Ch. ann. 1371. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 308. col. 1. pro *Incartamentum.* Vide infra *Incarimentum.*

¶ INCARIARE, INCHARIARE, Rei alicujus licitationem facere, illius pretium augere, Gall. *Encherir*, Ital. *Incarire.* Charta anni 1468 : *Cum Petrus Charreton acquisierit unam cupatam terræ sitam versus pontem de Moges contiguam terræ Joannis et Petri Baratier, quæ cupata terræ movet a dominio Desiderii Aubel civis Matisconensis, fuerunt laudimia Incariata et duplicata per dictum Petrum Baratier contra dictum Petrum Charreton, et ultimo fuerunt Inchariata per dictum P. Charreton; hinc est quod dictus Desiderius confiteatur habuisse dicta laudimia eidem debita ratione dicti acquestus, scilicet quinque solidi pro qualibet libra, una cum Incariationibus laudimiorum et augmentationibus realiter in 40. sol. Turon. solutis eidem Aubel, de quibus laudimiis et Incariamentis ipsum Petrum quittat, et in tenementarium eum recipit, ipsumque investit per præsentes.*

¶ INCARIATOR, Licitator, Gall. *Encherisseur.* Regestum Parlamenti ann. 1483. fol. 69 : *Dictarum rerum cridatarum plus offerenti et ultimo Incariatori.* Et apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 642. ann. 1491 : *Pro eadem bona cridando et subhastando ac plus offerenti et ultimo Incariatori vendendo et per decretum adjudicando.* Transactio anni 1479. ex Archivo Cartusiæ de Bassavilla : *Decimæ Turiaci tradentur ad firmam plus offerenti et ultimo Incariatori.* Galli dicimus : *Au plus offrant et dernier Encherisseur.*

¶ INCARITATIVUS, Privatus caritate, apud Lobinellum in Glossario tom. 3. Hist. Paris.

* INCARIATUS, Eodem intellectu. Charta ann. 1397. ex Bibl. reg. cot. 19 : *Domum et jardinum hujusmodi cum suis pertinentiis... ad Incariatum... præconizari fecimus.*

* INCARICARE, vox Italica, Onerare. Charta ann. 957. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 719 : *Illi vero, qui de villa Lemonta videntur esse,.... vasa eorum ad utilitatem prædictæ olivæ, quantum opus est, debent dare, seu et simul omnes debent cæteri adjuvare ad Incaricandum, prout necesse fuerit.*

* INCARIMENTUM, Auctio in licitatione, Gall. *Enchere.* Charta Phil. V. ann. 1320. in Reg. Cam. Comput. Paris. ex Bibl. reg. sign. 8406. fol. 103. r°. : *Omnes et singulæ scripturæ nostræ et emolumenta sigillorum nostrorum quæcumque, per subhastationes sollempnes personis idoneis et plus dare volentibus, ad Incarimenta consueta vendantur.* Arest. ann. 1340. 20. Maii in vol. 3. arestor. parlam. Paris. : *Philippus de Pagals fecerat Incarimentum ad monetam prædictam supra dictum Petrum.* Vide infra *Incheria.*

* INCARIORAMENTUM, Eadem notione. Charta Phil. Pulc. ann. 1309. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 383. r°. col. 1 : *Vobis committimus et mandamus, quatenus dicta molendina nostra ydoneis personis ad firmam perpetuam, proclamationibus super hoc in locis ubi expediet prius, factis deliberationeque præhabita diligenti, ad competentia Incarioramenta tradatis. A sis livres Parisis d'Encheressement*, in Ch. ann. 1310. ibid. col. 2. Alia Ludov. X. ann. 1315. ibid. fol. 525. v°. : *Quamdam domum.... sub licitatione seu Incarioramento sollempniter expositam, pro ccxx. libris emendam duxerit. Postmodum dilecto et fideli Petro de Machello combellano nostro Incarioramentum xx. librarum supra dictam domum tunc temporis offerente, etc.* A verbo

* INCARIORARE, Liceri, Gall. *Enchérir.* Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 113 : *In venditionem fecit exponi dictum castrum de Balma cum pertinentiis ejusdem, quæ licet valoris quatuor milium francorum auri vel circa forent,.... attamen nisi ad summam duorum milium francorum posita fuerunt; quamobrem ad manum dalphinalem remanserant, super quam nemo de patria ausus fuit Incariorare.* Vide *Incariare.*

* INCARIZATIO, Auctio, licatio. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 703 : *Hæreditagia omnia prædicta... absque alia venditione, proclamatione vel subhastatione aut Incarizatione aliqua... tradantur.*

INCARMINATRIX, [Saga.] Vide *Carminare.*

** INCARNABILIS. *Incarnabilis in carne fit, nam verbum caro factum est*, apud Marium Mercatorem pag. 184. et 239. ed. Baluz.

¶ INCARNARE, *Carnem inducere*, Jo. de Janua; *Encharner*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS.

* Active sumitur, quomodo *Incarnare* apud Italos, pro Carne seu corpore induere, creare, in Vita S. Facund. tom. 6. Aug. pag. 477. col. 1 : *Aliquando per charitatis zelum, ut alter Helias, ascendebat in Deum, et illius charitate accendebatur, cujus inæstimabilis bonitas Filium voluit incarnari et crucifigi, ut redimeret quos Incarnavit.*

* 1. INCARNATIO, Nota chronologica, quæ a Christo incarnato computatur. Charta ann. 1240. in Chartul. Pontiniac. lib. 4. ch. 10 : *Quarum* (literarum) *Incarnatio talis est : Datum anno Domini* 1238. *mense Maio.*

* 2. INCARNATIO, *Carnosæ molis involva productio*, ex Onomast. medic. apud Laur. in Amalth.

¶ INCARNATIO HERILIS, Dominica, seu D. N. J.C. in Charta ann. 977. Marcæ Hisp. col. 918.

* INCARTARE, Transigere, pactionem facere, Gall. *Passer un contrat; Encarter*, in Instr. ann. 1481. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 345. col. 1. Stat. ann. 1358. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 189. art. 17 : *Quod quilibet possit mercari et negotiari et contractus inire ad monetas firmas et stabiles auri et argenti regni Franciæ, quæ cursum habebunt, et ad dictas monetas firmas et stabiles valeant Incartare.*

¶ INCARTARE, etc. Vide *Inchartare.*

* INCARTIO, Compedes, impedimentum, Gall. *Entrave.* Libert. villæ de Bivreyo ann. 1229. in Reg. 104. Chartoph. reg. ch. 336 : *Si armenta reperiuntur in vineis absque Incartione, duodecim denarios solvet.*

¶ INCASEATUS, Abundans, uber, pinguis. S. Aug. lib. 9. Confess. cap. 3 : *Quoniam dimisisti ei peccata super terram in monte Incaseato, monte tuo, monte uberi.*

* A Lat. Caseus. Vide Martin. Lexic. in voce *Mons coagulatus.*

1. INCASSARE, Idem quod *Incapsare*, Gall. *Enchasser.* Occurrit in Vita B. Coletæ.

* Inclusus. Inventar. S. Capel. Paris. ann. 1340. in Reg. I. Chartoph. reg. ch. 8 : *Item quoddam altare portatile Incassatum de argento, cum gemmis et esmaldis.* Vide infra *Inchassillare.*

INCASSATUS, Gallice *Enchassé*, in *capsam* missus. Vita Urbani V. PP. apud Bosquet. : *Reliquiarium aliquorum Sanctorum munitum et Incassatum in auro.* Occurrit etiam in Vita B. Coletæ.

* 2. INCASSARE, Rumpere, confringere; unde *Incassatura*, Fractura, disruptio. Stat. crimin. Riper. cap. 94. fol. 16. v°. : *Quicumque aliquem vulneraverit vel percusserit, Incassaverit vel smaccaverit, etc.* Ibid. cap. 233. fol. 30. r°. : *Quicumque insultum aut percussionem seu vulnus, Incassaturam, etc.*

¶ INCASSUS, Vanus, inutilis, irritus. *Incassæ blandimentorum adulationes*, in Actis SS. Maii tom. 6. pag. 30.

¶ INCASTAMENTUM. Theca sacrarum reliquiarum, Gall. *Chasse.* Leges Palatinæ Jacobi II. Reg. Majoric. in Actis SS. Junii tom. 3 pag. LXXII : *Ad reliquias tam Domini quam Sanctorum tenendas septem Incastamenta haberi ordinamus.*

¶ INCASTARE, Includere, Gall. *Enchasser.* Litteræ Petri Cardinalis ann. 1503. apud Stephanotium tom. 10. Fragm. MSS. pag. 255 : *Crucem dictum lignum in se habentem situari et Incastari fecimus per aliquem in quadam alia magna cruce de argento. Lapides pretiosi Incastati*, in Charta ann. 1262. vel 1264. apud Acherium tom. 10. Spicil. pag. 190. Vide *Incassare* et *Incastraturæ.*

* INCASTATURA, *Encaveure, enchasseure.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide *Incastraturæ.*

INCASTELLARE, Vallo munire, ad modum et usum castri aut castelli redigere. Charta scripta ann. 20. Ludovici IV. Regis Franc. in Tabulario Conchensi in Ruthenis n. 6 : *Similiter et ipsa roca Priscia, ubi nos et parentes nostri propter gentes nefandas Incastellare consuevimus.* Usurpatur autem hæc vox præsertim de Ecclesiis, quæ vallo muniebantur. [Charta ann. 1270. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 9. col. 2 : *Ecclesiam de Magdalena Lugduni Incastellaverant et ad usus redegerant sæculares contra Deum et canonicas sanctiones*

Digitized by Google

fecerant, etc.] Otto Frisingensis lib. 7. Chron. cap. 31 : *Ecclesiam B. Petri... Incastellare sacrilege et prophanissime non metuunt.* Gervasius Dorobern. ann. 1144 : *Qui post mortem patris Ecclesiam Incastellatam retinebat.* Will. Malmesb. lib. 2. Hist. novellæ : *Ecclesiam B. Dei Genitricis de Lindocolino Incastellaverat.* Constitutiones Catalanenses MSS. : *Ecclesias quoque Incastellatas sub eadem pacis et treugæ defensione constituo.* Charta Raymundi Comitis Tolosani : *Item quod Incastella, aut Ecclesias Incastellatas detineo.* Concilium Heleneuse ann. 1065 : *Ecclesias vero illas, ubi Castra fuerint constructa, etc.* Cogitosus de S. Brigida : *Juxta portam interioris Castelli, quo Ecclesia ambitur.* Henricus Huntind. lib. 8. pag. 393 : *Monachis avulsis, Ecclesias converterant in Castella.* Vide Basilium Seleuciensem lib. 1. de Vita S. Theclæ Extr. pag. 124. et lib. 2. cap. 17. Vitam Balduini Lutzemb. Archiep. Trevirens. lib. 3. cap. 7. Bohuslaum Balbinum in Hist. Bohem. pag. 299. Bertoldum Constant. ann. 1077. 1091. Appendicem ad Radevicum ann. 1178. Radulfum de Diceto ann. 1171. Continuatorem Nangii ann. 1358. Gesta Innocentii III. PP. pag. 107. Edictum Jacobi Regis Aragon. de Pace et Treuga tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 384. Wilharduinum n. 237. Paradinum lib. 3. Hist. Lugdun. cap. 4. Catellum in Historia Tolosana pag. 245. 246. Columbum lib. 2. de Episcopis Vasionensibus num. 41. etc.

Ecclesias porro *incastellare* non semel vetitum in Conciliis, Lateranensi ann. 1122. can. 12. Avenionensi ann. 1209. can. 6. Budensi ann. 1279. can. 53. Palentino ann. 1322. can. 17. in Synodo Coloniensi ann. 1280. can. 11. Herbipolensi ann. 1287. can. 18. præterea in Statutis Simonis Comitis Montisfortis apud Gallandium de Franco alodio pag. 356. Quintilianus Declamat. 369 : *Tecta in subeuntes et sacra, quin etiam Templorum fastigia desperantium tela sunt. Certum est, omnia licere pro patria.*

INCASTELLARE, Castellis provinciam munire, apud Giraldum Cambrensem lib. 1. de Expugn. Hibernia cap. 36.

*, *Enchasteler un héritage*, pro Prædium rebus ad culturam necessariis instruere et illud colere, apud Loisell. in Tract. de Offic. lib. 3. cap. 4. num. 44.

¶ INCASTELLATÆ NAVES, Ad bellum instructæ. Joh. Demussis Chronicon Placentinum apud Murator. tom. 16. col. 503 : *In quo navali exercitu erant tunc* XXVIII. *naves grossæ Incastellatæ,* VII. *barbottæ et* VI. *ganzerræ, omnes bene munitæ peditum et balistariorum.*

DECASTELLARE, Castellum et munitiones destruere. Ricardus de S. Germano in Chronico anno. 1215 : *Illis autem abeuntibus, idem Abbas pravo usus consilio, Monasterium munire curavit militibus, etc.* Mox : *Qui præstito sacramento, quod Monasterium Decastellaret, etc.*

¶ INCASTELLATIO, Munitio, castellum. Bulla Clementis VI. PP. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 432 : *Et quod Incastellatio Prioratus S. Justi prope Viennam Ordinis S. Augustini per prædictum Dalphinum facta totaliter dirueretur, et custodes dicti Dalphini existentes in eo abinde amoverentur omnino.* Rursum occurrit infra.

¶ INCASTELLATURA, Eadem notione. Concil. Avenion. ann. 1209. can. 6. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 613 : *Ne quis... Ecclesiam Incastellare præsumat et attentet, immo Incastellatas, videlicet totam Incastellaturam, et quidquid infra cimiterium ædificatum est, ad arbitrium diœcesanorum Episcoporum quam celerius poterunt ad diruendum jubemus.*

INCASTRATURÆ, apud Interpretem Biblior. Exodi cap. 26. v. 17 : *In lateribus tabulæ duæ Incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur.* Adde cap. 36. v. 22. 24. ubi Græcus Interpres, ἀγκωνίσκους habet. Papiæ, *Incastraturæ* dicuntur *Tabularum compaginationes.* Idem : *Ancones, Incastraturæ, uncini.* Rursum : *Aspidicæ, uncini, Incastraturæ, fimbriæ, catenulæ.* Alio loco : *Antroniscus, Incastratura.* Rectius Glossæ Isidor. : *Anconiscus, Incastratura,* (sic legendum pro *Incastrare*) [vel *Incastare*, ut apud Grævium ;] Græcis enim ἀγκωνίσκος, est, ut ait Will. Brito in Vocabul. MS : *Incastratura, incavatura lignorum, per quam sibi mutuo copulantur, scilicet in extremitatibus asserum runcinatorum, et dicitur castratura, quod in ea quasi in castro uniuntur ligna et muniuntur.* Glossæ MSS. : *Incastratura, conjunctio, vel conglutinatio.* Catholicon Armoricon : *Engravade, Gall. Encharneure, Lat. Incastratura.* Historia Translationis corporis S. Marci Venetias, apud Baron. ann. 820. n. 36 : *Aperuerunt occulte sepulcrum, quod erat ex marmore, habens veluti Incastraturas per latera in modum capsellæ, per quas tabula desuper erat inducta.* [** Virgil. Grammat. pag. 85 : *Videtur mihi hæc pars orationis, quæ conjunctio vocatur, similis esse Incastraturis quibusdam et nexuris, quibus vincienda quæcumque colligantur molimina, maximeque tabulatorum.*] *Incastrare* est includere, ἐγκαστρεῦν, Græcis recentioribus. [*Incastratus*, Gall. *Enchassé.* Testam. Beatricis de Alboreya ann. 1367. tom. 1. Anecd. Marten. col. 1523 : *Item unam crucem argenti deauratam cum lapibus pretiosis Incastratis in dicta cruce.*] Italis *Incastrato*, est simul conjunctus, compactus, commissus. Historia Belli sacri vernacula MS : *Et si avoit dedens cascune* (cisterne) *une cuve de marbre bien Encastrée de fors maisieres. Excastrare*, apud Cellium, Scribonium Largum cap. 1. et Marcellum Empir.

1. INCASTRUM, in Statutis Mediolan. part. 2. cap. 282. 284. Commissura quædam in flumine facta.

¶ 2. INCASTRUM, pro *Incaustum*, Atramentum. Computus anni 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 278 : *Item, pro cartis bombicinis... et pro Incastro, gran.* XV.

INCASTUS, ἄσιμνος, in Gloss. Græco Latino, non castus. [Ἀνάγιος, in Supplem. Antiquarii.]

¶ INCATENARE, Vox Italica, Gall. *Enchainer*, Catenis vincire, illigare, claudere. Lanfrancus Pignolus lib. 7. Annal. Genuens. ad. ann. 1266 : *Galeas faceret Incatenari.* Acta S. Francisci de Paula tom. 1. April. pag. 152 : *Non sinebat gradus sive scalerium apertum dimitti, sed ne illo de nocte uterentur faciebat Incatenari.*

* 1. INCATENATIO, Catenatio. Stat. Genuens. lib. 1. cap. 12. pag. 19. v°. : *Non tamen possit fieri interdictum, seu aliqua Incatenatio, vel impedimentum reale de aliquo ligno, galea vel nave, vel alio vase navigabili, etc.*

* 2. INCATENATIO, Jus catenis reum constringendi. Charta ann. 1358. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 408 : *Nec sibi liceat facere exercere per se vel per alium.... pœnam sanguinis, fustigationis, Incatenationis, ligationis, etc.*

¶ INCATESTATUS, *Incastratus*, Inclusus, Gall. *Enchassé.* Excerptum ex veteri collectione miraculorum patratorum in diœcesi Magalonensi apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 356 : *Dum magister ligno* (S. Crucis) *Incatestato et firmato vellet signum scindere, subito exinde exiliens cum strepitu nimis ac si sagitta emitteretur de balista, etc.* Vide *Incastraturæ.*

1. INCATHEDRARE, [Promovere ad cathedram episcopalem, in Epistola ann. 1408. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 844. et 848.] Vide *Cathedra.*

* 2. INCATHEDRARE, In possessionem *cathedræ* professoris mittere. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Incathedrare, mettre en chaiere.* Constit. Carmelit. MSS. part. 1. rubr. 15 : *Item ordinamus quod magister regens Parisius, postquam suum successorem Incathedraverit, manere poterit ibi quousque suo immediate successori alius succedat tanquam magister vacans.*

¶ INCATHENARE, ut *Incatenare*, Catenis ligare. Testamentum Joannis de Pleseto ann. 1394. ex archivo S. Faronis : *Item volo et ordino, quod duo mea breviaria ad usum Meldensem... Incathenantur in choro Ecclesiæ Meldensis.*

¶ INCATUM, f. pro *Incaustum*. Regula Monasterii S. Cæsariæ inter Acta SS. Januarii tom. 1. pag. 734 : *Capita nunquam altiora ligent quam hoc loco mensuram de Incato fecimus ;* id fortean est, *incausto* seu atramento delineavimus.

¶ INCAVATURA. Vide *Incastraturæ.*

* INCAVEARE, In *caveam* seu carcerem conjicere. Petrus Cantor in Summa MS. part. 1. de Pœnit. : *De Incaveandis a domino Papa. Item quæritur de aliquo Incaveando propter enormitatem peccati, si post præceptum papæ, hoc scilicet, Vade in caveam, si evaserit, utrum teneatur redire ad caveam.*

* INCAVIGIATUS, Italis *Incavicchiato*, Connexus, colligatus. Stat. civil. Cumanæ cap. 96. ex Cod. reg. 4622. fol. 155. r°. : *Et quod similiter non possit.... exportare... assides, nec plodas infichatas, nec sternitas, nec Incavigiatas.* Guido de Vigev. MS. de Modo expugn. T. S : *Et post hæc conjungatur una assis cum alia cum quatuor axis Incavigiatis fortiter inclavatis.*

¶ INCAUSALE, Cujus non est causa. Promissio B. Thomæ Mart. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1873 : *Mala autem Incausalia sunt, nec habent rectum ordinem neque finem. In quantum enim a bono deficiunt, in tantum ad nihil tendunt, et non est in eis nisi privatio boni, quod nihil ponit in re, sicut claudicatio in homine vel equo nihil ponit nisi privationem recte ambulandi.*

INCAUSARE, [In jus vocare.] Vide *Causa.*

Digitized by Google

INCAUSTUM, [Atramentum; *Encre dequoi on escript*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS.] Tabular. S. Eparchii Inculism. f. 39 : *Qui in hac cartula proprias cruces fecerunt de succo cauli, quia aliud Incaustum non habebant.* [Bernardus Ord. Cluniac. part. 1. cap. 5 : *Postquam nomen de Incausto scriptum fuerit in femoralibus, ponit ea super eumdem arcum, ut per ipsas litteras filum imprimatur.* Ibid. cap. 47 : *Scriptor si Incaustum temperare voluerit, non prohibetur.* Statuta Massil. pag. 123 : *Attendant insuper Notarii et alii scriptores, quod de Incausto competenter nigro faciant scripta sua, et præcipue de bono Incausto et nigro scribant cartas, etc.* Benedictio Abbatis ad calcem libri Johannis Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 237. edit. 1679 : *Tunc faciat Abbas cum penna et Incausto crucem in fine cedulæ.*] Vide *Encaustrum.*

¶ **INCAUTARE**, Cautum reddere, admonere. Leges Palatinæ Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. XXXII : *At vero nobis in mensa comedentibus medicos nostros inibi præsto jubemus assistere, quatenus nos solerter Incautent præcavere a cibis incompetentibus et nocivis.* Bonifacius Ferrerius cap. 99. Defensionis Benedicti XIII. PP. dicti, tom. 2. Anecd. Marten. col. 1504 : *Ecce pono vobis hic verba B. Bernardi qui ad Incautandum Papam Eugenium 4. libro de Consid. ad eumdem sic ad litteram dicit, etc.* Cap. 106. col. 1509 : *Durante dicto sacro concilio fuerunt certificati, avisati et Incautati de omnibus.* Vide *Cautum, Cotum.*

¶ **INCAUTATIO**, Cautio. Ibidem cap. 108. col. 1510 : *Quæratis ergo ab eis, de quo vel super quo petunt informari, post tot avisationes, informationes, Incautiones, etc.*

* Tutela, cautio. Charta Ferd. reg. Castel. ann. 1223. inter Probat. tom. 2. Annal. Prædmonst. col. 472 : *Facio chartam protectionis, Incautationis, absolutionis, confirmationis.... monasterio Sancti Spiritus de Abula... Si quis vero hanc chartam infringere, vel in aliquo diminuere præsumpserit... regiæ parti mille maravetinos Incauto persolvat, etc.* Ubi *Incauto* idem sonat quod propter *Incautationis* seu tutelæ violationem.

INCAUTELA, vulgo *Inadvertentia*, ex *Incautus.* Salvianus lib. 6. de Gubernat. : *Unus Incautior perit, ne multi per Incautelam postea deperirent.* [Nicolaus de Jamsilla de gestis Friderici II. Imp. apud Murator. tom. 8. col. 514 : *Princeps autem ne per dictum locum angustum Incaute transiret, et posset sibi forsan ex Incautela evenire periculum, etc.* Vide Acta SS. Maii tom. 7. pag. 161.]

** **INCAUTERIARE**, Germ. *verschemen, missruchtig machen*, ex vet. Glossar. Lat. Germ. apud Haltaus. col. 1352. Infamare.

¶ **INCAUTIONARE**, pro *cautione* pignus dare. Instrumentum anni 11. Conradi Regis apud Stephanotium tom. 7. Fragm. MSS. pag. 257 : *Ego Agninus et uxor mea Incautionamus... curtilum indominicatum... pro* XXX. *solidis ad tres annos.* Chartul. Matisconense : *Incautiono tibi meum curtilum, etc. Terra Incautionata*, ibidem.

* **INCAXARE**, In *capsam* mittere, includere, Gall. *Enchasser.* Inquisit. pro canonizat. Urbani V. PP : *Item dedit ad ecclesiam Montispessulani... brachia SS. Germani et Benedicti, singula in auro et argento, quæ ipse noviter fecerat recludi et incaxari.* Vide supra *Incassatus.*

* **INCEBRUS**, *Fallax, decipiens*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. f. pro *Inlecebrus* ab *Inlecebrare.*

* **INCELABILIS**, Manifestus, nemini incognitus. Lit. Phil. Pulc. ann. 1301. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 142. col. 1 : *Quamvis per edictum pridem duxissemus expresse et specialiter, ad Incelabilem omnium noticiam, etc.* Vide *Incelatus.*

* **INCELARE**. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641 : *Incelat, inclamat, arguit.*

¶ **INCELATUS**. Gloss. Græc. Lat. : Ἀκρυπτον, *Incelatum, inabscondibile.*

* 1. **INCELLARE**, In *cellam* inducere. Stat. ord. Cartus. in Append. ad tom. 6. Annal. Bened. pag. 691. col. 2 : *Recepti ad statutum terminum venientes, si prior absens fuerit et multum remotus, nihilominus a conventu induantur et Incellentur.*

* 2. **INCELLARE**, *Sella* instruere, Gall. *Enseller.* Stat. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 197. col. 1 : *Dimittatur unus parvus guichetus,... per quem possit exire unus ronssinus Incellatus.* Vide *Insellare.*

¶ **INCEMENTATUS**, *Cæmento nullo consolidatus.* Barthius in Glossario ex Baldrici Hist. Palæst.

* **INCENDARIUM**, Incendium, incensio. Tract. MS. de Re Milit. et mach. bellic. cap. 54 : *Domicilium ambulatorium portans secum perticas cum caldariis ardentibus unctis tormentina, pice et sulfure bene contritis, et in medio stupa oleo uncta, de quibus fit Incendarium, quod ab aqua non extinguitur, etc.*

¶ **INCENDARIUS**, Pro *Incendiarius*, in Vocabulario Juris utriusque, et in Codice Legum Norman. apud Ludewig. tom. 7. pag. 155.

* **INCENDATOR**, Incendiarius. Consuet. Norm. part. 1. cap. 12. ex Cod. reg. 4651 : *Debet dux per justitiarios.... latrones, robatores, Incendatores.... capere.* Ubi in Gallico, *les Ardeurs.*

* **INCENDIACIO**, Incendium, incensio, Gall. *Incendie*, alias *Encendement*, Hisp. *Encendimiento.* Lit. ann. 1376. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 66 : *Propter occupacionem fortalicii de Paulhe,.... et Incendiacionem hospiciorum dicti loci, etc.* Charta ann. 1372. tom. 5. earumd. Ordinat. pag. 566. art. 4 : *Pour raison de crime de leze-majesté, de murtre, de larcin, d'Encendement et de ravissement, etc.*

* **INCENDIARE**, Incendere, Gall. *Brûler*, alias *Incender.* Charta ann. 1361. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 83 : *Castra insultavit, domos quam plurimas Incendiavit, etc.* Lit. remiss. ann. 1434. in Reg. 175. ch. 310 : *Jehan Morel menaçoit de Incender et embraser en feu et en flambe icellui hostel.*

* **INCENDIATIARIUS**, pro Incendiarius, in Bulla Clement. III. PP. ann. 1168. pro Prædmonst. : *Si episcopus eos infra xl. dies, postquam ei conquesti fueritis, neglexerit emendare; ipsos maleficos, Incendiatiarios, prædones rerum vestrarum in coabbatum vestrorum collegio excommunicationis* (liceat) *ferire pœna.*

1. **INCENDIUM**, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 11. in Statutis Alexandri II. Regis Scot. cap. 14. § 2. et in Regiam Majestatem, est unum ex quatuor Placitis Coronæ, et quæ pertinent ad Curiam Justitiarii.

¶ 2. **INCENDIUM**, Febris. Mabill. tom. 4. Annal. Benedict. pag. 363. ex Hildeberto in Vita S. Hugonis Abbat. : *Quidam Frater, cum Borboni per sex menses quartana sustinuisset Incendia, a S. Patre, qui illuc ex tempore accesserat, sacris jussus interesse mysteriis, epoto post missam vino, in quo lota fuerant Sanctorum pignera, sanitatem recepisse dicitur.*

* 3. **INCENDIUM**, Ignis, focus. Charta Will. Norm. ducis ann. 1042. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 542 : *Donavi decimam eidem ecclesiæ* (Cirisiaci) *in pasnagiis... Addo insuper... ligna in luco meo sufficienter ad Incendium ejus.*

* **INCENDORIUM**, Id quo aliquid incenditur. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 42 : *Notandum est sicut oppidum est focatum et ejus intus domus ardens, statim oportet ipsum oppidum bataliari, quia totum oppidum est sub armis, et non possunt oppidanei stringere ignem et defendere oppidorum mœnia... Incendorium intus tangens coconem, etc.*

* **INCENNIUM**, Munus, donum. Comput. ann. 1393. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 124. col. 2 : *Dicti domini consules ordinaverunt fieri Incennium dominis de Montepessulano ibidem missis pro dicto consilio....* Rursum infra : *Domini consules ordinaverunt facere Incennium domino Petro de Chabrosia, videlicet unum vas vini, etc.* Vide *Encœnium* et supra *Incœnium.*

¶ **INCENSARE**, **INCENSARIUM**. Vide *Incensum*, 1.

* **INCENSATUM**, Tomaculum. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Mortayrol, Prov. Incensatum.*

¶ **INCENSERE**, Locare sub annuo censu, Gall. *Acenser.* Charta anni 1309. de officio judicaturæ Judæorum, apud Rymer. tom. 3. pag. 141 : *Dum tamen officium illud modo non sit in propria manu dilecti et fidelis nostri Arnaldi... set alii Incensetur; ita videlicet quod idem Albertus pro eodem officio, si alii Incensetur, tantum firmam annuam nobis solvat, quantam ille, qui modo illud tenet, pro eodem solvit per annum.*

INCENSIO, Morbi species, quem *Erpetam* vocant. Hist. MS. Advectionis corporis sancti Arnulfi Episcopi Turon. Crespiacum : *Sed et multi vexabantur eo morbo, qui vocatur Incensio, qui meritis B. Arnulfi restitui redierunt.* Vide *Ardentes.*

¶ **INCENSIO IGNIS**. Vide supra in voce *Ignis.*

INCENSIO LUNÆ. Kalendarium sancti Victoris Parisiensis et aliud Bibliothecæ Regiæ cod. 1445 : 6. *Id Januar. Incensio Lunæ Septuagesimalis.* 8. *Id. Mart. prima Incensio Lunæ Paschalis. Nonas April. ultima Incensio Lunæ Paschalis.* 8. *Id. April. prima Incensio Rogationum.* [Quæ in omnibus fere Kalendariis MSS. leguntur, quoad primam et ultimam Incensionem Lunæ Pa-

Digitized by Google

schalis.] Ita Luna dicitur *reaccendi a Sole*, apud Honorium in Imagine mundi lib. 2. cap. 61. 85. [Vide *Accendi.*]

INCENSITUS, [Censui obnoxius.] Vide *Census.*

1. **INCENSUM**, Thus *dictum, quia igne consumitur, dum offertur, etc.* ait Isidorus lib. 4. cap. 12. Gloss. Græc. Lat. : Θυμίαμα, *Incensum.* Glossæ Antiq. MSS. : *Thus, incensum.* Uranius in Arabicis apud Stephanum : Ἡ χώρα τῶν Ἀξασηνῶν φέρει καὶ ὄσσον, καὶ θυμίαμα, καὶ κίρπαθον : ubi θυμίαμα pro *thure* posuit. Anastasius Bibl. in S. Sotere, et in S. Bonifacio PP : *Hic constituit, ut nulla Monacha pallam sacratam contingeret, nec Incensum poneret in sancta Ecclesia. Offerre Incensum*, in Libro Sacramentorum Gregorii M. Notitia ann. 1069. apud Sammarthanos in Archiepiscopis Aquensib. : *Et omni anno persolverent Incensum sanctæ Aquensi Ecclesiæ in die Sabbati sancti, duas libras legales Incensi optimi, et tres libras cereæ, etc.* [Vetus Sacramentarium Bibl. Stabulensis Monast. ubi de consecratione Ecclesiæ, apud Marten. tom. 2. Itiner. litter. pag. 151 : *Deinde ponat tres portiones corporis Domini in confessionem et tres de Incenso, et tunc ponantur reliquiæ in confessionem.*] Occurrit passim. Thurificationis usum in Ecclesia perantiquum probat Menardus ad dictum Librum Sacrament. pag. 195.

INCENSARE, Thure adolere, Gall. *Encenser.* Lambertus Ardensis : *Volens ut... lectum eorum thuris et aromatis gummis... Incensaremus.* Leo Ost. lib. 2. cap. 33 : *Morisque est singulis annis... per totum Mandati spatium ab Acolitho Incensari.* [Occurrit rursus in Synodo Valentina ann. 1590.]

INCENSORIUM, Acerra, thymiamaterium, navicula ad reponendum incensum, apud Leon. Ost. lib. 2. cap. 98 : *Thuribula argentea duo... aquæmanilia argentea duo, Incensorium de argento unum.* Hic enim distinguitur thuribulum, quod vulgo *Encensoir* appellamus, ab Incensorio. *Encensiers* nostri olim dicebant. Le Roman *de Garin MS.* :

Et environ vin cierges ont espris,
Et firent crois et Encensiers venir.

Alibi :

Cierges comande li Loherans Garin,
Et fait chandoilles et Encensiers venir.

[Le Roman *de la Guerre de Troyes* MS. :

D'un grand toppace riche et clier,
Tient en sa destre un Encensier.]

INCENSARIUM, Eadem notione. Ugutio : *Thuricremium, Incensarium, quia in eo crematur thus.* Papias : *Thuribulum, Incensarium*, quod Græci θυμιατήριον dicunt. Apud Hariulfum lib. 2. cap. 10 : *Incensaria argentea auro parata quatuor.* Testamentum Riculfi Episcopi Helenensis anno 915 : *Incensarios 2. cum catenis argenteis.* [Rituale Autissiodor. ann. 1536. ubi de Benedictione campanarum : *Ponat Sacerdos in Incensario ignem et thimiama, thus et myrram, erigendo clocam supra Incensarium.*

¶ INCENSORIUS, Eodem significatu. Breve sacræ supellectilis ann. 1419. apud Stephanotium tom. 1. Antiquit. Occitan. MSS. pag. 451 : *Item duos Incensorios argenti et duas navetas argenti.*

¶ 2. **INCENSUM**, Vectigal. Charta Ætelbaldi Regis apud Hickesium Dissert pag. 62 : *Quamobrem ego Ethilbaldus Rex Merciorum præsentibus literis indico me dedisse pro anima mea Aldwlfo Episcopo Ecclesiæque B. Andreæ Apostoli, quam gubernat, uniusnavis, sive illa proprie ipsius, sive cujuslibet alterius hominis sit, Incensum, id est, vectigal, mihi et antecessoribus meis jure regio in portu Londoniæ usque hactenus competentem.*

¶ IN vel AD INCENSUM VENIRE, Censui obnoxium esse. Codex MS. Folquerii : *Homines qui faciunt duos dies in anno sunt quatuor. Sunt ibi bun.* XIV. *veniunt ad Incensum.* Ibid. infra : *Homines* XX. *qui faciunt in anno duos dies, habet ibi sedilios* X. *veniunt in Incensum de argento sol.* VIII. [** Guerard. in Glossar. Irmin. : *Incensus, Locatio sub conditione census exsolvendi.*] Vide *Census.*

* **INCENSUS**, Furore accensus. Charta offic. Autiss. ann. 1338. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 40 : *Item quod satis cito postea.... dicta Isabellis fuit Incensa et furibunda; et satis cito postea amisit loquelam.*

* **INCENTIVA**, *Cupiditas*, in Gloss. antiq. Vide *Incentivus.*

¶ **INCENTIVUS**; Effrenatus appetitus, corporis faces quibus mens incenditur ad cupiditatem. Concil. Dertusanum ann. 1429. cap. 2 : *Et si deinceps tertio relapsus fuerit in concubinatu notorio, privetur omnibus beneficiis, et alias carceribus affligatur, ut sic ferro exusta vulnera et secata sanentur... taliumque gravis castigationis exemplo mentes teneat et Incentivos comprimat aliorum.* Gloss. Isid. : *Incentiva, Aculei vitiorum ;* quæ Papias sic exponit : *Desideria carnis, stimuli luxuriæ, ab incitando dicta. Incentiva vitiorum* dixit Hieronymus epist. 2. *Incentivum peccaminis* Prudentius Apotheol. v. 929.

* 1. **INCENTOR**, Præcentor. Vita S. Lietb. tom. 4. Jun. pag. 593. col. 1 : *Dum ventum est ad id divini officii, ut ab Incentore diceretur, Accedite ad eum et illuminamini, etc.*

* 2. **INCENTOR**, Inventor, auctor. Annal. Bertin. ad ann. 833. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 195 : *Inter quos Ebo Remorum episcopus falsarum objectionum Incentor extiterat.* Agobard. epist. 4. ibid. pag. 361 : *Ac primum ipse scire potes, me nunquam inter majores nostros et meliores nobis tanti loci vel honoris fuisse, ut aut Incentor discordiarum aut pacis conciliator esse potuerim.*

¶ **INCENTRUM**, *Incitamentum, aut inflammatio*, in Glossis Sangerman. MSS. n. 501. f. legendum *Incendium*, vel *Incentivum.*

¶ **INCENTURIATA** ACIES, Exercitus cujus *centuriæ* confusæ simul et permixtæ nullum servant ordinem. Albertinus Mussatus de Gestis Ital. post Henricum VII. Cæsarem lib. 3. rubrica 3 : *Lucenses campanarum tinnitibus, magnoque fremitu, ira, metuque pariter advehentibus, Incenturiatis incompositisque aciebus, lacero agmine ad hostes discurrere.*

¶ **INCEPIENDIUM**, Fulmentum quo ligna sustinentur, Gall. *Chenet.* Inventar. ann. 1342. MS. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Apud focariam duo Incepiendia, unam saccaginem* (sartaginem) *item unam cassam, unam vigilem, etc.*

* **INCEPOLLARE**, an idem quod *Interpolare*, miscere? Stat. Perus. pag. 52 : *Si quis Incepollaverit vinum alienum, vel vastaverit scienter in vegete vel tina, solvat pro banno libras decem.*

INCEPS, pro *Deinceps*, [Festo.] Utitur Thwroczius non semel, pro quo *deinceps* restituit Corrector, uti Editor monet. [Invenitur adjective apud Apuleium lib. 3. Florid. *De Incipiti.*]

* **INCEPTIO**, Infulæ doctoralis adeptio, seu *actus*, ut vocant, quo quis ad doctoris gradum promovetur, in Instr. ann. 1462. apud Boul. tom. 2. Hist. Univers. Paris. pag. 685. et tom. 5. pag. 858. Vide infra *Incipere* 2.

¶ **INCEPTUM**, Incœptio, initium actionis. S. Wilhelmi Constitut. Hirsaug. lib. 1. cap. 63 : *Si serius post Inceptum lectionis intraverit.* Ciceroni *Incœptum*, Consilium est seu molitio, Gall. *Entreprise.*

* *Encommencement*, eodem intellectu, in Serm. S. Bern. laudato tom. 17. Comment. Acad. Inscript. pag. 181 : *Nos faisons ui, chier freire, l'Encommencement del Avent, etc.*

* **INCEPTUS**, Institutio. Charta Roricon. episc. Laudun. ann. 973. ex Chartul. S. Vinc. ch. 5 : *Melcalannus venerabilis abbas monasterii S. Vincentii... sæpissime nostram postulavit mansuetudinem et sibi caterværque sub se positæ, quæ ad duodenarium monachorum numerum Inceptu nostro bonorumque hominum adjutorio excreverat, tale præberemus subsidium, etc.*

* **INCERROYRATUS**, Vox incertæ lectionis et notionis. Terrear. castel. *d'Ibois* in Reg. 24. Chartoph. reg. fol. 140. v°. : *Vitalis Pontz debet sex sextaria mixturæ pro quodam molendino... Et solebat esse Incerroyratus supra Petrum Salzeda ad summam duodecim sextariorum bladi.* An pro *Inchieratus?* Vide infra *Inchieramentum.*

* **INCERTITUDINALITER**, Incerto. Testam. Rob. reg. Sicil. ann. 1343. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1103 : *Fragilitate transfusa misere Incertitudinaliter dormivit, etc.*

* **INCERTITUDO**, a Gallico *Incertitude*, Instabilitas, inconstantia. Testam. Galt. episc. Carnot. ann. 1234 : *Nos considerata hujus vitæ Incertitudine, volentes nobis in futurum præcavere, dum adhuc essemus in bono statu, etc.*

¶ **INCESA**, Concædes, Gall. *Abatis d'arbres.* Vide *Cesa* 1. et *Incisa.*

* **INCESSABILIS**, Æternus; de Deo dicitur apud Burcard. Argent. in vita Alex. VI. PP. pag. 8 : *Ut ipse Deus Incessabilis verus testis est.* Pro Continuus, in Epist. 42. Nic. I. PP. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 433 : *Incessabilis cura etc.*

¶ **INCESSABILITER**, ut *Incessanter*, in Libello Episcoporum Italiæ contra Elipandum, tom. 3. Consil. Hispan. pag. 98.

INCESSANTER, Continuo, *Incessamment.* Utitur lex 28. Cod. Th. de Cohortal. (8,4.)

¶ **INCESSARE**, Non cessare, apud Ludewig tom. 5. pag. 400.

* **INCESSERE**. Glossar. vet. ex Cod.

Digitized by Google

reg. 7641 : *Incessit, incuravit.* Infra : *Incurvavit, incessit.*

¶ **INCESSERIUM THURIBULUM**, pro *Incensarium*, vel *Incensorium*, in Testamento Beatricis de Alboreya Vicecomitissæ Narbonæ anno 1367. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1523.

* **INCESTARE**, *Despuceller, i. violer, corrumpre nonain, ou sa parente, ou vierge.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

INCESTIVA, Conjugia incesta, in Capitulis Caroli M. lib. 5. cap. 158. [** 310.]

* **INCESTRIA**. Charta Petri de Fenolleto ann. 1229. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 337 : *Trado vobis D. Nunoni Sancio... totum castrum meum de Fenolleto,... justitias, firmancias, aigucias, exorchias, Incestrias, excadutas, etc.* Leg. forte *Intestrias*, qua voce bona eorum, qui *intestati* decedunt, significari possunt. Vide *Intestatio.*

¶ **INCHARACTATUS**, Inscriptus, impressus, ab ἐγχαράττειν, Imprimere, insculpere. Joan. Longinus in Vita S. Stanislai Episc, tom. 2. Maii pag. 244 : *Qualitatem nummorum imaginemque et superscriptionem, qua Incharactati sunt, conspicio.* Vide *Charaxare.*

INCHARAXARE, ex Gr. ἐγχαράττειν, Perforare, aperire. Apicius lib. 6. cap. 5 : *Agitabis jus apio viridi et nepata, ovem Incaraxas et perfundis.* Apollonius : *Juvat autem hæc Incharaxatio in oculis diuturno facta rheumatica passione.* Idem : *Oportet etiam et per ipsa loca patientibus fieri Incharaxationes.*

* **INCHARIMENTUM**, Auctio in licitatione, ut supra *Incarimentum*. Memor. C. Cam. Comput. Paris. fol. 51. v°. : *Die xiij. Aug.* 1349. *Johannes Crolleboys cepit ad firmam officium defuncti Johannis d'Angivillers in castelleto et dedit denarium Dei pro iij.c lib. Paris. ad Incharimentum consuetum.* Vide infra *Incherimentum.*

¶ **INCHARIRI**, Carius fieri, Gallice *Encherir. Item hoc anno quando sal incepit Inchariri*, apud Rymerum tom. 3. pag. 685.

1. **INCHARTARE**, [**INCARTARE**, Aliquid scripta charta donare, conferre, in charta describere. Instrum. anni 1035. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Quidquid vendatur aut donetur litteris alligetur, schedulis Incartetur.* Statuta Arelat. MSS. tit. 132 : *Statuimus quod Consules, neque Judices, neque Curialis, possint aliquod debitum Incartare, vel libellum facere super bono Communis.* Charta Bertrandi de Baucio Comitis Avellini ann. 1284 : *Prout inter bonæ memoriæ dominum Barralum quondam patrem nostrum, et inter consilium et universitatem Arelatis hactenus existit Incartatum.* Instrum. 1. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 1 : *Donamus et Incartamus in ea ratione dummodo vixerimus usum et fructum habeamus.... Si quis vero... contra donatione vel Incartatione ista dicere vel calumpniare voluerit, etc.* Aliud Instrum. ibid. col. 269 : *Totum et ad integrum, vel in exquisitum præter hoc, quod Incartatum habui, omnia et in omnibus ad præmemoratam Dei domum S. Vincentii* (Matiscon.) *suisque Canonicis, sicut supra insertum est, dono, trado, atque transfundo perpetualiter tenendum.* Concil. Hispan. ann. 1215. Anecd. Marten. tom. 4. col. 170 : *Adjicientes præsentis auctoritate Concilii, ne viri religiosi sine consensu sui Diœcesani Episcopi possessiones monasteriorum vendant, vel Incartent, sive concedant ad vitam, etc.* Eadem habentur in Concilio Tarrac. anni 1591. Instrum. anni circiter 1040. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Antiquitus valebat datum nec tamen Incartatum.* Statuta Massil. lib. 1. cap. 63. § 3 : *Non intelligimus derogare in aliquo illis conventionibus et compositionibus, quæ olim facta sunt et Incartatæ.* Saisimentum Comitatus Tolosæ n. 75 : *Et quod in eis habet fidelitatem, et servitium exercitus, et obtias, et retrocapita in mutatione novi domini, et alia jura, sicut sunt Incartata.* Chartular. Matiscon. fol. 117 : *Berno Presbyter dat Ecclesiæ Matisconensi quidquid habet in villa Tornaci, præter res quas Incartatas habet;* id est, ut conjecto, Res in censum datas et in chartis seu terrariis descriptas. Ibidem : *Dono curtilum præter tres petiolas a sero, quas Incartatas habeo. Terræ Incartatæ et non Incartatæ*, in Sententia arbitrali ann. 1292. inter Abbatem et Consules de Gimonte.] Vide *Charta.*

* **INCARTARE**, In possessionem per chartam mittere, vulgo *Ensaisiner.* Scacar. ann. 1237. apud Abrincas ex Cod. reg. 4651 : *Judicatum quod inquesta fieret, utrum terra quædam fuisset de hæreditate Ricardi de Fonteneto, et idem Ricardus fecerit eam Incartari primogenito suo in præjudicium aliorum filiorum suorum per Ranulphum comitem Boloniæ, qui erat dominus feodi.*

¶ **INCARTAMENTUM**, Charta, instrumentum. Chartul. S. Petri de Domina fol. 35 : *Signum Atenulfi, qui hoc Incartamentum scribi jussit.* Testam. ann. 1461. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 726 : *Si apud me aut in archivis episcopalibus Ruthen. reperiantur aliqua Incartamenta seu documenta, quæ concernant domum meam paternam... tradantur dicto heredi meo.*

* *Enchartrement* nostris, eadem notione. Charta ann. 1366. in vol. 5. arestor. Parlam. Paris. : *Veulent lesdittes parties que tout, c'est assavoir procès, lettres, Enchartremens, escrits, soient en la vertu et estat, qu'estoient avant que se missent en voy d'accord.* Occurrit præterea in Lit. ann. 1404. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 20.

* **INCARTATIO**, Eodem intellectu. Charta ann. 847. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 361 : *Ipse locus* (Glonna) *cum omni suo grege,... necnon Incartationibus omnium bonorum hominum, quas ibidem habuerunt, etc.*

¶ **INCHARTATUS**, Accusatus, apud Hispanos leguleios. Vide in *Charta.*

* 2. **INCHARTARE**, Carro vehere. Charta ann. 1310. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 212 : *In usu et possessione fustes... secum adportandi et Inchartandi.* Vide supra *Carreare* 2.

¶ **INCHARTULATI**, Iidem qui supra *Chartulati*, Servi per *Chartulam* manumissi. Greg. Monachi Chronicon Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 416 : *Insuper Inchartulatos et colonos atque cultores exinde expulit.* Ibid. col. 590 : *Item Berardus Episcopus Aseulanus fecit convenientiam cum Abbate Berardo de terris, quas manuales laborant ad suas manus, et servi, et libertini, et coloni, et Inchartulati permaneant in hoc Monasterio.*

* **INCHASSARE**, Intra *capsam* claudere, includere, Gall. *Enchasser.* Inventar. S. Capellæ Paris. : *Una magna smaragdus quassata per medium auro Inchassata, tres minores smaragdi auro Inchassatæ,... unus rubisus Inchassatus auro. Item quoddam altare viaticum portatile Inchassatum argento.* Comput. ann. 1494. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 61. col. 1 : *Item Georgio Gallard et Johanni Cauvert pro viagio ad portandum magnum arborem ad Inchassandum magnam bombardam etc.* Vide supra *Incassatus* et *Incaxare.*

* **INCHASSILLARE**, Eodem intellectu, nostris *Encassiller.* Inventar. ejusd. S. Capel. ann. 1335. in Reg. 1. Chartoph. reg. ch. 7 : *Item una magna smaragdo in argento cassata et una parva in auro Inchassillata. Huis encassillez*, in Stat. ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 243.

INCHERAMENTUM, Auctio in licitatione. *Enchere*, in Charta de Præpositura Calvimontis ann. 1205. [Vide *Encheramentum.*]

¶ **INCHERIA**, ut *Incheramentum.* Locum vide in *Pyxis Lombardorum.*

* Gall. *Enchere; Encherie*, in Reg. 58. Chartoph. reg. fol. 1. v°. *Renchiere*, in Charta ann. 1311. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 394. v°. col. 2. et *Renchérie*, in Lit. ann. 1355. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 680. art. 2. Unde *Incheriare*, Liceri, et *Incheriator*, Auctionans. Charta ann. 1332. in Reg. 68. ch. 2 : *Geraldus de Martello fecit quandam dicham sive Incheriam de quatuor libris pro milliari.* Reg. Cam. Comput. in Bibl. reg. sign. 8406. fol. 102. v°. : *Quando aliqua venda Incheriatur, quilibet Incheria est de x. den. in quibus Incheriator habet quartam partem Inchertæ suæ, et rex tres partes residuas, et ultimus Incheriator seu mercator debet totum, cum corpore vendæ.*

* **INCHERIMENTUM**, Eodem notione; unde *Encherizare*, Gall. *Enchérir.* Lit. Alf. comit. Pictav. ann. 1269. in Reg. 11. Chartoph. reg. fol. 36. v°. : *Conveniatur in pacto venditionis, quod ille supra quem Incherizatum fuerit, habeat et teneat in dictis forestis per pactum habitum in dicta conventione certum numerum porcorum loco Incherimenti.*

* **INCHIERAMENTUM**, Eodem significatu, *Enchiérement*, in Stat. ann. 1306. ex Reg. Cam. Comput. sign. *Pater* fol. 166. r°. Hinc *Inchierare*, Liceri, et *Inchierator*, Auctionans. Scacar. S. Mich. ann. 1282. ex Cod. reg. 4653. A. : *De habendo consilio utrum dangeria licentiæ bosci data per dominum regem Inchierabuntur, sicut tertia Inchierari consueverunt, habito consilio concordatum fuit, quod ipsa dangeria possunt Inchierari.* Aliud ann. 1288. ibid. : *De habendo consilio utrum de Inchieramentis, de quibus pars datur Inchieratori, de parte ipsius, sicut de parte dom. regis, decima deducetur. Concordatum fuit quod omnes Inchieratores de suis Inchieramentis solvant decimam.* Vide supra *Incarioramentum.*

* **INCHOANTIA**, Auxilium, adjutorium,

Digitized by Google

virtus. Præfat. ad Lib. ant. Saxon. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 256 : *Dei omnipotentia atque Inchoantia mirabiliter actum est nuper, ut cunctus populus suæ ditioni* (Ludov. Pii) *subditus, Theudisca loquens lingua, ejusdem divinæ lectionis nihilominus notionem acceperit.*

* **INCHOIACIO.** Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 465 : *Habita in Inchoiacionem rei publicæ dicti loci, et ut in eadem villa degentes minime discederent, etc.* Vox pessime lecta pro *Melioracionem*, quam exhibet Registrum eum abreviationis nota, quamque hic apprime convenire nemo non videt.

INCHORIS, [Indigena.] Vide *Enchoris.*

INCIBARE, Cibum porrigere, σιτίζειν. Vetus Interpres Juvenal. Sat. 10 : *Ut pulli hirundinis, quæ pleno ore volat, dum Incibat filios suos.*

* **INCIBATUS**, Jejunus, cibo abstinens. Vita S. Joan. Laudens. episc. tom. 3. Sept. pag. 164. col. 1 : *Multa bidua, multosque similiter singulares dies Incibatum transisse.* Occurrit præterea in Vita Abbon. Floriac. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 337.

¶ **INCIDENS**, Causæ accessio, Gall. *Incident.* Vox practica. Vide *Emergens.*

* **INCIDENTALITER**, Ital. *Incidentemente*, Gall. *Incidemment*, Obiter. Coron. Angl. Th. *Otterbourne* edit. Hearn. pag. 41 : *Et præterea hic sciendum Incidentaliter, quod etc.*

¶ **INCIDENTER**, Gall. *Incidemment*, per accessionem. Johan. Sarisber. in Præfat. *Quæ Incidenter dicta sunt.*

* Lit. ann. 1411. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 628. art. 10 : *Et alias personas quascumque factum dicti salis exercentes, quamdiu dictum factum exercebunt, principaliter vel Incidenter, etc.*

INCIDENTIÆ, Casus, quomodo *Incidens* dicimus. Otto a S. Blasio cap. 12 : *Traditionesque Hebraicas cum Incidentiis historiarum notas faciens, etc.*

¶ **INCIDERE.** Vide *Incisio.*

* **INCIDERE INSTRUMENTUM**, ut nullum, abrogatumque appareat; quod scissuris in decussem scalpello factis fiebat. Charta ann. 1234. ex Reg. Cencii apud Vir. doct. Garamp. in Disquisit. de Sigil. Garfagn. pag. 31 : *Et non probabimus dictum pecuniam fore solutum, nisi per hoc Instrumentum cancellatum et Incisum.* Vide *Cancellare.*

* **INCIDIUM**, pro Insidiæ. *Incidio pensato*, Gall. *De guet apens*, Consulto, ex præparato. Charta offic. Ruthen. ann. 1392. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 58 : *Cum nobilis Alardus de Ornan domicellus coram nobis... delatus fuerit,... quod Incidio pensato... rectorem de Tolonnaco interfecerat, etc.* Vide supra *Appensatus* et *Impensatus.*

INCIMBILES, *Nocibiles, vel discordes.* Papias. [MS. Bituric. habet *Incinibiles.*]

INCIMCLARE. Charta Waldemari Regis Daniæ anno 1326. apud Pontanum lib. 7. Rer. Danicar. : *Si alicubi infra regni nostri terminos naufragium passi fuerint, advocatus noster... ipsorum bona nullatenus impediat, vel si de ipsis nullatenus Incimclet, quandoquidem ipsa bona personaliter per se vel per alios... valeant de naufragio liberare.* Ubi *Incimclet*, idem valet ac *immisceat* : unde fortean legendum fuerit *immisclet.* Vide *Misculare.*

* **INCIMETUM.** Vide supra *Cimetum* 2.

INCINCTA, *Prægnans, eo quod est sine cinctu, quia præcingi fortiter uterus non permittit*, Isidoro lib. 10. et nostris *Enceinte. Incinta*, apud Jo. Villaneum lib. 1. cap. 24. lib. 2. cap. 12. Hist. Miscella lib. 20. extremo pag. 128 : *Viri civitatis illius mulierem Incinctam, jamjamque parturam Inciderunt.* Ubi Theophanes, ἔγκυον. Le Roman *de Parise la Duchesse* :

Je suis de vous Ançainte, de verté le sachez.

[* Glossar Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Incincta, Enczaintte, grosse. Enchainte*, in Lit. remiss. ann. 1365. Vide infra *Præcincta* 2.]

¶ **INCINEFACTUS**, In cineres redactus. Commodian. Instr. 41 :

Tunc Babylon meretrix erit Incinefacta favilla.

INCINERARE, In cineres redigere. Utuntur Saxo Grammaticus lib. 4. initio, Cæsarius Eisterbach. lib. 4. Miracul. cap. 99. lib. 10. cap. 67. Guillelm. Brito lib. 1. 2. 3. 4. Philippus Architrenius lib. 6. cap. 3. etc. [* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Incinerare, mettre en cendre.*]

¶ 1. **INCINERATIO**, Resolutio in cineres, in Diario Belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. pag. 135. et in Tractatu Engelberti de S. Mariæ virtutibus cap. 26. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 1. col. 736. *Capitis Incineratio*, Impositio Cinerum in capite feria IV. Cinerum in Constitut. Ecclesiæ Valentinæ tom. 4. Concil. Hisp. pag. 179.

* 2. **INCINERATIO**, Sordes ex cinere et pulvere. Vita S. Gandol. tom. 5. Sept. pag. 709. col. 2 : *Mandat itaque iterum præsul ut, corpore de Incineratione per venerabilium manus sacerdotum purgato, diligentissime postmodum lavaretur.*

¶ **INCINIBILES.** Vide *Incimbiles.*

¶ **INCINTA.** Vide *Incincta.*

* **INCIOSITAS**, Inscitia. Charta Poppon. archiep. ann. 1033. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 365. col. 1 : *Atque non propter aliud hæc prædia eorumque censum tamdiu esse sublatum, nisi propter Inciositatem inquisitorum, oblivionemque dominorum.*

¶ **INCIPARE.** Vide *Incippare.*

1. **INCIPERE.** Vetus Interpres Epistolæ S. Barnabæ : *Qui Incipiebant prædicare*, ubi Gr. τοὺς μέλλοντας κηρύσσειν. Alibi : *Quia ipse Incipiebat apparere.* Gr. ἤμελλεν. Et non semel in hac Epistola. Ita Jacobus 2 : *Per legem libertatis Incipientes judicari.* In textu Græco μέλλοντες. Hac notione vocem *incipere* usurpasse non semel Interpretem S. Irenæi, observatum a Jacobo Billio lib. 1. Observ. Sacrar. cap. 33. lib. 2. cap. 5.

* 2. **INCIPERE**, Doctoris gradum adipisci, apud Boul. tom. 5. Hist. Univers. Paris. pag. 911 : *Et sub eodem Incepit seu magisterii gradum consecutus est anno* 1409. Pluries ibi. Hinc *Incipientes* appellantur ibid. pag. 913. doctorali infula donati. Vide supra *Inceptio.*

* 3. **INCIPERE**, nude, pro Cantum imponere. Acta MSS. capit. eccl. Lugdun. ad ann. 1342. fol. 78. v°. col. 1 : *Item abilitaverunt ad Incipiendum in choro omnes illos, qui litteras super dicta capella habent... Dederunt potestatem Incipiendi, prout capellanus perpetuus dictæ ecclesiæ Incipere consueverunt.* Hinc *Le Commanczant le lettrin* dicitur, qui ad pulpitum cantum imponit. Testam. Franc. ducis Brit. ann. 1449. ex Bibl. reg. : *Une messe cotidienne à dyacre et soubsdiacre en tunique et dalmatique, et le Commanczant le lettrin en chappe. Enquemancer*, incipere, inchoare, in Testam. ann. 1137. apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 159.

INCIPIENS, Discipulus. Auctor Queroli : *Quid ad hæc vos dicitis, novelli atque Incipientes mei? quando hæc discere potestis, etc.*

* **INCIPIENTES.** Vide supra *Incipere* 2.

¶ **INCIPIENTIA**, Initium, exordium. Epistola Cæsariæ Arelat. Abbatissæ, tom. 1. Anecd. Marten. col. 4 : *Sicut lætatur Deus in Incipientia conversionis vestræ; ita luget de ea diabolus.* Et infra : *Qui vobis Incipientiam, donare dignetur et perfectionem : quia, non qui cæperit, sed qui perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit.*

INCIPPARE. [Gloss. Isid. : *Incippat, Illudit.* Melius *Le Cerda* legit : *Incippat, Includit*, καταχλιτεύει. Papias : *Incipare, Involvere*, videlicet *cippis.* Sunt autem *Cippi*, Compedes, Gall. *Ceps*, vel Carcer ipse, quoniam qui compedibus vinciuntur, includi solent in carcere. *Incippare* igitur idem est quod Compedibus ligare, vel in carcerem detrudere. Theodoricus Engelhusius; in Genealogia Ducum Brunsvic. apud Leibnit. tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 20 : *Ernestus Dux, dum quodam tempore equitaret per Norten, nihil adversi suspicans, captus est a Henrico de Hardenberch et Incippatus... cumque Hardenberge hoc vindicare vellent, captus est idem Henricus de Hardenberg sedens in equo Ducis capti, et in castrum Salis Incippatus.*] Vide *Cippus*, [** et Haltaus. Glossar. German. voce *Stocken*, col. 1748.]

INCIRCA, Circiter, Galli dicunt, *aux environs*, in Addit. ad Vitam S. Antonini.

¶ **INCIRCATUS**, In modum circuli curvatus, in Onomastico ad calcem tom. 3. SS. Junii.

* **INCIRCUMCISUS**, Intemperans, qui flagitiose et libidinose vivit, Gall. *Débauché.* Charta ann. 1118. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 316 : *Ut ecclesiam B. Mariæ in castro Galardone sitam, quam per pecunias a manu laici occupaverant quidam clerici Incircumcisi, Bonevallensi monasterio concederemus... Concessimus eo tenore, ut clerici præbendas suas in vita sua habeant, si caste vixerint.*

¶ **INCIRCUMSCRIPTE**, Non circumscripte, immensum, Gall. *Sans borne.* Vide *Inattingibilis.*

¶ **INCIRCUMSCRIPTIBILIS**, Qui nullis limitibus circumscribi potest, apud Marten. tom. 7. Collect. Ampliss. col. 324.

¶ **INCISA**, Alias *Incæsa*, apud Scriptores rerum gestarum et Vitæ Caroli Magni, sunt celsi cæsarum arborum cumuli pro vallo ad arcendos hostes per extrema silvarum exstructi. Ita Valesius Notit. Gall. pag. 100. col. 2. Vide *Cesa.*

¶ **INCISILIS**, Cultri. Acta SS. Junii

Digitized by Google

tom. 3. pag. 30. de S. Cyrico : *Fac capitisfragium et uncinos ad oculos evellendos, et forfices dentium, et genufragium et nervorum Incisiles.*

* Ab Incidere, Gall. *Inciser; couper,* alias *Ensiser.* Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 163 : *Lequel Aymeri en tirant à lui Ensisa le petit doy d'icelle Jehanne Dupont de ladite serpe.* Ejusdem originis *Encirailler,* Minutatim concidere, Ital. *Incischiare.* Aliæ ann. 1458. in Reg. 187. ch. 177 : *Lesquelles escuelles le suppliant Encirailla et mist à pieces.*

* **INCISINUS**, *Superfluo.* Glossar. Lat. Ital. MS. Leg. *Incisivus.* Vide in hac voce.

1. **INCISIO**, Idem quod *Tallia.* Charta Henrici III. Imp. ann. 1056. pro Monasterio Sancti Maximini Trevirensi apud Nicol. Zyllesium : *Nullus illorum hospitia seu servitia in curtibus Abbatis aut Fratrum, sive a rusticis violenter exigat, nullus eorum per Incisiones aut petitiones homines gravare... præsumat.* Charta ann. 1468 : *Jus investiendi, devestiendi, clamores, banna, emendas, aspatgia, Incisionem, etc.* [Charta anni 1112. e Tabulario Rothonensi : *Alanus Hoelli filius Comes totius Britanniæ... dedit S. Salvatori quamdam consuetudinem... quæ vulgo Tallia nuncupatur, nos Incisionem nominamus... insuper concessit et in arbitrio et potestate Abbatis sit, ut quotiescumque Comes suos homines Inciderit, hoc est, censum a suis exiget, Abbas suos homines secundum velle suum Incidat, et potestative, ut concessum est, colligat et habeat.* Vide *Incisura* 1.]

2. **INCISIO.** Paulus Diacon. lib. de Gestis Episcoporum Emerit. in sancto Paulo cap. 1 : *In spe Dei mira subtilitate Incisionem subtilissimam subtili cum ferro fecit, atque ipsum infantulum jam putridum membratim abstraxit. Encis,* dicitur in Stabilimentis S. Ludovici lib. 1. cap. 25. et in Consuetudin. Andegav. art. 44. et Cenoman. art. 51.

3. **INCISIO**, Sectio, Capitulum in libris. Gennadius de Scriptorib. Eccles. in Severo : *Scripsit... et Collationem Posthumiani et Galli... habitam in dialogi specie, duabus Incisionibus.* Walafridus Strabo in Præfat. ad Theganum : *Huic opusculo ego Strabo quasdam Incisiones et Capitula inserui.*

4. **INCISIO**, κόμμα. Ordo Romanus : *Episcopi omni tempore benedicantur; nunc vero mos est, ut nocturno tempore benedicantur. Secunda namque Incisione, id est, Lectione sexta, egreditur Pontifex de Ecclesia S. Petri, et ascendit Monasterium S. Martini, etc.* Consuetudines Floriacensis Monasterii : *Et* 15. *Cantica Graduum sub silentio ab unoquoque dicuntur, et post singulas Incisiones ab unoquoque procumbitur ad formas.* Adde Udalricum lib. 5. Consuet. Cluniac. Monast. cap. 5. [et Bernardum Monachum part. 2. Ord. Cluniac. cap. 15.] *Interscissiones,* apud Cassianum lib. 2. de Nocturnis orat. cap. 11 : *Et idcirco ne Psalmos quidem ipsos, quos in Congregatione decantant, continuata student pronuntiatione concludere : sed eos pro numero versuum duabus vel tribus Interscissionibus cum orationum interjectione divisos, distinctim particulatimque consummant. Distinctiones* dicuntur in Admonitione Synodali antiqua : *Psalmorum verba et Distinctiones regulariter ex corde cum canticis consuetudinariis pronuntiare sciat. Pausationes* vocat Synodus Narbonensis sub Recaredo Rege : *Per majores vero Psalmos, si fuerint prolixiores, Pausationes fiant, etc.*

5. **INCISIO**, alia notione. *Signum secunda vel tertia Incisione pulsare,* apud Guigonem in Statutis Cartusiensib. cap. 7. § 5. in Statutis antiq. ejusdem Ordin. 1. part. cap. 41. § 9. cap. 43. § 5.

6. **INCISIO**, Typus nummi, Figura. Anastasius in Hist. Eccles. : *Cum Arabes non susciperent Romanorum Incisiones in nummis suis.* Theoph. χαραγήν habet.

7. **INCISIO**, Castratio, apud eumdem Anastasium : *Alios autem... partim suspendio, partim Incisione perdebat.* Ubi Theophanes, ἀπέτεμνεν.

8. **INCISIO**, vox Architectorum, de qua Jacobus Gothofred. ad leg. 3. Cod. Th. de Excusat. artific. (13, 4.)

* 9. **INCISIO**; Cæsio, Gall. *Coupe.* Charta Sigfr. episc. Hildesheim. apud Leuckfeld. in Antiq. Gandersheim. pag. 179 : *Prata, pascua et decem legitimæ lignorum Incisiones, etc.* Vide in *Incisor.*

* 10. **INCISIO**, Apertura, per quam aqua effluit, incile, Gall. *Coupure.* Charta ann. 1125. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 436 : *Primum Guillelmus Incisionem alvei quam fecerat, ita restituat, ut non minus quam antea solebat aqua ad molendinum Bernardi decurrat.*

¶ **INCISIVUS**, *Non in tempore sectus, vel immaturus, vel superfluus, et derivatur ab Incido. Horat. in Odis :*

Ut gaudet Incisiva decerpens pira.

Et hoc Incisivum potest dici substantive superfluum illud quod inciditur de aliqua materia. Johannes de Janua. Gloss. Sangerman. Lat. Gall. MSS. : *Incisivus, Non copés à temps, non meur, ou superflue; Incisivum, Rongneure.* Fictæ voces ex prava lectione. Legendum *Insitivus,* ut apud Horatium editum :

Ut gaudet Insitiva decerpens pyra.

INCISOR. [Raimundus Duellius lib. 2. Miscell. pag. 444. in fragmento Chartularii Sand-Hyppolytensis ann. 1263 : *Notum sit omnibus præsentem literam inspecturis, quod nos Chunradus judex in S. Ypolito, Hunricus Uurfler, Chunradus Incisor apud portam, Hainricus dictus Hungarus, cives ibidem, interfuimus, vidimus, etc.*]

Incisores casei. Statut. Commun. Bonon. ann. 1288. apud Ghirardacum lib. 9. Histor. Bonon. pag. 279 : *Sæpe contingit, quod illi, qui ludunt ad azardum in scalis et in platea Communis Bononiæ, et etiam qui caseum Incidunt, iracundiæ calore succensi, contra Deum et matrem ejus ignominiosa verba proferunt, etc.* Infra : *Lusores azardi et bescazariæ, et Incisores casei, etc.* Caupones hic interpretor, apud quos caseus in escam potatoribus datur. [*Incisor lignorum,* Qui incidit ligna, in Charta ann. 1233. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues.*] Vide *Scissor.*

1. **INCISORIUM**, Orbiculus mensarius, super quo escas *incidimus.* Gallis nostris seu Gallobelgis, *Tranchoir.* Chronicon Nonantulanum MS. de Institutis et ritibus sub Friderico II. Imper. : *In cœnis vir et uxor una edebant parapside, usus Incisoriorum* [*Incisorum* mendo librarii apud Murator. tom. 9. col. 669.] *ligneorum non erat in mensis, unus vel duo scyphi erant in mensa, nocte cœnantes lucernis aut facilis mensas illuminabant, faculam tenente uno ex suis. Nam candelarum de sepo vel de cera usus non erat.* [Extractum computi ann. 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 273 : *Pro Incisoriis, parascidibus, salzeriis, astis, palis et aliis rebus, etc. unc.* XVI. *taren.* 1. *gran.* XVIII.] Petrus de Crescentiis lib. 5. pag. 267 : *Azerus est arbor satis magna, quæ in Alpibus invenitur, quæ optime convenit cyphis, et parapsidibus et Incisoriis faciendis, et vasculis omnibus, etc.* Ubi vetus Interpres Gallicus : *Est trés-bon pour faire hanaps, escuelles, et plateaux, etc.* Adde pag. 279.

¶ 2. **INCISORIUM.** Ordinatio Humberti II. Dalphini tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 313. cap. 2 : *Item volumus et ordinamus, quod singulis diebus in prandio serviatur nobis pro persona nostra de quatuor panibus albis de bocha, quorum quilibet sit ponderis unius libræ cum dimidia, vel circa, et de octo panibus parvis, quorum quilibet sit ponderis unius libræ, vel circa, pro Incisorio faciendo.* Semel et iterum ibidem memorantur ii parvi panes *pro Incisorio faciendo;* nescio quo condimento vel minutali cum pane *inciso,* ut videtur.

3. **INCISORIUM**, Novacula, apud Petrum Cell. lib. 6. Epist. 20. [Instrumentum omne aptum ad *incidendum,* apud Julianum Pomer. in Præfat. ad librum Ildephonsi de Virgine intemer. tom. 2. Concil. Hispan. pag. 658. col. 2. Sicula, apud Joh. Sarisb. lib. 5. cap. 10.]

¶ **INCISORIUS**, ut *Incisorium* 1. Ordinatio anni 1340. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 394 : *Ipsi namque soliardi in omnibus obediant magistro coquinæ, nec obmittant lavare scutellas et Incisorios et alia vasa coquinæ.*

¶ **INCISSURA**, pro *Incisura,* vel *Scissura.* Privilegia Bolci Ducis Silesiæ ann. 1337. Friburgensibus concessa, apud Ludewig. tom. 6. pag. 41 : *Omnes ejus incolæ civilia jura habentes, pannos et stamina non falsificata, cujuscumque valoris et coloris fuerint, licite possint vendere et incidere per ulnas, ulnatim vel integre. Extranei autem forum ibi quærentes debent adducere stamina qualiacumque et vendere sine Incissura, uti fecerunt ab antiquo;* id est, stamina sua non possunt incidere *per ulnas,* sed ea tenentur integra vendere sine ulla divisione, ut satis per se patet.

1. **INCISURA**, *Tallia,* Exactio : nam nostris *Taille,* idem valet ac *Incisio.* Charta Manassis Comitis Guinensium in Chronico Andrensi pag. 356 : *Firmiter statuimus, ut nullus... coactivam petitionem seu Incisuram super ipsos instituere... audeat.* Adde pag. 424. [Tabularium Kemperlegiense : *Redditus ipsius terræ... cum Incisura et forisfactis, etc.* Ibidem : *Redditus terræ est Incisura, quæ dicitur Taellied, cum forisfactis et furtis et aliis exactionibus.* Vide *Incisio* 1.]

2. **INCISURA** et **INCISIO**, apud Gromaticos. Vide *Arbor.*

Digitized by Google

* **INCITAMEN**, Exordium, Gall. *Commencement.* Glab. Rodulph. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 24 : *Nunc igitur quoniam de priorum gestis aliqua retulimus, ab illo et infra, ut spopondimus, anno videlicet millesimo nati cuncta vivificantis Verbi, tertii sumamus Incitamen hujus operis libelli.*

INCITARE, Præcipitare. Epistola Bonifacii PP. in Synodo Rom. sub Bonifacio II. apud Holstenium : *Sane, quoniam servandus accusatori locus est, ne audientiam penitus Incitare videamur, etc.*

INCITI, *dicuntur calculi, qui in ludo scacorum omnino moveri non possunt. Item et homines egentes Inciti vocantur, quibus spes ultra procedendi, i. proficiendi, nulla restat.* Breviloq. [ex Isidoro lib. 18. Orig. cap. 67. Vox ducta a *ciere* vel *cire*, movere, et particula *in*, quæ vim hic habet privativam. Nota est loquendi formula *ad incitas redactus :* ad quam videre potes Scaligerum in Appendice ad Conjectan. lib. 6.]

* 1. **INCIVILIS**, Imprudens, inconsideratus. Vide supra *Civilis.*

* 2. **INCIVILIS**, Injustus, iniquus, nostris *Incivil*, eodem sensu. Charta ann. 1156. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 560 : *Sicut Incivile est, ut homines de rebus suis aliquid facere cogantur inviti, ita conveniens est et juri consentaneum, ut de proprietate sua, quod cui placuerit, sibi facere liceat.* Alia ann. 1462. in Chartul. S. Mart. Augustod. : *Disoient en oultre que ledit mandement estoit Incivil et Incivilement donné par plusieurs causes et raisons.* Vide infra *Inciviliter.*

¶ **INCIVILITAS**, Rusticitas : *Contigit per Incivilitatem militis*, apud Ammianum lib. 18. cap. 2.

* Vel Inertia. Hugo Flaviniac. in Chron. Virdun. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 363 : *Hic accepta legatione a Pippino per Burgardum Vitzoburgensem episcopum, et Fulradum ipsius Pippini capellanum, de Incivilitate regum ex antiqua Merovingorum stirpe descendentium, etc.*

* **INCIVILITER**, Injuste, contra jus, nostris *Incivilement*, eadem acceptione. Charta ann. 1313. in Reg. 52. Chartoph. reg. ch. 207 : *Id factum fuit Inciviliter et injuste, occulte et clandestine ;.... et tanquam Inciviliter factum, revocatum fuit.* Alia ann. 1380. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 43. col. 1 : *Indebite tamen et injuste, nulliter, Inciviliter, voluntarie et de facto, etc.* Vide supra *Incivilis* 2.

INCLAMARE. Edictum Theoderici Reg. § 145 : *Si quis barbarorum tertio competentis judicis auctoritate conventus, et edictis solenniter Inclamatus, ad judicem, cujus præceptione conventus est, venire neglexerit, merito sub discussione causæ sententiam excipiet contumaciæ, etc.* Ubi *Inclamatus edictis*, videtur esse, qui *banno* publico et judicis auctoritate ad judicium citatur, quomodo forenses nostri, *Crier à trois briefs jours*, dicunt de reis contumacibus. Ita *Inclamare* usurpat lex 7. Cod. Th. Si certum petatur (2, 27.) : *Per intervalla temporis longioris Inclamatus*, i. citatus edicto a judice impetrato, uti viri docti interpretantur. [Consuetud. Furn. ex Archivo S. Audomari : *Qui vero de nachtbrand Inclamatus fuerit, per quinque coratores purgare se poterit, alioquin suspendetur.*]

¶ **INCLANGORIUM**, Campanile. Sic unica voce scribitur apud Acher. tom. 3. Spicil. pag. 262. in Chronico Fontanellensi ; sed divisis vocibus legendum est *In clangorium.* Vide in hac voce.

¶ 1. **INCLAVARE**, Gall. *Enclouer*, Clavum in equi pedem altius infigere, in Statutis Massil. lib. 6. cap. 77. non semel.

INCLAVATURÆ EQUORUM, de quarum cura vide Petrum de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 55. et veterem ejus interpretem Gallicum cap. 56. *De diverses Encloeures et de leur cure*, eodem libro.

* 2. **INCLAVARE**, a Gallico *Enclaver*, Includere, inserere, committere. Lit. ann. 1359. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 198 : *Domanio regio ac dicto regno et nobili coronæ Franciæ posuimus, adjunximus, Inclavavimus et applicavimus, etc.* Comput. eccl. Paris. ann. circ. 1381. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Pro facione dictarum portarum quorumdam ceporum et faciendi et Inclavandi infradictam granchiam, etc.* Guido de Vigev. Ms. de Modo expugn. T. S. : *Et post hæc conjungatur una assis cum alia cum quatuor axis incavigiatis fortiter Inclavatis.* Vide *Inclavatus.*

¶ **INCLAVATURA**, Ager vel agri portio in alium incurrens, Gall. *Enclavé.* Charta xi. sæculi [* pro Monast. Montis-major.] : *Donamus... Ecclesiam S. Johannis cum terra terminata, quæ est in valle quam vocant Luco, cum Inclavatura quæ vadit usque ad claparium.*

¶ **INCLAVATUS**, Incurrens, inclusus. Donatio Johannis Regis Franc. de Ducatu Biturix et Arverniæ facta filio suo Johanni ann. 1361. ex Chartulario Eduensi : *Retentis nobis et successoribus nostris Regibus Franciæ inter alia gardiis Ecclesiarum Cathedralium... et salva gardia cum omnibus bonis ad causam dictæ Ecclesiæ in quacumque parte regni existentibus in Baillivia Bituricensi Inclavatis.... infra cujus terminos dictus Episcopus quamplures terras, villas, bona et possessiones habet Inclavatas.* Diploma Johannæ Ducissæ Brabantiæ ann. 1384 : *Et tenemus nostrum præfatum hospitale de Postele tanquam locum Inclavatum.* Rursum occurrit in Charta ann. 1290. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 232.

INCLAUDARE, Clavum in equi pedem inducere, *Enclouer.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 598 : *Et si Inclaudet palefridum Domini Regis, dabit ei palefridum 4. marcarum.*

* **INCLAUDERE**, Includere. Arest. scacar. apud Abrinc. ann. 1236. ex Cod. reg. 4651 : *Juramentum gagiatum in assisia de appendiis placiti, potest fieri in placitis vicecomitalibus; sit* (sic) *maxime quando leges debet in proximo Inclaudere.*

* **INCLAVELARE**, Clavum infigere. Guido de Vigev. Ms. de Modo expugn. T. S. cap. 2 : *Et sic cavigia firmiter Inclaveletur, quod nunquam removeatur.* Occurrit rursum infra. Vide *Clavellare.*

* **INCLAUSTRARE**, In claustro includere. Charta Mariæ de Brab. ann. 1398. in Suppl. ad Miræum pag. 439. col. 2 : *Poterit idem decanus capellanum, aut aliam ecclesiæ personam, qui non sit canonicus, pro levioribus culpis per diem unicum Inclaustrare.* Vide mox

INCLAUSTRUM, Claustrum vel ambitus Monasterii, *Enclos.* Vita S. Lietberti cap. 49 : *Ædificatoque Inclaustro cum cæteris officinis, etc.* Baldricus lib. 3. Chr. Camerac. cap. 72 : *Factum est autem hoc lignarium... et positum est in Inclaustro S. Autberti.*

* Alias nostris *Encloistre* et *Enclostre.* Charta ann. 1267. in Chartul. S. Petri Insul. sign. *Decanus : Fourfait ne enfrainture ke on face el moustier saint Pierre ne dedens l'atrie benoit, ne devens leur Enclostre.* Serm. Mss. sæc. XIV. ex Cod. S. Vict. Paris. num. 18 : *I fu uns bons hom de religion..... Un jor bien par matin estoit li bons hom assis en son Encloistre.*

¶ **INCLAUSURA**, Septum, quo agri includuntur et muniuntur. Litteræ anu. 1509. apud Rymerum tom. 13. pag. 244 : *Omnimodas prostrationes, abrutiones, sive permissiones cadendi aliquarum domorum, ac etiam omnimodas Inclausuras aliquarum terrarum arrabilium et easdem terras ad pasturam mittendas, etc.*

* *Encleve*, eodem sensu, in Charta ann. 1312. ex Chartul. S. Mart. Pontisar. fol. 30. v° : *Et est assavoir que avesques les heritages dessusdis, il y a une Encleve, qui est tenant ausdites mesons.* *Renclave*, eodem sensu, in Sent. arbitr. ann. 1313. ex Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 53. *Enclastre* vero, pro Loco quovis clauso, etiam ubi grana frumentaria reconduntur, vulgo *Grange* vel *Grenier.* Lit. remiss. ann. 1446. in Reg. 176. ch. 426 : *Icellui Biaurain dist au suppliant que il vouloit avoir une Enclastre en son hostel pour mettre son blé.*

1. **INCLINARE**, Ad servitutem repetere, revocare, *ad servitium interpellare*, in Synodo Remensi 3. can. 19. apud Flodoard. lib. 2. cap. 5. in Capit. Caroli M. lib. 3. cap. 43. in Concilio Valentino III. ann. 855. can. 23. et in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 89. Lex Ripuar. tit. 57. § 1 : *Nullatenus eum permittimus in servitium Inclinare.* Marculfus lib. 2. form. 32 : *Si quis vero... contra hanc ingenuitatem tuam venire, aut eam infrangere conaverit, aut te in servitio Inclinare voluerit, divina eum ultio subsequatur.* Adde form. 28. Charta ingenuitatis apud Will. Hedam in Bernulpho Episcopo Ultrajectensi : *Mundibordem vero vel defensorem alibi non inquiramus, nisi ad supradicti Sancti altare, ad defendendum scilicet, non ad Inclinandum, et ab omni servitio permaneamus liberi atque illæsi stabili lege.* Ita vocem *Inclinare*, pro *deprimere* usurpat Gregorius M. lib. 1. Epist. 72 : *Cognovimus enim eos, fidem velle Christiani nominis Inclinare.*

* 2. **INCLINARE**, Capite seu corpore inclinato salutare. Chron. Leob. ad ann. 1298. apud Pez. tom. 1. Script. Aust. col. 876 : *Adolfus, magis inconsulte quam ignave pugnans, galea de capite distringitur;... et cum Alberto se cursu rapido vicinaret, Albertum Inclinavit.* Stat. Mss. eccl. Tull. ann. 1497. fol. 60. r° : *Spalarius venit et Inclinat eos, quos ad serviendum videt esse propitios.* Vide supra *Encleticare.*

INCLINATI, Servi. Capitulare 3. ann. 811. cap. 9 : *Sunt et alii, qui de ipsa genea-*

Digitized by Google

logia non debent esse Inclinati, attamen fiunt propter illam occasionem Inclinati.

INCLINATIO, Salutationis apud Monachos species, quæ soli Abbati debetur. Ingulphus pag. 886. de Priore : *Et quia in medio Fratrum rector est eorum, in honore, præter Inclinationes, omnis honor ei et reverentia exhibeatur.*

INCLINATIO, Submissio, humiliatio. Epist. Archiepiscopi Bulgariæ, in Gestis Innoc. III. PP. pag. 56 : *Multas Inclinationes et magnas preces ad Dominum et gloriosissimum et Cathedralem Apostolicæ sedis, etc.* Ubi perperam editum *indivinationes*. Rectius in alia ejusdem Archiepiscopi pag. 71 : *Ipse multas Inclinationes et multas sanitates a me Basilio humili Bulgarorum et Blancorum Primate erga patrem universorum... sanctissimum Papam Innocentium, etc.*

INCLINATIO ANTE ET RETRO. Udalricus lib. 3. Consuetud. Cluniac. cap. 2 : *Quilibet novitius est instruendus, ut regulariter sciat caput inclinare, scilicet non dorso arcuato, ut quibusdam negligentibus est familiare : sed ita ut dorsum sit summissius quam lumbi, et caput submissius quam dorsum : quam Inclinationem nos per usum Ante et Retro appellamus, quia incipit contra Orientem, et finit contra Occidentem.* Hinc formula frequens apud eumdem et Bernardum Mon. in Consuetud. MSS. ejusd. Monasterii, *Facere ante et retro*, vel *facto ante et retro* nude. Vide Eadmerum de Similitudinibus S. Anselmi cap. 9. [** supra *Ante et retro*, Glossar. med. Græcit. col. 422. voce Επίκλισις et Μετανοίαι col. 917.]

* INCLINATIO CUM GYRO, Salutatio apud moniales in usu, quæ *gyrando* fit. Reg. soror. Fontis-Ebr. cap. 48 : *Prosternat se lectrix et Inclinatione facta cum gyro sedeat in ordine suo.*

* **INCLINATISSIMUS**, Humillimus. Lit. senesc. Petragor. ad Phil. Pulc. ann. 1294. in Reg. 2. *Olim* parlam. Paris. fol. 7. r° : *Senescallus Petragoricensis et Caturcensis se recommendatum ad ejus beneplacita ac mandata, cum promptissimo et Inclinatissimo famulatu.* Epist. Monach. B. M. de Josaphat. ad Innoc. PP. ex Tabul. ejusd. monast. : *Humillimi ac devotissimi orator abbas et conventus monasterii B. M. de Josaphat juxta Carnotum, ordinis S. Benedicti se ipsos Inclinatissimos reddentes ad devotissima pedum oscula beatorum, etc.*

¶ **INCLINATORIUM**, Sella canentium in choro. Mabill. in Disquisitione de Cursu Gallicano ex libello supplici Monachorum Fuldensium, in quo ad Carolum M. conqueruntur, quod præ Ratgarii Abbatis duritia ipsis infirmis *nec baculum pro sustentatione ferre liceat, nec ad Inclinatorium, quod nos formulam dicimus, morando inhærere*

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Inclinatorium, Enclinouer.* Vide *Forma* 13.

* **INCLINEA**, Inclinatio. Constit. monast. S. Petri-mont. tom. 2. Monum. sacr. antiq. pag. 428 : *Illi duo qui invitatorium cantaturi sunt, in medio convenient, et illum usum, qui paulo ante de Inclineis dictus est, observabunt.*

¶ **INCLINIS**, *Incumbens*. Gloss. Isid. Vide *Inclinus*.

¶ **INCLINIUM**, Inclinatio. Epistola Gozechini Scholastici apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 392 : *Librum autem quem mihi scripsisti... in quo mihi articulos digitorum, oculos et animum, Inclinium cervicis, laborem capitis, immo te totum animo meo insinuasti ; in exterioribus meis non invenio unde possim ex æquo recompensare.* Vide Onomasticon ad calcem Act. SS. Bened. sæc. 3. part. 1.

* **INCLINIUS**, Inclinatus. Constit. laudatæ in *Inclinea* pag. 429 : *Pronuntiato versiculo, oratio illa Dominica quæ lectiones antecedit, ab Incliniis est dicenda ; absque* (a qua) *inclinatione non se erigant, donec sacerdos* Et ne nos *dixerit.... Fiet oratio Dominica ante omnes alias horas diei, ab Incliniis seu per formas, sicut tempus dictaverit.* Vide *Inclinus*.

¶ **INCLINUS**, Cernuus, pronus. Barthius in Glossario ex Anonymi Hist. Palæst. : *Per omnia cupiunt effici Turci, et Deum vestrum quem vos Inclini colitis, abnegare volunt.* Antiquæ Consuetud. Canonicor. Regul. apud Marten. Collect. vett. Script. part. 1. pag. 307. in 4°. : *Oratione Dominica ad nutum abbatis seu prioris terminata inchoent Tertiam : fiet autem hæc oratio tam ante istam, quam ante alias horas diei ab Inclinis, seu etiam sub formas.* Occurrit eadem notione in Vita Caroli Boni tom. 1. SS. Martii pag. 195. *Inclinus, Benignus*, in Onomastico ad calcem tomi 2. SS. Aprilis.

¶ **INCLITARE**. Vide *Inclytare*.

INCLITUS, Integer, totus. Charta Caroli M. in Vita S. Auberti Abbatis Benevent. n. 9 : *Et nullis sit deinceps licentia infra prædictos fines aliquam contrarietatem seu molestias partibus inferre præfati Cœnobii per Inclitos fines, neque per possessiones, etc.* Chr. Casinense lib. 1. cap. 49 : *Reddidit huic Monasterio Inclitam curtem in loco Patenara.* Lib. 4. cap. 34 : *Manifestavit et renuntiavit se de Inclita parte sua de castello Mortala.* Regestum Petri Diaconi Casin. n. 416 : *Totum et Inclitum monasterium S. Erasmi.* Vetus Instrumentum, in Vita Gelasii II. apud Cajetanum : *Vendidi tota et Inclita ipsa petia de terra nostra.* Vetus Charta Amalfitana apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 394. et 399 : *Tradidimus atque confirmamus suprascripta plagia Inclyta de cantu in cantum, etc.* Alia ann. 1178. pag. 410 : *In eam enim rationem, ut amodo, et semper Inclyta ipsa prædicta nostra traditione, seu offersione, etc.* Occurrit præterea in Chronico S. Vincentii de Vulturno pag. 674. 685. 686. 689. 690. Vide Spicilegium Acherianum tom. 11. pag. 286. [* et infra *Incritus*.]

* **INCLOTUS**, Inclusus, Gall. *Enclave*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Storiobella, Gall. chevilles, et sunt quidam nodi Incloti rotæ, qui movent fusum molendini.*

¶ **INCLUDERE**. Vide *Inclusor*.

INCLUNIARI, *Concubitum pati, vel per clunes curvari*, Joanni de Janua.

¶ **INCLUSA**, INCLUSAGIUM. Vide in *Inclusi*.

* **INCLUS**, pro *Incus*. Vide infra in hac voce.

INCLUSI, RECLUSI, Ἐγκλείστοι, Theodoro Studitæ, Theophani ann. 17. 25. Constantini Copronymi, [Anonymo Combefisiano in Lacapeno num. 27. et Auctori narrationis restitutionis Imaginum pag. 719.] dicuntur Monachi, qui aut prope vicos, vel Cœnobia, aut etiam in ipsis Monasteriis, in singulares cellas, ex iis non exituri, vitæ solitariæ, quam alias consequi non licet, intuitu sese concludunt, ut Deo sibique vacent : quod genus Monachorum Cassiano Collat. 18. cap. 8. et S. Isidoro in Regula cap. 5. haud omnino probatur, [sed nec Johanni Tzetzæ Chiliad. 9. v. 330.] Qui vero ad istud strictioris vitæ genus aspirabant, ad id neutiquam admittebantur, nisi post emeritos labores, et data virtutum monasticarum argumenta, petitamque Episcopi vel Abbatis licentiam, a cujus imperio et potestate propterea non eximebantur, ut est in Concilio Venetico ann. 465. can. 7. Agathensi can. 38. Toletano VII. can. 5. Francoford. ann. 794. can. 12. in Statutis Guidonis Episcopi Prænestini ann. 1202. apud Chapeavillam tom. 2. Hist. Leod. pag. 201. et in Regula Solitariorum cap. 15. Qui denique, ut de Eremitis aiebat S. Hieronym. Epist. 4. *De ludo Monasteriorum egrediebantur milites, quos eremi dura rudimenta non tenuerant, qui specimen conversationis suæ multo tempore dederant, qui omnium fuerant minimi, ut primi omnium fierent, quos nec esuries aliquando, nec saturitas superaverat, qui paupertate lætabantur, quorum habitus, sermo, vultus, incessus, doctrina virtutum erat, etc.* Sed et Synodus Trullana can. 41. decernit, ut qui clausuram hanc amplecti volunt Monachi, ab Abbate primum, dein ab Episcopo strictius examinentur, nec tamen statim, sed elapso post anno includantur, hac adhibita lege, ut eis in posterum omnis prohibeatur regressus, nisi id evincat utilitas communis, vel alia quævis necessitas, quod ne sic quidem sine Episcopi benedictione fieri iis licet : cujus quidem istiusmodi Inclusorum egressus ob communem utilitatem exempla produnt S. Audoenus lib. 2. de Vita S. Eligii cap. 29. et Chronicon Fontanellense cap. 11. Alias in Concilio Toletano æræ 684. can. 5. Monachi, qui a clausura præ tædio aut tepore se subducunt, pro spuriis habentur.

Sed et interdum Abbates ipsi id strictioris vitæ genus amplectebantur, cum interim Monasterii regimen non abdicarent : quod docet vetus Epitaphium Leoniani Abbatis, quod exstat in suburbana æde S. Petri Viennæ : *Epitaphium S. Leoniani. Hic vir sanctitate conspicuus in hac urbe Viennensi Abbas extitit, Sabbaria Pannoniæ ortus, a barbaris captivatus, Gallorum finibus devenit, Augustoduni primum, deinde Viennæ claustro peculiaris cellæ conclusus, quadraginta plus annis tali ordine Christo militavit, tantæ districtionis, ut pæne vultu omnibus undequaque venientibus ignotus introvixerit, cum esset verbo doctrinæ multis ad salutem notissimus. Ita ut juxta cellulam quam plurimos Monachos rexerit, Monachos vero, ambitu Monasterii infra urbem inclusos, ad sexagenarium numerum mirabili*

Digitized by Google

ordinatione paverit, et disciplinabiliter custodierit. Inclusorum ejusmodi regulam peculiarem descripsit Matthæus Raderus, et ex eo Haeftenus lib. 1. Disq. Monastic. tract. 8. disq. 2. Aliam habet Codex Regularum Monasticar. Holstenii tom. 2. pag. 281. Le Roman *du Chevalier au Barisel* MS. :

Il n'épargnoit ne clerc ne Moine,
Enclus, Hermite, ne Canoine.

Ejusmodi Inclusos, κουβουκλειστους appellari apud Pachymerem lib. 12. cap. 2. opinatur vir doctissimus, quod vix putem : cum potius videantur fuisse ex eo Clericorum genere, quos *Capellanos* dicimus : est enim veteribus *Cubiculum*, idem quod *Capella*, ut suo loco docuimus. Vide in *Cubicularius*.

Inclusorum vere passim meminere Scriptores, S. Augustin. de Oper. Monach. cap. 23. [Apophtegm. Patrum in Motio num. 2. in Serapione n. 1.] Evagr. lib. 1. Hist. cap. 20. Gregor. M. lib. 4. Dial. cap. 9. lib. 7. Ind. 2. Epist. 54. ubi insolitariæ istius vitæ incommoda exaggerat. Paulus Warnefr. lib. 3. de Gest. Langob. cap. 1. Gregorius Turon. lib. 1. Hist. cap. 37. lib. 5. cap. 9. 10. lib. 6. cap. 6. lib. 7. cap. 1. lib. 8. cap 34. de Vit. Patr. cap. 2. 5. 7. 12. 13. de Gloria Confessor. cap. 86. Aimoinus lib. 3. Histor. cap. 45. S. Anselmus lib. 1. Epist. 37. lib. 2. Epist. 22. Vita S. Poppon. Abbat. cap. 2. n. 46. Vita S. Ayberti n. 11. Sigebert. ann. 1016. 1050. 1058. 1078. Theophanes pag. 367. [Anonymus Combefisianus in Lacapeno n. 44.] Concil. Aurelian. II. can. 13. Lamethense ann. 1330. can. 9. Vita Burchardi Episcopi Wormaciensis, Marianus Scotus in Chron. ann. 1068. 1069. Petrus Abbas Cluniac. lib. 1. Epist. 20. Vita S. Leodgarii cap. 5. Vita S. Juniani tom. 1. Hist. Franc. pag. 542. Vita S. Geraldi Abb. Grandissilvæ n. 18. Vita B. Mariani Ratispon. Abbat. num. 15. Simeon Dunelm. de Gest. Reg. Angl. ann. 1062. Continuator Hist. Episcopor. Virdun. pag. 268. Radulf. de Diceto. ann. 996. Petrus Diacon. Casinensis in Miraculis S. Benedicti Casini patratis n. 42. Ughellus tom. 5. Italiæ sacræ pag. 424. et alii sine numero. Vide Glossarium mediæ Græcitatis in voce Ἔγκλειστοι, col. 344. [** Haltaus. Glossar. German. voce *Einvermauern*, col. 375. et Murator. Antiq. Ital. tom. 5. col. 366.]

INCLUSAS etiam Sanctimoniales, quæ id instituti sectatæ sunt, recensent non paucas Scriptores, Greg. Turon. lib. 6. cap. 29. Dodechin. ann. 1136. S. Brigitta in Revelat. lib. 4. cap. 127. 128. W. Malmesburg. lib. 3. Hist. pag. 112. etc.

INCLUSA, INCLUSORIA, INCLUSERIA, Ædes, ubi inclusi, seu Monachi degunt : Ἔγκλειστρα, in Synodo Trullana can. 41. et apud Theophanem ann. 25. Copronymi. *Incluseria S. Helenæ* Lugduni, cujus mentio in veteri Charta apud Paradinum in Hist. Lugd. lib. 2. cap. 104. *Clusa*, apud Marianum Scotum ann. 1058. 1069.

* Charta ann. 1365. ex Cod. reg. 5187. fol. 39. v° : *Incluso Incluseriæ S. Mariæ Magdalenæ salutem..... Vobis confiteri volentium confessiones audiendi,.... etiam in et de casibus dicto domino Lugdunensi reservatis, etc.*

¶ INCLUSAGIUM, Eadem notione. Processus de Vita S. Yvonis tom. 4. Maii pag. 557 : *Inclusi in Inclusagio sito prope Rocham-Deriani.*

RECLUSORIUM, apud Petrum Damiani in Vita S. Romualdi num. 84. 100. in Vita S. Julianæ Virginis lib. 1. n. 22. in Chr. Belg. M. ann. 1256. in Concilio Avenionensi ann. 1297. can. 1. apud Henric. de Knyghton ann. 1392. in Annalib. Colmariensib. ann. 1292. et in Charta ann. 1240. in Hist. Monast. S. Mariæ Suession. pag. 451.

CLUSORIUM in Vita B. Rayneri Solitarii n. 1 : *Cum multa devotione et reverentia clausus est in Clusorio juxta ostium majoris Ecclesiæ.* Menardus lib. 2. Observation. id olim in more fuisse docet, ut virorum Ordinis S. Benedicti Monasteriis adjunctæ essent quædam cellulæ : quas *Clusas*, seu *Inclusoria* vocabant, arctiori studio virtutem exercitaturis. Quod et testatur Hugo Archidiaconus Turon. de Mirac. in Translatione S. Martini : *Huic juxta Monasterium parvula cellula quietis secretum præstabat, qua se vir sanctus, quia conventus vitabat humanos, per multos annos concluserat.* Præterea descriptio *cellulæ retrusionis*, quæ habetur in Regula Solitarior. cap. 16. et in Ordine Inclusorum apud Raderum in Bavaria sancta, ubi sic describitur : *Inclusa, id est, domus Inclusi, debet esse lapidea, longitudo et latitudo in 12. pedes abeat, 3. fenestras, unam contra chorum, per quam corpus Christi accipiat, alteram in oppositoper quam victum recipiat, tertiam, unde lucem habeat, quæ semper debet esse clausa vitro vel cornu, etc.*

RECLAUSI, Iidem, qui *Inclusi*, apud Gregor. Turon. lib. 8. cap. 34. Aimoinum lib. 3. Hist. cap. 45. in Chron. Fontanell. cap. 11. etc.

RECLUSA, in Charta Herimanni Episcopi Metensis apud Meurissium pag. 370.

RETRUSI, apud Carolum M. de Cultu imag. lib. 3. cap. 31. Sic *retrusionem*, dixit auctor vitæ sancti Eugendi Abb. num. 5. Vide Leges Wisigoth. lib. 6. tit. 2. § 3.

INCLUSOR, INCLUSARIUS, Joanni de Janua, et Guillelmo Britoni in Vocabulario dicitur, *qui aliquid includit sicut auri faber, qui includit gemmam in anulo; similiter rusticus, qui includit aliena pecora pro forefacto*, secundum Ugutionem. Glossar. Arabico-Latin. : *Clusor, qui gemmas auro concludit.* Gloss. Lat. Gall. : *Inclusor, qui enclost, ou clieut.* Sanctus Hieronymus in cap. 24. Hierem. : *Fabros et Inclusores, vel Legis Interpretes atque Doctores debemus accipere, vel artifices Inclusoresque auri, atque gemmarum, quæ apud barbaras nationes pretiosissimæ sunt.* Eddius Stephanus in Vita S. Wilfridi cap. 16 : *Nec non Bibliothecam librorum eorum omnem de auro purissimo et gemmis pretiosissimis fabrefactam compaginare Inclusores gemmarum jussit.* [Guidonis Discipl. Farfensis cap. 1 : *Juxta istam sit disposita alia cella, ubi aurifices vel Inclusores seu vitrei magistri conveniant ad faciendam ipsam artem.*] Sic *Includere* et *Inclusor* sæpius apud veterem Bibl. Interpretem : et *auro clusum, conclusum* et *interclusum*, passim habet Anastasius Biblioth. pag. 12. 13. 14. 15. 16. 17. etc. Vide *Cataclitus*.

INCLUSORIUM OPUS. Aimoinus lib. 2. Histor. Francor. cap. 9 : *Quæ omnia cum solido fabricata forent auro, gemmisque ornata opere Inclusorio, etc.* Sugerius : *Quod videlicet vas, tam pro pretiosi lapidis qualitate, quam integra sui quantitate mirificum, Inclusorio sancti Eligii Opere constat ornatum, quod omnium aurificum judicio pretiosissimum æstimatur.*

* Hinc *Enclastre* dici videtur, vel pala quæ includit, vel lapillus seu gemma quæ includitur, in Arest. parlam. Paris. ann. 1321. 9. Maii ex Reg. *Olim* : *Item unum scrineium de latone, nigellatum de argento cum multitudine de Enclastres, quæ non possunt æstimari. Enclus*, pro *Inclus*, inclusus, in Diar. Petri *Scatisse* inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 3. col. 1 : *Du xij. jour de Jeuillet Enclus, jusques au darrein jour d'Aoust Enclus, etc.*

¶ INCLUSUM. Vide in *Inclusi*.

* INCLUSURA, Locus, ubi concludantur aquæ, Gall. *Ecluse*. Charta ann. 1025. ex Bibl. reg. : *De insulis quæ prope molendinum sunt, sumantur arbores et motæ ad Inclusuram faciendum : quæ quidem Inclusura pro necessitate componentium protendatur.* Vide *Exclusa*.

¶ INCLYTARE, Nobilitare, ditare, illustrare. Agnellus in Vita Johannis Episc. apud Murator. tom. 2. pag. 134. col. 1 : *Illi pro ipsorum animabus partem rerum maximam suarum Ecclesiis obtulerunt et Ecclesias Inclytaverunt.* Ricobaldus Ferrar. de partibus Italiæ apud eumdem Murator. tom. 9. col. 188 : *Deus in eligendo urbis Ravennæ Præsules undecim, columba missa cœlitus indice, palam cunctis eam urbem peculiari gratia Inclytavit.* Acta SS. Maii tom. 7. pag. 364. de S. Ferdinando Reg. Castellæ : *Cathedralem Ecclesiam Legionis possessionibus et donationibus inclitavit.*

¶ INCLYTUS. Vide *Inclitus*.

* INCOCTUS, Incompositus, inordinatus. Chron. Joan. Vitodur. in Thes. hist. Helvet. pag. 1 : *Rudi tamen et Incocto sermone, cum faleratis et pompaticis verbis loquendi peritiam et eloquentiam non habeam.*

¶ INCŒNARE. Vide *Incœniare*.

¶ INCOGITABILIS, Qui non potest cogitari seu cogitatione comprehendi. Eucharistiæ Sacramentum dicitur *Incogitabile*, in Libro de doctrina Novitiorum Ord. Grandimont. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 1832.

¶ 1. INCOGNITUS, Ingratus, immemor beneficii. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. in Actis SS. Junii tom. 3. pag. LXXI : *Ne simus Incogniti tanti benificii.*

* 2. INCOGNITUS, Ignarus. Vita S. Columbæ tom. 5. Sept. pag. 625. col. 1 : *In forum digrediens, licet Incognita viarum urbis existeret, etc.*

INCOHIBILIS, *Ardor Incohibilis*, qui cohiberi non potest, apud Ammian. lib. 14.

* INCOLARE, Inserere, conglutinare, Ital. *Incollare*. Guido de Vigev. Ms. de Modo expugn. T. S. : *Et sint* (assides) *taliter firmatæ et insimul clavelatæ et optime Incolatæ, quod aer nec aqua non possit intus ingredi.* Vide *Incollatus*.

Digitized by Google

¶ **INCOLATA Vestis**, Carens collo, cujus superior pars quæ tegit collum abscissa est et amputata. Statuta Eccl. Æduensis ann. 1468. tom. 4. Anecd. Marten. col. 508 : *Non sint etiam vestes eorum* (Clericorum) *a parte superiori nimis excisæ, vel etiam Incolatæ, sicut multi faciunt, ne carnes eorum inverecundæ videantur.*

¶ **INCOLLATUS**, f. pro *Incollanatus*, ab Italico *Collana*, Catena. Pons interdum catenis ligatur. Chron. Parmense ad ann. 1283 : *Facti sunt omnes arcus sive voltæ pontis de galeria, quæ fuerunt numero octo, et Incollatus et planellatus per Dei gratiam, et totus completus.*

¶ **INCOLORATE**, Colorate, simulate. Epistola Gregorii X. PP. ad Regem Siciliæ, apud Marten. tom. 7. Collect. Ampliss. col. 229 : *Verum quia, sicut nobis a dignis fide suggeritur, ipse, nisi treugis tecum initis, quieta sibi ad tractandum de præmissis et secura tempora concedantur, occasionem assumet et causam ex hoc Incolorate prætendet hujusmodi recusandi tractatum, etc.*

* **INCOLATUS**, *Commoratio et habitatio incolæ in loco aliquo*, apud Laur. in Amalth. Gloss. Lat. Gr. : *Incolatus*, ἐνοίκησις, παροικία.

* **INCOLONUS**, *Fermo como colona.* Glossar. Lat. Ital. Ms.

INCOMA, Incomma. Gloss. Lat. MS. ex Bibl. Reg. Cod. 1013. et Gloss. Isidori : *Incoma, mensura militum.* Vegetius lib. 1. cap. 5 : *Proceritatem tyronum ad Incommam scio semper exactam.* Ita enim in MSS. Codd. scribi monuere Stewechius et Scriverius. Videtur autem *Incomma* fuisse palus quidam mensuralis, in castris ad hanc rem positus, ut ad eum admotis, qui ad militiam deligebantur tyronibus, vel qui sponte ad militiam accedebant, an statura justa ac legitima essent, examinarentur. Est enim ἔγκομμα, palus in terram defixus. Hæc Salmasius in Notis ad Lamprid. pag. 199. Eam porro mensuram 5. pedum et semis fuisse colligi potest ex Dositheo lib. 3. ubi quemdam in militiam adscribi postulantem Adrianus Imp. sciscitatus est, πόσον μῆκος haberet cui ille respondit, πέντε πόδας καὶ ἥμισυ. Vide Cujacium lib. 21. Observation. cap. 5. Certe Milites non tantum ætate et fortitudine, sed et statura æstimatos palam est apud Frontinum lib. 4. cap. 1. n. 3 : *Pyrrhus delectori suo fertur dixisse : Tu grandes elige, ego eos fortes reddam.* Hinc evanescit Rigaltii conjectura ad Agrimensores, qui apud Isidorum legendum censet, *hæc groma, mensura limitum.* Vide *Spatha.* [* Consule Dissert. quam in hanc vocem edidit D. Joan. *Liron.*]

¶ **Encoma**, Eadem notione. S. Hieronymus lib. 2. adv. Jovinianum : *Si tollis ordinem tabernaculi Templi, Ecclesiæ; si omnes qui a dextris sunt, unum, ut vulgo dicitur, Encoma ad militiam probat, nequaquam Episcopi, frustra Presbyteri, sine causa Diaconi sunt.* Sic Marianus Victorius in Scholiis ex quinque MSS. restituit hunc locum, de quo dissertatio est in Diariis Trevoltianis. Vide Carolum de Aquino in Lexico Militari, ubi conjicit non castrensem duntaxat mensuram fuisse *Incommam*, sed potius regulam ad multiplicem metiendi usum idoneam : exponitur autem, inquit, tanquam mensura solum castrensis, quia ejus notio ad nos pervenit a Vegetio in re militari.

Incomare, ad *Incomam* tyronum staturam metiri. Passio S. Maximiliani ex Edit. Oxoniensi nupera : *Dixit, Fabius Victor Temonarius est constitutus cum Valeriano Quintiano Præposito Cæsariensi, cum bono Timone Maximiliano filio Victoris. Quoniam probatus est, rogo ut Incometur. Dion. Procos. dixit, Quis vocaris? Maximilianus respondit : Quid autem vis scire nomen meum? mihi militare non licet, quia Christianus sum. Dion. Proconsul dixit : Incometur. Cumque Incomatus fuisset : ex officio recitatum est : habet pedes quinque, uncias decem. Dion. dixit ad officium, Signetur. Cumque resisteret Maximilianus, non possum militare, etc.* Ubi perperam editum *intumetur* et *intumatus*. Neque enim hoc loco *intumare* est *inscribere*, quod vult Editor, cum *tyrones*, non inscriberentur, nisi postquam ad *incomam*, seu *incommam*, essent applicati, id est ad palum, cui insculptæ vel incisæ erant pedum, eorumque partium mensuræ, ex Gr. ἔγκομμα, *Incisio.*

* **INCOMBIUM**, pro *Incombrum.* Vide infra in hac voce.

¶ 1. **INCOMBRARE**, Arboribus excisis viam occludere. Vide Valesii Notitiam Galliarum pag. 100. et supra vocem *Combri.*

* 2. **INCOMBRARE**, Oppignerare. Pactum ann. 1068. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 263 : *Item conveniunt inter se, ut de tota ista supradicta honore unus non donet nec Incombret ullam rem ad nullum hominem. Quem* (honorem) *abalienaverat aut Incombraverat idem abbas*, in Ch. ann. 1117. ibid. col. 398. Vide in *Combri.* Aliud vero sonat vox Gallica *Enchomer*, scilicet Percutere, vulnerare, in Lit. remiss. ann. 1450. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 96 : *Le suppliant frapa d'un petit coustel Robert le Quien deux coups en hatereau et l'Enchoma à plaie ouverte et sanc courant.*

* **INCOMBRUM**, Impedimentum, oppigneratio. Charta ann. 1092. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 133 : *Et in toto isto honore supra scripto non possit aliquis canonicus vel clericus S. Nazarii aliquod Incombium mittere.* Leg. *Incombrum*, ut in Charta ann. 1105. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 367 : *Non possimus aliquid dare, nec vendere, nec impignorare ad ullum hominem vel feminam, neque mittere ullum Incombrum per ullum ingenium.*

* **INCOMMELINUS**, vulgo *Incommelin*, idem videtur atque supra *Espavus*, Alienigena, extraneus, qui, dimisso proprio domicilio, alio migrat ibique incolit. Charta ann. 1323. ex Cam. Comput. Insul. : *Item et au cas où on mefferoit sur la personne du Comte ou de ses enfans,..... laquelle chose nous declarons estre entendue des Incommelins en telle maniere, que de tout le droit que nous,..... et que nos devanciers Comtes de Flandres.... ont accoutumé à avoir par la cause de ce qu'ils sont Incommelins, soit de main morte, si comme de meilleur kief ou d'autre droiture..... Mais pour ce ne demeure mye que Incommelins oudit francq, de leurs biens, possessions et héritages.... recevront loy, tendront ghyselschip et seront taillables, ainsi comme il a esté accoutumé.*

¶ **INCOMINATIO**, pro *Comminatio. Sub Incominatione anathematis firmiter inhibentes, ne quis, etc.* in Charta ann. 1190. apud Miræum tom. 2. pag. 980.

¶ **INCOMITIARE**, Johanni de Janua, *Comitium celebrare, vel eligere*, (nempe quod in Comitiis publicis magistratus eligerentur apud Romanos) *vel inthronisare, vel in comitio et conventu loqui.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS. : *Incomitiare, Entronizer en Consulat.* Festo *Incomitiare significat tale convicium facere, pro quo necesse sit in comitium, hoc est, in conventum venire*, scil. ad dicendam causam. Plautus : *Quæso, ne me Incomities.* Vide *Comitiari.*

¶ **INCOMMA**. Vide *Incoma.*

* **INCOMMODIOSUS**, Incomodosus, Incommodus, damnosus, Gall. *Dommageable, desavantageux.* Supplicat. ann. 1341. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 193 : *Quædam alia ordinata et contenta in ipsis privilegiis et libertatibus Incommodiosa aut aliter inutilia eisdem consulibus et universitati existant.* Charta ann. 1402. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 247 : *Molendina dicti loci de Vauro domino nostro regi in solidum pertinentia, defectu reparationis ipsorum,.... erant penitus inutilia et Incommodosa dicto nostro regi.* Hinc

* **INCOMMODITER**, Incommode, non sine detrimento. Charta ann. 1330. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 834 : *Item quod casus frequenter contingebat, quod clerici per curiam de Lautrico capti detinebantur, ex quo universitas de Lautrico Incommoditer interdicta, etc.*

¶ **INCOMMODUS**, Homo ægrotans, Gall. *Incommodé.* Vita S. Boniti Episc. Arvern. in Actis SS. Benedict. sæc. 3. part. 1. pag. 92 : *Quidam frater Incommodus, nomine Auderamnus, advenit, et ipse Levitam petiit, ut ex Sacerdotis manibus aquam ei ad bibendum præberet; qua hausta saluti pristinæ restitutus est.* Rursum occurrit ibid. pag. 97.

¶ **INCOMMUNICARE**, Alterum possessionis suæ socium et participem facere. Pariagium villæ Magni montis inter Abbatem S. Benigni Divion. et Ducem Burgundiæ ann. 1160. inter Instrumenta Gall. Christ. tom. 4. col. 180 : *Philippus Abbas S. Benigni Divion. per manum nostram* (Episcopi Lingon.) *laude Capituli sui Incommunicavit Oddoni Duci Burgundiæ... locum qui dicitur Magni-mons, gratia ædificandi.... Dux etiam Incommunicavit Monachis quidquid in eadem parrochia quolibet modo deinceps adquisierit. Præpositus, vel villicus, sive ministrales constituentur, vel destituentur, assensu Ducis et Abbatis, et quidquid inde provenerit lucri commune eis erit... Si propter hanc Incommunicationem Ecclesia S. Benigni ab aliquo infestabitur, Dux pro posse suo sopiri faciet et fideliter auxilium feret. Sciendum est etiam quod Duci non licebit jure doni, vel casamenti in aliam manum istud transferre : sed quicumque dacatum Burgundiæ de hæredibus ejusdem habuerit, ad illum tantummodo Incommunicatio ista transibit.* Vide *Pariagium* in *Par.*

INCOMMUNICATUS obire dicitur, qui

Digitized by Google

non sumpto viatico moritur, apud Ordericum lib. 6. pag. 616. Vide *Inordinatus.*

1. **INCOMMUNIS**, Non particeps. Capitul. Caroli Calvi tit. 29. cap. 4 : *Si... seipsum vult aut talibus Incommunem ostendere.*

* 2. **INCOMMUNIS**, Non communis. Charta ann. 1047. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 197 : *Una cum terris,.... paludibus communibus et Incommunibus, ripis, rupinis, etc.* Tertul. de Pallio cap. 3 : *Indumentorum formæ cæteris Incommunes.*

* **INCOMMUTABILIS**, Non commutabilis. Epist. Boson. reg. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 306 : *Gratiarum actiones corde et ore rependo, quod, licet immerito, sola vestra benevolentia, per Incommutabilem Dei gratiam, amplecti me visceribus vestris ad liquidum comperio.*

* **INCOMMUTABILITER**, Sine commutatione, Gall. *Immuablement*, apud Glabr. Rodulph. tom. 10. ejusd. Collect. pag. 35. et 36.

** **INCOMMUTABILITAS**, apud Mar. Mercat. pag. 113.

* **INCOMODOSUS**. Vide supra *Incommodiosus.*

¶ **INCOMPARABILIS**, Qui tanti pretii est, ut emi non possit, seu *comparari.* Bernardus *de Breydenbach* Itiner. Hierosol pag. 217 : *Parvi sunt precii homines illi in foro isto, cito autem ad aliud ducentur, ubi Incomparabiles erunt.*

* **INCOMPASSIBILITAS**, vulgo *Incompatibilité*, dicitur de officiis seu beneficiis, quæ simul ab eodem homine exerceri vel possideri nequeunt. Arest. ann. 1357. 29. Apr. in vol. 4. arestor. parlam. Paris. : *Magister Simon propter Incompassibilitatem dimiserat dictam cantoriam.*

* **INCOMPASSIO**, Ital. *Incompassione*, Commiserationis oppositum. Barel. serm. 2. in Domin. 1. Quadrag. : *Incompassio, vel crudelitas et duritia super pauperes.*

* **INCOMPASSIVUS**, Intolerabilis, impatibilis, ut supra *Importibilis.* Lit. ann. 1372. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 611 : *Nos autem animadvertentes maximum dilectionis fervorem, quem nobis iidem supplicantes de facto quamplurimum dicuntur ostendisse, gravamina Incompassiva guerrarum nostrarum occasione innumerabiliter supportando, etc.* Nostris vero *Impitié*, idem atque Inhumanus, pietatis expers, vulgo *Dénaturé.* Pactum inter Ludov. de Cabilone comit. Tornodor. et Margar. ejus sororem ann. 1379. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 129 : *A ce raison et nature et pitié naturele y esmeuvent et doivent esmouvoir; et qui ne le seroit Impitié et injuste.*

¶ **INCOMPATIBILITAS**, Dissociatio, distinctio, qua fit, ut alius cum alio non possit decenter sociari. Sixtus IV. PP. ann. 1483. in Bullario Carmelit. pag. 376. col. 1. arguit *dicti Ordinis professores... minus pensantes vario et distincto colore indutos intra eumdem Ordinem in studiis, disputationibus, processionibus... sine scandalosa populi admiratione convenire, eorumque Incompatibilitatem sibi invicem suffragari non posse.*

¶ **INCOMPENSUM**, Idem, opinor, quod *Compensum*, Præstatio, oblatio, collatio. Chronicon S. Trudonis apud Acher. tom. 7. Spicil. pag. 466 : *Igitur Abbas Rodulphus audiens ea quæ Abbates de suo dabant ad vestimenta fratrum, quia cum labore et dolore, et longa prius afflictione eis dedissent, timensque quia id post se posset accidere, utile duxit tam animæ suæ quam fratribus, ut plene ordinaret et denominaret bona ad vestimenta fratrum jam amplius pertinentia, maxime quia fratrum numerus creverat sub eo qui supra Incompenso vestiri non poterat;* id est, si bene conjecto, Supra eo, quod ad vestimenta fratrum ab Abbatibus tradi solitum erat et impendi. Vide *Compensum.*

INCOMPERENDINARE, *Dilatare.* Glossæ Arabico-Latinæ.

* **INCOMPESCIBILIS**, Qui compesci non potest. Dudo de Norman. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 143 : *Hinc namque morbo crudescente, cœperunt Northmannicæ urbes metu trepidare, Incompescibilique luctu cœlum pulsare.*

¶ **INCOMPETITIO**, Petitio, postulatio. Præceptum Caroli Calvi ann. 850. pro Abbate Anisolensi postulanti, ut sibi sua confirmaretur Abbatia, apud Marten. novæ Collect. in 4°. part. 2. pag. 4 : *Ejus* (Abbatis) *Incompetitionem clementi aure excipientes, hoc scriptum altitudinis nostræ fieri jussimus, per quod secundum preces ejus, eamdem iterum cellam secundum Regulam S. Benedicti ab eo gubernandam ei commisimus.*

¶ **INCOMPLACENTIA ARRIS**, Illius intemperies, apud Stephanotium tom. 1. Antiquit. Wascon. MSS. pag. 109.

* **INCOMPLEBILIS**, *Insatiabilis*, ἀπλήρωτος. Germ. *Incomprehensibilis, instabilis.* Castigat. in utrumque Glossar.

* **INCOMPLETUS**, Imperfectus. Charta Phil. V. ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 600 : *Nos tam pium tamque salubre paternæ devotionis affectum Incompletum remanere nolentes, etc. Imperfecta Incompletaque consilia relinquere*, apud Jul. Firm. lib. 5. cap. 2.

INCOMPOS, pro *Impos*, apud Wiltecellum in Miracul. S. Joannis Beverlac. num. 14 : *Sui ipsius Incompos.*

¶ **INCOMPOSITUS**, De cujus morte nulla facienda est *compositio*, seu nulla mulcta persolvenda. Leges Caroli M. [** 34.] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 98 : *Si vero quisquam in sua superbia adeo contenderit, ut ibidem interfectus sit, Incompositus jacent; et neque senior neque propinquus ejus pro hoc ullam faidam portet.* Vide *Componere* 2.

* **INCOMPREHENSIBILIS**, Innumerus vel inexplicabilis. Acta S. Januar. tom. 6. Sept. pag. 881. col. 2 : *Ex quibus* (beneficiis) *tria tantummodo istis commendamus litterulis, cætera, quia multa sunt et Incomprehensibilia, fervore potius celebrentur.* Vide supra *Incomplebilis.*

** **INCOMPULSUS**, in chart. ann. 1380. apud Schannat. Histor. Wormat. tom. 1. pag. 66. Passim occurrit.

¶ **INCONARDI**. Vide *Abbas Conardorum.*

¶ **INCONBRARE**, Oppignerare, Gall. *Engager, Hypothequer.* Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 611 : *Quam masuram dictus Radulfus Sejorne maritus meus, dum viveret, Inconbraverat erga dictos Religiosos.* Vide *Combri.*

INCONCARE, seu *Inconchare*, In concham vel scyphum immittere. Baldricus lib. 3. Chr. Camerac. cap. 2 : *Ad quandam de more profectus, cervisiam nimiam Inconcavit.*

* **INCONCESSUS**, Suppositicius, non concessus. Lit. Caroli VI. ann. 1418. tom. 10. Ordinat. reg. Franc. pag. 486 : *Epistolas mendaces, legationes falsas, Inconcessa procuratoria scripsere, quibus moliti sunt dulcia pacis fœdera violare.*

* **INCONCILIABILIS**, ἀδιάλλακτος, ex Cod. reg. in Castigat. ad utrumque Glossar.

* **INCONDERE**, Condere, reponere. Acta S. Jeron. tom. 3. Aug. pag. 478. col. 1 : *Ideoque labores suos manibus pauperum in cœlestibus thesauris laborabat Incondere.*

* **INCONFECTUS**, Non complanatus, asper, inæquabilis, Gall. *Raboteux.* Vita S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 204. col. 2 : *Spatium vero lectuli sui trabeculæ dolatiles ambiebant, injectos cineres usque ad marginem continentes : qui tamen quotidiana impressione densati, Inconfecti soli duritiam præferebant. Inconfectum solum* dici etiam potest, ut monent docti Editores, quod numquam aratro aut ligone versum exercitumve, obterentium pedibus omnino induruit.

¶ **INCONFUSIBILITER**, Sine confusione, in Libello Episcoporum Ital. contra Elipandum, tom. 3. Concil. Hispan. pag. 99.

¶ **INCONGRUENTIA**, Inconvenientia, apud Tertul. lib. 2. adv. Marcion. cap. 25. de Anima cap. 32. Lactant. lib. 5. Instit. Divin. cap. 13. S. Aug. lib. 22. de Civ. Dei cap. 19. etc.

¶ **INCONISMA**, *Imago vel figura*, in Glossis Sangerman. MSS. n. 501. Vide *Icona.*

* **INCONQUESTUS**, Qui *quæstari* seu exigi non debet, dicitur de tributo non exigendo, vel de re alia qualibet non petenda. Charta ann. 1321. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 177 : *Nolumus quod vos faciatis... aliquas Inconquestas vel indebitas novitates.* Vide *Quæsta.*

¶ **INCONSCIENS**, ἀσυνείδητος; *Inconscientia*, ἀσυνειδησία, in Glossis Cyrilli.

INCONSILIUM, ἀβουλία, in Gloss. Lat. Græc. ubi Edit. *Inconsulium.*

* **INCONSOLABILITER**, Insolabiliter, in Vita Abbon. Floriac. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 340.

* **INCONSONUS**, Dissonus. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 50. pag. 124 : *Tractatus varios..... inivit, quorum quidam, quia in quibusdam suis articulis regali discretioni videbantur Inconsoni, etc.*

¶ **INCONSTABILITIO**, Inconstantia, instabilitas, instabilitas. Esdras lib. 4. cap. 15. ℣℣. 15. et 16 : *Exurget gens contra gentem in pugnam, et rhomphæa in manibus eorum : erit Inconstabilitio hominibus, et alii aliis invalescentes non curabunt regem suum, etc.*

* **INCONSTARE**, Constare, certum esse. [** Non constare.] Epist. ann. 1380. inter Probat. tom. 3. Hist. Gem. pag. 44. col. 2 :

Digitized by Google

Quia non inconstabat eis, qui erant magis culpabiles, ordinarunt etc.

¶ **INCONSULTANS**, Imprudens, inconsultus. Conones Hibern. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 8 : *Qui arguitur pro aliquo delicto, et quasi Inconsultans refrœnatur, cœna careat.*

* **INCONSULTUM**, *Inconsultatio, malum consilium*, ex Cod. reg. in Castigat. ad utrumque Glossar.

¶ **INCONTENTIONE**, *Mox, de repente.* Papias. Melius infra *Incontinente.*

* **INCONTENTUS**, ἀκατάσχετος. Gloss. Lat. Gr. *Incontinens*, in Cod. S. Germ. Prat. *Incontent*, nostris, pro Offensus, iratus, vulgo *Mécontent.* Lit. remiss. ann. 1451. in Reg. 185. Chartoph. reg. ch. 152 : *Lequel Grasset Incontent de la response dudit Bayot, etc.*

¶ **INCONTESTANS**, pro *Contestans. Incontestantem et asserentem, quod non erat suæ intentionis, etc.* in Litteris Innocentii VI. PP. ann. 1500. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 81.

INCONTINENTE, Quam cito, quam maturius, ἐν τάχει, in Glossar. Græc. Lat. Gallis, *Incontinent. Incontinenti*, apud Ottonem Morenam in Histor. Rerum Laudensium pag. 21. [et in Annal. Mutinens. apud Murator. tom. 11. col. 69. Ulpianum D. lib. 48. tit. 5. leg. 23. Marten. tom. 1. Anecd. col. 1323. Murator. tom. 8. col. 431. etc. *Incontinenter*, apud Rymer. tom. 1. pag. 274.]

* *En eslepas* idem significare videtur in Vit. SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 73. r°. col. 1. ubi de S. Bened. : *Soudainement li soliers chai et fu Florenz estains et mors En eslepas.*

¶ **INCONTINUITAS**, pro *Incontinentia*, Intemperantia. Gislebertus in Miraculis S. Romani Monachi, tom. 5. Maii pag. 161 : *Tam superflua atque pestifera accidit Incontinuitas, ut non modo diutinæ edacitatis illecebris, verum assiduis semet urgeret Falerni potatibus.*

INCONTRA, pro *Juxta* : Galli dicimus *Encontre*, vel *Contre.* Vetus Epitaph. Romæ ad S. Pauli extra muros : *Hic jacet nomine Matrona C. P. in pace uxor Corneli Primicerii Cenariorum... deposita die Jovis Iduum Maiarum Incontra colomna, etc.*

Incontra, pro ἀντικρὺ, usurpat Anastasius in Hist. Eccl. : *Et Incontra transiens, ad portum Boni-agri applicuit.*

* **INCONTRADICIBILIS**, Qui contradici non potest. Vita S. Berth. tom. 6. Jul. pag. 480. col. 1 : *Cum sciret suas necessarias et Incontradicibiles occupationes nullius damni, sed potius multorum bonorum esse causam.*

* **INCONTRADICTE**, Sine ulla contradictione, Gall. *Incontestablement.* Transact. ann. 1501. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Ipsi homines prætendebant... se esse in possessione et consuetudine antiqua.... libere et Incontradicte, etc.* Vide *Incontradictorie.*

¶ **INCONTRADICTORIE**, Sine ulla contradictione, in Litteris ann. 1389. ex Archivis S. Victoris Massiliensis.

* **IN CONTRAM**, Contra adversus, Gall. *A l'encontre ; à l'incontre*, in Diar. Petri *Scatisse* inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 6. col. 1 : *Deux mille hommes d'armes et cinq cents arbalestriers, que il menoit en France, du commandement du roy, à l'Incontre du duc de Lancastre.* Charta ann. 1374. inter schedas Pr. a S. Vinc. : *Procurator autem ipsius universitatis In contrum asserebat, etc. Envers*, pro vulgari *Auprès, en comparaison*, Præ, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :

N'est nule odour Envers celui
Ne soit coreuse, amere et fade.

¶ **INCONTRUM**, f. Caducum, quidquid alicui casu obvenit boni cujusvis, ab Italico *Incontro*, Occursus, casus. Testamentum ann. 1347. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 545. col. 1 : *Item, volo quod de prædictis omnibus dicta Dalphina sit contenta, et prohibeo quod in hæreditate nihil aliud ratione dotalitii, donationis propter nuptias, quartæ, tertiæ, Incontri, petere valeat.* Vide *Escaeta.*

* Sensum hujus vocis apertius docent statuta Cadubrii lib. 2. cap. 108 : *De Incontris dotium. Quæ de dotibus dicuntur et statuta sunt, eadem et de Incontris dotium intelligantur esse statuta.* Ubi *Incontrum dotis* intelligo id quod uxori a marito in compensationem dotis assignatur. Vide supra *Dos* 1. et *Examen dotis.* Italis *Incontro*, Occursus, nostris vero *Encontre*, idem quod Congressus, ubi etiam de ludo agitur. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 3 : *Adam Curcé de Coucy, qui souloit et avoit Encontre de corps et de piz à plusieurs personnes, en la maniere que on a accoustumé de faire Encontres en jouant à la soule audit lieu ; aprés lesquiex Encontres ledit Remy prist l'esteuf ou soule, et en portant icelluy, si comme l'en a accoustumé, ledit feu Adam vint et Encontra audit Remy et ledit Remy audit Adam de corps et de piz, si comme on a acoustumé de faire audit jeu,* Hinc etiam *Encontrée*, pro *Rencontre*, Conflictus, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :

Mainte jouste, maiote Encontrée
Faisoit por li par le contrée.

Entrecontrer, Occurrere, nancisci, Ital. *Incontrare.* Charta ann. 1340. in Chartul. 23. Corb : *Qu'il puissent prendre terre pour leur édifice,... en tel largeur que trois benel se puissent Entrecontrer.*

** **INCONTUEBILIS**, Qui videri non potest. Virgil. Grammat. pag. 77 : *Contuebilis mundus ab Incontuebili potestate creatus.*

* **INCONVALESCENTIA**, Invaletudo, infirmitas. Inquisit. ann. 1270. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 103 : *Ipsa sic contracta maneret in anchis ex utroque latere, quod fortiter claudicando vix poterat se movere,... cum reverentia Deo supplicans, ut beati Armanni meritis eam ab hujusmodi Inconvalescentia liberaret. Incollumité*, opposito sensu, a Lat. Incolumitas, in Lit. remiss. ann. 1379. ex Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 154 : *Afin de recouvrer et avoir Incollumité et plaine santé de leur maladie, etc.*

* **INCONVENCIA**, f. pro *Inconveniencia*, Difficultas, incommodum, Ital. *Inconvenienza*, Gall. *Inconvénient.* Lit. Raim. comit. Tolos. ex Cod. reg. 8407. 2. 2. fol. 105. v°. : *Super pace inter nos et vos reformanda ex parte nostra,.... propter quasdam Inconvencias quas nos non provideramus a principio, etc.* Vide infra *Inconvenientia.*

* **INCONVENIENS**, Dicitur de carne, quam venum exponere non convenit, nostris alias *Inconvenable*, eadem acceptione. Charta ann. 1341. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 300 : *Condemnationes causarum, quæ coram ipso judice movebuntur, prætextu carnium leprosarum seu Inconvenientium, etc. Beste qui ait jambe brisiée, ou qui soit deshonorable on Inconvenable à vendre*, in Stat. pro carnific. Lingon. ann. 1381. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 608. art. 3. *Inconvenienter*, nostris, Gravare, lædere, mutilare, vulgo, *Incommoder, faire de la peine ou du mal, estropier.* Lit. remiss. ann. 1471. in Reg. 194. ch. 352 : *Le suppliant sans qu'il eust mesprins, ne que icellui Ysambert eust esté ou feust Inconvénienté, etc.* Aliæ ann. 1475. in Reg. 195. ch. 1522 : *Lesquelz compaignons eussent tué le suppliant ou autrement Inconvénienté de sa personne, etc.*

* **INCONVENIENTER**, Indecenter. Epist. 33. Nic. I. PP. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 421 : *A qua indulgentia Viridunensem antistitem non Inconvenienter excipimus.*

* **INCONVENIENTIA**, Difficultas, incommodum, non convenientia. Epist. inter Hincm. 2. ann. 858. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 519 : *Sed nos ad placitum illud occurrere non potuimus, et propter incommoditatem et brevitatem temporis, et propter inconvenientiam loci.* Charta ann. 1394. in Reg. 149. Chartoph. reg. ch. 78 : *Fustes sive vasa.... dictum flumen* (Eraudi) *per dictum gradum intrare, propter Inconvenientiam mali introitus, non possunt.* Lit. ann. 1405. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 706 : *Quo circa nos talibus Inconvenienciis et oppressionibus, ac utilitati rei publicæ providere cupientes, etc.* Vide *Inconvenire.*

¶ **INCONVENIRE**, Non convenire, dedecere. *Pro conditione et statu filii nostri nobis valde Inconvenit, etc.* in Epistola ann. 1498. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 114.

* **INCONVERSIBILIS**, Qui ad officium reduci seu revocari non potest. Lit. Caroli VI. ann. 1413. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 407 : *Hostes nostros in prædictis partibus præpollenter repellens,.... fortalitia eorum castra, et oppida Inconversibilia obsidendo, etc.*

¶ **INCONVERTIBILES** quæ Christi Domini naturæ, divina et humana, dicuntur in Concilio Tolet. XV. quod neutra in alteram converti possit seu mutari. Utuntur Tertul. adv. Hermogen. de Anima cap. 12. et S. Ambros. de Filii Divinitate cap. 8.

¶ **INCONVERTIBILITER**, Immutabiliter, in Epistola Ratherii tom. 2. Spicil. Acher. pag. 249.

* **INCONVINCIBILIS**, Invictus, inexpugnabilis. Nov. 44. cap. 1 : *Quibus facilis est et Inconvincibilis denegatio horum, quæ pro veritate secuta sunt.* Hinc

* **INCONVINCIBILITER**, Manifesto, Gall. *D'une maniere convaincante.* Instr. ann. 1294. in Reg. 2. *Olim* parlam. Paris. fol. 2. v°. : *Ejus* (regis Angliæ) *conniventia, scientia et assensus ex his videtur argui*

Digitized by Google

evidenter et quasi Inconvincibiliter apprehendi.

¶ **INCONVULSE**, Immutabiliter, perpetuo, eo modo qui *convelli* nequeat seu infringi. Litteræ ann. 1356. apud Ludewig. tom. 5. pag. 579 : *Inconvulse et irrevocabiliter perpetuoque absque quovis impedimento gaudeant et fruantur.*

¶ **INCONVULSIBILIS**, Qui *convelli* nequit seu infringi, apud Morettum Antiquit. Navarræ pag. 597. et in Decreto Ervigii Reg. pro Concilio Toletano XII.

¶ **INCONVULSUS**, ut *Inconvulsibilis*, Inviolabilis, in Præcepto Caroli C. ann. 850. Marcæ Hisp. col. 786. in Litteris ann. 1339. apud Ludewig. tom. 5. pag. 563. *Inconvulsa simplicitas*, in Codice Theod. lib. 12. tit. 14.

INCOPOLITUS, Procurator, Vicarius. Charta Henrici I. Reg. Angl. in Monastico Angl. tom. 1. pag. 1023 : *Prohibeo ne submoneatis Monachos de S. Remigio de Remis, ut eant ad hundreda, nec ad sirras, sed Incopolitos suos, vel unum ex hominibus suis mittant.*

INCOPRIARE, ἐγκοπριᾶν, Conspurcare, opprobriis et conviciis quasi κόπρῳ, seu stercore conspergere. Glossæ Isidori et Pithœanæ : *Scurra, qui Incopriatur. Scurrula, qui Incopriat.* Id est, qui dicteriis impetit, et scurriliter exagitat. Commodianus Instr. 19 :

Incopriat cives unus detestabilis omnes.

INCORAM, pro *Coram*. Vide Juretum ad Symmachum lib. 2. Epist. 3.

INCORDARI, Inspirare, in cor cogitationem ingerere, immittere. Vita sanctæ Rusticulæ Abbatissæ Arelatensis cap. 27 : *Aliæ fideli sorori dignatus est Dominus Incordari, ut ex capillis beatissimæ Matris igne supposito ureret, etc.* [Hac notione Plautus dixit *Incordiare : Ut ut me erga meritus est, tamen Incordies.*]

¶ **INCORDATUS**, Sui oblitus, ab Italico *Scordare*, oblivisci. Vita B. Luchesii tom. 3. April. pag. 596 : *Orationi tanto ardore vacabat quod... a terra elevatus, oculis in cœlum apertis, flexis genibus et clausis manibus, Incordatus inveniebatur, hominis sine sensu.* Vide *Scordalus.*

¶ **INCORDATA** *scarlato tunica*, in Constitut. Frederici Regis Siciliæ cap. 106. Vide *Cordatæ tunicæ.*

¶ **INCORES**, Indigenæ. Vide *Enchori.*

INCORIARE, *In corium mittere*, Ugutioni.

INCORONARE, pro *Coronare*, usurpat Bertholdus Constantiensis ann. 1083. 1084. 1092. etc. [** *Incoronatus fuit Federicus Rogerius in urbe Romana ann.* 1220. in Vet. Kal. Mediol. apud Murator. tom. 1. Scriptor. part. 2. pag. 236. D.]

* **INCORONATIO**, Coronatio, Ital. *Incoronazione.* Invent. Monast. Cassin. ann. 1497. tom. 2. Hist. ejusd. pag. 599. col. 1 : *Item una ycona cum Incoronatione Virginis Mariæ, cum quinquaginta sanctis tenentibus reliquias suas in manibus.*

¶ **INCORPORABILIS**, ut Incorporalis, sine corpore. *Habitus Incorporabilis*, apud Tertull. lib. 3. adv. Marc. cap. 17.

* **INCORPORALIS**. Vide supra *Corporalia.*

¶ **INCORPORALITAS**, Qualitas incorporea. Usi sunt Macrob. in Somnio Scipionis lib. 1. cap. 5. et 11. Tertull. de Anima cap. 7. Licianus Episc. in Epistola ad Epiphanium inter Concil. Hisp. tom. 2. pag. 431.

¶ **INCORPORALITER**, Sine corpore, spirituum modo. Claud. Mamertus lib. 3. de Statu animæ cap. 14 : *Memoria Incorporaliter etiam corporalium reminiscitur.*

1. **INCORPORARE**. Ugutio : *Corporare, corporeum facere, vel impinguare, vel in corpus immittere, inde Incorporare. Incorporare sibi Christum*, dixit Petrus Blesensis Epist. 86. et 123. quod idem est ac *sumere Christum* in sacra Eucharistia, et in propriam substantiam transferre. Idem, sive alius Auctor Tractatus de sancta Eucharistia cap. 1 :

Non igitur satis est nasci de Virgine Christum,
Si suus esuriens homo non Incorporet ipsum.

¶ **INCORPORARE**, Aggregare. Epistola Petri Abb. Cluniac. ann. 1142. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 395 : *Quando primo novam plantationem de Thierbach inchoastis, et in subjectionem esse Cluniaci destinatis, vos ipsos omnium fratrum Cluniacensium orationibus Incorporastis.*

¶ **INCORPORARE**, Gallis *Incorporer*, Adjungere. Instrumentum ann. 1348. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 576 : *Humbertus Dalph. Vienn. uniens, Incorporans et annectens perpetuo et inseparabiliter Dalphinatui suo castrum Miribelli.* Litteræ ann. 1356. Ludewig. tom. 5. pag. 517 : *Territorium... episcopali mensæ alias Incorporatum sibi suisque successoribus.... perpetuo reservavit.* Miracula S. Mildredæ Abb. tom. 3. Julii pag. 523 : *Si vero super istis paulisper procederemus, in medulla Cantiæ eum Incorporassemus.* Hic loquuntur judices, qui *manerium* volebant in potestatem regiam seu fiscum redigere. Donatio ann. 1390. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues : Unierit, Incorporaverit et annexerit... sicut de unione, Incorporatione et annexione constare videmus.*

INCORPORATIO, Medicis, est cibi, qui sumitur, digestio et in propriam hominis substantiam transmissio et traductio. Gloss. Gr. Lat. : Σωματικὴ νομή, ἡ παράδοσις, *Incorporatio.* Alexander Iatrosophista lib. 2. Passion. cap. 79 : *Cibi... qui stiptici sunt, bene digestibiles et evanadoti.* Ubi Glossæ MSS. : *Evanadoti, i. facile Incorporabiles.* Græcis autem εὐανάδοτα dicuntur, quæ facilem habent digestionem.

INCORPORATIO, interdum etiam pro œconomia seu Incarnatione Christi usurpatur. Ita non semel Philastrius, in Catal. hæres.

INCORPORATIO, denique vox Jurisconsultorum est, diciturque de bonis, quæ in ærarium publicum seu in corpus fisci rediguntur. Vide tit. Cod. Just. de Bonis vacantibus et incorporatione, et Cod. Th. de Incorporatione.

¶ **INCORPORATIONES ECCLESIARUM**, quibus redditus et decimæ subtrahuntur Ecclesiis parochialibus, ut aliis non parochialibus conferantur, prohibet Concilium Trevir. ann. 1310. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 242. his verbis : *Item, cum cessiones seu collationes Ecclesiarum : quas Incorporationes vocant, in quantum Ecclesiis et Monasteriis, non Personis, conferuntur, ad perpetuas alienationes pertineant super eisdem Ecclesiis Incorporandis... per importunitatem potentium ab Ecclesiarum Prælatis et Capitulis faciendis, tantæ et totiens gratiæ factæ fuerunt et fieri sperantur in posterum, quod parrochiales Presbyteri vix jam habent.... unde secundum eorum statum commode sustententur, sed per Incorporationes hujusmodi, per quas redditus et decimæ a parrochialibus Ecclesiis subtrahuntur, licet de jure communi pertineant ad easdem, plurimis eisdem parrochialibus Presbyteris... spiritualia seminantibus, ipsi carnalia non metunt... Nos itaque... statuimus ut deinceps ... hujusmodi institutiones seu Incorporationes Ecclesiarum non fiant in Ecclesiis et Monasteriis, nisi subsit causa notoria et legitima, de qua constet... Ita quod Incorporationes hujusmodi ipso facto non valeant, nisi contractu præhabito inter Episcopos et Ecclesiarum cathedralium Capitula causa rationalis... ad prædictas Incorporationes de cetero faciendas inducat. Si qui vero aliquid contra fecerint... illud decernimus irritum et inane. Per hoc tamen præsens nostrum statutum in nullo derogavimus Incorporationibus Ecclesiarum hactenus rite factis.* [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Einleiben*, col. 297.]

* 2. **INCORPORARE**, Oppignerare, obligare, Gall. *Hypothéquer.* Epith. apud Charvet. in Hist. eccl. Vien. pag. 776 : *Anno Domini 1323. iij. Non. Martii obiit dompnus Martinus Canuti presbyter, qui dedit die obitus sui omnibus missas celebrantibus in ecclesia B. Mauricii v. denarios; Incorporavit supra domum sisam prope portam monasterii S. Andreæ.*

* **INCORPORATI** in Ecclesiis Lugdunensi et Viennensi dicuntur Canonici ordine secundi. Acta MSS. capit. eccl. Lugdun. ad ann. 1341. fol. 73. r°. col. 2 : *Item uni de Incorporatis, qui cantabit victatorium ad matutinas, xij. denarios... dare teneatur.* Charta ann. 1376. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 327 : *Remittit* (archiepiscopus) *dictis decano et capitulo* (Lugdun.) *et successoribus suis... omnia jura et emolumenta lectorum decani, dignitatum, canonicorum, custodum, militum, Incorporatorum et capellanorum perpetuorum dictæ ecclesiæ decedentium.* Adde Hist. eccl. Vien. Charveti.

¶ **INCORPORATUM** Jus. Bleyn. Institut. pag. 103 : *Alia elici potest juris approbati divisio, in Extravagans et Incorporatum : quod enim in libris juris quo utimur, comprehensum est, non male specialem Juris Incorporati sortitur appellationem.*

¶ **INCORREGUDS**. Vide *Incorregutus*, in *Incurrimentum.*

* **INCORREPTUS**, Non correptus, inemendatus, Ital. *Incorretto.* Charta ann. 1245. ex Tabul. S. Ægid. : *Abbas Cluniacensis.... Incorreptos possit in capitulo S. Ægidii corrigere fratrum excessus.*

¶ **INCORRIGIBILIS**, Gall. *Incorrigible*, Inemendabilis, in Bullario Carmelit. pag. 263. col. 1.

¶ **INCORRIGIBILITAS**, Contumacia, in Constitut. Sororum Pœnitent. apud Raymund. Duellium lib. 1. Miscell. pag. 176.

Digitized by Google

¶ **INCORRIMENTUM.** Vide *Incurrimentum.*

INCORTINARI, [*Cortinis* seu aulæis ornari. De festivitatibus SS. ad calcem Libri Johan. Abrinc. de Off. Eccl. pag. 346. ed. 1679 : *Incortinatur altare S. Johannis et juncatur.*] Vide *Cortina* in *Cortis* 2.

* Nostris *Encortiner* et *Encourtiner.* Inventar. S. Capel. Paris. ann. 1335. in Reg. I. Chartoph. reg. ch. 7 : *Item duodecim paramenta ad cooperiendum sive Incortinandum chorum dictæ capellæ super cathedras. Unum lectum incortinatum,* in Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 259 : *Et ju la cité de Paris Encourtinée moult richement toutes les octaves de la Penthecouste.* Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. ch. 271 : *Comme la femme de Jehan Blanchet nostre sécretaire et pluseurs autres en sa compaignie à cheval et en un chariot Encourtiné, etc.* Serm. 35. ex Cod. S. Vict. Paris. xiv. sæc. : *Coustume est quant l'an doit faire la feste de la dédication d'une iglise, que l'an cortine lan et aorne.* Rectius infra semel et iterum : *Encortiner.*

¶ **INCOSTARE,** *Costas immittere.* Johannes de Janua in voce *Costa.*

* **INCOURTINAMENTUM,** Aulæum. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 403 : *Cum Perrinus, dictus Aubrée, serviens eques castelleti nostri Parisiensis, in vigilia Epiphaniæ de præcepto Stephani de Fonte argentarii nostri, ivisset apud S. Audoenum ad complendum et conservandum paramenta sive Incourtinamenta, ibidem pro festivitate illa tunc in nostra nobili domo Stellæ facta, ordinata, etc.*

INCRALLUM, [Præconium, promulgatio per præconem, a veteri Gallico, *Graile, Greille,* vel *Grelle* species cornu, quo præcones utebantur ad aliquid promulgandum. Vide *Gracilis.*] Charta Ludovici VII. Regis ann. 1141. pro Bituricensibus : *Præconum consuetudo talis in urbe remansit, ut adsint ammodo præcones in urbe 12. habeantque quinque per tabernas suas cum solito clamitante præconio per civitatem, ut mos eorum est, vina delibanda portaverint de primo Incrallo denarium unum, etc... quotiescumque sic secundo vel sæpius reclamitaverint, de quocumque Incrallo denarios singulos præconii jure recipient,* apud Thomasserium in Consuet. local. Bituric. cap. 61.

¶ **INCRAPULARI,** *Trop mangier.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

INCRASSIARE, Incrassare, Impinguare ex Gall. *Engraisser.* Statuta antiqua Abbatiæ Corbeiensis lib. 1. cap. 7 : *Porcos autem, aucas, et pullos, quos de suo molino Incrastiare debet, de suo nutriat.* Sed lege *Incrassiare,* vel *Incrassare,* ut est in Monastico Angl. tom. 1. pag. 691 : *In tempore messis Incrassare 40. porcos suos, etc.* Polyptichus S. Remigii Remensis : *Summa fœni carra 138. silvæ porcorum Incrassationis 1300. etc.*

¶ **INCRAUDA,** mendum pro *Meraudа,* seu *Emeraudа,* Gallis, *Emeraude,* Smaragdus. Testamentum ann. 1367. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1527 : *Item, unum anulum cum parva nigra; item, unum anulum, in quo est quædam Incrauda.* Infra habetur : *Aliquot anulos, diamans, perlas, Meraudas, saphirs, etc.*

** **INCREABILIS.** Marius Mercator pag. 55 : *Non peperit creatura eum qui est Increabilis.* Vide *Innascibilis.*

INCREDENTES, Infideles, Saraceni, apud Joan. Bromptonum pag. 1203.

¶ **INCREDENTIA,** Infidelitas, hæresis. *De hæreticis dogmatizantibus et relapsis in Incredentiam quid sit agendum,* apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 1798.

* **INCREDERE,** In vadimonium vel mutuodare. Charta ann. 1023. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 187 : *In prædicta ratione exinde Incredere et recredere possint subtus ipsa ædificia.* V. *Accredere* 1.

¶ 1. **INCREDIBILIS,** Incredulus. Vita S. Ettonis, tom. 3. Julii pag. 59 : *Interlimitaneam Francorum gentem reliquerant Christo omnino Incredibilem.*

2. **INCREDIBILIS,** Infamatus, intestabilis, qui testis esse non potest. Leges Edgari Regis § 12 : *Qui fuerit accusationibus infamatus, et populo Incredibilis, etc.* [** Adde Leges Henric. I. cap. 64. et 67.]

* **INCREDULITAS,** *Insolentia,* ἀπιθία. Reg. : *Detrectatio, Incredulitas, inobedientia.* Castigat. in utrumque Glossar.

* **INCREDULUM,** Cui fides adhiberi non potest. Charta Rob. Franc. reg. ann. 1021. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 361 : *Et ne cuicumque Incredulum videatur, manu propria firmavimus.*

INCREMENTARE, Incrementum dare. Pro eo, quod est apud Paulum 2. ad Corinth. cap. 3. *Qui incrementum dat Deus,* S. Augustinus habet, *Dominus qui Incrementat.* [Ordo Missæ in Circumcisione Domini apud Mabill. Liturg. Gallic. pag. 201. col. 2 : *Excide* (Deus,) *quod scandala Incrementat, ut amputato facinore, solam nos valeat caritas propagari.* Remigius Altissiod. in Cantica Canticorum : *Ascendit ad illam sua dona Incrementando,* id est, augendo et multiplicando. Acta S. Lamberti Episc. Traject. n. 11 : *Si diutius in mundo habitasset, aucta potius opera Incrementasset.* Occurrit in Capitular. Caroli M. lib. 5. c. 307. Caroli C. tit. 34. c. 1.]

* *Encraver,* eodem sensu, in Lit. ann. 1343. apud Rob. Avesbur. in Hist. Eduard. III. reg. Angl. pag. 111 : *Par qui le service Dieux et la foy Cristiene fussent honourez, Encravez et embelis.*

* **INCREMENTATIO,** Incrementum. Chron. Joan. Whetham. edit. Hearn. pag. 380 : *Res regiæ, quæ olim, ad gloriæ cumulum, stare solebant sub congrua continuaque Incrementatione. Encresce,* eadem acceptione, in Gest. Brit. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1459 :

> Quar assez a de tous la grace,
> Senon de cels à qui l'Encresce
> De son estat et de sa vie etc.

¶ 1. **INCREMENTUM.** Charta Philippi Pulcri Fr. Reg. ann. 1303. pro apanagio Ludovici fratris Comitis Ebroic. in Probat. Hist. ejusd. Comitatus pag. 29 : *Item griagia castellaniæ de Meullento, excepto Incremento quod extenditur in feodis et retrofeodis et tenementis de l'Arche et Castellaniæ de Reumont... prout castellania de Meullento dividitur de dicto Incremento.* Alia Gallice exarata de eadem re ann. 1298. ibid. pag. 23 : *Item les griages de la chastellenie de Meullant, excepté les Cressemens qui se estendent és fiefs et arrierefiefs et és tenures de la Roche et en la chastellenie de Chaumont.... si comme la chastellenie dudit Meullent se deparse dudit Escressement.* Vide *Crementum* et *Census crescens.*

2. **INCREMENTUM,** ῥοπὴ ἐπὶ ζυγοῦ. Gl. Gr. Lat.

INCREPARE, Arguere, vox Forensis. *Increpare sententiam, sententia Increpata,* arguere ut male datam, Galli dicunt, *Blâmer une Sentence* : in Speculo Saxon. lib. 2. art. 12. § 9. 11. 13. lib. 3. art. 30. § 2. art. 69. § 2. *Increpari in jure suo,* in Wichbild Magdeb. art. 4. § 6. et in Speculo Saxon. art. 36. § 1. Charta Berengarii Regis Italiæ ann. 890. apud Ughellum tom. 1. Ital. sacr. pag. 896 : *Sancientes, ut nullus ex judiciario ordine juxta easdem Increpationes aliquando judicium proferat.*

* Unde nostris *Increper* et *Incresper,* pro *Reprendre, réprimander.* Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 248 : *Le suppliant et Gauteron commancerent à blasmer et Increper par doulce maniere icellui Boutemie.* Aliæ ann. 1481. in Reg. 209. ch. 56 : *Lesquelles femmes incresperent et blasmerent fort icellui Garreau.*

¶ **INCREPATUS,** Herniosus, ramicosus. Miracula B. Henrici Baucen. tom. 2. Junii pag. 387 : *Increpatus et deruptus erat in parte inferiori.*

* **INCREPIDA,** Increpita, Crepida. Serm. Gabr. Barel. in festo S. Cathar. Senen. : *Tertium ornamentum pedum, caligas, pulcræ Increpitæ.* Alibi *Increpidæ.*

¶ **INCREPITUS.** Chartularium Matisconense fol. 56 : *Silva ex oriente terminat a circio Increpito.* Ibid. fol. 83 : *Terminat a medio die ab ipso Aldoni et genipereta Increpita.* An montosus, ut vir doctus suspicatur? An circius dicitur *Increpitus* ab increpando seu sibilando, quia dum flat sonum vel sibilum edit; *genipereta* vero *Increpita,* quod in igne crepitet juniperus, dum accenditur?

INCRESCERE. Chronicon Fredegarii cap. 60 : *Nomina concubinarum, eo quod plures fuissent, Increvit huic Chronicæ inseri;* id est, piguit. [Epistola Hincmari Rem. tom. 2. Spicil. Acher. pag. 827 : *Quibus enim Increscere* (l. *Increscit,* piget) *legere, vel audire, quæ scripta sunt, vel scribuntur, sciant quia non de ignorantia judicabuntur, sed de contemptu, quo nolunt scire, quo nolunt legere, vel audire, condemnabuntur.*] [* Vox Italica, Tædere, pigere.]

1. **INCRETUS Terminus.** Tabularium Brivatense ch. 127 : *De tertio latere viam publicam, ex quarto latere campum cum Termino Increto.* Et ch. 372 : *Et quarto latere terram S. Juliani et Terminum Incretum.* Tabularium Celsiniacense : *De tertia parte via publica, de quarta parte Terminum Incretum in Flaico, etc.* Occurrit rursus alio loco : verum in alia Charta legitur, *Terminum Incertum.*

* 2. **INCRETUS. Silva Increta,** Alta, ardua, vulgo *Bois de haute futaye.* Charta ann. 817. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ.

Digitized by Google

col. 297 : *Donamus res nostras sitas in pago Nivernense,... hoc est terris, silvis Incretis, cultis et incultis, etc.* [** Forte *Increta* hic sunt loca ubi nihil crescit, ita ut virgula sit ponenda post *silvis.*] Hinc forsan *Encreue* dicitur equa vel vacca feta, in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Bel* fol. 148. r°. : *Les amendes qui encheiront pour les forfez ès arbres pourtanz fruit et en bestes Encreues.*

INCRIMINARE, Accusare, in crimen adducere. Liber Pontificalis in Symmacho PP. : *Aliqui in Senatu.... Incriminaverunt Symmachum.* Occurrit in Lege Salica. Vide Anastasium in S. Damaso, et in S. Bonifacio PP. [*Persona Incriminata*, eadem notione, in Instrumento ann. 1463. ex Schedis D. *de Mazaugues.*]

* **INCRITUS**, Integer, totus, pro *Inelytus.* Vide in hac voce. Charta ann. 1010. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 185 : *Hæc vero res per jam dictos finis totum et Incritum in præfatam sanctam sedem concessimus.*

INCROCAMENTUM, Leguleis Anglis, *Encrochement*, dicitur, cum dominus majorem præstationem, vel majus servitium a tenente vel vassallo exigit, quam debet. Ea enim actio vocatur *Incrocamentum* ejusmodi præstationis vel servitii. Rastallus. Occurrit hæc vox Gallica apud Knyghtonum pag. 2715. 2716.

INCROCARE, Unco suspendere, in crucem agere. Lex Salica tit. 69. § 2 : *Si quis hominem sine consensu judicis de ramo, ubi Incrocatur, deponere præsumpserit, etc.* Galli *Encroier* dixere, quasi *pendre au croc.* Gl. Lat. Gall. Thuanum MS. : *Cacuminare, Encroier.* Ita Poetæ nostrates passim usurpant. Le Roman *de Parise la Duchesse* MS. :

Si soit pandus as forches, et o vent Encroez.

Alibi :

Je te ferai la hare antor le col noer,
Et pandre as forches, et au vent Encroer.

Le Roman *d'Auberi* MS. :

Ferai vous pandre, et Encrouer au vant.

Le Roman *de Gaydon* MS. :

Or est Thibaus as forch es Encroez.

Chronicon MS. Bertrandi *du Guesclin* :

Aux creniaus de la tour voiant la Baronnie,
Le ferai Encroier, comme beste enragie.

Alibi :

Les prisons fist tantost là aler et convoier,
Et pour faire Encrouer, et au vent balier,
En despit de la Ville, et pour eux courroucer.

Idem :

Si vous verray trestous à un arbre Encrouer.

* *Encroer*, alia notione; dicitur nempe de arbore, quæ in aliam incidit, adeo ut rami inter se implicentur. Stat. ann. 1376. tom. 6. Ordinat. Reg. Franc. pag. 231. art. 23 : *Pour ce que moult de fois a t'on veu que aucuns coustumiers ou acheteurs, qui un arbre ou plus avoyent à prendre en noz forez, le faisoient abbatre telement qu'il se Encrooit sur autre. Encrouer*, in alio Stat. tom. 8. earumd. Ordinat. pag. 527. art. 22. Vide mox *Incroxare.*

INCRONIZARE. Will. Brito in Vocabul. : *Comitio, as, i. Comitium celebrare, vel digere, vel Incronizare.* Forte *Inthronizare.*

* **INCROSTARE**, vox Italica, Incrustare. Steph. de Infestura MS. ubi de Innoc. VIII. PP. ad ann. 1492 : *Cum cardinalis S. Crucis.... sua impensa faceret Incrostari et dealbari ecclesiam prædictam etc.*

* **INCROXARE**, Decussatim ponere, Ital. *Incrocicchiare.* Stat. Vercel. lib. 4. pag. 71. v°. : *Ille qui ea* (ligna) *duxerit ad vendendum, non ponat nec ponere debeat super carro transversata nec Incroxata, etc.* Vide supra *Incrocare.*

INCRUSTATURA, Incrustatio. Gloss. Gr. Lat. : Μαρμάρωσις, *Incrustatio.* Sanctus Cyprianus de Nativitate Christi : *Nullam domus arta diversorium occultabat : nec secreti recessus erant illius casulæ, Incrustaturam, tectum, et tholi parietes per circuitum vestiebant.*

¶ **INCTIMARE**, pro *Intimare*, Denunciare, Gall. *Intimer*, in Charta ann. 1387. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 131. col. 1. Vide *Intimare.*

* **INCUBANS**, Regnans, in throno sedens. Charta ann. 1079. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 253 : *Actum Trecis... regnante in cœlis Domino nostro Jesu Christo, sedente Gregorio papa in Romana cathedra, Incubante Philippo rege in Gallia, tenente Tetbaldo comite Trecas, Hugone secundo ejusdem urbis episcopo.*

* **INCUBARE**, Cubare. Arest. ann. 1411. 12. Mart. in vol. 11. arestor. parlam. Paris. : *Pro conservatione sanctarum Reliquiarum in sacra capella cum matricularüs nocturnaret et Incubaret, etc.*

¶ 1. **INCUBATOR**, Qui incumbit, sedulamque rei alicui dat operam. Concil. Ilerdense ann. 546. tit. 16 : *Quia durum est, ut hi quos constat in servitio Domini cum primæ sedis Antistite desudasse, illorum qui suarum rerum Incubatores, vel utilitatibus servientes atque vacantes fuisse noscuntur, despectibus aliquatenus crucientur.*

¶ 2. **INCUBATOR**, Injustus violentusque possessor, tyrannus, apud Macrobium. Servius : *Apud nos Incubator imperii tyrannus dicitur.* S. Bernardus Epist. 236. n. 2 : *Si non miseremini magnis et religiosis monasteriis, quibus omnino sub Incubatore illo destructio imminet.* Meisterlini Hist. Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. pag. 93 : *Emori satius præstat, quam tam inhonestam vitam ducere sub alieno imperio, misere officia singula, inquiens, possessores seu potius Incubatores habent, et abrasores, non gubernatores.* Rursum occurrit pag. 65. Gaudentius Donatista apud sanctum Augustinum tom. 9. col. 660 : *Sed hoc non sciunt alienarum rerum Incubatores* (i. cupidi) *qui nec Deum audiunt dicentem, Non concupisces rem proximi tui. Incubare pecuniæ* Tullius dixit pro Inhiare.

INCUBI, Incubones. Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosophistam : *Incubus, est passio, in qua dormientes suffocari et a dæmonibus opprimi videntur.* Glossar. Græc. Lat. : Ἐφιάλτης, *Incubo.* [Onomast. apud Martinium : *Incubones*, ἐπικαυφότες. Gl. Lat. Gall. Sangerman. MS. : *Incuba, Surgeseur. Incubi vel Incubones, une maniere de deables qui solent gesir aux femes.* Vide *Dusii.*] Ugutio : *A fundo dicti sunt quidam Dei, qui voce, non signis, ostendebant futura in lucis consulti a paganis : hi vulgo Incubi et Incubones, a Romanis vero Fornicarii dicuntur.* [Chronicon Engelhusii apud Leibnit. tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 1133 : *Incubus quidam nominans se regem Goldemar, adhæsit cuidam armigero.... Incubus loquebatur cum hominibus, lusit in instrumento musicali, perceptibiliter lusit ad taxillos, pecunias exposuit, vinum bibit, visibiliter multis tam religiosis quam secularibus responsa dedit, etc.*] Hugo Archiepiscopus Rotomagensis lib. 3. de Hæreticis cap. 5 : *Sciendum autem quia neque Monachi, neque Canonici, nec aliqui coram Ecclesia publice castitatem professi conjuges possunt fieri. Quod si secus agere tentaverint, Incubones reputantur et fornicarii.* [Atto Vercell. Episc. lib. de pressuris Eccl. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 81 : *Stulti enim episcopi non pastores, sed Incubones dici possunt, eo quod sanctam incumbent Ecclesiam; non errantes requirunt oves, sed collectas etiam errare permittunt.*]

* **INCUBICULARIUS**, Familiaris, intimus, qui idem cum alio cubiculum habitat. Chron. Bohem. lib. 2. cap. 7. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. MSS. pag. 138 : *Omnia secreta sua scio, et sortilegia et auguria sororis suæ Tetze, et medicinas et herbas, sanitates et infirmitates agnosco, velut Brela soror ejus, quia valde eis Incubicularia fui.*

* **INCUCULLARE**, Cuculla induere. Vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 268. col. 2 : *Panno tamen incerato corpus tunicatum et Incucullatum obvolventes, etc.* Vide in *Cucullus.*

* **INCUDO**, Ital. *Incude*, Incus, Gall. *Enclume.* Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 151 : *Tunc oportet quod intus mittatur super rena fluminis posita in navigio sub Incudine, et postea ponatur catena super Incudinem, etc.*

INCULCARE, In aliquem proterve agere, proculcare. Concilium Arelatense I. can. 17 : *Ut nullus Episcopus alium Episcopum Inculcet.* Lemma canonis habet, *conculcet.*

¶ **INCULCATIO** Ordinum, apud Lyndwoodum in suo Provinciali pag. 309. edit. 1679. dicitur de pluribus sacris Ordinibus eodem die collatis : quod ibidem fieri vetatur.

¶ **INCULCATOR**, Qui inculcat, pedibus calcat. Tertull. Scorp. cap. 6 : *Deus evulsum hominem de diaboli gula per fidem, jam et Inculcatorem ejus voluit efficere per virtutem, ne solummodo evasisset, verum etiam evicisset inimicum.*

* **INCULPABILIS**, *Qui culpari non potest*, apud Laur. in Amalth. Utitur etiam Solin. cap. 33. Nostris, *Incoulpable.* Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 96. Chartoph. reg. ch. 323 : *Le suppliant qui de toute trayson se sentoit et sent Incoulpable, etc. Combien que le suppliant feust Incoulpable d'icelui fait*, in aliis ann. 1415. ex Reg. 168. ch. 317. Vide mox

INCULPARE, Culpare, Italis *Incolpare*, maxime apud Joan. Villaneum lib. 1. cap. 17. Will. Brito in Vocabul. : *Imponere, Inculpare, Imputare.* Gl. Lat. Gall. : *Imponere, Encoulper.* Alibi : *Circumvenire.* Lex Salica tit. 42. § 6 : *Si servus de quolibet crimine Inculpatus fuerit, etc.* Adde § 7. Legem Burgund. tit. 8. et Legem Ripuar.

Digitized by Google

tit. 31. § 1. Vetus Charta apud Catellum lib. 5. Rerum Occit. pag. 855 : *Et si de hoc fevo Præpositus poterit eos Inculpare, faciat eis justum, et habeat* 5. *solidos justitiam.* [Charta Philippi Aug. pro Atrebatensibus ann. 1194 : *Quem scabini inde juste Inculpaverint, in culpa erit, et quem juste liberaverint, liber remanebit. Quando quis Inculpatur de crimine,* in Consuet. Ausciorum MSS. ann. 1301. art. 34.] Utuntur Leges Inæ Regis § 39. et Alvredi § 3. Radulphus de Diceto pag. 680. Otto Morena pag. 2. 9. etc. Charta Gallica ann. 1236. apud Vassorium in Noviomo pag. 947 : *Et jurra li Prevos le Chastelain, quant il sera nouviaus Prevos, qu'il n'encoupera homme ne femme de ces trois choses, s'il ne croit qu'il en soit coupables.*

* Nostris, *Encolper, Encoulper* et *Encorper ;* unde *Encoulpement*, Accusatio. Stat. ann. 1360. in Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 7. r°. : *Et se vous trouvez aucuns Encolpés des choses dessus dites, etc.* Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 43 : *Icellui Andrieu..., au conjurement des jurez de nostre ville de Tournay.... Encoulpa et empescha ledit exposant ;..... et soubs umbre dudit Encoulpement etc.* Gesta Ludov. Pii cap. 19. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 158 : *Comme li empereres avoit fait commune pénitance et pleine satisfaction au pople de ce dont il l'Encorpoient. Acoulper*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 111. ch. 276 : *Thomas, au lit de la maladie dont il mouru, les en descoulpa et deschargea, et en Acoulpa et charga du tout ledit Couvreur et son filz. Copoier* vel *Coupoier*, eodem sensu, a *Culpare*, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 2 :

Mais pluisors sont, ce n'est pas doute,
Qui des sains voelent Coupoier etc.

Infra :

Qui Copoie sor Nostre Dame etc.

* **INCULTIBILIS**, Qui coli non potest, culturæ inhabilis. Charta ann. 1328. in Reg. 65. bis Chartoph. reg. ch. 24 : *Item quindecim arpenta de brueriis vel circa Incultibilia. Item duo arpenta terræ vel circa Incultibilia.*

INCULTIO, Ruditas, seu barbaries sermonis, apud Eulogium Cordub. lib. 1. Memorial. SS. sub finem.

* **INCULTURA**, Non cultura. Lit. ann. 1394. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 674 : *Hereditagia,.... quæ in ruinam et ad Inculturam.... devenerunt.*

¶ **INCUMBENS**, Possessor, ab *Incumbere*, Obtinere, possidere, ut est apud Jurisconsultos. Litteræ anni 1546. apud Rymer. tom. 15. pag. 85 : *Cum Episcopatus Insulæ de Man, per mortem naturalem Episcopi et Incumbentis ejusdem, jam pastore sit destitutus, diuque vacavit.... sicut prælibatus Episcopus et Incumbens ejusdem, dum vixit, vel aliquis alius prædecessorum suorum, etc.*

INCUMBRARE, Impedire, etc. Vide *Cumbri.*

* **INCUMBRUM**, Oppigneratio. Charta ann. 1093. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 432 : *Istos autem mansos et casam et campum et vineam et ortum in tali convenientia retineo in vita mea, ut numquam valeam dare vel vendere, aut impignorare, vel Incumbrum aliquod facere.* Vide supra *Incombrum.*

* **INCUNCTANTER**, *Instanter*, apud Laur. in Amalth. ex Cath.

¶ **INCURABILIS**, Qui non potest curari, Gall. *Incurable. Morbus Incurabilis*, apud Fulgentium in Epistola ad Venantium. Improbat Vossius de vitiis linguæ Lat. lib. 3. cap. 16.

¶ **INCURABILITAS**, Incuria. Miracula B. Simonis de Lipnica, tom. 4. Julii pag. 563 : *Mater ejus dicta Apollonia quadam levitate et Incurabilitate votum emissum pro modico ponderans, etc.*

INCURARE, Curionem, Parochum facere, Ecclesiæ curam conferre. Charta Durandi Episcopi Cabilonensis ann. 1220. [inter Instr. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 246.]: *Sciendum est etiam, quod Abbas S. Ruffi et Conventus unum de Fratribus suis idoneum ad curam Ecclesiæ præsentabunt, et tam nos de cætero, quam successores nostri præsentatum Incurabimus.* [*Incuratus vero nobis et nostris successoribus ad omnia ea tenebitur, quæ tenentur alii nostri Sacerdotes.*] Et mox : *Præsentans vero et Incuratus in vita sua præfatæ Ecclesiæ præsse tenebitur.*

INCURATUS, Cui cura Ecclesiæ data est, Curatus. Charta Official. Lugdun. ann. 1276 : *Quod quotiescumque instituetur, Incuratus inposterum in dicta Ecclesia, seu etiam Capellanus, qui in dicta Ecclesia curam habeat animarum, etc.* [Charta ann. 1244. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 249 : *Johannes tamen presbyter Incuratus ipsius Ecclesiæ de Melliceyo, etc. Antonius capellanus Incuratus Alavardi*, in Instrum. ann. 1318. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 175.] Vide *Cura.*

* **INCURATUS**, Non curatus, Ital. *Incurato.* Charta Gaufr. episc. Carnot. ex Tabul. Major. monast. : *Quotiens super hoc impossibilitas nostra divinitus adjuvatur, ut quod Incuratum deserit, divinæ operationis potentia corrigatur.*

* **INCURIABILIS**. Lit. Caroli VI. ann. 1418. tom. 10. Ordinat. reg. Franc. pag. 485 : *Ab inclitis nostræ stirpis auctoribus accepimus orthodoxæ fidei vires humilitatis Incuriabilis maxime coalescere, longe firmioribus radicibus subsistere, etc.* An Sincerus, non affectatus ?

* 1. **INCURIALIS**, Qui officia civilia exercet, aut exercuit. Pactum inter reg. et capit. eccl. Ruthen. ann. 1309. in Reg. 45. Chartoph. reg. ch. 88 : *Item quod de injuriis vel offensis per curiales vel Incuriales seu officiales dictorum locorum commissis etc.* Vide *Curiales* 1.

* 2. **INCURIALIS**, Rusticus, inhumanus, Gall. *Impoli.* Vita S. Rosæ tom. 2. Sept. pag. 435. col. 1 : *Ut quid tam Incuriales estis, ut quid tantæ vos tenent moræ, ut ei minime assurgatis?* Vide *Curialis* 4.

¶ **INCURIALITER**, Inhumaniter. Vide *Curialiter.*

¶ **INCURIOSITAS**, Incuria, negligentia. Canones Pœnit. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 44 : *Si mus comedit Sacrificium causa Incuriositatis*, XXX. *vel* XL. dies pœnitentiæ imponuntur.

¶ **INCURRAMENTUM**, ut infra *Incurrimentum.* Litteræ ann. 1273. apud Rymer. tom. 2. pag. 13 : *Non coactus, nec inductus dolo, set sua spontanea voluntate promisit, et ad sancta Dei Evangelia juravit sub obligatione et Incurramento sui corporis et totius terræ suæ.... Obligaverunt se dicto domino Regi sub obligatione et Incurramento corporum, terrarum et bonorum suorum mobilium et immobilium, etc.* Occurrit rursus pag. 424. Gallice verteremus, *Sous peine de saisie.*

¶ **INCURRATORIA.** Vide *Curratoria.*

¶ **INCURREGUTUS**, INCURRI, in *Incurrimentum.*

* **INCURREMENTUM**, Bonorum alicujus fisco addictio, confiscatio, practicis nostris olim *Encorrement.* Charta ann. 1284. in Reg. Cam. Comput. Paris. alias Bitur. fol. 99. r°. : *Quod si aliquis hominum suorum..... tale crimen committeret, propter quod oporteret de consuetudine vel de jure extremæ tempestatis discrimini bona subjici condempnati, quod vulgariter Incurrementum vel confiscatio appellatur, totum illud Incurrementum et confiscatio ad dictum militem et successores suos perpetuo remaneat.* Alia ann. 1229. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 344 : *Dixit quod les Encorremens totius Albiæ sunt episcopi, sine consortio prædictorum. Encourement* vero, dicitur Mulcta, quam quis delinquendo incurrit, in Lit. ann. 1362. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 586. art. 35 : *Que nostre prevost de Paris, auquel appartient la cognoissance des cas et chouses dessusdit, puist modifier et moderer sur ce et sur l'Encourement et la qualité desdites peines.* Vide *Incurrimentum.* Hinc

* **INCURRERE**, Confiscationi obnoxium esse. Libert. Montisfer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154 : *Item aliquis de Montefferrando et pertinentiis non Incurrat aliquid de bonis suis pro quocumque forefacto, nisi in casibus, in quibus bona delinquentis de jure scripto Incurruntur.* Vide in *Incurrimentum*, ubi *Incurrere* alia etiam notione legitur, nempe pro *Devenire.*

¶ **INCURRILES AQUÆ**, Quæ non fluunt. Vide *Curriles Aquæ.*

INCURRIMENTUM, INCURSUS, Mulcta, quam quis incurrit : *Encourement*, in Consuetudine Burdegalensi art. 82. Charta anni 1264. in Regesto Comitum Carcassonæ fol. 26 : *Pro parte nostra proponebatur, quod ratione jurisdictionis, quam nos habemus in civitate Albiensi, Incurrimenta hæresum et faidimentorum pertinebant ad nos, etc.* Alia ann. 1231. in Regesto Comitum Tolosæ : *Abbas petebat medietatem omnium Incurrimentorum, quæ adveniunt in dictis villis.* Infra : *Quilibet haberet partem suam de emendis et Incurrimentis.* Occurrit passim. Vide Probat. Hist. Turrenensis pag. 63. Cruceum in Episcopis Cadurcensibus n. 88. [et supra *Incurramentum.*] [* Idem quod supra *Incurrementum.* Vide in hac voce.]

¶ INCORREMENTUM. Charta ann. 1233. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 496 : *Et si contra illam permutationem contingeret me venire, mitto ei et concedo in Incorrementum omnia supradicta, quæ mihi permutavit.*

¶ INCURSIO, Eadem notione, apud Rymer. tom. 1. pag. 734. in Litteris ann.

Digitized by Google

1261 : *Hæc omnia promisi fideliter observanda sub Incursione personæ meæ et omnium rerum mearum.* Infra : *Sub Incursione personarum et omnium rerum nostrarum.*

INCURSUS, Eadem significatione. Charta ann. 1231. in Regesto Tolos. : *Videlicet domos, census, furnos, homines et fœminas, et justitias et Incursus, leidam et pedagium, et albergam, etc.* Alia ann. 1238 : *Dicta feuda deciderunt in Incursum, sive commissum D. Raymundi C. Tolos.* Ea notione usurpatur in Consuetudin. Tolos. 4. part. tit. de Feud. art. 10. in Charta ann. 1228. apud Catellum in Comitib. Tolosan. pag. 337. etc. *Encourance de peine*, in Consuetudine Aquensi tit. 8. art. 5. *Pœnæ Incursus*, in leg. 7. Cod. Th. de Accusat. (9, 1.)

INCURRI ALICUI, In mulctam Principis incidere. Statutum 2. Westmonast. cap. 37 : *Statutum est, quod ejusmodi tenentes capitalibus dominis aut Regi Incurrantur.* [Haud eadem prorsus, ut videtur, notione in Homagio ann. 1320. apud Rymer. tom. 1. pag. 314 : *Concessi quod omnes terræ meæ, quas de ipso Savarico teneo, Incurrantur de me et hæredibus meis, ipsi Domino Regi et hæredibus suis in perpetuum, ad faciendum et disponendum inde pro voluntate sua.*]

¶ INCURSA TERRA, Mulctæ et confiscationi obnoxia. Consuetudines Comitis Montis-fortis ann. 1212. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 836 : *Item, quicumque in terra Comitis poterit capere hostes fidei et suos, et non ceperit, et poterit inde comprobari aut convinci, Terra sua erit Incursa, et corpus suum in manu et misericordia Comitis.*

¶ INCURREGUTUS, Simili notione. Conventio Raimundi Comitis Barcinon. cum Ermengaudo Comite Urgell. ann. 1064. Marcæ Hisp. col. 1128 : *Similiter prædicti mei homines, quos nunc ego prædictus Ermengaudus mitto in pignora ad prædictum Raimundum, Incurrant in potestatem Raimundi Comitis, unusquisque per suprascriptos decem millia solidos sine engan de prædicto Raimundo Comite... Et si de prædictis ostaticis Incorreguds surrexerit placitum, etc.* Alia Conventio inter Hugonem Comitem Emporitanum et Guilabertum Comitem Ruscinonensem ann. 1085. ibid. col. 1178 : *Sin autem infra jam dictos quadraginta dies.... non fecero tibi directum... Incurrat jam dicta pignora in tua potestate sine tuo engan, sine ulla mea contradictione. Et si ego prædictus Ugo Comes primum dixero tibi prædicto Guilaberto Comite quod jam dictas pignoras, quod ego misi in tua potestate fiant ereptæ, et ipsas quod tu mihi misisti fiant Incurregutæ in mea potestate, ambo veniamus in locum præscriptum collum de Spils infra jam dictos quadraginta dies, et eligamus ibi de nostris bonis hominibus, qui recte judicent inter nos qualiter de jam dictis nostris pignoribus fiant Incurregutæ aut ereptæ. Et si meis hominibus noluerint judicare, et tuis judicaverint, statim fiant tuæ pignoræ absolutæ et meæ Incurregutæ in tua potestate sine tuo engan.*

* INCURSAX, *Crebro faciens incursiones*, apud Laur. in Amalth. Occurrit apud Sidon. lib. 8. epist. 12.

* INCURSIO, Jus bona alicujus fisco addicendi. Charta ann. 1499. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 388 : *Quæ quidem medietas tenetur cum et sub consilio, dominio, laudimio, foriscapio, jureque prælationis, Incursionis, commissi et advantagii.* Vide in *Incurrimentum*.

1. INCURSUS. Lactantius lib. 4. cap. 27 : *Denique si constituatur in medio, et is, quem constat Incursum dæmonum perpeti, etc.* Rursum : *Hominumque mentes motas, et malis Incursibus furiatas in sensus pristinos reponebat.* Julius Toletanus in Prognost. lib. 1. cap. 18 : *Malignorum spirituum sæva vel cruenta Incursio.* Messianus in Vita S. Cæsarii Arelat. de quadam arreptitia : *Per biduum quo ibi fuimus, ad Ecclesiam processit, Incursusque ille malus deinceps nunquam ad eam rediit.* Infra : *Virgamque ipsam de pariete suspendunt, deferentes ad locum, ubi dæmonum Incursus audiebantur.* Sextus Platon. de Medicina animal. lib. 1. cap. 9. num. 16 : *Efficit ut nec caducus fiat, nec phantasmata Incurrat.* Versus de S. Norberto in Bibl. Præmonstrat. pag. 891 :

Dæmonis Incursus fidei virtute fugavit.

Vide *Dæmon meridianus*.

¶ 2. INCURSUS, Concursus, hominum frequentia. Epistola Deodati PP. inter Concil. Hisp. tom. 2. pag. 461 : *Quidam viri etiam et mulieres, præterito sabbato, Paschali die, præ magno populorum Incursu, etc.* Vide alia notione in *Incurrimentum*.

* 3. INCURSUS, Confiscatio, idem quod supra *Incurrementum*, nostris etiam *Incours*. Charta Phil. Pulc. ann. 1302. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 91. r°. col. 2 : *Concedimus xlviij. lib. xviij. sol. et v. den. Paris. annui et perpetui redditus assidendas eisdem conjugibus seu eorum hæredibus in forefacturis seu Incursibus Flandriæ.* Stat. ann. 1317. in Reg. A. ejusd. Cam. fol. 202. v°. : *Nec non super forefacturis, excasuris, Incursibus, emendis et aliis emolumentis.* Arest. ann. 1355. 20. Febr. in vol. 4. arestor. parlam. Paris. : *Absque metu alicujus Incursus seu confiscationis.* Reg. A. 2. ad ann. 1321. fol. 40. r°. : *A mestre Germain est renouvellé l'office et la procuration des Incours de héréste en la séneschaucié de Thoulouse et d'Abejois.* Vide in *Incurrimentum*.

* 4. INCURSUS, Qui pœnam confiscationis incurrit. Curia 2. gener. Tarracon. sub Jacobo I. reg. : *Et si plus acceperint, sint Incursi nostri cum corporibus et averis.*

* 5. INCURSUS, Actio, qua quis pœnam vel offensam incurrit. Charta Phil. V. ann. 1317. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 444. 7. r°. col. 2 : *Nullus sub pœna Incursus implacabilis indignationis regiæ dictas religiosas super hiis inquietare audeat. Sus l'Encours de nostre indignation*, in Stat. ann. 1312. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 507.

INCURTIS, Idem quod *Curtis*. Sugerius in Ludovico VI. cap. 2 : *Terram ejusdem Burchardi depopulans, municipia et Incurtes præter castrum subvertens, pessumdedit.*

1. INCURVARE, Subjicere, ditioni suæ asserere. Rodericus Toletanus lib. 7. de Reb. Hisp. cap. 10 : *Tandem etiam in Hispaniam cisfretavit, et fere suo dominio omnes Arabes Incurvavit.*

¶ INCURVATIO, Demissio, submissio. Concil. Tolet. XI. cap. 5 : *Placuit definire qui nullis habitis rebus propriis aut in quocumque pervasores extiterint.... nulla eos Incurvatione status sui, servituti hominum debere addici.*

* 2. INCURVARE, Obscœno sensu : *Quando masculus masculum Incurvat*, in Scripto, cui titulus, *Ad peccatorem Sodomitam*.

* INCUS, Instrumentum ferreum, quo falx exacuitur. Lit. remiss. ann. 1465. in Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 2 : *Quamdam incudem ferream, supra quam dicti homines falcatores..... eorum falces.... aptare consueverunt.... Uno validissimo ictu percussit super caput et supra seu prope pulsum a parte sinistra, taliter quod Incus prædicta intravit infra caput.*

¶ INCUSIÆ TERRARUM, f. pro *Incuriæ terrarum*, Terræ incultæ, *incuria* neglectæ. Charta Gaufredi Abb. Lirinensis ann. 1432. tom. 3. novæ Gall. Christ. col. 1204 : *Terrarum Incusias in territorio de Vergomas... situatas quæ olim fuisse asseruntur cujusdam pontis disrupti et collapsi, qui vulgariter nuncupatur Pons Juliani, omnes ab integro, absque diminutione quacumque cum omnibus pertinentiis suis... eidem prioratui de Angulis univimus et annexulmus et incorporavimus.*

INCUSTODIA, Incuria, negligentia, inadvertentia, in Legibus Kanuti Regis § 97. [Imit. Christi lib. 1. cap. 10 : *Negligentia profectus nostri multum facit ad Incustodiam oris nostri.*]

¶ INCUSTODIRE, *In custodia habere*. Barthii Glossar. ex Fulcherio Carnot. : *Illam Incustodiebat.*

¶ INDÆMONIATUS, Vexatus a dæmone. Acta B. Osannæ, tom. 3. Junii pag. 757 : *Habebant sororem Indæmoniatam.* Miracula S. Zitæ, tom. 3. April. pag. 522 : *Ipse multoties videbat eam grollantem capite, tamquam insanientem feminam et plurimum vexatam et Indæmoniatam.*

* INDAGANTER, Ferarum vestigia scrutando et persequendo, Gall. *A la piste*. Colum. de Re rust. cap. 5 : *In magna silva boni venatoris est Indaganter feras quam plurimas capere; nec cuiquam culpæ fuit, non omnes cepisse.* [** Ubi Schneider. legit *Indagantem*. Purchardi Gesta Witigowonis apud Pertz. Script. tom. 4. pag. 622 : *Cum totius fons sapientiæ videatur... virentia prata vestrorum secundum apostolicam regenerationem filiorum Indaganter irrigare.* Indesinenter.]

¶ INDAGES, pro *Indago*, Indagatio. S. Orentius lib. 2. Commonitorii de Ebrietate :

Felix qui magnum magnaque Indage movendum
Urbibus et populis nobile judicium
Constanti sperare animo vultuque sereno
Securus vitæ de probitate potest.

INDAGINARE, Cingere. Albericus in Chronico MS. ann. 1239 : *Duo castra firmavit contra eos, ultra silvas et nemora in partibus istis fecit Indaginari, id est in placeta redigi.* Legendum *Pleisseta*. Vide in hac voce.

* INDAGINARIUS, Cinctus. Charta ann. 1249. apud Schwartz. in Hist. fin. principat. Rugiæ pag. 221 : *Assignavimus abbati et fratribus dicti monasterii de Hylda ex*

Digitized by Google

parte nostra sedecim mansos Indaginarios perpetuo possidendos. Vide *Indaginare* et *Indagines.*

INDAGINES. In Gloss. Græc. Lat. *Indago* exponitur, παγὶς ἐπὶ ἀγρίων ζώων. Apud Matthæum Paris : *Indago, quam vulgariter parcum dicimus.* Joan. de Garlandia in Synonymis :

Indago silvas silvisque latentia claudit.

Nicolaus de Braia in Ludovico VIII. pag. 313 :

Et fossæ duplices stagnantes amne perenni
Innumera cinctus, et murum facta priorem
Indago valli longa statione coronat.

Chronicon Hildesheimense ann. 1126 : *Ducenti vero expeditiores Regem præcedebant ad præcidendas Indagines silvæ, quæ Bohemium a Saxonia disterminant, dispositi.* Infra : *Tum nivium magnitudine, tum Indaginum incisione fatigati.* Charta Gerardi de Grimbergis ann. 1167. apud Miræum in Donat. Belgic. lib. 3. cap. 54 : *Vinebroc et Perresen cum Indaginibus et terminis suis, Hungerevot cum Indaginibus suis, Ganstrata 7. bunarii cum suis Indaginibus, etc.* Tabular. Abbat. Montis S. Martini ann. 1193 : *Concesserunt mihi quandam Indaginem sui proprii nemoris, latam decem lanceis sartatoriis.* Magister Rogerius de Destructione Hungariæ cap. 16 : *Venit ad Regem cursitando unus de Militibus Palatinis, ex parte ipsius referens, quod jam ad portam Rusciæ pervenerant, et Indagines destruebant, etc.* Idem cap. 34 : *Nos vero, qui in silvis inter Indagines morabamur, de nocte fugam inivimus versus pontem Thomæ, etc.* Mox : *Nullus in prætactam Insulam intrare poterat, nisi per quandam viam arctissimam et minutam, ita ut per milliare in illa via tres portæ cum turribus factæ essent : et præter has ad milliare fortissimæ Indagines circumquaque.* Ibidem : *In silva inter Indagines latitavi.* Vide Petrum de Dusburg in Chron. Prussiæ pag. 11.

¶ **INDAGIO**, pro *Indago.* Janssonius in Auctario Glossarum Isidori : *Indagionem, Investigationem.*

¶ 1. **INDAGO**, Electio. Forma electionis Episcopi apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 155 : *Acta schedula hujus Indaginis a corporea trahentione Verbi divini ann. 990. ndictione III. facta electione ista Nonas Januarii, regnante Caroto Rege.* Vide *Indagines.*

* 2. **INDAGO**, *Circuitus animalium*, in Doctr. Alex. de Villa-Dei. Vide *Indagines.*

* 3. **INDAGO**, Indicium, probatio. Charta Odon. reg. ann. 889. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 24 : *Quatenus ipsum locum in nostra defensione, cum omnibus ad eum pertinentibus, haberemus simul et defensione, sicut præcedentes reges comprobantur hactenus præceptorum Indagine fecisse.*

¶ **INDAMNUM**, pro *Damnum.* Charta ann. 1060. apud Stephanot. tom. 10. Fragm. Hist. MSS. pag. 192 : *Ego Raymundo Ebrino Abbati dono tibi Guillelmo Bernardi, uxori tuæ, vel sanguinitate vestra, ipsum fevum supradictum ab omni integritate, et sine Indamno, et sine ulla reservatione, et sine malum ingenium.*

¶ **INDAMPNIS**, pro *Indemnis*, in Chartulario S. Vandregisili tom. 2. pag. 1423.

¶ **INDAMPNUS**, ἀζήμιος, *Indemnis, innoxius.* Supplementum Antiquarii.

** **INDAPIS**, Qui cibo se abstinet. Virgil. Grammat. pag. 45 : *Insomnes et Indapes permansere.*

¶ **INDARDUS**, Altissiodorensibus *Indard*, Machina cujus ope naves vehebantur adverso flumine, vel locus prope pontem Altiss. ubi talis machina olim exsistebat. Statuta Capituli Altiss. circa ann. 1400 : *Singulis annis in festo Resurrectionis Domini pro Indardo 7. libras.... item pro eodem Indardo in festo B. Remigii 17. libras.*

* Nostris alias *Hindart*, nunc *Cabestan*, Ergata. Lit. præpos. mercat. Paris. ann. 1307. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 16 : *Il doit et est tenus à faire et faire faire.... un Hindart bon et souffisant sus ledit cay, devant le pertuis ou lieu où il a esté autrefois ou ailleurs.* Ordinat. ann. 1415. in Reg. 170. ch. 1 : *Icellui chableur aura un Hindart assis sur la mote de l'isle; et icellui Hindart soustendra en estat pour y atacher les fillez et tourner à force de gens, quant les enues seront si fortes qu'il en sera nécessité, pour iceulx bateaulx passer oultre.* Vide *Yndardus.*

** **INDATIVUS**, *Non Dativus*, dicitur de moneta adulterina, quæ *dari* juste non debet, in Consuet. Lubec. Lat. art. 32. apud Hach. pag. 194. Vide supra *Dativus*, et Haltaus. Glossar. German. col. 1931. voce *Ungebe.*

¶ **INDEBILITATUS**, Debilis. Acta S. Valentini, tom. 7. Maii pag. 545 : *Ita erat Indebilitata corpore, ut vix quoquam deambulare posset.*

* Nostris alias *Andable*, *Endable* et *Endeble*, eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 145 : *Icellui exposant fist mettre ledit Bodart en geyne, en laquelle il qui estoit Andable de grosse maladie, si comme on dist, expira.* Chron. S. Dion. lib. 2. cap. 2. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 179 : *Li sains homs, qui estoit malades et Endables, etc.* Ubi Aimoin. lib. 2. cap. 1 : *Sanctus autem antistes, ut erat languidus, etc.* Lit. remiss. ann. 1425. in Reg. 173. ch. 303 : *Icelle femme disoit que elle n'y pouvoit aler, pour ce qu'elle estoit Endable d'une de ses jambes.* Bestiar. MS. :

Quant viel et Endeble se sent, etc.

* Nostris olim *Affebloier* et *Affléboier*, pro *Affoiblir*, Debilitare, deficere, imminuere, Ital. *Affiebolire.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Affébloier, evitare.* Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 312 : *Des lors en avant commença* (Charles Martel) *à Affléboier, et le prist une maladie, etc.* Lit. ann. 1359. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 344 : *Elles* (les monnoies) *sont tellement Affléboyées, etc.* Le Roman *d'Alexandre* MS. :

De leur vies deffendre nul d'eulz ne s'Afébloie.

Affoibloyer, in Poem. Rob. Diaboli MS. :

Chiaus de Rome a si avilliés,
De faio les a Affoibloyés.

Hinc *Affléboiement*, Imminutio, in Lit. ann. 1315. tom. 1. earumd. Ordinat. pag. 614 : *Par la mutation et Affléboiement des monnoies, etc.*

INDEBITARE, Ære alieno obligare, nostris *Endebter.* Additio 4. ad Capitul. Caroli M. cap. 94 : *Nullus Presbyter... decimas vendere, aut dare, vel pignorare, aut Indebitare præsumat.* Will. Thorn ex MS. Thwisdar. ann. 1348 : *Pro causa hujus miserrimæ provisionis Monasterium extitit Indebitatum in 1000. libris et eo amplius.*

¶ **INDEBITATUS**, Contraria notione, Ære alieno liberatus. Hist. Monasterii Viconiensis apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 307 : *Gerardus Abbas domum hanc transiens a sæculo Indebitatam reliquit, fertilem et uberrimam.*

* **INDEBITARI**, Ære alieno premi, in Cod. leg. antiq. Chron. Joan. Whetham. edit. Hearn. pag. 330 : *Indebitatur locus dictus in summis gravibus, promittit ea solvere.* Vide *Indebitare.*

¶ **INDEBITE**, Immerito, injuste. Rolandinus Patav. de Factis in Marchia Tarvisina lib. 5. cap. 15 : *In anno Domini* MCCLI. *alii quidam nobiles similiter Indebite perierunt, occasione injuste sumta, etc.* Laurent. in Amalthea : *Indebito, Contra il dovere.*

* *Maudeuement*, contra jus, in Lit. remiss. ann. 1390. ex Reg. 140. Chartoph. reg. ch. 150 : *Icelle exposante dit à Perron le Leu que elle le mescréoit qu'il n'eust prins et emporté Maudeuement un trébuchet à prandre oyseaulx.*

INDEBITOR, in Glossar. Arabico-Lat. *Devotus, officiosus.*

* **INDECENTIA**, Insufficientia. Judic. ann. 1287. in Reg. *Olim* parlam. Paris. fol. 78 : *Super deceptione seu Indecentia assisiæ duorum millium libratarum terræ, ut dicitur, factæ dominæ reginæ Margaretæ,..... dominus rex faciet emendari et rescindi.*

¶ **INDECIMATUS**, Qui non pendit decimas. Donatio Jacobi Aragon. Regis ann. 1241. inter Concil. Hispan. pag. 498. col. 1 : *Similiter concedimus vobis et vestris in feudum perpetuum omnes decimas totius portionis redituum vel proventuum vestrorum, quæ vos percipitis.... in omnibus furnis et molendinis, et tertiam partem in piscatione maris et Albuferæ Valentiæ, salva parte vestra, quam recipitis vel recipietis in dicta Albufera, quæ pars vobis et vestris remanent Indecimata.*

* **INDECISIM**, Dicitur de lite injudicata, Gall. *Indecis*, in Arest. parlam. Paris. ann. 1488. 20. Febr. inter Observ. ad Carol. VIII. pag. 561 : *Quibus processibus in dicta nostra curia Indecisim pendentibus, etc.*

¶ **INDEFECTIBILITER**, Citra defectum, constanter. *Perseveravit Indefectibiliter usque in finem*, in Vita B. Coletæ, tom. 1. Martii pag. 545.

¶ **INDEFECTIVUS**, Qui non potest deficere, perpetuo duraturus. Imitat. Chr. lib. 3. cap. 47. n. 2 : *Salus erit Indefectiva.*

* **INDEFENDERE**, Non defendere, de evictione non cavere. Charta ann. 1152. apud Lam. in Delic. erudit. inter notas ad Hodoepor. Charit. part. 3. pag. 1161 : *Et cum vobis ac omni homine defendere non potuerimus et Indefenderimus, spondemus nos vobis componere, etc.*

* **INDEFENSE**, Indistincte, vel nuda conventione facta, in leg. penult. in fine

Digitized by Google

C. de Constit. pecun. (lib. 4. tit. 18. c. 2. § 2.) Lauremb. antiqu. ex Thes. var. Lection. a Pancirolo lib. 1. cap. 77. pag. 107.

¶ **INDEFENSUS**, Non defensus, cui nemo patrocinatus est. *Inauditi, Indefensi atque indamnati, etc.* in Charta ann. 1523. apud Ludw. tom. 5. pag. 323. [** *Indefensus* apud Anglos est contra quem contumacem pronunciatur, quum non respondeat nec obtemperet jus dicenti. Placit. ann. 22. Edward. I. rot. 40. in Abbrev. Placit. pag. 290 :... *Joh. requisitus si velit vadiare deliberationem equi prædicti dicit quod habet superiorem. Et super hoc prædictus Thomas petit judicium de eo tanquam de Indefenso.... Ideo consideratum est quod prædictus Johannes sit Indefensus; et prædictus Thomas recuperet dampnum scilicet 10. sol. et Joh. in misericordia et finivit pro 3. sol. domino regi.* Rot. 63. ann. 32. Edward. I. ibid. pag. 297 : *Quia defendens noluit respondere ultra prout sibi injunctum fuit, adjudicatur quod iudicium reddatur contra ipsum tanquam Indefensum, quia non respondebat ad maliciam allegatam.*]

¶ **INDEFESA**, Locus pascuus. Vide *Defensa, Defesa.*

* **INDEFFICIARI**, *Negare, abdicare, Desniar, Prov.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

INDEFLEBILIS, ἀκλαυστος, in Gloss. Græc. Lat.

* *Inflebilis*, ex Cod. reg. in Castigat. ad utrumque Glossar.

* **INDEGUARE**, Indagare. Comput. ann. 1381. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 33. col. 2 : *Solvi Petro Brosse nuncio misso apud locum de Calmeta..... pro Indeguando sive explorando ubi erant gentes armorum.* Hinc emendandus Comput. ann. 1383. ibid. pag. 49. col. 1 : *Primo tradidi præceptori S. Anthonii, qui ivit apud Avinionem pro Indeguardo de hiis, quæ agere habebant communitates præsentis senescalliæ.* Leg. enim *Indeguando.*

* **INDELIBERATUS**, Dicitur de eo, quod in sola deliberatione hæret et non perficitur, ut docent docti Editores ad Vit. Leonis IV. PP. tom. 4. Jul. pag. 319. col. 2 : *Ad quam ipse cum suis fratribus non modicas argenti libras direxit, ut sicut dictum est, tam proficuum opus Indeliberatum minime remaneret.*

* **INDELITESCERE**, Delitescere. Vita S. Hildulfi tom. 3. Jul. pag. 224. col. 2 : *Siquidem anxiabundus suspecto honore sublimari in peregrinis, quasi ignobilem se posse Indelitescere suspicabatur in propriis.*

* **INDEMINUTE**, Minutatim, Gall. *En détail.* Epist. Hadr. I. PP. ann. 776. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 551 : *Sed et ipsi præfati vestri missi Indeminute nobis omnia, quæ illis a vobis injuncta sunt, detulerunt plenissime.*

¶ **INDEMNIS**, Insons, qui nullum fecit damnum. Paulus Diac. in Vitis PP. Emerit. : *Cum subito sanctissimus vir Massona Episcopus e gremio raptus Ecclesiæ tolleretur, et Indemnis quasi reus ad exsilium auceretur.*

¶ **INDEMNISARE**, Damnum præstare, Gall. *Indamniser.* Fundatio Collegii Cenoman. ann. 1526. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 585 : *Ad onus... solvendi* (Episcopo Cenom.) *summam* xxv. *librarum turon. hac conditione adjecta, quod cum... eidem Domino.... ement et tradent unam medietariam seu hæreditatem... Indemnisatam... tunc hujusmodi redditus* xxv. *lib. turon. cessabit et extinctus erit.*

* **INDEMPNITAS**, Damnum, detrimentum. Lit. ann. 1351. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 109 : *Volentes eisdem supplicantibus, quos semper invenimus nostris beneplacitis et mandatis promptos et fideles, in eorum proposito confovere, et eorum Indempnitatibus, oppressionibus et gravaminibus obviare, etc.*

¶ **INDEMPTARE.** Vide *Indeptari.*

INDEMUTABILIS, Immutabilis. Baldricus Noviom. lib. 1. cap. 61 : *Qui credebat in eo fidem non fictam, firmam et Indemutabilem stabilitatem.* Latini *demutare* dixerunt, Plautus, Tacitus lib. 4. Annal. etc. Salvian. lib. 5. de Gubern. Dei : *Qui post veterum flagitiorum probrosa crimina... nomen tantum Demutavere, non vitam.*

* **INDENGENTIA**, pro Indigentia, in Lit. ann. 1361. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 214.

1. **INDENTARE**, veteres dicebant, *Occare*, quod occa dentata terræ infringerentur. Gloss. Gr. Lat. : Σκάφαις, *Fossura, occatio, Indentatio.*

2. **INDENTARE**, Dente infringere : Galli dicunt *Mettre la dent dedans quelque chose.* Sanctus Pacianus Barcinon. Episc. Epist. 2 : *Recole utrimque literas, jam videbis spiculisne, an floribus paginam conseramus. De similibus quidem Apostolus, quos oportet Indentari.*

* Metaphorice, ut in loco laudato ex S. Paciano, pro Redarguere, verbis gravioribus appellare. Nostris vero *Endenter* et *Adenter*, est dentes seu faciem ad terram aut ad quodvis aliud ponere, puta manibus faciem acclinare. Lit. remiss. ann. 1479. in Reg. 205. Chartoph. reg. ch. 408 : *Les supplians prindrent icelle Beraulde qui estoit morte, et la mirent toute Endentée dessus les degrez d'icelle crotte, le visaige contre la terre.* Chron. S. Dion. lib. 3. cap. 19. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 238 : *Li rois.... entra là où elle* (la reine) *estoit si coiement, qu'elle ne s'en aperçut* (mie) *en ce que elle se fu Adentée sour un banc sus oreilliers et sus quarriaus.* Ubi Aimoinus lib. 3. cap. 56. habet : *Super scamnum acclinem.* Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. ch. 331 : *Drion Barderon Adenta son visage sur ses deux mains, etc.* Aliæ ann. 1463. ex Reg. 199. ch. 1 : *Le suppliant print Jehan Liegart par les cheveulx, telement qu'il le fist courber et Adenter vers la terre.* Unde *Adans*, facie ad terram prostrati, apud Joinvil. Hist. S. Ludov. edit. Cang. pag. 112 : *Et y en avoit plusiurs devant le corps Nostre Seigneur, qui estoit en la nef, tous Adans, et crians pardon à Dieu. Car chacun se actendoit de noier.* Ubi in edit. reg. pag. 130. inter variantes divisis vocibus, *à dentz*, minus recte legitur. Hinc etiam *Adenter*, dicitur de vase quod invertitur, in Lit. remiss. ann. 1425. ex Reg. 173. ch. 244 : *Si lui mist sur son ventre trois ou quatre petites chandelles de cire, qu'elle aluma et les assist sur une crouste de pain, qui estoit sur le ventre de ladite femme, et Adenta un pot de terre sur les chandelles estans sur le ventre d'icele malade, qui fut fait par forme de ventoise, pour aidier à relever la marris d'icelle malade. Adent* vero vel *Endante*, lignariis nostris appellatur, Dens seu commissura, qua lignum ligno aptatur; unde *Adant* alias nuncupatum Ædificium domui additum, vulgo *Appentis*, quod ex lignis ita simul compactis constet. Terrear. Mont. Leher. ann. 1548 : *Plus un Adant et masure assis audit lieu, appellé le Pot vert.... Quatre espasses de maisons couvertes de thuille avec ung Adart* (sic) *couvert de chaulme.... Plus ung Adant couvert de chaulme contenant trois espasses. Plus ung Adant, alias apentilz, couvert de thuille.* Inde *Adenti*, Rei alicui addictus, illigatus, in Bestiar. MS. :

Quant il furent souef nourri,
Et à délices Adenti,
A la char et à la luxure, etc.
De soles gens est autressi,
Tant sont apris et Adenti
A lecheries, à mauvaistiés, etc.

INDENTURA, Gallice *Endenture*, JC. Anglis, idem est quod *Chirographum*, nempe syngrapha, vel scriptura conventionalis, alii, quæ idem continet, quasi parallela, et ab ea decisa in modum dentium, ut pares esse et una confectæ videantur : ut side rebus in iisdem contentis emergat controversia, ad contractus veritatem firmandam, eædem *Indenturæ* simul aptentur, et invicem sic collatas, ex una eademque confectas charta esse appareat. Ejusmodi *Indenturarum* apud Anglos usum ante Henrici III. ætatem non reperisse se ait Spelmannus : sed ejusdem esse ævi, cujus *Chirographa*, docet Ingulfus ann. 875 : *Egelricum tunc provisorem suum, statum domus tam in thesauris, quam in jocalibus aliis jussit ostendere, et de universis post obitum suum per Indenturam conventui respondere.* Ejusmodi *Indenturam de vasis argenteis* descripsit Will. Thorn. ann. 1321. Vide Littleton. sect. 217. [et Rymer. tom. 1. ubi exhibet hujuscemodi Chartam Indentatam.]

Porro, quod de *Chirographis* docuimus supra, in *Indenturis* idem observabatur, ut contrahentium alter sigillum suum apponeret *Indenturæ*, quæ penes alterum remanebat. *Indenturæ* apud Littletonem sect. 371. 372. sic clauduntur : *In cujus rei testimonium uni parti hujus Indenturæ penes præfatum V. de D. remanenti prædictus R. de P. sigillum suum apposuit : alteri vero parti ejusdem Indenturæ penes R. de P. remanenti idem V. de D. sigillum suum apposuit.* Alia *Indentura* in Monastic. Anglic. tom. 2. pag. 259 : *In cujus rei testimonium huic Indenturæ tam dicta Elizabetha, quam prædicti Prior et Conventus... alternatim sigilla sua apposuerunt.* Similibus formulis clauduntur Chartæ aliæ Gallicæ in eodem Monastico Anglic. tom. 1. pag. 375. 904. tom. 2. pag. 97. Adde præterea Walsinghamum ann. 1354.

* Pactum inter Eduard. reg. Angl. et comit. Namurc. apud Rymer. tom. 4. pag. 666 : *En tesmoignance de quele chose lesditz roi et comte à cest Endenture entrechaungeablement ont mis leurs seals.* Lit. Henr. VI. reg. Angl. ann. 1424. in Reg. 173.

Digitized by Google

Chartoph. reg. ch. 208 : *Savoir faisons..... Nous avoir veues les lettres de contrait, fait par maniere de cirograffe ou Endenture, du bail d'une place assise... à Therouenne.* Unde *Escrit endenteis*, in Inventar. jocalium Eduardi I. reg. Angl. ann. 1297 : *Et pour souvenance et cogniscance des joiaus desusdit est fait chis escris Endenteis et doubleis.* Quarum *Indenturarum* apud Anglos usum, post Normannorum in Angliam adventum, assignat Hickesius tom. 1. Thes. Septemtr. in Præfat. pag. xxj. et xxix. licet aliter doceat Ingulfus ad ann. non 875. sed 975. Consule præterea Dissert. Epist. præfixam tom. 2. ejusd. Thes. pag. 76. Vide supra *Chirographum*.

Erant autem *Indenturæ*, non modo bipartitæ, sed et interdum tripartitæ, quadripartitæ, etc. pro contrahentium numero, ut est apud Littletonem sect. 370. *Tripartita Indentura* describitur in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 280.

INDENTATÆ CHARTÆ, Eædem etiam dictæ. Fleta lib. 1. cap. 18. § 4 : *Quorum præsentationes fiant duplicatæ in modum cyrographorum Indentatæ, quarum partes sigillis suis appensis dictis Inquisitoribus liberentur.* [*Indentatæ Litteræ*, apud Rymer. tom. 4. pag. 101. et tom. 13. pag. 708. *Madox* Formul. Anglic. pag. 32.] *Scriptum Indentatum*, tom. 2. Monastici Anglicani pag. 83. cujusmodi est *Indentura* illa apud Thom. Walsinghamum pag. 238. [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Zerte* col. 2152.]

INDEOCRONITUS. Conciliabulum Sardicense sub Julio I. PP : *Inducentesque novam sectam Indeocroniti Marcelli mixta Sabellio et Paulo.* Vox indubie corrupta, sed quæ idem sonat quod θεοστυγής, *Deo perosus*, in Gloss. Gr. Lat.

¶ **INDEPARATUS**, Imparatus. Radulfus Cadom. in Gestis Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecdot. col. 204 : *Christiani ternis agminibus incedebant, Boadmundus dextra ; sinistra et parte et sorte Comes Balduinus : ambo inermes, Indeparati, improvidi.*

INDEPTARI, pro *Indipisci*, ab *Indeptus*. [Festus habet, *Indeptare*.] Lucifer Calaritan. lib. 3. pro S. Athanasio : *Conspicis interea mandasse Apostolum, ut vos veritati resistentes Indeptemini Episcopi interventu, ut per sanam doctrinam vestra punita esset blasphemia.* Ita emendant viri docti pro *Indemtemini*.

INDERENZARE, Dirigere. Epistola Alfonsi Imperatoris Hispaniæ ad Henricum Comitem Portugalliæ : *Et dicunt mihi, quia dedi illam* (villam) *ad sanctum Cyprianum ; sed non venit mihi in mente : et quamvis ego eam dedissem, si in testamento erat de illo monastico, ego nec autorigo, nec autorigabo eam, sed vos, quantum mihi bene quæritis, causam de illa sede et de illos monasterios, Inderenzate illas.* Ubi Brandaonus lib. 8. Monarch. Lusit. cap. 9 : *Vos pello bem que me quereis en caminahi la, et resolvei a contenda destas igreias.*

* **INDESTRUCTUS**, Integer, non destructus. Elmham. in Vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 42. pag. 102 : *Sicque tam suburbia quam abbathia, secundum intencionem et jussionem regiam, remanent Indestructa.*

¶ **INDETAMENTIO.** Sic apud Baluz. tom. 3. Miscell. pag. 20. terminatur Privilegium Domnoli Episc. Cenoman. pro S. Vincentio : *Voluntas nostra perpetim auxiliante Domino capiat firmitatem, Ans Juliani legis Indetamentionem. Actum Cenomanis civitate ann. XI. regnante domini nostri Chilperici Regis pridie Nonas Martias.* Clausulam singularem et procul dubio mendosam doctioribus emendandam propono. [** Leg. *Aquiliani legis indeta mentionem.* Vide *Stipulatio*.]

¶ **INDETERIORARE**, Deterius efficere, apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1054.

* **INDETERMINATE**, Gall. *Indéterminément*, Indefinite. Stat. Cadubr. pag. 52. r° : *Quod nullus buscherius et laborator lignaminis se obligare possit.... alicui mercatori terrigenæ vel forensi ad dandum et vendendum sibi Indeterminate lignamen!.... sed certam et expressam quantitatem lignaminis se daturum exprimere possit ad certum tempus.* Utitur Festus.

¶ **INDETERMINATUS**, *Innumerabilis, numerum excedens.* Barthii Glossar. ex Baldrici Hist. Palæst.

¶ **INDETRECTABILIS.** Engelbertus de S. Mariæ virtutibus part. 1. cap. 10 : *Qui per Incarnationem Deus factus est homo, assumens omnia, quæ ad humanæ naturæ proprietates Indetrectabiles, sive non inconvenientes, aut indecentes, ex parte humanæ animæ et humani corporis pertinebant.* Ubi per *Proprietates Indetrectabiles* eas puto esse intelligendas, quæ sic humanæ conveniebant naturæ, ut ab ea non potuerint detrahi et separari.

* **INDEUCIA**, Inductus, suasio. Charta Phil. Aug. ann. 1204. in Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 160 : *Homines isti duas minas facient per Indeuciam et respectum viariorum Chastrarum.* Vide *Inductio* et *Regardum* 5.

* **INDEVIABILIS**, A via nusquam aberrans. Molin. in Consuet. Paris. tit. 1. art. 1. Gloss. 9. num. 21 : *Juxta sacræ Scripturæ gnomonem Indeviabilem, naturalis rationis et æquitatis dictamen.*

¶ 1. **INDEVOTIO**, Neglectio divini cultus, irreligio, Gallis *Indevotion*. Statuta Ecclesiæ Constantiensis apud Marten. tom. 1. Collect. vett. Scriptor. part. 1. pag. 251. edit. in 4°. : *Quoniam propter Indevotiones, ut non dicamus derisiones, quorumdam ad synodum venientium, novimus in populo retro actis sæpe temporibus scandala suborta fuisse, etc.*

* 2. **INDEVOTIO**, Malevolentia, in leg. ult. Cod. de duob. reis stipul. et promit. : *Et quærebatur, si eis vel ei daretur licentia adversus alios Indevotionem suam exercere.* Occurrit etiam in leg. 35. § ult. Cod. de Donat. Vide Calv. lexic. jurid. ad hanc vocem.

¶ 1. **INDEX**, *Coticula, qua solet aurum explorari.* Sussannæus in Vocabulario. Vox nota Vitruvio hac significatione.

2. **INDEX**, Horologii index horarius, vel ipsa, quæ horas sonitu indicat, campanula. Regula Magistri cap. 54 : *Cum advenisse divinam horam percussus in Oratorio Index monstraverit.* Cap. 55 : *Cum sonuerit Index.* Cap. 95 : *Cum ad opus divinum Oratorii Index sonaverit.*

¶ **INDEXTRARII**, Equites, ut puto, *dextrariis*, seu equis majoribus insidentes. Charta Frederici Ducis Austriæ ann. 1309. apud Ludewig. tom. 5. pag. 534 : *Cum centum armatis Indextrariis, et cum centum balistariis equitibus.* Quid si legendum divisis vocibus *in dextrariis*. Vide *Dextrarii*.

INDICATOR, Accusator. Lex Longob. lib. 1. tit. 25. § 4. [** Roth. 260.] : *Si quis per proditorem, id est, per certum Indicatorem furtum invenerit, sibi nonum reddat, qui furtum fecerit, ei cui factum fuerit.* Apud Lampridium in Commodo : *Indices de Senatu, delatores de Senatu, etc.* Vide Cujacium lib. 6. Observ. cap. 24. et supra *Alator*.

¶ **INDICATURA**, Æstimatio, pretium. Rob. Constantini Nomenclator insignium Scriptorum : *Mihique genus nummi ostensum est, quod adhuc appellatur Nobile Raymundi, auri videlicet puri et obrizi, summæque Indicaturæ.* Haud dissimili notione Plinius in Procemio : *Nec fiducia operis est hæc, sed Indicatura.*

¶ **INDICENDUS**, Qui dici non potest, ineffabilis. Gloss. Cyrilli : *Indicendus*, ἄλεκτος.

* **INDICIALIS DIGITUS**, Index. Vide supra in *Digitus*.

¶ **INDICIARE**, Indicare, monere. Chron. Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1140 : *De factis terræ Modoetiæ eum Indiciavit.*

* *Enditier*, apud Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 150 : *Si li fu Enditié Estienne Boilyaue, lequel maintint et garda si la prevosté, que nul malfaiteur, ne liarre, ne murtrier n'osa demourer à Paris. Indire*, eodem sensu, in Lit. reg. ann. 1561. tom. 2. Comment. Cond. ult. edit. pag. 357. *Endité* vero, pro Edoctus, vulgo *Instruit, informé*, apud Phil. *Mouskes* :

> Et si fut mult bien Inditès,
> Coment il ere desérités.

¶ **INDICIBILIS**, ut *Indicendus*, Gall. *Indicible*, apud Johann. Sarisber. Epist. 291. Acher. tom. 9. Spicil. pag. 679. Murator. tom. 6. col. 70. et alibi.

¶ **INDICIBILITER**, Modo *indicibili*, apud D. Calmettum tom. 2. Hist. Lotharingiæ col. XXXVIII.

* Glab. Rodulph. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 28 : *Qui* (Deus) *cetera Indicibiliter sua sapientia disponit.* Occurrit rursum ibid. pag. 56. et 172.

¶ **INDICIO**, pro *Indictio*, apud Papiam. [* Vide infra *Indictio*, 1.]

1. **INDICIUM**, [Specimen rei, Gall. *Echantillon, Montre.*] Vide *Digma*.

* 2. **INDICIUM**, *Forum rerum agendarum dicit*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

* 3. **INDICIUM**, pro *Insidium*, Insidiæ. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 19 : *Duos homines.... posuit in ambosca seu Indicio in quodam nemore.* Vide supra *Incidium*.

INDICTARE, Accusare : *Indictatus*, Accusatus. *Enditer, Endité*, apud Littletonem sect. 194. et in Libello accusationis Alexandri Nevillii apud Knyghton. pag. 2721. *Indictari per inquisitionem*, in Additamentis ad Matth. Paris. pag. 102. quo-

Digitized by Google

modo hæc vox usurpatur passim apud Anglos, in Legibus Malcolmi II. Reg. Scotiæ cap. 3. art. 6. apud Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 11. § 8. cap. 22. § 1. in Fleta lib. 1. cap. 20. § 98. cap. 25. § 3. 4. apud Will. Stanford. lib. 2. Placit. Coronæ cap. 24. 25. et seqq. etc. Proprie autem.

INDICTAMENTUM, Gall. *Enditement*, apud eumdem Stanford. locis laudatis, (ubi multa de Indictamentis) dicitur, ut ait Skenæus ad Regiam Majestatem l. 1. cap. 1. § 8 : *Cum singuli de malefactoribus interrogantur, et singulatim respondere jubentur, si quos criminosos in provincia noverint. Nam Indictamentum fit, quando Justitiarius Regis per suos Clericos privatim inquiri jubet, de delictis et maleficiis in ipsorum ballia commissis, et singulorum malefactorum nomina referri jubet in tabulas, ut per Coronatorem attachiari et arrestari possint, ut in itinere justitiarii compareant, et coram eo respondeant. Cognitio vero de Indictamento, sive de criminibus per Indictamentum inquisitis, pertinet ad Justitiarii cognitionem.* His consonant, quæ habet Spelmannus; qui insuper addit, *Indictamentum* esse accusationem 12. ad minus Inquisitorum juramento firmatam. Comperto enim *Indictamento*, postulatus, quem *Indictatum* dicunt, pro tribunali sistitur, exigiturque duodecimviralis jurata ad cognoscendum de facto ejus secundum probata et allegata. Jurantur ipsi, jurantur et testes accusatorii, quorum auditis criminationibus et postulati responsis, duodecimviri seorsum a Curia de re omni inter se consulunt, donec in sententiam coeuntes, postulatum aut sontem denuntiant, aut insontem. Thom. Walsinghamus pag. 276 : *Robertus Tristilian... Justitiarius.... convocari fecit duodenam, quam pridie oneraverat ad Indictandum et prodendum malefactores et pacis Regiæ turbatores. Venerunt igitur jurati de villa, et dixerunt se nullum talem scire, nullum Indictare juste posse, cunctos fideles et obsequentes Regi fore, semperque fuisse.* Infra : *Turbati ergo villani æstimaverunt salubrius Indictare reos vicinos, quam in semetipsos dicta mala congerere, et Indictaverunt quamplures tam de patria, quam de villa.* Idem pag. 354 : *Fecit Indictari dictos dominos proditione.* Adde pag. 329. Statutum 2. Westmonast. cap. 15. Regiam Majest. lib. 4. cap. 5. § 5. Concilium Londoniense ann. 1328. can. 7. Bractonum l. 3. tract. 2. cap. 11. § 8. etc.

¶ INDICTAMENTUM DE VIRIDI, Accusatio, delatio cujusvis delicti in viride lignum commissi, vel etiam mulcta pecuniaria quæ pro ejusmodi delicto exigitur. Charta ann. 1091. apud Kennettum Antiquit. Ambrosden. pag. 73 : *Per servitium reddendi domino Regi pro terra prædicta* x. *s. et pro foresta prædicta* xl. *s. per annum pro omnibus proficuis forestæ prædictæ exceptis Indictamentis de Viridi et venatione quæ domino Regi omnino reservabantur.*

¶ INDICTATIO DE VIRIDI, Eadem notione. Charta ann. 1230. apud eumdem Kennett. ibid. pag. 209 : *Et dicunt etiam quod idem Johannes debet habere feodum in bosco domini Regis videlicet attachiamentum de spinis de bosco suo, et de bosco qui vento prostituitur, et pannagium et clamationes et Indictationes si quæ fuerint de Viridi et venatione. Exceptis Indictationibus... de Viridi et venatione*, in alia Charta ann. 1266. ibid. pag. 265.

INDICTIO, Idem quod *Indictamentum*. Charta Edw. I. Regis Angl. apud Gul. Prynneum in Libertat. Angl. tom. 3. pag. 1141 : *Nonnunquam enim fiunt accusationes de foresta, et Indictiones vulgariter sic appellatæ, non per legitimas inquisitiones proborum et legalium hominum procedentes, etc.*

1. INDICTIO, Annona, tributum, quidquid in præstationem indicitur : *Canon* possessionibus et agris impositus. Salvianus l. 5 : *Qui exactionis publicæ nomen in quæstus proprii emolumenta verterant, et Indictiones tributarias prædas suas etiam fecerunt.* Infra : *Indictiones tributarias ipsi interdum divites faciunt, pro quibus pauperes solvunt.* Sidonius lib. 13. Epist. 5 : *Quos... inauditis Indictionum generibus exhaurit. Indictionale augmentum*, apud Ammianum lib. 17. p. 90. Id est, *superindictum*, de quo tit. Cod. Th. lib. 11. num. 6. Vide titulum ejusdemCod. Th. de Indictionibus, (11,5.) et Legem Wisigoth. lib. 12. tit. 1. § 2. [*Indictitia onera*, apud Cassiodorum lib. 5. Var. Epist. 14. *Cessent omnia subsidia, focagia, capagia, quarantena, Indictiones, equi qui dicuntur de debito, et alia onera*, in Litteris Johannis Franc. Regis ann. 1363. Sic legendum, non ut est editum *Indictiones equi*, sine virgula : quod tenebras offundit vel ipsi oculatissimo Editori. Lactantius de Morte persecut. cap. 7 : *Ut enormitate Indictionum consumtis viribus colonorum desererentur agri, et culturæ verterentur in silvam.* Asconius in hæc Ciceronis verba lib. 2. in Verrem cap. 2 : *Quando illa* (Sicilia) *frumentum quod deberet, non ad diem dedit? Quando id quod opus esse putaret, non ultro pollicita est? Quando id quod imperaretur recusavit?* observat omne pensitationum genus, *Canonis, Oblationis, Indictionis*, in hoc capite positum esse. *Canon* in frumento consistebat et ad certum diem pendebatur. *Oblatio* spontanea erat. *Indictio* præter ordinem et de novo imponebatur. Hæc vera apud antiquos et recentiores *Indictionis* notio. *Exactio nova seu Indictio*, in Conventionibus ann. 1385. ex MS. D. *Brunet.* Plinius in Panagyrico Trajani cap. 29 : *Nec Novis Indictionibus pressi ad vetera tributa deficiunt.*]

* Nostris *Indiction*, eadem acceptione. Lit. ann. 1372. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 480. art. 9 : *Au roy seul et pour le tout appartient de octroyer nouvelles Indictions généraulx sus villes et sur pais.* Libert. Lautrici et Forciarum ann. 1410. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 361 : *Ordinat quod si contingeret aliquam fieri Indictionem sive talliam, quod talis Indictio sive tallia imponatur et dividatur pro capite sive testa. Tuillia vel Indicio*, in Libert. Ruthen. ann. 1371. tom. 5. supra laudato pag. 411. art. 1. Stat. sabater. Carcass. ann. 1402. tom. 8. earumd. pag. 559. art. 4 : *Si vero pro aliis causis et negociis levibus licitis et honestis, ubi non esset Indicio, etc.* Unde *Indire*, pro Tributum seu præstationem indicere, in Lit. reformat. in Occit. ann. 1389. ex Reg. 146. ch. 223 : *Maistre Pierre Bayer donna conseil de faire, Indire et mettre sus le peuple plusieurs et diverses subsides. Indire et imposer.... taille, queste, etc.* in Libert. villæ d'*Aigue-perse* ann. 1374. ex Reg. 198. ch. 360.

2. INDICTIO, Latinis appellatur numerus quindecim annorum, annis Christi addi solitus, *ad cavendum errorem, qui de temporibus forte oboriri poterat, institutus*, ait Beda de Ratione temp. cap. 48. Indictionum mentionem ante Constantini Mag. tempora non fieri constat : quæ aliquot Constantii Imperat. primum, ac deinde subsequentium Augustorum constitutionibus adscriptæ leguntur in Cod. Theod. quarum laterculum contexuit Jacobus Gothofredus in Prolegomenis ad eumdem Codicem. Verum non una eademque est ubique Indictionum ratio, cum diverse ab communi usu interdum attexantur : adeo ut aliæ ab anno 312. aliæ ab anno 313. 314. et 315. consurgant. Verbi gratia primus Consulatus Honorii N. P. ann. 386. in Indictionem 15. rejicitur in leg. 8. de Indulgent. debitor. (11, 28.) qui in 14. a Marcellino et in Chronico Alexandrino. Consulatus Valentiniani III. et Eutropii ann. 367. in 14. Indict. quæ est aliis 15. in leg. 8. eod. tit. Consulatus Olybrii et Probini ann. 395. in Ind. 9. quæ Marcellino est 8. leg. 3. de Indulg. debit. Consulatus Vincentii et Fravittæ ann. 401. in 12. Indict. leg. 3. de Equorum collat. (11, 17.) quæ vulgo est 14. Consulatus Honorii VII. et Theodosii II. ann. 407. in Indict. 4. d. leg. 8. et in Indictionem 5. leg. 9. eod. tit. et sic de aliquot aliis paribus Consulum. Quæ ut conciliet idem Gothofredus, quadruplicem Indictionem conficit, *Italicam*, quæ consurgit ab ann. 312. *Orientalem* ab ann. 313. *Carthaginensem*, seu *Proconsularem Africæ* ab ann. 314. et *Africanæ diœceseos* ab ann. 315. at cur Indictionum initium non ubique idem fuerit, non aperit.

Constantinianam, ac proinde *Orientalem*, a Consulatu Constantini III. et Licinii III. auspicatur Chronicon Alexandrinum, in quo hæc habentur pag. 656 : Ἰνδικτιώνων Κωνσταντιανῶν ἐντεῦθεν ἀρχή, ἰνδ. α', ἡ ὑπ. Κωνσταντίνου Αὐγούστου τὸ δ', καὶ Λικινίου τὸ γ'. Ubi pro δ' reponendum γ'. Atque hic quidem Consulatus incidit in annum Chr. 312. juxta Victorium, cujus Coss. anno uno prævertunt : juxta vulgarem vero Chronologorum sententiam, ann. 313. Constantinianam Indictionem appellatam, sunt qui putant, quod sub Constantino, ut *Valentiacam* in leg. 9. et 10. Cod. Th. de Indulgent. debitor. (11, 28.) quod sub Valente cucurrerit. Sed an Indictiones ante Constantini ævum obtinuerint, addubitatur, cum nulla harum occurrat mentio, etsi idem Chronicon Alexandrinum pag. 446. ἀρχὴν ἰνδικτιώνων a Julii Cæsaris anno repetat, et a primo Septembris mensis die numeratas scribat.

De nominis ratione non minor est difficultas, etsi ab *indictionibus*, seu functionibus tributariis manasse constans fere sit opinio, quod vox ipsa *fusionis*, quæ *indictioni* tribuitur, omnino evincit, uti in hac voce observatum. Sed cur 15. annorum spatio *Indictiones* finiri placuerit, quove tempore id primum usurpari cœperit, cum

Digitized by Google

multæ multorum conjecturæ sint, nulla satis probabilis affertur, inquit Petavius. Vide quæ in hanc rem congessit Baronius ann. 1312. n. 104. et seqq.

Triplicem Indictionis usum observare est apud Scriptores. Alia enim a Kl. Septembribus proficiscitur, eaque *Constantinopolitana* dicitur; altera ab VIII. Kl. Octobris, quæ *Constantiniana* et *Cæsarea*: tertia denique quæ *Pontificia* seu *Romana*, et a Kl. Januariis consurgit. Quartam addit Scaliger *Antiochenam*, cujus initium esse ait a neomenia *Iiar*, id est, Maii.

Constantinopolitana Indictio est, qua Imperatores Constantinopolitani utebantur, quaque semper utuntur Historiæ Byzant. Scriptores. Cujus quidem usus, si Scaligerum audimus, non est antiquior Imperio Justiniani, sub quo constat numeratam Indictionem a Kl. Septemb. ex Cedreno et Paulo Warnefrido lib. 2. cap. 25. Indictionis istius usum in Italia obtinuisse ostendunt præ cæteris Chartæ duæ apud Franciscum Mariam in Mathildi Comitissa lib. 3. pag. 105. et 108. quarum prior acta dicitur anno ab Incarnatione 1079. 15. Kal. Octob. Indict. 3. quæ erat secunda Romana: altera, anno 1078. 6. Kal. Octob. Indict. 2. quæ erat. 1. Romana. [Alia anni 1053. apud Puricellum pag. 430. data dicitur *Quinto die Septembris, ingrediente Indictione* VII. In veteri monumento, quod Sirmondus in Notis ad Ennodium lib. 8. Epist. 9. refert Romæ in æde suburbana S. Pancratii ab se visum, Maximus parvulus depositus memoratur, *sub diem* III. *Id. Augustarum, Symmacho et Boetio VV. CC. Consulibus, in fine Ind.* XV.] S. Ambrosius de Noe et Arca: *Etsi a septembri mense annus videatur incipere, sicut Indictionum præsentium usus ostendit, etc.* Ea vero indictio etiamnum obtinet apud Mediolanenses, ut colligere est ex Statutis Mediolan. part. 1. cap. 109. [Olim etiam obtinebat in regno Neapolitano, ut patet ex Litteris Roberti Regis Siciliæ Neapoli datis ann. 1332. *die* II. *Novembris primæ Indictionis*, tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 241. hoc enim anno currebat 15. Indictio Romana. Eamdem quoque Indictionem Constantinopolitanam interdum adhibitam fuisse in Dalphinatu constat ex Computo anni 1333. quo currebat Indictio 1. Romana; numeratur enim 2. Indictio die 5. Septembris ibid. pag. 277. Communis tamen usus illius provinciæ idem erat qui Romæ, uti probatur pag. 568.]

Indictionis quæ ab VIII. Kl. Octob. proficiscitur, originem Constantino M. adscribunt passim Chronologi unde et *Constantinianam* vocant: quam ab hac die cœptam ideo volunt, quod tum imperare cœperit ann. Chr. 307. Atque hujus usum Gallis et Britannis familiarem fuisse constat. De Britannis, testatur Beda lib. de Rat. temp. cap. 48. de Gallis præ cæteris Rabanus lib. de Computo cap. 66: *Incipiunt autem Indictiones ab* VIII. *Kl. Octobris, ibidemque terminantur.* Hariulfus lib. 3. Chr. Centul. cap. 1. *Notetur*, inquit, *descriptio, quia eodem quidem quo sanctissimus Angilbertus Abbas obiit anno, sed non eadem Indictione, hic Hericus Abbatiæ Centulensi prælatus est: siquidem mense Septembri die* 24. *Indictiones mutantur.* Kalendarium MS. S. Victoris Paris.: VIII. *Kal. Octob. incipiunt Dictiones.* (sic). Præterea exauctorationem Ludovici Pii Imperat. anno Incarnat. 833. Indict. 12. factam habent illius Acta, quo anno Indict. 11. Pontificia currebat: unde saltem conficitur post 24. Octobris coactum ejusmodi Concilium Compendiense, quod circa *Missam S. Martini*, solutum tradit auctor Vitæ ejusdem Ludovici. Sed et extremis sæculis eadem Indictio obtinuit. Exstant siquidem in 4. Regesto Memorialium Cameræ Paris. Acta hominii a Duce Britanniæ Regi Franciæ præstiti, quæ confecta dicuntur anno Domini 1366. *Indictione quinta secundum morem Franciæ. mensis Decembris die decima tertia*: quippe tum currebat Indictio Romana quarta. Vide Sirmondum ad Concilium Parisiense IV. anno 573.

In Germania perinde eadem semper obtinuit Indictio, obtinetque etiamnum: unde et *Cæsaream* vocant. Legi Chartam originalem Ottonis II. Imp. *datam* 6. *Kal. Octobr. an. Dominicæ Incarnationis* 982. *Indictione* 11. *anno vero regni secundi Ottonis* 22. *Imperii autem* 12. Exstat apud Chifflletium in Beatrice Comitissa Cabilonensi pag. 113. Charta Henrici Imp. cum hac temporis nota: *Datum apud Bernum* 5. *Kal. Januarii, Indict.* 13. *anno Dominicæ Incarnationis* 1224. *anno regni nostri* 5. quippe anno 1224. putato a Kl. Jan. initio currebat indictio Romana 12. anno vero 1225. Ind. 13. Joannes de Janua: *Nota, quod anni Domini renovantur in Kalendis januarii, sive in Nativitate Domini. Sed Indictio renovatur in octava Kalendas Octobris: et sic anni Domini præcedunt novem mensibus. Unde versus:*

Mensibus hanc novem Domini præcursitat annus.

Et si computas vel quæris Indictionem a Nativitate usque ad octavas Kalendas Octobris, jungas tantum duos annos annis Domini, et si quæris de ea ab octavo Kalendas Octobris, usque ad Nativitatem Domini, jungas annos tres. Obtinuit etiam in Italia. Exstat quippe Charta Mathildis Comitissæ apud Franciscum Mariam lib. 3. pag. 108. quæ descripta dicitur anno ab Incarnatione *millesimo septuagesimo octavo* 6. *Kal. Octob. Indictione secunda*, quæ scilicet biduo ante incœperat.

Indictio Romana, seu *Pontificia*, quando cœperit, non omnino constat. Nam ex Epistolis Gregorii M. Joannis VIII. et Gregorii VII lib. 1. Epist. 29. 30. etc. Pontificia diplomata ac Epistolas Indictionibus more Græcorum, a prima ipsa Septembris die inchoatis, subnotari, observare est: quod et astruunt Acta vetera Vaticana apud Baron. ann. 1154. Otto de Morena ann. 1158. etc. At Acta Alexandri III. PP. apud eumdem Baron. ann. 1158. videntur Indictionem a 1. Januarii exordiri, in quibus hæc habentur: *Acta sunt hæc omnia anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo sexagesimo quinto, Indictione tertia decima, undecimo Kal. Decembris Pontificatus vero ipsius anno sexto.* Ex quibus recte conficit Chifflletius in Trenorchio pag. 253. Indictionum initia varie pro Scriptorum aut Notariorum arbitrio ea tempestate tabulis adscripta: adeo ut aliquot in Gallia nostra confecta ab ipsius Caroli Calvi ævo diplomata recenseat, in quibus Indictiones Pontificiæ seu Romanæ adscribuntur. Consulto omittimus cætera, quæ de Indictionibus hic conferri possent, cum satis sit indicasse, quæ ad Scriptorum et Tabularum ævi inferioris intelligentiam necessaria visa sunt. Præstat tantum hoc loco rationem inveniendæ Indictionis Constantinopolitanæ inserere ex recentiori Scriptore MS. Bibliothecæ Regiæ cod. 1024. qui inscribitur περὶ τῆς ψήφου τῆς πασχαλίας, cap. περὶ τῆς ἰνδίκτου. Ἰςέον, ὅτι ἡ ἴνδικτος, ἥτις καλεῖται καὶ ἐπινέμησις, ἄρχεται ἀεὶ ἀπὸ τῆς πρώτης τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός. ἀνέρχεται δὲ ἕως ἐτῶν δεκαπέντε καὶ πληροῦται, καὶ πάλιν ὑποςρέφει, καὶ ἄρχεται πρώτη. Ἐὰν δὲ οὐ γινώσκῃς τὴν ἴνδικτον ὁποία ἐςί, καὶ μέλλῃς εὑρῆσαι αὐτὴν, κράτησον τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη, ἕως τοῦ ἐνεςῶτος. καὶ ὕφειλον αὐτὰ ἐπὶ τῶν δεκαπέντε, καὶ τὰ ἐχόντα καταλειφθῆναι κάτωθεν τῶν δεκαπέντε, ἐςὶν ἡ ἴνδικτος ἤτοι ἡ ἐπινέμησις. εἰ δὲ οὐ μένει τι, ἐςὶν ἡ πεντεκαιδεκάτη. καὶ ἰδοὺ, πρὸς ὑπόδειξιν ἔςω σοι οὕτως· εἰσὶ τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη ἕως τοῦ ἐνεςῶτος ,ςζλα. ὕφειλον οὖν ταῦτα ἐπὶ τῶν δεκαπέντε οὕτως· ια υ = ις· ια μ = χ· ια ς = ϛ· καὶ ὑπελείφθη ἕν. ἰδοὺ οὖν, πρώτη ἴνδικτος ἐςίν. [** Locum integritati suæ restituit Vir summus Car. Ben. Hase.] Vel ex hoc loco plus satis patet, errasse viros doctissimos in Exegesi ad tom. 3. Martii cap. 4. § 26. ubi ἐπινέμησιν a nullo hactenus Scriptore Indictionem appellatam negant, licet longe secus se res habeat, uti obiter monuimus ad Alexiadem, [** adde Glossar. med. Græcit. col. 423. et Append. col. 72. c.]: quod et diserte observarat Josephus Scaliger lib. 5. de Emendat. temp. pag. 501. ubi nominis etiam rationem exequitur. Glossæ Græco-Lat.: Ἐπινέμησις, *Indictio.* Addendum postremo videtur, quod de ratione inveniendæ Indictionis habet Rollandinus in Summa Notariæ: *Fuit vero primo inventa ista Indictio, sive factum fuit istud præceptum a Cæsare Augusto tribus annis, antequam Dominus nasceretur de Virgine, et propter hoc divisis annis Domini per quindenas, si quid a quindenis supererit, et quod supererit, debent addi tres, et quot fuerint illi anni qui supererunt a quindenis cum dictis additis tribus, tanta erit Indictio, in hoc exemplo, Ponamus enim, quod anni Domini sunt* 61. *divide* 61. *per quindenas, superest unus. Illi anno adde tres, et ita faciunt* 4. *et ita erit quarta Indictio. Sed si nihil a quindenis supererit, nihilominus adde tres, et erit Indictio tertia. Sed si ab omnibus quindenis supererunt* 13. *adde illis* 13. *et tres, et ita faciunt* 16. *de illis* 16. *trahe unam quindenam, supererit unus, et ita prima erit Indictio. Unde versus:*

Si tribus adjunctis Domini diviseris annos
Per ter quinque solet indictio certa manere.

Prostant præterea hi in eamd. sententiam versus:

Si per quindenos Domini diviseris annos,
His tribus adjunctis, Indictio certa patebit;
Si nihil excedit, quindena Indictio currit.

Aliter concepti leguntur apud Joan. de Janua:

Si tribus adjunctis domini diviseris annos
Per ter quinque datur Indictio certificata;
Si nihil excrescit quindena Indictio currit.

Digitized by Google

* Consule novum Tract. diplom. tom. 4. pag. 674. et seq. [** Savinium de Capitatione pag. 379. sqq. Murator. Antiq. Ital. tom. 3. col. 48. et *Art de vérifier les dates* tom. 1. edit. octon. form. pag. 36. ubi monetur duodecimo seculo interdum non solum annum indictionis quindenæ, sed numerum etiam indictionis notari in chartis, *ut Indictionis* 79. *anno.* 5.]

3. **INDICTIO**, Bannum, proclamatio ante nuptiarum benedictiones, in Præceptis synod. Petri de Collemedio Archiepisc. Rotomag. ann. 1245. Vide *Indictum* 4.

¶ **Indictio pro Anima**, Quævis donatio quæ alicui Ecclesiæ ea conditione fit ut pro donantis salute preces fundantur. Charta ann. 1251. tom. 3. novæ Gall. Christ. inter Instr. col. 216 : *Omnia bona corporalia et incorporalia cum omnibus pertinentiis quæ prædicti Episcopus et Ecclesia... jure institutionis, legatorum, relictorum, mortuariorum, Indictionis pro Anima, donationis, emtionis, permutationis, aut alio quocumque nomine... hactenus adepti sunt.*

¶ **Indictio Statuta**. S. Gerardus lib. 1. Miracul. S. Adalhardi cap. 8 : *Exitur ad processionem, venitur ad statutam Indictionem;* hoc est, ad locum indictum et designatum, medio itinere inter Ambianorum urbem et Corbeiam, ad quem processionaliter cum sacris reliquiis Ambianenses et Corbeienses convenire consueverant *octavis Rogationum*. Hic locus hodieque *Indictum* dicitur, vernacule *Lendict*, teste Mabillonio.

* 4. **INDICTIO**, Feriæ indictæ. Notit. vetus apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 135 : *Et postea fecit nobis Indictionem, præcipiens presbyteris totius Creoniæ, ut locum nostrum annuatim visitarent cum processionibus suis.* Vide *Indictum* 3.

* 5. **INDICTIO**, Idem quod *Sacra* seu diploma principis, labente imperio Romano; vel quod *Literæ de credentia*, ut vult P. Hugo ubi de Prima scrib. orig. pag. 199. laudatus tom. 1. novi Tract. diplom. pag. 333. Vide *Sacra* 1. et in *Credentia* 3.

¶ **INDICTIONALIS**, **Indictitius**. Vide *Indictio* 1.

¶ **INDICTOAUDIENS**, Immorigerus. Interpres Irenæi lib. 4 : *Filii patribus Indictoaudientes.*

* **INDICTOR**, Qui jus habet indicendi de aliqua re. Libert. civit. Mimat. ann. 1469. in Reg. 196. Chartoph. reg. ch. 178 : *Corraterios, aliatores seu Indictores ponderum et mensurarum eligendi concedimus potestatem.*

1. **INDICTUM**. Gloss. Lat. Gr. : *Indictis, constitutis.* Ebrardus in Græcismo cap. 10. et Willelmus Brito in Synonymis :

> Edicunt Reges, indicit festa Sacerdos,
> Præsulis Indictum, dic Edictum fore Regum.

Charta Caroli M. in Actis Episcopor. Cenoman. pag. 261 : *Quia nostram jussionem atque nostrum Indictum et præceptum contemsit atque prævaricavit.*

2. **INDICTUM**, Idem quod *Indictio*, Tributum, apud Symmachum lib. 10. Epist. 41. Gloss. Lat. Gr. : *Indictum*, ἐπιτίμησις. Infra habetur *Indictus*, ἐπιτέμησις. *Indictum census*, apud Joannem Sarisber. Epist. 159.

* *Lendit*, eadem notione, in Charta Phil. VI. ann. 1340. ex Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 632 : *Nostre Lendit ou patage et bastage de S. Julien en Minerbois, ou la séneschaussée de Carcassone.*

3. **INDICTUM**, Nundinæ, Feriæ indictæ, publicatæ. Libellus Fulconis Comitis Andegavensis ann. 1096. apud Holstenium in Collectione Romana part. 2 : *Constituit etiam idem Apostolicus, et edicto jussit, ut in eodem termino, quo dedicationem fecerat, Indictum publicum celebraretur unoquoque anno apud sanctum Nicolaum, et septima pars pœnitentiarum populo convenienti ad illam celebritatem dimitteretur.* Vide Gesta Consulum Andegavensium tom. 10. Spicilegii pag. 396. Charta Innocentii PP. pro Monasterio Corbeiensi, in Tabulario ejusdem Monasterii damasceno operto ch. 7 : *Indictum quoque sicut hactenus Corbeiensis Ecclesia celebrare consuevit, vobis confirmamus, et ne quis eos, qui ad ipsum Indictum conveniunt, in bonis vel in personis offendere vel molestare præsumat, auctoritate Apostolica prohibemus.* Charta Henrici I. Regis Angl. in Tabulario Fiscanensi fol. 6 : *Sciatis, me concessisse et charta mea confirmasse, quod omnes, qui venient ad Indictum sanctæ Trinitatis de Fiscano singulis annis a die Dominica in Ramis Palmarum, usque ad clausum Pentecosten, habeant meam firmam pacem et custodiam, ut salvi et securi eant et redeant per totam terram meam, de quacumque terra sint, nisi sint fugitivi de terra mea pro muldro, vel furto, vel alio scelere.*

Ita porro proprie nundinas Sandionysienses vocant, quas a Dagoberto Rege Doubletus pag. 434. alii a Carolo Calvo institutas volunt. Eæ *nundinum Indicti*, in Charta Ludovici VI. ann. 1124. apud eumdem Doubletum pag. 854. appellantur, hodie *la Foire du Lendit*. Nangius in Chronico : *Eodem tempore attulit ipse Rex Carolus Calvus ab Aquisgrano ad Ecclesiam sancti Dionysii in Francia Clavum Dominicum et spineam Coronam, quam Carolus M. annis suis ibidem in Ecclesia B. Mariæ olim a se fundata, reposuerat. Et nundinas Indicti in platea quæ Indictum dicitur, quolibet anno in secunda quarta feria junii fieri instituit : et venientibus ad benedictionem illarum nundinarum indulgentiam tertiæ partis peccatorum fieri et relaxari per PP. et Episcopos totius Galliæ sicut antea Carolus M. Aquisgrani fieri impetraverat.* Sugerius in Ludovico VI. pag. 313 : *Rex exhilaratus, nec ingratus ad protectores suos sanctissimos Martyres humillime devenit; eisque post Deum gratias magnas referens, coronam patris sui, quam injuste tenuerat, (jure enim ad eos omnes pertinet) devotissime restituit, Indictum exterius in platea (interius enim Sanctorum erat) libentissime reddidit, etc.* Idem in lib. de Reb. in administratione sua gestis cap. 1. a Ludovico VI. has nundinas, si non institutas, certe Monasterio Sandionysiano concessas videtur innuere : *De Indicto vero, quod Dominus Ludovicus pater B. Dionysio dedit, etc.* Charta Philippi Aug. ann. 1215 : *Convenient Præpositum sancti Dionysii in loco, in quo Indictum solet convenire.* Supra : *Mercatores, qui venient ad nundinas Indicti.* Vide eumdem Sugerium de Consecrat. Eccl. sancti Dionys. pag. 355. et Chartam ann. 1218. in Probat. Hist. Montmor. pag. 84. et Bulæum de Academia Parisiensi tom. 1. pag. 196.

* Charta ann. 1261. in Chartul. S. Dion. pag. 252. col. 1 : *Centum solidi Paris. annui redditus, quos ego percipiebam singulis annis in bursa dicti dom. abbatis apud S. Dionysium die benedictionis Indicti. Ou mois de Jugn le Diemenche après la béneiçon*, in Ch. ann. 1280. ibid. pag. 397. col. 2. Alia ann. 1314. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 9 : *Le Dimanche prochain après la béniçon du Landit.* Vide infra *Landicum*.

* **Inditum**, Eadem notione. Lit. ann. 1375. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 144 : *Omnimoda jurisdicio et justitia alta, media et bassa in campo sive terra, in quo ab antiquo est consuetum teneri et sedere Inditum.*

Indictum, pro loco, ubi *Indicti* nundinæ fiunt, usurpat Rigordus ann. 1205 : *Psalmos cum orationibus psallendo usque Indictum venit.*

* **Indicti Regina**, Nomen cujusdam meretricis in *indicto* seu nundinis Sandionysiensibus celebris. In Tabul. S. Mart. de Campis exstat arestum *par lequel un femme amoureuse, qualifiée Reyne du Lendit, fut contrainte vuider d'une maison assise en la censive de S. Martin.*

4. **INDICTUM**, Bannum, Proclamatio. Charta Libertatum oppidi *des Ais* in Biturigib. ann. 1301 : *Si autem Indictum fieri oportuerit in villa, per vavassores et per burgenses villæ fiet, vel per illos, quos dominus villæ mitteret ad Indictum faciendum.*

INDICULUM, Incerta notione. Lambertus Ardensis pag. 161 : *Hic gradalia et Indicula de area in aream, de domo in coquinam, de camera in cameram.* Vide mox *Indiculus.*

1. **INDICULUS**, vel **Indiculum**, Epistola, sed proprie ea, qua quid præcipitur, seu *indicitur*, quæ videtur vocis origo. Nam in Vita sancti Desiderii Episcopi Cadurc. cap. 8. habetur *Indiculus Dagoberti Regis*, ad Sulpitium Archiepiscop. Bituricensem, quo præcipit, ut eum ad Cadurcensem Ecclesiam ordinet ac consecret; cujusmodi est formula 6. apud Marculfum lib. 1. quæ inscribitur *Indiculus Regis ad Episcopum, ut alium benedicat.* Sic porro Dagoberti Indiculus clauditur : *Quod vero indicimus, manus nostræ subscriptione, ut mos est, decrevimus roborare. Dagobertus Rex subscripsit.* At cum apud Marculfum similis Epistola form. 5. ejusdem exstet argumenti cum hoc titulo : *Præceptum de Episcopatu*, putat Bignonius, id esse discriminis inter *Indiculum*, et *Præceptum*, quod *hoc* majoris fuerit auctoritatis diploma, non modo manu propria subscriptum, sed etiam sigillo roboratum, quo caruerit *Indiculus.* Idque elicit ex Capit. Caroli Magni lib. 3. cap. 58 : *Et si sacramentales homines cum ipso venire renuerint, jussione Dominica, aut Indiculo, aut sigillo ad palatium venire cogantur.* Indiculos ejusmodi Regum, eorum manu subscriptos docet præterea Epistola Sigeberti Regis ad eumdem Desiderium, quæ est 17. ex iis, quas edidit Canisius : *Et ut certius credatis, hunc Indicolum manu propria subter subscripsimus : Syggibertus Rex sub.* Ita porro pro Epistola præceptoria *Indiculum* usurpant Hormisdas

Digitized by Google

PP. apud Baron. ann. 515. n. 24. ann. 519. n. 3. Gregorius Turon. lib. 5. cap. 45. lib. 8. cap. 28. Fredegarius Scholast. cap. 40. Marculfus lib. 1. form. 26. 27. Agobardus de Insolentia Judæor. pag. 61. Capit. Caroli Calvi tit. 11. Anastasius in Nicolao I. pag. 211. tom. 1. Histor. Franc. pag. 883. Hincmarus Remensis Opusculo 34. § 4. in Concilio Dusiac. I. part. 2. cap. 27. Asserus de Reb. gest. Ælfredi pag. 14. ubi perperam *Indiliculus* bis legitur, etc. [*Inciculorum bibli*, in Epistola Alberti Abb. Miciacensis ad Johannem XVII. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 440.]

* Etiam Notitia seu index ad modum epistolæ scriptus, quo aliquid *indicatur* aut notificatur. Nomen cæteroquin genericum, quo non unius speciei literæ significantur. Vanum est quod inter *Inciculum*, et *Præceptum* assignat discrimen Bignonius : *Inciculos* quippe ut et *Præcepta* sigillo aut annulo regio roborata fuisse docet Agobardus de Insol. Judæor. pag. 61 : *Venientes itaque primum Judæi, dederunt mihi Inciculum ex nomine vestro, et alterum ei qui pagum Lugdunensem vice comitis regit, præcipientem illi ut auxilium ferret Judæis adversum me. Quos Inciculos, licet ex sacro nomine vestro recitarentur, et vestro annulo essent signati, nullatenus tamen credidimus ex judicio vestro tales prodisse.* Consule novum Tract. diplom. tom. 1. pag. 270.

Interdum tamen pro quavis Epistola hanc vocem deprehendere licet apud Gregorium Turon. lib. 8. cap. 2. Marculfum lib. 1. form. 9. lib. 2. form. 42. 50. in Capit. Caroli Magni lib. 4. Append. 3. cap. 5. etc.

INDICULUM, neutro gen. apud Avitum Vienn. Epist. 28. Gregorium Turon. lib. 8. cap. 28. in Diurno Romano cap. 2. tit. 19. cap. 3. tit. 8. in Vita S. Samsonis Episc. Dolens. lib. 1. cap. 42. Epist. 51. 94. et 104. inter Epistolas sancti Bonifacii Archiepiscopi Moguntini, apud Eddium Stephanum in S. Wilfrido cap. 47.

¶ 2. **INDICULUS**, Bedæ de Temporum ratione cap. 47. Tabella cereo Paschali affixa, de qua in *Cereus Paschalis*.

* 1. **INDICUS**, Belgis *Ingedyct*, quibus *Diik* est Moles opposita fluctibus, agger, Gall. *Digue*. Charta Margar. comit. Fland. ann. 1269. in Suppl. ad Miræum pag. 602 : *Cum Johanna Flandriæ quondam et Hannoniæ comitissa contulisset ecclesiæ B. Mariæ de Camberone Cisterc. ordinis totam terram de Indico et utdico in officio et Hulst, etc.* Alia Joan. abbat. de Camber. ejusd. ann. ibid. pag. 603. col. 2 : *Nullum jus de cætero reclamabimus in terris, moris, Indicis, utdicis et maris jactibus, etc.* Vide supra *Dicus*.

* 2. **INDICUS**, mendose pro *Sindicus*, in Stat. crimin. Saonæ pag. 115.

** 3. **INDICUS**, Niger. *Indica cornix*, in Ecbas. vers. 480.

¶ **INDIESCENS DIES**, Dies incipiens, primum diluculum, apud Ludewig. tom. 6. pag. 163.

1. **INDIFFERENTER**, *Sine dilatione*. Ita Glossæ MSS. Regiæ ad canon. 12. Concilii Nicæni; ἀδιαφόρως, in Gr. Eædem Glossæ ad can. 4. Concilii Ancyrani : *Indifferenter, Indistanter*. Ad can. 10. Concilii Laodic. : *Indifferenter, sine dilatione, id est, sine prolongatione*.

* Statim vel assidue. Vita S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 206. col. 2 : *Propterea Indifferenter aras eorum* (Deorum) *lacrymans pulso*. Mirac. ejusd. pag. 272. col. 2. ibid. : *Barbarus auctoritatem cælestem in præsule reformidans, cum conjuge et liberis Indifferenter egreditur*. Et pag. 273. col. 1 : *Quæque Divinitati præstare placuerit, ea Indifferenter schedis indere non gravabor*.

* 2. **INDIFFERENTER**, Promiscue, sine ulla exceptione, Gall. *Indifféremment*. Inquisit. ann. 1268. ex sched. Pr. *de Mazaugues* : *Et aves... multorum, quia Indifferenter averia hominum Arelatis utebantur per dictum territorium, etc.*

* **INDIFFERENTIALITER**, Sine differentia, indistincte. Judic. magistr. Acad. Vienn. ann. 1385. tom. 11. Amœnit. liter. pag. 231 : *Ex quibus omnibus clare judicamus, quod sicut nec anima nec corpus Indifferentialiter unus est homo, ita nec divinitas, anima et corpus Indifferentialiter unus est Christus*.

¶ **INDIFFICULTARI**, Difficultatibus impediri Johan. Longinus in Vita S. Stanislai Episc. tom. 2. Maii pag. 258 : *Gloriosi Stanislai canonizationis gloriam Indifficultari permisit*.

INDIFFICULTER, Absque difficultate, apud Joannem VIII. PP. Epist. 43.

* **INDIFINITE**, Assidue, continuo. Epist. Alexii imper. ann. 1097. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 390 : *Quasi nos propriis oculis aspexisset quotidie et loqueretur vobiscum Indifinite*.

¶ **INDIGENATIO**, Jus indigenæ. Exstat apud Rymerum tom. 15. pag. 37. *Carta Comitis Lynox de Indigenatione*, qua ipse Comes *de cætero ad totam vitam suam sit Indigena et ligeus* Henrici VIII. Angliæ Regis ann. 1544.

¶ **INDIGENTIÆ**, Quæ necessaria sunt ad vitam. Chron. Fontanell. apud Acher. tom. 3. Spicil. pag. 227 : *Status sanctæ Regulæ periclitari cœpit, ob inopiam videlicet compescendarum Indigentiarum, quas B. Pater Benedictus in eadem lege monachis porrigendas præcepit*.

* Gall. *Besoin*. Instr. ann. 1401. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 157. col. 1 : *Mare hic prope est ad tres leucas et plura stagna salsata, ex quibus tanta habetur copia piscium, quod sufficit ad Indigentiam gentium*.

¶ **INDIGERIÆ**, Naturæ necessaria. Guidonis Disciplina Farfensis lib. 1. cap. 22 : *Surgant omnes e lecticis, et provideant Indigeriis suis, et conveniant, et lavent manus ac facies*. Lib. 2. cap. 1 : *Ex alia namque parte ordinati sunt lectuli* XXX. *ubi Comitissæ et aliæ honestæ mulieres pausent cum latrinis* XXX. *ubi solæ ipsæ suas Indigerias procurent*.

¶ **INDIGETARE**, Invocare. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 17 : *Vestales ita Indigetant, Appollo medice, Appollo Pæan*. Inscriptio arcus triumphalis erecti in honorem Marchionis Uxellensis introeuntis Cabilonum, in Hist. ejusd. urbis pag. 769 : *Auspicato isthoc adventas, illustrissime Marchio, quando discapedinata te civium vota Indigetant, volnera civitatis serenifico vultu undequavorsum edulcaturum*. Festus : *Indigitanto, Imprecanto*. Verbum ab antiquo *Indu* pro *in* et *citare*, hoc est, *vocare*, ductum, ut contendit Vossius lib. 1. de Vitiis serm. cap. 34. et in suo Etymologico voce *Indigitamenta*. [** Vulgo apud scriptores medii ævi ponitur pro Indicare, nominare, unde Joan. de Janua : *Indigito, digitos induere, demonstrare, nominare*, quo sensu apud Arnobium occurrere monet Forcellinus. Chart. ann. 968. in Madox Formul. Anglican. pag. 174 : *His metis præfatum rus hinc Indigitatur, etc.*]

INDIGNANTIA, pro *Indignatio*, in Vita S. Carthaci Episcopi. [Spicil. Fontanell. MS. pag. 220 : *Patres nolite ad Indignantiam, id est ad impatientiam, filios vestros provocare*.]

* **INDIGNARE**, Indigne, indecenter habere, agere, ab Italico *Indegno*, indignus, indecens. Barel. serm. in Dom. 3. Quadrag. : *Salomon, dum fuit occupatus in templo, satis continens stetit; dum fuit in otio, Indignavit femora multissimis mulieribus*. Nostris vero alias *Indigner*, pro *Dédaigner, mépriser*, Dedignari, aspernari; unde *Indignation*, Contemtus, aspernatio. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 90 : *Icellui bastard se mist à garant ou pourpris des Freres Meneurs à Lille, ouquel lieu en Indignant justice et les amis dudit mort, se monstroit orgueilleusement*. Aliæ ann. 1376. in Reg. 110. ch. 57 : *Item que ledit Pierre avoit ja pieça une femme, appellé Guilla, laquelle il n'aimoit point, ains la Indignoit moult et mesprisoit, et laquelle fu morte si secretement que nulz ne vit ne ne sceut sa mort, et présumoit l'en communelment que ledit Pierre l'avoit occise ou faite occir, à cause de laditte Indignation et mesprisance*.

INDIGNARI, Vindicare. Gesta Regum Francor. cap. 23 : *Indignare, dulcissime Frater, laborem et injuriam meam*.

* **INDIGNE**, Immerito, Gall. *Sans sujet*. Bulla Joan. XXII. PP. in Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. Paris. fol. 287. v° : *Gaudet et exultat sancta mater Ecclesia, et plebs cuncta fidelium potest et debet, et non Indigne, lœteri quod.... Philippus rex Francorum.... Terræ Sanctæ, etc.*

¶ **INDIGNIP**, pro *Andingaverit*, de cujus notione in *Andigare* dictum, in codice Estensi legi monet Muratorius tom. 1. part. 2. pag. 34. in notis.

¶ **INDIGNUM**, Injustitia, molestia, damnum. Charta ann. 1233. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1333 : *Et si aliquod Indignum supra hoc dicto Reginaldo et Gilleberto et heredibus eorum evenerit, ego Walterus et heredes mei tenemur restaurare*.

* **INDIGNUS**, Ita se se inscribit Richardus Normannorum dux, in Charta ann. 1015. ex Chartul. S. Quint. Viromand. : *Dudo pretiosi martyris Christi Quintini canonicus nosterque fidelis idoneus ad me, qui nuncupor Richardus felicissimi comitis Richardi filius, dicorque gratia summæ individuæque Trinitatis Deificæ Normannorum, licet Indignus, dux et patricius, etc.* Alia ann. 1060. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 126 : *Ego peccator Ricardus comes Indignus, etc.*

¶ **INDIGRESSA VIA**, Per quam nemo

Digitized by Google

digressus est, transivit, in Actis SS. Junii tom. 2. pag. 338. ubi de S. Margarita Regina Scotiæ.

INDILATE, Absque *dilatione*, statim. Utitur Fulcherius Carnotensis lib. 1. Hist. Hieros. [cum aliis non paucis.]

* **INDIMINUTUS**, Absque minutione, integer. Epist Joan. VIII. PP. ann. 880. tom. 9. Collect. Histor. Fr. pag. 191 : *Ut omnis honor.... in omnibus integer accrescat, et Indiminutus permaneat.*

* **INDIRIMENTUS**, Continuus, non interruptus. Guibert. abb. Novig. in Prol. ad Abdiam proph. in Append. tom. 6. Annal. Bened. pag. 639. col. 1 : *Quia vestro diuturno certamini* (abbates S. Medardi et Florin. alloquitur) *credi nefas est aliquam inesse statuum ignorantiam internorum. In quo enim vestra disertitudo ambigat; quæ pene momentis omnibus Indirimenta cogitationum promiscuitate laborat?*

* **INDISACUM**, Instrumentum rusticum, cujus usus declaratur in Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus unum Indisacum, cum quo est assuetum plantare palmites sive vineas.*

¶ **INDISCIPLINABILIS**, Gall. *Indisciplinable*, Indocilis. *Major pars* (exercitus) *retrograda et Indisciplinabilis fuit*, apud Murator. tom. 12. col. 437.

INDISCIPLINATA. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 59 : *Si ei tumultus et Indisciplinata, hoc est, insolentias, inobedientiam in judicio liceat prohibere.* [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Unlust*, col. 1945.] *Indisciplinata dissensio*, apud Simeonem Dunelmens. ann. 1141.

INDISCIPLINATIO, Relaxatio a disciplina et a recta vivendi ratione. Possidius in Vita sancti Augustini cap. 25 : *Indisciplinationes quoque et transgressiones suorum a regula recta... arguebat.* Gregorius M. lib. 3. Epist. 38 : *Ne non rectitudini, sed Indisciplinationi, quod absit, videamini consentire.* Utitur rursum lib. 4. Epist. 7. lib. 7. Ind. 2. Ep. 5. ut et Evagrius in Vita sancti Antonii, Senator lib. 7. Ep. 3. etc. Vita B. Stephani Abbatis Obasinensis lib. 1. cap. 9 : *Indisciplinationes et transgressiones suorum, maxime juvenum ac puerorum tam districte coercebat et arguebat, etc.* Ἀμαθίαν, ἀπαιδευσίαν, ἀλογίαν, apud Theophanem, *Indisciplinationem* reddidit Anastasius Bibliothecarius in Hist. Eccles. Glossæ MSS. ad Concil. Antioch. can. 3 : *Indisciplinatione, inquietudine*, ἀταξία in Græco.

INDISCIPLINATUS, Disciplinæ expers, moribus dissolutus, apud [Cyprianum Ep. 4. edit. Oxon. Augustinum Ep. 50. ad Bonifacium,] Gregorium M. lib. 7. Ind. 2. Ep. 5. Ivonem Carnot. Ep. 27. 219. in Epist. Alexandri II. PP. apud Ughellum tom. 1. Ital. Sacræ pag. 865. etc. [*Indisciplinatæ animæ erraverunt*, Sap. 17. 1. Rursus occurrit Eccli. cap. 5. 7. 18. 20. 21. 22. 23.] Gregorius Turon. in Vita S. Aridii pag. 196 : *Regalis palatii vanas superstitiones, et Indisciplinatas sociorum fabulas declinando. Indisciplinatæ quæstiones*, non semel apud Marium Mercatorem, quæ *sine disciplina* dicuntur Paulo 2. ad Timoth. cap. 2. v. 23. *Indisciplinate agere*, in Speculo Saxon. lib. 1. art. 54.

¶ **INDISCIPLINOSUS**, Expers disciplinæ. *Indisciplinosa loquela*, Eccli. 23. 7.

¶ **INDISCISSE**, Indistincte, generatim, in solidum. Charta XI. sæc. ex Chartular. Aptensi fol. 58 : *Idem ipse qui vendidi cum uxore, seu filiis ac filiabus meis Indiscisse confirmo.*

* **INDISCUSSUS**. Non examinatus, nostris alias *Indiscus*. Epist. 12. Nicolai I. PP. ann. 863. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 394 : *Nos autem causam Rothadi in virtute Dei non patiemur, vita comite, Indiscussam relinqui. Et finalement on ne sceut que conclurre, et demeura la matiere Indiscusse*, apud Juvenal. de Ursin. in Hist. Caroli VI. pag. 139. Vide infra *Inexaminatus.*

¶ **INDISGREGABILIS**, Individuus. Acta SS. Vitalis et Valeriæ, tom. 3. April. pag. 565 : *Oportet utriusque metropoleos* (Ravennæ et Mediolani) *cives ita caritativa societate ac sociali caritate inextricabiliter convinciri, sicuti noscuntur tantorum Martyrum Indisgregabili communione connecti.*

INDISPAR, Inæqualis, in Miraculis S. Servatii Episcopi Trajectensis.

¶ **INDISPENSABILITER**, Gall. *Indispensablement*, Necessario, apud Robertum *Goulet* in Compendio jurium Universitatis Paris. fol. 3.

** **INDISPERTIBILIS**, Individuus. Marius Mercator pag. 407 : *Quod* (deus) *incorporeus sit et Indispertibilis.*

* **INDISPOSITIO**, Temporis, Intemperies. Acta dissolut. matrim. Ludov. XII. fol. 91. r°. ex Bibl. reg. : *Propter inundationem aquarum, quæ illa nocte ejusdem diei circumcirca dictum castrum supervenit, seu Indispositionem temporis.... minime accessit. Actenta Indispositione temporis*, in Instr. ann. 1481. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 16. col. 2.

INDISPOSITUS, Intestatus, qui sine testamento decedit. Gloss. Græco-Lat. : Ἀσύνταχτος, *Indispositus*. Vide *Inordinatus*. [** et Glossar. med. Græcit. voce Ἀδιάταχτος col. 26.]

Interdum etiam *Indispositus*, idem valet ac invaletudine affectus, Gallis, *Indisposé*. Sanctus Augustinus Epist. 217 : *Tractoria ad me 5. Id Nov. venit.... et me Indispositum invenit, ut occurrere omnino non possem.* [* Stat. colleg. Fuxens. ann. 1457. ex Cod. reg. 4223. fol. 236. r° : *Non autem interdicimus, quod si quis stomacho Indispositus fuerit, possit intrare dictam coquinam, et petere scintillam brolii.*]

* **INDISSIMILITER**, Simili modo. Vita S. Cadroë tom. 1. Mart. pag. 474. col. 2 : *Cum ad sepulcrum ejus cum jejuniis et orationibus pernoctassent, vix obdormierant, et singulas se tenere candelas cum lumine Indissimiliter videbant.*

INDISTANTER, Incunctanter. Utitur Matthæus Westmonast. ann. 1244 : *Indistanter remeavit.*

* Occurrit et pro Continue, indesinenter. Vita S. Facund. tom. 6. Aug. pag. 478. col. 1 : *Indistanter serviebat Domino in timore, etc.*

* **INDISTANTIA**, *La propinquita*. Glossar. Lat. Ital. Ms.

¶ **INDISTEMPERATUS**, Intemperatus. Jacobus de Vitriaco lib. 3. Hist. Orient. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 273 : *Est terra Indistemperata, quia in hyeme est nimis frigida, in æstate nimis calida.*

¶ **INDISTRINGIBILIS** Terra, Quæ inculta est et vacua. Vide *Distringibilis* in *Distringere* 2.

* **INDITIALIS**, Qui indicat rei alicujus veritatem. Charta ann. 943. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 279. col. 2 : *Si aliquis huic veridicæ obviare nititur kartulæ, perfacile est eum cum sua pravitate enervare subscriptorum testium Inditiali certamine.*

¶ **INDITIO**, pro *Indictio*, Exactio nova et insueta. Conventiones Ludovici Regis Siciliæ cum Arelatensibus ann. 1385. ex MS. D. *Brunet* fol. 7 : *Item quod dicti domini Regina et Rex, aut aliquis eorum nomine non possit facere exactionem novam, seu Inditionem, vel superinditionem, aut pedagium novum.* [** Ita etiam in Divisione imper. Carol. M. apud Eginhard. e codicibus scripsit Pertzius Scriptor. vol. 2. pag. 461.] Vide *Indictio* 1.

* **INDITIONARIUM**, Index. *Inditionarium in hoc opere contentorum* Magistr. Gaspar. Haslachi ad calcem Gabr. *Biel* Exposit. sacr. canon. Missæ edit. ann. 1516. Hæc post D. *Falconet*. Vide supra *Indiciare.*

* **INDITUM**. Vide supra in *Indictum* 3.

INDITUS. Gloss. MS. Reg. cod. 1197 : *Indita, data sive insinutata.* f. *insinuata.* Alibi : *Inditur, infertur.* i. in acta refertur.

¶ Inditi Pueri. Donatus Diaconus in Vita S. Trudonis n. 15. inter Acta SS. Benedict sæc. 2. pag. 1080 : *Plurimos autem discipulos venerabilis Pater nutriebat in eodem loco, Inditos quoque pueros divina sapientia eruditos mundi hujus caducos et temporales honores despicere solebat.* Suspicatur Mabillonius forte legendum *Inelytos* : sed retenta voce *Inditos*, intelligi possent Pueri monasterio *Oblati*, de quibus in hac voce. [** Forte leg. *Indoles.*]

¶ **INDIVICABILITER**, Indiscriminatim absque ulla divisione. Concil. Armenorum ann. 1342. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 359 : *Populus totius Ecclesiæ Armeniæ Indivicabiliter de una diœcesi in alium diœcesim, et vice versa, accipit omnia sacramenta, et usque nunc non fuit prohibitum. Simili modo est de Episcopis in Alnanc et in Archamar, accipiunt mutuo sacramenta Indivicabiliter; sed Archiepiscopus Archamarensis, ex tunc quod fuit rebellis nobis, et excommunicatus simul cum Suffraganeis suis, non possunt participare nobiscum.*

¶ **INDIVIDUARE**, *Individuum constituere; Individuatio, Singularis constitutio*, in Lexico Goclenii.

* **INDIVISIO** opponitur divisioni seu partitioni hæreditatis paternæ. Charta ann. 1247. in Chartul. Pontiniac. pag. 212 : *Quod si Galterus ejus frater ex patre solum aliquid vellet reclamare, ... ratione Indivisionis vel communitatis fraternæ, etc.*

¶ **INDIVISIUM**. Sententia L. Decani Remensis ann. 1199. e Tabulario Compendiensi : *Decimam illam pro Indivisio possidebunt Monachi Compendienses et Monachi de Chimino.* Hoc est, Indivise, Gall. *Par Indivis, en commun*, una, simul.

** 1. **INDIUM**, pro *Indicum*, Genus

Digitized by Google

coloris cærulei, in Append. Statut. Petri Corb. apud Guerard. pag. 336.

** 2. **INDIUM**. Polypt. Irmin. Brev. 13. sect. 102. pag. 149 : *Hilduinus, cellarius, solvit Indium* 1. Guerardo videtur idem esse quod *Andedus*, Ferreum fulmentum foci.

¶ **INDIVOLUS**, Qui per vim aliquid aufert, nostris *Voleur*, Præceptum Caroli C. ann. 859. pro Ecclesia Augustodun. apud Baluzium tom. 2. Capitul. col. 1473 : *Ipsa enim villa olim per incuriam rectorum prædictæ Ecclesiæ et Indivolorum hominum violentiam ab eodem loco distracta esse dinoscitur. Indi*, vel potius, *Indu*, pro *in* antiquitus positum fuisse alibi observatum. Vide *Involare*.

* **INDOCTUS**, *Imbecillis, inscius, nepos*, ἀδαήμων. *Inscitia, imperitia*, ἀδαημοσύνη, ex Gloss. reg. in Castigat. ad utrumque Glossar.

INDOLENTIA, pro *Indoles. Infans miræ Indolentiæ, regalis Indolentiæ*, apud Felicem Girwensem in Vita S. Guthlaci num. 9. 11.

¶ **INDOLES**. Vide *Indolis*.

¶ **INDOLETIA**, *Indolentia, carentia doloris*, in Amalthea ex Glossis.

INDOLIS, vel INDOLES, Adolescens, Puer. Glossæ Gr. Latin. : Εὐφυής, *Ingeniosus, Indolens*; εὐφυία, *hoc Ingenium*. Sic in Cod. MS. Passio S. Artemæ Puteolani Mart. : *Dum adhuc Indolis, hoc est, juvenilis ætatis annos gereret*. Vita S. Aridii Episc. Vapincensis : *Sui quoque moris erat neminem contemnere, et si aliquem ad eruditionem suscepisset, Indolem primo quidem ob rudimenta infantiæ blando commendans intimabat magistro, ut teneram instruens foveret ætatem*. Jonas in Vita S. Joannis Reomaensis apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 514 : *Anno tertio Chlotarii Regis Indolis, ex jussu, etc.* Charta Edwini Regis Angl. ann. 956. in Monastico Angl. tom. 3. pag. 120 : *Ego Eadgar Indoles Clito consensi*. Althelmus de Laud. Virgin. cap. 25:

Tradidit investem rectorum forte magistros,
Ut puer Indolis librorum disceret artes.

Idem cap. 26 :

Nititur Indolem claris natalibus ortum
Flectere cum precibus.

Et cap. 32 :

Femineum Indolis gaudens spectare triumphum.

Ubi perperam *indocilis* scribendum putat Canisius. Smaragdus in Præfat. ad Reg. S. Bened. de Monacho :

Indolis et docilis, sapiens, ac mente benignus,
Conceptus, placidus, et bene cautus erat.

Fortunatus lib. 4. de Vita S. Martini :

Indolis a patribus generose Lycontius olim.

[Vita S. Romani Archiep. Rotomag. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1664 :

Aurea Jerusalem valvas sibi pandit et arcem,
Qui penitus sprevit Babylonis ab Indole fascem.

Id est, a puero.] Vide Anson. in Vita S. Ursmari. cap. 3. et Ughellum tom. 1. part. 2. pag. 152.

Præsertim vero sumitur hæc vox pro puero vel adolescente studioso ac laborioso, et, uti vulgo dicimus, *bonæ ac præclaræ Indolis*, Gloss. Latino-Gr. : *Indolis*, ἐπίπονος, σπουδαῖος. *Indoles*, ἐπίπονοι, est enim *Indoles*, ut est apud Servium ad 10. Æneid. : *Imago quædam virtutis futuræ. Spes in puero*, in Gloss. Isidor. καλὴ ἐλπὶς ἐν νεοτέρῳ, in Gloss. Lat. Gr. *Imago futuræ bonitatis*, in Glossis MSS. Unde spectat ea potissimum nobiles ac principes adolescentes vel pueros, quorum in rebus gerendis virtus speratur. Ita Crispus *commodæ Indolis juvenis*, apud Eutropium, *Gratianus*, apud Ammianum lib. 31. *præclaræ Indolis adolescens* appellatur : ut *Tulgus bonæ Indolis et radix Gothorum*, apud Isidorum Pacensem in Chronico æræ 678. Carolus Calvus, *bonæ Indolis puer*, in Hist. Translat. S. Sebastiani cap. 20. Lotharius Rex Francor. *Gloriosæ Indolis puer*, in Bulla Joannis PP. in Tabulario Humolariensi : in Charta vero pro Monasterio S. Bavonis Gandensis, *bonæ Indolis Rex gloriosissimus*. Otto III. Imper. *admirabilis Indolis adolescens*, in Inventione SS. a Deoderico Metensi Episc. repertorum : Carolus filius Regis Ludovici Ultramarini, *juvenis magnæ Indolis*, in Charta Gerbergæ Reginæ anno 968. apud Miræum in Donat. Belg. lib. 2. cap. 19. Philippus I. Rex Francor. *claræ Indolis Rex Francorum*, in Hist. S. Macarii Patriarch. Antiocheni n. 60. Tabularium Monasterii Regulæ de eodem Philippo : *Anno ab Incarnat.* 1103. *Philippo Francorum Rege superstite, Ludovico tamen filio Indolis et probitatis memorandæ juvene, Franciæ temonem obtinente*. Rigordus in Præfat. ad Hist. Philippi Augusti : *Serenissimo et amantissimo domino suo Ludovico Augusti filio Regiæ Indolis adolescenti*. Sed et apud eumdem Rigordum ad ann. 1182. Philippus Augustus Rex *Bonæ Indolis adolescens* appellatur. Acta Episcopor. Cenoman. pag. 306. de Hugone Cenomanensi Comite : *Hugonem videlicet Herberti filium bonæ Indolis adolescentem omnino honore exhæredarent*. Saxo Grammaticus lib. 2. Hist. Danicæ pag. 33 :

Filius hic Regis et avito sanguine lucens
Indole clarus erat.

Ratherius Veronensis Episc. in Epist. apud Chappeavillum tom. 1. Hist. Leod. pag. 180 : *Allatæ cum his sunt et literæ Domini Papæ tunc temporis Joannis* (XI) *gloriosæ Indolis*. Sic indigitantur apud Dudonem lib. 3. de Actis Normann. pag. 124. Richardus Dux Norman. pag. 124. *Indolis sacræ*, apud Hemereum in Charta ann. 948. *Adalbertus inclytæ Indolis Comes* (Viromandensis) apud Saxium in Pontific. Arelat. Willelmus Marchio Provinciæ in Charta ann. 992 : *Marchio istius provinciæ bonæ Indolis Willielmus :* apud Lambertum Scaffnaburg. ann. 1044. Godefridus Gozelonis Lotharingiæ Ducis filius, *Nobilissimæ Indolis juvenis :* apud Ægidium *Bry* in Hist. Comitum Pertiens. lib. 2. cap. 8. *Hugo bonæ Indolis* Comes Cenomanensis, in Tabulario Brivatensi ch. 191. Warinus Comes Arverniæ, *Gratia Dei bonæ Indolis strenuissimus Comes*, apud Ademarum Cabanensem in Chron. pag. 180. Willelmus Dux Aquitaniæ : *Prudentissimus adolescens*, et mox : *Clarissimæ Indolis Comes*, in Triumpho S. Remacli lib. 2. cap. 9. uxor Henrici IV. Regis Rom. : *Bonæ Indolis Regina conjux ipsius*, apud Gregor. VII. PP. lib. 1. Epist. 40. Mathildis Comitissa, *Egregiæ Indolis puella*. Similia suggerunt liber Miraculorum S. Quintini cap. 40. Wippo in Vita Chunradi Salici ann. 1028 Haræus in Castellanis Insulens. lib. 1. pag. 41. etc. Vide Alcuinum Epist. 48. Atque inde fluxit, ut

INDOLES, pro titulo Principum, adolescentium maxime, honorario usurparetur. Monachus Sangallensis lib. 2. de Rebus Caroli Mag. cap. 15 : *Quo etiam tempore epistolam ad vestram Indolem direxit, etc.* Epistola Angilberti Archiepisc. et Andreæ Patriarchæ ad Ludov. II. Imp. ann. 855 : *Quibus auditis, omnes unanimiter pro vestra Indole omnipotenti Deo gratias egerunt, etc.*

INDOLORIA, pro Indolentia, occurrit apud Sidonium in Epithalam. Polemii. Vide Sirmondum ad hunc locum.

* *Indoloria*, ἀνάλγητα, forte ἀνalγησία, vel *Indolora*, ἀνάλγητα, in Castigat. Vide Gloss. Gr. Lat.

¶ INDOLORIUS, Ἀνάλγητος, *Stupidus, carens dolore*, in Supplemento Antiquarii.

** INDOLORUS, Sine dolore. Marius Mercat. pag. 121 : *Indoloræ enim primæ illæ protoplasti fuere deliciæ*.

¶ **INDOLUS**, Sincerus, probus, Gr. ἄδολος, sine dolo. Chartularium Landevenecense : *Ego quædam mulier Indolis moribus, stemate regalium orta, nomine Winargant*. Occurrit non semel in eodem Chartular.

* **INDOMINATURA**, pro *Indominicatura*, Dominium. Charta ann. 1463 : *Unam bichonatam terræ de Indominatura dicti castri d'Epay, etc.*

* **INDOMINICATA**, Pari intellectu. Charta Brunon. abbat. ann. 1158. in Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 89 : *De cultura vero quæ est ante curtem, quantum ad Indominicatam nostram pertinet, quintam garbam.*

¶ **INDOMINICATURA**, Dominium, proprietas, possessio. Hist. Mediani Monast. pag. 271. in Excerptis Joannis a Bayono de Abbatibus ejusdem Monast. : *Hugo circa finem vitæ suæ contulit ex Indominicatura in allodio suo duas croadas cum parte prati.*

¶ INDOMINICATUS, substant. Eadem notione; adject. Ad dominum pertinens, proprius, non datus in feudum. Vide *Dominicum* 3. et Glossar. Lobinelli tom. 3. Hist. Paris.

* Charta Henr. imper. pro monast. Florin. ann. 1012 : *Si ecclesia de suis Indominicatis, silvis, pratis, etc.* Infra : *Foragia atriorum et Indominicatorum et omnium locorum, in quibus bannum et justitiam habent, sint ecclesiæ.*

INDOMITAS. Aimoinus lib. 2. de Mirac. SS. Georgii et Aurelii num. 14 : *Exinde vero, quos per Indomitatem linguæ male præsumpserat, etc.*

INDORMIS, *Insomnis*, ἀκοίμητος. Gloss. Gr. Lat.

INDORMITABILIS. Libellus precum Marcellini et Faustini pag. 25 : *Gravius exilium temporale esse crediderunt, quam perpetuam pœnam secundum Esaiam : Indormitabilis vermis, et ignis inextinguibilis.*

* Qui non dormitat. Agobard. in Lib. apologet. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 250 : *Non ita placuit illi Indormitabili oculo, qui custodit Israel suum.*

* **INDORMITUS**, Soporatus, torpore

Digitized by Google

affectus, Ital. *Indormentato*, Gall. *Endormi*. Vita S. Rayner. tom. 3. Jun. pag. 460. col. 2 : *Theodora.... habebat manus, ut vulgo dicitur, Indormitas, ut filare non posset.* Lit. official. Senon. ann. 1336. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 22 : *Mediantibus pulveribus prædictis,.. ita et adeo fuerunt Indormiti et ipsos dormire oportuit. Entomi*, pro *Engourdi*, in Mirac. S. Ludov. edit. reg. pag. 479 : *Qui ont les membres aussi com Entomiz et endormiz.* Vide infra *Inertia.*

INDORSARE, Joanni de Janua : *Supra dorsum ponere : quod vulgo dici solet intersellare ;* [*Endorsser*, in Glossar. Lat. Gall. Sangerman.]

INDORSARE, Gall. *Endosser*, Chartæ dorsum seu tergum, vel cujuscumque scripti partem aversam, aut exteriorem inscribere. Proprie vero indorsatæ litteræ dicebantur *Brevia citationum*, seu *Submonitionum*, quod in ejusmodi brevium, per quæ a Rege actori reum in judicium adducendi facultas dabatur, dorso seu tergo citatio et submonitio ab Apparitore vel *Serviente* reo facta, ut in judicio compareret, adscriberetur : unde *Indorsatio*, executio citationis vulgo in foro Anglicano dicitur. Vide Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 18. et 41. Apud Willelm. Thorn. ann. 1289 : *Littera clausa, et sigillo Indorsuta*, id est, *sigillo munita. Endos du contract*, in Consuetudin. Normanniæ art. 182. *Endossement*, in Peronensi art. 260. Adde Consuetudinem urbis Insulensis art. 97. Vide *Redorsare.*

¶ **INDRICTO**, f. Recta, Gall. *Droit*. Vetus traditio apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 23 : *Propterea donamus ad Monasterio de foreste nostra... usque in ipso vado in Prumia, et de ipso vado Indricto usque in Melina flumen.* Vereor ne legendum sit *indicto*, quasi *indicato.*

¶ 1. **INDUBIÆ**, *Indumentum*. Gloss. Isid. Legendum, ut apud Plautum, *Induviæ*, cui contrarium *Exuviæ. Induviæ arboris*, Cortices, apud Plinium.

¶ 2. **INDUBIÆ**, perperam pro *Induciæ*. Gloss. Isid. : *Indubias, Belli intervallum, id est, pax bello manente. Indubies, pax, bellum manens.*

* **INDUBITANS**, Certus. Epist. 16. Nicolai PP. I. ann. 863. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 399 : *Et ad æquitatis debitæ jus pars justa sine protelatione Indubitanti fine perveniat.*

INDUBITANTER, Sine dubio, in leg. 3. Cod. Theod. de Hæreticis. (16, 5.)

* **INDUBIUS**, Non dubius, indubitabilis. Charta ann. 1217. in Chartul. Mont. S. Mart. part. 1. ch. 105 : *Universis præterea certum et Indubium esse volo quod*, etc.

1. **INDUCERE**, Installare : *Inductio*, Installatio. Provinciale Eccl. Cantuar. lib. 3. tit. 6 : *Ut hi, qui admissos ad beneficia Ecclesiastica ad mandatum superioris tenentur Inducere, pro Inductione hujusmodi facienda sumptibus contententur moderatis.*

* 2. **INDUCERE**, Abigere, ut videtur. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 317 : *Dicta animalia* (porcos scilicet et equos) *secum Induxerat, alia secum importaverat*, etc.

* 3. **INDUCERE**, *Caraxare*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

¶ **INDUCIALIS**, INDUCIARIUS, Johanni de Janua, Spectans inducias ; *Appartenant à treves*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.

¶ **INDUCIARE**, Eidem J. de Janua, *Differre per inducias, vel inducias facere et constituere.* Sæpius occurrit apud Scriptores inferioris ævi pro Moras nectere, procrastinare, differre, ut apud S. Bernardum Epist. 303. Eadmerum in Vita B. Lanfranci, tom. 6. Maii pag. 850. etc. Consuetudines villæ Hasprensis a Balduino Hannoniæ Comite ann. 1176. confirmatæ, apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 893 : *Prædicta etiam placita ad alios, quam præscriptum est, terminos Induciare non potest.* Vita B. Caroli Comitis Flandriæ tom. 1. Martii pag. 212 : *Quatenus usque in Dominicam proximam Induciet de vobis.* Gesta S. Anselmi, tom. 2. April. pag. 910 : *Non ea re concessi causam, de qua agitis, hesterno Induciari.* Historia canonizationis S. Godehardi Episc. apud Leibnitium tom. 1. Scriptor. Brunsvic. : *Causa patroni nostri B. Godehardi usque Induciata*, etc. Sic recentiores, præsertim Jurisconsulti, procrastinationes, moras et dilationes passim vocant *Inducias*, quamvis Latini hanc vocem non soleant usurpare nisi pro pace vel cessatione a bello in certum tempus inter hostes inita. Varias juris *Inducias* exponit Calvinus in Lexico.

* **INDUCIATUS**, Cui induciæ concessæ sunt, vel qui per inducias datas securus esse debet. Charta ann. 1327. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 111. col. 1 : *Si capti fuerimus, ... tunc infra annum et diem post nostram captionem, et quamdiu excrediti et Induciati fuerimus, aliquam exactionem solvere non debebimus pro nostra liberatione.*

¶ **INDUCIUM**, Induciæ, intercapedo. *Cumque ibi duo manerent simul ad Eistet aliquantum temporum Inducium*, in Vita S. Willibaldi, tom. 2. Julii pag. 511.

* Nostris *Induce* et *Indusse*, eodem sensu. *Induces mestives*, in Consuet. Turon. art. 5. *Wit jours de Indusse*, in Lit. ann. 1409. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 480.

INDUCTA. Liber fundationis Monasterii Gozecensis. pag. 230 : *Ubi in brevi spe sua frustratus moritur, et super Inductam B. Michaelis sepelitur.*

¶ **INDUCTIBILIS**, Qui facile inducitur. Cælius Aurel. lib. 2. Acut. cap. 37 : *Coagulata Inductibiliaque et digitis convoluta. Qualitas Inductibilis*, ibidem.

¶ **INDUCTILIS PORCUS**, Sues quæ porcellos *ducit* et nutrit, ut suspicor, quæ *Ductrix scrofa* dicitur in Lege Bajw. tit. 12. cap. 4. § 2. Charta Ottonis Episc. apud Schannattum Vindem. Litter. pag. 45 : *Et tunc ad servitium exigat duos porcos, quos vulgo Inductiles vocant, et unum lateralem et unum porcellum, et quatuor gallinas*, etc.

¶ 1. **INDUCTIO**, Suasio qua quis inducitur ad aliquid faciendum. Origo belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. pag. 156 : *Ad Inductionem ergo Sacerdotum... Monasteria destruuntur et diruuntur.* Auctor ad Herennium hac notione dixit : *Quod alieno Inductu fecerit.*

* Vox Latinis ea acceptione haud ignota : nostris alias *Induce*, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 223 : *Jean Fourquié estoit marié à une jeune femme..... Nicole Menard prestre par ses fausses Induces et monitions avoit séduit laditte femme, en tele maniere qu'il la congnoissoit charnelement.* Aliæ ann. 1398. ex Reg. 153. ch. 566 : *Guillaume Merlin prestre, lors curé de la paroisse de Giry, fist tant par ses promesses, Induces ou menaces, que Philiberde femme dudit suppliant et de laquelle il estoit compere, se accorda à faire sa voulenté et plaisir.* Hinc *Inducieux*, Qui inducit, impellit et movet, in Lit. remiss. ann. 1410. ex Reg. 164. ch. 205 : *En laquelle hostellerie après que le suppliant se fut logié, ... par Inducieuses paroles eust menée en une estable icelle filette*, etc. Vide *Inductivus.*

* 2. **INDUCTIO**, Installatio. Vide *Inducere* 1. [** Vide supra *Amleit* et Haltaus. Glossar. German. vocibus *Anleite* et *Anleiter*, col. 35. et 36. de *Inductione* in bona debitoris et de *Inductore* in possessionem a judice dato.]

¶ **INDUCTITIUS**, Invectitius, ascititius. Gloss. Cyrilli : *Inductitius*, ἐπίσακτος.

** **INDUERE**, Investire. Occurit in Tradit. Fuldens. Schannat. num. 111. ann. 796.

¶ **INDUCTIVUS**, Qui inducit, excitat, movet. *Inductiva persuasio*, in Chronico Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 97 : *Inductivæ viæ et media licita et honesta*, apud Rymer. tom. 8. pag. 453.

¶ **INDUCTOR**, Qui inducit, impellit, excitat. Gloss. vet. : *Inductor*, εἰσακτής.

INDUCTORIUM, pro eo quod inducitur, vel illinitur. Occurrit apud Nithardum. [*Inductorium facere*, apud Plinium.]

¶ **INDUCTUS**, pro Indutus. Albertus Mussatus de gestis Henri VII. Cæsaris apud Muratorium tom. 10. col. 399 : *Abbas... cum potestate ac primoribus civitatis, plebeque tota obviam procedentes millibus ferme quinque Inductis similis amictus ornatu, introeuntem supremis excepere gaudiis.* Occurrit alibi, teste Muratorio in notis

INDUCULA, *Indumentum*. Joan. de Janua. [Martinius in Lexico et Laurentius in Amalthea addunt, *Vestis interior.*]

¶ **INDULCARE**, Dulce facere. Tertul. adv. Judæos cap. 13 : *Hoc enim lignum tunc in sacramento erat, quo Moyses aquam amaram Indulcavit.* Eccli. 49. 2 : *In omni ore quasi mel Indulcabitur ejus memoria.* Rursum occurrit ibi 12. 15. *Aqua Indulcata*, ibid. 38. 5. et apud S. Optatum lib. 6. *Ollam propheticam Indulcat commixta farinula, et austeritatem præsentium laborum temperat supernæ dulcedinis memoria*, apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 516.

¶ INDULCORARE, Eadem notione. Onomast. apud Martinium : *Indulcoro*, γλύκω.

INDULGENTIA, Lex, qua Imperatores Romani in quinquennalibus et decennalibus leviorum criminum reos vinculis solvebant, ut in Cod. Theod. de indulgent. crimin. (9, 38.) Ea autem δωρεὰ appellatur ab Eusebio de Martyr. Palest. cap. 2. Gloss. Gr. Lat. : Θεία δωρεά, *Indulgentia.*

INDULGENTIA, Venia, culpæ condonatio, pœnæ remissio. Synodus Pistensis can. 3 : *Aut solvant legale placitum, aut per Indul-*

Digitized by Google

gentiam sibi impetrent perdonari. Capit. Caroli Calvi tit. 30. cap. 1 : *Posteaquam nos invicem mutua Indulgentia... reconciliavimus, etc.* Occurrit in iisdem Capitularibus non semel, et apud Jurisconsultos.

* Charta Reginaldi episc. Paris. ann. 1254. in Chartul. S. Maglor. ch. 29 : *Desiderantes Domino reddere populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum et quasi quibusdam illectivis muneribus, Indulgentiis scilicet et remissionibus invitamus, ut ex inde reddantur divinæ gratiæ aptiores.*

INDULGENTIA, nostris Remissio aut relaxatio pœnæ vel *pœnitentiæ* pro peccatis, vel debitæ, vel impositæ, uti describitur a S. Gregorio Nysseno in Epist. ad Letoium. Ita *Indulgentiam* accipiunt Jurisconsulti, pro pœnæ relaxatione. Eckehardus Junior de Casibus sancti Galli cap. 2. initio : *Ille vero pie discretus, pœnitentia eorum accepta, populo Domini pro eis inclamante, Indulgentiam eis dedit, allevatos præ foribus basilicæ eo die et nocte punitionis gratia incommunicatos jusserat stare.* Bernaldus de Reconciliatione lapsorum : *In Canonum judiciis profectus Ecclesiasticæ disciplinæ potissimum attenditur, ut et qui peccaverint corrigantur, et alii, ne peccent, deterreantur; hinc est, quod quidam nunc 7. nunc 10. annis, aliquando etiam usque ad finem vitæ, pro suis criminibus ab Ecclesia separantur, qui et libenter sub hac districtione debent laborare, non solum ut peccata sua diluant, sed etiam ut sanctæ Dei Ecclesiæ satisfaciant, eamque sibi reconcilient pœnitendo, quam scandalizaverunt delinquendo. Nulli tamen eorum ille numerus præcludit, quin et ante expletionem eorum Deus eis indulgere valeat et soleat, si digne pœnituerint, juxta illud B. Leonis PP. etc..... unde et sancti Patres hunc numerum annorum, si tamen Ecclesiasticæ disciplinæ non obfuerit, multociens anticipandum in reconciliatione censuerunt, in his duntaxat qui digne pœnituerint, etc.* [Acta consecrationis Ecclesiæ Parthenonis B. M. de Epeia Diœcesis Veron. Urbani III. PP. ann. 1 : *Postea exivit D. Papa de prædicta Ecclesia, et ascendit super pergulum et prædicavit populo... Auctoritate nostra concedimus omnibus ad anniversarium hujus dedicationis diem advenientibus, et volumus quod auctoritate apostolica prædicti Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi debeant auctoritate nostra in hoc facto unum annum et* XL. *dies omnibus vere pœnitentibus et confessis de injucta eis pœnitentia criminalium, et quartam partem venialium, fractionem votorum ita ut ad eam* (vitam monasticam) *redeant, excessus parentum nisi fuerint enormes, pœnitentibus in carentena, unum annum de tertiis et* XLVII. *dies, in solemni pœnitentia advenientibus calceamenta restituimus, mulieribus quæ volentes parvulos oppresserunt Ecclesiæ introitum. Et tunc prædicti D. Cardinales et ceteri Pontifices annuerunt quilibet pro se voluntati D. Apostolici, dantes et concedentes auctoritate D. Papæ Indulgentiam, sicut scriptum est.* Antiquam hanc indulgentiarum concessarum formulam hic inserere visum est, quod illi parum consentiant hodiernæ.] Vide Morinum lib. 10. de Pœnit. cap. 22. et alios passim, qui de hoc argumento libros conscripserunt. [** Murator. Antiq. Ital. tom. 5. col. 761.]

* Ad episcopos quamquam hæc pertineat remissio, ab abbatibus sæpissime tamen concessas *Indulgentias* fuisse, docent quamplurima documenta, ex quibus unum aut alterum satis sit ex Tabul. Cassin. desumptum. Charta ann. 1299 : *Nos Dei gratia Thomas abbas Casinensis.... omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam in singulis subscriptis festivitatibus, videlicet ipsius B. Thomæ, nativitatis..... ac in dedicatione ipsius ecclesiæ et per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes devote accesserint annuatim, ... de omnipotentis Dei misericordia quadraginta dierum Indulgentias de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus.* Quod auctoritate sua præstare confidenti animo profitetur abbas Henericus in eod. Tabul. : *Nos autem de omnipotentis Dei misericordia... omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui eidem fratri Andræ manus porrexerint adjutrices, nomine ecclesiæ et hospitalis prædictorum, auctoritate nostra qua fungimur, quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus.* Vide supra in *Absolutio* 1.

¶ INDULGENTIÆ DIES, in Translatione S. Maurini Abb. inter Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 338. Cœna Domini, sic dicta quod hac die pœnitentes absolvi consueverint. Vide *Absolutionis dies.*

INDULGENTIAM FACERE. Cæsarius lib. 6. cap. 5 : *Sedensque in angulum juxta Ecclesiam beatæ Dei Genitricis,* (Coloniæ) *ubi Episcopis in die Palmarum consuetudinis est populo facere Indulgentiam.*

¶ INDULGIBILIS, Pronus ad indulgendum. *Indulgibilis clementia,* in Epistola Dungali reclusi ad Carolum M. apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 144.

¶ INDULSATUS VINO, Indulsus vino, inebriatus. Meisterlini Hist. Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. pag. 100 : *Ad sua diverticula vino Indulsati, curis posthabitis, Baccho sacrificant.*

¶ INDULTOR, Qui indulget, parcit et non ulciscitur. Ordo celebrandi Concilii tom. 1. Concil. Hisp. pag. 231 : *Te quoque* (Deus) *in hoc fine judiciorum nostrorum Indultorum nostris excessibus speramus.*

* INDULTUM, Gall. *Indult*, Pontificiaria gratia de re, quæ a jure communi aliena est. Bulla Pauli IV. PP. ann. 1559. ex Continuat. magn. Bullar. Rom. part. 4. pag. 74. col. 2 : *Revocantes, cassantes, et annullantes omnia et singula Indulta, concessiones, dispensationes, etc.* Consule Juris canonici commentatores.

INDUMINA, Papiæ, *Indumenta.* Vetus versio Josephi lib. 17 : *Quando civitatem intrabat, privatis Induminibus utebatur.*

* INDUPEDARE, *Impedire,* in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

¶ INDUPERARE, pro Imperare, præsertim apud Poetas, ut *Induperator,* pro Imperator, metri gratia. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. MS. et Supplem. Antiquarii : *Induperare,* ἐπιτάσσειν. Acta S. Cassiani Mart. apud Illust. Fontanium ad calcem Antiq. Hortæ pag. 345. ubi de Juliano Apostata :

> Unde erga Sanctos bellum commoverat excors,
> Induperans perimi, et nullum super arva papisci.

Dudo de Ducibus Norman. :

> Regibus et Ducibus verbo Induperabat amico,
> Gratior in regno Regibus et Ducibus.

Inter Latinos vocem *Induperator* usurpavit Juvenalis Satyra 4. inter Latino-barbaros vero Odo in Carmine de varia fortuna Ernesti Bavariæ Ducis apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 374. Gilo Paris. de expeditione Hieros. ibid. col. 249. Auctor Carminis de Lothario Rege in Appendice tom. 2. Annal. Bened. pag 745. etc. [** *Induperatrix* apud Ermold. Nigellum lib. 4. vers. 361.]

* INDUPLARE, Duplicare, Gall. *Doubler.* Tradit. Diessens. apud Oefelium tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 692. col. 1 : *Si uno anno obmiserit quod censum non dederit, in secundo Induplare teneatur; et si in secundo anno non Induplaverit, cadat ab omni suo jure dictæ locationis.* Vide *Duplare.*

¶ INDURARE, Ferre, pati, Gall. *Endurer.* Capitula Caroli C. tit. 36. cap. 34 : *Quia pro Deo suos denarios vel suam annonam, quæ a Deo accepit,* (egeno) *dare non durat, cum Deus seipsum et sanguinem suum pro eo in cruce clavis et lancea transfixus fudit.* Plinio *Indurare* est Durum reddere.

* *Endurement,* Toleratio, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 131 : *Le suppliant moiennant son labour et travail et le grand Endurement et patience qu'il a eu etc.*

¶ INDURATIO, apud S. Augustinum et Theologos, Durities animi, Pertinacia, qua quis peccare non desinit. Gall. *Endurcissement.*

* INDURATIVUS, Facile indurans. Arnald. in Rosar. Ms. ex Cod. reg. 7149 : *Multiplicando virtutes minerales lapidificaturas et coagulativas et Indurativas.*

INDURATOR. Gloss. Græc. Lat. · Στομῶ, *Ferrumino,* στόμωμα, *Ferrumen,* στομωτής, *Indurator.*

¶ INDURITIA, Duritia, obstinatio, pervicacia. Mandatum ann. 1318. apud Rymer. tom. 3. pag. 714 : *Contra dictos inimicos et rebelles nostros, ad ipsorum Indurtitiam, militiam et proterviam... reprimendum.*

INDUS, INDICUS COLOR, Cæruleus, seu *Azureus,* quod id genus metalli ex India advehatur : in Monastico Angl. tom. 3. pag. 315. 316. et alibi passim. Le Roman *d'Alexandre* MS. :

> Illecques veissiez des vaincus gonfanons,
> Vers et Indes et jaunes et de toute façons.

* INDUSCILE, *Endouille,* in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Aliud ex Cod. 7692 : *Indusillæ, Andoille.*

¶ INDUSIAMEN, *Indumentum,* Johanni de Janua; *Vestement,* in Glossis Lat. Gall. Sangerman.

INDUSIARI, *Indui vestibus, vel ornari. Indusiarius, Vestiarius.* Papias *Indusiatus,* revestitus, *Indusio* indutus, [apud Plautum. *Indutiarii, vestiarii,* in Glossis Isidori.] Martianus Capella lib. 1 : *Et ipsum tonantem exuviis Indusiari publice cernerent.* Apuleius : *Pulcre Indusiatus adolescens.* Gerardus Abbas Silvæ Major. in S. Alexandro cap. 3 : *Cujus dignitatis honore Indusiatus, et a Principe regni legaliter in-*

Digitized by Google

thronizatus, etc. [Ratherius lib. 5. Præloquiorum : *Laicis non timent vestibus Indusiari.*]

¶ **INDUSSATUM**, ἐπιδαψιλευθίν, *Abundans*, in Supplemento Antiquarii. *Indussatus*, ἐπιδαψιλευθείς, in Glossis Sangerman. Lat. Græc. MSS. ἐπιδαψιλεύομαι, apud Synesium exponitur. Adde corollarium et auctarium.

* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar.: *Indussata*, ἐπιδαψιλευθέντα. Leg. *Indultata* vel *Indulgitata*, de qua voce Nonius. Goldast. ad Dosith. pag. 69. *Indulta*, Vulc.

* **INDUSTRIA**, Modus, ratio. Charta ann. 1358. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 90 : *Talem in gestu et habitu Industriam teneatis, quod nihil in vobis appareat quod offendere debeat intuentes.*

* **INDUSTRIALIS**, Ad *industriam* seu artem pertinens. Charta ann. 1400. in Access. ad Hist. Cassin. part. 2. pag. 507. col. 2 : *Item dixerunt quod omnes habitatores dicti castri Luci tenentur singulis annis decimas personales seu Industriales dare præposito.*

INDUSTRIARE, *Docere*. Papias, et Gloss. Isid.

* **INDUSTRIOSE**, Artificiose, callide, Gall. *Artificieusement*. Hincmar. de divort. Lothar. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 295 : *Econtra ipse cum maximis attestationibus nobis declaravit, solam rei veritatem illam confiteri se persuasisse, nec in ea causa Industriose aliquid amplius egisse.*

¶ **INDUSTRIS**, Industrius. *Cives in artibus Industres*, in Laudibus Papiæ apud Murator. tom. 11. col. 22. Charta Ludovici Regis filii Bosonis ann. 896. ex Chartulario Aptensi fol. 1 : *Nosse volumus quod Industrissimus quidam fidelis noster nomine Teutbertus illustris Comes etc.*

* Chron. Joan. Whetham. pag. 366 : *Paciemur ergo nos... principem tam illustrem, ducem tam Industrem.... sic lacerari a canibus, etc.*

* **INDUSTRIUS**, *Fauchons*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

¶ **INDUTIARIUS**. Vide *Indusiari*.

INDUVIUS, pro Indubius. Charta Hispan. apud Sandovallium in Episcopis Pampilon. pag. 62 : *Ego Garsias gratia Dei Rex, quamvis indignus, tamen non Induvius magna Christi pietate, et confisus in ejus gratia, etc.*

* **INEA**, pro *Ænea*, idem quod infra *Inno*. Vide in hac voce.

¶ **INEBRÆ**. Vide *Inhibæ*.

¶ **INEBRIVIATUS**, In *brevi* seu indiculo descriptus. Bernardi Mon. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 6 : *Tales dies* (anniversarios) *habet Cellarius apud se Inebriviatos*. Eadem habentur in S. Wilhelmi Constitut. Hirsaug. lib. 2. cap. 43. Vereor ne utrobique legendum sit *Imbreviatos*. Vide *Imbreviare* et *Inbreviare*.

INEDAX, ὀλιγοφάγος, in Gloss. Gr. Lat. [et Supplemento Antiquarii,] Qui parce edit.

* **INEDIBILIS**, Non edulis, non esculentus. Charta ann. 1266. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 216 : *De aliis vero rebus Inedibilibus, ut pote de cuculis, osillis, furcis, rastris et aliis instrumentis ad tempus messium et vindemiarum necessariis, etc.*

¶ **INEDICIBILIS**, Ineffabilis, qui edici nequit, Gall. *Indicible*. Sermo Rabodi Episc. Noviom. de Annunciatione ann. 1081. ex veteri Lectionario Monasterii S. Eligii ejusdem urbis : *Inedicibili autem admiratione visionis et salutionis angelicæ turbata, etc.*

¶ **INEDIUS**, Jejunus. Vita B. Jacobi Philippi, tom. 6. Maii pag. 168 : *Quia etiam mane Inedius rem divinam celebraverat.*

* **INEFANS** inter species aromaticas recensetur in Convent. Saonæ ann. 1526.

* **INEFFICAX**, Dicitur de exercitu, qui nihil obtinuit, in Annal. Victor. Mss. ad ann. 1219 : *Circa festum Penthecostes Ludovicus filius regis Philippi iterum ivit in terram Albigensium.... cum magno exercitu... Sed eodem anno redierunt Ineffucaces, propter prodicionem quorumdam in obsidione Tholosæ.*

¶ **INEFFIGIABILES**, Qui fingi seu figurari nequit. Tertull. de Anima cap. 24 : *Adjicit* (Plato animam esse) *immortalem, incorruptibilem, incorporalem... invisibilem, Ineffigiabilem, uniformem, principalem, rationalem, intellectualem.*

¶ **INEFFIGIATUS**, Non figuratus. Tertull. de Anima cap. 9 : *Anima indissolubilis, qua immortalis, et Ineffigiata qua indissolubilis.* Utitur Gellius loquens de re necdum efformata.

¶ **INEFFRENATUS**, Effrenatus, non frenatus. Concil. Trevir. ann. 1310. apud Marten. tom. 4 Anecd. col. 241 : *Ineffrenatam utique aviditatem eorum refrenare volentes, statuimus etc. Ineffrenata multitudo delinquentium*, in Charta ann. 1484. apud Rymer. tom. 12. pag. 240.

* **INEFFUGABILITER**, Sine effugio, Gall. *Inévitablement*. Præcept. Chilper. ann. 583. tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 624 : *Cum in hac vita brevi tempore maneamus, et ad mortem Ineffugabiliter properemus, etc.*

* **INEFRENATUS**, ut *Ineffrenatus*, Effrenatus. Charta ann. 1302. ex Tabul. Massil. : *Item attenta Inefrenata audacia, imo inobedientiæ spiritu laboratorum, etc.*

* **INEFRONS**, *Senza fronte*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

¶ **INELEEMOSYNATUS**, Cui non est erogata eleemosyna. Gerardus Abb. in Vita S. Adalhardi n. 17 : *Si quando fortuna egentes sibi præsentabat bis unum, et aquipen utrisque competentem non habebat ad manum, satius censebat alteri totum tribuere, quam uterque eorum pene Ineleemosynatus videretur recedere.*

¶ **INELIGIBILIS**, Qui ad aliquam dignitatem non potest eligi, in Bullario Carmel. pag. 243. col. 2.

* **INELIGIBILITAS**, Facultatis inopia, ut quis ad dignitatem aliquam vel aliquod officium eligi possit, vel ab iis repulsa. Stat. S. Flori Mss. fol. 44 : *Cum talium* (excommunicatorum) *participatio excommunicationem ad minus minorem et interdum majorem inferat, et a participatione sacramentorum et hominum quandoque se injungat ac Inegibilitatem inducat.* Ubi leg. ut infra *Ineligibilitatem*. Vide *Ineligibilis*.

* **INEMBOSCATUS**, In insidiis positus. Proces. crimin. ann. 1488. ex Tabul. D. Veniciæ : *De hominibus civitatis Inemboscatis stabant numero viginti et ultra armati cum achiis, etc.* Vide supra *Imbosca*.

INEMENDABILE. Vide *Emenda*.

¶ **INEMERIBILIS**, Non emerendus. Tertull. de Resurrectione carnis cap. 18 : *Non quia substantiæ ipsi Inemeribile sit, aut Deo impossibile.*

* **INENATABILIS**, Unde enatari haud possibile est. Tertul. de Idolol. cap. ult. : *Cæterum Inenatabile excussis profundum est.*

¶ **INENGIUS**, ut mox *Inennis*. Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 13 : *Concessimus filio Nicholai la Wisdie nostro filiolo Inengio pro salute animarum nostrarum* XII. *denar.*

INENNIS, Minor, qui nondum annos pubertatis attigit, aut nondum est sui juris. Ἀνήλιξ et Ἀφήλιξ Jurisconsultis Græcis. Speculum Saxonicum lib. 1. tit. 23. art. 1 : *Ubi filii Inennes sunt, agnatus expeditorias accipit res.* [** Germ. *binnen iren jaren.*] Vim vocabuli eamdem habet nostrum *Nondge*, quod passim occurrit apud Littletonem, in Statutis S. Ludovici lib. 1. cap. 122. in veteri Consuet. Normanniæ cap. 43. etc.

* 1. **INEPTITUDO**, vox fori, Circumstantiarum repugnantia, cum quis scilicet crimine purgatur ex absentia. Lit. remiss. ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 229 : *Primum articulum negat dictus Johannes* (reus) *salvo jure Ineptitudinis et impertinentiæ, protestans de proponendo et probando..... quod eo tempore, in quo dictus Johannes Valheti fuit accusus, dictus denunciatus erat absens ab illo loco, etc.*

* 2. **INEPTITUDO**, Vitium, Gall. *Défaut*. Charta ann. 1303. in Reg. 37. Chartoph. reg. ch. 28 : *Item quod propter Ineptitudinem libelli, dummodo ex causa debendi ad causam petendi recta conclusio sequi possit, judex ferre sententiam non omittat.*

¶ **INEPTITUDO** Loci, Locus ad habitandum ineptus, in Bullario Carmel. pag. 52. col. 1.

* **INEPTUS**, Vitiosus, Gall. *Défectueux*. Arest. ann. 1410. 29. Nov. in vol. 11. arestor. parlam. Paris. : *Johannes Cognati experimentator et venditor, ex eo quod tyriacam inutilem et Ineptam vendebat, etc.*

¶ **INEQUITARE**, Equitare, apud Apuleium lib. 6. et Solinum cap. 45 : *Audet Inequitare philosophiæ*, i. Insultare, Macrobio lib. 7. Saturn. cap. 15.

¶ **INERASIO**, Neglecta et omissa rasura. *Expedit calamum quassatum non conteri, et Inerasione æruginis vas non frangi*, in Maceriis Insulæ Barbaræ tom. 1. pag. 175.

¶ **INERGIA**, ut *Energia*, Johanni de Janua, *Vis et efficacia, effectus,... agilitas, et rerum gestarum aut quasi gestarum sub oculis inductio. Dicitur etiam animi anxietas... vel dicitur Inergia, interior labor vel interior operatio, ab en quod est in, et ergo* (Græc. Ἐργον, opus) *quod est operatio, labor.* Gloss. Latin. Gall. Sangerman. : *Inergia, Force, vertu, efficace, effet ou engoisse de cuer.* Vide *Energia*.

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7648. *Inergia, forcenerie, angoisse de cuer.*

INERGUMENUS, pro *Energumenus*, apud Ordericum Vital. lib. 2. pag. 422. Bladricum Noviom. lib. 2. cap. 6. [Johan-

Digitized by Google

nem de Janua, et in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MSS.]

* **INERTIA**, Morbi genus, Torpedo, Gall. *Engourdissement*. Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 267. col. 1 : *Agius, ejusdem loci presbyter, tertianam diu passus Inertiam; ut se devote ad Deum contulit, obtentu beati præsulis celeri donatus beneficio, importunam mox pestem excessit.* Vide supra *Indormitus*.

* **INERTICULA**, *La vite nigra*, in Glossar. Lat. Ital. Ms. *Inerticula vitis*, Plinio, cujus vinum tenue est.

* **INERTICULUS**, *Remissus, pessimus*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Vide *Inertus*.

INERTICUS, *Gravis, ignarus, remissus*. Jo. de Janua.

¶ **INERTIOSUS**, *Piger, segnis, tardus*, apud Papiam. Male in Glossis Isidorianis : *Inesis, segnis, piger*. Legendum *Iners*, vel potius *Inertiosus, segnis, piger*.

¶ **INERTITUDO**, ἀδρανία, *Inertia*, in Supplem. Antiquarii et in Gloss. Lat. Gr. Sangerman.

¶ **INESCATORIUM**, Illecebræ, invitamentum. Johann. Sarisber. lib. 3. Polycratici cap. 7 : *Apud istos enim gratia, quia gratis non est, jam non gratia, sed lucri Inescatorium est.*

* **INESCATUS**, metaphorice pro Mortuus. Vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 267. col. 1 : *Erat itidem quartus in eodem infirmitorio languidus, qui non solum morti videbatur vicinus, sed quodammodo Inescatus, etc.*

¶ **INESIS**. Vide *Inertiosus*.

* **INESPESOL**, Cumulato opponi videtur, in Charta ann. 1192. ex Tabul. S. August. Lemov. pag. 130 : *Episcopus Lemovicensis qui habet in prætaxato manso solus duos sextarios avenæ, unum cumulatum et altum Inespesol.*

INESSE, pro Interesse, vel esse in. Jonas Monachus Bobiensis in Vita S. Bertulfi Abbat. cap. 6 : *In cujus obsequio ego Infui.* Miracula S. Richarii Abb. Centul. n. 5 : *Vocatur elegans juvenis Ingelardus, quem adhuc eo tempore ferunt scholis Inesse.*

¶ **INEVADIBILITER**, Ita ut nullus sit locus evadendi. Ratherius Serm. 1. de Quadrages. apud Acher. Spicil. tom. 2. pag. 291 : *Metuendum ne Inevadibiliter a Domino conclusi, etc.*

* **INEVASIBILIS**, Unde evadere impossibile est. Mirac. S. Vicin. tom. 6. Aug. pag. 193. col. 2 : *Cum.... catena S. Vicinii nomine dedicata vinctus continuo atque Inevasibilis custodiæ laqueo se affici quereretur, etc.*

¶ **INEVENTILATUS**, Minime ventilatus. *Paleæ Ineventilatæ*, in Vita S. Eugendi Abb. cap. 2.

* **INEVITABILIS**, Mortiferus. Chron. Camerac. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 200 : *Statim vero iterum Inevitabili morbo corripitur, et ut digna meritis suis recompensatio omnibus appareret, lingua ejus divino igne succendi reperta est. Cui cum hora exitum maturasset, etc.*

¶ **INEVITABILITAS**, Id quo fit ut aliquid vitari non queat, apud Duchesnium tom. 4. pag. 159.

¶ **INEWARD**, Vox ignota. Vide *Heveward*.

* **INEXAMINATUS**, Non examinatus. Hincmar. de Divort. Lothar. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 294 : *Proinde ne suspicio ista et nequissima fama de uxore regia diutius Inexaminata aut improbata maneret, etc.* Vide supra *Indiscussus*.

¶ **INEXAUDIBILIS**, *Qui facile exaudiat*. Barthii Glossar. ex Baldrici Hist. Palæst.

¶ **INEXCEPTIONALITER**, Sine exceptione. Vide locum in *confarreatio*.

¶ **INEXEMPLUS**, Incomparabilis, cujus nullum exstat exemplum, vel f. historia seu exemplis insculptis decoratus. Vita S. Leonis PP. III. Junii tom. 2. pag. 580 : *In circuitu laminis marmoreis ornavit* (triclinium) *atque marmoribus Inexemplis stravit.*

* **INEXIBILIS**, Cui exire non licet. Sermo de modo vivendi monial. Coisrosiens. apud Stephanot. in Antiq. Bened. Lemov. MSS. part. 1. pag. 654 : *Non eis* (monialibus) *concessit venerabilis pater exire ad hortum, colligere holera, nec aquam sive ligna deferre; et eas non solum Inexibiles, sed etiam inadibiles exhibuit.*

* **INEXPEDIBILIS**, Inextricabilis. Agnel. in Lib. Pontif. apud Murator. tom. 2. Script. Ital. col. 183 : *Ecce duo mala, una Inexpedibilia, quia dixisti; altera, etc.*

* **INEXPERIBILIS**, Inexpertus. Vetus Interp. Comment. Orig. in Math. tract. 30 : *Unumquodque eorum quæ præfinit, non ab Inexperibili præfinit.* Ubi Orig. ἀπείρατος.

* **INEXPIABILITER**, Modo inexpiabili. Conc. Rem. ann. 991. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 531 : *Prosternere ergo... coram tuis dominis, coramque tuis regibus, quos Inexpiabiliter offendisti.*

INEXPLEBILITER, *Incessabiliter, perseveranter*. Ita Glossæ MSS. ad can. 15. Concilii Ancyrani.

¶ **INEXPLORATUS**, Non probatus. Index veterum Canonum, tom. 3. Concil. Hispan. pag. 3. col. 2 : *Inexploratæ vitæ homines, aut corruptam vitam acoipientes, Clerici non sint.*

INEXPUTABILIS, Infinitus, qui supputari ob multitudinem non potest, apud Colum. lib. 9. cap. 4.

¶ **INEXQUISITUS**, Totus, integer. [* Vel potius Acquisitus per emptionem. Vide supra *Exquisitus*.] Testamentum Widradi Abbat. Flaviniac. sæc. 3. Benedict. part. 1. pag. 684 : *Omne genus pecudum majore atque minore, mobilibus et immobilibus, omnem rem Inexquisitam, quidquid in ipsa loca superius nominata habere videor, totum et ad integrum ad S. Andochii basilicam proficiat in augmentum.* Similis formula recurrit ibid. pag. 685. Vide *Exquisitum*.

* **INEXSOLUBILIS**, Immensus. Epist. Theodeb. reg. tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 58 : *Pro eo quod nos in solium genitoris nostri, ut dignum erat, superna potentia residere præcepit, Inexsolubilem gratiarum actionem impendimus.*

¶ **INEXTIMABILIS**, pro *Inæstimabilis*, Immanis, summus, incredibilis. Chron. Estense apud Murator. tom. 15. col. 356 : *Tunc calor erat Inextimabilis, taliter quod aliqui eorum transierunt ad mortem, alii non poterant se sustinere.*

* **INFACTIBILIS**, Qui fieri non potest. Comœdia sine nomine ex Cod. reg. 8163. act. 4. sc. 5 : *Nichil est impossibile Diis, neque hominibus Infactibile, disponentibus ipsis.*

* **INFACTUS**, Non factus. Charta Phil. Pulc. ann. 1312. ex Cod. reg. 9852. 3. 3. fol. 46. v°. : *Sed quoad hæc Infacta haberi censemus compositionem eandem.*

* 1. **INFALLANTER**, Infalanter, Certo, procul dubio, Ital. *Infallante*, Gall. *Infailliblement*. Acta B. Amad. tom. 2. Aug. pag. 587. col. 2 : *Et reliquis accidentibus mortem Infalanter attestantibus, etc.* Charta ann. 1432. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 703 : *Promisit solemniter et convenit.... se procuraturum et Infallanter peraccepturum quod, etc.* Infra eodem sensu : *Procul fallo*. Vide *Fallum* 1.

* 2. **INFALLANTER**, Sine fraude, ut opinor, in 1. Codicil. Caroli Andegav. ult. comit. Provinc. ann. 1481 : *Dominus de Carcairana..... non se excaset, quominus dictas duas metretas olei.... integraliter.... et Infallanter det et solvat.*

* **INFALLIBILIS**, Qui in errorem non inducit. Comœd. sine nomine ex Cod. reg. 8163. act. 2. sc. 1 : *Reginæ, si qua occurrat simtlis specie et moribus, mox ymaginem, quantum ars poterit vestra, Infallibilem tabellis imprimite.* Id est, quæ ita Reginæ formam exhibeat, ut nemo falli possit, sed omnes eam agnoscant.

* **INFALLIBILITER**, ut supra *Infallanter* 1. Constit. MSS. Carmelit. part. 1. rubr. 15 : *Magister studentium omnes actus scolasticos fieri consuetos intus vel extra Infallibiliter exerceat et sequatur.*

INFAIDARE, [Inimicitias exercere.] Vide *Faida*.

INFALISTATIO, Pœnæ species. Radulfus de Hengham in Summa parva cap. 3 :... *Commisit felonium, ob quam fuit suspensus, utlagatus, vel alio modo mortis damnatus, vel demembratus, vel apud Dovere Infalistatus, vel apud Surthampton submersus, etc.* Ubi Editor ac Interpres vocem a *Falaisiis*, seu marinis aggeribus deducit, quod apud Dubrenses felones in *Falaisiis* extremo supplicio afficerentur : quo casu legendum esset *Infalisiatus*.

¶ **INFALSARE**, Adulterare, scriptum corrumpere. Vita S. Gregorii PP. tom. 2. Martii pag. 205 : *Eam quoque quam ad nos misistis.... Infalsavit epistolam.* Inventio S. Wlfranni, tom. 3. Martii pag. 149 : *Quorumdam temeritas eo vanitatis processit, ut libellum de translatione et miraculis Sanctorum Infalsare præsumpserint.* Vide *Falsare* 2.

¶ 1. **INFAMARE**, Divulgare. Acta SS. Martii tom. 3. pag. 816. de S. Regulo Episcopo : *Vitam ejus inscriptam invenit, et ad agnitionem omnium Infamare præcepit.* Vide *Famare*.

* 2. **INFAMARE**, Accusare, criminari; unde *Infamia*, Accusatio, criminatio. Charta ann. 1389. in Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 66 : *Cum.... orta fuisset Infamia contra dominum Johannem de Rivo-novo et denunciatum curiæ prædictæ, quod ipsi domini Bertrandus et Johannes tractatum fece-*

Digitized by Google

rant de prodendo locum de Scuria..... De et pro quibus idem dom. Johannes fuit inibi et alibi, ubi habetur notitia de præmissis, Infamatus et arrestatus et detentus per curiam spiritualem ipsius domini nostri Albiensis episcopi. Nostris *Infamer*, pro Infamia afficere. Lit. remiss. ann. 1466. in Reg. 201. ch. 75 : *Lesquelx serviteurs eussent peu tuer et estranglier ou Infamier toutes les religieuses et femmes, qui estoient dedans ledit prieuré. Infame*, pro *Infamie, deshonneur*, Infamia, opprobrium, in Restit. commun. Torriac. ann. 1370 tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 377. art. 21 : *Quilconques est ou sera banniz de Tournay.... pour vilain cas criminel, portant perpétuel Infame, etc. Infamément*, Ital. et Hispan. *Infamemente*, Inhoneste, turpiter, in Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 205. ch. 105 : *Ce voyant les supplians que à tort, sans cause et contre raison ils estoient ainsi Infamément injuriez, etc.*

¶ **INFAMATORIUS**, Contumeliosus, injurius. *Infamatoriis verbis objurgare*, in Vita S. Catharinæ Sen. tom. 3. April. pag. 954.

1. **INFAMIA**, Vituperium, probrum, detrectatio. Paschasius Radbertus in Epitaphio Walæ lib. 1. cap. 7 : *Fortassis ergo et tu infectus plurium Infamiis, ut non queas de hoc aliam jam recipere fidem, etc.* Cap. 27 : *Quantis tunc militem tuum iniqui lacerabant Infamiis, quantisve derodebant calumniis.*

* 2. **INFAMIA**, Molestia, oppressio. Charta ann. 1246. ex Chartul. S. Joan. in valle : *Cum..... prior et conventus fratrum Prædicatorum petat a nobis permutationem fieri de quadam censiva, eisdem in elemosinam collata, ad quandam censivam vestram, fere domui ipsorum et ecclesiæ contiguam, propter augmentum sui loci, et propter inquietationem et Infamiam quorumdam ibidem habitantium, et incendii periculum removendum.*

* 3. **INFAMIA**, Accusatio, criminatio. Vide supra in *Infamare* 2.

INFAMIUM, prò *Infamia*. Indiculus luminosus, liber sic inscriptus : *Totumque Christi Domini gregem non uniformi subsannio, sed milleno contumeliarum Infamio impetunt, et deridenf.*

INFANARE, Profanare, apud Gualterum in Vita Caroli Comitis Flandriæ n. 52.

INFANC, **INFANG**, Manuum injectio, a Saxonico i n, præpositio, et f a n g, Manus, quasi manu apprehensio, unde f a n g e n, Capere. Lex Bajwar. tit. 3. cap. 1. § 3 : *Si in eum contra legem manus injecerit, quod Infanc dicunt, etc.* Ita tit. 4. § 3. et tit. 5. § 3.

INFANG-THEFE, **INFANG-THEOF**, **INFANGENETHEOF**, **INFANGHTHIEFE**, Voces unius ejusdemque originis et notionis, quæ latronis capti in terra alicujus, et saisiti latrocinio, jurisdictionem et cognitionem denotant; a Saxon. i n, quod est Intus, et f a n g a n, Capere, deprehendere, et ϸ e o f, fur. Ita igitur appellatur passim in Chartis Anglicis regale privilegium, alicui a Rege concessum, per quod licet homines, in suo dominio cum re furtiva deprehensos, judicare ac punire : quod quidem privilegium Baronum proprie fuit, ut est in Leg. Edw. Confess. cap. 21. 26. et in Reg. Majest. lib. 1. cap. 4. Quoniam Attachiamenta cap. 100. § 1 : *Barones, qui libertates habent de sok et sak, toll et theame, Infang-thief, outfang-thief, possunt judicare in Curia sua, si aliquis inventus fuerit infra libertatem suam, saisitus de aliquo latrocinio manifesto : sicut hand-habband and bak-bearand, et insecutus fuerit per siker-borgh.* Ubi *hand-habband*, id est, manu tenens, aut in dorso portans rem furtivam. Sic ad hoc, ut quis de latrone cognoscat, necesse est, ut in dominio suo cum re furtiva capiatur, sive sint proprii homines, sive alieni. Ita Cowellus, Rastallus, et alii hanc vocem interpretantur. Will. Thorn. pag. 2030 : I n f a n g e n ϸ e f, *hoc est, latrones capti in dominio, vel in feodo vestro, et de suo latrocinio convicti in Curia vestra judicentur.* Alii jurisdictionis istius speciem restringunt ad homines solummodo dominii, ut Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 35. § 1. et Fleta lib. 1. cap. 47. § 4. ubi *Infangenthef*, dicitur *esse latro captus in terra alicujus, saisitus de latrocinio de suits propriis hominibus.* [Vocabul. Anglic. Gall. ex Tabulario Beccensi : *Infangenethes, Avoir la progenie de vos nays pris en mainoure, se il se met en vôtre court et seit donné par eus.*] Ita etiam Leges Edwardi Confessoris cap. 26 : *De Infangthefe : Justitia cognoscentis* (id est, confitentis) *latronis sua est* (i. Baronis) *de homine suo, si captus fuerit super terram suam.* Subdit Bracton. loco laudato : *Sed non sequitur, quod ille* (Baro) *posset hominem suum proprium, captum extra libertatem suam, reducere usque intra libertatem suam, et ibi eum judicare ex tali libertate; debet enim quis juri subjacere ubi delinquit. Proprios enim latrones et alienos infra libertatem suam captos judicare possunt.* Ubi *alienos* latrones judicandi facultatem intelligit, quam *Utfangenethef* vocabant.

Idem denique supra ait, necesse esse, ut latro sit *in saisina* furti : alioquin cognitio pertineret ad Curiam Regis. Vides, inquit Spelmannus, legum vicissitudinem, Edwardi enim illa Confessoris ait, justitiam *cognoscentis latronis* ad Curiam Baronis pertinere, qui habet *infangthefe* : negat suo ævo Bractonus, asserens hoc nemini tunc competere, nisi Regi.

Quoad judicium de *Infangthefe* capti cum furto manifesto, Britonnus cap. 15. duci eum jubet in Curiam, recitatisque coram Coronatore, festinantius accersito, *saccabori* et testium accusationibus, nulla expectata responsione, morti judicandum. Grave hoc et Stanfordio visum lib. 1. cap. 23. licet non inficietur. Hodie, subdit idem Spelmannus, nec in Curiis Baronum, qui antiquis suis Chartis *Infangthefe*, aut *outfangthefe* obtinuere, nec in Hundredo aut Comitatu talis exercetur jurisdictio. Comitatui ademptam probabile est Statuto Magnæ Chartæ cap. 17. Placita Coronæ Vicecomitibus prohibente : ejusdemque forte vigore Hundredis illis et Wapentachiis, quæ tunc in Vicecomitum erant administratione. Postea Baronibus videtur adempta, vel potius antiquata, Regiis judicibus (ut hodie in Gallia fit) Justitias patrimoniales prævenientibus, sibique ejusmodi criminum cognitionem asserentibus.

* **INFANCIDIA**, Perperam pro *In Faucidia*, divisis vocibus. Vide supra *Faucidia*.

INFANCIONES, Hispanis, dicuntur nobiles inferioris ordinis, quos ii hodie *Hidalgos* vocant, nos *Escuiers*. Leges Alfonsinæ, seu Partitæ, part. 2. tit. 2. lege 13 : *Catanes et valvasores son aquellos fijos dalgo en Italia, àque dizen en España Infançones.* Ita *Infançones* etiam appellantur, in Charta Adelfonsi Regis Aragon. æræ 1158. apud Blancam pag. 540. et alia æræ 1155. apud Oyenartum in Notitia Vasconiæ pag. 85. Sic vero primitus nobilium, ac Militum filii appellati, qui nondum per ætatem Militari cingulo, nec proinde Militari appellatione donati erant : quod etiam apud nos obtinuit, ut mox docebimus. Hieron. Blanca in Comment. Rerum Aragon. pag. 734 : *Militum vox et Infancionum id sonat, ut priori equestris ordinis viros nuncupemus, quos vulgari sermone Cavalleros : posteriori vero quos vocare solemus Hijosdalgo.* Michael *del Molino* in Repertorio, verbo *Infancio : Infanciones nascuntur apud nos : Milites vero fiunt, seu creantur.* Et in voce *Miles* : *Militis filius dicitur Infancio, quia Milites generant filios suos Infanciones.* Rursum : *Infanciones dicuntur secundum Fortstas antiquos non solum filii Militum, quorum patres creati fuerunt Milites in Aragonia, juxta Foros Aragonum, sed etiam illi, quorum patres creati sunt Milites in alio Regno per alium Regem juxta leges provinciæ, etc.*

* Eadem appellatione donantur ii, qui a plebeio ordine inter nobiles cooptati sunt. Stat. pro reformat. regni Navar. ex Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 160. r°. : *Item compellantur omnes laboratores ad vendendum ad dictum capitolium, exceptis illis, qui se fecerint secundum forum Infanciones.*

De Infancionibus Hispanicis, et multiplici eorum ordine, nonnulla habet Vitalis Episcopus Oscensis, qui apud Aragonios variam esse ait hominum conditionem. *Sunt enim quidam*, inquit, *Infanciones, quidam homines servitii, sive signi. Infancionum autem alii Ermuni, alii Franchi de Charta vulgariter appellantur. Ermuniorum* (al. *Hermaniorum*) *autem Infancionum alii Barones, vel Rici homines : alii Mesnadarii : alii simplices Milites : alii Infanciones simpliciter nominantur. Hominum autem servitii, sive signi, alii cives, alii Burgenses : alii villani, vel pagenses : alii villani de Parada juxta Fori consuetudinem appellantur. Infanciones Ermunii, hoc est immunes ab omni munere seu onere, ita quod nemini dare ex necessitate vel servitute teneantur, sunt tali nomine redimiti, quibus sunt libertas, et conditionis decor, a tempore, quo non exstat memoria, acquisita, immo innata ut proprius et naturalius eloquamur... Infancio autem de Carta, est is, cui immunitatem, quam genus vel natura negavit, liberalitas ejus, cujus erat astrictus servitio, concessit cum auctentico instrumento, etc.* Idem Scriptor : *In Aragonia omnis homo, descendens de genere Militari per lineam planam est Infancio, sive sit legitimus, sive illegitimus, sive masculus, sive femina. Tamen quamvis ex parte matris veniat ex linea Militari, non est Infancio, nisi habeat patrem Infancionem...*

Digitized by Google

Et per Foros habetur, quod quilibet Infancio potest esse Miles in Aragonia, etc. Eadem habentur apud Michael *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. pag. 178. 179. *Infantionum hermuniorum*, mentio est in Foris Aragon. lib. 9. tit. de Injuriis.

INFANCIONA, Uxor *Infancionis*, apud Vitalem Episcopum.

INFANCIONIAM SUAM PROBARE, id est, Nobilitatem, Ingenuitatem, in Charta Alfonsi Regis Arag. ann. 1325. apud Blancam pag. 807. Exstat apud Molinum *Practica procedendi super Infancionia, tam super possessione, quam super proprietate, et de salva facienda*, pag. 176. col. 4. Alia de Infantionihus habent Fori Aragon. pag. 96. 122. 128. v. 129. 130 etc. et Observantiæ Regni Aragon. lib. 6. tit. de Conditione Infantionum, de Privilegiis Militum, de Dominæ Infantionæ, l. 9. tit. de Salva Infantionum, etc.

☞ Si credimus Diecmanno et Stadenio, quos laudat Schilterus in Glossario Teutonico v. *Fendeo*, harumce vocum *Infancio*, *Infanzo*, *Infantasium*, imo et *Infantes*, cum pro Regum Hispanorum, vel aliorum minus nobilium, filiis sumitur, origo, Latina non est, sed Gothica, a voce scilicet *Fante* vel *Fanter*, quæ notat Satellites, famulos : unde etiam arcessunt Italicam *Fante*, Servus, serva, Germanis *Vente; Fanteria*, *Infanteria*, Gallis *Infanterie*, Copiæ pedestres.

¶ INFANG, INFANGENETHEF, etc. Vide *Infanc.*

¶ INFANS, INFANTA. Vide *Infantes* et *Impans.*

¶ INFANTARE, Infantium cibo alere, instar infantis nutrire. Tertullianus lib. 1. adv. Marcion. cap. 14 : *Sed ille quidem* (Marcion) *usque nunc nec aquam reprobavit creatoris, qua suos abluit; nec oleum, quo suos unguit, nec mellis et lactis societatem, qua suos Infantat.*

* Bibl. Germ. tom. 36. pag. 199. meminit libri doct. *Zeibich*, cui titulus : *De Infantatione per concordiam lactis et mellis baptismali.*

INFANTATICUM, [Jus *Infancionis* vel *Infantis*, quidquid ad eum jure pertinet,] *Infantazo*, in Chronico Roderici Cid. cap. 2. Charta Aldefonsi Regis Castellæ æræ 1209. in Hist. Segoviensi cap. 18. § 3. 4. sic clauditur : *Anno primo, quo Rex serenissimus præfatus Aldefonsus Infantaticum a Rege Fernando patruo suo recuperavit.* Rodericus Toletanus lib. 7. de Reb. Hispan. cap. 18 : *Omnia enim quæ perdiderat, acquisivit, et etiam Infantaticum, quod sub dubio vertebatur.* Lucas Tudensis in Chron. pag. 96 : *Tradidit etiam filiabus suis, Urracæ scilicet et Geloyræ, totum Infantaticum, cum omnibus Monasteriis, quæ ipse construxerat.* Charta Ferdinandi Regis Hispan. æræ 1203. apud Oyenartum in Notitia Vascon. pag. 330 : *Dono vobis unicæ sorori meæ quantum Infantaticum in Regno meo est, videlicet in Toleto et in tota Alenserra... villas, castella, hæreditates, Monasteria, et omnia, quæ ad Infantaticum pertinent.*

INFANTES, apud Scriptores non semper dicti, nuper nati, et qui fari nesciunt, sed quique pueri, apud Afros præsertim, ut observat Baronius ann. 303. n. 36. ex Victore Vitensi lib. 3. de Persecut. Vandal. pag. 43. Ubi *Lectores infantulos* exilio traditos scribit.

INFANTES, Neophyti, recens baptizati. Sanctus Zeno Veronens. Episcop. Invitatione 8. ad Fontem : *Eia quid statis, fratres, vestram quos per fidem genitalis unda concepit, per sacramenta jam parturit, ad desiderata quantocyus festinate. Solennis hymnus ecce jam canitur, ecce mox Infantum jam dulcis vagitus auditur, ecce parientis uno die ventre clarissima turba procedit.* Idem Serm. 1. ad Neophytos : *Ex quo* (fontis lavacro) *qui eratis ætate diversi, diversi natione subito unigeniti emersistis Infantes.* Vide eumdem Serm. 5. Infantes autem dicuntur Neophyti, quia per baptismum renascuntur ad vitam æternam. Paulinus lib. 1. de Vita S. Martini :

> Ille autem ut penitus vitam post fata novaret,
> Confestim æterna rituit renovatus ab unda.

Pacianus Barcinon. Episc. Serm. ad Fideles : *Aperire desidero qualiter in baptismo nascamur, et qualiter innovemur.* Scite Optatus lib. 5. dixit, *baptisma* esse *virtutum vitam, criminum mortem, nativitatem immortalem, etc.*

INFANTES, Liberi, quomodo *Enfans* dicimus. Glossæ MSS. ad Canones Conciliorum : *Proles, Infantes.* Conventus apud Marsnam § 3. in Annalib. Francor. Bertin. ann. 851 : *Talem fidem... unusquisque Infantibus fratris sui, si obierit, qui superfuerit, conservabit.* Edictum Pistense cap. 31 : *Et si Infantes inde nati sunt, secundum legem et antiquam consuetudinem nostram Infantes matrem sequantur.* Ado Viennensis in Chron. : *Quem postea Theodoricus sub fide receptum, de muro urbis, cum simul loquerentur, præcipitat, Infantesque ejus interficit.* Charta fundationis Monasterii Vabrensis ann. 23. Caroli Calvi, apud Catellum in Comitib. Tolosan. pag. 69 : *Et de mancipiis ad ipsum locum cedimus his nominibus, Trudinare et uxore sua cum Infantibus eorum, etc.* [Charta Willel. domini Montispessulani ann. 1103. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 2. pag. 729 : *Quo mortuo sine legitimis Infantibus, habeat vicariam cum castello ille vel illa cui Bernardus diviserit.* Tabularium S. Vincentii Cenoman. : *Ego Rotrocus Comes de Mauritania, et mea uxor Adelis et filii nostri Rotrocus et cæteri nostri Infantes, concessimus Avesgaudo Abbati et Monachis S. Vincentii locum S. Langisi qui nobis attinebat jure patrimonii.*] Vide Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 88. Chron. Besuense pag. 523. 559. 576. etc. Chartam ann. 1148. in Probat. Hist. Monmorenc. pag. 49. et Scaligeriana pag. 100. etc.

INFANTES, et PUERI, promiscue, dicti etiam Magnatum filii, qui nondum, ex ætatis defectu, feudorum paternorum possessionem adierant, quæ a *custodibus*, vel *tutoribus* deserviebantur, donec ad legitimam ii pervenissent ætatem, ut pluribus docuimus in verbo *Hæres*, adjecta pariter eorumdem feudorum denominatione. Verbi gratia, Fridericus Henrici II. Imp. filius, quem spectabat Apuliæ seu Siciliæ regnum ex matris jure, *Infans Apuliæ*, appellatur, *quia juvenis erat*, ait auctor Chronici Senoniensis cap. 19. [Chronic. Monast. Mortui-maris ad ann. 1219 : *Infans Apuliæ a domno Papa Honorio sublimatur in Imperatorem.*] *Puer Apuliæ*, in Chronico Flandr. cap. 21. Philippus *Mouskes :*

> Quar tout li Baron qui la erent,
> L'enfant de Pulle couronnerent.

Guillelmus Brito lib. 12. Philipp. de primogenito filio Regis Angliæ :

> Non tibi des requiem, donec Puer Anglicus armis
> Victa, quibus nil juris habet, tibi sceptra resignet.

Et idem Muskius in Philippo Augusto :

> Car l'Enfés d'Angleterre estoit
> Ses om, et la crois pris avoit.

De filio Comitis Campaniæ, idem Muskius :

> L'Enfant de Champagne avoet,
> Et maint franc baceler iluec,
> Feit Cevalier avec son fils,
> Qui furent franc ome et gentil.

Adolescens Bohemicus, de filio Regis Bohemiæ, apud Monachum Pegaviensem pag. 6. Guillelm. Guiartus de filio Comitis Hannoniæ :

> Un jour li prent l'Enfant à dire,
> Qui de son domage ot grand ire.

Infra :

> Là est li Enfés de Henaut,
> O grant gent pour Flamens requerre.

Ita *l'Enfant de Warwic*, apud Monstrelletum 2. vol. *l'Enfant de Cleves*, apud Berrium in Carolo VII. qui eidem Monstrelleto *le Damoisel de Cleves.* Chartam Gaufredi Episc. Ambianensis ann. 1118. subscribit *Radulfus Puer de Arenis*, apud Louvetum tom. 2. Antiq. Bellovac. pag. 115. Ubi vox *puer* idem valet ac *hæres.*

* Chartam Ramerii abbatis S. Salvatoris Monte Annato ann. 1152. apud Cencium inter Census ecclesiæ Romanæ subscribunt *Stephanus de Tebaldo. Jacinctus domini papæ dapifer. Stephanus Infans filius Stephani de Tebaldo.*

INFANTES ac PUERI interdum præterea indigitabantur, et si fortean prædiorum paternorum adiissent possessionem, vel certe eorum possessores audirent. Charta Alemannica 76. Goldasti : *Notavi diem Martis 4. Non. Octob. sub potestativa manu Hludowici Regis et Pueri, et sub Adalberto Comite.* Charta ann. 1088. apud Beslium in Episcopis Pictavensibus : *Sub regimine Regis Francorum Aquitaniæ Ducatum tenente Guillelmo Infante Pictavorum Comite, etc.* [Charta ann. 1100 : *Bernardus Infans de Dorlendio, tertiam partem molendini ad schancham in eadem villa.*] Charta Adalberonis Archiepisc. Hammaburgensis ann. 1143 : *Qualiter et nos et Domina Ducissa Gertrudis, et filius suus H. Puer Dux Saxonum, etc.* Apud Ughellum tom. 2. pag. 372 : *Fridericus Puer Dux Suevorum filius bonæ memoriæ Regis Conradi*, subscribit Diploma Friderici I. Imper. ann. 1160. sic *Philippus Puer frater Regis*, subscribit Chartam Bartholomæi Episcopi Parisiensis ann. 1146. Ita olim Imperatorum filios, superstitibus parentibus, *Nobilissimos Pueros* appellatos in Fastis, declarant eorumdem Imperatorum Constitutiones, in quibus ut plurimum binis istis literulis N. P. hæ appellationes designantur, ut observa-

Digitized by Google

tum a Cujacio ad leg. 4. Cod. de Privileg. eorum., qui in sacro Palat. milit. Constitutio Theodosii, Valentiniani, et Arcadii, apud Sirmondum in Appendice ad Cod. Th. cap. 8. sic clauditur : *Data* x. *Kal. Maias Constantinopoli, Honorio Nobilissimo Puero, et Evodio Coss.* ut Epistola Valentis et Ursacii in Fragm. S. Hilarii : *Data Gratiano Nobilissimo P. et Dagalaifo Coss.* Exinde voce *Puer* abrogata, *Nobilissimi* nude postmodum appellati, ut suo loco docemus.

Infantes, appellati in Hispania Regum filii. Vitalis Episcopus Oscensis : *Regum filii, dum sunt in Infantia, vel pueritia constituti, non Reges, sed Infantes consueverunt, et præcipue in Hispania, appellari. Ex quo contingit, quod qui ex Rege genitus ad talem statum, deficiente sibi regno, non valeat pervenire, quod Rex dici valeat cum effectu, in ea nuncupatione remaneat, quantumcumque processerit in ætate, quam a principio est sortitus. Unde contingit, quod tales, qui regnum ratione originis promerentur, regnum tamen nequeunt adipisci, Infantes, quamdiu Reges non fuerint, appellentur.* Sed quod addit, ut et Molinus, *Infanzones* postmodum appellatos in Hispania, *quasi ab Infantibus genitos*, jure carpitur ab Hieron. Blanca. Aiunt porro primitus hanc nomenclaturam filio suo primogenito Sancio indidisse Ferdinandum II. Regem Castiliæ et Leonis, quam ab Anglia hauserat, ducta in uxorem Leonora, filia Regis Angliæ. Sed longe ante istud temporis *Infantium* et *Infantissarum* obtinuisse nomina, docemur ex Epistola Pelagii Episcopi Ovetensis, qui vixit ann. 1100. Is enim in Veremundo II. Rege : *Habuit duas nobiles uxores : ex una genuit Infantissam domnam Geloiram. Ipse Infans Ordonius Fronildi Pelagii genuit plures filios, etc.* Utitur ibi non semel. Chartam Alfonsi VI. Regis Castellæ æræ 1118. *subscribit Ramirus Infans Garsiæ Regis filius*, apud Anton. de *Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 3. [Jacobus Rex Aragon. ann. 1272. in suo Testamento instituit suum *filium primogenitum Infantem Petrum heredem in regno Arragon. etc.* apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 1144.] Vide Suritæ Indicem lib. 1. æra 1063. 1064. Michaelem del Molino in Repertorio Foror. Aragon. voce *Primogenitus*, et Sebast. Cobarruviam in Thesauro Linguæ Castellanæ.

* Annal. Laur. Bonincont. ad ann. 1424. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 183 : *Petro fratre* (Alphonsi Taracon. regis) *quem Infantem appellabant (quæ est dignitas apud Hispanos post regiam prima) etc.*

Infantissæ, Nobiles puellæ. Lucas Tudensis in Chron. pag. 88 : *Habuit etiam duas nobiles concubinas, et ex una genuit... et ex alia Infantissa domnam Geloyram. Ipse Infans Ordonius ex Infantissa Fronildi Pelagii genuit plures filios.* Adde pag. 106. Charta Aldefonsi Regis Castellæ æræ 1219. apud *Colmenares* cap. 18. § 3. et 4 : *Ego Aldefonsus D. G. Rex Castellæ et Toleti, una cum uxore mea Alienor Regina, et cum filia mea Infantissa Berengaria, etc.* Occurrunt eadem verba in aliis æræ 1227. et 1228. apud Jo. Pinedam ann. 1189. et Sandoval in Vita S. Epitacii pag. 123. Ubi Garibaius lib. 12. cap. 24. observat *Infantissam* in iis appellari, quæ hodie *Infanta* dicitur.

¶ Infanta, Vox non recentioris usus apud Hispanos quam *Infantissa* ad designandas puellas ex regia progenie oriundas. Concil. Ovet. ann. 1115. tom. 3. Collect. Concil. Hispan. pag. 325 : *Sorores itaque jam dictæ Reginæ, domna Geloyra Infanta... utque Infanta dona Tarasia cum omnibus filiis et filiabus... juraverunt et confirmaverunt.* Aldefonsi Hispan. Reg. Præceptum ann. 1132. tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 176 : *Infanta Sanctia germana Regis confirmavit.* Jos. Moret. Antiquit. Navarræ pag. 587 : *Hic requiescit famula Dei Hisabela Infanta filia dicti Regis Petri.*

Infantes, Pueri symphoniaci, vulgo nostris *Enfans de Chœur*. Ordo Romanus : *Et statuuntur per ordinem acies duæ, Paraphonistæ quidem hinc inde aforis, Infantes ab utroque latere infra per ordinem, et mox incipit Prior scholæ Antiphonam, etc.* Alibi : *In quacumque schola reperti pueri bene psallentes tollantur inde, et nutriantur in schola Cantorum, et postea fiunt Cubicularii.* Alio loco, *Infantes paraphonistæ. Pueri de altari*, in Capitulo generali Canonicorum Rotomagens. ann. 1311. *Puer*, nude in Charta Evrardi Episcopi Ambianensis ann. 1218. pro erectione *Præcentoriæ* in eadem Ecclesia tom. 12. Spicilegii Acheriani pag. 166.

* Infantes Albæ, Pueri symphoniaci, quod *Alba* induantur sic appellati, nostris etiam *Enfans d'aube*. Charta ann. 1478. in Reg. 205. Chartoph. reg. ch. 310 : *Notum facimus.... nos Infantium albæ de choro ecclesiæ beati Martini Turon. humilem recepisse supplicationem, continentem eosdem supplicantes, dum parvuli sunt in ætate tenera et Albæ Infantes, etc.* Lit. admort. ann. 1475. in Reg. 195. ch. 1540 : *A laquelle messe doivent assister deux Enfans d'aube et autres gens de ladite église* (de Troyes). Vide supra in *Alba* 3.

Infantum Officium, apud Joannem Episcopum Abrincensem de Offic. Ecclesiast. Id est, puerorum, quod canebatur in Nativate Domini.

Infantes Monasterii, Iidem, qui vulgo *Oblati*, nutritli, de quibus agimus suis locis. Capitula Theodori Cantuar. cap. 34 : *Infantes Monasterii 14. annis carnem manducant.* Statuta Ord. S. Benedicti tom. 6. Spicilegii Acher. pag. 33 : *Item statuimus, quod Infantes, qui recipiuntur in Monasteriis, et quotidie audiant Regulam exponi, et scholam non exeant, donec legitimæ sint ætatis, et tunc professionem faciant, et benedictionem accipiant, secundum formam Regulæ.* Vide Addit. 1. Capitul. cap. 37. Iidem *Pueri Monasterii* dicuntur apud eumdem Theodorum cap. 115. ubi vetantur *Pueri Monasterii ante 25. annos ordinari.* Horum modestiam in Ecclesia belle describit Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis cap. 15. de Bonifacio Duce :

> Scilicet assistens ad opus divum bonus ipse
> Stabat in excelso solio, non corde superbo :
> Aspiciensque chorum, facies vidit puerorum
> In terra pronas, psallentes dulciter horas,
> De quibus admirans, ita cur stant, seque regirant,
> A Monachis didicit, semper quod stant ibi fixi.
> Hic non obitus jocundus Dux et opimus,
> Ire super tectum cœtus templi fecit honestum
> Quendam quippe virum cum mensis, volt quia mirum
> Ipse videre, deum libras vir jactat ab æde,
> In medioque choro strepitus sonat, et puerorum,
> Quorum palpebræ penitus nec sic patuere,
> Aspexit nummum tetigit non ullus et unum.
> Unde magis gaudens præclarus Dux ait autem :
> In modicis annis sunt hi pueri velut almi.

Similia refert Eckeardus de Casibus sancti Galli cap. 1. ubi de Conrado Rege, qui *in processione Infantum Comobii pomis in medio Ecclesiæ pavimento sterni jussis, cum nec unum parvissimorum moveri, nec ad ea attendere vidisset, miratus est disciplinam.* Consulendus etiam de hujusmodi Monachorum modestia in Ecclesia idem Scriptor sub finem libri 3. et auctor de Conversione Otgerii apud Mabillonium tom. 5. SS. Benedict. pag. 663.

* Infans Aulæ, Puer honorarius, Gall. *Page*. Memor. H. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1415. fol. 47. r°. : *Mathaus Loison, Infans aulæ domini ducis Bituricensis, ordinatus contrarotulator receptæ ordinariæ senescalliæ Tholosæ.* Nostris *Enfançon*, Puerulus. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 23 : *Deux petiz Enfançons estans de la ville de Courcelles etc.*

¶ Infantia, Species hydropisis. Miracula sancti Francisci Solani tom. 5. Julii pag. 900 : *Maria Ximenez... gravida hydropisi, quam medici Infantiam vocant, ex natura sua valde difficiliter sanabili, toto corpore et ventre intumuit.*

¶ Infantiæ, Infantiles lusus, nugæ. Vita B. Coletæ tom. 1. Martii pag. 541 : *Fugere cœpit omnes ludos juveniles et Infantias curiosas ac dissolutas.*

* *Enfantillonge*, eadem acceptione, in Homil. in Advent. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 4. r°. col. 1 : *On ne doit mie entendre que tuit puissent estre enclux dedenz cele valée* (de Josaphaz); *car ce seroit Enfantillonge.*

* Infantialis, Ad infantiam pertinens, puerilis. Vita S. Willib. tom. 2. Jul. pag. 502. col. 2 : *Post illa Infantialis ejus obleclationis ludicra, etc.*

* Infantilitas, Infantia. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Infantilitas, enfenteté. Infantiliter, enfentivement. Infantilis, enfenture chose.*

Infantiosus, *Plenus infantia, i. Infantilis.* Johannes de Janua.

¶ Infantissa. Vide in *Infantes*.

Infantissimus, apud Prudentium lib. Peristeph. hym. 14. [et Paulinum in Epist. 12. n. 5.] *Ineloquentissimus* exponitur in Glossis Isonis Mag.

* Infantula, Puella junior. Vita S. Columbæ tom. 5. Sept. pag. 633. col. 2 : *Numquam autem virgo clementissima sine causa iram admovit, nisi cum forte aut Infantulis, aut aliquam e sororibus negligentem aspiceret.*

¶ Infaria, *Non fatua, salsa, aut fatuum efficit.* Gl. Isid. Legendum : *Infatua, non fatua, salsa; Infatuat, fatuum efficit.* Vide Græv ium.

¶ Infas. Vide *Impans*.

¶ Infasciare, Fascia obvolvere, in

Actis S. Francisci de Paula, tom. 1. April. pag. 124.

INFASCINABILIS, ἀβάσκαντος, in Gloss. Gr. Lat.

* **INFASTUS**, *In honore positus, vel quæ ad sacra pertinent.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

* **INFATUATIO**, Fatuitas. Barel. serm. in die Mercur. 3. hebd. Quadrag. : *Quod magis homo debet sustinere omnia mala, quam peccatum committere, ratione Infatuationis.... Porro hanc conclusionem quod peccator est maximus fatuus,.... assimilatur bestiis.*

1. **INFATUATUS**. [* Hebes, stultus, rebus suis male consulens.] Herimannus de Restaurat. sancti Martini Tornac. cap. 94. de Hugone Capeto : *Proditione ac dolo Aselini Laudunensis Episcopi nocte Laudunum ingressus cum militari manu, Karolum Regem cognatum suum, qui cognominabatur Infatuatus, in turre Laudunensi cepit, vinctumque catenis regno privavit.*

* 2. **INFATUATUS**, Fatuus, sapore carens. Epist. 27. Froth. episc. Tull. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 397 : *Quapropter misi libram, ut consideretis qualiter carra nostra sale inde mihi revertantur onusta, quia absque sapore salis Christiani vita, ut nostis, Infatuata est.*

¶ **INFAUCIDIA**, pro *in faucidia*, in Testamento Widradi Abb. Flaviniacensis sæc. 3. SS. Benedict. part. 1. pag. 686. Vide *Faucidia.*

INFAUSTITUDO, Infortunium, in Miraculis S. Remacli cap. 14.

* **INFAUSTUS**, Falsus, infectus. Lit. Caroli VI. ann. 1418. tom. 10. Ordinat. reg. Franc. pag. 486 : *Dehinc plurima mendosa et Infausta sub nostro nomine scripserunt, etc.*

¶ **INFE**, ἄρξον, *Incipe, Infit, Incipit* Supplem. Ant.

¶ **INFEARE**, In *feudum* seu beneficium conferre. Vide in *Feudum* sub finem.

¶ **INFECTORIUM**, βαφεῖον, in Glossis Lat. Græc. Sangermanens. Locus ubi inficitur seu tingitur.

* **INFECTUS**, nude, pro Lepra vel peste affectus. Instr. ann. 1297. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodoepor. Charit. part. 1. pag. 118 : *Qui* (rivus) *caput facit in strata prope domum Infectorum. Infectueux*, Putidus, vulgo *Infect, corrompu*, in Stat. ann. 1381. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 608. art. 2 : *Chars ou poisson Infectueux ou corrompuz.*

* *Enfers*, f. pro *Enfect*, eadem acceptione, in Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 185 : *Moult de bons chevaliers.... moururent pour le grant chaut qu'il faisoit, et pour l'air qui estoit corrompus et Enfers.*

* **INFEDUCIARE**. in Charta ann. 822. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 587. In *fiduciam* seu pignus dare. Vide in *Fiducia.*

INFELICARE, *Infelicem facere, affligere.* Papias. [* Adde ex Glossar. Gall. Lat. Cod. reg. 7684 : *Faire malheureux.*] [Occurrit apud Plautum non semel, ut et *Infelicitare.*]

¶ **INFENDERE**, *Valde offendere, facere irasci*, Johan. de Janua; *Courreacier*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm. Suppl. Antiq. : *Infendere*, ἐπιτεῖναι, ἐκλιμάκιωσαι, *Increscere, infrondescere.* Leg. *Intendere.*

* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. leg. *Infindere.* Scaliger ad Festum in hac voce.

INFENDITOR, ἔνδικος, in vett. Gloss. Defensor. [Supplem. Antiquarii : *Infenditor*, σύνδικος, *Patronus, defensor.*]

INFENSARE CURIAM. Quoniam Attach. cap. 16. § 5 : *Nec debet Ballivus, seu alius Judex, facere se partem in aliquo placito pro aliquo : nec debet dare aliquam rationem pro parte sua, nisi ad infensandam Curiam, in Wardis petitis, ubi sectatores sunt legis minus scientes.* Ubi Skenæus, *Infensare*, esse *Informare* ait, cum scilicet Judex ea suggerit Advocatis, quæ vel per lapsum, vel per ignorantiam prætermiserint, juxta illud Juris Civilis : *Judex potest supplere ea, quæ Advocatis desunt.*

¶ **INFENSOR**, Accusator, aggressor, qui crimen aut delictum opponit. Auxilius lib. 2. de Ordinat. in præfatione : *Ita tamen ut in unaquaque objectione prænotetur Infensor, et responsione defensor.*

¶ **INFEODARE**, In *feudum* conferre. *Inhibemus ne quidquam de assignatis Infeodare seu alienare, vel quoquo pacto distrahere... præsumat*, in Instrum. tom. 4. Gall. Christ. col. 593. Vide *Feudum.*

* *Effeóder*, eodem sensu, in Declarat. MS. feud. nobil. Camerac.

¶ **INFEOFAMENTUM**, Traditio vel acceptio in *feudum.* Quoniam Attachiam. cap. 45 : *Si aliquis liber tenens, cujus tenementum liberum est ab omni servitio per suum Infeofamentum, etc.*

¶ **INFEOFARE, INFEOFFARE**, ut *Infeodare.* Prius occurrit in voce *Foresta* sub finem; posterius vero in Charta ann. 1401. apud Rymer. tom. 8. pag. 206 : *Realiter et cum effectu mittent, inducent et Infeoffabunt, mittique seu induci et feoffari facient, etc.*

¶ **INFERCIALE**. Vide *Infertiale.*

INFERENDA, Tributum, quod fisco infertur. Gl. Lat. Græc. : *Inferendum*, εἰσκομιστόν. Additio 4. Capitul. cap. 84. al. 116 : *Tributum, quod Inferenda vocatur,... hoc est duo solidi pro vacca.* Adde Capitulare ann. 829. cap. 15. Charta Childeberti Regis Franc. pro Monaster. SS. Sergii et Bacchi Andegav. : *Clementiæ regni nostri suggessit, quod de curtibus prædictæ sanctæ Basiliæ, quæ nominantur... annis singulis Inferendam solidos 6. inferendales, et alios 6. de remissaria auri pagensis inferendo in fisci ditiones reddebant.* Et mox : *Ut nullus Judex publicus in ipsas curtes ad agendum.... nisi quod Inferendam ipsam idem Abbas per seipsum, aut per missos suos annis singulis in Sacellum publicum reddere deberet.* Denique : *Sed quodcunque pars fisci nostri exinde percipere aut exactare potuerit, nullus vestrum penitus requirere præsumat, nisi tantum annis singulis ipsi solidi duodecim per ipsum Abbatem, aut per missum suum nostris ærariis Inferri debeant.* Gesta Dagoberti cap. 37 : *Centum vaccas Inferrendales, quæ ei de Ducatu Cinomanico annis singulis solvebantur, etc.* Quo spectat Charta Childeberti Reg. Fr. ex Tabular. Corbeiensi apud Bollandum : *Eo quod bonæ memoriæ proavus noster Dagobertus quondam Rex per sua auctoritate manu sua roborata, vaccas cento solduris, eo quod in Inferenda de pago Cinomaneco in fisci ditionibus ponebatur,* (al. *sperabatur*) *ad ipsam sanctam Basilicam annis singulis concessisset.* Perperam *cartas*, pro *vaccas* habet Charta Chilperici Regis apud Mabill. tom. 4. Actor. SS. Ord. S. Benedicti pag. 623. in qua eadem verba recitantur. Ubi infra : *Ut si constat antedictus Princeps Dagobertus quondam Rex ipsus vaccas cento Inferadabas* (lege *Inferendales*) *de supradicto pago Cinomonneco, quod annis singolis in fisci ditionibus sperabatur, per sua auctoritate ad ipsa Baselica concessit, etc.* Fredegarius cap. 74 : *Quingentas vaccas Inferendales annis singulis a Chlotario Seniore censiti reddebant.* Adde Aimoinum lib. 4. Hist. Franc. cap. 26. Vitam Aldrici Episc. Cenom. n. 56. Acta Episcopor. Cenom. pag. 186. 222. 226. 244. [Instrum. tom. 4. Gall. Christ. Col. 66. Præceptum ann. 570. apud Marten. tom. 1. Amplis. Collect. col. 6.] etc.

¶ **INFERENTIA**, Intolerantia. Lambertus Ardensis apud Ludewig. tom. 8. pag. 437 : *Ubi impetrato a domino Rege quod juste postulaverat, spontaneæ voluntati suæ, quandam necessitatis opponens Inferentiam, morosius cum Rege perhendinavit.*

INFERETRARE, *Feretro inferre*, apud Lambertum Ardensem. Vide *Feretrum.*

¶ **INFERILIA**, Infernalia, subterranea, Gloss. Lat. Græc. : *Inferilia*, καταχθόνια.

INFERMENTARIA, *Tacita, Dissimulata.* Ita Papias MS. et Editus.

¶ **INFERMITARE**. Supplementum Antiquarii : *Infermito*, πίσσω, *Subigo farinam.*

¶ **INFERNALIS MORBUS**. *A morbo qui dicitur S. Antonii vel Infernalis*, apud Marten. in Onomastico ad calcem tom. 5. Anecd. Vide *Ignis inferni.*

¶ **INFERNALITER**, Modo pernicioso, qui *inferni* pœnas secum trahat. Conventus Episcoporum ann. circiter 1090. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 120 : *Surrexerunt quidam falsi Christiani... qui.... stipendium Ecclesiæ nostræ et pauperum eleemosynas.... audaciter et inverecunde Ecclesiæ surripiunt, sibi Infernaliter contradunt.*

¶ 1. **INFERNUM**, Anus, podex. Medicina Salern. pag. 208. edit. 1622 : *Vomitum flavæ bilitiscat* (nasturtium) *eandemque per Inferna seducit.* Eadem ratione Galli dicunt *par bas.*

* 2. **INFERNUM**, pro Purgatorium, in Offert. missæ pro defunctis. Ita etiam usurpant Monita S. Eligii in Vita ejusd. tom. 2. Spicil.

* 3. **INFERNUM**, Parisiis nomen portæ, quæ nunc S. Michaelis appellatur. Vide supra *Fertum* 4.

¶ **INFERRARE**, In catenas, ferrum seu vincula conjicere, Gall. *Mettre aux fers.* Propositio gravaminum illatorum per Gentes Comitis Sabaudiæ ann. 1302. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 98 : *Ipsos fecit Inferrari et custodiri a duobus clientibus, qui ipsos custodierunt per* LII. *dies in dictis ferris.*

* Nostris alias *Enferger* et *Enferrer.* Lit. remiss. ann. 1472. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 337 : *Le suppliant donna à icellui*

Digitized by Google

Piron ung coup des mailles des Enferges, dont il vouloit Enferger et lyer ladite jument. Pactum inter Radulph. de Praellis et commun. *de Vailli* ann. 1311. in Reg. 48. ch. 8 : *Item se Enferrer convient pour aucun esploit fait par nostre justice, etc.* Hinc *Anfers*, Ferreis vinculis constricti, in Cod. MS. serm. ex Bibl. S. Vict. Paris. : *Quant il visetent les Anfers et les enchartrez.* Nisi infirmos intelligas. Vide infra *Infirmare.*

* 1. **INFERRATUS**, Ferro fixus. Comput. ann. 1412. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 205. col. 1 : *Expost dictum cledatum castri fuit apertum et Inferratum.*

* 2. **INFERRATUS**, Incantantus, fascinatus, Gall. *Ensorcelé*, apud Helynand. ad ann. 1150. tom. 7. Bibl. Cisterc. col. 1 : *Juvenculam asserens Inferratam.*

* **INFERRIARE**, ut *Inferrare*, vox Italica ; unde *Inferriatura*, Actio catenis vinciendi. Stat. Montis-reg. pag. 269 : *Statutum est quod ferrarii, qui habent Inferriare... presonerios, habeant pro Inferriatura illorum, quibus imponerent compedes etc.*

¶ **INFERRIRE**, pro Inferre, scilicet in fiscum, habetur in Charta Chlodovei III. ann. 692 apud Felibian. Hist. San-Dionys. pag. XII.

¶ **INFERTARE**. Vide *Infertor.*

¶ **INFERTIALE**, *Illacrimabile.* Papias. MS. Sangerman. habet *Inferciale.*

¶ **INFERTILITAS**, Sterilitas, in Litteris ann. 1359. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 342.

* Gall. *Disette. Infertilitates fructuum*, in Instr. ann. 1405. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 191. col. 2.

INFERTOR, Dapifer, qui dapes infert, παραθίτης, in Gloss. Lat. Gr. Schol. Juvenalis Sat. 6 : *Minister, Infertor.* Glossæ antiquæ : *Infertat, importat, ministrat.* Lex Salica tit. 11 : *Si quis Majorem, Infertorem, Scanclonem occiderit.* Ubi perperam Editio Heroldi *Infestorem* præfert. Wippo de Vita Chunradi Salici pag. 428 : *Quos Cubiculariorum Magistros, quos Infertores et Pincernas et reliquos Officiarios ordinaret.* Et ann. 1038 : *Quidam bene valens vir Cunradus Infertor ciborum Imperatoris cum aliis interfectus est.* Charta Hugonis Episc. Gratianop. ann. 1110. in Tabulario ejusd. Ecclesiæ f. 35 : *Signum Odonis Infertoris dapium, sive Seneschalci.*

INFERTUM. Isidorus lib. 20. cap. 3 : *Infertum, vinum, quod altario libatur, atque offertur.* Gloss. Ælfrici : Messewin, id est, *Vinum, quod ad Missam offertur.* Vide *Fertum, Confertum.*

INFERTURIA, pro *Infertorium*, Vas, quo aliquid infertur, sive thus ad thuribulum, vel dapes ad mensam. Charta Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 1016. apud *Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 5 : *Candelabra argentea et ænea, lucerna, turibulus et Inferturia ex auro et argenteo, et omni lapide pretioso ornatos.* Infra : *Ad ministerium refectionis... discos et parasidas, fialas et Inferturias, argento scultas et auro, perlucidas, etc.* In alia ejusd. Rudesindi, ibid. *Lucerna, id est, turibolorum ex auro, cum sua Offerturia, capsas argenteas, etc.* Alia Ferdinandi M. Regis æræ 1101. apud eumdem tom. 6 : *Turibulos duos aureos cum Inferturia aurea, etc.* Alia ejusd. Regis ibid. : *Servitium de mensa, id est, salare, Inferturia, tenaces, trullone cum cocleartbus decem, etc.*

INFESTARE, Offendere, invadere. [Papias : *Infestari, objurgare, altercari, insectari.*] Regiam Majest. lib. 2. cap. 63. § 1 : *Vassallus non potest Infestare dominum suum, salva fide homagii sui.* Idem etiam quod *Fatigare*, in Foris Aragon. Fori Oscæ Jacobi I. Reg. Aragon. ann. 1247. fol. 6 : *Nullus homo pro aliquo clamo, quod habeat de alio homine, potest per seipsum testare, seu Infestare ullas causas mobiles aut immobiles de illo homine, de quo facit clamum, etc.*

* *Infester*, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1468. ex Reg. 200. Chartoph. reg. ch. 112 : *Lequel le Royer Infesta le suppliant de grans paroles injurieuses.* Sed et pro Fatigare, Gall. *Presser, importuner*, in aliis Lit. ann. 1390. ex Reg. 139. ch. 22 : *Icellui Vincent retourna devers ledit Symon pour le Infester et exciter à jouer aux dez ou à la paume.*

* **INFESTARE SE**, Festinare, celerare, Gall. *Se presser.* Mirac. S. Jacobi major. tom. 6. Jul. pag. 47. col. 2 : *Ermengotus videns Christianorum religionem Moabitarum impetu deprimi, sui exercitus robore circumvallatus ad debellandam eorum sævitiam, quasi sub invincibilis pugnæ argumentis se Infestavit.*

INFESTATUS, Morbus equinus, *cum equus videtur habere collum parum extensum, ita quod digitis vix potest capi vel astringi, et in suo motu velut infunditus impedire videtur, et ejus oculi lacrymantur.* Ita Petrus de Crescentiis lib. 9. de Agric. cap. 21. Ubi Gallicus Interpres vetus vertit, *Enfesture.* Italis, *Infestato*, est qui doloribus vexatur.

¶ **INFESTINATIO**. Concil. Narbon. ann. 791. inter Instrum. novæ Hist. Occitanæ tom. 1. col. 27 : *Ostendit quod nullo modo Episcopum ponere illuc potuisset ob Paganorum Infestinationem*, id est, *Infestationem*, ut lubentius legerem.

¶ **INFESTIO**. Historia Monasterii Novient. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1155 : *Ipso anno cœpit Abbas jam dictus debilitari, ita quod in manibus ejus et cruribus pustulæ tumescerent, ex quibus sanies ebulliebat. Quo morbo semper invalescente, discrimen impositum est ei Infestionis, et probandus ad mensem et dimidium in sequestro recluditur.* Puto legendum *Infectionis*, hacque voce contagionem significari, Gall. *Infection.* Sententiam confirmat segregatio unius mensis cum dimidio ; tantumdem enim temporis segragari solent qui pestilentia inficiuntur.

* **INFESTOR**, pro *Infertor.* Vide in hac voce.

¶ **INFESTUCARE**, Per *festucam* in possessionem mittere. Vide *Festuca* sub finem.

¶ **INFESTUMINARE**, *Mare latrocinando infestare.* Laurentius in Amalthea.

¶ **INFEUDARE**, Feudum conferre, in feudi possessionem mittere. Charta ann. 1270. ex Archivo Majoris-monasterii : *Prior de Combor Infeudat Guillelmum Bandain Militem, de quibusdam terris per unum par cyrothecarum, de pretio trium denariorum, reddendarum singulis annis, et dictus Miles obediet Priori tanquam domino feodali.* Chron. Cœnobii Schutterani inter Vindemias Litter. Schannatti pag. 19 : *Per hoc* (diploma) *idem Imperator nostrum Monasterium quoad temporalia, sive, ut aiunt, regalia, novo a se erecto Bambergensi Episcopatui jure feudi tradidit, unde in hodiernum usque diem Abbates nostri ab Episcopo Infeudantur.* Concil. Tarracon. ann. 1591 : *Ne viri Religiosi sine consensu sui diœcesani Episcopi, possessiones monasteriorum vendant.... aut Infeudent.* Vide *Feudum.*

¶ **INFEUDATIO**, Collatio in feudum, in Charta Caroli Rom. Regis ann. 1348. apud Steyer. in Commentariis ad Historiam Alberti II. Ducis Austriæ, col. 149.

* **INFFRENATUS**, Freno instructus. Acta Inquisit. Carcass. MSS. ann. 1308. fol. 39. r° : *Guillelmus frater suus quadam nocte.... tradidit sibi mulum, seu mulam, essalatum et Inffrenatum.*

INFIBLARE, cingere, circumdare, et ligare, apud Apicium lib. 8. cap. 7.

* **INFICATIO**, *La negacione del debito.* Glossar. Lat. Ital. MS.

* **INFICATUS**, **INFICHATUS**, Infixus. Stat. civil. Cumanæ cap. 30. ex Cod. reg. 4622. fol. 132. v°. : *Non possit nec debeat exportare de ipso massaritio.... nec assides, nec plodas Inficatas, nec aliqua lignamina posita in labore.* Ibid. cap. 96. fol. 155. r° : *Nec plodas Infichatas.*

INFICERE, pro Inferre, apud Interpretem S. Irenæi lib. 2. cap. 29. *Consternationem Infecit*, id est, intulit, vel incussit.

INFICIARI. Lucifer Calaritanus lib. 1. pro S. Athanasio pag. 52 : *Testis falsus non impunitus erit, et qui accusat inique, non effugiet ; et tamen fuisti ausus Inficiari Athanasium ;* id est, falsi criminis accusare, eique injuriam inferre. *Inficiator Reginæ*, id est, accusator, apud Gregorium Turon. lib. 5. cap. 49. *Inficiatrix*, apud Hepidannum in Vita S. Wiboradæ. Apud Nonium *Inficiatores*, dicuntur *falsi criminis objectores*, ex Cicerone lib. 1. de Oratore. In Glossis Græco-Lat. : Ἀγνώμων, *Perfidus, Frandulentus, Inficiator.* Vetus Interpres Juvenalis ad illud Sat. 13. v. 23 :

Quæ tam festa dies, ut cesset prodere furem.

Quid tam sacrum celebratur, ut non quotidie delinquant Inficiantes homines. Ubi *Inficiantes* dici videntur homines pravi.

¶ **INFICIATUS**, Infectus, corruptus. Miracula S. Gibriani, tom. 7. Maii pag. 621 : *Membra arida, diversisque morbis sive venenis Inficiata.*

¶ **INFICIENTIA**, Negligentia, incuria. Epistola Johannis de Monsteriolo, apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1342 : *Vere quidem antipapam nominaverim, ex quo maxime tanto sub rigore in re dubitatissima verum Papam se reputat ; nihil offert, nihil aperit, nihil hortatur, nihil monet, nisi suam per Inficientiam processus Cardinalium, ac notam torporis et negligentiæ nostrorum regalium ac super nuntiorum apostolicorum accusationem, ad eum accedere debeamus.*

¶ **INFIDARE**, Idem quod *Infiduciare.*

Digitized by Google

Concil. Legion. ann. 1012. can. 42 : *Mulier in Legione non capiatur, nec judicetur, nec Infidetur, viro suo absente.*

INFIDELES, [Qui fidem Christo non habent, vel Regi dominove feudali quam jurarunt, non servant.] Vide *Fideles.*

INFIDELIA, ἀπιςία. Gloss. Lat. Gr. Vide *Infidia.*

¶ **INFIDELITAS** erga Regem dominumve feudalem. Vide in *Fideles.*

INFIDIA. Gloss. Gr. Lat. : Ἀπιςία, *Incredulitas, Infidia, diffidentia, perfidia.* Ita et in Gloss. Lat. Gr.

¶ **INFIDIS**, Infidus. Pactum ann. 1232. apud Acher. tom. 9. Spicil. pag 283 : *Convenio tibi Willelmæ ut ego Grimandus non deffendam me alicui homini viventi, qui me vocare voluerit, ut non sim falsus et Infidis in aliqua curia.*

INFIDUCIARE, [In *fiduciam* seu pignus dare.] Vide in *Fiducia.*

* **INFIGERE**, Inserere. Pontif. Mogunt. MS. fol. 24. v°. ubi de Ordinatione subdiaconorum : *Singuli, accepto funone ab episcopo, capita sua Infigunt subtili, quod episcopus habet in manibus.* Galli diceremus : *Passent leurs têtes dans l'aube.*

1. **INFILARE**, vox Italica, Gallis *Enfiler*, Filo trajicere. *Infilatas castaneas offerre*, in Actis S. Francisci de Paula, tom. 1. April. pag. 185.

¶ **INFILATURA FICUUM**, Series ficuum filo trajectarum, in iisdem Actis pag. 147.

* 2. **INFILARE**, Filo seu fune colligare. Guido de Vigev. de Modo expugn. T. S. MS. : *Cum duabus cordis grossis uno pollice grosso, longis ut sunt scalæ, Infilentur et fortiter ligentur.*

* **INFILÇARE**, **INFILSARE**, Filo seu lino trajicere, Gall. *Enfiler*, Italis *Infilzare* est transfigere. Stat. ant. Florent. lib. 3. cap. 12. ex Cod. reg. 4621 : *Notarii teneantur.... copias dictarum accusationum..... ligare seu Infilçare.* Convent. Saonæ ann. 1526. pag. 30 : *Et in actis cancellarii infrascritti reperiantur fuisse Infilsata.*

INFINALITAS. Guigo Prior Carthusiæ de Quadripertito exercitio Cellæ cap. 25. de Deo : *Nec potest ullo modo, vel pro sui puritate maculari, pro sua simplicitate dividi, vel pro sua immensitate comprehendi, vel pro sua Infinalitate mensurari.*

¶ **IN FINE**, Locutio Gallica, *Enfin*, Tandem, apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 29.

* **INFINGERE**, *Tangere, vel colorem immutare.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

¶ **INFINIBILIS**, Infinitus. Apuleius de dogmate Platonis : *Materia cum viduata sit fine, Infinibilis recte videri potest.* Occurrit apud Martian. Capellam lib. 2. cap. 45. et in Vita B. Gerardeschæ, tom. 7. Maii pag. 166.

¶ **INFINITABILIS**, *Negabilis*, in Glossis Sangerman. MSS. n. 301. Legendum *Inficiabilis.*

¶ **INFINITARE**, *In infinitum protrahere*, apud Goclenium in Lexico Philosophico.

* **INFINITARI**. Barel. serm. in festo S. Thomæ Cantuar. : *Merito passionis Christi opera nostra Infinitantur et fiunt infiniti meriti.*

¶ **INFINITILOQUENTIA**, *Infinitas sermonis, scil. cum sermo non potest reperire exitum.* Idem Goclen.

¶ **INFIRMARE**, Ægrotare, infirmum esse. Agnelli Liber Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 182. col. 2 : *Misit Legatum suum Romam, qui diceret, quia egressus de civitate venire voluit et I firmavit. Infirmans, Ægrotans*, in Barthii Glossario ex Guiberti Historia Palæst. *Infirmandus*, eadem notione, in Capitulari 2. Theodulfi Episc. Aurelian. apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 44. Passivum *Infirmari*, pluries occurrit in Evangelio secundum Johannem cap. 11. et alibi.

* *Einfermeté pestilante*, Morbus pestilens, in Chron. S. Dion. tom. 3. Histor. Franc. pag. 225. *Enfermeté ou maladie, appellée vamon*, in Lit. remiss. ann. 1398. ex Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 293. *Enfers*, pro *Infirme*, in Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 217 : *Tout li Crestien Enfers, et li autre qui pour leur chozes vendre demourroient en Damiette, il seroient tout asseur.* Vitæ SS. Patrum ibid. in Glossar. : *Tuit li Enfers, qui venoient à son moutier, estoient sané par ses prieres.*

INFIRMARIUS, Officium Monasticum, *Frater, cui cura infirmorum commissa est*, ait Lanfrancus in Statutis Ordinis S. Benedicti cap. 9. de quo agunt Regula Canonicor. ex Concilio Aquisgran. cap. 142. Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. et alii passim, præter Hæftenum lib 11. Disquis. Monastic. tract. 5. [** Vide Glossar. med. Græcit. voce Νοσοκόμος col. 1003.]

* *Enfermier*, in Ch. ann. 1401. ex Chartul. 23. Corb. et in Reg. 13. ejusd. monast. sign. *Habacuc* ad ann. 1510. fol. 21.

¶ **INFIRMARIÆ MONIALES**, Quibus cura est infirmorum, in Charta ann. 1249. pro *Monialibus Infirmariis* Ecclesiæ B. M. de Fontanis. Vide locum in *Domus Dei*, Nosodochium.

INFIRMARIA, Nosocomium, conclave infirmorum, in Monasteriis præsertim, vulgo *Infirmerie* : in Tradit. Fuldens. lib. 3. trad. 35. apud Matthæum Paris ann. 1252. Thomam Stubs de Actib. Pontificum Eboracens. ann. 1285. Will. Thorn. ann. 1128. etc. *Domus Infirmorum*, in Concilio Meldensi ann. 845. can. 53. apud Petrum Venerab. lib. 1. de Mirac. cap. 19. Leonem Ost. lib. 3. cap. 49. et alibi non semel : in Vita sancti Altmanni Episcopi Pataviens. pag. 64. etc. Liber Ordinis sancti Victoris Parisiensis MS. cap. 40 : *In Infirmaria tria sunt genera infirmorum. Sunt enim quidam, qui lecto prorsus decubant. Sunt alii qui de infirmitate convalescunt, et jam surgere et ambulare possunt; sed tamen pro reparatione virium adhuc in Infirmaria sunt. Sunt alii, qui hujusmodi infirmitatem non habent, et tamen in Infirmaria assidue comedunt, et jacent, ut senes, cæci, et debiles, et hujusmodi, etc.*

¶ **INFIRMARIÆ GENERALES**, in Consuetudinibus Cluniacensibus ann. 1301. e MS. B. M. Deauratæ, Idem quod *Minutiones generales*, Stata nimirum tempora, quibus sanguis Monachis *minuebatur*, seu vena secabatur : de quo more plura in *Minuere sanguinem.*

* Consuet. MSS. S. Crucis Burdegal. ante ann. 1305 : *Cellerarius quando facit suas Infirmarias,..... dat abbati et suis familiaribus, in qualibet illarum dierum, unam peciam bovis et sex dornos dictarum esquinarum porci.... Similes offas dat cellerarius, quando facit Infirmarias suas.*

INFIRMITORIUM, ut *Infirmaria*, Nosocomium, in Chronico Montis-Sereni ann. 1170. 1184. apud Willelmum Thorn. ann. 1312. etc.

INFIRMATORIUM, apud Cæsarium Heisterb. lib. 1. cap. 35. lib. 9. cap. 2. et in Chronico Montis-Sereni ann. 1219. pag. 124. [*Infirmatorium claustrum*, in veteri membrana apud Ludewig. tom. 8. pag. 218.]

* **INFIRMATORIA**, Conclave infirmorum, Gall. *Infirmerie.* Testam. Isabel. dalph. Vienn. ann. 1345. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 219. col. 2 : *Item do et lego meum brevialle fratribus Minoribus Bisuntinensibus et conventui ipsorum pro Infirmatoria.*

¶ **INFIRMERIUM**, Eadem notione, apud Fantonum Hist. Avenion. pag. 178.

INFIRMARIA interdum est ipsum *Infirmarii* officium, ut apud Innocent. III. lib. 14. Epist. 121.

* **INFIRMITAS**, Damnum, calamitas, pernicies, nostris *Mal.* Instr. ann. 1401. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 157. col. 1 : *Item destinantur comissarii ad reparandum itinera, et diu est, duravit ista Infirmitas, qui incedunt per patriam cum tribus aut quatuor ronsinis, notariis et servientibus et timorant gentes.*

INFIRMITAS DE RESBANTISA. Vide in *Residentes.*

INFIRMITATES, [Feminalia, subucula, aliave ejusmodi indumenta interiora, sic dicta vel quod pro infirmitate Monachis concessa fuerint, vel quod iis infirma corporis seu pudenda tegerentur. Bernardus in Ordine Cluniac. part. 1. cap. 74. n. 42 : *Cocti omni tempore mutant Infirmitates suas, mane post tres orationes, vel si tale tempus est, talisque dies post Litaniam, et vespere statim mutatis diurnalibus calceis et cultello; nihil loquuntur ibi, nisi fuerit causa pertinens ad Infirmitatem eorum necessaria, et hoc ita quiete, ut vix queat audiri; mutantur autem in domo infirmorum, in loco ad hoc deputato.*] Usus veteres Cisterciensis Ordinis cap. 69 : *Et fiat intervallum, ut qui voluerit se calciare, vel ad secessum ire, aut Infirmitates remutare, aut manus abluere, etc.*

* **INFIRMITATUS**, Infirmus. Chron. Angl. Th. *Otterbourne* pag. 189. edit. Hearn. : *Sed dux graviter Infirmitatus se excusavit.* Vide supra *Infirmare.*

¶ **INFIRMITORIUM**. Vide in *Infirmare.*

INFISCARE, In fiscum redigere, confiscare. [* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Infiscare, Forfaire ses biens et perdre.*] Lex Aleman. tit. 25. et 26 : *Res ejus Infiscentur in publico.* Annales Franc. S. Nazarii ann. 786 : *Possessiones vero vel agros eorum omnes Infiscati esse noscuntur.* Rodericus Tolet. lib. 2. de Reb. Hispan. cap. 14 : *Ecclesiarum reditus Infiscavit, et privilegia earum abstulit.* Lib. 3. cap. 15 : *Omnia restituit, quæ Egica Infiscarat.* Adde lib. 6. cap. 10. lib. 7. cap. 2. Joan. Diac. Neapolit. in Chronico Episcoporum Neap. in S. Joanne : *Unde Dux valde iratus dixit eundem jugulare Tiberium, et totius Episcopit*

Digitized by Google

servos possessionesque Infiscari. Adde Annales Bertin. anu. 871. [Concilium Avenion. ann. 1029. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 619. Chartam ann. 678. apud Felibian. Hist. Sandionys. pag. IX.] Vide *Fiscus.*

INFISTULATUS, [Morbo *Fistula* dicto laborans.] Vide in *Fistula.*

* **INFITEOS**, Idem quod *Emphyteusis.* Charta ann. 1033. apud Murator. tom. I. Antiq. Ital. med. ævi col. 17 : *Et post pœna soluta et Infiteos in sua maneat firmitate, quia sic inter nos stetit atque convenit cum stipulatione subnixa. Infiexer,* Per *emphyteusim* possidere, in Lit. remiss. ann. 1390. ex Reg 139. Chartoph. reg. ch. 78 : *Comme Pierre de la Rue eust prins et Infiéxé héritablement... une moytoyerie, pour trois sextiers de froment et quatre poules de rente hérital etc.*

INFITEES, *Negator rationis meæ,* ab *Inficiari.* Ita Iso Magister in Glossis. Videtur legendum *Infitens.* Glossæ Lat. Græc. : *Infitentes,* ἀρνούμενοι. Vide *Inficiari.*

* **INFIXERE**, pro Infigere. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 509 : *Idem Johannes tenens in manu sua unum parvum cutellum, cum quo faciebat unam classedram seu brochiam ad Infixendum in quodam dolio, a quo vinum extrahere volebat, etc. Infixer,* pro Inserere, in Charta ann. 1376. ex Tabul. S. Joan. Laudun. : *Les seauls mis et pendans aus lettres de composition de finances, parmi lesquelles ces présentes sont Infixées, sont les propres seauls etc.*

¶ **INFLABELLARE**, Inspirare. Tertull. adv. Valent. cap. 23 : *Omnibus elementis et corporibus ignis Inflabellatus est.*

¶ **INFLABILIS**, Qui potest inflare vel inflari; active enim sumitur et passive. Lactantio de Opificio Dei cap. 11. pulmo dicitur *viscus Inflabile atque æeris capax.* Cæl. Aurel. lib. 2. Tardorum cap. 2 : *Inflabilis virtutis qualitas.* Idem lib. 5. cap. 1 : *Allium Inflabile.*

¶ **INFLAMIA**, Inflammatio. Miracula MSS. Urbani V. PP. : *Passus fuit malum casualiter in pede dextro, primo erat modica Inflamia, etc.*

¶ **INFLAMINATUS**, Incensus, quasi flamine inspiratus, nisi forte legendum sit *Inflammatus.* Vita S. Marcellinæ Virg. tom. 4. Julii pag. 232 : *Cum ipsa per se ad sancte agendum Inflaminata, tum B. Ambrosii fratris libris... excitata.*

¶ **INFLATICUS**, Inflans, *Inflatico tumore turgescens,* in Vita S. Guthlaci, tom. 2. April. pag. 46.

¶ **INFLATOR**, Qui inflat. Gloss. Græc. Lat. : Ἐμφυσητής, *Inflator.*

¶ **INFLATURA**, Inflatio. Gall. *Enflure.* Miracula MSS. Urbani V. PP. : *Duravit ipsa Inflatura quasi per duos mense.*

* **INFLEBILIS**. Vide supra *Indeflebilis.*

¶ **INFLICTIO**. Charta ann. 1360. fol. VIIIXX VII. Regesti Johannis Comitis Pictav. ex Chartophylacio Regio : *Cum humili Inflictione significantem nobis fuit,* hoc est, *afflictione,* ut conjecto; hic enim sermo est de querimoniis delatis ad Comitem. *Multa Inflictione corrigere,* in Cod. Theod. lib. 9. tit. 17. [* Idem videtur quod Expositio, expostulatio.]

INFLORARE. Odo Cluniac. serm. de S. Benedicto : *Plebs urbana, nobilibus viris conserta, Clericorum etiam honestis quasi Inflorata personis, etc.* Id est, in modum campi distincta floribus. [*Ecclesiam possessionibus variis ditatam personis honestissimis Inflorare,* in Epistola Henrici Huntindon. Archidiac. Lincoln. apud Acherium tom. 8. Spicil. pag. 181. *Inflorari, Honore florido vigere,* apud Barthium in Glossario ex Gauterio de Bellis Antiochenis.]

* **INFLINGERE**, pro Infligere, in Stat. criminal. Saonæ cap. 32. pag. 67.

* **INFLUENTIA AQUARUM**, Inundatio. Instr. ann. 1405. inter Probat. tom. 3. Hist Nem. pag. 192. col. 2 : *Attentis oneribus quæ actenus huc usque supportare habuerunt, et mortalitatibus, Influentiis aquarum, raritate et sterilitate fructuum, etc.* Paulo ante : *Aquarum inundationibus.*

* **INFLUOR**, Influxus. Vita fabul. S. Marini tom. 2. Sept. pag. 217. col. 1 : *Ingressus* (Diabolus) *fatuum et vacuum pectusculum cujusdam mulierculæ, implevit illud antiquæ suggestionis Influore.*

¶ **INFOCARE**, verbum Italicum, Candefacere, inflammare. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Martii pag. 164.* : *Sibi extrahebatur cor cum aliquibus uncinis ferreis Infocatis ab ipsis dæmonibus.*

* Steph. de Infestura MS. ubi de Innoc. VIII. PP. : *Fuit igitur* (Macrinus) *ductus per urbem in curru rectus et nudus et cuidam stipiti alligatus et passim ferris seu tenagulis et forcipibus Infocatis afflictus.*

¶ **INFODERARE**, Intus vesti pellem aut pannum villosum assuere, Gall. *Fourrer, Doubler.* Computus ann. 1333. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 275 : *Pro Infoderando mantello Dom. Comitissæ et corsetto de vayro minuto, et pro quinque armineis, unc.* X. Et pag. 276 : *Pro Infoderando mantello dominæ Burgæ de pannis vayris, unc.* IV. *taren.* XVIII. Infra : *Pro Infoderandis robis Domini de veluto et de vayro, unc.* VIII. *taren.* VIII.

¶ **INFODERATURA**, Pellis vel pannus villo us vesti assutus, Gall. *Fourrure,* ibidem : *Pro Infoderatura caputii Dom. Johan. Elemosinarii, taren.* II. *Infoderatura vayrorum,* in Chronico Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 89. Occurrit etiam in Constitut. Frederici Regis Siciliæ cap. 106.

* **INFODITUS**, pro Infossus, Gall. *Enfoui.* Occurrit ubi de capitali pœna, qua feminæ damnabantur, sermo est. Tabul. Fossat. fol. 3 : *Quædam mulier, quæ furata fuerat solulares et pannos lineos,.... capta fuit et incarcerata, quæ inventa signata, Infodita fuit sub furchis nostris.* Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 50. r°. ad ann. 1331 : *Marote Duflos... pour souppechon de larrechin, fust fustée à le banllieue scur le pic et seur le pele et d'estre Enfouie toute vive.* Vide supra *Fossa* 1.

* Hinc locum, ubi mortuorum cadavera terræ infodiuntur, *Enfeu* vocant Andegavenses, teste Menagio Hist. Sabol. pag. 239. quomodo etiam legendum est, pro *Enseu,* in Testam. Isab. ducissæ ann. 1482. tom. 3. Probat. Hist. Brit. col. 426 : *Pour faire parachever et construire nostre chapelle ..... en ladite église de S. François de Nantes, jouxte nostre Enseu. Enfouir* quippe dixerunt nostri, pro Humo mandare, sepulcro condere. Compend. Hist. Franc. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 278 : *Hues... morut et fu Enfouis en l'yglise saint Denis de France.*

¶ **INFOEDATIO**, pro *Infeodatio,* Traditio in feudum, apud *Lequille* Hist. Alsat. pag. 32. Probat. col. 2. Vide *Feudum.*

* **INFŒDERABILIS**, Implacabilis, insuperabilis. Vita S. Joan. Laudun. episc. tom. 3. Sept. pag. 163. col. 2 : *Contra Rubuardum vero, ignominiosum scilicet cognatum principem, tum Infœderabile gerebat bellum, etc.* Vide *Infœderabiliter.*

¶ **INFŒDERABILITER**, Implacabiliter, sine fœdere. Petrus Damianus in Vita S. Odilonis cap. 10 : *Deflentes* (dæmones) *quod orationibus et eleemosynis quorumdam adversus eos Infœderabiliter consertantium, frequenter ex eorum manibus eripiuntur animæ damnatorum.*

INFOLLONICATUS. Gloss. Gr. Lat. : Ἄπολις, *Rudis, Infollonicatus, Impolitus.* Sic etiam MS. qui fullonis operam non habuit.

¶ **INFORARE**, *In foro placitare.* Gloss. Isid. Plautinum verbum, quod interpretantur, In jus vocare.

¶ **INFORCERE**, Munire, Gall. *Fortifier.* Charta Communis Suession. apud Perardum pag. 336 : *Ad villam clandendam et Inforcendam, etc.* Vide *Infortiare* in *Fortia* 3.

¶ **INFORCIA**, Vis, violentia, Gall. *Force.* Charta Philippi Franc. Regis in Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1347 : *Infra dicta fossata non habebimus ullam occasionem, violentiam, Inforciam, justitiam, captionem, venationem, etc.* Vide *Fortia* 2.

¶ **INFORCIAMENTUM**, Munitio. Privilegium ann. 1265. ex Chartul. S. Johannis Carnot. : *Pro turribus et Inforciamentis aliis faciendis in muro civitatis.* Vide *Fortia* 3.

* Nostris *Enforcement,* eodem sensu. Lit. Ant. dom. de Bellojoco ann. 1361. ex Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 27. r°. : *Pour certains Enforcemens et réparations que nostredit pere fist faire, audit chastel, pour la doubtance de messire Jehan de Verny, quant il se tourna ennemi du royaume; lesquelz Enforcemens coustèrent bien deux mille livres Parisis à nostre pere.*

¶ **INFORCIARE**, ut *Infortiare.* Munire. Vide in hac voce et in *Fortia* 3.

¶ **INFORCIATI SOLIDI**, Quorum materia purior erat minimeque adulterata. Vide *Moneta.*

¶ **INFORCIATUM RUBRUM**, Gall. *Rouge foncé,* Spissius, minusque lucidum, in Actis Episcoporum Cenoman. pag. 390.

INFORESTARE, In silvam convertere. Vide *Foresta.*

¶ **INFORMACEUS**, *Formarius paries, qui duabus tabulis circundatis, tamquam in formam infercitur,* in Amalthea.

¶ **INFORMARE**, Docere, monere, Gall. *Informer,* apud Lobinell. in Glossario tom. 3. Hist. Paris.

¶ **INFORMARE SE**, Inquirere, Gall. *s'Informer,* in Diplomate Xysti IV. PP. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 687. in Regesto magnorum dierum Campaniæ, apud D. *Brussel* tom. 1. de Feudorum usu pag. 223. in Litteris Innocentii VI. PP. apud Ludewig. tom. 6. pag. 15. etc.

Digitized by Google

¶ INFORMARI, Edoceri, certum fieri, Gall. *Etre Informé. Certitudinaliter sumus Informati*, in Litteris anni 1370. apud Rymer. tom. 6. pag. 662. *Per præsentium portitorem Informabimini plenius*, in Litteris ann. 1378. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 44.

¶ INFORMATIO, Gall. *Information*, Inquisitio. *Audito super hoc dicto ballivo loquente et Informatione super hoc facta, injunctum est dicto ballivo, etc.* apud D. *Brussel* tom. 1. de Feudorum usu pag. 933. Occurrit alibi.

INFORMITAS, Deformitas, apud Julianum Toletanum lib. 3. Prognost. cap. 30.

¶ INFORNARE, verbum Italicum, Gallis *Enfourner*, Panem in furnum immittere, inducere. Occurrit in Memoriali Potestatum Regiens. ad ann. 1280. apud Murator. tom. 8. col. 1147. Vide *Infurnare*.

* INFORRARE, Pellitio instruere. Stat. Placent. lib. 6. fol. 80. v°. : *Item de aliquo varnazono drappi integri,... Inforrato de pelle, etc.* Vide *Infoderare*.

INFORTES, pro *Fortes*. Cathwlphus in Epistola ad Carolum Magnum :

> Hic Deus adjutor vobis tibi semper adinstat,
> Impia qui tulit tibi semper bella per orbem,
> Obruit Infortes, simul et humiles honoravit.

1. INFORTIARE, [Munire, Gall. *Fortifier*. Charta Ricardi Regis Angl. ann. 1195. apud D. *Brussel* de Usu feudorum tom. 2. pag. XVI : *Andelinacum non poterit Infortiari*. Epistola Philippi IV. Franc. Regis ann. 1293. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1251 : *Castra, villas et loca dictæ terræ contra nos muniverunt et Infortiaverunt, muniunt et Infortiant tota die.* Rursum occurrit apud eumd. Mart. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1107. 1142. Murator. tom. 6. col. 458. 476. 482. et alibi.] Vide in *Fortia* 3.

* 2. INFORTIARE, Securiorem facere. Charta Hugon. ducis Burg. ann. 1234. in Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris. *Teneor Inforciare, meliorare et renovare securitatem de prædictis conventionibus observandis.*

* 3. INFORTIARE, *Fortiam* seu vim inferre, Gall. *Forcer*, alias *Inforser*. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 16 : *Item quod dicti rei.... præfatam relictam, præter et contra ejus voluntatem, vi et violentia illuserunt et ea abusi fuerunt ipsamque Infortiaverunt et carnaliter cognoverunt. Inforsant lesdiz religieux et leurs tenans de paier coustumes*, in Lit. ann. 1370. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 318. Vide *Fortia* 2.

* 4. INFORTIARE CURIAM, Eam competenti judicum numero munire. Judic. ann. 1267. in Reg. *Olim* parlam. Paris. : *Cum supplicasset abbas S. Richarii domino regi, ut curiam ejus Infortiaret, quia satis fortis non erat ad justitiandum Mathæum de Roya militem, qui erat ejus homo ligius; ... ordinatum est quod baillivus Ambianensis iret ad curiam dicti abbatis Infortiandam.* Vide in *Par*.

¶ INFORTIATI, Species monetæ *fortis*, seu purioris minusque adulteratæ. Vide *Moneta*.

* INFORTIATIO, Munitio. Charta ann. 1256. in Reg. N. Chartoph. reg. ch. 10 : *Si vero consilium fuerit quod* (castrum) *integrum dimittatur, recuperetis expensas operum, quas gentes nostræ in ejus Infortiatione fecerunt.* Vide supra *Inforciamentum*.

INFORTIATUM, Pars una Digestorum Juris, quod barbari nostri Jurisconsulti in tres partes divisere, *Digestum novum, Infortiatum, et Vetus* : quæ nomina Bulgari et Azonis sæculo nata tum primum aiunt, nomenclationis etymo hactenus incerto, cujus quidem meminit Robertus *de Swapham*, qui vixit sub Henrico III. Rege Angliæ, in Chronico Monasterii Petroburgensis : quo loco ait, Benedictum, ejusdem Ecclesiæ Abbatem, qui mortuus est anno 1194. describi fecisse plures libres juridicos, atque in iis *Institutiones Justitiani* (sic), *cum Authenticis et Infortiato, Digestum vetus, tres partes, cum Digesto novo, summam Placentini, totum corpus Juris in duobus voluminibus*. Apud Seldenum in Præfat. ad Angliæ Historicos, editos anno 1652. num. 8. [** Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. part. 2. cap. 22. § 159. 160.]

* Stat. Vercel. lib. 3. pag. 61. r°. : *Et unus tertius qui legat extraordinarie in Legibus, scilicet Digestum novum et Infortiatum*. Minus recte a Cangio *Digestum vetus* ultimo loco recensetur, cum *Novum* præcedere debeat.

¶ INFORTUNARE, Infortunatum reddere. Præfat. pro benedictione conjugum in Missali Paris. : *Deus... quo benedicente nemo Infortunabit.*

* INFORTIATUS, dicitur in foro Ecclesiastico is, in quem ultima monitio seu excommunicationis sententia lata est, vulgo *Réaggravé*, alias *Engrégié*. Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 58 : *Bedoin fist excommenier et Engrégier ledit vigneron.* Unde *Agrégement*, Ipsa excommunicationis sententia, in Lit. ann. 1406. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 111 : *Par fulmination de sentences et autres Agrégemens etc.* Sentent. ann. 1246. ex Tabul. episc. Paris. : *Accedens ad nos Johannes de Versaliis armiger non solum excommunicatus;... sed et Infortiatus cum uxore et familia sua, etc.*

* INFORTIFICATIO opponitur *Infortiationi* supra. Charta admort. ann. 1376. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 392 : *Cum in dicto earum monasterio, propter ejus Infortificationem, guerrarum voragine, tute nequeant residere.*

* *Infortuner*, eadem acceptione, in Epist. ann. 1559. tom. 1. Comment. Cond. pag. 626. ult. edit.

INFORTUNIOSUS Infortunatus, apud Guibertum lib. 3. de Vita sua cap. 3.

* INFORTUNIUM, Maleficium, scelus. Interrog. Templar. ann. 1310. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 180. col. 2 : *Deposuit quod gentes dicebant, quod quia clandestine recipiebantur fratres in dicto ordine, quod aliquod Infortunium in ipsa receptione fiebat.*

INFRA, passim pro *Intra*, unde Italicum *Fra*.

* Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 739 : *Petrus Dominici obviavit retro conventum fratrum Minorum Tholosæ Sancio de Podio portanti.... unam lanternam cum candela Infra.*

¶ INFRA BREVE, Brevi, propediem, Gall. *Dans peu*, apud Rymer. tom. 4. pag. 633. col. 1.

INFRA SE, vel INTRA SE, quod dicimus, *A part soi, en soi-mesme*. Acta S. Ceciliæ Virg. et Mart. : *Tunc Valerianus respiciens, cœpit Intra se legere, etc.* Mox : *Cumque hoc Infra se legisset, etc.*

INFRACTIO ATRII ECCLESIÆ, pro qua solent exigi 30. libræ, ut est in Epistola Droconis Episcopi Bellovacensis ad W. Coepiscopum.

INFRACTIO BURGI, *Castri, Urbis*. Vide *Burghbrech*.

INFRACTIO PACIS, *vel ordinis, vel Christianitatis, vel legalitatis*, in Leg. Henrici I. Reg. Angl. cap. 21.

¶ INFRACTOR, Qui infringit, violat, destruit. Donatio Ecclesiæ Westmonast. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 240 : *Feci.... omnes Infractores seu diminutores hujus meæ eleemosynæ excommunicari.*

INFRACTURA, Delictum, crimen, vel quidquid leges *infringit*, et contra eas fit. Leges Henrici I. Regis Anglic. cap. 68 : *Reddantur duæ libræ pro Infractura ordinis, etc.* Charta Caroli C. apud Doublet. in Hist. Sandionysiana pag. 788 : *Itaque hanc procinctam Deo sanctoque ejus Dionysio donamus, cum omni videlicet judiciaria potestate, hoc est, bannum... omnemque Infracturam, et si quæ sunt aliæ consuetudines Legum, ubicumque infra totam præcinctam, sive in agris, sive in domibus, sive in viis publicis vel privatis evenerint, etc.* [Charta Ludovici Crassi Franc. Regis ann. 1136. apud D. *Brussel* tom. 1. de Usu feudorum pag. 180 : *Item de Infracturis ceterisque forisfactis, quæ in terris infra communiam fiebant, propter emendationem dominis plusquam quinque solidos persolvi non permittebant.* Charta Philippi Augusti ann. 1194. pro Atrebatensibus : *Quicumque intra pacem civitatis Infracturam fecerit de raptu, vel de furto, vel de plaga ad bannileugam, justitia nostra eum debet arrestare et coram Scabinis ducere, etc.* Infra : *Qui de Infractura civitatis falsum testimonium dixerit, sexaginta libras perdet.*]

* *Infrainture*, nostris, eodem intellectu. *Mellées, injures, Infraintures, amessures, le laron, etc.* in Charta ann. 1311. ex Chartul. Regalis loci part. 1. ch. 30.

¶ INFRACTURA, Effractura, actio effringendi. Inter Formulas Bignonianas art. 26. exstat *Cautio de Infracturis*, cujus initium ita concipitur : *Contigit quod cellarium vel spicarium vestrum Infregi, et exinde annonam vel aliam raupam in solidos tantos furavi, etc.* Hac notione, ut reor, in Chartulario Prioratus S. Florentini sub Odone Abb. S. Germani Altissiod. ex Charta XI. sæculi legimus : *Incendium, homicidium, violentiam quæ vulgo appellatur Rapt, furtum, taxiam, Infracturam, assaltus, et quidquid culparum dici aut æstimari potest.*

* INFRACTURA ATRII, Mulcta, quæ ob infracta atrii vel ecclesiæ jura exigebatur. Charta Henr. comit. Campan. ann. 1149. in Append. ad tom. 6. Annal. Bened. pag. 723. col. 2 : *Prioratum sancti Eugendi in*

Digitized by Google

castro Firmitatis fundatum, cum atrio et Infractura ejus. Vide *Infractio.*

¶ INFRACTURA BURGI. Vide *Burghbrech.*

INFRACTURA CHEMINI. Charta Communiæ Meldensis ann. 1179 : *Si quis in chemino in alium violenter manus injecerit, et clamor inde processerit, et de hoc convictus fuerit, Infracturam chemini forisfactor 7. solidis emendabit.*

¶ INFRACTURA ECCLESIARUM, in Capitulis Caroli Calvi, apud Baluz. tom. 2. Capit. col. 150.

* **INFRAMISSIO**, Quidquid alicui possidendum assignatur et in cujus possessionem mittitur. Pactum Ravennat. inter et Ferrar. ann. 1227. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 440 : *Item quod omnes Inframissiones et tenutæ datæ per.... potestates Ferrariæ et Ravennæ... diframittantur, reddantur et restituantur omnibus sine aliqua quæstione.* Aliud inter Paduan. et Ferrar. ann. 1234. ibid. col. 442 : *Et si Inframissiones aliquæ factæ sunt pro communitatibus civitatum, revocentur et reducantur ad suum statum.*

** **INFRAMITIUM.** Vide *Mitium.*

INFRAMITTERE, Interponere. Gall. *Entremettre*, a voce *Mittere*, *Mettre.* Ratherius Veron. Episc. in Apologetico : *Ut quivis abhinc Episcoporum, si de Clericorum se Inframitteret rebus, anathemate foret damnatus.*

INFRAMURANEUS, Infra seu intra muros urbis, vel castri. Gregorius Turon. lib. 7. cap. 22 : *Domus vero Inframuranea... adplene spoliata est.*

INFRANARES, Mystax, superioris labri barba. Gloss. sancti Benedicti : *Infranares*, μύςαξ. Vide Sidonium lib 1. Epist. 2.

INFRANG. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 88 : *Si eum tunc cognatio sua deserat, et pro eo gildare nolit, tunc volo, ut omnis illa cognatio sit Infrang, præter solum malefactorem, si ei nec victum det, nec pacem.* Vide *Infanc.*

* **INFRASIA**, Ornamenti species, ut videtur, Gall. *Fraise.* Charta ann. 1360. ex Tabul. Massil. : *Senescallus dixit se pridem impignorasse penes syndicos civitatis Massiliæ... Infrasiam de argento, item corrigium unum de argento, etc.* Nisi idem sit quod *Aurifrigia.* Vide in hac voce et infra *Orfresium.*

* **INFRAUDARE**, Defraudare. Vita S. Paterni tom. 2. April. pag. 429. col. 1 : *Illud memoriæ non Infraudabitur.*

* **INFRENDA**, in Charta Caroli M. ann. 770. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 719. pro *Inferenda.* Vide in hac voce.

¶ **INFREQUENTATUS**, Infrequens, rarus, Sidonio lib. 4. Epist. 10. et lib. 9. Epist. 15.

* **INFRESCAYRARE**, Herbis recentibus vel arborum ramusculis locum refrigerare. Comput. ann. 1400. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 150. col. 1 : *Gascono et ejus socio, qui cum eorum asinis iverunt quæsitum dicta die de fresquieyra pro Infrescayrando dictam domum communem, cuilibet duos grossos.* Vide supra *Fresqueria.*

INFRIGDARE, Refrigerare, *Rafraischir.* Alexander Iatrosoph. lib. 1. de Passionib : *Quæ Infrigdare et condensare possunt, adhibeantur adjutoria.* Passim apud hunc Scriptorem. Vide *Frigdor.*

¶ **INFRIGIDARE**, Ead. notione. *Æstivo tempore vinum Infrigidare*, in Chron. Mellic. pag. 417.

¶ **INFRIGIDATUS**, Frigefactus, rigens frigore. *Infrigidatis pedibus quidam dolor ascendens, etc.* in Processu de B. Petro Luxemburg. tom. 1. Julii pag. 586. *Hausto avide veneno decidit Infrigidatus*, in Meisterlini Hist. rerum Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. pag. 116. *Infrigidatus equus*, in voce *Cimona.* Metaphorice sumitur in Litteris Atrebatensium ad Raynoldum Archiep. Rem. ann. 1093. apud Acher. Spicil. tom. 5. pag. 540 : *Sed Paternitatem vestram miramur plurimum in calce nostri negotii Infrigidatam existere.*

¶ **INFRIXATURA**, Fimbria. Constitut. Frederici Regis Siciliæ cap. 93 : *Item quod nulla domina sive mulier audeat portare cappam pro equitando de samito, vel de aliquo panno aureo, vel serico, nisi tantum de panno laneo vel jamellocto absque omni Infrixatura.* Vide *Frisum.*

* **INFRONITUS.** Vide infra *Infrunitus.*

¶ **INFRONTARE**, Terminari, Gall. *Aboutir.* Charta ann. 855. Marcæ Hisp. col. 789 : *Vinea... qui* (sic) *Infrontat in strata et in castro Tarraça.* Alia ann. 876. ibid. col. 798 : *Quia Infrontat ipse Palaciolus cum ipsas terras... de una parte in rio quem nuncupant Ferrario, de alia parte in terra de Anscricho inlaterat, de tertio latus per summitate de ipso poio Infrontat in Kero Danilriso... de quarto vero latus Infrontat in terra de Castellano Abbate.* Vide *Affrontare.*

INFRONTARE SESE, Opponere sese, quasi frontem fronti opponere. Isidorus Pacensis in Chron. æra 769 : *Tunc Abdirraman suprafatum Eudonem Ducem insequens, dum Turocensem Ecclesiam, palatia diruendo, et Ecclesias ustulando deprædari desiderat, cum Consule Franciæ interioris Austriæ nomine Carolum, virum ab ineunte ætate belligerum, et rei militaris expertum, ab Eudone præmonitum sese Infrontat, ubi dum pæne per 7. dies utrique de pugnæ conflictu excruciant, sese postremo in aciem parant, etc.*

INFRONTATIONES, Fines, limites. Charta S. Willelmi Comitis et Monachi Gellonensis, apud Mabillonium tom. 5. SS. Benedict. pag. 89 : *Habet vero has collaterationes et Infrontationes ab Oriente, etc.*

INFRONTATUS, Impudens, absque fronte, infrunitus. Concil. Ticinense sub Benedicto VIII. PP. in Præfat. : *Filios libertant, licet non posssint, filiis congerrones Infrontati omnia congerunt.* Epistola Leonis Episc. Vercellensis : *Qui peccata populi manducant, et qui eleemosynas vendunt, et Infrontati ab Ecclesia thesaurum Ecclesiæ tollunt. Enfruns* dixerunt nostri, quasi *Infrontes*, aut *Infrunitos.* Le Reclus *de Moliens* in suo *Miserere* :

Dieu par le Prophete disant,
Contre les Enfruns panetiers, etc.

Guillelmus Guiartus in Historia Francica MS. :

Phelippe renge ses batailles,
De courtoise gens et d'Enfrune,
Son conduiteur en a chascune.

Idem ann. 1270 :

De gens courtoises et d'Enfrunes.

INFRONTATE, Impudenter. Fulgentius : *Catillare est per alienas domos Infrontate gyrare.*

¶ **INFRONTUOSUS**, ut *Infrontatus.* Rolandinus Patav. de factis in Marchia Tarvisina lib. 10. cap. 16 : *Et reversus Rudigium vultu Infrontuoso, non aliter quam coluber tortuosus et falsus, diem expectabat et horam qua suas posset insidias perpetrare.*

¶ **INFRUCTIFER**, Qui non fert fructus. Non semel legitur in Chartis *Arbores fructiferæ et Infructiferæ, etc.*

INFRUCTUARE, Fructus, seu grana in terram mittere. *Enfruiter*, in Consuetudinibus municipalibus *de Vallançay* et *de Vastan* in Biturigibus, et Blesensi art. 130.

* Nostris *Enfructuer* et *Enfruitter.* Lit. remiss. ann. 1469. in Reg. 196. Chartoph. reg. ch. 37 : *Jaçoit ce que le suppliant et les autres dessus nommez.... eussent icelle piece de terre Enfructuée et semée en blé, etc.* Aliæ ann. 1473. in Reg. 197. ch. 401 : *Laquelle piece de terre estoit Enfruitée partie de froment.*

¶ **INFRUCTUS**, Ususfructus. Charta Officialis Remensis ann. 1238. in Tabulario Compendii : *Facientes prædictos Abbatem et Conventum veros possessores de omnibus præmissis, solo Infructu sibi retento.* [* In alia eadem de re Charta ibid. legitur, *Usufructu.*]

** **INFRUNALIS**, ut *Infrunitus*, in Ademar. Histor. lib. 3. cap. 48. apud Pertzium Script. tom. 4. pag. 137. lin. 51.

¶ **INFRUNITAS**, Dementia. Translatio S. Guthlaci, tom. 2. April. pag. 56 : *Ut ex cerebri læsione discretionis absurditatem et Infrunitatis maculam per intervalla pateretur.* Vox *Infrunitus* non semel occurrit apud Senecam et alios recentiores pro Imprudens, fatuus, insipiens.

* **INFRUNITUS** *et Infronitus, Foul, indiscret*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Aliud ann. 1348. ex Cod. 4120 : *Infrunitus, id est, indoctus.* Cujus vocis sicut non una est notio, ita et Gallica *Enfruns*, quæ ab ea derivatur, vario occurrit significatu. Audacis animi virum indicat apud Guiartum laudatum supra in voce *Infrontatus;* Auri vel escæ cupidum aliquando notat. Le Roman *du Riche homme et du Ladre* MS. :

Li rices hom en est bien loins,
Qui en infer detort ses poins,
Pour ce qu'il ne fu mie humains,
Mais fu Enfruns d'averes mains.

Infra :

Pour ce qu'il fu Enfruns et glous.

Fabula de Lupo et Ansere tom. 1. Fabul. pag. 88 :

Ce nous dist li lous lozengier
Dehait chanter devant mengier,
Encore en tiennent la coustume
Du leu tuit li vilain Enfrume.

Adversarium, inimicum designat in Chron. Franc. MS. :

En l'an mil iijc. et quatre vings et ung,
Ne furent pas d'acort le roy et le commun
Pour l'imposition qui desplut à plus d'un ;
L'ennemy s'en mesla, qui au bons est Enfrus.

Digitized by Google

* **INFRUTECTUS**, Qui non fert fructus. Chartul. S. Vict. Massil. : *Et ipsi dederunt de bona voluntate ipsas vineas, cum terra et arboribus frutectis seu Infrutectis.*

* **INFUBILITUS**. Idem Chartul. : *Sicut aqua vergit usque in fontem Romenia et usque in balma Infubilita.* Forte, quæ immediate subtus est.

¶ **INFUCATE**, Absque fuco, in Instrumento tom. 3. novæ Gall. Chrlst. col. 146.

* **INFUCATUS**, Sincerus, sine fuco. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 89. pag. 250 : *Et si gestus exterior fidem promeruit, de ejus adventu veris ac Infucatis gaudiis exultavit.*

INFUGARE, In fugam agere, conjicere. Joan. Biclariensis : *Claudius Dux vix cum* 300. *viris* 60. *millia ferme Francorum noscitur Infugasse.* Leges Canuti Regis Angl. cap. 32. (in Sax. est 12.) : *Qui forisbannitum paverit, vel ei firmationem aliquam exhibuerit, emendet Regi* 5. *lib. nisi se adlegiet quod Infugatum eum nesciebat.* Capitul. Radelchisi Principis Beneventani, editum a Camillo Peregrino in Hist. Langob. cap. 16. de Servis fugacibus : *Si suspicio fuerit, ut post sacramentum pacis direxerimus eos quocumque, vel Infugaverimus, et quæsiti fuerint, cui hoc crimen imminetur, de his si non fuerit ausus satisfacere, reddat eos.* Vide Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 80.

INFULA, Casula, planeta, vestis sacerdotalis. Hugo a S. Victore in Speculo Eccl. lib. 1. cap. 6 : *Casula, quæ alio nomine planeta, vel Infula dicitur :* ubi perperam editum *Infusa.* [Statuta Ecclesiarum Cadurc. Ruthen. et Tutel. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 716 : *Infula seu casula quæ alias vestes cooperit caritatem significat, quæ virtutes continet in se omnes.* Inventar. Eccl. Noviom. ann. 1419 : *Item una alia Infula nigra de sargia foderata de tela viridi.*] Necrolog. Eccl. Parisiensis : *Item legavit ad opus dictæ Capellaniæ unum calicem, intus et exterius deauratum, unum Missale ad usum Ecclesiæ Paris. et duas Infulas, cum alba et amicto.* 8. Id. Junii : *Eodem die obiit B. M. Reginaldus Episcopus Parisiensis, oriundus de Corbolio diœcesis Parisiensis, qui dedit nobis Infulam, dalmaticam, tunicam, albas radiatas, et unum baudequinum, de quo facta cappa serica.* 4. Kl. Octob. : *Contulit etiam ad ejusmodi Capellaniam Missale* 1. *calicem* 1. *argenteum, et* 1. *Psalterium, et albam paratam, et aliam sine paratura, Infulam unam, et* 3. *mapas ad cooperiendum altare.* Necrologium Eccl. Carnotensis 8. Kl. Maii de Alberto Canonico : *Xenodochio hujus Ecclesiæ totam capellam suam excepta Infula contulit.* Charta ann. 1247. in Hist. S. Mariæ Suession. pag. 456 : *Et Presbyter Canonicus indutus Infula ad preces Thesaurariæ scrinium reliquiarum... portabit.* Statuta synodalia Alberici Episcopi Placentini ann. 1298 : *Nullus Presbyter seu Rector Ecclesiarum civitatis... debeat portare Infulas sub biretis.*

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Infula, chasuble.* Inventar. S. Capel. Paris. ann. 1363. ex Bibl. reg. : *Item unum aliud fronterium,.... cum casula seu Infula, etc.* Aliud Gall. : *Item un autre frontier..... avecques la chasuble.* Hinc

* **INFULARE**, Casulam induere, in Cærem. vet. MS. eccl. Carnot. : *Ad missam Infulantur diaconus et subdiaconus nigris infulis.*

¶ In Statut. Alber. *Infulas* intelligo *Fascias* ad tegendum caput vel ornandum : qua notione vocem *Infula* usurparunt Latini. Qualis autem fuerit antiquorum Infula docet Servius in librum 10. Æneid. Virgilii : *Infula*, inquit, *Fasciæ in modum diadematis, a qua vittæ ab utraque parte dependent : quæ plerumque lata est, plerumque tortilis ex albo et cocco.* Gloss. Lat. Græc. : *Infulæ*, Στίμματα. Aliæ Gr. Lat. : Στίμμα, *Infula, offula, mitra.* Glossulæ MSS. Cluniac. tom. 2. Operum posthum. Mabillonii pag. 23 : *Infula generaliter omnis vestis sacerdotalis dicitur; proprie tamen Infulæ dicuntur vittæ, quibus caput ornatur.* Synodus Pergam. ann. 1311. apud Murator. tom. 9. col. 547 : *Tonsuram et habitum deferant clericales ordini suo et statui competentes... Infulam de seta sive serico more laicali minime deferentes.* Statuta Ecclesiarum Cadurc. Ruthen. et Tutel. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 727 : *Clerici vero... et etiam Religiosi, si vestes hujusmodi sæculares præter necessitatem detulerint, Infulam seu pileum publice de die in capite, Beneficiati a perceptione fructuum beneficiorum suorum per annum sunt suspensi.* [** Vide Guden. cod. diplomat. tom. 1. pag 354. not. i.]

* Steph. de Infestura MS. ubi de Innoc. PP. VIII. : *Invenerunt capsam quandam marmoream, marmoreo lapide copertam et implumbatam, et unum corpus cujusdam mulieris involutum cum quadam odorifera mixtura seu Infula aurea in capite.*

** **INFULATI** dicebantur apud Germanos principes imperii ecclesiastici a pontifice Romano confirmati. Vide Pfeffing. ad Vitriar. lib. 1. tit. 6. not. B.

¶ **INFULÆ ECCLESIASTICÆ**. Translatio SS. Sebastiani et Gregorii, sæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 396 : *Religiosa Monachorum concio ecclesiasticis Infulis redimita stabat prospectans, unanimi devotione universalibus officiis animata, ut protectori ac patrono perenniter habituro congrua suscipiendi ferret obsequia.*

** **INFULÆ IMPERIALES**, Corona imperialis. Occurrit passim. *Corona imperiali Infulari*, in Litt. Ludov. Bavar. ann. 1327. apud Bœhmer. Font. Rer. German. tom. 1. pag. 199.

* **INFULA PRÆFECTURÆ**, Pileus, quo præfectus Romanus dignitate investiebatur. Cæremon. Rom. MS. fol. 35. v°. : *Imponit* (Pontifex) *genuflexo* (præfecto) *Infulam sive birretum præfecturæ dicens : Accipe insigne præfecturæ præeminentiæ, quod per nos capiti tuo imponitur.*

* **INFULÆ RECTORIALES**, Ornamenta quæ ad Rectoris dignitatem pertinent. Stat. Universit. Aquens. ann. 1483. pag. 21 : *Quod dictus electus* (rector) *teneatur ire receptum, cum magno festo tympanorum sive aliorum instrumentorum, Infulas rectoriales in ecclesia S. Salvatoris, secunda die Pentecostes.*

* **INFULA**, pro Quovis pileo, Gall. *Bonnet.* Stat. pro comit. Venaiss. confirmata ann. 1443. cap. 79. ex Cod. reg. 4660. A : *Unaquæque persona Christiana vel Judæa, quæ bonorum vellet facere cessionem,... nec caputium in capite nec Infulam retineat.*

¶ **INFULARE**, Infulis ornare. Gloss. Isid. : *Infulat, Propitiat.* Grævius scribendum credit *Infulis ornat.* Suetonius in Caligula cap. 27 : *Cunctantem pueris tradidit verbenatum Infulatumque. Infulata domus Sacerdotum*, apud Prudentium in Hymno 4. Martyrum Cæsaraug. *Cum Infulatus ad altare staret Archiepiscopus*, in Histor. MS. Monasterii Beccensis pag. 187.

¶ **INFULLONICATUS**, ἄνναφος. Gloss. Cyrilli et Lat. Gr. Sangerman. Rudis, impolitus.

* 1. **INFUNDERE**, Fodere, Gall. *Fouir, creuser.* Charta ann. 1299. ex Chartul. S. Maglor. ch. 228 : *Et postea debent* (molarii) *reimplere suis sumptibus et expensis propriis omnes foveas quas facient, et ubi trahent et Infundent.*

* 2. **INFUNDERE**, Fundere, Gall. *Jetter en fonte.* Charta ann. 1300. ex Cod. reg. 9822. 2. fol. 173. r°. : *Dicti fratres fuerunt justiciati, pro eo quod falsum metallum Infundebant, et inde falsam monetam cudebant.*

¶ **INFUNDITUS**. Vide *Infusio.*

INFURCARE. In furcam agere, suspendere. Gloss. MSS. : *Infurcare, suspendere.* Rodericus Toletan. in Hist. Arabum cap. 25 : *In ripa fluminis* 300. *et amplius Infurcavit.*

¶ **INFURIARE**, In furorem efferare, Gall. *Mettre en fureur.* Joannis Troester Epistola apud Duellium lib. 1. Miscell. pag. 236 : *Quis Minotaurum occidere studuit, Herculem magnum Infuriavit, bonum illum Uriam in acie standum occidendumque instituit?*

¶ **INFURIOSUS**, Furiosus. Vide *Inamorosus.*

¶ **INFURNARE**, *In furnum mittere, vel in furno coquere*, Joanni de Janua; *Enfourner*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. Vide *Infornare* et *Furnare.* [* Stat. Massil. cap. 41 : *Quod postquam universum panem illius coctæ Infurnaverint, non recedant a furno.*]

¶ **INFUSA**. Vide *Infula.*

¶ **INFUSARE**, *Fuso involvere.* Jo. de Janua; *Enfuseler*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman.

* **INFUSELATUS**, Fusis instructus. Gall. *Fuselé.* Guido de Vigev. Ms. de Modo expugn. T. S. cap. 12 : *Una ex istis duabus rotis carri debet esse Infuselata et alia debet esse indentata deversus carrum.*

INFUSIDARIUM. Joannes Laudensis in Vita Petri Damiani num. 42 : *Audivi eumdem videlicet totidem aliquando diebus nullo refecisse cibo, nisi parco leguminis Infusidario.* [Mabillon. sæc. 6. Benedict. part. 2. pag. 262. suspicatur legendum *leguminis infusi diario.*] Id est, ut ipse Damianus loquitur Opusc. 15. *radicibus, et leguminibus Infusis, vel etiam elixis.*

* Nostris, *Enfondu*, pro Madefactus, aqua perfusus, vulgo *Mouillé, trempé.* Lit. remiss. ann. 1473. in Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 359 : *Icelle Gernesote pour se évader de leur voye se mist en une mare, où il y avoit beaucoup d'eaue,.... ilz allumerent du feu pour lui seicher ses habillemens, qui estoient tous Enfondus d'eaue.* Pro famulo coquinario, forte qui aquam coquinæ mi-

Digitized by Google

nistrabat, in Testam. Joannæ reg. Franc. ann. 1329. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1378 : *A l'Enfondu de la cuisine, xl. livres Tournois.*

INFUSIO, vel *Infastitas*, vel *Infunditus*, Equorum morbus, qui accidit ex potatione superflua, vel ex immoderato labore. Vide Jordanum Rium Calabrum Ms. lib. 2. de Medicaminibus equorum, et Petrum de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 19.

INFUSORIUM. Will. Brito in Vocabul. MS. : *Infusoria dicebantur vasa, quibus oleum lucernis infundebatur.* Brevileq. : *Infusorium, vas, in quo est oleum, quod ponitur in lucernis. Item Infusorium dicitur, per quod projicitur ablutio calicis.* Ita etiam Auctor Mamotrecti ad Zachar. cap. 4. v. 2 : *Et septem Infusoria lucernis*, ubi Gr. καὶ ἑπτὰ ἐπαρυσίδας τοῖς λύχνοις. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Infusorium, Vaisseau à oile pour mettre ès lampes ou piscine d'autel.* Adde Johannem de Janua in *Suffusorium*.]

* **INFUSTIS** *et hoc* **INFUSTE**, *Posito in honore.* Glossar. Lat. Ital. Ms.

¶ **INFUSTITUS**. Vide *Infusio*.

¶ **INFUSUS** Equus. Vide *Suffossor*.

¶ **INGADIARE**, Pignori dare, Gall. *Engager*. Epistola ann. 1138. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 391 : *Ne quislibet de prælibatis rebus distrahere præsumat, aut Ingadiare, seu quolibet ingenio alienare.* Vide *Vadium*.

* **INGAGIARE**, ut *Ingadiare*, Pignori dare, Gall. *Engager*. Charta ann. 1274. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 71. v° : *Obligaverunt et etiam Ingagiaverunt coram nobis in manu dicti reverendi patris domini feudi.... omnes res et singulas supradictas.* Vide in *Vadium*.

¶ **INGAM**, **INGANNUM**. Videsis *Ingenium* 1.

* **INGANCTA**, Sagittæ species. Stat. senescal. Bellic. ann. 1320. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 162 : *Quicumque portaverit... arcum sagittis dictis musquetis vel Inganctis, etc.* Vide mox *Inganola*.

* **INGANNARE**, Decipere, fallere, vox Italica. Pactum ann. 1132. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 463 : *Et plivio tibi per meam fidem quod de prædicta convenientia et dono non Ingannem te unquam.* Vide in *Ingenium* 1.

* **INGANOLA**, Armorum genus, quod inter arma vetita recensetur in Stat. Vallis-Ser. rubr. 44. ex Cod. reg. 4619. fol. 88. r°. Vide supra *Ingancta*.

¶ **INGARDIATOR**, ut *Gardiator*, Custos, Gall. *Garde*, *Gardien*. Litteræ ann. 1356. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 305 : *Unum quoque vel plures de servientibus armorum, aut aliis Ingardiatoribus eorumdem, specialem seu speciales eorum sumptibus deputent.*

¶ **INGARRULA**, f. Pica, quæ garrula et loquax dici solet. Libellus de remediis peccatorum apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 22 : *Pœnitentia bibentis quod intinxerit aquila, vel Ingarrula, vel Gallina, vel* (f. VII.) *dies et noctes in pane et aqua.*

* **INGAYNARE**, **INGUAYNARE**, Insérere, Gall. *Enguiner, enclaver*. Stat. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 197. col. 2 : *Dimittatur janua ibidem a parte bocariæ cum forti barra, quæ Inguaynetur in muro faciendo.* Comput. ann. 1362. ibid. pag. 260. col. 1 : *Qui fecerunt foramina, in quibus Ingaynantur vetti portalium S. Anthonii et Carmelitarum.*

* **INGAZARE**, Oppignerare, Gall. *Engager*. Stat. Vallis-Ser. cap. 92. ex Cod. reg. 4619. fol. 124. r° : *Non sit aliqua persona,.... quæ audeat.... incidere.... aliqua ligna in nemoribus.... vetitis et Ingazatis et Ingazandis.* Vide supra *Gazium*.

¶ **INGAZIARE**, Pignerare. Vide *Inguaziatio*.

¶ **INGEGNERIUS**. Vide *Ingenium* 2.

* **INGEGNERIUS**, Ital. *Ingegnere*, Machinarum bellicarum confector, vel qui iis præest in bellis, Gall. *Ingénieur*. Tract. Ms. de Re milit. et mach. bellic. cap. 29 : *Dictæ naves in bello marino sunt præliabiles contra hostes tuos, prout facile in designo cernitur ab assuetis Ingegneris marinis expertisque.* Vide in *Ingenium* 2.

¶ **INGEMAS**. Agnellus in Vita S. Martini cap. 1. apud Murator. tom. 2. pag. 182. col. 1 : *Omnes suburbanæ civitates veniebant, omnia docaria et subtegulata et omnia ligna abiegna et quæ necessaria erant, Ravennenses cives volventes in angaria cum finibus et Ingemas cetera.* An restituendum *cum funibus et Ingeniis ceteris?* Vide *Ingenium* 2.

¶ **INGEMOSITAS**. Janssonius in Auctario Glossarum Isidori : *Indolentia, Ingemositas.*

* Nostris *Engigneusement*, id est, cum gemitu. Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 250 : *Il* (Gondoalt) *disoit Engigneusement que bien li souvenoit des vilenies que son peres li avoit faites.*

¶ **INGENIARE**. Vide *Ingenium* 1. et 2.

¶ **INGENIARIUS**, **INGENIATOR**. Vide *Ingenium* 2.

* **INGENIARIUS**, ut supra *Ingegnerus*, in Charta Phil. Pulc. ann. 1297. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 40. r°. col. 2. Annal. Estens. ad ann. 1395. apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 920 : *Transmissus fuit magister Bertholinus Ingeniarius domini marchionis, etc.*

INGENICULARI, Genua flectere, Britoni in Vocabul. Utitur Vitruvius lib. 9. cap. 6. Vide *Geniculum*.

☞ *Ingeniculare* dixerunt Hyginus Astronom. lib. 2. cap. 6. et Lampridius in Heliogabalo.

INGENICULATIO, Oratio cum genuflexione emissa. Adamnanus lib. 3. de Locis SS. cap. 4 : *Et egressus foras, Ingenioulatione expleta, etc.*

¶ **INGENICULANS**, *Genua flectens*. Joh. de Janua. Gl. Lat. Gall. Sangerman. : *Ingenicularis, Agenoilleur.*

¶ **INGENIOLUM**. Vide *Ingenium* 2.

¶ **INGENIOSE**. Vide *Ingenium* 1.

¶ **INGENIOSITAS**, **INGENIOSUS**. Vide *Ingenium* 2.

¶ **INGENITURA**, Sterilitas. Vita S. Vitalis Abb. tom. 2. Martii pag. 31 * : *Quidum suorum magis verborum dulcedine quam escarum abundantia plenus esset, Ingenituram et sterilitatem suam eidem patri referens, indicavit.*

¶ 1. **INGENITUS**, Prostratus. Vita S. Savini tom. 3. Julii pag. 197 : *Ingeniti extemplo terræ, Dominum deprecabantur dicentes, etc.*

2. **INGENITUS**, dictus quidam Burchardus, ut habet Canisius tom. 5. Antiq. lection. pag. 786. quod ex utero matris excisus, et anviæ porci, ubi incutescenet, inclusus fuisset.

** **INGENITUS** Deus dicitur apud S. Arnobium lib. 1. cap. 17. et passim. S. Aldhelm. de laud. Bugge vers. 83 :

Nunc clara Ingenito dicatur gloria patri.

* 3. **INGENIUS**, mendose pro *Ingenuus*, in Charta Phil. Aug. ann. 1184. ex Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 12. v°. col. 2.

1. **INGENIUM**, Ars, machinatio, fraus. Joan. de Janua : *Ingenium... astutia, calliditas.* Tertullianus adversus Gnosticos : *O parricidii Ingenium! o sceleris artificium! o argumentum crudelitatis!* Lex 6. Cod. Th. de Curiosis (6, 29.) : *Callida machinamenta commeantium, ac simulatæ observationis Ingenia et fraudes depellant.* Gregorius Turon. lib. 9. cap. 20 : *Juravit... se omnia... absque ullo dolo vel fraudis Ingenio inviolabiliter servaturos.* Utuntur Gregorius Mag. lib. 5. Epist. 31. lib. 10. Epist. 28. Gregorius Turon. lib. 6. cap. 22. Theganus cap. 13. Lex Wisigoth. lib. 3. tit. 6. § 2. Lex Longob. lib. 1. tit. 32. § 4. [** Liutpr. 65. (6, 12.)] Capit. Caroli M. lib. 2. cap. 31. lib. 7. cap. 214. Anastasius in Leone IV. Hincmarus Laudun. pag. 352. etc. Vide *Genium*.

* Charta Simon. comit. Pontiv. ann. 1239. in Lib. nig. 2. S. Vulfr. Abbavil. fol. 19. r° : *Firmaverunt quod.... nec artem aut Ingenium quærent, ut ecclesia prædicta per se vel per alios super hoc inposterum molestetur.*

MALUM INGENIUM, Eadem notione, nostris, *Mal-engin*. Lex Salica tit. 36. § 4 : *Si quis per malum Ingenium in curtem alterius miserit aliquid, quod furatum est, etc.* Capitula ad eamdem Legem cap. 1. § 4. et Capit. Caroli M. lib. 3. cap. 27 : *Si quis hominem in judicio injuste contra alium altercantem adjuvare per malum Ingenium præsumpserit, etc.* Interrogationes ad Confessionem dandam MSS. : *Interroges ei, si ipse habeat aliquid adquisitum de malo Ingenio, aut de furto, aut de aliqua injusta causa.* Hinc formula familiaris, *bona fide, sine fraude et malo Ingenio*, apud Will. Tyrium lib. 11. cap. 6. 10. 21. lib. 17. cap. 30. lib. 19. cap. 16. lib. 21. cap. 18. et alios.

INGENIOSE, Per fraudem. [Capitula Pippini, Regis Ital. ann. 703. cap 23 : *Placuit nobis ut liberi homines, qui non propter paupertatem, sed ob vitandam reipublicæ utilitatem, fraudulenter ac Ingeniose res suas Ecclesiis delegant.* Quæ quidem lucem non modicam præbent legi 29. Rotharis apud Muratorium tom. 1. part. 2. pag. 139 : *Videtur nobis ut quicunque liber homo Ingeniose in servitium alicujus se tradiderit.* Ubi notam prorsus extra viam subjicit Cl. Scriptor; nihil enim a Cangii mente videtur magis alienum, quam quod illum dixisse ibi adnotatur : rem fatebitur quisquis viri doctissimi observationes ad vocem *Obnoxiatio* legerit attentius.] Chronicon S. Vincentii de Vulturno : *Reclamavi, quod de ipsa cella... per pravos et iniquos homines*

Digitized by Google

subdole et Ingeniose... res subtractas esse de Monasterio, etc. Tabular. S. Cyrici Nivern. Ch. 53 : *Si quis contra hunc donationem aliquid Ingeniose insurgere conaverit, etc.* [Acta Episc. Cenoman. cap. 26. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 288 * : *Denique is* (Rotgarius) *cum nostram irruisset civitatem, et eam Ingeniose, quibusdam fraudulenter consentientibus, fuisset ingressus cum suis.*]

ENGANNUM, Idem quod *Ingenium*, Hispanis, *Engaño*, Gallis, *Engin*. Occitanis, *Engana*, fallere. Charta Ildefonsi Regis Arag. apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 6. cap. 5. n. 4 : *Ego Rex convenio vobis Dominæ Mariæ... totum prædictum honorem tenere et habere, et expletare secure et in pace, sine vestro Engan, sicut superius scriptum est.* Alia ejusdem Regis lib. 6. cap. 9. n. 3 : *Quod vobis valeam et adjuvem vos,.... bona fide et sine Enganno.* Vide lib. 6. cap. 1. n. 2. cap. 31. n. 2. [Instrum. ann. 1096. ex Archivis S. Victoris Massil. : *Ego cum Abbate Richardo jam partitus fueram sine ullo Engein et sine ullo usage.*] Galli dicunt, *Sans fraude et malengin.*

ENGANNARE, Gall. *Enguner*, Decipere, Hispanis, *Engañar*. Pactum nuptiale inter Raymundum filium Raymundi Comitis Tolosani et Reginæ Johannæ, et Sanciam filiam Petri Reg. Aragon. Octob. 1205 : *Et ipsum in Dei fide et mea recipio, quod eum non decipiam, vel Engannem, etc.* Le Doctrinal :

Que plus i aries mis, plus series Enganez.

Li Lusidaires :

Ni a pas son pere trouvé,
Mult par se tient à Enganné,
A ses Barons en a parlé, etc.

Crebrius dicunt *Engigner*. Le Roman *de Garin* :

Ne lor Segnor ne vostrent obeir,
Sil ne le puent Engigner, ô treir.

Alibi :

Mès d'une chose estes vos Engignez.

¶ INGANNUM, INGANUM, ut *Engannum*. *Ingam*, in Charta Aymerici Vicecom. Narbon. ann. 1014. apud Stephanotium tom. 1. Antiq. Occitan. MSS. pag. 516. *Ingan*, in Charta 4. armarii Narbon. ex Archivo S. Victoris Massil. Charta anni 1103. apud D. *Brussel* tom. 2. de Usu feudorum pag. 729 : *Istas omnes superscriptas donationes dono vobis ego Willelmus* (Montispessul.) *sine vestro Inganno, ad meum servitium.* Testam. Rogerii Vicecomitis Biterr. ann. 1150. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 411 : *Absque omni Inganno eis dono et autorizo.* Pactum matrimonii ann. 1207. ibid. col. 807 : *Bona fide et sine malo Inganno istas pactiones prædictas tenebunt.* Rursum occurrit apud eumdem Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1091. in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 148. col. 2. etc. *Ingannum* vero tom. 1. Anecd. col 251 : *Per rectam fidem sine Ingano.*

INGENIARE, Per ingenium ac artem quidpiam excogitare. Constantinus African. lib. 3. de Morbor. curat. cap. 14 : *Causam morbi Ingeniemus auferre, etc.* [Chron. Januense Jacobi de Voragine apud Murator. tom. 9. col. 36 : *Cum vero in tribuna imago pulcherrima Christi ab antiquo depicta esset, dolentes, si talis imago deberet destrui, taliter sunt Ingeniati, quod etc.*] Hinc emendandus, ni fallor, Frotharius Tullensis Epist. 20 : *Interfect in vestris forestibus lupos 211. interfeci, dico, quia me jubente et Ingeniante capti fuerunt.* Legendum enim puto *Ingeniante*.

¶ INGENIARI, Johanni de Janua, *Ingenium exercere, ingeniose se habere ; et penitur pro decipere, et tunc est transitivum.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Ingeniari, Exercer engin ou engigneur.*

¶ INGENIOSITAS, Eidem de Janua, *Astutia, calliditas, prudentia, subtilitas.* Expugnatio Constantinopolis apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 790 : *Sangambassa pontem mira Ingeniositate fabricari fecit*, id est, miro artificio; qua notione vox *Ingeniositas* affinis est voci *Ingenium* subseq.

2. INGENIUM, Machina bellica, *ingenio* et arte adinventa, constructa. Tertullianus de Pallio cap. 1 : *Nam et arietem... nemini unquam adhuc libratum illa dicitur Carthago, studiis asperrima belli, prima omnium armasse in oscillum penduli impetus debile pecoris caput vindicantis. Cum tamen ultimarent tempora patriæ et aries jam Romanus in muros suos quondam auderet : stupuere illico Carthaginenses ut novum extraneum Ingenium.* Ita arietem *argumentosum Ingenium* vocat Miscella lib. 17. pag. 489. ubi Theophanes pag. 318. τὸ τηχνούργημα. Tudebodus lib. 5. pag. 811 : *Atque eum acceptum ligatis manibus et pedibus posuerunt in fundum cujusdam Ingenii, quod Perrea vocatur, etc.* [Joinvillæ Hist. S. Ludovici Edit. D. Cangii pag. 39. et 40 : *Un soir advint que les Turcs amenerent un Engin, qu'ils appelloient la Perriere, ung terrible Engin à malfaire... par lequel Engin ils nous gettoient le feu gregeois à planté... Quoy voiant les Sarazins, ils attirerent tous leurs Engins, dont ils en avoient seize, et les couplerent en façon que tous tiroient à nostre chatel.* Instrum. ann. 1322. apud Rymer. tom. 3. pag. 939 : *Et quædam Ingenia ad projictendum petras grossas super castrum prædictum.*] Albertus Aqu. lib. 1. cap. 30 : *Et applicitis Ingeniis, duobus in locis muros perforant.* Adde lib. 2. cap. 28. lib. 4. cap. 35. lib. 5. cap. 30. Gauterius Cancellar. de Bellis Antioch. pag. 446 : *Ingenia, quibus Sardonas capi posset, studiose præparabant.* Epist. Balduini Comitis Flandr. de Expugnatione Constantinopolitana : *Duxitque fossatum, ne muris applicare possent Ingenia.* Will. Brito lib. 7. Philipp. :

.... Ingeniorum
Cura quibus, pontemque data est a Rege tuendi.

Rigordus ann. 1190 : *Petrariis suis et mangenellis, et aliis Ingeniis tantum fregerat de muris civitatis, etc.* Philippus *Mouskes* :

Sour quatre roées fist Engiens,
Et de cloies et de merriens,
As pons torneis, et castiaus,
Et tumeriaus et trebukes, etc.

Chron. Petri IV. Regis Aragon. lib. 3. cap. 23 : *Et faen fer Ginys en Valencia... per combatre.* Utuntur præterea Erchempertus cap. 10. Nangius in Chron. ann. 1196. Levoldus Northosius in Chr. Markano ann. 1278. Thwroczius pag. 16. 23. 72. 97. 153. Bromptonus, et alii.

¶ INGENIOLUM, Parvum *Ingenium*, *Petit Engin*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. Chronicon Cornelii *Zantfliet* apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 387 : *At oppidani (Trajectenses) nova practica comperta, molas alias super decursum Mosæ fabricari fecerunt, cum catenis ferreis illas colligantes, per quod Ingeniolum frustrati sunt conatus Leodiensium, nec unquam oppidanis defecit furina.*

¶ INGENIARE URBEM, Machinis bellicis oppugnare. Gasparis Barthii Glossar. ex Anonymi Histor. Palæst. : *Igitur si vobis bonum et honestum videtur, eligat se ante alios unus ex vobis, ut si aliquo modo vel ingenio civitatem acquirere vel Ingeniare potuerit, vel per se vel per alios concordia voce, ei urbem dono concedamus.*

INGENIOSI, Machinarum bellicarum confectores, vel qui iis præsunt in bellis, quos vulgo *Ingenieurs* dicimus. Plinius Junior lib. 10. Epist. 40 : *Architecti tibi deesse non possunt. Nulla provincia est, quæ non peritos et Ingeniosos homines habeat.* Albertinus Mussatus lib. 4. pag. 21 : *Cum balistarum tormentorumque omnis generis apparatibus Ingeniosos ad castri oppugnationem sero perordinat.* [Chron. Pisanum apud Murator. tom. 6. col. 102 : *Compositio autem ab Ingeniosis Pisanorum artificibus manganis, gattis, atque ligneis castellis urbem fortiter expugnabant; et cum his machinis urbis mœnia et mœnium turres potentissime rumpebant.*] Qui igitur *ingeniis*, seu machinis bellicis præerant, *Ingeniarii* dicebantur. Philippus *Mouskes* in Ludovico VIII :

Quant li boins mestres Amauris,
Le Sire des Engignours,
Commandere des Minours,
Et larges en maiste maniere,
Si vaillans kil portoit baniere,
S'en fust alés droit as engiens,
Et faisoit la douler (lat. *dolare*) mairiens.

Infra :

Quar mestre Amauri adreça,
L'Engignor, le vaillant ome, etc.

Guillelmus *Guiart* ann. 1206 :

Li Engigneur engios drecent.

Alibi :

Engigneur engios chapuisent.

Le Roman *de Garin* MS. :

Li Enguignierres qui ont l'engin basti.

Vide Ottonem Morenam pag. 55. et ibi Notas Felicis Osii pag. 84.

¶ INGENIATOR, Eadem notione. Computus ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 284 : *Item pro expensis magistri Bucherii Ingeniatoris apud Balmam, et eundo versus Morasium* II. *s.* VII. *den. gr.* Codex MS. D. *Faure* apud Stephanot. tom. 1. Fragm. Hist. : *Erat etiam ibi Ingeniator Regis, qui fecerat plura ingenia* Vide *Engeniator*.

¶ INGENIATORES, *Donum de Ingentatores ;* hoc est, si bene conjicio, de rebus *ingenio* et arte comparatis. Vide *Donum de avere* post *Donum* 2.

¶ INGENERIUS, Ital. *Ingegnere*, in Historia Cortusiorum, apud Murator. tom. 12. col. 805.

INGENIARII Ugutio : *Arcepellones, qui vulgo dicuntur Ingeniarii.*

¶ 3. INGENIUM, Instrumentum notarii

Bullarium Casin. tom. 2. Const. 90 : *Sive per traditiones, sive per chartularum inscriptiones, sive per aliquo legali Ingenio vel tenore.*

¶ 4. **INGENIUM**, Ratio, causa. Leges Luitprandi [** 84. (6, 31.)] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 67 : *Si manifestum fuerit, quod aut judex, aut sculdais, et saliarius aut decanus, ubi ipsi ariioli, aut ariolæ sunt, et eos non condemnaverit, aut præmium tulerit... vel pro qualicumque Ingenio absolverit, integrum guidrisild suum in palatio componat.* [** Vide *Ingenium*, 1.]

5. **INGENIUM**, Reteaut hamus. Quoniam Attachiam. cap. 87. § 2 : *Salmunculi non capiantur, nec destruantur per retia aut per alia Ingenia ad stagna molendinorum, etc.* Vetus Charta in Probat. Hist. Sabaud. pag. 6 : *Neque in tota aqua sicut ab exclusa in lacum defluit, Ingenium mittat, aut piscem sine Monachorum jussu aut consensu capere audeat.* [*Ingenia, quibus pisces capiantur,* Bernardo Mon. in Ordine Cluniac. part. 1. cap. 6. Ordinatio ann. 1317. tom. 2. Ordinat. Reg. Franc. pag. 11 : *Pour les malicieus Anginz couranz pour panre toute maniere de poissons grans et petits, si que lidit Angin essorbissoient* (si) *tous les petits poissons, florins et autres.*] Vide *Saurarium.*

¶ 6. **INGENIUM**, Instrumentum nauticum trahendis navibus accommodum. Miracula MSS. Urbani V. PP : *Trahentes sagentiam cum uno bono Ingenio perduxerunt eam in terram.*

* 7. **INGENIUM**, Res quævis, quæ usui est. Monstræ factæ apud Chassagn. ann. 1511 : *Unam balistam fulsitam suo Ingenio etc.* Pactum ann. 1517 : *Quia molendina prædicta et alia Ingenia constructa ad usum et commoditatem ipsius universitatis de S. Remigio etc.* Comput. S. Petri Insul. ann. 1480. ex Tabul. ejusd. eccl. : *Item Johanni Desbours serratori pro serratione xxxij. pedum ligni ad reficiendum magnum Ingenium ecclesiæ, xxxiv. sol. iij. den. Pro pluribus cordis Ingeniis ecclesiæ servientibus, xx. lib. Engine*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1476. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1585 : *Si failloit abbatre une Engine ou ung arc-boutant, qui estoit appoincté contre ledit clochier, etc.*

¶ **INGENIUS**, f. Charta, Instrumentum. Charta S. Michaelis de Fallio in Comitatu Barchinon. : *Dono cum silvis, garricis... et ortis et aquis sicut superius resonat sive per ullas quasque voces, sive per meos Ingenios.* Vide *Ingenium* 3.

* **INGENTER**, Multum, valde, Gall. *Grandement.* Vita S. Samson. tom. 6. Jul. pag. 579. col. 1 : *Ille vero Ingenter affirmabat, numquam se mortem gustaturum,... nisi primogenitum suum Samsonem electum Dei videret.*

¶ **INGENTIA**, Magnitudo, acerbitas. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Martii pag. 97 * : *Medicus propter qualitatem loci et Ingentiam morbi de ejus vita dubitabat.*

¶ **INGENTIFICUS**, Ingens, magnus, immanis. Gerardus Maurisius apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 24 : *Cum autem inter Paganos quidam tam fortissimus et staturæ Ingentificus cunctos Christianos sic bellando superaret, etc.*

¶ **INGENTIOR**, Major. *Ingentiori excellentia commendatur*, in Gestis Abbatum S. Germani Autissiod. cap. 19. de Gauchero Abbate.

¶ **INGENTITUDO**, Grassitudo, amplitudo. *Lapis immensæ Ingentitudinis*, in Trivetti Chronico apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 629.

¶ **INGENTUS**, pro Ingens. *Ingentis vocibus clamare*, in Præfat. ad Chartul. S. Petri Carnot. cui titulus, *Aganus.*

* **INGENUALIS MANSUS**, Liberum prædium. Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 662. col. 1 : *Mansi Ingenuales sunt, qui jacent in Ardenna, id est Osdine : in qua terra jacet Alve et Hunlar et Vilantia.* Vide *Ingenui.*

¶ **INGENUARE**, Manumittere. Vide *Ingenui.*

INGENUI, Liberi, quibus opponuntur servi, aut quivis obnoxiæ conditionis, in lege Salica tit. 37. 43. 44. et alibi passim. Gloss. Lat. Græc. : *Ingenuus*, εὐγενὴς, ἐλεύθερος, ἔπίσημος. Hi a tributis immunes erant, quod secus erat de servis. Gregorius Turon lib. 7. cap. 15 : *Multos de Francis, qui tempore Childeberti Regis Senioris Ingenui fuerant, publico tributo subegit.* Erchembertus in Hist. Longob. cap. 6 :

> Liber et Ingenuus sum natus utroque parente,
> Semper ero liber, credo tuente Deo.

In Capitulari Caroli Mag. pro partibus Saxoniæ, triplex hominum conditio statuitur, *Nobilium*, seu qui de nobili genere sunt, *Ingenuorum*, et *Litorum.* Unde patet, hoc loco *Ingenuos* pro iis, quos *Liberos* vocabant, usurpari, ut in voce *Liber* observamus : alias *Ingenui* dicti, qui, ex servitute manumissi, libertatem consequebantur. Hinc *ingenuus fieri* dicitur, qui in libertatem asseritur, apud Gregorium Turon. lib. 8. cap. 41.

INGENUITAS, Ingenui status. Charta Carlomanni Regis ann. 881 : *Et congruum obsequium sicut homines ingenui, exinde eidem Monasterio exhibeant, ne eorum Ingenuitas vel nobilitas vilescat. Ingenua nobilitas*, in Chronico Reicherspergensi ann. 1084.

INGENUITAS, Nobilitas, titulus honorarius, concessus Reginæ Angliæ a Gregorio VII. PP. libro 7. Epistola 26.

INGENUITAS, Libertas servo data per manumissionem. Synodus Aurelian. II. can. 9 : *Si de servis Ecclesiæ libertos fecerit Episcopus, in Ingenuitate permaneant.* Primum testamentum Widradi Abb. Flaviniaci : *Exceptis Ingenuitatibus, quas pro animæ nostræ remedio fecimus, aut adhuc facere volumus, etc.* Infra : *Similiter et illas cessiones, quas ad libertas nostros Ghisberte et Gimberto clericos, ad eorum Ingenuitates confirmandas....fecimus, etc.* Flodoardus lib. 2. Hist. Rem. cap. 4 : *Familiæ suæ partem maximam Ingenuitate donavit :* aliis verbis Hariulphus lib. 1. cap. 13 : *Omnes ubique ad se pertinentes libertate propria perdonavit.*

CHARTA INGENUITATIS, qua servus in libertatem asseritur : *Ingenuitas Chartæ*, pro *Ingenuitatis*, in Capitulari 3. Caroli M. ann. 803. edit. Baluzianæ. [** Agit ibi imperator de incorrupta integritate chartarum, unde malim accipere *Ingenuitas* pro Veritas, fides.] *Chartula libertatis*, apud Paulum Diaconum Emeritensem in Vita S. Masonæ Episcopi Emerit. cap. 17. Qui enim servo libertatem conferebat, conficiebat chartam, qua ingenuum illum fore in posterum pronuntiabat, ita ut deinceps tanquam si ab ingenuis parentibus fuisset procreatus, vitam duceret ingenuam, et nemini servitium exhiberet : data præterea facultate, si ita luberet, ad ingenuitatem suam tuendam, defensionem Ecclesiæ vel cujuscumque alterius personæ, eligendi et expetendi absque ullo libertatis præjudicio. Capitularia Caroli Magni lib. 3. cap. 28 : *Si quis per chartam ingenuitatis a domino suo legitimo libertatem est consecutus, liber permaneat.* (Eadem verba habentur in Legibus Henrici I. Reg. Angl. cap. 89.) et cap. 43 : *Si quis per chartam ingenuus dimissus fuerit, et a quolibet homine ad servitium interpellatus fuerit, etc.* Theodulphus in Paræneſi ad Judices v. 205 :

> Pars numerosa subest populi, matrum atque virorum,
> Infantum, juvenum, seu ab utroque simul ;
> Quos pater et genitrix sub libertatis honore
> Liquere, ex illo libera turba manent,
> Quorum si chartas vitiem, vase ille vetusto,
> His ego, tu donis mox potiere meis.

Harum *Ingenuitatum* Chartulas, seu Formulas, plures proferunt Marculfus lib. 2. for. 32. 33. 34. Formulæ vett. Bignonii cap. 8. 13. Formulæ secundum Legem Roman. cap. 12. Chartæ Parensales cap. 1. Willelmus Heda in Bernulpho Ultrajectensi Episcopo 20. Beslius in Comitibus Pictav. pag. 471. etc. Ejusmodi etiam est, quam hic damus ex Tabulario sancti Vitoni Virdunensis : *Qui famulum, vel famulam suam a jugo servitutis absolvit, procul dubio mercedem recipiet ab eo, qui dixit : Dimitte, et dimittetur, date, et dabitur vobis. Quapropter ego Hermanteus pro remedio animæ meæ in Dei nomine dimitto ingenuam famulam meam, nomine Hildeburgem, ut hinc deinceps ingenua sit, ingenuaque permaneat, tuitionemque sancti Dei Confessoris Vitoni Virdunensis Ecclesiæ habeat : et annis singulis in festivitate ejusdem sancti Dei Confessoris Vitoni ad altare ipsius unam denariatam de cera exsolvat, ejusque mundiburdo defensata, firmissimam in omnibus ac securam obtineat libertatem et ingenuitatem per hanc ingenuitatis chartulam. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ipse ego, aut unus de hæredibns, cohæredibusque meis seu quælibet ulla opposita persona, quæ contra hanc Ingenuitatis chartulam adire, aut eam infringere vel immutare voluerit, cui litem intulerit cogatur exsolvere auri libram unam, argenti pondera v. multam sustineat; et insuper, quod repetit, evendicare non valeat. Et ut hæc chartula Ingenuitatis firmiorem in omnibus obtineat vigorem, manu propria eam signavi, et qui subscriberent vel signarent in præsenti rogavi, stipulatione subnixa. Actum sub die Kal. Mail anno VI. regnante Othone Rege, filio Henrici Regis. S. Herment. etc. Sarovardus indignus Cancellarius scripsit et subscripsit.* Hisce addo, quæ habet Charta Ludovici Pii. Imp. edita a Petro Chiffletio ex Tabular. Eccles. Bisuntinæ : *Modus autem absolutionis et*

Digitized by Google

manumissionis illius talis esse debet : Scribatur libellus perfectæ et absolutæ Ingenuitatis, more, quo hactenus hujusmodi libelli scribi solent, Civem Romanum liberæ potestatis continens, etc. [** Vide S. Rosa de Viterbo voce *Carta de Ingenuidade*, Elucidarii tom. 1. pag. 243.]

INGENUITAS, Prædium liberum, *mansus Ingenuilis*, in Annalib. Bertinian. Francor. ann. 866. Iidem Annales ann. 777 : *Et secundum morem illorum omnem Ingenuitatem et alodum manibus dulgtum fecerunt, si amplius mutassent secundum malam consuetudinem eorum, nisi conservassent in omnibus christianitatem, etc.* Charta fundationis Monasterii S. Petri Generensis apud Marcam lib. 3. Hist. Beneharn. cap. 15 : *Dedi enim ob hoc Raimundo Guilhermi de Benaco 4. suæ electionis equos, et meam loricam, cum Ingenuitate totius Benacensis honoris, qui mihi erat servitialis, etc.* Mox : *Cum Ingenuitate Basi et totius honoris ad eum pertinentis.* Vide *Mansus ingenuilis*.

¶ INGENUA HEREDITAS, in Concilio Legionensi ann. 1012. can. 9.

¶ INGENUALIS MANSUS. Vide in *Mansus*.

INGENUILIS. [Codex MS. Irminonis Abbat. Sangerman. fol. 72. col. 2 : *Sunt ibi foci inter Ingenuiles et lidiles* CXXIIII. *qui solvunt de spelta modios* CXXIIII. *propter wactam. Solvunt de axiculo inter Ingenuorum et lidorum et servorum mansus* VI. (6000) DCCC. *de scindulis similiter.*] Vide *Mansus ingenuilis*.

INGENUITAS, Immunitas, securitas. Tabularium Conchensis Abb. in Ruthenis ch. 503. ann. 1180 : *Hanc chartam donationis laudo et confirmo, et quidquid deinceps ab aliquo in terra mea ad ipsam beatæ Fidis salvetatem datum fuerit, ingenue concedo, dans securitatem semper et Ingenuitatem per totam terram meam, etc.*

INGENUARE, Manumittere, *Ingenuum* facere. Charta Hispanica æræ 1082 apud Antonium de *Yepez* in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 6 : *Et cum servis istis... foris illo majore, quem Ingenuamus.* Capitulare Caroli M. ann. 808 : *De his, qui fraudulenter se Ingenuare volunt, etc.* Vide *Ingenium*. 1. [Morettus Antiq. Navarræ pag. 567 : *Consenserunt omnes milites mei, ut Ingenuassem omnes illos Monasterios qui sunt in illa terra, ut non habeant super eos potestatem in aliqua servitute nec Comites nec potestates.*]

¶ 1. INGERARE, pro *Inaggerere*, in Stautis Mediolan. part. 2. cap. 247.

¶ 2. INGERARE, INGERIÆ, Voces depravatæ ex *Geronticon*, Liber continens Vitas Patrum. Vide *Geronticon*.

* INGERERE SE, Se habere; dicitur de agri parte, qua extenditur. Charta ann. 1259. in Chartul. Buxer. part. 14. ch. 7 : *Nemus dou Boichart ... prout se Ingerit a dente rupis de Bues descendendo usque ad vadum de Noa.* Vide *Proportare*.

¶ INGERSARE, *Gersa*, seu cerussa, infuscare, illinire. Vide *Gersa*.

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. *Ingersare, i. infuscare, Embouer, soullier.*

* INGESSIO, pro Injectio. Libert. villæ de Piceyo ann. 1208. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag 604. art. 11 : *Super omni forefacto infra banlivam, nullus debet alicujus supponi judicio, nisi judicio scabinorum de commiciis* (leg. conviciis) *et de Ingessionibus mannum violentarum.*

* INGESTIRE SE, Se ingerere. Synod. Tornac. ann. 1366. in Collect. earumd. pag. 30 : *Excommunicamus omnes,.... qui se ad tonsuram clericalem, vel ad quemcumque ordinem Ingestiunt, antequam cum eis fuerit dispensatum.*

¶ INGLANDARE, Glandibus alere. Anastasius in S. Hadriano PP. apud Murator. tom. 3. pag. 188. col. 2 : *Sed et porcos qui annue in casalibus sæpius dictæ domocultæ Inglandati fuerint capita centum, exinde occidantur.* Vide *Glandis*.

¶ INGLANDULA, Inflatio glaudularum gutturis seu tonsillarum. Vita B. Francisci Fabrian. tom. 3. April. pag. 989 : *Patiens tantam inflationem quam Inglandulam vocant.*

¶ INGLARARE, INGLAREARE, Italis, Glarea seu arena substernere. Regimina Paduæ apud Murator. tom. 8. col. 461 : *Hoc anno* (1275.)... *Inglareata fuit via, qua itur Vincentiam.* Memoriale Potestatum Regiens. ejusd. tom. col. 1140 : *Fluvius Rodani sparsit... super stratam Inglaratam.* Et col. 1167 : *Pro strata Inglaranda, qua itur Parmam.*

¶ INGLORIA, ἀδοξία, *Dedecus, ignobilitas*, in Supplemento Antiquarii.

¶ INGLORIATIO, Ead. notione, Dionysio Cartus.

¶ INGLUTUS, *Infirmus*. Papias et Amalthea.

* INGLUVIES, Morbi genus, tumor gutturis. Mirac. S. Hyacinth. tom. 3. Aug. pag. 349. col. 1 : *Boleslai ducis Poloniæ cancellarius.... ex quadam Ingluvie et corporis distemperamento, squinantico morbo percussus, tantam gutturis et faucium passus est inflaturam, etc.* Vide Martin. Lexic. ad hanc vocem.

¶ INGOLINUS. Charta ann. circiter 1060. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 187 : *Legavit quoque Comes Guillelmus supradicto sancto* (Nicolao Pictav.) *in morte sua pedagium quod uxor sua apud Manciacum tenebat, scilicet de Ingolinis, de decem solidis, duodecim denarios; de Voltrou vero sex den. et 10. sol.*

¶ INGOMBERARE, Impedire, obsidere. Miracula S. Zitæ, tom. 3. April. pag. 514 : *Fuit Ingomberata et vexata a malis spiritibus.* Vide *Incumbrare* in *Combri*.

¶ INGOTTATUS, Laborans arthritide, Ital. *Gotta*, Gallis *Goutte*. Miracula B. Henrici Baucen. tom. 2. Junii pag. 376 : *In ancha sinistra Ingottatus et claudicabat.* Vide *Gutta* 3.

* INGRADUATUS, Nullo gradu in jure donatus, Gall. *Non gradué*, Instr. ann. 1379. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 39. col. 2 : *Et unde hoc, quod ego Ingraduatus, essem advocatus causarum talis domini legum professoris.* Vide in *Graduatio*.

¶ INGRAMINARE, *In gramina erumpere*, apud Papiam. Hinc emenda Glossas Isid. : *Ingraminat, in gramina rumpit.* Lege *erumpit.* Johan. de Janua : *Ingraminare, Gramine implere.*

¶ INGRANARE, Moletrinæ infundere, Gall. *Engrener*. Charta ann. 1238. ex Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 806 : *Si invenero aliquem molentem in dicto molendino, statim post ipsum sine aliqua contradictione potero bladum meum Ingranare et molere.* Vide *Treumia*. Faber in Thesauro ex fragmento Glossarii Anglic. *Ingranare* reddit *Grana in horreum imponere.*

INGRANATES, Rosa, quæ pomi granati colorem refert, unde vocis *Incarnat*, apud nos etymon. Occurrit apud Michaëlem Scotum de Physionomia cap. 46. Locum vide in *Morellum*.

INGRANATUM BLADUM. Vide *Treumia*.

INGRANDINARE, [Instar *grandinis* crebris flagellorum ictibus cædere.] Vide *Grandes*.

* INGRANGIACIO, Locus granis recondendis assignatus. Chron. Joan. Whetham. edit. Hearn. pag. 539 : *Item, jacentibus decimis parochiæ de Luton seorsum hinc inde, et satis remote in diversis partibus a capituli loloco* (pro loco) *Ingrangiacionis, etc.* Vide *Ingrangiare*.

¶ INGRANGIARE, In *grangia* seu horreo recondere. Charta ann. 1451. ex Archivo B. M. de Bono-nuntio Rotomag. : *Habebunt de et super dicimis dictis Religiosorum in hujusmodi parochia spectantibus, ubicunque Ingrangientur seu reponantur, sommam 40. solid. Turon.* Rursum occurrit in Indice MS. beneficiorum diœcesis Constant. fol. 40. Vide *Granea*.

INGRATES [TAURI, Gall. *Engraissez*, Incrassati.] Vide in *Taurus*.

* INGRASSATIO, Grassatio, incursio. Gesta consul. Andeg. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 351 : *Dani dolentes, magis in iram efferati, Francos ardentius impetebant, et ab Ingrassationibus in eos nullatenus abstinebant.*

* INGRASSATUS, Gall. *Engraissé*, metaphorice, pro Bonis abundans. Gualt. Hemingf. de gest. Eduard. I. reg. Angl. edit. Hearn. pag. 17 : *Tanta extitit habundantia frugum, quod quarterium frumenti vendebatur pro xvj. den. sterlingorum :.... sed superbiente populo et Ingrassato, mutavit Altissimus fortunam illam.*

INGRATINARE, Unguibus cutem carpere, *Egratigner*. Statutum ann. 1204. apud Catellum in Comitibus Tolosanis pag. 230 : *Et quod aliquis vel aliqua non Ingratinent se in facie cum unguibus, nec capillos dilanient cum manibus, etc.*

¶ 1. INGRATITUDO, Ira, indignatio, gratiæ et benevolentiæ amissio. Concordia Comitis Fuxensis cum matre sua ann. 1313. apud Rymer. tom. 3. pag. 419 : *Idem Comes volens, sicut decet, ut dixit, dictæ dominæ Margaretæ matri suæ reverentiam exhibere, et eam toto posse et conatibus honorare, nolens ejus Ingratitudinem incurrere, etc.* Litteræ Caroli IV. Imper. apud Ludewig. tom. 6. pag. 65 : *Prout nostram diligitis Ingratitudinem evitare.* Alias *Ingratitudo* vitium est ingrati animi. Vox hoc intellectu nimium nota, et utinam minus necessaria : quam tamen nullibi reperies apud Latinos. Vide Vossium de Vitiis sermonis.

* Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 228 : *Quictando omnes forefacturas, emendas et Ingratitudinem, quas vel in quas gentes domini regis dicebant dictos archiepiscopum et*

Digitized by Google

capitulum (Lugdun.) *incurisse seu incidisse.*

* 2. **INGRATITUDO**, Severitas. Consuet. Norman. cap. 8. part. 2. ex Cod. reg. 4651 : *Ipse* (justitiarius) *attendere ac diligenter addiscere in talibus veritatem debet, ut favorem innocuis et levamen : nocuis autem exhibeat Ingratitudinem ac rigorem, juris ordine conservato.* Ubi Gall. *Si que il ayst aux innocens et qu'il soit roide contre les malfaicteurs.* Unde emendandus Ludewig. qui edidit tom. 7. Reliq. Mss. pag. 288 : *Ut favorem innocuis et levamen non exhibeat, nocuis autem Ingratitudinem. Engrés* vero, idem qui Pertinax, obstinatus, vulgo *Opiniatre*, in Cons. Pet. de Font. cap. 21. art. 9. pag. 119 : *Et se il est si Engrés, que pour damages ke il ait, ne veut avant venir, etc.* Pro Vehemens, violentus, Gall. *Impétueux, violent*, in Chron. Franc. ad ann. 1284 : apud *D. Le Beuf* tom. 1. Dissert. pag. cl :

> Et sachiez que quatre ans après,
> Revint un vent grants et Engrés,
> Qui esrachierent les noiers,
> Et dépécierent les clochiers.

* **INGRATUITAS**, Officium grati animi. Testam. Franc. de Bellovid. ann. 1477. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xviij : *Consideratis nonnullis et diversis Ingratuitatibus per nobilem Ludovicum de Halobecco.... erga dictum dominum testatorem factis, etc.*

¶ **INGRATUITUS**, Ingratus, molestus. Acta SS. Junii tom. 4. pag. 563. de S. Etheldreda :

> Hanc Ingratuitam miser anxius actito vitam,
> Duceus languores, stimulos, tormenta, labores.

* **INGRATUS**, Invitus. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 169 : *Ipsam Alipdem in nemoribus prope dictas vineas duxerunt, eamque Ingratam, ut dicitur, carnaliter cognoverunt. Ingrat*, pro *Mécontent*, non contentus, ingratum habens, in Lit. remiss. ann. 1468. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 45 : *Colart Vaine Ingrat du vin, que on leur avoit apporté, etc.*

¶ **INGRAVANTER**, Haud gravate, lubenter, apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 18. *Ingravate* dixit Ammianus non semel.

* *Engraing* vero nostris alias, Gravedo, capitis ex morbo affectio, et qui ita affectus est. Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 5 : *L'exposant qui estoit nouvellement relevez d'une grosse maladie.... et estoit encores tout pesant et Engraing d'icelle maladie;... ledit exposant pour l'Engraing d'icelle maladie, etc.* Vide supra *Gravatum.*

¶ 1. **INGRAVARE**, Insculpere, Gall. *Graver. Ciphum argenteum... deauratum et aymellatum et Ingravatum*, apud Rymer. tom. 5. pag. 48.

* *Engraver* alias, eadem notione. Chartul. Corb. sign. *Cæsar* fol. 7. r° : *Item y a un ponchon ou est Engravé une croche, pour merquer les mesures d'estain.*

2. **INGRAVARE**, [Impetere, postulare.] Vide sis in *Cravare.*

¶ **INGREDI**, Inducere. Acta SS. Maii tom. 4. pag. 625. de B. Augustino Novello : *Licentia... Ingrediendi in eamdem civitatem Thermarum reliquias prædictas.*

* *Engresser*, pro Invadere, aggredi, in Lit. remiss. ann. 1422. ex Reg. 172. Chartoph. reg. ch. 55 : *Icellui Bauduin voiant le suppliant ainsi assali et Engressé etc. Encrever* vero Graviter vulnerare sonat, in aliis Lit. ann. 1380. ex Reg. 116. ch. 209 : *Icellui Guy féri un cop ledit Jehan en la main sur les doiz, et lui Encreva les trois et en fu l'un copé presque tout oultre.*

INGREDICIUM, Ingressus. Vetus Charta ex Tabular. S. Benigni Divion. apud Perardum pag. 162 : *Terris arabilibus, cultis et incultis, silvis, Ingrediciis, aquis, aquarum decursibus, etc.*

INGREMIARE, *Accipere, vel in gremium mittere.* Ugutio [et Jo. de Janua in *Gremium.*]

INGRESSA. Vide *Introitus.*

* **INGRESSARIUM**, Liber continens antiphonas, quæ ad Missarum *introitus* a choro canuntur. Charta ann. 1019. tom. 1. Hist. monast. Cassin. pag. 81. col. 2 : *Unum antiphonarium de nocte et unum Ingressarium. Ingressurium* edidit Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 770. Vide *Introitus* 5.

¶ **INGRESSEA**, Reditus annui ex aliqua re provenientes. Vide in *Exius.*

* **INGRESSIO**, Aggressio. Instr. ann. 1358. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 206. col. 1 : *Item quod scutifferi pluria enormia verba dixerint, tam domino Duranto de Tribus-exminis.... et Jacobo Jordani, Ingressionem committentes.* Vide supra *Ingravare* 2.

INGRESSITUDO. Charta Johannis Episc. Cumani ann. 1141. apud Ughellum tom. 6. Italiæ sacr. pag. 269 : *Nobis reddatis... in secundo die Lunæ sacræ Quadragesimæ cœnam unam... sine omnium Ingressitudine.*

¶ **INGRESSORA**, terminatione Longobardica, pro *Ingressus.* Charta commutationis ann. 965. apud Murator. tom. 2. pag. 421 : *Has denique rebus ipsis supranominatis, vel comutatis, una cum accessionibus et Ingressoras earum... in integrum sibi unus alteri pars parti comutacionis nomine tradiderunt.*

* **INGRESSURIUM.** Vide supra *Ingressarium.*

¶ 1. **INGRESSUS**, Reditus annui ex aliqua re provenientes, ut fructus prædii, etc. Vide in *Exius.*

2. **INGRESSUS**, vox Fori, Anglis *Entré*, seu *Entrée*, quæ usurpatur de eo, qui personaliter, vel per alium ejus mandato terram vel tenementum ingreditur, id est, ejus possessionem invadit. Contra hunc datur *Breve*, quod dicitur *de ingressu.* Rastallus.

* 3. **INGRESSUS**, Inceptio. Instr. ann. 1385. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 81. col. 1 : *Multiplex fuit utrobique ante litis Ingressum repetita verbalis locutio.*

¶ 1. **INGROSSARE**, Luculentius scribere, Gall. *Grossoier :* quod de forensibus instrumentis dici solet. Limborch. Sentent. Inquisit. Tolos. pag. 183 : *Ego Petrus de Claveriis publicus Tholosæ Notarius... scripsi et Ingrossavi.* Acta SS. Junii tom. 1. pag. 266. de SS. Martyribus Sendomir. : *Tenens in manu schedam certam.... et petens eamdem ad acta suscipi et Ingrossari.* Diploma Sigismundi Imp. ann. 1493. apud Ludewig. tom. 5. pag. 306 : *Ideoque presens publicum instrumentum hujusmodi transumptum in re continens per connotarium meum supra et infra scriptum fideliter ingrossatum, etc.* Vide *Grossare* 1.

Ingrossator, Qui instrumenta forensia et contractus in membranis majori charactere exarat et redigit, Gall. *Grossoieur.* Unde, inquit Spelmannus, ævo Henrici VI. *Ingrossator magnæ rotulæ* appellatus fuit, qui hodie *Clericus Pipæ* est : et *duplex Ingrossator*, qui nunc *Pipæ Contrarotulator.*

¶ **Ingroxator**, Ead. notione, in Laterculo Magistratuum Cremonensium, apud Murator. tom. 7. col. 646.

¶ 2. **INGROSSARE**, *Facere ut omnes partes cohæreant, condensare, facere continuum seu crassum.* Goclenii Lexic. Philosophicum.

* 3. **INGROSSARE**, Italis, Rem re permutare sub judicis auctoritate, qui factum instrumento publico approbat; unde *Ingrossatio*, Permutatio. Stat. Mantuæ lib. 2. cap. 24. ex Cod. reg. 4620 : *De Ingrossationibus et drizzationibus et rerum divisionibus. Statuimus quod D. potestas et ejus judices ad jus deputati teneantur et debeant Ingrossare et drizzare justo pretio, re per testes idoneos diligenter scrutata, petentibus Ingrossationem vel drizzationem sibi fieri in aliqua terra vel possessione posita infra terminos lapideos.... Fiat autem Ingrossatio vel drizzatio in hunc modum; videlicet si res, quæ petitur Ingrossari vel drizzari sub dictis D. potestate et ejus judice fuerit allodium, tunc fide facta, et per D. potestatem et ejus judicem cognito de quantitate pretii justi et valentiæ rei, teneantur ipsi potestas et ejus judices illam Ingrossare vel drizzare petenti, soluto pretio ejusdem rei domino rei.*

* **Ingroxare, Ingroxamentum, Ingroxatio**, Eadem notione. Stat. ann. 1225. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 339 : *Et quod exstimatores non possint contra voluntatem alicujus partis auferre petiam boschi alicujus per cambium sive Ingroxamentum, etc. Et si pecia vineæ unius partis fuerit minus usque ad unam perticam quam pecia alterius, non eo minus fiet Ingroxatio, si de terra culta possit ei dare consultum.... Et si aliquis in terris alienis, quas habet ad fictum, jus in re habens provocetur ad Ingroxationem, non fiet Ingroxatio, nisi prius domino citato et præsente, si venire voluerit. Postea fiet Ingroxatio invito domino.* Et col. 342 : *Et quod exstimatores communis Mutinæ non possint cambiare, Ingroxare, neque drizare in vineis et terris, quæ fuerunt designatæ et datæ hominibus de Spimlamberto pro communi... Nec possit nec debeat exstimator facere aliquod cambium vel Ingroxationem, nisi inter personas jurisdictioni communis Mutinæ suppositas.*

¶ **INGROSSARI**, Crassum fieri, inflari, tumescere. Vita S. Richardi, tom. 1. April. pag. 310 : *Cœperunt igitur manus ejus dextra, necnon et tibia valido tumore Ingrossari.* Miracula sancti Eutropii, tom. 3. April. pag. 740 : *In tantum est Ingrossatus, quod nisi cum magna difficultate se poterat aliquantulum inclinare.* Vita S. Gaudentii Mart. Conven. MS. e Bibl. Floriac.

Digitized by Google

cod. 220 : *Incepit mare turbari et furibundo impetu Ingrossari.*

* Gall. *Engrossir*, alias *Embarnir* et *Enbarnir*. Lit. remiss. ann. 1447. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 581 : *La mere d'icelle Magnon s'aperceut que sa fille Embarnissoit et engrossissoit de corps.* Guil. Guiartus :

Qui ja ierent tous Embarnis.

INGROSSATORES, Cowello lib. 4. tit. 28. § ult. et Jurisconsultis Anglis, sunt monopolæ, qui ad annonam carius vendendam, quantum possunt, in suas manus congerunt : Gallis : *qui achetent en gros.* [Vide alio sensu in *Ingrossare* 1.]

¶ **INGROXATOR**. Vide in *Ingrossare* 1.

¶ **INGRUENTIA**, Irruptio, impetus, *Copia ingruens*, Barthio in Glossis ex Baldrici Hist. Patæst. Concil. Pampilon. ann. 1023 : *Et nullus fortasse status vel honor maneret modo episcopalium sedium, nisi eas ab Ingruentia vastatorum, Regum bonorum et Principum retraxisset concilium. Ingruentia causarum et negotiorum pericula*, apud Schannattum Vindem. Litter. pag. 157.

* Gesta consul. Andeg. tom. 10. Collect. Histor. Fr. pag. 252 : *Totum belli Ingruentiam excepturus.* Id est, totum prælii impetum.

¶ **INGUADIARE**, Oppignerare, Gallis *Enguiger ; Engaiger*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. *Inguadiare, Valde guadiare*, Johanni de Janua. *Inguadiare se alteri*, Se ei dedere pignoris loco, eique servire, in Legibus Caroli M. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 98. col. 1. Vide *Vadium.*

¶ **Inguagiare, Inguagimentum**, Eadem notione. Chartular. S. Vincentii Cenoman. f. 197 : *Normannus filius Bernardi Inguagiavit pro* L. *solidis Monachis S. Vincentii quidquid habebat in Ecclesia de Macheriis et in cimiterio et in decimis parochiæ. Hoc Inguagimentum habuerunt Monachi in tota vita Normanni.*

¶ **Inguaziatio**, Pignoris obligatio, Gallis *Engagement.* Charta ann. 1082. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 254 : *Goffredus filius Guinguanvi Ingaziavit Ulrico Monacho et ceteris Monachis S. Florentii... quartam partem unius villæ* IV. *lib. den. a festivitate S. Michaelis usque ad novem annos tali pacto, ut singulis annis reddant ei Monachi dimidiam minam annonæ, ne ad usuram eis Inguaziatio illa reputetur.*

* **INGUAYNARE**. Vide supra *Ingaynare.*

* **INGUICHIATUS**, Gall. *Enguiché*, Vox venatica, dicitur de cornu cingulis suis ornato. Charta ann. 1301. in Reg. 38. Chartoph. reg. ch. 66 : *Concedimus quadraginta acras terræ.... possidendas pacifice et quiete, per unum cornu Inguichiatum redditus annualis.*

¶ **INGUINARIA Pestis**, Qua inguen afficitur, in Chronico Monasterii Marienrod. apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 446. Vide *Inquinaria.*

* Gregor. Turon. lib. 4. Hist. Franc. cap. 5 : *Hujus tempore cum lues illa, quam Inguinariam vocant, per diversas regiones desæviret, etc.* Vitæ SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 65. v°. col. 2 : *Les gens en pristrent une maladie, laquele il appellent Inguinaire, que tant solement dou veoir li uns la prenoit de l'autre.*

INGUISSATUS. Glossæ veteres pag. 324 : *Inguissatus*, τεθραυμένος. Aliud videtur ab *inquassatus*. Gloss. Gr. Lat. : Ἀθραυςος, *Inquassatus, infractus.* Alibi : Ἄσειτος, *Inquassatus.* Ἀσύντριπτος, *Inquassatus.* Vide Meursium in Ἐκουσῆτος [et Martinium in Lexico.]

INHABILIS. [* Infirmus, incommodus.] Libellus precum Marcellini et Faustini pag. 29 : *Maximus quoque de Neapoli Campaniæ, quod esset Inhabili stomacho, et corpore delicatior, etc.*

¶ **INHABILITARE**, Inhabilem et incapacem declarare, Gall. *Declarer inhabile.* Arrestum Parlamenti ann. 1394. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 74. col. 2 : *Stephanus de Guiryaco officio suo privaretur, et ad alia officia regalia in futurum obtinenda Inhabilitaretur.*

* Nostris *Inhabiliter.* Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 129. Chartoph. reg. ch. 45 : *En oultre lesdiz commissaires Inhabiliterent le suppliant d'office de recepte.* Aliæ ann. 1397. in Reg. 153. ch. 96 : *Le suppliant a esté condempné envers nous en certaine somme d'argent et privé dudit office* (de grenetier) *et comme aucuns dient Inhabilité à autres offices royaux tenir. Deshabiliter*, eadem acceptione, in Lit. ann. 1388. ex vol. 8. arestor. parlam. Paris. : *Icellui Jehan par arrest de nostre parlement.... fut privé et Deshabilité de tous offices royaux etc.*

¶ **Inhabilitas, Inhabilitatio**, hac notione leguntur in Bullario Carmel. pag. 199. col. 2. et pag. 243. col. 2.

* **INHABILITAS**, Debilitatio, infirmitas, qua quis membro inhabilis redditur. Stat. crimin. Saonæ cap. 16. pag. 18 : *Si quis sciens per se vel per alium venenum alicui propinaverit dederitve, ob quod nil interierit vel Inhabilitatem membri judicio physicorum contraxerit, capite plectatur.*

* **INHABITABILIS Terra**, Quæ est sine habitatore. Tabul. S. Albini Andegav. : *Propterea ultor Barbarorum immissus est gladius, qui non juveni, non pepercit seni, nec pupillo vel viduæ ; sed ut feræ morsibus cuncta decerpentes Inhabitabilem terram reddiderunt.*

¶ **INHABITATOR**, pro Habitator, in Litteris ann. 1523. apud Ludewig. tom. 5. pag. 19.

INHÆREDITARE. S. Valerianus Cemeliensis Homil. 4 : *Ita hæreditatem, cui solet unus Inhæreditare, frequenter videmus multos numero accrescente sufficere.*

* **INHÆRENTIA**, *Erdance. Inhærere*, *Erdre.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex reg. 4120. Vide supra *Adhærere.*

* **INHÆSITABILITER**, Sine hæsitatione. Lit. Caroli VI. ann. 1394. ex Bibl. reg. cot. 18 : *De fidelitate..... et probitate prædilecti et fidelis consanguinei et consiliarii nostri Enguerrandi domini de Couciaco, comitis Suessionensis, Inhæsitabiliter confidentes, etc.*

* **INHANITUS**. Gall. *Anéanti*, Oppressus, ad nihilum redactus. Instr. ann. 1401. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 158. col. 1 : *Et populus de præmissis non conqueritur propter multa, et inter cetera, quia populus pauper est Inhanitus.*

¶ **INHAVARI**, Admisceri. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. MSS. : *Inhavor*, προσμίξομαι.

* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. forte *Initari. Initiabor*, προσμυήσομαι. Vulc.

INHERBARE, [Veneficis potionibus vitam vel mentem auferre.] Vide *Herba.*

¶ **INHEREDARE**, In possessionem mittere. Litteræ ann. 1326. ad calcem Hist. Lossensis pag. 33 : *Ad eadem bona nobis et nostris successoribus investire cognoveritis et Inheredare.*

¶ **Inhereditare**, Eadem notione. Charta ann. 1292. apud Miræum tom. 1. pag. 442 : *In quo nemore dictos Religiosos Inhereditavimus legitime... adhibitis solemnitatibus, quæ in hujusmodi Inhereditatione solent adhiberi.*

¶ **INHEREMIS**, *Arrogans.* Papias in MS. Bituric.

¶ **INHERGIA**, *Effectus.* Papias. Vide *Inergia.*

INHERMUS, [Incultus.] Vide *Eremus.*

* **INHERTUS**, pro Inhæsus, in Libert. Salvit. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 386. art. 1 : *Quod nos consules prædicti, nominibus quibus supra, Inherti sumus et assentimus, et de præsenti nos adheremus et inheremus appellationibus factis etc.*

* **INHIATIO**, Desiderium. Dipl. Rob. reg. ann. 1027. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 617 : *Rogerio episcopo cum hac bonæ voluntatis Inhiatione sanctis patribus aggregato, etc.*

¶ **INHIBÆ**. Vide *Inhibræ.*

INHIBITOR, *Bedellus, qui et Angarius dicitur et exactor, quia nimis petendo et injuste auferendo inhibet homines : vel qui inhibet lites inter eos. Unde Josephus lib.* 20 : *Jussit violentiarum Inhibitor, ut ad Imperatorem pergerent.* Hæc Ugutio. Gloss. vet. Barthii lib. 28. Advers. cap. 29 : *Inhibitores, Exactores.*

¶ **Inhibitoriæ Litteræ**, Gall. *Lettres de Defense*, in Instrum. tom. 3. Gall. Christ. col. 160.

¶ **INHIBRÆ**. Isidorus lib. 12. Orig. cap. 7 : *Alites quæ volatu futura videntur, quæ si adversæ sunt, Inhibæ dicuntur, quod Inhibeant, id est, vetent.* Festus habet : *Inebræ aves, quæ in auguriis aliquid fieri prohibent ; et prorsus omnia Inebra appellantur, quæ tardant vel morantur agentem.* Ab *Inhibere* factum *Inhiber, bra, brum.* Recta igitur orthographia legendum *Inhibræ*, ut legit Hofmannus in voce *Aves.* Vide etiam Martinii Lexicon in *Inebræ.*

¶ **INHOC, Inhoka**, Quædam terræ arabilis portio sepibus aut quovis alio modo clausa, septum, sepimentum, Gall. *Enclos*, a Saxon. Inge, campus, et Hoke, angulus. Charta ann. 1281. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 297 : *Frater Walterus Prior Berncestriæ.... fieri fecit quoddam Inhoc in campo waretabili... sub curia ejusdem Prioris.... per quod.... Abbas Osen. dicebat se de communi pastura ibidem disseisiri.* Quoniam vero in *Communis* detrimentum cedebant ejusmodi septa, prohibebantur omnino fieri, nisi domini accessisset consensus. Hæc, et quæ fuerit *Inhokæ* conditio, colligere est ex Charta ann. 1268. apud eumdem Kennett. in Glossar. ad hanc vocem : *Anno regni Regis*

Digitized by Google

Henrici filii Regis Johannis 52. .. *cum dictus Johannes* (de Pratellis) *seminasset et Inhokam fecisset de quadam cultura quæ vocatur Costowa sine voluntate dicti Abbatis et aliorum prænominatorum, et insuper in defensum posuisset communem pasturam totius warettæ, quam communam dictus Abbas et prænominati clamaverunt ex antiquo esse jus suum... Dictus Johannes recognovit illam communam pasturam esse jus ipsius Abbatis et aliorum dominorum prænominatorum quotiens a dictis culturis bladum asportatum fuerit, et terra seminata non fuerit. Et obligavit se et hæredes suos imperpetuum per fidem et præsens scriptum quod nunquam de dicta pastura quicumque seminabit nec Inhokam faciet in præjudicium dicti Abbatis.*

¶ **INHŒRITARE.** Litteræ ann. 1380. apud Rymer. tom. 7. pag. 259 : *Exercitus noster prædictus dictam villam* (Calesii) *melius et quietius poterit intrare, ac eadem, ad minus dampnum seu nocumentum vestri, et soldariorum nostrorum ibidem, ac mercatorum et aliorum Inhœritantium in villa prædicta, recipi poterit et hospitari.* Puto legendum esse *Inhabitantium.*

INHONESTARE, Ugutioni, *Valde honestare, vel potius diffamare, vituperare, ab honestate removere.* Posteriori notione usurpat Ovidius 4. Trist. ut et Alanus in Planctu Naturæ : *Vides enim qualiter homines originalis naturæ honestatem bestialibus illecebris Inhonestent, etc.*

INHONESTAS, Dedecus, ἀτιμία. Anastasius Biblioth. in Hist. Eccles. pag. 47 : *Hos cum Inhonestate dimisit.* Theophanes, ἀτίμως. Utitur Tertullianus.

INHONESTITAS, ἀσχημοσύνη, in Gloss. Gr. Lat. [* MSS. *Inhonestas.* Castigat. in utrumque Glossar. Chron. Patav. ad ann. 1399. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1167 : *Et die penultima Septembris incepta fuit fieri processio per civitatem et extra. Homines vero ibant separati a mulieribus cum tanto ordine ac humilitate, quod per illos novem dies non fuit auditum, quod facta fuerit una Inhonestitas, nec una rixa.* Galli diceremus : *la moindre indécence.*]

¶ **INHONORABILIS**, Minime honorabilis, Tertulliano adv. Marcionem lib. 3. cap. 17.

INHONORARE, Idem quod *Dehonorare*, probro afficere, infamiæ notam infligere, ἀτιμάζειν. Decretum Tassilonis § 17 : *Et si quis signum, quod est sigillum, Inhonoraverit, vel hujuscemodi intimata minime impleverit, etc.* Fulbertus Epist. 99 : *Contemnis Deum, Sanctos Inhonoras, res Ecclesiæ invadis et aufers.* Adde Epistol. 126. Innocentius III. PP. apud Catellum in Histor. Comit. Tolos. pag. 30 : *Quamvis juste derogari valeat famæ tuæ, tibique adscribi vitium ingratitudinis in peccatum, si eum forsitan Inhonoras, qui te studuit honorare.* Utitur etiam Anastasius Bibl. in Histor. Eccl. pag. 169. præter Latinos Scriptores aliquot.

INHONORATIO, Probrum, ignominia, in Capitul. Caroli M. lib. 2. cap. 13. 16. Concil. Dusiacense I. cap. 4 : *Et obtinuit talem epistolam in meam contrarietatem et Inhonorationem.*

¶ INHONORATIO, Damnum. Capitulum Odonis Regis ann. 888. apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 291 : *Res Ecclesiarum vestrarum.... sub integritate et immunitate absque aliqua Inhonoratione permanere concedam, quas modo juste et legaliter vestræ retinent Ecclesiæ.*

INHONORIFICARE, in lege Aleman. tit. 5. § 1. idem quod *Inhonorare.*

INHORMIS, pro *Innormis*, non semel apud Eddium Stephanum in Vita S. Wilfridi cap. 18. 22.

1. **INHUMANATIO**, Christi *Incarnatio*, in Historia Miscell. ἐνανθρώπησις. Facundus Hermianensis lib. 9. cap. 3. de Theodoro : *Quis enim eum audiens condidisse libros de Incarnatione, aut, ut proprie hoc exprimam, minus quidem Latino, sed necessario verbo, sicut a Græcis dicitur, de Inhumanatione Fllii Dei, duos eum putet filios Dei prædicasse? Nam qualiter Filium Dei, id est Deum Verbum, non hominem quoque diceret Inhumanatum?* Flavianus Episcop. Constantinopolitanus, apud Liberatum Diaconum cap. 11 : *Ex duabus itaque naturis confitentes Christum post Incarnationem ex sancta Virgine et Inhumanatum, in una substantia, et in una persona etc.* Vide [Diurnum Rom. pag. 28. et] Notas Sirmondi ad Facundum.

* 2. **INHUMANATIO**, Vox chimica, in Rosar. MS. Arnauldi lib. 2. cap 4 : *Melius per mensem philosophicum, quam adustio in animalibus, per Inhumanationem tollitur et decoctionem.*

INHUMANICARE, in Glossis MSS. apud Barthium lib. 28. Advers. cap. 29. et Vossium exponitur *vim inferre* : credo rescribendum *Inhumanitare*, ab *Inhumanitas*, quasi inhumane agere. Gloss. Gr. Lat. : Ἀφιλανθρωπία, *Inhumanitas, Inclementia.*

* **INIARI**, pro Inhiari, *Baallier, Inde hic et hæc Inibris et Inibre, pareceus.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

* **INICERE**, *Acoler, vel ensgeter, vel asporter*, ibidem.

* **INICI**, *Apaier*, in eodem Glossar.

¶ **INICLARIS**, ἐπίνητρος, *Fusus, colus*, in Supplem. Antiquarii. Suspicatur Martinius ab *in, neo*, et *colus* dictam vocem, quasi *Innicolaris*, vel *Inicularis*, in quem ineunt fila.

¶ **INIDONEITAS**, Imperitia, inscitia, Gall. *Incapacité.* Hist. Afflegemiensis apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 620 : *Gislebertus Marselarius communibus monachorum suffragiis* (Abbas electus est,) *sed ipse palam Inidoneitatem adferens, etc.*

INJECTA. [* F. Donum, munus.] Constitut. Siculæ lib. 1. tit. 51. de Judicibus : *Et si a litigantibus aut impetrantibus esculenta et poculenta, seu Injectas, aut deductionem recepisse, vel promissiones de eis admisisse probentur, spoliati honoris cingulo... quadruplum curiæ nostræ componant.*

1. **INJECTIO**, apud Julianum Antecessorem Nov. 124. c. 8. in Græca edit. ἐπιβολή, qua voce usum Procopium in Hist. arcana, observatum jam olim a Pithœo : de cujus origine multa congessit Nicolaus Alamannus pag. 100. 1. edit. Impositio scilicet facta et inventa a Justiniano, quam pro iis, qui, peste vel fame tunc grassante, perierant, exsolvere tenebantur superstites.

* 2. **INJECTIO**, Suspirium, gemitus. Vetus Pœnitent. MS. ex Cod. reg. 943 : *lxx. vices prosternet se in terram, et cum Injectione dicat, Pater noster, sic faciat pro uno die.*

¶ **INJENUUS**, pro Ingenuus, in Probat. novæ Hist. Occitanæ col. 101. V. *Ingenui.*

¶ **INIFENS**, *Dicens*, apud Papiam. [** Leg. *Infiens.* Occurit apud Virgil. Gramm. pag. 112.]

¶ **INIGERE PECUS**, *Agere, id est minare*, apud Festum. Jo. de Janua : *Inigere, Pecus a pastu in tectum agere; abigere vero est pecus a tecto in pascua agere.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Inigere, Amener comme bestes de pasture. Oves Inigunt in stabula*, apud Varronem lib. 2. de Re Rust. cap. 2. Rursum utitur lib. 1. cap. 2. et lib. 3. cap. 22.

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Inigere, Amener en tort, comme les bestes de pasture : sed abigere signat les bestes mener du tort aux pastures.*

INIMICABILITER, Hostiliter. Epist. 17. ex Tegernseensib. : *Dominus Dieno Comes Inimicabiliter persequitur nos.*

* Charta ann. 1240. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 447 : *Tempore quo terram ipsius domini regis in Narbonensi et Carcassensi diœcesibus ausu temerario Inimicabiliter invadendo, etc.*

¶ **INIMICALIS**, Adversarius, contrarius. Sidonius lib. 1. Epist. 3 : *Qui in eum licet stimulis Inimicalibus excitentur, scamnis tamen amicalibus deputantur.*

* **INIMICARE**, vox Italica, Inimice et hostiliter agere. Pactum inter Mantuan. et Ferrar. ann. 1208. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 873 : *Item debeant Inimicare Reginos, sicuti nos ipsos Inimicamus, et eos capere, nec eos sine nostra licentia relaxare, et eis prohibere iter per totam suam civitatem et districtum.*

INIMICARI, Inimicus fieri. Wippo de Vita Chunradi Salici pag. 434 : *Fridericus Dux Lotharingorum... Imperatori Inimicando morte propria præventus est.* Hugo Flaviniacensis in Chron. pag. 244 : *Insuper prohibuit sub anathemate, ne fratribus ipsis pro hac causa Inimicarer.* Adde pag. 261. Occurrit apud alios.

* **INIMICATOR**, ut mox *Inimicatus.* Annal. Estens. ad ann. 1408. apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 1056 : *Eodem tempore Attus de Rodilia dominus Castellarani comitatus Regini, hactenus subditus et et complex domini Ottoboni et indefessus Inimicator domino marchioni, defecit ab eodem dom. Ottobono ejusque amicitia, et se commendavit adhærentiæ dom. marchionis.*

* **INIMICATUS**, Inimicus, adversarius, Ital. *Inimicato.* Steph. de Infestura MS. udi de Innoc. VIII. PP : *Ipse pontifex interea pacem inter cives componere conatus est : nam factis pareriis omne genus pœnarum induxit contra Inimicatos, qui in præfatum compromissum de pace fienda non facerent.*

¶ **INIMICIALITER**, ut *Inimicabiliter.* Chron. Dominici de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 615 : *Si vero nos impedire voletis ad hoc, scitote firmiter, quod cum stipendiariis nostris Inimicialiter resistemus.*

INIMICITIÆ *Inimicitias propinquorum occisi pati*, in Lege Saxon. tit. 2. § 4. Conventus Ticinensis ann. 850. cap. 3 : *Nulla is, qui eum occidit, damnatione mulctetur, ne-*

Digitized by Google

que ullas Inimicitias a parentibus, aut ullam persecutionem ab ullo ejus amico vel propinquo sustineat. Vide *Faida.* [** et Haltausii Glossar. German. voce *Tod-feindschaft*, col. 1788.]

* *Ennemistié*, Hostilitas, in Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 306 : *Après les deffiailles et Ennemistié, qui depuis ont esté meue et continuées, etc.*

¶ **INIMICITIARE**, Inimicitias gerere. Chronic. Valciodor. apud Acher. Spicil. tom. 7. pag. 556 : *Hasteriensibus in his periculis animarum suarum Inimicitians, multum obfuit.*

* 1. **INIMICUS** dicebatur, qui ob delictum aliquod inimicitiam domini sui feudalis incurrebat. Charta Archemb. præp. Vindoc. ex Chartul. Major. monast. pro pago Vindoc. ch. 17 : *Bannum quoque de omnibus in toto Curtirast commanentibus, tam de amicis quam et de universis hominibus meis; ut si forte amicus ad molendinum alterum moluerit, quem inde non possim justiciare, remaneat Inimicus.* Vide supra *Amicus.*

2. **INIMICUS**, Diabolus, hostis generis humani. Arnobius Junior in Psalmum 78 : *Tunc efficimur in derisu omnibus dæmoniis, qui ideo vicini nostri et inimici dicuntur, quia nec uno quidem puncto ab inimicitiis juxta nos positi non recedunt.* Ita appellatur passim a Patribus, a Rabano lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 55. Jona in Vita S. Eustasii Abb. Luxov. n. 11. Simeone Dunelm. lib. 2. de Dunelmensi Eccl. cap. 7. etc. Epitaphium Bertæ Comitissæ, Marchionis Adalberti, uxoris, in Eccl. Lucensi :

Permansit felix, seclo dum vixit in isto,
Non Inimicus eam vincere prævaluit.

[Joannes Xiphilinus in 3. jejunii hebdomamadam :

Τὸ δὲ Σατὰν ὄνομα, τὸν ἀντικείμενον σημαίνει.] Vide Didymum Alexand. contra Manich. pag. 24.

* *Ennemy*, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1455. ex Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 56 : *Je pry à Dieu que l'Ennemy m'emporte, si je le prins* (un florin).

¶ **ININITIATUS**, Absque initio. Claud. Mamertus cap. 23 : *Deus immotus et Ininitiatus substantia sua.*

* **INJOQUARE**, INJUELARE, *Jocalia* seu monilia, gemmas, annulos, aliaque id genus pretiosa et quæ ad muliebrem ornatum spectant, dare, nostris alias *Enjoeler.* Vide supra *Enjoalare.* Contract. matrim. ann. 1467. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. 20 : *Fuit conventum quod idem nobilis Odilo debeat Injoquare seu Injuelare dictam nobilem Maratdam usque ad summam sexaginta scutorum auri.* Alius ann. 1499. pag. 24 : *Item prædictus nobilis Glaudius promisit prædictam nobilem domicellam Amphelisam conjugem suam futuram Injuelare de una cathena aurea, valoris quadraginta scutorum auri.* Vide *Jocalia.*

¶ **INIQUIETARE**, pro Inquietare. *Nullatenus Iniquietent, impediant et perturbent*, in Litteris ann. 1357. tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 191.

INIQUUS, Diabolus. Commodianus instruct. 62 :

Vicimus Iniquum, quo manente vincere nolunt.

Epitaphium Longobardicum in Monasterio S. Petri Beneventano :

Suscepit velum sacrum, quo vicit Iniquum,
Nam victrix donis utitur æthereis.

Vide *Malus.*

INIQUUS MORBUS, Sacer ignis, erpeta. Historia Translationis S. Guthlaci n. 6 : *Erat enim morbus, quem dicunt homines Iniquum, ex re nomen vindicans, quia nec ab hominibus curari consuevit.*

* **INIRE**, Emere, acquirere per emptionem. Charta Raym. Bereng. comit. Provinc. ann. 1239. ex Tabul. D. Venciæ : *Item laudamus et confirmamus tibi* (Arnauldo de Villanova) *omnia ea, quæ Romeus de Villanova fidelis noster Iniit nomine tuo ab Hugone Gauffrido in castro de Trans et ejus territorio, sicut in instrumento inde facto.... prædicta emptio et venditio plenius continetur.*

¶ **INISIUM**, male pro *Juisium* : quod vide.

* **INITALICATUS**, Italus factus, Gall. *Italianisé*, in Epist. Cuspin. pag. 126. Epistolic. Quæst. edit. Francofurt. ann. 1614.

INITIAMENTUM, *Arcanum*, μυςήριον, in Gloss. Gr. Lat. Infra : Μυςηριασμός, *Initiatio.*

INITIARE, Incipere. Vita MS. S. Arnulphi Episc. Turon. : *Cumque quadam vice, Domine labia mea aperies, Initiaret, etc.* Gloss. Gr. Lat. : Ἄρχομαι, *Cæpio, Initio, inchoo, etc.* Anastasius Bibl. in Pelagio PP. : *Eodem tempore Initiata est basilica Apostolorum Philippi et Jacobi, quæ, dum Initiaretur fabricari, mortuus est.* Idem in Hadriano pag. 110 : *Basilicæ itaque Apostolorum in via lata porticus in circuitu renovavit, quas antea Initiaverat ejus prædecessor domnus Paulus Papa, et non expleverat.* Glossæ MSS. ad Canones Concil. : *Fundere, Initiare.* Nostris, *Fonder un Monastere*, vel *fundum* dare, vel *fundamenta* jacere. *Initiare litem*, in leg. 11. Cod. Qui dare tut. vel curat. possunt. (5, 34.) Chronicon Montis-Sereni ann. 1192 : *Ut petenti vinum daret præcepit. Quo respondente se vinum non habere, nisi in uno vase, quod nondum esset Initiatum, ille nihilominus ut daret, cum instantia præcepit.* Vide ann. 1213. Vitam S. Henrici Imper. cap. 7. et 2. Vitam S. Adalberti Episc. Pragensis n. 25. Ado Viennensis in Chron. de Carolo M. : *Orandi gratia Romam post aliquot annos ingressus, ab Adriano Pontifice filius ejus Pippinus ex sacro fonte excipitur, atque duo filii ejus Initiati sunt.* Vide Eginhardi Annales ann. 781. Diurnum Roman. pag. 48. S. Columbanum instruct. 1. 2. etc. [Jo. de Janua : *Initiari, Inchoare, consecrare, sanctificare, introducere, sacrificare.* Melius *Initiare.*]

INITIARE MESSES *alterius malis artibus*, in Lege Bajwar. tit. 12. § 8. Capitula ad legem Alemannor. cap. 28 : *Si quis messem alienam inchoat.... sol. componat... de Initiata messe priserit*, 3. *sol. solvat.*

INITIARIUM. Glossæ Isidori : *Spargana, Initiarium, infantia.*

¶ **INITIATIO**. Vide *Initiamentum.*

¶ **INITIATOR**, Auctor, qui incipit. Bernardus Thesaurius de acquisitione T. S. cap. 7. Murator. tom. 7. col. 670 : *Excepta populorum numerosa caterva, quæ Petrum Eremitam sequebatur hujus sancti propositi Initiatorem mirabilem.* Laur. in Amalthea : *Initiator, Episcopi vicarius, suffraganeus.*

¶ **INITIATRIX**, Quæ est initium et origo. Radbertus de Fide cap. 1. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 2. col. 3 : *Quærendum prius quid sit cæterarum omnium virtutum Initiatrix fides.*

* **INITIATUS**, Initiatio. Pet. Cyrnæi Comment. de Bello Ferrar. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 1194 : *Quod si non crederet Augustinum clericum esse, legeret sui Initiatus ac clericatus literas.*

* 1. **INITIO**, *vel Injectio, Ensgetement*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide supra *Inicere.*

* 2. **INITIO**, Initium. Charta ann. 1245. ex Tabul. Clarit. Dei : *Prima die vero Initionis nundinarum, intrabunt dictas nundinas servientes dicti Harduini, etc.* Vide *Initiare.*

¶ **INJUDICARE**. Vide *Judicare.*

* **INJUELARE**. Vide supra *Injoquare.*

¶ **INIUM**, pro Æneum. Vide in *Cocina.*

¶ **INJUNCTIO**, Jussum, imperium, Practicis nostris *Injonction.* Concil. Emerit. inter Hispanica tom. 2. pag. 628 : *Ut nulli Presbytero vel Diacono sine voluntate Episcopi sui licentia sit sæculares peragere caussas aut Injunctiones expedire publicas.*

* **INJUNCTUS**, Conjunctus, propinquus. Bonincont. in Hist. Sicul. part. 1. apud Lamium in Delic. erudit. pag. 145 : *Quum Eleonarda Franciæ regina esset cum suo viro dissentiens, in Jerosolymam est delata ob suspiciones adulterii contracti cum principe Antiocheno, qui sibi quarto in gradu Injunctus erat.*

* **INJUNGERE ANTIPHONAM**, Præcinere. Ordinar. eccl. Camerac. MS. fol. 1. r°. : *Sabbato in Adventu Domini.... cantor major tenet chorum in capa serica rubea Injungens antiphonam.* Et fol. 10. r°. : *Quo loco idem celebrator incipit* Te Deum laudamus, *Injungente majore cantore.* Vide supra *Imperare antiphonam.*

* **INJURARE**, Jus exercere seu judicio dato judicatum exsequi vel per judicium compellere. Charta Raim. comit. S. Ægid. ann. 1164. in Chartul. Cluniac. : *Nec ego nec ullus unquam de meis aliquid infra villam vel infra bonas villæ aliquid Injurare vel arcere possit : sec quicquid arcendum vel justificandum in villa et infra bonas villæ fuerit, non nisi per manum prioris vel decani ipsius monasterii fiat.* Ubi *Injuriare* legitur inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 603. Vide *Justificare* 1. et mox *Injuria.*

* **INJURIA**, Jus, jurisdictio. Charta ann. 1025. ex Cod. reg. 9612. X : *Tandem omnium istarum rerum consuetudines, redditus, Injurias, rectitudines libere et absolute monachis attribuo.* Vide *Justitia* 1.

1. **INJURIARE**, Convitiari, injuriam inferre. Nostris, *Injurier.* Petrus Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 98 : *Cæpit Monachos deturpando Injuriare, multis et variis opprobriis dehonestare.* Utitur etiam Cæsarius Heisterb. lib. 6. cap. 5. [Lex Bajwar. tit. 8. § 1. Carolus M. lib. 5. Capitul. cap. 336. lib. 7. cap. 333. et 443. Herardus Archiep. Turon. cap. 138. et alii. *Injuriari* eadem

Digitized by Google

notione dixerunt Seneca de Constant. cap. 9. et Tertull. adv. Gnosticos cap. 6.]

* Nostris alias *Injurioser*, eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1393. in Reg. 144. Chartoph. reg. ch. 331 : *Le suppliant se traist par devers deux de ses freres,... en leur disant et exposant comme il avoit esté ravalé et Injuriosé de Lienart Garges.*

¶ INIURIATOR, Qui facit injustitiam, damnum, in Charta ann. 1242. apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 1022. in altera ann. 1247. apud Miræum tom. 1. pag. 203. col. 2. in alia ann. 1327. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 213. col. 2. et alibi.

INJURIETAS. Utitur Lactantius lib. de Mortib. persec. num. 23.

* 2. INJURIARE, Contradicere, infirmare. Chartul. Celsinian. ch. 315 : *Si autem aliquis extiterit, qui hanc donationem Injuriare velit, etc.*

* 3. INJURIARE, ut supra *Injurare*. Vide in hac voce.

* 1. INJURIARI, Injuriam seu damnum inferre. Bulla Honor. III. PP. ex Chartul. Campan. fol. 26. v°. : *Blancha comitissa Trecensis nobis conquerendo monstravit, quod abbas et conventus Pontiniacensis Cisterciensis ordinis, Autissiodorensis diœcesis, super nemoribus, grueriis, feodis et rebus aliis Injuriantur eisdem.* Ibid. fol. 28 : *Eidem Injuriosus existens, etc.* Charta Hugon. de Castell. ann. 1236. in alio Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. fol. 191. v°. col. 2 : *Cum dominus rex Navarræ, Campaniæ et Briæ comes palatinus fecisset halas novas in foro suo de Castellione,.... burgenses et ego pro hominibus dicebamus, quod dominus rex Navarræ Injuriabatur prædictis burgensibus super halis novis factis.* Hinc *Injurieux*, Qui damnum infert, in Juram. bailliv. etc. ex Reg. sign. *Noster* ejusd. Cam. fol. 44. v°. : *Item que les baillis ou Injurieux ou faisanz exactions ou soupeçonnez de usure ou menans apparéement deshoneste vie, il ne soustendront en leur erreur, ançoiz en bonne foy corrigeront leur excès.* Vide *Injuriator*.

* 2. INJURIARI, Pati, ægrotare. Mirac. S. Taur. tom. 2. Aug. pag. 644. col. 2 : *Alius, nomine Gisloinus, habebat equam optimum : qui dum cœpisset Injuriari, et nullis eum valeret remediis erigere, sed mox speraret illum mori, etc.*

** INJUS, Quod a justitia recedit. Annal. Corbeiens. apud Pertz. Script. tom. 3. pag. 17 : *Si quid correctione condignum Injusque foret.*

** INJUSSUM PLACITUM. Vide in *Placitum*.

INJUSTITIUM, ἀδικία, in vett. Gloss. pag. 324.

¶ INIVUM, *Injuriam, contrarium*. Gloss. Isid. Lege *Iniquum* et vide *Contrarius* 2.

¶ INIVUS, Qui *init* cum animalibus. Vide *Dusii*.

¶ INJUX, *Bos nondum jugo junctus*. Gloss. Isid. Festus habet, *Injuges boves, etc.* Jo. de Janua, *Injunx*.

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Injux, non donté, comme bueſs.*

* INLABORARE, Adlaborare. Epist. Gerb. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 387 : *Ei qui cum sapiente rationem instituerit, non multa ortione Inlaborandum.*

* INLACRIMABILIS, ἀδάκρυτος. Addit reg. *lacrymas continens*. Castigat. in utrumque Glossar.

INLAGARE, Legi restituere, *exlegem* legis patrocinio restituere, cui opponitur *utlagare*, et *exlagare*, extra legem ponere, *bannire*. Annales Waverleienses a Spelmanno laudati ann. 1074 : *Edgarus puer veniens ad eum a Scotia, et Rex eum Inlagavit, et omnes homines suos.* Bracton. lib. 3. Tract. 2. cap. 14. § 1 : *Quisquis fuerit utlagatus... non erit ei iutum quod compareat, antequam fuerit de gratia principis Inlagatus, Rex enim poterit de gratia sua Inlegare, et recipere eum ad pacem suam, extra quam prius positus fuit, et reponere eum in legem.* Et § 13: *Si fuerit Inlagatus et ad pacem Domini Regis restitutus.* Vide ibi plura de *Inlagatis*, et §§ seqq. et cap. 11. n. 5. et in Fleta lib. 1. cap. 28. § 7. 14. Vide *Lagn*.

INLAGARIA, Idem quod *Inlagatio*, actus *inlagandi*, apud eumdem Bractonum lib. 3. Tract. 2. cap. 14. § 13. 14. etc.

INLAND, INLANDA, INLANDUM, Terra dominica, ex Saxon. inland, i. *Terra interior*, ad discrimen terræ, quæ colonis et tenentibus concedebatur, quæ utland dicitur, i. *Terra exterior*, hodie *Tenementalis*. Chirographus Withlasii Regis Merciorum ann. 833. apud Ingulfum : 4. *bovatas terræ de Inlando, et* 10. *bovatas in servitio*. Domesdei : *Robertus tenet de Episcopo de Inland* 2. *hidas*. Charta Patricii Comitis Sarisberiensis tom. 2. Monastici Angl. pag. 207 : *Apud Eston Ecclesiam ejusdem villæ cum omnibus ad ipsam pertinentibus, et* 50. *acras, quas Willelmus de Estona præfatæ Ecclesiæ de Bradenffok dedit de Inlanda sua, consensu Osberti filii sui, cum tribus mansuris, etc.* Charta alia apud Somnerum in tractatu de Gavelkind. pag. 190 : *Pro se et omnibus aliis tenentibus de Inlund, etc.* [Vide Kennettum in Glossario ad calcem Antiq. Ambrosden.]

¶ INLATERARE, Ad latus esse. Dicitur de locis contiguis et collateralibus, in Charta ann. 997. Marcæ Hispan. col. 913. in altera ann. 998. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. et in Chartulario Aptensi fol. 57. cujus locus exstat in *Consortare*.

INLATIO, in Missali Mosarabico, dicitur *Præfatio* in Missa, forte ob *donorum Inlationem*, seu hostiæ oblationem : προσκομιδὴ Græcis.

¶ INLATUM, εἰσφορά, in Glossis Lat. Gr. Sangerm. Pensum, tributum. Vide *Illatio*, 2.

INLAUGHE, Inlagatus, qui *sub lege est, scilicet in franco plegio, sive decenna*, inquit Bracton. lib. 3. Tr. 2. cap. 10. § 5. cui opponitur *Laughelesman*, qui extra legem est, seu *exlex*. Vide *Inlagare*.

¶ INLECEBRARE. Suppl. Antiquarii : *Inlecebro*, ἐνιδρύω, *Insidior*. Vide *Illecebrare*.

¶ INLEGALIS. Vide *Illegalis*.

INLEGIARE, Eadem notione ac *Inlagare*. Leges Kanuti Regis § 2 : *Et per hoc se Inlegiet ad emendandum*. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 11 : *Sunt alia quædam placita Christianitatis, in quibus Rex partem habet hoc modo. Si Rex patiatur, ut qui in Ecclesia fecerit homicidium, ad emendationem veniat, primo Episcopo et Regi pretium nativitatis suæ reddat, et ita se Inlegiat, deinde componat de pace Ecclesiæ* 5. *lib. etc.* Et cap. 53 : *Nullus a domino suo implegiatus vel Inlegiatus, vel injuste dissaisiatus ab eodem implacitetur ante legitimam restitutionem.* Nostris vero *Enlegier*, fuit in legem, seu in jus quempiam mittere. Le Roman *de Garin* MS. :

> Et a dit Bue, Vous i avez menti,
> Com felon traitor anemis,
> Conques mes freres sa parole mesdist,
> Com traitor vos Baliege deci,
> Fins qui soit vespres ne soluel à declin,
> Vos en ferai l'ame del cors partir.

ILLEGIATUS in iisdem Legibus Henrici I. Regis Angliæ cap. 5.

¶ INLETHALES, *Immortales*, in Glossis Isid.

INLEVITAS, pro *Ponderositas*, seu *gravitas*, occurrit apud Paulum Bernariedensem in Vita B. Herluceæ Virg. n. 50.

1. INLEX, ἄνομος, in Gloss. Gr. Lat. [Vide *Illegalis*.]

* 2. INLEX, *Seductor, persuasor*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. pro Illex. Vita S. Ermenf. tom. 7. Sept. pag. 119. col. 2 : *Diabolus hostis.... injecit formas Inlices in oculis Waldaleni fratris beati viri de puella quadam, ancilla ipsius.* Vide mox

INLICITATIO. Decretum Episcoporum ad S. Radegundis Epistolam ann. 567 : *Et ideo si, quod avertat Deus, aliqua insanæ mentis Inlicitatione succensa, ad tanti opprobrii maculam præcipitare suam voluerit disciplinam, gloriam, et coronam, ut, etc.*

* Illicium, illectatio. Acta S. Vamn. tom. 3. Aug. pag. 287. col. 2 : *Atque aliorum Inlicitationem et inter amicos regis adscriberet.* Ubi Fortean leg. : *Atque ad aliorum inlicitationem inter etc.* Vide ibi notam doctorum Editorum et supra *Inlex* 2.

INLICITER, Contra fas ac jus, in Codice Carolino Epist. 74.

¶ INLICITO, παρανόμως, *Illicite*. Suppl. Antiq.

¶ INLICTUM, συσκιυή, *Apparatus*. Idem. [* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. forte *Inlicium*. Vulc.]

INLIGARE. Gregorius lib. 9. cap. 20 : *Inter præfatos Reges pura et simplex est in Dei nomine concordia Inligata*, i. pacto firmata, sacramento sancita et *ligata*.

* Nostris *Enloyer*, pro *Lier, obliger*, Obligare, astringere, in Libert. de Auxona ann. 1229. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 397 : *Et nous sommes Enloyé nous et noz terres en la main de l'arcevesque* (de Besançon). Hinc *Enloiemant*, Obligatio, hypotheca, in Charta ann. 1276. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 43. col. 2 : *Nos prometons por nos et por nos heirs sus l'Enloiemant de tous nos biens, etc.*

¶ INLIQUIRI, Irrorare, liquide illabi. Symmachus lib. 1. Epist. 33 : *Cum sitiunt atque illis de cœlo nihil Inliquitur.* Alii legunt *Illiquitur*.

¶ INLOCALITER, Locum non occupando. Epist. Liciani Episc. ad Epiphanium Diaconum inter Concilia Hispan. tom. 2. pag. 431 : *Sed quia* (anima) *corpus non est, omnia loca Inlocaliter continet.*

INLOQUIUM, pro Alloquium. Gesta Episcoporum Turon. ann. 912 : *Dulcibus legatorum linitus Inloquiis.*

Digitized by Google

INLUMINARE. Gloss. Lat. MS. Regium : *Afflata, Inspirata, Inluminata.*

¶ **INLUSTER,** pro Illustris, passim occurrit. Vide *Illustres.*

¶ **INMATRARBUS.** Vide *Illatibarbus.*

¶ **INMAGINATUS.** Vide *Imaginatus.*

INMAGISTRATUS, *In honore positus,* in Glossario MS. Reg. cod. 1013.

INMAJORARE. Vide *Immajorare.*

* **INMASELLUS MANSUS,** An is qui rebus omnibus ad *mansum* spectantibus instructus est? Præcept. Conradi imper. ann. 1033. ex Tabul. S. Apri Tull. : *Similiter Stadionis et Blonderiacum cum dimidia ecclesia et Inmasellos mansos tres.*

* **INMEMORATUS,** Memoriam excedens, Gall. *Immémorial. Olim quasi ab Inmemorato tempore,* in Instr. appellat. ann. 1459. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 288. col. 2.

¶ **INMENDARE.** Papias in MS. Eccl. Bituric. : *Inmendat, Depravat.*

¶ **INMITRIATUS,** Mitra redimitus, ad summum pontificatum evectus. Otto Morena de Rebus Laudens. apud Murator. tom. 6. col. 1057 : *Dominum PP. Victorem.... consensu et desiderio Dei fuisse Inmitriatum.*

¶ **INMOENE,** *Improbum, culpandum, vel munere liberatum.* Papias in MS. Bituric. An legendum *Immune,* quod liberum significat atque etiam otiosum. Improbi et culpandi esse solent otiosi.

* **INMORTALIS.** Vide supra *Immortalis.*

** **INMOTABILIS,** Quod nullam varietatem admittit, immotus, apud Virgil. Grammat. pag. 4. et alibi. *Inmotatio,* pag. 39.

* **INMULARE,** In *mullionem* seu acervum cogere, Gall. *Mettre en mule.* Charta ann. 1280. ex Tabul. Fossat. : *In Ferreolis quilibet focus non habens equum, debet nobis corveiam ad fena nostra Inmulanda.*

* **INMURENS,** Qui castrum muris circumdari jubet. Balder. in Chron. Camerac. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 198 : *Pro Inmurentis Flandrensium comitis potentia in ipso castello, etc.*

INNAMUM, pro *Namum, Namium,* Pignus. Charta exarata sub Henrico III. Rege Angliæ apud Spelman. : *Innama non capiantur nisi per communem assensum.* Vide *Namium.*

¶ **INNASCIBILIS,** Qui nasci non potest. Concil. Tolet. I : *Si quis dixerit Christum Innascibilem esse, anathema sit.*

* **INNATURALIS,** Non naturalis, contra naturam. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 14. pag. 26 : *Contra rebelliones Hibernicas,... et injustas et Innaturales Gallorum guerras, etc.* Acta S. Hugon. episc. tom. 2. Aug. pag. 559. col. 2 : *Universa membra ejus calor occupat Innaturalis, etc.* Vide *Innaturalitas.*

INNATURALITAS, quasi *Naturæ* ac *civilitatis* defectus. Henr. de Knyghton in Edw. III. pag. 2572 : *Et ibidem Imperator coram omni populo congregato, ostendit et notificavit omnibus Innaturalitatem, et inobedientiam, ac improbitatem, quam Rex Franciæ ei fecerat, et ibidem Regem Franciæ diffidabat, etc.*

INNATUS, Proprius, Genuinus. Gloss. Lat. Gr. : *Innatus,* ἐπιγενηθείς. *Innatus servus, id est, vernaculus,* in Speculo Saxonico lib. 2. art. 9. 42. 58. lib. 3. art. 32. § 2. qui aliis *nativus* et *originarius* appellatur. *Innatum idioma* lib. 3. art. 71. § 1. *Innati ministeriales,* in Wichbild Magdeburg. art. 13. et in Jure feudali Saxonum cap. 32. art. 2. *Innata hæreditas,* in Wichbild art. 69.

¶ **INNEGALITER,** Inæqualiter, apud Ratherium tom. 2. Spicil. Acher. pag. 228.

¶ **INNEMIUS,** Mulus *sagmarius,* seu sarcinarius. Vide in *Azemila.*

¶ **INNERVUM,** *Incatenatum,* Papiæ in MS. Bituric. quasi in nervo positum.

¶ **INNEXIO,** Concil. Tolet. XI. tom. 2. Concil. Hisp. pag. 666 : *Solet enim plus timeri quod singulariter polliceur, quam quod generali Innexione concluditur.* Reponitur ad marginem *Sponsione.*

* **INNIGE,** Collegium quorumvis opificum, idem quod *Innunge.* Vide in hac voce. Charta Ernesti ducis Brunvic. ann. 1335. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 54 : *Item omnes officiales et operarii manuales habebunt officia sua, quæ vocantur Innige, a consulibus.*

INNIHILARI, pro *Annihilari,* Ad nihilum reduci. Epitaphium apud Metellum in Quirinalibus :

> Vivus pollebam faciens quæcunque volebam,
> Innihilor sub humo ; sic erit omnis homo.

¶ **INNINGE.** Vide *Innunge.*

¶ **INNIRE,** *Acute sonare,* apud Papiam in MS. Bituric. Puto esse pro *Hinnire,* ut ibidem *Innitus* habetur pro *Hinnitus.*

¶ **INNITARI,** pro Inniti, fulciri. Vide *Copare.* [* Minus bene; nam ibi Innecti sonat.]

* **INNO,** Ahenum, quo ad conficiendum sal utuntur, inter Probat. tom. 1. Hist. Lothar. col. 265. ubi perperam editum *Juno.*

* **INNOBILIS** opponitur nobili, in Lit. ann. 1354. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 152. et alibi passim.

1. **INNOCENS,** Stolidus, rusticus, quomodo vulgo *Innocent* dicimus. S. Hieronymus in Apologia ad Pammachium cap. 4. de S. Paulo : *Videbitis eum in testimoniis, quæ sumit de veteri Testamento, quam artifex, quam prudens, quam dissimulator sit ejus, quod agit. Videntur quidem verba simplicia, et quasi Innocentis hominis ac rusticani, qui nec fucere, nec declinare novit insidias ; sed quocunque respexeris, fulmina sunt, etc.* Idem lib. 2. in Ruffinum cap. 1 : *Verum hæc possunt quasi simplicis hominis excusari, et cum eruditos non subterfugiant, apud indoctos præferre Innocentiæ similitudinem.*

¶ **INNOCENS CHORI,** Puer chori minister. Bulla Innocentii VIII. PP. ann. 1484. in Continuatione Bullarii Rom. pag. 290. col. 1 : *Intonetur prima antiphona Matutinarum per primum clericulum et Innocentem chori intabulatum ad primum responsorium, et prima antiphona de Laudibus per secundum.*

* 2. **INNOCENS,** Liber seu Collectio juris Pontificii sub auctoritate Innocentii III. PP. digesta, unde nomen. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 117. Chartoph. reg. ch. 172 : *L'exposant et aucuns ses complices entrèrent de nuit en la maison du bedel de l'estude de Tholouse, et prindrent en icelle un code, un livre appellé Innocent, un volume et une viez corcordances de Théologie.* Vide in *Decreta.*

* **INNOCENTIÆ,** Argumenta, quibus innocens quis probatur. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 376 : *In quibus carceribus interrogati fuerunt super et de præmissis per præpositum loci, coram quo proposuerunt et dixerunt Innocentias suas, factum præmissum referendo.* Arest. ann. 1376. in vol. 5. arestor. parlam. Paris. : *Amici carnales ejusdem episcopi plures Innocentias et excusationes... proposuerunt coram nobis.*

* **INNOCUE,** sensu opposito, Injuste. Chron. Angl. Th. *Otterbourne* edit. Hearn. pag. 48 : *Filius Kenelmus puer admodum a sorore Quendrida Innocue occisus, nomen et decus martirii est adeptus.*

¶ **INNODARE,** Innectere, vincire, ligare. *Vinculis anathematis Innodare,* passim in Chartis.

¶ **INNODATUS,** Eadem notione sæpius. Supplem. Antiquarii : *Innoduti,* δέσμιοι, *vincti.* Sed pro Ornatus, indutus, accipitur in Vita S. Francisci de Paula, tom. 1. April. pag. 120 : *Præterea dicit a nonnullis accepisse prætactum de Paula, cum paternas domos dereliquisset, ab eo tempore nunquam lineis pannis Innodatum fuisse, sed vestitum grosso ac rudi panno.*

INNONIA, Clausum, *Inclausura,* fundus sepimento conclusus, a Saxon. innan, *Intus :* unde viscera et interanea innoð dicta. Charta vetus apud Spelm. : *Sciatis, me concessisse... totum illud messuagium in Barton Bendich... et unum croftum, et duas Innonias aut inclausuras, vocatas inholmes, eidem messuagio adjacentes.*

1. **INNORMARE,** Ad *normam* reducere. Amalarius lib. 4. cap. 48. apud Mabillonium tom. 2. Analect. : *Itemque regulæ ejusdem æmulatores Innormans ad nutum Apostolicum, etc.* Chronicon Mauriniacense lib. 3 : *Abbate, qui illis præerat, ab ipsis deposito, transtulerunt domnum Macarium ad illius statum juxta Cluniaci consuetudinem uriliter Innormandum.* Tabularium S. Petri Carnotensis : *Post obitum clarissimi Regenfridi Præsulis, qui hunc locum in sancta religione studuit Innormare, etc.* Charta Raimbaldi Archiepisc. Arelatensis in Tabul. ejusdem Eccl. : *Primordium religionis propemodum uno ab hoc fonte Apostoli Trophimi patris nostri cum reperirent totam irrigasse Galliam, in antiquariis, non modica gravabar mentis inquietudine, utpote qui nullum videbam ad præfatum fontem Innormandum accedere, etc.* [Occurrit apud Guibertum lib. 1. de Vita sua cap. 8. Bosquetum Hist. Eccl. Gall. part. 2. pag. 58. in Instrum. Gall. Christ. tom. 1. pag. 44. col. 1. in Actis SS. Junii tom. 5. pag. 541. etc.]

* 2. **INNORMARE,** Inire affinitatem. Will. Gemetic. Hist. Norman. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 192 : *Balduinus satrapa Flandrensis sobolem suam cupiens Innormare prosapia regali, Robertum regem Francorum expetit, et filiam ejus Balduino filio suo dari poposcit ;.... affinitate fretus regali patrem a proprio solio pepulit.* Sed legendum fortean *Inornare,* id est illustrare.

Digitized by Google

INNORMIS et **INORMIS**, Enormis, immensus, *sine norma*. Vetus edictum apud Gruterum 647. 7 : *Interdicentes, ne Inormia illa indebitaque præsentur*. Facundus Hermianensis lib. 6. cap. 5 : *Legat Innormem librum, non solum contumeliis, sed ipsa quoque repetita contumeliarum recapitulatione nimis horribilem, etc.* Althelmus de Laude virginum :

Et facinus scelerum superans explodat Inorme.

Occurrit præterea cap. 17. 33. Versus in Adelelmum in libro Epistolarum S. Bonifacii Moguntini, Ep. 69 :

Elementa Inormia,
Atque facta informia,
Quassantur sub ætherea
Convexa cæli camera.

Volumen Innorme, in Vita S. Licinii Episcop. Andegav. n. 3. *Enorme* n. 32. Adde [Concilia Tolet. XVI. et XVII. inter Hispan. tom. 2. pag. 235. et 757.] Vitam S. Vunebaldi Abb. Heidenhemensis cap. 3. et Epistolam Honorii III. PP. apud Ughellum tom. 1. Italiæ sac. pag. 818. [** *Vulgus Inorme*, apud Ermold. Nigel. lib. 1. vers. 116.]

INORMITAS. Arnobius Junior in conflictu cum Serapione lib. 1 : *Si ergo mille lapides pretiosi uno diei lumine Inormitatem sui splendoris ostendunt, etc.* Ita Cod. MS. pro quo, *ornatum* perperam restituit Editor. Gregorius Turon. in Vita S. Aridii : *Innormitas erupit pluviæ*. Occurrit etiam in leg. 30. Cod. Th. de Cursu publ. (8, 5.)

INORMITER. Versus in Adelelmum :

Tam sanctorum reliquias
Nonnullorum eximias
Advehebant Inormiter

Ibidem :

Quæque fari sublimiter
Odis hujus Inormiter,
Surgens nempe prolixitas
Refragat atque vastitas.

INNORMITER, apud Eddium Stephanum in Vita S. Wilfridi cap. 30.

* **INNOTABILIS**, Qui non notatur, immunis. Adlocut. Missor. Ludov. Pii apud Baluz. tom. 2. Capit. col. 601 : *Quamobrem imperialis clementia atque prudentia talem virum a Deo electum et omnibus probatum eligere sanxit, qui ad utilitatem omnium in sancta Dei Ecclesia proficiat : et universa vestræ sanctitati enumerare jussit, quibus virtutibus et moribus ornatus, quibusque vitiis et reprehensionibus Innotabilis existere debeat.*

¶ **INNOTALGIUM**, *Oculorum humor*, in Glossis Sangerman. MSS. n. 501. ab ἰνώς, Pupilla oculi, et ἄλγος, Dolor. Papias habet *Inotalgicum*.

* **INNOTARE**, Significare, notum facere, idem quod *Innotescere*. Charta ann. circ. 1055. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 406 : *Tunc monachi videntes atque sentientes, quod eorum villa illis debitum non redderet, ... supradictum adierunt comitem.... et cum summa diligentia ei suam Innotaverunt querimoniam. Innuer*, eodem sensu, in Lit. ann. 1408. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 317.

* **INNOTESCENTIA LITERALIS**, Literæ, quibus quis in jus citatur et vocatur. Stat. Sigismundi I. ann. 1523. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 411 : *Succamerarius per suam literalem Innotescentiam, sive citationem, debet citare partes ad sui sive officii præsentiam*. Vide in *Citatio*.

INNOTESCERE, Significare, notum facere, notione activa. Sanctus Augustinus Epist. 109 : *Ne forte possit secretius correpta Innotescere cæteris*. Agobardus de Insolentia Judæor. : *Innotescens vobis, quæ tacere perniciosum est*. Utitur et in Epist. de Baptismo Judæor. mancip. Vita S. Sulpitii Pii Episc. Bituric. n. 4 : *Pontificem adduxit, et Innotuit causam*. Vita S. Deicoli n. 45 : *Imperatorem adiit, et, de quo agebatur, Innotuit*. Theophanes : Δι' ἧς ἐδήλωσε τὴν ἐκβολήν. Anastas. : *Per quam Innotuit ejectionem Arrii*. Utuntur passim Scriptores : Liberatus Diacon. cap. 11. Isidorus Hispal. in Epist. ad Massonum Episcop. Marculfus lib. 1. form. 31. et alii.

* **INNOTUS**, Qui non noscit, qui ignorat. Præfat. ad lib. Agani ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Quod magis esse rebar utile silentio tegere, quam imperiti stili officio blaterando, Innotis ejus nuditatem detegere*.

INNOVATURA, Innovatio census, tributi. Gregorius Turon. lib. 9. cap. 30 : *Childebertus vero Rex descriptores in Pictavos.... jussit abire, ut... scilicet populus censum, quem tempore patris reddiderat, facta ratione Innovaturæ, reddere deberet*

¶ **INNOX**, ἀδιαβής, in Glossis Lat. Gr. Innoxius. Isid Orig. lib. 10 : *Innox, Quod non noceat. Innocuus, cui nocivum non sit; sed apud veteres utrumque indifferens est.*

INNOXIARE, Innocentem reddere, noxa et culpa liberare, purgare. Leges Ethelredi cap. 10. apud Bromptonum : *Si quis furem Innoxiare velit, unum dretum in vadio ponat,... et adeat triplex ordalium.*

INNOXARE, in Legibus Henrici cap. 92 : *Si parentes non habeat, qui eum Innoxare velint*. At cap. 64. *Innoxiare* habetur.

INNUBÆ, ἄγαμοι, Virgines Deo dicatæ. Charta Caroli M. apud Browerum lib. 3. Antiq. Fuld. cap. 16 : *Ipsaque non multo post tempus ad Innubas in loco Biscofesheim se contulit : quem locum B. Lieba quondam bene et religiose rexerat*. S. Hieronymus lib. 1. adversus Jovinianum cap. 7 : *Non omnis Innupta et virgo est, quamquam ob elegantiam dictionis potuerit (S. Paulus) id ipsum altero verbo repetere, Mulier Innupta et virgo vel certe definire voluisse, quid esset Innupta, id est, virgo : ne et meretrices putemus Innuptas, nulli certo matrimonio copulatas.*

INNUMEROSITAS, Multitudo innumera : occurrit in Præfat. ad Synodos Hibern.

¶ **INNUMEROSUS**, Innumerabilis, innumerus, in Actis SS. April. tom. 3. pag. 105. et in Vita S. Edmundi Cantuar. cap. 34. [** *Non numerosus*, eodem sensu, in Widonis Carmine de pugn. Hasting. vers. 699.]

** **INNUMERUS**, *Post innumeros dies*, i. e. paucos apud Thietmar. lib. 3. cap. 2.

¶ **INNUNGE**, vox Germanica, Collegium quorumvis opificum, privilegia ei collegio indulta, et tributa a collegis diversis ex causis solvenda. Diploma Wichmanni Archiepisc. Magdeburg. apud Ludewig. tom. 2. pag. 389 : *Cum enim jus et distinctio quæ inter eos est, eos* (sutores) *qui eo jure participare non debent, ita excludat, quod opus operatum alienigene infra jus communis fori vendere non debeant, constituimus ne alienigene opus suum operatum ad forum non deferant nisi cum eorum omnium voluntate, qui juri illo quod Inninge appellatur, participes existunt*. Diploma Henrici Episc. Havelberg. ann. 1248. apud eumd. Ludewig. tom. 8. pag. 270 : *Insuper tertiam partem quæstus, qui vocatur Innunge, quæ jure principali ad nos pertinebat, libere laxavimus, ita tamen, ut de hac portione et aliis oppidi proventibus, honestati et utilitati oppidi amplius intendatur*. Aliud ann. 1275. ibid. pag. 274 : *Secundo ipsis* (Witstockiensibus) *dedimus quamdam libertatem, quæ vulgo dicitur Innunge, ut exinde emendet civitatis munitiones, et comparent quæ videntur civitati ad commodum pervenire; magistri quoque omnium officiorum Innunge vocabunt unum aut duos de Consulibus civitatis et eorum mediante consilio statuent quicquid in eorum Innunge fuerit statuendum, in summa addentes, quod quicquid de omnibus supradictis Inunge pro eorum introitu obtinendo, sive pro gratia vel pro vadimonio delinquentium datum fuerit, ipsi Innunge medietatem ipsius ad usus suos reponant et reliquam medietatem tollant magistri officiorum et præsentent ad usus civitatis.*

* **INNUOSUS**, an Interdictus, prohibitus, quo ut quis utatur, dominus innuere debet ? Bulla Urb. III. PP. ann. 1186. in Suppl. ad Miræum pag. 353. col. 2 : *Villam Hulgrehes cum piscatione Innuosa, in oppido Hoio tres libras de teloneo.*

INNUPTUS, ἄγαμος, in Gloss. Lat. Gr. Gloss. Gr. Lat. : Ἄγαμος ἀνὴρ, *Cælebs*. Occurrit in Capitularibus Caroli M. lib. 6. cap. 206. [** 209.]

¶ **INOBAUDIENTIA**, **INOBEDIENTIA**. Priori voce usus est Tertull. lib. 4. adv. Marcionem cap. 17. posteriori vero S. Hieronymus, Quæst. Hebr. in 2. Reg. 1. Salvianus lib. 1. de Gubern. Dei et lib. 4. contra Avaritiam, Concil. Tolet. IV. etc.

¶ **INOBAUDIRE**, Non obedire, Tertulliano adv. Marcionem lib. 3. cap. 16. *Inobedire*, S. Ambrosio Serm. 1. Epiphaniæ; *Inobediens*, Interpreti Vulgatæ Deuter. 8. 20. et Tit. 1. 10.

¶ **INOBEDIENTER**, apud S. Augustinum lib. 14. de Civit. Dei cap. 17.

¶ **INOBLIGARE**, Obligare, obligatum seu captivum retinere. Vita S. Joannis Gualberti, tom. 3. Julii pag. 352 : *Illoque in sua obstinatione, diabolo Inobligante, persistente, B. Joannes præcepit ei, etc.*

¶ **INOBSECRABILIS**, Qui obsecrationibus seu precibus non movetur. *Inobsecrabilis asperitas*, in Epistola S. Paciani ad Sympronianum tom. 2. Concil. Hispan. pag. 81.

* **INOBSERVABILIS**, Qui servari et exerceri non potest. Chron. Pontif. Leon. Urbevet. apud Lam. in Delic. erudit. part. 1. pag. 331 : *Hic* (Nicolaus) *regulam beatissimi patris nostri Francisci, quam multi malevoli impugnare conabantur, dicentes illam Inobservabilem et discriminosam, lucidissime declaravit, adprobando ipsam non solum observabilem, verum et meritoriam.*

* **INOBVIARE**, Opponere, contradicere.

Digitized by Google

Placit. ann. 901. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 720 : *Interrogaverunt prædicti auditores eosdem Waningum et Ambrosium advocatus* (sic), *qui contra ipsam notitiam dicere volerent, ... aut si aliquid contra eosdem denominatos homines... dicere volerent, aut de eorum libertate Inobviare, an non. Qui ipsi Waningus et Ambrosius advocatus manifeste dixerunt et professi sunt contra notitiam ipsam nihil dicere volerent, ... et nihil de eorum nominati homines... personis de eorum libertate.... contradicere volerent.*

* **INODATUS**, Innectus, ligatus. Stat. eccl. Leod. ann. 1360. tom. 2. Monum. sacr. antiq. pag 451 : *Alia quævis indumenta auro, argento botonata seu Inodata.* Vide *Innodare.*

¶ **INOFFICIALITAS**, Absentia ab Officiis divinis. Vide in *Officiare.*

INOFFICIARE, [Divina officia peragere, interdum negligere.] Vide *Officiare.*

* **INOFFICIATUS**, In ritu ecclesiastico dicitur de die, qui proprium habet officium. Vide supra *Dies inofficiata.*

¶ **INNOFICIOSITAS**, Quod obstare posset et officere. Contractus matrimonii ann. 1369. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 352. lin. 1 : *Et renuntiaverunt dictæ partes... exceptioni doli mali, fraudis, læsionis, erroris, deceptionis et privilegio fori, et actioni in factum, et juri per quod deceptis contrahentibus et non decipientibus subvenitur, et omnibus juribus et legibus et tractantibus de matrimoniis, sponsalibus et contratibus hujusmodi in toto vel in parte fore revocandis, seu annul'andis, propter sui immensitatem, vel Inofficiositatem, aut propter aliquam carentiam debitæ juris solempnitatis, vel aliam quamlibet causam, etc.* Alia notione legitur in *Officiare.*

¶ **INOFFICIOSUM TESTAMENTUM**, Isidoro lib. 4. cap. 24. *est quod frustra liberis exhæredatis, sine officio naturalis pietatis in extraneas personas redactum est.* De his testamentis non semel Jurisconsulti.

* **INOFFICIOSUS**, In alterius damnum factus. Lit. Joan. reg. Franc. ann. 1361. in vol. 10. arestor. parlam. Paris. : *Cum vicecomes de Thoarcio plures contractus, donationes Inofficiosas et transporta plurimorum hæreditagiorum suorum fecerit, etc.* Vide *Inofficiosum testamentum.*

INOLA, *Corrigia libri*, Papiæ.

INOLEARE, Oleo, seu chrismate perfundere. Ordo ad ordinandam Reginam ex Pontificali MS. Ecclesiæ Senonensis : *Tunc Inoleato capite illius ab Archiepiscopo, dicat isdem Pontifex, In nomine... prosit tibi hæc unctio olei in honorem et confirmationem æternam.* Sic etiam nostri dicunt *Enhuiler*, pro Extremam unctionem conferre.

* Nostris alias *Adnullier* et *Annulier*, Extremam unctionem conferre. Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 142 : *Après ce laditte femme fut confessée et adrecée, ... et encores depuis, quant elle fu Adnulliée, etc.* Aliæ ann. 1383. in Reg. 123. ch. 260 : *Jehan Guillon acoucha malades de grieve maladie, ... par telle maniere que d'icelle maladie il fu confessé, commenié au lit et Annulié. Ennolier* et *Enolier*, eodem sensu; unde *Ennoliement*, Ipsummet Extremæ unctionis sacramentum, in Poem. *du Riche homme et du Ladre* Ms. :

> Dire vous vuel du sacrement,'
> C'on appelle Ennoliement,
> Et plus proprement l'appellon
> Qui vuelt, le sainte Inonction,...
> Homme malade Ennolier, etc.

Inventar. eccl. Noviom. ann. 1419 : *Item quidam parvus liber pro faciendo les Ennoliements.* Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 153. ch. 530 : *La fille dudit Yvonnet avoit esté si très fort malade au lit, que elle avoit esté Enoliée et confessée. Enhuiller*, in Vita S. Isabel. soror. S. Ludov. pag. 175 : *Il fut présent avec les autres freres Mineurs, quand on Enhuilla madame notre saincte mere Ennuilier*, in Vita S. Ludov. edit. reg. pag. 390 : *Li benoiez rois requist la derreniere onction, et fu Ennuilié.* Vide *Oleatus.*

INOLETIVUS, [Qui nondum adolevit.] In Hodœporico Willibaldi num 8. Richardus pater, rogatus a filio Willibaldo, ut peregrinationem transmarinam susciperet, excusat *conjugis et liberorum Inoletivorum parvitatem et fragilitatem, illos orbare, et alienis relinquere inhonestum et crudele esse.* Ubi Gretzerus, hunc locum laudans, ait, *Inoletivos liberos* esse, quos Germani *Unerzogne kinder* vocant.

¶ **INOLETUS**, Eadem notione, in laudato S. Willibaldi Hodœporico seu Vita n. 4 : *Sed omnipotens Deus mundi fabricator, cœli terræque limator, servum suum infantem* (tres annos natum) *et adhuc Inoletum, exilibusque membrorum compagibus tenerum, hominibusque incertum* (f. insertum) *de corporis ergastulo adhuc educere nolebat.*

¶ **INOLITUS**, Johanni de Janua, *Insuetus, innatus, naturalis; unde Inolita bonitate, i. insueta et innata.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Inolitus, Accoutumés, naturels.*

* **INOLLARE**, In ollam mittere. Paltrami Chron. Austriac. ad ann. 1278. apud Pez. tom. 1. Script. Austr. col. 719 : *Rex Bohemiæ Ottacarus occiditur, ... jumentino more scinditur, ad instar piscis entratur* (leg. exenteratur) *et ipsa exta Inollantur et separantur a corpore.*

* **INOLTAGIUM**, *Lo humor delli ogii.* Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Innotalgium.*

¶ **INOMELUM**, Vinum mellitum. Vide *Oenomelum.*

* **INOPERABILIS**, perperam pro *Inopinabilis*, inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 222 : *Terrorem et stuporem præsuli multisque, qui aderant, visa inæstimabili coruscatione et Inoperabili audito simul tonitruo intulerunt.*

INOPERARE, Operam locare. facere. Polyptychus S. Remigii Remensis : *In tertio anno faciunt caplim dies 15. ipsum carrucant, et Inoperant.*

INOPERATIO, ponitur inter legitimas excusationes, quo minus appellatus juri stet, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 61 : *Causæ, quæ ad excusationem sufficiunt, et quaslibet impugnationum decertationes evertunt, hoc est, vel infirmitatis, vel domini necessitatis, vel contramandationis, vel Regis implacitationis, vel Inoperationis causa, etc.* Supra : *Si quis forte causam habeat contra dominum suum, remanere post infirmitatis, vel legis Inoperationis, vel Implacitationis excessibus.* His autem *legis Inoperationis* vocabulis intelliguntur dies ἀπρακτοι in quibus judicia omnia et placita cessant, *a lege* definiti et inducti, de quibus est caput 62. in iisdem Legibus.

NEMUS INOPERATUM. Eædem Leges cap. 45 : *Et de nemore Inoperato per tilham nemo respondeat, nisi sit ibi captus, vel sit homo ejus, cujus est nemus.*

* **INOPEROSUS**, Iners, segnis. Mirac. S. Germ Autiss. tom. 7. Jul. pag. 255. col. 1 : *Vitam et miracula.... domni Germani episcopi, absque ullis litterarum præsidiis Inoperoso, vel potius profano, diutius, quam fuit æquum, latuisse silentio.... testatur antiquitas.*

INOPINABILIS. Aurelius Victor Schotti in Diocletiano : *Quæ res post memoriam humanam nova atque Inopinabilis fuit.* Id est, contra receptam hominum opinionem.

¶ **INOPINABILITER**, Inopinato, repente, in Charta ann. 1261. Hist. Mediani Monast. pag. 328.

INOPINARI, Ignorare. Gregorius Turon. lib. 6. cap. 32 : *Leudastes usque ad plateam est prosecutus, Inopinans, quid ei accideret.* Vide Gloss. Cod. Th.

INOPPIDATUS, [Oppido privatus.] Gloss. Lat. Gr. : *Inoppidata*, ἀοίκητα, ἀλίμενα. Sidonius, lib. 5. Epist. 13 : *Quos singulos sparsos, Inoppidatos, nunc inauditis indictionum generibus exhaurit, etc.*

¶ **INOPPORTUNITAS**, Incommodum. Morettus pag. 668. Antiquit. Navarr. ex Annal. Rogerii Hoveden. : *Eodem anno Sanctius Rex Navarræ audiens damna et Inopportunitates, quas Adephonsus Rex Castellæ... sibi et terræ suæ faciebant, qui illam fere totam occupaverant, recessit ab Africa et venit in terram suam.*

* Dudo in Norman. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 143 : *Dux vero magnus Richardus, infirmitatis aggravatus Inopportunitate, etc.*

* **INOPORTUNITAS**, **INOPPORTUNITAS**, Importunitas. Libert. loci de Viridi-fol. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 276. art. 1 : *Illam donacionem vel assignacionem, sub quacumque verborum forma factam, vel quæ fieri contingeret in futurum, quacumque auctoritate racioneque sive causa, tanquam per inadvertenciam seu per Inoportunitatem et sub falsis suggestionibus impetratam, cassamus.* Libert. villæ Brager. ann. 1334. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 330 : *Item si quis bonus homo et boni status, propter Inopportunitatem cujusdam vilis personæ, motus dixerit seu vocaverit dictam vilem personam seu modici status ribaldam seu ribaldum, etc.*

¶ **INORARE**, Os instruere. Tertull. de Resurr. carnis cap. 16 : *De coronis potatoris sui Inorabitur.*

¶ **INORDINABILITER**, Sine ordine vel norma. *Inordinabiliter vivere*, in libro Gerohi Reichersperg. de corrupto Ecclesiæ statu, apud Baluz. tom. 5. Miscell. pag. 216.

¶ **INORDINALITER**, Eadem notione dixit Cæl. Aurel. lib. 3. Acut. cap. 4.

¶ **INORDINARE**, Ordinare. Recceswinthus Rex ad Concil. Tolet. VIII. : *Hæc sola*

Digitized by Google

quæ ad sinceram justitiam et negotiorum sufficientiam conveniunt, Inordinetis.

* **INORDINARIUS**, Qui alterius *ordinationes* seu jussa promulgat. Charta inter Privil. ordin. Præmonstr.: *Significant Sanctitati vestræ abbas Præmonstratensis et coabbates sui, quod interdum, videlicet a sede Apostolica deleguti et Inordinarii, quandoque alicui abbatum ipsorum, quandoque priori vel suppriori et simplici claustrali canonico ordinis Præmonstratensis injungunt etc.*

1. **INORDINATUS** mori dicitur, qui non facto testamento decedit, *sans avoir donné ordre à ses affaires*, ἀσύνταχτος in Vita S. Eusebiæ Virg. cap. 3. n. 12. Lex Wisigoth. lib. 5. tit. 7. § 14 : *Si Inordinatus moriens filios legitimos non reliquerit.* Will. Tyrius lib. 12. cap. 25 : *Ubi Veneticus ordinatus vel Inordinatus, quod nos sine lingua dicimus, obierit.* Ubi *mori sine lingua*, nihil aliud est, quam *mori sine fabula*, in lege Wisigoth. sive Foris Hispanicis lib. 3. tit. 1. § 6. lib. 5. tit. 2. § 4. *Morir sen fabla*, tabulis testamenti non confectis. *Propter imbecillitatem non potens, vel nolens loqui*, ut loquitur Matthæus Westmon. ann. 1246. Adde Concilium Toletanum IX. can. 4. Vide *Fabula*, *Indispositus*, et *Intestatus*.

* 2. **INORDINATUS**, Ordini seu regulæ repugnans. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 6. v° : *Visitavimus prioratum S. Martini de Gisortio. Invenimus quod monachi.... habebant pellicias Inordinatas... Præcepimus quod.... pellicias Inordinatas.... removerent.*

INORMIS, INORMITAS, etc. Vide *Innormis*.

¶ **INORNARE**, Ornare, apud Tertull. adv. Valent. cap. 12. et de Anima cap. 19. necnon in Vita B. Idæ Comitissæ, tom. 2. April. pag. 143.

¶ **INORTOLOGIA**, Massiliæ *Ortolailles*, Legumina. Charta ann. 1465. ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Aqu. n. 15 : *Quatuor eminas annone pro arreragiis de annis preteritis... decimam omnium fructuum, nadorum, pullorum, Inortolagiorum, etc.*

* **INOSCLARE**, Osculari, donationem propter nuptias, dato osculo, firmare. Vide in *Osculum*. Contract. matrim. ann. 1372. in Reg. 4. Armor. gener. pag. xxj : *Guillelmus Bertrandi de Guisquardo.... et Maria de Aragone ejus sponsa futura..... Inosclaverunt se et dederunt.... vicissim pro osclio.... centum denarios auri ,... videlicet..... quod si contingeret ipsam Mariam de Aragone.... mori antequam prædictum Guillelmum.... sponsum suum futurum, absque libero vel liberis de se ex legitimo matrimonio procreatis, quod prædictus Guillelmus.... possit percipere et levare de bonis et rebus ipsius Mariæ ejus sponsæ suæ futuræ centum francas auri justi ponderis et legalis, ... pro osclio et ratione osculi. Et vice versa, etc. Per causa de nossas e de oscle*, in alio Contr. ann. 1413. ibid. pag. xxv. Vide infra *Obscleare* et *Osculum*.

¶ **INOTALGICUM**. Vide *Innotalgium*.

* **INOVARE**, Renovare, iterum concedere. Charta Caroli IV. imperat. ann. 1350 : *Humiliter supplicavit ut nonnulla jura ac certa pedagia..... approbare, ratificare, Inovare, de novo concedere et confirmare dignaremur.... Auctoritate cæsarea et de imperialis plenitudine potestatis, prout digne possumus, approbamus, ratificamus, Inovamus, de novo concedimus et tenore præsentium generosius confirmamus.* Vide *Innovatura*.

* **INPAGANUS**, A pagani more alienus, præstantis constantisque animi vir. Comœd. sine nomine act. 6. sc. 2. ex Cod. reg. 8163 : *Tu quidem armatum animum semper in omni casu habens, haud timuisse ostendisti te Inpaganus homo.*

INPALAM, Palam, nude. Ratbodus Episcop. Noviomensis in Vita S. Godebertæ n. 5 : *Ejus Inpalam... non dedignatus est clarificare devotionem.*

* **INPALPABILIS**, Qui palpari non potest. *Oculis quidem deducentium visibilia, sed tactu Inpalpabilia*, in Chron. Autiss. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 275.

* **INPARADOSSUS**. Vide infra *Paradossa*.

¶ **INPARCACIO**, Inclusio animalium in damno inventorum. Vide in *Parcus*.

¶ **INPECCATUS**, ἄπταιστος, *Irreprehensibilis*, in Supplemento Antiquarii.

* **INPEJORARE**, Pejorem facere, reddere. Reg. Phil. Aug. in Chartoph. reg. 34. bis. fol. 96. v°. col. 1 : *Si Inpejoraret fossatum pro suo attractu faciendo, ipse reficiet tam bonum, vel melius, vel quocumque modo Inpejoraret.* Vide supra *Impejoratio*.

* **INPENARE**, Pennis instruere, Gall. *Empenner*. Comput. ann. 1383. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 55. col. 2 : *Bernardo Reguati et Raymundo de Magnopretio, qui Inpenaverunt xij^c. veratones mittendos... apud obsedium de Alansone, etc.* Vide *Empennatus*.

* **INPENHETURA**. Charta ann. 1346. in Reg. 77. Chartoph. reg. ch. 379 : *Item pro vendis et impignorationibus dictorum octuaginta arpentorum, ... pro rege videlicet unum denarium Toronensem de libra et pictam pro Inpenhetura.* Non apertius in Reg. 81. ch. 530. ex eadem Charta legitur, *Inupenhatura* vel *Inupenhatura;* malim tamen *Inpenhetura*, atque idem forte est quod *Inpeny*.

INPENY et **OUTPENY**, Denarius, qui pro introitu in possessionem prædii domino solvitur : ex Saxon. in, *intro*, *in*, *intus*, et peny, denarius. Regestum B. Mariæ de Cokefford pag. 25. apud Spelmannum : *De Inpeny et Outpeny, consuetudo talis est in villa de Easth-Rudham, de omnibus terris, quæ infra burgagium tenentur, videlicet,... quod ipse, qui vendiderit, vel dederit dictam tenuram alicui, dabit pro exitu suo de eadem tenura unum denarium pro ingressu suo : et quod Ballivus domini erit ad deliberationem cujusque saisinæ deliberandæ. Et si prædicti denarii a retro fuerint, Ballivus domini distringet pro eisdem denariis in eadem tenura.* De hoc item in Curia ibidem habita circa festum Epiphaniæ ann. 12. Ricardi II.

* **INPERDIBILIS**, Qui perdi non potest. Vita S. Nivardi tom. 1. Sept. pag. 280. col. 1 : *Hic etiam cum Joanne Alexandrino episcopo pauperibus munificus factus est : in cujus manu Inperdibilis sudabat eleemosyna.*

¶ **INPETEIUS**. Vide *Impeteius*.

¶ **INPHEODARE**, ut *Infeodare*, In *feodum* tradere. Litteræ ann. 1263. apud Ludewig. tom. 7. pag. 589 : *Castrum Emersleve nobis adhuc pro quingentis marcis examinatis Inpheodatum.* Vide *Feudum*.

* **INPINGERE**, Propellere. Instr. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 59. col. 2 : *Ponit Stephanus Chautardus quod Bertrandus cepit eum per capsanam, et ejecit eum in terra de bestia sua, ... et Inpixit trossam erbam et bastum in terra.* Occurrit rursum pag. 60. col. 1. Vide *Impingere*.

¶ **INPLACITARE**, ut *Implacitare*, In placitum vel in jus vocare, litem intendere. Occurrit in Chartulario S. Vandregesili tom. 2. pag. 1813. et in Formulari Anglic. Thomæ *Madox* pag. 49.

INPLANARE. Vide *Implanare*.

¶ **INPLANTARE**, In possessionem mittere. Charta ann. 1223. ex Chartulario S. Vandreg. tom. 1. pag. 125 : *De qua domo cum pertinentiis Inplantaveram Valtero post decessum Nichai mariti mei.*

* **IN PLENIUM**, Plurimum. Vita S. Procop. tom. 2. Jul. pag. 146. col. 2 : *Prædictus autem Guido cardinalis, visis his miraculis et eis conscriptis, monasterium ipsum In plenium exaltavit.*

¶ **INPLICISCERE**, ἐπιτροπεύειν, in Glossis Lat. Gr. Sangerman. Procurare, administrare. Plautus dixit *Implicisci* pro Implicari : quod non male convenit procuratori, multis sæpe negotiis implicato.

¶ **INPOMIFER**, ut *Impomifer*, qui nulla fert poma, nullos fructus. Formula in Chartis frequens, *cum arboribus pomiferis et Inpomiferis*, hoc est, infructuosis. Vide *Pomifer*.

* **INPOPULABILE**, *Inlæsum*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Vide *Impopularis*.

INPORTABILIS, δύσπνους, in Gloss. Gr. Lat.

¶ **INPOSITUS**, Incompositus. Vita S. M. Egyptiacæ, tom. 1. April. pag. 86 :

> Usibus Inpositis, naturæ crimen et hostis,
> Fractior incessus, et lenam sermo professus, etc.

INPOST, εἰς τὸ ἐπιὸν, in Gloss. Gr. Lat. MS. Editum habet *in posterum*.

* Charta ann. 1118. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 316 : *Locum ipsum Inpost de Jugo Dei appellandum, etc.*

INPOSTMODUM, Deinceps, in posterum. Capitul. 1. ann. 809. cap. 30 : *Et si aliquid Inpostmodum, postquam ei vita concessa est cum justitia acquirere poterit, etc.* Adde Capitul. 2. ejusdem anni cap. 1. et lib. 3. Capitul. cap. 47.

¶ **INPOTUS**. Vide *Impotus*.

* **INPRÆFOCABILIS**, Qui præfocari non potest; dicitur de crimine quod reus tacere nequit, in Hist. translat. SS. Sebast. et Gregor. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 322 : *Et quia aliquos flagitiosos audierat imperatrix Judith, vi quadam Inprefocabili, in conventu publico crimina sua detexisse, etc.*

* **INPRÆJUDICIALITER**, Absque præjudicio, in Charta ann. 1324. apud Oefelium tom. 1. Script. rerum Boicar. pag. 746. col. 2.

¶ **INPRÆMEDITATUS**, Non præmedi-

Digitized by Google

tatus, ex tempore, in Miraculis S. Gengulphi, tom. 2. Maii pag. 649.

* Nostris *Despourveument*, eodem intellectu. Lit. remiss. ann. 1373. in Reg. 104. Chartoph. reg. ch. 229 : *Lequel Bale comme esmeus et courciez, respondi Despourveument contre vérité que icellui suppliant lui avoit donné un cop de coustel.* Aliæ ann 1411. in Reg. 165. ch. 219 : *Le suppliant respondi hastivement et Despourveument qu'il y passeroit.*

* **INPRÆTERMISSE**, Continue, sine intermissione. Vita S. Nivardi tom. 1. Sept. pag. 280. col. 1 : *Ad hoc instruxit ut, donec ecclesia Dei peregrinaretur in terris, Inprætermisse faceret sibi thesaurum non deficientem in cœlis.* Vide *Imprætermisse.*

* **INPRÆVERTIBILITER**, Ita ut præverti nequeat. Chron. Angl. Th. *Otterbourne* edit. Hearn. pag. 197 : *Urgebant eum fata sua, quæ Inprævertibiliter texuerant ruinam ejus hoc anno futuram.*

¶ **INPREMIA**. Vide *Impremia.*

* **INPREZA**, Societas fœdere confirmata ad aliquod opus aggrediendum. Instr. ann. 1384. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 65. col. 2 : *Item ponunt quod dominus et bastardus de Caylario, ... una cum aliis nobilibus terræ bassæ, sunt unius contributionis, unius consilii et unius Inprezæ.* Vide supra *Imprezia.*

INPRIMITUS, pro *Primitus*, in Form. Baluz. 3. 10.

¶ **INPRISIONARE**, In *prisionem* seu carcerem conjicere. Vide in *Priso.*

IN PRO, loco vocis *Pro*. Vide in *Contra* 2.

¶ **INPROCERATUS**. Vide *Improceratus.*

* **INPROLIS**. Vide supra *Improlis.*

* **INPROMERE**, Culpare. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Encolpar, Prov. Inpromo, is, ui.*

INPROSPICUUS, ἀπερίβλεπτες, in Gloss. Lat. Gr.

* **INPROVINCIA**, Provincia, Gall. *Gouvernement;* ubi præpositio *in* addita, quod in malam partem accipiatur. Epist. Wigon. 3. tom. 6. Anecd. Pez. part. 1. col. 112 : *Sicut per pastoris neglectum sæpe veniunt detrimenta ovium : ita de hebetudine nostræ Inprovinciæ nostrorum vicinorum servuli congregati quendam clericum nostrum membratim detriverunt.*

* **INPROVISIO**, Provisio, constitutio qua aliquid providetur. Vita Eduardi II. reg. Angl. edit. Hearn. pag. 99 : *Per totam terram vero in comitatibus, hundredis, civitatibus, burgis et villis convocaciones et Inprovisiones factæ sunt, et, quibus quilibet armis, necessitate inveniente, uteretur, ex debito provisum est et ordinatum.*

¶ **INPUBLICARE**, In publicum seu fiscum redigere, confiscare. Vide in *Publicum.*

¶ **INPUGES**, ἄπυγος, *Qui est tritis natibus*, in Supplemento Antiquarii.

¶ **INPURATUS**, *Inpurus semper*, in Glossis Sangerman. MSS. n. 501.

INPURICIA, *Immunditas, immundicia, spurcicia, inluvies*, ἀκαθαρσία, in Gloss. Græc. Lat.

* Nostris, *Empuance*, Fetor, corruptio, vulgo *Puanteur, corruption*. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 244 : *Quatre tonneaux de viez vin qui tournoient en Empuance etc.* Unde *Empunaisier* et *Enpullentir*, pro *Empuantir, corrompre*, Odore tetro inficere, corrumpere. Charta ann. 1391. in Reg. 141. ch. 97 : *Que desdittes boucheries soient tousjours issues grans punaisies et ordures, ... telement que les lieux d'environ en ont esté tousjours corrompuz et Empunaisiez.* Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1 :

Si grans pueurs fors en issoit,
Tout l'air en Enpullentissoit.

A voce *Pulent* et *Pullent*, Putidus, fetidus, vulgo *Puant*. Eadem Mirac. ibid. :

Nes maintes fames poi s'en gardent,
Ces Pullentes qui si se fardent.

Fabul. tom. 1. pag. 7 :

Tant li dist li vilains Pulens.

¶ **INPURIMUS**. Vide *Impurimus.*

¶ **INQUADRUS**, Quadratus, Gall. *Quarré*. Charta Wernheri Episcopi Argent. apud Eccardum Orig. Habsburgo-Austriac. col. 110 : *Juxta magnos et Inquadros lapides muri.*

¶ **INQUÆSTA**, Inquisitio, Gall. *Enquête*. Non semel occurrit, passim *Inquesta.*

* **INQUANTARE**, Auctionari, sub hasta vendere vel locare; unde *Inquantus*, Auctio, et *Inquantator*, Auctionans. Lit. ann. 1375. in Reg. 108 Chartoph. reg. ch. 62 : *Usatica.... tradita Johanni Pisani corraterio et Inquantatori publico, ... pro ipsa corraterando per villam Nemaus. et Inquantando sive subhastando publice in platea ipsius loci.* Charta ann. 1433 : *In quadam platea dicti loci prope cæmiterium, in qua curia ejusdem loci teneri consuevit, et bona de pignore capta vendi, Inquantari, et subhastari consueverunt.* Hinc emendanda Statuta Vercel. lib. 5. pag. 19. r°. ubi bis *Inquartare* legitur, pro *Inquantare. Agan*, pro *Encan*, ut videtur, in Reg. jur. Castel. Camerac. ex Cod. reg. 8428. 3. fol. 217. v°. : *Item toutes les maisons de Cambray, qui ont esté mises à l'Agan, etc.*

* **INQUANTUS**, Officium *inquantatoris* seu emolumentum ex *inquantibus*. Charta ann. 1350. in Reg. 84 Chartoph. reg. ch. 611 : *Item pro Inquantu, jeularia et notaria dicti loci... pro dicta xij. parte, iij. sol. x. den. Turon.* Vide supra in *Incantare* 2.

* **INQUARTARE**, pro *Inquantare*. Vide supra in hac voce.

* **INQUASSABILITER**, Inconcusse. Acta varia ad Conc. Basil. apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 438 : *Et cum aliquæ ecclesiæ quorumdam errore sunt verecundatæ stabilita Inquassabiliter ipsa sola regnat.* Vide *Inquassabilis.*

INQUASSABILIS, Qui quati non potest, inconcussus : utitur Archithrenius in Prologo.

¶ **INQUASSATUS**. Vide *Inquissatus.*

¶ **INQUASSIBILIS**, Qui quassari non potest seu infringi. *Et ut hoc ratum et Inquassibile sit apud posteros*, in Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 880.

¶ **INQUERITUS**, ἀζήτητος, *Indiscussus*, in Supplemento Antiquarii. [* *Inquæsitus*, ex Castigat. in utrumque Glossar.]

¶ **INQUESTA**, Inquisitio judiciaria, Gall. *Enquête*. Passim occurrit. Exstat in Archivis B. M. de Bono Nuncio Rotomag. : *Inquesta facta autoritate domini Regis Philippi super usu et usuagio libertatum et altæ justitiæ tempore domni Ymerii tunc Abbatis Becci*, qui obiisse dicitur ann. 1304. In hac *Inquesta* plures aliæ memorantur *Inquestæ*. 12. vel 24. *hominum*, ut conjecto, sic dictæ a numero testium qui audiebantur; in rebus enim majoris momenti, non sufficiebant pauci testes, sed plures pro rei magnitudine requirebantur, qui unum et idem testarentur, ut fusius docetur in *Juramentum.* Vide *Inquisitores.*

* Haud satis interdum in ejusmodi *Inquestis* pudori consultum est, ut patet ex Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 146. r°. : *Il advint que le Joeudi 23. jour de Jullet l'an 1383. fu perchut et trouvé en l'iaue à l'abruvoir du pont aux poissons un enfant ,... et sur che cas fu faite information ;.... et à ledite information faire furent examinéez plusieurs joules femmes d'onneur et bien nées de le ville et autres, auxquelles pour ledit examen faire, on fist saquier leur mameles pour savoir et ataindre le vérité du cas, entre lesquelles Ysabelot de Lourmel de Vimeuval.... confessa avoir enffanté l'enfant, qui trouvé avoit esté... Ladite Ysabelot fu condempnée à estre arse.*

* **INQUESTA**, Quod propter *Inquestam* domino vel judici solvitur. Charta ann. 1527. ex Tabul. S. Germ. Prat. : *Item dixerunt et retulerunt ipsi... jurati, quod dictus dominus prior est assuetus percipere et percipit in dicto loco de Anthonanis omnes Inquestas et alias condempnationes, quæ et quas contingit facere.*

* **INQUESTARE**, Inquirere, interrogare, nostris alias *Inquester;* unde *Inquestacion*, Inquisitio. Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 8 : *Propter hoc dictus exponens fuit in loco de Bellomonte Inquestatus et deductus in judicio.* Libert. loci *de Peyrusse* ann. 1368. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 705. art. 9 : *Toutesfois que le bailli du seigneur dudit chastel,.... vouldra Inquester ou faire respondre aucun à enqueste, il les notiffiera ausdis conssous,... ou cas qu'il y voudront estre à ladicte response et Inquestacion, etc. Anquerger*, eodem sensu, in Charta ann. 1262. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 984 : *Et veille et avere que lesdits anseors Anquergent si je, ho mon peir, avons rens sorpris ho boes de Bosic.* Hinc

* **INQUESTICIO**, Inquisitio. Libert. Figiaci ann. 1318. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 661. art. 6 : *Inter quis* (leg. f. in quibus) *Inquesticionibus et inquestis cum tormentis factis, aut aliter quoquo modo, etc.* Vide *Inquestio.*

¶ **INQUESTIO**, ut *Inquesta*. Lex Salica a Carolo M. emendata de homicidiis Clericorum art. 2. edit. Eccardi pag. 171 : *Si autem statim in prima Inquisitione Comiti responsum fuerit.* MS. Guelf. habet *Inquestione.*

1. **INQUESTUS**. [* Testis, ut opinor, qui in *inquesta* audiendus profertur.] Census et debita Bigorræ fol. 3. ex Camera Comput. Paris. : *Raimundus Garsias et Willelmus la Masa dederunt Comiti Enquestos* 5. *ante aquam*, et 5. *retro aquam, qui dixerunt veritatem de la Ost de Laveda, secundum quod ipsi viderunt et audierunt de*

Digitized by Google

Ecclesia S. Martini, et de honore, qui ibi pertinet de Gallegos, dederunt Inquestos, et hostes Comitibus Bigorrensibus. Vide *Questa.*

¶ 2. **INQUESTUS**, pro Inquisitus. *Inquesta diligentius veritate*, in Charta ann. 1242. ex Chartular. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1497.

¶ **INQUIES**, Strepitus, turba. Vita S. Udalrici, tom. 3. Julii pag. 150 : *Sed uberem cetera et aptum omnino locum Inquies palatina et frequentia procerum turbavit. Inquies nocturna*, Plinio lib. 14. cap. 22. molestia est seu vigilia. Aliqui *Inquies* adjective dixit pro Inquietus, ut et Apuleius, etc.

¶ **INQUIESCERE**, Quiescere. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 52: *Inquievit controversia*, id est, cessavit, finita est.

* **INQUIETARE**, Molestare, turbare. Suger. in vita Ludov. Grossi : *Ut qui alios supervacanee Inquietabat, gravius infinite Inquietatur.* Charta ann. 1294. Caroli II. comit. Prov. : *Mandantes..... quod ipsum Reforciatum et hæredes ac successores in prædictis et circa prædicta nullatenus Inquietare debeant.* Alia Yoland. regin. comit. Prov. ann. 1420 : *Universitatem et singulas personas nullatenus molestetis, Inquietetis, molestari aut inquietari patiamini.* Hinc

* **INQUIETAS**, **Inquietatio**, **Inquietudo**, Molestia, vexatio. Præcept. Caroli M. ann. 779. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 741 : *Inquietatem aut calumniam generare, nec aliquid exinde per injustitiam abstrahere aut minuere quoquo tempore præsumatis.* Aliud Rob. reg. an. circ. 1008. tom. 10. ejusd. Collect. pag. 592 : *Diversarum Inquietudinum deplorantes intolerabilem querimoniam etc.* Stat. Univers. Aquens. ann. 1483. pag. 3 : *Ab omnibus violentiis, molestiis, oppressionibus, turbationibus, Inquietationibus et injuriis præservent.*

¶ **INQUIETATOR**, Qui inquietat, turbat, molestus est. Tertull. de Spectaculis cap. 23 : *An Deo placebit auriga ille tot animarum Inquietator?* Charta ann. 1257 : *Promisit etiam dictus Alterius venditor... res venditas defendere ab omni Inquietatore calumpniam seu impedimentum movente.*

* **INQUIETUDO**, Strepitus, quo alii turbantur. Stat. MSS. Præmonst. dist. 3. cap. 1 : *Si præsens in dormitorio aliquam modicam Inquietudinem fecerit, etc.* Vide supra in *Inquietas.*

¶ **INQUILINA**, Quæ alicubi habitat instar inquilini. *Anima Inquilina est carnis*, apud Tertullianum de Resurr. carnis cap. 46.

¶ **Inquilinatus**, Habitatio inquilini, apud eumdem Tertull. de Anima cap. 38. et Sidon. lib. 5. Epist. 19.

* **INQUILINUS**, *Serjant.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

* **INQUIMATISMA**, *Infusio*, in Gloss. MSS. ad Alex. Iatrosoph. lib. 1. Passion. cap. 85 : *Superunctiones autem et Inquimatismata sequenti sermone sunt ordinanda.* Vide *Inquimatizare.*

INQUIMATIZARE, Infundere. Ita Glossæ MSS. ad lib. 1. Passionum Alexandri Iatrosophistæ : *Multi etiam ex ipsis opium præsumpserunt Inquimatizare.* Ex Græco ἐγχριματίζειν.

¶ **INQUINARIA**, Lues, contagio. Papias in MS. Bituric. : *Contagium, Morbus dictum... ipsa Inquinaria, sive pestilentia, vel lues dicitur.* Forte legendum *Inguinaria.* Vide in hac voce.

INQUIRERE, Perquirere. *Furem Inquirere*, in lege Longob. lib. 1. tit. 25. § 55. Adde § 50. [** Luitpr. 44. (5,15.) 80. (6,27.)]

* **INQUIRIMENTUM**, Acquisitum ære proprio. Charta ann. 1160. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 576 : *Affranchimentum istud, quod eis dono et recognosco, est tale, quod ego Raymundus Trencavelli ex isto die inantea non debeo quistam nec toltam facere ulli homini vel feminæ in ipsa villa habitanti, exceptis meis servientibus et meis hominibus naturalibus, qui ex alio meo honore naturales sint, exceptis traditoribus; et ipsos cum Inquirimento, hoc est suus facere poterit.* Vide supra *Acquerementum.*

1. **INQUISITIO**, Tributum, exactio publica, *Quæsta*, vel quod ab *Inquisitoribus* indicebatur et exigebatur, uti infra observamus. Leovigildus Cordubensis Presbyter lib. de Habitu Clericorum : *Quem Inquisitio, vel census, vel vectigalis, quod omni lunari mense Christi nomine solvere cogitur, retinuerit, etc.* Conventus Ticinensis ann. 853. post Concilium Ticinense sub Leone IV. can. 2 : *Concedimus ubhinc in futurum altas super eos fieri Inquisitiones, nisi unde Caroli proavi et avi nostri tempore factæ fuerunt.* Egica Rex in Concilio Tolet. XVI. : *Ut nemo Episcoporum pro Regiis Inquisitionibus exhibendis, parochialium Ecclesiarum jura contingat, nec quascunque exinde Inquisitiones, aut evectiones exigere audeat; sed de prædiis suarum sedium Regio culmini solita perquisitionum obsequia deferat.* Adde can. 6. *Census Inquisitionem*, dixit lex 5. Cod. Theod. de Censu. 13,10.)

* 2. **INQUISITIO**, Lis, causa; unde *Inquirere*, Litem instruere. Lit ann. 1079. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 48 : *Et ne passim Inquirat curia nostra dicti loci, dicimus quod de verbis injuriosis nulla fiat Inquisitio, nisi in præsentia curiæ nostræ pro tribunali sedentis dicta fuerint.*

¶ **INQUISITIONALES Articuli**, Gall. *Les articles d'une Enquête.* Charta ann. 1376. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 82 : *Nec debeant respondere aliquibus articulis Inquisitionalibus contra ipsos seu alterum ipsorum factis vel faciendis ex officio curiæ.*

* *Inquisitionales tituli*, eadem notione, in Charta ann. 1501 : *Et propterea idem dominus per suam curiam.... contra plures et diversos particulares dicti castri inquirere et titulos Inquisitionales et criminales processus formare et fundare fecerit.*

INQUISITORES, Appellati extra ordinem in provincias delegati, de tributis ac vectigalibus cognituri. *Inquisitor Galliarum*, in veteribus Inscriptionibus. Maxime vero ita dicti, qui a Regibus nostris in provincias delegati, id munii obibant, quod olim Missi Dominici sub prima et secunda Regum stirpe, et *Justitiarii itinerantes* in Anglia. Ii e *Magistris Parlamenti* delecti, mittebantur in diœceses, ut de Ballivorum, Judicum, aliorumque Ministrorum Regiorum excessibus inquirerent, et de iis ad *Parlamentum* referrent. Nangius in Gestis S. Ludovici pag. 366 : *Super forefactis, quæ tam ad personam suam, quam ad Præpositos et Ballivos suos spectabant, mittebat plures per Regnum suum Inquisitores diligentes et fideles, et inventas injurias emendari et restitui faciebat.* Ejusdem Regis Ordinatio de Ballivis, ibid. pag. 363 : *Vel illis, quos ad visitandum terram, vel facta eorum Exquirenda mittemus.* Edictum ejusdem S. Ludovici, datum Parisiis ann. 1256. pro utilitate Regni, ubi de Ballivis : *Item, ils jureront que il ne feront prendre à leurs fames, ne à leur autres parens, affins, amis, ou mesniée, ne à ceux qui leur comptes oirront, ne à nul Enquesteur ou Visiteur, que nous envoirons enquerre contre eus és lieus où il auront esté en office de par nous.*

Quo pacto vero inquisitiones suas contra Officiales Regios peragerent *Inquisitores*, pluribus declarat sequens Charta, quam ex Regesto 36. Chartophylacii Regii, num. 64. exscripsimus : *Philippes par la grace de Dieu Rois de France, à nos Inquisiteurs envoiez de par nous en la Baillie d'Auvergne sus nos Officiers, Salut. Nous vous mandons, que tant sur le desir, que nous avons, que les forfaits de nos mauvés Officiers soient punis et adreciez, et à nostre peuple les griez et les extorsions, que il leur ont faiz, rendus et amendez, comme pour la mauvése renommée, que nous en avons oie, dequoi nous sommes à grant malaise de cuer, de ce que si longuement ont regné en ce fesant, et que plustost ne avons esté avisez, avons ordené cette voie qui ensuit, laquelle nous vous ajoutons coment vous doiez aler avant sur eux, laquelle nous vous mandons d'estroitement, à tenir sur vos sermens. Premierement, nous voulons, que tous nos Officiers, Baillis, ou Seneschaus, ou de quelque condition que il soient, qui en nostre service ont esté, que vous les faciez venir pardevant vous, et les faites jurer sur saintes Evangiles, et sur poine d'estre astrains a'avoir forfait les cors et les avoirs, que il vous cognoistront et diront vérité de toutes les restitutions et apaisement qu'il auront fait, ou fait faire de fait ou de promesse, ou qu'ils sauront, qui aura esté fait pour eus ou par eus, ou par autre, depuis le terme de la Toussainz, à quiekonques personnes que ce soient : et aprez le serment, donnez termes de vuitaines tant seulement à chascun de vous reconnoistre la vérité sur la poine dessusdite. Item, nous vous mandons, que vous faciez crier solempnellement par tous les lieux de vostre Baillie, que chascun sur quanque il se puet meffaire sur cors, sur avoir, qui aura receu, ou eu de nul de nos Officiers dessusdiz restitution ou promesse par lui ne par autre, puis le terme de la Toussainz, que il viengne dire ou reconnoistre pardevant vous, sur poine d'avoir forfait corps et avoir, et de ce les asseurez, que il n'aient pas paour de dire la vérité sur nos mauvez Officiers, pour doute qu'il raient leur service arrieres; car soient il certain, que ceus que nous trouverons mauvez ne coupables, il ne raront jamés nostre service, ne illencques ne aillours, ains les punirons, si que les autres mauvez y prendront essamble. Item, nous voulons que vous faciez crier, que se nul doutoit à venir dire qu'il aient riens donné asdiz Officiers pour aucun cas que il nous deust appartenir, celer ou souffrir, que il ne lessent pas à dire*

Digitized by Google

pour doute, que nous les en querelons. Car nous ne nous emprendrions pas à eus, mais à ceus qui auront fait la mauvése souffrance, et de ce les assurez hardiement. Item, nous vous mandons, que vous ne souffrez amis de nos Officiers dessusdiz que il aient Advocat ne conseil à respondre pour eus as cas dessusdiz, fors de nier ou de connoistre la verité, ne en nul autre cas qui touche leur fait. Donné à Paris le Lundy aprés les vuitaines de Pasques, l'an de grace 1303.

Addam Chartam aliam ex Camera Computorum Paris. a me perinde descriptam, quæ idipsum firmat de Inquisitionum in Officiales Regios forma : *Petrus Dei gratia Silvanectensis Electus, et Thomas de Marfontaines, Miles domini nostri Regis, Inquisitores una cum aliis, ac super reformatione patriæ in Senescall. Lugdun. et in Ballivia Matisconensi, ab eodem Domino Rege deputati, Castellano Kariloci, nec non Castellano sancti Symphoriani, seu eorum loca tenentibus, Salutem. Ad instantiam Procuratorum Ecclesiasticarum personarum, nobilium et innobilium Comitatus Forensis et terræ Bellijoci, auctoritate Regia, qua fungimur in hac parte, vobis et vestrum cuilibet committimus, districtiusque et sub omni pœna gravissima, quam propter hoc possetis incurrere erga dominum nostrum Regem, præcipimus et mandamus quatenus per Castra, Villas, aliaque loca ad hæc idonea seu consueta vestrarum Castellaniarum eorumque ressortus, necnon in Ecclesiis Parochialibus locorum prædictorum palam et publice ex parte Dom. nostri Regis et nostra intimetis, seu intimari faciatis, ac publice proclamari, ut omnes et singuli Senescalli, Baillivi, Præpositi, Judices, Tabelliones, Decimarum ac Subventionum Regiarum Levatores, Servientes, aliique Officiales Regii, cujuscumque status aut conditionis existant, qui tam præsentibus temporibus, quam præteritis officium seu ministerium quodcumque Regium exercuisse in vestris Castellaniis, earumque ressortis et pertinentiis dignoscuntur, coram nobis apud Montem-Brisonem personaliter compareant, coram nobis die Veneris post quindenam festi Pentecostes, et die Sabbati immediate sequentis, necnon et diebus sequentibus et continuis ad hoc necessariis, querelis, petitionibus et gravaminibus dictarum personarum Ecclesiasticarum, nobilium et innobilium, cæterarumque quarumcumque popularium personarum terræ et Comitatus prædictorum, et aliunde, nobisque ex officio sufficienter responsuri, et, a nobis justitiam accepturi, processurique, et nos visuri procedere super præmissis, et aliis commissis nobis negotiis juxta a dicto Domino nostro Rege traditam nobis formam, vosque ad dictas dies et dies sequentes compareatis peremptorie coram nobis querelantibus, de vobis ad justitiam responsuri : cum intimatione quod nisi vos et prædicti Officiales Regii modo quo supra comparueritis, nos nihilominus contra vos et ipsos procedemus, ratione prævia, vestra et eorum absentia seu contumacia non obstante. Significantes etiam ac publicantes, seu significari et publicari facientes, ut supra, ut omnes et singuli qui de prædictis Officialibus Regiis, seu aliquo eorumdem conqueri voluerint, diebus prædictis per se vel per alium sufficienter compareant coram nobis, qui parati sumus et erimus eos audire benigniter, et eis facere celeris justitiæ complementum. Intimantes etiam personis Ecclesiasticis, Baronibus, Nobilibus supradictis, quod ad dictas dies prompti et paruti sumus nos et dicti Collegæ nostri, aut duo ex nobis circa ea, quæ super eorum libertatibus infrascriptis, ut dicitur, juriumque eorum usurpatione, ac reformatione patriæ nobis commissa sunt a Majestate Regia, seu injuncta juxta tenorem Commissionis Regiæ, super iis nobis factæ, procedere et facere quæ incumbunt. Et licet alias sub dictis et gravibus pœnis inhiberi fecerimns, ne quis cum dictis Officialibus Regiis, nec ipsi Officiales cum aliis componere audeant, iidem per vos in locis prædictis palam et publice præcipimus inhiberi, et si quis contrarium fecerit, nobis hoc quantocius sub omni pœna et amissione bonorum revelare procurent; scientes, quod qui nobis expositiones hujusmodi efficaciter revelandas duxerint, prout supra, nos agemus misericorditer cum eisdem, et de adjornamentis hujusmodi, et executione eorundem nos sub certis litteris ac fide digno testimonio ad dictam diem certificare curetis. Datum Lugduni, sub sigillis nostris, prima die mensis Junii, anno Domini millesimo trecentesimo sextodecimo.*

Ut autem facilius de Ballivorum et Officialium Regiorum excessibus inquirerent *Inquisitores*, tenebantur ii, exacto officio, quod ut plurimum annuum erat, iisdem in locis, ubi illud obierant, per 40. dies morari, ut, si quis in eos expostularet, aut crimen intenderet, coram Inquisitoribus juri starent. Statutum S. Ludovici de Ballivis : *Pour ce qu'ils puissent respondre pardevant les nouveaux Seneschaus ou Baillis, ou autres Enquesteurs, ou Officiers souverains, à ceus ausquels ils avoient mesfait, qui se voudroient plaindre d'eux.* Statuit autem Philippus IV. Statuto dato mense Novembri ann. 1302. quod descriptum legitur in 36. Regesto Chartophylacii Regii ch. 39. ut *Inquisitores*, Officialium delicta examinaturi, Inquisitiones secretas edant priusquam publicas : quibus etiam ut ab officiis abstineant, imperandi facultatem concedit : neque enim Inquisitoribus fas erat supremo damnare judicio, quos reos reperissent; sed de iis referebant ad supremum Senatum, ex Statuto Philippi III. ann. 1281. quod in acta Parlamenti Pentecostes relatum est. Iis tamen licebat lites minoris momenti judicio dirimere. Statutum sancti Ludovici contra usuras Judæorum, cujus mentio est in Computo Baillivorum ann. 1258. et quod descriptum habetur in 10. Regesto Regio fol. 55 : *Nec est aliquatenus obmittendum, quod Inquisitoribus permissum est, omnes Inquestas judicare, quæ summam centum solidorum Paris. non excedunt, quod ad Curiam remittere non tenentur.... Inquestas autem, summam centum solidorum Parisiensium excedentes, peracto negotio, sub sigillis suis clausas ad Curiam remittant judicandas, cum literis Episcopi vel Archiepiscopi diœcesis, in qua inquisierint, continentibus Inquisitorum nomina, qui ab ipsis ad hoc fuerint deputati, nisi liquido appareat, nihil esse probatum.* Hinc Judicum officio functos interdum Inquisitores legimus, mulctasque reis irrogasse, de quibus ratiocinia edebant Ballivi. Computus Ballivorum de termino Ascensionis ann. 1306. in *Recepta Hugonis Gouaud* Ballivi Bituricensis : *Emendæ per Inquisitores. De Petro Caucella nunc defuncto 4. libr. de Joanne, etc. Emendæ, etc. Expleta Ballivæ, etc.* In Recepta Ballivi Matisconensis, ibidem : *Partes denariorum de expletis per Inquisitores, etc. Pro emenda, in qua fuit condemnatus per Inquisitores, 4. lib. etc.*

Inquirebant etiam de litigantium causis, et testes examinabant de singulorum jure : quæ fuit nostrorum semper in judiciis forma. Lex Alemann. tit. 41. § 3 : *Et si hoc ab aliis judicibus Inquisitum fuerit, quod ille juste judicavit, etc.* Eginhardus Epist. 11 : *Nam ego totam causam, et qualiter a vobis per veraces homines Inquisita est, simul cum Adhalardo et Gebuino Comitibus Palatii, Domno Imperatori indicavi.* Charta de Villa Novilliaco, post Flodoardum : *Misit suos missos ad hoc Inquirendum; et Inquestione facta, et veritate, sicut ei dictum fuerat, inventa, quoniam prædicti subreptores ad rationem non venerunt, etc.* Neque tamen in quibusvis litibus Inquisitiones peragebant, sed illas tantum, quæ a Ballivis peragi non poterant, aut si ipsos forte Ballivos, vel eorum delicta spectarent, ut est in Statuto Philippi V. ann. 1320. Inquisitiones enim pro more ad Ballivos a Senatu delegabantur, quæ ad Senatum relatæ dijudicabantur in *Camera*, quam inde *Inquestarum* etiamnum vocant, de qua quædam attigimus in Dissertat. 2. ad Joinvillam pag. 144. et alia proferemus in voce *Parlamentum*.

Inquisitorum præterea munus erat *de commodo et incommodo* inquirere in rebus, quæ Regem spectarent, ut est in Statuto Ludovici Regis, 1. Apr. ann. 1315. pro Occitanis. Functiones etiam publicas ac præstationes in rei publicæ usus necessarios judicabant ac recipiebant. Computus Ballivorum de termino Ascensionis ann. 1258 : *Pro pedagio de 460. modiis salis, reducto de 12. denar. ad 2. denarios, pro quolibet modio per Inquisitores in villa Aurelianensi 19. lib. 4. sol. 4. den.* In Computo Ballivorum de termino Ascensionis ann. 1305. Ballivus Turonensis computum reddit *de subventionibus, quas receperat ante adventum Inquisitorum in Ballia Matisconensi :* inde *Inquisitiones* dictæ interdum publicæ functiones, de quibus supra.

Exactæ denique Inquisitiones remittebantur, vel ab uno ex Inquisitoribus deferebantur ad Senatum, qui ex eorum relatione supremum edebat judicium. Statutum sancti Ludovici contra usuras Judæorum : *In remissione dictarum Inquestarum veniat ad Curiam unus de Inquisitoribus cujuslibet diœcesis, ad instruendum super progressu dicti negotii, et ad ea, quæ in progressu negotii occurrerint, fideliter observanda.* Statutum Philippi III. ann. 1277 : *Les Regardeeurs des Enquestes les Enquestes receveront de certaines personnes de la Cort à ce ordenées, et par icelles, ensemble les Enquesteurs, soient jugées.* Unde conficitur in Senatu cum cæteris Senatoribus de *Inquestis* suis cognovisse *Inquisitores*. Hinc

Digitized by Google

formula in Regestis Parlamenti : *Inquestæ redditæ et deliberatæ Parlamento Octabarum Candelosæ anno Domino* 1256. *probatum est sufficienter, quod Guillelmus de Charentono Miles, etc. Inquestæ redditæ et deliberatæ Parisiis in Parlamento sancti Martini ann. Domini* 1257. *Inquesta facta super eo... probatum est, etc.* Statuit autem Philippus IV. Statuto ann. 1302. quod habetur in Regesto Cameræ Computor. Paris. signato *cruce*, ut *Inquestæ et probationes postquam fuerint transmissæ ad Curiam, judicentur infra biennium ad tardius, postquam fuerint reportatæ.* [Edidit *de Lauriere* tom. 1. pag. 357. et seqq.]

Deligebantur porro Inquisitores, non modo ex *Magistris Parlamenti*, (ita appellabant, quos hodie *Consiliarios* dicimus,) sed etiam fere semper ex Ecclesiastico ordine ac laico. Computus Ballivorum de termino Omnium Sanctorum ann. 1256. in Aurelianensi Ball. : *Pro restauratis factis per Archidiaconum Gaufridum de Bulli et socios Inquisitores Gerardo de Broi Militi,* 12. *libr. in Bituric. pro denariis redditis D. Hugoni de Bosco Bernardi* 12. *libr. per Inquisitores, videl. Mag. Gaufridum Archidiaconum in Ecclesia Aurelianensi et socios ejus.* In Computo Omnium Sanct. ann. 1257 : *Pro restauratione facta per Decanum Silvanectensem et ejus socios Inquisitores domo Dei Remensi pro tempore Regalis, etc.* Computum ann. 1305 : *Compotus Mag. Ægidii de Remino pro viagio, quod fecit apud Tolosam ann.* 1301. *cum Vicedomino Ambian. et Archidiacono Algiæ in Ecclesia Lexoviensi pro negotio Inquestarum, etc.* In Regesto 36. Chartophylacii Regii habetur sequens Charta, quæ est 40 : *Philippus Dei gratia Francorum Rex, Ballivo Silvanectensi, Salutem. Cum nos dilectos nostros Mag. I. de Gonessia Canon. Carnot. et G. de Nongento, fidelem Militem, pro quibusdam negotiis nostris ad partes tuæ Balliæ destinemus, mandamus tibi, quatenus ipsis et eorum cuilibet pro expensis suis faciendis pecuniam de nostro tradas et ministres, quoties te super hoc duxerint requirendum, etc. Actum Par. ann.* 1302. Denique in Regestis Parlamenti habetur Arestum Philippi V. datum mense Martio ann. 1316. super Inquesta, facta ab Episcopo Macloviensi, et Petro *de Dicy* Milite, *Inquisitoribus* in Normanniam *pro reformatione patriæ* delegatis. Ex prædictis perinde patet, *Inquisitores* a Rege delectos ex *Parlamenti Magistris*, et iisdem sumptus ex fisco subministratos : quod ultimum firmant etiam sequentia ex Computis Ballivorum, in Comput. de termino Ascension. ann. 1269. in expensa Ballivi Meduntensis : *Pro denariis traditis pro expensis Inquisitorum* 60. *libr.* in Comp. ann. 1268 : *Pro expensis Inquisitorum super usuris Judæorum per mandatum Regis*, 15. *lib.*

* Imo eligebantur *Inquisitores* inter ecclesiastici et laici ordinis primarios, qui judicum, auditorum, inquestarumve relatorum partes alterna vice agerent. Quod invicte probant, quotquot sunt antiquiora parlamenti Parisiensis Regesta. *Olim* 1. fol. 23. r°. : *Inquesta facta per Stephanum decanum S. Aniani Aurelianensis et magistrum Guillelmum de Milliaco.* Porro qui hic *Inquisitorum* funguntur officio, inter judices annumerantur in Aresto ann. 1260. ibid. fol. 22. v°. quorum primus est ex ecclesiastico ordine Archiepiscopus Rotomagensis, et ex laico dominus Nigellæ. Regest. 4. *Olim* fol. 100. ad ann. 1307 : *Episcopus Attrebatensis et cantor Aurelianensis reportaverunt.* Cum cæteris senatoribus de *Inquestis* suis coguovisse *Inquisitores*, si quis adhuc superesset controversiæ locus, demonstraret Statutum Philippi III. ann. 1277. Inconsiderate ergo prorsus, si *Inquisitorum* dignitatem vel officium attendas, D. *de Mably* in suis Animadv. ad Hist. Franc. tom. 2. pag. 143. scribit : *Il fallut admettre sous celui* (le regne) *de Philippe-le-Hardi, des hommes qui n'avoient d'autre titre que de sçavoir lire et écrire, et que la routine des tribunaux ecclesiastiques mettoit en état de conduire selon de certaines formalités, la procédure qui s'établissoit dans les tribunaux laics.* Et pag. 144 : *Les Conseillers-Rapporteurs, hommes choisis dans l'ordre de la bourgeoisie, ou parmi les ecclesiastiques d'un rang subalterne, n'étoient entrés dans le parlement que pour préparer, instruire et rapporter les affaires.* Quam male novum istud systema cum superius allatis cohæreat, nemo non videt. Ad ordinationem vero ex Disquisitionibus Pasquerii a D. *de Mably* laudatam quod spectat, haud scio an aliquid certi ex ea erui possit, cum in nullo parlamenti Regestorum reperiatur, locupletissimo teste Viro Illustrissimo D. *Joly de Fleury* olim Procuratore Generali, in notulis criticis ad Literas historicas, quas mecum humanissime communicavit dignissimus ejus filius D. Advocatus Generalis.

Inquisitores Officii *Justitiæ Aragonum*, qui a Rege delecti in summum justitiæ Magistratum, quem *Justitiam* vocant, seu in illius facta, consilia, et delicta inquirunt. Vide Blancam in Commentar. Rerum Aragon. pag. 771.

Inquisitores Fidei. Ex quo in Gallias sese immisit hæresis, a qua diu, ut auctor est Sulpitius Severus, fuerant intactæ, dedere operam Christianæ gentis Principes, ut in ipsis initiis evelleretur, vel saltem ne altius radices ageret, missis identidem in provincias ea labe infectas viris vitæ probitate ac scientia probatis, fidei Inquisitoribus, qui in hæreticos gravius inquirerent, eorum explorarent pravas opiniones, ad rectam fidem reducere conarentur, qui ab ea defecerant, et in erroribus perseverantes pertinacius tandem damnarent, curarentque ut a Judicibus ordinariis justa de iis pœna exigeretur.

Ejusmodi *Inquisitorum* tum primum auditum in Gallia nomen, cum prava Waldensium hæresis, cujus se traduces ac hæredes gloriantur hodierni hæretici, aliquot Catholici regni provincias infecit. Tum enim in Concilio Tolosano, quod anno 1229. contra hæreticos istos coactum est, Legatus Apostolicæ Sedis, qui ei præerat : *Ne videretur, sicut erat vir circumspectus et providus, obmittere aliqua de contingentibus, mandavit Inquisitionem fieri contra hæreticos suspectos de hæretica pravitate*, ut ait Guillelmus de Podio-Laurentii cap. 40. Adde Concil. Valentinum et Albiense.

Delecti vero ii potissimum ex Fratribus Ordinis Prædicatorum. Idem Scriptor cap. 43 : *In diebus autem legationis ejusdem Episcopi Tornacensis, per summum Pontificem commissa est Fratribus Ordinis Prædicatorum Inquisitio, in his terris contra hæreticos facienda : fueruntque ad hoc deputati, Frater Petrus Cellani, et Guillelmus Arnaldi, qui Tolosæ quosdam, quos facilius convinci posse præsumebant citaverunt, et convictos hæreticos judicaverunt.* Iis postmodum adjuncti Collegæ ex ordine Fratrum Minorum, qui Prædicatorum *rigorem mansuetudine sua temperarent*, ut mox subdit.

Hæc igitur subinde obiere munia Fratres ejusdem Ordinis; in quibus præ cæteris recensentur Frater *Robertus*, cognomento *Bulgarus*, quod Waldenses, quos ea ætas Bulgaros nominabat, atrocius, quam par erat, potentia adjutus sæculari divexaret, eosque igne promiscue damnaret, de quo Matthæus Paris, et alii ann. 1238. *Falco* fidei Inquisitor in Occitania, ob cujus nimiam severitatem Rex Phillippus Vicedominum Ambianensem, Magistrum Ægidium de Remino, et Archidiaconum Algiæ in Ecclesia Lexoviensi in Occitaniam misit ann. 1301. qui de Falconis excessibus inquirerent, quorum occasione idem Rex mense Decembri ejusdem anni statuit, ut in posterum de hæresi suspecti, aut accusati, Regiis carceribus recluderentur Tolosæ, neque Regii subditi Inquisitoris decreto possent detineri, nisi sumpto prius Episcopi consilio, et Senescalli Regii auxilio implorato. *Guillelmus de Morreriis* ann. 1302. *Joannes Parlier* ann. 1413. de quo Regestum Parlamenti cruce signatum fol. 3.

☞ Verum cum intra officii sui præscriptos fines vix se continerent Inquisitores, atque de causis, quæ ad regios judices spectabant, judicare tentarent, regio Diplomate coërciti sunt. Charta Philippi Pulcri ann. 1302. tom. 1. Ordinat. Reg. Franc. pag. 611 : *Licet negotium catholicæ fidei cordi præ cæteris habeamus, illudque intendamus opportunius semper favoribus efficaciter promovere, Inquisitoribus hæreticæ pravitatis in ipsius negotio fidei consilium et auxilium impendendo : Inquisitores tamen eosdem, sic suis finibus volumus esse contentos, quod in temporalis jurisdictionis præjudicium, nostrorumque dispendium subditorum, potestatis sibi traditæ limites non excedant. Ea propter vobis et vestrum singulis districte præcipiendo mandamus, quatenus si Inquisitores præfati contra Judæos regni nostri de quæstionibus usurarum, sortilegiis vel aliis quæ Inquisitoribus ipsis ex officio inquisitionis non competunt, se forsitan intromittant vel intromittere contendant, vos ad instantiam vel requisitionem ipsorum, nullum Judæum capiatis vel faciatis capi, aut quomodolibet molestari actione prædicta, nec super illis eisdem Inquisitoribus impendatis auxilium vel favorem.*

Sed et exortis sub initia elapsi proxime sæculi Lutheranorum atque Calvinianorum hæresibus, in ea labe infectos graviter primo inquisitum a Francisco I. Rege, qui *fidei Inquisitores* ex eodem Prædicatorum Ordine pariter delegit. Habetur enim in

Digitized by Google

volumine Ordinationum ejusdem Regis fol. 408. illius diploma 30. Maii ann. 1536. quo *Matthæum Orry*, Doctorem Theologum ex Ordine Fratrum Prædicatorum, *fidei Inquisitorm* instituit. Simile exstat in 2. vol. fol. 247. 10. April ann. 1540. quo *Josepho Corregié* ex eodem Ordine Doctori *fidei* perinde *Inquisitoris* in toto regno munus obeundi facultatem concedit. Præterea 3. vol. fol. 482. descriptum legitur Statutum Regium 23. Julii ann. 1543. quo Judicibus Ecclesiasticis et fidei Inquisitoribus inquirendi in Lutheranos et hæreticos ita potestas attribuitur, dummodo laicos, et qui sacris Ordinibus non essent initiati, ad Judices ordinarios remitterent. Prostat denique Statutum aliud Henrici II. datum apud sanctum Germanum in Laia 22. Junii ann. 1550. quo Francisci I. edicto derogando, Matthæum *Orry* fidei Inquisitorem ab eo onere liberat, quo tenebatur lites a se contra hæreticos instructas Curiis supremis, Ballivis, et Senescallis, communicare, dummodo eas diœcesanis Ordinariis, vel eorum Vicariis communicaret : confirmata insuper, qua donatus erat, potestate, a fide aberrantes ad sanam mentem doctrina vel monitis revocandi, pœnitentibus veniam et misericordiam impertiendi, et demum pervicaces puniendi et corrigendi. Quod quidem Statutum in Acta Parlamentaria relatum est, hac apposita conditione, ut idem Inquisitor in casibus privilegiatis, cum Regis Judicibus processus communicaret.

Inquisitorum ejusmodi expensæ et ad victum necessaria ex fisco Regio subministrabantur a Ballivis, qui eo ævo Ballivarum suarum percipiebant reditus, et de iis in Camera Computorum ratiocinia sua edebant : quod ex eorum Computis docemur. Computus Ballivorum pro termino Ascensionis ann. 1248. in Ball. Aurelian. : *Pro expensis Fratrum Inquisitorum, 24. libr.* In Ball. Ambian. : *Fratres Inquisitores, 10. libr.* In Turon. : *Pro expensis Fratrum Inquisitorum, 30. libr. et 14. sol.* et sic in cæteris. Prostat in hanc rem in Chartophylacio Regio, in Regesto 36. ch. 16. diploma Philippi Pulchri, quo præterea cavetur, ut Ballivi Inquisitoribus auxilium et consilium præstent ad officii sibi demandati executionem : *Senesc. Tolosæ et Carcass. Sal. Cum Frater Guillelmus de Morreriis de Ordine Prædicatorum, de quo nobis laudabile testimonium perhibetur, sit de novo Inquisitor Tolosæ auctoritate Apostolica deputatus, ut dicitur : mandamus vobis quatenus carceres nostros, Muros ad custodiam detentorum pro crimine hæresis vulgariter appellatos in solo nostro constitutos, aliaque ad dictum Inquisitionis officium necessaria, nec non pecuniam ad ipsius victum, et officium exercendum liberari et ministrari faciatis, eidem in sui executione officii auxilium, favorem, et consilium impendentes, prout aliis Inquisitoribus hactenus fieri consuevit, et quamdiu nostræ placuerit voluntati. Actum apud Vicenn.* 1302. Cum ex Occitania in Hispaniam, ac Navarram præsertim, irrepsisset Waldensium virus, delecti etiam a Gregorio IX. Inquisitores ex utroque Ordine, Prædicatorum ac Minorum, qui in hæreticos serverius animadverterent. Diploma summi Pontificis descripsit Waddingus ann. 1238. n. 6. 7. Vide Paulum Sarpium in Histor. Inquisitionis Venetæ cap. 1. [et Limborch. de Inquisit. Tolos.]

Inquisitores Forefactorum *in Ballivis a D. Rege dati*, Quibus scil. incumbebat forefacta, i. emendas, a damnatis judicio Ballivorum exigere, et ex iis debita Regum persolvere, et male aut contra juris ordinem exactas et persolutas emendas *restituere*. Chartæ ann. 1269. 1270.

Inquisitores Forestarum, Qui extra ordinem mittebantur in provincias, ad examinanda forestariorum et aliorum in forestis publicis delicta. Habetur in Tabulario S. Victoris Paris. ch. 13. judicium editum a Magistro Philippo *le Convers*, Thesaurario S. Stephani Trecensis, Clerico Regis, et Guillelmo de S. Michaële, Inquisitoribus forestarum. In Statuto 17. Maii ann. 1320. *Magistrorum Inquisitorum forestarum* vadia ex denariis Balliarum per manus Ballivorum percipi debere statuitur.

Inquisitores Tabulæ. Curia generalis Cataloniæ in villa Perpiniani sub Petro Rege Arag. ann. 1333 : *Ad hoc ut salarium Inquisitorum tabulæ facilius persolvatur, ordinamus et statuimus, quod Vicarii, Bajuli, et quicumque alii Officiales nostri, qui tenere tabulam sunt astricti, antequam suo fungantur officio, vel etiam ad ipsum officium admittantur, deponant ac deponere habeant in aliqua tabula nummularia idonea et secura.... salarium dictorum Inquisitorum.* Vide *Tabulam tenere.*

* **Inquisitoria Fidei**, Inquisitorum fidei sententia. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 67. v°. : *Litteræ domini regis de anno* 1413. *per quas favore fidei et Christianæ veritatis, omnes et singulos viros ecclesiasticos spiritualem jusisdictionem habentes.... obsecrat, quatinus sententiam episcopi Parisiensis et Inquisitorias fidei super condemnatione hæreticæ propositionis, quam Johannes Parvi excusationem sive justificationem ducis Burgundiæ super nece in personam ducis Aurelianensis commissa, asserere temere ausus est, in suis diocesibus faciant et publicari et exequi secundum sui tenorem, cum invocatione brachii secularis, si opus sit.*

Inradiare. *Denigrare*, in Gloss. Arabico-Lat.

* **Inrationabilitas**. Vide infra *Irrationabilitas.*

¶ **Inrationaliter**, Sine ratione, injuste. Charta Bosonis Regis ann. 2. regni apud *Chorier* tom. 1. de Statu Polit. Dalph. pag. 245 : *Quod Inrationabiliter ablatum foret cum omnibus appendititiis et immunitationibus redderemus.*

Inrationaliter Fornicari, apud Crisconium in Breviario cap. 99. ex Synodo Ancyrana cap. 16. 17. dicuntur ἀλογευόμενοι. Vide Capitulare Aquisgr. ann. 789. cap. 48. et tom. 1. Capitul. edit. Baluz. pag. 1378.

* **Inrationalis**, Rationis expers, irrationalis. Tertul. in Scorp. cap. 10 : *Etiam Inrationalibus jumentis adæquaret.*

¶ **Inrationis**. Formulæ Andegav. n. 52. apud Mabill. in Supplemento Diplomaticæ pag. 86. et tom. 4. Analect. pag. 265 : *Unde ante hos dies Inrationis fuerunt pro vinia sua in loco qui dicitur illo.* Charta Chlodovei III. Franc. Regis ann. 693. apud Felibian. Hist. San-Dionys. pag. xiv : *Dum exinde in nostri vel supra scriptis viris præsentia Inrationis adstabat.* Utrobique legendum divisis vocibus *in rationes* pro *inrationis*, ut patet ex similibus formulis relatis in voce *Ratio* : ubi docetur, his verbis *In rationes esse, venire, etc.* idem significari quod Juri stare.

¶ **Inrazellare**, ut supra *Derazellare*, Navi vehere. Extractum computi ann. 1321. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 160. col. 1 : *Ad querendum, emendum et charrelandum usque Rhodanum et Inrazellandum dictam fustem super aquam.*

¶ **Inrecisus**, Non rescissus, confirmatus. Emunita facta Aigliberto Episc. Cenoman. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 210 : *Nos concessimus ei quicquid de ipsam villam partibus fisci nostri sperabatur, hoc vobis Inrecisum putamus juxta illam anteriorem nostram præceptionem.*

Inrectum, *Falsum*, in Glossis Arabico-Latinis, i. Non rectum.

¶ **Inrefertibilis**, Qui referciri seu repleri non potest. Acta SS. Julii tom. 4. pag. 93. de S. Reginswinde : *Sed anguis ille virulentus, humani generis glutio Inrefertibilis.*

Inregauditio. Capitula Caroli M. ann. 803. *de nuper auditis et compertis*, apud Baluzium : *Nemini liceat servum suum propter damnum a se dimittere : sed juxta qualitatem culpæ dominus ejus pro ipso servo respondeat, aut componat quidquid ille fecit usque ad semiplenam leudem liberi hominis : quidquid super hoc fuerit, Inregauditio esse videtur.* Quo loco apud Sirmondum in Notis ad Capit. Caroli C. pag. 25. habetur *Irregauditio.*

* **Inrecessibilis**, Origeni in Comment. ad Matth. tract. 32 : Ἀχώριστος. Vetus ejusd. Interpr. *Christus a se ipso Inrecessibilis est.* Gloss. Gr. Lat. : Ἀχώριστος, *Inseparabilis, individuus, indivisus.*

* **Inrecuperabiliter**. Vide infra *Irrecuperabiliter.*

* **Inregistrare**, In *registra* referre, Gall. *Enregistrer*. Lib. nig. episc. Carnot. ad ann. 1394 : *Qui Petrus* (de Condeto) *quando rex Philippus ivit in exercitum Fossen. Inregistrabat milites et alios qui ad regis subsidium in exercitum mittebantur.* Vide *Regestum.*

* **Inreligiositas**, Perjurium ad sanctas Reliquias. Mirac. S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 503. col. 2 : *Pro nobis peccatoribus hactenus abusis duodecim Inreligiositatibus, preces largas funde.*

¶ **Inremediabiliter**, Modo irremediabili, apud Muratorium tom. 8. col. 320.

* **Inremedicabiliter**, Remediis nihil curantibus. Vita S. Guid. tom. 4. Sept. pag. 48. col. 1 : *Qui longo tempore febribus Inremedicabiliter vexatus, etc.*

* **Inremissibiliter**, Sine remissione, in Stat. MSS. eccl. S. Laur. Rom.

¶ **Inremorsus**, Qui remorderi seu refelli non potest. Ratherii Apologeticus apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 231 : *Apostoli suffragio nitor, ad Titum contra vani-*

Digitized by Google

loquos et seductores dicto utentis Inremorsi.

¶ **INREPTIO**, pro Irruptio, in Capitul. Caroli C. tit. 49. § 2.

¶ **INRESURGIBILIS**, Unde quis non potest resurgere. *Inresurgibilis præcipitii lapsum incurrere*, in Chartulario Aptensi fol. 62.

* **INRESPIRABILIS**, dicitur de loco ubi respirari non potest, apud Tertul. de Idolol. cap. ult.

* **INREVERENS**. Vide infra *Irreverens*.

* **INRICUS**. Vide infra *Inrisus*.

* **INRIGATIO MENSURÆ**, Quod mensuræ superadditur et quasi conspergitur, ut opinor. Stat. MSS. eccl. Tull. ann. 1497. collecta fol. 56. r°. : *Qui quidem* (grenetarius) *præstat juramentum distribuendi grana æqualiter... Si nimius rigor observatus fuisset in distribuendo Inrigationem mensuræ, posset illud superfluum cedere distributioni.* (f. distributori).

¶ **INRIGITAX**, ἀρδευτής, *Irrigator*. Suppl. Antiq.

* **INRIGUUS**, pro Irriguus, passim in Chartis.

¶ **INRIPARE**. Pactus Legis Salicæ tit. 29. §. 26 : *Si qui clausuram alienam ruperit, etc.* pro quo Codex Loisellianus præfert, teste Pithœo : *Si quis messem alienam in furtu aut Inripaverit aut meterit, etc.*

¶ **INRISUS**, ἀγέλαστος, *Invisibilis*, in Suppl. Antiq.

* Castigat. in utrumque Glossar. : *Inricus, invisibilis*, ἀγέλαστος. Germ. *Irrisus, irrisibilis*. Reg. *Invisus, invisibilis*. Nostris *Enrisé*, pro *Rieur*, ad ridendum promtus et facilis. *Le Chevalier de la Tour* in Instruct. ad filias suas fol. 8. r°. laudatus a D. *de Ste. Palaye* in Comment. de Milit. vet. pag. 109 : *Estre de doulce maniere, humbles et fermes d'estat et de maniere, pour emparlées et respondre courtoysement, n'estre pas trop Enrisées, ne enresvées, ne soursaillies.*

** **INRITATRIX**, Quæ irritat, apud Marium Mercatorem pag. 11.

INROTARE, Rotæ supplicio punire. Vide *Rota*.

¶ **INROTULARE**, In *rotulum* seu acta referre. Constitutio Philippi Aug. Franc. Reg. ann. 1218. pro Judæis, apud *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. pag. 37 : *Ut ibi Inrotulentur tam debita quam assignamenta.* Alia Ludovici VIII. ibid. pag. 48 : *Debent etiam Judæi facere Inrotulari... universa debita sua.* Vide *Rotulus*.

¶ **INROTULATIO**. Relatio in *rotulum*, pag. 37.

* Nostris alias *Enrotuler* et *Inrotuler*. Gualt. Hemingf. de gest. Eduardi I. reg. Angl. ad ann. 1296. pag. 93 : *Præcepit ut Inrotularetur in rotulis cancellariæ suæ.* Lit. ann. 1395. tom. 8. Ordinat. reg. Franc pag. 222 : *Certaine somme d'argent seroit levée sur chacun Inrotulé audit roole. Enrotulé*, in aliis ann. 1411. tom. 9. earumd. Ordinat. pag. 643.

INRUBIDUS, Impudens, inverecundus, in Actis S. Martinæ Virg. apud Mombritium cap. 3.

INRUDIS. Gloss. Gr. Lat. MS. : Ἀπαίδευτος, *Indoctus, Inrudis, Erudis*. Ἀπαιδευσία, *Inruditio*. Editum, *Indoctus, Ineruditus, rudis, Ineruditio*.

INRUMPIBILIS, ἄῤῥηκτος, in Gloss. Græco-Lat.

INSABATATI, Valdensium secta. Vide *Sabbati*.

¶ **INSACCARE**, In saccum mittere, Gallis *Ensacher*. Vide *Saccare*.

* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Ensaquar, Prov. Insaccare*. Vide supra *Essacare*.

* **INSACO**. Libert. Vernol. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 641. art. 42 : *De troussia Insaconis, si est mellata, duos denarios de transitu; si non est mellata, de unoquoque unum denarium de venditu.* Mendum esse suspicor; an pro *Jarrossia?* Vide supra in hac voce.

INSACRAMENTARE, Sacramento et jurejurando firmare. Gesta Abbatum Lobiensium pag. 599 : *Ministros suos Insacramentare decernunt, sibique jurare cogunt, atque obnoxios esse.*

¶ **INSAISINARE**, Gall. *Ensaisiner*, In possessionem mittere, *Insaisinare se*, In possessionem venire. Charta Caroli Fr. Regis ann. 1405. apud Menester. in Probat. Hist. Lug. pag. 128. col. 2 : *Se Insaisinare seu possessionem acquirere poterant.* Vide *Saisire*.

¶ **INSAISIRE**, Eadem notione, in Miraculis sancti Walarici, tom. 1. April. pag. 29.

¶ **INSALATA**, vox Italica, Gallis *Salade*, Acetaria, oluscula sale oleo et aceto condita. Acta S. Francisci de Paula tom. 1. April. pag. 184 : *Fecit colligi certas herbas, ex quibus Insalatam fecit, et dedit ei comedendam cum aceto et oleo.* Acta SS. Maii tom. 6. pag. 176. de S. Jacobo Philippo : xx. *die ejusdem mensis expendit ad Insalatam eorum, qui faciebant festum B. Jacobi, denarios* IV. Hic intelligenda videtur merenda vel cœnula.

¶ **INSALATIUM**, Eadem notione. Elogium S. Catharinæ Sen. tom. 3. April. pag. 965 : *Illæ sociæ duæ præparabant ei herbas crudas, communiter quas Insalatium vocamus.*

¶ **INSALSATUS**, Insulsus, nullo sale conditus Jo. de Monsteriolo apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1419 : *De victu quin etiam, cum de atro jure Almanico et salsis eorum Insalsatis quaquaversum proverbium currat, audire non contendis.*

¶ **INSALUS**, ἀβέλτερος, *Absurdus*. Supplem. Antiq. Forte legendum *Insulsus*.

¶ **INSANCTUS**, ὁ μὴ ἅγιος. Gloss. Lat. Gr.

INSANIENTIA. Glossæ MSS. ad Prudentium : *Bachantia, Insanientia.*

* **INSANIOSE**, Insane. Consuet. Norman. cap. 36 : *Si vir ejus eam* (uxorem)..... *indebite, male et Insaniose tractare consueverit, etc.*

* *Insané* vero, dicitur de morbo, qui insaniam et furorem provocat, in Lit. remiss. ann. 1411. ex Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 181 : *Parce que icellui Pierre estoit par intervalles furieux, malade de maladie caduque ou Insanée. Insence*, morbus ipse nuncupatur, in Lit. remiss. ann. 1453. ex Reg. 184. ch. 267 : *Lors icellui Adam entra en frénaisie et Insence.* Vide infra *Insensibilis* 2.

¶ **INSANIRI**, Insanum haberi : *Ab omnibus Insanieris*, in Actis S. Theodoræ tom. 3. April. pag. 573.

INSANITAS, apud Papiam, *Nugacitas, Insanitas, Inutilitas*.

INSANUS, Non sanus, valetudinarius, Gallis, *Malsain*. Utuntur Vergetius l. 2. de Arte veterin. cap. 6. Gariopontus lib. 5. cap. 12. et alibi, Fleta lib. 2. cap. 79. § 3.

* **INSAPIENTIA**, *Amentia*. Germ. *Insipientia*, in Castigat. ad utrumque Glossar.

1. **INSCALARE**, Murum scalis admovere, vel scalis muro admotis locum ingredi, *Escalader une place*. Knyghton *Exierunt ad Inscalandum villam de Cernei.*

* 2. **INSCALARE**, Scalam, quæ criminis pœna est, ascendere. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 594 : *Ob hoc perjurium dictus Johannes in scalam poni debebat;.... ipse timens ne Inscalaretur, non ausus est comparere.* Vide *Scala* 1. et *Scalatio*.

* **INSCELESTUS**, Sceleris purus. Bened. abb. Petroburg. de vita Henr. II. reg. Angl. edit. Hearn. tom. 1. pag. 12. ad ann. 1171 : *Et ne quis funestorum satellitum intacto præsule* (Thoma Cantuar.) *Inscelestus argui posset, etc.*

* **INSCICIA**, ἄγνοια. MSS. *Inscientia*, in Castigat. ad utrumque Glossar. *Inscience*, in Lit. ann. 1362. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 603.

¶ **INSCIDUS**, ςυφὸς οἶνου, *Stringor vini*, seu vis astringendi. Suppl. Antiquarii. [* Adde ex Castigat. ad utrumque Glossar. : Germ. *Viscidus*.]

* **INSCINDENS-FERRUM**, Cognomen, Gall. *Tranche-fer*. Vide *Graveira*.

¶ **INSCIOLUS**, Ignarus. Guidonis Disciplina Farf. cap. 58 : *Qui non scit Psalmos cum solo* Miserere mei Deus *potest ea adimplere, et qui tam Insciolus est, faciat cum* Pater noster.

¶ **INSCITIARI**, Ignorari, si tamen vera lectio est; puto enim legendum *Infitiari*. Litteræ ann. 1372. apud Rymer. tom. 6. pag. 745 : *Insciti uri certe præsens actus non poterit, nec futura posteritas ignorare.*

¶ **INSCIUS**, Ignotus, tom. 1. SS. Martii pag. 438.

¶ **INSCONTRUM**, Commutatio mutua, Gallis, *Contre-échange*, Ital. *all' Incontro, En contre-change*. Chronicon Parmense ad ann. 1308. apud Muratorium tom. 9. col. 871 : *Prædictus autem dominus Saxolus relaxatus fuit, et datus pro Incontro Jacobi de la Senaza et Palamini de Rubeis.* Mox recurrit ibidem.

INSCRIBERE, Accusare, in Lege Burgund. cap. 7. Concilium Autisiodorense can. 41 : *Non liceat Presbytero nec Diacono quenquam Inscribere; sed in vice sua si causam habuerit, aut fratrem, aut quemcumque sæcularem roget.*

INSCRIPTIO, Accusatio. Lex Burgund. tit. 77. qui est *de Inscriptionibus : Quotiens servus vocatur in crimine, et necesse est ut judicio sub Inscriptione tradatur, etc. Vinculum Inscriptionis*, in Edicto Theoderici Regis § 13. in Capit. Caroli M. l. 7. c. 338. [** 436.] [et in Libello Attonis Episc. Vercel. de pressuris Eccl. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 47.] dicitur illud, quo accusator se erga accusatum constringit, si in probatione deficiat, ut pœnam *reciproci* subeat :

Digitized by Google

seu, ut habet Edictum Theoderici, quo *cavet apud competentem judicem, se eam pœnam subiturum, si non probaverit quod intendit, quam possit reus convictus secundum leges excipere, ita ut usque ad eventum judicii, tam reus, quam accusator æquali custodiæ sorte teneantur.* Quomodo etiam *Inscriptio* sumitur in Formulis Lindenbrog. 117. 118. Lex 14. Cod. Th. de Accusat. et inscript. (9,1.): *Qui vel internecivi exerit actionem, vel crimen suspectæ mortis intendit, non prius cujuscumque caput accusatione pulset, quam vinculo legis astrictus, pari cœperit pœnæ conditione jurgare.* Vide leg. 2. de Abolit. eod. Cod. (9,37.) et tit. Cod. de Accusationibus et inscriptionibus. (9,2.)

INSCRIPTIONES, Documenta, instrumenta donationum. Concilium Cloveshoense ann. 800 : *His dictis, prolatæ sunt Inscriptiones Monasterii, quod vocatur Cotham, terrarumque sibi adjacentium.* Occurrit ibi semel ac iterum. *Inscriptionis* titulo aliquid concedere, in Lege Longob. lib. 1. tit. 34. § 2. [** Carol. M. 123.] per Chartarum confectionem. Charta Henrici Imp. ann. 1056. tom. 1. Italiæ sacræ part. 1. pag. 501 : *Insuper confirmamus nostra præceptali pagina omnes Inscriptiones communitatum, quas prænominatus Episcopus Bernardus secundus a bonis hominibus in præteritis temporibus acquisivit, etc.* Adde pag. 896. et tom. 4. pag. 807.

¶ INSCRIPTUM, Eadem notione. Diploma Hugonis Comitis Campaniæ, tom. 5. Annal. Benedict. pag. 672. col. 1 : *Sicut scripta ita Inscripta quæ hactenus tenuit Molismensis Ecclesia, fixa permanere decerno.*

FALSÆ INSCRIPTIONES, *phylacteria, aut ligaturæ, quæ imprudentes pro febribus, aut aliis pestibus adjuvare putant*, in Capit. Caroli M. lib. 6. cap. 72. Serenus Sammonicus :

Inscribes chartæ, quod dicitur Abracadabra.

Ejusmodi Inscriptiones habet passim Marcellus Empiricus lib. de Medicam. Edit. 1536. pag. 58. 85. 87. 110. 112. 143. 154. 155. 156. 207. Vide Gruter. 1047. 5. Scribit Ammianus Marcellinus lib. 16. pag. 72 : *Anilia ista incantamenta ad leniendum dolorem medicinæ admisisse auctoritatem.* Atque inde tam crebro ea in medicorum libris occurrunt. Vide *Character*.

INSCRIPTI LAPIDES, et *Inscriptiones*, pro terminis, apud Agrimensores.

* 2. INSCRIBERE, Assignare, addicere; unde *Inscriptio*, Assignatio, obligatio. Lit. Casimiri III. ann. 1478. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 232 : *Nos fide bona adstringimus..... quod præfatam terram..... nulli hominum... infeudabimus, Inscribemus, vendemus, donabimus... Si autem præsenti nostræ promissioni ... contravenerimus,.... et aliquam infeudationem, Inscriptionem, donationem.... fecerimus, etc.*

INSCRIPTUS, pro Non scriptus. Glossar. Gr. Lat. : Ἀγραφος, *Inscriptus.* Ἄγραφον, *Sine scriptura.*

* INSCUM, Simul, una. Charta ann. 1277. inter not. ad Hist. Sicul. Boninconi. part. 2. apud Lam. in Delic. erudit. pag. 346 : *Renuntians exceptionibus..... non celebrati contractus, doli mali, et Inscum conditioni sine causa, etc.* Vide *Insimul*.

INSECRARI, pro Exsecrari, occurrit in Gloss. Gr. Lat. : Ἐπαρῶμαι, *Insecro.*

INSECTABILIS, ἄτμητος, in Gloss. Gr. Lat. [* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. MSS. *Insecabilis.*]

¶ INSECURITAS, Periculum. *Insecuritas viarum*, in Oratione ann. 1378. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1506.

¶ INSECUS, ἐγγύς, *Insequens.* Suppl. Antiq.

INSECUTIO, Persecutio. *Insecutionem passus*, in Miscella : Theophanes καταδιωχθείς. Vigilius Tapsensis lib. 1. contra Arrianos cap. 1. de Constantio Imper. : *Et a paternis traditionibus sacrilego more desciscens, non levem temporibus suis Ecclesiæ Dei, vel Sacerdotibus Insecutionem intulisse videtur.*

* INSECUTUS, Quem quis insequitur. Annal. Bertin. ad ann. 874. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 118 : *Insecutus a primoribus Britonum,.... nec non et Francis hominibus, quos valde afflixerat, etc.*

INSEDABILIS, *Indesinens*, ἀκατάληπτος, in Glossis Latino-Græcis. [* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. Reg. *Incessabilis.*]

* INSEDUCIBILITER, Sine deceptione. Vet. Interpres Comment. Origen. in Matth. Tract. 24 : *Istæ animæ, quia facile seducuntur, non possunt Inseducibiliter permanere in conspectu abominationis desolationis, etc.*

* INSEDUMEN, Insitum, arbor insita, ut videtur. Stat. Placent. lib. 5. fol. 65. r°. : *Item quicumque destruxerit salices francischos et piantonos et Insedumina novella, solvat communi Placentiæ soldos viginti pro quolibet salice et piantono et pro qualibet arbore.* Vide infra *Inserculare*.

* INSELLABILIS, *Que l'en ne puet enseller*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide mox

¶ INSELLARE, Ephippio seu *sella equum* vel mulam instruere. Fragm. de origine Comitum Nivern. apud Labbeum tom. 1. Bibl. MSS pag. 399 : *Dixit ei Rex seorsum jocose : Mulam candidam quam nocte equitasti, libenter Insellassem, si a te prænonitus fuissem. Insellatus equus*, apud Lambertum Ardensem, tom. 8. Ludewig. pag. 566.

* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Insellare, Enseller.* Aliud Provinc. Lat. ex Cod. 7657 : *Encellar, Prov. sellare, Insellare, sternere.*

¶ INSELLAMENTUM, INSELLATURA, Instratum *sellæ*. Vide *Sella*, Ephippium.

¶ INSELLIS, *Sine ictu sellici corporis.* Papias.

INSEMITATIO, ἀνοδία, in Glossis Lat. Græc. cum deest semita, via, iter.

* INSENESCIBILIS, ἀγήρως, ex Cod. reg. in Castigat. ad utrumque Glossar.

* INSENNIUM, Merces, pretium, Gall. *Salaire.* Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 242. col. 2 : *Item duobus joculatoribus et Petro Sabbaterii trompatori, quia iverunt ante processionem cum eorum instrumentis, pro Insenniis solvi... v. grossos.* Et pag. 243. col. 2 : *Pro præconisando panem caritatis, dedi Petro Sabbaterii præconi pro Insenniis j. grossum.* Occurrit rursum inter Probat. tom. 3. pag. 52. col. 1. Vide supra *Ensennum*.

INSENNOS, Forte ex Gr. ἄσημος. Alcuin. in Poem. :

Auxiliare senem, nostros rogo, tu per amicos,
Est locus Insennos, auxiliare senem.

¶ 1. INSENSIBILIS, Expers sensu. *Insensibilia simulacra*, Lactantio lib. 1. Instit. Divin. cap. 20. Hadrianus PP. in Epistol. ad Elipandum, inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 94 : *Numquidnam lapis et petra est Insensibilis creatura? Insensibilis*, Gellio, Qui sensibus nequit percipi.

* 2. INSENSIBILIS, ἀσύνετος. Reg. *Insensatus.* Castigat. in utrumque Glossar. Qua ultima acceptione *Insensible* nostri dixerunt. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 212 : *Icelle Jehanne qui est de longtemps et souventesfoiz lunatique, frénaisieuse et Insensible.... Ladite Jehanne estant toute enragiée et Insensible etc.* Aliæ ann. 1380. in Reg. 118. ch. 18 : *Jehan du Monstier homme fol, Insensible et furibonde etc.* Occurrit rursum in Instr. ann. 1406. ex Bibl. reg. *Insensif*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 141. ch. 216 : *D'icelle maladie ledit Jehan est trop souvent comme Insensif et homme fol et sans avis.* Vide supra *Insanus*.

¶ INSENSIBILITAS, Stupor vel durities animi, Gall. *Insensibilité.* Charta Ludovici Regis Franc. ann. 1484. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 230 : *Dicebant ulterius prænominati actores, quod insensibilitas, dissipatio bonorum, inebriatio et notoria prodigalitas dicti Johannis.... notoriæ erant.* [** Marius Mercator pag. 125 : *Ignorare enim deum, Insensibilitatis quæ ex morte evenit similitudinem gerit.*]

¶ INSENSIS, *Sine sensu*, Johanni de Janua; *Sens sen*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm.

¶ INSENSUALIS, Careus sensu. *Insensualis res*, apud Cassiodorum lib. 2. Epist. 40.

¶ INSENSUALITAS, Sensus privatio. Hebernus in Miraculis B. Martini, apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 193 : *Ociosis surdorum auribus, fugata Insensualitate, tribuitur proprio sensu uti.*

¶ INSENSURA, Thuribulum, Gall. *Encensoir. Cum uno par Insensurarum; duo parva candelabra*, in Testamento ann. 1415. apud Rymer. tom. 9. pag. 279.

* INSEPARABILIS, Individuus. Castigat. in utrumque Glossar. : *Inseparabilis*, ἀδιαχώριστος. Reg. addit, *Indivisibilis.* Testam. Rob. reg. Sicil. et comit. Prov. ann. 1343 : *Item voluit et ordinavit, quod semper et perpetuo comitatus Provinciæ et Forcalquerii supradicti sint uniti cum regno, sub uno domino, Inseparabili dominio.*

INSEQUILLA. Ruricius Lemovicensis Episcopus lib. 2. Epist. 13 : *Superest, ut quod illius in bono tribuit gratia, vestra in domino custodiat Insequilla.*

1. INSERARE, [Sub *sera* claudere.] Vide *Serare*.

* *Ensarrer*, Eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 431 : *Enfermerent ledit Juenin en une chambre d'un hostel de taverne... Ledit Juenin qui estoit Ensarré en ladite chambre, comme dit est, etc.*

* 2. INSERARE, pro Inserere. Glossar.

Digitized by Google

Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Encertar, Prov. inserere, Inserare.*

* **INSERATIO**, Implicatio, Gall. *Insertion.* Arnauld. in Rosar. MS. lib. 2. cap. 3 : *Impastatio fit tamen in una contritione et Inseratione et assatione; nam propter contritionem et assationem ad ignem, dividuntur partes ligatæ a viscositate, quæ est in corporibus.*

* **INSERATUS**, Cera imbutus. Comput. ann. 1372. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 318. col. 1 : *Item solvi... mercerio, qui aptavit quandam magnam lanternam de tela Inserata, etc.* Vide supra *Enseratus.*

* **INSERCULARE**, Inserere, inoculare, Ital. *Innestare*, et *Inserire*; unde *Insertatum* et *Insertetum*, Surculus insititius, insitum, arbor insita. Chron. Amalphit cap. 42. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 215 : *Petrus de Alaneo archiepiscopus.... vineas quoque et hortos pastinavit. Et in Tramonto multa Inserteta castanearum Inseraulavit.* Testam. quod circumfertur sub nomine S. Amati ann. 1093. tom. 6. Aug. pag. 704. col. 2 : *Casalinæ et casæ et hortis et vinets et antris, Insertata, castanetas, etc.* Vide *Insertorium* 2.

* **INSERENARE**, *Esclardir, faire clair.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

¶ **INSERMA**, pro *Juserma* vel *Gisarma*, Gesum, spiculum. Computum ann. 1336. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 326 : *Item* 37. *Insermæ scindentes pro* XVIII. *s.* VI. *d. gr. Item* 46. *inter lanceas et chavartinas et venabula pro* IIII. *s.* Cædes Ducis Aurelian. ann. 1407. apud Lobinell. tom. 4. Hist. Paris. pag. 550 : *Luy fendirent la teste de Jusarmes, puis qu'il fu abbatu de son cheval, et luy firent espandre la cervelle de la teste sur le pavement.* Vide *Gisarma.*

* **INSERTATUM**, Insertetum. Vide supra in *Inserculare.*

¶ 1. **INSERTORIUM**, *Lorum quo scutum apprehenditur*, in Amalthea. Sussannæus in Vocabulario : *Insertorium, Telamon, porpax, scuti lorum anuli vice, inter quod et ipsum scutum inserimus manum.*

¶ 2. **INSERTORIUM**, Seminarium, ubi arbores inseruntur. Gloss. Isidor. : *Postmurium, Insertorium.* Grævium consule.

INSERVIRE, In servitutem revocare, retrahere. Capitula ad Legem Salic. cap. 1. § 7 : *Si vero aliquis eum injuste Inservire tentaverit, et ille cartam ingenuitatis suæ ostenderit.* Lex Bajwar. tit. 6. cap. 3. § 1 : *Ut nullum liberum sine mortali crimine licent Inservire.* Ita Lex Ripuar. tit. 57. § 3. Lex Longob. l. 2. t. 34. § 10. [** Carol. M. 107.] Capitul. Caroli M. l. 3. c. 28. Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 89. etc. Concilium Vermeriense an. 752. c. 6: *Si quis ingenuus homo ancillam uxorem acceperit pro ingenua, si ipsa femina postea fuerit Inservita, si redimi non potest, si ita voluerit, liceat ei aliam accipere.* Infra : *Si servum accipiat pro ingenuo, et postea pro qualicumque causa Inservitus fuerit.* Eadem fere notione dixerunt Anglici Jurisconsulti *Inservire* tenementa, seu servitutibus quibusdam ea subdere. Britton. de Legib. Anglic. cap. 54 : *Les servages dount home put son soil Enserver, sount sauns nombre, etc.* Occurrit ibi pluries.

* Servitia exigere, servitiis addicere. Charta Fulb. episc. Camerac. ann. 941. ex Cod. 66. ejusd. eccl. : *Notitia qualiter Ratnerus, tunc temporis vassallus domni Fulberti episcopi Cameracensis, voluit ibi inservire quandam feminam, nomine Oreviam, cum infantibus suis,... ut mansos deservirent; qui eam id renuissent, ab omnibus inventum est... supradictas feminas, matrem videlicet cum filiabus suis unaquaque earum ad supradictam villam dare de suo capite denarios duos et filii earum quatuor, quam illud servitium facere, quod a supradicto seniore eis imponeretur.*

INSETARE, *Pilo setam adaptare*, Joann. de Janua. [*Ensoier*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm.]

* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Insetare, Ensoyer, mettre soyée de porc, comme en ligneul.*

INSETENYS. Ordinatio Romeneiensis Marisci, apud Spelmann.: *Item ordinaverunt, quod quælibet acra pro walliis, Insetenys, et watergagiis, emeretur pro* 40. *sol.* Reor ego, ait idem Spelmannus, de interiori aggere dictum, qui diruptojam exteriori, irruentes undas denuo præstoletur : *An Inditch*, a Saxon. Insetena, i. insertum, vel interius positum.

* Spelmanni interpretatio firmatur Charta ann. 1303. ex Chartul. 2. Fland. ch. 20. in Cam. Comput. Insul. : *S'il avenoit que en aucun temps on fesist diteeage, c'om claime Insetten ou utseten, etc.*

** **INSETETUM**, Locus ubi insitæ arbores crescunt, seminarium pomarium. Charta ann. 988. apud de Blasio Series Princ. Salern. num. 64 : *Curtes, ortalis, arbusta, castanieta, Inseteta, quercieta, campis, etc.* Vide *Inserculare* et *Insertorium.*

INSIBILIS, Simeon Dunelmensis ann. 881. de Normannis, Franciam invadentibus : *Mirabile videri potest, quod Insibiles hostes contra tam fortem bellicosumque populum auderent insurgere.* [* Rudis, rusticus, imperitus. Vide mox]

* **INSICITAS**, *Inscientia, la rustigtta*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

* **INSIDIA**, Capsula, pyxis, quod monetarum probationes in ea serventur, sic dicta. Vide mox *Insidiæ.* Charta pro instit. monetarii ann. 1368. ex Cod. reg. 5187. fol. 74. r°. : *Item volumus... quod si aliquod debatum oriretur... super facto dictarum monetarum, quod non possit nec debeat haberi recursus, nisi duntaxat aux essays factos per custodem dictæ monetæ,.... et qui essays reperirentur, in Insidiis seu boytiis et pissidibus dictorum magistri et custodis.*

INSIDIÆ, Idem quod vigiliæ, excubiæ, *Guet.* Fleta lib. 2. cap. 4. § 3. de Officio Marescalli : *Insidias autem nocturnas non tenetur facere, sed singulis noctibus in crepusculo Insidias assedebit, et in aurora levabit, etc.*

* Charta ann. 1418. ex Chartul. S. Aviti Aurel. : *Item tenetur* (capicerius) *dictam ecclesiam custodire et custodias seu Insidias facere de die et de nocte bene et debite, prout alii capicerii civitatis Aurelianensis faciunt.*

Insidiæ Pensatæ, in Statuto S. Ludovici, quod legitur in Dissertat. 29. ad Joinvillam, quæ verba redduntur in ejus versione Gallica, *Agnit, et fait apensé.* Gloss. Gr. Lat. : Ἀνδρα, *Insidiæ, obsessio.* MS. S. Germani habet, *Insidium, subsessum, obsessum.* Vide *Pensabiliter.*

INSIDIARE, Insidias struere. Formulæ veteres apud Bignonium cap. 30 : *Si quis ad rapinam faciendam adgreditur, aut iter agentem Insidiaverit, etc.*

¶ **INSIDIATRIX**, Quæ insidiatur, apud Ammian. non semel. *Insidiatrix, mulier quæ mortem viri sui cum aliis hominibus consiliavit*, in Capit. Pippini ann. 752. cap. 5.

¶ **INSIDIUM.** Vide *Insidiæ.*

INSIDUITAS. Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013 : *Sedulitas, Insiduitas, Assiduitas.*

INSIGILLARE, Idem quod sigillare: sigillum apponere, in Legibus Adelstani Regis apud Bromptonum. Vide *Ferrum candens.*

* Nostris vero *Enséeler un nom* est Nomen imponere, ut fit in baptismo. Le Roman *de Robert le Diable* MS. :

> Li dus tous les vesques mande,...
> Qu'il viegnent pour son fils lever....
> Cil sont venu qui l'enfant prisent,
> Et Crestiens adonc le fisent;
> Son propre nom li Ensécelent,
> Et Robiert par droit nom l'apielent.

* **INSIGNA**, Vexillum, signum, Ital. *Insegna*, Gall. *Enseigne.* Stat. ant Florent. lib. 3. cap. 65. ex Cod. reg. 4621 : *Nulla persona.... præsumat de cætero elevare vel elevari facere in civitate Florentiæ... pro faciendo aliquam turbationem,.... aliquam Insignia seu banderiam.* Hinc *Enseigner, Insignibus et armis* ditinguere, apud Froissart. vol. 3. cap. 36 : *Tous s'efforcoient les grans seigneurs les uns pour les autres à faire grandes provisions et à jolier et à garnir leurs nefs et leurs vaisseaux, et les enseigner et armoyer de leurs armes.*

1. **INSIGNARE**, Indicare, quasi *signo* ostendere, *Enseigner.* Decretum Tassilonis de Popularibus legib. § 4 : *Sed tamen ea genera trium homicidiorum debito signo vicinis, et his, qui adsistunt, Insignet.* In Gloss. Gr. Lat. ἐγχαράσσω, est *Insignare, Incisare.* Apud veterem Juvenalis Interpretem, Sat. 10. v. 55. *Insignare*, σφραγίζειν.

* Ital. *Insegnare, Faire Enseigne*, eodem sensu, in Lit. ann. 1395. ex Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 197 : *Iceulx firent enseigne au pere et lui getterent une pierre, pour monstrer qu'il s'avançast et qu'il estoit temps.*

* 2. **INSIGNARE**, Instruere, munire. Synod. ann. 1366. cap. 120. art. 2. inter Stat. Tornac. pag. 76 : *In singulis nihilominus ecclesiis troncum concavum poni præcipimus tribus clavibus Insignatum, etc. Insignier* a Lat. Insignire, vulgo *Illustrer, décorer*, in Charta Caroli V. ex Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 128. r°. qua concedit Bertr. *du Guesclin* comitatum *de Longueville* ann. 1364 : *Et le creons et faisons conte et Insignions de toutes dignitis, noblesces, seignories et droits qui a conté.*

¶ **INSIGNARIUS.** Vide *Insigniarius.*

1. **INSIGNE**, Vexillum, Ital. *Insegne*, Galliee *Enseigne.* Leo Ost. lib. 2. cap. 75 : *Ibi eum Abbas et equo optimo, et armis præcipuis, cum Insigne pulcherrimo donans, Monasterii defensorem illum constituit.* Vide Andream Monach. lib. 1. Vitæ Ottonis

Digitized by Google

Episcopi Bamberg. cap. 46. extr. [et Carolum de Aquino in Lexico Militari.]

2. **INSIGNE**, Sagum militare, *armis et insignibus* distinctum illius, cujus erat. Thwroczius in Geisa M. cap. 55 : *Salomon autem et Ladislaus aliquando exibant, Insignia sua mutantes, et velut milites pugnabant.*

¶ 3. **INSIGNE**, Sigillum. Diploma S. Henrici Reg. Rom. ann. 1003. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 263 : *Ipsum monasterii* (Mulenbechani) *locum cum suis adjacentiis et omnibus pertinentiis in nostrum mundiburdum suscepimus, et ad ordinem priorum præceptorum in omnibus confirmavimus, hoc regio Insigni roboravimus.*

¶ **INSIGNIÆ**, pro Insignia, in Concilio Mexicano ann. 1585. inter Hispan. tom. 4. pag. 389. *Insignia*, fem. genere dicunt Hispani.

INSIGNIARIUS, Armiger, qui scutum domini, ejus insignibus adornatum, deferebat. Gloss. Gr. Lat. : Ὁπλοπάροχος, *Insigniarius, armiger.* [Martinius habet *Insignarius.*]

¶ **INSIGNIFICABILIS**, *Qui significari non potest.* Gloss. Sangerman. MSS. n. 501.

* 1. **INSIGNITAS**, Celebritas. Privil. Figiaci ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 268. art. 2 : *Volumus et de speciali gratia* (et) *auctoritate prædicta concedimus dictis consulibus et habitatoribus villæ prædictæ, attenta Insignitate ejusdem, etc.*

* 2. **INSIGNITAS**, Dignitas, immunitas. Arest. ann. 1385. 9. Sept. in vol. 7. arestor. parlam. Paris. : *Quod ecclesia Cabilonensis... existebat dudum per sanctum Carolum Magnum... quamplurimis Insignitatibus, privilegiis et possessionibus dotata.*

1. **INSIGNIUM**, Signum. Sueno in Histor. Danica cap. 3 : *Quam* (Christi crucem) *matris tumulo ob memoriale Insignium destinavit erigendam.* Vita S. Willelmi Abbat. Roschild. n. 33 : *Nuntia ei, quæ jussi, hoc interposito Insignio, quod in crypta B. Genovefæ Parisiensis 7. Psalmos pœnitentiales cum Litania Clerico cuidam propria manu scripsit.*

* Libert. Loci de Viridi-fol. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 277. art. 5 : *Dictos consules et universitatem dicti loci Insignio dignitatis et honoris præfulgere volentes, etc.* Arest. ann. 1403. 1. Jun. in vol. 9. arestor. parlam. Paris. : *Dictus affogragiator... Insignium de dictis vinis levandis tradere ac permittere debebat.*

* Vox autem Gallica *Enseigne* multiplici intellectu accipitur. Pro Libello in electione scabinorum, occurrit in Charta ann. 1275. ex Chartul. 1. Fland. ch. 327. in Cam. Comput. Insul. : *En maniere qu'il feront trente gales de cire, dont il aura ès treze, treze Ensegnes encloses.* Pro nummo signato, unde nomen, legitur haud infrequenter. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 95. Chartoph. reg ch. 2 : *Icellui Symon rompi une huche, prist et osta une Enseigne d'argent et xvij. solz. et vj. den. Tournois.* Invent. ann. 1393. ex Cod. reg. 9484. 2. fol. 366. r°. : *Item une pasternostre ou il a six Ensaignaux à façon de tabliers.* Ubi sacrum numisma, vulgo *Médaille*, significatur, ut et in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 153. ch. 129 : *Lors ledit Toustain eust sachié de sa bourse une Ensaigne d'argent, qui bien pouoit valloir deux solz ou environ... Quelle Ensaigne est ce, elle est de Montfort ou du Mont Saint Michiel?* Aliæ ann. 1407. in Reg. 162. ch. 152 : *D'iceulx coffres ilz emporterent certaines mailles ou Enseignes, qui estoient du curé d'icelle église.* Denique aliæ ann. 1470. ex Reg. 196. ch. 165 : *Lequel mareschal fist deux ferremens en façon d'estrilles,... cuidant que ce fut pour faire des Enseignes d'argent ou mahelins.* Vide infra *Signum* 17.

¶ 2. **INSIGNIUM**, Miraculum. Chron. Episcopor. Metensium, tom. 6. Spicil. Acher. pag. 644 : *De illo* (S. Cælesti) *tale fertur Insignium. Pignera ejus cum pro necessitate communi quodam tempore deferrentur cum reliquiis S. Auctoris, dicitur S. Auctor, qui quasi famosior præferebatur, restitisse, donec S. præcederet Cælestis.*

* **INSIGNIUS**, pro Insignis, Gall. *Considérable.* Instr. ann. 1322. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 33. col. 1 : *Dictus vero locus non est locus Insignius, nec habens aliquod fortalicium et remotus ab itinere publico, et ab omni foro et mercato.* Eadem repetuntur col. 2.

¶ **INSIGNUM**, ut *Insigne* 1. Vexillum. Rolandinus Patav. de factis in Marchia Tarvisina lib. 5. cap. 23 : *Pica quædam occurrens quasi fataliter se super illam apposuit hastam, qua Eccelini ferebatur Insignum.*

INSILIARIUS, Pravus consiliarius, qui *forconsiliat.* Florent. Wigorn. ann. 855 : *Filius Regis Æthelulfi cum omnibus suis consiliariis, tantum facinus perpetrare ausi sunt, ut Regem a regno proprio repellerent.*

* **INSILITUS**, *Nobilis, clarus*, pro Inclitus, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

INSILIUM, Malum ac pravum consilium. Simeon Dunelm. ann. 1003 : *Rex Danorum Suanus per Insilium, incuriam, et traditionem Normannici Comitis... civitatem Execestram infregit, spoliavit, etc.* An. 1052 : *Multaque Regi Insilia adversus Anglos dederant.* Utitur hac notione præterea ann. 1015. 1051. 1080. ut et Ricardus Hagulstad. cap. 6.

¶ **INSIMUL**, Simul, una, in Charta Caroli C. apud Doubletum Hist. San-Dionys. pag. 781. Utuntur Statius, Florus et alii plures e recentioribus.

* **INSIMULTARE**, Simul convenire, congregare. Chron. Joan. Whetham. edit. Hearn. pag. 352 : *Versus Eurum Insimultantes se cum suis in unum, usque ad numerum trium pene millium pugnatorum, etc.* Vide *Insimul.*

¶ **INSIMULATOR**, Accusator. Pacatus Paneg. Theodos. cap. 43 : *Te purgare eodem teste, quo Insimulatore voluisses.* Auxilius in Libello de causa Formosi PP. apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 610. personas inducit colloquentes, *Insimulatorem*, qui accuset, et *Actorem* qui defendat Formosum. *Insimulator piscium*, Apuleio in Apolog. Accusator est magiæ quæ fit ex piscibus.

* **INSINCERE**, Non sincere. Heric. mon. in prol. ad Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 255. col. 1 : *Ita factum est, ut quædam ignorata penitus, alia ad succedentium notitiam Insincere manantia, multorum et magnorum sanctorum præcelsas memorias inofficiosissime obscurarint.*

¶ **INSINUAMEN**, Inspiratio, doctrina. Vita sancti Frontonis apud Bosquetum Histor. Eccl. Gallic. part. 2. pag. 5 : *Sancto Insinuamine celitus indeptus, etc.*

1. **INSINUARE**, Docere, unde Gallicum *Enseigner :* hanc quippe vocem vernaculam ex hac Latina deducit Salmasius ad Historiam Aug. pag. 101. Certe *Insinuare*, est ἐμφανίζειν ; *Insinuatio*, διδασκαλία, in Gloss. Lat. Gr. S. Hieron. Epist. 155 : *Nudius tertius cum* 118. *Psalmum tibi Insinuare conarer, etc.* Vide Epist. 22. cap. 13. et Libr. Manualem Dodanæ cap. 7. Admonitio Synodalis antiqua : *Videte, ut omnibus parochianis vestris Symbolum et Orationem dominicum Insinuetis.* Capitulare 2. ann. 811. cap. 9 : *Ad Ecclesiasticos vero quomodo juste pertineat, penitus ignoramus, nisi illi nobis Insinuaverint, etc.* Adde Capitul. Episcopor. ann. 801. cap. 5. Capit. 8. incerti anni Caroli M. cap. 3. 5. Responsio ad Capitula Archiepiscopis missa a Karolo M. ann. 811. cap. 1 : *Quomodo et qualiter unusquisque Dei Sacerdos plebem sibi a Deo commissam Insinuat atque gubernat.* Regino de Vita et conversatione Presbyteri cap. 53 : *Si Orationem Dominicam et Symbolum omnibus suis parochianis Insinuatam habeat.* Et in Inquisitionib. Synodalibus cap. 74. lib. 2. cap. 15 : *Si patrini filiolis suis Symbolum et Orationem Dominicam Insinuant, aut Insinuari faciant.* Similia habet Udalricus in Discursu Synodali, in Spicilegio Acheriano. Hariulfus lib. 4. Chronici Centul. cap. 17 : *Sed tantummodo illos memorans, quorum nomina vel chartæ, vel quælibet pittaciola Insinuare videbantur.* Anonymus Goldasti de Suevorum origine pag. 18 : *Precatus, ut si suum volatile sibi restitueret, rem, quam ignoraret, et Insinuaret.* Utuntur etiam Guigo in Statutis Ordinis Cartusiensis cap. 43. § 3. Statuta antiqua ejusdem Ordinis 2. part. cap. 6. § 6. etc. Alii *Enseigner*, quasi *Insignare* dictum putant, orta nomenclatura a Monachis, qui *signis* omnia significabant et indicabant. [Hanc opinionem amplectuntur *de Caseneuve* et Menagius. Vide *Insignare.*]

¶ 2. **INSINUARE**, Practicis, In acta publica referre, Gall. *Insinuer.* Instrum. ann. 1388. apud Th. *Mudox* Formul. Anglic. pag. 429 : *Nos Officialis Londoniensis testamentum... una cum codicillo eidem annexo approbavimus, ipsumque... Insinuavimus, et pro eodem... legitime pronunciavimus.* Charta ann. 1399. ex Archivo B. M de Bono Nuntio Rotomag. : *Litteras mihi Notario publico tradidit dictis Dominis Officiali et Promotori illico Insinuandas et publicandas.* Occurrit alibi non semel.

¶ **Insinuatio**, ἐμφάνισις, Novella 15. Justiniani cap. 3. In acta publica relatio, Gall. *Insinuation.* [** Vide Savin. Histor. Jur. Rom. med. temp. tom. 2. cap. 9. § 45. not. g. Glossar. med. Græcit. voce Κατασφωνύειν, col. 614.] Charta compositionis ann. 1309. ex Archivo D. de Montes juivo : *Renunciantes nichilominus omni exceptioni.... et legi dicenti donationem excedentem quingentos aureos sine Insinuatione judicis non*

Digitized by Google

valere. Eadem habentur in Charta ann. 1288. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 332. Statutum Johannis *Stratford* Archiep. Cantuar. apud Lyndwoodum lib. 3. Provincialis tit. 13 : *Statuimus ut pro probatione, vel approbatione, seu Insinuatione testamentorum quorumcumque nihil per Episcopos, seu alios Ordinarios, capiatur omnino : per Clericos tamen scribentes Insinuationes hujusmodi sex denarios duntaxat recipi permittimus pro labore. Insinuationis eulogium*, in Charta ann. 1288. apud Ludewig. tom. 5. pag. 432. Vide alia notione in *Insinuare* 1.

¶ INSINUATIVUM, Macris fratribus in Hierolexico, *Donum a Clericis præstitum Episcopo in principio sui ingressus ut in ejus gratia insinuarentur*. Haud satis recte interpretati sunt ἐμφανιστικά vel ἐμφανίσμα, quas voces melius exponit Cangius in Glossario med. Græcit. Præstationes ab in Clerum allectis datæ cæteris Clericis pro *Insinuatione*, id est, relatione in catalogum ministrorum Ecclesiæ, Gal. *Droit de bien venue*. Vide Novell. 56. Justiniani, Julianum Antecessorem et Suicerum in Thesauro Eccl. voce Ἐμφανίσμα.

* 3. INSINUARE, Inscribere, insculpere. Boninc. Hist. Sicul. part. 1. apud Lam. in Delic. erudit. pag. 398 : *Quo tempore Manfredus ejus filius Manfredoniam condidit; in qua ad reverentiam B. V. M. campanam miræ magnitudinis fieri curavit, in qua suum et uxoris nomen posuit et Insinuavit.*

¶ INSINUATOR, Qui insinuat, introducit, promovet. *Insinuator, magister atque auctor*, apud Arnobium, lib. 1. sub fin. *Insinuatores deorum*, apud Tertull. lib. 2. ad Nationes cap. 1.

¶ INSINUATRIX *rei novæ epistola*, apud S. Augustinum Epist. 135.

INSIPIENTIA, Ignorantia. Testamentum Heccardi Comitis Augustodun. apud Perardum pag. 27 : *Et quod mea Insipientia non memoravit, res curare studeatis, ut pro salute animas nostras perveniat, quia non omnia possumus omnes*. Vide *Sapere*.

INSIPITUDO, pro Insipientia, apud Ardonem Monachum in Vita S. Benedicti Anian. Abbatis cap. 3. n. 8. cap. 4. n. 21.

* INSITITIUS SOMNUS, Meridianus, quasi non naturalis, ad noctem quippe, non ad diem, pertinet naturaliter somnus. [* Qui æstivo tempore diurnis operibus meridie inseritur. Forcell.] Varro de Re rust. lib. 1. cap. 1 : *Ego hic ubi nox et dies modice recedit et abit, tamen æstivo die si non diffinderem meo Insititio somno meridiem, vivere non possem.*

INSLOTUM, Tributi species, in Notitia Trajectensi, apud Will. Hedam pag. 246. 1. Edit. : *Similiter et de tributo, quod Insloto vocatur.*

INSOBRINUS. Capitulare Pipini Regis Italiæ ann. 793. cap. 33. de inlicitis conjunctionibus : *Ita ut qui uxorem consobrino aut Insobrino suo uxorem duxisset, etc.* Forte is dicitur, qui filius *consobrini*.

INSOCIABILIS, ἀκοινώνητος, in Gloss. Gr. Lat. [* Castigat. in utrumque Glossar. addit Reg. : *Incommunicabilis.*]

INSOCIO DARE, *In socio recipere peculia*, in Lege Longob. lib. 2. tit. 32. § 3. [** Roth. 238.] quod nostri dicunt, *Bailler et prendre du bétail à moitié*.

* INSOLA, Insula. Charta ann. 933. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 70 : *Cum ipsa reclausa et cum ipsa piscatoria et cum ipsas insolas, etc.*

1. INSOLARE, ἡλιάζειν, in vett. Gloss. Soli exponere. Vox Plinio lib. 21. cap. 14. et Columellæ lib. 4. cap. 17. 27. lib. 11. cap. 3. lib. 12. cap. 12. 18. nota.

* 2. INSOLARE, Materiaria structura munire. Vide *Solarium* 1. Stat. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 181. col. 2 : *Item quod turres Insolentur prout erit opportunum. Ensoler* vero est solum seu aream domus lapidibus sternere, Gall. *Paver*, in Lit. remiss. ann. 1410. ex Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 240 : *Desquelles pierres le suppliant employa neuf pour Ensoler sa maison.*

INSOLATIATUS. Absque solatio, apud Gunzonem de Miracul. S. Gengulfi num. 17.

INSOLATUS. Vide *Ungeld.*

¶ 1. INSOLENTIA, Desuetudo. *Insolentia armorum et defectus exercitii* militaris, in Litteris Johannis Franc. Regis ann. 1352. apud Acher. tom. 10 Spicil. 218. *Insolentiæ angariarum*, Onera insolita, in Privilegio Ibbonis Archiep. Turon. pro Monasterio S. Martini, apud Mabillon. sæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 746. Tullius dixit *Insolentia sermonis* simili notione.

* 2. INSOLENTIA, Defectus. Lit. ann. 1392. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 514 : *Nolentes Universitatem eandem, quam affectibus intrinsecis in sinu nostræ propiciationis amplectimur, per Insolentiam nostræ provisionis elabi, etc.*

* INSOLENTIÆ, Ineptiæ, Gall. *Sotises*. Synod. ann. 1481. inter Stat. eccl. Tornac. pag. 98 : *Item quia nonnumquam banniti, exules, et alii malefactares ad immunitatem ecclesiæ confugientes, solent ibidem minus devote se tenere,... et persæpe cum impudicis mulieribus in ecclesia tenere, et alta voce cantare Insolentias inhonestas, etc.* Lib. synod. episc. Sagiens. ann. 1557 : *Item inhibemus ne in crastinum nuptiarum fiant in ecclesia.... Insolentiæ fieri solitæ, ut puta larvationes, choreisationes, cantilenæ, etc.*

* INSOLERE, Solere, obtinere. Canon. Abbon. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 630 : *Usque adeo autem hoc Insolevit malum, ut jam quasi ex consuetudine vendantur leges, corrumpantur jura, sententia ipsa venalis sit.*

¶ INSOLERTIA, pro Insolentia, Arrogantia, Gall. *Insolence*. Præfatio Guillelmi Majoris Episc. Andegav. in Statut. ejusd. Eccl. apud Acher. tom. 11. Spicil. pag. 201 : *Ad tutelam bonorum, et malorum Insolertias cohibendas.*

* Haud scio an ita emendandum sit; occurrit enim in Glossar. Gall. Lat. ex Cod reg. 7684 : *Insolertia, niceté, sotie, rudesse, folie*. Vide supra *Insolentiæ*.

* INSOLFUS, *Non ordinato*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

¶ INSOLUBILITER, Modo qui solvi nequeat. *Perpetuo anathematis vinculo Insolubiliter colligamus*, in Epistola Stephani VI. PP. tom. 3. Concil. Hisp. pag. 163. col. 2.

* INSOLVENTIA, Impotentia solvendi debiti, in Indice Onomast. ad tom. 1. Jun. Act. SS.

INSOLUTUS, [Non solutus.] Vide *Ungeld.*

¶ INSOMNITAS, Insomnia, Gall. *Insomnie*, apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 788. in Actis SS. Martii tom. 1. pag. 684. *Insomnietas*, ibid. pag. 725. et in Actis SS. Julii tom. 1. pag. 97.

* INSOMPNIETAS, ut *Insomnitas*, Insomnia. Alex Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 23 : *Quod si hanc jam multo tempore passionem et Insompnietatem patiatur, opii modicum addes.*

* INSOMPNIUM, *Ce que l'en voit par songe*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

¶ 1. INSONARE, Divulgari, rumorem esse. Annal. Genuens. ann. 1164. apud Murator. tom. 6. col. 33 : *Insonuit quod quædam galea iverat in Provinciam.* Et ann. 1230. col. 465 : *Antequam Insonaret vel aliquis rumor esset, quod exercitum facere vellet.*

* 2. INSONARE, Sonare, campanam pulsare, apud Glab. Rodulph. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 17.

¶ INSONTIA, *Innocentia*, Johanni de Janua; *Innocence, non noisance*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

¶ INSOPITABILIS, Qui sopiri seu pacari nequit. *Altercatio enim hæc Insopitabilis est*, in Gestis Consulum Andegav. apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 449.

¶ INSOPIBILIS, Eadem notione. *Insopibilis faber*, apud Martianum Capellam lib. 4. *Insopibilis flamma*, apud eumd. lib. 9.

* INSOPORABILIS, *Indormable*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

¶ INSORDESCENTES, Excommunicati nominatim declarati per annum in excommunicatione perseverantes, qui nullam adhibent diligentiam ad obtinendam absolutionem. Vide Lexicon Hofmanni et Limborch. lib. 3. Hist. Inquis. cap. 18.

¶ INSORDESCERE, Sordidum esse et feculentum. Sidon. lib. 5. Epist. 13 : *Dejectu caducæ frondis ager Insorduit.*

INSORTIARE, [Adversus *sortes* munire.] Vide *Sortiti.*

INSORTICARE, [In *sortes* mittere, Gall. *Ensorceller*, Fascinare.] Vide *Sortiri.*

* INSORTITUS, Non datus in sortem, non possessus. Charta ann. 1096. inter Monum. eccl. Aquilej. pag. 58. col. 549 : *Cultum et incultum, divisum et indivisum, sortitum et Insortitum, etc.* Vide *Insortis.*

¶ INSORTIS vel INSORTUS, Non datus in sortem, non possessus. Vide iu *Sors.*

¶ INSPECIATUS, Deformis, absque specie. Tertull. adv. Valent. cap. 10 : *Substantia informis et Inspeciata.* Rursum utitur alibi.

¶ INSPECIOSUS, Non speciosus. *Puer non Inspeciosus* apud Petronium. cap. 74.

* INSPECTARE, Re inspecta seu considerata judicare. Vita S. Senor. tom. 3. Apr. pag. 75. col. 2 : *Si martyrum res gestas perpendis, in nobis prolixius, quam in illis, martyrium Inspectabis.*

* INSPECTOR, Qui monasteria monialium visitabat invigilabatque ut regula in iis rite servaretur. Charta Lothar. I. imper. pro monial. Ticin. ann. 833. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col.

Digitized by Google

532 : *Meramnum quoque venerabilem abbatem in eodem loco constituimus Inspectorem, quatenus diebus vitæ suæ studio in omnibus regula ibi exequatur S. Benedicti.* Vide in *Visitator.*

INSPECTORES, Iidem, qui *Peræquatores*, qui prædiis inspectis et adæquatis invicem, ea relevant, quibus onus gravius adscriptum est; quæ sunt censita lenius, gravant. Gloss. Lat. Gr. : *Inspector*, ἐπόπτης. Lexicon Gr. ms. Cod. 2062 : Ἐξισωτής, ἐνόπτης, ἀναγραφεύς. Glossæ Nomicæ MSS. : Ἐπόπτης, λέγεται ὁ ἐξισωτής. Glossæ vett. Henrici Stephani : *Inspectores*, οἱ ἔφοροι. Ἐποπτεύεσθαι, apud Theophanem pag. 411. est censui adscribi. Vide tit. Cod. Just. lib. 11. tit. 58. *de Censib. et censitoribus, et peræquatoribus, et Inspectoribus*, et Gloss. med. Gr. in Ἐπόπτης.

Inspectio, ἐποψία. Novella Theodosii 16. de Postulando : *Nulla eis Inspectio, nulla ingeratur peræquatio, nulla operis extructio, nulla discussio, nullum ratiocinium imponatur.*

¶ **Inspectores Inquestarum**, Quibus cura commissa est inspiciendarum seu examinandarum *inquestarum*. Edictum Philippi IV. Franc. Reg. ann. 1291. apud *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. pag. 321 : *Item, precipimus quod omnes Inspectores inquestarum diligenter inspiciant in domibus suis inquestas sibi traditas a Curia, et eas diligenter referant, et ad cameram placitorum non veniant, nisi mandetur pro eis, ut amplius et curiosius vacent in videndis Inquestis.*

¶ **INSPECTURA**, *Visura, speculatura.* Papias. Male in Gloss. Sangerm. MS. num. 501 : *Inspectura, Speculator.*

¶ **INSPERABILITAS**, *Res adeo insperata*, apud Barthium in Gloss. ex Guiberti Hist. Palæst.

** **INSPERARI**, Desperari. Virgil. Grammat. pag. 134 : *Quæ a plerisque garrissimis viris usurpata sunt, aperta definitione Insperari non debent.*

* **INSPERATE**, Ex insperato. Hist. S. Florent. Salmur. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 265 : *Cum gravi exercitu Insperate castellum obsidens, etc.* Epist. Rob. reg. ann. circ. 1022. ibid. pag. 495 : *Si quid mirabile præter solitum Insperate auditur.*

INSPICARE, *Faces fundere.* Papias. [Legendum *Inspicare faces, findere*, ex hoc Virgilii versu 292. Georgicorum lib. 1 :

Ferroque faces Inspicat acuto.

Hoc est, ad modum spicarum in acutum tenuat; unde in MS. Bituric. : *Inspicare faces, proprie est infindere, quasi spicas facere. Inspicat faces, findit.*] [* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641 : *Inspicare, diffendere* (l. diffindere) *vel in modum spicarum condere.*]

* **INSPICIO**, Inspectio. Instr. ann. 1391. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 116. col. 1 : *Item quod prædicti dicentes se nobiles non habent equm seu equos, nec alia arma in domibus ipsorum, ut ex Inspicione secreta, facienda per vestrum officium, poterit apparere.*

¶ **INSPICIUM**, Inspectio. *Extorum Inspicia*, apud Tertull. lib. 1. adv. Marcion. cap. 1. *Extispicium* dixit Sueton. in Nerone cap. 56.

¶ **INSPILIATOR**, Spoliator, latro, grassator, Gall. *Pillard, Brigand, Voleur.* Lambertus Ardensis apud Ludewig. tom. 8. pag. 426 : *Inspiliatores... olim in concavis terræ locis et in absconditis latitantes, et transeuntibus quibuslibet insidiantes, aliis onus decutiunt, aliis gestatoria diripiunt, aliis mortem comminantur, nonnullis etiam ablatis rebus rumpheis et occulis spatulis vel canipulis, sicut sicarii, imo vere sicarii, mortem ingerunt.* Vide *Pilare* 1.

* **INSPINARE**, *i. valde vel intus spinare, Espiner.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

¶ **INSPIRAMEN**, Inspiratio, afflatus. Concil. Tolet. VI : *Hinc enim liquet, quod Inspiramine summi Dei..... superstitiones eorum eradicare elegit funditus.* Occurrit rursus in Concilio Tolet. XVI.

* *Espirer*, pro *Inspirer, animer*, Animare, in Bestiar. MS. :

Espira un nouvel Adan,
Qui pour nous trait paine et aban.

INSPIRATIO. Ex tribus electionum formis, quarum mentio est in Decretalib. Greg. IX. PP. lib. 1. tit. 6. cap. 42. una est quæ *per Inspirationem*, sive *viam Spiritus S.* dicitur fieri : cum scilicet communiter et ab omnibus concorditer, quasi divino Spiritu afflatis, nullo discrepante, aliquis eligitur, absque aliquo tractatu, ex quo nempe præsumi possit aliqua persuasio, vel suggestio in gratiam eligendi. Ericus Upsalensis lib. 4. Hist. Suecicæ pag. 122 : *Tunc quasi per viam Spiritus sancti, tota multitudine acclamante, hic puerulus assumptus est in Regem.*

* **INSPIRATUS**, dicitur de eo, quod subito et quasi divinitus accidit. Mirac. S Verenæ tom. 1. Sept. pag. 172. col. 2 : *Cum filios et filias haberet, erubescens se sanctæ virgini tributum solvere, quod ex hereditate debuit reddere, abduxit se suamque progeniem cum virginis maledictione : quod postmodum rerum eventus ostendit in actione. Nam ipse et ejus conjugata defuncti sunt ambo morte Inspirata.*

¶ **INSPIRITALIS**, Non spiritalis, carnalis, apud S. Paulinum Epist. 22. n. 1. ult. edit.

* 1. **INSPISSARE**, Augere, ampliare. Reg. Phil. Aug. part. 1. sign. 34. bis in Chartoph. reg. fol. 95. v°. col. 2 : *Murus sub circa burgum Inspissabitur tres pedes et levabitur ad ordinem novi muri.*

* 2. **INSPISSARE**, Condensare, spissum reddere. Arnauld. in Rosar. MS. lib. 1. cap. 1 : *Verum tali continua sublimatione depurat, in unum decoquit et Inspissat.*

¶ **INSPISSATIVUS**, Qui spissat et densat. Vide locum in *Recorporare.* Veget. de Re veterin. lib. 2. cap. 30. dixit, *Inspissata caro.*

** **INSPOLIABILIS**, Quod nunquam deponitur. Marius Mercat. pag. 90 : *Habet naturam nostram deitatis Inspoliabile vestimentum.*

* **INSPORTITUS**, dicitur de eo, quod est circa collum, in Lit. remiss. ann. 1399. ex Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 739 : *Petrus Domini obviavit retro conventum fratrum Minorum Tholosæ Sancio de Podio portanti quandam sopam Insportitam sive circa collum, etc.*

* **INSPURUS**, Impurus, nothus. Invent. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Filius et hæres Petri de Lasgo Inspuri quondam... Pertinens et expectans dicto nobili Petro de Lasgo bastardo, etc.* Vide *Vastardus.*

¶ **INSQUILLA**, ut *Squilla*, Tintinabulum, campanula. Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratæ : *Isto die* (Cœnæ Domini) *Insquilla debet esse remota a cathena, usque ad diem Sabbati exclusive : quia in die prædicto hora prandii debet reverti in loco pristino; sed istud pertinet officio reffectorarii removere Insquillam.* Pluries occurrit ibi. Vide *Skella.*

¶ **INSTA**, vox mendosa. Vide *Justa* 2.

INSTABILIS, pro ἀσύζατος, usurpari ab Irenæi interprete observat Jacobus Billius lib. 1. Observationum cap. 33.

¶ **INSTABOR.** Vide mox *Instar.*

* **INSTAGNARE**, Stagnum construere. Concamb. Ebersperg. apud Oefelium tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 44. col. 2 : *In cujus* (prædii) *parte piscinas Instagnari jussit.* Vide *Piscina* 2.

¶ **INSTALARE**, Ad *stelam*, palum vel cippum dehonestare, torque ferreo devincire, Gall. *Pilorier, Mettre au carcan.* Statuta Eccles. Andegav. ann. 1423. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 525 : *Statuimus etiam quod quicumque Deum... abnegare aut quovis modo blasphemare præsumpserit.... pro tertia* (vice,) *si laicus sit, Instalabitur, si Clericus, juxta sui judicis arbitrium ab officio et beneficio deponetur.* [* Perperam pro *Inscalare.* Vide supra in hac voce num. 2.]

¶ **Instalatio**, Illigatio ad *stelam.* Concil. Senon. ann. 1485. apud Acher. tom. 5. Spicil. pag. 619 : *Pro tertia* (vice) *contra assuetos* (blasphemare) *per Installationem* (melius *Instalationem*) *procedendo, sic quod cæteris cedere valeat in exemplum.*

INSTALLARE, [Gall. *Installer*, In Ecclesiastici beneficii possessionem mittere, in *stallum* seu chori sedem inducendo.] Vide in *Stallum* 2.

* *Inseler*, pro in *Stallo* sedere, in Epitaph. Petri *de Rosay* ann. 1439. in eccl. S. Petri Insul. : *Et ceux qui demeurent en l'hostel des clercqs servant en l'église, qui seront présens et Inselez ou cuer, auront chascun une pinte de vin.*

¶ **Installatio**, hac notione, apud Lobinell. in Glossario Hist. Paris. tom. 3. Vide *Instalatio.*

¶ 1. **INSTANS**, Momentum, temporis punctum, Gall. *Instant*, apud Lobinellum tom. 2. Histor. Britan. col. 1604.

* 2. **INSTANS**, vox forensis, *Appellans*, vel qui causam *instat* seu prosequitur. Charta querelarum Cluniac. mon. adversus comit. Cabilon. ann. 1270. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Defuncto Guillelmo comite, successit filius ejus Guillelmus comes pater Instantis comitissæ.... Postmodum ultima infirmitate detentus filiam suam comitissam Instantem coram se mandavit.* Hinc *Instancier*, Causam agere, in Charta ann. 1290. inter Probat. domus de Castelleto pag. vj. : *Que si li clerg ou si li prestre.... tenoient héritage en luditte ville,..... ils en devroient*

Digitized by Google

Instancier pardevant lesdits sieurs enfans.

¶ 1. **INSTANTIA**, Contentio, efflagitatio, Gallis, *Instance*. Bartholomæi Annal. Genuens. ad ann. 1239. apud Murator. tom. 6. col. 482 : *Postmodum dictus Potestas ad Instantiam Domini Petri de Guercio et Bonaventuræ nuntiorum domini Papæ.... remisit banna data prædictis civibus Januæ.* Occurrit hac notione apud Ludewig. tom. 5. pag. 429. Acher. tom. 8. Spicil. pag. 726. in Consuetud. Brageraci art. 80. et alibi.

¶ **Instantivæ Partes**, Eadem notione, in Charta ann. 1311. apud Ludovicum *Laguille* in Probat. Hist. Alsatiæ pag. 60. col. 1.

* 2. **INSTANTIA**, Argumentum. Acta Inquisit. Carcass. MSS. ann. 1308. fol. 4. v°. : *Dicti hæretici.... dicebant, quod Deus non fecerat carnem humanam, nec faciebat florere nec granare, ponentes Instantiam dicti hæretici et dicentes, quod si homo poneret granum bladi super lapides, non nasceretur; sed istud venit ex putredine terræ.*

INSTAR. Gloss. Lat. Gr. : *Instar, similitudo*, ὁμοίωμα, ἀπεικόνισμα. Alibi :] *Ister*, ἕτερ, συνήθεια, τύπος, τρόπος, ubi vir doctus *Instar*, vel *Istar* emendat. Gl. Græc. Lat : Ἀντίτυπον, *exemplum, exemplar, Instur*. Hinc *ad Instar*, i. ad similitudinem. [Gloss. Sangerman. MS. n. 501 : *Instabor, Instar, vel similitudo.*] *Instar, instaris*, ut *nectaris*, Probum dixisse, auctor est Servius ad 2. Æneid. Ita *Instar*, pro imagine usurpant lex 3. de Palat. sacr. larg. (6, 30.) lex 74. de Decurion. (12, 1.) etc. Cod. Th. Interdum pro *similis* usurpatur. Anastasius in Leone III. PP. pag. 121 : *In Basilica B. Pauli Apostoli, atque in Basilica Salvatoris Instur imagines fecit et constituit.* Pag. 136 : *In Basilica S. Dei Genitricis ad præsepe Instar fecit coronam ex argento puro.* Ita pag. 138. 139. etc. Vide Casaubon. ad Apuleii Apolog. pag. 146.

* **INSTARARE**, Definire, statuere. Charta Gerardi de Vanco ann. 1491. ex Bibl. reg. : *Fondo, instituo, doto, ordino, constituo et Instaro sive arreto imperpetuum, etc.*

INSTAURUM, Quidquid ad agriculturam, vel ad prædii *instrumentu* et supellectilem, pertinet, ut sunt animalia, pecora, servi, etc. Anglic. *Store* : Juriseonsulti *Instructum* dicunt. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 548 : *Manerium illud nullum potest sustinere Instaurum, quia nullum habet pratum, etc.* Pag. 924 : *Redditus omnes, Instaura, proventus quicunque singulis annis redigantur in scriptum.* Adde tom. 2. pag. 933. Fleta lib. 2. cap. 72. § 7 : *Inquirere debet de Instauro, in quolibet maneno existente. Instaurum Ecclesiæ*, quidquid ad supellectilem Ecclesiasticam spectat, in Synodo Exoniensi ann. 1287. can. 12. 44. 53. Vide Provinciale Lindwodi pag. 369. 2. Edit. [et Rymer. tom. 3. pag. 16.]

Instauramentum, Eadem notione. Charta ann. 1158 : *Et ipsum brolium, vineas,... et omnino omne Instauramentum suum libertate donavimus in perpetuum.* Occurrit etiam in Charta Ludovici Regis ann. 1158. in Regesto Phil. Aug. Herouvalliano fol 77. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 549. 604. tom. 2. pag. 106. apud Radulphum de Diceto pag. 647. etc. Vide *Staurum*.

Instaurare, Supellectile agraria prædium vel domum rusticam instruere. Charta Joannis Regis Angl. de libertatibus Angl. ann. 1215 : *Et reddat hæredi, cum ad plenam ætatem venerit, terram suam totam Instauratam de carucis et omnibus aliis rebus.* Monasticum Anglicanum tom. 1. pag. 548 : *Hæc est extenta* (i. inquisitio) [potius æstimatio, ut expositum suo loco,] *facta per præceptum domini Regis de terris et tenementis Prioris de Derhurste,... quantum valeant Instaurare, et quantum deinstaurare, etc.* Infra pag. seq. : *Et valet Instauramentum 7. lib. non Instauramentum 5. lib. 17. sol.* [*Ovilia Instaurata pascuis*, in Charta ann. 1063. apud Miræum tom. 1. pag. 152.]

Instauratio, Id quod *Instaurum*. Matth. Paris ann. 1258 : *Rex illi ad Instaurationem parcorum suorum, et ad usum mensæ suæ benigne concederet, ac sub certo numero bestias daret, etc.*

** **Instaurare Judicium**, Judicio securitatem banno regio confirmare, Germ. *das Gericht hægen*. Vide Haltaus. Glossar. Germ. in hac voce col. 775.

¶ **INSTELLARE**, Quasi stellis ornare. Gocelinus in Vita S. Augustini Cantuar. tom. 6. Maii pag. 378 : *Pontificalia insignia... splendidis unionibus et margaritis cum præcellentibus gemmis prætexto auro Instellant.* Vide alium locum in *Similitudinarie*.

* **INSTERILIS**, Cultus, fructuosus. Charta ann. 1361. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 78 : *Tam in pratis, vineis et nemoribus, quam in terris sterilibus et Insterilibus.*

INSTERILITAS. Liber Comitis, seu Lectionarius, editus a Baluzio : *Pro ubertate pluviæ seu temperantia aeris, pro Insterilitate pluviæ, etc.*

¶ **INSTIATIO**, f. pro *Inficiatio*, Negatio. Charta ann. 1300. e Chartulario S. Vandreg. tom. 2. pag. 1295 : *Ob hoc petens dictus Procurator dictorum Religiosorum.... dictum Rectorem condempnari a nobis et compelli ad restituendum eisdem Religiosis possessionem suam... lite supra præmissis ex parte ipsius per Instiationem contestata, juratoque de calumpnia in hujusmodi causa, etc.*

¶ **INSTIGATOR**, Qui instigat, impellit, promovet, procurat. Ausonius Epist. 17 : *Si quid invitis quoque nobis natura fit, superfluus Instigator agitabo.* Sententia Sigismundi III. Imp. de felonia Curlandiæ Ducibus objecta, apud Ludewig. tom. 6. pag. 218 : *Instigator noster sigillatim articulos actionis et citationis suæ contra illustrem Fridericum proponebat.* Et pag. 225 : *Cum itaque Illustritas sua nullam privationi et amissioni feudi causam præbuisset, postulabant eandem Illustritatem suam ab Instigatoris nostri actione liberam pronunciari. Instigator accusationis*, leg. 20. Dig. de his qui notantur infamia (3, 2.)

* Nostris a verbo Instigare, *Instiger* et *Instiguer*, eadem notione. Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 260 : *Jehan le Picart.... eust tant Instigué icellui curé, que il se feust pris à jouer aux dez.* Aliæ ann. 1450. in Reg. 184. ch. 66 : *Guillaume de Montigny Instigu et promeu le suppliant de jouer aux dez. Ancitement* vero, pro *Excitation, instigation*, Persuasio, instigatio, in Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 262 : *Volsus, uns autres riches homs, refu occiz par le commandement le roi, par l'Ancitement Brunehent.* Ita quoque legendum, pro *Anticement*, ibid. pag. 258. ubi Aimoin. lib. 3. cap. 85. ibid. pag. 109 : *Instigante Brunechilde.* Hinc *Encitement* emendandum puto, pro *Enticement*, in iisd. Chron. tom. 7. ejusd. Collect. pag. 127 : *Sus leur coururent soudainement par l'Enticement du deable.* Eadem tom. 8. ejusd. Collect. pag. 332 : *Et tout fesoit il par l'Enticement sa fame.* Ubi Annal. Bertin. ad ann. 879. ibid. pag. 34 : *Interea Boso, persuadente uxore sua, etc. Ennort* et *Ennortement*, eadem acceptione, nostris. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 137 : *Il fist cela par temptation et Ennortement de mauvaise compagnie. Par l'Ennort d'un serviteur la meschine du suppliant se partoit de son hostel*, in aliis ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 280. *Enhort*, apud Math. de Couciaco in Carolo VII. pag. 708.

¶ **INSTILLATIO**, Signum, subscriptio. Ingulphus in Hist. Monasterii Croyland. : *Normanni... chirographa Chartas vocabant, et chartarum firmitatem cum cerea impressione per uniuscujusque speciale sigillum sub Instillatione trium vel quatuor testium astantium conficere constituebant.* Hickesius Dissertat. pag. 74. emendat vel interpretatur *Intitulatione*. Subscriptio dici potuerit *Instillatio* Scriptori Barbarolatino, quod testis nomen suum quasi *instillet* chartæ, quam subscribit.

* Rectius, Testium per eorum nomina appellatio : unde magis arrideret vox *Intitulatio*. Vide novum Tract. diplom. tom. 4. pag. 785.

¶ **INSTINGUERE**, Instigare. Gloss. Lat. Græc. : *Instinguit*, παροξύνει.

INSTIRPARE, Inserere, plantare. Bromptonus pag. 935 : *Intimavit igitur dictus Godwinus proceribus Angliæ, ipsum Alfredum nimiam secum adduxisse copiam Normannorum, ac terras Anglorum eis etiam promisisse, et sic inter eos securum non esse gentem externam et subdolam Instirpare.*

* 1. **INSTITA**, Officina, ut videtur, locus ubi merces venum exponuntur. Charta ann. 1264. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 111. col. 2 : *Ego Otto dictus de Foro... ecclesiæ sanctæ Crucis domum et duas Institas in alto foro Wiennæ civitatis sitas, quinque talenta singulis annis solventes, quarum una videlicet Instita duo talenta, reliqua vero cum domo tria talenta reddit,.... contuli perpetuo possidendas.*

* 2. **INSTITA**, *Vitta seu latum cingulum, ut solet esse id quo parvi in cunis ligantur*, in Gloss. MSS. Bibl. anonymi ex Bibl. reg.

¶ **INSTITÆ**, *Grawatæ, resticulæ*. Gloss. Isid. Emenda cum Pithœo in Excerptis : *Institæ, Grabati resticuli.* Est enim *Instita*, ut exponit Scholiastes Juvenalis ad Satyram 6. *qua lectus intenditur. Fascia* dicitur Ciceroni.

¶ **Institare**, *Mortuum involvere*, apud Papiam, ab institis seu fasciis quibus mortui olim pedes manusque ligabantur. [* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Bandeler, enveloper, Institare.*]

Digitized by Google

¶ INSTITUS, *Luctus publicus*, eidem Papiæ.

** INSTITRIX, Mercatrix in Notit. ann. 1300. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 939.

* INSTITUARIUS. Charta ann. 1201. in Chartul. Cluniac. ch. 219 : *Mediantibus domino H. Cantuariensi archiepiscopo et domino E. Elyensi episcopo et domino Guillelmo filio Petri tunc Instituario Angliæ, etc.* Sic, sed leg. *Justitiario.* Vide *Justitiarius.*

¶ INSTITURA, Institutio, Gall. *Instruction.* Bulla Leonis III. PP. tom. 2. Annal. Benedict. pag. 349 : *Nec in aliquo Episcopus Ambianicæ sedis de Ecclesiis aut Clericis ejusdem loci* (Centulæ) *se intromittat, nisi forte voluntas Abbatis illum rogando invitaverit, ut aliquam consecrationem seu prædicationem aut Institutam exerceat.*

* INSTITUTA, Gall. *Institutes*, Justiniani institutiones. Stat. Mutin. reipubl. ann. 1328. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 908 : *Et unum lectorem forensem ad legendum Summam notariæ et Institutam, ad salarium quinquaginta librarum Mutinensium.* Hinc

* INSTITUTARIUS, Qui iis Institutionibus studet, in Stat. Universit. Tolos. ex Cod. reg. 4222. fol. 45 r°. : *Ordinamus quod omnes bacallarii in jure canonico vel civili, qui debent vel intendunt legere aliquod volumen extraordinarium, exceptis Institutariis seu bacallariis novis, qui nondum alias legerint tanquam bacallarii, omnes incipiant lecturas suas simul.... Institutarii vero et illi, qui de novo et tanquam bacallarii habent vel intendunt incipere Instituta, etc.*

¶ INSTITUTE, Ex professo, ex instituto. Lex Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 9 : *Nunc vero quia de generali omnium progressione prædiximus, restat ut de progressorum virtute vel copiis Institute ponamus.*

1. INSTITUTIO, Precaria, datio ad precariam. Charta Gilleberti Comitis Heduensis ann. 942. ex Tabulario Flaviniacensi : *Si quis autem successorum meorum hanc Institutionem vel precariam.... infringere voluerit, etc. S. Roberti, qui hanc precariam studuit poposcere.... Ego Constantius Levita hanc Institutionem datavi et subscripsi, etc.*

* 2. INSTITUTIO, Tributum, quidquid in præstationem instituitur et indicitur, idem quod *Indictio* 1. Charta Phil. Aug. pro commun. Calniaci ann. 1213 : *Si major et jurati super res burgensium aliquam fecerint Institutionem, sine emendatione alicui exhibenda facient; si vero ab eis qui Institutionem violaverint, nummi accipiantur, ad firmitatem villæ ponentur.* Ibidem : *Nos nullum bannum nec aliquam Institutionem super res burgensium facere poterimus.* Rursum infra : *Si major et jurati et communitas villæ pro negotiis agendis pecunia indiguerint, et collectam aut aliquam Institutionem in villa fecerint super omnes pecunias et hæreditates burgensium, sine forisfacto facere poterunt, et super omnes pecunias, quas in villa lucrantur.*

* INSTITUTOR, Institor, quomodo forte legendum, Gall. *Facteur, commissionaire.* Charta ann. 1339. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 335 : *Stephanus Alamanni junior mercator Tholosæ et Raymundus Bernardi factor seu Institutor ac negotiorum gestor ipsius Stephani, etc.*

¶ INSTIUS, pro Inscius. Canones Pœnit. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 43 : *Qui manducaverit morticinas Instius, XL. dies pœniteat.*

¶ INSTOCIONATUS, Artes magicæ, præstigia, a στοιχεῖον, Elementum, Græcis recentioribus, Dæmon, et Operatio diabolica; unde στοιχειῶν, Magicis præstigiis initiare, στοιχείωσις, Incantatio, verba magica, ut docetur in Glossario med. Græcit. Statuta MSS. Augerii II. Episc. Conseran. ann. 1280 : *Si .. ex meretricio, vel lenocinio, vel Instocinnatu, vel similibus acquisivit, etc.* [* Nisi forte mendum sit pro *Intoxicatus*, Veneficium. Vide *Intoxicare.*]

¶ INSTRICATUM, *Vulneratum*, in Amalthea, ex Glossis Cod. Leg. antiq.

¶ INSTRIGARE, INSTRINGARE. Vide *Intricare.*

¶ INSTRUCTOR, Præceptor, qui instruit, docet, in Spicilegio Fontanell. MS. pag. 214.

¶ INSTRUCTUS, Impulsus, inductus, suasio. Gesta Abbatum Gemblac. tom 6. Spicil. Acher. pag. 524 : *Instructu nostro Abbas et Congregatio prædicti loci Ecclesiam nostram ædificavit.*

* INSTRUGUS, *Lo solazo*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

INSTRUI, Doceri in 1. Constitut. Appendicis Cod. Theodos. quam sublestæ fidei doctiores volunt : *Itaque quia a nobis Instrui voluisti, etc.* [Non absimili notione Quintilianus dixit : *Judex notitia rerum Instruendus videtur.*]

* INSTRUMENTALITER, Vice instrumenti. Stat. synod. Corisopit. eccl. MSS. : *Qui naturas de nichilo creavit, potest unam in aliam mutare; sed a sacerdote virtute verborum fit misterialiter et quasi Instrumentaliter.*

* INSTRUMENTARIUM, Chartularium, liber *instrumenta* continens. Prol. ad Chartul. Casaur. : *Porro librum ipsum Instrumentarium nominari decrevimus, eo quod de instrumentis sit compositus.*

¶ INSTRUMENTATUS, In *instrumento* descriptus. Miracula B. Wernheri Mart. tom. 2. April. pag. 720 : *Dixit se vidisse alia multa plura miracula, quorum multa sunt Instrumentata.*

INSTRUMENTUM, συμβόλαιον, in Gloss. Gr. Lat. Gloss. Lat. Gr. : *Instrumenta*, γράμματα, ἀσφαλίσματα, δριμαιώματα, etc. Mox : *Instrumentum*, ἐξάρτησις γραμματίου, etc. Aliud : *Instrumentum*, γραμματεῖον. Anastasius in S. Julio PP. : *Sive causationem, vel Instrumenta, vel allegationes, aut manumissiones Clerici in Ecclesia per Scriniarium sanctæ Sedis celebrarent.* Gregor. Turon. de Miraculis S. Aridii : *Cum Instrumentis chartarum, quibus Monasterii possessio firmabatur, regionem Burgundiæ adire non distulit.* Infra : *Sed etiam auctoritate regali Instrumenta munivit.* Vide tit. Digest. de Fide instrument. et Glossar. ad Agrimensores.

INSTRUMENTUM, pro veteri ac novo Testamento usurpant non semel Patres.

INSTRUMENTUM, pro libro, non semel usurpat Tertullianus lib. 5. adversus Marcionem, et in Apologetico.

¶ INSTRUMENTUM, Gall. *Instruction*, Institutio, documentum. Guibertus lib. 2. de Vita sua cap. 3 : *Quia igitur fortunas et infortunia mea ad aliorum forsitan qualecumque Instrumentum decrevi contexere, etc.* Mabill. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 180. narrat ab Imperatore Ludovico Monasterii Casauriensis Abbatem institutum fuisse *venerandum Presbyterum, Romanum nomine, probum moribus et regularibus Instrumentis tritum*, hoc est, vel *exercitiis*, vel potius, *institutis* : qua posteriori notione vocem *Instrumentum* accipiendam censeo in Regula S. Benedicti cap. 4. ubi S. Pater disserens de *Instrumentis bonorum operum* e sacris Scripturis profert 72. præcepta vel sententias, quas ait esse *Instrumenta artis spiritalis*, hoc est, Instituta vel præcepta. Simili modo ait cap. 73 : *Collationes Patrum et instituta et vitam eorum, ut et Regulam S. Patris nostri Basilii, quid aliud sunt, nisi bene viventium et obedientium monachorum exempla, et Instrumenta virtutum?*

¶ INSTRUMENTUM QUITTARIUM, Apocha, Gall. *Quittance.* Charta ann. 1319. tom. 2. Histor. Dalphin. pag. 183. col. 1 : *Offert se... eidem restituere literas debitorum principalium prædict. factis solutionibus de eisdem, et Instrumenta quittaria concedere eidem.*

* INSTRUMENTA MUSICA dividunt nostri in *alta* et *bassa*, hoc est acutioris vel gravioris soni. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 337 : *Jehannin Dorgeret menestrel de haux Instrumens, etc.* Aliæ ann. 1392. in Reg. 143. ch. 117 : *En laquelle chambre ilz dancerent aux bas Instrumens qu'ils avoient; et depuis retournerent en ladite sale et dancerent en icelle aux haulx menestriers qui y estoient.* Stat. ann. 1407. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 198 : *Menestriers joueurs d'Instrumens, tant haulx comme bas etc.*

¶ INSTUFFARE, Instruere, *Etoffer.* Vide *Stuffare.*

INSUABILIS, Insuavis. Glossar. Gr. Lat. MS. Ἀνήδονος, *injocundus, Insuabilis.* Edit. *Insuabis.*

INSUADIBILIS, *Incredibilis, sine artificio, piger*, apud Papiam.

¶ INSUBIDUS, *Setosus*, in Gloss. Sangerman. MS. n. 501. Gellius lib. 19. cap. 9. utitur pro Invenusto, inconsiderato, imprudenti, ut et comparativo *Insubidior*, lib. 6. cap. 1. et lib. 13. cap. 20. *Insubide*, lib. 1. cap. 2.

¶ INSUBLUM, ἄντιον, ἔνθα ὑφαίνουσιν αἱ γυναῖκες, *Liciatorium unde telam mulieres texunt*, in Supplem. Antiquarii et in Glossis Lat. Græc. Sangerman. Vide *Insubulare* et *Recla.*

* INSUBLUS, ut mox *Insubulus.* Charta Petri Candiani ducis Venet. ann. 971. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1525 : *De lignamine autem promittimus ut portare non debeamus ulmos,... nec aliud lignamen, quæ ad nocumentum sint Christianis, nisi tantum portare debeamus Insubli* (sic) *de fraxino, qui sint longi pedes quinque et lati uno semisse tantum.... Licentiam eis tribuimus portandi Insuglos* (sic) *et asses, etc.*

Digitized by Google

* **INSUBSISTIBILIS.** Mirac. S. Bertini tom. 9. Collect Histor. Franc. pag. 119 : *Arreptoque itinere Insubsistibili cursu directim tendebant ad munitiunculam.* Id est, Continuo cursu, non subsistendo, Gall. *Sans s'arrêter.*

¶ **INSUBSTANTIALIS**, Cujus nulla est substantia. Fragmentum Candidi Arriani ad Marium Victorinum, apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 155 : *Etenim vere substantia, subjectum quiddam est. Quod autem subjectum est, simplex non est... Sed enim simplum est Deus. Insubstantialis ergo Deus. Si autem Insubstantialis, nullum ergo Consubstantiale a Deo est.*

¶ **INSUBSTANTIVUS**, Eadem notione. Interpres Irenæi lib. 1. cap. 10 : *Pater cujus pater nemo est, qui incogitabilis et Insubstantivus.*

¶ **INSUBULARE**, *Perforare*, Johanni de Janua, *ab in et subulo. Dicitur Insubulus quoddam instrumentum in texendo telam, scil. circa quod pannus vel stamen involvitur, quia Insubulatur, i. perforatur, ut possit involvi et retineri pro voluntate texentis : vel componitur ab infra et supra, quia infra et supra est. Insubulum* dixit Lucretius, *Insubulus* vero Isid. lib. 19. Orig. cap. 29. et Guibertus lib. 1. de Pigner. Sanctorum cap. 3. § 1. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Insubulare, Enveloper*, involvere.

* **INSUBULUS**, Liciatorium, Gall. *Ensouple* vel *Ensuble*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg 7657 : *Insubulus, lignum textorum, ubi stamen involvitur, quia insubulatur. Insubulus, lo subio da texere*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Insubulare.*

¶ **INSUCCARE**, ἐγχυμίζειν, in Glossis Lat. Græc. Succo immergere. Sic Columella lib. 7. cap. 4 : *Sæpius lana diducenda vinoque et oleo Insuccanda.*

¶ **INSUDUM**, pro Sudum. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. : *Insudum*, ἄνυδρον, ἄβροχον, Sine aqua, sine pluvia.

INSUETARE, *Insuete invadere, vel insultanter.* Papias. [*Insolenter*, in Gloss. Sangerm. MS. n. 501.]

¶ 1. **INSUFFICIENS**, Non sufficiens, apud Tertullianum adv. Hermog. cap. 15.

* 2. **INSUFFICIENS**, Prorsus sufficiens, quantum satis est. Pactum inter reg. episc. et consul. Caturc. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 487 : *Item poterunt* (dicti consules) *creare curatores et gardiatores... affachamorum,.... et aliorum opera mecanica exercentium et aliarum mercaturarum Insufficientium in dicta civitate.*

¶ 1. **INSUFFICIENTIA**, Tertulliano lib. ad Uxorem : *Secularis concupiscentia causas habet gloriam, cupiditatem, ambitionem, Insufficientiam*, id est, Insatiabilitatem; quia nihil satis est insatiabili cupiditati.

¶ 2. **INSUFFICIENTIA**, Inscitia, imperitia, Gall. *Insuffisance*, Ital. *Insuffienza.* Alexander PP. ad Archiep. Januensem ann. 1159. apud Murator. tom. 6. col. 273: *In tantam audaciam vesaniamque prærumperunt, quod mantum, quo nos renitentes et reluctantes, quia nostram Insufficientiam videbamus, juxta morem Ecclesiæ prior diaconorum induerat, tanquam arreptivum a collo nostro propriis manibus violenter excussit.*

¶ 3. **INSUFFICIENTIA**, Indigentia. *Insufficientia sustentationis*, in Charta ann. 1259. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 311. qua quis non habet quæ sufficiant ad vitam sustentandam.

* Facultatis inopia. Stat. colleg. Navar. ann. 1315. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 516. v°. : *Item* (jurabunt) *quod fidele testimonium perhibebunt de conditionibus bonis vel malis suorum scolarium, et eorum sufficientia vel Insufficientia ad audiendum logicam.*

INSUFFLARE, [Despuere.] Vide *Exsufflare.*

* A Latino, *Insuffler* nostri dixerunt, pro Inspirare. Pœnit. Adami MS. cap. 9 : *Quand Dieu en sa Trinité eust Insuffié et mis en toy l'esperie de vie, etc.*

* **INSUGLUS.** Vide supra *Insublus.*

INSULA, Domus ab aliis separata. Gloss. Lat. Gr. : *Insula*, νῆσος, συνοικία. Anastasius in S. Silvestro PP. pag. 17. 18 : *Insulam Attitiæ et Montem Argentarii præstantem solidos sexcentos.* Mox : *Insulam, quæ dicitur Assis in territorio Portuensi.* Vide Festum et Scriptores Latinos. Scribit Odo Gesseus in Historia Aniciensi lib. 1. cap. 24. Podiensis urbis partem inferiorem divisam esse in 22. regiones, vel partes, quas vulgo *les Isles* vocant. *Insula*, per excellentiam Britannia dicta. Vide Notas Stephani Stephanii ad Saxonem Grammaticum. pag. 194.

¶ **INSULARE**, *In insulam convertere.* Laurent. in Amalthea ex Apuleio, qui habet lib. de Mundo sub finem : *Audivimus regiones quæ prius fuerunt continentes, hospitibus atque advenis fluctibus Insulatas.* Eadem habet S. August. lib. 4. de Civ. Dei cap. 2.

INSULARIS POENA, Exilium, relegatio in insulam, apud Ammianum lib. 15 : *Correptos aliquot vexatosque tormentis... Insulari pœna mulctavit.*

¶ **INSULARIUS**, Custos *Insulæ* seu domus ab aliis separatæ, Gall. *Concierge.* Gloss. Isid. : *Viticus*, (villicus) *Actor, exactor villæ pensionum, Insularius.* Supplem. Antiquarii : *Insularius*, Ἐνοικολόγος, *Inquilinus.* Lex 5. D. § 1. de instit. act. (14,3.): *Si quid cum Insulario gestum sit, vel eo quem quis ædificio præposuit, etc.* Rursum occurrit leg. 4. de præf. vigil. (1,15.) et alibi non semel, præsertim apud Jurisconsultos.

¶ **INSULATUS**, Nulli contiguus, undique separatus et commeabilis, Gall. *Isolé. Altare Insulatum*, in Actis SS. Maii tom. 6. pag. 831.

¶ **INSULETUM**, Parva insula, apud Rymerum tom. 11. pag. 453. col. 1.

* *Yslement*, pro *Insulaire*, Insularis, habitator insulæ, in Lit. remiss. ann. 1412. ex Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 279 : *Comme le suppliant se feust mis en un vaissel en la compaignie du maistre et autres marineaulx d'icellui vaissel pour aller pescher,... ilz furent prins par les Anglois et Yslemens, qui les menerent prisonniers ès ysles de Gersie.*

* **INSULERE**, Aggredi, oppugnare. Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 380 : *Unde ipse et alii inimici nostri ausum ceperunt dictum fortalitium Insulendi de nocte et scalandi, et ipsum ceperunt.* Vide *Insultus.*

* **INSULGERE**, Resilire, Gall. *Rejaillir.* Lit. remiss. ann. 1412. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 32 : *Aqua ex motibus et saltibus ipsorum balneantium Insulgebat.*

* **INSULTARE**, Invadere, aggredi. Acta B. Franc. Fabr. tom. 3. Apr. pag. 989. col. 2 : *Insultaverunt dictum Guilielmum et ejus socios, cum armis et lanceis muniti.* Vide *Insultus.*

¶ **INSULTUS**, Aggressio, assultus, oppugnatio, quævis expeditio militaris. Charta ann. 1236. ex parvo Chartul. S. Victoris Massil. fol. 153 : *Volentes ne dicti homines teneantur ire in aliquem Insultum, vel aliqua malefacta.* S. Ludovicus in Epist. ad Matthæum Abb. San-Dionys. tom. 2. Spicil. Acher. pag. 550 : *Civitatem Carthaginensem cepimus per Insultum*, id est, facta impressione, Gall. *d'assaut.* Similis locutio occurrit apud Rymer. tom. 1. pag. 189. *Insultum facere*, Aggredi, adoriri, oppugnare, in Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 276. et 567. *Insultus manualis pugnæ*, apud eumdem Murator. tom. 8. col. 602. *Insultus et invasiones violentæ*, in Chronico Trivetti apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 676. *Insultus inimicorum*, in Charta ann. 1356. apud Ludewig. tom. 5. pag. 497. Alii non pauci, nullo tamen satis idoneo auctore vocem *insultus* usurpant pro Injuria, Ludibrio, Gall. *Insulte*, Ital. *Insulto :* qua notione Quintilianus dixit *Insultatio.*

* *Insultation*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1370. ex Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 83 : *Icellui Vigier se lança audit Robin, lequel doubtant la puissance et Insultation dudit Vigier, le féri un seul coup. Insult* vero, pro *Emeute, tumulte*, Commotio, tumultus. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. ch. 397 : *Comme le suppliant feust avecques ses familiers et mesnage au lieu de la Nozierre du conté de la Marche,.... avint que oy Insult et cry de gens arrivans audit lieu,... lesquelz ainsi armez.... de fait le assaillirent.* Aliæ ann. 1451. in Reg. 185. ch. 196 : *Et aloient les dessusdiz faisans ladite commotion et Insult parmi la ville, en hurtant et taboulant aux huis et portes des hostelz de laditte ville de Mirande. S'Entrassaier* autem est se se incitare, incendere, in Poem. Rob. Diaboli MS. :

De tels poroles s'Entrassaient, etc.

¶ 1. **INSULUM**, pro Insula, ut conjecto. Chron. Veron. ad ann. 1334. apud Murator. tom. 8. col. 649 : *Recensus est ignis in Insulo superiori Veronæ et crevit in tantum, quod dictum Insulum cum toto lignamine et cum toto ponte novo combustum est.*

2. **INSULUM**, [ut *Insubulum*, de quo in *Insubulare.*] Vide *Recla.*

¶ **INSUMERE**, Incipere, inchoare. Charta Theobaldi Comitis de Juramentis e Chartul. S. Magdal. Castrodun. fol. 1 : *Ne alicui liceret exibere sancta ad sacramenta juranda in villa Castriduni preter ministris prefate Ecclesie omnibus duellis vel sacramentis, que in curia eorum Insumpta vel arramissa fuissent... judicia vero que tunc temporis de ferro esse solebant in curia eorum seu prepositorum ipsorum Insumpta, in prenominatu Ecclesia ferrentur... exceptis sacramentis que unus homo fecerit alteri, si*

Digitized by Google

fuerint adramissa ante me vel ante Prepositum meum in parochiis illis in quibus Insumpta fuerint, expectabuntur et agentur.

¶ **INSUPER ANNUM**, Per annum, anno currente. Absolutio pœnitentialis impertita in consecratione Ecclesiæ S. Mariæ de Correno ann. 1065. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 441 : *Pœnitens qui ad eam* (Ecclesiam) *in consecratione ejus advenerit... si mors in capite anni vel Insuper annum, ex nostra parte absolutus permaneat; et si in alio anno annualiter vel Insuper annum, in ea absolutione permaneat.*

¶ **INSUPER HABERE**, Negligere, contemnere, παροράω, πλημμελεῖν, in Gloss. Lat. Gr. *Constantiam non Insuper habendam intelligit*, apud Gellium lib. 1. cap. 19. *Lacrymis Insuper habitis*, apud Apuleium lib. 4. Miles. *Qui delinquit in animam suam, Insuper habebitur*, Eccli. 19. 4. Vide Cujacium lib. 11. Observat. cap. 11.

INSUPERSERTUS, pro Supra insertus. Charta Cuonradi Regis Burgundiæ ann. 25. in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 14 : *Volumus, ut dictus Clericus Beroldus, quemadmodum Insupersertas habes, omnem de nostra parte obtineat vigorem, etc.*

¶ **INSUPORTABILIS**, Non ferendus, intolerabilis, Gall. *Insupportable. Si quandoque videtur tibi abstinentia Insupportabilis, cogita de Domino Jesu*, in Libro de doctrina Novitiorum Ord. Grandimont. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 1835.

¶ **INSURDARE**, Surdum efficere. Arnulfus Sagiensis apud Murator. tom. 3. pag. 432. col. 1 : *Sed quoniam nocturnus bubo lucem diurnam non sustines intueri, cæcus aures arrige, nisi et easdem Insurdaverit obstinatio cordis.*

¶ **INSURGERE**, Urgere, excitare, impellere. Conversio Willelmi Vicecomitis Massil. ann. 1004. Annal. Benedict. tom. 4. pag. 176 : *Sicut mos est servorum Dei, cœperunt Insurgere, quatenus sæcularem militiam relinquerem et Deo militarem, multa de sanctis Scripturis nuntiantes.*

¶ **INSURRECTIO**, Rebellio, apud Rymer. tom. 8. pag. 124. etc.

¶ **INSUSPENDIUM**, Catena ferrea vel lamina denticulata lebetibus in foco suspendendis, Gall. *Cremalliere. Insuspendium sive cumasclum*, in veteri Charta Conventus Augustinianorum Castellanæ in Provincia.

¶ **INSUSPICABILIS**, Qui non potest in suspicionem venire. Occurrit Eccli. 11. 5. et 25. 9. apud Acher. tom. 10. Spicil. pag. 119. D. Calmettum in Charta ann. 852. Hist. Lothar. tom. 1. col. 305.

¶ **INSUSTENTABILIS**, Intolerabilis, qui non potest sustineri. Oratio Manassæ Regis Juda : *Insustentabilis ira comminationis tuæ super peccatores.*

INSUSURRARE, Occulte detrahere, in Glossar. Saxon. Ælfrici; diglice tælan.

* **INSUTURA**, Sutura, Gall. *Rentraiture.* Arest. ann. 1395. 13. Febr. in vol. 8. arestor. parlam. Paris. ubi de pannis, qui venum exponi non debent : *Sub hac alta tonsura.... latitare poterant.... Insuturæ, quæ Gallice dicuntur Entraictures.*

¶ **INT**, pro Eunt. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. et [Supplem. Antiquarii : *Int*, πορεύονται.

¶ **INTABERNATUM VINUM**, In taberna venale. Charta ann. 1194. apud Thomasserium in Biturig. : *Si vinum Intabernatum prius fuerit, non cessabit a venditione pro banno.*

* **INTABULAMENTUM**, Stylobata, Gall. *Pié d'estal*, alias *Entablement*. Vide *Tabulamentum* 1. Invent. S. Capel. Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg. : *Item unum vas argenti deauratum cum duobus angelottis dictum vas sustinentibus supra quoddam Intabulamentum ad arma Franciæ.* Propriori sensu, eo scilicet quo nunc vox *Entablement* intelligitur, Altaris corona seu posticum altaris, occurrit in eodem Inventario : *Item caput beati Ludovici regis supra Intabulamentum altaris repositum, auro, gemmis et lapidibus pretiosis ornatum, etc.* Vide *Postabula.*

1. **INTABULARE**, [In tabulas referre. Bulla Innocentii VIII. PP. in Continuatione M. Bullarii Rom. pag. 290. col. 1 : *Intonetur prima antiphona Matutinarum per primum clericulum et innocentem chori Intabulatum ad primum Responsorium.*] Vide *Tabulæ Officiales*, [** et Haltaus. Glossar. German. voce *Land-tafel*, col. 1185.]

* 2. **INTABULARE**, *Intabulatum* seu crepidinem construere. Reg. Phil. Aug. part. 1. sign. 34. bis in Chartoph. reg. fol. 95. r°. col. 1 : *Apud Compendium debet... murum elevare, ita quod habeat quatuor tesias in altum usque ad antepectus, et quatuor pedes de alatorio, et debet proficere et Intabulare usque murum intus et exterius de calce.*

* Aliud vero sonat vox Gallica *Entabler*, supra tabulam scilicet merces venum exponere, in Stat. pro pannif. Rotomag. ann. 1424. ex Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 151 : *Ne pourra nul enesser ne Entabler drap retrait, sur paine de cent solz d'amende.*

* **INTABUS**, *La guanzata*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Academ. Crusc. *Guanciata*, colaphus, alapa.

¶ **INTACIBILIS**, Qui non tacet. *Intacibili ore Sancti protestans mirabilia*, in Actis Episcoporum Tullensium apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1087.

* **INTAGIATUS**, **INTAGLIATUS**, Italis *Intagliato*, Incisus, cælatus. Stat. Placent. lib. 6. fol. 82. v.° : *Vendentes scarpas vel calzarios non possint accipere, videlicet de pari scarparum ab homine, quæ sint scarpæ subtiles, integræ vel Intagiatæ, ultra duos solidos et duos denarios.* Charta ann. 1375. ex Tabul. Cassin : *Prædicti magistri Joannes et socii promiserunt facere chorum ipsius ecclesiæ.... ornatum et Intagliatum foliis et aliis figuris.* Vide supra *Entalliatus.*

INTAKERS, Prædonum genus, Ridesdaliam, seu extremam Angliæ plagam Borealem habitantes, sic dicti, quod a participibus suis, quos *Outparters* vocant, prædam e finitimis Scotiæ deportatam, recipiebant. Illi, quasi *intra recipientes* : isti, velut *foris partes* seu *rem agentes*, recentius *Out putters*, nuncupati. Fit amborum mentio in Stat. ann. 9. Henrici V. cap. 8. Spelm.

¶ **INTALEATUS**, Incisus, sculptus, Gall. *Entaillé. Imago Intaleata in marmore albo*, in Chronico Placentino Joh. Demussis apud Murator. tom. 16. col. 544.

¶ **INTALIA**, Incisio, sculptura, Ital. *Intagliamento*, Gall. *Entaille*, *Sculpture.* Chronic. Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 403 : *Deinde fecit fieri portas faciei Ecclesiæ S. Mariæ... portas scilicet marmoreas cum Intaliis intus pulcherrimis, sicuti apparent de præsenti.*

¶ **INTALIATI SOTULARES**, Calcei certa ratione *taliati*, incisi, Clericis vetantur in Concilio Complut. ann. 1325.

INTALLIATÆ TERRÆ, Cowello et Jurisconsultis Anglis dicuntur, quæ cuiquam, et certis non hæredibus suis, in genere conceduntur sub certa conditione. Vide *Feudum Talliatum.*

* **INTAMBURARE**, Accusare aliquem per schedulam in capsula, *Tamburum* ob ejus formam dicta, missam, Ital. *Tamburare.* eadem notione. Vide Acad. Crusc. in hac voce. Stat. ant. Florent. lib. 5. cap. 98. ex Cod. reg. 4621. : *Vigore, causa, prætestu seu occazione* (sic) *alicujus Intamburationis factæ vel fiendæ de aliquo cive,... seu alicujus cedulæ vel scripturæ missæ.... in capsa seu tamburo, etc. Nullus processus per viam Intamburationis seu inquisitionis, vel alio quovis modo possit inchoari.... Quicumque autem deinceps Intamburaverit vel Intambulari fecerit contra prædicta aliquem ex popularibus antedictis, condempnetur.... in libris quingentis.*

¶ **INTAMINARE**, Contaminare. *De sacrosancto altario Intaminare*, in Capitulis Synodor. Orientalium, tom. 2. Concil. Hispan. pag. 329.

¶ **INTANGIBILIS**, Qui tangi nequit, nulli patens incommoditati, nulli molestiæ. Vita MS. S. Winwaloei fol. 74 : *Locus quidam* (Landevenecum) *apricus et amœnissimus atque ab omni pene vento, excepto paululum orientali, Intangibilis, velut quidam paradisus ad ortum solis splendide conspicuus, etc.*

¶ **INTANTARE**, Spondere, promittere, Charta Amiciæ Comitissæ Leicestriæ ann. 1204. Histor. Harcur. tom. 4. pag. 2174 : *Insuper ego Intantavi domino Philippo Francorum Regi ut si forte soror mea uxor Soheride Quciaco in hoc ex casu fratris meis aliquid reclamavit, ego ad laudem ipsius Regis de terra mea de Anglia eidem sorori meæ partem suam assignabo.* Lubentius legissem *Creantavi*, pro quo librarius parum attentus ex veteri Charta facile exscribere potuit *Intantavi.* Vide *Creantare.*

INTANTO, pro *Interea temporis*, idiotismus Italicus, in Vita S. Zitæ Virginis Lucensis n. 34. et in Vita B. Luchesii Tertiarii n. 5.

INTAPHA. Jornandes de Rebus Geticis : *Ponteque rursus in Danubio pari modo constructo, duobus mensibus, crebris fatigatus Intaphis, octo millia perdidit armatorum.* Orosius, a quo sumpsit, lib. 2. cap. 8 : *Insuper repentinis incursibus extrema copiarum dilacerantibus, etc.* Ubi pro *Intaphis*, legendum censuerim apud Jornandem, *Intaphiis* aut *Entaphiis*, ita ut Græcam vocem expresserit, ἐνταφίους, id est, funeribus. Nam ἐνάφια vocabant Græci lintea sepulcralia, quibus cadavera involvebantur, sepulcro mox recondenda; unde ἐνταφιασμός pro pollinctura et funeratione usurpatur. Vide Xiphilinum in Severo, Heliodorum lib. 4. Longum lib. 4. Pœmenic. etc. Gloss. Gr. Lat. : Ἐντάφιον, *Libitina*,

Digitized by Google

Ἐνταφιεπώλης, *Libitinarius*. Ἐνταφιάζω, *Funero*. Ἐνταφιαστής, *Pollinctor*. Adde Fullerum lib. 6. Miscellan. cap. 18.

☞ Fere crediderim *Intapham* vel *Intaphum* a Jordane dictum pro Italico *Intoppo*, quod occursum significat. Quanta sit *Intaphorum* Jornandis cum *Incursibus* Orosii connexio, qui non videat, arbitror fore neminem. [* Consulendus omnino Martinius in Lexico ad hanc vocem.]

INTARDUS, Celer, velox. Thwroczius in Sigismundo cap. 2 : *Proceribus comitantibus Intardus ad Budam descendit.*

INTARTA, [Rebellis.] Vide *Antartes*.

¶ **Intartizare**, Rebellare, Ibidem.

INTASSARE, [In struem seu *tassum* ordinare; messem, fœnum congerere, Gall. *Entasser*. Charta ann. 1247. e Tabulario Portus Regii : *Tenentur mestivarii garbas in granchia Intassare.*] Vide *Tassus*.

¶ **Intaxare**, Eadem notione. Tabul. Calense pag. 196 : *Omnes hospites ad terras prædictas pertinentes tenentur pratum Saheri affenare, ad domum adducere et Intaxare.*

* **Intassator**, Qui in acervum congerit. Charta ann. 1312. in Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 179 : *Cum corveis debitis pro feno dictorum pratorum adunando et Intassando; pro quibus corveis, adunatoribus et Intassatoribus dicti feni decem et octo denarii dumtaxat annuatim debentur.* Vide *Entassator* et *Intassare*.

INTECTAMENTUM, Tegmentum, σκέπασμα σέγης, in Gloss. Gr. Lat. ubi videntur dividendæ voces, σκέπασμα, σέγη.

* Nostris *Entoyer*, Tela involvere. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 338 : *Un trellis nuef à Entoyer un lit, etc.* Unde *Détayer*, Pulvinaris tegmen lineum detrahere, in aliis Lit. ann. 1396. ex Reg. 151. ch. 6 : *Icelle exposant print oudit hostel la taye de la couste d'un lit, que elle Détaya.*

¶ **INTEGERRITAS**. Vide *Integritas*.

* **INTEGRALIS**, Integer, non divisus. Vide *Feudum Integrale* supra in v. *Feudum*.

* **INTEGRALITAS**. Stat. colleg. Navar. ann. 1315. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 516. v°. : *Si quis vero minutus fuerit poterit per tres dies comedere in sua camera, et poterit vocare aliquem socium, ut sibi societatem faciat, et habebunt suam Integralitatem portionem.* Sed leg. *Integralem*. Vide supra *Integralis*.

¶ 1. **INTEGRALITER**, Omnino, plene, prorsus, Gall. *Entierement*. Transactio Caroli II. Regis et Comitis Provinciæ cum Capitulo S. Salvatoris Aquensi ann. 1292. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues* : *Integraliter et sine diminutione aliqua perveniat omni modo.* Litteræ ann. 1332. apud Ludewig. tom. 5. pag. 253 : *Integraliter restituere tenebimur et complete.* Occurrit alibi non semel.

¶ 2. **INTEGRALITER**, Integre, sincere, sine dolo. Litteræ ann. 1261. apud Rymer. tom. 1. pag. 727 : *Quid autem super præmissis feceritis et responsionem, nobis per vestras patentes literas festinanter et Integraliter rescribatis.* Aliæ ann. 1337. apud eumd. Rymer. tom. 4. pag. 774 : *Solvere promisimus, et promittimus bona fide in Durderaco sexdecim milia florenorum de Florentia boni auri justi ponderis... Integraliter absque dolo.*

* Hinc nostris *Enterin*, *Entier*, pro Integer, probus. Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. Paris. fol. 291. ter. v°. : *Item il convenroit passer par la force de plusieurs seigneurs, qui ne sont pas si Entiers, ne si loyaus aus Chrestiens, comme il deussent.* Le Roman *de Garin* :

Garin parole qui ot cuer Enterin.

Guill. Guiart. ubi de stemmate reg. :

Par le reaume et l'Empire
Meuvent o eus li pélerin,
Qui vers Dieu ont cuer Enterin.

Inde etiam *Entérieté*, pro *Intégrité*, *pureté*, Integritas, castimonia, in Hist. Florid. ad calcem Joan. *de Saintré* pag. 725 : *Quintement Lucresse estriva pour l'Enterieté de son corps.*

1. **INTEGRARE**, in lege 8. D. de Tutel. et ration. distrah. (27, 3.) [*Quamvis jure postliminii tutelam pristinam possit Integrare*, hoc est, denuo inchoare, renovare, instaurare : qua notione non semel occurrit apud Livium et alios.]

* 2. **INTEGRARE**, Ratum habere, approbare, Gall. *Entériner*; unde *Integratio*, approbatio, *Entérinement*. Arest. ann. 1410. 8. April. in vol. 11. arestor. parlam. Paris. : *Ipsas litteras præposito Parisiensi præsentassent ipsarum Integrationem requirendo... Litteras nostras Integrando, etc.* Vide infra *Interinare* 1.

* 3. **INTEGRARE**, Perficere, complere, nostris alias *Entériner*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. *Entayrar*, *Prov. Integrare*. Charta ann. 1337. ex Tabul. S. Albini Andegav. : *Ad vallandum, ratificandum et approbandum eosdem, et iniendum, perficiendum, concordandum, Integrandum et passandum, etc.* Stabil. S. Ludov. ann. 1270. cap. 1. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 109 : *Li prévost fera tenir et Entériner ce qui sera conneu et ce qui est accoustumé selon droit. Intérinner*, eodem sensu, in Lit. ann. 1371. tom. 5. earumdem Ordinat. pag. 460. et *Entringner*, in Stat. ann. 1390. tom. 7. pag. 359. Hinc *Entéreing*, Integer, absolutus, in Lit. Guid. de Rupe dom. d'*Athines* ann. 1259. inter Probat. Hist. Villehard. pag. 8 : *De totes detes et de tos empruns ou nobles dux Hugues dux de Bourgoigne nous ai esté tenus,... nos an avons receu paement Entéreing.* Et *Entérinité*, Perfectio, complementum, apud Christ. Pisan. in Carolo V. cap. 33. part. 1. Edit. D. *Le Beuf* pag. 139 : *A la parfin fu déterminé et dit que.... n'estoit point de nécessité que à la perfection et Entériuité du corps ressuscité de Jhesu Crist, ravoir tout le sang respendu en l'arbre de la croix.*

¶ **INTEGRATUS**, Ratus, approbatus. *Lecta, publicata, registrata et Integrata seu interinata*, ex Charta anni 1461. Histor. Harcur. tom. 3. pag. 702.

* **INTEGRE**, Omnino, prorsus, nostris alias *Entérignement*. Charta ann. 1317. ex Chartul. 21. Corb. : *Sive in censibus, in rentis, in terris arabilibus... et Integre absque aliquid excipere, etc. Pleniérement et Entérignement*, in Charta ann. 1269. ex Lib. nig. episc. Carnot. Alia Guil. de Veteri-ponte ann. 1289. in Chartul. S. Joan. de valle : *Pourceque les choses qui sont commenciées en bonne foy, o très bonne foy Entérignement doient estre parfetes, etc.* Vide *Integraliter* 1.

* **INTEGRESCERE**, Augescere, proficere, Gall. *Se perfectionner*. Acta S. Lupi episc. Trec. tom. 7. Jul. pag. 75. col. 2 : *Integrescit in illis quoditie fidei sacramentum.*

INTEGRITAS. Charta Caroli C. Regis Franciæ ann. 845. in Tabulario S. Mauri ad Ligerim : *Has denique res cum omni Integritate, id est, cum colonis et servis ibi commanentibus, cum domibus, et suprapositis, cum terris cultis et incultis, etc.* Vide aliam ejusdem Caroli Chartam apud Loisellum in Bellovaco pag. 242. Passim.

¶ **Integerritas**, Eadem notione. *Duas partes sylvæ cum Integerritate*, in Hist. Mediani Monasterii pag. 243.

¶ **INTEGRITER**, Omnino, plane, prorsus, Gall. *Entierement*, tom. 9. Spicil. Acher. pag. 257.

* **INTELLECTE**, Intelligenter, Gall. *Avec Intelligence*. Synod. Tornac. ann. 1366. inter Stat. ejusd. eccl. pag. 10 : *Ex quibus confitentes rei peccati possunt intelligere quid dicatur, et Intellecte, confiteantur, si autem rei non fuerint, non tenentur.*

¶ **INTELLECTIBILIS**, Jo. de Janua, *Intellectu comprehensibilis; unde Intellectibiliter et Intellectibilitas* : *Intellectibilité, Intelligence*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.

* *Entendable*, eodem sensu, in Lit. ann. 1312. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 508 : *Les paroles de cette ordonnance, jaçoit qu'elles soient claires et Entendables, etc.*

¶ **INTELLECTUALITAS**, Intelligentia. *Habere Intellectualitatem*, Tertulliano de Anima cap. 38. *Sine ullo Intellectualitatis acumine*, apud Guibertum lib. 2. de Pigner. SS. cap. 2. § 1.

¶ 1. **INTELLECTUS**, Salvus conductus, commeatus, publica fides. [* Minus bene, ni fallor; videtur enim eo sensu accipiendus, quo Italis *Intelletto*, Intelligentia, cognitio, consilium.] Bartholomæi Annal. Genuens. ad ann. 1238. apud Murator. tom. 6. col. 478 : *Postmodum Vintimilienses timore coacti, quidam ex ipsis civitatem Vintimilii ascenderunt, et quidam venerunt absque ullo Intellectu sibi dato ad mandatum Communis* (Januensium, quibuscum belligerabant,) *et in quadam galea fuerunt tamen Januam missi manibus post terga ligatis.* Col. 482. ad ann. 1239 : *Unde magnus rumor fuit in civitate Januæ, et omnes cucurrerunt ad arma; et Potestas facto maximo parlamento, misit pro Guilelmo Spinola, Sorleone Pipere, Sazio Pipere, Antonio Embrono, Raymundo de Volta, Balbarino et quibusdam aliis, ut venirent ad mandatum suum et Communis Januæ; et nolnerunt venire... unde Potestas eas condemnavit; et sequenti die fecit devastari domum et locum Raymundi de Volta apud Pavairanam, et misit ad faciendum fieri quastum aliis rebellibus. Item fieri fecit parlamentum maximum, in quo dato bono Intellectu per quosdam homines, qui favebant Potestatem, Raymundus de Volta, Guilelmus Spinula, Antonius Embronus... et plures alii venerunt ad mandatum Potestatis, et juravе-*

Digitized by Google

runt mandata Potestatis Januæ in omnibus et per omnia observare.

* 2. **INTELLECTUS**, Animi affectio, Gall. *Sentiment.* Epist. Saladini ad Pisan. inter not. ad Hist. Sicul. Boninc. part. 1. apud Lam. in Delic. erudit. pag. 208 : *Tribuat vos Deus in bonis Intellectis et in bonis operibus... Et de hoc quod nobis laudatis et estis lœti de nostris rebus, hac de causa vos magis diligimus propter bonum Intellectum, quantum ergo nos habetis.*

* 3. **INTELLECTUS**, Conscientia, Gall. *Participation.* Acta Inquisit. Carcass. MSS. ann. 1308. fol. 24. v°. : *Ne aliquis extraneus, qui non esset de intentione et Intellectu facti, intraret cameram.*

¶ **INTELLIGENTIA**, Gall. *Intelligence*, Concordia, consensus, conspiratio, fœdus. Litteræ Henrici VII. Angl. Regis ann. 1496. apud Rymerum tom. 12. pag. 637 : *Facere et firmare cum prædictis Rege et Regina, consanguineis nostris, confœderationem, amicitiam, ligam et Intelligentiam strictam vel minus strictam.* Litteræ Caroli VIII. Franc. Regis ann. 1497. apud Ludewig. tom. 6. pag. 97 : *Quod vero Rex Romanorum jactitat, nos sibi quedam revelasse de Intelligentiis que a nobis adversus se, ut ait, per Almaniam diriguntur, nihil propterea commoveri debetis.*

¶ **INTELLIGENTITAS**, Id quo quis intelligit, seu habet intelligentiam. Responsio Victorini Rhetoris ad Candidum Arianum, apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 161 : *Sunt quædam ejus quod sit natura manifesta... ut spiritus, νοῦς, anima, cognoscentia, disciplina, virtutes, λόγοι, opiniones, perfectio, exsistentia, vita, intelligentia, et adhuc superius existentialitas, vitalitas, Intelligentitas, et supra ista omnia ὄν.*

INTELLIGERE. Lex Salica tit. 38 : *Ipsum vero quadrupedem, qui est auctor criminis, pro medietate compositionis restituat requirenti, eo videliæt modo, si dominus quadrupedis non Intellexerit secundum legem se defendere.* Phrasis Gallica : *S'il n'Entendoit pas se défendre selon la Loi;* id est, si non in animo haberet, si nollet, etc. Adde tit. 37. § 8.

* **INTELLIGERE SE IN ALIQUA RE**, Gall. *s'Entendre en quelque chose*, apud Cencium : *Qualiter judex et scriniarius a pontifice Romano instituuntur. Cum præsentatur domino papæ ille, qui judex est ordinandus, examinatur prius a Cardinalibus qualiter se in legum doctrina Intelligat.* Eodem sensu *multum in aliqua re Intelligere* dixit Cicero.

INTELLIGIBILIS, Vir intelligens, peritus, *Intelligent.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 31 : *Recordationem Curiæ Regis nulli negare licet, alias licebit per Intelligibiles homines placiti, et nemo de capitalibus placitis testimonio convincatur.* Adde cap. 48. *Home Entendable*, in Legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 28.

* Alias *Entendable.* Bestiar MS. :

> Salemons dist en sa sentence
> Que Crist est de Dieu sapience,
> Uns esperis monteipleable,
> Soutil, mouvant et Entendable.

INTELLIGIBILE TEMPUS, seu *Ætas intelligibilis*, qua scilicet infantes rationis, et *intelligendi*, quæ agunt, sunt capaces, in Capitulari Aquisgranensi ann. 817. § 44. et in Addit. 1. Lud. Pii cap. 36.

¶ **INTELLIGIBILIA**, Animæ corpore per mortem exutæ. Translatio S. Wandregisili Abb. tom. 5. Julii pag. 294 : *Successit autem ei in regimine vir venerabilis Abba Johannes... quo etiam inter Intelligibilia disposito, ex discipulis ejusdem patris Baudemundus vocabulo successit.* S. Ambrosius Epist. 65. n. 1 : *Acri præsertim ingenio etiam Intelligibilia complectens*, i. res spiritales et intellectu difficiles.

¶ **INTELLONEM**, *Folles lucernarum.* Gloss. Isid. ad quas Grævius : Hæc sunt monstra, quæ Herculi domanda relinquimus.

* **INTEMERATUS**, f. pro Immoderatus. Charta ann. 1252 : *Monachi et conventus ejusdem loci* (Fontisfrigidi) *Intemerato furore et ingenti audacia accedentes ad locum prædictum, etc.*

INTEMPERANTIA, pro *Intemperies.* Saxo Grammaticus lib. 8 : *Per summam cœli Intemperantiam.*

INTEMPERATA Nox, pro *Intempesta*, apud Aurelium Victorem Schotti in Posthumo. [* Castigat. in utrumque Glossar. : *Intemperata*, ἄκρατος. addit Reg. *Intempesta nox, Intemperata.* Germ. *Intemperata, noxia, intempesta.*]

¶ **INTEMPERIUM.** Joh. de Janua : *Intemperies, et hoc Intemperium, ubi nulla securitas et nullum temperamentum est; Ce ou il n'a nul attrempement*, in Gl. Lat. Gall. Sangerm.

INTEMPORALIS, Intempestivus, apud Cælium Aurelianum lib. 1. Acutor. cap. 9. ubi et *Intemporalitas* occurrit, *Intemporaliter*, i. intempestive, cap. 15. Adde lib. 2. cap. 10. etc. alias

INTEMPORALITER, est sine tempore, vel temporis mensura, semper. Lex Wisigoth. lib. 4. tit. 5. § 6 : *Deus, justus Judex, qui justitiam Intemporaliter diligit, non vult justitiam servire tempori; sed tempora potius æquitatis lege concludit.*

INTEMPORANEUS, *Intempestivus*, in veterib. Glossis ad Boetium de Consolat. Philos.

* **INTEMPTABILIS**, Ἀπείραστος. Germ. *Intemperabilis*, in Castigat. ad utrumque Glossar.

¶ **INTEMPTIO**, Actio. Vide *Intendere* 7.

¶ **INTENAGLIARE**, Candenti forcipe membra discerpere, Gall. *Tenailler*, Ital. *Tenagliare.* Chron. Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 411 : *Intenaglietur super plaustro, et postea in rota ponatur.*

1. **INTENDERE**, [Non attendere.] Salvianus lib. 4. de Gubernat. Dei : *Dicentes, Deum incuriosum, Deum non Intendentem, Deum negligentem, etc.*

2. **INTENDERE**, [Attendere, audire.] Epistola Mauricii Imp. ad Childebertum Regem Fr. tom. 1. Hist. Franc. : *Præfatos Legatos vestros suscepimus... atque his, quæ nuntiata ab eis sunt, placidis auribus Intendentes, competens eis dedimus responsum.* [Huc referri possunt variæ Scripturarum locutiones, *Intende mihi, Intende orationi meæ, Intende deprecationem meam, etc.*]

* *Estre Ententiex*, eodem sensu, in Cons. Petri de Font. cap. 21. pag. 118. art. 4 : *Li hons soit Ententiex à toutes les paroles ke on dira en cort. Intendu* vero, pro *Assigné, marqué*, Constitutus, assignatus, in Lit. remiss. ann. 1374. ex Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 503 : *Toutesvoies ledit escuier ainsi navrez attendi l'espace de quarente jours ou plus, Intenduz par la coustume du pays à laisser, ainçois que l'on puisse faire contrevengemens. Faire entendant* præterea dixerunt nostri, pro *Faire entendre*, significare, dictis imponere. Lit. remiss. ann. 1447. in Reg. 178. ch. 257 : *Ainsi qu'icelle femme engroississoit, disoit et faisoit Entendant icellui Frobert à l'oncle d'icelle, qu'elle lui sembloit estre ytropite.*

3. **INTENDERE**, Velle, decernere. Thwroczius in Geiza Maguo cap. 54 : *Quæsivitque a Salomone, si apud Geisam et Ladislaum essent tam boni Milites. Salomon autem Intendens laudare Hungaros, impræmeditate respondit : Multi sunt, inquiens, etiam multo meliores.* Phrasis, qua etiamnum Galli utimur, [quæque pluries Latine legitur apud Rymerum tom. 2. pag. 322. apud Ludewig. tom. 6. pag. 185. etc. Haud ita absimili ratione Tullius : *Si Antonius quod animo Intenderat, perficere potuisset.* Et Terentius : *Repudio consilium quod primum Intenderam.*]

INTENTUS, Consilium, animus, mens, nostris *Intention.* Anastasius in Martino PP. *Commoverunt eum, ut de tali hæretico Intentu recederet.* Alii Codd. habent, *hujus hæresis Intentione.*

¶ **INTENTUM**, Eadem notione. *Frustratus Intento*, in Chronico Trivetti apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 645. *Juxta Intentum*, apud Ludewig. tom. 6. pag. 212.

¶ 4. **INTENDERE**, Intelligere, interpretari, Gall. *Entendre.* Vita S. Catharinæ Senensis, tom. 3. April. pag. 926 : *Prophetarum verba... cum magna reverentia suscipienda sunt semper, et cum discretione Intendenda.*

¶ 5. **INTENDERE**, Existimare, habere. Pactum ann. 1330. apud Ludewig. tom. 5. pag. 552 : *Ut nobis obediant, pareant et Intendant tanquam ipsorum dominum justum.* Gallice : *Qu'ils nous obeissent et nous Regardent comme leur veritable seigneur.*

¶ 6. **INTENDERE**, Tendere, ire, proficisci. Charta ann. 1420 : *De inveniendo unum hominem ad arma, et duos sagittarios ad equitandum, et de Intendendo, ad Alençon.* Altera ann. 1423. tom. 3. ejusd. Hist. pag. 711 : *De inveniendo unum hominem ad arma, et duos sagittarios ad arma, et post guerram de Intendendo ad Falaise, et apud Caen vigesima die Maii.*

7. **INTENDERE**, Judicio contendere, litigare. Gregor. Tur. lib. 10. cap. 10 : *Cumque uterque in præsentia Regis Intenderent, et Chundo diceret, nunquam a se hæc præsumpta, quæ objiciebantur, etc.*

* 8. **INTENDERE ALICUI DE RE ALIQUA**, Hanc illi ad suum commodum præbere. Charta ann. 1325. apud Oefelium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 750. col. 1 : *Ita tamen quod ipsi cum castro suo Aschawe debeant Intendere domino regi et suis per duos annos continuos... Adjecto quod dominus rex et sui possunt se ad castrum et de castro prædicto contra suos adversarios defendere et juvare.* Vide *Feudum receptabile.* [** Plura apud Haltaus. voce *Dienstgewærtig* col. 225.]

Digitized by Google

* 9. **INTENDERE Se**, Se introducere, Gall. *s'Introduire*. Charta ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 179. col. 2 : *In qua alberguaria, si dictum portale apperiretur, inimici domini nostri regis se possent secrete Intendere, et deinde adhitum aliis inimicis domini nostri regis per muros sive per dictum portale dare.*

* A verbo *Tendere* et *Intendere*, iisdem quibus Latini usurparunt notionibus, forformatum videtur Gallicum *Téser* et *Entéser*. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 61 : *Le mestre artillier leur baillet ars si fors, comme il les pooit Teser.* Lit. remiss. ann. 1373. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 241 : *Icellui Jehan persévérant en sa mauvaise volenté Entésa ledit coustel pour férir ledit Colin.* Aliæ ann. 1380. in Reg. 118. ch. 74 : *Seurvint sur le lieu Jehan le Marostiau de Justines tenant en sa main un baston, appellé hache Danoise, laquelle il Entésa et se efforsa de en férir le suppliant, et quant ledit suppliant vit ladite hache Entésée, doubtant de mort etc.* Aliæ ann. 1396. in Reg. 151. ch. 12 : *La vire ou boujon dont ledit du Quesnoy jouoit et que paravant il avoit Entézé, etc.* Denique aliæ ann. 1479. in Reg. 206. ch. 279 : *Le suppliant en son arc bendé qu'il avoit mist une fleche en coche et Enteza sondit arc pour donner crainte à icellui Fauvel; mais ne tira aucunement.* Le Roman *d'Alexandre* MS. part. 2 .

Et Porus a pris l'arc, si le va Entésant.

* Hinc *Destéser* et *Détéser*, pro Clavam, contra aliquem ad illum feriendum intentam, aut quodlibet aliud instrumentum, demittere. Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 135. ch. 112 : *Icellui Jaquemin sailli avant en tenant un gros et pesant baston, appellé fourchier, lequel il leva et Destésa pour férir ledit exposant.* Aliæ ann. 1390. in Reg. 140. ch. 11 : *Icellui Bertaut doubtant que ledit de la Lande ne Détesast et frapast d'icelle massue etc.* Vide supra *Esmerare*.

Intentio, Contentio, controversia, discordia, lis. Glossæ Basilic. ἐντευτίονα, ἀρχὴν τῆς εἰσαγωγῆς interpretantur. Anonymus in Gestis Constantini Magni : *Intentio orta est in urbe Roma inter Symmachum et Laurentium.* Vetus Agrimensor pag. 296 : *His enim* (limitibus) *testimonium finium intelleguntur, et agrorum Intentio, et certamen auferetur.* Gregorius Turonensis lib. 9. Hist. cap. 9 : *Ut inter terminum utriusque Regni nulla Intentio aut direptio gereretur.* Utuntur S. Ambrosius Epist. 9. 25. Hormisdas PP. in Epistolis non semel, idem Gregorius Tur. lib. 6. cap. 17. Fredegar. in Chron. cap. 72. Præceptum Lud. Pii de Divisione Regni cap. 10. Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 2. § 10. Lex Longob. lib. 2. tit. 14. § 1. 26. tit. 21. § 12. tit. 22. § 3. tit. 55. § 10. [** Roth. 153. Liutpr. 145. (6, 92.) 15. (3, 1.) Ludov. P. 2. Roth. 370.] Bracton. lib. 4. tract. 2. cap. 2. veteres Tabulæ apud Ughell. tom. 1. pag. 959. etc. Hinc Itali *Tentione* dicunt, vel *Tenzone*, pro *contentio*, et nostri olim *Tençon*, pro objurgatione, ut *Tencer*, vel *Tancer*, pro *objurgare*, accusare, postremum ab *Intentionare*. Vetus Consuetudo Andegavensis : *Meurtre si est quant l'en tue homme ou femme, de jour ou de nuit, en son lit, ou en autre maniere, pourquoi ce ne soit en meslée, ou sans' Tancer, ou sans les deffier.* Vetus Versio Gallica Biblior. Gen. 13 : *Facta est rixa* : *Tensons monterent entre les Pasteurs.* Philippus *Mouskes* in Hist. Fr. MS. :

Et si tenoit del Duc grant terre,
Dont il n'avoit Tence ne guerre.

Infra :

Et prist Danfront et Alençon,
Et les garni par Contençon.

Ab *Intentio*, formata vox

Intentionare, Litem, *intentionem*, seu controversiam alicui movere, [** in chart. Longob. ann. 724. apud Brunett. tom. 1. pag. 471. lin. 32.] in veteri Charta apud Ughellum tom. 3. pag. 301. et in aliis Mathildis Comitissæ ann. 1073. 1079. apud Franciscum Mariam in eadem Mathildi pag. 106. 109. 152. et in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 117. [in Charta ann. 1149. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 407.] Itali *Tentionare* eadem notione dicunt. Matth. Villaneus lib. 3. cap. 78 : *Il lor Principi cominciarono a Tentionare del Senato.*

Intentiatum, pro *Intentionatum*, seu controversiæ datum, habetur in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 57. Est etiam

Intentio, Accusatio, in leg. 4. Cod. Th. de Famosis libellis (9, 34.); vel actio, ut l. unic. de Dolo malo, (2, 15.) eod. Cod. et in aliquot Legibus Digest.

¶ **Intemptio**, Actio. Chartul. S. Vandregesili tom. 2. pag. 1999 : *Pronunciavimus dictum Militem in probatione Intemptionis suæ penitus defecisse.*

Intentor, Actor, accusator. Charta eræ 1267. tom. 5. Monarch. Lusitan. pag. 307. v. : *Et qui furtaret, pectet novem, et habeat Intentor duos quiniones.*

¶ 1. **INTENDIMENTUM**, Ital. *Intendimento*, Gall. *Entendement*, Angl. *Intendement*, Mens, intelligentia; Item Fraus, fallacia, dolus, ut supra vox *Ingenium*. Bulla Nicolai III. PP. ann. 1278. apud Rymer. tom. 2. pag 122 : *Si regali Magnificentiæ placeat, ad subveniendum terræ prædictæ absolute, absque Intendimento aliquo, publice ac solemniter, prout tantum Principem decet, salutiferæ crucis caractere insigniri, nostri propositi est, et parati sumus Excellentiæ suæ, postquam taliter crucesignatus fuerit, decimam concedere postulatam.*

¶ 2. **INTENDIMENTUM**, Anglis *Intendement*, Intellectus, significatio vocis vel sermonis. Conventiones inter Reges Aragoniæ et Sicil. ann. 1291. apud Rymerum tom. 2. pag. 503 : *Tractatum est insuper quod, si præfatus Rex Aragoniæ in prædictis... defecerit, justo impedimento cessante, remoto omni captioso intellectu verborum, ad bonum et rectum Intendimentum... regna et terræ suæ in statum pristinum... relabantur.*

* *Entendement*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1385. ex vol. 7. arestor. parlam. Paris. : *Aucuns haineux du suppliant l'ont fait emprisonner pour cause desdittes paroles, voulans par haine aggraver au sincoper lesdittes paroles et l'Entendement d'icelles.*

* **INTENEBRICATUS**, Tenebricosus, tenebris offusus, Ital. *Intenebrato*. Vetus Interp. Comment. Orig. in Matth. tract. 35 : *Iniqui in erroribus Intenebricati tenentur.*

* **INTENIS**. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Dejun, Prov. jejunus, Intenis.*

* **INTENSITAS**, Intensio. *Liber de Intensitate et extensitate*, in Catalog. Oper. B. Raym. tom. 5. Jun. pag. 699. col. 1.

¶ **INTENTA**, pro *Extenta*, Æstimatio, Codex agrorum vectigalium, in quo æstimantur census et alia hujusmodi, in Chartis Dumbensibus non semel.

* **INTENTABILIS**, Tentationi non obnoxius. Vetus Interp. Comment. Orig. in Matth. tract. 35 : *Divinitas Intentabilis erat.* Vide *Intentatilis*.

¶ **INTENTARE Actionem**, Litem intendere, inferre, in Charta ann. 1341. apud Ludewig. tom. 5. pag. 532. Vide *Intendere* 9.

¶ **INTENTATILIS**, Qui non potest tentari. Gloss. Lat. Græc. : *Intentatilis, ἀπείρα-στος.*

¶ **INTENTATIO Criminum**, Accusatio, apud Tertull. Apolog. cap. 46. Vide *Intendere* 7.

¶ **INTENTATOR**, Qui neminem *tentat* seu sollicitat ad malum : *Deus enim Intentator malorum est; ipse autem neminem tentat*, Jac. 1. 13.

INTENTATUS. Fleta lib. 2. cap. 76. § 6 : *Boves debiles et male Intentati, veteresque vaccæ et steriles.*

* 1. **INTENTIO**, Contentio, controversia, accusatio. Vide in *Intendere* 7.

* 2. **INTENTIO**, Actio in jure, qua quis pro re quapiam litem *Intendit*. Arest. ann. 1300. fol. 45. v°. : *Quare petebant procuratores hominum dictarum villarum pronuntiari, quod ad ipsos homines pertineat jus pasturandi bestias suas in dictis nemoribus... Pronuntiatum fuit per curiæ nostræ judicium ipsos homines dictarum villarum Intentionem suam sufficienter probasse. Intendit*, eadem notione, in Stat. ann. 1364. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 512 : *Tant pour le débat des Intendiz qui sont à vous à accorder, etc.* Vide *Intemptio* post *Intendere*, 9.

* 3. **INTENTIO**, Finis, limes, Gall. *Etendue*. Charta ann. 1029. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Chron. Pontif. Leon. Urbevet. part. 1. pag. 174 : *Qualiter nos Deo adjuvante canonice diffiniremus Intentionem plebium, quas Aretina ecclesia detinet in Senensi comitatu... Paratus fines suæ ecclesiæ diocesis ostendere et possessionem ecclesiasticam et mundanam ad partem sanctæ Aretinæ ecclesiæ jurare.* [** Contentio de plebibus.]

* 4. **INTENTIO**, Propositum, animus, Gall. *Intention, projet*. Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 24. v°. : *Ne aliquis extraneus, qui non esset de Intentione et intellectu facti, intraret cameram.* Lit. ann. 1357. ex Chartul. 23. Corb. : *Supertunicale accepit et super suam broetam seu exadum in Intentione de ipsis reddendi et restituendi, si quis eos peteret, posuit.*

* 5. **INTENTIO**, Indicium, Gall. *Indication*. *De diversis Intentionibus medicorum*, apud Arnald. Villanov.

¶ **INTENTIONARE**, [* Charta ann. 1076. apud Murator. in Antiq. Estens.

Digitized by Google

pag. 186 : *Quod si ammodo quolibet modo præsumpserimus molestare, tollere, contendere, vel minuere, intromittere, Intentionare aut per placitum fatigare ausi fuerimus, etc.*] Vide in *Intendere* 9.

¶ **INTENTISSIME**, Diligentissime, apud S. Augustinum l. de Moribus Eccl. Cathol. cap. 19. et in Litteris ann. 1523. apud Ludewig. tom. 5. pag. 311.

* *Entencieux*, Intentus, Gall. *Appliqué, occupé*, apud Monstrelet. cap. 47 : *Le duc Jean de Bourgongne si estoit moult Entencieux et curieux d'assembler gens de guerre.*

INTENTIVA, διάτονος, in Gloss. Græco-Lat. scil. pars ea Musicæ, quam διάτονον vocant Vitruvius lib. 5. cap. 4. et Martianus Capella lib. 9. cui *Extenta* dicitur.

¶ **INTENTOR**, Actor. Vide *Intendere* 7.

¶ **INTENTUM**, Intentus. V. *Intendere* 3.

¶ **INTEPIDUS**, Valde cupidus. Vita S. Winwaloei, tom. 1. Martii pag. 254 : *Infans discendi Intepidus sub unius diei articulo cunctas Latinæ linguæ didicit literas.*

1. **INTER**, pro Tam, quam, phrasis Gallica. Tabularium Abbatiæ Bellilocensis in Lemovicibus Ch. 51. et 140 : *Ut quandiu ego usufructuario teneam, et annis singulis, et tempore messionis, et tempore vindemiæ Inter panem et vinum modicum census persolvam.* Ch. 110 : *Vendo... aliquid de allodo nostro, hoc est*, 5. *denariatus Inter vineas, et terram, quam comparavit pater meus.* Ch. 126 : *Duodecim denariadas de vinea Inter vineas, et boscum.* Ch. 157 : *De mancipiis vero ad ipsam curtem pertinentibus, sive fugam lapsis, et unde aliunde transgressi sunt, cedo, etc.* Charta ann. 1236. in Probat. Hist. Sabaud. : *Sex modia Inter bladum et vinum ad mensuram de Seduno.* Occurrit præterea in Capitul. Caroli M. pro partibus Saxon. cap. 14. in Vita S. Licinii Episc. Andegav. cap. 4. n. 23. in Vita S. Ruperti Episc. Salisburg. n. 6. Apud Petr. de Vineis lib. 2. Ep. 41. Sanutum pag. 225. etc.

* Testam Petri de S. Hilar. ann. 1177. ex Bibl. reg. cot. 17 : *Dimitto viginti solidos Melgorienses et sexaginta sol. Melgor. Inter meum corpus procurandum et Missas quæ dicantur pro remissione peccatorum meorum.*

Inter, pro Penes, apud, usurpat Lucifer Calaritanus : *Inter te*, pro Apud te.

¶ Inter Canem et Lupum, in Placitis ann. 7. et 24. Eduardi I. Regis Angl. apud Thom. *Blount* in Nomolexico v. *Inter*, Gall. *Entre chien et loup*, ut jam dictum in *Canis*.

* 2. **INTER**, pro Intra. Inventar. MS. thes. Sed. Apost. ann. 1295 : *Item unam cupam.... in summitate cujus est unum pomellum de esmalto; Inter autem in fundo est unum esmaltum rotundum.*

¶ **INTERAMNIUS**, Interamnus, Inter amnes situs. Vocem *Interamnus* usurpant Lamprid. in Alexandro Severo cap. 56. et Solinus cap. 32. Glossæ Isidori : *Interamnia chorda, quæ frequentius est inter amnes.* Excerpta : *Interamnia chorda, quæ frequentius est inter amnes itur ultra.* Patet aliquid mendosum esse et superfluum. Sic legerem *Interamnia chora* (a Græco χώρα, locus, regio) *quæ est inter amnes.* Grævius intelligit partem Ægypti inferiorem circa Alexandriam, quæ per excellentiam *Chora* dicitur, ut erudite docuit Harduinus in Geographicis ex nummis illustratis in Κλιθιανῶν.

INTERANEA. Vide *Intrania.*

¶ **INTERARE**, ab Hispano *Enterar*, Notum facere. Chronic. Andreæ Danduli apud Murator. tom. 12. col. 486 : *Per alias nostras litteras denotavimus vobis inauditum scelus per proditores præsumtum : sed illud ad cautelam vobis providimus seriosius Interare.* [* Si legendum non est, quod puto, *Intimare*. Vide in hac voce.]

¶ **INTERASILIS.** Vide *Interrasilis.*

¶ **INTERATA**, ἐξεντερισθέντα, *Exenterata*, in Supplemento Antiquarii. [* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. leg. *Exinterata* vel *Exenterata*. Vulc.]

* **INTERCALARITA**, *La interposicione.* Glossar. Lat. Ital. MS.

* **INTERCALLIS**, Interscalaris, *Estre, estalon*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide infra *Interscalare.*

INTERCAPEDINARE, vox formata ex *Intercapedo*, διάστημα χρόνου, in Gloss. Græc. Lat. Intercapedinem, sive intervallum facere. Ursio in Actis S. Marcelli PP. et Mart. lib. 2. cap. 3 : *Intercapedinante etiam noctis spatio, etc. Intercapedinatam prolixitatem*, dixit Martianus Capella lib. 9. [Fulgentius lib. 1. Myth. : *Intercapedinante pavoris prolixitate.*]

** **INTERCAPITARE**, In capita distribuere. Virgil. Grammat. pag. 5 : *Ut renovatior fiat natura legentis vicissitudinibus librorum suorum frequenter divisa Intercapitant opuscula.*

INTERCAPTIO, διάστημα, in Glossis Græco-Latinis, Intervallum. [* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. : *Intercapcio, ambulacrum, etc.* Germ. *Intercapedo.*]

¶ **INTERCAPULUM**, μετάφρενον, in Glossis Lat. Græc. Sangerman. Pars dorsi inter scapulas seu humeros. [* Leg. *Interscapulum.* Vide *Interscapilium.*]

¶ **INTERCARAXATUS.** V. in *Charaxare.*

1. **INTERCEDERE**, dicebantur Episcopi, cum pro reis, causa cognita, veniam a judicibus postulabant : officium quippe Sacerdotis esse putabant pro iis intervenire : quod si non obtinerent, offendebantur, ut qui, quod erat officii sui, non reportassent. Constitutio Honorii et Theodosii, edita a Sirmondo in Appendice ad Cod. Theodos. : *Eam quoque Sacerdoti concedimus facultatem, ut carceris ope miserationis aulas introeat, medicetur ægros, alat pauperes, consoletur insontes : et cum singulorum causas cognoverit, Interventiones suas apud judicem competentem suo jure moderetur.* Vide Constitutionem sequentem 14. et leg. 15. et 16. Cod. Th. de Pœnis. (9, 40.) De ejusmodi Episcoporum pro reis intercessionibus agit non semel S. Augustinus Ep. 52. 53. 54. 228. 230. lib. 3. contra Crescon. cap. 47. 48. lib. 5. de Civitate Dei cap. 26. Possidius in Vita ejusdem S. August. cap. 20. Fortunatus in Vita S. Germani Paris. cap. 62. etc.

Maxime vero intercedebant pro iis, qui ad Ecclesias confugiebant. Concilium Arausic. I. can. 5 : *Eos, qui ad Ecclesiam confugerint, tradi non oportere, sed loci reverentia et Intercessione defendi.* Adde Concilium Arelat. II. can. 30. et Leges Wisigoth. lib. 9. tit. 3. § 4. ubi *Intervenire* suadentur Episcopi ac Sacerdotes pro iis, qui ad Ecclesias confugiunt. Vide præterea Avitum Vienn. Epist. 39.

Quibus vero Episcoporum, vel Ecclesiæ intercessione culpæ aut criminis venia a judicibus, aut, si servi essent, a dominis concedebatur, iis canonica ab Ecclesia imponebatur pœnitentia, quam illi obituros sese ultro spondebant, veniam alias non consecuturi, quod ex Concilio Remensi can. 7. colligitur. Vide *Pœnitentes.* [** De sanctis *intercedentibus* pro fidelibus vide Glossar. med. Græcit. voce Πρεσβεύειν, col. 1223.]

2. **INTERCEDERE**, Spondere, fidejubere, obligari. Libertates concessæ villæ Montisbrusonis a Guigone Comite Forensi mense Nov. ann. 1223. MSS : *Item dedit et concessit, ne occasione mutui, vel espleit, vel fidejussionis, vel Intercessionis, aliquid ab aliquo eorum, vel ab aliqua retineat, vel extorqueat aliquo tempore, vel machinetur extorqueri. Item ut ipse non compellat aliquem per se, vel per alium, ut sibi vel alii aliquid mutuet, aut accommodet, vel fidejubeat, vel Intercedat.* Ita usurpant Jurisconsulti, quos adi.

¶ Intercessorio Nomine Obligari, de sponsore dicitur qui obligatur pro alio, in Statutis Massil. lib. 1. cap. 66.

* **INTERCEDIMENTUM**, Pactum, sponsio, fidejussio, obligatio. Charta Ludov. Bavari imper. ann. 1332. apud Oefelium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 770. col. 2 : *Tractatus, placita et Intercedimenta cum eis habita, cum singulis et universis punctis in dictis tractatibus contentis, præsentis scripti patrocinio perpetue valituro roborantes approbamus, etc.* Vide *Intercedere* 2.

¶ **INTERCEPTIO**, Interceptura. Vide *Intercipere.*

¶ **INTERCESSIO.** Homagium Arti Comitis Britanniæ præstitum Regi Franciæ ann. 1202 : *Diffidavit Johannem Regem Angliæ pro Intercessionibus, quas ei fecerat de ultima guerra.* Sed procul dubio legendum *Interceptionibus*, Aggressionibus. Vide mox in *Intercipere.*

* 1. **INTERCESSOR**, Præs, sponsor, fidejussor, Gall. *Caution, répondant.* Lit. Joan. XXII. PP. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Bonincont. Hist. Sicul. part. 3. pag. 281 : *Prius conveniendum esse principalem, quam Intercessorem.* Stat. Avenion. Mss. fol. 22. r° : *Omnes autem dilationes supradictas fidejussoribus et omnibus aliis Intercessoribus in omnibus prædictis casibus duplicamus. Fidejussores et alii Intercessores ad tenenda ostagia nullatenus compellantur.* Vide *Intercedere* 2.

* 2. **INTERCESSOR**, βραβευτής. addit Reg. *Dispensator. Intercedo*, βραβεύω. addit Reg. *Ministro, guberno.* Ita Castigat. in utrumque Glossar. Vide *Intercessores* 1.

1. **INTERCESSORES**, dicuntur Episcopi, qui sede vacante Episcopatum administrabant, donec proprius aliquis esset, qui hodie *Administratores*, quod forte vacantem cathedram illiusque possessionem adirent. *Intercessores* enim Latini διαδόχους τῆς οὐσίας vocabant, ut est in veteribus Glossis, in quibus etiam *Intercessio*, redditur, προσέλευσις τῆς οὐσίας, aditio hæredi-

Digitized by Google

tatis. Concilium Carthaginense V. aliis III. can. 8 : *Constitutum est, ut nulli Intercessori licitum sit cathedram, cui Intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis vel seditionibus, retinere, sed dare operam, ut intra annum eisdem Episcopum provideat. Quod si neglexerit, anno exempto Interventor alius tribuatur.* Quæ totidem verbis habentur in Concilio Carthag. VII. sub Bonifacio et Celestino PP. can. 41. et in Capitul. Caroli M. lib. 7. cap. 89. [** 120.] At qui *Intercessor*, vel *Interventor* hic dicitur, μεσίτης vocatur in Canon. Eccl. Africanæ can. 74. in Epigraphe vero canonis, ἐπίσκοπος ἐπιξενούμενος, his verbis : περὶ τοῦ μὴ ὀφείλειν ἐπίσκοπον ἐπιξενούμενον καθέζεσθαι ἐν ᾗ καθέδρᾳ ἐπιξενοῦται. Vide *Interventor*. [** et Glossar. med. Græcit. voce Μεσίτης, col. 911.]

2. **INTERCESSORES**, Executores, qui a Rectoribus Provinciarium dabantur, præsertim ad exigenda debita fiscalia et publicas functiones, ut leg. 1. Cod. Th. de Pignor. (2, 30.) ad quam consulendus Jac. Gothofredus. Vett. Glossæ : *Intercessor*, ἐκδοσίης.

INTERCHARAXARE, Interlineare. Hincmarus Laudunensis, in Concilio Dusiacensi I. part. 2. cap. 17. et tom. 2. Opusc. Remensis pag. 351 : *Si vitio scriptoris prodetrectem, quod est dissimulem, vel differam, detractem, quod valde tractem, non ab re accipi potest, Intercharaxatum non fuit.*

¶ **INTERCIARE**. Vide *Intertiare*.

* **INTERCIATORIA**, Ornamenti muliebris species. Contract. matrim. ann. 1358. apud Salern. : *Intercintoriam unam de perlis pro unciis triginta.* Vide infra *Intrezatorium*.

* **INTERCIDIVUS**, Interveniens. Charta ann. 1209. in Chartul. Clarifont. ch. 126 : *Cujus compositionis formam ne tractu temporis Intercidivæ contentionis scrupulum deveniret, redigere curavimus in scripturam.*

¶ **INTERCILIUM** *est medium illud inter supercilia, quod sine pilis est.* Isid. lib. 1. Orig. cap. 1. Gloss. Lat. Gr. : *Intercilium*, μεσόφρυον, in aliis perperam, μεσόφρενον. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Intercilium, Entre'il, entre sorcil.*

INTERCIPERE, Aggredi, usurpare, occupare, vel contra pactum quidpiam agere : ex Gall. *Entreprendre*. Charta Joannis de Valeriaco ann. 1218. in Tabulario Campan. : *Qui si, quod absit, Interciperent contra prædicta, per fidem suam tenerent captionem apud Trecas, usque dum, quod Interciperent, esset emendatum.* Alia Hugonis primogeniti Regitestensis Comitis ann. 1221. ibid. : *Si vero... ex parte prædicta sit aliquid Interceptum.* Regestum Philippi Aug. Herouvallianum f. 85 : *Quod si idem R. vel hæres suus Interciperet contra nos et hæredes nostros, et non emendaret per judicium Curiæ nostræ, etc.*

Interceptio, Aggressio, *Entreprise*. Hist. Episcoporum Autissiodor. cap. 58. pag. 474 : *Interceptionibus circunstantium in manu potenti resistens, etc.* Adde pag. 484. Charta Ludovici VII. Reg. Franc. ann. 1225. in Hist. Comitum Pontivensium pag. 152 : *Nobis supplicavit, ut filios et filias quos susceperat a Simone fratre Renaldi Comitis Bolonie, post Interceptiones, quas idem Simon fecerat adversus genitorem nostrum, maternæ restitueremus successioni, etc.* Vide *Interprendere*.

Interceptura, Eadem notione. Charta Beatricis Abbatissæ B. Mariæ Suession. ann. 1231 : *Ad hoc sciendum, quod de omnibus Intercepturis, quas Major noster imponeret alicui, ille, qui maneret in nostra justitia, poterit escondire se per septem, vel per unum.*

¶ **INTERCISI** Dies, Partim festi, partim profesti, apud Macrobium lib. 1. Saturn. cap. 16. et Varronem de Lingua Lat. lib. 5. cap. 4.

¶ **INTERCISIMEN**, διαιρεσή, *Intercisio*, in Supplemento Antiquarii.

INTERCISIO, Injuria. Leges Luithprandi Regis Longob. tit. 110. § 1. [** 141.] : *Ut si aliquam injuriam aut opprobrium, aut plagas aut feritas, aut mortem ibi acceperint, nihil ad ipsas mulieres aut viros, vel mundoaldos earum, componatur illi, qui se defendendum eis aliquam fecerit læsionem, aut Intercisionem.* Vide *Incisio* et *Impartitio*.

INTERCLAUSURA, Gall. *Enchassure*. Matthæus Paris ann. 1249 : *Fabricato elegantissime ex auro et argento, insertis gemmis et crystallinis Interclausuris adaptatis feretro, iterato translatum est venerabile corpus B. Edmundi, etc.*

¶ **INTERCLINARE**, Joan. de Janua, *Inter aliqua clinare*, (*Intercliner*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.) *unde Interclinis et Interclinus*. Ambrosius sive quis alius in Egesipp. *Civitas Interclina rupibus.*

INTERCLUSUS, [Inclusus, insertus, Gall. *Inclus*. Chronicon Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecdot. col. 44 : *Interclusam quidem in eisdem litteris recepimus formam litterarum, quas etc.*] Vide *Inclusor*.

* Nostris vero *Entrecloz*, idem quod *Entrebaillé*, Hiscens, Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 175 : *Duquel hostel le suppliant trouva l'uis Entrecloz et n'y avoit personne dedans.*

INTERCOLUMNIUM, *Illud, quod ponitur inter columnas, spatium quod dividit eas*, Joanni de Janua. In. 3. Reg. cap. 7. ubi dicitur, *Media Intercolumnia quadrata non rotunda*, ait Glossa, *media intercolumnia* dici *tabulam superiorem, quæ, sicut alia quadrata erat, similique sculptura, et in summitate sui habebat rotunditatem anius, et dimidii cubiti, in qua lucerna ponebatur* Gloss. Græc. Lat. : Μεσόχυλον, *Intercolumnium*. MS. Codex habet μεσόχηλον. Lex 45. Cod. Th. de Operib. publ. (15, 1.) : *Omnibus tabulatis, tam his quæ Intercolumnia adfixa sunt, quam his quæ superiores porticus dividunt, ad formam pristinam civitatis habitus revocetur.* Utitur Cicero 1. in Verrem, S. Hieron. in cap. 40. Ezechiel. ut et Vitruvius lib. 3. cap. 1. lib. 4. cap. 3. lib. 5. cap. 1. 69. Vide Philandrum ad lib. 4. cap. 3.

¶ **INTERCOMMUNICARE**, Una communicare, vocare se vicissim in partem omnium, Gall. *s'Entrecommuniquer*. Conventio Henrici IV. Angl. Regis ann. 1401. apud Rymer. tom. 8. pag. 192 : *Ibidem morari, mercari, mercandisas licitas exercere, negotiari et Intercommunicare.*

¶ Intercommunicatio, Mutua et reciproca communicatio. *De Intercommunicationibus inter nos et subditos nostros*, in Litteris ejusd. Reg. ann. 1406. laudati tom. pag. 458.

¶ **INTERCONFINIUM**, *Terminus vel locus inter duos fines existens.* Joan. de Janua. *Entre deux fins*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.

¶ **INTERCOPULARE**, Conjungere. Miracula S. Lifardi, tom. 1. Junii pag. 305 : *Crura eorum duabus magnis trabibus Intercopulatis et ad usum hujusmodi tormenti aptatis, arctissime constrinxit.*

INTERCURSUS, Gallice *Entrecours* : Pactum mutuum inter dominos, ratione cujus servi aut ancillæ, seu viri et feminæ servituti obnoxii, qui in alterutrius dominio domicilium eligunt, aut sedem figunt, vel nuptias contrahunt, ejus sunt domini, cui subjacet domus, atque adeo eorum liberi. Ita Consuetudo Vitriacensis art. 78. 79. Charta ann. 1190. apud Perardum in Burgundicis : *Talem inter nos et ipsos firmavimus Intercursum, ut si homo eorum feminam Templariorum de Buris acceperit in uxorem, et femina et hæredes ex ea, illorum erunt. Similiter et si homo Templariorum feminam monachorum duxerit, et femina et hæredes Templariorum erunt.* Vide eumdem pag. 324. [et Bullam Alexandri III. PP. apud D. *Calmet* tom. 2. Hist. Lotharingiæ col. CCCLXXXIII.] Charta Philippi Aug. Reg. Franc. ann. 1205. in ejus Regesto Herouvalliano fol. 87 : *De mutuo Intercursu hominum seu feminarum, utpote cum homines seu feminæ vadunt de una terra in aliam, etc.* Charta ann. 1295. in Probat. Hist. Castilionææ pag. 196 : *Et est assavoir, que li Entrecours, qui estoit des femes et des hommes le Roy, et des hommes et des femes de l'Eglise de Resbais et de Jorre, avant ledit eschange, demorront en la meneree qu'il estoit au temps le Roy : sauf ce que les femes que cils de cette franchise prendront de l'Eglise de Jorre et de Rabays, seront de cette franchise.*

☞ Alterum *Intercursus* effectum declarat Charta Adelinæ Abbatissæ Polengii ann. 1215. apud D. *Brussel* tom. 2. de Feudorum usu pag. 1023 : *Notum facimus quod talis Intercursus est inter homines nostros et homines venerabilis Patris nostri Lingonensis Episcopi. Quod homines nostri tenebunt hereditatem suam, ubicunque sint, super Episcopum ; et homines Episcopi similiter, ubicumque sint, super nos.* Hoc est, homines Episcopi in nostro territorio, et nostri in territorio Episcopi, percipient fructus et hæreditates sibi obvenientes, in utrovis habitent territorio. Vide D. *Brussel* laudati Tractatus lib. 3. cap. 20. et infra *Percursus*.

¶ Intercursus Mercium, Mutuum commercium, liberum et pacto confirmatum, apud Rymer. tom. 13. pag. 527. et alibi non semel.

* Intercursus Prosecutæ Decimarum, Pactum inter dominos, ratione cujus dimidiam partem decimarum percipiunt ex agris a suis subditis in alieno territorio cultis. Charta ann. 1310. ex Chartul S. Vinc. Laudun. : *Cum controversia verteretur.... super Intercursu prosecutæ decimarum villæ et territorii de Chevregni...: Diffiniverunt in hunc modum, videlicet quod Intercursus prosecutæ decimarum locum habeat inter*

Digitized by Google

territoria prædicta, qualitercumque colantur terræ, sive.... cum equis sive cum bessa,.... videlicet quilibet dimidiam partem decimæ terrarum prædictarum ratione prosecutæ habebit. Vide infra *Prosecuta.*

* **INTERCUTIA**, *Rivet*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679. Aliud Gall. Lat. ex Cod. 7684 : *Intercutium, Rivet de soule.* Leg. *Souler*, pro *Soulier.*

INTERDIA, μέσον ἡμέρας, in Glossis Gr. Lat.

¶ **INTERDIANUS**, Medialis, diurnus. Cæl. Aurel. lib. 3. Tard. cap. 7 : *Post Interdianum cibum deambulatio, etc.*

INTERDIARIUS, ἡμεροκλέπτης, in Gloss. Lat. Gr. qui interdiu furatur. Vide Cujac. lib. 11. Obs. cap. 27.

* **INTERDICCIO**, pro *Jurisdiccio*, ut monuit D. *Secousse*, in Charta ann. 1350. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 37. art. 1.

¶ **INTERDICIUM** Porci, Porci mactatio, seu jus quod viario ob id exsolvebatur. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 183 : *Thomas præfectus Willini Consulis de Pontiaco accepit per vim de vicaria de terra S. Lenogisili quatuor nummos, scilicet Interdicium cujusdam porci, quem emerant Lazari qui morabantur in ea terra,... quos nummos requisierunt Monachi, et non potuerunt habere, donec clamorem facerent ad Consulem. Sed Consul jussit nummos reddere per rectum judicium; sicque Monachi habent suam vicariam quietam.*

INTERDICTUM, dicitur generalis excommunicatio, quæ fertur in provinciam, vel villam, aut castrum, cap. 17. de Verbor. significat. de cujus origine ac antiquitate scitu digna commentatur vir doctissimus Monspeliensis Episcopus ad Epist. 72. Innocentii III. lib. 14. Concilium Lemovicense ann. 1031. sess. 2 : *Nisi de pace acquieverint, ligate omnem terram Lemovicensem publica excommunicatione : eo videlicet modo, ut nemo, nisi Clericus, aut pauper mendicans, aut peregrinus adveniens, aut infans a bimatu et infra in toto Lemovicino sepeliatur, nec in alium Episcopatum ad sepeliendum portetur. Divinum Officium per omnes Ecclesias latenter agatur, et baptismus petentibus tribuatur. Circa horam tertiam signa sonent in Ecclesiis omnibus, et omnes proni in faciem preces pro tribulatione et pace fundant. Pœnitentia et Viaticum in exitu mortis tribuatur. Altaria per omnes Ecclesias, sicut in Parasceve, nudentur : et cruces et ornamenta abscondantur, quia signum luctus et tristitiæ omnibus est. Ad Missas tantum, quas unusquisque Sacerdotum januis Ecclesiarum obseratis fecerit, altaria induantur, et iterum post Missas nudentur. Nemo in ipsa excommunicatione uxorem ducat. Nemo alteri osculum det, nemo Clericorum aut Laicorum, vel habitantium, vel transeuntium, in toto Lemovicino carnem comedat, neque alios cibos, quam illos, quibus in Quadragesima vesci licitum est. Nemo Laicorum aut Clericorum tondeatur, neque radatur, quousque districti Principes, capita populorum, per omnia sancto obediant Concilio.* In interdictis denudata etiam altaria, prostratas cruces ad terram, et reliquias Sanctorum, et inversa cymbala, docent Synodi aliquot Landavenses in Conciliis Anglicanis post Leges Ecclesiasticas Alvredi Regis descriptæ.

Exstat alia formula interdicti in Codice MS. Bellovacensis Ecclesiæ Capit. Caroli M. : *In Christi nomine ego Hildegarius Episcopus* (Bellovacensis) *ex parte Patris, et Filii, et Spiritus sancti, et ex parte S. Petri Apostolorum Principis, et ex nostra parte excommunicamus et interdicimus hanc Ecclesiam, et omnes Capellas, ad illam aspicientes, ut nullus habeat licentiam Dei omnipotentis, et S. Petri Apostolorum Principis, ab hac die in antea Missam cantare, nec audire, nec ullo modo divinum officium ministrare, nec decimam Dei omnipotentis accipere, nisi per nostram licentiam : et quicunque contra hæc Interdicta, aut Missam cantare, vel audire, vel in aliquo loco divinum officium ministrare, aut decimam Dei omnipotentis accipere præsumpserit, ex parte Dei Patris omnipotentis, et Filii, et Spiritus sancti, et ex parte sancti Petri, atque Sanctorum omnium sit excommunicatus, et maledictus, et a consortio Christianorum segregatus, et a liminibus sanctæ matris Ecclesiæ, ubi fit remissio peccatorum, separatus, et sit anathema maranatha usque in finem sæculi cum diabolis in inferno. Fiat, fiat, fiat, Amen.* Sub Ludovico VII. *Innocentius PP. gladium Ecclesiasticum in ultionem exerens, per omne Regis dominium divini celebrationem officii Interdixit*, in Chronico Mauriniacensi pag. 387. Knyghton ann. 1208 : *Papa sententiam excommunicationis tulit in eum* (Joannem Regem Angl.) *et in omnes fautores, et totam terram Anglicanam supposuit Interdicto; incœpitque hoc Interdictum generale a prima Dominica Passionis Domini anno 1208. et duravit sex annis continuis et uno mense, nilque fiebat in sancta matre Ecclesia, nisi parvulorum baptisma, et confessiones morientium.* Adde Epist. 16. ex Sugerianis, et Ivonem Carnot. Epist. 50. Instituit autem Bonifacius VIII. PP. ut non obstante interdicto Ecclesiastico in quatuor Festivitatibus divina celebrari possent, quibus festum Corporis Christi adjecit Urbanus VI. ut est in magno Chronico Belgico ann. 1389.

* Nostris alias *Entredit*. Charta Guid. episc. Lingon. ann. 1262. ex Chartul. Campan. fol. 208. col. 1 : *Nos à la requeste doudit roy ou de son certain commendemant, après nostre amonestemant de quarente jors escuménissiens les persones et missiens lor terre Entredit, autretant qu'il fuissient retrez audites convenances.* Alia Mariæ dom. Montis-mirab. eod. ann. ibid. fol. 341. v°. col. 2 : *Nos depuis enavant feissiens et porchassiens par quelque maniere parcoi nos fussiesmes rassolt, ou li Entredis rapalez, ou les sentences relaschiés.*

¶ **INTERDIES**, δι' ἡμέραν, *Interdiu*, apud Janum in Supplemento Antiquarii.

INTERDIGITIUM. Gloss. vet. cap. de Membris humanis : *Interdita*, μεσοδάκτυλα. Leg. *Interdigitia*. Marcellus Empir. cap. 34 : *Interdigitia sanat cera in oleo Cyprino remissa et imposita.*

¶ **INTERDONATIO**, Donatio mutua, qualis fit inter conjuges, Gall. *Don mutuel.* Exstat apud Marculfum lib. 2. formul. 7 : *Charta Interdonationis inter viro et femina de eorum res.*

INTERDUCIÆ, Induciæ, intervallum temporis. Epist. 46. inter Epistolas S. Bonifacii Archiep. Moguntini : *Quamvis per interducias temporum corporali præsentia secernamur.* Ubi *interduciæ temporum*, dicuntur *intervalla temporum*, in Epist. 68.

INTERDUM, pro Interim. Paschasius Radbertus in Walæ Abbat. Corbeiensis Epitaphio lib. 2. cap. 1 : *Sed quia Interdum Severus ingressus est felix viam universæ terræ, etc.* Utitur rursum cap. 14. Utuntur præterea Lex Bajwar. tit. 3. cap. 8. § 11. et lib. 5. Capitul. cap. 35. Inprimis notandus locus ex Charta Caroli C. ex Tabular. S. Cyrici Nivern. num. 2 : *Post mortem vero illorum absque ulla contradictione ad eumdem locum perveniant. Interdum namque vestituram, nonas, et decimas ipsa Ecclesia inde recipiat.*

* Quod varie nostri reddiderunt. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 204 : *Ainsi que l'exposant tenoit ledit Jehan, il dist : Laisse moi aler, il me tuera Entretant que tu me tiens.* Froissart. vol. 1. cap. 19 : *Entandis aucuns des compaignons Anglois monterent sur leurs chevaux etc. Endementiers*, in Lit. remiss. ann. 1392. ex Reg. 143. ch. 225 : *Advint que Endementiers que ledit Taupin jouoit, etc. Entrementiers*, in Cons. Petri de Font. cap. 17. art. 4. pag. 107. *Entrues*, in Poem. *du Riche homme et du Ladre* Ms. :

> D'autre gent parler me convient
> Entrues que d'iaus il me souvient.

INTER DUOS, Interjectum spatium, Gall. *Entredeux*. Chrodegangus in Regula Canonicor. cap. 8. et novæ Edit. 22 : *Quando Clerus una aut bina vice in die refecit, accipiat a minore usque ad maximum quatuor libras panis, et quando bis in die reficit : pulmentum vero ad sextam, unam ministrationem de carne Inter duos. Et si cibaria alia una accipient, et cibaria non habeant, tunc duas ministrationes de carne habeant. Ad cœnam autem, aut unam ministrationem Inter duos, aut cibaria alia habeant.*

* **INTERENA**, *La corda de nave, o de rete.* Glossar. Lat. Ital. Ms.

1. **INTERESSE**, Usura, fœnus, quod ultra sortem solvitur, vel quod quanti alicujus interest : Gall. *Interest.* Matthæus Paris pag. 612 : *Propter usuras, pœnas, et Interesse non minima suscipiebant incrementa.* Charta Hugonis Ducis Burgundiæ ann. 1229. apud Perardum pag. 299 : *Volo et concedo, quod carta, quam Odo pater meus fecit de Interessis Episcopi Lingonensis et Ducis Burgundiæ distinguendo apud Castellionem et in pertinentiis stabilita sit et firma.* [Statuta MSS. Augerii II. Episc. Conseran. ann. 1280 : *Si usurarius multa cum fœnore lucratus est, de rigore juris talia lucra restituere tenetur, sicut et fur vel raptor, inter quos ipse enumeratur : quia tamen qui nimis emungit, sanguinem elicit, visum est sapientioribus in hoc casu sufficere debitori, si sortem et sumptus et moderatum Interesse duntaxat et non talia lucra recuperet; quia hoc esset suum repetere cum usuris. Expensæ, sumptus, damna et interesse* frequentius occurrunt, præsertim in judiciis, Gall. *Dommages et Interets;* quibus verbis et damnum illatum, et lucrum inde cessans

Digitized by Google

indicantur. Vide Acherium tom. 8. Spicil. pag. 279. Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 319. Martenium tom. 7. Ampliss. Collect. col. 303. D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 240. etc.]

* Nostris, *Intérest*, Pretium rei alicujus sonat. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 19 : *Lequel suppliant prist un gobelet d'argent, lequel il ploia ou froissa entre ses mains;.... laquelle froisseure ledit suppliant congnut avoir faicte, et en rendist au tavernier son Intérest.* Sensu opposito, pro Incommodo scilicet et damno, occurrit in aliis Lit. ann. 1406. ex Reg. 160. ch. 321 : *Icelle Katherine dist à Alips qu'elle n'estoit pas saige de soy esjouir de l'Intérest et desplaisir de son pere.*

* 2. **INTERESSE**, Quod clericis, qui divinis intersunt officiis, distribuitur. Charta Inger. de Marign. pro fundat. eccl. colleg. Escoiarum ann. 1310. in Reg. Phil. Pulcr. ch. 63. ex Cod. reg. 9607. 3 : *Qui Matutinis interierit a principio de* Gloria *de* Venite *usque in finem, unum panem quatuor denariorum Paris. recipiet.... Si aliquis canonicus Matutinis, deficeret, Interesse panis, quem amittet ob defectum hujusmodi, distribueretur aliis, qui præsentes adessent.* Vide *Interessentiæ* in *Interessens.*

¶ **INTERESSENS**, Qui interest seu præsens est. Occurrit apud Lobinellum in Hist. Paris. tom. 3. pag. 603. col. 1. in Actis SS. Martii tom. 2. pag. 600. Maii tom. 2. pag. 597. Conciliis Hisp. tom. 4. pag. 146. et alibi. *Ad Interessendum Missæ*, in Bullario Carmel. pag. 411. col. 1.

¶ **Interessentiæ**, Quod Clericis divinis *Interessentibus* distribuitur. Concil. Mexican. ann. 1585. inter Hisp. tom. 4. pag. 407 : *Quamdiu aliquis Præbendatus prædicta requie usus fuerit, Interessentiis, obventionibus, anniversariis et manualibus, quæ non nisi vere et corporaliter præsentibus et residentibus dentur... careat.*

¶ **Interessor**, Socius. Acta S. Cononis, tom. 7. Maii pag. 6 : *Qui dæmonum quidem erat insecutor idolorum maledictorum, sanctorum Martyrum Interessor.*

INTERFARI, **Interfatus**, in Collatione 1. Carthagin. cap. 10. et alibi.

INTERFECTIBILIS, Qui interficere potest. Apuleius lib. de Virtutib. herbar. cap. 87. de Ruta hortensi : *Memorant etiam ad Olcymum fluvium appellari viperalem, eo quod Interfectibilis earum comprobetur.*

¶ **INTERFECTOR**, Qui percutit, vulnerat. Fragm. Synodi Hibern. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 6 : *Sanguis Presbyteri qui ad terram effunditur donec collyrium suffert, manus Interfectoris abscindatur, vel dimidium* VII. *ancillarum reddat, si de industria... si ad terram non perveniat, percussor ancillam reddat.*

¶ **INTERFEMINEUM**, Inguen. Miracula S. Bennonis tom. 3. Junii pag. 185 : *Mulercula.... ad Interfemineum inflata, voto facto, curatur.* Vide mox *Interfemus.*

INTERFEMUS, μεσομηρίον, in Gloss. Gr. Lat. Infra : Μηρός, *Femus.* Eadem notione *Interfemineum* dixit Apuleius in Apologia, pro τὸ γυναικεῖον. In Pœnitentiali Egberti Archiep. Eborac. pag. 17 : *De sortilegio, de sodomitico, de Interfemore, de intergo, etc.* Sed de hujus vocis notione, vide in *Nubere retro.*

INTERFESSUS, *Infatigabilis.* Papias.

INTERFINES, μεθορία, in Gloss. Græc. Latinis.

¶ 1. **INTERFINIUM.** Instrum. ann. 1341. apud Rymer. tom. 5. pag. 259 : *In qua archa reperientes monetas infrascriptas, in saccis lineis seu pochiis repositas, certisque cedulis superscriptas :* 1°. *viz. quindecies centum et tresdecim duplicis auri. Item novies centum et duo scuta auri in eodem sacco, cum Interfinio modico... Item, tresdecim coronas auri et duas agnas auri in eodem sacco, cum Interfinio ligaturarum.*

* 2. **INTERFINIUM**, *Lo termine tra doy fiume*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

* **INTERFODERE**, Fodere, terram ligone versare. Stat. ann. 1329. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 65. col. 2 : *Item omnis brasserius, qui se ad diem vel ejus operas locat,.... non accipiat.... per diem nisi xij. denarios Turonenses,.... et garciones qui Interfodunt, vj. denarios; et seclaterces v. denarios.* Nisi sit pro *Interfundunt*, Gall. *Qui arrosent.*

* **INTERFORE**, pro Interesse. Vita S. Willib. tom. 2. Jul. pag. 502. col. 2 : *Qualiter illorum faustis Interfore possit familiaris vitæ disciplinis.* Vide *Fore.*

¶ **INTERFUGIUM**, Effugium, tergiversatio, Gall. *Subterfuge.* Consuetud. Brageraci art. 45 : *Si vero præsens sit dictus emptor et dilationes per Interfugia quæcumque sibi dari et concedi petierit, ad hoc Bajulus ad eum non admittat.*

¶ **INTERGERE**, Abstergere. Supplementum Antiquarii : *Interget*, ἀπομάσσει.

¶ **INTERGERIES Paries**, τοῖχος ὁ δύο διορίζων, in Glossis, Paries interjectus, medius. Forte legendum *Intergerinus paries.* Festus : *Intergerini parietes dicuntur, qui inter confines struuntur et quasi intergeruntur.* Vide Lexicon Martinii.

* Nostris, *Entremoien*, Sepimentum fabrile, cratitius paries, vulgo *Cloison.* Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 69 : *Le suppliant rompit de plain jour l'Entremoien du grenier, et illec print furtivement deux sextiers de seigle.*

¶ **INTERIA**, *Intestina; unde Interici, qui dissolutionem patiuntur ventris secundum Papiam.* Joh. de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Interia, Entrailles.* Vide *Enteria.*

¶ **INTERIBI**, *Interim, interea, in illo loco*, Joh. de Janua; *Entrela*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman.

¶ **INTERJECTIO**, Pactum, conventum, ut videtur, [* seu pacti conditio.] Promissio Casimiri Regis ann. 1335. apud Ludewig. tom. 5. pag. 597 : *Promittimus, quod si fortasse, quod absit, aliquem vel aliquos ex nostris ipsas treugas vel earum Interjectiones et conditiones violare... contingat, etc.*

¶ **INTERIM**. Sic dicta est Caroli V. Imp. *Declaratio Religionis, qua constituit exercitium Religionis, quale Interim esse debeat in Imperio Romano, usque ad definitionem concilii generalis, publicata et promulgata, et a Statibus Imperii acceptata in Comitiis Augustæ* XV. *Maii an.* 1548. Declaratio hæc, quam inter Constitutiones Imperiales refert Goldastus pag. 107. Catholicis perinde ac Lutheranis odiosa fuit; quia dum plures Ecclesiæ Catholicæ ritus et antiqua dogmata retinet, Presbyteris nuptias concedit, et laicis communionem sub utraque specie permittit.

* Hinc *Interimistæ* appellati, qui hanc Caroli V. constitutionem amplexati sunt. Vide Acta Liter. Struvii fascic. 4. pag. 45. tom. 1.

¶ 1. **INTERINARE**, Ratum habere, approbare, Practicis nostris *Enteriner.* Regestum conclusionum Capituli Meld. ann. 1542 : *Interinando requestam per magistros et gubernatores domus Dei.*

¶ **Interinamentum**, Ratihabitio, approbatio, Gall. *Enterinement. Interinamentum supplicationum*, in Charta ann. 1559. inter Privilegia Equitum S. Johannis Hierosol. pag. 254.

¶ **Interinatio**, Eadem notione, in Enumeratione jurium castri Auzeti ann. 1394. ex Camera Comput. Provinciæ Regesto *Armorum* fol. 70.

* *Intérinence*, in Charta ann. 1455. tom. 2. Probat. Hist. Brit. col. 1675. Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 315. v° : *Processus factus super Interinatione appunctuamenti facti inter regem et dom. Mathæum de Fuxo comitem Convenarum super dicto comitatu. De anno* 1447. Vide in *Interinare* 1.

* 2. **INTERINARE**, Spondere, fidejubere, vadem dare, nostris etiam alias *Entériner.* Charta Nic. episc. Andegav. ann. 1275. in Chartul. priorat. de Guilcio fol. 52. v° : *Nec poterunt tenere placita..... de aliquo qui caperetur, arrestaretur aut Interinaretur, seu fust Entériné, in feodis aut dominiis ipsorum.*

* Hinc *Enterinance*, Cautio, auctoritas, sponsio, in Charta ann. 1300. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 132. v°. col. 2 : *Ne seront tenuz de faire nul gariment ne Entérinance à nous Guillaume Larcevesque, ne à nos hoirs,.... mes que des deptes desqueles i nous doivent acquiter et garir.* Vide infra *Intercessor* 1.

¶ **INTERINIMENTUM**, ab *Interinire*, Partium coram judice certamen mutuum, in lege 4. tit. de Rescript.

* **INTERINSILIS**, *Entrepassable* vel *Entérinsable.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Quod de filis, quæ tramæ interseruntur, intelligi potest.

¶ **INTERINSTITUTIO**, Additio, ut videtur, portioni hæredis instituti. Testamentum Armandi *d'Alegre* ann. 1263. tom. 1. Anecd. Marten. col. 1115 : *Alazais vero filiam meam... instituo in heredem in quingentis libris Viennensibus, et in quindecim libris ejusdem monetæ censualibus... et amplius dono eidem nomine Interinstitutionis centum solidos dictæ monetæ semel tantum solvendos eidem.*

* **INTERIO**, *Pulpa*, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 2. Passion. cap. 129 : *Item aliud mirabile faciens ad multa, cardamomo ex Interionis semine est, etc.*

¶ **INTERIORA**, Mysteria, ut conjecto. Privilegium Alexandri II. PP. pro Monasterio Pinnatensi apud Mabillon. tom. 5. Annal. Benedict. pag. 42 : *Accepimus in partibus Hispaniæ, catholicæ fidei unitatem a sua plenitudine declinasse, et pene omnes*

Digitized by Google

plici substantia Virtus manens Intermina. Papias vero dicit : Intermina internuncia, Mediatrix inseparabili termino carens. Jo. de Janua. Vocem *Interminus* usurpant Prudentius in Hymno Epiphaniæ et lib. 2. contra Symmachum. Avienus Perig. v. 74. Ausonius et alii recentiores.

INTERMISSA. Pancharta Nigra Turon. Ch. 97 : *Cum mancipiis,... terris etiam cultis et incultis, quæsitis et adinquirendis, Intermissis, vineis quoque et silvis, etc.* apud Beslium pag. 202.

INTERMISSIO, Interventus, Gall. *Entremise*. Synodus Beneventana ann. 1091. cap. 2 : *Capellanos, qui contra statutum numerum in Ecclesiis sine consensu sui Episcopi militaverint, et a Laicis decimas sine Intermissione Episcoporum obtinuerint,... ab officio et beneficio interdicimus.*

INTERMITTERE, Immiscere. Vetus Placitum sub Ludovico Imp. apud Viennam ann. 912. ex Tabulario Eccl. Gratianop. fol. 68 : *Audiens autem prænominatus Dux et Marchio* (Hugo) *proclamationem ipsius Pontificis, tactus pietate, per jussionem Domini nostri Imperatoris, ac per consilium Episcoporum, et per judicium Comitum, Nobilium, ac cæterorum fidelium suorum, per wadium suum ipsam terram Deo sanctoque Apollinari reddidit : promittens nunquam se Intermissurum de ea, etc.*

¶ **INTERNECARE**, Penitus necare, apud Prudentium in Præfat. Apotheos. v. 49. et S.Orientium in Communitorio lib. 2. cap. de ebrietate. *Internecatus* vel *Internectus*, apud Plautum et Ciceronem. Jo. de Janua : *Internecare, id est, Inter aliqua necare, vel interpolatim necare, vel interim dum aliquis est in itinere necare ; unde*

¶ **Internecatio**, *Mors quæ contingit alicui dum est in itinere.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Internecacio, More.*

¶ **Internecies**, *Mors, jactura.* Gloss. Isid. Idem lib. 5. Orig. cap. 26 : *Interneciei judicium in eum dabatur, qui falsum testimonium fecerat, et ob id hominem occiderat. Accusatorem ejus possessio bonorum sequebatur. Interneciei autem significatio est, quasi hominis quædam necatio.* Occurrit in Actis SS. Maii tom. 6. pag. 402.

Internectare, *Occidere, Internectus, occisus*, Glossæ vett. apud Vossium.

Internicida, in Gloss. Arabico-Lat. *est quasi qui falsum testamentum facit, et ob id hominem occidit.* Vide Jacob. Gothofr. ad leg. 14. Cod. Th. de Accusation. (9, 1.) [Isid. lib. 10. Orig. habet *Internecida*. Glossar. Latin. Gall. Sangerman. : *Internecida, Meurtrier.*]

¶ **Internicidium**, *More, occision*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. Joh. de Janua : *Internicium et Internicidium, Mors, occisio, quam internicida committit.*

¶ **Internicium**, eid. Joh. de Janua, *etiam dicitur Bellum in quo omnes perierunt nullo remanente :* qua notione Tullius dixit *Internecio.* Papias : *Internecio, quasi quædam hominis maxima necio, mors vel pœna. Internecivum bellum, in quo omnes perierunt. Bellum Internecinum* habet Livius lib. 9. cap. 25. *Internecinum*, vel ut alii legunt, *Internecivum testamentum, propter quod dominus ejus necatus est*, apud Festum.

* **Internicio**, Occisio. Charta ann. 1070. ex Chartul. Blandin. ch. 17 : *De Internicione etiam extraneorum debitum, quod plebeia lingua Lid dicitur, teneat.*

* **INTERNECIUM**, *Quod nec vivus sit, nec mortuus.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

** **INTERNARE**. Virgil. Grammat. pag. 97 : *Sapientia.... sublimis vero, quæ ea quæ supra hominem sunt Internat ac pandit.*

INTERNUPTÆ, Iterum nuptæ. Concilium Valentinum I. Galliæ cap. 1 : *Sedit igitur neminem... de digamis, aut Internuptarum maritis, ordinari Clericum posse.* S. Honoratus Massiliensis in Vita S. Hilarii Arelat. : *Astruentes Chelidonium Internuptam suo adhibuisse consortio, quod... Canonum prohibent statuta.* Occurrit præterea in Concilio Turonico I. can. 4. Agathensi can. 1. et 43. Arelat. IV. can. 3. Aurelian. IV. can. 10. et in Actis pro causa Contumeliosi Episcopi sub Joanne II. PP. *Renuptæ*, in Concilio Epaon. cap. 2. et Aurel. III. can. 6. *Internupta et duplicata matrimonia*, in Concilio Arelat. II. can. 45. *Duplicata matrimonia*, in Arausicano I. can. 25. *Duplicatio matrimonii*, in Responsis Leonis I. PP. ad Rusticum Narbon. cap. 6.

* **INTERPAULATUS**, Interruptus, non continuus, alternus. Stat. Univers. Tolos. ann. 1314. ex Cod. reg. 4222. fol. 45. v° : *Non concedatur de cetero per aliqua intervalla dierum in septimana alicui bacallario vel scholari etiam doctori extraordinarie legenti, quod dimissis, vel etiam dimidiatis, vel Interpaulatis aliquibus diebus in septimana vel horis possit extraordinarie legere aliquem librum nec aliquam lectionem, in horis ipsis doctoribus assignatis.* Vide infra *Interpolatus.*

INTERPEDARE, Jornandes de Rebus Geticis, in Maximino : *Tum Imperator equo adacto in cursum, calcaribus incitatum, multos orbes huc atque illuc usque ad suam fatigationem variis inflexibus Interpedavit.* [Salmasius emendat *Intripedavit;* dicitur autem Intripedare de equis trepidariis vel tripedariis, qui sunt succussatores, ut habet Carolus de Aquino in Lexico militari.]

INTERPEDITATUS. Consuetudines et Assisæ Forestæ : *Licitum est Abbati de Burgo S. Petri venari et capere lepores, vulpes et mureleges, infra metas forestæ, et habere canes Interpeditos.* Videtur, inquit Spelmannus, medium quiddam sonare inter *expeditatos*, et *inexpeditatos*. Vide supra in *Expeditare*.

* **INTERPELLARE**, Deprecari, exorare. Charta inter Probat. Hist. Brit. tom. 1. col. 376 : *Alanus comes.... Interpellatus a monachis dedit S. Salvatori gualoer totius abbatiæ per totum Britanniæ regnum diffusæ.* Alia notione, vide infra in *Intrudare*.

* **INTERPELLATIM**, Alternatim. Vita B. Cicci tom. 1. Aug. pag. 661. col. 1 : *Cicchus.... heremiticam vitam duxit, morans ut plurimum extra Pensauri civitatem nativam, Interpellatim in tribus locis solitariis et devotis.* Vide *Interpolate* in *Interpolare*.

* **INTERPELLATIO**, In jus vocatio. Lex Ripuar. cap. 30 : *De Interpellatione servorum. Quod si quis in judicio pro servo Interpellatus fuerit, etc.* Vide *Interpellator*.

¶ **INTERPELLATOR**, Qui alium interpellat in eo quod possidet, actor. Leges Ludovici Augusti apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 128. col. 1 : *Si vero Interpellator aut actore, aut testimonio, aut carthārum collatione convictus fuerit, et hoc quod voluerit efficere non potuerit, multam quæ in ipsa ingenuitatis charta continetur, cogatur exsolvere.* Charta vetus de vinea Aldranni : *Tali tenore interposita ut si aliquando Interpellatorem haberet hæc vinea, aut interpellantem quiescere faciat, aut si non potuerit ex alode suo in similiter valente vinea componat illi Presbytero alteram quartariatam tam grandem, quam ipsa est, juste mensuratam.*

INTERPENDIUM. Gloss. Gr. Lat. : *Interpendium*, παράλλελον. Idem videtur quod *Interpretium*.

* **INTERPETITIO**, Actio in jure, qua quis per actorem intermedium rem quampiam repetit. Charta Boleslai ducis Oppol. ann. 1356. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 494 : *Abrenuntians pro se et filiis suis in totum proprietati, Interpetitioni seu repetitioni dicti lacus.*

INTERPLACITARE. Vide *Placitum*.

¶ **INTERPOLANTIA**, Intermissio, cessatio. Vita S. Hugonis Æduensis, sæc. 5. Benedict. pag. 101 : *Hoc enim studebat facere diu noctuque... absque ulla Interpolantia.*

¶ **INTERPOLARE**, apud Nonium, *Immittere et interponere et novam formam e vetere fingere.,. et est tractum ab arte fullonia, qui poliendo diligenter vetera quæque in novam speciem mutant.* Pejorem in partem Johannes de Janua : *Interpolare, Obscurare, inquinare, impedire, vel interrumpere, corrumpere, variare, non continuare : ut in Hymno : Quod nulla nox Interpolet, Fideque jugi luceat.* Unde notiones has omnes arcesserit hic Glossographus, non inquiro ; unum dumtaxat observo nostri instituti, scilicet *Interpolationes*, cum de veteribus scriptis agitur, dici adjectiones vel immutationes, quæ in transsumtis occurrunt vitio librariorum, qui authentica non exscripserunt iis quibus par erat fide et diligentia, sive id de industria fecerint, sive non. Ad ejusmodi interpolatioues in veteribus monumentis detegendas, quinque regulas statuit Ruinartius in Apologia missionis S. Mauri in Gallias. Prima, ut monumentum illud, quod pro antiquo proponitur, eam ætatem sapiat, quæ ei tribuitur, id est, ut stilus sit ejus ævi, quo exaratum dicitur ; loquendi modi peculiares his temporibus adhiberi soliti occurrant, sicut et vocabula quædam, quæ tunc in usu erant, aliaque similia, quæ sibi ipsis optime cohæreant : quæ quidem indicia etsi seorsim considerata, non magni videantur esse momenti, cum tamen simul in uno opusculo conveniunt, vix ac ne vix quidem inducunt in errorem. 2. Ut legitima ac certa habeantur testimonia, ejusmodi opus fuisse ab aliquo posterioris ævi interpolatore aut auctore recognitum, qui nonnihil in eo mutaverit. 3. Ut illæ vocum aut rerum mutationes, sive etiam additiones, quæ ab interpolatore factæ dicuntur, ei ætati conveniant, qua interpolatorem vixisse constat. 4. Ut eædem interpolationes aut commu-

Digitized by Google

tur, ejusdem principis subditos eorumque bona *Interprendendi* seu aggrediendi et occupandi, idem quod *Marcha* et *Represaliæ*. Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 46. v°. : *Duæ litteræ simul ligatæ, per quarum primam Philippus comes Flandriæ vult, consentit et declarat quod certæ litteræ provisionales et Interprisiæ per eum et ejus consilium concessæ in præjudicium episcopi Tornacensis,.... sint nullæ et cassæ.* Vide alia notione in *Interprendere*.

* **INTERPUGNA**, Conflictus, Gall. *Choc, rencontre*. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 67. pag. 195 : *De mutuis vero Interpugnis, alternis insultibus, frequenti strage.... plura interserere prætermittitur.*

1. **INTERRARE**, Humo mandare, Gall. *Enterrer*. Leges Edwardi Confess. cap. 36 : *Interrent eum ut Christianum*. [Rursum habetur, in Testamento Richardi II. apud Rymer. tom. 8. pag. 76.]

Interragium, Inhumatio : occurrit in Statutis Synodalibus Odonis Episc. Paris. [et in Charta ann. 1237. e Chartulario Meldensi.]

¶ **Interragium**, Quod pro inhumatione datur Sacerdoti. Statuta Eccles. Meldensis ann. circiter 1346. inter Instrum. Hist. ejusd. Eccl. tom. 2. pag. 484 : *Prohibetur districte, ne pro Interragio corpus sepeliri differatur, et post sepulturam, si quid datum fuerit in eleemosyna, recipiatur.* Pro *et post sepulturam*, melius legitur, *Sed post sepulturam*, in similibus Statutis apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 161. et 472.

¶ **Interramentum**, Humatio, sepultura, Gall. *Enterrement*, in veteribus Missalibus Cluniac. non semel, ubi de Missis defunctorum.

* *Enterrage*, in Testam. Caroli comit. Engolism. ann. 1495. *Enterraige*, in Lit. remiss. ann. 1442. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 161 : *Icellui curé voult faire payer pour l'Enterraige et sépulture du corps d'une des niepces du suppliant, qui n'avoit que unze ans, autant comme d'un grant corps.* Vide *Terragium*, 4.

¶ **Interratus**, Sepultus, humatus, in Actis SS. April. tom. 2. pag. 701.

* 2. **INTERRARE**, Humo mandare seu fossa immergere, capitalis pœna, qua feminæ damnabantur. Vide supra *Fossa* 1. et *Infoditus*. Charta capit. Trec. ann. 1212. in Chartul. Campan. fol. 421. v°. col. 2 : *Cum inter nos ex una parte et karissimam dominam nostram Blancham Campaniæ comitissam illustrem ex altera, discordia esset de quibusdam hominibus suspensis et de quadam femina Interrata, qui capti fuerant in burgo nostro S. Dionysii, quos videlicet servientes nostri suspenderant apud Vachariam in nostra justitia extra civitatem Trecensem, et feminam Interraverant, etc.* [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Lebendig Begraben*, col. 117. Grimm. Antiq. Juris German. p. 694. infra *Sepeliri subtus mortuum*.]

* Aliud vero sonat vox Gallica *s'Entreterrer*, Ad terram scilicet se se dejicere, prosternere, vulgo *s'Atterrer*, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 391 : *Lequel Bourgois happa icellui moine aux mains et se Entreterrerent à terre.*

INTERRASILIS, Cælatus, incisus. Papias : *Interrasilis, anaglypha, sculpta.* [MS. Bituric. : *Interasilis, anaglypha, sculptura.*] Idem : *Lubrum, Rasile lignum*. Will. Brito in Vocabul. : *Interrasile dicitur interpolatum, celatura, et plana. Planum enim inter celaturas quasi rasum videtur. Rasile lignum* dixit Prudentius in Psychomach. pro jaculo seu missili : et lib. περὶ στεφ. *Rasiles scopulos*, idola Paganorum vocat. *Rasilis ars*, apud Honorium Augustod. in Gemma animæ lib. 1. cap. 220. Gloss. Gr. Lat. : Ξύξιον, *Rasile. Rasili* igitur opponitur *Interrasile*, quod subinde cælatura et *plano variatur*, ac distinguitur. Alexander :

> Quod nunc sculpturis, quod nunc planitia variatur,
> Hoc et non aliud opus Interrasile dicas.

Corona Interrasilis, Exodi cap. 25. Anonymus de Gestis Constantini M. : *Laminam auream jussit Interrasilem fieri*. Fortunatus lib. 1. Poem. 13 :

> Hic scalptæ cameræ decus Interrasile pendet.

Anastasius Bibl. in Leone III. pag. 131 : *Hic idem Præsul fecit... crucem anaglypham Interrasilem ex argento purissimo.* In Gregorio IV. : *Gabathas Interrasiles de argento duodecim angelorum opere constructas.* Adde pag. 165. a. 176. d. 179. d. et 204. a. Ex his emendare licet eumdem Anastasium, ubi pro *Interrasiles*, habet *Intersatiles*, pag. 134. ut et Epistolam Patriarchæ Hierosol. ad Ignatium Patr. CP. : *Simul autem et sacrum vas cimeliorum S. Resurrectionis, craterem argenteum cum imaginibus Intersatilem transmisi.* Vide Exod. cap. 25. v. 25. 3. Reg. 7. 28. Salmasius de Modo usurarum pag. 461. *Interrasile* esse scribit, quod Græci διάτρητον vocant, quod sic cælatum est, ut traluceat, et visum transmittat. Auctor Incertus apud eumdem, de Theoderico : *Laminam auream jussit Interrasilem fieri, quatuor litteras Regis habentem : unde et si subscribere voluisset, posita lamina super Chartam per id subscriptio ejus tantum videretur.* [Hæc vox metaphorice sumitur in *Eclipticus*, quod vide in *Eclipsare*.]

Interrasus, Eadem notione. Statius lib. 7. Thebaid. pag. 344 :

> .... Et fibula Rasilis auro
> Tenariam fulva mordebat jaspide pallam.

Ubi Lactantius : *Ad luxuriam retulit pulcritudinem fibulæ. Erat enim foraminibus multis exornata,... quas vulgo Interrasas appellant.* Paulinus Natali 9. de ovibus Laban pag. 605 :

> Ut de Interrasa variatis cortice virgis
> Infinita gregis sancti fœtura probetur.

Interrasor, Ejusmodi operum artifex, cælator. Gloss. S. Benedicti : *Interrasor*, διαφανιτής. Diversi vero *Interrasores* a Tornatoribus.

¶ **INTERRATUS**, Terra munitus, ut videtur. Radulphus de Gestis Friderici I. Imp. apud Murator. tom. 6. col. 1196 : *Quod castrum fortissimum erat... cum altissimo muro merlato juxta terragium, et cum alio muro intus, qui duo muri Interrati erant a medio usque ad summum.* Vide *Interrare*.

¶ **INTERREGNUM**, Illud temporis spatium, quod inter Regis defuncti mortem intercedit et successoris electionem seu consecrationem, Gall. *Interregne*. Fulcuinus de Gestis Abbatum Lobiensium cap. 15 : *Igitur Hludovico quarto regni sui anno defuncto, Francis in diversa tendentibus, facto Interregno per* XVIII. *annos, Conrado, Rodulpho, Odone et Roberto in Occidente regnantibus; cum Arnulfus Rex Noricorum, Australis Franciæ Rex adsciscereturi. Interregnum* hic vocat Fulcuinus totum illud spatium quod fluxit a morte Ludovici III. ad inaugurationem Caroli Simplicis, vel quia non existimabat legitimos Reges, qui toto hoc intervallo regnaverant, vel quia tunc temporis regnum fuerat in plures partes divisum. Regnum enim sic divisum, *Interregnum* appellare potuit, quemadmodum alii, Sirmondo teste in Glossario ad calcem Supplementi Concil. Gall. *Interregna* vocarunt Res in diversis regnis sitas, cum olim regnum Francorum inter successores æqualiter Reges dividebatur in diversas sortes et regna : qua notione videtur intelligenda vox *Interregna* in priori saltem loco, quem Cangius profert ex Bertichramni Testamento. Sed penes attentum Lectorem esto judicium.

* Notatu prorsus dignæ videntur Literæ remissionis ann. 1422. mens. Oct. ex Reg. 172. Chartoph. reg. ch. 171. concessæ nomine *Cancellarii aliorumque Franciæ Consiliariorum*, rege nequaquam appellato, quasi defuncto Carolo VI. rex legitimus non successisset. Id quippe haud æquo animo ferre debuerunt, sive Carolus VII. ad quem pertinebat procul dubio, mortuo patre, regni regimen; sive rex Angliæ, qui tunc regem Francorum, se se inscribebat.

Interregnum. Concilium Parisiense III. can. 1. et Turonense II. can. 25. de pervasoribus rerum Ecclesiasticarum : *Neque quisquam per Interregna res Dei nitatur defensare : quia Dei potentia cunctorum regnorum terminos singulari dominatione concludit.* Edictum Chlotarii II. Regis in Synodo Parisiensi V. : *Ea quæ unus de fidelibus ac leodibus, suam fidem servando domino legitimo, Interregno faciente, visus est perdidisse, generaliter absque aliquo incommodo de rebus sibi juste debitis præcipimus revestiri.* Pactum inter Guntrannum et Childebertum Reges, apud Gregorium Turon. lib. 9. Hist. cap. 20 : *Et si aliquid cuicunque per Interregna sine culpa sublatum est, audientia habita restauretur.* Testamentum Bertichramni Episc. Cenoman. : *Simili modo villa Briomilia, quæ ex successione parentum nobis juste debita erat, et per Interregna longo tempore nobis ablata fuit, et postea cum Deus Domno Chlotario regnum suum in integrum dedit, etc.* Infra : *Villa vero Blacciaco licet a parentibus meis longo tempore fuit possessa, et per Interregna vel adolescentiæ meæ genitricis fuit de jure suo ablata, etc.* Id est, interventu Regum, *per auctoritatem Regiam*, ut est in Concilio Remensi can. 8. apud Flodoardum lib. 2. Histor. Remensis cap. 5. et lib. 6. Capit. Caroli Magni cap. 106.

INTERREX, Gubernator Regni. Hector Boetius lib. 2. Hist. Scotor. pag. 27 : *Ubi Interrex (hæc ætas Gubernatorem vocat) cunctis applaudentibus est declaratus.* [* Alia

Digitized by Google

Bertini ad ann. 1214. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 697 : *Rex ordinato exercitu, densatis turmis, strictisque lanceis in Imperatorem acer invehitur, et aciebus Interstalantibus utrimque durissima pugna, sed non longa inseritur : nam statim Imperator terga dedit, et invictissimo Regi victoria cessit.* Agitur de celebri victoria Bovinensi.

INTERSTANTIA, Distantia, Thwroczio pag. 14.

¶ **INTERSTARE**, dicebantur in Choro Monachi, cum ad officium divinum alterni sedebant et alterni stabant, hoc scilicet ordine, ut inter duos stantes unus sederet, et vicissim. S. Wilhelmi Constitut. Hirsaug. lib. 1. cap. 38 : *Qui tamen hoc habent relevamen, quoties opus habuerint, Conversos in vicino positos pro se ad Interstandum vel alios in promptu habere, et ipsi super sedilia, si quæ ibi vacua viderint, denuo possunt quiescere; sunt namque in eodem choro et aliæ sedes, in quibus infirmiores pro devitanda Standi vicissitudine jugiter sedent.*

¶ **INTERSTELLATUS**, Stellis conspersus, ornatus, in Chron. Casin. apud Murator. tom. 2. pag. 363.

* Sed et nude pro Interstinctus, ut apud Andr. Floriac. MS. in vita S. Gauzl. archiep. Bitur. lib. 1 : *Crucem auream lapidibus pretiosi generis Interstellatam.... dereliquit.*

INTERSTITIATUS. Veteres Schedæ Ecclesiæ Bisuntinæ, apud Chifflетium in Dissert. de Conversione Constantini M. cap. 1 : *Cumque ab astantibus didicisset, ibi aliquos adesse, Interstitiata adbrevi de Christianis ratione, quasi sub obtentu mirandæ civitatis situm videndi, pervenit, ubi locorum manebant Christiani.* [i. e. audita fortuito et leviter de Christianis ratione.]

¶ **INTERTENEMENTUM**, Sumtus, a Gallico *Entretenement*, quod maxime dicitur de sumtibus ad victum et cultum. Locum vide in *Altagium*.

¶ 1. **INTERTENERE**, Gall. *Entretenir*, Alere, fovere, sartum tectum conservare. Obituarium Eccl. Morin. fol. 35. v°. : *Dedit lampadem subtus organis ante fontes... et ut Interteneatur ad laudem Dei et honorem sacramentorum sommam 24. librarum.* Acta SS. April. pag. 417. de S. Thuribio Episc. : *Censuit solvi ad luminaria Intertenenda seu fovenda certas libras ceræ et olei.* Conclusiones Capituli Meld. ann. 1542 : *Ad onus observandi et Intertenendi in eadem leprosaria eam hospitalitatem. Alere et Intertenere*, in Litteris ann. 1518. apud Rymerum tom. 13. pag. 646 : *Pro bono Intertenendæ et augmentationis mercandisæ*, in Litteris ann. 1480. apud eumd. tom. 11. pag. 497. *Cultum divinum Intertenere seu augere*, in Statutis Eccl. Pictav. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1074. *Ædificia, domos Intertenere*, in Regesto Parlam. ann. 1450. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 400. et in Charta ann. 1480. apud Miræum tom. 2. pag. 1346. col. 2 : *Intertenere seras et claves ac vitrinas camerarum, utensilia coquinæ*, in Charta ann. 1526. apud Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 588. Bulla Alexandri IV. PP. ex Archivo Sangerman. : *Prohibemus ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel Intertenere, seu violentiam audeat exercere.* i. manum alicui injicere.

¶ **INTERTINERE**, Sarta tecta tueri. Chron. Bonæspei pag. 441 : *An.* 1501. *redemit idem Abbas omnem obligationem reparandi et Intertinendi turrim, chorum et navim prædictæ Ecclesiæ.* Similia occurrunt ibid. pag. 462.

* **INTERTINERE**, Sumtus necessarios ad victum cultumve suppeditare. Testam. ann. 1503. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xliv. : *Guillelmus de Pratocomitali canonicus ecclesiæ collegiatæ Sanctæ Crucis Montilii Adhemari.... relinquit Rolando ejus domato* 150. *florenos,.... quos sibi solvi vult... tociens quociens dictus Rolandus ad ætatem* 25. *annorum devenerit;.... et quod.... suus hæres ipsum Rolandum Intertineat in scolis... usque ad ætatem prædictam.* Vide in *Intertenere* 1. Hinc

* **INTERTINENTIA**, Gall. *Entretien*, alias *Entretenance*. Charta ann. 1470. in Suppl. ad Miræum pag. 627. col. 1 : *Pro nova infirmaria in eadem curti extruenda, ac sustentatione et Intertinentia begginarum infirmarum etc.* Reg. Corb. 13. sign. *Habacuc* ad ann. 1510. fol. 59. v°. : *A esté ordonné que Colau Bertould, palfrenier de l'église, prendera ung josne filz honeste et propice pour le aidier à abiller les chevaulx, et le entretiendra à ses despens; pour laquelle Entretenance, ses gaiges, qui montent à x. l. par an, seront augmentés de iiij. l.* Vide *Intertenementum*.

¶ **INTERTENTIO**, Conservatio, in Litteris anni 1534. apud Rymer. tom. 14. pag. 538. col. 2.

* 2. **INTERTENERE SE**, Colluctari, inter se complecti, Gall. *s'Entretenir*. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 37 : *Ipsi Johannes et Colinus se ad invicem aggressi fuerunt et Intertenuerunt in tantum, quod dictus Johannes de cuspide cujusdam cutelli sui punctim percussit dictum Colinum et vulneravit.*

INTERTIARE, est *sequestrare, in manum tertiam ponere*, vel *mittere*. Gloss. Saxon. Cottonianum gebor-festan, *Intertiare*. Proprie autem dicitur res *intertiari*, cum furto sublata, et alteri vendita, a domino repetitur ab eo, penes quem deprehenditur. Quippe donec possessor auctorem suum advocaret, ac laudaret, *in manum tertiam mittebatur*, seu sequestro dabatur : tum vero de re *intertiata* controversia erat, quam is, qui repetebat, *intertiare* dicebatur *super possessorem*, cujus partes erant venditorem proferre, atque ille alium, donec ad ipsum furti reum deveniretur. Hanc *intertiandi* rationem omnino prodit Lex Salica tit. 48 : *Si quis, qui Lege Salica vivit, servum aut ancillam, caballum, vel bovem, seu jumentum, seu quamlibet rem suam sub alterius potestate agnoverit, mittat eam in tertiam manum* : (id est, in sequestri manum) *et ille, apud quem agnoscitur, debet adhramire : et si intra Ligerim aut Carbonariam ambo manent, et qui agnoscit, et apud quem agnoscitur, in noctes* 40. *placitum faciant, et in ipso placito quanticunque fuerint, qui rem Intertiatam* (sequestratam) *vendiderint, aut cambiaverint, aut fortasse in solutionem dederint, omnes intra placitum istum commoneantur, ut unusquisque cum negotiatoribus suis alter alterum admoneat.* Et infra : *Ista omnia ubi hamallus est, super quem res primitus agnita fuerit, aut Intertiata, fieri debent.* Id præterea multis in locis firmat Lex Ripuar. tit. 33. § 1 : *Si quis rem suam cognoverit, mittat manum super eam*, (id est, pignoret, seu saisiat, ut verbis Practicorum utar) *et ille, super quem Intertiatur, tertiam manum quærat*, (id est, sequestrum) *tunc in præsente ambo conjurare debent cum dextera armata, et cum sinistra ipsam rem* (sequestratam) *teneant : unus juret, quod in propriam rem manum mittat : et alius juret, quod ad eum manum trahat, qui ei ipsam rem dedit, etc.* Atque hæc est vera vocis *intertiare* significatio, quidquid contra dicant Lambardus, Somnerus, et Wendelinus, qui volunt esse cum *tertio* de re furto subrepta contendere, vel certe *tertium advocare*, qui auctorem suum laudet, ad quod tenebatur is, a quo repetebatur. Ita in veteribus Glossis, ἔντριτος, est *Sequester* : in aliis, ἔντριτος, *Intertius*. In Gloss. Lat. Græc. : *Sequester*, μεσίτης, ἔντριτος, συνθηκοφύλαξ.

Igitur *Intertiare rem furatam super aliquem*, est rem, in sequestrum positam, repetere in Lege Salica d. tit. in Decretione Childeberti Regis § 3. in Lege Ripuar. tit. 33. § 1. tit. 72. § 1. 4. 6. 8. in Lege Longob. lib. 2. tit. 28. § 3. [** Carol. M. 132.] in Capitul. Caroli M. lib. 6. cap. 209. in Legibus Inæ apud Brompton. cap 27. 52. 59. et in Legibus Edwardi Confess. cap. 25. [necnon in Charta Communis Rotomag. apud *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. pag. 307.] Sic *Entiercer* usurpant Stabilimenta S. Ludovici : *Se aucune personne sieut aucune chose qui li ait esté emblée, et il Enterche pour l'emblée, etc.* Usatica Ambianensis urbis MSS. : *Et se il avient chose, que aucune ame Enterche, et il ne peut prover, il paie* 60. *sols de faus Enterchier. Intertiator*, [in Legibus Ottonis Aug. cap. 7. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 172.] *Entierceur*, dicitur in Legibus Norman. vernaculis Will. Nothi cap. 25. Hinc in Consuetudine Aurelian. art. 455. et Dunensi. art. 93. *Entiercer*, est rem judicis auctoritate a domo creditoris auferre, et pignori, vel quasi *sequestro* dare. [*Intertiatura*, Sequestratio, in mox laudatis Legibus Ottonis Augusti.] [** Vide Mittermaier. Princip. Jur. German. § 153. not. 6.]

Animal furatum absque Intertiato requirere, in Lege Ripuar. tit. 47. *Res Intertiata*, in Capit. Caroli M. lib. 3. § 46. Vide Legem Wisigoth. lib. 7. tit. 2. § 9.

* **INTERTIO**, Sequestratio seu depositio rei amissæ vel furto ablatæ penes sequestrum. Charta Phil. Pulc. ann. 1292. pro locat. præposit. Ambian. ex Reg. donor. Car. IV. et Phil. VI. in Cam. Comput. Paris. fol. 149. r°. : *Item in.... emendis, licentiis, dangeriis, Intertionibus rerum furtivarum vel amissarum.* Vide *Intertiare*.

¶ **INTERTINERE**. Vide *Intertenere*.

¶ **INTERTIUS**, Sequester. Vide *Intertiare*.

* **INTERTORCINIUM**, **INTERTORCINUM**, Tæda, fax, Gall. *Torche*. Chron. Guil. Bardini inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 22 : *Quadraginta Intertorcinis ardenti-*

Digitized by Google

bus illuminato, etc. Et col. 25. ad ann. 1335 : *Cum pauperibus quinquaginta luctuose vestitis, Intertorcinia, armis gentis Berengariæ insignita, gestantibus.* Vide *Intorticium.*

INTERTURIUM, Spatium interjectum inter duas turres. Charta fundationis Monasterii Tuitiensis ann. 1019. apud Gelenium in Colonia Agrippina pag. 381 : *Deinde ipsum Castrum Tuitiensium, turres scilicet, ac Interturri cum fossato in circuitu, etc.*

¶ **INTERTUTRIX**, Curatrix, Gallis *Tutrice*, in Charta ann. 1335. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 295.

INTERVALLARITER, Per intervalla. Magister Egidius Corboliensis lib. de Pulsibus :

Si calidus digitos Intervallariter urens.

INTERVENIRE dicebantur ii, quorum *interventu*, ac *intercessione* Principes ac Reges alicui aut Ecclesiæ, aut privato, quidpiam concedebant. Unde crebro legitur hæc formula in Diplomatibus, *per interventum, interventu* magnatis alicujus id esse concessum, ut in iis, quæ habet Baldricus lib. 1. Chr. Camerac. cap. 62. 72. 76. 107. 108. Colvenerius apud eumd. Baldricum pag. 495. Meibomius in Not. ad lib. 3. Witikindi pag. 74. et in Diplomatibus Ottonis M. eidem Historiæ adjunctis, etc. Glossæ vet. : *Interventu*, τῇ μεσιτίᾳ. Gloss. Gr. Lat. : Ἐπιγνώμων, *Intercessor, Interventor.* Alibi : Διαιτητής, *disceptator, arbiter, Interventor.* Ugutio : *Intervenire, intercedere, inter alios venire, mediatorem esse.* Gloss. Lat. Græc. : *Intervenit*, μεσίζει. *Interventio*, μεσιτία. Vide JC. et in voce *Ambasciare.*

INTERVENTORES, dicti, qui sede vacante Episcopatum administrabant, donec proprius aliquis electus esset. S. Augustinus lib. de unico Baptismo cap. 16. de Donatistis : *Contra quam paucissimis Aphris partis suæ primo Interventores adventitios furtim longeque mittebant,... donec deceptæ plebeculæ quasi proprios Episcopos ordinarent.* Idem Epist. 163 : *Narrant etiam in ipsa schismatis novitate, majores suos.... dedisse quendam Interventorem populo suæ communionis apud Chartaginem constituto, antequam Majorinus adversus Cæcilianum ordinaretur.* Synodus Carthag. habita ann. 525 : *Neque plebi nos vicinæ aliquando subjecimus, aut Episcopis vicinis, aut Interventori Ecclesiæ, quæ proxima est nobis, etc.* Adde Ferrandum Diac. in Breviario cap. 22. 23. Crisconium cap. 267. Capit. Caroli M. lib. 7. cap. 89. etc. [** Vide Glossar. med. Græcit. voce Ἐπιξενούμενος, col. 423.]

INTERVENTORES, dicuntur etiam sponsores in Baptismo, Patrini. Nicolaus I. in Resp. ad consult. Bulgar. cap. 18 : *Qui fidem reapuit, quam promisit ab illo, a quo susceptus est, et qui fidei ejus interventor extitit, debet per omnia revocari.* Vide *Intercessio.* [* Vide *Intercessores* 1.]

* **INTERVENTUS**, Intercessio. Bulla Clem. III. PP. inter Act. SS. tom. 1. Jul. pag. 367. col. 2 : *Hinc est, quod cum ad audientiam apostolatus nostri.... pervenerit, quod divina potentia, per miracula et Interventum beati Ottonis, etc.* Vide *Intervenire.*

* **INTERVERSUS**, Interruptus. Charta ann. 1212. ex Tabul. Montis-major. : *Promittit deinde quod finito usufructu, restituet easdem res cum omnibus meliorationibus, absque eo quod possit uti ulla præscriptione, quamvis longissima non Interversa possessione, vel etiam Interversa a se vel ab aliis.*

INTERULA, Camisia. [Papias : *Interula, Interior tunica, hoc est supparum, quod vulgo dicitur Camisia.*] Vopiscus in Claudio : *Interulas, dilores duas.* Tertull. de Pallio cap. 5 : *Si quid interulæ superest.* Petr. Diac. lib. 4. Chron. Casin. cap. 74 : *Interula ejus artus nudantes.* Utuntur Martianus Capella lib. 1. Joannes Altivillensis in Architrenio lib. 2. cap. 3. et alii passim. *Interior tunica* dicitur Valerio Maximo, *intima*, Gellio lib. 10. cap. 20. χιτώνιον ἐχέσαρκον Athenæo, et aliis.

* **INTERULATUS**, *Incamisato.* Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Interula.*

* **INTERZATUS**, Intextus, innexus, Ital. *Intessuto.* Chron. Placent. ad ann. 1388. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 580 : *Dominæ pro majori parte loco terzarum de auro vel de serico, quas portare solebant contextas seu Interzatas in capillis capitis earum, etc.* Vide infra *Intrezatorium.*

* **INTESCUTANS**. Acta S. Memor. tom. 3. Sept. pag. 70. col. 2 : *Deinde redeuntes* (ministri) *et contendentes inter se de spoliis sanctorum martyrum, gladii eorum Intescutantes, alter alterius mortem dedit.* Ubi docti Editores : Vox est mendosa, totaque phrasis vitiosa. At voluit auctor, ortam fuisse inter milites contentionem de spoliis, indeque acrem velitationem, qua occubuerunt non pauci. Annon apte restitueretur, *gladiis eorum inter se utentes?*

* **INTESTABILIS**, Qui nec testamentum legitime condere potest, nec bona ipsi testamento legata percipere. Proces. contra turbantes regimen civit. Ferrar. ex Reg. Joan. XXII. PP. fol. 104. r°. col. 2 : *Sit Intestabilis, ut nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad alicujus bona ex testamento vel ab intestato vocetur.* Sent. contra Florent. ann. 1313. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Bonincont. Hist. Sicul. part. 3. pag. 222 : *Quemlibet eorum perpetua damnamus infamia, ita quod sint Intestabiles, et ad nullum actum legitimum de cetero admittantur.*

¶ **INTESTAMENTUM**, pro *Intestatum*, in Formulis Marculfi lib. 2. form. 7. et 17.

* **INTESTARE**, Hispanis et Italis, dicitur de agri capite seu parte superiori, qua terminatur. Charta ann. 1121. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 3 : *Deinde* (campus) *sicut Intestat cum atrio ejusdem ecclesiæ et vadit directe ad ruam a Francis, et terminatur eadem rua.* Stat. Vercel. lib. 4. pag. 70. v°. : *Qui habet terram, quæ Intestet in illo fossato, plantet in loco ipsius fossati bozolas seu spinas.*

INTESTATIO, INTESTIA, Bona mobilia, seu *catalla* intestatorum, quæ ad dominos, ex eo, quod quis decesserat *intestatus*, pertinebant. Charta ann. 1238 : *Et ostem, et cavalcatas, et seguis, et cucucias, et exorquias, et homicidia, et Intestationes, et arsinas, etc.* Alia Rogerii Comitis Fuxiensis ann. 1250 : *Exfranquimus omnes et singulos homines de Valle de Meranges, et eorum proles in perpetuum de exorquia, Intestia, arsina, cugucia, etc.*

Qui porro *intestatus* decesserat, habebatur olim pro damnato ac infami. Cum enim Conciliorum canonibus certam bonorum suorum, atque adeo decimam *partem*, ut est apud Matthæum Paris pag. 113. distribuere in pios usus, ad animæ redemtionem, quivis teneretur : qui id non egisset, salutis suæ curam quodammodo videbatur abjecisse. Quamobrem jubentur Sacerdotes, in aliquot Synodis, morituros adhortari, ut et peccata sua sacramentali confessione eluant, et de rebus suis in Ecclesiarum vel pauperum favorem, aut in alios pios usus ad animæ salutem disponant, ut est in Synodo Sodorensi can. 1. Quod quidem ita invaluit, ut delictorum absolutio et Viaticum denegaretur iis, qui Sacerdotum in hisce monita posthaberent, ut qui eleemosynis et confessione ac viatico viam sibi ad æternam beatitudinem, a Sacerdote moniti, parare neglexerant, et salutis suæ curam omnem abjecisse crederentur : adeo etiam, ut nullum esse discrimen existimarent inter ejusmodi *intestatos*, et illos, qui sibi mortem intulissent. Ut autem βιωθανάτων bona mobilia in fiscum redigebantur, ita et *intestatorum* dominis addici debere existimaverunt, maxime si per eos licuerat haud *intestatos* decedere. Charta de Regibus Angliæ in Normannia adversus Clerum ann. 1205. in Regesto Herouvalliano Philippi Augusti f. 121. et in Normannicis Duchesnii f. 1052. 1060 : *Item diximus de illo, qui moritur Intestatus, si jacuerit in lecto ægritudinis per tres dies vel quatuor, omnia mobilia ipsius domini Regis debent esse, aut illius in cujus feodo terra est, et sicut de illo, qui se interfecit spontaneus.* Idem ferme statuunt S. Ludovici Stabilimenta lib. 1. nam cum in cap. 86. bona mobilia illius, qui suspendio voluntario, aut quovis modo mortem sibi intulisset, vel aquis mergendum se dedisset, ad *Baronem* pertinere dicantur, hæc in capite sequenti subduntur : *Se aucuns hom, ou aucune fame avoit geu malade huit jours, et il ne se voulust confesser, et il mourut desconfés, tuit li meubles seroient au Baron.* Le Roman *de Garin* MS. :

Outre, fet-ils, fels, traitres, cuvers.
Vostre lignage mora hui desconfés,
Jà de cest champ n'istra ni cuens ne pers.

Sed et *desperatis* inconfessos æquiparant Jura et consuetudines Normanniæ cap. 21 : *Desperati autem moriuntur qui per novem dies, vel amplius, gravi ægritudine et periculosa oppressi, communionem et confessionem sibi oblatam recusant ac differunt, et in hoc moriuntur : terris tamen propter hoc hæredes non privantur, sed eorum catalla debent in manu Principis remanere.* [Quæ ducta sunt, ut docet *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. pag. 178. ex veteri Inquesta facta auctoritate Philippi Aug. post Normanniam bello quæsitam : ubi inquirebatur de juribus Regum Angl. in *Sanctam Ecclesiam.* Ex illa Inquesta hæc proferuntur loco citato : *Nous deismes de celui qui muert Intestat, se il gist en son lict par trois jours, ou par quatre, tous ses biens meubles doivent être notre Sire le Roy, ou à cheli, en quelle*

Digitized by Google

terre, ou en quelle jurisdiction il est, et tout est-il de chaux qui ochient eux-mesmes de leur propre volonté.] Sic igitur βιοθάνατος, et qui absque confessione volens decesserat, pari habebantur conditione.

Neque postmodum potioris status omnino fuere, qui subitanea ac improvisa morte decedebant, cum id *divino* adscriberent *judicio*, ut est in Provinciali Eccl. Cantuar. lib. 3. tit. 13. eoque nomine bona eorum mobilia fisco dominico perinde adscriberentur. Chronicon Laurisham. pag. 92 : *Nam ferme biennio mutus et elinguis, ac dira omnium membrorum paralysi contractus, carne jam præmortua, solo spiritu palpitans, dedecorose tandem et Intestatus expiravit.* Ubi *divino* quodam *judicio* scelestus ille, *mutus et elinguis*, ac proinde *Intestatus* obiisse dicitur : quod *mori sine lingua*, vetus Charta apud Will. Tyrium lib. 12. cap. 25. *morir san fabla*, Fori Hispanici vocant. Quo etiam pertinet, quod habet Chronicon Nangii ann. 1202 : *Guillelmus Remensis Episcopus, dum Laudunum veniisset, morbo subitaneo præventus opprimitur, et obstruso linguæ officio moritur Intestatus*, id est, absque confessione et viatico : nam eo ævo, *Intestato mori*, nihil fere aliud erat : quod nemo moriturus exhomologesin peccatorum suorum daret, qui non una et simul de eleemosynis suis disponeret. Charta Ludovici VII. pro Rupellensibus apud Beslium pag. 600 : *Dedi et concessi in perpetuum omnibus hominibus, qui manent Rochellæ,... quod quicumque ex illo sive testatus, sive Intestatus, id est, sive confessus, sive non, morietur, omnes res ejus et possessiones integre et inrecte remaneant hæredibus suis et generi suo. Illius autem qui testatus, sive confessus morietur, præcipio, quod testamentum stet juxta ejus divisionem.* Charta Henrici III. Regis Angliæ pro eodem oppido Rupellensi : *Præterea concedo eis et confirmo hac carta mea, quod quilibet de illis, qui confessus est, et testatus decesserit, stabilem et ratam suarum rerum habeat divisam, et, sicut eam fecerit, firmiter teneatur. Si vero aliquis illorum colli fractione, vel submersione, vel aliquo casu subita morte præventus fuerit, et spatium confitendi non habuerit, concedo, ut secundum rationabilem dispositionem et considerationem parentum et amicorum suorum res suæ distribuantur, et eleemosynæ fiant pro anima ejus.* [Charta ann. 1209. qua Raibaldus de Calma libertates concedit hominibus terræ suæ, tom. 1. Hist. Dalph. pag. 19 : *Si aliquis fecerit testamentum, illius suprema voluntas secundum jura legalia per omnia servetur; et si aliquis moriatur ab Intestato, proximiori in linea ascendentium vel descendentium parentelæ hæreditas cum omni sua pecunia devolvatur.*] In Charta commutationis castelli Montisferrandi in Arvernis, facta a Ludovico de Bellojoco, domino *Borci*, cum Rege Philippo ann. 1292. ubi de *mortallia* ejus, qui in eodem oppido *non confessus* moritur, universa bona ad dominum Montisferrandi pertinere dicuntur. Verba notatu dignissima sequentia sunt : *Et est à savoir, que pour les 4. aides que li Sires de Montferrant a et doit avoir à Montferrant, quant li cas aviennent, c'est à savoir l'aida de sa chevalerie, l'aida de sa fille marier, de la raençon de son corps pris en guerre, et de l'alée d'oustremer, et encore pour le cas de la mortaille, c'est à dire, que quand aucun meurt en la ville de Montferrant sans confession, tuit li bien meuble d'icelui sont au Seigneur de Montferrant, etc.* Charta Roberti Comitis Flandriæ in Tabulario S. Bertini : *Ad hoc etiam si servus Comitis et confitens obierit, terram et omnem substantiam ejus Comes possidebit : reditus autem terræ ipsius Comes persolvet Abbati.* Ubi videtur legendum *non confitens.*

Atque ut *inordinatus* mori dicitur, qui non condito testamento decedit, in Concilio IX. Tolet. can. 4. in Legibus Wisigoth. lib. 5. tit. 7. § 14. et apud Tyrium loco laudato : ita Græcis ἀσύντακτος mori dicebatur, qui non sumpto viatico decedebat. Id nuper observatum a nobis in Notis ad Stabilimenta S. Ludovici ex Vita S. Eusebiæ apud Bollandum 24. Jan. Nam cum vitæ finis eidem sanctæ instaret Virgini, adessetque pater ejus spiritualis, hæc verba effata est : *Mihi, ut video, adest finis, dolorque est animæ meæ et tristitia ingens, quod Inordinata egrediar ex corpore, absente sancto Episcopo et patre nostro domino Paulo.* Ubi Bollandus ait, Græcum exemplar habere ἀσύντακτος, *quia videlicet*, inquit *sacro viatico et extremis mysticisque Sacerdotum precibus non esset munita.* Atque hac, ni fallor, notione voce *Intestatus* usus videtur Libellus precum Marcellini et Faustini pag. 65 : *Sed apud Treviros Bonosus Presbyter inclusus, Intestatus, ac diu pœnas senex dedit propter observantiam intaminatæ fidei illius, etc.*

Quorumcumque igitur intestatorum, hoc est, sive ultro absque confessione et non sumto viatico, ac eleemosynarum non facta dispositione, sive subitanea præventi morte decessissent, bona mobilia ad fiscum dominicum redibant. Regiam Majestatem lib. 2. cap. 33 : *Cum quis Intestatus decedit, omnia catella domini sui erunt.* Id pluribus probatum ad Stabilimenta S. Ludovici.

* *Intestatus* mori non putabatur quis, nisi paterfamilias esset, qui nimirum de bonis suis disponendi facultatem haberet; quo etiam casu, si non condito testamento decederet, tunc ipsius loco testamentum in pios tantum usus ab aliis condi posse, statuitur in Reg. Corb. 13. sign. *Habacuc* ad ann. 1511. fol. 70. v°. : *On n'est tenu à faire testament solempnel, se on n'est chiefz d'ostel, ayant oportunité et puissance de ce faire : néantmoins s'il décédoit quelque personnaige, qui fut chiefz d'ostel Intestat, on luy en porroit faire faire ung pour les légatz salutaires seulement selon son estat, faculté et puissance, et non aultrement.*

* *Intestatorum*, etiam in itinere morientium, bona mobilia ex usu pertinebant ad episcopum, vel curionem, aut ad ecclesiæ fiscum, in cujus districtu decedebant. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 73 : *Après ce que Jehan de Henaut marchant de toiles fu trespassé en ladite ville* (de Beauvais) *en l'ostel Pierre Collele hostelier, et que la femme dudit hostelier ot baillié à l'appariteur de la court espirituele de l'évesque de Biauvaiz les biens d'icellui défunct, qui oudit hostel estoient, comme appartenanz, si comme l'en disoit, audit évesque, pourceque icellui de Henaut estoit trespassé en son éveschié, senz faire testament.* Aliæ ann. 1403. in Reg. 158. ch. 23 : *Pourceque oudit testament n'avoit aucuns tesmoings, jour ne date escrips, le suppliant doubtoit que l'evesque d'Evreux, en quel éveschié ledit testateur estoit demourant, voulsist dire ledit testament estre nul, et parceque tous les biens meubles d'icellui déffunct lui appartenissent par l'usage et coustume du pais, comme mort Intestat, etc.*

* Qua ratione autem ejusmodi bona distribuebantur, docent Literæ remiss. ann. 1403. ex Reg. cod. ch. 266 : *Comme Blanche Routiere de la parroisse de Donnemesnil feust trespassée Intestate : pourquoi les meubles à elle appartenans feussent escheuz au curé et aux trèsoriers d'icelle parroisse pour les distribuer, c'est assavoir le tiers audit curé, l'autre tiers auxdiz trésoriers et le résidu aux poures, etc.*

Hujus autem consuetudinis eam esse existimaverim originem, quod cum absque eleemosynarum distributione prævia decedere probrosum quodammodo Patres judicarent, sæpeque accideret ut morte improvisa, nulla facta bonorum in eleemosynas ordinatione vel dispositione, quis decederet, quo animæ illius consuleretur saluti, ut mortui partes supplerent Episcopi et Sacertes, sanxerunt, ut ex defuncti bonis eleemosynas distribuerent, eoque nomine bona illius mobilia sequestrarent, debita creditoribus persolverent, omniaque exequerentur, *eodem modo, quo tenerentur, si testamentum fecisset, executores*, ut est in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 22. § 3. et in Fleta lib. 2. cap. 52. § 12. 13. lib. 6. cap. 37. § 7. Exstat Charta ann. 1370. in Tabul. Episcopat. Ambian. fol. 189. in qua hæc habentur : *Sur ce que lei dis Evesques s'estoit complains desdits doien et chapitles, ... de ce qu'ils avoient fait enterrer le corps de... qui estoient mors Intestats, sans le congié ou licence dudit Evesque, et sans qu'il eut eu les biens desdits defunts pour iceux distribuer pour les ames d'iceux mors, etc.* Ea vero bona, quæ in eleemosynam sequestrabant, *eleemosynam rationabilem* appellabant, uti in hac voce docuimus. Tabular. Capitul. Rotomag. in Collectione Concil. Rotomag. pag. 185 : *Item distributio eorum, quæ in testamento relinquuntur, auctoritate Ecclesiæ fiet, nec decima pars bonorum, ut olim, subtrahetur.* Sed et interdum intestati familiares, et agnati, ipsius loco testamentum condebant ad ejusmodi legata, ad id forte ab Episcopis delegati; cujus moris exstat exemplum in Tabulario Prioratus S. Vincentii Laudunensis in hæc verba : *Universis præsentes literas inspecturis, Alanus de Novilla Miles, et Galtherus Canonicus Remensis, salutem. Noverint universi, quod nos fecimus testamentum pro Petro quondam fratre nostro, sub hac forma, quod nos legavimus pro remedio animæ suæ Monachis de Novilla, Capellanis nostris tres modios vini pro anniversario ejus annuatim faciendo, etc. Datum anno Dom. 1261.*

☞ Viget etiamnum in Anglia usus, ut Episcopi bonorum ejus qui intestatus decessit administrationi invigilent aut per se aut per alium quemvis ad id per illos nominatum et deputatum. Hujus rei testis

Digitized by Google

locuples Charta Archiep. Cantuariensis ann. 1701. quam hic referre haud pigebit : *Thomas providentia divina Cantuar. Archiep. totius Angliæ Primas et Metropolitanus, dilecto nobis in Christo Carolo Moreau filio naturali et legitimo Stephani Moreau nuper parochiæ S. Martini in Campis in Comitatu Middelsex defuncti salutem. Cum idem Steph. Moreau sit, ut præmittitur, defunctus, habens dum vixit et mortis suæ tempore bona, jura, sive credita in diversis diœcesibus, sive jurisdictionibus, jam nuper ab Intestato decesserit, cujus prætextu omnium et singulorum bonorum, jurium et creditorum dicti defuncti plenaria dispositio, administrationisque eorumdem concessio, nec non computi, calculi sive ratiocinii, administrationis hujusmodi auditio finalisque liberatio... demissio ab eadem ad nos solum et in solidum et non ad alium nobis inferiorum judicem necessarie dignoscuntur pertinere : Nos affectantes ut bona, jura et credita dicti defuncti bene et fideliter administrentur, ac in pios usus convertantur; ad administranda igitur bona, jura et credita dicti defuncti, ac bene et fideliter disponendum de eisdem, nec non creditorum quæcumque dictus defunctus petenda, colligenda, levanda et exigenda, quæ ad dictum defunctum dum vixit, et mortis suæ tempore pertinuerunt, ac de solvendo æs alienum in quo dictus defunctus hujusmodi mortis suæ tempore extitit obligatus, quatenus bona, jura et credita sua hujusmodi ad hoc extendunt, juxta ratam eorumdem; Tibi du cujus fidelitate in hac parte confidimus, primitus de bene et fideliter administrando eadem, ac de pleno et fideli inventario omnium et singulorum bonorum, jurium et creditorum hujusmodi conficiendo, et illud in curiam prærogativæ nostræ Cantuariensis, intra vel ante ultimum diem mensis Februarii qui fuerit in anno Dom. 1702. inde reddendo ad sancta Dei Evangelia juramento, plenam tenore præsentium committimus potestatem, Teque administratorem omnium et singulorum bonorum, jurium et creditorum hujusmodi ordinamus, deputamus et constituimus per præsentes... Datum Londini 5. die mensis Febr. ann. 1701. nostræque transmissionis octavo.*

Neque, opinor, alio jure cognitio de testamentis ad *Curiam Christianitatis* pertinuit; cum, ut est apud Matthæum Paris ann. 1190. *rerum, quæ in testamento relinquebantur, distributio auctoritate Ecclesiæ fieret.* Pari modo : *Si quis subitanea morte, vel quolibet casu præoccupatus fuisset, ut de rebus suis disponere non posset, distributio bonorum ejus Ecclesiastica fiebat auctoritate.* Synodus Exoniensis ann. 1287. cap. 50 : *Si qui vero laicorum decesserint Intestati, de bonis eorum per locorum ordinarios taliter præcipimus ordinari, ut pro anima defuncti in pios usus totaliter erogentur.* Quo sane pertinet, quod scribit Anastasius Bibliot. in Præfatione ad octavam Synodum, Photium Patriarcham Constantinop. persuasisse Imperatori Michaeli, ut *præciperet neminem testamentum facere, vel per alterius, nisi per Photii manus, suas eleemosynas erogare : quod non ob aliud*, subdit idem Scriptor, *adinvenit inventor malorum, nisi ut, cum acciperet et erogaret substantias divitum, proprias a minus curiosis erogasse putaretur, ac per hoc a cunctis quasi dapsilis et munificus haberetur.* Licet nolim præstare, eam fuisse mentem Occidentalium Episcoporum; eorum tamen exemplo morem ipsum in Orientem invehere voluisse Photium, par est existimare.

* Quodnam vero fuerit episcoporum ecclesiasticorumve, cum bona mobilia intestatorum sibi arrogabant, propositum, aperte declarat Arest. 26. Maii ann. 1357. in vol. 4. arestor. parlam. Paris. : *Præpositus noster aut procurator in ballivia Silvanectensi fecerat ad judicium evocari quendam decanum Christianitatis aut curatum Belvacensis diœcesis, super eo quod idem decanus aut curatus sub umbra dicti episcopi ceperat aut sibi attribuere nisus fuerat bona mobilia cujusdam personæ defunctæ, pro eo quod dicebat ipsam Intestatam decessisse; et quia dictus episcopus advocaverat factum, fuerat causa ad parlamentum remissa, pro eo quod idem episcopus, qui est par Franciæ non tenetur invitus extra parlamentum litigare. Dicebatque et proponebat idem procurator noster generalis, quod in hoc fuerat et erat usurpatio et abusus notorie et manifeste, et pro nullo reputari seu annullari debebat; ..præfato episcopo aut procuratore suo ex adverso dicente, quod in diœcesi sua Belvacensi per se et prædecessores suos fuerat et erat in possessione et saisina pacificis.... ponendi in manu sua bona mobilia talium, qui decedunt Intestati in diœcesi prædicta, ad convertendum ipsa per manum suam aut deputatorum suorum ad pios usus et ad pia opera, pro remedio et salute animarum ipsorum decedentium.... Dicebat etiam, quod dato quod aliquis fecerit testamentum, et defuerit aut esse desierint executores hujusmodi testamenti, dictus episcopus per se et prædecessores suos fuit et est in dicta possessione et saisina ponendi et constituendi super hoc executores... Per arrestum curiæ nostræ dictum fuit.... ipsum episcopum in prædictis abusum fuisse seu abusisse.* Quo non obstante aresto eumdem usum Bellovaci viguisse anno 1379. discimus ex Literis paulo ante laudatis. Notandum vero ibi episcopi Bellovacensis jus constituendi testamentorum executores, quo etiamnum gaudet Cantuariensis archiepiscopus, ut supra observatum.

☞ Cum autem in sui præjudicium hæc agere Episcopos existimarent judices regii, Arresto Parisiensis Senatus ann. 1409. pronuntiatum statutumque est : *Que les habitans qui mourroient, pourroient etre enterrez sans le congé de l'Evéque et ses officiers s'il n'y a empéchement canonique : et outre que les heritiers du testament d'aucun trépassé ne pourront etre contrains ne obeir à accomplir les ordonnances faites par les officiers dudit Evéque, ne par lui, au regard des testamens faits par lesdits Intestaux, mais les pourra ledit Evéque admonester charitablement qu'ils fassent bien pour l'ame dudit Intestat : et que les heritiers ou exécuteurs du testament d'aucun trépassé, pourront dedans l'an de trepassement soumettre l'exécution d'icelui à la justice laye ou de l'Eglise.* Sicque tandem iste usus in Galliis nostris desiit.

* Extat antiquius eadem de re Arestum ann. scilicet. 1401. in vol. 9. arestor. ejusd. parlam. : *Per curiæ nostræ arrestum dictum fuit, quod illi, qui decedent Intestati, libere et absque littera* (episcopi vel officialis) *si non obfuerit aliud canonicum impedimentum, inhumari seu sepeliri poterunt.*

☞ Simili ratione Hispanorum Sacerdotum hac in re molitionibus modum imponere volens Alfonsus IX. Rex Castiliæ legem hanc tulit : *Finando alguno sin lengua, de manera que non ficiese testamento, la Eglesia, onde fuesse parroquiano, non ha razon de demandar ninguna cosa de su haber, fueras ende si hoviesen por costumbre en aquella tierra de demandar alguna cosa, etc.* Las siete Partidas, partida primera tit. 13. leg. 6.

Enimvero cum Episcopos et Sacerdotes in vassallorum suorum bona manus injicere ægre ferrent sæculares domini, præsertim cum eo procederet interdum Ecclesiasticorum avaritia ac lucri cupido, ut, quæ in eleemosynas et creditorum debita distribuere debuerant, sibi adscriberent, id etiam juris sibi arrogavere, vario prætextu, ac primo quidem id ipsum exequendi, quod Episcopi ac Sacerdotes, hoc est, eleemosynas faciendi, et defuncti debita persolvendi, tum etiam eadem bona mobilia sibi adscribendi, quod *intestati* haberentur pro βιοθανάτοις, quorum, ex usu et recepta consuetudine, bona mobilia ad dominos pertinebant. Ecclesiasticorum consuetam rapacitatem in bonis intestatorum satis arguunt in eos decreta statuta, atque ea potissimum, quæ habentur in Provinciali Cantuariensis Ecclesiæ lib. 3. tit. 13. quibus jubentur Episcopi, solutis defunctorum debitis, cætera bona in pios usus distribuere, *nihil sibi inde retento, nisi quod pro labore suo congrum censuerint*, adeo ut cæteroquin defunctorum bona invadere prohibeantur, in Statuto Ottoboni Cardinalis, seu Concilio Londinensi ann. 1268. can. 24.

Verum postmodum eo processit dominorum rapacitas et avaritia, ut vassallorum suorum, qui intestati decesserant, non modo partem bonorum ullam in pios usus distribuerent, sed ea promiscue invaderent; (quod in Concilio Nannetensi, Britanniæ Comitis nutu, abrogatum scribit Hildebertus Turonensis Archiepiscopus Epist. 65. et 66. quas de intestatis intelligendas arbitror) atque adeo debita exsolvere renuerent. Hinc querela Episcop. Angl. in Provinciali Cantuar. Eccl. lib. 3. tit. 28 : *Quidam etiam domini temporales, et eorum ballivi, bona decedentium ab Intestato in districtibus ad ipsos dominos prætendentes fore, quamvis erronee, devoluta, ne per ordinarios bona hujusmodi pro debitorum solutione sic decedentium ac in alios pios usus pro ipsorum animarum salute convertantur utiliter, prout consensu regio et magnatum regni Angliæ, tanquam pro jure Ecclesiasticaque libertate ab olim extitit ordinatum, impediunt in derogationem Ecclesiasticæ libertatis, etc.* In eodem Provinciali lib. 3. tit. 13. in Concilio Lambethensi ann. 1261. et in Concilio Londin. ann. 1342. can. 7 : *Laicis aut Clericis divino judicio decedentibus Intestatis, domini feudorum non permittunt debita defunctorum solvi de bonis mobilibus eorundem, nec in usus uxorum suarum, liberorum suorum, vel parentum, vel aliter per dispositio-*

Digitized by Google

nem ordinariorum bona prædicta pro ea portione, quæ secundum consuetudinem patriæ defunctos contingit, permittunt distribui pro eisdem. Quibus hæc subdit Lindwodus : *Ut puta medietatem bonorum, ubi superest uxor et nulli liberi : alioquin si etiam supersint liberi, tunc defuncti portio est tertia pars, aliis duabus uxori et liberis remanentibus.* Ex quibus præterea docemur, dominos sæculares in Clericorum intestatorum bona manus injecisse, quod vetitum exerte in Concilio Viennensi ann. 1267. can. 10. sub anathematis pœna.

Medietatem, aut tertiam partem bonorum intestati, mobilium, ni fallor, dominos sibi iis casibus interdum arrogasse, ostendunt Usatici Barcinon. MSS. cap. 129 : *De intestatis ab hoc sæculo discessis, si reliquerint uxores ac filios, tertiam partem assequantur seniores in facultatibus eorum. Si reliquerint filios, et non uxores, assequantur medietatem præfati seniores. Si vero uxores et non filios habeant, medietatem seniores jam dicti et aliam medietatem parentes defuncti. Quod si parentes desint, senioribus detur, observatis tamen ad uxores suis directis et omnibus locis. Ita sit de uxoribus Intestatis, quemadmodum superius dicitur de viris.* Consuetudines Catalaniæ inter dominos et vassallos MSS. cap. 45 : *Si aliquis qui nunquam habuerit uxorem, moritur Intestatus, dominus ejus non debet percipere tertiam partem bonorum suorum, nec aliquid aliud ratione Intestiæ : et hoc notatur in Usaticis, ubi loquitur de Intestatis.* Cap. seq. : *Item si aliquis filius alicujus pagensis hominis, alicujus Militis, vel alterius, moritur Intestatus post mortem patris, in aliqua villa, seu castro Regis, et ille non habeat certam mansionem, sed stabat per aliquod tempus in uno loco, et per aliud tempus in alio; tertia pars bonorum illius mobilium debet habere dominus patris ratione Intestiæ, et non Rex, in cujus villa moritur : et hoc notatur in Usatico supradicto.*

Denique, quasi intestatorum bona primo essent occupanti, in ea etiam manum injiciebant hospites, si in eorum decessissent hospitiis, quod vetitum legimus, in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 30. § 3. 4. 5. 6. Vide Ughellum tom. 1. Ital. sacræ pag. 137. 144.

* Bonis vassallorum, non condito testamento, morientium, ea tantum de causa, quod de iis non disposuerant, succedebant domini, cum sæculares tum ecclesiastici. Quod de monasterio Cassinensi testatur Charta Nicol. Mutin. episc. ex Tabul. ejusd. abbat. : *Cum pridem ad aures nostras et notitiam nostræ curiæ devenit, quod.... Bona Antonii Rogerii de valle rotunda, sicut Domino placuit, debitum naturæ persolvens viam universæ carnis petivit egressa ab Intestato, nullis superstitibus filiis, parentibus aut fratribus; propter quod secundum registra Casinensia bona dictæ Bonæ ad dictum sacrum monasterium legitime devoluta erant.*

Quod porro sæculares domini in vassallos suos intestatos jus arrogavere, idem sibi adscripsere Episcopi in Clericos suæ diœcesis, atque adeo ipsi summi Pontifices in Episcopos : quod ex Matthæo Westmonast. et Matth. Paris observavimus in Notis ad Stabilimenta S. Ludovici. Ac de summo quidem Pontifice hæc etiam capienda videntur in Historia Episcoporum Bremensium, ubi de Jo. Archiep. qui Avenione intestatus decesserat :

> Pontifex hic moritur in Avenione,
> Et thesaurus rapitur sub hac ratione,
> Quod sublatus dicitur in Intestatione.

Vide Petrum Cassiodori in Epist. ad Anglos de Bonifacio VIII. apud Prynneum in Libertatibus Eccles. Anglic. tom. 3. pag. 915. Sed et ibidem docuimus, maxime id juris sibi in Clericos suæ diœcesis Episcopos arrogasse : cujus quidem usus, vel potius abusus, testes exstant complures Chartæ, atque in primis illa Reginaldi Episcopi Carnot. ann. 1195. apud Innocentium III. lib. 1. Epistolarum pag. 29. et 51. Edit. Venetæ : *Universos Presbyteros in Decanatu de Sparnone constitutos ab omni violentia, taleis et exactionibus perpetuo absolvimus, ita etiam quod nullus Presbyterorum Decanatus de Sparnone, nisi ordine judiciario suspendi poterit, nec res alicujus saisientur, nisi ipsum Intestatum, quod absit, viam universæ carnis ingredi contigerit.* Charta fundationis Collegii Canonicorum in Ecclesia Escoiarum, diœcesis Rotomag. ab Ingerranno Dom. Marrigniaci Milite et Cambellano Regio mens. Jan. 1310. in 37. Regesto Chartophylacii Regii n. 64 : *Item volo et ordino, quod bona Intestatarum personarum ipsius Collegii per Decanum vel Cantorem aut Thesaurarium, si Decanus absens fuerit, dividantur in tres partes, quarum unam pauperes Hospitalis, quod jam in dicto loco fundavimus, habeant, reliqua pro defensione jurium Ecclesiæ conserventur : et tertiæ partis residuæ duæ partes Canonicis, et reliqua Clericis distribuantur : et nihilominus tam ipsorum Intestatorum, quam etiam testatorum lectas unus, quem meliorum furnimentum habebunt tempore mortis suæ Hospitali prædicto pro pauperibus relinquatur.* Exstat apud Guill. Cruceum in Hist. Episcoporum Cadurcensium n. 149. Charta ann. 1297. qua ejusdem Ecclesiæ Capitulum, *ex vigore privilegiorum, sibi et Ecclesiæ Cadurcensi a Sede Apostolica concessorum*, Canonicorum intestatorum bona mobilia et immobilia ad se pertinere, ea consignare, et de ipsis disponere, prout sibi videretur expedire, asserit. Similis habetur Charta ann. 1312. in Tabul. Episcopat. Ambian. fol. 163. qua Capitulum Ecclesiæ Ambian. id sibi juris in Canonicos intestatos demortuos competere contendit, Episcopo illud sibi asserente. Sed et id juris Episcopo Cadurcensi in bonis Clericorum suæ diœcesis intestatorum decedentium competiisse docet Charta alia ann. 1384. apud eumdem Cruceum n. 298. adeo ut Clericis ipsis jus testandi ademtum esset, quod Bego Episcopus pro 150. libris Cadurcensibus annui et perpetui reditus penitus abrogavit, concessa libere de suis bonis tum ex Ecclesia, tum aliunde quæsitis, testandi facultate. Sed et haud ita pridem Cardinalis Givriensis Lingonensis Consuetudinis municipalis receptum articulum, eidem Consuetudini, dum reformaretur, inserendum contendit, *rerum mobilium successiones Presbiterorum, absque testamento decedentium, ad Episcopum Lingonensem pertinere.*

Sane cum Clericorum et Sacerdotum quæcumque bona administrationis suæ tempore acquisierint, ad Ecclesiæ nomen, cui præsunt, Chartarum confiicere instrumenta jubeantur in Concilio Toletano IX. can. 4. ita quod si post eorum mortem inordinatum forte remanserit, Ecclesia hoc sibi, cui præfuit, vel minister exstitit, in perpetuo vindicet : fieri potest, ut arrepto istius canonis prætextu Episcopi in Clericorum et Presbyterorum bona quolibet modo manus injecerint, tametsi non ea fuerit mens Concilii

Constat autem ejusmodi quod sæculares domini in intestatorum bona sibi jus arrogavere, haud nuperum esse, cum ejus mentio fiat in Legibus Canuti Regis cap. 68. et 97. cujus verba excerpsit et retulit Bracton. lib. 2. cap. 26. § 2. ubi statuitur, ut *si liber homo Intestatus et subito decesserit, dominus suus nil intromittat de bonis defuncti, nisi de hoc tantum quod ad ipsum pertinuerit, scilicet quod habeat suum heriot; sed ad Ecclesiam et ad amicos pertineat executio bonorum : nullam enim meretur pœnam quis, quamvis decedit intestatus.* His consimilia habet Fleta lib. 2. cap. 57. § 10. Sed et Statuta S. Ludovici lib. 1. cap. 87. huic dominorum feudalium avaritiæ modum posuere, in quibus cavetur in non confessi ac subitanea morte decedentis vassalli bona nullum domino jus esse : *mès se il mouroit desconfés de mort subite, la justice ne la seigneurie n'i auroit riens.*

¶ **Intestatus**, De quo testator testamento non disposuit. Testam. S. Remigii apud Miræum tom. 1. pag. 2 : *Amorinum quoque servum cum omnibus quos Intestatos reliquero, tuo dominio vindicabis.*

* **INTESTICIUM**, *Barbarorum, Prov.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

INTESTINARII, Artifices, quorum mentio in leg. 2. Cod. Th. de Excusat. artif. (13,4.) qui *intestinum opus* faciebant. Intestini autem operis multa mentio apud Vitruvium lib. 4. cap. 4. lib. 5. cap. 2. lib. 6. cap. 3. quod scilicet introrsus, id est, in ipsa domo fit, nempe sub tecto. Unde Budæus pro ligneo usurpatum putat, esseque quod *Minutariam*, seu *Menuiserie*, vocamus, cui consentiunt Barbarus et Philander, qui ad ligneas fenestras referunt; Bernardinus vero Baldus ad lignea laquearia, quibus subgrundia ornatus gratia suffiguntur. Intestini operis meminit præterea Varro lib. 3. de Re rust. cap. 1.

* **INTESTUS**, pro *Intestatus*, in Stat. Cadubr. cap. 39. pag. 59. r°. : *Deliberatum fuit quod si aliquis de Cadubrio decedet ab intesto, etc.*

* **INTEXTUS**, nude, Pannus pictura textili distinctus, ut videtur. Charta ann. 1074. apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 7 : *Monachi sancti Albini reddidere monachis sancti Sergii reliquias S. Sergii et Bacchi, quas inde habuerant; et cappam dedere et Intextum.*

INTHICA, [Reconditorium.] Vide *Entheca*.

INTHINGARE, [Donare, tradere.] Vide *Thingare*.

¶ **INTHRONIASTICUM**, ἐνθρονιαστικόν, vel ἐνθρονιστικόν, Quod pro ordinatione detur Episcopo ordinanti, vel Clericis, vel

Digitized by Google

Reliquias) *minori nostro sigillo in pergameno... muniri, ac filo albo nigroque Intorquuto prædicto pergameno inviolabiliter applicari, et in cera sigilli imprimi et implicari voluimus.*

¶ **INTORTICIUM**, Cereus intortus, tæda, Gall. *Torche*. Testam. Petri de Croso Card. Archiep. Arelat. ann. 1388 : *Item volumus et ordinamus quod in die sepulturæ nostræ recipiantur centum pauperes pro portanda Intorticia, quibus detur eorum quilibet una tunica de panno nigro.* Rursum occurrit in Actis SS. April. tom. 1. pag. 386. Hist. Mediani Monasterii pag. 23. Concil. Hispan. tom. 4. pag. 468 : *Funerales cerei, qui Intortitia dicuntur*, ibid. pag. 286. Vide *Tortisius*.

* **INTORTITIA**, Eadem notione, apud Burcard. Argent. de Alex. VI. PP. pag. 13 : *Erant incensi ignes, Intortitiæ ac luminaria.*

¶ **INTORSITIUM**, in Bulla Innocentii VIII. PP. ann. 1484. in Continuatione M. Bullarii Rom. pag. 294. col. 2 : *De facibus et Intorsitiis, corpore defuncti in Ecclesia existente, tres partes fabricæ pertineant.*

¶ **INTORTIUM**, Eadem notione. Leges Palatinæ Jacobi II. Reg. Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. LIX : *Qualibet nocte in camera nostra quatuor accensi brandones et duo Intortia habeantur.*

¶ **INTORTIVUM**, in Actis SS. Julii tom. 3. pag. 215.

* **INTORTUARE**, Cruciatibus ac tormentis afficere, torquere, Gall. *Donner la torture*. Arest. ann. 1472. in Reg. 3. Armor. gener. part. 1 : *Qui occasione falsæ accusationis dictum Andream Intortuaverat et spatio trium mensium prisionarium detinuerat.*

¶ **INTOXICARE**. Toxicum seu venenum exhibere, apud Ludewig. tom. 5. pag. 321. *Intoxicare animos*, Seducere, fascinare, Anglis *to Intoxicate*, apud Rymer. tom. 1. pag. 35. *Intoxicatus*, Venenatus, apud Murator. tom. 9. col. 265. Raimundum Duellium lib. 2. Miscell. pag. 140. etc. *Intoxicatio*, Veneficium, apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 230. Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 395. in Histor. Dalphin. tom. 2. pag. 615. 625. etc.

* **INTOSSICARE**, vox Italiça, Toxicum seu venenum præbere; unde *Intossicatio*, Veneficium. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 85. Chartoph. reg. ch. 71 : *Dictus reus Petrum dictum Lambin Intossicavit, venenum in cibariis dicti Petri ministrando et ponendo, adeo quod dictus Petrus per Intossicationem, veneni administrationem hujusmodi.... expiravit.* Aliæ ann. 1366. in Reg 101. ch. 73 : *Idem Falaterius conatus fuisset dictos supplicantes Intossicare seu eis potiones venenosas proditorie ministrare.* Vide *Intoxicare*.

¶ **INTRACUTANEUS**, Intercus. *Intracutaneus tumor*, in Miraculis B. Simonis de Lipnica, tom. 4. Julii pag. 552.

¶ **INTRADES**, Quæ sunt intra ædem. *Pervisis et collatis Monasterii Intradibus*, in Syllabo Abbatum Werthin. apud Leibnitium tom. 3. Scriptor. Brunsvic. pag. 602.

INTRADICTUM, pro *Interdictum*, in Pacto Legis Salicæ tit. 48. § 1.

1. **INTRAGIUM**, Gall. *Droit d'Entrée*. In Consuetud. *de Castelmoroux*, in diœcesi Aginnensi, in Regesto Constabul. Burdeg. fol. 56. *Introgium* scribitur in Charta libertatum Burgi in Bressia ann. 1397. apud Guichenonum pag. 24. *Droit d'entrée et issuë*, in Consuet. Bayonensi tit. 5. art. 42. tit. 8. art. 9. Aquensi tit. 9. art. 19. 22. 28. 34. Charta Eustorgii Dom. villæ Nobiliacensis in Lemovicibus ann. 1255 : *Triginta libras Marchionum, quas ab eodem Intragii nomine recipimus in pecunia numerata, etc.* [Litteræ ann. 1357. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 208 : *Dabit venditor extraneus in die fori pro leuda et pro Intragio duos denarios.*]

* Quod adipiscendæ prædii tenementive, in emphyteusim vel feudum concessi, possessionis causa, domino solvitur, nostris *Intraige* aut *Entrage*, ut in Consuet. Nivern. tit. 22. art. 8. et Burbon. art. 274. 442. Provincialibus, *Intrada, acapte* et *prim-acapte*. Vide Graverol. in not. ad Arest. Rocheſl. et Tract. de Jur. domin. cap. 12. art. 1. pag. 572. Non distinguendum itaque *Intragium* 3. ab *Intragio* 1. Charta ann. 1320. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 572. r°. col. 2 : *Item sexdecim arpenta cum dimidio et decima parte unius grossi nemoris dictæ forestæ,... pro quolibet arpento decem libras Turon. pro tonsura, et quindecim libras Turon. pro Intragiis.* Pluries ibi. Alia ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 511 : *In fossatis antiquis, tam pro Intragio quam pro censibus, lvj. sol.* Charta ann. 1406 : *Viginti libras monetæ regiæ nunc currentis a dicto Joanne Dubois assensatorio, pro Intragiis præmissorum assensatorum.* Alia ann. 1449. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. XXXVJ : *Retentis... pro novis Intragiis seu nova investitura.... decem florenis.* Lit. remiss. ann. 1468. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 171 : *Après laquelle accense ainsi faicte, le suppliant associa avec lui ung nommé Mathieu Salsat;... lequel Mathieu en ce faisant promist audit suppliant paier au seigneur de Berbigieres la moytié des Intraiges, cens, rentes et autres devoirs deuz.* Vide infra *Intruta* 4.

¶ 2. **INTRAGIUM**, Tributum quod dominus percipit ex dote, cum subditus maritat filiam suam. [* Quando scilicet in proprietate fundi cujusdam dos constituitur; nam si in pecunia solvitur, nihil ex ea ad dominum pertinet.] Informatio jurium Curiæ in loco Auseto ann. 1364. ex Camera Comput. Provinciæ, et in Enumeratione eorumd. jurium ann. 1414 : *Item habet ibi quoddam jus vocatum Intragii, quod quando aliquis maritat filiam, assignando ei proprietatem in dote, dicta Curia percipit denarios* XII. *pro singula libra, quibus bona hujusmodi apprettantur per communales dicti loci.* Anno proxime elapso, ex hoc ipso jure lis oborta est inter Dominum et incolas Augeti. Hi tributum dotis denegabant utpote insolitum, ille exigebat fultus iis ipsis quæ proferimus instrumentis, jusque suum retinuit judicio arbitrorum. Ejusdem juris mentio est in Homagio, quod incolæ castri de Masalgis Galterio de Ulmeto hujus castri domino exhibuerunt ann. 1371. ex Archivis Præsidis *de Mazaugues : Promittentes non alienare in solidum vel in parte in manus mortuas nec in personas a jure prohibitas, et dare trezenum in omni casu alienationis, quæ nobis provenerint pro Dote.*

¶ 3. **INTRAGIUM**, Quod domino solvit *tenens*, cum venit in possessionem *tenementi*. Ex Sententia arbitrali ann. 1292. inter Abbatem et Consules de Gimonte, debet Abbas *concedere cuilibet habitatori unum arpentum terræ*, pro quo certas præstationes Abbati solvit ille habitator *cum decem solidis pro Intragio dicti arpenti in illo loco ubi dictus D. Abbas et Conventus habent agrarium tantum, et in aliis locis ubi habent agrarium et decimam*, XV. *solidos Tolosanos pro arpento ratione Intragii.*

¶ **INTRATGIUM**, Simili notione, seu Pretium rei ab emtore solvendum venditori. Venditio Bernardi Bermondi facta Gerardo Dalbania ann. 1336. ex Archivo Marchionis *de Flamarens : Renuncio... exceptioni dictorum Intratgiorum non habitorum nec receptorum et pecunie non numerate.*

¶ **INTRAGLETUM**, Eadem notione, ibidem : *Et pro sex florenis auri, boni auri et recti ponderis.... cujusmodi sex florenos de Intragleto dictus Domicellus recognosco me habuisse et integre recepisse a dicto Gerardo in bonis denariis auri mundatis et electis.*

* **INTRAGIUM**. Quod a burgensi ad jus civitatis recens admisso exigitur. Libert. castri S. Joan. ann. 1252. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 388. art. 7 : *Ita tamen quod unusquisque, qui de cetero retemptus* (in castro) *fuerit, persolvet quatuor solidos de Intragio.*

* 4. **INTRAGIUM**, Vectigal, quod in civitatum et oppidorum introitibus pensitatur, Gall. *Entrée*. Charta Hervei Trec. episc. ann. 1211. in Chartul. Campan. fol. 170 : *Præterea dedit eidem septemdecim libras annui redditus in Intragio vinorum Trecensium in Pascha Domini annuatim reddendus ab illis, qui Intragium illud recipient.* Alia Blanchæ comit. Trec. ann. 1216. in Chartul. Guil. abb. S. Germ. Prat. fol. 195. v°. col. 1 : *Dedi ipsis et ecclesiæ eorum duodecim libras annui et perpetui redditus in Intragio vinorum apud Pruvinum assignatas.* Vide *Introitus* 2.

* 5. **INTRAGIUM**, Jus *intrandi* seu ducendi animalia aliquo. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Vidit quod quando hospitale volebat mittere avere suum in Corsorio,... prius conveniebat cum bajulo de Moreriis, ut possent abevrare animalia sua in aquis vallis de Moreriis; et emebant Intragium prædictæ vallis.*

INTRAHA. Charta Dagoberti Regis Franc. apud Marq. Freherum lib. de Lupoduno [** Breq. 65.] : *Cum omni utensilitate in omni pago Laudenburgensi et undique, in Intraha, in pascuis, materiamina, aquas, aquarumque decursus, etc.* Alia ejusd. Regis ibid. pag. 22 : *In undique in Intraha, in pascuis, in materiamtnibus, aquis, etc.* [* Fortassis, Ager, qui *trahendo* aratrum colitur. Vide *Traha*.] [** Leg. *Jutraha*, nomen fluminis. Vide Acta Acad. Theod. Palat. tom. 7. pag. 62.]

* **INTRAHERE**, Abstrahere, Gall. *Extraire*. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 633 : *Dictus exponens manu armata dictum Jocerandum cepit et*

Digitized by Google

turas ad dictam Civitatem... pertinentes... tradi faciet Clavariis Communis. Statuta Modoetiæ laudata tom. 1. SS. Junii pag. 770 : *Magister et Canevarius dicti hospitalis teneantur et debeant facere rationem singulis mensibus dictis Advocatis de Intrata et expensis factis de bonis dicti hospitali ipso mense.* Transactio inter Carolum I. Comitem Provinciæ et Fr. Fraudum de Barrassio Commendatorem Hospitalis S. Johannis Hierosol. ann. 1262. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues* : *Remittit dictum hospitale omnes fructus, obventiones et Intratas, quas et quas de prælictis affaribus D. Comes habuit et recepit.* Edictum Philippi Franc. Reg. ann. 1314. apud *de Lauriere* tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 22 : *Item quod de rebus feudalibus per nobiles ad lucrandum, seu perpetuam emphyteusim personis innobilibus concessis, licet nobiles ipsi certum quid inde habuerint pro accapito, seu Intrata et censum, seu certam redhibentiam sibi retinuerint in eisdem.* Vide *Introitus* 3.

¶ 3. **INTRATA**, Vectigal mercis invectitiæ, Gall. *Droit d'Entrée.* Inquesta ann. 1268. ex Archivo Eccl. Massil. : *Quod D. Episcopus et Ecclesia Massil. ambo simul ratione juridictionis habebant et tenebant.... ad tabulam portus in villa inferiori duos homines... qui colligerent... redditus sive Intratas portus dictæ civitatis, qui redditus sive Intrata dividebantur in tres partes, quarum prima etc.* Hac f. notione intelligendus locus e Statutis Massiliens. paulo ante prolatus.

* 4. **INTRATA**, Idem quod supra *Intragium* 1. Vide in hac voce. Charta ann. 1286. ex Tabul. monast. Montisol. : *Recognoscens quod illos triginta quinque solidos Turonenses acapiti seu Intratæ terræ,.... ad tertium ex gratia.... remiserant.* Alia ann. 1318. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 255. : *Duo molendina bladeria venti, seu duorum molendinorum casaria.... solvendo pro quolibet.... decem Turonenses... pro accapito seu Intrata.* Stat. ann. 1370. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 365. art. 17 : *Pro redditibus vel possessionibus per innobiles acquisitis et acquirendis a nobilibus in nostris feodis vel retrofeodis, per modum permutationis vel ad certam partem fructuum annualem, tradendo pecuniam pro Intrata, etc.* Quo sensu intelligendum quoque Edictum ann. 1314. laudatum in *Intrata* 2. Vide infra *Intratus*.

* 5. **INTRATA**, Quod domino carceris, seu ejusdem custodi ab incarceratis in eorum introitu solvitur. Ordinat. cardin. de Fuxo ann. 1446. ex Cod. reg. 4660. A. fol. 21. v°. : *Quia... commentarienses... quandam malam consuetudinem.... adinvenerunt de exhigendo a quolibet incarcerato, pro mala Intrata vulgariter dicta, xij. denarios.* Stat. Cadubr. cap. 26. pag. 57 : *De solutione domini capitanei pro Intrata castri illorum, qui carceruntur et pro expensis.... Et solidos decem Papienses pro Intrata castri.*

¶ **INTRATENERE**, ut supra *Intertenere*, Gallis, *Entretenir*, in Charta ann. 1180. apud Miræum tom. 2. pag. 832.

¶ **INTRATGIUM**. Vide sis *Intragium* 3.

* **INTRATTA**, ut *Intrata* 1. Reparat. factæ in senescal. Carcass. ann. 1435 : *Pro faciendo Intrattam portæ dicti castri etc.*

INTRATURA, Charta Caroli III. ann. 880. apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 231 : *Cum omni honore et subjectione, cum omni districto, cum fotro, et Intraturam Abbatis, omnia in integrum.* Infra : *Cum servis et ancillis, cum fotro et albergaria, Intratura Abbatis, etc.* Adde pag. 235. [* Præstatio, ut videtur, quæ novam dignitatem ineunti fit.]

* **INTRATUS**, Eadem notione, qua supra *Intragium* 1. et *Intrata* 4. Charta ann. 1321. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 31 : *Plures alii interrogati per me notarium,.... si dicto domino regi erat comodiosum et utile infeudare, cum bonis Intratibus et decentibus censibus seu obliis annuatim, piscaria, vocata domini regis de Vauro, etc.*

* **INTRECUM**, pro Integrum, in Charta Otton. imper. ann. 982. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 192 : *Cum capellis et aliis in Introcum.*

* **INTRESECUS**, pro *Intrinsecus*, qui intra locum aliquem manet. Charta ann. 1249. ex Tabul. S. Germ. Prat. : *Et nos executores quittaverunt, salvis sibi debitis, quæ ipsi et monachi ejusdem monasterii, tam forinsteris quam Intresecis, dictæ defunctæ debebant.*

* **INTRETENIRE**, Gall. *Entretenir*, Sumtus necessarios ad victum cultumve suppeditare. Testam. Ant. de Villanova ann. 1516. ex Tabul. D. Venetiis : *Item volo... quod hæres meus suscriptus teneatur et debeat dictum Aymarum filium meum Intretenire in studio.* Vide supra *Intertinere*. Hinc *Entrementiere*, pro *Fourniture*, Suppeditatio, præbitio, in Charta S. Ludov. ann. 1255. ex Reg. comitat. Clarimont. : *Nous vous mandons que vous faichiés avoir au maieur de Clermont en nostre forest en Hes une carée de bos par semaine :... quar nous avons entendu par nos enquesteurs que aussit avoient si anciessaur icelle Entrementiere, s'il demourassent iluec.*

* **INTREUGARE**, *Treugas* seu inducias facere. Vide *Treugare*.

* **INTREZATORIUM**, Ornamentum, quod interserebatur comis. Stat. Mutin. ann. 1327. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 315. : *Et ipsæ pedisequæ non portent in capite aliquod Intrezatorium de seda.* Et col. 316 : *Nec aliquam Intrezatorium platum, vel deauratum, vel arientatum, etc.* Ital. *Intrecciatoia.* Vide supra *Interzatus*.

INTRICARE, Italis *Intrigare*, in *tricas* conjicere, impedire. Onomast. Lat. Græc. : *Intrico*, ἐμπλέκω. Lex Longob. lib. 1. tit. 19. § 13 [** Roth. 321.] : *Si quis cervum domesticum alienum, qui non rugit, Intricaverit, componat, etc.* Tit. 21. § 3 [** Roth. 331.] : *Si porcus cum dente hominem Intricaverit, aut si canis momorderit, etc.* Editio Heroldi habet *Instrigare* non semel tit. 105. § 4. 6. At tit. 103. § 9. 13. legitur *Intricare*. [Muratorius tom. 1. part. 2. pag. 42. semel legit. *Instringaverit*, semel *Instricaverit*, additque in Codice Mutin. haberi *Fragaverit*, fortasse, inquit, pro *Flagraverit* a flagris : huic conjecturæ utcumque favet Cod. Estensis, ubi legitur *Plagaverit.*] Vide Nonium in *Tricæ*.

* *Entraitter*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 91 : *Un d'iceulz chevaux par les mauches ou autrement s'empescha ou Entraitta en ses traits ;.... et incontinent que ledit exposant ot despechié et destraittié ledit cheval, etc.*

INTRINATA. Concilium Turon. II. can. 22 : *Sunt etiam qui in festivitate Cathedræ Domini Petri Apostoli Intrinatus mortuis offerunt.* Sic codex Bellovac. ubi alii *cibos* habent. An *Intritas* ? est enim *Intrita*, cibi species, apud Donatum ad Terentium in Phorm. Glossar. Lat. Gr. : *Intritum*, ἐμβροχή. Vide *Festum S. Petri Epularum.*

* **INTRINSECUS**, Intrinsicus, Fœdematus, amicitia et fœdere conjunctus. Pactum ann. 1278. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 499. : *Ad dampnum, destructionem et mortem perpetuam et finalem Veronensium Intrinsicorum et suorum amicorum.* Et col. 410 : *Item quod quandocumque dicti Veronenses Intrinseci equitarent et irent cum exercitu vel cavalcata, etc.* Pluries ibi. Epist. Laudr. Cribel. ann. 1251. ibid. col. 497 : *Hostes nequam Papienses, et Placentini Intrinseci, etc.* [** Scriptoribus Italis ejus temporis *cives intrinseci* vel *interiores* opponuntur expulsis vel bannitis; sunt igitur Placentini et Veronenses intrinseci ea pars civium quæ tunc imperium in civitate tenebat et alteram ejecerat.]

¶ **INTRIPEDARE**. Vide *Interpedare*.

¶ **INTRIRE**, Intrivare. Papias : *Intrio, Infundo; Intrivisti, parasti, infudisti.* Gloss. Sangerman. *Intrio, Infundo*, Bituric. *Intrivio.* Verbum, nisi me fallo, fictum ex hoc Danielis 14. 32 : *Erat autem Habacuc propheta in Judæa, et ipse coxerat pulmentum, et Intriverat panes in alveolo; Intriverat* autem non ab *Intrire* aut *Intrivire* ductum, sed ab *Interere* : quod est terendo immittere. Phædrus lib. 1. fabula 25 : *Intrito cibo plenam lagenam posuit.*

* *Enterquer*, pro Inducere, pice, vulgari sermone *Terque* appellata, illinere, in Reg. sign. R. domus publ. Duac. ubi de Recept. Margar. Ebroic. ducissæ Burg. 19. Nov. ann. 1470. fol. 106. v°. : *Item avoit sur ledit marchié ung bel feu et grand,.... où avoit tonniaux, que on avoit Enterqués de siou, pour les mieux alumer.*

¶ **INTRO**, pro Intra. Concilium Lucense inter Hispana tom. 2. pag. 305 : *Britonacensis teneat Ecclesias, quæ in vicino sunt Intro Britones.*

1. **INTRODUCERE**, Insinuare. Historia S. Appollinaris Martyris : *Cum vero per multos dies sermocinaretur Judæis, Introducebat eis de nomine Jesu, quod verus Dei esset filius, etc.*

* Instituere, edocere, commonefacere, nostris alias *Entroduire* et *Introduire*, eadem acceptione. Gesta Ludov. Pii cap. 7. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 137 : *Tant com il* (Louis) *demora avec lui* (Charlemagne) *l'ensegna de ce que il sentoit que il n'estoit pas souffisamment. Introduiz, c'est: à savoir comment il devoit vivre et régner.* Ubi Vita ejusd. Ludov. ibid. pag. 96 : *De his quibus eum indigere putavit, Instruxit, etc.* Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 232 : *Comme Gobin Rogier après le trespassement de son pere et de sa mere... ait esté si petitement Introduiz, que il est très simples enfés et de petit sen-ement, etc.* Alia ann. 1386. in Reg. 128.

Digitized by Google

INTROMANSUS, INTERMANSUS. Charta ann. 1138. apud Hemereum in Augusta Viromand. pag. 151 : *Abbate siquidem S. Præjecti decedente, successor ejus mihi, successorique meo de Intromansis nostris respondebit.* Alia ann. 1131. pag. 156 : *Et Intromanso in subrogatione singulorum Abbatum sub 2. solidis et totidem sextariis vini modificato.* Alia pag. 220 : *Exceptis lethis et duellis Decanorum... et Intermansis de Bainvillari.* Denique pag. 250 : *Ut si terra, quæ tenetur de Ecclesia, per excambium vel venditionem transeat de una persona ad aliam, solvet Capitulo successor pro Intermansis, pro quolibet jornali 15. den. si a matre vel patre item transeat per excambium et venditionem, solvet 9. den.* [Ejusdem fere notionis videntur hæ voces, cujus est *Introgium.*] [* Idem procul dubio quod supra *Introgium.*]

¶ **INTROMEYSIUM**, ut mox *Intromissum.* Ordinatio super ordine et numero mensarum Dalphini tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 311 : *Item quod serviatur nobis in eadem die Lunæ de uno Intromeysio de tripis bonis... et dictum Intromeysium portetur cum primo ferculo.* Recurrit ibid. pag. 312.

* **INTROMISSIO**, Usurpatio, violenta occupatio. Concord. Mant. cum Ferrar. ann. 1239. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 443 : *Quod omnes Intromissiones et saximenta factæ et facta etc. Similis quoque restitutio fiat Ferrariensibus per potestatem et commune Mantuæ de tato eo, quod datum esset alicui, qui Intromissionem fecisset, vel alii pro eo occasione recuperandæ vel dimittendæ vel absolvendæ Intromissionis... Restitutio vero hoc modo fiat. Compensatio quantitatis et speciei fiat hinc inde.... Hoc posito pro constanti, quod non exstant pisces Intromissi vel ablati civibus Ferrariæ per Mantuanos etc.*

INTROMISSUM, Medium seu tertium convivii ferculum, Italis *Tramesso*, Gallis *Entremets.* Gesta Innocentii III. PP. pag. 76 : *Nisi forsan Comitibus, Baronibus, et aliis nobilibus, tertium ferculum, quod vulgo dicitur Intromissum, ultra id, quod exhibetur familiæ, apponatur.*

INTROMITTERE, est quod vulgo dicitur: *Entremettre*, Gallice, *quasi in rem se mittere, ut de aliquo tractet.* Ugutio. Charta Ottonis Imp. ann. 995. apud Ughellum tom. 5. pag. 667 : *Jubemus, ut nullus Patriarcha, Archiepiscopus... se audiat Intromittere, aut aliquam molestiam prælibato Monasterio inferre.* Adde Epist. 119. 130. Fulberti, [Gesta Frederici I. Imp. apud Murator. tom. 6. col. 776. Annales Genuens. ibid. col. 255. Litteras ann. 1355. apud Ludewig. tom. 5. pag. 454. Statuta ann. 1402. apud Lobinell. tom. 5. Hist. Paris. pag. 684.] et vide *Inframittere.* [** Haltaus. Glossar. German. voce *Sich Unterwinden*, col. 1961.]

INTROMISSÆ RES. Lex Longob. lib. 2. tit. 21. § 20 [** Liutpr. 57. (6, 4.)] : *Postquam genitor ejus omnes res suas venumdederit, vel pro debito creditoribus suis dederit, aut a publico Intromissæ fuerint, etc.* Id est, ni fallor, a judice in fiscum relatæ, confiscatæ.

☞ Pro *Intromissæ* legendum *Intromissi* : quod verbum refertur *ad creditores*; dicuntur autem *creditores Intromissi*, qui decreto judicis immissi sunt in possessionem bonorum debitoris. Vide Muratorium tom. 1. part. 2. pag. 62. col. 1. [** *Intermissi*, Herold. tit. 38.]

* **INTROMITTERE PIGNUS**, Illud committere, dare. Stat. Cadubr. correct. cap. 5 : *De modo et forma Intromittendi pignora. Quilibet juratus possit solo verbo Intromittere pignus debitori alterius creditoris, hoc modo videlicet, Intromitto tibi pignus, et dictum pignus habeatur pro Intromisso; qua Intromissione facta, dictus juratus præceptum faciat dicto debitori sub pœna secundum quantitatem debiti etc.*

INTRONEUS, Interior, *et proprie, qui quadam importunitate se ingerit intro, ut comedat.* Jo. de Janua.

¶ **INTRONISARE**, etc. Vide *Inthronisare.*

* **INTRUDARE**, Absque licentia domini eoque inconsulto aliquid agere, exsequi. Charta inter Probat. Hist. Brit. tom. 1. col. 376 : *Et medietatem de emendatione domorum, si quæ sine assensu domini episcopi in vicum Interpellantur vel Intrudantur.*

¶ 1. **INTRUSIO**, nude, Conjectio in carcerem. Concil. Tarrac. ann. 1243. inter Hispanica tom. 3. pag. 499 : *Pœnas canonicas poterit infligere talibus, et sic pœnam Intrusionis vitare... Credentes relapsi in credentiam... in perpetuo carcere Intrudantur.*

2. **INTRUSIO**, Practicis Anglis *est, ubi quis, cui nullum jus competit in re,* (vel beneficio Ecclesiastico) *nec scintilla juris, possessionem vacuam ingreditur, quæ nec corpore, nec animo possidetur, sicut hæreditatem jacentem, antequam adeatur ab hærede, etc.* Ita Bracton. lib. 4. Tract. 1. cap. 2. § 1. Adde Statutum de Prærogativa Regis edit. ann. 17. Edwar. II. cap. 14. Concil. Lambethense ann. 1261. cap. *de Intrusis.* Briton. pag. 161. Radulfum de Hengham in Parva cap. 6. et Rastallum in hoc verbo.

¶ **INTRUSOR**, Qui dignitatem contra leges occupat, Gall. *Intrus.* Charta Henrici IV. Reg. Angl. ann. 1408. apud Rymer. tom. 8. pag. 525 : *Robertus Withe... venit, ut Intrusor, per expressam rebellionem et... hospitale absque titulo... detinuit.*

* **INTRUSORIUM**, Infundibulum. Officiar. curator. diœc. Claromont. et S Flori edit. Paris. ann. 1490. ubi de Modo separandi leprosos : *Unum Intrusorium, Gallice Entonnoer, etc.*

* **INTUCREMENTUM**, pro *Incurrementum*, ut opinor, Mulcta, quam quis delinquendo incurrit. Vide supra in hac voce. Libert. Montisfalc. ann. 1369. in Reg. 149. Chartoph. reg. ch. 296 : *Eo casu quo bajulus dictam præsentationem et cautionem recipere nollet;... eadem re, in qua dictum bannum fuerit appositum, uti valeat, et gaudere, Intucremento et gagio ac pœna non intervenientibus quibuscumque.*

¶ **INTUERE**, pro *Intueri*, Attendere, approbare. Benedictio virginis apud Mabillon. pag. 332. Liturg. Gallic. col. 1 : *Virginitatem ideo Intues et diligis, quæ tibi origo virginitas : quique in hunc mundum natus ex virgine, id in aliis probas.*

¶ **INTUERI**, Passiva notione. Vita B. Coletæ n. 8. tom. 1. Martii pag. 541 : *Intuebatur vero facialiter duobus decorata coloribus, albedine scilicet et rubedine, quorum primus conscientiæ suæ nitorem congruentissime significare poterat et munditiæ puritatem.*

** **INTUIBILIS**, Visibilis, apud Virgil. Grammat. pag. 61.

* **INTUITUS**, Arbitrium, sententia, judicium. Charta commun. Rotomag. ann. 1204. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 673. art. 12 : *Si vero duo de ceteris paribus viderint, reus juramento illorum convictus remanebit in misericordia, et emendabit Intuitu majoris et eschevinorum maleficium.* Galli eadem notione dicimus, *Au regard.* Vide *Regardum* 5.

¶ **INTUM**, *Missum*, in Gloss. Sangerm. MS. n. 501.

INTUMARE. Vide *Incomare* in *Incoma.*

¶ **INTUMETIVUS**, Tumens, superbus. Acta S. Fidoli tom. 3. Maii pag. 590 : *Sævissimus vir, Intumetiva ordinatione procacissimus, humana elatione superbus.*

* **INTUMULARE**, In tumulo condere. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Intumulare, Ensevelir.*

* **INTURRARE**, Turri includere, incarcerare. Anonymi Leob. Chron. ad ann. 1341. apud Pez. tom. 1. Script. Austr. col. 959 : *Ex quibus* (nobilibus) *aliquos Inturravit; aliquos rerum direptione et munitionum dissipatione acriter castigavit.* Vide *Turris.*

* **INTUS**, Inter. Mirac. S. Rufin. tom. 6. Aug. pag. 822. col. 1 : *Quod cum vidissent canonici, sicut bonæ providentiæ viri, habita tunc Intus se super hoc competenti deliberatione, etc.*

* 1. **INTUS VENIRE**, Intervenire, intercedere, mediatoris partes agere. Charta Will. comit. Pontiv. ann. 1205. in Lib. nig. 2. S. Vulfran. Abbavil. fol. 72. r°. : *Si vero viscecomes meus super hoc... aliquam molestiam irrogare præsumpserit, ego et mei successores propriis sumptibus corrigere et Intus venire tenemur.*

* 2. **INTUS VENIRE**, Fisco inferre. Charta Phil. Pulc. ann. 1292. ex Cod. reg. 4184. fol. 58. r°. : *Cum Manaserius de Choriaco Judæus.... ex parte nostra fuerit deputatus, una cum quibusdam aliis Judæis, ad procurandum Intus venire tailliam Judæorum nostrorum, etc.* Galli dicerent, *Pour faire revenir, rentrer etc.*

INTUSCISUM, Crimen capitale, quod vulgo *Encis* nostri vocabant, sicque definitur in Stabilimentis S. Ludovici lib. 1. cap. 25 : *Encis si est femme enceinte, quand l'en la fiert, et elle muert de l'enfant.* Libertates villæ de S. Palladio in Biturig. : *Nisi propter furtum manifestum, homicidium, raptum, incendium, Intuscisum, et proditionem, etc.* [Vide *Encimum.*]

* **INTYMBATUS**, pro *Intymbratus*, ut videtur; unde *Galea intymbrata, tymbre* seu armorum scuto insignita, in Chron. Leobiens. ad ann. 1318. apud Pez. tom. 1. Script. Austr. col. 919 : *Qui dum crebro bellum præluderent, novissime ex condicto, distinctis aciebus, galeis Intymbatis, gladiis enudatis, ita ut videretur prælium inchoatum, etc.* Vide *Tymbris.*

¶ **INUA**, *Galea.* Glossar. Sangerm. MS. n. 501.

¶ 1. **INVACARE**, Vacare, deditum esse Joan. Longinus in Vita S. Stanislai Episc.

Digitized by Google

Franciæ, apud Rymer. tom. 12. pag. 401.

¶ **INVASIVA ARMA**, Ad nocendum, Gall. *Armes offensives*, apud Rymer. tom. 8. pag. 331. tom. 9. pag. 505. Marten. tom. 4. Anecd. col. 1044. in Statutis Monasterii S. Claudii pag. 37. III. et alibi. *Invasivi baculi*, in Statutis ann. 1493. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 513. et in Statutis Collegii Conoman. ann. 1526. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 593. *Invasivum bellum*, in Charta ann. 1490. apud Rymer. tom. 12. pag. 401.

¶ **INVASUS**, *Persuasus*. Gloss. Sangerm. MS. n. 501.

¶ **INUBERARE**, *Valde uberare*, Johanni de Janua, *Habunder*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman.

* **INVECTAMEN**, *La detraccione*, *increpacione*, *e correccione*. Glossar. Lat. Ital. MS. Vide mox *Invectiva*.

INVECTARE, *Portare*. Gloss. vett. apud Vossium.

¶ **INVECTIVA**, *Invectio*, *detractio*, *vituperatio*, Johan. de Janua; *Invectis* (*Invective*) *detractement*, *vituperment*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman.

* Sent. arbitr. ann. 1395. inter Probat. domus de Chaban. pag. 71 : *Ordinamus quod prædictus Hugo de Ussello... remaneat absolutus de omnibus Invectivis, quæstionibus et aliis querelis usque ad hanc diem.*

INVECTIVALITER, Cum acri reprehensione. Utitur Sidonius lib. 1. Epist. 11.

¶ **INVECTIVE**, Eadem notione, in Instrumento ann. 1425. tom. 1. Auecd. Marten. col. 1764.

¶ **INVENALIS**, ἄπρατος, *Non venalis*, in Gloss. Lat. Gr. Sangerm. et in Supplem. Antiq.

¶ **INVENIABILITER**, Modo venia indigno, apud Ratherium tom. 2. Spicil. Acher. pag. 233.

INVENIRE, Habere, comparare, vel emere. Statutum Ægidii Episc. Sarisber. ann. 1256 : *Item Parochiani... debent Invenire campanas et cordas campanarum, Crucifixum, cruces, etc.* Acta Episcoporum Cenoman. pag. 111 : *Sive de aliis* (rebus) *quas legitime et legaliter Invenire vel acquirere quivit.* Concilium Mertonense ann. 1300. can. 4 : *Quæ debent Parochiani Invenire, et quæ Rector.* Vide ipsum caput. [Index MS. beneficiorum Eccles. Constant. fol. 29 : *Rector percipit annuatim... tres solidos, et propter hoc Invenit candelam ad majus altare.* Vetus Charta apud *Madox* Formul. Angl. pag. 98 : *Johannes Nynge Inveniet seipsum in omnibus, excepto quod Johannes magister suus Inventet sibi omnia instrumenta*, tool *Anglice*, *cum quibus operari debet.* Testamentum ann. 1445. apud eumd. *Madox* pag. 434 : *Item volo, quod Henricus W. et Galfridus F. sustententur et Inveniantur de bonis meis, durante vita eorum*, hoc est, ut omnia eis ministrentur ad vitam necessaria.]

* **INVENIRE**, Præbere, suppeditare, *Trouver*, eodem sensu, usurpamus. Libert. Domni-Med. ann. 1246. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 692. art. 36 : *Burgenses non possunt nec debent quin Inveniant hospicia sua militibus domini sui, venientibus in negocium domini per guerram, et Inventre eis expensas, quamdiu moram fecerint; et in recessu militum debent habere pagamentum.*

INVENIRE SENTENTIAM, Edere, proferre, pronuntiare sententiam, judicare. Wichbild. Magdeburg. art. 74 : *Qui sententiam Scabini increpare in judicio bannito voluerit, hisce utatur verbis : Domine judex, sententia, quam Scabinus Invenit, injusta est domino meo, et mihi in loco ejus secundum omne jus, super quo fundati sumus, et id probare valo, etc.* Speculum Saxon. lib. 3. art. 30. § 3 : *Judex æquus esse debet omnibus hominibus, nec debet sententiam Invenire, nec Inventam increpare.* Art. 69 : *Judicent inermes, jejuni, et sedentes etiam debent sententias Invenire contra quemlibet.* Adde art. 70. Wichbild Magdeburg. artic. 10. § 3. art. 12. art. 16. § 1. 2. art. 48. § 1. Jus feudale Saxon. cap. 6. § 2. cap. 11. § 1. cap. 32. § 12. cap. 33. § 11. cap. 34. § 12. 14. cap. 38. § 6. 7. etc. [** Sæpe *Invenire* nude eodem sensu. Annal. Bertinian. ad ann. 835 : *Tandemque ad omnibus concorditer et unanimiter Inventum atque firmatum, ut etc.* Ratpert. Cas. S. Galli ap. Pertz. Script. tom. 2. pag. 68 : *Rectores præfati consentientibus partis utriusque familiis Invenerunt et decreverunt, ut, etc.* Mox : *Quod decretum ab episcopo et abbate Inventum, placuit ambobus.* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 531. et Haltaus. Glossar. German. col. 458. voce *Finden.*]

¶ **INVENTARIARE**, Recensionem facere, Gall. *Inventorier*. *Inventariata et descripta in inventario*, in Charta ann. 1474. ex Bullario Carmelit. pag. 621.

* Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 9 : *Littera Theobaldi abbatis et conventus Luxoviensis, in qua transcribitur prima littera in hoc titulo supra Inventariata, super societate et pariagio per Theobaldum abbatem et conventum Luxoviensem concessis Theobaldo comiti Campaniæ et successoribus suis in anno* 1258. Vide infra *Inventoriare.*

* **INVENTARISARE**, Eadem notione. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 143 : *Certi commissarii per curiam senescalli deputati ad Inventarisandum bona dicti Raxiaci etc.* Occurrit præterea in Charta ann. 1432. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 416. in Instr. ann. 1484. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 308. col. 2. et in Stat. Saluc. collat. 1. cap. 21.

1. **INVENTARIUM**, Descriptio rerum, quæ post alicujus decessum in illius bonis reperiuntur. Ulpianus leg. 1. D. de Administ. et periculo tutor. : (26, 7.) *Tutor, qui repertorium non fecerit, quod vulgo Inventarium appellatur.* Occurrit non semel in Legibus Wisigoth. et apud Scriptores practicos.

* 2. **INVENTARIUM**, Navis armamenta, vulgo *Agrez*, significare videtur, in Stat. Genuens. lib. 4. cap. 16. pag. 120 : *Patronus sive præfectus cujusvis navigii, eligens ob adversam tempestatem seu aliam justam causam, facere jactum pro salvatione navigii, et ejus Inventarii, et hominum, et mercium, teneatur ante jactum alicujus rei facere consultam cum omnibus officialibus navigii et mercatoribus in eo existentibus.*

¶ **INVENTARIUS**, *Facilis ad inveniendum.* Papias. Gloss. Sangerm. MS. n. 501 : *Inventaria, Facile ad inveniendum res.* Gloss. Isid. : *Inventria, Facilis etc.* Legendum *Inventaria, Facilis ad inveniendum res.*

1. **INVENTIO**, Res inventa, in via reperta, thesauri inventio. Capitula S. Bonifacii Archiepisc. Moguntini cap. 26 : *Inventio in via accipienda, si invenit possessorem, reddet ei.* Vide S. August. serm. de verb. Apost. cap. 6. [Charta Godefredi Episc. Lingon. ann. 1157 : *Calumpniabatur idem Milo... in terra, quæ dicitur esse S. Petri, suas esse debere Inventiones et justitiam, quod Abbas et Fratres Regniacenses minime recognoscebant.* Charta ann. 1086. apud Miræum tom. 1. pag. 268 : *Locum illum ab omni sæculari lege vel consuetudine liberum, banno scilicet, latrone, Inventione, furto, foro, feratico, teloneo, etc.* Vide *Thesaurus.*]

¶ 2. **INVENTIO**, Comparatio, emtio. Bullarium Fontanell. fol. 65 : *Rector* (Ecclesiæ de Varvana) *et ejus successores tenebuntur ad reparationem... cancelli, et Inventionem librorum dictæ Ecclesiæ.* Vide *Invenire.*

* **INVENTIO AVIUM**, Jus in apum examinibus, quæ reperiuntur in silvis. Vide *Abollagium* et supra *Avillarium.* Charta ann. 1179. ex Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 79 : *Domino autem Nicholao ad conservanda jura ecclesiæ et præfatæ villæ libertatem, concessimus... Inventiones avium, præter apes.*

* **INVENTIO PORTUS**, Quidquid casu in portum advehitur. Charta ann. 1217. ex Chartul. Fiscan. fol. 49. : *Relaxavi Deo et ecclesiæ Fiscannensi omnes Inventiones et escaetas portus de Ispart, cujuscumque modi fuerint.*

* **INVENTOR**, Delator, Gall. *Dénonciateur* Libert. Florent. ann. 1358. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 92. art. 37 : *Et quod inde exactum fuerit, tertia pars nobis applicetur, et alia tertia dictis consulibus, et alia tertia pars Inventori.*

* **INVENTORIARE**, a Gallico *Inventorier*, Recensionem facere, a voce *Inventorium*, *Inventaire.* Stat. ann. 1481. inter Stat. synod. eccl. Tornac. pag. 89 : *Injungimus decanis nostris, quatenus bona mobilia presbyterorum quorumcumque nobis subditorum, in nostra diœcesi decedentium, statim post obitus eorum, arrestent, fideliter Inventorient, et sub stricto et securo arresto Inventoriata teneant.* Et pag. 90 : *Quousque legale et in fide dignorum præsentia fecerint de dictis bonis Inventorium in scriptis fideliter redactum.* Vide supra *Inventariare.*

¶ **INVENTRIA**. Vide *Inventarius.*

** **INVENTUOSISSIMUS**, Qui multa invenit. *Hic Cicero inventuosissimus est in omni arte*, Virgil. Grammat. pag. 14.

¶ **INVENTURA**, ut *Inventarium.* Chron. Mellic. pag. 806. ex Constitut. ejusd. Monasterii ann. 1625 : *Cum Commissarii utriusque tum Ordinarii tum Principis seu alterius illorum, ad Monasterium Abbate orbatum, Inventuræ et consuetæ consignaturæ instituendæ causa accesserint, semper adsit Præsidens, Visitator aut alius Abbas vicinior.*

* **INVERATUS**, Veru obfirmatus. Guido de Vigev. de Modo expugn. T. S. MS. : *Scaravelli illius scalæ seu scalarum fiant in hunc modum, scilicet longi et curti,... et grossi in tantum quod sint fortes, et in capite ipso-*

Digitized by Google

Enim vero ne ejusmodi traditionum perirent symbola, asservabantur ea apud donatarios in rei gestæ memoriam. *Hujusmodi cespites cum sua festuca*, ait Wendelinus, *multis in Ecclesiis servantur hactenus, visunturque Nivellæ et alibi, justæ magnitudinis, forma quadrata, vel etiam laterculari.* Quem morem testantur etiam aliquot Tabulæ. Charta fundationis Monasterii S. Petri Generensis apud Marcam lib. 3. Hist. Beneharn. cap. 15 : *Facto inde dono per zonam suam argenteam, ab altari in armario S. Petri repositam.* Tabularium S. Maxentii Pictav. ann. 1109 : *Dedimus.... et hoc cum corrigia quadam, quam tenebamus in manu, in qua tres nodi sunt facti ad signum; quæ corrigia adhuc servatur.* Tabul. Majoris Monasterii. Ch. 50 : *Quodam fuste, qui apud nos nomine ejus inscriptus servatur in testimonium, præsente Abbate Alberto, fecit guerpitionem.* [** Vide Grimmium l. l. pag. 558.]

Maxime asservabantur ubi ea monimenti scripti loco erant; cum scilicet in iis describebantur ipsa concessio, donantis nomen ejusque doni ratio. Ejusmodi est cultellus in Chartophylacio ecclesiæ Parisiensis asservatus, in cujus manubrio eburneo hæc leguntur, teste D. *Le Beuf* tom. 2. Dissert. pag. 87 : *Hic cultellus fuit Fulcheri de Buolo, per quem Wido dedit areas Drogonis archidiaconi ecclesiæ sanctæ Mariæ ante eandem ecclesiam sitas, pro anniversario matris suæ.* Alterius similis cultelli, in quo inscripta est *coemptio* alicujus census, mentio fit tom. 6. Annal. Bened. pag. 219.

Interdum traditionis symbolum, donationis, cessionis vel venditionis instrumento intexebatur, assuebatur, vel alligabatur. Vidimus ipsi in Chartophylacio Sandionysiano, beneficio humanissimi ac doctissimi viri D. Joannis Mabillonii Benedictini, qui id etiam observavit in Fulrado Abb. n. 19. tom. 4. Actorum SS. Ord. S. Benedicti, complures Chartas, in quarum imis limbis intextæ erant festucæ, vel certe pusilla ligni fragmenta. Hujusce etiam moris indices prostant complures Tabulæ. Charta Roberti Lingonensis Episcopi apud Perardum pag. 200 : *Et quia dominus Hugo Comes Trecasinus præsens aderat, quando hanc donationem feci, dedit mihi idem Comes in testimonium hujus donationis, hunc nummum, qui hic dependet, ut per ipsum donationem facerem, et Ecclesiæ Divionensi transmitterem.* Infra : *Et in testimonium hujus donationis nummus iste huic cartæ appensus est, quum per ipsum donatio ista facta est.* Charta Ludov. VII. ann. 1140. pro Eccl. Deiparæ Santonensi : *Confirmamus igitur, ac regali auctoritate corroborantes, et cum baculo præsenti paginæ insuto, per nuntium tuum Constantinum te investientes, concedimus tibi, etc.* Alia ann. 1104. in Tabulario S. Hilarii Magni Pictav. : *Venientes ante sepulcrum B. Hilarii, ibi super sacratissimum corpus reliquimus, cum quodam fusili, huic Chartæ inhærente, omnia, quæ injuste reclamabamus.* Tabularium Angeriacense fol. 48 : *Emma de Mastacio dedit Deo sanctoque Johanni et B. Reverentio per quoddam lignum, quod huic pergameno conjunctum est, quidquid alodii habebat, etc.* Tabular. S. Eparchii Inculismensis ann. 1000 : *Hanc igitur donationem fecit per corrigiam in hoc pergameno pendentem.* [* Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 32. r°. : *Prædictam terram S. Johanni, cui vendiderat, ex toto reliquit in manu domni Ausculphi abbatis cum junco, qui in ora Cartulæ insuitur.*]

At cum interdum ejusmodi traditionum symbola propter usum capi, furto subripi, vel perire possent; ut huic caveretur incommodo, reddebantur ea inutilia, ac frangebantur. Willelmus Malmesbur. lib. 2. de Gestis Anglor. cap. 8. de Eadgaro Rege : *Ubi ergo generali assensu, ut dictum est, Pontificum, Abbatum, optimatumque suorum hæc privilegia ipsi loco conferre disposuit, lituum proprium, ebore decentissime formatum, auroque decoratum, super altare sanctæ Dei Genitricis posuit; ipsiusque donatione eidem sanctæ Dei Genitrici ac suis Monachis ea perpetualiter possidenda attribuit: eundemque lituum mox in sui præsentia fecit secari in medium, ne eum cuiquam dare vel vendere posset quilibet, ablatum, sequentem præcipiens partem illius servari in loco ad jam dictæ donationis testimonium.* Tabularium S. Hilarii Pictaviensis]: *Ipse Hugo pergens ad Sancti sepulcrum, divina ductus justitia, multis videntibus supradictæ querelæ causam cultello quodam super altare posito reliquit : qui ne quando forsitan usui esset, illico nos effregimus, atque ad resecandum calumniæ silicem si forte renasceretur, in testimonium reservari præcepimus.* Tabularium Vindocinense ann. 1075. Ch. 283 : *Qua de re propria manu posuit jam dictus Comes auctoramentum, videlicet per unum cultellum, ut mos est, fractum super altare S. Trinitatis.* Vetus Charta : *Et ad hujus indicium concessionis, cultellus, per quem donum factum est, fractus est coram cunctis assistentibus.* Charta Lancelini Militis, apud Louvetum tom. 2. Hist. Bellovac. pag. 213 : *Et per suum annulum aureum, easdem villas Belvacensi Ecclesiæ deinceps possidendas in manum Domni Fulconis sui filii, tunc Belvacensis Episcopi, reddidit, et eundem annulum super altare beati Petri in catena ferrea suspendi fecit in monumentum hujus redditionis. Duos quoque solidos denariorum et dimidium, quos eodem die de prædictis villis habuerat, et perforatos in sacrario B. Petri recondi et reservari rogavit, ut posteris essent in testimonium redditionis, pœnitentiæ, et satisfactionis.*

☞ Alteram, eamque, ut videtur, potiorem, licet assignare causam, cur ejusmodi symbola frangerentur; scilicet ut firmior constantiorque haberetur donatio aut venditio; quemadmodum enim iis fractis symbolis amplius uti non poterant, sic nusquam in res datas aut venditas quovis modo reverti se velle, indicare ipsis in animo erat. Hæc non obscure innuunt sequentes Chartæ. Tabularium S. Sergii : *Et ipse Merillus veniens in Capitulo fecit donum de Braello, ipse et frater ejus in manu Abbatis, cum quodam cultello, et portaverunt super altare, atque ibi ad testimonium fregit Merillus ipsum cultellum.* Tabularium S. Albini Andegav. : *Quædam femina nomine Bonina guerpivit calumniam quam de terrula quamdam factebat, ad hæc signa quod Brientius Monachus revestivit eam de beneficio Monachorum cum cultello suo quem statim fregit in duas partes pro testimonio.*

His generatim prælibatis, restat, ut quæ de diversis Investiturarum modis ac symbolis jam dicta sunt, aliquot firmemus exemplis. Ac primum de investituris apud omnes ferme receptis, per *cespitem* vel *guazonem, baculum*, ac *fustim*, et *cultellum*, agemus; postea de cæteris ordine literarum. [** Symbola omnia accurate exposuit Grimmius in Antiq. Jur. Germ. pag. 557. et 108. sqq.]

Per Cespitem, nude. Charta ann. 1208. apud Hemereum in Augusta Viromand. pag. 195 : *Obtulit super altare B. Petri per Cespitem, etc.* Tabularium Majoris Monasterii : *Et de eadem quoque terra, impleto pugillo revestivit Germundum S. Martini Majoris Monasterii Monachum, qui regebat locum S. Medardi.* [Tabular. Rothon. : *Riscum Presbiter dederat Rothono omnia quæ possidebat in Tuellac. Eo mortuo Worcomin frater ejus adportavit corpus ejus in Monasterium, et Cespitem de terra donavit et totam terram in Tuellac.*] [** Grimm. pag. 110. *Erde und gras.*]

Per Herbam et Terram, id est per cespitem, qui constat *terra* et *herba*. Formulæ incerti auctoris, cap. 20 : *Per illud ostium de ipsa casa, per Herbam vel Terram, ipsum mansum, vel quidquid ad ipsum mansum aspicit, sicut in ipsa cessione est insertum, ad partem ipsius Ecclesiæ visus fuit tradidisse vel consignasse.* Ita ferme in form. 19. 43. 57. In Consuetudine Hannoniensi, cum apparitor seu *Serviens*, feudum vassalli pignori capit, *Herbam*, et *Wasonem* de terra eruit, *Herbe, Wason, ou autre chose tenant à la racine.* In Consuetudine Castellaniæ Insulensis art. 46 : *Il leve la palée, et Wason* id est, terram *palo*, seu ligone, fodit, et ex ea, eruit cespitem.

Per Ramum et Cespitem. Vita S. Berlendis n. 5 : *Ibique quidquid habebat in prædiis, cum omni familia servorum, ancillarumque, cum Cespite et Ramo cultelloque cum manubrio albo tradidit, etc.* Anonymus de S. Gertrude apud Bollandum pag. 600 : *Nivellam petiit, sanctissimæque Gertrudi, quidquid habebat in prædiis, cum Cespite et Ramo, cultelloque cum manubrio albo tradidit.* Charta ann. 993. apud Miræum in Notitia Eccl. Belgii pag. 135 : *Mox post hæc sebsequenti die, ut firmius et stabilius esset, infra terminum prædicti Comitatus, in villa quoque Thiele nuncupata, eisdem prænominatis testibus et aliis nonnullis astantibus, sine alicujus retractatione cum Ramo et Cespite, jure rituque populari, idem sancitum est rationabiliterque firmatum.* Charta Gerardi Hamensis Domini, apud Hemereum in Augusta Viromand. ann. 1145 : *Et uterque Walterus et nepos pari assensu, parique consilio propriis manibus prædictam oblationem Ramo et Cespite posuerunt super altare beatissimæ Mariæ. Per Ramum et Cespitem offerre*, in alia ann. 1213. apud eumdem Hemereum pag. 196. *Per Ramum et Wasonem*, pag. 234. *Per Rami et Cespitis super altare impositionem*, pag. 98. Charta Danielis Advocati Atrebatensis et Dom. Bethuniæ ann. 1224 : *Postea nobiscum in templum venientes super majus altare per Ramum et Cespitem, quid*

Digitized by Google

quid in prædictis habebant, obtulerunt. [** Grimm. pag. 113.]

Infigebantur autem rami cespiti ipsi. Charta ann. 1304. quam descripsit Miræus in Diplom. Belg. cap. 90. et Wendelinus in Gloss. Salico v. *Festuca : Dedit pleno donationis inter vivos jure... adhibitis etiam ex abundanti quibusdam solemnitatibus, quæ ad solemnisationem consimilium fieri consueverunt; videlicet quod major dicti Monasterii cereus illuminatus fuit, et prædictus Miles D. Theodericus cum viridi Cespite, cui viridis Ramus infixus existit, arrepta etiam stola, qua... Monachus præcinctus fuerat... obtulit super altare, etc.* Apud Flandros, inquit Wendelinus, cum fundus vel donatur, vel venditur, vetus ejus dominus cespitem ex illo fundo fodicat cultro, non quadratum, sed orbiculatum, latum quaquaversum digitos summum quatuor, cui, si pratum est, infigit herbam : si ager, ramusculum, quatuor circiter digitos altum, hac imagine fundum repræsentans, uti optimus maximusque est, cum eo scilicet omni, quod solo continetur, quodque in illo naturaliter crescit. Hunc cespitem sic infestucatum defert traditque in manus Domini, seu Majoris, quem his verbis alloquitur : *Ego, domine Major, transporto in tuas manus meum illum feudum, situm illo loco, idque ad opus N. titulo puræ donationis, vel titulo venditionis, et pretii tanti : quam pecuniam agnosco me recepisse.* Major deinde acceptum cespitem cum sua festuca tradit emptori, vel donatario, sub hac verborum formula : *Ego hunc illum fundum mihi per N. in manus præsenter deportatum trado in manus tuas N. atque immitto te in realem, actualem, et corporalem possessionem ejusdem dicti fundi cum banno et fredo, secundum hujus Salæ vel curtis legem, salvo jure cujuslibet.* Ex quibus omnino patet, hæc spectare ad formulam, quam habet Consuetudo Insulensis art. 80. ut mox monuimus, cum dicitur rei possessionem conferri per ramum et baculum, *par rain et baston*, ubi *ramus* non nude, sed pro ipso etiam cespite sumitur : tametsi investituræ per solum ramum non semel occurrant. Tabul. S. Gemmæ Santon. ann. 1096 : *Et iterum confirmatum est donum Rami unius, quod transmissum fuit Monachis S. Gemmæ.* Tabul. Vindocin. ann. 1068. Ch. 176 : *Et iterum confirmatum est donum Rami unius, quod transmissum fuit Monachis S. Gemmæ.* Tabul. Vindocin. ann. 1068. Ch. 176 : *Et ultro ob confirmationem misit Ramum viridem lauri super dominicum altare.* Tabul. N. D. Santon. fol. 76. ann. 1065 : *Sponte donum impono cum semipede ligni lauri, et una libra piperis in sacculo ligneo.* Tabularium Abbatiæ de Rota fol. 11 : *Dumque revertebatur, idem Albinus forte corylum* (coudre) *quandam nucibus onustum infra terræ nostræ metas invenit, Ramum cujus abscidit, et ad recognitionem investituræ suæ asportavit, quem in manu Præsulis posuit.* [Tabularium Majoris Monasterii : *Maino de Poleio hanc eleemosinam cum quodam Ramo ulmi super altare S. Johannis posuit.*] *Cum Ramo olivæ virentis*, apud Lambertum Ardensem pag. 152. Butelerius lib. 1. Summæ ruralis cap. 93. cujus lemma est : *Comment le bail doit rendre au pupille sa terre en sa main, luy venu en eage. Le bail doit tout rapporter par Rain et par Baston le droit dudit bail, qui par Baston luy fut mis en sa main, en la main du Seigneur, et par loy. Et ce fait, le Seigneur le doit remettre par loy, par Rain et par Baston en la main de l'enfant venu en eage, comme de sa propre chose et heritage.* Cujacius ad lib. 2. Feud. cap. 2. quem sequitur Raguellus, existimat, hic vocem *Rain*, non ramum, sed annulum significare, ex eo, quod *Ring* Germanis annulus sit. At cum ex veteribus Poetis nostratibus, quorum locos aliquot congessit Gallandus lib. de Franco alodio pag. 328. constet *Rain*, idem valere ac ramum; longe probabilius videtur, in hisce formulis recentioribus idem expressum, quod in veteribus. [* Charta ann. 1401. ex Chartul. 23. Corb. : *S'en sont venus dessaisir, sauf leurdit surcens, par Rain et par baston en le main dudit enfermier ou nom de ladite église, pour en saisir ledit enfermier, comme seigneur fonsier desdits lieux.* Ubi *Rain* ramum significare haud dubium est.]

Cum Ramo et Guasone, vel *Wasone*, id est, cespite, uti suo loco docemus. Charta Decani Peronensis ann. 1128. ex Tabulario Lehunensi ch. 21 : *In signum concessionis per Ramum Wasonem super majus altare Ecclesiæ nostræ ad opus Ecclesiæ Lehunensis liberum et absque cujusquam dominii retentione obtulerunt.* Alia Hugonis Comitis S. Pauli ex Tabulario Molismensi ann. 1186 : *Donum ipsius decimæ cum Ramo et Guasone super altare posuimus.* Charta Roberti Ducis Burgundiæ ann. 1043. apud Perardum : *Hanc oblationis cartam, quam ego ipse legali concessione per festucam, per cultellum, per Wantonem, per Wasonem super altare posui, manu propria subterfirmavi.* Vide Malbrancum lib. 10. de Morin. cap. 12. [** Grimm. pag. 130. *Ast.*]

Per Guazonem, Andelaginem, *et Ramos de arboribus.* Tabularium Casauriense, anno Ludovici II. Imperat. 24 : *Ideo constat me Sisenandus Saligo filius quondam Anastasii, bona et spontanea mea voluntate juxta Salegam legem vendidimus, atque die præsenti tradidimus, tibi Romano Abbati, vel Monasterio S. Trinitatis... per Guazonem et Andelaginem et Ramos de arboribus, hoc est, terram meam petias duas in cabale, quod dicitur Vico, etc.* [Charta ann. 935. tom. 3. Annal. Bened. pag. 403 : *Per Festucam et Andelaginem, per Guasonem et Andilagon, per Terram et Cultellum et Ramos arborum.*] *Per Wasonem terræ, et per Fistucum nodatum, seu Ramo arborum, atque per Cultellum et Guantone, simulque Andilagine,* tradere, in Chartis variis apud Franciscum Mariam in Mathildi pag. 105. 108. 157. Baron. ann. 1102. Dominicum in Assertore Gallico pag. 145. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 70. et infra non semel. Vide *Andelangus.* [** Grimm. pag. 196. *Andelang.*]

Per Baculum. Annales Francorum S. Nazarii ann. 787 : *Illucque veniens Dessilo Dux Bejuveriorum ad eum, et reddidit ei cum Baculo ipsam patriam, in cujus capite similitudo hominis erat.* Tabularium Casauriense ann. 1140 : *Reinvestierunt Baculo quercino.* [Tabul. S. Vincentii Cenoman. : *Et per Baculum querceum donum ejus rei super altare posuit.* Idem : *Donumque hujus rei per Baculum mirtceum in manu Abbatis misit.* Tabul. Majoris Monast. : *Et hoc donum ambo offerimus cum quodam Baculo fraxineo super altare S. Martini.*] Hist. Translationis S. Gregorii cap. 11 : *Statimque Baculo suo villam cum omnibus appendiciis suis reddidit.* Tabularium S. Mauri ad Ligerim ann. 1144 : *Super altare cum Baculo virgæ cosdrinæ, quam de manu forestarii abstulerat, concessit.* Tabularium Vindocinense fol. 235 : *Offerentibus Hieremia et filiis suis in testimonium rei hujus quoddam Baculum coldrinum super altare.* Charta Bertrandi de Moncontorio : *Hanc concessionem fecit Do. Bertrandus in aula sua, et pro intersigno confirmationis hujus eleemosynæ, tradidit quemdam Baculum, quem manu tenebat, Arnaudo Priori Auræ-Vallis.* Charta Beatricis de Sabaudia Dom. Foucigniaci ann. 1294 : *Investientes dictam dominam B. recipientem pro se et suis hæredibus per traditionem Baculi, ut moris est.* Le Roman *de Garin :*

> Tenés la terre, que quitte là vos rent,
> Par cest Baston vos en fas le present,
> Envers tos homes vos en serai garent.

Chartas alias hujusce ritus indices proferunt Beslius pag. 572. Perardus pag. 118. Sammarthani in Abbatib. Gall. pag. 25. 53. Guichenonus in Probat. Histor. Sabaud. pag. 140. Gallandus de Franco alodio pag. 342. Ughellus tom. 1. Ital. Sacr. pag. 960. 994. part. 2. pag. 236. tom. 5. pag. 1490. etc. quibus adde Bractonum lib. 5. tract. 15. § 14. et Rollandinum in Summa Notariæ cap. 1. [** Grimm. pag. 133. *Stab.*]

Investituras Ecclesiarum, *per Baculum et Annulum* factas, testatur in primis fomosa illa, quæ diu Christianum orbem afflixit et conturbavit, Sacerdotium inter et Imperium controversia, cujus originem et progressum multis prosecutus est Juretus in Notis ad Ivonis Carnot. Epist. 236. ex Scriptoribus coævis, ut et Baronius, et alii passim, quos non exscribo. Chronicon Mauriniacense lib. 3 : *Cumque curæ pastoralis ministerium, quod per baculum acceperat, per librum reddere voluisset, renuit Henricus, dicens, quia sicut facta fuerat regiminis per Cambutæ traditionem susceptio, ita fieret per ejusdem redditionem dimissio.* [Tabul. Ecclesiæ Andegav. : *Ipse autem Algerius Episcopus me investivit cum Baculo Episcopali de speciali beneficio ecclesiæ S. Mauritii Andegavensis.* Tabul. S. Vincentii Cenom. : *Cujus petitioni domnus Abbas, ut dignum erat, assensum præbuit, eumque protinus cum Pastorali Baculo, quem ad obsequium sepulturæ prædicti patris in habitu Monastico defuncti ex more secum detulerat, de beneficio revestivit.*]

☞ Asservatur in Ecclesia Turonensi baculus ligneus plumbea lamina obtectus, in quo spirali linearum ductu scriptum legitur. † *Anno Inc. Dnice* MCXLIIII. *Lucius* II. *PP. investivit Rome judicio sce Apostolice Sedis cum Baculo isto ligneo* † *Turonensem Ecclam de subjectione Dolensis Eclie et Tregorensis et Briocensis per manum Dni Hugonis Turon. Archiep.*

Per Fustem Offerre, tradere, investire. Vetus Placitum sub Ludovico Imp. apud Viennam ann. 912. ex Tabulario Ecclesiæ

Digitized by Google

Gratianopolitanæ fol. 68 : *Quod audiens dominus Imperator, ipsum terram per Fustem, quem manu tenebat, prædicto Episcopo reddidit.* Anonymus in Miraculis S. Columbani n. 24. apud Jo. Mabillonium : *Venientes ad sacratissimum corpus, mittebant in peram Sancti singulos Fustes, ut per hoc cunctis clarescceret, res S. Columbani, quas antea injuste invasas habebant, ipsi Sancto restitutas.* Charta Walperti Archiep. Mediolanensis ann. 963. apud Ughellum in Appendice tom. 4 : *His auditis, prænominatus ... Archipræsul Walpertus, cunctorum, qui aderant, consilio per acceptum Fustem jam dictas Capellas... tradidit.* Charta vetus apud eumdem tom. 4. pag. 812 : *Per Fustim, quem in suis tenebat manibus, Comitissa Mathilda... investivit homines Cremonæ, etc.* Bracton. lib. 2 : *Si nullum ibi sit ædificium, fiat ei saysina, secundum quod vulgariter dicitur, per Fustim et per baculum et sufficit sola pedis positio cum possidendi affectu.* Adde lib. 5. tract. 4. cap. 15. § 14. Tabularium Vindocinense Thuani Ch. 19 : *Unde hujusmodi auctoramentum prius ibidem in Capitulo quodam Fuste, ut móris est, fecit, et postea eumdem Fustem super altare posuit.* Occurrit præterea ejusmodi investitura *per Fustem*, Chartis 24. 50. 55. 120. in Tabulario Majoris Monasterii, apud Gallandum de Franco alodio pag. 336. Ughellum tom. 1. Ital. sacræ pag. 506. 852. tom. 7. pag. 875. 1272. 1418. 1442. 1444. tom. 5. pag. 666. 732. Franciscum Mariam in Mathildi Comit. lib. 3. pag. 115. 117. in Monast. Anglic. tom. 2. pag. 1056. etc. Quibus locis *fustis*, festucæ vicem præbuit, quæ et *fustis* videtur dicta. Gloss. Lat. Gr. : *Festuca*, κάρπος, ῥάβδος. *Fustis*, ῥάβδος, βάκλον.

Cum Ligno. Charta Girardi Episcopi Pergamensis in Hist. Pergam. tom. 3. pag. 312 : *Eamque donationem et ordinationem seu Investituram cum Ligno et cartula, super altare ejusdem beati Alexandi factam, aliquo modo infringere præsumpserit, etc.* Alia ann. 1175. ibidem pag. 325 : *Cum Ligno, quod in suis tenebant manibus... refutaverunt in manu domini Gualæ Episcopi nominatim totam decimam, quam ipsi habebant.* Vide infra.

Per Cultellum. Charta ann. 1080. in Tabul. Vindocinensi Ch. 285 : *Ego et duo filii mei Cultellum unum super altare Domini manibus nostris concorditer imposuimus.* Adde Chartas 217. 234. 405. 509. [Charta ann. 1095. ex Tabul. S. Nicolai Andegav. : *Et ipse donum istud in manu Prioris fecit eum eodem Cultello, et ipsi tres eumdem Cultellum super altare dominicum S. Nicolai portaverunt.* Tabul. S. Florentii : *Deo et S. Florentio reddidi cum quodam Cultello quem super altare posui.*] Tabularium S. Albini Andegav.: *Præfatam donationem sive concessum posuit manu propria super altare dominicum ejusdem Sancti cum Cultello Widonis.* Occurrit hæc formula passim in veteribus Chartis tom. 1. Monastici Anglicani pag. 49. 86. 326. tom. 2. pag. 1024. 1031. in Probat. Hist. Guinensis pag. 338. apud Louvetum in Hist. Belvac. pag. 531. 1. Edit. Perardum in Burgundicis pag. 64. in Hist. S. Nicolai Andegav. pag. 32. 63. apud Baslium pag. 459. in Tabulario Prioratus S. Nicasii Meduntensis fol. 19. in Vita S. Berlendis n. 5. et apud Brodeum in Consuet. Parisiens. tom. 1. pag. 528. [** Grimm. pag. 170. *Messer.*]

Per Cultellum, *Festucam nodatam, Wantonem, et Wasonem terræ*, in vett. Chartis apud Ughellum tom. 3. Ital. Sacr. pag. 49. 51. 61. 415. tom. 4. pag. 1064. 1442. 1447. 1456. Chifflетium in Luminibus Salicis pag. 249. Perardum in Burgundicis pag. 189. etc. [Charta ann. 872. apud Mabill. Diplom. pag. 542 : *Et juxta legem meam, per Cultellum et Festucam notatum seu guasonem terræ vobis exinde ad vestram partem corporalem facio vestituram, ad vestram proprietatem habendum.* Alia ann. 1102. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 370 : *Et per præsentem chartulam offertionis ibidem habenda confirmo, insuper per cultellum, festucam nodatam, gantonem et guvascionem terræ atque ramum arboris.* Præceptum de fundatione Cervariæ in Episcopatu Taurin. apud Stephanot. Fragm. Hist. tom. 3 : *Insuper et per cultellum, fistucum nodatum, arantonem et vasonem terræ atque ramum arboris, in præfato Monasterio legitimam facio donationem et vestituram.*] Vita S. Berlendis n. 6 : *Ramum cum cespite, cultelloque de manu viri porrigentis intra scrinium recepit.*

Per Cultellum Plicatum. Tabular. Vindocin. ann. 1079. ch. 222 : *Donum per Cultellum unum Plicatum super altare dominicum S. Trinitatis positum.* Ch. 341 : *Horum omnium donum et auctoramentum manu sua posuit super altare dominicum per Cultellum in hujus rei memoriam Plicatum.* Tabularium Burguliense fol. 72 : *Ut hoc donum Savaricus Vicecomes Monachis Burgulii concederet, prædictus Hubertus 10. solidos ei donavit. Et propter hoc Savaricus Plicavit illi quendam Cultellum, dando in signum concessionis, ut sic portaret eum prædictæ Congregationi.* Charta Gaufredi Comitis Andegav. ann. 1062. ex Tabulario S. Florentii veteris : *Et non solum exactiones solenniter posito super altare præscripti Confessoris Cultello Incurvato; sed etiam alia injuste eis ablata restituimus.* [Charta ann. 1132. e Chartul. Latiniac. : *Hoc autem... sponte concessit... unde et Cultellum quemdam pro signo Plicavit, quem Capitulo S. Petri per Hubertum ipsius Ecclesiæ Præpositum, ut inde absolveretur, præsentavit.* Tabular. S. Nicolai Andegav.: *Comes Hoellus elemosinæ hujus suæ donum misit in manu Hamonis Abb. S. Nicholai per Cultellum Hillæi cujusdam Vassalli sui, quem ipse Comes manu propria Complicavit.*] Vide tom. 2. Monastici Angl. pag. 940. Atque hæc generales Investiturarum formas fere spectant, quibus etiam accenseri debent, quæ fiebant per *andelangum* sive *andelaginem*, et per *chirotecam* vel *wantonem*, de quibus diximus in hisce vocibus. Nunc de singularibus ordine alphabetico agemus.

* Per Almutiam. Charta ann. 1283. ex Tabul. Montisol. : *Petrus abbas monasterii Montisolivi contulit ecclesiam S. Juliani de Ventenaco... Petro Roca presbytero de Fanojove, quem... per traditionem Almutiæ suæ investivit.*

Investitura Per Amphoram *plena aque maris exinde legitimam fecit donationem*, in Charta Ottonis III. Imp. apud Ughellum tom. 4. pag. 1160.

* Per Annulos Provinciales, hoc est, Per sigilla seu chartam sigillatam annulis vel sigillis, quibus utebantur commissarii a Benedicto XII. PP. deputati ad reformationem monasteriorum ordinis S. Benedicti in Lib. pension. S. Vict. Massil.: *Priorem de Cucurono per nostros Annulos provinciales investimus.* Id est, quibus unusquisque nostrum utitur in sua provincia : ibi enim loquuntur Gerbertus abbas S. Victoris et Raymundus abbas Montismajoris.

Per Annulum, et traditione annuli, majorum præsertim prædiorum ac dignitatum factas investituras ostendunt complures Chartæ. Tabularium Episcopatus Paris. ex Bibliotheca Puteana : *Anno 1249. fecit Ansellus Miles, dominus Turnonii, homagium ligium de castro de Turnonio,... et Investivit eum Episcopus per Annulum aureum.* Ibidem : *Anno 1249. Joannes frater Anselli Militis D. Turnonii, fecit homagium dicto Episcopo de illa parte, quam tenebat in dicto castro,... ad quod homagium admisit eundem D. Episcopus, volens ipsum investire per baculum, vel festucam, prout moris est : quam Investituram noluit recipere dictus Joannes, dicens, quod ipsam non reciperet, nisi per Annulum aureum investiretur.* Charta Gualæ Episcopi Pergamensis ann. 1174 : *Teque, reverende frater Adelarde, illius matricis Ecclesiæ Archidiacone, Annulo aureo Investimus, etc.* Hunc præterea ritum attigere passim Scriptores, quos erit satis indicasse, ne in immensum opus excrescat : Petrus Damiani lib. 1. Epist. 9. Arnulfus Lexov. Episc. pag. 27. 30. Sugerius in Ludovico VI. pag. 320. S. Bernardus serm. de Cœna Domini, Petr. Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 91. 125. Vita S. Melanii Episc. Rhedonens. cap. 5. n. 27. Franc. Chifflet. in S. Bernard. pag. 510. Guichenonus in Episcop. Bellic. pag. 81. Duchesnius in Probat. Hist. Ducum Burgund. pag. 33. Acherius ad Guibertum pag. 596. Monast. Anglic. tom. 2. pag. 1008. Probat. Hist. Gallo-Byzantinæ pag. 22. Waddingus in Regesto tom. 3. pag. 117. Matth. Paris pag. 613. Bullarium Casinense tom. 2. pag. 35. 52. Ughellus tom. 4. pag. 1337. 1353. etc.

* In minorum etiam dignitatum concessione annulo usi sunt, ut patet ex Literis cardinalis Monachi ann. 1303 : *Ego hujusmodi commendas victibus quatuor theologorum dictæ domus* (Choletorum) *unio, ipsisque prædictis confero, et ipsos per Annulum meum investio.*

Per Baculum. Tabular. Longipontis in diœcesi Paris. : *Quod donum misit Henrico Priori per quendam Baculum, quo se sustentabat.* Vide quæ supra observamus.

¶ Per Beretam et Birretum. Vide utramque vocem suis locis.

Per Berillum. Vide in hac voce.

Per Bibliothecam, seu *Biblia*. Charta ann. 843. in Tabulario S. Mauri ad Ligerim : *Donum autem confirmat Bibliotheca veteris ac novi Testamenti.*

* Per Bipennam. Charta Guisc. Beljoac. dom. ann. 1118. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 317 : *Acta et firmata sunt hæc in Tyronensi cœnobio per traditionem præsen-*

Digitized by Google

Per Cultrum, vel Cultellum. Chronicon S. Sophiæ Beneventanæ pag. 718 : *Per unum Cultrum, quem manu tenebam, dedi, etc.* Adde pag. 741. August. *du Pas* in Stemm. Tinteniacensi pag. 572. Notas ad Vitam B. Roberti de Arbrisello pag. 234. Historiam Guinensem pag. 338. etc. [** Grimm. pag. 170. *Messer.*]

Per Cupam Auream. Vide Bodinum lib. 1. de Republ. cap. 9. pag. 130.

* Per Cuppam Argenteam. Charta ann. 1207. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 614 : *Et idem dominus papa* (Innoc. III.) *investivit dictum comitem de dictis castris, comitatu et terris coram omnibus per Cuppam argenteam.* Alia ann. 1108. apud Cenc. inter Census eccl. Rom. : *Dominus autem papa investivit eum de gratia sua cum Cuppa argentea deaurata.* Eadem rursum occurrunt ibidem in Charta ann. 1208.

Per Denarios. Tabularium Majoris Monasterii Charta 182 : *Quod donum ejusdem census continuo, dum matutinalis Missa cantaretur, posuit super altare dominicum per octo Denarios, in præsentia multorum.* Tabularium Vindocinense Chart. 206 : *Quibus omnibus ille gratanter assentiens, donum simul et auctoramentum, manu propria super altare imposuit per unum Denarium Andegavinum, et unum cultellum, quem ad hoc ipsum donavit quidam homo S. Trinitatis.* [** Grimm. pag. 178. *Munze.*]

Per Digitum, vel Digito. Vide *Digitus.* [** Grimm. pag. 137. *Hand und Finger.*]

Per Dextrum Pollicem. [Charta ann. 1242. ex Archivis Cartusiæ Montis-rivi : *Nobilis vir Burgundionus dominus de Trilis... investivit per Pollicem Dextrum Hugoni de Miramars Priori Cartusiæ Montis-rivi.*] Tabul. Eccl. Gratianopolitanæ sub Hugone Episc. fol. 37 : *Et hæc datio facta fuit primo gradu scalæ Gotafredi in Castro Bocoroni, et investitus fuit Aldebaldus in Dextro Pollice ex hoc honore.*

Per Eleemosynariam, hoc est, marsupium. Charta Simonis de Balgentiaco ann. 1149. in Tabulario S. Evurtii Aurelian. : *Et super altare ipsius Ecclesiæ per Eleemosynariam meam lapidem berillum intus habentem propria manu imposui.*

Per Ferulam Pastoralem, apud Ughellum tom. 5. Ital. Sacræ pag. 403. [* Charta ann. 898. apud *Chorier* tom. 2. Stat. polit. Dalph. pag. 227 : *Sed more decessorum suorum regum Ferulam accipiens tradidit ei Viennensem ecclesiam.* Vide *Ferula* 3.]

* Per Festucam. Vide supra *Festuca.* [** Grimm. pag. 121. *Halm.*]

* Per Fimbriam Vestimenti. Charta ann. 1386. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1236 : *Donamus et concedimus in feudum ac te pro te et hæredibus tuis, ut præfertur, per Fimbriam vestimenti nostri investimus præsentialiter de eisdem, cum suis juribus et pertinentiis universis.* [** Grimm. pag. 158. *Rockschoss.*]

Per Floccillum Capillorum. Tabular. Absiense fol. 83 : *Hoc dono investivi Rainerum Abbatem cum Floccillo capillorum meorum.* [** Grimm. pag. 146. *Haar.*]

¶ Per Folium. *Madox* Formul. Anglic. pag. 92.

Per Folium Nucis. Tabular. S. Hilarii Pictav. fol. 77 : *Hoc donum cum Folio nucis recepit.*

¶ Per Forfices. Tabularium S. Martini Pontisar. : *Odo Comes de Corboilo concessit Deo et S. Germano Pontisariensi quandam vieriam quam habebat in terra Morissarti, deprecante matre sua Comitissa de Croceio, cum Forficibus quas in manu tenebat, cum quibus Forficibus Robertus Monachus reinvestivit eum de beneficio loci. Quibus etiam Forficibus statim idem Comes totondit quendam armigerum Walterii Tosardi.* [** Grimm. pag. 171. *Schere.*]

Per Fosilem Chartæ Inhærentem, apud Beslium pag. 524.

Per Funes, seu *Chordas campanarum* Episcopos et Abbates dignitatibus suis investitos, colligere est ex Hariulfo lib. 4. cap. 2. Baldrico lib. 1. Chron. Camerac. cap. 9. Ademaro Cabanensi apud Labbeum pag. 176. Innoc. III. PP. lib. 1. Ep. pag. 177. Edit. Venet. Ægidio Aureæ-Vallis Monacho in Episc. Leod. cap. 20. etc. Adde Ughel. tom. 3. pag. 35. et Rollandin. in Summa Notariæ cap. 15. Exstant præterea hujusce ritus exempla complura in veteribus Tabulis. Tabul. Belliloc. Ch. 154 : *Garnulfo Abbati vel ad ipsos Monachos, qui cum eo fuerunt per Cordam signi et per hostium domo ipsas res, sicut in charta testamenti continetur... tradidit. Act. an. 3. Caroli Imp.* Ch. 164 : *Tunc veniens ipse Ebrardus intravit in ipsam Ecclesiam, et veniens ad ipsam villam per Cordam de signo ad hostia de domo et cespitem de terra, sive ramum de arboribus missis S. Petri tradidit.* Tabularium Casauriense : *Investivit... per ipsas Funes de ipsis campanis.* Idem Tabularium anno 1. Caroli C. Imp. : *Investierunt A. et Allonem Advocatum ipsius per annulum de Campana Ecclesiæ S. Desiderii de ipsa curte.* [Charta ann. 1122. ex Archivis Majoris Monast. : *Quo peracto, cum tertia die in Ecclesiam S. Petri prædictam venissemus, dictus Jacob et filius ejus per Cordas signorum in manu nostra eandem Ecclesiam reddiderunt et nos prædictum Abbatem et Monachos per ipsas signorum Cordas de eadem Ecclesia plenarie investivimus, qui susceptis de manu nostra Cordis, signa illa protinus sonaverunt et per hoc investituram suam de eadem Ecclesia omnibus qui aderant innotuerunt.* Tabularium Dunense : *Eidem Monacho Ecclesiam ipsam per Cordam signi tradidit, Monachusque suscipiens cordam traxit et signum insonuit, quod parrechia omnis audivit et vidit.* Tabul. Kemperleg. : *Signorum ipsius ecclesiæ Cordis coadunatis, coram Principe et filio suo fratrem suum Benedictum Abbatem idem Præsul propria manu libentius investivit de Ecclesia prædicta.*] [** Grimm. pag. 184. *Seil.*]

¶ Per Furcam Ligneam. Tabularium S. Vincentii Cenom. : *Ipse vero libenter annuit et donum patris confirmans, investivit de eo Monachos per quamdam Furcam ligneam quam in manu sua tenebat.*

¶ Per Gantum. Charta ann. 1187. ex Archivis Abb. Buzeii : *Radulfus itaque de Chameriaco saisivit memoratos fratres de his omnibus in manu mea cum Gunto suo dextro in Ecclesia B. M. de Prugniaco ante altare, et ego Mauricius Nannetensis Episcopus investituram ipsam tradidi cum eodem Ganto venerabili Maino Abbati.* Alia ejusd. ann. ex Archivis S. Melanii : *Idem Petrus de Chaune hanc eleemosynam posuit in præsentia nostra per Gantum suum in mana mea et ego inde Gervasium Abbatem per eumdem Gantum investivi.* [** Grimm. pag. 152. *Handschuh.*] Vide *per Chirothecam.*

Per Gladium regna collata, auctor est Otto Frising. lib. 2. de Gestis Freder. cap. 5 : *Est enim consuetudo Curiæ, ut regna per Gladium, provinciæ per vexillum a Principe tradantur, vel recipiantur.* Guntherus lib. 1. Ligurini :

> Ergo ubi vexillo partem quam diximus ille,
> Hic autem Gladio regnum suscepit ab ipso,
> (Hunc etenim longo servatum tempore morem
> Curia nostra tenet) posito diademate Petrus
> Regali dextra tulit alti Principis Ensem,
> Præcessitque sacram brevius diadema coronam.

Dudo lib. 2. de Morib. Normann. : *Regnum, quod mihi ultro dedisti, per hunc Mucronem, 12. libras auri habentem, reddo tibi. Per Spatham regno revestire,* in Annalibus Francorum Bertinianis ann. 877. et apud Continuatorem Aimoini cap. 36. *Per traditionem Ensis evaginati,* Comitatus erectionem et investituram factam, observare est in Charta ann. 1161. apud Guichenonum in Probat. Hist. Bressensis pag. 133. Adde Thwroczium in Andrea Rege Hungar. cap. 44. Vide *Gladius.* [** Grimm. pag. 165. *Schwert.*]

¶ Per Gladium, *Capam et Circulum aureum.* Literæ ann. 1557. apud Rymer. tom. 15. pag. 462 : *Ipsumque Thomam Baronem Perey hujusmodi statu, gradu, stilo, titulo, honore et dignitate per cincturam Gladii, et unius Capæ honoris et dignitatis et Circuli aurei super caput suum positionem insignimus, investimus et realiter nobilitamus, habenda et tenenda nomen, statum, gradum, stilum, titulum, honorem et dignitatem Comitis Northumbriæ.* Eadem formula occurrit ibid. pag. 497.

Per Grana Incensi. Charta Agnetis Ducissæ Aquitan. ann. 1048. qua Angeriacense oppidum Monasterio S. Joannis confert : *Et ut firma in perpetuum maneant, ponimus singuli in testimonium veritatis singula Grana incensi super altare S. Joannis, oblationem Deo in odorem suavitatis.* Beslius pag. 430.

Per Haspam. Vide in voce *Haspa.*

Per Hastam. Ditmarus lib. 6. pag. 60 : *Cumque Hasta signifera Ducatum dedit.* [** Grimm. pag. 163. *Speer.*]

Per Herbam et Terram. Vide supra.

* Per Infulam. Charta ann. 1215. apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom. : *Per Infulam capitis sui eos nomine ipsius ecclesiæ investiens, etc.*

Per Juncum. Tabularium Vindocinense Charta 268 : *Tunc inclinavit se Comes, et accepit viridem Scirpum ; nam domus recenter erat juncata, sicut solemus facere, quando aliquem personæ potentis, vel dominum suscipimus, vel amicum. Tunc Junco ipso non tam donum faciens, quam restaurationem dedit, etc.*

* Per Lanceam et Confanonum. Charta ann. 1195. apud Murator. tom. 1. Antiq.

Digitized by Google

Per Mappulam. Chronicon Farfensis Monasterii pag. 661 : *Per jussionem ipsius, dante eo mappulam suam* (son mouchoir) *Advocato suo, revestivit Leonem, etc.*

¶ Cum Marmore. Tabularium S. Vincentii Cenom. : *Acharius filius Hamelini de Bana concessit decimam S. Petri de Noviomo de Rupe Odonis, quam pater suus dederat, et donum hujus rei super altare S. Petri cum Marmore ipsius altaris misit.*

¶ Per Particulam Marmoris. Charta Landrici de Praiaco pro Monasterio Fontismensi in agro Eduensi, ann. 1118 : *Venit ad nos prædictus Landricus cum uxore sua Helisabet et tribus filiis suis... et accipiens in manibus suis Particulam marmorei lapidis, quæ ibi forte reperta est, venit cum ea ante altare, et tenentes eam omnes simul... obtulerunt eam super altare, ita dicentes : Nos pro salute animarum tam nostrarum quam antecessorum nostrorum damus Deo et huic altari, etc.*

¶ Per Marsupium De Pallio. Charta ann. 1133. ex Tabul. Rothon. : *Monachos de prædicto dono investivit ante altare Pirricensis ecclesiæ et pro ea re Marsupium de pallio Herveo Abbati et Conventui misit.*

Per Martyrologium. Charta Ulgerii Episc. Andegav. : *Hoc autem fecit positis clavibus præfatæ Ecclesiæ S. Joannis in manu mea, et postea super dominicum altare S. Mauricii cum Martyrologio.* Vide Hist. Monast. S. Nicolai Andegav. pag 87.

Per Unam Mitram, Decimæ molendinorum investitio exstat in Tabulario Chirographorum Absiæ fol. 62.

Per Nodum. Tabularium S. Severini Burdegal. : *Sibi in alodio concessi, et ut auctoritate propria sæpe fieri solet, concessæ hæreditatis Nodum priorem manibus propriis colligavi, secundum Geraldus Miles, tertium Ramundus de Ulnico : quo facto Nodum super altare pro meis debitis, et pro meis delictis, et pro defunctorum parentum criminibus obtuli, etc.*

Per Notulas. Charta Philippi Regis Francor. ann. 1317. apud Argentreum in Hist. Armoricana lib. 5. cap. 34 : *Possessionem ipsius Comitatus... in manu dicti Episcopi Mimatensis per traditionem quarumdam Notularum, quas in manu tenebat, posuit per eundem Episcopum dictæ Ducissæ tradendum etc.*

¶ Per Osculum. Tabularium Vosiense fol. 60 : *Hoc autem factum est in villa de Chanzaz in manu domini Rainaldi Abbatis quem propter hoc ipse Deosculatus est, videntibus et audientibus Bernardo Vicecomite, etc.* Tabular. S. Albini Andegav. : *Maino filius Gualonis, annuente Eudone filio et Vieta uxore sua, dedit Deo et S. Albino terram de Brilchiot, pro cujus doni confirmatione Walterium Monachum pater et filius in fidei nomine Osculati sunt. Uxor autem illius, eo quod a femina Monachum Osculari inusitatum habemus, Lambertum quemdam præfectum S. Albini, jubente Walterio Monacho, eadem sententia Deosculata est.*

Per Ostium Domus. Tabularium Casauriense ann. 951 : *Ideo constat me Alexander filius quondam Ardemandi, ex natione Bajubaria, secundum meam Bajubariorum legem, per festucam et guazonem et andelaginem, et per ramos de arboribus, et per Ostium domorum vendidi, et manibus meis tradidi, atque investivi tibi, etc.* Bracton. lib. 2. cap. 18. § 2 : *Fieri debet traditio per Ostium, et per haspam vel annulum.* Lib. 5. tract. 4. cap. 15. § 14 : *Sed præsentes fuerint, ubi saisina facta fuerit donatario per Senescallum, vel per nuntium, per fustim, vel per baculum, vel per haspam, et quod donatarius inductus fuit in vacuam possessionem, etc.* Vita S. Pardulfi MS. : *Et cum claustra Monasterii, et omnis fabrica ipsius, vel omnia loca inhabitabilia perfecta, vel consummata fuissent, supradictus Lautarius per Ostium cellulæ ipsius viro Dei tradidit ad regendum.* Vide *Anaticla, Haspa.* [** Grimm. pag. 174. *Thür.*]

* Per Unum Ozilium, id est, Per ramulum vimineum. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 183. r°. : *Feci autem hoc donum prius in manu Letardi præpositi monachi et Gilberti cellerarii per unum Ozilium, subtus unum ulmum veterem, qui est in cimiterio.* Vide *Osella.*

Per Palam, seu *Pallam ex serico*, apud Ordericum Vitalem lib. 3. pag. 474.

Per Pallium, seu Pallam. Charta Ademari Vicecomitis Lemovic. ann. 1074 : *Accedens autem cum duobus filiis meis Helia et Petro, ad hoc sacrum altare Pallium obtuli : quod Pallium mecum tenentibus ipsis, hunc, de quo sermo est, mansum semel sub testibus donavi.* Infra : *Hic tantum commemorasse sufficiat, quod eodem Pallio donacionem firmavi meam de aquæductu, etc.* Vita S. Virgilii Episcopi Saltzburgensis cap. 16 : *Per Pallium altaris Virgilio Episcopo ipsam Ecclesiam.... tradidit.*

* Per Paleam Apostolicam. Charta offic. Trec. ann. 1258. ex Chartul. Campan. fol. 535. col. 2 : *Ipsos mercatores investivit de prædictis bonis, ipsius regis nomine, per traditionem cujusdam Apostolicæ Paleæ, secundum quod in tradendis possessionibus de consuetudine in istis partibus observatur.* Vide *Palla* 2.

* Cum Palmis Hierosolymitanis. Charta Rotroci comit. Pertic. ann. 1190. ex Chartul. S. Dion. de Nogento : *Adjutorium et defensionem de omnibus repromisit, atque donum istud cum Palmis, quas de Hierosolymis asportavit, super altare sancti Dionysii posuit.*

Per Panem et Librum. Charta Henrici Abbatis S Mariæ Stampensis ex Tabulario Prioratus S. Martini de Campis : *Eam* (Ecclesiam) *in manibus meis per Panem et Librum reddidit, et ego consequenter similiter per Panem et Librum in manibus Vener. Theobaldi Prioris de Campis eam seposui, et... contradidi.* Parvum Pastorale Ecclesiæ Parisiensis cap. *Quid faciendum sit in vacatione Præbendæ, in Ecclesia Parisiensi : Si Episcopus in diœcesi Parisiensi fuerit, tenetur vocare Decanum, vel Decano absente Cantorem,... et de manu illius accipiet Episcopus cum Libro et Pane Præbendam vacantem, sub his verbis, Reddo vobis Præbendam, quæ fuit N. etc.*

* Per Pannum vel Pennam Mantelli. Charta ann. 1101. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 505 : *Venit Conanus filius meus ad eamdem civitatem, qui etiam ipsum donum fecit et concessit per Pannum mantelli sui in manu Guillelmi prioris.* Alia ann. 1167. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 263. col. 2 : *Eundem abbatem inde per Pennam mantelli præsentialiter investire fecit.*

Per Pannum Sericum, *unde facta est casula*, in Monastico Angl. tom. 1. pag. 527.

Cum Penna et Calamario investitos Tabelliones observat Rollandinus in Summa Notariæ cap. 5. extremo : quod etiam habetur in Constitutione Ruperti Imp. ann. 1401. apud Goldast. tom. 1. pag. 382.

* Commis. tabellion. inter Form. Mss. Instr. fol. 78. v°. : *Per pennam, calamarium atque cartam, quam in vestris manibus tenebitis, investiatis de officio antedicto* (tabellionatus.) Occurrit ibi non semel.

Per Pergamenum. Charta Aimerici de Ranconia apud Beslium pag. 492 : *Dedi... in manu Abbatis Fulcherii per quemdam Pergamenum super altare signatum crucibus, videntibus multis.* Alia Willelmi Ducis Aquitan. ex Tabulario Angeriacensi : *Per hoc Pergamentum hoc donum... super altare B. Joannis posui.*

Cum Duobus Phylacteriis, in Tabulario Monast. Longipontis in diœcesi Paris.

* Per Pilaria Claustri. Cæremonias in investituris prioratuum aliquando adhibitas pluribus exponit Charta ann. 1421. ex Chartul. priorat. Belleval. : *Dominus Therricus abbas Mediani monasterii... dominum Desiderium in corporalem, realem et actualem possessionem dicti prioratus* (de Bellavalle) *induxit et investivit præsentialiter de eodem per traditionem magni hostii ecclesiæ dicti prioratus ejusque clavium, cordarum campanarum, cornuum magni altaris, piscinarum ac calicis, nec non albæ et cinguli, aliorumque ornamentorum ecclesiasticorum. Quibus acceptis per eumdem dom. Desiderium et indutis, idem dominus abbas ipsum dom. Desiderium possessione sua semper investiendo et eam continuando et adimplendo, cruce Salvatoris nostri sursum erecta præeunte, processionem per claustrum dicti prioratus faciendo letaniamque Sanctorum cantando, quatuor principalia pilaria quatuor angulorum claustri ipsius sibi tradidit et investivit de eisdem. Quibus præmissis sic actis, præfatus dom. Desiderius possessionem hujusmodi sic sibi traditam et per eum habitam, captam et adeptam tenendo, servando et manutenendo missam B. Mariæ Virginis ipsiusque in honorem atque signum realis, corporalis et actualis possessionis habitæ et adeptæ, alta voce, coram populo ibidem astante, denarios in offertorio per sibi subditos et alios, tamquam vero et indubitato priori dicti prioratus oblatos, pacifice et quiete, absque aliqua contradictione ac impedimento quocumque, aut opponente seu contradicente quocumque interveniente, capiendo et recipiendo, cantavit et celebravit.*

Per Pilum. Rogerus Hovedenus pag. 724 : *Ricardus Rex Angliæ in captione Henrici Romanorum Imperatoris detentus, ut captionem illam evaderet, consilio Alienor matris suæ, deposuit se de regno Angliæ, et tradidit illud Imperatori, sicut universorum domino, et investivit eum inde per pilum suum. Sed imperator statim reddidit ei .... et investivit eum inde Imperator per duplicem*

Digitized by Google

crucem de auro. Thomas Walsinghamus pag. 343 : *Eodem anno in Parliamento præscripto dominus Joannes Dux Lancastriæ factus est Dux Aquitaniæ per virgam et Pileum, præbitis manu Regis.* [* Charta ann. 1258. apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom. : *Magister Ubertus nomine et vice Romanæ ecclesiæ, auctoritate sibi commissa, ipsum syndicum, nomine et vice communis Perusii, de dicto comitatu, jurisdictionibus et proventibus ac etiam pertinentiis ejusdem per suum Pilleum investivit.*] [** Grimm. pag. 148. *Hut.*]

Per Piscis. Tabularium Majoris Monasterii : *Testes habuimus legitimos, qui omni lege probare fuerunt parati, quod Hildegardis ad opus emerit, et per Pisces ex ejus piscaria investituram dederit in vita sua Monachis Majoris Monasterii.*

* Per Unam Plumam. Charta ann. 1357. ex Bibl. reg. : *Martinum de Serris præsentem et pro se et suis stipulantem et recipientem de prædicta terræ pecia.... per traditionem unius Plumæ laudavit et ipsum manualiter investivit.*

Per Pollicem. Charta ann. 1097. in Hist. Sabaud. : *Quod donum ipse Comes per digitum proprium, quem Pollicem appellamus, fecit in manu Prioris ipsius loci.* Vide supra *Per Dextrum Pollicem.*

¶ Per Psalterium. Tabularium S. Petri de Rilleio : *Ego Radulfus Filgeriensis dominus et Frangellus frater meus posuimus super altare S. Petri post Evangelium Missæ, cum Psalterio magistri Hamonis de S. Hilario universa dona antecessorum nostrorum et nostra.*

* Per Ramulum Lauri. Chartul. priorat. de Guilcio fol. 18. v°. : *Hujus rei donum super altare de Guilcio cum uno Ramulo lauri misit.*

¶ Per Ramum Filgerii, apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 342. Vide initio *Per Ramum et Cespitem.*

Per Regulam. Vide supra *Per librum.*

Per Sceptrum. Faustus in Vita S. Mauri Abbatis, de Theodeberto I. Rege : *Dedit ei per Sceptrum regale, quod manu gestabat, quæcunque Florus patruus ejus ex regali possederat dono.* Vide Ottonem Frisingensem lib. 7. cap. 16. et Metropolim Salisburgensem tom. 2. pag. 277. tom. 3. pag. 399.

Per Scyphum. Simeon Dunelmensis lib. 3. de Eccles. Dunelmensi cap. 14 : *In cujus donationis signum etiam Scyphum argenteum obtulit qui in hac Ecclesia servatus æternam illius facti memoriam retinet.* [Charta Constantiæ Comitissæ Britan. ex Tabul. Kemperleg.: *Ad hujus quoque memoriam doni corroborandam, meum Cyphum marmoreum ad investituram harum villarum plenarie faciendam prædictis Fratribus attribuo.*] Tabularium Majoris Monasterii : *Hujus rei supradictæ misit Archimbaldus donum super altare S. Mariæ per Cyphum S. Macarii.* Occurrit ejusmodi investitura per *Scyphum S. Macarii*, non semel in Tabulario Monast. Longipontis diœcesis Paris.

* Cum Sella Auro Parata. Charta ann. circ. 800. tom. 6. Anecd. Pezii part. 1. col. 30 : *Et hæc donatio mea facta omni tempore firma et stabilis permaneat cum stipulatione subnixa. Et iterum firmavit cum sua Sella cum auro parata, et suam luricam.*

Per Spatæ Capulum. Tabularium Vindocin. fol. 277 : *Ut istud donum firmiter haberetur, et ulterius non cassaretur, super altare dominicum cum ponto cujusdam Spathæ ambo fratres posuerunt.* Maistre *Vacces* en son Roman *de Rou* MS.:

Au Roi rendi son regne, n'en vout avoir jornée,
Fierement l'en saisi par une soe espee,
El Pont de l'Espée out d'or dix livres pesant,
Vostre terre, dit-il, vous vent par cest mien gant.

* Cum Stola et Libro. Charta ann. 1188. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1549 : *Domnus Ugicio S. Romani prior, cum consensu fratrum, investivit marchionem Opizonem cum Libro et Stola, ante altare S. Romani, de advocatia monasterii S. Romani et de omnibus benefactis S. Romani.* Similia habet Charta ann. 1230. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 285.

¶ Per Tellurem. Tabularium Kemperleg. : *Ego Karaduc filius Kentlamen dedi Monasterio S. Crucis villam unam in qua est ecclesia S. Caradoci, et afferens ex ipsa terra mecum Tellurem pro signo concessionis in ipsius pariete Monasterii suspendi.*

Per Textum Evangelii. Tabul. Vindocin. fol. 245 : *Donum concesserunt, et super altare cum Textu argenteo et aureo obtulerunt.* [Tabul. S. Vincentii Cenoman. : *Radulfus filius Huberti Vicecomitis venit ad Monasterium S. Vincentii ann.* MXCV. *quo acceperat sororem Widonis de Valle in conjugem, et cum Textu auro et lapidibus parato, accepto de manibus Abbatis Rannulfi, quem super altare posuit, annuit quidquid pater suus dederat.* Tabular. Vosiense fol. 22. v°. : *Fecerunt autem donum istud ante altare S. Petri Apostoli Bernardus et Ebbolus filius ejus Textum Evangelii gestantes manibus in præsentia domini Petri Abbatis.* Charta apud *Madox* Formul. Angl. pag. 241 : *Ut autem prætaxatæ Ecclesiæ donacio cum cæteris supradictis legitime et firmiter fieret.... per Textum sancti Evangelii super altare donavi.*] Vetus Codex apud Seldenum ad Eadmerum pag. 144 : *Per Textum Evangelii spiritualem causam Episcopatus, per annulum autem Regalium possessionem accepit.* Tabul. Andegav. : *Quitavit libere et quiete super altare cum Textu et cultello.* Tabul. S. Gemmæ Santonensis : *Hoc donum confirmavi... ponens Librum Evangeliorum super altare.* Tabul. Brivat. fol. 193 : *Per traditionem cujusdam libri Textus Evangeliorum cum postibus argenteis et imagine crufixi præsentialiter investivit.* Adde Ordericum Vital. lib. 5. pag. 577. 591. Chronic. Besuense pag. 610. 616. Tabular. Longipontis diœces. Paris.

* Per Turrim et Portam. Charta Ulrici march. Tusciæ ann. 1170. inter Monum. eccl. Aquilej. cap. 63. col. 606 : *Miserunt eum* (patriarcham) *per Turrim et portam in tenutam pro castro et omnibus possessionibus superius dictis.*

Cum Veru. Charta Garneri de Trianguło, in Tabul. Abbatiæ Deiparæ de Longoponte, et Majoris Monasterii : *Pro hujus doni confirmatione fregit Veru, et portiunculam de ipso bene extersam dedit Henrico Priori, dicens ut auferret, et ex sua parte super altare poneret.* Ubi *Veru*, pro sude lignea videtur sumi. Tabularium Hospitalis Montis Maurilionis : *Unam quadrigam oneratam de viridi ligno, de redortis, et sudibus, et Verubus.*

Per Vexillum provincias a Principe tradi et recipi scribit Otto Frising. lib. 2. de Gest. Frider. cap. 5. Falco Beneventanus pag. 238. de Rogerio Siculo : *Misit præterea domino PP. Honorio munera multa... ut ducatus ei Vexillum et nomen largiretur.* Pag. 308 : *Rainulphum... in Ducem elegit, et eo electo Vexillum ad honorem Ducatus Apostolicus et Imperator in conspectu omnium ei tradiderunt.* Idem pag. 332. de Innocentio PP. : *Regi vero* (Siciliæ) *Rogerio statim Siciliæ regnum per Vexillum donavit, etc.* Charta Alphonsi Castellani Imperatoris, apud Vignerium in Hist. Alsatensi pag. 143 : *Investimus te Ducem et Comitem de quinque Vexillis, in signum quinque dignitatum, quas in feodum ab Imperio tenere debes.* [Breviarium Hist. Pisanæ apud Murator. tom. 6. col. 173 : *Anno* 1163. *Lambertus Consul... ambasciatores Pisani Communis, ab Imperatore Frederico Vexillum receperunt et spatam pro investione imperatoria super omnes civitates Thusciæ.*] Charta Philippi II. Regis Rom. ann. 1207 : *Thomas Comes de Sabaudia... feudum suum.... de manu nostra recepit, nosque eum juxta priscam Imperii consuetudinem de universis bonis illis.... per tria Vexilla investivimus.* Le Roman *de Guillaume au Court nez :*

Par une blanche Anseigne li fu li fiez rendus.

Ejusmodi investiturarum per *Vexillum* exempla passim proferunt Scriptores, Romualdus in Chronico MS. ann. 1060. 1062. 1090. 1115. 1118. 1120. 1127. 1132. 1152. Ditmarus lib. 6. Otho Frising. lib. 2. de Gest. Frider. cap. 32. Chronicon Weingartense cap. 13. Godefridus Monach. S. Pantaleonis ann. 1212. Hist. Australis ann. 1276. Alexander Celesinus lib. 1. cap. 16. lib. 3. cap. 26. Will. Tyrius lib. 12. cap. 4. Conradus Usperg. pag. 302. Historia Landgravior. Thuring. cap. 18. Gunther. lib. 1. Ligur. pag. 31. lib. 5. pag. 125. Gesta Innocentii III. PP. pag. 27. [Ægidius Gelenius in Colonia pag. 74.] Vide quæ notamus in Dissert. 9. ad Joinvillam. [** Grimm. pag. 161. *Fahne.*]

* Per Vexillum concessas etiam interdum ecclesias testatur Charta fundat. monast. de Nido avis ex Cod. reg. 9612 : *X. Bernardus de Bulleio concessit et revestivit ipsum episcopum cum Vexillo optimo et hasta nova, vidente omni populo, qui venerat ad altaris consecrationem.*

* Aliquando Vexillum armis illius, qui investituram dabat, erat insignitum. Charta ann. 1237. apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom. : *Cujus investionem idem judex Arboreæ recepit per manus magistri Alexandri Apostolicæ sedis legati, cum quodam Vexillo, in quo erant duæ claves cum una cruce.*

Per Virgam, vel Virgulam. Charta ann. 1120. in Tabular. Monast. Fontis-Ebraldi : *Hanc concessionem feci in manu Petronillæ primæ Abbatissæ Fontis-Ebraldi cum Virga oserii duplicata.* Alia apud Acherium in Notis ad Guibertum pag. 590 :

Digitized by Google

Cum Virga disciplinali. Tabularium S. Albini : *De hoc Fulconius Tessart cum quadam Virgula dominum Abbatem investivit, quam ipse manu propria posuit super altare.* Alia ann. 1144. apud Gallandium : *Utque patenti occasione firmatum nihil occultæ forsitan occasionis haberet, ... per oblationem Virgæ, quam manu gestabat, supra sacrum altare B. Lazari de prædicto dono domum et Fratres solenniter investivit.* Adde Epistol. Synodalem Calixti II. in Concilio Tolosano ann. 1119. Ordericum Vitalem lib. 5. pag. 589. Helmodum lib. 1. cap. 70. 71. Notas ad Guibertum pag. 590. Hieron. Rubeum in Hist. Ravenn. pag. 275. et quæ supra de investitura per baculum adnotamus.

* Per Virgam Argenteam, Lit. concessionis regni Salonic. dom. Guid. Dalph. baroni Montisalb. per exercitum Franc. ann. 1314. ex Cod. reg. 5456. fol. 29. r° : *Virgam quandam argenteam sæpedicto nobili viro dom. Raymbaldo, nomine et vice dicti nobilis et magnifici viri dom. Guidonis Dalphini, duximus tradendam et concedendam, in signum adepti et adipiscendi dominii et possessionis Salonicensis regni.*

* Per Virgam et Cespitem. Charta Petri episc. Attrebat. ann. 1201. ex Tabul. abbat. de Laude : *Alodium.... reddidimus fratribus de Los in liberam ac perpetuam possessionem per Virgam et cespitem, prout mos est ecclesias prædiis investire.*

Per Zonam, in Charta fundationis S. Petri Generensis, loco supra allato.

¶ Investitura. Donatio Rostagni Episc. ann. 950. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 77 : *Unoquoque anno recipiant ministerii sanctæ Dei ipsius ecclesiæ Investitura ff.* 1111. Ubi legendum videtur *in vestitura ss.* 1111. hoc est, in vestitura solidos quatuor. Vide *Vestitura.*

* Investiturarum Vina, Quæ *investituræ* seu possessionis adipiscendæ causa ex usu domino capitali præstabantur. Charta Phil. V. ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 279 : *Item tallias, census, coustumas, vina Investiturarum, etc.* Vide supra *Investio* 2.

¶ Investitus, Qui de aliquo beneficio *Investitus* est. Literæ ann. 1299. apud Miræum tom. 2. Diplom. Belgic. pag. 880 : *Et ne præmissa vel aliquid præmissorum a nobis vel ab aliquibus successoribus nostris (quod absit) valeat in posterum calumniari, præsentes litteras prædicto Investito et ejus successoribus contulimus sigilli nostri munimine roboratas.* Charta ann. 1303. apud eumdem tom. 1. pag. 445 : *Ego Jacobus presbyter Investitus de Ghilse, decanus Concilii Bekensis, etc.* Vide *Investitum.*

¶ Investitutaria, pro *Investitura.* Charta ann. 1173. apud Miræum tom. 2. pag. 1179 : *Dicimus autem consilio majoris Ordinis Hospitalis Investitutariam Ecclesiæ tenebit, qui curam et providentiam omnium bonorum ad Ecclesiam spectantium tenebit.*

¶ Investitutio, Jus quod domino capitali pro Investitura exsolvitur. Literæ ann. 1266. ex Tabul. Calensi : *Vendidit partem suam espoliarum de Jamaco et aliunde, et partem suam cerchiæ de Berron.... et partem Investitutionum seu sezinarum.*

** Investitor, Qui *investituram* præstat, patronus et collator beneficii ecclesiastici. Charta Reichardi Episc. Herbipol. ann. 1182. apud Haltaus. in Glossar. German. voce *Lehnherr*, col. 1226 : *Quod Albertus de Hohenloch, liberæ conditionis homo, Investitor cujusdam parrochiæ erat in Steinach.* Vita S. Cunegundis apud Pertz. Script. tom. 4. pag. 821. lin. 60 : *Romanæ vero domus advocatum, ipsum videlicet imperatorem, sine totius exactione servitii, abbatissæ Investitorem, loci defensorem et ubique pium protectorem esse instituit.*

* 2. Investitura, Dignitas curionis, ecclesia parochialis; unde ejusdem rector nude *Investitus* nuncupatur. Charta Ludov. Borbon. episc. Leod. ann. 1457. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 473 : *In qua* (ecclesia) *præter rectorem ecclesiæ, communiter Investitum vocitatum... Cum juribus et pertinentiis rectoriæ seu Investituræ ex usu competentibus etc.* Alia ann. 1462. in Suppl. ad Miræum pag. 621. col. 1 : *Qui Investitus una cum præposito et cantore officium curæ parochialis et missam parochialem faciet et exercebit.* Vide *Investitus.*

¶ Invia, pro Injuria. [* haud dubie; sed vox corrupta ex nota abbreviationis prætermissa.] Litteræ ann. 1358. tom. 3. Ordinat. Reg. pag 317 : *Ipsos ab omnibus Inviis, gravaminibus... defendant.*

¶ Inviare, Ingredi, calcare. Solin. cap. 8.

¶ Invictoriosus, Invictus. *Anno Gratiæ* 1243.... *consecratum est hoc altare... in honore Invictoriosissimæ S. Crucis*, apud Felibianum Hist. San-Dionys. pag. 535.

Invidare. Charta ann. 1171. in Histor. Pergamensi part. 1. lib. 10 cap. 22 : *Et debent Consules Pergami Invidare, consiliare, commendare omnibus illis hominibus, qui in prædicto loco habitaverint, etc.* Vox Italica, Mittere. [* *Inviare*, non *Invidare*, hac notione dicunt Itali; sed *Invidare* hic idem videtur quod *Invitare.*]

* Invidia, Studium, voluntas, animus. *Ad invidiam.* Gall. *A l'envi*, Certatim. Charta ann. circ. 1194. inter. Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 362 : *Huic congregationi locum et officium idem dedit Romæ in Saxia ad S. Spiritum Innocentius tertius, ædificato hospitali amplissimo, ... ubi nobilibus, ignobilibus, infirmis et sanis ad necessitatem providetur ex mediis hospitalis, quæ opulentissima sunt ad Invidiam exempli, etc.*

* Invilare, Vilem reddere, deprimere, nostris alias *Aviller*, Ital. *Avvillire.* Epist. Saladini ad Pisan. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Bonincont. Hist. Sicul. part. 1. pag. 198 : *Et clamorem facere non possint, nec possint dicere res eorum Invilatas esse.* Vide supra *Avillare* et *Inviliare.*

Inviliare, ἀτιμάζειν, in vett. Glossis [et in Supplemento Antiquarii, ubi etiam *Invilitare*, eodem intellectu.] Vilem facere.

Invinius, Abstemius, ἄοινος, in Gloss. MSS. vox Apuleii lib. ult.

¶ Inviolare. Vide *Involare.*

* Inviolare, *Immolare, cædere victimas, secare, libare.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

¶ Invirgulare, In virgam crescere. Vita S. Adalberti, tom. 5. Junii pag. 98 : *Residuum pomi quod forte manu gestabat, igni projiciens : Ubi, inquit, grana Invirgulata fructificaverint adolendo; me, Deo propitio, compotem habebis in revertendo.*

* Invirolatus, Vietoria fibula, Gall. *Virole*, instructus, nostris *Envirolé.* Arest. parlam. ann. 1406. in Lib. statut. artif. Paris. ex Cam. Comput. Paris. fol. 307. r°. : *Visitarent cutellos fabricatos, manubriatos et Invirolatos Parisius.* Lit. remiss. ann. 1406. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 148 : *Une paire de cousteaux engninez, enmanchez d'iviere, et Envirolez d'argent.*

* Invirtuosus, Vitiosus, a virtute alienus. Vita S. Elzear. de Sabrano tom. 7. Sept. pag. 589. col. 2 : *Ex tunc a verbis inhonestis et moribus Invirtuosis ipse* (comes) *abstinuit.*

¶ Invisatio, Visitatio, apud Stephanotium Antiquit. Aurelian. MSS. pag. 318.

¶ Inviscerare, Quasi in viscera immittere, conjunctissime devincire, adjungere. S. Bernardus Epist. 239. Edit. 1690. col. 225 : *Studui ego semper, ut sanctos illos congregationis vestræ Monachos nostris Fratribus commendarem, et ipsos illis perfectæ unione caritatis, si fieri posset, etiam Inviscerarem.* Privilegium Venceslai Imp. ann. 1418. apud Ludewig. tom. 1. pag. 451 : *Easdem villas cum omnibus pertinentiis suis predictis Abbati et Conventui Monasterii in Dobrilug applicare, appropiare, incorporare, Inviscerare, annectere, unire et confirmare gratiosius dignaremur.* Recurrit pag. 452. [** Vide Haltaus. Glossar. Germ. voce *Einleiben*, col. 297. supra *Incorporare.*]

* Nostris alias *Enventrer*, Deglutire. Le Reclus *de Moliens :*

> Convoitise est tout esventrée,
> Ja tant ne sara Enventrer.

* Invisio, Visio. Acta S. Marii Mauriac. tom. 2. Jun. pag. 125. col. 2 : *Verum ille beatus pater indulgentissimus, pati non potuit filios pios de sui negata Invisione remittere mœstos, etc.*

¶ Invisor, Invidus, in Vita S. Maioli n. 52. tom. 2. SS. Maii pag. 683.

* Invisus, Non visus. Acta S. Audom. tom. 3. Sept. pag. 393. col. 1 : *Adest die tertia in urbe Tarvenna multitudo innumerabilis, ei pene ante Invisa.*

¶ Invitabilis, *Beneficus*, Papiæ. Vide *Joventalis.*

* Invitamentum, Convocatio, conventus, Ital. *Invitamento.* Stat. crimin. Cumanæ cap. 126. ex Cod. reg. 4622. fol. 90. v°. : *Nullus de cetero præsumat facere aliquod Invitamentum nec congregationem gentium cum armis.*

* 1. Invitata, vox Italica, Eodem significatu. Stat. ant. Florent. lib. 3. cap. 61. ex Cod. reg. 4621 : *Quicumque præsumpserit in civitate, comitatu vel districtu Florentiæ.... facere aliquam Invitatam seu congregationem gentium.... pro violatione vel subversione pacifici status populi, etc.* Et cap. 69 : *Quicumque.... præsumpserit facere aliquam Invitatam de hominibus eque-*

Digitized by Google

Implicatio, litis anfractus, ut docet Diction. Trevolt. occurrit enim in Lit. remiss. ann. 1371. ex Reg. 102. ch. 330 : *Lesquelz adjournez redoubtans estre mis en grans Involutions de procès, etc.* Et rursum in aliis ann. 1389. ex Reg. 138. ch. 108 : *Et pour ce sont en aventure d'estre mis et tenus en grans Involutions de procès.*]

¶ INVOLUTIO, Eadem notione. *Ædificant ad sui damnationem atque interitus intrent Involutionem*, in Epistola cujusdam Magistri Paris. tom. 1. Anecd. Marten. col. 1739.

¶ INVOLUTORIUM, Eodem intellectu. Vita S. Elizabethæ Reginæ, tom. 2. Julii pag. 212 : *Repertum fuit quoddam Involutorium longitudinis tumuli, involutum in una culcitra gossipii.*

INVOLVULUS, Joanni de Janua, *Quædam bestia, quæ ut homines facilius decipiat, involvit se aliqua re.*

¶ INVOTARE, Desiderare, in votis habere. Miracula S. Etheldredæ, tom. 4. Junii pag. 566 : *Honesta Invotare, prava fugare, mundi inquinamenta devitare admonuit.*

* INUPENHATURA. Vide supra *Inpenhetura.*

¶ INURIA, pro Incuria, in Litteris ann. 1325. apud Rymer. tom. 4. pag. 149.

¶ INUSTUS, Non ustus. Vita S. Canuti, tom. 3. Julii pag. 129 : *Pontifex Poppo candentis ferri ardorem Inusta deferens dextra, et ignitas ferri laminas incombustis pertransiens plantis.*

* 1. INUTILIS, Perditus ac desperatus. Acta S. Alex. mart. tom. 5. Aug. 804. col. 2 : *Cognoscens autem causam Maximianus, Inutilis cæsar, eum* (Alexandrum) *demum aliis ut interficerent, truculentis animi deputavit clientibus.* Bulla Alex. III. PP. ann. 1177. inter Privil. Mss. ord. Præmonst. : *Sane si abbas aliquis vestri ordinis infamis vel Inutilis aut ordinis sui prævaricator inventus fuerit, etc.* Castigat. in utrumque Glossar. : *Inutilis*, incommodus, futilis, ἀχρήσιμος. Germ. *Gerofuttilis.* f. *Gerro, futilis.*

* 2. INUTILIS, Injustus. Charta ann. 892. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 250 : *Cujus* (monachi) *petitionem Inutilem invenientes, talem eidem sententiam diffiniendo dederunt, ut monasterium ex manso Corboni.... pergeret,... nihil amplius ex hac nefaria repetitione se intermittens.*

* 3. INUTILIS, Mancus, mutilus, Gall. *Estropié.* Gall. ann. 1311. in Reg. Phil. Pulc. ex Cod. Bibl. reg. 9607. ch. 118 : *Et dicto servienti, qui per factum et culpam ipsius Gaufridi altera manu factus fuerat Inutilis, etc.*

INVULGARE, pro *Divulgare*, in Addit. ad Vitam S. Antonini [tom. 1. Maii pag. 338.]

1. INVULTARE, INVULTUARE, Vultum effingere. Marius Victorinus ad Candidum Arianum pag. 162 : *Excitatus enim in anima νοῦς, intellectualem potentiam animæ illustrat, et illuminat, et Invultuat ac figurat, et innascitur animæ intelligentia et perfectio.* [De iis, qui ad artes magicas *Invultant*, dicitur in *Vultivoli.*]

¶ INVULTUOR, Præstigiator, qui ad artes magicas vultus effingit. Statuta Eccl. Nannet. ann. 1389. tom. 4. Anecd. Marten. col. 985 : *De sortilegiis et divinationibus, de magis.* In uno MS. habetur : *De sortilegiis et divinationibus, de Invultuoribus.*

¶ INVULTUS, Invultuorum præstigiæ Vide *Vultivoli.*

* 2. INVULTARE, Veneficio occidere vel incantare, fascinare, Gall. *Ensorceler.* Locus exstat in *Vultivoli;* ubi qua ratione id peragebatur legere est. Nostris *Envoulter* et *Envouster*, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1347. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 267 : *Jehanne de Cretot menestrele de vielle avoit ensorcelé ou Envousté Pieres Coquel clerc, et fait tant par son mauvais art et engin, que il estoit devenu son ami.* Aliæ ann. 1400. in Reg. 156. ch. 36 : *Icellui Pastant lui dist qu'il doubtoit qu'elle ne Envoultast ou fist morir sa femme ;.... et disoit l'en que la ditte Morele l'avoit Envoultée.* Vide supra *Imaginatio* 2.

¶ INUXORA VIRGINITAS, vel, ut alii legunt, *Immaculata*, apud Tertullian. de de Castitate cap. 9.

¶ INZABATATI, Hæretici Valdenses. Vide *Sabatati.*

¶ INZEGNERIUS, INZIGNERIUS, Homo insignis, dominus. Hist. Cortus. apud Murator. tom. 12. col. 812 : *Paduani... exeuntes civitatem obviaverunt domino Cani in capite Pontiscorbi, ubi cum suis Inzegneriis et sapientibus et cum certis militibus suis convenerat causa prævidendi passus affectatos.* Rolandinus Patavinus de factis in Marchia Tarvisina, apud eumd. Murator. tom. 8. col. 356 : *Vir quidam nomine Mesa... Inzignerius sive magister castri, etc.* [* Vel potius Doctor, magister, qui monstrat, indicat, Ital. *Insegnatore*, Gall. *Expert.* Stat. Mutin. rubr. 5. pag. 1. v° : *Potestas Mutinæ teneatur... ire cum quatuor sapientibus et militibus, cum duobus Inzigneriis habentibus peritiam aquarum etc.*] [** Gall. *Ingénieur.* Vide in *Ingenium*, 2.]

* INZELARE, INZOLARE, Celare, occultare, ut videtur. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 235. ex Cod. reg. 4622. A. : *De emendendo de avere communis Taurini damna furtive in vino Inzolato, vineis et blava devastata. Item statutum est, quod si aliquod vinum Inzelatum fuerit deinceps furtive seu Inzelatum alicui homini,.... restituantur de avere communis Taurini.*

¶ JOACHIMICUS, Nummus argenteus valens tres libras apud Germanos. Vide *Dalerus.*

¶ JOALLIÆ, ut *Jocalia.* Testam. ann. 1286. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 291 : *De raubis meis et Joalliis, etc.*

* JOANNES CALIDUS (S.), Festum S. Joannis Evangelistæ ante portam Latinam, ubi in ferventis olei dolium missus est, quod 6. Maii celebratur. Lit. remiss. ann. 1467. in Reg. 200. Chartoph. reg. ch. 31 : *Le jour de la saint Jehan chaude, dicte Porte Latin, etc.*

* Diu est quod male audit nomen *Joannes*, ut colligitur ex Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 248 : *Le suppliant lui dist, Eudet, vous avés un toreau qui hurte les gens et ne osent aler aux champs pour luy ; lequel Eudet luy respondi, as tu nom Jehannot ? ouyl, dist ledit suppliant, j'ay nom Jehannot voirement ; et ledit Eudet luy dist, Jehannot es tu, car à toy n'en appartient de riens, en le huchant plusieurs fois Jehannot.* Aliæ ann. 1457. ex Reg. 187. ch. 154 : *Icellui Proust dist au suppliant qu'il estoit bien Jehan prunier, par maniere de mocquerie.* Hinc *Faire Johan* dicitur mulier, quæ marito fidem non servat, in Lit. remiss. ann. 1475. ex Reg. 195. ch. 1565 : *Icelle femme vint à l'encontre du suppliant son mary, et lui dist telles parolles : Truistre, paillard, larron, je t'ay fait plusieurs fois Johan, et en despit de toy, je le te feray encores.*

* JOANNINUS, Moneta ordinis S. Joannis Hierosolymitani. Tabul. Massil. : *Placuit consilio civitatis* (Massiliæ) *requirere dominum vicarium quod floreni auri boni Florentiæ, et floreni cameræ domini nostri papæ, et Lucati et Joannini auri boni et justi ponderis currant et cursum habeant in præsenti civitate pro illo valore quo fuerint asforati, videlicet ad xxxiij. solidos pro quolibet.* Vide *Johannitæ.*

¶ JOARIA, Munus judicis, dignitas. Vide *Juveria.*

JOBAGINES, JOBAGIONES, Sambuco, Lydio, et Alberto Molnario testibus, Hungaris dicuntur coloni, ruricolæ, atque adeo ipsa mancipia. Decreta Ludovici Regis Hungariæ ann. 1351. cap. 5 : *Præterea ab omnibus Jobagionibus nostris aratoribus et vineas habentibus, etc.* Cap. 6 : *Prælati et Ecclesiastici Jobagiones habentes.* Cap. 14 : *Jobagiones ad Regiam vel Reginalem celsitudinem pertinentes.* Decreta Sigismundi Regis : *Si quis Jobagionem alterius... potentialiter abduxerit.* Aliud ejusdem Reg. ann. 1435 : *De singulis Jobagionibus proprias possessiones et terras more aliorum Jobagionum, in possessionibus, quibus resident, habentibus et censum colligentibus.* Decreta Alberti Regis : *Nobiles tam Jobagiones habentes, quam non habentes, decimas dare non teneantur.* Vide Jo. Lucium de Regno Dalmatico pag. 204. b. 1. At in Decreto Andreæ Reg. Hung. ann. 1222. cap. 15. et 26. *Barones* et *Nobiles* vocari videntur. Cap. 18. *Jobagiones Castrorum* memorantur, et cap. 25. præcipui Hungariæ Magistratus, Palatinus nempe, Banus, Comes, et Curialis Regis, *Jobagionum* dignitate et vocabulo donantur. Ea etiam notione accipi videtur *Jobagionis* vox apud Thwroczium in Calomanno cap. 61. Vide Concilium Posoniense ann. 1309. cap. 3. 4.

☞ Addit Carolus de Aquino in Lexico militari militiæ etiam genus fuisse, idque probat Decreto Mathiæ Regis, ubi sic : *Conclusum est, quod tam nobiles, quam eorum familiares et Jobagiones, sedem judiciariam ingressuri, arma omnia cujuscumque generis existant, in hospitiis deponere et inermes in ipsam sedem ingredi debeant.*

* Ita dicta esse mancipia rursum probat Charta Andreæ reg. Hungar. ann. 1214. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 21 : *Contulit etiam Jobbagionem, nomine Bera, obtentu fidelitatis suæ ita ex omni jugo servitutis exemptum, ut nulli omnino servili conditioni subjaceat, nisi ipse vel sui posteri ab ecclesia se alienare voluerint.* Sed neque minus certum est eosdem inter nobiliores regis ministros recensitos fuisse, ut iterum constat ex Decreto ejusd. reg. ann. 1231. apud Cenc. in-

Digitized by Google

ter Cens. eccl. Rom.: *Nobis facientibus exercitum extra regnum, nobiles nobiscum ire non tenentur, nisi comites et stipendiarii et Jobagiones castri.* Rem apertius explicat aliud Decretum ann. 1233. ibid. : *Quare post tractus multiplices et diversos per Nicolaum tavarincorum, Mauricium dapiferorum, Michaelem agasonum, Bagin pincernarum magistros, Jobagiones, nuncios et procuratores nostros.... Et faciemus filios nostros et Jobagiones jurare, secundum quod inferius de juramento eorum continetur.... Et promittimus per nos et nostros successores constituere et dare singulis annis palatinum vel alium de Jobagionibus, quem voluerimus Christianæ fidei zelatorem, quem faciemus jurare, quod mandatum nostrum secundum ista fideliter adimplebit.* Ex quibus colligitur vocem genericam fuisse apud Hungaros, qua famulus vel minister cujusvis ordinis et conditionis significatur. Vide in *Minister* 2. et *Ministeriales*.

* Nostri vero *Jobelot*, Homo nihili est et contemptu dignus. Lit. remiss. ann. 1454. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 506 : *Icellui suppliant oy et entendy que Pierre Pelerin.... le nommoit et appelloit par maniere de injure et moquerie, Jobelot, qui est à entendre selon la maniere de parler et langaige du pays* (d'Artois) *qu'il estoit un chétif et meschant et de petite entreprinse.*

¶ **JOBELEUM**, pro *Jubilæum*, bis usurpat Romualdus II. Archiep. Salern. in Chronico, apud Murator. tom. 7. col. 16. Vide *Jubilæus*.

¶ **JOBIRE**, pro *Jubere*, in Charta ann. 680. apud Doubletum Hist. San-dionys. pag. 687.

¶ **JOCABILITER**, Jocaliter, jocose, in Vita sancti Eligii, tom. 5. Spicilegii Acheriani pag. 179. in Summario capitis 24.

¶ 1. **JOCALE**, Ludicrum. Acta S. Francisci de Paula, tom. 1. April. pag. 171 : *Hujusmodi sunt Poetæ, qui cantilenis eorum alliciunt homines manifeste ad Jocalia, intus vero latet anguis.*

* 2. **JOCALE**, Theca reliquiarum. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 30 : *Littera conventus fratrum Prædicatorum Parisiensium pro una missa quotidie celebranda pro domino rege;.... pro qua fatentur se recepisse a dicto dom. rege quamplurima temporalia beneficia, et expresse Jocale pretiosum brachii dextri beati Thomæ de Aquino. De anno* 1371.

JOCALIA, Monilia, gemmæ, annuli, aliaque id genus pretiosa, Gall. *Joyaux*, Anglis *Jewells*. Glossæ Isonis Magistri ad Prudentium : *Crepundia, Jocalia, ornamenta.* Ingulfus pag. 858 : *Reges Merciorum Jocalia plurima in sanctæ Ecclesiæ ornamentum larga manu contulerant.* Utitur non semel pag. 866. 878. 890. 908. Pseudo-Ovidius lib. 2. de Vetula :

. . . Et secum pretiosa Jocalia defert.

Matthæus Westmonast. ann. 1267 : *Jocalia Ecclesiæ Westmonasteriensis, imagines feretri aureas, et lapides pretiosos in manus tradidit mercatorum.* Idem ann. 1283 : *Corona quædam famosi Regis Britonum Arthuri Regi Angliæ cum aliis Jocalibus reddebatur.* Occurrit præterea hæc vox in Gestis Ludovici VII. Reg. cap. 15. in Fleta lib. 2. cap. 14. § 1. in Process. de Vita et miracul. B. Mariæ de Malliaco n. 35. apud Matth. Paris, Bromptonum pag. 954. Thomam Walsinghamum pag. 249. Nicol. Uptonum lib. 4. de Militari officio pag. 134. etc.

Proprie apud nos *Jocalia* dicuntur, quæcumque ad muliebrem ornatum spectant, et ejus quodammodo propria sunt, ut annuli, inaures, armillæ, viriolæ, etc. atque ita usurpatur hæc vox in Quoniam Attachiam. cap. 21. § 2. Salmasius ad Solinum, ab Arabico, *johar*, i. gemma, videtur deducere; vel certe a *jocus* et *joculus* et *jocula*, Latinis vocabulis, quæ id omne, ex quo aliquis voluptatem capit, sonant. Græcis παίγνια, οἷς παίζουσι νήπιοι. *Nugæ muliebres*, apud Plautum, Aulularia, nostris, *Jouets*. Gl. Lat. Gr. : *Jocus*, παίγνιον. Theodoricus in Vita S. Elizabeth Ungaricæ cap. 7 : *Cum enim pauperum hæc nutricia parvulis suis infirmis vascula fictilia, anulos vitreos, et quædam alia puerorum Jocalia opportuna xenia proprio pallio deferret, etc.* Et certe admodum probabile est, vocabulum *Joyaux*, nostris usurpatum, effictum a *Joye*, gaudium, quod his scilicet nugis pueri et sequior sexus potissimum delectentur. Capitolinus in Albino : *Cum ei nomina fierent, septem aquilæ parvulæ de nido allatæ sunt; et quasi ad jocum circa pueri cunas constitutæ.* Vox autem *Joye* ab eadem origine proficiscitur, scilicet a *Jocus*.

Scribit Michael *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. pag. 188. v. ann. 1438. in Curia Aragonensi quæsitum, an *Jocalium* legato intelligerentur testatricis etiam vestes, et Locumtenentem Justitiæ Aragonum priusquam judicium et sententiam ederet consuluisse super hoc negotio quasdam dominas, et juxta earum responsum judicasse vestes non contineri.

Jocolarius, Jocalium distractor, *Joallier*, in Charta Sicardi Principis Longob. in Chronico S. Sophiæ Benev. pag. 631.

¶ **JOCALIS**, pro *Jugalis*, Conjux, in Formulis Andegav. apud Mabillonium tom 4. Analect. pag. 234. 235. 258. et in Præcepto Chlotarii III. tom. 1. Annal. Bened. pag. 694. et alibi.

* **JOCALUS**, Jocus, ludus. Stat. Mss. eccl. Tull. collecta ann. 1497. fol. 67. r°. ubi de festo Innocent. : *Fiunt ibi moralitates vel simulacra miraculorum, cum farsis et similibus Jocalis, semper tamen honestis.*

JOCAMEN, Jocus, ludus. Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 784 : *Cotidie vero simul loquebantur, et mutuo minitabantur, sed Jocaminis plerumque miscebantur.*

JOCARE, Jocari, Ludere, lusitare, Gall. *Jouer*. Chronicon Andrense pag. 438 : *Fuit accusatus, quod tempore hiemali ipse cum suis Monachis super glaciem more laicorum fuisset Jocatus.* Vita S. Gertrudis Abbat. Nivell. n. 19 : *Infans autem Jocabat, et currebat hac illacque.* Vita S. Domitiani Confessoris apud Guichenonum in Probat. Hist. Bressanæ pag. 229 : *Nam et cum gallinis illius loci visæ postea Jocasse vulpes contra suam naturam agentes, sed nullam earum lædere præsumpserunt. Jouquer* Picardi, *Jouquier* Occitani, *Joucher* Franci, dicunt de gallinis, quæ ad perticam somnum captant. Hinc iidem *Joquer*, pro *otiari*, vel *feriari* usurpant. Chronicon Bertrand. Guesclini MS. :

Il ne nous lairra mie ci Joquer longuement.

Raimundus Montanerius in Histor. Aragon. cap. 221 : *Le fill de L'Emperador ne so tench à Joch, ans se garni molt be ell, qui erat bon cavaller, etc.* In Consuetudine Britannica artic. 420. taurus dicitur *aller à Jeu*, qui libere exspatiatur, ac ludibundus excurrit.

Jocari, Hastiludio concurrere, certare, ex Gallico *Jouster*. Ordericus Vital. lib. 3. pag. 464 : *Dum apud Monasteriolum Jocaretur, et cum quodam juvene luctaretur, etc.* Matth. Paris ann. 1252 : *Congreguti sunt igitur in multitudine gravi et copiosa valde, (ad ludum militarem, qui Mensa Rotunda dicitur) tam Norenses, quam Australes,... et secundum quod constitutum est in illo ludo Martio, illa die et crastino quidam Milites Anglici strenue nimis et viriliter et delectabiliter, ita ut omnes alienigenæ ibidem præsentes admirarentur, Jocabantur.*

* Nostris, *Jouer*, interdum Libidinose vivere, luxuriari. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 117. Chartoph. reg. ch. 35 : *Thomas Brisoul par son mauvais engin et faulx décévement avoit fortraitte Alisete femme de Pierre Picart d'avecques sondit mari, et menée Jouer hors du pais. Joliver* et *Joluier*, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. ch. 285 : *Tu es garcon :..... car tu as pris une femme, laquelle tu as fait Joliver à autres avant que tu l'espousasses.* Aliæ ann. 1403. in Reg. 158. ch. 111 : *A laquelle femme icellui Barthelemi dist ces mos : Avant toy, si te va faire Joluier.* Hinc *Joliveté*, Voluptatis amor, lascivia. Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 8. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 160 : *Vous avez despit et chacié vostre roy* (Childeric), *né et créé de vous meismes, qui estoit débonnaires par nature; et peust encor estre plus débonnaires et plus pourfitables au roiaume, s'il eust laissié la Joliveté de son cors.* Ubi Aimoin. lib. 1. cap. 7. ibid. pag. 31 : *Benignior etiam abolita potuit esse lascivia.* Ejusd. originis est vox *Jolis*, pro *Joyeux*, *content*, Lætus, exsultans, in Lit. remiss. ann. 1425. ex Reg. 173. ch. 245 : *Le suppliant avoit oy dire que paix estoit faicte;.... et en estoit bien Jolis et bien aise.*

¶ **JOCARIUS**, Angl. *Jester*, Sannio, scurra, apud Thomam *Blount* in Nomolexico.

¶ **JOCATOR**, pro *Joculator*. Charta ann. 1291. tom. 1. Hist. Dalph. pag. 26. col. 2 : *Non teneat in hospitio suo de nocte extra horam latrones, Jocatores, seu etiam alios malefactores.*

JOCCERDEGH, Furtorum Collectores, in Legibus Hungaricis.

* **JOCH**, an Militaris fistula, Gall. *Fiffre* ? Chron. And. Danduli ad ann. 1300. apud Murator. tom. 12. Script. Ital. col. 513 : *Mittimus vobis unum tabur et unum Joch.*

¶ **JOCHA**, Navis levior, Anglis *Yacht*. Mauritius Gaufridus in Vita S. Yvonis, tom. 4. Maii pag. 602 : *Tres cereas naves ad sepulcrum S. Yvonis appendit, unam pro evasione parati naufragii super quadam Jocha, ubi statim emisso voto miraculose navis ad*

Digitized by Google

portum meritis Sancti perducta est, aliam ratione alterius, etc.

¶ **JOCHIMDALER**, ut *Joachimicus*, Nummus apud Germanos valens tres libras. Chron. Marienrod. apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 466 : *Coactus est D. Jodocus Abbas prædictus dare vulgariter* tho Braudschatte v^c. *Jochimdaler.* Vide *Dalerus.*

JOCHUS, Modus agri. Vide *Juctus.*

¶ **JOCIA**, Moneta minutior, ut videtur, valens unum denarium. Vide *Nunblicus.*

JOCISTA. Gloss. Lat. MS. Reg. : *Jocista, qui verbis jocatur.* Perperam, *qui verbum jocatur,* in Glossar. Isid. Ælfricus in Gloss. Sax. : *Mimus, Jocista, scurra* : gligmon. Ugutio et Joan. de Janua : *Jocista, qui jocis sæpe intendit.* [*¦Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Jocista, celui qui se gieue volentiers.* Aliud Prov. Lat. ex Cod. 7637 : *Juguador, Prov. Jocista, histrio.*] Liber Epistolarum S. Bonifacii Episcopi Moguntini Epist. 69 : *Hos namque versus, Jocistæ more, caraxatos reperietis.* Adelmus Abbas Malmesburiensis ad Eahfridum : *Jocistæ scurrœque ritu dicacitate temeraria loquentium.*

¶ **JOCOLARIUS.** Vide in *Jocalia.*

¶ **JOCOSA.** Nomen ensis, quem Carolo M. dedit Leo III. PP. quique in thesauro Ecclesiæ S. Dionysii asservatur, et in solemni Regum nostrorum inauguratione adhibetur. Hunc ensem *spatam* vocat Nangius in consecratione Philippi Audacis.

* **JOCOSITAS**, Jocatio. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 358. v° : *In festo S. Johannis et Innocentium nimia Jocositate et scurrilibus cantibus utebantur* (moniales monasterii Villaris) ;... *præcepimus quod honestius et cum majori devotione alias se haberent. Joyeuseté* vero, pro Convivio festivo, vulgo *Festin, réjouissance*, in Lit. remiss. ann. 1482. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 940 : *Le jour de la Circoncision,.... le suppliant qui avoit souppé à une Joyeuseté qui se faisoit ce jour par le cardinal du bourg* (de la ville de Boulogne sur mer).... *pour ce qu'ilz n'avoient point esté avec lui* (cardinal) *autour da nostredite ville, comme les autres jeunes compaignons etc.*

* **JOCOSUS**, *Ridiculosus.* Germ. *Fidiculosus*, in Castigat. ad utrumque Glossar. Vide mox *Jocularius.*

JOCULARI, Jocari, a *Joculus*, pro *Jocus.* Pseudo Ovidius de Vetula lib. 1 :

. . . . Sicut agunt pastores, cum Joculantur.

* Nostris alias *Gengler.* Lit. remiss. ann. 1367. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 427 : *Lesquelz alerent chiez le suppliant pour eulx chauffer et esbatre et Gengler et parler autour du feu.* Aliæ ann. 1410. in Reg. 165. ch. 4 : *Lequel Guimant dist à icellui Vincenot, pourquoy ne s'en viennent Jehannin et Colinet, et que puent ilz tant Gengler apres nous?*

JOCULARIS, Mimus, scurra. Gloss. Lat. Gr. : *Jocularis*, γελοιώδης. Gloss. Lat. MS. Regium : *Choraules, Jocularis.* Papias : *Satiger, Jocularius, cilicio vestitus.* Leg. *Setiger.* Rursum : *Scenicus, histrio, Jocularis.* Lambertus Ardensis pag. 247 : *Ministrantibus mimicis nebulonibus, garcionibus, scurris, et Jocularibus. Jocularitas*, apud eumdem pag. 158. *Jonglerie.* Agobardus lib. de Dispens. : *Satiat præterea et inebriat histriones, mimos, turpissimosque et vanissimos Joculares, etc.* Joannes Signiensis Episc. in Vita S. Beraldi Episc. Marsorum : *Alii quod proprie Jocularium est, ab utroque latere divisis, item mixtis coloribus, vestimenta variabant. Joculares viri*, in Vita S. Præjecti Episc. apud Bollandum cap. 3. n. 22. *Cantor Jocularis*, in Triumpho S. Remacli cap. 19. Vide *Ministelli.*

* **JOCULARIUS**, *Coraula*, in Glossis Isidori. Vide *Jocularis.*

JOCULARITAS, Facetiæ. Odo Cluniacens. lib. 1. de Vita S. Geraldi cap. 15 : *Cum a vestigio non deessent, qui facetias quasdam, ut adsolet, aut Jocularitates moverent, etc.*

1. **JOCULATOR**, Idem cum *Joculari.* Vett. Glossæ MSS. ad Concil. Laodic. can. 54 : *Temelici, Joculatores.* Firmicus lib. 8. Matth. cap. 22 : *Histriones faciet, pantomimos, ac scænicos Joculatores.* Gaufredus Vosiensis lib. 1. cap. 62 : *Per duodecim fatuos, quos Joculatores vocamus. Joculatorum applaudentium voluptas*, apud Matth. Paris pag. 555. *Joculosi nebulones*, apud Ordericum Vital. lib. 5. pag. 589. Rogerus Hovedenus in Ricardo I : *Hic ad augmentum et famam sui nominis, emendicata carmina, et rythmos adulatorios comparabat : et de regno Francorum cantores et Joculatores muneribus allexerat, ut de illo canerent in plateis; et jam dicebatur ubique, quod non erat talis in orbe.* Ugutio : *Fallax differt ab eo, qui mentitur, quia omnis homo fallax id agit, quod dicit, unde quis fallatur, et non omnis ille vult fallere, qui mentitur: ut Joculatores, qui sæpe mentiuntur magis studio delectandi, quam voluntate decipiendi.* Adde Vitam S. Kentigerni Episcop. Glascuens. cap. 6. n. 37. Saxonem Grammaticum lib. 6. Joannem Sarisber. lib. 1. Policrat. cap. 8. Itinerar. Gregor. XI. apud Masson. pag. 317. Paulum Venet. cap. 13. [** Haltaus. Glossar. German. col. 1704. voce *Spielleute*, Murat. Antiq. Ital. tom. 2. col. 840. sqq. Glossar. med. Græcit. voce Ψιφάς, col. 1781.] etc.

* *Jucglars*, in Conc. Terracon. VIII. ann. 1317. inter Constit. Mss. reg. Aragon. : *Moneantur* (clerici) *quod nec tafurarias exerceant bastaxi sive Jucglars, mimi, etc. Gengleur*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1383. ex Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 206 : *Icellui Huot dist audit chapellain qu'il estoit un Gengleur, de ce qu'il avoit révélé avoir scellé la monition contre ledit de Mongot. Gengleres* vero, pro *Effronté, impudent*, Procax, in Cons. Petri de Font. cap. 11. art. 2. pag. 88 : *Car si aucuns est si Gengleres, ki li soit avis ke on ne doie pas plaidier par raison, etc.* Denique *Genglois*, pro *Tromperie*, Fallacia, apud Phil. *Mouskes* :

Qu'il s'avait fait comte de Blois
Par son barat et par Genglois.

¶ **JOCULAX**, γελοῖος, *Ridiculus*, in Gloss. Sangerm. et Supplemento Antiquarii.

* 2. **JOCULATOR GROSSUS**, Qui musica instrumenta crassioris seu gravioris soni pulsat. Comput. ann. 1399. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 149. col. 2 : *Joculatoribus grossis,.... qui fecerunt festum in dicta processione, etc.* Vide supra *Instrumentum.*

* 3. **JOCULATOR**, Vigil, speculator; sic dictus quod cornu sonat. Charta ann. 1346. ex Tabul. S. Petri de Curte : *Ut consules et universitas Mansi Garnerii haberent Joculatorem seu guacham publicum, qui in noctis crepusculo et mane modicum ante auroram et aliis horis competentibus sonaret cornu suum.*

* **JOCULOSUS**, Joculatorius, jocosus. Vita S. Norb. tom. 1. Jun. pag. 840. col. 2 : *Omnibus tamen admirantibus super responsis inutilibus et Joculosis ejus sermonibus.*

¶ **JOCUNDARE**, *Exhilarare*, in Barthii Glossario, ex Guiberti Hist. Palæstina.

¶ **JOCUNDATIO**, Hilaritas. Boncompagnus apud Murator. tom. 6. col. 944. ubi Principissa milites hortatur ad prælium : *Sed, quæso vobis mea sit exoratio salutifera, et visio fortissimarum virginum, quæ mecum sunt, Jocundatio fructuosa.*

* **JOCUNDARIUS**, Jucundus. Acta interpol. S. Maurit. et socior. tom. 6. Sept. pag. 346. col. 2 : *Occide, prosterne, resecandas gladiis percussoribus cervices præbemus intrepidi. Hæc nobis Jocundaria sunt.*

JOCUS. Monasticum Anglican. tom. 1. pag. 210 : *Vas argenteum ad aquam benedictam, cum duobus Jocis saccorum.* Ubi legendum *scaccorum*, Gall. *Jeu d'échecs.* [*Jocus estacorum*, in Charta ann. 1338. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 363.]

¶ **JOCUS**, *Hastiludium*, in Gl. Barthii, ex Paulo Langobardo : *Ad urbem, vastissimam silvam profectus est, ibique se Jocis et venationibus exercere cœpit.* Vide *Jocari.*

* Monomachia ludicra, nostris alias *Jaugle.* Lit. remiss. ann. 1413. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 315 : *Lesquelx compaignons commencerent à batailler l'un contre l'autre par manieres de Jaugles de chacun un baston.* Ejusdem generis est *jocus*, de quo in Hist. Caroli VI. pag. 77 : *Un jeu, nommé Joculatoires, à jetter dards et javelines.* Et alter *Jeu des sos* appellatus, cujus mentio fit in Lit. remiss. ann. 1387. ex Reg. 130. ch. 271 : *Comme environ Noel derrenierement passé ot un an, Jehan Andeluye, lequel est jeune homme, eust esté nommé et esleu prince d'un jeu, appellé le Jeu des sos, qui chascun an est acoustumé à faire en nostre ville d'Amiens par les jeunes bourgois d'icelle; soubz umbre duquel jeu et en continuant icellui, ainsi qu'il est accoustumé, pluseurs jeunes bourgois de nostredite ville et ledit Jehan eussent jousté et fait leurs esbatemens honorablement, combien que les maire et eschevins de nostre ditte ville eussent défendu le contraire, etc.*

JOCUS PARTITUS, dicitur, cum alicui facultas conceditur, alterum e duobus propositis eligendi. Bracton. lib. 4. tract. 1. cap. 32. § 2 : *Nec potest transigere, nec pacisci, nec Jocum partitum facere, nec aliud, etc.* Lib. 5. tract. 2. cap. 11. § 1 : *Habebit alium diem, nisi ipse petens docuerit contrarium sub periculo Joci partiti.* Quod vero *Jocum partitum* hic vocat Bracton, *Bipertijocum* appellat Radulfus de Hengham in Summa magna cap. 4 : *Sive loquela per nontenuram, sive per quemcunque Bipertijocum cavilletur lis illa, etc.* Chronicon Andrense pag. 596 : *Hic Ludus male*

Digitized by Google

videtur Partitus, quia in uno perpenditur risus, et in alio planctus et ejulatus. Perperam *mane* editum. Joinvilla in S. Ludovico pag. 95 : *D'un Chevalier, qui fut prins au bordel, auquel on partit un Jeu : ou que la ribaude avec laquelle il avoit esté trouvé, le meneroit parmi l'ost en sa chemise,... ou s'il ne vouloit telle chose souffrir, qu'il perdroit son cheval, ses armeures et harnois, etc.* Le Roman *d'Aubery* MS. :

De ces deus choses est mult li Jus partis.

Philippus *Mouskes* in Philippo Augusto :

Li Dus de Louvain s'en parti, (*ex prœlio Bovinensi*)
Quar ne vit pas le Giu parti.

Joannes de Condato MS. :

Sire, faut-il, par la mort beu,
Mal à point particiez le Jeu,
Se chiens ne paiant au restant,
Qui la derrire est en estant.

Vide Notas nostras ad Joinvillam pag. 92.

* **JOEL**, Jubilæum. Annal. Placent. ad ann. 1474. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 946 : *Quem* (infantem) *in contemtum D. N. J. C. mactabant* (Judæi) *atrociter, et hausto sanguine suis in azymis vescentes, fœtore, quo redolent, Christiano se cruore præservant : huncque appellant Joël, id est Jubilæum.*

* **JOELLUS**, Gemmeus, aureusve ornatus, Gall. *Joyau ; Joël*, in Lit. remiss. ann. 1382. ex Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 20. et *Jouel*, in Stat. ann. 1378. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 388. art. 4. Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 299 : *Littera abbatis et conventus S. Dionysii duobus sigillis in cera viridi sigillata, per quam constat dominum regem Philippum legavisse ecclesiæ B. Dionysii omnes Joellos suos, etc.* Vide *Jocalia* et infra *Juellus*.

* *Jouel* vero, Morbi contagiosi et popularis nomen est, in Lit. remiss. ann. 1378. ex Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 58 : *Une autre plaie d'épidimie, appellée communément oudit pays* (Soissonnois) *le Jouel etc.*

* **JOERIA**, f. Catella, Gall. *Chaine*. Stat. civit. Astæ pag. 83. r° : *Statutum est quod nulla persona faciens pannos in civitate Ast, debeant ipsos pannos facere minus de duodecim centenariis in cloeria sive Joeria, sub pœna infrascripta.*

* **JOGLARIA**, *Joculatorum* seu mimorum et scurrarum, eorumve, qui musica instrumenta pulsabant, societas, cujus princeps nomine Regis donabatur, alias *Juglerie*. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 11. r° : *Guillelmus Ramundi de Manos..... tenet ab eo* (duce Aquitaniæ) *Joglariam de Memisano, et quartam partem deveriorum, quæ dantur ibidem joculatoribus.* Charta Phil. Pulc. ann. 1298. qua Ludovico comit. Ebroic. feuda aliaque assignat, in Lib. rub. ejusd. Cam. fol. 41 : *La vile de Oyson et de Chinon,... le fouage d'ilec, les cens,.... la boucherie, les ventes, la Juglerie.* Nisi ibi *Juglerie* sit Tributum, quod a *joculatoribus* domino loci præstabatur pro facultate jocos suos agendi. Ut ut est, non exigua erant principis *Joglariæ* jura, ut colligitur ex Charta ann. 1346. in Reg. 76. Chartoph. reg. ch. 2 : *André de Chancele est en saisine et possession d'avoir, prendre, lever.... de un chascun, qui est béni et consacré en la ville et septene de Bourges et en plusieurs autres lieux voisins acoustumés, quatre deniers Parisis, et un més souffisant de viande, toutesfois et quantesfois que il se marient, et plusieurs autres droits appartenants à ladite Juglerie ; et de un chascun franc bourgeois, toutefois et quantefois que il se marient, toute la robe, en quoy il sont espousez et béneiz en sainte église, et un més souffisant de viande et plusieurs autres droits acoustumés deus audiz André, comme seigneur de ladite Juglerie.* Vide in *Ministelli*.

¶ **JOGULATOR**, pro *Joculator*. Consilium Massil. ann. 1381 : *Nullus menestreys seu Jogulator audeat pinsare vel sonare instrumentum cujuscumque generis.* Vide *Ministrelli*.

¶ **JOGUVIUM**, *Servitus, captivitas*. Gloss. Isid. Post Grævium lego : *Jugum, Servitus, captivitas*.

* **JOHANNES**, Moneta aurea ducum Barensium. Vide infra in *Moneta Baronum*.

¶ **JOHANNITÆ**, Equites S. Johannis Hierosol. Bern. *de Breydenbach* Itiner. Hierosol. pag. 33 : *Dominus Rodensis supremus Magister Johannitarum, etc.*

* **JOHECCA**, ut supra *Joellus*, Ornatus muliebris. Contract. matrim. ann. 1358 : *Subjecta jocalia, seu Joheccas et res alias, extimata communiter pretiis et quantitatibus subdistinctis videlicet, etc.*

* **JOJA**, f. Possessio, id omne quo quis utitur et gaudet. Vide infra *Juya*. Pactum inter Venet. et Ferrar. ann. 1230. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 364 : *Item promiserunt, quod permittent omnibus Venetis deferre et conducere Venetiis totum suum terraticum et redditum suarum terrarum et possessionum, quæ habent in Ferraria et ejus districtu, tam ipsum redditum et terraticum, quam omnem alium eorum redditum blavarum, leguminum, vini, carnium vivarum et mortuarum, et cavallaticum, et socidarum et Jojarum, et omnem redditum aliorum suorum bonorum.* Nisi idem sit quod *Socida*, societas scilicet pro animalium jugo, Italis *Giogo*, addictorum medietate. Vide in hac voce.

¶ **JOJECTA**, Fascis fructuum, ab Italico *Ciochetta* : quod idem significat. Constitutiones Caroli II. pro regno Siciliæ lib. 1. tit. 55 : *Et si a litigantibus aut impetrantibus esculenta et poculenta, seu Jojectas, aut donationem recepisse.., probentur, etc.*

* **JOISSENTIA**, a Gallico *Jouissance*, Usus, possessio, alias *Joiette* et *Joyssement*. Charta ann. 1543 : *Donanti plenariam Joissentiam dictarum possessionum.* Assis. Hierosol. cap. 265 : *Ne avons que la Joiette des biens à nostre vie.* Lit. remiss. ann. 1474. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1290 : *Le suppliant avoit fait faire prinses et arrestz.... d'une portion de fief..., et par icelles prinses le Joyssement en fut défendu à icellui de Florigny.*

¶ **JOLAGIUM**, Idem, ut puto, quod *Geolagium*, Quod *geolario* seu custodi carceris datur pro victu incarceratorum. Computum Præpositi Paris. ann. 1265. apud D. *Brussel* tom. 1. de Feudorum usu pag. 423 : *De busta Castelleti pro ultimo tertio* xx. *libras. Et de Jolagio pro ultimo tertio* xx. *libras.*

¶ **JOLINTA**, Ἥρα, *Juno*. Supplem. Antiquarii. [* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. leg. *Joventa*. Vide Festum in *Juventutis sacra* et ibi Scaligerum.]

* **JOLIVITAS**, Ornamentum, Gall. *Enjolivement*. Constit. MSS. Carmelit. part. 2. rubr. 4 : *Si sint aliqui curiosi, qui aliquas Jolivitates in bursis, zonis, cultellis, vestibus ferant.*

* **JOLONEIA**. Vide supra *Jaloneia*,

¶ **JONCHARE**, Locum floribus spargere, Gall. *Joncher*. Instrumentum sergenteriæ D. Episcopi ann. 1271. ex Chartulario Æduensi : *Item debet et tenetur dictus Raulinus pro prædictis Jonchare domum D. Episcopi, quando necesse est, de Junchura D. Episcopi ; facere ignem coram D. Episcopo de lignis D. Episcopi.* Vide *Juncare*.

* Alias nostris *Joncquier*. Charta ann. 1448. ex Chartul. 23. Corb. : *Ne pooient lesdits habitans..... prendre herbe esdits marais, se n'estoit les Samedis après disner et autres festes, pour Joncquier leurs maisons. Faire Jonquiées en leurs maisons*, in alia ann. 1310. ex Tabul. ejusd. monast.

* **JONCHERIA**, Herbarum florumve stratura. Reg. episcopat. Nivern. ann. 1287 : *Hæc est costuma de Joncheria reddita in festo beati Martini hyemalis.* Vide infra *Juncata* 1.

¶ **JONCHETUM**, Juncetum, Locus juncis abundans : *De pratis et pasturis et Jonchetis*, apud Lobinellum tom. 2. Historiæ Britan. col. 134.

¶ **JONCHIATURA**, Folia et flores ad *jonchandum*. Concordatum ann. 1289. super nemore de Brueria : *Homines commorantes apud Orgiacum possunt et debent in vigilia transitus S. Germani Jonchiaturam sine contradictione aliqua colligere circa dictum stagnum.*

¶ **JONCHURA**. Eadem notione. Statuta Capituli Senon. de Archidiacono : *Item debet Archidiaconus Jonchuram per claustrum pro processione ante Missam in die Pentecostes, etc.*

¶ **JONCORUS**, Mirans, apud Aremoricos : *Quidam Joncorus, quod nomen sonat Mirans*, in Actis MS. S. Golveni.

¶ **JONDRARIUS**. Transactio Castellani Noviom. cum Abbate S. Eligii ann. 1218. ex Archivo ejusdem monaster. : *Omnes bolengarii intra communiam manentes, exceptis Jondrarits, ad molendinum meum molere teneantur.* An censui obnoxii, a Celtico *Gond* vel *Gund*, census, tributum? An externi, alienigenæ, ab Anglo Saxonico *Geond*, ultra, extra? [* A Gallico *Joindre*, quo nomine præcipuus apud pistores famulus designatur. Vide infra in *Junior*.]

* **JONTEIA**, Quantum junctis manibus continetur, Gall. *Jointée*. Æstimat. mensur. ann. circ. 400. ex Cod. S. Germ. Prat. in v. *Modius* laudata : *Sed computantur c. pichez rasi iij. modii, propter Jonteias traditas ultra mensuram.* Vide infra *Jumella* et *Juncta* 2.

JOPPA, Caligæ species, Hungaris. Decretum Calomani Regis Hung. lib. 1 : *Nullus, qui Clericus existimatur, utatur vestibus laicalibus, utpote fisso pellicio... caliga seu Joppa, calceo picto, etc.* [Haud scio an idem sit quod *Jupa*, de quo infra.]

* Nostris vero *Jop*, idem quod *Timon*, Temo. Lit. remiss. ann. 1419. in Reg. 171.

Digitized by Google

Chartoph. reg. ch. 67 : *Le Jop ou timon d'un char etc.*

¶ **JOPPULA**, *Jopula*. Vide in *Jupa*.

¶ **JORIA**. Vide *Jarria*.

* **JORNALATA**, Idem quod *Jornale*, Modus agri. Declar. ann. 1472. in Terrear. Castel. S. Maurit. in Forez. : *In et super septem Jornalatis vineæ etc.* Vide infra *Jornata* 2.

1. **JORNALE**, Jornalis, Gallis, *Journel*, Quantum uno die par boum arare potest : *Jugerum, arpennis, acra.* Vetus Charta ex Tabulario S. Benigni : *Hoc est, Jornales duos, quia ipsi Jornales latus ad latus habent terminationes de uno latus et uno fronte, etc.* Alia ann. 884. apud Perardum pag. 53 : *Similiter dono Jornales de terra arabili, etc.* Adde pag. 161. Chiffletium in Trenorchio pag. 213. etc. [*De vineis* etiam dicuntur *Jornales*, ut in Præcepto Ludovici Imp. ann. 831. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 85. Sic hodie Aquitani fere omnes, vineas per *jornales* dividunt, non agros.] [** Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 951.]

Jurnale, Jurnalis. Donationes Salisburg. cap. 12 : *Severinus quidem dedit Jurnales sex.* Male infra *Virnales*, pro *Jurnales*. Occurrit passim in Chartis S. Galli apud Goldastum tom. 2. Antiq. Alam. Ch. 20. 29. 60. et 69. apud Joach. Vadian. lib. 2. de Monaster. German. pag. 86. Hubertum Thomam Leod. in Orig. Palatin. pag. 34. in Antiq. Fuldensib. lib. 1. Ch. 64. etc. In Tabulario Fossatensi hæc legimus : *Sciendum est, quod tria Jornalia faciunt apud nos duo arpenta terræ tantum.* [*Jurnalia*, in Charta ann. 765. apud D. Calmetum tom. 1. Hist. Lotharing. col. 281. et in Charta ann. 1140. apud Miræum tom. 2. pag. 821. etc.]

¶ Journale, in Chronico Bonæ Spei pag. 327. et in Tabulario S. Petri de Rilleio ; *Jornalis*, in Charta ann. 1168. inter Acta SS. Julii tom. 4. pag. 447.

¶ Jornellis, Eadem notione. Litteræ Johannæ Reginæ Castellæ ann. 1257. Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1653 : *Omnia nemora... quæ ascendunt... ad quindecim centum Jornelles nemorum vel circa.*

¶ Jornellus. Charta ann. 1275. e Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1513 : *Cum uno Jornello terræ sito, etc.* Chartular. S. Martini Pontisar. : *Pecia terræ arabilis sex Jornellos continens.* Adde Chronicon Andrense tom. 9. Spicil. Acher. pag. 502.

¶ Jornus, in eodem S. Vandreg. Chartul. tom. 2. pag. 2061.

¶ Jornetum. Charta ann. 1220. apud Duchesnium in Probat. lib. 3. Hist. Bethun. pag. 110 : *Super duabus carrugiis terræ* CCCXX. *dictas quæ Jorneta dicuntur continentibus, etc.*

* *Jornel*, in Testam. Helvid. uxoris Joan. dom. de Insula ann. 1274. ex Chartul. Vallis N. D. : *Je en lais Jornel et demi à l'église.... por mon servige faire le jour de mon enïversaire.* Boerius in Decis. 50. art. 5 : *Quando dictum est in venditione aut donatione rem esse* 20. *modiorum aut brassiarum, seu perticarum, quibus utuntur Vascones : aut esse* 20. *acrarum, quæ est mensura terræ qua utuntur Anglici, Normanni, ut dicit Gloss. in C. ad audientiam in verb. acras de Eccles. ædif. sicut nos* (Occitani) *dicimus in vulgari nostro, ut ibi ait Hostiens. in Lec.* 20. *Jornalia terræ : tantum enim valere acra apud Anglicos, quantum Jornale apud nos, et quantum arpentum apud Gallicos, et quantum bubulcata vel tabulata apud Italos aut Lombardos.* Vide infra *Jugata*.

2. Jornale, Opus unius diei, *Corvatæ* species, quam ab hominibus suis exigebant domini. Leges Simonis Comitis Monfortensis, apud Gallandium : *Secundum antiquam consuetudinem terrarum et villarum, recipient domini ab hominibus suis Jornalia, in operibus suis, et secundum consuetudinem dent eis ad comedendum.* [Charta ann. 964. Marcæ Hispan. col. 884 : *Jornals novem ad ipsas vineas, et Jornals duos ad messes colligendas, et Jornals duos ad ipsa era, et sic faciant per cuncta tempora homines qui habitaverint in villis istis ad ipsam domum* (Monasterium S. Saturnini.) Saisimentum Comitatus Tolosæ apud *La Faille* in Probat. 1. tom. Annal. Tolos. pag. 16 : *Rex habet ex consuetudine in dicta villa de quolibet foco habente par boum aratorum duo Jornalia in terminis villæ, salvo victu bubulci ad ipsas dietas, et de bestiis carregii duo Jornalia, etc.* Pluries recurrit ibi et pag. 17. Franchesiæ concessæ habitatoribus Belli-visus ann. 1256. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 59 : *Item retinemus in quolibet foco castri et burgi, exceptis nobilibus, tria Jornalia hominum, unum in Adventu Domini, duo in Quadragesima annuatim, a quibus Jornalibus mulier excusatur.* Adde Litteras ann. 1358. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 280. Statuta Massil. lib. 1. cap. 34. § 2. etc.] [* Occurrit passim. Vide infra *Jornalere* et *Jornalerius*.]

Jornale. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1311. ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 114. ad Pontium *de Homelaton* Militem Judicem majorem Senescalliæ Tolosanæ et Albiensis : *Item corregea seu Jornalia boum æstimata valere* 26. *solid. item Jornalia sammeriorum* 21. *solid. item Jornalia brasseriorum* 18. *sol.* 8. *den. Turon.*

¶ Jornale, *Quantum unum bastiterium potest terere per diem*, scil. corticis quernei ad corium inficiendum, in Charta ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 98. col. 2.

* 3. **JORNALE**, Diurnus labor et merces pro labore diurno, Gall. *Journée*. Form. MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 29. v°. : *Cum dictus talis.... ipsum delatum conduxisset ad reclaudendum in quadam vinea sua, ipseque delatus habuisset ab eodem totam pecuniam, seu pretium unius Jornalis, etc.* Stat. Massil. lib. 1. cap. 34. art. 2 : *Et si contigeret quod prædicti tres magistri lapidum, vel aliquis ex eis amitteret suum Jornale, ratione sui officii ; quod illi, qui haberent contrastum inter se, debeant ei ressarcire.* Hinc *Jornoier*, nude, pro Laborare, Diurno operi vacare, apud Bellom. MS. cap. 2 : *Et si pour li grever, il le voise ajournant ès jours que il doive Jornoier et faire son labour.* Vide infra *Jornata* 3.

* 4. **JORNALE**, Liber ecclesiasticus, cujus usus quotidianus est, quem *Diurnal* vulgo appellamus, alias *Journal* et *Journet*. Invent. S. Capel. Paris. ann. 1340. in Reg. I. Chartoph. reg. ch. 8 : *Unum Jornale parvum portativum cum suo repositorio. Breviarium* habet aliud Invent. ann. 1335. Iterum aliud ann. 1363. ex Bibl. reg. : *Item.... unum Jornale parvum et pulcrum cum suo repositorio, quod nunc defficit.* Quæ in Invent. Gall. ibid. sic redduntur : *Un petit Journal très bel à tout un estuy, lequel deffaut à présent.* Invent. eccl. Camerac. ann. 1371. ex Tabul. ejusd. : *Item un Journet en petit volume.* Vide *Jornarium* 2.

* **JORNALERE**, Diurno operi vacare, Gall. *Travailler à la journée*. Charta Aymer. vicecom. de Rupe-Cavardi ann. 1296. in Reg. 77. Chartoph. reg. ch. 311 : *Concedimus quod nobis et nostris hæredibus non teneantur ad aliquod jornale seu manobram, nisi ad reparationem coopertivi ipsius castri ;.... cuilibet Jornalenti seu operanti in præmissis nos et hæredes nostri dabimus et dare tenebimur denariatam panis in die.* Hinc *Journéeur*, Operarius diurnus. Stat. ann. 1424. in Reg. 173. ch. 151 : *Laisseront tous les ouvriers Journéeurs euvre à heure de Complie.* Lit. remiss. ann. 1470. ex Reg. 195. ch. 424 : *David Duval poure homme, Journéeur, faucheur et bateur en grenge, etc.* Vide supra *Jornale* 3.

* **JORNALERIUS**, Qui *jornalia* seu agros possidet, vel qui *jornalibus* seu *corvatis* obnoxius est. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 28. v°. : *Pro quibus omnibus debet ei facere unum militem exercitus.... cum suis partiariis, scilicet domina de Puy et Cancor de Gupia,... et aliis Jornaleriis, qui debent facere partem eos contingentem in exercitu.* Vide supra *Jornale* 1. et 2.

* **JORNAMENTUM**, ut *Jornale* 1. Modus agri. Charta ann. 1282. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1065 : *Concessi Alano vicecomiti de Rohan et ejus hæredibus quoddam Jornamentum terræ, situm prope burgum de Baut.*

¶ **JORNANCIA**, Diurnus labor. Charta ann. 1414. apud Rymer. tom. 9. pag. 117 : *Artificum et laboratorum, per Jornancias laborantium, vocatorum Jornemen*, Angl. *a Journey-man*, Gall. *Hommes de Journée.*

JORNARIA. Polyptycus S. Remigii Remensis : *Donant... scaritiones car.* 115. *circulos, perticas* 115. *scindolas* 575. *de Jornariis sol.* 7. *den.* 8. Alibi : *Omnes mansi donant araticum in tertio anno, decimam de vervecibus. Hinc exeunt frumenti modii* 16. *et dimid. mixtæ annonæ mod.* 60.... *scindalæ* 3700. *lign. carr.* 148. *facul.* 255. *de Diurnariis ing. fors. lib.* 3. *dinar.* 12. Alibi : *Summa denariorum de censu mansuum lib.* 15. *sol.* 9. *de Diurnariis lib.* 13. *sol.* 1. *de præstariis, etc.*

☞ Hic, ut opinor, *Jornaria* dicuntur Præstationes pecuniariæ ab iis solvendæ, qui *corvatas* seu diurnas operas dominis suis debebant. Haud rarum est hujuscemodi servitutes in pecuniaria tributa commutari.

¶ 1. **JORNARIUM**, ut *Jornale*, Jugerum. Charta ann. 1228. in Instrum. tom. 4. Gall. Christ. col. 300 : *Jornarium etiam terræ arabilis ab Hildegarde et sorore ejus emptum.*

2. **JORNARIUM**, Liber Ecclesiasticus, *Diurnalis*, et idem qui *Gradualis*, quod ejus usus quotidie sit : *Journal.* Histor. Abbatiæ Condomensis pag. 507 : *Scripsit*

Digitized by Google

et suas joyas, et unum lectum bene paratum, etc. [Codicillus Henrici Comitis Ruthen. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1171 : *Volo quod balsamum et aliæ meæ Joyæ deferantur filiæ meæ.*]

* **JOYHA**, Gemmeus aureusve ornatus, Gall. *Joyau*, ut supra *Joellus*. Testam ann. 1313. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 10. col. 1 : *Lego eidem uxori meæ quinquaginta libras Turonenses et Joyhas et garlandam argenti quam sibi feci.* Vide *Joyæ*.

¶ **IPAR**, pro *Hepar*, apud Papiam.

¶ **IPERICUS**, Superbus. Vide *Hypericus*.

¶ **IPNOCAUSTA**, ἱπνοκαύστης, καμινοκαύστης, *Furnarius*, Gloss. apud Martinium.

* **IPOCOHERCIUM**, *Travail à chevaux, pour les chevaux ferrer*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide *Hippocoercium*.

* **IPOCUNDIE**, *Castamento*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

* **IPOPIGERIUM**, *Lo cavedone che tene le legine in foco*, in eodem Glossar. pro *Ipopirgium*, ut et in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Ipopugium vel andena, Landier*. Vide supra *Ypopyrgium*.

¶ **IPOTHECARIUS**, pro *Apothecarius*, Gall. *Apothicaire*, Pharmacopola, in Computo ann. 1333. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 280.

* **IPPAGO**, *Aurigarius*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Vide *Ipparius*.

¶ **IPPARIUS**. *Aurigarius*. Gloss. Isid. Saltem scribere debuissent *Hipparius* a Græco ἵππος, Equus.

* **IPPILLORIUM**, Columbar, numella versatilis, Gall. *Pilori*. Libert. Brager. ann. 1334. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 330 : *Si quis furatus fuerit domino suo... decem solidos curret villam et ponetur in Ippillorio.* Ter occurrit ibidem.

¶ **IPPOPHORA**, Græc. ὑπεφορά, Objectio. Vide locum in *Antipophora*.

¶ **IPPOVICARIUS**, pro *Ypovicarius*, Subvicarius, qui Vicarii vices agit. Chartæ anni tertii Rodulfi Regis subscribit *Rainarius Ippovicarius*, apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 347. Vide *Subvicarius* in *Vicarius*.

¶ **IPPUS**, Taxus, arbor nota, Gall. *If*, apud Valesium in Notitia Gall. pag. 532.

¶ **IPSIPLICES**, αὐτόπτυκτα φύλλα, *Convoluta folia*, seu per se plicata, in Supplemento Antiquarii. Male, ut monet Scaliger, apud Festum : *Ipsullices bracteæ in virilem muliebremque speciem expressæ.*

IPSUD, pro ipsum, vox Africanorum. Gloss. Gr. Lat. : Αὐτό, *Ipsud, ipsum*. At Cod. MS : *Illud ipsum* præfert. Victorinus de Principio diei : *Namque Salomon in libro Ecclesiastes interrogat* : (1. 9.) *Quid est quod factum est ? ipsum quod fiet. Quod autem fuit, Ipsud est, quod futurum est.* Infra : *Quare non credamus Prophetæ dicenti Ipsud in initio factum esse, quod hodie fiat.* Auctor Queroli : *Ipsud volebam dicere*. Chronicon Novalicence lib. 1. cap. 17 : *Misit duos Monachos... ad Carolum Magnum, ut sibi suo imperiali præcepto testamentum Ipsud renovari concederet.* Occurrit præterea in Actis Cæciliani, sub finem, [in Antiqua Collectione Canonum pœnit. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 38. in Charta Petri *de Talvas* apud Baluzium tom. 2. Histor. Arvern. pag. 483. etc.]

¶ **IR**, pro *Hir, Concavitas manus, idem est et vola, medietas palmæ, neutr. indecl.* Papias. Supplement. Antiquarii : Ir, θέναρ, *Vola manus, hir.*

1. **IRA**, [perperam pro *Era*.] Vide *Æra* 1.

* 2. **IRA**, an pro Area ? Comput. ann. 1450. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. : *Item cuidam brouturio, qui a magno scabinagio usque ad ecclesiam abroutavit statera et ponderas ad ponderandum antiquum plumbum terratiarum grangiæ, qui ponderavit xvj^c. in Iris, propter hoc xij. den.* Stat. pannif. art. 1. in Lib. rub. fol. magn. domus publ. ejusd. urbis : *Que li drap..... sera aportés au poix en l'esquevinage et pesés parmi le lan* (vel *lau*) *en Yres*. Quæ fortassis ad rationem ponderandi æquis lancibus, ita ut examen trutinæ in neutram partem inclinet, spectant. Pro Area, vulgo *Aire, Cour, Yre* legitur in Lit. remiss. ann. 1463. ex Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 313 : *Le suppliant qui estoit assez près d'illec en la Yre ou court de Berthelemy de Beray, etc.*

* **IRANGIA**, Malum aureum, Gall. *Orange*. Comput. ann. 1393. inter. Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 124. col. 1 : *Item pro Irangiis, 1. gross. item pro vino, xx. den. Yringe*, in Stat. ann. 1312. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 513. art. 10.

* Nostris alias *Yraigne*, pro *Araignée*, Aranea. Vitæ SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 29. v°. col. 2 : *Les Yraignes y tissirent lors toiles*. Hinc *Yraigne* appellatur Crates ferrea, in Consuet. Claromont. art. 4. Chartul. Latiniac. ad ann. 1498. fol. 103 : *En faisant et conduisant de jour en jour grant fait de marchandise de ferronnerie, de serrurerie, et faire faire Yraignes et autres gros ouvrages*, Eodem nomine donatur panni species, in Comput. Steph. *de la Fontaine* argent. reg. ann. 1351 : *Quinze aunes d'Yraigne de Therouenne etc.*

* **IRASCIBILIS**, Qui ad iram movet, excitat. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 76 : *Cum ratione certorum cutellorum..... lis seu verba Irascibilia moverentur, etc.*

* **IRASIBILITAS**, *L'acto del corazare*. Glossar. Lat. Ital. MS.

* **IRATUS**, Male habitus, multatus, Gall. *Maltraitté, puni*. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 263 : *Exi cito de festo et depone virgam tuam, aliter te videbis Iratum*. Nostris alias *Ireur*, pro *Colere*, Ira. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 92. ch. 139 : *Regnaut Escobert comme meu en Ireur dist audit Guillaume, Tu m'as fait plusieurs fois villenie, par ma foy tu y mourras*. Hinc *Ireusement*, Irato animo, in aliis ann. 1409. ex Reg. 163. ch. 316 : *Icellui Jaquet dist moult Ireusement et eschauffement telles paroles etc. Ayr* etiam nostri dixerunt, pro *Ire*; unde iisdem *Ayrer*, irasci. Lit. remiss. ann. 1459. in Reg. 189. ch. 309 : *Le suppliant rua le baston qu'il tenoit en sa main par grant Ayr contre icellui Cheron*. Aliæ ann. 1375. ex Reg. 107. ch. 195 *Lequel suppliant pris des gasteaux d'une gastelliere,.... de quoy laditte gastelliere parla e se Ayra contre lui. Jehan de la Vaquerie venoit devers le suppliant, tout Ayré, tenant un planchon en sa main*, in aliis Lit. ann. 1457. ex Reg. 189. ch. 177.

IRATUS et **Pacatus**. In Tabulis, quæ mentionem faciunt feudorum, quæ *jurabilia*, et *reddibilia* vocant, passim hæc verba reperiuntur, quibus vassallus castrum suum reddere domino tenetur, sive *Iratus* sit, sive *Pacatus*, hoc est sive invicem dissentiant aut litigent vassallus et dominus ex causa feudi, sive non dissentiant : nam ex feudorum regula vulgari, cum dominus et vassallus invicem coram superiore domino litigabant, vassallus a jurisdictione domini solvebatur, ut est in Consuetudine Andegav. art. 196. et Cenomanensi art. 77. Aimoinus lib. 4. Histor. Franc. cap. 80 : *Objiciebantur ei et alia complura et dicta et facta, quæ non nisi ab inimico et Irato fieri vel proferri poterant*. Charta Jacobi Regis Aragon. ann. 1228. apud Jo. Dametum in Hist. Regni Balearici pag. 204 : *Et detis inde potestatem nobis* (Castrorum) *quandocunque voluerimus Irati et Pacati.* [*At Iratu et Pagas*, apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 260.] Vide Dissertationem 30. ad ad Joinvillam, ubi multa de horum vocabulorum notione.

* Homag. Henr. comit. Ruthen. ann. 1214. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 245 : *Confiteor etiam per me et hæredes meos, quod vobis* (Simoni dom. Montisfort.) *et hæredibus vestris, Iratus et Pacatus, in lite et in quiete, teneor reddere feudum prædictum quandocumque fuero requisitus*. Vide infra *Pacificatus*.

¶ **IRAUDUS**, pro *Heraldus*, Fecialis, Gall. *Herault d'armes*, in computo ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 291.

¶ **IRCOSÆ**, *Spongiæ duriores, quas Græci appellant Tragos, et nos Ircosas dicere possumus ob asperitatem sui*. Glossar. Sangerm. MS. n. 501. Melius *Hircosæ* ab *Hircus*. Isid. lib. 10. Orig. : *Ircosus, quia sudore corporis fœtido putet*. Leg. *Hircosus*.

* **IRE IN MANU MANCA**, Ad sinistram ambulare vel stare. Leg. Lusit. sub Alph. reg. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus Portug. pag. 10 : *Quando fuerit in congregatione maritus reginæ, Ibit in manu manca.*

* **IRE PER GUERRAM**, hoc est, Propter *guerram* vitandam. Scacar. Paschæ apud Fales. ann. 1211. ex Cod. reg. 4653. A. : *Juratum fuit quod illa terra fuit antecessoribus Erenborgi, et ipsa et sponsus saisiti fuerant de ea, quando Iverunt per guerram in Franciam.*

* **IRE POST ALIQUEM**, Dicitur de eo qui res pro arbitrio regit et administrat. Joan. de *Trokelowe* Annal. Eduardi II. reg. Angl. pag. 6 : *Perpendentes postea ligii homines terræ quod, eis comtemptis, rex alienigenam et ignobilem magnatibus præposuit universis, adeo quod tota terræ dispositio post eum Ivit, etc.*

* **IRECUM**, f. pro *Vrecum*, Quidquid ad littus fortuito appulit. Vide *Wreckum*. Charta Frider. III. imper. ann. 1452. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1641 : *Cum piscuis, piscinis, piscariis, theloneis, Irecis, monetis, bannis, etc.*

IRENARCHÆ, Magistratus militares, qui ad id constituti erant, ut *provincialium tutela suscepta, quietis et pacis per singula territoria concordiam stare facerent*, ut est in leg. 7. Cod. Th. de Irenach. [** Lex. un. lib. 12. tit. 14. Sed hæc ex Just. Cod. l. un. lib. 10. tit. 75. (77.)] Gloss. Græc. Lat. :

Digitized by Google

* **IRREDITURUS**, Non rediturus. Acta S. Stanisl. t. 2. Maii p. 221. col. 2 : *Perinde ac si mariti eorum irredituri forent, etc.*

¶ **IRREFLEXIBILITER**, Modo inflexibili. *Membris lethali frigore Irreflexibiliter rigentibus*, in Vita S. Bibiani Santon. Episc. apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 768.

¶ **IRREFRAGABILITER**, Firme, inviolate, adeo ut refragari nemo possit, in Charta ann. 1146. apud D. Calmetum tom. 2. Hist. Lotharing. col. 1146. Occurrit apud Rymer. tom. 8. pag. 566. Marten. tom. 4. Anecd. col. 227. Ludewig. tom. 5. pag. 25. 486. etc.

¶ **IRREFRIGERIUM**, Locus ad refrigerationem accommodus. [* Vel potius ob frigus incommodus, ut sunt aulæ nimis spatiosæ.] Johannes de Monsteriolo in descriptione Monasterii Caroli loci, apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1395 : *Superest aulaquædamaltera..... altitudine tanta, ut nunquam a me celsior visa fuerit, quæ magnum refectorium priscis diebus dicebatur, immo potius Irrefrigerium permaximum vocari digna erat, in qua, adverte medicinam, valitudinarii et infirmi, omni spreto frigore reponi solebant, sine camino.*

IRREGAUDITIO. Vide *Inregauditio*.

* **IRREGISTRARE**, In *registra* referre, Gall. *Enregistrer*. Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 291 : *Non est Irregistrata* (Charta) *cum aliis, quia nimis antiqua est; tamen eam in hoc repertorio Irregistravimus, quia bonum nobis visum est.* Vide supra *Inregistrare*.

** **IRREGULARITAS**, Impedimentum canonicum susceptionem ordinum ecclesiasticorum impediens. Vox frequens apud auctores juris canonici.

* **IRREGULATUS**, Inordinatus, Gall. *Déréglé*. Instr. ann. 1394. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 128. col. 1 : *Quæ* (causa) *non apparet nulli potestati judiciariæ, nec apparere potest, nisi sola voluntas Irregulata ratione, quæ in talibus non est sufficiens ratio, in alterius præjudicium et jacturam.*

¶ **IRREGRESSIBILIS**, Qui nullum admittit regressum. Vide locum in *Traguli*.

¶ **IRREGRESSIBILITER**, Absque regressu. *Cito et Irregressibiliter currere*, apud S. Bernardum Epist. 441. *Irregressibiliter fugere*, in Vita S. Godelevæ Virg. tom. 2. Julii pag. 373. *Irregressibiliter dare*, in Chartulario S. Vincentii Cenoman. fol. 79.

¶ **IRREITERABILE SACRAMENTUM**, quod non potest iterari, in Constitutione Innocentii VI. PP. ann. 1354. e Bullario Carmelit. pag. 84.

¶ **IRREMEDIABILITER**, Modo irremediabili, in Charta ann. 836. apud D. Calmetum tom. 1. Hist. Lotharingiæ col. 302. in Vita S. Bibiani Episc. Santon. apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 764. et alibi.

* **IRREMEDICABILIS**, Continuus. Chron. Turon. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 282 : *Oratione jugi et jejunio, necnon et lacrymis Irremedicabilibus Domini misericordiam implorabat.*

¶ **IRREMISSIBILIS**, Inexpiabilis. Occurrit sæpe.

¶ **IRREMISSIBILITER**, Nullo relicto veniæ loco, in Bullario Carmelit. pag. 622. apud Ludewig. tom. 5. pag. 304. etc.

* Charta ann. 1316 : *Et qui contra fecerit, Irremissibiliter solvere teneatur domino pro pœna duodecim denarios.*

* **IRREMOTUS**, Immensus, intolerabilis. Epist. 32. Nicolai I. PP. ann. 867. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 417 : *Omnes enim te Irremotam afflictionem, intolerabilem oppressionem, nimiamque violentiam pati testantur.*

IRREPARABILITER. Utitur Sigebert. ann. 1072.

* Nostris *Inréparé*, Cui satisfactio nulla facta est. Lit. remiss. ann. 1464. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 403 : *Par ce moyen feust et est icellui suppliant demouré foulé et Inréparé d'iceles paroles et injures.*

IRREPLEGIABILIS. Vide *Plegius*.

* **IRREPREHENSIBILITER**, Absque reprehensione. Epist. Joan. VIII. PP. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 190 : *Quod Irreprehensibiliter agere non possumus.* [** Utitur hac voce Virgil. Grammat. pag. 25.]

* **IRREPTUS**, pro Irretitus. Chartul. magn. S. Vict. Massil. fol. 23 : *Peccatis meis facientibus, ipsius sæculi laqueis Irreptus.*

¶ **IRREPULSUS**, Qui non potest repelli, violari seu infirmari. *Legitima donacio et Irrepulsa*, in Charta ann. 1168. tom. 2. Rerum Mogunt. pag. 753.

¶ **IRREQUIETUDO**, *Industria, diligentia, vigilantia*, in Glossar. Barthii ex Baldrici Hist. Palæst.

¶ **IRRESOLUTUS**, Incertus animi, Gall. *Irresolu*. Utitur Johannes de Monsteriolo apud Marten. tom. 2. Amplits. Collect. col. 1436.

¶ **IRRETITURA**, Actio irretiendi seu implicandi. Gesta Hugonis Episc. Cenoman. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 353. ubi de quodam fauno : *Nodos laqueorum indissolubiles... intexuit : quod luce reversa multi intuentes, taliter posse fieri obstupebant, nec talem esse opus hominis Irretituram asserebant.*

IRRETITUS, In jus vocatus, ut se *recto* sistat, ad *rectum* vocatus, quasi *Inrectatus*. Leges Burgor. Scoticor. cap. 80. § 1 : *Si quis irretitus fuerit de aliquo malefacto, etc.* Ubi Skenæus, alias *rectatus*, id est vocatus in jus ut rectum faciat. Flodoardus lib. 3. cap. 3 : *Quemdam Mancionem nonnullis criminibus Irretitum, etc.*

¶ **IRRETRACTABILITER**, Immutabiliter, ita ut non possit retractari, in Litteris ann. 1369. apud Ludewig. tom. 6. pag. 406. in aliis ann. 1408. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 230. Barthius in Glossario ex Guiberti Hist. Palæst. : *Irretractabiliter, Sine reprehensione.*

* **IRREVERENS**, INREVERENS, Inverecundus. Capit. ann. 851. inter Annal. Bertin. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 67 : *Et quia per vagos et Inreverentes homines pax et tranquillitas regni perturbari solet, etc.* Capit. Caroli C. cap. 4. ibid. pag. 640 : *Denique cum seditiones in regno nostro per homines Irreverentes cœperunt crebrescere, etc. Inrévéraument*, Indecenter, in Lit. remiss. ann. 1400. ex Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 18 : *Icellui curé estoit coustumier de dire la messe Inrévéraument et mal dévotement et bien souvent sans feu.* Ab irreverentia vero, *Irrévérender* nostri dixerunt, pro non revereri, Gall. *Manquer de respect*. Pœnit. Adami MS. cap. 15 : *Ils auront desprisé et Irrévérendé nostre Seigneur Dieu, et ses commandemens transgressé.*

¶ **IRREVERTIBILITER**, Sine reversione, Gall. *Sans retour*, apud Raym. Duellium lib. 1. Miscell. pag. 8.

* **IRREVINCIBILITER**, Inviolate. Sacram. fidelit. Demet. ducis Croat. et Dalmat. ann. 1076. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 840 : *Ut in omnibus et per omnia Apostolicæ sedi fidem observem, et quidquid hoc in regno tam Apostolica sedes, quam sui legati sanxerunt aut sanxerint, Irrevincibiliter custodiam.*

* **IRRIGUUM INFERIUS, IRRIGUUM SUPERIUS**, Quid his vocibus intellexerint, docet Charta ann. 1063. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 327 : *Dicens se invenisse secundum fragilitatem sæculi boni testimonii clericos, qui Irriguum inferius, quod est timor inferni, et Irriguum superius, quod est amor Dei, secundum sui possibilitatem in hac basilica libenter procurassent.* Ubi *Irriguum*, idem est quod Irritamen, incitatio, stimulus.

* **IRRINA**, *Non profutura*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

¶ **IRRITARE**, Irritum facere. Codex Legum Norman. cap. 56. apud Ludewig. tom. 7. pag. 261 : *Quod in placitis enim factum est, si negatum fuerit, per desraisnationem penitus poterit Irritari.* Charta ann. 1129. inter Instrum. tom. 4. Gall. Chr. col. 163 : *Quicumque hujus nostræ institutionis decretum cassare vel Irritare præsumpserit, etc. Cassantes, annullantes, Irritantes*, in Litteris ann. 1339. apud Ludewig. tom. 5. pag. 545. Occurrit lib. 1. Dig. de Feriis et alibi.

¶ **IRRITATIO**, Rescissio, abrogatio, qua quid fit irritum, in Constitutione Martini V. PP. ann. 1420. ex Bullario Carmelit. pag. 72.

* **IRROGATIO**, Damnum, detrimentum. Eutrop. de Jur. imper. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 299 : *Plurimæ namque Irrogationes pro tali occasione illatæ sunt summo pontifici : nam Pentapoli beneficiales ordines suis distribuit, præcipiens nullam administrationem impendere Romæ, etc.*

¶ **IRROTULARE**, In *rotulum* seu acta referre, inscribere, apud Rymer. tom. 2. pag. 673. *de Lauriere*, tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 54. Thomam *Madox* Formul. Angl. pag. 200. Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. pag. 1183. Vide *Rotulus*.

¶ **IRROTULAMENTUM**, Relatio in *rotulum*, apud Rymer. tom. 5. pag. 222. tom. 8. pag. 94. 502. etc.

¶ **IRRUMPERE**, Infringere, violare. Donatio D. Muniæ Abbatissæ tom. 3. Concil. Hisp. pag. 91 : *Si qui tamen homo... ad Irrumpendum venerit... sit extraneus a corpore et sanguine Domini.* Pacta S. Gunthramni cum Childeberto Rege, tom. 3. Martii pag. 727 : *Nec quidquam se de pactionibus, quæ inter vos conscriptæ sunt, Irrumpere pollicetur.*

* *Illider*, eodem significatu, in Lit. re-

Digitized by Google

octo salmatarum vini cum cadis, qui vulgo dicebantur Isses.

* **ISSHAC**, Isshida, Yssida, Reditus quivis, quodvis vectigal, et maxime quod pro evehendis vinis et aliis mercibus ex aliquo loco persolvitur, a Gallico *Issir* vel *Ystre*, ut in Lit. ann. 1374. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 25. Exire; unde *Issue*, eodem significatu. Vide supra *Exita* 3. et *Exitus* 1. Charta Henr. V. reg. Angl. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 55. r°. : *Concessimus carissimo et fideli nostro Johanni Tiptost custumam vinorum, vocatam Isshac, in villa nostra Burdegalæ. Yssac* infra fol. 55. v°. Charta ann. 1319. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 117 : *Nichil exigent ipsi consules* (de Limoso) *pro jure leudæ sive vectigalis vel Yshidæ pensi vel ponderis ab habitatoribus ipsis : si vero ad pondus sive pensum publicum ipsorum consulum res ponderentur, levabunt ipsi consules pro jure Ishidæ pro quolibet quarteyrono cujuslibet rei ponderatæ in pensis vel ponderibus publicis, unum obolum Turonensem. Isshida* bis legitur ibid. ex Reg. 59. ch. 349. Pariag. inter reg. et condom. villæ de Cuquo eod. ann. in Reg. 61. ch. 343 : *Item quod exitus seu Ysshidia vini, quæ venatur in dicto loco per gentes regias, videlicet a qualibet sarcinata,.... unum denarium Tholosanum.* Libert. castri de Manso SS. Puellar. ann. 1327. in Reg. 65. ch. 32 : *Item supplicant.... concedi nundinas.... liberas ab omni præstatione leudæ, copagii, taulagii, introitus, sive Yssidæ.* Charta ann. 1208. ex Chartul. 53. Corb. : *Jou ay vendu et escangié... toutes les justices que jou avoie à Corbye, les cambaiges, les estallages, les Issues des vins, les jouées, les droitures des vins. Issue de ville*, in Reg. 13. ejusdem monast. sign. *Habacuc* fol. 12. ad ann. 1509. Charta ann. 1408. ex schedis meis : *Pour chacune piece de vin, un denier de herbegage, que on dit Issuë de terre. Issuë* etiam in arte bellica, pro *Sortie*, Eruptio, legitur in Lit. remiss. ann. 1424. ex Reg. 173. ch. 9 : *A une assaillie, Issue ou escarmouche qui se fist entre aucuns de la garnison de la ville de Rouen et ceulx qui estoient au siége d'icelle, etc.*

¶ **ISSUGARE**, Detergere, Gallis *Essuier*, Ital. *Asciugare*, Hisp. *Enjugar*. Vet. Ceremoniale MS. B. M. Deauratæ : *In Mandato pauperum debet providere hospitalerius.... de manutergiis pro Issugando sive tergendo pauperes, dum abluti fuerint.*

¶ **ISTÆ**, χαῖται, *Setæ*, in Supplement. Antiquarii. χαίτη proprie dicitur de juba equi.

ISTEGA, *Navis, lembus, tabulatum navis, super quod nautæ ambulant.* Ita Papias in Lit. I. sed legere debuit *Tristega*. Vide in hac voce. [Malim *Stega*, pro στέγη, Tectum.]

¶ **ISTER**, ἔθος, συνήθεια, *Consuetudo*. Supplem. Antiquarii. Lege et vide *Instar*.

* **ISTIPULATIO**, pro Stipulatio. Vide supra *Isponsio*.

¶ **ISTITA**, ἀκροζώνη, *Extremitas zonæ*, in eod. Supplemeto. Sed leg. *Institia*.

¶ **ISTOMID**, Species sedilis, apud Aremoricos. Tabularium Rothonense : *Conwoion monachus scripsit istam cartulam per commeatum Alvriti Machtierni sedentis super trifocalium, id est Istomid, in fronte Ecclesiæ, stante Rethworet in dextera ejus. Anno* XX. *Ludowici Imp.* Boxhornius in Orig. Gall. : *Ystoll, Sella, seliquastra, sedile.*

¶ **ISTONA**, πορευτής, in Glossis Lat. Gr. MSS. Sangerm. Qui iter facit.

* **ISTORIA**. Vide supra *Historia* 3.

¶ **ISTORIÆ**, Istoriare. Vide *Historiæ*.

¶ **ISTRE**, *Secte*, in Glossis Isidorianis.

* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641 : *Istræ, setæ*. Vide *Istæ*.

¶ **ISTRICA**, Venefica. Vide in *Striga*.

¶ **ISTRIX**, pro *Hystrix*. Vide in *Chirogrillus*.

* **ISTROMATES**, *Li murari*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

* **ISTULI**, *Li nervi della terra*, in eod. Glossar.

* **ISULA**, Isulatus, Ital. *Isola* et *Isolato*, Insula, locus fossa circumcinctus. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 66 : *Postea super dictas Isulas ædificentur domicilia sive capannæ.* Ibid. cap. 115 : *Locus iste est Isulatus ex una parte maris et ex aliis tribus partibus fossarum aqua marina plenarum.* Et cap. 116 : *Locus iste... est Isulatus a fossa, valle et levatorio ponte.* Vide *Insula*.

* **ISURA**, Germaniæ fluvius, vulgo *Iser*. Vita S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 494. col. 1 : *Sublatum a sepulchro venerandum corpus ad Isuram fluvium navi imposuerunt. Isara* ibid. pag. 481. col. 1.

** **ITACUS**. Cosmas Pragens. apud Mencken. tom. 1. pag. 2073. adulatores aulicos ficto nomine appellat Itacos, quasi qui semper *Ita* dicant : *Homines neophytici atque Itaci, qui ad vocem ducis nihil aliud tam promptum in ore habent, quam : ita domine, alius : ita est domine, tertius : ita fac domine.* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Ja-herren*, col. 990.

* **ITALICANA** Lingua. Vide infra in *Lingua*.

¶ **ITALICANA** *Formata, Litteralis, Notalis*, Varia scripturarum genera. Vide *Scriptura*.

* **ITATENUS**, Ita prorsus, in Actis S. Florent. tom. 6. Sept. pag. 428. col. 2.

* **ITAVER**, *Lo longo camino*. Glossar. Lat. Ital. MS.

ITEM, Caput, *articulus* vulgo nostris : *æra*, Latinis, ut observatum a Casaubono ad Theophrasti Characteres pag. 332. Id autem vocabuli datum articulis, quod revera ab hac voce, *item*, initium iis esset, quasi *rursum, denuo*. Gloss. vett. : *Item*, ὁμοίως, πάλιν. Vide Juretum ad Symmach. lib. 1. Epist. 12.

ITER, seu Itineratio, Justitiariorum, quos itinerantes vocabant Angli, progressus ad designatos sibi Comitatus, in quibus judicia sua exercebant. Vide *Justitiarii itinerantes* in *Justitiarius*.

Itinerum Reparatio. Vide vocem *Via*.

Iter Exercitale, Hostis, equitatio, *cavalcata. Itineris exercitalis debitores*, in Capitulari Ludovici Pii Imp. ann. 828. qui tenentur ire in exercitum Regis, seu, ut loquuntur eadem Capitula, qui debent *expeditionem exercitalem* facere. *Iter hostile.* Walafridus Strabo de Vita S. Galli lib. 2. cap. 17 : *Fertur eumdem Episcopum aliquando Iter hostile sibi de ipsius Monasterii sumptibus viaticum præparari jussisse.* V. *Hostis*.

* Iter Crucis, Sacra expeditio, pro qua crucem vestibus suis assuebant. Vide in *Crux*. Testam. Hervei comit. Nivern. et Matildis comitissæ ann. 1218. in Chartul. Pontiniac. pag. 170 : *Nos de testamento nostro sic ordinavimus, si de nobis in assumpto Crucis Itinere humanitas evenerit, etc.*

* Iter Mercadile, Publicum, regium, quo itur ad *mercata*. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rubr. fol. 35. r°. : *Willelmus de fonte... recognovit quod tenet in allodium liberum sub dominio domini regis Angliæ quicquid habet de camino seu de Itinere mercadili usque ad garenam.*

* Iter Padorneum, Quod est inter prata vel pascua, ut videtur. Charta ann. 1309. in Reg. 45. Chartoph. reg. ch. 31 : *In loco dicto à la Borde dou Gomet, prout confrontatur et includitur inter carteriam seu Iter Romenum ex una parte,... et Padorneum villæ Cimontis ex altera.* Ubi *Romenum*, pro Romanum, seu a Romanis confectum. Vide infra *Padoencum*.

ITERARE, Iter facere, ὁδοιπορεῖν in Gloss. Lat. Gr. occurrit apud S. Columbanum instr. 8. Fortunatum in Vita S. Paterni Episc. cap. 7. in Vita S. Arnulfi Episc. Metens. cap. 25. in Lege Longob. lib. 1. titul. 19. § 8. tit. 25. § 45. [** Roth. 305. 352.] in Synodo Carisiac. § 9. apud Ditmarum, etc.

* Nostratibus alias *Oirrer*. Rob. Bourron. in Merlino MS. : *Cil se metent en chemin, si Oirrent tant en tel maniere, qu'il approchent le pavillon.* A voce Gallica *Oire* et *Oirre*, Iter et quidquid itineri faciendo necessarium est. Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 186 : *Il est desoremais tans que nous penssons de retourner en nostre païs. Quant tu venras donques encore à nuit que tu ramenras ces chevaus, gardes que tu ne soies endormis, si que tu aies appareillié nostre Oire au mieux que tu pourras.* Ubi Aimoin. lib. 2. cap. 11 : *Iter, si sapis, nostrum parabis.* Serm. 42. ex Cod. S. Vict. Paris. : *Il fu uns prudom qui volt aler en un lointain pélerinage : quant il ot apareillé son Oirre, etc.* Utitur Villehard. paragr. 248. Fabul. tom. 2. pag. 169 :

> Por aler aus plais à Senlis,
> Apresta un matin son Oirre,
> Et la dame manda bon Oirre.

Alias *Iterare*, apud Latinos, sumitur pro *agrum secunda aratione colere*, quod et *offringere* dicunt. Ita Columella lib. 2. cap. 4. Gloss. Lat. Gr. : *Iterat*, ὀρύττει. *Iteratum*, παλινσκαφέν. *Iteratio*, σκαφετός, διορυγμός.

Iterare Judicium, Rem judicatam per appellationem *iterum* judicare : *Retractare*, i. iterum tractare, recensere, recognoscere, in leg. 1. Cod. Th. de Episcop. judicio (16. ult.), et apud Gregor. IX. lib. 35. cap. 15. Sulpitius Severus lib. 2. Histor. Sacr. : *Etenim Iterari judicium necesse erat.* Lampridius in Severo : *Pontificibus tantum detulit, et quindecimviris atque auguribus, ut quasdam causas sacrorum a se finitas, Iterari et aliter distingui pateretur.* Capitula Caroli M. l. 6. c. 64 : *Ut judicato in aliqua causa Episcopo, liceat Iterare judicium, et si necesse fuerit, libere Episcopum adire Romanum.* Adde

Digitized by Google

Annus centenus Romæ semper est Jubilæus;
Crimina laxantur, cui pœnitet ista donantur:
Hæc decrevit Bonifacius, et roboravit.

Vide Jo. Villaneum lib. 8. cap. 36. De Jubilæo a Bonifacio VIII. instituto tractatum scripsit Jacobus Cardinalis S. Georgii ad Velum aureum, editum a Julio Roseo: exstat in Bibliotheca Patrum: de quo etiam consulendus Joannes Rubeus in Vita Bonifacii VIII. lib. 1. cap. 11. Postea Clemens VI. PP. *ad instantiam et supplicationem Romanorum, qui de hac causa ad eum suos nuncios miserant, mutavit magnum Jubilæum de* 50. *in* 50. *annos, quod juxta ordinationem Bonifacii PP. Octavi erat de centesimo in centesimum; voluitque et ordinavit, quod visitantes limina Apostolorum Petri et Pauli illo anno* 50. *quem a cætero voluit esse Jubilæum, habeant plenariam indulgentiam suorum peccatorum, cum modis et conditionibus quæ in dicta ordinatione Bonifacii continentur.* Verba sunt auctoris Vitæ Clementis a Bosqueto editæ, quibus consimilia habet Continuator Nangii: *Anno Domini* 1350. *Dominus Clemens Papa Sextus volens salutem animarum hominum procurare, statuit, ut indulgentiæ plenariæ, quæ erant, et quæ solebant esse in sacra urbe Romæ de centum annis in centum annis, in Circumcisione Domini nostri Jesu Christi reducerentur ad quinquagenos annos, quia vita hominum labitur et decrescit, et malitia superabundat in mundo, proh dolor! et accrescit. Ideo illo anno* 1350. *fuerunt indulgentiæ plenariæ concessæ per dictum Domnum Apostolicum, omnibus vere pœnitentibus volentibus pergere et visitare loca Apostolorum Petri et Pauli in Romana urbe, aliorumque Sanctorum. Ad quam quidem peregrinationem iverunt per totum annum illum quamplurimi utriusque sexus, nonobstante mortalitate magna, quæ fuerat nuper, et quæ adhuc in aliquibus mundi partibus discurrebat.* [Instrum. ann. 1350. apud Ludewig. tom. 6. pag. 413: *Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, Jubileo, in vigilia vigilie Ascensionis D. N. J. C. etc.*] His adjungendi auctor M. Chronici Belgici, Henricus Rebdorffensis et Waddingus ann. 1350. num. 8. Willelmus Thorn. ann. 1390. Petrus Matthæus ad Constitut. PP. pag. 133. 134. 704. et alii non pauci. Joannes Villaneus lib. 12. cap. 10. id statutum a Clemente tradit mense Januario ann. 1342. et die Natalitio Christi ann. 1350. incipiendum. Matthæus vero Villaneus lib. 1. cap. 29. id in ann. 1349. rejicit.

Deinde Urbanus VI. PP. Pontificatus sui ann. 11. Christi 1389. tertio Idus April. *instituit, ut omnis Jubilæus per Clementem VI. de centesimo anno ad quinquagesimum reductus, deinde in futurum de tricesimo tertio anno in tricesimum tertium annum semper institueretur, et ut annus Nativitatis Domini proxime venturus videlicet* 1390. *esset Jubilæus: quo eum commovit tempus vitæ Domini nostri Jesu Christi in humanitate, quod totum postquam natus est de Virgine (per cujus mortem thesaurus Ecclesiæ, unde indulgentiæ peccatorum omnes emanant, cumulatus) triginta trium annorum curriculo completum fuit.* Ita Magnum Chronicon Belgicum.

Bonifacius vero IX. Urbani Successor, Jubilæi gratiam latius diffundens, *Regibus, et aliis dominis, temporalibus et spiritualibus, religiosis etiam Conventibus per diversa loca constitutis concessit, ut in partibus hujusmodi gratiæ largitatem possent consequi, ita tamen ut Confessor, quem aliquis eorum eligeret, nomine Basilicarum et Ecclesiarum, videlicet Petri et Pauli, Joannis Lateranensis et S. Mariæ Majoris aliquas Ecclesias in partibus per Confessorem electum depatandas certis vicibus tenerentur visitare.* Hæc ex Willelmo Thorn ann. 1390. qui addit eo anno a Bonifacio concessam præfatam indulgentiam Conventui S. Augustini in Anglia: ut Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 86. Coloniensi, Magdeburgensi, et aliis in Germania civitatibus. Atque inde fluxit, qui hodie obtinet, mos Jubilæi indulgentias in regnis et provinciis indicendi.

Demum, ut quæque ætas particeps beneficii istius fieret, Sixtus IV. Jubilæum ad vicesimum quintum annum contraxit, primamque ejusdem egit celebritatem ann. Dom. 1475. Vide eumdem Gobelinum cap. 81. pag. 268. cap. 84. pag. 273.

Jubilæum *annum S. Thomæ Cantuariensis Archiepiescopi et Martyris*, Monachos S. Trinitatis solenni ritu celebrasse, auctor est Willelm. Thorn: *Anno Dom.* 1320. *et anno S. Thomæ Martyris tunc Jubilæo, dominus Radulphus Abbas per seniores Eccl. S. Trinitatis effective requisitus, Missam et cætera solemnia inter ipsos in magno honore celebravit.* Eadem solennitas celebrata anno 1370. *populo pro indulgentia quasi infinite congregato.* Unde constat, annum istum Jubilæum S. Thomæ quovis anno quinquagesimo occurrisse, eidemque festivitati indultas a summo Pontifice indulgentias: nam S. Thomas martyrio vitam finivit ann. 1170.

Tradit præterea Spelmannus, Edwardum II. Regem Angliæ sui ipsius annum genethliacum quinquagesimum *Jubilæi* more celebrasse anno 1362. natus quippe in festo S. Briccii Idibus Novembr. ann. 1312. hoc enim anno ritu solenni Curiam suam plenariam tenuit, reos de carceribus eduxit, crimimum indulgentiam præterea reis Majestatis concessit, leges regno salutares tribuit, privilegia denique multa indulsit, quæ quidem hausit a Thoma Walsinghamo.

Jubilæus, Possessio, seu præscriptio 50. annorum. Canones Hibern. lib. 41. cap. 7: *Ager inquiratur in scriptione duarum Ecclesiarum; si in scriptione non inveniatur, requiratur a senioribus et propinquis, quantum temporis fuit cum altera; et si sub Jubilæo certo mansit, sine vituperatione maneat in æternum.* Lib. 35. cap. 7: *Quidquid per* 50. *annos remanserit, hoc est, annum Jubilæum, etc.* Cap. 8: *Observandæ sunt leges Jubilæi, id est anni quinquagesimi, ut non adfirmentur incerta tempore veterato, etc.*

Jubilæus, Homo grandævus, centenarius. Flodoardus lib. 1. Hist. Remensis cap. 17: *Quid ille Jubilæus, (ita virum sanctum propter ætatis prolixitatem vocitantes) facere vellet, etc.*

¶ Jubilarius, Qui quinquaginta annos in eod. statu perseveravit. Instrum. ann. 1182. tom. 2. Rer. Mogunt. pag. 889: *Dominus Thomas... hujus insignis Collegii decanus et trium Cathedralium ecclesiarum quinquagenarius Canonicus et Jubilarius (ut vocant) monumentum hoc... posuit.* Necrologium Fratrum Prædic. in Betza apud Raim. Duellium Miscell. lib. 2. pag. 173: IV. *Kalend. Novemb. O. R. P. frater Michael de Anaso Prior hujus Conventus et Jubilarius.* Adde Constitutiones Dominicanorum Vincentii Mariæ part. 1. col. 343.

* Jubilæi celebratio solemnis est, maxime apud Religiosos viros, qui ad quinquagesimum professionis suæ annum perveniunt; quo ritu celebretur apud Carmelitas, docent eorumdem Constitutiones MSS. part. 5. rubr. 7. quas hic exscribere, cum non sint omnibus obviæ, nostri esse instituti visum est: *Die qua debet facere Jubileum, prædictus frater bono mane celebrabit Missam cum summa devotionis intentione, qua celebrata revertatur ad cellulam suam in oratione persistens, quousque per priorem suum fuerit vocatus. Dicta autem Tertia in conventu, prior habens stolam in collo suo cum omnibus fratribus processionaliter, cruce cum ceroferariis præcedentibus, mediocri voce psalmodiando cantabunt Psalmum*: Ad Dominum cum tribularer, *et sic de aliis Psalmis sequentibus, donec pervenerint ad cellam dicti fratris, et remanentibus fratribus extra cellam processionaliter ordinatis, solus prior cum uno alio fratre principaliori inter omnes fratres qui erant ibi, intrabit ad dictum fratrem, et per manum illum ducens usque ad conspectum fratrum et ante ostium dictæ cellæ persistens dictus prior, incipiat cantando Ant.* Hic vir despiciens mundum, *quam cantando fratres processionaliter vadant ad capitulum vel refectorium,... et Ant. præcantata psalmodiabunt Psal.* Jubilate Deo omnis terra, *et postea dictam Ant. repetent. Debet autem dictus frater, qui facit Jubileum cereum non accensum portare in manu sua, et ire inter dictum priorem et principaliorem fratrem, sicuti per ipsos duos extrahatur de cella. Deinde intrabunt capitulum, cujus capituli scampna sint cooperta tappetis, et in medio sit scampnum tappeto coopertum, ante quod dictus frater, qui facit Jubileum, debet stare flexis genibus, cum dicto cereo non accenso in manu sua. Prior autem præsidebit, aliis fratribus in locis suis devote astantibus, cum secularibus interesse volentibus. Tunc prior dicat,* Kyrie eleison etc. *Deinde vocetur frater per priorem ad sedendum juxta seipsum, et postea fiat collatio in Latino vel vulgari. Qua facta surgat frater, qui facit Jubileum, et revertatur ad primum locum ante scampnum, quod est in medio capituli, tenens cereum in manu et flexis genibus sit attentus ad respondendum priori. Tunc prior dicat ei, frater quid petis? respondeat ipse, Misericordiam Dei et gratias ordinis. Tunc dicat prior, Quoniam in nostro ordine per* 50. *annos bene et honeste, cum omni obedientia, castitate et paupertate et aliis observantiis regularibus sine reprehensione, secundum tuam possibilitatem, domino adjuvante, vixisti, et etiam cum Apostolo bonum certamen certasti, fidem Deo et ordini servasti et cursum tuum quasi usque ad ultimos dies vitæ tuæ laudabiliter consummasti; ideo nos in hac die, quam tibi diem*

Digitized by Google

ctis confirmavit; legesque, quibus uterentur, sancivit.] Atque ii ut et eorum bona, olim Baronum fuere, in quorum dominiis habitabant. Statuta S. Ludovici lib. 1. cap. 127: *Les muebles aus Juifs sont au Baron.* Bracton. lib. 5. tract. 4. cap. 6. § 6: *Judæus vero nihil proprium habere potest, quia quicquid acquirit, non sibi acquirit, sed Regi: quia non vivunt sibi ipsis, sed aliis, et sic aliis acquirunt, et non sibi ipsis.* Curia Generalis Barcinonensis ann. 1283. sub Petro II. Rege Arag.: *Item de Judæis et Saracenis, de quibus extitit petitio, quod deberent esse illorum, in quorum castris seu villis habitarent, seu morarentur, volumus super hoc de cætero observari, quod in loco quolibet eorum est antiquitus observatum, salvis privilegiis et pactis specialibus cuicunque.* Adde Matth. Paris pag. 521. Ita porro Baronum erant, ut iis inconsultis ab illorum dominiis recedere, ut et aliis Baronibus eos recipere non liceret. Statutum S. Ludovici ann. 1230. de Judæis tom. 5. Hist. Franc. pag. 421: *Nec aliquis in toto regno nostro poterit retinere Judæum alterius dominii, et ubicumque aliquis invenerit Judæum suum, ipsum licite capere poterit, tanquam proprium servum suum, quamcunque morum fecerit Judæus sub alterius dominio, vel in alio regno.* Inter Aresta Pentecost. ann. 1288. in Regesto B. fol. 79: *Dictum est, quod Judæi in terris Baronum, qui habent altam Justitiam, non possunt remanere contra voluntatem ipsorum Baronum. Dictum etiam fuit, quod Prælati aut eorum Officiales non possunt pœnas pecuniarias Judæis infligere, nec exigere per Ecclesiasticam censuram; sed solummodo pœnam a Canone statutam, scilicet communionem fidelium sibi substrahere.* Quippe servis accensebantur. Fridericus II. Imp. in Charta ann. 1237. pro Viennensibus apud Lambecium lib. 2. de Bibl. Cæsar. pag. 80: *Cum imperialis auctoritas a priscis temporibus ad perpetuam Judaïci sceleris ultionem eisdem Judæis perpetuam indixerit servitutem.* [** Vide Murator. Antiq. Ital. med. ævi tom. 1. col. 895. sqq. tom. 2. col. 883. Haltaus. Glossar. Germ. col. 1042. sqq. voce *Juden*, col. 975. voce *Hund*.]

☞ Verum hæc Judæorum dura conditio in usu esse cœpit sub finem XII. seculi, si fides D. *Brussel* de Usu feud. tom. 1. pag. 570. ubi eruditissimum virum D. Cangium haud satis opportune castigat quasi in distinguendis temporibus minus diligentem; nullibi tamen, mea quidem sententia, accuratior, atque scrupulosior. Judæos quippe et eorum bona olim Baronum in quorum dominiis habitabant fuisse, eo scilicet tempore, nimirum sub S. Ludovico, quo id viguisse certum est, docet et pro suo more probat D. Cangius; an vero prius aliter res se habuerit, tacet, haud ignarus forte censuram mereri quisquis idem de ætate Philippi Augusti affirmaret aut negaret; neque enim ita certum est id non obtinuisse sub Philippo Augusto, uti colligere est ex laudati a D. *Brussel* Militis exemplo qui ann. 1214. omnia bona sua atque suos Judæos Trecensi Comitissæ vendidit: nihil quippe magis proprium, quam id quod quis vendere potest.

Eo igitur servitutis nomine ab iis, ut a cæteris obnoxiæ conditionis subditis graves *talliæ*, seu præstationes interdum exigebantur a dominis: quæ quidem ordinariis prædiorum redditibus accensebantur. Regestum Constabulariæ Burdegal. fol. 32: *Finis Judæorum pro mora eorum in Ducatu per annum.* Ut enim in terris Baronum moram et mansionem faciendi haberent facultatem, quasvis, etiam libertati contrarias, admittebant conditiones. Unde si quando Principum et Baronum exhausti essent fisci, hos ii expulsuros se minabantur, qui mox immensas pecuniarum summas fisco exsolventes, *quasi beneficio restitutionis* in integrum restituebantur, ut verbis utar Radulphi de Diceto ann. 1180. cui adjungendi Gervasius Dorobernensis ann. 1168. Matthæus Paris ann. 1244. 1250. 1252. 1255. pag. 435. 521. 556. 606. Sed in proventibus, qui ex Judæis capiebantur a Dominis feudalibus, is erat, ut *si aliquis a secta Judaica vellet recedere, spiritu illuminatus divino, ac limitibus erroris derelictis, fidei orthodoxæ sacrique baptismatis reciperet sacramenta, bonis, quæ præhabebat nudaretur omnino, et sic suis viduatus rebus, efficeretur et remaneret pauper et inops: unde accidebat, quod tales, qui antea se locupletes cernebant, egeni, et quidam ex eis vitam quasi quærerent mendicantium, et in pristina devia relaberentur ad vomitum, damnabiliter remeando in suarum, proh dolor! animarum perniciem.* Quam quidem *consuetudinem, sive usum, qui in regno Franciæ et plerisque aliis mundi climatibus diutius inoleverat, seu aliter a priscis dicebatur temporibus hactenus observatus*, abrogavit Carolus VI. Rex Franciæ, Statuto 25. April. ann. 1363. quod descriptum legitur in libro rubeo Castelleti Parisiensis. Hanc etiam abrogavit Jacobus II. Rex Aragoniæ: *Ita quod si Judæus, vel Judæa, se baptizaverunt, et redierint ad fidem Christianam, quod eo quod ipsi habent renuntiare eorum bonis, quia ipsa habent de usuris et turpi lucro, et ita gravius vel durius ad fidem Catholicam veniunt, quod nos, quantum in nobis et posse nostro et auctoritate nostra regali et in successoribus nostris est, et etiam Curia pro toto generali terræ dimittimus ei ipsam et suis in perpetuum.* Exstat Statutum aliud ejusdem Regis, quo in omnibus dominiis suis statuit, *quod quicumque Judæus vel Saracenus Spiritus S. gratia fidem voluerit recipere orthodoxam, et baptismi lavacrum salutaris, libere et absque ullius contradictione possit hoc facere, non obstante prædecessorum suorum vel alicujus statuto, vel prohibitione, vel etiam super hac obtenta consuetudine, ita quod propter hoc nihil de bonis suis mobilibus et immobilibus ac se moventibus, quæ prius habebat amittat, imo universa secure ac libere teneat et possideat, etc.*

Prostat itidem in Regesto Parlamenti dicto *Olim*, fol. 130. Statutum Caroli VI. receptam in Francia consuetudinem abrogans, qua Judæi Christianam amplectentis religionem, bona fisco adjudicabantur. Quod longe ante sanxerat Concilium Lateranense sub Innocentio III. ubi hæc habentur: *Qui Deo inspirante ad fidem se converterint Christianam, a possessionibus nullatenus excludantur, etc.*

Cum igitur obnoxiæ conditionis essent, erant etiam in commercio, adeo ut transferri, et concedi possent. Charta Friderici II. Imp. ann. 1210. apud Rochum Pirrum tom. 1. pag. 143: *Concedimus omnes Judæos civitatis nostræ Panormitanæ, tam illos, qui in ipsa civitate morantur, quam et alios, quos de cætero in ipsa civitate contigit habitare, ut de cætero homines vestri sint, et Ecclesiæ Panorm. et vobis et Ecclesiæ subditi in omnibus existentes.* Apud Matth. Paris ann. 1255. pag. 606. Henricus II. Rex Angliæ *vendidit Judæos per aliquot annos Comiti Ricardo fratri suo, ut, quos Rex excoriaverat, Comes evisceraret.* Adde Ditmarum lib. 3. pag. 27. lib. 6. pag. 64.

* Pignori assignantur a Ludov. Rom. march. Brandeburg. in Ch. ann. 1353. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 545: *Dimisimus et obligamus et libere dimittimus per præsentes discretis viris consulibus civitatis nostræ Moncheberg... omnes et singulos Judæos, fideles cameræ nostræ servos, apud ipsos in dicta civitate manentes et ibidem imposterum venientes, in satisfactionem et recompensam triginta marcarum argenti Bandenburgici.*

Licet porro Judæi Baronum essent proprii, erant tamen quodammodo juris regii, *et sub eorum tutela et defensione*, ita ut *quilibet eorum alicui diviti, se non posset subdere sine Regis licentia*, ut est in Legibus Edwardi Confessoris cap. 29. et apud Guillelmum Carnot. de Vita et Miracul. S. Ludovici. Fridericus II. Imp. apud Petrum de Vineis cap. 12: *Et quod omnes et singuli degentes ubique per terras, nostræ jurisdictioni subjectas, Christianæ legis et Imperii prærogativa, qua dominamur et vivimus, servi sunt nostræ Cameræ speciales.* In Charta ejusdem Friderici II. Imp. pro Ecclesia Arelatensi apud Guesnaium in Annalib. Massiliensib. pag. 350. *Judæi* inter regalia, quæ eidem Ecclesiæ concedit, recensentur. Hinc vetus scriptum apud eumdem pag. 374. de Ecclesia Arelatensi: *Judæos omnes proprios servos habebat.* Adde pag. 364. [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Kammerknechte*, col. 1059. sqq. Eichhorn. Histor. Jur. German. § 297.] Guill. Neubrigensis lib. 4. cap. 11: *Fisco competit quicquid Judæi, quos fœneratores constat esse regios, in bonis habere videntur.* Plura de Judæorum obnoxia conditione congressimus in Notis ad Statuta S. Ludovici pag. 184. 185.

☞ Haud feliciori conatu rursus Cangium nostrum in partes hic revocat D. *Brussel;* neque enim absolute scribit D. Cangius Judæos ad Regem pertinuisse, sed eos *quodammodo* fuisse *juris regii;* quod, ut arbitror, non ibit inficias D. *Brussel*, cum ipse pluribus probet eos sub tutela et protectione Regis exstitisse. [* Quod ita certum videtur, ut prædia a Judæis acquisita regi adjudicarentur. Scacar. S. Mich. apud Cadomum ann. 1234: *Accordatum est quod si Motellus Judæus per recordationem assisiæ probaverit, quod miles quidam vendiderit ei terram suam, terra illa regi, loco Judæi, remanebit.*]

* *Judæos* in terris suis habere et recipere, supremi dominii privilegium erat, quod a principe concedebatur. Charta Frider. I. imper. ann. 1156. inter Probat. jur. domus elector. Bavar. ad regn. Hung.

Digitized by Google

rio et lampade. Similem profert locum idem Annalista pag. 160. ex Charta Rostagni Archiep. ann. 1283 : *Judæi de Aquis pro oratorio cum Rotulo et lampade et cymeterio in festo S. Paschæ persolvant libras duas piperis subtilis. Judæi de Istro libras duas piperis grossi in festo S. Luciæ, etc.* His in locis *Rotulus* non est *Rota crocea*, quanta quanta sit vocum affinitas, sed volumen quoddam, puta vel vetus Testamentum, vel Libellus precum, quo in Synagogis suis utebantur Judæi. Præter ipsam verborum prolatorum seriem, id satis indicat census pro *rotulo* solutus. Nusquam enim Judæi censum solvissent pro *rota crocea*, quæ totam gentem dedecorabat.

In Anglia non rotam, sed panuum ad instar tabulæ detulisse, auctor est Matthæus Westmonaster. ann. 1275 : *In quo* (Parlamento Westmonaster.) *statuta multa ad utilitatem regni fuerunt publicata, inter quæ Judæis fuit interdicta effrænata licentia usurandi. Et, ut possent a Christianis discerni, præcepit Rex, quod ad instar Tabularum ad unius palmæ longitudinem, signa ferrent in exterioribus indumentis.* Id ipsum atutum ante fuerat, ut colligitur ex Additam. ad Matth. Paris pag. 132. [Vide Præceptum Edwardi Regis Angl. ann. 1277. apud Rymer. tom. 2. pag. 73.]

In Decretis Venetis pag. 68. Judæi tenentur deferre *signum telæ zallæ* (seu croceæ) *in medio pectoris*. Unde emendare licet Concilium Arelatense ann. 1234. can. 16 : *Deferant extra domos in superiori veste in pectore Signum cellæ*. Logendum enim videtur *telæ zellæ*. Synodus Exoniensis ann. 1287. can. 49 : *Præcipimus, ut Judæi utriusque sexus super vestes exteriores duas Tabulas habeant alterius coloris ad pectus consutas, quarum latitudo digitorum duorum, et longitudo quatuor sit ad minus, ut sic per diversitatem habitus a Catholicis discernantur*. Vide Concil. Langesiense ann. 1279. can. 9. Avenionense ann. 1279. can. 6. Lugdunense ann. 1299. etc. In Concilio Viennensi Austriæ ann. 1267. can. 15. *Pileum cornutum* deferre jubentur.

* Ab hac lege tamen interdum nonnulli eorum eximebantur. Charta Phil. Pulc. ann. 1292. ex Cod. reg. 4184. fol. 58. r°. : *Cum Maneserius de Choriaco Judæus.... ex parte nostra fuerit deputatus, una cum quibusdam aliis Judæis ad procurandum intus venire talliam Judæorum nostrorum, mandamus vobis quatenus dictum Maneserium et ejus infantes per districtus vestros absque exactione pedagii vel coustumæ, et sine signo rotæ transire libere permittatis*. Alia ejusd. reg. ibid. fol. 61. v°. : *Conoessimus etiam dicto Bono-amico Judæo quamdiu vixerit, quod signum rotæ, quod communiter portant nostri Judæi, non deferat, quodque Jacob ejusdem Boni-amici filius dictum signum rotæ non teneatur deferre, quamdiu nostræ placuerit voluntati*. Lit. Caroli V. ann. 1372. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 498 : *Qui sera trouvé sens enseigne, il paiera vint solz d'amende à nous pour chascune fois; exceptez tant seulement Manessier de Vezou, sa femme et ses enfans, et Johannon son gendre, maistre Mathatias et sa mere et Abraham son filz*. Sed et ejusmodi signum, in locis tantum ubi domicilium certum habebant, deferre tenebantur, ex iisd. Lit. ibid. : *Sens ce que il* (les Juifs) *soient tenus de porter ladicte enseigne, se il ne leur plaist, jusques à tems que il seront retournez ou lieu de leur domicile tant seulement*. Quo signo apud Polonos distinguebantur Judæi, docent Leg. Polon. a Prilusio collectæ pag. 367 : *Statuimus..... ut omnes et singuli ubique in regno nostro Judæi signa, hoc est, bireta aut capellos, seu aliud capitis tegmentum coloris glauci, alias Zolte, ubilibet locorum deferant, viatoribus exceptis : per viam enim et itinera licebit illis signa hujusmodi deponere aut occultare*.

* Quæ venum exponebantur, Judæis tangere, nisi ea emerent, prohibitum erat. Stat. Avenion. cap. 137. ex Cod. reg. 4659 : *Statuimus quod Judæi vel meretrices non audeant tangere manu panem vel fructus qui exponuntur venales; quod si fecerint, tunc emare illud quod tetigerint teneantur*. Minus severe cum iis actum est apud Polonos, ut discimus ex Statuto ann. 1264. inter Leg. Polon. a Prilusio collectas pag. 363 : *Statuimus etiam ut Judæi vendant omnia libere et emant, panem tangant similiter ut Christiani*.

* *Judæos* sputis conspurcabat populus, ut colligitur ex Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 239 : *Icellui mareschal leur va dire..... plusours injurieuses paroles en crachant au visage dudit Jehan la Barbe, lequel meu de chaleur considérant son oultrage et que il n'estoit pas Juif, à qui on deust cracher au visage, etc.*

* Obtinuit Tolosæ usus Judæis omnino odiosus, de quo in Vita S. Theodardi tom. 1. Maii pag. 142. col. 2 : *Denique eo tempore Judæi prædictæ civitatis adierunt Carlomannum Francorum regem,..... et questi sunt injuriam sibi fieri ab episcopo jam dictæ civitatis, et ab omni clero illius et populo, in colaphizando pariter et cædendo ter in anno unum ex advocatis eorum*. Et pag 143 col. 2 : *Judæus in die natalis Domini et passionis ejus et in die assumptionis S. Mariæ colaphizaretur ante fores illius ecclesiæ, ubi ejusdem episcopus civitatis juberet ano dumtaxat ictu virtuosi hominis*. Quod factum vix in dubium revocari potest, quanquam fabulosa sit illius origo. [** Constitut. Childebert. 1. ann. 554 : *Judæis a cœna Domini usque in primum pascha per plateas aut forum quasi insultationis causa deambulandi licentia denegetur*. Quod denuo sanxit Rudolf. I. Imperat. in Curia Ratisponensi ann. 1281. apud Pertz. Leg. tom. 2. pag. 426.]

* Nec minus Judæis molesta erat et damnosa consuetudo, quæ Biterris in usu fuit usque ad annum 1159. quo a vicecomite Trencavello, ipsis immensas pecuniarum summas exsolventibus, sublata est. A vigilia scilicet Dominicæ Palmarum per quindecim continuos dies Biterrensis populus, episcopo ad id eum commovente, lapidibus Judæos eorumque domos obruere religioni ducebat. Vide Vaisset. tom. 2. Hist. Occit. et Miscel. Hist. et Lit. P. *des Mollets* tom. 11. part. 2. pag. 362. Æquiori animo Agobardus ita scribit lib. de Insol. Judæor. pag. 62. tom. 1. edit. Baluz. : *Hæc passi sumus a factoribus Judæorum, non ob aliud, nisi quia prædicavimus Christianis, ut mancipia eis Christiana non venderent, ut ipsos Judæos Christianos vendere ad Hispanias non permitterent, nec mercenarios domesticos habere, ne feminæ Christianæ cum eis sabbatizarent, et ne diebus Dominicis operarentur, ne diebus Quadragesimæ cum eis prandierent, et mercenarii eorum iisdem diebus carnes manducarent, etc.*

☞ Quæ quidem eam potissimum ob causam statuta fuere, ne ullam Christiani cum Judæis societatem inirent; hinc etiam varia prodierunt interdicta, v. g. Ne Judæis mancipia traderentur Christiana, lib. 6. Capitul. cap. 119. et 423. Ne Judæi Christianam regerent familiam, ejusd. libri cap. 122. Ne Christiani emphyteosis vel conductionis titulo res Judæorum haberent, neve suas illis accommodarent, in Addit. 3. Capitular. cap. 90. Ne opera Judæorum uterentur ad medicinam vel chirurgiam, in Conciliis Avenion. ann. 1326. et 1337. ac tandem, ne nutrices Christianæ pueros Judæorum lactarent, in Statutis Ecclesiæ Biterr. ann. 1368. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 656. et Ecclesiæ Nemaus. ibid. col. 1064. quibus præponendus Innocentius III. PP. in Epist. ann. 1212. ad Episcopos Senon. et Paris. ubi causam explicat cur id potissimum nutricibus prohibeatur. Stabilimentum Philippi Augusti tom. 1. Ordinat. Reg. Franc. pag. 41 : *Sed bene volunt quod nutrices Judæorum excommunicentur*. Unde emendandus D. *Brussel* qui Tract. de Usu feud. tom. 1. pag. 583. hic legit, *meretrices*, pro *nutrices*, non errore typographico, reddit enim Galliee : *qui se prostituoient aux Juifs*. Nec melius apud Acherium tom. 6. Spicileg. pag. 493. legitur *Mittentes* pro *Nutrices*.

☞ Ita vero a Judæis abhorrebant non modo Ecclesiastici viri, sed et judices laici ut Christianum, qui rem cum Judæa habuerat, igni continuo damnarent, cujus judicii ridiculam hanc rationem reddit Johannes Gallus Quæst. 387 : *Quia habere rem cum Judæa a Christiano est rem habere cum cane*.

* Judæorum Judicium, Quo Christianis quodlibet cum Judæis commercium interdicitur. Bulla Innoc. PP. IV. in Chartul. Compend. fol. 35. v°. col. 1 : *Quidam vestrum* (episcopos allaquitur) *et vestrorum officiales cum in eos* (monachos) *non possitis excommunicationis et interdicti proferre sententias, eo quod super hoc.... Apostolicæ sedis privilegiis sint muniti, et* (in) *eos, qui.... alios eis communicant, sententias proferunt memoratas, et sic Apostolicorum privilegiorum non vim et potestatem, sed solu verba servantes, dicti monasterii... monachos excommunicant, dum alios eis communicare non sinunt; ex quo etiam illud evenit inconveniens, ut ipsi monachi, quantum ad hoc, judicentur judicio Judæorum, et qui eis communicant in prædictis, majorem excommunicationem incurrent, quam etiam excommunicatis communicando fuerant incursuri*.

* Judæorum Sacramenta. Charta Rodul. dom. *de Gaucourt* gubernat. Dalph. ann. 1445 : *Davidi Levi* (Judæo) *medi-*

Digitized by Google

τους τετίμηντο. At Jornandes Judices hoc loco non *Consules*, sed *Proceres* interpretatur, ubi de eodem Diocletiano lib. de Regnorum successione : *Diademataque in capite ante eum omnes cum chlamyde tantum purpurea, ut a privatis discernerentur, habebant, et ut Judices cæteri salutabantur.* De qua vocis notione mox agimus. [** Vide Savin. Hist. Jur. Rom. med. temp. tom. 1. § 137.]

Judices, interdum iidem, qui *Comites*, ut in v. *Comes* docuimus. [** Vide Murator. Antiq. Ital. t. 1. col. 402.] Interdum etiam, fuere *Judices* diversi a Comitibus, quibus suberant, et in judiciis assidebant. Lex Bajwar. tit. 2. cap. 15. § 2 : *Comes vero secum habeat Judicem, qui ibi constitutus est judicare, et librum Legis, ut semper rectum judicium judicet.* Hincmarus de Ordine Palatii cap. 10 : *Tales etiam Comites et sub se Judices constituere debet, qui avaritiam oderint, et justitiam diligant.* Eginhardus Epist. 33 : *Dilectis in Christo fratribus et amicis N. Comiti, N. Judici, gloriosis Missis domini Imperatoris, salutem.* Adde Legem Wisigoth. lib. 5. tit. 4. § 19. Legem Bajw. tit. 2. cap. 15. Legem Longob. lib. 2. tit. 52. § 5. tit. 53. § 24. [** Carol. M. 51. Lothar. I. 94.] Chronicon Farfense pag. 652. Aimoin. lib. 4. cap. 56. Joannem VIII. PP. Epist. cap. 47. etc.

¶ Judex, Idem qui Dux, in Translatione S. Faustæ Virg. et Mart. sæc. 4. Benedict. part. 2. pag. 73. ubi Arnaldus Dux Gasconiæ semel *Judex* appellatur.

Judices, Magnates, Proceres, Comites, vel Senatores. Gloss. Lat. Gr. : *Judex*, ἄρχων, κριτής. Ammianus lib. 17 : *Optimates et Judices varii ex populis præsidentes.* Alia ex eodem Ammiano suggerit Lindenbrogius ad lib. 27. pag. 173. Jornandes de Regnor. succession. in Justiniano, de Stoza tyranno : *Aliisque Judicibus peremptis, in Ducem Salomonem sæviebat.* Infra : *Fugat exercitum, Judices partim donis, partim blanditiis sibi consociat.* Isidorus Pacensis Episcopus in Chron. æra 754 : *Alaor per Hispaniam lacertos Judicum mittit, atque debellando et pacificando pæne per 3. annos Galliam Narbonensem petit.* Idem æra 772 : *Judicesque ejus prærepti cupiditate ita blandiendo in eam* (Hispaniam) *irrogant maculam, ut non solum ex eo tempore declinando extat ut mortua, verum etiam, etc.* Anastasius Bibl. in Severino PP. : *Post triduum autem introivit Mauricius cum Judicibus, qui inventi sunt cum ipso in consilio, etc.* In Theodoro : *Omnes Judices, seu exercitus Romanus, qui prius se cum Mauritio sacramento constrinxerant.* In Adeodato : *Et multi ex Judicibus* (Mezzetii tyranni) *perducti sunt Constantinopolim.* In Constantino : *Ut ubi denominatus contingeret Pontifex, omnes Judices ita eum honorifice susciperent, quasi ipsum præsentialiter Imperatorem viderent.* In Hadriano PP. pag. 107 : *Direxit in ejus* (Caroli Mag.) *occursum universos Judices, ad fere 30. millia ab hac Romana urbe, in locum, qui dicitur Nonas, ubi eum cum bandora susceperunt.* Quo loco, suavis omnino Platina, qui spatium occursus, ad Judicum numerum detorsit. Idem pag. 105 : *Direxit eidem Longobardorum Regi, ut solummodo tres obsides Longobardorum Judicum filios illi tradidisset, pro restituendis civitatibus.* Pag. 107 : *Omnes Episcopi, Abbates et Judices, et universi Franci, qui cum eo advenerant, etc.* Mox : *Cum Judicibus Romanorum et Francorum, etc... ipse Francorum Rex cum suis Judicibus, etc.* Ita rursum ibi, et pag. 108. Veteres Litaniæ apud Goldastum tom. 2. Rerum Alamannicarum : *Omnibus Judicibus, vel cuncto exercitui Francorum et Alamannorum vita et victoria.* Vetus Interpres Concilii Calchedonensis Act. 1. et alibi, ἄρχοντας, *Judices* semper vertit, ut et Interpres Concilii VII. Oecumenici. Adde Johannem VIII. Papam in Epistolis 205. 247. Ex quibus omnino patet, alios esse a Jurisconsultis et Legum Doctoribus, uti apud Anastasium hanc vocem interpretatur Laurentius Pignorius ad Mussati Historiam. Vide Paul. Orosium lib. 7. cap. 40. [Diurnum Rom. cap. 2. tit. 5. 6.] Leon. Ost. lib. 1. cap. 14. Thwroczium in Petro Rege Hungar. cap. 35. Ughellum tom. 4. pag. 638. etc. Videtur autem id nominis inditum proceribus, quod essent *vassi dominici*, ac Barones, eoque nomine judiciis publicis interessent cum *Missis* dominicis, atque adeo Regibus ac Imperatoribus, si ii Placitis ipsis præessent, *justitiasque facerent :* quod ex quodam judicato ab Ughello descripto tom. 1. Italiæ sacræ pag. 851. et aliis potest colligi.

Judices, Doctores, qui olim *Doctores legis* dicti, et in judiciis Comitibus assidebant. Marsilius de Menandrino in defensore pacis, part. 2. cap. 2 : *Adhuc autem dicitur hoc nomen, Judex, secundum aliam significationem, de habente scientiam Juris politici seu civilis : qui etiam appellatione consueta Advocatus nuncupari solet, licet in pluribus Provinciarum, et maxime Italicarum, Judex vocetur.* Burchardus Notarius de Excidio Mediolanensi, et ex eo Godefridus Monachus S. Pantaleonis ann. 1237 : *Jussit igitur Imperator omnes Consules et Exconsulares, Majores et Milites, Legistas et Judices in obsidatu teneri.* Petrus de Vineis lib. 3. Epist. 11 : *Mittimus magistrum R. de Varano Judicem et Magistrum B. de Hybernia, Fideles nostros, civilis scientiæ Professores, etc.* Vide cap. 17. extr. de Electionib. in Sexto. [et Brencman. lib. 1. Hist. Pandect. cap. 9. pag. 56.]

Judices interdum appellati Notarii, ut ex aliquot Chartis colligitur apud Ughell. tom. 1. pag. 394.

Judices, in Legibus Henrici I. cap. 6. duodecimviros qui in disquirendo reatum, de facto apud Anglos judicant, accipit Spelmannus.

* Judex, Idem videtur qui Fisci procurator. Libert. Montisol. ann. 1312. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 499. art. 1 : *In primis itaque, quod bajulus dicti castri et Judex, antequam eorum officium exerceant, in prima assizia publica quam tenebunt, jurent locum ad honorem et utilitatem domini nostri regis, et libertates dicti loci semper observare.* Vide *Judex fiscalis.*

Primicerius Judicum, Romæ dictus primus Judicum, qui de controversiis et litibus Populi Romani cognoscebat. Nam in urbe multi erant Judices. Ita Panvinius. Memoratur is a Bennone in Hist. Gregorii VII. PP. pag. 40.

* Judex Annalis, Cujus annuum est officium. Charta ann. 1343. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 138. col. 2 : *Nos Nicolaus Raynaldi Bonefeminæ villæ castri Pedismontis litteratus annalis Judex, etc.*

* Judices Capellæ. Stat. colleg. Fuxens. Tolos. ann. 1457. ex Cod. reg. 4223. fol. 212. v° : *De electione Judicum capellæ. Quidnam causæ nos impellat ad statuendum et providendum super electione Judicum capellæ, sicque vocandorum nostræ insederit voluntati, declaravimus equidem et hanc dubitationem enodare curabimus. Est igitur eligendi causa nobis adinventa, ut quisque ex collegiatis officium illud exerceat electus, et ne excusationem prætendat habere, nisi quam haberet si in rectorem eligeretur, et quisque sibi onus assumat injunctum, sicut et commodum. Sic vocari volumus, quia capellæ et rerum sacrarum curam gerent. Eligentur itaque duo non graduati singulis annis ; et erit officium illorum pulsare campanellam ad Missas et ad Vesperas diebus quibus dicentur, accendent candelas, parabunt vestimenta, vinum, aquam et hostias, etiam thuribulum quando thurificandum seu incensandum erit altare. Juvabunt sacerdotem ad dicendum Missam, et alia servitia facient, quæ necessaria erunt cultui divino. Custodient jocalia, quæ in capella stabunt et paramenta, cum uno aut duobus ex quatuor presbyteris.*

Judex Cinctus, [a Principe delegatus, cingulo donatus.] Vide *Cinctus.*

Judex Civitatis, in Lege Longobardorum lib. 2. tit. 21. § 13. [** Liutpr. 16. (3, 2.) V. Savin. Hist. Jur. Rom. t. 1. § 121.]

¶ Judices pro Curia, Qui a Dominis feudalibus constituuntur, ut de controversiis, quæ inter ipsos et vassallos oriuntur, judicent.

¶ Judex Dativus, Delegatus, Gall. *Commissaire.* Judicium inter Abbatem Farfensem et Presbyteros S. Eustachii ann. 997. apud D. *Le Blanc* in Dissert. Hist. pag. 89 : *Ipsa hora residebat in judicio dominus Leo Archidiaconus sacri Imperii palatii, ex parte D. Imperatoris, una cum Johanne urbis Romæ Præfecto et judicibus Romanis, Gregorio I. Deffensore, Leone, Arcario, Atrocio, Petro, Paulo, Dativis Judicibus, ex parte D. Papæ.* Non semel occurrit ibi. Vide *Dativus Judex.*

* Judices Domnorum, interdum nude, sæpius cum addito, *Domnorum regum* vel *imperatorum*, appellati ii, qui a rege vel imperatore judices delegabantur. Placit. ann. 941. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 500. post Comitem palatii subscribunt *Walpertus Judex domnorum regum. Johannes Judex domnorum regum, etc.* Chartam ann. 970. apud eumd. in Antiq. Estens. pag. 148. subscribunt Judices quinque cum hac nota : *Judex domnorum imperatorum.* Aliam ann. 1013. ibid. pag. 89. subscribit *Baruzo Judex domnorum.* [** Vide *Judices Publici*, et Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. § 137. not. m.]

Judices Ecclesiastici, in Capitul. Caroli Magni lib. 5. cap. 14. [** 16.] lib. 6. cap. 330. [** 436.] Vide *Curia Christianitatis*, in *Curia* 2.

Judex Fiscalis, *quem Comitem vocant,*

Digitized by Google

facit Privilegium Massiliensibus hoc ipso anno 6. Julii abs Rege Ludovico, Comite Provinciæ, inter Schedas Peirescianas, quod *datum* dicitur *Tholoni per virum nobilem et egregium Pontium Caissi licentiatum, majoris nostræ Curiæ Magistrum Rationalem, Judicem primarum appellationum et nullitatum, ac Locumtenentem mandato nostro, officio nunc vacante Majoris Judicis Comitatuum nostrorum Prov. et Forcalq. Consiliarium et Fidelem nostrum.* Hinc patet nullum fuisse Judicem majorem mense Julio; si anno integro, expungendus est *Jo. de Cogoli.* Deinde ex eo quod *Jo. de Cogoli* fuerit *Magister rationalis* non continuo sequitur eum etiam fuisse *Judicem majorem.* Hæ dignitates erant distinctæ, licet aliquando in unum coalescerent magistratum, uti videre potes apud Pittonem Hist. Aq. pag. 520.

Joannes de Gencardie, Legum Doctor, magnæ Regiæ Curiæ Magister Rationalis 1413.

Ludovicus Guirain, Legum Doctor, Consiliar. Judex major in Provincia 1419.

Vitalis de Cabanis, Legum Doctor, magnæ Curiæ Magister Rationalis, ac primarum appellationum et nullitatum Comitatuum Provinciæ et Forcalq. Judex, [non Major.] 1427.

* Dominus de Podio-Ricardo, major et secundarum appellationum et nullitatum Provinciæ et Forcalquerii Judex, in Charta ann. 1452. 15. Jan. ex sched. Pr. *de Mazaugues.*

Jordanus Briccii Miles, Juris utriusque Professor eximius, Dom. Velaucii et Castrinovirubei, Magister Rationalis, majorque secundarum appellationum Judex, Collateralis, Consiliarius Regius 1. Febr. 1438. [et jam 25. Febr. ann. 1428. ut patet ex Præcepto Caroli Fratris Reg. Lud. Com. Prov. inter Schedas Præs. *de Mazaugues.*]

Hieronymus de Mirabellis de Neapoli, utriusque Juris Professor, Curiæque Cameræ summariæ Regni Siciliæ Præsidens major, et secundarum appellationum et nullitatum Judex Comitatuum Provinciæ et Forcalq. Consiliarius et Fidelis Regis 12. Octobr. 1440. [et 26. Octob. ann. 1443. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues.*]

Jacobus Guillelmi, Legum Doctor, magnæ Curiæ Magister Rationalis ann. 1448.

¶ Johannes Bartholomæus, Judex Major, in Charta vernacula ann. 1471. 19. Aug. ex Regesto *Columba* Cameræ Comput. Provinciæ.

¶ Vivaudus Bonifacii Majorum et secundarum appellationum Judex, ann. 1473. 1477. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues* et 1480. apud Pittonem pag. 241.

* Ludovicus de Fourbin, filius Palamedis, Judex major ann. 1481. apud Bouch. Hist. Prov. tom. 2. pag. 490.

Accursus Mainerii, Judex major 1488.

¶ Stephanus de Puget Dominus *de Tourtour*, apud Louvettum in Addit. ad Historiam turbarum Provinciæ part. 1. pag. 184. et apud Abb. Robertum Nobiliar. Prov. tom. 2. pag. 522.

¶ Nicolaus Emenjaudus Regiensis Condominus, qui post Stephanum *de Puget*, cujus filiam Baptissinam sibi matrimonio copulaverat, fuit ultimus Judex major, apud Louvettum part. 1. pag. 61. et Abb. Robertum tom. 2. pag. 3.

☞ Perseveravit Judex major in Provincia, etiam instituto Aquensi Parlamento, quod contigit ann. 1501. sed qui supremus erat Judex, tum evasit inferior subditusque novo Senatui, donec tandem omnino sublatus est ann. 1515. [* Officium sublatum est non anno 1515. sed 1535.]

☞ Fuerunt et alii Judices majores in plerisque civitatibus, ut Massiliæ, Tolosæ, Nemausi. Radulfus Major Judex Massiliensis memoratur in Compromisso ann. 1243. inter Johannem III. Archiep. Arelat. et Raymundum Comitem Tolosanum, ex Schedis Peirescianis. Sed nullibi frequentiores fuere quam in Dephinatu. Octo numerantur in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 11. et 12. qui jus dicebant in variis territoriis Dalphino subditis. Notanda omnino formula ab iis Judicibus adhiberi solita, cum sententiam pronuntiabant in judiciis: hanc exscribimus ex Hist. Dalphin. loco citato: *Nos sedentes pro tribunali more majorum nostrorum, in præsentia præsentium et absentia absentium, quorum Dei præsentia replentur, non declinantes plus ad dexteram quam ad sinistram; sed eo libramine sacrosanctis Dei Evangeliis coram nostro conspectu appositis, ut de vultu Dei nostrum rectum procedat judicium, et oculi nostri in iis et omnibus videant æquitatem, signo venerabilis sanctæ Crucis nos munientes, dicentes:* In nomine Patris et Filii et Spiritus S. Amen. *Habitaque matura deliberatione coram peritis et liberis, absolutos absolvendo; condemnatos condemnando.* Quæ formula diu perseveravit in Consilio Dalphinali, ut ibidem narratur.

* Sed et iis addere placet aliorum locorum Judices majores, qui mihi occurrerunt; quod haud ingratum fore opinor.

* Magister Philippus Bonne *institutus Judex major villæ, civitatis et senescalliæ Tholosanensis, virtute litterarum regiarum datarum 17. Oct.* 1392. in Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 276. r°.

* Bertrandus Ravand Judex major senescalliæ Bellicadri et Nemausi ann. 1229. apud Menard. tom. 1. Hist. Nem. pag. 299.

* Rostagnus Perrerii Judex major Carcassonæ, in Charta ann. 1317. ex Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 200. r°.

* Petrus Isarnus *Judex major et locumtenens Arnaudi de Hispania senescalli Carcassonæ et Biterris*, in Charta ann. 1374. ex Tabul. monast. Montisol.

* Bernardus Guais Judex major Petragoricensis senescalliæ 24. Mart. ann. 1321. in Reg. A. 2. ejusd. Cam. Comput. fol. 38. r°.

* Hugo de la Porte Judex major Aquarum mortuarum et de Lunello, ibidem.

* Bartholomæus de Clusello major Judex Ruthenensis, in Lit. ann. 1315. ex Reg. B. ejusd. Cam. Comput. fol. 199. v°.

* Ludovicus Balbeti *Judex major judicaturæ Agennensis per litteras datas* 13. *Oct.* 1357. in Memor. C. ejusd. Cam. fol. 179. v°.

Judex Medius, apud Aragonenses primum dictus, qui postmodum *Justitia major*, et *Justitia Aragonum* appellatus est, qui, ut ait Blanca, sic potestatem in Rege collocarunt, ut in *Judice medio* temperatio inesset: quibus ex rebus conflatur et efficitur moderatus et concors Reip. status. Ab illo *Judice medio*, subdit idem Scriptor, Magistratus *Justitiæ Aragonum* dimanavit, adeo ut idem ipse sit intermedius Judex a Suprarbiensibus olim constitutus, qui postea *Justitia major*: quandoque etiam, quod ab ipso Rege crearetur, *Justitia Domini Regis* vocari consuevit, quandoque autem *Justitia in Cæsaraugusta*, quod in ea urbe judicium exerceret: ac *Justitia Aragonum* tandem, ipsius regni nomen assumens, appellatus est. Molinus in Repertorio: Aragonenses *elegerunt unum ex seipsis in Justitiam Aragoniæ, qui esset Judex inter Regem et subditos suos super omnibus iis, quæ Rex faceret, vel peteret contra eos, vel e contra, etc.* Vetus Epitaphium in Monasterio S. Joannis Pinnatensis in Aragonia apud Martinezium lib. 1. Hist. ejusdem Cœnobii cap. 16: *Benedictus et Marcellus Heremitæ Cæsaraugustani, viri honesti et continentes, adhuc magis ampliaverunt præsentem Ecclesiam, et duo altaria construxerunt, dedicaveruntque S. Petro et Stephano, quorum consilio Judex medius inter Regem Enecum Arestam et regnicolas Aragoniæ, Justitia vocatus, efficitur, et etiam sepulti.* Vitalis Canelis Oscensis Episcopus: *Regis est ergo Judices et Justitias ordinare, et, quando sibi placuerit, revocare, et eos perpetuo ponere, vel ad tempus. Inter quos Judices Justitia semper est certus principalis in Aragonia constitutus: qui ex quo semel a domino Rege fuit constitutus, in Regis Curia commoretur, subministrandis sibi ab ipsa Curia alimentis. Ibique in præsentia domini Regis, vel de ejus imperio, sine eo, causas examinet et auscultet. Et quotiescunque interloquutoria vel diffinitiva sit sententia proferenda, dominus Rex et Barones, hoc est, Episcopi et Duces Militum, qui Rici homines appellantur, qui in Curia fuerint tunc præsentes, super illa deliberent in communi. Et quod dominus Rex et major pars Baronum, vel si dominus Rex noluerit interesse consilio, major pars Baronum, in Justitiæ os posuerit proferendum, ipse Justitia id pronuntiet sententialiter et declaret, nullam pœnam ex pronuntiatione hujusmodi metuendo. Nam non ipse, sed ipsi, quibus in hac parte eum oportet necessario obedire, ipsius sententiæ sunt latores.* Longe plura de hocce magistratu et ejus auctoritate ac jurisdictione congessit Michael *del Molino* in Repert. et Hieronymus Blanca in Commentario Rerum Aragon. pag. 716. 747. et 787. ubi seriem eorum, qui hac dignitate insigniti fuere usque ad sua tempora, exaravit. Consulendus præterea in Foris Aragon. lib. 1. titulus *de officio Justitiæ Aragonum.*

* Judex Militum, Sub hoc titulo Hugo Walterus ultimo loco subscribit Chartæ Alardi episc. Camerac. ann. 1176. ex Tabul. ejusd. ecclesiæ.

* Judex Operarum, Qui operibus publicis invigilat. Charta ann. 1385. in Reg. 128. Chartoph. reg. ch. 100: *Odart d'Acheinville Juge des œuvres de Tholose, etc.*

Judex Ordinarius, *hoc est, Infeudatus,*

Digitized by Google

pag. 394. Puccinellum in Vita S. Simpliciani pag. 109. et alios. Hinc emendanda Charta Domnoli Episcopi Cenomanensis : *Ideo tibi, Niviarde Diacone ac Defensore nostræ Ecclesiæ, judico atque jubeo, hac tua traditione, sicut nunc ab Ecclesia possidetur, cum omni soliditate vel adjacentia sua Leusio Abbati facias consignari.* Ubi perperam Edit. *Indico.*

* *Pro anima judicare*, in Charta ann. 1136. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 287. Hinc

* JUDICARE, Eadem notione, qua dicimus de eo qui, volente Deo, mortuus est; *Dieu en a disposé*, in Testam. Azzon. march. Estensis ann. 1212. ibid. pag. 404 : *Ego Azo Estensis marchio corpore infirmus, mente vero et sensu existens integer, si Deus me Judicaverit de hac infirmitate, relinquo uxori meæ etc.*

JUDICARE POENITENTIAM, Imponere. Capitula Caroli M. ann. 769. edita a Baluzio cap. 1 : *Et unusquisque Princeps unum Presbyterum secum habeat, qui hominibus peccata confitentibus Judicare et indicare pœnitentiam possit.* Capit. Theodori Cantuar. cap. 43 : *Non licet Diacono laico Judicare pœnitentiam, sed Episcopis aut Presbyteris.* Ubi *Judicare* idem valet ac decernere, vel injungere. Vide *Pœnitentiale.*

JUDICARE LEGEM, in Lege Longob. lib. 1. tit. 18. § 2. [** Rach. 6.] *Judicare secundum legem*, in Lege Alem. tit. 41. § 1. cui opponitur *Judicare contra legem.*

INJUDICARE, de rebus suis non disponere. Charta Gisulfi Principis Salernitani, apud Ughell. tom. 8. pag. 83 : *Et si sine hærede quislibet ex eis mortuus fuerit, aut res suas Injudicatas reliquerit*, id est, de iis non disposuerit. [** Chart. Longob. ann. 770. apud Brunett. Cod. Dipl. Etrur. tom. 1. pag. 616. lin. 11. 21. 31.]

JUDICARIA, Jurisdictio Judicis. Vide *Judiciaria.*

JUDICARIUS, *Qui pertinet ad judicem*, Ugutioni. Glossæ Gr. Lat. : Δικαϛικός, *Judicarius, judicialis.*

* **JUDICATIO**, *Judicis* seu comitis districtus, territorium. Charta ann. 1178. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 348 : *Et volo, ut nullus marchionum de cetero faciat, vel fieri faciat aliquam forticiam extra castra eorum in tota eorum Judicatione, nisi communiter omnes tres facerent.* Vide *Judicatus.*

¶ **JUDICATOR**, Judex. Charta Guidonis Comitis Flandriæ ann. 1237. ex Tabul. S. Barthol. Bethun. : *Prout evenerint terminata fuerint per legem et per judicium, per Judicatores et conjuratores prædictos.* Pluries ibidem occurrit. *Scabini seu Judicatores*, in alia Charta ann. 1270. in Valesianis pag. 88.

JUDICATORIUM, δικαϛήριον, in vett. Glossis; [in aliis δικαϛικόν, *Judicatorium.*]

* *Judicatoire*, pro *Jugement*, Judicium, in Lit. remiss. ann. 1462. ex Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 571 : *Auquel bailli de Cassel en Flandres appartenoit la congnoissance et Judicatoire du cas, pour ce qu'il avoit esté commis en son baillage. Jugié*, eodem intellectu. Arest. ann. 1290. in Reg. 2. *Olim* parlam. Paris. fol. 87. r° : *Se ainsi n'est que il ait acompli ce qui est contenu en un Jugié, fait en la cour le roy à Paris.* Charta ann. 1312. ex Chartul. 21. Corb. : *Chacune desdites partyes se vausissent aidier de ung Jugié, qui autrefoys avoit esté fais de plusieurs debas meux.* Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 119. bis : *Duquel procès ensuyrent plusieurs sentences ou Jugiez contre ledit exposant. Jugiet*, in aliis ann. 1383. ex Reg. 124. ch. 143.

1. **JUDICATUM**, Sententia judicis. Capitula Caroli M. lib. 3. cap. 37 : *Ut nullus præsumat hominem in judicium mittere sine causa, nisi Judicatum fiat.* Chronicon Farfense pag. 652 : *Et Judicatum exinde factum est per jussionem Theodici Ducis, etc.* Passim in vett. Chartis.

2. **JUDICATUM**, Decretum, scriptum, quo quis de rebus suis *judicat*, seu disponit. Ratherius Veronensis lib. de Discordia inter ipsum et Clericos : *Illis ablata, bonis duobus, id est, B. Genitrici sanctoque Stephano Protomartyri contuli, vel potius reddidi : faciens de quibusdam insuper scriptum quoddam, quod nominant Judicatum, id est, decretum, pauperioribus Ecclesiis ejusdem Ecclesiæ.* Charta Landulphi Archiep. Beneventani apud Ughell. tom. 8. pag. 496 : *Et quæ ei per offensiones, et Judicata et præcepta concessa sunt.* Testamentum Andreæ Episcopi Derthonensis, apud eumdem in appendice tom. 4 : *Quam vero eorum taliter Judicati seu dispositionis meæ paginam Gausus notarius tradidi, et subscribendum rogavi.* Adde Puricellum in Basilica Ambrosiana pag. 367. 416. 429. 478. [* Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 37. ex Cod. reg. 4622. A : *Judicatum seu ordinamentum legitime factum a quolibet cive Taurini vel habitore in ultima sua voluntate, firmum teneatur, licet sine hæredibus decedat.*] Ejusdem fere notionis ac originis

JUDICATUS, apud Venetos, quibus *Zudegado, è un atto levasi al Zudega de proprio, per satisfar crediti dotali, i quali sono obligati à dote*, ut est in Practica Palatii Veneti cap. 4. Vetus Charta apud Ughellum in Episcopis Eporediensibus : *Ut inde faceret legale testamentum, quod appellatur Judicatus*; [seu *Charta Judicatus*, ut habetur apud Mabillon. sæc. 6. SS. Benedict. part. 1. pag. 348.] Statuta Venetorum ann. 1242. lib. 1. cap. 56 : *Dabitur potestas mulieri in Judicatu suo de proprietatibus et bonis viri tollendis. Cartulæ dijudicatus mulierum*, in lib. 1. cap. 56. lib. 3. cap. 37. 39. lib. 4. cap. 9. lib. 6. cap. 16. 32.

¶ 3. **JUDICATUM**, Dignitas Judicis. Vide *Judex.*

1. **JUDICATURA**, Dignitas judicis, vel jurisdictio, in Edicto Philippi Pulcri ann. 1302. pro reformat. Regni art. 19. [apud *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 360. in Computo ann. 1310. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 92. apud Vincentium Cigaltium de Bello Ital. etc.] *Avoir connoissance et Judicature de toutes matieres et questions, etc.* in Consuet. Hannon. cap. 83. art. 1.

* Judicis officium. Libert. Dalph. ann. 1349. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 52 : *Declaravit ipse dom. delphinus, quod quicumque judices et procuratores Delphinatus et aliarum terrarum suarum, creati et in posterum creandi, non teneant nec tenere possint officia Judicaturæ vel procurationis in una Judicatura vel in quocunque loco, continue, nisi per duos annos dumtaxat. Judicem et sedem judicis ac Judicaturam ordinariam annexantes cum eadem Judicatura Salveterræ*, in Lit. ann. 1369. ibid. pag. 693.

¶ JUDICATURA, Locus ubi judicatur. Codex MS. e Bibl. D. *de Chalvet* Senescalli Tolosani de Albigensibus : *Audivit a dictis hæreticis quod steterant cum dicto infirmo in Judicatura sua in Senescallia Tholosana bene per quindecim dies.*

¶ JUDICATURA, Actio judicandi, judicatio. Statuta Massil. lib. 1. cap. 20. § 7 : *Advocati tam jurisperiti quam laici, si receperint aliquas causas in se tanquam arbitri vel arbitratores quod... de illis causis non accipiant... pro justitia vel Judicatura, nisi tantum quantum possent... accipere, si essent Advocati... illarum causarum in Curiis Massiliæ.*

* 2. **JUDICATURA**, Judicis districtus. Charta Rodul. dom. *de Gaucourt* gubernat. Dalph. ann. 1445 : *Concedimus facultatem arte medicinæ utendi et ipsam practicandi libere et impugne per Judicaturas et terras baroniarum Vapincesii comitatus.* Vide supra *Judicatio.*

* 3. **JUDICATURA**, Præstatio, quæ judici vel potius domino fit, emolumentum quod ex judiciis provenit, mulcta. Charta Henr. Dalph. episc. Metens. ann. 1323 : *Tertiam partem Judicaturarum, compositionum et escheutarum quarumcumque ad nos in locis prædictis.... spectantium etc.* Charta ann. 1342. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 551 : *Bassam juridictionem loci Agrifolii.... dominus noster rex tenebat et possidebat, cum.... emolumentis, deveriis, clamoribus, pœnis, Judicatura, etc.* Alia ann. 1354. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Vienne* fol. 58. v° : *Mercator vero et ejus nomine petens datam, sportulas, Judicaturam, clamam, vel aliquid solvere minime curiæ nostræ teneatur.* Vide *Jugeria.*

¶ **JUDICATUS**, Comitatus, territorium Judicis seu Comitis. Chron. Januense Jacobi a Voragine apud Murator. tom. 9. col. 41 : *Pisani pacem Januensium fregerunt; ipsi enim cum exercitu Sardiniam ascendentes, omnes Januenses de toto Judicatu ejecerunt.* Gualvanei Flammei Opusculum apud eumdem Murator. tom. 12. col. 998 : *Ex sola matre habuit sororem Johannam nomine, Comitissam Galluræ, quæ est tertia pars insulæ Sardiniæ, quæ decedens Azum fratrem suum instituit hæredem ipsius Comitatus, sive Judicatus Galluræ.* Vide aliis notionibus in *Judex* et *Judicatum* 2.

** JUDICATUS PROVINCIALIS, Judicium provinciale, placitum provinciale. Chart. Bolkon. duc. Siles. ann. 1337. apud Ludewig. Reliq. tom. 5. pag. 612 : *Civitatem nostram Strelin, cum castro ibidem, judicio curiæ et Judicatu provinciali ... pignori dedimus.* Germ. *Landgericht.*

¶ **JUDICIALIS**, Exitialis, perniciosus. Vita sanctæ Mariæ Ægyptiacæ tom. 1. April. pag. 89 :

Ne sit ei talis transgressio Judicialis.

¶ **JUDICIALITER**, Intelligenter. Sidonius lib. 7. Epist. 14 : *Non tam Judicialiter*

Digitized by Google

etiam Capitulare 3. Caroli M. ann. 813. cap. 46 : *Si fur de septem latrociniis comprobatus fuerit, exiet ad Judicium. Si incenderit, tradant eum ad martem.*

Ut plurimum tamen *Judicium* sumitur pro quavis purgatione vulgari. Unde formulæ frequentes, *ad Judicium Dei exire*, vel *ad Judicium exire*, [in Capitulari Francoford. ann. 794. cap. 7.] in Capitulari ann. 813. cap. 44. 46. apud Hincmarum tom. 2. pag. 543. et Opusc. 53. *Ad Judicium mittere*, in Lege Longob. lib. 3. tit. 23.[** Carol. M. 112.] *Judicio Dei examinari*, in Capit. Caroli Calvi tit. 31. cap. 13. 20. tit. 39. cap. 7. *Suam infamiam ad Dei Judicium purgare*, eod. tit. 39. cap. 3. *Divino purgari Judicio*, in Concilio Salegustadiensi ann. 1022. cap. 13. *Judicio Dei se expurgare*, in Legibus Edw. Confess. cap. 19. Charta Caroli M. edita a Mabillonio : *Aliqui vero fideles per Judicium Dei se exinde idoniaverunt.*

Judicium Commune, Purgatio vulgaris, duellum in libro 3. Miracul. S. Dionysii cap. 33.

Judicium Peregrinum, veluti *candentis ferri vel aquæ*, in Concilio Dalmatico ann. 1199. can. 5. et Parisino ann. 1212. part. 4. can. 15. Vide supra.

Judicium S. Spiritus, etiam non semel dictam purgationem vulgarem reperire est, ut quem ei præesse ad veri judicium existimarent. Vetus Chronicon sub ann. 798. apud Hieronymum *dalle Corte*, lib. 4. Hist. Veronensis : *Tandem habito consilio, pacti sunt, ut hæc Dei et S. Spiritus reservarentur Judicio, etc.* Victor III. PP. lib. 3. Dial. : *Oro, inquit, Deus omnipotens,... Judicio sancti Spiritus tui ostende virtutem, illæsum me per hunc ignem transire concede, etc.* Joan. de Beka in Burchardo Episcopo Trajectensi cap. 23 : *His diebus quidam Hildebrandus Cardinalis et Apostolicæ Sedis Legatus, devenit in Galliam, ut ibi aboleret simoniæ perfidiam. Cum autem ipse Cardinalis adversus diffamatum Episcopum processisset, et idem Episcopus testes ipsum accusantes pretio subarrasset, dixit Legatus : Cesset humanum Judicium, producatur ecce divinum oraculum, cum certum sit, quod Episcopalis gratia donum sit Spiritus sancti. Et si in emptione Pontifex non sit consors Simonis Magi, igitur absque formidine dic : Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto. Simoniacus igitur absque formidine, Gloria Patri et Filio, distincte protulit : verumtamen, Spiritui sancto, nequaquam pronuntiare potuit ; sed postquam idem ab Episcopatu destitutus fuit, totum versiculum sine obstaculo legit.* Gualdricus Episcopus Laudunensis apud Guibertum lib. 3. de Vita sua cap. 8 : *Ait : Communio sancta, quam ex illo pridem altari suscepi, veniat mihi ad perniciem, et S. Spiritus gladium invoco in animam meam, si hæc unquam verba Regi de vobis dixi.* Aliter *Judicium Spiritus sancti* usurpatur in Concilio Romano ann. 904. cap. 1.

Judicium Probabile, quo veritatis probatio eruitur, vocatur, in Concilio Salegustadiensi cap. 7 : *Ille qui negaverit, probabili Judicio se expurget.*

In celebrandis seu potius obeundis ejusmodi judiciis ac purgationibus vulgaribus, ritus quidam peculiares observati. Ac primo quidem eæ fieri festis et jejuniorium diebus vetantur in Fœdere Saxonico Edwardi et Guthruni Regum § 9. in Canonibus datis sub Edgaro Rege § 24. et in Legibus Canuti Regis § 17. Rursum qui ad *judicia* exibat, id est, ad purgationem, priusquam eam obiret, triduo ante, peccatorum confessione, strictiori jejunio, ac sacræ Eucharistiæ ad Missam perceptione sese parabat, ut est in Legibus Saxonicis Athelstani § 23. et Latinis § 30 : *Si quis Judicium ferri vel aquæ vadiaverit, accedat ante tribus noctibus ad Presbyterum, qui sanctificare debet eum, et pascat se pane et sale et aqua et herbis, et audiat Missas singulorum ipsorum trium dierum, et offerat, et eat ad sacrosanctam Communionem ipsa die, qua ordalium examinari debebit, et juret, quod jure publico sit innocens accusationis, antequam ad ordalium veniat.*

Antequam vero communicaretur, a Sacerdote interrogabatur cum adjuratione', in hunc modum : *Adjuro te per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et per veram Christianitatem quam suscepisti, et per sanctas reliquias, quæ in ista Ecclesia sunt, et per Baptismum, quo te Sacerdos regeneravit, ut non præsumas ullo modo communicare, neque accedere ad altare, si hoc fecisti, aut consensisti, etc.* Tum sacram Eucharistiam porrigens Sacerdos, dicebat : *Corpus hoc et sanguis Domini nostri Jesu Christi, sit tibi ad probationem hodie.* Ita *Ordo* ad ejusmodi judicia apud Lambardum : quibus addi possunt, quæ habet Codex MS. Thuanus de Usaticis Barcinonensibus : *Antequam usatici fuissent, mitti solebant judices judicare, ut cuncta malefacta fuissent omni tempore emendata, si non potuerint esse neglecta, per sacramentum, vel per batayam, sive per aquam frigidam, sive calidam, ita dicendo : Juro ego ille tibi illi, quod hæc malefacta, quæ tibi habeo facta, sic ea tibi feci ad meum directum, et in tuo neclecto, quæ tibi illa emendare non debeo per Deum et hæc sancta, et inde stetissent ad bellum, vel ad unum ex supradictis Judiciis, scilicet aquæ frigidæ vel calidæ. Omicidia et cucucia, quæ non possunt neclectari, fuissent secundum leges et mores judicata et emendata, sive vindicata.*

Peragebantur denique purgationes coram Episcopis vel Sacerdotibus ab iis delegatis, et coram judice sæculari. Leges Edwardi Confess. cap. 9 : *Die illo, quo Judicium fieri debet, veniat illuc minister Episcopi cum Clericis suis, et similiter Justitia Regis cum legalibus hominibus provinciæ illius, qui videant et audiant, ut æque omnia fiant, et quos Dominus per misericordiam suam, non per merita, salvare voluerit, quieti sint, et libere recedant : et quos iniquitas culpæ, non Dominus, damnaverit, Justitia Regis de ipsis justitiam faciat.* Verum hæc *duellum* spectare haud credam, cum coram Sacerdotibus initum vix legatur; sed purgationes per ferrum candens, aut per aquam ferventem, quæ (ferrum scilicet et aqua) Sacerdotis benedictione consecrabantur.

Judiciis vulgaribus accensentur ea, quæ per *duellum*, seu monomachiam, peragebantur, per *ferrum candens*, per *vomeres ignitos*, per *ignem*, per *aquam frigidam*, per *aquam fervent*em, per *crucem*, per *Eucharistiæ divinæ perceptionem*, per *buccellam*, seu *corsned*, judicium *tripodii*, etc. de quibus sigillatim agimus, ut et de eorum ritibus ac usu.

Ejusmodi judicia, ac purgationes, damnarunt non semel Concilia et SS. Patres generatim, in primo Leo IV. PP. in Epist. ad Episcopos Britan. cap. 4. Alexander II. apud Ivonem part. 10. cap. 15. et alii, quos in dictis vocibus passim laudamus. In iis porro vulgaribus purgationibus *ritum cujuslibet benedictionis aut consecrationis impendere* vetantur Sacerdotes in Concilio Budensi ann. 1279. cap. 9. Admissa tamen interdum ab ipsis summis Pontificibus, ut a Calixto II. in Concilio Remensi ann. 1119. in Statuto de Trevia Dei sub finem, etc. [** Vide Murator. Antiq. Ital. Dissert. 38. tom. 3. pag. 611. sqq. Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 908. sqq.]

1. **JUDICIUM**, Districtus judicis, in Speculo Saxonico lib. 3. art. 64. § 8.

* Nostris etiam *Jugement*, eadem acceptione. Charta offic. Attrebat. ann. 1259. ex Tabul. S. Petri Gand. : *Domina Mathildis.... quitavit.... omnia alia ad dictum managium pertinentia, quæ idem Eustachius tenebat et habebat sub Judicio scabinorum de Harnes.* Stat. ann. 1355. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 511. art. 14 : *Et tout autre pain qui est tournez pour vendre dedans le Jugement des eschevins.*

* Judicium Villæ, Idem quod Judicum municipalium seu scabinorum, in Lit. Theob. Campan. comit. ann. 1231. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 550.

2. **JUDICIUM**, Testamentum, donatio, dispositio, legatum. Petrus Diac. lib. 3. Chr. Casin. c. 39. (al. 41.) : *Lando Dominus Arpinensis civitatis, ad mortem veniens, Judicium fecit in hoc Monasterio de omnibus quæ sibi jure hæreditario pertinebant, etc.* Vigilius Tapsensis lib. 1. contra Arium cap. 5 : *Finali ordinato Judicio,.... diem clausit extremum.* Ita *Judicium*, pro testamento, vel ultima morientis voluntate usurpat Codex Theod. leg. 4. 20. de Episcop. (16, 2.) leg. 5. 6. de Inoffic. test. (2, 19.) leg. 9. de Infirm. (15, 14.) etc. Vide *Judicare.*

3. **JUDICIUM**, alias *Disciplina*, vox Monachorum, mulcta, quæ Capituli *Judicio* Monacho delinquenti infligitur. Decreta Lanfranci pro Ordine S. Benedicti cap. 10 : *Hi vero quorum negligentia hoc evenerit, in proximo Capitulo culpam suam dicant, Judicium suscipiant nudi, et injungatur eis pœnitentia, vel de jejunio, vel Judiciis, vel psalmis, vel aliquid hujusmodi : quibus de Judicio ad loca sua reversis, omnes Sacerdotes, qui tunc præsentes erunt, surgant, et ad Judicia suscipienda cum omni devotione se offerant. Tunc ille, qui Capitulum tenet, septem tantum, quos voluerit de ipsis ad suscipienda Judicia retineat, et cæteris in sessum præcipiat.* [Passim occurrit vox *Judicium* hac notione, in Guidonis Disciplina Farfensi cap. 14. 15. 16. in Bernardi Mon. Ordine Cluniac. part. 1. cap. 74. § 47. in S. Willelmi Constit. Hirsaug. lib. 1. cap. 52. 72. lib. 2. cap. 2. 3. etc.]

* 4. **JUDICIUM**, Jurisdictio. *Judicium altum*, idem quod *Alta justitia*, Merum imperium, jus gladii. *Judicium colli et manus et civile*, in Charta ann. 1278. ex Pomer.

Digitized by Google

Castronovo dom. Apcher. ann. 1273. ex Tabul. Cantog. : *Et ad dictum Guarinum Judicium seu punimentum forefacti pertineat.* Aliud inter Margar. Tornodor. comit. et et monach. Pontiniac. ann. 1291. ex Chartul. ejusd. monast. pag. 162 : *Exceptis casibus criminalibus,.... pro quibus secundum consuetudinem comitatus Tornodori homo, mulier aut bestia Judicari potest, et debet suspendi sive mori, corpus perdere sive membrum, etc.*

* 7. **JUDICIUM**, Oblatio, quæ ecclesiæ fit ab iis, qui *judicium* seu purgationem obeunt. Chartul. Celsinian. ch. 918 : *Presbyter Arnulfus* (dimisit) *capellaniam S. Hylarii et medietatem denariorum, quæ dicuntur Judicia.*

* 8. **JUDICIUM**, Rumor, fama, Gall. *Bruit*. Charta ann. 1161. in Chartul. S. Joan. Laudun. : *Clamore et responso facto, cucurrit Judicium in curia regis, quod ecclesia propter vivos testes, quos sufficienter habebat, furnum suum vendicaret, nisi Ernaldus plus aliquid facere voluisset.*

¶ **JUDICIUS**, pro *Judicium*, Lex. Formula x. inter vett. Form. Andegav. : *Juratus dixit, juxta quod Judicius ex hoc loquitur*, id est, prout Lex præcipit.

* **JUDITH**. Freculph. Lexiov. episc. in Epist. nuncupat. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 356 : *Quod si judicando consequantur laudem, tuæ reputabitur æternaliter memoriæ; quoniam sacratissimnm tuum nomen Judith, judicans sive laudans interpretatur.*

* **JUELLUS**, Gemmeus aureusve ornatus, nostris alias *Juel*, nunc *Joyau*, Charta ann. 1254. ex Chartul. S. Petri Insul. sign. *Decanus* ch. 154 : *Quindecim libras, quas dictum capitulum ex hujusmodi tractatu michi Margaretæ pro Juellis meis numeravit, tradidit et persolvit.* Testam. Isabellæ dom. *de Bauzemont* ann. 1407. ex Bibl. reg. : *Je donne au Juel de l'église saint Marien de Vy à porter le corps Nostre Seigneur aval la ville au jour du saint Sacrement, xx. solz.* Ubi vas artificiose elaboratum significatur. Occurrit præterea in Stat. ann. 1355. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 14. art. 28. Vide supra *Joellus*.

* Aliud vero Provincialibus sonat vox *Ivel*, ut docet Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Ivel, Prov. lolium, zizania.* Nostris *Yvraie.*

* **IVERGIUM**, pro *Ivernagium*, Bladum, quod ante hyemem seritur, secale. Charta Hugon. de Galardone ex Tabul. capit. Carnot. : *Reddam eis quinque modios annonæ, cujus dimidium sit Ivergii rationabilis et dimidium avenæ.* Ubi *Ivernagium* legitur in Ch. Senon. archiep. eadem de re ex eod. Tabul. *Ivernal*, Hyemalis, in Charta ann. 1256. ex Tabul. S. Elig. Noviom. : *Je Gauchiers de Thorote.... ay donné en pure et perdurable aumone au couvent de S. Eloy de Noyon un muy de blei,.... à penre chascun an à la feste de S. Martin Ivernal.* Vide supra *Hybernagium.*

¶ **IVERNAGIUM**. Vide *Hybernagium.*

* **JUGALE**, Velum, quo velantur conjuges, cum matrimonium ineunt. Vide in *Jugalis*. Comœd. sine nomine act. 3. sc. 2. ex Cod. reg. 8163 : *Te conjugem* (vult habere) *mihi jussit parare balnea, talamum, tedas, et Jugalia.*

JUGALIS, Conjux. Papias : *Jugalis, conjugio dicatus, vel jugo aptus.* Gloss. Gr. Lat. : Ὁμόζυγος, *Conjux, Jugalis.* Ζυγίτης, apud Nicetam in Manuele lib. 5. n. 8. Utuntur passim Scriptores, Gregorius M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 16. lib. 8. Ep. 10. Senator lib. 1. Epist. 8. lib. 10. Epist. 20. 21. 23. 24. Acta SS. Ordin. S. Bened. tom. 4. pag. 617. Marculfus lib. 2. form. 7. 17. Formulæ vett. cap. 40. Charta ann. 1156. in Bibl. Sebusiana pag. 210. 212. alia ann. 1232. apud Lucam Acherium ad Guibertum pag. 635. etc.

¶ Jugalis, Velum quo conteguntur sponsus ac desponsa, cum matrimonio conjunguntur. Pontificale Eccl. Arelat. scriptum ante ann. 400. apud Marten. de antiq. Eccl. Ritibus tom. 2. pag. 624 : *Ansequam dicatur* Pax Domini... *conjungat eos Sacerdos et statuat puellam ad sinistram viri, tunc velet eos Sacerdos ita, virum super scapulas, puellam super caput, et ponat Jugalem super humeros eorum dicendo*, In nomine Patris et Filii et Spiritus S.

¶ Jugalis, ut *Jugalis*, Maritus. Charta anni 3. Rodulfi Regis e Chartulario S. Sulpicii Bituric. fol. 23 : *Remegardis consentiente Jugalo suo Josep, etc.*

¶ **JUGARIS**, pro *Jugarius*. Supplem. Antiquarii : *Jugaris*, ξυγαλάτης, *Bubulcus, rusticus.*

¶ **JUGATA**, Nupta. *Virginem potius quam Jugatam putares*, in Vita S. Drausii, tom. 1. Martii pag. 406.

¶ **JUGATA Terræ**. Vide in *Jugatum.*

JUGATICUM, in Charta ann. 1183. apud Ughellum in Episcopis Derthonensib. Quod pro quolibet boum jugo exsolvitur. Perperam *Juvaticum* scribi videtur in Charta Galeacii Comitis Virtutum ann. 1379 : *Item confessiones quasdam, factas per Cavenarios Communis Papiæ recipientes a Communi et hominibus Montissicalis nomine Juvatici, et pro Juvatico ejus, quod solvere tenebantur Communi Papiæ, quod erat denar. 6. pro quolibet pario bobum, etc.* Alia ann. 1298 : *Concesserunt... habere annuatim denarios 6. de quolibet Jugo eorum hominum, etc.* Vide Gloss. med. Græcitat. in Ζυγοκέφαλον.

¶ **JUGATINUS Deus**, Qui dicebatur præesse conjugiis. S. Augustinus de Civ. Dei lib. 6. cap. 9 : *Cum mas et fœmina conjunguntur, additur Deus Jugatinus.*

JUGATIO, Possessio per *juga*, et modulos terræ censenda, vel *jugeratio* per *jugera*, in leg. 49. de Operib. publ. (15,1.) l. ultim. de Equor. conlat. (11,17.) et leg. 1. Ne quid publ. lætitia, (8,11.) etc. in Cod. Th. Vide Cujac. ad lib. 10. Cod. Just. tit. 27.

¶ **JUGATOR**, Qui jungit jugo. *Jugator boum Triptolemus*, apud Arnobium lib. 5.

JUGATUM, Jugerum, modus agri. Matth. Westmonaster. ann. 1083 : *Eodem anno Rex Guillelmus misit Justitiarium per totam Angliam per Comitatus, et inquirere fecit et diligenter perscrutari, quot Jugata, et virgatæ terræ, quidque uni Militi sufficere posset?* Hispanis *Jugada* est perinde mensura agri, quæ continet *fanecas* 50. [Donatio Jacobi Regis Aragoniæ facta Ecclesiæ Valentinæ tom. 3. Concil. Hisp. pag. 497 : *Item donamus ad opus vestrum duas Jugatas terræ pro hortis circa Valentiam.*] Vide Colmenarezium in Hist. Segoviensi cap. 14. § 10. et Jo. Marianam lib. de Ponderib. et mensur. cap. 21.

* Nostris *Juet*. Chartul. Cluniac. ubi de eccl. S. Vincent. in Hispan. : *Exceptis his, habet supradicta ecclesia decem Jugatas bene cultas.* Charta ann. 1328. in Reg. 65. 2. Chartoph. reg. ch. 326 : *Item un Juet de vigne ou fié Robin Fretart.... Item trois Juez de terre ou fié du seigneur de Clouvay.* Lib. censuum terræ *d'Estilly* ex Cod. reg. 9493. fol. 3. v°. : *Douze deniers et demy chappon, assis sur demi Juet de terre fresche et boys.... Item sur demy Juet de terre seant audit lieu, etc.*

¶ **JUGE**, adv. pro Jugiter. Præceptum Caroli C. ann. 845. pro Majori Monaster. apud Mabill. tom. 2. Annal. pag. 747 : *Ut liberius divinum ibidem peragerent officium et Domino Juge famularent.*

* **JUGEA**, Eadem notione atque *Jugata*. Charta Otton. I. imper. ann. 962. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 67 : *Castrum unum, Musclarum nomine, cum villa ipsius castri fundata : et est ipsa villa a duabus partibus,... oriente et meridie, Jugeas quatuor millia, divisa per medium ab aliis duabus partibus, scilicet occidente per latitudinem Jugeas duas, per longitudinem Jugeas tres, etc.* Vide *Juga.*

¶ **JUGELLUM**, pro *Nigellum*. Vide in hac voce.

JUGERATIO, in leg. 33. Codicis Theod. de Decur. (12,1.) Vide *Jugatio.*

* **JUGERE**, *Continuar, Prov.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide *Jugitas.*

¶ **JUGERES**. Vide in *Jujerum.*

JUGERIA, Jurisdictio judicis, *Jugerie*, in Consuetudine Issoriensi in Arvernis, et in aliquot Regum nostrorum Edictis. Charta Johannis Regis Angl. tom. 2. Monastici Anglic. pag. 1006 : *Sed homines suos quietos et liberos, et Jugeriam de homicidio, de furto, de raptu, de incendio... habere debeant.*

* Indicis districtus, nostris, *Jugerie*. Pactum ann. 1172. inter archiep. Bitur. et Rabellum milit. ex Chartul. Bitur. fol. 119. v° : *Omnis controversia quæ erat inter nos et Rabellum militem, scilicet de Jugeria de Karrobriis, de justitiis omnium hominum.... sopita est.* Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 202 : *Agnez de Navarre jadis contesse de Foix tient en douaire ès Jugeries de Rieux et de Riviere en nostre séneschaucié de Thoulouse etc. Gaillac en la Jugerie d'Albigoys et senéschaucié de Thoulouse*, in aliis ann. 1408. ex Reg. 163. ch. 70.

Jugeria interdum pro ea præstatione, quæ judici vel potius domino fit. Tabular. Vindocinense Thuani Ch. 173 : *Ipsum quoque molendinum procul omni Jugeria solutum, et relevamento, et quietum clamavit.*

* **JUGERIUS**, Judex. Charta ann. 1270. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Vienne* fol. 61. r° : *Quod ipsi et antecessores eorum posuerunt in prædicto castro baulum seu etiam Jugerium vel consules.* [** Vigerium?]

* **JUGHAMENTUM**, Judicium, sententia

Digitized by Google

judicis. Libert. Montis-fer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154 : *Si aliqui* (sic) *casus eveniat, in quo esset discordia inter bajulum et consules de Jughamento, consilio vel accordo,.... quod tunc dicti consules habebunt consilium cum suis consiliariis; et si consules et sui consiliarii sint in una oppinione cum bajulo, vel aliis prædictis, tunc dominus, bajulus, vel ille qui erit pro domino, reddat dictum Jughamentum præsentibus consulibus et partibus litigantibus.... Dictus bajulus debet reddere Jughamentum fideliter per juramentum suum,.... hoc salvo quod licet bajulus reddat Jughamentum, .. tamen, si aliqua partium in hoc reputet se gravatam, appellare poterit.* Vide supra *Judicamentum*.

JUGIA, Jugis, Jugerum, mensura agraria. Ch. ann. 1088. pro Monasterio S. Solutoris Taurinens. : *Quæ mensura justa, super totum Jugias mille.* Charta Adelberti Episcopi Bergonensis in Hist. Bergom. tom. 3. pag. 191 : *Per mensuram, Juges decem et octo.* Alia ann. 1072. ibid. pag. 273 : *Totæ insimul extra pasculum et communalia per justam mensuram Jugias legitimas centum, etc.* Infra : *Sunt totæ insimul per justam mensuram Jugias legitimas sedecem.* Vide Probat. Hist. Sabaud. pag. 21.

Jugis. [Charta Aistulfi Langob. Regis ann. 756. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 440 : *Omnes insimul tam de monte quam de plano ex omni parte sunt socæ* CCXXX. *quæ sunt per mensuram justam simul in unum Juges numero mille duæ.*] Charta ann. 915 apud Ughellum tom. 4. pag. 612 : *Res ipsæ in fundo Albinies per mensuram Juges decem et octo, et ipsæ res in fundo Trevilio Juges decem.* Charta Longobardica in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 12 : *In sycola* (leg. *silvola*) *et in fao Jugis* 40. *et* 8. *terra aratoria, seu vitis, omnia ad pertica legitima duodecenos pedes et semis.* Alia Desiderii Regis pag. 17. *Terra, Juges numero quadringentas, etc.* Alia ejusdem Regis pag. 14 : *Terra, silva, roncora, et prata insimul ad mensura justa Juges numero quatuor millia per designata et determinata loca, etc.* Occurrit ibi non semel, apud Puricellum in Basilica Ambrosiana pag. 323. et in Appendice ad Capitularia Baluziana n. III. [*Juit de pré*, eadem, ut puto, notione, apud Beslium in Hist. Comitum Pictav. pag. 120.]

JUGIFERA. Hist. Dominor. Ambasiensium cap. 2. n. 12 : *Comes vero Jugiferum Campaniæ et Segrecheriam, quæ ultra Carum fluvium est,... Lisoio pro servitio suo dedit.* Et cap. 4. n. 3 : *Illud similiter, quod Turonis habebat in Jugifera castri novi.* [Idem omnino videtur quod *Jugeria.*]

* **JUGIRE**, Clamor milvi. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613 : *Jugit milvus cum clamat.*

¶ 1. **JUGIS**, Jugerum. Vide in *Jugia.*

** 2. **JUGIS**, ut *Jugalis*, Conjux, in Andreæ Bergomat. Chronic. cap. 13. apud Pert. Script. tom. 3. pag. 236.

¶ **JUGITAS**, Diuturnitas, perpetuitas, continuitas. Utuntur Constantinus leg. 7. Cod. de Repudiis (5, 17.), Marcellus Empir. cap. 8. Quiricius in Epistola ad Ildephonsum tom. 2. Concil. Hispan. pag. 535. Gislebertus in Miraculis S. Romani tom. 5. Maii pag. 162. Vita vener. Idæ, tom. 2. April. pag. 167. 180. etc.

¶ **JUGITES**, συνεζευγμένοι, Conjuncti, in Glossis Lat. Gr. Sangerman. MSS.

* **JUGIUM**, Jugerum, mensura agraria, idem quod *Jugia.* Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 56. v° : *Dederunt.... decimam et terragium dimidii Jugii terræ arabilis et decimam dimidii Jugii vineæ.* Vide supra *Jugata.*

¶ **JUGLANDARIA**, Locus ubi crescunt juglandes, apud Ughellum tom. 9. pag. 904.

JUGLATORES. Gloss. Lat. Gall. : *Histrio, Jongleur. Joculari, Jongloier. Joculatrix, Jengleresse.* Regestum Magnorum dierum Trecensium ann. 1296 : *Super quod Joannes dictus Charmillons Juglator, cui dominus Rex per suas literas tanquam Regem Juglatorum in civitate Trecensi Magisterium Juglatorum quemadmodum suæ placeret voluntati, concesserat.*

¶ **JUGLIATI**, pro *Gigliati*, Nummi de quibus supra. Ordinatio Humberti II. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 316 : *Aliis vero Capellanis Clericis... detur cuilibet pro mense quolibet septem grossi Turonenses, sive septem Jugliati.*

¶ **JUGMENTARIUS.** Vide *Jumentarius.*

JUGO, Jugum, montis supercilium. Charta Rogerii I. Regis Siciliæ ann. 1133. apud Ughellum tom. 9. pag. 206 : *Et vadit de petra in petram usque ad arborem Florentinam, et putrum Lamæ, de hinc ferit de Jugone in Jugonem, quomodo vadit ad caput frassinorum, etc.*

* **JUGULAMENTUM**, *Lo scanamento.* Glossar. Lat. Ital. Ms.

1. **JUGULATOR**, Homicida, sed proprie *murdrator*, nostris *Meurtrier*, Gloss. Lat. Græc. : *Jugulatores*, σφάκται. Thomas Walsinghamus pag. 343 : *Statutum est præterea, ut nullus occultus Jugulator, quales murderers appellant Angli, de cætero chartam de regia gratia obtineret.* Vide *Morth.*

** 2. **JUGULATOR.** Chartæ ann. 1100. in Chart. S. Petr. Carnot. edit. Guerard. pag. 243. subscribunt *Willelmus Jugulator et Gualterius socius ejus.* Forte Lanius, carnifex.

JUGULUM. Anastasius in Nicolao I. pag. 209 : *Ferit enim in confessione ipsius sacratissimæ Basilicæ Jugulum de auro mundissimo unum pens. libr. numero* 2. Ubi Bulengerus, *Jugulum* esse existimat minus jugum, quod ex auro in Basilicis dicabatur, ut memores essent verborum Christi dicentis : *Jugum meum suave, etc.* Longe petita explicatio, proinde nolim huic assensum præbeas : certe mihi non probatur.

¶ **JUGULUS**, Gladius *jugulans.* Translatio S. Viti, tom. 2. Junii pag. 1038 : *Et pia colla Jugulo submittentes, atrociter trucidati.* Sugerius in Vita Ludovici Grossi apud Duchesnium tom. 4. pag. 287 : *Qui autem turrim impugnabant... adventum subitum domini Ludovici tanquam Jugulum formidantes, retrocesserunt.*

* Occurrit rursum, ea notione, in Vita S. Columbæ tom. 5. Sept. pag. 625. col. 1. Interdum etiam pro Nex, exitium. Acta S. Nicand. tom. 3. Jun. pag. 275. col. 2 : *Ut quid velut agnus ad Jugulum tuum curris?*

JUGUM, vox Latinorum, *Jugum boum.* Adalardus in Statutis Monasterii Corbeiensis lib. 2. cap. 1 : *Et idem ipsi dent, unusquisque ad hortum cui desiervit in tertio anno, aratrum* 1. *Jugum cum amblacio et conjunc is, quando necesse fuerit.*

* *Joint*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 78 : *Icellui Monnin portant une chose, nommée Joint, à quoy ou pays l'en lye les bufs, etc.* Nostris præterea *Juille* et *Julhes* dicitur pars jugi, lorum nempe quo jugum ad cornua boum alligatur. Lit. remiss. ann. 1444. in Reg. 176. ch. 220 : *Icellui Palloriez d'un coustel coppa les Juilles ou lieures, dont les beufs qui tiroient à la charrette estoient liez.* Aliæ ann. 1481. in Reg. 200. ch. 7 : *Unes Julhes de beufz que le suppliant avoit eues de celui dont il avoit eu ledit cheval.* Hinc *Faire veilles de sainte Juille* facete dictum suspicor, in Lit. remiss. ann. 1384. ex Reg. 125. ch. 159 : *La vegille de la feste de la Magdelene darreniérement passée, ledit suppliant estant en laditte ville de saint Crist, où l'en a acoustumé de faire veilles de sainte Juille entre aucuns varlez qui dancoient et faisoient lesdittes veilles.* Vide *Conjugla.*

¶ Jugum, Vectis lunatus instar jugi. Acta S. Illidii, tom. 1. Junii pag. 426 : *Jugum igitur, quod os fornacis validissime confirmabat... est effractum.... Jam enim paratum est Jugum, quod totam molem lapidum sustinet, cum ipso igne corruere.* Occurrit apud Heronem de Machinis bellicis cap. 9. ubi sic exponitur a Borocio in descriptione Testudinis arietariæ : *Juga hic intelligenda sunt ligna duo instar jugi bovini conjuncta, quæ una cum aliis duobus eodem modo conjunctis basim testudinis constituunt.*

Jugum Terræ, Quantum juncti boves uno die arare possunt, *Joug de terre*, Arvernis. Cantianis autem Anglis *Jugum* multa jugera, etiam et habitacula, quæ *messuagia* vocabant, continet. Rentale regalis manerii *de Wy* in Comitatu Cantii pag. 13. apud Spelman. : *Summa hujus Jugi* 8 *messuagia*, 6. *tofti*, 1. *gardinum*, 51. *acræ*, 1. *roda dimid.* Item : *Jugum de Burghorn et Delman.... summa terrarum hujus Jugi*, 10. *messuagia*, 1. *cotagium*, 1. *toftum*, 58. *acræ dimid. et dimidia rodæ.* Ibidem pag. 7 : *Jugum et dimidium jugerum de Amming.... summa terrarum optimi et medii pretii*, 53. *acræ*, 1. *rada, et pasturæ* 89. *acræ*, 1. *roda dimid.* Cætera ibidem *juga*, sunt plerumque terræ arabiles. Videtur, subdit idem Spelmannus, *Manerium* distributum fuisse in varias portiones ad alendum totidem familias rusticas una cum bobus eorum junctoriis sufficientes, atque inde *Juga* apellatas. Postea vero *Juga* ista lucri causa, in plurima habitacula reducta sunt. Jacobus Gothofr. ad leg. 2. Cod. Theod. de Censu, (13, 10.) *Juga seu capita, terrena Juga*, in leg. 3. Cod. Th. de Militari veste, (7, 6.) et leg 1. de Impon. lucrat. descript. (14, 4.) terræ modos interpretatur, quibus colendis per annum boum jugo opus est : sicut *jugum, jugerum*, quantum in die jugo boum exerceri potest. Ita eo casu jugum, plura jugera continuerit. Charta Henrici Comitis Portugalliæ tom. 3. Monarch. Lusitan. p. 282 :

Digitized by Google

Si quis emerit vineam a tributario, sit libera : et si acceperit prius ad jugum uxorem tributarii, omnem hæreditatem, quam habuerit, sit libera : et tributarius, si potuerit esse miles, habeat morem Militum. Milites quot potuerint habere Jugarios in hæreditate sua quam habuerunt intus Colimbria, etc. Vide tom. 4. pag. 307. et supra *Gavelherte* et *Wendus*.

JUHERT, Modus agri, [Jugerum, *Juchert* apud Schilterum, et *Jouchart, unum et dimidium morgum.*] Acta Murensis Monasterii pag. 38 : *Ter in anno, id est, Junio et autumno, et in vere arabunt quinque Juhert, singulis vicibus sex virgarum in latum, et triginta in longum, et ipsa virga habeat novem ulnas in longitudine.*

JUJERUM, pro *Jugerum*, habet Leo Ost. lib. 3. cap. 19. Edit. ult. Papias : *Jugeres, unius diei opus aratoris. Jugerum, actus duplicatus facit : dictum ab eo, quod sit junctum duobus actibus, constat autem latitudine pedum* 120. *longitudine* 240. Victorius de ratione calculi : *Jugerum habet passus* 48. *pedes* 240. V. Isid. l. 15. c. 15.

* **JUINA**, Fluvius, qui oritur in foresta Aurelianensi, vulgo *Juine*, Junna. Charta ann. 1234. in Chartul. Maurign. ch. 66 : *Ansellus..... recognovit se quintam partem cujusdam prati siti inter calciatam de Maurigniaco et Juinam.... contulisse.*

¶ **IVIRATORIUM**. Chronicon Sicil. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 81 : *Illic steterunt... diruentes domos, vineas et bona Messanensium ex utraque parte Messanæ, et specialiter ex parte burgi S. Marci usque ad Iviratorium*, id est, si bene puto, usque *in illum locum*, dictum S. Marci, ab Italico *Iviritta*, ibi, in illo loco.

JUISIUM, Judicium, ex Francico vetere, Hispanis, *Juizio, Jugement;* sed proprie Purgatio vulgaris, seu per duellum, aut per ferrum candens. Charta Gaufredi Comitis Andegav. Fulconis Regis Hieros. filii in Tabulario S. Hilarii Pictav. : *Insuper et pro custodia duelli et monomachiæ, quam vulgo Juisium dicimus, duas partes casus convicti, ita quod Justitia Comitis esset cum Justitia Canonicorum, etc.* Leges Normannicæ Willelmi Conquæstoris Regis Angliæ cap. 14. 15. 16 : *Si home apeled altre de larcin, et il sot frans home, et il oit ondça vere testimonie de lealté, s'en escondirad per plein serment ; et altre, qui blasmed ait ested, per serment nomed, ço est à savoir, qu'acorte* [l. quatorze] *homes leals per non, si il aver les pot,* [** *si s'en escundira sei duzime main. E si il aver nes pot,*] *si se defende per Juis, e li appelleur jurra sur lui jur* (*et sur*) [** l. par] *set homes només,* [** *sei siste main,*] *que pur haur* (*hain*, vel *hair*) *nel fist, ne pur altre chose, si pur son dreit non purchacer. Et si alcons est apelez de muster fruissier, ú de chambre, et il n'eit ested blamed en arer, s'en escondit per* XII. [** l. XIV.] *leals homes nomez, sei dudzime main : e s'il eit altre fice ested blamed, s'en escondied à treis dubles,* (leg. *dudzes*) *ceo à savoir per* XXXVI. [** l. XLII.] *homes leals nomez, sei trentesiste mein : e s'il aver nes pot, aut à la Juise à trois dubles,* (*dudzes*) *si con il doust à treis du plein serment. Et s'il ad en arer larcin amended, alt al euve. Li Arcevesque avera de forfature* XL. *solz en Merchenlae, et lui Eveskes* XX. *solz, e lui Quinz* XX. *sols, te le Baron* X. *solz, et le Vilain* XL. *den.* Utriusque capitis versionem Latinam habes in nupera et accurata S. Anselmi operum editione, quam viro doctissimo Gabrieli Gerberono debemus. Huc etiam referenda verba Gallica, quæ Hugoni Dispensatori Comiti Vincestrensi ad mortem damnato ann. 1326. post pronuntiatam sententiam, ad majorem contumeliam judex protulit : *Retrayez-vous traytor, tyrant reneyé, si alez votre Juyse prendre, traytour malvais et attainte*, apud Henricum de Knyghton in Eduardo II. hoc est : *Abscede proditor, renegate proditor, Judicii tui pœnam subiturus, improbe et convicte proditor.* Libellus Catalanicus MS. de Batallia facienda : *Deu hom recorrer al Juy de Deu.*

* *Joise, Jouise* et *Juisse*. Sermo in die O. SS. ex Cod. S. Vict. Paris. : *Comme nostre Seignor vendra au jor do Joisse et rendra à chascun ce qu'il aura déservi. Jouise*, in Chron. S. Dion. lib. 2. cap. 19. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 199. *Au jor du Joise. J. C.* in iisd. ibid. tom. 8. pag. 327.

Interdum duello opponitur, sumiturque pro judicio ferri candentis, uti vox *Judicium*. Charta Hugonis Ducis Burgundiæ pro Belnensi Communia ann. 1203. apud Perardum in Tabulis Burgundicis pag. 275 : *Si duellum victum fuerit, in dispositione mea erit. De Juisio fiet, sicut et de duello.* Eadem habentur in Chartis Communiæ Monbarrensis ann. 1231. et Sinemurensis ann. 1276. apud eumdem pag. 420. 531. Charta pro Communia Suession. apud eumdem, pag. 337 : *Si quis de Communia, cujuscumque dominii sit, adhramitionem Juisii per manum Majoris fecerit, dominus ejus inde eum retrahere non potest.* [Sic legendum pro *ad ranutionem imsii*. Ex his etiam emendanda vox *misio* quod pro *juisio* perperam legitur apud eumd. Perardum pag. 334. ut et vox *inisium*, quæ, si fides est librario, non semel habetur in Chartulario Divionensi.] Vide *Judicium*.

* Consuet. Norman. cap. 10. part. 2. ex Cod. reg. 4651 : *Olim mulieres criminalibus causis insecutæ, cum non haberent qui eas defenderent, Juisio, se purgabant.* Ubi textus Gallicus : *Jadis quant femmes estoient accusées et elles n'avoient qui les deffendist, elles se purgoient par ignise.* Chron. S. Dion. tom. 7. jam laudatæ Collect. pag. 144 : *Un Jouise fist faire de xxx. homes, pour savoir quel droit ses oncles avoit ou roiaume son pere : li Jouises de dix homes fu par iaue boulant ; et li Jouises d'autres dix par fers chaus ; et li tiers Jouises des autres dix par iaue froide.* Ubi *Judicium* habent Annal. Bertin. ad ann. 876. ibid. pag. 122. Le Roman. *du Renard* Ms. :

> Si que j'en feroie un Joise
> De chaude yaue et de fer chaud.

Juise et *Juisse*, eodem sensu, in Vita J. C. Ms. :

> Et s'en ferai un fort Juisse
> En un grant fu en ma cemise,
> Où jon e nterrai toute nue....
> Il arsent tout en cel Juise,
> La puchele ert en sa chemise, etc.

¶ **JUJU**, apud Arabes, Species accipitris, eadem quæ Hebræis *Aja*, Æsalon Suetonio, nostris *Emerillon*, de quo Anonymus apud Damirem : *Juju celer et pernix, cujux oculi sunt fere suaves, et pupillæ tanquam torno expolitæ, plusquam sapphirus.*

¶ **JUJUBA**, Pruni vel olivæ genus, Gall. *Jujube*, Ziziphum. Perusinus in Vita B. Columbæ Reatinæ, tom. 5. Maii pag. 342 * : *Porrexitque illis zizyphas, Jujubas dicunt, quas servabat in gremio.*

* **IVIVUM**, f. leg. *Juisium*, Judicium, districtus et jurisdictio judicis. Vide supra *Judicium* 1. Charta Raym. Bereng. comit. Barchin. ann. 1142. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 495 : *In manu vestra per hanc præsentem scripturam potencialiter et integriter trado castrum illud, quod est situm in suo Ivivo, quod nominatur Estericum, simul cum omni suo territorio, et cum omnibus ad se qualicumque modo pertinentibus.*

* **JULA**, Piscis genus. Vide supra *Donzella*.

¶ **IULCA**, *Fissilia*. Gloss. Isid. pro *Hiulca*.

JULEP, Constantino Africano de Morbor. curat. cap. 10. dicitur *Sirupus de sola aqua et saccaro.* [Passim vero sumitur pro quavis distillata aqua seu decocta ac dulcorata. Sebastianus Perus. in Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 382 * : *Reficiebatur tantummodo pura aqua : semel per obedientiam, proprio Sacerdote jubente, oblatum Julep gustavit, postea omnino neglexit.* Etymon ducunt vel ab Arabico *Giulep*, vel a Græco Ζουλάπιον.] [** Vide Gloss. med. Græcit. in hac voce col. 465.]

* **JULMATA**, Julmatus, Monetæ Italicæ species, *Jules* nuncupata. Charta ann. 1327. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 80 : *Obolos albos falsos de Podimonte, Julhatos et Julhatas modici valoris emit seu emi fecit.*

1. **JULIA**, Modus agri. Julianus Antecessor. Constit. 124. § 1 : *Pro singulis jugeribus, vel Juliis, sive centuriis, etc.* § 3 : *Exactores tributorum plenarias, vel securitates, sive apochas faciant, per quas significent non solum quantitatem pecuniarum vel specierum susceptam, sed numerum jugerorum, vel Juliarum, vel centuriarum, etc.*

* 2. **JULIA**, Piscis genus. Vide supra *Donzella*.

* **JULIANUS**, nude, pro Festum S. Juliani. Terrear. Apchon. ann. 1511 : *Solvenda quolibet anno, scilicet bladum in Juliano, et argentum, ciram et gallinam in Andrea quolibet anno.* Ita pluries ibid. Infra non semel : *In festo beati Juliani.*

* **JULLUM**, Jugerum, mensura agraria, ut supra *Jugata*. Charta Fulcon. jun. comit. Andegav. ex Chartul. Fontis-Ebr. fol. 132 : *Donavi viginti Julla pratorum, quæ in pascuis de Verrone mihi videtur habere.* Vide *Julia* 1.

JUMAGIUM. Secunda pars Hist. Hierosolymitanæ ann. 1120 : *Venditores vel tritici, vel leguminum, omnes intra portas Iherusalem ab omni consuetudine absolvit, ipsam modii mercedem, quam Jumagium vocant, remittens.* Sed videtur legendum *minagium*. Vide in hac voce.

* **JUMANTA**, a Gallico *Jument*, Equa. Charta ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 90 : *Sic hostiliter occisum* (dictum Geraldum) *ad caudam cujusdam equæ seu Jumantæ ligari fecerunt et trahi per pedes usque ad furcas justiciarias.* Vide *Jumentum*.

Digitized by Google

consiliariorum cœtus, qui causas cognoscunt, et regnorum aut regiorum redditum securitati invigilant. Ita apud Anglos *Juncto* dicitur cœtus consiliariorum.

* Constit. Mss. Petri III. reg. Aragon. ann. 1359 : *Ordinamus quod dehinc usque ad mensem Madii et ab inde ad duos annos proxime venturos aliquis baro, miles, homo de paratico, civis vel homo villæ honoratus nequeat.... Junctus de rebellione facere.*

¶ JUNCTA, Conventus ad tractanda negotia. Codex MS. S. Martialis Lemovic. apud Stephanot. tom. 2. Fragm. MSS. de modo Synodi celebrandæ : *Antequam Episcopus in Synodum procedat, duo majora signa sonant, quod ad Junctam provocant, propter Clericos in unum congregandos.*

* 2. **JUNCTA**, Mensura salinaria vel frumentaria, quantum junctis manibus continetur, Gall. *Jointée*, ut supra *Jontain* et *Jumella*. Charta fundat. prior. S. Viviani Vasat. ann. 1081. vel 1082. ex Tabul. S. Florent. Salmur. : *Et in uno quoque foro unam Junctam salis.* Alia ann. 1473 : *Une Jointée d'icelui grain, en assemblant les deux paumes de la main ensemble.* Vide *Junctum* 1.

* 3. **JUNCTA**, Adjectio, Gall. *Jonction, accroissement.* Pactum inter reg. Tunetan. et Pisan. ann. 1398. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1120 : *Item, quod omnes Torcimanni sint et esse debeant æquales in Torcimannia, et in eis non sit aliqua prioratus* (leg. prioritas) *nec differentia, et solvatur dictis Torcimannis pro eorum Torcimannia milliarenses quinque de auro, de omni centenario bisantiorum tantum, et sine aliqua Juncta.*

* 4. **JUNCTA**, Junctura, Gall. *Jointure.* Charta ann. 1250. ex Tabul. S. Mauri Fossat. apud D. *Le Beuf* tom. 5. Hist. diœc. Paris. pag. 172 : *Notum compareat nos de transmarinis partibus pretiosas reliquias noviter attulisse, unum videlicet de crinibus Virginis gloriæ et Junctam unam de manu S. Matthei apostoli.*

* **JUNCTE**, Junctim, una, Gall. *Ensemble.* Charta ann. 1054. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 177 : *Cum Dathan et Abiron Juncte descendens in infernum consortium habeat.* Hinc *Joint*, pro Nimium compositus, contortus, vel etiam exquisititius plus æquo ornatus, vulgo *Affecté, géné, trop recherché.* Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1. ubi de Canonicis :

> Qui les deservent bien à droit,
> Il sont plus Joint, il sont plus droit, etc.

Infra ubi de mulieribus :

> Qui plus est Jointe c'une Fée,
> Quant ele est Jointe et atifée.

Inde *Aller Jointoiant*, Composito et affectato gressu incedere, vulgo *Avoir une démarche affectée, génée et forcée.* Paraphr. Psal. *Miserere* Ms. :

> Orgeilleus desploie et destache.
> Trestous ses ners en convoitant ;
> Cors qui ensi va Jointoiant,
> Mervelle est se moult ne se lasse.

¶ **JUNCTOR**, f. Lignarius faber, qui subtilius politiusque concinnat et *jungit* opera lignea, Gall. *Menuisier.* Litteræ Eduardi IV. Regis Angl. ann. 1476. apud Rymer. tom. 12. pag. 28. col. 1 : *Tam ad sufficiens cariagium pro conductione feretri præcarissimi Patris nostri Richardi Ducis Eborum pro sepultura sua ordinati, quam ad carpentarios, Junctores, pictores, candelatores, qui in hac parte necessarii fuerint, etc.* Rursum occurrit col. seq. Gloss. Græc. Lat. : Ζευκτής, *Junctor.*

* *Jointteur*, inter instrumenta doliarii recensetur in Lit. remiss. ann. 1382. ex Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 40 : *Icellui Regnault frappa Vincent Bernart par la teste d'un Jointteur à joindre tonneaux. Jointtier* dicitur Truncus ligni brevior, vulgo *Billot*, in aliis Lit. ann. 1445. ex Reg. 1177. ch. 169 : *Jehan le Bouier d'icelle hache coupa ledit pain sur le chappuiz ou Jointtier dudit relieur.*

1. **JUNCTUM**, vel JUNCTA, Mensuræ salariæ species. Monasticum Anglican. tom. 2. pag. 99 : *Et de tribus mansuris terræ in Wigornia, et de decem Junctis salis in Wickio, cum duabus salinis et fuistallo.* [* Vide supra *Juncta* 2.]

* 2. **JUNCTUM**, Modus agri, quantum juncti boves uno die arare possunt, idem quod *Jugum terræ.* Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 31. r° : *Duo Juncta prati siti in illo loco, qui vulgariter Romanola vocatur. Sciendum tamen quia unum ex duobus illis Junctis ipse antea Johannes de manu monachorum nostrorum susceperat.* Vide *Juctus.*

1. **JUNCTURA**, JC. Anglis, est pactorum cumulatio, aut pacti ad pactum adjectio, inquit Cowellus lib. 3. Instit. Juris Angl. tit. 23. § 1. et 2. qua scil. plura pacta de eadem re in stipulationem deducuntur. Vide Bracton. lib. 3. tract. 1. cap. 2. § 1. Fletam lib. 2. cap. 60. § 2. et Briton. cap. 28. Quid vero Latinis Scriptoribus sit *Junctura*, habes apud Jacob. Gothofredum ad leg. 6. Cod. Th. de Scænicis. (15, 7.) Vide *Conjugla.*

* Unde nostris *Joindre*, nude, pro de rei alicujus pretio junctis manibus convenire. Stat ann. 1311. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 272 : *Ne puet ne ne doit vendre ne apporter pour vendre cuir tanné, ne faire marchié, ne Joindre, ne bailler deniers à Dé, etc.*

* 2. **JUNCTURA**, Pugnum, nostris alias *Jointe.* Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 13 : *Dictus Persil de Juncturis manus suæ dictum presbyterum in dentibus percussit.* Aliæ ann. 1373. ex Reg. 104. ch. 269 : *Icellui Regnaut le avoit moult grevé en le prenant par la poiterine, et si seroit bouté ses Jointes contre saditte poiterine, que à grant peine povoit il ravoir s'alaine.*

JUNCTUS, [Modus agri.] Vide *Juctus.*

¶ **JUNCUS**, majoribus festis sparsus in Ecclesia et alibi. Consuetud. MSS. S. Augustini Lemovic. fol. 14 : *In festo S. Augustini... Præpositus debet recipere Juncum qui debetur ex consuetudine ad parandum Chorum et Capitulum.* Codex MS. Montis S. Michaelis annorum circiter 400 : *Eleemosynarius tenetur etiam invenire Juncum in magnis festivitatibus... in Choro et in Claustro.* Vide *Juncare* et *Vinecum.*

¶ **JUNDRAGIUM**. Vide *Junioratus.*

* **JUNECULA**, Juvenca, Gall. *Genisse.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Junegua, Prov. bucula, junix, Junecula.* Vide *Junicula.*

¶ **JUNGENS**, f. Confluens ubi fluvius alteri *jungitur*, vel locus fluvio *junctus* et contiguus. Privilegium Monasterii Rivipullensis, tom. 3. Concil. Hisp. pag. 166. col. 2 : *De quarto vero latere finit in ipso Jungente vel in fluvium Seger.*

¶ **JUNGERE**, Pervenire, assequi, Gall. *Joindre*, Ital. *Giungere.* Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Martii pag. 143 * : *Plane incedit, sed cito Jungit.* Chronic. Parmense apud Murator. tom. 9. col. 860 : *Dominus Landus Junxit Parmam die martis* VII. *intrante Februario.* Vide *Conjungere.*

¶ **JUNGLA**, ἁπλᾶι ζευκτικαί, in Gloss. Lat. Græc. Sangerman *Habenæ jugales*, in Supplem. Antiquarii. Martinius habet *Jungula.* Laurent. in Amalthea : *Jungula, Jungla, Jugla.* Vide *Conjugla.*

¶ **JUNIBARUS**, Juniperus, ut puto, Gall. *Genevrier*, Ital. *Ginepro.* Chronicon Jacobi Malvecii apud Murator. tom. 14. col. 899 : *Arborem Junibarum plantavit, de quibus plantulæ exortæ sunt, etc.*

¶ **JUNICULA**, Juvenca, Gall. *Genisse.* Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 90. v°. col. 1 : *Geningus... habet de terra arabili bun.* IIII. *solvit... ad tertium annum Juniculam.* V. *Junix, Junecula* et *Genicula*, 1.

JUNIOR, pro Novus. Odo Fossatensis in Vita Burchardi Comitis Corboilensis ann. 1028 : *Cætera vero sunt, id est, contra castellum S. Exuperii, et in Juniori et in veteri Corboilo, et in Atrias, et Sosinco.*

JUNIORES, Tyrones, in re militari, apud Symmachum lib. 6. Epist. 58. Vegetium lib. 1. cap. 7. lib. 2. cap. 5. et in Cod. Th. de Tyronibus, et (7, 13.) alibi non semel, in Notitia Imperii, etc.

JUNIORES in re politica, dicti quivis inferioris gradus, qui aliis, *senioribus* scil. suberant ratione dominii, vel jurisdictionis. Lex Alemann. tit. 78. § 1 : *Si pastor porcorum, qui habet in grege 40. porcos, et habet canem doctum, et cornu, et Juniorem, occisus fuerit, etc.* § 5. *Si coquus, qui Juniorem habet, occiditur.* Id est, pastorem et coquum alium sibi subditum. Capitul. 1. ann. 810. et lib. 3. Capitular. cap. 63 : *De vulgari populo, ut unusquisque suos Juniores distringat, ut melius obediant, etc.* S. Columban. Epist. 4. ad Bonif. : *Liceat cum Junioribus vestris sollicitare vos pro zelo fidei, pro amore pacis, etc.* Hincmarus de Ordine Palatii cap. 17 : *Et quamvis sub ipsis, et ex latere eorum alii ministeriales fuissent, ut Ostiarius, Saccellarius, Dispensator, Scapoardus, vel quorumcunque ex eis Juniores aut decani fuissent, etc.* Atque ita intelligenda vetus Charta apud Vadianum et Goldastum in Alemannicis : *Ego Wildebold senio meo providens, et ei, quæ illud comitari solet, penuriæ, trado ad Monasterium S. Galli... terrulam meam, quam habeo in Uzonwillare, hoc est, 20. jugera, eo pacto ut ipsa terrula ad domum peregrinorum serviat, et ego ibi in domo hospitum suscipiar, et usque ad finem vitæ meæ ibi victum et vestitum habeam sicut primus illorum Juniorum, hoc est, omnibus annis vestimentum lineum, et aliud laneum, et alias impensas accipiam, sicut cæteri in ipso ministerio.* Quæ vox ultima satis arguit *Juniores Monasterii*, Monasterio ipsi ministrasse, quomodo *Oblatos*, Laicos et *Conversos*, de quibus suis locis.

JUNIORES eodem sensu appellantur in

Digitized by Google

Et infra : *Et à cause d'iceux il doit obéir à nostre dite Cour de Parlament, comme homme ramager et Juveigneur à l'aisné, etc.* Atque is junioratus si in extraneam manum transeat, tunc dicitur *Tenue en Juveignerie sans parage*, vel *Tenue en Juveigneurie simple*, art. 331. et 342. Neque tamen primogenitus jus ullum habet superioritatis in juniores, neque venditiones seu laudimia, neque *rachetum* aut *relevium* ab iis potest exigere; sed dominus superior, art. 330. 341. Tenentur autem *Juniores*, qui tenent ejusmodi feuda per *fratriagium* a primogenito, non modo homagium eidem præstare cujus forma describitur art. 334. 335. sed etiam domino superiori, *ligium* nempe, quale præstatur a primogenito : qui autem *Junioratum simplicem* tenet, homagium præstat proximo domino, perinde ac superiori, art. 331. [Consule Glossarium juris Gallici in voce *Juveignerie*.]

* *Jovignors* et *Joveignorage*, iisdem notionibus, in Charta ann. 1275. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1038 : *E ansement preneons nous les fruitz e les essues des terres az Joveignors à noz homes, amprez le decès as Joveignors, de ceu que is tenoient en Joveignorage de nos homes, quant les anfants as Joveignors estoient en non age, jucques à tant que is eussent vint ans accomplis e passez. Juigneurs ou puisnés*, in Charta Joan. ducis Brit. ann. 1442. ex Cod. reg. 8542. 3.

Juniores, longe alia notione, in Charta Ludovici VII. Regis Franc. ann. 1147. pro Bellovacensibus, apud Loisellum pag. 272 : *In unoquoque molendinorum duo Juniores tantum erunt : quod si aliqui plures Juniores, vel alias malas consuetudines in molendinis imponere voluerit, et inde clamor ad Pares venerit, adjutores ei erunt qui inde clamaverit, etc.* Similis Charta Gallica pag. 280 : *Adecertes en un chacun des moulins deux Joennes seront tant seulement : que si aucuns plusieurs Joënnes, ou autres mauvaises coustumes veut impôser és moulins, et de ce clameur vient aux Maire et Pairs, etc.* Tabular. S. Dionysii Novigenti : *Junioratus autem sic ei concessus est, ut Juniores in molendinis mitterent; sed ab eis coram Priore vel Monachis fidelitatis sacramentum acciperent. Quod si ipsi, vel Juniores eorum committerent aliquando, de suo vel Juniorum suorum commisso coram Monachis responderent.*

* Non ita profecto diversa notio; ita quippe appellati Ministri, famuli quilibet, præcipue tamen molendinariorum et pistorum, qui præter pensitationem, quæ pro frumenti molitura vel coctura panis debebatur, aliam mercedem exigebant, damno certe molentium vel coquentium; quod una cum malis consuetudinibus amovendum censet Ludov. VII. Charta ann. 1147. quam minus attente legit D. *Bouquet*, quando *Juniores*, de quibus in ea agitur, Judicum locumtenentes, imo et judices, interpretatur tom. 1. Jur. publ. Franc. pag. 196. Nostram vero sententiam aperte videntur probare sequentia. Charta ann. 867. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 514 : *Felix pecorario cum Sinitruda uxore sua, et Johannes, Lupulo, Ursianulo, Filepergа, Ansula, Ursula filiis eorum, et Johannes Silla Junior ejus.* A voce *Junior* nostri *Joindre*, *Gendre* et *Geyndre*, eodem etiamnum significatu, effinxerunt. Stat. pro Pistor. in lib. 1. Statut. artif. Paris. fol. 2. r°. ex Cam. Comput. : *Et vendra* (le nouveau talemelier) *en la maison au maistre des talemeliers, et les maistres varlés, que on appelle Joindres, etc.* Arest. parlam. Paris. ann. 1420. ibid. fol. 22. r° : *Alter scilicet eorum* (molendinariorum) *plus et alius minus per se et ministros suos, Geyndres vulgariter nominatos, et alios eorum servitores in dictis molendinis a nonnullis civibus.... exigebant.* Ordinat. Caroli VI. ann. 1419. ibid. fol. 24. v° : *Item que tous musniers et leurs Gendres se paieront doresenavant de leurs moultures et salaires en deniers contens.* Vide Tract. Polit. *de la Marre* tom. 2. lib. 5. tit. 12. cap. 3. pag. 188. et supra in *Baccalarii* 1. ubi hæc donantur nomenclatura, qui *Juniores* hic nuncupatur.

* *Joigne*, Junior, juvenis, vulgo *Jeune*, in Lit. remiss. ann. 1363. ex Reg. 95. Chartoph. reg. ch. 114 : *Lequel Jenson encontra un homme nez de Couloigne sur le Rin,.... qui avoit grans cheveux, et li dist ces paroles ou semblables : Veez là un biau Joigne. Genvre*, eodem sensu, in Charta ann. 1261. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 981 : *Ensor qu'en tot il est accordé en cestes pez, que por les mesfez que ledit Olivier de Cliçon, le vieill mon pere, avoet fet oudit comte, ge Olivier le Genvre audit comte rendré 4000. liv. de Tournoes.* Bestiar. Ms. :

> Jumens prennent, qui poulains ont,
> Quant Genvres et alaitant sont.

¶ **JUNIS**, νέος, in Onomastico apud Martinium. Ex *juvenis* vox contracta.

* **JUNIUS**, cur *Magnus* appelletur haud scio, nisi ob longiores ejus dies. Chartul. Pontiniac. pag. 286 : *En nom de Nostre Seigneur, Amen. En l'an de l'incarnation d'icelui* 1292. *ou mois de Juing le grant, etc.*

JUNIX, Vitula, junior vacca, δάμαλις in Gloss. Lat. Gr. Gall. *Genisse*. Papias : *Junices, boves juvenes.* Alexander Iatrosophist. lib. 2. Passionum : *Qualia sunt bubula et de junice pedes.* Ubi Glossæ MSS. *Junices, vitulæ.* Vox Latinis nota.

* **JUNO**, male pro *Inno*. Vide supra in hac voce.

* **JUNPENHATURA**. Vide supra *Inpenhatura*.

¶ **JUNQUARE**, ut *Joncare*, Gall. *Joncher*, Locum floribus vel juncis spargere. *Purgatur Monasterium et Junquatur ter in anno*, in Iudice MS. beneficiorum Ecclesiæ Constantiensis fol. 38.

* **JUNQUERIA**, Locus palustris, ubi junci crebri nascuntur. Charta ann. 1153. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 549 : *Quamdiu autem mansus sine vestitione fuerit, habebunt in eodem manso jus pascendi, exceptis devesis et Junqueria.* Vide supra *Juncaria*.

* **JUNQUERIUM**, Eodem intellectu. Charta ann. 1419. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Cum in ordinatione dudum facta inter ipsum dominum et procuratores et homines de Gresolis tunc præsentes de rumpendo, cultivando et dividendo dictum Junquerium.* Vide supra *Juncherium*.

JUNTAS *de Relono facere*. V. *Adramire*.

¶ **JUNUS**, *Animal quadrupes*. Amalthea.

* **JUORNAGIUM**. Charta ann. 1268. in Chartul. Buxer. part. 6. ch. 58 : *Girardus legavit ecclesiæ S. Stephani Belnensis unum boissellum Juornagii. Ivernagii* facile restituerem, nisi *Jornage*, eadem notione, occurreret in Charta ann. 1224. ibid. part. 20. ch. 10 : *Dominus Symon de Meneures.... dedit Deo et fratribus Buxeriæ.... quinque quartallos bladi, quod vulgo dicitur Jornage.* Idem tamen esse quod *Ivernagium* vix dubito. Vide supra *Ivergium*.

1. **JUPA**, Vestis talaris species, nostris *jupe*. Regula Ordinis Canonicorum S. Marci de Mantua, in Regesto Alexandri IV. PP. anni 7. Epistol. 24. ex Bibl. Regia : *Sufficiant cuilibet Clericorum una capa, nova cotta linea, duo scapularia lanea, duæ tunicæ, unum scapulare pelliceum, una pellis, et unum pelliceum sine Jupa : verumtamen in arbitrio sit Prioris pro Jupa tertiam tunicam Fratribus providere, etc.* [** Vide Glossar. Græcit. voce Ζοῦπα, col. 466.]

* Sagum, chlamys, nostris *Jupon* et *Juppel*. Stat. monast. Beccens. ex Bibl. S. Germ. Prat. : *Monachi non habeant vestem, quæ vulgo dicitur Juppa.* Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 148 : *Icellui Loys retourna oudit hostel dudit Jehan Martin et le trouva tout nu en son Jupon, où il curoit laditte estable. Juppon de bougran*, in aliis ann. 1380. ex Reg. 117. ch. 175. Aliæ ann. 1448. in Reg. 176. ch. 584 : *Les barbeaulx ou pointtes du plançon s'en atacherent à ung Juppel que avoit vestu icellui Pierre.* Vide supra *Jubeus*.

¶ Juppa. Constitutiones Frederici Regis Siciliæ cap. 107 : *Comites, Magnates, Barones, Milites et uxores eorum possint habere in æstate guarnimentum unum de serico, sub eo farsetum, vel dublectum ac Juppam de serico.*

¶ Joppa. Reformatio Mellicensis in ejusdem Monasterii Chronico pag. 359. col. 2 : *Non utantur camisia linea, sed lanea tantum, nec bambasio vel Joppa, neque pileo foderato cum pellibus.* Diarium Belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. pag. 197 : *Item ex eadem pertinacia sacras pro cultu divino deputatas vestes tollebant, de casulis ornatibusque Joppas vel Joppularum manicas.... fieri in magnum scandalum procurabant.*

Jopula, Eadem notione, in Concilio Salzburgensi ann. 1420. cap. 6.

¶ Juparellum, Eodem intellectu Chron. Dominici de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 600 : *Dux autem Guarnerius... discalciatis pedibus tantum caligas secum habens et Juparellum in dorso, etc.* Et col. 684 : *Ceperunt ipsum Episcopum habentem tantum Jupparellum in dorso et stivalia in pedibus suis.*

Jupellum, Picardis *Jupel*, aliis, *Jupon*, Sagum militare. Alexander IV. lib. 5. Ep. 172. ad Hospitalarios, qua decernit ut Fratres Milites Ordinis Hospitalariorum chlamydes nigras deferant, ut ab aliis Fratribus ejusdem Ordinis discernantur : *In bellis autem sive in prœliis utantur Jupellis, et aliis superinsigniis militaribus, quæ sint coloris rubei, in quibus etiam Crux albi coloris sit in eorumdem vexilli modum assuta, etc.*

¶ Jupellum, Ead. notione. Vide in *Epidecen*.

Digitized by Google

tit. 1. cap. 3. § 1. 2. tit. 16. cap. 1. § 2. in Lege Frision. tit. 1. § 2. 6. 8. 13. 14. tit. 3. § 1. in Lege Longob. lib. 2. tit. 21. § 9. tit. 55. § 2. 3. 14. 33. [** Roth. 365. 165. 166. Liutpr. 61. (6, 8.) Guido 6.] etc. Notitia Judicati, in Tabulario Casauriensi: *Et dedit ei guadiam jurare cum suis legitimis Sacramentalibus, sicut Lex est.* Vide Diplomata post Chronic. Reichersperg. pag. 39. 40. *Consacramentales*, in Capitul. Caroli M. l. 3. cap. 58. et in Legibus Henrici I. Reg. Angliæ cap. 64. 66. 87.

Sacramentarii, apud Joannem VIII. PP. Epist. 228. *Juratores*, in Lege Salica tit. 55. § 1. 3. 8. in Pacto Childeberti § 2. 8. in Lege Aleman. tit. 6. § 5. in Lege Ripuar. tit. 31. § 5. Longob. lib. 1. tit. 9. § 37. tit. 17. § 1. l. 2. tit. 41. § 7. tit. 55. § 28. [** Lothar. 1. 89. ..... Ludov. P. 1. Lothar. 1. 28. Adde Pip. 45.] in Capit. Caroli M. lib. 3. tit. 64. etc. *Conjuratores*, in Lege Salica tit. 50 § 3. in Lege Frisionum tit 14. § 2. Alemannica tit. 50. § 3. in Capitularibus Caroli Magni lib. 4. cap. 26. 74. lib. 5. cap. 150. [** 301.] in Lege Longob. lib. 2. tit. 51. § 15. [** Lothar. I. 62.] in Capitul. ann. 829. cap. 6. Addit. 5 cap. 301. et Concilio Moguntiacensi ann. 888. cap. 23. etc. Unde *Conjurare* pro id generis sacramenti adimplere, quod una omnes jurarent, in Lege Salica tit 59. apud Marculfum lib. 1. Form. 18. 38. in Formulis incerti Auctoris cap. 5. in Formulis secundum Legem Rom. cap. 30. 40. et apud sanctum Audoenum in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 55. Dicuntur denique *Purgatores*, apud Andream Suenonis in Legib. Scaniæ l. 7. cap. 3. *Compurgatores*, apud Innocentium III. l. 16. Ep. 158. et cap. 9. et 13. de Purgatione canonica. *Juramentales*, apud eumdem Andream Suenonis lib. 5. cap. 6. lib. 6. cap. 10. 13. lib. 7. cap. 2. 3. 4. 5 8. 9. 13. l. 15. cap. 3. l. 16. cap. 3. [** German. *Eideshelfer.* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 859.]

Ejusmodi autem esse debebant *Sacramentales* et *Conjuratores*, qui pro viris *bonis* haberentur, seu *legalibus*, vel *legitimis*, et testimonium perhibere *idoneis*; ac proinde essent *credibiles*, et qui *nullis accusationibus fuissent infamati*, ut est in Legibus Willelmi Nothi vernaculis cap. 16. et in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 64; *ita idonei, quibus nullum posset crimen imponi*, ut habet Hincmarus opusc. 30. Unde priusquam ad sacramentum admitterentur, examinabantur a judicibus. Notitia ann. 818. apud Perardum pag. 36 : *Ante ipsos Missos, duodecim testimonia ibi præsentavit, his nominibus.... ipsi testimonia diligenter discussi fuerunt, et super ipso altario manus positas jurati dixerunt, etc.*

Sed maxime ejusdem *conditionis* et *ordinis*, quibus reus, vel actor primarius, *Sacramentales* esse jubebantur. Formulæ secundum legem Roman. cap. 31 : *Similiter testes sibi similes visores et cognitores, secundum quod ei judicatum fuit, post ipsum juraverunt, ut quidquid jam dictus ille de hac causa juravit, verum et idoneum sacramentum dedit.* Lex Frisionum tit. 1. § 7 : *Si litus nobilem occiderit... cum 35. juratoribus suæ conditionis se excuset.* Henricus Imp. de Conventione pacis publicæ anno 1051. apud Goldastum : *Liber, vel personatus serviens,... cum totidem suæ comparitatis testibus... se expurget.* Ita si Presbytero purgandi se ab imposito crimine necessitas incumberet, tum is *Sacramentales* sui ordinis, hoc est, Presbyteros producere tenebatur. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 64 : *Sacerdos, qui regularem vitam ducat, in simplici accusatione solus, in triplici, cum duobus ordinis sui juret. Diaconus in simplici compellatione, cum duobus : in triplici, cum sex Diaconibus se allegiet. Plebeius Sacerdos purget se sicut regularis Diaconus. Presbyter ab Episcopo vel Archidiacono suo accusatus, se sexto juret Sacerdotum legitimorum sicut ad Missam paratorum.* Fori Oscæ ann. 1247. fol. 36 : *In nullis altis proditionibus debet quis se salvare per consimilem, sed per parem. Sciendum tamen est, quod talis est par, quod valeat tantum in genere, quantum qui reptatus fuerit, et quod tantum valeant bona sua, et quod sint consimiles corporis; aliter autem non est par.* Infinita prostant hujusce ritus decreta et exempla, in Lege Bajwar. tit. 6. cap. 15. in Capitulari Aquisgran. ann. 803. cap. 7. in Capitularib. Caroli M. lib. 5. cap. 34. [** 36.] in Concilio Moguntiacensi ann. 888. cap. 23. Erfordiensi ann. 932. cap. 4. Londoniensi ann. 1108. cap. 4. in Legibus Presbyterorum Northumbrensium sub ann. 977. cap. 47. in Codice Carolino Epist. 72. sub finem, in Epist. Eugenii PP. 106. tom. 4. Hist. Franc. Caus. 2. q. 5. cap. 12. 13. 16. 19. apud Theganum de Gestis Ludovici Pii cap. 30. Hildebertum Ep. 67. Arnulfum Lexoviensem in Epist. pag. 12. Hugonem Flaviniacensem pag. 199. Anselmum Cantuariensem lib. 3. Epist. 45. Ivonem Carnot. Epist. 206. Alexandrum III. PP. in Appendice ad Concilium Lateranense III. cap. 15. Celestinum III. PP. Epist. 5. 13. Gregorium IX. lib. 5. Decret. tit. 33. cap. 5. 8. 10. 12. Sugerium Ep. 106. 147. Gualterum Tervanensem in Vita Caroli Comitis Flandr. cap. 15. Florentium Wigorniensem ann. 1130. Rogerum Hovedenum pag. 739. Bractonum l. 5 tract. 5. cap 13. § 3. in Charta Communiæ Tornacensis § 16. etc.

Interdum requirebatur in Sacramentalibus sexus paritas : ita ut si femina ad sacramentum compelleretur, sui sexus Sacramentales exhibere teneretur. Leges Hoeli Boni Principis Walliæ cap. 14 : *Si cujus uxor de alio infametur, et hoc tamen sit incertum, septima manu mulierum expurget. Si secundo infametur, cum quatuordecim. Si tertio cum quadam certitudine hoc dicatur, juramento 50. mulierum se expurgabit.* Cap. 17 : *Si mulier negat adulterium, det juramentum 50. mulierum, etc.*

Interdum ex proximis seu agnatis vel cognatis Sacramentales deligebantur. Lex Bajwar. tit. 7. cap. 15 : *Cum 12. Sacramentalibus juret de suo genere nominatis, etc.* Adde Capitulare 3. anni 813. cap. 9. Leges Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 26 : *Fidejussor negans fidejussionem suam de septimo proximorum sibi redemptione negabit, etc.* Cap. 27 : *Juret tamen de septimo proximorum sibi in redemptione super sepulcrum debitoris, si possit invenire, sin autem super altare dedicatum, quod illi rem suam vendidit, et quod ipse pro fidejussore fuit.* Charta Waldemari Daniæ Reg. ann. 1163. apud Petrum Resenium in Notis ad Jus aulicum Canuti II. Regis Daniæ pag. 643 : *Si autem primo incusatus fuerit excusatus, et actor alium incusaverit, ille juramento 12. cognatorum suorum se purgabit.* Adde Opusc. 30. Hincmari Rem. pag. 335.

Nominabantur autem *Sacramentales* interdum a reo, interdum ab accusatore. Ac ab accusatore quidem : Lex Alamannor. tit. 6. § 2 : *Tunc debet homo, qui causam requirit, tres electos denominare, et ex denominatis tribus licentiam habeat excusator rejicere duos, tertium vero non licet rejicere.* Adde § 5. Non licebat tamen accusatori testes eligere *absque suo Causatore*, ut est in Capitulari 2. ann. 805. cap. 11. lib. 3. Capitularium cap. 10. ubi pro *Causatore* Capitulare quartum Caroli M. ann. 805. perperam præfert *accusatore*. Lex Longobardorum lib. 2. tit. 55. § 5. et Edictum Rotharis Regis tit. 109. § 1. 3. [** 364.] : *Ad Evangelia juret cum 12. aliis* [** l. aidis] *suis, id est, Sacramentalibus : ita ut sex illi nominentur ab illo, qui pulsat, et septimus sit, qui pulsatur, et quinque quales voluerint liberos eligat, ut tamen sint duodecim.* Hincmarus Laudunensis Opusc. 30. Remensis pag. 335 : *Sed vos illi cum sua tertia manu quæsisse denominatim tales, qui eum non curabant, ipso resultante quod francus esset, et ut liber se defendere vellet, et quiret, et quidem cum ita idoneis, quibus nullum posset crimen imponi.*

Sed et ita ab accusatore nominabantur *Sacramentales*, ut si reo ob legitimam causam essent suspecti, ab eo rejici possent, ut est in Lege Longob. lib. 2. tit. 21. § 9. [** Rothar. 365.] Andreas Suenonis lib. 7. Legum Scaniæ cap. 8 : *Accusatus de furto, si compareat primo die juridico vel secundo, et pro se offerat per jurisjurandi religionem defensionem virorum 12. quos actor voluerit de tota provincia nominare, oportebit actorem acquiescere juri nominationis. Et cum 12. viri fuerint nominati, licebit reo tantum tres viros inimicitiæ causa sibi suspectos recusare de nominatis 12. in quorum locum actor statim tres alios nominabit.* Charta Waldemari Regis Daniæ ann. 1163. apud Resenium ad Jus aulicum Canuti II. Regis pag. 642 : *Statuentes, quod si quis de furto trahitur in causam, se defendat per nominatos de provincia in hunc modum, etc.* Infra : *De homicidio autem istud statuimus, ut reus in generali placito trahatur in causam, et in secundo placito actor nominet 15. de provincia rei, de quibus illi concedimus tres excipere, etc.*

Quandoque a reo nominatos testatur eadem Lex Longobardorum lib. 2. tit. 55. § 7. 14. [** Rothar. 367. Liutpr. 61. (6, 8.)] interdum denique sorte electos, observare est ex Lege Bajwar. tit. 16. § 6. et ex Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 66. extremo.

Qui porro a reis eligebantur *advocati*; ut qui ab accusatore, *Nominati*, vel *Denominati* dicebantur. Lex Alamannorum tit. 53 : *Et cum 12. Sacramentalibus juret, cum 5. Nominatis, et 7. advocatis.* Tit. 24. et 28 : *Cum 12. Nominatis juret, et aliis tantis advocatis.* Qui vero hisce locis *advocati, electi* dicuntur tit. 6. 30. 76. et in

Digitized by Google

fit mentio *de Juramentis cum quinta manu, quod erat purgationis genus.*] Vide Capitulare 3. ann. 789. sub finem, et Joan. Sarisber. Epist. 122.

JURARE SEXTA MANU, in Lege Saxon. tit. 3. § 2. hoc est, et suo et quinque aliorum sacramento. Pactus Legis Salicæ tit. 76 : *Debet ibi sextus Wedredo Jurare.* Adde Leges Scanicas lib. 9. cap. 9. lib. 13. cap. 6. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 65. 67. et Leges Burgor. Scotic. cap. 41. veterem Consuetud. Normanniæ cap. 85. præterea Appendicem Concilii Lateranensis III. cap. 15. etc.

JURARE SEPTIMA MANU. Lex Bajwar. tit. 3. § 2 : *Tunc cum* 6. *Sacramentalibus Juret, et ipse sit septimus, in altari coram populo et Presbytero.* Saxo Grammaticus lib. 10. Hist. Danicæ pag. 180 : *Quod si reus ab actore testimonio superari nequiret, sex secum commilitonibus in jusjurandum accitis, culpæ, quæ objiciebatur, alienum se fuisse monstrabat.* [Instrum. ann. 1182. tom. 2. Rer. Mogunt. pag. 888 : *Assignatis et adhibitis testibus idoneis Juramentum septima manu prestitit.*] Chronicon Vosiense lib. 1. cap. 49 : *Propter suum Episcopatum Jurat tandem electus septima manu nullas alias promisisse vel dedisse pecunias.* Charta Rollandi Abb. Arremar. ann. 1209. in Tabul. Campaniæ Thuano : *Et dominus hominis illius septima manu propria, et manu trium Militum, et trium proborum hominum probaverit interposito sacramento.* Sacramentum porro ejusmodi *cum septima manu*, ex usitatioribus fuit, ut colligere licet ex Lege Ripuar. tit. 56. ex Formulis veterib. Bignonii cap. 3. ex Legib. vernaculis Willelmi Nothi cap. 16. Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 66. Concilio Trosleiano ann. 909. cap. 1. § 9. Hugone Flaviniac. in Chron. pag. 199. Epist. 106. inter Sugerianas, Arnulfo Lexoviensi Epist. 9. et Epist. 10. ex iis, quæ editæ sunt tom. 13. Spicileg. Acheriani, Ivone Carnot. Epist. 54. 206. 229. quinta Compilat. Decretor. lib. 4. tit. 2. cap. 1. lib. 5. tit. 13. cap. 1. Reinero apud Chapeavillum tom. 2. Hist. Leodiensis pag. 197. Lege Vervinensi ann. 1233. art. 17. 28. Regesto Parlamenti B. fol. 69. v. sub ann. 1284. etc.

JURARE DECIMA MANU. Vetus Notitia in Tabulario Persiacensi Ch. 16 : *Dum ipse Comes in ipsa civitate resedebat, novem testes ad jurandum dedit, his nominibus, etc. Jurare cum una decima*, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 164.

JURARE UNDECIMA MANU. Leges Burgorum Scoticor. cap. 24. § 2 : *Burgensis debet se purgare contra dominum Regem, vel ejus Ballivum de querelis inter se motis in burgo undecima manu, etc.* ubi Skenæus, *i. suo et decem Conjuratorum sacramento.*

JURARE DUODECIMA MANU compellebantur, qui gravioris criminis accusabantur, ut est in Provinciali Ecclesiæ Cantuariensis lib. 5. tit. 14. *Jurer se dudzime main*, in Legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 4. 16. Ditmarus lib. 4. pag. 47 : *Judiciali sententia duodecimus ipse sacramentis exsolvit, exemplo unius, qui Romæ simili sententia se in conspectu præfati Imperatoris purgavit.* Et lib. 6 : *Hoc Rex ea ratione audivit, ut prius tercentorum pondera talentorum Episcopali solverent ditioni, et qui in hoc facto culpabiles esse deputarentur, aut sacramento suorum undecim amicorum, aut secundum canonicam auctoritem ei satisfacerent.* Quod idem valet ac *duodecima manu*, cujusmodi sacramenti passim mentio occurrit, in Pacto Legis Salicæ tit. 76. § 1. in Lege Burgund. tit. 8. 52. in Lege Ripuar. tit. 66. in Leg. Saxon. cap. 1. § 3. 4. 5. in Lege Frision. cap. 14. § 1. 2. 3. in Capit. ad Legem Alemannor. cap. 2. 6. etc. in Lege Longob. lib. 2. tit. 55. § 2. 3. 5. 33. [** Rothar. 165. 166. 364. Guido 6.] in Capitul. 3. ann. 813. cap. 10. in Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 129. in Capitul. Caroli C. tit. 12. cap. 6. in Formulis veterib. Bignonii cap. 3. in Formul. Andegav. n. 49. in Concilio Suessionensi ann. 853. cap. 4. Moguntinensi ann. 847. cap. 1. in Legib. Edw. Confess. cap. 20. in Regiam Majestatem lib. 1. cap. 7. § 11. 12. cap. 12. § 10. 11. in Legibus Burgor. Scoticor. cap. 24. in Quoniam Attachiamenta cap. 24. 75. in Legibus Scaniæ Andreæ Suenonis passim, in Privilegiis Ratisbonensib. ann. 1230. Foris Alcaçonensibus æræ 1267. apud Gregor. lib. 1. Decretor. tit. 34. cap. 1. Ægidium Aureævallis Monachum cap. 12. Gualterum Tervanensem in Vita Caroli Comitis Flandriæ cap. 15. etc.

JURARE CUM SEX ELECTIS, *vel cum duodecim, in Ecclesia*, in Capitul. Caroli M. l. 6. c. 209. [** 214.] i. suo et 12. aliorum juramento se purgare. *Duodecima manu, seu tertiadecima jurare*, in Formulis secundum Legem Romanam cap. 30. Pactum pacis inter Childebertum et Chlotarium Reges cap. 2 : *Duodecim juratores electos dare debet, quod furtum, quod objicit, verum sit.* Hincmarus Laudunensis Opusc. 30. Hincmari Remensis pag. 335 : *Ut se ab octo ex paterna parte propinquis, et a quatuor æque ex materna purgaret.* Adde Capitul. 3. ann. 813. cap. 10. Wandelbertus de Miraculis S. Goaris n. 46 : *Rem per se examinandam suscepit, omniumque, qui tum aderant, judicio, jurisjurandi conditio Causidico Monasterii est constituta, qua ille postea cum aliis duodecim firmavit possessionem sæpedictam non Ecclesiæ Trevirorum, sed dominio Regis tantum competere.* Exstat Arestum Magni Consilii 21. Febr. ann. 1490. in Regestis ejusdem Curiæ, quo Consiliarius Parlamenti Delphinatium, cui crimina aliquot inferebantur, quorum se innocentem contendebat, Literis Caroli VIII. Regis ad eam dignitatem admissus fuit, postquam in Magno Consilio de iis sacramento se purgasset, quod a duodecim *Comprobatoribus* seu Conjuratoribus, tanquam verum confirmatum est, iisque viris primariis, in quibus erat Comes Fuxensis.

JURARE DECIMAQUARTA MANU, in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 14. et apud Gregorium IX. lib. 5. tit. 33. cap. 10.

JURARE DECIMA SEXTA MANU. Vide Formulas veteres Bignonii cap. 2. et Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 66. extremo.

JURARE CUM OCTAVO DECIMO, in Pacto Legis Salicæ tit. 76.

* JURARE VICESIMA MANU, id est, suo et 19. aliorum juramento se purgare. Charta Ludov. Jun. ann. 1174. ex Chartul. S. Petri Carnot. : *Statuimus quod, tam ecclesia quam ecclesiæ homines, vicesima manu poterunt sine contradictione et sine duello, suarum consuetudinum probare libertatem.*

JURARE VIGESIMA UNA MANU. Charta Communiæ Nantoliensis ann. 1233 : *Et si latrocinium imponatur, escondiet se vicesima una manu hominum.* Aresta ann. 1279. in Regesto Parlamenti B. fol. 49 : *Purgabit se per juramentum suum cum 20. Conjuratoribus Militibus de credentia.*

JURARE VIGESIMA QUARTA MANU, apud Andream Suenonis lib. 5. Legum Scaniæ cap. 6.

JURARE VICESIMA QUINTA MANU, *sex cum 24. Sacramentalibus nominatis*, in Pacto Legis Salicæ tit. 76. in Lege Bajwar. tit. 1. cap. 6. § 2. in Capitul. ad Legem Alemann. cap. 22. 23. et in Quoniam Attachiamenta cap. 24. § 5.

JURARE CUM VIGINTI SEPTEM *hominibus, et cum tribus Thanis*, in Statutis Davidis II. Regis Scotiæ cap. 1. § 6. et in Regiam Majest. lib. 4. cap. 21.

JURARE CUM TRIGINTA CONSACRAMENTALIBUS, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 66.

JURARE TRIGESIMA SEXTA MANU, in Legibus Ethelredi Regis apud Wanetingum editis cap. 15. in Legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 17. et in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 66. extremo. *Duodenario triplicato*, vel cum tribus juramentorum *duodenis*, apud Andream Suenonem in Legibus Scaniæ lib. 5. cap. 7. 18. lib. 13. cap. 4. lib. 14. cap. 1.

JURARE TRIGESIMA SEXTA MANU, *sua trigesima septima*, in Formulis veteribus secundum Legem Romanam form. 30.

JURARE CUM QUADRAGINTA ELECTIS, in Capitul. ad Legem Alemann. cap. 22.

JURARE QUADRAGESIMA OCTAVA MANU, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 66.

JURARE QUINQUAGESIMA MANU, in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 8. 14. 17.

JURARE SEPTUAGESIMA SECUNDA MANU, in Lege Ripuar. tit. 66. Vide Cujacium lib. 17. Observat. cap. 9.

JURARE SEPTUAGESIMA QUARTA MANU, in Concilio Valentino III. ann. 855. cap. 23.

JURARE CUM OCTUAGINTA, in Capitul. ad Legem Alemann. cap. 23.

JURARE CENTESIMA MANU. Rogerus Hovedenus ann. 1194. pag. 739 : *Ita quod prædictus Eliensis Episcopus ad summonitionem Eboracensis Archiepiscopi jurabit cum centesima manu Sacerdotum, quod ipse nec præcepit, nec voluit, ut idem Archiepiscopus Eboracensis caperetur.* Vide Gregor. Turon. lib. 8. cap. 9.

JURARE TRECENTESIMA MANU. Vide in voce *Assath*.

In sacramentis varii observati ritus, ac primo quidem ea peragebantur a jejunis, ut est in Capitulari 1. Caroli M. incerti anni cap. 39. in Ecclesia, ut est in Lege Longob. lib. 2. tit. 55. § 21. [** Carol. M. 38.] in Capitulis Caroli M. lib. 6. cap. 209. Notitia ann. 818. apud Perardum in Burgundic. pag. 36 : *Et ipse Fredelus in Ecclesia S. Johannis, in ipsa civitate, ubi alia sacramenta per-*

Digitized by Google

currunt, etc. In veteri Form. 32. apud Bignonium : *In Basilica Sancti illius, ubi plurima sacramenta percurrere videntur.* Form. 3 : *Quomodo hoc testimoniaverunt, tam super altarium Sancti illius, in illa Capella, quam in curte Fisci, ubi reliqua sacramenta soluta sunt, jurati dixerunt, etc.* Adde form. 2. et Formulas secundum Legem Romanam cap. 30. 31. 41. etc. Cedrenus in Leone Iconomacho ann. 1 : Ἐπισταζόντος δὲ ἐπὶ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου, ὀμνύουσιν αὐτοῖς. [** Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 893. sqq.]

Sacramenta in Ecclesiis peragebantur super Crucem, super Altare, super S. Evangelia, super Canonem Ecclesiæ, super sanctas Reliquias, etc.

Jurare Super Crucem. Raimundus de Agiles : *Imperatori juravimus super dominicam Crucem, et spineam Coronam, et multa alia sancta.* Vetus Scriptor tom. 4. Hist. Franc. de Alexio Imp. CP. : *Impositis itaque manibus, et 12. primi suæ civitatis, sacris pignoribus, Cruci videlicet dominicæ, cum aliis, quæ secum attulerat, ... juravit omnia quæ proposita sunt.* Domnizo lib. 1. de Vita Mathild. cap. 2 : *Non aderat codex, baculos crucis ilico more rusticus in terra binos posuit, nihil errans in baculis jurat, velut esset Crux ibi pulcra.* Charta ann. 1286. apud Bohuslaum Balbinum in Hist. Bohemiæ pag. 296 : *Factoque in ligno crucis Dominicæ Juramento, etc. Jurare in cruce consecrata,* in Pœnitentiali Gregorii III. PP. cap. 7. et Bedæ cap. 9. Vide Leonem Grammaticum pag. 494. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 99. Notas ad Alexiadem pag. 402. et supra, in *Cruce subscribere*, et *Crucis judicium.*

Jurare Super Te Igitur, *et sanctam Crucem*, id est, super Canonem Ecclesiæ, in Foris Beneharn. Rubr. *de Notariis* art. 14. et apud Harduinum *de la Jaille* in Tractatu de Duellis pag. 43. v. [atque Gassendum in Notitia Eccl. Diniensis ad ann. 1430.] *Jurare super librum Missalem et Crucem*, in Consuetudine Solensi tit. 4. art. 1 : *Et losdeits messadges deben far sagrament sus lo libre Missal, la crots dessus pausade, etc.*

Jurare in Altari. Lex Aleman. tit. 7. § 2 : *Juret cum suis Sacramentalibus in ipso altari.* Lex Bajwar. tit. 1. cap. 3. § 2 : *Tunc cum sex Sacramentalibus juret, et ipse sit septimus, in altari, coram populo et Presbytero.* Lit. 1. cap. 6. § 2 : *Cum 24. Sacramentalibus nominatis juret in altari Evangelio superposito coram Defensore Ecclesiæ.* Vetus Placitum editum a Baluzio : *Super cujus sacrosanctum altare has conditiones manibus nostris continemus, vel jurando contingimus, quia nos supradicti testes scimus, et bene in veritate notum habemus, etc.* Adde Capitulare Aquisgran. ann. 787. cap. 62. Quo spectant hæc ex Consuetudine Solensi tit. 29. art. 20 : *Et cascuns creditor es tengut de jurar sus l'auter de sent Johan, lo libre Missal, et la croz desus pausats, etc.* Adde tit. 35. art. 22. Capitulare 1. Caroli M. incerti anni cap. 39. Consuetudinem Baionensem tit. 5. art. 41. tit. 9. art. 46. tit. 10. art. 4. et Consuetudinem S. Severi tit. 1. art. 27. Consuetudines Tolosæ part. 1. rubr. de Jurejurando : *Judex debet ipsi actori jusjurandum deferre super altari præstandum. Juramentum altaris*, ibidem, et rubrica de Sententiis diffinitivis ; *Sacramentum altaris*, part. 2. rubr. de Pignorib. Adde 4. part. tit. de Feud. art. 12. ubi ejusmodi juramentum distinguitur a juramento ad sancta Evangelia. Reclamatoria, quæ habetur inter Epistolas Bonifacii Moguntini Archiepisc. 107 : *Postea traxerunt me ad altare S. Remedi, et fecerunt me jurare stabilitatem ad illam Ecclesiam.*

Jurare Positis Manibus Super Altare. Gregorius Turonensis lib. 3. Hist. cap. 14 : *Positis super altare sanctum manibus, juravit, etc.* Lib. 5. cap. 3 : *Posuit manus super altare, cum jaramento dicens, etc.* Cap. 33 : *Tunc inito placito ad Basilicam Martyris sancti conveniunt, elevatisque pater manibus super altarium, juravit filiam non esse culpubilem.* Fori Oscæ ann. 1247. fol. 11 : *Qui inficiatur, jurat super altare, in quo consuetum est jurare pro homicidiis, et sic absolvatur.* Formulæ veteres apud Bignonium cap. 34 : *Notitia qualiter et quibus præsentibus veniens femina aliqua illa, in pago illo, in mallo publico, in Basilica Sancti illius, et alios quamplures bonos homines, qui subter firmaverunt, posita manu super sacrosanctum altare illius, sic jurata dixit : Hic juro per hunc locum sanctum et Deum altissimum, etc.* Adde form. 3. 33. 41. Ratbertum de Casib. S. Galli cap. 5. Matth. Paris pag. 616. etc. præterea Foros Aragon. lib. 3. fol. 51. v. Veteres cum jurabant, tetigisse aras docent Virgilius lib. 11. et Theon ad Aratum.

Jurare Super Altare Consecratum. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 43 : *Sacramentum sit omni tempore juratum super altare consecratum, vel super sanctum Evangelium.* Consuetudines Barcinonenses MSS. : *Juramus per Deum vivum... et per altare consecratum S. Johannis, quod situm est in aula S. Crucis sedis Barcinonensis, etc.*

Jurare ad Portam *Ecclesiæ super Librum et Crucem*, in Foris Oscæ fol. 24. et in Foris Aragon. fol. 126. v. 129. Edit. 1624.

¶ Jurare in Armilla Januæ. Hericus lib. 2. de Miraculis S. Germani Autiss. : *Nam si quis aut cupiditatis illectu, aut animi pertinacis impulsu, mendacio patrocinari definiens, saltem in armilla jusjurandum explere præsumpserit, hunc quod sit reus perjurii... absque dilatione pedissequa corripit ultio.* Suspicatur Sollerius per *armillam* hic, ut alibi non semel, annulum significari, quo janua solet ab egredientibus attrahi, ut a foris occludi possit, ut sensus sit : Nam si quis occluso etiam templo vel sacello S. Germani ad januam foris consistens et vel annulum contingens pejerare ac falsi testem invocare ausit sanctum Præsulem, *hunc quod sit reus perjurii... pedissequa corripit ultio.* Aliud sonat infra *Jurare super armilla sacra.*

Jurare Coram Altari. Will. Malmesburiensis lib. 2. de Gest. Regum Anglic. cap. 6 : *Remissus est ad Romanam Ecclesiam, ut ibi se coram Apostolico Joanne jurejurando defenderet. Et hoc fecit coram altare S. Petri : sed facto juramento cecidit coram altari, et manibus famulorum suorum portatus est ad Scholam Anglorum, et ibi tertia nocte vitam finivit.* Adde Walafridum Strabum de Miracul. S. Galli cap. 22.

Jurare una manu ad altare, altera ad juramentum parata, in Judiciis Withredi Regis Cantuariorum cap. 19. 20.

Jurare Capite Suo *ad altare inclinato*, ibidem cap. 21.

Jurare Super Plura Altaria. Gregorius Turon. lib. 5. cap. 49 : *Tunc simul cunctis dicentibus, non potest persona inferior super Sacerdotem credi, restitit ad hoc causa, ut dictis Missis, in tribus altaribus me de his verbis exuerent sacramento.* Leges Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 26 : *Fidejussor negans fidejussionem suam... vel solus jurans super septem altaria consecrata, etc.* Fleta lib. 2. cap. 63. § 12 : *Tunc considerandum erit, quod ille, cujus tallia dedicitur, eam probet hoc modo, quod adeat novem Ecclesias, et super novem altaria juret, quod, etc.* Huc referenda quæ habet Radulfus de Diceto ann. 1040 : *Quindecim juramenta juravit Theobaldus* (Comes Blesensis) *propria manu Consuli Gaufrido, et 20. Barones Castellenses cum eo, et 40. Milites Vavassores eisdem verbis, quibus et ipse.* Adde Reginonem ann. 756. Pluries vero jurare compellebantur, qui Sacramentales habere non poterant, qui pro eis jurarent. Consuetudines Arkenses ann. 1231. in Tabulario S. Bertini : *Si aliquis furto fuerit impetitus, prima vice proprio juramento et aliorum 4. legitimorum hominum juramentis poterit se purgare, et sic liber erit ab illo furto, quod tunc ei imponebatur. Quod si auxilium habere non poterit ad jurandum, hoc primo jurabit, et deinde quinquies jurando propria manu se purgabit secunda vice impetitus, novem juramentis prædicto modo exhibitis se purgabit.* Charta Ingelranni Codiciacensis Dom. ann. 1233. pro libertatibus villæ *de la Beuvriere*, art. 1 : *Ille vero per se et sex alios jurejurando, si sanguis effluxerit, se purgabit, sin, tria juramenta persolvet.* Infra art. 20 : *Si terra calumniatur, quæ per annum et diem testibus 2. scabinis libere habita fuerit, non exinde respondebitur. Si testes defuerint, qui tenet, septem faciet juramenta.* Art. 32 : *Si quis inculpatus aliquo magno crimine fuerit, et illa se defendere voluerit, septem sacramentis se purgabit.* Quanta autem fuerit sacramenti ad altare præstiti religio, docet Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo pag. 81 : *In manu Episcopi garpisco : quam gurpitionem sicut sacramentum super altare factum timeo.* Tabularium Eleemosynæ S. Pauli Viennensis : *Et hoc juravit super altare, ut firmiter teneret.*

Ita porro jurabant super *altaria*, ut iis superposita essent sancta Evangelia, quæ manu contingebant, ut supra attigimus : quod omnino improbat Chrysostomus [Homil. de Juramentis, loco a Lindenbrogio allato. Illud vero sacramentum *Juramentum* et *Sacramentum Evangelii* appellat Historia Monasterii Rotonensis lib. 1. cap. 8. quod quidem quantæ fuerit apud Christianos religionis, discere licet ex Procopio l. 2. de Bello Vandalico cap. 21. extremo. Capitula Caroli M. lib. 5. cap. 34. de Sacerdotis purgatione : *Sacramento coram po-*

Digitized by Google

pulo super quatuor Evangelia dato purgatum Ecclesiæ se reddat. Jurare ad Evangelia, in Lege Longob. lib. 2. tit. 55. § 5. [** Rothar. 364.] *Satisfacere ad Evangelia*, § 10. [** 370.] *Ad Evangelia adfirmare*, lib. 1. tit. 9. § 23. lib. 2. tit. 35. § 7. 8. [** Liutpr. 118. 69. 77. (6,65. 16. 24.)] Epist. Arsenii Episc. Hort. de Ingeltrude Bosonis uxore: *Juro ego Engeltruda.. D. meo Nicolao summo Pontifici et universali Papæ, per Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, et hæc sancta quatuor Christi Dei Evangelia, quæ ore osculor, et manibus propriis tango, quia amodo, etc.* Formulam etiam istius juramenti exhibet Sexta Synodus Actione 13: Καὶ ἀψάμενος τῶν προκειμένων ἀχράντων τοῦ θεοῦ λογίων, Γεώργιος ὁ θεοσεβέστατος διάκονος καὶ χαρτοφύλαξ ὤμοσαν οὕτως· Μὰ τὰς ἁγίας γραφὰς ταύτας, καὶ τὸν λαλήσαντα δι' αὐτῶν, οὐχ εὗρον λιβέλλους γενομένους ἀπὸ τινῶν. Act. 14. in sacramento ejusd. Georgii, pro Μὰ τὰς ἁγίας γραφὰς, est: Μὰ τὰς ἁγίας δυνάμεις ταύτας, etc. Vide leg. 7. Cod. de Episc. aud. (1,4.) l. 2. C. de Jurej. propter calum. (2,58.) Nov. 51. 74. 123. etc. et quæ habent Scriptores de purgatione Xisti III. et Leonis III. PP. Anastasius, Eginhardus, Ivo Carnot. Ep. 129. Gratianus dist. 21. can. *Nunc autem*, can. *Mandastis*, caus. 2. q. 4. etc. præterea Chronic. Alexandrinum pag. 780.

Jurare Inspectis Sacrosanctis, id est, non tactis, sed coram ipsis, quemadmodum jurare solebant Episcopi et Sacerdotes: nam Episcopi *super Sacramenta jurare* vetantur, in Concilio Meldensi ann. 845. cap. 48. Statuta Ordinis de Sempringham cap. 3: *Eligendi sunt 4. viri, Deum timentes et ordinem zelantes, qui inspectis Sacrosanctis jurabunt, quod, etc.* Tabularium Prioratus S. Nicasii de Mellento ann. 1211. fol. 52: *Ego vero Galterus Capellanus prænominatæ domus inspecto sacrosancto Evangelio juravi, etc.* Id est: *præpositis sanctis Evangeliis*, ut loquitur Gregorius M. lib. 7. Ind. 1. Epist. 18. Ind. 2. Epist. 46. lib. 8. Ep. 46. lib. 11. Ep. 53. *In sancto Evangelio coram posito jurare*, in Concilio Ilerdensi, apud Gratianum cap. 33. causa. 2. q. 5. Synodus Calched. act. 1: Προκειμένων ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ἀχράντου εὐαγγελίου. Εἰς τὰ προκείμενα εὐαγγέλια, apud Annam Comnenam l. 13. Alexiad. pag. 415. Erchempertus in Hist. Langob.: *Cui sacramenta recentia dederant, præcipue Landolphus* (Episcopus) *per Evangelium Missarumque solemnia, nec non per manus sacratas suas illi non semel juravit.* Vide l. Properand. l. Cum aut. Cod. de Curat. furios. (5, 70.)

Jurare Super Textum Evangelii. Charta Goffridi Comitis Andegav. pro Abbatia Vindocinensi in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 95: *Venimus itaque ad Ecclesiam S. Trinitatis, ibique super textum Evangeliorum extrinsecus, de auro fabricatum, et super ipsum altare mihi juravit, etc.* [* Charta ann. 1304. ex Cod. reg. 5186. fol. 12. v°.: *Promiserunt videlicet dictus dominus archiepiscopus* (Lugdunensis) *in verbo veritatis, decanus et capitulum bona fide in præsentia Evangeliorum, et dictus dominus de Vilars per juramentum suum super sancta Dei Evangelia præstitum etc.* Ubi aperte distinguitur ratio juramentum præstandi ab archiepiscopo, ecclesiasticis et laico. Charta ann. 1332. in Reg. 67. Chartoph. reg. ch. 3: *Nous prélaz la main au piz en la présence des sains Evangiles, sanz iceulx touchier, selon ce que à nostre honnesté et estat appartient etc.*]

☞ Per Evangelia juraturos manus prius abluisse ex Chrysostomo refert Suicerus in Thesauro Eccles. v. Εὐαγγέλιον, ubi antiquum et usitatum per proposita Evangelia jurandi morem probat ex Palladio ad Lausum in Eulogio pag. 68. Johanne Antiocheno in Nomocanone tit. 7. ex Constitut. nova 165. ex Libro 8. Basilicon, etc.

¶ Jurare sub Testamento Dei. Chronic. Wormat. apud Ludewig. tom. 2. pag. 46: *Tunc Imperator sub Testamento Dei, Juravit aut dictum Episcopatum fratri illius se daturum.*

Jurare, vel Purgare se *Evangelio super caput posito.* Marcellinus Comes in Chronico, de Pelagio PP: *Qui a populo Romano factionis contra Vigilium* (decessorem) *incusatus, celebratis una cum Narse Litaniis, apud S. Petrum ambone ascenso, Evangelioque super caput posito, juramento se crimine purgavit.* Anastasius in Pelagio: *Qui Pelagius tenens Evangelia et Crucem Domini super caput suum, in ambonem ascendens, satisfecit cuncto populo et plebi, quia nullum malum peregisset contra Vigilium.*

Juramenti ad Sanctorum Reliquias et Tumulos, crebra est mentio. *Jurare in reliquiis*, in Lege Frision. tit. 3. § 4. *In reliquiis Sanctorum*, tit. 12. § 1. tit. 14. § 3. Capitularia Caroli M. l. 6. c. 209 [** 214.]: *Omne sacramentum in Ecclesia, et super Reliquias juretur: et quod in Ecclesia jurandum est, vel cum 6. electis, vel si 12. esse debent, quales potuerit invenire, Sic illum Deus adjuvet et illi Sancti, quorum istæ reliquiæ sunt, ut veritatem dicat.* Chron. Laurisham. pag. 75: *Super sacras Reliquias hoc jurare debebit.* Dudo lib. 3. de Morib. Norm.: *Delatisque Sanctorum Reliquiarum phylacteriis, manibus super ipsa impositis, Deo nominato, in primis juravit se contra omnes illi auxiliari. Jurare ad B. Petri corpus*, apud Gregorium M. lib. 2. Epist. 23. lib. 9. Ep. 23. l. 11. Ep. 8. apud S. Bonifac. Moguntin. Epist. 3. in Codice Carolino Ep. 88. apud Gregorium VII. PP. lib. 9. Epist. 16. Anastasius in S. Hadriano PP. pag. 99. in Chronico Farfensi pag. 671. apud Will. Malmesbur. lib. 2. de Gestis Anglor. cap. 6. etc. [Hinc *Sancta Juranda* vocantur in Charta Goslerni Episc. e Chartul. B. Magdalenæ Castrodun. fol. 29.]

Interdum ea sacramenta ad plures reliquias exigebant. Eginhardus ann. 757. de Tassilone: *Fidelitatemque tam ipsi Regi Pipino quam filiis ejus Karolo et Karolomanno jurejurando super Corpus S. Dionysii promisit. Sed non solum ibi, verum etiam super corpus S. Martini et S. Germani, simili sacramento fidem se prædictis dominis suis, diebus vitæ suæ servaturum est pollicitus.* [Le Roman *de Rou* MS. ubi de Sacramento quod Heroldus Guillelmo præstitit:

A Baiues, ce soelent dire,
Fist assembler un grand Concile;
Tous les corps saintz fist demander,
Et en un lieu touz assembler,
Tout une cuve en fist emplir, etc.]

Philippus Rex Francorum abrogavit pravam consuetudinem in Vasconiæ partibus, *qua in murtris et maleficiis, pro quibus pœna mortis vel membri mutilatio convictis deberet infligi, et accusatus, inculpatus seu denuntiatus de maleficio cum sacramento quod faciat supra corpus S. Severini vel alterius Sancti vel Sanctæ, quod non est culpabilis sive reus maleficii, de quo inculpatur, absolvitur et evadit, nisi fuerit in ipso maleficio in fuga deprehensus, vel confessus, vel primo per duos aut plures testes, et postea per duellum convictus vel citatus propter dictum maleficium permiserit se banniri, licet per alias probationes idoneas possit convinci.* Inter Aresta ann. 1279. in Regesto Parlamenti B. fol. 51.

☞ Alteram consuetudinem non minus vitiosam, quæ Insulæ in usu erat antiquavit Johannes Rex Franc. Edicto ann. 1350. tom. 2. Ordinat. Reg. Franc. pag. 400: *Et ordinatio, seu modus procedendi ad dicta Sancta, quod est dictu facile, juramentum fieri solet ab utraque partium sub certis formulis, ac in idiomate extraneis et insuetis, ac difficillimis observari. Super quibus utraque, vel altera partium si quoquomodo defecerit in idiomate, vel in forma, sive fragilitate linguæ jurantis sermo labatur, sive manum solito plus elevet, aut in palma pollicem firmiter non teneat, et alia plura frivola et inania, circa dictum juramentum tam verbo, quam facto juxta villæ prædictæ legem convenientia non observet, causam suam penitus amittit et perdit.* Unde colligere est quibus ceremoniis ejusmodi sacramentum peragebatur.

Sacramenti ad sacras reliquias præstiti formula fuit, quam ex Capitul. Caroli M. attigimus, cui similis est formula 31. juxta Legem Romanam: *Per hunc locum sanctum et Dei reverentiam.* Infra: *Per reverentiam istius Sancti et Dei altissimi.* Similis est etiam quam profert Petrus *de Fontaines*, in Consilio cap. 5. § 1: *Quant li ensoingne sunt jugié alocal, on doit faire aporter les Sains avant: cil se doit agenouiller, ki prouver les veut par sairement, et le Justice le doit ens escherir: Ensi vous ait Dix, et li Saint ki chi sunt, et tout li autres, ke l'ensoingne, etc.* tametsi hæc de sanctis Evangeliis intelligi possint. Præstabatur autem ejusmodi sacramentum tactis ipsis sanctis reliquiis. Vita S. Maximi Confessor. n. 31: Τοῦ δὲ Θεοδοσίου καὶ ὄρκῳ τὰ εἰρημένα ἐπιβεβαιώσαντος, καὶ χερσὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων προσάψαντος, etc. Lex Aleman. tit. 6. § 7: *Ut illi Conjuratores manus suas super capsam ponant.* Gregorius Turon. lib. de Glor. Confess. cap. 93: *Et statim ponens manus super sanctum sepulcrum, dixit: Hujus Sancti virtute opprimar, si aliquid falsi loquor, etc.* Annales Francor. Bertiniani ann. 757: *Sacramenta juravit multa et innumerabilia, reliquiis sanctorum Martyrum manus imponens.* Le Roman *de Garin* MS.:

Devant les Seins à genollons se mist,
Leva sa main, deseure l'estandi.

[Vel ut est in Notis ad Villeharduinum pag. 279:

Leva sa main, sor les Sains l'estendi.

Le Roman *de Rou* MS.:

Quant Herard sus (les Sains) sa main tendi,
La main trembla, la char nerchi.]

Digitized by Google

Hinc forte origo manavit dexteram efferendi in sacramentis hodiernis, in quibus Evangelia et sacras reliquias σαμπαρελαμβάνεμεν τῷ νῷ, ut loquitur Anna Comnena lib. 13. Alexiad. pag. 415. *mente comprehendimus.* Gregorius Turon. lib. 1. Miracul. cap. 20 : *Quidam autem cum ad jurejurandum in hanc Ecclesiam fuisset ingressus, ubi manus ante altare stans extulit, ut sacramentum mendax proferret, etc.* Cap. 33 : *Cum elevatis manibus sacramenta proferrent.* Cap. 53 : *Hisque litigantibus, in hoc lis ipsa subiit, ut eam sacramento dirimerent : ingressique Basilicam S. Martyris, elevatis homo manibus ad perjurandum, cum nomen Sancti voluisset ore patulo nominare, hæsit vox in faucibus, etc.* Adde cap. 58. et lib. 5. Hist. cap. 33. Decretum Tassilonis de Popularibus Legib. § 7 : *Iterata voce requisito debito, dicat : Extendamus dexteras nostras ad justum judicium dei, et tunc manus dextras uterque ad cœlum extendat.* Paschasius Radbertus in Epitaphio Walæ lib. 1. in Præfat. : *Nunc autem exertis brachiis objurare.* Charta Balduini D. *de Comines* ann. 1213. ex Tabular. S. Bertini : *Et prædicti viri et uxores eorum in Ecclesia S. Petri de Comines existentes, ubi hæc acta sunt, elevatis manibus versus sanctum Corpus Domini, et sanctum altare, juraverunt quod etc.* Ditmarus lib. 5 : *Hocque dextris elevatis affirmatur.* Vetus Charta in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 274 : *Comes Conradus de Wazzerburg Advocatus noster porrecta dextra sua, aliisque laudamenti sacramentis constabilivit et ratificavit.* In juramentis veterum manum elevatam fuisse colligitur ex Orpheo :

Ὅρκια δειμαίνοντες, ἐσημήναντο δὲ χερσίν.

Vide S. Athanas. in Apol. ad Constantium pag. 674. et Jo. Bapt. Hansenium libro de Jurejur. veterum cap. 12.

Juramenta ad Sanctorum reliquias certis et statis anni temporibus inhibita in Concilio Burdegalensi ann. 1255. cap. 7 : *Reliquiæ non tradantur Laicis ad jurandum nisi certis temporibus. Decrevit enim sancta Synodus ut a Septuagesima usque ad Octavas Paschæ, ab Adventu Domini usque ad Octavas Epiphaniæ, et in jejuniis Quatuor temporum, et in Latiniis majoribus, et in Dominicis diebus, et in diebus Rogationum, nisi de concordia et pacificatione, nullus super Dei Evangelia jurare præsumat : et in his diebus non debent Sacerdotes reliquias præstare ad jurandum.*

* Certis et statis anni temporibus inhibita fuisse juramenta quoad Quadragesimale tempus rursum probat Charta ann. 1107. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 59 : *Venit ad eam* (Mathildam) *Dodo Mutinensis episcopus, cum Ardicione filio Borelli, et cum quibusdam viris Massæ antiquioribus, eam deprecantibus ut in curte Massæ albergarias non faceret : quia dicebant se hoc non usi esse, neque temporibus ejus, neque patris vel matris; et volebant inde Jusjurandum ei facere. Sed ipsa renuit propter Quadragesimam accipere, et prædicti illi viri valde inde doluerunt. Et illa dixit, transacta Quadragesima se esse susceptura, si ipsi facere vellent. Et transacto Quadragesimali tempore ipsi parati fuerunt ad Jurandum.* Quod et sequiori ætate a nostratibus observatum fuisse docet Petrus de Font. in Consil. cap. 5. pag. 84 : *Sagement ouvra le justice, ki par barat apointa ses contremans, ke li daarin cat en quareme, u quel tans on ne doit point jurer .... Sairemens cesse .... des ke l'alelute clost, juskes à la quinsaine de Paskes.*

Sacramentorum porro ad Sanctorum sepulcra et reliquias præstitorum exempla proferunt S. Augustinus Ep. 137. S. Audoënus lib. 2. de Vita S. Eligii cap. 56. 59. 75. Gregor. Turon. lib. 1. Mirac. cap. 39. 58. 74. lib. 2. cap. 19. 39. lib. de Glor. Confess. cap. 33. 93. 94. lib. 5. Hist. cap. 33. 48. 49. Aimoin. lib. 3. Hist. cap. 30. Gregor. M. lib. 5. Ep. 33. lib. 7. Indict. 1. ante Ep. 1. Ind. 2. Ep. 81. 82. 83. Joannes Diac. lib. 4. Vitæ ejusdem Gregor. cap. 14. Vita S. Nicetii Episc. Lugd. pag. 99. Edit. Chifflet. Vita S. Audomari Episc. Tarvanensis cap. 14. Edit Mabillonii, lib. 1. Miracul. S. Dionysii cap. 23. Regino ann. 756. etc.

¶ Jurare per Corpus Sancti. Le Roman *de Vacce* MS. :

Coart es, dit Boton. Par le cors S. Fiacre,
Par la foy que je dois au saint Filium Patre, etc.

* Jurare Sacrosanctis Reliquiis, *Eucharistia et cruce coram positis.* Codex reg. 8407. 2. 2. ch. 72. fol. 100. r°. : *Ego comes Fuxensis .... sacrosanctis Reliquiis, Eucharistia et Ligno crucis Dominicæ coram positis, super sancta Dei Evangelia manu tacta, libera voluntate juro etc.*

* Jurare de Sacro, id est, tactis sanctis Evangeliis vel Reliquiis, in Stat. ann. 1370. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 322 : *Et jam aliquos ex ipsis de sacro Jurare fecistis.*

In Sanctis Jurare, i. tactis sanctis Evangeliis vel reliquiis, in Capitular. Caroli M. lib. 1. cap. 63. in Capitular. ann. 813. cap. 9. in Capitular. 1. ejusdem Imp. incerti anni cap. 39. et in Legibus Ethelredi Regis ad Venetingum editis cap. 2. 4. apud Bromptonum. *Jurare super Sancta,* in Annalib. Francor. Bertinianis ann. 854. et in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 34. 54. *Jurare super Sacrosancta,* in Chartis ann. 1223. in Histor. Vergiacensi et Betunea. *Jurare super Sanctos,* in aliis ann. 1216. et 1228. ἐν τοῖς ἁγίοις ὀμνύειν, apud Cantacuzenum lib. 1. cap. 2. *Jurer sur Saints,* nostris. Leges Normannicæ Willelmi Nothi cap. 11 : *E li plaiez Jurra sur Sentez, etc.* Cap. 15 : *Si il ne pot prover sor Saints.* Willeharduinus n. 51 : *Et si Jura sor Saints de son poing-destre.* Adde num. 17. et Notas pag. 265. [Le Roman *de Rou* MS. :

Puis a juré et arami...
Si voirement Diex le ait
Et li cors Sainz qui illuec sont!
Plusours dient : que Diex le dont ;
Quant Herart out les Sainz besniez, etc.

Hic observandum osculum sacris reliquiis præstitum, peracto juramento.] [** Immo Evangeliis.] Le Roman *de Garin* MS. :

Si m'ait Dex et li Seint qui sont ci,
Et tuit li autre qu'en doit crier merci.

Le Roman *d'Aubery* MS. :

A tant li charge sus Sains li fait Jurer,
De son enfant loiaument à garder.

Vide Petrum de Fontanis cap. 5. num. 1.

Jurare ad Sacra, Eadem notione, in Wichbild Magdeburgensi art. 132. Willelmus Neubrigensis lib. 2. cap. 36 : *Et sacris, ut dicitur, adhibitis Juravit, dicens : Sic me Deus adjuvet, et hæc Sacra.* In Concilio Meldensi cap. 38. *Jurare super Sacra* prohibentur Episcopi.

* Jurare super Clavum Domini. Charta ann. 1198. tom. 1. Corp. diplom. pag. 123. col. 1 : *Comes Palatinus Juravit super clavum Domini et super omnes Reliquias in eadem capside contentas.*

* Jurare per Sanctos Bavaros et *Catalaunicos.* Chron. MS. Bertr. Guesclini :

Et dient li Anglois : Par les Sains de Bavier.

Ibidem :

Et Bertrand respondit, Par les Sains de Chaalons,
Se de vilains voulez avoir nobles respons,
Oindre ne le devez, mais poindre d'aguillons.

* Jurare per Sanguinem Fiscannensem, Qui in monasterio Fiscannensi colitur. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 129. Chartoph. reg. ch. 205 : *Lequel Symon jura le sanc de Fescamp qu'il despiteroit le lignage.*

Jurare Super Sacramenta, apud Suenonem de Legib. Castrensib. cap. 8.

Jurare in Loco Qui Dicitur Sanctum, in Capitul. 3. ann. 813. cap. 10.

Jurabant Posita Super Caput Suum Crucem Domini Presbyteri, Diaconi, vel Monachi, si de gravi aliquo crimine purgare] se vellent. Egbertus de Ecclesiastica Institutione pag. 94 : *Pro idcirco sancimus, eum cui crimen impingitur, ut ponat super caput suum Crucem Domini, et testetur per viventem in secula, sese immunem esse de peccato hujusmodi : et sic omnia dimittenda sunt judicio Dei.*

Jurare per Sacrum Incelebratum. Leges Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 7 : *Capellanus faciat eum Jurare per Sacrum incelebratum, et per altare, et reliquias superpositas, quod in tota vita sua nec prece, nec pretio, nec amore, nec odio falsum scienter faciet judicium.*

Sacramenta porro prædicta, *Juramenta corporalia* appellantur, σωματικοὶ ὅρκοι Balsamoni, σωματικοὶ λόγοι in VI. Synodo act. 13. quod tactis, sive inspectis sacrosanctis Evangeliis, Cruce dominica, vel Sanctorum reliquiis admotis, sublata aut protensa manu præstentur : ut distinguantur a juramentis, quæ fiunt instrumento, inquit Cujacius ad Novell. 51. Μετ' ὅρκου ἐγγράφως, ἢ σωματικῶς ὀμνῦναι, in Basilic. Eclog. 10. tit. 25. cap. 4. Ἔγγραφος ὅρκος, Porphyrogenito lib. de Admin. Imp. cap. 45. pag. 155. 158. et Annæ Comnenæ lib. 13. extremo pag. 416. et Cantacuzeno lib. 4. cap. 20. quæ quidem scripto concepta sacramenta eamdem vim habent, quæ corporaliter præstita, ita ut qui ea infringit perjurus æque sit ac alter, ut definit Gregorius Nazianzenus Epist. 219. et Carm. adversus sæpius jurantes. De ejusmodi juramento agit præterea Tertullianus lib. de Idololatria cap. 23. Anonymus de Reb. Armeniæ : Καὶ γράψαντες γραφίδια μετ' ὅρκου, συνωμολόγησαν αὐτοῖς, ταῖς χερσὶν ἐγγράψαντες, apud Cantacuzenum lib. 1. cap. 33 : Ὅρκους ἐν βιβλίοις ἐγγεγραμμένους. Δι' ἐγγράφου ὀμνύειν, apud

Digitized by Google

Balsamon. ad Canon. 77. Synodi Trull. Constitut. Siculæ lib. 1. tit. 44 : *Corporalia volumus sacramenta præstare.* Tit. 59. § 1 : *Tactis corporaliter sacrosanctis Evangeliis in publico corporaliter subeant sacramenta.* [Instrum. ann. 1307. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 129 : *Et per juramentum ab eisdem et quolibet ipsorum super Sancta Dei Evangelia corporaliter præstitum.* Aliud ann. 1342. ibidem pag. 440 : *Promiserunt et juraverunt ad Sancta Dei Evangelia per eos et quemlibet eorum gratis* (sponte) *corporaliter tacta.*] [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Leiblich*, col. 1246.] Neque aliud videtur

Jurare Sacramento Catholicæ Fidei, quam *corporaliter* jurare : quomodo scilicet Catholici solent. [* Fidem, quam Catholicus vel Christianus in baptismo professus est, testem invocare. Vide supra *Christianitas* in *Christiani.*] Dudo lib. 2. de Morib. Norman. : *Juraverunt sacramento Catholicæ fidei Patricio Rolloni vitam suam, et membra et honorem totius Regni.* Hesso Scholasticus : *Tunc Rex propria manu sub testimonio fidei Christianæ in manu Episcopi et Abbatis firmavit se prafata Capitula sine fraude prosecuturum.* Charta Philippi Aug. de Clericis Paris. in ejusdem Regis Regesto f. 62 : *Sub adjuratione fidei, qua Christiani sunt, quamque nobis debent domino suo ligio, etc.* Tabularium Persiacense Ch. 12. apud Perardum : *Et per illam Professionem, quam in baptismo promiserunt, ut veritatem dixissent, etc.* [Le Roman *de Vâcce* MS. :

Je non, ce dist li Roiz, par ma Chrestienté.
Et cil qui m'en blasmerent, m'en ont à tort blasmé.]

Theophanes in Zenone ann. 3 : Ὁρκίσας αὐτὸν εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα μὴ προδοῦναι, *eumque juramento in sanctum Baptisma dato, ne se proderet, obtestatus est.* Eadem formula habetur in Chronico Alexandrino ann. 4. et 10. Zenonis.

Corporale præterea *juramentum* dictum videri potest, ad discrimen juramenti sacerdotalis : quippe Sacerdotes in Concilio Meldensi, *super Sacra*, seu *corporaliter* jurare vetantur. Jurare autem solent *in verbo veritatis, quod omni stipulationi prævalet in ore Sacerdotis*, inquit Joan. Sarisber. Ep. 67. Capitulare Episcopor. ann. 801. cap. 20 : *Ut nullus Sacerdos quicquam cum juramento juret, sed simpliciter cum puritate et veritate omnia dicat.* S. Anselmus Cantuariensis lib. 3. Epist. 83. de Episcopis : *Asserunt enim publice in ea viritate, quam servare debent Episcopi, etc.* Quippe ut ait Palladius in Vita S. Chrysostomi cap. 9 : Ὁ γὰρ ἀληθῶς ἐπίσκοπος, ψεῦδος οὐκ οἶδεν. Et S. Athanasius in Apolog. ad Constantium : Ἃ γὰρ ὡς Θεοῦ παρόντες λαλοῦσιν, τοῦτον ὅρκον ἔχομεν ἡμεῖς οἱ χριστιανοί, Stephanus Tornac. Epist. 162 : *In verbo veritatis, sub periculo animæ suæ, etc.* Charta ann. 1231 : *Et Capitulum promisit in verbo veritatis, quod stabit dicto et ordinationi nostræ.* In alia ann. 1211. in 30. Regesto Tabularii Regii num. 37. Episcopus Cadurcensis *in verbo Sacerdotis seu veritatis* fidelitatem præstat Simoni Comiti Montisfortis. In Capitulari Pipini Regis Italiæ ann. 793 Monachi *in verbo tantum et veritate promittunt*, seu jurant. *Per Sacerdotium suum*, ut in Charta ann. 865. apud Ughellum in Episcopis Veronensib. Charta Stephani Episcopi Aniciensis ann. 1223 : *Nos etiam Episcopus promisimus in verbo Sacerdotum, etc.* Adde Judicia Withredi Regis Cantuariorum cap. 18. Jurant præterea manu ad pectus apposita, *la main misse sur le pis*, ut est in veteri formula. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 71 : *Et li Prestre le diroit en parole de provoire.* Bulla aurea Caroli IV. Imp. cap. 2 : *Peracta quoque Missa hujusmodi, omnes illi Electores, seu Nuntii accedant ad altare, in quo Missa eadem extitit celebrata, ubi Principes Electores Ecclesiastici coram Evangelio B. Joannis, In principio erat Verbum, quod illic ante ipsos poni debebit, manus suas pectori cum reverentia superponant : sæculares vero Principes Electores dictum Evangelium corporaliter manibus suis tangant, etc.* Scribit Matth. Paris. ann. 1252. Henricum III. Regem Angliæ peregrinationem Hierosolymitanam initurum se pollicitum cum sacramento more Sacerdotum exhibito : *Et jurans hoc apposuit manum suam dexteram ad pectus suum, more Sacerdotis, et postea supra Evangelia apposita, et osculatus est ea more Laici.* Et eodem anno pag. 580 : *Dum autem Rex memoratam sententiam audisset, tenuit manum suam ad pectus suum, sereno vultu voluntario, et alacri, ... dixit ipse Rex : Sic me adjuvet, etc.* [Instrum. ann. 1314. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 157 : *Primo videlicet prædictus Archiep.* (Viennensis) *manum suam sinistram tenens supra pectus suum, ut Prælatus, et dextram manum suam in altum, in præsentia Crucis, Evangeliorum et Capitis B. Mauricii promittit, bona fide loco juramenti interposita pro se et successoribus suis in futurum.*] Vide Monasticum Anglican. tom. 3. pag. 223. Olim jurare non cogebantur Flamines Diales, ut auctor est A. Gellius lib. 10. cap. 15. sed eorum verbis non stare religio erat. Edictum Prætoris : *Sacerdotem vestalem et Flaminem Dialem in omnei mea jurisdictione Jurare non cogam.* Vide Festum in *Jurare*, et ibi Scaligerum. Adde etiam Balsamonem ad Concilium Trull. can. 77.

Jurasse tamen Episcopos ad sancta Evangelia interdum legimus. Acta Alexandri III. PP. apud Baronium ann. 1177 : *Dehinc* 12. *Principes Imperii tam Ecclesiastici, quam sæculares, tactis Sacrosanctis Evangeliis modo simili Juraverunt, protinus Romualdus Salernitanus Archiepiscopus surgens per eadem Evangelia Juravit, etc.*

* Ita quoque abbates, sed salvo dignitatis honore, ut docet Charta ann. 1374. ex Tabul. monast. Montisol. : *Ad juramentum fidelitatis, quod et incontinenti præstitit* (Saxius abbas) *dicto judici majori super sancta quatuor Dei Evangelia manibus suis corporaliter tacta, cum stola in collo, salvo honore et honestate, more prælatorum.*

Jurare in Sacramento Corporis Christi, (*Juramentum et sacramentum Evangelii* appellat Historia Monasterii Rotonensis lib. 1. cap. 8.) quod quidem ipse eo die celebrando confecerat quidam Carmelita, apud Thomam Walsinghamum pag. 309.

¶ Jurare super Corpus Christi, *Crucem, et virgam nigram Scotiæ.* Charta fidelitatis Roberti Episc. Glascuensis ann. 1300. apud Rymerum tom. 2. pag. 867 : *Et cest serment avons nous fet sur le cors nostre Seigneur, et la Creys aeyt et la Blake rode de Esooce, en la presence de, etc.* Anglis *Black* niger, *Rod* virga.

* Jurare super Panem et Vinum. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 125. Chartoph. reg. ch. 129 : *Firent serment l'un à l'autre sus un pain, etc.* Aliæ ann. 1417. in Reg. 170. ch. 7 : *Lesquelx compaignons eussent juré et fait serment l'un envers l'autre sur le Pain et le Vin, etc.*

* Jurare Panem Eucharisticum *inter contrahentes diviso et ab iis super altare comeso,* in Lit. remiss. ann. 1398. ex Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 566 : *Guillaume Merlin prestre, lors curé de la paroisse de Giry,... emmena ladite femme en son hostel, et d'illec se transporta en son église, et illec lui fist jurer et promettre qu'elle ne le changeroit pour pire ne meilleur, et qu'elle relanqueroit du tout le suppliant son mary, pour lui amer et faire son plaisir; et en confermant lesdittes promesses faites entre eulx, print une hostie non sacrée et la parti en deux, et après mettia en vin et lui bailla à mangier la moitié, et l'autre il menga sur un autel d'icelle église.*

* Jurare per Dominum et Sanctos, in Charta ann. circ. 1130. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 453.

¶ Jurare per Deum, *Sedis Apostolicæ et Papæ salutem.* Charta ann. 1068. apud Illust. Fontaninum de Antiquit. Hortæ pag. 398 : *In quo et Jurata voce dico per Deum omnipotentem, Sanctæque Sedis Apostolicæ et domini nostri Alexandri Papæ salutem hæc omnia, quæ hujus donationis chartulæ series textus eloquitur, inviolabiliter conservare, atque adimplere promitto.* [* Charta ann. 956. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 165 : *In quo Juratus aico per Dominum omnipotentem, sanctæque sedis Apostolici, seu salutem venerabilis et apostolici domni Johannis sanctissimi XII. papæ, etc.*]

¶ Jurare per Virtutes Dei. Le Roman *de Rou* MS. :

Mout menacent Normanz et les vertus Diu jurent,
Que mors sont et destriut, se el pais s'ascurent.

* Jurare super Crucem Episcopi. Chron. Angl. Th. *Otterbourne* edit. Hearn. pag. 75 : *Juravit .... rex Scotiæ Willelmus Johanni regi Angliæ fidelitatem super Crucem Huberti Cantuariensis archiepiscopi, et fecit ei homagium de vita et membris et toto honore suo terreno.*

* Jurare sub Stola *tactis sanctis Evangeliis* Sacerdotum etiam fuit. Charta Friderici II. Imper. apud Baronium ann. 1166 : *Idem quoque juramentum Archiepiscopi et omnes Episcopi, atque Electi, qui interfuerunt, numero* 40. *super sancta Dei Evangelia, propria manu, unusquisque sub stola sua præstiterunt, et publice firmarunt.*

Jurare per Librum et Stolam in Verbo Domini Canonicis Senensibus præ-

Digitized by Google

cipit Octavianus Cardinalis in Charta, exarata ann. 3. Alexandri IV. PP. apud Ughell. tom. 3. pag. 635. Epistola Gregorii VII. apud Brunonem de Bello Saxonico pag. 125. de Henrico Imp.: *Hoc idem etiam postea a confratribus et Legatis nostris Humberto Prenestino Episcopo, et Gerealdo Ostiensi Episcopo, quos ad illum misimus, ad panitentiam susceptus, in illorum manus, per sanctas stolas, quas in collo tenebant, repromittendo confirmavit.* Hugo Flaviniacensis in Chron. pag. 209. de eodem Henrico Imp.: *In illorum manus per sacratas eorum stolas, quas collo gestabant, jurejurando confirmans.* Vetus Charta ann. 1248. in Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 267: *Albertus Præpositus et totus Conventus Ecclesiæ Diessensis obtinuerunt sub stola sua jurejurando, quod nec cives ibidem, nec quisquam hominum aliquid juris habeant, vel habere debeant in eo prædio, etc.*

* Jurare in Verbo Prælati solent aliquando abbates. Charta ann. 1325. abbat. de Conchis in Ruthen. ex Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 471: *Insuper nos idem abbas in verbo prælati, et nos consules prædicti bona fide .... eadem servare .... promittimus. En parole de prévoire*, id est, presbyteri, in Stabil. S. Ludov. lib. 1. cap. 71.

* Jurare super Ordines suos, vel *In ordine suo* et *sub periculo ordinis sui*, Formula juramenti a sacerdotibus et monachis, imo a conversis et laicis in monasteriis degentibus usurpata. Charta ann. 1170. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 110. r°. col. 2: *Similiter et monachus inde requisitus sub periculo ordinis sui veritatem inde dicet.* Alia ann. 1196. in Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 105: *Jurabit super ordines suos, si monachus fuerit, vel conversus, vel laichus, absque suo consensu furem illum vel homicidam evasisse.* Alia ann. 1218. Will. de Sancta Maria ex Chartul. monast. de Baugerac. dioec. Turon.: *Sciendum quod ille, qui dictas quadrigas conducet, si sacerdos fuerit, dicet in ordine suo; si laicus, dabit fidem quod ad corpus abbatiæ pertinant res conductæ.*

Erant et alii juramentorum ritus, qui paganismum redolebant, et ὅρκοι Ἑλληνικοὶ dicuntur in Sexta Synodo can. 94. ubi prohibentur. Ὅρκοι ἐθνικοὶ et ἑλληνικοί, apud S. Basilium in Ep. ad Amphiloch. can. 81. in Synodo Trull. can. 94. vel ὅρκοι πάτριοι, ut apud Theophanem ann. 2. Justini Thracis, de quibus Scholiastes Basilic. tom. 2. pag. 144. Ejusmodi fuit

Juramentum ad Caput Pecudis, de quo Concilium Aurelianense IV. can. 16: *Si quis Christianus, ut est gentilium consuetudo, ad caput cujuscunque feræ vel pecudis, invocatis insuper nominibus pagunorum fortasse juraverit, etc.*

Juramentum Super Arma, quod ab omnibus ferme (præsertim Septentrionalibus) populis receptum legitur, et si forma illius interdum diversa fuerit. Formula 119. ex Lindenbrogianis: *Veniens jam dictus ille, adprehensa manu prædicti judicis, vel armis sicut mos est apud omnes, 12. manu sua tertia decima dextratus, vel conjuratus dixit, etc.* Ubi Formulæ secundum Legem Romanam cap. 30. apud Bignonium: *Dum sic veritas comprobatur, jam dictus ille adprehensam manum vel arma prædicti judicis, sicut mos est, apud homines duodecima manu, sua tertiadecima distractus vel conjuratus dixit, etc.* [** Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 896.] Hujuscemodi igitur sacramento usi sunt

Quadi, apud Ammianum lib. 17. pag. 107: *Eductisque mueronibus, quos pro numinibus colunt, juravere se permansuros in fide.*

Saxones. Fredegarius cap. 74. et Gesta Dagoberti Regis cap. 31: *Saxones autem... sacramentis, ut eorum mos erat, super armis patratis, pactum pro universis Saxonibus firmant.* Annales Francor. Fuldenses ann. 873. de iisdem: *Jurabant etiam juxta ritum gentis suæ per arma sua, quod nullus deinceps de regno dominorum suorum regnum Regis inquietare deberet. Jurare in manu armata*, in Lege Saxon. cap. 1. § 8. Adde Aimoinum lib. 4. cap. 26.

Dani, apud Eginhardum ann. 811: *Conditæ inter Imperatorem et Hemmingum Danorum Regem pax.... in armis tantum Jurata servatur.* Adam Bremensis cap. 30. de Danorum Regibus: *Qui etiam munera Lothewico miserunt, gladium videlicet capulo tenus aureum, et alia multa pacem rogantes: et missis utrinque ad Egdoram fluvium mediatoribus, pacem firmam, ritu gentis, per arma Juraverunt.* Adde Annales Francorum Fuldenses ann. 873.

Sueci, Danis contermini. Habetur enim apud Loccenium in Hist. Suecica pag. 363. Juramentum de unione Regni hæreditaria a Suecis factum super strictum Regis gladium Orebrogæ, ann. 1540. cujus formula est: *R. M. et Principibus Regni hæredibus... in hoc regio stricto ense provoluti in genua.... Juravimus, etc.*

Bajwarii. Leges Bajwar. tit. 16. § 6. de teste sortito vel nominato: *Juret ille taliter et dicat: Ad testem sortitus sum, et ad testem me facere volo. Adprehendat manum proximi sui, et dicat: Sic vero Deus adjuvet, et illum, cujus manum teneo, quod ego ad testem illum inter vos per aurem tractus fui, de ista causa ad veritatem dicendam. Tunc solus Juret cum sua manu, postea donet arma sua ad sacrandum, et per ea Juret ipsum verbum cum uno Sacramentali, etc.*

Alamanni. Leges Alaman. tit. 89: *Cum 12. nominatis Juret, et aliis tantis advocatis, in arma sua Sacramenta pro 4. tremissis cum uno Sacramentali Juret.*

Longobardi. Edictum Rotharis Regis tit. 109. § 2. [** 166.] et Lex Longobard. lib. 2. tit. 55. § 3.: *Quod si minor fuerit de 20. solid. usque ad 12. sibi sextus Juret ad arma sacrata.* Infra: *Sibi tertius Juret ad arma sacrata.* Adde § 7. 10.

Franci. Fortunatus lib. 6. Poemate 7:

> Utque fidelis ei sit gens armata per arma
> Jurat, jure suo se quoque jure ligat.

[Charta ann. 1494. ex Schedis D. *Lancelot*: *Promisitque ipse nobilis Capitaneus sub promissione Capitanei et Militis ad crucem sui ensis dextram ponendo.*]

Scoti. Leges Forestarum Scoticar. cap. 10. § 1: *Si aliquis extraneus intraverit in forestam, et in aliqua via inhibita inveniatur, et Jurare velit super arma, quod illam viam nescivit esse defensam, etc.*

Bulgari. Nicolaus I. PP. in Respons. ad consulta Bulgarorum cap. 67: *Perhibetis, vos consuetudinem habuisse, quotiescunque aliquem jurejurando pro qualibet re disponebatis obligare, spatham in medium afferre, et per eam juramentum agebatur.*

Beneharnenses cum Roncaliensibus fœdera sua firmasse facto sacramento super binis hastis in Crucis formam humi demissis, auctor est Garibayus lib. 20. cap. 11. et ex eo Marca lib. 6. Hist. Beneharn. cap. 26. n. 6.

* Jurare in Arma. Charta Simon. dom. Montisf. ann. 1215. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 246: *Suprædicta omnia fecimus Ferricum militem nostrum in arma nostra Jurare.* Forte pro *in anima nostra.* Vide infra.

Juramentum Super Armilla Sacra. Ethelwerdus lib. 4. cap. 3. de Danorum Regibus: *Eique statuunt Jusjurandum in eorum armilla sacra, quod cæterarum regionum fecere nunquam.* Ubi *Armilla* idem forte valet ac *arma.* Vide *Armillum*, [et supra *Jurare in Armilla Januæ.*] [** Armilla deo *Ullr* consecrata et victimarum sanguine aspersa; de qua vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 896. et Chron. Saxon. ed. Gibson. pag. 83.]

Spata Tracta Jurare, in Capitulis ad Legem Alamann. cap. 22. Edit. Baluzianæ. Vide *Spatha. Per spatham suam* jurat, ac *Capitulum* firmat Carolus C. apud Hincmar. Remensem in Extemporali admonitione, apud Cellotium pag. 439: *Et hoc cum aliis Capitulum... coram Deo et Angelis ejus in fide et dextera vestra, per spatam vestram Jurantes... Episcopis Regni vestri... promisistis.* Apud Ammianum lib. 21. milites *in Juliani Imp. nomen conceptis verbis Jurant solemniter gladiis cervicibus suis admotis sub execrationibus diris, omnes pro eo casus, quoad vitam profuderint, si id necessitas exegerit, perlaturos.*

¶ Jurare Brachia Amicæ. Le Roman *de Rou* MS.:

> Quens Jebles de Poitiers, souvent les contrarie...
> Et souvent par noblece Jure les bras s'amie,
> Qu'il ni aura tant fier qu'o l'espée n'ocie.]

Cum Dextera Armata Conjurare, *sacramentum confirmare*, in Lege Ripuariorum tit. 33. § 1. tit. 56.

¶ Jurare Lato Osculo. Charta ann. 1202: *Unusquisque militum propria manu lato osculo Comiti* (Forcalquerii) *Juraverunt, quo ita etc.*

* Jurare per Coronam Suam. Poema Alex. MS. part. 2:

> Adonc jura li rois sa coronne et ses Dex,
> Que telz fu ses ancestres, jamés telz ne verrez.

Jurare Manu Posita Super Caput Imperatoris, apud Theophanem in Nicephoro Generali ann. 8. ubi idem Imp.: Θὶς τὴν χεῖρά σου κατὰ τῆς κεφαλῆς μου, καὶ ὄμοσόν μοι τὸ πόσος σοι χρυσὸς ἴςι. Huc forte spectat juramentum *per caput Imperatoris.*

Jurare Posita Manu Super Caput Ejus, cum quo lis est. Leges Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 25. ubi de iis, quorum jura-

Digitized by Google

mento standum est : *Tertius est pater, inter duos filios*, (id est, qui a filiis impetitur) *ponendo manum super caput illius, contra quod testificatur, sic dicendo : Per Dominum, qui me creavit de patre, et te de me, verum inter vos dico.*

Jurare Manuum Contactu. Andreas Suenonis Archiep. Lundensis lib. 7. cap. 7 : *Citatus in jus, licet justam causam habeat residendi, debet tamen pro se duos transmittere, qui non tacto sacro libro, sed contactu manuum, utraque scilicet manu manum alterius contingente, testificentur eum, ne veniret, causa legitima præpeditum.* Lib. 4. cap. 14 : *Qui promissionem super venditione alicujus terræ noluerit adimplere,... si contactu manuum roborata fuerit, etc.* Cap. 16 : *Una cum eis duodeno declaret sacramento, et mutuis intricatarum contractibus manuum sibi dominium attinere.* Lib. 5. cap. 6 : *Debet adversariis suis interim pacem promittere, et eandem in signum indissolubilis firmitatis contingendo manu sua manum alterius alicujus roborare.* [Tabularium Majoris Monast. : *Promisit Buterius hoc ipsum concedere se facturum, unde et manum suam posuit in manu mea, quod loco juramenti habetur.*] Vide *Dextra.*

Per Pectus Suum jurabant mulieres apud Alamannos. Leges Alaman. tit. 56. § 2 : *Tunc liceat illi mulieri Jurare per pectus suum, et dicat, etc.* An manu pectori apposita, quomodo apud nos Presbyteri? Ovid. 3. Amor. de nuptiis Fluvii Amonis Eleg. 6 :

Supposuisse manus ad pectora lubricus amnis
Dicitur, et socii jura dedisse thori.

Tunso digitis pectore, id est, admota pectori manu *jurasse* dicitur Nicephorus Imp. apud Luithpr. in Legatione. [** Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 897.]

Jurare in Manu Comitis Dextra Data, in Lege Long. l. 2. t. 52. § 15 [** Pipp. 9.] : *Tunc ipse judex, qui in ipso loco est, faciat jurare homines, quilibet fuerint,... ut dicant veritatem, et si credentes homines fuerint, in manu Comitis sui dextram dent.*

Jurare in Pecunia *vel* Vestimento solebant Frisiones, si res esset parvi momenti. Lex Frision. tit. 3. § 4 : *Si servus furti reus esse dicatur, dominus ejus in vestimento suo sacramentum illud perficiat.* Tit. 12 : *Si servus rem magnam quamlibet furasse dicatur,... dominus ejus in reliquiis Sanctorum pro hac re jurare debet; si vero de minoribus furtis et noxis a servo perpetratis interpellatus, in vestimento vel pecunia jurare poterit.* Ubi Sibrandus a Sicama : *In vestimento Jurare* existimo, ut jurans oram vestis ejus, cui se purgabat, vel alterius testis, vel sui ipsius adprehendens, solenni juramento se vel servum suum purgaret. In pecunia vero jurabant, ut prolato nummo, solido, vel denario, in quo vultus Regis vel Crux effigiata, ei manum imponeret, atque ita quasi teste Rege vel Cruce juraret. Sed hæc exemplis probare haud omnino promptum est. Videtur porro huc spectare, quod habet eadem Lex cap. 14. § 4 : *Et juret, ille homo homicidii, de quo interpellatus sum, reus est : tenens eum per oram sagi sui.* Galli dicerent, *le tenant par le pan de sa robe.*

Juramentum More Frisionum. Jus Frisicum art. 81. ex interpretatione Sibrandi a Sicama ad Leges Frision. tit. 12 : *Legitimum juramentum ejus, qui in domo mortuaria cameras et claves custodit. Tollat sinistra manu sinistros capitis capillos, eisque imponat dextræ manus digitos duos, atque ita juret.*

Jurare Super Sepulcrum Debitoris, in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 27. locus supra descriptus est.

Jurare per Pedes Abbatis. Charta Sancti Ramirez Reg. Aragonum, apud Martinezium in Hist. Pinnatensi lib. 3. cap. 17 : *Tamen si fuerit talis necessitas, hoc solum faciant, unus ex Monachis juret per pedes Abbatis sui, quod ita est, aut non; et sic finiatur causa.*

Super Mortuorum Tumulos Jurare in judiciis publicis, solenne fuisse apud Londonienses observat Seldenus ad Marmora Arundeliana, cum scilicet aliquis e testibus nominatis decesserat, antequam testimonium suum jurasset : tum enim jurabatur a reo, quod ipse testatus fuisset, si in vivis superesset : ex Tabulis publicis ab Henrico III. Rege Angliæ civibus Londinensibus confectis anno ejusdem regni 52. die Martii 26 : *Concessimus eisdem civibus, quod de placitis, ad Coronam pertinentibus, de iis maxime, quæ infra civitatem prædictam, et ejus suburbium fieri contingent, se possint disrationare secundum antiquam consuetudinem civitatis prædictæ, eo tamen excepto, quod super tumulos mortuorum de eo, quod dicturi sunt, si viverent, non liceat præcise jurare : sed loco mortuorum, qui ante obitum electi fuerint ad eos disrationandos, qui de rebus ad Coronam spectantibus appellati fuerint, vel rectati, alii liberi et legales eligantur, qui idem sine dilatione faciant, quod defunctos memoratos, si viverent, fieri oporteret.*

Jurare Super Baculos Episcoporum, Hibernis et Scotis familiare. Silvester Giraldus in Topogr. Hiberniæ lib. 3. cap. 33 : *Campanas bajulas, baculosque Sanctorum in superiore parte recurvos, auro et argento, vel ære contectos, in magna reverentia tam Hiberniæ et Scotiæ, quam Walliæ populus et Clerus habere solent : ita ut sacramenta super hæc longe magis, quam super Evangelia et præstare vereantur et pejerare, etc.*

Jurare Super Discessorem Ecclesiæ, in Canonib. Hibern. lib. 41. cap. 30 : *Defendit se Ecclesia etiam post obitum Principum suorum,* (i. Episcoporum) *et non juratur super illam, id est, super Discessores, quia viva sunt verba illorum.* Capitis lemma ejusmodi est : *De mundialibus non jurantibus super Discessorem Ecclesiæ.* Quibus quidem innuitur, stari debere Episcoporum aut Prælatorum, qui e vita discesserunt, verbis, ac factis, neque super iis juramentum deferri debere.

Juramentum pro Ratione Hidarum, vel per certum numerum hidarum, de quo sic Lambardus ad Leges Anglicas : accusato interdum fiebat per sacramenti religionem criminis diluendi potestas, quod *pro ratione 12. aut plurium pauciorumve hidarum terræ* dicebatur, atque id alias solus, alias cum aliis una præstabat. Neque est interim cuivis crimen quodque purgare concessum : verum pro delicti ratione, ipsa etiam purgandi augenda minuendave fuit facultas; atque ut cujusque fuerat capitis æstimatio, ita ei facta est crimina, sive majora, sive minora purgandi copia. Pervaserat enim, uti nunc quidem, opinio per animos hominum, ut quo quis opibus erat affluentior, eo fuit majore fide, et in jurejurando religiosior. Vide Leges Inæ § 58. 59. 60. et Leges Henrici I. cap. 64.

Jurare Super Forte. Charta Eduardi Regis Angl. in Regesto Constabulariæ Burdegal. f. 202 : *Si vero extraneus fuerit et moretur cum dominò hæreditatis, si negatur, habeat aberare* (l. jurare) *super forte pignerationem per ipsum factam in hæreditate domini sui sine fraude.* Infra : *Si aliquis pigneravit in hæreditate sua, vel etiam aliena, quo sit præsumptio, quod de facili dejeraret, vel quod alias consuevit abuti talibus pignerationibus, non credatur eidem, nisi juret super forte, et unum sequacem habeat, qui ibidem juret se credere ipsum super hoc veritatem dixisse.*

Jurare Super Triginta Denariis, in Legibus Henrici I. cap. 65.

Jurare in Animam Alterius. Observat Tillius lib. 1. pag. 252. Reges Francorum semel per seipsos seu personaliter, jurare, quando scilicet inaugurantur et coronantur : in cæteris vero occasionibus, in quibus solenniter quidpiam subditis pollicentur, id *verbo regio* firmare. Sed et addit, olim fœdera ipsa, quæ cum Regibus aliis sanciebant, non ab ipsismet, sed iis præsentibus a quopiam ex aulæ proceribus ad id delecto in *eorum animam* jurata. Sic Priorem Martini de Campis coram S. Ludovico sacramento *in illius animam* facto inducias cum Henrico III. Angliæ Rege ann. 1231. pepigisse : alias inducias inter eosdem Reges anno 1244. quemdam de proceribus pro et coram ipso Henrico jurasse, scribit idem Tillius l. de Pactis inter reges Franciæ et Angliæ pag. 176. Acta Innocentii III. PP. de Philippo Aug. Rege Fr. : *Faciens in animam suam juramento firmari, quod honorifice ipsam ut Reginam tractaret.* [Tractatus confœderationis inter Philippum Reg. Fr. et Albertum Reg. Rom. ann. 1299. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 83 : *Jurabunt etiam in animas nostras nobis præsentibus videlicet pro jam dicto illustri Rege Franciæ Comes sancti Pauli, pro nobis vero Rege Romanorum Comes Burchardus de Hohemberg avunculus noster carissimus.*] Adde Probat. Hist. Vergiac. pag. 105. et Matth. Paris pag. 109. atque is tum usus apud Principes omnes invaluerat. Epistola Willelmi Regis Siciliæ ad Henricum II. Regem Angliæ, apud Rad. de Diceto ann. 1175 : *Honorabiles et magnificentiæ vestræ nuntios recepimus, quorum insinuatione nobis innotuit, quod præsentibus et jubentibus vobis, tres nobiles et spectatæ fidei viri, de regno vestro, in Anima vestra consummationem matrimonii inter nos et filiam nostram Juraverint. Qui et postulaverunt instantius, ut idem manu propria Juraremus. Quod quia regno nostro semper et nostris sive progenitoribus insuetum, personaliter Jurare non duximus expedire : quare prædicti nuntii vestri quæsterunt, ut sicut ab honorabilibus personis feceratis illud in Anima vestra Jurari, sic et nos similiter in Anima nostra fieri faceremus. Nos equidem, et quod a nostris nuntiis in vestra præsentia constitutis super concessione matrimonii ex parte nostra Jura-*

Digitized by Google

rorum. Fori Oscæ ann. 1247. fol. 14 : *Saracenus debet jurare Christiano et Judæo per totum bille ylledi leilleha illehua.*

Sacramentum Trinicum. Charta Massiliensis apud Guesnaium in Annalibus Massil. pag. 356. [* Stat. Massil. lib. 1. cap. 16.] : *Et ut hæc perpetuo inviolabiliter observentur, statuimus, quod universi ac singuli homines civitatis inferioris Massiliæ Sacramento Trinico et incommutabili ad hæc observanda specialiter teneantur.*

Juramentum Pacationis, qua quis, ut cum eo, quem offendit, pacem faciat, vel obtineat, culpam quodammodo eluit. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 36 : *Quod si Juramentum pacationis exigitur, juret, sicut præsens causa dictabit, in circumstantiis, vel paupertatis, vel qui aderunt, obtentibus : quod si ille sic esset pro hujus forisfacto, hoc reciperet, vel hoc modo dimitteret.* [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Urfehde*, col. 2001.]

Perfectorium Sacramentum, Decretorium, τέλειον, ut est in Jure Græco-Rom. lib. 2. pag. 119. Lex Frision. tit. 14. § 2 : *Et quicumque interpellatus fuerit, sua duodecima manu Perfectorio Sacramento se debet excusare, et in hoc interpellatori sufficiat, nec ulterius ad sortem quemlibet compellere potest.* In Lege Longob. tit. 8. § 2. qui jurabat coram tribus a Rege delegatis, *sacramentum suum peregisse* dicebatur. [** Forte scripserat in Lege Burgund. tit. 8. § 2. ubi coram tribus *sacramentum præstare* et *præbere.*]

Sacramento Fracto, vel *frangente jurare, frangere :* hæc enim idem ac unum sonant. Leges Henrici I. cap. 64 : *In furto, incendio,... et eis, quæ ad disfactionem pertinent, omnes Fracto juramento jurent, etc.* Infra : *Francigenæ et alienigenæ in verborum observantiis non frangunt.* Rursum : *Si quis de homicidio accusetur, et idem se purgare velit secundum natale suum, perneget quæ est werelada, ut qui ex parte patris erunt, Fracto juramento, qui ex paterna cognatione erunt, plano se sacramento juraturos advertant.* Ibidem : *Si quilibet rem in communi propitiare velint sibi, et utrinque sunt testes, et furtiva dicatur, qui melius testimonium habebit, probationi proprior sit et solus Fracto juramento suam esse comprobet, et testes ejus plane* (id est, plano sacramento) *confirment.* Ex quibus patet *Fractum juramentum* opponi *plano sacramento.* Quod vero *fractum* hic dicitur, supra *juramentum observatum* appellatur : *Omnis tilha* (i. accusatio) *tractetur antejuramento* (ita lego, pro *ante juramentum*) *plano vel observato, sæpius aut semel, sicut loci consuetudo erit.* Mox quid sit *Juramentum observatum*, sic innuitur : *In Hamtesira, qui verborum Jurat Observantiis, semel juret, et in ea lapsus vel elapsus judicetur.* Et Leges Willelmi Nothi cap. 71 : *Si Anglicus appellet Francigenam de utlegaria, et hoc super eum inveritare velit, defendat se Francigena per bellum. Et si Angelicus non audeat eum probare per bellum, defendat se Francigena pleno* (l. *plano*) *juramento, non in verborum Observantiis.* Supra cap. 62 : *Volo tunc Francigenam purgare se sacramento non Fracto.* Unde colligitur, *Juramentum planum, observatum*, vel *in observantiis, et non fractum*, unum idemque, illudque esse, quod verbis conceptis a Lege dictatis præstabatur. Cur vero inductum ejusmodi juramentum, sic habent eædem Leges Henrici I. cap. 64 : *Malorum autem infestationibus, et perjurantium conspiratione, dispositum* [** l. depositum] *est Frangens juramentum, ut magis ei* [** l. Dei] *judicium ab accusatis eligatur; et unde accusatus cum una decima se purgaret, per electionem et sortem, si ad judicium ferri calidi vadat.* Hæc paulo intricatiora sunt, et mendo non carent. [** Vide Philips. Hist. Jur. Anglic. tom. 2. pag. 264. sqq.]

Planum Juramentum, videtur illud appellari, quod summarie et de plano fit, sine delectu verborum; quod inde colligitur, quia *juramentum fractum*, quod opponitur *plano*, dicitur præstari, *cum verborum observantiis.* Leges Henrici I. cap. 9 : *Differt autem.... si quid bello, vel lege sacramentali, Plena* (l. *Plana*) *vel frangenti, vel etiam judiciali repetatur.* Cap. 64 : *Qui ex paterna cognatione erunt, Plano se sacramento juraturos advertant.* Mox, de Thainis, et Presbyteris, et iis, qui legalitatem suam non dimiserunt : *Ii de quacunque compellatione capitali vel communi Plane jurabunt, congruo numero Consacramentalium, et qualitate parium suorum retenta.* Ex his postremis patet, potiorem fuisse conditionem eorum, *qui plana sacramenta* præstabant, eosque potissimum spectasse, qui *Legales* dicebantur : quod et firmat Lex vernacula Willelmi Nothi cap. 16. Adde cap. 26. Opponitur autem *Juramento fracto:* unde dicitur *Juramentum non fractum*, in Legibus Latinis ejusdem Willelmi Regis cap. 62 : *Si Anglus Francigenam appellaverit, et probare voluerit judicio aut duello, volo tunc Francigenam purgare se Sacramento non Fracto.* Ubi cap. 71. habetur : *Defendat se Francigena plano Juramento, non in verborum observantiis.* Neque aliud est *Plana lada*, in Legibus Henrici cap. 65 : *Si quis furem gratis dimittat, emendet secundum weram ipsius furis, aut Plena lada perneget, quod cum eo falsum nescivit.* Mox : *Si quis audito clamore non exierit, reddat owerseunessam Regis, aut Plane se ladiet.* Id est, plano juramento se purget. Charta Alienoris Reginæ Anglor. apud Beslium pag. 598 : *Si vero rusticus dixerit, se costumam recte solvisse,.... Plano ejus sacramento credetur.* Charta Lud. VII. ann. 1145. Bituricensibus, [tom. 1. Ordinat. pag. 9 :] *Præcipiens, ut si ille negare potuerit per unum Planum sacramentum, transeat, etc.* [Adde Chartam Lud. VIII. pro iisd. Bituric. ann. 1224. ibid. pag. 49.]

Sacramentum Ruptum, tunc intelligitur, *quando præsentibus sacrosanctis Evangeliis aut armis sacratis, ille qui pulsatur, cum Sacramentalibus suis conjunxerit, et non ausus fuerit jurare, et aut ipse, aut aliquis de Sacramentalibus ejus se subtraxerit; tunc intelligatur Sacramentum Ruptum*, in Lege Longobard. lib. 2. tit. 55. § 7. adde § 14. Edictum Rotharis Regis tit. 109. § 8. et Leges Luithprandi Regis tit. 41. § 1. [** Roth. 367. Liutpr. 61. (6, 8.)]

Sacramentum Fatuum, dicitur, cum quis aliter quam se res habeat, jurando firmat; sed tamen secundum conscientiam et mentem suam. Bracton. lib. 4. tract. 5. cap. 4. § 1. Adde Fletam lib. 5. cap. 22. § 9.

Juramentum Inhonestum, apud Guill. de Nangiaco in Vita S. Ludovici pag. 364. et Gaufridum de Belloloco in Vita ejusdem Lud. cap. 32. quod a Joinvilla pag. 120. *Vilain serment* appellatur. Vide Notas nostras ad eumdem Joinvillam. [* Idem quod mox *Juramentum vile.* Reg. assis. Campan. ad ann. 1287. fol. 68 : *Malefactores jurantes inhonesta Juramenta.*]

* Juramentum Vile, Villanum, vulgo *Vilain serment*, quod et *Detestabile* dicitur, Illud nempe quod in Deum, vel B. V. Mariam aut in Sanctos verbis contumeliosis et inhonestis profertur. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 461 : *Præfatus Johannes vile Juramentum protulerat.* Aliæ ann. 1355. in Reg. 84. ch. 435 : *Idem Gillebertus calefactus prorumpens in verba turpissima, dixit de Deo villanum Juramentum.* Aliæ ann. 1383. in Reg. 124. ch. 36 : *Colardus Fretel ad iram commotus detestabile Juramentum, Gallice le Vilain serment nuncupatum, repente et sine deliberatione emisit.* Aliæ ann. 1377. in Reg. 110. ch. 346 : *Il jura par le faire Dieu, appellé le Villain serment, etc.* Aliæ ann. 1383. in Reg. 123. ch. 8 : *Par eschaufseture jura le faire Nostre Dame tout oultre, qui est entendu le Vilain serment.* Denique aliæ ann. 1384. in Reg. 125 ch. 165 : *Henry de Bailleval dist : Malgré en ait Dieux et sa mere et tous les sains et saintes de paradis, vous venez gaster ma vigne.... Lesdiz maufaiteurs.... denuncerent que ledit Henry avoit juré le Villain serment, dont il n'est pas bien recors.*

Sacramentum Ligatum, id est, *ligium.* Charta Fulconis Abbatis Corbeiensis ann. 1055. ex Tabulario Corbeiensi fol. 2 : *De quibus omnibus Comiti et Abbati in hac conventione Sacramento Ligato tradidit septem obsides, ut si hæc violaverit, aliquando intimabitur obsidibus monere dominum suum, ut se justificet infra 40. dies. Si vero neque sic jnstificaverit, aut ipsi Abbati se tradent, aut 30. libras persolvent obsides, etc.*

Sacramentum de Manu Tollere dicitur is, cui jurari debet, cum rem sacramento alterius dirimere negat, [** cum alterum jusjurandum dare permittit, *antequam ecclesiam ingrediatur.*] in Lege Burgund. tit. 8. § 2.

Mittere Aliquem in Sacramentum, Illud ab eo exigere, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 33. § 1. [** Luitpr. 50. (5, 21.)] : *Si quis servum alienum sine voluntate domini sui in Sacramentum miserit, aut manum in caldaria mittere fecerit, etc.* Leges Luithprandi Regis tit. 68. [** 92. (6, 39.)] : *Si quis mulierem, aut puellam, aut religiosam feminam, quæ in alterius mundio est, in Sacramento mittere præsumpserit etc.*

Ad Sacramentum Aliquem Deducere, Illud ab eo exigere, in Legibus Ratchis Regis Longob. tit. 7. [** 4.] Astulphi Regis tit. 10. 11. etc.

Jurare Contra Pacem. Pœnitentiale Fulberti Carnot. Episc. : *Si quis Jurat contra pacem, uno anno pœniteat cum eleemosynis, et redeat.*

Jurare Super Animam Suam *in porta*

Digitized by Google

pellatur, in Charta ann. 1213. ibidem fol. 86. v°.

¶ JURARE HONOREM, Fidem et servitium polliceri. Agnellus in libro Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 184: *Petronacius XLVI. qui Juravit honorem Karolo Imperatori.*

¶ JURARE MANDATA, scilicet, se ea servaturum. Bartholomæus Scriba Annal. Genuens. lib. 6. ad ann. 1227. apud Murator. tom. 6. col. 452: *Potestas vero statim præcepit prædicto Guillelmo de Mari, quod sequenti die faceret omnes Consiliarios suos venire ante ipsum Potestatem, et Jurare mandata omnia et ordinationes ipsius.*

¶ JURARE REGIMEN, De officio bene gerendo sacramentum præstare. Regimina Paduæ ad ann. 1320. apud Murator. tom. 8. col. 432: *Dominus Altinerius de Zonibus de Tarvixio Potestas Paduæ a Kal. Febr. usque ad Kal. Augusti. Qui venit Paduam die ultimo Januarii, et incontinenti in pleno arengo Juravit suum regimen.*

¶ JURARE VITAM, MEMBRA ET BONA, De his omnibus securitatem sacramento asserere. Epistola Innocentii PP. II. tom. 1. Operum S. Bern. Edit. 1690. inter Notas col. LVII: *Tum ipsis quam omnibus aliis qui cum eodem defuncto fuerant exsulati, vitam et membra et bona Juravit, et cum eo meliores de cognatione ipsius eamdem securitatem Jurabunt.* Conventio ann. 1251. inter Carolum I. Andegav. et Provinciæ Comitem et Arelatenses: *Juraverunt etiam eidem domino Comiti et suis heredibus in perpetuum fidelitatem et vitam, et membra ipsius et suorum officialium, et jura ejusdem bona fide tot's viribus defendere et salvare, et damna ejus coercere pro posse, etc.*

¶ JURARE ALIQUEM PER TERRAM SUAM, mendum pro *Juvare*, in Charta ann. 1230. tom. 4. novæ Gall. Christ. inter Instr. col. 30.

* JURARE LANGUOREM dicebatur is, qui ne juri die assignato staret, morbum obtendebat, cui *Terminum languoris* concedebant judices, ut legitur in Scacar. S. Mich. apud Cadomum ann. 1223. Scacar. Paschæ ann. 1218. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 19. v°. col. 2: *Judicatum est quod de duabus querelis possum duos adversos attornatos facere, et uterque eorum potest facere essonias suas et Jurare Languorem.*

* JURARE VIDENDUM, Vox forensis. Lit. procurat. inter Formul. MSS. Instr. fol. 38. v°.: *Positionibus et articulis adversæ partis respondendum, crimina et deffectus opponendum, testes adversæ partis Jurare Videndum in ipsos et eorum dicta, exceptiones cujuscumque generis proponendum, etc.* In alia form. ibid: *Testes adversæ partis Jurare Videndum, in ipsos et eorum dicta dicendum, exceptiones etc.*

☞ Juramentum Regis Angliæ, quod præstat cum coronam acceperit, hic referre post Wanleium de Ant. Litter. Septentr. pag. 284. operæ pretium duximus: *Sire, volletz vous graunter et garder, et per votre serment confermer au people d'Engleterre les leys et les custumes à eux grauntés, et per les anciens Reys d'Engleterre vos predecessours deiturels et devotz à Dieu, et nomement les leys et les custumes e les franchises grauntetz à la Clergie et au people per le glortous Roy Seint Edward vostre predecessour?* Resp. *Jeo le graunt et premet.* Interrog. *Sire, garderet vous a Dieu, et à Seint Eglise, et à le Clergie, et au people pes et acord en Dieus entirement selon vostre power?* Resp. *Jeo le garderay.* Interrog. *Sire, fretz vous fayre en toutz voz jugementz owel drayt, justice et discrecion et en misericorde et verité à votre power?* Resp. *Jeo le fray.* Interrog. *Sire, graunteretz vous à tener et garder les leys et custumes dreytures les queux la Comonauté de vostre Realme avera esluz, et les defenderetz et enforceretz al honour de Dieu à vostre power?* Resp. *Jeo le graunt et promet.*

¶ 1. JURARIA, Officium seu dignitas Scabini, vel Jurati urbis. Instrum. ann 1255 ex Tabul. Corbeïen.: *De Jehanne Halegrin quem ipsi amoverant de Juraria, propter hoc quod dictus Abbas ipsum fecerat scabinum: ipsi dixerunt quod pro re quæ attingeret D. Abbatem, nec Ecclesiam tangeret, nec scabinatum, ipsum non amoverant; et super hoc offerebant se jurare; et D. Abbas eis remisit juramentum ad instantiam bonorum.*

* Vel potius Incolarum urbis vel oppidi universitas, sacramento invicem certisque legibus adstricta, communiæ jus atque privilegium, nostris *Jurage*, et *Jurée*, eadem significatione. Lit. ann. 1373. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 662: *Nous souffisaument enformez sur ce... abatons ladicte commune* (de Roy), *Jurage, eschevinage et tout l'estat d'icelle.* Stat. ejusd. ann. ibid. pag. 612: *Hommes tant de Jurée comme de mortemain, etc.* Vide *Juredium.*

* 2. JURARIA, Officium eorum, qui rebus vendendis pretium imponebant, qui *Jurati* appellabantur, quod de officio bene gerendo sacramentum præstarent. Correct. statut. Cadubr. cap. 78: *Ordinamus quod omnes et singuli Jurati Cadubrii vinculo sacramenti in villis suis et contractis teneantur et debeant secum vocare duos aut tres de suis vicinis non suspectos, et... accedere statim cum ipsis Juratis ad domos eorum, qui voluerint vendere res ad minutum, ad pondus vel mensuram, prout in statutis, et eas ponere ad manum* (leg. metam);.... *et meta imposita per dictos Juratos et homines penitus observetur, et in eandem pœnam incidant ii, qui ultra metam impositam vendiderint.. Quotiescumque officium Juratiæ obvenerit alicui hospiti sive tabernario... ex rotulo, ipsi non possint dictum officium exercere; sed inveniantur alii loco ipsorum, propriis eorum expensis, qui prædictum officium exerceant juxta ordines.* Hinc *Mettre en jurée*, pro Æstimatione rerum a juratis facta, eas præconis voci subjicere, vulgo *Décréter.* Lit. remiss. ann. 1481. in Reg. 209. Chartoph. reg. ch. 188: *Guillaume Bethon avoit fait mettre en Jurée et passer par décret au siege des pletz de la baronnie de S. Vigor le grand,... certains héritaiges.*

1. JURATA, Desponsa, pacta, sacramento interposito, cap. *Ex literis*, de Sponsalib. impuber. [** Decretal. lib. 4. tit. 2. cap. 11.]: *Puella quædam anno 12. Jurata et desponsata fuit cuidam puero 9. vel 10. annorum.* [Le Roman d'*Athis* MS.:

Cardiones aime et desire,
Se il voulsist Gaiete amer,
Ja ne feust mestier du celer,
N'y eust rien de deshonnour,
Je lui donnasse par amour,
Pourtant, s'elle est ailleurs Jurée.

Infra:

Pour ce s'elle est ailleurs Promise
Tout l'auras tu à ta devise.]

2. JURATA, Anglis, est numerus duodecim legalium hominum juratorum, per quos omnis fere facti probatio fit, et ex quorum *veredicto* judex sententiam suam conficit et profert. Duplex autem judiciorum est species: altera quæ fit per *assisam*; altera per *juratam*, vel per *assisam in modum juratæ.* Per *assisam* lites diriguntur, quæ instrumentis aut chartarum probationibus innituntur, vel cum partes de facto consentiunt, aut de assisa. *Per juratam* vero, quæ incertæ sunt, nec constant, ita ut vel per *inquisitionem*, vel per *juratorum* ac Sacramentalium depositiones, quas *veredicta* vocant, rerum veritas a judicibus indagari debeat. Quæ quidem judiciorum edendorum forma posterior ab Henrico II. Rege Angliæ manasse dicitur, quo duellum ab ordinariis judiciis amoveret. [** Vide Philips. Hist. Jur. Anglic. tom. 2. pag. 129. 293. 297. sqq. Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 785.]

☞ Hanc revocasse Henricus II. longe probabilius dici potest, quam instituisse! quæ enim a Normannis in Neustriam primum invecta, in Angliam deinde inducta esse videtur sub Guillelmo I. qui elegisse dicitur ex Comitatibus duodecim Anglos, qui jurati leges suas ei declararent; quod secutus Odo ejus frater 12. Juratos in causa Episcopi Rofensis adhibuit. Verum nec Normanni ipsi hujusce judiciorum formæ auctores; eam quippe a Gothis mutuasse videntur, quorum ea semper politiæ fuit ratio, ut cuique judici, ac Regi etiam, in judiciis adessent 12. viri adsessores jurati, quorum erat de summa controversiæ, quo ad factum, judicare. Prævalentibus exinde ordalio, duello et compurgatione, mos iste in desuetudinem abiit. Hunc restituere conatus est Rex Regnerus circa ann. 820. Et penitus renovavit Waldemarus I. ann. 1163. ut judicium ferri candentis abrogaret, quod patet ex ipsius decreto a Petro Resenio in notis ad Canuti II. jus Aulicum edito. Plura vide apud doctissimum Hickesium in Dissert. Epist. pag. 38. et seqq.

Juratarum variæ sunt species, *delatoriæ* scilicet, et *judiciariæ*. Jurata delatoria ea est, quæ delinquentes rimatur, eorumque nomina una cum delictis ad judicem defert, ut in examen vocati juris subeant sententiam, sive ad condemnationem, sive ad deliberationem: dicitur hæc etiam *Inquesta.* Duplex est hæc *Jurata, major*, et *minor. Major*, cui totius Comitatus lustratio, ut in *Assisis* et *Sessionibus Pacis*, nec non in Curia Regii Tribunalis demandatur, et alias dicitur *Grandis Jurata*, alias *Magna inquesta. Minor*, cui minor jurisdictio, ut unius Hundredi in *Sessionibus Pacis* creditur.

JURATA JUDICIARIA ea est, quæ de summa litis, quoad factum, decernit, priusquam judex de jure pronuntiet. Hæc item duplex

Digitized by Google

ann. 1285. fol. 29 : *Juliens de Gienville hons le Seneschal de Champ. disoit, que les gens le Comte de Champagne vouloient avoir Jurée de lui de la moitié de tous ses biens meubles et immeubles, etc.* Computum terræ Campaniæ ann. 1348 : *Despens pour faire tailles et Jurées, etc. Sergens pour admonester icelle Jurée en faisant et imposant ladite Jurée, etc. Les Maregliers de S. Estienne de Troyes et de S. Loup se disent francs de Jurée et de taille.* [Regestum Magn. Dier. Campaniæ ann. 1285. apud D. *Brassel* de Usu feud. tom. 2. pag. 921 : *Visa litera Libertatis Henrici Larmeurier a Rege sibi concessa, quandiu placuerit Regi : uxor ipsius quitta erit et libera a Jurata, quandiu placuerit domino Regi.*] Adde Probat. Hist. Castilionensis pag. 195. 196. Pithœum loco citato, et Raguellum in hac voce.

* *Juret*, eadem, ut videtur, notione, in Lit. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg : *Plusieurs de nos fermes, tant de nostre demaine comme de nos aides, et aussi nostre halage, tabellionage et Juret et autres fermes seront de graigneur prouffit.*

¶ **JURATBLIS**, pro *Jurabilis*, de quo juratur. Vide *Feudum Jurabile*.

* **JURATIA**, *Jurati* officium. Stat. Rob. reg. Sicil. MSS. cap. *De officio magistri jurati... Hæc et alia ad prædictum officium magistræ Juratiæ spectantia, etc.* Vide in *Juratus* 1.

JURATICUS, *Scholasticus, Juris peritus*, in Gloss. Isidori. Vide *Jurista*.

1. **JURATIO**, Sacramentum, quo vassallus sese adstringit erga Dominum castrum suum ei redditurum irato et pacato. Regestum Castri Lidi in Andibus fol. 65 : *Tandem devenimus in hunc modum pacis, quod nos quitamus et concedimus in perpetuam dictum feodum de Boleria et feodum de Mesuncellis, et Jurationem dictæ domus de Mesuncellis, etc.* Vide Dissertat. 30. ad Joinvillam, [et supra *Feudum Jurabile*.]

* 2. **JURATIO**, Alia notione. Vide supra *Jurare terram*.

* **JURATORIA**, Fidejussio sacramento firmata. Charta Clement. IV. PP. ann. 1267. apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom. : *Omnia vero recipiatis ab ipsis, Juratorias et alias cautiones, quas poterunt exhibere.*

JURATORES, Iidem qui *sacramentales, compurgatores*, uti attigimus in voce *Juramentum*. Latinis vero Scriptoribus *Jurator* dicitur, qui ad juramentum adigit; *juratus*, qui juravit. Vide Turnebum lib. 19. Advers. cap. 12.

JURATORES præterea erant ii, qui vice alterius jurabant. Verbi gratia, apud Vitalem Episcopum Oscensem : *Infancio non tenetur jurare in prima vice in quantitate, quæ sit usque ad centum solidos : sed debet Juratorem, qui juret.* Henricus Huntindon. lib. 7. pag. 373 : *Junior Willelmus 7. anno regni sui, provocatus a fratre suo, quod jusjurandum non servasset, transfretavit in Normanniam. Cum ergo fratres simul venissent Juratores omnem culpam regi imposuerunt.* i. qui in illius *animam* juraverant. Adde Eckeardum Junior. de Casib. S. Galli cap. 1. pag. 46. Vide *Jurare in animam alterius*.

JURATORES, JC. Anglis dicuntur duodecim homines, qui in quolibet fere judicio sive civili, sive criminali, de facto prius decernunt, quam judex de jure pronuntiet. Ita Gowellus. *Horum porro* 12. *Juratorum ad minus quatuor esse debent de Hundredo, ubi villa, in qua factum, de quo contenditur, fieri supponitur, sita est : et quilibet Juratorum hujusmodi habere debet terras et redditus pro termino vitæ suæ ad minus ad valorem annuum* 40. *sol. et hic ordo observatur in omnibus actionibus et causis criminalibus, realibus et personalibus, præterquam ubi damna vel debitum in personalibus non excedit* 40. *marcas monetæ Anglicæ, quia tunc non requiritur, quod Juratores in actionibus hujusmodi tantum expendere possint, etc.* Verba sunt Joan. Fortescuti de Laudib. Legum Angliæ cap. 25. ubi, ut et cap. 26. *Juratarum* Anglicarum ordinem describit, et pluribus commendat. De iis etiam agit Statutum 2. Westmonasteriense cap. 42. Historia fundationis Prioratus Dunstapulensis in agro Bedfordiensi in Anglia : *Nunquam coram Justitiariis itinerantibus, vel aliis domini Regis ministris extra villam Dunningstable, et libertatem, responderunt; sed Justitiarii et ministri domini Regis ad Dunstable divertebant, et per sacramentum* 12. *Juratorum de burgensibus, sine associatione alicujus extranei, omnia placita terminabant.* Adde tom. 2. Monastici Anglic. pag. 221. Cujusmodi vero fuerit, et quibus verbis conceptum juratorum in juratis sacramentum, habent idem Fortescutus, Bracton. lib. 4. tract. 5. cap. 4. et Fleta lib. 5. cap. 12. et 22. Vide veterem Consuetud. Norman. cap. 69. et supra *Jurata* 2.

JURATORES ONERATI. Vetus Inquisitio apud Dugdalum in Antiquitat. Warvicensis Provinciæ pag. 665 : *Inquisitio* 12. *Juratorum capta ad hanc visum coram Galfrido de Okenham Senescallo per sacramentum Ancelmi de Cliftona, etc. Juratorum oneratorum de antiquis consuetudinibus istius domini, etc.*

¶ **JURATORES** *de Deo vel de Virgine Maria vel de Sanctis*, Qui de Deo et Sanctis contumeliose loquuntur, in Statutis Jo. Piscis Aq. Archiep. correctis per Ægidium Cardinalem Commissarium delegatum apud Montem Flasconem 2 Octob. 1368. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues*.

¶ **JURATORIUS**, Juramento confirmatus. Vita Innocentii III. PP. ex Baluzio, apud Murator. tom. 3. pag. 491. col. 2 : *Respondit quod in spiritualibus absolute pareret, in temporalibus autem justis mandatis parendi Juratoriam cautionem.*

JURATUS, Sacramento adstrictus alicui domino. Gloss. Gr. Lat. MS. Ὁμοτὴς, ὁ ὁμνὺς, *Jurator, Juratus*. Statius lib. 2. Thebaid. :

> ..... Exit in unum
> Plebs ferro Jurata caput.

Lib. 7 :

> ..... Et meritas ultro Jurastis in iras.

In Propempt. Metii :

> Imbellis, tumidoque nihil Juratus Atridæ.

In Soter. Rutilii :

> ..... Et sole sub omni
> Promeruit Jurata manus.

Claudianus de bello Gildonico :

> ..... Iterum post me Conjurat in arma
> Progenies vesana jubæ, bellumque resumit.

Will. Brito lib. 2. Phil. :

> In Comitis partes Juratus, millia multa
> Mittit ei juvenes clara virtute coruscos.

Idem lib. 4 :

> Cujus ego miles, cui sum Juratus in arma.

Capitulare Arechis Principis Benevent. editum a Camillo Peregrino, § 1 : *Si quis homo pauper absque parentibus, nihil etiam habens ex quocunque negotium, secundum legem potenti homini Juratus fuerit, decernimus, ut solus prevetu (præstet) sacramentum.* Hildebertus Cenoman. Episcop. Epist. 33 : *Officiosissima est gratia Dei, et velut in eorum Jurata obsequium.* Charta de Chableiis in Tabulario Campaniæ Thuani fol. 189 : *Omnes homines, quotquot sunt apud Chableias, sive Milites, sive filii Militum, qui habent ætatem, cujuscumque conditionis, debent esse Jurati Comiti suo sub hac forma : Ego juro, quod ego ero fidelis Comiti de cætero, et quod ego servabo membra ejus et honorem ejus pro posse meo, sic me Deus adjuvet et hæc sancta.* Chronicon Franciæ Sandionysianum in Philippo I. cap. 4 : *Et alu sur li à armes et sur ses aides : c'est sur le Comte Mahieu de Beaumont, et sur Drouet le Seigneur de Monci, qui estoient Jurez de cette entreprise.* Le Roman *de Jordain* :

> Ja vous iestes mi home et mi Juré.

* *Jurats*, eodem sensu, dixerunt Poetæ Provinciales : hinc Dalph. Alvern. ad Ricard. reg. Angl. :

> Anc non fui vostre Jurats.

* **JURATUS**, Qui de officio bene gerendo sacramentum præstitit. Charta ann. 1406 : *Per Guillelmum Palhemon clericum, fidelem commissarium nostrum dictæque cancellariæ Juratum etc.*

* Hinc *Païs juré*, Pagus juramento fœderatus, in Lit. remiss. ann. 1447. ex Reg. 178. Chartoph. reg. ch. 216 : *Le suppliant et un autre homme de guerre... alerent courir une parroisse du Païs Juré, tenant le party de nos anciens ennemis et adversaires les Anglois.*

JURATUS AD ASSISAM. Modus tenendi hundredum pag. 130 : *Item dicunt, quod S. nativus domini est ætatis* 20. *annorum, et manet infra istud dominium per annum et diem, et non est Juratus ad Assisam domini Regis, ideo ipse in misericordia.*

JURATI AD ARMA : Mandatum *super Juratis ad arma*, in Addit. ad Matth. Paris pag. 149 : *Et ad videndum, quod singuli habeant arma, ad quæ sunt Jurati, et jurari debent.* Aliud Mandatum ibidem : *Et convenire faciant coram eis* (Vicecomites) *in singulis hundredis, civitatibus et burgis, cives, burgenses, libere tenentes, villanos, et alios ætatis* 15. *annorum usque ad ætatem* 60. *annorum, et eosdem faciant omnes Jurare ad Arma secundum quantitatem terrarum et catallorum suorum : scilicet ad* 15. *libratas terræ, unam loricam, capellum ferreum, gladium, cultellum et equum. Ad* 10. *libratas terræ unum habergetum, capellum ferreum, gladium, cultellum, et*

Digitized by Google

* **JURISDICTIO ALTA et BASSA**, Major et inferior justitia, vulgo *Haute et basse justice*. Charta vendit. vicecom. Rellaniæ ann. 1410. ex schedis Pr. *de Mazaugues : Cum omnibus juribus, Jurisdictionibus altis et bassis, mero et mixto imperio.* Vide in *Justitia* 1.

* **JURISDICTIO CIVILIS ET MODICA**, Gall. *Moyenne et basse justice*. Charta ann. 1307. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 171 : *Raimundus de Folhaquerio* (habet) *civilem et modicam Jurisdictionem.*

* **JURISDICTIO PRÆDIALIS**, Quæ circa prædia versatur. Pariag. inter reg. et condom. de Villa-Gallenno ann. 1343. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 549 · *Ita quod Jurisdictiones minores, prædiales, mixtæ et majores essent extunc et deinceps per imperpetuum domini nostri regis.*

* *Jurisdictionis* Ecclesiasticæ violatores, imo et judices laici jurisdictionem suam in subditos ecclesiæ exercentes, gravi pœna mulctabantur, ut testatur Charta decani et capituli Paris. ann. 1214. ex Chartul. Campan. fol. 429. v°. col. 2 : *Blancha comitissa omnes illos, qui dictas infractiones et amputationem pedis fecerunt, sive opem tulerunt, ob reverentiam ecclesiæ nostræ bona fide fecit venire a sancto Leofredo usque ad ecclesias* (sic) *Parisienses, et deinde in capitulum Parisiense discalciatos et in pura tunica, qui ibidem dictas infractiones et pedis amputationem nostro capitulo emendaverunt, et decem marcas argenti pro emenda Parisius persolverunt : apud Rosetum vero discalciati et in pura tunica qui ibidem, ab introitu villæ die Dominica hora tertia usque ad ecclesiam profecti sunt per mercatum.*

JURIS DICTIO, divisim. Charta vetus in Actis Murensis Monasterii pag. 18 : *De Juris sui dictione in jus Sedis Apostolicæ emancipavit.* [** Ubi pro *ditione*.]

* **JURISDICTIONALIS**, Ad jurisdictionem seu justitiam pertinens. Charta ann. 1336. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 377 : *Furchæ, pilare seu pilaria, costella aut alia signa Jurisdictionalia et patibularia etc.*

JURISFIRMA, Practicis Hispanis, inquit Blanca in Commentario Rerum Aragon. pag. 751 est tum in Regum, aliorumve judicum, tum etiam regni, atque omnium non rectos impetus, juris ac legum firma et moderata dominatio, inventa potissimum, ut præceps judicum celeritas Magistratus interdicto interposito retardetur, ne quid perturbatum sit, aut a legibus discrepans, vel præposterum. Ejus autem finis est, ut cum de standi et parendo juri, coram ipso Justitia, firme et graviter asseveretur : illius interdicto interposito, fortunæ rei ab injusta regiorum judicum injuria arceantur. Ab eo autem quod de standi juri caveatur, *Jurisfirma* dicta est. Vide *Firma.*

** **JURISSCITA**, Jurisperitus in Histor. Archiep. Bremens. de Johann. Archiep. vers. 170. ap. Lappenb. pag. 31.

JURISTA, Qui Juri Civili vel Canonico dat operam, Jurisconsultus, [Gall. *Juriste*, Ital. *Jurista.*] Fori Aragon. lib. 5. fol. 123 : *Et si vir fuerit Jurista vel Physicus, recipiat suos libros ante partem.* [Johannis de Cermenate Hist. Mediol. cap. 19. apud Murator. tom. 9. col. 1238 : *Cui in ipsius Pagani atque omnium sociorum excusatione providus Jurista Stephanus de Vico-mercato respondens dixit, etc.*]

¶ **JURISTARE**, Litem movere. Charta Alberti *de Tenailes* e Chartul. S. Quintini in Insula pag. 34 : *Illi constituerunt obsides adversus omnes, qui super his Juristare voluerint.* Sed forte legendum divisis vocibus *Juri stare.*

* Rursum unica voce, pro Juri stare, in Ordinat. Caroli dalph. ann. 1357. ex Reg. Cam. Comput. Paris. fol. 18. v° : *Teneatur idem Guido fidejubere sufficienter... de esmandando* (sic) *Juristando et parendo in curia nostra.* [** Iterum in chart. ann. 1261. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 4. pag. 900.]

JURITHEUM, [Papiæ, *Potionis species.*] Vide *Viriteum*, [et *Cognidium.*]

* **JURMARCHA**, Limitum judex, a *Marcha*, terminus, limes. Vide in hac voce. Charta Rob. Guiscardi ducis ann. 1080. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 276. col. 1 : *Hæc omnia... ita damus,... ut ab hæredibus nostris, vel a Jurmarchis seu vicecomitibus, aut ab aliquibus actoribus.... nulla contrarietas inferatur.*

JURNALE, JURNALIS. Vide in *Jornale.*

¶ **JUS** *dictum, quia Justum est*, inquit Isidorus lib. 5. Orig. cap. 3. Alii a *jusso* per apocopen *Jus* deductum volunt, quod nihil aliud sit quam quod natura, vel civitas, vel populus, vel consuetudo jubeat. Si credimus Gersonio contra adulatores Principum consid. 8. *Dictio hæc Jus non significat semper jurisdictionem seu justitiam, sed significat interdum potestatem quæ non est justa*, ut ipse interpretatur vocem *Jus*, quæ occurrit 1. Reg. 8. 11. quam vocem *Exactionem* reddit Glossa interlinearis ordinaria. [** Vide Haltaus. Glossar. Germ. voce *Recht*, col. 1512. sqq.]

* **JUS ALODIALE**, Quo prædium ab omni præstatione reali sive personali possidetur, a *feudali* distinctum. Suppl. Joan. reg. Aragon. ad Papam ex Cod. reg. 5956. A. fol. 153. r°. : *Dignetur vestra sanctitas feudum et tributum prædicta et omne Jus alodiale et feudale Romanæ ecclesiæ pertinens in toto regno Corsicæ, ipsi regi... concedere et donare ; ita quod regnum ipsum sit extunc dicti regis... liberum et francum alodium.*

* **JUS ANIMARUM**, Jus capite plectendi. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 18. ex Cod. reg. 4659 : *Nullus in curia vel occasione curiæ utatur notariæ vel scribaniæ officio, nisi in illo vel illis rector vel rectores hujus civitatis habeant conceptionem plenam, jurisdictionem usque ad sanguinem et Jus animarum tendi in facinorosos.*

JUS ANNALIUM. Vide *Annalia.*

* **JUS BANNENSE**, *Bannum* scilicet seu interdictum promulgandi, et mulctam ob illud violatum exigendi. Charta Alex. PP. III. ann. 1179. ex Chartul. monast. Bosonisvil. : *Jus bannense... in pascuis et silvis, in aquarum decursibus... abbati et fratribus... concessit.*

* **JUS BRABANTINUM**, Lex et consuetudo, quæ in Brabantia obtinet. Pactum inter Henr. ducem Lothar. et Theoder. comit. Holland. ann. 1203. in Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 10 : *Hæc bona concessit dux comiti Jure Brabantino, ita videlicet quod nullus hæres inde exhæreditabitur.*

¶ **JUS CAPITALE**, Jus domini capitalis, Gallis *Droit du Seigneur*. Charta ann. 1288. e Chartulario S. Vandreg. tom. 1. pag. 162 : *Tenendos et habendos prædictos quinque solidos annui redditus Abbati dicti loci... absque ulla reclamatione... salvo Jure capitali et alieno.*

JUS CAROLI. Wichbild Magdeburgense art. 1. § 3 : *Jus civile seu municipale, quod homines unius civitatis seu fori concluserunt inter se tenentes, juxta eorum arbitrium et antiquas consuetudines, quemadmodum Colonienses circa Jus Caroli confirmatum habent.* Et art. 43 : *Postquam Magdeburgensis civitas jure municipali fundata fuit, de voluntateque Uttonis Rufi, cum consensu etiam et consilio seniorum provinciæ illius secundum Jus Caroli Imperatoris, et juxta eorum arbitrium ac voluntatem locata, consiliati exinde sunt quomodo Scabinos et Consules eligere debeant pro civitatis commodo.* Vide *Lex Caroli.*

* **JUS CASTRENSE DUPLEX**, Jurisdictio spiritualis et temporalis in castro. Charta Theodor. Trevir. archiep. ann. 1228. inter Probat. tom. 2. Annal. Prædmonst. col. 480 : *Jus item parochiæ perpetuum, Jus duplex castrense, etc.*

¶ **JUS CATENÆ**, Quod custodi carceris præstatur ab incarcerato pro cibo et potu. Constitutio Ludovici Regis Jerusalem et Siciliæ ann. 1352. e MS. D. *Brunet* fol. 98 : *Carcerarii... a carceratis... pro carceragio sive pro Jure quod appellatur Cathene, nichil accipiant.*

¶ **JUS DE CHALEYME**, seu *Jus de forgrage*. Sic in Dumbarum Tractu vocatur vulgariter jus fabri ferrarii.

** **JUS CIVILE.** Vide *Jus Urbanum.*

¶ **JUS COELI**, Auctoritas Episcopi, sic dicta quod a Deo illam habeant Pontifices. Chartularium S. Vandreg tom. 2. pag. 2000: *Hugo Rothomagensis Archiep.... omnia vobis juste collata, et possessa, licet a perversis hominibus quandoque turbata, persæpe destructa, Jure Cœli confirmamus vobis in illam quæ diu est virtutem et deffensionem erga benefactores in salutem, contra destructores in perditionem.*

* **JUS COMESTIÆ.** Vide supra *Comestia.*

JUS COMMUNE, appellant nostri jus illud, quo in Gallia utuntur civitates, consuetudines municipales, cui opponitur *Jus scriptum*, seu *Lex Romana*, in Statuto Philippi Pulcri ann. 1302. pro reformat. Regni cap. 48. Ita etiam Angli *Jus civile Anglorum* vocant. Decreta Guillelmi I. : *Ubi consuetudines regni nostri et Jus nostrum commune... reperire non possint.* Frider. I. Imp. lib. 1. Constit. Sicul. tit. 59. § 1 : *Secundum consuetudines approbatas, ac demum secundum Jura communia, Langobarda videlicet ac Romana.*

* **JUS CONGRUI**, seu Convenientiæ, nostris *Droit de convenance*. In Consuet. Neapolit. MSS. extat titulus inscriptus : *De Jure congrui. Si quis emit domum, fundum vel terram, vel aliam rem immobilem collateralem domui, fundo vel terræ alicujus, emptor tenetur intra annum, numerandum a die scientiæ illius habentis domum, fundum vel terram collateralem lateribus ipsi rei emptæ, rem ipsam emptam, si eam possidet præcise absque alterius practice, interesse*

Digitized by Google

Charta anni 1289. apud Ludewig. tom. 4. pag. 117 : *Alias possessiones in villa Mezlendorf juxta Wiennam, videlicet sex urnas vini montani Juris, et sexaginta denarios de quodam agro.* Charta Ludovici Regis Hungariæ ann. 1362. apud Steyererum in Commentariis pro Histor. Alberti II. Ducis Austriæ col. 337 : *Super omnibus discordiis et dissensionibus, quæ fuerunt hactenus inter suarum et nostrarum terrarum metas, occasione decimarum, censuum, Juris montani et emphiteutici, etc.* Vide *Jus mundanum.* [* Charta Frider. III. imper. ann. 1444. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 295. col. 2 : *Vina etiam ex cultura eorum, sive Jure montano, censibus aut decimis, etc.* Alia ejusd. imper. eod. an. ibid. pag. 304. col. 1 : *Præterea volumus ut vina, quæ ex labore suo seu Jure montanorum vel decimarum eis provenerint, etc.*]

* Jus Montis, Eadem notione, in Charta Frider. ducis Austr. ann. 1240. ibid. part. 2. pag. 94. col. 1 : *Jus montis, quod vulgariter dicitur Perchrecht, etc.* Alia ann. 1262. ibid. pag. 108. col. 1 : *Vinum, quod pro Jure montis in Tallern... nobis annuatim fratres ejusdem ecclesiæ persolvebant, ... ipsis relaxavimus.*

¶ Jus Mortuarium, Gall. *Droit de mortuage.* Jus quod sibi olim in bona defunctorum attribuebant Parochi. Charta ann. 1264. apud Ludewig. tom. 4. pag. 233 : *Quod ipsi ubicumque locorum citra mare invenerint me defunctum, statim nullo penitus resistente me recipiant tempore in suo Monasterio quam dandum salvo Jure mortuarii parrochialis ecclesiæ in quacunque transiero die vite.* Vide *Judicium defunctorum* et *Mortuarium.*

¶ Jus Mundanum, pro *Montanum*, ut videtur, saltem eadem notione. Charta Comitis *de Stuin* ann. 1164. apud Ludewig. tom. 4. pag. 112 : *Ab antiquo in eadem villa habuimus unam mageriam cum aliis redditibus et Jure Mundano, et decima vini in eo monte, qui adhuc Zwetlerberch nominatur.*

* Jus Naturæ, Quod filii habent in bonis parentum suorum. Testam. Nicol. de Pratocomit. ann. 1474. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xlj : *Item lego Francesiæ filiæ meæ naturali et legitimæ.... pro Jure naturæ, ultra dotem per me sibi constitutam, videlicet quinque florenos semel tantum.* [** Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Natürlich Recht*, col. 1409.]

¶ Jus Naulæ, f. Quod pro transvectione exigitur. Hist. Novientensis Monast. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1132 : *Molendina cum piscationibus ac forestis, Jus naulæ cum investigatione auri, bannus totaliter cum omni libera utilitate.* Vide *Naulum.*

* Jus Nuptiarum, Quod a nubentibus parocho præstatur. Charta Guich. episc. Matiscon. ann. 1273. in Chartul. Cluniac. ch. 346 : *Addidit etiam ipse curatus ipsos patronos in propria villa de Maley habere Jus nuptiarum. Item totam oblationem sponsæ, quæ offertur in crastinum nuptiarum*, in alia ann. 1270. ibid. ch. 231. Quæ oblatio a præstatione, quæ die nuptiarum fiebat, prorsus distinguenda est.

* Jus Operale, Quo operas a subditis dominus exigere potest. Charta decani et capit. Anic. ann. 1237. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 212 : *Omnia Jura operalia et regalia domino episcopo et domino regi et eorum successoribus salva et integra remaneant.* Vide *Operæ.*

* Jura Parochialia nuncupantur potissimum Sacramenta, quorum administratio ad parochum jure suo competit. Charta Guich. prior. S. Salvii ann. 1202. ex Tabul. S. Gauger. Camer. : *Eidem hospitali capellam et cimiterium concessimus, ita tamen quod... die Natalis Domini, die Paschæ et die Pentecostes in ipsa capella cantabitur clausis januis, admissis tantummodo præfatis fratribus, infirmis et servientibus hospitali, qui ibidem Jura accipient Parochialia et debitum sepulturæ.* Vide in *Parochia.*

** Jus patriæ, Terræ, Provinciale. Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Landrecht* col. 1172.

¶ Jura Pilæ. Synodus Limensis ann. 1586 : *Quod Visitatores aliqui dum visitant, quamvis ita excepti, ut nihil victus vel rerum necessariarum ipsis desit, ulterius ab ecclesiis exigant aliquot pesos, quos Jura pilæ vocant... statuimus ut Visitatores ab ejusmodi excessibus abstineant.* [* Vide *Pesus.*]

* Jus Positivum, Quod ab ejus auctoritate pendet, qui illud statuit. Theod. *de Niem* tom. 2. Conc. Constant. part. 15. cap. 4. col. 412 : *Suspendit dicta sancta Synodus pro bono unionis ecclesiæ omnia Jura positiva, etiam in Conciliis generalibus edita et ipsorum statuta, ordinationes, consuetudinesque et privilegia quibuscunque concessa.*

Jus Potestativum. Vide *Potestativum.*

Jus Prætorium, [f. Jus absolutum, cui nihil addi possit vel detrahi, ipsius corrigendi gratia; quia *Jus prætorium* antiquis JC. dicebatur, ut habet Papinianus, *quod Prætores introduxerunt, adjuvandi, vel supplendi, vel corrigendi juris civilis gratia.* Testamentum S. Remigii apud Miræum tom. 1. pag. 1 : *Ego Remigius Episcopus civitatis Remorum, Sacerdotii compos, testamentum meum condidi Jure Prætorio, atque id codicillorum vice, valere præcepi, si ei juris aliquid videbitur defuisse.*] Charta Roberti Regis Franc. ex Tabular. S. Cornelii Compend. : *Ego Robertus G. D. Franc. Rex, et Constantia divino nutu Regina, Me et conjugem meam Constantiam jocunda conversatione mihi admodum dilectam, et in administratione rerum, ad se pertinentium, satis utilem et strenuam, prædium nostræ regali sedi Vermeriæ contiguum, quod de auro a domo patris sui asportato prædicta mea conjux emerat, Sanctæ Mariæ Compendiensi et SS. Martyribus Cornelio et C. dedisse,... et devote Jure Prætorio et forensi dedisse pro nostra incolumitate et salute animarum nostrarum, et filii nostri Hugonis, jam regni solio, antequam decederet, sublimati, et proh dolor nostris diebus inibi sepulti,... hæc omnia legaliter data et Jure forensi et Prætorio Compendiensi Ecclesiæ tradita nostræ auctoritatis potestate firmamus. Actum Aurelianis an. 1224.* Vide JC.

Jus Proprium. Vide *Proprium.*

Jus Provinciale, Prima jurisdictio, primum forum, a quo provocabatur ad *Jus generale*, seu ad supremam Curiam. Andreas Suenonis lib. 7. Legum Scaniæ cap. 1 : *Non statim injiciat manum possessori, sed qui pro eo sufficienter caveat, ut vel in Jure Provinciali compareat, vel in domo sua justitium exhibendo fidejussorem sibi postulet assignari, etc.* Infra : *Sed vinctum pedes compedibus ad Jus provinciale convenientibus repræsentet.* Rursum : *Et si nec possit justitiam obtinere, deducat eum in jus generale, ad quod universi de terra conveniunt, audito rerum gestarum ordine pro voluntate convenientium judicandum.* Adde cap. 6. ejusd. lib.

¶ Jus ad Rem, Jus in Re. Compendiosa beneficiorum Expositio f. 32. recto : *Jus ad rem quæritur nominatione, mandato, collatione et provisione non acceptata.* Ubi et ista verba : *Regula asserit Papam tollere jus ad rem, non jus in re.* Vide JC.

* Jus Rusticum vel Urbanum, Quod ad rus vel urbem spectat. Charta Henr. VI. reg. Angl. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 108. vo. : *Concessimus... potestatem... Jura quæcumque rustica vel urbana, homagia... a quibuscumque ligeis nostris, feudatoribus, affevatis, emfiteotis, censuariis et tenenciariis, ecclesiasticis seu secularibus, nobilibus, burgensibus, villatis et quæstalibus.... recipiendi.*

* Jus Sacerdotum, Archidiaconi scilicet et Decani. Charta Gaufr. episc. Carnot. ann. 1122. ex Tabul. Major. monast. : *Eadem ecclesias præfato abbati et fratribus loci in successiones perpetuas, salvo Jure sacerdotum et ecclesiæ Carnotensis, concessimus.*

¶ Jus Scolarium, Jus tenendi scholas et publice docendi. Charta Alberti Archiep. Magdeburg. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 23. *Præterea dedimus eidem Ecclesiæ ex libera voluntate Jus Scolarium in forensi ecclesia civitatis nostræ Hallensis.* Vide *Scholæ.*

Jus Scriptum vocant nostri, quod alii *Jus civile*, seu *Legem Romanam*, quo Provinciæ aliquot in Gallia reguntur : cui opponitur *Jus commune*, seu jus consuetudinarium municipale, quo quæque fere civitas vel regio gaudet. Statutum Philippi Pulcri ann. 1302. pro reformatione Regni cap. 48 : *Ordinamus etiam, quod si aliquæ personæ Provinciarum quæ jure communi reguntur, in nostro Parlamento causas habeant, quæ Jure Scripto debeant terminari, sententia diffinitiva ipsarum secundum Jus Scriptum factum.* In veteri Regesto Parlamenti sub ann. 1277. vetantur Advocati *Jus scriptum allegare*, ubi *consuetudines* municipales locum habent : *Li Advocat ne soient si hardi de eux mesler d'aleguer Droit escrit, là ù Coustumes ayent leu, més usent de Coustumes. Cil de la terre qui est gouvernée de Droit escrit, soient oys par certains Auditeurs de la Cort, si comme il a été autrefois ordené. Nuls des terres qui sont gouvernées de Droit escrit, soit en la Chambre des Plets, mais aille aux Auditeurs à ce destinez.* Vide Fletam pag. 474. et seqq. In iisdem Regestis Parlamenti ann. 1300. est inquesta, *an expediat Domino Regi quod Ballivia montanorum Arverniæ regatur Jure scripto.* Observat Bodinus lib. 8. de Republica cap. 8. pag. 113. Reges nostros in Academiarum seu Studiorum publicorum erectionibus jus civile nullatenus se admittere monuisse, nisi in quantum ordinationibus regiis et consuetudinibus municipalibus

Digitized by Google

erat certamen. Unde recte Niceph. Gregoras lib. 10. dixit *Justam* quam voce Græcobarbara, ut et Jo. Cantacuzenus, τζοῦστραν appellant, μονομαχίας ἔνδειξιν ἔχειν. Confecta namque prima militari decursione, et finito omnium, qui una simul aderant, ex utraque parte, prælio, ad singulare certamen, seu ad *Justam*, progrediebantur. Joannes Monachus Majoris-Monasterii lib. 1. Hist. Gaufredi Ducis tradit, Normannos, cum a Britonibus in quodam torneamento victi et deleti essent, *confusione inopinata dejectos, singulare certamen Britonibus proposuisse.* Hinc apud Monachum Moliensem in suo *Miserere :*

Gagner Joustes au Tournoy.

Non semper tamen in solis torneamentis *Justæ* fiebant, quandoque enim absque iis indicebantur. Has appellat Historia Burcicaldi : *Joustes à tous venans, grandes, et plenieres.* Vide Froissart. 2. vol. cap. 154.

Qui in *Justis* primum decertabant, Fæcialibus, vel Heraldis aliisque armorum, uti vocabant, officialibus, *elmum* suum, seu cassidem donativi vice conferre debebant, nisi prius in torneamentis idipsum præstitissent. Inde nata illa solennis sententia, Ensem lanceam, non vero lanceam ensem immunem facere. Miles enim si in *Justa* cassidem Fæciali contulerat, non propterea ab eadem rursum in torneamento donanda immunis erat. Tractatus MS. de Torneamentis : *Item pour les nobles qui tournoient, s'ils n'ont autrefois tournoié, donnent leurs heaumes aux officiers d'armes, ores qu'ils ont autrefois Jousté; car la lance ne peut affranchir l'espée, et l'espée affranchit la lance. Mais il est à noter, si un noble homme tournoie, et qu'il ait payé son heaume il est affranchi du heaume de la Jouste; mais le haume de la Jouste ne peut affranchir celui du tournoy.* Hinc colligitur in *Torneamentis* dimicare longe fuisse honorabilius, quam in *Justis*, etsi in *Justis* dimicarent etiam, qui in *Torneamentis* dimicabant; præterea lanceam eorum proprie fuisse, qui in singularibus certaminibus decertabant; gladium vero eorum, qui in torneamentis. [* Vide supra *Jousta.*]

☞ Has omnes ludicras pugnas, propositis gravioribus pœnis, ad tempus interdicit Philippus IV. Franc. Rex Edicto ann. 1312. quod videre potes apud *de Lauriere* tom. 1. Ordinat. pag. 509. et seq. *Astiludere vel Jostare sub pœna amissionis equorum et alia graviori* etiam vetat Humbertus II. Dalphinus tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 347.

☞ Neque prætermittendum quod legitur in Constitutionibus Episcopi Sabinensis ann. 1239. in Concilio Terraconensi confirmatis, apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 132 : *Contra illos qui fuctunt Justas in Monasteriis :* Item præcipimus omnibus Judicibus *et Advocatis litteratis, ne conveniant vel intersint alicui Justæ, quæ fit vel fiat in monasteriis vel grangiis Religiosorum.*

¶ Josta, Idem quod *Justa*, in Computo ann. 1327. et 1328. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 216.

¶ Jostra, Eadem notione, Ital. *Giostra.* Chronicon Dominici de Gravina tom. 12. Muratorii col. 557 : *Facientes Jostras et hastiludia, etc.* Hist. Cortus. eod. tom. col. 865 : *Facta sunt hastiludia, Jostræ, torneria, etc.*

¶ Justare, Ludicre pugnare, Gall. *Jouter.* Mandatum ann. 1319. apud Rymer. tom. 3. pag. 758 : *Quidam ad torneandum et Justandum... in proximo sunt venturi.*

* Nostris *Forjouster*, inter alios in ejusmodi pugna eminere, superare. Tract. MS. de Torneam. : *Et qui de dehors Forjoustera, aura au gré et au vouloir d'amours un très noble et riche diamant.* Christ. Pisana in Carolo V. part. 2. cap. 12 : *Jehan duc de Berry... en sa juenece hanta les armes et fut à maint fait d'armes en Guienne,.... fu moult bel jousteur, dont ou temps qu'il estoit en Angleterre, avec son pere le roy Jehan, y Forjousta les Joustes par pluseurs foiz et aussi en France.* Le Roman *du Dit du Chevalier :*

Enfin de saison au printemps
Se traist où on alloit jouster,
Et faisoit des festes crier,
Desquelles le plus Forjoustoit,
Ou si vassaument s'y portoit
Qu'il en estoit boine nouvelle.

2. **JUSTA**, Mensuræ liquidorum species, quasi *Justa mensura*, quantum cuique sufficit potus subministrans; *Justo*, Occitanis. Ugutio : *Olla vel ulla, mensura parum minor quam Justa.* Lanfrancus in Decretis pro Ordnie S. Benedicti cap. 8 : *Ad Cellarii ministerium pertinet, omnia vasa cellarii et coquinæ, et scyphos, et Justas, et cætera vasa refectorii, etc.* Tabularium Episc. Paris. ex Bibl. Puteana : *Hæc sunt vasa, quæ emit D. Willelmus Episcopus Paris. ante portationem suam... Justa una quæ continet* 3. *marcas.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 149 : *Percipiet etiam quilibet Fratrum... cotidie duas Justas de cervisia.* [Gesta Cenoman. Episc. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 354 : *Justam* (dedit) *et cantarum, vasa scilicet purissimo argento conflatilia, sculpta mirifice.*] *Justa vini*, in Tabulario Vindocin. Thuani Ch. 28. fol. 276. in Charta Nicolai Archiep. Messanensis ann. 1178. apud Rocchum Pirrum pag. 319. et in alia Rogerii Comitis Siciliæ ann. 1092. in Episc. Catan. pag. 15. [et alibi non semel; unde emendandus Limborchius Sent. Inquisit. Tolos. pag. 132. ubi perperam *Insta vini.*] *Justa cerevisiæ*, in Chron. Gemblac. Abbat. pag. 534. [et in Charta ann. 1080. apud Miræum tom. 1. pag. 70.] Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regii ann. 1350. *c. d'orfaverie : Pour solder et mettre* 5. *tiroirs à quatre grans Justes, et quatre pintes d'argent.* Historia Prioratus Wigmorensis in agro Herefordensi in Anglia : *Et il dona adonks à l'Evesk une Juste d'argent, pleine de pyement, laquelle il receust par graunt don.* Le Roman *de Vacce :*

Es vous illeuc un Damoisel
Une Juste sous son mantel,
Mort est son pere nouvellement,
Relever vout son tenement.
Sa Juste estoit moult bonne et chiere,
Tout estoit d'or noblement faite,
Cil qui la tint, l'a avant traite,
A present au Duc la tendi, etc.

Adde Librum Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 12. 17. Guigonem II. Priorem Cartusiens. in Statutis ejusdem Ordinis cap. 28. § 5. cap. 57. § 4. Statut. antiq. 2. part. cap. 13. § 30. part. 3. cap. 10. § 16. et Consuetud. Nancaii in Biturigib. art. 20. apud Thomasserium.

* Vas continendis liquidis idoneum, poculum, nostris *Juste* et *Giuste.* Comput. MS. ann. 1244 : *De quadam Justa ad aquam, pro domino comite, etc.* Lit. remiss. ann. 1393. in Reg. 147. Chartoph. reg. ch. 123 : *L'exposant lui mandoit qu'il alast parler à lui et qu'il lui portast deux Giustes de vin en l'ostel de Gervaise Sejourné.* Rursum occurrit in aliis ann. 1395. ex Reg. 149. ch. 80. Aliæ ann. 1416. in Reg. 169. ch. 223 : *Une Juste ou pinte d'estain. Trois pichiers ou Justes d'argent, six tasses d'argent pesant chacune sept marcs et demi*, in aliis ann. 1457. ex Reg. 187. ch. 69. Hinc dimin. *Justelette*, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 159. ch. 105 : *Un vaissel, appellé Justelette, qui estoit d'estain à quoy l'en boit cervoise.* Neque aliud est *Joye*, si tamen *Juste* legendum non est, in Arest. ann. 1365. 24. Jan. in vol. 5. arestor. parlam. Paris. : *Quartam vini, quæ Joye in Suessionensi ecclesia nuncupatur,.... ipse Chapus... receperat certa die ad hoc solvendum statuta.* Vide infra *Justetus* et *Juta.*

¶ Justa Demesuralis, Tertiera. Consuetud. MSS. festivitatum Monasterii Solemniac. in Lemovicibus : *Dominica in Quinquagesima* (habemus in refectorio) *Justas desmesurals de vino puro... in octabis Paschæ* x. *ova et Justas demesurales de vino puro.* Iterum atque iterum memoratur ibi *Justa demesuralis :* quæ videtur esse vas vinarium capiens consuetam statutamque Monacho vini mensuram; cui id unum additur in festis paulo solemnioribus, ut *Justa demesuralis* sit de vino puro; at in festis majoribus maximeque solemnibus mensura vini dabatur tertia parte major solita : sic intelligo *Justam tertieram* de qua non semel in iisdem Consuetudinibus : *In die Epiphaniæ... Justas tertieyras de puro vino.... In Resurrectione Domini... Justas tercieyras et cornutas... in die Pentecostes... Justas tercieyras, etc.*

¶ Justa, pro Mensura frumentaria, in Hist. Abbatiæ S. Albini Cisterc. Ord. MS. a Guillelmo *Gauthier* cap. VII : *Ipsum ratam habuisse quam fecerat donationem trium Justarum frumenti.*

¶ 3. **JUSTA**, pro *Juxta* præpositione, frequenter legi in veteribus Instrumentis observat Baluzius tom. 2. Capitul. col. 986.

¶ **JUSTANTIA.** Charta Massil. ann. 1481 : *Placeat regiæ Majestati vestre preservare vestram civitatem ab Justantiis, logeamentis, subjornatis et stationibus armigerorum peditum et equitum. Placet.* Suspicor legendum *Ustantia*, vel *Ustancilla* cum Hispanis, Hospitis militis suppellex, Gall. *Ustencille*, vel ut alii efferunt *Utensile.*

* Placet interpretatio; nihil vero emendandum est, ut colligitur ex Charta Joannis comit. Catalaun. ann. 1232. in Reg. comitat. Clarimont. : *Adechertes si je aray volu carier men vin à ichelli quarier, li prieurs de Bragni baura à moi à nie Justance une fois en l'an le quar de se terre.* Hoc est, ad usum meum.

Digitized by Google

* **JUSTARE**, Probare, conferre ad modulum. Stat. Mantuæ cap. 114. lib. 1. ex Cod. reg. 4620 : *Quilibet vendens vinum ad minutum,... teneatur habere et tenere bozzolam vitream bullatam bullo Virgilii, ac approbatam et Justatam secundum formam statutorum communis Mantuæ.* Stat. crimin. Riper. cap. 216. fol. 29. r°. : *Qui erunt deputati ad bullandum mensuras,... teneantur et debeant Justare et bullare etc. Justoier,* eodem sensu, apud Bellom. MS. cap. 26 : *Et fist Justoier toutes les mesures que il avoit prinses ès autres taverniers, et chelles que il trouva bonnes et justes, il les rendi sans damage.* Vide alia notione supra in *Justa* 1.

* **JUSTATAIUS.** Vetus Inscriptio olim ex museo Jac. *de Bary :* IN TIBIIS ZMARAGDI DUO, CYLINDRI N. XI. JUSTATAIUS ZMARAGDI N. VIII. Forte Cruralis ligula, periscelis : sed mendose scriptum suspicor.

* **JUSTETUS**, diminut. a *Justa*, Vas continendis liquoribus idoneum. Charta ann. 1352. ex Tabul. monast. Montisol. : *Guillelmus abbas recognovit se habuisse et recepisse... unum Justetum sive potetum pro aqua ministranda.* Vide supra *Justa* 2.

¶ **JUSTIARIATUS**, pro *Justitiariatus*, de quo infra, Officium, dignitas judicis. Chronicon Richardi de S. Germano apud Murator. tom. 7. col. 1032 : *Hector de Monte-fusculo per Imperatorem a Justiariatu amovetur, et Stephanus de Anglone substituitur illi.*

¶ 1. **JUSTICIABILIS**, Alicujus domini jurisdictioni et justitiæ subditus, Gall. *Justiciable.* Charta Philippi Regis Franc. ann. 1329. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 159 : *Quamplurimos subditos et Justiciabiles dilecti et fidelis Guillelmi Flote, personas liberas cum armis hostiliter et pensatis insidiis invasisse.* Instrum. ann. 1472. ex Archivis B. M. de Bono-Nuntio Rotomag. : *Dicti Prior et Religiosi... sunt... viri Justiciabiles... D. Rothomagensis Archiepiscopi.* Vide *Justitiabilis.*

* 2. **JUSTICIABILIS**, Cui justitiæ exercitium competit. Charta ann. 1326. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 400 : *Item feuda nobilia et francalia, Justiciabilia, existentia sub jurisdictione Auriaguesii etc.* Vide *Justiciatio.*

¶ **JUSTICIAL**, JUSTICIALIS, Poculum vinarium, idem quod *Justitia* 3. Charta Monialium Artacellæ ann. 1403. ex Schedis Præsidis *de Mazaugues : Debent eis dare unum panem de pondere, et unum Justicial vini consuetum cuilibet, et dominæ Priorissæ 4. mensuras vini ultra pensionem.* Infra : *Item Fenestreriæ medium Justicialem vini. Item Refectoreriæ pro suo labore duos Justiciales vini ultra suam rationem.* Vide *Justa* 2.

¶ **JUSTICIALITER**, Legitime. Charta ann. 1226. e Tabul. Bethun. fol. 40 : *Relevia, terrarum vendagia, placita... adeo Justicialiter sicut ea habui.*

* *Justificaulement*, eodem sensu, in Lit. Florent. Hannon. ann. 1287. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1228.

¶ **JUSTICIARE.** Vide *Justitiare.*

¶ **JUSTICIARIUS**, Judex. Vide *Justitiarius.*

¶ **JUSTICIATIO**, Justitiæ exercitium, seu jus illam exercendi. Literæ ann. 1293. apud Rymer. tom. 2. pag. 618 : *Loca dictæ terræ contra nos munierunt et inforciaverunt; volentes, quasi modo hostili, Justiciationi nostri feodi resistere.* In legibus Norman. apud Ludewig. tom. 7. pag. 159 : *Justiciatio est Coartatio super aliquem facta ut jure pareat ex commisso; unde patet quod Justiciatio non debet fieri, nisi delictum præcesserit, cujus satisfactio requiratur.*

¶ **JUSTICIATUS**, Officium, dignitas judicis seu justitiarii. Charta ann. 1501. apud Rymer. tom. 12. pag. 781 : *Et exercitio omnis Justiciatus et Cancellariatus.*

¶ **JUSTICIUM.** Vide *Justitium.*

¶ **JUSTICUS**, Justus. Charta Ludovici Grossi ann. 1129. apud Doubletum in Hist. Sandion. pag. 859 : *Contestamur autem omnes successores nostros per sanctam et individuam Trinitatem, et per adventum Justici judicis Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, ut hoc nostræ auctoritatis præceptum nullomodo præsumant temerare.*

* **JUSTIDIUM**, ἀρχοντικὴ ἡμέρα. Salmasius ἀργητικὴ restituit. Vide Scaliger. ad Festum in *Justi dies.* Hæc post Castigat. in utrumque Glossar.

* **JUSTIFER**, Judex, baillivus. Ryth. satyr. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 94 :

Dolis armatus Justifer Heinrico tollit feminam.

Ubi de judice, qui auctoritate sua abutitur, sermo est. Vide mox *Justificarius.*

¶ **JUSTIFICABILIS**, Idem quod *Justiciabilis.* Charta Philippi Regis Franc. ann. 1317. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 472 : *Salvo et retento eidem Duci, quod ipse et hæredes sui possint subditos suos castellaniæ dictæ villæ, et alios suos Justificabiles et subjectos in dicta villa de Guingamp justiciare et tenere ibidem placita sua inter eos.*

1. **JUSTIFICARE**, non tam justitiam exercere, judicare, quam judicio dato damnare, vel per judicium compellere. Notitia de Rogero Episcopo Bellovac. apud Loisellum pag. 248 : *Dans ei medietatem Vicecomitatus, ita ut minister Episcopi, et minister Comitis Justificent reos, et Leges æqualiter dividant.* Charta Fulconis Abbatis Corbeiensis ann. 1055. ex Tabulario ejusdem Monasterii : *De omnibus quoque ad se proprie pertinentibus, si hæc violaverit, ipsemet Justificabit.* Charta Branonis Abbat. Dervensis in Tabul. ejusdem Monast. : *Persolvant nobis in censu 2. solidos denariorum : quæ si neglexerint eo die solvere, in crastinum Justificabuntur sua lege; si autem pro negligentia census Justificari noluerint, legemque solvere, vel deprecari, terram nostram recipiemus.* Charta ann. 1146. in Tabular. Prioratus Neronis-villæ fol. 18 : *Et ibi in audientia procerum Castri Nantonis, et secundum judicium eorum, Justificabunt rusticos, et medietatem justitiæ habebit Prior Neronis-villæ, et medietatem Matthæus de Anunvilla.* Charta ann. 1175. apud Bromptonum : *Et totam aliam terram, et habitatores terræ habeat sub se et Justificet, etc.* Infra : *Si a fidelitate Regis recesserint, ipse eos Justificet et amoveat : et si eos per se Justificare non poterit, Constabularius Regis Angliæ, et familia sua de terra illa juvabunt eum ad hoc faciendum, etc.* [Charta Thomæ Domini de Couciaco ann. 1218 : *Mercatores habebunt cheminum quale solent habere, et transitum liberum sicut habere solent, et Justificabuntur tantummodo per Winegiatores prædicti domini mei.* Consuetudines Furnenses ex Archivo Audomar. : *Et si occasione cujuscumque alterius extra Flandriam fuerit acclamatus, Comes Justificare poterit per curiam suam.*]

¶ 2. **JUSTIFICARE**, Meritis pœnis afficere, debito supplicio plectere, Gallis, *Justicier.* Epistola Jacobi Regis Scotiæ ad Carolum VII. Reg. Franc. tom. 10. Spicileg. Acher. pag. 244 : *Principales vero rebelles qui in eodem castro inventi fuerunt, pœna suspendii Justificavimus.* Memoriale Potestatum Regiens. ad ann. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1098 : *Et Saraceni secuti sunt semper interficiendo Christianos usque ad fossatum eorum... Tali modo Justificavit Deus Christianos, quia non cum ejus timore, sed cum furore magno exierunt.*

* 3. **JUSTIFICARE**, Gall. *Justifier*, Purgare, absolvere; unde *Justificatio*, Purgatio, absolutio, Gall. *Justification.* Advent. episc. Metens. ann. 867. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 595 : *Immo sancta mater Ecclesia, quia probi doctores sunt et veri speculatores, cum principe pastorum Christo evidenter Justificat, et omni laude dignis æternæ beatitudinis præmia promittit.* Epist. synod. Conc. Tricass. ann. 867. ibid. pag. 590 : *Ebbo publice, tam pro imperatoris placanda offensa, quam pro gratia ejus recuperanda, et sua injuria removenda, quædam minus caute, pro sui tamen ereptione, in imperatoris Justificatione, et in sua denotatione pronunciavit.*

¶ **JUSTIFICARIUS**, Judex, Baillivus. Consuetud. Furnenses ex Archivo Audomar. : *Comes nec Justificarius suus potest convincere aliquem de contradicto nisi per juramentum super Sacrosancta.* [*Stat. MSS. eccl. Tull. collecta ann. 1497. fol. 100. r°. : *Et si contingat quemquam dictorum tredecim hominum criminaliter delinquere, incarceratur in prisione capituli, et facere tenentur dicti Justificarii processum ejus ac eum condemnare.*]

¶ 1. **JUSTIFICATIO**, f. Legitima hæreditatis portio, Gall. *Legitime.* Testamentum Armandi *d'Alegre* ann. 1263. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1115 : *Quæ omnia assignavi et constitui eidem Amphel in dotem cum dicto marito suo, et amplius dono et lego eidem jure Justificationis centum solidos dictæ monetæ semel tantum ipsi solvendos.*

¶ 2. **JUSTIFICATIO**, Satisfactio, Purgatio, Gall. *Justification.* Epistola Odonis II. Comitis Carnot. ad Robertum Regem Franc. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 1. pag. 337 : *Tum ille constituit mihi placitum ex consensu tuo, quando et ubi hoc perfici posset : sed instante termino, cum ad hoc peragendum paratus essem, mandavit mihi ne me fatigarem ad condictum placitum veniendo, quia non erat tibi cordi aliam Justificationem sive concordiam recipere, nisi hoc tantum, ut faceres mihi defendere quod non essem dignus ullum beneficium tenere de te.*

JUSTIFICATOR, Judex. Chartam Rogerii Siciliæ Regis ann. 1144. subscribit cum aliis *Rogerius filius Boni Justificator Curia-*

Digitized by Google

lis, apud Ughellum tom. 6. pag. 143. 145. Liber Ramesiæ sect. 188 : *Will. Rex Angl. H. Camerario et Justificatoribus suis, omnibusque suis fidelibus Norff. salutem. Inquirite per Comitatum quis justius hujusmodi fortisfacturam haberet tempore patris mei, sive Abbas Ramesiæ, sive antecessor Will. de Albineio, etc.*

¶ **JUSTIGERIUS**, Idem qui *Justitiarius*, Judex, *Magister Justigerius*, Præcipuus Judex in regno Apuliæ, idem qui *Magister Justitiarius* in regno Siciliæ. V. *Magister*.

¶ **JUSTILIUM**, *Jus*, Gall. *Sausse*, apud Kerhardum in Synonymis.

¶ **JUSTILOQUUS**, Qui justa et æqua loquitur. Statuta Canonicorum Regul. apud Duellium tom. 1. Miscell. pag. 97 :

Vaniloquos ac turpiloquos fuge, sperneque, vita,
Justiloquusque nota, fantes de perpete vita.

¶ **JUSTINIANI**. Sic juvenes qui primo anno studio juris operam dabant appellari jubet Justinianus Imp. sua prima Constitutione seu Præfat. Digest. cum ante *Dupondii* dicerentur, *vetere tam frivolo quam ridiculo nomine*, ut habet idem Imperator ibidem.

1. **JUSTITIA**, Jurisdictio, cognitio judicis. Leges Edw. Confess. cap. 26 : *Justitia cognoscentis latronis sua est, de homine suo, etc. Justitia Regis*, eodem cap. est forum Regis, *la Justice Royale*. Charta Henrici III. Reg. Angl. pro Abbatia S. Walerici in Picardia : *Habeantque Abbas et Monachi in tota possessione sua omnem Justitiam de assaltu et sanguinis effusione et pacis infractione*. Passim.

Alta Justitia, Merum imperium, jus gladii, *Haute Justice*, Practicis nostris. *Hauteur et Justice*, in Pacto Tongrensi ann. 1403. pag. 30. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1272. in 30. Regesto Archivi Regii ch. 441 : *Nec non alta Justitia, quam extendimus ad omnem casum in quo contigerit aliquem pati debere mortem, vel exilium, vel membri mutilationem*. [Charta Henrici II. Ducis Lotharingiæ et Brabantiæ ann. 1243. pro Abbate S. Bernardi ad Scaldim : *Nihil juris nobis vel posteris nostris, præter tres articulos altæ Justitiæ, scilicet manifestam sanguinis effusionem, membrorum mutilationem, et vitæ ablationem, si excessus delinquentium hoc exegerit, in ipso alodio reservando.*]

* *Cas de haute justice*, cujus cognitio ad *altam justitiam* pertinet, in Pacto inter Reginald. vicecom. Ambian. et monast. *du Gart* ann. 1313. ex Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 41. Quatuor ejusmodi casus recenset Charta ann. 1263. ex Reg. S. Ludov. fol. 24. v°. : *Retentis quatuor altis Justitiis, scilicet raptu, incendio, crimine agressorum itinerum, crimine homicidii*. Crimen, etiam capite plectendum, aliquando ad *bassam justitiam*, pertinere, pronuntiatur Aresto ann. 1276. in Reg. 2. *Olim* parlam. Paris. fol. 32. r°. : *Cum quædam mulier, quæ quasdam potiones dabat hominibus ut obdormirent, quod furtum facere posset; a majore et juratis Silvanecti justitiata fuisset et inhumata : ballivo Silvanecti dicente casum hujusmodi esse casum altæ Justitiæ; et ideo illum ad dominum regem, qui in villa Silvanecti raptum, multrum et homicidium retinuerat, pertinere. Dictum fuit quod dictus casus ad bassam Justitiam pertinebat; et fuit super hoc impositum silentium dicto ballivo.* Neque enim judicium majoris et juratorum, qui mulierem fossa immergendam damnaverant, inde infirmare ballivo propositum erat.

¶ Justitia Simplex, Inferior, quæ pendet a *Regali*. Edictum Ludovici X. Reg. Fr. ann. 1313. tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 621 : *Item, super eo quod prefatus Dux* (Britanniæ) *asserit, quod in ipsius prejudicium, et injuste contra dictum Ducem et ejus subditos adjornamenti, seu simplicis Justitiæ, nonnullis interdum nostre litere conceduntur; respondetur eidem, quod de cetero tales litere minime concedentur, nisi pro talibus casibus, qui ad nostram superioritatem pertineant, aut ressortum*. Ubi patet *literas simplicis justitiæ* eas dici quibus ad supremam et regalem justitiam evocabantur causæ, quæ secundum jus consuetum dirimi debebant in *simplici justitia* et ducali, quæ Regiam superiorem agnoscebat.

* Seu quæ de litibus primo judicat, vulgo *En premiere instance*. Chartul. AB. S. Germ. Prat. fol. 4. r°. col. 1 : *Supplicant dicti Petrus et Johannes vobis, domine abbas, quod eis reddatis simplicem Justitiam, talem qualem prædecessores ipsorum habuerunt in tenemento, quod tenent a vobis, et etiam hæredes ipsorum.*

Justitias Facere, Tenere, Idem quod *Placitum tenere*, nostris *faire*, vel *tenir la Justice, les Plaids*. Annales Francorum Loiselliani ann. 760 : *Consilium fecit cum Francis, ut iter ageret supra dictus Justitias quærendo in Aquitania*. Annales Tiliani ann. 799 : *Legatos regios, qui tunc ad Justitias faciendas apud eos conversabantur, comprehendunt*. Eginhardus ann. 814 : *Ad Justitias faciendas, et oppressiones popularium relevandas, Legatos in omnes regni sui fines misit*. Idem ann. 823 : *Lotharius, cum secundum patris jussionem in Italia Justitias faceret*. Ratpertus de Orig. S. Galli cap. 5 : *Contigit autem tempore quodam Wolfarium Remensem Episcopum Legatione a domino Karolo sibi injuncta Justitias in Rhetia Curiensi faciendas ad ipsum pagum venisse, etc.* Placitum apud Pinendenam inter Lanfrancum Archiepiscopum, et Odonem Bajocensem Episc. sub Willelmo I. Rege Angl. apud Seldenum ad Eadmerum : *Huic placito interfuerunt Goisfredus Episcopus Constantiensis, qui in loco Regis fuit, et Justitiam illam tenuit, Lanfrancus Archiepiscopus, qui, ut dictum est, placitavit, et totum dirationavit, etc.* [Tabularium S. Vincentii Cenoman. : *Ita ut ipsi* (Monachi) *ibidem Vicarium suum habeant qui Justitias et districtiones secundum præceptum Abbatis et Monachorum faciat.*] Vide Leges Longob. lib. 2. tit. 52. § 2. [** Carol. M. 18.]

¶ Justitiam Suam Facere, Ablatis pignoribus debitum exigere, Gall. *Faire saisir*. Chartularium S. Fromondi : *Itaque facient et facere poterunt dicti Prior et Monachi pro defectu solutionis dicti frumenti Justitiam suam in totis tenementis antedictis, quotiescumque necesse fuerit*. Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 3 : *Si ita acciderit quod mihi, vel hæredibus meis de dictis novem minis ordei ad terminum supradictum non fuerit plenarie satisfactum, licebit nobis supra dictam pechiam terræ nostram Facere Justitiam, usque dum nobis satisfactum fuerit de redditu et emenda.*

¶ Justitiam Facere, Facere satis, debitum solvere, latæ sententiæ obtemperare. Leges Rotharis [** 256.] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 37 : *Tunc Sculdasius tollat boves aut caballos ipsius, et ponat eos penes creditorem, dum usque Justitium fecerit*. Leges Caroli M. [** 99.] ibid. pag. 105 : *Neque Abbates, neque Presbyteri... ad publica vel ad secularia judicia trahantur vel distringantur; sed a suis Episcopis judicati Justitiam faciant.* [** Brachyl. lib. 4. tit. 9. § 4 : *Te admoneo, ut ad placitum venias eique Justitiam facias.*]

¶ Justitiam Invenire dicitur actor, qui jus suum obtinet a judice. Leges Luitprandi [** 25. (4,7.)] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 57 : *Nam si aliter fecerit ipse judex, et intra* XII. *dies Justitiam non invenerit qui procla maverit, tunc componat ipse judex solidos* XII.

* Justitia, Justitiæ seu dominii districtus. Libert. Verment. ann. 1235. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 577. art. 6 : *Volumus etiam et concedimus ut mercatum nostrum, quod solebat esse apud Betriacum, ... sit amodo imperpetuum similiter die Jovis apud Vermentonem, apud Justitiam nostram. Joustise*, eadem notione, in Charta ann. 1288. ex Tabul. episc. Paris. : *Monseigneur Jehan Grapin de Nulli chevalier... a obligié... lui, ses hoirs et touz leurs biens meubles et immeubles, presenz et avenir, ou il soient et en quelque Joustise, à jousticier par le prevost de Paris.*

* Justitia, Judicium, judicis sententia, statutum, decretum. Stat. Montispess. ann. 1204. MSS. : *Dominus Montispessulani vel ejus bajulus nullatenus debet vendere Justitias curiæ suæ*. Charta Ric. reg. Angl apud Rymer. tom. 1. pag. 65 : *Sciatis nos de communi proborum virorum consilio fecisse has Justitias subscriptas.*

* Justitia, Locus plectendis reis, vel eorum cadaveribus suspendendis destinatus, patibulum; qua notione etiam *Justice* dicimus. Charta ann. 1301. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 81 : *Item, a dictis domibus usque ad Justitiam dicti defuncti domini Johannis de Beone. Item, a dicta Justitia etc.* Mirac. S. Rosæ tom. 2. Sept. pag. 451. col. 1 : *Jacobus de Lagolpe... currens super quodam equo prope Justitiam, extra muros Viterbienses. Juybet*, eodem sensu, in Charta ann. 1328. ex Reg. donor. Caroli IV. et Philippi VI. in Cam. Comput. Paris. fol. 30. v°. : *Item les charpentiers et charrons de Baugency sont tenus à faire à lor couz et despens, par baillant de quoy, les portes et le Juybet de la ville.*

* Justitia, Pœnitentia monacho imposita. Regul. Hospit. S. Jacobi de Alto passu an. circ. 1240. ex Tabul. archiep. Paris. cap. 61 : *De fratre in Justitia posito. Frater si pro aliqua offensa in Justitiam per esguardium fratrum sit, et a magistro suo mittatur ad aliquam domum ad Justitiam faciendam, etc.*

Justitia, Jus, quod alicui in re quavis competit, sive in ejus reditibus. [Leges Pippini Regis. [** 11.] apud Murator. tom. 1.

Digitized by Google

part. 2. p. 120 : *Damus... ut qui in tantos annos Justitiam habere non potuerit, vel modo per Dei omnipotentis misericordiam... simul et per nostram præceptionem, unusquisque Justitiam suam accipiat.* Liber de Castro Ambasiæ etc. tom. 10. Spicileg. Acher. pag. 528 : *Pipinus vero jussu Zachariæ Papæ in Regem a Bonifacio Archiep. inungitur, qui Haistulfum Regem Longobardorum tenere Justitias sancti Petri coegit.*] Charta divisionis Imperii Caroli M. cap. 10 : *Similiter et de cæteris Ecclesiis, quæ sub illorum fuerint potestate, præcipimus, ut Justitiam suam et honorem habeant, etc.* Vide ejusdem Capitulare 2. ann. 802. cap. 23. Versus Hadriani PP. ad eumd. Carolum præfixi Collectioni Canonum :

Justitias almi Petri sui protectoris tueri.

Anastasius Bibl. in Stephano IV. pag. 97 : *Imminentibus atque decertantibus in hoc sæpius nominatis, Christophorus Primicerius et Sergius Secundicerius, pro exigendis a Desiderio Rege Longobardorum Justitiis B. Petri, quos obdurato corde reddere sanctæ Dei Ecclesiæ nolebat.* Idem in Hadriano pag. 99 : *Inquiens, quod omnia illi mentitus fuisset, quæ ei in corpus B. Petri jurejurando promisit, pro Justitiis santæ Dei Ecclesiæ faciendis, etc.* Pag. 100 : *Quia Justitias B. Petri, juxta quod repromiserat, non reddidit.* Adde pag. 105. Epistola Joannis Regis Bulgariæ in Gestis Innocentii III. PP. pag. 56 : *Sciat autem Sanctitas tua, quod quinque Episcopatus Bulgariæ pertinent ad Imperium meum, quos detinet Rex Ungariæ, cum Justitiis suis Ecclesiarum, etc.* [Charta ann. 1252. e Chartulario Meldensi : *Ita quod Meldensis Episcopus et successores sui, vel alius nomine eorum, in dicta pecia terræ de cetero nihil juris vel facti, Justitiæ parvæ vel magnæ poterunt reclamare vel habere : nec nos vel nostri in dicta pecia, quæ sibi assignata pro illa quæ fuit sua aliquid juris vel facti, Justitiæ parvæ vel magnæ reclamare poterimus vel habere.* Epistola Alexandri III. PP. pag. 44. Libri nigri Scaccarii : *Nos tam in decimis, quam in aliis Ecclesiasticis Justitiis vobis restituendis, etc.*] Vide Reginonem ann. 753.

* *Justice*, eodem intellectu, in Charta ann. 1208. Chartul. 23. Corb. : *Jou ay vendu et escangié... toutes les Justices que jou avoie à Corbie, les cambaiges, les estallages, etc.*

Justitia, Præstatio, census. Burchardus Wormaciensis Episcopus in Lege familiæ : *Si quis in civitate hæreditatem aream habuerit, ad manus Episcopi dijudicari non poterit, nisi tres annos censum et aliam suam Justitiam inde supersederit.* Arnoldus Lubecensis lib. 3. cap. 6 : *Dicebat enim dominus electus homines suos in multis ab eo injuste gravari, quædam etiam prædia violenter occupari, et Justitias suas, quas in civitate sua Utine de advocatia consequi debebat, sibi frequenter per suos impedirl.* Chunradus de Fabaria de Casib. S. Galli cap. 8 : *Quas in suis perturbaverat tam feudis, quam consuetudinalibus Justitiis.* Charta Henrici Imp. ann. 1186. apud Ughellum tom. 1. pag. 378 : *Sancimus quoque, ut homines de Camerano, cum ab eis requisiti fuerint, de Justitiis suis plene ipsis respondeatur, et ab eis non exigatur reddita.* Gregorius lib. 3. Decretal. tit. 3. cap. 9 : *Ut consuetis Justitis et debitis obsequiis te defraudent, tonsuram resumant abjectam.*

Justitia, Mulcta judiciaria. [Leges Caroli M. 46. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 100 : *Si alicui homini post judicium Scabinorum fuerit vita concessa, et ipse postmodum aliquod malum perpetraverit, et Justitiam reddere noluerit, dicendo quod mortuus sit, et ideo Justitiam reddere non debeat, etc.*] Concil. Triburiense ann. 821. cap. 4 : *Triplicem compositionem, cum Justitiis, quæ in superiori capitulo scriptæ et confirmatæ esse videntur, componat.* Forma sacramenti Vicariorum in Constitutionibus Catalaniæ MSS. : *Et non accipiant aliquid ab aliqua partium, nisi directam Justitiam, quæ de placito debet exire, et illam nisi causa finita, per compensationem, vel sententiam : et si per sententiam finiatur, accipiant solummodo Justitiam a victo, a victore autem nihil accipiant, neque exigant. Si autem quæstio vel causa amicabili compositione fuerit terminata, moderate, quod justum fuerit, exigant ab utraque parte : quam Justitiam tradam fideliter in manum Bajuli vestri, et non vetabo alicui inde conquerenti. Et si quæ servitia mihi facta fuerint gratis, omnia manifestabo, et mittam in compotum, etc.* Charta ann. 1211. in Hist. Episcoporum Cadurcensium num. 87 : *Et burgenses Cadurci mandaverunt et convenerunt nobis, quod de cætero non acciperent denarios Rutenenses : et si aliquis acciperet vel expenderet burgensium, concederet nobis septem solidos de Justitia, ut amitterent Rutenenses, et obolos, quos acceptos habuerint.* [Sententia arbitralis ann. 1292. inter Abbatem et Consules de Gimonte : *Si forte... messegarii dictæ villæ aliquos delinquentes in dicto nemore de Castello invenerint, tandem Justitiam duodecim denariorum possint et debeant servare et accipere, quæ Justitia in tres partes, ut superius, dividatur.*] Vide Chartas alias apud Catellum in Comitibus Tolosanis pag. 215. 216. 219. Thomasserium in Consuetud. Bituric. pag. 140. [Mabillonium Diplom. pag. 584.] etc.

Justitiam Facere dicitur is, qui de crimine aut de re quapiam interpellatus juri stat, in Capitulis Hludovici Imp. post Legem Salicam cap. 5. *Rectum facere*, dixere posteriores.

Justitia, Judex, qui vulgo *Justitiarius*. Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 42 : *A Rege vel justitia ejus, vel a communi utrorumque domino... submoneatur.* Historia Translat. S. Guthlaci n. 24 : *Ubi famosis judicibus præsentibus, et patriæ Justitiis coram positis, controversia legitimo fine decideretur.* Vetus Charta apud Seldenum ad Eadmerum pag. 168 : *Nullus, qui de Rege tenet in capite, nec aliquis dominicorum Ministrorum ejus excommunicetur, nec alicujus eorum terræ sub interdicto ponantur, nisi prius dominus Rex, si in regno fuerit, conveniatur, vel Justitia ejus, si fuerit extra regnum.* Ubi Seldenus : *Qui velut Præfectus Prætorio, aut Prorex, regias illo ævo vices agebat, et Capitalis Angliæ Justitiarius etiam indigitabatur.* [Charta ann. 1279. ex Archivis Abbatiæ Troncheti : *Henricus Rex Angliæ et Dux Normanniæ et Aquitaniæ, et Comes Andegavensis, Episcopis, Comitibus, Justitiis et omnibus ministris suis Britanniæ, etc.* Tabularium B. M. de Bono-nuntio Rotomag. : *Conductus fuit extra cum cruce et aqua benedicta per Justitiam dictorum religiosorum.* Adde Translationem S. Guthlaci, tom. 2. April. pag. 58.]

* Nostris etiam *Justice*, eadem acceptione. *Hugo le Bigot Justice d'Angleterre*, in Charta ann. 1259. ex Chartul. Campan. fol. 226. Occurrit præterea in Lit. ann. 1370. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 378. art. 32. et in Stat. ann. 1355. ibid. pag. 512. art. 24. Sed et dominus loci, *Justice* appellatur, in Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 51 : *Jehan de Goy escuier,... seigneur de la ville de Chinchemy... Plusieurs habitans de ladite ville veant ledit Jehan de Goy, qui estoit leur Justice, ainsi comme mort.* Infra ch. 57. ubi de eod. facto : *Ledit escuier chief de justice etc.*

Justitia Aragonum. Vide *Judex medius*.

¶ Justitia Atrii, seu Cœmeterii, Quod pro sepultura persolvitur. Chron. Besuense tom. 1. Spicil. Acher. pag. 675 : *Atrium Ecclesiæ S. Petro Besuensi tradiderunt, Justitias tantum atrii retinentes.* Vide *Atrium*.

¶ Justitia Banni, Mulcta ob bannum fractum imposita. Charta ann. 1174. ex parvo Chartul. S. Victoris Massil. : *Si vero in terris Domini Castelli bannum fregerint, debent restituere et Justitiam banni Domino Castelli dare ita legitime sicuti sui homines.*

* Justitia Bustelli, Jus *bustellos* seu mensuras frumentarias exigendi ad modulum, mulctamque ob fraudem percipiendi. Charta Barthol. Laudun. episc. ann. 1143. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 49 : *Quicquid in molendinis jure hæreditario habebat, videlicet districtum, bannum, Justitiam bustelli, piscariam aquæ superius,... dedit.*

* Justitia Campi, *Duelli* scilicet jurisdictio. Charta Frider. ducis Lothar. ann. 1255. ex Chartul. eccl. Romaric. ch. 33 : *Li prevos saint Pierre doit tenir la Justice et de champ et de bataille.*

* Justitia Capitalis, Supremum tribunal. Arest. ann. 1341. 18. Sept. in vol. 3. arestor. parlam. Paris. : *Coram nobis seu Justitia nostra capitali litigare non tenebantur* (abbas et conventus Montis-regalis); *quæ quidem Justitia capitalis, alias curia parlamenti nostri extitit declarata.* Vide Ordinat. reg. Franc. tom. 4. pag. 724. et in *Parlamentum*.

¶ Justitiæ Complementum Facere dicitur Judex, aut litigator, qui quidquid æquum est et leges postulant ad litem finiendam complet perficitque. Charta Ottonis Comitis Palatini ann. 1245. apud Tolner in Probat. Hist. Palat. pag. 150 : *Nullus judicium faciat alicui querelanti; personaliter namque de ipsis ac ei attinentibus Justitiæ universis proponimus facere complementum.* Sententia ann. 1294. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 124 : *Quominus possint facere Justitiæ complementum, prosequi malefactores et exsequi sententias contra omnes, prout justitia postulabit.* Litteræ Senatus Hertzberg. apud Ludewig. tom. 1. pag. 156 : *Dominus Abbas et qui cum eo aderant Fratres responderunt... paratos et benevolos se esse... hoc ipsum in Reliquiis juramento publice affirmare. Nos vero considerantes*

Digitized by Google

constantiam D. Abbatis de faciendo in Reliquiis Justitiæ complemento. Charta Caroli Franc. Regis ann. 1378. ex Archivo B. M. de Bono-nuutio Rotomag. : *Si aliqui prisionarii adducerentur dictis octo diebus pro complemento Justitiæ secundum qualitatem delicti facieudo, etc.* Rursum occurrit apud eumd. Ludewig. tom. 5. pag. 571. Rymer. tom. 2. pag. 255. Illust. Fontaninum in Appendice ad Antiquit. Hortæ pag. 423. etc.

* JUSTITIA CORPORALIS, Jus gladii, cognitio criminum corpore plectendorum. Charta ann. 1245. in Reg. S. Ludov. ex Chartoph. reg. fol. 14. v°. : *Donum.... de villa sancti Martini veteris,... quam* (Simon comes Montisfortis monachis Villæ longæ) *dedit, salva Justitia corporali ad principem pertinenti,... concedimus.*

¶ JUSTITIA PRO DUELLO, Mulcta pro duellis domino solvenda. Vide *Duellum* pag. 954. lin. *De compositione.*

** JUSTITIA ELECTA, Statuta civitatis consensu communitatis decreta. Vide *Cora.* Statut. Susat. ann. 1120. apud Seibertz. cod. dipl. ducat. Westphal. pag. 48 : *Audiat universitas antiquam et Electam Susattensis oppidi Justiciam.*

¶ JUSTITIA FEODI, Jurisdictio domino competens ratione feodi, quod possidet. Capitula anno circiter 1329. apud Acher. tom. 6. Spicil. pag. 492 : *Clerici trahunt causam feodorum in curiam christianitatis... et propter hanc occasionem perdunt domini Justitiam feodorum suorum.* Et mox : *Sed propter hoc non amittat dominus feodi Justitiam fidei* (feodi) *nec propter hoc se capiant ad feodum.*

* JUSTITIA FONSSERIA, FUNDICARIA, Gall. *Justice fonciere*, Jurisdictio minor, inermis, quæ ratione fundi exercetur. Vide *Fonsseria* et supra *Fundicerius.*

* JUSTITIA FORISFACTORUM, Emendæ, mulctæ. Charta ann. 1179. in Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 79 : *Domino autem Nicholao, ad conservanda jura ecclesiæ et præfatæ villæ libertatem, concessimus Justitiam forisfactorum de burgensibus inibi manentibus.*

* JUSTITIA GROSSA ET BASSA, Major et minor. Vide supra in *Grossus* 1.

¶ JUSTITIA LATRONUM, Cognitio de latronibus competens domino habenti altam justitiam. *Justitiæ latronum et adulterorum,* in Charta Adelfonsi Tolos. Comitis ann. 1131. Vide *Latro.*

* JUSTITIA LICHERIA, Jurisdictio intra castri repagula, quæ *Liciæ* appellantur. Vide in hac voce. Charta Guich. episc. Matisc. ann. 1267. in Reg. 31. Chartoph. reg. fol. 41. r°. col. 1 : *Dicebamus quod quicumque tenebat comitatum Matisconensem, tenebatur episcopo Matisconensi facere homagium de omnibus, quæcumque comes Matisconensis in dicta civitate et suburbio, excepto castro et Justitia, quæ vocatur Licheria, quæ semper consueverunt teneri a domino rege.* Vide infra *Lichia* 1.

* JUSTITIA MINUTA, Minor jurisdictio. Charta ann. 1248. ex Chartul. Campan. fol. 472. col. 2 : *Retinuit autem dicta Emelina Justitiam minutam Roiæ terræ, quam videlicet terram homines sui tenent de ipsa.*

* JUSTITIA PARVA. Charta ann. 1278. in Chartul. Cluniac. ch. 300 : *Juridictio vero, cognitio et Justitia in terris, hominibus et locis omnibus supradictis, citra emendam sexaginta solidorum, quæ vulgaliter parva Justitia appellatur.... ecclesiæ Cluniacensi perpetuo remanebunt.*

* JUSTITIA PERSONALIS, Eadem quæ Minor. Charta ann. 1265. in Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 242. r°. col. 2 : *Prætextu majoris seu altæ Justitiæ, raptus videlicet, multri, inventionis thesauri auri et argenti, vel incendii,... et etiam minoris, scilicet Personalis, etc.*

¶ JUSTITIA SANGUINIS, Major justitia, quam exercet dominus, cum sanguis defluit. Jura Comitis Biterr. in civitate Albiensi ann. 1252 : *Item habuit et percepit in eadem civitate majores Justitias, sanguinis videlicet, latrocinii et adulterii et criminum aliorum.* Vide *Sanguis.*

* JUSTITIA vocata *Sauvedroit*, Mulcta, quæ ab iis exigitur, qui jura debita *salvant*, id est, non solvunt. Vide infra *Salvaria.*

¶ JUSTITIA DE TELONEO, Mulcta pro fraudato vectigali. Charta Chilperici Franc. Reg. apud Miræum tom. 2. pag. 1310 : *Sed ipse teloneus et Justitia de teloneo... omni tempore nostris et futuris temporibus ad mensam Canonicorum ejusdem Ecclesiæ proficiet.*

¶ JUSTITIA TERRÆ, Immunitas, *Franchisia*, Gall. *Franchise.* Hist. Palæst. apud Ludewig. tom. 3. pag. 10 : *Voluerunt nostri quoddam castrum aggredi et apprehendere, eo quod erat plenum omnibus bonis. Sed vir prudens Boamundus noluit consentire tantum pro Justitia terræ, quantum pro fiducia Imperatoris... Ibique dictus Boamundus optime concordatus cum duobus Curopalatis, et pro amicitia eorum et pro Justitia terræ jussit reddi omnia animalia, quæ nostri deprædata tenebant.*

* JUSTITIA TERRENA, Secularis, idem quod supra *Jus terrenum.* Charta Odon. episc. Paris. ann. 1199. ex Chartul. ejusd. episc. fol. 51 : *Et ultra pontem S. Clodoaldi, pro Justitia terrena, homines illius loci episcopus trahere non poterit.*

¶ JUSTITIA TRANSITUS, Tributum a transeuntibus per terras alicujus domini solvendum, Gall. *Droit de passage.* Charta ann. 1140. apud Miræum tom. 2. pag. 821 : *Liberos quoque ipsos decerno ab omni onere, angaria, parangaria... et omni justitia transitus per totam terram meam, ac aquam universam, in rebus suis emendis vel vendendis.* Vide *Transitus.*

* AD JUSTITIAM ALIQUEM HABERE, vel *Ad Justum*, Aliquem ad jus faciendum submonere, in jus vocare. Charta ann. 1149. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 522 : *Et si ullus homo aut femina aufferret tibi totum honorem tuum aut inde te aufferret, adjutor ero tibi bona fide et sine inganno,.... et illos tibi ad Justitiam habebo. Et si illos ad Justum tibi habere non possem, adjuvabo te de eis sine tuo inganno.* Similia rursum occurrunt in Ch. ann. 1157. ibid. col. 566. Vide *Rectum.*

2. JUSTITIA, Idem quod *Justa*, *Jouste*, Hastiludium, in Historia Obsidionis Jadrensis ann. 1345. lib. 2. cap. 21.

3. JUSTITIA, Idem quod *Justa*, Poculum vinarium. Statuta S. Hugonis Cluniacensis tom. 6. Spicilegii Acheriani pag. 448 : *Duodecim pauperes reficiantur, septem diebus Justitia detur, excepta quotidiana præbenda, quæ in majori Missa semper ponitur.* Petrus Cluniacensis lib. 1. Epist. 20 : *Vascula vinaria, quæ Justitias vocant, vel similia, concavare et componere tenta.* Idem in Statutis Cluniac. cap. 27 : *Statutum est, ut non vasis illis vinariis, quæ Justitiæ vocantur, sicut olim facere cogebantur, sed propriis ciphis unusquisque bibat, etc.* Udalricus lib. 2. Consuet. cap. 20 : *Si opus habet Justitiam suam et pateram lavare, tunc lavat.* Adde lib. 3. cap. 21. 22. Consuetudines Floriacens. pag. 401 : *Potus in Justitiis sicut in aliis diebus ponitur.* Leo Ost. lib. 2. cap. 59 : *Tollebat tantum de loco mensæ Justitiam ipsius, et ponebat in pavimento.* Tabularium Vindocinense Thuani f. 228 : *Ut emendatio illius forfacti esset unus panis, et una Justitia vini.* Charta Arnaldi Episcopi Niciensis ann. 1159. apud Jofredum pag. 175 : *Si autem cum eis comedere noluerit libra ei et Justitia cum pulmentis, quibus Clerici vescuntur, deforis mittantur.* Vide Concilium Monspeliense ann. 1214. can. 22. et Usus vet. Cisterciens. cap. 89. 109. 114. 116.

☞ *Justitia* non tantum pro potus, sed et pro cibi diurna portione, quæ Monachis Canonicisve competebat, usurpatur. Id probant Statuta S. Hugonis Cluniac. superius a D. Cangio laudata. Adde Chartam ann. 1062. apud Baluzium tom. 6. Miscell. pag. 520 : *Qui sagmarius hoste transacta Monasterio reddatur, et uno recepto Comitis Pictavensis per jussionem Vicecomitis, et Justitia panis et vini, cum in hanc villam venerit.* Aliam ann. 1179. ex Tabul. Floriac. : *Ecclesiam Sanctorum... Gervasii et Protasii liberam præter refectionem quæ debetur Canonicis S. Crucis, et revestitum presbyteri in die Dominico et de ipse presbytero Justitiam.* Chronicon Cavense apud Murator. tom. 7. col. 961 : *Et perpetuo stabilimus solvendam et pauperibus erogandam pro quolibet defuncto Monacho ipsius nostri Monasterii a die obitus sui usque ad trigesimum Justitiam panis et vini, qualis datur viventi.* Chron. S. Petri Vivi tom. 2. Spicileg. Acher. pag. 756 : *Officio divino arceantur, rebus ecclesiasticis ac Justitiis, quas nos præbendas vocamus, priventur.*

* Sed hac voce etiam vinum, ut voce *Libra* panis, significatur. Cærem. MS. S. M. Crassensis ubi de defuncto : *Per xxx. dies ad Missam matutinalem Libra et Justitia ejus* (defuncti) *Deo offeratur, et pauperibus tribuatur. Libra ei et Justitia cum pulmentis*, in Ch. Arnaldi episc. Niciens. ann. 1159. supra laudata.

¶ 4. JUSTITIA, Aptitudo, convenientia, Gall. *Justesse.* Tertullianus lib. de Pallio cap. 1 : *Quadrata Justitia beatæ* (tunicæ) *in viris stabant.*

¶ JUSTITIABILIS, Alicujus jurisdictioni et justitiæ subjectus, Gallis, *justiciable.* Regestum *Crux* f. 37. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 2. pag. 916 : *Et si contingeret quod emergeret quæstio, quod gentes nostræ requirant aliquem tanquam burgensem nostrum, quem aliquis Prælatus aut Baro, aut quivis alius nobis subjectus dicerent esse hominem aut Justitiabilem suum, aut quid*

Digitized by Google

in eorum jurisdictione commisisset. Vide supra *Justiciabilis.*

¶ **JUSTITIALIS**, ut *Justitiabilis.* Charta ann. 1269. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 3. col. 1 : *Offerunt prædictis civibus et populo Lugdunensi, qui sunt Justitiales Ecclesiæ S. Joannis, etc.*

* **JUSTITIARATUS**, Justitiarii districtus. Testam. Rob. reg. Sicil. ann. 1343. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1103 : *Hæredem instituit in comitatu Albæ necnon Justitiaratu vallis Gratis;... quos quidem comitatum et Justitiaratum etc.* Vide *Justitiariatus.* Extat, alia notione, in *Justitiarius* 1.

¶ **JUSTITIARE**, Justiciare, Justitiam exercere, judicio damnare, compellere. Leges Norman. cap. 5. apud Ludewig. tom. 7. pag. 154 : *Dicitur quandoque justitia distinctio ex jure prorumpens, que habet fieri super aliquem, secundum quod dicitur aliquis Justitiare homines suos. Et hujusmodi justitia fit per captionem mobilium, vel feodi, vel corporis.* Chartularium 2. Campaniæ apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 2. pag. 735 : *Nullus potest Justitiare, vel debet, homines B. Martini, nisi solus Præpositus vel Major ipsius.* Epist. Honorii III. PP. ann. 1220. in Hist. MS. Monast. Beccensis pag. 542 : *Tua nobis devotio supplicavit, ut cum tu et prædecessores tui, secundum B. Benedicti Regulam et Monasterii approbatam consuetudinem... Priores Justitiare ac destituere consueveritis, etc.* Antiquæ Consuetudines villæ Hasprensis apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 892 : *Præpositus de omnibus quos Justitiare potest ad aliam justitiam nequaquam clamorem deferet.* Regestum Parlamenti apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 139 : *Comes Boloniensis requirebat quod habitatores castri Montisgasconis Justiciarentur et tractarentur de cætero per Præposituram tantummodo Pontiscastri.* Adde Chartam Philippi Audacis Regis Franc. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. pag. 27. et 28. Generaliori notione verbum *Justisier*, scilicet pro Administrare, regere, gubernare, sumit *Le Roman de Rou* MS. ubi Carolum Simplicem sic loquentem inducit :

> Je ne puis par moy soul le regne Justisier,
> Ne ne puiz par moy soul Rou ne Normanz cachier.

* *Justicier* et *Justiser*, eodem sensu. Chron. S. Dion. lib. 2. cap. 18. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 198 : *Li rois* (Clothaires) *avoit un fil, qui avoit à non Crannes... Ses peres li avoit son pooir baillié, et l'avoit envoié en Aquitaine pour la province Justicier.* Fabul. tom. 1. pag. 48 :

> Cil qui fame viaut Justiser,
> Chascun jor la puet contrister.

¶ **JUSTITIARE**, Meritis pœnis afficere, debito supplicio plectere, Gall. *Justicier.* Charta ann. 993. ex magno Chartular. S. Victoris Massil. : *Nisi Justiciaveris nobis Theodoricum et Noe, qui nostros boves expulerunt et bubulcum ceciderunt, etc.* Regestum magnorum Dierum Campaniæ fol. 60. apud D. *Brussel* de Usu feudorum tom. 1. 1. pag. 224 : *Injunctum fuit Baillivo de Vitriaco, ut se sufficienter informet de facto pro quo dictus homo fuit Justitiatus.* Literæ Henrici VI. Regis Angliæ ann. 1460. apud Rymer. tom. 11. pag. 451 : *Quos vobis rebellantes seu aliter delinquentes inveneritis, juxta eorum demerita, castigandum, puniendum, et Justiciandum, ac castigari, puniri, et Justitiari faciatis.* Statuta Synod. Eccles. Valent. tom. 3. Collect. Conc. Hisp. pag. 509 : *Item dicimus quod corpus Christi non tradatur istis qui suspenduntur vel debent Justitiari.* Adde Acta SS. Martii tom. 1. pag. 119.

* **JUSTITIARE PER AUREM**, Auris abscissione mulctare, pœna in fures statuta. Vide *Auris.* Tabul. Fossat. fol. 3 : *Quidam mercenarius, Galterus nomine, morans in dicta villa nostra, captus fuit juxta domum Johannis de Banno furando gallinas, qui Justitiatus fuit per aurem.* Rursum infra.

¶ **JUSTITIARE**, Munus, officium *justitiarii* seu judicis, vel etiam apparitoris exercere. Edictum Philippi IV. Regis Franc. ann. 1293. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1256 : *Volumus insuper quod servientes tuæ baillivie non permittas in terra Ostrevanni Justiciare vel explectare nisi in casu ressorti.* Literæ ejusdem Philippi ann. 1293. apud Rymer. tom. 2. pag. 618 : *Immo si gentes nostræ Justiciando, sicut ad nos pertinet aliquid saisiant, etc.* Mandatum ejusd. Regis ann. 1203. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 84. col. 2 : *Item interdicimus servientibus nostris, ne Justitient, aut officium suum exerceant in terris Prælatorum, Baronum, aut aliorum Vassallarum seu subditorum nostrorum, in quibus habent justitiam altam et bassam, seu merum et mixtum imperium.* Instrum ann. 1315. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 31 : *Nullus Baillivus, Præpositus, Castellanus, aut quicumque alius Officialis, seu familiaris noster intret, seu possit intrare quacumque occasione seu causa, nisi de voluntate dictorum liberorum expressa processerit, pro confiscando, Justiciando, aut aliquid contra voluntatem ipsorum exercendo.*

¶ **JUSTITIARE**, Judicis decreto cogere. Charta ann. 1182. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 316 : *Et nos eosdem ad hoc, si opus fuerit, ad petitionem Prioris Justitiabimus.*

¶ **JUSTITIARE**, Pignora auferre, obsignare, Gall. *Saisir.* Charta ann. 1246. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 358 : *Et sciendum est quod prædictus Johannes Louvel et sui hæredes prædictas masuras cum duabus pechiis terræ poterunt Justiciare pro redditu antedicto habendo, et similiter pro emenda quotiescumque eumdem redditum ad terminum antedictum non habuerint.* Alia ann. 1282. ex eodem Chartul. tom. 1. pag. 508 : *Quam dictam masuram dictus Robertus et ejus hæredes poterunt Justiciare et esvanuare per redditum supradictum sine aliquo contradicto.* Alia vernacule scripta ann. 1298. ibid. pag. 509 : *Laquelle masure dessusdite édifiée ledit Guillaume et ses heritiers pourront Justisier et esvanuer sans contredit pour la rente sourtenue.* Privilegium Philippi IV. Reg. Fr. ann. 1304. in Collect. Privileg. Equitum S. Johannis Jerosol. pag. 2 : *Bona vero mobilia ipsius hospitalis capi vel justitiari non poterunt in casu aliquo.* Adde Ch. ann. 1283. ex Arch. B. M. de Bono-nuntio Rotom. Vide *Justizare.*

¶ **JUSTITIARE SE**, Coram Judice stare, causam dicere. S. Bernardus in Ep. 428. tom. 1. col. 376 : *Servientes Episcopi et quotquot erunt de familia ejus, numquam Justitiabant se per Comitem.* Charta Ludovici Junioris Regis Fr. ann. 1160. apud D. *Brussel* tom. 1. de Usu feud. pag. 536 : *Neque pro Præposito, sive viario, neque pro alio se Justitiabunt, nisi pro corpore Regio.* Ubi *per* et *pro* idem sonant quod *ante* vel *coram.* Charta Philippi Aug. Fr. Regis ann. 1201. apud Thomasserium in Biturig. pag 711 : *Et nullus hominum Clariaci... Justiciabit se pro Abbate S. Benedicti vel pro ejus serviente, nisi pro garba vel pro censu suo forisfecerit.* Similia habentur in alia Charta ejusd. Regis ann. 1186. apud D. *Secousse* tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 77.

** **JUSTITIARIA**, Judiciaria res, judicia. Locum vide in *Justitiariatus.*

¶ **JUSTITIARIATUS**, Justitiarii seu judicis regio, districtus. Literæ Roberti Regis Siciliæ ann. 1332. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 239 : *Nomina vero terrarum dictorum Comitis et Mariæ in diversis præfati regni Justitiariatibus sita.* Nicolaus de Jamsilla de Gestis Friderici II. Imper. apud Murator. tom. 8. col. 543 : *Tranenses quoque et Barenses, et alii de Justitiariatu terræ Bari, audita captione Rapullæ, ad mandatum Principis revertuntur.* Vide *Justitiaratus.*

** **JUSTITIARIATUS**, Jurisdictio, potestas juris dicundi. Concord. inter Frider. II. Imper. et Comit. Celan. ann. 1223. apud Pertz. Leg. tom. 2. pag. 251 : *Concedit etiam dominus Imperator eidem comiti et hæredibus suis Justitiariatum comitatus ejusdem, cum omnibus justitiis et rationibus Justitiariatui pertinentibus, præterquam de baronibus et militibus comitatus ipsius; qui licet velit quod de omnibus quæ ad Justitiariam pertinent, etc.* Vide *Justitiaratus* post *Justitiarius.*

1. **JUSTITIARIUS**, Judex. Ingulfus pag. 870 : *Præfectos vero provinciarum.... in duo officia divisit, i. in judices, quos nunc Justitiarios vocamus, et in Vicecomites, qui adhuc nomen retinent.* Henricus Huntindonensis lib. 6. pag. 370 : *Qui Justitiarii vocabantur, caput erant omnis injustitiæ.* [Occurrit passim.]

JUSTITIARII CAPITALES, dicti in Anglia, Judices supremi, qui *proprias causas Regis terminabant, et aliorum omnium, per querelam, vel per privilegium, sive libertatem : ut si sit aliquis, qui implacitari non debeat, nisi coram Rege*, ut ait Bracton. lib. 3. de Act. cap. 7. § 2. cap. 10. § 2. De *Justitiarii Capitalis* dignitate, quæ suprema fuit apud Anglos, sic liber Niger Fiscalis cap. 4 : *In Scaccario residet, imo et præsidet primus in regno, Capitalis scilicet Justitia.* Potestas vero ex eo deprehenditur, quod quatuor summorum judicum hodiernorum muneribus solus olim fungeretur : scilicet *Capitalis Justitiarii Banci regii*, id est, Placitorum Coronæ, seu criminalium : *Capitalis Justitiarii Banci communis*, id est, Placitorum civilium : *Capitalis Baronis Scaccarii*, hoc est, Curiæ ad sacrum patrimonium et fiscum pertinentis : et *Magistri* plerumque *Wardarum*, hoc est, pupillorum et orphanorum. Quippe licet amplissimus hic magistratus in Regis palatio fere semper versaretur, et in eo id officii, quod olim *Comites Palatii*, obiret, ac proinde majoris

Digitized by Google

momenti negotia, et quæ inter Barones regni controversæ erant, lites supremo dirimeret judicio, cum ex quadam dignitatis, vel *tenuræ* prærogativa eæ, *nisi coram Rege vel Capitali ejus Justitiario* judicarentur. Sed et Placita civilia, quæ *Communia* vocant, sub illis sæculis una agebantur in Palatio coram ipso Rege, seu *Capitali ejus Justitiario*, cum Placitis Coronæ : nec discretos habuerunt judices ante annum 9. Henrici III. vel potius 17. Joannis Regis : utroque enim anno concessum legitur a Rege, proceribus ad id instantibus, *ut communia Placita non sequerentur Curiam* (Regis) *sed in loco certo tenerentur.*

Fixo ita judiciorum loco, enata nova jurisdictio, ac ortum forum novum, quod *Banci communis* appellatum est, cui Præses dictus Magistratus alter, *Justitiarius Banci communis* nuncupatus, cum ei interesse *Capitalis Justitiarius* haud posset, quod Regio Comitatui adesse semper teneretur. Exempta igitur rerum civilium cognitione, fiscalium et criminalium judex perstitit, eoque nomine *Scaccario* præsedit et Regio Thesauro, de quo, prout libitum erat, ad Regis et regni negotia statuebat. Niger liber fiscalis : *Illic* (scilicet in *Scaccario*) *residet Capitalis domini Regis Justitia, primus post Regem in Regno ratione fori, et Majores quique de Regno, qui familiarius regiis secretis assistunt.* Et Ockamus, qui sub excessum Edwardi II. floruit : *Iste excellens sessor omnibus, quæ in inferiore, vel superiore Scaccario sunt, prospicit : ad nutum ipsius quælibet officia subjecta disponuntur; sic tamen ut ad domini Regis utilitatem juste perveniant. Hic tamen inter cætera videtur excellens, quod potest his sub testimonio suo breve domini Regis facere fieri, ut de Thesauro quælibet summa liberetur, vel ut computetur, quod sibi ex Domini Regis mandato noverit computandum : vel si voluerit, breve suum sub aliorum testimonio faciat de his rebus.* Scaccario igitur dum præsidebat, ei suberat Thesaurarius. Quæ quidem de Fisco ac rebus fiscalibus cognitio, vel hinc etiam deprehenditur, quod ab Huberto de Burgo, Capitali Angliæ Justitiario, ab Henrico III. postulato anno 1232. apud Matthæum Paris, exacta ratio fuerit *de thesauris ad Scaccarium redditis, et de debitis, quæ Regi debebantur tempore patris sui, et de tempore suo : de scutagiis, carucagiis, donis et xeniis, sive custodiarum exitibus spectantibus ad Coronam*, ut et de rebus aliis, ad tres hodiernos magistratus pertinentibus, scilicet ad magnum Thesaurarium Angliæ, ad Capitalem Justitiarium Banci communis, et ad Magistrum Curiæ Wardorum.

Supremi istius Magistratus ea potissimum fuit prærogativa, quod fere semper Rege in transmarinas partes, Gallicas nempe, pergente, *vices Regis* obiret, ut *Vicarius Regis, Regis Locumtenens, Prorex, Custos regni et Gardianus* : quod ex Capitalium Justitiariorum catalogo colligere est, et ex Recognitione Libertatum Angliæ, Clarendoniæ facta ann. 1164. id est 10. Henrici II. cap. 7 : *Dominus Rex si in regno fuerit, conveniatur; vel Justitiarius ejus, si fuerit extra regnum, ut rectum de eo faciat.* Similiter Magna Charta Joannis Regis, data anno 17. regni sui : *Nos vel si extra regnum fuerimus, Capitalis Justitiarius noster mittet Justitiarios nostros per unumquemque Comitatum semel in anno.* Et in alia Charta idem Rex de Pactis decernens cum Magnatibus perimplendis, pollicetur, id se facturum, vel *per semetipsum*, vel *per Justitiarium suum.* Adjiciens inter alia : *Et si nos excessum non emendaverimus, vel Justitiarius noster, si fuerimus extra Regnum inter tempus 40. dierum... Barones referent causam illam ad residuos.* Hinc in auctioribus Holinshedi Chronicis ann. 17. Edw. I. ubi occurrit mentio de Radulpho *de Hengham*, qui diminuta jam *Capitalis Angliæ Justitiarii* amplitudine, *Capitalis Justitiarius Banci superioris*, i. Regii appellatus est, subjungitur, ac si integer permansisset Magistratus, ista clausula : *Ad quem in absentia Regis, Regni moderamen præcipue attinebat.* [Hæc fere post Spelmannum in Glossario, ubi plura.]

☞ Non debent hic prætermitti Litteræ Henrici II. ann. circiter 1155. apud D. *Brussel* ad calcem tom. 2. de Feudorum usu pag. 111. ubi statuitur quid faciendum sit, cum incidit ut simul absentes sint Rex et *Capitalis Justitiarius : Recognitiones de nova dissaisina de morte antecessoris, non capiantur nisi in suis comitatibus, et hoc modo : Nos (quando) extra regnum fuerimus et Capitalis Justitiarius noster, mittemus Justitiariis per unamquamque comitationem semel in anno, qui cum militibus comitatuum capiant in comitatibus assisias prædictas; et ea quæ in illo adventu suo in comitatus, per Justitiarios prædictos ad dictas assisias capiendas missos, terminari non poterunt per eosdem, terminentur alibi in itinere, et ea quæ per eosdem propter difficultatem aliquorum articulorum terminari non poterunt, referantur ad Justitiatores de Banco, et ibi terminentur.*

Cum igitur universis Regni judicibus præesset, curaretque ex injuncto sibi munere, ut Regni subditis ubique administraretur justitia, non modo *Justitiarios itinerantes* in Comitatus delegabat, sed ipse interdum id obibat officii, ut coram inspiceret popularium querelas, et in judicum delicta animadverteret. Matthæus Westmonasteriensis anno 1259 : *Dominus Hugo Bigotus, vir fidelissimus, Capitalisque totius Angliæ Justitiarius, associatis sibi Rogero Turkeby et Gilberto de Preston, cæpit per Angliam circuire a Comitatu in Comitatum, et a libertate in libertatem, omnibus pro meritis impensurus justitiam.*

Sed summam ac nimiam hanc *Capitalium Angliæ Justittariorum* potestatem et auctoritatem primus imminuit Ricardus I. qui illius munus in duos Magistratus suis distinctos jurisdictionibus divisit, Borealem nempe et Australem : qui mox coaluere, donec fluctuante usque ad excessum Henrici III. eorum potestate, ab Edwardo I. in classem redacti sunt inferiorem. Cum enim animadverteret, quam potens hic esset Magistratus in ciendis fovendisque Regni dissidiis, patri suo atque avo quam infestus, illius auctoritatem imminuit tum in personæ dignitate, tum in officii amplitudine. Prætermissis itaque Regni proceribus, qui natalium splendore, vel Magnatum consanguinitate, aut numeroso clientum ac subditorum comitatu, inflati ac turgidi, novis rebus studere solent, *Capitales Justitiarios* e minori nobilitate delegit, qui et morum probitate conspicui et legum scientia instructi, totos se justitiæ exercendæ traderent ac consecrarent : ex quo crevit in Anglia Legum et Jurisprudentiæ studium, quod a Magnatibus, qui militiæ operam dare præferunt, fere semper negligitur.

Potestatem etiam cancellis circumscripsit arctioribus, adeo ut semotum jam a rerum fastigio, et priscæ amplitudinis functionibus, forensi solummodo negotio et judiciis exercendis eum addixit. Anonymus quidam apud Spelmannum MS. *Ad obitum*, inquit, *Henrici III. 1272. summorum Angliæ Justitiariorum auctoritas cessavit.* Postea *Capitales Justitiarii ad Placita coram Rege tenendum* appellati sunt. Aliis vero *Capitales Justitiarii Banci communis* vel *superioris.*

Abrogata igitur omni fere, qua præcinctus olim fuerat, auctoritate ac dignitate, desiit Magistratus iste, etiam olim supremus, *Capitalis Angliæ* Justitiarius appellari : adeo ut Jacobo regnante, ægre latum sit, quod Edwardus Cokus in Relationum suarum frontispicio hoc se insigniret titulo : etsi vulgarem sequeretur morem, et rationis quidem haud expertem. Angliam enim totam, quoad pacem regiam et Coronæ dignitatem, nonnullaque alia promovenda, adhuc retinet in jurisdictione *Capitalis* ille *Justitiarius*, emittens etiam usque regni terminos mandata sua. Anglia, titulum præfigit in margine, jurisdictionis indicium. Sed et non dedignata sunt diversa Parlamenta ipsum, licet primæva spoliatum amplitudine, nostro ævo *Capitalem Angliæ Justitiarium* agnoscere et nominare : ut videre est in Statuto anno 34. Henrici VIII. cap. 26. et 37. ejusdem cap. 12. et in Decreto super eodem Statuto, 2. Edw. VI. cap. 13. et 18. Eliz. cap. 12. et Statuto privato 23. Eliz. cap. 5. citato in Novo lib. Intrat. tit. *Action sur le case*, sect. 5. etc.

Eligebantur olim *Justitiarii* non modo e sæculari nobilitate, sed interdum etiam ex Clero; tametsi Clerici in Canonibus vetentur munia obire sæcularia, et tribunalibus Laicorum interesse : atque id causa fuit, cur Innocentius III. Pontifex Ricardo I. Regi Angl. sub excommunicationis interminatione præceperit, ut Hubertum Walterum Cantuariensem Archiepiscopum Justitiarium Angliæ constitutum, ab officio removeret : *præcipue*, ut est apud Matthæum Paris ann. 1198. *cum non liceat Episcopis negotiis sæcularibus se implicare.* Paruit extemplo Rex, Gaufridum filium Petri *Justitiarium* constituens, nec ad hanc postea dignitatem subrepsit alius unquam Ecclesiasticus : nisi sub Joanne Rege Episcopus Wintoniensis, qui infra biennium etiam exutus est, et Hugo de Pateshull Clericus sub Henrico III.

Eorum porro qui supremum hoc munus in Anglia gessere sub Regibus Normannicis, catalogum contexuit Spelmannus quem ab eo mutuari consilium primo fuerat; sed cum in messem alienam falcem immit-

Digitized by Google

tere mihi religio sit, ad eumdem eruditissimum Scriptorem amandare Lectorem consultius visum est.

Justitiarius *quasi capitalis a latere Regis transmissus.* Apud Bract. lib. 4. tract. 3. cap. 6. § 2.

Justitiarii de Banco, *seu in Banco residentes, cognoscunt de omnibus Placitis, de quibus auctoritatem habent cognoscendi, et sine waranto jurisdictionem non habent, nec coercitionem.* Ita Bracton. lib. 3. de Act. cap. 7. § 2. Idem cap. 10. § 2 : *Justitiariorum alii sunt perpetui, certo loco habitantes, sicut in Banco, loquelas omnes, de quibus habent warantum, terminantes.* Adde Fletam lib. 2. cap. 34. Nicolaum Trivettum in Chron. ann. 1304. Thomam Walsingh. pag. 89. etc. Scribit Matth. Paris ann. 1244. statuisse Henricum III. ut *duo Justitiarii eligerentur in Banco, et duo ibidem Barones constituerentur in Scaccario.*

Tribunal vero *Banci* appellatione in Anglia duplex fuit : alterum *Bancus Regius,* seu *superior,* dictum, in quo *Placita criminalia,* seu *coram Rege* agitantur; id est, *Placita Coronæ :* alterum *Bancus communis,* seu *inferior,* in quo *Placita civilia, popularia, seu communia* dirimuntur. His binis *Bancis* præfuere Justitiarii quorum seriem dedit Spelmannus.

Justitiarii Placitorum Coronæ Regis, apud Rogerum Hovedenum pag. 786. Vide *Coronator.*

Justitiarii Forestarum, Iidem qui *Protoforestarii,* in Anglia. Vide *Foresta.*

Justitiarii ad Audiendum et Terminandum, Qui ad motus repentinos et insignia maleficia cognoscendum plectendumque constituuntur. Spelmannus.

Justitiarii Gaolæ Deliberandæ, Qui de malefactoribus incarceratis judicant, sive ad pœnam, sive ad libertatem. *Justices errans, ou à gaole deliverie,* in Statuto Glocestrensi ann. 6. Edw. I. cap. 9.

Justitiarii ad Assisas, duas, vel tres, qui quidem perpetui non sunt, sed expleto officio jurisdictionem amittunt. De iis Bracton. lib. 3. de Action. cap. 10. § 2. cap. 11. § 9. 10. [*Justitiarii ad assisias capiendas missi,* supra lin. *Non debent, etc.*] *Justitiarii ad Assisas capiendas assignati,* in 2. Statuto Westmonasteriensi ann. 13. Edw. I. cap. 11. *Justitiarios ad assisas* hodie appellari, qui olim *Justitiarii itinerantes,* observat Spelmannus.

Justitiarii Itinerantes et Errantes, apud Anglos, dicuntur qui bis quotannis singulas Provincias obequitant, et casus emergentes tam civiles, quam criminales dirimunt et dijudicant : *Justices errans,* in Statuto Glocestrensi apud Stanfordium lib. 1. Placit. Coron. cap. 7. vulgo *Eyre Justices,* vel *Justices in eyre,* ut auctor est Rastallus, id est, errantes. *Justitiarii super la eyre,* apud Henr. Knyghtonum ann. 1353. Gervasius Tilleberiensis in libro Scaccarii : *Fiunt interdum assisæ a Justitiis errantibus, quos nos deambulantes vel perlustrantes judices nominamus.*

Justitiarii Itineris, in Chronico Nicolai Trivetti ann. 1260. *Justitiarius itineris de Corona,* apud eumdem ann. 1272. *Barones errantes,* apud Gervasium Dorobern. ann. 1170. *Inquisitores,* ibidem. Lex 5. Cod. Th. de Officio Rectoris. (1,7.) : *Provinciis Præsidentes per omnium villas sensim atque usitatim, vicosque cunctos discurrant, et ultro rimentur a singulis, quid unusquisque compulsor insolenter egisset aut cupide, etc.* Petrus Blesensis Epist. 95 : *Ipsos Justitiarios, quos vulgariter Errantes, vel Itinerantes dicimus, dum errata hominum diligenter explorant, frequenter errare contingit.* Scribit Rogerus Hovedenus ann. 1176. Henricum II. Regem Angliæ dividisse Regnum suum in sex partes, et per earum singulas tres *Justitiarios itinerantes* constituisse. Adde eumdem pag. 743. Matth. Westmonast. ann. 1249 : *Rex partes adiit Wintonienses, latronum et vespilionum repletione non mediocriter infames, ubi paulo ante Justitiarii exierant itinerantes, qui mundasse debuerant partes illas a peste prænotata.* Idem ann. 1220 : *Hoc etiam anno itineratio Justitiariorum domini Regis per totam Angliam.* Bracton. lib. 3. de Action. cap. 7. § 2 : *Habet etiam* (Rex) *Justitiarios itinerantes de Comitatu in Comitatum, quandoque ad omnia Placita, quandoque ad quædam specialia,... quandoque ad unicam, vel duas, et non plures.* Vide eumdem cap. 11. § 2. 3. et seq. ubi de eorum juramentis et officio, et lib. 3. de Corona cap. 1. ubi agit, qualiter procedere debent in itinere suo, et quo ordine. Adde etiam Matth. Paris. ann. 1224. pag. 221. ann. 1240. pag. 360.

Bis in anno itinera sua peragere, et in quolibet Vicecomitatu suæ jurisdictionis tenere curias suas jubentur. In Statutis Roberti III. Regis Scotiæ cap. 30. et cap. 33. *ut Domini habentes regalias,* i. jura regia, *similiter bis in anno teneant itinera Justitiariæ,* statuitur. Sed postmodum exolevit ea appellatio, dictique *Justitiarii Assisarum.* Hodie, ut monet Watsius, Magnates aut Comites primarii, qui forestarum regiarum præfecturam habent *Justitiarii itinerantes* nuncupantur, *Justices in Eyre.*

Justitiariæ Itinera Terræ, in Statutis Roberti III. Regis Scotiæ cap. 30. 33. *Justitiariæ itineratio,* apud Matth. Paris pag. 543.

Justitiarii de Nisi ipsius. Vide *Nisi ipsius.*

Justitiarii ad Omnia Placita, Radulf. de Hengham in Summa magna cap. 4.

Justitiarii Pacis. Vide *Custodes pacis* in *Custos.*

Justitiarii ad Custodiam Judæorum Assignati, apud Guillelmum Prynneum in Antiquis Constitut. Angl. Adde pag. 46.

Magister Justitiarius, in Regno Neapolitano, qui et *Magister Magnæ Curiæ Justitiarius* vocabatur, de cujus officio ac jurisdictione sic Fridericus II. Imp. in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 37 : *Statuimus, ut magnæ Curiæ nostræ Magister Justitiarius nobiscum in Curia commoretur, cui 4. judices volumus assidere, et ut Magister Justitiarius Curiæ nostræ supradictus de crimine læsæ Majestatis nostræ et de feudis quaternis, et de quarta parte ipsorum feudorum, et de appellationibus ordinariorum, seu delegatorum nostrorum ad Curiam nostram interjectis, et de quæstionibus nostrorum Curialium, qui immediate nobis assistunt, de speciali in Curia nostra commorantium, qui de Curia nostra sine speciali mandato nostro non possunt recedere : nec non et miserabilium personarum, quarum est privilegium forum eligere... causas audiat, etc.* Adde lib. 1. tit. 8. 14. [Statuta MSS. Caroli I. Regis Siciliæ cap. 59.] Scipionem Ammiratum tom. 1. de Familiis Neapolit. pag. 41. [** et Haltaus. Glossar. German. col. 933. voce *Hof-Gericht.* De *Justitiario scholæ Neapolit.* vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 3. cap. 21. § 120.]

Justitiarii Regionum, in Constitut. Sicul. lib. 1. tit. 8. 36. seu judices minores.

* Justitiarius Secretus, in Constit. MSS. Caroli I. reg. Sicil. : *Officiales omnes debent jurare, scilicet Justitiarii secreti, etc.*

Justitiarii de Trai le Baston. Vide *Traylebaston.*

Justitiaratus, Dignitas Justitiarii. Chronic. Riccardi de S. Germano ann. 1242 : *Riccardus de Monte Nigro a Justitiaratu Terræ laboris amovetur.* Occurrit sæpe apud Petrum de Vineis lib. 3. Epist. 13. lib. 5. Epist. 16. lib. 6. Epist. 14. 25. in Epistolis Joannis XXII. apud Waddingum tom. 3. in Reg. pag. 100. Vide *Justitiariatus.*

* 2. **JUSTITIARIUS,** *Justitiis* seu juribus regiis percipiendis præpositus, Gall. *Fermier.* Charta Phil. V. ann. 1320. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 439 : *Nos, seu Justitiarii nostri pro nobis, duo dolia de vinis prædictis capere in navi seu vase prædictis, videlicet unum in et de sex doliis ante malum seu mastum dictæ navis seu vasis, et unum de aliis sex doliis retro existentibus, de jure nostro possumus.* Porro qui hic *Justitiarii, Fermiers* nuncupantur in alia Charta ann. 1322. ibid. ch. 439.

¶ **JUSTITIATIO,** Vide *Justiciatio.*

¶ 1. **JUSTITIATOR,** ut *Justitiarius,* apud D. *Brussel* tom. 2. de Feudorum usu pag. 920. ex Regesto Magnorum Dierum Campaniæ fol. 94. v°. Vide *Justitiarius,* lin. *Non debent.*

* 2. **JUSTITIATOR,** Alicujus jurisdictioni et justitiæ obnoxius. Gall. *Justictable.* Chartul. Campan. in Cam. Comput. Paris. fol. 441. v°. : *Dixerunt si quidem quod ipsi viderant ab antiquo, quod homines et Justitiatores dominæ comitissæ, qui manent apud Triangulum, capiebant et adhuc capiunt usuarium.* Vide *Justitiabilis.*

¶ **JUSTITIATUS,** Subst. Justitia, Jurisdictio. *Alti et bassi Justitiatus,* in Charta ann. 1309. apud Rymer. tom. 3. pag. 136. *Cum... omni Justitiatu, alto et basso, mero et mixto imperio,* in alia Charta ann. 1347. apud eumdem Rymer. tom. 5. pag. 565. *Justitiatus bassus,* in Hominio ann. 1333. inter Instrum. tom. 2. Gall. Christ. col. 297.

¶ Justitiatus, adject. de Monacho dicitur alicui pœnæ regulari subdito, judicio Superioris, apud Marquardum *Herrgott,* in veteri Disciplina Monast. pag. 130. ubi laudatur hic versus :

Justitiatus erat, cum scripserat ista Johannes.

Vide *Judicium* 3. et *Justitiare.*

* **JUSTITIONARIUS,** Judex. Stat. Vladisl. Jagel. ann. 1433. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 92 : *Spondemus quod in nulla*

Digitized by Google

terra totius regni Poloniæ Justitionarium constituere volumus, vel quomodolibet surrogare. Vide *Justitiarius.*

¶ 1. **JUSTITIUM**, proprie dicitur Juris intermissio, silentium, cessatio; cum autem in insigni aliqua calamitate servari soleant forenses feriæ, hinc *Justitium est luctus publicus*, ut habet Fulgentius de Prisco Sermone. Apuleius lib. 5. Miles. sub finem : *Sic affectæ domus triste fatum cuncta etiam civitas congemebat, luctuque publico confestim congruens edicitur Justitium.* Translatio S. Audoeni apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1676 : *Nobis irreparabile damnum et intolerabile luctum, immo potius totius Normanniæ genti Justicium inferrent.* Gesta Consulum Andegav. tom. 10. Spicil. Acher. pag. 462 : *Robertus itinere Bithyniæ obiit... de quo maximum apud suos id circo Justitium exstitit.* Occurrit eadem notione apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 537. Illustr. Fontanin. ad calcem Antiquit. Hortæ pag. 350. et 358. etc.

* 2. **JUSTITIUM**, Justitia, jurisdictio. Charta ann. 1265. ex Chartul. Campan. fol. 221. col. 2 : *Villa de Humis cum appenditiis seu pertinentiis suis in hominibus, feminis, banno, ranto, Justitio, sanguine, terris, etc.*

* **JUSTITUS**, Mensuræ frumentariæ species. Charta ann. 1245. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 925 : *Tres Justitos frumenti ad mensuram de Plenem in molendino de Latrarmo et de eleemosyna Bocheri dictæ abbatiæ* (Bonæ quietis) *et monachis ibidem Deo servientibus, prout juste possident, tenore præsentium confirmamus.* Vide in *Justa* 2.

¶ **JUSTIZARE**, Pignerari, Gall. *Saisir.* Chartular. S. Vandregesili tom. 1. pag. 220 : *Poterimus Justizare prædictam terram pro prædicto redditu nostro et pro emenda nostra.* Vide *Justitiare.*

* Alias *Justicier.* Lit. remiss. ann. 1471. in Reg. 196. Chartoph. reg. 363 : *Lequel Jehan avoit trouvé les bestes d'icellui Guillaume en certain herbage,... et faisoient grant dommage, pour lequel dommage il les avoit voulu de fait Justicier.*

* **JUSTRIO**, Glaux, plantæ genus, vulgo *Herbe au lait.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Justrio, Glaus.* Vide *Jutta.*

* **JUSTUS HOMO**, Vir confirmata ætate, Gall. *Homme fait.* Fragm. Hist. Fulgin apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 143 : *Item dicto anno 1306. fuerunt augmentatæ Fulginiæ mensuræ bladi ad pondus triginta trium unciarum ad mensuram iij. gumellis et media ad manus justas, videlicet ad manus Justi hominis.*

* **AD JUSTUM HABERE.** Vide supra in *Justitia* 1.

JUSUM, Josum, Deorsum, vel inferius, Gallis, *Jus*, Italis, *Juso, Giuso*, Hispanis *Yuzo*, Occitanis *Jouts.* Papias : *Anocatum*, (ἄνω κάτω) *susum et Jusum, quando venter et vomitus simul solvuntur, idque Jusum in inferiori parte.* [Joh. de Janua : *Jusum, id est, deorsum, et contrarium est ei susum vel sursum.*] Notkerus apud Canisium tom. 5. Antiq. lect. 1 : *Jussum* (*Jusum*) *vel inferius insinuat.* S. Augustinus tract. 8. in Epist. 1. S. Joan. : *Quod susum, facias Jusum : quod deorsum, facias sursum : Jusum vis facere Deum, et te susum.* Et tract. 10 : *Susum me honoras, Jusum me calcas.* Ignotus Casinensis n. 19 : *Civitatem Juso fieri voluit et inchoavit.* Vide Martyrolog. Adonis 17. Januar. Ratpertum de Casib. S. Galli cap. 4. Eckeardum de Vita Notkeri cap. 9. Constantium African. lib. 2. Pandect. cap. 8. [Gesta Tancredi, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 144. Bernardi Monachi Ordinem Cluniac. part. 1. cap. 74. art. 47. Ordinem Officii in Domo S. Benedicti, apud Mabillonium tom. 4. Analect. pag. 456.] etc.

JOSUM. Lex Alamann. tit. 45. § 2 : *Et pausant arma sua Josum.* Galli dicerent : *Ils posent les armes Jus.* Historia Translat. S. Sebastiani cap. 16. n. 76 : *Iterumque modo Josum nunc rursum offerens contunditur.* Unde emendandum Martyrol. Adonis 14. Maii : *Capite Jorsum suspendi.* Leg. *Josum.*

* **JUTA**, pro *Justa*, mensura vinaria, quæ æstimatur duabus quartis, in Ordinar. Capel. reg. MS. : *Debent capellani regis habere unam Jutam vini melioris æquipollentem duabus quartis, teste domino Johanne de Pulchro-monte.*

¶ **JUTÆ**, Gotti vel Goti. Vide *Guti.*

¶ **JUTARIA**, Ubi habitant Judæi. Vide *Judæi.*

¶ **JUTI**, Gotti vel Goti. Vide *Guti.*

¶ **JUTIA**, *Lactare.* Gloss. Isid. Vide mox *Jutta.*

¶ **JUTONES**, Gotti vel Goti. Vide *Guti.*

JUTTA. Regula Magistri cap. 27 : *Statim temperata in uno vase pusca calida, aut si voluerint Fratres, cum Jutta, quæ semper amplius propter sitientes fieri debet in pulmentariis fortioribus, aut galleta, aut calices sitientibus porrigantur.* Putat Menardus, juttam esse potionem, confectam ex lacte spissiorem, idque elicit ex Gloss. Isid. verbis, *Jutia, lactare;* ita ut non modo *Jutta* reponat, sed et *lactare*, nomen neutrius generis efficiat. [Menardis conjecturæ non parum favet Armoricum *Joud*, quod pultem significat, Cambro Britannis *Uwd.*]

¶ **JUTZIA**, Justitia, Jurisdictio. [* Simul et justitiæ emolumentum, mulcta judiciaria.] Tabularium Vosiense fol. 12. v°. : *Geraldus Assaliz dimisit Jutziam, quam in hoc manso habebat, post obitum suum Deo et S. Petro Vosiensi.* Tabular. S. Petri Solemniac. : *Dono... Solempniacensibus monachis... judicem Bonæ-vallis cum tota Jutzia et totum censum de Eissachas.* Iterum occurrit in Litteris ann. 1216. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 518.

* **JUVA**, Jugerum, modus agri. Charta ann. 1059. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 240 : *Offero in prædicta ecclesia tantum quod æstimatur de terra et res illa mea in plano de Valerano integra duas Juvas de terra laboratoria etc.* Vide supra *Jugata* et *Jugea.*

¶ **JUVAMEN**, Adjutorium, auxilium. Gloss. Gr. Lat. : Ὄνησις, *Juvamen.* Occurrit non semel, ac præsertim ubi agitur de obligatione, qua vassalli tenebantur juvare Regem vel dominum superiorem, cum bellum imminebat : qua de re plura in *Hostis. Curia Justitiæ Juvaminum*, in Privilegiis Equitum S. Johannis Hierosol. pag. 38 : *La Cour et Chambre de la justice des Aydes*, ibidem.

* Gall. *Ayde. Super facto Juvaminum guerrarum nostrarum*, in Lit. ann. 1372. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 604. Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 55. v°. : *Littera, per quam rex donat et concedit dicto domino Ludovico primogenito suo omnes pecuniæ summas, quas receptores domanii et Juvaminum senescaliarum Petragoricensium, Lemovicensium, Xantonensium et gubernationis Rupellæ debent. Juvamina pro filia maritanda*, ex Charta ann. 1308. in eod. Invent. fol. 74. Vide *Auxilium.*

¶ **JUVARE SE** de aliqua re, Ea re uti, potiri. *Statim nos, vel per nos, vel per gentes nostras sine mesfacere de his poterimus nos Juvare*, in Charta ann. 1227. apud Rymer. tom. 1. pag. 295.

JUVENALIA, Νέων ἑορτή, in Glossis Gr. Lat. Kalend. Roman. Hervarti : *Non. Mart. Juvenalia.* Vide Dissert. 22. ad Joinvillam pag. 273.

JUVENALIS, Νεωτερικός, in Gloss. Græc. Lat. [*Juvenilis, novitius*, in Supplemento Antiquarii.]

JUVENARI, Νεωτερίζειν, in Gloss. Græc. Lat. [Boncompagnus de Obsidione Anconæ cap. 13. apud Murator. tom. 6. col. 939 : *Græci barbas deferunt, ut se viros esse meminerint; Latini suas abraduut, ut quamdam assumant speciem juventutis. Abrasis barbis Juvenantur plurimi... Sed Græcum non facit barba virum, neque Latinum abrasio naturaliter Juvenari*, id est, Juniorem fieri, ut satis liquet. Vide mox *Juventare.*]

* **JUVENCELLA**, Junior puella. Comput. ann. 1403. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 176. col 1 : *Item dicti domini consules fuerunt invitati ad nuptias Antonii Cayroli, qui nubiit in uxorem quandam Juvencellam de S. Egidio.*

¶ **JUVENCULESCERE**, Juvenescere, Juniorem fieri, vel juvenem. S. Ambrosius lib. 1. de Cain et Abel cap. 4 : *Ne ergo dubites... quod malitia præcedat tempore, sed Juvenculescat infirmitate. Habet illa ætatis stipendium : virtus autem prærogativam gloriæ.* Et lib. 2. cap. 1 : *His quædam cordis nostri imbuatur infantia, instituatur puericia, Juvenescat adolescentia, senecta canescat.*

¶ **JUVENERI**, Juvenem fieri seu ad instar juvenis agere. Gesta Tancredi apud Martenium tom. 3. Anecd. col. 195. male 179 : *Ab ipso bellorum primordio Nicæa vigilantiam meam sensit, ubi me increpante pigritiam, strenuitas fervebat; hortante juvenes, senectus Juvenebatur, etc.* Puto legendum *Juvenabatur.* Vide *Juvenari.*

¶ **JUVENESTRES**, *Fortes viri.* Gloss. Isid.

JUVENIOR, pro *Junior*, Utitur Paulus Diaconus Emeritensis lib. de Gestis Episcop. Emerit. in S. Masona cap. 15. Beda in Hist. Wiremuthensis Monast. lib. 2. cap. 16. [et Eckeardus Junior, apud Mabillon. sæc. 5. SS. Benedict. pag. 14.]

JUVENIS HOMO, Infimi ordinis. Curia Generalis Cataloniæ acta Gerundæ sub Jacobo II. Rege Arag. ann. 1321 : *Quod aliquis rusticus, borderius, vel Juvenis Homo, vel alius quilibet, etc.* Alio loco : *Statuimus, quod aliquis Juvenis vel procurator draperii, etc.* Occurrit ibi non semel.

Digitized by Google

Juvenibus opponuntur *seniores, majores natu*, id est, viri ordinis superioris, viri nobiles. Vide *Junior.*

* Constit. MSS. Alfonsi II. reg. Aragon. ann. 1333 : *Ordinamus quod notarius, qui ibit cum Juvene seu procuratore, vel etiam ipse Juvenis vel procurator non possit recipere, nisi unum salarium una die.* Ubi *Juvenis* appellari videtur Notarii scriba, vulgo *Clerc de notaire.*

* JUVENIS. Ludovicus VII. qui sæpius *Junior*, inscribitur in Tabul. Carnot. : *Concesserunt in perpetuum, absque omni penitus calumpnia deinceps et reclamatione, omnes penitus pastus de majoria Vouarum.... Factum est hoc* 1138. *anno ab incarn. Domini, regnante Ludovico Juvene primo anno, etc.*

JUVENTABILIS, Papiæ, *Beneficus.* Vide *Joventalis.*

JUVENTARE, νεωτερίζειν, in Gloss. Lat. Græc. a *juventa. Juventent*, νεωτερίζουσιν. *Juvenari*, dixit Horatius, pro more juvenum agere. Aliud Glossar. : *Juvenor*, νεοτερίζω.

JUVENTITUDO, *Juventus*, in Epist. Caroli M. ad Fastradam Regin. de Avarica victoria.

* Hinc *Juventu*, pro *Jeunesse*, in Vit. SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. ubi de S. Catharina fol. 316. v°. col. 2 : *Virge de grant lignaige prens conseil de ta Juventu. Jeunesse* vero nude, pro Juvenilis ætatis actum, Gall. *Trait de Jeunesse, action de jeune homme.* Lit. remiss. ann. 1450. in Reg. 180. Chartoph. reg. ch. 145 : *Frere Ancel de Prouville commança à blasmer icellui Jantier son nepveu d'aucunes Jeunesses, qu'il disoit qu'il avoit faites,.... d'avoir batu une femme joyeuse, etc.*

¶ **JUVENUS**, Juvenis. Nicolaus de Jamsilla de Gestis Friderici II. Imper. apud Murator. tom. 8. col. 512 : *Sic ergo summus Pontifex ingressus est regnum, præmisso Legato Sedis Apostolicæ G. Sancti Eustachii diacono Cardinali, viro quidem Juveno, et ipsius Papæ consanguineo, etc.*

¶ **JUVERIA**, etc. Munus Judicis. Diploma Lotharii Imp. pro Wiboldo Abb. Stabulensi ann. 1136. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 97 : *Præsenti privilegio inviolabiliter sancimus, ne jure hereditario villici vel judices fiant, sed utrumque ministerium, id est, villicaturæ et Juweriæ, in potestate Abbatis et gratia consistat, et eis jure et lege ministeriorum et non jure beneficiorum diem et legem Abbates constituant.* Similia omnino habentur in altero ejusd. Imp. Privilegio ann. 1131. ibid. col. 91.

¶ **JUARIA**, Eadem notione. Privilegium Cœlestini II. PP. pro eodem Wiboldo ann. 1143. ibid. col. 119 : *In possessionibus ipsius Monasterii nullus Juariam vel majoriam aut villicationem hereditario seu feodi jure per successionem teneant, sed in potestate Abbatis sit ordinare, et cum oportunum cognoverit immutare.*

¶ **JOARIA**, Eod. significatu. Epistola ejusdem Cœlestini PP. ann. 1143. ad Episcopum, Clerum et populum Leodiens. ibid. col. 117 : *De aliis vero qui Joarias, majorias et villicationes, necnon et beneficia, quæ a Poppone II. Abbate acceperunt, cujus alienationes et distractiones Regum judicio cassatæ sunt, contra voluntatem Abbatis retinent, et necdum eidem sententiæ subjacent, vobis mandamus, quatinus eos easdem administrationes et bona in manu Abbatis libere dimittere districte commoneatis.*

* **JUVERIUS**, Bubulcus. Vide supra *Joverius.*

JUUS, Abies, vulgo *If*, Gallis. Liber Miracul. S. Martini Abbat. Vertavensis cap. 3 : *Est autem id genus arboris aptum spiculis et arcubalistis, vulgo enim dicitur Juus.* [** Leg. *Ivus.*]

¶ **JUWERIA**. Vide *Juweria.*

IWAN, Iwanus, Joannes, non semel apud Galbertum in Vita Caroli Comitis Flandr. Hanc vocem ea notione usurpant etiam passim Dalmatæ et Hungari. Vide Historiam Australem ann. 1289. et 1296. Ἰβάνης, eadem notione apud Cantacuzenum lib. 1. cap. 36. 57. Ἰωάννης, apud Nicetam Choniatem.

¶ **JUX**, pro *Jus*, Præstatio, pensitatio. Conventio Ludovici Domini Castellinovi cum habitatoribus ejusdem loci ann. 1461 : *Tenebantur solvere ipsi habitatores... eidem D. Ludovico..... annuatim quoddam Jux vocatum Lou Jeyx, videlicet 1. sextarium avenæ ad mensuram veterem, XII. denarios, et 1. gallinam renduales.*

JUXTA, pro *Erga.* Vetus Inscriptio : *Ob industria ipsius merita et amorem Juxta cives, Ordo Interamnatium patrono.*

* Hinc *Joinct* nostri dixerunt, pro *Près.* Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 182. Chartoph. reg. ch. 31 : *Le suppliant courut après icellui Pierre, et incontinent qu'il fut Joinct lui, il lui bailla sur l'espaule ung coup de ladite fourche.*

¶ **JUXTARE**, *Appropinquare*, in Amalthea, Pro Jungere, adjungere. Le Roman *de Vacce* MS. :

> A lui se sont Jousté trestuit li Beessinois...
> A granz torbes venoient paissant et borjois,
> Chevaliers, riche et povre, et vilains et cortois.

¶ **JUXTUARE**, Eadem origine. Statuta MSS. Augerii II. Episc. Conseran. ann. 1280 : *Nullus baratas ac lucra inhonesta ac cujuslibet generis fœnus exerceat, aut undecim pro duodecim in ludo Juxtare, aut bladum vetus et corruptum pro novo et sincero mutare seu commutare præsumat.* Hic *Juxtuare*, si bene censeo, idem est quod pecuniam in ludo *juxta* ponere seu deponere.

* **JUYA**, Usus, Gall. *Jouissance.* Pactum inter Joan. dalph. et Petrum Barral. ann. 1315 : *Quod ipsi.... possint cindere in nemoribus.... trabes, postes et alias maerias facere deportare pro chalfagiis et ædificiis suis,... excepta tamen prima cisione seu prima Juya nemoris Pontis-alti;.... quam primam cisionem seu primam Juyam nobis dederunt.* Libert. villæ de Alavardo concessæ per Humbert. dalph. ann. 1337 : *Item volumus et concedimus quod dicti sindici,.... quotienscumque dictæ universitati necesse fuerit, unam Juyam, duas vel plures vendere vel alienare valeant.* A verbo *Juyre*, Uti, ibid. : *Item statuimus quod.... de nemoribus communibus albis seu nigris, existentibus in dicto mandamento Alavardi Juyre seu uti possint, per modum debitum exercendo.* Vide supra *Joja* et *Joissentia.*

¶ **JUZATARIA**. Vide supra in voce *Judæi.*

JUZGUS, Juzgo, Judicium. Hispanis, apud quos liber continens Leges Gothorum. *Fuero Juzgo*, i. forus judicialis appellantur, ut auctor est Covarruvias de Veterum numismatum collatione cap. 6. § 4. Charta Alboacem Regis Mauri in Conimbria apud Sandovallum in Favila : *Christiani habeant in Colimbria suum Comitem de sua gente, qui manutenent eos in bono Juzgo secundum solent homines Christiani, et isti component rixas inter illos, et non matabunt hominem sine jussu de Alcaide seu Alvacile Saraceno : sed monstrabunt suos Juzgos, et ille dicebit : Bene est; et matabunt culpatum.*

Digitized by Google

K Littera numeralis, quæ 150. denotat, unde versus :

K. quoque centenos, et quinquaginta tenebit.

Seu, ut habet Ugutio :

K. centenarium, medium conservat et unum.

Cui assentiuntur Notæ numerorum ex antiquo Codice descriptæ, ubi K. 151. efficere dicitur. Eidem literæ, si recta linea superaddatur, centum quinquaginta unum millia significat.

K. licet apud Latinos nihil valeat, apud Alemannos tamen pro X. Græca positum, Clenche, i. *Clange, Clamitat*, dum superponitur cantilenæ. Notkerus Balbulus opusc. *Quid singulæ literæ significent in superscriptione cantilenæ.* Vide *A.*

¶ K. *Antiqui cum a sequebatur k præponebant, cum vero u, q, postponebant. Omnia autem Græca qualicumque sequente vocali per k scribenda sunt.* Papias. [** Ex Isidor. Orig. lib. 1. cap. 26. sect. 13. et 20.]

☞ Superfluum omnino esset monere litteram K. sæpissime in MSS. Codicibus scribi pro *C* et *Ch*. Nec minus notæ aliæ mutationes quas idcirco silebimus.

¶ **KAAGIUM**, Tributum, quod pro facultate onerandi et exonerandi naves in littore conceditur, nostris *Quatage*, a Gall. *Quai*. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 976: *De Kaagio, muragio, paagio, barbicanagio, et de operationibus castrorum, etc.* Vide *Caiagium* in *Caya*.

* Vectigal ex fluviorum portubus, nostris *Kayage*. *Kaasgium* in Charta locat. præposit. Ambian. ann. 1292. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 252 : *Omne jus nobis competens... in Kaasgio et traverso Ambianensi, in theloneo bladi et aliorum granorum, etc.* Charta ann. 1360. in Reg. 88. ch. 93 : *Lesquielz kais de la Rochelle furent de feu Guiart de la Gravelle et à lui appartiegne et doie appartenir le droit de prendre le Kayage et le proffit desdiz kais et de la vase.* Vide supra *Caiagium* in *Caya* et *Caium*.

* **KABELLUM**. Vide *Habellum*.

* **KADIMIA**. Vide infra *Katimia*.

* **KADORISTAS**, *Inseparabilia*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

¶ **KADRAGESIMA**, pro *Quadragesima*, in Charta Jacobi Regis Aragon. ann. 1228. tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 383.

¶ **KAERE**, *Cæsar, amicus*. Gloss. Isidori; ubi Grævius : Lege χαῖρε, *Cæsar, Cæsar ave*. Persius in Prologo : *Quis expedivit psittaco suum* χαῖρε. Martialis :

Psittacus a vobis aliorum nomina discam,
Hic per me didici dicere, Cæsar ave.

KAESIUS, pro *Cæsius*, Equi color, in vet. Inscriptione, 342.

¶ **KAEYUM**, Salictum, Gall. *Saussaie*. Chartularium S. Vandreg. tom. 1. pag. 976 : *Unam pechiam terræ.... sitam in prædicta parochia de Calido-Becco intra Kaeyum dictorum Religiosorum in uno latere et terram Johannis le Serrurier in alio.* Vide *Kaeium*.

¶ **KAHEIR, KAHEIUM**, Eadem notione. Vide *Kaeium*.

* **KAFICIUM**, Idem quod *Caficium*, Mensuræ frumentariæ apud Hispanos species, nostris, *Kafis*. Charta ann. 1317. in Reg. 54. Chartoph. reg. fol. 36. r°. : *Dominus rex confirmavit donationem.... de quinquaginta Kaficiis tritici ad mensuram Pampilonensem*. Stat. pro reformat. regni Navar. ann. 1322. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 159. v°. : *Ordinatum est quod castellanus dicti castri habeat decem homines, et pro quolibet homine quinque Kaficia tritici et viginti solidos per annum*. Ibidem fol. 160. v°. : *Cum laboratores solvant in pectis regis, pro viginti Kaficiis bladorum servandorum, unum Kaficium; dicti custodes habebunt illud Kaficium*. Ubi Reg. ejusd. Cam. sign. *Noster* fol. 437. r°. habet, *Raficia*. Testam. Caroli reg. Navar. et comit. Ebroic. ann. 1376. in Cod. reg. 8428. 3. fol. 109. r°. : *Lesquelles rentes et revenus peuent valoir et monter à la somme de 433. Kafis de froment, 432. Kafis d'orge et d'avene, et 107. livres, dix solz de Carlins noirs.* Vide supra *Caffirus*.

* **KEAFICIUM**, Eadem notione, in Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. Paris. fol. 339. r°. : *Quidam modus mensurarum in Navarra. In Keaficio Pampilonæ sunt iiij. roua; in rouo iiij. quartalia, etc.* Pluries ibi.

* **KAIA**, Domus, apud Spelman. et *Blount*. Glossar. S. Germ. Prat. sign. 501 : *Cancelli, Kai*. Vide supra *Caia*.

¶ **KAIAGIUM, KAILAGIUM**, Idem quod *Kaagium*. Litteræ Ricardi II. Regis Angliæ ann. 1379. apud Rymer. tom. 7. pag. 221 : *Semper hactenus quieti esse consueverant de theolonio, pontagio, muragio, pavagio... Kailagio... theolonii, pontagii... Kaiagii, etc.*

* **KAIUM**, Lapideus ad fluvii ripam agger, Gall. *Quai*. Lit. Alfonsi comit. Pictav. ann. 1269. in Reg. 11. Chartoph. reg. fol. 44. r°. : *Pro Kaio aquæ Wltin reficiendo sex denarios ab eisdem mercatoribus exigunt.* Vide *Caya*.

* **KAKENUS**, *Arabice, Cignus*, in Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

¶ **KAKER**, vox Germanica quæ opprobrium sonat, Flandris *Kacker*. Laur. Byzinius de Origine belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 168 : *Ili ergo quotidie in vertice montis supra flumen, ex opposito Monasterii sanctæ Crucis et Ecclesiæ S. Valentini stantes contra civitatem ha! ha! hus! hus! Kaker! Kaker! velut canes ululabant.*

* **KAKIA**, a Græco κακία, Malitia, apud Fridegod. in vita S. Wilfr. sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 185 :

Non contenta suæ virus fudisse Kakiæ, etc.

¶ **KAKIMIA**, vox Chimica. *Est*, inquit Rochus *le Baillif*, in Dictionariolo Spagyr. *cujuscumque metalli immatura minera, quæ adhuc in primo suo ente consistit, ut infans in utero matris suæ.*

** **KAKO**, Columna infamis, ad quam malefici spectandi populo exponuntur, Germ. *Kaak*. Vide Haltaus. Glossar. German. in hac voce, col. 1056. Vetus Liber Erfurt. : *Item idem advocatus habet facere seu fieri patibulum, domum lictoris, Kakonem, etc.*

¶ **KALCANDACH**. Vide *Kalendæ*.

¶ **KALCULUM**, *Kartulum quo mortui asferuntur alibi*. Gloss. Isid. ubi Grævius : Pro *Kartulum* lege *Capulum*, aut *Kapulum*. Nam capulus est sarcophagus. In Papia æque corrupte legitur, *Kalculum in quo mortui deferuntur, vel vestimentum detritum seu linteum*. Nec minus in Glossis Arabico-Latinis, pro *Cattulum, feretrum*, lege *capulum*; pro *diferuntur* et *deferuntur*, scribe *efferuntur*. Vide *Kaltulum*. [* Vide supra *Capulus* 2.]

* 1. **KALENDA**, Congregatio cujusdam piæ societatis Hallensis, quæ *Kalendis* singulorum mensium potissime conveniebat. *Kalende*, eadem acceptione, in Charta ann. 1339. ex Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 234 : *Oye et entendue la supplication des confreres et sœurs de la confrairie de la Kalende d'Avrenchin, etc.* Vide supra *Fratres Kalendarum* in *Frater* et post *Kalendæ*.

* 2. **KALENDA**, Martyrologium, cui

Digitized by Google

addebantur obituarium et ordo officii peragendi. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 574 : *Præcipimus quod matriculum seu Kalendam cotidie legi faceremt.* Stat. ant. eccl. cathed. S. Petri Redon. cap. 6. ex Cod. reg. 9612. L. : *Ultimo receptus canonicus tenebitur Calendam quotidie legere ; et quando se absentare voluerit, antecessori suo immediate ante eum recepto, vel alteri secundum ordinem notificare tenebitur, qui similiter eamdem Kalendam legere tenebuntur.* Ordinar. MS. S. Petri Aurese-val. : *Pueri claustrales conveniant coram ipso* (priore) *pro Kalenda repetenda... Quo facto omnes convenient in capitulo et fiat Kalenda, cum suis adjacentibus et suffragiis, ut moris est.* Constit. ant. monast. S. Petri-Mont. diœc. Metens. tom. 2. Monum. sacr. antiq. pag. 429 : *Accepta benedictione, lector Kalendas et Lunam sequentis diei et Natalitia Sanctorum pronuntiabit.* Vide *Kalendarium* 2.

* 3. **KALENDA**, Initium cujusvis rei, puta, Locus ubi territorium aliquod incipit. Charta Andr. reg. Hungar. ann. 1214. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 19 : *Cujus prædii primæ metæ incipiunt a Kalenda Vidze.... Veniunt iterum ad primas metas in loco superius nominato, Kalendavis* (sic) *nominatæ.*

¶ 4. **KALENDA.** Vide post *Kalendæ.*

KALENDÆ, seu *Festum Kalendarum*, WlugBeigo in Epochis cap. 7. *Festum Kalcandach;* ita appellant Scriptores, publicas illas ac superstitiosas lætitias, quas Kalendis Januarii, quibus annus aperitur, exhibuere primum Gentiles, usurpavere etiam postmodum Christiani, et quas utrique indecoris choreis, mulierumque aut ferarum assumptis formis ac vestibus fœdabant, uti supra in voce *Cervulus* indicatum. Ea porro superstitio vigente Christianismo adeo invaluit, ut vix ab Ecclesia proscribi potuerit, atque adeo Episcopis, Conciliis, et summis Pontificibus, ad id vires suas conferentibus, ut patet ex Concilio Trullano can. 62. Romano sub Zacharia cap. 8. Turonensi II. cap. 17. 22. Autissiodor. can. 1. Capitulari Gregorii II. PP. pro Bavaris cap. 8. Attonis Episcopi Basileensis Capitulis cap. 79. Epistola ipsius Zachariæ ad Bonifacium Mogunt. et Sermonibus ac Homiliis Patrum, qui gravius in ejusmodi Kalendarum spurcitias ac fœditates invehuntur, S. Augustini, S. Ambrosii Serm. 11. S. Maximi Taurin. Petri Chrysologi Serm. 115. denique Faustini Episcopi apud Bollandum 1. Januarii, et e Græcis Joannis Chrysostomi, sancti Asterii, et aliorum : quas quidem Kalendarum impietates et ludicras prophanasque superstitiones attigere etiam Tertullianus lib. de Idololatr. cap. 14. Isidorus lib. 1. de Eccl. Offi. cap. 40. Alcuinus lib. de Divin. Offic. cap. 4. Cyprianus in Vita S. Cæsarii Arelat. sub fin. Anonymus in Vita S. Samsonis Episcopi Dolensis lib. 2. cap. 13. Vita S. Hugonis Abbatis S. Martini Eduensis num. 15. etc.

Licet, inquam, ab Ecclesia non semel proscriptæ fuerint, indictis ad hanc diem jejuniis et litaniis, de quibus suo loco, quibus eæ quodammodo expiarentur, et ut ludicræ et impiæ festivitatis loco vera ac solida succederet ; non potuere tamen tam alte radicatæ prorsus evelli, adeo ut extremis etiam temporibus plus solito vires acceperint, et non a secularibus dumtaxat ; sed et ab ipsis Episcopis et Sacerdotibus legantur usurpatæ : [imo, cum ab iis omnino abstinuissent Laici, eas obstinate retinuisse Clericos, atque ab iis solis usurpatas fuisse, testantur Theologi Parisienses in Epist. encyclica ann. 1444 : *Quid, quæso, fecissent* (Episcopi) *si solum Clerum sicut hodie his observantiis vacantem vidissent!*] unde ejusmodi festivitati *Festi Hypodiaconorum* nomen inditum, non quod revera soli Subdiaconi has scelestas choreas ducerent ; sed quod hac joculari appellatione nostri indicare voluerint, festitatem hanc fuisse ebriorum Clericorum seu Diaconorum : id enim evincit vox *Soudiacres*, id est, ad literam, *saturi Diaconi*, quasi *Diacres saouls.*

Cujusmodi autem fuerit, et quibus ineptiis constiterit, docet Beletus lib. de Divin. Offic. cap. 72. his verbis : *Festum Hypodiaconorum, quod vocamus Stultorum, a quibusdam perficitur in Circumcisione, a quibusdam vero in Epiphania, vel in ejus octavis. Fiunt autem quatuor tripudia post Nativitatem Domini in Ecclesia, Levitarum scilicet, Sacerdotum, Puerorum, id est, minorum ætate et ordine, et Hypodiaconorum, qui ordo incertus est. Unde fit, ut ille quandoque annumeretur inter sacros Ordines, quandoque non, etc.* Videtur sane ea Episcoporum, vel potius Clericorum lascivia a Græcis originem cepisse ; cum in octava Synodo can. 16. ex versione Anastasii, (nam canon abest in Græca Editione) legamus *fuisse* tum *quosdam Laicos, qui secundum diversam Imperatoriam dignitatem videbantur capillorum comam circumplexam involvere atque reponere*, (ita namque, ait hoc loco Anastasius, a cervice usque ad capita contorquebant, ut clericali more in rotundum tonsi viderentur) *et gradum quasi sacerdotalem per quædam indusia et vestimenta sacerdotalia sumere, et, ut putabatur, Episcopos constituere, superhumeralibus, id est, palliis, circumamictos, et omnem alium Pontificalem indutos stolam, qui etiam proprium Patriarcham adscribentes, eum qui in adinventionibus risum moventibus, Prælatus et Princeps erat ; et insultabant, et illudebant quibusque divinis, modo quidem electiones, promotiones, et consecrationes, modo autem acute calumnias, et depositiones Episcoporum quasi ab invicem et per invicem miserabiliter et prævaricatorie agentes et patientes ; talis autem actio nec apud gentes a sæculo unquam audita est, etc.* Quæ postrema verba satis innuunt, ejusmodi Clericorum ludibria in Occidente nondum nota fuisse.

Quod igitur sub exitum mensis Decembris initium sumeret prava illa festivitas, *Libertas Decembrica* appellata est, de qua idem Beletus cap. 120 : *Sunt nonnullæ Ecclesiæ in quibus usitatum est, ut vel etiam Episcopi et Archiepiscopi in Cœnobiis cum suis ludant subditis, ita ut etiam sese ad lusum pilæ demittant. Atque hæc quidem libertas ideo dicta est Decembrica, quod olim apud ethnicos moris fuerit, et hoc mense servi et ancillæ, et pastores velut quadam libertate donarentur, fierentque cum dominis suis pari conditione, communia festa agentes post collectionem messium : quanquam vero magnæ Ecclesiæ, ut est Remensis, hanc ludendi consuetudinem observent, videtur tamen laudabilius esse, non ludere.* Vivebat Beletus in Ecclesia Ambianensi ann. 1182. ut auctor est Albericus in Chronico MS.

☞ Inter ludicra hujus festivitatis præcipuum locum obtinebat electio Abbatis vel Episcopi stultorum, cujus ludibria hic perstringere placet ex Cæremoniali MS. Eccl. Vivar. ann. 1365. exarato fol. 153. Die 17. Decembris conveniunt omnes *sclafardi* et clericuli ut Abbatem eligant : quo electo cantatur *Te Deum, et tunc per consocios subtollitur, et elevatur, ac super humeros ad domum, ubi cæteri pro potu sunt congregati, letanter deportatur, atque in loco ad hoc specialiter ornato et præparato ponitur, statuitur et collocatur. Ad ejus introitum omnes debent assurgere, etiam dom. Episcopus si fuerit præsens, ac impensa reverentia consueta per consodales et consocios electo, fructus species et vinum cum credentia ei dentur, etc. Sumpto autem potu idem Abbas vel major succentor ex ejus officio absente Abbate incipit cantando ea quæ secuntur ; ab ista enim parte sclafardi, clericuli ceterique de suptus chorum debent esse simulque cantare, ceteri vero desuper chorum ab alia parte simul debent respondere.... Sed dum eorum cantus sæpius et frequentius per partes continuando cantatu tanto amplius ascendendo elevatur in tantum quod una pars cantando, clamando, è fort cridar, vincit aliam. Tunc enim inter se ad invicem clamando, sibilando, ululando, cachinnando, deridendo ac cum manibus demonstrando, pars victrix quantum potest partem adversam deridere conatur et superare, jocosasque trufas sine tædio breviter inferre. A parte Abbatis*, Heros. *Alter chorus*, et nolic. nolierno. *A parte Abbatis*, ad fons sancti bacon. *Alii*, Kyrie eleison. *Quo finito illico gachia* (janitor) *ex ejus officio facit præconizationem sic dicendo* : De par Mossenhor Labat è sos Cosselliers vos fam assaber que tot boms lo sequa, lay on voura anar, ea quo sus la pena de talhar lo braye. *Tunc Abbas altique domum exeunt impetum facientes.* Juniores canonici chorarii *scutiferique dom. Episcopi et canonicorum Abbatem comitantur per urbem, cui transeunti salutem omnes impertiunt. In istis vero visitationibus* (quæ usque ad vigiliam Natalis Domini quotidie vespere fiunt) *Abbas debet semper deportare habitum, sive fuerit manta, sive tabardum, sive cappa una cum capputio de variis foltato.* Ipsius erat, si quid indecorum in Choro fiebat, carpere et castigare.

☞ Ex eodem Cæremoniali Episcopus stultus qui ab Abbate distinctus erat, eligebatur in festo SS. Innocentium eodem ritu quo Abbas stultorum : *Deinde electus per sclafardos subtollitur et campanilla procedente portatur ad domum episcopalem, ad cujus adventum januæ domus, absente vel præsente ipso dom. Episcopo, debent totaliter aperiri, ac in una de fenestris magni tinelli debet deponi, et stans dat ibi iterum benedictionem versus villam.*

☞ Sed et ludicris impia miscentes Episcopum sacra peragentem imitabantur. Idem Cæremon. sub festo S. Stephani fol. 100 : *Episcopus stultus ad Matutinas, Mis-*

Digitized by Google

sam majorem et Vesperas cum suo capellano in episcopali cathedra marmorea decenter ornata debet per hos tres dies pontificaliter præsidere. Unde in introitu dictarum Horarum debet in vestiario cappa communi serica indui et ornari una cum mitra et sericis cyrothecis. Capellanus vero ejus cappa etiam communi serica induatur, portans in capite parvum pulvinar sive cussinum loco capelli sive birreti; et sic ornati præcedentibus ceroferariis more solito cappis sericis ornati, una cum rege (apparitore) *a dicto vestiario procedentes cum mansuetudine ad dictam cathedram perveniunt episcopalem, ubi una cum prædicto suo capellano ad ejus pedes sedente, habens semper crossam in manibus, residebit quamdiu Horæ prædictæ celebrabuntur.* Subdiaconus Epistolam cantaturus, vel Diaconus Evangelium, *uno genu flexo supplicationem ei impendebant, quos sua manu dextra signabat, etc. Verum finitis Matutinis, Missa et Vesperis, ejus capellanus alta voce dicat:* Silete, silete, silentium habete. *Chorus*. Deo gratias. *Episcopus stultus:* Adjutorium nostrum, etc. *Chorus*: Qui fecit, etc. *Episcopus*: Sit nomen, etc. Benedicat vos divina majestas, Pater et Filius et Spiritus sanctus. *De Indulgentiis dandis:*

De par Mossenhor l'Evesque,
Que Dieus vos donne gran mal al bescle, (*jecur*)
Avec una plena balasta de pardos
E dos das de raycha de sot lo mento.

Alia est formula indulgentiarum quæ refertur ibid. fol. 133. sub festo S. Johannis Evangelistæ, ubi eædem cæremoniæ atque diei præcedentis præscribuntur:

Mossenhor ques ayssi presenz
Vos dona IX. balastas de mal de dens,
E à vos autras donas atressi
Dona 1ª. coa de rossi.

Sed hæc ludicra, seu potius *crimina*, ut loquitur Chrysologus, vel μωρὰς καὶ βλαπτουσας τέρψεις, uti vocantur a S. Asterio, non semel evellere conata est Summorum Pontificum auctoritas. Exstant enim literæ Petri Capuani Cardinalis Legati in Francia ann. 1198. quibus præcipit Odoni Episcopo Parisiensi et aliquot Canonicis ejusdem Ecclesiæ, ut hocce *festum*, quod *Fatuorum* appellabatur, et in Ecclesia Parisiensi, ut in cæteris, invaluerat, penitus abolerent; quod dictus Episcopus aliique ad id nominati Commissarii executi sunt, facta ordinatione in Ecclesia deinceps observanda, quæ habetur apud Gussanvillam post Notas ad Petrum Blesensem. Illud etiam interdixit Concilium Parisiense ann. 1212. part. 4. cap. 16: *A festis vero follorum, ubi baculus accipitur, omnino abstineatur.* Id est baculus Episcopalis. Præterea Concilium Coprinicense ann. 1260. can. 2: *Rursus cum in balleatione, quæ in festo SS. Innocentium in quibusdam Ecclesiis fieri inolevit, multæ rixæ, contentiones, et turbationes, tam in divinis Officiis, quam aliis consueverunt provenire, prædictas balleationes ulterius sub intimatione anathematis fieri prohibemus.* Vide Statuta Joannis Archiepisc. Cantuariensis ann. 1279. In Concilio Rotom. ann. 1445. cap. 11. vetantur *ludi, qui Fatuorum vulgariter nuncupantur, cum larvatis faciebus, et alias inhoneste fieri in Ecclesiis aut Cœmeteriis, etc.* Huc etiam spectant, quæ habentur in Necrologio Ecclesiæ Parisiensis: 7. *Idus Januarii ob. Hugo Clemens Decanus noster et Sacerdos*, (frater Henrici Clementis Franciæ Marescalli)... *Procuravit etiam salubriter et devote, quod festum B. Joannis Evangelistæ post Nativitatem Domini, quod prius negligenter et joculariter agebatur, solenniter et devote celebraretur in Ecclesia nostra, etc.*

Sed hisce Ecclesiasticis statutis vix aboleri et extingui potuit, adeo ut longe postea etiam obtinuerit in Anglia: quod sane colligere licet ex Inventario ornamentorum Ecclesiæ Eboracensis ann. 1530. in Monast. Anglic. tom. 3. pag. 169. ubi hæc legimus: *Item una mitra parva cum petris pro Episcopo puerorum.* Infra: *Item unus annulus pro Episcopo puerorum, et duo archys, unus in medio ad modum Crucis cum lapidibus in circumferentiis, etc. Decanorum Kalendæ rurales*, in Concilio Rotomag. ann. 1313. cap. 6.

At in Gallia videtur desiisse, ex quo serio manum admovit Facultas Theologiæ Parisiensis ann. 1444. 12. Martii, missa ad id Epistola encyclica ad Galliæ Præsules, damnatoque, pleno Theologorum consessu, hocce festo, in quo Sacerdotes ipsi ac Clerici Archiepiscopum, aut Episcopum, aut *Papam* creabant, eumque *Fatuorum* appellabant: *Divini ipsius Officii tempore larvati, monstruosi vultibus, aut in vestibus mulierum, aut leonum, vel histrionum, choreas ducebant, in Choro cantilenas inhonestas cantabant, offas pingues supra cornu altaris juxta celebrantem Missam comedebant, ludum taxillorum ibidem exarabant, thurificabant de fumo fœtido, ex corio veterum solutarium, et per totam Ecclesiam currebant, saltabant, etc.* Verba sunt citatæ Epistolæ, quam edidit Savaro, et ex eo Gussanvilla. Similia fere habet Concilium Basileense sess. 21. extr. ubi etiam *festum fatuorum* appellatur. Sed de hoc festo alia tradunt Cognatus in Histor. Tornacensi, et Marlotus in Metropoli Remensi, ad ann. 1509. Similem vesaniam in rebus sacris Michaëlis μαθυσοῦ Imp. recitant Constantinus Porphyrogen. in Basilio num. 21. Edit. Combefisii, Continuator Theophanis lib. 4. n. 38. Symeon Logotheta in eod. Michaële num. 18. et alii.

☞ Etquidem adeo invaluerat hæc festivitas, atque Clericorum lasciviæ ita erat accommoda, ut ann. 1406. in jus vocatus fuerit quidam clericus qui in Episcopum stultum cleri Gradacii diœcesis Vivar. electus *sollempnitates facere et onera supportare ad quæ ipse ut Episcopus et alii episcopi sic electi, facere tenetur et sunt facere assueti, non fecerat et facere recusabat.* Res diu coram Officiali Vivariensi agitata, tandem trium e præcipuis Canonicis arbitrorum judicio permissa est. Horum sententiam exscribemus ex Schedis D. *Lancelot: Ideo per hanc nostram diffinitivam sententiam quam proferimus in hiis scriptis declarationem, arbitrium et pronuntiationem nostras sedentes pro tribunali, prout supra continetur, venerabili signo sanctæ Crucis nos munientes dicentes, In nomine P. et F. et Sp. S. Amen. Pronuntiamus, arbitramur, cognoscimus, sententiamus et declaramus dictum Abbatem et ejus præcessorem legitime et debite probasse intentionem suam et partis suæ, et dicta, proposita et replicata ex adverso non obstare, idcircoque dictum Guillelmum Raynoardi tanquam Episcopum stultum ad solvendum prandium, per Episcopum stultum dari et solvi consuetum, per dictumque Guillelmum substractum sine causa, condempnamus, et pro hoc dictum Abbatem et ejus clerum in possessione sua dictæ electionis pari sententia restituimus et reducimus. Et ut nostra sententia debitum sortiatur effectum, volumus, ordinamus, præcipimus et mandamus, quod idem Guillelmus Raynoardi ut Episcopus stultus dare et solvere teneatur ipsi Abbati et clericis qui consueverunt in hujusmodi actu interesse, prandium in festo proxime venienti B. Bartholomei Apostoli in loco de Gradacio et in loco ibidem consueto; neutram dictarum patrium ex certis causis animos nostros moventibus in expensis factis tam in causa et causis litigii quam causa compromissoria præsenti condempnantes, declarantes quod una pars ab alia, et e contra, nichil petere possit, exigere seu recuperare ratione expensarum prædictarum, etc.*

☞ Variæ fuerunt hujusce festivitatis, pro diversis Ecclesiis in quibus recepta erat, appellationes, quemadmodum et diversis diebus celebrata: *festum Hypodiaconorum, Stultorum, Fatuorum, Innocentium, etc.* dictam passim reperimus. Statuta Ecclesiæ Nivern. ann. 1246. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1070: *Item, quia in festo stultorum, scilicet Innocentium et anni novi in Ecclesia vestra multa fiunt, sicut intelleximus, inhonesta etc.* Durandus Ration. divin. Offic. lib. 7. cap. 42. de S. Stephano: *Subdiaconi vero faciunt festum in quibusdam ecclesiis in festo Circumcisionis, ut ibi dictum est, in aliis in Epiphania, etiam in aliis in octavis Epiphaniæ; quod vocant festum stultorum. Quia enim ordo ille antiquitus incertus erat... ideo Subdiaconi certam ad festandum non habent diem.* Cetera quæ ad hanc festivitatem spectant silebimus; unum dumtaxat subjiciemus ex MS. codice Bellovac. ann. circiter 500. ubi 1ª. hæc occurrit rubrica: *Dominus Cantor et Canonici ante januas Ecclesiæ clausas stent foris tenentes singuli urnas vini plenas cum cyfis vitreis, quorum unus Canonicus incipiat, Kalendas Januarias etc. tunc aperiantur januæ.* Et alibi: *Hac die incensabitur cum boudino et saucita.* Vide *Abbas Conardorum* et *Abbas Esclaffardorum.*

* Ritu minus indecenti in ecclesia Rotomagensi celebrabantur *Festum Innocentium*, ut patet ex Ordinar. MS. ejusd. eccl.: *Hoc finito* (hoc est, finita processione, quæ fiebat post Vesperas S. Joannis Evang.) *duo pueri tunicis et amictis induti, tenentes candelabra cum cereis ardentibus, et omnes pueri ecclesiæ in cappis tenentes cereos ardentes, cum suo episcopo exeant de vestiario bini et bini cantantes* ℟. Centum quadraginta; *et processione ordinata veniant per chorum et eant ad altare Innocentium et ibi stationem faciant, et finiatur ibi, et tres pueri cantent:* Hi empti sunt. *Quo finito sequitur anti-*

Digitized by Google

phona, Innocentes : *tres pueri* ℣. Letamini : *episcopus orat.* Deus hodierna die. *In reditu antiphona vel* ℟. *de S. Maria, ad placitum : duo presbyteri* (l. pueri) *cantent* ℣. Post partum : *episcopus orat.* Deus qui salutis. *Pueri dicant* Benedicamus. *Sequitur benedictio episcopi, et dicat unus puer alta voce*, Humiliate vos ad benedictionem ; *et alii respondeant*, Deo gratias : *Benedictio : dominus episcopus*, Benedicat vos etc. Deinde ubi de Matutinis ejusdem festi : *Dum ix. lectio legetur, pergant pueri ad vestiarium ; qua finita exeant bini et bini cum cereis ardentibus cantantes* ℟. Centum quadraginta : *tres pueri cantent* ℣. *et prosam ante altare in modum coronæ, illud finiant ; quo finito incipiatur* Te Deum.... *Ad missam, omnes pueri in capis in medio chori regant chorum, episcopus incipit officium*, Ex ore infantium,... Kyriel *et* Gloria *festive ;.... Graduale pueri, ut prænotatur*, Anima nostra, ℣. Laqueus; *episcopus, cum eo omnes pueri in modum coronæ*, Alleluia, Hi sunt qui, *cum sequentia, episcopus incipiat*, Celsa pueri ; *Evangelium in cantu*, Angelus Domini apparuit ; Credo ; *offertorium*, Anima nostra, *quod incipiatur ab episcopo ;.... deinde offerant omnes quod voluerint, ut supra notatur. Secreta*, Adesto Domine muneribus. *Præfatio*, Quia per incarnati. Sanctus, *festive*. Communicantes, Agnus *festive. Communio*, Vox in Rama. *Postcommunio*, Votiva..... *Ad vesperas antiphonæ cum neuma finiantur. Antiph.* Tecum principium.... *Domnus episcopus cum eo duo tunicati* ℟. Justi in perpetuum..... *Antiph.* O quam gloriosum ; *Psalmus* Magnificat, *et tamdiu cantetur* Deposuit potentes, *quod baculus accipiatur* (ab eo) *qui accipere voluerit. Vespere finiantur a dietario.*

* In ecclesia Tullensi duo, ut ita dicam, eligebantur Innocentium episcopi ; unus suo ordine ex canonicis, qui expensas hujusce festi suppeditare sub pœna ignominiæ et canonicalium emolumentorum privatione tenebatur : alter ex pueris vel junioribus ecclesiæ, qui personam episcopi ageret. De utriusque electione et officio ita habent Statuta MSS. ejusd. eccl. collecta ann. 1497. fol. 65. v°. : *De festo et episcopo Innocentium.... Quolibet anno assignatur ista festivitas uni canonico, secundum ordinem receptionis suæ ad præbendam, sitque ipsa assignatio post cœnam diei Innocentium ; ita quod is qui illa die festum peregit, gratias refert episcopo et toti comitivæ ac excusari petit, si in aliquo defecit ; et finaliter pileum romarini vel alterius confectionis florum exhibet ipsi episcopo, ut tradat canonico in receptione sequenti constituto ad futurum annum ipsum festum agendum, vel ejus procuratori : si enim absens fuerit, jam erit per tres menses ante diem hujusmodi, ut procuratorem ad id mittat, interpellandus per litteras capituli... Tunc si venerit aut miserit procuratorem ad recipiendum et subeundum onus ipsum, admittitur ; et si est dubium de variatione aut illusione, exigitur cautio. Si vero talis interpellatus cederet præbendæ, is qui succederet non reciperetur in illa donec cavisset ipsum festum pro et nomine ipsius cedentis et non suo facere : si autem facere contemneret adveniente festo, suspenderetur cappa nigra in raustro* (l. rastro) *medio chori, et tandiu ibi maneret in illius vituperium, quandiu placeret subdiaconis feriatis et pueris chori ; et in ea re non tenerentur nobis capitulo obedire. Pariter fieret contra præsentem præbendam, si similiter contemneret, nec uterque, tam absens quam præsens, non cedens præbendæ, unquam participare in quibusque suis emolumentis ecclesiæ poterit, donec hujusmodi festum fecerit et contemptum prædictum emendaverit. Verum de rigore is qui festum ipsum agit, non tenetur convivare, nisi eos, qui de Innocentibus computantur..... Fiunt ibi moralitates vel simulacra miraculorum cum farsis et similibus jocalis, semper tamen honestis. Nec est prætereundum quod Sabbato primo in Adventu Domini, conveniunt post completorium omnes pueri et subdiaconi feriati, qui in numero dictorum Innocentium computantur, et ibi eligunt episcopum alterum ex pueris pro instante tunc Innocentium festo, qui illico assumitur et cantantibus omnibus* Te Deum laudamus, *pulsantibus utique campanis, portatur ad cathedram retro altare B. Mariæ, ubi primo episcopi Tullenses intronizantur, et ibi sedet ; completoque* Te Deum *et in fine, alter eorum dicit collectam festi Innocentium, et tunc adiscit episcopus officium ejus, ita quod adveniente festo, indutus mitra et pontificalibus insigniis, baculo pastorali prædelato, officium agit episcopi in utrisque vesperis vigiliæ et diei, ac in matutinis et missa sedens aut stans, prout sibi placet, in stallo superiore episcopi et benedictionem impendat, ceditque eidem pro dictis Horis dominus episcopus. Ipsa autem die de mane equitare habet idem episcopus Innocentium ad monasteria SS. Mansueti et Apri per civitatem transeundo in comitiva suorum æqualium, quibus etiam majores et digniores personæ dignitatum comitantur per se vel suos servitores et equos, et descendentes ad fores ecclesiarum prædictarum intonat unam antiphonam et dicit episcopus orationem, sibique debentur a quolibet monasteriorum eorundem xviij. den. Tullenses, qui si illico non solvantur, possunt accipere libros vel vadia, et decanus canonicus qui festum facit, tenetur eidem episcopo providere de equo, chirotecis et bireto. Cantatis ejusdem diei vesperis, episcopus ipse cum mimis et tubis procedit per civitatem cum sua comitiva, via qua fiunt generales processiones..... In octavis Innocentium rursus vadit episcopus cum omni comitiva sua in habitibus suis ad ecclesiam B. Genovefæ, ubi cantata antiphona de ipsa virgine cum collecta, itur ad domum parochialem ejus ecclesiæ vel alibi, ubi magister et fratres domus Dei, quibus ipsa ecclesia est unita, paraverint focapam unam, poma, nuces, etc. ad merendam oportuna ; et ibi instituuntur officiarii ad marencias super defectibus aut excessibus in officio divino per totum annum commissis, qui defectus seu marenciæ.... applicantur ad convivandum episcopum et ceteros de numero Innocentium in crastino Innocentium, quo omnes vadunt per civitatem post prandium, factebus opertis, in diversis habitibus, et si quæ farsæ practicari valeant, tempore tamen sicco, fiunt in aliquibus locis civitatis, omnia cum honestate ; et in regressu accedit ur denuo ad dominum canonicum seu ejus procuratorem ac locum, ubi factum est festum Innocentium, qui tenetur adhuc ministrare merendam ex reliquiis præcedentis diei.*

* Verum iis omnibus præstant Literæ Caroli VII. reg. Franc. ann. 1445. 17. Apr. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1804. in quibus ludicra, imo impia hujusce festi perstringuntur, quæ abolere frustra tentassent Concilium Basileense et Theologi Parisienses, nisi accessisset auctoritas regia, atque ejusmodi vesaniam severius damnasset : *Charles, etc. Nostre amé et féal conseiller l'évesque de Troyes nous a fait exposer en complaignant, que combien que.... par le decret* (du Concile de Basle) *est expressément deffendu aux gens et ministres de l'église certaine dérisoire et scanduleuse feste, qu'ils appellent la feste aux fols, laquelle en plusieurs églises cathédrales et autres collégiales estoit accoustumé de faire, environ les festes et octave de Noël, en laquelle faisant iceux gens d'église irrévérences et dérisions de Dieu nostre créateur, et de son saint et divin office, au très grand vitupere et diffame de tout l'estat ecclésiastique, faisoient toutes églises et lieux saints, comme dehors, et mesmement durant le divin office plusieurs grandes insolences, dérisions, mocqueries, spectacles publics, de leurs corps déguisements, en usant d'habits indécents et non appartenants à leur estat et profession, comme d'habits et vestements de fols, de gens d'armes et autres habits séculiers, et les aucuns usants d'habits et vestements de femmes, aucuns de faux visages, ou autres telles illicites manieres de vestements, et apostatant de leur estat et profession ; par lequel decret tous les abus et autres que l'on a coustume de faire à ladite feste, eussent esté sur certaines peines deffendués ; et nous pareillement, en tant que faire le pouvons, l'eussions deffendus : .... néantmoins cette présente année, auxdites festes des Innocents et Circoncision derrain passées,..... ils* (les ecclésiastiques de Troyes) *firent et ont fait ladite feste aux fols en plusieurs excez de mocqueries, spectacles, déguisements, farces, rigmeries et autres telles folies, qu'ils n'avoient oncques mes fait de mémoire d'homme... Toutes lesquelles choses venues à la connoissance de la Faculté de Théologie de nostre université de Paris, et qui leur a semblé que telles choses ne se doivent aucunement taire ou dissimuler, les maistres d'icelle Faculté de Théologie, pour obvier de leur pouvoir aux grands maux et excez dessusdits,... par grande et meure déliberation, ont fait et compilé certaine notable epistre, pour icelle de par eux envoyer aux prélats et chapitres de nostredit royaume, en détestant et condamnant ladite damnable feste, comme superstitieuse et paganique, laquelle premiérement eut son introduction et commencement des payens et incrédules idolatres, comme bien expressement dit monsieur S. Augustin..... Mais parceque aucuns d'iceux, qui veulent faire et continuer ladite feste, par leur fole outrecuidance et présomtion ont dit et dient encore, que veuille ou non nostre conseiller, et nonobstant lesdites conclusions et véritez théologiques, ils la feront encore,..... nostre dit conseiller nous a humblement supplié que sur ce nous lui veuillons bailler et faire bailler par nos officiers confort*

Digitized by Google

et aide, autant que besoin ly en sera. Pourquoy nous considérans etc.

* Tam alte inerat clericorum animis hæc vesania, ut radicitus eam evellere hactenus tentare non ausi fuerint horum temporum sapientiores, quam sensim pedetentimque resecare satius esse duxerunt. Sic moderate se gessit capitulum Autissiodorense, ut legitur inter Probat. Hist. Autiss. pag. 310. et seqq. Primo quidem anno, scilicet 1395. ut *servitium honeste fieret, nec ponerentur aliqua mala verba* statuit. Anno 1396. sumpta occasione belli contra Saracenos, *ut nullum signum festi fatuorum penitus fiat hac vice* ordinavit. Anno 1400. *Capitulum ordinavit quod de cætero omnes, qui de Festo fatuorum fuerint, non pulsent campanam capituli sui post prandium, dempta prima die, in qua suum episcopum eligent, et etiam quod in suis sermonibus fatuis non ponant seu dicant aliqua opprobria in vituperium alicujus personæ, sub pœna amissionis distributionum suarum per quidecim dies, etc.* Eodem anno obtinuerat episcopus, *quod illi de Festo fatuorum in ecclesia Autiss. non poterant facere capitulum, et quod procuratores non poterant uti officio procurationis, et quod nullus poterat post cantationem Horarum in ecclesia Autiss. clamare* la Fête aux fous. 2. Dec. 1401. *abbas Pontigniaci prædicavit in capitulo de abolendo Festum fatuorum, quod dictum festum non erat, nec unquam fuerat a Deo nec Ecclesia approbandum seu approbatum..... Die tertia proposuit dom. decanus.... conclusum fuisse per Universitatem Paris. abolendum dictum festum; quod Universitas erat intentionis et propositi hæc facere publice prædicari per universas ecclesias regni Franciæ, ... et ipsum festum annullare etiam per invocationem brachii secularis..... Omnes dicti domini capitulantes, ut sequitur in sua deliberatione, per capita, singulariter singuli, quod dictum Festum fatuorum annullaretur, et quod super hoc fiet aliqua bona ordinatio per dominos capitulantes, quam habebunt ipsi, qui dictum festum subdiaconi celebrabunt, tenere; et quod nullus sermo in dicto festo infra ecclesiam fieret, quodque nullus ecclesiam ipsam intraret, maxime dum celebrabuntur divina, nisi indutus suis vestibus ecclesiasticis. Nihilominus ad habendum aliquam memoriam de dicto festo, fieret die Circumcisionis Domini festum, quod dicetur subdiaconorum, quemadmodum die festi S. Johannis, presbyteri; die Innocentium, pueri in albis; et die S. Stephani, diaconi..... 12. Dec. 1407. quia aliquibus dubitabitur utram ista ordinatio de dicto festo non faciendo, solum teneretur pro isto anno, vel perpetuo: propterea iterato de consensu omnium dominorum de capitulo.... statutum et conclusum, quod dicta ordinatio de dicto Festo fatuorum non faciendo, perpetuo et inviolabiliter custodiatur et teneatur. 2. Jan. 1410. decanus exposuit, quod cum jam dtu est, ... extiterit ordinatum, quod.... deinceps Festum fatuorum amplius non fieret; ..... nihilominus tamen, spretis omnibus et defensionibus, plures de ecclesia canonici tortarii, capellani et clerici, Deum præ oculis non habentes, ultro dictum festum fecerunt. xviij. Dec. 1411. fuit hodie ordinatum, quod statutum factum die Lunæ in vigilia S. Luciæ ann. cccc. vij. quod Festum fatuorum omnino tolleretur perpetuo, ut in eodem continetur, observetur inviolabiliter.*

* Ejusdem festi deliramenta rursum graphice depingit Ludovicus archiepiscopus Senonensis in Stat. ann. 1445. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 96 : *Paveant igitur et erubescant observantes cujusdam festivitatis ritum nefarium, quem sui præpositores Festum fatuorum vocant, quem procul dubio diabolica institutio sub venerabili nomine Domini et jocunditatis dierum natalitiorum ejus sacerdotibus et clericis in multis ecclesiis observandum tradidit, quibus diebus omni sanctimoniæ studere debebant, et spurcitiis et immunditiis se se conferunt et applicant tempore divini servitii, larvatos et monstruosos vultus deferendo cum vestibus mulierum, aut lenonum vel histrionum, choreas in ecclesia et choro ejusdem ducendo, cantilenas inhonestas cantando, offas pingues super cornu altaris juxta celebrantem missam comedendo, ludum taxillorum ibidem exercendo, de fumo fetido et ex corio veterum sotularium thurificando, per totam ecclesiam liguriendo, saltando, turpitudinem suam non erubescendo, nudos homines sine verendorum tegmine inverecunde ducendo per villam et theatra in curribus et vehiculis sordidis ad infamia spectacula pro risu astantium et concurrentium se transferendo, turpes gesticulationes sui corporis faciendo, verba impudicissima atque scurrilia proferendo et multas alias abominationes, quarum pudet reminisci, faciendo, et quod recte vocatum est hoc flagitiosum coagulum, Festum fatuorum, videlicet coagulatio malorum hominum exultantium in rebus pessimis.*

* Sed et virgines Deo sacras ejusmodi lasciviis operam dedisse discimus ex Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 18. r°. : *Item inhibemus ne de cætero in festis Innocentum et B. M. Magdalenæ ludibria exerceatis consueta, induendo vos scilicet vestibus secularium, aut inter vos seu cum secularibus choreas ducendo.* Ubi de monialibus Villæ-Arcelli. Rursum fol. 358. v°. : *In festo S. Johannis et Innocentium nimia jocositate et scurrilibus cantibus utebantur* (moniales monast. Villaris) *ut pote farsis, conductis, motulis : præcepimus quod honestius et cum majori devotione alias se haberent.* Consule *Du Tilliot* in Comment. ad hist. Festi stultorum part. 1. edit. ann. 1751.

Kalendæ, [Conventus Presbyterorum singulis Kalendis mensium.] Charta ann. 1087. apud Sammarthanos in Abbatibus Vallis secretæ : *Cujus petitioni dominus Episcopus assentiens... illud altare ordinavit,.... ita quidem salva justitia in Synodis et Kalendis, ut Sacerdos illius loci Prælatis suis obediat, sicut antea.* Id est, ita ut Presbyter loci illius, sicut cæteri Decaniæ Sacerdotes, per singulas Kalendas convenire teneatur. De conventu Presbyterorum singulis Kalendis mensium, agunt Hincmarus Remensis in Capitulis ad Presbyt. cap. 15. Riculfus Suessionensis in Constit. cap. 20. Aitho in Capitular. cap. 29. Regino lib. 2. cap. 216. Burchard. lib. 2. cap. 164. etc. Instituti vero causam prodit Concilium Nannetense can. 15. et idem Hincmarus in Capitulis ann. 12. Episcopatus editis, cap. 1. scilicet *ut collationem de pœnitentibus suis haberent, et qualiter unusquisque pœnitentiam suam faceret, vel, si forte aliquis contra patrem suum discordiam haberet, ei reconciliaretur.* Seu, ut Riculfus, *ut de suo ministerio et religiosa conversatione atque de his, quæ in eorum parochiis arcidunt, sermonem haberent, etc.* Hinc *Calendas observare* [male *Calendos*, apud Eccardum in Probat. Originum Habsburgo-Austriac. col. 206.] in Actis Murensis Monasterii pag. 9. est singulis Kalendis iis Clericorum collationibus interesse. Vita S. Udalrici cap. 6. de Presbyteris : *Si per Kalendas more antecessorum suorum ad loca statuta convenirent, ibique solitas orationes explerent, etc.* Concilium apud Pontem Audomari ann. 1279. cap. 21 : *Statuimus etiam ... ut Clerici moneantur in Synodis, in Ecclesiis Cathedralibus, atque Parochialibus, et etiam a Decanis ruralibus, in suis Kalendis, ut ipsi tonsuram et habitum deferant Clericis congruentes.* Concilium Rotomagense ann. 1335. can. 11 : *Statuit præsens Concilium, quod singuli Diœcesani in suis Capitulis, seu Kalendis exponant casus dictæ Sedi Apostolicæ et Diœcesanis specialiter reservatos, etc.* [Statuta Synodalia Eccles. Catalaunensis ann. 1393. apud Marten. tom. 4. Anecdot. col. 669 : *Quod Decani Christianitatis singulos hujusmodi ordinationis transgressores saltem ter in anno, videlicet infra* xv. *dies post celebrationem suorum conciliorum seu Calendarum ... denuntiare teneantur.*]

Kalendæ, Sodalitates ad pias causas, inquit Sambucus. *Fratres Calendarum*, qui vulgo *Confratres*, forte quod singulorum mensium Kalendis invicem convenirent, occurrunt in lib. 1. Decretal. S. Ladislai Regis Hungariæ cap. 14. 39. et in Capitulis Laurentii Archiep. Strigon. cap. 46.

¶ Kalendarii Fratres. Vide in *Frater*.

* Kalendarum Festum. Comput. ann. 1480. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 342. col. 2 : *Item alia expensa ad causam donorum, quæ fieri consueverunt dominis officiariis regiis, consulibus, accessoribus et aliis personis consuetis, in festo Kalendarum sive nativitatis Domini.*

* Kalendæ Januarii, quibus Romæ pueri domos ingredientes bona adprecantur. Cerem. Rom. ad calcem Cod. Ms. eccl. Camerac. : *Hii sunt ludi Romani communes in Kalendis Januarii. In vigilia Kalendarum in sero surgunt pueri et portant scutum. Quidam eorum est larvatus cum maza in collo; sibilando sonant timpanum, eunt per domos, circumdant scutum, timpanum sonat, larva sibilat. Quo ludo finito, accipiunt munus a domino domus, secundum quod placet ei. Sic faciunt per unamquamque domum. Eo die de omnibus leguminibus comedunt. Mane autem surgunt duo pueri ex illis, accipiunt ramos olivæ et sal, et intrant per domos, salutant domum : Gaudium et lætitia sit in hac domo; tot filii, tot porcelli, tot agni, et de omnibus bonis optant, et antequam sol oriatur, comedunt vel favum mellis, vel aliquid dulce, ut totus annus*

Digitized by Google

procedat eis dulcis, sine lite et labore magno.

* KALENDIS JANUARII, *mensam cum epistolis ratione divinationis parare, sortilegium est committere*, in Vocabul. Jur. canon. Martini.

¶ KALENDÆ ÆLIÆ, pro Kalendæ Juniæ. Vide Hofman. in voce *Æliæ Calendæ*.

* KALENDÆ GRÆCÆ, Proverbii genus, pro Numquam, quia Græci non habent Kalendas more Latinorum, ut notant docti Editores ad Vit. S. Rosæ tom. 5. Aug. pag. 971. col. 2 : *Apage, sat nugarum, ad Calendas Græcas hæc impleta videbimus.*

¶ KALENDA, Pensitatio quæ prima cujuslibet mensis die Canonicis conceditur, unde nomen sortita est. Obituarium Ecclesiæ Morinensis MS. : *Nota quod semper prima die cujuslibet mensis pro Kalenda quilibet Canonicus habet duodecim denarios.*

KALENDA, pro quovis die. Vita S. Landrici Episcopi Metensis n. 11 : *Qui locus prius a Monachis cultus, in tantum cognoscitur esse immutatus, ut cum supellex Ecclesiæ, librorum scilicet cæterorum ministeriorum tali modo inde subtraherentur, per multos annos Kalenda festivitatis S. Landrici oblivionis rubigine tegeretur.*

¶ INTRA CALENDAS, quid significet inquirit A. Gellius Noct. Attic. lib. 12. cap. 13. ubi Apollinaris Sulpicius : *Qui jussus est intra Calendas pronuntiare, nisi Calendis pronuntiet, contra jussum vocis facit.* Contra vero Gellius existimat eum et ante Calendas, et ipsis Calendis jure pronuntiare posse : *cum omne tempus, quod Calendarum die includitur, intra Calendas esse recte dicatur.*

KALENDÆ, Anni initium, vel primus dies : ita, ni fallor, accipienda hæc vox, quæ crebro occurrit in Tabulario Conchensi in Ruthenis charta 44 : *Et donat de censum 9. denarios Pogesas, et ad Calendas duas membros, ... et ad messiones unum medium molton escongatum, etc.* [Chartularium S. Petri de Domina fol. 116 : *Habemus unum mansum qui reddit per messiones 4. focarias magnas et optimas et sex capones . . . . et per Calendas duos denarios per ublias.* Chartul. Camalariense : *In Vareniaco est unus mansus alodi, et debet in Maio multonem et agnum, et in Kalendis 1. sextarium segel.*]

KALENDÆ MARTIÆ, a quibus veteres Franci annum auspicabantur. Decretum Tassilonis de popularibus Legibus § 12 : *Transactis tribus Kalendis Martiis, post has ancillæ permaneat in perpetuum.* Chronicon Fredegarii de Pipino : *Evoluto anno præfatus Rex a Kal. Martiis omnes Francos, sicut mos est, Bernaco villa ad se venire præcepit.* Vide Dissertationem quartam ad Joinvillam pag. 152. et supra in voce *Annus*.

¶ KALENDARES MENSES, Qui a Kalendis ad finem usque numerabantur, menses integri. Notum est Scriptores post annum 1000. menses integros in duas distinxisse partes, quarum prima a Kalendis incipiebat; altera a die decimo sexto. *Kalendares* itaque *menses* dicebant, cum menses integros, nulla adhibita divisione, significare ipsis animus erat : ita, ni fallor, intelligi debet Charta Treugarum inter Angliam et Scotiam ann. 1459. apud Rymer. tom. 11. pag. 427 : *Per sex menses integros Kalendares . . . per eosdem sex menses Kalendares efficaciter observari.* Vide *Mensis*.

¶ KALENDARIS, Anni initium. Tabularium Casæ Dei : *Dono duos mansos . . . . ex quibus exeunt duo agni censi et duo solidi inter Kalendares et paschales et majenses et meisonegs et duo cartales avenæ.*

1. KALENDARIUM, Data, temporis nota. Fori Aragon. lib. 3. de Fide instrumentor. : *Notarius quilibet teneatur scribere in principio cujuslibet instrumenti duas lineas de sua propria manu, et nihilominus testium nomina per literas extensas, et Calendarium, etc.* Adde lib. 4. de Tabellion. et tit. de Depositis et Observantias Regni Aragon. lib. 9. tit. de Probationibus §. 28.

* Consuet. Mss. Perpin. cap. 21 : *Item si quis petat debitum ex causa mutui, si interrogetur a reo, an illud petat cum carta, ... si responderit cum carta; debet illam exhibere usque ad Kalendarium, si potest. Kalendier*, pro *Calendrier*, Tabula in qua dies etc. describuntur, in Stat. ann. 1372. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 486 : *Un Kalendrier de bois à bergier, qui pendoit à sa sainture*, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 218.

¶ 2. KALENDARIUM, Martyrologium. Ordinarium Canon. Regul. S. Laudi Rotomag. ad calcem libri Johan. Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 292 : *Sicque facto signo, surgant, capitulum intrent, ubi pronuntiato Kalendario, isti Sancti et omnes alii, etc.* Hinc etiamnum Moniales S. Petri de Casis in Arvernia martyrologium vocant *La Calande*.

¶ 3. KALENDARIUM, Catalogus, index. Conventus Episcoporum apud Caspem ann. 1412. tom. 3. Conc. Hisp. pag. 645 : *Qui de auctoritate, facultate et potestate dictorum dominorum deputatorum et aliis per Calendaria tactis et expressatis . . . facimus authenticam et veredicam fidem.* [* Comput. ann. 1455. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. fol. 12. v° : *Item Mathæo Gridaine pro coppiis scripturarum processus contra religiosos S. Petri et duobus saccis, cum expensis cœnæ in domo Johannis Blotefiere factæ, quando consiliarii ecclesiæ fecerunt Kalendarium dicti processus, ... cxj. sol.*]

¶ 1. KALENDARIUS DIES, Primus cujuslibet mensis. Guidonis Discipl. Farfensis cap. 39 : *Si vero Dies Kalendarius secunda et tertia vel quarta feria venerit, incipiant responsorium de Prophetis anteriore die Dominica, similiter et lectiones de Propheta.*

¶ KALENDARIUS, pro quovis die mensis. Vita S. Menelei Abb. tom. 5. Julii pag. 319 : *Et animam felicem et beatam reportavit Domino, undecimo Augusti. Kalendario.*

¶ 2. KALENDARIUS. *Calendariorum* in quadam inscriptione veteri quam cum cæteris in Hispania repertis Adolphus Occo medicus Augustanus edidit, pag. 2. n. 9. mensio fit. Quos non alios fuisse existimo quam qui in Theodosiano codice lib. 12. tit. 11. *Calendarii curatores* appellantur, et quorum munus *Kalendarii curatio* Arcadio JC. L. 18. § 2. D. de muneribus et honoribus (50,4.) dicitur. Ita Faber in Thesauro.

KALENDATICUM, Præstatio, quæ Januarii Kalendis fiebat. Charta Rogerii Siciliæ Regis ann. 1187. apud Falconem Beneventanum pag. 315 : *Angarias, terraticum, herbaticum, carnaticum, Kalendaticum, vinum, olivas, relevum, etc.* Καλανδικόν, in Justiniani edicto 13.

¶ KALENDATIM, Per Kalendas. Vita S. Gregorii. PP. tom. 2. Martii pag. 147 : *Ubi Kalendatim diversas species erogat.*

KALENDATUS, Kalendis, seu die ac anno notatus, in Translat. S. Angeli Carmelitæ apud Papebrochium, [et in Conc. Hispan. tom. 4. pag. 462.]

* KALENGIA, Actio in jure, qua quis rem suam repetit. Bulla Urbani PP. III. ann. 1186. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 247 : *Omnia quæ de Kalengiis suis relaxavit infra burgum Exaquii et in vicinia tota, et in aliis locis et villis eidem pertinentibus, libera et quieta.* V. *Callengia*.

¶ KALIBS. Gloss. Isidori : *Karibs, furca pœnalis, alias Kalibs.*

¶ KALKATORIUM, *a calcando dictum, id est, torcular.* Gloss. MS. Sangerm. Vide *Calcatorium*.

¶ KALO, *Negotiator.* Papias et Gloss. MS. Sangerman. n. 501. *Kalo, Porteur de buche*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Vide *Calones*.

* KALODÆMON. Vide supra *Calodæmon*.

¶ KALONES, *Gallicæ militum.* Gloss. Isid. ubi Grævius : *Calones*, teste Festo, sunt calcei ex ligno facti. *Gallicæ* sunt calcei militares, ut superius vidimus, qui antiquioribus *Caligæ* nominantur. Potuisset tamen etiam scribere Isidorus, *Calones, caculæ militum.*

* KALOPODES. Vide supra in *Calopedia*.

* KALT, Frigidus, apud Schilter. in Glossar. Teuton. ad v. *Chalt*.

* KALTELUS, *Benivolo*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

¶ KALTULUM, *In quo mortui deferuntur, vel vestimentum detritum seu lineum.* Papias MS. Eccl. Bitur. et Gloss. MS. Sangerm. n. 501. Vide *Kalculum*.

¶ KALVARES, *Aquæ sunt.* Papias.

¶ KALUMNIA *per K scribendum, quod est jurgium, lis, etc.* Papias. Vide *Calumnia*.

¶ KAMAHUTUS, Sardonyx, Gallis *Camayeu*, in Inventario Ecclesiæ S. Pauli Londin. ann. 1295. tom. 3. Monast. Anglic. pag. 309. Vide *Camæus*.

¶ KAMERARIUS, in Constitutione Caroli Crassi Imper. de Expeditione Romana § 6. Vide *Camerarius*.

KAMINATA. Vide *Caminata*.

¶ KAMINUS, Via, iter, Gallis *Chemin*. Chartularium S. Vandreg. tom. 2. pag. 2120 : *Et aboutat ad Kaminum Domini Regis ad unum caput.* Tabul. B. M. de Bononuntio Rotomag. : *Testis juratus dixit quod ... vidit eos* (Religiosos) *utentes de brevibus... et de divisione Kaminorum.* Vide *Caminus*.

¶ KAMISIA ULTRAMARINA, Interulæ crassioris genus. Tabularium Capituli S. Audomari : *In ea retro ratione ut res cunctæ superius comprehensæ ad opus Monachorum in*

Digitized by Google

prædicto Monasterio degentium vestimenta comparentur ad Kamisias ultramarinas, quæ vulgo Bernescrist vocitantur sicut in voluntate continetur vestra. Vide *Bernis-crist.*

* **KANARIDES**, *L'antiqua fede*, in eod. Glossar.

KANEIUM. Lex Bajwar. tit. 51. § 6 : *Si vero de minutis silvis, de wic, vel quocunque Kaneio vegetum reciderit, cum solido et simili componat.* Ubi Editio Heroldi cap. 30. § 3. *vel quæcunque Kaneovicton* habet : Tiliana *Kaheir;* Baluz. *Kaheio.* Lindenbrogius, *Kneium* seu *Keye*, Germanicum, quod *salictum* sonat, intrepretatur : nisi inquit legendum fit *Gaio*, i. silvula.

¶ **KANIFER**, *Senex.* Gloss. Isidor. ubi Grævius : Leg. *Casnar.* Festus : *Casnar, senex Oscorum lingua.* [* Glossar. Lat. Ital. Ms. : *Kanifex, vechio egente.*]

¶ **KANNA**, Cantharus, poculum, Gall. *Canne.* Vide *Canna* 4.

¶ **KANROTIUM**, Currus. Epist. Frederici Imp. ann. 1165. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 474 : *Pridie Nonas prædicti mensis* (Martii) *universus populus civitatis cum vexillo S. Ambrosii, quod miro artificio egregiæ molis et altitudinis ferebant in Kanrotio quem juga boum non pauca trahebant.* Vide *Carrocium.* [* Putum mendum est pro *Karrotium.*]

¶ **KANTREF**, Ruris portio, continens centum villas. Monast. Anglic. tom. 1. pag. 319 : *Le premer conquerur des treys Kantrefs de la terre de Brekenoch estoyt Bernard de Nefmarche, etc.* Vide *Cantredus.*

¶ **KANZIR**, f. Canticum, Cantilena, ab Italico *Canzone.* Vide *Canzir.*

¶ **KAPADINARIUS**, *Voluntarius.* Papias et Gloss. MS. Sangerman. n. 501. f. pro *Cupedinarius*, qui cupiditati suæ obtemperat.

¶ **KAPAX**, *Memoriosus.* Papias et Gloss. Isidor. ubi Grævius : pro *Capax*, cujus memoria multa capit.

¶ **KAPEDO**, *Cupiditas, ardor.* Papias. f. *Cupido.*

¶ **KAPIDINES**, *Animalia dicta quod manu capiantur.* Papias. Supra legitur *Capedines.*

¶ **KAPITE Census**, *Vicaria administratione.* Papias MS. Bituric. pro *Capite census* quod proprie est censui obnoxius.

¶ **KAPLERE**, *Cædendum proferre. Kaplosus, Elisus.* Papias. Vide *Capulare.*

* **KAPPE-HETTE**, Tegumenti genus. Chron. Danic. ad ann. 1308. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. Mss. pag. 162 : *Eodem tempore Dani primum cœperunt habere usum capitiorum, dicta Kappe-Hette, quod non solum caput tegebant, sed et pectus capiebant.* Vide supra *Capitium* 1.

* Aliud vero sonat *Kappe*, in Charta ann. 1450. ex Reg. 185. Chartoph. reg. ch. 83 : *Item de chacune Kappe de Stockenisch amené par les Alemans, ung estrelin d'entrée* (au bourg de Bruges). Ubi idem videtur quod nostrum *Caque*, Doliolum.

¶ **KARACHA**, Onus *carri*, quantum *carro* vehi potest, Gall. *Charetée.* Rer. Mogunt. tom. 2. pag. 544 : *Sunt terræ arabiles in tribus bundis ad tres equos, et duo prata ad quinque Karachas.* Vide *Carrada.*

¶ **KARACHARES Herbæ**, Herbæ præstigiis, ut putabant, aptæ. Libellus Pirminii Abb. apud Mabillon. tom. 4. Analect. pag. 586 : *Karachares herbas succino nolite vobis vel vestris appendere.* Vide *Caragus.*

¶ **KARACTER**, Signum, seu sigillum quod chartis appendebant. Charta ann. 1135. apud Mabill. Diplom. pag. 601 : *Hoc audito gavisi sunt : et ne in posterum oblivioni traderetur, scripto et Karactere ut confirmaretur laudaverunt.* Vide *Character.*

* Monogramma. Charta Phil. I. ann. 1106. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 342 : *Quæ ut perpetuam obtineant stabilitatem, sigilli nostri auctoritate et regii nominis Karactere inferius annotato, præsentem paginam præcepimus confirmari.* Pro sigilli imagine legitur in Charta ann. 1185. ex Tabul. Camerac. : *Ut igitur hæc nostræ compositionis pagina maneat inconvulsa, eam sigilli nostri et civitatis appensi Karactere et testium subsignatione duximus communire.* Vide supra *Caracter* 3.

* **Karacter Crucis**, Crucis symbolum palliis assutum, in signum votivæ expeditionis sacræ. Tradit. Diessens. apud Oefelium tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 691. col. 2 : *Anno Domini* 1251. *III. Nonas Martii absolutus est Burckardus a Karactere Crucis per petitores domus Bethleem, auctoritate Apostolica ipsis collata.* Vide in *Crux.*

* **KARADIS**, *Idoneo*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

¶ **KARAGIUM**, Tributi species. Charta Henrici VIII. Regis Angl. ann. 1526. apud Rymer tom. 14. pag. 165 : *De.... pontagio, Karagio, muragio, etc.* Haud scio an idem sit quod *Kaagium.* Vide *Caragium* in *Carreda.*

¶ **KARAGIUS**, Sortilegus, præstigiator. Libellus Pirminii Abbat. apud Mabillon. tom. 4. Analect. pag. 586 : *Præcantatores et sortilegos, Karagios, aruspices, divinos, etc.* Vide *Carugus.*

KARAVENNA. Vide *Caravanna.*

KARAXARE, Karaxatura. Vide *Charaxare.*

¶ **KARENA**, Quadragesimale jejunium, seu publica pœnitentia, qua quis jejunare spatio 40. dierum tenetur : est etiam remissio seu indulgentia ejusmodi ponitentiæ. Instrum. ann. 1293. inter Acta SS. tom. 2. Aprilis pag. 717 : *Quadraginta dies cum una Karena de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer relaxamus.* Charta Conradi Episc. Bundizensis ann. 1369. tom. 2. Rer. Mogunt. pag. 429 : *De omnipotentis Dei misericordia et BB. Petri et Pauli Apostolorum auctoritate confisi,* XL. *dies criminalium cum una Karena de injunctis sibi penitentiis misericorditer in Domino relaxamus.* Occurrit etiam apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 442. et tom. 5. pag. 126. Vide *Carena* 2.

* *Karrena*, in Ch. ann. 1300. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. Mss. pag. 501. Nostri *Karesmeaulx* vocabant Dies Quadragesimam præcedentes, vulgo *Les jours gras, le Carnaval.* Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 81 : *Un certain jour de Dymenche, trois sepmaines ou environ avant les Karesmeaulx, etc. Quaresmel* vero proprie, Dies Martis ante Cineres, in aliis Lit. ann. 1380. ex Reg. 118. ch. 39 : *Comme le jour que l'en dit du Quaresmel l'an de grace* 1375. *ou environ, ledit Jehan environ l'eure d'avoir soupé, se fut alé esbatre avec sa femme et autres en l'ostel d'un leur voisin, comme il est accoustumé au lieu d'y aler, mengier du lait à la cuillier de bois etc.* Aliæ ann. 1432. in Reg. 175. ch. 199 : *Comme le Mardi xxiiij^e. jour de Février derrainement passé, jour des Quaresmeaux, ouquel jour des Quaresmeaux etc.*

* **KARF**, *Arabice, Testa figuli, secundum Avicennam.* Glossar. medic. Ms. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

* **KARFOS**, *Arabice, Vespertilio*, in eod. Glossar.

¶ **KARIAGIUM**, Vectura cum carro, servitutis species. Litteræ Balduini Abbat. Ursicampi ann. 1203. ex Tabular. Compend. : *Moverunt calumpniam super Kariagio bladi quod singulis annis reponitur in grangia de Marolio, quod videlicet Kariagium exigebatur a Canonicis pro quibusdam terris, quas de dominio S. Cornelii tenere noscuntur.* Vide *Cariagium.*

* **KARIDA**, Vecturæ onus, ut videtur. Charta ann. 996. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 335. col. 1 : *Ut omni anno mihi detur duæ Karidæ vini ante festivitatem S. Martini.* Vide *Carreda.* Nisi dolii genus putes, quod *Karisel* nuncupatur, in Charta Phil. VI. ann. 1339. ex Reg. B. 2. Cam. Comput. Paris. fol. 114. r°. : *Item sur chascun Karisel de gondale, contenans cent loz, trois deniers du vendeur.* Vide *Carrada.*

* **KARIGA**, pro Carica, Gall. *Figue grasse.* Dipl. Chilper. II. ann. 716. tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 694 : *Karigas libras* 100. *etc.*

KARINSIA. Contractus Navigii Dom. Regis cum Venetis ann. 1268. tom. 5. Hist. Franc. pag. 435 : *Et uno puero pro custodia equi, et pro viandia, et Karinsiis suis portandis, etc.* Puto legendum *garnistis.* Vide in hac voce.

* **KARINUM**, an Via publica, per quam carri transeunt? Charta ann. 1162. ex Chartul. Thenol. fol. 25. v° : *Et de fonte usque ad fontem juxta Karinum, ubi fossatum terminatur.*

* **KARIONS**, vox vulgaris, Jus carro ducendi. Vide *Carto.* Charta ann. 1255. ex Tabul. S. Autberti Camerac. : *Werpiverunt bene et legitime ecclesiæ S. Autberti jus bigandi, quod vulgariter appellatur Karions.*

¶ **KARISMA**, Præstantia, benignitas, Græce χάρισμα, donum, gratia, munificentia. Egidius Parisiensis MS. lib. 1. Karolini :

> Gratia, quæ nulli plus affluit, addidit usum
> Nominis, et Karolo fecere Karismata nomen.

¶ **KARISTARE, Karitare.** Papias MS. Bituric. : *Karitat proprie, alloquitur plebem.*

¶ 1. **KARITAS**, Extraordinaria refectio; est etam mensura vini. Charta Christiani Archiep. Mogunt. ann. 1168. tom. 2. Rer. Mogunt. pag. 753 : *Pro obitu predicte matrone Godelindis et patris sui Madelbodonis... singulis annis in singulis singulorum anniversariis, pro salute animarum, Fratribus quatuor uncie denariorum solvantur ad refectionem illam, que Karitas in eodem clau-*

Digitized by Google

stro appellatur. Consuetudines Solemniac. MSS. : *In festo S. Tillonis... et ad cenam nebul. et oblatas et tria ova, et ad collationem Karitatem de vino bono.* Vide *Caritas* 3.

* 2. **KARITAS**, Sacrum sodalitium. Vide supra *Caritas* 12.

¶ **KARLE**, Homo simpliciter, et pro famulo. Inde Saxonibus *Buscarlus*, homo nauticus : *Huscarlus*, homo domesticus, famulus. Sane *Kearle* etiam hodie accipitur ab Alamannis de homine probo, bono, utili, strenuo, ut notat Goldastus ad Eckehardi jun. cap. 1. Carolumque inde dici opinatur : et pro homine simpliciter in Suecia et Saxonia, ut observavit Flacius Illyricus Præfat. in Otfridum Wissenburgensem. Hæc Spelmannus. Vide *Ceorlus*, [** et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 492.]

¶ **KARLENSES**, Secunda stirps Regum Franciæ. Epistola Willelmi Abb. Monast. Andrens. tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 338 : *In 2. libro Reges descriptos Karlenses appellat.* Vide *Karolingi.*

* **KARLOTUS**, diminut. a *Karolus;* quomodo a *Charles*, *Charlot* dicimus. Lit. ann. 1294. quibus Phil. Pulc. regem Angl. ad curiam vocat, in Reg. sign. *Pater* Cam. Comput. Paris. fol. 325. r°. : *Dicentes* (ministri regis Angliæ) *hoc facimus in despectum regis Francorum et Karloti fratris sui.* Vide *Karle.*

* **KARMET**, Pondus quoddam. Vide supra *Carmet.*

¶ **KARNEUS**, Pinna muri, Gallis, *Carneau.* Vide *Quarnellus.*

* **KAROLA**, Clathrus, Gallice *Grille.* Vide supra *Carola* 1.

KAROLINGI, dicti a Germanis Reges Francorum a Carolo Martello et Carolo M. genus ducentes. Ita Lotharius Ludovici Ultramarini filius, *Karolingorum Rex* dicitur apud Ditmarum lib. 3. cap. 6. [** Non reges sed populus Francorum occidentalium. *Karelingorum* legit Lappenb. ap. Ditmarum. Widukindus lib. 1. cap. 29 : *Concertatio regibus Karolorum et orientalium Francorum super regno Lotharii.* Ita Gallia passim dicitur scriptoribus secul. IX et X. *Karoli regnum*, scilicet Calvi, qui in divisione filiorum Ludov. Pii eam partem regni paterni obtinuerat, ut Lotharius Lotharingiam.]

KARPIE. Vitæ Abbatum S. Albani. pag. 32 : *Minutis autem, qui de sua consuetudine pastillis carneis vescebantur, esus subtraxit inordinatos, et pro carne, de allece et liborum cedullis* (eduliis) *congestum quoddam serculum* (*cujus solum nomen remansit*) *ipsis in communi cumulavit, quod more Normannoram Karpie, quasi Karempie sophistice nominavit.* Hæret hic Vatsius, cui nihil occurrit de vocis natione : quam quidam sic interpretantur, ut sit minutal Cyprinum, *hachis de carpe*, nam pastillos in posterum de *halece*, ac proinde de piscipus dari minutis statuit Abbas. Addit auctor, quasi *Karempie*, ubi nescio an non aludat ad *quadragesimale* edulium. Sed hæc meræ sunt conjecturæ. Idem porro quod *Carpeia*, de qua voce supra.

¶ **KARRALE**, Vectura, plaustrum. Fori Bigorrenses art. 14 : *Liberi pacem habeant, et ter in anno in Karrali Comitali radant.* Translatio S. Savini Mart. : *Ductilis a fundo Karralis egressus in terram nemine considerante prosiliit.* Vide *Carreda.*

¶ **KARRATA.** Vide in *Carrado.*

¶ **KARREAGIUM.** Idem quod *Kariagium.* Charta Henrici II. Regis Angliæ apud *Madox* Formul. Angl. pag. 47 : *Quare volo et fimiter præcipio quod... habeant terras illas... cum libertate et quietantia de exercitibus... et de Karreagio, siris et hundredis, etc.* Vide *Cariagium.*

* **KARRENA.** Vide supra *Karena.*

1. **KARRINA**, ut *Karena.* Vide *Carena* 2.

¶ 2. **KARRINA**, Convicium, objurgatio, exprobatio. Eckeardus Jun. in Casib. S. Galli cap. 13 : *Necis tuæ reus Karrinas tot ferre non potero.* Balbus Cathol. : *Carinare, arguere, convitiare, illudere.* Hæc Spelmannus. Vide *Carina* 1.

* **KARRITO**, Qui carrum ducit. Vide supra in *Carrito.*

¶ **KARRNEL**, Pinna muri. Vide *Quarnellus.*

* **KARRUGA**, Aratrum, Gall. *Charrue.* Charta ann. 1229. in Chartul. Aremar. ch. 31 : *Notum facimus..... quod nobilis vir Erardas de Chocia.... omnes terras communitatis, quas nos et homines nostri ad nostras Karrugas tenebamus, nobis concessit.* Hinc *Kéruier*, qui aratro terram colit. Redit. comital. Namurc. ann. 1289. ex Reg. sign. *Le papier aux aysselles* in Cam. Comput. insul. fol. 25. v°. : *Encor i a li cuens le stokaige, de chascun Kéruier ij. den. et de chascun manovrier j. den. a Noiel.* Vide *Carruca* 3.

¶ **KARRUS**, Currus, plaustrum, Gallis, *Chariot.* Charta. ann. 1110. ex Tabul. Floriac. : *Dimisit Abbati Floriacensi omnes malas consuetudines quas usurparat, videlicet talliam denariorum, raptum, incendium... vaccam de Karro, tripedicam, etc.*

* **KARTICIUM PRIVILEGIUM**, Quod *Chartæ* seu scripto mandatum est, in Charta Gerardi episc. Camerac. ann. 1083. ex Tabul. S. Autberti.

¶ **KARTRA**, Charta. Tabularium S. Petri de Cella-Froini : *Signum Henrico Rege, Gauffredus Comite civitate Engolisma... Bernardus Sacerdos qui fecit scribere ista Kartra.* Vide *Charta.*

¶ **KARUCHATA**, Modus agri. Charta apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 50 : *Sciatis me concessisse... scilicet illam Karuchatam terræ quam idem Gilebertus tenuit die illa qua pater meus R. fuit vivus et mortuus.* Vide *Carucata.*

¶ **KARXABET**, *Amat, osculatur, amplectitur.* Papias MS. Bituric.

* **KAS**, *Arabice, Lactuca.* Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

* **KASAB**, *Arabice, Arundo, canna*, in eod. Glossar.

* **KASAETUS**, Pirata ; si tamen non est nomen proprium. Charta ann. 1243. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1571 : *Tenentur sub debito juramenti facere vivam guerram de sanguine et foco omnibus Kasaetis et depræda toribus maris, et specialiter Jadertinis.*

* **KASKERIA**, ut supra *Gascheria.* Charta ann. 1244. ex Tabul. S. Autberti Camerac. : *Salvis.... redemptionibus ipsius ecclesiæ ad martium et Kaskeriam.*

¶ **KASKETTUM**, Mendose pro *Basketum;* Anglis enim *Basket* est Sporta, cophinus, corbis, canistrum, Gall. *Panier, Corbeille.* Mandatum Eduardi IV. Regis Angliæ ann. 1461. apud Rymer. tom. 11. pag. 481 : *Cum... auro... bogeis, manticis, Kaskettis, fardellis, etc.*

* **KASTVOGT**, Castri tutor, idem qui *Advocatus.* Vide in *Advocati.*

¶ **KATABULUM**, Fossa. Vide *Catabulum.*

¶ **KATAPAN**, Præses, Præfectus provinciæ vel civitatis. Vide *Catapanus.*

¶ **KATELCOSTE.** Wildebrandus ab Oldenborg. in Itiner. Terræ sanctæ, ubi de Armeniis : *Specialem habent Papam, quem ipsi sua lingua Katelcoste appellant.* Ubi legendum indubie *Katolich*, uti monet D. Cangius in voce *Catholicus.*

¶ **KATHEDRATICUM**, Pensio, quæ Episcopo ab Ecclesiis quotannis exsolvitur in signum subjectionis. Vide *Cathedraticum.*

KATHERANI. Statuta Roberti II. Regis Scotiæ cap. 16 : *Qui transierint ut Katherani, comedendo patriam, et consumendo bona Comitatuum, et capiendo per vim et violentiam bona et victualia, etc.* Ubi loci Skeneus annotat, *Katheranos*, Hybernis nuncupari, montanos Hybernos, qui in inferiores partes Regni Scotiæ descendere soliti, prædas agebant, et incolis, eorumque bonis vim inferebant. Hodie vulgo dicuntur *Sorners, Sojorners.* [Vide *Kernys.*]

* **KATIMIA**, *Arabice est idem quod Græce vocatur Kadimia, Latine vero vulgariter Calmitia seu lapis calaminaris, quo æs tangitur et in auricalcum vertitur.* Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

* **KATOPAPA**, f. pro *Cacopapa*, Malus Papa, a Græco κακός, malus, ut notant docti Editores ad vit. B. Vict. III. PP. tom. 5. Sept. pag. 431. col. 2 : *Viginti milia hominum et eo amplius in diversis regionibus, Katopapa Guiberto cooperante, cæsa sunt.*

¶ **KATRICOLATUM**, Repagulum ferreum in modum cratis, Gall. *Grille.* De S. Attone Episc. tom. 5. Maii pag. 199 : *Et fuit missum et depositum* (corpus) *in quadam capsa Katricolata de ferro, ita quod a cuncta gente clare videri poterat... Et sequenti die missum et positum fuit in sacristia Operæ suprascriptæ, et ibi retentum fuit, donec factum fuit quoddam Katricolatum juxta capellam Sancti suprascripti.*

¶ **KAVALLUS**, Equus. Instrum. ann. 873. apud Mabill. Diplom. pag. 543 : *Probter vinos, et annonas, argentum, mulo et Kavallos, vel vestimenta, quod præstavit.* Vide *Caballus.*

* Occurrit præterea in Charta ann. 1036. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 158. Inde, ni fallor, *Kauwélerie*, Tributum, quod pro servitio cum equis debito exigitur, in Charta ann. 1286. ex Chartul. Namurc. Cam. Comput. Insul. fol. 42. v°. : *Les Kauwéleries, les soumélerie et les barescep, dont je avoie les reliés et les quatre deniers de orloefs.* Vide *Caballaria.*

¶ **KAVATICUM**, Census capitalis, Gall. *Chevage.* Codex MS. Irminonis Abb. San-

Digitized by Google

german. fol. 19 : *Tempore domni Walonis Abbatis fuerunt duo fratres in Antoniaco villa, quorum unus major noster erat, nomine Gunfredus, alter vero Fulbertus, qui gloriabantur se esse nobiles, quos adquisivit domnus Walo Abbas, dicens eos esse servos S. Germani et faciens eis reddere Kavaticum.* Vide *Capitale* 5.

* Ejusdem originis est vox *Kavecheul*, Cervical, vulgo *Oreiller, traversin.* Pedag. *de Cappi* in Chartul. 21. Corb. fol. 345. v°. : *Une keute et ung Kavecheul doivent vj. den.* Vide *Capitale* 1.

* **KAVILLA**, Clavus ligneus vel ferreus, Gall. *Cheville.* Comput. fabr. S. Petri Insul. ann. 1366 : *Item pro quadam rondella ferrea et Kavilla ejusdem etc.* Hinc *Kevillier*, pro *Cheviller*, Clavis figere, in Vita J. C. MS.

* **KAURSUS**, *Brusato*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

KAYS, *Cancelli.* Ita Glossæ MSS.

* Hinc, ut opinor, *Keste*, Clathrus, vulgo *Grille.* Charta ann. 1281. in Chartul. Mont. S. Mart. part. 7. fol. 124. r°. col. 1 : *Consent ke li abbés et li couvens... pussent... faire nouviaus cliiers,... nouvelles Kestes, etc.* Alia Galt. *d'Estrommel* ann. 1308. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 309 : *Pouront avoir lidiz religieus* (du Mont S. Martin) *dessouz ledit moulin un clier et une Keste, pour retenir le poisson, qui là pouroit kair.* Vide supra *Kaia.*

¶ **KE**, Quod, Gall. *Que.* Chartarium Ecclesiæ Auxitanæ : *Dixit quia jam non faceret Ke forcia facta habebat ad patrem Ezguilem. Et judicaverunt Guilem-Garcias de Sancta Christina, Efortlub Deciun. et Garciabrasc de la Nux Ke quale pactum Guilem Airemon factum habebat cum Austendo Archiepiscopo.* [*Pro Gallico *Que* etiam occurrit in Consil. Petri de Font. pag. 77. et alibi passim.]

* **KEAFICIUM**. Vide supra *Kaficium.*

* **KECHRES** vel **KETHRES**. Charta ann. 1225. in Chartul. eccl. Glasguens. ex Cod. reg. 5540. fol. 70. r°. : *Corredum ad opus servientum suorum, qui Kethres nuncupantur, a clericis non exiget memoratis. Kechres*, in Ch. ann. 1226. ibid. fol. 90. r°. Anglis *Kitchin* culinam sonat; unde fortean *Kethres*, famuli coquinarii.

¶ **KEIMINUS**, Via, iter, in Charta ann. 1283. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 132.

* **KEKENGI**, *Arabice, Species solatri proferens granum rubicundum simile ceraso, in vesica inclusum, citrina in colore, quare a multis vesicaria vocatur.* Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

¶ **KELCHEN**. Vide *Kelchyn.*

KELCHYN. Triplex apud Scotos occisori mulcta imponebatur, *le Cro, le Galnes*, et *le Kelchyn.* De duabus prioribus diximus suis locis. De *Kelchyn* agit Regiam Majestatem lib. 4. cap. 38 : *Kelchyn unius Comitis est sexaginta sex et duæ partes unius vaccæ. Item le Kalchyn filii Comitis aut Thani et 44. vaccæ et 21. denarii et 2. partes unius obuli. Item le Kelchyn filii Thani est minor per quartam partem quam patris sui, et sunt 30. vaccæ, et 11. denarii, et tertia pars obuli. Rusticus nihil habet de Kelchyn. Item si uxor liberi hominis sit occisa, vir suus habebit le Kelchyn, et parentes ejus habeant le Cro, et le Galnes. Item si uxor rustici sit occisa, dominus ipsius terræ, in qua manet, habebit le Kelchyn, et parentes ejus le Cro et le Galnes.* Quæ sit vocis *Kelchyn, Kelchen*, vel *Kelten*, (varie enim scribitur) significatio aut derivatio, non satis scio, ait Skenæus. Id constat, *Kelchyn* longe minorem esse mulctam, quam *le Cro*, ex cap. 36. nam *le Cro* Comitis *est* 140. *vaccæ, tres oræ pro vacca. Item le Cro filii unius Comitis vel Thani, est centum vaccæ;* et sic de cæteris. *Kelchyn* vero hic minor est mulcta, quæ interdum domino, interdum parentibus penditur.

KELEDEI, [Monachi apud veteres Scotos sic dicti.] Vide *Colidei.*

¶ **KELTEN**. Vide *Kelchyn.*

KEMAT, Centuria, vox Cambrica seu Wallica in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ in Præfat. [Melius forte *Kentat*, a *Cant* centum, Gall. *Centaine.*]

* **KEMBELN**. Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Montheim* pag. 671. col. 1 : *cc. geren seu Kembeln, quibus venna paratur.*

¶ **KEMINUS**, **KEMISUM**, Via, iter, Picardis nostris *Kemin.* Scacarium S. Michaelis apud Falesiam ann. 1207. Lib. S. Justi fol. 13. apud D. *Brussel* de Usu feud. tom. 1. pag. 603 : *Judicatum est quod Callot Judæus poterit sequi Abraham Judæum, per duellum de Kemino.* Charta ann. 1258. ex Tabul. B. M. de Bono-nuntio Rotomag. : *Terra aboutante de uno Kemino ad aliud Keminum.* Vide *Caminus.*

¶ **KEMROD**, Præstationis genus. Vox Armorica. Chartularium Kemperleg. : *De hoc autem quod dicitur Kemrod, quod ipse, ut dicebat, non debebat reddere; statutum est ut quolibet anno de unoquoque ciato mellis sex nummos reddat... cum quatuor insuper nummis et uno obolo, pro eo quod dicitur Kemrod.* Vide *Kevrod.*

* **KERATES**, *Pondus sumptum a semine xilocaratæ, et secundum Avicennam ponderans grana ordei quatuor.* Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

¶ **KERECHET**, Avis aquatica, ut videtur, quam Galli *Crecelle* vocant. Thwroczius 1. part. Chron. Hungar. cap. 5 : *Aves Legisfalck, quæ vulgo Kerechet vocantur, pullos generare posuerunt.*

¶ **KERELARE**, Causam, litem coram judice intentare. Chartarium Ecclesiæ Auxitanæ : *Venit Ezguilem et clamavit et Kerelavit ad Geraldum Comitem.* Vide *Querelare.*

KERHERE. In Bundello Eschaet. de anno. 3. Edw. I. n. 29. sic legitur : *Inquisitio et extenta terrarum et tenementorum, quæ fuerunt Roberti de Montealto nuper defuncti, in Rising in Norff. facta die Lunæ in crastino S. Fidis virginis, videlicet regni Regis Edwardi tertio... Item de quadam consuetudine, quæ vocatur Kerhere, ad festum S. Michaelis, 12. denar.* ubi forte vox hæc *carreriam*, seu viam sonat, ita ut idem sit quod *droit de chaucée*, apud nos. [Quid si a verbo *quærere*, quod scilicet hæc Consuetudo ostiatim colligeretur.]

KERKA, Onus, ex Gall. *Charge*, Hisp. *Cargo.* Theloneum Mon. S. Bertini : *Kerka Bersil, dabit 4. den. dimidia Kerka 2. den... Kerka piperis, 4. den. etc.*

* Nostris, *Kerke.* Charta Phil. comit. Fland. ann. 1163. in Chartul. 1. Fland. ch. 325. ex Cam. Comput. Insul. : *De Kerka piperis, iiij. denarios. De Kerka aluni, iiij. den. De Kerka brisilli, iiij. den. etc. Par tele Kierke et tel condition etc.* in Lit. Florent. Hannon. ann. 1287. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1249. *Kierkié*, de agro culto, [quasi fructibus onusto, in Charta ann. 1275. ex Tabul. eccl. Camerac. : *Doivent oil Iehans de le Tour et Liegars se femme et leur hoir prendre et avoir ces dix livrées de rente au Paresis par an paisiulment y tieres devant dites, soient vuides u Kierkiés.*

* **KERKEBODE**, Ecclesiæ fundus; Flandris enim *Kerk*, ecclesia, et *Boden*, fundus, latifundium. Vide *Boda.* Charta Balduini Fland. march. ann. 1119. in Chartul. S. Bert. pag. 181 : *Sic tamen ut ubi hospites comitis, qui super vaccarias et berquarias ejus manent, per Kerkebode ierint, ibi quoque hospites S. Bertini eant.*

¶ **KERKEMAGISTER**, Quasi Magister Ecclesiæ; Belgis enim *Kerck* Ecclesia, unde ipsis *Kerck-meester*, Ædituus, Gall. *Marguillier.* Litteræ ann. 1270. ex Archivo Audomarensi : *Cum diu habita esset quæstio... Curatum de Lampernelle ex una parte et Kerkemagistros et parrochianos dicti loci ex altera, super quadam domo sita in solo sacerdotali... in quibus domo et appendiciis ipsi Kerkemagistri et parrochiani asserebant se pro parte jus habere.*

¶ **KERKEMANIA**, Fixio limitum in agris. Vide *Circamanaria.*

¶ **KERKERIA**, **KERKIDA**, Ecclesia, parochia, a Germ. *Kerck.* Charta Roberti Leodiensis Episc. : *Abbas S. Remigii cadente vel decedente investito loci ad Kerkidam de Mersne, præsentet investitum, ubi de jure et consuetudine fuerit præsentandum, cui quidem investito de bonis ipsis Kerkeriæ ad valorem viginti marcarum Leodiensium dicti Abbas et Conventus assignabunt.* Charta Hugonis Cardinalis : *Cedente vel decedente investito parochia loci præscripti, quæ Kerkeria in partibus vulgariter appellatur.*

¶ **KERMESINUS COLOR**, Purpureus lucidior. Vide *Cramesinum.*

* **KERMISSE**, Nundinæ, Fland. *Kermis*, a *Kerk*, ecclesia, et *Missa*, quo nomine appellari nundinas, quod in festis principalibus indici et celebrari soleant, observatur in *Missa* 4. Bulla Honor. PP. III. ann. 1219. in Suppl. ad Miræum pag. 82. 1 : *Redditus nundinarum atque alios, qui Kermisse vocantur, vobis competentes.... confirmamus.*

KERNELLARE, [Murum pinnis seu *quernellis* munire, Gall. *Creneler un mur.* Charta ann. 1293. apud Rymer. tom. 2. pag. 609 : *Sciatis quod concessimus Edmundo fratri nostro quod ipse mansum suum... muro de petra et calce firmare et Kernellare; et illud sic firmatum et Kernellatum tenere possit.* Alia ann. 1306. ibid. pag. 985 : *Nobis supplicaverit, ut nos sibi concedere velimus, quod ipse domum suam... Kernellare, et domum illam fortem facere posset muris, turrellis, fossatis, etc.* Vox frequens in Diplomatibus, quibus Rex firmandi muniendique castellum sive ædes, privilegium concedit.] Vide *Quarnellus.*

¶ **KERNELLUS**, Pinna muri, Gall. *Creneau.* Computus ann. 1202. apud D. *Brus-*

Digitized by Google

sel de Usu feud. tom. 2. pag. CLIV : *Et pro muro purferir et pro plumbo, et pro Kernellis*, XX. *l.* Vide *Quarnellus*.

¶ **KERNYS**, Vagi, errabundi, interprete Th. *Blount* in Nomolex. Angl. Iidem videntur qui supra *Katherani*. Charta Eduardi III. Reg. Angl. ann. 13. ejus regni : *Nec non de illis qui dicuntur homines otiosi, et malefactoribus, qui etiam Kernys dicuntur.*

KERSONARIA, Nasturtiaria area, Gall. *Cressoniere*. [* Vel potius, Palus, lacus, stagnum. Vide supra *Cressonaria*.] Charta Joiæ Dominæ *de Wallaincourt* ann. 1241. in Tabulario Monasterii Montis S. Martini : *Molendino, sclusa, fundo, Kersonartis*. Alia anni 1260. in Tabulario Belliloci in diœcesi Rothom. pag. 45 : *Confirmo eleemosynam, Quersonariæ cujusdam.*

¶ **KERSTRATA**, Via quæ ad Ecclesiam ducit, a Belgico *Kerck*, Ecclesia, et *Strata*, Via. Consuetud. Furnenses ex Archivo Audomar. ann. 1240 : *Qui viam Ecclesiæ, id est Kerstrata foderit vel artaverit et super hoc convictus fuerit per veritatem, emendabit Comiti* 3. *lib.*

KETEL, Cacabus, olla ferrea, aut ærea, Belgis. Theloneum Monasterii S. Audomari : *Centum veteris metalli*, 4. *den. unus brotketel*, 6. *den. unus setrekeel*, 2. *den. unus Ketel, de* 5. *den. unum den.*

* **KETHRES**. Vide supra *Kechres*.

¶ **KEVERE**, Operculum seu vas quoddam quo lactariæ utuntur. Kennet. in Gloss. ad calcem Antiquit. Ambrosden. : *Compotus Henrici Deye et Johannæ uxoris de exitibus et proventibus de Dayri... Allocantur pro novo Kevere empto* VIII. *den. Kevera*, in Gloss. Lipsii est Bruchus, Germanis hodie *Kafer*.

¶ **KEUREN**, Lex, judicium, Belgis *Keuren* est judicare, legem constituere. Charta ann. 1291. apud Miræum tom. 2. pag. 876 : *Leges etiam et judicia, vulgariter Keuren appellata, edendi, instituendi et faciendi observari, recipiendique quod inde evenerit usque ad summam prætaxatam.*

* *Communia*, ejusdem statuta et leges. Charta ann. 1283. ex Chartul. 1. Flandr. ch. 364. in Cam. Comput. Insul. : *Donavi... plenam potestatem observandi sive tenendi statuta terræ Wasiæ, quæ vulgariter dicuntur Keure.* Alia ann. 1070. ex Chartul. S. Petri Gand. ch. 17 : *Statutiones, quæ plebeia lingua Keure vocantur, super quoslibet S. Petro attinentes non agat.* Hinc *Keurier*, idem qui *Scabinus*, judex civilis, in Ch. Guid. comit. Fland. ann. 1287. ex ead. Cam. Vide supra *Chora*.

¶ **KEVROD**, Idem quod *Kemrod*, Armoricis, præstationis genus. Tabularium Kemperleg. : *Ego Budic frater Hoeli Comitis concedo monasterio sanctæ Crucis villam quæ dicitur Lesumadru, terram videlicet trium mensurarum mellis. De ipsa autem terra hic redditus est : scilicet terguisiaeth, Kevrod, multones, pastus, decima.*

KEYE, [Operculum, clavis.] Vide *Cone*.

KEYS. Charta Edw. III. Regis Angl. tom. 2. Monastici Angl. pag. 71 : *Nolo etiam, quod aliquis Senescallus, Constabularius, Ballivus, Keys, sive foresturius, serviens vel venator,... per terras eorum venientes, ab ipsis nec ab hominibus suis pascantur.*

* **KHU KHAN**, Creber et subitus campanæ pulsus, Gall. *Tocsin*. Chron. vetus ad ann. 1379. ubi de rebellione Montispess. ex Cod. reg. 9612. A. B. M. : *Quod nobliores de villa extraherent subversos, et universitas fundaret unam capellam sex capellanorum, quorum quilibet haberet quadraginta libras Turon. redditus, et in dicta capella esset campana, qua pulsatum fuit le Khu Khan*. Huc spectare videtur vox *Kauclier*, mendose quidem scripta, in Stat. ann. 1355. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 510. art. 8 : *Quiconques fait Kauclier, quatre deniers doit*. Id est, qui tumultum movet. Vide supra *Tanqhanum*.

KIDELLUS, Machina piscatoria in fluminibus ad salmones, aliosque pisces intercipiendos. *Bettles, et Weres* Angli vocant. Magna Charta Joannis Regis Angl. cap. 24. apud Matth. Paris : *Omnes Kidelli deponantur de cætero per Thamesiam, et Medeweiam, et per totam Angliam, nisi per costeram maris*. Fleta lib. 1. cap. 20. § 40 : *De his, qui piscantur cum Kidellis*. [*Et fuit seisitus de uno Kidello vocato à were, ac de libera piscaria in Potlok*, in Bundello Escaet. de ann. 3. Eduardi I.]

* Hinc emendandus *Brussel* tom. 2. de Usu feud. pag. v. art. 30. ubi *Bideli* perperam edidit ex Reg. S. Justi fol. 35. v°. col. 1. in quo *Kideli* legitur, ut apud Matth. Paris.

¶ **KIDRIA**, *Gummi cedri*, Matth. Silvatico. Vide *Cedria*.

* **KIENNES**, Monetæ Alemannicæ vel Leodiensis species. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 299 : *En l'éveschié et ou pais du Liége acheterent d'un accort et d'une volonté certaine monnoie, que on appelloit Kiennes;.... ladite monnoie de Kiennes montans à la somme de deux cent et cinquante mars ou environ*. Vide supra *Chienes*.

* **KIFERA**, Charta authentica, diploma. Chron. Danic. ad ann. 1290. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 161 : *Eodem anno captus est archiepiscopus, et omnes gratiarum et privilegiorum Kiferæ vel literæ in choro Lundensis ecclesiæ combustæ sunt.*

¶ **KIL**, Cella, Monasterium, Hibernis. Beda Hist. Eccl. l. 5. cap. 9 : *Cui erat composito vocabulo a cella et columba, vocatus est Kolum-Killus*. Vide Spelman.

¶ **KILIANUS**, Nota temporis, quæ in veteribus Chartis aliisque MSS. Codicibus occurrit. Charta Eberhardi Abb. Weissenburg. apud Fred. Schannat. Vindem. litter. pag. 13 : *Emit quoque a Monasterio Heilsbruggen partem decimarum in Rodt prope Riebberg pro c. florenis. Anno* 1375. *feria* 2. *post Kiliani*. Codex Mellicensis MS. libros de Imitatione Christi complectens, de quo Mabillonius Diplom. pag. 177. finitur dicitur *die Kiliani* 34. Forte supplendum *post festum S. Kiliani* : Kilianus enim inter Sanctos numeratur in Catalogo veteri Monasterii S. Michaelis Bambergensis ut testatur Schannatus ibid. pag. 51.

¶ **KILINGE**, Armorum genus. Statuta Equitum Thenton. art. 73. apud R. Duellium Miscel. lib. 2. pag. 59 : *Ipse* (Treperarius) *tenetur dare Fratribus ad arma deputatis spallaria, wappenrock, Kilinge, phavones, wappenhersum... cingulos, et vestimenta.*

¶ **KILINNAS**. Charta ann. 1065. apud D. Calmet. tom. 1. Hist. Lotharing. col. 461 : *Decimam partem tam in arboribus quam de pretio porcorum, sive utilitate apium eum per omnia habere volumus atque firmamus, tam in Kilinnade, quam in sylva juxta curtem Stensicla*. f. nomen est alicujus loci proprium.

KILKET, Servilis quædam solutio. Vetus Charta apud Spelmannum : *Kilket, pro qualibet husbandrea* 2. *den.*

¶ **KILLAGIUM**, Tributum, quod pro facultate figendi in portu anchoram conceditur, a Gall. *Quille*, quæ est navis infima pars. Literæ Henrici IV. Regis Angliæ ann. 1409. apud Rymer. tom. 8. pag. 573 : *Capit ibi Killagium, scilicet de qualibet navi cum batello applicante ibi, octo denarios, etc.*

KILLYTHSTALLON, Quod domino penditur ad inveniendum equum admissarium (*estallon*) in tenentium suorum beneficium. Spelm.

KILTH, *Libertas villæ*, in MS. interpretatur, ait Spelman. qui vocis originem ignorare se fatetur.

¶ **KIMBA**, pro Cimba. Abbo Floriac. de Obsidione Parisiacæ urbis, apud Spelmannum :

Corripiunt ternas rabidi Kimbas satis altas.

¶ **KIMELIARCHA**, Thesaurarius. Vide *Cimeliarcha*.

KINGELD, Tributi species, sic dicta, quod Regi exsolveretur : *King* enim Anglis Rex dicitur. Vide tom. 1. Monast. Anglic. pag. 830.

* **KINSICA**, Pisarum suburbii nomen, ab apothecis Saracenorum mercatorum in eo habitantium sic dicti; *Kinsica* enim vel *Chinsica*, aut potius *Henticha* et *Entheca* est Apotheca, reconditorium. Annal. Pisan. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 885 : *Kinsicam muraverunt a turre etc.* Vide supra *Chincitha*.

¶ **KINTAL**, Ponderis genus, alias 100. librarum, sed e more loci varium. Hujus sæpe mentio fit in casu Fogossæ apud Plowdanum. Hæc Spelmannus. Vide *Quintale*.

KIRALITER, Vox conficta ex Gr. κύριος. Fragmentum Anonymi Beneventani cap. 5. apud Camillum Peregrinum lib. 1. Hist. Longob. : *Cepit eundem Præsulem, qui ei Beneventum Kiraliter præbuerat, etc.* Id est, cum plena potestate et omni dominio. Vide *Potestative*.

* **KIRI**, *Lo segniore*. Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Kiraliter*.

* **KIRRI**, *Lo porcho*, in eod. Glossar.

KIRTEL, Vestimenti species : *L'ordre observé à la Creation des Chevaliers des Bains : Un autre luy baillera ses brages, le tiers luy donnera un pourpoint, un autre luy vestira avec un Kirtel de rouge Tartarin.*

¶ **KIRVA** TURBÆ, Certa *turbarum* quantitas. Charta apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 251 : *In puram et perpetuam eleemosynam ad fodiendum singulis annis perpetuo septies viginti Kirvas turbæ in marisco meo de Kyma.*

KITONITA, κιτωνίτης, *Cubicularius*, in Gloss. Gr. Lat. Luithprandus in Legat. *Leo Kitonita*. Ignotus Barensis in Chron.

Digitized by Google

ann. 1025 : *Descendit Oresti Kitoniti cum exercitu.* Vide Notas ad Alexiadem pag. 250.

KIVIT, Avis prædatoriæ species. Tidericus Langenius in Saxonia :

> Est avis Kivit, quæ bellat quam cito vivit,
> Signans iratos homines ad bella paratos.

* **KLIMIA** *seu* **Climia**, *apud Avicennam, est fumus seu fuligo adhærens superioribus fornacis in purificatione cujuscumque metalli: storea vero est fex descendens ad inferiora*, Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

¶ **KLIOTETRA**, Sella plicatilis. Vide *Cliothedrum.*

* **KLOCKUM**, a Belgico *Klocke*, Campana. Acta S. Liobæ tom. 7. Sept. pag. 762. col. 2 : *Signum ecclesiæ, quod vulgo Klockum vocant, etc.* Vide *Cloca* 2.

¶ **KLOCUM**, Campana. Vide *Cloca* 2.

* **KLOXCS**, *Singultus, pulsus viscerum, suspirium*, in Glossar. Simon. Januens. Vide *Clocire.*

KMETHONES, Servilis conditionis homines, apud Polonos, in Legibus Polonicis Chopini libris de Domanio subditis.

* *Villanus seu Kmetho*, in Stat. Casimiri ann. 1346. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 9. *Kmethonalia bona* ibid. pag. 261. *Kmeto*, in Mirac. S. Hiacinth. tom. 3. Aug. pag. 377. col. 1. Vide *Cmeto.*

¶ **KNACKIUS**, Monetæ Fuldensis species. Litteræ fundationis Collegii Jesuitarum Fuldæ ann. 1573. apud Schannat. Diœc. Fuld. pag. 355 : *Tradimus mille florenos, quorum singuli quadraginta duobus Fuldensibus Knackiis constant.*

KNAPONES, Pedites milites. Hist. Australis ann. 1286 : *Præcone Regis Aragonum per exercitum valenter clamante, quod neminem occidant nisi milites galeatos, Knapones vero et scutiferos illæsos permittant abire.* Theutonibus *Knap*, est, alacer, agilis, celer : *Knape* vero, servus, minister, famulus.

KNAVE. Charta ann. 22. Henrici VII. Reg. Angl. apud Spelm. : *Joannes filius Willelmi Couper de Denby Knave, ad satisfaciendum Regi de omni eo, quod ad Regem pertinet, occasione cujusdam utlagariæ in ipsum in placito transgressionis ad sectam Regis promulgatæ* 22. *Maii.* Ubi vox *Knave* conditionem ac classem hominis videtur indicare. Saxonibus Knava *famulum* sonat; hinc scildknava *armiger, scuti famulus*, quomodo forte *Knawe* intelligi hic debet, nam et *famulos* dictos armigeros suo loco docuimus. Vide Janum Dolmerum ad Jus aulicum antiquum Norvagicum pag. 8. Edit. Danicæ.

KNEZ, vel **Kneg**, [**Knezius**, Princeps.] Vide *Caganus.*

¶ **KNIGHT**, Puer, minister, famulus, Sax. Cnyt; eodem sensu a Germanis etiamnum usurpatur; Anglis vero hodiernis est Miles, licet, ut observat Spelmannus, in veteribus eorum Instrumentis pro ministro adhibeatur. Vide *Knave.*

¶ **KNIP**, vox Belgica, Talitrum, Gall. *Chiquenaude.* Epist. obscur. Virorum. pag. 21 : *Ipse dixit, ecce Joannes Reuchlin est doctior quam vos, et dedit ei unum Knip.*

¶ **KNIPULUS**, **Knivus**, Ensis brevior, vel cultellus, Gallis *Canif.* Vide *Canipulus.*

KNOPIS, Tuber, nodus, Anglis *Knob* et *Knot.* Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 365 : *Textus super Evangeliis, cum uno claspi, habens ex uno latere quinque Knopes argenteas, etc.*

¶ **KOGGE**, Navigii genus, Gall. *Coquets.* Vide locum in *Cogo.*

¶ **Koka**, Eadem notione. Epistola Roberti Regis Calabriæ ad Barchinonenses in Chron. Siciliæ apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 70 : *Recepimus vestras litteras continentes disrobationem cujusdam Kokæ Bernardi Garrigæ civis Majoricarum, factam, ut asserit, per quosdam piratas regni nostri Siciliæ.*

* **KOKBON**, *Granum coctum, i. frumentum.* Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

* **KOKKUS**, Piscis testacei species, Angl. *Cockle.* Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 20. pag. 44 : *Piscium tamen marinorum, excepto quodam de Kokkis accursu, non prius ibidem solito, nulla copia reficit obsidentes.*

* **KOLOS**, *Anus*, in jam laudato Glossar. Simon. Jan.

* **KONINHKGESHUIVE.** Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 662. col. 1 : *Quilibet istorum mansorum habet clx. jurnales terræ, quos appellamus vulgariter Koninhkgeshuive.*

* **KOPCE**, Polonicæ vocis sensum docent Statuta Vladisl. Jagell. ann. 1420. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 76 : *Quod si contigerit aliquem litigantem pro limitibus docere vel ostendere scopulos dictos Kopce, ad minus tres, aut alia signa notabilia in campis, vulgariter Wyiasdy, etc.* Ubi significantur silices ad metas appositi, ut metam esse ostendant. Vide in *Testis* 3.

* **KOPIEC**, Colliculus apud Polonos. Charta ann. 1473. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 142. col. 2 : *Feci unum colliculum, alias Kopiec, et fossatam, etc.*

¶ **KOSMUS**, Mundus, orbis terrarum, a Græco κόσμος. Charta Willelmi Pictav. Comitis apud Stephanotium tom. 3. Fragm. Hist. MSS. : *Cunctis in propatulo per quadripartis Kosmi climata clarere dignoscitur ob protoplasti nostri insolentiam omnem ejus successionis plantationem toxicato infectum esse antidoto.*

¶ **KOTARIUS**, Rusticus, mansionarius. Charta apud Somnerum in Tract. de *Gavelkynd* pag. 29 : *Item, si dominus Archiepiscopus fecerit scotallum infra boscum, quilibet terram tenens dabit ibi pro se et uxore sua* 5*d. obolos et vidua vel Kotarius* 1. *obolum.* Vide *Cota* 2.

¶ **KOVER**, Operculum, clavis. Vide *Cone.*

KRAGE, inquit Saxo Grammaticus in Hist. Danica, *dicitur lingua Danica, truncus, cujus semicæsis ramis fastigia conscenduntur; ita ut pes præcisorum stipitum obsequio perinde ac scalæ beneficio nixus, sensimque ad superiora provectus, petitæ celsitudinis compendium assequatur.*

* **KRENELLUS**, Pinna muri, Gall. *Creneau.* Reg. Phil. Aug. ex Chartoph. reg. sign. 34. bis part. 1. fol. 96. r°. col. 2 : *Tornellæ erunt de vj. pedes spissitudinis et x. pedes concavitatis, et duo paria stagiarum* (sic) *et scutum et Krenellum magis altum quam murus.* Vide supra *Cranellus.*

¶ **KRETAL**, *Mumia.* Matth. Silvaticus.

KRODO, apud Saxones pro Deo cultus. Crantzius in Metrop. lib. 1. cap. 3 : *Krodo nomen erat Idolo, quod Saturnum sunt arbitrati.... Pertinet hodie in Gente execrationis vocabulum, ut quoties abominanda res est visa, Krodo cum indignatione dicant.*

* **KROLESTWO**, Polonica vox. Charta Vladisl. Jagel. ann. 1422. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 84 : *Pro exactionibus nostris, vulgariter Krolestwo nuncupatis, in signum subjectionis et veri dominii etc.*

* **KRWAWNE**, Polonica vox. Stat. Casimiri ann. 1347. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 27 : *Consuetudine iniquissima ministerialium extitit observatum, quod dum ad aliquem in via, vel alias occisum vocabantur, ipsum vestibus, in quibus fuerat occisus, jure ipsorum, quod ipsi Krwawne nominabant, expoliebant.*

* **KULKORN**, Danis, Vectigalis species. Constit. Cristof. reg. Danor. ann. 1320. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 201 : *Item, ut omnia et singula gravamina noviter imposita amodo non petantur, videlicet ploghs penninge, Kulkorn, thelonea, aut alia quæcunque post mortem Voldemari regis imposita et inventa.*

KUNIGSTEUR, Regium Tributum : vox Germanica, ex *kunig*, Rex, et *steur*, seu *steura*, tributum. Charta Henrici VI. Imp. ann. 1193. in Metropol. Salisburg. tom. 1. pag. 378 : *Videlicet cum advocatia, et servitio Regio, subsidio, sive supplemento, seu steura, quod in vulgari Kunig-steur dicitur, etc.*

* **KUNIKEGES.** Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 663. col. 1 : *Quilibet mansus tenetur Prumiam adducere glavem, id est lignarium sive acervum lignorum : qui acervus habebit xij. pedes in longitudine et vij. in latitudine; et pro lignario isto adducet quilibet mansus carradas xij. quæ ligna vulgariter appellantur Kunikeges.* Vide *Kunigsteur,*

¶ **KUNINGA**, Regina. De S. Cunigunde Imper. tom. 1. Martii pag. 271 : *Et fit Kunigunda Kuninga, quod Latine interpretari potest regia, regina.*

KURDAWANARIUS. Vide in *Cordebisus.*

¶ **KYLYW**, Jusculi esse genus suspicatur Th. *Blount* in Nomolexico Anglic. Charta ann. 1131. in Monast. Angl. tom. 4. pag. 722 : *Et sint ipsi abbas et monachi et eorum successores et omnes tenentes sui liberi et quieti... de pastu et de Kylyw et omnibus aliis exactionibus, quas forestarii et alii ballivi seu servientes terræ solent exigere.*

* **KYNS-NEFFN.** Constit. Woldem. reg. Danor. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 173 : *Item apertæ litteræ quæ dantur, debent stabiles esse, nisi possessor sigilli, cognatorum juramento, quod dicitur Kynsneffn, se possit defendere, quod litteræ tales nunquam ex consensu suo datæ erant.*

¶ **KYRIALIS**, Dominicus, a Gr. κύριος. Vita S. Wilfridi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 725 :

> Vimineo condens corpus Kyriale canistro,
> Exhausit vitro vitalem digne cruorem.

Digitized by Google

Ubi Fridegodus alludit ad illud S. Hieronymi de Exuperio Tolos. in Ep. ad Rusticum : *Nihil illo ditius, qui corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro.*

* **KYRIE ELEYSON**, Milites ad pugnam procedentes cantare solitos, docent Mirac. S. Verenæ tom. 1. Sept. pag. 170. col. 2 : *Kyrie eleyson cantantes, more fidelium militum properantium ad bellum, saliendo ingressi sunt Rhenum.* Et quidem *Kyrie eleyson* pro tessera militari datum ab Henrico rege, cum Hungaros profligavit ann. 934. scribunt Bucelinus aliique. Vide Meichelbec. tom. 1. Hist. Frising. pag. 165. [** et Glossar. med. Græcit. in hac voce col. 772.]

* KYRIE ELEYSON *cum Littera*, Cui scilicet verba, quæ addere solebant, notis musicis subjiciuntur, in Ordinar. MS. S. Petri Aureæval. Ejusmodi mentio fit in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 3 :

Il n'est sequense, n'alleluie,
Bele note, ne Kyriele,
Tant soit plaisans, ne tant soit bele,
Que trop n'anuit, s'ele trop dure.

☞ *Kyrie eleison* inter funera adhibebant. Synodus Arelat. VI. can. 3 : *Kyrie eleison in deducendo cadavere* cantetur. Capit. Herardi cap. 58 : *Ut exequiæ mortuorum cum lucto secreto et cordis gemitu fiant. Et psalmos ignorantes, Kyrie eleison ibi canant.*

KYRIEELEISARE, Kyrie eleeson concinere. Vita sancti Wunbaldi Abbatis Heidenheim. num. 28 : *Omnis plebs cantantes Kyrieeleisabant.*

KYRIELES, Litaniæ publicæ, in quibus Κύριε ἐλέησον decantatur : nos etiam *Kyrieles* dicimus. Auctor Miraculorum S. Berlendis Virg. cap. 2. n. 11 : *Omnibus Clericis Hymnum concinentibus, Laicis vero Kyrieles celebrantibus.* Concil. Vasense. ann. 529. cap. 3 : *Et quia tam in Sede Apostolica, quam etiam per totas Orientales atque Italiæ provincias, dulcis et nimium salutaris consuetudo est intromissa, ut Kyrie eleison frequentius cum grandi affectu et compunctione dicatur : placuit etiam nobis, ut in omnibus Ecclesiis nostris ista tam sancta consuetudo, et ad Matutinum et ad Missas, et ad Vesperam Deo propitio intromittatur.* [Vide lib. 6. Capitul. cap. 205. et Capit. Herardi Archiep. Turon. cap. 114.]

* Quod in iis Litaniis omnes Sancti invocentur, hinc nostri nomine *Kyrielle* vel *Quirielle*, Sanctos omnes designabant. Lit. remiss. ann. 1456. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 261 : *Lequel prieur mist la main à son espée et la tira toute nue, en regnyant Dieu et la Kyrielle qu'il tueroit etc.* Aliæ ann. 1466. in Reg. 194. ch. 239 : *Icellui Guillemin, en regniant tousjours Dieu et la Quirielle, dist que non feroit. Kisielle* ex mutatione *r* in *s*, eadem notione, in aliis Lit. ann. 1406. ex Reg. 161. ch. 132 : *Le suppliant jura le vilain serment et dist ces paroles, En despit de la Croix, de l'Eaue benoiste et de toute la Kisielle etc.*

¶ **KYROFALCO**, *id est, dominus falco, secundum Græcam linguam;* ita Fridericus II. lib. 2. de Arte venandi cap. 4. Vide *Gyrofalcones.*

* **KYRRII**, Kyrie eleison. Graduale Arelat. vel potius Narbon. 600. ann. in Bibl. reg. ubi de Ord. tonor. inter exempla referuntur quædam de *Officiis*, id est Introitibus, alia de *Kyrriis.*

Digitized by Google